TERTIA PARS DE SACRAMENTIS, &c.

# D. THOMÆ DE AQVINO;

## ANGELICI, ET S. ECCLESIÆ, DOCTORIS;

### Almi Ordinis Prædicatorum.

CVM ELVCIDATIONIBVS FORMALIBVS;

In quibus, vltra egregiam textus enodationem, plurimas hæreses, erroresq; recensendo easq; efficacissima suijpsius, & scripturarum seu Pontificum, vel Conciliorum, authoritate interimendo; Quàm plena, fideliq; manu Angelicus ille Doctor (velut apis argumentosa) Ecclesiæ CATHOLICAE inseruiat, singillatim ostenditur;

PER F. SERAPHINVM CAPPONI A' PORRECTA,
SACRAE THEOLOGIAE MAGISTRVM,

*EDITIS; DEO OPT. MAX. DICATIS; S. R. E. Correctioni submissis.*

*Non ego autem, sed gratia Dei mecum. 1. Cor. 15.*

Accessere porrò luculentisima, subtilissimaq; Commentaria

REVERENDISSIMI D. THOMÆ DE VIO CAIETANI,
CARDINALIS SANCTI SIXTI:

*CVM PRIVILEGIIS.*




VENETIIS, Apud Franciscum de Franciscis Senensem, M D XCVI.


DIVI THOMÆ

# CANONIZATIO S. THOMAE DE AQVINO ORD. PRAEDICATORVM,

*Per Dom. Ioannem Papam XXII. MCCCXXIII. 18. Die Iulij.*

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus fratribus vniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis ac dilectis filijs electis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archid. Archipresbyteris aliisque ecclesiarum prælatis, ad quos literæ istæ peruenerint salutem, & Apostolicam benedictionem. Redemptionem misit Dominus populo suo, cum Dei uerbũ in uirginalis uteri thalamo sancti spiritus cooperatione conceptum caro factum est, & habitauit in nobis, uerbo suo nos instruens, exemplo docens, cœlestia reserans, occulta depromens, miraculis roborans, ac sacri eloquii testimoniis futura eadem esse confirmans, tandem se Deo patri in ara crucis hostiam acceptabilem offerens, peccata nostra pio cruore detersit, descendensque ad inferos, ac die tertia resurgens a mortuis, & per quadraginta dies apparens Discipulis, & loquens de regno Dei, ipsis cernentibus est eleuatus in Cœlum, & captiuam ducens captiuitatem, dedit dona hominibus, quibus patescere Cœlum innotuit reserata dudum clausa in se credentibus, ianua Paradisi. patet ergo Cœlum credentibus, patet humilibus, patet etiam his maxime qui castitatis, paupertatis, & obedientiæ uotis se Deo a quo stulti per inobedientiam discesserunt uoluntaria sponsione deuouent. Regnum enim Cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud, dum propriis subactis affectibus, uiolentia quadam ad superiora conscendunt. Hæc igitur Beato Thomæ de Aquino ordinis Fratrum Prædicatorum, Sacrę Theologiæ Doctor, nobilis quidem genere, sed nobilior conuersatione, fama clarus, uita clarissimus, sedula meditatione reuoluens, & attenta deliberatione discernens, dum adhuc infra pubertatis annos existeret, ipsius ordinis Prædicatorum habitum suscepit, in eo inuito etiam patre qui eius fœlicibus actibus inuidebat, constantius mansit, ac in ipso tandem regularem professionem emisit, ubi in breui adeo scientia, uita, & moribus profecit, ut ætate adhuc iuuenis ad sacerdotium promoueretur, & ad eiusdem Theologiæ magisterium. Parisijs loco utique celeberrimo assumptus, magno inibi sui, suique ordinis ac Parisiensis studii fauore per multorum annorum curricula cathedram regeret magistralem. Quippe cum illi uita existentiam, conuersatio famam, doctrina pareret opinionem, opera diuulgationem, eademque tam breui confecta tempore admirationem merito exhiberent, ut illud psal. Rigans montes de superiorib. suis, de fructu operum tuorũ satiabitur terra, in eo uerissime impleretur, quod utiq; thema idẽ sanctus dum esset in sacra pagina laureã suscepturus assumpsit, quodq; ut fertur reuelatione sibi prius per suã orationẽ facta didicerat, dũ propter iuuentutem suam ipse se inhabilem ad magisteriũ reputans, quid proponeret in instanti principio hæsitaret. Nam & in primitiuis scientiis & diuersis philosophiæ partibus, ut non esset ociosus, sed operaretur terram, necnon in sacræ scripturę pagina, tam super nouum quam uetus testamentum, scripta plurimaque alia Dei opera in Dei laudem, fidei dilatationem, eruditionemq; studentiũ, clara cum sciens esset famosa cũ cognitus non absq; speciali Dei infusione perfecta. Doctrina quippe prudentium facilis, & omnino scientis signum est posse docere. Profecit utique uir peritus a terrenorum ambitione semotus, & ad cœlestium assecutionem intentus, perfecto uacans studio intendebat Dei, prætermittebat terrena ut assequeretur æterna, prætermittebat diuina ut roboraretur in schola, cum singulis diebus antequam lecturus ascenderet cathedram, uel distraheretur ad alia missam unam celebraret, aliam audiret, uel duas integras missas si non celebrasset audiret, in quibus, & alias in oratione cum in illa foret assiduus lachrymarum effusione mentis suæ dulcedinem deuotionemque Deo, cui nihil est absconditum reuelabat. Cumque castitatis nitore canderet parsimonia deuota hanc custodiebat humilitatem. hanc eandem sobrietate medica nutriebat, adeo ut multi eum in carne virginitate mansisse incorruptum existimarent. Quod eiusdem sancti confessor ordinis memorati qui longo tempore ipsius confessionem audierat publice, ut ad nos testimonio fide digno peruenit coram omnibus die defunctionis eiusdem asseruit, dicens. Ego confessionem generalem istius sancti uiri audiui de quo testificor, quia ita inueni eum purum sicut puerum quinque annorum, quia nunquam suæ carnis sensit corruptelam. Qui præterea uir Dei cibis Religiosorum vestimentisque communibus contentus, conuersatione mitis, benignitate suauis, pietate misericors, humilitate subiectus, cæteraque uirtutum uarietate redimitus, hominũ supercilium mulierumque cautius consortia spernebat, non elatus, non præeminens, nec etiam disputans, quod & interdum disputanti solet esse commercium iactator affectus, ut ampullosus etiam si sibi eadem iniicerentur ab aliis in illo palestricæ sillogizationis exercitio uteretur. Totus igitur Dei famulus diuinis operibus intentus, aut eruditioni qua præcellebat, aut prædicationi cui intentus erat, aut orationi qua deuotus aut scripturæ sacrę qua profundus, sedulus vacabat: adeo ut præter naturalis necessitatis, aut quietis horas nullum sibi aut uix temporis spatium relinqueret ociosum. Appropinquante autem die qua de hoc sæculo migraturus erat ad dominum, quaque deuicto triumphatoque mundo, in perpetuas æternitates recipiendus erat in patria, nam bonorum laborum gloriosus est fructus a fœlicis recordationis Gregorio Papa X. prædecessore nostro ad Lugdunense concilium diceretur esse uocatus de Neapoli ueniens, ubi tunc temporis more solito famosè legebat ut Doctor, & per maritimam transiens cum ad monasterium Fossę Nouæ ordinis Cistercien. Terracinensis diocœ. parumper disgressurus per dies aliquos antea ad ipsum, vt illuc deferretur affectuose depostulans peruenisset, intrans monasterium

plenus Dei ſpiritu hęc uerba protuliſſe refertur. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Quod uerum eſſe euentus edocuit, & ſacri corporis ſui illic facta tumulatio manifeſtat. Cępit enim illic in infirmitate grauari, eadem uiribus paulatim deſtitui, infirmitatem tamen ipſam, & ſi dierum plurium non impatienter tolerans, ſed ęquanimiter totus ut erat humilis patientia ſupportans; qua ſibimet leniret infirmitatem: Deo obedientia placeret, miniſtris de ſe quod non extendebat aggeneraret reuerentiam: imitandæ quoque patientiæ exempla præberet: adeo quod eiuſdem monaſterii Foſſæ Nouæ fratres inibi Deo deuotius famulātes hæc in ſancto uiro religionis exempla contemplantes, illius tunc infirmantis corpore prompti obſequiis mancipati; quem utique tanta refertum patientia fore cernebant: ſinguli ligna de ſilua: ſinguli quæque illi opportuna uoluntariè propriis humeris deferebant; non extimantes fore conueniens, ut brutorum animalium humeri importandis eidem rebus accōmodis pręſtarent obſequia, qui tantarū uirtutū prærogatiua pollebat. Cumq; in eadem infirmitate de qua obiit ſanctiſſimi Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus in cibum ſumendum ſibi & uiaticum deferretur, totus profuſus in lachrymas, & dulci amore eiuſdem anima aſſueta, dulcedine Dei liquefacta inter cętera multa, & decora quæ protulit hæc, uel ſimilia fidei, & deuotionis uerba toto illius monaſterii Conuentu multiſque dictorum prædicatorum, & minorum ordinum aſſiſtentibus fratribus eructaſſe refertur. Ego de iſto ſanctiſſimo corpore domini noſtri Ieſu Chriſti, & aliis ſacramentis multa docui, multa ſcripſi in fide Ieſu Chriſti & ſanctæ Romanę Eccleſiæ, cuius correctioni cuncta ſubiicio, cuncta ſuppono. Recepto deinde ab ipſo eodem uiuifico ſacramento, cunctiſque aliis ſacramentis eccleſiæ, debita ueneratione cum lachrymarum effuſione ſuſceptis, tertio die obdormiuit in domino: cui credidit, quē amauit; & quē tota mentis affectione dilexit. Fidelis ſeruus, & prudens, non pertinax, non proprio ſui, aut prudentiæ innitens, & nulla de ſe ſcientiæ ſuæ ſuperbus. nam qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gloria, unde ſapienter Doctor idem atque humiliter, ut pręfati ſumus omnem ſuam uerbo; uel ſcripto doctrinam ad eiuſdem eccleſiæ fidei normam fidei deuotione reduxit: qui Petri ore diffuſam ſtabilem nouerat: & nullis concuſſionum flatibus agitandam, cum prius ueram diuinitatis Chriſti recognitionem qua reſpondit: tu es Chriſtus filius Dei uiui ab ipſo audire meruit; tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Et alibi. Ego pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua. dumque pro Petro Chriſtus rogat pro eius eccleſia intercedit. Verum quia dignum erat, & conſonum, ut quem Deus uiuentem in hoc ſæculo tantis ſuis donis gratiiſque perfecerat; aſſumptum in Cœlis ſanctificatum fore hominib. declararet; multis eundem uirum Dei prius ante ipſius de hac uita tranſitum; licet, & antea nonnulla feciſſe memoretur, magniſque fecit clarere miraculis: multis clariſque ſignis glorioſis coruſcare, ut illud. pſal. merito de ipſo dicamus. Scitote quia mirificauit dominus ſanctum ſuum; ſicque uita eius atteſtaretur miraculis, & illius miracula uitæ teſtimonium perhiberent. De quibus pauca, de multis in Dei laudem, & ſancti huius commendationem, & ædificationem fidelium idoneis approbata teſtibus pręſentibus ſubnectemus. Poſt ſeptimum namque menſem, vel circa a die obitus ipſius Sancti Thomæ de Aquino cum corpus eius quod in Capella Sancti Stephani dicti Monaſterii, per idem tempus ſepultum extiterat: ad ſepulchrum eiuſdem primum, ſcilicet iuxta altare maius eccleſię monaſterii antedicti, vnde ad tempus per monachos eiuſdem Monaſterii timoris cauſa ſublatum fuerat, ne corpus ipſum omnino de dicto Monaſterio tolleretur per tranſlationem denuo exhumatum deferri exinde decreuiſſent, in apertura ipſius ſepulchri eiuſdem Capellæ Sancti Stephani tanta fragrantis odoris ſuauitas emanauit, quod totam ipſam Capellā clauſtrumque ipſius Monaſterii, quod diffuſum eſt, puta eadem ſuauitate repleuit: quę de ipſius corpore prout ex ſollicita curioſaque monachorum indagine eſt repertum mirificæ fundebatur. propter quod maiore per monachos concepta ad ipſum deuotione, totus Conuentus proceſſionaliter, Priore tamen dicti Monaſterii, cum quibuſdam ex Monachis paramētis induto corpus ipſum, ad præfatum primum eius ſepulchrum honorificè detulerunt, cantantes in craſtino propter illa, quæ uiderant Miſſam veluti de vno Confeſſore ſolenniter; cum reputarent incongruum ſi Miſſam de Requiem ęternā, ac ſi pro defuncto, pro illo cantarent. Hanc ſimilem fragrantiam poſt ſeptem annorum ſpatium, quidam ex teſtibus: quidam uerò poſt 14. annorum ſpatium ſenſiſſe ſe referunt. dum corpus ipſum diuerſis ex cauſis, per temporum vices ſedulo inſpexiſſent. Quippe odor carnis eius mundiciam Deo acceptam exprimebat: orationum eius odoramenta repræſentabat: famam quoque eius claram diffuſionem virtutum, & illarum aromata non celabat.

¶ Quidam arte chirurgicus, ſed per decennium infirmitate podagricus: ita quod nec per ſe, uel ambulare nequaquam abſque baculorum ſuſtentatione, aut aliorum ſuffragio poterat: ſe Deo & Beato Thomæ deuouens iuxta eius tumulum incumbens oratione facta ſanus proſiliit, & currens: Deum laudans quod meritis eius eſſet de tam longo infirmitatis langore curatus.

¶ Alter quidam ex horribili quadam uiſione fantaſmatis timiditate percuſſus pedibus manibuſque contractus fuit: & ore ac facie diſtortus ſenſibus carens, & omni uirtute deſtitutus ita quod loqui non poterat ſed mortuo ſimilis videbatur: adeo, vt ignem eius membris admotum nullatenus ſentiret, portatus ad tumulum illius poſt morulam liber, & ſanus omnino a dicto ſepulchro ſurrexit.

¶ Alius dum non deuotè de ſancto ſentiret virtutem Dei in ſancto in ſe duplicem eſt expertus, infirmitatis dum contemnit; ſanitatis dum a contemptus culpa diſceſſit. Nam cum ſibi deuotionis cauſa a quodam Capellano plures venerandæ reliquiæ mōſtrarentur, ipſe quoque oſtenſor precioſiores adhuc ſe habere reliquias, videlicet manū fratris Thomæ de Aquino fateretur, illico hūc deriſoriè de his triumphantē, cū eas videre non curaret dicens ſanctus nō eſt; ſed quidā ordinis Pręedicatorum frater: tremor appræhendit, & caput eius ad modum magnæ ciſtæ groſſum, & valde ponderoſum ſibi eſſe videbatur. Sed infirmitate correptus, & pęnitens, ſimulque de ſua incredulitate dictiſque deplorans, dum ueniam a ſacerdote petitam obtinuit, reuerenter manum eiuſdem ſancti deoſculans, confeſtim a tremore, & inflatione capitis liberatus euaſit: ſenſitq; progredientē, ut retulit maximū ex dicta manu ſuauitatis odorē. Qui odor cū ipſius curati caputio perſonęq; ex tactu manus eiuſdē per magnū tēpus inhæreret multis eūdem

postmodum percipientibus sciscitantibusque quid esset hoc signũ narrare, quod acciderat, & si nolens miraculum cogebatur.

¶ Notarius, quidam dum ad mensam sanus accederet surgens ab illa graui squinantiæ infirmitate pertentus est. Duobus diebus propterea linguã mouere non potuit, & loquelam amisit. Cumque multa medicorum remedia ei adhibita quin eadem infirmitas in augmentum procederet non prodessent. immo de illo desperarent ad sanctum conceptam deuotionem, ut ad tumulum eius deferretur, quam lingua non ualebat manus suæ scriptura deprompsit. Verum cum illuc repugnante uxore sua, quia mulieribus intrare præfati monasteru ecclesiam non liceret, nequaquam duceretur, ipse hoc infirmus aduertens infra seipsum eidem beato uiro se ut eum liberaret affectuosius commendauit, cœpit ex hinc linguam ducere, meliorari, & cõualere, ac breui temporis interuallo perfecte curatus fuit. Dum alius quidam per septem hebdomadas, & ultra febre quotidiana, malo epatis, & stomachi affligeretur, quadam die veneris, cum peius haberet, auditis quibusdam miraculis, quæ per uirum Dei facta esse dicebantur, cum se ad ipsum deuotione sequenti die Sabbati de sero, uxoris suæ suasibus eaque pręsente deuouisset, die Dominicæ proximo in mane se a præfatis infirmitatibus plenè repperit liberatum.

¶ Mulier quædam cum filium suum duorum mensium decumbentem periclitari non immerito formidaret pro eo præsenti quod per menses quatuor, ex surditate adeo grauata esset, ut decies exclamata uagientem etiam puerum uix audiret uiri sui inductione qui mestus una cum illa communis filii periculo condolebat prædicto uiro Dei, ut eam ab eadem infirmitate eriperet, obnixius deuouit. Emissoque uoto cum nocte secuta dormisset, in crastino se liberatam sancti meritis repperit ut optabat.

¶ Puella gutturis sui fauces squinantiæ habens infirmitate constrictas, in tantum, ut nec quid sumere solidum, aut liquidum ualeret & anhelitus sibi meatus, ut uix respirare posset includeretur, dum deuotè se beato uiro a matre persuasa commendaret, ductaque foret in crastinum ad dictum monasterium Fossæ nouæ superpositis gutturi suo dicti uiri sancti, & reliquiis, in quadam capsa delatis, confestim melioratam se sensit, panem comedit perfecteque sanata rediit.

¶ Quidam præfati monasterii Fossæ Nouæ conuersus, adeo grauem in brachio dextro & spatula dolorem patiebatur, ut ipsum brachium quod per trium mensium, cum dimidio spatium detulerat suspensum ad collum ei esset inutili dolore præsertim uehementer afflictum, qui cum requisitum medicorum remedium inhæreret & amplius dolore grauaretur, dum dicto sancto pro sua liberatione, se quodam emisso uoto commendasset seque supra eius tumulum posuisset, ibidem obdormiuit ac excitatus, deinde a quodam dicti monasterii monacho brachium, quod lintheo prius habebat, incumbens collo adhuc dependenti extractum ab eo, reperit excitatorumque a somno more, dum ambas manus capiti suo, ut ipsum scalperet apposuisset, se liberatum intellexit, ac astantibus, quod notum fuerat miraculum reuelauit.

¶ Infans quidam quatuor ann. tumorem & ruborem in costis, & cute usque ad pedem patiebatur adeo afflictiuũ, ut nec a matre sua uel alio tangi sine læsione, & clamore suo, aliquatenus potuisset moueres se nõu poterat, per mensem in tanto dolore & in anxietate fuit. a medicis spes curationis eius, sine incisione puerile non inueniebatur, illaque si fieret perpetuo eum in persona futurum impeditum mestis amaritudine, mentibus nunciabat. deficiente natura artisque suffragio non inuento, recursum est ad Deum, qui gloriosus est in sanctis suis faciens prodigia. Nam mater infantuli quæ ipsum diligebat, ut mater, eum Beato Thomæ, deuotius commendauit, ut a dicta infirmitate sine incisione suis meritis liberaretur, delatus est puer ad monasterium, positus super tumulum sancti postque aliquantulam moram sanus idem surrexit.

¶ Hęc sunt igitur testimonia tua Deus, quæ de hoc uiro iusto nobis credibilia facta sunt nimis. nam si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est, quo animam eius cęlum possidere iam credimus intercessorem ipsum expectamus, ac inter sanctorum agmina quasi stellam matutinam eum fidimus esse locatum: unde fidem tuam in nobis bone Iesu, nutris spem erigis, dilectionis charitatem accendis. Lætetur itaque mater ecclesia, exultet Italia, parens Campania iucundetur, prædicatorum sacer ordo iam iubilet, religiosorum deuotio concrepet; Doctorum turba complaudat, animentur ad studia iuuenes, prouecti non torpeant, senes delectentur in illis, omnes in humilitate proficiant, prouecti contemplationem non deserant, mandata Dei seduli exequantur. Nam dedit illi Deus cor ad præcepta & legem uitę & disciplinæ, & sapientia humiliati exaltauit caput illius in medio ecclesiæ aperuit eius os, & impleuit eum dñs spiritu sapientiæ, & intellectus, stolam gloriæ induit illum. nam ueritas quæ est Christus ipsa ueris non fictis Doctoribus pollicetur qui elucidant me, uitam æternam habebunt, quamuis ipse uerus iustitiæ sol stellarum illustratione non egeat, nec illarum iraditione cum illuminentur ab ipso clarescat. Habitat enim lucẽ inaccessibilem qui est splendor gloriæ & figura substantiæ eius, idcirco tenebris non obscuratur, ut deficiat aut nebulis offuscatur, ut suæ claritatis radios non diffundat. cæterum quia rationis ordo depostulat, ut triumphantem in cęlis ecclesiam, deuota in terris militans subsequatur, illum ueneratione præcipue percolat, quem in cęlestibus agminibus positum Deũ glorificare cognoscitur, nos de sanctitate uitæ ac miraculorum ueritate confessoris eiusdem non semel tantum, sed primo & secundo, non festinè, sed maturè inquiri fecimus, & per nos etiam & fratres nostros S.R.E. Cardinales inquisitionem huius exacta discussione examinauimus diligenter, ut tanto firmius quanto maturius tanto certius quanto disquisitius inquisitum & examinatum existeret, in sic arduo difficilique negocio procedere ualeremus. Difficile namque extimamus quæ in terra sunt & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore quæ autem in cœlis sunt quis inuestigabit? Cumq; per huius nostrã & eorundem fratrum nostrorũ examinationẽ sollicitã, & sollicitudinem examinatam uitã eius sanctam & miracula uera eius meritis facta probata esse constiterit, & supplicantibus nobis idipsum humiliter, & deuote multis tũc prælatis apud sedem Apost. existentibus de dictorum fratrum nostrorum concilio, & assensu auctoritate Dei omnipotẽtis, Patris & Filij & Spiritussancti, & beatorum Petri & Pauli Apo-

stolorum eius ac nostra eum sanctorum confessorum cathalogo duximus ascribendum. Ideoque vniuersitatem vestram monemus & hortamur attente per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes quatenus 9. Martij festum confessoris eiusdem deuote ac solemniter celebretis, & faciatis a vestris subditis veneratione debita celebrari, vt pia eius intercessione, & hic a noxiis protegi, & in futuro sempiterna gaudia consequi valeatis. Vt autem ad venerabile eius sepulchrum ardentius, & affluentius Christiani populi confluat multitudo, ac celebrius eiusdem confessoris colatur festiuitas, omnibus verè pœnitentibus, & confessis qui cum reuerentia illuc in eodem festo annuatim accesserint ipsius suffragia petituri de omnipotentis Dei misericordia, & eorundem beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi vnum annum, & quadraginta dies accedentibus vero annis singulis ad prædictum sepulchrum, infra septem dies festum, ipsum immediate sequentes centum dies, de iniuncta sibi pœnitentia relaxamus.

Datum Auinione xv. Calendas Augusti, Pontificatus nostri anno septimo.

*Explicit Canonizatio B. Thomæ de Aquino Ordinis Prædicatorum.*

# INDEX
# TERTIAE PARTIS SVMMAE, DE SACRAMENTIS &c.

## QVAESTIONVM, ET ARTICVLORVM.

## QVAESTIO XXV. aliàs 84.

De sacramento pœnitentiæ.



## QVAESTIO XXVI. aliàs 85.

De pœnitentia secundum quod est uirtus.



## QVAESTIO XXVII. aliàs 86.

De defectu pœnitentiæ.



## QVAESTIO XXVIII. aliàs 87.

De remissionem uenialium peccatorum.



## QVAESTIO XXIX. aliàs 88.

De reditu peccatorum per pœnitentiam dimissorum.



## QVAESTIO XXX. aliàs 89.

De recuperatione uirtutum per pœnitentiam.



## QVAESTIO XXXI. aliàs 90.

De partibus pœnitentiæ in generali.



## QVAESTIO XXXII. aliàs 1.

De partibus pœnitentiæ in speciali, & primo de contritione.



## QVAESTIO XXXIII. aliàs 2.

De obiecto contritionis.



## QVAESTIO XXXIIII. aliàs 3.

De qualitate contritionis.



## QVAESTIO XXXV. aliàs 4.

De tempore contritionis.



## QVAESTIO XXXVI. aliàs 5.

De effectu contritionis.



## QVAESTIO XXXVII. aliàs 6.

De confessione & eius necessitate.



## QVAESTIO XXXVIII. aliàs 7.

De confessionis quidditate.



## QVAESTIO XXXIX. aliàs 8.

De ministro confessionis.



## QVAESTIO XL. aliàs 9.

De qualitate confessionis.



## QVAESTIO XLI. aliàs 10.

De effectu confessionis.

3 Vtrum

3 Vtrum

Finis Indicis Quæstionum.

# INDEX MEMORABILIVM IN ELVCIDATIONIBVS TERTIAE PAR. DE SACRAMENTIS. &c.

*Numeri articulos signant.*



Con-

D



E



F



Forma

Q



R



S

## Sequitur index de Sacramentis etc. Quo ad Elucidationes tamen Additionum.

A

Con-

D

E



Ecclé-

Humi-

# MEMORABILIVM ELV. ADDITION.

## T



## V



Vene-

F I N I S.

# D. THOMÆ DE AQVINO

## ANGELICI, ET S. ECCLESIAE, DOCTORIS

# TERTIA PARS SVMMAE THEOLOGIAE

## ( De Sacramentis )

### *CVM ELVCIDATIONIBVS FORMALIBVS*

### PER F. SERAPHINVM A' PORRECTA

Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magistrum.

*Editis; Deo Optimo Maximo dicatis; S. R. E. correctioni submissis.*

Tex.

POST considerationem eorum, quæ pertinent ad mysteria verbi incarnati &c. Tres esse partes totius tertiæ partis Summæ huius theologicæ, ex D Thoma annotauimus super ipsius prologum in volumine præcedente scribentes; quod prætitulatum fuit, Tertia pars Summæ Theologiæ, de Saluatore nostro. Ideò, vt meliùs intelligas, quasi per quandam continuitatem, illa; quæ nunc hic, per modum cuiusdam prologi priori ipsi prologo subalternati; dicenda sunt; reminiscere illorum, quæ ibi prenotata fuerunt. Expedita igitur (vt textui huic intendamus) illarum trium partium prima, quæ erat de Saluatore nostro: nunc ordine doctrinæ tractandum restat de cæteris duabus, s. de sacramentis, quibus salutem consequimur; & de fine immortalis uitę, ad quam resurgēdo peruenimus. Has duas partes completas ponemus nos in volumine vno, quod est præsens: addendo ea, quę & partim, & totaliter, ob immaturam sancti Doctoris mortem prę missis desunt; ex eiusdem literis in libro 4. Sententiarum adamussim collectis, atque huc (prout opus erat) transportatis ad verbum: quæ & ideò iure, Additiones, vocabuntur. Quocirca fiet: vt tractatum integrum de sacramentis, secundùm doctrinam D. Thomæ, in uno volumine habeas; aliàs non habiturus: quoniā nec in tertia parte, dum uiueret, de singulis sacramentis tractare potuit, nec in Additionibus omnia continentur; quandoquidem ex illo 4. libro, non, nisi illa ad sacramentorum materiam spectantia, colligere decuit, quæ in ipsa tertia parte desiderabantur. Coactæ vero non sunt hæ duæ in vnum volumen, cum illa de Saluatore nostro: ne incommodus fieret ipsius voluminis vsus.

Tex. Consideratio de sacramentis in cōmuni &c. Hoc est. Tractatus de sacramentis, prima sua diuisione, est duplex. s. in cōmuni, à q. 1. vsque ad q. 6. inclusiuè; ita q quicquid in toto illo spacio tractatur, ad sacramenta in communi pertinet: & in speciali, a q. 7. vsque ad q. 99. inclusiuè; ita q quicquid in toto illo spacio tractatur, pertinet ad sacramenta in speciali. i. ad aliquod septem sacramentorum.

Primò de Baptismo &c. Hoc est. Tractatus de sacramentis, secunda sua diuisione, est septemcuplex. s. de Baptismo, à q. 7. vsque ad q. 13. inclusiuè; ita q quicquid &c. (vt supra): de Cōfirmatione in q. 13. de Eucharistia, à q. 14. vsque ad q. 24 inclusiuè; ita q &c. de Pęnitētia, à q. 25. vsq; ad q. 59 inclusiuè; ita q &c. de Extrema vnctione, à q. 60. vsque ad q. 64. inclusiuè; ita quòd &c. de Ordine, à q. 65. vsque ad q. 71. inclusiuè; ita quòd &c. & de Matrimonio à quæst. 72. vsque ad q. 99. inclusiuè; ita quòd quicquid tractatur in toto illo spatio, pertinet ad matrimonium. — Tex. diuisionis, q. aliàs 66.

Post hoc agendū est de his, quæ spectant &c. Hoc est. Finito iam tractatu de sacramentis, tractandū est de fine immortalis uitæ, ad quā resurgendo peruenimus. Et ille tractatus erit tripartitus, s. de præcedentibus resurrectionem, à q. 100. vsque ad q. 105. inclusiuè; ita quòd quicquid &c. de ipsa resurrectione, suisq; concomitantibus à q. 106. vsque ad q. 117. inclusiuè; ita quòd quicquid &c. & de sequentibus resurrectionem, à q. [1]18. vsque ad q. 130. inclusiuè; ita quod &c. En finis illius voluminis. — Tex. diuisionis, q. aliàs 69. in Additionibus.

Præsens igitur volumen duos tantū magnos tractatus habet: videlicet tractatum de sacramentis, per q. 99 priores; & tractatum de resurrectione mortuorū, cum suis annexis, per q. 31. immediatè sequentes. Qui duo tractatus continent plures tractatulos, vnusquisque suos (vt audisti; & legenti librum meliùs patebit). — Epilogus.

De hoc. s. Summa summarū, nihil in præsenti specialiter dicere oportet: eò q in fine prologi voluminis præcedētis, vt totum simul tertiæ partis theologicę ibi summarium sibi ingereretur, posita est. Vide ergo tu illic: & satisfactum pro præsenti silentio erit. — Summa summarū.

---

## QVÆSTIO PRIMA. Aliàs 60.

*De sacramentis, in octo articulos diuisa.*

POST considerationem eorum, quæ pertinent ad mysteria verbi incarnati, considerandum est de ecclesię sacramentis, quæ ab ipso verbo incarnato efficaciam habent. Et prima consideratio erit de sacramentis in communi. Secunda de vnoquoque sacramentorum in speciali.

CIRCA primum quinque consideranda sunt.

¶ Primò, Quid sit sacramentum.
¶ Secundò, De necessitate sacramentorum.
¶ Tertiò, De effectibus sacramentorum.
¶ Quartò, De causa eorum.
¶ Quintò, De numero.

CIRCA primum quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum sacramentum sit in genere signi.
¶ Secundò, Vtrum omne signū rei sacræ sit sacramentum.
¶ Tertiò, Vtrum sacramentum sit signum vnius rei tantum, vel plurium.
¶ Quartò, Vtrū sacramentū sit signū, quod est res sensibilis.
¶ Quintò, Vtrum ad sacramentum requiratur determinata res sensibilis.
¶ Sextò, Vtrum ad sacramentum requiratur significatio, quę est per verba.
¶ Septimò, Vtrum requirantur determinata verba.
¶ Octauò, Vtrū illis verbis possit aliquid addi, vel subtrahi.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum sacramentū sit in genere signi.*

*Alb. Mag. 4. d. 1. art. 5. Sot. 4. s. d. 1. q. 1. art. 1. Palud. 4. d. 1. q. 2.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q sacramentū non sit in genere signi. Videtur enim sacramentum dici à sacrando, sicut medicamentū à medicando: sed hoc magis videtur pertinere ad rationē causæ, quàm ad rationem signi. ergo sacramentum magis est in genere causæ, quàm in genere signi.

¶ 2 Pręt. Sacramentum videtur aliquid occultum significare, s̄m illud Tob. 12. Sacramentum regis abscondere bonū est. Et Ephes. 3. Quę sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Deo: sed illud quod est absconditum, videtur esse cōtra rationem signi. Nam signum est, quòd * preter speciē, quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire, vt patet per August. † in 2. de doctr. Christ. ergo videtur, q sacramentum non sit in genere signi.

¶ 3 Pręt. Iuramentum quandoque sacr̄m nominatur: dr̄ n. in † Decr. 22. q. 5. Paruuli, qui sine ætate rationabili sunt, non co-

SVPER Q. I. Aliàs 60. Art. 1.

NOTATIO. Circa ly Vtrū. Vide prin. pat. S. Tho. in q. 1. art. 1. titu. Elucidationes Qđ pro semper, & vbiq; dictū sit de cæteris, Vtrū.

¶ CONCL. Sacramētum, prout nunc de eo loquimur, ponitur in genere signi.

¶ PROB. Quia nunc specialiter loquimur de sacramentis, secundū q important habitudinem seu ordinē signi (vt interim taceamus, secundum quòd ly sacramētum dicit in se aliquam sanctitatem occultā): & sacramētum quodlibet ad sanctitatē significandā ordinē habet, à qua ideò denominatur.

Pri-

Marginal notes: 1 4. d. 1. q. 1. ar. 1 q. 1. & art. 3. ad 1. & ar. 4 q. 1. ad 1. — * aliàs per. — † lib. 2. c. 7. circa prin. tom. 3. — † 22. q. 5. c. paruuli q sine ætate.

3^m de maiori. Sicut. R. Quantum ad denominationẽ: non autem, Quãtum ad genus causæ, vnde denominatur. §. Hoc est. Similitudo illa tenet in hoc, ꝙ utraq; denominantur. s. sacramentum à sacrando, & medicamentũ à medicando: non autem tenet in hoc; ꝙ vtraq; sint, quo ad ipsam denominationem, in eodem genere causæ. Nam, quia medicina se habet vt causa effectiua sanitatis, inde est; ꝙ &c. vt in tex. Tunc nihil, &c. vt patet.

2^m maior. Sacramentum videtur occultũ significare. R. Si ly sacramentũ, sumatur pro sacro secreto. §. Tunc nihil, &c. Nam conclusio artic. accipit sacramentũ in alio sensu. s. prout ordinatur ad occultam sanctitatẽ significãdam. Ideo maior illa, licet alioqui vera, est extra propositum.

3^m de maiori. Quandoque sacramentum. R. i. Contestatio facta per rem sacram. §. Tũc nihil, &c. Nam articuli cõclusio sumit ly sacramentũ, in alio sensu. s. prout se habet in ratione signi. Ideò dicit textus: quòd iuramentũ dicitur esse sacramentum; non eadem tamen ratione, qua nũc loquimur de sacramentis; sed analogice. Vtraque ergo. s. iuramentum, & ecclesiasticũ sacramẽtum, referũt rem sacram: sed iuramentum per modũ contestantis, sacramentũ autem ecclesiasticum (.i. de quo nunc loquimur) per modum signi.

non cogant iurare, & qui semel periuratus fuerit, nec testis sit post hoc, nec ad sacramentum, i. iuramentum accedat: sed iuramentum non pertinet ad rationem signi. ergo videtur quòd sacramentum non sit in genere signi.

*lib. 10 c. 5. nõ procul à prin. t. 5.

Sed contra est, ꝙ * August. dicit in 10. de ciuit. Dei, sacrificium visibile, inuisibilis sacrificii sacramentum, id est, sacrum signum est.

Resp. Dicendum, ꝙ omnia, quę habent ordinem ad vnum aliquid, licet diuersimodè ab illo denominari possint: sicut à sanitate, quæ est in animali, denominatur sanum, non solum animal, quod est sanitatis subiectum, sed dicitur medicina sana, inquantum est sanitatis effectiua, diæta verò, inquantum est conseruatiua eiusdem, & vrina inquantum est significatiua ipsius. sic igitur sacramẽtum potest aliquid dici, vel quia in se habet aliquam sanctitatem occultam, & secundùm hoc sacramentum idem est, quod sacrum secretum, vel quia habet aliquem ordinem ad hãc sanctitatem, vel causæ, vel signi, vel secundùm quamcumque aliã habitudinem: specialiter autem nunc loquimur de sacramentis, secundùm quòd important habitudinem signi, & secundum hoc sacramentum ponitur in genere signi.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ quia medicina se habet, vt causa effectiua sanitatis, indè est, ꝙ omnia denominata à medicina, dicũtur per ordinem ad vnum primum agẽs, & propter hoc medicamentum importat causalitatem quandam: sed sanctitas, à qua denominatur sacramentum, non significatur per modum causæ efficientis, sed magis per modum causæ formalis, vel finalis, & ideo non oportet, quòd sacramẽtum semper importet causalitatem.

Ad secundum dicendum, ꝙ ratio illa procedit, secundùm ꝙ sacramentum idem est, quod sacrum secretum: dicitur autem non solùm Dei secretum, sed etiam regis, esse sacrum, & sacramentũm: quia secundùm antiquos sancta, vel sacrosancta dicebantur, quæcumque violari non licebat: sicut etiam muri ciuitatis, & personæ in dignitatibus constitutæ: & ideo illa secreta, siue diuina, siue humana, quæ non licet violari, quibuslibet publicando, dicuntur sacra, vel sacramenta.

Ad tertium dicendum, quòd etiã iuramentum habet quandã habitudinem ad res sacras: inquantũ. s. est quædã contestatio facta per aliquod sacrum: & sm hoc dicitur iuramentum esse sacramentum, non eadem ratione, qua nunc loquimur de sacramentis: non tamen æquiuocè, sumpto nomine sacramenti, sed analogicè, s. secundũ diuersam habitudinẽ ad aliquid vnum, quod est res sacra.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

Ex art. habes primò: quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, insinuatũ esse merito à scripturis, Augustino, & Concilio; ꝙ sacramentũ est in genere signi. A D. Aug. quidem: vt in arg. contr. A scripturis verò per id, ꝙ de circuncisione dicitur Gen. 17. vt sit in signum fœderis inter me & vos. Et Roma. 4. Signũ accepit circuncisionis. Cũm. n. circuncisio esset sacramentum. 1. 2. q. 102. ar. 5. per hoc; ꝙ ipsa uocatur signum, patet à simili: ꝙ ly sacramentũ, vt etiam de alijs omnib. quatenus sacramenta sunt, pdicatur, est in genere signi. A Concilio autem Florent. idẽ insinuatur per hoc, ꝙ de sacramentis dicit. Illa antiquę legis gratiã solũ per passionem Christi dãdam figurabãt. Hæc uerò nostra & continent gratiã, & ipsam digne suscipiẽtibus conferunt. Hæc in constitut. super vnione Armen. In ly continent gratiam, subintellige ly quã significant. Nã hoc subintelligendũ docuit Concil. Trid. dũ ipsum expressit dicens, sess. 7. de sacram. can. 6. Si quis dixerit; sacramẽta nouę legis nõ continere gratiã, quam significãt &c. anathema sit. Hæc ibi. Secundum Concilia igitur ly sacramentum, de quocũque sacramento siue antiquo, siue nouo prædicetur, est signum. Secundo uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina hæc Aug. vicissim declaretur, atq; cõfirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

Post considerationem &c. Hic incipit secunda pars principalis huius libri, distincta in partes octo, primam de sacramentis in communi, & reliqua septem, secundum singula septem sacramenta. Prima igitur hæc pars durans vsque ad quæst. 66. inchoat à sacramenti genere in 1. art. q. 60. vt clarè titulus monstrat, quòd in titulo huius articuli, sacramenti nomen sumitur secundum eam significationem, qua prædicatur de septem ecclesiæ sacramentis. Et est intentio inquirendi, an secundum illam significationem sit in genere signi: quamuis absque additione aliqua quæstio proponatur, & propterea argumenta absolutè de sacro arguant.

¶ In corpore articuli vna est conclusio: Sacramentum, de quo est sermo, est in genere signi. Probatur: Nunc loquimur de sacramentis, secundùm quòd importãt habitudinem signi. ergo. Antecedens manifestatur ex hoc, ꝙ sacramenti nomen est multiplex, & dicitur tam habens, quàm causa, quam signum, & respectu sanctitatis occultæ. Et rursus hoc manifestatur ex communi regula: quia omnia habentia ordinem ad vnum, possunt diuersimodè ab illo nominari, vt patet in sanitate, & sanis. Hæc satis clara sunt ex communibus regulis nominum multiplicium ad vnum, vel in vno, vel ab vno, quę abusiue vocantur analoga. Vnde etiam Auctor in calce responsionis ad tertium, hanc abusionem corrigendo, cum dixisset, s. analogice, statim declarauit quid intendit subdens, s. secundùm diuersam habitudinem ad vnum &c.

*Scot. 4. sent. d. 1. q. 2. Richar. 3. s. d. 1. q. 2. art. 1. Duran. 4. sent. d. 1. q. 1. Sot. 4. s. d. 1. q. 1. art. 2. Capr. 4. d. 1. q. 1. con. 1.*

## ARTICVLVS II.

### *Vtrum omne signum rei sacræ sit sacramentum.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur ꝙ non omne signũ rei sacrę sit sacramentum. Omnes enim creaturę sensibiles, sunt signa rerum sacrarum, secundùm illud Roman. 1. Inuisibilia Dei, per ea, quę facta sunt intellecta conspiciuntur: nec tamen omnes res sensibiles possunt dici sacramenta. non ergo omne signum rei sacræ est sacramentum.

¶ 2 Præt. Omnia, quæ in veteri lege fiebant, Christum figurabant, qui est sanctus sanctorum, secundùm illud 1. ad Corint. 10. Omnia in figura contingebant illis. Et Coloss. 2. Quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi: nec tamen omnia gesta Patrum veteris testamenti, vel etiam omnes ceremoniæ legis sunt sacramenta: sed quædam specialiter, sicut in secunda parte habitum † est. ergo videtur quòd non omne signum rei sacræ sit sacramentum.

† 1. 2. q. 101 art. 4.

¶ 3 Præt. Etiam in nouo testamento multa geruntur in signum alicuius rei sacræ, quæ tamen non dicunt sacramenta, sicut aspersio aquæ benedictæ, consecratio altaris, & similia. non ergo omne signum rei sacræ, est sacramentum.

2 Inf. q. 64. artic. 2. Et 1. 2. q. 101. art. 4 corp. & q. 102. art. 5. corp. Et 4. d. 1. q. 1. art. 1. q. 1.

SVPER Q. I. Aliàs 60. Art. II.

Concl. Omne signum rei sacræ, inquantum sanctificat homines, est sacramẽtum.

¶ Prob. Quia nunc loquimur de signis datis hominibus nõ quomodocũque, sed prout significant rem sacram ad hominès pertinentem (vt patet ex art. 1. etiam coniuncto): & sacramentum propriè dicitur illud, quod est signum rei sacræ ad homines pertinentis (vt patet ex eod. artic. 1. cum append.)

**1^m de maiori.** Sacrarum. ℞. In se.i.vt in seipsis sacræ sunt. §. Tunc nihil, &c. Nam loquitur conclusio articuli de re sacra, in alio sensu, s. prout refertur ad homines per eam sanctificandos.

**2^m de maiori.** Christum sanctificabant. ℞. Vel secundũ q̃ in seipso sanctus est; vel secundum q̃ nos per sanctitatem eius sanctificamur. §. Tũc nihil, &c. vt patet in textu. Pro cuius ampliori notitia vide 1. 2. q. 101. 102. 103. articulis suis. & bene huc applica pro quanto opus est.

*art. præc. in Sed cō.

**3^m de concl.^e** Signũ rei sacræ. ℞. Tanquã dispositionis ad sanctitatẽ. §. Tũc nihil, &c. Nam conclusio articuli loquitur de signo rei sacræ in alio sensu. s. tanquàm perficiẽtis sanctitatem. Ex hoc loco patet; q̃ nõ sufficit in proposito, q̃ res sacra referatur ad homines sanctificãdos dispositiuè, i. quòd res sit dispositio ad sanctitatem humanam nõ sufficit ad hoc, q̃ res illa dicatur sacra; secundum q̃ conclusio accipit ly sacra: sed requiritur, q̃ res ipsa perficiat sanctitatem humanam, ad hoc, quòd possit uere dici res sacra, in sensu nunc intento. Vide ad primum, & concilium in art. 1. appen. Differentiam horũ nominum, s. sacramenta, & sacra, vide in 1. 2. q. 101. art. 4. & q. 102. art. 5. &, pro quanto expedit, applica huc.

SED CONTRA est, quòd definitio conuertitur cum definito: sed quidam definiunt sacramentum per hoc, quòd est sacræ rei signum, & hoc etiam videtur ex auctoritate * Augustini suprà inducta. ergo videtur quòd omne signum rei sacræ, sit sacramentum.

RESPON. Dicendum, quòd signa propriè dantur hominibus, quorum est, per nota ad ignota peruenire: & ideo propriè dicitur sacramentum, quod est signum alicuius rei sacræ ad homines pertinentis, vt s. propriè dicatur sacramentum, secundùm q̃ nunc de sacramẽtis loquimur, quod est signum rei sacræ, inquantum est sanctificans homines.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ creaturæ sensibiles significant aliquid sacrum, s. sapientiam, & bonitatem diuinam, inquantum sunt in se ipsis sacra, non autem inquantum nos per ea sanctificamur: & ideo nõ possunt dici sacramenta, secundum q̃ nunc loquimur de sacramentis.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ quædã ad vetus testamentum pertinẽtia, significabant sanctitatẽ Christi, secundum q̃ in se sanctus est: quædam verò significabant sanctitatem eius, inquantũ per ea nos sanctificamur, sicut immolatio agni paschalis significabat immolationem Christi, qua sanctificati sumus: & talia dicuntur propriè veteris legis sacramenta.

AD TERTIVM dicendum, q̃ res denominatur à fine & cõplemento; dispositio autẽ non est finis, sed perfectio: & ideo, quæ significant dispositionem ad sanctitatem, non dicũtur sacramenta, de quibus procedit obiectio, sed solùm ea, quæ significant perfectionem sanctitatis humanæ.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò; quomodo per rationem & ostẽdas, & rectè intelligas, merito esse à scripturis insinuatũ; q̃ omne signum rei sacræ est sacramentum. Vt Roman. 4. Signaculum iustitiæ fidei. Apostolus enim per hoc, quòd signum rei sacræ, i. iustitiæ fidei, vocat circuncisionem, quæ erat sacramentum, insinuat à simili: quòd omne signum rei sacræ iustificantis homines apud Deum, est sacramentum.

mentum. Quod etiam inductiuè patet. Nam quodlibet signum rei sacræ, i. sanctitatis hominum (ad differentiam sacrorum & sacrificiorum, & vasorum, & obseruantiarum) in lege ueteri erat sacramẽtum. Puta, Signum, quòd ille populus Iudæorũ erat positus in statu colendi verum Deum (id quod quandã sanctitatem importat) vocabatur sacramẽtum circuncisionis. Signum autẽ, quod illi sacerdotes erant in speciali statu colendi verũ Deum, vocabatur sacramẽtum consecrationis. Signum vero, q̃ ille populus poterat uti ijs, quæ pertinent ad cultũ diuinum (id quod quandã sanctitatẽ dicit) vocabatur sacramentũ esus agni paschalis. Signum item, q̃ illi sacerdotes speciali modo uti ijs poterant, vocabatur sacramẽtum oblationis victimarum, esus panum propositionis, & aliorũ specialiter deputatorum ad vsum sacerdotum. Signũ quoque remotionis impedimentorum à cultu diuino (id quod sanctitatem aliquam concernit) quò ad populũ quidem vocabatur sacramẽtum purificationum ab exterioribus immunditijs, & expiationis à peccatis; quò ad sacerdotes autem vocabatur sacramentũ cuiusdam ablutionis manuũ, pedum, & rasionis pilorum. De his omnibus uide 1. 2. q. 101. ar. 4. & q. 102. art. 5. corp. Ex quibus à fortiori patet intentũ de omni signo rei sacræ in lege noua. Si. n. veteris legis signa rei sacræ, quamuis sanctitatẽ ipsam non causarent, vocabantur sacramenta: multò magis vtique legis nouæ signa rei sacrę, cum ipsam causent, vocabuntur veraciter sacramenta. Quia igitur sufficienter, de signis rerum sacrarum fit enumeratio, quando legis vtriusque signa ipsa adducuntur (nulla enim alia lex diuina præter veterem & nouam est, 1. 2. quæst. 98. art. 2. & q. 106. art. 4.) dicere vniuersaliter oportet secundùm prædicta: quòd omne signum rei sacræ est sacramentum. Secundo uides: quomodo ex ijs benè pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore Auctor accõmodat definitionem hanc, s. signum rei sacræ, ad hoc ut sit conuertibilis cũ sacramento, vt quod ex proprietate significationis nõ habet, ex accõmodatione intelligatur habere. Hinc. n. duas subintelligi vult conditiones rei sacræ, s. sanctificantis homines, quod non aliunde deducitur, q̃ ex hoc, q̃ signum propriè datur homini, cuius est per notum ad ignotum discurrere.

¶ Et scito duo. Primum, q̃ Auctor non solum pro reuerentia sic definientiũ sacramentum, sed etiã pro firmando vsu ecclesiæ, quo sacramentũ dicimus, non cuiusq; rei sacræ signũ, sed hominis sanctificantis descriptionem hanc in definitionem erexit. Secundũ est, quod ly sanctificantis, intelligitur in actu exercito, hoc est, q̃ est signũ rei sacræ, vt actualiter exercet sanctificationẽ hominis, quia ad hoc adhibetur vt signũ, vt sanctificet homo per illius significatum.

Sot. 4. s. d. 1. q. 1. art. 3.
Capr. 4. d. 1. q. 1. cõ. 1.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum sacramentum sit signum vnius rei tantum.*

**SVPER Q. I. Aliàs 60. Art. III.**

3 4 d. 1. q. 1. art. 1. q. 1. ad 4 & artic. 3. cor.

COncl. Sacramentum est signum & passionis Christi, & gratiæ, & gloriæ.

¶ PROB. Quia sacramentũ significat sanctificationẽ nostrã (vt patet ar. 1. 2.): & in sanctificatione nostra cõsiderantũ tria, s. passio Chri, grã, vita æterna (vt patet):

¶ EXAM. Ly causa sanctificationis nrę. s. meritoria. Passio. n. Christi est causa meritoria nostræ sanctificationis: secundum Concil. Trid. sess. 6. c. 7. Quod & ibi dicit. quòd causa eiuidẽ sanctificationis efficiẽs est Deus; formalis autẽ causa est gratia; finalis uerò, est gloria æterna. Vnde ex illo Concilio declaratio, & confirmatio præsentis textus habetur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ sacramentũ non sit signum nisi vnius rei. Id. n. quo multa significãtur, est signũ ambiguum, & per consequens fallendi occasio, sicut patet de nominibus æquiuocis: sed omnis fallacia debet remoueri à Christiana religione, secundùm illud Coloss. 2. Videte, ne quis vos seducat per philosophiam, & inanem fallaciam. ergo videtur, q̃ sacramentum non sit signum plurium rerum.

¶ 2 Præt. Sicut dictum est; † sacramentum significant rem sacram, inquantum est humanæ sanctificationis causa: sed vna sola est causa humanæ sanctificationis, s. sanguis Christi, secundùm illud Hebr. vlt. Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. ergo videtur, quòd sacramentum non significet plura.

† art. præc.

¶ 3 Præt. Dictum * est, quòd sacramentum propriè significat ipsum finem sanctificationis: sed finis sanctificationis est vita æterna, secundùm illud Roman. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem verò vitam æternam. ergo videtur quòd sacramentum non significet nisi vnam rem, scilicet vitam æternam.

* art. præc. ad 3.

SED CONTRA est, quòd in sacramento altaris est duplex res significata, s. corpus Christi verum, & mysticum, vt August. † dicit in lib. Sent. Prosperi.

† De cõse. di. 2. c. hoc est quod dicimus.

RESP. Dicendum, quòd, sicut dictum * est, sacramentum propriè dicitur, quod ordinatur ad significandũ nostram sanctificationem. In qua tria possunt considerari, videlicet ipsa causa sanctificationis nostræ, quæ est passio Christi:

* art. præc.

1^m^ de maiori. Quo multa. R. Non ordinata ad unum. §. Tunc nihil,&c. Nam sacramentum significat multa, vt ordinata ad vnum.i.secundum quod ordine quodam sunt vnum,inquantum.s. ordine quodam conueniunt in una sanctificatione hominis (vt patet in corp.)

2^m^ illatio conclusionis. Ergo videtur, quòd &c. R. Negatur illatio. §. Nam sacramentum ex hoc, quod significat rem sanctificantem.i.passionē Christi,oportet; quod simul significet effectū, qui &c. vt in tex. Pro quo aduerte: quod effectus, qui intelligitur in causa sanctificante. i. in passione Christi est & propinquus.s.gratia, & remotus. s. gloria vitæ æternæ. Vtrumque.n.nobis promeruit passio Christi, q.19. art.4. & q.49 art.1.2.3.4.5.

3^m^ de maiori. Ipsum finem sanctificationis. R.i.Ipsam perfectionem sanctificationis. §.Tunc nihil,&c. Nam perfectio sanctificationis est duplex.s. forma,quæ est gratia,& vltimus finis,qui est vita æterna. Oportet autem ad rationem sacramenti, quòd significet perfectionem,quæ est forma; nec sufficit,quòd solum &c. vt in tex.

& forma nostræ sanctificationis,quę consistit in gratia & virtutibus,& vltimus finis sanctificationis nostræ, qui est vita æterna. & hæc omnia, per sacramenta significantur. vnde sacramentum est, & signum rememoratiuum eius,quod præcessit,scilicet passionis Christi,& demonstratiuum eius, quod in nobis efficitur per Christi passionem, s. gratiæ, & prognosticum, id est, prænunciatiuum futuræ gloriæ.

Ad primum ergo dicendum, quod tunc est signum ambiguum, præbens occasionem fallendi,quando significat multa, quorū vnum non ordinatur ad aliud:sed quādo significat multa, secundū quod ex eis quodā ordine efficitur vnum, tunc non est ambiguum, sed certum sicut hoc nomē homo,significat animam, & corpus, prout ex eis constituitur humana natura. Et hoc modo sacramentum significat tria * prædicta,secundùm quod quodam ordine sunt vnum.

Ad secundum dicendum, quod sacramentum in hoc, quòd significat rem sanctificantem, oportet quod significet effectum, qui intelligitur in ipsa causa sanctificante, prout est sanctificans.

Ad tertium dicendum,quòd oportet ad rationem sacramenti, quod significet perfectionem, quæ est forma: nec sufficit, quòd solum significet perfectionem,quæ est finis.

*In corp. art.

## APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S.Dei.

EX articulo habes primò;quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, Ecclesia, & Augustino; quod sacramentum est signum plurium rerum. A D.Augustino quidem: vt in argum.contr. Ab Ecclesia vero per hoc, quod in festo corporis Christi de sacramento eodem dicit: O sacrum conuiuium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Ac si aperte ad propositum dicat: Sacramentum corporis Christi est signum & passionis eius præteritæ, & gratię præsentialiter nobis datæ, & gloriæ nobis suo tempore dandę atque ideo sacramentum omne (per locum à simili loquendo) est signum istarum rerum plurium. A scripturis autem per hoc, quòd dicitur Matth.4. Pęnitentiam agite,appropinquabit enim regnum cœlorum. Et Ioan.20. Accipite Spiritumsanctū; quorum remiseritis peccata,remittuntur eis;& quorū retinueritis, retenta sunt. Et Hebr.9. Sine sanguinis effusione nō fit remissio. Coniunge omnia simul; & indè uidebis intentum. Pœnitentiæ enim, cuius sacramentum instituitur per illa verba Ioan. 20. secundùm Concilium Trident.sess. 14. cap. 1.& cano. 3.signum (ex Matth 4.) regni cœlorum ipsis pœnitentibus appropinquantis; & gratiæ (ex Ioan. 20.) qua remittuntur peccata; & passionis Christi (ex Hebræ.9.) sine cuius sanguinis effusione non fit peccatorum remissio. Sacramentum igitur, secundùm scripturas, non est signum vnius tantum rei. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur,atque confirmetur. a

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶In corpore vna conclusio cum uno corollario. Conclusio, Sacramentum est signum trium rerum. Declaratur: Sacramentum est signum nostræ sanctificationis, in qua considerantur tria,& hæc per sacramenta significantur,ergo. Corollarium est; Sacramentum est signum rememoratiuum, demonstratiuum, & prognosticum. Declaratur ex tribus præmissis.

¶Aduerte hic, quod Auctor gratia materiæ absque probatione procedit, declarando, quæ absque controuersia acceptantur de sacramentis in communi.

---

*Pert.4.cont.c.16.*
*Sot.4.s.d.1.q.1.art.4.*
*Capr.4.d.1.q.1.con.2.*

4 SVPER Q. I. Aliàs 60. Art.IIII.

4.d.1.q.1. a 1.q.1. & a.2.q 1.& a.3.cor. Et 4 cōt.c.56 Et 10.3.

COncl. Cum res sacræ, quæ per sacramenta significantur,sint quædam spiritualia, & intelligibilia bona, quibus homo sanctificatur; consequens est, vt per aliquas res sensibiles significatio sacramēti impleatur.

¶Prob. primò: quia homo, cui dantur sacramenta, procedit connaturaliter ex cognitione sensibilium in cognitionem spiritualium (vt patet): & diuina sapientia, à qua sunt instituta sacramēta,vnicuique prouidet secundum modum eius (vt constat ex Sapien. 8.) Secundò, quia Dionysius primo cap. Eccles. hierarch. affirmat: hoc, scilicet, quod ad sacramenta requirantur res sensibiles.

*art 2.huius quæst.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrum sacramentum sit semper aliqua res sensibilis.*

AD quartum sic proceditur. Videtur quod sacramentum non semper sit aliqua res sensibilis; quia secundū Philos. in lib.Priorum, omnis effectus, suæ causæ, signum est: sed sicut sunt quidam effectus sensibiles, ita etiam sunt quidam effectus intelligibiles, sicut scientia est effectus demonstrationis. ergo non omne signum est sensibile. Sufficit autem ad rationem sacramenti, quod sit signum alicuius rei sacrę, inquantum per eam homo sanctificatur, vt dictum † est. non ergo requiritur ad sacramentum, quòd sit aliqua res sensibilis.

¶ 2 Præt. Sacramenta pertinent ad cultum, vel regnū, sed res sensibiles non videntur pertinere ad cultum Dei:dicitur enim Ioan.4.Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum,in spiritu, & veritate oportet adorare, & Rom.14. Non est regnum Dei esca, & potus. ergo res sensibiles non requiruntur ad sacramentum.

¶ 3 Præt. Aug.* dicit in lib.de libero arbitrio, quod res sensibiles sunt minima bona,sine quibus homo rectè viuere potest: sed sacramenta sunt de necessitate salutis humanæ,vt infrà * patebit,& ita sine eis homo rectè viuere non potest.non ergo res sensibiles requiruntur ad sacramenta.

1^m^ ex Philos. Omnis effectus suę causæ signū est. R. Sic tamē, quòd

*li.2.c.19. tom.1.

*quæst.61.

Sed contra est, quòd August. † dicit super Ioan. Accedit verbum ad elementum,& fit sacramentum. Et loquitur ibi de elemento sensibili,quod est aqua. ergo res sensibiles requiruntur ad sacramenta.

† Trac.80. in Euang. Ioan. post med. to.9.

Respon. Dicendum, quòd sapientia diuina vnicuique rei prouidet secundū suum modum, & propter hoc dicitur Sapien. 8.quòd suauiter disponit omnia. vndè & Matth. 25. dicitur,quod dedit vnicuique secundū propriam virtutem. Est autē homini connaturale, vt per sensibilia perueniat in cognitionem intelligibilium. Signum autem est,per quod aliquis deuenit in cognitionem alterius. vnde,cum res sacræ, quæ per sacramenta significantur, sint quædam spiritualia, & intelligibilia bona,quibus homo sanctificatur,cōsequens est, vt per aliquas res sensibiles significatio sacramenti impleatur: sicut etiam per similitudinem sensibilium rerum in diuina scriptura,res spirituales nobis describuntur. Et indè est, quòd ad sacramenta requiruntur res sensibiles, vt etiam Dionys. probat in 1.c. * cęlest.hierarc.

*c.1.inter med. & fi.

Ad primum ergo dicendum, quòd vnumquodque præcipuè denominatur & definitur secundùm id, quod conuenit ei primo,& per se:non autem secundum id quod conuenit ei per aliud. Effectus autē sensibilis, per se habet, quòd ducat in

Primum

quòd effectus sensibilis per se habet hoc. s. quod sit suæ causæ signum: effectus autem intelligibilis hoc ipsum habet per aliud. §. Tunc nihil &c. Nam ex conclusione articuli intelligitur, quod sacramentum est signum per se ducens in cognitionem rei sacræ. Vnumquodque enim præcipue denominatur, & diffinitur secundum id, quod conuenit &c. vt in tex.

2m de minori. Sed res sensibiles. ℞. Consideratæ, vt sunt in natura sua. §. Tunc nihil, &c. Nam ipsæ consideratæ, vt sunt signa rerum spiritualiũ, in quibus regnũ Dei consistit, pertinent ad cultũ Dei: & hoc modo solùm cõsiderantur res sensibiles in sacramentis, quando. s. eas dicimus requiri ad sacramenta.

3m illatio conclusionis. Nõ ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex mala intelligentia præmissarũ; quia. s. in authoritate D. Aug. intelligit ly res sensibiles. Nam ipse ibi loquit de rebus &c. vt in tex. Putabat autẽ argumentum, quod ibi de rebus sensibilib. quocũq; modo consideratis loqueretur; quod quidẽ si fuisset verum, tunc & uera fuisset illatio: sed quia falsum est (vt ex tex. & eodem August. in arg. contr. habetur) ideò & ut falsa negabatur illatio.

* lib. 2. de doct. Chr. circa prin. lib. tom. 3.

ducat in cognitionem alterius, quasi primo, & per se homini innotescẽs: quia omnis nostra cognitio à sensu oritur: effectus autem intelligibiles non habent, quod possint ducere in cognitionem alterius, nisi inquantum sunt per aliud manifestati, id est, per aliqua sensibilia: Et indè est, quòd primo, & principaliter dicuntur signa, quæ sensibus offeruntur, sicut Augustinus dicit in 2. de doctrina Christia. vbi dicit, quòd signum est, quod præter speciem quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionẽ venire. effectus autem intelligibiles non habent rationem signi, nisi secundùm quod sunt manifestati per aliqua signa. Et per hunc etiam modum: quædam quæ non sunt sensibilia, dicuntur quodãmodo sacramenta, inquantum sunt significata per aliqua sensibilia, de quibus infrà * agetur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd res sensibiles, vt in sua natura considerantur, non pertinent ad cultum, vel ad regnum Dei: sed solùm secundùm quòd sunt signa spiritualium rerum, in quibus regnum Dei consistit.

AD TERTIVM dicendum, quòd August. ibi loquitur de rebus sensibilibus, secundùm quòd sunt in sua natura: non autem secundùm quod assũmuntur ad significandum spiritualia, quæ sunt maxima bona.

* quæst 63. art. 1. ad 2.

APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei.

EX art. habes primò; quomodo per rationẽ ostendas, meritò esse insinuatũ à scripturis, Ecclesia, & August. quod ad sacramenta requiruntur res sensibiles. A Diuo Augustino quidem: vt in argum. contr. Per ly elementum enim accipit res sensibiles, à simili, in cæteris sacramentis repertas. Ac si diceret: Ex rebus naturæ sensibilibus, & uerbis, constat quodlibet sacramentum. A scripturis uerò per hoc, quod dicitur 1. Cor. 3. Comprehendã sapientes in astutia eorum. Quod sub alijs verbis dicitur Prouerb. 11. In insidiis suis capientur iniqui. Et Psal. 57. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum. Tunc enim capiũtur iniqui in suis insidijs, & dentes conterũtur in ore ipsorũ; quando per easdem res, per quas decipere alios moliuntur, ipsi decipiuntur. Ad propositum ergo. Serpens callidus, Genes. 3. per quid decepit nos? Per res sensibiles; vt ibi. Ergo per præmissas authoritates vult dicere scriptura; quòd capiẽdus erat ipse per res sensibiles, id est, quòd sacramenta, quibus dum ex peccatis eruimur, illa sua prima astutia frustratur, consistere debebant in rebus sensibilibus. Ab Ecclesia autem per dictum illud suum, in hymn. Dominic. in Passion. Hoc opus nostræ salutis ordo depoposcerat; multiformis proditoris ars vt artem falleret, & medelam ferret inde, hostis vnde læserat. Hæc ibi. Quæ applica tu, ad propositum, conformiter ad nunc dicta de scripturis. Secundò vides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus. Res sensibiles, puta, aqua, oleum, vinum, panis.

¶ In corpore una conclusio: Ad sacramenta requiruntur res sensibiles. Probatur dupliciter, primo, ratione: Res sacræ quæ per sacramenta significantur, sunt quædam bona intelligibilia, quibus homo sanctificatur. ergo per aliquas res sensibiles significatio sacramenti implenda est. ergo ad sacramenta requiruntur res sensibiles. Prima consequentia probatur ratione ex parte quidem nostri, quia modus naturalis cognitionis humanæ est, vt per sensibilia deueniat: signum autem est, per quod in alterius cognitionem deuenimus. Ex parte uerò Dei: quia secundum modum nostrum Deus prouidet nobis, quòd in litera tripliciter manifestatur. Consequens est igitur, quòd significatio talis signi à Deo homini dati, scilicet sacramenti, sensibilia impleatur. Et similitudine: quia spiritualia in sacra scriptura per sensibiles similitudines innotescunt. Secundo, probatur conclusio auctoritate Dionysij.

*Alb. Mag. 4. dist. 1. p. art. 6.*
*Bon. 4. s. d. 1. q. 1. art. 3.*
*Capr. 4. d. 1. q. 1. con. 2.*
*Palud. 4. 1. p. q. 4.*

## ARTICVLVS V.

*Vtrum requirantur determinatæ res ad sacramenta.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd non requirantur determinatæ res ad sacramenta. Res enim sensibiles assumuntur in sacramentis ad significãdum, vt dictum † est: sed nihil prohibet diuersis rebus sensibilibus idẽ significari, sicut in sacra scriptura Deus aliquando metaphoricè significatur per lapidem, quandoque per leonẽ, quandoque per Solem, aut aliquid aliud huiusmodi. ergo videtur quòd diuersæ res possint congruere eidem sacramento: non ergo determinatæ res in sacramentis requiruntur.

† art. 3. huius quæst.

¶ 2 Præt. Magis est necessaria salus animæ, quàm salus corporis: sed in medicinis corporalibus, quæ ad salutem corporis ordinantur, potest vna res pro alia poni in eius defectu. ergo multo magis in sacramẽtis, quæ sunt medicinæ spirituales ad salutem animæ ordinatæ, poterit vna res assumi pro alia quando illa defuerit.

¶ 3 Præt. Non est conueniens, vt hominis salus arctetur per legem diuinam, & præcipuè per legem Christi, qui venit omnes saluare: sed in statu legis naturæ non requirebantur in sacramentis aliquæ res determinatæ, sed ex voto assumebantur, vt patet Gen. 28. vbi Iacob vouit se Deo decimas, & hostias pacificas oblaturũ. ergo videtur quod non debuerit arctari homo, & præcipuè in noua lege ad alicuius rei determinatæ vsum in sacramentis.

SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spirituſancto, non potest introire in regnum Dei.

RESP. Dicendum, quòd in vsu sacramentorum duo possunt considerari, s. cultus diuinus, & sanctificatio hominis. Quorum primum pertinet ad hominem per comparationẽ ad Deum, secundum autem econuerso pertinet ad Deum per comparationem ad hominem: non pertinet autẽ ad aliquem determinare quod est in potestate alterius, sed solum id quod est in sua potestate. Quia ergo sanctificatio hominis est in potestate Dei sanctificãtis, non pertinet ad hominem suo iudicio assumere res, quibus sanctificetur, sed hoc debet esse ex diuina institutione determinatum; & ideo in sacramentis nouæ legis, quibus homines sanctificantur, secũdùm illud 1. ad Corint. 6. Abluti estis, sanctificati estis, oportet vti rebus ex diuina institutione determinatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod etsi idẽ potest per diuersa

SVPER Q. I. Aliàs 60. Art. II.

§ Infra ar. 7. cor.

COncl. In sacramentis nouæ legis, cùm his homines sanctificentur (vt ex 1. Cor. 6. habetur) oportet, vti rebus ex diuina institutione determinatis.

¶ Prob. Quia sanctificatio hominis, quæ in sacramentis consideratur, est tantum in potestate Dei sanctificantis (vt patet): & non pertinet ad aliquẽ determinare suo iudicio illud, quod est in potestate alterius, sed solum potest vti determinatis ab illo altero.

1m minor. Nihil prohibet, diuersis rebus idem significari. ℞. Determinare tamen, qua re sit vtendum ad tale quid in speciali negocio occurrente significãdum, pertinet ad significantem. §. V: patet consideranti. Tunc nihil, &c. Nam

Nam Deus est, qui nobis significat spiritualia &c. vt in tex. Ex quo dic: quòd licet res plures de se possent ad vnum & idem significandum congruere: postquàm tamen hæ à Deo ad tale quid determinatè in sacramentis significandũ institutæ sunt; nullæ aliæ possunt ad talis sacramenti significationem applicari, ita ut sacramentũ tale suum sortiatur effectũ.

E: hoc, propter rationẽ dictam in textu corp.

**2^m de concl.^e** Poterit vna res assumi pro alia, quãdo illa defuerit. R. Si res ex virtute naturæ suæ operarentur in sacramentis. § Tunc nihil, &c. Ex virtute enim suæ naturæ res non operantur in sacramentis; sed solũ ex institutione diuina. Et ideò oportuit diuinitus &c. vt in tex. Ex quo patet discurrenti: quòd non est in potestate hominis, neque naturæ totius creatæ, proprio iudicio variare res in sacramentis à Deo determinatè institutas. Vide ad primum tex. corp.

**3^m illatio conclusionis.** Ergo videtur, quod non debuit &c. R. Negatur illatio. §. Non enim idem est iudicium faciendũ (quod tamen in argumẽto fit) de rerum determinatione, vel indeterminatione in statu legis naturæ, & in statu legis exteriùs datæ, siue tẽpore Moysi, siue tempore Christi. Nam diuersa sacramenta diuersis temporibus congruunt; sicut etiam &c. vt in tex. Ex cuius vltimis verbis patet; quid dicendum sit ad argumenti maiorem.

uersa signa significari: determinare tamen quo signo sit vtendũ ad significandum, pertinet ad significantem: Deus autem est, qui nobis significat spiritualia per res sensibiles in sacramentis, & per verba similitudinaria in scripturis: & ideo sicut iudicio Spiritussancti determinatum est, quibus similitudinibus in certis scripturæ locis res spirituales significentur, ita etiam debet esse diuina institutione determinatum, quæ res ad significandum assumantur in hoc, vel in illo sacramento.

AD SECVNDVM dicendum, quod res sensibiles habent naturaliter sibi inditas virtutes conferentes ad corporalem salutem: & ideo non refert, si duæ earum eandem virtutem habeant, qua quis vtatur: sed ad sanctificationem non ordinãtur ex aliqua virtute sibi naturaliter indita, sed solum ex institutione diuina: & ideo oportuit diuinitùs determinari, quibus rebus sensibilibus sit in sacramentis vtendum.

AD TERTIVM dicendũ, quòd sicut Aug.* dicit 19. contra Faustum, diuersa sacramenta diuersis temporibus congruunt, sic etiam diuersis verbis significantur diuersa tempora. s. præsens, præteritum, & futurũ: & ideo sicut in statu legis naturæ, homines nulla lege exterius data, sed solo interiori instinctu mouebantur ad Deum colendum, ita etiam ex interiori instinctu determinabatur eis, quibus rebus sensibilib. ad Dei cultum vterentur: postmodum verò necesse fuit etiam exterius legem dari: tum propter obscurationem legis naturæ ex peccatis hominum: tũ etiam ad expressiorem significationem gratiæ Christi, per quam humanum genus sanctificatur: & ideo etiam necesse fuit determinari, quibus homines vterentur in sacramentis: nec propter hoc arctatur via salutis: quia res quarum vsus est necessarius in sacramentis, vel communiter habentur, vel paruo studio adhibito haberi possunt.

* lib. 19. 16. & 17. tom. 6.

APPENDIX.

Vtilitas Ecclesię S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatũ à scripturis; quod determinatæ res ad sacramẽta requiruntur. Vt per hoc, quod dicit Dominus Ioan. 3. Nisi &c. vt in arg. contr. Hoc est, in proposito. Ad sacramentũ baptismi necessario requiritur hæc sensibilis res determinata. s. aqua: ita ut, si nõ adhibeatur ibi aqua, non possit quis introire in regnum Dei. Ergo ly Nisi, cadit super renasci, & super ly ex aqua. A simili ergo ibi consignificauit Christus: quòd res determinatæ diuinitùs necessariò requiruntur in alijs sacramentis. Item per hoc, quod dicitur Iosue cap. 23. Tantũ estote soliciti, vt custodiatis cũcta, quæ scripta sunt in volumine legis Moysi; & nõ declinetis ab eis neq; ad dexterã, neq; ad sinistram. Patet.n. in lib. Exod. & Leuit. quod res determinatæ à Deo assignantur Moysi pro vsu sacramẽtorũ antiquorũ; & consequenter patet; quod si in his declinare nõ debet neq; ad dexterã neque ad sinistram, vtendũ est ipsis rebus determinatè in sacramẽtis; nec proprio iudicio sunt mutãdæ. Id quod a fortiori etiã patet. Si.n. illa, quæ minus substãtialia sunt in sacramentis, quàm materia & forma (quæ nunc per res sensibiles determinatas intelliguntur) nõ possunt proprio iudicio mutari, vt per Conciliũ infrà dicetur: multò magis vtriq; res istæ sensibiles. i. materia & forma, cùm sint plus de sacramentorũ substãtia, mutari nõ poterunt. De illis minùs substantialibus audi Conciliũ Triden. sess. 7. de sacramentis, cano. 13. Si quis dixerit: receptos & approbatos Ecclesiæ catholicæ ritus, in solenni administratione sacramentorum adhiberi consuetos, aut contẽni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcũque Ecclesiarum pastorem, mutari posse: Anathema sit. Hæc ibi. Cæterùm talis rituum omissio vel mutatio est quidem cum peccato, sed non tollit sacramentum: rerum autem sensibiliũ, de quibus loquimur. i. materiæ & formæ, omissio aut mutatio & est cum peccato & tollit sacramentum. i. facit, quod non fiat sacramentum, etiam si quæcũque aliæ res, à Deo non institutæ ad tale sacramentum, ei adhiberentur. Secundò uides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna est conclusio responsiua quæsito: In sacramentis nouæ legis oportet uti rebus ex diuina institutione determinatis. Probatur: Non pertinet ad aliquẽ determinare, quod in alterius, sed quod est in sua potestate: sed sanctificatio est in potestate Dei, non hominis. ergo non pertinet ad hominem instituere sanctificatiua hominis: sed sacramenta sunt sanctificatiua hominis. Ergo vltimo subsumpta propositio, & probatur auctoritate Apostoli, & declaratur distinguendo duo, quæ in sacramentorum vsu inueniuntur. s. cultus diuinus, & sanctificatio hominis, & declarando horum differentiam, quia primum est hominis ad Deum, secundum est econtra Dei ad hominem.

¶ Vbi uidere potes, quod Auctor duo hæc considerauit in sacramẽtis: vt quia ex primo poterat ratio determinandi res ad hominem spectare, cuius est colere Deum, hoc, vel illo modo, ex secundo necessitatem monstraret diuinæ institutionis, cuius est sanctificare hominem per hæc, vel illa signa, & sine his, & illis, vt placet. Et quia nullum sacramentum est, quod non sanctificet hominem: ideo omnia oportet à Deo determinata esse quo ad sibi substantiale.

¶ In responsione ad primum, aduerte, quàm præsumptuosa, iniuriosa, ac sacrilega sit eorum solertia, qui proprias, aut Poetarum similitudines, tanquàm spiritualium simulachra interpretantur, scribunt, aut prædicant: vsurpant enim officium Spiritussancti, cuius iudicio res aliquæ institutæ sunt in figuram aliorum, dicente Apostolo, Omnia in figuram contingebant illis: vilificantque sacram scripturam, dum ex tali fictione occasionem dant credendi, quòd similiter humano spiritu sunt in figuram ea, quæ sunt in sacris literis: quemadmodum hæc, quæ audiunt humani dexteritate ingenij coaptata. Et sic multum auctoritatis detrahitur sacræ scripturæ figuris.

Alb. Mag. 4. d. p. art. 14.
Sot. 4. s. d. 1. q. 1. art. 6.
Capr. 4. d. 1. q. 1. co. 2.

6 — 4. di. 1. q. 1. ar 3. & di. 23. q. 1. art. 2. q. 6. ad 2. Et veri. q. 27. artic. 4. ad 10.

* li. 19. c. 16. circa med. tom. 6.

SVPER Q. I. Aliàs 60. Art VI.

CONCL. Ad perfectionem significationis sacramentalis necesse fuit: vt significatio rerum sensibilium per aliqua verba determinaretur.

¶ PROB. Quia & sacramentorũ conformatio ad causam sanctificantem. i. ad verbũ incarnatum, & proportio eorũdem ad hominem sanctificandum, & multiplicitas significationis rerum sensibilium (puta, Aquæ) in sacramentis adhibitarum, conclusionis huius ueritatem demonstrant, (vt

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum in significatione sacramentorum requirantur verba.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod in significatione sacramentorum non requirantur verba: dicit enim Aug. contra Faustum lib. 19.* Quid sunt aliud quæque corporalia sacramenta, nisi quasi quædam verba visibilia. Et sic videtur quod addere verba rebus sensibilibus in sacramentis, sit addere verba verbis: sed hoc est superfluum. non ergo requiruntur verba cum rebus sensibilibus in sacramentis.

¶ 2 Præt. Sacramentum est aliquid vnum: ex his autem quæ sunt diuersorum generum, non videtur posse aliquid vnum fieri. Cum igitur res sensibiles, & verba sint diuersorum generum, quia res sensibiles sunt

(vt de singulis his tribus medijs declaratur in tex.)

1^m minor. Sed hoc est superfluum. ℞. Nisi verba addita determinarent uerba illa.i. res corporales, quibus adduntur. §. Distinctius s. exprimēdo conceptum inibi significatum. Vide D.August. 2. de doctr. Christia. in textu corporis versus finem. Tūc nihil, &c. vt facile patet cōsideranti textum responsalem.

2^m de minori. Ex his, quæ sunt diuersorum generum. ℞. Secundum quòd sunt diuersorum generum. §. Tunc nihil, &c. Potest enim fieri vnum ex his, quæ diuersorū generū sunt, quatenus conueniunt in una ratione; secundū aliquam considerationem: & sic accedit in proposito. Nam quamuis uerba, & aliæ res sensibiles &c. vt in textu.

3^m illatio conclusionis. Ergo nec in &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim est idē iudicium in hoc faciendum (quod tamen facit argumentum) de sacramentis antiquis, & nouis. Nam alia debent esse sacramēta rei præsentis &c. vt in tex.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum à scripturis, & Augustino, quòd ad sacramentorum perfectionē requiruntur uerba. A Diuo Augustino quidem: vt in fine argum. contr. A scripturis autem, vt Ephes. 5. secundū quòd est in argumen. contr. Vbi ex ly verbo vitæ, nota: quantę uirtutis, & quantæ necessitatis, sint verba in sacramentis! Item per hoc, quod dicitur 1. Cor. 14. si incertam uocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Inde enim à simili habetur intētum. Ac si in proposito dicat. Si incertam vocē det aliquis perfundens alium aqua, vel oleo &c. i. si sine uerbis exprimentib. conceptum, quem ipse habet, dum perfundit aliū aqua, vel oleo vngit &c. quis audebit affirmare hunc esse baptizatum, vel ad ordinem sacerdotij promotum, vel extrema vnctione armatum? Quasi dicat, Nullus. Elementi namque vsus ad multa potest ordinari (vt patet in corpor. de aqua): & ideo eius vsus sine verbis, declarantib. ad quid tunc ordinetur, est sicut tuba dans incertam vocem. i. sonans absque signis determinatis ad tale quid significandum, puta præparationē ad bellum. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pēsatis. & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

*Lib. 19. c. 16. & 17. in fi. to. 6.*

*Trac. 80. Ioan. post med. to. 9.*

*Ar. 2. ad 3.*

*Trac. 80. Ioan. post med. to. 9. Veritas pro Eccle. S. Dei.*

*Li. 2. c. 3. circa med. tom. 3.*

à natura, verba autem à ratione, videtur quòd in sacramentis non requirantur verba cum rebus sensibilibus.

¶ 3 Præt. Sacramenta nouę legis suc cesserunt sacramentis veteris legis: quia illis ablatis, ista sunt instituta, vt Augustinus dicit 19. contra Faustum: * sed in sacramentis veteris legis non requirebatur aliqua forma verborum. ergo nec in sacramentis nouæ legis.

Sed contra est, quòd Apostolus dicit Ephes. 5. Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquę in verbo vitæ. & August. dicit super Ioan. * Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum.

Respon. Dicendum, quòd sacramenta, sicut dictum * est, adhibentur ad hominum sanctificationem, sicut quædam signa. Tripliciter ergo considerari possunt, & quolibet modo congruit eis, quòd verba rebus sensibilibus adiungantur. Primo enim possunt considerari, ex parte causæ sanctificantis, quæ est verbum incarnatum, cui sacramentum quodammodo conformatur, in hoc, quòd rei sensibili verbum adhibetur, sicut in mysterio incarnationis carni sensibili est verbum Dei vnitum. Secundo, possunt considerari sacramenta ex parte hominis, qui sanctificatur, qui componitur ex anima, & corpore, cui proportionatur sacramentalis medicina, quæ per rem visibilem corpus tangit, & per verbum ab anima creditur. Vndè Augustinus * dicit super illud Ioan. 15. Iam vos mundi estis propter sermonem &c. vnde est ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur? Tertio possunt considerari ex parte ipsius significationis sacramentalis: dicit autem Augustinus * in 2. de doctrina Christiana, quòd verba inter homines obtinuerunt principatum significandi: quia verba diuersimodè formari possunt ad significandos diuersos cōceptus mentis, & propter hoc per verba, magis distinctè possumus exprimere, quod mente concipimus: & ideo ad perfectionem significationis sacramentalis, necesse fuit vt significatio rerum sensibilium, per aliqua verba determinaretur: aqua enim significare potest, & ablutionem propter suam humiditatem, & refrigerium, propter suam frigiditatem: sed cum dicitur, Ego te baptizo, manifestatur, quòd aqua vtimur in baptismo ad significandam emundationem spiritualem.

Ad primum ergo dicendum, quòd res visibiles sacramentorum dicūtur verba, per quandam similitudinem, in quantum, s. participant quandam vim significandi, quæ principaliter est in ipsis verbis, vt dictū * est; & ideo non est superflua ingeminatio verborum, cum in sacramentis, rebus visibilib. verba adduntur, quia vnum eorū determinatur per aliud, vt dictum * est.

Ad secundum dicendum, quòd quamuis verba, & aliæ res sensibiles sint in diuerso genere, quantum pertinet ad naturam rei: conueniunt tamen in ratione significandi, quę perfectiùs est in verbis, quàm in alijs rebus; & ideo ex verbis, & rebus fit quodammodo vnum in sacramētis, sicut ex forma, & materia, inquantum. s. per verba perficitur significatio rerū, vt dictum * est, sub rebus autem comprehenduntur etiam ipsi actus sensibiles, puta ablutio, inunctio, & alia huiusmodi: quia in his est eadem ratio significandi, & in rebus.

Ad tertium dicendum, quòd sicut Augustinus * dicit contra Faustum, alia debent esse sacramenta rei præsentis, & alia rei futuræ. Sacramenta autem veteris legis, prænuncia erant Christi venturi, & ideo non ita expresse significabant Christum, sicut sacramenta nouæ legis, quæ ab ipso Christo effluunt, & quandam similitudinem ipsius in se habent, vt dictum * est. Vtebantur tamen in veteri lege aliquibus verbis, in his, quæ ad cultum Dei pertinent, tam sacerdotes (qui erant sacramentorum illorum ministri, secundùm illud Nume. 6. Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis, Benedicat tibi Dominus &c.) quàm etiam illi, qui illis sacramentis vtebantur, secundùm illud Deuter. 26. Profiteor coram domino Deo tuo, &c.

*In cor. art.*

*In cor. art.*

*Ar. 3. ad 1.*

*Li. 19. c. 9. tom. 9.*

*In cor. art.*

ARTI-

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Sacramenta tripliciter considerantur, & quolibet modo congruunt eis verba. Probatur, quo ad primam partem, quia sacramenta adhibentur, vt signa quædam ad hominum sanctificationem quo ad secundam, singillatim declarando singula membra, cum suis rationibus, vt clare & ordinatè patet in litera.

¶ Aduerte, quòd prima pars conclusionis ex assumpto facile deducitur nam quia sacramenta ad sanctificationem adhibētur: oportet primam eorum considerationē secundùm sanctificationis causam fieri. Et quia ad sanctificandos homines sunt, secunda eorum consideratio ex parte hominis est. Et quia vt signa adhibentur, consequens est, vt tertia eorum consideratio secundum significationem fiat.

¶ In responsione ad secundum perspice, quòd in sacramentis res, & verba coeunt in vnum signum: quia constituunt vnum sacramentum, quod non nisi signum vnum est. Vnde, propriè loquendo, ablutio in aqua in baptismo non est vnum signum, & verba sunt aliud signum, vt tanquàm ex duobus partialibus signis fiat vnum totale signum: sed ipsa applicatio aquæ, quæ indeterminata est, ad significandam spiritualem ablutionem, vel spiritualem claritatem, aut simplicitatem, aut aliquid huiusmodi ex coniunctione ad verba abluentis, determinatur ad significandum spiritualem ablutionem: ita quòd non sunt duæ relationes signi in aqua, & verbis: sed vna tantum relatio signi est in hoc composito ex rebus, & verbis, vt sunt determinabile, & determinatio in ratione significandi vnum spiritualem effectum: sunt enim hæc, vt in litera subtiliter traditur, & declaratur in tertia ratione in corpore articuli, velut materia, & forma in genere signi, non quòd relatio talis signi, sit composita ex materia, & forma: sed quia relatio talis signi non adest nisi cōposito ex talibus determinabili: & determinante, quæ sunt velut materia, & forma.

Sup.4.s.d.1.q.1.art.7.
Capo.4.d.1.q.1.con.6.

**SVPER Q. L**
Aliàs 60. Art. vii.

371

CONCL. Cùm in sacramẽtis requirantur determinatę res sensibiles (vt patet art. 5.): multò magis requiriẽ in eis determinata forma uerborum.

*lib. 1. peri her. parum à prin. t. 1.

¶ PROB. Quia res sensibiles sunt in sacramentis, sicut materia; verba autem sunt in eisdem, sicut forma (vt patet): & magis ad rei alicuius esse requiritur determinatio formæ, quàm materiæ (vt declaratur in textu).

* art. præc.

**1^m ex Philos.**

Voces. R. Sumptæ quò ad sonum. §. Tunc nihil, &c. Nam conclusio articuli attendit in vocibus aliud. s. sensum. Sicut enim Aug. dicit super Io. verbum operatur in sacramentis, &c. vt in tex.

**2^m de minori.**

Significari. R. Magis, vel minùs, communiter. §. Tunc nihil, &c. Nam vox illa, qua principaliùs & communiùs homines illius linguę vtũtur ad tale quid significandum, assumi debet in significatione sacramenti &c. vt in tex. Ex quo dicę, q̃ talis uox prędicta habetur pro determinata forma verborũ.

* art. præc. ad 3.

**3^m de maiori.**

Corruptio. R. Totaliter auferens esse substãtiale rei. §. Tunc nihil, &c. Non enim omnis corruptio verborum totaliter aufert esse substãtiale, i. sensum verborũ. Nam ille, qui corruptè profert uerba sacramentalia &c. vt in tex.

**APPENDIX.**

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò: quomodo per rationẽ ostendas, meritò esse insinuatũ à scripturis: q̃ verba determinata requirunẽ ad sacramenta. Vt per hoc insinuatur, quòd dicitur Matt. 26. & cap. vlt. secundùm q̃ cum discursu ponitur in argum. contr. Item per dicta Ioan. 3. & Iosuę 23. vt ponuntur in ar. 5. appen. cũ Concilij Triden. 7. can. 13. annexis. & hoc à fortiori. Si. n. determinatæ res, q̃ materia stantes requiruntur ad sacramenta (vt ibi): multò utique magis determinata verba, quæ formæ locum tenent, requirantur; necesse est propter rationem dictã in tex. corp. Quòd verò tãquàm materia sint res ipsæ corporales, & tãquàm forma sint verba; patet ex Concilio Floren. in Decreto seu constitution. super vnion. Armenior. per ly sacramenta tribus perficiuntur, videlicet, rebus tãquàm materia, verbis tanquàm forma, & persona ministri conferentis sacramentũ cum intentione faciendi quod facit Ecclesia. Quorum si aliq̃d desit; non perficitur sacramẽtum. Hæc ibi. Ex quibus vltimò dictis illa diluuntur quædã similia posita in ar. 5. appen. circa finem. Secũdo uides; quomodo ex ijs bene pẽsatis & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

* Tract. 80. à med. tomo 9.

## ARTICVLVS VII.

### *Vtrum requirantur determinata verba in sacramentis.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur q̃ non requiratur determinata verba in sacramẽtis. Vt. n. Philos.* dicit, voces non sunt eędem apud omnes: salus, quę per sacramẽta quæritur, est eadem apud omnes. ergo non requiruntur aliqua determinata verba in sacramentis.

¶ 2 Præt. Verba requiruntur in sacramentis, inquãtum sunt principaliter significatiua, sicut dictum * est: sed contingit per diuersa verba idem significari. ergo non requiruntur determinata verba in sacramentis.

¶ 3 Præt. Corruptio cuiuslibet rei variat eius speciẽ: sed quidam corruptè verba proferunt, nec tamẽ propter hoc creditur sacramentorum effectus impediri; alioquin illiterati, & albi, qui ista sacramenta conferunt, frequenter defectum in sacramentis inducerent. ergo videtur q̃ non requirantur in sacramentis determinata verba.

SED CONTRA est, q̃ Dominus determinata verba protulit in consecratione sacramenti eucharistiæ, dicens Matthæi 26. Hoc est corpus meum: similiter etiam mandauit discipulis, vt sub determinata forma verborum baptizarent, dicens Matt. vlt. Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti.

RESP. Dicendum, quòd, sicut dictum * est, in sacramentis verba se habent per modum formæ, res autem sensibiles per modum materiæ. In omnibus autem cõpositis ex materia, & forma, principiũ determinationis est ex parte formæ, quæ est quodãmodo finis, & terminus materiæ, & ideo principalius requiritur ad esse rei determinata forma, quàm determinata materia: materia. n. determinata requiritur, vt sit proportionata determinatæ formæ. Cum igitur in sacramentis requirant determinatæ res sensibiles, quæ se habent in sacramentis sicut materia, multo magis requiritur in eis determinata forma verborum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut Aug. * dicit super Io. verbum operatur in sacramentis, non quia dr, i. non sm exteriorem sonum vocis: sed quia creditur, i. secundùm sensum verborum, qui fide tenetur. Et hic quidem sensus est idem apud omnes, licet non eædem voces sint, quantum ad sonum: & ideo cuiuscumque linguæ verbis proferatur talis sensus, perficitur sacramentum.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ licet in qualibet lingua cõtingat diuersis vocibus idẽ significari, semper tamen aliqua illarũ vocum est, qua principaliùs, & communiùs homines illius linguæ vtuntur ad hoc significandũ, & talis vox assumi debet in significatione sacramenti: sicut ẽt inter res sensibiles illa assumitur ad significationẽ sacramenti, cuius vsus est cõior ad actum, per quem sacramenti effectus significat; sicut aqua cõius vtuntur homines ad ablutionem corporalem, per quã spiritualis ablutio significatur, & ideo aqua assumitur vt materia in baptismo.

AD TERTIVM dicendum, quòd ille, qui corruptè profert verba sacramentalia, si hoc ex industria facit, nõ videtur intendere facere quod facit ecclesia, & ita non videtur perfici sacramentum: si autem hoc faciat ex errore, vel lapsu linguę, si sit tanta corruptio, quę omnino auferat sensum locutionis, nõ videtur perfici sacramentum. Et hoc præcipuè cõtingit, quãdo fit corruptio ex parte principii dictionis, puta, si loco eius, quod est in nomine Patris, dicat, in nomine matris: si verò non totaliter auferatur sensus locutionis per huiusmodi corruptelam, nihilominus perficitur sacramentum. Et hoc præcipuè contingit, quando fit corruptio ex parte finis, puta, si aliquis dicat, in nomine patrias, & filias; quamuis enim huiusmodi verba corruptè prolata, nihil significent ex virtute impositionis: accipiuntur tamen, vt significantia ex accommodatione vsus; & ideo licet mutetur sonus sensibilis, remanet tamen idem sensus, quod autem dictum * est, de differentia corruptionis, circa principium, vel finem dictionis, rationem habet, quia apud nos variatio dictionis ex parte principii, mutat significationem, variatio autem ex parte finis dictionis, vt plurimum mutat consignificationem: quæ tamen apud Græcos variatur etiam secundũ principium dictionis in declinationibus verborum, magis tamen videtur attendenda quantitas corruptionis: quia ex vtraque parte potest esse tam parua, quòd non aufert sensum verborum, & tam magna, quòd aufert: sed vnum horum faciliùs accidit ex parte principii, & aliud ex parte finis.

* In ista met solutione.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus vt sonat.

¶ In corpore una conclusio: In sacramentis requiritur determinata forma verborum. Probatur: in sacramentis requirũtur determinatæ res sensibiles, quæ se habent, ut materia. ergo multo magis requiritur determinatio verborũ, quæ se habet ut forma. Antecedens quo ad primam partem patet ex artic. 5. quo ad secundam ex 6. & hic repetitur. Consequentia probatur: quia principaliùs requiritur ad esse rei determinata forma, quàm determinata materia. Probatur, quia in omnibus compositis ex materia, & forma, principium determinationis est ex parte formæ, quia est finis, & terminus materiæ, & materia determinata requiritur, vt sit proportionata determinatæ formæ.

¶ In responsione ad secundum, aduerte, q̃ doctrina præsenti: literæ, s. q̃ in qualibet lingua, vox illa qua principaliùs, & cõmuniùs homines illius linguæ utuntur ad illum actum significandum assumi debet in sacramentis, uera est, quantum est ex parte debiti usus uerborum. quoniã ad tantum mysterium non nisi principalia, communioraq; assumenda sunt uerba. Cum hac tamen doctrina stat, q̃ oppositum fiat, vel ex accommodatione usus, vel quia sacramenti forma non urget ad hoc. Quantum aũt ualeat contra communitatem, & proprietatem linguæ accommodatio usus, testatur forma baptismi apud Latinos, dũ dicimus, Ego te baptizo &c. baptizare. n.

Latina

Latina lingua neque principaliter, neq; cõmuniter significat ablutione, ut patet, intantum quod si quis diceret alteri. baptiza hoc iudaiolum, aut non, aut vix intelligeretur. Et proculdubio dicere deberemus, Ego te abluo in nomine patris &c. quia tamen accommodauit ecclesiæ latinæ vsus vocabulum hoc ad significãdũ actum abluendi, qui in sacramento fit, illo utendum est, vnde etiam mulieres in vulgari baptizantes, dicunt, *Io te battizo.* Prouidentia.n. diuina hinc ecclesiam suam doctam esse voluit, quod quocumque verbo accommodato ab vsu ad significandum illud, vtamur (etiam si alterius sit idiomatis) sacramentum perficitur; ita quod nec mistio idiomatum in eadem numero forma sacramenti, tollit perfectionem sacramenti. Habes quoque hinc, quod quia vsus accommodatione personas dignas alloquimur in numero plurali, dicendo vni, Vos, &c. ita quòd si diceretur illi, Tu, videretur inferri sibi iniuria, ideo si quis in forma sacramenti pœnitentiæ, absoluẽdo episcopum, vel principem honoris consueti gratia dicat, Absoluo vos a peccatis uestris, &c. perfectum est sacramentum non minus, quàm si in vulgari dixisset. *Io vi assoluo dalli vostri peccati:* quia perfecta est significatio orationis ad illam personam solam, ex accommodatione vsus non minus, quàm perfectę sint omnes similes orationes: puta, do uobis hoc munus, uenite vos ad prandium mecum, & similia. Et eadem ratione perfecta essent sacramenta, si persona recipiens sacramentum exprimeretur in nomine honorabili abstracto: puta si quis diceret: Ego absoluo dominationem vestram a peccatis suis. Pro regula enim generali habendum est, quòd quando oratio habet perfectam significationem ex accommodatione vsus in cæteris locutionibus, sufficit ad sacramenti perfectionem similis oratio applicata ad materiam sacramenti. Et ratio est, quia operatio spiritualis in sacramentis sequitur significationem perfectam orationis sacramentalis, ac per hoc, vbi oratio habet suam significationem perfectam, sacramentum perficitur. Constat autem, quòd oratio, quæ in qualibet materia communiter habet suam significationem perfectam, non perdit perfectionem suæ significationis ex hoc, quòd applicatur ad materiam sacramentalem, igitur sicut sufficit oratio illa perfecta in alijs, ita, & in sacramentis. Quia autem sacramenti forma non viget ad principaliter, & communiter consueta verba, si quis ex huiusmodi libertate vteretur alijs verbis (puta dicendo, Ego te abluo in nomine patris, &c. aut in sacramento eucharistiæ, istud est, &c.) perfecta essent sacramenta, non enim de necessitate sacramenti sunt illæ uoces, quibus communiter ecclesia vtitur, sed illæ, vel alio loco illarum, idem significantes, quam illæ. Sic.n. intelligendum est determinatam exigi formam uerborum ad sacramenta. Sed sunt uoces illæ quibus ecclesia utitur, de necessitate præcepti ecclesiæ: ideò peccaret quisquis aduertenter vteretur alijs uocibus ab illis, quibus ecclesia sua consueuit uti in sacramentis. Vnde hæc non diximus, ut liceat cuiquè mutare uoces in sacramentis: sed ut si acciderit, nouerint non esse iteranda sacramenta propter huiusmodi mutationes. Et confirmatur, quod dicimus, ex forma consecrationis sanguinis Christi, quà vtitur ecclesia latina: dicit enim, Hic est calix sanguinis. Vbi autẽ metaphoricè sumitur calix, aut ponitur continens pro contento, ac per hoc ex vi verborum sectando propriam significationem, non significatur conuersio vini in sanguinem, sed in calicem, quod est ridiculum. Attestatur enim per hoc Spiritussanctus, quòd sufficiũt, ad sacramentorum perfectionem verba, uel ex proprietate, uel accommodatione vsus significantia ueritatem sacramenti, quæcumque sint illa: nec esse de necessitate sacramenti communiora in aliqua lingua verba.

¶ In responsione ad tertium aduerte, quòd, ut patet de consecr. dist. 4. c. Retulerunt, Zacharias Papa determinauit fuisse baptizatum illum, qui ob ignorantiam baptizantis, baptizatus est in nomine Patria, & Filia, & Spiritua sancta. Vbi vides, quòd corruptio fuit tanta, quòd uariata est significatio nominum: nam patria non patrẽ, sed locũ natiuitatis significat: sed licet patria absolutè aliud significet quã patet: vt tñ est pars corrupte prolata huius orationis. Ego te baptizo in nomine Patria, & Filia &c. significasse patrẽ, iudicatum est & sic oratio tota non mutauit significationem. Et hoc ualde notandum est pro casibus occurrentibus incorrupte prolatis verbis, circa alia sacramenta, uel ex festinatione, uel ex balbutiente lingua, uel aliquo alio accidente.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum liceat aliquid addere verbis, in quibus consistit forma sacramentorum.*

372 4. di. 3. art. 2. q. 2. ad 3. & 4.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quòd nihil liceat addere verbis, in quibus consistit forma sacramentorum. non enim minoris sunt necessitatis huiusmodi verba sacramentalia, quàm verba sacræ scripturæ: sed verbis sacræ scripturæ, nihil licet addere vel minuere: dicitur enim. Deut. 4 Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ab eo. Et Apoc. vlt. Contestor omni audienti verba prophetiæ libri huius: si quis apposuerit ad hæc, apponet super eum Deus plagas scriptas in libro isto, & siquis diminuerit, auferet Deus partem eius de libro vitæ. ergo videtur, quòd neque in formis sacramentorum liceat aliquid addere, uel minuere.

¶ 2 Præt. Verba se habent in sacramentis per modum formæ, ut dictum est: * sed in formis quælibet additio, uel subtractio variat speciem, sicut, & in numeris, ut dicitur 8: Met. * ergo videtur quòd si aliquid addatur, uel subtrahatur a forma sacramenti, non erit idem sacramentum.

* Ar. præc.

* Li. 8. metap. tex. 8. & 10. 2.

¶ 3 Præt. Sicut ad formam sacramenti requiritur determinatus numerus dictionum, ita etiam requiritur determinatus ordo verborum, & etiam orationis continuitas. si ergo additio, vel subtractio non aufert sacramenti veritatem videtur quòd pari ratione, nec transpositio verborũ, aut etiam interpolatio pronunciationis.

SED CONTRA est, quòd in formis sacramentorum, quædam apponuntur a quibusdam, quæ ab aliis non apponuntur, sicut latini baptizant sub hac forma, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritussancti. Græci autem sub ista, baptizetur seruus Christi N. in nomine Patris, &c. Et tamen utrique verum conferunt sacramentum. ergo in formis sacramentorum licet aliquid addere, vel minuere.

RESP. Dicendum, quòd circa omnes istas mutationes, quæ possunt in formis sacramentorum contingere, duo videntur esse consideranda. Vnum quidem, ex parte eius, qui profert verba, cuius intentio requiritur ad sacramentum vt infra dicetur: * & ideo si intendat per huiusmodi additionem, uel diminutionem alium ritum inducere, qui non sit ab ecclesia receptus, non videtur perfici sacramentum: quia non videtur, quòd intendat facere id, quod facit ecclesia. Aliud autem est considerandum, ex parte significationis verborum. Cum enim verba operentur in sacramentis, quantum ad sensum, quem faciunt (ut supra dictum est) oportet considerare, vtrum per talem mutationem tollatur debitus sensus verborum: quia sic manifestum est, quòd tollitur veritas sacramenti. Manifestum est autem, quòd si diminuatur aliquid eorum, quæ sunt de substantia formæ sacramẽtalis, tollitur debitus sensus verborum: & ideo non perficitur sacramentum. vnde Didymus * dicit in lib. de Spiritusancto: Si quis ita baptizare conetur, ut unum de prædictis nominibus prætermittat. (scilicet Patris, & Filii, & Spiritussancti) sine perfectione baptizabit. Si autem subtrahatur aliquid, quod nõ sit de substantia formæ, talis diminutio non tollit debitum sensum verborum, & per consequens, nec sacramenti perfectionem: sicut in forma eucharistiæ, quæ est, Hoc est.n. corpus meum, ly.n. sublatum, non tollit debitum sensum uerborũ: & ideo nõ impedit perfectionem sacramenti: quamuis possit contingere, quòd ille, qui prætermittit, peccet ex negligentia, uel contemptu. Circa additionem etiam cõtingit aliquid ap-

* q. 64. artic. 8.

* Lib. 2. de Spiritusancto, paulo a prin. Habetur hic liber in fine operũ S. Hieron.

*Sen. 4. s. d. q. 1 art. 8.*

### SVPER Q. I. Aliàs 60. Art. VIII.

CONCL. 1. Si proferens verba intendat, per additionem vel diminutionem a se factam inducere alium ritum, qui non sit ab Ecclesia receptus; sic non perficitur sacramẽtum.

¶ PROB. Quia talis taliter uerba proferens non intendit facere, qđ facit Ecclesia (ut ex illa sua intentione habetur:) & deficiente ministri intẽtione faciendi, quod facit Ecclesia, nõ perficitur sacramẽtum (ut patet ex Concilio Floren. sup. ar. septimo, appen.)

* art. præc. ad 1. & ad 3.

¶ CONCL. 2. Si per additionem uel diminutionem tollitur debitus sensus verborũ (de quo fit longa declaratio in textu,) tunc tollitur virtus sacramenti. i. non perficitur sacramẽtum: si autẽ per eas non tollitur debitus sensus verborum (ut declaratur in tex.) tunc nõ tollitur virtus sacramenti. i. tunc (supposita semper recta intẽtione ministri) perficitur sacramentum.

¶ PROB. 1. Quia verba operantur in sacramentis quãtum ad sensum, quem faciũt, (ut patet art. 6. ad primũ.)

Se-

poni, quod est corruptiuum debiti sensus: puta si aliquis dicat. Ego te baptizo in nomine Patris maioris, & Filii minoris, sicut Arriani baptizabant: & ideo talis additio tollit veritatem sacraméti. Si uero sit talis additio, quæ non auferat debitum sensũ, non tollitur sacramenti veritas. Neç refert vtrum talis additio fiat in principio, medio, vel in fine, vt si aliquis dicat. Ego te baptizo in nomine Dei Patris omnipotentis, & Filii eius vnigeniti, & Spiritussancti paracleti, erit verum baptisma. Et similiter si quis dicat, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritussancti, & beata Virgo te adiuuet, erit verum baptisma. Forte auté si diceret, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritussancti, & beatæ virginis Mariæ, non esset baptismus: quia dicitur 1. ad Cor 1. Numquid Paulus pro vobis crucifixus est: aut in nomine Pauli baptizati estis. Sed hoc verum est, si sic intelligatur in nomine beatæ Virg. baptizari, sicut in nomine Trinitatis, quo baptismus consecratur: talis .n. sensus esset contrarius veræ fidei, & per consequens tolleret veritatem sacramenti. Si vero sic intelligatur quod additur, & in nomine beatæ Virginis, non quasi nomen beatæ Virginis aliquid operetur in baptismo, sed vt eius intercessio profit baptizato ad conseruádam gratiam baptismalem, non tollitur perfectio sacramenti.

Ad primum ergo dicendum, quòd ad verba sacræ scripturæ non licet aliquid apponere, quátum ad sensum, sed quantum ad expositionem sacræ scripturæ, multa eis verba a doctoribus apponuntur. non tamen licet etiam verba sacræ scripturæ apponere, ita quòd dicantur esse de integritate sacræ scripturæ, quia hoc esset vitium falsitatis. Et similiter si quis diceret aliquid esse de necessitate formæ, quod non est.

Ad secundum dicendum, quòd verba pertinent ad formã sacramenti ratione sensus significat: & ideo quęcumq; fiat additio, vel subtractio verborum quæ non addat aliquid, aut subtrahat debito sensui, non tollitur species sacramenti.

Ad tertium dicendum, quòd si sit tanta interruptio verborum, quòd intercipiatur intentio pronunciantis, tollitur sensus sacramenti, & per consequens veritas eius: non autem tollitur quádo est parua interruptio, quæ intentionem proferentis, & intellectum verborum non aufert. Et idem est etiam dicendũ de transpositione verborũ: quia si tollit sensum locutionis, non perficitur sacramentum, sicut patet de negatione præposita, uel postposita signo. si auté sit talis non tollitur veritas sacri: quia, sm quòd Philosophus * dicit, nomina, & verba transposita idé significant.

Secundò, Quia Didimus hoc insinuat, in lib. de sp. san.

1m de conclusione. Aliquid addere, vel minuere. R. Quantum ad sensum, vel etiam quantum ad textum. §. Sic enim glossandam esse conclusioné hanc, trahitur ex præmissarum intelligentia circa sententias Deuter. & Apocal. Quæ intelligétia talis est. Ad verba sacræ scripturæ non licet &c. ut in text. Tunc nihil &c. vt patet ex articuli conclusionibus. Pro responsi formalis captu scias; quòd minuere, vel addere formis, quãtum ad sensum est debitum illarum sensum tollere p tales mutationes. Minuere autem vel addere eisdem, quantum ad textum est dicere uel talem additionem esse de necessitate formæ, cum tamen vere non sit; vel talem diminutionem non tollere id, quod est de necessitate formæ, cum tamen re uera tollat.

2m de maiori. Verba. R. Sumpta secúdum rationem sensus significati. §. Tunc ni. &c. Sic enim quæcumque fiat additio vel subtractio verborum &c. vt in tex. Ex quo dic ad Philosophum in argumento adductum: quòd intelligit de additione, vel subtractione corruptiua ipsius esse substantialis. Vide art. 7. ad tertium. Philosophus ergo sic glossatus non est contra præmissa; sed facit pro illis.

3m de conclusione. Videtur, quòd pari ratione &c. R. Conceditur. §. Sensus enim verborum debitus, & intentio proferentis, si seruentur (quod etiam in verborum transpositione, & discontinuitate, contingere potest;) tunc seruatur & sacramentum.

APPENDIX.

Vtilitas Ecclesię S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse insinuatum a scripturis & Concilio; quòd additio, vel subtractio in uerbis sacramentorum factá non semper tollit ueritatem sacramenti. i. non semper facit, quod sacramenta non perficiantur. A scripturis per hoc, quòd dicitur Matth. 28. baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Quod a Latinis sine additione a Græcis facta seruatur. Latini ergo cum diminutione illa Græcorum, Græci autem cum additione, pferũt ipsam baptismi formam. Cum igitur ab vtrisque sic verborũ mutatione formã proferentibus perficiatur sacramentum; patet, secundum scripturas ecclesiastica consuetudine interpretatas, quod additio & diminutio verborũ in formis quãdoque potest fieri licite. i. & sine peccato, & sine defectu sacramenti. A Concilio Florent. autem idipsum insinuatur p hoc; quod, quasi verbatim præsentem argumenti contr. textum & articulũ confirmans, dicit. Forma sacramenti baptismi est, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij, & Spiritussancti. Non tamen negamus; quin & per illa uerba, Baptizetur talis seruus Christi in nomine Patris & Filij & Spiritussancti. Vel baptizatur manibus meis talis in nomine Patris, & Filij & Spiritussanct., verum perficiatur baptisma. Quoniam cũ principalis causa, ex qua baptismus virtuté habet, sit sancta Trinitas; instrumentalis autem sit minister, qui tradit exterius sacramentum: si exprimitur actus, qui per ipsum exercetur ministrum, cum sanctæ Trinitatis inuocatione, perficitur sacramentum. Hæc Concilium in Decreto, seu constitution. super vnion. Armen. Ac si ergo dixerit ibi. Ideo mutationes illæ non nocent perfectioni talis sacramenti; quia non tollunt debitum, idest essentialem formæ sensum. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

* li. 2. Perherm. c. 1. parum ante finé tomo 1.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore tria fiunt. primo ponuntur duæ communissimæ regulæ circa huiusmodi narietates, secundo descenditur specialiter ad diminutionem, & additionem, tertio mouetur quædam difficultas circa additionem, & soluitur. Prima regula se tenet ex parte intentionis ministrantis sacramentum. secunda vero, se tenet ex parte significationis verborum, quod intellige, non secundum se, sed in ordine ad totam orationem: oportet. n. mutari sensum ipsius orationis, qui est forma sacramenti, ad hoc ut sacramentum sit nullum, vt prædictum est. De diminutione autem aut additione in speciali in singulis sacramentis, sermo erit in proprijs locis, hic in communi est sermo.

¶ Vbi nota pro solutione difficultatis motæ, quòd additio ad formam vltra duos modos, qui in litera ponuntur (s. uel tamquam aliquid intrinsecum ad formam, uel tãquám extrinsecum tertium inuenitur omnino per accidens, quando, s. interponitur aliquod verbum, non ut sit aliquid intrinsecum, vel adiacens formæ, sed impertinens omnino interpositio ad aliud propositum dicitur verbum, vt si inter baptizandum postquam dixit, ego te baptizo, dicat alicui, Recede hinc, seu aliquid eiusmodi, & prosequatur, In nomine Patris, & Filij, &c. Hoc enim non est propriè addere ad verba formę: sed interponere verba interrumpédo formam potest siquidem interruptio, de qua in responsione ad tertium est sermo, dupliciter fieri, uel sine interpositione uerborum, uel cum interpositione verborum. Vtraque autem interruptio non debet esse tanta, quòd iuxta communem morem hominum, continuitas soluatur orationis: si enim postquam magister dixit, Ego te baptizo, iret pransum, & postea subderet, In nomine Patris, & Filij, &c. siue interim tacuisset, siue non: soluta esset orationis vnitas.

*Alb. Mag. 4. di. 1. art. 2.*
*Ferr. 3. cont. c. 150.*
*Sot. 4 s. d. 1. q. 2. art. 1.*

SVPER Q. II. Aliàs 61. Art. I.

COncl. Sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem.

¶ Prob. Quia hoc patet & ex conditione humanæ naturæ, qua seruata, Deus prouidet homini; & ex statu hominis

## Q. II. ALIAS LXI.

*De necessitate sacramentorum, in quatuor articulos diuisa.*

DEinde considerandum est de necessitate sacramentorum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum sacramenta sint necessaria ad salutem humanam.

¶ Secundò, Vtrum fuerint necessaria in statu ante peccatum.

¶ Ter-

minis post peccatum, quo se subiectam fecit corporalibus; & ex studio actionis humanæ, quæ circa corporalia præcipue versatur (vt de his tribus medijs singillatim declaratur in tex.)

1m ex Apostolo. Corporalis exercitatio. &c. Vt corporalis præcise. §. Tunc nihil &c. Nam talis exercitatio, vt spiritui seruiens, multùm vtilis est; & sic est in proposito. Exercitatio enim per vsum sacramẽtorũ &c. vt in tex.

2m minor. Non autẽ sufficeret, si sacramenta essent necessaria. &c. Ne gatur. §. Deus enim dat hominibus gratiam secundum &c. vt in texte. Ex quo dic: quòd stant simul, ista duo scilicet gratia ad salutem sufficiens, & sacramẽtorum necessitas; immo unum illorũ sequtur ad aliud. Nam si uolo gratiam, oportet; quòd saltem voto suscipiã sacramenta (ut dicit Concilium Triden. sess. 7. de sacramentis cano. 4.)

9 4. di. 1 q. 1. artu. 2. q. 1. Et 3. contra c. 110. Et li 4. ca. 55. fin. & cap. 56.

* Q. præc. art. 6. ad 2.

3m de maiori. Posita causa sufficienti. &c. E: sufficienter applicata ad productionem effectus. § Tunc ni. &c. Nã passio Christi, quæ est causa sufficiens, applicatur hominibus per sacramenta: & ideo sufficientia passionis Christi non excludit, immo constituit, necessitatem sacramentorum. Nisi enim applicetur, seu cõmunicetur, passio ipsa homini; per passionem ipsam homo non saluatur. Vnde hoc docens Concilium Trid. sess. 6. cap. 3. ait. Etsi ille (Christus) pro omnibus mortuus est; non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt: sed ij dumtaxat, quibus meritum passionis eius communicatur. Hæc ibi. Cõmunicatur verò nobis seu applicatur (inquit idem Concilium sess. 14. cap. 1.) beneficium mortis Christi p sacramẽta. Responsum illud formale pro semper memorandum est, contra hæreticos: quoniam ad multa valet. Et ad sensum etiam patet: quòd posita causa de se ad producendum effectũ sufficientissima (puta, igne validissimo pro comburenda stupa,) sed non applicata, numquàm producet effectum illum. Puta: nisi ille ignis validissimus applicetur, quod fit per approximationem sufficientem, ad stupam; ab eo, quamuis ligna quantumcumq; uiridia sibi apposita actualiter comburat, numquã combureretur stupa. Vnde non ex defectu ignis, sed ex defectu applicationis, effectus ille non sequetur: vt patet. Sicut ergo, sufficientissimo igne posito, necessaria est adhuc applicatio pro effectu producẽdo ab igne: ita, sufficientissima ad saluandum homines passione Christi posita, necessaria adhuc sunt sacramenta, tanquàm applicatio quædam, pro salute hominum consequenda a passione Christi. Vide. q. 62. art. 1. ad secundum, & q. 48. ar. 6. ad secundum, & q. 49. art. 3. ad primum.

¶Lib. 19. c. 11. in fine.

¶ Tertiò, Vtrum fuerint necessaria in statu post peccatũ ante Chr̃m.

¶ Quartò, Vtrum fuerint necessaria post Christi aduentum.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum sacramenta sint necessaria ad humanam salutem.*

AD PRIMVM sic proceditur. Vr quod sacramenta non sint necessaria ad humanam salutem. Dicit enim Apost. 1. ad Tim. 4. Corporalis exercitatio ad modicũ utilis est: sed vsus sacramentorũ pertinet ad corporalem exercitationẽ, eo quod sacramenta perficiuntur in significatione sensibilium rerum, & verborum, ut dictum est. * ergo sacramenta non sunt necessaria ad humanã salutem.

¶ 2 Præt. Secundæ ad Cor. 12. Apostolo dicitur: Sufficit tibi gratia mea: non autem sufficeret, si sacramenta essent necessaria ad salutem. nõ sunt ergo sacramenta saluti humanæ necessaria.

¶ 3 Præt. Posita causa sufficienti, nihil aliud vr esse necessarium ad effectum: sed passio Christi est sufficiens causa nostræ salutis: dicit.n. Apost. ad Rom. 5. Si cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo p mortẽ Filii ei᷒, multo magis recõciliati salui erimus in vita ipsius. nõ ergo requiruntur sacramenta ad salutem humanã.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 19. contra Faustum: In nullum nomen religionis, seu verũ, seu falsum, coadunari homines possunt, nisi aliquo signaculorum, seu sacrorũ visibilium consortio colligentur: sed necessarium est ad humanam salutem homines adunari in unum ueræ religionis nomen. ergo sacramẽta sunt necessaria ad humanam salutem.

RESP. Dicendum, quod sacra sunt necessaria ad humanam salutem triplici ratione: quarum prima sumenda est, ex conditione humanæ naturæ: cuius proprium est, vt per corporalia, & sensibilia in spiritualia, & intelligibilia deducatur. Pertinet autẽ ad diuinam prouidẽtiam, vt vnicuique rei prouideat, fm modum suæ conditionis: & ideo conuenienter diuina sapientia homini auxilia salutis confert sub quibusdã corporalib. & sensibilibus signis, quæ sacra dñr. Secunda rõ sumenda est, ex statu hominis, q peccãdo se subdit p affectũ corporalibus rebus: ibi autem debet medicinale remediũ homini adhiberi, ubi patit morbũ: & iõ conueniẽs fuit, vt Deus p quædã corporalia signa, homini spiritualẽ medicinã adhiberet: nã si spiritualia nuda ei ppo nerent, eius animus applicari non posset, corporalibus deditus. Tertia autẽ rõ sumenda est, ex studio actionis humanæ, q̃ pcipuẽ circa corpora lia uersatur. ne ergo esset homini durum, si totaliter a corporalib. actibus abstraheretur, proposita sunt ei corporalia exercitia in sacris, quib. salubriter exerceatur euitanda superstitiosa exercitia, quæ consistunt in cultu dæmonum, vel qualitercumq; noxia, quæ consistunt in actibus peccatorum. Sic igitur per sacramẽtorum institutionem, homo conuenienter suæ naturæ eruditur per sensibilia: humiliatur, se corporalibus subiectum cognoscens, dum sibi per corporalia subuenitur: præseruatur etiã a noxiis actionibus, p salubria exercitia sacramentorum.

AD PRIMVM ergo dcdm, quod corporalis exercitatio, inquantũ est corporalis, nõ multũ vtilis est: sed exercitatio per vsum sacramentorũ, non est pure corporalis, sed quodammodo est spiritualis, scilicet per significationem, & causalitatem.

AD SECVNDVM dcdm, quod gratia Dei, est sufficiens causa humanæ salutis: sed Deus dat hominib. gratiam fm modum eis conuenientem: & ideo necessaria sunt hominib. sacramenta ad gratiam consequendam.

AD TERTIVM dcdm, quod passio Chri est sufficiens causæ humanę salutis: nec pp hoc seqr, quod sacra non sint necessaria ad humanã salutem: quia operantur in virtute passionis Christi, & passio Christi quodãmodo applicatur hominibus per sacra, secundum illud Rom. 6. Quicumq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.

## APPENDIX.

EX articu. habes primò, quomodo per rationem interimas hęreticorum dogma dicẽtium: sacramenta esse adiaphora. i. indifferentia. i. non necessaria. Vt enim dicit Gabriel Prateolus, in titulo Adiaphoristæ: sacramẽta hæreticis adiaphora sunt. Item hæresim Catharorũ (ut refert Cardin. Turrecremata, de Eccle. lib. 4. cap. 53.) dicentium: sacramenta omnia Ecclesiæ nihil prodesse ad salutem. Secundò habes: quomodo per rationẽ ostẽdas, hãc merito damnari a Conc. Trid. sess. 7 de sacramentis, can. 4. Si quis dixerit: sacramenta nouæ legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua; & sine eis aut eorũ uoto p solã fidem homines a Deo gratiã iustificationis adipisci: licet oĩa singulis necessaria non sint; Anathema sit. Hæc ibi. Quod & distinctius, quo ad gratię adeptionẽ, declarauerat in proœmio ante canones dicens. Visũ est de sanctissimis Ecclesię sacramentis agere: per quæ ois vera iustitia, vel incipit, uel cępta augetur, vel amissa reparatur. Hæc ibi. Ex his patet quoq; excludi, atq; condẽnari hæresim eorundẽ Catharorum (vt refert idẽ Card. ibid.) dicentium: sacramenta Christi & Ecclesiæ non esse uera, sed falsa & deceptoria. Si.n. sunt (vt verè sunt) necessaria ad salutẽ: constat utiq; quod sunt & uera, & pcul ab omni falsitate atque deceptione. Contra hos Catharos affer adhuc D. August. ut est in arg. contr. & dicta in Addition. articu. nu. 10. Tertiò vides: quo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica &c.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem. Et probatur tripliciter.

¶ Vbi nota duo. Primum, quòd non est hic sermo de necessario ad humanam salutem, sine quo non potuisset homo saluari: sed de necessario, sine quo non conuenienter humana salus fuisset. In cuius signum Auctor, tam in prima, quàm in secunda ratione conuenientiam infert sacramentorum.

¶ Secundo, notadifferentiam inter Auctorem, & Magistrũ sent. in prima dist quarta, circa has tres rationes, ex eruditione, humiliatione, & exercitatione. Nam altius tractantur ab Auctore, ut patet conferendo.

Sen.4.f.d.1.q.2.art.2.

SVPER Q. II. Aliàs 61. Art. II.

Concl. In statu innocentiæ sacramenta non fuerunt necessaria homini; neque prout ordinantur ad remedium peccati, neq; prout ordinantur ad animæ perfectionem.

10 4.dist.1.q.2.ar.2.c.3. *ar. præc. ad 2.

¶Prob. Quia in statu innocentiæ superiora nullo modo dependebant ab inferioribus (sicut enim mens subera &c.) Et contra hūc ordinem fuisset, si anima perficeretur per aliquid corporale, qđ fit in sacris (ut patet.)

*p.p.q.95. art.4.ad 1. *ar.præc.

1m de minori.

Indigebat gratia. R. Cōsequenda tunc spiritualiter. i. inuisibiliter. §. Tunc nihil &c. Non.n. dicitur, quòd sacramenta sint necessaria ad gratiam consequendam, quasi quòd gratia non possit (absolutè loquendo) haberi ab homine, nisi per illa sensibilia signa. i. per sacramenta: sed quia post peccatum non potest ab ipso haberi, nisi per talia signa saltem in voto: ut dictum est art. 1. appen.

2m de minori.

Eadem est natura. R. Non tamen, idem status naturæ §. Tunc nihil &c. ut uirtualiter patet ex textu, ly post peccatum anima etiā quantum &c.

3m illatio conclusionis. Ergo sacramenta, &c. R. Negatur illatio. §. Transitur

## ARTICVLVS II.

*Vtrum etiam ante peccatum fuerint hominibus necessaria sacramenta.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd etiā ante peccatum fuerint homini necessaria sacramenta: quia sicut dictum est,* sacramenta sunt necessaria homini ad gratiam consequendam: sed etiā in statu innocentiæ homo indigebat gratia: sicut in prima parte habitum est.* ergo etiam in statu illo erant necessaria sacramenta.

¶ 2 Præt. Sacramenta sunt necessaria homini, secundum conditionem humanæ naturæ, sicut dictum est: * sed eadem est natura hominis ante peccatum, & post peccatum. ergo videtur ꝙ etiam ante peccatum homo indiguerit sacramentis.

¶ 3 Præt. Matrimonium est quoddam sacramentum, secundùm illud Eph. 5. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & ecclesia: sed matrimonium fuit institutum ante peccatum, ut dicitur Ge. 2. ergo sacramenta erāt necessaria homini ante peccatum.

SED CONTRA est, quòd medicina non est necessaria nisi ægroto, secundùm illud Matt. 9. nō est opus sanis medicus: sed sacramenta sunt quædam spirituales medicinæ, quæ adhibentur contra vulnera peccati. ergo non fuerunt necessaria ante peccatum.

RESP. Dicendum, quòd in statu innocētiæ ante peccatum sacramenta necessaria non fuerunt. Cuius ratio accipi potest ex rectitudine status illius in quo superiora inferioribus dominabantur, & nullo modo dependebant ab eis: sicut enim mēs suberat Deo, ita menti subetant inferiores animæ vires, & ipsi animæ corpus. Contra hunc autem ordinem esset, si anima perficeretur, vel quantum ad scientiam, uel quantum ad gratiam, per aliquid corporale qđ fit in sacramentis, & ideo in statu innocentiæ homo sacramentis nō indigebat, non solum inquantum sacramenta ordinantur ad remedium peccati, sed etiam inquantum ipsa ordinantur ad animæ perfectionem.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ homo in statu innocentię gratia indigebat: non tñ ut eam consequeretur per aliqua sensibilia signa sed spiritualiter, & inuisibiliter.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ eadem est natura hominis ante peccatum, & post peccatum: non tamen est idem naturæ status. Nā post peccatum anima etiam quantum ad superiorem partem, indiget accipere aliquid a corporalibus rebus ad sui perfectionem, quod in illo statu homini necesse non erat.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ matrimonium fuit institutum in statu innocentiæ, non secundùm quòd est sacramentum, sed secundum ꝙ est in officium naturæ: ex consequenti tamen aliquid significabat futurum circa Christum, & ecclesiam, sicut & omnia alia in figura Christi præcesserunt.

tur enim ab officio naturæ ad sacramentum, vt sacramentum. Nam matrimonium fuit institutum in statu innocentiæ, &c. ut in textu.

### APPENDIX.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, & concilio; quòd sacramenta non erant homini necessaria in statu innocētiæ. A scripturis quidē per hoc, quòd dr Matth. 9. secūdum quòd cum di sensu ponitur in argu men. contr. Item per dictum Luc. 15. Quàm super 99. iustis, qui non indigent pœnitentia. Hinc etiā a simili monstratur, quòd sacramentis non indigebat homo in statu originalis iustitiæ, seu (quod idem est) in statu innocentiæ. A Concilio autem Trid. sess. 14. cap. 1. insinuatur idipsum sic. Si ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset: ut iustitiā in baptismo, ipsius beneficio & gratia, susceptā constanter tuerentur: non fuisset opus, aliud ab ipso baptismo sacramentum ad pecca torum remissionem esse institutum. Hæc ibi. Quæ tā aperte ad intentum præsentis articuli monstrandum, uelut a simili, faciunt: ut nulla sit opus declaratione. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

D. 740. D. 74. D. 9. & 190

ART-

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶In corpore vna conclusio: In statu innocentiæ homo sacramentis non indigebat, nec pro remedio peccati, nec pro perfectione animæ. Probatur: In statu illo superiora inferioribus dominabantur, & nullo modo dependebant ab eis: sed contra hunc ordinem esset, si anima a corporalibus sacramentis perficeretur, siue quoad scientiā, siue quo ad gratiam. ergo. Maior declaratur: quia sicut mens sub Deo, ita &c.

¶Circa hanc doctrinam simul cum ea, quæ exprimitur in responsione ad secundam, dubium occurrit, an hæc dicta, scilicet quod in statu innocentiæ superiora nullo modo dependebant ab inferioribus, & similiter quod anima quantum ad superiorem partem non indiguisset accipere aliquid a corporalibus rebus ad sui perfectionem, intelligenda sint de ipso statu innocentiæ communi primo homini & filijs, qui fuissent innocentes, an de primo homine solum, qui solus fuit ante peccatum. Et est ratio dubij: quia in statu innocentiæ filij Adæ acquisiuissent sciētiam ex sensibilibus (ut Auctor dicit in prima parte q. 101.) ac per hoc superiora aliquo modo dependebant ab inferioribus, & superior pars animæ indigebat ad sui perfectionem accipere a corporalibus rebus: cuius oppositum hic dicitur: & propterea hæc verba non pertinent ad statum innocentiæ communem patri, & filijs. Sed de ipso Adam uerificantur, quia animæ primi hominis competebat modus intelligendi per conuersionem ad phantasmata, ut Auctor dixit in prima parte. quæst. 94. artic. secundo, intellectio enim per conuersionem ad phantasmata dependet a phantasmatibus: ac per hoc superiora dependebant aliquo modo ab inferioribus, cuius oppositum hic dicitur.

¶Ad hoc dicitur, quòd præsens doctrina intelligenda est de statu innocentiæ, ut fuit in Adam, tū quia in ipso solo fuit sine dependentia superiorum ab inferioribus, quo ad scientiam: tum quia Auctor non quærit absolutè de statu innocentiæ, sed de homine ante peccatum, ut per ly ante peccatum determinet quòd de homine secundum tempus illud, quo fuit antequam peccaret quærit, & non simpliciter de homine, si perseuerasset cum posteritate in innocentia.

¶Ad obiectionem autem in oppositum dicitur, quòd intellectio Adæ, quia ex speciebus nō acquisitis ex sensibus, sed infusis a Deo procedebat, non dependebat a phantasmatibus: sed utebatur phantasmatibus ut inferioribus: sicut anima utebatur corpore subdito.

¶ Et si quæratur quid respondendum secundum Auctoris doctrinam sit quærenti, an filij innocentes indiguissent sacramentis, dicitur quòd non fuissent eis necessaria sacramenta: quia principalis perfectio hominis per sacramenta, est per gratiam: homines autem fuissent geniti cum gratia, ut in prima parte q. 101. art. 1. Auctor dixit, non indiguissent igitur ex cōditione sui status sacramentis perfectiuis hominis quantum ad gratiam. Et quia gratiam comitantur dona intellectus perfectiua, consequens est, ut nec quo ad perfectionem scientiæ de supernaturalibus, indiguisset sacramentis: eodem enim modo diuina sapientia prouidet de principali, & accessorio, ut patet ex opposito nostro statu, in quo perfectionem scientiæ supernaturalis ex sacramentis accipimus: quia per illa tantum gratiam a Deo habemus.

S.Bon.

S. Bon. 4. ſ. d. 1. q. 2. art. 1.
Scot. 4. ſ. d. 1. q. 3.
Ricc. 4. ſ. d. 1. q. 0. ar. 2.
Duran. 4. ſ. d. 1. q. 2.
Sot. 4. 1. d. 1. q. 0. art. 3.
Palu. d. 4. d. 1. q. 3.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum poſt peccatum ante Chriſtum Sacramenta eſſe debuerint.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur poſt peccatum ante Chriſtum ſacramenta non debuerint eſſe. Dictum * eſt enim quòd per ſacramenta paſſio Chriſti hominibus applicatur: & ſic paſſio Chriſti comparatur ad ſacramenta, ſicut cauſa ad effectum: ſed effectus non præcedit cauſam. ergo ſacramenta non debuerunt eſſe ante Chriſti aduentum.

¶ 2 Præt. Sacramẽta debent eſſe conuenientia ſtatui humani generis, vt patet per † Aug. 19. contra Fauſtũ: ſed ſtatus humani generis non fuit mutatus poſt peccatum, uſque ad reparationem factam per Chriſtum. ergo neque ſacramenta debuerunt immutari, vt præter ſacramenta legis naturæ, alia ſtatuerentur in lege Moyſi.

¶ 3 Præt. Quanto aliquid eſt magis propinquum perfecto, tanto magis debet ei aſſimilari: ſed perfectio ſalutis humanæ per Chriſtũ facta eſt, cui propinquiora fuerunt ſacramenta veteris legis, quàm ea, quæ fuerunt ante legem. ergo debuerunt eſſe ſimiliora ſacramentis Chriſti: cuius tamen cõtrarium apparet, ex eo, quòd ſacerdotium Chriſti prædicitur eſſe futurum, ſecundũ ordinem Melchiſedech, & non ſecundum ordinem Aaron, ut habetur Heb. 7. nõ ergo conuenienter fuerunt diſpoſita ante Chriſtum ſacramenta.

SED CONTRA eſt, quòd * Aug. dicit 19. contra Fauſtum, quòd prima ſacramenta, quæ celebrantur, & obſeruabantur ex lege, prænunciaerant Chriſti uenturi: ſed neceſſariũ erat ad humanam ſalutem, ut aduentus Chriſti prænunciaretur. ergo neceſſarium erat ante Chriſtum ſacramenta quædam diſponi.

RESP. Dicendũ, quòd ſacramenta neceſſaria ſunt ad humanam ſalutem, inquantum ſunt quædam ſenſibilia ſigna inuiſibilium rerum, quibus homo ſanctificatur. Nullus autem ſanctificari poteſt poſt peccatũ, niſi per Chriſtum, quem propoſuit Deus propitiatorẽ per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, ut ſit ipſe iuſtus, & iuſtificãs eũ, qui ex fide eſt Ieſu Chriſti: & ideo oportebat ante Chriſti aduentum eſſe quædam ſigna viſibilia, quibus homo fidem ſuam proteſtaretur de futuro ſaluatoris aduentu. Et huiuſmodi ſigna dicuntur ſacramenta. Et ſic patet, quòd ante Chriſti aduentum, neceſſe fuit quædam ſacramenta inſtitui.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd paſſio Chriſti eſt cauſa finalis veterum ſacramentorum: quæ ſcilicet ad ipſam ſignificandam ſunt inſtituta. Cauſa autem finalis non præcedit tempore, ſed ſolum in intentione agentis, & ideo non eſt inconueniens aliqua ſacramẽta ante Chriſti paſſionem fuiſſe.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd ſtatus humani generis poſt peccatum, & ante Chriſtum, dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo, ſecundum fidei rationem: & ſic ſemper vnus, & idem permanſit: quia ſcilicet iuſtificabantur homines per fidẽ futuri Chriſti aduentus. Alio modo poteſt conſiderari ſecundùm intenſionem, & remiſſionem peccati, & expreſſæ cognitionis de Chriſto. Nã per incrementa temporum, & peccatum cepit in homine magis dominari, intantum quòd ratione hominis per peccatum obtenebrata, non ſufficerent homini ad rectè viuendũ præcepta legis naturæ, ſed neceſſe fuit determinari præcepta in lege ſcripta, & cum his quædam fidei ſacramenta. Oportebat etiam, quòd per incrementa temporum magis explicaretur cognitio fidei: quia ut Greg. † dicit, Per incrementa temporũ creuit diuinæ cognitionis augmentum. Et ideo etiam neceſſe fuit, quòd in veteri lege quædam ſacramenta fidei, quam habebãt de Chriſto uenturo, determinarentur: quæ quidem comparantur ad ſacramenta, quæ fuerunt ante legem, ſicut determinatum ad indeterminatũ: quia ſcilicet ante legem non fuit determinate præfixum homini, quib. ſacramentis vteretur, ſicut fuit per legem, quod erat neceſſarium, & propter obtenebrationem legis naturalis, & vt eſſet determinatior fidei ſignificatio.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd ſacramentum Melchiſedech, quod fuit ante legem, magis aſſimilatur ſacramento nouæ legis in materia, inquantum. ſ. obtulit panem, & vinum, & habetur Gen. 14. ſicut etiam ſacrificium nouę legis oblatione panis, & vini perficitur. Sacramenta tamen legis Moſaicæ magis aſſimilantur rei ſignificatæ per ſacramentum, ſ. paſſioni Chriſti, vt patet de agno paſchali, & aliis hmõi: & hoc ideo, ne propter continuitatem temporis, ſi permaneret eadẽ ſacramentorum ſpecies videretur ſacramenti eiuſdem eſſe continuatio.

AR-

[Margin: * art. 1. huius q. ad 3. — † li. 19. cap. 16. & 17. tomo 6. — * li. 19. c. 13. in prin. tomo 6. — † Hom. 16. in Ezech. a med. — 4. d. 1. q. 1. ar. 2. q. 4.]

### SVPER Q. II. Aliàs 61. Art. III.

CONCL. Oportebat; ante Chriſti aduentum eſſe quædã ſigna viſibilia, quibus homo fidem ſuam proteſtaretur de futuro ſaluatoris aduentu: Et huiuſmodi ſigna dicuntur ſacramenta.

¶ COROLLARIVM. Ergo diffinitio ſacramẽtorum antiquorum eſt hæc. Antiqua ſacramenta erant quædam ſigna viſibilia; quibus, præter quòd ſignificabant ſanctitatem in hominibus (ut patet artic. primo, articu. ſecundo, appen.) homo proteſtabatur fidem ſuam de futuro ſaluatoris aduentu. Ergo non poteſt a Iudæis negari aduentus ſaluatoris. i. Chriſti ad ſaluandum mũdum: quoniam hunc aduentum quotidiè per ſacramenta ſua confitebantur. Ergo, dum ponunt aduẽtum Chriſti iudicis, cuius precurſor erit Helias (ut patet Malach. quarto,) & Chriſti ſaluatoris aduentum, cuius præcurſor fuit Ioannes Baptiſta (ut patet Iſa. 40. Secundum teſtimonium Matth. tertio, Mar. primo, Luc. tertio, Io. 1.) ſuis ipſorum ſacramentis profitebantur; oportet, uelint nolint, quòd concedant duos Chriſti aduentus: quos ſemper ſancti eorum patres antiqui Moyſes, Aarõ, Dauid &c. Confeſſi fuerunt. Hæc nota bene contra Iudæorum modernorum perfidiam.

¶ PROB. Quia nullus ſanctificari põt poſt peccatum, niſi per fidẽ in Chriſtum (ut patet Rom. tertio, per ly quẽ propoſuit &c.): Et ſacramenta ſunt viſibilia ſigna rerum, quibus homo ſanctificatur.

## 1^m de minori.

Non præcedit. R. Intentione agentis: non autem, executione operis. § Minorem, ſcilicet illam intelligendo (ut debet in propoſito intelligi) de effectu finali. i. qui ordinatur ad finem, & de cauſa ſua finali. Tunc &c. Nam paſſio Chriſti eſt cauſa finalis &c. ut in tex.

## 2^m de minori.

Non fuit mutatus. R. Secũdùm rationem fidei tantum. §. Tunc nihil &c. Ad ſacramentorum. n. mutationem factam per legem Moyſi conuenienter ſtatui humani generis, ſufficit: quòd ſtatus ipſe mutaretur ſecundũ intenſionẽ, remiſſionẽq; tùm peccati, tùm expreſſæ cognitionis de Chriſto. Et ſic reuera fuit mutatus. Nam per incrementa temporum & peccatum cępit &c. vt in tex. Vbi nota; primo: quòd peccatũ multiplicatum. i. magis intenſum, quàm prius in lege naturæ, fecit duos malos effectus. ſ. obtenebrauit rationem (ſicut & quodlibet peccatum de ſe magis uel minus obtenebrat ipſam. q. 1. art. 5. ad tertium,) & ad non uidendum rectam uiam moraliter iuxta legis naturæ præcepta uiuendi; & ad minus cognoſcendum illa, quæ erãt fidei. Quos duos effectus etiam hodie peccatum, quãtum eſt de ſe, per obtenebrationem rationis proportionaliter. i. ſecundum magis & minùs iuxta grauitatem ſuam, facit in peccatoribus. Hæc eſt illa impietas, de qua legitur in Pſ. 31. Tu remiſiſti impietatem peccati mei. Vnuſquiſque ergo peccator a ſuo peccato cæcatur, necnon obduratũ: & nõ a Deo, niſi permiſſiuè; & iuſtè infligendo pœnam illã. 1. 2. q. 79. art. 3. Item in textu hoc nota ſecundo. quòd Deus ſua miſericordia clemẽter pugnauit cõtra malitiam peccatorum; dùm obtenebroſitatem illorũ ordinauit ad ſalutem ipſorum & aliorum, dando. ſ. legem ſcriptã mũdo poſt tantam mundi ingratitudinem. Hinc confirmatur doctrina, illa D. Thomæ. 1. 2. q. 79. art. 4. De tali pugna clementiſſima, quam exercet quãdoq; Deus erga peccatores, & ad confundendum malos in bonum, & ad oſtendendum manifeſte, ꝯ non vult de ſe mortem peccatoris, ſed ut conuertatur & uiuat; vide Veritates aureas ſuper totam legem ueterem, Geneſ. 6 concl. 1. 2. 3. & cap. 11. concl. 1. 4. Item Exod. 9. concl. 3. & cap. 16. concl. 5.

## 3^m de maiori.

Ei aſſimilari. R. Vel in materia, uel in re ſignificata, uel in aliquo alio. §. Diſiunctiuè, ſcilicet accipiendo; ſecundum quod, pro tali caſu, magis conuenit. Tunc nihil &c. Nam ſacramentum Melchiſedech, quod fuit ante legem &c. ut in tex. In

quo,

quo, pro solutione totali ad illata in prima illatione, notabis diligenter ly & hoc ideo, ne propter continentem, &c.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis, & August. quòd sacramenta post peccatum ante Christum debuerunt esse. A. D. August. quidem: vt cum discursu ponitur in argum. contr. A scripturis vero per hoc: quòd sacramenta antiquitus populo Iudæorum data in libris Moysi sæpè leguntur; ut de his patet in prima secundæ, quæstione 101. artic. quarto, & quæstione 102. artic. quinto. Nam illa sacramenta fuisse a Deo data, & debuisse dari, idest fuisse conuenienter data, consequuntur se, hoc est, redeunt in idem. Non enim a Deo, quòd est ipsa sapientia, potest fieri aliquid uel minimum, quod non debeat fieri. i. quod non sit conuenientissime factum. Pro cuius ampliori notitia, & confirmatione per dicta scripturarum: vide quæst. 55. art. 4. append. recurrendo ad loca ibi citata. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis 2 doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Ante Christi aduentum post peccatum, necesse fuit quædam sacramenta institui. Probatur. Sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem, ut signa sensibilia inuisibilium rerum quibus homo post peccatum sanctificatur. ergo ante Christi aduentum post peccatum oportuit esse quædam sensibilia signa, quibus fidem suam de Christo futuro, homo protestaretur. ergo oportuit tunc esse sacramenta quædam. Prima consequentia probatur: quia nullus post peccatum sanctificatur, nisi per Christum, &c. Secunda consequentia probatur: quia huiusmodi signa dicuntur esse sacramenta.

*Sot. 4. s. d. 1. q. 1. art. 4. Ferr. 4. cont. c. 55.*

### SVPER Q. IIII. Aliàs 61. Art. IIII.

12 — 4. d. 1. q. 1. art. 2. q. 5. cor. d. 2. a. 4. q. 1. Et 4. contra cap. 57.

COncl. Oportet quædam alia sacramenta esse in noua lege, quibus significentur ea, quæ præcesserunt in Christo; præter sacramenta veteris legis, quibus prænunciabantur futura.

¶ Prob. Quia sacramenta sunt signa protestantia fidem (ut patet ex dictis:) & oportet, alijs signis significari futura, alijs vero præterita, seu præsentia (secundum August.)

† q. præce. art. 4. & 5.

### 1m de maiori.

Veniente veritate. R. Omni i nuda, clara omnino, & perfecta manifestatione. §. Tunc nihil & cæt. Nam ueritas, quæ per Christum facta est, de quo minor loquitur, non est illa veritas totaliter perfecte ac nude manifestata i semetipsa (Hæc enim erit solum in patria:) sed est veritas cōparatiue manifesta. i. respectu ueteris legis, quæ erat umbra futurorum. i. in noua lege existentiū. Hoc autem totum aperuit, quamuis sub alijs verbis, S. Dionysius dicens in c. 5. eccl. hi. statūs & c. vt in tex.

*lib. 19. ca. 15. to. 6.

### 2m illatio conclusionis.

Ergo videtur, quòd non debeamus &c. R. Negatur illatio. §. Ex præmissis. n. minus bene intellectis procedit; non penetrando sensum uerum dicti Gal. 4. Nam ibi sacramenta ueteris legis Apostolus vocat &c. ut in tex.

### 3m de minori.

Hoc videtur ad quandam mutationem diuinæ uoluntatis pertinere. R. Negatur. §. Nam sicut paterfamilias &c. vt in tex.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum post Christum debuerint esse aliqua sacramenta.*

AD QVARTVM sic proceditur. Vř q̄ post Cristum nō debuerint esse aliqua sacrā. Veniēte enim veritate, debet cessare figura: sed gratia & veritas per Iesum Christum facta est, ut dicitur Io. 1. cum igitur sacramenta sint veritatis signa, siue figuræ, vř q̄ post Christi passionem, sacramenta esse non debuerint.

¶ 2 Præt. Sacramenta in quibusdam elementis consistunt, ut ex supradictis patet: † sed Apost. dicit Galat. 4. Cum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes: nunc autem temporis plenitudine uenientes, iam non sumus paruuli. ergo videtur quòd non debeamus Deo seruire sub elementis huius mundi, corporalibus sacramentis vtendo.

¶ 3 Præt. Apud Deum non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, ut dicitur Iacobi 1. sed hoc videtur ad quandam mutationem diuinæ uoluntatis pertinere, quòd alia sacramenta nūc hominibus exhibeat ad sanctificationem tempore gratiæ, & alia ante Christum. ergo videtur quòd post Christum non debuerunt alia sacramenta institui.

SED CONTRA est, quòd * Aug. dicit contra Faustum 19. quòd sacramenta veteris legis sunt ablata, quia impleta, & alia sunt instituta, virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora.

RESP. Dicendum, q̄ sicut antiqui patres saluati sunt per fidem Christi venturi, ita & nos saluamur p fidem Christi iam nati, & passi. Sunt autē sacrā, quædam signa protestantia fidem, qua homo iustificatur. Oportet autem aliis signis significari futura, præterita, seu pñtia, vt. n. † Aug. dicit 19. contra Faustū, eadē res aliter annunciat facieda, aliter facta: sicut ipsa uerba, passurus, & passus, non sir sonant: & ideo oportet quædam alia sacrā esse in noua lege, quibus significentur ea, quæ præcesserūt in Christo, præter sacramenta veteris legis, quibus prænunciabantur futura.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut * Dion. dicit in 5. c. eccl. hier. status nouæ legis, medius est inter statum veteris legis, cuius figuræ impleňt in noua lege, & inter statū gloriæ, in qua omnis, nude, & perfecte manifestabit veritas: & iō tunc nulla erunt sacramenta. Nūc autē quādiu per speculum, & in ænigmate cognoscimus, ut dicitur 1. ad Cor. 13. oportet nos p aliqua sensibilia signa, in spiritualia deuenire: quod pertinet ad rationem sacramentorum.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ sacrā veteris legis Apl's vocat egena, & infirma elemēta, q̄a gratiā, nec cōtinebāt, nec causabāt: & iō vtētes illis sacrīs, dicit Apl's sub elementis mundi Deo seruisse: q̄a. s. nihil aliud erant, quàm elementa huius mundi. Nostra autem sacramenta gratiam continent, & causant: & ideo non est de eis similis ratio.

AD TERTIVM dicendum, q̄ sicut paterfamilias nō ex hoc habere mōstratur mutabilē uoluntatē, q̄ diuersa præcepta familiæ suæ proponit pro tēporū uarietate, nō eadem præcipiens hyeme, & æstate, ita non ostenditur aliqua mutatio esse circa Deum, ex hoc q̄ alia sacramenta instituit post Christi aduentum, & alia tempore legis: quia illa fuerunt congrua gratiæ præfigurandæ, hæc autem sunt congrua gratiæ præsentialiter demonstrandæ.

† lib. 19. c. 16. to. 6.

*ca. 5. eccl. hiera. par. 1. titu. 1. a med.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articu. habes primò: quomodò p rationem & directā (Hęc est in corp.) & indirectam (Hæc est solutio argumentorum. Quæ duo. s. directa, ac indirecta vbique in similibus locis semper intelliguntur) interimas hæresim Catharorum dicentium: Nulla esse sacramenta, in Ecclesia. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hanc meritò damnari a Cōcilio Floren. 2 per hoc, quòd de sacramentis nouæ legis multa tractat, materiam & formā eorum assignando &c. quod non faceret, nisi essent. Vide ipsum in Decreto, seu cōstitution. super vnione Armenor. Item a Concilio Trid. per hoc, q̄ in sess. 7. & de sacramentis in communi, & de aliquibus i particulari tractat; quin & de cæteris in alijs multis sessionibus. Factis ergo suis cōcilia ipsa hæresim illā omnino destruunt, ac reprobāt. Tertiò vides: 3 quomodo ex ijs bene pēsatis & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim decl. &c.

QVAE-

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Oportet in noua lege esse quędam alia sacramenta. Probatur: Sacramenta sunt signa protestantia fidem, qua homo iustificatur: ergo oportet esse alia sacramenta, quibus præterita credita significentur. Consequentia quo ad id, quod supponit, s. diuersitatem significabilium: probatur quia antiqui saluabantur per fidem Christi nasciturí: nos per fidem Christi nati. Et quo ad ipsa signa probatur: quia alijs signis oportet significari præterita, & futura. Probatur hoc auctoritate August. & ex ipsis verbis præteriti, & futuri temporis.

*Ferr. 4.*

## QVÆSTIO III. Aliàs 62.

***De principali effectu sacramentorum, qui est gratia, in sex articulos diuisa.***

DEINDE considerandum est, de effectu Sacramentorum. Et primo de effectu eorum principali, qui est gratia. Secundo de effectu secundario, qui est character.

CIRCA primum quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum sacramenta nouæ legis sint causa gratię.
¶ Secundò, Vtrum gratia sacramentalis aliquid addat super gratiam virtutum, & donorum.
¶ Tertiò, Vtrum sacramenta contineant gratiam.
¶ Quartò, Vtrum sit in eis aliqua virtus ad causandum gratiam.
¶ Quintò, Vtrum talis virtus in sacramentis deriuetur a passione Christi.
¶ Sextò, Vtrum sacramenta veteris legis, gratiam causarēt.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum sacramenta sint causa gratiæ.*

13 Inf. arti. 6. & q. 64. ar. 1. Et 3. di. 40. ar. 3. Et 4. d. 1. q. 1. Et ar. 4. q. 1. Et art. 5. q. 1. & 4. cont. c. 57. & 47. prin. Et uerit. q. 27 ar. 4. Et quolibet 12. art. 15. † li. 12. cap. 26. in medio to. 3. * Tract. 80. a me. to. 9.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd sacramenta non sint causa gratiæ. Non enim idem videtur esse signum, & causa, eo quòd ratio signi videtur magis effectui competere: sed sacramentum est signum gratiæ. non igitur est causa eius.

¶ 2 Præt. Nullum corporale agere potest in rem spiritualem, eo quòd agens honorabilius est patiente, vt † Augustinus dicit 12. super Genesim ad literam: sed subiectum gratiæ est mens hominis, quæ est res spiritualis. non ergo sacramenta possunt gratiam causare.

¶ 3 Præ. Illud, quod est proprium Dei, non debet alicui creaturæ attribui: sed causare gratiam, est proprium Dei, secundùm illud Psal. 84. Gratiam, & gloriam dabit dominus. Cum ergo sacramenta consistant in quibusdam verbis, & rebus creatis, non videtur ꝙ possint gratiam causare.

SED CONTRA est, quòd * Aug. dicit supra Ioan. quòd aqua baptismalis corpus tangit, & cor abluit: sed cor non abluitur, nisi per gratiam. ergo causat gratiam, & pari ratione alia ecclesiæ sacramenta.

RESPON. Dicendum, quòd necesse est dicere sacramenta nouæ legis, per aliquem modum gratiam causare. Manifestum est enim, quòd per sacramenta nouæ legis, homo Christo incorporatur, sicut de baptismo dicit Apostolus Galat. 3. Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis: non autem efficitur homo membrum Christi, nisi per gratiam: quidam tamen dicunt, quòd non sunt causa gratiæ aliquid operando: sed quia Deus sacramentis adhibitis, in anima gratiam operatur. Et ponunt exemplum de illo, qui afferens denarium plumbeum, accipit centum libras ex regis ordinatione, non quòd denarius ille aliquid operetur ad habendum prædictæ pecuniæ quantitatem: sed hoc operatur sola voluntas regis. vnde & † Bernar. dicit in quodam sermone de cœna Domini, sicut inuestitur canonicus per librum, abbas per baculū, episcopus per annulum, sic diuisiones gratiarum diuersæ sunt traditę sacramētis. Sed siquis rectè consideret, iste modus non trāscendit rationem signi. Nam denarius plumbeus, non est nisi quoddam signum regiæ ordinationis de hoc, quòd pecunia recipiatur ab isto. Similiter liber est quoddam signum, quo designatur traditio canonicatus. Secundum hoc igitur, sacramenta nouæ legis nihil plus essent, quàm signa gratiæ: cum tamen ex multis sanctorum auctoritatibus habeatur, quòd sacramenta nouæ legis non solum significant, sed causant gratiam. Et ideo aliter dicendum, quòd duplex est causa agens, principalis & instrumentalis. Principalis quidem operatur per virtutem suæ formæ, cui assimilatur effectus, sicut ignis suo calore calefacit. Et hoc modo non potest causare gratiam, nisi Deus: quia gratia nihil est aliud quàm quædā participata similitudo diuinæ naturæ, secundum illud 2. Pet. 1. Magna nobis, & pretiosa promissa donauit, ut diuinæ simus consortes naturæ. Causa vero instrumentalis non agit per uirtutem suæ formæ, sed solum per motū, quo mouetur a principali agente. vnde effectus non assimilatur instrumento, sed principali agenti: sicut lectus non assimilatur securi, sed arti, quæ est in mente artificis. Et hoc modo sacramenta nouæ legis gratiam causant. Adhibentur enim ex diuina ordinatione hominibus ad gratiam in eis causandam. vnde † Augustinus dicit 19. contra Faustū. Hæc omnia, s. sacramentalia, fiunt, & transeunt: virtus tamē, scilicet Dei, quæ per ista operaᵣ, iugiter manet. Hoc autem propriè dicitur instrumentum, per quod aliquis operatur. Vnde & Tit. 3. dicitur, Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.

† Bernard. in ser. de cœna ante medalliun.

Ferr. 4. cont. c. 57. 74. Scot. 4. s. d. 1. q. 4. Duran. 4. s. d. 1. q. 5. Cap. 4. d. 1. q. 3. con. 4. S. Bon. 4. s. d. 1. q. 4. art. 1. Ricc. 4. s. d. 1. q. 1. ar. 4. Sot. 4. s. d. 1. q. 3. art. 1. Palud. 4. d. 1. q. 1.

D. 180.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod causa principalis non propriè potest dici signum effectus, licet occulti, etiam si ipsa sit sensibilis, & manifesta: sed causa instrumentalis si sit manifesta, potest dici signum effectus occulti: eo quòd non solum est causa, sed quodāmodo effectus, inquātū mouetur a principali agente. Et secundum hoc, sacramenta nouæ legis, simul sunt causæ, & signa, & inde est, quòd sicut communiter dicitur, efficiunt quod figurant. Ex quo etiam patet, quòd habent perfectè rationem sacramenti, inquantum ordinantur ad aliquid sacrum, non solum per modum signi, sed etiam per modum causæ.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ instrumentum habet duas actiones. Vnam instrumentalem secundum quam operatur non uirtute ꝓpria, sed in virtute principalis agentis. Aliam autem habet actionem propriam, quæ competit sibi secundùm propriam formam: sicut securi competit scindere ratione suæ acuitatis, facere autem lectum inquantum est instrumentum artis: non autem perficit instrumentalem actionem, nisi exercendo actionem propriam: scindendo enim facit lectum. Et similiter sacramēta corporalia, per propriam operationem, quam exercent circa corpus, quod tangunt, efficiunt operationem instrumentalem ex virtute diuina circa animam: sicut aqua baptismi abluendo corpus, secundum propriam virtutem abluit animam, inquantum est instrumentum virtutis diuinæ: nam ex anima, & corpore vnum fit, & hoc est quòd † Augustinus dicit, quòd corpus tangit, & cor abluit.

† loco cita. t. in argu. Sed cont.

### SVPER Q. III. Aliàs 62. Art. 1.

CONCL. Sacramenta nouæ legis, per modum causæ instrumentalis, causant gratiam.

¶ PROB. Quia sacramenta nouæ legis ex diuina ordinatione adhibentur hominibus; ad gratiam in eis causandam (ut constat ex Augustino cōtra Faustum atque ex ad Titum 3.) & illud propriè dicitur instrumentum, ꝑ quod aliquis operatur (ut de se patet.)

* Ca. 16. in prin. to. 6.

¶ COROLLARIVM. Ergo sacramenta nouæ legis transcendunt rationem signi: ad differentiam sacramētorum veteris legis, de quo in artic. 6. Ergo illa exempla de denario plūbeo, de libro, de baculo, de annulo, nisi aliud addatur, non sunt ad propositum sacramentorū nostrorum, quasi exprimētia totam virtutem ipsorum: sed solū sunt ad propositum veterū.

1^m^ de maiori.

Et causa. R. Principalis. §. Causa. n. principalis non propriè potest &c. vt in tex. Tunc nih. &c. Nam conclusio articuli loquitur de causa instrumentali. Hæc autē, si sit manifesta, potest dici signum effectus occulti &c. ut in text. Cuius dictum. s. quòd sacramenta nostra sint causa instrumentalis, confirmatur ex Conc. Trid. sess. 6. capit. 7. dicente. Hu* iustificationis causæ sunt &c. Efficiens verò misericors Deus qui gratuito sanctificat vngens spiritu promissionis sancto &cęt. Instrumētalis item, sacramētum baptismi. Hæc ibi. Ex his confirmantur & dicta in corp.

2^m^ de maiori.

Nullum corporale agere potest. R. In virtute sua corporali, tantùm. §. Tunc nihil &c. Nam sacramentum corporale in

le in rem spiritualem agit non in virtute sua corporali tantum: sed principaliter in virtute primi agentis .i. Dei; vt declaratur in tex. 3m maior. Quod est proprium Dei non debet creaturæ attribui. & secundum quod est proprium Dei. §. Tunc nihil &c. Non enim attribuit articuli conclusio sacramentis, quod causent gratiam eo modo, quo Deus causat eã: sed solũ eo modo, quo causare illam conuenit instrumentis. Vide in textus corp. differentiã causandi, quæ est inter causam principalẽ, & causam instrumentalem.

¶ Not. Pro ampliori noticia & formalizatorum argumẽtorum cum responsis, & maximæ utilitatis inde prouenientis, vide 2. 2. q. 1. ar. 1 declarationem vniuersalem post ad tertium, cum ibi citatis: & scias, quod talem modum formalem exercendo (vt decet) breui doctus euades.

AD TERTIVM dicẽdum, q̃ rõ illa procedit de eo, quod est causa gratiæ per modũ principalis agẽtis: hoc enim est propriũ Dei vt dictũ est.*

AR-

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo quomodo per rationem interimas heresim Lutheri dicentis: sacramenta nouæ legis dare gratiã his, qui non ponunt obicem, hæretica est, licet vsitata, sententia Item hæresim Armenorum dicentium: sacramentum nullum cõferre gratiam, nec posse; quantumlibet ad eius susceptionem animam suam quis præparet. Nec potest dici, quod loquuntur de dare gratiã per modum principalis agentis; quoniam sententia visitata in contrarium, quam oppugnare intendunt, non loquitur nisi de dare gratiam per modum secundarij .i. instrumentalis agentis. Patet.n. q̃ nullus vnquam sapiens posuit, sacramenta dare gratiam per modũ principalis causæ: tantum abest, vt sententia hæc in alio sensu sit vsitata. 2 Secundo, habes: quomodo per rationem ostẽdas: has merito dãnari à concilio Floren. in Decreto seu constitution. super vnion. Armenor. Nouæ legis sacramenta multum a sacramentis differũt antiquæ legis. Illa enim non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam figurabant. Hæc veró nostra & continent gratiam, & ipsam digne sumentibus conferunt. Hæc ibi. Item à concilio Triden. sess. 7. de sacramentis cano. 2. Si quis dixerit, nouæ legis sacramẽta à sacramẽtis antiquæ legis nõ differre: nisi quia ceremoniæ sunt aliæ, & alij ritus externi: Anathema sit. Hæc ibi. Et cano. sexto. Si quis dixerit*, sacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam significant: Aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre: quasi signa tantũ externa sint acceptæ per fidem gratiæ, vel iustitiæ; & notæ quædam Christianę professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus; Anathema sit. & cano. 7. Si quis dixerit: non dari gratiam per huiusmodi sacramenta semper, & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiam si rite ea suscipiant; sed aliquando, & aliquibus, Anathema sit. Hæc ibi. Item à papa Leone X in sua Bulla contra errores Lutheri. De qua vide in Addition. q. 8. ar. 1. appen. Item à D. Aug. vt est in argum. contr. Item ab Addition. articulorum nu. 68. Elucid. Cæterum ne mireris, nec in vera fide vllo modo vacilles, propter hoc; quod Lutherum (vt similes) catholicis imponentem hæresim audisti: quoniam his mendacijs, ad vafre decipiendũ simpliciũ animas, eos vti contra Ecclesiam catholicam, docuit hæreticorum magister, & pater scilicet diabolus. Sed, vt deludantur illusores (vt oportet) vide omnino Veritates aureas super totam legem veterem, Numer. decimosexto, conclus. secunda, ad longum. & Deuter. 17. conclus. 7. 8. 9. Item Compen. Alber. Magn. lib. 7. cap. 9. schol. 3 Tertió, vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica, vicissim declaretur, &c.

* In corp. art.

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo nota terminos. Non enim quæritur, an sacramenta dicantur causa, sed an sint causa: Et hoc ideo, quia non satisfit quæstioni vocando causam id, quod vera non est causa. De gratia autem in præsenti titulo sermo est indistincte: reseruatur.n. sequẽti articulo, quæ sit illa gratia, quæ per sacamenta confertur. Vnde non spectat ad præsentem quęstionem discutere in speciali de gratia, quæ causatur. Rursus si principium non articuli huius, sed introductæ quæstionis huius perspexeris (vbi hæc q. 62. a quæstione sexagesimatertia distinguitur, dicendo; & primo de effectu eius principali, qui est gratia: secundo, de effectu secundario, qui est character) videbis quod sub gratiæ nomine hoc in loco non comprehenditur character, cum distinguatur contra characterem: sed cõiter, sumit prout a sanctis dicitur, quod sacramenta conferunt gratiam. Et hoc manda memoriæ: & reminiscere, cum postea dicetur, sacramenta causare instrumentaliter gratiam, vt non recurras ad characterem, volens fugere quod baptismus non causet gratiam gratum facientem, quia creator, & creatura non potest etiam instrumentaliter creare. Hic enim de effectu principali sacramentorum, qui est gratia distincta contra characterem, tractãdo quęritur, an sacramẽtum sit causa gratiæ, & in sequenti articulo quid addat hęc gratiam supra gratiam gratum facientem discutitur.

¶ In corpore articuli tria fiunt. Primo ponit id, in quo oportet oẽs conuenire. Secundo, recitatur quorundam opinio. Tertio, respondetur quæsito secundum propriam opinionem.

¶ Quo ad primũ conclusio est, Necesse est dicere sacramenta nouę legis aliquo modo causare gratiam. Probatur: Per sacramenta homo Christo incorporatur ergo acquirit gratiã. antecedẽs est Apostoli: consequentia patet. quia non fit homo membrum Christi, nisi per gratiam.

¶ Quo ad secundũ, primo ponitur opinio, quod sacramenta causant non operando ad gratiam, sed quia Deus assistit, cum exẽplis, & auctoritate Bernardi. Secundo, exponitur quid importet hęc opinio, scilicet quod non ponit sacramenta supra genera signorum, & declaratur exẽplis. Tertio, improbatur hęc opinio auctoritate sanctorum, addentium signo causam.

¶ Quoad tertiũ ponitur primo distinctio bimembris de causa agente .s. principali, & instrumentali. Secundo, ponitur causę principalis conditio: quiá distinguitur ab instrumentali, scilicet principalis causa est, quę agit virtute suę formę, cui assimilatur effectus. Et iuxta hoc membrum ponitur vna conclusio: solus Deus est causa principalis gratię. Probatur: solus Deus est, cuius est participata similitudo gratiæ ergo solus Deus est gratię causa principalis Antecedẽs est Petri apostoli. Cõsequẽtia patet ex cõditione causæ principalis. Tertio, ponitur conditio causę instrumentalis. Et iuxta hoc membrum ponitur alia conclusio, s. Sacramenta sunt causę agentes instrumentaliter ad gratiam. Probatur: causa instrumẽtalis est, quę non agit uirtute suæ formæ: sed per solum motum quo ab agente principali mouetur: sed sacramenta Deus adhibet, ut per ea causet gratiam ergo sunt causæ instrumẽtales. Maior patet ex signo: quia effectus non assimilatur instrumento, & ex exemplo de lectulo respectu serrę, & artis Minor probatur auctoritate Augustini, & Apostoli, & modi loquendi: quia hoc vocatur instrumentum, per quod principale agens operari dicitur.

¶ Hoc in loco aduertendũ est, quod Scotus in 4. sen. dist. 1. q. 4. & 5. etsi videatur tertiam ponere opinionem, secundum tamen rẽ positio sua incidit in opinionem prærecitatã, ac improbatã in litera: solis.n. verbis ab illa differt Ponit.n. tria in sacramento Primo, effectũ quem sensibile signum habet a Deo, puta q̃ adhibetur ex institutione diuina, tale vt a nobis suscipiatur vt sacramẽtum. Secũdũ, q̃ est necessitas necessitate infallibilitatis respectu effectus significati per sacramẽtum. Tertium, quód habet rationem dispositionis pro quanto suscipiens sacramentum, ex ipsa susceptione disponit ad suscipiendũ effectum significatum per sacramentum à Deo immediate causante illum.

¶ Ex quorũ trium concursu, infert, quod sacramentum licet non sit secundum rem causa gratiæ, potest tamen appellari causa instrumentalis gratiæ, vt sic saluentur auctoritates sanctorum.

¶ Declarat aũt hoc, s. q̃ sine vera causalitate possit dici cã instrumentalis: tum quia meritũ dr̃ causa præmij, & tamen non efficit illud: tum quia motus dicitur causa termini: & tamen non efficit illum, tum quia vere dicimus, quod per motum acquiritur terminus, & per meritum acquiritur præmium, & tamen neutrum est causa vere instrumentalis, & hoc directe militat contra rationem literæ sumptam ex modo loquendi cum illa propositione Per.

¶ Arguit præterea contra conclusionẽ principalem huius literę, scilicet Sacramentum est vere causa instrumentaliter agens ad gratiam. Et argumentum suum est ex parte effectus. Aut sacramentũ attingit instrumentaliter agendo, ipsam gratiam gratum faciẽtem, aut aliquam dispositionem præuiam: nõ potest dici primum: quia gratia creatur. & nulla creatura potest etiam instrumẽtaliter creare: nec potest dici secũdum, tum quia dispositio illa cum sit forma supernaturalis, est æque creabilis sicut gratia tum quia subiectum est æque in potentia obediẽtiali ad illam dispositionem, tum quia dispositio illa producitur in instanti, sacramenta autem non possunt agere in instanti. Et si ponatur produci in tempore, Deum agere in tempore inconuenit.

¶ Arguit præterea contra idẽ, descendendo specialiter ad sacramentum eucharistiæ: quia transubstantiatio fit sola infinita virtute non minus quàm creatio: nec potest fingi in pane dispositio necessitans ad transubstantiationem, quoniam dispositio necessitãs est in eodem instanti cum termino

¶ Præterea, in alijs sacramentis oportet assignare, quæ sit ista dispositio quæ instrumentaliter causatur a sacramentis.

¶ Demũ arguit, quod superflue ponitur ista causalitas in sacramentis: quia sine ipsa ex assistentia diuina ecclesiæ reuelata, in operationibus sacramentalibus omnia saluant ad sacramenta, & eorũ effectus requisita.

¶ Ad primum obiectum Scoti, breuiter respõdendo, dr̃, quod cũ ip'e

ipse non saluet, sacramentum causam esse, sed causam dici, & in veritate non nisi signum infallibile praeceptum suscipi ponatur ad effectum sacri, non satisfit auctoritatibus sanctorũ, dicentibus sacrũ esse signũ, & causam efficientem signatum, vt patet in 4. sent.

¶ Cum ergo obijcitur primo, quod sacrũ habet rationẽ dispositionis, respondetur quod non esset dispositio, nisi ratione obediẽtiæ, qua præceptũ suscipitur signum, & propterea falsum est, quod ipsum sacrũ seu illius susceptio secũdum se esset dispositio in esse reali, nisi ponatur realiter causa.

¶ Ad secundum vero de merito dicitur, quod licet meritum sit causa vt ratio, qua operanti est debitum pręmium, & propterea dr̃ causa pręmij, constat tamen meritum non efficere præmium, qm̃ aliunde est mereri, & aliunde præmiare. Et propterea non obstat hoc proposito, vbi de causa efficiente secundum rem est quæstio.

¶ Ad tertium de motu, dr̃, quod quia motus potest sumi actiue, vel passiue, vel absolute, & per motionẽ actiuam proculdubio effectiue fit terminus, per motum autem simpliciter vel passiue, non effectiue, sed tanquam per viam acquiritur terminus, ideo argumẽtum non obstat propositioni, qua vtitur Auctor in hoc proposito, si illud proprie dr̃ instrumentum, per quod agens effectiue operat̃.

¶ Et per hoc patet responsio ad vltimum contra rationem de modo loquendi, quoniam nõ sumit argumentum Auctor ex ly per absolute, sed applicato ad id, per quod efficiens operatur.

¶ Ad argumenta secundo loco inducta contra conclusionem principalem dicitur, quod sacramentum instrumentaliter attingit gratiam sacramentalem, & non oportet recurrere ad dispositionẽ præuiam ad gratiam. quicquid enim secundum aliorum opinionẽ, vt probabiliorem dixerit Auctor in 4. sen. hoc in loco secundũ propriam sententiam longe altius sensit, expresse ponens gratiã gratũ facientem (qua scilicet homo fit membrum Christi, & qua sumus diuinæ naturæ consortes) a Deo principaliter, & a sacramento instrumentaliter effici.

¶ Et confirmatur clare hanc esse suam intentionem ex titulo quæstionis, vbi distinguit hanc quæstionem a sequenti, per hoc, quod nunc quæritur de sacramenti effectu principali, qui est gratia, tunc autem quæretur de effectu secundario, qui est character, de quo, & ornatu simile dicitur esse iudicium in 4. Sententia. quo ad præsentem quæstionem. Et confirmatur hoc idem ex sequenti articulo huius quæstionis, ubi gratia sacramentalis non ponitur dispositio, sed ut patebit, nullum habituale donum addit supra gratiam gratum facientem.

¶ Ad obiectionem autem, quod nulla creatura potest etiam instrumentaliter creare, respondetur hoc concedendo: sed negando, quod gratia proprie creatur, quod patet ex eo, quod cum desinit esse, nõ annihilatur, nam si creatur (quia creatio est ex nihilo) cum desineret conseruari, oporteret quod eius desitio esset annihilatio: Deum autem credimus numquam aliquid annihilare.

¶ Et licet hoc sufficiat argumento: pro reuerentia tamen communis dicti, sane intelligendi, de creatione gratiæ, distinguere potes, quod causatio gratiæ dupliciter sumi potest, uel quatenus est mutatio animæ de non gratia in gratiam Deo, & sic attingitur instrumentaliter a sacramento: uel quatenus creatio ibi aliquo modo immiscetur, & sic fit gratia immediate a Deo. Probatur autem conuenienter sic dici: quia Christus caput ecclesiæ ut homo (alioquin non esset eiusdem naturæ cum membris) influit uitam proculdubio gratię gratum facientis membris suis, constat autem humanitatem Christi infra latitudinem contineri creaturarum, non inconuenit ergo Deum per humanitatem Christi, ut instrumentũ coniunctum, & per sacramentum ut instrumentum separatum, gratiam gratum facientem in homine causare, vt clare habes hic in responsione ad tertium bene perspecta, ac collata cum argumento, & corpore articuli, ad quod se remittit.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta, reliqua contra dispositiones præuias causabiles per sacramenta in speciali. De singulorũ enim proprijs effectibus, in tractatu singulorum patere poterit, nunc enim sat est proposito de effectu, qui est gratia sacramentalis, tractare, quam diximus, & manifestabimus non oportere esse dispositionem aliquam præuiam ad gratiam. Quare falsum est, sacramentum non posse causare in instanti: quoniam in termino temporis prolationis uerborum sacramentum causare effectum suum potest. Nec etiam inconuenit Deum uoluntatie utendo motu creaturæ, agere in tempore: cum nullus adeo desipiat, qui neget Deum posse localiter mouere, quod est agere in tempore.

¶ Ad demum obiecta, quod superflue ponitur ista causalitas in sacramentis, respondetur, quod non superflue, sed necessario ponitur, tum necessitate reuerentiæ ad auctoritates Sanctorum: quas ipsemet Scotus uolens saluare glossat, causa, id est signum infallibile, ubi patet manifestus error in glossando: tum necessitate dignitatis sacramentorum nouæ legis: longe enim digniora sunt si locẽtur in genere causæ, quam si infra latitudinem signorum concludantur, ut sacramenta veteris legis. Fateri enim oportet sacramenta nouæ legis digniora esse sacramentis ueteris legis, & excedere uetera in hoc, quod noua efficiunt quod figurant, uetera autem non, ut patet in 4. Sent. dist. 1.

¶ A glossante autem Scoto, aut quocumque altero in extraneũ sensum, quærendum est quibus uerbis, aut quibus articulis, aut quo sermone Sancti, aut quicumque alij, debuissent, aut potuissent explicare hoc, scilicet quod sacramenta sint causa effectiua gratię, non explicatur per ista, efficiunt quod figurant, & rursus per ista, ita ut imaginem gerat, & causa existat, quæ omnia explicantur in 4. Senten. Doceant nos quæso, quibus uocabulis explicandum fuerat, &, sic cognoscat se, uel non sequi doctrinam sanctorum in hac parte collectam à Magist. Sententiarum. Et scito, quod hodie minus libera apparet opinio hæc, quoniam in Concilio Florentino sub Eugenio IIII. legimus differentiam inter sacramenta ueteris, & nouæ legis, in hoc, quod illa non causabant gratiam: ista uero continent gratiam, & conferunt eam. Hæc ibi.

¶ In responsione ad secundum aduerte. Scotum ubi supra, nec exempla præterire: vnde contra exemplum de efficientia instrumẽtorum artificum arguit probãdo serram non esse effectiuã causam instrumentalem, tum quia, nec figura, nec quantitas, nec motus localis est forma actiua, tum quia sicut albedo expellit ab eodem nigredinem non effectiue, sed formaliter, ita corpus expellit corpus ab eodem loco non effectiue, sed quasi formaliter.

Ad hæc facilé est, & respondere, & monstrare inopinabilem hanc Scoti nouam phantasiam esse falsam: cum enim mouens proximũ, & motum oporteat esse simul, & constet ligni partes, quæ secando mouentur localiter, non esse simul cum artifice (non enim oportet se tangi artificem, & lignum quod secatur) consequens est, quod mouens proximum partes illas, oportet quod sit serra, quæ est corpus mouens motum. Et confirmatur auctoritate Aristot. secundo de Anima, potentis nautam mouere nauem, & manu, & temone: altera, vt instrumento coniuncto, altero vt instrumento separato. Constat autem effectiue esse huiusmodi mouere. Ad primam ergo obiectionem dicitur, quòd licet motus localis absoluere non sit forma actiua, aut actio, mouere tamen totaliter est agere. vt patet. Et sic, sicut artifex mouendo serram, agit, ita serra in mouendo partes ligni, agit.

¶ Ad secundum dicitur, quòd aliud est loqui de modo quo corpus expellit corpus ab eodem loco, & aliud est loqui de modo quo corpus mouens motum, expellit aliud corpus a suo loco, sicut aliud est loqui quomodo calor expellit frigus, & aliud quomodo corpus calefaciens calefactum expellit frigus. Ad propositum siquidem quæstionis huius non spectat primum, sed secundum: quoniam instrumentum artificis est mouens motum. Ex quo patet, quòd exemplum Auctoris deseruit proposito, dum sacramentum ponitur instrumentum diuinæ misericordię, motum à Deo ad mouendam animam in sanctitatem suã.

---

*Sot. 4. s. d. 1. q. 3. a. 2.*
*Cap. 4. d. 1. q. 3. con. 4.*
*Palud. 4. d. 7. q. 3.*

## ARTICVLVS II.

*Vtrum gratia sacramentalis aliquid addat super gratiam virtutum & donorum.*

SVP. Q. III.
Aliàs 62. Art. 2.

CONCL. Sicut virtutes & dona super gratiam communiter dictam addunt quãdam perfectionem determinate ordinatã ad proprios actus potentiarum: Ita gratia sacramentalis super gratiam communiter dictam, & super uirtutes & dona, addit quoddam diuinũ auxilium ad consequẽdum sacratorum finẽ.

¶ PROB. Quia sicut virtutes ac dona ordinantur ad perficiendũ potentias in ordine ad actus suos: ita gratia sacramentalis ordinatur ad quẽdã specialẽ effectũ, seu finẽ, sacrorum (ut patet de baptis.)

14 Infr. q. 72. ar. 7. ad secundũ. Et 4. dist. 7. q. 3. Et dist. 17. q. 1. ar. 4. q. 5.

*p. 2. q. 100 art. 3. & 4.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod gratia sacramentalis non addat aliquid super gratiam virtutum, & donorum. Per gratiam enim virtutum, & donorum perficitur anima sufficienter, & quantum ad essentiam animæ, & quantum ad potentias eius, ut patet ex his, quæ in * secunda parte dicta sunt: sed gratia ordinatur ad animæ perfectionẽ. ergo gratia sacramentalis, nõ potest aliquid addere super gratiam uirtutum, & donorum.

¶ 2 Præt. Defectus animæ ex peccatis causantur: sed omnia peccata sufficienter excluduntur per gratiam uirtutum, & donorum: quia nullum est peccatum, quod non cõtrarietur alicui uirtuti. gratia ergo sacr̃alis, cũ ordinetur ad defectus animæ tollendos, non potest aliquid addere super gratiam uirtutum, & donorum.

¶ 3 Præt. Omnis additio uel subtractio in formis, uariat speciem, ut dicitur 8. † Metaphysicorum. Si ergo gratia sacramentalis addat aliquid super gratiam uirtutum, & dono-

† lib. 8. tex. 10. tom. 3.

1^m de maiori. Sufficienter. ℞. Quantum ad generalem ordinationem actuum animæ; nõ autem, quãtum ad quandam specialem. §. Tunc nihil &c. vt de se patet.

2^m de maiori. Ex peccatis. ℞. Non solùm præsentibus, sed etiam præteritis. §. Inquantum. s. ex præteritis peccatis relinquitur in anima quædam propitas maior ad talia facienda. Tunc nihil &c. Nã per virtutes & dona excluduntur sufficienter &c. vt in tex.

3^m illatio conclusionis. Si ergo gratia sacramentalis &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim omnis variatio speciei inducit ęquiuocationem (quod putauit argumentum). Nam species specialissima addit ad speciem subalternam, & consequenter variatur specie ab ea: & tamen non cadit æquiuocatio in prędicatione speciei subalternæ de specialissima, sed aliquid certũ ostenditur. Puta: quãdo prędicatur animal communiter sumptum de homine, prædicatio talis non est æquiuoca, neque incertum aliquod nobis ingerit, immo aliquid valde certum notificat. Sic in proposito. Ratio sacramẽtalis gratię se habet &c. vt in text.

donorum, sequitur quòd æquiuoce dicatur gratia: & sic nihil certum nobis ostenditur, ex hoc quod sacramẽta dicuntur gratiam causare.

Sed contra est, quod si gratia sacramentalis non addit aliquid super gratiam donorum, & virtutũ, frustra sacramenta habẽtibus, & dona, & virtutes conferrentur. In operibus autem Dei nihil est frustra. ergo videtur quod gratia sacramentalis aliquid addat super gratiam virtutum, & donorum.

Resp. Dicendum, quod (sicut in secunda parte dictum) † gratia secũdum se considerata, perficit essentiã animæ, inquantum participat quandam similitudinem diuini esse. Et sicut ab essentia animæ fluunt eius potentiæ, ita à gratia fluunt quædam perfectiones ad potentias animæ, quæ dicuntur virtutes, & dona, quibus potentiæ perficiuntur in ordine ad suos actus. Ordinantur autem sacramenta ad quosdam speciales effectus necessarios in vita Christiana, sicut baptismus ordinatur ad quandam spiritualem regenerationem, quam homo moritur vitijs, & fit membrum Christi, qui quidem effectus est aliquid speciale præter actus potentiarum animæ. & eadem ratio est in aliis sacramentis. Sicut igitur virtutes, & dona addunt d super gratiam communiter dictam quandam perfectionem determinate ordinatam ad proprios actus potentiarum: ita gratia sacramentalis, addit super gratiam communiter dictam, & super virtutes, & dona, quoddam diuinum auxilium ad consequendum sacramenti finem. Et per hunc modum gratia sacramentalis addit super gratiam virtutum, & donorum.

Ad primum ergo dicendum, quod gratia virtutum, & donorum sufficienter perficit essentiam, & potentias animæ, quantum ad generalem ordinationem actuum animæ: sed quantum ad quosdam effectus speciales, qui requiruntur in vita Christiana, requiritur sacramentalis gratia.

Ad secundum dicendum, ꝙ per virtutes, & dona excluduntur sufficienter vitia, & peccata, quantum ad præsens, & futurum, inquantum scilicet impeditur homo per virtutes, & dona à peccando: sed quantum ad præterita peccata, quæ transeunt actu, & permanent reatu, adhibetur homini remedium specialiter per sacramenta.

Ad tertium dicendum, quod ratio sacramentalis gratiæ se habet ad gratiam communiter dictam, sicut ratio speciei ad genus. vnde sicut non æquiuoce dicitur animal communiter dictum, & pro homine sumptum, ita non æquiuoce dicitur gratia communiter sumpta, & gratia sacramentalis.

## APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primo quomodo per ſra tionem, tanquam in radice, interimas hęresim Lutheri dicẽtis: omnes Christianos esse sacerdotes, & æqalem habere potestatem: nulla status, aut sexus discretione facta. Item Pauperum de Lugduno (vt refert summa Fratris Yconeti, in Bibliotheca Vaticana, Romæ manuscripta) dicentium: Absoluere potest, & pœnitentiam iniungere quilibet bonus, & sciens, laicus. Hos enim omnes impugnat & expugnat præsens articulus: dum gratiam sacramentalem addere super gratiam communiter dictam, virtutumque ac donorum, determinat: cuius oppositum, tanquam radicem suam, prædictæ hæreses supponebãt. Nam si quoslibet bonos volunt esse sacerdotes, & æqualem potestatem sine differẽtia habere: vtrique manifestant ex terminis his; quod gratia sacramentalis, secundum ipsos, nihil addit supra gratiam virtutum & donorum. Quid enim addat; si pari gratia laici, cum fęminis etiam, ad sacerdotum sacramento ordinis insignitorũ munia concurrunt? Secundò habes; quõ per rationẽ ostendas: prędictas hæreses merito damnari a concil. trid. sess. 7. de sacramentis cano. 10. si quis dixerit: Christianos omnes in verbo, & omnibus sacramentis administrandis, habere potestatem: anathema sit. Hæc ibi. Item a concilio Remensi, quod & per hoc præsentem articuli conclusionem de additione gratiæ sacramentalis, confirmat (vt cõsiderãti patet). Dicit ergo, vt legitur in Decretis, de cõsecration. dist. 2 Peruenit ad notitiã nostrã; ꝙ quidam præsbyteri intantum paruẽ pendebant diuina mysteria, vt laico vel fœminæ sacrum corpus Domini tradant ad deferẽdum infirmis; & quibus prohibetur, ne sacrariũ ingrediantur, nec ad altare appropinquent, illis sancta sanctorum cõmittuntur. Quod quã sit horribile, quámque detestabile; omnium religiosorũ animaduertit prudẽtia. Igitur interdicit per omnia synodus: ne talis temeraria ꝓsumptio vlterius fiat: sed omnino presbyter per semetipsum infirmũ cõicet. Quòd si aliter fecerit, gradus sui periculo subiacebit. Hæc ibi. Ex quib. ad literam patet à fortiori: quam esse horribiliores detestabilioresq; hęreses prædictas voluerit intelligi concilium; easque pro talibus aeternò tia vehementiori condẽnare. Si n. laicos nec deferre sacrum Domini corpus quãuis ex cõmissione presbyteri imprudentissima; synodus cum patientia non potest audire, quin sancto Zelo ad vindictam tanti criminis accendatur: quantam, putas, indignationem iustissimam effunderet in eos; qui & consecrare, & absoluere laicis etiam fęminis (reclamante omni rationis dictamine) ausu temerario, aut æq; popularis animũ auido, concedere non erubescunt? Cęterùm, quia satis abunde talia monstra alibi damnata fuerunt, ideo breuitati studentes illuc te remittimus. Vide igitur 1. 2. articulorum numero 81. Elucid. & Addit. articulorum num. 18. 29. 31. 73 74. 75. 125. 147. Elucid. & veritates aureas super legem veterem Exod 28. 6 clu. 1. Quæ omnia per hoc, quod hæreses illas reprobant; eodem tenore præsentem D. Thomæ articulum sententialiter, tanquam veritatem ipsius præsupponentia comprobãt. Tertiò igitur vides: 3 quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo per gratiam virtutum, & donorum intellige habitus gratiæ gratum facientis, & virtutum tam theologalium quã moralium, & donorum Spiritussancti.

¶ In corpore vnica est conclusio: Gratia sacramentalis addit sup gratiam uirtutum, & donorum. Et probatur conclusio hæc ex diuersitate effectuum: quia s. alius est effectus gratiæ sacramentalis, & alius est effectus gratiæ virtutum, & donorum. Et quia in conclusione, & titulo, non de sola distinctione, sed de distinctione per modum addentis fit mentio: ideo probatio utrunque includit, s. distinctionem, & additionem. Assumens non solum effectus gratię uirtutum, & donorum ex una parte, & effectus gratiæ sacramentalis ex altera parte: sed etiam proportionem uirtutum, & donorum ad gratiam, ac per hoc implicite proportionem gratiæ sacramentalis, seu ipsius effectus ad gratiam. Est ergo probatio ista, Gratia absolute perficit essentiam animæ, & sicut ab essentia fluunt potentiæ. ita, à gratia fluunt perfectiones potentiarum, dona scilicet, & uirtutes: sacramenta autem ordinantur ad quosdam speciales effectus necessarios in uita Christiana præter actus potentiarum animæ. ergo sicut uirtutes, & dona addunt super gratiam communiter dictam perfectionem ordinatam ad actus potentiarum, ita gratia sacramẽtalis addit super gratiam communiter dictam, & uirtutes, & dona, quoddam diuinum auxilium ad consequendum finem. ergo gratia sacramentalis addit super gratiam donorum, & uirtutum. Antecedens quo ad primam partem declaratur. gratia est similitudo diuini esse: seu quia anima inquantum participat quandam similitudinem diuini esse, perficitur à gratia: quantum vero ad secundam partem declaratur quo ad hoc, quòd potentiæ perficiuntur per dona, & uirtutes in ordine ad actus ipsarum potentiarum. Quoad tertiã uero partem declaratur, ex effectu baptismali, qui est spiritualis regeneratio non qualitercumque: sed ita ut homo moriatur uitijs, membrumque Christi fiat.

¶ Vbi scito, quòd effectus baptismi proprius non est gratia gratum

tem faciens absolute: sed sic renasci secundum gratiam in membrum Christi, ac si ipse passus fuisset patiente Christo, & hoc importat remissioné omnis culpæ, & omnis pœnæ. Constat enim hoc effectum quédam esse necessarium in vita Christiana vltra bonam dispositionem actuum potentiarum animæ. Et quod dicitur de baptismo, idem intelligi vult Auctor de effectibus aliorum sacramentorum. Quod si præueniendo intelligere cupis, vide inferius articulum primú quæstionis sexagesimæquintæ: ibi enim inuenies proprium cuiusq; sacri effectum, tam quo ad bonum datum, quã quo ad defectum expulsum. Consequétia autem, vt consona rationi relinquitur. quoniam vtræque, scilicet perfectiones potentiarum, & gratia sacramentalis, de genere spiritualium sunt, & dependentium a gratia, & necessariorum in vita Christiana, &c.

¶ Circa hãc doctrinam aduerte, dupliciter posse intelligi gratiã sacramétalem addere super gratiam donorum & virtutum. Primo vt addat donum aliquod habituale. Et hic sensus licet forte multis placeat, & ab Auctore sumptus credatur, quia ponit differentiã specificam inter gratias sacramentales, & gratiam donorum & virtutum, tam hic in responsione ad vltimum, quam in quæstionibus de veri. q. 27. ar. 5. ad 12. mihi tamen etiam si alibi (hoc est in libris sententiarum, aut quæstionibus disputatis) Auctor expressisset oppositum, aliter sentiédum videtur ex hoc loco. Et est secundus sensus, vt gratia sacramentalis addat supra gratiam donorum, & virtutum, non habituale aliquod donum, sed actuale diuinum auxilium extensiuum gratiæ virtutum, & donorum ad effectum proprium sacramenti. Moueor autem ad hoc, quoniam in prima secundæ Auctor diuidendo gratiam, distinxit contra habituale donum gratiæ, gratuitum diuinum auxilium: ac per hoc, sub genere gratiæ communiter dictæ, locauit duo genera, seu species gratiarum, scilicet gratiam habitualis doni, & gratiam diuini auxilij. Et propterea cũ hoc in loco expressé dicat gratiam sacramentalem addere diuinum auxilium, non est ad aliud genus gratiæ a regione positum, scilicet donum habituale diuertendum, sed planum iter & sensum sectando sentiendum est, quod gratia sacramentalis distinguitur specie à gratia virtutum, & donorum, non sicut habitus ab habitu, sed sicut gratuitum diuinum auxilium à gratuito habituali dono: & per hoc esse speciem gratiæ communiter dictæ (vt in responsione ad tertium dicitur) & diuidi in plures species iuxta specificam pluralitatem effectuum, vt inferius quæstio. 72. arti. 7. ad tertium dicitur. Et confirmatur hoc ex nunc allegato loco. vbi Auctor gratiam in sacramento confirmationis collatam, ad hic dicta se referens, non dicit diuersam esse gratiam gratum facientem, & sacramentalem baptismi, & confirmationis: sed dicit gratiam vtrobique collatam, habere aliquid commune, & aliquid proprium. Et quo ad commune (quod est gratia gratum faciens) esse vnius speciei. Si verò consideretur quo ad propria, superaddita sic diuersarum sunt rationum collata in baptismo, & confirmatione. Ex hoc enim, quod ad diuersum modum considerandi gratiam se resoluit, insinuat non esse ibi diuersos habitus: sed (vt diximus) esse vnum habitum relatum, seu extensum ex nouo diuino auxilio per sacramentum exhibito, ad diuersos secundum speciem effectus. Et confirmatur hic sensus: quia hoc sufficit ad saluandum, & dignitatem sacramentorum in causando, & gratias sacramétales: & effectus earum, nec multiplicantur tot habitus in anima.

¶ In responsionibus ad primum, & secundum, si vis in speciali videre differentiam vtriusque effectus (scilicet perfectionis, ad quã ordinatur sacramentum, & de qua tractatur in responsione ad primum, & similiter defectus, contra quem ordinatur sacramentum: de quo in responsione ad secundum tractatur) lege dictum articulum primum quæst. 65. inferius.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum sacramenta nouæ legis contineant gratiam.*

*Sen. 4. d. 1. q. 3. art. 3.*

SVP. Q III. Alias 62. Art. 3.

15 — 4. di. 1. art. 4. q. 4. Et verf. q. 27. art. 7.

CONCL. Gratia est in sacramétis nouæ legis, & vt in signis & vt in causis, instrumétalibus: non autem sicut in vniuocis, neque sicut in non vniuocis.

¶ Prob. Quia sacramétum est signum gratiæ (vt constare potest ex q. 1. art. 1. 3.) Secunda autem pars scilicet & vt in causis, &c. probatur: Quia sacramentum nouæ legis est instrumentalis causa gratiæ (vt patet ar. 1.) Tertia vero pars scilicet nõ sit &c. probat (Quia) si gratia esset in sacramentis, vt in causis vniuocis; tunc esset in eis, secundum similitudiné speciei (hoc enim modo effectus est in causa vniuoca): & hoc; scilicet gratiam esse in eis secũdum similitudinem speciei, est falsum (vt patet). Quarta item pars scilicet neque sicut &c. probat. Quia si gratia esset in sacramentis, vt in causis non vniuocis idest largo modo æquiuocis; tunc esset in eis, secundum aliquam formam propriam atque permanentem (hoc. n. modo effectus sunt in causis largé æquiuocis, vt res generatæ in sole): & istud scilicet gratiam esse in eis secundum formam propriam ac permanentem, est falsum (vt patet.)

¶ Corol. Restat ergo, quod gratia sit in sacramentis, secundũ quandam virtutem instrumentalem. Et talis virtus est vis fluens; & in esse naturæ incompleta (vt patet ar. 4)

AD TERTIVM sic proceditur. Vr q sacraméta nouæ legis nõ contineant grãm. contentũ. n. videt, esse in continente: sed gratia non est in sacro, neq; sicut in subiecto (quia subiectum gratiæ non est corpus, sed spiritus) neq; sicut in vase: quia vas est locus mobilis, vt dicitur in 4. † Physi. esse autem in loco, non conuenit accidenti. ergo vr q sacramenta nouæ, legis non contineant gratiam.

† Lib. 14. tex. 41. to. 2.

¶ 2 Præt. Sacraméta ordinantur ad hoc, quòd homines per ea gratiam consequantur: sed gratia cum sit accidens, non potest transire de subiecto in subiectum. ergo pro nihilo esset gratia in sacramentis.

¶ 3 Præt. Spirituale non continetur a corporali, etiam si in eo sit: non enim anima continetur a corpore, sed potius continet corpus. ergo videtur, quòd gratia, cum sit quiddam spirituale, non contineatur in sacramento corporali.

SED CONTRA est, quòd * Hugo de sancto Victore dicit, sacramétum ex sanctificatione inuisibilẽ gratiam continet.

RESP. Dicendum, q multipliciter aliquid dicitur esse in alio, inter quos duplici modo gratia est in sacramentis. Vno modo sicut in signo, nam sacramentum est signum gratiæ: alio modo sicut in causa: nam sicut dictũ est, † sacramentum nouæ legis est instrumentalis gratiæ causa. vnde gratia est in sacramento nouæ legis, non quidem secundum similitudinem speciei, sicut effectus est in causa uniuoca: neque etiã secundum aliquam formã propriã, & permanenté proportionatã ad talé effectum, sicut sunt effectus in causis nõ vniuocis, puta, res generatæ in sole: sed secundum quandã instrumentalem virtutem, quæ est fluens & incompleta in esse naturæ, ut infra dicetur. †

AD PRIMVM ergo dicendum, q gratia non dicitur esse in sacramento sicut in subiecto, neq; sicut in vase, prout vas est locus quidam, sed prout vas dicitur instrumentũ alicuius operis faciendi, secundũ q dicit Ezec. 9. Vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua.

AD SECVNDVM dicendum, q quãuis accidés nõ trãseat a subiecto in subiectũ, trãsit tñ a causa p instrm aliqualiter in subiectum, non ut eodem modo sit in eis, sed in vnoquoq; secundum propriam rationem.

AD TERTIVM dicendum, q spirituale existés perfecte in aliquo, continet ipsum, & non continetur ab eo: sed gratia est in sacramentũ secundũ esse fluens, & incompletum, & ideo non inconueniéter sacramentum dicitur continere gratiam.

1m de minori. Neque sicut in uase. ℞ Prout vas est locus. § Vt probat in argumento. Tunc nihil &c. Nam gratiam dicimus esse in sacramento, sicut in vase secundum alium sensum. i. sicut in instrumento, operis sacramentalis faciendi.

2m de minori. Gratia non potest transire de subiecto in subiectum. ℞. potest tamen transire à causa per instrumétum aliqualiter in subiectũ § Tunc nihil, &c. Nam hoc secundo modo tantum, gratiam, quæ est in sacramentis dicimus transire in subiectum Gratia enim à causa scilicet à Deo ipsam creante trãsit per hoc instrumentum idest super sacramentum, in subiectum hoc scilicet in hominé per ipsũ formaliter sanctificandum. Vnde gratiam esse in sacramentis secũdum quandam vim fluétem in esse naturæ incópletam: dixit textus corp. Non ergo gratia est in sacramentis pro nihilo (vt volebat argumenti conclusio, ex hoc se ostendisse intendens vlterius vnũ aliud, scilicet quod nullo modo est in eis): sed ipsa est in sacramentis pro maximo in genere instrumenti, scilicet vt transeat secundum ordinat oné diuinam ad faciendum tam nobilissimum opus, idest ad iustificandum hominem, quod quidem maius est quam creare cœlum & terram. 1. 2. quæst. 113. ar. 9. Dixi ly secundum ordinationem diuinam: quia Deus talius nos facere idest dare nobis gratiam statuit per lauacrum regenerationis (ut patet ex ad Titum 3.) idest, uniuersaliter loquendo, per sacramenta; quamuis absque talibus instrumentis eam nobis donare potuisset.

3m de maiori. Spirituale ℞ Cõsideratũ secundum esse suũ perfectũ. § Vt probatur in argumento. Tunc &c.

Nam, quando articuli conclusio gratiam dicit esse in sacramentis, non ponit spirituale secundum esse completum contineri in corporali; sed ponit spirituale secundum esse fluens & incompletum contineri ab ipso (ut patet legenti corollar. & dicta in ad secundũ.)

## APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem, tanquàm ex consequenti, interimas hæresim Lutheri dicentis: Sacramenta Christi non tolli peccata, sed relicta non imputari; permanentia velari, non ablui. Dixi ly ex consequenti: quia ex hoc, quòd sacramenta continent instrumentaliter. s. secundum esse fluens, gratiam, sequitur, quod sacramentis ipsis peccata hominum vere tollantur, & abluantur. Alioquin vere non continerent gratiam secundum esse fluens. s. in recipientes ipsa sacramenta. Contra hæresim autem istam directe est articulis primus; quòd ea dare gratiam, qua vere delentur peccata, determinat. Vide ergo tu illic, & eius appen. si eam de directo etiam profligare uolueris. Secundò habes; quomodo per rationem ostendas, eam meritò damnari ex consequenti a Concilijs Florentin. & Triden. quatenus dicunt; quòd sacramenta nostra continent gratiam. Nam eadem concilia, quatenus sacramenta dare gratiam definiunt, damnant directe eandem hæresim. Sed per rationem articuli primi tunc. s. quando de directo eam expugnant, ostenduntur; id meritò facere. Vide igitur concilia ipsa in art. 1 appen. de continentia gratiæ in speciali decernentia. Hinc de fide catholica tenendum esse cognosces & ibi, & hic, positas articulorum conclusiones. Id quod & tu semper vbiq; per te obseruabis esse dicendum: quotiescumque, vel quandocumque aliquid in articulis dictum inueneris a concilio aliquo sacro, uel a summo Pontifice, esse tanquàm Ecclesiæ dogma, determinatũ. Hæc dicta sint pro regula vniuersalissima; & diligentissime practicanda: ne sanctiones dogmatum Ecclesiasticorum sacræ nobis videantur incassum, immo & (vitio nostræ ignorantiæ tamen) in damnationem a legitimis Concilijs, & summis Pontificibus. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus accipiendus est, ut sonat.

¶ In corpore sunt duæ conclusiones. Altera est: gratia est in sacramentis, sicut in signis. Et probatur, quia sacramentum est signum gratiæ. Altera est: gratia est in sacramentis, sicut in causa non vniuoca nec æquiuoca, sed instrumentali. Et probatur quo ad secundam partem, quia non est secundum similitudinem speciei, sicut homo genitus erat in homine generante. Quo ad tertiam vero, quia non est secundum aliquam formam propriam, & permanentem, proportionatam ad talem effectum: sicut res generatæ sunt in solo. Quo ad quartam demum partem: quia est secundum quandam virtutem fluentem, & incompletam in ipsa natura.

S. Bon. 4. s. d. 1. q. 4. art. 4.
Scot. 4. s. d. 1. q. 4.
Ricc. 4. s. d. 1. q. 2. ar. 4.
Duran. 4. s. d. 1. q. 4.
Sot. 4. s. d. 1. q. 5. ar. 4.

16

Inf. q. 78. ar. 4. Et 4. d. 1. q. 1. artic. 4. q. 3. Et d. 8. q. 2. art. 3. Et quol. 12. artic. 15.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum in sacramentis sit aliqua virtus gratiæ causatiua.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod in sacramẽtis nõ sit aliqua virtus, gratiæ causatiua. Virtus enim gratiæ causatiua, est virtus spiritualis: sed in corpore non est virtus spiritualis, neque ita quòd sit propria ei (quia virtus fluit ab essentia rei, & ita non potest eam transcendere) neque ita quòd recipiat eam ab alio, quia quod recipitur ab aliquo, est in eo per modum recipientis. ergo in sacramentis nõ potest esse aliqua virtus gratiæ causatiua.

¶ 2 Præt. Omne quòd est reducitur ad aliquod genus entis, & ad aliquẽ gradum boni: sed nõ est dare in quo genere entis sit talis virtus, vt patet discurrenti per singula; nec etiam potest reduci ad aliquem gradum bonorũ. neque. n. est inter minima bona, quia sacramenta sunt de necessitate salutis: neque etiam inter media bona, cuiusmodi sunt potentiæ animæ, quæ sunt quædam potentiæ naturales: neque etiã inter maxima bona, quia nec est gratia, nec virtus mẽtis. ergo videtur quod in sacramentis nulla sit virtus, gratiæ causatiua.

¶ 3 Præt. Si talis virtus est in sacramentis, non causatur in eis nisi per creationem à deo: sed inconueniens videtur, quod tam nobilis creatura, statim esse desinat sacramento perfecto. ergo videtur quod nulla virtus sit in sacramentis ad gratiam causandam.

¶ 4 Præt. Idem non potest esse in diuersis, sed ad sacramenta concurrũt diuersa, scilicet, verba, & res, vnius autem sacramenti, non potest esse nisi virtus vna. ergo videtur quod in sacramentis nulla sit virtus.

SED CONTRA est, quod † Aug. dicit super Ioan. Vnde tanta uis aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat. Et Beda * dicit, quod Dominus tactu suæ mundissimæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis.

† Aug. tra. 80. in Ioã. post med. tom. 9.

* In hom. Euã. quod canitur in oct. epiph. in habetur in homiliario totius anni inuenies.

RESP. dicendum, quod illi, qui ponunt quod sacramenta non causant gratiam nisi per quandam concomitantiam, ponunt quod in sacramento non sit aliqua virtus, quæ operetur ad sacramenti effectum, est tamen virtus diuina sacramento assistens, quæ sacramentalem effectum operatur: sed ponendo quod sacramentum est instrumentalis causa gratiæ, necesse est simul ponere, quòd in sacramento sit quædam virtus instrumentalis ad inducendum sacramentalem effectum. & hæc quidem virtus proportionatur instrumento: vnde comparatur ad virtutem absolutam, & perfectam alicuius rei, sicut comparatur instrumentum agens principale. Instrumentum enim (vt dictum est *) non operatur, nisi inquantum est motum à principali agente quod per se operatur. & ideo virtus principalis agentis habet permanens, & completum esse in natura: virtus autem instrumentalis habet esse transiens ex vno in aliud, & incompletum: sicut & motus est actus imperfectus, ab agente in patiens.

* Ar. 1. huius quæst.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod virtus spiritualis non potest esse in re corporea per modum virtutis permanentis, & completæ sicut ratio probat. Nihil tamen prohibet in corpore esse virtutem spiritualem instrumentaliter, inquantum corpus potest moueri ab aliqua substantia spirituali ad aliquem effectum spiritualem inducendum: sicut & in ipsa voce sensibili est quædam vis spiritualis ad excitandum intellectum hominis, inquantũ procedit à conceptione mentis. Et hoc modo vis spiritualis est in sacramentis, inquãtum ordinantur à Deo ad effectum spiritualem.

SVP. QVAEST. III. Aliàs 62. Art. IIII.

COncl. Ponendo (ut oportet) quòd sacramentum est instrumentalis causa gratiæ, necesse est; simul ponere, quòd in sacramento sit quædam virtus instrumentalis ad inducendum sacramẽtalem effectum.

¶ Not. Dixi ly vt oportet: ad denotandũ; quòd hoc est ab Ecclesia, tanquàm proprium dogma, determinatum. Vide artic. primo, appen. & artic. 3. appen.

¶ Prob. Quia ex terminis patet.

¶ Examen. Ly & hæc quidem virtus proportionat instrumento. Ab hinc vsque in finẽ corp. declarat illum terminũ conclusionis. s. quædam virtus instrumentalis; & ponit differentiã inter esse huius virtutis, & inter esse virtutis agẽtis principalis, idest Dei agentis per tale instrumentum. Pro quo facit etiam art. 1. ad secundũ.

### 1m de minori.

Non est. R. Per modũ permanentis, & cõpleti. §. Vt probat per diuisionẽ sufficientẽ in argumento. Tunc &c. Nã conclusio articuli intendit, talẽ virtutẽ esse in facto per modũ fluentis, & incompleti; ut patet in corp. circa fi. & in artic. 3. dictu. Ex textu isto constare potest manifeste, quid intelligat S. Doctor per virtutẽ sm esse fluens & incompletum. Intelligere eñ se, notificat, uirtutẽ spiritualem instrumentalem: dum contra ly per modum virtutis permanentis, & completæ, ponit (ut patet) ly virtutem spiritualem instrumentalem. Quid verò per hãc intelligat, mox declarat per ly inquantum s. corpus, &c Vt ẽt melius, quasi ad sensũ, cognoscatur quid sit illa vis spiritualis instrumentalis in sacramento, dat exemplum de vi spirituali existẽte in voce ad excitandum audĩtoris animum: quã vim nos energiam vocare solemus; de qua vi & Beatus Hieronymus in Epist. ad Paulinum ca. 2. Habet nescio quid latentis energiæ viuæ vocis actus, & in aures discipuli de authoris ore transfusa fortius sonat. Subiungendo autem in textu ly & hoc modo vis &c. adeò clarum reliquit nobis, quid intelligatur per illam vim spiritualẽ in sacramentis; vt nulla amplius ad hoc declarõne opus sit.

Secun-

A D

**2^m minor.** Non est dare, in quo genere entis sit talis virtus. ℞. Est tamen dare, ad quod genus entis reducatur. §. Et hoc sufficit. Nam sicut motus, eo quòd est &c. ut in text. Ex quo patet: quòd nihil contra ab argumento cõcluditur. In quo textu etiam patet: quòd illa virtus non est gratia. Nec (inquit) est gratia. Vnde non oportet quærere; an, vel quo modo, sacramentum creet, vel concurrat ad creãdam gratiã. Aliud enim est, in sacramentis esse virtutem causatiuam gratiæ (modo declarato in textu:) & aliud est, virtutem illã in sacramentis existentem creare gratiã, vel concurrere ad creationem gratiæ instrumentaliter. Primum concedit Sanctus Doctor (ut patet hic:) secundum autem nullibi concessum ab eo adhuc vidimus, sed potius contrarium subindicatum ex 1.q.45.ar.5.& ex lib.2. contr.Gentil.cap.21.

D. 693.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ sicut motus, eo quòd est actus imperfectus, non propriè est in aliquo genere, sed reducitur ad genus actus perfecti (sicut alteratio ad qualitatem) ita virtus instrumentalis non est, propriè loquendo, in aliquo genere, sed reducitur ad genus & speciem virtutis perfectæ.

Ad tertivm dicendum, ꝙ sicut virtus instrumentalis acquiritur instrumento, ex hoc ipso ꝙ mouetur ab agente principali, ita & sacramétum consequitur spiritualem virtutem ex [d] benedictione Christi, & applicatione ministri ad vsum sacramenti. vnde August. dicit in quodam sermone de Epiphania: Nec mirum quòd aquam hoc est substantiam corporalem, ad purificandum animam dicimus peruenire: peruenit plane, & penetrat conscientiæ vniuersa latibula: quamuis enim sit subtilis, & tenuis benedictione tamen Christi facta subtilior, occultas vitæ causas, ad secreta mentis subtili rore pertransit.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ sicut eadem vis principalis agentis, instrumétaliter inuenitur in omnibus instrumentis ordinatis ad effectum, prout sunt quodam ordine unum ita etiã eadem vis sacramentalis inuenitur in verbis, & rebus, prout ex verbis, & rebus perficitur vnum sacramentum.

**3^m de maiori.** Nisi per creationem. ℞. Vel per benedictionem Christi, & applicationem ministri ad vsum sacraméti. §. Tunc nihil, &c. Nam hoc in responso dictum verum est de causatione talis virtutis (ut patet in tex. ex D. Aug.) nec est inconueniens, quòd cessante motione agentis cesset instrumentalis virtus in instrumento.

**4^m de maiori.** In diuersis. ℞. Vt diuersa sunt: non autem, vt ad vnum perficiendum ordinantur. §. Tunc nihil &c. Nam uerba, & res in proposito non accipiuntur ut diuersa. i. vt disparatim tendentia in diuersa; sed ut ex ambobus vnum sacramentum fit: & ideo talis virtus, de qua loquimur, una existens potest esse in vtrisque tanquàm in vno.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Catharorum (ut refert Card. Turrecremata, De Eccles. lib.4. cap.35.) dicentium: quòd sacramenta omnia Ecclesiæ nihil prosunt ad salutem. Articulus. n. præsens S. Doctoris per hoc, quòd sacramenta habere vim gratiæ causatiuam demonstrat, opponitur directè contra illam hæresim (ut patet,) & ipsam expugnat. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, eandem meritò damnari a concilijs, sup. q.2. art. 1. appen. & hac q.3. art. 1. appen. adductis. Item a D. Aug & Beda: secundum quòd adducuntur, in argumen. contr. Item a Concilio Triden. quod tanq̃ propiùs ad conclusionem articuli accedens dicit in sess.7. de sacrametis cano.8. Si quis dixerit; per nouæ legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam: Anathema sit. Hæc ibi. Vbi patet: ꝙ concilium vult non sufficere confiteri, quòd sacramenta ipsa conferant gratiam (qđ iam determinaret cano.6.) Sed requiri hanc cõfessionem. s. quod ipsa ex opere operato conferant eam. Est ergo de fide catholica tenendũ: ꝙ nostra sacraméta gratiam conferunt ex opere operato. Id qđ Sanctus Doctor hoc in loco intellexit per ly in sacramento est virtus instrumentalis ad inducendum sacramétalem effectum; hoc est, in sacramétis est virtus gratiæ causatiua. Rursus. Cùm, ponendo quòd sacramentum est instrumentalis causa gratiæ. i. quòd causat gratiam necesse sit, simul ponere; quòd in sacramento sit illa virtus causatiua gratiæ (ut dicit tex. corp.) patet: ꝙ Concilium Florentin. ponit sententialiter, istam virtutem gratiæ causatiuam in sacramentis esse, quando expresse ponit, ipsa sacramenta causare seu conferre gratiam (ut recitatur art 1. appen.) Vide regulam vniuersalissimam de dogmatibus Ecclesiæ, sup. artic. 3. appen. circa fin. Nam debent anteponi quibuscumque doctorum dictis 2.2.q.10.art.12.corp.princ. cum Ecclesia sit regula infallibilis in his, quæ fidei sunt 2. 2. q.5.art.3. corp. Et consequenter si qua quorumcumque illorum dicta videantur dissonare a determinatis ab Ecclesia, sunt ad limam Ecclesiæ (meliori modo, quo potest) corrigenda; & non e conuerso. i. non sunt reuocanda in dubiũ, quæ ante ipsius determinationem erant dubiosa, propter cuiusuis opinionem, sententiam, uel authoritatem. 2.2.q.11.art.2.ad tertium. Vide & ibid. quæst. 1. artic. 10. corp. ad propositum illud, quatenus opus est, applicando: Hæc ad salutem necessaria pro nunc dicta sint; licet ab articuli præsentis textu videamur parum (sed tamen pro zelo animarum) digressi. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Numquã obliuiscendæ sententiæ.

2

3

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus vt sonat, sumendus est de virtute causatiua effectiue.

¶ In corpore referuntur duæ viæ. Altera ponentium sacramenta non causare gratiam nisi concomitanter. Et secundũ hunc respondetur quæstioni negatiue, quia sola virtus diuina assistens est quæ causat gratiam.

¶ Altera (quam sequitur Auctor) ponentium, quòd sacramentum est instrumétalis causa gratiæ. Et s̃m hanc respondetur, quæsito dicendo, duo. Primo, necesse est simul ponere, quòd in sacramento sit quædam virtus instrumentalis ad inducendum sacramentalem effectum. Secundo, qualis est ista virtus & dicitur, hæc virtus proportionatur instrumento. Et probatur, Virtus hæc se habet ad alicuius rei perfectionem, & virtutem absolute, sicut instrumétum se habet, ad agens principale: sed instrumentum non operatur, nisi inquantum est motum a principali agente; principale autem agens operatur per se, & propterea virtus principalis habet completum, & permanens esse in natura, uirtus autem instrumentalis incompletum, & transiens ergo virtus hæc proportionatur instrumento. Et probatur hoc ultimum, quia motus est actus imperfectus ab agente in patiens.

¶ Aduerte hic, maximam hoc in loco difficultatem inueniri: eo quòd uno sensu intellecta communiter videntur, tam a sequacibus, quam ab aduersarijs uerba Auctoris, cum tamen dupliciter possint intelligi. Primo, ut sit sensus, quòd in sacramentis nouæ legis est aliqua virtus superaddita nõ solũ propriæ operationi sensibilis elementi, sed et superaddita motui, quo mouetur a principali agente, & hæc virtus est quædam qualitas habens esse fluens per modum motus, & spiritualis, immo est ipsa gratia secundum esse fluens, & incompletum, ut in calce præcedentis articuli, hoc vltimum Auctor expressit. Et hic est sensus cõmunis, contra quem Scotus ubi supra, & Durandus, & Aureolus arguunt.

¶ Sed quoniam hic sensus non est intentus ab Auctore, nec uerus, ut nunc conabor ostendere, ideò argumentationibus istorum omissis ad secundum venio sensum, ut scilicet virtus ista nihil aliud sit quam motus, quo instrumentum a principali agente mouetur ad proprium principalis agentis effectum inducendum. Moueor autem ad hoc ex communibus, & ex proprijs. Apertissime enim, Auctor in hac litera ex communibus omni instrumentali causæ procedit, dicens: sed ponendo, quod sacramentum est instrumentalis causa gratiæ, necesse est simul ponere, quod in sacramento sit quædam virtus, &cæt. Vbi patet, quod secundum eum simile est iudicium de sacramento, & de alijs causis instrumentalibus, quantum ad virtutem instrumentalem, per modum trãseuntis &c. Sed de causa instrumentali expressit auctor in primo huius quæstionis articulo hęc uerba, causa uerò instrumentalis non agit per virtutem suæ formæ, sed solum per motum quo mouetur a principali agente. Vbi dictio exclusiua manifestat, quod ab instrumento excludit Auctor omnem agendi rationem superadditam motui, quo mouetur a principali agente. Et hoc ipsum in speciali de sacramentis loquendo in calce responsionis, ad primum, huius articuli replicat dicens. Et hoc modo, vis spiritualis est in sacramentis, inquantum ordinantur a Deo ad effectum spiritualem. Vbi vides vim spiritualem consistere, in hoc, quod in sacramenta ordinatur a Deo ad effectum spiritualem. Et confirmatur hic sensus, ex eo, quòd secundum auctorem sacramentum baptismi uirtutem hanc inchoatiuè accepit in sui institutione, scilicet quando Christus est baptizatus: tunc enim aqua sanctificata est, accipiendo inchoatiue vim regeneratiuam, seu constat nihil tunc aquam accepisse, nisi habilitatem vt sit materia baptismi: factum est enim tunc, ut non oleum, non uinum &cæt. sed aqua idonea esset ad regenerandum. Et si his adiungas, quòd vis quælibet eiusdem rationis est in sui inchoatione, & perfectione, opinaberis quod vis regeneratiua, quæ in aquæ inchoatiuè posita, contenta est sola

sola idoneitate in ablutione sacramentali, consumare posita contenta est solo usu, quo Deus actualiter ablutione illa vtitur ad regenerandum. Vius siquidem, seu motus ille quo Deus mouet illam, in vtitur actione nostra sensibili, sacramentum constitui in esse effectiuo gratiæ sacramentalis, quia est quo est mouens motum a principali agente, & est uis spiritualis: quia est, vis spiritualis: quia est quo respectu effectus spiritualis, & est ipsa gratia secundum esse incompletum, & transiens quia est mediatio, & motio quædam ad gratiam. Et multa alia possent hic dici, nisi diffuse de hac virtute instrumentali scripsissem superius in articu. 2. quæst. 13. Et confirmantur hæc omnia quia sic absque multiplicatione entium saluantur causalitates effectiuæ instrumentorum, & dicta auctoris. Ait.n. in responsione ad primum, quod in ipsa uoce sensibili est uis quædam spiritualis ad excitandum intellectum hominis, inquantum procedit a conceptione mentis: nihil est enim in uoce sensibili inquantum procedit a mente, præter significationem, nisi vsus quo mens illa vtitur significatiua uoce ad excitandam mentem auditoris. Et propterea non mouetur Græcus a Latino, quia significatiua uox, qua loquens vtitur, non peruenit ad intellectum Græci: & hoc subdit modo Auctor Vis spiritualis est in sacramentis. Nec te moueat, quod Auctor iungit motus instrumẽti uirtutem, seu vim, ex ipsa adiunctione insinuans differentiam, inter instrumenti motum, & virtutem, de qua est quæstio: quoniam sermo auctoris est formalis, tam de uirtute, quam de motu: quod ut melius intelligas, distingue motum, quo potest instrumentum moueri, in motum simplicem & motum uirtuosum. Est siquidem instrumenti simplex motus ille, ad quem ex parte mouentis sufficit potentia motiua, ex parte uero termini, naturalis effectus instrumenti: motus autem uirtuosus est ille, qui ex parte mouentis ultra potentiam motiuam exigit artem, seu aliquid proportionale arti: ex parte uero termini, ducit ad effectum principalis agentis, puta, artis, seu alicuius proportionaliter se habentis, sicut ars se habet ad instrumenta sua. Exemplum utriusque motus perspice in cithara, cuius fides si moueantur a non musico sonabunt tantum: si uero moueantur a musico, efficient non solum sonum, sed sonum musicum, qui est effectus proprius artis musicæ. Vbi patet, quòd simplex motus fidium citharæ; non ducit nisi ad naturalem effectum percussionis illarum: motus uero qui ab arte procedit, ad effectum artis ducit, utpote vim artis in se habens, & propterea motus virtuosus appellatur. Tria ergo cum hic considerentur, scilicet motus, & uis, seu virtus, & motus virtuosus, ratione diuersitatis, quæ est inter motum, & uim, seu virtutem, dis[...]atei valde conditiones assignantur vtrique, puta, quòd uis seu virtus est dè genere qualitatis, reductiue tamen, quòd habet esse intentionale, quod est spiritualis &c. quæ non conueniunt motui. Ratione vero coincidentiæ, seu identitatis motus, & virtutis in tertio, hoc est in motu virtuoso instrumenti, ut dictum est, quod instrumentum agit per solum motum quo mouetur a principali agente. Ratione autem solius formalis distinctionis inuentæ inter motum, & virtutem, in motu virtuoso instrumenti, apponitur motui instrumenti vis, seu virtus: & non ad denotandum, quod sint duæ res, sed quod hæc duo coeuntia, in instrumento inueniuntur constituentia illius motum uirtuosum. Et hic est: quem sacramentalia signa a Deo sortiuntur cum sacramenta conferuntur. Nam si quis aliquem ablueret aqua &cæt. non animo faciendi quod facit Ecclesia, tunc sacramentalia signa, & uerba mouerentur simplici motu tantum, utpote a solo homine, & nihil aliud efficerent, nisi corporalem ablutionem. Cum vero quis hominem abluit seruatis seruandis, iuxta institutionem Christi, mouentur tunc sacramentalia signa motu virtuoso, utpote, a Iesu Christo, ipse est enim qui baptizat, & corpus tangendo abluit cor, ut Aug. dicit.

¶ Ex quibus omnibus habere potes diligens lector, unde & quomodo, uana, seu dissona. ut apparet, dicta de instrumentorum motu, & virtute, sanè intelligere potes.

¶ In responsione ad vltimum, perspice, quàm bene definita sit vis sacramentalis, & uniuersaliter instrumentalis. Nam sicut diuersa instrumenta nihil aliud habent ab arte una, nisi suos motus virtuosos ad effectum artis, & omnes illi motus, quia sunt motus partiales, sunt unus motus totalis, ac per hoc una uis principalis agentis, inuenta instrumentaliter in diuersis instrumentis, ita in ministro, uerbis & elemento suos passiui motus uirtuosi partiales multi: nã & ministri operatione, puta ablutione, & uerbis, & aqua vtitur Christus mouendo singula, ut agens principale. Et sicut ex omnibus non consurgit nisi unum numero sacramentum, ita ex omnibus partialibus motibus virtuosis, hoc est passiue, & actiue sumptis, non constat nisi una numero uis sacramentalis, quemadmodum omnes motus singulorum trahentium nauem, non sunt nisi unus numero tractus, una numero totalis actio, unam inferens passionem, unumq; effectum. Nec oportet laborare ad inueniendum, quomodo ex diuersis formis intentionalibus fit una forma simplex, aut composita, uel per aggregationem, ut contra tenentes huiusmodi uirtutes intentionales, arguitur.

---

Scot. 4. s. d. 1. ar. 5.
Rich. 4. s. d. 1. q. 3. ar. 4.
Sot. 4. s. d. 1. q. 3. art. 5.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum Sacramenta nouæ legis habeant virtutem ex passione Christi.*

AD QVINTVM sic proceditur, Videtur quod sacramenta nouæ legis nõ habeant virtutem ex passione Christi. Virtus enim sacramentorum est ad gratiam causandã in anima, per quam spiritualiter viuit: sed sicut † August. dicit super Ioan. verbum prout erat in principio apud Deum, viuificat animas, secundum autẽ quod est caro factum, viuificat corpora: cum igitur passio Christi, pertineat ad verbum secũdum quod est caro factum, videtur quod non possit causare virtutẽ sacramentorũ.

† Trac. 19. a med. & 23. ante med. to. 9.

¶ 2 Præt. Virtus sacramentorum videtur ex fide dependere, quia sicut dicit * August. super Ioan. Verbum Dei perficit sacramentum, non quia dicitur, sed quia creditur: sed fides nostra non solum respicit passionem Christi, sed etiam alia mysteria humanitatis ipsius, & principalius etiã diuinitatem eius: ergo videtur quod sacramenta non habeant specialiter virtutem à passione Christi.

* Trac. 80. in Euang. 10. post medi. to. 9.

¶ 3 Præt. Sacramenta ordinantur ad hominum iustificationem secundum illud 1. ad Corin. 6. Abluti estis, & iustificati estis: sed iustificatio attribuitur resurrectioni, secundum illud Rom. 4. resurrexit propter iustificationem nostram. ergo videtur, quod sacramenta magis habeãt virtutem à resurrectione Christi, quàm ab eius passione.

SED CONTRA est, quod super illud Rom. 5. In similitudinem præuaricationis Adæ, &c. dicit gloss. ex latere Christi dormientis in cruce fluxerunt sacramenta, per quæ saluata est ecclesia. Sic ergo sacramenta videntur habere virtutem ex passione Christi.

Glo. Ord. super illud qui est factus forma futuri sæculi.

RESPON. dicendũ, quod (sicut dictum est *) sacramentum operatur ad gratiam causandam per modum instrumenti. Est autem duplex instrumentum: vnum quidem separatum, vt baculus: aliud autem coniunctum, vt manus. Per instrumentum autem coniunctum mouetur instrumentum separatum, sicut baculus per manum. Principalis autem causa efficiens gratiæ, est ipse Deus ad quem comparatur humanitas Christi, sicut instrumentum coniunctum: sacramentum autem sicut instrumentum separatum. & ideo oportet quòd virtus salutifera, à diuinitate Christi, per eius humanitatem, in ipsa sacramenta deriuetur. Gratia autem sacramentalis ad duo præcipue ordinari videtur, videlicet ad tolendos defectus præteritorum peccatorum, inquantum transeunt actu, & remanent reatu, & iterum ad perficiendam animam in his, quæ pertinent ad cultum Dei, secundum religionem vitæ Christianæ. Manifestum est autem ex his, quæ supra dicta sunt,

* Ar. 1. huius quæst.

D. 680.

SVPER Q. III.
Aliàs 62. A. t. v.

CONCL. 1. Oportet: quòd uirtus salutifera a diuinitate Christi per eius humanitatem in sacramenta nouæ legis deriuetur.

17
Inf. q. 64. ar. 3. Et 4. d. 1. q. 1. ar tic. 4. q. 3. & d. 5. q. 2. ar. 2. q. 1.

¶ PROB. Quia agens principale p instrumentum coniunctum mouet instrumentum separatum (ut patet exemplo mouentis baculum per manum): Et Diuinitas Christi est principale agens, humanitas vero eius est instrumentum coniunctum, sacramentum autem est instrumentum separatũ.

¶ CONCL. 2. Manifestum est, quòd sacramẽta Ecclesiæ specialiter habent virtutẽ ex passione Christi; cuius virtus quodammodo nobis copulatur per susceptionẽ sacramentorũ.

¶ PROB. 1. Quia manifestũ est, nos per passionem Christi esse liberatos a peccatis, ritumque Christianæ religionis per ipsam esse initiatum (ut patet Ephes. 5. et Hebr. 10. sy initiauit nobis uiã nouam per carnem suã:) & sacramenta Ecclesiæ ordinantur tùm ad tollenda peccata, tùm ad perficiendum hominem in ritu Christianæ religionis. Secundo, Quia in huius coniunctionis signũ de latere Christi pendentis in cruce fluxerunt aqua ac sanguis: & horũ unũ, aqua pertinet ad baptismũ, aliud autẽ ad Eucharistiam; in qb. tãq; potissimis, intelliguntur alia sacra.

Pri-

1^m illatio conclusionis. Cùm igitur passio &c. ℞. Negatur illatio. § Procedit enim ex malo intellectu, quo interpretatur Aug. in præmissis. Non enim per ly verbum secundum quòd est caro factum viuificat corpora, vult negare quòd sic etiam viuificet instrumentaliter animas (quod putat argumentū): sed vult per hoc dicere, quod verbū secundum quod caro factum viuificat & instrumentaliter, & exemplariter, corpora. Vide q.56.art.3.

2^m de maiori. Ex fide. ℞. Respiciente passionem Christi, vt quodam speciali modo est remissiua peccatorum. §. Nam virtus sacramētorum præcipuè ordinatur ad tollēdum peccatum; seu (ut verbis text.corp.vtar) ad tollendos defectus præteritorum peccatorū, inquantum transeunt actu, & remanent reatu. Tūc nihil &c. Licet enim fides nostra (absolutè loquendo) non solum respiciat passionē Christi, sed etiam alia mysteria humanitatis ipsius, & principaliter diuinitatem eius: tamē (in casu tali, s. de sacramentis loquendo) ipsa fides propter rationem nunc dictam, respicit passionem Christi, vt est peccatorum remissiua modo speciali, declarato s. in 3.par. de saluatore. q.49.ar.1. Et hinc est, quòd virtus sacramentorū spāliter (ut dixit concl. secūda) est ex passione Christi.

3^m de maiori. Ad hominum iustificationem. ℞. Vt consideratam ratione termini a quo. §. Vt vides in tex.corp.& ad secundum. Tunc nihil &c. vt patet in tex.

sunt, * quòd Christus liberauit nos a peccatis nostris, præcipuè per suam passionem: non solum efficienter, & meritoriè, sed etiam satisfactoriè. Similiter etiam per suam passionem initiauit ritum Christianæ religionis, offerens seipsum oblationem, & hostiam Deo, vt dicitur Eph. 5. vnde manifestum est, quòd sacramenta Ecclesiæ, specialiter habent virtutem ex passione Christi, cuius virtus quodammodo nobis copulatur per susceptionem sacramentorum, in cuius signum de latere Christi pendentis in cruce, fluxerunt aqua, & sanguis, quorum vnū ptinet ad baptismū, aliud ad Eucharistiā, quę sunt potissima sacramenta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum prout erat in principio apud Deum viuificat animas, sicut agens principale: caro tamen eius, & mysteria in ea perpetrata, operantur instrumentaliter ad animæ uitam. Ad vitam autem corporis non solum instrumentaliter, sed etiam per quandam exemplaritatem, ut supra dictum est. *

AD SECVNDVM dicendum, quòd per fidem Christus habitat in nobis (vt dicitur Ephes. 3.) & ideo virtus Christi copulatur nobis per fidem. Virtus autem remissiua peccatorū, speciali quodam modo pertinet ad passionem ipsius Christi: & ideo per fidem passionis eius, specialiter homines liberantur a peccatis, secundum illum Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius: & ideo virtus sacramentorum, quæ ordinatur ad tollenda peccata, præcipuè est ex fide passionis Christi.

AD TERTIVM dicendum, quòd iustificatio attribuitur resurrectioni ratione termini ad quem, qui est nouitas vitæ per gratiam, attribuitur tamen passioni ratione termini a quo, scilicet, quantum ad dimissionem culpæ.

Rom. 6. An ignoratis: quia quicumque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus? Hoc est, in proposito. Tam manifestum est, vt ignorare non deberetis; quòd baptismus Christi (per hunc a simili in hoc cointellige alia sacramenta,) habet virtutem suā ex passione ipsius. Vnde & ad huius confirmationē, sanctificatus per sacramenta dixit B. Petrus Apostolus; quòd erant electi, renati, & sanctificati, in aspersionem sanguinis Iesu Christi. Volens p hoc ostendere, quòd meritum sanguinis eius nobis per sacramenta communicatur: id quod redit in idem, dicendo, quòd sacramenta vim suam trahūt a passione Christi. A Concilio autem Florent. per hoc, quòd dicit, nostra sacramenta conferre gratiam (vt patet ar. 1. appen.) Gratia.n. cùm remittantur peccata, & sine sanguinis effusione nō fiat remissio peccatorum (ut nunc sup. ex Apostolo dictū est:) sequit̄ apertè, quod Concilium illud sic dicendo affirmauit intentum nostrum, scilicet quod a passione Christi deriuat̄ virtus sacramentorum. A Concilio quoque Trident. per hoc, quòd inquit sess 5. Decr. de pec. orig. Si quis negat ipsum Christi meritum, qui nos Dēo reconciliauit in sanguine suo, per baptismi sacramentum in forma Ecclesiæ ritè collatum tam adultis, quàm paruulis, applicari: Anathema sit. Quia non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde est illa vox. Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. Et illa. Quicumque baptizati estis, Christum induistis. Hæc ibi. A Concilio etiam viennensi, ut habetur in libro Clementinarum tit. de sum. Trin. & fid. cath. In natura assumpta Dei verbum, emisso iam spiritu, perforari lancea sustinuit latus suum: vt exinde profluentibus vndis aquæ & sanguinis formaretur vnica & immaculata ac virgo, sancta mater Ecclesia, coniunx Christi. Hæc ibi. Patet siquidem quòd Ecclesia formatur per sacramenta, i. generatur, & crescit: & consequenter patet, quòd per illud dictum, synodus notificauit; quòd sacramenta Ecclesiæ ex morte Christi vim trahunt. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica &c.

APPENDIX.

Vtilitas Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primò: quò per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, Concilijs, & Aug. quòd sacramenta habent virtutem ex passione Christi. A. D. Aug. quidē: ut est in argu. contr. A scripturis verò per hoc, quòd dr̄ Hebr. 9. sine sanguinis effusione non fit remissio. Cùm.n. per sacramenta fiat peccatorū remissio (ut sæpius patet ex Apost.) sequit̄ manifestè; quòd ipse per illa verba, applicata ad figuratū, voluit dicere, quòd sacramenta habent suā vim ex sanguinolenta passione Christi. Item per hoc, quòd dicitur Rom. 6.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus vt sonat.

¶ In corpore vna conclusio: Sacramenta ecclesiæ specialiter habent virtutem ex passione Christi. Probatur tripliciter. Primo ex communibus: quia humanitas Christi est instrumentum coniunctum deitatis: sacramentum autem instrumentum separatum. Et formatur ratio: Agens principale per coniunctum instrumentum mouet separatum: sed Deus est agens principale gratiæ, & humanitas Christi instrumentum coniunctum, & sacramentū instrm̄ separatum. ergo. Et quia hæc ratio non concludit de passione Chri, sed de humanitate Chri (in qua Chrs mysteria multa consumauit, puta natiuitatem, prædicationem, passionem resurrectionem ascensionem, &c.) ideo secunda subiungitur ratio, per quam probetur specialiter, quòd a passione Christi virtus sit sacramētorum. Et procedit ratio ex effectu proprio gratiæ sacramentalis, quia s. vterq; talis proprius effectus appropriatur passioni Christi. Et formatur ratio, Tam liberatio a peccatis nostris, quàm initium ritus Christianæ religionis est præcipue a passione Christi: sed vtrūque fit præcipuè per gratiam sacramentalem. ergo gratia sacramentalis, seu (quod in idem redit) ergo virtus sacramentalis gratiæ est a passione Christi. Maior declaratur, ex dictis.

¶ Quoad primam partem quidem, quia Christus liberauit nos per passionem a peccatis, non solum efficienter, & meritorie, quod conuenit alijs eius mysterijs, sed et̄ satisfactorie, qd̄ appropriatur passioni. Quo ad scdam vero, quia per passionē offerendo seipsum, initiauit ritum Christianæ religionis. Minor autem, clara ex hoc tractatu, Tertio probatur conclusio, ex signo fluxus sanguinis, & aquæ de latere Christi: per quod præcipua sacramenta monstrantur, quod copulantia sunt nobis virtutem passionis Christi.

SVP. QVAEST. III. Aliàs 62. Art. VI.

COncl. 1. Non potest dici: quòd sacramenta veteris legis conferrent gratiam iustificantem per seipsa. i. propria virtute.

¶ Prob. Quia sic, passio Christi non fuisset necessaria (ut patet ex Gal. 2.)

¶ Concl. 2. Nō pōt dici: quòd sacr. vet. legis habere͂t ex passione Chri virtutem cōferendi gratiam iustificantem.

¶ Prob. Quia passionis Christi continuatio ad nos, quę fit per sacra fit p vsū exteriorū rerū (ut patet): & illud, qd̄ nondum est in rerū natura (sicut erat tunc de pas-

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum sacramenta veteris legis gratiam causarent.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd etiam sacramenta veteris legis, gratiam causarent: quia (sicut dictum est) sacramenta nouæ legis habent efficaciā ex fide passionis Christi, sed fides passionis Christi, fuit in veteri lege, sicut & in noua: habemus.n. eundem Spiritum fidei, vt hr̄ 2. ad Corin. 4. Sicut ergo sacramenta nouæ legis conferunt gratiā, ita etiam sacramenta veteris legis gratiam conferebant.

¶ 2 Præt. Sanctificatio non fit nisi per gratiam: sed per sacramēta veteris legis, homines sanctificabantur:

*Marginalia:* Q.48. & 49. — D.98 1. — Q.1. tic.1. — Glo. Ord super illud qui est ipsius forma firma. — * Art. 1. — D. 1. — 18 — 1.2.q.103. art.2. & q. 107. art.2. ad 3. Et 4. d.1.q.1. ar. 4. q.1. Ar. præc.

passione eius) non mouet secundum vsum exteriorum rerum (vt patet ex differentia causę efficientis, atq; causę finalis, in ratione mouendi).

¶ CONCLVSIO 3. Sacramenta veteris legis non habebant in se aliquam virtutē, qua operarentur ad cōferendā gratiam iustificātē: sed solum significabāt fidē, per quam iustificabanē.

¶ PROB. Quia patet ex premissis conclusionib. Secunda aūt pars, s. sed solum &c. probatur. Quia sacramēta ver. le. erant fidei antiquorum de passione Christi protestationes (vt patet ex. 1. 2. q. 102. ar. 5.) Et passio Christi, secūdum quod apprehēditur ab anima hominis poterat iustificare ipsum hominem; etiam q ipsa passio tunc actualiter exterius neque esset neque fuisset (vt patet ex differētia causę finalis à cā efficiente, in mouēdo).

1m de maiori. Ex fide passionis Christi. R. Preteritæ. §. Tunc nihil &c. Nam licet fides eadem, inquātum erat de passione Christi, fuerit in antiquis; q̄ est in nobis: non tamen eadē, inquātum erat de tempore passionis eius; cū illi crederent Christū passurum, quem nos credimus iam passum. Ex hac aūt differentia procedebat hęc alia differentia, s. q facta veteris legis non poterant causare gratiam, quā tñ nostra causant: (vt in probationib. conclusionum declaratum est). Vide adhuc. 1. 2. q. 103. art. 2.

2m maior Sanctificatio non fit, nisi per gratiā. R. Nisi sit sanctificatio solum figuralis. §. Tunc nihil &c. Illa. n. sanctificatio, de qua loquit̄ minor, erat tātum figuralis. Per hoc enim sanctificari dicebantur &c. vt in tex. Vide. 1. 2. loco citato ad secundum.

3m illatio conclusionis. Ergo circūcisio &c. R. Negatur illatio. §. Proceditur. n. ex præmissis non recte intellectis. Nam illud Bedæ intelligitur sic. Circumcisio agebat idē curationis remedium, sed non eodem modo. Argumetum autem quod ly idē agebat, accepit; quod eadem etiam modo agebat: id quod non

* Inter principium & medullius in homilia totius anni eā in penies.

* Glos. ordinaria ibi.

* Ar. præc.

D. 981.

D. 332.

* Alias cōsequēter.

dicitur enim Leuit. 8. Cumque sanctificasset Moyses Aaron, & filios eius in vestitu suo, &c. ergo videtur quòd sacramenta veteris legis gratiam conferebant.

¶ 3 Præt. Sicut Beda * dicit in Homilia circuncisionis, Idem salutiferę curationis auxilium, circuncisio in lege contra originalis peccati agebat, quòd baptismus agere reuelatæ tempore gratiæ consueuit: sed baptismus nunc confert gratiam. ergo circuncisio gratiam conferebat, & pari ratione alia sacramenta legalia: quia sicut baptismus est ianua sacramentorum nouæ legis, ita & circuncisio erat ianua sacramentorum veteris legis. Propter quod, & Apost. dicit Gal. 6. Testificor omni homini circuncidenti se: quoniam debitor est vniuersæ legis faciendę.

SED CONTRA est, quòd Gal. 4. dicitur, Conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa. glo.* idest ad legem, quæ dicitur infirma, quia perfectè non iustificat: sed gratia perfectè iustificat, ergo sacramenta veteris legis gratiam non conferebant.

RESP. Dicendum, quòd non potest dici, quòd sacramenta veteris legis cōferrent gratiam iustificantem per seipsa, idest propria virtute, quia sic non fuisset necessaria passio Christi, secundum illud Gal. 2. Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est, sed nec potest dici, quòd ex passione Christi virtutem haberet conferendi gratiam iustificandi, sicut enim ex prædictis patet, virtus passionis Christi copulatur nobis per fidem, & sacramenta, differenter tamen. Nam continuatio, quæ est per fidem, fit per actum animæ, continuatio autem quæ est per sacramēta fit per vsum exteriorum rerum. Nihil autem prohibet id, quod est posterius tempore, antequam sit mouere secundū quòd præcedit in actu animæ, sicut finis, qui est posterior tempore, mouet agentem, secundum, quòd est apprehensus, & desideratus ab ipso. Sed illud, quod nondum est in rerum natura: non mouet secundum vsum exteriorum rerum. vnde causa efficiens d non potest esse posterior in esse, ordine durationis, sicut causa finalis. Sic ergo manifestum est, quòd a passione Christi, quæ est causa humanæ iustificationis, conuenienter * deriuatur virtus iustificatiua ad sacramenta nouæ legis, non autem ad sacramenta veteris legis, & tamen per fidem passionis Christi iustificabantur antiqui patres, sicut, & nos. Sacramenta autem veteris legis, erant quædam illius fidei protestationes, inquantum significabant passionem Christi, & effectus eius. Sic ergo patet, quòd sacramenta veteris legis, non habebant in se aliquam virtutem, qua operarentur ad conferendam gratiam iustificantem, sed solum significabant fidem, per quam iustificabantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd antiqui patres habebāt fidem de passione Christi futura, quæ secundum quòd erat in apprehensione animæ, poterant iustificare, sed nos habemus fidem de passione Christi præcedenti, quæ potest iustificare etiam secundum realem vsum sacramentalium rerum, vt dictum † est.

AD SECVNDVM dicendum, q illa sanctificatio erat figuralis; per hoc enim sanctificari dicebantur, quòd applicabantur cultui diuino secundum ritum veteris legis, qui totus ordinabatur ad figurandum passionem Christi.

AD TERTIVM dicendum, quod de circuncisione multiplex fuit opinio; quidam enim dixerūt quod per circuncisionē non conferebatur gratia, sed solum auferebatur peccatum, sed hoc non potest esse, quia homo non iustificatur à peccato, nisi per gratiam, secundum illud Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Et ideo alij dixerunt, quod per circuncisionem cōferebatur gratia, quantum ad effectus remotiuos culpæ, sed non quantum ad affectus positiuos gratiæ. Sed hoc etiam videtur esse falsum: quia per circuncisionem dabatur pueris facultas perueniendi ad gloriam, quæ est vltimus effectus positiuus d gratiæ. Et pręterea, secundum ordinem causæ formalis, priores sunt naturaliter effectus positiui quam priuatiui, licet secundum ordinem causæ materialis sit econuerso: forma enim non excludit priuationem, nisi informādo subiectum & ideo alii dicunt quòd circuncisio conferebat gratiam, etiam quantum ad aliquem effectum positiuum, qui est facere dignum vita æterna: non tamen quantum ad hoc quod est reprimere concupiscentiam impellentem ad peccandum, quod, & aliquando mihi visum est: sed diligentius consideranti, apparet hoc etiam non esse verum: quia minima d gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, & mereri vitam æternam. & ideo melius dicendum videtur, quòd circuncisio, sicut, & alia sacramenta veteris legis, erat solum signum fidei iustificantis, vnde Apostolus dicit Roman. 4. quod Abraham accepit signum circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei. & ideo in circuncisione d conferebatur gratia, inquantum erat signum d passionis Christi futuræ, vt infra * patebit.

dicit Beda sciens, quod dilectio ma gn est in ter agere idem, & inter agere idem eodem modo. Hinc argumentum propter suam malam de hac authoritate intelligentiam faciebat illationem istam scilicet. Ergo circumcisio gratiam conferebat: cum tamen secundum bonā Bedæ intelligentiā debuisset inferre hanc scilicet Ergo in circumcisione gratia conferebatur. Circumcisio enim erat signum iustitiæ dā dæ Rom 4. ad similitudinem Abrahæ, quod non per circuncisionis vim, sed sine illa iustificatus, est (vt patet Genes. 15. & 17.) & ideò ad positionem istius signi à Deo sic ordinati conferebatur gratia. Quod facile potes percipere per exempla sup. art. 1. adducta de denario plū beo, de annulo &c. Vide ibi corollarium post prob. concl. Quia vero circumcisio non erat causa iustitiæ: ideò ipsa non conferebat gratiā; quæ tunc, posita ipsa vt signo, conferebatur immediate. i absque causa instrumentali à Deo. Cæterum in baptismo. & confertur gratia à Deo, & baptismus cōfert ipsam: quoniam Deus confert gratiam mediate idest media ista causa instrumentali, scilicet baptismo, concurrente. Ita quod & Deus effectiue, sed principaliter, & baptismus effectiue, sed instrumentaliter, causat eandem gratiam conferendo eam recipienti baptismum. Ecce: quanta ignorantia laborabat argumentū & in intellectu præmissarum scilicet authoritatis ibi positæ, & in illata conclusione. Quæ omnia non nos de nostro confingētes, sed virtualiter dixit textus ly ideò melius dicendū videtur, quod circuncisio, sicut &c. vsque in finē. Pro cuius ampliori captu, vide Veritates aureas super totam legem veterem, Genes. 17. conclus. 4. & bene considera: quoniam de re grauissima scilicet de fide catholica agitur. Parum ante hunc eundem textum in ly quod aliquādo mihi visum est: sed diligentius &c. aduerte illud, quod iam diximus in pri. par. quęst. tarticulo tertio, not. ante appēd. videlicet; quòd

† In cor. ar.

D. 342.

D. 684.

D. 804.

D. 343.

* Quęst. 70 art. 4.

quòd sanctus Doctor semetipsum sciens & prudens, quando opus est, retractat: & consequenter, ꝙ iniuria sibi nonnulla irrogari uidetur, cùm retractatio aliquorum à se dictorum, de qua ipse non facit mentionem, eidem attribuitur. Vide ibi pri. par.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationē ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, & Concilijs; ꝙ sacramenta vet. leg. non causabant gratiam. A scripturis quidem per hoc, quòd sacramenta illa dicuntur infirma & egena, Galat. 4. Vide cū glossa in argum. contr. & q. 2. art. 4. ad secundum. A Concilijs autē Florē. & Trid. vt suprà art. 1. appen. Adde & Tridentini, ibid. sess. 7. can. 5. Si quis dixerit hæc sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse: Anathema sit. Hæc ibi. Vbi per ly hæc, denotat nouæ legis sacramenta: vt patet per contextum canonis 4. & non esse propter solam fidem, dicere se ostendit canon. 6. quia causant gratiam. Constat autem, ꝙ propter solam fidem de Christo nutriendam instituta erant sacramenta ueteris legis (vt habetur ex probatione conclus. 3.): ideoq; simul constare debet, ꝙ vetera illa sacramenta non causabant gratiam. Si enim hanc causassent; tunc non propter solam fidem nutriendam ordinata fuissent. Item à Concil. eodem sess. 6. cap. 1. Homines vsque adeo serui erant peccati, vt non modò gentes per uiam naturæ, sed nè Iudæi quidem per legem Moysi, inde liberari aut surgere possent. Hæc ibi. Secundò uides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore sunt duæ conclusiones negatiuæ. Prima est, Sacramenta veteris legis non conferebant gratiam virtute propria. Probatur auctoritate Apostoli. Altera est, Sacramenta veteris legis, non conferebant gratiā virtute in eis habita à passione Christi. Probatur ex communi differentia coniunctionis alicuius causæ ad causandum, vel per vsum exteriorum rerum, vel per actum animę: quia prima est causæ effectiuæ, ac per hoc prioris secundum esse: secunda autem est causę finalis, ac per hoc potest esse posterioris secundum esse. Sub hac enim differentia, communi subsumitur in speciali differentia inter passionem Christi coniungi per sacramenta, vel per fidem: ita quod per sacramenta coniunctio continetur sub coniunctione, per vsum exteriorum rerum, & coniunctio per fidem continetur sub coniunctione, per actum animæ. Et sub hoc procedendo descenditur, & quòd passio Christi est prior secundum esse sacramentis nostris, & posterior sacramentis veteris legis. Ac per hoc nostris quidem sacramentis passio Christi coniungi potest, vt causa actiua operans per illa: priscis autem non potest coniungi vt causa actiua operans per illa quod est intentum, conclusionis. Et quòd passio Christi vt finalis causa coniungitur per fidem, tam nobis quàm antiquis: & propterea utrique saluamur per fidē passionis Christi: sed non vtrique per sacramenta virtuosa ex passione Christi. Non tamen superstitiosus erat vsus illorum sacramentorum: quia adhibebantur etsi non vt virtuosa, tamen vt signa fidei virtuosæ.

¶ Sta igitur lector in formali differentia inter coniunctionem per fidem, seu actum animæ ut sic, & per sacramenta, seu vsum exteriorum rerum ut sic: & videbis differentiam in litera subtiliter positam, inferre sacramenta nostra esse virtuosa, & antiqua non. Et memento nouitie, quòd de coniunctione causali (seu causę ut sic) est sermo, vt non fallaris ab importunitate digredientium ad ea, quæ sunt per accidens.

## QVÆSTIO IIII. Aliàs 63.

*De effectu sacramentorum, qui est character, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de alio effectu sacramentorum, qui est character.

ET circà hoc quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum ex sacramentis causetur character aliquis in anima.

¶ Secundò, Quid sit ille character.

¶ Tertiò, Cuius sit character.

¶ Quartò, In quo sit sicut in subiecto.

¶ Quintò, Vtrum indelebiliter.

¶ Sextò, Vtrū omnia sacramenta imprimant characterem.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum sacramentum imprimat aliquem characterem in anima.*

19 — 4. d. 4. q. 1. ar. 4. q. 1. c.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ sacramentum non imprimat aliquem characterem in anima. Character. n. significare videtur quoddā signum distinctiuum: sed distinctio membrorum Christi ab aliis, fit per æternā prædestinationem, quæ non ponit aliquid in prædestinato, sed solum in Deo prædestināte, vt in prima parte * habitum est. Dicitur enim 2. Tim. 2. Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: nouit Dominus, qui sunt eius. ergo sacramenta non imprimunt characterem in anima.

* p. p. q. 23. art. 3.

¶ 2 Præt. Character signū est distinctiuum. Signum autem (vt August. dicit in 2. * de doctr. Christ.) est, quòd præter speciem, quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire. Nihil autem est in anima, ꝙ aliquam speciem sensibus ingerat. ergo videtur quòd in anima non imprimatur aliquis character per sacramenta.

* li. 2. circa prin. to. 3.

¶ 3 Præt. Sicut per sacramenta nouæ legis distinguitur fidelis ab infideli, ita etiā per sacramenta veteris legis: sed sacramenta veteris legis, nō imprimebant aliquem characterem in anima, vnde & dicuntur iustitiæ carnis, secundùm Apost. ad Hebr. 9. ergo videtur quòd neque sacramenta nouę legis.

SED CONTRA est, ꝙ Apost. dicit 2. ad Cor. 1. Qui vnxit vos Deus est, & qui signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordib. nostris: sed nihil aliud importat character q̄ quandā signationē. ergo videtur ꝙ Deus per sacramenta nobis suum characterem imprimat.

*S. Bonau. 4. sent. d. 6. q. 4. art. 1.*
*Scot. 4. s. d. 6. q. 9.*
*Rich. 4. s. d. 5. q. 4.*
*Bacco. 4. s. d. 6. q. 2.*
*Sot. 4. s. d. 1. q. 4. art. 1.*
*Capr. 4. d. 4. q. 1. conc. 1.*
*Palud. 4. d. 4. q. 1.*

RESP. Dicendū, ꝙ sicut ex prædictis * patet, sacra nouæ legis, ad duo ordinantur, videlicet ad remedium contra peccata, & ad perficiendū animā in his, quæ pertinent ad cultum Dei sm ritum Christianæ vitæ. Quicūque aūt ad aliquid certū deputatur, cōsueuit ad illud cōsignari, sicut milites, qui ascribebant ad militiā antiquitus, solebant quibusdam characteribus corporalibus insigniri: eo ꝙ deputabātur ad aliquid corporale: & ideo cū homines per sacramēta deputētur ad aliquid spirituale pertinens ad cultum Dei, consequens est, ꝙ per ea fideles aliquo spirituali charactere insigniantur. vndè Aug. † dicit in 2. cōtra Parmenianum. Si militiæ characterem in corpore suo nō militans pauidus exhorruerit, & ad clementiā Imperatoris cōfugerit, ac prece fusa, & venia impetrata militare iam cęperit, nunquid hoīe liberato, atque correcto, character ille repetit, ac non potius agnitus approbatur? an fortè minus hærent sacra Christiana, q̄ corporalis hæc nota?

* quęst. 62. art. 5.

† li. 2. c. 13. parū à medio, to. 7.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ fideles Christi ad pręmiū quidem futuræ glorię deputant signaculo prędestinationis diuinæ: sed ad actus cōuenientes pręsenti ecclesię deputantur quodā spirituali signaculo eis insignito, qui character nuncupatur.

AD SECVNDVM dicendū, ꝙ character animę impressus, habet ratio-

### SVPER Q. IIII. Aliàs 63. Art. 1.

COncl. Cùm homines per sacramēta deputentur ad aliqđ spirituale pertinens ad cultum Dei; consequēs est, quòd per ea fideles aliquo spirituali charactere insigniantur.

¶ PROB. primò: quia quicumque ad aliquod certum deputatur, consueuit ad illud aliquo charactere deputari & consignari (vt patet ab exemplo de militibus). Secūdò, quia hoc ipsum de sacramentis insinuat D. August. lib. con. Parmen.

1^m de maiori.

Distinctiuum. R. In ordine ad actus quosdam speciales, conuenientes pſenti Ecclesię. §. Tunc nihil, &c. Nam minor transit ad loquendū de signo distinctiuo in alio sensu. s. in ordine ad uitam æternam. Fideles enim Christi ad præmium quidem &c. vt in textu.

2^m de maiori.

Character est signum. R. Pas-

nem signi inquantum per sensibile sacramentum imprimitur: per hoc enim scitur aliquis esse baptismali charactere insignitus, quòd est ablutus aqua sensibili. Nihilominus tamen character, vel signaculum dici potest per quandam similitudinem, omne quod configurat alicui, vel distinguit ab alio, etiam si non sit sensibile: sicut Christus dicitur figura, vel character paternæ substantię, secundùm Apostolum Hebr. 1.

AD TERTIVM dicēdum, quòd sicut suprà dictum * est, sacramenta veteris legis non habebant in se spiritualem virtutem, ad aliquem spiritualem effectum operantem, & ideo in illis sacramentis non requirebatur aliquis spiritualis character: sed sufficiebat ibi corporalis circuncisio, quam Apostolus signaculum nominat, Rom. 4.

* q. 62. artic. 6.

B, Passiuum. §. i. habens rationem signi, inquantum ab alio, s. à sensibili sacramento imprimitur. Tunc nihil &c. Nam Augustinus in minori adductus loquitur de signo in alio sensu, s. actiuo; hoc est, habente rationem signi secundùm se. Et ideò, quia de signo vt actiuo loquitur, dicit: quod signum & ingerit, & facit (vt ibi legitur).

Itē de maiori. Character est signum. B. Non sensibile. §. Tūc nihil, &c. August. enim loquit̄ de signo in alio sensu. s. de signo sensibili. Vide secundum responsum in textu ly nihilominus tamen character &c. Quæ responsio differt à prima in hoc: quòd concedit, characterem esse signum secundùm se consideratū; quamuis non sensibile. Prima autem hoc non concesserat: vtpotè à tali consideratione de signo, secundùm quòd de charactere dicitur, abstrahens; & solummodo ipsum comparatiue. i. per respectum ad causam, à qua imprimitur ac sic. i. signum denominat̄, considerans.

3m illatio conclusionis. Ergo videt̄, quòd neque &c. B. Negat̄ illatio. §. Non enim est eadem ratio de vtrisque sacramentis in causa imprimendi characterem spiritualem: Nam sacramenta nouæ legis habēt in seipsis virtutem operantem ad spiritualem effectum, q. 3. ar. 4. quam non habebant sacramenta uetera, q. 3. art. 6. Ideo in veteri lege non imprimebatur character spiritualis; licet corporalis in corpore per sacramentum circuncisionis: in lege uero noua, dimisso tali charactere corporali. 1. 2. q. 103. art. 3. succedit impressio characteris spiritualis: vt singulis dentur, quæ singulis conueniunt.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem interimas hæresim Lutheri dicentis: quòd sacramenta nulla imprimūt characterem; & quod hoc asserere est mera nouorum Theologistarum fictio, atque commentum. Secundò habes; quomodo per rationem ostēdas, hanc hæresim merito damnari à 2 Cor. 1. Qui &c. vt cum discursu est in argum. contr. Item à Concilio Trid. sess. 7. de sacramentis, can. 9. Si quis dixerit: in sacramentis (quibusdam) non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale, & indelebile: Anathema sit. Hæc ibi. Item à Concilio Florentin. in Decret. seu Constitution. super vnion. Armenor. Ibi enim cum de sacramentis agitur, idem dicit. Quia vero Lutherus addit, hoc esse commentum ac fictionem nouorum Theologistarum: ideò contra temerarium illud mēdacium habes B. Augustinum in tex corp. adductū, qui profectò nō inter nouos, sed inter vetustos (cū anno Domini quadringētesimo, & circa, floruerit) annumerādus est. Hic nomine characteris utitur in sacramentis (vt ibi considerantibus patet). Sed & ad idem habes B Dionysium Apostolis contemporaneū: qui charactere nomine signi exprimit. Vide ar. 2. corp. prin. Temeritatē quoq; illam de mendacio damnat Concilium Trident. per hoc, quòd sess. 7. antequàm canones de sacramentis, inter quos canon de charactere est nonus, decernat, dicit. Sacrosancta generalis Tridentina synodus ad errores eliminandos, & extirpandas hæreses, circa sanctissima sacramenta, sanctarum scripturarum doctrinæ, Apostolicis traditionibus, atque aliorum Conciliorum & Patrum consensui, inhęrendo, hos præsentes canones statuendos, & decernendos, statuit: reliquos, qui supersunt ad cępti operis perfectionem, deinceps, Diuino spiritu adiuuante, editura. Hæc ibi. Non ergo nouorū Theologistarum commentum est, quòd in sacramentis detur character: sed hoc ex sanctarum scripturarum doctrina, ex Apostolicis traditionibus, ex aliorum Conciliorum, & Patrum, consensu dependet. Nam (vt dictum est) canon de charactere inter illos connumeratur: de quibus tam grauissima, & vetustissima, testimonia profert concilium. Cæterùm eiusdem verba illa vltima. s. Reliquos, qui supersunt ad &c. commendabis æternæ memoriæ pro regula vniuersali ad quoscunque canones de alijs sacramentis, puta de Eucharistia sess. 13. de Pœnitentia & extrema vnctione sess. 14. de ordine sess. 23 de matrimonio sess. 24. edendos: quã quidem regula efficaciter demonstrabis, contenta in omnibus his canonibus inniti (secundùm Concilium) validissimis ijs testimonijs. s. sanctarum scripturarum, Apostolicarum traditionum, Conciliorum aliorum, & Patrum consensus. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus vt sonat de sacramento indefinitè, non vniuersaliter, aut particulariter explicite. Quęretur enim explicite de particulari in articulo.

¶ In corpore vna conclusio: Fideles per sacramenta aliquo spirituali charactere insigniuntur. Probatur: Quicumque ad aliquod certum deputatur, consueuit cōsignari: sed homines per sacramenta deputatur ad spirituale aliquod spectans ad Dei cultum, ergo fideles per sacramēta aliquo spirituali charactere insigniuntur. Probatur maior exemplo militum. Minor vero, quia sacramenta ad duo ordinantur, hoc est ad remedium contra peccatum, & ad perficiendum hominem in his, quæ ad cultum diuinum sunt. Et confirmatur, tota ratio cum conclusione, auctoritate August. vnde Auctor sumpsit.

¶ Aduerte hic, quòd Auctor persuasibilem hanc ueritatem ecclesiasticam reddere studuit, ex ratione proportionalis similitudinis inter homines deputatos ab homine ad militiam corporalem, & deputatos à Deo ad cultum Christianæ religionis (quæ utique est militia illius, qui est dominus fortis, & potens in prelio ad debellandas aereas potestas, vincendumque mundum) sectatus Augustini vestigia, Rationabile siquidem est, vt homines, qui à principibus mundi huius, consueuerunt ad corporalia corporali nota insigniri, cum à Deo ad perennem spiritualem cultum secundùm animam deputantur, spirituali signo signentur in anima: sic enim diuinam prouidentiam disponere homines suauiter inuenitur, vt scilicet proportionaliter insigniantur secundùm animam à Deo: sicut secundum corpus consueuerunt, à principe humano.

¶ In resp. ad 2. vide nouitèr, quòd iuxta primā ibidem responsionē, character non secundum se, sed secundum suam causam (hoc est non solitarie sumptus, sed ut ex sua causa sensibili, quæ est sacramentū) habet rationē signi. Et quia hæc responsio multis nō facit satis, apposita est ab Auctore altera responsio de ipso charactere in seipso, ita quòd prima de charactere causaliter, secunda de eodē formaliter est.

S. Bona. 4. s. d. 6. q. 1 ar 1.
Scot 4. sent. d. 2. q. 1.
Richar. 4. s. d. 2 q. 3 art 2.
Mairo. 4 s. d. 1. 3. q. 1.
Duran. 4. sen. d. 2 q. 1.
Bacco. 4. s. 4. 2. q. 1.
Sot. 4 s. d 1. q. 4. art. 2.

20 4. dist. 4. q. 1. art. 1.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum character sit spiritualis potestas.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd character non sit spiritualis potestas. Character enim idem videtur esse, quòd figura: vnde Heb. 1. vbi dicitur, Figura substantię eius, in Græco habetur loco figuræ, character: sed figura est, in quarta specie qualitatis, & ita differt à potestate, quæ est in secunda specie qualitatis. character ergo non est spiritualis potestas.

¶ 2 Præt. Dionys. * dicit 2. c. Eccles. hierar. quòd diuina beatitudo accedentem ad beatitudinē in sui participationē recipit, & proprio suo lumine, quasi quodā signo ipsi tradit suā participationem. & sic videtur quòd character sit quoddam lumen: sed lumen ad tertiam speciem qualitatis videtur pertinere. non ergo character est potestas, quæ videtur ad secundam speciem qualitatis pertinere.

* c. 2 eccl. hier. par. 3. parum ante med.

¶ 3 Præt. A quibusdam character sic definitur. Character est signum sanctum communionis fidei, & sanctæ ordinationis, datum à hierarcha. Signum autem est in genere relationis, non autem in genere potestatis. non ergo character est spiritualis potestas.

¶ 4 Præt.

SVPER Q. IIII. Aliàs 63. Art. II.

COncl. Character importat quādam potentiam spiritualem, ordinatam ad ea; quæ sunt diuini cultus.

¶ Prob. Quia diuinus cultus, ad quē deputatur quis per characterem sacramētorum, consistit in recipiendo aliquam, vel in tradendo alijs (vt patet): & ad vtrisque horum requiritur quædam potentia (vt declaratur in tex.)

Primum

**1m de maiori.** Quod figura. ℞. Metaphoricè dicta: non autem, propriè. §. Nam figura est quædã terminatio &c. vt in tex. vsque ad ly non aũt ponitur. Tunc nihil, &c. Non.n. ponitur aliquid in genere vel specie, nisi per &c. vt in tex. Lumen quoddam. ℞. Spirituale. §. Tunc ni

**2m de maiori.** hil, &c. Nam lumen, de quo loquitur minor, est corporale, seu sensibile. Nã in tertia specie qualitatis non sunt, nisi &c. vt in tex.

**3m minor.** Signũ est in genere relationis, non autem in genere potestatis. ℞. Negat. §. Loquendo. s. de signo, fundamentaliter. Nam relatio, quæ importat in nomine signi &c. vt in textu. Pro cuius capeu scito; quòd relatiuorum aliud est secundum esse (vt pater) & hoc est in genere relationis: aliud est secundum dici (vt scientia) & hoc est in aliquo alio genere, puta in genere qualitatis. Huic enim qualitati, puta scientiæ, iam constitutæ in suo esse aduenit postea, quòd referatur ad aliquid, vnde est determinata; & sic refertur ad scibile. Secundum se tamen scientia ipsa non est in genere relationis; sed est res realis absoluta in genere qualitatis existens. Sic in proposito. Character est signum, & consequenter relatiuum, non quidem secundũ esse, sed secundum dici: ideoque non est secundum essentiam suam in genere relationis, sed in genere alio; & hoc in proposito est genus qualitatis, & species potestatis. Huic ergo qualitati & potestati. s. characteri, iam constitutæ realiter in isto esse suo aduenit pòst (siue sit posteriùs tẽpore, siue natura solùm), q referatur ad aliquid, vndè processit; & sic refertur ad sacramentũ sensibile, à quo impressus fuit in anima. Vide artic. 1. ad secundum. Igitur character secundum se non est in genere relationis; sed est res realis absoluta in qualitate existens.

**4m de conclusione.** Character. ℞. Consideratus secundum rationem signi. ℟. Sic enim esse glossandum hoc, ostendit minor pręmissa. Tunc nihil, &c. Nam

* lib. 5. metaph. tex. 27. tom. 3.
* li. 2. Eth. c. 5. in prin. tom. 5.
* art. 5. huius quæst.
* art. præc.
* c. 2. eccl. hier. par. 3. parum ante med.
* q. pręced. art. 4.

¶ 4 Præt. Potestas habet rationem causæ, & principii, vt patet 5. Metaph. * sed signum, quod ponitur in definitione characteris, magis pertinet ad rationem effectus. character ergo non est spiritualis potestas.

Sed contra est, q * Philosophus dicit in 2. Ethicor. Tria sunt in anima, potentia, habitus, & passio: sed character non est passio, quia passio cito transit: character autem indelebilis est, vt infrà * dicetur. Similiter etiam non est habitus: quia nullus habitus est, qui se possit ad bene, & male habere: character autem ad vtrumque se habet: vtũtur enim eo, quidam bene: alii verò male, quod in habitibus non contingit. nam habitu virtutis nullus vtitur male: & habitu malitiæ nullus bene. ergo relinquitur, q character sit potentia.

Respon. Dicendum, quòd sicut dictum * est, sacramenta nouę legis, characterem imprimunt, inquãtum per ea deputantur homines ad cultum Dei, secundum ritum Christianæ religionis. Vndè Dion. * in 2. cap. Eccles. hierar. cum dixisset, q Deus in quodam signo tradit sui participationem accedenti ad baptismũ, subiungit, Perficiens eum diuinum, & communicatorem diuinorum. Diuinus autem cultus consistit, vel in recipiendo aliqua diuina, vel in tradẽdo aliis: ad vtrumque autem horum requiritur quędam potentia, nam ad tradendum aliquid aliis, requiritur potentia actiua: ad recipiendum autem requiritur potentia passiua. Et ideo character importat quandã potentiam spiritualem ordinatã ad ea, quæ sunt diuini cultus. Sciendum tamen, q hæc spiritualis potentia est instrumentalis: sicut etiam suprà dictum * est de virtute, quæ est in sacramentis. Habere enim sacramenti characterem cõpetit ministris Dei, minister autem habet se per modũ instrumenti, vt Philos. * dicit in primo Polit. Et ideo sicut virtus, quę est in sacramentis, non est in genere per se, sed per reductionem eo quòd est quiddam fluens, & incompletum, ita etiam character non propriè est in genere, vel specie, sed reducitur ad secundam speciem qualitatis.

Ad primum ergo dicendum, quòd figura est quædam terminatio quantitatis. vnde propriè loquendo, non est nisi in rebus corporeis: in spiritualibus autem dicitur metaphoricè. Non autem ponitur aliquid in genere, vel specie, nisi per id, quod de eo propriè prædicatur. Et ideo character non potest esse in quarta specie qualitatis, licet hoc quidam posuerint.

Ad secundum dicendum, q in tertia specie qualitatis non sunt nisi sensibiles passiones: vel sensibiles qualitates. Character autem non est lumen sensibile: ideo non est in tertia specie qualitatis, vt quidam dixerunt.

Ad tertium dicendũ, q relatio, quę importatur in nomine signi, oportet q supra aliquid fundetur: relatio autẽ huius signi, quod est character, nõ potest fundari immediatè super essentiam animę, quia sic conueniret omni animæ naturaliter. Et ideo oportet aliquid poni in anima, super quod fundetur talis relatio, & hoc est essentia characteris, vnde nõ oportebit quòd sit in genere relationis, sicut quidam posuerunt.

Ad quartum dicendũ, q character habet rationem signi per comparationem ad sacramentum sensibile, à quo imprimitur: sed secundũ se consideratus, habet rationem principii, per modum iam dictum. *

ARTI-

* lib. 1. c. 3. à princ. tom. 5.

Nam articuli conclusio considerat characterem alio modo. i. secundùm seipsum: & propterea dicit, characterẽ esse potestatem, atque hoc habere rationẽ principij; respectu. s. pertinentium ad cultum diuinum (vt eius probatio declarat). Vide, q ex hac doctrina patet; quòd dicta in responso ad tertium, de charactere sunt vera

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. hunc primò: quomodo per rationẽ ostendas, meritò esse insinuatũ à scripturis, & Concilio: q character est potestas spiritualis. A scripturis quidem, vt per hoc, quod dicitur 2. Cor. 1. Qui vnxit nos Deus, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordib. nostris. His. n. verbis monstratur; q illa signatio i. character, est in cordibus. i. in anima. Nam hãc interpretationẽ habemus ex Cõcilio Florentino dicente: Sacramẽta tria characterẽ. i. spirituale quoddã signum à cæteris distinctiuum imprimunt in anima indelebile. Hęc illud in Decr. seu consilit super vnion. Armen. Cũ ergo character sit in cordib. nris, i. in anima nostra; constat à sufficiẽti diuisione existentiũ in anima, q ipse est potẽtia, seu potestas. Philosophus. n. diuidẽs ea, quæ sunt in anima, dicit in 2. Ethic. q tria sunt in ea. i. potẽtia, habitus, & passio. Sed character non est passio; quia &c. vt in arg. cont. Omnibus itaq; cõsideratis; qui dicit, signauit nos Deus in cordib. nostris, i. in anima nostra, vult dicere: quòd signatio illa. i. character, est potentia. A Concilio autem Florẽtino idem ibidem insinuatur per hoc; q postquam dixit, per traditionem calicis cum vino, & patenæ cũ pane, conferri ordinem presbyteratus; subiungit, Forma sacerdotij est talis. Accipe potestatẽ offerendi &c. Ex qua serie cõtextus patet, vel tenuiter consideranti: q, secundùm Concilium, character est potestas. Alioquin conferendo ordinem. i. ordinis characterem, non diceret Episcopus, Accipe potestatem: sed pro ly potestatem, diceret aliquid aliud; quo significaretur character qui tunc accipitur. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

* In corp. art. & art. præc.

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus de quidditate characteris manifestè quæritur, in quo scilicet genere sit, an potestatis, an relationis, &c.

¶ In corpore sunt tres conclusiones. Prima est: Character sacramentalis, est spiritualis potestas ad ea, quæ sunt diuini cultus. Probatur, Character imprimitur à sacramentis, inquantum per illa homo deputatur ad ea, quæ sunt Christiani cultus, consistentis in recipiendo aliqua, vel tradendo alijs. ergo character sacramentalis est quædam spiritualis potestas ad ea, quæ sunt diuini cultus. Antecedens quo ad primam partem probatur auctoritate Dionys. in illis verbis, perficiens eum diuinum, & communicatorem diuinorum. Consequentia verò probatur, quia ad vtrumque horum, requiritur potentia aliqua, ad recipiendum quidem passiua, ad tradendum verò actiua.

¶ Circa deductionem conclusionis huius dubium occurrit: nam inualida apparet consequentia, Character sacramentalis est deputatiuus hominis ad cultum consistentem in recipiendo, & tradendo, ergo est potentia: tum quia similis consequentia nihil valet. Character militaris est deputatiuus hominis ad militiam, consistentem in percutiendo, & ad percutiendum requiritur potentia percussiua. ergo character militaris est potentia ad percutiendum. Et si instetur, q non est simile, quia potentia percussiua præsupponitur, vtpote naturalis, potentia autem ad cultum, non est naturalis, sed superaddita, hæc inquam instantia nihil obstat argumento, quia ad militarem percussionem vltra naturalem virium potẽtiam requiritur

ritur potentia militaris: ſicut ad ſanandum requiritur in medico potentia medicatiua: ſtat ergo obiectio.

¶Et eleuatur inſtantia ad uniuerſalem rationem, vnde ſcilicet, licet à communiſſimis inferre determinatè ſpeciale, hoc eſt à deputatione ad cultum Chriſtianæ religionis, ad potentiam reſpectu eiuſdem cultus deſcendere. Deputatio ſiquidem ad cultum multipliciter fieri poteſt, ſ. ſigno, profeſſione, officio, ſcientia, voluntate, potentia, vt patet inductiue in militia, & alijs cultibus, & artibus. Vnde inferre, characterem eſſe potentiã, quia eſt deputatiuus hominis ad cultũ Chriſtianæ religionis, fallacia conſequẽtis uidetur.

¶Ad hoc dicitur, quòd Auctor procedit ex determinatis in præcedenti articulo. Et propterea non procedit ex hoc ſolo, quòd character eſt deputatiuus ad cultum &c. ſed ex hoc, quòd character ſacramentalis eſt ſpiritualis perfectio animæ ad cultum diuinum, ſecundum ritum Chriſtianum: ita quòd non, ex quacumque deputatione ſed ex tali deputatiuo, ſcilicet, vt perfectiuo animæ ad talem cultum impreſſo à Deo procedit litera, vt ipſamet litera de ſeipſa teſtimonium perhibet, auctoritatem aſſerens Dionyſij hoc teſtantem: ex huiuſmodi autem aſſumpto concludi licuit intentũ, ſi perſpicaciter intuiti fuerimus cultum Chriſtianæ religionis formaliter, vt Auctor contemplatus eſt. Ex hoc enim quod character eſt perfectiuus animæ ad cultum Chriſtianæ religionis, & cultus Chriſtianæ religionis formaliter conſiſtit in recipere, uel dare, formaliter ſequitur, ergo character perficit animam ad recipiendum, vel dandum. Sed conſtat liquido, quòd proprium, & per ſe primo perfectiuum ad recipere, ſeu dare, eſt poſſe recipere, aut dare. ergo character eſt ſpiritualis potentia, qua homo ſecundum animam poteſt recipere, vel tradere ea, quæ ſunt Chriſtianæ religioni propria. Et confirmatur hæc ratio, quia potentia ſola eſt, qua ſubtracta actus nullus redditur apud Deum, & ſimiliter qua poſita, actus efficax eſt, quantumcumque ab homine prohibitus. Nam ſubtracta charitate, aut ſcientia, aut fide, ſi potentia remanet, actus non eſt nullus, ſed econtra ſola potentia deficiente, alia non ſunt efficacia. Sic autem conſtat eſſe in propoſito, quod ſubtracto charactere, vanè omnia recipiuntur: & ſimiliter ſubtracto charactere ordinis vanè omnia traduntur, quæ propria ordinis ſunt. eſt ergo character in genere potentiæ.

¶Ad inſtantiam autem de militari charactere, patet reſponſio, quia non ſpectat ad animam.

¶Ad obiectionem autem vniuerſalem patet etiam reſponſio, quia falſum aſſumit, ſcilicet literam ex ſola deputatione procedere, cum procedat ex tali deputatione, ſcilicet ut perfectiua hominis ſpiritualiter ſecundum animam ad cultum ſpiritualem, conſiſtentem in recipere & tradere: manifeſtum quippe eſt, quòd formaliter procedendo, optimè abſque ſophiſmatis aliqua ſpecie, illatio tenet.

¶Secunda concluſio eſt: Hæc ſpiritualis potentia, eſt inſtrumentalis. Declaratur à ſimili, ſicut uirtus, quæ eſt in ſacramentis. Et probatur, ex ſubiecto, quia eſt potentia miniſtri. ergo inſtrumenti. Antecedens probatur, quia character conuenit miniſtris Chriſti, vt ſic. Conſequentia probatur, quia miniſter ut ſic, habet rationem inſtrumenti.

¶Tertia concluſio eſt. Character non eſt per ſe in genere, ſed reductiuè in ſecunda ſpecie qualitatis. Prima pars probatur à ſimili, ſcilicet ex virtute in ſacramentis, adiuncta ratione communi, quia eſt quiddam fluens, & incompletum. Secunda uerò pars relinquitur, vt euidens.

¶Occurrunt autem hic multa dubia. Primum eſt de genere generaliſſimo, ſub quo ponitur character, quòd circa tertiam concluſionem verſatur. Secundum de ſpecie, & ſpectat ad eandem concluſionem. Tertium eſt, circa reſponſionem ad tertium, quantum ualeat ratio literæ, Si relatio characteris fundaret immediatè ſuper eſſentia animæ, conueniret naturaliter omni animæ. Quartum eſt, quantum ualeat ratio literæ, probans quòd character non eſt habitus, quia omnis habitus eſt bonus, vel malus, vt habes in litera in argumento ad oppoſitum. Propter connexionem tamen materiæ tractabitur tertium dubium, ſimul cum primo, & ſecundum ſimul cum quarto.

¶Circa primum dubium in quo genere ſit character ſacramentalis, ſcito primo, quod Durandus in 4. ſenten. diſtinc. 4. q. 1. putauit characterem eſſe relationem rationis, per quam aliquis ex inſtitutione diuinæ deputatur ad ſacras operationes: ſicut nummus ſortitur rationem pretij. Et eius ratio eſt, quia ea, quæ ſunt fidei clarificanda ſunt, & non obſcuriora reddenda. per characterem autem ſi ponitur relatio rationis, omnia clara ſunt: ſi vero ponitur res realis, obſcuriora introducuntur.

¶Sed poſitio hæc ſeipſam leuem monſtrat, dum ex communib. tantum, & extraneis procedit. Eiuſque falſitas patet ex auctoritate eccleſiæ, extrà de baptiſmo, & eius effectu, in c. maiores, in fine. Vbi dicitur quòd ſacramentalis operatio, imprimit characterem: certum eſt enim, quòd relatio rationis non imprimitur. Et confirmatur ex Concilio Florentino, ſub Eugenio IIII. vbi dicitur, Tria ſacramenta characterem, id eſt ſpirituale quoddam ſignum à cæteris diſtinctiuum, imprimunt in anima indelebile, vnde in eandem perſonam non reiterantur. Hæc ibi.

¶Scito ſecundo, quòd Scotus in 4. diſt. 6. quæſt. 10 ad utramque partem diſputat concludens vtrumque poſſe probabiliter ſuſtineri: & quòd character ſacramentalis ſit res abſoluta in genere qualitatis, & quod ſit relatio extrinſecus adueniens. Et hanc vltimam opinionem ipſe tenet: minus tamen probabilis monſtratur illa uia, diſcutiendo tertium dubium. Vbi ſcito conſequentiam factam in litera deſtrui ex Scotica opinione, diſtinguente de relatione, vel intrinſece adueniente, vel extrinſece. Et vocat relationem intrinſecus aduenientem illam, quæ conſequitur fundamentum poſito termino: illam autem, quæ poſitis fundamento, & termino non neceſſario ponitur, vocat relationem extrinſecus aduenientem. Exemplum primi, vt duplum, ſimile, æquale. Exemplum ſecundi, vt relatio agentis ad patiens, relatio locati ad locum, & huiuſmodi. Ad primum genus dicit non eſſe motum, ſed ad ſecundũ, ac per hoc poſſe à Deo de nouo imprimi in animã relationem characteris abſque aliquo abſoluto nouo fundante illam. Et propterea non ſequitur, ſi relatio characteris poneretur immediatè in anima, conueniret naturaliter omni animę.

¶Tu autem patienter ſuſtineto pertranſeuntem me de reſpectibus his in commum, quia theologiam practicam tracto, non metaphyſicam. Nec videtur digrediendum hoc in loco, quicquid ſit de reſpectibus illis extrinſecis, qui forte non ſunt intelligibiles, quoniam omnis reſpectus formaliter ſumptus hoc ipſum quod eſt, eſt ad aliud ſe habere, & ſi eſt ad aliud ſe habere, eſt in genere ad aliquid, quod eſt quartum prædicamentum. Et rurſus, ſi eſt ad aliud ſe habere, neceſſe eſt, vt conſequatur fundamentum ex ſola noua poſitione alterius: alioquin non eſſet ad aliud, & propterea ſi eſt ad aliud ſe habere, ad illud non eſt motus, vt ex hac ratione probatur 5. Phyſic. ab Ariſt. Et ſuper hoc, ſ. ſuper ipſa relatione formaliter, inquantum relatio eſt, fundauit auctor hic rationem ſuam: relatio enim formaliter ſumpta, quia hoc ipſum quod eſt, eſt ad aliud: ſi realis eſt, naſcitur cum fundamento non ſimpliciter in actu, ſed ſic quòd ex ſola appoſitione termini ſit actu: ſimilitudo enim naſcitur cũ albo ſic, quòd poſito coalbo, ſtatim ſimilitudo in primo albo conſurgit, & ſic de alijs. Ac per hoc relatio characteris immediatè fundaretur in anima, naſceretur ſimul cum anima, ſic quod poſito illius termino, ſtatim in anima conſurgeret relatio characteris, & ſi ſic connaſceretur cum anima, clare patet quòd naturaliter conueniret omni animæ. Quocirca aut character non eſt in genere ad aliquid niſi æquiuocè, & tunc ſi eſt reſpectus, quæratur illius genus, nec erit facile fingere aliud genus, cum ponatur res ſpiritualis & non ſit formaliter paſſio: aut ſi eſt in genere ad aliquid definitio poſita ab Ariſt. non eſt communis ſuo generi, & excluſio motus ab ad aliquid cum illius ratione, 5. Phyſic. non eſt uniuerſalis de ipſo genere ad aliquid, ſed particularis, hoc eſt de aliqua ſpecie relationis, ſ. intrinſece: quoniam Ariſt. probando ad relationem non eſſe motum, attulit relationem, quæ ſecundum Scotum uocatur extrinſecus adueniens, ſ. dextri, & ſiniſtri. Nam relatio dextri inter me, & columnam non ſequitur fundamẽtum poſito termino, loquendo vt Scot. loquitur. Nam poſito animali habẽre dextrum, & poſita columna, non ſequitur relatio dextri inter ipſa: poteſt enim columna poni neutra. Et accidit huiuſmodi phantaſia, quia non conſideratur fundamentum, vt fundamẽtum, & terminus ut terminus; ſed remotè. V. g. relatio agentis ad patiens, non habet pro extremis ignem, & aquam, ſed ignem calefacientem, & aquam patientem à calefaciente, & ſic de alijs. Vnde non remotè, ſed propinquè ſumendo fundamentum, & terminum (hoc eſt ſecundum eas diſpoſitiones, ſecundum quas hoc fundat, & illud terminat) nulla eſt relatio realis, quæ non conſurgat in fundamento, poſito termino. Sed hæc pertranſeundo ſunt dicta pro claritate literæ, quæ de relatione loquitur formaliter, ſicut & Philoſ. 5. Phyſic.

¶Circa ſecundum dubium, ſcito Scotum in 4. diſt. 6. q. 10. diſputare ad omnem partem, & tenendo quòd character eſt eſſentialiter reſpectus, ſuſtinet ipſum habere rationem potentiæ, & actiuę, & paſſiuæ, pro quanto Deus ordinauit aſſiſtendo agere habenti talẽ reſpectum, puta ſacerdoti, & ſimiliter imprimere in patiens habens talem reſpectum, puta, characterem baptiſmi, ita quòd reſpectus reddit baptizatum capacem paſſionis à Deo ſic ſtatuente, & ſimiliter operationem ſacerdotis efficacem. Et concurrunt hi reſpectus tãquàm diſpoſitiones in ordine ad agens voluntarium. Tenendo autem, quòd character eſt forma abſoluta, ſuſtinet, & quòd poteſt poni in prima ſpecie qualitatis, & quòd poteſt poni in ſecunda, reſponderque ad rationem literæ, quæ in quarto dubio propoſita eſt. Primo, quòd non oportet omnem habitum eſſe bonum, vel malũ, ſed poteſt aliquis habitus eſſe indifferens. Quod probat dupliciter. tũ quia ex actibus indifferentibus frequentatis cauſatur habitus indifferens, tum quia frequentans conſiderationem alicuius concluſionis geometricæ, habet habitum indifferentem. Secundo, quia character poteſt poni habitus ſupernaturalis bonus remotè, ita quod non proximè, ſeu ſufficienter poteſt eſſe principium actus boni, ſed remotè, ſicut fides, ſpes, charitas infuſa, non eſt ſufficiens principium boni actus, ſed inclinat ad bonum actum concurrentibus alijs requiſitis: multo autem remotiùs character poteſt diſponere ad bonum actum.

¶Ad

3

¶Ad horum clariorem notitiam aduertendũ est, quòd nisi formaliter cõsideremus, locemusq; res in suis generibus, vagari multipliciter continget. Quocirca cum character sacramentalis sit formaliter potentia (est.n. baptismalis character, quo per se primo homo potest recipere sacramenta reliqua, vt patet, & similiter character ordinis, quo primo minister ecclesiæ, puta, sacerdos, potest conficere Eucharistiam &c.) & sit supernaturale accidens impressum animæ, consequens est, vt sub illo genere accidentium formaliter locetur, quod potentias actiuas, vel passiuas continet, quod constat solum qualitatis genus esse, & vnam illius speciem, secundam s. Necobstat, quòd non sit naturalis potentia, quoniam sicut sub habitus specie continentur non solum naturales, sed supernaturales habitus, ita sub potentię accidentalis specie continentur non solum naturales, sed supernaturales potentiæ, & in hoc debet quiescere intellectus bene dispositus.

¶Ad distractionem autem Scoticam, trahentem relationem ad rationem potentiæ, patet responsio ex hoc ipso, quòd distractio abusiua rerum, ac rationum formalium est.

¶Ad id uero, q primo dicit de habitu indifferenter, dicendũ est, q nullus est actus humanus singularis indifferens moraliter, quia fit, vel quando, vbi, sicut, propter, &c. debet, & sic est bonus moraliter: vel non quando, aut vbi, aut sicut, aut propter, aut &c. debet, & sic est malus moraliter. Nec est inter ista duo mediũ in actu exercito, quia distinguuntur penes affirmationem, & negationem, ac per hoc nullus potest esse habitus indifferens ex hoc capite.

¶Ad id uerò, quod de consideratione frequenti cõclusionis geometricæ subditur, dicitur, q si consideratio est scientifica, generatur habitus bonus, s. scientiæ, quæ est uirtus, ac per hoc boni tantum, puta ueri: si uero consideratio est non scientifica, generabitur habitus opinatiuus, qui etiam non est indifferens, sed declinat ad bonum, vel malum, prout declinat ad verum, vel falsum. Et quia character est forma supernaturalis, à Deo pro munere impressa: ac per hoc si esset habitus, non posset poni indifferens, ideo Scotus ad vltimam responsionem confugit, quæ falsum in primis asserit, dum charitatem, fidem, ac spem infusam a sufficientibus, proximisque principijs elicitiuis bonorum actuum aufert. Est.n. infusa charitas, & sufficientissimum, & proximum elicitiuum principium dilectionis Dei super omnia: sed q iste puer baptizatus non actu diligat, prouenit ex conditione ipsius habentis charitatem, quia.s. habet organa impedientia, &c. & non ex insufficientia, aut elongatione habitus. Et simile est de dormiente, aut ebrio: non enim ex parte habitus infusi, aut acquisiti prouenit, quod dormiens, aut ebrius non considerat geometricas demonstrationes, aut non credit, seu sperat, sed ex impedimento habentis habitum.

¶Male deinde locat characterem in specie, dum ex his, ad quæ remote se habet, locat ipsum. Debet siquidem iudicari res secundum ea, quæ sibi proxime conueniunt, & non secundum remota, ac per hoc, non debet character poni sub specie habitus boni, quia valde remote disponit ad actum bonum. Sed hæc accidunt Scoto, quia difficile est operire falsum: Quocirca videto omnia conferre vero, & ab q se difficultate vlla characterem poni, non habitum, sed potentiam, quæ ex propria ratione indifferens est ad bonum, & malum (character enim est potentia, qua potest quis dare, vel recipere, & non est, quo potest bene, vel male dare, vel recipere) vt sic perspicias diuinam sapientiam disponentem omnia suauiter, donando nobis supernaturales potentias, dare eas suauiter, hoc est seruata conditione potentiarum, vt s. sint quibus possumus, & non quibus bene, vel male possumus.

¶Argumenta Petri Aureoli apud Capreolum in 4. dist. 4. contra hoc, q character sit potentia, quia ad specialia descendunt de potestate effectiua transsubstantiationis in eucharistia &c. omittenda censui, quoniam suo loco quælibet seruanda est quæstio.

---

*Sot. 4 s. d. 1. q. 4. art. 3.*

SVPER Q. IIII. Aliàs 63. Art. III.

[21] 4. d. 4. q. 1. art. 2. & ar. 3. q. 5.

CONCL. Manifestũ est quòd character sacramentalis specialiter est character Christi; cuius sacerdotio cõfigurantur fideles secundum sacramẽtales characteres.

¶PROB. Quia per characterem sacramentalẽ deputatur quis ad cultum Dei, secundum ritum Christianæ religionis (vt patet art. 2.): & totus ritus Christianæ religionis deriuatur a sacerdotio Christi (vt patet). Secunda autem pars. s. Cuius &c. probatur: Quia characteres sacramentales nihil aliud sunt, quàm quædã participationes sacerdotij Christi.

¶NOT. Quia in diffinitione characterum sacramentaliũ additur in tex. ly ab ipso Christo deriuatæ: ideò potest & breuius tota præmissa conclusio probari, tanquã ex diffinitione terminorum, dicendo sic.

*li. 18. c. 18 in prin. tomo 5.

¶CONCL. Manifestum est, quod character &c. vt supra.

¶PROB. Quia characteres sacramentales nihil aliud sunt, quam quędam participationes sacerdotij Christi ab ipso Christo deriuatæ.

Ecce probatio clara: cuius etiam claritas magis apparebit, si addas hoc aliud. Scilicet: alioquin, si character sacramentalis non est character Christi. i. deriuatus à Christo ei configurans fideles; tunc character sacramentalis non erit character sacramentalis (vt patet ex data diffinitione characterum sacramentalium).

## ARTICVLVS III.

*Vtrum character sacramentalis sit character Christi.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd character sacramentalis non sit character Christi. Dicitur enim Eph. 4. Nolite contristare Spiritumsanctum Dei, in quo signati estis: sed consignatio importat in ratione characteris. ergo character sacramentalis, magis debet attribui Spirituisancto quàm Christo.

¶2 Præt. Character habet rationem signi: est autem signum gratiæ, quæ per sacramentum confertur: gratia autem infunditur animæ à tota Trinitate. vnde dicitur in Psal. 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. ergo videtur, quòd character sacramentalis non debeat specialiter attribui Christo.

¶3 Præt. Ad hoc aliquis characterem accipit, vt eo à cæteris distinguatur: sed distinctio sanctorũ ab aliis, fit per charitatem, quæ sola distinguit inter filios regni, & filios perditionis, vt August. dicit 15. de Trinit.* vnde & ipsi perditionis filii characterem bestiæ habere dicuntur, vt patet Apocal. 13. Charitas autem non attribuitur Christo, sed magis Spirituisancto, secundùm illud Roman. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritumsanctum, qui datus est nobis, vel etiam patri, secundùm illud 2. ad Corinth. vlt. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei. ergo videtur, quòd character sacramentalis, non sit attribuendus Christo.

SED CONTRA est, quòd quidam sic definiũt characterem. Character est distinctio, à charactere æterno impressa animę rationali, secundùm imaginem consignans trinitatẽ creatam Trinitati creanti, & recreanti, & distinguens à non configuratis secundùm statum fidei: sed character æternus est ipse Christus, secundùm illud Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura, vel character substãtię eius. ergo videtur, q character sit propriè attribuendus Christo.

1m de minori. Sed consignatio. s. Deputans ad cultum diuinum militantis Ecclesiæ. §. vt constat in textu corp. ly secundò deputatur autem quisque fidelis ad &c. Tunc nihil, &c. Nam maior loquitur de consignatione in alio sensu, s. qua quis

RESPON. Dicendum, quòd (sicut ex supradictis patet*) character propriè est signaculum quoddam, quo aliquid insignitur, vt ordinatum in aliquem finem, sicut charactere insignitur denarius ad vsum commutationum, & milites charactere insigniũtur, quasi ad militiam deputati. Homo autem fidelis ad duo deputatur. Primo quidem, & principaliter, ad fruitionem gloriæ. & ad hoc insignitur signaculo gratiæ, secundùm illud Ezech. 9. Signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium. Et Apocal. 7. Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Secundo autem, deputatur quisque fidelis ad recipiendum, vel tradendum aliis ea, quæ pertinent ad cultum Dei, & ad hoc propriè deputatur character sacramentalis. Totus autem ritus Christianæ religionis deriuatur à sacerdotio Christi: & ideo manifestum est, quòd character sacramentalis specialiter est character Christi, cuius sacerdotio configurantur fideles, secundùm sacramentales characteres: qui nihil aliud sunt quam quædam participationes sacerdotii Christi, ab ipso Christo, deriuatæ.

*art. 1. huius quæst.

AD PRIMVM ergo dicendum, q Apost. ibi loquitur de configuratione, secundum quam aliquis deputatur ad futuram gloriam, quæ fit per gratiam: quę Spirituisancto attribuitur, inquãtum ex amore procedit, q Deus nobis aliquid gratis largiatur, quod ad rationem gratiæ pertinet. Spiritus autem sanctus amor est: vnde & 1 ad Cor. 12. dicitur, Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus.

AD SE-

quis deputatur ad futuram gloriam. Quæ quidem cùm fiat per gratiam, Spiritui sancto attribuitur &c. vt in tex.

**2^m de maiori.** Signi. ℞. Configuratiui alicui principali; apud quē residet authoritas eius, ad quod aliquis deputatur. §. Loquēdo. i. de charactere formaliter. i. de charactere secundū rationem characteris. i. de charactere, vt character est. Tunc nihil, &c. Nam quando in minori dicitur ly est autem signū gratiæ, quæ per sacramentū confertur, transitur ad loquendum de charactere in alio sensu. s. vt res est. Character. n. sacramentalis est res respectu &c. vt ĩ tex.

**3^m de maiori.** Distinguatur. ℞. In ordine ad cultum diuinū militantis Ecclesiæ. §. Vt constat &c. vt in ad primum. Tūc nihil, &c. Nam minor loquit de signo distinctiuo in alio sensu. s. in ordine ad vitam æternam. Charactere enim distinguitur aliquis ab alio per &c. vt in textu.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ character sacramentalis est res respectu sacramenti exterioris, & est sacramentum respectu ultimi effectus; & ideo dupliciter potest aliquid characteri attribui. Vno modo, secundum rationem sacramenti, & hoc modo est signum inuisibilis gratię, quę in sacramento confertur. Alio modo, secundùm propriam rationem characteris: & hoc modo est signum configurātiuum alicui principali, apud quem residet auctoritas eius, ad quod aliquis deputatur: sicut milites, qui deputantur ad pugnam, insigniuntur signo ducis, quo quodammodo ei configurātur. Et hoc modo illi, qui deputantur ad cultum Christianum, cuius auctor est Christus, characterem accipiūt, quo Christo configurātur: vndè propriè est character Christi.

AD TERTIVM dicendum, quòd charactere distinguitur aliquis ab alio per comparationem ad aliquem finem in quem ordinatur, qui characterem accipit: sicut dictum est * de charactere militari, quo in ordine ad pugnam distinguitur miles Regis, à milite hostis. Et similiter character fidelium est, quo distinguuntur fideles Christi à seruis diaboli, vel in ordine ad vitam æternam, vel in ordine ad cultum præsentis Ecclesiæ: quorum primum fit per charitatem, & gratiam vt obiectio procedit, secundum autem fit per characterem sacramentalem: vndè, & character bestiæ intelligi potest per oppositum, vel obstinata malitia, qua aliqui deputantur ad pœnam æternam, vel professio illiciti cultus.

*art. 1. huius q.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatū à scripturis. quod character sacramētalis est character Christi. Vt per hoc, quod dicitur Luc. 22. Hoc facite in meam cōmemorationem. His enim verbis Christus instituit Apostolos sacerdotes (vt inquit Concil. Trid. sess. 22. cap. 1. can. 2.): & consequenter, cùm authoritate propria hoc ipsum ageret, isto suo facto demonstrauit; quod sacerdotium Apostolorum deriuabatur à sacerdotio suimpsius. Quia uero in sacerdotio imprimitur character (secundū Concilia Florentinū, & Tridentinum); ideo tunc commonstrauit Christus, ꝙ sacerdotalis, & à simili quilibet sacramentalis, character deriuat̃ à seipso: id quod est (vt patet intelligēti terminos ex tex. corp.) sacramētalem characterem esse characterē Christi. Itē per hoc, quòd dicitur Hebr. 1. Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantię eius. Nā ibi pro ly figura, Latine, ponitur ly character, Græce: atque ideò expresè ostenditur, ꝙ Christus est character æternus. Cùm igitur sacramētalis character sit impressio quædam facta à charactere æterno (vt ex eius diffinitione patet in arg. cont.) constat aperte: ꝙ, secundū Apostolum ibi, character sacramentalis est character Christi. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus de Christo loquitur, vt est uerbum incarnatum, vt distinguitur à Patre, & Spiritusancto, ac ipsa Trinitate. Denotat autem obliquus casus, auctoritatem in ipso Christo: ita ꝙ sensus est, an character sacramentalis sit character, Christo, vt principi configurans, seu consignans characterem ipsum suscipientes, sicut character Romanus cōsignat milites Cæsaris, & Gallicus Regi Francorum, &c.

¶ In corpore, tria fiunt. Primo, distinguitur character fidelium in duo genera: secundo, respondetur quæsito: tertio ponitur vnum corollarium.

¶ Quo ad primum, distinguitur character fidelium in characterem ad cęlestem beatitudinem: & characterem ad militantis Ecclesiæ cultum. Ille est charitas, seu gratia: hic est sacramentalis, de quo est sermo. Communio illorum ex communi ratione characteris declaratur. Diuersitas autem ex diuersitate finium, ac actuum manifestatur in litera. Prælibauit autem auctor distinctionē hanc, vt clara fieret doctrina sacræ scripturæ, quæ in argumentis discutitur, & ne nouitium ambiguum relinqueret, aut suspensum.

¶ Quo ad secundum conclusio responsiua quæsito est, Character sacramentalis, est character Christi. Probatur, Character sacramentalis est ad recipiendum, & dandum ea, quæ sunt cultus Christiani: ergo est specialiter, character Christi. Probatur consequentia: quia totus ritus Christianæ religionis deriuatur à Christi sacerdotio, cui configurantur fideles.

¶ Nota hic, quàm formalis sit doctrina Auctoris, dum de cultu Christianæ religionis tractans, in Christum caput, non secundum quamcunque illius conditionem, sed secundum sacerdotium reducit characterem Christiani cultus: sacerdotis enim est principatus cuiusque religionis tam uerae quàm falsæ.

¶ Quo ad tertium, corollariū est: Characteres sacramētales sunt participationes quædā sacerdotij Christi: ex eo. n. ꝙ character sacrālis est Christi sacerdotis character, consequens est, vt sit quædā diminuta imitatio ordinata ad actus spectantes ad Christi sacerdotium: quod est esse participationem sacerdotij Christi. Baptismali siquidem charactere à Christi sacerdotio habet homo formaliter, & esse membrum Christianæ religionis, & esse capacem reliquorum sacramentorum à Christi sacerdotio deriuatorum. Et simile proportionaliter est de aliorum sacramentorum characteribus.

Bona. 4. s. d. 6 q. 3. ar 2. Scot 4. sent. d. 6. q. 11. Richar. 4. s. d. 5 q. 1. Duran. 1. sen. d. 4 q. 1. Sot. 4. s. d. 1. q. 4 art. 4. Capr. 4. d. 4. q. 1. conc. 2. & 3.

22 4 d. 4. q. 1. ar. 1. corp. Et artic. 3. q. 3.

### ARTICVLVS IIII.

*Vtrum character sit in potentiis animæ sicut in subiecto.*

SVPER Q. IIII. Aliàs 63. Art IIII.

COncl. Character non fundatur in essentia animæ, sicut in subiecto; sed in potentia animæ.

¶ Prob. Quia character ordinat̃ ad aliquod cōsistens in actibus (puta, ad cultū diuinū): & ad actus proprie. i. immediate ordinātur potentiæ animæ, nō essentia eius (vt patet.).

Pri-

*art. 1. huius q.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd character nō sit in potentiis animæ sicut in subiecto. Character enim dicitur esse dispositio ad gratiam: sed gratia est in essentia animæ, sicut in subiecto, vt in secunda parte dictum est. * ergo videtur ꝙ character sit in essentia animæ, non autem in potentiis.

*p. 2. q. 110 art. 4.

¶ 2 Præt. Potentia animæ non videtur esse subiectum alicuius, nisi habitus, vel dispositionis: sed character (vt dictum * est) non est habitus, vel dispositio, sed magis potentia, cuius subiectū non est nisi essentia animæ. ergo videtur, ꝙ character nō sit, sicut in subiecto in potentia animæ, sed magis in essentia ipsius.

¶ 3 Præt. Potentiæ animæ rationalis distinguuntur per cognitiuas, & appetitiuas: sed non potest dici quòd character sit tantum in potentia cognitiua, neque etiam tantum in potentia appetitiua (quia non ordinatur, neque ad cognoscendum tantum, neque ad appetendum) similiter etiam non potest dici, quòd sit in vtraque, quia idem accidens non potest esse in diuersis subiectis. ergo videtur ꝙ character non sit in potentia animæ sicut in subiecto, sed magis in essentia.

SED CONTRA est, ꝙ (sicut in præmissa definitione * characteris continetur) character imprimitur animæ rationali secundùm imaginem: sed imago Trinitatis in anima, attenditur secundum potentias. ergo character in potentiis animæ existit.

*art. præc. in arg. sed contra.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut dictum * est) character est quoddam signaculum, quo anima insignitur ad suscipiendum, vel aliis tradendum ea, quæ sunt diuini cultus. Diuinus autem cultus in quibusdam actibus consistit. Ad actus autem propriè ordinantur potentiæ animæ, sicut essentia ordinatur ad esse. Et ideo character non est sicut in

*ar. præce.

subiecto

**1m de maiori.** Dispositio. ℞. Remota. § Tunc nihil &c. Subiectum enim alicui accidenti attribuitur secundum rationem &c. vt in tex.

**2m maior.** Potentia animæ non videtur esse subiectum, nisi habitus vel dispositionis. ℞. Negatur. §. Nam ipsa potẽtia est etiam subiectum potentiæ spiritualis ab extrinseco aduenientis, i. characteris licet non sit subiectum potentiæ naturalis.

**3m de minori.** Non potest dici, ꝙ character sit tantum in potentia cognitiua ℞. Negatur. §. Nam character ordinatur ad ea, quæ sunt diuini cultus, &c. vt in tex. Ex quo breuib. diffinire potes diuinũ cultũ sacrãlem. Vt si dicas. Quid est diuinus cult⁹ sacrãlis, seu cult⁹ ad quẽ ordinatur character? Est quædã protestatio fidei per exteriora signa. Oĩa ergo opera diuini cult⁹ exterioris consistunt in fide; inquantum scilicet omnia aliquo modo tẽdunt ad protestandum fidẽ. Impugnantes ergo cultũ diuinũ hunc exteriorẽ (vt hæretici) impugnant fidem ex consequenti: & amplectentes reuerenter eundem cultum (vt catholici) per hoc ex consequenti amplectuntur reuerenter fidem.

subiecto in essentia animæ, sed in eius potentia.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ subiectũ alicui accidenti attribuitur sm rationem eius ad quod propinquè disponit: non autem sm rationem eius, ad quod disponit remotè, vel indirectè. Character autem directè quidem, & propinquè disponit animam ad ea, quæ sunt diuini cultus exequenda, & quia hæc idoneè nõ fiunt sine auxilio gratiæ, quia (vt dicitur Ioan. 4. Eos, qui adorant Deum, in spiritu, & veritate adorare oportet) ex consequenti diuina largitas recipientibus characterem, largitur gratiam, per quam dignè impleant ea, ad quæ deputatur. Et ideo characteri magis est attribuendum subiectum, secundùm rationem actuum ad diuinum cultum pertinentium, quàm secundum rationem gratiæ.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ essentia animæ est subiectũ potentiæ naturalis, quæ ex principiis essentiæ procedit, talis autem potentia non est character: sed est quædam spiritualis potentia, ab extrinseco adueniens: vnde sicut essentia animæ, per quã est naturalis vita hominis, perficitur per gratiam, qua anima spiritualiter viuit: ita potentia naturalis animæ perficitur per spiritualem potentiam, quæ est character. Habitus enim & dispositio pertinent ad potentiam animæ: eo quòd ordinantur ad actus, quorum potentiæ sunt principia. Et eadem ratione omne, quod ad actum ordinatur, est potentiæ tribuendum.

Ad tertivm dicendũ, ꝙ sicut dictum est * character ordinatur ad ea, quæ sunt diuini cultus. Qui quidem est quędam fidei protestatio per exteriora signa. Et ideo oportet, quòd character sit in cognitiua potentia animæ, in qua est fides.

*in cor. ar.

ARTI-

APPENDIX.

Ex articulo habes primò quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis; quod character est in potentia animæ. Vt per ly videmus nunc per speculum in ęnigmate. 1. Cor. 13. Vbi loquitur de fide, eamque vocat visionem per ly videmus; per quod declarat, fidẽ esse in potentia animæ visiua, & hæc in superiori parte (de qua tũc loquitur Apostolus: vt patet in contextu) non est nisi intellectus. Ex eo enim quod ponit explicite fidem in intellectu, sequitur quod in ipso intellectu ponat implicite fidei protestationem. Nam protestatio fidei, secũdum quod de ea loquimur, est ibi; vbi est fides, quam protestatur: id quod textus in ad tertium insinuat per ly & ideò oportet. Cùm igitur character sit quædam protestatio fidei, inquantum ordinatur ad ea, quæ sunt diuini cultus; sequitur ꝙ & ipse sit, vbi est fides. i. in potẽtia intellectiua. Secũdò vides: quõ ex ijs bene pẽsatis & applicatis, doctrina pręsens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio. Character est subiectiue in potentia animæ. Probatur Character est signaculum, quo anima insignitur ad recipiendum, vel tradendum ea, quæ sunt cultus Christiani, ergo ordinatur ad actus, ergo est potentia animæ. Prima consequentia (quæ non nisi implicite in litera habetur) probatur ex eo, quòd cultus diuinus in actibus consistit. Secunda autem, quia potentia animæ ordinatur ad operari, sicut essentia ad esse.

¶ In responsione ad primum aduerte distinctionem in literã positam, de eo, ad quod disponit character. s. vel propinque, vel remotè, & quòd proxime disponit ad actus Christianæ religionis: remote autem disponit ad gratiam. Et hoc probatur in litera: quia ad hoc disponit ex consequenti. Et tu potes addere, quia disponere ad gratiam est communis conditio sibi, & multis alijs: multa enim alia disponunt ad gratiam (vt patet) & non est de numero propriorum sibi.

¶ Et hæc si retinueris, videbis vanum esse laborem Scoti in vlt. quæst. dist. 6. 4. sent. procedentis ex eo, quòd dispositio ad formam numquàm est in posteriori naturaliter susceptiuo: hoc enim falsum esse constat de dispositione, non proxime, sed remote. Potest enim res, quæ non nisi remote, & ex consequenti est dispositio ad gratiã (quæ in essentia animæ ponenda est) poni in quacumque potentia animæ, immo etiam in membris exterioribus, huiusmodi enim dispositiones (vt in litera dicitur) non v[illegible] subiectum ex eo, ad quod remote disponunt, sed ex eo ad qu[illegible] proxime disponunt.

¶ Caue hic, ne dicta de charactere intelligas dicta de sacramentis characterem imprimentibus, & incidas in foueam, putans quod sacramenta huiusmodi conferant gratiam ex consequenti, sintque principaliter causæ characterum, & ex consequenti gratiæ: quia character, vt in litera dicitur, non proxime, sed ex consequenti dispositio est ad gratiam. Recolito superius habitæ doctrinæ, quod scilicet gratia est principalis sacramentorum effectus, & character est effectus secundarius, & perspice non literæ attribuere sacramento conditionem characteris: cum hoc enim quod character est remote & ex consequenti dispositio ad gratiam, stat quod gratia sit principalis effectus sacramenti; tunc enim gratia non esset principalis effectus sacramenti, si solum daretur per sacramentum, vt sequela ad characterem: quæ phantasia procul sit a te: baptismus namque est principaliter lauacrum regenerationis in filios Dei, in mẽbra Christi: & secundario impressiuus characteris, & confert gratiam ex primo principaliter, & præter hoc habet vnde conferat gratiam ex consequenti, scilicet propter characterem, ita quod character naturali ordine est effectus gratiæ, per quam aliquis fit Christianus formatus; prius enim natura est esse, quod spectat ad gratiam, quàm posse, quòd est characteris: & cum hoc est dispositio ex consequenti ad gratiam, pro quanto ad posse donatum a Deo, comitatur antecedenter vel consequenter largitio bene posse.

¶ Et bene nota, quòd character non ponitur dispositio ad gratiã absolute: sed character secundum rationem suæ causæ, scilicet diuinæ largitatis, ponitur dispositio ad gratiam. Diuinæ siquidem largitatis ratio habet vt cui dat posse, det bene posse: hac enim ratione character ponitur dispositio ad gratiam, vt patet in hac litera. Et cũ hæc seruaueris, Durandi obiectiones in 4. dist. 4. q. 1. spernes.

¶ In responsione ad tertium, dubium ex Scoto occurrit in prædicta vltima quæstione, ponente characterem in voluntate: tum, quia est dispositio ad gratiam, quæ est in voluntate, quia gratia est idem quod charitas: tum quia si character est signum, vel fundamẽtum obligationis animæ ad Deum, rationabile est quod ponitur in illa potentia, cuius primo est obligare, vel esse rationem obligandi: talis autem est voluntas, quia pręcise per actum eius aliquis se obligat principaliter: reliqua enim concurrentia ad obligationem, non sunt nisi quædam præambula, aut signa.

Ad hoc dicitur, quod auctor, & inferius in sequenti articulo in responsione ad secundum, probat characterem non esse in voluntate: quia character est vis instrumentalis: ac per hoc consistit in moueri ab alio, voluntatis vero est, mouere seipsam ad operandum: dissonat igitur conditio characteris a conditione voluntatis. Et hic probat characterem esse in intellectu: quia actus ad quos proxime disponit, scilicet recipere, vel tradere ea, quæ sunt Christiani cultus, sunt quædam fidei protestationes. Vnde ad primam Scoti obiectionem non oportet aliter respondere: quia iam dictum est, quod characteri non assignatur subiectum, ex eo quod est dispositio ad gratiam: quia remote ad eam disponit.

¶ Ad secundum autem dicitur, primo, quod cõditionalis assumpta est falsa: quia non est necessaria, quia cum veritate antecedentis stat quod character sit in illa potẽtia cuius sunt primo actus operationes, ad quas character obligat, quæ est primo obligatiua. Dicitur secundo, quod antecedẽs potest dupliciter intelligi, quod character sit obligatiuus vel proxime, vel ex consequenti. Et quod character per se, & proxime, non est quid obligatiuum, sed professiuũ Christiani cultus, & fidei, & propter huiusmodi professionem obligat, quod est ex sequenti obligare: character enim in anima monstrat animam Christianæ religionis, ac per hoc obligatam Christo, & non econtra, sicut character militaris monstrat militem Romanum, & ideo obligatum Cæsari. Argumentum autem vtitur antecedente in primo sensu, in quo etiam, vt prima testatur responsio, falsam constituit conditionalem.

¶ Circa eandem responsionem dubium aliud occurrit, de ratione assignata

assignata in litera, s. quia diuinus cultus est quædam fidei protestatio per exteriora signa, ideo character est in intellectu, in quo est fides. Si enim characteri assignandum est subiectum ex cultu diuino, ad quem proxime disponit, consequens est ut subiectum eius sit illud, met quod est subiectum proprij, & proximi principij ipsius cultus, magis quàm illud, quod est subiectum principij communis, remoti eiusdem cultus: sed proprium, proximumque cultus Dei principium est religionis virtus, quæ est in uoluntate. ergo character, qui potentia est ad recipiendum, vel tradendum ea, quæ sunt cultus, est in uoluntate, & non in intellectu, in quo est fides, quæ remotum est principium cultus, quia mediante religione, est commune, quia fides operatur mediante ea, quæ sunt multarum virtutum: puta spei, charitatis, religionis, &c.

¶ Ad hoc dicitur, quod characterem conuenire in subiecto cum fide magis quàm cum religione, ex duobus sumi potest: Primo ex eo, quod tam fides, quam character inter principia religionis computatur uniuersa namque religio fides est fidei, & quædam fidei protestatio: ex religione namque profitetur quilibet fidem suam. Character quoque cum potentia sit actiua, vel passiua actiuam religionis, principij rationem habet. secundo ex eo, quod tam fides quàm character respicit diuinum cultum secundum id, quod est: religio autem respicit diuinum cultum secundum rationem boni. est enim religio uirtus moralis, cuius est reddere hominem bonū, & eius opus bonum efficere: fide enim, & charactere homo potest in actus religionis: religione autem homo bene se habet ad illos. Et hinc fit, vt character respiciat Christianum cultum, vt professio quædam fidei est, & non ut bene, vel male fit, & propterea ad fidei subiectum accedit, & non spectat ad subiectum religionis.

¶ Ad obiectionem autem in oppositum, dicitur, quòd propositio illa: si characteri debetur subiectum ratione cultus, debet potius poni in subiecto principij proximi ipsius cultus, quàm principij remoti eiusdem, uera forte est cæteris paribus: sed hic non sunt cætera paria, quia cultus respicitur à principio proximo, prout bene, vel male fit, à qua ratione longe est character, à principio uerò remoto respicitur secundum id, quod est, in qua ratione conuenit character cum fide, quæ est principium remotum, & commune. Et propterea non sequitur, characterem esse in uoluntate, in qua est religio. sed concluditur oppositum, s. esse in intellectu, in quo est fides.

¶ Circa eandem responsionem dubium ex Durando in 4. sent. dist. 4. q. 1. occurrit, de subiecto characteris, quod sit potentia exequutiua: quia virtus perficiens non ad cognoscendum, nec appetendum, sed ad exequendum, debet poni non in intellectu, nec in uoluntate sed in potentia exequutiua: character autem est huiusmodi, vt patet. ergo.

¶ Ad hoc dicitur, quòd characterem esse in alia potentia quàm intellectus, vel uoluntatis, est impossibile: quia quælibet alia potentia est in composito: character autē est in anima intellectiua: quod ex eo patet, quòd est perpetuus, remanens in anima separata: in cuius signum si baptizatus, aut ordinatus resurgeret, non rebaptizaretur, aut reordinaretur.

¶ Ad obiectionem autē dicitur, quod licet maior sit uera de uirtute, seu habitu, non tamen est uera de potentia: character autem nō est virtus, aut habitus, sed potentia. licet enim habitus in parte intellectiua sit ad cognoscendum, vel appetendum: potentia tamē opposita ad neutrum esse potest, immo debet: quoniam intellectus ipse sufficit pro potentia ad intelligendum, & voluntas pro potentia ad appetendum. Quocirca cū character sit potentia in parte superiori animæ ad recipiendum, vel tradendum cultum protestātem fidem, rationabiliter ponitur in subiecto fidei, vt in litera dicitur.

---

Sent. 4. d. 4. q. 1. art. 5.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrum character insit animæ indelebiliter.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd character non insit animæ indelebiliter. Quanto enim aliquod accidēs est perfectiùs, tanto firmiùs inhæret: sed gratia est perfectior quàm character, quia character ordinatur ad gratiam, sicut ad vlteriorem finem: gratia autē amittitur per peccatum. ergo multo magis character.

¶ 2 Præt. Per characterem aliquis deputatur diuino cultui, sicut dictū est.* sed aliqui a cultu diuino transeunt ad contrarium cultum, per apostasiam a fide. ergo videtur, quòd tales amittant characterem sacramentalem.

¶ 3 Præt. Cessante fine, cessare debet & id, quod est ad finem, alioquin frustra remaneret: sicut post resurrectionem non erit matrimonium, quia cessabit generatio, ad quam ordinatur matrimonium. Cultus autem exterior, ad quem character ordinatur, non remanebit in patria, in qua nihil agetur in figura, sed totum in nuda veritate. ergo character sacramentalis non manet in perpetuum in anima, & ita non inest indelebiliter.

SED CONTRA est, quòd Aug.* dicit in 2. contra Parmenianum: non minus hærent sacramenta Christiana quàm corporalis nota militiæ: sed character militaris non repetitur, sed agnitus approbatur in eo, qui veniam meretur ab Imperatore post culpam. ergo nec character sacramentalis deleri potest.

RESPON. Dicendum, quod (sicut dictum* est) character sacramentalis est quædam participatio sacerdotii Christi in fidelibus eius: vt s. sicut Christus habet plenam spiritualis sacerdotii potestatem, ita fideles eius ei configurentur in hoc, quod participant aliquam spiritualem potestatē respectu sacramentorum, & eorum quæ pertinent ad diuinum cultum: & propter hoc etiam Christo non competit habere characterem, sed potestas sacerdotii eius comparatur ad characterem, sicut id, quod est plenum, & perfectum ad aliquā sui participationem. Sacerdotium autem Christi est æternum, secundùm illud Psal. 109. Tu es sacerdos in æternū, secundùm ordinem Melchisedech. Et indè est, quòd omnis sanctificatio, quæ fit per sacerdotium eius, est perpetua, re consecrata manente, quod patet etiam in rebus inanimatis: nam ecclesiæ, vel altaris manet consecratio semper, nisi destruatur; cum igitur anima sit subiectum characteris secundùm intellectiuam partem, in qua est fides (vt dictum* est) manifestum est, quòd sicut intellectus perpetuus est, & incorruptibilis, ita character indelebiliter manet in anima.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliter est in anima gratia, & aliter character. Nam gratia est in anima sicut quædam forma habens esse completum in ea: character autem est in anima, sicut quædam virtus instrumentalis, vt suprà † dictum est. Forma autem completa est in subiectum, secundùm conditionem subiecti, & quia anima est mutabilis secundū liberum arbitrium, quamdiu est in statu viæ, consequens est, quod gratia insit animæ mutabiliter: sed virtus instrumentalis magis attenditur secundùm conditionem principalis agentis, & ideo character indelebiliter inest animæ, non propter sui perfectionem, sed propter perfectionem sacerdotii Christi à quo deriuatur character, sicut quædam instrumentalis virtus.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut* Augustinus dicit ibidem, nec ipsos apostatas videmus carere baptismate: quibus vtique per pœnitentiam redeuntibus non restituitur,

(Marginal notes: * art. 3. huius quæst. — * art. 1. & 2. huius q. — * art. præc. ad 3. arg. — † art. 2. — * li. 2. c. 13. à me. to. 7. — * li. 1. cōtra Donat. parū à princ. tom. 7. — 23; 4. di. 4. q. 1. art. 3. q. 4.; Eccl. Ro. 7)

SVPER Q. IIII. Aliàs 63. Art. v.

CONCL. Character indelebiliter manet in anima.

PROB. primò: Quia character est quædam per sacerdotium Christi in fidelib. sanctificatio. i. deputatio ad diuinum cultū (vt patet ex prædictis articulis): & omnis sanctificatio, quæ fit per sacerdotiū Christi perpetuò, est perpetua; re consecrata manente (vt patet etiā de inanimatis). Secundo, quia characteris subiectū est incorruptibile (vt patet; cùm intellectus sit perpetuus).

1ᵐ illatio conclusionis. Ergo multò &c. R. Negatur illatio. §. Proceditur ex præmissis duplicem defectū concernentibus Quorū quidem unus est iste. s. quod committunt fallaciā secundum non causam, vt causam. Putant nanque, quod causa delebilitatis, vel indelebilitatis, sit perfectio minor, vel maior: & tamen non est uera huius causa, sed altud .s. conditio principalis agentis sic mouentis instrumentum. Alter autem præmissarum defectus est iste. s. quod simile iudiciū, quo ad delebilitatem, vel indelebilitatem, putant esse ferendū de charactere & gratia: & tamen est ferendū oppositum. Ratio huius est: quia aliter est gratia in anima, & aliter character. Nam gratia est in &c. vt in tex. Ex quo videre potes: quòd dicta à nobis in responso formali continentur uirtualiter in responso textuali, & inde per faciliori captu extracta fuerunt. Id quod & in alijs locis similibus attendere poteris.

2ᵐ conclusio. Videtur; quod tales amittant characterem sacramentalem. R. Si eius motio, seu amissio, pertineret ad hominis voluntaté. §. Tunc nihil, &c. Nam

Nam characteris amissio non subiacet voluntati hominum. Et huius ratio est; quia character est virtus instrumentalis &c. vt in tex.

3^m de maiori. Cessante fine. &. Tùm propinquo, tùm vltimo. §. Tunc nihil, &c. Licet enim in patria cesset characteris finis propinquus. i. exterior cultus sacramentalis: tamen nunquàm ibi cessabit characteris finis vltimus. i. finis illius diuini cultus. Et ideò post hanc vitã remanet character & in bonis &c. vt in tex. Vide simile argumentũ cum responso in Addition. q. 80. art. 1. ad primum. & q. 16. art. 1. not. post ad primum. Ex quibus iuuaberis pro faciliori notitia præsentis textus, in ly frustra.

†In solut. præced.

...cultur, & ideo amitti non posse iudicatur. & huius ratio est: quia character est virtus instrumentalis, vt dictum † est. Ratio autem instrumenti consistit in hoc, ꝙ ab alio moueatur: non autem in hoc ꝙ ipsum se moueat, quod pertinet ad voluntatem. Et ideò, quantumcunque voluntas moueatur in contrarium, character non remouetur propter immobilitatem principalis mouentis.

AD TERTIVM dicendũ, quòd quãuis post hanc vitã non remaneat exterior cultus: remanet tamen finis illius cultus, & ideo post hanc vitam remanet character, & in bonis ad eorũ gloriam, & in malis ad eorum ignominiam: sicut etiam militaris character remanet in militibus post adeptam victoriam, & in his, qui vicerunt, ad gloriam, & in his, qui sunt victi, ad pœnam.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, & Concilijs: ꝙ character inest indelebiliter animæ. A scripturis quidem per hoc, quòd dicitur in Psal. 109 Tu es sacerdos in æternum. Ex eo. n. quòd sacerdotium Christi est æternum, sequitur: quod character sacerdotij Christi sit æternus. In ipso autem Christo non est æternus, cùm nec in eo sit aliquis character (vt patet in tex. corp.): ergo in nobis erit æternus. Nam & character in nobis est, art. 1. & character noster est character Christi, ar. 3. Item per hoc, quòd dicitur Leuit. 27. vt in Veritatib. aureis super legem veterem, Leuitic. 27. concl. 5. Tuum tamen erit applicare dicendo; ꝙ character dicit quandã consecrationem &c. A Concilijs autem insinuatur idipsum expressè, videlicet à Florentino & Tridentino, vt recitatur suprà art. 1. 2. append. Secundò vides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina hæc Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, quòd ly indelebiliter potest dupliciter accipi, vel per negationem omnis potentiæ etiam logicæ, ad deletionem, & sic esset sensus, an character insit indelebiliter, ita quòd implicet contradictionem ipsum deleri, & sic sensus procul est ab intento: potest enim à Deo deleri, desinendo conseruare ipsum: vel per negationem propriæ, seu proximæ naturalis potentiæ ad deletionem, & hic sensus est intentus: non enim quærimus quid possit Deus facere, sed quid suaptè natura conueniat characteri.

¶In corpore est una conclusio: Character indelebiliter manet in anima. Probatur: Omnis sanctificatio, quæ fit per sacerdotium Christi, est perpetua re consecrata manente, sed character sacramentalis est quædam participatio sacerdotis Christi æterni, in eius fidelibus secundum animæ partem incorruptibilem. ergo character indelebiliter manet in anima. Maior & probatur, & declaratur. Probatur quidem: quia sacerdotium Christi est æternum, vt patet auctoritate scripturæ. Declaratur vero ex eo, quòd res inanimatæ consecratæ à ministris sacerdotij Christi, retinent consecrationem, quamdiu sunt, vt patet in Ecclesiis, calicibus, &c. Minor verò quo ad primam partem, declaratur ex duobus. Primo, ex proportionalitate Christi secundum plenam sacerdotij potestatem, & fidelium eius secundum aliquam potestatem respectu sacramentorum, & cultus, &c. Secundo, ex hoc, quod Christo non conuenit habere characterem. Quo ad secundam autem partem, scilicet æterni, non oportet aliter probari. Quo ad tertiam uerò probatur ex eo, quòd anima est subiectum characteris secundum intellectum.

¶Aduerte hic, ꝙ in minori propositione apposuimus ly æterni: propterea quia character habet rationem uis instrumentalis. Constat enim quòd nisi principale agens sit æternum, impossibile est ponere instrumentalem eius virtutem perpetuam.

¶Aduerte secundo ly re consecrata manẽte: quoniam inde apparet responsio ad Scotum, in 4. sent. dist. 6. q. 9. obijcientẽ ex indelebilitate characteris negationem uirtutis supernaturalis in sacramentis: quia virtus illa nũquam posset corrumpi eodem modo, quo characterem indelebilem Thomas ponit. Respondemus siquidem, quòd virtus in sacramentis existens manet quamdiu sacramentum manet, sicut & character durat, quamdiu anima durat: durante siquidem sacramento durat, & virtus illa. Et sicut si cessaret esse anima, desineret & eius character, ita cessante sacramento, cessat virtus in illo. Et quoniam constat sacramenta omnia paululum durare, vtpote habentia verba pro formis, ideo mirum non est si spirituales virtutes eorum crebro esse desinunt.

¶In responsione ad primum, aduerte rationem Auctoris, ex philosophia non solum principia, sed testimonium ad sensum habere. Videmus enim motum cœlestem durationem ex parte motus sortiri: tantique fit huiusmodi rerum (quarum esse consistit in fieri) duratio ex parte agentis, vt negantes conseruari permanentes res manu Creatoris concedant huiusmodi res imperfectas posse perpetuari ab agente perpetuo, vt Auerr. in 12. Metaphys. testatur. Et habes in hac litera aliam rationem radicalem huius differentiæ, inter formam habentem esse completum, & formam, quæ est vis instrumentalis, quia s. illa quasi fixa in subiecto, sequitur conditionem subiecti: illa verò quasi defluxus quidam agentis illius sequitur conditionem.

¶Ad-

Scot. 4. sẽ d. 1. q. 4. art. 6. Capr. 4. d. ꝗ q. 1. conc. & 4.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum per omnia sacramenta nouæ legis imprimatur character.*

### SVPER Q. IIII. Aliàs 63. Art. vi.

24 Inf. q. 72. ar. 5. Et 4. d. 4. q. 1. ar tic. 4. q. 2. & 3. Et q. 3. ar. 2. q. 3 Et d. 7. q. 1 ar. 1. q. 1. & q 3. art. 3. q. 3. Et d. 23. q. 1. ar. 2. q. 4. *ar. 3. & 5. huius q.

CONCL. Per hęc tria sacramenta. s. baptismum, confirmationem, ordinem, imprimitur character: non autem per alia.

¶ PROB. Quia hæc tria ordinantur directè ad diuinum cultum. i. ad vlterius tradendum, vel recipiendum, aliquid in sacramentis (vt declaratur in tex.): & character est signum in anima ad recipiẽdum, vel alijs tradendum, ea quæ sunt diuini cultus in sacramentis (vt patet artic. 2. 3.). Secunda autem pars. s. non autem &c. probatur. Quia alia sacramenta nõ ordinantur directè ad diuinum cultum. i. ad vlterius recipiendum, vel tradendum, aliquid in sacramentis (vt de Pœnitentia, atque Eucharistia, idẽ de alijs duobus supponendo, declaratur in tex.)

† q. præce. ar. 1.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ per omnia sacraméta nouæ legis imprimatur character. Per omnia. n. sacramenta nouæ legis, fit aliquis particeps sacerdotii Christi: sed character sacramentalis nihil est aliud quàm participatio sacerdotii Christi, vt dictum * est. ergo videtur ꝙ per omnia sacramenta nouæ legis imprimatur character.

¶ 2 Præt. Character se habet ad animam, in qua est, sicut consecratio ad res consecratas: sed per quodlibet sacramentum nouæ legis homo recipit gratiam sanctificantem, † vt suprà dictum est. ergo videtur quòd per quodlibet sacramentum nouæ legis, imprimatur character.

¶ 3 Præt. Character est res, & sacramentum. In quolibet autem sacramento nouæ legis est aliquid quod est res tantum, & aliquid quod est sacramentum tantũ, & aliquid quod est res, & sacramentum. ergo quodlibet sacramentum nouæ legis imprimitur character.

SED CONTRA est, ꝙ sacramenta in quibus imprimitur character non reiterantur, quòd character est indelebilis, † vt dictum est: quædam autem sacramenta iterantur, sicut patet de pœnitentia, & matrimonio. ergo non omnia sacramenta imprimunt characterem.

Primum

RESP. Dicendum, ꝙ (sicut suprà * dictum est) sacramẽta nouæ legis ad duo ordinantur. s. in remedium peccati, & ad cultum diuinum. Est autem omnibus sacramentis commune, quòd per ea exhibetur aliquod remediũ contra peccatum, per hoc quòd gratiã conferunt: non autem omnia sacramenta ordinantur directè ad diuinũ cultum: sicut patet de pœnitentia, per quã homo liberatur à peccato: non autem per hoc sacramentum, exhibetur homini aliquid de nouo, pertinens ad diuinum cultum, sed restituitur in statum pristinum. Pertinet autẽ aliquod sacramentum ad diuinũ cultum tripliciter: vno modo, per modũ ipsius actionis: alio modo, per modum agẽtis: tertio modo, per modum recipientis.

* q. 62. artic. 1. & 5.

**1m de maiori.** Fit aliquis particeps sacerdotij Christi. R. Inquantũ recipit aliquẽ effectũ sacerdotij eius. §. Tũc nihil, &c. Nã character (de quo minor loquit̃) est participatio sacerdotij Christi in ampliori sensu. s. inquantũ qs per sacr̃m & recipit aliquem effectũ sacerdotij eius, & deputat̃ ad agendum, vel recipiendũ aliquid pertinens ad cultum sacerdotij eiusdem.

**2m de minori.** Sanctificantẽ. R. A peccato. §. Tunc nihil, &c. Nã vltra hoc, q̄ homo sanctificat̃ à peccato, requirit̃ in sacr̃is ad imprimendũ characterẽ; quòd homo sanctificetur speciali quadã consecratione (vtpotè deputatus ad diuinũ cultum modo dicto).

**3m de minori.** Quod est res & sacr̃m. R. Non tamen eodem modo; quo character est res & sacramẽtum. §. Tunc nihil, &c. Nam esse rẽ & sacramentũ, quocũque modo, non sufficit ad esse characterem. sed oportet esse rem & sacramentũ modo illo, qui dictus est suprà ar. 3. ad secundum.

† c. 3. eccl. hierar. circa prin. illius.

Per modum quidem ipsius actionis pertinet ad diuinum cultum eucharistia, in qua principaliter diuinus cultus consistit, inquantũ est ecclesiæ sacrificiũ: & per hoc idem sacramentum non imprimit̃ homini character: quia per hoc sacramentũ non ordinatur homo ad aliquid aliud vlterius agendum, vel recipiendum in sacramentis, cum potius sit finis, & cõsumatio omnium sacramentorũ; vt † Dionys. dicit 3. c. Eccl. hierarch. continet tamen in seipsum Christũ, in quo non est character: sed tota sacerdotii plenitudo. Sed ad agentes in sacr̃is, pertinet sacr̃m ordinis: quia per hoc sacr̃m deputantur homines ad sacr̃a aliis tradenda: sed ad recipiẽtes pertinet sacr̃m baptismi: quia per ipsum homo accipit potestatem recipiendi alia ecclesię sacramenta. vnde baptismus dr̃ esse ianua omnium sacramentorum. Ad idem etiã ordinatur quodammodo confirmatio, vt infra suo loco † dicetur. & ideo per hæc tria sacraméta character imprimit̃, scilicet per baptismum, confirmationem, & ordinem.

† q. 72. artic. 5.

Ad primvm ergo dicendum, quòd per omnia sacramenta fit homo particeps sacerdotii Christi, vtpotè percipiens aliquem effectum: non tamen per omnia sacramenta aliquis deputatur ad agendum aliquid, vel recipiẽdum, quo pertineat ad cultum sacerdotii Christi: quod quidem exigitur ad hoc, q̄ sacramentum characterem imprimat.

Ad secvndvm dicendum, q̄ per omnia sacramenta sanctificatur homo, secundum quòd sanctitas importat munditiam à peccato, quæ fit per gratiam: sed specialiter per quædam sacramenta, quæ characterem imprimunt, homo sanctificatur quadam consecratione, vtpotè deputatus ad diuinum cultum: sicut etiam res inanimatæ sanctificari dicũtur, inquantum diuino cultui deputãtur.

Ad tertivm dicendum, quòd licet character sit res, & sacramentum, non tamen oportet omne id, quod est res & sacramentum, esse characterem: quid autem sit res, & sacramentum, in aliis sacramentis infrà * dicetur.

*In materia cuiusq; sacr. in speciali.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. habes primò; q̃uo per rationẽ interimas, tanq̃ in radice, hæreses Anabaptistarũ dicentiũ: q̄ baptizati possunt iterũ baptizari. Et Pauperũ de Lugduno dicentiũ: q̄ sacerdos amittit potestatẽ consecrandi, si mortale cõmiserit. Et Ioãnis Vuiclef (vt refert Cõcil. Constãtiense, sess. 8.) dicentis: q̄ sacerdos, si est in peccato mortali, nõ consecrat. Addũt Valdenses; q̄ non põt conferre Ecclesiastica sacr̃a: & e contra. s. q̄ laici tã viri, q̃ mulieres, qui sint de secta ipsorũ, possunt cõsecrare, & sacr̃ales confessiones audire (vt de hoc illorũ pro laicis dicto refert Direct. Inquisit. 2. par. q. 14.). Articulus. n. præsens ex eo, q̄ in baptismo, & in ordine characterẽ imprimi decernit; oẽs prędictas, ac similes, hæreses radicitùs euellit. Nam charactere dato, cũ sit indelebilis ar. 5. cõstat, necessariò sequi: q̄ neq; baptismus & ordo iterari possunt; neq; baptizatos & ordinatos, etiã criminib. inuolutos posse amittere ptãtes sibi tunc in principio collatas; neq; aliquẽ nõ ordinatũ, vtpote charactere ordinis carentẽ, posse consecrare, confessiones audire, absoluere, aut alia sacerdotalia munia exercere.

2 Secundò habes: q̃uo per rõnem ostendas, illas meritò damnari ab Heb. 6. Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt &c. & prolapsi sunt, rursus renouari ad pęnitentiã. Per hoc. n. q̄ in lauacro renouationis Spiritussancti (sic. n. solet noĩare baptismũ: vt in ad Tit. 3.) nõ admittit Aplus reiterationẽ, monstrat; baptismũ ipsum imprimere characterẽ; & consequenter radicitùs destruit Anabaptistas. Itẽ à Concil. Floren. in Decr. seu constit. super unio. Armen. Inter hęc sacr̃a tria sunt, Baptismus, Cõfirmatio, & Ordo, q̃ characterẽ. i. spirituale quoddã signũ à cæteris distinctiuũ, imprimunt in aĩa indelebile: vnde in eadẽ persona nõ reiterant̃. Reliqua verò quatuor characterẽ non imprimũt, & reiterationẽ admittunt. Hæc ibi. Item à Cõcil. Trid. sess. 7 de sacr̃is, can. 9. Si qs dixerit: in tribus sacr̃is. s. Baptismo, Cõfirmatione, & Ordine, nõ imprimi characterẽ in aĩa; hoc est, signũ quoddã spũale, & indelebile: vnde ea iterari nõ possunt; Anathema sit. Hæc ibi. Et sess. 23. c. 4. Qm̃ in sacr̃o Ordinis, sicut in Baptismo, & Confirmatione, character imprimit̃, qui nec deleri, nec auferri põt; meritò sancta synodus dãnat eorũ sententiã: qui asserunt noui testamẽti sacerdotes temporariã tãmodò ptãtẽ hr̃e; & semel rite ordinatos iterũ laicos effici posse, si verbi Dei ministeriũ nõ exerceãt. Hęc ibi. Et sess. 14. c. 6. Declarat sancta synodus: falsas esse, & a veritate Euãgelij penitùs alienas, doctrinas oẽs; q̃ ad alios quoslibet hoĩes, pter ep̃os, sacerdotes, clauiũ ministeriũ pniciose extendũt. Docet quoque, etiã sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutẽ Spiritus sancti in ordinatione collatã, tanq̃ Christi ministros, functionẽ remittendi peccata exercere: eosq; praue sentire, qui in malis sacerdotib. hanc ptãtem non esse contendunt. Hæc ibi. Item à Concilio Constantiensi sess. 8. hæresis illa Ioannis Vuiclef, postq̃ inter alias cõnumerata fuit, dãnatur cum authore; cuius ẽt ossa mandant̃ exhumari, & cremari. Itẽ à Cõcil. Carthagin. primo, c. 1. Gratus ep̃us Carthaginẽsis, qui præsidebat in Concilio dixit. Ergo, si vobis placet, consideremus primùm titulũ rebaptizationis. Vnde sanctitatẽ vestrã postulo: vt mentis uestræ placita producatis. Si descendentẽ in aquã, & interrogatũ in Trinitate s̃m Euangelij fidẽ & Apostolorum doctrinam, & confessum bonam confessionem in Deum, liceat iterum interrogari in eadem fide, & in aqua iterum tingi? Vniuersi Ep̃i dixerunt, Absit, Absit. Illicitas esse sancimus rebaptizationes: & satis esse alienum a syncera fide, & catholica disciplina rebaptizari. Hæc ibi. Quæ, pro quanto præsupponunt necessario characterem, adducta sunt; sicut & alia supradicta. Alioquin alius locus, puta in tractatu infrà de baptismo, dictis illis ad literam planam deberetur.

3 Tertiò uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corp. vna conclo: Per tria sacr̃a tm̃ imprimit̃ character. Hæc conclo quo ad exponentem negatiuam implicitè ponit̃ in lr̃a. Et s̃m se totã in litera implicitè probat̃, præsupponẽdo supradicta de charactere. s. qđ est potentia ad recipiendum, vel tradendum ea, q̃ sunt diuini cultus. Ex hoc. n. supposito principio procedit Auctor, quasi subsumendo, quædã sacr̃a non spectare directè ad nouũ cultum diuinũ, aut nõ ordinare ad recipiendũ, vel tradendũ: ac per hoc in his non imprimi characterem: vnde distinguit in primis Auctor duos sacr̃orum fines. s. remediũ peccati, & diuinũ cultum. Et in primo oĩa dicit conuenire: in secundo aũt non, quod probat de sacr̃o penitentiæ: subdistinguit deinde in tria membra sacr̃a ordinata ad s̃m finẽ, & excluso uno eorũ. s. Eucharistiæ, concludit, reliqua duo genera imprimere characterem. Et clare patet processus in litera.

¶ Aduerte hic, q̄ circa eucharistiæ sacr̃m possunt duo cõsiderari, s. ipsum sacr̃m (qđ nihil aliud est q̃ actio sacr̃alis cõsistens in consecratione materiæ) & põt cõsiderari usus sacr̃i, quo Eucharistia pcipit̃ à nobis. Et de primo quidẽ, an imprimat characterẽ, sub qõne cadere non põt: quia actio illa nihil ponit in aĩabus nr̃is: sed ad materiã exteriorem terminatur. De scđo aũt Auctor loquit̃, reddens rõnem quare nõ imprimit nobis characterẽ, & cũ hoc magnificans ipsum, qđ continet Christum, in quo est fons omniũ characterum.

## QVÆST. IIII. Aliàs 63.

*Sot. 4. sent. d. 1. q. 5. ar. 1. Palud. 4. d. 2. q. 1.*

*De causa sacramentorum, in decem articulos diuisa.*

Deinde considerandum est de causa sacramentorum, siue per auctoritatẽ, siue per ministerium.

Et circà hoc quærũtur decem.

¶ Primò, Vtrum solus Deus interius operetur in sacramentis.

¶ Secundò, Vtrum institutio sacramentorum sit solum à Deo.

¶ Tertiò, De potestate, quam Christus habuit in sacramentis.

¶ Quartò, Vtrum illam potestatem

**SVPER Q. V. Aliàs 64. Art. 1.**

Concl. 1. Solus Deus, per modum principalis agẽtis, operatur interiorem effectum sacramenti.

¶ Prob. Quia & solus Deus illabitur animæ; & gratia est à solo Deo; & ab ipso solo, vt à principali agente, character, qui est virtus instrumentalis, emanat (vt

( vt de his tribus medijs singillatim declaratur in tex.).

¶Concl. 2. Homo, per modum instrumenti, potest operari ad interiorem effectum sacramenti; inquantum, scilicet operatur per modũ ministri, pro interiori effectu producẽdo à Deo.

¶Prob. Quia eadẽ ratio est ministri ac instrumenti (vtriusque.n. actio &c. vt in tex.).

1^m^ minor. Ad ministros Ecclesiæ pertinet purgare, illuminare, & perficere. ℞. Modo tamen ministris cõuenienti. §. Dicuntur aũt ministri, qui sunt diacon, purgare inquantum vel &c. vt in tex. Tunc nihil, &c. Nam interior effectus est purgatio, & illuminatio, in alio potiori sẽsu. s. & mundãdo affectũ à peccato, & clarificãdo intellectũ ab ignorãtia; vtrũque horũ videlicet faciendo per infusionẽ gratię. Id quod vtiq; patet cõuenire soli Deo; non autem ministris.

25 Inf. art. 5. Et 4 di 5. q. 2. art. 2. q. 2.

* c. 5. 1. p. per totũ.

2^m^ de concl. 1. Maiorem effectum sacramenti cõsequitur ille, qui recipit ipsum à bono ministro. ℞. Si effectus sacramẽti dependeret ab oratione ministri. §. Proposita. s. vel in persona ministri, vt singularis est; vel in persona totius Ecclesiæ. Tunc nihil, &c. Nam sacramentorum effectus interior nõ impetratur oratione Ecclesiæ, vel ministri; sed ex &c. vt in tex. Ex cuius vltimis verbis patet: & q aliud est, operari aliquid annexũ; aliud autem est, impetrare q Deus operetur illud: & quòd horum primum nũquàm conuenit ministro etiã bono, cui tamen potest conuenire secundum.

* Trac. 80. in Io. post med. to. 9.

3^m^ de minori. Res inanimata aliquid operatur. ℞. Instrumentaliter. §. Tũc nihil, &c. Nam & homines ad interiorem effectum operãtur ministerialiter. s. (vt habetur in ad primum) non infundendo gra-

poterit aliis communicare.

¶ Quintò, Vtrũ potestas ministerii in sacramentis, conueniat malis.

¶ Sextò, Vtrum mali peccent dispensando sacramenta.

¶ Septimò, Vtrum angeli possint esse ministri sacramentorum.

¶ Octauò, Vtrum intentio ministri requiratur in sacramentis.

¶ Nonò, Vtrum requiratur ibi recta fides: ita scilicet, quòd infidelis non possit tradere sacramenta.

¶ Decimò, Vtrum requiratur ibi recta intentio.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum solus Deus operetur interius ad effectum sacramenti.*

Ad primvm sic proceditur. Videtur, q non solus Deus, sed etiam minister interius operetur ad effectum sacramenti. Interior.n. sacramenti effectus est, vt homo purgetur à peccatis, & illuminetur per gratiã: sed ad ministros ecclesię pertinet purgare, illuminare, & perficere, vt patet per Dion. * in 5. c. cęlest. hierarch. ergo videtur q non solus Deus, sed etiã ministri ecclesiæ interius operentur ad sacramẽti effectũ.

¶ 2 Præt. In collatione sacramentorum, quædam orationum suffragia proponuntur: sed orationes iustorũ sunt magis apud Deũ exaudibiles, quàm quorumcũque, secundũ illud Ioan. 9. Si quis Dei cultor est, & voluntatẽ eius facit, hunc Deus exaudit. ergo videtur q maiorem effectũ sacramenti cõsequatur ille, qui recipit ipsum à bono ministro. sic ergo & minister aliquid operatur ad interiorem effectum, & non solus Deus.

¶ 3 Præt. Dignior est homo, quàm res inanimata: sed res inanimata aliquid operatur ad interiorem effectũ: nã aqua corpus tangit, & cor abluit, vt Aug. * dicit super Io. ergo homo aliquid operatur ad interiorem effectum sacramenti, & non solus Deus.

Sed contra est, quòd dicitur Rom. 8. Deus est, qui iustificat. Cum ergo interior effectus omnium sacramentorum sit iustificatio, videtur quòd solus Deus operetur interiorem effectum sacramenti.

Resp. Dicendum, q operari aliquem effectũ, contingit dupliciter: vno modo per modũ principalis agentis: alio modo per modum instri. Primo igitur modo, solus Deus operatur interiorem effectũ sacramẽti, tum quia solus Deus illabitur animæ, in qua sacramenti effectus existit: non autem potest aliquid immediatè operari, vbi non existit: tum quia gratia, quæ est interior sacramenti affectus, q est à solo Deo, vt in secunda parte dictum * est. Character etiam qui est interior quorundã sacramentorum effectus, est virtus instrumentalis, quæ manat à principali agẽte, quod est Deus: secundo autẽ modo, homo potest operari ad interiorem effectũ sacramenti, inquantũ operatur per modũ ministri: nam eadem ratio est ministri & instrumẽti: vtriusque enim actio exterius adhibetur: sed sortitur effectum interiorẽ ex virtute principalis agẽtis, quod est Deus.

Ad primvm ergo dicendũ, q purgatio, sm q attribuitur ministris ecclesię, non est à peccato: sed dicuntur diaconi purgare, inquantum, vel immundos eiiciunt à cętu fidelium: vel eos sacris admonitionibus dispõnunt ad sacramentorũ receptionem. Similiter etiam sacerdotes illuminare dicuntur sacrum populum: non quidem gratiam infundendo, sed sacramenta gratiæ tradendo, vt patet per Dionysium * ibidem.

Ad secvndvm dicendum, q orationes, quæ dicuntur in sacramẽtorum collatione proponũtur Deo, non ex parte singulari personæ, seu ex parte totius ecclesiæ, cuius preces sunt apud Deum exaudibiles, secundũm illud Matth. 18. Si duo ex vobis consenserint super terrã, de omni re quamcũque petierint, fiet illis à patre meo. Nihil tamen prohibet, quin deuotio viri iusti ad hoc aliquid operetur: illud tamen quod est sacramẽti effectus, non impetratur oratione ecclesiæ, vel ministri, sed ex merito passionis Christi, cuius virtus operatur in sacramentis, vt dictum * est. vnde effectus sacramenti non datur melior per meliorem ministrum. Aliquid tamen annexum impetrari potest recipienti sacramentum, per deuotionem ministri: nec tamen minister illud operatur, sed impetrat operandum à Deo.

Ad tertivm dicendũ, q res inanimatæ non operãtur aliquid ad interiorem effectum, nisi instrumentaliter, vt dictum * est. Et similiter homines non operãtur ad sacramentorum effectum, nisi per modum ministerii, vt dictum est.

ARTI-

gratiam, sed sacramentum gratiæ tradendo.

### APPENDIX.

Ex artic. habes primo; quomodo per rationem intertimas hæresim Albanensiũ dicẽtiũ; q homo potest ex se dare Spiritumsanctũ. Sed, homo non potest ex se, adhibito etiã sacramento, operari interiorem effectum i. gratiam Spiritussancti, sed tantum ad ipsum effectum operatur ministerialiter (vt dicit tex. ad tertium); multo magis, vtiq; homo non poterit ex se dare Spiritum sanctũ. Articulus ergo iste contra illam hæresim non solùm pugnat, ipsamque expugnat: sed etiam hoc facit, à fortiori. Secundò habes: quomodo per rationẽ, ostendas hanc meritò damnari à Psal. 83. gratiam & gloriam dabit Dominus. Per hoc.n. mõstrat Psalmus; quod gratiam Spiritussancti, cum qua datur & Spiritussanctus, Roman. 5. potest ex se dare solus Dominus. Item à Roman. 8. Deus &c. vt ponitur cum discussi. in argum. contr. Iustificare enim ex se. i. per authoritatem suam (quod intendit Apostolus) est, ex se dare Spiritũsanctum: & hoc. s. sic iustificare, cõuenit soli Deo, secundũ eundem Apostolum ibi. Item à 1. Corin. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementũ dedit. Itaque neque qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat; sed, qui incrementum dat, Deus. Si enim homo plantãs, & rigans non est aliquid. s. quò ad interiorẽ effectum, qui est illud incrementum, inquantũ. s. homo ille neque creat, neque infundit gratiã: vtique homo talis multò minus dabit ex se Spiritũsanctum. Item à dictis in pri. par. q. 43. artic. 8. Elucid. & in 1. 2. articulorũ, num. 596. Elucid. Tertiò vides; quomodo ex iis bene pensatis & applicatis, doctrina hęc Angelica vicissim declaretur, atq; cõfirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

D. 680.

* p. 2. q. 112 art. 1.

* loco citato in arg.

* q. 62. 2.

3 * In corp. art.

Ibid.

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶In corp. vna ponitur distinctio bimembris cũ duab. conclusionibus singulis, iuxta singula mẽbra. distinctio est: Operari effectũ cõtingit, vel per modum principalis agentis, vel per modum instri. Prima cõclusio est solus Deus primo modo operaṫ effectũ interiorem sacri. Et probatur dupliciter, vt patet clare in litera. Secunda verò cõclusio est: Homo potest operari ad interiorẽ effectum sacri secundo modo. Et probaṫ: quia minister habet rationem instri, &c.

¶Aduerte hic, q cum in litera dr, Solus Deus est causa gratiæ, intelligas de causa principali: quia de illa est sermo in prima concl. pro qua hoc dr, & superius determinatũ est sacramenta causare instrumentaliter gratiam. Et hic in secunda concl. dicitur, hominem ministerialiter causare interiorem effectum sacramenti, eadem ratione, qua sacramentum est causa gratiæ: quoniam ministro virtus

Deus, ſicut, & ſacramentali locutione, vt inſtrumento ad cauſandũ interiorẽ effectum ſacramenti. Immo una, eademq; vis inſtrumentalis perfecta in ſacramento, & miniſtro: ſicut in verbis, & rebus, ratione: quia miniſter non niſi ut neceſſario requiſitus ad perfectionẽ ſacramenti concurrit. Omnibus autem requiſitis ad perfectionẽ ſacramenti, vtitur principale agens (quod eſt Deus) vt partialib. concurrentibus ad perficiendum ſacramentum unum: quod eſt uti eis vt partialibus concurrentibus ad perfectionem inſtrumenti unius: in vno verò inſtrumento, quotcumque requirat partialia, vna, eademque perfecta virtus inſtrumentalis ponenda eſt.

¶ In reſponſ. ad ſecundum, dubium occurrit, an gratiæ intenſior gradus comprehendatur ſub annexis, quæ per deuotionem miniſtri impetrari poſſunt recipienti ſacramentũ. Et eſt ratione dubij: quia ſi comprehenditur ſub annexis, ſequitur præcedentia uerba literæ (ſcilicet effectus ſacramenti non datur melior per meliorẽ miniſtrum) eſſe falſa: quoniam ſi ex deuotione miniſtri, intenſior gratia daretur baptizato, vt abſoluto, conſtat quòd melior effectus daretur per meliorem miniſtrum, cum gratia ipſa ſit effectus ſacramenti. In oppoſitum autem eſt, quòd nulla ratio apparet, quare

quare alia dona Dei poſſunt habere rationem annexi impetrabilis per deuotionem miniſtri, & maioritas gratiæ non poſſit habere rationem annexi huiuſmodi. Poteſt enim deuotus miniſter hoc, ſicut & alia, à diuinæ miſericordiæ largitate impetrare.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum miniſter ſacramenti non ſit deterioris conditionis miniſtrando ſacramentum, quàm ſi non miniſtraret, & ſimiliter recipiens non ſit ex receptione deterioris conditionis, nec diuina largitas ex hoc quòd impedit ſacramentum arctetur, conſequens eſt, vt poſſit miniſter impetrare maiorem gratiam recipienti ſacramentum, quàm ſit illa quæ regulariter per ſacramentum datur, aut quæ illi ſecluſa miniſtri deuotione daretur, ſicut poſſet eandem maiorem gratiam extra miniſterium ſacramenti impetrare, ac per hoc maioritas gratiæ poteſt habere rationem annexi impetrabilis ex miniſtri deuotione. Nec propterea ſequitur, quòd maior, ſeu melior effectus ſacramenti detur per meliorem miniſtrum: quoniam maioritas illa impetrata non haberet rationem effectus ſacramenti, ſed rationem annexi effectui ſacramenti, & eſſet effectus à ſolo Deo concomitanter ad ſacramentum, impetratus ex deuotione miniſtri.

---

## ARTICVLVS II.

*Vtrum ſacramenta ſint ſolum ex inſtitutione diuina.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd ſacramenta non ſint ſolum ex inſtitutione diuina. Ea enim quæ ſunt diuinitùs inſtituta, traduntur nobis in ſacra ſcriptura: ſed quædam aguntur in ſacramentis, de quibus nulla fit mentio in ſacra ſcriptura, puta de chriſmate quo homines confirmantur, & de oleo, quo ſacerdotes inunguntur, & de multis aliis tam verbis quàm factis, quibus vtimur in ſacramentis. non ergo ſacramenta ſunt ſolum ex inſtitutione diuina.

¶ 2 Præt. Sacramenta ſunt quædam ſigna: res autem ſenſibiles naturaliter quædam ſignificant, nec poteſt dici quòd Deus quibuſdam ſignificationibus delectetur, & non aliis: quia ipſe omnia quæ fecit, approbat. Hoc autem proprium videtur eſſe dæmonum, vt quibuſdam ſignis ad aliquid alliciantur: dicit enim Auguſt.* 21. de ciuitate Dei: illiciuntur dæmones per creaturas, quas non ipſi, ſed Deus condidit, delectabilibus pro ſua diuerſitate diuerſis, non vt animalia cibis, ſed vt ſpiritus ſignis. non ergo videtur ꝙ ſacramenta indigeant eſſe ex inſtitutione diuina.

¶ 3 Præt. Apoſtoli vicem Dei geſſerunt in terris: vnde Apoſtolus dicit ſecundæ ad Corint. 2. nam, & ego quòd donaui, ſi quid donaui propter vos in perſona Chriſti, id eſt, ac ſi ipſe Chriſtus donaſſet. ſic ergo videtur quòd Apoſtoli, & eorum ſucceſſores poſſint noua ſacramenta inſtituere.

SED CONTRA eſt, quòd ille inſtituit aliquid, qui dat ei robur, & virtutem, ſicut patet de inſtitutoribus legum: ſed virtus ſacramenti eſt à ſolo Deo, vt patet † ex prædictis. ergo ſolus Deus poteſt inſtituere ſacramentum.

RESP. Dicendum, quòd (ſicut ex ſupradictis † patet) ſacramenta inſtrumentaliter operantur ad ſpirituales effectus: inſtrumentum autem habet virtutem à principali agente. Agens autem reſpectu ſacramẽti eſt duplex, ſ. inſtituens ſacramentum, & vtens ſacramento inſtituto, applicãdo ſ. ipſum ad inducẽdum effectum. Virtus autem ſacramenti non poteſt eſſe ab eo, qui vtitur ſacramẽto: quia non operatur niſi per modũ miniſterii: vnde relinquitur, ꝙ virtus ſacramenti ſit ab eo, qui inſtituit ſacramentum. cum igitur virtus ſacramenti ſit à ſolo Deo, conſequens eſt, quòd ſolus Deus ſit ſacramentorum inſtitutor.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ illa, quæ aguntur in ſacramentis per homines inſtituta, non ſunt de neceſſitate ſacramenti: ſed ad quandã ſolennitatem, quæ adhibetur ſacramentis, ad excitandam deuotionem, & reuerentiam in his, qui ſacramenta ſuſcipiunt. Ea verò, quę ſunt de neceſſitate ſacramenti, ab ipſo Chriſto inſtituta ſunt, qui eſt Deus, & homo. & licet non ſint omnia tradita in ſcripturis, habet tamen ea eccleſia ex familiari Apoſtolorum traditione: ſicut Apoſt. dicit primæ ad Corin. 11. Cætera cum venero, diſponam.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ res ſenſibiles aptitudinem quandam habent ad ſignificandum ſpirituales effectus ex ſui natura: ſed iſta aptitudo determinatur ad ſpecialem ſignificationem ex inſtitutione diuina, & hoc eſt quod Hugo* de Sãcto Vict. dicit, ꝙ ſacramentum ex inſtitutione ſignificat. Præelegit tamen Deus quaſdam res aliis ad ſignificationes ſacramentales, non quia ad eas contrahatur eius* effectus, ſed vt ſit conuenientior ſignificatio.

Ad

---

Sot. 4 ſ. d. 1. q. 5. art. 2.

### SVPER Q. V. Aliàs 64. Art. II.

26 4. di. 3. q. 1. art. 2. q. 2. cor. Et di. 5. q. 1. ar. 1.

CONCL. Solus Deus eſt inſtitutor ſacramentorum.

¶ PROB. Quia virtus ſacramenti eſt à ſolo Deo (vt patet art. 1.): & virtus ſacramẽti non poteſt eſſe niſi ab eo, qui inſtituit ſacramentum (vt patet à ſufficienti diuiſione: quoniam talis virtus non poteſt eſſe ab eo, qui vtitur ſacramento).

1m maior. Ea, quę ſunt diuinitus inſtituta, traduntur nobis in ſacra ſcriptura. ℞. Vel habentur ab Eccleſia ex familiari traditione Apoſtolorũ.

§. Tunc nihil, &c. Nam illa, de quibus loquitur minor, pro quanto ſunt de neceſſitate ſacramenti, habẽtur ex traditione Apoſtolorum; quòd ſcilicet ſunt diuinitùs inſtituta, non autem ꝙ ipſi inſtituerint (vt patet in ad tertium).

¶ NOT. Quãti ſint faciẽdę traditiones Apoſtolorum etiã non ſcriptæ, vtpote quæ ipſi eas à Deo ſic, vel ſic, ſeruandas habuerint; docet Concilium Triden. ſeſſ. 4. dicens, Sacroſancta generalis Tridentina Synodus perſpiciens hanc ueritatem & diſciplinam cõtineri in libris ſcriptis, & ſine ſcripto traditionibus; quæ ex ipſius Chriſti ore ab Apoſtolis acceptæ, aut ab ipſis Apoſtolis Spiritusſancto dictãte, quaſi per manus traditæ, ad nos vſque peruenerũt; Orthodoxorũ Patrum exempla ſecuta omnes libros tã veteris, quàm noui, Teſtamenti (cùm vtriuſque unius Deus ſit author) necnon traditiones ipſas tùm ad fidem, tùm ad mores pertinentes, vel tãquàm oretenus à Chriſto, vel

vel à Spiritusſancto dictatas, & continua ſucceſſione in Eccleſia catholica conſeruatas, pari pietatis affectu, ac reuerentia ſuſcipit, & veneratur, &c. Si quis autem traditiones prædictas ſciens, & prudens contempſerit; anathema ſit. Hæc ibi. Item ex libro 3. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, de B. Ignatio legitur. Omnes Aſię ciuitates, ad quas perueniſſet, Euãgelicis cohortationibus edocebat in fide perſiſtere, & obſeruare ſe ab hæreticorum contagijs. qui tùm primo copioſius cęperant pullulare. Hortabatur etiam, vt diligentius ac tenaciùs Apoſtolorum traditionibus inhærerent. Hæc ibi. Item ex libro 1. hiſtoriæ tripartitæ, de Sancto Antonio legit. Nũquàm ſchiſmaticorum ſe miſcuit cõmunioni. Sic Arrianos, alioſque hæreticos deteſtabatur: vt omnibus diceret, nec iuxta eos quidem eſſe accedendum; denuncians, talium amicitias, atque ſermones, perditionẽ eſſe animæ. Quapropter (dicebat) cuſtodienda eſt pia fides in Chriſto; & Patrum religioſa traditio. Ex prædictis ergo patet: ꝙ traditiones Patrum ſeniorum, & Apoſtolorum, & pro veritate catholica, & contra falſitatem hæreticam, multùm valent.

2m de minori. Nec poteſt dici; quòd Deus quibuſdam ſignificationibus delectetur, & non alijs. ℞. Poteſt tamen dici; quòd Deus aliquas res ad ſignificationes ſacramentales elegit potiùs, quàm alias, §. Tunc nihil, &cæt. Nam Deus talem prælectionem facit: non quia ad ipſas res prælectas eius contrahatur affectus (quod dæmo-

nibus

---

* li. 21. c. 6. parũ ante med. to. 3.

* art. præc. Et q. 62. artic. 4. & 5.

† art. pręc.

* lib. 1. de ſacra. p. 9. c. 2.

* Aliàs affectus.

nibus, secundum August. ad lactam in argumento, conuenit); sed ut sit conuenientior significatio, vt id, quod intenditur per res significari, significetur conuenientius per tales res.

3^m de antecedente. Dei vicem gesserunt. ℞. Quantum ad regimen Ecclesiæ conditæ per fidem, & sacramenta §. Sécundùm &c. Apostoli enim vicê Dei non gesserunt, quantum ad institutionem alterius Ecclesiæ, fidei, aut sacramẽtorum. Neque ergo Apostoli, neq; tota Ecclesia; potest instituere aliquod sacramentum: sed ipsorum est, vti sacramentis iam à Christo institutis.

AD TERTIVM dicendũ, quòd Apostoli, & eorum successores, sunt vicarii Dei, quantum ad regimen ecclesiæ constitutæ per fidem, & fidei sacramenta: vnde sicut non licet eis constituere aliam ecclesiam, ita non licet eis tradere aliam fidem, neque instituere alia sacramenta: sed per sacramenta, quæ de latere Christi pendentis in cruce fluxerunt, dicitur esse fabricata ecclesia Christi.

## APPENDIX.

Veritas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem interimas hæresim Iacobi Præpositi dicentis: quòd quatuor sacramenta. s. Confirmatio, Ordo, Matrimonium, Extrema vnctio, sunt humanitùs institùta. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas ipsam meritò damnari à Concilio Triden. sess. 7. de sacramentis, can. 1. Si quis dixerit; sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à IESV Christo, Domino nostro instituta: Anathema sit. Hæc ibi. Qui etiam speciatim de extrema vnctione (licet canon hic absolutè sufficiens fuisset) quia videbatur olim quibusdam Apostolus Iacobus instituisse, dicit sess. 14. cap. 1. de extr. vnct. Instituta est autem sacra hæc vnctio infirmorum, tanquàm vere & propriè sacramentum noui testamenti, à Christo Domino nostro: apud Marcum quidem insinuatum, per Iacobum autem Apostolum, ac Domini fratrem, fidelibus commendatũ ac promulgatum. Hęc ibi. Item dicit sess. 24. cap. 1. Christus venerabilium sacramentorum institutor, atque perfector. Hæc ibi. Item à Veritatibus aureis super legem veterem, Numer. 19. conclus. 2. Tertio vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina hæc Angelica declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corp. vna conclusiõ. solus Deus est sacramentorũ institutor. Probatur: Virtus sacri est ab institutore sacramẽti: sed virtus sacramenti est à solo Deo: ergo solus Deus est sacramentorum institutor. Maior probatur: instrumentum habet virtutem a principali agente: sacramentũ est instrumentum ad spirituales effectus, & principale agens respectu sacramenti, non est agens tantũ sacramento, sed instituens ipsum: ergo virtus sacramenti est ab instituente ipso. Processus totus est clarus. Et secunda pars minoris illius prosyllogismi declaratur in litera; distinguẽdo duplex agens respectu sacramenti, & ex exclusione vnius membri. s. agentis per modum vtentis infertur reliquum, s. agens instituendo, esse agens principale: ac per hoc à quo est virtus sacramenti.

¶ Nota hic, q̃ hæc ratio directè, & formaliter licet nõ æstimetur à negantib. virtutes in sacramentis: æquiualenter tamen hæc ratio omnes cõuincit, confitentes sacramenta conferre gratiam, siue per virtutẽ in eis, siue per diuinã assistentiam solam: quoniã par est ratio de virtute instrumenti, si ponatur vis aliqua in eo, & si ponatur absque huiusmodi vi efficax; quia efficacia instrumenti ad huiusmodi spiritualem effectum non nisi à Deo, non nisi ab instituente signum, illud esse potest: quandoquidem à ministro utente solum, constat esse non posse: quia minister tantum est, vt in litera dicitur.

Sup. 4. sent. d. 1. q. 5. ar. 3. Ricard. 4. d. 5. ar. 1.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum Christus, secundum quòd homo habuerit potestatem operandi interiorem effectum sacramentorum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus, secundùm quòd homo habuerit potestatem operandi interiorem effectum sacramentorum. Dicit enim Ioannes Baptista, vt habetur Ioan. 1. Qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritusancto: sed baptizare in Spiritusancto, est interius gratiam Spiritus sancti conferre: Spiritussanctus autem descendit super Christum, inquantum homo, non inquantum, Deus: quia sic ipse dat Spiritumsanctum. ergo videtur quòd Christus, secundùm quòd homo, habuerit potestatem, interiorem effectum sacramentorum causandi.

¶ 2. Præt. Matth. 9. Dominus dicit, Sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: sed remissio peccatorum est interior effectus sacramenti. ergo videtur quòd Christus, secũdum quòd homo, interiorem effectum sacramentorum operetur.

¶ 3. Præt. Institutio sacramentorum pertinet ad eum, qui tanquam principale agens operatur ad interiorem sacramenti effectum: manifestum est autem, quòd Christus sacramenta instituit. ergo ipse est, qui interius operatur sacramẽtorum effectum.

¶ 4. Præt. Nullus potest sine sacramento effectum sacramenti conferre, nisi propria virtute sacramenti effectum operetur: sed Christus sine sacramento contulit sacramenti effectum, vt patet in Magdalena, cui dixit, Dimittuntur tibi peccata. ergo videtur quòd Christus, secundùm quòd homo, operetur interiorem sacramenti effectum.

¶ 5. Præt. Illud, in cuius virtute sacramentum operatur, est principale agens ad interiorem effectum: sed sacramenta habent virtutem ex passione Christi, & inuocatione nominis eius, secundùm illud primæ ad Corin. 1. Numquid Paulus pro nobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? ergo Christus inquantum homo, operatur interiorem effectum sacramenti.

SED CONTRA est, quòd August.* dicit, quòd sacramentis diuina virtus secretius operatur salutem. Diuina autem virtus est Christi, secundum q̃ est Deus, non autem secundum quòd est homo. ergo Christus non operatur interiorem sacramenti effectum, secundum quòd est homo, sed secundum quòd est Deus.

* Habet 1. q. 1. c. Multi sæcularium à medio illius. Simile habet Aug. lib. 3. cont. Donatist. c. 10. à medio, tom. 7.

RESPONDEO. Dicendum, quòd interiorem sacramentorum effectum operatur Christus, & secundum quòd est Deus, & secundum quòd est homo: aliter tamen, & aliter. Nam secundum quòd est Deus, operatur in sacramentis per auctoritatem: secundum autem quòd est homo, operatur ad interiores effectus sacramentorum meritoriè, & efficienter, sed instrumentaliter. Dictum est * enim, quòd passio Christi, quæ competit ei secundum humanam naturam, causa est nostræ iustificationis, & meritoriè, & effectiuè, non quidem per modum principalis agentis, siue per auctoritatem, sed per modum instrumenti, inquantum humanitas est instrumentum diuinitatis eius, vt suprà dictum est.* Sed tamen quia est instrumentum coniunctum diuinitati in persona habet quandã principalitatem, & causalitatẽ respectu

* q. 48. & 49. q. 13. art. 2. & 3.

* art. 1. huius quæst.

27 Inf. art. 4. Et 4. di. 5. q. 1. art. 1. Et q. 2. art. 2. q. 2.

COncl. Interiorem sacramentorũ effectũ operatur Christus & secundum q̃ Deus, & secundum q̃ homo; aliter tamen, & aliter.

¶ Prob. Quia Christus, secundũ q̃ Deus, interiores effectus sacramẽtorum operatur per authoritatem; & ille ipse, secundum quod homo, eosdem operat meritoriè ac efficiẽter per excellentiam, quadruplicem (vt patet q. 48. & 49. & in hoc art.)

1^m de concl. Habuerit potestatem. ℞. Excellentiæ. §. Tunc nihil, &c. Nam ad veritatem conclusionis articuli sufficit; q̃ Christus, secundum quod homo, non habuit in sacramẽtorum effectu interiori potestatem per authoritatem principalem:

2^m de concl. Operatur. ℞. Instrumẽtaliter per excellẽtiam. §. Est enim instrumentum coniunctũ sua humanitas. Tũc nihil, &c. Sufficit enim veritati articuli; quòd Christus, secundũm q̃ homo, effectum interiorem non operetur authoritatiuè principaliter.

3^m de maiori. Qui, tanq̃ principale agens.

passione eius) non mouet secũdum vsum exteriorum rerum(vt patet ex differentia causę efficiẽtis,atq; causę finalis,in ratione mouẽdi).

¶ CONCLVSIO 3. Sacramenta veteris legis non habebant in se aliquam virtutẽ,qua operarentur ad cõferendã gratiam iustificãtẽ: sed solum significabãt fidẽ, per quam iustificabant.

* Inter principium & medullius in homilia sio totius anni cã in penses.

¶ PROB. Quia patet ex premissis conclusionib. Secunda aũt pars.s. sed solum&c.probatur. Quia sacramẽta vet.le. erant fidei antiquorum de passione Christi protestationes (vt patet ex.1.2.q.102.ar.5.) Et passio Christi,secũdum quod a præhẽditur ab anima hominis poterat iustificare ipsum hominem; etiam q̃ ipsa passio tunc actualiter exterius neque esset neque fuisset(vt patet ex differẽtia causę finalis à cã efficiente, in mouẽdo).

*Glos.ordinaria ibi.

1ᵐ de maiori.

Ex fide passionis Christi. R. Preteritæ. §. Tunc nihil &c. Nam licet fides eadem, inquãtum erat de passione Christi, fuerit in antiquis; q̃ est in nobis; non tamen eadẽ, inquãtum erat de tempore passionis eius; cũ illi crederent Christũ passurum,quem nos credimus iam passum. Ex hac aũt differentia procedebat hęc alia differentia.s.q̃ sacra veteris legis non poterant causare gratiam,quã tñ nostra causant:(vt in probationib.conclusionum declaratum est). Vide adhuc.1.2.q.103.art.2.

* Ar.præc.

D.281.

2ᵐ maior Sanctificatio non fit, nisi per gratiã. R. Nisi sit sanctificatio solum figuralis.§.Tunc nihil &c. Illa.n.sanctificatio, de qua loquitur minor, erat tãtum figuralis. Per hoc enim sanctificari dicebantur &c. vt in tex. Vide.1.2.loco citato ad secundum.

D.322.

3ᵐ illatio conclusionis. Ergo circũcisio &c. R. Negatur illatio. §. Proceditur.n. ex præmissis non rectè intellectis. Nam illud Bedæ intelligitur sic. Circumcisio agebat idẽ cu rationis remedium,sed non eodem modo. Argumentum autem quod ly idẽ agebat, accepit; quod eadem etiam modo agebat id quod non

*Alias cõsequẽter.

dicitur enim Leuit. 8. Cumque sanctificasset Moyses Aaron, & filios eius in vestitu suo,&c. ergo videtur quòd sacramenta veteris legis gratiam conferebant.

¶ 3 Præt. Sicut Beda * dicit in Homilia circuncisionis, Idem salutiferę curationis auxilium, circuncisio in lege contra originalis peccati agebat, quòd baptismus agere reuelatæ tempore gratiæ consueuit: sed baptismus nunc confert gratiam. ergo circuncisio gratiam conferebat,& pari ratione alia sacramenta legalia: quia sicut baptismus est ianua sacramentorum nouæ legis, ita & circuncisio erat ianua sacramentorum veteris legis. Propter quod, & Apost. dicit Gal. 6. Testificor omni homini circuncidenti se: quoniam debitor est vniuersæ legis faciendę.

SED CONTRA est,quòd Gal. 4. dicitur, Conuertimini iterum ad infirma,& egena elementa. glo.* idest ad legem, quæ dicitur infirma, quia perfectè non iustificat: sed gratia perfectè iustificat. ergo sacramenta veteris legis gratiam non conferebant.

RESP. Dicendum,quòd non potest dici,quòd sacramenta veteris legis cõferrent gratiam iustificantem per seipsa,idest propria virtute,quia sic non fuisset necessaria passio Christi,secundum illud Gal. 2. Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est,sed nec potest dici, quòd ex passione Christi virtutem haberet conferendi gratiam iustificandi, sicut enim ex prædictis patet, virtus passionis Christi copulatur nobis per fidem, & sacramenta, differenter tamen. Nam continuatio, quæ est per fidem, fit per actum animæ, continuatio autem quæ est per sacramẽta fit per vsum exteriorum rerum. Nihil autem prohibet id, quod est posterius tempore, antequam sit mouere secundũ quòd præcedit in actu animæ, sicut finis, qui est posterior tempore, mouet agentem, secundum, quòd est apprehensus,& desideratus ab ipso. Sed illud,quod nondum est in rerum natura: non mouet secundum vsum exteriorum rerum. vnde causa efficiens ᵈ non potest esse posterior in esse, ordine durationis, sicut causa finalis. Sic ergo manifestum est, quòd a passione Christi, quæ est causa humanæ iustificationis, conuenienter * deriuatur virtus iustificatiua ad sacramenta nouæ legis, non autem ad sacramenta veteris legis, & tamen per fidem passionis Christi iustificabantur antiqui patres, sicut, & nos. Sacramenta autem veteris legis, erant quædam illius fidei protestationes, inquantum significabant passionem Christi, & effectus eius. Sic ergo

patet, quòd sacramenta veteris legis, non habebant in se aliquam virtutem, qua operarentur ad conferendam gratiam iustificantem, sed solum significabant fidem, per quam iustificabantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd antiqui patres habebãt fidem de passione Christi futura, quæ secundum quòd erat in apprehensione animæ, poterant iustificare, sed nos habemus fidem de passione Christi præcedenti, quæ potest iustificare etiam secundum realem vsum sacramentalium rerum, vt dictum † est.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ illa sanctificatio erat figuralis; per hoc enim sanctificari dicebantur, quòd applicabantur cultui diuino secundum ritum veteris legis, qui totus ordinabatur ad figurandum passionem Christi.

AD TERTIVM dicendum,quod de circuncisione multiplex fuit opinio; quidam enim dixerũt quod per circuncisionẽ non conferebatur gratia, sed solum auferebatur peccatum, sed hoc non potest esse, quia homo non iustificatur à peccato,nisi per gratiam, secundum illud Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Et ideo alij,dixerunt, quod per circuncisionem cõferebatur gratia, quantum ad effectus remotiuos culpæ,sed non quantum ad affectus positiuos gratiæ. Sed hoc etiam videtur esse falsum: quia per circuncisionem dabatur pueris facultas perueniendi ad gloriam,quæ est vltimus effectus positiuus gratiæ. Et preterea,secundum ordinem causæ formalis, priores sunt naturaliter effectus positiui quam priuatiui, licet secundum ordinem causæ materialis sit econuerso: forma enim non excludit priuationem, nisi informãdo subiectum & ideo alii dicunt quòd circuncisio conferebat gratiam,etiam quantum ad aliquem effectum positiuum,qui est facere dignum vita æterna: non tamen quantum ad hoc quod est reprimere concupiscentiam impellentem ad peccandum, quod, & aliquando mihi visum est: sed diligentius consideranti, apparet hoc etiam non esse verum: quia minima ᵈ gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, & mereri vitam æternam. & ideo melius dicendum videtur, quòd circuncisio, sicut, & alia sacramenta veteris legis, erat solum signum fidei iustificantis. vnde Apostolus dicit Roman. 4. quod Abraham accepit signum circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei. & ideo in circuncisione ᵈ conferebatur gratia, inquantum erat signum ᵈ passionis Christi futuræ, vt infra * patebit.

dicit Beda sciens, quod differẽtia magna est inter agere idem,& inter agere idem eodem modo. Hinc argumentum propter suam malam de hac authoritate intelligentiam faciebat illationem illam scilicet. Ergo circuncisio gratiam conferebat: cum tamen secundum bonã Bedæ intelligentiã debuisset inferre hanc scilicet Ergo in circumcisione gratia conferebatur. Circumcisio enim erat signum iustitiæ dãdæ Rom 4. ad similitudinem Abrahæ, quod non per circuncisionis vim,sed sine illa iustificatus,est (vt patet Genes.15.& 17.)& ideò ad positionem illius signi à Deo sic ordinati conferebatur gratia. Quod facile potes percipere per exempla supr. art. 1. adducta de denario plũbeo,de anulo &c. Vide ibi corollarium post prob.concl. Quia verò circumcisio non erat causa iustitiæ: ideò ipsa non conferebat gratiã; quæ tunc,posita ipsa vt signo,conferebatur immediatè: absque causã instrumentali à Deo. Cæterum in baptismo. & confertur gratia à Deo, & baptismus cõfert ipsam: quoniam Deus confert gratiam mediate idest media ista causa instrumentali,scilicet baptismo,con currente. Ita quod & Deus effectiue, sed principaliter, & baptismus effectiue, sed instrumentaliter, causat eandem gratiam conferendo eam recipienti baptismum. Ecce quanta ignorantia laborabat argumentũ & in intellectu præmissarum scilicet authoritatis ibi positæ,& in illata conclusione. Quæ omnia non nos de nostro confingẽtes,sed virtualiter dixit textus ly ideò melius dicendũ videtur, quod circuncisio,sicut &c.vsque in finẽ. Pro cuius ampliori captu, vide Veritates aureas super totam legem veterem, Genes. 17. conclus. 4. & bene considera: quoniam de re grauissima scilicet de fide catholica agitur. Parum ante hanc eundem textum in ly quod aliquãdo mihi visum est: sed diligentius &c. aduerte illud, quod iam diximus in pri.par.quęst. 1 articulo tertio, not. ante appẽd. videlicet; quòd

† In cor. art.

D.342.

D.684.

D.804.

D.343.

* Quęst.70 art.4.

quòd sanctus Doctor semetipsum sciens & prudens, quando opus est, retractat: & consequenter, q iniuria sibi nonnulla irrogari uidetur, cùm retractatio aliquorum à se dictorum, de qua ipse non facit mentionem, eidem attribuitur. Vide ibi pri.par.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationé ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, & Concilijs; q sacramenta vet.leg. non causabant gratiam. A scripturis quidem per hoc, quòd sacramenta illa dicuntur infirma & egena, Galat.4. Vide cũ glossa in argum.contr.& q.2.art.4.ad secundum. A Concilijs auté Floré. & Trid. vt suprà art. 1.appen. Adde & Tridentini, ibid. sess.7.can.5. Si quis dixerit hæc sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse: Anathema sit. Hæc ibi. Vbi per ly hæc, denotat nouæ legis sacramenta: vt patet per contextum canonis 4. & non esse propter solam fidem, dicere se ostendit canon.6. quia causant gratiam. Constat autem, q propter solam fidem de Christo nutriendam instituta erant sacramenta ueteris legis (vt habetur ex probatione conclus.3.): ideoq; simul constare debet, q vetera illa sacramenta non causabant gratiam. Si enim hanc causassent; tunc non propter solam fidem nutriendam ordinata fuissent. Item à Concil. eodem sess.6. cap.1. Homines vsque adeo serui erant peccati, vt non modò gentes per uiam naturæ, sed nè Iudæi quidem per legem Moysi, inde liberari aut surgere possent. Hæc ibi. Secundò uides: quomodo ex ijs bené pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

† In cor.ar.

TItulus clarus.

¶ In corpore sunt duæ conclusiones negatiuæ. Prima est, Sacramenta veteris legis non conferebant gratiam virtute propria. Probatur auctoritate Apostoli. Altera est, Sacramenta veteris legis, non conferebant gratiã virtute in eis habita à passione Christi. Probatur ex communi differentia coniunctionis alicuius causæ ad causandum. vel per vsum exteriorum rerum, vel per actum animæ: quia prima est causæ effectiuæ, ac per hoc prioris secundum esse: secunda autem est causę finalis, ac per hoc potest esse posterioris secundum esse. Sub hac enim differentia, communi subsumitur in speciali differentia inter passionem Christi coniungi per sacramenta, vel per fidem: ita quòd per sacramenta coniunctio continetur sub coniunctione, per vsum exteriorum rerum, & coniunctio per fidem continetur sub coniunctione, per actum animæ. Et sub hoc procedendo descenditur, & quòd passio Christi est prior secundum esse sacramentis nostris, & posterior sacramentis veteris legis. Ac per hoc nostris quidem sacramentis passio Christi coniungi potest, vt causa actiua operans per illa: priscis autem non potest coniungi vt causa actiua operans per illa quod est intentum, conclusionis. Et quòd passio Christi vt finalis causa coniungitur per fidem, tam nobis quàm antiquis: & propterea utrique saluamur per fidẽ passionis Christi: sed non vtrique per sacramenta virtuosa ex passione Christi. Non tamen superstitiosus erat vsus illorum sacramentorum: quia adhibebantur etsi non vt virtuosa, tamen vt signa fidei virtuosæ.

¶ Sta igitur lector in formali differentia inter coniunctionem per fidem, seu actum animæ ut sic, & per sacramenta, seu vsum exteriorum rerum ut sic: & videbis differentiam in litera subtiliter positam, inferre sacramenta nostra esse virtuosa, & antiqua non. Et memento nouitię, quòd de coniunctione causali (seu causę ut sic) est sermo, vt non fallaris ab importunitate digredientium ad ea, quæ sunt per accidens.

## QVÆSTIO IIII. Aliàs 63.

*De effectu sacramentorum, qui est character, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de alio effectu sacramentorum, qui est character.

ET circà hoc quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum ex sacramentis causetur character aliquis in anima.

¶ Secundò, Quid sit ille character.

¶ Tertiò, Cuius sit character.

¶ Quartò, In quo sit sicut in subiecto.

¶ Quintò, Vtrum indelebiliter.

¶ Sextò, Vtrũ omnia sacramenta imprimant characterem.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum sacramentum imprimat aliquem characterem in anima.*

19
4. d.4.q.1. ar.4.q.1.c.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q sacramentum non imprimat aliquem characterem in anima. Character.n. significare videtur quoddã signum distinctiuum: sed distinctio membrorum Christi ab aliis, fit per æternã prædestinationem, quæ non ponit aliquid in prædestinato, sed solum in Deo prædestinãte, vt in prima parte * habitum est. Dicitur enim 2.Tim.2. Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: nouit Dominus, qui sunt eius. ergo sacramenta non imprimunt characterem in anima.

* p.p.q.23. art.3.

¶ 2 Præt. Character signũ est distinctiuum. Signum autem (vt August. dicit in 2. * de doctr. Christ.) est, quòd præter speciem, quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire. Nihil autem est in anima, q aliquam speciem sensibus ingerat. ergo videtur quòd in anima non imprimatur aliquis character per sacramenta.

* li. 2.circa prin. to.3.

¶ 3 Præt. Sicut per sacramenta nouæ legis distinguitur fidelis ab infideli, ita etiã per sacramenta veteris legis: sed sacramenta veteris legis, nõ imprimebant aliquem characterem in anima, vnde & dicuntur iustitiæ carnis, secundùm Apost. ad Hebr.9. ergo videtur quòd neque sacramenta nouę legis.

SED CONTRA est, q Apost. dicit 2.ad Cor.1. Qui vnxit vos Deus est, & qui signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordib. nostris: sed nihil aliud importat character q̃ quandã signationẽ. ergo videtur q Deus per sacramenta nobis suum characterem imprimat.

S.Bonau.4. sent d.6.q.4. art.1.
Scot.4. s d.6 q.9.
Rich.4 s d 5. q 4.
Bacco.4. s. d.6 q.2.
Sot.4. s d.1.q.4.art.1.
Capr.4.d 4.q 1 conc.1.
Palud.4.d.4 q.2.

RESP. Dicendũ, q sicut ex prædictis * patet, sacra nouæ legis, ad duo ordinantur, videlicet ad remedium contra peccata, & ad perficiendũ animã in his, quæ pertinent ad cultum Dei sm ritum Christianæ vitæ. Quicũque aũt ad aliquid certũ deputatur, cõsueuit ad illud cõsignari, sicut milites, qui ascribebant ad militiã antiquitus, solebant quibusdam characteribus corporalibus insigniri: eo q deputabãtur ad aliquid corporale: & ideo cũ homines per sacramẽta deputẽtur ad aliquid spirituale pertinens ad cultum Dei, consequens est, q per ea fideles aliquo spirituali charactere insigniantur. vndè Aug. † dicit in 2.cõtra Parmenianum. Si militiæ characterem in corpore suo nõ militans pauidus exhorruerit, & ad clementiã Imperatoris cõfugerit, ac prece fusa, & venia impetrata militare iam cęperit, nunquid hoĩe liberato, atque correcto, character ille repetitur, ac non potius agnitus approbatur? an fortè minus hærent sacra Christiana, q̃ corporalis hæc nota?

* quęst.62. art.5.

† li.2.c.13. parũ à medio, to.7.

AD PRIMVM ergo dicendum, q fideles Christi ad pręmiũ quidem futuræ glorię deputantur signaculo prędestinationis diuinæ: sed ad actus cõuenientes pręsenti ecclesię deputantur quodã spirituali signaculo eis insignito, qui character nuncupatur.

AD SECVNDVM dicendũ, q character animę impressus, habet ratio-

SVPER Q. IIII. Aliàs 63. Art.1.

COncl. Cùm homines per sacramẽta deputentur ad aliqđ spirituale pertinens ad cultum Dei; consequẽs est, quòd per ea fideles aliquo spirituali charactere insigniantur.

¶ Prob. primò: quia quicumque ad aliquod certum deputatur, consueuit ad illud aliquo charactere deputari & consignari (vt patet ab exemplo de militibus). Secũdò, quia hoc ipsum de sacramentis insinuat D.August.lib.con.Parmen.

1^m de maiori.

Distinctiuum. R. In ordine ad actus quosdam speciales, conuenientes pśenti Ecclesię. §. Tunc nihil, &c. Nam minor transit ad loquendũ de signo distinctiuo in alio sensu. s. in ordine ad uitam æternam. Fideles enim Christi ad præmium quidem &c. vt in textu.

2^m de maiori.

Character est signum.

B.Pas-

D.342.

D.684.

D.804.
D.343.
* Quęst.70 art.4.

B. Passiuum. §. i. habens rationem signi, inquantum ab alio. s. à sensibili sacramento imprimitur. Tunc nihil &c. Nam Augustinus in minori adductus loquitur de signo in alio sensu, s. actiuo; hoc est, habente rationem signi secundùm se. Et ideò, quia de signo vt actiuo loquitur, dicit: quod signum & ingerit, & facit (vt ibi legitur).

Itē de maiori. Character est signum. B. Non sensibile. §. Tūc nihil, &c. August. enim loquit̄ de signo in alio sensu. s. de signo sensibili. Vide secundum responsum in textu ly nihilominus tamen character &c. Quæ responsio differt à prima in hoc: quòd concedit, characterem esse signum secundùm se consideratū; quamuis non sensibile. Prima autem hoc non concesserat: vtpotè à tali consideratione de signo, secundùm q̄ de charactere dicitur, abstrahens; & solummodo ipsum comparatiue. i. per respectum ad causam, à qua imprimitur ac sic. i. signum denominat, considerans.

nem signi inquantum per sensibile sacramentum imprimitur: per hoc enim scitur aliquis esse baptismali charactere insignitus, quòd est ablutus aqua sensibili. Nihilominus tamen character, vel signaculum dici potest per quandam similitudinem, omne quod configurat alicui, vel distinguit ab alio, etiam si non sit sensibile: sicut Christus dicitur figura, vel character paternæ substantię, secundùm Apostolum Hebr. 1.

Ad tertium dicēdum, q̄ òd sicut suprà dictum * est, sacramenta veteris legis non habebant in se spiritualem virtutem, ad aliquem spiritualem effectum operantem, & ideo in illis sacramentis non requirebatur aliquis spiritualis character: sed sufficiebat ibi corporalis circuncisio, quam Apostolus signaculum nominat, Rom. 4.

3^m illatio conclusionis. Ergo videt, q̄ neque &c. B. Negat illatio. §. Non enim est eadem ratio de vtrisque sacramentis in causa imprimendi characterem spiritualem: Nam sacramenta nouæ legis habēt in seipsis virtutem operantem ad spiritualem effectum, q. 3. ar. 4. quam non habebant sacramenta vetera, q. 3. art. 6. Ideo in veteri lege non imprimebatur character spiritualis; licet corporalis in corpore per sacramentum circuncisionis: in lege uero noua, dimisso tali charactere corporali. 1. 2. q. 103. art. 3. succedit impressio characteris spiritualis: vt singulis dentur, quæ singulis conueniunt.

## APPENDIX.

Velitat pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationem interimas hæresim Lutheri dicentis: quòd sacramenta nulla imprimūt characterem; & quod hoc asserere est mera nouorum Theologistarum fictio, atque commentum. Secundò habes; quomodo per rationem ostēdas, hanc hæresim merito damnari à 2 Cor. 1. Qui &c. vt cum discursu est in argum. contr. Item à Concilio Trid. sess. 7. de sacramentis, can. 9. Si quis dixerit in sacramentis (quibusdam) non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale, & indelebile: Anathema sit. Hæc ibi. Item à Concilio Florentin. in Decret. seu Constitution. super vnion. Armenor. Ibi enim cum de sacramentis agitur, idem dicit. Quia verò Lutherus addit, hoc esse commentum ac fictionem nouorum Theologistarum: ideò contra temerarium illud mēdacium habes B. Augustinum in tex corp. adductū, qui profectò nō inter nouos, sed inter vetustos (cū anno Domini quadringētesimo, & circa, floruerit) annumerādus est. Hic nomine characteris vtitur in sacramentis (vt ibi considerantibus patet). Sed & ad idem habes B. Dionysium Apostolis contemporaneū: qui characterē nomine signi exprimit. Vide ar. 2. cui p prin. Temeritatē quoq; illam de mendacio damnat Concilium Trident. per hoc, q̄ sess. 7. antequàm canones de sacramentis, inter quos canon de charactere est nonus, decernat, dicit. Sacrosancta generalis Tridentina synodus ad errores eliminandos, & extirpandas hæreses, circa sanctissima sacramenta, sanctarum scripturarum doctrinæ, Apostolicis traditionibus, atque aliorum Conciliorum & Patrum consensui, inhęrendo, hos præsentes canones statuendos, & decernendos, statuit: reliquos, qui supersunt ad cępti operis perfectionem, deinceps, Diuino spiritu adiuuante, editura. Hæc ibi. Non ergo nouorū Theologistarum commentum est, quòd in sacramentis detur character: sed hoc ex sanctarum scripturarum doctrina, ex Apostolicis traditionibus, ex aliorum Conciliorum, & Patrum, consensu dependet. Nam (vt dictum est) canon de charactere inter illos connumeratur: de quibus tam grauissima, & vetustissima, testimonia profert concilium. Cæterùm eiusdem verba illa vltima. s. Reliquos, qui supersunt ad &c. commendabis æternæ memoriæ pro regula vniuersali ad quoscumque canones de alijs sacramentis, puta de Eucharistia sess. 13. de Pœnitentia & extrema vnctione sess. 14. de ordine sess. 23. de matrimonio sess. 24. edendos: qua quidem regula efficaciter demonstrabis, contenta in omnibus his canonibus inniti (secundùm Concilium) validissimis ijs testimonijs. s. sanctarum scripturarum, Apostolicarum traditionum, Conciliorum aliorum, & Patrum consensus. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

* q. 61. ar. tic. 6.

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus vt sonat de sacramento indefinitè, non vniuersaliter, aut particulariter explicitè. Quęretur enim explicitè de particulari in articulo.

¶ In corpore vna conclusio: Fideles per sacramenta aliquo spirituali charactere insigniuntur. Probatur: Quicumque ad aliquod certum deputatur, consueuit cōsignari: sed homines per sacramenta deputatur ad spirituale aliquod spectans ad Dei cultum, ergo fideles per sacramēta aliquo spirituali charactere insigniuntur. Probatur maior exemplo militum. Minor vero, quia sacramenta ad duo ordinantur, hoc est ad remedium contra peccatum, & ad perficiendum hominem in his, quæ ad cultum diuinum sunt. Et confirmatur, tota ratio cum conclusione, auctoritate August. vnde Auctor sumpsit.

¶ Aduerte hic, quòd Auctor persuasibilem hanc ueritatem ecclesiasticam reddere studuit, ex ratione proportionalis similitudinis inter homines deputatos ab homine ad militiam corporalem, & deputatos à Deo ad cultum Christianæ religionis (quæ utique est militia illius, qui est dominus fortis, & potens in pręlio ad debellandas aereas potestas, vincendumque mundum) sectatus Augustini vestigia. Rationabile siquidem est, vt homines, qui à principibus mundi huius, consueuerunt ad corporalia corporali nota insigniri, cum à Deo ad perennem spiritualem cultum secundùm animam deputantur, spirituali signo signentur in anima: sic enim diuinam prouidentiam disponere homines suauiter inuenitur, vt scilicet proportionaliter insigniantur secundùm animam à Deo: sicut secundum corpus consueuerunt, à principe humano.

¶ In resp. ad 2. vide nouitie, q̄ iuxta primā ibidem responsionē, character non s̄m se, sed secundum suam causam (hoc est non solitarie sumptus, sed ut ex sua causa sensibili, quæ est sacramentū) habet rationē signi. Et quia hæc responsio multis nō facit satis, apposita est ab Auctore altera responsio de ipso charactere in seipso, ita q̄ prima de charactere causaliter, secunda de eodē formaliter est.

S. Bona. 4. s. d. 6. q. 1. ar. 2.
Scot 4. sent. d. 6. q. 1.
Richar. 4. s. d. 6 q. 3. art 2.
Maire. 4 s. d. 6. 3. q. 1.
Duran. 4. sent. d. 6. q. 1.
Bacco. 4. s. d. 6. q. 1.
Sot. 4 s. d. 6. q. 4. art. 2.
20 4. dist. 4. q. 3. art. 1.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum character sit spiritualis potestas.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur q̄ character non sit spiritualis potestas. Character enim idem videtur esse, quòd figura: vnde Heb. 1. vbi dicitur, Figura substantię eius, in Græco habetur loco figuræ, character: sed figura est, in quarta specie qualitatis, & ita differt à potestate, quæ est in secunda specie qualitatis. character ergo non est spiritualis potestas.

¶ 2 Præt. Dionys. * dicit 2. c. Eccles. hierar. q̄ diuina beatitudo accedentem ad beatitudinē in sui participationē recipit, & proprio suo lumine, quasi quodā signo ipsi tradit suā participationem. & sic videtur q̄ character sit quoddam lumen: sed lumen ad tertiam speciem qualitatis videtur pertinere. non ergo character est potestas, quæ videtur ad secundam speciem qualitatis pertinere.

* c. 2 eccl. hier. par. 3. parum ante med.

¶ 3 Præt. A quibusdam character sic definitur. Character est signum sanctum communionis fidei, & sanctæ ordinationis, datum à hierarcha. Signum autem est in genere relationis, non autem in genere potestatis. non ergo character est spiritualis potestas.

¶ 4 Præt.

### SVPER Q. IIII. Aliàs 63. Art. II.

Concl. Character importat quādam potentiam spiritualem, ordinatam ad ea; quæ sunt diuini cultus.

¶ Prob. Quia diuinus cultus, ad quē deputatur quis per charactērem sacramētorum, consistit in recipiendo aliquam, vel in tradendo alijs (vt patet): & ad vtrūque horum requiritur quædam potentia (vt declaratur in tex.) Primum

**1m de maiori.** Quod figura. ℞. Metaphoricè dicta: non autem, propriè. §. Nam figura est quædã terminatio &c. vt in tex. vsque ad ly non aũt ponitur. Tunc nihil, &c. Non n. ponitur aliquid in genere vel specie, nisi per &c. vt in tex.

**2m de maiori.** Lumen quoddam. ℞. Spirituale. §. Tunc nihil, &c. Nam lumen, de quo loquitur minor, est corporale, seu sensibile. Nũ in tertia specie qualitatis non sunt, nisi &c. vt in tex.

**3m minor.** Signũ est in genere relationis, non autem in genere potestatis. ℞. Negat. §. Loquendo. s. de signo, fundamentaliter. Nam relatio, quæ importat in nomine signi &c. vt in textu. Pro cuius captu sciẽdum: quòd relatiuorum aliud est secundum esse (vt pater) & hoc est in genere relationis: aliud est secundum dici (vt scientia) & hoc est in aliquo alio genere, puta in genere qualitatis. Huic enim qualitati, puta scientiæ, iam constitutæ in suo esse aduenit postea, quòd referatur ad aliquid, vnde est determinata; & sic refertur ad scibile. Secundum se tamen scientia ipsa non est in genere relationis; sed est res realis absoluta in genere qualitatis existens. Sic in proposito. Character est signum, & consequenter relatiuum, non quidem secundũ esse, sed secundum dici: ideoque non est secundum essentiam suam in genere relationis, sed in genere alio; & hoc in proposito est genus qualitatis, & species potestatis. Huic ergo qualitati & potestati. s. characteri, iam constitutæ realiter in isto esse suo aduenit pòst (siue sit posteriùs tẽpore, siue natura solùm), quòd referatur ad aliquid, vnde processit; & sic refertur ad sacramentũ sensibile, à quo impressus fuit in anima. Vide artic. 1. ad secundum. Igitur character secundum se non est in genere relationis: sed est res realis absoluta in qualitate existens.

**4m de conclusione.** Character. ℞. Consideratus secundum rationem signi. §. Sic enim esse glossandum hoc, ostendit minor præmissa. Tunc nihil, &c. Nam articuli conclusio considerat characterem alio modo. i. secundùm seipsum: & propterea dicit, characterẽ esse potestatem, ac nec hoc habere rationẽ principij; respectu. s. pertinentium ad cultum diuinum (vt eius probatio declarat). Vide, quòd ex hac doctrina patet quod dicta in responso ad tertium, de charactere sunt uera

*Eph. 5. metaph. tex. 17. com. 3.
*li. 2. Eth. c. 5. in prin. tom. 5.
*art. 5. huius quæst.
*art. præc.
*c. 2. eccl. hier. par. 3. parum ante med.
*q. præced. art. 4.

¶ 4 Præt. Potestas habet rationem causæ, & principij, vt patet 5. Metaph.* sed signum, quod ponitur in definitione characteris, magis pertinet ad rationem effectus. character ergo non est spiritualis potestas.

SED CONTRA est, quòd* Philosophus dicit in 2. Ethicor. Tria sunt in anima, potentia, habitus, & passio: sed character non est passio, quia passio cito transit: character autem indelebilis est, vt infrà* dicetur. Similiter etiam non est habitus: quia nullus habitus est, qui se possit ad bene, & male habere: character autem ad vtrumque se habet: vtũtur enim eo, quidam bene: alii verò male, quod in habitibus non contingit. nam habitu virtutis nullus vtitur male: & habitu malitiæ nullus bene. ergo relinquitur, quòd character sit potentia.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum* est, sacramenta nouæ legis, characterem imprimunt, inquãtum per ea deputantur homines ad cultum Dei, secundum ritum Christianæ religionis. Vndè Dion.* in 2. cap. Ecclesi. hierar. cum dixisset, quòd Deus in quodam signo tradit sui participationem accedenti ad baptismũ, subiungit, Perficiens eum diuinum, & communicatorem diuinorum. Diuinus autem cultus consistit, vel in recipiendo aliqua diuina, vel in tradẽdo aliis: ad vtrumque autem horum requiritur quædam potentia, nam ad tradendum aliquid aliis, requiritur potentia actiua: ad recipiendum autem requiritur potentia passiua. Et ideo character importat quandã potentiam spiritualem ordinatã ad ea, quæ sunt diuini cultus. Sciendum tamen, quòd hæc spiritualis potentia est instrumentalis: sicut etiam suprà dictum* est de virtute, quæ est in sacramentis. Habere enim sacramenti characterem cõpetit ministris Dei, minister autem habet se per modũ instrumenti, vt Philos.* dicit in primo Polit. Et ideo sicut virtus, quæ est in sacramentis, non est in genere per se, sed per reductionem eo quòd est quiddam fluens, & incompletum, ita etiam character non propriè est in genere, vel specie, sed reducitur ad secundam speciem qualitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd figura est quædam terminatio quantitatis. vnde propriè loquendo, non est nisi in rebus corporeis: in spiritualibus autem dicitur metaphoricè. Non autem ponitur aliquid in genere, vel specie, nisi per id, quod de eo propriè prædicatur. Et ideo character non potest esse in quarta specie qualitatis, licet hoc quidam posuerint.

AD SECVNDVM dicendum, quòd in tertia specie qualitatis non sunt nisi sensibiles passiones: vel sensibiles qualitates. Character autem non est lumen sensibile: ideo non est in tertia specie qualitatis, vt quidam dixerunt.

AD TERTIVM dicendũ, quòd relatio, quæ importatur in nomine signi, oportet quòd supra aliquid fundetur: relatio autẽ huius signi, quod est character, nõ potest fundari immediatè super essentiam animæ, quia sic conueniret omni animæ naturaliter. Et ideo oportet aliquid poni in anima, super quod fundetur talis relatio, & hoc est essentia characteris, vnde nõ oportebit quòd sit in genere relationis, sicut quidam posuerunt.

AD QVARTVM dicendũ, quòd character habet rationem signi per comparationem ad sacramentum sensibile, à quo imprimitur: sed secundũ se consideratus, habet rationem principii, per modum iam dictum.*

ARTI-

APPENDIX.

EX art. hanc primo. quomodo per rationẽ ostendas, merito esse insinuatũ à scripturis, & Concilio: quòd character est potestas spiritualis. A scripturis quidem, vt per hoc, quod dicitur 2. Cor. 1. Qui unxit nos Deus, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordib. nostris. His. n. verbis monstratur, quòd illa signatio i. character, est in cordibus. i. in anima. Nam hãc interpretationẽ habemus ex Cõcilio Florentino dicente Sacramẽta tria characterẽ. i. spirituale quoddã signum à cæteris distinctiuum imprimunt in anima indelebile. Hęc illud in Decr. seu consilio super unio. Armen. Cũ ergo character sit in cordib. nstris, i. in anima nostra; constat à sufficiẽti diuisione existentiũ in anima, quòd ipse est potẽtia, seu potestas. Philosophus. n. diuidẽs ea, quæ sunt in anima, dicit in 2. Ethic. quòd tria sunt in ea. s. potẽtia, habitus, & passio. Sed character non est passio, quia &c. vt in arg. cont. Omnibus itaq; cõsideratis; qui dicit, signauit nos Deus in cordib. nostris, i. in anima nostra, vult dicere: quòd signatio illa. i. character, est potentia. A Concilio autem Florẽtino idem ibidem insinuatur per hoc; quòd postquam dixit, per traditionem calicis cum vino, & patenæ cũ pane, conferri ordinem presbyteratus; subiungit, Forma sacerdotij est talis. Accipe potestatẽ offerendi &c. Ex qua serie cõtextus patet, vel tenuiter consideranti: quòd, secundùm Concilium, character est potestas. Alioquin conferendo ordinem. i. ordinis characterem, non diceret Episcopus, Accipe potestatem: sed pro ly potestatem, diceret aliquid aliud; quo significaretur character qui tunc accipitur. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

*Veritas pro Eccle. S. Dei.
*lib. 1. c. 3. aliquantulũ à princ. tom. 5.
*In corp. art. & art. præc.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus de quidditate characteris manifestè quærit, in quo scilicet genere sit, an potestatis, an relationis, &c.

¶ In corpore sunt tres conclusiones. Prima est: Character sacramentalis, est spiritualis potestas ad ea, quæ sunt diuini cultus. Probatur, Character imprimitur à sacramentis, inquantum per illa homo deputatur ad ea, quæ sunt Christiani cultus, consistentis in recipiendo aliqua, vel tradendo alijs. ergo character sacramentalis est quædam spiritualis potestas ad ea, quæ sunt diuini cultus. Antecedens quo ad primam partem probatur auctoritate Dionys. in illis verbis, perficiens eum diuinum, & communicatorem diuinorum. Consequentia verò probatur, quia ad vtrumque horum, requiritur potentia aliqua, ad recipiendum quidem passiua, ad tradendum verò actiua.

¶ Circa deductionem conclusionis huius dubium occurrit: nam inualida apparet consequentia, Character sacramentalis est deputatiuus hominis ad cultum consistentem in recipiendo, & tradendo, ergo est potentia: tum quia similis consequentia nihil ualet. Character militaris est deputatiuus hominis ad militiam, consistentem in percutiendo, & ad percutiendum requiritur potentia percussiua. ergo character militaris est potentia ad percutiendum. Et si instetur, quòd non est simile, quia potentia percussiua præsupponitur, vtpote naturalis, potentia autem ad cultum, non est naturalis, sed superaddita, hæc inquam instantia nihil obstat argumento, quia ad militarem percussionem vltra naturalem virium potẽtiam requiritur

ritur potentia militaris: sicut ad sanandum requiritur in medico potentia medicatiua: stat ergo obiectio.

¶ Et eleuatur instantia ad uniuersalem rationem, vnde scilicet, licet à communissimis inferre determinate speciale, hoc est à deputatione ad cultum Christianæ religionis, ad potentiam respectu eiusdem cultus descendere. Deputatio siquidem ad cultum multipliciter fieri potest, s. signo, professione, officio, scientia, voluntate, potentia, vt patet inductiue in militia, & alijs cultibus, & artibus. Vnde inferre, characterem esse potentiã, quia est deputatiuus hominis ad cultũ Christianæ religionis, fallacia consequẽtis uidetur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Auctor procedit ex determinatis in præcedenti articulo. Et propterea non procedit ex hoc solo, quòd character est deputatiuus ad cultum &c. sed ex hoc, quod character sacramentalis est spiritualis perfectio animæ ad cultum diuinum, secundum ritum Christianum: ita quod non, ex quacumque deputatione sed ex tali deputatiuo, scilicet, vt perfectiuo animæ ad talem cultum impresso à Deo procedit litera, vt ipsamet litera de seipsa testimonium perhibet, auctoritatem asserens Dionysij hoc testantem: ex huiusmodi autem assumpto concludi licuit intentũ, si perspicaciter intuiti fuerimus cultum Christianæ religionis formaliter, vt Auctor contemplatus est. Ex hoc enim quod character est perfectiuus animæ ad cultum Christianæ religionis, & cultus Christianæ religionis formaliter consistit in recipere, uel dare, formaliter sequitur, ergo character perficit animam ad recipiendum, vel dandum. Sed constat liquido, quòd proprium, & per se primo perfectiuum ad recipere, seu dare, est posse recipere, aut dare. ergo character est spiritualis potentia, qua homo secundum animam potest recipere, vel tradere ea, quæ sunt Christianæ religioni propria. Et confirmatur hæc ratio, quia potentia sola est, qua subtracta actus nullus redditur apud Deum, & similiter qua posita, actus efficax est, quantumcumque ab homine prohibitus. Nam subtracta charitate, aut scientia, aut fide, si potentia remanet, actus non est nullus, sed econtra sola potentia deficiente, alia non sunt efficacia. Sic autem constat esse in proposito, quòd subtracto charactere, vane omnia recipiuntur: & similiter subtracto charactere ordinis vanè omnia traduntur, quæ propria ordinis sunt. est ergo character in genere potentiæ.

¶ Ad instantiam autem de militari charactere, patet responsio, quia non spectat ad animam.

¶ Ad obiectionem autem vniuersalem patet etiam responsio, quod falsum assumit, scilicet literam ex sola deputatione procedere, cum procedat ex tali deputatione, scilicet ut perfectiua hominis spiritualiter secundum animam ad cultum spiritualem, consistentem in recipere & tradere: manifestum quippe est, quod formaliter procedendo, optime absque sophismatis aliqua specie, illatio tenet.

¶ Secunda conclusio est: Hæc spiritualis potentia, est instrumentalis. Declaratur à simili, sicut uirtus, quæ est in sacramentis. Et probatur, ex subiecto, quia est potentia ministri. ergo instrumenti. Antecedens probatur, quia character conuenit ministris Christi, vt sic. Consequentia probatur, quia minister ut sic, habet rationem instrumenti.

¶ Tertia conclusio est. Character non est per se in genere, sed reductiue in secunda specie qualitatis. Prima pars probatur à simili, scilicet ex virtute in sacramentis, adiuncta ratione communi, quia est quiddam fluens, & incompletum. Secunda uerò pars relinquitur, vt euidens.

¶ Occurrunt autem hic multa dubia. Primum est de genere generalissimo, sub quo ponitur character, quòd circa tertiam conclusionem versatur. Secundum de specie, & spectat ad eandem conclusionem. Tertium est, circa responsionem ad tertium, quantum ualeat ratio literæ, Si relatio characteris fundaret immediate super essentia animæ, conueniret naturaliter omni animæ. Quartum est, quantum ualeat ratio literæ, probans quòd character non est habitus, quia omnis habitus est bonus, vel malus, vt habes in litera in argumento ad oppositum. Propter connexionem tamen materiæ tractabitur tertium dubium, simul cum primo, & secundum simul cum quarto.

¶ Circa primum dubium in quo genere sit character sacramentalis, scito primo, quod Durandus in 4. senten. distinc. 4. q. 1. putauit characterem esse relationem rationis, per quam aliquis ex institutione diuinæ deputatur ad sacras operationes: sicut nummus sortitur rationem pretij. Et eius ratio est, quia ea, quæ sunt fidei clarificanda sunt, & non obscuriora reddenda. per characterem autem si ponitur relatio rationis, omnia clara sunt: si vero ponitur res realis, obscuriora introducuntur.

¶ Sed positio hæc seipsam leuem monstrat, dum ex communibus tantum, & extraneis procedit. Eiusque falsitas patet ex auctoritate ecclesiæ, extra de baptismo, & eius effectu, in c. maiores, in fine. Vbi dicitur quòd sacramentalis operatio, imprimit characterem: certum est enim, quod relatio rationis non imprimitur. Et confirmatur ex Concilio Florentino, sub Eugenio IIII. vbi dicitur, Tria sacramenta characterem, id est spirituale quoddam signum à cæteris distinctiuum, imprimunt in anima indelebile, vnde in eandem personam non reiterantur. Hæc ibi.

¶ Scito secundo, quòd Scotus in 4. dist. 6. quæst. 10 ad utramque partem disputat concludens vtrumque posse probabiliter sustineri, & quod character sacramentalis sit res absoluta in genere qualitatis, & quod sit relatio extrinsecus adueniens. Et hanc vltimam opinionem ipse tenet: minus tamen probabilis monstratur illa uia, discutiendo tertium dubium. Vbi scito consequentiam factam in litera destrui ex Scotica opinione, distinguente de relatione, vel intrinsece adueniente, vel extrinsece. Et vocat relationem intrinsecus aduenientem illam, quæ consequitur fundamentum posito termino: illam autem, quæ positis fundamento, & termino non necessario ponitur, vocat relationem extrinsecus aduenientem. Exemplum primi, vt duplum, simile, æquale. Exemplum secundi, vt relatio agentis ad patiens, relatio locati ad locum, & huiusmodi. Ad primum genus dicit non esse motum, sed ad secundũ, ac per hoc posse à Deo de nouo imprimi in animã relationem characteris absque aliquo absoluto nouo fundante illam. Et propterea non sequitur, si relatio characteris poneretur immediate in anima, conueniret naturaliter omni animę.

¶ Tu autem patienter sustineto pertranseuntem me de respectibus his in commum, quia theologiam practicam tracto, non metaphysicam. Nec videtur digrediendum hoc in loco, quicquid sit de respectibus illis extrinsecis, qui forte non sunt intelligibiles. quoniam omnis respectus formaliter sumptus hoc ipsum quod est, est ad aliud se habere, & si est ad aliud se habere, est in genere ad aliquid, quod est quartum prædicamentum. Et rursus, si est ad aliud se habere, necesse est, vt consequatur fundamentum ex sola noua positione alterius: alioquin non esset ad aliud, & propterea si est ad aliud se habere, ad illud non est motus, vt ex hac ratione probatur 5. Physic. ab Arist. Et super hoc, s. super ipsa relatione formaliter, inquantum relatio est, fundauit auctor hic rationem suam: relatio enim formaliter sumpta, quia hoc ipsum quod est, est ad aliud: si realis est, nascitur cum fundamento non simpliciter in actu, sed sic, quod ex sola appositione termini fit actu: similitudo enim nascitur cũ albo sic, quòd posito coalbo, statim similitudo in primo albo consurgit, & sic de alijs. Ac per hoc relatio characteris immediate fundaretur in anima, nasceretur simul cum anima, sic quod posito illius termino, statim in anima consurgeret relatio characteris, & si sic connasceretur cum anima, clare patet quod naturaliter conueniret omni animæ. Quocirca aut character non est in genere ad aliquid nisi æquiuoce, & tunc si est respectus, quæratur illius genus, nec erit facile fingere aliud genus, cum ponatur res spiritualis & non sit formaliter passio: aut si est in genere ad aliquid definitio posita ab Arist. non est communis suo generi, & exclusio motus ab ad aliquid cum illius ratione, 5. Physic. non est uniuersalis de ipso genere ad aliquid, sed particularis, hoc est de aliqua specie relationis, s. intrinsece. quoniam Arist. probando ad relationem non esse motum, attulit relationem, quæ secundum Scotum uocatur extrinsecus adueniens, s. dextri, & sinistri. Nam relatio dextri inter me, & columnam non sequitur fundamẽtum posito termino, loquendo, vt Scot. loquitur. Nam posito animali habere dextrum, & posita columna, non sequitur relatio dextri inter ipsa: potest enim columna poni neutra. Et accidit huiusmodi phantasia, quia non consideratur fundamentum, vt fundamentum, & terminus ut terminus: sed remotè. V. g. relatio agentis ad patiens, non habet pro extremis ignem, & aquam, sed ignem calefacientem, & aquam patientem à calefaciente, & sic de alijs. Vnde non remotè, sed propinquè sumendo fundamentum, & terminum (hoc est secundum eas dispositiones, secundum quas hoc fundat, & illud terminat) nulla est relatio realis, quæ non consurgat in fundamento, posito termino. Sed hæc pertranseundo sunt dicta pro claritate literæ, quæ de relatione loquitur formaliter, sicut & Philos. 5. Physic.

¶ Circa secundum dubium, scito Scotum in 4. dist. 6. q. 10. disputare ad omnem partem, & tenendo quod character est essentialiter respectus, sustinet ipsum habere rationem potentiæ, & actiuę, & passiuæ, pro quanto Deus ordinauit assistendo agere habenti talẽ respectum, puta sacerdoti, & similiter imprimere in patiens habens talem respectum, puta, characterem baptismi, ita quod respectus reddit baptizatum capacem passionis à Deo sic statuente, & similiter operationem sacerdotis efficacem. Et concurrunt hi respectus tãquàm dispositiones in ordine ad agens voluntarium. Tenendo autem, quòd character est forma absoluta, sustinet, & quod potest poni in prima specie qualitatis, & quòd potest poni in secunda, respondetque ad rationem literæ, quæ in quarto dubio proposita est. Primo, quòd non oportet omnem habitum esse bonum, vel malũ, sed potest aliquis habitus esse indifferens. Quod probat dupliciter. tũ quia ex actibus indifferentibus frequentatis. causatur habitus indifferens, tum quia frequentans considerationem alicuius conclusionis geometricæ, habet habitum indifferentem. Secundo, quia character potest poni habitus supernaturalis bonus remote, ita quod non proxime, seu sufficienter potest esse principium actus boni, sed remote, sicut fides, spes, charitas infusa, non est sufficiens principium boni actus, sed inclinat ad bonum actum concurrentibus alijs requisitis: multo autem remotius character potest disponere ad bonum actum.

¶ Scito

¶ Ad

¶ Ad horum clariorem notitiam aduertendũ est, quòd nisi formaliter cõsideremus, locemusq; res in suis generibus, vagari multipliciter continget. Quocirca cum character sacramentalis sit formaliter potentia (est.n. baptismalis character, quo per se primo homo potest recipere sacramenta reliqua, vt patet, & similiter character ordinis, quo primo minister ecclesiæ, puta, sacerdos, potest conficere Eucharistiam &c.) & sit supernaturale accidens impressum animæ, consequens est, vt sub illo genere accidentium formaliter locetur, quod potentias actiuas, vel passiuas continet, quod constat solum qualitatis genus esse, & vnam illius speciem, secundam s. Nec obstat, quòd non sit naturalis potentia, quoniam sicut sub habitus specie continentur non solum naturales, sed supernaturales habitus, ita sub potentię accidentalis specie continentur non solum naturales, sed supernaturales potentiæ, & in hoc debet quiescere intellectus bene dispositus.

¶ Ad distractionem autem Scoticam, trahentem relationem ad rationem potentiæ, patet responsio ex hoc ipso, quòd distractio abusiua rerum, ac rationum formalium est.

¶ Ad id uero, q primo dicit de habitu indifferenter, dicendũ est, q nullus est actus humanus singularis indifferens moraliter, quia sic, vel quando, vbi, sicut, propter, &c. debet, & sic est bonus moraliter: vel non quando, aut vbi, aut sicut, aut propter, aut &c. debet, & sic est malus moraliter. Nec est inter ista duo mediũ in actu exercito, quia distinguuntur penes affirmationem, & negationem, ac per hoc nullus potest esse habitus indifferens ex hoc capite.

¶ Ad id uerò, quod de consideratione frequenti cõclusionis geometricæ subditur, dicitur, q si consideratio est scientifica, generatur habitus bonus, s. scientiæ, quæ est uirtus, ac per hoc boni tantum, puta ueri: si uero consideratio est non scientifica, generabitur habitus opinatiuus, qui etiam non est indifferens, sed declinat ad bonum, vel malum, prout declinat ad verum, vel falsum. Et quia character est forma supernaturalis, à Deo pro munere impressa: ac per hoc si esset habitus, non posset poni indifferens, ideo Scotus ad vltimam responsionem confugit, quæ falsum in primis affert, dum charitatem, fidem, ac spem infusam a sufficientibus, proximisque principijs elicitiuis bonorum actuum aufert. Est.n. infusa charitas, & sufficientissimum, & proximum elicitiuum principium dilectionis Dei super omnia: sed q iste puer baptizatus non actu diligat, prouenit ex conditione ipsius habentis charitatem, quia s. habet organa impedientia, &c. & non ex insufficientia, aut elongatione habitus. Et simile est de dormiente, aut ebrio: non enim ex parte habitus infusi, aut acquisiti prouenit, quod dormiens, aut ebrius non considerat geometricas demonstrationes, aut non credit, seu sperat, sed ex impedimento habentis habitum.

¶ Male deinde locat characterem in specie, dum ex his, ad quæ remote se habet, locat ipsum. Debet siquidem iudicari res secundum ea, quæ sibi proxime conueniunt, & non secundum remota, ac per hoc, non debet character poni sub specie habitus boni, quia valde remote disponit ad actum bonum. Sed hæc accidunt Scoto, quia difficile est operire falsum: Quocirca videto omnia consonare vero, & ab o[mni] re difficultate vlla characterem poni, non habitum, sed potentiam, quæ ex propria ratione indifferens est ad bonum, & malum (character enim est potentia, qua potest quis dare, vel recipere, & non est, quo potest bene, vel male dare, vel recipere) vt sic perspicias diuinam sapientiam disponentem omnia suauiter, donando nobis supernaturales potentias, dare eas suauiter, hoc est seruata conditione potentiarum, vt s. sint quibus possumus, & non quibus bene, vel male possumus.

¶ Argumenta Petri Aureoli apud Capreolum in 4. dist. 4. contra hoc, q character sit potentia, quia ad specialia descendunt de potestate effectiua transubstantiationis in eucharistia &c. omittenda censui, quoniam suo loco quælibet seruanda est quæstio.

---

*Sot. 4 sẽ. d. 1. q. 4. art. 3.*

SVPER Q. IIII. Aliàs 63. Art. III.

[margin: 21 4. d. 4. q. 1. art. 2. & ar. 3. q. 5.]

CONCL. Manifestũ est quòd character sacramentalis specialiter est character Christi; cuius sacerdotio cõfigurantur fideles secundum sacramẽtales characteres.

¶ PROB. Quia per characterem sacramentalẽ deputatur quis ad cultum Dei, secundum ritum Christianæ religionis (vt patet art. 2.): & totus ritus Christianæ religionis deriuatur a sacerdotio Christi (vt patet). Secunda autem pars. s. Cuius &c. probatur: Quia characteres sacramentales nihil aliud sunt, quàm quædã participationes sacerdotij Christi.

¶ NOT. Quia in diffinitione characterum sacramentaliũ additur in tex. ly ab ipso Christo deriuatæ: ideò potest & breuius tota præmissa conclusio probari, tanquã ex diffinitione terminorum, dicendo sic.

[margin: *li. 18. c. 18 in prin. tome 3.]

¶ CONCL. Manifestum est, quòd character &c. vt supra.

¶ PROB. Quia characteres sacramentales nihil aliud sunt, quam quędam participationes sacerdotij Christi ab ipso Christo deriuatæ. Ecce probatio clara: cuius etiam claritas magis apparebit, si addas hoc aliud. Scilicet: alioquin, si character sacramentalis non est character Christi. i. deriuatus à Christo ei configurans fideles; tunc character sacramentalis non erit character sacramentalis (vt patet ex data diffinitione characterum sacramentalium).

Iᵐ de minori.

Sed consignatio. 2. Deputans ad cultum diuinum militantis Ecclesiæ. §. vt constat in textu corp. ly secundò deputatur autem quisque fidelis ad &c. Tune nihil, &c. Nam maior loquitur de consignatione in alio sensu, s. qua quis

## ARTICVLVS III.

### *Vtrum character sacramentalis sit character Christi.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd character sacramentalis non sit character Christi. Dicitur enim Eph. 4. Nolite contristare Spiritumsanctum Dei, in quo signati estis: sed consignatio importat in ratione characteris. ergo character sacramentalis, magis debet attribui Spirituisancto quàm Christo.

¶ 2 Præt. Character habet rationem signi: est autem signum gratiæ, quæ per sacramentum confertur: gratia autem infunditur animæ à tota Trinitate. vnde dicitur in Psal. 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. ergo videtur, quòd character sacramentalis non debeat specialiter attribui Christo.

¶ 3 Præt. Ad hoc aliquis characterem accipit, vt eo à cæteris distinguatur: sed distinctio sanctorũ ab alijs, fit per charitatem, quæ sola distinguit inter filios regni, & filios perditionis, vt August. dicit 15. de Trinit. vnde & ipsi perditionis filii characterem bestiæ habere dicuntur, vt patet Apocal. 13. Charitas autem non attribuitur Christo, sed magis Spirituisancto, secundùm illud Roman. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritumsanctum, qui datus est nobis, vel etiam patri, secundùm illud 2. ad Corinth. vlt. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei. ergo videtur, quòd character sacramentalis, non sit attribuendus Christo.

SED CONTRA est, quòd quidam sic definiũt characterem. Character est distinctio, à charactere æterno impressa animę rationali, secundùm imaginem consignans trinitatẽ creatam Trinitati creanti, & recreanti, & distinguens à non configuratis secundùm statum fidei: sed character æternus est ipse Christus, secundùm illud Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura, vel character substãtię eius. ergo videtur, q character sit propriè attribuendus Christo.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut ex supradictis patet*) character propriè est signaculum quoddam, quo aliquid insignitur, vt ordinatum in aliquem finem, sicut charactere insignitur denarius ad vsum commutationum, & milites charactere insigniũtur, quasi ad militiam deputati. Homo autem fidelis ad duo deputatur. Primo quidem, & principaliter, ad fruitionem gloriæ. & ad hoc insignitur signaculo gratiæ, secundùm illud Ezech. 9. Signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium. Et Apocal. 7. Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Secundo autem, deputatur quisque fidelis ad recipiendum, vel tradendum aliis ea, quæ pertinent ad cultum Dei, & ad hoc propriè deputatur character sacramentalis. Totus autem ritus Christianæ religionis deriuatur à sacerdotio Christi: & ideo manifestum est, quòd character sacramentalis specialiter est character Christi, cuius sacerdotio configurantur fideles, secundùm sacramentales characteres: qui nihil aliud sunt quàm quædam participationes sacerdotij Christi, ab ipso Christo, deriuatæ.

[margin: *art. 1. huius quæst.]

AD PRIMVM ergo dicendum, q Apost. ibi loquitur de configuratione, secundum quam aliquis deputatur ad futuram gloriam, quæ fit per gratiam: quę Spirituisancto attribuitur, inquãtum ex amore procedit, q Deus nobis aliquid gratis largiatur, quod ad rationem gratiæ pertinet. Spiritus autem sanctus amor est: vnde & 1 ad Cor. 12. dicitur, Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus.

AD secundum

quis deputatur ad futuram gloriam. Quæ quidem cùm fiat per gratiam, Spirituisancto attribuitur &c. vt in tex.

2ᵐ de maiori. Signt. ℞. Configuratiui alicui principali; apud quẽ residet authoritas eius, ad quod aliquis deputatur. §. Loquẽdo. i. de charactere formaliter. i. de charactere secundũ rationem characteris. i. de charactere, vt character est. Tunc nihil, &c. Nam quando in minori dicitur ly est autem signũ gratiæ, quæ per sacramentũ confertur, transitur ad loquendum de charactere in alio sensu. s. vt res est. Character. n. sacramentalis est res respectu &c. vt i tex.

3ᵐ de maiori. Distinguitur. ℞. In ordine ad cultum diuinũ militantis Ecclesiæ. §. Vt constat &c. vt in ad primum. Tũc nihil, &c. Nam minor loquitũ de signo distinctiuo in alio sensu. s. in ordine ad vitam æternam. Charactere enim distinguitur aliquis ab alio per &c. vt in textu.

Ad secundum dicendum, q̃ character sacramentalis est res respectu sacramenti exterioris, & est sacramentum respectu ultimi effectus; & ideo dupliciter potest aliquid characteri attribui. Vno modo, secundum rationem sacramenti, & hoc modo est signum inuisibilis gratiæ, quæ in sacramento confertur. Alio modo, secundùm propriam rationem characteris: & hoc modo est signum configurãtiuum alicui principali, apud quem residet auctoritas eius, ad quod aliquis deputatur: sicut milites, qui deputantur ad pugnam, insigniuntur signo ducis, quo quodammodo ei configurãtur. Et hoc modo illi, qui deputantur ad cultum Christianum, cuius auctor est Christus, characterem accipiũt, quo Christo configurãtur: vndè propriè est character Christi.

Ad tertium dicendum, quòd charactere distinguitur aliquis ab alio per comparationem ad aliquem finem in quem ordinatur, qui characterem accipit: sicut dictum est * de charactere militari, quo in ordine ad pugnam distinguitur miles Regis, à milite hostis. Et similiter character fidelium est, quo distinguuntur fideles Christi à seruis diaboli, vel in ordine ad vitam æternam, vel in ordine ad cultum præsentis Ecclesiæ: quorum primum fit per charitatem, & gratiam vt obiectio procedit, secundum autem fit per characterem sacramentalem: vndè, & character bestiæ intelligi potest per oppositum, vel obstinata malitia, qua aliqui deputantur ad pœnam æternam, vel professio illiciti cultus.

*art. 1. huius q.

APPENDIX.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatũ à scripturis, quod character sacramẽtalis est character Christi. Vt per hoc, quod dicitur Luc. 22. Hoc facite in meam cõmemorationem. His enim verbis Christus instituit Apostolos sacerdotes (vt inquit Concil. Trid. sess. 22. cap. 1. can. 2.): & consequenter, cùm authoritate propria hoc ipsum ageret, isto suo facto demonstrauit; quod sacerdotium Apostolorum deriuabatur à sacerdotio ipsiusmet. Quia uero in sacerdotio imprimitur character (secundũ Concilium Florentinũ, & Tridentinum); ideò tunc commonstrauit Christus; q̃ sacerdotalis, & à simili quilibet sacramentalis, character deriuatũ à seipso: id quod est (vt patet intelligẽti terminos ex tex. corp.) sacramẽtalem characterem esse characterẽ Christi. Itẽ per hoc, quòd dicitur Hebr. 1. Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Nã ibi pro ly figura, Latine, ponitur ly character, Græce: atque ideò expressè ostenditur, q̃ Christus est character æternus. Cùm igitur sacramẽtalis character sit impressio quædam facta à charactere æterno (vt ex eius diffinitione patet in arg. contr.) constat aperte: q̃, secundũ Apostolum ibi, character sacramentalis est character Christi. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus de Christo loquitur, vt est uerbum incarnatum, vt distinguitur à Patre, & Spiritusancto, ac ipsa Trinitate. Denotat autem obliquus casus, auctoritatem in ipso Christo: ita q̃ sensus est, an character sacramentalis sit character, Christo, vt principio configurans, seu consignans characterem ipsum suscipientes, sicut character Romanus cõsignat milites Cæsaris, & Gallicus Regi Francorum, &c.

¶ In corpore, tria sunt. Primo, distinguitur character fidelium in duo genera: secundo, respondetur quæsito: tertio ponitur vnum corollarium.

¶ Quo ad primum, distinguitur character fidelium in characterem ad cœlestem beatitudinem: & characterem ad militantis Ecclesiæ cultum. Ille est charitas, seu gratia: hic est sacramentalis, de quo est sermo. Communio illorum ex communi ratione characteris declaratur. Diuersitas autem ex diuersitate finium, ac actuum manifestatur in litera. Prælibauit autem auctor distinctionẽ hanc, vt clara fieret doctrina sacræ scripturæ, quæ in argumentis discutitur, & ne nouitium ambiguum relinqueret, aut suspensum.

¶ Quo ad secundum conclusio responsiua quæsito est, Character sacramentalis, est character Christi. Probatur, Character sacramentalis est ad recipiendum, & dandum ea, quæ sunt cultus Christiani. ergo est specialiter, character Christi. Probatur consequentia: quia totus ritus Christianæ religionis deriuatur à Christi sacerdotio, cui configurantur fideles.

¶ Nota hic, quàm formalis sit doctrina Auctoris, dum de cultu Christianæ religionis tractans, in Christum caput, non secundum quamcunque illius conditionem, sed secundum sacerdotium reducit characterem Christiani cultus: sacerdotis enim est principatus cuiusque religionis tam ueræ quàm falsæ.

¶ Quo ad tertium, corollariũ est. Characteres sacramẽtales sunt participationes quædã sacerdotij Christi: ex eo. n. q̃ character sacrãlis est Christi sacerdotis character, consequens est, vt sit quædã diminuta imitatio ordinata ad actus spectantes ad Christi sacerdotium: quod est esse participationem sacerdotij Christi. Baptismali siquidem charactere à Christi sacerdotio habet homo formaliter, & esse membrum Christianæ religionis, & esse capacem reliquorum sacramentorum à Christi sacerdotio deriuatorum. Et simile proportionaliter est de aliorum sacramentorum characteribus.

*Bona. 4. s. d. 6 q. 3. ar. 1. Scot 4. sent. d. 6. q. 11. Richar. 4. s. d. 5 q. 1. Duran. 4. sen. d. 4 q. 1. Sot. 4. s. d. 1. q. 4. art. 4. Capr. 4. d. 4. q. 1. concl. 2. & 3.*

22 4 d 4. q 1. ar. 1. corp. Et artic. 3. q. 3.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrum character sit in potentiis animæ sicut in subiecto.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd character nõ sit in potentiis animæ sicut in subiecto. Character enim dicitur esse dispositio ad gratiam: sed gratia est in essentia animæ, sicut in subiecto, vt in secunda parte dictum est. * ergo videtur q̃ character sit in essentia animæ, non autem in potentiis.

*p. 2. q. 110 art. 4.

¶ 2 Præt. Potentia animæ non videtur esse subiectum alicuius, nisi habitus, vel dispositionis: sed character (vt dictum * est) non est habitus, vel dispositio, sed magis potentia, cuius subiectũ non est nisi essentia animæ. ergo videtur, q̃ character nõ sit, sicut in subiecto in potentia animæ, sed magis in essentia ipsius.

* art. 2. huius q.

¶ 3 Præt. Potentiæ animæ rationalis distinguuntur per cognitiuas, & appetitiuas: sed non potest dici quòd character sit tantum in potentia cognitiua, neque etiam tantum in potentia appetitiua (quia non ordinatur, neque ad cognoscendum tantum, neque ad appetendum) similiter etiam non potest dici, quòd sit in vtraque, quia idem accidens non potest esse in diuersis subiectis. ergo videtur q̃ character non sit in potentia animæ sicut in subiecto, sed magis in essentia.

Sed contra est, q̃ (sicut in præmissa definitione * characteris continetur) character imprimitur animæ rationali secundùm imaginem: sed imago Trinitatis in anima, attenditur secundum potentias. ergo character in potentiis animæ existit.

*art. præc. in arg. sed contra.

Respon. Dicendum, quòd (sicut dictum * est) character est quoddam signaculum, quo anima insignitur ad suscipiendum, vel aliis tradendum ea, quæ sunt diuini cultus. Diuinus autem cultus in quibusdam actibus consistit. Ad actus autem propriè ordinantur potentiæ animæ, sicut essentia ordinatur ad esse. Et ideo character non est sicut in subiecto

*ar. præce.

SVPER Q. IIII. Aliàs 63. Art IIII.

COncl. Character non fundatur in essentia animæ, sicut in subiecto; sed in potentia animæ.

¶ Prob. Quia character ordinatũ ad aliquod cõsistens in actibus (puta, ad cultũ diuinũ): & ad actus propriè. i. immediate ordinãtur potentiæ animæ, nõ essentia eius (vt patet.). Pri-

**1^m de maiori.** Dispositio. ℞. Remota. § Tunc nihil &c. Subiectum enim alicui accidenti attribuitur secundum rationem &c. vt in tex.

**2^m maior.** Potentia animæ non videtur esse subiectum, nisi habitus vel dispositionis. ℞. Negatur. §. Nam ipsa potētia est etiam subiectum potentiæ spiritualis ab extrinseco aduenientis, i. characteris licet non sit subiectum potentiæ naturalis.

**3^m de minori.** Non potest dici; ꝙ character sit tantum in potentia cognitiua ℞. Negatur. §. Nam character ordinaē ad ea, quæ sunt diuini cultus, &c. vt in tex. Ex quo breuib. diffinire potes diuinū cultū sacrū ilem. Vt si dicas. Quid est diuinus cult^9 sacr ilis, seu cult^9 ad quē ordinaē character? Est quædā protestatio fidei per exteriora signa. Oīa ergo opera diuini cult^9 exterioris consistunt in fide; inquantum scilicet omnia aliquo modo tēdunt ad protestandum fidē. Impugnantes ergo cultū diuinū hunc exteriorē (vt hæretici) impugnant fidem ex consequenti: & amplectentes reuerenter eundem cultum (vt catholici) per hoc ex consequenti amplectuntur reuerenter fidem.

subiecto in essentia animæ, sed in eius potentia.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ subiectū alicui accidenti attribuitur sm rationem eius ad quod propinquè disponit: non autem sm rationem eius, ad quod disponit remotè, vel indirectè. Character autem directè quidem, & propinquè disponit animam ad ea, quæ sunt diuini cultus exequenda, & quia hæc idoneè nō fiunt sine auxilio gratiæ, quia (vt dicitur Ioan. 4. Eos, qui adorant Deum, in spiritu, & veritate adorare oportet) ex consequenti diuina largitas recipientibus characterem, largitur gratiam, per quam dignè impleant ea, ad quæ deputatur. Et ideo characteri magis est attribuendum subiectum, secundùm rationem actuum ad diuinum cultum pertinentium, quàm secundum rationem gratiæ.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ essentia animæ est subiectū potentiæ naturalis, quæ ex principiis essentiæ procedit, talis autem potentia non est character: sed est quædam spiritualis potentia, ab extrinseco adueniens: vnde sicut essentia animæ, per quā est naturalis vita hominis, perficitur per gratiam, qua anima spiritualiter viuit: ita potentia naturalis animæ perficitur per spiritualem potentiam, quæ est character. Habitus enim & dispositio pertinent ad potentiam animæ: eo quòd ordinantur ad actus, quorum potentiæ sunt principia. Et eadem ratione omne, quod ad actum ordinatur, est potentiæ tribuendum.

Ad tertivm dicendū, ꝙ sicut dictum est * character ordinatur ad ea, quæ sunt diuini cultus. Qui quidem est quędam fidei protestatio per exteriora signa. Et ideo oportet, quòd character sit in cognitiua potentia animæ, in qua est fides.

*in cor. ar.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum à scripturis; quod character est in potentia animæ. Vt per ly videmus nunc per speculum in ęnigmate. 1. Cor. 13. Vbi loquitur de fide, eamque vocat visionem per ly videmus; per quod declarat, fidē esse in potentia animæ visiua, & hæc in superiori parte (de qua ibi loquitur Apostolus: vt patet in contextu) non est nisi intellectus. Ex eo enim quod ponit explicite fidem in intellectu, sequitur quod in ipso intellectu ponat implicite fidei protestationem Nam protestatio fidei, secūdum quod de ea loquimur, est ibi; vbi est fides, quam protestatur: id quod textus in ad tertium insinuat per ly & ideò oportet. Cùm igitur character sit quædam protestatio fidei, inquantum ordinatur ad ea, quæ sunt diuini cultus; sequitur ꝙ & ipse sit, vbi est fides, i. in potētia intellectiua. Secūdò vides: qđo ex ijs bene pēsatis & applicatis, doctrina pręsens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

ARTI-

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio. Character est subiectiue in potentia animæ. Probatur Character est signaculum, quo anima insignitur ad recipiendum, vel tradendum ea, quæ sunt cultus Christiani, ergo ordinatur ad actus, ergo est potentia animæ. Prima consequentia (quæ non nisi implicite in litera habetur) probatur ex eo, quòd cultus diuinus in actibus consistit. Secunda autem, quia potentia animæ ordinatur ad operari, sicut essentia ad esse.

¶ In responsione ad primum aduerte distinctionem in literā positam, de eo, ad quod disponit character. s. vel propinque, vel remote, & quod proxime disponit ad actus Christianæ religionis: remote autem disponit ad gratiam. Et hoc probatur in litera: quia ad hoc disponit ex consequenti. Et tu potes addere, quia disponere ad gratiam est communis conditio sibi, & multis alijs: multa enim alia disponunt ad gratiam (vt patet) & non est de numero propriorum sibi.

¶ Et hæc si retinueris, videbis vanum esse laborem Scoti in vlt. quæst. dist. 6. 4. sent. procedentis ex eo, quòd dispositio ad formam numquàm est in posteriori naturaliter susceptiuo: hoc enim falsum esse constat de dispositione, non proxime, sed remote. Potest enim res, quæ non nisi remote, & ex consequenti est dispositio ad gratiā (quæ in essentia animæ ponenda est) poni in quacumque potentia animæ, immo etiam in membris exterioribus, huiusmodi enim dispositiones (vt in litera dicitur) non vēdicant sibi subiectum ex eo, ad quod remote disponunt, sed ex eo ad quod proxime disponunt.

¶ Caue hic, ne dicta de charactere intelligas dicta de sacramentis characterem imprimentibus, & incidas in foueam, putans quod sacramenta huiusmodi conferant gratiam ex consequenti, sintque principaliter causæ characterum, & ex consequenti gratiæ: quia character, vt in litera dicitur, non proxime, sed ex consequenti dispositio est ad gratiam. Recolito superius habitæ doctrinæ, quod scilicet gratia est principalis sacramentorum effectus, & character est effectus secundarius, & perspice non literæ attribuere sacramento conditionem characteris: cum hoc enim quod character est remote & ex consequenti dispositio ad gratiam, stat quod gratia sit principalis effectus sacramenti; tunc enim gratia non esset principalis effectus sacramenti, si solum daretur per sacramentum, vt sequela ad characterem: quæ phantasia procul sit a te: baptismus namque est principaliter lauacrum regenerationis in filios Dei, in mēbra Christi: & secundario impressiuus characteris, & confert gratiam ex primo principaliter, & præter hoc habet vnde confert gratiam ex consequenti, scilicet propter characterem, ita quod character naturali ordine est effectus gratiæ, per quam aliquis fit Christianus formatus; prius enim natura est esse, quod spectat ad gratiam, quàm posse, quòd est characteris: & cum hoc est dispositio ex consequenti ad gratiam, pro quanto ad posse donatum a Deo, comitatur antecedenter vel consequenter largitio bene posse.

¶ Et bene nota, quòd character non ponitur dispositio ad gratiā absolute: sed character secundum rationem suæ causæ, scilicet diuinæ largitatis, ponitur dispositio ad gratiam. Diuinæ siquidem largitatis ratio habet vt cui dat posse, det bene posse: hac enim ratione character ponitur dispositio ad gratiam, vt patet in hac litera. Et cū hæc seruaueris, Durandi obiectiones in 4. dist. 4. q. 1. spernes.

¶ In responsione ad tertium, dubium ex Scoto occurrit in prædicta vltima quæstione, ponente characterem in voluntate: tum, quia est dispositio ad gratiam, quæ est in voluntate, quia gratia est idem quod charitas: tum quia si character est signum, vel fundamētum obligationis animæ ad Deum, rationabile est quod ponitur in illa potentia, cuius primo est obligare, vel esse rationem obligandi: talis autem est voluntas, quia pręcise per actum eius aliquis se obligat principaliter: reliqua enim concurrentia ad obligationem, non sunt nisi quædam præambula, aut signa.

Ad hoc dicitur, quod auctor, & inferius in sequenti articulo in responsione ad secundum, probat characterem non esse in voluntate: quia character est vis instrumentalis: ac per hoc consistit in moueri ab alio, voluntatis vero est, mouere seipsam ad operandum: dissonat igitur conditio characteris a conditione voluntatis. Et hic probat characterem esse in intellectu: quia actus ad quos proxime disponit, scilicet recipere, vel tradere ea, quæ sunt Christiani cultus, sunt quædam fidei protestationes. Vnde ad primam Scoti obiectionem non oportet aliter respondere: quia iam dictum est, quod characteri non assignatur subiectum, ex eo quod est dispositio ad gratiam quia remote ad eam disponit.

¶ Ad secundum autem dicitur, primo, quod cōditionalis assumpta est falsa: quia non est necessaria, quia cum veritate antecedentis stat quod character sit in illa potētia cuius sunt primo actus operationes, ad quas character obligat, quæ est primo obligatiua. Dicitur secundo, quod antecedēs potest dupliciter intelligi, quod character sit obligatiuus vel proxime, vel ex consequenti. Et quod character per se, & proxime, non est quid obligatiuum, sed professiuū Christiani cultus, & fidei, & propter huiusmodi professionem obligat, quod est ex sequenti obligare: character enim in anima monstrat animam Christianæ religionis, ac per hoc obligatam Christo, & non econtra, sicut character militaris monstrat militem Romanum, & ideo obligatum Cæsari. Argumentum autem vtitur antecedente in primo sensu, in quo etiam, vt prima testatur responsio, falsam constituit conditionalem.

¶ Circa eandem respōsionem dubium aliud occurrit, de ratione

assignata

assignata in litera, s. quia diuinus cultus est quædam fidei protestatio per exteriora signa, ideo character est in intellectu, in quo est fides. Si enim characteri assignandum est subiectum ex cultu diuino, ad quem proximè disponit, consequens est ut subiectum eius sit illudmet quod est subiectum proprij, & proximi principij ipsius cultus, magis quam illud, quod est subiectum principij communis, remoti eiusdem cultus: sed proprium, proximumque cultus Dei principium est religionis virtus, quæ est in uoluntate. ergo character, qui potentia est ad recipiendum, vel tradendum ea, quæ sunt cultus, est in uoluntate, & non in intellectu, in quo est fides, quæ remotum est principium cultus, quia mediante religione, est commune, quia fides operatur mediante ea, quæ sunt multarum virtutum: puta spei, charitatis, religionis, &c.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ characterem conuenire in subiecto cum fide magis quam cum religione, ex duobus sumi potest: Primo ex eo, quod tam fides, quam character inter principia religionis computatur uniuersa namque religio fisa est fidei, & quædam fidei protestatio: ex religione namque profitetur quilibet fidem suam. Character quoque cum potentia sit actiua, vel passiua actiuam religionis, principij rationem habet. secundo ex eo, ꝙ tam fides quàm character respicit diuinum cultum secundum id, quod est: religio autem respicit diuinum cultum secũdum rationem boni. est enim religio uirtus moralis, cuius est reddere hominem bonũ, & eius opus bonum efficere: fide enim, & charactere homo potest in actus religionis: religione autem homo bene se habet ad illos. Et hinc fit, vt character respiciat Christianum cultum, vt professio quædam fidei est, & non ut bene, vel male fit, & propterea ad fidei subiectum accedit, & non spectat ad subiectum religionis.

¶ Ad obiectionem autem in oppositum, dicitur, quòd propositio illa: si characteri debetur subiectum ratione cultus, debet potius poni in subiecto principij proximi ipsius cultus, quàm principij remoti eiusdem, uera forte est cæteris paribus: sed hic nõn sunt cætera paria, quia cultus respicitur à principio proximo, prout bene, vel male fit, à qua ratione longe est character, à principio uerò remoto respicitur secundum id, quod est, in qua ratione conuenit character cum fide, quæ est principium remotum, & commune. Et propterea non sequitur, characterem esse in voluntate, in qua est religio. sed concluditur oppositum, s. esse in intellectu, in quo est fides.

¶ Circa eandem responsionem dubium ex Durando in 4. sent. dist. 4. q. 1. occurrit, de subiecto characteris, quòd sit potentia exequutiua: quia virtus perficiens non ad cognoscendum, nec appetendum, sed ad exequendum, debet poni non in intellectu, nec in uoluntate sed in potentia exequutiua: character autem est huiusmodi, vt patet. ergo.

¶ Ad hoc dicitur, quòd characterem esse in alia potentia quàm intellectus, vel uoluntatis, est impossibile: quia quælibet alia potentia est in composito: character autẽ est in anima intellectiua: quod ex eo patet, quòd est perpetuus, remanens in anima separata: in cuius signum si baptizatus, aut ordinatus resurgeret, non rebaptizaretur, aut reordinaretur.

¶ Ad obiectionem autẽ dicitur, ꝙ licet maior sit uera de uirtute, seu habitu, non tamen est uera de potentia: character autem nõ est virtus, aut habitus, sed potentia. licet enim habitus in parte intellectiua sit ad cognoscendum, vel appetendum: potentia tamẽ opposita ad neutrum esse potest, immo debet: quoniam intellectus ipse sufficit pro potentia ad intelligendum, & voluntas pro potentia ad appetendum. Quocirca cũ character sit potentia in parte superiori animæ ad recipiendum, vel tradendum cultum protestãtem fidem, rationabiliter ponitur in subiecto fidei, vt in litera dicitur.

---

Sup. 4. sẽ d. 1. q. 4. art. 5.

# ARTICVLVS V.

*Vtrum character insit animæ indelebiliter.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd character non insit animæ indelebiliter. Quanto enim aliquod accidẽs est perfectiùs, tanto firmiùs inhæret: sed gratia est perfectior quàm character, quia character ordinatur ad gratiam, sicut ad vlteriorem finem: gratia autẽ amittitur per peccatum. ergo multo magis character.

¶ 2 Præt. Per characterem aliquis deputatur diuino cultui, sicut dictũ est. * sed aliqui a cultu diuino transeunt ad contrarium cultum, per apostasiam a fide. ergo videtur, quòd tales amittant characterem sacramentalem.

¶ 3 Præt. Cessante fine, cessare debet & id, quod est ad finem, alioquin frustra remaneret: sicut post resurrectionem non erit matrimonium, quia cessabit generatio, ad quam ordinatur matrimonium. Cultus autem exterior, ad quem character ordinatur, non remanebit in patria, in qua nihil agetur in figura, sed totum in nuda veritate. ergo character sacramentalis non manet in perpetuum in anima, & ita non inest indelebiliter.

SED CONTRA est, quòd Aug. * dicit in 2. contra Parmenianum: non minus hærent sacramenta Christiana quàm corporalis nota militiæ: sed character militaris non repetitur, sed agnitus approbatur in eo, qui veniam meretur ab Imperatore post culpam. ergo nec character sacramentalis deleri potest.

RESPON. Dicendum, ꝙ (sicut dictum * est) character sacramentalis est quædam participatio sacerdotii Christi in fidelibus eius: vt s. sicut Christus habet plenam spiritualis sacerdotii potestatem, ita fideles eius ei configurentur in hoc, ꝙ participant aliquam spiritualem potestatẽ respectu sacramentorum, & eorum quæ pertinent ad diuinum cultum: & propter hoc etiam Christo non competit habere characterem, sed potestas sacerdotii eius comparatur ad characterem, sicut id, quod est plenum, & perfectum ad aliquã sui participationem. Sacerdotium autem Christi est æternum, secundùm illud Psal. 109. Tu es sacerdos in æternũ, secundùm ordinem Melchisedech. Et indè est, quòd omnis sanctificatio, quæ fit per sacerdotium eius, est perpetua, re consecrata manente, quod patet etiam in rebus inanimatis: nam ecclesiæ, vel altaris manet consecratio semper, nisi destruatur; cum igitur anima sit subiectum characteris secundùm intellectiuam partem, in qua est fides (vt dictum * est) manifestum est, quòd sicut intellectus perpetuus est, & incorruptibilis, ita character indelebiliter manet in anima.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliter est in anima gratia, & aliter character. Nam gratia est in anima sicut quædam forma habens esse completum in ea: character autem est in anima, sicut quædam virtus instrumentalis, vt suprà † dictum est. Forma autem completa est in subiectum, secundùm conditionem subiecti, & quia anima est mutabilis secundũ liberum arbitrium, quamdiu est in statu viæ, consequens est, ꝙ gratia insit animæ mutabiliter: sed virtus instrumentalis magis attenditur secundùm conditionem principalis agentis, & ideo character indelebiliter inest animæ, non propter sui perfectionem, sed propter perfectionem sacerdotii Christi à quo deriuatur character, sicut quædam instrumentalis virtus.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut * Augustinus dicit ibidem, nec ipsos apostatas videmus carere baptismate: quibus vtique per pœnitentiam redeuntibus non restituitur,

---

SVPER Q. IIII. Aliàs 63. Art. v.

COncl. Character indelebiliter manet in anima.

PROB. primò: Quia character est quædam per sacerdotium Christi in fidelib. sanctificatio. i. deputatio ad diuinum cultũ (vt patet ex prædictis articulis): & omnis sanctificatio, quæ fit per sacerdotiũ Christi perpetuũ, est perpetua; re consecrata manente (vt patet etiã de manimatis). Secundo, quia characteris subiectũ est incorruptibile (vt patet; cùm intellectus sit perpetuus).

1^m illatio conclusionis. Ergo multò &c. R. Negatur illatio. §. Procedit. n. ex præmissis duplicem defectũ concernentibus Quorũ quidem unus est iste. s. ꝙ committunt fallaciã secundum non causam, vt causam. Putant nãque; ꝙ causa delebilitatis, vel indelebilitatis, sit perfectio minor, vel maior: & tamen non est uera huius causa, sed aliud .s. conditio principalis agentis sic mouentis instrumentum. Alter autem præmissarum defectus est iste. s. ꝙ simile iudiciũ, quò ad delebilitatem, vel indelebilitatẽ, putant esse fiendũ de charactere & gratia: & tamen est fiendũ oppositũ. Ratio huius est: quia aliter est gratia in anima, & aliter character. Nam gratia est in &c. vt in tex. Ex quo videre potes quòd dicta a nobis in responso formali continentur uirtualiter sin responsio textuali, & inde pro faciliori captu extracta fuerunt. Id quod & in alijs locis similibus attendere poteris.

2^m conclusio. Videtur; ꝙ tales amittant characterem sacramentalem. R. Si eius motio, seu amissio, pertineret ad hominis voluntatẽ. §. Tunc nihil, &c. Nam

---

Marginalia: 23 4. di 4. q. 1. art 3. q. 4. Eccl. Ro. 7 · * ar. 1. & 2. huius q. · * li. 2. c. 13. à me. to. 7. · * art. 3. huius quæst. · * art. præc. ad 3. arg. · † art. 2. · * li. 1. cõtra Donat. parũ à princ. tom. 7.

Nam characteris amissio non subiacet voluntati hominum. Et huius ratio est; quia character est virtus instrumentalis &c. vt in tex.

3^m de maiori. Cessante fine. 8. Tùm propinquo, tùm vltimo. 5. Tunc nihil, &c. Licet enim in patria cesset characteris finis propinquus. i. exercitium cultus sacramentalis: tamen nunquam ibi cessabit characteris finis vltimus. i. finis illius diuini cultus. Et ideò post hanc vitã remanet character & in bonis &c. vt in tex. Vide simile argumentũ cum responsio in Addition. q. 80. art. 1. ad primum. & q. 16. art. 1. not. post ad primum. Ex quibus iuuaberis pro faciliori notitia præsentis textus, in ly frustra.

† In solut. præced.

...tultur, & ideo amitti non posse iudicatur. & huius ratio est: quia character est virtus instrumentalis, vt dictum † est. Ratio autem instrumenti consistit in hoc, q ab alio moueatur: non autem in hoc q ipsum se moueat, quod pertinet ad voluntatem. Et ideo, quantumcunque voluntas moueatur in contrarium, character non remouetur propter immobilitatem principalis mouentis.

Ad tertium dicendũ, quòd quãuis post hanc vitã non remaneat exterior cultus: remanet tamen finis illius cultus, & ideo post hanc vitam remanet character, & in bonis ad eorũ gloriam, & in malis ad eorum ignominiam: sicut etiam militaris character remanet in militibus post adeptam victoriam, & in his, qui vicerunt, ad gloriam, & in his, qui sunt victi, ad pœnam.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, & Concilijs: q character inest indelebiliter animæ. A scripturis quidem per hoc, quòd dicitur in Psal. 109 Tu es sacerdos in æternum. Ex eo. n. quòd sacerdotium Christi est æternum, sequitur: quod character sacerdotij Christi sit æternus. In ipso autem Christo non est æternus, cùm nec in eo sit aliquis character (vt patet in tex. corp.): ergo in nobis erit æternus. Nam & character in nobis est, art. 1. & character noster est character Christi, ar. 3. Item per hoc, quòd dicitur Leuit. 27. vt in Veritatib. aureis super legem veterem, Leuitic. 27. concl. 5. Tuum tamen erit applicare dicendo; q character dicit quandã consecrationem &c. A Concilijs autem insinuatur idipsum expreßè, videlicet à Florentino & Tridentino, vt recitatur suprà art. 1. 2. append. Secundò vides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina hæc Angelica uicißim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, quòd ly indelebiliter potest dupliciter accipi, vel per negationem omnis potentiæ etiam logicæ, ad deletionem, & sic esset sensus, an character insit indelebiliter, ita quòd implicet contradictionem ipsum deleri, & sic sensus procul est ab intento: potest enim à Deo deleri, desinendo conseruare ipsum: vel per negationem propriæ, seu proximæ naturalis potentiæ ad deletionem, & hic sensus est intentus: non enim quærimus quid possit Deus facere, sed quid suapte natura conueniat characteri.

¶ In corpore est una conclusio: Character indelebiliter manet in anima. Probatur: Omnis sanctificatio, quæ fit per sacerdotium Christi, est perpetua re consecrata manente, sed character sacramentalis est quædam participatio sacerdotis Christi æterni, in eius fidelibus secundum animæ partem incorruptibilem. ergo character indelebiliter manet in anima. Maior & probatur, & declaratur. Probatur quidem: quia sacerdotium Christi est æternum, vt patet auctoritate scripturæ. Declaratur vero ex eo, quòd res inanimatæ consecratæ à ministris sacerdotij Christi, retinent consecrationem, quamdiu sunt, vt patet in Ecclesijs, calicibus, &c. Minor verò quo ad primam partem, declaratur ex duobus. Primo, ex proportionalitate Christi secundum plenam sacerdotij potestatem, & fidelium eius secundum aliquam potestatem respectu sacramentorum, & cultus, &c. Secundo, ex hoc, quòd Christo non conuenit habere characterem. Quo ad secundam autem partem, scilicet æterni, non oportet aliter probari. Quo ad tertiam uerò probatur ex eo, quòd anima est subiectum characteris secundum intellectum.

¶ Aduerte hic, q in minori propositione apposuimus ly æterni propterea quia character habet rationem uis instrumentalis. Constat enim quòd nisi principale agens sit æternum, impossibile est ponere instrumentalem eius virtutem perpetuam.

¶ Aduerte secundo ly re consecrata manẽte: quoniam inde apparet responsio ad Scotum, in 4. sent. dist. 6. q. 9. obijcientẽ ex indelebilitate characteris negationem uirtutis supernaturalis in sacramentis: quia virtus illa nũquam posset corrumpi eodem modo, quo characterem indelebilem Thomas ponit. Respondemus siquidem, quòd virtus in sacramentis existens manẽt quamdiu sacramentum manet, sicut & character durat, quamdiu anima durat: durante siquidem sacramento durat, & virtus illa. Et sicut si cessaret esse anima, desineret & eius character, ita cessante sacramento, cessat virtus in illo. Et quoniam constat sacramenta omnia paululum durare, vtpote habentia verba pro formis, ideo mirum non est si spirituales virtutes eorum crebro esse desinunt.

¶ In responsione ad primum, aduerte rationem Auctoris, ex philosophia non solum principia, sed testimonium ad sensum habere. Videmus enim motum cœlestem durationem ex parte motus sortiri: tantique sit huiusmodi rerum (quarum esse consistit in fieri) duratio ex parte agentis, vt negantes conseruari permanent, & res manu Creatoris concedant huiusmodi res imperfectas posse perpetuari ab agente perpetuo, vt Auerr. in 12. Metaphys. testatur. Et habes in hac litera aliam rationem radicalem huius differentiæ, inter formam habentem esse completum, & formam, quæ est vis instrumentalis, quia s. illa quasi fixa in subiecto, sequitur conditionem subiecti: illa verò quasi defluxus quidam agentis illius sequitur conditionem.

¶ Ad-

Scot. 4 sen. d. 1. q. 4. art. 6. Capr. 4. d. 4. q. 1. conc. & 4.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum per omnia sacramenta nouæ legis imprimatur character.*

24 Inf. q. 72. ar. 5. Et 4. d. 4. q. 1. ar tic. 4. q. 2. & 3. Et q. 3. ar. 2. q. 3 Et d. 7. q. 2 ar. 1. q. 1. & q. 3. art. 2. q. 3. Et d. 23. q. 1. ar. 2. q. 4. * ar. 3. & 5. huius q.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, q per omnia sacramẽta nouæ legis imprimatur character. Per omnia. n. sacramenta nouæ legis, fit aliquis particeps sacerdotii Christi: sed character sacramentalis nihil est aliud quàm participatio sacerdotii Christi, vt dictum * est. ergo videtur q per omnia sacramenta nouæ legis imprimatur character.

¶ 2 Præt. Character se habet ad animam, in qua est, sicut consecratio ad res consecratas: sed per quodlibet sacramentum nouæ legis homo recipit gratiam sanctificantem, † vt suprà dictum est. ergo videtur quòd per quodlibet sacramentum nouæ legis, imprimatur character.

† q. præce. ar. 1.

¶ 3 Præt. Character est res, & sacramentum. In quolibet autem sacramento nouæ legis est aliquid quod est res tantum, & aliquid quod est sacramentum tantũ, & aliquid quod est res, & sacramentum. ergo quodlibet sacramentum nouæ legis imprimitur character.

Sed contra est, q sacramenta in quibus imprimitur character non reiterantur, quòd character est indelebilis, † vt dictum est: quædam autem sacramenta iterantur, sicut patet de pœnitentia, & matrimonio. ergo non omnia sacramenta imprimunt characterem.

Resp. Dicendum, q (sicut suprà * dictum est) sacramẽta nouæ legis ad duo ordinantur. s. in remedium peccati, & ad cultum diuinum. Est autem omnibus sacramentis commune, quòd per ea exhibetur aliquod remediũ contra peccatum, per hoc quòd gratiã conferunt: non autem omnia sacramenta ordinantur directè ad diuinũ cultum: sicut patet de penitentia, per quã homo liberatur à peccato: non autem per hoc sacramentum, exhibetur homini aliquid de nouo, pertinens ad diuinum cultum, sed restituitur in statum pristinum. Pertinet autẽ aliquod sacramentum ad diuinũ cultum tripliciter: vno modo, per modũ ipsius actionis: alio modo, per modum agẽtis: tertio modo, per modum recipientis.

* q. 62. artic. 1. & 5.

SVPER Q. IIII. Aliàs 63. Art. VI.

COncl. Per hæc tria sacramenta. s. baptismum, confirmationem, ordinem, imprimitur character: non autem per alia.

¶ Prob. Quia hæc tria ordinantur directe ad diuinum cultum. i. ad vlterius tradendum, vel recipiendum, aliquid in sacramentis (vt declaratur in tex.): & character est signum in anima ad recipiẽdum, vel alijs tradendum, ea quæ sunt diuini cultus in sacramentis (vt patet artic. 2. 3.). Secunda autem pars. s. non autem &c. probatur. Quia alia sacramenta nõ ordinantur directè ad diuinum cultum. i. ad vlterius recipiendum, vel tradendum, aliquid in sacramentis (vt de Pœnitentia, atque Eucharistia, idẽ de alijs duobus supponendo, declaratur in tex.)

Primum

**1^m de maiori.** Fit aliquis particeps sacerdotij Christi. ℞. Inquãtũ recipit aliquẽ effectũ sacerdotij eius. §. Tũc nihil, &c. Nã character (de quo minor loquiť) est participatio sacerdotij Christi in ampliori sensu. s. inquantũ qs per sacr͞m & recipit aliquem effectũ sacerdotij eius, & deputať ad agendum, vel recipiendũ aliquid pertinens ad cultum sacerdotij eiusdem.

**2^m de minori.** Sanctificantẽ. ℞. A peccato. §. Tunc nihil, &c. Nã vltra hoc, q homo sanctificať à peccato, requiriť in sacr͞is ad imprimendũ characterẽ; quòd homo sanctificetur speciali quadã consecratione (vtpote deputatus ad diuinũ cultum modo dicto).

**3^m de minori.** Quod est res & sacr͞m. ℞. Non tamen eodem modo; quo character est res & sacramẽtum. §. Tunc nihil, &c. Nam esse rẽ & sacramentũ, quocũque modo, non sufficit ad esse characterem: sed oportet esse rem & sacramentũ modo illo, qui dictus est suprà ar. 3. ad secundum.

Per modum quidem ipsius actionis pertinet ad diuinum cultum eucharistia, in qua principaliter diuinus cultus consistit, inquantũ est ecclesiæ sacrificiũ: & per hoc idem sacramentum non imprimiť homini character: quia per hoc sacramentũ non ordinatur homo ad aliquid aliud vlterius agendum, vel recipiendum in sacramentis, cum potius sit finis, & cõsumatio omnium sacramentorũ, vt † Dionys. dicit 3. c. Eccl. hierarch. continet tamen in seipsum Christũ, in quo non est character: sed tota sacerdotii plenitudo. Sed ad agentes in sacr͞is, pertinet sacr͞m ordinis: quia per hoc sacr͞m deputantur homines ad sacr͞a aliis tradenda: sed ad recipiẽtes pertinet sacr͞m baptismi: quia per ipsum homo accipit potestatem recipiendi alia ecclesię sacramenta. vnde baptismus dr͞ esse ianua omnium sacramentorum. Ad idem etiã ordinatur quodammodo confirmatio, vt infra suo loco † dicetur. & ideo per hæc tria sacramẽta character imprimiť, scilicet per baptismum, confirmationem, & ordinem.

† c. 3. eccl. hierar. circa prin. illius.

† q. 72. artic. 5.

Ad primum ergo dicendum, quòd per omnia sacramenta fit homo particeps sacerdotii Christi, vtpotè percipiens aliquem effectum: non tamen per omnia sacramenta aliquis deputatur ad agendum aliquid, vel recipiẽdum, quo pertineat ad cultum sacerdotii Christi: quod quidem exigitur ad hoc, q sacramentum characterem imprimat.

Ad secundum dicendum, q per omnia sacramenta sanctificatur homo, secundum quòd sanctitas importat munditiam à peccato, quæ fit per gratiam: sed specialiter per quædam sacramenta, quæ characterem imprimunt, homo sanctificatur quadam consecratione, vtpotè deputatus ad diuinum cultum: sicut etiam res inanimatæ sanctificari dicũtur, inquantum diuino cultui deputãtur.

Ad tertium dicendum, quòd licet character sit res, & sacramentum, non tamen oportet omne id, quod est res & sacramentum, esse characterem: quid autem sit res, & sacramentum, in aliis sacramentis infrà * dicetur.

*In materia cuiusq; sacr. in speciali.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. habes primò; qũo per rationẽ interimas, tanq̃ in radice, hæreses Anabaptistarũ dicentiũ: q baptizati possunt iterũ baptizari. Et Pauperũ de Lugduno dicentiũ: q sacerdos amittit potestatẽ consecrandi, si mortale cõmiserit. Et Ioãnis Vuiclef (vt refert Cõcil. Constãtiense, sess. 8.) dicentis: q sacerdos, si est in peccato mortali, nõ consecrat. Addũt Valdenses; q non põt conferre Ecclesiastica sacr͞a: & e contra. s. q laici tã viri, q̃ mulieres, qui sint de secta ipsorũ, possunt cõsecrare, & sacr͞ales confessiones audire (vt de hoc illorũ pro laicis dicto refert Direct. Inquisit. 2. par. q. 14.). Articulus. n. præsens ex eo, q in baptismo, & in ordine characterẽ imprimi decernit; oẽs prędictas, ac similes, hæreses radicitùs euellit. Nam charactere dato, cũ sit indelebilis ar. 5. cõstat, necessariò sequi: q neq; baptismus & ordo iterari possunt; neq; baptizatos & ordinatos, etiã criminib. inuolutos posse amittere ptãtes sibi tunc in principio collatas; neq; aliquẽ nõ ordinatũ, vtpote charactere ordinis carentẽ, posse consecrare, confessiones audire, absoluere, aut alia sacerdotalia munia exercere.

2 Secundò habes: qũo per rõnem ostendas, illas meritò damnari ab Heb. 6. Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt &c. & prolapsi sunt, rursus renouari ad pęnitentiã. Per hoc. n. q in lauacro renouationis Spiritussancti (sic. n. solet noiare baptismũ: vt in ad Tit. 3.) nõ admittit Ap͞lus reiterationẽ, monstrat; baptismũ ipsum imprimere characterẽ; & consequenter radicitùs destruit Anabaptistas. Itẽ à Concil. Floren. in Decr. seu constit. super unio. Armen. Inter hęc sacr͞a tria sunt, Baptismus, Cõfirmatio, & Ordo, q̃ characterẽ. i. spirituale quoddã signũ à cæteris distinctiuũ, imprimunt in aĩa indelebile: vnde in eadẽ persona nõ reiteranť. Reliqua verò quatuor characterẽ non imprimũt, & reiterationẽ admittunt. Hæc ibi. Item à Cõcil. Trid. sess. 7. de sacr͞is, can. 9. Si qs dixerit: in tribus sacr͞is. s. Baptismo, Cõfirmatione, & Ordine, nõ imprimi characterẽ in aĩa; hoc est, signũ quoddã sp͞ale, & indelebile: vnde ea iterari nõ possunt; Anathema sit. Hæc ibi. Et sess. 23. c. 4. Qm̃ in sacr͞o Ordinis, sicut in Baptismo, & Confirmatione, character imprimiť, qui nec deleri, nec auferri põt; meritò sancta synodus dãnat eorũ sententiã: qui asserunt noui testamẽti sacerdotes temporariã tm̃modò ptãtẽ hr͞e; & semel rite ordinatos iterũ laicos effici posse, si verbi Dei ministeriũ nõ exerceãt. Hęc ibi. Et sess. 14. c. 6. Declarat sancta synodus: falsas esse, & à veritate Euãgelij penitùs alienas, doctrinas oẽs; q̃ ad alios quosuis hoĩes, p̃ter ep͞os, sacerdotes, clauiũ ministeriũ pniciose extendũt. Docet quoque, etiã sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutẽ Spiritus sancti in ordinatione collatã, tanq̃ Christi ministros, functionẽ remittendi peccata exercere: eosq; praue sentire, qui in malis sacerdotib. hanc ptãtem non esse contendunt. Hæc ibi. Item à Concilio Constantiensi sess. 8. hæresis illa Ioannis Vuiclef, postq̃ inter alias cõnumerata fuit, dãnatur cum authore; cuius ẽt ossa mandanť exhumari, & cremari. Itẽ à Cõcil. Carthagin. primo, c. 1. Gratus ep͞us Carthaginẽsis, qui præsidebat in Concilio dixit. Ergo, si vobis placet, consideremus primum titulũ rebaptizationis. Vnde sanctitatẽ vestrã postulo: vt mentis uestræ placita producatis. Si descendentẽ in aquã, & interrogatũ in Trinitate s͞m Euangelij fidẽ & Apostolorum doctrinam, & confessum bonam confessionem in Deum, liceat iterum interrogari in eadem fide, & in aqua iterum tingi? Vniuersi Ep͞i dixerunt, Absit, Absit. Illicitas esse sancimus rebaptizationes: & satis esse alienum à syncera fide, & catholica disciplina rebaptizari. Hæc ibi. Quæ, pro quanto præsupponunt necessario characterem, adducta sunt; sicut & alia supradicta. Alioquin alius locus, puta in tractatu infrà de baptismo, dictis illis ad literam planam deberetur.

3 Tertiò uides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corp. vna concl͞o: Per tria sacr͞a tm͞ imprimiť character. Hæc concl͞o quo ad exponentem negatiuam implicitè poniť in lr͞a. Et s͞m se totã in litera implicitè probať, præsupponẽdo supradicta de charactere. s. qđ est potentia ad recipiendum, vel tradendum ea, q̃ sunt diuini cultus. Ex hoc. n. supposito principio procedit Auctor, quasi subsumendo, quædã sacr͞a non spectare directè ad nouũ cultum diuinũ, aut nõ ordinare ad recipiendũ, vel tradendũ: ac per hoc in his non imprimi characterem: vnde distinguit in primis Auctor duos sacr͞orum fines. s. remediũ peccati, & diuinũ cultum. Et in primo oĩa dicit conuenire: in secundo aũt non, quod probat de sacr͞o pęnitentiæ: subdistinguit deinde in tria membra sacr͞a ordinata ad s͞m finẽ, & excluso uno eorũ. s. Eucharistiæ, concludit, reliqua duo genera imprimere characterem. Et clare patet processus in litera.

¶ Aduerte hic, q circa eucharistiæ sacr͞m possunt duo cõsiderari, s. ipsum sacr͞m (qđ nihil aliud est q̃ actio sacr͞alis cõsistens in consecratione materiæ) & põt cõsiderari usus sacr͞i, quo Eucharistia pcipiť à nobis. Et de primo quidẽ, an imprimat characterẽ, sub q̃one cadere non põt: quia actio illa nihil ponit in aĩabus nr͞is: sed ad materiã exteriorem terminatur. De sc͞do aũt Auctor loquiť, reddens rõnem quare nõ imprimit nobis characterẽ, & cũ hoc magnificans ipsum, qđ continet Christum, in quo est fons omniũ characterum.

## QVÆST. IIII. Aliàs 63.

*De causa sacramentorum, in decem articulos diuisa.*

Sot. 4. sent. d. 1. q. 5. ar. 1. Palud. 4. d. 2. q. 1.

Deinde considerandum est de causa sacramentorum, siue per auctoritatẽ, siue per ministerium.

Et circà hoc quæruntur decem.

¶ Primò, Vtrum solus Deus interius operetur in sacramentis.

¶ Secundò, Vtrum institutio sacramentorum sit solum à Deo.

¶ Tertiò, De potestate, quam Christus habuit in sacramentis.

¶ Quartò, Vtrum illam potestatem

### SVPER Q. V. Aliàs 64. Art. 1.

Concl. 1. Solus Deus, per modum principalis agẽtis, operatur interiorem effectum sacramenti.

¶ Prob. Quia & solus Deus illabitur animæ; & gratia est à solo Deo; & ab ipso solo, vt à principali agente, character, qui est virtus instrumentalis, emanat (vt

(vt de his tribus medijs singillatim declaratur in tex.).

¶Concl. 2. Homo, per modum ministri, potest operari ad interiorem effectum sacramenti; inquantum, scilicet operatur per modũ ministri, pro interiori effectu producẽdo à Deo.

¶Prob. Quia eadẽ ratio est ministri ac instrumenti (vtriusque.n. actio &c. vt in tex.).

1^m^ minor. Ad ministros Ecclesiæ pertinet purgare, illuminare, & perficere. ℞. Modo tamen ministris cõuenienti. §. Dicuntur aũt ministri, qui sunt diaconi, purgare inquantum vel &c. vt in tex. Tunc nihil, &c. Nam interior effectus est purgatio, & illuminatio, in alio potiori sẽsu. s. & mundãdo affectũ à peccato, & clarificãdo intellectũ ab ignorãtia; vtrũque horũ videlicet faciendo per infusionẽ gratię. Id quod vtiq; patet cõuenire soli Deo; non autem ministris.

25 Inf. art. 5. Et 4. di 5. q. 2. art. 2. q. 2.

*c. 5. 1. p. per totũ.

2^m^ de concl. I. Maiorem effectum sacramenti cõsequitur ille, qui recipit ipsum à bono ministro. ℞. Si effectus sacramẽti dependeret ab oratione ministri. §. Proposita. s. vel in persona ministri, vt singularis est; vel in psona totius Ecclesiæ. Tunc nihil, &c. Nam sacramentorum effectus interior nõ impetratur oratione Ecclesiæ, vel ministri; sed ex &c. vt in tex. Ex cuius vltimis verbis patet: & q aliud est, operari aliquid annexũ; aliud autem est, impetrare q Deus operetur illud: & quòd horum primum nũquàm conuenit ministro etiã bono, cui tamen potest conuenire secundum.

*Trac. 80. in Io. post med. to. 9.

3^m^ de minori. Res inanimata aliquid operatur. ℞. Instrumentaliter. §. Tũc nihil, &c. Nam & homines ad interiorem effectum operãtur ministerialiter. i. (vt habetur in ad primum) non infundendo gratiam, sed sacramentum gratiæ tradendo.

potuerit aliis communicare.

¶ Quintò, Vtrũ potestas ministerii in sacramentis, conueniat malis.

¶ Sextò, Vtrum mali peccent dispensando sacramenta.

¶ Septimò, Vtrum angeli possint esse ministri sacramentorum.

¶ Octauò, Vtrum intentio ministri requiratur in sacramentis.

¶ Nonò, Vtrum requiratur ibi recta fides: ita scilicet, quòd infidelis non possit tradere sacramenta.

¶ Decimò, Vtrum requiratur ibi recta intentio.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum solus Deus operetur interius ad effectum sacramenti.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q non solus Deus, sed etiam minister interius operetur ad effectum sacramenti. Interior.n. sacramenti effectus est, vt homo purgetur à peccatis, & illuminetur per gratiã: sed ad ministros ecclesię pertinet purgare, illuminare, & perficere, vt patet per Dion. * in 5. c. celest. hierarch. ergo videtur q non solus Deus, sed etiã ministri ecclesiæ interius operentur ad sacramẽti effectũ.

¶ 2 Præt. In collatione sacramentorum, quædam orationum suffragia proponuntur: sed orationes iustorũ sunt magis apud Deũ exaudibiles, quàm quorumcũque, secundũ illud Ioan. 9. Si quis Dei cultor est, & voluntatẽ eius facit, hunc Deus exaudit. ergo videtur q maiorem effectũ sacramenti cõsequatur ille, qui recipit ipsum à bono ministro. sic ergo & minister aliquid operatur ad interiorem effectum, & non solus Deus.

¶ 3 Præt. Dignior est homo, quam res inanimata: sed res inanimata aliquid operatur ad interiorem effectũ: nã aqua corpus tangit, & cor abluit, vt Aug. * dicit super Io. ergo homo aliquid operatur ad interiorem effectum sacramenti, & non solus Deus.

SED CONTRA est, quòd dicitur Rom. 8. Deus est, qui iustificat. Cum ergo interior effectus omnium sacramentorum sit iustificatio, videtur quòd solus Deus operetur interiorem effectum sacramenti.

RESP. Dicendum, q operari aliquem effectũ, contingit dupliciter: vno modo per modũ principalis agentis: alio modo per modum instrũ. Primo igitur modo, solus Deus operatur interiorem effectũ sacramẽti, tum quia solus Deus illabitur animæ, in qua sacramenti effectus existit: non autem potest aliquid immediatè operari, vbi non est: tum quia gratia, quæ est interior sacramenti affectus, ꝗ est à solo Deo, vt in secunda parte dictum * est. Character etiam qui est interior quorundã sacramentorum effectus, est virtus instrumentalis, quæ manat à principali agẽte, quod est Deus: secundo autẽ modo, homo potest operari ad interiorem effectũ sacramenti, inquantũ operatur per modũ ministri: nam eadem ratio est ministri & instrumẽti: vtriusque enim actio exterius adhibetur: sed sortitur effectum interiorẽ ex virtute principalis agẽtis, quod est Deus.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q purgatio, sm q attribuitur ministris ecclesię, non est à peccato: sed dicuntur diaconi purgare, inquantum, vel immundos eiiciunt à cętu fidelium: vel eos sacris admonitionibus disponunt ad sacramentorũ receptionem. Similiter etiam sacerdotes illuminare dicuntur sacrum populum: non quidem gratiam infundendo, sed sacramenta gratiæ tradendo, vt patet per Dionysium * ibidem.

AD SECVNDVM dicendum, q orationes, quæ dicuntur in sacramẽtorum collatione proponũtur Deo, non ex parte singulari personæ, seu ex parte totius ecclesiæ, cuius preces sunt apud Deum exaudibiles, secundũ illud Matth. 18. Si duo ex vobis consenserint super terrã, de omni re quamcũque petierint, fiet illis à patre meo. Nihil tamen prohibet, quin deuotio viri iusti ad hoc aliquid operetur: illud tamen quod est sacramẽti effectus, non impetratur oratione ecclesiæ, vel ministri, sed ex merito passionis Christi, cuius virtus operatur in sacramentis, vt dictum * est. vnde effectus sacramenti non datur melior per meliorem ministrum. Aliquid tamen annexum impetrari potest recipienti sacramentum, per deuotionem ministri: nec tamen minister illud operatur, sed impetrat operandum à Deo.

AD TERTIVM dicendũ, q res inanimatæ non operãtur aliquid ad interiorem effectum, nisi instrumentaliter, vt dictum * est. Et similiter homines non operãtur ad sacramentorum effectum, nisi per modum ministerii, vt dictum est.

ARTI-

APPENDIX.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem internas hæresim Albanensiũ dicẽtiũ, q homo potest ex se dare Spiritumsanctũ. Si n. homo non potest ex se, adhibito etiã sacramento, operari interiorem effectum i. gratiam Spiritussancti, sed tantum ad ipsum effectum operatur ministerialiter (vt dicit tex. ad tertium): multo magis, vtiq; homo non poterit ex se dare Spiritum sanctũ. Articulus ergo iste contra illam hæresim non solum pugnat, ipsamque expugnat: sed etiam hoc facit, à fortiori. Secundò habes: quomodo per rationẽ, ostendas hanc merito damnari à Psal. 83. gratiam & gloriam dabit Dominus. Per hoc.n. mõstrat Psalmus: quod gratiam Spiritussancti, cum qua datur & Spiritussanctus, Roman. 5. potest ex se dare solus Dominus. Item a Roman. 8. Deus &c. vt ponitur cum discursu in argum. contr. Iustificare enim ex se. i. per authoritatem suam (quod intendit Apostolus) est, ex se dare Spiritũsanctum: & hoc. i. sic iustificare, cõuenit soli Deo, secundũ eundem Apostolum ibi. Item à 1. Corin. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed De^9^ incrementũ dedit. Itaque neque qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat; sed, qui incrementum dat, Deus. Si enim homo plantãs, & rigans non est aliquid. s. quo ad interiorẽ effectum, qui est illud incrementum, inquantũ. s. homo ille neque creat, neque infundit gratiã: vtique homo talis multò minus dabit ex se Spiritũsanctum. Item à dictis in pri. par. q. 43. artic. 8. Elucid. & in 1. 2. articulorũ, num. 596. Elucid. Tertio vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina hęc Angelica vicissim declaretur, atq; cõfirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

D. 680. *p. 2. q. 112 art. 1.

*loco citato in arg.

* q. 62. 2.

3 * In corp. art.

Ibid.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶In corp. vna ponitur distinctio bimembris cũ duab. conclusionibus singulis, iuxta singula mẽbra, distinctio est: Operari effectũ cõtingit, vel per modum principalis agentis, vel per modum instrũ. Prima cõclusio est solus Deus primo modo operatur effectũ interiorem sacri. Et probatur dupliciter, vt patet clare in litera. Secunda verò cõclusio est: Homo potest operari ad interiorẽ effectum sacri secundo modo. Et probatur: quia minister habet rationem instrũ, &c.

¶Aduerte hic, q cum in litera dr, Solus Deus est causa gratiæ, intelligas de causa principali: quia de illa est sermo in prima concl. pro qua hoc dr, & superius determinatũ est sacramenta causare instrumentaliter gratiam. Et hic in secunda concl. dicitur, hominem ministerialiter causare interiorem effectum sacramenti, eadem ratione, qua sacramentum est causa gratiæ: quoniam ministro virtus Deus,

Deus, sicut, & sacramentali locutione, vt instrumento ad causandũ interiorẽ effectum sacramenti. Immo una, eademq́; vis instrumentalis perfecta in sacramento, & ministro: sicut in verbis, & rebus, ratione: quia minister non nisi ut necessario requisitus ad perfectionẽ sacramenti concurrit. Omnibus autem requisitis ad perfectionẽ sacramenti, vtitur principale agens (quod est Deus) vt partialib. concurrentibus ad perficiendum sacramentum unum: quod est uti eis vt partialibus concurrentibus ad perfectionem instrumenti unius: in vno vero instrumento, quotcunque requirat partialia, vna, eademque perfecta virtus instrumentalis ponenda est.

¶ In responsſ. ad secundum, dubium occurrit, an gratiæ intensior gradus comprehendatur sub annexis, quæ per deuotionem ministri impetrari possunt recipienti sacramentũ. Et est ratione dubij: quia si comprehenditur sub annexis, sequitur præcedentia uerba literæ (scilicet effectus sacramenti non datur melior per meliorẽ ministrum) esse falsa: quoniam si ex deuotione ministri, intensior gratia daretur baptizato, vt absoluto, constat quòd melior effectus daretur per meliorem ministrum, cum gratia ipsa sit effectus sacramenti. In oppositum autem est, quòd nulla ratio apparet, quare alia dona Dei possunt habere rationem annexi impetrabilis per deuotionem ministri, & maioritas gratiæ non possit habere rationem annexi huiusmodi. Potest enim deuotus minister hoc, sicut & alia, à diuinæ misericordiæ largitate impetrare.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum minister sacramenti non sit deterioris conditionis ministrando sacramentum, quàm si non ministraret, & similiter recipiens non sit ex receptione deterioris conditionis, nec diuina largitas ex hoc quòd impedit sacramentum arctetur, consequens est, vt possit minister impetrare maiorem gratiam recipienti sacramentum, quàm sit illa quæ regulariter per sacramentum datur, aut quæ illi seclusa ministri deuotione daretur, sicut posset eandem maiorem gratiam extra ministerium sacramenti impetrare, ac per hoc maioritas gratiæ potest habere rationem annexi impetrabilis ex ministri deuotione. Nec propterea sequitur, quòd maior, seu melior effectus sacramenti detur per meliorem ministrum: quoniam maioritas illa impetrata non haberet rationem effectus sacramenti, sed rationem annexi effectui sacramenti, & esset effectus à solo Deo concomitanter ad sacramentum, impetratus ex deuotione ministri.

---

Scot.4 sẽ.d.1.q.5.art.2.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum sacramenta sint solum ex institutione diuina.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd sacramenta non sint solum ex institutione diuina. Ea enim quæ sunt diuinitùs instituta, traduntur nobis in sacra scriptura: sed quædam aguntur in sacramentis, de quibus nulla fit mentio in sacra scriptura, puta de chrismate quo homines confirmantur, & de oleo, quo sacerdotes inunguntur, & de multis aliis tam verbis quàm factis, quibus vtimur in sacramentis. non ergo sacramenta sunt solum ex institutione diuina.

¶ 2 Præt. Sacramenta sunt quædam signa: res autem sensibiles naturaliter quædam significant, nec potest dici quòd Deus quibusdam significationibus delectetur, & non aliis: quia ipse omnia quæ fecit, approbat. Hoc autem proprium videtur esse dæmonum, vt quibusdam signis ad aliquid alliciantur: dicit enim August.* 21. de ciuitate Dei: illiciuntur dæmones per creaturas, quas non ipsi, sed Deus condidit, delectabilibus pro sua diuersitate diuersis, non vt animalia cibis, sed vt spiritus signis. non ergo videtur ꝙ sacramenta indigeant esse ex institutione diuina.

¶ 3 Præt. Apostoli vicem Dei gesserunt in terris: vnde Apostolus dicit secundæ ad Corint. 2. nam, & ego quòd donaui, si quid donaui propter vos in persona Christi, id est, ac si ipse Christus donasset. sic ergo videtur quòd Apostoli, & eorum successores possint noua sacramenta instituere.

SED CONTRA est, quòd ille instituit aliquid, qui dat ei robur, & virtutem, sicut patet de institutoribus legum: sed virtus sacramenti est à solo Deo, vt patet † ex prædictis. ergo solus Deus potest instituere sacramentum.

RESP. Dicendum, quòd (sicut ex supradictis † patet) sacramenta instrumentaliter operantur ad spiritua les effectus: instrumentum autem habet virtutem à principali agente. Agens autem respectu sacraméti est duplex, s. instituens sacramentum, & vtens sacramento instituto, applicãdo s. ipsum ad inducẽdum effectum. Virtus autem sacramenti non potest esse ab eo, qui vtitur sacraméto: quia non operatur nisi per modũ ministerii: vnde relinquitur, ꝙ virtus sacramenti sit ab eo, qui instituit sacramentum. cum igitur virtus sacramenti sit à solo Deo, consequens est, quòd solus Deus sit sacramentorum institutor.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ illa, quæ aguntur in sacramentis per homines instituta, non sunt de necessitate sacramenti: sed ad quandã solennitatem, quæ adhibetur sacramentis, ad excitandam deuotionem, & reuerentiam in his, qui sacramenta suscipiunt. Ea verò, quę sunt de necessitate sacramenti, ab ipso Christo instituta sunt, qui est Deus, & homo. & licet non sint omnia tradita in scripturis, habet tamen ea ecclesia ex familiari Apostolorum traditione: sicut Apost. dicit primæ ad Corin. 11. Cætera cum venero, disponam.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ res sensibiles aptitudinem quandam habent ad significandum spirituales effectus ex sui natura: sed ista aptitudo determinatur ad specialem significationem ex institutione diuina, & hoc est quod Hugo* de Sãcto Vict. dicit, ꝙ sacramentum ex institutione significat. Prælegit tamen Deus quasdam res aliis ad significationes sacramentales, non quia ad eas contrahatur eius* effectus, sed vt sit conuenientior significatio.

AD

---

SVPER Q. V. Aliàs 64. Art. II.

26 CONCL. Solus Deus est institutor sacramentorum.

¶ PROB. Quia virtus sacramenti est à solo Deo (vt patet art. 1.): & virtus sacraméti non potest esse nisi ab eo, qui instituit sacramentum (vt patet à sufficienti diuisione: quoniam tal is virtus non potest esse ab eo, qui vtitur sacramento).

1^m maior. Ea, quę sunt diuinitus instituta, traduntur nobis in sacra scriptura. R. Vel habentur ab Ecclesia ex familiari traditione Apostolorũ.

§. Tunc nihil, &c. Nam illa, de quibus loquitur minor, pro quanto sunt de necessitate sacramenti, habẽtur ex traditione Apostolorum; quòd scilicet sunt diuinitus instituta, non autem ꝙ ipsi instituerint (vt patet in ad tertium).

¶ NOT. Quãti sint faciẽdę traditiones Apostolorum etiã non scriptæ, vtpote quæ ipsi eas à Deo sic, vel sic, seruandas habuerint; docet Concilium Triden. sess. 4 dicens, Sacrosancta generalis Tridentina Synodus perspiciens hanc ueritatem & disciplinam cõtineri in libris scriptis, & sine scripto traditionibus; quæ ex ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis Spiritusancto dictãte, quasi per manus traditæ, ad nos vsque peruenerũt; Orthodoxorũ Patrum exempla secuta omnes libros tã veteris, quàm noui, Testamenti (cùm vtriusque unus Deus sit author) necnon traditiones ipsas tùm ad fidem, tùm ad mores pertinentes, vel tãquàm oretenus à Christo, vel à Spiritusancto dictatas, & continua successione in Ecclesia catholica conseruatas, pari pietatis affectu, ac reuerentia suscipit, & ueneratur, &c. Si quis autem traditiones prædictas sciens, & prudens contempserit; anathema sit. Hæc ibi. Item ex libro 3. historiæ Ecclesiasticæ, de B. Ignatio legitur. Omnes Asię ciuitates, ad quas peruenisset, Euãgelicis cohortationibus edocebat in fide persistere, & obseruare se ab hæreticorum contagijs, qui tùm primo copiosius cœperant pullulare. Hortabatur etiam, vt diligentius ac tenacius Apostolorum traditionibus inhærerent. Hæc ibi. Item ex libro 1. historiæ tripartitæ, de Sancto Antonio legit. Nũquàm schismaticorum se miscuit cõmunioni. Sic Arrianos, aliosque hæreticos detestabatur: vt omnibus diceret, nec iuxta eos quidem esse accedendum; denuncians talium amicitias, atque sermones, perditionẽ esse animæ. Quapropter (dicebat) custodienda est pia fides in Christo; & Patrum religiosa traditio. Ex prædictis ergo patet: ꝙ traditiones Patrum seniorum. i. Apostolorum, & pro veritate catholica, & contra falsitatem hæreticam, multùm valent.

2^m de minori. Nec potest dici; quòd Deus quibusdam significationibus delectetur, & non alijs. R. Potest tamen dici; quod Deus aliquas res ad significationes sacramentales elegit potiùs, quàm alias.

§. Tunc nihil, &cæt. Nam Deus talem prælectionem facit: non quia ad ipsas res pręelectas eius contrahatur affectus (quod dæmonibus

---

Margin notes:

4. di. 3. q. 1. art. 2. q. 2. cor. Et di. 5. q. 1. ar. 1.

* li. 21. c. 6. parũ ante med. to. 3.

* art. præc. Et q. 62. articu. 1. & 5.

† art. pręc.

* lib. 1. de sacra. p. 9. c. 2.

* Aliàs affectus.

tionis, secundum August. ad sextam in argumento, conuenit); sed ut sit conuenientior significatio. ut id, quod intenditur per res significari, significetur conuenientius per tales res.

3^m de antecedente. Dei vicem gesserunt. R. Quantum ad regimen Ecclesiæ conditæ per fidem, & sacramenta. §. Tunc nihil, &c. Apostoli enim uicê Dei non gesserunt, quantum ad institutionem alterius Ecclesiæ, fidei, aut sacramêtorum. Neque ergo Apostoli, neq; tota Ecclesia, potest instituere aliquod sacramentum: sed ipsorum est, uti sacramentis iam à Christo institutis.

AD TERTIVM dicendû, quòd Apostoli, & eorum successores, sunt vicarii Dei, quantum ad regimen ecclesiæ constitutæ per fidem, & fidei sacramenta: vnde sicut non licet eis constituere aliam ecclesiam, ita non licet eis tradere aliam fidem, neque instituere alia sacramenta: sed per sacramenta, quæ de latere Christi pendentis in cruce fluxerunt, dicitur esse fabricata ecclesia Christi.

## APPENDIX.

Velitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem interimas hæresim Iacobi Præpositi dicentis: quòd quatuor sacramenta. s. Confirmatio, Ordo, Matrimonium, Extrema vnctio, sunt humanitùs per Ecclesiam instituta. Secundò habes; quomodo per rationem ostendas ipsam meritò damnari à Concilio Triden. sess. 7. de sacramentis, can. 1. Si quis dixerit; sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à IESV Christo, Domino nostro instituta: Anathema sit. Hæc ibi. Quin etiam speciatim de extrema vnctione (licet canon hic absolutè sufficiens fuisset) quia videbatur olim quibusdam Apostolus Iacobus instituisse, dicit sess. 14. cap. 1. de extr. vnct. Instituta est autem sacra hæc vnctio infirmorum, tanquàm uere & propriè sacramentum noui testamenti, à Christo Domino nostro: apud Marcum quidem insinuatum, per Iacobum autem Apostolum, ac Domini fratrem, fidelibus commendatũ ac promulgatum. Hæc ibi. Item dicit sess. 14. cap. 1. Christus venerabilium sacramentorum institutor, atque perfector. Hæc ibi. Item à Veritatibus aureis super legem veterem, Numer. 19. conclus. 2. Tertio vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina hæc Angelica declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corp. vna conclusiõ. solus Deus est sacramentorũ institutor. Probatur: Virtus habita est ab institutore sacramêti: sed virtus sacramenti est à solo Deo: ergo solus Deus est sacramentorum institutor. Maior probatur: Instrumentum habet virtutem a principali agente: sacramentum est instrumentum ad spirituales effectus, & principale agens respectu sacramenti, non est utens tantũ sacramento, sed instituens ipsum: ergo virtus sacramenti est ab instituente ipso. Processus totus est clarus. Et secunda pars minoris illius prosyllogismi declaratur in litera, distinguẽdo duplex agens respectu sacramenti, & ex exclusione vnius membri. s. agentis per modum utentis infertur reliquum, s. agens instituendo, esse agens principale: ac per hoc à quo est virtus sacramenti.

¶ Nota hic, q̃ hæc ratio directè, & formaliter licet nõ æstimetur à negantib. virtutes in sacramentis: æquiualenter tamen hæc ratio omnes cõuincit, confitentes sacramenta conferre gratiam, siue per virtutẽ in eis, siue per diuinã assistentiam solam: quoniã par est ratio de virtute instrumenti, si ponatur vis aliqua in eo, & si ponatur absque huiusmodi vi efficax: quia efficacia instrumenti ad huiusmodi spiritualem effectum non nisi à Deo, non nisi ab instituente signum illud esse potest: quandoquidem à ministro utente solum, constat esse non posse: quia minister tantum est, ut in litera dicitur.

Sup. 4. sent. dis. 1. q. 5. ar. 3. Et 4. d. 5. ar. 1.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum Christus, secundum quòd homo habuerit potestatem operandi interiorem effectum sacramentorum.*

SVPER Q. V. Aliàs 64. Art. III.

CONCL. Interiorem sacramentorũ effectũ operatur Christus & secundum q̃ Deus, & secundum q̃ homo; aliter tamen, & aliter. ¶ PROB. Quia Christus, secundũ q̃ Deus, interiores effectus sacramêtorum operatur per authoritatem; & ille ipse, secundum quòd homo, eosdem operatur meritoriè ac efficienter per excellentiam, quadruplicem (ut patet q. 48. 49. & in hoc art.).

27 Inf. art. 4. Et 4. di. 5. q. 1. art. 1. Et q. 2. artic. 2. q. 2.

1^m de concl. Habuerit potestatem. R. Excellentiæ. §. Tunc nihil, &c. Nam ad ueritatem conclusionis articuli sufficit; q̃ Christus, secundum quod homo, non habuit in sacramêtorum effectu interiori potestatem per authoritatem principalem.

2^m de concl. Operatur. R. Instrumêtaliter per excellẽtiam. §. Est enim instrumentum coniunctũ sua humanitas. Tũc nihil, &c. Sufficit enim ueritati articuli; quòd Christus, secundum q̃ homo, effectum interiorem non operetur authoritatiuè principaliter.

3^m de maiori. Qui, tanquã principale agens.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus, secundùm quòd homo habuerit potestatem operandi interiorem effectum sacramentorum. Dicit enim Ioannes Baptista, vt habetur Ioan. 1. Qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritusancto: sed baptizare in Spiritusancto, est interius gratiam Spiritus sancti conferre. Spiritus sanctus autem descendit super Christum, inquantum homo, non inquantum Deus: quia secundùm hoc dat Spiritum sanctum. ergo videtur quòd Christus secundùm quòd homo, habuerit potestatem, interiorem effectum sacramentorum causandi.

¶ 2. Præt. Matth. 9. Dominus dicit, Sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: sed remissio peccatorum est interior effectus sacramenti. ergo videtur quòd Christus, secũdum quòd homo, interiorem effectum sacramentorum operetur.

¶ 3 Præt. Institutio sacramentorum pertinet ad eum, qui tanquam principale agens operatur ad interiorem sacramenti effectum; manifestum est autem, quòd Christus sacramenta instituit. ergo ipse est, qui interius operatur sacramẽtorum effectum.

¶ 4 Præt. Nullus potest sine sacramento effectum sacramenti conferre, nisi propria virtute sacramenti effectum operetur: sed Christus sine sacramento contulit sacramenti effectum, vt patet in Magdalena, cui dixit, Dimittuntur tibi peccata. ergo videtur quòd Christus, secundùm quòd homo, operetur interiorem sacramenti effectum.

¶ 5 Præt. Illud, in cuius virtute sacramentum operatur, est principale agens ad interiorem effectum: sed sacramenta habent virtutem ex passione Christi, & inuocatione nominis eius, secundùm illud primæ ad Corin. 1. Numquid Paulus pro nobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? ergo Christus inquantum homo, operatur interiorem effectum sacramenti.

SED CONTRA est, quòd August.* dicit, quòd sacramentis diuina virtus secretiùs operatur salutem. Diuina autem virtus est Christi, secundum q̃ est Deus, non autem secundum quòd est homo. ergo Christus non operatur interiorem sacramenti effectum, secundum quòd est homo, sed secundum quòd est Deus.

* Habet 1. q. 1. c. Multi sæcularium à medio illius. Simile habet Aug. lib. 3. cont. Donatist. c. 10. à medio, tom. 7.

RESPON. Dicendum, quòd interiorem sacramentorum effectum operatur Christus, & secundum quòd est Deus, & secundum quòd est homo: aliter tamen, & aliter. Nam secundum quòd est Deus, operatur in sacramentis per authoritatem: secundum autem quòd est homo, operatur ad interiores effectus sacramentorum meritoriè, & efficienter, sed instrumentaliter. Dictum est* enim, quòd passio Christi, quæ competit ei secundum humanam naturam, causa est nostræ iustificationis, & meritoriè, & effectiuè, non quidem per modum principalis agentis, siue per auctoritatem, sed per modum instrumenti, inquantum humanitas est instrumentum diuinitatis eius, vt suprà dictum est.* Sed tamen quia est instrumentum coniunctum diuinitati in persona habet quandã principalitatem, & causalitatẽ respectu

* q. 48. & 49. q. 13. art. 2. & 3.

* art. 1. huius quæst.

agens. ℞. Vel tanquàm agens instrumentale per excellentiam. §. Tunc nihil, &c. Nam Christus, vt Deus, institutor est sacramentorum, tanquàm principale agens: & ipsemet, vt homo, eorundem est institutor, tanquàm instrumentale agens per excellentiam: quo etiam duplici modo interiorem effectum operatur (vt dictum est).

Porrò in signum veritatis responsi formalis est illud in art. 4. corp. dicendum, quòd scilicet Christus potuit hác potestaté excellentię communicare Apostolis, siue alijs. Manifestum enim est, quòd Apostoli siue alij post communicationem etiā talem non fuissent agētes principales.

4^m de maiori.

Propria virtute. ℞. Vel virtute sibi communicata per excellentiam. §. Tunc nihil, &c. vt patet ex dictis ad tertium.

5^m de maiori.

Est principale. ℞. Vel instrumentale per excellentiam. §. Tunc nihil, &c. vt patet ex ad tertium.

6^m contrà de conclusione. Non operatur. ℞. Authoritate principali absolutè. §. Tunc nihil, &c. Sufficit enim pro veritate conclusionis articuli: q̃ Christus, vt homo, interiorem illum effectum operetur authoritate principali, in genere ministerij (vt patet in tex. corp.) & hæc est authoritas excellentiæ.

† q. 62. artic. 5.

respectu instrumentorum extrinsecorum, qui sunt ministri ecclesiæ, vt ex supradictis patet. † Et ideo sicut Christus inquantum Deus, habet potestatem auctoritatis in sacramentis, ita inquantum homo, habet potestatem ministerii principalis, siue potestatem excellentiæ: quę quidem consistit in quatuor. Primo quidem in hoc, quòd meritum, & virtus passionis eius operatur in sacramentis, vt suprà dictum † est. Et quia virtus passionis, copulatur nobis per fidem (secundùm illud Roman. 3. Quem proposuit Deus propitiatoré per fidem in sanguine ipsius) quam fidem per inuocationem nominis Christi protestamur, ideo secundo ad potestatem excellentiæ, quam Christus habet in sacramentis, pertinet quòd in eius nomine sacramenta sanctificantur. Et quia ex eius institutione sacramenta virtutem obtinent, indè est, quòd tertio ad excellentiam potestatis Christi pertinet, quòd ipse, qui dedit virtutem sacramentis, potuit instituere sacramenta. Et quia causa non dependet ab effectu, sed potius econuerso, quarto ad excellentiam potestatis Christi pertinet, q̃ ipse potuit effectum sacramentorum sine exteriori sacramento conferre. Et per hoc patet responsio ad obiecta; vtraque enim pars obiectionum, secundum aliquid vera est, vt dictū † est.

Loquitur enim ibi de seipso, quantū ad humanitatem, secundū quam ly vado ad patrem, positum in contextu de necessitate intelligit. Ac si diceret, Pater est maior me secundùm illam naturam, secundū quam moueor ascēdendo ad patrem. Nec potest dici cum aliquibus sciolis: q̃ Christus hoc ex humilitate, & reuerentia ad patrem, dixit; non quia verum sit. Non n humilitas, neque reuerentia, est uirtus, sed uitium, quando ueritatem non habet comité. In Christo autem dari posse vel minimum vitium impossibile est: vt patet in Addition. q. 16. artic. 2. ad secundum, cum Elucid. Item damnari à symbolo D. Athanasij, dicente de Christo: Aequalis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem. Hoc uerò symbolum tantæ est authoritatis: vt à Concilio Florentino (in Decret. Armenis dato) vocetur compendiosa regula fidei. Item à dictis in 3. de Salua articulorum num. 8. 90. 104. 145. & in pri. par. q. 75. art. 7. & in Addition. articulorum num. 389. Assimilatur enim hæresis prædicta hæresibus quibusdam Augustini de Roma ibi positis, atque damnatis: & ideò hæc ijsdem medijs venit condemnanda. Item à dictis in 1 2. articulorum numer. 596. cum Elucid. semper & vbique citationes has, & similes cointelligendo. Tertiò uides: quomodo ex ip benè pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

† In corp. art.

## A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò; quomodo per rationem interimas hæresim Arnoldi à Villa noua, dicentis: q̃ humana natura à Deo verbo assumpta æqualis est Deo in omnibus bonis suis, adeò; vt tanta sit humanitas Christi, quanta est eius diuinitas, & tantumdem possit, & ualeat. Articulus enim iste directe monstrat oppositum ipsius hæresis; ideoque ipsam impugnat, sed & efficaciter expugnat. Secundo habes: quomodo per rationem [illegible], cum merito damnari à Christo dicente Ioan. 14. Pater maior me est.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna est conclusio, habens tres partes: Christus, inquantum Deus, habet potestatem auctoritatis in sacramentis: inquantum verò homo, habet potestatem ministerij principalis, siue potestaté excellentiæ, consistenté in quatuor. Conclusio hæc, quia de potestate loquitur (de qua quæsitū est in titulo) & potentia per actū cognoscitur: ideo ab operatione in litera manifestatur. Et quo ad primā quidem partem, quia Deus auctoritatiué operatur: quo ad secundā verò, quia Christus tantū q̃ homo operatur in sacramentis meritorie, & efficiēter: quod probatur: quia passio Christi est causa iustificationis nostrę meritorię, & effectiue. Et hoc vltimū declaratur, q̃ non effectiuè principaliter, sed per modū instrumenti, non cuiuscunque, sed cōiuncti diuinitati in persona, & propterea principalitaté & causalitatem obtinentis respectu extrinsecorum, puta, ministrorum ecclesiæ, & sacramentorum. Tertia autem pars conclusionis probatur manifestando illa quatuor (quæ sunt meritum, nomen, institutio, & independentia) & probando singula proprijs rationibus, excepto primo, quod tractatum fuit in 3. art. quæst. 62.

Scot. 4. sē. 1. q. 5. art. 4.
Palud. 4. d. 4. q. 2. art. 5.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum Christus potestatem suam, quam habuit in sacramentis, potuerit ministris communicare.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus potestatem suam quam habuit in sacramentis, non potuerit ministris communicare: vt enim argumentatur August. * contra Max. Si potuit, & non voluit, inuidus fuit: sed inuidia longe fuit a Christo, in quo fuit summa plenitudo charitatis: ergo cum Christus non communicauerit suam potestaté ministris, videtur q̃ non potuerit communicare.

* lib. 3. contra Max. c. 7. ad 6. t. 6.

¶ 2 Præt. Super illud Ioan. 14. Maiora horum faciet, dicit † Augustinus. Prorsus maius hoc esse dixerim, scilicet vt ex impio iustus fiat, quàm creare cœlum, & terram: sed Christus non potuit communicare discipulis, * quòd crearent cœlum, & terram; ergo neque quòd iustificarent impium: cum igitur iustificatio impii fiat per potestatem Christi, quam habet in sacramentis, videtur quòd potestatem suam, quam in sacramentis habuit, non potuerit ministris communicare.

† Tract. 7. in loc. post med. to. 9.

* Aliàs ministris.

¶ 3 Præt. Christo, inquantum est caput ecclesię, competit vt ab ipso gratia deriuetur ad alios, secundùm illud Ioannis. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: sed hoc non fuit aliis communicabile: quia sic ecclesia esset monstruosa, multa capita habens. ergo videtur, quòd Christus potestatem suam non potuerit ministris communicare.

SED CONTRA est, quòd super illud Ioan. 1. * Ego nesciebam eum dicit August. q̃ non nouerat pote-

* Trac. 5. in Euang. Io. non multum ante med. to. 9.

SVPER Q. V. Aliàs 64. Art. IIII.

28

COncl. 1. Potestas Christi, vt Deus est, nulli creaturæ potuit communicari.

4. di. 5. q. 1. ar. 2. Et ar. 3. q. 1. & 2.

¶Prob. Quia diuina essentia, cum qua realiter est idem ipsa potestas (vt patet ex prima par. quæst. 3. ar. 6. 7.) nulli creaturæ communicari potest (vt patet. Nam tunc creatura, vt creatura, esset Deus: quod est impossibile).

¶Concl. 2. Potestatem excellentię potuit Christus ministris communicare.

¶Not. Communicatio talis consistit in quatuor, sicut & excellentię potestas dicebatur quadruplex, art. 3. Quatuor ergo præeminentias in sacramentis potuit Christus conferre ministris; & hoc est, ipsum potuisse communicare potestatem excellentiæ aliis. De his quatuor vide textum lyrando, [illegible] tantam gratiæ plenitudinem, vt eorum meritum cooperaretur &c vsque ad ly solo imperio.

¶Prob. Quia Christus, vt homo, i. humanitas Christi, est diuinitatis instrumentū coniunctum; ideoque fortissimū (vt patet ex se) & instrumentum coniunctum quanto fuerit fortius, tantò magis potest virtutem suā instrumento separato tribuere (vt patet exemplo): Primum

1m ex D. August. Et non voluit. ℞. Sine aliqua causa legitima. §. Tunc nihil, &c. Nam Christus communicare illam non voluit ex causa legitima, quæ est vtilitas nostra, motus. Non. n. ex inuidia prætermisit &c vt in textu.

2m de concl. 1. Neque quod iustificarent. ℞. Authoritatiuè principaliter. §. i. Authoritate cõueniente Christo, vt Deus est. Sic. n. glossandum esse ly neq; quòd iustificarent, constat ex suis præmissis in eodem argumẽto. Nam si quis recte consideret, videbit: quod obiectio illa procedit de potestate, &c vt in tex. Tunc nihil, &c. vt patet ex prima conclusione articuli.

3m de maiori. Caput. ℞. Principale. §. Vt patet 3. de Salu. q. 8. ar. 1. Tunc nihil, &c. Quia enim Christo esse caput principale competit ex eo, quòd sua humanitas vnitur ipsi Deo in persona; ideò, etiam si communicasset potestatem illam excellentiæ in quatuor consistentem, adhuc ipse solus remaneret caput principale: & consequenter si communicasset illam, Ecclesia per hoc non esset monstruosa, quasi multa capita principalia habens.

AP-

statem baptismi, ipsum dominũ habiturum, & sibi retenturum: hoc autem non ignorasset Ioannes si talis potestas communicabilis non esset. potuit ergo istam potestatem Christus ministris communicare.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum † est. Christus in sacramentis habuit duplicem potestatem: vnam auctoritatis, quæ competit ei secundùm quòd Deus, & talis potestas nulli creaturæ potuit communicari, sicut nec diuina essentia. Aliam potestatẽ habuit excellentię, quæ competit ei secundùm quòd homo, & talem potestatem potuit ministris cõmunicare, dando scilicet eis tantam gratiæ plenitudinem, vt eorum meritũ operaretur ad sacramentorum effectus, vt ad inuocationem nominum ipsorum, sanctificarentur sacramenta, & vt ipsi possent sacramenta instituere, & sine ritu sacramẽtorum effectum sacramentorum conferre solo imperio: potest enim instrumentum coniunctum, quanto fuerit fortius, tanto magis virtutem suam instrumento separato tribuere, sicut manus baculo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus non ex inuidia prætermisit potestatem excellentiæ, ecclesiæ ministris communicare: sed propter fidelium vtilitatem, ne in homine spem ponerent, & ne essent diuersa sacramenta, ex quibus diuisio in ecclesia oriretur: sicut apud illos qui dicebant, Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephę, vt dicitur primæ ad Cor. 1.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd obiectio illa procedit de potestate auctoritatis, quæ conuenit Christo secundùm quòd est Deus: licet, & potestas excellentiæ, possit auctoritas nominari per comparationẽ ad alios ministros: vndè super illud 1. ad Corinth. 1. Diuisus est Christus, dicit glos. † quòd potuit eis dare auctoritatem baptismi, quibus contulit ministerium.

AD TERTIVM dicendum, quòd ad hoc inconueniens euitandum, ne. s. multa capita in ecclesia essent, Christus noluit potestatẽ suæ excellentiæ ministris cõmunicare: si tamen communicasset, ipse esset caput principaliter, alii verò secundario.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò; quomodo per rationem à fortiori interimas hæresim Suenckfeldij dicentis: quòd homo quilibet est præditus ea iustitia, sapientia, charitate, atque virtutibus omnibus, pari dignitate, & modo; quibus Deus essentialiter est præditus. Si. n. potestatẽ excellentię cõuenientẽ Christo, secundùm quòd homo est, non habet homo in sacramẽtis; multò magis vtiq; nõ habebit illas virtutes omnes pari modo, quę Deo essentialiter conueniunt. Secundo habes: quõ per rationẽ ostendas, hanc meritò dãnari à Ps. 82. Deus quis similis erit tibi? Item à Psal. 85. Non est similis tui in dijs Domine; & non est secundum opera tua. Item ab Isa. 40. Ecce gentes, quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt. Omnes gentes, quasi non sint; sic sunt corã Deo: & quasi nihilũ, & inane, reputatę sunt ei. Expone tu ly ei, i. corã eo. i. in comparatione eius. Item à dictis pri. par. q. 12. art. 13. & q. 13. art. 1. & q. 18. ar. 4. Item à dictis 2. 2. articulorum num. 798. cum Elucid. semper. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina pręsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

a

† Glo. ord. ibid.

3

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus ex dictis in præcedentibus articulis clarus est.

¶ In corpore vna distinctio bimembris de duplici potestate auctoritatis, s. & excellentiæ, est cum duabus conclusionibus. Quarum prima est negatiua, s. Christus potestatem auctoritatis nulli potuit communicare. Probatur: quia est incommunicabilis, vt diuina essentia. Secunda est, Christus potestatem excellentiæ potuit communicare. Declaratur, & probatur. Declaratur quidem numerando singula, in quibus consistit potestas excellentiæ. Probatur autem, quia instrumentum coniunctum, quanto virtuosius est, tanto plus potest imprimere in instrumentum separatum: quod manifestatur in manu, & baculo.

¶ Ad-

¶ Aduerte hic primo, quòd Auctor hoc in loco soluit quæstionem motam a Magistro sent. in 5. distin. quarti. & ab eodem minus solutam, meliorique iudicio reseruatam.

¶ Aduerte secundo, Auctorem formaliter de Christo habente potestatem excellentiæ loqui, & propterea non ex potestate diuina, sed ex potestate instrumenti coniuncti potentiam communicandi probauit.

¶ Aduerte tertio, auctorẽ expresse hic dicere, quòd Christus potuit communicare homini puro, vt sacramentorum effectum conferret solo imperio: habes. n. hic, quòd potestas conferendi gratiã communicabilis est homini: principalis. n. & communis sacramentorum effectus est gratia: vt superius patet, & idem apparet hic in responsione ad tertium, si recte conferatur cum argumento.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum per malos ministros sacramenta conferri possint.*

29 Inf. art. 9. cor. Et 4. d. 5 q. 2. ar. 2. Et d. 7 q. 3 ar. 1. q. 1 2. & d. 24. q. 3. ar. 3. q. 5. ad 3. Et 4. cõtra c. 76

AD QVINTVM sic proceditur. Vř quòd per malos ministros sacrã conferri non possint. Sacrã. n. nouæ legis, ordinantur ad emundationem culpæ, & collationẽ gratiæ: sed mali, cum sint immundi, non possunt alios à peccato mundare (secundum illud Eccl. 34. Ab immũdo quis mũdabitur?) & etiam cum gratiam non habeant, non videtur quòd gratiam conferre possint: quia nullus dat quod non habet. non ergo videtur quòd per malos sacramenta conferri possint.

¶ 2 Præt. Tota virtus sacramentorum deriuatur à Christo, vt dictum † est. sed mali sunt præcisi à Christo: quia non habent charitatem, per quam membra capiti vniuntur, secundùm illud 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. ergo videtur quòd per malos sacramenta conferri non possint.

*art. 3. huius quæst.

¶ 3 Præt. Si desit aliquid horũ, quæ debitũ est esse in sacramentis, non perficitur sacrm̃, sicut si desit debita forma, vel debita materia, sed debitus minister sacramenti est ille, qui caret macula peccati, secundum illud Leu. 21. Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius. ergo videtur quòd si minister sit malus, nihil efficiatur in sacramento.

SED CONTRA est, quòd Aug. * dicit super illud Io. 1. super quẽ videris spiritũ, &c. Quid non nouerat Ioannes? potestatẽ baptismi, ipsum Dominum habiturum, & sibi retenturum, sed ministerium planè transiturũ in bonos, & malos: quid tibi facit malus minister, vbi bonus est dominus?

RESP. Dicendum, quòd sicut dictum † est, ministri ecclesiæ instrumentaliter operantur in sacris, eo quòd quodammodo eadem ratio est ministri & instrumenti: sicut autẽ s. dictũ est. † * instrm̃ non agit secundum propriam formam, aut virtutem, sed secundum virtutem eius, a quo mouetur. Et ideo accidit instro, inquantum est instrm̃, qualemcumque formam,

*Trac. 5. in Ioan. circa med. to. 9.

† ar. 1. & 3. huius q.

† q. 62. ar 2. & 3.

SVPER Q. V. Aliàs 64. Art. v.

CONCL. Ministri Ecclesiæ possunt sacramenta conferre, etiã si sint mali.

¶ PROB. Quia ministri Ecclesiæ operantur instrumentaliter in sacramentis (vt suprà dictum est): & accidit instrumento, vt instrumentum est, qualemcũque formam habeat; præter id, quod exigitur ad rationẽ instrumenti (cum non agat, nisi per virtutem eius, à quo mouetur).

Primum

**1m de conclusione.** Per malos. ℞. Vt agentes propria virtute. §. Tunc nihil, &c. Ex hoc enim non fit: quòd sacramenta conferri non possint per malos, secundùm quòd conclusio articuli intelligit; id est per malos, vt agentes virtute Christi. Ministri siquidem Ecclesiæ neque à peccatis &c. vt in tex.

Ex quo patet; ad probationes in argumento positas respondendum esse: quòd ab immundo, agente secundũ propriam formam, nullus mundatur; & quòd nemo dat, propria virtute dando, quod non habet. Nihil ergo probãt in contrarium responsi formalis dati. Sic tu in omnibus similibus locis per te facito; vbi Diuus Thomas explicite ad aliquas argumentorum probationes non respõderit. Certum est enim quòd, cùm semper soluat argumenta, semper & implicitè ad probationes ibidem adductas respondet; ostendens videlicet in quo sẽsu sint, vel non sint, veræ. Hoc namque modo respondendo & breuitati semper ab eo (quantum fas est) dilectæ, obseruatęque, satisfacit; & studentium ingenia excitat ad inquirendum ea, quę sub textus litera certum est contineri.

**2m de minori.** Sunt præcisi. ℞. Quantum ad charitatem. §. Tunc nihil, &c. Non enim mali ministri sunt à Christo præcisi, quantum ad motionem quandam. i. necessariam ad conferendum sacramenta: & hoc s. non esse à Christo taliter præcisum, sufficit ministris, quantum ad collationem sacramentorum: licet non sufficiat eis, quantum ad esse viuum. Nam per charitatem membra Christi vniuntur &c vt in tex.

¶Exam. Ly per quandam motionem. Hæc necessaria motio est: quod minister & sit rite consecratus ad tale ministerium, & intendat tunc facere quod facit Ecclesia.

**3m de maiori.** Debitum est. ℞. Quantum ad necessitatem sacramenti. §. De qua re videas art. 2. ad primum. Tunc nihil, &c. Nam in minori fit transitus ad esse debitum alio modo. s. quantum ad decentiam sacramenti. Licet enim minister rite consecratus, intendensque facere id, quod facit Ecclesia sit de necessitate sacramenti (vt dicit Concilium Floren. in Decreto Armenis dato): tamen minister bonus. i. quod minister careat peccato mortali, est tantum de sacramenti decentia. Dico signanter ly de sacramenti decentia, ad differentiam præcepti. De necessitate siquidem præcepti est, quòd non habeant maculam Leuit. 21. ministrentque nullum crimen habentes. 1. Timot. 3. hoc est, quòd nouo peccato mortali peccant; si ministrare audeant in peccato mortali.

vel virtutem habeat, præter id, quod exigitur ad rationem instrumenti, sicut quòd corpus medici (quod est instrumentum animæ habentis artem) sit sanum, vel infirmum, & sicut quòd fistula per quã transit aqua, sit argentea, vel plumbea: vnde ministri ecclesiæ possunt sacramenta conferre, etiam si sint mali.

Ad primum ergo dicendum, quòd ministri ecclesiæ neque à peccatis mundant homines ad sacramenta accedentes, neque gratiã conferunt sua virtute, sed hoc facit Christus sua potestate per eos, sicut per quædam instrumenta; & ideo effectus consequitur, in suscipientibus sacramenta, non secundum similitudinem ministrorum, sed secundùm configurationem ad Christum.

Ad secundum dicendum, quòd per charitatẽ membra Christi vniuntur suo capiti, vt ab eo vitam recipiant: quia (vt dicitur 1. Ioan. 3.) Qui non diligit, manet in morte: potest autem aliquis operari per instrumentum carens vita, & à se separatum, quantum ad corporis vnionem, dummodo sit coniunctum per quandã motionem: aliter enim operatur artifex per manum, & aliter per securim. sic igitur Christus operatur in sacramentis, & per bonos, tanquàm per membra viuentia, & per malos, tanquàm per instrumenta carentia vita.

Ad tertium dicendum, quòd aliquid est debitum esse in sacramento dupliciter: vno modo, sicut existens de necessitate sacramenti, quod quidem si desit, non perficitur sacramentum; sicut, si desit debita forma, vel debita materia. Alio modo, est aliquid debitum esse in sacramento secundum quandam decentiam, & hoc modo debitum est, vt ministri sacramentorum sint boni.

ARTI-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationem interimas hęresim Donatistarum dicentium: quòd sacerdotum malorum, aut impurorũ sacramenta sunt nulla. Et Valdensium (vt refert Directorium Inquisi. 2. par. quęst. 8.) dicentium: Sacerdotes rite & legitime secundùm formam Ecclesiæ ordinatos, quibuslibet tamen criminibus pressos, non posse conficere, vel conferre ecclesiastica sacramenta. 2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hæreses has meritò damnari à D. Augustino, secundùm quod ponitur in argum. contr. Item à Concilio Trid. sess. 7. de sacramentis, can. 12. Si quis dixerit: ministrum in peccato mortali existentem, modò omnia essentialia, quæ ad sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, seruauerit, non conficere, aut non conferre sacramentum; anathema sit. Hæc ibi. Item à D. Augustino in lib. Psalmorum. Quid nobis fecit Deus; qui traditorem suum, quem diabolum nominauit, cum cæteris discipulis ad prædicandum regnum cœlorum misit? Vt monstraret; dona Dei peruenire ad eos, qui cum fide accipiunt: etiam si talis sit, per quem accipiunt, qualis Iudas fuit. Hæc ille; & recitantur in Decret. 1. q. 1. cap. Christus. Item à D. Gregorio. Non nocet malitia Episcopi neque ad baptismũ infantis, neque ad Ecclesiæ consecrationẽ: quia baptisma à Deo datur, non ab homine uenit. Sic & Eucharistia, & omnia, quæ in altari ponuntur, non ab homine, sed à Deo, sanctificationem accipiunt. Hæc ille: & recitantur ibidem. Item à D. August. Qui superbus fuerit minister, cum Zabulo computabitur; sed non contaminatur donũ Christi: quia per illum purus fluuius transit, & venit ad fertilem terram. Scio, quia lapis ex aqua fructum ferre non potest: sed per lapideos canales transit aqua ad areolas. In canali lapideo nihil generatur; sed hortus plurimũ fructum affert. Spiritualis. n. virtus sacramenti, vt lux pura, ab illuminandis excipitur: sed per immundos transiens non coinquinatur. Hæc ille: & recitãtur ibid cap. si iustus. Item à dictis suprà articulorum num. 24. & Addition. artic. num. 76. 78. 3 Tertiò uides: quomodo ex ijs benè pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore vna est conclusio: Ministri Ecclesiæ possunt sacramenta conferre etiam si sint mali. Probatur: Ministri ecclesiæ instrumentaliter operantur in sacramentis. ergo possunt sacramenta conferre etiam si sint mali. Antecedens probatur, ex eo quod eadem est ratio ministri, & instrumenti. Consequentia uerò probatur, ex eo quòd instrumentum non propria virtute: sed virtute principalis agentis operatur: quod probatur ab effectu: quia hinc est, quòd instrumento accidit omnis forma: præter id, quod exigitur ad instrumenti rationem, quod duplici exemplo in litera manifestatur.

¶Circa hanc consequentiam, seu rationem, dubium occurrit: quoniam implicite petit principium. Oportet enim ad integrandum processum hunc, subsumere quòd bonitas, vel malitia ministri est accidens: & non ex actu ad rationem instrumenti ministrantis sacramenta. Hoc autem supponere, perinde est, ac si supponeretur conclusio: eiusdem enim rationis est, quòd bonitas, vel malitia accidat instrumento, seu ministro sacramentorum, & quòd cum malitia possit minister conferre sacramentum: quoniam accidentia, siue adsint, siue absint, non variant potestatem.

¶Ad hoc dicitur, quòd studium Auctoris fuit ad reddendum rationem conclusionis, potius quàm ad ipsam conclusionem. Omnis enim quæstio est medij, vt dicitur in secundo Poster. & præcipuè quando conclusionis veritas habetur pro euidente, vt est in proposito. Et propterea in litera neglexit Auctor subsumere de bonitate, vel malitia, & ascẽdit ad vniuersalem rationem instrumenti; vt hac habita summaria notitia, propter quod mali ministri possunt conferre sacramenta, haberetur. Et est in promptu consequentiæ ratio, ad pręsentem materiam, quoniam bonitas, vel malitia moralis hac ratione ad ministrum sacramentorum necessaria creditur, si necessaria esset, quia nemo dat quod non habet. Quæ ratio in litera in primo argumento affertur: & dicitur fuisse Cypriani martyris. Ex hoc enim quòd minister instrumentaliter operatur, & instrumentum non propria, sed principalis agentis virtute, efficit, consequens est manifeste, quòd ad efficacem collationem sacramenti non exigitur in ministro bonitas, qua sacramentum efficax conferat: idem est enim malitiam ministri impedire sacramẽti effectum, & ministrum agere propria virtute, quæ per malitiam tolleretur. nulla est ergo petitio principij: sed claritas materiæ breuiorem effecit processum literæ, in qua Auctor, quia ratio ipsa à sacris Doctoribus posita fuerat, vt patet in 4. distin 4. seu vacauit probationi ipsius rationis, s. vniuersali rationi instrumenti, vt antiquæ traditionis ratio haberetur.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum mali, ministrantes sacramenta peccent.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod mali ministrantes sacramenta, non peccent. Sicut enim ministratur Deo in sacramentis, ita per opera charitatis, vnde dicitur Hebr. vltim. beneficentiæ, & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur deus: sed mali non peccant si ministrent deo in operibus charitatis, quinimmo hoc est eius consulendum, secundum illud Danie. 4. Consilium meum tibi placeat, peccata tua eleemosynis redime. ergo videtur, quòd mali non peccent in sacramentis ministrando.

¶ 2 Præte. Quicumque communicat alicui in peccato, etiam ipse est reus peccati, secundum illud Roman. 1. Digni sunt morte, non solum, qui peccata faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus: sed si mali ministri peccent, sacramenta ministrando, illi, qui ab eis sacramenta recipiunt, eis in peccato communicant. ergo etiam ipsi peccarēt, quod videtur inconueniens.

¶ 3 Præt. Nullus videtur esse perplexus: quia sic homo cogeretur desperare, quasi non potens peccatum euadere: sed si mali peccarent, sacramenta tradendo, essent perplexi: quia etiam quandoque peccarent, si sacramenta non traderent: puta cum eis ex officio incumbit necessitas (dicitur enim primæ Corin. 9. Væ mihi si non euangelizauero, necessitas enim mihi incumbit) quādoque etiam propter periculum: sicut si puer in periculo mortis existens, offeratur alicui peccatori baptizandus. ergo videtur quod mali non peccent, sacramenta ministrando.

SED CONTRA est, quod Dion. dicit 1. cap. Ecclesiast. Hierarch. * quòd malis non est fas, nec tangere symbola, idest sacramentalia signa. Et in epistola ad Demophilum dicit, Talis, scilicet peccator, audax videtur, sacerdotalibus manum apponens, & non timet, neque verecundatur, diuina præter diuinitatem exequens, & deum putans ignorare, quæ ipse in semetipso cognouit, & decipere æstimat falso nomine patrem ab ipso appellatum, & audet immundas infamias (non dicam orationes) super diuina signa Christi formiter enunciare.

RESPON. Dicendum, quod aliquis in agendo peccat, ex hoc quòd operatur, non secundum quod oportet, vt patet per Philosophum in lib. Ethic. † Dictum est autem conueniens esse, vt sacramentorum ministri sint iusti, quia ministri debent domino conformari, secundum illud Leuit. 19. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. & Ecclesi. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & ideo non est dubium, quin mali exhibentes se ministros Dei, & ecclesiæ in dispensatione sacramentorum, peccent. d Et quia hoc peccatum pertinet ad irreuerentiam Dei, & contaminationem sacramentorum, quātum est ex parte ipsius peccatoris (licet sacramenta secundum seipsa incontaminabilia sint) consequens est, quod tale peccatum ex genere suo sit mortale.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod opera charitatis non sunt aliqua consecratione sanctificata, nisi sicut quædam iustitiæ partes: * & ideo homo, qui se exhibet Deo ministrum in operibus sanctificatis, si sit iustus, amplius sanctificatur: si vero sit peccator, per hoc ad sanctitatem disponitur: sed sacramenta in seipsis sanctificationem quandam habent per mysticam consecrationem: & ideo præexigitur in ministro sanctitas iustitiæ, vt congruat suo ministerio: & ideo incongrue agit, & peccat, si in peccato existens ad tale ministerium accedat.

AD SECVNDVM dicendum, quod ille, qui ad sacramentum accedit, suscipit sacramenta a ministro ecclesiæ, non inquantum est talis persona, sed inquantum est minister ecclesiæ: & ideo quamdiu ab ecclesia toleratur in ministerio, ille, qui ab eo suscipit sacramentum, non communicat peccato eius, sed communicat ecclesiæ, quæ eum tanquam ministrum exhibet. Si vero ab ecclesia non toleretur (puta cum degradatur, vel excommunicatur, vel suspenditur) peccat, qui ab eo accipit sacramentum: quia communicat peccato ipsius.

AD TERTIVM dicēdum, quod ille, qui est in peccato mortali, non est perplexus simpliciter, si ex officio ei incumbat sacramenta dispensare: quia potest pœnitere de peccato, & licite ministrare. Non est autem inconueniens, quod sit perplexus supposito quodam, scilicet quòd velit remanere in peccato. In articulo tamen necessitatis non peccaret baptizando in casu in quo etiam posset laicus baptizare: sic enim patet, quod non exhiberet se ministrum ecclesiæ, sed subueniret necessitatem patienti: secus est autem in aliis sacramentis, quæ non sunt tantæ necessitatis, sicut baptismus, vt infra patebit.

*Scot. 4. sent. d. 5. q. 6. art. 4. Paluda. d. 6. q. 2. ar. 3.*

### SVPER Q. V. Aliàs 64. Art. VI.

[Margin: 50 4. d. 5. q. 2. art. 2. q. 4. co. Et d. 19. q. 1. art. 2. cor. Et dis. 24. q. 1. a. 2. q. 1. Et 2. 3. q. 2. & 5.]

CONCL. Non est dubiū; q̄ mali exhibētes se ministros Dei, & Ecclesiæ in dispensatione sacramentorū, peccant: & tale peccatū ex genere suo est mortale.

¶ Probat. Quia mali ministri tunc operātur non secundum q̄ oportet (cum deberent tunc esse iusti; secundum Leuit. 19. & Eccles. 10.) Secunda autem pars. s. & tale &c. probatur. Quia tale peccatū pertinet ad irreuerentiam Dei, atque contaminationem sacramentorū, quantum est ex parte peccatoris.

#### 1^m de minori.

Ita R. Quantum ad ministrare: non autē, quantum ad qualitatem rerum ministratorum. §. Hoc est. Similitudo illa tenet in hoc, quod vtrobique idest & in operibus charitatis & in sacramentis, Deo aliquis ministrat: sed non tenet in hoc, quod res administratę. i. opera charitatis, & sacramenta, sint eiusdem conditionis. Opera enim charitatis non sunt aliqua consecratione &c. vt in text. Tunc nihil &c. vt patet ibidem.

#### 2^m de minori.

Ab eius. R. Non tolerāris ab Ecclesia. §. Puta; degradatis, excommunicatis, vel suspensis. Tunc nihil &c. Nam ille, qui ad sacramentum accedit, suscipit &c. vt in tex.

#### 3^m de maiori.

[Margin: * Ca. 1. eccle. hie. de ad fin. * Incipit hæc epist. Hebræorū historię tradunt parū ante med.]

Esse perplexus. R. Simpliciter. §. Tūc nihil &c. Nam tales ministri in nullo casu essent perplexi simpliciter: sed tātum secundum quid. i. aliquo præsupposito. s. quod velint remanere in peccato. In articulo tamen necessitatis &c. vt in text.

### APPENDIX.

[Margin: Vtilitas p Ecclesia S. Dei.]

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, & Dionysio: quod mali ministrantes peccant mortaliter. A Sācto Dionysio quidē: vt in argumento contr. A scripturis verò per hoc; quod dr̄ Leui. 21. Homo, qui habuerit maculam non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministeriū, nec accedet ad altare, & contaminare non debet sanctuarium meū. Et c. 22 Custodiāt præcepta mea; vt non subiaceant peccato, & moriātur in sanctuario meo; cùm polluerint illud. Hic enim per peccatū intelligit mortale: in cuius signum mors corporalis infligebatur à Deo, & ipsi contaminare ac polluere dicebātur sanctuarium eius. A fortiori verò ostenditur his verbis; quod mali ministri in noua lege peccāt mortaliter, si accedant ad ministrandum. Nam constat, sacramenta nostra esse digniora, & tātō maiori cultu venerāda, veteribus sacramentis. q. 3. art. 1. 3. 6. ita, vt in proposito de sacramentorum verorumq; ministris cū Apostolo Heb. 10. proportionaliter dicendum sit. Irritā quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filiū Dei conculcauerit; & sanguinē testamēti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est; & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Item intentum præsentis articuli insinuāt, & à fortiori quidem, à scripturis citatis contra irreuerenter se habētes erga vasa sacra, & tēpla: quanto sacramenta vasis ipsis, & templis sacratiora sunt. Vt igitur scripturas illas ad hoc propositū adaptare valeas; vide 1. 2. articulorum nu. 663. & Addi. art. nu. 133. Et Veritates aureas super totam legem veterem, Leuit. 21. concl. 1. & cap. 26. concl. 1. & cap. 27. conclus. 5. & Numer. 4. conclus. 1. & cap. 18. conclu. 2. Hæc de vasis. Cæterum ad idem, de templis vide Veritates ipsas, Exod. 19. conclus. 3. & cap. 26. conclus. 1. & cap. 39. concl. 1 & Numer. 7. conclu. 1. & cap. 18. conclus. 2. & Deuteronom. 12. conclusio 4. item Genes. 12. conclusio tertia, & cap. 28. conclus. tertia quarta, Secundo vides: quō ex iis bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

[Margin: † 8. eth. c. 3. & 6. habetur. pō. Et 1. 2. 3. c 7 co. 5. art. 3. ε sec. ad 3.]

[Margin: D. 892.]

[Margin: * Al. sed ipsi pertinēt ad iustitiæ sanctitatē, sicut quædam iustitiæ partes.]

[Margin: D. 469.]

[Margin: * q. 67. ar. 3. & 4.]

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, vt sonat sumendus est.

¶ In corpore duæ conclusiones sunt. Prima est: Mali exhibẽte se ministros dei, & ecclesiæ in dispensatione sacramẽtorum, peccant. Secunda est quod hoc peccatum est ex suo genere mortale. Prima probatur: Quicumque operatur, non secundum quod oportet, peccat, in operando: sed minister malus sacramentis operatur, non secundum quòd oportet. Probatur: quia ministri sacramentorum debent esse iusti: quia ministri debent conformari domino, vt testantur auctoritates scripturæ. Secunda vero conclusio probatur: quia hoc peccatum pertinet ad irreuerentiam dei, & contaminationem sacramentorum. Quæ particula declaratur, quod intelligitur non ex parte ipsorum sacramentorum (quoniam ipsa sunt incõtaminabilia) sed ex parte ipsius peccatoris, sacrilegiũ cõmittẽtis.

¶ Circa fundamentum huius processus, dubium occurrit, ex eo quod bonitas requiritur ad ministrum sacramentorum, secundum quandam decentiam, & conuenientiam, ut in præcedenti articulo ad tertium, & hic dicitur. Non est autem rationabile, quod negatio conditionis requisitæ secundum decentiam constituat peccatum mortale, cum videamus conditiones requisitas ad bene esse actuũ moralium, nec etiam veniale constituere peccatum. Et hoc etiam testatur maxima ex morali philosophia adducta in litera de circũstantijs actionum humanarum. Non enim dicit peccatum esse, si quis operatur, non secundum quòd melius aut quando melius, aut sicut melius, &c. sed nõ secundum quòd oportet, aut quando oportet, aut sicut oportet, &c. Nam ly oportet necessitatem denotat, vt per hoc intelligamus, peccatum tunc inuenire, quando necessariæ conditiones omittuntur, & non si cõditiones ad bene esse omittantur, aut earum contrariæ immisceantur. Et si dicatur, quòd bonitas non est conditio ad bene esse ministri sacramenti, sed est conditio debita (vt in præcedẽti articulo litera explicauit) debitum autem extra necessaria nõ est, & propterea cuiuscumque debiti omissio peccatum constituit adhuc militat ratio, quòd nõ sit peccatum mortale, quoniam debitum actui humano non secundum necessitatem, sed secundum quandam decentiam, etsi possit sua absentia cõstituere peccatum non tamen tantæ vis est, vt possit cõstituere peccatum mortale ea ratione, quia sola indecentia non habent rationẽ peccati mortalis. Nec obstat, quod indecentia huiusmodi ad irreuerentiam dei, & contaminationem sacramentorum spectat, tum quia non quodlibet spectans ad hæc, est peccatum mortale, vt patet de multis irreuerentijs erga deum & sacramẽta, quæ negamus esse peccata mortalia, vt patet de comedentibus in ecclesia, aut iocosum aliquid dicentibus audiendo Missam, & huiusmodi, tũ quia huiusmodi indecentia, non nisi reductiue ad irreuerentiam dei, & contaminationem sacramentorum spectat: directe enim ipsius hominis malam dispositionem ponere videtur. Est enim dispositio quædam ipsius operantis magis, quàm operationis, videturque magis peccatum constituere præsumptionis, quam sacrilegij.

¶ Ad hoc dicitur, quod actio sacramentalis potest sumi dupliciter: vel secundum rationem operis operati, & sic non exigit bonitatem, vel malitiam ministri, nisi secundum quandam decentiam: & propterea siue bonus, siue malus sit minister, sacramentum verum, & efficax est: vel secundum rationem operis operantis. Et sic exigit necessario bonitatem in ministro ad hoc vt recta sit, & ratio assignata est in litera, & magis assignabitur, cogens ratio in litera in respõsione ad primum. Oportet enim actionem sacramentalem, si non solum in se recta esse debet, sed etiam secundum quod exit a ministro, vt sit consona secundum rectam rationem, & deo, cuius est minister, & sacramentis, quæ ministrat. Et ex parte quidem conformitatis ad deum posita est ratio in hoc corpore articuli. Ex parte vero conformitatis ad sacramenta, ponitur ratio in responsione ad primum, & hinc patet ruere primam obiectionem.

¶ Ad ea vero quæ obijciuntur directe contra rationem peccati mortalis in hoc actu, dicitur quòd debitum secundum decentiam ad opus operatum, est debitum secundum necessitatem ad opus operantis ministri, & propterea non est mirum si eius absentia peccatum mortale constituat.

¶ Et cum adhuc obijcitur ex eo, quòd non quælibet irreuerentia sacramentorum est mortalis, respondetur hoc verum esse propter imperfectionem aliquorum actuum irreuerentialium. In quolibet namque genere mortalis peccati, imperfectio actus excusat a mortali: ministrare autem sacramenta indigne non est actus imperfectus in genere sacrilegij: nec, vt vltima infert obiectio, reductiue tantum ad sacrilegium spectat: sed directe ad contaminationem sacramentorum pertinet. possunt enim sacramenta secundum se incontaminabilia, dupliciter contaminari, scilicet, vel vt egrediuntur a ministro, vel vt applicantur ad aliquid. Et hoc secundo modo sacrilegium est, vti sacramento ad alium finem, vt sortilegi faciunt. Primo autem modo sacrilegus est malus minister, a quo exit sacramentalis actio indigne, quantum enim est ex parte ipsius ministri mali, maculatur actio illa, quoniam tractatur vt profana, seu non sancta: hæc est ratio in hac litera assignata: quam si vis plenius intelligere, perspice vigorem eius ex auctoritate Apostoli dicentis de eucharistia. Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus. Vbi rationem peccati mortalis assignauit, ex hoc quod manducans, non diiudicat corpus domini: hoc est non discernit corpus domini ab alijs cibis, sed sumit ipsum vt cibum profanum, quoniam sumit ipsum indispositus ad illum, vtpote indigne. idem enim accidit in malo ministro: nam ministrãs indigne sacramentum, non dijudicat sacramentum, dum nõ discernit illud, vt a se egreditur a profanis, sed se habet ad sacramentalem actionem, vt profanam, dum indigne illã exercet. hoc enim est contaminare sacramenta ex parte ipsius ministrantis, seu recipientis, & præsumptio ministri mali non est qualiscumque, sed sacrilega præsumptio, sicut, & præsumptio audientis indigne recipere sacramenta, sacrilega est.

¶ Circa vtramque conclusionem, aduerte diligenter, & caute cõditiones in eis appositas in litera. Quarum prima est, quòd ministrans exhibeat se ministrum dei, & ecclesiæ secunda, est quod ministret sacramentum, tertia est, quòd tale peccatum est mortale, nõ quomodolibet, sed ex suo genere. Docet enim per hæc Auctor requiri ad hoc, quòd huiusmodi peccatum sit mortale duo. primo, quòd exhibeat se ministrum: secundo, quòd tale ministerium sit actio sacramentalis: ita quod si alterum horum defuerit, non habes hinc mortale peccatum in ministerijs sacris. Docet rursus, quod si aliqua administratio sacramenti à malo ministro exercitata imperfectionem actus compatitur, non erit peccatum mortale: licet mali ministri administratio sacramentalis habeat ex suo genere peccatum mortale.

¶ Aduerte secundo, quod duabus existentibus rationibus peccati in huiusmodi ministerio (scilicet ex parte difformitatis ministri ad Deum, cuius est minister, & ex parte contaminationis sacramentorum, quæ administrantur) Auctor in hoc corpore articuli ex prima ratione probauit ministerium mali ministri esse peccatum, ex secũda autem ratione probauit illud esse peccatum mortale. Tantam autem differentiam inter has rationes insinuauit, quod secunda visus est in responsione ad primũ, vt causa propria, primam autem rationem non tanti fecit. De vtraque autem diffusior erit sermo & ambarum efficaciæ magis patebunt.

¶ In responsione ad primũ, aduerte, & percipe Auctorem vti regula illa posterioristica, si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, dum ex hoc, quod sacramenta sunt opera consecrationis sanctificata, infert in ministro præexigi sanctitatem iustitiæ, & ex hoc quòd opera charitatis non sunt aliqua consecratione sanctificata, infert in Dei ministro respectu eorum non exigi sanctitatem iustitiæ: manifeste enim ex hoc significat, hanc esse propriam causam mortalis peccati, vel non mortalis peccati in administrationibus sacris, quoniam regula illa in solis proprijs causis tenet. ita quòd cum quæstio aliqua de peccato mortali in operationibus sacris contingit ex parte malitiæ ministri, intuendum est, an illa operatio, ad quam quis malus exhibet se ministrum, sit aliqua consecratione sanctificata (quales sunt omnes actus sacrorum ordinum) an non sit consecrata. Et si est de numero consecratarum, cõcluditur hinc mortale peccatum in malo ministro, & si non est de numero consecratarum, excusatur hinc minister malus à mortali peccato. Et est semper sermo de ministro malo, malitia peccati mortalis in se existente.

¶ Hanc doctrinam, quia diffuse tractaui in quolibetis, ne eadem repetantur, modo pertranseo: vnum tantum adijciens, quòd videtur mihi modo actum prædicandi esse de numero actuum consecratorum: quia est actus, ad quem minister consecratur: nam eius minister ex officio est eps primo, & secũdarius sacerdos. Nec obstat, actum istum ex institutione ecclesiæ appropriatum esse sacro ordini, quoniam institutio ecclesiæ, vel diuina ad differentiam originis spectat, & non ad differentiam formalem: extrahere siquidem hominem ab ecclesia, sacrilegium formaliter est: licet ex institutione ecclesiæ actus ille substratus sit sacrilegio. Et similiter comedere semel in die (vt fit in Quadragesima) abstinentia formaliter est. quamuis ex ecclesiæ statuto sub abstinentiæ specie positum sit. Et similiter in proposito licet prædicatio ex auctoritate ecclesiæ facta, sit actus ordinis, sub specie tamen actuum ordinis formaliter comprehenditur: ac per hoc inter opera consecrata computanda est, ea ratione: quia ad ipsam sicut, & ad alios actus ordinis consecrari oportet ministrum. Et propterea secũdum doctrinam hinc habitam minister malus prædicans, mortaliter peccat, sicut qui indigne administrat alios actus sacrorum ordinum.

In responsione ad secundum, aduerte quod non loquitur litera de inducente in dignum ministrum ad sacramenti exhibitionem: sed de accipiente sacramentum ab indigno ministro: quod ideo dixerim, quia alia questio est, an liceat accipere sacramentum ab indigno ministro, & alia quæstio est, an liceat inducere ad administrationem sacramenti ministrum indignum. Prima quæstio hic soluitur, de secunda nihil dicitur: sed facile solui potest secunda, dicendo, quod licet nunquam liceat inducere hominem ad peccandum, vti tamen licet iniquitate alterius. Et propterea in duobus casibus

licet

licet inducere indignum ministrum ad exhibitionem sacramenti. Primus est, si minister tenetur ad huiusmodi exhibitionem: quia nemo peccat petendo actum sibi debitum a suo debitore. Et hac ratione excusantur, qui a suo curato tenente concubinam, sacramē ta petunt. Secundus est articulus necessitatis, ex parte petentis cū dispositione praeparationis ex parte ministri: hoc est, quod minister sit paratus ministrare sacramentum, & homo egeat illo: eadem siquidem ratione, quia licitum est indigenti petere mutuum ab vsurario, licitum quoque est indigenti petere sacramentum ab indigno parato ad ministrandum.

¶In eadem respōsione circa acceptionem sacramenti a ministro excommunicato, &c. nota primo, quod haec doctrina intelligitur cessante extremo necessitate baptismi. Excipit enim ipse Auctor in 4. sent. dist. 4. casum necessitatis, quo scilicet posset quis a iudaeo, vel pagano baptismum recipere. Secundo, quod hodie ex indulto concilij Constantiensis sub Martino quinto, licitum est ab excommunicatis ministris recipere sacramēta, nisi in duobus casibus, hoc est si nominatim denunciatus fuerit excommunicatus, aut suspensus, &c. vel si propter iniectionem manus violentae in clericum notorie constiterit in excommunicationem incidisse, ut refert Diuus Antoninus Archiep̄s Floren. in suae summae parte 3. tit. 26. c. 3.

¶In responsione ad tertium, circa illud, In articulo tamé necessitatis non peccaret baptizando, &c. dubium primo occurrit propter relatas a Durando rationes ad oppositum in 4. sent. dist. 5. art. 2. Et prima est, contra excusationem ex articulo necessitatis: quia casus euitabilis solo voluntatis propriç arbitrio non constituit articulum necessitatis. sed sic est in proposito, quia indignus minister potest statim conteri, si vult, & transire de malo in bonum: ac per hoc non est casus necessitans ministrum, cum indignitate ad baptizandum. Secunda vero ratio contra excusationem ex persona non ministri tēdit: quia quicumque baptizat, siue vetula, siue paganus, baptizat vt minister principalis agentis, qui est Christus: est enim minister de necessitate sacramenti baptismi, sicut & forma, & materia. Falsum est ergo, quòd baptizans in necessitate non exhibeat se ministrum ecclesiae: ac per hoc, non inde excusatur si indignus baptizat.

¶Dubium secundo est, an Auctor in litera intendat excusare sacerdotem indignum in articulo necessitatis baptizantem, tam si baptizet cum solennitate quam si sine solennitate, vel intendant solum excusare baptizantem sine solennitate. Et est ratio dubij: quia in litera hac nulla fit mentio de solennitate, & consequenter videtur excusari, vtroque modo baptizans, dummodo baptizet vt subueniat necessitatem patienti in casu, in quo laicus posset: sic enim in litera dicitur. In oppositum autem est quod ab Auct. dicitur in 4. sent. de baptizante cum solemnitate.

¶Dubium tertio occurrit, quo pacto potest stare doctrina haec cum superius dictis, scilicet ministratio sacramenti est ex suo genere peccatum mortale, si minister sit indignus. Nam si sic est, siue ministrans illud ministret ex officio, siue ex casu necessitatis, siue quāuis alia ratione, semper sequitur, quod actum exercet, qui ex suo genere est peccatum mortale: puta contaminare sacramenta, quantū ex ipso est. Constat enim quod in caeteris actibus, qui de suo genere sunt peccata mortalia, variata conditio agentis non excusat à mortali, vt patet de adulterio, furto, & alijs. Aut igitur hoc. n. est mortale ex genere: aut q libet indigne ministrās, peccat mortaliter.

¶Ad euidentiā horum sciendum est, quod praesentis doctrinae sensus est in articulo necessitatis, in quo laico licet baptizare, si sacerdos baptizet (proculdubio sine solennitate) non peccat: quāuis in peccato mortali sit. Et ratio assignatur: quia tunc non gerit personam ministri ex officio, quem probatum est oportere esse iustum: sed gerit personam ministerialiter subuenientis necessitatem patienti. Vnde ad rationem primam in primo dubio allatam, dicitur, quod necessitas excusans malum ministrum, non est necessitas impossibilis contritionis, vt argū intelligit: quia in instanti potest quis contritionem habere de infinitis peccatis: sed est necessitas cogens hominem baptizaturum ad exhibendum se, non vt ministrum ex officio: ex hoc namque quòd minister ibi concurrit, non vt minister ex officio necessitate hoc exigente, à peccato excusatur. Et per hoc patet solutio secundae rationis: distinctum siquidē est de ministro, vel ex officio, vel ex articulo necessitatis. Et licet quicumque baptizet, sit minister Christi, & ecclesiae altero modo, non tamé semper est minister ex officio, de quo solo probatum est, quod oportet esse iustum.

¶Et per hoc patet solutio secundi dubij: nam si articulus necessitatis pateretur ministrum, cum solennitate baptizare, non essemus in casu, in quo laicus posset baptizare. Et rursus, si cum solennitate baptizaret, manifeste constat, quòd exhiberet se, vt ministrum ex officio. Ex vtroque ergo capite, hoc est ex casu, in quo laicus posset baptizare, & ex hoc quod dicitur, quod non exhiberet se vt ministrum ex officio, manifeste patet, quod Auctor non intendit excusare huiusmodi sacerdotem, nisi in casu, in quo cogitur sine solennitate baptizare.

¶Ad tertium dubium dicitur, quod quia baptizans in articulo necessitatis deficit à perfecta ratione ministerij: (quoniam non ministrat ex officio) ideo operatio sua imperfectum quid est in genere administrationis sacramentorum non ex parte obiecti (hoc est sacramenti) sed ex parte agentis, hoc est ministri: non enim exit operatio tunc à ministro ex officio, sed a nudum ministerium praebente: ex huiusmodi autem imperfectione actus excusatur à mortali, quoniam administratio exiens ab indigno, habet rationem mortalis, pro quanto exit ab agente, & non aliter, vt in litera patet. Ex hoc enim fit, ut quia administratio huiusmodi non exit ab agente proprio (hoc est ministro ex officio) non exeat etiam cum culpa mortali. Et propterea dicendum est, quod administratio sacramenti ab indigno ministro ex officio, est mortale ex suo genere, si ex claritate verborum excludendae sunt obiectiones: si tamen absoluté dicatur, quod indigni administratio est peccatū mortale ex suo genere: uerum dicitur, quoniam subintelligitur a proprio ministro.

¶Nec obstat obiectio de adulterio, & huiusmodi, quoniam cōditio agentis in hoc sacrilegio concurrit, vt pars integratiua rationis formalis peccati mortalis ex suo genere, ita quod sicut ad rationem furti non sufficit, quod sit acceptio rei alienae, sed oportet, q̄ sit inuito domino, ita ad tale sacrilegium non sufficit, quod sit administratio ab homine malo, sed exigitur quod sit etiam á ministro ex officio, vt sic. Et ratio est assignata in litera: quia sanctis ministerijs, non nisi sanctus conuenit minister, qui per se loquendo, non est, nisi ministret ex officio.

---

Inf. 4. sēt. d. 1. q. 5. art. 9.

## ARTICVLVS VII.

### SVPER Q. V. Aliàs 64. Art. VII.

CONCL. 1. Ad homines pertinet dispensare sacramenta, & in eis ministrare: non autem ad Angelos.

31 4. d. 5. q. 2. art. 3.

¶PROB. Quia Christo secundum humanitatem, à cuius passione tota virtus sacramentorum est, conformantur in natura homines; nō autem Angeli.

¶CONCL. 2. Si aliquod sacramentale ministerium à bonis Angelis perficeretur, esset ratum habendum.

* ca. 9. cael. hierar. parum ante med.

¶PROB. Quia boni Angeli sunt nuncij veritatis (vt patet): & Deus ipsis potest tribuere virtutem ministrandi in sacramentis (cùm non alligauerit virtutē suā, quin &c. vt in text.)

† q. prae. a. 3

¶CONCL. 3. Si angeli mali idest demones aliquod sacramentale ministeriū exercerent non esset ratum habendum.

* q. 8. art. 7.

¶PROB. Quia demones sunt spiritus mendacij.

*Vtrum angeli possint sacramenta ministrare.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod angeli possint sacramēta ministrare. Quicquid enim potest minister inferior, potest & superior: sicut quicquid potest diaconus, potest sacerdos, sed non conuertitur, sed angeli sunt superiores ministri in ordine hierarchico, quam etiā quicumque homines, vt patet per Diony. in lib. *Cęle. hierar. ergo cum homines possint ministrare in sacramentis, videtur quod multo magis angeli.

¶2 Praet. Homines sancti assimilantur angelis in caelo, vt dicitur Matth. 22. sed aliqui sancti in cęlo existentes, possent ministrare in sacramentis; quia character sacramentalis est indelebilis, vt dictum est. † ergo videtur, quod etiam angeli possint in sacramentis ministrare.

¶3 Prae. Sicut supra dictum est, *diabolus est caput malorū, & mali sunt membra eius, sed per malos possunt ministrari sacramenta. ergo videtur quòd etiam per daemones.

SED CONTRA est, quod dicitur Hebr. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quae sunt ad Deum: sed angeli boni, vel mali non sunt ex hominibus. ergo ipsi non constituuntur ministri in his, quae sunt ad deum idest in sacramentis.

RESP. Dicēdum, quod (sicut supra dictum est*) tota virtus sacramentorum a passione Christi deriuatur, quae est Christi, secundum quod est homo, cui in natura conformātur homines, non autem angeli, sed potius secundum passionem dicitur modicū ab angelis minoratus, vt patet Heb. 2. & ideo ad homines pertinet dispensare sacramenta, & in eis ministrare, non autem ad angelos. Sciendum tamé, quod sicut Deus virtutem suam non alligauit sacramentis, quin possit sine sacramentis effectum sacramentorum conferre,

* q. praes. ar tic. 3.

ita

Pri-

3^m maior. Quicquid potest minister inferior, potest & superior. R. Vterque tamen in suo ordine. §. 1. inferior inferiori modo, & superior modo superiori. §. Tunc nihil &c. Nam illud, quod faciunt homines &c. vt in tex.

2^m de maiori. Assimilatur. R. Quantum ad gloriam. §. Tunc nihil &c. Ad veritatem enim primę conclusionis articuli sufficit, quod inter homines & Angelos nō sit assimilatio quātum ad naturam: vt etiam ibi ex sua probatione insinuatur.

3^m illatio conclusionis. Ergo videtur &c. R. Negatur illatio. § Procedit enim ex præmissis male intellectis. Nam minorē illam adducit, quasi talē sensum habeat; quod mali homines ministri, ex hoc quod mali sunt, potestatem habeant ministrandi sacramenta: Quod tamen falsum est.

ita etiam virtutem suam non alligauit ecclesiæ ministris, quin etiam angelis possit virtutem tribuere ministrandi in sacramentis. Et quia boni angeli sunt nuntij veritatis, si aliquod sacramētale ministerium à bonis angelis perficeretur, esset ratum habendum: quia deberet constare hoc fieri voluntate diuina, sicut quædam templa dicuntur angelico ministerio consecrata. Si vero dæmones, qui sunt spiritus mendacii, aliquod sacramentale ministerium exhiberent, non esset ratum habendum.

Ad primum ergo dicendum, quod illud, quòd faciunt homines inferiori modo, scilicet per sensibilia sacramenta, quæ sunt proportionata naturæ ipsorum, faciunt angeli tamquam superiores ministri superiori modo, scilicet inuisibiliter purgando, illuminando, & perficiendo.

Ad secundum dicendū quod sancti, qui sunt in cælo, sunt similes angelis, quantum ad participationē gloriæ, non autem quantum ad conditionem naturæ, & per consequēs, neque quantum ad sacramenta.

Ad tertium dicēdum, quod mali homines non habent, quod possint ministrare in sacramētis, ex hoc, quod per malitiam sunt membra diaboli, & ideo nō sequitur ꝙ diabolus, qui est eorū caput, magis hoc possit.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, merito esse insinuatum a scripturis, & ab Ecclesia: tum quod ad angelos non pertinet ministrare sacramenta; tum quod si Angeli boni facerent aliquod sacramentale ministerium, illud esset pro rato habēdum. A scripturis quidem illud primum insinuatur per hoc, quod dicitur Heb. 5. omnis pontifex &c. vt cum discursu est in argum. contr. Inde enim colligitur intētum cathegorematice. Hoc est: quod illa simplex propositio scilicet Angeli possunt de se administrare sacramēta, est falsa. Ab Ecclesia verò illud secūdum insinuatur per hoc, quod ipsa celebrat festum S. Michaelis de mense septēbris. Tali .n. facto suo, & quidem solemni, demonstrat intentum hypothetice. i. quod hæc conditionalis propositio. s. si Angeli boni exercerent ministerium aliquod sacramentale, esset ratum habendū, est vera. Ratio huius demonstrationis est: quia ideò illud festum hac ratione, inter al as, celebrat; eò quod tunc dedicata seu consecrata fuit ab ipso archangelo Basilica in antro apud Garganum Apuliæ montem ad ipsius montis verticem. Vide legendarium Domini Iacobi de Voragine, & Rationale diuinorum officiorum, circa hoc. Secundò vides, quomodo ex ijs benè pensatis, & applicatis doc... præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo est sermo de angelis quo ad naturam, siue boni, siue mali sint, Et rursus est sermo de potestate ordinaria, hoc est an secundum communē cursum ordinis instituti à Deo, angeli possint ministrare sacramenta.

¶ In corpore articuli, quatuor fiunt. Primo respondetur quæsito. deinde ad bonitatem doctrinæ, tractatur de potestate delegabili ipsis angelis: vbi triā dicuntur, vt patebit.

¶ Quo ad primum, conclusio est: angeli non possunt ministrare sacramenta. Probatur: Tota virtus sacramentorū deriuatur a Christo patiente. ergo ad homines, & non ad angelos pertinet ministrare sacramenta. Consequentia probatur ex duobus. Primo, ex dissimilitudine naturæ: quia scilicet Christo homines non angeli assimilantur in natura. Secundo, quia Christus patiens inquantum patiens, fuit minor angelis: minister autem non debet esse maior principali agente, vt cōtingeret in proposito, si sancti angeli essent ordinarie ministri Christi patientis. Secunda conclusio est, quòd potest conferri angelis quod administrent sacramenta. Probatur, quia Deus non alligauit virtutem suam ministris ecclesię, sicut nec sacramentis. Tertia conclusio est de exercitio administrationis sacramentorum à bonis angelis: Si administrarent sancti angeli sacramentū aliquod deberet haberi pro vero facto. Probatur: quia sancti angeli sunt nuncij veritatis. Quarta est: Si dęmones aliquid hmōi facerent, habendum esset pro falso: quia sunt spiritus mendacij.

¶ Aduerte hoc in loco, quod circa primam conclusionem Scotus in 4. sen. dist. 6. q. 1. opinatur oppositum, tenēs, quod omne suppositum intellectualis naturæ potest sacramentum aliquod conferre, saltem baptismū. Et ratio sua est: quia potest abluere aqua hominem proferendo verba debita, & habere intentionem faciendi quod facit ecclesia hæc, enim tria requiruntur, & sufficiunt ad ministrū, & hæc omnia pōt angelus in assumpto corpore exercere.

¶ Rationabilior autem auctoris positio, ex allatis in litera innititur: fundata enim est super auctoritate Apost. ad Hebr. 5. vbi Pōtificem omnem hominem declarat. vnde magnum argumentum assumitur ad propositum, quod si maximum ministerium ecclesiæ soli homini conuenit, ita quod angelis denegatur (quale est pōtificatus) multo magis minima ministeria ecclesiæ, angelis denegantur. Fundatur, & super ratione, qua ministri debent assimilari principali agenti. Ratio autem Scoti deficit in hoc manifeste, quod æquiuoce vtitur locutione. Locutio .n. requisita ad ministrū sacri, est actus vitalis loquētis: locutio autem angeli in corpore assumpto, est motus corporis nō viuentis, vt patet. Potest quoque dici, ꝙ deficit in alio, s. quod applicatio sacramenti debet fieri per instrumentum coniunctum primo, & mediante illo per instrumētum separatum, quod hic non habet locum. Et quamuis hoc non multum vrgeat, primus tamen defectus cogit. Et quia primus defectus inuenitur in omni supposito rationali extra humanam speciem, ideo oportet hominem esse, qui ministret sacramenta. Et sic patet quod minor Scoti est falsa, vtrunce sumendo rationem verborum: aut maior est falsa, si prolationem verborum sumat quouis modo præter principalem defectum prius dictum, scilicet quod oportet baptizantē esse Christi ministrum, ac per hoc Christo homine non maiorem, sed conformem in natura.

Scot. 4. f. d. 6. q. 5.
Ricc. 4. f. d. 6. q. 2. ar. 1.
Duran. 4. f. d. 6. q. 2.
Sot. 4. f. d. 1. q. 3. ar. 8.

SVP. QVAEST. V. Aliàs 64. Art. VIII.

32 Sup. q. 65. a. 8. cor. Et 4 d. 6. q. 1. ar. 2. q. 1. & d. 7. q. 1. ar. 1. q. 1. ad 3. Et d. 8. q. 1. a. 4. q. 3. ad 1. & d. 30. q. 1. a. 3. ad 3.

Concl. Ministri intentio est necessaria ad perficiendū sacramentum. Hoc est Minister nunquam cōficiet, neque conferet aliquod sacramentum; nisi habeat intentionem tale sacramentum (puta, Eucharistiam) conficiendi, & conferendi (puta, Baptismū &c.)

¶ Prob. Quia illa, quæ in sacramentis aguntur, possunt diuersimode agi idest possunt ordinari ad diuersa (vt patet in tex. de ablutione aquæ): & illud, quod se habet ad multa, oportet, quod per aliquid determinetur ad vnū, si illud effici debeat (vt ex lit. patet.)

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti.*

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod intentio ministri non requiratur ad perfectionem sacramenti. Minister enim in sacramēto instrumentaliter operatur: sed actio non perficitur secundum intentionem instrumenti, sed secundum intentionem principalis agentis. ergo intentio ministri non requiritur ad perfectionem sacramenti.

¶ 2 Pret. Non potest homini esse nota intentio alterius. Si igitur intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti: non posset homini ad sacramentum accedenti esse notum, quod sacramentum susceperit: & ita non posset habere certitudinem salutis, præcipue cum quædam sacramēta sint de necessitate salutis, vt infra dicetur. *

¶ 3 Pret. Intentio hominis non potest esse ad id, circa quod non est attentus: sed aliquando illi, qui in sacramentis ministrant, nō attendunt ad ea, quæ dicunt, vel faciunt, alia cogitantes. ergo secundum hoc non perficeretur sacramentum, propter intentionis defectum.

* q. 65. a. 3. & 4.

Primum

Sed

SED CONTRA est, quod ea, quæ sunt præter intentionem, sunt casualia: quod non est dicendum de operatione sacramentorũ. ergo sacramẽta requirunt intentionem ministri.

RESP. Dicendum, quod quando aliquid se habet ad multa, oportet quòd per aliquid determinetur ad vnum, si illud effici debeat. Ea vero, quæ in sacramentis aguntur, possunt diuersimode agi, sicut ablutio aquæ, quæ fit in baptismo, potest ordinari, & ad mũditiam corporalem, & ad sanitatem corporalem, & ad ludum, & ad multa alia huiusmodi: & ideo oportet quod determinetur ad vnum, idest ad sacramentalem effectum per intentionem abluentis. Et hæc intentio exprimitur per verba, quæ in sacramentis dicuntur, puta cum dicit, Ego te baptizo in nomine Patris, &c.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod instrumentum inanimatum non habet aliquam intentionem respectu effectus, sed loco intentionis est motus, quo mouetur à principali agente: sed instrumentum animatum (sicut est minister) non solum mouetur, sed etiam quodammodo mouet seipsum, inquantum sua voluntate mouet membra ad operandum: & ideo requiritur eius intentio, qua se subiiciat principali agenti, vt scilicet intendat facere, quod facit Christus, & ecclesia.

AD SECVNDVM dicendum, quod circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd requiritur mentalis intentio in ministro, quæ si desit, non perficitur sacramentum: sed hunc defectum in pueris (qui non habent intentionem accedendi ad sacramentum) supplet Christus qui interius baptizat, in adultis autem, qui intendunt sacramentum suscipere, supplet illum defectum fides, & deuotio: sed hoc satis posset dici, quantum ad vltimum effectum, qui est iustificatio a peccatis, sed quantum ad effectum, qui est res, & sacramentum, scilicet quantum ad characterem, non videtur quod per deuotionem accedentis possit suppleri: quia character nunquam imprimitur, nisi per sacramentum. & ideo alii melius dicunt, quod minister sacramenti agit in persona totius ecclesiæ, cuius est minister. In verbis autem, quæ profert, exprimitur intentio ecclesiæ, quæ sufficit ad perfectionem sacramenti, nisi contrarium exterius exprimatur ex parte ministri, vel recipientis sacramentum.

AD TERTIVM dicendum, quod licet ille, qui aliud cogitat, non habeat actualem intentionem, habet tamen intentionem habitualem,* quæ sufficit ad perfectionem sacramenti: puta cum sacerdos accedens ad baptizandum, intendit facere circa baptizandum, quod facit ecclesia. vnde si postea in ipso exercitio actus, cogitatio eius ad alia rapiatur, ex virtute primæ intentionis, perficitur sacramentum: quamuis studiose curare debeat sacramenti minister, vt etiam actualem intentionem adhibeat: sed hoc non est totaliter positum in hominis potestate: quia præter intentionem, cum homo vult multum intendere, incipit alia cogitare, secundum illud Psalm. 139. Cor meum dereliquit me.

* Aliàs actualem.

A R-

1^m de minori. Actio non perficitur secundum intentionẽ instrumenti. ℞. Negatur. §. De quocunque scilicet instrumento. Nam actio nunquam fieret per instrumẽtum inanimatum, nisi illud ab alio moueretur secundum modum conuenientem intentioni agentis principalis (vt patet per experientiam: cùm aliter moueantur ferrea instrumenta pro faciendo lecto, aliter autem pro facienda naui; quod, vel quam principalis intendit): Et motio talis reputatur pro intẽtione instrumenti inanimati modo suo habita. Sic, à proportione argumentando ad instrumẽtum animatum, tamquam ex notioribus nobis ad minus secundum sensum nota procedendo dicẽdum est. Nisi animatũ instrumentum moueretur secundum animam ad conformandũ se in tali actione agenti principali: tunc per ipsum instrumentum nunquam fieret talis actio. Vt enim sequitur in illa propositione minori ab argumẽto adducta; Actio perficitur secundum intẽtionem principalis agentis. Oportet ergo, quod omnia concurrẽtia ad actionem ordinentur sub illa intentione (nam & ea, quæ sunt ad finem, ordinantur secundum exigentiam finis): alioquin non concurrerent nisi nominaliter ad illam actionem, quoniam realiter de facto concurrerent contra ipsam actionem. Si enim (vt a notioribus nobis adhuc procedamus) principalis agens intẽderet, sibi fieri nauem per talia instrumenta; & agentes secundarij, quos vocant manuales, mouerent instrumenta secundum modum, non quo per ipsa fieri solet nauis, sed quo fieri solet lectum: tunc vtique illi manuales vere concurrent nõ ad actionem, sed contra actionem, quam principalis intendit: & ideò per talem instrumentorum motum nunquam subministrarent agenti principali; immò quantum ad hoc ministerium frustrà laborarent, idest nihil prorsus facerent. Quare? Quia in motione illa non conformant intentionem suam intentioni principalis: est propterea nec nomen ministrorum suorum veraciter habent, licet tunc oretenus illius se esse ministros omnibus dicerẽt. Applica tu hæc ad instrumentum vtrumuis supradictorum (quod facile est): & mox clare perspicies, quod iure optimo negabatur à responso formali illud de minori adductum; siue de animato, siue de inanimato, instrumento intelligatur.

2^m antecedens. Non potest homini esse nota intentio alterius ℞. Dùm existit totaliter intus: nõ autem, si aliquo modo appareat foris. §. Tunc nihil &c. Nam in collatione sacramentorum intentio ministri aliquo modo foris apparet. Minister enim sacramẽti agit in persona totius Ecclesiæ &c. vt in tex. Ex quo ad difficultatem ab argumento ex illo antecedente illatam dicere vult: quod suscipiens sacramenta à tali ministro debet, iuxta certitudinem possibilem in tali casu haberi, stare securus de hoc; quod sacramentum susceperit. Nec debet ipse circa hoc plus sapere, quam oportet sapere, sed sufficiat sibi sapere ad sobrietatẽ in textu expressam; ne quãdo trepidans timore, vbi non est timor, incidat in tentationẽ & in laqueũ diaboli. Vide, & regulabis te hic à simili iuxta ibi dicta, 1. 2. q. 1. ar. 3. ad quartum. Elucid. ad longum.

3^m de maiori. Intentio hominis. ℞. Actualis §. Qua scilicet homo intendit actualiter. Tunc nihil &c. Nam licet ille, qui aliquid cogitat, nõ habeat actualẽ, &c. vt in textu. Vbi expone ly habitualis, idest virtualis. Sic enim exponendum esse docet cõtextus: dum postea declarans, quid per intẽtionem habitualẽ hic intelligi debeat, dicit ly ex virtute primæ intentionis. Hoc est (vt de se patet) ex virtuali intentione.

¶ NOT. Pro meliori notitia & formalizatorũ argumẽtorũ cũ rñsis, & maximę vtilitatis indè puenientis, vide 2. 2. q. 1. ar. 1. ad tertium, declarationem vniuersalissimam, cùm inibi citatis locis: quem modũ formalẽ si recte capias, & diligenter exerceas, breui ĩ virũ solertissimiigenij, magnęq; doctrinæ proficies.

APPENDIX.

Vtilitas pro Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationẽ interimas hæresim Lutheri dicentis (vt refertur in Bulla Leonis X. contra errores Luth.): quod si confessus non esset cõtritus, aut sacerdos nõ seriò, sed ioco, absolueret: si tamen credat se absolutum, est verissimè absolutus. Hoc pro tanto hic adducitur; pro quãto negat (vt patet) intentionem ministri sacrorũ necessario requiri ad perfectionẽ ipsorum. i. ad hoc, vt fiãt sacra. Articulus n. præsens pro tanto errorem illum directè impugnat, & efficaciter expugnat. Secundò habes quõ per rationẽ ostendas, hęresim illam meritò damnari ab eodem papa Leone in eadẽ Bulla. Item à dictis in Addition. articulorum nu. 16. 67. Elucid. applicando ad intentionem ministri. Itẽ à Veritatibus aureis super legem veterem, Leuit. 5. conclus. 9. Item à concilio Floren. in Decret. seu cõstitution. super vnione. Armenor. Hæc omnia sacra tribus perficiuntur, videlicet rebus, tãquam materia, verbis, tanquam forma, & persona ministri conferentis sacrm cum intentione faciẽdi, quod facit Ecclesia. Quorum si aliquod desit; non perficitur sacrm. Hæc ibi. Item à concilio Trid. sess. 14. c. 6. circa fin. Et cano. 9. Si quis dixerit: Absolutionem &c. aut cõfitentem esse absolutũ, modo tantum credat se esse absolutũ: etiam si sacerdos non seriò, sed ioco, absoluat: Anathema sit. Hæc ibi. Item ab eodem sess. 7. de sacris cano. xi. si quis dixerit: in ministris, dùm sacra conficiunt & conferunt, non requiri intentionẽ, saltẽ faciendi quod facit Ecclesia; Anathema sit. Hæc ibi. Tertiò vides: quõ ex ijs bene pẽsatis, & applicatis, doctrina psens Angelica vicissim declaret atq; cõfirmet.

patet

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica conclusio: Intentio ministri exigitur ad perfectionem sacramenti. Probatur: quando aliquid se habet ad multa, oportet quòd determinetur ad vnũ vt illud fiat: sed ea, quæ aguntur in sacramentis, se habent ad multa, nisi per intentionem ministri determinentur ad vnum. ergo &c. Processus totus clarè

patet in litera. Et confirmatur: quia verba sacramentalia exprimunt ministri intentionem.

¶ In responsione ad secundum nota primo nouitie pro claritate literæ, Auctorem referendo primam opinionem, narrare ipsam, primo quo ad hoc, quòd requiritur mentalis intentio, ita quòd si desit, non perficitur sacramentum: secundo, quo ad hoc, quòd stante casu, quo huiusmodi imperfectio sacramenti accideret (siue adultus, siue puer esset, qui sacramentum sic defectuosum susciperet) supplementum aliunde sortiretur, & puer quidem a Christo, adultus autem ex propria fide, & deuotione. Postea reprehendit Auctor, hanc opinionem: quia non potest saluare supplementum characteris.

¶ Aduerte secundo, quòd altera opinio ibidem subiuncta, & approbata, non est intelligenda, vt verba sonant: puta quod non requiritur in ministro intentio propria mentalis, sed sufficit intentio ecclesiæ per verba expressa, quicquid intendat ipse minister interius: hic enim sensus contradicit expresse doctrinæ Auctoris in vltimo huius quæstionis articulo dicentis, quod si minister non intendat sacramentum conferre, talis peruersitas tollit veritatem sacramenti, & inferius in q. 68. art. 7. ad secundum dicentis, Si in adulto deesset intentio suscipiendi sacramentum, esset rebaptizandus, sed sensus huius literæ ex proposito, ad quod loquitur Auctor sumendus est. Aduertendum est enim, quòd hæc omnia dicuntur hic pro solutione difficultatis motæ in arg. s. si mentalis intentio ministri exigeretur nullus esset certus se esse vere baptizatum: ad hanc enim certitudinem nostram de susceptis sacramentis intelligendum est sufficere intentionem ecclesiæ per verba ministri expressam, nisi per ministrum, aut suscipientem contrarium exprimatur: ita quòd non intendit Auctor, quòd hæc sufficiant ad perfectionem sacramenti simpliciter, sed ad perfectionem eius, secundum humanam certitudinem: per hoc enim euitatur inconueniens quod quilibet incertus posset dici de susceptis sacramentis.

¶ In responsione ad tertium, aduerte quod Auctor communicãs (ut puto) in vocabulis communi illius temporis vsui (quæ intentionem quidem, sed non actualem, habitualem vocabat) dixit hic intentionem habitualem, & statim subiunxit sensum intentum: puta, cum sacerdos accedit &c.

¶ Et hæc propterea dixerim, vt scias non latuisse Auctorem differentiam inter habere aliquid in actu, vel in habitu, vel in virtute, & quòd intentio requisita ad sacramenta non sufficit, quòd sit secundum habitum, sed oportet, quòd sit secundum virtutem: quod vt melius intelligas, accipe exemplum. habens habitum iustitiæ, tunc actualiter intendit iustum, quando actualiter attendit ad ius reddendum, tunc vero habitualiter intendit iustum, cum retinet habitum iustitiæ, etiam si dormiat: tunc autem virtualiter intendit iustum dum vacat quidem reddendo iuri (puta quia sedet ad tribunal, vt faciat sicut consueuit, seu iudicis officium) & nihil de iure cogitat, sed mens eius euagatur ad impertinentia: ita quòd etiam si non haberet habitum iustitiæ, ex solo hoc quòd accedit ad iudicis officium faciendum in omnibus: quæ exercet iudicijs, quantumcunque euagetur, semper intendit iustum virtualiter, ea ratione, quia semper perseuerat, vis primæ intentionis, qua primo proposuit facere iudicis officium. Et huiusmodi intentio non irrationabiliter vocatur habitualis: quia per modum habitus perseuerat, nam, & dormiente, & distracto homine perseuerat.

¶ Et hæc est, quæ sufficere dicitur ad sacramenta, & vere sic est: sufficit enim ad confectionem eucharistiæ, quòd sacerdos vadat ad altare, ut dicat Missam, etiam si per totam Missam euagetur mens eius.

¶ Aduerte secundo documentum Auctoris. s. quòd studiose debet minister operam dare vt etiam actualiter intendat, &c. non esse intelligendum in actu signato, sed in actu exercito. Non enim studendum est, vt habeamus hoc in mente actualiter ego intendo conficere, sed studendum, vt actualiter mens nostra ad ea, quæ sunt consecrationis, attendat, puta ad prolationẽ distinctã formæ, ad reuerentẽ contrectationẽ materiæ, ad futurã tunc ineffabilẽ præsentiã diuinæ gratiæ in sacro, vel etiã ipsius Christi, quo ad eucharistiam: hoc est. n. consecrare cum actuali intentione in actu exercito.

---

Sot. 4. s. d. 1. q. 5. art. 9.

## ARTICVLVS IX.

*Vtrum fides ministri sit de necessitate sacramenti.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd fides ministri sit de necessitate sacramenti. Sicut enim dictum est, * intentio ministri est necessaria ad sacramenti perfectionẽ: sed fides intentionẽ dirigit, vt Aug. † dicit contra Iulianum. ergo si desit vera fides in ministro, non perficitur sacramentum.

¶ 2 Præt. Si minister ecclesiæ verã fidem non habeat, videtur esse hæreticus: sed hæretici vt videtur, nõ possunt sacramenta cõferre: dicit enim Cyprianus in epistola * contra hæreticos, Omnia quæcumque faciunt hæretici, carnalia sunt, & inania, & falsa: ita vt nihil eorum quæ illi gesserint, a nobis probari debeat, & Leo Papa dicit in epistola † ad Leonem Augustum, manifestum est per crudelissimam, & insanissimam vesaniam, in Alexandrina sede omnium cœlestium sacramentorum lumen extinctum, intercepta est sacrificii oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, & parricidalibus manibus impiorum, omnia sese subtraxere mysteria. ergo vera fides ministri est de necessitate sacramenti.

¶ 3 Præt. Illi, qui non habent veram fidem, videntur esse per excommunicationem ab ecclesia separati: dicitur enim in secunda canonica Ioannis. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec Aue dixeritis ei, & ad Tit. 3. Hæreticum hominem post primam, & secundam correctionem deuita: sed excõmunicatus non videtur posse conferre ecclesiæ sacramentum, cum ab ecclesia sit separatus, ad cuius ministerium pertinet sacramentorum dispensatio. ergo videtur quòd vera fides ministri, sit de necessitate sacramenti.

SED CONTRA est, quòd Aug. * dicit cõtra Petilianum Donatistam: Mementote, sacramentis Dei nihil obesse mores malorum hominum, quòd illa, vel non sint, vel minus sancta sint.

RESP. Dicendum, quòd sicut supra dictum est, † quia minister in sacramentis instrumentaliter operatur, non agit in virtute propria, sed in virtute Christi. Sicut autem pertinet ad propriam virtutem hominis charitas, ita, & fides: vnde sicut non requiritur ad perfectionẽ sacramenti, quòd minister sit in charitate, sed possunt etiam peccatores sacramenta conferre, vt supra dictum est, * ita non requiritur ad perfectionem sacramenti fides eius: sed infidelis potest verum sacramentum præbere, dummodo cętera adsint quæ sunt de necessitate sacramenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd potest contingere, quòd aliqs patiatur defectum fidei circa aliqd, & non circa veritatem sacramenti, quod exhibet: puta si aliquis credat iuramentum esse in omni casu illicitum: & tamen credat baptismũ efficaciam habere ad salutem, & sic talis

---

SVPER Q. V. Aliàs 64. Art. IX.

53

CONCL. Non requiritur ad perfectionem sacramẽti fides ministri; sed infidelis potest verum sacramentũ præbere: dummodo cætera adsint, quę sunt de necessitate sacramenti.

¶ PROB. Quia minister in sacramentis non agit virtute propria, sed virtute Christi.

1um de maiori.

Intentio. R. Faciendi, quod facit Ecclesia. §. Licet æstimet id, quod per talis sacramenti exhibitionem facit Ecclesia, nihil esse. Sic enim intelligenda est articuli octaui prædicta conclusio de necessaria intentione ministri. Tũc nihil &c. Nam, ad satisfaciendum. D. August. in minori adducto, dicitur; quòd potest contingere, quòd aliquid patiatur defectum fidei circa aliquid aliud, &c. vt in text. Ex quo dic formaliter ad illius authoritatem: quod fides largo modo sumpta. i. siue catholica siue humana tantum sit, dirigit sibi correspõdenter intentionem. Hoc est. Fides catholica dirigit intentionem habitam, vel habendam, in rebus catholicis. i. rationem excedentibus: fides autem tãtum humana dirigit intentionem habitam, uel habendam in rebus humanis. Ratio horum est: quia fides dicit cognitionem; cognitio autẽ aliqua exigitur necessario ante intentionem; cum (vt patet) nemo possit intendere aliquid de eo, de quo nullam penitus habet cognitionẽ. Modo ad propositum hoc de fide ministri, prædictam authoritatẽ prædicto modo expositam applicando, dicamus ex textu. Non posset minister intendere hoc. s. se velle cooperari tũc ad interiorem sacramenti effectum (id qđ excedit vires humanas,) nisi per fidem catholicam antea crederet hoc. s. q sacramẽtum causat interiorẽ effectum. i. gratiam (id quod excedit rationem pure humanam.) Similiter nõ posset intendere facere tunc, quod facit Ecclesia: nisi crederet & Ecclesiam reperiri; & ipsam dicere, se per ea, quæ tũc fiunt exterius, facere aliquid interius. Quòd Ecclesia Christi reperiatur, ille credit per fidem catholicam: quòd autem ipsa sic dicat, vt nunc narrauimus, credere potest tantum per fidem humanam; quia. s. audiuit auribus suis corporalibus, sic

---

Marginal notes:

4. dist. 6. q. 1. ar. 3. q. 1.

* Ar. præc.

† Id habet Aug. in prsa. ps 31. non longe ante med. to. 8.

* li. 1. epist. 12. non remote a fi. Incipit cũ simul i cõ silio.

† Leo in epist. q̃ incipit. Literas clemẽtiæ tuæ, a me.

* li. 1. c. 47. circa fi. tomo 7.

* art. 5. huius quæst. & q. 62. arti. 1. & 2.

* ar. 5. & 6. huius q6.

ne dici. Ex prædictis ergo constat apertè; quòd ipse minister habet illam fidem de ecclesia, antequàm habeat intētionem faciendi, qđ facit ecclesia: & consequenter patet, quòd etiam in tali ministro nō habente catholicam fidem de sacramento a se tunc administrato, fides partim catholica, partim humana dirigit intentionem necessario requisitam. Fides ergo correspondētem sibi (ut declarauimus) semper dirigit intētionem. Ex hac tamen vniuersali sententia. B. Augustini nihil habet contra veritatem conclusionis articuli accipientis ly fides ministri, in alio sensu; quàm accepimus nos, dicentes, quòd de ecclesia fides illius ministri aliàs infidelis dirigit intentionē ipsius, qua intendit facere quod facit ecclesia, etiam si credat id nihil esse.

¶Not. Per locum a proportione, seu a simili, intellige tu etiam de suscipiente sacramenta hoc idem; quod in præsenti textu dicitur circa ministrum sacramentorum: ita quod ad suscipiendum sacramentum ordinis, baptismi, & confirmationis, requiritur quidē ex parte ordinandorum, baptizandorum, & confirmandorum intentio recipiendi illud, quod tradit ecclesia: non autem de necessitate requiritur fides eorūdem. Nō obstante. n. ipsorū infidelitate circa suscipienda illa sacramēta, ij possunt intendere id recipere, quod tunc dat ecclesia; licet (vt dicitur in tex.) æstiment id nihil esse: & talis intentio sufficit ad recipiendum sacramentum. i. characterem sacramenti, quamuis non sufficiat ad recipiendam gratiam sacramenti. i. gratiam iustificantem aliàs a sacramento in eis causandam. Vide infra q. 9. art. 7. 8. Quod verò dicitur ibi de baptismo intellige etiam de cæteris duobus: quoniam assimilantur ad inuicem tria hæc in hoc; quòd & singula imprimunt characterem, & in singulis virtus Christi operatur. Non enim (ut ibi. q. 9. dicitur) sacramentum perficitur per iustitiam hominis dantis, uel suscipientis illud, sed per virtutem Dei.

† ar. 8. huius quæst.

* c. 36. vsq; ad mediū to. 3.

lis infidelitas, non impedit intentionem conferendi sacramentum. Si vero patiatur fidei defectum circa ipsum sacramentum quòd exhibet, licet credat per id, quòd agitur exterius, nullum sequi interiorem effectum, non tamen ignorat, quòd ecclesia catholica intendit per huiusmodi quæ exterius aguntur, præbere sacramentum. vnde non obstante infidelitate, potest intendere facere id, quòd facit ecclesia, licet æstimet id nihil esse. Et talis intentio sufficit ad sacramentum: quia sicut supra dictum est, † minister sacramenti agit in persona totius ecclesiæ, ex cuius fide suppletur id, quòd deest fidei ministri.

Ad secundum dicendum, q̄ hæreticorum quidam in collatione sacramentorū, formam ecclesiæ non seruant, & tales neque sacramētum conferunt, neque rem sacramenti: quidam vero seruant ecclesię formā, & tales conferunt quidem sacramētum, sed non conferunt rem sacramenti: & hoc dico, si sunt manifeste ab ecclesia præcisi: quia ex hoc ipso quòd aliquis accipit sacramenta ab eis, peccat, & per hoc impeditur ne effectum sacramenti consequatur. vnde Aug. * dicit in lib. de fide ad Petrum: Firmissime tene, & nullatenus dubites, extra ecclesiam baptizatis, si ad ecclesiam non redierint, baptismo cumulari perniciem. Et p hunc modum dicit Leo Papa, † in sede Alexandrina sacramētorum lumen esse extinctum. s. quantum ad rem sacramenti, non autem quantum ad ipsum sacramentum. Cyprianus autem nullo modo sacramentum conferre hæreticos posse, credebat: sed in hoc eius sententia non tenetur, vnde Aug. dicit martyrem Cyprianum qui apud hæreticos, vel schismaticos datum baptismum nolebat cognoscere, tanta merita vsque ad triumphum martyrii secuta sunt, vt charitatis, qua excellebat luce, obūbratio illa fugaretur, & si quid purgandum erat, passionis falce tolleretur.

† epi. 65. a me. illius.

Ad tertium dicēdum, quòd potestas ministrādi sacramēta pertinet ad spiritualem characterem, qui indelebilis est, ut ex supradictis patet, & ideo per hoc, quòd aliquis ab ecclesia suspenditur, vel excommunicatur, vel etiam degradatur, non amittit potestatem conferendi sacramentum, sed licentiam vtendi hac potestate: & ideo sacramentum quidem confert, sed tamen peccat conferendo: & similiter ille, qui ab eo accipit sacramentum: & sic non percipit rem sacramenti, nisi forte per ignorantiam excusetur.

2^m de minori. Sed hæretici. R. Non seruantes formam ecclesiæ in collatione sacramētorum. §. i. Nō vtentes tunc materia, & forma uerborum, quibus utitur ecclesia; & non habentes intentionem faciendi, quod facit ecclesia (ut in ad primum.) Adeò quòd per ly formam ecclesiæ, ista tria simul intelligi responsum illud. Tunc nihil &c. Nam quidam hæretici seruāt ecclesiæ formam: & tales cōferunt quidem sacramentū, sed nō &c. vt in tex. Pro cuius fauore stat Concilium Nicęnum primum cano. 19. Si quis confugiat ad ecclesiam catholicam: stat & Papa Innocentius cap. Paulianistæ in nomine. Vide in lib. decret. 1. q. 1. capitulis nunc annotatis. Quę autem dicuntur in tex. de opinione Cypriani, vide diffusius ibidem. 1. q. 1. ca. si quis inquit de ecclesia. Vide & adhuc melius in summa conciliorum inter decreta Cornelij Papæ. Nam illa Cypriani in concilio prouinciali dicta per Cornelium Papam in concilio maiori Romæ celebrato sunt reuocata, & consequenter ergo ex his textum præsentem confirmari noueris.

3^m de minori. Conferre posse. R. Licitè. i. sine peccato. §. Tunc nihil &c. Ad ueritatem. n. conclusionis articuli sufficit: quod tales possint absolute, idest vere sacramētum conferre. Et hoc vtriq; possint. Nam potestas ministrandi sacramenta pertinet ad spiritualem characterem, &c. vt in tex.

* q. præce. art. 5.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. habes primò quomodo per rationem interimas, & quidem a fortiori, hæreses Ioannis Vuiclef, Donatistarum, Valdensium, seu Pauperum de Lugduno, narratas art. 5. 8. appen. & q. 4 artic. 6. appen. Secundò habes: quomodo per rationem a fortiori ostendas damnari meritò eas a Concilijs Florent. & Triden. ut ibidem patet. Si enim necessario requisita ad confectionem & collationem sacramentorum narrare profitentur (ut maxime apparet de Cōcilio Flōr.) Et non narrant, nisi q̄ intentio requiritur: ex hoc manifeste relinquitur, quòd nec fides ministri, nec intentio recta ipsius. artic. 10. requiritur de necessitate ad sacramentorum perfectionem. Item ab alijs dictis ibidem: quæ tutum erit huc bene applicare. Itē a Concilio Trid. sess. 7. de baptismo, cano. 4. Si quis dixerit: Baptismum, qui datur ab hæreticis in nomine Patris & Filij & Spiritussancti, cum intentione faciendi, quod facit ecclesia, non esse verum baptismum: Anathema sit. Hæc ibi. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica &c. 3

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶In corpore vna est conclusio cum uno corollario. Conclusio est: Ad perfectionē sacri, non exigitur fides ministri. Probatur: Minister in sacris operatur non ꝓpria, sed Christi virtute. ergo sicut non requiritur ad perfectionem sacramenti ministri charitas, ita nec eius fides. Consequentia probatur: quia fides pertinet ad ꝑfectionem ministri, sicut, & charitas. Quam non requiri probatur ex eo, quod mali homines possunt ministrare sacramenta. Corollarium est: Infidelis potest esse minister sacramenti.

¶In rñsionib. argumentorum, memento eorum quæ diximus in art. 6. de suscipientibus sacramēta ab indignis qñ peccant. Et iuxta illa intellige, quæ hic dicuntur, addendo q̄ ꝓcisi manifeste ab ecclesia si in articulo necessitatis sacrm baptismi conferrent, non peccarent, immo tenentur in tali casu baptismum conferre, absque solennitate tñ. Nec ꝓpterea sacerdotes efficerentur irregulares, ratione superius dicta: quia non ministri ex officio personam agerent, sed ministerialiter subuenientis necessitatem patienti.

¶ In responsione ad fin aduerte incidenter, quòd purgatio Cypriani martyris, de qua Aug. loquitur, nō nisi venialis peccati fuit, tum, quia cum charitate stabat error ille, ut Augustini uerba sonant: tum, quia tempore illo non erat per ecclesiam determinata efficacia sacramentorum per ministros extra ecclesiam.

34 Inf. q. 74. ar. 2. ad 2. Et 4. dist. 4. q. 1. art. 2. q. 2. & dist.

Sat. 4. 5. d. 1. q. 5. ar. 10.

SVP. QVAEST. V. Aliàs 64. Art. x.

Conci. i. Peruersitas intentionis mi-

## ARTICVLVS X.

*Vtrum intentio recta ministri requiratur ad perfectionē sacramenti.*

Ad decimum sic proceditur. Videtur, quòd intentio recta ministri requiratur ad perfectionē sacramenti. Intentio enim ministri debet conformari intentioni ecclesiæ, ut ex dictis patet, * sed intentio ecclesię semper est recta. ergo de ne-

ministri si sit respectu sacramenti, tollit ueritatem ipsius sacramenti; præcipue quādo intentionem hanc suam exterius manifestat.

11. q. 2. ar. q. 13. ad 1. & dist. 10. q. 1. artt. 3. ad 3.

* ar. 8. & 9.

¶Prob.

¶Prob. Quia patet ex dictis ar. 8.

¶Concl. 2. Intentionis ministri peruersitas, si sic respectu consequentium sacramentum, veritatem sacramenti non tollit: sed ipse minister ex tali intentione grauiter .i. mortaliter peccat.

¶Prob. Quia prius non dependet a posteriori. Secūda verò pars scilicet sed ipse, &c. patet. Vide a simili de irreuerentia &c. artic. 6. corp. fin.

## 1^m de maiori.

Debet confirmari. ℞. Quantum ad sacramēti perfectionem. §. sic enim intelligitur illa intentionis conformatio requisita de necessitate sacramenti; quæ dicta fuit ar. 8. & ab argumēto adducitur hic ad ꝓbationem maioris. Tūc nihil &c. Nam & intentio ministri talis .i. intētioni ecclesiæ conformis quantum ad sacramenti perfectionem, est recta secundum rectitudinem necessariā pro sacramenti perfectione i. pro hoc, quòd a tali ministro sacramētum fiat. De rectitudine autem alia dicta in textu, quam habet ecclesia in sacramentis, patet ex Cōcilio Trid. quòd non requiritur de necessitate sacramēti in ministro. Cōciliū enim apponit ly saltē, dicens sess. 7 de sacramentis. cano. 11. Si quis dixerit in ministris, dum sacramenta conficiunt & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi quod facit ecclesia: Anathema sit. Hæc ibi.

cessitate ad sacramēti perfectionem requiritur intentio recta ministri.

¶ 2 Præt. Peruersa intentio deterior esse videtur, quam intentio iocosa, sed intentio iocosa tollit sacramentum: puta si aliquis non serio, sed ludo aliquem baptizaret. ergo multo magis peruersa intentio aufert sacramentum: puta si aliquis aliquem baptizaret, vt postmodū eū occideret.

¶ 3 Præt. Peruersa intentio facit totum opus vitiosum, secundum illud Luc. 12. Si oculus tuus fuerit nequā, totum corpus tuū tenebrosum erit: sed sacramenta Christi non possunt inquinari per malos homines, sicut August. dicit contra Petilianum. ergo videtur quòd si sit peruersa intentio ministri non sit ibi verum sacramentum.

Sed contra est, quòd peruersa intentio pertinet ad malitiam ministri: sed malitia ministri non tollit sacramentum. ergo nec peruersa intentio.

Resp. Dicendum, quòd intentio ministri potest peruerti dupliciter. Vno modo respectu ipsius sacramēti: puta cum aliquis non intendit sacramentum conferre, sed derisorie aliquid agere, & talis peruersitas tollit veritatem sacramenti, præcipue quando suam intentionem exterius manifestat. Alio modo potest peruerti intentio ministri quantum ad id, quod sequitur sacramentum: puta si sacerdos intendat aliquam fœminam baptizare, vt abutatur ea: vel si intendat conficere corpus Christi, vt eo ad veneficia vtatur: & quia prius nō dependet a posteriori, inde est quod talis intentionis peruersitas veritatem sacramenti non tollit, sed ipse minister ex tali intentione grauiter peccat.

Ad primum ergo dicendum, quòd ecclesiæ intentio recta est, & quantum ad sacramenti perfectionem, & quātum ad sacramēti vsum: sed prima rectitudo perficit sacramentum, secunda operatur ad meritum. & ideo minister qui conformat intētionem suam ecclesiæ, quantum ad primam rectitudinem, non autem quantum ad secundam, perficit quidem sacramentum, sed nō est sibi ad meritum.

Ad secundum dicendum, quòd intentio ludicra, vel iocosa, excludit primam rectitudinem intentionis, per quam perficitur sacramentum: & ideo non est similis ratio.

Ad tertium dicendū, quòd peruersa intentio peruertit opus intendentis, non autem opus alterius: & ideo ex peruersa intentione ministri, peruertitur id quod agit in sacramentis inquantum est opus eius, nō inquantum est opus Christi, cuius est minister. Et est simile, si minister alicuius hominis, praua intentione deferret pauperibus eleemosynam, quam dominus recta intētione mandaret.

## 2^m maior.

Peruersa intentio deterior esse vr; q̄ intētio iocosa. ℞. Negatur; loquendo de illis i. ēnomib. respectu sacri. §. Sic. n. intentio iocosa est deterior. Nā intētio ludicra, vel iocosa excludit &c. vt ī tex. Vide ēt ad primū. Tunc nih. &c. vt patet.

## 3^m de maiori.

Totū opus. ℞. Intēdentis, vt intendentis. §. Tūc &c. Cū hoc. n. stat, q̄ peruersa intentio alius sic intēdētis nō peruertat opus, qđ ipse facit in persona alterius; formaliter loquendo. i. vt in ꝑsona alterius facit. Id ex peruersa intētione ministri peruertitur id &c. vt in text.

### APPENDIX.

Ex art. habes q̄uo ꝑ rōnem conclusionis secundæ interimas hęreses narratas in locis citatis ab art. 9. appen. confirmando videlicet, hinc; q̄ mali ministrī pōt cōficere & cōferre sacra. Patet. n. quod ex hoc, q̄ istud cōfirmat, illę hęreses magis confunduntur: & consequenter q̄ pręsens articulus ad expugnandū illas ac similes a sancto doctore ecclesię catholicę ꝓpugnatore fidelissimo (quod sui moris semp fuit) factus est. Secundò habes: quomodo per eandem rationem ostendas, eas meritò damnari a dictis in locis præallegatis. Vide ergo tu per te ibi, nè inanis repetitio fiat: & rectę ad propositū, pro quanto opus est, applica. Tertiò vides: q̄uo ex ijs bene perit. & applic. doct. præsens &c.

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

Secun-

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore articuli est distinctio bimēbris in singulis conclusionibus. Distinctio est: Intentio ministri potest peruerti dupliciter vel respectu sacramenti, uel respectu alicuius alterius. Prima conclusio iuxta primum membrum est: Peruersa intentio respectu sacramenti, tollit veritatem sacramenti. Hanc conclusionem Auctor non probat in litera: sed vt manifestam relinquit ex præmissis, scilicet quod intentio ministri requiritur ad sacramentum, huiusmodi. n. peruersitas tollit intentionem ministri. Secunda conclusio iuxta secundum membrum est: Peruersa intentio ministri circa cōsequentia, non tollit veritatem sacramenti. Probatur: quia prius non dependet a posteriori.

¶In responsione ad secundum, aduerte quòd intentio ludicra, seu iocosa in collatione sacramenti, potest inueniri dupliciter, uel relata ad ipsum sacramentum, uel relata ad finem, aut motiuum, quod administret sacramentum. Exemplum primi, si quis non intendēdo facere, quòd facit ecclesia, sed facere actum exteriorem similem actui, quem facit ecclesia: uel derisorie, uel delectationis socialis gratia aliquos baptizaret: huiusmodi enim iocosa intentio tollit veritatem sacramenti: quia tollit intentionem ministri, & de tali loquitur Auctor in litera. Exemplum secundi, Si quis socialis delectationis gratia aliquos baptizaret, intendens tamen facere quod facit ecclesia: sicut econtra si quis delectationis gratia permitteret se baptizari. Huiusmodi enim intentio iocosa non tollit veritatem sacramenti: sicut nec si fuisset intentio auara: puta si propter pecuniam conferret, aut susciperet quis baptisma. Et ratio est: quia iocositas talis non tollet intentionem ministri respectu sacramenti.

*Alb. Mag. 4. d. 1. ar 2.*
*Ferr. 4. cont c. 58.*
*S. Bon. 4 s. d. 2. q 3.*
*Scot. 4. s. d. 2. q. 1.*
*Sot. 4. s. d. 1. q. 6. art. 1.*

### SVPER Q. VI. Aliàs. 65. Art. 1.

Concl. Conuenienter ponuntur sacramenta esse septem: siue considerentur, ut sunt ad perficiendum hominē in cultu Dei secundum religionem vitæ Christianæ; siue etiam considerentur, ut sunt in remedium cōtra defectum peccati.

¶Prob. Quia & homo secundum vitā spiritualē totupliciter ꝑficiendus est, quotupliciter secundum vitā corporalem perficitur (ut declaratur in text.) & defectus peccati est septemcuplex (ut explanatur ibid. vsque ad ly defe-

35 4. di. 2. q. 2. art. 2. Et 4. con. ca. 58. Et 1. cor. prin.

## QVAESTIO VI.

*De numero sacramentorum in quatuor articulos diuisa.*

Deinde considerādum est de numero sacramentorū. Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum sint septem sacramenta.

¶ Secundò, De ordine eorum ad inuicem.

¶ Tertiò, De comparatione eorum.

¶ Quartò, Vtrum omnia sint de necessitate salutis.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum debeant esse septem sacramenta ecclesiæ.*

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd non debeant esse septem sacramenta. Sacramenta enim efficaciam habent ex virtute

diuina, & ex virtute passionis Christi: sed vna est virtus diuina, & vna Christi passio: vna enim oblatione consumauit in sempiternum sanctificatos, vt dicitur Hebr. 10. ergo non debuit esse, nisi vnum sacramentum.

¶ 2 Præt. Sacramentum ordinatur cōtra defectum peccati: hic autem est duplex, s. pœna, & culpa. ergo sufficeret esse duo sacramenta.

¶ 3 Præt. Sacramenta pertinent ad actiones ecclesiasticæ hierarchiæ, vt per Diony. † patet: sed, sicut ipse dicit, tres sunt actiones hierarchicæ, s. purgatio, illuminatio, & perfectio. ergo non debent esse, nisi tria sacramenta.

*c. 2. eccle. hier. p. 3.

¶ 4 Præt. Aug. dicit 19. contra Faustum, sacramenta nouæ legis sunt numero pauciora, quàm sacraméta ueteris legis: sed in veteri lege non erat aliquod sacramentum, quod responderet confirmationi, & extremæ vnctioni, ergo neque hæc debent numerari inter sacramenta nouæ legis.

*li. 19. c. 13. à med. t. 6.

¶ 5 Præt. Luxuria non est grauius inter cætera peccata, vt patet ex his, quæ in secunda parte dicta sunt: * sed contra alia peccata non instituitur aliquod sacramentum ergo neque contra luxuriam debuit institui sacramentum matrimonii.

*2. 2. q. 154. ar. 3.

6 SED CONTRA videtur quòd sint plura sacramenta. Sacramenta. n. dicũtur quasi quædam sacra signa, sed multæ aliæ sanctificationes fiunt in ecclesia, secundum sensibilia signa, sicut aqua benedicta, consecratio altaris, & alia huiusmodi: ergo sunt plura sacramenta quàm septem.

¶ 7 Hug. * de sancto Victore dicit, quòd sacramenta veteris legis fuerunt oblationes, decimæ, & sacrificia: sed sacrificium ecclesiæ est vnum sacramentum, quod dicitur eucharistia. ergo etiam oblationes, & decimæ debent dici sacramenta.

*li. 1 de sacr. par. 12. cap. 10.

¶ 8 Præt. Tria sunt genera peccatorum, originale, mortale, & veniale: sed contra originale peccatum ordinatur baptismus, contra mortale autem, pœnitentia. ergo deberet esse aliud præter septem, quod ordinetur contra veniale.

RESP. Dicendum, quòd (sicut supra * dictum est) sacramenta ecclesiæ ordinantur ad duo, scilicet ad perficiendum hominem, in his, quæ pertinent ad cultum Dei, secundum religionem Christianæ vitæ, & etiam in remedium contra defectum peccati; Vtroque autem modo conuenienter ponuntur septem sacramenta. Vita enim spiritualis conformitatem aliquam habet ad vitam corporalem, sicut, & cetera corporalia conformitatem quandam spiritualium habent. In vita autem corporali, dupliciter aliquis perficitur. Vno modo, quantum ad personam propriam, alio modo per respectum ad totam communitatem societatis, in qua viuit: quia homo naturaliter est animal sociale. Respectu autem sumpsius perficitur homo in vita corporali dupliciter. Vno modo per se, acquirendo. s. aliquam vitæ perfectionem: alio modo per accidens, s. remouendo impedimenta vitæ, puta ægritudines, uel aliquid huiusmodi. Per se autem perficitur corporalis vita, tripliciter. Primo quidem per generationé, per quam homo incipit esse, & viuere: & loco huius in spirituali vita est baptismus, qui est spiritualis regeneratio secundum illud ad Tit. 3. Per lauacrum regenerationis, &cæt. Secundo, per augmentum, quo aliquis perducitur ad perfectam quantitatem, & virtutem: & loco huius in spirituali vita, est confirmatio, in qua datur Spiritussanctus ad robur. vnde dicitur discipulis iam baptizatis. Luc. vlt. Sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. Tertio per nutritionem, qua conseruatur in homine vita, & virtus. Et loco huius, in vita spirituali est eucharistia: vnde dicitur Io. 6. Nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitam in uobis, & hoc quidem sufficeret homini, si haberet, & corporaliter, & spiritualiter impassibilem vitam: sed quia homo incurrit interdum, & corporalem infirmitatem, & spiritualem, s. peccatũ, ideo necessaria est homini curatio ab infirmitate quæ quidem est duplex, una quidé, est sanatio, quę sanitaté restituit, & loco huius in spirituali vita est pœnitentia, secundum illud Psal 40. Sana animam meã, quia peccaui tibi. Alia autem est restitutio valetudinis pristinæ per conuenientem diætam, & exercitium, & loco huius in spirituali vita est extrema vnctio, quæ remouet peccatorũ reliquias, & hominem paratum reddit ad finalem gloriam: vnde dicitur Iac. 5. Et si in peccatis sit, dimittentur ei. Perficitur autem homo in ordine ad totam communitatem dupliciter. vno modo per hoc, quòd accipit potestatem regendi multitudinem, & exercendi actus publicos. Et loco huius in spirituali vita est sacramentum ordinis, secundum illud Hebr. 7. quòd sacerdotes hostias offerunt non solum pro se, sed etiam pro populo. Secundo, quantum ad naturalem propagationem, quod fit per matrimonium tã in corporali, quàm in spirituali vita, eo quòd est non solum sacramentum, sed naturæ officium. Ex his etiam patet sacramentorum numerus, secundum quòd ordinantur contra defectum peccati. nam baptismus ordinatur contra carentiam uitæ spiritualis: confirmatio contra infirmitatem animi, quæ in nuper natis inuenitur: eucharistia contra labilitatem animi ad peccandum: pœnitentiã contra actuale peccatum, post baptismum cōmissum: extrema vnctio contra reliquias peccatorum, quæ. s. non sunt sufficienter per pęnitentiam sublatæ, aut ex negligentia, aut ex ignorantia: ordo contra dissolutionem multitudinis: matrimonium in remedium contra concupiscentiã personalem, & contra defectum multitudinis, qui per mortem accidit: quidam uero accipiunt numerum sacramentorũ per quãdam adaptationem ad virtutes, & ad defectus culparum, & pœnalitatum, dicentes, quòd fidei respõdet baptismus, & ordinatur contra culpam originalem: spei extrema vnctio, & ordinatur contra culpam venialem: charitati eucharistia, & ordinatur contra pœnalitatem malitiæ: prudentiæ ordo, & ordinatur contra ignorantiam: iustitiæ pœnitentia, & ordinatur contra peccatũ mortale: temperantiæ matrimonium, & ordinatur contra concupiscentiam: fortitudini confirmatio, & ordinatur contra infirmitatem.

*q. 62. a. 5. & q. 63. ar. 1. c. 3.

defectui multitudinis, qui per mortem accedit.)

**1ᵐ illatio conclusionis.** Ergo non debuit, &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam idem agens principale vtitur diuersis instrumétis ad diuersos effectus, secũdum congruentiã operum: id quod non cōsiderauit, uel etiam cuius cōtrarium putauit, argumentum in præmissis. Dum ergo numerum sacramẽtorum attendit secundum numerum, vel agẽtis absolute principalis. i. virtutis diuinæ, uel agentis in genere ministeriali principalis. i. passionis Christi, committit fallaciam secundũ non causam, ut causam. Nõ enim (ut ipsum argumentum putat) sacramẽtorum numerus attenditur secundũ agentis principalis numerũ, quasi quod ad hoc tanquam ad causam suam debeat conformari illud, scilicet numerus sacramentorum: sed attenditur secundum aliud. i. secundum agentis principalis posse vti diuersis instrumétis ad diuersos effectus iuxta congruentiam operũ. Hoc, inquam, aliud est vera causa huius numeri; idest, est uera causa ad quam numerus sacramentorũ debet conformari. Vt clarius ad propositum speciale nostrum de sacramentis intelligas ly secundum congruentiam operũ, recurre ad textum corpor.

**2ᵐ de maiori.** Contra defectum peccati. ℞ Diuersificatum & secundum species eius, & secundum status hominum. §. Vt patet lectori perspicaciter conside. anti dicta in tex. corp. Tunc nihil &c. Minor enim loquitur tãtum de peccati defectu generico, seu generice sumpto; ideo non attingit, & multò minus infringit, intentum articuli.

Tertium

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd idem agens principale vtitur diuersis instrumentis ad diuersos effectus, secundũ congruentiam operum. Et similiter virtus diuina, & passio Christi operãtur in nobis per diuersa sacramenta, quasi per diuersa instrumenta.

AD SECVNDVM dicendum, quòd culpa, & pœna diuersitatem habent, & secundum speciẽ, inquantum sunt diuersæ species culparum, & pœnarum, secundum diuersos hominum status, & habitudines. Et secundum hoc, oportuit multiplicari sacramenta, ut ex dictis * patet.

*In cor. ar.

**3^m illatio conclusionis.** Ergo non debent &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis nō plene intellectis. In actionibus siquidem hierarchicis (de quibus loquuntur præmissæ) secundum plenarium sensum acceptis, considerantur & agentes & recipientes, & actiones. Agentes autē sunt ministri, &c. vt in text. Ex quo patet: ꝙ Dionysius stat pro conclusione articuli. 1. quòd, sic dicendo iuxta præmissarum narrationē, ponit septem sacramenta.

**4^m illatio conclusionis.** Ergo neq; debent, &c. ℞. Negatur illatio. §. Neq; n. Augustinus dicit, ꝙ ista duo, scilicet confirmatio, & extremavnctio, nō sint connumerāda inter sacramenta nouæ legis: neq; ex connumeratione istorum duorū inter ipsa sacramenta fit, ꝙ nouæ legis sacramenta nō sint pauciora, quàm ueteris legis (quod dicebat Aug.) Pro meliori notitia textus, vide 2.2.q.102. ar.5.corp.& ad tertium.

**5^m de maiori.** Non est grauius. ℞. Est tamen & vehementius propter delectationē; & ad viciandum plura se extendens. §. Vt patet 2.2.q.153 ar.4.5.& q.154.ar.&c. & 1. 2. q. 82.ar.1.3.& q.83.ar.4. Tunc nihil &c. ut de se patet. Argumētū ergo peccabat in fallacia ꝑm non causam, vt causam. Putauit. n. ꝙ causa institutionis sacramenti matrimonij cōtra luxuriā fuerit grauitas eius; & tñ hæc nō fuit vera seu pcipua illius cā; sed alia, s. vehemētia, & cōtagiū ipsius luxuriæ.

Ad tertium dicendū, quòd in actionibus hierarchicis considerantur, & agentes, & recipientes, & actiones. Agentes autem sunt ministri ecclesiæ, ad quos pertinet ordinis sacr̄m. Recipientes autem sunt illi, qui ad sacr̄m accedunt, qui producuntur per matrimonium. Actiones autem sunt purgatio, illuminatio, & perfectio: sed sola purgatio nō potest esse sacr̄m nouæ legis, quod gratiam cōfert: sed pertinet ad quędam sacramentalia, quæ sunt catechismus, & exorcismus. Purgatio autem, & illuminatio simul, secundum Diony. *pertinent ad baptismum, & propter recidiuum secundario pertinent ad pœnitentiam, & extremam vnctionem. Perfectio autem quantū ad virtutē quidem (quæ est quasi perfectio formalis) pertinet ad confirmationē, quantū autem ad consecutionem finis, pertinet ad eucharistiam.

*c.3.par.1. circa fi.r

Ad quartum dicendum, ꝙ in sacr̄o confirmationis datur plenitudo Spiritussancti ad robur: i extrema autem unctione præparatur homo, ut recipiat immediate gloriam: quorum neutrum competit veteri testamento, & ideo nihil potuit his sacramentis in ueteri lege respōdere: nihilominus tamen sacramēta in veteri lege plura fuerunt numero, propter diuersitatem sacrificiorum, & cæremoniarum.

Ad quintum dicendum, ꝙ contra concupiscentiam venereorū, oportuit specialiter remedium adhiberi per aliquod sacramentū: primo quidem, quia per hmōi concupiscētiam nō solum vitiatur persona, sed etiam natura: secundo, pp vehementiam eius, quæ rationem absorbet.

Ad sextum dicendum, quòd aqua benedicta, & aliæ consecrationes non dicuntur sacramenta: quia non perducunt ad sacr̄i effectū, qui est gratię consecutio: sed sunt dispositiones quædam ad sacramenta, uel remouendo prohibēs, sicut aqua benedicta ordinatur cōtra insidias dęmonum, & contra peccata venialia, vel etiam idoneitatem quandam faciendo ad sacramenti perfectionem, & perceptionem, sicut consecratur altare & vasa, propter reuerentiam eucharistiæ.

Ad septimum dicendū, quòd oblationes, & decimæ erant tam in lege naturæ, quam in lege Moysi ordinatæ, non solum in subsidium ministrorum, & pauperum, sed etiam in figuram, & ideo erant sacramenta: nunc autem non remāserunt inquantum sunt figuralia; & ideo non sunt sacramenta.

Ad octavum dicendū, quòd ad deletionem venialis peccati non requiritur infusio gratiæ. vnde cum in quolibet sacramento nouæ legis gratia infundatur, nullum sacramentum nouæ legis instituitur directè cōtra veniale, quod tollitur per quędam sacramentalia: puta per aquam benedictam, & alia huiusmodi quidam tñ dicunt extremā vnctionem contra veniale peccatum ordinari: sed de hoc suo loco * dicetur.

**6^m contra de maiori.** Sacra signa. ℞. Perducentia ad gratiæ consecutionem. §. Tunc nihil &c. Nam aqua benedicta, & aliæ consecrationes in minori adductæ non dicūtur sacr̄a, quia &c. ut in text. De his narratus in textu, ꝙ idoneitatē quandā faciunt ad sacr̄i &c. vide dicta a Côc. Trid. sess. 22. cap. 4.5.8. & cano. 6.7.9. & Decret. de obseruandis & euitandis in celebration. Miss. Ex locis. n. istis de concilio citatis ad melius atque copiosius intelligendū præsentem textum iuuaberis.

**7^m illatio conclusionis.** Ergo etiā oblationes &c. ℞. Negatur illatio. §. Nō enim est eadem ratio de his, quò ad esse sacramentum, in utraque lege. Nam obligationes, & decimæ erant tam in lege naturæ, quàm in lege Moysi ordinatæ &c. ut in text. Ex quo dic; quòd Hugo de S. Vict. per ly ueteris legis, intellexit non solum legem Moysi (ut cōiter solet intelligi) sed etiā legē naturæ. Itē ex textu dic; ꝙ aliquid nō poterat esse sacr̄m, nisi esset figurale. Ratio est: quia sacr̄m est sacræ rei signum. q 1. art. 1. Pro amplissimo captu textus ly, sed etiam in figuram, vide. 1.2.q.101.art.2.& q.102.art.2.3.4.5.6.

**8^m illatio conclusionis.** Ergo deberet esse &c. ℞. Negat̄ illatio. §. Nā ad delectionē venialis peccati non &c. ut in tex. Pro cuius ly per aquam benedictam, vide Veritates aureas super legem veterem. Num.4. concl.1.& cap.18. concl.2. item pri. par. articulorum, nume. 358. Eluci. Pro textu ly suo loco dicetur, vide Addition. q.29. art.1.& q.30. artic.1.

**APPENDIX.**

Ex ar. habes primò: qūo p rōnē tum directā (Hæc est i corp.) tum indirectā (Hæc est solutio argumentorū. Qđ de vtraq; rōne dictū semp & ubiq; intelligendū est in appendicib. per ly per rōnem) interimas hęreses Caluinistarū dicentiū: ꝙ sacramēta sunt tm̄ duo. s. Baptismus, & Cœna. Et Lutheri dictis qñque (.i. cū in sua captiuitate Babylonica captiuus ipse scriberet, Anno. 1520.) sacr̄m esse solūmodo vnū. Itē eiusdē qñq; (.i. dū pniciosissime catechismū suū cōponeret, Anno 1522.) dicentis; sacr̄a esse duo. Itē eiusdē qñq; (.i. cō sessione illa sacrilega Augustana, quā Lutheri nōie obtulit Melanchton, An. 1530.) dicentis: sacr̄a esse tria. Licet idē Lutherus aliqñ (.i. dū cōcorditer rectè cū catholicis doceret, An. 1515.) dixerit: sacr̄a esse septē. Occurrebant (vt vr̄) Luthero potiꝙ a veritate catholica exiuit, diuersa argumēta, ꝙ eius fantasiæ suadebant modo sacr̄m esse vnum, modo esse duo, modo esse tria; & ipse misellus, vtpote iam sanctus indoctus & instabilis. 2. Petr. 3. ijs diaboli cis fallacijs delusus errabat & in errorē alios mittebat. 2. Timoth. 3. Quòd si vidisset sancti Thomæ Ecclesiam catholicam (vt semper in tota doctrina facit) contra Sathanicos insultus atque astutias strenuissime ac fidelissime defendentis solutiones ad 1.2.3. agnouisset profectò, si tamen rebellis lumini esse cū impijs noluisset, Iob 24. q. similia argumēta nihil contra ueritatem valebant. At nemo cęcus magis eo, qui vult esse cæcus. Secundò habes quomodo per rationem ostendas, hæc ses illas meritò damnari a Concilio Florent. in Decreto Armenis dato, seu (ut aliàs prætitulatur) in constitution. super vnion. Armenor. Nouæ legis septem sunt sacramenta. s. Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema unctio, Ordo, & Matrimonium. Hæc ibi. Item a Concilio Trid. sess. 7. de sacramentis, quod postquàm in proœmio dixerat ly sacrosancta synodus sanctarum scripturarum doctrinæ, Apostolicis traditionibus, atque aliorum conciliorum & Patrum consensui; inhærendo hos præsentes canones statuendos censuit, posteà cano. 1. subiungit. Si quis dixerit; sacramenta nouæ legis non fuisse omnia a Iesv Christo dño nostro instituta: Aut esse plura, uel pauciora, quàm septem, videlicet, Baptismū, Confirmationem, Eucharistiā, Pœnitentiā, Extremā vnctionē, Ordinē, & Matrimoniū: Aut etiā aliqđ horū septē nō esse vere, & proprie, sacr̄m: anathema sit. Hæc ibi. Tertiò vides: qūo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim &c.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

*Nō cōpleuit morte præuētus.

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio: Conuenienter ponuntur sacramenta ecclesiæ septem. Manifestatur hæc conclusio dupliciter, primo s̄m propriam doctrinam, secundo, iuxta aliorum traditionem.

¶ Quo ad primū distinguit duos fines sacr̄orum, vnus est pfectio hoīs in his, ꝙ Christiani sunt cultus: alter est remedium pc̄ōrū. Et probat sic conclusionē: sacr̄a ecclesiæ ad utrumq; dictū finē conuenienter poni in numero septenario. ergo, &c. Antecedens manifestat̄ primo respectu primi finis (discusso progressu numerando 7. pfectiones opportunas cultui Christiano, ꝙ sunt uita, robur, conseruatio, curatio, restitutio, ptās, & propagatio, & assignando singulorū rationem, vt in litera clare patet. Deinde declarat̄ antecedens respectu secundi finis, assignando septē defectus, ꝙ clare patent in lr̄a.

¶ Quo ad s̄m clare apparet recitata positio absque alia expōne.

SVP.

*S.Bon.4 ſ.d.2.q.3.*
*Scot.4.ſ.d.2.q.1.*
*Bor.4 ſ.d.1.q.6.art.2.*

## ARTICVLVS II.

### *Vtrum ſacramenta conuenienter ordinentur ſecundum modum prædictum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd incõuenienter ſacramenta ordinentur ſecũdum modum prædictum, † Vt.n.Apoſt. dicit primæ Corinth. 15. Prius eſt quod eſt animale, deinde quod ſpirituale: ſed per matrimonium generatur homo prima generatione, quæ eſt animalis: per baptiſmum autem regeneratur homo ſecunda generatione, quæ eſt ſpiritualis. ergo matrimonium debet præcedere baptiſmum.

¶ 2 Præt. Per ſacramentum ordinis aliquis accipit poteſtatem agendi actiones ſacramentales: ſed agens eſt prior ſua actione. ergo ordo debet præcedere, & baptiſmum, & alia ſacramenta.

¶ 3 Præt. Euchariſtia eſt ſpirituale nutrimentum, confirmatio autem comparatur augmento. Nutrimentum autem eſt cauſa augmẽti, & per conſequens prius eo. ergo euchariſtia eſt prior confirmatione.

¶ 4 Præt. Pœnitentia præparat hominem ad euchariſtiam: ſed diſpoſitio præcedit perfectionem. ergo pœnitentia debet præcedere euchariſtiam.

¶ 5 Præt. Quod eſt propinquius fini vltimo, eſt poſterius: ſed extrema vnctio inter omnia ſacramenta propinquior eſt vltimo fini beatitudinis ergo debet habere vltimum locum inter ſacramenta.

IN CONTRARIVM eſt, ꝙ communiter ordinantur ab omnibus ſacramenta, ſicut prius dictum eſt.*

RESP. Dicendum, quòd ratio ordinis ſacramẽtorum apparet ex his, quæ ſup. † dicta ſunt. Nam ſicut vnũ eſt prius, quàm multitudo, ita ſacramenta, quæ ordinantur ad perfectionem vnius perſonæ naturaliter, præcedunt ea quæ ordinantur ad perfectionem multitudinis, & ideo vltimo inter ſacramenta ponuntur ordo, & matrimonium, quæ ordinantur ad multitudinis perfectionem: matrimonium tamẽ poſt ordinem, eo quòd minus participat de ratione ſpiritualis vitæ, ad quam ordinantur ſacramẽta. Inter ea vero, quæ ordinãtur ad perfectionem vnius perſonæ, naturaliter ſunt priora illa, quæ per ſe ordinantur ad perfectionem ſpiritualis vitæ, quàm illa, quæ ordinantur per accidens, ſ. ad remouendum accidens nociuum ſuperueniens: cuiuſmodi ſunt pœnitentia, & extrema vnctio. Poſterior tamen eſt naturaliter extrema vnctio, quæ conſeruat ſanationem, quàm pœnitentia, quæ inchoat. Inter alia vero tria manifeſtum eſt, quòd baptiſmus, qui eſt ſpiritualis regeneratio, eſt prius: & deinde confirmatio, quæ ordinatur ad formalem perfectionem virtutis, & poſtmodum euchariſtia, quæ ordinatur ad perfectionem * finis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd matrimonium, ſecundũ quòd ordinatur ad animalem vitam, eſt naturæ officium: ſed ſecundũ quòd habet aliquid ſpiritualitatis, eſt ſacramentum: & quia minimum habet de ſpiritualitate, vltimo ponitur inter ſacramenta.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ad hoc quòd aliquid ſit agens, præſupponitur quòd ſit in ſe perfectum: & ideo priora ſunt ſacramenta, quibus aliqs in ſeipſo perficitur, quàm ſacramentum ordinis, quo aliquis conſtituitur perfector aliorum.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd nutrimentum, & præcedit augmentum, ſicut cauſa eius, & ſubſequitur augmentum, ſicut conſeruans hominem in perfecta quantitate & virtute: & ideo poteſt euchariſtia præmitti confirmationi, vt Diony. facit in lib. de cœleſt. hierar. & poteſt poſtponi, ſicut Magiſter facit in 4. ſententiarum.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ ratio illa recte procederet, ſi pœnitentia ex neceſſitate requireretur, ut ꝑparatoria ad euchariſtiã: ſed nõ eſt verũ: nã ſi aliquis eſſet ſine peccato mortali, non indigeret pœnitentia ad ſumptionem euchariſtiæ. Et ſic patet, quòd per accidens pœnitentia præparat ad euchariſtiam, ſcilicet ſuppoſito peccato: vnde dr̃ 2. Paral. vlt. Tu domine iuſtorum, non poſuiſti pœnitentiam iuſtis.

AD QVINTVM dicendum, quòd extrema vnctio propter rationem inductam, * eſt vltimum inter ſacramenta, quæ ordinantur ad perfectionem vnius perſonæ.

* In argu.

AR-

## SVPER Q. VI. Aliàs. 65. Art. II.

36 — 4 di. 2. q. 1. a. 3. Et diſ. 7. q. 1 ar. 1. q. 3. Et Epheſ. 5. fin. * Ar. præc.

CONCL. 1. Sacramenta, quæ ordinãtur ad perfectionem vnius perſonæ, præcedũt naturaliter ea; quæ ordinantur ad perfectionem multitudinis.

¶ PROB. Quia vnum eſt prius, ꝙ multitudo.

¶ CONCL. 2. Inter ſacramenta quæ ordinantur ad pfectionẽ vnius perſonæ, ſunt naturaliter priora illa; quæ per ſe ordinantur ad perfectionem ſpiritualis vitæ, quàm illa; quæ ad hanc ordinãtur per accidens.

¶ PROB. Quia patet ex terminis.

¶ CONCL. 3. Inter ſacramenta quæ ad perfectionem vnius perſonæ ordinantur, baptiſmus eſt prior, deinde confirmatio, poſtmodũ Euchariſtia.

¶ PROB. Quia baptiſmus eſt ſpiritualis generatio, &c. ut in tex.

¶ NOT. Omnib. his concluſionib. ſimul collectis virtualiter reſpõſum eſt ad literã quæſiti. ſ. quòd ſacra conuenienter enumerantur ſecundũ ordinem prædictum. art. 1.

### 1m de minori.

Sed per matrimoniũ. ℞. Vt eſt officium naturæ. §. Sic. n. eſt quoddã animale, & eſt prius: ut arguitur ex. 1. Cor. 15. Tunc nihil &c Nõ articulus conſiderat matrimonium in alio ſenſu, ſ. ut eſt ſacramentum.

* Ar. præc. * Ar. præc.

### 2m de maiori.

Aliquis. ℞. Iam per ſacramenta ad pfectionẽ perſonæ ordinata perfectus. §. Tunc &c. Nam ad hoc, quòd aliqd ſit agẽs, præſupponit &c. vt in tex.

### 3m de minori.

Eſt cauſa augmenti. ℞. Et quãdoq; ſubſequit augmentum. §. Tũc nihil &c. vt patet in tex.)

### 4m de minori.

Sed diſpoſitio. ℞. Per ſe requiſita de neceſſitate. §. Tunc nihil &c. Nam pœnitentia non requiritur per ſe de neceſſitate ante Euchariſtiam. Si enim aliquis eſſet ſine peccato mortali &c. vt in tex.

### 5m de concluſione.

Inter ſacramenta. ℞. Vnum hominem perficientia. § Tunc ni. &c. vt patet.

D. 574.

## APPENDIX.

* Aliàs, conſecutionẽ.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem oſtendas, merità eſſe inſinuatum a ſcripturis, & concilijs: quòd ſacramenta conuenienter enumerãtur ſecundũ ordinem prædictum in art. 1. corp. A ſcripturis quidem per hoc, ꝙ dicitur Sap. 11. Oĩa in numero, pondere, & menſura, diſpoſuiſti Domine. Patet. n. & quòd Deus diſpoſuit hunc ſacramentorũ ordinem in eccleſia, quã ſine intermiſſione regit (de qua re vide Veritates aureas ſuper legem veterem. Exo. 13. concluſ. 6.) & ꝙ Deus ipſe, cum ſit ſapientia immenſa, non niſi conuenĩẽtiſſimè facit, quęcumq; facit. A concilijs vero, in quibus & Deus vtpote in nomine eius congregatis loquitur, Florentino videlicet ac Tridentino idẽ inſinuatur ꝑ hoc: quòd ipſa ſecũdum ordinem prædictum enumerant ſaccamenta: ut patet art. 1. appen. Secundò vides; quomodo ex ijs bene penſatis & applicatis doctrina præſens Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo intellige, per ordinem, ſecundum modum prædictum, ordinem, quo numerata ſunt ſacramenta in præcedenti articulo, videlicet baptiſma, confirmatio, euchariſtia, pœnitentia, extrema vnctio, ordo, & matrimonium. Quæritur enim, an ſic conuenienter ordinentur.

¶ In corpore concluſio eſt: Inter ſacramenta ultimo ponuntur ordo, & matrimonium, matrimonium tamen poſt ordinem. Probatur concluſio. quoad primam partem: quia ſicut unum eſt prius multitudine, ita ſacramenta, quæ ordinantur ad perfectionẽ vnius perſonæ, ſunt naturaliter priora his, quæ ordinantur ad perfectionem multitudinis: ſed reliqua ſacramenta ſunt vnius perſonæ, hæc autem duo reſpiciunt multitudinem. ergo. Quo ad ſecundam autem partem probatur: quia matrimonium minus participat de ſpirituali vita, quàm ordo.

¶ Secunda concluſio eſt: Pœnitentia, & extrema vnctio poſteriora ſunt baptiſmo, confirmatione, & euchariſtia, poſterior tamen eſt extrema vnctio, pœnitentia. Probatur hæc concluſio quo ad primam partem: priora ſunt, quæ per ſe ordinantur ad ſpiritualem perfectionem vnius, quàm illa, quæ ordinantur per accidens: ſed, &c. Quo ad ſecundam autem partem: quia prior naturaliter eſt inchoatio ſanationis, quæ fit per pœnitentiam, conſumatione illius, quam facit extrema vnctio.

¶ Tertia conclusio est: inter tria prima sacramenta baptismus primum confirmatio secundum, eucharistia tertium obtinet locū. Probatur: quia prius est spiritualis generatio: deinde formale robur, demum consecutio finis.

¶ In responsione ad quartum, dubium occurrit, an iustus, idest, sine peccato mortali existens, teneatur semel in anno confiteri. Et est ratio dubij: quia hinc apparet quod non, cum dicitur quod talis non indigeret pœnitentia ad sacramentum eucharistiæ. In oppositum autem est, quia præceptum ecclesiæ est ad omnes vtriusq; sexus in annis discretionis constitutos.

¶ Ad hoc est dicendum, q homo sine peccato mortali existens, non tenetur ad confitendum semel in anno: quia non comprehenditur sub his, quos præceptum illud ecclesiæ astringit: qm̄ præceptum ecclesiæ de confessione semel in anno, non est nisi determinatio præcepti diuini de confessione: ita q Deus præcepit confessionem, ecclesia autem determinat præceptum illud ad tale tēpus, ad toties & c. puta semel in anno &c. Sed præceptum diuinum non obligat ad confessionem hominem sine mortali peccato. ergo determinatio illius præcepti, per ecclesiam non obligat talem hominem. Et stat vis rationis in hoc, quod nullus comprehenditur sub præcepto ecclesiæ, qui non comprehenditur sub præcepto diuino, quod per se notum est esse verissimum ex eo, quod præceptum ecclesiæ se habet ad diuinum præceptum, ut contractio, & limitatio quædam: quòd autem diuinum præceptum de confessione, obliget solos homines in peccato mortali, probatur, & ex hac litera fulta authoritate sacræ scripturæ, & ex calce præcedentis articuli, vbi dictum est, nullum sacramentum directe ordinari contra peccatum veniale: & quicquid sit de extrema vnctione, constat hoc verū esse de sacro pœnitentiæ, & ex cōi theologorum doctrina inter conditiones confessionis ponente, quòd sit integra, quòd non nisi de mortalibus intelligi potest. Et confirmatur: quia canon ipse expresse dicit, quod quilibet confiteatur, peccata sua omnia, quod est impossibile intelligi, nisi de mortalibus. Ipsa ergo verba canonis testantur, quòd ad solos existentes in peccato mortali diriguntur.

---

*Ferr. 4. cont c. 74.*
*Sot. 4. f. d. 1. q. 6. ar. 3.*

SVP. QVAEST. VI. Aliàs 65. Art. III.

37

CONCL. 1. Simpliciter loquēdo, sacramentū Eucharistiæ est potissimū inter alia sacramenta.

¶ PROB. Quia patet & ex eo, quod in Eucharistia continet̄ substantialiter Christus, in alijs autem non; & ex ordine sacramētorum ad inuicem; & ex ritu eorundem (ut de his tribus medijs declaratur in textu.)

¶ CONCL. 2. Aliorū ab eucharistia sacramētorum comparatio ad inuicē potest esse multiplex.

¶ PROB. Quia sacramentorum aliorum cōparatio potest fieri ratione vel necessitatis, vel perfectionis, uel medio modo se habentis, uel per se, vel per accidens (ut singillatim declaratur in tex.)

4. di. 7. q. 1. arti. 1. q. 3. co. Et di. 8. q. 1. ar. 1. q. 3. Et 4 cō. cap. 74. Et ver. q. 27. ar. 4. co. fi. *li. 1. Eth. cap. 2. in fi. tom. 5.

1$^{m}$ ex Philosopho. Bonum commune est potius, q̄ bonum unius. R. Nisi bonum unius concernat bonum cōe nobilius illo bono cōmuni; de quo loquitur ibi Phylosophus. §. Tunc nihil &c. Nam bonum huius sumentis eucharistiā concernit bonum cōe melius illo bono communi dicto in propositione: inquantū. s. in Eucharistiæ sacramēto continetur substantialiter bonum cōmune spirituale totius Ecclesiæ. i. Christus; quod quidem bonum sine dubio est incomparabiliter melius cōmuni bono speciei humanæ. Ex quo patet: q Eucharistia nō tm̄ est matrimonij sacramento nobilior; sed etiam incomparabiliter nobilior.

* C. 3. eccl. hierar. nō remote a prin.

* quæst. 63. ar. 4. ad 3.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum sacramentum eucharistiæ sit potissimum inter sacramenta.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sacramentū eucharistiæ non sit potissimū inter sacramenta. Bonum enim commune potius est, quàm bonum vnius, ut dicitur 1. Ethic. * sed matrimonium ordinatur ad bonum commune speciei humanæ, per viam generationis: sacramentum autem eucharistiæ ordinatur ad bonum proprium sumentis. ergo non est potissimum sacramentorum.

¶ 2 Præt. Digniora sacr̄a esse vr̄, quæ per maiorem ministrum conferuntur: sed sacr̄m confirmationis, & sacr̄m ordinis non conferuntur, nisi per epm̄, qui est maior minister, q̄ simplex sacerdos, per quem confertur eucharistiæ sacramentum. ergo illa sacramenta sunt potiora.

¶ 3 Præt. Sacramenta tanto sunt potiora, quanto maiorem virtutem habent: sed quædam sacr̄a imprimunt characterem, s. baptismus, confirmatio, & ordo, qđ non facit eucharistia. ergo illa sacramenta sunt potiora.

¶ 4 Præt. Illud videtur esse potius, ex quo alia dependent, & non econuerso: sed ex baptismo dependet eucharistia: non enim potest aliquis eucharistiam accipere, nisi fuerit baptizatus. ergo baptismus est potior eucharistia.

SED CONTRA est, q Dion. * dicit 3. c. eccle. hierar. quòd non cōtingit aliquem perfici perfectione hierarchica, nisi per diuinissimā eucharistiam. ergo hoc sacramentum est potissimum omnium aliorum.

RESP. Dicendum, quòd simpliciter loquendo, sacr̄m eucharistiæ est potissimum inter alia sacramenta, quod quidem tripliciter apparet. Primo quidem, ex eo quòd continetur in sacr̄is: nam in sacramento eucharistiæ cōtinet̄ ipse Christus substantialiter, in alijs autē sacr̄is cōtinetur quædam virtus instrumentalis participata a Christo, vt ex supradictis patet: * semper autē, quod est p essentiā, potius est eo, quod est per participationē. Secundo, hoc apparet ex ordine sacrorum adinuicem: nā oīa alia sacramenta ordinari vr̄ ad hoc sacramētū, sicut ad finē. Manifestū est em̄ q sacramentū ordinis ordinatur ad eucharistiæ consecrationē: sacr̄m vero baptismi ordinatur ad eucharistiæ receptionē. In quo ēt perficitur aliquis per confirmationem, ut non vereatur se subtrahere a tali sacro: p pœnitentiā ēt, & extremā vnctionē præparatur homo ad digne sumendum corpus Christi. Matrimoniū ēt saltem sua significatione attingit hoc sacramentum, inquantum significat coniunctionem Christi, & ecclesiæ: cuius unitas per sacramentū eucharistiæ figuratur: vn̄, & Apostolus dicit Ephes. 5. Sacramentū hoc magnū est, ego autē dico in Christo, & in ecclesia. Tertio, hoc apparet ex ritu sacramentorum. Nā fere omnia sacramenta in Eucharistia consumantur, vt Dion. † dicit 3. eccl. hierar. sicut patet, quòd ordinati cōicant, & etiā baptizati, si sint adulti. Aliorum autem sacramentorū cōparatio adinuicem, pōt esse multiplex. Nam in via necessitatis, baptismus est potissimum sacramentorū: in via autē perfectionis sacramentū ordinis: medio autē modo, se habet sacr̄m confirmationis. Sacr̄m vero pœnitentiæ, & extremę vnctionis sunt inferioris gradus a p̄dictis sacramentis: quia sicut dictum est, * ordinantur ad vitam Christianam, nō per se, sed quasi per accidens, scilicet in remediū superuenientis defectus: quæ tamen extrema vnctio comparatur ad pœnitentiam, sicut confirmatio ad baptismum, ita, scilicet, quod pœnitentia est maioris necessitatis, sed extrema vnctio est maioris perfectionis.

† C. 3. eccl. hierar. circa prin.

* Ar. 1. huius quæst.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd matrimonium ordinatur ad commune bonum corporaliter: sed bonum commune spirituale totius ecclesię continetur substantialiter in ipso eucharistiæ sacramento.

AD SECVNDVM dicendū, q per ordinem, & confirmationē deputant̄ fideles Chr̄i ad aliqua specialia officia, quæ pertinent ad officium principis: & ideo tradere huiusmodi sacramēta, pertinet ad solum episcopum, qui est quasi princeps in ecclesia. Per sacramentum uero eucharistiæ non deputatur homo ad aliquod officium, sed magis hoc sacramentum est finis omnium officiorum, ut dictum est. *

AD TERTIVM dicendum, quòd character sacr̄alis, sicut supra dictum est, † est quædam participatio sacerdotij Christi.

2$^{m}$ maior. Digniora sacramenta esse videntur, quę per maiorem ministrum conferuntur. R. Negatur. §. Non. n. ex hoc, quòd digniora simpliciter sint, sed ex hoc, q ad specialia officia principē concernētia deputant, fit, quòd sacramenta aliqua. s. ordinis & confirmationis conferuntur solūmodo per epum. Argumentū ergo decipitur in fallacia s̄m nō causam, ut causam: q. sa talis collationis causā putat esse dignitatem simpliciter sacr̄m, & th. non est. Dixi ly simpliciter: quia illa ex hoc, q a ministro maiori cōferuntur, sunt digniora s̄m quid. Sed hoc non est contra primam conclusionem articuli. Ly est finis omnium officiorum. Pro quo vide textum corp. allegantem Dionysij librū de eccles. hierar. & arti. 2. corp. fin. & q. 4. artic. 6. corp.

3$^{m}$ de minori. Imprimūt characterē. R. Non tn̄ propter hoc ha-

habent maiorem virtutem. §. Tunc nihil &c. Cum hoc enim stat, quod Eucharistia habeat maiorem virtutem, quàm illa sacramenta: quia Christum ipsum coniungit homini. Nam ex eo, quòd imprimunt characterem, non ostenditur, quòd habeant maiorem virtutem: sed ostenditur, quòd deputant hominem ad aliquod certum in officijs diuini cultus. Neque.n. causa, quòd imprimant characterem, est maior eorum virtus (ut putat argumentum); sed vera huius causa est deputatio specialis ab eis facta circa hominem illa sacramenta recipientem. De qua re vide q.4. artic. 1. & 6. Peccabat igitur argumentum in fallacia secundum non causam, ut causam. Vide quid simile in ad secundum.

Christi. vnde sacramentum quod ipsum Christum coniungit homini, est dignius sacramento, quod imprimit Christi characterem.

Ad qvartvm dicendũ, quod ratio illa procedit ex parte necessitatis: sic enim baptismus, cũ sit maxime necessitatis, est potissimũ sacrorũ: sicut ordo, & confirmatio habent quandam excellentiam ratione ministerii, & matrimonium ratione significationis: nihil.n. prohibet aliquid esse secundum quid dignius, quod tamen non est dignius simpliciter.

4[m] de maiori. Esse potius. a Secundum quid. § 1. Secundum dependentiam illam; de qua ibi maior. Tunc nihil &c. Nã conclusio articuli prima per hoc, quòd continet ly simpliciter loquendo, monstrat aperte: quòd sua veritas compatitur secum dignitatem maiorem secundum quid, licet non aliter, cæterorum sacramentorum.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas, & quidem abundanter a fortiori, hæresim Albanensium dicentiũ: Eucharistiæ sacramentum, quod & altaris sacramentum dicitur, nihil esse. Per hoc.n. quòd Eucharistiam ipsam esse omniũ aliorum dignissimum simpliciter sacramentum, hic ostenditur; patet: quòd ille articulus multo magis coostendit, quod Eucharistiæ sacramentum est aliquid, & consequenter quòd directè, a fortiori tamen, opponitur hæresi prædictæ. Secundo habes: quomodo per rationem a ostendas, eam merito a fortiori damnari per Concilium Tridene. sess. 7. de sacramentis, cano. 3. si quis dixerit: hæc septem sacramenta ita esse inter se paria, ut nulla ratione aliud sit alio dignius; anathema sit. Hæc ibi. Et sess. 13. de excellentia sãctissimæ Eucharistiæ super reliqua sacramẽta, c. 3. Lege tu ibi totũ capitulum. Et c. 5. Nullus itaq; dubitandi locus relinquitur: quin omnes Christi fideles, pro more in catholica Ecclesia semper recepto, latriæ cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo sacramento in ueneratione exhibeant. Hęc ibi. Ex quibus patet: quòd omnes Christi fideles secundum catholicam ecclesiam viuentes (nec enim aliter essent Christi fideles) isto insigni facto suo scilicet tanta adoratione huius sacramenti, condemnarũt semper, atque condemnant, hæresim prænarratam; huic articulo sancti Doctoris vnanimiter subscribentes. Itẽ a Papa Clemente V. per hoc: quòd Eucharistiam vocat præcelsum, excellentissimum, & preciosissimum sacrm: Adorandum, uenerandum, colendum, glorificãdũ, cunctis honorandũ studijs, præcipuis magnificandum laudibus; Memoriale nobilissimum, intimis commendandum præcordijs, firmiter animo alligandum, in cordis utero meditatione ac celebratione sedula recensendum. De his, alijsq; nominibus quibus hic summus Pontifex ad eminentiã eucharistiæ super alia sacra designandam, & consequenter ad hęreses omnes cum prædicta similes reprobãdas, vide lib. Clement. de reliq. & vener. sanct. cap. Si Dominum in sanctis eius. Tertio vides: quo ex ijs bene pensatis & applicatis &c. b

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo fiunt. Primo, respõdetur quæsito vna conclusione: Sacramentum eucharistiæ est potissimum inter omnia sacramenta. Probatur tripliciter, ut patet in litera. Secundo, comparantur reliqua sacramenta inter se, & multa dicuntur satis clare.

¶ Dubium tamen unum restat in hac litera, circa id, quod dicitur, quòd extrema vnctio præparat ad eucharistiam: oppositum.n. apparet ex eo, quod extrema vnctio datur post viaticum.

¶ Ad hoc dr, quod Author loquitur de effectu extremæ vnctionis secundum se: cum sit.n. sanatio quædã, secundũ se ordinatur ad perfectã cum Christo coniunctionem animæ: quę per eucharistiã fit: usus autem postponendi extremam vnctionem, aliunde sumitur, de quo infra.

¶ In rñsione ad secundum, dubium quoq; occurrit, quomodo fideles per confirmationem deputentur ad speciale officiũ, spectans ad officium principis, cum dictum sit, confirmationem conferre robur, quod constat non esse officium spectans ad principem.

¶ Ad hoc dr, quod quia cõfirmatio datur in robur confitendi fidẽ Christi crucifixi, quæ est gentibus stultitia, & Iudæis scandalũ, confirmatio est velut cõstitutio militis. Nã militares actus pugillũ fidei in robusta cõfessione cõsistunt. vñ quia officiũ militare est officiũ spectans ad principem (eius.n. condere milites, atque ipsos ducere) ideo in litera dicitur, quòd confirmatio est in officium spectãs ad principem.

Su.4.s.d.1.q.6.a.4.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum omnia sacramenta sint de necessitate salutis.*

38

4.d.7 q.1. art.1.q.2. & q 3. art. 2. q.1.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd omnia sacra sint de necessitate salutis. Illud enim quod non est necessarium, videtur esse superfluum, sed nullum sacramentum est superfluum: quia Deus nihil facit frustra. ergo omnia sacramenta sunt de necessitate salutis.

¶ 2 Præt. Sicut de baptismo dicitur, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei, ita de eucharistia dicitur Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. ergo sicut baptismus est sacramentum necessitatis, & ita eucharistia.

¶ 3 Præt. Sine sacramento baptismi potest aliquis saluus fieri, dummodo non contemptus religionis, sed necessitas sacramentum excludat, vt infra dicetur: sed in quolibet sacramento contemptus religionis impedit hominis salutem. ergo pari ratione omnia sacramenta sunt de necessitate salutis.

Sed contra est, quòd pueri saluantur d per solum baptismum, sine aliis sacramentis.

Resp. Dicendum, quòd necessarium respectu finis, de quo nunc loquimur, dicitur aliquid dupliciter. Vno modo, sine quo non potest haberi finis: sicut cibus est necessarius vitæ humanæ. Et hoc, est simpliciter necessarium ad finem. Alio modo, dicitur esse necessarium id, sine quo non habetur finis ita conuenienter, sicut equus necessarius est ad iter: hoc autem non est simpliciter necessarium ad finem. Primo igitur modo necessitatis, sunt tria sacramenta necessaria: duo quidem personæ singulari: baptismus quidem simpliciter, & absolute, pœnitentia autem supposito peccato mortali post baptismum: sacrm autem ordinis est necessarium ecclesiæ: quia ubi non est gubernator, populus corruet, ut dicitur Prouer. 11. Sed secundo modo sunt necessaria alia sacramenta: nam cõfirmatio quodammodo perficit baptismum, extrema unctio pœnitentiam: matrimonium uero, ecclesiæ multitudinem per propagationem conseruat.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ad hoc quòd aliquid non sit superfluum, sufficit, quòd sit necessarium primo,

SVPER Q. VI. Aliàs 65. Art 1' 11.

COncl. 1. Tria sacramenta. s. baptismus, pœnitentia, ordo, sunt necessaria simpliciter ad salutem: secundũ tamen diuersas cõsiderationes itelligẽdo.

¶ Prob. Quia sine illis tribus sacramentis non potest esse salus. Secunda autem pars. s. secundum tamen, &c. probatur. Quia baptismus absolute singulis, Pœnitẽtia vero ex suppositione singulis, ordo autem toti ecclesiæ est absolute necessarius (vt declaratur in tex)

† C.3. eccl. hierar. ecca prtia.

* Ar.2. huius quæst.

¶ Concl. 2. Sacramenta alia a baptismo, pœnitentia, & ordine, sunt necessaria secundũ quid. i. ad bene esse.

¶ Prob. Quia alia sacramenta perficiunt quodammodo & hominem iam in statu salutis cõstitutum per baptismũ ac pœnitentiã; & ecclesiã iam in statu salutis, ut ecclesia est, cõstitutã per ordinem (nam confirmatio perficit &c. ut in tex.)

* q.68. art. 1. & 2.

¶ Not. De sacro eucharistiæ dixerat iã ar. 2. 3. est finis. i. perfectio maxima aliorum sacramentorũ: & iõ nunc de ea, quãuis in cõclusione secunda cõpræhendatur, nõ facit expressam mentionẽ; eo quod hoc s. quod perficiat alia sacramẽta, tanquam notoriũ ex recenti memoria, meritò præsupponit. Nisi fortè dicas; quod probabile est, sanctũ Doctorẽ id etiã nunc expressisse per ly eucharistia est finis aliorum sacramentorũ: sed verba hæc ex imperitia, seu negligentia impressorum, uel correctorum, uel aliquorum dormitentiũ, cecidisse (sicut de quibusdã alijs tum verbis, tum sententijs, aliàs compertũ est, sed meliori, quo fieri potuit, mõ correctũ.)

D.169.

1[m] de maiori. Quod non est necessariũ. a. Vllo

R. Vllo modo. §. Hoc est. Nec ad simpliciter esse; nec ad conuenientius esse. Tunc nihil &c. Nam ad hoc, quòd aliquid non sit superfluum &c. ut in textu.

2m de conclusione. Ita & Eucharistia. R. Sumpta secundum manducationem spiritualem. §. De qua manducatione vide q. 81. artic. 1. Tunc nihil &c. Nam de Eucharistia quò ad manducationẽ sacramentalem intelligit præsens articulus, quando eam dicit non esse sacramentũ de necessitate salutis. Quòd verò absque sacramentali manducatione Eucharistiæ possit quis saluari, & consequenter quòd illa authoritas. Ioan. 6. non arctetur ad manducare sacramentaliter (ut dicit textus): patebit etiam in appen. ex Concilio Trident sess. 21.

3m de minori. In quolibet sacramento contemptus. R. Verus. §. Tunc nihil &c. Nam licet omniũ sacramentorum uerus contemptus sit saluti contrarius &c. ut in tex. Ex quo dicendum relinquitur: quòd aliquid est falsò æstimatus contemptus, & consequenter quòd talis contemptus non est contrarius saluti.

* In cor. ar.

* Trac. 26. & 27.

primo, vel secundo modo & sic sunt necessaria omnia sacramenta, sicut dictum est. *

Ad secundum dicendum, ꝙ illud verbum domini est intelligendum de spirituali manducatione, & non de sola sacramentali, ut Aug. * exponit super Ioan.

Ad tertium dicendum, ꝙ licet omnium sacramentorum contemptus sit saluti contrarius: non tñ est contemptus sacramenti, ex hoc quòd aliquis non curat accipere sacramentũ, quod non est de necessitate salutis: alioquin omnes, qui non accipiunt ordinem, & qui non contrahunt matrimonium, contemnerent huiusmodi sacramenta.

## APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hęresim Adiaphoristarum dicentium: sacramenta omnia esse adiaphora. i. indifferentia. Secundò habes: quomodo per rationẽ ostendas, hanc meritò damnari a Concilio Trid. sess. 7. de sacramentis cano. 4. Si quis dixerit: sacramenta nouæ legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua; & sine eis, aut eorũ uoto per solam fidem homines a Deo gratiam iustificationis adipisci: licet omnia singulis necessaria non sint: anathema sit. Hæc ibi. Et sess. ead. de baptismo, cano. 5. Si quis dixerit: Baptismũ liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem: anathema sit. Hæc ibi. Et sess. 14. cap. 1. Fuit quidem pœnitentia uniuersis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quouis tempore ad gratiam & iustitiam assequendam necessaria Porrò ante aduentum Christi pœnitentia non erat sacramentum: Dominus autem sacramẽtum pœnitentiæ instituit. Et cap. 5. Ex institutione sacramenti. Pœnitentiæ iam explicata, vniuersa ecclesia semper intellexit; institutam etiam esse a Domino integram peccatorum confessionem: & omnibus post baptismũ lapsis iure diuino necessariam existere. Et cano. 6. Si quis negauerit: confessionem sacramentalem, uel institutam, uel ad salutem necessariam esse, iure diuino; anathema sit. Hæc ibi. Et sess. 23. c. 1. Cum in nouo testamẽto sanctæ Eucharistiæ sacrificium visibile ex Domini institutione catholica ecclesia acceperit, fateri etiam oportet; in ea esse visibile & externum sacerdotium, in quod vetus translatum est. Hæc ibi. Sacerdotium autem est ordo, plures etiam ministrorum ordines sub se cõplectens: ut idem concilium ibid. c. 2. docet. Tertiò habes: quo per rationem ostẽdas, meritò insinuatum esse a concilio eodem; quòd non omnia sacramenta sunt ad salutem necessaria. Hoc autem demonstrare ex ipso, pro nunc sufficiat in uno tantum sacramento. s. Eucharistia: quo facto & dictum in arg. contr. magis firmabitur, & nonnihil textuali responso ad secundum deseruietur: Dicit ergo ipsum concilium sess. 21. cap. 4. Sancta synodus docet: paruulos usu rationis carentes nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiæ communionem: siquidem per Baptismi lauacrum regenerati, & Christo incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non possunt. Et cano. 4. Si quis dixerit paruulis, antequàm ad annos discretionis peruenerint, necessariã esse Eucharistiæ communionem: anathema sit. Hæc ibi. Quibus concordat dictum B. Augustini ad Bonifacium sic scribentis. Nec paruulos baptizatos cogitent uitam habere non posse; qui sunt expertes corporis & sanguinis Christi: dicente ipso, Nisi manducaueritis carnem meam, &c. Nulli est aliquatenus ambigendum: tũc unumquemq; fidelium corporis sanguinisq; dñi participem fieri, qñ in baptismate membrum Christi efficitur: nec alienari ab illius panis calicisq; cõsortio; anteq̃ illũ comedat, & calicẽ bibat. Hęc recitant, De cõsec. dist. 4. c. in ecclesia. c. Nulli. Quartò vides quo &c.

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore ponitur vna distinctio bimẽbris de necessario ad finẽ, cum singulis conclusionibus. Distinctio est: Necessarium ad finem est, uel simpliciter, uel ut commodius. Prima conclusio est primo modo necessitatis. Tria sacramenta sunt necessaria ad salutem, s. baptismus absolute pœnitentia supposito peccato mortali post baptismum, & ordo respectu ecclesiæ. Secunda conclusio est. Reliqua sacramenta sunt necessaria, secundo modo.

¶ Aduerte hic, ꝙ cum ordo ponitur necessarius simplr ad salutẽ ecclesiæ, est sermo de ecclesia simpliciter, & absolute, & non de parte aliqua ecclesiæ, quæ ecclesiæ nomen, & rationem non nisi defectiue haberet, puta de collegio monialium, aut monachorum, seu eremitarum sine clericis: hæc enim sui defectum manifestant eo ipso, quòd sine sacramentorum ministro sunt.

*Sct. 4. 5. d. 3. q. vni. art. 1.*

SVPER Q. VII. Aliàs. 66. Art. 1.

Concl. 1. Baptismus nõ est aqua per se sumpta.

¶ Prob. Quia l aqua sic. i. solitarie sumpta, non perficitur sanctificatio (cũ aqua sic sumpta nõ sit applicatio sui ad hominem, q est sanctificationis subiectũ:) & sacramentum nouæ legis perficitur ibi, ubi perficitur sanctificatio (cum sacramenta ipsa operentur sanctificationem quandam.)

¶ Concl. 2. Baptismus sacramentum est ablutio corporis exterior, facta sub forma pscripta verborum.

¶ Prob.

## QVAESTIO VII.

*De pertinentibus ad sacramentum baptismi in duodecim artic. diuisa.*

Deinde considerandum est, de singulis sacramentis in speciali. Et primo, de baptismo. Secundo, de cõfirmatione. Tertio, de eucharistia. Quarto, de pœnitentia. Quinto, de extrema vnctione. Sexto, de ordine. Septimo, de matrimonio.

Circa primum occurrit duplex consideratio. Prima, de ipso baptismo. Secunda: de præparatoriis ad baptismum.

Circa primum quatuor consideranda occurrunt. Primo, de his quæ pertinent ad sacrm baptismi. Secundo, de ministro huius sacri. Tertio, de recipientibus hoc sacramentum. Quarto, de effectu huius sacramẽti.

Circa primum quæruntur duodecim.

¶ Primò, Quid sit baptismus, vtrum scilicet sit ablutio.

¶ Secundò, De institutione huius sacramenti.

¶ Tertiò, Vtrum aqua sit propria materia huius sacramẽti.

¶ Quartò, Vtrum requiratur aqua simplex.

¶ Quintò, Vtrum hæc sit conueniens forma sacramẽti, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritussancti.

¶ Sextò, Vtrum sub hac forma possit aliquis baptizari, Ego te baptizo in nomine Christi.

¶ Septimò, Vtrum immersio sit de necessitate baptismi.

¶ Octauò, Vtrum requiratur trina immersio.

¶ Nonò, Vtrum baptismus possit iterari.

¶ Decimò, De ritu baptismi.

¶ Vndecimò, De distinctione baptismatum.

¶ Duodecimo, De comparatione baptismatum.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum baptismus sit ipsa ablutio.*

39

Ad primum sic proceditur. Videtur, ꝙ baptismus non sit ipsa ablutio. Ablutio. n. corporalis transit: baptismus autem permanet. ergo baptismus non est ipsa ablutio, sed potius regeneratio, & sigillum, & custodia, & illuminatio, vt Damas. * dicit in 4. lib.

¶ 2 Præt. Hugo de sancto Vict. † dicit, ꝙ baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata per verbũ Dei: aqua autem

4. dist. 3. ar tic. 1. Et 4. con c. 6...

* li. 4. c. 10. circa ...

† Hugo l. 2. de sacra. in par. 6. c. 2. in prin.

autem non est ipsa ablutio, sed ablutio est quidam vsus aquæ, ergo &c.

¶ 3 Præt. Aug. dicit * super Ioan. Accedit verbū ad elementū, & fit sacramentū: elementum aūt est ipsa aqua in sacro baptismi. ergo baptismus est ipsa aqua, non autem ablutio.

SED CONTRA est, quod dicitur Eccle. 34. Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? videtur ergo q̄ baptismus sit ipsa ablutio, siue lauatio.

RESP. Dicendum, quòd in sacramento baptismi est tria considerare, aliquid. s. quod est sacramentum tm̄, aliquid autem quod est res, & sacramentum, aliquid uero qđ est res tm̄. Sacramentum tm̄ est aliquid visibile exterius existens, qđ. s. est signum interioris effect⁹: hoc. n. pertinet ad rationem sacramēti: exterius autem suppositum sensui, est, & ipsa aqua, & eius usus, qui est ablutio. quidam ergo existimauerunt, quòd ipsa aqua sit sacramentum, quod quidem sonare videntur verba Hugo. * de sancto Victore. Nam ipse in cōi definitione sacramenti dicit, quòd est materiale elemētū, & in definitione baptismi dicit, quòd est aqua: sed hoc non videtur esse verum. cum. n. sacramenta nouæ legis sanctificationem quandam operentur, ibi perficitur sacramentum, ubi perficitur sanctificatio. In aqua autem perficitur sanctificatio, sed est ibi quędam sanctificationis virtus instrumentalis, non permanens, sed fluens in hominem, qui est veræ sanctificationis subiectum: & ideo sacr̄m non perficitur in ipsa aqua, sed i applicatione aquæ ad hominē, quæ est ablutio: & ideo Magister * in 3. dist. 4. sent. dicit, quòd baptismus est ablutio corporis exterior, facta sub forma præscripta verborum. Res autem, & sacramētū, est character baptismalis, qui est res significata per exteriorem ablutionē, & est signum sacramentale interioris iustificationis, quæ est res tantum huius sacramenti, s. significata, & nō significans.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd id, quod est sacramentum tm̄ in baptismo, transit: permanet autē, & id, quod est sacramentum, & res, scilicet character, & id, quod est res tantum, scilicet interior iustificatio: sed character permanet indelebiliter, ut supra dictum est, * iustificatio autem permanet, sed amissibiliter. † Damas. ergo baptismum definiuit, non quantum ad id, quod exterius agitur, quod est sacramentum tantum: sed quantum ad id, quod est interius. vnde posuit duo pertinentia ad characterem, scilicet sigillum, & custodiam, inquantum ipse character qui sigillum dicitur, quātum est de se, custodit animam in bono: duo etiam posuit pertinentia ad vltimam rem sacramenti, scilicet regenerationem, quæ ad hoc pertinet, quòd per baptismum homo inchoat nouā vitam iustitiæ, & illuminationem, quę pertinet specialiter ad fidem, per quam homo spiritualem vitam accepit, secundum illud Abac. 2. Iustus ex fide viuit. Baptismus autem est quædam fidei protestatio: vnde dicitur fidei sacramentum: & similiter Dion. baptismum definiuit per ordinem ad alia sacramenta, dicens 2. c. eccles. † hierar. quòd est quoddā principium sanctissimorum mandatorū sacræ actionis, ad eorum suscepitiuā opportunitatem; formās nostros animales habitus. Et iterum * in ordine ad cęlestem gloriam, quę est vltimus finis sacramentorum, cum subdit, ad supercęlestis quietis anagogen, nostrum iter faciens, & iterū quantum ad principium spiritualis vitæ, per hoc, quod subdit, † sacræ & diuinissimæ nostræ regenerationis traditio.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ sicut dictum est. * opinionem Hugonis de sancto Victore, in hac parte sequi non oportet: potest tamen verificari, ut baptismus dicatur esse aqua: quia aqua est materiale baptismi principium, & sic erit prædicatio per causam.

AD TERTIVM dicedum, quòd accedente verbo ad elementum, fit sacramentum, non quidem ipso elemento, sed in homine, cui adhibetur elementum per vsum ablutionis: & hoc etiam signat uerbum, quod accedit ad elementum, cum dicitur, Ego te baptizo &c.

AR-

¶ Pro. Quia in applicatione aquæ ad hominem, cum tali forma verborum, perficitur sanctificatio (ut patet): & applicatio aquę ad hominem est ablutio (ut patet.)

## 1m de minori.

Baptismus autem. R. Sumptus pro sacramento & re simul, vel etiam pro re tātum.

§ Tunc nihil &c. Nam conclusio articuli secūda, quæ impugnatur, sumit baptismum in alio sensu, s. prout est sacramentum tantum. Ad hoc enim designādum ibi dictum fuit ly Baptismus sacramentum. Cæterum pro textu, inquantum de Dionysio facit mentionē, scito; quòd dicit ly diffinitur per ordinem ad alia sacramēta, ut subinde dicet & rationē, quare Dionysius non est contra illam conclusionē, & sensum ipsius conclusionis. Ac si apertius dixisset. Diffinitio Dionysij de baptismo non est cōtra diffinitionem de eodem in conclusione positam, quoniam in diuerso sensu intelliguntur: illa. s. conclusionis de baptismo secundum se cōsiderato, illa Dionysij de baptismo comparatiue. s. in ordinatione ad aliud.

* Tract. 80. in Ioā. post med. to. 9.

* Posita in arg. 2. & loco ibi citatos.

## 2m ex Hugone.

Baptismus est aqua. R. i. aqua est materiale principiū baptismi. §. Tunc nih. &c. Nam conclusio secunda prædicationem essentialem de baptismo assignare intendit: ideōq; dicit ly baptismus est ablutio: ista autem prędicatio, baptismus est aqua (exponendo in bono sensu, et responsum facit) nō tendit ad hoc propositum. Non enī est essentialis prædicatio, cum essentia baptismi non sit aqua (ut patet. Alioquin aqua in uase, puta baptisterio, conseruata esset baptismus:) sed est prædicatio causalis. i. data per causam baptismi. Ex his patet sensus primæ conclusionis articuli; quod. s. negabatur, illā esse bonā baptismi diffinitionem essentialem. n. Sic. n. & secunda articuli conclusio loquitur. Ratio est quia, cū quęritur de aliquo quid sit absolute, intelligitur de essentia eius; nisi aliud exprimatur, uel stet in contrarium. In prædictis nota; quòd sanctus Doctor & veritati primò, & Hugoni secundo, detulit honorē: dum ipsius diffinitionem de baptismo non esse ueram dixit in tex. corp. vbi (ut diximus) agebatur de essentialib. prædicationibus, postmodūq; eandem ad bonum sensum reduxit, ubi largiùs de prædicationib. loqui licebat. Vtrobiq; igitur proprietatem sermonum (more suo) seruauit. D. Thomas; siue negando, siue acceptando, illā diffinitionem Hugonis. Talem modestiam, taleq; ingenium, authores nostri et sequus alibi cōperies; si diligēter aduertas: Id quod licet re uera maximā sapientiā redoleat (concordare videlicet diffiona veritati; honore doctorū, atq; proprietate verborū, seruatis); tū ad paucarespicientib. nō nihil inconstātiæ, seu retractationis, quoq; videtur.

*Li. 4. di. 3. in prin.

*q. 65. ar. 5.

† Loco citato in arg.

Modestia ingeniūq; singulare. D. Thomę, quandam autēdica.

## 3m ex August

Ad elementum. R. Positum in applicatione ad hominem. §. Tunc nihil &c. Nam licet elementum in se considerratum non sit vsus illius, puta aqua sm̄ se cōsiderata non sit ablutio (ut arguitur:) tū elementum positum in applicatione, seu in exercitio, tali est usus eius, puta est ablutio ipsa. Hoc igitur in sensu accedente uerbo ad elementum fit sacrm̄, &c. vt in tex.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, & cōcilio, q̄ baptismus est ablutio. A scripturis quidē per hoc, quod dī. Eccl. 34. Qui &c. vt in arg. cōtr. Item per hoc, q̄ baptismus uocat lauacrū. Saluos (inquit Apostolus ad Titum 3.) nos fecit per lauacrum regenerationis. Hoc est. Per lauationem regenerationis. Ibi. n. ly lauacrum, non dicit aquam, sed aquæ usum: quā sic. s. p usum aquæ (ut patet) nos salui sumus. A Cōcilio autē Trid. p hoc; q̄ dicit sess. 13. c. 3. Reliqua sacramenta tunc primum sanctificandi vim habent; cum quis illis vtitur. At in Eucharistia ipse sanctitatis author ante usum est. Hæc ibi. Ex quib. etiā patet consideratū declaratio, simulq; cōsummatio, utrarūq; artic conclusionū cū suis pbationib. Secundò vides: quō ex omnib. præd. &c.

† ca. 2. eccl. hierar. non procul a princ.

* eodem loco nunc dicto.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

† eod. c. prędicto, parū a princ.

* In cor. ar.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus ut sonat sumendus est.

¶ In corpore duo fiunt. Primo distinguuntur tria cōsiderabilia in baptismo, deinde singillatim manifestanī aperiēdo eorum quodlibet. Et primū quidē clare patet in litera. De secūdo autē duo vltima, s. res, & sacrm̄, & res tm̄, in calce corporis articuli patēt. Primum uero: scilicet, sacramentum tantum habet aliquid manifestum, scilicet, quod est exterius quoddam sensibile signum interioris effectus: quod etiam probatur, quia hæc est ratio sacramēti. Habet autem aliquid ambiguum, an scilicet hoc exterius sensibile sit ipsa aqua, an ablutio. Et est ratio dubij, quia ambo hæc sensibilia inueniuntur materialiter concurrere, & necessario exigi ad baptismum, nam neque aqua, sine ablutione, neque ablutio,

sine aqua ad baptismum sufficeret ex parte materiæ. Et propterea refert Auctor primo opinionem, quæ videtur Hugonis, quòd est aqua, & reprehendit ipsam, tali ratione: Vbi perficitur sanctificatio, ibi perficitur sacramentum: sed in aqua non perficitur sanctificatio. ergo in aqua nõ pficitur sacrm. Maior pbat: quia sacra nouæ legis sanctificationẽ operantur. Deinde approbat opinionẽ Magistri sententiarum, s. q baptismus est ablutio, quã sic pbat. In aqua baptismali est qdã sanctificationis virtus instrũalis, nõ permanens, sed fluens in hominẽ, qui est veræ sanctificationis subiectum. ergo sacramentũ perficitur in applicatione aquæ ad hominẽ, q est ablutio.

¶ Circa hanc partem dubium occurrit de uigore, ac veritate huius processus, seu rõnis: qa si maior illa est uera, s. ibi perficit sacrm, ubi perficitur sanctificatio, & ppterea infertur, in aqua non perficit sacramentum: quia in illa non perficitur sanctificatio (non. n. aqua per baptismum sanctificatur) eadem rõne potest inferri, q ablutio non est sacrm, quia in ea non perficitur sanctificatio: ablutio enim non sanctificatur per baptismum, sed homo, qui abluitur.

¶ Ad hoc dr, quòd maior quidẽ est uera: sed diuersa ratio subsumptorum, s. aquæ, & ablutionis, facit, ut recte inferatur, aquã non esse sacrm, & non teneat illatio de ablutione, aqua. n. & ablutio differunt in hoc, quòd aqua est res permanens, ablutio vero est res successiua. Et quia vnumquodq; est in aliquo sm modum recipientis, ideo consequenter differunt in modo sanctificationis. Nam si in aqua perficeretur sanctificatio, sequeretur quod aqua esset sancta: quia est in se quoddã permanens, ac per hoc pro seipsa sanctificaret. Si uero ponitur q in ablutione perficitur sanctificatio, non sequitur quòd ipsa ablutio fiat ex hmõi sanctificatione sancta: quia ablutio nõ est sui ipsius, sed abluti: nec est in seipsa, sed in abluto, ac per hoc, non ea rõne sanctificationẽ sortitur, vt sui ipsius sit, sed ut abluti sit: hoc est, ut ablutus sanctificetur per ipsam deferentem sanctificationem in ablutum. Et (ut vno verbo dicatur) qa ablutio importat terminũ, q abluitur, perfici sanctificationẽ in ablutione intelligitur sm suum terminum, seu in incluso termino: quod de aqua non potest intelligi: quia significat rem permanentem, & nõ rem transeuntem in alium, sicut est ablutio. Vnde & in litera probatur, ablutionem, & non aquam esse sacramentum: quia virtus instrumentalis ibi existens est quædam sanctitas fluens in hominem, qui baptizatur: fluens autem non est aqua, sed ablutio.

S

4. dist. 3. ar. ti. 5. Et dis. 8. q. 1. ar. 3. q. 3. ad 2.

or. 4. 5. d. 3. q. uni. art. 2. Cap. 4. d. 3. q. 5. con. 3.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum baptismus fuerit institutus post Christi passionem.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr q baptismus fuerit institutus post Christi passionem. Causa. n. pcedit effectũ: sed passio Christi operatur in sacris nouæ legis. ergo passio Christi pcedit institutionẽ sacramentorum nouæ legis, & pcipue institutionẽ baptismi, cum Apostolus dicat Rom. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus &c.

¶ 2 Præt. Sacra nouæ legis efficaciã habent ex mãdato Christi: sed Christus mandatum baptizandi dedit discipulis post passionem, & resurrectionem suam, dicens, Euntes docete oẽs gentes, baptizãtes eos in noĩe patris, &c. vt habetur Matt. vlt. ergo videtur quòd post passionem Christi baptismus fuerit institutus.

¶ 3 Præt. Baptismus est sacramentũ necessitatis, * ut sup. dictũ est, & ita vr, quòd ex quo baptismus institutus fuit, hoĩes obligarent ad baptismũ: sed ante passionem Christi, homines non obligabantur ad baptismũ: qa adhuc circuncisio suã virtutem habebat, in cuius locum successit baptismus. ergo vr quòd baptismus nõ fuerit institutus ante passionẽ Christi.

SED CONTRA est, quòd Aug.* dicit in quodam sermone de epiphania, Ex quo Christus in aqua mergitur, ex eo oĩum peccata abluit aqua: sed hoc fuit ante Christi passionem. ergo videtur quòd baptismus ante Christi passionem fuerit institutus.

RESP. Dicẽdum, quòd sicut dictũ est supra, * sacramenta ex sui institutione hoc habent, quòd cõferãt gratiã: vnde tunc videtur aliqd sacramentũ institui, qñ accipit virtutem producendi suum effectum. Hanc autem virtutem accepit baptismus, quãdo Christus est baptizatus: vñ tunc vere baptismus institutus fuit, quãtum ad ipsum sacramentum: sed necessitas vtendi hoc sacramento, indicta fuit hominibus post passionem, & resurrectionem: tum quia in passione Christi terminata sunt figuralia sacramenta, quibus succedit baptismus, & alia sacramenta nouæ legis: tum etiam, quia per baptismũ configuratur homo passioni, & resurrectione Christi, inquantum moritur pctõ, & incipit nouam iustitiæ vitã: & ideo oportuit Christum prius pati, & resurgere, quàm hominib. indiceretur necessitas se configurandi morti & resurrectioni eius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd etiam ante passionem Christi baptismus habebat efficaciã a Christi passione, inquãtum eam præfigurabat: aliter tñ q sacra veteris legis. nam illa erant figuræ tm, baptismus autem ab ipso Christo virtutem habebat iustificandi, per cuius virtutẽ ipsa etiam passio salutifera fuit.

AD SECVNDVM dicendum, q homines nõ debebãt multiplicibus figuris arctari * per Chrm, q venerat sua veritate figuras impletas auferre: & iõ ante passionẽ suã baptismũ institutũ non posuit sub pcepto, sed voluit ad eius exercitium homines assuefieri, & præcipue in populo Iudæorum, apud quem oĩa facta figuralia erant, vt Aug. * dicit cõtra Faustum. Post passionem vero, & resurrectionem, non solum Iudæis, sed etiam Gentilibus sub præcepto necessitatem baptismi imposuit, dicẽs, Euntes docete omnes gentes.

AD TERTIVM dicendum, q sacra non sunt obligatoria, nisi qñ sub præcepto ponuntur: qd quidem non fuit ante passionem, vt dictum est: * quod. n. dñs ante passionem Nicodemo dixit Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei, magis videtur ad futurum respicere, quàm ad præsens tempus.

* q. præc. artic. 4.

* In ser. 1. dominicæ infra oct. epiphan. a me. to. 10.

q. 62. art. 1. D. 683.

* Alaggrauari.

* Li. 4. c. 2. circa med. præcipue. tom. 6.

* In cor. ar.

40

### SVPER Q. VII. Aliàs 66. Art. II.

CONCL. Tunc vere, qñ baptizatus est Christus, fuit institutus baptismus, quantum ad ipsum sacrm: sed necessitas vtẽdi hoc sacramẽto indicta fuit hominib. post passionẽ & resurrectionẽ Chri.

¶ PROB. Quia tunc, qñ Christus est baptizatus, baptismus accepit virtutem producendi suum effectum. i. conferendi gratiam (vt patet). Secũda autẽ pars s. sed necessitas &c. probatur. Primò: Quia in passione Christi terminata sunt figuralia sacramẽta (vt patet 1. 2. q. 103. artic. 3. ad 2.) Et ante eorum terminationem non erat indicenda necessitas sacramẽtorum eis succedentium. i. sacramentorum nouæ legis (ut patet ex terminis. 1. 2. q. 103. ar. 3. ad 4. & q. 102. art. 5. ad 3.) Secundò: Quia per baptismum homo configuratur morti ac resurrectioni Chri (inquantum moritur &c. vt in tex.)

1m de maiori. Causa pręcedit. ℞. Pręcessione, vel reali, vel finali. §. Eo. s. modo, quo finis est primus in intẽtione. Tunc &c. Nam sufficit, q passio Christi præcesserit finali pcessione institutionem baptismi: etiã q nõdũ realiter esset peracta. Et hoc fuit uerum; inquantum baptismus ordinabatur ad figurandum passionem illam, tanq̃ finẽ suum: & sic ipse baptismus realiter pcedens erat figura passionis illius in intentione tñ pcedentis. Quõ. n. posset aliquid p figuram repræsentari, nisi illud in intentione pcederet ipsam figurã? Hinc fit: q etiam ante passionem Christi baptismus (de quo Io. 3. illic morabatur cũ eis, & baptizabat. itẽ ca. 4. quamq̃ IESVS non baptizaret, sed discipuli eius) habebat efficaciã a Christi passione, inquantum ea præfigurabat, &c. ut in text. Qui ideo dicit ly baptismus autem ab ipso Christo virtutem habebat iustificãdi; hoc est, ideo exprimit Christũ potius, q̃ passionem suam, in casu tunc iustificationis: quia illud, quod mouet sm usum rerũ exteriorum, debet esse uel fuisse actualiter in rerum natura (ut patet ex. q. 3. ar. 6. corp.) Christus autẽ erat tũc in rerum natura; sed nondũ erat passio eius. Et hæc est differentialis ratio tacta in textu, ly aliter tamen &c. quare sacra veteris legis virtutẽ iustificandi nõ habebãt; baptismus autẽ, postq̃ Christus baptizat* est, eam, etiam antequàm in cruce moreretur, habebat.

2m maior. Sacra nouæ legis efficaciam habent ex mãdato Christi. ℞. Negat. §. Efficaciã. n. habent ex sui institutione (ut patet i tex. corp. princip.) licet necessitatem postea habeant ex mandato Christi. Sic est in proposito. Mandatum namque illud, de quo loqtur minor, non dicit efficaciam baptismi, quam iam aliunde habuerat (ut inquit articuli conclusio): sed dicit eius necessitatẽ, qua. s. omnes tum Iudæi, tũm Gentiles ad recipiendum baptismũ obligabantur. Ideo autem de baptismo, iam instituto ferre præceptũ ante passionẽ & resurrectionem suam noluit Christus: quia homines non debebãt multiplicib. &c. ut in tex.

3m maior. Baptismus est sacrm necessitatis. ℞. Postq̃ sub pcepto est posit*. §. Tũc &c. Nõ. n. sufficit baptismi institutio

AR-

institutio ad hoc, quòd sit sacramentum necessitatis. i. quòd homines obligentur ad illum (vt argumentum putat); nisi superueniat præceptum. Quod quidem non fuit ante passionem: vt in tex. corpor. & ad secundum, dictum est. Quod enim Dominus ante &c. vt in tex. Cuius quidem sensus, inquantum obligationem hominum ad baptismum concernit, declaratur, simulq; confirmatur, ex Concilio Triden. sess. 6. cap. 4. dicente: Quæ quidem translatio in statum gratiæ fieri post Euangelium promulgatum, sine lauacro regenerationis, aut eius voto, non potest: sicut scriptum est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei. Hęc ibi.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, Ecclesia, & Augustino. quòd baptismus fuit institutus ante Christi passionem. A scripturis quidem per hoc, quòd dicitur Matth. 3. Sic enim decet, nos implere omnem iustitiam. Hoc est. Per hoc, quòd ego à te baptizabor, faciam: vt baptismo meo in hominibus omnibus baptizandis infundatur iustitia. Vnde D. Ambrosius in lib. de sacramentis, hunc sensum aperiens dicit. Sic decet; nos implere omnem iustitiam. Vide; quæ sit omnis iustitia. Christus ad baptismum descendit; non vt caro mundaretur, quam suscepit de nostra conditione. Non enim ablutio peccati Christo necessaria fuit, qui peccatũ nõ fecit: sed nobis erat necessaria, qui peccato eramus obnoxij. Hæc ille. Qui & paulò superius dixerat: Per aquam baptismi transitus est de terrenis ad cęlestia; qui per hanc aquam transit, non moritur, sed exsurgit; non omnis aqua sanat, sed illa, quæ habet gratiam Christi. Quasi B. Ambrosius, ad Euangelium propiùs accedendo, dicat: Aqua, antequàm Christus baptizaretur, non sanabat; sed postquã ipse baptizatus est, impleuit per aquam in nobis omnem iustitiam. Ab Ecclesia uerò per hoc, quòd dicit: Creator omnium in Iordane expurgat nostra facinora. Quomodo autem intelligatur istud, declarat subiungens: Fontes aquarum sanctificati sunt, Christo apparente in gloria. orbis terrarum haurite aquas de fontibus Saluatoris: sanctificauit enim nunc omnem creaturam. Hæc illa; in laudib. & vesp. de oct. Epiph. Vbi expone ly Christo apparente in gloria. i. Christo baptizato. Tunc enim apparuit nobis verè, quòd erat filius Dei, patre protestante: id quod maxima gloria est. Rursus. Intellige ly sanctificauit omnem creaturam, pro quanto sanctificauit aquas; quibus quæcunque creatura baptizabitur, sanctificabitur. A D. Augustino item insinuatur idipsum per hoc, quòd dicit. Necdum eramus in mundo; & iam abluebamur in baptismo. Nam ipsa fuit baptismatis ratio; vt aquæ, quæ purgaturæ erant, ab illo purgarentur. Tunc enim Christum Dominum non tam lauit vnda; quàm lota est. Hæc ille; in serm. de Epiph. qui incipit, Proxima. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶In corpore ponitur vna distinctio bimembris: institutio baptismi potest intelligi quo ad duo, vel quo ad ipsum sacramentum, vel quo ad obligationem accipiẽdi ipsum sacramentum. Et ponuntur singulæ conclusiones iuxta singula mẽbra. Prima conclusio est. Baptismus institutus est, quo ad ipsum sacramentũ, quando Christus est baptizatus. Probatur; quia nũc habuit vim regeneratiuam. Secunda conclusio est. Baptismus institutus fuit quo ad necessitatem vtendi illo post Christi passionem, & resurrectionem. Probatur dupliciter, vt clarè patet in litera.

---

*Alb. Mag. 4. d. 3 ar. 4.*
*Scot. 4. s. d. 3. q. 3.*
*Sot 4. sen. d. 1. q. vsi. ar. 3.*
*Palud. 4. d. 3. q. 3.*

41
4. d. 3. ar. 3. q. 1. Et di. 17. q. 3. ar. 4. q. 3. Et 4 con. c. 59. Et quol. 1. ar. 10. cor. Et Io. 3.
* Damasc. lib. 4 c. 10. circa med.

### SVPER Q. VII. Aliàs 66. Art. 3.

COncl. Aqua est propria materia baptismi: & hoc conuenienter.

¶Prob. Quia patet ex institutione diuina, art. 1. corp. & appen. Secunda autem pars. s. & hoc &c. probatur. Quia hoc esse conueniẽs, patet & ex ratione baptismi, quæ est generatio; & ex triplici effectu baptismi, proprietatibus aquæ simul; & ex repręsentatione mysteriorũ Christi, quibus tunc iustificamur; & ex ratione communitatis. i. abundantiæ aquæ (vt de his quatuor medijs singillatim declarat in tex.)

* q. 62. artic. 5.

### 1^m de maiori.

Vim illuminatiuam. s. Passiuã. §. Inquantũ. s. ille, qui baptizatur, illuminat. Tunc nihil, &c. Nam igni competit illuminatio actiua: quæ autem, ratione suę diaphanetatis, conuenit illuminatio passiua (vt patet) .i. quòd fit de facili receptiua luminis ab alio. Reliquum textus. s. Quòd autẽ dicitur, baptizabit vos in Spiritu sancto & igne &c. vsque in fin. idem est; ac si ad argumentum formaliter diceret. Ista authoritas dicta de baptismo Christi adducitur extra propositum. Non enim tendit ad hoc; quòd baptismi sacramentum debeat fieri in igne ad literam (vt putat argumentũ) sed tendit aliò, iuxta Sãctos Doctores Hieron. Chrys. Hilar.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrum aqua sit propria materia baptismi.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd aqua non sit propria materia baptismi. Baptismus. n. secundùm Dionys. & Damasc. habet vim illuminatiuam: sed illuminatio maximè competit igni. ergo baptismus magis debet fieri in igne quàm in aqua: presertim cum Ioannes Baptista prænuncians Christi baptismum, dicat, Ille vos baptizabit in Spiritusancto, & igne.

¶ 2 Præt. In baptismo significatur ablutio peccatorum: sed multa alia sunt ablutiua, quàm aqua: sicut vinum, & oleum, & huiusmodi alia. ergo etiam in his potest fieri baptismus. non ergo aqua est propria materia baptismi.

¶ 3 Pręt. Sacramenta ecclesię fluxerunt de latere Christi pendentis in cruce, vt suprà dictum * est: sed inde fluxit non solum aqua, sed etiã sanguis. ergo videtur quòd etiã in sanguine possit fieri baptismus: qui etiã videtur magis conuenire cum causa, & effectu baptismi: quia dicitur Apocal. 1. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

¶ 4 Præt. Sicut August. & Beda dicunt, Christus tactu suæ mundissimæ carnis vim regeneratiuam, & purgatiuam contulit aquis: sed non omnis aqua continuatur cum aqua Iordanis, quam Christus tetigit sua carne. ergo videtur quòd nõ in omni aqua possit fieri baptismus, & ita aqua, inquantum huiusmodi, non est propria materia baptismi.

¶ 5 Præt. Si aqua secundum se esset propria baptismi materia, non oporteret aliquid aliud fieri circa aquam, ad hoc, quòd in ea baptismus fieret: sed in solenni baptismo aqua, in qua debet celebrari baptismus, exorcizatur, & benedicitur. ergo videtur quòd aqua secundum se non sit propria baptismi materia.

SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei.

RESPON. Dicendum, quòd ex institutione diuina, aqua est propria materia baptismi: & hoc conuenienter. Primo quidem, quantum ad ipsam rationem baptismi, qui est regeneratio in spiritualẽ vitam, quod maximè congruit aquæ. vnde & semina, ex quibus generantur omnia viuentia. s. plantæ, & animalia, humida sunt, & ad aquam pertinent. Propter quod, quidam Philosophi posuerunt aquam omnium rerum principium. Secundò, quantum ad effectus baptismi, quibus competunt aquæ proprietates, quæ sua humiditate lauat, ex quo conueniens est ad significandam, & causandam ablutionem peccatorum: sua frigiditate etiam temperat superfluitatem caloris, & ex hoc competit ad mitigandam concupiscentiam fomitis: sua diaphanitate est luminis susceptiua: vnde competit baptismo inquantum est fidei sacramentum. Tertio, quia conuenit ad repræsentandum mysteria Christi, quibus iustificamur. Vt enim dicit Chrysostomus * super illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit &c. sicut in quodam sepulchro, in aqua submergentibus nobis capita, vetus homo sepelitur, & submersus deorsum occultatur, & deinde nouus rursus ascendit. Quarto, quia ratione suæ communitatis, & abundantiæ, est conueniens materia necessitati huius sacramenti: potest enim vbique de facili haberi.

* Hom. 24. in Ioan. à med. to. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illuminatio pertinet ad ignem actiuè. Ille autem, qui baptizatur, non efficitur illuminans, sed illuminatus per fidem, quæ est ex auditu, vt dicitur Rom. 10. Et ideo magis competit aqua baptismo, quàm ignis; quod autem dicitur, baptizabit vos in Spiritusancto,

2^m de minori. Multa alia sunt ablutiua. R. Non tamen sic cõiter, & perfectè; vt aqua. §. Taceo: q̃ illa non ita passim habentur; sicut aqua. Tunc nihil, &c. vt patet.

3^m de conclusione. Videtur; quòd etiam in sanguine possit fieri baptismus. R. Si sanguis lateris Christi fluxisset ad abluendum §. Non sic verò fluxit; sed ad redimendũ. Et quoniã Eucharistia est memoriale passionis, qua Christus redemit nos, 3. de Salu. q. 48. artic. 4. ideò sanguis competit sacramẽto Eucharistię. Porrò ad uerificãdum de baptismo illam autoritatem Apocal. 1. sufficit: quòd baptismus aquæ habeat vim peccatorũ ablutiuã ex virtute sanguinis Christi.

4^m ex Beda. Aqua. R. Existentibus eiusdẽ speciei cũ aqua Iordanis, quam Christus carne sua tetigit. §. Vt etiam ex artic. 1 append. colligitur. Tunc nihil, &c. Non enim ad hoc, quòd omnes purgandi vim ex tactu illo traxerint, requiritur; q̃ continuentur ad Iordanem (vt putauit argumentum). Ex responso isto pendet ratio; quare baptismus non possit fieri in aqua rosacea &c. quia s. talis aqua non est eiusdem speciei cum aqua Iordanis, cùm aqua talis non sit naturalis.

5^m de maiori. Non oporteret aliquid aliud fieri. R. Tãquàm existens de necessitate. §. Tunc nihil, &c. Nam illa benedictio aquæ &c. vt in tex. Vide q 5. artic. 1. ad primum. & inde regulam dicti huius, & similium, accipito. Nè tamen ex textu occasionem sumas in minori precio, quàm oporteat, habendi tales benedictiones; & similia in cæteris: audi Concilium Trident. sess 7. de sacramentis, can. 13. Si quis dixerit: receptos, & approbatos Ecclesiæ catholicæ ritus, in solẽni sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcunque Ecclesiarum pastorem mutari posse: anathema sit. Hæc ibi.

† Sup illud verbũ Matthęi 3. c. 9.

* Hom. 3. in ope imperf. to. 2.

† Hila c. 2. in Matth. post med. allum.

sancto, & igni, potest per ignem, vt Hieron. † dicit, intelligi Spiritussanctus, qui super discipulos in igneis linguis apparuit, vt dicitur Act. 2. Vel per ignem potest intelligi tribulatio, vt Chrysost. * dicit super Matt: quia tribulatio peccata purgat, & concupiscentiã diminuit. Vel quia, vt Hilar. † dicit super Matth. baptizatis in Spiritusancto, reliquum est consumari igne iudicii.

Ad secundum dicendum, q̃ vinum, & oleum non cõmuniter assumuntur ad vsum ablutionis, sicut aqua. Nec etiã ita perfectè abluunt: quia ex eorum ablutione remanet aliqua infectio, quãtum ad odorem, quòd non contingit de aqua. Illa etiam non ita communiter, & abundanter habentur, sicut aqua.

Ad tertium dicendum, q̃ ex latere Christi fluxit aqua ad abluendum: sanguis aũt ad redimendum: & ideò sanguis competit sacramẽto eucharistię: aqua autem sacramẽto baptismi, qui tamen habet vim ablutiuam ex virtute sanguinis Christi.

Ad quartum dicendũ, q̃ virtus Christi deriuata est ad omnem aquã, non propter cõtinuitatẽ loci; sed propter similitudinem speciei. Vndè dicit August. * in quodam sermone Epiphaniæ. Quæ de Saluatoris baptismate benedictio fluxit, tãquàm fluuius spiritalis, omnium gurgitum tractus, vniuersorum fontium venas impleuit.

Ad quintum dicendũ, quòd illa benedictio quæ adhibetur aquę, non est de necessitate baptismi; sed pertinet ad quandam solennitatem, per quã excitatur deuotio fidelium, & impeditur astutia dæmonis, ne impediat baptismi effectum.

* In ser. 1. Dñic. inf. oct. Epiph. à med. tomo 10.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationem interimas hęresim Hermiæ dicentis: baptizandum esse non in aqua, sed in igne. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hanc meritò damnari à Concilio Floren. dicente: Materia huius sacramenti (de baptismo loquitur: vt patet in contextu) est aqua vera, & naturalis; nec refert frigida sit, an calida. Hæc illud; in Decret. seu constitut. super vnio. Armenor. & forsan ad excludendum etiam hæresim Iacobitarum; quos eodem tẽpore præsentes habebat, dixit hoc. Dico ly forsan: q̃a mos Iacobitarum, quo baptizant circũcidendo adustionẽ quadam in fronte, vel in genis impressa, potest esse, & nõ esse, fidei compatibilis. Si enim cũ aqua baptizãt, & simul adustionem illam adhibent ante vel postea, baptizatus est homo nõn propter illã adustionẽ, sed propter aquam: si vero sine aqua dicunt baptizandũ esse, vel aquam sine illa adustione non sufficere ad salutem (dummodo alia. s. forma, & intentio, debitã ministri concurrant) hæresim dicũt; & in hoc sensu ibi à Concilio supradicto illud, tãquàm in fide erroneum damnaĩ. Itẽ per rationem ostẽdes, meritò damnari; à Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusãncto, non potest introire in regnum Dei. Item ab Actu. 8. dum aqua baptizatur Eunuchus. Et cap. 10. dũm aqua baptizatur Cornelius centurio cũ socijs, & quidem à Vicario Christi. s. Petro, cuius est iudicare de vero sensu scripturarum (teste Concil. Trid. sess. 4. Decr. 1.) Item ab eodẽ Concil. Trid. sess. 7. de baptis. can. 2. Si quis dixerit: aquam verã & naturalem nõ esse de necessitate Baptismi; atq; ideò verba illa Christi Dñi nostri, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusãncto, ad metaphorã aliquã detorserit: anathema sit. Hæc ibi Tertiò uides: quomodo ex ijs bene pẽsatis & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vna est conclusio: Aqua est propria materia baptismi. Quæ conclusio absolute probatur ex institutione diuina. Quo ad congruentiam verò probatur in litera quadrupliciter, in qua omnia clara sunt.

---

*Scot. 4 sẽ. 3. q. vn. art. 4.*

## SVPER Q. VII. Aliàs 66. Art IIII.

42 4 di. 3. art. 3. q. 2. Et 4. cap. 58.

Concl. In quali bet aqua qualitercũque transmutata, dũmodo non soluatur species aquæ, potest fieri baptismus: si uerò soluatur species aquæ, nõ potest fieri baptismus.

¶ Prob. Quia propria (ita. s. q̃ non alia) materia baptismi est aqua. art. 3. & aqua propriè dicitur solum illa, quæ habet specieẽ aquæ (vt patet ex se).

† lib. 2. c. 3. tom. 2.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum ad baptismum requiratur aqua simplex.*

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd ad baptismum non requiratur aqua simplex. Aqua enim quæ apud nos est, nõ est aqua pura, quod pcipuè apparet de aqua maris, in qua plurimum admiscetur de terrestri, vt patet per Philos. in lib. Meteor. † & tamen in tali aqua potest fieri baptismus. ergo non requiritur aqua simplex, & pura ad baptismum.

¶ 2 Præt. In solenni celebratione baptismi, aquæ infunditur chrisma: sed hoc videtur impedire puritatẽ, & simplicitatem aquæ. ergo aqua pura, & simplex non requiritur ad baptismum.

* ar. pręce.

¶ 3 Præt. Aqua fluens de latere Christi pendentis in cruce, fuit signum baptismi, vt dictum * est: sed aqua illa non videtur fuisse aqua pura, eo q̃ in corpore misto, cuiusmodi fuit corpus Christi, non sunt elementa in actu. ergo videtur quòd non requiratur aqua pura, vel simplex ad baptismum.

¶ 4 Præt. Lixiuium videtur esse aqua pura: habet. n. contrarias proprietates aquæ, s. calefaciendi, & desiccandi: & tamen in lixiuio videtur posse fieri baptismus: sicut & in aquis balneorum, quæ transeunt per venas sulphureas, sicut & lixiuium colatur per cineres. ergo videtur quòd aqua simplex non requiratur ad baptismum.

¶ 5 Præt. Aqua rosacea fit per subtiliationem à rosis, sicut etiam aquæ alchimicæ generantur per sublimationem ab aliquibus corporibus, sed in his aquis, vt videtur, potest fieri baptismus, sicut & in aquis pluuialibus, quæ per sublimationem vaporum generantur. cum igitur huiusmodi aquę non sint puræ, & simplices, videtur quòd aqua pura, & simplex non requiratur ad baptismum.

† ar. pręce.

Sed contra est, quòd propria materia baptismi est aqua, vt dictum † est: sed speciem aquæ non habet nisi aqua simplex. ergo aqua pura, & simplex de necessitate requiritur ad baptismum.

Resp. Dicendum, q̃ aqua suam puritatem, & simplicitatem potest amittere dupliciter. Vno modo, per mistionem alterius corporis, alio modo per alterationem: vtrumque autem horum contingit fieri dupliciter, s. per artem, & per naturam: ars autem deficit ad operationẽ naturæ: quia natura dat formam substantialem, quòd ars facere non potest: sed om-

Primum

**1m de maiori.** Non est aqua pura. ℞.i. non est aqua, non transmutata. §. Tunc nihil, &c. Ad hoc.n. quòd aqua sit pura, secundùm puritatem ab articuli conclusione intentam, sufficit quòd habeat speciem aquæ. Vndè puritas non distinguitur hic propriè, & principaliter contra transmutationē, mixtionem, vel alterationem; sed contra solutionem speciei. Stando igit. in proposito, aqua maris est aqua pura. Nam transmutatio facta in aqua maris &c. vt in tex. Ex quo dic: quòd tales aquæ, cùm sint mixtæ, nō sunt puræ & simplices, absolutè loquēdo; sed, inquantum sufficit proposito, sunt puræ & simplices, i. habent speciē aquæ.

**2m minor.** Hoc videtur impedire puritatē, & simplicitatem aquæ. ℞. Nisi nunc per puritatem, & simplicitatem intelligeremus non solutionem speciei aquæ. §. Tunc nihil, &c. Admixtio.n. chrismatis nō soluit speciē aquæ. Cęterùm istam mixturam chrismatis non esse de necessitate baptismi, & tamē in solēnitate eius diligēter esse obseruandam dic, ex artic. 3. ad quintum: sicque via media incędens vitabis hæresim Armenorum, & errorem Pauperum de Lugduno. A media.n. via vtrique declinabāt: Armeni quidem dicendo, quòd chrisma baptismo vero perficiendo necessariū est adeò, vt baptizādus, nisi chrismate perungatur, non sit baptizatus; Pauperes autem illi dicendo, quòd baptismo aquæ oleum sacrū nullo pacto debet misceri. Vide suprà, loco nunc citato, contra errores huiusmodi.

**3m minor.** Aqua illa non videt. fuisse pura. ℞. Negatur. §. Ad probationem dicitur; q cū in sola consideratione naturali persistat, nihil valet ad intentū suum. Nam fuit aqua illa pura miraculosè egrediens à corpore mortuo &c. vt in textu.

**4m maior.** Lixiuium non videtur aqua pura. ℞. Negatur; loquēdo de puritate ab hoc articulo principaliter intenta. §. Lixiuium enim non amisit speciem aquæ ex eo, quod per cineres transiuit. Iste.n. transitus non suffecit ad soluendū speciem aquę: licet suffecerit ad alterandū aquam, etiā quò ad pprietates eius (vt exemplificat argumentum).

**5m de minori.** Sicut etiā in aquis pluuialibus. ℞. Negatur. §. Potest enim ex talibus aquis fieri baptismus. Nec est eadē ratio de aquis pluuialibus &c. vt in textu.

sed omnes formæ artificiales sunt accidētales, nisi[d] fortè apponēdo proprium agens ad propriā materiam: sicut ignem combustibili, per quem modum à quibusdam quædam animalia per putrefactionē generātur. Quæcūque igitur transmutatio circa aquam facta est per artem, siue commiscendo, siue alterando, non transmutatur species aquæ: vnde in tali aqua potest fieri baptismus, nisi fortè admisceatur per artem in tam parua quantitate alicui corpori, q compositum magis sit aliud quàm aqua: sicut lutum magis est terra q̄ aqua, & vinum lymphatum magis est vinum quàm aqua: sed transmutatio, quæ fit à natura, quandoque quidem speciem aquæ soluit, & hoc fit quando aqua efficitur per naturam de substantia alicuius corporis misti sicut aqua conuersa in liquorem vuæ, est vinum, vnde nō habet speciem aquæ. Aliquando autem fit per naturam transmutatio aquæ sine solutione speciei, & hoc tam per alterationem, sicut patet de aqua calefacta à Sole, quàm etiam per mistionem: sicut patet de aqua fluminis turbida ex permistione terrestrium partium. sic ergo dicendum est, q in qualibet aqua qualitercūq; transmutata, dummodo non soluatur species aquæ, potest fieri baptismus: si verò soluatur species aquæ, non potest fieri baptismus.

Ad primvm ergo dicendum, q transmutatio facta in aqua maris, & etiam in aliis aquis, quæ penes nos sunt, non est tanta, q soluat speciem aquæ: & ideo in huiusmodi aquis potest fieri baptismus.

Ad secvndvm dicendum, q admistio chrismatis non soluit speciem aquæ: sicut nec etiam aqua decoctionis carnium, aut aliorum huiusmodi: nisi fortè sit facta tanta resolutio corporū elixatorū in aqua, quòd liquor plus habeat de aliena subsistentia, quàm de aqua, quod ex spissitudine perspici potest. Si tamē ex liquore sic inspissato exprimatur aqua subtilis, potest in ea fieri baptismus: sicut & in aqua, quæ exprimitur ex luto, licet in luto baptismus fieri non possit.

Ad tertivm dicendū, quòd aqua fluens de latere Christi pendentis in cruce, non fuit humor phlegmaticus, vt quidam dixerunt: in tali enim humore non posset fieri baptismus: sicut nec in sanguine animalis, aut in vino, aut quocūque liquore alicuius plantæ. Fuit autem aqua[d] pura, miraculosè egrediens à corpore mortuo, sicut & sanguis, ad comprobandam veritatem dominici corporis, contra Manichęorum errorem, vt s. per aquam, quæ est vnum quatuor elementorum, ostenderet corpus Christi verè fuisse compositum ex quatuor elementis, per sanguinem verò ostenderetur esse compositum ex quatuor humoribus.

Ad qvartvm dicendum, q in lixiuio, & in aquis sulphureorum balneorum, potest fieri baptismus: quia tales aquæ non incorporantur per artem, vel naturam aliquib. corporibus mistis, sed solùm alterationem quandā recipiunt, ex hoc quòd transeunt per aliqua corpora.

Ad qvintvm dicendū, quòd aqua rosacea est liquor rosæ resolutus. Vndè in ea non potest fieri baptismus, & eadē ratione nec in aquis alchimicis, sicut nec in vino. Nec est eadē ratio de aquis pluuialibus, quæ generātur ex maiori parte ex sublimatione vaporum resolutorū ex aquis: minimum aūt est ibi, de liquorib. corporū mistorum: qui tamē per huiusmodi sublimationē, virtute naturę, quæ est fortior arte, resoluūtur in veram aquā, quod ars facere non potest. vnde aqua pluuialis nullam proprietatem retinet alicuius corporis misti, quod de aquis rosaceis, & aquis alchimicis dici non potest.

D.140.

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationē ostendas, meritò esse insinuatū à scripturis, & Concilijs; q aqua simplex requirit ad baptismum. A Concilijs quidem; vt art. 3. appen. A scripturis verò, vt ibid. Aqua.n. Iordanis, quam pro baptismo tunc sanctificauit Christus, erat aqua pura & simplex. i. habens veram speciem aquæ. Nam (vt patet) ex argumen. contr. per aqua purā & simplicē, quam esse ad baptismum necessariam vult præsens articulus, intelligitur illa, quæ veram speciem aquæ habet. i. quę est aqua vera & naturalis (vt exprimūt Concilia ibi). Et hoc, vt diximus, necessum est ex eo; quòd Iordanis aqua erat talis. i. vera & naturalis. Indè enim trahitur aquę virtus. Nam (vt ait D. Chrysost.) aqua baptismi nūquā purgare peccata credentium posset; nisi tactu Dominici corporis sanctificata fuisset. Hæc ille; & recitantur in Decret. dist. 4. cap. nūquam. Secundò uides: quomodo. ex ijs benè pensatis, & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, & confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. D.235.

## Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo simplex sumitur, vt distinguitur contra admistum, compositum, & quomodolibet adiunctum.

¶In corp. tria sunt. Primo, distinguuntur modi, quibus aqua amittere potest simplicitatem. Secundo, respondetur quæsito de aqua trāsmutata per artem. Et tertio, respōdetur quæsito de aqua transmutata per naturam. Et clarè patent omnia in litera.

*B. Bonau. 4. sen. d. 3. q. 2. Scot. 4. s. d. 3. q. 2. Richar. 4. s. d. 3. q. 3. Sot. 4. sen. d. 3. q. vn. ar. 5. Palud. 4. d. 3. q. 5.*

43 Inf. q. 84. ar. 1. co. Et 4. d. 3. ar. 2. q. 1. Et 1. Co. 1. le. 2.

SVPER Q. VII. Aliàs 66. Art. v.

Conc. Hæc est conueniens forma baptismi; Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti.

¶Prob. Quia in hac forma exprimitur causa baptismi, tùm principalis ('In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti) tū instrumentalis (Ego te baptizo).

Primum

## ARTICVLVS V.

*Vtrum hæc sit conueniens forma baptismi, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritussancti.*

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur quòd hæc nō sit conueniens forma baptismi: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritussancti. Actus enim magis debet attribui principali agenti, q̄ instrumento: sed in sacramento minister agit, vt in instrumentum, vt suprà dictum † est: principale autem agens in baptismo est Christus, secundùm illud Ioan. 1. Super quem

† quęst. 64. art. 1.

**1^m maior.** Actus magis debet attribui principali agēti, quàm instrumento. ℞. Et ſic ſit in forma prædicta. §. Nam actio attribuitur instrumento, ſicut immediatè &c. vt in tex. Pro cuius confirmatione, etiā in materia Græcorum, vide q. 2. artic. 8. appen. Conciliū Florētinum.

**2^m de maiori.** Non oportet; quòd ille, qui actum aliquem exercet, de actu exercito faciat mentionem. ℞. Niſi actus ille, quātum eſt de ſe, poſſit fieri propter multa. §. Tunc. n. neceſſariò eſt exprimēdum, ad quid fiat. Tunc nihil, &c. Nā quia ablutio hominis in aqua ꝓpter multa fieri &c. vt in tex. In quo delendū eſt ly Amen, quod vltimo loco ponitur. Neq; enim eſt de neceſſitate formæ, neque eſt in illa decret. Alexan. III. (vt patet legenti).

**3^m minor.** Fruſtrà ad talem ſermo dirigitur. ℞. Si ſermo ille fiat ſolùm ad ſignificādum aliquid ei, cui dirigitur. §. Tunc nihil, &c. Nam ſi ſermo non intelligentibus fiat propter aliud etiam; in caſu illo neq; fit fruſtrà, neque peccatur contra authoritatē Eccli. 32. adductam: & ſic eſt in propoſito. Verba. n. quæ proferuntur in formis &c. vt in tex.

† p. q. 32. art. 3.

**4^m illatio conclusionis.** Non ergo debet &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex antecedente nō benè intellecto. Putat ſiquidem: quòd, quando plures Apoſtoli baptizabant plures ad fidem uenientes, tūc Apoſtoli exiſtētes plures in uno actu baptizarēt vnum, & ſucceſſiuè alios, vel ſimul omnes baptizandos: quod tamen eſt falſum ex parte Apoſtolorum. Nam ſimul plures non poſſunt vnum baptizare: quia actus multiplicatur &c. vt in tex. Ex quo dic: quòd Apoſtoli nō mutabant formam in hoc, quòd dicerent, Nos baptizamus. Quia enim ipſi nō concurrebant plures ad actum vnum: ideò nec ſic dicere neceſſe habebant, nec ſic dicebant. Apoſtoli ergo, ſecundū textum hunc, tot millia baptizabāt diuiſim, non au-

* li. 6. de baptiſ. cōtra Donat. ca. 27 tom. 7. Et lib. 4. c. 15. refert de conſec. diſt. 4. cap. ſatis oſtendunus.

videris Spiritum deſcendentem, & manentem, hic eſt, qui baptizat. inconuenienter ergo miniſter dicit, Ego te baptizo: præſertim quia in hoc, ꝙ dicitur ꝙ baptizo, intelligitur ego, & ſic videtur ſuperfluè apponi.

¶ 2 Præt. Non oportet quòd ille, qui aliquē actum exercet, de actu exercito faciat mentionem: ſicut ille, qui docet, non oportet ꝙ dicat, Ego vos doceo. Dominus autē ſimul tradidit præceptum baptizandi, & docendi, dicens, Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes &c. ergo non oportet ꝙ in forma baptiſmi fiat mentio de actu baptiſmi.

¶ 3 Præt. Ille, qui baptizatur, quandoque non intelligit verba, puta ſi ſit ſurdus, aut puer: fruſtra autem ad talem ſermo dirigitur, ſecundùm illud Eccl. 32. Vbi non eſt auditus, nō effundas ſermonem. ergo incōuenienter dicitur, Ego te baptizo, ſermone directo ad eum, qui baptizaretur.

¶ 4 Præt. Contigit ſimul plures baptizari, & à pluribus: ſicut Apoſtoli baptizauerunt vna die tria millia, & alia die quinque millia, dicit' Act. 2. & 4. non ergo debet forma baptiſmi determinari in ſingulari numero, vt dicatur, Ego te baptizo: ſed poteſt dici, nos vos baptizamus.

¶ 5 Præt. Baptiſmus virtutem habet à paſſione Chriſti: ſed per formā baptiſmus ſanctificatur. ergo videtur quòd in forma baptiſmi debeat fieri mentio de paſſione Chriſti.

¶ 6 Præt. Nomen deſignat proprietatem rei: ſed tres ſunt proprietates perſonales diuinarum perſonarum, vt in prima parte dictum † eſt. non ergo debet dici in nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti, ſed in nominibus.

¶ 7 Præt. Perſona patris non ſolum ſignificatur nomine patris, ſed etiam nomine innaſcibilis, & genitoris: filius autem ſignificatur nomine verbi, & imaginis, & geniti. Spiritus etiam ſanctus poteſt ſignificari nomine doni, & amoris procedentis. ergo videtur quòd etiam his nominibus vtendo, perficiatur baptiſmus.

SED CONTRA eſt, ꝙ Dominus dicit, Matt. vlt. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti.

RESP. Dicendum, quòd baptiſmus per ſuam formam conſecratur, ſecundū illud Eph. 5. Mundans eam lauacro aquę in verbo vitæ, & Aug.* dicit in lib. de vnico baptiſmo, quòd baptiſmus verbis euangelicis conſecratur: & ideo oportet, ꝙ in forma baptiſmi exprimat' cauſa baptiſmi. Eſt autem eius duplex cauſa, vna quidem principalis, à qua virtutem habet, quæ eſt ſancta Trinitas: alia autem inſtrumentalis, ſ. miniſter, qui tradidit exterius ſacramentū: & ideo oportet, in forma baptiſmi, de vtraque fieri mentionem. Miniſter autē tangitur, cum dicitur, Ego te baptizo: cauſa autem principalis, cum dicitur, In nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti, vnde hæc eſt conueniens forma baptiſmi, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ actio attribuitur inſtrumento, ſicut immediatè agenti: attribuitur autē huiuſmodi actio principali agenti ſicut in cuius virtute inſtrumentum agit: & ideo in forma baptiſmi conuenienter ſignificatur miniſter, vt exercens actum baptiſmi, per hoc ꝙ dicitur, Ego te baptizo: ſicut & ipſe Dominus baptizādi actum attribuit miniſtris, dicens, Baptizātes eos &c. Cauſa autem principalis ſignificatur, vt in cuius virtute ſacramentum agitur, per hoc quod dicitur, In nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti: non enim Chriſtus baptizat ſine Patre, & Spirituſancto. Græci autem non attribuunt actum baptiſmi miniſtris, ad euitandum antiquorum errorem, qui virtutem baptiſmi baptizantibus attribuebant, dicētes, Ego ſum Pauli, & ego Cephæ: & ideo dicunt, Baptizet' ſeruus Chriſti, talis, in nomine Patris, &c. Et quia exprimitur actus exercitus per miniſtrum cum inuocatione Trinitatis, verum perficitur ſacramētum. quod autem additur, Ego, in forma noſtra non eſt de ſubſtantia formæ, ſed ponitur ad maiorem expreſſionem intentionis.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quia ablutio hoīs in aqua, propter multa fieri poteſt, oportet quòd determinetur in verbis formę ad quid fiat: quod quidē nō fit per hoc, quòd dicitur, In nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti: quia omnia in tali nomine facere debemus, vt habetur Coloſ. 3. & ideo, ſi non exprimatur actus baptiſmi vel per modum noſtrum, vel per modū Gręcorum, non perficitur ſacramentum, ſecundum illam decr. Alexan. III. † Si quis puerum ter in aqua immerſerit in nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti, amen; & non dixerit, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, non eſt puer baptizatus.

† De baptiſmo & eius affectu c. 1.

AD TERTIVM dicendum, quòd verba quæ proferuntur in formis ſacramentorum, non pronunciantur ſolum cauſa ſignificandi, ſed etiam in cauſa efficiendi, inquantum habent efficaciam ab illo verbo per quod facta ſunt omnia: & ideo conuenienter diriguntur nō ſolum ad homines, non intelligentes, ſed etiam ad creaturas inſenſibiles, vt cum dicitur, Exorcizo te creatura ſalis.

AD QVARTVM dicendum, quòd plures ſimul nō poſſunt vnum baptizare: quia actus multiplicatur ſecundùm multiplicationem agētium, ſi perfectè ab vnoquoque agat'. Et ſic, ſi conuenirēt duo, quorum vnus eſſet mutus, qui non poſſet proferre verba, & alius carens manibus qui non poſſet exercere actum, non poſſunt ambo ſimul baptizare, vno dicente verba, & alio exercente actum. Poſſunt autem, ſi neceſſitas exigit, plures ſimul baptizari: quia nullus eorum reciperet,

autem coniunctim, accepti. Verbigratia. Beatus Petrus in una die ex tot millibus baptizabat homines centū, Andreas autem ducentos, Iacobus alios ducētos, Ioannes alios ducētos, Thomas trecētos, & ſic deinceps per ſingulos Apoſtolos diſcurrēdo: ita quòd in eadem die ab ipſis ſic partitis baptizabantur tria millia, alia verò die quinque millia. Vnde in forma ſinguli dicebāt: Ego baptizo te, vel vos; ſecundùm quòd baptizabāt eodem actu vel vnum, vel plures ſimul. Quod poteſt fieri in caſu neceſſitatis, q. 8. art. 6. ad ſecundum.

¶ EXAM. Ly nullus poteſt baptizare ſeipſum. Scilicet: ita quòd ſacramentū fidei ſuſcipiat. Nam (more ſuo commendabili) loquitur formaliter ſanctus Doctor. Cum qua veritate ſtat ſimul; quòd talis quandoque iuxta ſuam de ſacramento fidem atque deuotionē poſſit recipere ſalutē; tāquàm ipſo exteriori actu, per ignorantiā inualidationis facto, talē ſuam fidem ac deuotionem proteſtans. Vnde inquit Alexander III. De baptiſ. & eius effec. cap. debitum. Intimaſti, quòd quidam Iudæus in mortis articulo conſtitutus, cùm inter Iudæos tantùm exiſteret, in aquam ſeipſum immerſit dicendo; Ego me baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti. Amen. Reſpondemus; q. cùm inter baptizantem & baptizatū debeat eſſe diſcretio,

reciperet, nisi vnum baptismum: sed tunc oportebit dicere, Ego baptizo vos: nec erit mutatio formæ: quia vos nihil aliud est, quàm te, & te: quod autem dicitur, nos, non est idem dicere, quod ego, & ego, sed ego & tu, & sic iam mutaretur forma. Similiter autem mutaretur, si diceretur, Ego baptizo me: & ideo nullus potest baptizare seipsum: propter quod & Christus à Ioanne voluit baptizari, vt dicitur extrà, de baptismo, † & eius effectu, cap. debitum.

† In Decr. lib. 3. tit. 4. c. Debitû.

Ad qvintvm dicendum, quod passio Christi, etsi sit principalis causa respectu ministri: est tamen causa instrumentalis respectu S. Trinitatis: & ideo potius commemoratur Trinitas, quàm passio Christi.

Ad sextvm dicendum, quòd etsi sint tria nomina personalia triû personarû: est tamen nomen vnum essentiale: virtus autem diuina, quę operatur in baptismo, ad essentiam pertinet: & ideo dicitur, in nomine, & non in nominibus.

Ad septimvm dicendû, quòd sicut aqua sumitur ad baptismum: quia eius vsus est communior ad abluendum, ita ad significandum tres personas, in forma baptismi assumuntur illa nomina, quibus communius côsueuerunt nominari personæ in illa lingua: nec in aliis nominibus perficitur sacramentum.

ARTI-

---

ftertio, memoratus Iudæus est denuò ab alio baptizandus. Quamuis, si talis continuò decessisset, ad patriam protinus euolasset propter sacramenti fidem, & non propter fidei sacramentum. Hæc ibi.

**5m de maiori.** A passione Christi. R. Tâquàm à causa instrumentali, respectu sanctæ Trinitatis. §. Tunc nihil, &c. Expressa enim causa principali, non est necesse exprimere causam instrumêtalem eiusdem ordinis; id est, à qua dependeat virtus, quamuis instrumentaliter. quoniâ in expressione causę principalis quodâmodo sub intelligitur instrumentum, per quod suam ipsius principalem virtutem velit exercere in sacramento, puta in baptismo. Dixi ly instrumentalem eiusdem ordinis; ad differentiam instrumenti alterius ordinis. i. ministri. Non enim minister est instrumentum, in cuius virtute baptismus consecretur; sed est instrumentum, à quo immediatè exercetur baptizandi actus. Ideò non mirum, cum sint diuersorum ordinum causæ instrumentales, quod minister exprimatur in forma, passio autem Christi non exprimatur, sed tantum subintelligatur.

**6m de maiori.** Proprietatem rei. R. Vel essentiam rei. §. Tunc nihil, &c. Nam etsi sint tres proprietates personales, & per consequens tria nomina personalia; est tamen solùm vnum nomen essentiale &c. vt in textu.

**7m illatio conclusionis.** Ergo videtur, quod etiâ &c. R. Negatur illatio. §. Non enim hic attenditur solùm, quòd nomina aliquid significent; sed quod secundum communiorem vsum illud significent: & hoc, quia baptismus est maximæ necessitatis quorunicumque. Hinc siquidem fit: quòd sicut aqua sumitur ad baptismum, quia vsus &c. vt in tex. Cuius vltima verba. s. nec in alijs nominibus perficitur sacramentum, intellige; his communioribus omissis. Nam si his communioribus expressis alia adderentur, iuxta prædicta q. 1. art. 8. adhuc perficeretur sacramentum: licet non per alia his côm uniorib. omissis. Puta. Si dicas, Ego te baptizo in nomine Patris innascibilis, & filij suæ imaginis, & Spiritussancti paracliti procedentis ab vtroque; est baptismus: si vero tu, dicendo alia, dimittas ly Patris, vel ly Filij, vel ly Spiritussancti, non est baptismus. Quare? Quia sicut aqua sumitur ad baptismum, quia vsus &c. replica; vt in tex. Sicut ergo non potest fieri baptismus alijs ablutiuis in locum aquæ admissis, & aqua dimissa (vt patet absque omni dubio): ita, secundû hunc textum, non potest fieri baptismus alijs nominibus in Patris, Filij, Spiritussancti locum admissis, & ipsis, s. Patris, Filij, Spiritussancti dimissis. Tantò magis autê hoc pro indubitato textus se habere, per illam similitudinem de aqua allatam connotat: quanto materia est quid minùs ad rei constitutionem faciens, quàm forma; licet vtraque sit ad rem ipsam necessaria. Ac si ergo textus, quod virtualiter continet, dixisset explicitè sic. Si dubium non est; quod baptismus absque materia ab Euangelio signanter determinata. i. aqua, datus non valet: multò magis vtiq; dubium non est; quod baptismus absque forma ab Euangelio signanter determinata. s. Patris, Filij, Spiritus sancti, datus non valet. Cæterùm non oportet in his a Christo tàm singulariter definitis, nobisq; ab ipso præscriptis côceptu metaphysico, aut logico discursu ad similia, si quæ videntur, loco ipsorû amplectenda arguere: quoniam vbi agitur de tanta re. i. de sacramento tàm necessario ad salutem tenenda firmiter sunt certa, quę Christus expressit; incertisque, minusve certis, penitùs dimissis indeclinabiliter ambulare secundum regulam; qua mensus est nobis Deus formam verborum.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò; quomodo per rationem interimas hæreses Pauli Samosetani, seu Paulianistarum docentium: baptizandos esse homines nô in nomine Trinitatis. Et Deuterij Arriani dicentis; baptizandû esse in nomine Patris, per Filium, in Spiritusancto. Et Marci, seu Marcitarum dicentium: baptizari debere in nomine, ignoti patris omniû, & veritate omniû matre, & in eo qui descendit in Iesv. Et Cataphrigarum dicentium: nô esse vtendum in baptismo hac forma, seu non esse baptizâdum, in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illas meritò damnari à Côcilio Nicęno primo, can. 19. Si quis côfugerit ad Ecclesiam catholicam de Paulianistis & Cataphrygis; statutum est, rebaptizari eos omninò debere. Hæc ibi. Et ratio est: quia, vt dicitur à Papa Innocentio, & recitatur 1. q. 1. Paulianistæ in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti minime baptizant. Quod etiâ de Cataphrygis intellige. Item à Gregorio. Hi hæretici, qui in Trinitatis nomine non baptizâtur (sicut sunt Bonosiani, & Cataphrygæ) cum ad Ecclesiam sanctam ueniunt, baptizantur: quia baptisma nô fuit, quod sanctæ Trinitatis nomine minimè perceperunt. Hæc ille; & recitantur, De consecr. dist. 4. cap hi verò. Vbi nomine Trinitatis, intelligit expressionê Patris, & Filij, & Spiritussancti. Item à Concilio Floren. quod postquàm dixit, quòd si forma deest, non perficitur sacramentum, interpositis quibusdam subiungit. Forma baptismi est; Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Hæc illud in Decret. seu constitut. super vnio. Armen. Ex quo eius dicto etiam patet; quod quando post nonnulla subinfert ly si exprimitur actus, qui per ministrum exercetur, cum sanctæ Trinitatis inuocatione, perficitur sacramentum; patet, inquam, probante clarissimo contextu: quod per ly Trinitatis, intelligit Trinitatem explicatâ distinctis verbis. s. Patris, & Filij, & Spiritussancti: non autem intelligit hoc nomen, Trinitatis. Hoc est. Non vult dicere, quod hac forma, Ego te baptizo, vel baptizetur seruus Christi, in nomine Trinitatis, perficiatur sacramentum: sed quòd in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Item à Concilio Triden. sess. 7. de baptis. can. 3. Si quis dixerit: in Ecclesia Romana, quæ omnium Ecclesiarum mater est & magistra, non esse veram de baptismi sacramento doctrinam; anathema sit. Hæc ibi. Item à Papa Lucio III Vniuersos, qui de sacramento corporis & sanguinis Christi, vel de baptismate, seu de peccatorum confessione, matrimonio, vel reliquis Ecclesiasticis sacramentis, aliter sentire, aut docere non metuunt; quam sacrosancta Romana Ecclesia prædicat & obseruat, vinculo perpetui vinculis innodamus. Hæc ille; extrà, de hæretic. cap. Ad abolendam. Quid vero Rom. Eccl. prædicet, seu doceat circa formam baptismi, audisti ex Concilio Florent. Item per hoc: quod quodam Episcopo Arriano, dùm baptizaret, dicente; Baptizat te Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritusancto, aqua euanuit. Quo miraculo permotus, qui baptismum expectabat, confestim ad catholicam fidem transiuit. Vt refertur in lib. 9. Supplemen. chronic. & lib. 12. hist. tripartit. Nam Deus miraculo illo & insinuat præsentis articuli intentum, & damnat contrarium. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. Dei.

a

3

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio. Hęc est conueniens forma baptismi, Ego te baptizo &c. Probatur: Baptismus per suam formam consecratur. ergo oportet quòd in forma baptismi exprimatur illius causa. ergo oportet quòd in forma baptismi de duplici, s. principali, & instrumentali causâ fieri mentionem. ergo hæc est conueniens forma, Ego te baptizo &c. Antecedens probatur auctoritatibus Apostoli, & August. præsupponenda supradicta, s. quòd uerba sint formæ sacramentorum. Prima consequentia non aliter probatur in litera, ea forte ratione, quia consecratio per formam, hoc est verba, manifestè depêdet à causa efficaciam sanctificatiuam dante verbis. Secunda vero consequentia probatur: quia baptismus duplicem habet causam.

¶ Et nota, quòd hæc consequentia cum sua probatione quo ad causam instrumentalem, non nisi de congruo tenet: quoniam efficacia verborum non est à ministro, sed a sancta Trinitate, quæ est causa principalis: vnde & Græci in forma baptismi non exprimunt causam instrumentalem, hoc est ministrum.

¶ In responsione ad quartum tractanda esset quæstio de pluralitate baptizantium, nisi ad sextum artic. sequentis quæst. reseruaretur: vbi ex proposito Auctor articulum hunc mouebit: hic enim incidenter tractatur propter illa verba formæ, Ego te &c.

¶ In re-

¶ In responsione ad septimum, dubium magnum occurrit circa vltima verba, Nec in alijs nominibus perficitur sacramentum, an vera sint vt sonant. Et est ratio dubij: quoniam superius in artic. 7. q. 60. diximus oppositum. Et Auctor met dixit, quòd licet uerbá corrupte prolata nihil significent ex virtute impositionis, accipiuntur tamen significantia ex accommodatione vsus: & ideo non tollitur veritas sacramenti.

¶ Ad hoc dicitur, quòd licet hæc verba Auctoris sonent nō esse verum baptisma, si dicatur, Ego te baptizo in nomine genitoris, & geniti, & procedentis ab utroque, & hoc sentiant idē Scotus, & Duran. in 4. dist. 4. sent. quia tamen hoc ex sacræ scripturæ auctoritate dependet, & durum videtur, ideo rationes eorum discutiendę sunt. Maxima igitur ratio eorum est: quia Christus sic instituit, Matt. vlt. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti: ex hoc enim infertur, vt in qualibet lingua nominibus significantibus Patrem, Filium, & Spiritumsanctum. Et notanter dicitur, significantibus, & non, connotantibus, aut implicite insinuantibus. Et ratio specialis horum nominum assignatur: quia significant ipsas personas diuinas, alia vero nomina significant proprietates, aut actus aliquos earum. Reliqua verò omnia, quia vt probabilia videntur, afferre omittimus, vbi necessaria perscrutamur.

¶ Ad euidentiam difficultatis huius sciendum est, quòd propositio illa maxima mutatio nominum quo ad significatum tollit ueritatem sacramenti, potest, quantum ad propositum spectat, intelligi dupliciter, vel quo ad significatum ex ui nominis, vel quo ad significatum ex accommodatione vsus. Et si primo modo fiat mutatio, potest fieri, vel quo ad significatum formale, vel quo ad significatū materiale, vel quo ad vtrumque. V. g. Pater puram paternitatem significat formaliter, vt docet Arist. materialiter uero significat subiectum habens paternitatem; quod tamen secundum Auicē. principaliter dicitur significari patris nomine, & comprehendendo vtrumque, pater significat habentem paternitatem. Vnde si loco patris ponatur genitor, erit mutatio quo ad formale significatū: quia genitor significat actum generandi, pater autem relationē, sed non erit mutatio quo ad significatum materiale, quia unus, atque idem est generans & pater. Si verò loco patris poneretur paternitas, non mutaretur significatum formale, sed abstraheretur à materiali: si autem loco patris poneretur mater, esset mutatio quo ad vtrūque significatum. Dicitur itaque secundum dictorum opinionem Doctorum, quòd mutatio nominum quo ad significatum ex vi nominis, siue formale tantum, siue materiale tantum, siue vtrumque, tollit veritatem baptismi. Ego autem considerans priscorum Patrum dicta, ab his dissentio, motus ea ratione, quòd identitas nominum quo ad significatum secundo modo accipienda est in proposito, vt scilicet tunc solum sit notio nominum quo ad significatum, quando variatur significatum, ad quod ex accommodatione vsus in forma sacramenti applicantur. Exempli causa. Cum dicitur in forma baptismi, in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Pater ex accommodatione vsus, applicatur ad significandum primam personā Trinitatis, & similiter filius ad significandum personam, quæ secunda est in Trinitate, & simile est de nomine Spiritussancti. Nam ex vi nominum, nec omnia simul significant illas tres personas diuinas, nec aliquod eorum significat aliquam personam diuinam: quodlibet enim eorum ex vi nominis commune est multis, vt de se patet. Ex hoc itaque, & in hoc pendet tota quæstio, penes quid attendatur vnitas, & diuersitas significati per nomen sacramentale. Attendentes enim ad communem rationem eiusdem, vel diuersæ significationis nominum oportet consequenter dicere diuersum esse significatum, quando formale, seu principale significatum ex vi nominis est diuersum. Perspicientes vero ad specialem vsum nominum sacramentalium, consequenter dicimus, tunc solum variari significatum, quando non significatur illud ad quod ex accommodatione vsus significandum applicatum est. Et propterea, si loco patris ponatur genitor, & loco filij ponatur genitus, quia eædem personæ significantur, non variatur significatio, quantumcumque sub alia, & alia ratione significentur personæ, per hæc & illa nomina. Probatur autem sic debere accipi in proposito idem, vel diuersum significatum, primo, auctoritate sedis Apostolicæ, de consecr. dist. 4. c. à quodam: vbi Nicolaus Papa reddens rationem, quare baptismus præceptus in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, valet in nomine Christi, dicit, quia vnum, & idem est proculdubio significatum. Ex quo loco manifeste patet, identitatem significati per formam baptismi, non attendi secundum communem nominum significationem, sed secundum id, ad quod significandum accommodata sunt nomina. Ad hoc enim aspiciendo, idem significatur per Christum implicitè, quod per Patrem, & Filium, & Spiritumsanctum, explicite. Secundo, auctoritate Ambrosij in 1. lib. de Spiritusancto, cap. 3. Vbi de forma baptismi loquens, loco filij ponit Christum, loco patris ponit, à quo vnctus est Christus, & loco Spiritussancti ponit, quo vnctus est Christus. Ex qua doctrina clarè habes, quòd sufficit personas diuinas significare secundum Ambrosium ex actione, puta vnctione. multo ergo magis sufficiet ex significatu illas ex generatione. Tertio, ex auctoritate generalis Concilij Florentini sub Eugenio IIII. vbi institutionem Domini de forma baptismi, interpretati sunt Patres inuocationem Trinitatis, & non limitauerunt se ad inuocationem Trinitatis per hæc præcise nomina, Pater, & Filius, & Spiritussanctus: legimus enim ibi sic de forma baptismi, Si exprimitur actus, qui per ipsum exercetur ministrum, cum sanctæ Trinitatis inuocatione, perficitur sacramentum. Quarto, ex communi ecclesiæ confessione. Fatentur enim omnes sanctam Trinitatem nos inuocare, laudare, confiteri etiam in iudicio, non solum dictis nominibus vtendo, sed etiam vtendo æquipollentibus, puta genitore, omnipotente, genitoque ab ipso, & procedente ab vtroque, dono, aut similibus. Quinto ex acceptatis casibus. Nam si quis diceret, Ego te baptizo in nomine Patris, Iesu Christi, & Spiritussancti, proculdubio omnium sapientum iudicio perfectum esset sacramentum. ita q. non esset locus reiterationi: & tamen constat, q. variatur significatum ex vi nominis. similiter si quis diceret, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus paracleti, proculdubio eorundem iudicio, verum esset baptisma. & tamen constat variari ex ui nominis significatum. vnde Saluator instituens formam baptismi, in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, non est intelligendus arctasse virtutem formæ ad formalia significata ex ui nominum per hæc nomina: sed ad significata illa, ad quæ significanda hæc nomina accommodata sunt.

¶ Ad rationem autem allatam in oppositum: quia pater significat personam, genitor uerò actum notionalem, facile respondetur satisfaciendo, primo falsum est, quod pater ex vi nominis significet personam plus quàm genitor: quoniam pater significat puram paternitatem in concreto: & similiter genitor puram generationem actiuè in concreto: concretum autem vtrobique est persona patris de Trinitate loquendo: quæ realiter, & formaliter ex parte rei idētificatur & relationi paternitatis & generationi actiuæ. Dicitur secundò, quod manifestè constat Spiritussancti nomen, nec proprietatem personalem, nec actum notionalem, nec personam ex vi nominis significare, vt pater, ex eo quòd tam Spiritus, quàm sanctus, quam totum coniunctum, ex vi nominis dicitur de essentia diuina. Spiritus enim est Deus, &c. Auctoris ergo verba, ut ad literam redeamus, quantum ex ratione literæ apparet, intelligenda sunt, quo ad perfectionem præcepti, & non quo ad perfectionem sacramenti absolute, vt sit sensus, quòd in solis nominibus, quæ sunt in communiori vsu, perficere tenemur sacramenta: ita quòd in alijs sacramentum est imperfectum, non per defectum alicuius necessarij ad sacramentum: sed necessarij ad præceptum sacramenti: hoc enim insinuat ratio literæ de communiori vsu: communior enim & minus communis vsus non variat significationem nominis, vt de se patet. Si quis autem putat intelligenda hæc verba, ut sonant, dicat, vt sibi placet.

---

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum in nomine Christi possit dare baptismus.*

*Sen. 4. sen. d. 3. q. vn. ar. 6.*

### SVPER Q. VII.

Alias 66. Art. vi.

44

CONCL. Quicquid desit ad inuocationem plenam Trinitatis, tollit integritatem baptismi.

¶ PROB. Quia, si prętermittatur aliquid eorum, quæ Christus instituit, sacramenta carent efficacia (cum suā efficaciā ex institutione ipsius habeant); nisi talis pręmissio ex Christi dispensatione speciali fiat.

4 d. 3. ar. 2 q. 2. ad 3. Et 1 Cor. 1. lect. 2.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q. in nomine Christi possit dari baptismus. Sicut. n. vna est fides, ita est vnum baptisma, vt dicitur Ephes. 4. sed Act. 8. dicitur, q. in nomine Christi baptizabantur viri & mulieres. ergo etiā nunc potest dari baptismus in noīe Christi.

¶ 2 Præt. Ambros. * dicit, Si Christum dicas, & Patrem, à quo vnctus est, & ipsum, qui vnctus est Filium, & Spiritumsanctum, quo vnctus est designasti: sed in nomine Trinitatis potest fieri baptismus. ergo & in nomine Christi.

* lib. 1. c. 3. ante med. to. n. 3.

¶ 3 Præt. Nicolaus Papa * ad consulta Bulgarorum respondens, dicit, qui in nomine sanctæ Trinitatis, vel tantum in nomine Christi (sicut in Act. Apostolorum legitur) baptizati sunt (vnum quippe, idemq; est, vt sanctus ait † Ambr.) rebaptizari non debent. Rehaptizarentur autem, si in hac forma baptizati, sacramentum baptismi non reciperent. ergo potest conferri baptismus in nomine Christi, sub hac forma, Ego te baptizo in nomine Christi.

* De cōse. dist. 4. cap. à quodam Iudæo.
† lib. 1. de Spiritusancto, c. 3. ante mediū, tom. 2.

SED CONTRA est, quod Pelagius Papa * scribit Gaudentio episcopo. Si hi, qui in locis dilectionis tuæ vicinis cōmorari dicuntur, se solummodo in nomine Dñi baptizatos fuisse

* De cōse. dist. 4. c. Si te uera.

Primum

**1m illatio conclusionis.** Ergo etiã nunc &c. R. Negatur illatio. §. Non enim subest nunc illa causa baptizandi in nomine Christi, quæ tunc suberat. Nam ideò ex speciali Christi reuelatione Apostoli &c. vt in tex. Ex quo dic: quòd argumentum peccabat in fallacia secundum non causam, vt causam.

Non enim diuersus hic ritus baptizandi tunc, & nunc, procedit ex hac causa. i. ex aliqua diuersitate fidei (vt, putare se, innuit argumentũ): sed procedit ex causa prædicta. s. ex dispensatione Dei specialiter facta ad hoc, vt nomen Christi tunc pro honorabili cõmuniter incognitũ honorabile (vt oportebat) cõmuniter redderetur. Rursus, ex eodem textu dic: quod quia remota causa remouet effectus, & causa illa finalis nunc remota est, eò quòd iam nominis Christi virtus, quantum est de se, in toto orbe terrarũ manifestata & cognita est; ideò nunc dispensatio illa specialis meritò cessauit; nec alicui dicenti, talem sibi nunc reuelationem esse factam, crederetur; proptereaque talis si in nomine Christi nũc baptizaret, & ab Ecclesia meritò puniretur, & sic materialiter tantum baptizatus, vtpote non verè baptizatus, baptizaretur (vt etiam patet ex Pelagij Papæ dictis ad Gaudentiũ Episcopum. Vide argum. contr.)

* In lib. secũdo, paulò à princ. habet hic liber, in fine operum H.eron.

* art. 2. huius quæst.

fuisse confitentur, sine cuiuscũque dubitationis ambiguo, eos ad fidem catholicã venientes, in sanctæ Trinitatis nomine baptizabis. Didimus etiam dicit * in lib. de Spiritusancto, licet quis possit existere mẽtis alienæ, qui ita baptizare conetur, vt vnum de prædictis nominibus (scilicet trium personarum) prætermittat, tamen sine perfectione baptizabit.

Resp. Dicendum, quòd (sicut suprà dictum * est) sacramenta habent efficaciã ab institutione Christi. Et ideo si prætermittatur aliquid eorum, quæ Christus instituit circa aliquod sacramentum efficacia caret, nisi ex speciali dispensatione eius, qui virtutem suam sacramentis non alligauit. Christus autem instituit sacramentum baptismi dari cum inuocatione Trinitatis. Et ideo quicquid desit ad plenam inuocationem Trinitatis, tollit integritatem baptismi. Nec obstat, quòd in nomine vnius personæ intelligitur alia (sicut in nomine Patris intelligitur Filius) aut quòd ille, qui nominat vnam solam personam, potest habere rectã fidem de tribus, quia sicut ad sacramentum requiritur materia sensibilis, ita & forma sensibilis: vnde non sufficit intellectus, vel fides Trinitatis ad perfectionem sacramẽti, nisi sensibilibus verbis Trinitas exprimatur: vnde & in baptismo Christi (vbi fuit origo sanctificationis nostri baptismi) affuit Trinitas in sensibilibus signis, s. Pater in voce, Filius in humana natura, Spiritussanctus in columba.

Ad primum ergo dicendum, quòd ex speciali Christi reuelatione Apostoli in primitiua Ecclesia in nomine Christi baptizabant: vt nomen Christi (quod erat odiosum Iudæis, & Gentilibus) honorabile redderetur per hoc, quòd ad eius inuocationem Spiritussanctus dabatur in baptismo.

Ad secundum dicendum, quòd Ambrosius assignat rationem, quare conuenienter talis dispensatio fieri potuit in primitiua ecclesia: quia scilicet in nomine Christi tota Trinitas intelligitur. Et ideo seruabatur ad minus integritate intelligibili, forma, quam Christus tradidit in Euangelio.

Ad tertium dicendum, quòd Nicolaus Papa dictum suum confirmat ex duobus præmissis. Et ideo eius responsio patet, ex primis duabus solutionibus.

ARTI-

**2m conclusio.** Et in nomine Christi. R. Poterat fieri conuenienter illo tempore primitiuo, quo dispensatio super hoc specialis à Deo fiebat. §. Sic enim hanc illatam ex dictis B. Ambrosij conclusionem esse glossandam, docet intentum eiusdem Ambrosij. Intendit siquidem ipse assignare, sicuti & assignat, rationem; quare conuenienter talis dispensatio fieri potuit &c. vt in tex. Ex quo patet: quòd formam datam à Christo Matth. vlt. seruare intelligibili solùm integritate nũquàm sufficit ad sacramentum baptismi, nisi ex speciali dispensatione diuinitùs facta. Ergo, secundum textum hunc, neque nunc sufficit, neque vnquam in posterum sufficiet ad baptismi sacramentum perficiendum, formam illam seruare intelligibili solùm integritate; absque speciali dispensatione diuina de hoc facta. De huius autem dispensationis reuelatione (si vnquam daretur) iudicare, an uera esset vel falsa. i. an verè à Deo esset, vel esset fantastica aut diabolica illusio, pertineret tantùm ad summum Pontificem; ad quem maiores, & difficiliores Ecclesiæ quæstiones (cuiusmodi esset ista) semper sunt referendæ; cuius est confirmare fratres, & filios suos ex Luc. 22. & cuius est iudicare etiam de vero sensu & interpretatione scripturarum sanctarum, ex Concil. Trid. sess. 4. Hæc præmissa olim quoque Anacletus Papa III. à Petro, qui & Græcus natione, & Ioannis * Apostoli tempore fuit, docuit in sua epist. prima dicens: Si difficiliores ortæ fuerint quæstiones, ad sedem Apostolicam referantur: quoniam Apostoli hoc statuerunt, iussu Domini Saluatoris, vt maiores & difficiliores quæstiones semper ad Sedem referantur Apostolicam; super quam Christus vniuersam constituit Ecclesiã; dicente ipso, Tu es Petrus, & super &c. Hæc ibi. Vide etiam, extrà, de baptis. & eius effec. cap. Maiores. Item 2.2. quæst. 1. artic. 10. Item in appen. sequen. aliquid simile, ex Leone X.

¶ Exam. 1. Ly integritate intelligibili. Sub ly intelligibili, comprehenduntur nomina æquiualentia in significando Patrem, vel Filium, vel Spiritumsanctum. Talibus ergo nominibus, cùm dicant formæ integritatem solùm intelligibilem. i. cùm in sensu importẽt Patrem, Filium, Spiritumsanctum: non autem in vocali expressione verborum, non potest (secundum textum hunc) absque speciali dispensatione diuina, fieri baptismus. Hoc, & clariùs quidem, annotasse uoluit sanctus Doctor in tex. corp. per ly Nec obstat; quòd in nomine vnius personæ intelligitur alia, sicut in &c. vsque in finem. Vbi rationem sui dicti irrefragabilem assignat per ly quia sicut materia sensibilis &c. & per ly affuit Trinitas sensibilibus signis &c. Vnde restat cum ipso concludendum: quòd si aliquid eorum, quæ Christus pro forma baptismi instituit, prætermittatur, ita quòd ipsis verbis sensibilibus Trinitas non exprimatur, non perficitur sacramentum hoc.

¶ Exam. 2. Ly si Christũ dicas &c. designasti. Ex illa phrasi locutionis B. Ambrosij constare facilè potest: quòd ipse ibi non vult docere formam baptismi, qua nũc utamur (neque ille tali forma in baptizãdo utebatur): sed uult ostendere aliud. s. id quod dicit textus responsalis. Quod, vt faciliùs capias, vide in quodam simili dicto sancti Cypriani in serm. de cœna Domin. Ex quo (inquit) à Domino dictum est, Hoc facite in meã commemorationem, hæc est caro mea; quotiescũque his uerbis & hac fide actum est, panis iste ad totius hominis uitã, salutemq; proficit; simul medicamentum & holocaustum ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates existẽs. Per hæc enim uerba videtur ipse Cyprianus velle assignare nobis formam cõsecrationis Eucharistiæ (his, inquit, verbis): & tamen vult, non hoc, sed aliud. s. sermone circũlocutorio ad huius contemplationẽ vti. Sciebat enim ille, quòd forma cõsecrationis verbatim expressa non est ly hoc facite in meam commemorationem, neque ly hæc est caro mea; sed est ly hoc est corpus meum: qua etiam ipse forma in consecrando semper utebatur. Applica tu, prout opus est, ad propositum illud B. Ambrosij.

**3m illatio conclusionis.** Ergo potest cõsecrari &c. R. Negatur illatio. § Procedit enim ex præmissis malè intellectis. Non enim vult Papa Nicolaus ibi dicere absolute, quòd in nomine Christi baptismus datus ualeat; sed uult dicere cum limitatione (sicut etiam dicit) quod baptismus in nomine Christi ex speciali dispensatione diuina datus ualet. Hoc namque sua uerba expressè sonant: vt patet legenti. Non enim dicit, Qui in nomine tantum Christi baptizati sunt: sed cum prudenti cautela limitationem apponens dicit, Qui in nomine tantùm Christi, sicut in Actibus Apostolorum legitur, baptizati sunt. Vnde ad literam ipsam manifestè cõstat; quòd Nicolaus non profert absolutè dictum suum, neque dictum D. Ambrosij, quasi quòd liceat nunc baptizare in nomine Christi: sed suum dictum confirmat ex duobus præmissis &c. Ex quo dic; quòd idem est, ac si apertiùs ad consulta Bulgarorum respõdens dixisset ibi Nicolaus. Si per specialem reuelationem de diuina dispensatione in hoc sibi specialiter facta ille Iudæus baptizauit in nomine Christi aliquos, baptismus talis ualet: vnum quippe, idemque est (vt sanctus ait Ambrosius). i. conuenienter ad formam ordinariam de sancta Trinitate fit, præsupposita tamen (vt uobis nunc dixi) diuina dispensatione speciali. Vndè in tali casu non rebaptizetis eos. Vide suprà ad secundum, quòd ad summum Pontificem pertinet circa talia reuelata (si dentur) examinare, examen committere (vt nunc uidetur fecisse Nicolaus) & tandem finaliter iudicare.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum à scripturis, Apostolis, & Papa; quòd in nomine Christi baptismus nunc fieri non potest. A scripturis quidem per hoc, quòd dicitur Matth. 28 baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Vndè Zacharias Papa motus dicit: In synodo Anglorum diligenter demonstratum esse dignoscitur, quòd quicũque sine inuocatione Trinitatis mersus fuisset, sacramentum regenera-

generationis non haberet; quod omninò verum est: quia si mersus in fonte baptismatis quis fuerit sine inuocatione Trinitatis, perfectus Christianus non est, nisi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti fuerit baptizatus. Hæc ille; quæ faciunt pro expositione formæ præscripta Matth. 28. & recitantur De consecr. distinc. 4. Ab Apostolis autem idem insinuatur per hoc, quòd in canonib. Apostolorum, qui pro talibus à sexta synodo distin. 6. cap. placuit huic, recipiuntur; dicitur can. 49. Si quis episcopus aut presbyter semel mergat in baptismate, quod dari videtur in Domini morte, damnetur. Non enim dixit nobis Dominus, In morte mea baptizate; sed, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Hæc ibi. Ex quibus, pro quanto de baptismi forma loquuntur, patet; quòd in nomine Christi non est baptizandum, sed in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. A Papa Pelagio item insinuatum est idipsum aperte: vt ponitur ad literam in argum. contr. Cæterùm, quia de inspirationibus, seu reuelationibus nouis ex dispensatione contra prædicta posset à quibusdam quandoque instantia afferri: ideo ultra illa, quæ diximus in ad secundum, pro regula uniuersali annotanda sunt ea, quæ Papa Leo X. sacro approbante Concilio à simili sanxit. Nam sessio 11. illius Concilij Lateranensis, postquàm prædicatoribus quibuscúque inhibuerat ibi asserere tempus præfixum futurorum malorum, scilicet Antichristi, aut iudicij, &c. subiungit. Cæterum si quibusdā eorum Dominus futura quædā in Dei Ecclesia inspiratione quapiā reuelauerit, &c. Quoniā res magni momenti est; eo quod non de facili credendū sit omni spiritui, sed sit probandū, an spiritus ex Deo proueniat: volumus, vt lege ordinaria tales assertæ inspirationes, antequàm publicentur, aut populo prædicentur, ex nunc Apostolicæ Sedis examini reseruatæ intelligantur. & post multa inquit: Si qui autē contra præmissorum aliquod cōmittere quicquàm ausi fuerint, excōmunicationis sententiam incurrāt: à qua non, nisi à Rom. Pontifice, absoluantur. Et, vt horum exemplo alij attentare similia minime audeant, eis prædicationis officium interdictum esse perpetuò decernimus: non obstantibus quibuscūq; priuilegijs, &c. Hæc ibi. Ex quibus, pro quanto similia quædam sunt, patet facile prudentibus quid sit dicendum in articuli huius proposito. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vnica est conclusio: Quicquid deest ad inuocationem plenam Trinitatis, tollit integritatem baptismi. Probatur: Sacramentum habet efficaciam ab institutione Christi. ergo si prætermittatur aliquid eorum, quæ Christus instituit circa sacramentum, tollitur efficacia eius. ergo si prætermittatur plena inuocatio Trinitatis in baptismo, tollitur integritas baptismi. Et probatur hæc vltima consequentia: quia Christus instituit baptismum in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Deinde excludit Auctor responsionem dicentem, quod sufficit inuocare Trinitatem implicite, vel quia in inuocatione unius personæ includitur alia: vel quia recta fide interiori inuocantur omnes personæ, quamuis totaliter non explicentur omnes. Contra hanc respōsionem arguit Auctor, quia sacramentum sicut constat ex materia sensibili, ita debet constare ex forma sensibili, ac per hoc nec intellectus cointelligens in vna persona aliam, nec fides rectá de omnibus personis supplet defectum formæ sensibilis. Et confirmatur ex baptismo Christi: quoniam ibi tres personæ in forma sensibili apparuerunt.

¶ Aduerte hic, hæc Auctoris verba directè excludere responsiones sumptas ex 3. cap. lib. primi Ambrosij de Spiritusancto, relatas à Magistro Sententiarum 3. dist. 4.

¶ Aduerte secundó, tractari hic duas quæstiones tāquàm vnam; altera siquidem quæstio est, an baptismus, in quo omittitur inuocatio alicuius personæ Trinitatis, sit verus. Altera uerò quæstio est, an baptismus celebratus in nomine Christi, sit verus. Et Magister siquidē Sententiarū separatim eas tractat. Auctor uerò cōiunctim, vt hic patet, ille non idē de vtraque quæstione iudicium habet, iste idem sentit de vtraque eadem ratione: puta, quia Christus nomen vnius personæ est, & propterea non directè in litera respōdit quæsito, puta baptismus in nomine Christi nō potest dari, sed vniuersalem negatiuam pro responsione dedit, scilicet non potest baptismus dari omisso quocumque ad plenam inuocationem Trinitatis requisito.

*Alb. Mag. 4. d. 2. ar. 5.*
*Sot. 4. sd. 3. q. vn. art. 7.*

4. d. 3. art. 4. q. 1.

SVPER Q. VII. Aliàs 66. Art. VII.

CONCL. Immersio in aqua nō est de necessitate baptismi: quamuis sit tutius baptizare per modū immersionis.

¶ PROB. Quia aqua in baptismo assumitur ad abluendū (vt patet): & ablutio potest fieri, etiam si baptizādus nō immergatur in aqua, præcipue tempore necessitatis (vt patet de Apostolis tot millia baptizantibus, ac B. Laurentio). Secūda autem pars, scilicet quāuis &c. probatur. Quia cōmunior vsus habet hoc, scilicet quod baptizetur quis per modum immersionis. (Vide ad secundum).

1m illatio conclusionis. Ergo videtur quod &c. R. Negatur illatio. §. Procedit. n. ex falsa imaginatione arguentis habita in præmissis. Putat siquidem; quod diuersi modi baptizandi faciant diuersitatem baptismi .i. faciant, quòd baptisma (contra Apostolum Ephes. 4.) non sit vnum: cùm tamen modos tales causare illam diuersitatem falsum sit. Nam ea, quæ sunt per accidens, non variant &c. vt in tex.

2m minor. Hoc fit per immersioné. R. Sed non tantum per illam. §. In alijs enim modis baptizandi

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum immersio in aqua, sit de necessitate baptismi.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod immersio in aqua sit de necessitate baptismi: vt enim dicitur Eph. 4. vna fides, unum baptisma, sed apud multos communis modus baptizandi est per immersionem. ergo videtur quod non possit esse baptismus sine immersione.

¶ 2 Præt. Apostolus dicit Rom. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu: in morte ipsius baptizati sumus, consepulti enim sumus cum illo per baptismū in mortem: sed hoc fit per immersionem: dicit enim Chrysost. * super illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusancto, &c. Sicut in quodam sepulchro in aqua submergentib. nobis capita vetus homo sepelitur, & submersus deorsum occultatur, deinde nouus rursus ascendit. ergo videtur quòd immersio sit de necessitate baptismi.

*Hom. 24. in Ioanné, post med. tom. 3.

¶ 3 Præt. Si sine immersione totius corporis posset fieri baptismus, sequeretur quod pari ratione sufficeret, quamlibet partem aqua perfundi: sed hoc videtur inconueniens: quia originale peccatū, contra quod præcipuè datur baptismus, nō est in vna tantum corporis parte. ergo videtur quòd requiratur immersio ad baptismum, & non sufficiat sola aspersio.

SED CONTRA est, quod Hebr. 10. dicitur, Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda.

RESP. Dicendū, quod aqua assumitur in sacro baptismi, ad vsum ablutionis corporalis, per quam significatur interior ablutio peccatorum. Ablutio autem fieri potest per aquam, non solum per modum immersionis, sed etiam per modum aspersionis, uel effusionis. Et ideo quamuis tutius sit baptizare per modū immersionis (quia hoc habet communior vsus) potest tamen fieri baptismus per modum aspersionis, uel etiam per modum effusionis, secundum illud Ezech. 36. effundam super uos aquam mundam: sicut beatus Laurētius legitur baptizasse, & hoc præcipuè propter necessitatem, uel quia est magna multitudo baptizandorum, ut patet Act. 2. & 4. vbi dicitur, quod crediderunt vna die tria millia, & alia 5. millia. Quādoque autem potest imminere necessitas propter paucitatem aquæ, uel propter debilitatem ministri, qui non potest sustentare baptizandum, uel propter debilitatem baptizandi, cui posset imminere periculum mortis ex immersione. & ideo dicendum est, quod immersio non est de necessitate baptismi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ea, quæ sunt per accidens non variant substantiam rei. Per se autem requiritur ad baptismū corporalis ablutio per aquam: vnde & baptismus lauacrum nominatur, secundùm illud Eph. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Sed quòd fiat ablutio hoc, vel illo modo, accidit baptismo: & ideo talis diuersitas non tollit vnitatem baptismi.

AD SECVNDVM dicendum, quod in immersione expressius repræsentatur figura sepulturæ Christi, & ideo hic modus baptizandi est communior, & laudabilior: sed in aliis modus

tandi hoc. ſ. figura ſepulturæ Chriſti etiam repræſentatur aliquo modo &c. vt in tex. Tunc nihil &c. vt patet.

3^m de maiori. Quamlibet partem aqua perfundi. ℞. Vel caput ſolum. §. Tunc nihil &c. Negandum eſt enim quòd ſequeretur in caſu illo ſufficere, quamlibet partem aqua perfundi: & concedendum eſt id, quod dixit formale rãſum. Nam principalis pars corporis &c. vt in tex. Ex quo etiam patet: quòd licet originale peccatũ non ſit tantum in una parte corporis (vt dicit argumentum); tamen ad tollendum illud, & ſignificandum, quòd anima liberatur ab eo, perfundere caput aqua ſufficit; propter rationem allatam ibidem. Vndè etiam patet: quòd non eſt eadem ratio de baptiſmo & circunciſione faciendis in parte corporis genitali. Quapropter baptiſmus ibi non fieri, eſt conueniens: vbi tamen circunciſionem fieri, conueniebat.

modus baptizandi repræſentat aliquo modo, licet non ita expreſsè: nã quocumque modo fiat ablutio, corpus hominis, vel aliqua pars eius, aquæ ſupponitur, ſicut corpus Chriſti ſub terra fuit poſitum.

Ad tertium dicendũ, quòd principalis pars corporis, præcipuè quantum ad exteriora membra, eſt caput in quo vigent omnes ſenſus, & interiores, & exteriores. Et ideo, ſi totum corpus aqua nõ poſſit perfundi propter aquæ paucitatem, vel propter aliquam aliã cauſam, oportet caput perfundere: in quo manifeſtatur principium animalis uitæ. Et licet per membra, quæ generationi deſeruiunt, peccatũ originale traducatur, non tamen ſunt membra illa potius aſpergenda, quàm caput: quia per baptiſmum non tollitur tranſmiſſio originalis in prolem per actum generationis, ſed liberatur anima à macula, & reatu peccati, quod incurrit. Et ideo debet præcipuè lauari illa pars corporis, in qua manifeſtantur opera animæ. In veteri autem lege remedium contra originale peccatum, inſtitutum erat in membro generationis: quia adhuc ille, per quẽ originale erat amouendum, naſciturus erat ex ſemine Abrahæ, cuius fidem circunciſio ſignificabat, vt dicitur Rom. 4.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem oſtendas, meritò eſſe inſinuatum à ſcripturis, & à Cypriano; quòd immerſio in aqua non eſt de neceſſitate baptiſmi. A ſcripturis quidem; vt Hebr. 10. ſecundùm quod ponitur in argum. contr. Per hoc enim quòd nomine ablutionis corporalis vniuerſaliter vtitur Apoſtolus loquens de baptiſmo, monſtrat intentum: cùm ablutio poſſit pluribus modis fieri. ſ. non tantum per immerſionem, ſed etiam per aſperſionem, & effuſionem. A B. Cypriano autem in lib. 4. epiſt. 7. & recitatur in De conſecr. diſt. 4. Nec quemquam debet mouere: quòd aſpergi, vel perfundi, iubentur ægri, cùm gratiam Dominicã conſequuntur. Hæc ibi. Et rationem, quòd quis de hoc baptizãdi modo. ſ. per aſperſionem, vel perfuſionem, moueri. i. nimis admirari non debeat, reddit ibi multiplicem de ſcripturis antiquis: quod lõgum eſſet recenſere. Vide igitur tu vel in lib. ſuarum epiſtolarum, vel in Decret. de conſecrat. loco citato. Vnde etiã colliges ad literam, quòd licitum eſt argumentando ab antiqui teſtamenti figuris concludere aliquid tanquàm figuratum in nouo teſtamento ſic, vel ſic, fiendum. Id quod & alias annotatum fuit ex Concilio Hiſpalenſi 2. de maioritate Epiſcoporũ ad ſimplices ſacerdotes: recitatumq; ex eodem, in Veritatib. autem ſuper legem veterẽ, Num. 8. concluſ. 2. Igitur, ſecundùm D. Cyprianum, immerſio non eſt de neceſſitate ſacramenti huius: alioquin non iuſſiſſet, quòd ægri. i. non potentes immergi, aſpergendo baptizarentur. Quoniam id, quod eſt de neceſſitate ſacramenti, non poteſt omitti ſupplẽdo per aliud, ita quòd recipiatur ſacramentum (puta deficiente aqua, non poteſt baptiſmus fieri in uino, oleo &c.): & tamen ille baptiſmus per aſperſionem, vel perfuſionem datus, ualet; ſecundùm ipſum Cyprianum ægros illos cupientem ſaluos fieri. Secundo uides: quomodo ex ijs bene penſatis & applicatis, doctrina præſens Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ſumitur immerſio, vt diſtinguitur contra aſperſionem, & effuſionem.

¶ In corp. vna cõcl'o eſt. Immerſio nõ eſt de neceſſitate baptiſmi. Probatur: Ablutio corporis fieri põt per aquã, non ſolũ per modũ immerſionis, ſed & per modum aſperſionis, vel effuſionis. ergo immerſio nõ eſt de neceſſitate baptiſmi. Probatur conſequentia: quia in baptiſmo aſſumitur aqua ad abluendum corpus. Quod probatur: quia ſignificat ſic ablutionem interiorem à peccatis. Proceſſum cum multis auctoritatibus, & adiunctis ad bonitatem doctrinæ, quia ſatis patet in litera, pertranſeo.

In 4. ſ. d. 3. q. vn. art. 2.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum trina immerſio ſit de neceſſitate baptiſmi.*

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quòd trina immerſio ſit de neceſſitate baptiſmi. Dicit enim Aug. in quodam ſermone de Symbolo ad baptizatos: Rectè ter iò merſi eſtis: quia accepiſtis baptiſmum in nomine ſanctæ Trinitatis: rectè tertio merſi eſtis: quia accepiſti baptiſmum in nomine Ieſu Chriſti, qui tertia die reſurrexit à mortuis: illa. n. tertio repetita immerſio, typum dominicæ exprimit ſepulturæ, per quã Chriſto cõſepulti eſtis in baptiſmo: ſed vtrũque videtur ad neceſſitatem baptiſmi pertinere, ſ. & quòd ſignificetur in baptiſmo Trinitas perſonarum, & quòd fiat configuratio ad ſepulturam Chriſti. ergo videtur quòd trina immerſio ſit de neceſſitate baptiſmi.

¶ 2 Præt. Sacramenta ex mandato Chriſti efficaciam habent: ſed trina immerſio eſt ex mãdato Chriſti: ſcribit enim Pelagius Papa * Gaudentio epiſcopo, euangelicum præceptum ipſo Domino Deo, & Saluatore noſtro Ieſu Chriſto tradente, nos admonet, in nomine Trinitatis trina immerſione ſanctum baptiſmũ vnicuique tribuere. ergo baptizare in nomine Trinitatis, eſt de neceſſitate baptiſmi, ita etiam baptizare trina immerſione, videtur eſſe de neceſſitate baptiſmi.

¶ 3 Præt. Si trina immerſio nõ ſit de neceſſitate baptiſmi. ergo ad primã immerſionem aliquis baptiſmi conſequitur ſacramentum. Si ergo addatur ſecunda, vel tertia, videtur quòd ſecundo, vel tertio baptizetur, quod eſt inconueniens. non ergo vna immerſio ſufficit ad ſacramentum baptiſmi, ſed trina immerſio videtur eſſe de neceſſitate ipſius.

Sed contra eſt, quòd Greg. † dicit ſcribens * Leãdro Epiſcopo, Reprehenſibile eſſe nullatenus poteſt infantem in baptiſmate, vel tertio, vel ſemel immergere, quoniam & in tribus immerſionibus perſonarum Trinitas, & vna poteſt diuinitatis ſingularitas deſignari.

Resp. Dicendũ, quòd (ſicut prius dictũ * eſt) ad baptiſmũ per ſe requiritur ablutio aquæ, quæ eſt de neceſſitate ſacri, modus autẽ ablutionis per accidens ſe habet ad ſacramentum.

46 4. d. 3. a. 4. q. 2. & 3. Eed. 23. q. 1. art. 1. q. 2. cor.

* Refertur hoc in Decret. & de cõſec. d. 4. c. Poſtquã.

* De cõſe. d. 4. c. Multi ſunt.

† li. 1. epiſt. 4. c. med.

* Als Leonardo.

* art. præc. ad 1.

SVPER Q. VII. Alias 66. Art. VIII.

NOT. Si attẽdatur ſolũ ordo doctrinæ, articulus iſte videtur ſuperfluus: quoniã iam patet ex præcedẽtis articuli doctrina, quòd trina immerſio non eſt de neceſſitate baptiſmi. In eo ſiquidem, quòd immerſio non eſt de neceſſitate baptiſmi, includitur neceſſariò; quod multo magis nõ eſt neceſſaria trina immerſio ad ueritatem baptiſmi. Si autem attẽdatur inſurrectio difficultatum particularium in hac materia de numero immerſionum (vt patet in tex.) tunc articulus hic non ſuperfluus, ſed admodum opportunus, meritò iudicandus eſt. Hæc annotata ſint, ad alia ſimilia etiam ualitura: quoniam, & alibi quandoque in ſerie articulorũ idem feciſſe eadem ratione ſanctum Doctorem, comperies. Vndè his præſentibus in memoriam reuocatis, miraberis de ſolertiſſima diligentia eius; qua nihil, quod ad rem tunc occurrentem faceret, dimiſit intactũ, ſpecialique iudicio pro rei exigentia indiſcuſſum, ac indefinitum: qui poteras forſan, his non annotatis, eum de articulorum illorũ aliqua ſuperfluitate taxare (vt quidam ad pauca reſpiciẽtes in huiuſmodi, vel alijs facere ſolent).

¶ Concl. 1. Vtrumque. ſ. & ſemel, & ter immergere, poteſt, quantũ eſt de ſe, licitè fieri.

¶ Prob. primò: Quia ter immergere, dicit tm̃ modum ablutionis. i. (ſtando in propoſito) modũ immerſionis: & modus talis non eſt de neceſſitate baptiſmi (vt art. 7. patet à ſimili de modo ablutionis, triplici. ſ. aſperſione, immerſione, effuſione). Secundò, quia immerſione vnica repræſentatur vnitas tùm deitatis, tum mortis Chriſti: & trina repræ-

repraesentatur trinitas personarum, ac triduum sepulturae Christi.

¶CONCL. 2. Diuersis ex causis quandoque institutus est secundùm ordinationem Ecclesiae vnus modus; quandoque alius.

¶PROB. Quia ex causa ista. s. propter detestationem malè sentientium de Trinitate Ecclesia instituit trinam immersionē (vt patet ex cano. Apostolorum): & postmodū ex hac causa. s. in detestationem rebaptizātium instituit simplā immersionem (vt patet in Cōcilio Toletano).

*In arg. sed contra.

¶CONCL. 3. Cessante causa rebaptizantiū, cōmuniter obseruatur trina immersio.

¶PROB. Quia supponitur clara (quod etiā magis patet ex corollario mox connexo ly & ideò grauiter &c.)

## 1^m de minori.

Vtrumque uidetur ad necessitatē baptismi pertinere. ℞. Sic tamen ut Trinitas significetur ex parte formae, & sepultura Christi ex parte materiae. s. per vnā mersionem in aqua. §. Trinitas enim est, sicut agens principale in baptismo &c. vt in textu. Tunc nihil &c. vt patet. Per mersionē intellige hic & vbique vel aspersionem, vel effusionem iuxta dicta in art. 7. Ex his patet quoque: quomodo intelligendus sit B. Augustinus pro maiori adductus.

*In cano. 49. & habetur de consecr dist. 4. c. Si quis presbyter.

## 2^m de minori.

Trina immersio. ℞. Cōsiderata in suo simili. §. & sic intelligitur etiam probatio huius ex Pelagio adducta. Tunc nihil &c Non. n. sequitur, q trina immersio considerata in seipsa sit ex praecepto Christi (id qđ esset contra articulum) ex eo; q trina immersio considerata in suo simili est ex praecepto eiusdē. Nam stat simul vtrumque. s. q illa in seipsa non sit in praecepto, & q illa ipsa in suo simili sit in praecepto: sicut ab exēplo patet stare simul haec duo. s. q nos considerati in nobisipsis nō sumus adhuc resuscitati, in caelestibusq; regnantes: & q nos considerati in capite nostro Christo sumus iam resuscitati, in caelestibusq; regnātes (vt olim dixit Apostolus). Porrò trinā immersionem in suo simili esse de praecepto est formā baptizandi in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, ad cuius similitudinē trina immersio fit, esse de praecepto: id qđ differre constat ab hac propositione. s. trina immersio in seipsa est de praecepto. Nusquā. n. inuenitur; q Christus praeceperit, baptizandū esse de facto trina immersione; sed tm̄. q baptizandū sit: Baptizantes, inquit, eos &c. Matt. 28. Quod aūt nō praecepit Christus in sacrorum institutione, non esse de necessitate sacri: licet esse possit ex mandato Ecclesiae de necessitate praecepti: vide q. 5. ar. 2.

*Trac. 11. c. 9.
† In cōcil. Toleta. 4. cano. 5.

## 3^m illatio conclus. primae.

Ergo ad primā immersionē baptismi cōsequit sacrm. ℞. Si minister intenderet ad illā primā immersionē baptismum perficere, totā formam verborū proferendo. §. Tunc &c. Nam ex intētione ministri Ecclesiae, qui intendit vnū &c. vt in tex. Ex quo dicit q arguens deceptus est per fallaciam fm non causam, vt causam. Putauit enim q, talē ad primā immersionem non consequi sacrm, sit ex hac causa. s. quia trina immersio sit de necessitate baptismi: & tamē nō est ex hac (vt patet penetrantibus textū), sed ex alia. s. ex intentione ministri.

* q. 51. ar. 4. & 53. art. 2.

† Loco cit. in arg.

APPENDIX.

EX art. habes primò; qđo p rationē offēdas, meritò insinuatum esse à scripturis, & Papa; q trina immersio nō est de necessitate baptismi. A Papa Gregorio quidem: vt ponit in arg. contr. Quod Gregorij decretū uide latius in De cōsec dist. 4. c. de trina mersione. A scripturis uerò per hoc, q dicunt Actu. 2. 3. vna die Aplos baptizasse tria millia hominū, alia aūt die quinque millia. Nō vi. n. probabile; q vnusquisque Apostolorū baptizaret vnumquemque tot millium per trinam vel mersionem, vel aspersionem, vel effusionem: sed magis indè probabile videtur, q de facto semel tantū vel mergerent, vel aspergerent, vel perfunderent unumquemque illorum. Secundo uidet: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina haec Ang. &c.

* In sol. prae. Vtilitas pro Eccle. S. Dei.
† q. 64. artic. 8.

*In cōc. c. 4. ad Eph. sup illud: Vnum baptisma, to. 9 refert̄ de consec. distin. 4. cap. Eodē modo.

---

Et ideo, sicut ex praedicta auctoritate Greg. patet, quantū est de se, vtrūque licitè fieri potest. s. & semel, & ter immergere: quia vnica immersione significatur vnitas mortis Christi, & vnitas deitatis: per trinam autem immersionem significatur triduū sepulturę Christi, & etiā trinitas personarū: sed diuersis ex causis fm ordinationem ecclesiae, qn̄que institutus est vnus modus, qn̄que alius. Quia. n. à principio nascentis ecclesiae, quidam de Trinitate malè sentiebant, Christum purum hominē esse aestimantes, nec dici filium Dei, & Deum nisi propter meritū eius, qđ praecipuè fuit in morte, ideò non baptizabant in nomine Trinitatis, sed in commemoratione mortis Christi, & vna immersione: quod reprobatū fuit in primitiua ecclesia. vnde in canonibus Apostolorum * legitur: Si quis presbyter, aut episcopus nō trinam immersionem vnius ministerii, sed semel mergat in baptismate, quod dari à quibusdam dr̄ in morte Domini, deponatur: non. n. nobis dixit Dominus, in morte mea baptizate, sed in nomine Patris, & Filii, & Spiritussancti. Postmodū verò inoleuit quorundam schismaticorum, & haereticorum error, homines rebaptizantiū: sicut de Donatistis August. * narrat super Io. Et ideo in detestationem erroris eorum, fuit statutum † in Concilio Toletano, q fieret vna sola immersio: vbi sic legitur, Propter vitandum schismatis scandalum, vel haeretici dogmatis vsum, simplam teneamus baptismi immersionem: sed cessante tali causa cōmuniter obseruatur in baptismo trina immersio. Et ideo grauiter peccaret aliter baptizans, quasi ritum ecclesiae non obseruans, nihilominus tamen esset baptismus.

AD PRIMVM ergo dicendū, q Trinitas est sicut agēs principale in baptismo: similitudo autem agentis peruenit ad effectum fm formā, & non fm materiam, & ideo significatio Trinitatis fit in baptismo p verba formae, nec est de necessitate, q significet Trinitas per vsum materię: sed hoc fit ad maiorē expressionem: sicut et mors Christi figuratur sufficiēter in vnica immersione. Triduum aūt sepulturae non est de necessitate salutis nostrae: quia et si vna die fuisset sepultus, vel mortuus, sufficisset ad pficiendam nostram redemptionem: sed triduum illud ordinatur ad manifestandum veritatem mortis, vt suprà * dictum est. & ideo patet, q trina immersio, nec ex parte Trinitatis, nec ex parte passionis Christi, est de necessitate sacramenti.

AD SECVNDVM dicendum, q Pelagius Papa † intelligit trinā immersionem esse de mandato Christi in suo simili: in hoc. s. q Christus pręcepit baptizari in nomine Patris, & Filii, & Spiritussancti: non tamen est similis ratio de forma, & de vsu materiae, vt dictum * est.

AD TERTIVM dicendum, quòd (sicut suprà † dictū est) intentio requiritur ad baptismū, & ideo ex intentione ministri ecclesiae, qui intendit vnum baptismum dare trina immersione, efficitur vnum baptisma: vnde Hieron. * dicit super epistolam ad Philip. Licet ter baptizetur, i. immergatur propter mysterium Trinitatis, tamē vnum baptisma reputat: si verò intenderet, ad vnamquāque immersionem vnum baptisma dare, ad singulas immersiones repetens verba formae, peccaret, quantum in se est, pluries baptizans.

ARTI-

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶In corp. art duo fiunt: primo, respondet quaesito, quantum ad necessitatem sacramenti: secundo respondet quaesito, quantum ad necessitatem mandati ecclesiastici.

¶Quo ad primum vnica conclusio est: vtrumque licitè fieri potest, scilicet, & semel, & ter immergere. Probatur tripliciter. Primo ratione: Ad baptismum per se requiritur ablutio, per accidens autem modus ablutionis. ergo secundo auctoritate Greg. tertio ex significatione, tam unicae, quam trinae immersionis.

¶Quo ad secundum, uariata ponitur, & mutata ecclesię institutis diuersis temporibus diuersis ex causis, & tandem infert grauius peccare, qui nunc non seruant trinam immersionem. Vbi scito, q licet hodie, qui baptizantur in fontibus immergantur, & forte ter: hi tamen, qui baptizantur in domibus, per modū effusionis baptizātur. Et propterea nullum peccatum committere videntur, quia ter non immergunt, cum nec semel immergant absque peccato.

¶In respon. ad tertiū dubium occurrit, an trina immersione intenta à ministro, si aliqua omittatur, sit uerus baptismus. Et est ratio dubij: qm̄ si trina immersio intendatur, baptismus non perficitur in prima immersione, vt Auctor explicat in art. 4. tertię dist. 4. Sent. Huius aūt oppositum uidetur ex eo, quod huiusmodi intentio ministri non addit necessitatem nouae immersionis post primam.

¶Ad hoc dr̄, q quia intentio ministri fundat̄ super ritu ecclesię: eadē est intentio ministri intendētis exercere trinā immersionē, & ecclae instituētis illā. constat aūt q ecclesia instituit trinā immersionē, non substantiale sacri, sed ut cęremoniale eiusdē: qm̄ non nisi ad significandū, vel Trinitatē psonarū, vel triduū sepulturę, illā instituit. intētio ergo ministri ad trinā immersionē fert̄, nō ut ad rē necessariā sacro, sed vt ad cęremoniā eiusdē, omissio aūt cęremonię nō tollit veritatē baptismi. Et ppterea si ex incuria, aut casu alio minister

intendens

intendens trinam immersionem, perficiat proferre verba formæ ante secundam, aut tertiam immersionem, baptismus perfectus est, & quæ non est facta immersio durantibus uerbis superflue post uerba adderetur, quoniam non esset amplius baptismi pars.

¶ Ad obiectionem autem inductam, dicitur quòd intelliguntur verba Auctoris de unica immersione sub ratione partis. In casu autem nostro. s. quo verba præuenirent secundã immersionem, vnica immersio ex ipsa separatione ab alijs immersionibus, haberet rationem totius. quod ut melius intelligas, aduerte ablutioné esse quoddam totum successiuum, & integrari ex partibus successiuis, & continuis: successiuis quidem omnibus, continuis verò quandoque omnibus, quandoque quibusdam. Nam quælibet ablutio per immersionem in tẽpore fit, & per partes successiuas, ac continuas immersiones, & rursus quælibet trium immersionũ inter se discretarum, pars est unius ablutionis, quã baptismum vocamus. Quo fit, vt quia totum successiuum ex qualibet sui parte infertur (est.n. dies, quæcumque hora diei sit, & similiter mouetur aliquis, in quacũq; motus parte inueniatur) ex quacũque immersione, imò ex quacũque immersionis parte sufficiente, ad abluendum, ablutio infertur, ac per hoc baptismus, si in totius rationem transeat: habent.n. vnius immersionis partes, & singulæ immersiones partium rationẽ, dum in suo toto sumuntur, & sola separatio, ab alijs partibus, illi, vel illis rationem totius largitur, vt accidit in diuisione continui permanentis. Ministro ergo intendente trinã immersionem, quãdiu immersiones, seu earũ partes habent rationem partiũ baptismi ex parte materiæ, hoc est, ablutionis, non perficitur baptismus: sed si pars aliqua sortiretur rationẽ totius ex hoc, quòd in ea finiretur prolatio formæ, vndecũque hoc accidat, ablutio baptismalis perfecta est. Peccat tamen minister, præueniens secundã, aut tertiam immersioné prolatione verborum integra: tãquàm omittens aliquã immersionem.

---

Ferr. 4. cont. c. 59.
S. Bon. 4. s. d. 6. q. 6. art. 0.
Scot. 4. s. d. 6. q. 7.
Richar. 4. s. d. 6. q. 1.
Mars. 4. s. d. 4. 5. q. 4.
Bacco. 4. s. d. 6. q. 2.
Sot. 4. s. d. 3. q. vn. ar. 9.

47 4. dist. 6. q. 2 ar. 1. q. 1. Et 4. contra. 59. fin. Et c. 70. & 71. Et Ioan. 3. Et Eph. 4. lec. 2.

## ARTICVLVS IX.

*Vtrum baptismus possit iterari.*

AD NONVM sic proceditur. Vr̃ q̃ baptismus possit iterari. Baptismus. n. vr̃ institutus ad ablutionem peccatorum: sed peccata iterantur: ergo multo magis baptismus debet iterari: quia misericordia Christi transcendit hominis culpam.

¶ 2 Præt. Ioãnes Baptista præcipuè fuit à Christo cõmendatus, cũ de eo dictũ sit Matt. 11. Inter natos mulierũ non surrexit maior Ioanne Baptista, sed baptizati à Ioãne, iterũ baptizabant, vt hr̃ Act. 19. vbi dr̃, q̃ Paulus baptizabat eos, qui erãt baptizati baptismo Ioãnis. ergo multo fortius illi, qui sunt baptizati ab hæreticis, vel peccatoribus, sunt rebaptizandi.

¶ 3 Præt. In Niceno Concilio statutum est, siquis confugerit ad ecclesiam catholicam de Paulianistis, & Cataphrygis, rebaptizari eos omnino debere: videtur aũt esse eadem ratio de alijs hæreticis. ergo baptizati ab hæreticis, debent rebaptizari.

¶ 4 Præt. Baptismus est necessarius ad salutẽ: sed de quibusdã baptizatis aliqñ dubitat̃, an sint baptizati. ergo videtur q̃ debeant iterum baptizari.

¶ 5 Præt. Eucharistia est perfectius sacramentum q̃ baptismus, vt s̃. dictum * est: sed sacr̃m eucharistiæ iteratur. ergo videtur quòd multo magis baptismus possit iterari.

* q. præce. art. 3.

SED CONTRA est, quòd dicitur Ephes. 4. Vna fides, vnum baptisma.

RESP. Dicendũ, q̃ baptismus iterari non põt. Primo quidẽ, quia baptismus est quædã spiritualis regeneratio: prout s. aliquis morit̃ veteri vitæ, & incipit nouã vitam agere: vnde dr̃ Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusancto, non põt introire in regnũ Dei: vnius aũt nõ est nisi vna regeneratio, & ideo non põt baptismus iterari, sicut nec carnalis gñatio: vndè Aug. * dicit super illud Io. 3. Nunquid põt in ventrẽ matris suæ iterato introire, & renasci. Sic tu, inquit intellige natiuitatẽ spiritus, quõ intellexit Nicodemus natiuitatẽ carnis: quõ.n. vterus non põt repeti, sic nec baptismus: scdo, quia in morte Christi baptizamur, per quã morimur peccato, & resurgimus in nouitatẽ vitæ. Christus aũt semel tñ mortuus est, & ideo baptismus iterari non debet: pp quod Hebr. 6. contra quosdã rebaptizari volentes dr̃, Rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei, vbi gl. * dicit, vna Christi mors, vnum baptisma consecrauit: tertio, quia baptismus imprimit characterẽ, qui est indelebilis, & cũ quadam consecratione datur: vnde sicut aliæ cõsecrationes nõ iterant̃ in ecclesia, ita nec baptismus. Et hoc est q̃d Augast. † dicit in 2. contra epist. Parmeniani, q̃ character militaris non repetitur, & q̃ non minus heret sacr̃m Christi, q̃ corporalis hæc nota, cum videamus nec apostatas carere baptismate, quibus vtique per pęnitentiam redeuntibus, non restituitur: quarto, quia baptismus principaliter datur contra originale peccatũ: & ideo sicut originale peccatum non iteratur, ita ẽt nec baptismus iteratur: quia, vt dr̃ Rom. 5. Sicut per vnius delictum, in omnes homines in condemnationem, sic per vnius iustitiam, in omnes homines in iustificationem vitæ.

*Tract. 11. in Euang. Ioan. ante med. to. 9.

*Glo. ord. sup illud, Renouari rursus ad pęnitẽtiã.

†li. 2. c. 13. a med. t. 7.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ baptismus operatur in virtute passionis Christi, sicut s̃. dictum * est. Et ideo sicut peccata sequentia virtutem passionis Christi non auferunt, ita etiam non auferunt baptismum, vt necesse sit ipsum iterari, sed pœnitentia superueniente tollitur peccatum, quod impediebat effectum baptismi.

*art. 2. huius quæst.

AD SECVNDVM dicendũ, q̃ sicut Aug. † dicit sup illud Io. 1. Sed ego nesciebã eum, Ecce post Ioannẽ baptizatũ est, post homicidã non est baptizatum: quia Ioannes dedit baptismum suum, homicida dedit baptismum Christi: quod sacr̃m tam sanctũ est, vt nec homicida ministrãte polluatur.

† Tract. 5. declinãdo ad fi. to. 9.

AD TERTIVM dicendum, q̃ Pauliani, & Cataphrygæ non baptizabant in nomine Trinitatis: vnde Greg. * dicit scribens * Quirino Epõ, Hi hæretici, qui in Trinitatis nomine minimè baptizabant, sicut sunt Bonosiani, & Cataphrygæ (qui. s. idem sentiebant cum Paulianis: quia & illi Christum Deum non credunt, existimantes, ipsum. s. esse purum hominem; & isti. s. Cataphrygæ, Spiritumsanctum peruerso sensu esse purum hominem Montanum. s. credunt) tales cum ad sanctam ecclesiam veniunt, baptizentur, quia baptisma non fuit, quod in errore positi, sanctæ Trinitatis nomine minimè perceperunt: sed (sicut in regulis † ecclesiasticis dicitur) si qui apud illos hæreticos baptizati sunt, qui in sanctæ Trinitatis confessione baptizabant, & veniunt ad catholicam fidem, recipiantur vt baptizati.

* In epist. lib. 9. epist. 61. paulò à princ.
* Als Quirico, seu Quirito.
† De eccl. dogmat. c. 52. to. 3. in Aug.

AD QVARTVM dicendũ, q̃ sicut dicit Decr. † Alexãdri III. De quibus dubiũ est, an baptizati fuerint baptizentur his verbis præmissis, Si baptizatus es, ego non te baptizo: sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo, &c. non.n. videtur iterari

† De Bapt. & eius eff. c. De quibus, est c. 3. D. 265. & 183.

### SVPER Q. VII.

Aliàs 66. Art. ix.

CONCL. Baptismus iterari non potest.

¶ Prob. primo Quia baptismus est spiritualis regeneratio (vt patet Io. 3.): & unius nõ est, nisi una generatio (vt patet). Secũdò, quia in morte Christi baptizamur (cũ per eã moriamur peccato, ac resurgamus i nouitate vitę): & mors Christi est tñ vna (vt patet Hebr. 6. cũ glos.). Tertiò, quia baptismus imprimit characterem (vt patet q. 4. art. 6.): & character est indelebilis (vt patet ibi. ar. 5.). Quartò, quia baptismus contra peccatũ originale principalr̃ dat̃ (vt patet q. 6. art. 1. 4.): & peccatũ originale nõ iterat̃ (vt patet Rom. 6. item 1. 2. q. 81. art. 1. 2.)

*In cõc. 1. Nic. can. 9

**1m illatio conclusionis.** Ergo multò &c. ℞. Negatur illatio. §. Nã sicut peccata sequentia &c. vt in tex. Ex quo patet: q̃ nõ solũ quantũ ad multò magis iterari, sed ẽt simpliciter quantum ad iterari, inferebatur falsum.

**2m conclusio.** Qui sunt baptizati ab hæreticis vel peccatorib. sunt rebaptizãdi. ℞. Nisi hæretici, & peccatores baptizassẽt baptismo Christi. §. Tunc &c. Ioannes. n. baptismo tñ suo, à quo & Baptista denoĩatus est, baptizauit. Vnde Concil. Trid. sess. 7. de baptis. can. 1. Si qs dixerit: baptismũ Ioãnis habuisse eãdem vim cũ baptismo Chri; anathema sit. Hæc ibi. Ter-

**3m minor.** Videt esse eadẽ ratio de hæreticis alijs. ℞. Negat. §. Quo ad hoc. s. Nã Pauliani, & Cataphrygę nõ &c. vt in tex. Quem confirmare potes ex Cõcilio Trid. sess. 7. de baptis. cano. 4. Si quis dixerit: baptismũ, qui ẽt datur ab hæreticis in noĩe Patris, & Filij, & Spiritus sancti cũ intentione faciẽdi, qđ facit Ecclesia, nõ esse uerũ baptismũ: anathema sit. Hæc ibi.

**4m de concl.** e Iterũ baptizari. ℞. Conditionaliter: nõ autem, absolute. §. Tunc nihil, &c. Non. n. videtur iterari, quod nescitur esse

esse factum. De hoc etiam uide in De consecr. dist. 4. c. paruulos, & cap. placuit, de infantibus. & cap. cum itaque, & cap. si nulla.

5^m maior. Eucharistia est perfectius sacramentum, quàm baptismus. R. Et datur per modum cibi. §. Maior ergo erat mutila. Tunc nihil, &c. Nam baptismus non datur per modum cibi, sed per modũ generationis: & quia homo semel tantum nascitur, multotiens autem &c. vt in textu. Ex quo dic: q argumẽtum peccabat in fallacia secundum non causam, vt causam. Non. n. esse perfectiùs, aut imperfectiùs est, vel nõ est, causa reiterationis, aut non reiterationis (vt putabat argumentum); sed modus dandi ipsa sacramenta diuersus, est uera causa utriusque istorum.

iterari quod nescitur esse factum.

Ad qvintvm dicendum, q vtrũque sacramentum, s. baptismi, & eucharistiæ est repræsentatiuum dominicæ mortis, & passionis: aliter tamen, & aliter. Nam in baptismo cõmemoratur mors Christi, inquantũ homo Christo commoritur, & in nouam vitam regeneratur: sed in sacramento eucharistiæ commemoratur mors Christi, inquantum ipse Christus passus exhibetur nobis, quasi paschale conuiuium, secundùm illud 1. Cor. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus, itaq; epulemur. Et quia homo semel nascitur, multotiẽs autem cibatur, semel tantum datur baptisma, multotiens autẽ eucharistia.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationẽ interimas hæresim Anabaptistarum dicentium: baptizatos iterum posse baptizari. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas; hãc meritò damnari ab Hebr 6. & à Concilijs Floren Trid Carthag. primo: sm q recitantur singillatim in q 4 art. 6. appen. Itẽ à Leone Papa. Qui se baptizatos sciunt; sed cuius fidei fuerint, qui eos baptizarũt, se nescire profitentur; rebaptizandi non sunt: sed per impositionem manus virtute Spiritus sancti (quam ab hæreticis accipere non potuerunt) catholicis copulandi sunt. Hæc ille; & recitantur De consecrat. distin. 4. cap. Hi, de quibus. Item à Beda in homil. 36. Siue hæreticus, siue schismaticus, siue facinorosus quisq;, in cõfessione sanctæ Trinitatis baptizet; nõ ualet ille, qui baptizatus est, à bonis catholicis rebaptizari: nè confessio, vel inuocatio tanti nominis uideatur annullari. Hæc ille; quæ recitantur De consecrat. distin. 4. Tertiò uides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica ucissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo tam huius, quàm trium sequentiũ articulorum, & similiter in omnib. his, quæ in illis continentur, nihil aliud scribendum occurrit, nisi q Scot. in 4. sent. dist. 6. duas rationes in litera noni articuli, s. secundam, & tertiam arguit. Secundam quidem: quia in morte Christi baptizati sumus, dicit non concludere: quia pœnitentia uirtutem quoque habet à passione Christi; & tamen est iterabilis. Tertiam uerò, quia imprimit characterem indelebilem, dicit probare per immanifestiùs: quoniam à principio institutionis baptismi manifestum fuit, quòd non licuit iterare ipsum, & character erat occultus.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd uis rationis cõsistit in repræsentatione (quia. s. in baptismo repræsentatur mors Christi) & non in efficacia virtutis à passione Christi, vt arguens refert: vnde argumentum nihil obstat: quoniam pœnitentia non assimilat hominem Christo mortuo: sed baptismus consepeliens Christo mortuo hominem, qui baptizatur.

¶ Ad secundum dicitur, q si Auctor reprehendendus est. oportet quoque reprehendere synodum Florentinã sub Eugenio IIII. dicentem, Tria sunt, baptismus, confirmatio, & ordo, quæ characterem, i. spirituale signum, imprimunt in anima indelebile, vnde in eadem persona non reiterantur. Licet ergo ex posterius manifestis rationem reddere eorum, quæ prius tempore nota fuerint: de multis enim conclusionibus notis apud priscos, posteriores adinuenerunt propter quid.

Sent. 4. d. 3. q. vn. art. 10.

## ARTICVLVS X.

*Vtrum ritus, quo ecclesia in baptizando utitur, sit conueniens.*

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd non sit conueniens ritus, quo ecclesia vtitur in baptizando. Vt enim dicit Chrysost. nunquam aquæ baptismi purgare peccata credentium possent, nisi tactu dominici corporis sanctificatæ fuissent. Hoc autem factum fuit in baptismo Christi, qui celebratur in festo Epiphaniæ. ergo magis deberet celebrari solẽnis baptismus in festo Epiphaniæ, quàm in vigilia Paschæ, & in vigilia Pentecostes.

¶ 2 Præt. Ad idem sacramentũ non videtur pertinere diuersarum materiarum vsus: sed ad baptismum pertinet ablutio aquæ. Inconuenienter igitur ille, qui baptizatur, his inungitur oleo sancto, primum in pectore, deinde inter scapulas, & tertio chrismate in vertice.

¶ 3 Præt. In Christo Iesu non est masculus, & fœmina, Barbarus, & Scytha, & eadem ratione nec aliquæ aliæ huiusmodi differentiæ. Multo igitur minus diuersitas vestium aliquid operatur in fide Christi, inconuenienter igitur baptizatis traditur candida vestis.

¶ 4 Præt. Sine huiusmodi obseruantiis potest baptismus celebrari. Hæc igitur, quæ dicta sunt, videntur esse superflua, & ita inconuenienter ab ecclesia instituta esse i ritu baptismi.

Sed contra est, quòd ecclesia regitur Spiritusancto, qui nihil inordinatum operatur.

Resp. Dicendum, quòd in sacramẽto baptismi aliquid agitur, quod est de necessitate sacramenti, & aliquid est quod ad quandam solẽnitatem sacramenti pertinet. De necessitate quidem sacramenti est forma, quæ designat principalem causam sacramenti, & minister, qui est causa instrumentalis, & vsus materiæ, s. ablutio in aqua, quæ designat principalem sacramenti effectum. Cætera verò omnia, quæ in ritu baptizandi obseruat ecclesia, magis pertinent ad quandam solẽnitatem sacramenti. Quæ quidem adhibentur sacramento propter tria. Primò quidem ad excitandam deuotionem fidelium, & reuerentiã ad sacramentum. Si enim simpliciter fieret ablutio in aqua, absque solẽnitate, de facili ab aliquibus æstimaretur, quasi quædã communis ablutio. Secundò ad fidelium instructionem. Simplices. n. qui literis non erudiunt, oportet erudire per aliqua sensibilia signa: puta per picturas, & aliqua huiusmodi. Et per hunc modum per ea, quæ in sacramentis aguntur, vel instruũtur, vel solicitantur ad quærendũ de his, quæ per sensibilia signa significantur. Et ideo quia præter principalem sacri effectum, oportet quædã alia scire circa baptismum, conueniens fuit, vt etiam quibusdam exterioribus signis repræsentarentur.

Tertiò,

SVPER Q. VII. Aliàs 66. Art. x.

48

4. di 2. q. 1. ar. 3. ad 7. Et d. 6. q 2 art. 1. q. 3. Refert de cõsec. d. 4. c. Nũquã.

Conci. 1. In sacramẽto baptismi aliquid agitur, quod est de necessitate sacramenti: & aliquid, qđ ad quandam solemnitatem sacramenti pertinet.

¶ Prob. Quia forma verborũ, vsus materiæ, & minister, intendens s. facere, quod facit Ecclesia (vt patet q. 5. artic. 8. ad secundũ) sunt de necessitate sacri. Secunda autem, s. & aliquid &c. probat: Quia cętera omnia ab illis tribus obseruata ab Ecclesia in ritu baptizandi pertinent ad solemnitatem tantum.

¶ Not. Confirmantur hæc ex Concil. Floren. per hoc, q vniuersaliter dicit. Hęc omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquàm materia, verbis tãquàm forma, & persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia. Quorum si aliquid desit, non perficitur sacramentum. Hæc illud, in Decret. seu in constitutio. super vnio. Armenorum. Ex eo enim, quòd intendit necessaria ad sacramentorum perfectionem enumerare, & non nisi tria illa enumerat, manifestum relinquit, quòd cætera non sunt de necessitate sacramenti; & consequẽter, quòd ad quandam solemnitatem tantùm pertinent.

¶ Conci. 2. Quæ adhibentur, seu fiunt in ritu baptizandi ab Ecclesia, conueniẽter adhibentur.

¶ Prob. Quia talia adhibentur ab Ecclesia tùm ad excitandam deuotionem ad sacramentum ipsum, tùm ad instructionem fidelium saltem illiteratorum, tùm ad cobibendum potestatem diaboli ab impedimento effectus sacramentalis: & conueniens est excitare deuotionẽ talem, instruere fideles, cohibere diabolum (vt patet).

Primum

**1m de minori.** In baptiſmo Chriſti. ℞. Quo ipſe baptizatus eſt à Ioanne. §. Tunc nihil, &c. Non.n. Eccleſia baptizat baptiſmo Ioannis:ſed baptiſmo Chriſti: qui quidem habet efficaciam ex paſſione &c. vt in tex. Qui,quò ad illa duo tempora baptiſmi ſolennis,cõfirmatur ex Decret.de conſecr.diſt.4. cap. non ratione. cap. duo tempora. cap.propriè in morte. c. ſi quis autem. cap.de catechuminis.cap.venerabilis.

**2m de maiori.** Non videtur pertinere. ℞. Secundum eandẽ rationẽ.§.Tunc nihil,&c. Nam illarum materierum vſus, de quo reſiduũ argumenti loquitur, pertinet ad ſacramentũ hoc, non ſecundum eandẽ, ſed ſecundum diuerſam rationẽ. Vſus.n.aquæ adhibetur in baptiſmo quaſi pertinens ad ſubſtantiã &c. vt in tex. In quo nota; ꝙ ly quaſi, nullam dicit rei diminutionem, ſed verã ipſius expſſionẽ:id quod & in multis alijs locis cõtingit(ſicut prudẽs lector cõſiderare, iuxta tractationes materierũ diuerſas, faciliter per ſe poterit).Idẽ enim eſt,ac ſi tex.dixiſſet: Vſus aquæ adhibetͬ in baptiſmo,tãquàm verè pertinens ad ſubſtantiam ſacramenti.

*art.2. huius q. & q. 39. art.3.

**3m de concl.1.** Multò igitͬ minus diuerſitas veſtiũ aliquid operatur. ℞. Aliquid tñ ſignificat.§. Tunc &c.Nã veſtis illa cãdida &c. vt in tex. Ex quo facilè poteſt quiſque pius & doctus cõiectuтare; ꝙ ad, & ad quid, ſignificandũ adhibeatͬ diuerſitas veſtiũ in diuerſis religionibus, Prædicatorũ uidelicet,Minorũ,Carmelitarum,&c.obſeruãdo tamen,ad differentiam huius textus,ꝙ poſt profeſſionẽ non poteſt habitum ſuum ſine culpa mortali,& excommunicatione,dimittere religioſus, 2.2.q.185.art.8. & q.187.art.6. & Concil.Trid. ſeſſ. 25. cap.19. de regularibus. & in lib.6. Decretal.titu. Ne cler.vel mona.cap.vt periculoſa.

* lib.2.c.2. lib.1. c. 1. tom.4.

Tertiò, quia per orationes, & benedictiones,& alia huiuſmodi,cohibetur vis dæmonis ab impedimento ſacramentalis effectus.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ Chriſtus in Epiphania baptizatus eſt baptiſmo Ioannis, vt ſuprà * dictum eſt: quo quidem baptiſmo non baptizantur fideles: ſed potiùs baptiſmo Chriſti. Qui quidem habet efficaciam ex paſſione Chriſti (ſecundùm illud Rom. 6. Quicumque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus) & ex Spirituſancto, ſecundùm illud Ioannis 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua,& Spirituſancto,&c. & ideo ſolennis baptiſmus agitur in Eccleſia, & in vigilia Paſchæ, quando fit commemoratio Dominicæ ſepulturæ, & reſurrectionis eiuſdẽ(propter quod, & Dominus poſt reſurrectionem, præceptum de baptiſmo diſcipulis dedit, vt habetur Matth. vltimo,) & in vigilia Pentecoſtes quando incipit celebrari ſolennitas Spiritus ſancti: vnde & Apoſtoli leguntur ipſo die Pentecoſtes, quo Spiritumſanctum receperant, tria millia hominum baptizaſſe.

Ad secundum dicendum, ꝙ vſus aquæ adhibetur in baptiſmo quaſi pertinens ad ſubſtantiam ſacramenti: ſed vſus olei vel chriſmatis adhibetur ad quandam ſolẽnitatem, nam primo baptizandus inungitur oleo ſancto, & in pectore, & in ſcapulis,quaſi athleta Dei,vt Ambroſ. * dicit in lib.de ſacramentis: ſicut pugiles inungi cõſueuerunt: vel ſicut Innoc. dicit in quadam Decret. de † ſacra vnctione, baptizandus in pectore inungitur, vt per Spiritusſancti donum errorem abiiciat, & ignorantiam: & fidem rectam ſuſcipiat, quia iuſtus ex fide viuit. Inter ſcapulas autem inunguntur, vt per Spiritusſancti gratiam excutiãt negligentiam, & torporem, & bonam operationem exerceant: quia fides ſine operibus mortua eſt, vt per fidei ſacramentum, ſit mundiria cogitationum, in pectore & fortitudo laborum in ſcapulis: poſt baptiſmum verò (vt Rabanus * dicit) ſtatim ſignatur in cerebro à presbytero cum ſacro chriſmate, ſequente ſimul,& ratione,vt Chriſti regni particeps fiat, & à Chriſto Chriſtianus poſſit vocari,vel ſicut Ambr. † dicit, vnguentum ſuper caput effunditur: quia ſapientis ſenſus in capite eius, vt ſ. ſit paratus omni petenti de fide reddere rationem.

Ad tertium dicendum,ꝙ veſtis illa candida traditur baptizato, non quidem ex ratione ꝙ non liceat ei alijs veſtibus vti: ſed in ſignum gloriæ * reſurrectionis,ad quam homines per baptiſmum regenerantur, & ad ſignificandam puritatem vitæ, quam debet poſt baptiſmum obſeruare, ſecundùm illud Rom.6. In nouitate vitæ ambulemus.

Ad quartum dicendum, ꝙ ea pertinet ad ſolennitatem ſacramenti etſi non ſint de neceſſitate ſacramenti:non tamen ſunt ſuperflua, quia ſunt ad bene eſſe ſacramenti, vt dictum * eſt.

AR-

† lib.1.Decre.tit.15. c. Cum venisset, à medio illius.

* lib.1.de inſti.cler. ca. 28. refert de conſec. diſt.4. cap. poſtquam.

† li.3.de ſa.c.1.in prin. tom.4.

* Aliàs glorioſæ.

* In corp. art.

**4m de antecedente.** Poteſt. ℞. Potentia requiſita ad neceſſitatẽ ſacri.§. Tũc nihil &c. Non.n. poteſt ſine his obſeruantijs baptiſmus celebrari potẽtia requiſita ad benè eſſe ſacri (vt patet in tex.corp. & reſpon.): & hoc ſufficit ad veritatẽ concluſionum articuli, pro quanto de pertinentibus ad ſolẽnitatem ſolùm loquuntur. De ritu iſto multiplici ad baptiſmum requiſito, ſecũdum ampliorem in verbis extenſionem, vide Compend.Alber.Magni lib.6 cap.9.10.cum ſchol.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art.habes primò; quomodo per rationem cõuincas de errore temerariã irriſionem Caluiniſtarum,qua Papiſtis (vt aiunt) tãquàm erroneũ imponunt hoc, videlicet, ꝙ ad baptiſmũ requirunt oleum,ſal,ſputũ,conſignatio crucis,exorciſmu, veſtis alba,candelæ, & huiuſmodi ritus(vt patet ex Caluini libello contra acta Concilij Tridentini).Sanctus Doctor.n.in præſenti art.tã perſpicuis verbis requiri iſta pro ſolẽnitate,non pro neceſſitate,ſacramẽti; & ad tot, tantaq; bona cõferre ritus huiuſmodi,edocet:vt ampliori declaratione opus nõ ſit ad demonſtrandum, & ꝙ tales ritus nullũ penitùs errorẽ continent, & ꝙ irriſio prædicta Caluiniſtarum plena eſt erroris, nẽ dicam impietatis. Impium ſiquidẽ eſt dicere:ꝙ aliquid ab Eccleſia ſtatutum, & maximè circa ſacra per ipſius ordinationem conſuetũ,ſit erroneum. Nam ea, quæ per Eccleſiam ſtatuuntur,ab ipſo Chriſto ordinãtur;qui de Eccleſia loquens(vt patet ex cõtextu Matth.18.)dixit,Vbicũq; fuerint duo vel tres congregati in nomine meo,ibi ſum in medio eorum. Vide etiã 2.2.q.10.ar.12.ꝙ maximã habet authoritatẽ Eccleſiæ conſuetudo;& ꝙ iuxe authoritati ſtandũ magis eſt, quàm authoritati Auguſtini,Hieronymi,vel cuiuſcũque alterius Doctoris. Ergo à fortiori ibi cointelligitͬ: ꝙ Eccleſiæ conſuetudini,ſeu authoritati ſtandũ eſt magis; quàm doctrinis varijs,& peregrinis,Heb.13.Caluini,Lutheri,Mahumeti,& aliorũ ſimiliũ aſſerentiũ profanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ. 1.Timot.6.Adde; ꝙ doctrinarũ harum uariarum,ac nouitatũ inuentores,ideò dicunt habere non veri, ſed falſi,nominis ſcientiam:quia(teſtante ſcriptura,quæ nõ poteſt ſolui,Io.10.) ipſi re vera ſunt indocti & inſtabiles,2.Pet.3. Hoc ſpecialiter verificatũ de Caluino, vide in Additio.q.9.art.4.appen.vbi narratur vita eius. Secundo habes:quomodo per rationẽ oſtendas, illum Caluiniſtarũ errorem meritò dãnari ab Apoſtolo vtiter dicente de Eccleſia; ꝙ eſt domus Dei viui,colũna,& firmamentũ, veritatis. 1.Timot.3. Applica tu ad propoſitũ hoc; quãquidẽ ſub vniuerſali ad ſua particularia deſcendere licet. Itẽ à Io.14. Aliũ paraclitũ dabit uobis, vt maneat vobiſcum in æternum. Per hoc.n. oſtẽdit Chriſtus, ꝙ Spiritusſanctus ſemp recturus eſt Eccleſiã catholicam & Apſicam:quam, veluti in Apoſtolis tũc repſitatam, alloquebatͬ. De Spirituſancto autẽ, qui eſt magiſtrorũ optimus,nefas eſt dicere; ꝙ in à ſe directis operibus ſinat aliquid eſſe falſum vel erroneũ. Vt à ſimili concludamus.Quia Spirituſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei hoĩes, 2. Pet. 1. ideò ſcriptura ſacra ab his edita dicit Prou.8. Iuſti ſunt omnes ſermones mei; non eſt in eis prauũ quid,neq; peruerſum. Recti ſunt intelligẽtibus;& æqui inuenientib.ſcientiam. (De his aureis verbis vide bonũ ſenſum diffuse in 2.2.q.122.art.2.appen.& q.140.art.1.appen. vel etiã 1.2.q.68.art.4. appen.) Sic ergo quia Spirituſancto regitur ſemper Eccleſia; ideò de ſuis operibus, vtpote à ſpiritu veritatis Ioan.15. directis, poteſt proportionaliter dicere idẽ. ſ.Iuſti ſunt omnes &c. Recti ſunt intelligentib.&c. Ad hoc autẽ ex ratione monſtrandũ; ꝙ ſ.iuſti ſint omnes Eccleſiæ ſermones,i.ſtatuta,ritus,&c. quódq; non ſit in eis prauum quid,neq; peruerſum, inſudauit ſemper fideliſſimus ueritatis propugnator S.Thomas (vt patet in tota doctrina ſua,& ſpeciatim hic): atque per conſequens ex eadem multiplici ratione commonſtrauit,ꝙ ijdem Eccleſiæ ſermones ſunt recti intelligentibus,& æqui inuenientibus ſcientiam. Item illum errorem oſtendere potes meritò ſingillatim damnari à Decretis, in De conſecr.diſt.4. c.ſine paruuli,& cap. Ante viginti dies,& cap.poſtquàm ſe.& cap.ſicut noſtis,& cap. poſtea ſignatur,& cap.ex hinc,& cap.poſtea tanguntur,& c.propter,& c.deinde,& c.venit ſacerdos,& c.prima igitur,& c.veniſti ad fontem,& c.Poſtquàm aſcendit,& c.poſt baptiſmũ, & c.Accepiſti,& c.Primũ interrogetur. Item maximè damnatur à Cõcil.Tridẽt.ſeſſ.de ſacram.can.13.Si quis dixerit:receptos & approbatos Eccleſiæ catholicæ ritus in ſolẽni ſacramentorũ adminiſtratione adhiberi conſuetos aut cõtemni, aut ſine peccato à miniſtris pro libito omitti,aut in nouos alios per quemcũque Eccleſiarum paſtorẽ mutari poſſe:anathema ſit.Hæc ibi. Ex quibus patet; quàm veri,quàm ſine errore, quàm conuenientes, ſint omnes eccleſiaſtici ritus in baptiſmo, alijsq; ſacramentis obſeruati. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pẽſatis,& applicatis doct.hæc Ang.viciſſim declaretͬ,& cõfirmetur.

Quàm bona ſit doctrina Sancti Thomæ.

2

3

*Sot.4 ſ.d.3.q.vn.art.11.* *Palud.4.d.4.q.3.*

SVPER Q. VII. Aliàs 66. ART. XI.

CONCL. 1. Præter baptiſmum aquæ poteſt aliquis conſequi huius ſacramenti effectum ex paſſione Chriſti, inquantum conformat ei pro Chriſto patiendo: Poteſt quoque per virtutem Spiritusſancti conſequi effectum huius ſacramenti, non ſolùm ſine baptiſmo aquæ, ſed etiam ſine baptiſmo ſanguinis, inquantum.ſ.ipſius cor per Spiritumſanctum mouetur ad credendum, ad diligendum Deum, & ad digne pœnitendum.

49
4 d.4.q.3. artic 3. Et quo.6.a.4. Et Io.3.le.1.fi. & He.7.co.3.fin.

¶PROB. primò: Quia cauſa prima inſtrumentalis, ſ. paſſio Chriſti, per poteſtatem excellentiæ operans, superexcedit effectum, nec dependet ab ipſo effectu. i. poteſt effectum ſacramentorum, quæ ſunt ſui effectus, q. 5. artic.2.3. conferre ſine ſacramentis, quæſt ead. artic.3. Secundò, quia hoc innuitur ab Apocal.12. Secunda autem pars, ſ. poteſt quoq; &c. probatur primò: Quia cauſa prima abſolute. i. Deus ſuperexcedit effectum, nec dependet ab ipſo. i. poteſt effectum ſacramentorum, quæ ſunt ſui effectus, quæſt.5.artic.2.conferre ſine ſacramentis Secundò, quia hoc innuitur ab Iſa 4.

*q.65.ar.1

†li.4.orth. fidei c.10. poſt med.

*Glo. ord. ibid.

*q.62.ar.5 Et q.66.articu.1.

¶CONCL. 2. Vtrumque prædictorum baptiſmatum nominatur baptiſmus; inquantum supplet uicem baptiſmi aquæ.

¶PROB. Quia authoritas B. Aug. in lib. 4. de vni. bapt. hoc ipſum inſinuat.

1^m de concl.^e

Tria baptiſmata. ℞ Nõ incluſa in vno. §. Tunc nihil, &c. Ad uerificandum enim dictũ Eph. 4. ſufficit; quod alia duo, ſ. baptiſmus ſanguinis, & baptiſmus flaminis, ſeu pœnitentiæ, includantur in baptiſmo uno, ſ. aquæ.

2^m de concl.^e

Alij duo baptiſmi. ℞. Tanquàm ſacramenta. §. Tunc nihil, &c. Nam alij duo baptiſmi non ponuntur eſſe ſacramenta. Baptiſmi quidem ſunt, quia cum baptiſmo aquæ conueniunt quantum ad effectum ipſius baptiſmatis: non ſunt autem ſacramenta, quia non conueniunt cum baptiſmo aquæ quantum ad rationem ſigni.

3^m ex Damaſceno. Baptiſmatum. ℞. Figuralium, & præparatoriorũ. §. Tũc nihil, &c. Articulus enim præſens in concluſionibus ſuis loquitur de baptiſmatibus in alio ſenſu: vt patet conſideranti.

## ARTICVLVS XI.

*Vtrum conuenienter deſcribantur tria baptiſmata.*

AD VNDECIMVM ſic proceditur. Videtur quòd inconuenienter deſcribantur tria baptiſmata, ſ. aquæ, ſanguinis, & flaminis, ſ. Spiritusſancti: quia Apoſtolus dicit Eph. 4. Vna fides, vnum baptiſma: ſed non eſt niſi una fides. ergo non debent poni tria baptiſmata.

¶ 2 Præt. Baptiſmus eſt quoddam ſacramentum, vt ex ſupradictis * patet: ſed ſolus baptiſmus aquæ, eſt ſacramentum. ergo non debent poni alia duo baptiſmata.

¶ 3 Præt. Damaſc. † in 4. lib. determinat plura alia genera baptiſmatum. non ergo debent poni ſolùm tria baptiſmata.

SED CONTRA eſt, quòd ſuper illud Hebr. 6. Baptiſmatum doctrinæ, dicit gloſ. * Pluraliter dicit: quia eſt baptiſmus aquæ, pœnitentiæ, & ſanguinis.

RESP. Dicendum, quòd (ſicut ſuprà dictum * eſt) baptiſmus aquę efficaciam habet à paſſione Chriſti (cui aliquis configuratur per baptiſmum) & vlterius ſicut à prima cauſa à Spiritusſancto. Licet autem effectus dependeat à prima cauſa, cauſa tamen ſuperexcedit effectum, nec dependet ab effectu. Et ideo præter baptiſmum aquæ, poteſt aliquis conſequi ſacramenti effectum ex paſſione Chriſti, inquantum quis ei conformatur, pro Chriſto patiendo: vndè dicitur Apocalypſ. 7. Hi ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni. Eadem etiam ratione aliquis per virtutem Spiritusſancti cõſequitur effectum baptiſmi, non ſolum ſine baptiſmo aquæ, ſed etiam ſine baptiſmo ſanguinis, inquantum ſ. alicuius cor per Spiritumſanctum mouetur ad credendum, & diligendum Deum, & pœnitendum de peccatis: vndè etiam dicitur baptiſmus pœnitentiæ. Et de hoc dicitur Iſa. 4. Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Hieruſalem lauerit de medio eius, in ſpiritu iudicii, & ſpiritu ardoris. Sic igitur utrumque aliorum baptiſmatum nominatur baptiſmus, inquantum ſupplet vicem baptiſmi aquæ. vnde dicit Auguſtinus * in 4. lib. de Vnico baptiſmo paruulorum: Baptiſmi vicem aliquando implere paſſionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum eſt, Hodie mecum eris in paradiſo, beatus Cyprianus non leue documentum aſſumit; quòd etiã atque etiam conſiderans, inuenio non tantum paſſionem pro nomine Chriſti id, quod baptiſmo deerat poſſe ſupplere: ſed etiam fidem, confeſſionemque cordis, ſi fortè ad celebrandum myſterium baptiſmi, in anguſtiis temporum ſuccurri non poteſt.

*li 4. de Baptiſ. cõtra Donatiſtas cap. 22. in prin. to. 7.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd alia duo baptiſmata includuntur in baptiſmo aquę, qui efficaciam habet & ex paſſione Chriſti, & ex Spiritusſancto, & ideo per hoc non tollitur vnitas baptiſmatis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd (ſicut ſuprà * dictum eſt) ſacramentum habet rationem ſigni: alia verò duo conueniunt cũ baptiſmo aquæ, non quidem quantum ad rationem ſigni, ſed quantum ad effectum baptiſmatis: & ideo non ſunt ſacramenta.

*q.60.ar.1.

AD TERTIVM dicendum, quòd Damaſcenus * ponit quædã baptiſmata figuralia: ſicut diluuium, quòd fuit ſignum noſtri baptiſmi, quantum ad ſaluationem fidelium in eccleſia, ſicut tunc paucæ animæ ſaluæ factæ ſunt in arca, vt dicitur 1. Pet. 3. ponit etiam tranſitum maris rubri: qui ſignificat noſtrũ baptiſma, quantum ad liberationem a ſeruitute peccati: vndè & Apoſtolus dicit 1. Corinth. 10. quòd omnes baptizati ſunt in nube, & in mari: ponit etiá ablutiones diuerſas quæ fiebant in veteri lege præfigurãtes noſtrum baptiſma, quantum ad purgationem peccatorum: ponit etiam baptiſmum Ioannis, qui fuit præparatorius ad noſtrum baptiſma.

* li.4.orth fid.cap. 10. à med.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem oſtendas, meritò eſſe inſinuatum à ſcripturis, & Eccleſia; quòd baptiſmata ſunt tria, ſ. fluminis, flaminis, & ſanguinis. A ſcripturis quidem; quò ad baptiſma fluminis, Io. 3. Niſi q̃s renatus fuerit ex aqua, &c. quò ad baptiſma flaminis, Actu. 10. orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. quo ad baptiſma ſanguinis, Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiſo. Per illud enim Actuum Apoſtolorum ideo oſtenditur propoſitum prędictum; quia Cornelij nõdum aqua baptizati (vt in contextu ibi patet) orationes & eleemoſynæ dicuntur placuiſſe Deo per ly aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. Quòd enim opera alicuius ſint grata Deo, vt fuerunt illa Cornelij, præſupponit; ipſum illa operantem eſſe gratum Deo: ſecundùm illud Geneſ. 4. reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Vnde Beatus Auguſtinus in lib. de baptiſ. ait: Meritò Centurio nondum baptizatus Simoni baptizato anteponitur. Ille enim etiam ante baptiſmum Spiritusſancto acceptu repletus eſt: iſte etiam poſt baptiſmum ſpiritu immundo inflatus eſt. Hæc ibi: quæ recitantur, de conſecr. diſtinc. 4. cap. Non dubito. Cornelius ſiquidem centurio priùs habebat baptiſmum in voto, qui eſt baptiſmus flaminis: cuius tanta eſt efficacia vt iuſtificare poſſit; ſecundùm Concilium Trident. ſeſſ. 7. de ſacramentis, cano. 4. Si quis dixerit; ſine eis (ſacramentis. ſ.) aut eorum voto, per ſolam fidem homines à Deo gratiam iuſtificationis adipiſci: anathema ſit. Hæc ibi. Per illud uero Luc. 23. de latrone, oſtendi propoſitum de baptiſmo ſanguinis patet in tex. corp. ex Diuo Auguſtino. Ab Eccleſia autẽ inſinuatur, &c. de baptiſmo quidẽ ſanguinis per hoc, quòd celebrat feſtum Sanctæ Emerentianę martyris: de hac enim dicit. Licet adhuc eſſet catechumena, conſtanter intrepida & immobilis contra ſæuientes aſtabat; & plurimis eos verbis de ſua perfidia exprobrabat. Vnde à turbis furentibus lapidata eſt. & orans emiſit ſpiritum; non dubium, quòd in ſuo ſanguine baptizata: quæ pro defenſione iuſtitiæ, dum confiteretur Dominum, mortem conſtanter accepit. Huc uſque Eccleſia De baptiſmo quoque flaminis per hoc: quòd, narrato facto de illo Iudæo, qui ſe baptizauit, dicit ipſum fuiſſe ſalutem conſecutum non propter fidei ſacramentum (quod in eo nullum erat) ſed propter ſacramenti fidem. Vide ſupra artic. 5. in Elucidat. de hoc. Porro, quòd Eccleſia inſinuet; baptiſmum aquæ dari: maniſeſtiſſima res eſt. Secundò vides: quomodo ex ijs benè penſitatis, & applicatis, doctrina præſens Angelica vicuſſim declaretur, atque confirmetur.

2

ARTI-

Sot.4.

*Sco 4. sen. d. 3. q. vn. ar. 12.*

SVPER Q. VII. Aliàs 66. ART. XII.

CONCLVSIO. Excellentissimus est baptismus sanguinis inter illa tria baptismata.

¶PROB. Quia causæ baptismo efficaciã dantes, s. passio Christi, ac Spiritussanctus, operantur excellentius in baptismo sanguinis, quàm in alijs duobus (nã passio Christi operat quidem &c. vt in tex.): & baptismus ille est excellentior alijs, in quo ipsæ causæ efficaciori modo operantur (vt de se patet).

50 4. di. q. 9. 3. 3. q. 4. E: He 6. co. 3 6a.

# 1^m dc concl.*

Non est potior. R. Secundũ rationem sacramenti. §. Neq; enim est sacramentum, art. 11. ad secundũ. Tũc nihil &c. Nam conclusio articuli intendit: q̃ baptismus sanguinis est potior in alio sensu, s. quantũ ad effectum (vt ex ipsius probatione patet).

# 2^m illatio conclusionis.

Ergo baptismus &c. R. Negatur illatio § Inferri enim ex præmissis debet cõtrarium. s. q̃ sanguinis baptismus sit potior baptismo flaminis. Nam effusio sanguinis (vt præmissa maior etiã tangebat) non habet rationẽ baptismi &c. vt in tex.

# 3^m conclus. 1.

Baptismus flaminis potior est, quã baptismus sanguinis. R. Nisi baptismus sanguinis respectu baptismi flaminis haberet præeminentiã ex parte etiam Spiritus sancti. § vt probatio cõclusionis articuli docuit. Baptismus ergo flaminis, i. Spiritussancti, non denominatur sic, quia habeat plus de Spiritusancto, quàm baptismus sanguinis (vt putabat argumentum): sed denominatur flaminis, quia sine actuali baptismo aquæ, & sanguinis, flamen. i. Spiritussanctus mouet cor ad credendum in Deum, ad diligendum Deum, ad digne pœnitendum (vt patet artic. 11.) pœnitentia. s. illa, quæ requiritur tunc q. 9. artic. 6. cum voto saltem habituali baptismi aquæ (quod votum in gratia illa Spiritussancti includitur). Exemplum. Talis baptismus flaminis fuit in Cornelio centurione, antequàm actualiter audiret Apostolum Petrum de baptismo aquæ loquentem, Actu. 10. & videtur fuisse in Eunucho Reginæ Aethiopum, antequàm audiret Philippum sibi notificantem baptismum aquæ. Actu. 8.

* Habet in li. de eccl. dog. c. 74. tom. 3.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo; quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum esse a scripturis, & Augustino; q̃ baptismus sanguinis præeminet alijs baptismatibus. Ab August. quidem; vt ponitur in argum. contr. Pro cuius maiori claritate, postquam D. August. dixerat, hic templum efficitur Spiritussancti, mox quasi se declarans dicit, dùm non est ipse qui loquitur, sed Spiritussanctus, qui in illo loquitur. Ille confitetur, se mundi actibus renunciare: hic ipsis renũciat, & vitæ. Illi peccata remittuntur: illi extinguuntur. Hæc August. in libro de Ecclesiast. dogmatib. c. 74. Ac si apertius dicat. Vterque accipit quidem Spiritum sanctum, sed in vtroque non monstratur æqualiter effectus Spiritussancti, s. tanta cõstantia in liquẽdo & detendẽdo, quæ Dei sunt; tantus contemptus omniũ mundanorũ, etiam vitæ propriæ: tãta elongatio non solũ a peccatis, sed etiã a potẽtia peccãdi. Tàm mirabilis triplex effectus Spiritussancti relucet præcipuè in baptismo sanguinis, in eo s. qui tali baptismo baptizatur: & propterea iure optimo baptismus sanguinis antefertur baptismatibus cæteris. A scripturis verò idem insinuatur per hoc; q̃ petentibus præeminentiam in regno super alios respõdit Dominus Mar. 10. Potestis bibere calicem, quẽ ego bibo; aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Ecce: q̃ ad litteram planam Christus passionem vocat baptismum; vtique sanguinis. Ex eo igitur, quod ad postulantes præminẽtiam in regno, proponit hoc. s. baptismum sanguinis, tanquàm proportionatissimum medium perueniendi ad talem finem, i. ad præeminentiam inter alios corregnaturos, constat aperte: q̃ secundum scripturas baptismus sanguinis tenet præeminentiam inter alia baptismata. Alioquin finis, & id, quod est ad finem, non proportionarentur ad inuicem: quod est contra totam philosophiam. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

*art. præc.

*art. præc.

* c. 3. eccl. hier p. 2. & 3.

* In corp. 21.

## ARTICVLVS XII.

*Vtrum baptismus sanguinis sit potissimus inter alia baptismata.*

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur q̃ baptismus sanguinis non sit potissimus inter tria prædicta baptismata. Baptismus. n. aquæ imprimit characterem: quòd quidem baptismus sanguinis nõ facit, ergo baptismus sanguinis non est potior, quàm baptismus aquæ.

¶ 2 Præt. Baptismus sanguinis non valet sine baptismo flaminis, qui est per charitatem: dicitur enim 1. ad Cor. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodest, sed baptismus flaminis valet sine baptismo sanguinis. non enim soli martyres saluantur. ergo baptismus sanguinis non est potissimus.

¶ 3 Præt. Sicut baptismus aquæ, habet efficaciã à passione Christi (cui secundùm prædicta respõdet baptismus sanguinis) ita passio Christi efficaciam habet à Spiritusancto, secundùm illud Hebr. 9. Sanguis Christi, qui per Spiritumsanctum obtulit semetipsum pro nobis, emũdabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, &c. ergo baptismus flaminis potior est, quàm baptismus sanguinis. non ergo baptismus sanguinis est potissimus.

SED CONTRA est, q̃ Aug.* ad Fortunatum loquens de cõparatione baptismatũ, dicit, baptizatus confitetur fidem suam coram sacerdote, martyr coram persecutore: ille post confessionem aspergitur aqua, hic sanguine: ille per impositionem manus Pontificis, recipit Spiritumsanctum: hic templum efficitur Spiritussancti.

RESP. Dicendum, quòd (sicut dictum * est) effusio sanguinis pro Christo, & operatio interior Spiritussancti, dicuntur baptismata, inquantum efficiunt effectum baptismi aquæ. Baptismus autem aquæ efficaciam habet à passione Christi, & à Spiritusancto, vt dictum * est: quæ quidem duæ causæ operantur in quolibet horum trium baptismatum: excellentissimè tamen in baptismo sanguinis. nam passio Christi, operatur quidem in baptismo aquæ, per quandam figuralem repræsentationem: in baptismo autem flaminis, vel pœnitentiæ, per quandam affectionem: sed in baptismo sanguinis, per imitationem operis: similiter etiam virtus Spiritussancti operatur in baptismo aquæ, per quandam virtutem latentem: in baptismo autem pœnitentiæ, per cordis commotionem, sed in baptismo sanguinis, per potissimum dilectionis, secundùm illud Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd character est res, & sacramentum: non autem dicimus, quòd baptismus sanguinis, præeminentiam habeat secundum rationem sacramenti: sed quantum ad sacramenti effectum.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ effusio sanguinis nõ habet rationem baptismi, si sit sine charitate. ex quo patet, quòd baptismus sanguinis includit baptismum flaminis, & non econuerso: vnde * ex hoc ipso probatur perfectior.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd baptismus sanguinis præeminẽtiam habet, non solum ex parte passionis Christi, sed etiam ex parte Spiritus sancti, vt dictum * est.

---

*Palud. 4. d. 5. q. 2.*

SVPER Q. VIII. Aliàs 67. Art. 1.

CONCL. Ad diaconũ nõ pertinet, quasi ex proprio officio, tradere sacrũ baptismi: sed in collatione huius sacri, & aliorum, assistere & ministrare maioribus.

¶PROB. primo: Quia nomẽ hoc. s. Diaconus, idẽ est, qũ minister (vt patet ex interpretatione e Græco in Latinũ): & ex nõibus ordinũ ecclesiasticorũ accipitũ, quid ad vnũquéq; ordinẽ pertineat (vt patet, a simili, de ordi-

# QVÆST. VIII. Aliàs 67.

*De ministris, per quos traditur baptismi sacramentum, in octo articulos diuisa.*

DEINDE considerandũ est de ministris, per quos traditur sacramentũ baptismi.

ET circà hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum ad diaconum pertineat baptizare.

¶ Secundò, Vtrum pertineat ad presbyterum, vel solùm ad Episcopum.

¶ Tertiò, Vtrum laicus possit sacramentum baptismi conferre.

de ordinibus cęleſtibus). Secundò, quia Iſidorus hanc concluſionem innuit.

1^m de maiori. Prædicandi. ℞.i.exponendi Euangelium §. Quod eſt docere populũ in Eccleſia. Tunc nihil,&c. Non enim idem eſt prædicare Euangeliũ.i.recitare illud, ſeu cantare in Eccleſia (quo in ſenſu minor argumenti uerificatur):& prædicare Euangeliũ.i. exponere illud populo catholico. Hoc nãque prędicare vltimo modo dictum eſt propriũ officium Epiſcoporũ: licet ex illorum commiſſione poſſit alijs, maximè ſacerdotib. idoneis, conuenire. Ad huius textus doctrinam magis cõfirmandam facit Conciliũ Triden.ſeſſ.5. cap.2. de reform. Quia prædicatio Euangelij eſt præcipuũ Epiſcoporum munus, decreuit ſancta ſynodus omnes Ep̃os, Archiep̃os, Primates, & omnes alios Eccleſiarũ prælatos teneri per ſeipſos (ſi legitimè impediti non fuerint) ad prædicandũ ſanctum IESV Chriſti Euangelium. Si verò contigerit; Ep̃os, & alios p̃dictos legitimo detineri impedimẽto: viros idoneos aſſumere teneanĩ ad huiuſmodi prædicationis officiũ ſalubriter exequendum. Hæc ibi. Quorum ſenſum & repetit ſeſſ. 24.cap.4. de reform.

51 4. d.5.q.1. a.1.q.2. Et d.7. q.3.a. 1.q.1.cor. Et d.13.q. 2.ar.3.q.2. cor.

† c.5.in p. 1. à med. vſq; ad fi. illius partis.

2^m ex S.Dion. Purgare. ℞.i. repellere immũdos, vel diſponere eos ad ſacramentorũ ſuſceptionẽ. §. Tunc &c. Aliud.n. eſt purgare à peccatis (de quo loquitĩ minor argumẽti) ab illo purgare; quod cõuenit diaconis. Nã illud, qđ purgat à peccatis, puta baptiſmus nõ ſolũ habet vim &c. vt in textu.

* Gelaſ.1. in epiſt. ad epiſc.p Lucaniã, c.9. Diſt.93. c. Diacones.

3^m de concl.^e Baptizare. ℞.In caſu neceſſitatis. §. Hoc eſt. Qñ maiores non adſunt, vel etiam non poſſunt, aut non volunt. Tunc &c. Nam articuli concluſio in alio ſenſu ſe loq mõſtrauit per ly quaſi ex proprio officio.

* c.7.cęle. hierarc. in prin. & c.8. circa prin.

¶ Quartò, Vtrum hoc poſſit facere mulier.

¶ Quintò, Vtrum non baptizatus poſſit baptizare.

¶ Sextò, Vtrum plures poſſint ſimul baptizare vnum & eundem.

¶ Septimò, Vtrum neceſſe ſit aliquem eſſe qui baptizatum de ſacro fonte recipiat.

¶ Octauò, Vtrum ſuſcipiẽs aliquem de ſacro fonte, obligetur ad eius inſtructionem.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum ad officium diaconi pertineat baptizare.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd ad officiũ diaconi pertineat baptizare: ſimul enim iniungitur à Domino officium prædicandi euangelium, & baptizandi, ſecundùm illud Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos,&c. ſed ad officium diaconi pertinet euangelizare. ergo videtur ꝙ etiam ad officium diaconi pertineat baptizare.

¶ 2 Præt. Secundum Dion. † 5.cap. eccl.hierarc. purgare pertinet ad officium diaconi: ſed purgatio à peccatis maximè fit per baptiſmum, ſecundùm illud Eph. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. ergo videtur quòd baptizare pertineat ad diaconum.

¶ 3 Præt. De B. Laurentio legitur, ꝙ cum ipſe eſſet diaconus, plurimos baptizabat. ergo videtur ꝙ ad diaconos pertineat baptizare.

SED CONTRA eſt, ꝙ Gelaſius * Papa dixit, & habetur in Decret. 93. diſt. † Diacones propriam cõſtituimus obſeruare menſuram. & infrà, Abſque epiſcopo, vel presbytero baptizare, non audeant, niſi prædictis ordinibus longius cõſtitutis, neceſſitas extrema compellat.

RESP. Dicendum, ꝙ ſicut cœleſtium ordinũ proprietates, & eorum officia ex eorum nominib. accipiuntur (vt Dionyſ. * dicit 7.cap. cœleſt. hierar.) ita etiã ex nominibus eccleſiaſticorum ordinum accipi poteſt, quid ad vnumquęque pertineat ordinem. Dicuntur autẽ diaconi, quaſi miniſtri: quia videlicet ad diaconos non pertinet aliquod ſacramentum principaliter, & quaſi ex proprio officio præbere, ſed adhibere miniſterium aliis maioribus, in ſacramentorum exhibitione. Et ſic ad diaconum non pertinet, quaſi ex proprio officio, tradere ſacramentum baptiſmi, ſed in collatione huius ſacramenti, & aliorum, aſſiſtere & miniſtrare maioribus. Vndè Iſidorus † dicit, ad diaconum pertinet aſſiſtere, & miniſtrare ſacerdotibus, in omnibus, quę aguntur in ſacramentis Chriſti, in baptiſmo ſcilicet, in chriſmate, in patena, & calice.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ad diaconũ pertinet recitare euangeliũ in eccleſia, & prædicare ipſum per modum catechizantis: vndè & Dionyſ. * dicit, ꝙ diaconi habent officium ſuper immundos: inter quos ponit catechumenos: ſed docere, i. exponere euangelium, pertinet propriè ad epiſcopum, cuius actus, eſt perficere, ſecundùm Dionyſ. † 5.cap. eccleſ.hierarc. Perficere autem idem eſt quod docere: vnde non ſequitur, quod ad diacones pertineat officium baptizandi.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ſicut Dionyſ. * dicit in 2.eccl.hierar. baptiſmus, non ſolum habet purgatiuam, ſed etiam illuminatiuam virtutem, & ideo excedit officium diaconi, ad quem pertinet ſolum purgare, ſcilicet, vel repellendo immundos, vel diſponendo eos ad ſacramenti ſuſceptionem.

AD TERTIVM dicendũ, quòd quia baptiſmus eſt ſacramentũ neceſſitatis, permittitur diaconib. neceſſitate vrgente in abſentia maiorum baptizare: ſicut patet ex auctoritate Gelaſii * ſuprà inducta. Et hoc modo Beatus Laurentius diaconus exiſtens, baptizauit.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Do.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem oſtendas, meritò eſſe inſinuatũ à ſcripturis, Papa, & Iſidoro; ꝙ non licet ex proprio officio diaconis baptizare. A Papa quidem Gelaſio; vt in arg. contr. Ab Iſid. autem, de officijs lib. 12.c.24. Conſtat baptiſma a ſolis ſacerdotib. eſſe tractandum; eiuſq; myſterium nec ipſis diaconibus explere eſt licitum, abſque epiſcopo vel presbytero; niſi his procul abſentibus, vltima languoris neceſſitas cogat. Hæc ibi; quæ & recitantur, De conſecr. diſt.4. A ſcripturis uerò per illud Matth. 28. Euntes docete omnes gentes, baptizãtes eos &c. Hoc enim dixit ſolum Apoſtolis, & diſcipulis. Cùm ergo epiſcopi in locum Apoſtolorũ, & presbyteri in locum ſeptuaginta diſcipulorum ſuccedant (vt teſtatur Anacletus Papa in ſua epiſt. tertia; de qua in lib. Conciliorum); reſtat: vt Dñs ibi ſolis Epiſcopis, & presbyteris; non autem diaconibus, mandauerit baptizare; id qđ eſt, diaconibus non conuenire ex proprio officio baptiſmũ conferre. Ex prædictis omnib. ſequitur intellectus verus dicti Actu.8. ꝙ Philippus diaconus electus ibidem, cap.6. baptizauit Eunuchum &c. non tãquàm ex officio ſuo, ſed abſentibus Apoſtolis, alijsq; diſcipulis baptizabat, & in caſu illo neceſſitatis, & (qđ probabile multũ eſt) de licentia ſibi, collegisq; ſuis, ab Apoſtolis vniuerſaliter data ante, q̃ contingeret illa diſperſio, de qua ibid. cap.8. Dixi; quòd ille Philippus ab Hieroſolymis diſperſus in Samariã erat diaconus: nẽ putares fuiſſe Apoſtolũ, quod eſſet & contra principiũ ipſius cap.8. in ly pręter Apoſtolos, & contra D.Thomam expreſſiſſime in 4.diſt.2.q.2. art.4. ad 1. Secundò vides: quomodo ex ijs bene penſatis & applicatis, doctrina hæc Angelica viciſſim declareĩ, & cõfirmetur.

† Habetĩ in Decre. diſtinc. 35.c. Perlectis. Et dĩ eſſe in epiſt. ad Laudiſredum.

* c.3. eccl. hier.par.2. & 3.

† c.5.in titu.de ſacerdotũ perfectionib.

* c.2.par.1. & 2.

* in arg. ſed contra.

ARTI-

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore omnia clara ſunt. Dubium tamen vnum reſtat, quo pacto verũ ſit, diaconis non conuenire prædicandi, & baptizandi officium, cum in diaconorũ ordinatione expreſsè dicatur, Diaconum oportet miniſtrare ad altare, baptizare, & prædicare: ex quo loco habetur argumentum, & contra rationem Auctoris, & contra concluſionem. Contra rationem quidem: quia dum hic exponitur, miniſterium diaconi reſpicere altare, apparet diaconos non niſi vt miniſtros ſe habere ad altare: ſed reſpectu aliorum actuum (puta prædicandi, & baptizandi) non poteſt inferri quòd miniſterialiter tantum deſeruiat. Contra concluſionem autem, quia expreſsè attribuitur ſibi, & baptizare, & prædicare.

¶ Ad hoc dicitur, quòd vtrumque uerum eſt diuerſimodè intelligendo. Nam ad diaconos ſpectat, & baptizare, & prædicare ex impoſitione, hoc eſt, ſi ab epiſcopo, ſeu presbytero ſibi imponatur, vt Pelagius dicit de conſecratione, diſtin.4. cap. diacones. Non ſpectat autem ad diaconos prædicare, aut baptizare vt ex officio, vt in cap. conſtat, de conſecr. diſtinc.4. dicitur. Ratio quoque literæ ſolida conſiſtit, fundata ſuper officio diaconi abſolutè: ex quo enim officium eius eſt miniſtrare, infertur rationabiliter, quòd ſi actibus ſuperiorum ſe immiſcet, non niſi miniſterialiter ad eos ſe habet, & propterea rectè infertur, non competere ſibi ex officio prædicare, aut baptizare, cum quo tamen ſtat, vt dictum eſt, ꝙ vtrumque poteſt ei competere ex impoſitione: hoc enim oſtendit miniſtratio ipſum eſſe officialium eorum qui ex officio hæc poſſint.

¶Ad

S.Bonau.

S.Bon. 4. 5. d. 5. q. 1 art. 1. Sot. 4. 5. d. 6. q. 1.
Rich. 4. 5. d. 5. q. 1. Sot. 4. 5. d. 4. q. vnic. art. 2.

SVPER QVAESTIO. VIII. Aliàs 67. Artic. II.

CONCL. Sicut ad sacerdotem pertinet cõsecrare Eucharistiam, ad quod principaliter sacerdotium ordinatur; ita ad propriũ officium sacerdotis pertinet baptizare.

¶ PROB. Quia Eucharistia est sacramentum ecclesiasticæ vnitatis. 1. Cor. 10. cuius vnitatis fit aliquis particeps per baptismum (vt patet): & eiusdem est operari totum, partéq; disponere in toto (ut patet.)

4. d. 5. q. 1. 1. q. 2. Et d. 7. q. 3. a. 1. q. 3. cor. Et d. 17. q. 3. ar. 3. q. 1. cor. Et dif. 24. q. 2. ar. 1. ad 1. *q. præc. ar ti 5. arg. 2. †C. 5. 1. p. 1. a mod.

1ᵐ de maiori. Iniungitur. B. Aliter, & aliter. §. 1. In diuerso sensu. Tunc nihil. &c. Quia. n. vtrumque officium Apostolis, atque ideo Episcopis, iniungi tur aliter, & aliter: pro pterea non sequitur, q̃ officiũ baptizandi non sit presbyterorum. Nã officium docendi commisit Apostolis Christus: ut ipsi per se illud &c. ut in text. Ex quo sic expone ly non misit me Christus baptizare. s. per meipsum .i. in propria persona; sed Euangelizare. s. per meipsum. Et hanc sententiam dicit (secundũ hunc textum) Apostolus in persona etiã omniũ & singulorũ eo apostolorum: tanquàm exponens uerum sensum illius præcepti. Matth. 28. Euntes docete, baptizantes eos. Pro con firmatione etiã textus ly officium baptizandi commisit Apostolis, ut per alios exercendum, accipe illud Actu. 10. Tunc Petrus iussit eos baptizari. Itẽ p textu ly nec tamen per hoc excluditur, quin &cæt. accipe id Actu 2. 4. q̃ s. baptizati sunt tria, & postea quinque millia. Probabile. n. est; q̃ in illo primo principio, antequàm cresceret ecclesia, & maxime adiun cta necessitate baptizã di tot millia, Apostoli per seipsos etiam baptizarent. Vide q. 7. ar. 5. ad 4. Elucid.

* Est gl. Be de Lucio. § p illud: designauit Iesus 72. dic. 10. 2. †Hr i dec. d 21. c. Per lectis, & df esse in epi. ad Ludifredum.

* c. 3. eccl. hier. par. 2. & 3.

† c. 5. in ti. tu. de fact. dotũ per fectionib.

* li. 2. c. 24. non multũ remote ad ae finem.

* c. 2. par. 1. & 2.

* q. 63. ar. 1. 2. & 6.

2ᵐ de maiori. Principis. B. Minoris. §. Tunc nihil, &cæt. Nam principatus, de quo loquitur minor, est principatus maior: & non sunt principum talium officia consumenda, sed ordinate seruanda. Ordo autem in qualibet, & consequenter in Christiana republica est: q̃ ea, quæ sunt minora pertinent ad minores, maiora verò maioribus reseruantur, secundum illud Exod. 18. &c. ut in tex.

3ᵐ de minori. Maius. B. Necessitatem. §. Tunc nihil &c. Reseruata. n. episcopis sunt maiora secundum quandam perfectionem. q. 6. art. 3. qua lem non habet baptismus. Cum ergo in diuerso sensu argumenti præmissæ loquãtur de maioritate & minoritate: nihil concludit argumentum.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum baptizare pertineat ad officium presbyterorum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd baptizare non pertineat ad officium presbyterorum, sed solum episcoporum: quia (sicut dictum est*) sub eodem præcepto iniungitur. Matth. vlt. officiũ docendi, & baptizãdi: sed docere quod est perficere ptinet ad officium episcopi, ut patet per Dionys. † 5. & 6. c. eccles. hier. ergo & baptizare pertinet tantum ad officium episcopi.

¶ 2 Præt. Per baptismum annumeratur aliquis populo Christiano, qđ quidem videtur ad officium solius principis pertinere: sed principatũ in ecclesia tenent episcopi: qui, vt dicitur in glo.* Luc. 10. tenent locum Apostolorum, de quibus dicitur in Psal. 44. Constitues eos principes super omnem terram. ergo videtur, q̃ baptizare pertineat solum ad officium episcopi.

¶ 3 Præt. Isidor. † dicit, quòd ad episcopum pertinet basilicarum consecratio, vnctio altaris, & confectio chrismatis, ipse ordines ecclesiasticos distribuit, & sacras virgines benedicit: sed his omnibus maius est sacramentum baptismi. ergo videtur quòd multo magis ad officium solius episcopi pertineat baptizare.

SED CONTRA est, quod Isido.* dicit in lib. de offi. constat baptisma solis sacerdotibus esse traditum.

RESP. Dicendum, quòd sacerdotes ad hoc cõsecrantur, ut sacramentum corporis Christi conficiãt, sicut supra dictum est.* Illud autem est sacramẽtum ecclesiasticæ unitatis, sm illud Apost. 1. Cor. 10. Vnus panis, & vnũ corpus multi sumus omnes, q de vno pane, & de vno calice participamus. Per baptismum autẽ aliquis fit particeps ecclesiasticæ vnitatis, vnde & accipit ius ad mẽsam Domini accedendi, & ideo sicut ad sacerdotem pertinet cõsecrare eucharistiam (ad quod principaliter sacerdotium ordinatur) ita ad proprium officium sacerdotis pertinet baptizare. eiusdem enim videtur esse operari totum, & partem in toto disponere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vtrunque officium, s. docẽdi, & baptizandi. Dominus Apostolis iniunxit, quorum vicem gerunt episcopi: aliter tamen, & aliter. Nã officium docendi cõmisit eis Christus, vt ipsi per se illud exercerent, tãquã principalissimum, & ipsi Apostoli dixerunt Act. 6. Non est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Officium autem baptizandi commisit Apostolis, ut per alios exercendum: vnde, & Apost. dicit 1. Cor. 1. Non misit me Christus baptizare, sed euãgelizare, & hoc ideo, quia in baptizando nihil operatur meritum, & sapientia ministri, sicut in docendo, ut patet ex sup. dictis, in cuius etiam signum nec ipse Dominus baptizauit, sed discipuli eius, vt dicitur Ioan. 4. Nec tamen p hoc excluditur, quin episcopi possint baptizare: quia quod potest potestas inferior, potest & superior: vnde, & Apostolus ibidem dicit se quosdam baptizasse.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ in qualibet republica, ea, quæ sunt minora, pertinent ad minores, maiora uero maioribus reseruantur, secundum illud Exod. 18. Quicquid maius fuerit, referunt ad te, & ipsi tantum modo minora iudicent. Et ideo ad minores ciuitatis principes pertinet disponere de infimo populo ad summos autem principes pertinet disponere ea, quæ pertinent ad maiores ciuitatis. Per baptismũ autem non adipiscitur aliquis, nisi infimum gradum in populo Christiano, & ideo baptizare pertinet ad minores principes ecclesiæ, idest, ad presbyteros, qui tenent locum septuaginta duorum discipulorũ Christi, ut dicit gloss. Lucæ 1.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd (sicut supra dictum est †) sacramentum baptismi est potissimum necessitate: sed quantum ad perfectionẽ, sunt quædam alia potiora, quæ episcopis reseruantur.

AR-

## APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis, Papa, & Isidoro: quòd baptizare est officium sacerdotũ. A scripturis per hoc, quòd dicitur Matth. 28. &c. A Papa Gelasio &c. Ab Isidoro &c. De tribus his vide arti. 1. appen. & bene præsentis proposito applica illa. Item a Papa Vigilio per hoc, quod in epistola ad Eutherium dicit. Si quis episcopus aut presbyter iuxta pceptum Domini non baptizauerit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: sed in una persona Trinitatis, aut in duabus, aut in tribus patribus aut in tribus filijs, aut in tribus paraclitis: proijciatur de ecclesia Dei. Hæc ibi. In his. n. dũ speciatim nominat presbyterum, monstrat: quòd non solum episcopis, sed & sacerdotib. simplicibus, conuenit ex officio baptizare. Adde etiam cõcilium Hilerdẽse, dicẽs. Omnis presbyter, qui fontem lapideũ habere nequiuerit, uas cõueniẽs solummodo ad baptizandi officium habeat, quod extra Ecclesiam non deportetur. Hæc illud; quæ & recitantur De consecr. distin. 4. Item illud Diui Ambrosij in lib de sacramentis. Venit sacerdos ad fontẽ, dicit precem, inuocat nomẽ Patris, & Filij, & Spiritus sancti; vtitur verbis cœlestibus; cœlestia sunt verba, quę Christi sũt. Hæc illæ; quæ & recitantur De consecr. dist. 4. Ex eo. n. q̃ præcipitur sacerdoti de vase cõueniente ad baptizandum; & ex hoc, quòd ad istum fontem ipse baptizandi officium executurus tanquàm authoritatem habens venit; patet intentum, consideranti. Secundò vides: q̃ ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens &c.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

q. 64. ar. 5. 6. & 9.

Est glo. Bedæ loc. cit. in arg.

† q. 65. a. 3. ad 4.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 2. & 3. hoc solum pro notitijs notandum est, quòd cum in calce, 2. art. dicitur, effectus baptismi per nihil aliud suppleri potest, intelligẽdum est de integro effectu baptismi integer si quidem effectus baptismi claudit in se characterem. Et propterea licet gratia cum remissione totius culpæ, & pœnæ possit sine baptismo suppleri, ut patet in latrone, character tamen suppleri non potest, & hoc loquendo de potentia ordinata sub diuinæ dispositionis prouidentia.

Sot. 4. s. d. 4. q. viii. ar. 3.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum laicus possit baptizare.*

AD TERTIVM sic proceditur. Vr, quod laicus baptizare nō possit. Baptizare.n. (sicut dictum est*) proprie pertinet ad ordinē sacerdotalē: sed ea, quæ sunt ordinis, nō pñt committi non habenti ordinem. ergo videtur quòd laicus, qui non habet ordinem, baptizare non possit.

¶ 2 Præt. Maius est baptizare, q̃ alia sacr̃alia baptismi perficere: sicut catechizare, & exorcizare, & aquā baptismalē benedicere: sed hæc nō possunt fieri à laicis, sed solum a sacerdotibus. ergo videtur quòd multo minus laici possint baptizare.

¶ 3 Præt. Sicut baptismus est sacramentum necessitatis, ita, & pœnitētia: sed laicus non potest absoluere in foro pœnitentiali. ergo neque potest baptizare.

SED CONTRA est, quod Gelasius Papa & Isid.* dicunt, quod baptizare necessitate imminente, laicis Christianis plerumq; conceditur.

RESP. Dicendum, quòd ad misericordiam eius, qui vult omnes homines saluos fieri, pertinet, ut, vt in his, quæ sunt de necessitate salutis, homo de facili remediū inueniat. Inter oīa sacr̃a maximę necessitatis est baptismus, qui est regeneratio hominis in vitam spiritualem: quia pueris aliter omnino subueniri nō potest; & adulti non pñt aliter q̃ per baptismum plenā remissionem consequi, & quantum ad culpā, & quantum ad pœnam. Et iō ut homo circa remedium tam necessarium defectum pati nō possit, institutum est, ut & materia baptismi sit cōis,* scilicet aqua, quæ a quolibet de facili haberi potest, & minister baptismi, etiam sit quicumq; non ordinatus, ne propter defectum baptismi, homo salutis suæ dispendium patiatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod baptizare ptinet ad ordinē sacerdotalē, sm quandā conuenientiam, & solemnitatē: nō autem hoc est de necessitate sacr̃i. unde etiam si extra necessitatis articulum laicus baptizet, peccat quidem: tñ sacramētum baptismi confert: nec est rebaptizandus ille, qui sic est baptizatus.

AD SECVNDVM dicendum, quod illa sacr̃alia baptismi ptinēt ad solēnitatē: non autem ad necessitatē baptismi. Et ideo fieri non debent nec possunt a laico, sed solum a sacerdote, cuius est solēnniter baptizare.

AD TERTIVM dicendū, quòd (sicut sup. dictū est*) pœnitētia non est tātę necessitatis sicut baptismus: pōt.n. p contritionem suppleri defectus sacerdotalis absolutionis, quæ non liberat a tota pœna: nec etiam pueris adhibetur, & ideo non est simile de baptismo, cuius effectus per nihil aliud suppleri potest.

Margin: 55 3. 2. q. 100. ar. 2. ad primū & 4. d. 5. q. 2. ar. 1. q. 1 & 3. Et d. 6. q. 1. art. 3. q. 2. & 3. — * Ar. præc. — * In locis citatis ar. præc. in vtroque arg. Sed cōtra. — * Alias, cōmunissima. — * q. 9. art. 3. & 4.

### SVPER Q. VIII. Aliàs 67. Art. III.

CONCL. Vt homo circa remedium tam necessarium. i. Baptismum, defectum pati non possit; institutum est: vt & materia baptismi sit communis, s. aqua, & minister baptismi sit etiam quicunque ordinatus.

¶ PROB. Quia hoc, quòd. s. sic institutū sit propter rationē dictā, pertinet ad misericordiam eius, qui vult, omnes homines saluos fieri.

¶ NOT. Vide in textu differentiam inter pueros & adultos respectu necessitatis baptismi. Pueris (inquit) aliter subueniri non pōt: & adulti nō possunt aliter, quam per baptismum plenam remissionem consequi: & quantum ad culpā, & quantum ad pœnam. Hoc est. Nisi actualiter baptizentur pueri usu liberi arbitrij carentes, & non possunt saluari neque a culpa, neque a pœna; & per cōsequēs non possunt peruenire ad regnum cœlorum. Item N. si actualiter baptizētur adulti quàmuis per baptismum in voto habitum possint remissionem culpæ, & pœnæ consequi; non tamen plenam: & per cōsequens quàmuis ex tali uoto possint (si tunc morerentur) introirē aliquando in vitā æternam, non tamen statim. Cæterùm de his plenius vide q. 9. art. 2. ad secundum, & art. 3. corp.

1^m de maiori. Quæ sunt ordinis. R. De necessitate sacramenti §. Puta baptismi. Hoc est: Quando sacramentum collatum a non habente ordinem illum, (puta sacerdotium) est ipso iure nullum. Tunc nihil &c. Nam baptizare est quidem ordinis, art. 2. sed non de necessitate sacramenti. Baptizare.n. pertinet ad ordinem sacerdotalem secundum quandam &c. vt in tex. Ex quo dic: quod baptizare est ordinis sacerdotalis de necessitate præcepti, extra casum necessitatis. Hinc. n. fit: quòd laicus si extra casum necessitatis baptizat, peccet.

2^m de maiori. Maius est. R. Et necessarium. §. Baptismus enim est sacramentū necessitatis i. sine quo nulli potest esse salus. Tunc nihil &c. Nam illa alia, de quibus loquitur eadem maior, non sunt necessaria ita; quòd baptismus sine illis adhibitis collatus sit inualidus. Prædicta n. quæ & sacramentalia baptismi dicuntur, pertinent ad solemnitatem, nō autem ad &c. vt in tex. Cuius expone ly non debent nec possunt. s. etiam in casu necessitatis. Ratio est: quia sola necessitas salutis dat laico, ut possit & debeat aliquid, puta baptizare; & hæc sacramentalia non includunt necessitatem salutis ita, quod sine ipsis non possit valere baptismus ad salutem. Argumentum ergo peccabat in fallacia secundum non causam, ut causam. Non. n. maioritas, vel minoritas (ut putauit argumentum) sunt in causa, quod laicus possit, uel non possit baptizare, aut sacramentalia illa facere: sed necessitas salutis est vera causa (ut etiam articuli conclusio insinuat) quòd laicus possit vnum. s. baptizare, & non possit aliud. s. catechizare &c.

3^m de maiori. Sicut, ita. R. Sed non; Quantum, tantum. §. Hoc est; maiorem illam reassumendo. Verum quidem est; quòd sicut baptismus est sacramentum necessitatis, ita & pœnitentia: Sed verum non est; quòd quantum est baptismus necessitatis, tantum necessitatis habeat sacramētum pœnitentiæ. Tunc nihil &c Constat. n. quòd non ualet argumentum, quando transit a qualitate ad quantitatem, quoniam hoc est descendere de genere in genus: id quod in demonstrationibus improbat Philosophus, libr. 1 poster. Transitum verò hunc facit argumentum: quoniam ex ly sicut & ita, quæ dicunt similitudinem qualitatis, procedit ad ly non potest & neque potest, quæ dicunt æqualitatem, atque ideo quantitatem potentiæ: quasi quòd similitudo sit æqualitas. Qd quàm falsum sit; patet considerantī in cęteris (puta in ly diligatis inuicem, sicut dilexi vos, Io. 15. Nō dicit, Quātū &c.) & speciatim in proposito. Nam similis quidē necessitatis est pęnitētia cum necessitate baptismi. i. quæst. sexta, artic. primo, secundo, tamen non est tantę necessitatis, sicut &c. ut in tex.

### APPENDIX.

Margin: Vtilitas pro Eccles. S. Dei. — D. 320. & 391.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem conuincas de errore temerariam irrisionem Caluinistarū, qua Papistis (vt aiūt) tanquam erroneū imponunt hoc. s. quòd viri non designati ad prędicandum verbū Dei, possunt ministrare baptismum (ut patet ex Caluini libello contra acta Concilij Tridentini.) Nam sanctus Doctor in præsenti articulo tàm perspicuis uerbis posse fieri illud a laico pro necessitate, nō pro solemnitate nec tāquàm ex officio suo; & tantam inde salutē, contraq; tantum salutis dispendium si tunc non baptizaret, prouenire docet: ut nulla amplius declaratione opus sit ad ad demonstrandum: & quòd tale dictum de laico nullum penitus errorem continet, & quod prædicta irrisio a Caluinistis profecta, est plena erroris. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illum Caluinistarum errorem merito damnari a Christo per locum a simili Matth. 12. Non legistis: quid fecerit Dauid, quando esurijt, & qui cum eo erant? Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit; quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus. Si autem sciretis; quid est, Misericordiam uolo, & non sacrificium: neque condemnassetis innocentes. Christus enim in his verbis demonstrat; quòd quædam sunt solum sacerdotibus uniuersaliter licita: quæ nihilominus laicis, aliàs eis illicita, in casu necessitatis etiam corporalis licita sunt. Itemq; declarat: quòd ij, qui misericordiam erga proximos nesciunt, ex tali immisericordia moti condemnāt innocentes. i. eos, qui vrgente necessitate ad quædam licita sibi, aliàs illicita, manus extendunt. Ad propositum igitur præsens applicando prædicta, quid clarius & ad errorem Caluini detegendum atque damnandum, & ad articuli huius veritatem manifestandam atque commendandam, afferri potest? Certè si pro salute corporali casus necessitatis facit licitum laicis id, quod solis sacerdotibus, dempto illo casu, est licitum: multò magis vtiq; pro salute spirituali, & tanta, qualem quantamque concernit baptismus; casus necessitatis de vniuersaliter illicito laicis faciet licitum eisdem; & quod solis sacerdotibus ex officio conueniebat, communicabit pro necessitate laicis. Rursus. Si misericordia placens Deo est, concedere in casu necessitatis corporalis quædam laicis aliàs non concedenda; & misericordia displicens Deo est, condemnare in tali casu tùm concessionem ipsam, tùm eandem concedentes: multo utique magis misericordia placens Deo erit, concedere in casu necessitatis spiritualis baptismum laicis. i. ut ipsi baptizent alios; & misericordia displicens Deo erit, condemnare in tanto casu tùm concessionem ipsam, tùm concedentes eandem. Catholici ergo (quos pro irrisione uocant Papistas) pro misericordia in tanto casu necessitatis extensa Deo placent: & Caluinistæ prædicti pro-

pro immisericordia in eodem casu necessitatis (Alioquin irrisione sua sensum catholicorum non attingerent) ostensa Deo displicent. Item meritò damnari illum errorem, per eandem articuli rationem ostendes, a Papa Gelasio & Isidoro, ut in argum. contr. Vide art. 1. & 2. appen. Item a D. August. ad Fortunatum: ut recitatur in De consecr. distin. 4. cap. sanctum est baptisma. Tertio vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina hæc Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

Sen. 4. s. d. 4. q. uni. ar. 3.

54 Sup. art. 3. & locis ibi dem indu-ctis.

SVP. QVAES. VIII. Aliàs 67. Art. IIII.

CONCL. I Sicut masculus laicus potest baptizare, quasi minister Christi: ita etiam & fœmina.

¶ PROB. Quia in Christo, qui principaliter baptizat. Ioan. 1. non est masculus, neq; fœmina Colos. 3. (. s. talis differentiæ: ꝙ ipse Christus non potuit ꝓ suo beneplacito operari per vtrumque.)

¶ CONCL. 2. Nō debet mulier baptizare; si adsit copia viri.

¶ NOT. Tunc dicitur adesse copia viri, qñ est non tantum ꝓsens, sed etiam tunc instante necessitate potest, vt vult baptizare. Alioquin si ipse præsens aut non potest, aut nōvult; non censetur adesse copia viri.

¶ PROB. Quia caput mulieris est vir. 1. Corinth. 11.

1^m ex Concil. Carth. Aliquos baptizare. ℞. Publice, & solemniter. §. Sic enim baptizare numquàm ei, nec laico permittitur; etiā in casu necessitatis. Tunc nihil &c. Nā conclusio articuli designat per ly sicut ita; quòd loquitur de baptizare in alio sensu. s. priuatim, puta in domo, & sine sacramentalibus adhibitis. i. sine exorcismo &c. de quibus vide q. 7. art. 10. Sic. n. solùm conuenit & masculo laico, ar tic. 3.

*Alias, mundana.

*In Conc. 4. Carth. tex. 99.

D. 310. & 391.

*Tract. 11. paulo ante med. to. 9. Et de cō. e. d. 4. c. mulier.

*q. 95. ar. 3. & 4.

*Vrb. Vitali p̄sbytero Brit. scribens. † 30. q. 3. c. Sup quib.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum mulier possit baptizare.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd mulier possit baptizare. Legitur. n. in Carthaginensi concilio, quòd mulier, quāuis docta, & sancta, uiros in conuentu docere, uel aliquos baptizare nō præsumat: sed nullo modo licet mulieri docere in conuentu, secundum illud 1. Cor. 14. Turpe est mulieri, in ecclesia loqui. ergo videtur quòd nec etiam aliquo modo mulieri liceat baptizare.

¶ 2 Præt. Baptizare pertinet ad officium prælationis, vnde a sacerdotibus habentibus curā animarum debet accipi baptismus: sed hoc nō potest competere mulieri, secundum illud 1. Timot. 2. Docere mulieri non permitto, nec dominari in virum, sed subditam esse ergo mulier baptizare non potest.

¶ 3 Præt. In spirituali regeneratione videtur aqua habere locum materni vteri (ut Aug.* dicit sup illud Io. 3. Numquid homo potest in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci?) ille autem qui baptizat, vr magis habere patris officiū: sed hoc non competit mulieri. ergo mulier baptizare non potest.

SED CONTRA est, quòd Vrbanus Papa dicit,* & habetur in Decr. † 30. q. 3. Super quibus cōsuluit nos tua dilectio, hoc videtur nobis hac sententia respondendum, ut baptismus sit, si instante necessitate fœmina puerum in nomine sanctæ Trinitatis baptizauerit.

RESP. Dicendum, quòd Christus est qui principaliter baptizat, secundum illud Io. 1. Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem, hic est, qui baptizat. Dicitur autem Col. 3. quòd in Christo non est masculus, & fœmina, & ideo sicut masculus, laicus potest baptizare, quasi minister Christi, ita etiam, & fœmina. Quia tamen caput mulieris est vir, & caput viri est Christus (ut dicitur 1. Corint. 11.) non debet mulier baptizare, si adsit copia viri: sicut nec laicus præsente clerico, nec clericus præsente sacerdote, qui tamen potest baptizare præsente episcopo, eo quòd hoc pertinet ad officium sacerdotis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut mulieri non permittitur publice docere, potest tamen priuata doctrina, uel monitione, aliquem instruere, ita non permittitur ei publice, & solemniter baptizare, sed tñ potest baptizare in necessitatis artic.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quando baptismus solemniter, & ordinarie celebratur, debet aliquis sacramentū baptismi suscipere a p̄sbytero curam animarum habente, uel ab aliquo vice eius: hoc tamen non requiritur in articulo necessitatis, in quo potest mulier baptizare.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ in generatione carnali masculus, & fœmina operantur secundum virtutem propriæ naturæ, & ideo fœmina non potest esse principium generationis a actiuum, sed passiuum tantū: sed in generatione spirituali neuter operatur in virtute propria, sed instrumentaliter tantum per virtutem Christi, & ideo eodē modo vir, & mulier in casu necessitatis baptizare. Si tamen mulier etiam extra casum necessitatis baptizaret, non esset rebaptizandus: sicut, & de laico dictum est:* peccaret tamen ipsa baptizans, & alii qui ad hoc cooperarentur, uel baptismum ad ea suscipiendo, uel ei baptizādum aliquem offerendo.

2^m de maiori. Baptizare. ℞. Solemniter & ordinarie. §. Tūc nihil &c Quamuis enī quando baptismus solemniter, & ordinarie celebratur debeat aliquis sacramentum &c. ut in tex.

3^m de minori. Mulieri ℞. Considerata ẽm suam virtutē naturalem. §. Tunc &c. Nam articuli cōclusio considerat mulierē in alio sensu. s. secundum quòd instrumentaliter tantum per virtutem Christi operatur: Ad hoc n. designandū probatio eius adduxit ly in Christo non est masculus neque fœm. &c.

### APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem conuincas de errore temerariam irrisionem Caluinistarū; qua Papistis (ut aiunt) tanquàm erroneū imponunt hoc. s. quòd mulier potest ministrare baptismum (ut patet ex Caln. libel. con. act. Cōcil. Trid.) Nam sanctus Doctor in p̄senti &c. Vide articuli tertij appendicem: & dic per omnia, ut ibi: excepto quòd & loco laici dicas fœminam, & adde Papam Vrbanum, secundum quòd ponitur in argum. contr. Vltimo sequatur. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque cōfirmetur.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

D. 661.

*Ar. præc. 3

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN articulis quarto, & quinto dubium occurrit commune multis art. An baptizare extra necessitatis casum eo modo, quo in necessitatis casu licet, sit peccatum mortale. V. g. si laicus extra casum necessitatis baptizaret: aut si vnus baptizaret duo simul, dicendo, ego baptizo uos (quod in casu necessitatis licitum dicitur) & sic de alijs similibus ecclesiæ ordinationibus erga baptismū non seruatis. Et est ratio dubij, quia Auctor hoc tractans in calce corporis artic. 5. dicit, quòd grauiter peccaret vterque, s. baptizans, & baptizatus, & per hoc impediretur baptismi effectus, licet non tolleretur sacramentum. Vbi apparet ipsum sentire, quod est peccatum mortale: quoniam baptismi effectus non impeditur nisi per peccatum mortale.

¶ Ad huius euidentiam, scito Scotum in 4. sent. dist. 6. sonare, ꝙ baptizans plures simul extra articulum necessitatis, dicendo, ego baptizo vos, peccat mortaliter, quia nō seruat formam impositam sibi ab ecclesia: si tamē diligenter perspectum fuerit, & distinctum peccatum mortale dupliciter hic inueniri posse, aut secundum se (hoc est ex suo genere) aut ex ecclesiæ præcepto, cum mutationes, aut omissiones huiusmodi non constituant actum sacrilegum secundum se, (quod ex eo patet, quòd si actus esset secundum se sacrilegus, in nulla necessitate esset licitus) restat ut aliunde peccatum hoc sit mortale, si mortale est. Ex triplici autem capite hoc dici posset: uel ex inobedientia, & sic ad hoc quòd esset mortale: exigeretur contemptus: uel ex præsumptione: puta, quia laicus præsumit actum sacerdotis, vel ex modo institutionis ecclesiasticæ: puta quia ritus talis seruatur, & quasi necessarius: sicut sacræ uestes exiguntur in consecratione eucharistiæ. Ex quibus apparet, quòd solemniter baptizās tenetur sub peccato mortali seruare ritum ecclesiæ: quod non ita intelligas, ut cuiuslibet cæremoniæ omissio sit peccatum mortale. Similiter si laicus solemniter baptizare præsumeret a mortali non excusaretur: sed ubi absque solemnitate baptizaret, & contemptus atque præsumptio deessent extra necessitatis articulum (puta quia credunt se bene facere) mortale peccatum non video: immo Innocentius III. a ueniali etiam peccato excusat eum, qui credens se benefacere, baptizauit seipsum. Dicit enim in c. debitum. extra de baptismo, & eius effectu, de Iudæo in mortis articulo baptizante seipsum, si talis continuo decessisset ad patriam protinus euolasset.

¶ Ex

¶ Ex quo loco argumentū sumitur magnum, quòd si error commissus circa baptismum tantus ac talis, vt tollat baptismum, qualis est error baptizantis seipsum excusatur non solum a mortali, sed etiam a veniali per conditionem personæ, alioquin non esset verum, quòd statim ad patriam euolasset: multo magis opinio ignorantis se benefacere, excusabit a mortali baptizātē seruatis substantialibus, tialibus, & errantē solū in hoc, q necessitatis articulo nō arctatur.

¶ Nec verba Authoris hic docent oppositum: qm baptismi effectus plenus impeditur ex peccato veniali. Peccās.n. venialiter dum baptizatur, nec omnis pœnæ, nec oīs culpæ remissionem adipiscitur: quis gratiam consequat. Posset quoq; dici, q Author de præsumentibus, & non de simpliciter facientibus intelligitur.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum non baptizatus, possit sacramentum baptismi conferre.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ille, qui non est baptizatus, non possit sacramentum baptismi conferre. Nullus enim dat quod non habet, sed non baptizatus nō habet sacramētū baptismi. ergo non potest ipsum conferre.

¶ 2 Præt. Sacramentum baptismi confert aliquis, inquantum est minister ecclesiæ: sed ille, qui non est baptizatus, nullo modo pertinet ad ecclesiam, scilicet nec re, nec sacramento. ergo non potest sacramentum baptismi conferre.

¶ 3 Præt. Maius est sacramentū conferre, quàm suscipere: sed non baptizatus non potest alia sacramenta suscipere. ergo multo minus potest aliquod sacramentum conferre.

SED CONTRA est, quòd Isid.* dicit, Romanus Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit q baptizat: sed ille, qui est baptizatus, non dicitur paganus. ergo etiam non baptizatus potest conferre sacramentum baptismi.

RESP. Dicendum, quòd hanc quæstionem Aug.* indeterminatam reliquit. Dicit enim in 2. contra epistolam Parmeniani: Hæc quidē alia quæstio est, utrum & ab his, q numquam fuerunt Christiani, possit baptismus dari: nec aliquid temere inde affirmandum est, sine authoritate tanti concilii, * quantum tantæ rei sufficit. Postmodum uero per ecclesiam determinatum est, quòd non baptizati, siue sint Iudæi siue pagani, possunt sacramentum baptismi conferre, dummodo in forma ecclesiæ baptizent. vnde Nicolaus Papa respondet, de const, dist. 4. ad consulta Bulgar. c. 3. A quodam Iudæo nescitis, vtrum Christiano an pagano, multos in patria uestra asseritis baptizatos, & quid inde sit agendum, cōsulitis. Hi profecto si in noīe Trinitatis baptizati sunt, rebaptizari nō debent: si autem forma ecclesiæ non fuerit obseruata, sacrm baptismi nō confertur, & sic intelligendum est quod Greg.* secundo scribit Bonifacio episcopo. Quos a paganis baptizatos esse asseruisti. s. ecclesiæ forma non seruata, ut de nouo baptizes in nomine Trinitatis, mandamus. Et huius ratio est, quia sicut ex parte materiæ, quantum ad necessitatē sacramenti, sufficit quæcumq; aqua, ita etiā sufficit ex parte ministri quicumque homo, & ideo etiam nō baptizatus, in articulo necessitatis baptizare potest: ut sic duo non baptizati se inuicem baptizēt, dum prius unus baptizaret alium, & postea baptizaretur ab eodem, & consequeretur vterque non solum sacramentum, sed etiā rem sacri. Si uero extra articulum necessitatis hoc fieret, vterque grauiter peccaret, s. baptizans, & baptizatus, & per hoc impediretur baptismi effectus, licet non tolleretur ipsum sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo baptizans adhibet tantummodo ministerium exterius: sed Christus est, qui interius baptizat, qui potest uti omnibus hominibus ad quodcumque voluerit, & iō non baptizati possunt baptizare: quia, ut Nicolaus Papa dicit, baptismus non est illorum, s. baptizantium, sed eius, scilicet Christi.

AD SECVNDVM dicendum, q ille, qui non est baptizatus quamuis non pertineat ad ecclesiam re, uel sacramento, potest tamen ad eam pertinere intentione, & similitudine actus, inquantum scilicet intendit facere quod facit ecclesia, & formā ecclesiæ seruat in baptizando, & sic operatur vt minister Christi, qui virtutem suam non alligauit baptizatis, sicut nec etiam sacramentis.

AD TERTIVM dicēdum, quòd alia sacramenta non sunt tantæ necessitatis, sicut baptismus. Et ideo magis conceditur, quòd non baptizatus possit baptizare, quàm quòd possit alia sacramenta suscipere.

AR-

### SVPER Q. VIII. Aliàs 67. Artic. v.

COncl. Etiam nō baptizatus, potest in articulo necessitatis baptizare.

55 Sup. art. 3. & locis ibidem notatis.

¶ Prob. 1. Quia hoc per ecclesiam determinatum est (ut patet de Nicolao Papa, atque Greg. Secundo). Secundo quia sicut ex parte materiæ, quantum ad necessitatem sacramenti, sufficit quæcumque aqua q. 7. artic. 4. ita ex parte ministri sufficit quicumq; homo (ne. s. circa remediū tam necessarium, &c. Vide art. 3. corp.)

¶ Not. Diligēter in textu aduerte primò: quanta reuerentiam. D. Aug. sacrorum conciliorum singulis deferat (contra hæreticos; aliosq; propriæ salutis dispendium nō timentes): & hoc per ly nec aliquid hic temere affirmandum est sine authoritate sacri concilij. Secundò aduerte; q in idem redit, aliquid esse determinatum per sacrum concilium, & esse determinatum p ecclesiam, & esse determinatum per Papam: ut penetrāti contextus seriem patet. Tertiò aduerte; quòd sanctus Doctor ideo adducens Nicolai decretum non explicat totum, quod ipse dixit. s. vel in nomine Christi, sed solùm explicat ly nomine trinitatis: quia intendit tantum ex eius decreto assumere id, quod de mente Nicolai est de forma ordinaria baptismi. Ac si per hanc taciturnitatem dixerit, qd & sup. q. 6. articu sexto, ad tertium docuit. Nicolai mens numq fuit ibi: quòd forma baptismi ordinaria. i. sine speciali dispēsatione Dei, de qua constaret, posset esse, Ego baptizo te in nomine Christi; sed solum fuit, quòd eius forma ordinaria. i. sine noua reuelatione, sit, Ego baptizo te in nomine Patris & Filij, & Spiritussancti. Et ideo, cum hic loquamur de valore baptismi absolute & per consequens de eius forma absolute seruanda, nō oportet ex Nicolai decreto afferre nisi formam Trinitatis explicite. s. patris, & filij, & spiritussancti. Vide Elucid. ibid. quæst. septima, artic. sexto. Quartò aduerte: quòd Gregorius dicendo ly ecclesiæ forma non seruata. s. Trinitatis (ut postea explicat,) insinuat manifeste; quòd baptismus datus a non baptizatis seruatis seruandis. s. aqua naturali uerborum Euangelicorum forma, & intentione faciendi, quod facit ecclesia, est validus, & consequenter non reiterandus. Alioquin absolutè. i. sine adiectione illa, dixisset Bonifacio: quòd baptizatos a paganis baptizaret. Quintò igitur aduerte: quòd & Nicolaus D. Thomas &c. quādo vel hic, vel alibi dicunt ad baptismi valorem requiri formam ecclesię; tunc simul intelligunt alia duo, quæ sunt eiusdem generis. i. quæ sūt de necessitate baptismi. s. materiam, & intentionem, debitam. Explicato. n. uno simili, cointelligūtur explicata et similia reliqua, inquantum similia sunt, (ut patet.)

* Refertur. 1. q. 1. ca. Si qs p ignorantiam Et de consecr. di. 4. 6. Romanus.

*Li. 2. c. 13. post med. tom. 7.

*Alias consilij.

De conse. dist. 4. ca. A quadā Iudæo.

* Habetur de consecr. dist. 4. cap. Quos paganus.

1^m maior. ly Nullus dat, quod non habet. R. Si propria virtute det. §. Tunc nihil &c. Non n. paganus, &c. ppria virtute interius baptizat; sed virtute Christi, tanquam eius ī hoc instrumentum existēs. Nam homo baptizans adhibet tantùm &c. ut in tex. Vide. q. 5. articu. 5. ad primum.

2^m de maiori. Minister ecclesię. R. Saltem secundum intentionem, & similitudinē actus. §. Tunc nih. &c. Nam ille, qui non est baptizatus, quāuis &c. vt in tex.

De conse. dist. 4. ca. 1. quodam Iudæo in 6.

3^m illatio conclusionis. Ergo multò minus potest, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit. n. ex præmissis cōcernentibus fallaciā secundum non causam, ut causam. Nam maioritas, uel minoritas, de qua maior loqtur, non est causa quod infidelis possit, uel non possit, in hoc (ut putauit argumentum): sed vera causa huius. s. quòd in hoc possit, uel non possit, est necessitas. Propterea textuale respōsum prædictam argumenti fallaciam tangens, & per hoc quicquid in formali responso dictum est, virtualiter dicens, inquit: Alia sacramenta non sunt tantæ necessitatis, sicut baptismus; & ideo &c.

### APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Armenorum dicentium: baptizatos ab hęreticis, Iudæis, vel Paganis, in forma ecclesiæ catholicæ, fore rebaptizandos. Secundò habes; quomodo per rationē ostendas, hanc merito damnari a Conc. Trid. sess. 7. de bapt. can. 4. Si quis dixerit, baptismum, qui

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

qui etiam datur ab hæreticis in nomine patris, & filij & Spiritusſancti, cum intentione faciendi, quod facit ecclesia, non esse verum baptiſmum; anathema ſit. Hæc ibi. Item a Concilio Florent. in Decret. ſeu conſtitution. ſuper vnion. Armenor. Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos, cui competit ex officio baptizare. In caſu autem neceſſitatis, non ſolùm ſacerdos uel diaconus, ſed etiam laicus, & mulier, immo etiam paganus & hæreticus, baptizare poteſt; dummodo formam ſeruet eccleſiæ, & facere intendat, quod facit eccleſia. Hæc ibi. Quæ & ualent ad ſingulos præmiſſos articulos huius quæſtionis. Item a D. Auguſt. ad Fortunatum, & in lib. de unico baptiſmo: ut recitatur De conſecr. diſtinct. quarta, cap. in neceſſitate. & cap. ſolet etiam quæri. Quamuis non omnino abſolute de mente propria loqui videatur (ut etiam de eo in ſecundo contra Parmen. dicitur in tex. iſto): quàmuis abſolutiſſimè ſacro concilio, quandocumque daretur, ſe remittat ſemper, magis tamen ex ſe declinans ad affirmatiuam, ſcilicet quòd baptiſmus valeat etiam a non baptizato datus. Item ab Iſidoro, ut recitatur ibid diſtin. ead. cap. Romanus Pontifex. Secundò vides: quomodo ex ijs bene penſatis & applicatis, doctrina præſens Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur.

---

*Scot. 4. ſ. d. 6. q. 2.*
*Duran. 4. ſ. d. 5. q. 3.*
*Sot. 4. ſ. d. 4. q. vni. ar. 6.*
*Palud. 4. d. 1. q. 2.*

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrum plures poßint ſimul vnum baptizare.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd plures poſſint ſimul vnum baptizare. In multitudine.n. continetur vnum, ſed non conuertitur. vnde videtur quòd quicquid põt facere vnus, poſſint facere multi, & non econuerſo: ſicut multi trahunt nauem, quam vnus trahere nõ poſſet: ſed unus homo poteſt baptizare. ergo & plures poſſunt ſimul vnum baptizare.

¶ 2 Præt. Difficilius eſt quòd vnum agens agat in plura, quam quòd plures agentes agant ſimul in vnum: ſed unus homo poteſt ſimul plures baptizare. ergo multo magis plures poſſunt ſimul vnum baptizare.

¶ 3 Præt. Baptiſmus eſt ſacramentum maximè neceſſitatis; ſed in aliquo caſu videtur eſſe neceſſarium, quòd plures ſimul vnum baptizent: puta ſi aliquis paruulus eſſet in articulo mortis, & adeſſent duo, quorum alter eſſet mutus, & alter manibus, & brachiis careret: tunc enim oporteret quòd mutilatus verba proferret, & mutus actum baptiſmi exerceret. ergo videtur quòd plures poſſint ſimul vnum baptizare.

SED CONTRA eſt, quòd vnius agentis eſt una actio. Si ergo plures vnum baptizarent, videtur ſequi quòd eſſent plures baptiſmi: quod eſt contra id, quod dicitur Ephe. 4. Vna fides, vnum baptiſma.

RESP. Dicẽdum, quod ſacramentum baptiſmi præcipue habet virtutem ex forma, quam Apoſtolus nominat verbum vitæ Epheſ. 5. Et ideo conſiderare oportet, ſi plures ſimul vnum baptizarent, qua forma vterentur. Si enim dicerent, Nos te baptizamus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, dicunt quidam, quod non conferretur ſacramentum baptiſmi eo quòd nõ ſeruaretur forma eccleſiæ, quæ ſic habet, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti: ſed hoc excluditur per formam baptizandi, qua utitur eccleſia Græcorum: poſſent.n. dicere, Baptizetur ſeruus Chriſti N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti ſub qua forma Græci baptiſmum ſuſcipiunt, quę tamen forma multomagis diſſimilis eſt formæ, qua nos vtimur, quàm ſi dicatur, Nos te baptizamus, ſed conſiderandum eſt, quòd ex tali forma, Nos te baptizamus, exprimitur talis intentio, quòd plures cõueniant ad unum baptiſmum conferendum: quod quidem videtur eſſe contra rationem miniſterii: homo enim non baptizat, niſi ut miniſter Chriſti & vicem eius gerens. vnde ſicut vnus eſt Chriſtus, ita oportet eſſe vnum miniſtrum, qui Chriſtum repræſentet: propter quod ſignãter Apoſtolus dicit, Eph. 4. Vnus Dominus, una fides, unũ baptiſma. & ideo contraria intentio videtur excludere baptiſmi ſacramentum. Si uero vterque diceret, ego te baptizo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti, vterq; exprimeret ſuam intentionem, quaſi ipſe ſingulariter baptiſmũ conferret quod poſſet contingere in eo caſu, in quo contentio ſe vterque aliquem baptizare conaretur. Et tunc manifeſtum eſt, quòd ille, qui prius verba proferret, daret baptiſmi ſacramentum: alius vero quantumcunq; ius * baptizandi haberet, nihil faceret, et ſi verba pnunciare præſumeret, eſſet puniendus tanquam rebaptizator. Si autem omnino ſimul ambo verba proferrent, & hominem immergerẽt, aut aſpergerent, eſſent puniendi de inordinato modo baptizandi, & non de iteratione baptiſmi, quia vterque intenderet non baptizatum baptizare: & vterque quantum eſt in ſe baptizaret. Nec traderent aliud, & aliud ſacramentum.

* Alias intentioné.

56
4 d. 3. ar. 2. q. 2. ad primum, & 2. d. 6. q. 2. ar tic. 1. q. 1. ad 3.

### SVP. QVAES. VIII. Aliàs 67. Art. VI.

CONCL. 1 Nõ poſſunt ſimul plures baptizare vnum; dicendo pro forma, Nos baptizamus te.

¶ PROB. 1. Quia dicendo hanc formam. ſ. Nos baptizamus, non ſeruatur forma eccleſiæ (ut præſupponitur clarum ex. q 7. art. 5. ad quartum): & ſeruare formam eccleſiæ eſt de neceſſitate ſacramenti (cum ſacramentum baptiſmi pręcipuè habeat virtutem ex forma. vide q. 5. ar. 2. ad primũ.) Secundò quia ex tali forma, Nos baptizamus exprimitur intentio contra rationem talis miniſterij exiſtens (cum per ly nos baptizamus, exprimatur hęc intentio, quòd plures conueniant ad unũ baptiſmum conferẽdum: ac p hoc minus repreſentent; Chriſtum, qui vnus eſt).

EXAM. 1. Ly non ſeruaretur. ſ. ſenſibili obſeruatione, nec etiam per reſolutionem. Nã ſi reſoluatur ly nos baptizamus (.i. nos ambo ſimul miniſtramus ſacramentum baptiſmi) reſoluitur in has propoſitiones, Ego baptizo, & tu baptizas; quoniã ly nos, nũ eſt idem quod ego, & ego, ſed eſt idẽ, quod ego, & tu (ſi locutio intelligatur ab eis fieri adinuicem) uel idem, quod ego, & iſte uel ille (ſi fiat locutio ab eis ad alios). Ex his patet; quòd non ſeruatur tunc forma eccleſiæ: quoniam ipſa non eſt, Tu baptizas; neque eſt, iſte uel ille baptizat; ſed ſolum eſt, Ego baptizo. Nec ergo in uoce, nec in ſenſu, ſeruatur per ly nos baptizamus. Quam tamen ut baptiſmus fiat, ſeruari; neceſſe eſt: ut declaratur in q. 7. ar. 5. 6.

EXAM. 2. Ly dicunt quidam, quòd non confertur ſacramentum baptiſmi. Vitio typographorum, ſuorumvè correctorum, aut aliorum dormitantium videtur tranſpoſitum fuiſſe ly dicunt quidam, quòd Ponendum namque erat inferius tantum; & in textu legendum. Si enim dicerent, nos te baptizamus in nomine patris & filij & ſpiritusſancti, non conferretur ſacramentum baptiſmi; eo quod non ſeruaretur forma eccleſiæ, quæ ſic habet, Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti. Sed dicunt quidam, quòd hoc excluditur per formã baptizandi, qua vtitur eccleſia Græcorũ &c. Cum.n. illa poſitio. ſ. ſi dicerent, nos te ba. i. n. p. e. f. e. ſ. non conf. ſacr. bap. eo quòd n. ſ. f. E. quæ ſic ha. E. t. b. in n. p. e. f. & ſpiritusſancti, ſit poſitio & ſententia D. Thomæ (ut patuit in probatione ex allegatæ q. 7. art. 5. ad quartum): reſtat dicendum, quòd ly dicũt quidam quòd, nõ ſit ponendũ in illa prior clauſula. Rurſus. Cũ Diuus Thomas obiectionem de forma Græcorum contra prius dictum ſubiũctam excludere intendat, & excludat per ly, ſed conſiderandum eſt, quòd ex tali forma nos te baptizamus, &c. (ut facile perſpicacibus lectorib. patere poteſt): reſtat dicendum, quòd illa obiectio fuit quorundã aliorum; & cõſequenter quòd ly dicũt quidam quòd, ponendum ſit in ſecunda clauſula (ut nũc poſuimus.)

¶ COROLLAR. Ergo a ly ſed conſiderãdum eſt quod ex tali forma, vſque ad ly contra rationem miniſterij, ponitur ſecunda probatio concluſionis (ut nos ſupra loco ſuo probationes ipſas ordinauimus) adiuuãs primam. Monſtrat. n. virtualiter, quòd forma Græcorum non eſt magis diſſimilis formæ Romanæ, quàm ly nos te baptizamus; quia in illa Græcorum non exprimitur pluralitas conuenientium ad vnũ baptiſmum cõferendũ, ideoq; nec intẽtio contra rationem talis miniſterij: & conſequẽter per hoc ſimul oſtenditur, quòd dicendo ly nos te baptizamus multum diſceditur a ſeruatione formæ Romanæ (quod erat prima pbatio concluſionis). Ex his textualibus dictis patet: quòd licet de neceſſitate baptiſmi non ſit expreſſio miniſtri, ut patet in forma Græcorum; eſt tamen de neceſſitate eius, quòd non exprimatur intentio contra rationem miniſterij. Talis.n. intentio contraria excludit ſacramentum baptiſmi. i. facit, quòd baptiſmus ſit nullus. Cæterum ex textu ly oportet, eſſe unum miniſtrum, qui Chriſtum repræſentet, ne intuleris; quòd plures nõ poſſint conſecrare eandem hoſtiam: nec ex hoc, quòd illi poſſunt, inferas idem de baptizantibus: quoniam omnes tales illationes Sanctus Doctor in q. 23. art. 2. præcipuè ad primum docet eſſe falſas, meritoque negandas.

¶ CONCL. 2. Non poſſunt plures, ſe inuicem præuenire uolentes,

tes, baptizare vnum; dicendo vnusquisque per se, Ego baptizo te in &c.

¶ PROB. Quia tunc solùm ille, qui prius verba proferret, baptizaret.

¶ CONCL. 3. Si plures verba.s. Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritussancti, omnino simul proferēt & omnino simul immergerent, aut asperge rent aliquem, intēdentes vnusquisque per se non baptizatum baptizare; tunc vnusquisq; quantum in se est, baptizaret: tamen puniendi essent.

¶ PROB. Quia neq; forma ecclesiæ, neque vsus materiæ, variatur. Secunda autem pars.s. tamen &c. probatur. Quia tenerent baptizandi modum inordinatum. i. contra ritum ecclesiæ.

¶ COROLLARIVM. Ergo dicendum est ex his; quod principalis causa conclusionis primæ. s. quòd plures dicē do, nos te baptizamus, non baptizarent, fuit non obseruatio formæ ecclesiæ; non autem pluralitas ministrorum: quamuis hæc secunda eiusdem probatio adiuuaret illam primam (ut in corollar. post exam. dictum est); &, ipsam supponendo, efficax esset.

1m de maiori. Quicquid potest facere vnus, possunt facere multi. R. Si propria virtute agant §. Tūc nihil &c. Nam homines non baptizant propria &c. vt in text.

2m illatio conclusionis. Ergo multo magis plures &c R. Negatur illatio. §. Non n est simile de baptizante, & baptizato; quia Christus &c. vt in tex. fin. Pro minori nihilominus ab arguente facta notandum est: quòd non passim posset sine peccato vnus baptizare simul plures: sed solum in casu necessitatis, prout in tex.

3m maior. Baptismus est sacramentum maximæ necessitatis. R. Cuius baptismi integritas consistit simul in forma verborum, & in vsu materiæ. §. Vt dicitur. q. 7. art. 3. 5. Tunc nihil &c. Nam, dato illo casu de muto & mutilato, neuter ipsorum baptizare posset; &, si de facto hoc attentarent, nihil fieret.

cramentū, sed Christus, qui est vnus interius baptizans, vnum sacramentum per vtrumque conferret.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa locum habet in his, quæ agunt propria virtute: sed homines non baptizant propria virtute, sed virtute Christi, qui cū sit vnus, per vnū ministrū perficit suū opus.

AD SECVNDVM dicendum, quod in casu necessitatis: vnus posset simul plures baptizare sub hac forma, Ego vos baptizo, puta si immineret ruina, aut gladius, aut aliquid huiusmodi, quod omnino moram non pateretur, vt sigillatim omnes baptizarentur. Nec per hoc diuersificaretur forma ecclesiæ, quia plurale non est nisi singulare geminatum, præsertim cum pluraliter dicatur, Matth. vlt. Baptizantes eos, &c. Nec est simile de baptizante, & baptizato, quia Christus, qui principaliter baptizat, est vnus, sed multi per baptismum efficiuntur vnum in Christo.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut supra dictum est,* integritas baptismi consistit in forma verborum, & in usu materiæ. Et ideo, neq; ille, qui tantum verba profert baptizat, neq; ille, qui immergit. Et ideo vnus verba proferat, & alius immergat, nulla forma verborum, poterit esse conueniens: neque enim poterit dici, Ego te baptizo, cum ipse non immergat, & per consequens non baptizet, neque etiam poterit dici, Nos te baptizamus, cum neuter baptizet: si enim duo sint, quorum vnus, vnam partem libri scribat, & alius aliam, non erit propria locutio, Nos scripsimus librum istum, sed synecdochica, inquantum totum ponitur pro parte.

## APPENDIX.

Utilitas pro Eccle. S Dei.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem ostendas, me rito esse insinuatum a concilio: quod plures non possunt simul baptizare vnum. Nam Concilium Lateranen se sub Innocen. III. celebratum, dicit in De sum Trin. & fide cath. cap firmiter. Sacramentum baptismi, quod ad Dei inuocationem & indiuiduę Trinitatis videlicet Patris, & Filij, & Spiritussancti consecratur in aqua; tam par uulis, quàm adultis, in forma ecclesiæ a quocumque rite collatum proficit ad salutē. Hæc ibi. Per hoc enim, quod di cit ly in forma ecclesiæ, & ly a quocumq;, insinuat propositū. Formam siquidem ecclesiæ plures simul baptizantes seruare non possunt (ut ostensum fuit per dicta circa primam conclusionem): & ideo, secundum cōcilium, baptizare simul nō possunt. Rursus. Cum intentum ipsius concilij (ut patet per ly a quocumq;) sit, extensissime loqui de ministris. i. assignare oēs, qui possunt sacrm baptismi conferre: sicut propter hanc suam intentionem assequendā dixit ly a quocumque. i. siue clerico, siue non clerico, siue masculo, siue fœmina, siue baptizato, siue nō baptizato, siue hæretico, siue scismatico, siue catholico, siue bono, siue malo, &c. ita propter eandem rationem adiunxisset ly a quibuscumque. si baptismum per plures simul conferri posse vidisset. Ex ista ergo taciturnitate sua intentioni illi suæ vniuersalissimæ coniuncta denotauit intentum. Ac si apertius dixerit. Ideo baptizaturos non appono in numero plurali: quia plures simul vnum baptizare non possunt. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

*q. 66. ar. 3. & 5.

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus vt sonat.

¶ In corpore articuli est una distinctio de forma, qua plures simul baptizantes possent vti. Altera est: Nos te baptizamus. Altera est, ut uterque diceret, Ego te baptizo. Et primo examinatur, & respondetur quæsito iuxta primam formā: secundo iuxta secundam. Quo ad primam, recitatur opinio vna, dicentium non ualere baptismum: si plures dicant, Nos te baptizamus: quia non seruatur forma ecclesiæ, quæ habet quòd in singulari persona ministri exprimatur, dicendo, Ego te baptizo.

¶ Deinde contra hanc rationem Author arguit, immo eam excludit ex multo maiori recessu formæ Græcorum a forma nostra. Et stat ratio in hoc, quòd ad tollendam veritatem baptismi, nō sufficit recessus ab ista forma, Ego te baptizo, quia si recessus sufficeret, apud Græcos non esset baptismus, quoniam fo. ma eorum, multo magis recedit ab hac nostra, quàm recedat illa. Nos te baptizamus, cum hic non mutetur nisi singulare in plurale, ibi uero omnino omittitur persona ministri, & in tertia persona exprimitur actus, dicendo, Baptizetur &c.

¶ Demum aliam rationem reddit author ex parte intentionis explicite, s. quia hac forma, Nos te baptizamus, explicatur intentio ministrorum quo ad hoc, quòd plures conueniunt, ad vnum baptismum conferendum. Ex quo formatur talis ratio: Homo non baptizat, nisi ut minister Christi ergo oportet ministrū esse unum, vt Christi vnitatem repræsentet: sed in dicta forma explicatur contrarium, quia explicatur pluralitas ministrorum. ergo dicta forma videtur tollere baptismum. Et confirmatur huiusmodi vnitas, authoritate Apostoli Pauli.

¶ Quo ad secundū ponuntur duo modi, quibus hoc contingere posset, s. vel altero præueniente reliquum, & sic dicitur, quòd solus præueniens baptizaret, uel utroque simul concurrente, & sic dicitur, quod Christus per vtrumque vnum baptismum conferret.

¶ Circa ea, quæ hic dicuntur, aduerte primo, dupliciter contingere duos simul baptizare, uel vtroque totum faciente, & dicente, uel altero dicente, & altero faciente. Author secundum modum reseruat tractandum hic in responsione ad ultimum. De primo autem modo, tantum loquitur in hoc corpore articuli.

¶ Aduerte secundo rationem literæ ad concludendum irritam esse formam illam, Nos te baptizamus, non afferri ab Authore assertiue: sed opinatiue, ut sua monstrant verba etiam replicando, dum dicit: quod quidem videtur esse contra rationem ministerij, & postea subdit, ideo contraria intentio videtur excludere sacramentum.

¶ Aduerte tertio Authorem superius, quæst. 66. art. 5. ad quartū afferre duas alias rationes ad excludendam eandem formam. s. Nos te baptizamus. Prima ratio est, quia actus multiplicatur secundum multiplicationem agentium, si perfecte ab vnoquoq; agatur: sed baptismus est actus ab vnoquoque baptizante perfectus. ergo unus baptismus non est a duobus. Secunda ratio est, quia mutaretur forma baptismi, dicendo, Nos baptizamus, quia dicere, nos, non est idem dicere quod, ego, & ego, sed ego, & ille. Quæ ideo repetita hic sunt a me, quia superius ad hunc locum me remisi.

¶ Circa hanc doctrinam, dubium primo occurrit ex Durando in 4. sent. dist. 3. q. 3. art 2. Primo enim, contra omnes dictas rationes Authoris procedit. Et primam quidem rationem, Actus multiplicatur, &c. dicit non concludere in agentibus per uoluntatem, & eam militare contra Authorem, ponentem plures sacerdotes posse simul consecrare eandem hostiam · par. n. est utrobique iudiciū, quo ad multiplicationem actus ab agente. Secundam uero rationem de mutatione formæ, dicit non cogere: quia mutatio formæ, quantum ad illud, quod non est de necessitate formæ, non tollit sacramentum, sic autem est in proposito: tum quia expressio ministri non est de necessitate formæ baptismalis, ut patet de forma Græcorum, ergo multo minus est de necessitate eius expressio ministri in singulari numero: tū, quia hæc forma, Nos te baptizamus, prolata ab utroque, ex parte cuiuslibet dicentis, resoluitur in istā, Ego baptizo te, ubi nulla apparet mutatio secundum sensum a forma Ro-

ma Romanæ Eccleſiæ. Et Petrus de Palude in 4. ſent. diſt. 3. q. 2. artic. 3. approbans hæc Durandi, adiungit, quòd ſicut forma illa, vt profertur ab iſto, reſoluitur in hanc, Ego te baptizo, & hic baptizat, ſic econuerſo, vt profertur ab altero, reſoluitur in hanc, Ego baptizo, & hic baptizat: ac per hoc ſeruatur forma eccleſiæ Romanæ, quo ad ſenſum, quia vterque dicit ſenſum, Ego baptizo te, &c.

¶Contra tertiam autem rationem de expreſſione plurium miniſtrorum, arguit Durandus tripliciter. Primo, Vnitas miniſtri, vel exigitur ad baptiſmum ſecundum rem, aut ſecundum expreſſionem, puta, quòd quilibet miniſter exprimat ſe vt vnum. Non poteſt dici primum, quia tumet dicis, quòd duo ſimul poſſunt baptizare eundem, ſi vterque dicat, Ego te baptizo. Secundum autem non eſt rationabile: tum, quia expreſſio miniſtri non eſt de neceſſitate ſacramenti: tum, quia ſi oportet miniſtrum exprimi ſecundum congruentiam ad principale agens, ut tu aſſumis, cum principale agens ſit Trinitas, congruentius exprimi deberet miniſter in numero plurali: tum, quia modus exprimendi miniſtrum nihil videtur facere ad ſacramentum: ſufficit enim principale agens, & actum exprimere.

¶Contra concluſionem dictam, ſ. ſi baptiſmus a pluribus datur, dicentibus, Nos te baptizamus, non valet baptiſmus, arguit Petrus de Palude ibidem.

¶ Tum quia quando plures vxores poterant ſimul nubere vni viro, non referebat an quælibet diceret, Accipio te in virum, an nos accipimus te in virum, ſecundum illud Iſaiæ 4. Inuocetur nomen tuum ſuper nos, &c.

¶ Tum quia dicendo, Baptizamus te, magis exprimitur vnitas baptiſmi, quàm utroque dicente uni, Ego te baptizo: apparet enim ſingulos ſeorſum baptizare, ac per hoc diſtinctos duos baptiſmos conferre: dicendo autem, baptizamus, apparet conuenire in vnum baptiſma: & confirmatur, quia ſicut de eſſentia eſt expreſſio actus, ita ſaltem de congruentia eſt expreſſio unitatis, uel pluralitatis actus.

¶Tum, quia duobus exiſtentibus officialibus inſolidum, & ambobus volentibus idem facere ſimul, congruentius eſt, ut dicant, Mandamus, aut pronunciamus, quàm ut quilibet per ſe dicat, mando, aut pronuncio.

¶Tum, quia plurale non eſt niſi geminatum ſingulare: idem. n. ſenſus eſt dicere, Socrates, & Plato currunt, & dicere, Socrates currit, & Plato currit: & pari ratione, idē eſt in prima perſona. Et quia uerba ſacramentalia efficiunt quod ſignificant: quæ æquipollent in ſignificando, æquipollent etiam in efficiendo. Tenentque propterea Durandus, & Petrus oppoſitam concluſionem, quamuis timor reuerentialis Petrum cohibeat.

¶Circa Authoris proceſſum, dubium occurrit de ſufficientia: vt enim inſufficienter tractare quæſtionem hanc, dum diſcutiendo formas quibus uti poſſent plures ſimul baptizantes unum, non diſcurrit niſi per formam ſecundum ritum Romanæ eccleſiæ: debuiſſet enim diſcutere eandem quæſtionem ſecundum formam, qua vtitur eccleſia Græca, & determinare, an ſecundum illam formam poſſent multi ſimul baptizare vnum.

¶Circa ſecundum modum conceſſum communiter, quo plures poſſunt ſimul baptizare vnum: ſ. quolibet baptizante dicente, Ego te baptizo, dubium reſtat: quomodo fieri, aut intelligi poteſt, duo agentia totalia, quàmuis inſtrumentalia eiuſdem rationis, producere efficaciter ſimul unum effectum non intenſum, aut perfectū magis, quàm ſi ab uno eorum tantum produceretur, & hoc in ſubiecto capaci perfectioris, ſeu intenſioris effectus, quale eſt anima noſtra, & de effectu, ſuſcipiente magis, & minus, qualis eſt gratia: videtur enim non intelligibile.

¶Circa principale quęſitum, dubium adhuc reſtat, an baptiſmus de neceſſitate ſacramenti exigat vnitatem miniſtri: ex hac enim litera non habetur reſponſio ſimpliciter, & abſolute: ſed tantum habetur, quòd ſecundum unā formam poſſunt plures conferre vnum baptiſma, & ſecundum aliam formam, non. Scotus autem dicit in 6. diſtinct. quarta ſent. quòd unitas miniſtri eſt ab inſtitutione Chriſti, Durandus vero aſſerit oppoſitum. Petrus autem dicit, quod vnitas miniſtri non eſt de ſubſtantia ſacramenti, ut dicunt communiter omnes. Ex quibus apparere poteſt, quæſtionem hanc remanere dubiam.

¶Ad has dubitationes ſic reſpondendum eſt, ut primo dicatur ad ultimam: tanquam eam, ex cuius claritate reliquarum ſolutio facilius percipietur.

¶Ad euidentiam autem quæſtionis vltimæ, dicēdum primò eſt, quid eſt hic manifeſtum, & quid occultum. Duobus igitur modis intelligi poteſt unitas miniſtri: uel quòd unitas miniſtri non poſſit integrari ex pluribus perſonis: ita quòd nō poſſit contingere in miniſtro, quòd unus totalis miniſter conſurgat ex multis partialibus perſonis comminiſtrantibus, puta ſicut perfectus tractor nauis integratur ex multis ſimul trahentibus, uel ſicut perfectus fabricator integratur ex multis partialibus miniſterijs. Et ſic in hoc communiter doctores conueniunt tenendo partem negatiuam. ſ. quod unitas miniſtri baptiſmi non poteſt conſurgere ex pluribus perſonis partialiter concurrentibus: propterea enim dicunt, quòd ſi unus abluit, & alter

& alter proferet uerba, baptiſmus nullus eſt: oppoſitum enim eſſet ſi miniſter baptiſmi ex duabus perſonis partialiter concurrentibus integrari poſſet. Alio autem modo, vnitas miniſtri poteſt intelligi per excluſionem pluriū totalium miniſtrorum puta an baptiſmus, exigat unum totalē miniſtrum, quòd ſi duo totales miniſtri ſimul concurrant, baptiſmus nullus ſit. Et in hoc quoque ſenſu conueniūt communiter doctores tenentes partem negatiuam, ſ. quòd non requirit baptiſmus talem vnitatem miniſtri: propterea enim dicunt, quòd ſi duo ſimul proferant ſinguli verba, & abluant eundem, baptiſmus verus eſt: quia neuter alterius factum irritat. Hæc duo ſunt, quæ pro manifeſtis habent.

¶Latet autem, an abſolute loquendo, unitas & pluralitas miniſtri per accidens ſe habeant, uel per ſe ad ſacramentum baptiſmi. Durandus enim tenet, quod per accidens, Auctor autem tenet, quod per ſe Et hoc eſt verum: quod ex eo euidenter patet, quòd manifeſte per accidens etiam extraneum contingit unum baptiſmum eſſe a duobus miniſtris: nulla enim ratio id requirit, quamuis permittat. Amplius, quādo baptiſmus eſt a pluribus miniſtris, non eſt omnino vnus, quoniam ſunt tunc duæ formæ numero, duæ materiæ, & actiones numero: ac per duo baptiſmi ſacramenta actiue, & ſolus interior baptiſmus animæ unus eſt. Patet autem hoc: quia ſacramentum baptiſmi integratur ex rebus, & uerbis a miniſtro, &c. ſed in caſu propoſito ſunt duo numero integrata. ex rebus, & verbis, &c. ergo ſunt duo ſacramenta actiue. vnum ergo numero baptiſmi ſacramentum unum miniſtrum exigit. Et hoc eſt quod Auctoris prima ratio cōcludit, quòd ſcilicet actus multiplicatur a multiplicatione agentium totalium: ſeu (quod idem eſt) ſi perfecte ab uno quoque fiat. Vnde cohibenda eſt lingua dicentium accidere ſacramento, unitatem, uel pluritatem miniſtrorum: quoniam pluralitas miniſtrorum partialium, communiter excluditur: pluralitas vero miniſtrorum totalium pluralitatem numeralem exterioris ſacramenti infert: & omnino per accidens inuenitur ad unum numero effectum ſacramenti. Mirabile autem eſt, non aduertiſſe ad propriam vocem. Nam ſi ſubtiliter perſpectum fuerit apparebit, quòd impoſſibile eſt unum, & idem ſacramētum baptiſmi eſſe a duobus totalibus miniſtris, quàmuis ponatur vnum, & eundem effectum eſſe ab utriſque: quanta. n differentia eſt inter baptiſmum, & eius effectum, tanta differentia eſt inter affirmationem unius, uel plurium baptiſmatum, & vnius, uel plurium effectuum baptiſmi. Et propterea cum baptiſmi ſacramentum non ſit niſi exterius integratum ex rebus, & uerbis, puta, ex ablutione in qua, & forma verborum a miniſtro cum debita intentione, & hic ſint omnia exteriora actiue, & paſſiue duplicata: ſunt. n. duo perfecti miniſtri cum duabus intentionibus baptizandi, ſunt duæ formæ, ſunt duæ ablutiones actiuæ, & duæ paſſiuæ: ut patet ſi aſpergatur, qui baptizatur ſecundum diuerſas ſui partes: breuiter, nihil deeſt ad pluralitatem totalem niſi pluralitas baptizati. Cuius vnitas vnitatem effectui baptiſmi dare poteſt: pluralitatem autem exterioris ſacramenti non tollit. Notanter autem dixi, pluralitatem totalem: quia, qui baptizatur licet ſecundum partem abluatur, ipſum tamen ſuppoſitū eſt, quod primo abluitur: baptizatur, enim hic homo, & nō caput eius: ac per hoc licet ſecundum exteriores partes ſint duæ ablutiones paſſiuæ: ſecūdum tamen ſubiectum quod abluitur, non eſt niſi una ablutio paſſiua, quia non eſt niſi unus ablutus. Et propterea dicitur, quòd non eſt niſi vnus baptiſmus paſſiue in eo, qui baptizatur a duobus modo dicto. Ex quibus omnibus habetur, quòd unitas per ſe baptiſmi vnitatem exigit miniſtri perfecti.

¶Sed qua ratione, aut auctoritate cogente unitas miniſtri excludit pluralitatem partialium comminiſtrantium, uidendum reſtat. Auctor ſiquidem, ex duobus capitibus conatur hoc monſtrare, ſcilicet ex parte formæ, ut patet in ſecunda rōne, & ex parte vnitatis principalis agentis, ſcilicet Chriſti, ut patet in tertia ratione. Auctoritas uero duplex inducitur: altera ex decretis. diſt. 23. cap. quorundam. ubi ordo ſacer datus ab epiſcopo operante, & presbytero legente irritatur. Altera ex Euangelio, eo quòd Dominus baptizanti commiſit inuocationem Trinitatis. In oppoſitam autem partem affertur ratio, quia omnes ſumus unum corpus in Chriſto: ſinguli autem alter alterius membra: ac per hoc multi partialiter concurrentes concurrunt ut unum: immo concurrunt, ut multa inſtrumenta unius ſcilicet Chriſti. Et hoc præcipue habet locum in propoſito: ubi conſtat quod Chriſtus eſt qui baptizat, & homo non niſi miniſterialiter ut Chriſti inſtrumentum, concurrit.

¶ Et confirmatur, quia ſi Chriſtus utitur totalibus miniſtris ad vnum baptiſma contra omnem rationem, multo magis credendum eſt, quòd utitur pluribus miniſtris partialibus ad unum baptiſmum neceſſitatis, aut ratione ita exigente.

¶Suffragatur, & Euangelij auctoritas: quoniam Dominus dixit pluraliter, baptizantes eos, inſinuans per pluralem numerum: plures poſſe ſimul baptizare.

¶ Nec deeſt auctoritas Apoſtolorum: quoniam de Petro, & Ioanne legitur, quòd imponebant manus ſuper illos, & accipiebāt Spiritumſanctum: eadem enim ratione, qua plures ſimul conferebant ſacramentum confirmationis, partialiter proculdubio concurrentes, quia nihil inordinatum faciebant, poteſt, & nunc a

pluri-

pluribus simul partialiter baptismus dari.

¶In hac difficultate neutram audeo partem asserere: intellectui autem meo magis apparet verum esse, quòd perfectus minister baptismi potest ex duabus personis partialiter concurrentibus integrari, ea rõne: quia ad Christum principaliter baptizantem non refert pluribus partialibus instrumentis simul vti ad vnum baptisma, dummodo, forma, materia, & intentio debite seruentur.

¶Et ad obiecta ex rationibus Auctoris patebit in ipsarum discussione, ac declaratione.

¶Ad auctoritatem autem ex decretis dicitur primo, quòd ibi non irritatur ordo susceptus, immo potius insinuatur oppositum: dum dicitur, gradum sacerdotij, uel Leuitici ordinis quem peruerse adepti sunt, amittant.

¶Dicitur secundo, dato quòd irritetur, quòd duobus commissis in illa ordinatione erroribus ibi recitatis, s. quòd episcopus imponebat manus, & alius benedictionem dabat, seu legebat, & q illorum duorum vnus erat episcopus, & alter presbyter, litera non explicat pro causa damnationis magis primum errorem quàm secundum: deberet enim minister ordinis sacri, si ex duabus integratur personis, consurgere ex duobus episcopis, & non ex episcopo, & presbytero, quoniam soli episcopo conuenit sacrum ordinem conferre.

¶Ad auctoritatem vero ex Euangelio, dicitur, quòd ex Domini uerbis non habetur inuocationem Trinitatis proferri debere ab abluente, sed quod abluens abluat in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, prolatis a se, uel a socio. Propter quod signanter dixit in plurali. Baptizantes in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti: ex eo. n. quòd non exprimitur prolatis a se, sufficit, quòd proferantur super ablutione: modo saluetur veritas formæ, vt in responsione ad vltimum explicabitur. Scito tamen, quòd ad supra allatas dubitationes respondebitur, tenendo communem viam de vnitate ministri.

¶Ad primum ergo dubium ex Durando, dicitur, quòd ratio auctoris prima. Actus multiplicatur, a multiplicatione agentis perfecti, est uera, & solida per se loquendo: Impossibile est enim a pluribus perfectis agentibus eiusdem rationis non prouenire diuersos actus intantum, quòd infra limites naturalis rationis loquendo, si duo talia agentia æque approximarentur eidem omnino patienti, nulla omnino inferretur per se passio: quia multiplicarentur duo simul contradictoria. Instantia autem Durandi de agentibus uoluntarijs, seipsam interimit, ponendo neutrum eorum concurrere, ut agens perfectum. Paria enim sunt quoad propositum, esse agentia imperfecta, seu partialia, & concurrere, ut agentia partialia.

¶Ad obiectionem uero contra idem, ex eo quòd duo sacerdotes eandem possunt hostiam consecrare, dicitur quòd in tali casu essent duæ consecrationes quantum in se est, sicut etiam quando duo perfecte unum baptizarent, uterque quantum in se est, conferret diuersum baptisma, sed per accidens. (s. vnitatem hostiæ, seu hominis qui baptizatur) unum fit sacramentum propter excellentiam principalis agentis, s. Christi, qui solus potest duobus totalibus instrumentis eiusdem rationis simul uti, ut uno. Habes ergo ex prima Auctoris ratione, plures ut totales ministros, non posse simul vnum omnino baptismum conferre.

¶Ad obiecta contra secundam rõnem de mutatione formæ respondetur, quòd esset ibi mutatio formæ contra substantialia.

¶Et ad impugnationem huius, dicitur, quod licet expressio ministri non sit de necessitate formæ: est tamen de necessitate formæ, quod si exprimitur minister, exprimatur sine contrarietate ad veritatem sacramenti: hoc per illam uniuersalem regulam, In formis sacramentorum nihil debet poni contrarium, Pluralitas autem ministri contrariatur unitati requisitæ ac unitatem ministri, & propterea si exprimatur talis pluralitas expresse in forma, tollit ueritatem sacramenti. Falsa est ergo illa conditionalis, si expressio ministri non est de necessitate, pluralitas ministri explicata per accidens se habet: habet enim se contrarie. Et cum subiungitur, quòd ista, Nos te baptizamus, resoluitur in istas, Ego baptizo, & ille baptizat, respondetur, quòd hoc potest dupliciter accipi. Primo, ut secunda exponens accidentaliter intendatur, ac si diceret, Ego baptizo: & iste currit. Alio modo, ut per se intendatur, tanquam dicens, quòd ambo simul ministramus sacramẽtum baptismi. Et si in primo sensu acciperetur, idem uidetur iudicium de hac forma, & de forma in qua ponitur aliquid impertinens: puta si quis diceret, ego te baptizo, & omnes astantes ad hoc consentiunt: in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Et sensus iste licet videatur extraneus, in proposito tamen posset accidere, duobus ex condicto volentibus simul unum baptizare, & utroque alterum uolente reuereri, per hoc quod uterque alterius meminit: ad huiusmodi. n. reuerentiam exprimendam videretur eis, quòd deberet uterq; uti numero plurali. Sed infra proprium sensum stando exprimitur per has duas exponentes pluralitas contraria unitati ministri: & propterea ambæ simul destruunt ueritatem primæ. Significant enim, quòd duo simul, & non quòd unus baptizet, duos autem simul esse unum sacramenti ministrum, supponitur impossibile, & contrariari, veritati ministerij.

¶Ad argumenta Durandi contra tertiam rationem, s. quia minister exprimitur ut plures respondendo, dicitur ad vtramque partem distinctiuæ, quòd utraque sane intellecta est vera. Ad baptismum enim unum omnino, seu unum secundum formam, exigitur vnitas ministri secundum rem. Nec oppositum dixit Auctor, quoniam duobus simul baptizantibus, utroq; totum dicente, & faciente, non est baptismus unus secundum formam, sed secundum effectum: quem etiã non haberet nisi potestas Christi suppleret, vtens duobus totalibus instrumentis, ut uno quemadmodum prius dictũ est. Altera quoque pars disiunctiuæ uera est negatiue, oportet eũ exprimi ministrum, ut unum ad hunc sensum, hoc est non exprimi, vt plures, quia pluralitas ministri expressa, contrariatur veritati ministri. Vnde ad primam obiectionem de non necessaria expressione ministri, iam patet responsio.

¶Ad secundum autem de congruentia ad principale agens, respondetur, quòd ratio de vnitate ministri propter unitatem Christi in litera allatam, non ut necessaria, sed ut probabilis inducta est, ut uerba literæ sonant. Rationabilis autem est congruentia ministri ad Christum magis quàm ad Trinitatem personarum: quia in Euangelio inuenimus attributum baptisma tanquam baptizanti, non Trinitati, sed Christo, de quo scriptum est. Ioan. 1. Hic est qui baptizat in Spiritusancto: minister autem baptizantis personam induere se fatetur, dicendo, Ego te baptizo.

¶Ad tertiam autem de impertinentia modi exprimendi ministri conceditur uerum esse, si modus exprimendi non implicat aliquid contrarium veritati alicuius requisiti ad sacramentum: tunc enim sufficit exprimere causam principalem, & actum ministri, qñ nihil contrarium ueritati sacramenti exprimitur.

¶Ad dubium contra conclusionem, propter obiecta a Petro de Palude, respondendo dicitur ad primam obiectionem, quòd non est simile de sacramento matrimonij, & sacramento baptismi: quia sacramentum matrimonij fundatur super matrimonio, ut est officium naturæ, & propterea quæcumque sufficiunt ad efficiendum coniugium uerum, ut est in officium naturæ, sufficienter etiam se habent ad suscipiendam sacramentalitatem coniugij. Et quoniam non refert ad coniugium, ut est naturæ officium pluraliter, uel singulariter dicere, immo, siue uerbis, siue solis nutibus consensum exprimere, ideo sacramentum matrimonij uere susciperetur, si pluraliter dicerent, Accipimus te in virum nostrum, supposita pluralitate uxorum: sicut etiam vere contrahitur sine verbis. Secus autem esse de baptismo ratio cogit, quia baptismus non potest distingui in officium naturæ, & in sacramentum, sed est tantummodo sacramentum. Et hinc est etiam, quòd non potest nominatio Trinitatis suppleri per nutus baptizando. Ex eo enim, quòd purum sacramentum est, oportet seruare ea, quæ pro sacramento sunt instituta ab ipso Christo, scilicet aquam, & uoces significatiuas Trinitatis.

¶Ad secundam vero obiectionem conceditur, quòd magis explicaretur unitas baptismi, dicendo, Nos te baptizamus, nisi implicaretur pluralitas contraria ueritati ministri.

¶Et ad confirmationem dicitur, quòd a duobus dicentibus, Ego te baptizo, exprimitur unitas actus vniuscuiusque eorum ex hoc ipso, quòd quilibet diceret singulariter, baptizo: hoc enim unitatem actus importat.

¶Ad tertium dicitur, quòd duo Officiales insolidum in potestate sua habent, quòd possint ad vnum actum concurrere: & ideo possunt dicere, Nos facimus unum pro utroq; loquente: sed ministri sacramentorum non habent hoc in potestate sua, ut possint ad vnum omnino actum baptismi concurrere: quod ex eo coniunctitur, quòd non possunt ad unam, & eandem numero formam concurrere: sed oportet vtrumque suam formam exprimere, siue dicendo, Nos te baptizamus: siue Ego te baptizo, vt ipsi aduersarij fatentur.

¶Ad quartam demum obiectionem dicitur, quòd ex hoc, quòd plurale non est nisi singulare geminatum, non euaditur, quin dicendo, nos significetur pluralitas personarum: quæ (ut dictum est) contrariatur ueritati ministri. Nam dicendo, Nos baptizamus sensus est, non quòd bis ego, sed quòd duo ego, hoc est persona mea, & psona collegæ mei: ambo enim demõstramur in prima persona per ly nos. Et uera expositio exercens ly nos, est demonstratio vtriusq; in prima persona, puta ego, & alter ego, mõstrato collega. Vel adamussim dicendo, ego: & collega subiungeret, & ego: sic enim exerceremus significatum per ly nos. Sicut dicendo in nominatiuo plurali, uos, non significatur bis tu, sed significantur duo tu: significantur enim demonstratis duobus, tu, & tu. Et hoc est plurale esse singulare geminatum. Ex quibus omnibus apparet manifeste, quòd huiusmodi geminatio singularis in plurali ponit multitudinẽ personarum, quæ excluditur per vnitatem singularis. Et propterea in nullo adiuuat arguentem: sed Authorem dicentem, quòd per hoc variatur forma, & exprimitur pluralitas contraria ueritati, & unitati ministri.

¶Cum his omnibus tamen scito, quòd si quis proprie deferens dignitati etiam in sacris, uolens numero plurali se, suosque actus significare, dixerit, Nos te baptizamus in nomine Patris, & Filij, &

¶Ad Spiri-

Spiritussancti, perfectum esset sacramentum baptismi, quoniam ex accommodatione vsus personę excellentes vtuntur plurali pro singulari: sic per hoc ex huiusmodi vsus accommodatione huiusmodi nomina, & verba in plurali numero significant singulares personas, & singulares actus excellentium personarum, quamuis hoc non significent ex propriæ significationis impositione.

¶ Ad dubium de insufficientia processus literæ, rñdetur nõ esse Authorem diminutum, sed in suo processu comprehendisse etiam quid dicẽdum sit sm formam Græcorum. Et hoc in suo simili: declarando enim, ꝙ non mutata forma, plures simul totum dicẽdo, & faciendo possunt vnum baptizare sufficienter declarauit, quòd etiam secundum formam Græcorum hoc fieri potest utroque ministro abluente, & dicente, Baptizetur seruus Christi, &c.

¶ Ad penultimam demum q̃õnem magis physicam quàm theologicam, dr ꝙ vnitas effectus sequitur vnitatem virtutis a qua causatur. Et propterea distinguendum est de causis eiusdem rationis simul concurrentibus, aut agunt virtutibus proprijs, aut agunt virtute tertij: & dicendum, ꝙ si sunt causæ agentes virtutibus proprijs, impossibile est a duabus eiusdem rõnis totalib. causis omnino unũ, & eiusdem per se prouenire effectum, qm̃ effectus ille esset per se ab vtraque, & a neutra. Si vero agunt virtute tertij, potest vnus, & idem omnino effectus ab vtraque prouenire, uel rectius loquendo, per vtramque a tertio prouenire. Et quia sacramenta non agũt virtutibus proprijs, sed virtute Christi, qui per illa operatur, ideo quocumque instrumentales causæ eiusdem rationis perfectæ, seu totales concurrere inueniantur, simul in unum operatum, vnica virtus Christi per illa unum operatur effectum, quàmuis illæ instrumentales causæ quantum in se est, duos sortirentur effectus. Et propterea diximus, & dicimus, quòd Christus ex suæ potestatis excellentia potest simul uti duobus instrumentis totalibus, vt uno, & de facto sic uteretur in casu proposito. Nec obstat huic responsioni doctrina superius habita de virtute existente in sacramentis: oportet enim esse memorem, virtutem illam nihil aliud esse quàm vsum uerborum, & rerum sacramentalium ad producendum sacramenti effectum. Vsum autem dico, non cuiuscumque vtentis, sed Christi, vt superius declaratum est. Quomodo autem soluenda esset quæstio hæc a ponentibus in sacramento superadditam, qualitatis virtutem, ipsi viderint: immo hinc perpendant se a veritate procul esse, si non poterant intellectui satisfacere in hac quæstione absque miraculis.

¶ In responsione ad secundum aduerte, quòd si baptizãdo plures, non intercederet alia mutatio, quam dicere, Baptizo vos, non videretur magna ad hoc necessitas exigi: quoniam ex solo concursu multorum videmus Romanam Ecclesiam mutare formam de singulari in pluralem, quando ordinantur diaconi plures simul, dicit enim tunc Episcopus, Accipite potestatem, &c. Sed quoniam baptizatio simul plurium non fit communiter per immersionem, sed per aspersionem, ideo ad tot mutationes faciendas magna exigitur necessitas.

¶ In responsione ad tertium, aduerte tria hic ad sensum literæ. Primum est: quòd baptizare sumitur secundum plures significationes: quandoque enim sumitur secundum propriam significationem, & tunc significat abluere: quandoque uero sumitur extensa significatione pro integro, sacramẽto, quasi idem sit baptizare, quod sacramentum conferre. Et iuxta hunc sensum dicitur in hac litera, quòd neuter baptizaret. Secundum est, quòd Author loquitur hic de baptismi forma apud latinam Ecclesiam, cum dicit, Nulla forma verborum &c. Tertium est, quod locutio pluralis in prima persona potest dupliciter exponi per duas singulares: uel per modum copulatiuæ, vel copulatim. Et quando exponitur per modum copulatiuæ, habet utramque singularem seorsum ueram. Verbi gratia, dicendo, nos trahimus nauem, habet ex ore cuiuslibet demonstrati per ly nos, suam singularem ueram, puta, ego traho nauem, & ego traho nauem, & sic de alijs trahentibus. Et iuxta hunc sensum procedit in litera, dicendo, quòd neuter baptizaret: hoc est, neuter posset uere dicere, ego te baptizo, & similiter neuter scribentium partem libri, posset vere dicere, ego scripsi hunc librum. Quando vero copulatim exponitur, non exigitur quod aliqua singularis sit vera immo stat vtramque singularem fore falsam. Verbi gratia. Si iudices delegati simul, ita ꝙ ambo simul, & neuter sine altero possit iudicare, proferendo sententiam, vere dicerent, Nos iudicamus. Et verum esset, quòd ego, & alter ego coniunctim, iudicamus: falsa tamen esset utraque singularis, puta, ego iudico, quia in ueritate ego iudicandi potestate careo. Et iuxta hunc sensum posset dici, Nos te baptizamus, in casu posito, quia de utraque simul coniunctim, uerificaretur quòd conferunt sacramentum baptismi, quàmuis neuter conferret illud. Et certe quantum est ex veritate formæ, posset unus in articulo necessitatis baptizari a duobus, quorum alter esset mutus, & alter esset mancus, muto abluente, & manco proferente verba, ad euitandos omnes scrupulos, secundum formam Græcorum, & dicente, Baptizetur seruus Christi &c. Tunc enim nullum penitus apparet inconueniens ex parte formæ in ministrorum pluralitate, Auctor autem, quia tenet, plures personas non posse integrare ministrum baptismi vnius, ideo dicto transcursu fuit contentus. Videtur autem, quòd in tali casu potius pro baptismo iudicandum esset, quàmuis difficile sit, quin mancus posset etiam abluere. posset enim super caput habere modicum aquæ, quam inclinando caput effunderet super baptizando, & simul proferret verba, & in hoc posset mutus adiuuare, sustinendo vas in capite manci, ne caderet, cum ille inclinaret caput: immo, & manus muti plenæ aqua positæ super caput manci, supplere vicem vasis: ita tamen quòd motus capitis manci esset effusiuus aquæ.

¶ Et hæc sufficiant etiam pro duobus sequentibus articulis.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum in baptismo requiratur aliquis, qui baptizatum leuet de sacro fonte.*

57 Inf. arti. 8. ad 1.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd in baptismo non requiritur aliquis, qui baptizatum de sacro fonte leuet. Baptismus.n. noster per baptismum Christi consecratur, & ei conformatur: sed Christus baptizatus non est ab aliquo de fonte susceptus, sed sicut dicitur Matth. 3. Baptizatus Iesus confestim ascendit de aqua. ergo videtur quòd nec in aliorum baptismo requiratur aliquis, qui baptizatum de sacro fonte suscipiat.

¶ 2 Præt. Baptismus est spiritualis regeneratio, ut dictum est: * sed in carnali generatione non requiritur nisi principium actiuum, quod est pater, & principium passiuum, qđ est mater. igitur cum in baptismo locum patris obtineat ille, qui baptizat, locum autem matris, ipsa aqua baptismi, (vt August. * dicit in quodam sermone Epiphaniæ) videtur quòd non requiratur aliquis alius, qui baptizatum de sacro fonte leuet.

* Ar. 3. huius quæst.

* In ser. 1. Dominicæ intra octa. Epiph. tomo 10.

¶ 3 Præt. In sacramentis Ecclesiæ, nihil derisorium fieri debet: sed hoc derisorium videtur, quòd adulti baptizati, qui seipsos sustentare possunt, & de sacro fonte exire, ab alio suscipiantur. ergo videtur quòd nõ requiratur aliquis, præcipuè in baptismo adultorum, qui baptizatum de sacro fonte leuet.

SED CONTRA est, quòd Dion. * dicit 2. c. Cęl. hier. ꝙ sacerdotes assumentes baptizatum, tradunt eum adductionis susceptori, & duci.

* C. 2. par. 2. decim. ad fin.

RESP. Dicendum, ꝙ spiritualis regeneratio, quæ fit per baptismũ, assimilatur quodammodo generationi carnali. vnde dicitur primæ Petri secundo, Sicut modo geniti infantes rationabiles, & sine dolo, lac concupiscite. In generatione autem carnali paruulus nuper natus, indiget nutrice, & pedagogo. Vnde, & in spirituali generatione baptismi requiritur aliquis, qui fungatur vice nutricis, & pedagogi, informando, & instruendo eum, quasi nouitium in fide de his, quæ pertineant ad fidem, & vitam Christianam: ad hoc prælati ecclesiæ vacare non possunt circa communem curam populi occupati: paruuli enim, & nouitii indigent speciali cura præter communem, & ideo requiritur ꝙ aliquis suscipiat baptizatum de sacro fonte, quasi in suam instructionem & tutelam, & hoc est quod Diony. * dicit vlt. ca. Cœlest. hierar. Diuinis nostris ducibus (idest Apostolis) ad mentem venit, & visum est suscipere infantes secundum istum sanctum modum, quòd naturales pueri parentes, traderent puerum cuidam docto in diuinis pedagogo, & reliquum sub ipso puer ageret, sicut sub diuino patre, & saluationis sanctæ susceptore.

Sen. 4. s. d. 4. q. vni. ar. 7.

* C. 7 eccl. hierar. non multũ procul a fine.

SVP. Q. VIII.

Aliàs 67. Art. VII.

COncl. Requiritur: quòd aliquis suscipiat baptizatũ de sacro fonte quasi in suam instructionem, & tutelam.

¶ PROB. 1. Quia nuper baptizati sunt, sicut modo geniti infantes. 1. Petr. 2. Et infans modo natus in carnali generatione, cui assimilatur baptismus, indiget nutrice ac pedagogo (ut patet). Secundò quia D. Dionysius cap. vlt. Ecclesiast. hier. hanc cõclusionem insinuat.

Primum

1m de maiori. Ei cõformatur. R. Excepto quòd Christus est baptizatus, non vt regeneraretur: nos autem baptizamur, ut regeneremur. §. Tunc nihil &c. Licet enim illi, qui generant alios, qualis est Christus dum baptizatur, non indigeant pedagogo tanquam paruuli (in cuius signum Dominus baptizatus statim p seipsum ascẽdit de aqua;) tamen illi, recenter generantur, quales sunt puri homines nup baptizati, indigent pedagogo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus non est baptizatus, vt ipse regeneraretur, sed vt alios regeneraret, & ideo post baptismũ non indiguit pedagogo tanquam paruulus.

2m de minori. Non requiritur. R. De necessitate absoluta. §. Tunc nihil &c. Nam articuli conclusio intelligit de bene esse, quãdo dicit; quòd requiritur, quod aliquis suscipiat, &c. Sic autem etiam requiritur in generatione carnali. Ad facilem enim partum, & educationem pueri, &c. vt in textu.

AD SECVNDVM dicendum, q in generatione carnali non requiritur ex necessitate, nisi pater, & mater: sed ad facilem partum, & educationem pueri conuenientem, requiritur obstetrix, & nutrix, & pedagogus, quorum uicem implet in baptismo ille, qui puerum de sacro fonte leuat: vnde non est de necessitate sacramenti: sed vnus solus põt in aqua baptizare, necessitate imminente.

AD TERTIVM dicendũ, q baptizatus non suscipitur a patrino de sacro fonte pp imbecillitatem corporalem: sed propter imbecillitatem spiritualem, vt dictum est.*

3m maior. In sacramẽtis ecclesiæ nihil derisorium fieri debet. R. Immo neque fit: si fiat modo illo, & accipiatur in sensu illo, quo ecclesia tale quid fieri statuit. § Tunc nihil &c. Nam minor est falsa: quoniam sensum ecclesiæ sic illud statuentis non attingit. Baptizatus.n. adultus non suscipitur (ut puta bat argumentum) a patrino de sacro, &c. vt in tex. Ex quo, a simili, vniuersaliter dic: quòd non tantum de illis, quæ in sacramẽtis ecclesiæ fiunt, verificatur responsum formale datum, sed etiã de omnibus absolutè, quæ in pertinentibus ad ecclesiam ex statutis ecclesiæ fiunt. Hinc vlterius, amplissime concludendo, inferas: quòd Ecclesia catholica de suis ritibus approbatis, ceremonijs, consuetudinibus, atque statutis (speciatim verò de ijs, quæ ab ipsius ministris in templis, Missis, canticis, &c. fieri mandat) potest proportionaliter re vera dicere illud Prou. 8. Iusti sunt omnes sermones mei. Non est in eis prauum quid; neque peruersum. Recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam. Ex quibus scripturæ dictis, & sic (ut decet) applicatis, subinferendum vtique est: q illi, qui prauum quid, aut peruersum, aut nõ æquum, aut non rectum, & consequenter derisorium, dicunt esse in sic prædictis ecclesiæ ritibus, ceremonijs &c. ij pro certo neque intelligunt, neque inueniunt scientiam, & per consequens pereunt in sua insipientia.

Semp memorandũ.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, Papa, & concilijs: q requiritur aliquis, qui baptizatum de sacro fonte leuet. A scripturis quidem per hoc, quòd dicitur Matth. 28. Docete omnes gentes, baptizantes eos &c. docentes eos seruare omnia, quæcumque mandaui vobis. Ecce: quòd postqu: m aliquos baptizauerint, tenentur docere eosdem mandata Dei, quæ seruent (cõtra hæreticos aliquosq; alios solum baptismum, abiq: obseruatione omnium mandatorum Christi, ad salutem sufficere cõtendentes.) Ex eo enim, quòd baptizãtes non facilè possunt per seipsos exequi hoc, intelligimus: q Christus in illo præcepto ad Apostolos, intendebat, quòd ipsi per alios etiã possent exequi illud de doctrina erga iam baptizatos. Hi verò, per quos illud executioni mandare intendunt sacerdotes erga a se baptizatos, vocantur patrini: & hi sunt, qui baptizatum de sacro fonte leuant. Ac si ergo ibi ad sacerdotes apertè dixisset Christus. Docete gentes: (hic est præuius cathechismus) antequàm baptizetis eas, & postea easdem baptizatas instruite adhuc eas, siue per vos siue per patrinos, de doctrina Christiana; cui seruandæ per baptismum se obligauerunt. A Papa Leone item idipsum in principio dictum insinuatur, in quodam suo decreto sic. Non plures ad suscipiendum de baptismo infantem accedant, quàm vnus, siue vir siue mulier. In confirmatione quoque idipsum faciant. Hæc ibi: & recitantur, De consecr. distin. quarta. Item ab Higinio Papa. In cathechismo, & in baptismo, & in confirmatione, vnus patrinus fieri potest; si necessitas cogit: non est tamen consuetudo Romana, sed vt per singulos singuli suscipiant. Hæc ille: & recitantur, De consecr. distinct. ead. A Concilio Triden. etiam sess. 24. de reform. matrim. cap. secundo. Sancta synodus statuit: ut vnus tantum siue vir, siue mulier (iuxta sacrorum canonum instituta) uel ad summum vnus & vna baptizatum de baptismo suscipiant. Et infra. Parochus, antequàm ad baptismum conferendum accedat, diligenter ab ijs ad quos spectabit, sciscitetur: quem, vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant, &c. Quòd si alij, vltra designatos, baptizatum tetigerint; cognationem spiritualem nullo pacto contrahant. Hæc ibi. Item a Concilio Magotiensi. In baptismate, vel in chrismate, non potest alium suscipere in filiolum ipse, qui non est baptizatus, vel confirmatus. Hæc illud: & recitantur in De consecr. distinct. quarta. Item a Concil. Antisiodorensi. Non licet Abbati, uel monacho: de baptismo suscipere filios, nec commatres habere. Hæc illud: quæ recitantur in De consecr. distin. ead. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

*In cor. a

---

SVP. QVAES. VIII. Aliàs 67. Art. VIII.

COncl. Ille, qui suscipit aliquem de sacro fonte, obligatur ad habendum curã de ipso; si necessitas immineret, quæ est duplex.

58 Inf. q. 71. art. 1. ad 2. E: 4 dis. 6. q. 2. art. 2. q. 3. cor. & ad 3.

¶ Prob. Quia suscipiens aliquem de sacro fonte assumit sibi officium pedagogi (ut patet ex artic. 7.) & vnusquisq; obligatur ad exequendum officium, qđ suscipit (ut patet ex terminis). Secũda autem pars. 1 si necessitas, &c. probatur. Quia si baptizati, uel apud infideles nutriuntur; uel etiam apud parentes fideles, sed circa talium filiorum instructionem negligentes: tunc præcipue patrini hoc quomodocumque scientes, tenentur saluti spiritualium filiorum curam impendere.

*Li. 8. Eth. c. 12. circa med. & ca. 11. nõ longe a princ. 30 q. 1. ca. Peruenit, & ca. dictũ est. *Ar. præc.

Pri-

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum ille, qui aliquem leuat de sacro fonte, teneatur ad eius instructionem.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Vr q ille, qui suscipit aliquem de sacro fonte, non obligetur ad eius instructionẽ: quia nullus põt instruere nisi instructus: sed & quidam non instructi, sed simplices admittuntur leuare aliquem de sacro fonte. ergo ille qui suscipit baptizatum, nõ obligatur ad eius instructionem.

¶ 2 Præt. Filius magis potest a patre instrui, quàm ab alio extraneo: nam filius habet a patre esse, & nutrimentum, & disciplinam, vt Phil.* dicit in 8. Ethic. si ergo ille, qui suscipit baptizatum, teneretur eum instruere, magis esset cõueniens, quòd pater carnalis filium suum de baptismo susciperet, quàm aliquis alius: quod tamen videtur esse prohibitũ, vt habetur in Decr.* 30. q. 1. peruenit. & dictum est.

¶ 3 Præt. Plures magis possunt instruere quàm vnus solus. Si ergo ille, qui suscipit aliquem baptizatum, teneretur eum instruere, magis deberent plures suscipere quàm vnus solus, cuius contrarium habetur ex Decr.* Leonis Papæ. Non plures, inquit, ad suscipiendum de baptismo infantem, quam vnus accedant, siue vir, siue mulier.

1m de minori. Etiam simplices admittuntur leuare aliqpem de sacro fonte. R. Qñ non imminet periculũ circa debitam instructionem

*Loco cita to i arg. 2.

SED CONTRA est, quòd Aug.* dicit in quodam sermone paschali, Vos ante omnia tam viros quàm mulieres, qui filios in baptismate suscepistis, moneo, vt vos cognoscatis fideiussores apud Deum extitisse pro illis, quos visi estis de sacro fonte suscipere.

* Hoc dictũ Augu. refert de consec. dis. 4. cap. Eos ante oia.

RESPON. Dicendum, vnusquisq; obligatur ad exequendum officium, quod accepit. Dictum est autem, q ille, qui suscipit aliquem de sacro fonte, assumit sibi officium pedagogi: & ideo obligatur ad habendam curam de ipso, si necessitas immineret sicut eo tempore, & loco, in quo baptizati inter infideles nutriuntur: sed vbi nutriuntur inter catholicos Christianos, satis possunt ab hac cura excusari, præsumendo, quòd a suis parentibus diligenter instruantur. Si tamen quocumque modo sentirent contrarium tenerentur secundum suum modum, saluti spiritualium filiorum curam impendere.

*Ar. præc.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd ubi immineret periculum

ctionem baptizati. §. Puta, quando non occurrit aliqua illarum necessitatum; de quibus in conclusione cum probatione dictum est. Tunc nih. &c. Nam eo loco, & tempore, in quo immineret periculum; oporteret, patrinum esse aliquem doctum in diuinis; vt Diony. dicit: Et hoc, quia obligatur, &c. (ut in artic. conclusione.)

2^m de antecedente. Instrui. R. Instructio ne patri carnali appropriata. §. De qua & Philosophus in argumento adductus loquitur, & Apost. ad Hebr. 12. Tunc nihil &c. Nã instructio conueniens patri spirituali, de qua cõclusio articuli intendit in ly ad habendum curam de ipso, est alia. i. differens ab instructione prædicta (vt patet ex Hebr. 12. & appen. art. 7. appen. artic. præsenti.): & ideo alius debet esse pater, &c. ut in tex.

*C. 7. eccl. hier. non multũ procul a fine.

*Refert de consec. dist. 4. c. in baptismate.

*Ar. præc.

riculum, oporteret esse aliquem doctum in diuinis, sicut Diony. * dicit, qui baptizatum de sacro fonte susciperet: sed ubi hoc periculum nõ imminet propter hoc, quod pueri nutriuntur inter catholicos, admittuntur quicumque ad hoc officiũ; quia ea, quę pertinent ad Christianam vitam, & fidem, publice omnibus nota sunt, & tamen ille, qui non est baptizatus, non potest suscipere baptizatum, vt est declaratum in Concilio Maguntino, * licet non baptizatus possit baptizare, quia persona baptizantis est de necessitate sacramenti, non autem persona suscipientis, sicut dictum est. *

3^m antecedens. Plures magis possunt instruere, quàm vnus solus. R. Si tamen inter ipsos vnus sit principalis instructor. §. Nam confusio disciplinæ esset, &c. ut in tex. Tunc nihil &c. ut patet ibid. Pro dictorum hic & in argum. notitia pleniori, quò ad numerum patrinorum, vide art. 7. in appen. ex Concilio Trid.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, & Aug. quòd susceptor baptizati de sacro fonte obligatur ad eius instructionem. A D. Aug. quidẽ: vt est in argum. contr. Vt uerò melius a te intelligatur sensus inclusus in ly fideiussores pro illis; audi sequentia ex eodem. Subinfert enim Beatus Aug. mox dicens. Ideoq; semper eos admonete: ut castitatem custodiant, iustitiam diligant, charitatem teneant; ante oĩa symbolum & orationem dñicam, & uosipsi tenete, & illis, quos accepistis de sacro fonte, ostendite. Hæc ille: ut recitantur in De consecr. dist. 4. cap. nos ante omnia. Hinc, quia. s. patrinus est fideiussor pro filio spirituali talis, qualem depinxit. B. Aug. & etiam scriptura sacra (ut nunc dicetur) factum est: ut ecclesia statuerit, quòd non baptizatus. i. qui non est vere fidelis, non suscipiat in filiolum aliquẽ in baptismo: seu non sit patrinus. Vide art. 7. appen. Cõcilium Magontinẽse. Cũ. n. infidelis, siue sit hæreticus, siue Iudæus, siue paganus, non teneat symbolum fidei. 2. 2. q. 5. articu. 3. quod tamen ante omnia tenentur patrini tẽpore opportuno docere filios suos spirituales: quomodo poterit infidelis ipse esse talis fideiussor? A scripturis autem insinuatur per hoc, quòd tanquàm ad patrinos dicitur Matth. 28. docentes eos seruare omnia, quæcumq; mandaui vobis. Hoc est. A sacerdotibus baptizatos, quos in filios tunc eos de baptismo leuantes suscepistis, docete doctrinam Christianam. De quo plenius vide eundem locum Matth. expositum art. septimo, appen. Ex his omnibus patet esse verissimum illud Cõcilij Trid. sess. septima, de baptismo cano. 7. Si quis dixerit; baptizatos per baptismum ipsum solius tantum fidei debitores fieri, non autem vniuersæ legis Christi seruandæ: anathema sit. Hæc ibi. Ideo enim patrini ad filios instruendos de prædictis astricti sunt; quia filij sic per baptismum ad prædicta seruanda obligati fuerunt: ita vt ista sit demonstratio ab effectu ad causam. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut est alia generatio spiritualis a carnali, ita etiam debet esse alia disciplina, secundum illud Hebr. 12. Patres quidẽ carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos, non multo magis obtemperabimus Patri spirituum, & viuemus? & ideo alius debet esse pater spiritualis a patre carnali, nisi necessitas contrarium exigat.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd confusio esset disciplinæ, nisi esset vnus principalis instructor, & ideo in baptismo vnus debet esse principalis susceptor: alii tamen possunt admitti, quasi coadiutores.

# QVÆSTIO IX. Aliàs 68.

*De suscipientibus baptismum, in duodecim art. diuisa.*

DEINDE considerandum est de suscipientibus baptismum.

Et circa hoc quæruntur duodecim.

¶ Primo, Vtrum omnes teneãtur ad suscipiendũ baptismũ.
¶ Secundo, Vtrum aliquis possit saluari sine baptismo.
¶ Tertio, Vtrum baptismus sit differendus.
¶ Quarto, Vtrum peccatores sint baptizandi.
¶ Quinto, Vtrum peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria.
¶ Sexto, Vtrum requiratur confessio peccatorum.
¶ Septimo, Vtrum requiratur intentio ex parte baptizati.
¶ Octauo, Vtrum requiratur fides.
¶ Nono, Vtrum pueri sint baptizandi.
¶ Decimo, Vtrum pueri Iudæorum sint baptizandi, inuitis parentibus.
¶ Vndecimo, Vtrum aliqui sint baptizandi in maternis vteris existentes.
¶ Duodecimo, Vtrum furiosi, & amentes sint baptizandi.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum omnes teneantur ad susceptionem baptismi.*

59
Inf. q. 70. art. 2 ad 3. & 4. dist. 4. q. 3. arti. 3. q. 2. co. & ad 3. Et di stin. 6. q. 2. art. 1 q. 1. co. Et 4 con. c. 72.

Per. 4. cont. c. 71. Sot. 4. s. d. 5. q. vni. ar. 1. Cap. 4. d. 5. q. 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non teneantur omnes ad susceptionem baptismi. Per Christum enim non est hominibus arctata via salutis: sed ante Christi aduentum poterant homines saluari sine baptismo. ergo, & post Christi aduentum.

¶ 2 Præt. Baptismus maximè uidetur esse institutus in remedium peccati originalis: sed ille, qui est baptizatus cum non habeat originale peccatum, non videtur quòd possit illud transfundere in prolem. ergo filii baptizatorum non videntur esse baptizandi.

¶ 3 Præt. Baptismus datur ad hoc, quòd aliquis per gratiam a peccato mundetur: sed hoc consequuntur illi, qui sunt sanctificati in vtero, sine baptismo. ergo non tenentur ad suscipiendum baptismum.

SED CONTRA est, quòd dicitur Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto non potest introire in regnum Dei, & in lib. de eccl. * dogmatibus dicitur, Baptizatis tantum iter salutis esse credimus.

RESP. Dicendum, quòd ad illud homines tenentur, sine quo salutem consequi non potest. Manifestum est autem, quòd nullus potest salutem consequi, nisi per Christum. vnde & Apost. dicit Rom. quinto. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, sic, & per vnius iustitiam, in omnes homines in iustificationem vitæ. Ad hoc autem datur baptismus, vt aliquis per ipsum regeneratus, incorporetur Christo factus membrum ipsius. vñ dicitur Gal. 3. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. vnde manifestum est, quòd omnes ad baptismũ tenentur, & sine eo non potest esse salus hominibus.

* In lib. de eccl. dogma. c. 14. & 74. Habetur inter op. Aug. to. 3.

SVPER Q. IX. Alias 68. Art. 1.

COncl. Manifestũ est: quòd omnes ad baptismum tenentur, & sine eo non põt esse salus hominibus.

¶ PROB. Quia manifestum est, quòd ad illud homines tenentur, sine quo salutem consequi non possunt: & manifestum est, quòd nullus põt, salutem consequi, nisi Christo incorporetur tanquàm factus viuum membrum eius (Ex Rom. 5.) quod fit per baptismum, ita. s. vt sine eo fieri non possit (Ex Gal. 3.)

1^m minor. Ante Christi aduentum poterant homines saluari sine baptismo. R. Non tamen poterant saluari sine fide,

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd numquam homines potuerunt saluari etiam ante Christi aduentum, nisi fierent membra Christi: quia, vt dicitur Act. quarto, non est aliud nomen datum hominibus, in quo opor-

de, cuius baptismus est sacramentum. §. Tunc nihil &c. Ideo enim articuli conclusio dixit, quòd baptismus est necessarius, quia per ipsum nunc incorporamur Christo: ita quod si posset quis incorporari Christo sine baptismo, tunc baptismus non esset homini necessarius. Quia igitur homo poterat ante eius aduentum incorporari ei sine baptismo: hinc fiebat, quòd baptismus non erat tunc necessarius. Nam ante aduentum Christi homines Christo incorporabantur per &c. ut in text. Ex quo patet: quòd eadem est fides, qua semper homines à principio mundi vsque ad finem incorporant Christo; sed non est idem signum ipsius fidei protestatiuum. Prius enim oblatio sacrificiorũ voluntariorum. i. iuxta voluntatis vniuscuiusque deuotionẽ pro illo tũc determinatorũ, deinde circũcisio, postmodum baptismus, fuit talis protestationis signum: qui baptismus, licet cætera duo signa desierint, semper vsque ad consummationem sæculi necessarius pro fidei protestatione durabit. Vide ar. 2. appen. Concilium Triden. qd dicat de baptismo, & fide sess. 6. cap. 7.

*L. 4. Mor. ca. 2. circa med.

*p. 1. q. 81. ar. 3. ad 2.

teat nos saluos fieri: sed ante aduentum Christi, homines Christo incorporabantur, per fidem futuri aduentus: cuius fidei signaculum erat circũcisio, ut Apost. dicit Rom. 4. antè verò quam circuncisio institueretur, sola fide (vt Greg.* dicit) cum sacrificiorum oblatione, quibus suam fidem antiqui patres profitebantur, homines Christo incorporabantur. Post aduentum etiam Christi, homines per fidem Christo incorporantur, secundum illud Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris: sed alio signo manifestatur fides rei iã præsentis, quàm demonstraretur, quando erat futura: sicut etiam aliis uerbis significatur præsens, præteritum, & futurum. Et ideo licet ipsum sacramentum baptismi non semper fuerit necessariũ ad salutem: fides tamen cuius baptismus sacramentum est, semper necessaria fuit.

AD SECVNDVM dicendum, quòd (sicut in 2. parte dictum est*) illi,

2^m minor. Ille, qui est baptizatus, cum nõ habeat originale peccatum, non vr: quòd possit illud transfundere. B. Si generaret, fm quòd non habet peccatum originale. §. 1. fm spiritũ. Tunc nihil &c. Nam manifestum est; quòd homo, etiam baptizatus, non generat generatione carnali fm &c. vt in tex. Quem adhuc totum melius intellige, si videris. 1. 2. q. 81. art. 3. ad secundum, & si audieris. B. Aug. in lib. de baptismo paruulorum dicentem. Per baptismum Christi id agitur, vt caro peccati euacuetur. Non autẽ sic euacuatur, ut in carne concupiscentia innata non sit; sed ne obsit. Hæc ibi: vt recitantur in De consecr. dist. 4. Item in eod. lib. Sicut in tempore circuncisionis, qui de circuncisio nascebatur, fuerat circuncidendus: sic nũc, q. de baptizato nascit, erit baptizandus. Sacrm. n. baptismi est sacrm regenerationis. Quare, sicut quòd non vixerit, non potest mori: ita qui natus non fuerit, non potest renasci. Ex quo conspicitur: neminem in suo parente potuisse renasci, cum nondũ sit natus. Hæc ibi: quæ & recitantur in De consecr. dist. 4. c. si baptizata est caro. Ad textus etiam præsentis responsionem clarificandam facit exemplum de frumẽto: q. s. ex frumẽto puro. i. absque palea, nascitur frumentum impurum. i. cum palea. Sic & ex mundo parte scilicet absque originali peccato, nascitur filius immundus. i. cum peccato originali.

3^m de maiori. Ad hoc, quòd aliquis per gratiam a peccato mundetur. B. Et ad hoc: quòd per characterem Christo configuretur, aliisque membris eius conformetur. §. Erat ergo manca propositio illa maior. Tunc ni. &c. Nam illi, qui sunt sanctificati in vtero &c. vt in tex.

qui baptizantur, renouantur per baptismum secundum spiritum, corpus tamen remanet subiectum vetustati peccati: secundum illud Roman. 8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero viuit propter iustificationem. Vnde, & Aug.* probat in lib. contra Iulianum, quòd non baptizatur in homine, quicquid in eo est. Manifestum est autem, quòd homo non generat generatione carnali secundum spiritum, sed secũdum carnem, & ideo filii baptizatorũ, cũ peccato originali nascuntur: vnde indigẽt baptismo.

AD TERTIVM dicendum, quòd illi, qui sunt sanctificati in vtero, consequuntur quidem gratiam emendantem a peccato originali: non tamen ex hoc ipso consequuntur characterem, quo Christo configurentur, & propter hoc, si aliqui nũc sanctificarentur in vtero, necesse esset eos baptizari, ut per susceptionem characteris, aliis membris Christi conformarentur.

APPENDIX.

EX art. habes primò quõ p rõnem intetimas hæresim Brentij dicẽtis: baptismũ sacramentũ esse liberũ. Hoc est. Homines non teneri ad suscipiendũ illud. Et hęresim Alascani dicentis: baptismum esse penitus reijciendũ. Secundò habes: quõ p rationem ostendas; illas meritò damnari a Cõcilio Triden. sess. 7. de bapt. cano. 5. Si quis dixerit; Baptismum liberum esse, hoc est, nõ necessarium ad salutem: anathema sit: Hæc ibi. Item a Ioan. 3. Nisi quis renatus, &c. ut in argu. cõtr. Item ab Ecclesiastic. dogmat. ut ibidem. Item a Concilio Florent. Primum omnium sacramentorum locum tenet sanctum baptisma, quod vitæ spiritualis ianua est: per ipsum enim membra Christi, ac de corpore efficimur ecclesiæ. Et cum per primum hominẽ mors introierit in vniuersos, nisi ex aqua & Spiritusancto renascamur, non possumus (ut inquit veritas) in regnum cœlorum introire. Hæc ibi. Item a Marc. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Hoc est. Qui verò non crediderit, & baptizatus non fuerit; condemnabitur. Vnde Sanctus Ambrosius, quasi id exponens, lib. secundo de vocatione gent cap. octauo, dicit. Neque credi fas est; eos, qui regenerationis non adepti sunt sacramentum, ad vllum beatorũ pertinere consortium. Et D. August. quasi eundem locum interpretatus, lib. De origine animæ, scriben. ad B. Hieronymum ait. Neque negare fas est nobis: eas, etiam paruulorum, animas, quæ sine Christi sacramento de corpore exierunt, non nisi in damnationem trahi. Hæc ille. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

*Li. 6. ca. 6. a med. ad fin. to. 7.

3

---

Ferr. 4. cont. c. 72.
Scot. 4. s. d. 4. q. 6.
Richar. 4. s. d. 4. q. 3.
Duran. 4. s. d. 6. q. 2.
Sot. 4. s. d. 5. q. vni. ar. 2.

60

1. 2. q. 113. art. 3. ad 1. Et 4. d. 4. q. 3. ar. 3. q. 2. co. & ad 3. Et 4. cõ c. 72. Et quo lib. 2. Et quol. 3. ar. 4. Et Io 6. Lec. 7. C. 74. to. 3.

SVP. QVAEST. IX. Aliàs 68. Art. II.

CONCL. 1. Hi, quib. & re simul, & voto, deest baptismus, salutem assequi non possunt.

¶ PROB. Quia tales nec sacramẽtaliter, nec mentaliter, incorporantur Chro (ut patet ex terminis): Et per incorporationem ad Chrm põt solummodo esse salus (ut patet ar. 1. corp. item ad primum.)

¶ CONCL. 2. Ille, cui sacramentum baptismi deest re, sed non uoto, potest sine actuali baptismo salutem consequi.

¶ PROB.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum sine baptismo aliquis possit saluari.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr quòd sine baptismo nullus possit saluari. Dicit. n. Dñs Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei: sed illi soli saluantur, qui regnum Dei intrant. ergo nullus põt saluari sine baptismo, quo aliqs regenerat ex aqua & Spiritusancto.

¶ 2 Præt. In lib.* de Ecclesiasticis dogmatibus dr, Nullum catechumenum; quamuis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere credimus excepto martyrio, vbi totum sacrm baptismi completur: sed si aliquis, sine baptismo posset saluari, maxime hoc haberet locum in catechumenis bona opera habẽtibus, qui videntur habere fidem per dilectionem operantem: vr ergo quòd sine baptismo nullus possit saluari.

¶ 3 Præt. Sicut sup. dictũ est,* sacrm baptismi est de necessitate salutis. Necessarium autem est, sine quo non potest aliquid esse, ut dicitur 5. Met.* ergo videtur quod sine baptismo nullus possit consequi salutem.

SED CONTRA est, quòd Aug.* dicit super Leuiticum, Inuisibilem sanctificationem quibusdam affuisse, & profuisse, sine visibilibus sacramentis: visibilem uero sanctificationem (quæ fit sacramento visibili) sine inuisibili possedesse, sed non posse prodesse. Cum igitur sacramentum baptismi ad visibilem sanctificationem pertineat, videtur quòd sine sacramento baptismi, aliquis possit salutem consequi per inuisibilem sanctificationem.

RESP. Dicendum, quòd sacramentum baptismi, dupliciter potest alicui deesse. Vno modo, & re, & voto, quod contingit illis, qui nec baptizantur, nec baptizari nolunt: quod manifeste ad contemptum sacramenti pertinet, quantum ad illos, qui habent vsum liberi arbitrii. & ideo hi quibus hoc modo deest baptismus, salutem consequi non possunt: quia sacramentaliter, nec mentaliter Christo incor-

*q. 65. art. 3. & 4.

*Li. 5. Me. tex. 6. to. 3.

*In li. q. in Leu. q. 84. a me. to. 4.

¶ PROB. 1. Quia ille, cui sacramentum baptismi non deest in voto, habet fidem operantem per dilectionem (cum tale uotum.i. desiderium procedat ex fide per dilectionem operante): Et Deus per huiusmodi fidem sanctificat interius hominem. Secundò, quia ipsam conclusionem D. Ambrosius, ab exemplo Valentiniani, insinuat.

incorporantur, per quem solum est salus. Alio modo, potest sacramentū baptismi alicui deesse re, sed non uoto: sicut cum aliquis baptizari desiderat, sed aliquo casu præuenit' morte, antequam baptismum suscipiat, & talis sine baptismo actuali, salutē consequi potest, propter desiderium baptismi, quod procedit ex fide per dilectionem operantem: per quam Deus interius hominem sanctificat, cuius potentia sacramentis uisibilibus non alligatur. vnde Ambr. * dicit de Valentiniano, qui cathecumenus mortuus fuit, Quem regeneraturus eram, amisi: ueruntamen ille gratiam, quàm poposcit, non amisit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dicitur 1. Reg. Homines vident, quæ parent. Dominus autē intuetur cor. Ille autem, qui desiderat per baptismum regenerari ex aqua, & Spiritusancto, corde quidē regeneratus est, licet non corpore: & Apost. dicit Rom. 2. quòd circuncisio cordis est in Spiritu, non in litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

AD SECVNDVM dicēdum, q̄d nullus peruenit ad uitam æternam, nisi absolutus ab omni culpa, & reatu pœnæ. Quæ quidem vniuersalis absolutio, fit in d perceptione baptismi, & in martyrio: propter quod dr̄ quòd in martyrio oīa sacr̄a baptismi complentur. s. quantum ad plenam liberationem a culpa, & pœna. Si q̄s ergo catechumenus sit habēs d desiderium baptismi (quia aliter in bonis operibus moreretur, quæ nō possunt esse sine fide per dilectionē operante) talis decedens non statim p̄uenit ad uitam æternam, sed patietur pœnam pro peccatis præteritis: ipse tamen saluus erit sic quasi per ignem, ut dicitur 1. ad Cor. 2.

AD TERTIVM dicēdum, quòd pro tanto dicitur sacramentum baptismi esse de necessitate salutis: q̄a non potest esse hominis salus, nisi saltem in voluntate habeatur, quæ apud Deum reputatur pro facto.

* In lib. de obitu Valent. paulo ante med. Habetur. li.5. epist.5. epi. immediate post epi.33. tomo 3.

1m ex Ioan. 3. Renatus fuerit. R. Saltem corde; quando simul non potest corpore. §. Tunc nih. &c. Nā ille, qui desiderat per baptismum regenerari, &c. ut in tex.

2m ex Eccles. dogmat. Habere. R. Statum §. Tunc ni. &c. Non enim per id negatur; quòd cathecuminus talis sit aliquando habiturus vitam æternam: sed inde tantum habetur; quòd plus est esse in actu, quàm esse in potētia; hoc est, plus valet baptizatum esse re, quàm uoto solùm. Ac si ibi dicatur. Nullus peruenit ad uitam æternam, nisi &cæt. ut in tex.

3m maior. Sacramētū baptismi est de necessitate salutis. R. Vt saltē ipse baptismus in uoluntate habeatur. §. Tunc nihil &cæt. Nam in tali casu, quando facultas operis deest, uoluntas apud Deum reputatur pro facto: & consequenter non saluatur sine baptismo ille, qui actualiter non baptizatur, si ei baptismus adsit in uoto.

¶ COROLLAR. Ergo, cum a pueris nondum liberi arbitrij usum habentibus non possit baptismus haberi in voluntatis desiderio (alioquin contradictio implicaretur. s. quòd simul haberent, & non haberent, usum liberi arbitrij) necessariū est dicere: quòd ipsi pueri saluari non possunt, nisi actualiter baptizati fuerint. Semper enim absque omni dubio uerum est: quòd baptismus est de necessitate salutis. q.6. art.3.4. uel in uoto, & re simul, uel in uoto tātū. Textualis hæc doctrina confirmatur ex D. August. De peccat. remiss. li.1. capit. sexto. Potest rectè dici paruulos sine baptismo de corpore exeuntes in damnatione omnium mitissima futuros. Multum enim fallit, & fallitur, qui eos in damnatione prædicat non futuros: dicente Apostolo, iudicium ex uno delicto in condemnationem; & paulò post, Per unius delictum in omnes homines in condemnationem. Rursus ex eodem lib. de fide ad Petrum. Firmissime tene: paruulos, qui siue in uteris matrum uiuere incipiunt, & ibi moriuntur, siue iam de matribus nati sine sacramento baptismi, quod datur in nomine Patris, & Filij & Spiritussancti, de hoc sęculo transeunt, sempiterno igne puniendos; quia etsi peccatum propriæ actionis nullum habent, originalis tamen peccati damnationem ex carnali conceptione traxerunt. Hæc ibi. Item ex eod. Nulla, præter baptismum, salus promittitur infantibus: quia infantes, si per sacramentum, quod ad hoc est diuinitus institutum, in credentium numerum non transeunt, in tenebris manent. Hæc illę in lib. de bapt. paruul. & recitantur in De consecr. distinct. 4. Nec doctrinæ huic ex præsenti articulo patenter habitæ obstat; si quis diceret, tunc saluari paruulos in uoto parentum, quo. s. desiderant, eos recipere baptismum; maximè in casu necessitatis. Nam id non obstare declarauit Papa Innocentius Tertius; dum episcopo cuidam scribens inquit. Postulasti: utrum paruuli sint pro Christianis habendi, quos in articulo mortis constitutos propter aquæ penuriam, & absentiā sacerdotis aliquorum simplicitas in caput, pectus, ac inter scapulas, pro baptismo saliuę cō sperfione liniuit. Respondemus: quòd cum in baptismo duo semp̄ videlicet uerbū, & elementum necessario requirantur (iuxta quòd de verbo ueritas ait; Euntes in uniuersum mundum, &c. baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij & Spiritussancti. Eadēq; dicat de elemēto: Nisi quis rena. fuer. ex aqua & spiritusancto, non intrabit in regnū cœlorum) dubitare non debes; illos uerum non habere baptismum, in quibus non solū utrūq; præmissorum, sed eorum alterum est omissum. Hæc ille: ut recitatur extra, de baptismo & eius effectu, cap. non ut apponeres. De hac eadē re textus præsentis. s. quòd pueruli sine actuali baptismo saluari non possunt. Vide. 1. 2. q. 1 1. artic. 3. ad primum Elucid. Valent hæc suprapofita ad conclusionē primam. Valebunt quoque ad articulum nonum, & vndecimum.

D. 269. D. 1202.

## APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intelligas, meritò esse insinuatum a scripturis Aug. & concilio: q̄ aliquis potest saluari sine baptismo. A D. Aug. quidem; ut ponitur in arg. cōtr. A Conc. Trid. quoque quod, postq̄ dixerat sess. 6. c. 7. hæc verba. Sacramentum baptismi est sacramentum fidei, sine qua nulli vnqu im contigit iustificatio, deinde ait. sess. 7. de sacramentis, cano. 4. Si quis dixerit: sine eis sacramentis, aut eorum uoto, per solam fidem homines a Deo gratiam iustificationis adipisci; anathema sit. Item sess. 6. cap. 4. fin. Item ibid. c. 14. dicit. Pœna æterna, uel sacramento, uel sacramenti uoto, una cum culpa remittitur. Hæc ibi. A scripturis item per hoc, quòd narratur Act. 10. Cornelium centurionem cum quibusdam suis recepisse Spiritumsanctum, quo & linguis loquebantur, antequàm actualiter baptizaretur a B. Petro, quem ex uoto salutis suæ, ideoq; ex voto baptismi virtualiter concepti, uocauerat. Item per illud Psal. 9. desiderium pauperum exaudiuit Dn̄s. Talium. n. pauperum i. humilium, vtpote in quorum orationē respicit, & non spernit preces eorum. Psal. 101. est uotum, de quo loquimur; &, sub hac vniuersali ad particulare nostrum descendendo, est uotum baptismi. Dn̄m autē exaudire desiderium pauperum, sic in particulari loquendo, est homines ex uoto baptismi posse consequi salutem. Exauditio siquidem talis desiderij sonat in salutem: iuxta illud ad Moysen. Exod. 14. Quid clamas ad me? Loquere filijs, &c. Tu autem eleua virgam tuam, &c. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, &c.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

---

SVPER Q. IX. Aliàs 68. Art. III.

CONCL. 1. Si pueri sint baptizandi, nō est differendum baptisma.

¶ PROB. 1. Quia nō expectatur &c. Secūdò quia non potest &c. (ut in textu.)

¶ CONCL. 2. Adultis non statim, cum cōuertuntur, est sacramētum baptismi cōferendum: sed oportet differre vsque ad aliquod certum tempus.

¶ PROB. Quia adultis potest subueniri p̄ solum baptismi desiderium (ut patet art. 2.) Secunda autem pars, scilicet sed oportet &c. p̄batur. Quia & cautela Ecclesiæ, & vtilitas baptizandorum, & reuerencia sacramenti baptismi, id ostendunt, scili-

61 4. dist. 4. q. 3. art. 1. q. 2. & dist. 17. q. 3. ar. 1. q. 4. corp. Et in 4. q. 4. ar. 1. habetur de consec. dist. 4. cap. Duo tempora. Et sumitur. ex epist. eius. 4. cap. 5.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum baptismus sit differendus.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd baptismus sit differēdus. Dicit enim Leo * Pap. Duo tempora Pascha, & Pētecoste ad baptizandum a Romano Pontifice legitime præfixa sunt: unde dilectionē vestram monemus, ut nullos alios dies huic obseruationi misceatis. Videtur ergo quòd oporteat nō statim aliquem baptizari, sed vsq; ad prædicta tempora baptismum differri.

¶ 2 Præt. In Concilio Agathēsi * legitur, Iudæi, quorū perfidia frequenter ad uomitū redit, si ad leges catholicas uenire uoluerint: octo menses inter catechumenos ecclæ limē introeāt: & si pura fide uenire noscantur, tūc demum baptismi gratiā mereantur. non ergo statim sunt homines baptizādi, sed vsque ad certum tempus est differendum baptisma.

*In Conc. Agat. c. 35.

scilicet quòd oporteat differre, &c. ( ut de his tribus medijs distincte declaratur in tex.)

¶ Concl.3. Dilatio prædicta baptismi adultorum est prætermittenda in duplici casu.

¶ Prob. Quia qñ illi, &c. Secundò propter infir. &c. (ut in tex.)

## 1[m] illatio conclusionis.

Videtur ergo, quòd oport. &c. R. Negatur illatio. §. Procedit eñ ex eo, q̃ nõ intelligit Leonem. Putat siquidem; quòd ipse & de omnib. absolutè, includẽdo. s. etiam pueros, & de adultis in omni casu, loquatur: cũ tamen vtrunq; falsum sit. Nam illud mandatum Leonis &c. ut in tex. Ex quo (ut patet) confirmantur oẽs tres articuli conclusiones p authoritatẽ Leonis bene intellectam.

## 2[m] de conclusione.

Homines. R. Iudæi. §. Sic enim esse glossandum hoc, docet antecedẽs præmissum; ex quo deducitur ipsa conclusio. Tunc nihil &c. vt consideranti patet. Immo in fauorem conclusionum articuli aliquo modo est decretum ipsius Concilij. Nam illud de Iudæis est institutum ad &c. vt in tex. Recitatur decretũ hoc in De consecr. dist. 4.

## 3[m] ex Isaia.

Peccatum. R. Et præteritum, & futurũ. §. Illud. s. per * pœnitentiam virtutem quæst. 26. art. 1. & istud per cautelam: vtrunq; vero per gratiam. Tũc nihil &c. Licet enim baptismus dilatus, si posteà suscipiatur, deleat plura peccata præterita: tamen multa de illis futura, si anteà susciperetur, impedisset, ne facta fuissent (quod maxime desiderandum est). Patet ergo, quòd authoritati Isaiæ magis satisfacit ille, qui citò baptizatur; quàm qui diu baptismum differt. Dixi ly si posteà suscipiatur: quia plerumque iusto Dei iudicio fit, ut ij, qui differunt baptismum maxime ex indigna causa, ob negligentiã suam baptismo priuentur. Quod Diuus Chrisostomus in epistola ad Hebræos docuit dicens. Quando quis propterea peccat, ut sanctum baptisma in nouissima sua expiratione suscipiat; fortassis non adipiscitur. Et credite mihi: multos noui, qui spe baptismatis multa peccabant; circa diem autem mortis discesserunt uacui. Deus enim propter hoc baptisma tribuit, ut soluat peccata: non vt addat. Si verò quis ad hoc vtitur baptismate, ut ampliora delinquat ipsum ferit negligentiæ causa. Hæc ille; ut recitatur in De consecr. distinct. quarta. Ex quibus patet: quid dicendum sit ad textum residuum præsentis argumenti. Ex his etiam patet a simili; quid dicas, ad peccantes sub spe veniæ: puta pœnitentiæ eleemosynarum, orationum, lachrymarum, vel confessionis faciendæ; aut indulgentiarum papalium obtinendarum; aut aliorum huiusmodi prætextuum. Vide Addition. quæstione decimaquinta, artic. tertio, appen. versus fin. de Concilio Cabilonensi. Nam hic, & ille, locus sese mutuò iuuant.

* Ar. præc.

¶ 3 Præt. Sicut dicitur Isa. 27. Iste est omnis fructus ut auferatur peccatũ: sed magis videtur auferri peccatum, vel etiam diminui, si baptismus diu differatur. primo quidem, quia peccantes post baptismum, grauius, peccant, secũdum illud Hebr. 10. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, s. per baptismum; Secundo, quia baptismus tollit peccata pręterita, non autem futura: unde quanto magis baptismus differtur, tanto plura peccata tollit. videtur ergo q̃ baptismus debeat diu differri.

Sed contra est, quòd dicitur Eccl. 5. Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diẽ: sed perfecta conuersio ad Deum, est eorum, qui regenerantur in Christo per baptismum. non ergo debet baptismus differri de die in diem.

Resp. Dicẽdum, quòd circa hoc distinguendum est, vtrum sint baptizandi pueri, uel adulti. Si enim pueri sint baptizandi non est differendũ baptisma. primo quidem, quia non expectatur in eis maior instructio, aut etiam plenior conuersio. secundo, propter periculum mortis; quia non potest eis alio remedio subueniri, nisi sacramentum baptismi. Adultis vero subueniri potest per solum baptismi desiderium, ut supra dictũ est.* ideo adultis non statim, cũ conuertuntur, est sacramentum baptismi conferendum: sed oportet differre vsque ad aliquod certum tempus. Primo quidem, propter cautelam ecclesiæ, ne decipiatur, sacr̃m fictè accedentibus conferens, secundum illud 1. Ioan. 4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint: quæ quidem probatio sumitur de accedentibus ad baptismum, quando per aliquod spatium, eorum fides, & mores examinantur. Secundo, hoc est necessarium ad vtilitatem eorum, qui baptizantur: quia aliquo temporis spatio indigẽt, ad hoc quòd plene instruantur de fide & exercitentur in his, quæ pertinẽt ad vitam Christianam. Tertio, hoc est necessariũ ad quandam reuerentiam sacramenti, dum in solennitatibus præcipuis, s. Paschæ, & Pentecostes, homines ad baptismũ admittuntur, & ita deuotius sacramentum suscipiunt: hæc tamẽ dilatio est prætermittenda duplici ratione. Primo quidem, quando illi, qui sunt baptizandi, apparent perfectè instructi in fide, & ad baptismum idonei: sicut Philippus statim baptizauit Eunuchum, ut habetur Act. 8. Petrus Cornelium, & eos, qui cum eo erant, vt habetur Act. 10. Secundo infidelitatem, aut aliquod periculum mortis. Vnde Leo Papa * dicit, Hi qui necessitate mortis, egritudinis, obsidionis, persecutionis, & naufragii, urgentur, omni tempore debent baptizari: si tamen aliquis morte præueniatur, articulo necessitatis sacramentum excludente, dum expectat tempus ab ecclesia institutum, saluatur, licet per ignem, ut sup. dictum est.* Peccat autem si vltra tempus, institutum ab ecclesia, differat accipere baptismum, nisi ex causa necessaria, & licentia prælatorum ecclesiæ: sed tamen, & hoc peccatum cum aliis deleri potest per succedentem contritionem, quæ supplet vice baptismi, vt supra dictum est.*

Ad primum ergo dicendum, quòd illud mandatum Leonis Papæ de obseruandis duobus tpibus in baptismo, intelligendum est de adultis excepto tñ periculo mortis, qd semp in pueris est timẽdũ, ut dictum est.*

Ad secundum dicendum, q̃ illud de Iudæis, est institutum ad ecclesiæ cautelam, ne simplicium fidem corrumpant, si non fuerint plene conuersi: & tamen, ut ibidẽ subditur, si infra tempus præscriptũ aliquod periculum infirmitatis incurrerint, debent baptizari.

Ad tertium dicẽdum, quòd baptismus per gratiam quam confert, non solum remouet peccata pręterita, sed etiã impedit peccata futura ne fiant: hoc autem præcipue desiderandum est, ut homines non peccent: secundario autem, vt leuius peccent, uel etiam vt eorum peccata mundentur, secundum illud 1. Io. 2. Filioli mei, hæc scribo uobis, ut non peccetis: sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

AR-

### APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem destruas errorem Publicanorum dicentium; baptizandos non esse paruulos, donec intelligibilem & rationis capacem ætatem attigerint. Et Hamllediij dicentis: Sine baptismo seruare infantes ad aliquot annos, liberum esse cuiq; nec vllius conscietiam hac in re ad certum tẽpus astringi posse. Itẽ Anabaptistarum dicentiũ: quòd melius est, omittere baptismum in paruulis, quàm eos sine fide. i. non credentes baptizare. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hos merito damnari a dictis articu. secundo, in corollar. post ad tertium. Item a Concilio Africano: de quo B. Cyprianus ad Fidũ, qui opinabatur pueros intra secundum & tertium diem constitutos non debere baptizari, respondet sic. Longe aliud in cõcilio nostro omnibus visum est. In hoc enim, quod tu putabas faciendum, nemo consentit: sed vniuersi iudicauimus, nulli hominum nato misericordiam Dei, & gratiam denegandam. Hæc ille. Vide in corpore Cõciliorum. Item a Concilio Trid. sess. septima, de bapt. can. 12. Si quis dixerit: neminem esse baptizandũ nisi ea ætate, qua Christus baptizatus est, uel in ipso mortis articulo; anathema sit. Et cano. decimotertio. Si quis dixerit: paruulos, eo quòd actum credendi non habent, suscepto baptismo inter fideles computandos non esse; ac propterea, cum ad annos discretionis peruenerint, esse rebaptizandos: Aut præstare omitti eorum baptisma, quàm eos non actu proprio credentes baptizare in sola fide ecclesiæ: anathema sit. Hæc ibi. Item a dictis in secunda secundæ, articulorum numero 912. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

*Habet de conse. dist. 4. c. Si quis necessitate sumitur ex opi. eius 4. cap. 6.

* Ar. præc.

*In cor. ar. & ar. præc.

* In cor. ar.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN artic. 3. circa dilationem baptiſmi uſque ad aliquod certum tempus, aduertendum eſt, certitudinem temporis poſſe dupliciter intelligi. Primo, determinate, puta, octo menſes. Alio modo, uage, puta expedito tali negotio neſciendo quantum temporis intercedet.

¶ Conſiderandum rurſus eſt, tempus baptiſmi determinari, uel ex diuino iure, uel ab eccleſia. Quantum igitur ex diuino iure apparet, dilatio baptiſmi adultorum non habet tempus determinatum primo modo. Nulla enim ratio cogit adultum ad ſuſcipiendum baptiſma, ita hodie, quòd ſi hic dies prætereat abſque baptiſmo, peccatum incurratur. Confirmaturque hoc ex geſtis ſanctorum. Nam Martinus octo annis cathecumenus fuit, Ambroſius longo quoque tempore cathecumenis annumeratus videtur. Conſtantinus Magnus in ultimo vitæ ſuæ baptizatus eſt, vt Ambroſius dicit in oratione de obitu Theodoſij.

¶ Debet autem determinari tempus dilati baptiſmi ſecundo modo, quod dupliciter monſtratur. Primo, ex natura præcepti affirmatiui, obligantis pro loco, & tempore. Præcepta enim affirmatiua, licet quantum eſt ex parte temporis, non obligent, niſi tempus neceſſitatis articulum adducat (ut Auctor in 4 ſenten. diſtinct. 17. quæſt. 3. artic. 1. quæſt. 1. dixit) ex parte tamen motiui ad differendum rationem requirunt: nam ſi ſine rectæ rationis arbitrio dilatio voluntaria ſit peccatum incurritur. Poteſt ergo tamdiu differre quis proprium baptiſmum, quàmdiu rationabiliter ad differendum mouetur: quod diuerſis hominibus diuerſimode accidere poteſt, & propterea diuerſa inuenitur diuerſorum dilatio.

¶ Et quamuis tam in certam temporis menſuram dilatio baptiſmi habeat: dilatio tamen vſque ad mortis articulum licita non eſt (vt patet de conſecr. diſtinct. 4 capit. quando quis) arguuntur enim negligentiæ huiuſmodi dilatores. Nec Conſtantinum credimus diſtuliſſe ex propoſito vſque ad mortem baptiſma, ſed cum differret illud vſque ad tempus optatum, interim in vltimis conſtitutus id differendum non cenſuit.

¶ Ex iure autem poſitiuo ſcripto, ſi tempus aliquod præfixum eſt, quod fateor me non inuenire, & geſta dictorum ſanctorum teſtantur, non eſſet differendus vltra tempus præfixum.

---

*Sup. 4. ſ. d. q. vni. ar. 10.*

### ARTICVLVS IIII.

*Vtrum peccatores ſint baptizandi.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd peccatores ſint baptizandi. Dicitur enim Zacha. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hieruſalem, in ablutionem peccatoris & menſtruatæ: quod quidem intelligitur de fonte baptiſmali. ergo videtur, quòd ſacramentum baptiſmi ſit etiam peccatoribus exhibendum.

¶ 2 Præt. Dominus dicit Matth. 9. Non opus eſt valentibus medicus, ſed male habentibus male autem habentes, ſunt peccatores. Cum igitur ſpiritualis medici, ſcilicet. Chriſti, medicina ſit baptiſmus, videtur quod peccatoribus ſit ſacramentum baptiſmi exhibendum.

¶ 3 Præt. Nullum ſubſidium debet peccatoribus ſubtrahi: ſed peccatores baptizati, ex ipſo charactere baptiſmali ſpiritualiter adiuuantur, cum ſit quædam diſpoſitio ad gratiam. ergo videtur quòd ſacramentum baptiſmi ſit peccatoribus exhibendum.

SED CONTRA eſt,* quòd Aug.† dicit. Qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te: ſed peccator cum habeat voluntatem non diſpoſitam, nõ cooperatur Deo. ergo fruſtra adhiberetur ſibi baptiſmus ad iuſtificationem.

RESP. Dicendum, quòd aliquis poteſt dici peccator dupliciter. Vno modo, propter maculam, & reatum præteritum: & ſic peccatoribus eſt ſacramentum baptiſmi conferendũ: quia eſt ad hoc ſpecialiter inſtitutũ, vt per ipſum peccatorum ſordes mũdentur ſecundum illud Ephe. 5. Mundans eam ſcilicet eccleſiam, lauacro aquæ in verbo vitæ. alio modo poteſt dici aliquis peccator ex voluntate peccandi, & propoſito perſiſtendi in peccato: & ſic peccatoribus non eſt ſacramentum baptiſmi conferendũ: Primo quidem, quia per baptiſmum homines Chriſto incorporantur, ſecundum illud Gal. 3. Quicumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: quãdiu autem aliquis habet voluntatem peccandi non poteſt eſſe Chriſto coniunctus, ſecundum illud 2. Cor. 6. Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Vnde & Aug.* dicit in lib. de pœnitentia, quòd nullus ſuæ voluntatis arbiter conſtitutus, poteſt nouam uitam inchoare, niſi cum veteris vitæ pœniteat. Secundo, quia in operibus Chriſti, & eccleſiæ nihil debet fieri fruſtra: Fruſtra autem eſt, quod nõ pertingit ad finem ad quem eſt ordinatum: nullus autem habens voluntatem peccandi, ſimul poteſt a peccato mundari, ad quod ordinatur baptiſmus: quia hoc eſſet ponere contradictoria eſſe ſimul. Tertio, quia in ſacramentalibus ſignis non debet eſſe aliqua falſitas: eſt autem ſignum falſum, cui res ſignificata non reſpondet; ex hoc autem quòd aliquis lauandum ſe præbet per baptiſmum, ſignificatur quòd ſe diſponat ad interiorem ablutionem; quod non contingit de eo, qui habet propoſitum perſiſtendi in peccato: vnde manifeſtum eſt; quòd talibus ſacramentum baptiſmi non eſt conferendum.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd illud verbum eſt intelligendum de peccatoribus, qui habent voluntatem recedendi a peccato.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ſpiritualis medicus ſcilicet, Chriſtus operatur dupliciter: vno modo interius per ſeipſum, & ſic præparat voluntatem hominis, vt bonum velit, & malum odiat: alio modo operatur, per miniſtros, exterius adhibendo ſacramenta, & ſic operatur perficiendo exterius id, quod eſt interius inchoatum: & ideo ſacramentum baptiſmi non eſt exhibendum, niſi ei, in quo interioris conuerſionis aliquod ſignum apparet: ſicut nec medicina corporalis adhibetur infirmo, niſi in eo aliquis motus vitalis naturæ appareat.

Margin: 62 Infra a. 8. ad 4. — * Alias. q. 2 Au. ad Bonifaciũ dicit, In baptiſmo aliquis membrũ Chri efficitur: ſed nullus peccator perſiſtens in voluntate peccandi põt fieri membrũ Chri quod eſt incorporari Chriſto. ergo huiuſmõi peccator ſi eſt baptizãdus: q. 2 fruſtra baptizaretur. † colligitur ex trac. 72. in Io. to. 9. — *Li. de medicina pœ. c. 2. nõ procul a prin. tom. 9.

SVP. QVAEST. IX. Aliàs 68. Art. IIII.

COncl. 1. Peccatoribus materialiter ſolum. i. qui ſolum propter maculam, & reatum præteritum dicuntur peccatores, eſt ſacramentũ baptiſmi conferendum.

¶ Prob. Quia ſacramentũ baptiſmi eſt ſpecialiter inſtitutum propter huiuſmodi peccatores mundandos (ut patet ex Epheſ. 5.)

¶ Concl. 2. Peccatoribus formaliter. i. q ex voluntate adhærendi peccato dicũtur peccatores, non eſt conferendum baptiſmi ſacramentum.

¶ Prob. 1. Quia peccatores formaliter dicti non poſſunt, quãdiu ſic manent, incorporari Chriſto (ut patet ex 2. Cor. 6. ac D. Auguſt. lib. de pœnit.) Secundò quia ſi tales peccatores baptizarentur, tunc in operibus eccleſiæ aliquid fieret fruſtra (ut declaratur in text.) Et tamen in operibus eius nihil debet fieri fruſtra (ut patet.) Tertiò quia tunc. ſ. ſi peccatores tales baptizarentur, eſſet aliqua falſitas in ſacramentalibus ſignis (ut declaratur ibid.): cum tamen oporteat, nullã eſſe falſitatem in huiuſmodi ſignis.

¶ Not. Tanquàm prima quædam principia, quæ. ſ. nulla probatione indigent, vtpote ſolidiſſime ſuppoſita in veritate Chriſtianæ religionis, ſunt illæ duæ maximæ propoſitiones in textu adductæ. ſ. in operibus eccleſiæ nihil debet fieri fruſtra; & in ſacramentalibus ſignis non oportet eſſe aliqua falſitas. Sicut & in quæſt. octaua, artic. ſeptimo. Tertium eſt illa maxima. ſ. Nihil deriſorium in ſacramentis eccleſiæ fieri debet. Vide ibid. Elucid. Hæc, & ſimilia, ſancti Doctoris pronunciata vigili mente ſemper recolenda ſunt, tum ad verã conſolationem, & inſtructionem catholicorũ, tũm ad obſtruendũ os hæreticorum aliorũq; infidelium iniqua contra Eccleſiam Apoſtolicam loquentium.

**1^m de concluſione.** Peccatorib. ſ. Habentibus uoluntatem recedendi a peccato. §. Sic enim intelligitur & antecedens ex Zach. unde infertur iſta concluſio. Tunc nihil &c. Immo argumentum ſic (ut oportet) intellectum ſtat in fauorem primæ concluſionis articuli.

**2^m ex Mat. 9.** Sed male habentib. ſ. In quib. aliquis motus vitalis naturæ apparet. §. Loquendo de medico corporali. Tunc nihil &c. Nam (à ſimili) baptiſmi ſacramẽtum, tãquàm ſpirituale medicamentum, eſt exhibendum illis tantũ male habentib. in quibus interioris conuerſionis aliquod ſignum apparet: id quod prima concluſio articuli ſonat. Ratio eſt: quia Chriſtus, qui eſt principalis medicus ſpiritualis, operatur per miniſtros in ſacramentis perficiendo exterius id, quod eſt interius ab ipſo in homine inchoatum.

Tertium

3^m de maiori. Nullum subsidium. R. Quod possit licitè adhiberi. § Tunc nihil &c. Non. n. licitè per impressionem characteris baptismalis, &c. vt in tex.

¶Not. Pro meliori captu & formalizatorum argumentorum cum responsis, & vtilitatis maximæ inde prouenientis (ut cito fias doctus & acutus) vide 2.2. q.1. artic. 1. declarationem vniuersalem post ad tertium, cum citatis.

D. 611.

Ad tertium dicendum, quod baptismus est fidei sacramentum, fides autem informis d non sufficit ad salutem, nec ipsa est fundamentũ: sed sola fides formata, quæ per dilectionem operatur, vt August.* dicit in lib. de fide, & operibus. vnde nec sacramentum baptismi salutem conferre potest cum uoluntate peccandi, quæ fidei formam excludit: non est autem per impressionẽ characteris baptismalis aliquis disponendus ad gratiam, quamdiu in eo apparet uoluntas peccandi, quia Deus neminem ad uirtutem compellit, sicut Dam.* dicit.

* Cap. 16. tomo 4.

*Li. 2. Orth fid. cap. 30. circa prin.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, merito esse insinuatum a scripturis, & concilio; quòd peccatores sunt, & non sunt, baptizandi. A scripturis quidem: ut per hoc, quod dicitur Actu. 2. His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos. Quid faciemus viri fratres? Petrus autem ad illos, Pœnitentiam, inquit, agite; & baptizetur vnusquisque vestrum, &cæt. Qui ergo receperunt sermonem baptizati sunt. Item Actu. 3. Pœnitemini igitur, & conuertimini; ut deleantur peccata vestra &cæt. & cap. 4. Multi eorum, qui audierant uerbum, crediderunt: & factus est numerus eorũ quinque millia. Item Actu. 10. Respondit Petrus. Numquid aquam quis prohibere potest; ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt? Item cap. 8. Ait Eunuchus. Ecce aqua. Quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus. Si credis ex toto corde; licet. Per singula enim hæc loco constat intentum vtrumque. i. quod peccatores sunt, & non sunt, baptizandi: quoniam sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio negationis (secundum Philosophum). Si igitur peccatori quali erat Eunuchus, credenti ex toto corde licitũ esse dare baptismum, dicit Philippus: vtiq; per consequens dicit etiam, quod peccatori indispositio ad fidem formatam (quod est; qui manet in uoluntate peccandi) non licet conferre baptismum. Vide art. 8. pro bono dictorum captu. Rursus. Si peccatoribus compunctis corde, si pœnitentibus, si recipientibus sermonem salutiferum, si conuersis, si ad gratiam spiritussancti dispositis, est conferendum baptisma (sm Apostolum Petrũ): proculdubio (sm eundem) impœnitentibus conferendũ nõ est. A Conc. autem Trid. insinuatur sess. 14. c. 1. Fuit quidẽ pœnitentia vniuersis hominib. qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quouis tpe ad gratiam assequendam necessaria: illis etiã, qui baptismi sacro ablui petiuissent; vt, peruersitate abiecta & eliminata, tantã Dei offensionem cũ peccati odio & pio animi dolore detestarentur. Hæc ibi. Et sess. 6. c. 6. Propterea mouẽtur aduersus peccata per odium aliquod, & detestationem: hoc est, per eam pœnitẽtiam, quam ante baptismum agi oportet. Hæc ibi. Hoc vltimum dr: quia pœnitentia Christiani hominis post lapsum multo alia a baptismali est: ut ait Conc. Trid. sess. 6. c. 14. Secundò vides quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina &c.

## Comm. Cardinalis Caietani.

In artic hoc solum notandum occurrit, quòd sermo literæ de peccato mortali intelligitur: existentibus enim cum uoluntate peccandi uenialiter potest baptismus dari monendo ipsos, quòd nisi uoluntatem mutent, gratiam quidem filiorum Dei recipient, sed non secundum plenitudinem baptismalem, & suo eos deinde arbitrio relinquere, ut ipsi uiderint.

---

Fer. 4. cont. c. 58.
Sot. 4. 5. d. 5. q. vni. ar. 5.

SVP. QVAEST. IX.
* Aliàs 68. Art. v.

63

## ARTICVLVS V.

*Vtrum peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria.*

Ad quintum sic proceditur videtur, quòd peccatoribus baptizatis, sint opera satisfactoria imponenda. Hoc enim ad iustitiã Dei pertinere videtur, ut pro quolibet peccato aliquis puniatur, secundum illud Eccles. vlt. Cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium: sed opera satisfactoria imponuntur peccatoribus in pœnam præteritorum peccatorum. ergo videtur quòd peccatoribus baptizatis, sint opera satisfactoria imponenda.

¶ 2 Præt. Per opera satisfactoria exercitatur peccatores de nouo conuersi ad iustitiam, & subtrahuntur occasiones peccandi: nã satisfacere est peccatorum causas excidere, & peccatis aditũ nõ indulgere: sed hoc maxime est necessarium nuper baptizatis. ergo vr quòd baptizatis sint opera satisfactoria iniungenda.

¶ 3 Præt. Non minus debitum est, ut homo Deo satisfaciat quàm proximo: sed nuper baptizatis iniungendum est, ut satisfaciant proximis, si eos læserint. ergo est etiam eis iniungendum, ut Deo satisfaciant per opera pœnitentiæ.

Sed contra est, quod Ambr.* super illud Rom. 11. Sine pœnitentia sunt dona, & uocatio Dei, dicit, Gratia Dei in baptismo non requirit gemitum neque planctum, uel etiam opus aliquod: sed solã fidem, & omnia gratis condonat.

Resp. Dicendum, quod sicut Apost. dicit Rom. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus: consepulti. s. sumus ei per baptismum in mortem, ita. s. quòd homo per baptismum incorporatur ipsi morti Christi: manifestum est autẽ ex supradictis,* quòd mors Christi satisfactoria fuit sufficienter pro peccatis, non solum nostris, sed etiam totius mundi, ut dicitur Iõ. 2. & ideo ei, qui baptizatur, pro quibuscumque peccatis, non est aliqua satisfactio iniungenda hoc enim esset iniuriam facere passioni, & morti Christi, quasi ipsa non esset sufficiens ad plenariam satisfactionem pro peccatis baptizatorum.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Aug. † dicit in lib. de baptismo paruulorum ad hoc baptismus ualet, ut baptizati Christo incorporentur, ut membra eius. vnde ipsa pœna Christi fuit satisfactoria pro peccatis baptizatorum, sicut, & pœna unius membri potest esse satisfactoria pro peccato alterius mẽbri vnde Isa. 53. dicitur: vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.

Ad secundum dicendum, quod nuper baptizati exercitãdi sunt ad iustitiã, non per opera pœnalia, sed per opera facilia, ut quasi quodã lacte facilis exercitii promoueãtur ad perfectiora, ut glo.* dicit super illud Psal. 130. Sicut ablactatus est super matre sua: vnde & dominus discipulos suos de nouo conuersos a ieiunio excusauit, ut patet Matth. 9. Et hoc est, quòd dicitur 1. Pet. 2. sicut modo geniti infantes, lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem.

Ad

Sup. q. 49. art. 3. ad 2. Et inf. art. 6. ca. Et 2. di. 6. q. 1. ar ticu. 1. q. 1. corp Et 3. dis. 19. art. 3. q. 2. ar. 1. Et 4 dis. 6. q. 1. ar. 1. q. 1. cor. Et 4. cont. c. 58. Et Ro. 11. lect. 4.

Conc. Ei, qui baptizatur, pro quibuscumq; peccatis non est aliqua satisfactio iniungenda.

¶Prob. 1. Quia homo, qui baptizatur, incorporatur morti Christi (ut patet ex Ro. 6.) & mors Christi fuit sufficiẽter satisfactoria pro peccatis quibuscumq; (ut patet in 3. de salu. quæst. 48. artic. 2. item quæst. 49. art. 1. 3.) Secundo quia hoc. s. iniungere aliquam satisfactionem pro peccatis suis ei, qui baptizatur, esset iniuriam facere morti Christi quasi ipsa, &c. ut in tex.

1^m de maiori.

Aliquis. R. 1. Vel homo, qui peccauit; vel Christus, cui ipse homo per baptismum incorporatur. §. Tunc ni. &c. Nam, in pposito, Christus punitur pro peccato hominis, qui baptizatur; inquantum. s. pœna Christi iã olim passi applicatur huic, tanq̃ omnino satisfactoria pro peccatis huius. Nec mirum. Si enim pœna vnius membri est satisfactoria pro peccato alterius membri (ut patet in iustitia etiam hominum. Latroni enim detrũcantur quandoq; aures & nares pro peccato manuum. i. quod manibus fecit): multo vtiq; magis pœna Christi capitis. 3. de sal. quæstione octaua, ar. 1c. primo, erit satisfactoria pro peccato sui mẽbri mystici sibi per baptismum tunc incorporati.

*Est glo. d: Amb. in illum locũ, tom. 5.

* q. 48. & 49.

2^m de maiori.

Per opera satisfactoria. R. Vel per alia quędam opera facilia. §. Tunc nihil &c. Nam nuper baptizati exercitandi sunt ad iustitiam, non opera pœnitẽtię. i. satisfactoria, quæ sunt pars sacramenti pœnitentiæ (ut patet. quæstione; 1. artic. secundo,) sed per opera facilia. Vt quasi quodam lacte &c. ut in tex. Ex quo etiam vniuersaliter patet modus, secundum quem nouitij, siue in doctrina aliqua addiscenda, siue in uia perfectionis morum arripienda, siue in &c. sint promouendi ad perfectiora.

*L. 1. de baptis. paruuli. ca. 26. a med. tom. 7.

* Gl. Ord. ibid.

Ter-

3m de minori. Vt satisfaciant proximis. R.i. Vt desistant à læsione proximorum. S. Hoc est. Vt non detineant aliena. Tunc nihil &c. Nam articuli conclusio negat, baptizato debere imponi satisfactionem in alio sensu acceptam. i. aliquam pœnam pro peccatis præteritis. Vide artic. 6. notation. post concl. 1. prob.

Ad tertium dicendum, quòd restituere malè ablata proximis & satisfacere eis de iniurijs illatis, est cessare a peccando, quia hoc ipsum, quod est detinere aliena, & proximum læsum non placare, est peccatum: & ideo peccatoribus baptizatis iniungendum est, quod satisfaciant proximis: sicut, & quod desistant à peccato; non est autem eis iniungendũ, quod pro peccatis præteritis aliquam pœnam patiantur.

APPENDIX.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

Ex artic. habes primò; quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum à scripturis, & Concilijs: quòd baptizatis nuper non sunt imponenda opera satisfactoria. A scripturis quidem per hoc, dicitur Ephes. 5. Mundans eam lauacro uitæ in uerbo uitæ, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Ex eo enim, quòd tale lauacrum, inquit Apostolus adeò Ecclesiam mundari, vt pro illo tunc non habeat maculam. i. peccatum mortale, aut rugam. i. peccatum ueniale, aut aliquid huiusmodi. i. reatum alicuius pœnæ, demonstrat cuique sapienti: quòd nouiter baptizatis nulla opera satisfactoria iniungenda sunt. Nam si tota & culpa, & pœna (secundùm Apostolum ibi) per baptismum illum relaxatur Ecclesiæ. i. baptizatis omnibus: iniustum esset, aliquam satisfactionem in pœnam tunc baptizato imponere. Pro qua enim vel minima pœna tollenda tunc imponetur ei satisfactio: si tota pęna iam per baptismum sublata fuit? Imponere ergo aliquod opus satisfactorium recenter baptizato esset dicere factis; quòd baptismus non delet totam pœnam simul cum tota culpa: id quod est falsissimum, vtpote contra Concilium nunc adducendum. A Concilio autem Florent. idem insinuatur. Huius sacramenti effectus est remissio omnis culpæ originalis, & actualis, omnis quoque pœnæ; quæ pro ipsa culpa debet: propterea baptizatis nulla pro peccatis pręteritis iniũgenda est satisfactio, sed morientes, antequam culpam aliquam cõmittant, statim ad regnũ cęlorũ, & Dei uisionẽ perueniũt. Hæc illud in Decr. seu constit. super unio. Armen. Huic concordat etiam Concil. Trident. sess. 14. cap. 2. dicens; quod constat, ministrum baptismi iudicem esse non oportere; &, quod per baptismũ Christum induentes noua prorsus in illo efficimur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentes. Secundò uides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina pręsens Angelica vicissim declaretur, & confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 5. & 6. hoc solum occurrit suggerendum, vt ex deuotione sua peccata confitente ante baptismum non absoluantur: quoniam non sunt capaces sacramenti pœnitentiæ ante baptismum: nec eorum confessio talis, esset sacramentalis, nisi forte per reductionem.

---

*Ferr. 4. cont. c. 58.*
*Sot. 4. s. q. vn. ar. 6.*

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum peccatores ad baptismum accedentes, teneantur sua peccata confiteri.*

*64*
*3. di. 19. a. 3. q. 2. ad 1. Et 4. cont. ca. 58. Et Roma. 11. oc. 4.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd peccatores ad baptismum accedentes, teneantur sua peccata confiteri. Dicitur enim Matth. 3. quòd baptizabantur multi à Ioanne in Iordane, confitentes peccata sua: sed baptismus Christi est perfectior, quàm baptismus Ioãnis. ergo videtur quòd multo magis illi, qui sunt baptizandi baptismo Christi, debeant sua peccata confiteri.

¶ 2 Præt. Prouerb. 28. dicitur, Qui abscondit scelera sua, non dirigetur; qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. ergo baptizandi debent sua peccata confiteri.

¶ 3 Præt. Pœnitentia requiritur ante baptismũ, secundùm illud Act. 2. Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum: sed confessio est pars pœnitentiæ. ergo videtur quod confessio peccatorum requiratur ante baptismum.

SED CONTRA est, quòd confessio peccatorum debet esse cum fletu: dicit enim Augustinus * in libro de pœnitentia, Omnis ista varietas consideranda est, & deflenda: sed sicut Ambrosius † dicit, gratia Dei in baptismo non requirit gemitum neque planctum. ergo à baptizan-

** August. in li. de vera & fal. pœnit. cap. 14. nõ procul à princ. tomo 4.*

*† Ambr. ad Ro. 11. super illud, Sine pœni. sunt dona Dei, to. 5.*

SVPER Q. IX. Aliàs 68. Art. vi.

CONCL. 1. Confessio peccatorũ interior, quæ fit Deo, requiritur ante baptismũ, vt scilicet homo peccata sua recogitans, de eis doleat.

¶ PROB. Quia homo non potest inchoare nouam vitam, nisi pœniteat eum uitæ veteris, (vt ex August. patet, & artic. 4)

¶ NOT. Loquitur probatio de homine, qui iam peccator fuit; vt correspondeat conclusioni. Alioquin si daretur homo, qui non fuisset mortali peccato infectus, talis posset per baptismum inchoare nouam uitam, etiam quòd ueteris uitæ, quæ tantùm venialibus fuisset implicata, non eum pœnituisset. Venialia namque peccata non impediunt essentialiter gratiam, qua inchoatur noua uita, cum possint stare cum ea; licet aliquo modo possint dici impedire eam, inquantum scilicet actualem gratiæ feruorem impediunt. Et nota, quod prædicta intelliguntur de peccato actuali mortali. Nam originali mortali quilibet homo ante baptismum infectus est: & ideo hominem baptizandum pœnitere necesse est de eo; si vult nouam uitam inchoare. Vnde conclusio, vt peccatum originale saltem denotaret, inquit ly doleat; non autem ly contritionem habeat. Nam de originali contritio propriè non est, vt dicitur infrà Additionum q. 2. art. 2. licet de illo sit propriè displicentia, & dolor. Nota quoque, probationem accipere ly pœniteat pro dolore, vel displicentia, aut contritione (si de peccatis actualibus agatur); non pro pœnitentia, quæ dicit opera satisfactoria, etiam à confessario non imposita, sed sponte assumpta. Baptismus enim totam etiam pœnam peccatis debitam delet, q. 10. art. 2. & iccircò ad opera satisfactoria necessariò baptizatus non tenetur; nisi forte pro cautela ad comprimendum proprias inclinationes in peccatum illa assumat, non ad satisfaciendum magis pro peccatis ante baptismum factis, quasi quòd per baptismum ipsum non sit perfectè, & plenè deleta pœna illorum. Tali siquidem intentione assumere spontè opera satisfactoria, seu pœnalia, esset malum; quia contineret intolerabilem errorem, baptismi scilicet inefficaciam. Hinc tamen non fit, quòd quis laudabiliter (salua intentione de plena, vt præfertur, efficacia baptismi) non possit opera pœnalia voluntariè assumere, in protestationem doloris maioris, quem habet, vel desiderat habere, aut habuisse de peccatis suis antea factis. Hic enim quamuis sciat certo, ex virtute baptismi totam culpam, de qua nunc dolet etiam cum operib. exterioribus, vt merito est, protestatum, ut sic pleno sibi remissam; hic, inquam, adhuc de culpa in Deũ à se commissa dolet; id, quod ei non probro, sed laudi, & maximæ quidem, dandum est. Seruanda tamen hic sunt ea, quæ dicuntur infrà, Additionum q. 3. ar. 1. & q. 4 art. 2 & cum illo ibi dato moderamine dictũ Hugonis de Sancto Vict. exercendum, & pro firma, & uniuersali conclusione tenendum; quòd Deus hominem (vt inquit) absoluens à culpa, & pœna æterna, ligat eum uinculo perpetuæ detestationis peccati.

¶ CONCL. 2. Confessio peccatorum exterior, quæ fit sacerdoti, non requiritur ante baptismum.

¶ PROB. primo: Quia nullum sacramentum potest dari ante baptismum (cùm baptismus sit sacramentorum cæterorum ianua); & confessio facta sacerdoti est ad sacramentum pœnitentiæ pertinens. Secundò: quia baptizati non indigent remissione peccatorũ, quæ fit per claues Ecclesiæ, neque ipsis imponenda sunt opera satisfactoria (cum omnia peccata remittantur eis per baptismum; ac secundum in art. 5. pateat); & confessio facta sacerdoti ad hæc duo ordinatur. Tertiò: quia nulla exterior pœna baptizatis imponitur (vt patet art. 5.): Et confessio facta sacerdoti exteriorem pœnam concernit, inquantum scilicet uerecundiam confitentis habet.

¶ NOT. Baptismum esse ianuam sacramentorum cæterorum (quod erat in prima probatione) quibus profectò spiritualis vita viuitur, dixit Concil. Florent. seu Eugenius Papa IIII. hoc sacro approbante Concilio, sic. Primum omnium sacramentorum locum tenet baptisma, quod uitæ spiritualis ianua est: per ipsum enim mẽbra Christi, ac de corpore efficimur Ecclesiæ. Hæc Eugenius IIII. in Decreto, quod incipit, Exultate Deo adiutori nostro. Quomodo autem sit ianua salutis baptismus, pulchrè edisserit Concil. Parisiense sub Ludouico, & Lothario, sic. Flammeus ille gladius, qui propter peccatum primi hominis ianuam paradisi obice mortalibus immobili oppilauerat, in sacrosancto baptismatis fonte extinguitur; & eadem ianua credentibus aperitur. Hæc illud in lib. 1. cap. 9. Ex Concilijs igitur habemus, quod duplici iure dicitur ianua sacramentorum. Primò, quia nos primò omnium introducit ad esse de familia Christi, quod alia sine baptismo non possunt efficere. Secundò, quia (quasi per correspondentiam, & analogiam quandam alludendo) impedimentum ianuæ paradisi, ad quem alia etiam sacramenta post introducunt, tollit ex eo; quòd fit in

sit in aqua, quæ ad flammam extinguendam ordinatur.

¶ Concl. 3. Confessio peccatorum generalis, qua secundùm ritum Ecclesiæ baptizandi abrenunciant Sathanæ, & pompis eius omnibus, sufficit.

¶ Coroll. Ergo de confessione speciali, qua scilicet peccata

zandis, non est requirenda confessio peccatorum.

Resp. Dicendum, quod duplex est peccatorum confessio: vna quidem interior, quæ fit Deo: & talis confessio peccatorum requiritur ante baptismum, vt s. homo sua peccata recogitans, de eis doleat. non enim potest inchoare nouam uitam, nisi pęniteat eum veteris vitæ, vt dicit August. * in lib. de pœnitentia: alia verò est confessio peccatorũ exterior, quæ fit sacerdoti: & talis confessio non requiritur ante baptismum. Primo quidem, quia talis confessio cum respiciat personã ministri, pertinet ad pęnitentiæ sacramentum, quod nõ requiritur ante baptismum, quia est ianua omnium sacramentorum. Secundo, quia cõfessio exterior, quæ fit sacerdoti, ordinatur ad hoc, quod sacerdos confitentem absoluat à peccatis, & liget ad opera satisfactoria, quæ baptizatis non sunt imponenda, vt suprà dictum * est: nec etiam baptizati indigent remissione peccatorum per claues ecclesiæ, quibus omnia remittuntur per baptismum. Tertio, quia ipsa particularis confessio homini facta, est pęnosa propter verecundiam confitentis: baptizato autem nulla exterior pœna imponitur: & ideo baptizatis nõ requiritur specialis confessio peccatorum: sed sufficit generalis, quàm faciunt, cum secundùm ritum Ecclesiæ abrenunciant Sathanæ, & omnibus pompis eius, & hoc modo, dicit quædam gl. * Matth. 3. quòd in baptismo Ioannis, exemplum dabatur baptizandis confitendi peccata, & promittendi meliora: si qui tamen baptizandi, ex deuotione sua peccata cõfiteri vellent, esset eorum confessio audienda, non ad hoc, quòd eis satisfactio imponeretur: sed ad hoc, quòd contra peccata cõsueta eis spiritualis informatio vitæ traderetur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd in baptismo Ioannis non remittebantur peccata: sed erat baptismus pęnitentiæ: & ideo conuenienter accedentes ad illud baptisma, confitebantur peccata, vt secundum qualitatem peccatorũ, eis pęnitentia determinaretur: sed baptismus Christi est, sine exteriori pœnitentia, vt Ambros. * dicit. vnde non est similis ratio.

Ad secvndvm dicendum, quod baptizatis sufficit confessio interior Deo

omnia & secundũ speciem, & secundum numerum sacerdoti confessario secrete explicantur, loquebatur secunda conclusio: & glossa adducta mox post tertiam hanc conclusionẽ in textu, super Matt. 3. non loquitur de illa confessione speciali, sed de hac generali.

¶ Not. Non sine causa ponitur in conclusione ly omnibus. Pompis enim non unius generis tantùm, duorum, vel trium; sed omnium generum prorsus, per hoc verbum dat intelligere, quòd baptizandus abrenunciat. Vnde ad hoc exprimendum clarius aliqui addunt ly operibus, dicentes: Abrenuncia diabolo, operibus, & pompis eius; vt habetur ex Concilio Parisien. sub Ludouico, & Lothario lib. 1. cap. decimo. Nota secundò, quid sit abrenunciare Sathanæ, & omnibus pompis eius, vt conclusionem intelligas. Hoc totum declarat optimè Concilium ibidem sic. Abrenunciare diabolo est penitùs eum respuere, spernere, reijcere, eique contradicere; seque, & vnumquemque ab eo alienare, siue aliud quid, quod hoc verbo in hoc sensu exprimi potest. Opera eius sunt, quæ utique operibus Saluatoris contraria existunt. Primum superbia, cuius ille author est, & quæ eum ex Angelo dæmonem fecit; quæ est etiam initium peccati omnis, & cætera uitia, quæ ex radice prodeunt superbiæ. Pompa diaboli hæc est, quæ & pompa mundi, id est ambitio, arrogantia, vanagloria, omnisque cuiuslibet rei superfluitas in humanis usibus. Vnde crescit elatio, quæ multotiens honestati solet ascribi, & cætera huiusmodi, quæ de fonte superbiæ procedere noscuntur. Hæc, & his similia sunt, quæ vnusquisque fidelis tempore baptismatis à se reiecit; Christoque se mancipauit, pactumque cum Deo fecit; nè penitùs ad ea, quibus abrenunciauit, rediret. Verùm si iura humanæ pactionis firmiter conseruantur; fixius tamen atque feruentiùs iura tanti pacti, quæ cum Deo facta sunt, inuiolabiliter sunt obseruanda. Hæc ibi. Et in cap. 9. idem sic. Pactum, quod cum Deo in baptismate fit, à multis ex toto, à multis ex parte, transgreditur. Ex toto quippe transgreditur; quando quis post acceptam baptismatis gratiam, aut ad infidelitatem, aut ad hæresim, aut certè ad schisma prolabitur. Ex parte verò; quando quis aut ad superbiam, aut ad inuidiam, aut ad cætera vitia spiritalia, quæ ex radice superbiæ prodeunt, labitur. Et infrà. Cum ergo post huiusceemodi abrenunciationem quibuslibet illecebris vitiorum illectus ad ea, quibus renunciauit, redit; proculdubio pactionis transgressor efficitur. Hæc Concilium. Ex quo ad declarationem conclusionis habes, quid dicas & affirmatiue, s. abrenunciationem ipsam plano sensu exponendo, & negatiue, s. abrenunciationem eandem ab oppositis transgressionibus ostendendo. Ex quo Concilio etiam patet, quod Concil. Triden. benè inquit, quòd baptizati obligantur ad totam legem seruandam. Sic autem sess. 7. de baptismo, can. 7. Si quis dixerit; baptizatos per baptismũ ipsum solius tantum debitores fidei fieri; non autem uniuersę legis Christi seruandæ: Anathema sit.

* In lib. de medic. pœnit. cap. 2. nõ procul à princip. tom. 2.

* ar. præce.

¶ Prob. Quia hoc patet ex ritu Ecclesiæ approbato.

¶ Coroll. Ergo ly secundum ritum Ecclesiæ, facit ad duo; scilicet ad declarandum, quæ sit illa confessio generalis (quòd videlicet est ly Abrenuncio &c. vt suprà); & ad probandum conclusionẽ ipsam tertiam, quod videlicet illa confessio sufficit. Pro declarando vniuersaliter ly ritum Ecclesiæ, sciendum, quod Concil. Trid. sess. 7. de sacramentis in genere, cano. 13. ait: Si quis dixerit, receptos, & approbatos Ecclesiæ catholicæ ritus in solemni administratione sacramentorum adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcumque Ecclesiarum pastorem mutari posse: Anathema sit. Hæc ibi.

¶ Not. Propter ly confessio peccatorum, quod in omnibus conclusionibus ponitur, aduertendum, quod hoc dicitur ad differentiam confessionis fidei, quæ vtique baptizandis est, secundum ritum Ecclesiæ, & exterior & specialis necessaria. Vnde in huius rei testimonium legitur in Concilio Parisiorũ sub Ludouico, & Lothario capit. 9. lib. 1. sic. Constat, vnumquemq; fidelem Deo in baptismate duarum pactionum nexib. se obligare: altera, qua abrenunciare diabolo, & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius; altera uero, qua se in Patrem, & Filiũ, & Spiritumsanctũ credere, profitetur. Vndè etiam sub eiusdem sanctæ Trinitatis inuocatione baptismatis gratiã cõsequitur. Cum ergo post huiusceemodi abrenunciationem quibuslibet illecebris vitiorũ illectus ad ea, quibus renunciauit redijt; & post tantæ fidei perceptionem in apostasiam, aut infidelitatis, aut hæreticæ prauitatis, aut fraternæ schismatis prolabitur; proculdubio utriusq; pactionis transgressor efficitur. Hæc Conciliũ. Quæ verba superius ante probationem concl. 3. adducta sunt circa finem; sed tamen solũmodo præcise, quãtum deseruiebãt proposito illi. Quòd si non tunc, sed nunc (ita exigente materia, de qua fit sermo) omnia adducta fuere; nõ falsitatis alicuius (absit) sed qualitatis diuersę negociorum, vel ampliorũ magis, vel minus, hoc signũ est. Sic fit sæpe alibi quãdoque, non alterando verba Conciliorũ sacrorum; sed, pro quanto ad veritatem catholicam occurrẽtem sufficit, solum ipsa recitando. Hæc paucula dixerim pro huiusmodi allegationibus, si quando occurrerint tibi, ne propter verborũ eorundem diuersam in prolixitate, vel breuitate allegationem plus nimio admiratus ostendaris.

* In gl. or. sup illud, Exibant vt baptizarentur ab eo.

Notatio vniuersalis pro allegationibus.

1^m^ illatio conclusionis. Ergo videtur, quòd multò &c. ℞. Negatur illatio. §. Ad probationem dicitur, quod confessio peccatorum non erat in baptismo Ioannis propter baptismi talis perfectionem; sic enim teneret optime illa consequentia prædicta argumẽtantis: sed erat propter imperfectionem; quia scilicet ille baptismus non habebat virtutem remittendi peccata; sed erat inducens per pęnitentiã etiam exteriorem ad baptismum Christi, in quo sine exteriori pęnitentia dabatur remissio peccatorum. Vnde argumentum est fallacia secũdum non causam, vt causam; quasi quòd confiteri illud in baptismo Ioannis esset propter perfectionem illius baptismi, & non propter dispositionem ad perfectionem. Et indè (notata ueritate rei prædicta) argumentum est in fauorem conclusionis: non àuté contrà. Quia enim baptismus Christi est perfectior modo declarato suprà; ideò confessionem, seu pęnitentiam exteriorem non exigit.

2^m^ ex Prouerb. Confessus fuerit. ℞. Confessioni interiori, & exteriori generali: non autem confessione exteriori speciali. §. Loquendo de baptizandis. Tunc nihil &c. Nam & conclusiones præmissæ hoc dixerunt. Vndè Prouer. illa sententia sic intellecta est potiùs in fauorem, quàm contrà.

¶ Not. Pro auctoritatis adductæ, & conclusionis primæ & secundæ notitia aduerte ly Et reliquerit ea. Non enim dicit, quod qui confessus delicta fuerit, misericordiam consequetur: sed qui confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Dicebat prima conclusio, quod confessio interior requiritur; & secunda, quod confessio exterior generalis; sed utraque subintelligebat etiam relictionem ipsorum in confessione explicatorum. Hoc declaratur. Venit quis luxuriosus ad baptismum, interiùs dolet de peccato suo præterito: hoc non sufficit ad misericordiam consequendam. Si enim doleret de præterito illo, & haberet uoluntatem reuertendi ad illud,

lud, post 50. etiam, vel 60. vel plures annos; poneret obicem misericordiæ consequendæ, & sic illam non consequeretur. Oportet ergo ad hoc, quòd gratiam baptismi recipiat, ꝙ coram Deo de peccato præterito doleat, & quòd in voluntate nunc illud relinquat actualiter, & voluntatē habeat relinquēdi illud de facto, i. nūquam reuertendi ad illud nec opere, nec locutione, nec cogitatione, nec omissione, nec cōmissione, nec quouis alio modo, si dat. Item nota, ꝙ dolor iste sup luxuriā, nō tantū ut luxuria est, sed etiam ut absolute peccatum est, erri debet: similiter quòd voluntas relinquendi illam, non tantum quatenus illa, sed etiam quatenus peccatum absolute est, eandem respicere tenetur: alioquin misericordiam non poterit consequi. Vt sub exemplo dicatur. Venit quis ad baptismum dolens de luxuria præterita, habens voluntatem totaliter relinquendi eam; sed tamen intendens peccatum alterius generis committere; iste non consequetur misericordiam; quia non relinquit delicta sua, quatenus delicta, sed tantùm quatenus ista. Loquitur ergo formaliter scriptura de delictis: intelligenda est & cōclusio formaliter, modo narrato. Simile dic in concl. 2. s. de confessione generali. Abrenuncians enim ille, quem dicit, debet relinquere simpliciter, & non tantùm materialiter, sed etiam formaliter. Hoc est. Habere voluntatem, & nunquam quocūque tempore reassumendi illud, cui nunc abrenunciat (quod est simpliciter relinquere); & relinquendi omnia opera, atque pompas diaboli, quatenus diaboli, adeò quòd si daretur per impossibile saltem, ꝙ aliquod opus, vel pompa non esset nunc diaboli, & post inciperet esse diaboli, iste ipsi operi, vel pompæ mox vt diaboli esse incipit, id est ad diabolum quoquomodo pertinere, nunc prout ex tunc abrenunciare intendit, atque renunciat (& hoc dicitur non materialiter tantum, sed etiam formaliter relinquere). Quæ autem hic annotata sunt pro confessionibus baptizandorum, tu etiam intellige de confessione sacramentali fidelium pœnitentium; pro quanto utrobique de misericordiæ consecutione tractatur.

Deo facta, & etiam exterior generalis, ad hoc, quòd dirigantur, & misericordiam consequantur: nec requiritur confessio specialis exterior, sicut dictum * est.

* In corp. art.

3^m ex Actu. Pœnitentiam. ℞. Quæ est virtus; non, quæ est sacramentum. §. Tunc nihil &c. Nam & conclusio prima in baptizandis admittit pœnitentiam, quæ est virtus, cum sit dolor de peccatis.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. Dei.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationem à simili interimas hæresim Armenorum, dicentium; Baptismum non posse alicui conferri, nisi eidem conferatur Eucharistiæ sacramentum. Si enim antequàm baptizetur quis, volunt eidem conferendam esse Eucharistiam; retunduntur ex ratione articuli, eò ꝙ baptismus est ianua sacramentorū: si verò post; adhuc alia eius ratione reijciuntur, eo quod non indigent iam baptizati remissione peccatorum, antequàm post baptismum peccent. Quòd si dicatur, quòd indigent alijs effectibus per Eucharistiam datis, puta augmento gratiæ, sapore quodam spirituali, &c. respondetur, quòd indigent illis, sed non necessariò, cum per gratiam per baptismum habitam, & adhuc conseruatam possint ad salutem peruenire. Et illa erit ratio Concilij Trident. nunc adducendi. Consequenter ergo non necessitatur quis ad sumptionem Eucharistiæ tempore baptismi, ita scilicet, ꝙ non possit baptizari, nisi antè, vel post adhuc in gratia existens Eucharistiam sumat. A simili ergo determinauit D. Thom. per hunc articulum contra Armenorū prædictam hæresim; quando per eundem formaliter determinauit, ꝙ accedentes ad baptismum non tenentur ad sacramentalem confessionem suorum peccatorum. Et si, sicut determinat, ꝙ ad confessionem talem ex eorū deuotione possit admitti cum limitatione in tex. fin. super hoc adducta; ita à simili determinasse tunc intelligitur, ꝙ si quis adultus vellet post baptismum ex deuotione communicari, posset (si tamen per ætatē liceret, alijsq; necessarijs cōcurrētibus, puta ieiunio &c.) ad Eucharistiæ sumptionem admitti. Secundò habes, quomodo per rationē à simili ostendas, hanc meritò fuisse damnatā à Conc. Trid. sess. 21. c. 4. sic. Docet sancta synodus paruulos vsu rationis carentes nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiæ communionem: siquidem adeptam in baptismo gratiā illa ætate amittere non possunt. Hæc ibi. Ecce: Ex Concilio ratio supradicta à simili; ꝙ in gratia baptismali constitutus, non indiget necessariò communicari sacramentaliter; non quia non possit gratiā amittere, si est adultus; sed quia gratia tunc habita sufficit ex se ad salutem. Item ab eodem sess. ead. can. 4. Si quis dixerit; paruulis antequàm ad annos discretionis peruenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem; Anathema sit. Iunge dictis id, quod idem Concilium de baptismo paruulorum sanxit; & aperte damnationem erroris Armenorum conspicies. Sic enim in sess. 7. can. 13. de baptismo, ait: Si quis dixerit: paruulos eò, ꝙ actum credendi non habent, suscepto baptismo inter fideles computandos non esse; ac propterea cum ad annos discretionis peruenerint esse baptizandos; aut præstare, eorum omitti baptisma, quàm eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiæ: Anathema sit. Hæc ibi. Ecce Concilium vult, paruulos ante annos discretionis baptizari; & adeò determinatè id vult, vt damnet contrarium dicentes; quod tamen Concilium paruulos ipsos baptizatos ad Eucharistiam sumendam dicit non esse vlla necessitate astrictos, contrarium dicentes anathemate percellens. Tertiò habes, quomodo per rationem ostendas, meritò Concilium Trid. addidisse ly post baptismum lapsis, quando de cōfessionis necessitate loquens sess. 14. cap. 5. ait: Ex institutione sacramenti pœnitentiæ iam explicata, vniuersa Ecclesia semper intellexit institutam etiam esse à Domino integram peccatorum confessionem, & omnibus post baptismum lapsis iure diuino necessariam existere. Et eadem sess. de pœnit. sacram. canon. 1. Si quis dixerit; in catholica Ecclesia pœnitentiam non esse verè, & propriè sacramentum pro fidelibus, quotiēs post baptismum in peccata labūtur, ipsi Deo reconciliandis à Christo domino institutum: Anathema sit. Et canon. 2. Si quis dixerit &c. atque ideo pœnitentiam non rectè secundam post naufragium tabulam appellari: Anathema sit. Hæc ibi. Non sine causa enim Concilium, quando pœnitentialem confessionem necessariam esse dicit, signanter ponit ly lapsis post baptismum, vel quoties post baptismum in peccata labuntur, vel hanc secundam post naufragium tabulam. Innuitur enim ex hoc, quòd confessio sacramentalis, neque ante, neque post baptismum est necessaria; nisi baptizati denuò lapsi sint. Quartò vides; quomodo ex ijs bene pēsatis, & applicatis, doctrina hæc Ang. vicissim, & à simili de Eucharistia, & formal. de cōfessione, declaret, atq; confirmetur.

AD TERTIVM dicendū, ꝙ confessio est pars pœnitentiæ sacramentalis, quæ non requiritur ante baptismum, vt dictum * est: sed requiritur interioris pœnitentiæ virtus.

* In corp. art.

## ARTICVLVS VII.

Sot. 4. s. d. 5. q. vn. ar. 7. Palud. 4. d. 6. q. 2.

*Vtrum ex parte baptizati requiratur intentio suscipiendi sacramentum baptismi.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod ex parte baptizati non requiratur intentio suscipiendi sacramentum baptismi. Baptizatus enim se habet sicut patiens in sacramento: intentio autem non requiritur ex parte patientis, sed ex parte agentis. ergo videtur ꝙ ex parte baptizati, non requiratur intentio suscipiendi baptismum.

¶ 2 Præt. Si prætermittatur id, quod requiritur ad baptismum, homo est denuo baptizandus, sicut cum prætermittitur inuocatio Trinitatis, vt suprà dictum * est, sed ex hoc non videtur aliquis esse denuo baptizandus, quòd intentionem non habebat suscipiēdi baptismum, alioquin cum de intentione baptizati non constet, quilibet posset petere se denuo baptizari propter intentionis defectū. non videtur ergo quòd intentio requiratur ex parte baptizati, vt suscipiat sacramentum.

¶ 3 Præt. Baptismus contra peccatū originale datur: sed originale peccatum contrahitur, sine intentione nascentis. ergo baptismus, vt videtur, intentionem non requirit ex parte baptizati.

SED CONTRA est, ꝙ secundùm ritum ecclesiæ, baptizandi profitentur se petere ab ecclesia baptismum, per quod profitentur suam intentionem de susceptione sacramenti.

SVPER Q. IX. Aliàs 68. Art. VII.

65 Inf. q. 69. ar. 9. Et 4. d. 6. q. 1. 2. q. 3. & d. 17. q. 1. ar. 2. q. 4. cor.

COncl. Ex parte baptizati requiritur voluntas, seu intentio suscipiēdi sacramentum.

¶ Prob. Ad hoc, ꝙ aliquis moriatur ueteri vitæ, requiritur in adulto voluntas, qua eū pœniteat ueteris pœnitentiæ (vt patet ex Augustino): Et de inceptione nouæ vitæ, quæ non nisi per baptismi susceptionē fit, est similis ratio (patet ab oppositis).

* q. 66. ar. 6

¶ Not. Ex hoc, quòd de adulto loquit probationis prior pars, non inferas, articulum non loqui etiam de infantibus, qui baptizātur; sed dic, ꝙ loquitur à notioribus nobis procedēdo. Notius est enim nobis, ꝙ adultus habet intentionē ad aliquid, quàm quòd infans: & consequenter cum de intentione habenda, vel non habenda in faciēdo, vel suscipiendo sacramentum aliquod, aut de incipiendo bonam vitam, vel deserendo malā sermo fit, è vestigio nobis occurrunt adulti, tanquàm de actuali intentione libere habēda notiores. Non infertur autem inde, quòd in hoc articulo non loquatur de in-

de infantibus;quoniam responsio ad primum art.9. monstrat contrarium. Quando enim in argumento ibi adducitur,quòd in baptizandis requiritur intentio,vt dicitur in art.hoc 7.& q pueri intentionem huiusmodi non possunt habere;tunc respondetur diuidendo de intentione in se, & per alium, applicandoque ad pueros, q habēt intentionem per alium. Ecce, quòd admittitur maior etiā ad pueros applicata, q s. requiratur intentio; & consequenter admittitur, quòd iste 7. artic. comprehendit etiā pueros; vt dicamus, quòd in titulo,& cōclusione accipitur ly intētio largè, id est vel per se, vel per alium. Nota secundò ex probatione; q opus humanum nō est inutilis cultus (vt quidam dicunt, narrante Bundeiio Ordinis Prędicatorum in Compendio concertationis &c. titu.34. art.22.) Opus enim humanū est uolitio,seu intentio: & hæc lata super pœnitentiam veteris uitæ, vel acceptationem nouæ est bona,& consequenter utilis cultus. Non igitur quod sponte fit(hi hoc intelligunt per opus humanum, negantes per hoc, uota á nobis spontaneè facta esse Deo accepta, id est utilem cultum) non, inquàm, opus omne á nobis electum est inutilis cultus; nisi Deo cōtrarietur. Vnde ad Philem on.dicit Apostolus: Sine tuo consilio nihil volui facere, vt non velut ex necessitate esset bonum, sed uoluntarium. Spontaneitas ergo,siue (vt verbis probationis vtamur) intentio libera ad aliquod bonum ab homine electum, operis humani bonitatem non diminuit; sed laudabiliús facit. Imò sine intentione hominis bonum datum non sibi prodest, puta baptismus, vt hic dicitur. Ergo opus humanum aliquod adeò est utilis cultus, vt sine illo utilitas sit homini inutilis; & Deo, vt ab homine, non accepta. Licet enim baptizari sit secundum se Deo semper acceptum, hominique utile; tamen baptizari, vt ab homine isto, puta quando absque intentione saltem per alium habita quis baptizatur, neque Deo acceptum, neque utile sic baptizato est.

* In lib.de med.peni. c.non longe à prin. tom.9.

**1m de minori.** Patientis. ℞. Passione coacta;non passione voluntaria § Tunc &c. Nam baptizatus se habet sicut patiens uoluntarium; non ut coactum.

**2m minor.** Ex hoc non videtur aliquis baptizandus denuò, quod intentionem non habeat suscipiendi baptismum. ℞. Negatur illa. §. Quando s.reuera constaret, puta per confessionem adulti, quod in baptizato eo defuisset intentio prædicta. Ad probation m illam, Alioquin cum de &c.dicitur,quòd nō de quolibet constat, quòd non habuerit præmissam intentionem: imò de pluribus constat,quòd habuerint. Si autem baptizatus dubitaret,dubio probabili (vt excludatur dubium scrupulosum,quod sine ratione ex leuissimis quandoque causis consurgit) de intétione sua; tunc fiat,vt in textu ly si tamen hoc non constaret &c.

**3m de maiori.** Contra peccatum originale. ℞. Et contra actuale. §. Tunc &c. Nam licet originale contrahatur sine intentione nascentis; tamen actuale non fit sine intentione agentis.

Respon. Dicendum, quòd per baptismum aliquis moritur veteri vitæ peccati, & incipit quandam vitæ nouitatem, secundùm illud Roman. 6. Consepulti sumus Christo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: & ideo sicut ad hoc, quòd homo moriatur veteri vitæ, requiritur secundùm Augustinum * in habente vsum liberi arbit. voluntas, qua cum veteris vitæ pœniteat, ita requiritur voluntas, qua intendat vitæ nouitatem: cuius principium est ipsa susceptio sacramenti: & ideo ex parte baptizati requiritur voluntas, siue intentio suscipiendi sacramentum.

Ad primum ergo dicendum, quòd in iustificatione, quę fit per baptismum, non est passio coacta, sed voluntaria: & ideo requiritur intentio recipiendi id, quod ei datur.

Ad secundum dicendū, q si in adulto deesset intētio suscipiendi sacramentū, esset rebaptizandus: si tamen hoc non cōstaret, esset dicendū, Si nō d es baptizatus, ego te baptizo.

Ad tertium dicendū, quòd baptismus ordinatur non solùm contra originale peccatum, sed etiam contra actualia, quæ per volūtatem, & intentionem causantur.

ARTI-

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem interimas errorem Cathaphrigarum dicentium,baptizandos esse mortuos. Non enim mortui cadauer habet intentionem suscipiendi baptismum,vt patet. Nec ualet pro illo errore sustentando dicere;baptismum conferri debere mortuo in hoc sensu, quòd aliquis viuus in demortui locum submissus baptizetur nomine mortui, & sic mortuus intelligatur baptizari, & baptismus ille prosit mortuo. Vndè ipsi Cathaphrigæ,& Marcionistæ dicebant;baptismum conferri debere mortuo, ei profuturum, baptizato viuo in demortui locum submisso. Errore itaque hoc vltimo errorem primum excusare, aliqualiter declarando, volebant. Illos siquidem per hunc secundum errorem,opinor,voluisse quasi respondendo dicere; quòd intentio viui pro intentione mortui reputabatur tunc, & sic baptismus baptizato viuo proderat defuncto. Quemadmodum si dicamus nos, sicut & dicimus, quòd intentio aliorum pro puerulo ad baptismum delato reputatur pro intentione puerulí ipsius, atque ei prodest, artic 9. Verùm similitudo non tenet; imò distat plurimum. Nam puer est corpus viuum sub cęlo, & est ille, qui baptizatur; quorum neutrum est in eorum positione. Neque enim cadauer defuncti baptizatur, sed is viuus,qui in locū defuncti submittitur; neque cadauer illud est viuum sub cęlo. Vnde intentio repręsentantiū pueros ad baptismum potest eis imputari, atq; prodesse; quia per aliquid,puta per baptismū actualiter pueris illis collatum, reuera eis applicatur. Cum ergo defuncti corpus (etiā abstrahendo ab hoc, q non est viuū) non tangat actu per aquā baptismi, intentio illa viui prædicti nō habet, vnde reuera possit applicari defuncto. Secundò habes,quomodo per rationem ostendas, prædictū errorem cum sua declaratione meritò damnari à scripturis 1.Cor.15.Alioquin qd facient,qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt? Vt quid etiam baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora? Intantum ratā (inquit Ambrosius) & stabilem vult ostendere resurrectionem mortuorū, vt det exemplum eorum, qui tàm securi erant de futura resurrectione, vt etiam pro mortuis baptizarentur, si quē forte mors præuenisset, timentes, nē aut male, aut non resurgeret. Vnde subiecit; Vt quid & baptizantur pro illis? Exemplo hoc non factū illorum probat, sed fixam sententiam de resurrectione ostendit. Quid & nos periclitamur omni hora? Dicēdo, quid & nos periclitamur, discernit personas, ostendens nō catholicos esse; qui pro mortuis baptizātur. Deniq; suprà dixit, Vt quid baptizantur pro illis? Nunquid dixit,& baptizamur pro illis? Hæc D Ambrosius. Vbi uides, q Apostolus in illis laudat unū, de quo ibi ad longū tractabat, s.fidem resurrectionis certā; & condemnat aliud, tāquàm non catholicū, videlicet viuos baptizari pro mortuis. Vbi etiā nota, q error hic fuit ab Cathaphrigis, & Marcionistis ab inferis reuocatus: & ideò attribuitur nunc illis; quoniā tempore Apostoli, qui fuit eis anterior, inueniebatur. Item ab Eccles.9. Mortui non habent vltrà mercēdē, nec partem in hoc sęculo, & in opere, quod sub Sole geritur. Si igitur, s̄m scripturā, mortui non habent vltra mercedem, nec partem in opere, quod sub Sole geritur; quomodo poterit baptismus mortuo prodesse, qui datur viuo in defuncti locū submisso? Diligenter verò nota, q huiusmodi scriptura loquitur de mortuis extra Dei gratiā: ideò facit mentionē de mercede, quæ non nisi habentibus gratiam in cœlo datur; & etiā negat eos habere partē in bono opere, quod sub Sole geritur; quia s.sunt extra charitatē, quæ facit omnia cōmunia, ita vt existēs in ea possit veraciter dicere Dño, Particeps ego sum omnium timentium te, Psal.118. Hoc dixerim; nē ex illa scriptura male intellecta motus negares, vel dubitares, q orationes, & pia opera uiuorū s̄m intentionē Sanctæ Ecclesiæ facta prosūnt mortuis in purgatorio, & gaudiū afferunt in cęlo existentibus; ita q vtriq; horum habent partē in bono opere gesto sub Sole. Ratio, quia illorū quisq; est in charitate. At defunctus sine baptismo non erat, neq; est in charitate; & cōsequenter talis, s̄m scripturā præmissam non habet partē in bono opere, quod geritur sub Sole. Item à Mar.vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò nō crediderit, condēnabitur. Ecce, q non baptizatus per se ita, q baptismus eū tangat, nō potest saluari. Item á synodo Carthaginensi 3 in Trullo cōfirmata, cap.6. Placuit, vt corporib. defunctorū Eucharistia non detur. Dictū est.n. à Domino; Accipite, & edite. Cadauera autē nec accipere possunt, nec edere. Cauendum est etiā, ne mortuos baptizari posse, fratrum infirmitas credat, quibus nec Eucharistiā dari, licitum est. Hæc ibi. De Eucharistia nō danda mortuis cōcordat Cōcil. 6.Cōstantinop. can.83.propter eandē rationem: itē & Cōcil. Antisiodorēse can.12. Tertiò habes; quō per rationē ostēdas, meritò dictū fuisse 1.Pet.3. q & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma, nō carnis depositio sordiū, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum. Vbi ostenditur, q intentio in baptizando requiritur. Patet.n. q interrogatio præsupponit interrogati intentionē, & vt interrogantem audiat, & vt ad interrogationē respondeat. Habes quartò, quomodo per rationē ostendas, rectè vti Ecclesiam hoc ritu, vt s.accedentes ad baptismū postulent à sacerdote baptizari. Per hanc siquidem suā postulationē designatur suamipsorum intentionem requiri ad baptismum; cū ea, quę sunt in voce, sint earū, quæ sunt in anima passionū, notæ, vbi dicit Philos. 1.lib. Perihermenias. Quanti autem æstimādi sint ritus Ecclesiæ tales, conijcies ex anathematismo posito ex Trid. Concil. suprà artic. 6. in corollario immediate post probationem tertiæ conclusionis. Quintò uides, quomodo ex his omnibus doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

D.583.

Comm.

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus vt sonat sumendus est.

¶In corp. iuncta responsione ad 2. vbi dicitur si in adulto deesset intentio suscipiendi sacrm, esset rebaptizandus, dubium occurrit magnum, an ex parte baptizati, ita necessaria sit intentio suscipiendi sacramẽtum baptismi, vt si illa desit, baptismus nullus sit.

¶Et est ratio dubij varietas opinionũ: quidam.n. (de quorũ numero est Duran.in 4.sent.d.4.q.2.) tenet uniuersaliter, hoc est tam in adultis, q̃ in paruulis requiri consensum ex parte baptizati. Alij vero, de quorum numero est Auctor in 4.sent. d.6.q. 1. art.2.q.3. tenent totaliter oppositum, s. quòd nec in paruulis, nec in adulto, per se loquendo, exigitur uoluntas propria. Dico autem per se loquendo, quia in adultis exigitur uoluntas propria per accidens, hoc est, vt remouens prohibens, puta peccatum, vel contrariam voluntatem. Quidam autem, de quorum numero est Scotus in 4. sen. d. 4. q. 2. distinguendum putant, inter adultum, & puerum, tenentes, quòd in adulto requiritur voluntas: in paruulo autem non.

¶Et q̃m q̃o est difficilis, vidẽdum est, quid roboris habeãt rõnes opinionum: & deinde rationabilior dicendi modus eligendus est.

¶Prima igitur opinio tenens vl'ter requiri consensum ex parte baptizati fundatur primo super ritu ecclesię petentis à baptizãdo, Vis baptizari? Secũdo super hoc, q̃ baptizari est passio uoluntaria.

¶Tertio procedit Duran. sic: Quicquid est de necessitate sacramenti in uno, est de necessitate sacramenti in omnibus, in similibus quidem similiter, & in proportionalibus proportionaliter: sed uoluntas recipiendi baptismũ est de necessitate sacramenti in adultis. ergo est etiam de necessitate sacramenti in paruulis: proportionaliter tamen, hoc est uoluntate interpretatiua quo ad paruulos, sicut propria quo ad adultos. Probatur minor: Adultus simili modo debet se habere ad fidem, & ad fidei sacramentum, sed credere non potest nisi uolens. ergo nec baptizari potest nisi uolens.

¶Et confirmatur ex mandato Domini, Docete omnes gentes, baptizantes eos &c. vbi Hieron. dicit, Non potest suscipi sacramentum, nisi anima fidei susceperit ueritatem.

¶Afferi quarto rõ ex litera huius art. s. oportet inchoantẽ nouã vitam, velle illam, ac per hoc eius principium, quod est baptisma.

¶Oppositæ autẽ opinionis, s. q̃ non per se requirit velle ex parte baptizati, fundamentum est, q̃ tota efficacia sacramenti baptismi est, ex parte ipsius sacramenti, nec requirit ex parte patientis, nisi capacitatem absque contrarietate. Probaturq́; hoc ex eo, q̃ de facto videmus paruulum omnem baptizatum non esse rebaptizandum. Et hinc sumitur ratio: Quicquid non est de necessitate sacramenti in vno, non est de necessitate sacramenti in reliquis: sed consensus non est de necessitate sacramenti in paruulis. ergo nec in adultis.

¶Tertiæ autem opinionis ratio est, quia si adultus caret consensu, vr̃ q̃ contemnat: oportet.n. adultum aliquam habere deuotionẽ ad sacramentum, aut contemnere ipsum, saltem interpretatiue.

¶Et ut ab hac ultima incipiamus, responsio, seu ratio illa fugit quæstionẽ, quasi impossibile sit inueniri adultũ neutrũ respectu baptismi, sed oporteret in alterã partem declinare, hoc est, velle, aut nolle baptizari. Q̃o aũt est de ueritate cõditionalis, nõ curando de possibilitate antecedentis: vertit.n. in q̃onem, si adultus neuter ẽm voluntatẽ ad baptismũ baptizaretur dormiens, an esset postea baptizandus, hoc est, an susciperet characterẽ, vel non, cui q̃oni, vt patet, non satisfit per hanc opinionẽ declinantem ad alterum extremum.

¶Primæ aũt opinionis fundamentũ primũ de ritu ecclesiæ, non cogit: q̃m eodẽ ecclesiæ ritu petit ẽt à baptizando, si credit in Deũ patrẽ omnipotentem, &c. & tñ constat non exigi ad necessitatẽ sacri fidẽ, siue suã, siue patrini, ex parte baptizati. Secũm quoq; fundamentũ, petit principium. Tertiũ uerò, ambiguũ assumit, s. in adulto requiri per se propriam voluntatem: hoc est enim, de quo est q̃stio.

¶Et ad probationem dici facile potest, similitudinem non teneres, s. q̃ adultus, ita se debeat habere ad sacramentũ fidei, sicut se habet ad credere: quoniam credere consistit manifeste in actione voluntaria, sacramentũ autem fidei manifestẽ cõsistit in pati, seu suscipere, & propterea non est simile. Auctoritas autem Hieron. non est ad propositum: quia de fide loquitur, quæstio autem est de velle.

¶Secundæ deinum opinionis ratio reijci potest eodem modo, s. q̃ assumit probandum: hoc.n. est, quod vertitur in dubiũ, an patiens in baptismo, exigat velle, vt necessariam dispositionem ad receptionem sacramenti: hoc enim est totum in quo consistit quæstio.

¶Quod autem additur, quòd nullus puer baptizatus est rebaptizandus, licet negetur à tenentibus primam opinionem, magnam tamen secundum rationem uim habere uidetur.

¶His excursis, dicendum mihi uidetur cum secunda opinione, q̃ per se loquendo non exigitur intentio, seu uoluntas ex parte baptizandi de necessitate sacri: sed sufficit in ipso non inueniri obicem voluntatis contrariæ. Probaturq́; hoc dupliciter. Primo, auctoritate Innoc. III. extrà, de baptis. & eius effec in c. maiores causas: ibi.n. mota q̃one de suscipientib characterem, & relata opinione quorũdam dicentiũ characterem imprimi ẽt inuitis, refutata deinde hac opinione quo ad totaliter inuitos, cõcludit hęc uerba in calce. Tũc ergo characterem, sacralis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non inuenit obsistentem, vbi manifestẽ patet intenta conclusio determinata ab Apostolica Sede. Secundo, probatur vtendo iam dicta ratione: quod non est de necessitate sacri in vno recipiente baptismum, non est de necessitate sacri, per se loquẽdo, in quocũque recipiente baptismum: sed in paruulis uoluntas etiam interpretatiua non exigitur, ut propria dispositio ad recipiendũ baptismum. ergo in nullo baptizando requiritur, per se loquẽdo, consensus ad recipiendum baptisma. Et probatur minor: quia voluntas parentum non est dispositio aliqua, sed sola appropinquatio patientis ad agens, puta ministrum conferentem sacrm: constat.n. approximantem passiuum actiuo non esse necessarium ex parte patientis: tum, q̃a aliunde potest suppleri, puta ex approximatione agẽtis ad patiens, vel ex remouente obstaculum: tum, q̃m extrinsecum hoc est, patet uerò uoluntatem parentis solummodo approximare passiuum actiuo, offerendo infantem baptismo, ex eo, quòd si Iudæus faceret filium baptizari, non ut nutriretur Christianus, sed totaliter nutriendum in Iudæum, ob solamq́; corporis sanitatem infantem vellet baptizari, & hoc ipsum diceret, ac compelleret ministrũ ad baptizandum, vel ipsemet baptizaret, in ueritate infans esset baptizatus: & tamen tunc paterna uoluntas nec ex charitate, nec ex spe, nec ex fide, nec ex ecclesiæ voluntate ibi cooperaretur: quoniam ecclesia si sciret, resisteret tali oblationi. Nihil ergo facit oblatio pueri, nisi q̃ approximat passum agenti: iniuriáq́; paternæ tollit auctoritatis, quę illi irrogaretur, si infans patre inuito baptizaretur. sufficit ergo in baptizando non inueniri obicem voluntatis contrariæ ad hoc, vt characterem suscipiat ex baptismo.

¶Sed contra hoc instant dupliciter: primo vtendo argumẽto allato in dicta Decretali, q̃ s. sequeretur ex hoc, q̃ aliquis adultus nũquam consentiens baptismo, pertineret ratione sacri ad iurisdictionem ecclesiasticã, ac per hoc ad seruandam regulam Christianæ fidei foret rationabiliter compellendus, quod est absurdum.

¶Obijcitur quoque à Duran. probante, q̃ voluntas adulti baptizandi requiritur per se: nam si uelle suscipere baptismum, non sit in adulto dispositio necessaria ad baptismum ẽm se, sequitur quòd nolle, seu renuere, vel negligere suscipere ipsum, non erit impedimentum: quia non impedit nisi velle oppositum.

¶Ad primum horum dicitur, quòd ratio procedit ex extrinsecis accidentibus, quale est iurisdictio ecclesiastica, & propterea parum roboris habet. Verũtamen dupliciter solui potest. Primo, quòd casus iste, aut impossibilis, aut plusquã rarissimus est, s. ut adultus neuter baptizetur: regulæ autem de iurisdictionis actibus, puta de compellendo, & similibus, dantur ẽm se, quæ communiter eueniunt. Secundo, quòd uno inconuenienti dato, multa inconuenientia sequi possunt: & ideo dato hoc inconuenienti, quòd minister temerè baptizaret adultum neutrum, non est mirum sequi aliud inconueniens, s. quòd talis esset de iurisdictione ecclesiæ ratione sacramenti, & non esset compellendus ad Christianitatem seruandam: quia numquam consensit, sed dormiens baptizatus est.

¶Ad obiectionem verò Duran. r̃ndetur, quòd sequela nihil ualet, & probatio nullius etiã apparentiæ est: q̃m nolle baptismum, ẽm se aduersatur susceptioni baptismi; & ideo impedit ipsum & nõ quia tollit suũ contrarium, puta uelle baptismum. Nec putes auctorem hoc in loco alterius fuisse opinionis, vt patet ex eo, quòd inferius dicit pueros infideliũ, si inuitis parentibus baptizarentur, fore baptizatos: quod autem hic dixit, intelligendum est, secundum id, quod semper de facto inuenitur in adultis, s. quòd non inuenitur neuter, sed aut habet uelle, aut nolle respectu baptismi implicite, vel explicite, &c. & propterea verificatur, quòd si in adulto deesset intentio suscipiendi sacramentum, esset rebaptizandus: defectus.n. intentionis contrariam haberet annexam intentionem.

---

*Sot.4 s.d.1.q.vn.art.8.*
*Palud.4.d.6.q.3.*

66 SVPER Q. IX. Aliàs 68. Art. VIII.

4.d.6.q.1. a.3 q.1. Et q.2.a.2.q. 3.con & d. 9 a.2.q.1. ad 2.

COncl. 1. Ad hoc, vt quis consequatur ultimum effectum baptismi, id est gratiam, recta fides ex necessitate requiritur in baptizato.

¶Prob. Quia iustificatio, quæ est per gratiam gratum facientem, nobis nõ datur, nisi per rectã fidẽ (ex Rom.3.)

¶Not. Ad huius probationis ex Apostolo clario-

### ARTICVLVS VIII.

*Vtrum fides requiratur ex parte baptizati.*

AD octavvm sic proceditur. Videtur q̃ fides requiratur ex parte baptizati. Sacramentum.n. baptismi à Christo est institutũ; sed Christus formam baptismi tradens, fidem baptismo præmittit, dicens Mat. vltimo, Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. ergo videtur quòd nisi sit fides, non possit esse sacramentum baptismi.

¶2 Præt. Nihil frustra in sacramentis ecclesiæ agitur: sed secundũ ritum

ecclesiæ, ille, qui accedit ad baptismum, de fide interrogatur, cum dicitur, Credis in Deum patrem &c. ergo videtur quòd fides ad baptismum requiratur.

¶ 3 Præt. Ad baptismum requiritur intentio suscipiendi sacramentum: sed hoc non potest esse sine recta fide, cum baptismus sit rectæ fidei sacramentum: per eum enim incorporantur homines Christo, vt Aug.* dicit in lib. de baptismo paruulorū: hoc autem non potest esse sine recta fide, secundùm illud Eph. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. ergo videtur quod ille, qui non habet rectam fidem, non possit suscipere sacramentum baptismi.

¶ 4 Præt. Infidelitas est grauissimū peccatum, vt in secunda parte habitum* est; sed permanentes in peccato, non sunt baptizandi. ergo etiam nec permanentes in infidelitate.

SED CONTRA est, quòd Greg.* scribens † Quirico Episcopo dicit, Ab antiqua Patrum institutione didicimus, vt qui apud hæresim, in Trinitatis nomine baptizantur, cum ad sanctam ecclesiam redeunt, aut vnctione chrismatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei, ad sinum matris ecclesiæ reuocentur: hoc autem non esset, si recta fides esset de necessitate baptismi. non ergo recta fides ex necessitate requiritur ad susceptionem baptismi.

RESP. Dicendum, quòd sicut ex dictis* patet, duo efficiuntur in anima per baptismum, s. character, & gratia. dupliciter ergo, aliquid ex necessitate requiritur ad baptismum. Vno modo: sine quo gratia haberi non potest, quæ est vltimus effectus sacramenti: & hoc modo, recta fides ex necessitate requiritur ad baptismum: quia sicut dicitur Rom. 3. Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi. Alio modo, requiritur aliquid ex necessitate ad baptismum, sine quo character baptismatis imprimi non potest, & sic recta fides baptizati non requiritur ex necessitate ad baptismum, sicut nec recta fides baptizantis, dummodo adsint cetera, que sunt de necessitate sacramenti. non. n. sacramentum perficitur per iustitiam hominis dantis, vel suscipientis baptismum, sed per virtutem Dei.

AD PRIMVM ergo dicendum, q Dominus loquitur ibi de baptismo, secundùm q perducit homines ad salutem per gratiam iustificantem, quod quidem sine recta fide esse non potest, & ideo signanter dicit, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.

AD SECVNDVM dicendum, q ecclesia intendit homines baptizare, vt emūdentur à peccato, secundùm illud Isa. 27. Hic est omnis fructus, vt auferatur peccatum: & ideo inquantum est de se non intendit dare baptismum, nisi habentibus rectam fidem, sine qua non est remissio peccatorum: & propter hoc interrogat accedentes ad baptismum, an credant: si tamen sine recta fide aliquis baptismum suscipiat extra ecclesiam, non percipit illud ad suam salutem. Vndè Augustinus* dicit, Ecclesia paradiso comparata indicat nobis, posse quidem baptismum eius, homines etiam foris accipere, sed salutem beatitudinis extra eam neminem percipere, vel tenere.

AD

clariorem notitiam, maximè quia in Apostolo ibi additur; Iustificati gratis per gratiam ipsius, notanda sunt Concil. Trid. verba; ne erremus in sensu probationis. Cum Apostolus dicit, iustificari hominem per fidem, & gratis; ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiæ catholicæ consensus tenuit, & expressit, vt scilicet per fidē ideò iustificari dicamur; quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis; sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorū eius consortium peruenire: gratis autem ideo iustificari dicamur; quia nihil eorum, quæ iustificationem præcedūt, siue fides, siue opera ipsam iustificationis gratiam promeretur. Si. n. gratia est, iam non ex operibus: alioquin, vt idem Apostolus inquit, gratia iam non est gratia. Hæc Concil. sess. 6. cap. 2. 2 Aduerte secundò, ne male intelligas ly iustitia Dei, quod in probatione afferē; quid de huius sensu habeat Ecclesia. Demum (inquit) iustificationis causa formalis est iustitia Dei, non qua ipse iustus est; sed qua nos iustos facit; qua videlicet ab eo donati renouamur spiritu mentis nostræ; & nō modò reputamur, sed uerè iusti nominamur, & sumus; iustitiā in nobis recipientes unusquisque suam, secundùm mensuram, quam Spiritussanctus partitur singulis, prout uult, & secundùm propriā cuiusque dispositionē, & cooperationem. Hæc Concil. Trid. ead. sess. cap. 7. Vltima verba, scilicet secundū propriam cuiusque dispositionē, & cooperationem, intelligūtur de adultis. Hæc iustitia solet vocari à D. Thom. gratia in habitu, gratia habitualis, gratia gratum faciens, gratia iustificationis. 3 Aduerte tertiò, propter ly fides recta, vt intelligas verum sensum probationis Concilium Toletan. 3. sub Pelagio II. Papa, in quo Arrij hæresis damnata est cano. 10. per anathematismum hoc ita declarat. Quicumque alibi fidem, & communionem catholicam, præterquàm in Ecclesia uniuersali, quam Niceni, & Constantinopolitani, & primi Ephesini, & Chalcedonensis Concilij decreta tenent pariter, & honorant; anathema sit. Recta ergo fides est ipsa sola, quam Ecclesia Romana omnia illa Concilia iam ab initio suscipiens, per Vicarij Christi pro tempore in ea præsidentis approbationem prædicat. Cum enim Romana sit omnium Ecclesiarum mater, & magistra (Trid. Concil. sess. 7. de baptismo, canon. 3.) rite per vniuersalis Ecclesiæ nomen potest designari, quasi virtute continens omnes per totum orbem diffusas.

¶ CONCL. 1. Ad hoc, quòd character baptismalis imprimatur in baptizato, non requiritur de necessitate recta fides in eo, sicut nec in baptizante: dummodò adsint cætera, quæ sunt de necessitate sacramenti.

¶ PROB. Quia sacramentum non perficitur per iustitiam hominis dantis, vel suscipientis illud; sed per virtutem Dei.

¶ NOT. Probationis huius antecedens præscriptum intelligitur vniuersaliter de omnibus sacramentis; licet in numero singulari loquatur; vt dicamus, quòd sacramentum ibi sumitur pro genere sacramentorum, non pro aliquo sacramento solum. Item ly perficitur, de perfectione prima intelligitur, nō de secunda. Perfectio prima est impressio characteris in imprimentibus characterem, consecratio materiæ in Eucharistia, & huiusmodi: perfectio secunda est conferre gratiam de facto recipienti sacramentum. Ex supra q. 5. art. 9. & 10. De hac secunda perfectione loquebatur prima conclusio: de prima vero perfectione loquebatur pro fauore huius secundæ conclusionis, & probationis, Concil. Florent. sic. Hæc omnia sacramenta tribus perficiūtur; videlicet rebus, tanquam materia; verbis, tanquam forma; & persona ministri conferentis sacramentū, cum intentione faciendi, qđ facit Ecclesia. Quorum si aliquod desit, nō perficit sacramentum. Hęc Papa Eugenius IIII. in decreto suo, sacro approb. Concil. quod incipit, Exultate Deo adiutori nostro. Ex Concilij verbis illis, cū intentione faciendi &c. intelligendum quoque à simili datur, quod de necessitate recipiēdi sacramentum requiritur in recipiente intentio suscipiendi quod tradit Ecclesia. Sic intellige & Concil. Trid. circa intentionem, sess. 7 de sacramentis in genere canon. 11. Si quis dixerit, in ministris dum sacramenta conficiūt, & conferunt, non requiri intentionem saltē faciendi, quod facit Ecclesia: anathema sit. Hæc ibi. Faciunt ista Concilia etiam pro dictis in artic. 7. à D. Thoma.

1^m de conclusione. Sacramentū baptismi. ℞. Quantum ad conferre gratiam consideratā: non solum quantum ad conferre characterem. §. Tunc nihil, &c. Nam Dominus in Marco adducto loquitur: de baptismo, vt confert de facto gratiam recipienti ipsum; conclusio autem secunda, contra quam intendit arguens concludere, sumit baptismum, prout characterem tantum imprimit, vt patet suprà in ea. Ideò auctoritas illa Domini, quamuis optima, non adducitur ad propositum.

2^m maior. Nihil frustra in sacramētis Ecclesiæ agitur. ℞. Si, secundùm quòd intendit per illud agere Ecclesiam idipsum accipiatur. §. Tunc &c. Nam per interrogationem illam de fide intendit Ecclesia protestari; se, quantum est de se, velle baptismum omnibus baptizandis conferre ad salutem; & cōsequenter salutem intentam per baptismum sine recta fide haberi nō posse: non autem per interrogationem ipsam intendit astruere, q baptismus sine recta fide non conferat characterem. Nam si sic intenderet, admitteret falsum in intentione sua; quod nunquam facit. Ex his intellige in simili sensu dictum Philippi Actu. 8. Si credis ex toto corde, licet. scilicet, te baptizari.

¶ COROLL. Ergo, si tam piam habet Ecclesia intentionem in suis administrationibus, licet falsum per hoc non admittat; multò magis tale quid dicendum est de Christo Domino in operib. suis. Verbi gratia. Quando instituendo Petrum Vicarium suum super pascendis ouibus (Ioan. 21.) Christus interrogauit eum, an se diligeret, per hoc intendere se demonstrauit uniuersaliter; quòd ipsemet, quantum est de se, non vult prælationem conferre, nisi existentibus in charitate, per quam quis bene vtitur prælatione: & consequenter docere electores, & confirmatores prælatorum talem intentionem teneri habere: non autem per hanc interrogationem

suam

* lib. 1. de pecca. mer. & rem. c. 26. à med. tom. 7.

* 2. 2. q. 10. art. 3.

* in regist. l. 9 epi. 61. non longè à princ.

† Al. Quirino.

* q. 66. artic. 11.

* lib. 4. de bapt. cōtra Donat. in prin. to. 7.

Item monstrare voluit, q nullus prælaturæ capax est, nisi sit in charitate; nec (multò minùs), q quis iam existēs prælatus amittat prælaturæ potestatē, si amittit charitatem; nec q ipsemet Christus (sic exigentib. demeritis hominū) regnare quandoque non faciat hypocritam, i. iusto suo iudicio ad puniendā delicta non conferat quēque prælationem indignis.

D.604.

Absit.n. vt in intētione sua tūc admiserit Christus hæc falsa: à quo edocta Ecclesia in intentione ista de baptismo nullū falsum (vt rēdebat) penitùs admittit. Sed sicut ex interrogatione illa Ecclesiæ aduersarij in argumento falsum sensum colligebant mēdaciter (vt per bonū, & verum responsum claruit): ita ex interrogatione ista Christi hostes ueritatis falsa prædicta vel omnia, vel quædā, extorquebant fallaciter (vt ex Concilio Constantiensi declaratū relinquitur; dum in sess. 8. condemnat Ioannis Vuiclef sequentes errores; videlicet, Nullus est dñs ciuilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dū est in peccato mortali. Item dñi temporales possunt ad arbitrium suū auferre bona temporalia ab Ecclesia, possessionatis habitualiter delinquentibus, i. ex habitu, non solum actu delinquentibus: item populares possunt ad suū arbitrium dominos delinquentes corrigere; item decimæ sunt puræ eleemosinæ, & parochiani possunt propter peccata suorū prælatorum ad libitū suum auferre eas). Istæ tres ultimæ erroneæ positiones Vuiclef ideò nunc adducunt; quia ad primā de negatione prælatorū malorum, tanq̄ ad aliquod suppositū reducuntur; vt patet. Condemnat aūt illos sic: Hæc sancta synodus pfatos articulos 45. (hi ponunt numero 15. 16. 17. 18.) examinari fecit &c. Compertū est et, libros eius plures alios articulos continere similiū qualitatū; doctrināq; in Dei Ecclesia uesanā; & fidei, ac morib. inimicā inducere. Propterea in noīe D.N. Iesu Christi hæc sancta synodus &c. prædictos articulos, & eorū quemlibet, libros eiusdē, dialogum, & trialogū per eundem Ioannē Vuiclef nominatos, & alios eiusdem authoris libros, volumina, tractatus, & opuscula, quocūque nomine censeant, quos hic haberi vult pro sufficienter expressis, hoc perpetuo decreto reprobat, & cōdemnat. Et eorundem librorū, & cuiuslibet ipsorū lectionem, doctrinā, expositionem, & allegationem (nisi ad eorū reprobationem) omnibus Christi fidelib. prohibēdo, inhibemus omnib. & singulis catholicis sub anathematis interminatione: & ne de cætero dictos articulos, vel ipsorum aliquem audeant prædicare publicè, dogmatizare, tenere, vel quōlibet allegare, nisi ad eorū reprobationem, vt dictū est; iubens illos libros, & tractatus, volumina, & opuscula prælibata publice concremari? Et infrà. Examinatis insuper testib. super impenitentia finali, pertinaciaq; dicti Ioannis Vuiclef &c. Hæc sancta synodus declarat, diffinit, & sententiat, eundē Ioannem Vuiclef fuisse notorium hæreticum pertinacem, ac in hæresi decessisse, anathematizando ipsum, pariter & eius memoriam condemnando: decernitque, & ordinat, corpus, & eius ossa (si ab fidelibus corporibus discerni possunt) exhumari, & procul ab Ecclesiæ sepultura iactari, secundum canonicas, & legitimas sanctiones. Hæc illud Concilium ibi.

Ad tertium dicendum, q etiā non habens rectā fidem circa alios articulos, potest [d] habere rectam fidem circa sacramentū baptismi, & ita non impeditur quin possit habere intentionem suscipiēdi sacramentum baptismi: si tamen etiam circa hoc sacramentū non rectè sentiant, sufficit ad perceptionem sacramenti generalis intentio, quia intendit suscipere baptismum, sicut Christus instituit, & sicut ecclesia tradit.

## 3m de maiori.

Intentio. ℞. Saltē gnalis. §. Quia s. quis intendit suscipere baptismū, sm q Christus instituit, & Ecclesia tradidit. Tunc &c. Nam talis intentio potest stare sine recta fide, tum circa alios fidei articulos, tum circa hoc baptismi sacramentum in speciali consideratum. Adeò q in generali intentione illa recte sentit de baptismo; & tamē in speciali peruersè sentire de baptismo poterit. Talis ergo nō habebit absolute rectā fidem; quoniam discredens aliquod fidei credibile, non habet amplius habitum fidei, sed quod credere uidetur posteà, opinione tenet, non fide, 2.2.q.5.art.3. Quod de intentione generali circa baptismum nunc dictum est, facit (si benè applicetur) multùm ad intelligendum sensum Conciliorum duorum de intentione loquentium suprà in notatione post probationem secundæ conclusionis.

## 4m conclusionis illatio.

Ergo nec etiā permanentes in infidelitate. ℞. Conceditur totum argumentum. §. Tamen nihil &c. Nam conclusio dicit, non q tales sint baptizandi; sed q si baptizentur suscipiūt characterem. Et hoc uerum est, nec probatur contrarium.

Ad quartum dicendum, q sicut sacramentum baptismi non est conferēdum ei, qui non vult ab aliis peccatis recedere, ita etiam nec ei, qui non vult infidelitatem deserere: vterque tamen suscipit sacramentum, si ei non conferatur, licet non ad salutem.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. habes primò, quo per rationem interimas hæresim Anabaptistarū dicentium, melius esse omittere baptismum, q̄ pueros sine fide, i. non credētes baptizare: Vel sic, pstare prorsus omittere baptismū in paruulis, q̄ eos baptizare sine fide. Itē hæresim Henricianorū dicentium; q baptisma nihil proficit ei, qui id sine præuia fide suscipit. Nam, cū ei imprimat characterem, & aggreget numero fideliū (vt suprà & per articulum, & per Conciliū Floren. vidimus) aliquid proficit ei. Quòd si intelligeretur per ly nihil ei proficit, q non confert ei indigno gratiā, esset sentētia catholica, & non hæresis. At quia ab Gabriele Prateolo (tit. Henriciani) recensentur inter hæreses: ideò sensum hunc non catholicū, sed erroneum habere, putādum uidetur. Secundò habes, quo per rationē ostendas, meritò has dānari per decretum Eugenij IIII. sacro approb. Floren. Concil. quod adductū est suprà in notatione post probationē secundæ conclus. Ibi.n. cùm perfici dicuntur sacra tribus, nulla fit mentio de fide; & cōsequenter per hoc reprobant Anabaptistæ, & omnes, qui fidē de necessitate sacri requiri in baptizādo, contendunt. Pro tanto nāque sunt nunc allatæ illorum positiones, pro quāto hoc ipsum includunt, vel dicunt. Itē per Concil. Trid. ibi adductū damnari intelliguntur, dum de intentione ad conferenda sacra requisita necessariò, nulla facta mentione de fide, loquitur. Item per Gregorium Papam III. ad Bonifacium sic. Quosdā absq; interrogatione symboli ab adulteris, & indignis presbyteris fassus es baptizatos. In his tua dilectio teneat antiquum morē Ecclesiæ: quia quisquis in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti baptizatus est, rebaptizari eum minimè licet. Hæc Gregorius. Vbi uides, non esse reiterandum baptisma, etiam q sine interrogatione fidei quis baptizatus sit. Papa ergo per hoc decretum innuit; q fides baptizati ad baptismi characterem imprimēdum non concurrit de necessitate: & consequenter damnare contrarium. Item per omnia illa Concilia videntur huiusmodi positiones damnari, per quæ determinatur, q ab hæreticis, Paganis, Iudæisve, & (vt semel dicam) ab infidelibus potest conferri baptismus uerus; vt à Nicolao IIII. ad consulta Bulgarorum, suprà q. 8. artic. 5. & à Concilio Trident. sess. 7. de baptismo, can. 4. Si quis dixerit, baptismum, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia non esse uerum baptismum: Anathema sit. Hæc ibi. Ratio, quòd damnetur per hæc, est; quia semper agens est nobiliùs patiente, & principaliùs consideratum, quàm patiens in materia alicuius rei uerè perficiendæ. Vndè, si vera fides non requiritur de necessitate sacramenti, in agente ad baptismum, sequitur, quòd nec in patiente, seu recipiente baptismum requiratur de necessitate tali ad suscipiendum characterem: & consequenter, quòd damnans unum, scilicet de agēte, damnat & aliud, scilicet de patiente. Tertiò habes, quomodo per rationem probes; regulas fidei catholicæ, quæ ponuntur à Beato Augustino in lib. de fide ad Petrum, cap. 33. meritò dicere. Firmissime tene, & nullatenus dubites; sacramentum baptismatis non solum apud Ecclesiam catholicam, sed etiam apud hæreticos, qui in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti baptizant, esse posse; sed extra Ecclesiam catholicam prodesse non posse. Hæc ibi. Applica ex superioribus ad propositum. Quartò uides; quomodo ex præmissis omnibus præsens doctrina Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

In articulo 8. aduerte uerba auctori, intelligi de adultis: quoniam rectam fidem necessario requiri ad ultimum effectum baptismi sonant. Et hoc dico propter paruulos, in quibus nec intentio, nec fides ex parte baptizati requiritur.

---

67 q.di.4.q.3. a.1.q.1. Et Mal. q.4. a.1 co. pri. Et quol.4. ar.10 cor. Et quol.9. ar.22. cor.

Scot.4.s.d.6.q.1.art.5. Sot.4.5.d.q.vn.ar.10.

### SVPER Q. IX. Aliàs 68. Art. IX.

Concl. 1. Necessarium fuit, pueros baptizari.

¶ Prob. Quia pueri ex peccato Adæ peccatum originale contrahunt (vt patet ex hoc, q mortalitati ex peccato illo, secundùm Apostolum, prouenienti subiecti sunt); & ab ipso peccato non, nisi per baptis-

## ARTICVLVS IX.

*Vtrum pueri sint baptizandi.*

Ad nonum sic proceditur. Videtur quòd pueri non sint baptizandi. In eo enim, qui baptizatur, requiritur intentio suscipiendi sacramentum, vt suprà * dictum est: huiusmodi autem intentionem non possunt pueri habere, cum non habeant vsum liberi arbitrii. ergo videtur quòd non possint suscipere sacramentum baptismi.

* art. 7. huius quæst.

¶ 2 Præt. Baptismus est fidei sacra-

baptismum, liberari possunt (ut patet ex Ioan. 3. Nisi quis &c.)

¶ Not. Ad declarationem primæ partis antecedentis huiusce probationis facit optimè id, quod in Concil. Triden. sess. 5. decreto primo legitur. Si quis Adæ præuaricationem sibi soli, & non eius propagini asserit nocuisse, acceptamque à Deo sanctitatem & iustitiam, quam perdidit, sibi soli, & non nobis eū perdidisse; aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum mortem, & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse; non autem & peccatū, quod est mors animæ; Anathema sit; cum contradicat Apostolo dicēti; Per unum hominem peccatū intrauit in mūdum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Hęc ibi. Huic concordat per omnia Concilium Arausicanū canon. 2. Item pro declaratione secundæ partis eiusdem antecedentis facit id, quod inibi sequitur. Si quis, hoc Adæ peccatum, quod origine unum est, & propagatione, non imitatione trāsfusum in omnibus inest unicuiq; proprium, vel per humanæ naturę uires, vel per aliud remedium asserit tolli, quàm per meritum unius mediatoris Christi Iesu Domini nostri, qui nos Deo reconciliauit in sanguine suo, factus nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio; aut negat, ipsum Iesu Christi meritū per baptismi sacramentum in forma Ecclesiæ rite collatum tam paruulis, quàm adultis applicari: Anathema sit: quia non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde est illa vox, Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi; & illa, Quicūq; baptizati estis, Christū induistis. Hæc ibi.

¶ Concl. 1. Conueniens etiam fuit pueros baptizari.

¶ Coroll. Ergo & necessariū non sine conuenientia, & conueniēs non sine necessitate est, pueros baptizari. Ob hoc designādum in conclusione ponitur ly etiam.

¶ Prob. Quia à pueritia nutriti in his, quæ sunt Christianæ uitæ, in his firmiter faciliùs perseuerant (vt patet ex Prouerb. 22. ac Dionysio).

¶ Not. Antecedens huius probationis insinuauerunt constitutiones Apostolicæ, authore Papa Clemēte primo & martyre lib. 6. cap. 15. Ibi enim postquàm dixerunt; Baptizate quoque paruulos vestros, mox immediate subditur; Et educate eos in disciplina, & præceptis Dei. Quasi dicant: Paruuli uestri à pueritia nutriti, seu educati in his, quæ Christianæ uitæ sunt, in iisdem firmiter faciliùs perseuerabunt. Item & Philosophus à simili hoc ipsum insinuauit 7. lib. Politic. lect. 12. D. Thom. Confert pueris statim à pueritia, eos ad cuncta, ad quæ possibile (id est & vtile) est, assuescere. Item. Duobus annis vsque ad 7. oportet iam pueros disciplinas spectare, quas add iscere eos oportet. Hæc ibi.

1 de maiori.

Intentio. ℞. Vel per actum proprium habita, vel saltē per actum alterius. §. Tunc &c. Licet enim pueruli non habeant, nec pro tempore illo possint habere, actum proprię intētionis (vt arguitur) habent tamen actum intentionis aliorum sibi ipsis ad actualem susceptionem baptismi fideliter communicatum. Ex textu nota pulcherrimum ordinem; quòd scilicet succurritur pueris tunc spiritualiter, sicut illis succurrebatur in ventre matris corporaliter. Hinc & notabis, grandem iniuriam fieri Deo ab his; qui propter defectum proprię intentionis puerorum nō credunt eis succurri posse pro suscipiendo in salutē baptismo per actum intentionis alterius (scilicet matris Ecclesiæ) vice puerorum oblatū. Sic namque credentes, maiorem curā pro corporali salute infantum à natura statutam fuisse fateri coguntur, quàm pro infantum ipsorum salute spirituali à Deo: quod quàm blasphemū sit, prudentum omnium esto iudicium. Quòd autem sic credentes maiorem curam de infantibus corporalē naturæ, quàm Deo de illis ipsis spiritualem tribuāt, patet ex eo; quod natura infantibus non potentibus in vtero materno per actū proprium assumere nutrimētum prouidit, vt per actum matris alimētum ab extra sumentis corporalr nutriantur, & in uita iam adepta sustentent. Applica modo tu: & videbis eorum insaniā Deo maximè iniuriosam, pueris q; perniciosam.

2^m de minori.

Non habent fidem. ℞. Per seipsos: non autem, per alios. §. Tunc &c. vt cōsiderāti patet. Baptismus autem dr fidei sacrm: quia per ipsum baptizato confert fides. Verū uerò in baptizandis fidē, vel per seipsos habitā, vel per alios præexigat de necessitate, vel quō, vide ar. 8.

Item de 2^a parte minoris.

In fide parentum. ℞. Infideliū: non autem, fidelium.

mentum, vt supra † dictum est: sed pueri non habent fidem, quæ consistit in credentium voluntate, vt August.* dicit super Ioan. Nec etiam potest dici, quòd saluentur in fide parentum: quia quandoque parentes sunt infideles, & sic magis per eorum infidelitatem damnarentur. ergo videtur, quòd pueri non possint baptizari.

¶ 3 Præt. 1. Pet. 3. dicitur quòd homines saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum: sed pueri neque conscientiā habent bonam, vel malam, cum non habeant vsum rationis, neque etiam conuenienter ipsi interrogantur, cum non intelligant. non ergo pueri debent baptizari.

Sed contra est, quòd Dionysius* dicit vltimo cap. eccles. hierarc. Diuini nostri duces, s. Apostoli probauerunt infantes recipi ad baptismum.

Resp. Dicendum, quòd sicut Apostolus dicit Rom. 5. Si vnius delicto, mors regnauit per vnū, s. per Adam, multo magis abundantia gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum: pueri autem ex peccato Adæ, peccatum originale contrahunt: quod patet ex hoc, quòd sunt mortalitati subiecti, quæ per peccatum primi hominis in omnes pertransiit, vt Apostolus ibidem dicit. vnde multo magis pueri possūt per Christum gratiam accipere, vt regnent in vita æterna: ipse autem Dominus dicit Ioan. 3. quòd, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. vnde necessarium fuit pueros baptizari, vt sicut per Adam damnationem incurrerunt nascēdo, ita per Christum salutem consequantur renascendo. Fuit etiam conueniēs pueros baptizari, vt à pueritia nutriti in his, quæ sunt Christianæ vitæ, firmius in ea perseuerent, secundùm illud Prouerb. 22. Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea, & hanc rationem assignat Diony. † vlt. cap. eccl. hierarch.

Ad primum ergo dicendum, quòd regeneratio spiritualis, quæ fit per baptismum, est quodammodo similis natiuitati carnali, quantum ad hoc, quòd sicut pueri in maternis vteris constituti, non per seipsos nutrimentum accipiunt, sed ex nutrimento matris sustētantur, ita etiam pueri nondum habentes vsum rationis, quasi in vtero matris ecclesiæ constituti, non per seipsos, sed per actum ecclesiæ salutem suscipiunt. Vndè Augustinus † dicit in libro de peccatorum meritis, & remissione. Mater ecclesias os maternum paruulis præbet, vt sacris mysteriis imbuātur, quia nondū possunt corde proprio credere ad iustitiā, nec ore proprio confiteri ad salutem: † si autem propterea rectè fideles vocātur, quoniam fidem per verba gestantium quodammodo profitentur, cur etiā non pœnitentes habeantur, cum per eorundem verba gestantium, diabolo & huic sæculo abrenunciare monstrentur. Et eadem ratione possūnt dici intendentes non per actum propriæ intentionis, cum ipsi quandoque contrarientur, & plorent: sed per actum eorum à quibus offeruntur.

Ad secundum dicendum, quòd sicut August.* scribens Bonifacio dicit, in ecclesia Saluatoris paruuli per alios credunt, sicut ex aliis, quæ in baptismo remittuntur peccata traxerunt. Nec impeditur eorum salus, si parentes sint infideles: quia sicut Augustinus † dicit, eidem Bonifacio scribens offeruntur paruuli ad percipiendam spiritualem gratiam, non tam ab eis, quorum gestantur manibus, quamuis & ab ipsis, & ipsi boni fideles sunt, quàm ab vniuersa societate Sanctorum, atq; fidelium. Ab omnibus namque offerri rectè intelliguntur, quibus placet, quòd offeruntur, & quorum charitate ad communionem sancti spiritus adiunguntur: infidelitas autē propriorum parentum, etiam si eos post baptismum dæmoniorū sacrificiis imbuere conentur, pueris non nocet: quia, vt Augustinus ibid. dicit, puer semel generatus per aliorum voluntatem, deinceps non potest vinculo alienæ iniquitatis obstringi, vbi nulla sua voluntate consentit, secūdùm illud Ezech. 18. Sicut anima patris mea est, ita & anima filii, anima, quę peccauerit, ipsa morietur, sed ideo ex Adam traxit, quòd sacramenti illius gratia solueretur, quia nondum erat anima separatim viuēs. Fides autem vnius, immo totius ecclesiæ paruulo pro-

† q. 65. artic. 1.

* In lib. de præd. san. ca. 5. in fi. tom. 7.

* c. 7. eccl. hierar. nō procul à fi.

* c. 7. eccl. hierar. nō procul à fi.

† lib. 1. c. 25. circa fi. tom. 7.

† Aliàs, de meritis & remiss. peccatorum.

† eccl. lib. c. 19. circa fin. to. 7.

* Epist. 23. tom. 2.

† In ea ep. 23. in medio, to. 2.

fidelium §.Tunc &c. Nam quando dicitur, ꝙ pueri baptizantur in fide parentum non solum per parentū intelligitur tota Ecclesia fidelium; non autem ipsi propinqui parentes, si sunt infideles.

3^m ex 1.Pet.3. Conscientiæ bonæ interrogatio. ℞. Ad baptizandū facta vel per seipsum, vel per alios: non, ad baptizandum facta per seipsum tantū. § Tunc nihil &c. Nam sicut puer cum baptizatur &c. vt in textu. Ad ipsos verò adultos fit interrogatio per seipsos; quoniā per actum proprium possunt credere, & respondere.

prodest per operationē Spiritussancti, qui vnit ecclesiam, & bona vnius alteri communicat.

Ad tertium dicendum, quòd sicut puer cum baptizatur non per seipsum, sed per alios credit, ita non per seipsum, sed per alios interrogatur, & interrogati confitentur fidem ecclesiæ in persona pueri, qui huic fidei aggregatur per fidei sacramentum. Conscientiam autem bonam consequitur puer etiā in seipso: non quidem actu, sed habitu per gratiam iustificantem.

ARTI-

Itē ex 1.Pet.3. Conscientiæ bonæ. ℞. Ante baptismū in voto habitæ vel in seipsis, vel in alijs: post baptismum verò etiā actualiter habitæ in seipsis. §. Tunc &c. Licet.n. pueri ante baptismum non habeant in voto proprio bonā conscientiam in seipsis, sed tantū in alijs, puta bonis fidelibus offerentibus: tamen post baptismū consequitur actualiter, i. realiter, bonam conscientiā puer etiā in seipso, non quidem actu proprij liberi arbitrij aduenienti gratiæ consentiente, cum vsu talis arbitrij careat; sed habitu, id est per habitum, tanquam vestitum deauratum, gratiæ seipsum actualiter iustificantis à Deo acceptum, & indutum.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem interimas hæreses illorū, qui etiam contra puerulos absque ratione, sed quadā vecordia propria moti, sæuire non erubuerunt. Hi sunt Muntzerici dicentes; baptisma infantum non esse à Deo. Item Paterini, vt infrà q. 10. art. 2. Item Lutherus (vt Papa Leo X. in bulla sua contra illum refert) dicens: in Puero post baptismum negare remanens peccatum, est Paulum, & Christum simul conculcare. Item quidam (Direct. Inquis. 2. par. q. 7.) dicentes, ꝙ baptismus non est communiter tàm paruulis, q̄ adultis perfectum remediū ad salutem. Item Publicani dicentes, baptizandos non esse paruulos, donec intelligibilem, & rationis capacem ætatem attigerint. Item Henriciani dicentes, baptisma nihil prodesse paruulis vsu rationis carentibus, ꝙ fidem habere nequeant rationis expertes. Item Hamstedij dicentes; sine baptismo seruare infantes ad aliquot annos, liberum esse cuique, nec vllius conscientiam hac in re ad certum tempus astringi posse. Adducitur hic error præsens, pro quanto ex eadem officina, saltem per modum fautoriæ, proficisci videtur. Item Cathari dicentes, baptismo non indigere infantes, ꝙ sint sine peccato. Item omnes hi, qui suprà art. 8. in append. adducuntur. Ibi enim alia ratione recensentur; & hoc in loco alia (vt consideranti patere potest) recensendi veniunt. Item Pelagius, & Armeni dicentes, baptismo non indigere pueros ob peccatum originale; quia illud non habent. Item Balthasar Pacimontanus dicens; baptizatos paruulos, cum ad annos discretionis peruenerint, rebaptizandos fore, quia baptismus paruulis non prodest. Item Anabaptistæ dicentes, pueros rebaptizandos, siue aqua retingendos. Secundò habes, quomodo per rationem demonstres, has omnes pro diuersis suis partibus meritò damnari ab aliquo sequentium Conciliorum, vel &c. Vt à Concil. Trid sess. 7. de baptismo, cano. 13. Si quis dixerit paruulos, eò ꝙ actum credendi non habent, suscepto baptismo inter fideles computandos non esse; ac propterea cum ad annos discretionis peruenerint esse rebaptizandos, aut præstare omitti eorum baptisma, quàm eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiæ: Anathema sit. Item à Papa Leone X. in bulla sua contra errores Martini Lutheri, quæ incipit, Exsurge Domine, vbi hoc prædicto inter multos enarrato, dicit. De eorundem itaque venerabilium fratrum nostrorum consilio, & assensu, ac omnium & singulorum prædictorum matura deliberatione præhabita, authoritate omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & nostra præfatos omnes, & singulos articulos, seu errores, tanquàm (vt præmittitur) respectiue hæreticos, aut scandalosos, aut falsos, aut piarū aurium offensiuos, vel simplicium mentiū seductiuos, & veritati catholicæ obuiantes, damnamus, reprobamus, atq; omnino reijcimus, ac pro damnatis, reprobatis, & reiectis ab omnib. vtriusq; sexus Christi fidelibus haberi debere, harum serie decernimus, & declaramus. Hæc ille. Item à Concil. Paris. sub Ludouico & Lothario lib. 1. cap. 6. Quoniam fides Christi vbique pollet; & paruuli de Christianis parentib. nati, anteq̄ ad intelligibilem ætatem ueniant, baptismatis sacramenta percipiūt; necesse est, vt quod imbecillis ætas nequiuit, intelligibilis discere satagat. Quod quia ab vsu Christianæ religionis propter quorundam incuriam recessit, quantæ est negligentiæ, quantiq; discriminis, satis dici non potest. Hæc ibi. Ecce, Non dixit Conciliū, ꝙ huiusmodi paruuli rebaptizentur, aut ꝙ interrogentur si volunt habere ratum, quod alij vice eorū promiserunt, sed tantū ut audiāt. Item à Concil. Trid. sess. 7. de baptismo,

can.

can. 14. Si quis dixerit huiusmodi paruulos baptizatos, cum adoleuerint, interrogādos esse, an ratum habere uelint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt; & vbi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad Christianā vitam cogendos, nisi ut ab Eucharistia, aliorumq; sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant: Anathema sit. Hæc ibi. Item à Concilio eod. sess. 5. Si quis paruulos recētes ab vteris matrū baptizandos negat, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti; aut dicit in remissionem quidem peccatorū eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, q̄d regeneratione necesse sit expiari ad vitam æternam consequēdam; vnde fit consequens, vt forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera in eis, sed falsa intelligatur: Anathema sit. Quoniam non aliter intelligēdum est, quod dixit Apostolus, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt; nisi quemadmodum Ecclesia catholica vbique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, ex traditione Apostolorum, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideò in remissionem peccatorum veraciter baptizantur; vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Hæc ibi. Item à Concilio Mileuitano cap. 2. totidem ferè verbis: & ponitur in lib. Decretorum de consecrat. dist. 4. cap. Placuit, vt quicumque paruulos. Item ab Innocentio I. Papa. Hic enim constituit, vt qui natus fuisset de Christiana, denuò nasci deberet per baptismum. Hæc in Concilijs de vita huius Papæ. Item à Concilio Carthaginensi in epistola ad Papam Innocentium primum, vbi damnat hanc Pelagij hæresim, quòd paruuli propter salutem, quæ per Saluatorem Christum datur, baptizandi non sunt. Dicebat siquidem animarum hic necator Pelagius; quòd paruuli habituri essent vitam æternam, etiamsi non baptizarentur. Ad hoc Concilium rescribit Innocentius, & errorem illum cum eius authore Pelagio condemnat. Hæc ex epistola illa & rescripto summata sunt. Item à Papa Siricio in epistola prima ad Himerium Tar. Episcopum. Infantibus, qui necdum loqui poterunt per ætatem, vel his, quibus in qualibet necessitate opus fuerit, vnda sacri baptismatis, omni volumus celeritate succurri; ne ad nostrarum perniciem tendat animarum; si, negato desiderantibus fonte salutari, exiens vnusquisque de sæculo & regnum perdat, & uitam. Et infrà. Hactenus erratum in hac parte sufficiat; nunc præfatam regulam omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab Apostolicæ petræ, super quam Christus uniuersalem construxit Ecclesiam, soliditate diuelli. Hæc ille. Item à Concilio Aphricano circa tempora Bonifacij Papæ I. celebrato, cap. 76. vbi ijsdem uerbis, quibus & Mileuitanum, & Tridentinum suprà de paruulis recenter ab uteris matrum natis vtitur. Item à Concilio Gerundinensi cap. 5. De paruulis, qui nuper e materno vtero editi sunt, placuit constitui; vt si infirmi (vt assolet) fuerint, & lac maternum non appetunt, etiam eadem die, qua nati sunt, si oblati fuerint, baptizentur. Hæc ibi. Item à Papa Gregorio, & habetur in lib. Decretorum, distinc. 5. cap. Baptizari autem. Vbi dicit: quòd eadem hora, qua proles gignitur, imminente periculo, baptizetur; ne interueniente paululum mora, inueniri non ualeat, qui redimatur. Item à Papa Innocentio III. extrà, de baptismo, & eius effectu, cap. Maiores. Vbi determinat, quòd pueris baptizatis non tantum aufertur peccatum originale; sed etiam patet aditus in regnum cœlorum. Item à Christo Domino quasi prædictos paruulorum impugnatores increpante Matth 19. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire; talium est enim regnum cœlorum. Scilicet, si venerint ad me per baptismi actualem susceptionem (vt patet ex prædictis, præcipuè à Pontificibus Siricio, & Gregorio). 3 Tertiò habes; quomodo per rationem ostendas, præmissa omnia, pro quanto pueros esse baptizandos statuunt, & intelligas, & declares, & probes, atque defendas. Ex quibus præmissis vigilanter quoque notabis: quàm derisibilis, atque damnabilis sit Caluinus in irrisione sua, qua s. irridet Papistas (sic enim Sedis Apostolicæ filios uocat) de hoc; quòd dicunt: Infantes omnes sine baptismo decedentes priuari gloria Dei in perpetuum. (Hæc eius insulsissima irrisio est in eiusdem libello contra act. Concilij Tridentini). Pro firmanda adhuc ista veritate contra Caluinum, vide articu. 1. corollar. post ad tertium, & textum corp. ipsius articuli. Ratione enim opus est ad illudendas fantasias irridentium. 4 Quartò vides, quomodo ex his, atque similibus, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN articulo 9. in responsione ad primum, & secundum intellige accommodationem esse quandam in hoc, quod ecclesia pro paruulis credit, intendit renunciat, &c. Ad literam enim, quia similitudo ex proprio deriuatur, cum institutus esset ritus baptismi pro adultis accommodatus est idem ritus ad paruulos, vt quod proprie fit ab adultis secundum quandam similitudinem fieret à paruulo, non proprio, sed ecclesiæ ore. Et quoniam ad solennitatem baptismi hæc spectant, ideo sine his baptismus factus valet.

¶ In respon. ad secundum, non sic intelligas ecclesiæ fidē profes- se infanti qui baptizatur, quasi meritum fidei existens in ecclesia, saluet infantem, quoniam infans non fidem, sed per fidei sacramentum regulariter saluatur: sed intellige ecclesiæ merita prodesse infanti, & iuxta articulum communionis Sanctorum, & particulariter: tum orando pro infante, tum applicando eundem sacramento ex corde puro, & charitate plena.

---

Sup. 4. sent. d. 5. q. vn. art. 10.

### SVPER Q. IX.
Aliàs 68. Art. x.

68 2. 2. q. 10. art. 12. Et quol. 2. artic. 7. & 11. cor.

CONCL. 1. Pueri filij infidelium habentes vsum rationis licite moneri possunt, inuitis parentibus, & induci, ad suscipiendum baptismum.

¶ PROB. Quia tales pueri possunt propria voluntate inuitis parentibus baptismum suscipere (cum tunc incipiāt esse suę potestatis, quātum ad ea, quę sunt vel diuini iuris, vel naturalis): Et licite moneri potest quis, ac induci ad bonum, quod propria voluntate exequi potest, quocūque homine inuito (vt patet ex terminis).

¶ CONCL. 2. Contra iustitiam naturalem esset; si filij infidelium non habentes vsum rationis baptizarētur inuitis parentibus.

¶ PROB. primò: Quia tales pueri sunt secundū ius naturale sub cura parentum, quamdiu ipsi sibi prouidere non possunt (vt patet ex se). Secundò, quia baptizare tales pueros inuitis parentibus est, ac si quis habens vsum liberi arbitrij baptizaretur inuitus.

¶ NOT. Similitudines non tenent in omnibus; sed sufficit, quòd teneant solum in eo ad quod, id est ratione cuius, adducuntur. Vnde licet adultus totaliter inuite baptizatus neque gratiam, neque characterem reciperet, extrà, de baptismo, & eius effec cap. Maiores; tamen puer ille nondum vsum liberi arbitrij habens, & gratiam, & characterem, baptizatus etiam inuitis parentibus, reciperet; quoniam obicem nullum ex se puer apponit ad hæc, & per aliorum voluntatem iniquam puer baptizatus ab his recipiendis non potest impediri, quæ per virtutem Dei consequuntur. Similitudo ergo ista, quæ in secunda probatione huius conclusionis adducitur, tenet in quodam alio: & hoc aliud est ratio iustitiæ naturalis, seu esse licitum, vel illicitum. Ad hoc enim (vt patet consideranti) adducebatur similitudo illa; quasi diceretur. Sicut contra iustitiam naturalem, & illicitum esset, baptizare adultum totaliter inuitum, & renitentem; ita contra iustitiam naturalem, & illicitum est baptizare infantes huiusmodi inuitis parentibus.

¶ CONCL. 3. Vltra hoc, quòd est contra iustitiam, esset etiam periculosum, nondum rationis vsum habentes baptizare, inuitis eorum parentibus.

¶ NOT. Ly etiam; quod ponitur in textuali conclusione, potest quoque sic intelligi; id est dato, quod baptizare illos inuitis parentibus non esset contra iustitiam naturalem, adhuc esset periculosum sic eos baptizare. Tamen sensus expressus in conclusione secunda, magis videtur intentus. Non enim facile crediderim, quod Ecclesia propter tale periculum principaliter mota non baptizare illos pueros, consueuisset (vt conclusio quarta dicet); sed propter seruandam iustitiam naturalem in conclusione secunda expressam. Periculo siquidem illi posset per aliam viam vtcumque obuiari, puta e domo parentum pueros baptizatos extractos ponere in hospitali, vel alio pio loco fideliter, & corporaliter nutriendos, ita vt numquam (quo ad fieri posset) scirent; se esse filios infidelium; & nūquàm cum infidelibus, maximè talibus, conuersarentur. Iustitiæ autem naturali, ne scilicet offendatur, inuitis parentibus baptizādo huiusmodi filios, non potest sic prouideri: & ideo ob hoc principaliter Ecclesiam sic consueuisse reor.

¶ PROB. Quia tales pueri redirent faciliter ad infidelitatē propter affectum naturalem ad parentes (videndo scilicet, quòd parentes essent infideles, etiā quòd verbis non prouocarentur ab eis ad infidelitatem propriam amplectendam) fide Christianorum reiecta.

¶ NOT. Quid verò periculi esset; si affectui prædicto puerorū erga suos parentes iungerentur verba suasoria, xenia, aut uerbera parentum ipsorum ad hoc, vt filios suæ infidelitatis imitatores efficerent? Veh mundo à scandalis. Iccircò Ecclesia rationi magnę, vltra ipsam iustitię trāsgressionem, innixa est; quando filios infidelium tales baptizare non assueuit.

¶ CONCL. 4. Non habet hoc Ecclesiæ consuetudo, quòd filij infidelium rationis vsum non habentes, inuitis parentibus baptizentur.

¶ PROB. Quia hoc relinquitur clarum. (Et meritò; cum experientia idipsum doceat à temporibus etiam antiquis).

¶ NOT. Quàm maximis adducta sit rationibus Ecclesia (sicut & in cæteris omnibus suis) in hoc facto, scilicet in non habere consuetudinem talem præmissam; vide inter secundam & quartam conclusiones. Quanti æstimanda sit consuetudo Ecclesiæ vniuersalis, de qua conclusio intelligitur, patet à fortiori per consuetudinem Ecclesiarum quarundam particularium, de qua in Synodo Ephesina contra Euchetas celebrata legitur sic. Sanctæ & vniuersali Synodo gratia Dei, & assensu pientissimorum regum in Ephesinorum metropoli cōgregatæ, ab Euprepio episcopo Byzes, & Archadianopolis, Et Cyrillo episcopo Celeń. Vetus mos viget in prouincijs Europæ &c. Et infra. Sancta, & vniuersalis Synodus dixit: Honesta est petitio pientissimorum Episcoporū Euprepij, & Cyrilli, quam ostendunt oblati libelli. Vnde & sanctis canonibus, & externis legibus, quæ veterē consuetudinem nunc vim legis habēt, nihil innouandū in Europæ ciuitatibus, sed iuxta ueterem consuetudinem gubernentur ab Episcopis, à quibus & olim; cum nullus etiamnū metropolitanus, qui alioquin sustulisset potestatē, neque postea futuris temporibus poterit aliquid à veteri consuetudine innouari. Hæc ibi exemplar libelli sanctæ Synodo oblati ab Euprepio epo &c. Si ergo consuetudini veteri particularium Ecclesiarum tūn defferendum sancta Synodus decreuit; magis vtiq; per hoc antiquæ

### ARTICVLVS X.

*Vtrum pueri Iudæorum vel aliorum infidelium sint inuitis parentibus baptizandi.*

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd pueri Iudæorū, vel aliorum infideliū sint baptizandi, etiam inuitis parentibus. Magis enim debet homini subueniri contra periculum mortis æternæ, quàm contra periculum mortis temporalis: sed in puero in periculo mortis temporalis existenti est subueniendum, etiam si parentes, per malitiam contraniterentur. ergo multo magis est subueniēdum pueris infidelium filiis, per baptismum contra periculum mortis æternæ, etiam inuitis parentibus.

¶ 2 Præt. Filii seruorum sunt serui, & in potestate dominorum: sed Iudæi sunt serui regum, & principum, & quicumque etiam alii infideles. ergo absque omni iniuria possunt principes filios Iudæorum, vel aliorum seruorum infidelium, facere baptizari.

¶ 3 Præt. Quilibet homo est magis Dei, à quo habet animam, quàm patris carnalis, à quo habet corpus. non est ergo iniustum si pueri infidelium filii parentibus carnalibus auferantur, & Deo per baptismum consecrentur.

SED CONTRA est, q̄ in Decr.* dist. 45. ex Concilio Toletano sic dicitur. de Iudæis, præcipit sancta Synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre: non enim tales inuiti saluandi sunt, sed volentes, vt integra sit forma iustitiæ.

* dist. 45. c. de Iudęis Ex Concilio Tolet. 4. c. 55.

RESPON. Dicendum, quòd pueri infidelium filii, aut habent vsum rationis, aut non habent: si autem habent, iam quantum ad ea, quæ sunt iuris diuini, vel naturalis, incipiunt suæ potestatis esse: & ideo propria voluntate inuitis parentibus possunt baptismum suscipere, sicut & matrimonium contrahere: & ideo tales licitè moneri possunt, & induci ad suscipiendum baptismum: si verò nondum habent vsum liberi arbitrii, secundum ius naturale sunt sub cura parentum, quādiu ipsi sibi prouidere non possunt. vnde etiā & de pueris antiquorū dicitur, q̄ saluabantur in fide parentum: & ideo contra iustitiā naturalem esset, si tales pueri inuitis parentibus baptizarentur: sicut etiā si aliquis habens vsum rationis baptizaretur inuitus. Esset etiam periculosum taliter filios infidelium baptizare: quia de facili ad infidelitatem redirent, propter naturalem affectum ad parentes; & ideo non habet hoc ecclesiæ consuetudo, quòd filii infidelium inuitis parenub. baptizentur.

A n

tiquæ consuetudini Ecclesiæ vniuersalis plus honoris deferendum intellexit. Consuetudinem communem Ecclesiæ maximi esse ponderis declarauit Apostolus 1. Cor. 11. Si quis autem videtur contentiosus esse; nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. Vbi D. Thom. inquit: Comprimit proteruos auditores dicens; Si quis autẽ videtur contentiosus esse, vt scilicet rationibus prædictis non acquiescat; sed confidẽtia clamoris ueritatem impugnet, quod pertinet ad contentionem: hoc sufficiat ad comprimendũ talem, ꝙ nos Iudæi in Christum credẽtes talem consuetudinẽ non habemus (quòd scilicet mulier oret, non velato capite); sed neque tota

Ad primvm ergo dicendum, quòd à morte corporali non est aliquis eripiendus contra ordinem iuris ciuilis, puta si aliquis à suo iudice condemnetur ad mortem, nullus debet eum violenter à morte eripere. vnde nec aliquis debet irrumpere ordinem iuris naturæ, quo filius est sub cura patris, vt eum liberet a periculo mortis æternæ.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ Iudæi sunt serui principum seruitute ciuili, quæ non excludit ordinem iuris naturalis, vel diuini.

Ad tertivm dicendũ, ꝙ homo ordinat̃ ad Deũ per rationẽ, per quã Deum cognoscere potest, vnde puer anteq̃ vsum rationis habeat naturali ordine ordinat̃ in Deum per rõnem parentũ, quorũ curæ naturaliter subiacet, & ſm eorũ dispositionem sunt circa ipsum diuina agẽda.

Ecclesia Dei per gentes diffusa. Vndè, si nulla alia esset ratio; hoc solum deberet sufficere, ne aliquis ageret contra communem Ecclesiæ consuetudinem. Dicitur enim in Psal. Qui habitare facit unius moris in domo. Vndè Augustinus dicit in epistola ad Casulanum, quòd in omnibus, in quibus nihil certi diffinit sacra scriptura, mos populi Dei, atque instituta maiorum pro lege habenda sunt. Hæc D. Thomas ibi. Quæ & ad propositum applicabis sic. Si nulla alia esset ratio, quòd pueri tales infidelium inuitis parentibus non sunt baptizandi; hoc solùm deberet sufficere, quòd Ecclesia Dei consuetudinem hanc non habet. De tota materia præsentis articuli vide 2. 2. quæst. 10. artic. 12. Vbi & de consuetudine, de qua præsens conclusio quarta loquitur ait; Maximam habet auctoritatem Ecclesiæ consuetudo &c. Hoc autẽ Ecclesiæ vsus nũquam habuit, ꝙ Iudæorum filij inuitis parentibus baptizarentur; quamuis fuerint retroactis temporibus multi catholici principes potentissimi, vt Constantinus, Theodosius, quibus familiares fuerunt sanctissimi Episcopi, vt Syluester Constantino, & Ambrosius Theodosio; qui nullo modo prætermisissent ab eis id impetrare, si hoc esset consonum rationi. Hæc D. Thomas. Vbi & nota diligenter ly nullo modo.

1^m^ de maiori. Subuenire. ℞. Subuentione nõ contraria ordini iustitiæ: non autem, subuẽtione illi contraria. §. Tunc &c. Nam subuenire illis pueris taliter in baptizando eos inuitis parentibus, esset contra ordinem iuris. Vide textum, & scito, hunc fundari super hanc Apostoli regulam ex ad Rom. 3. desumptam. Non sunt faciẽda mala, vt ueniant bona; cuius regulæ oppositũ dicentium (vt ibi habes) dãnatio iusta est. Fundatur & super exemplum Domini, Matth. 15. qui improbat doctrinam Pharisæorum hanc; ꝙ filij, postposita suorum parentum necessitate, de domo ipsorum ablata offerrent templo. Hoc. n. iudicat Dominus transgressionem mandatorum Dei; quia id erat contra ordinẽ iuris naturalis circa reuerentiam paternam a filijs in illa suorum necessitate habendam: & quæcumque mandata à Deo sunt, ordinata sunt.

2^m^ de maiori. Serui. ℞. Seruitute non excludente ordinem iuris naturalis, vel diuini: non autem, excludente ordinem aliquorum iurium illorum. §. Tunc &c Nam & Iudæi, & eorum filij sunt serui principum seruitute ciuili; quæ talia iura non excludit.

¶Not. Argumentum decipiebatur in hoc, ꝙ putabat, seruitutẽ aliquam unius excludere quamcũque aliam obligationem, ita, ꝙ dominus non sit obligatus seruo ius naturale seruare, aut diuinum. In hoc autẽ non fuisset arguens deceptus (vt habetur ex responso) si partitionẽ diuersi iuris attendisset, & vnicuique iuri, quod suum est seruasset; verbi gratia, iuri ciuili ciuilia, naturali naturalia, diuino diuina. Ex hoc ergo, ꝙ arguens omnia iura in vnũ confudit, factũ est, ꝙ & ipse confusus est; sicut ex hoc, quòd respondens iura ipsa distincta cognoscens distinctim seruauit, factum est, ꝙ & ipse saluatus est. Fundamentũ autem habet responsio in Domini solutione de censu Matth. 22. vbi Dominus demonstrat iura duo non esse confundẽda in vnum, nec vnum impedire aliud, si rectè intelligantur. Ac si ex illa dominica doctrina huc applicata à simili responsum sit. Sicut ius diuinum, quo Iudæi tunc, & Christiani nunc seruiunt Deo, non faciebat, nec facit; quòd ipsimet serui ciuiliter effecti possint irrumpere ius ciuile, vt non reddant censum Cæsari, id est dominis suis temporalibus: ita ius ciuile, quo Iudæi cum filijs suis principibus catholicis seruiunt, non facit; quòd ipsimet principes possint irrumpere ius naturale Iudæorum super filios suos, vt uidelicet possint inuitis parentibus facere baptizari filios eorum. Iura namque, imò quæcumque à Deo sunt (vt suprà diximus) ordinata sunt, ex ad Rom 13. vbi ad litterã loquitur Apostolus de huiusmodi iuribus.

3^m^ illatio conclusionis. Non est ergo iniustum &c. ℞. Negatur illatio. §. Ad probationem dicitur, quòd licèt homo magis sit Dei, quàm patris carnalis; tamen hæc ordinata sunt, ita, quòd homo ordinatur ad Deum per rationem, per quam &c. vt in textu. Vide supradicta in notatione; quoniam omnis error argumentantis radicaliter est in hoc, quod iura distincta confundit, & ex eorum distinctione seruata venit omnium huiusmodi argumentorum solutio.

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò, quomodo per secundæ conclusionis rationem ostendas, meritò fuisse dictum à Concil. Tolet. 4 can. 55. vel 56. sic: De Iudæis præcepit sancta Synodus; nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult, Deus miseretur, & quem vult indurat. Non enim tales inuiti saluandi sunt, sed volentes; vt integra sit forma iustitiæ. Sicut. n. homo propria arbitrij voluntate serpenti obediens perijt; sic (vocante se gratia Dei) propriæ mentis conuersione quisque credendo saluatur. Qui autem iam pridem ad Christianitatem venire coacti sunt (sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisebuti) quia iam constat, eos sacramentis diuinis associatos, & baptismi gratiam suscepisse, & chrismate vnctos esse, & corporis Domini, & sanguinis extitisse participes, oportet; vt fidem etiam, quam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur; nè nomen Domini blasphemetur; & fides, quam susceperunt, vilis, ac contemptibilis habeatur. Hæc ibi: & registrantur in Decretis distin. 45. De Iudæis. Nec minus facit in proposito, quòd loquatur de adultis, quibus & vim (conditionatam scilicet) iampridem fuisse illatam pro baptismi susceptione innuit: hoc, inquam, non minus facit in proposito, quoniam formalitas, ad quã fertur Concilium, est vna, videlicet, quòd non inferatur vis, nec etiam conditionalis, alicui in causa baptismi. Vim ergo absolutam magis prohibet Concilium. Cùm igitur formalitas principaliter ab ipso intenta de adultis tàm pro seipsis, quàm pro filijs baptizandis uerificetur; eodem tenore, quo vim etiam conditionalem inhibet fieri adultis pro seipsis baptizandis, cointelligitur & inhibere inferri vim etiam conditionalem adultis pro suis filijs baptizandis; quod est baptizare filios inuitis parentibus. Per rationem ergo articuli ostendere potes, quòd Concilium hoc rectè sanxit; filios Iudæorum non esse baptizandos parentibus inuitis absolutè; licèt Concilium superaddat, quòd nec ipsis inuitis conditionaliter, de qua re articulus videtur non disputare. Secundò habes, quomodo per tertiæ conclusionis rationem ostendas, idem Concilium canon. 58. vel 59. meritò dixisse. Iudæorum filios, vel filias baptizatos, nè parentum inuoluantur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus. Deputandos autem monasterijs, aut Christianis viris, aut mulieribus Deum timentibus, vt in moribus, & fide proficiant. Hæc ibi: & recitantur in Decretis, 28. quæst. 1. Iudæorum filios. Ob periculum. n. subuersionis filiorum, ne propter affectum paternum (inquit articuli ratio) redirent ad infidelitatem; hunc saluberrimum canonem sanxit Concilium. Et nota, ꝙ non loquitur de filijs baptizatis parentibus inuitis (hoc. n. tãquàm strictè prohibitum, canon. 55. vel 56. silentio præterijt) nè ob hoc capitulum de veritate præsentis articuli dubitare inciperes. Porrò capitulum illud loquitur de filijs Iudæorum iam baptizatorum; & consequenter non inuitis parentibus, sed volentibus, baptizatis. Verum quia parentes ijdem aliquando ad Iudaismum redibant, nè suos illos filios à fide suscepta per baptismum ad infidelitatem traherent, vel circuncidèrent eos adhuc paruulos, vel alia huiusmodi circa illos facerent, sacrum Concilium prouidit, vt suprà. Et ꝙ hic sensus canonis huius sit ad mentẽ Concilij verus, patet per eiusdẽ Concilij canonẽ immediatè præcedentem, vbi legitur sic. Plerique, qui ex Iudæis dudũ ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes in Christum non solũ Iudaicos ritus perpetrasse noscuntur; sed etiã abominandas circuncisiones exercere præsumpserunt. De quibus cõsultu pijssimi ac religiosissimi Domini nostri Sisenandi regis hoc sanctũ decreuit Concilium, vt huiusmodi transgressores pontificali authoritate correcti ad Christiani dogmatis cultũ reuocẽtur; vt quos voluntas propria non emendat, animaduersio sacerdotalis coerceat. ij autẽ, quos circunciderunt, si filij eorum sint, à parentum cõsortio separentur; si serui, pro iniuria corporis sui libertati tradantur. Hæc ibi, can. 57. vel 58. & recitãtur in Decr. de cõsec. dist. 4. Pleriq;. Clarè igitur perspicere datur, ꝙ pp hos Iudæos apostatãtes à Christo, postea cano. sequẽti, qui incipit, Iudæorum filios, Conciliũ decernit, vt iam suprà narratũ est. Nec mirũ, si hoc de filijs dixit, qui propter affectum ad parentes, iuxta artic. præsentem magis sunt in periculo: quandoquidem etiã adultis, ne ad infidelitatem relaberentur, accuratissimè prouidit sic. Sæpe malorum consortia etiam bonos corrũpunt; quanto magis eos, qui ad uitia proni sunt? Nulla ergo cõmunio vltra sit Hebræis ad fidem Christianã translatis cum his, qui adhuc in veteri ritu consistunt, nè forte eorũ participatione

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

A simili dic idem de pueris baptizatis; postq̃ adoleuerint. & hoc contra hęresim dãnatã à Côcil. Tridẽt. sess. 7. de baptis. cano. 14.

subuertantur. Quicumque ergo amodò ex his qui baptizati sunt, infidelium consortia non uitauerint, & hi Christianis donentur, & illi publicis cædibus deputentur. Hæc idem Concilium canon. 60. vel 61. & registratur in Decretis 29. quæst. 1. cap. Sæpe malorum. Adducti sunt sub distinctione canones; quoniam exemplaria duo habita non concordabant in numeris. quod si, fortè alibi sic contigerit, huic, aut simili motiuo imperturbatus ascribas. Tertiò habes, quomodo per rationem præmissas Concilij sententias, pro quanto vel inuitis parentibus filios infidelium non baptizandos, vel hoc periculosum dicit; & intelligas, & declares, & probes. Quartò uides, quomodo ex his uictibus Aug. hæc doctrina declaretur, atque confirmetur.

3

4

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 10. in corp. art. aduerte Auctorem sentire, imò supponere filios infidelium fore vere baptizatos, si inuitis parentibus baptizarentur. Hoc enim supponit ratio, dicens esse periculosum taliter filios infidelium baptizare: quia de facili ad infidelitatem rediret propter naturalem affectum ad parentes.

¶ Nec opus esse arbitror, disputare hic cum Duran. & Petro de Pal. quoniam ex supradictis in ar. satis apparet irrationabilem esse opinionem, dicentium voluntatem extrinsecam requiri ex parte baptizati infantis de necessitate sacramenti.

¶ In eodem aduerte Auctorem, non facere differentiam quo ad propositum, inter filios Iudæorum, vel aliorum infidelium. difficultas tamen specialis de Iudæis ratione seruitutis non est omissa, sed in responsione ad secundum soluta est.

¶ Vbi scito propter molestiam instantium, & obijcientium, quia filij seruorum possunt ab eis auferri, & ablati possunt baptizari, vt testatur ecclesiæ consuetudo de filijs Aethiopum, quod Christianis venduntur. ergo sine ablatione media possent etiam seruorum infidelium filij inuitis parentibus baptizari: ipsa namque ablatio non est medium necessarium ad licitum baptismum. Scito, inquam, distinguere inter id, quod fit per se, & quod fit per accidens. nam per se loquendo, quantumcumque dominus possit auferre filium à seruo: non tamen potest ea ratione auferre, vt baptizet illum, quia baptismus & ablatio sunt diuersorum iurium: quoniam baptismus iuris est diuini, ac per hoc ad patris ius spectans: ablatio vero ciuilis est iuris, ac per hoc ad domini ius spectat. Et propterea falsum est, q̃ liceat ablatum filium à seruo, baptizare inuitis parentibus: ablatio enim ciuilis non tollit ius paternum, erga diuina. Nec ecclesiæ consuetudo habet, vt baptizentur infantes Aethiopum præsentium: sed illos tantum pueros, qui vt parentibus destituti habentur, baptizat, præsupponens huiusmodi pueros venales, tanquàm sine parentibus essent. Et rationabiliter quidem, quoniam chaos magnum experimur interpositum, ita vt nulli vnquam comparuerint parentes pro filijs: nec filij postmodum reuersi sunt ad parentes, sed mittuntur totaliter Christiani, & sic perseuerant.

¶ Multa hic omittimus circa præsentis articuli materiam: quia in alijs Commentarijs meminimus nos scripsisse diffuse.

S. Bon. 4. s. d. 6. q. 1. art. 1.
Rich. 4. s. d. 5. q. 1.
Maior. 4. s. d. 4. q. 1.
Sot. 4. s. d. 5. q. vn. art. 11.
Scot. 4. s. d. 4. q. 3.
Duran. 4. s. d. 6. q. 1.
Bacco. 4. s. d. 5. q. 2.
Palud. 4. d. 6. q. p. art. 1.

69
4. dis. 6. q. 1. ar. 1. q. 1.
Et dist. 23. q. 2. art. 2. q. 1. ad 1. & 2.

### SVPER Q. IX.
Aliàs 68. Art. 11.

COncl. 1. Baptismus, quo mater baptizatur, non redundat in prolem in vtero matris existentem.

¶ Prob. Quia ad hoc, quòd talis baptismus, in prolem talem redundaret, oporteret, q̃ proles esset aliquid matris per continuationẽ, ac vnionem partis ad totũ (vt patet in ad secundũ): & proles illa non est pars matris, sed à matre est distincta, tùm quoad animã, tũ quoad corpus (vt patet ex se, & August. contra Iulianum; quẽ videas in lib. Decr. de consecr. dist. 4.)

¶ Concl. 2. Nullo modo infantes in maternis vteris existentes baptizari possunt.

¶ Prob. Quia de necessitate baptismi est, q̃ corpus baptizandi aliquo modo aqua abluatur (cum baptismus sit quædã ablutio, q. 7. artic. 1.): & corpus infantis, anteq̃ nascatur ex vtero, nõ potest aliquo modo ablui aqua, vt patet ex prima, conclone.

1^m de maiori.
Efficacius est. R. Quantũ est ex parte Dei, vel doni baptismalis: nõ sẽper, quantũ est ex parte bapti-

## ARTICVLVS XI.

*Vtrum pueri in maternis vteris positi sint baptizandi.*

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur q̃ pueri in maternis vteris existentes possint baptizari. Efficaciùs. n. est donum Christi ad salutem, quàm peccatum Adę ad damnationem, vt Apost. dicit Roman. 5. sed pueri in maternis vteris damnantur propter peccatum Adæ. ergo multo magis saluari possunt per donum Christi: quod quidem fit per baptismum. ergo pueri in maternis vteris existentes possunt baptizari.

¶ 2 Præt. Puer in vtero matris existens, aliquid matris esse videtur: sed baptizata matre, baptizatur quicquid est eius intra ipsam existens. ergo videtur q̃ baptizata matre, baptizetur puer in vtero eius existens.

¶ 3 Præt. Mors æterna peior est, quã mors corporalis: sed de duobus malis minus malum est eligendum. si ergo puer in vtero matris existens baptizari non potest, melius esset q̃ mater aperiretur, & puer vi eductus baptizaretur, quàm quod puer æternaliter dãnaretur absque baptismo decedens.

¶ 4 Præt. Contingit quandoque, q̃ aliqua pars pueri prius egreditur: sicut legitur Genes. 38. quod pariente Thamar, in ipsa effusione infantium, vnus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum dicens, iste egredietur prior, illo verò manum retrahente, egressus est alter: quandoque autem in tali casu imminet periculum mortis. ergo videtur quòd illa pars debeat baptizari, puero adhuc in materno vtero existente.

SED CONTRA est, q̃ Aug. * dicit in epist. ad Dardanum, Nemo renascitur nisi primo nascitur: sed baptismus est quędam spiritualis regeneratio. non ergo debet aliquis baptizari priusquàm ex vtero nascatur.

RESP. Dicendum, q̃ de necessitate baptismi est, q̃ corpus baptizandi, aliquo modo aqua abluatur, cum baptismus sit quędam ablutio, vt suprà dictum * est: corpus autem infantis antequàm nascatur ex vtero, non potest aliquo modo ablui aqua, nisi fortè dicatur, quòd ablutio baptismalis, qua corpus matris lauatur, ad filium in ventre existentẽ perueniat: sed hoc esse nõ potest: tum, quia anima pueri, ad cuius sanctificationem ordinatur baptismus, distincta est ab anima matris: tum, quia corpus pueri perii animati, iam est formatum, & per consequens à corpore matris distinctum: & ideo baptismus quo mater baptizatur, non redundat in prolem, in vtero matris existentem. vnde August. * dicit contra Iulianum, Si ad matris corpus id, quod in ea cõcipitur, pertinet, ita vt eius pars imputetur, non baptizaretur infans, cuius mater baptizata est aliquo mortis vrgente periculo, cum eum gestaret in vtero; nunc verò cum ipse etiã, scilicet infans baptizetur, non vtique ad maternum corpus, cum esset in vtero, pertinebat, & ita relinquitur quòd nullo modo infantes in maternis vteris existentes, baptizari possunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ pueri in maternis vteris existentes, nondũ prodierunt in lucem, vt cum aliis hominibus vitam ducant: vnde non possunt subijci actioni humanę, vt per eorũ ministeriũ sacramenta recipiant ad salutẽ: possunt tamen

*Epist. 57. inter med. & fi. to. 2.

*q. 66. ar. 1

*lib. 6. c. 5. non longè antè med. tom. 7.

baptizãdorũ. §. Tũc &c. Quòd. n. infantes in maternis vteris morientes damnentur, non est ex inefficacia doni baptismalis, cum baptizati nõ sint; sed est ex hoc, q̃ donũ ipsum baptismale non receperunt. Quod patet; quia si ex vtero nati nõ baptizarentur, damnarentur. Sicut. n. hoc non proueniret ex inefficacia doni, sed ex non susceptione doni: ita & illud primum.

¶ Not. Pro clariori notitia huius notanda sunt, quæ D. Thom. dicit quodlib. 6. artic. 4. Puer (inquit tex. corp. fin.) in deserto moriẽs sine baptismo salutem non consequitur; (scilicet in fide parentum. Sic enim stabat quæstum). Hanc conclusionem suam argumento primo impetit sic. Non est minoris efficacię fides tempore gratiæ, q̃ tempore legis naturæ: sed tempore legis naturæ saluabantur pueri in fide parentũ, vt Gregorius dicit. ergo etiam nunc tempore gratiæ. Respondet. Ad primũ ergo dicendum, q̃ secundùm quosdam, tempore legis naturæ non sufficiebat, &c. Aliorũ opinio est, q̃ solus interior motus fidei relatus ad salutẽ pueri sufficiebat ad salutem pueri. Nec tamen nunc diminuta est fidei virtus, sed augmentatur gradus salutis; quia nunc qui saluãtur per Christum, statim introducũtur in regnũ cęlorum; quod tunc non erat.

Vnde

subiici operationi Dei, apud quem viuunt, vt quodam priuilegio gratiæ sanctificationem cōsequantur, sicut patet de sanctificatis in vtero.

Ad secundum dicendū, quòd mēbrum interius matris est aliquid eius per continuationem, & vnionem naturalē partis ad totum, puer autem in vtero matris existens, est aliquid eius per quandam colligationē corporum distinctorum: vnde non est similis ratio.

Ad tertium dicendum, quòd non sunt facienda mala, vt veniant bona, vt dicitur Rom. 3. & ideo non debet homo occidere matrem, vt baptizet puerum, si tamen mortua fuerit viuente prole in vtero, debet aperiri, vt puer baptizetur.

Ad quartum dicendum, ꝙ expectanda est totalis egressio pueri ex vtero ad baptismū, nisi mors immineat, si tamen primo caput egrediatᷣ, in quo funditur omnes sensus, debet baptizari periculo imminēte, & non est postea rebaptizādus, si eū perfectè nasci contigerit. Et vr̄ idem faciendum quæcūque alia pars egrediatur, periculo imminente: quia tñ in nulla exteriorū partium integritas vitæ, ita consistit sicut in capite, videtur quibusdam ꝙ propter dubium, quacuque alia parte corporis abluta, puer post perfectam natiuitatem sit d baptizandus sub hac forma, Si d non es baptizatus, ego te baptizo.

ARTI-

Vnde non est inconueniens, si ad hoc aliquid amplius requiratur, scilicet baptismus, vt dicitur Ioan. 3. Nisi quis renatus &c. Argumentatur secundò sic. Per Christum non est arctata uia salutis, cum ipse dicat Ioan. 10. Ego veni, vt uitam habeant, & abundantiùs habeant: sed ante Christi aduentum saluabantur aliqui pueri in fide parentum: ergo multò magis nunc post Christi aduentum. Respondet. Ad secundum dicendum, ꝙ per Christum in hoc ipso est ampliata hominibus via salutis, quòd nunc per eū aperta est eis ianua vitæ æternæ, quæ ante clausa erat per peccatū primi parentis. Hæc Diuus Thomas ad litterā. Hæc uolui adduxisse hic; quoniam sufficientíssima sunt ad reprimendū mentis tuæ motus ex responsione illa ad primū præsentis articuli forsan insurrecturos: vt patet cōsiderāti. Hinc & Achilleum illud (secundū quosdam) propugnaculū pro saluandis infantib. nunc sine baptismo vel in utero materno existentib. vel aliàs in casu necessitatis aquæ, videbis esse egregiè solutū. Achilleum. n. illorū est, in sententia, argumentū primum ipsius quodlib. art. 4 & solutio stat in hoc formaliter: ꝙ finis, & ea, quæ sunt ad finē, debent proportionari. Ampliato ergo fine, vt dr̄ Ioan. 10. Ego veni, vt uitā abundantiùs habeant, debent etiam ampliari ea, quæ sunt ad illū finem: quod est, vltra fidē, requiri aliquid amplius, s. baptismum. Quid clarius? Ex responso isto tacite innuitur; ꝙ argumentum factū, erat fallacia secundum non causam, vt causam. Putabat enim causam huius esse inefficaciam, seu minorem efficaciā fidei: & tñ (vt manu etiā palpamus) causa huius necessariæ requisitionis baptismi est ampliatio finis, nobis præ antiquis, facta. Quare autem Deus hunc ad actualem baptismum trahat, & illum non trahat; noli velle iudicare, si non vis errare; sed iudicia Dei abyssum magnam silens corde semper uenerare.

2m de minori. Quicquid est eius intra ipsam existens. R. Tāquàm ei continuum, siue vnitum velut pars ad totum: non autem, tāquàm realiter ab ea distinctum, ei aliqualiter colligatum. §. Tunc &c. Nam membrum interius matris est aliquid eius per &c. vt in textu.

3m minor. De duobus malis minus est eligendū. R. Si possit eligi sine peccato. §. Tunc &c. Non. n. potest eligi sine peccato hoc minus malū; ꝙ s. mater prægnans occidatur, vt ueniat hoc maius bonū, baptizatio uidelicet infantis: quoniā non sunt facienda mala, vt ueniant bona; contrariū cuius dicentiū damnatio iusta est. Ex tex. isto disce, ꝙ propositio illa adducta, s. de duob. malis minus est eligendū, intelligitur de malis pęnalibus, quando dicit ly Eligendum. Nam sola mala pœnæ sunt eligibilia, aliquo modo considerata, puta ut iusta, vt peccati impeditiua, vt ad bonum promotiua, & breuiter, vt minùs mala. Exemplum patet de Susanna Danielis 13. de martyribus; de &c.

4m illatio conclusionis. Ergo vr̄, ꝙ illa pars &c. R. Conceditur illatio. §. Cum hoc tamen aduertendum diligenter est; ꝙ habeatur ratio diuersitatis partium, sic. Si primo caput egrediatur, in quo fundantur omnes sensus, debet baptizari, periculo &c. vt in textu.

APPENDIX.

Vtilitas ... Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo per rationē ostendas, fuisse meritò à Concilio Neocęsariēsi, cuius canones per Synodū 6. Constantinopolitanā in Trullo celebratā probati fuerunt, insinuatū; ꝙ pueri in maternis uteris non possunt baptizari. Dicit. n. cano. 6. Grauidā oportet baptizari, quando voluerit. Nihil. n. in hoc quæ parit, nascenti cōicat; ppea ꝙ vniuscuiusque suum propositū in confessione declaretur. Hæc s̄m editionem primam illius Concilij. Et s̄m editionē secundam clariùs. De prægnantibus, ꝙ oporteat eas baptizari, quando volunt. Nihil. n. in hoc sacramento cōe est parituræ, & illi, qui de eius vtero fuerit editus; quia vniuscuiusq; in illa confessione libertas arbitrij declaratur. Hæc ibi. Ecce, q̃ aperte determinat, ꝙ in sacramento baptismi, quo baptizatur mater, nihil cōicat infans vtero eius inclusus. Ergo à fortiori innuit Concilium; ꝙ per hoc, ꝙ corpus matris iam baptizatæ lauatur aqua ad baptizandum puerum intus existētem, non attingitur puer ille à sacramēto. Si. n. sacr̄m baptismi collatum matri baptizandæ nō pertingit ad puerū baptizandum: multò minus aqua superfusa matri baptizatæ iam, & non baptizans matrē, baptizabit infantem. Nec ualet, si recurratur ad intentionē uolentem baptizare infantem, non matrē; quoniam loquitur Concilū de re ipsa in se considerata. Si. n. videret, ꝙ s̄m rem ipsam posset baptismus matris baptizare & inclusum puerum; cur non dixisset, Baptizantes vos matrem grauidā habeatis intentionē ad baptizandum etiā simul puerū? Certè hoc dicere facile erat Cōcilio, & faciliùs pro salute pueri; si verū esset. Potuisset nāq; tunc & ipsa cōfessio matris, qua respondebat, Credo, reputari etiam pro puero; sicut & confessio patrini talis cōputatur nunc pro puero nato baptizando: potuisset & forma baptismi proferri sic, Ego baptizo vos, sicut & nūc fieret, quando in necessitate multi simul baptizarenī, q. 7. art. 5. ad quartū. Cæterum quia Conciliū uidit; baptismum illum, s̄m rei veritatem, non posse attingere prolem inclusam: ideò de intentione tali ac forma, nec verbum fecit; imò patenter aperuit, ꝙ in hoc baptismi sacramento nihil communionis habet nascitura proles. Eadem ratione motum fuit Concilium non dicendū baptizaturis matrem grauidam, Non habeatis intentionē ad baptizandum prolem, siue potiùs habeatis intentionē, ꝙ non vultis per talem baptismū matris baptizare prolem: & sitis securi, ꝙ tunc proles non erit baptizata. Pro quo sciendū, ꝙ baptizaturi matrem (quantū ex contextu ipso conijciē) dubitabant; ne per hoc baptizarefī proles. Vnde scrupulo conscientiæ agitabātur dicentes: Si postea baptizabimus prolem, erimus rebaptizantes; si autem non, scandalizabitur populus, videndo, puerum nasci ex baptizata, & ad Ecclesiam pro baptismo recipiendo non portari. Quid iuris ergo Domini Patres? Melius est, vt nō baptizetur mater, donec emiserit infantem. Sic. n. & conscientiæ nostræ ex præmissis tricis liberabuntur; & nihilominus mater, etiā si mortua prægnans fuerit in voto baptismi saluabitur; & tunc puer e ventre matris aperto extractus ad Ecclesiā portabitur, atq; cū ædificatione populi solēniter baptizabitur. Responderunt Patres Concilij ad istos presbyteros, vt suprà. Quasi dixissent. Relinquatis uos Plebani istū scrupulum, ꝙ baptizando matrē, baptizetis simul & prolem; quoniā hoc omninò falsum est. Baptizanda mater confessione propria symboli fidei per baptismū saluabitur: baptizādus postea puer natus cōfessione Ecclesiæ de symbolo fidei facta, & ipse per baptismū actu tunc susceptū ab originali mundabitur. Respondit sic Concilium. Poterat vero, si dubitasset de baptizatione pueri in vtero existentis, respondere adhuc: vt omnia consona fiant, & conscientiæ vestræ scrupulosæ non lædātur; postea portato puerulo ad Ecclesiam, omnes cęremonias baptismo circunstantes facietis circa illum, excepto, ꝙ eum non baptizabitis; quia iam baptizata matre baptizatus fuit; vel si eum baptizare vultis ad cautelam, ne fortè tunc non fuerit baptizatus, baptizabitis illum sub conditione hac, scilicet, si non es baptizatus, ego te baptizo. Denique quia Concilium sacrum nihil dubitauit de hoc, ꝙ puer ille non baptizatur, baptizata simul matre: ideò cunctis his, siue de intentione, siue de forma, siue de cautela, siue de conditione (vt præfertur) totaliter omissis, stabilem sententiā resolutè, pro responso dedit, scilicet, quòd puer ille nullo modo erat, baptizata matre, baptizatus. Item insinuatur idipsum à Concilio Martini Papæ. Si qua mulier prægnans desiderauerit gratiam baptismi percipere; quando voluerit, habeat potestatem: Nam nihil participat in hoc mater infanti, qui nascitur; propterea ꝙ vniuscuiusque propria voluntas in confessione monstretur. Hæc ibi: & recitantur in Decretis, de consecr. distin. 4. cap. Si qua mulier. Quæ dicta procul dubio cum Concilio Neocæsariensi prædicto in sensu omninò conueniunt. Item ab Isidoro; vt recitatur in Decretis de consecrat. dist. 4. c. Qui in maternis sunt vteris, ideò baptizari nō possunt: quia &c. Vide ad hoc propositum aliquid simile, si benè applicetur, dictum à Papa Innocentio III. extrà, de baptis. & eius effectu, cap. Non ut apponeres. Hoc dictum Innocentij ponitur verbatim suprà art. 1. coroll. post ad tertium. Indè firmam determinationē sumes ad quædā argumenta; quæ in præsentis articuli materia solent fieri à quibusdam in contrarium, quasi pro pietate. Secundò habes, quomodo per rationem prædicta à Patribus, pro quanto pueros in vtero inclusos statuunt baptizari non posse, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides, quomodo ex his hæc doctrina Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

D. 265.
D. 583.

Firma responsio Concilij.

*Scot.4 sẽ 5.q.vn. art.12. Palud.4.d.4.q.4.*

## ARTICVLVS XII.

### *Vtrum furiosi & amentes debeant baptizari.*

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videt͂ ꝙ furiosi,& amẽtes non debeant baptizari. Ad susceptioné enim baptismi requiritur intentio in eo, qui baptizatur, vt suprà dictum * est, sed furiosi & amentes, cum careant vsu rationis, non possunt habere ordinatam intẽtionem. ergo non debent baptizari.

¶ 2 Præt. Homo bruta animalia superexcedit in hoc, quòd habet rationem: sed furiosi,& amentes non habent vsum rationis: & quandoque etiam in eis non expectatur, sicut expectatur in pueris. ergo videtur ꝙ sicut bruta animalia non baptizantur, ita nec tales furiosi, & amentes debeant baptizari.

¶ 3 Præt. Magis est ligatus vsus rõnis in furiosis, vel amentibus, q̃ in dormientibus: sed baptismus non consueuit dari dormientibus. ergo non debet dari amentibus, & furiosis.

SED CONTRA est, ꝙ Aug. * dicit 4.confes. de amico suo, qui cũ desperaretur, baptizatus est nesciẽs, & tamen baptismus in eo efficaciã habuit. ergo carentibus vsu rationis, aliquando baptismus dari debet.

RESP. Dicendũ, ꝙ circa amentes, & furiosos est distinguendum: quidã.n. sunt à natiuitate tales, nulla habentes lucida interualla, in quibus etiã nullus vsus rationis apparet: & de talib. quantum ad baptismi susceptionem, videtur esse idẽ iudicium, quod de pueris, qui baptizantur in fide ecclesiæ, vt suprà dictum * est. Alii verò sunt amentes, qui ex sana mente, quam habuerunt prius, in amentiam inciderunt. Et tales sunt iudicãdi secundum voluntatẽ quam habuerunt, dum sanæ mentis existerent, & ideo si tunc apparuit in eis voluntas suscipiẽdi baptismum, debet eis exhiberi in furia, & amentia constitutis, etiam si tunc actu contradicant, alioquin si nulla voluntas suscipiendi baptismum in eis apparuit, dum sanæ mentis essent, non sunt baptizandi. Quidam verò sunt, qui etsi à natiuitate fuerint furiosi, vel amentes, habent tamen aliqua lucida interualla, in quibus recta ratione vti possunt: vnde si tunc baptizari voluerint, baptizari possunt etiã in amentia constituti. Et debet eis tunc sacramentum conferri si periculũ timeatur: alioquin melius est, vt tempus expectetur in quo sint sanæ mentis, ad hoc, ꝙ deuotiùs suscipiant sacramentum: si autem tẽpore lucidi interualli non appareat in eis voluntas suscipiẽdi baptismum, baptizari non debent in amentia constituti: quidã verò sunt, qui etsi non omnino sanæ mentis existant, intantum tamen ratione vtuntur, ꝙ possunt de sua salute cogitare, & intelligere sacramenti virtutem. Et de talibus idem est iudicium, sicut de his, qui sanę mentis existunt, qui baptizantur volentes, non autem inuiti.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ amentes qui nunquam habuerunt, nec habent vsum rationis, baptizantur ex intentione ecclesiæ, sicut, & ex actu * ecclesiæ credunt & pęnitẽt, sicut suprà de pueris dictum † est. Illi verò qui aliquo tempore habuerunt, vel habent vsum rationis, secundùm propriam intentionem baptizantur, quam habent vel habuerunt tempore sanæ mentis.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ furiosi, vel amentes carent vsu rationis per accidens, s. propter aliquod impedimentum organi corporalis, non autem propter defectum animæ rationalis, sicut bruta animalia. vnde non est de his similis ratio.

AD TERTIVM dicendũ, ꝙ dormientes nõ sunt baptizandi, nisi periculũ mortis immineat, in quo casu baptizari debent, si priùs in eis voluntas apparuit suscipiẽdi baptismũ, sicut & de amentibus dictum * est: sicut Aug. † narrat in 4. lib. confess. de amico suo, qui baptizatus est nesciens, propter periculum mortis.

QVÆ-

SVPER Q. IX. Aliàs 68. ART. XII.

CONCL. 1. De amentibus, & furiosis à natiuitate, in quibus nunquam vllus rationis vsus apparet, iudicari quantum ad baptismi susceptionem debere videtur; secundum quòd dictum est de pueris, qui baptizantur in fide Ecclesiæ.

¶ PROB. Quia patet (& meritò Nam commune habent cum pueris illis, quòd nunquàm habuerunt vsum liberi arbitrij).

70 · 4 d.4. q.3. a.1. q.3. Et di.18. q.1. art.3. q.1. cor. Et ver. q.28. ar.3. ad 2. · *art.7. huius quæst.

¶ CONCL. 2. Si in furiosis, & amentibus ex sana mente, apparuit voluntas suscipiendi baptismum, debet eis in furia, & amentia constitutis exhiberi; etiamsi actu contradicant; si autem nulla voluntas suscipiendi baptismum in eis apparuit, dum sanæ mentis essent, non sunt baptizandi.

¶ PROB. Quia furiosi & amentes, qui ex sana mente priùs habita in amentiam inciderunt, vel furiam, sunt iudicandi secundum voluntatem, quam habuerunt, dum sanæ mentis erant.

¶ NOT. Probatio hæc fundatur super illam tritissimam, ab omnibusque communi animorum consensu acceptatam doctrinam; quòd in naturalibus, aut totaliter inuoluntarijs, non meremur, neque demeremur: & quod sicut peccatum non est peccatum, nisi sit voluntarium; ita bonum non est huic bonum nisi sit uoluntarium: & quòd homo eatenus dicitur homo, quatenus ratione vtitur; & quòd qui creauit nos sine nobis non iustificabit nos sine nobis, scilicet consentientibus. Loquimur semper de adultis ut facit articulus. Ex his enim patet, quòd iudicium de adultis, an sint aliquo sacramento donandi, debet dari, secundùm uoluntatem adultorum in vsu liberi arbitrij constitutorum. Alioquin non iudicabitur de homine, vt homo, illud; quod discernendum statuitur. Hinc de pollutione nocturna, de homicidio à dormiente facto, de aliquo in dormitione actuali mortuo, ac de huiusmodi videndum sanxerunt Doctores esse voluntatis motum ante, vel post dormitionem; si iudicandum rectè sit, quòd sint, vel non sint peccata; quòd grauiora sint, vel minùs grauia: si de aliquo iudicium ferendum sit, conditionaliter saltem (non enim possumus aliter), vtrum sit saluatus moriendo, vel damnatus. Si enim cum voluntate peccato adhærente (vel quia proponit saltem habitualiter peccare, vel quia de præteritis non conteritur) dormitionem actualem assumpsit, damnatus iudicatur; qui sic in dormiendo mortuus est: si uerò voluntas eius peccata per veram contritionem repudiauit, moxque cum ista bona voluntate dormiuit, saluatus iudicatur; si sic in dormiendo decessit: sicque vel statim in cœlum, vel in purgatorium uadit, iuxta mensuram illius contritionis præhabitæ. Simile de alijs huiusmodi, si quando occurrerint, dicendum est; adeò quod semper iudicatur secundùm voluntatem, quam habuerunt omnes, quando sanæ mentis erant, id est in vsu liberi arbitrij, vt dicit textus.

* lib.4.c.4. parũ ante med. to.1. · *art 9. huius quæst.

¶ CONCL. 3. Amentes nati, si tempore lucidi interualli baptizari voluerint, baptizentur, etiam in amentia constituti, periculo imminente; quo remoto, expectetur lucidum interuallum, vt deuotiùs suscipiant baptismum: si autem in ijsdem tempore lucidi interualli non apparuerit voluntas ad baptismum, baptizari nõ debent in amentia constituti.

¶ PROB. Quia tales sunt iudicandi secundũ voluntatem, quam tempore lucidi interualli habuerunt.

¶ NOT. Ratio hęc est eadem in substantia cũ illa secundæ conclusionis: ideò & fundatur super eandem communem animi conceptionem. Vide tu illic.

¶ CONCL. 4. Qui possunt de sua salute cogitare, & intelligere sacramenti uirtutem, baptizantur volentes, sed non inuiti.

¶ PROB. Quia de talibus idẽ est iudicium, sicut de his, qui sanæ mentis existunt (vide artic.7.)

*aliàs, titu. · † art.9. huius quæst.

### 1m de maiori.

Intentio. ℞. Vel propria saltem tẽpore vsus rationis præhabita; vel aliena. §. Tũc nihil &c. Nam aliena, scilicet Ecclesiæ, sufficit pro baptizandis amentib. primæ conclusionis: propria pro amentib. quartæ, saltẽ præhabita pro secundæ, & tertiæ.

### 2m de maiori.

Rationem. ℞. Id est rationalem animam. §. Tunc &c. Nam furiosi, vel amẽtes rationalem animam habent: licet careant vsu &c. vt in textu.

* In corp. artic. · † lib.4 c.4. parũ ante med. to.1.

### 3m de minori.

Dormientibus. ℞. In quibus priùs non apparuit voluntas suscipiendi baptismum; non, in quibus apparuit. §. Tunc &c. Nam idem de amentibus, & furiosis dictum est, etiam in amentia constitutis; vt per conclusiones secundam & tertiam patet.

## APPENDIX.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, fuisse meritò insinuatum à Concilijs: quòd furiosi sunt, & nõ sunt baptizandi. Vt à Concilio Arausicano primo sub Leone I. cap. 12. Subito obmutescens (prout statutum est) baptizari, aut pœnitentiam accipere, potest; si voluntatis præteritæ testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu. Hæc ibi. Et recitantur in Decret. 27. q.6. cap. Qui recedunt. Item ab eodem Concilio cap. 13. Amentibus, quæcũque sunt pietatis conferenda sunt.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Intel-

Intellige tu ex Concilij eiusdem præmisso cap. conditionem hãc, scilicet si amentes uoluntatis præteritæ testimonium aliorum verbis habent, quando uidelicet erant in lucido interuallo. Alioquin secundùm Concilium iudica de illis, si nunquàm habuerunt lucidum interuallum; sicut de pueris. Vide artic. 9. Et hæreses ibi narratas de pueris, si ad tales amentes applicentur, per huius articuli rationem reijce; Et Concilia ibi illas damnantia hac etiam ratione sustenta. Item idipsum insinuatur a Concilio Carthaginensi tertio, cap. 34. Aegrotantes, si pro se respondere non possunt, cùm voluntas eorum testimonium sui dixerit, baptizentur. Hæc ibi. Et recitatur de consecratione, dist. 4. Ecce; quòd omnia Concilia ad voluntatem baptizandi, si aliquando vsum rationis habuerit, respici aliquo modo statuunt. Vnde ex hoc stabilitam agnoscas notationem post secundæ conclusionis probationem suprà positam. Item à Papa Innocentio III. extrà, de baptis. & eius effectu, cap. Maiores. Vbi postquàm dixerat, quod amentibus, si voluntatem non habuerunt suscipiendi baptismum, non debet conferri: si autem habuerunt baptizandi sunt; concludit, quòd tunc sacramentalis operatio imprimit characterem, quando obicem voluntatis contrariæ, non inuenerit obsistentem. Vide ibi circa [illegible] capituli de amentibus; & circa post medium de dormientibus; vbi Concilijs præmissis, maxime quo ad rationem formalem de voluntate baptizandorum consona profert. Pro prædictis iuuat etiam uidere lib. Decr. de consec. dist. 4. c. paruuli alio. & c. cùm pro paruulis. Secundò habes, quomodo per rationé prædicta Papæ, atq; Conciliorũ, pro quãto amentib. baptismum vel dandũ, vel non dandũ statuunt, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò uides, quomodo ex his, atq; similibus, doctr. hęc Ang. vicissim declaretur, atq; confirmetur.

[Margin: 2; 3]

---

... c. 72.
*Sot. 4. J. d. 6. q. 1. art. 1.*
*Palud. 4. d. 4. q. 1.*

## QVÆST. X. Aliàs 69.

*De effectibus baptismi, in decem articulos diuisa.*

Deinde considerandũ est, de effectibus baptismi.

Et circà hoc q̃runt̃ decẽ.

¶ Primò, Vtrum per baptismum auferantur omnia peccata.

¶ Secundò, Vtrum per baptismum liberetur homo ab omni pœna.

¶ Tertiò, Vtrum baptismus auferat pœnalitates huius vitæ.

¶ Quartò, Vtrũ per baptismum conferãtur homini gratię, & virtutes.

¶ Quintò, De effectibus virtutum, quę per baptismum conferuntur.

¶ Sextò, Vtrum ẽt paruuli in baptismo gratias, & virtutes accipiant.

¶ Septimò, Vtrum per baptismum aperiatur baptizatis ianua regni cęlestis.

¶ Octauò, Vtrum baptismus æqualem effectum habeat in omnibus baptizatis.

¶ Nonò, Vtrum fictio impediat effectum baptismi.

¶ Decimò, Vtrũ recedente fictione, baptismus obtineat suũ effectum.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum per baptismum tollantur omnia peccata.*

Ad primvm sic proceditur. Videtur φ per baptismũ non tollant̃ omnia peccata. Baptismus. n. est quædam spiritualis regeneratio, quæ contraponitur generationi carnali: sed per generationẽ carnalem homo contrahit solum originale peccatum. ergo per baptismum soluitur solum originale peccatum.

¶ 2 Prę. Pęnitentia est sufficiẽs causa remissionis actualium peccatorũ: sed ante baptismum in adultis requiritur pęnitentia, secundùm illud Act. 2. Pęnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. ergo baptismus nihil operatur circa remissionem actualium peccatorum.

¶ 3 Præt. Diuersorum morborũ diuersæ sunt medicinæ: quia sicut Hieron. * dicit, non sanat oculum, quod sanat calcaneum: sed peccatũ originale, quod per baptismum tollitur, est aliud genus peccati à peccato actuali. ergo non omnia peccata remittuntur per baptismum.

Sed contra est, quòd dicitur Ezech. 36. Effundam super vos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.

Respon. Dicendum, quòd sicut Apostolus dicit Rom. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et postea concludit, Ita, & vos existimate mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu domino nostro. Ex quo patet, quòd per baptismum homo moritur vetustati peccati, & incipit viuere nouitati gratiæ: omne autem peccatũ ad pristinam vetustatẽ pertinet. vnde consequens est, quòd omne peccatum per baptismum tollatur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut Apostolus dicit Rom. 5. Peccatum Adæ non tantum potest, quantum potest donũ Christi, quod in baptismo percipitur. Nam iudicium ex vno in condemnationẽ, gratia autem ex multis delictis in iustificationem: vndè & August. * dicit in lib. de baptismo paruulorum, φ generante carne tantummodo trahitur peccatum originale; regenerãte autem spiritu, non solum originalium, sed etiam voluntariorum fit remissio peccatorum.

Ad secvndvm dicendum, φ nullius peccati remissio fieri põt, nisi per virtutem passionis Christi: vnde & Apost. dicit Hebr. 9. φ sine sanguinis effusione non fit remissio. vnde motus humanæ voluntatis, qui est

in

[Margin: *Mar. 6. sup. per illud verb. Hoc gen* dęmoniorũ non eijcit, nisi &c. to. 9.]

[Margin: * lib. 1. de pecc. meri. & remis. c. 15. in fi. tomo 7.]

### SVPER Q. X. Aliàs 69. Art. 1.

Concl. Omne peccatum per baptismum tollitur.

¶ Prob. primò: Quia omne peccatum ad vetustatem pristinam pertinet (vt patet): Et per baptismum homo moritur vetustati pristinæ (hæc vetustas ex peccato facta, imò ipsum peccatum est. Hæc ultima pars antecedentis patet ex Rom. 6.) Secundò, quia omne peccatũ contraponitur nouitati uitæ, quæ fit per gratiam (vt patet); Et per baptismũ homo incipit viuere nouitati gratię (vt patet ex Rom. 6.)

¶ Not. Supponitur hic; φ nullum peccatũ mortale possit stare cũ gratia, nec e contra: & meritò. Nam gratia est, qua uiuit quis Deo in spiritu: & uita nõ potest stare cum morte, nec è cõuerso. Omnia patent. Aut ergo baptismus nõ conferret gratiam, cõt. ar. 4 aut mors posset simul stare cũ uita, si per baptismũ non auferrent oĩa peccata mortalia. Dicuntur siquidẽ mortalia, quia sunt mors animæ, cũ peccata huiusmodi diuidant à Deo, sm Isa. 59. qui per gratiam est uita animæ.

[Margin: 71 2. d. 32. q. 1 a. 1. & 4. di. 4. q. 2. ar. 1. q. 1. & d. 17 q. 3. ar. 5. q. 1. Et 4. cõ. c. 56. & 72. Heb. 6. 6.]

1^m de maiori. Quæ contraponitur generationi carnali. R. Et est fortior in bonum, quàm generatio carnalis in malum. §. Tunc nihil &c. Nam licet homo per generationẽ carnalem unũ tantum peccatum, s. orignale contrahat; tamen per regenerationem spiritualem, non solum tollitur illud vnum peccatum, quantum est virtute regenerationis ipsius. Sicut enim Apostolus dicit Rom. 5. Peccatum Adæ non &c. vt in tex.

2^m maior. Pęnitentia est sufficiens causa remissionis actualium peccatorum. R. Si sit uestita fide passionis Christi, & proposito participandi ipsam. §. Hæc participat̃ ab homine vel per susceptionẽ baptismi, vel per subiectionem sui voluntariã clauibus Ecclesiæ. Tunc nihil &c. Nam φ pęnitens, antequàm actu baptizetur, consequat̃ remissionẽ peccatorum est ex proposito baptismi. Ex textu dicitur, φ si quis de peccato suo doleret, & quantumcũque doleret, absque ordine votiuo ad participandũ passionem Christi, vel per baptismum, vel per voluntariã sui subiectionem ad claues Ecclesię; talis non cõsequeretur remissionẽ peccatorũ. Hoc significauit Apostolus Heb. 9. dicens, φ sine effusione sanguinis (scilicet Christi) non fit remissio. Tunc illa tamen sanguinis effusio participabatur per res figuratiuas protestatiuas fidei in Christum passurum; de quibus figuris loquitur ibi Apostolus intendens principaliter de sanguine Christi: nunc uerò per alia media participatur eadem passio Christi à nobis. Ex his in Apostolica doctrina aperte fundatis reijcit meritò hæresis illa Ioãnis Vuiclef dicentis: Confessio inutilis est, & superflua, si cõtritio adsit: vel sic (vt refert Cardinalis Turrecremata lib. 4. de Ecclesia, c. 37 par. 2.) dicentis: Si homo debitè fuerit cõtritus, omnis confessio exterior est sibi superflua, & inutilis. Ex his etiam ostenditur, meritò hanc fuisse damnatam à Concilio Constãtiensi sess. 8. vbi inter alios eiusdem 45. errores, enumerato hoc septimo loco, dicitur: Nos sancta Synodus præfatos articulos 45. examinari fecit, & sæpius recenseri; quibus examinatis fuit repertum, aliquos, & plures ex ipsis fuisse, & esse notorie hereticos, & à sanctis Patribus reprobatos, alios non catholicos, sed erroneos, alios scandalosos, & blasphemos, quosdam piarum aurium offensiuos, nonnullos eorum temerarios, & seditiosos. Propterea Conciliũ pronunciat hæreticum Ioannem Vuiclef, ac memoriam eiusdem condẽnat, & mandat exhumari ossa ipsius, & cremari. Hæc in Summa Conciliorum. Ex his itẽ in Apostolica doctrina aperte fundatis, reijcitur hæresis cuiusdã Petri de Osma dicentis: Absq; cõfessione peccata mortalia, quo ad culpã, & pœnam alterius sęculi, sola cordis cõtritione; cogitationes uerò prauæ sola displicentia delentur.

in pœnitente, non sufficeret ad remissionem culpæ, nisi adesset fides passionis Christi, & propositum participandi ipsam, vel suscipiendo baptismum, vel subiiciẽdo se clauibus ecclesiæ; & ideo quando aliquis adultus pœnitens ad baptismum accedit, consequitur quidem remissionem omnium peccatorum ex proposito baptismi, perfectius autem ex reali susceptione baptismi.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ratio illa procedit de particularib. medicinis: baptismus autem operatur in virtute d passionis Christi, quæ est vniuersalis medicina omnium peccatorum: & ideo per baptismum omnia peccata tolluntur.

ARTI-

Ex his etiam ostenditur, hanc meritò damnari à Papa Sixto IIII. in sua Extrauag. quæ incipit: Licet ea, quæ de nostro mandato. Ibi enim postquàm sub nomine Petri de Osina, & sequacium, enumerauit has sex propositiones, s. 1. Confessionem peccatorum in specie ex uniuersalis Ecclesiæ statuto, non diuino iure compertã fore. 2. Peccata mortalia quo ad culpã, & pœnam alterius sæculi, absque confessione sola cordis contritione; prauas uerò cogitationes sola displicentia deleri. 3. Quòd confessio secreta sit, necessariò non exigi. 4. Non peracta pœnitentia confitentes absolui non debere. 5. Romanum Pontificem Purgatorij pœnam remittere, & super his, quæ uniuersalis Ecclesia statuit, dispensare non posse. 6. Sacramentum pœnitentiæ, quantum ad collationem gratiæ, naturæ, non autem institutionis noui, aut veteris testamenti, existere. Postquàm dico, has eius enumerauit, & multa de harum examine à uiris doctis de mandato suo inseruit; veniendo ad propriam huius rei decisionem dicit sic: Omnes, & singulas propositiones prædictas, falsas, sanctæ catholicæ fidei contrarias, erroneas, & scandalosas, & ab Euangelica ueritate penitùs alienas, sanctorum quoque Patrum decretis, & alijs Apostolicis constitutionibus contrarias fore, ac manifestam hæresim continere, authoritate Apostolica declaramus. Hæc ibi. Sixtus autem illam Petri, Conciliumque illam Vuiclef, ideò condemnarunt; quia ordinem ad claues utramque tollere, in sola seorsum contritione confidentem, intellexerunt. Sciebat enim & Sixtus, & Synodus; quòd dicere, contritionem solam absque actuali confessione, dummodo ista confessio sit ueraciter in proposito pro suo tempore fienda (quod est habere ordinem ad claues) non est error; sed ueritas. Meritò igitur vtramque condemnarunt; quia sine sanguinis effusione non fit remissio, vt in tex.

3m de maiori. Medicinæ. ℞ Particulares; non autem uniuersales. § Id est, operãtes in uirtute unius medicinæ uniuersalis. Tunc &c. vt patet in textu.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hęreses Manichæorum, (vt refert Directorium Inquisit. 2. par. q. 13.) dicentium, baptismum esse quid uanum, & inane. Loco autem baptismi aquæ (vt narratur ibidem) dicebant esse quendã spiritualem baptismum, quod est consolamentũ spiritus; quod Manichæi ipsi conferre gloriabantur manuum impositione ad suam sectam uenientibus. Contra hos.n. articulus præsens, imò tota quæstio pugnat; dum in singulis articulis aliquem bonum effectũ à baptismo, quantum est ex parte sui, fieri demonstrat. Inane siquidem, & uanum, esse nõ potest id; quod aliquem effectum producit. Item illam quorundam (de quibus in Clementina, de sum. Trin. & fide cath.) dicentium; quòd baptismus non est communiter tam paruulis, quàm adultis perfectum remedium ad salutem. Contra hunc enim errorem determinat præsens articulus, quòd baptismus omne peccatum quod inuenit in baptizato, delet quantum est de se. Item illam Brentij dicentis; baptismate licet peccatum originale dimittatur, non omne tamen peccatum deletur; quia suscepto baptismo adhuc remanet in baptizato carnis concupiscentia, quæ vere peccatum est, contra illud, non concupisces, etsi à Deo non imputetur. Item illam horrendissimam Lucæ Sternberger plusquàm blaspheme euomentis; quòd baptismate intincti, non nisi ad tartarum & sempiternam damnationem baptizantur. Item illam sacrilegio plenam Suenckfeldij, ore diabolico effutiẽtis, baptismum esse balneum suillum. Articulus enim imò tota quæstio bestiam huiusmodi oppugnat, & efficacissime expugnat; dum baptismum esse balneum saluberrimum, validissimis rationibus indicat. Item illas Lutheri, & Balthasaris, quas suprà quęst. 9. art. 9. adduximus, vbi in pueris peccatum post baptismum remanere ponunt; vel quòd baptismus paruulis non prodest. Sic dicas de alijs huiusmodi, si qui sunt, quocunque nomine vocentur. Noster enim articulus loquitur uniuersaliter de omnib. baptizatis; quòd ex illis abraditur omne peccatum, quod habent, quod maxime de pueris, vtpote non potentibus ponere virtuti baptismali obicem, uerificatur. Item illam Albanensium dicentium, baptismum nullius esse virtutis. Item illam Adelphij dicentis: quòd ex baptismo nulla prouenit uirtus; sed oratio sedula dæmonem vernaculum, & familiarem eijcit. Item Fulgentij dicentis, baptismum reis, & peccatoribus nihil conferre. Secundò habes; quomodo per rationem, has damnatas meritò fuisse ostendas à Beato Petro Apostolo 1. Pet. 3. Expectabant Dei patientiam cum fabricaretur archa, in diebus Noe, in qua pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, quod & uos nunc similis formæ saluos facit baptisma. Ecce, quòd baptismus omne peccatum repertum in baptizato tollit: alioquin non faceret baptizatos saluos. Item ab Ezechiel. 36. Effundam super vos aquam mundã, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Illa enim aqua munda, de qua Propheta, est baptismi aqua, iam olim semel pro semper mun data per Christum baptizatũ tactu suę mundissimæ carnis. Item ab Zachar. 13. Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. Per menstruatam intellige tu culpam originalem, quam uidelicet contrahit homo, dum adhuc est in menstruis matris suæ; cibatus scilicet illis, atque nutritus, ac in illis habitator effectus; per peccatorem uerò intellige peccata actualia, siue potiùs peccatis actualibus inuolutum. Item ab Actuum 2. Baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum vestrorum. Loquitur Beatus Petrus adultis ibi, & baptismum prodesse illis dicit in remissionem peccatorum; vtique actualium etiam, vltra originale. Alioquin, nec in remissionem esset peccatorum adultorum; cum illorum, vt sic, sint tantum actualia; quoniam originale, quod habent contraxerunt non ut adulti, sed ut infantes in materno vtero concepti; imò nec in remissionem esset peccati originalis adultorum ipsorum; quoniam unum mortale, quod utique originale est, non remittitur sine remissione omnium mortalium. Implicaret enim contradictionem; quia tunc per gratiam peccator viueret, dum per gratiam vnum mortale esset sibi remissum; & idem peccator simul esset mortuus, & sine gratia, dum vnum aliud mortale haberet. Vide suprà notationem post conclusionis probationem. Item ab Innocentio III. in Concilio Lateran. extrà, de summa Trinit. & fide cath. cap. firmiter. Sacramentum baptismi, quod ad inuocationem indiuiduæ Trinitatis, videlicet Patris, & Filij, & Spiritus sancti consecratur in aqua, tam paruulis, quàm adultis in forma Ecclesiæ à quocumque rite collatum proficit ad salutem. Item à Papa Clemente V. in Concilio Viennensi, vt habetur in Clement. de summa Trinit. & fide cathol. Baptisma vnicum omnes in Christo regenerans esse (sicut unus Deus, ac fides vnica) ab omnibus fidelibus confitendum; quod celebratur in aqua, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, credimus esse tam adultis, quàm paruulis communiter perfectum remedium ad salutem. Hęc ibi. Si adultis est ad salutem remedium perfectum: ergo secundùm Concilium in adultis omnia etiam actualia peccata delet. Item à &c. vt suprà q. 9. art. 9. contra Lutherum, & Balthasarem. Item à Concilio Florentino, siue à Papa Eugenio IIII. sacro ipso approbante Concilio, in Decreto, quod incipit, Exultate Deo adiutori nostro. Huius sacramenti effectus est remissio omnis culpæ originalis, & actualis; omnis quoque pœnæ, quæ pro ipsa culpa debetur: propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis iniungenda est satisfactio: sed morientes antequàm culpam aliquam committant, statim ad regnum cœlorum, & Dei visionem perueniunt. Hæc ibi. Quæ partim faciunt ad quæst. 9. artic. 5. & 6. ideò, quantum sufficit, illuc applica. Sic faciendum est etiam de dictis aliarum scripturarum, Conciliorum, Summorumve Pontificum, quando ad alias quoque materias articulorum aliquorum, in quibus non allegantur, vel pro toto, vel pro parte, valent: quoniam non omnia in omnibus citari potuerunt, & eadem repetere superfluitas est iudicatum, nisi forsan aliquando speciali causa mouente. Item à Concilio Trident. sess. 5. Si quis per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id, quod ueram & propriam rationem peccati habet, sed dicit, tantum radi, aut non imputari: Anathema sit. In renatis enim nihil odit Deus; quia nihil est damnationis ijs, qui uere consepulti sunt cum Christo per baptisma in mortem, qui non secundùm carnem ambulant; sed ueterem hominem exuentes, & nouum induentes, qui secundùm Deum creatus est, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti, effecti sunt hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi; ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cœli remoretur. Et infrà. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta Synodus declarat, Ecclesiam catholicam nunquàm intellexisse peccatum appellari, quod uere, & propriè in renatis peccatum sit; sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit: Anathema sit. Hæc ibi. 3 Tertiò vides, quomodo ex his omnibus vicissim Angelica hæc doctrina declaretur, atque confirmetur.

*Ferr. 4. cont. c. 58. 59.* *Palud. 4. d. 4. q. 1.*

## SVPER QVAEST. X. Aliàs 69. Art. II.

CONCL. Ille, qui baptizatur, liberatur a reatu totius pœnæ sibi debitæ pro peccatis; ac si ipse satis fecisset pro omnibus peccatis suis.

¶ PROB. Baptizato communicatur passio Christi ita, ac si ipse baptizatus esset passus, ac mortuus (vt habetur ex Rom. 6.): & passio Christi est sufficiens satisfactio pro peccatis omnium hominum (vt patet. 3. de Sal. q. 48. artic. 2.)

72 Sup. q. 68. a. 4. & 3. d. 19. a. 3. q. 2. Et 4. dist. 4. q. 1. ar. 1. q. 3. & 3. q. 1. Et di. 7. q. 1. a. 1. q. 1. & 4. cōt. c. 58. 59. & 72. & Ro. 11. lec. 4. & Hebr. 6. fi. * li. 1 retra. c. 9. & li. 5. de lib. arb. ca. 18. to. 1. * q. 62. a. 3.

### 1ᵐ de minori.

Pœnam. ℞. Vel à se in ipso toleratam; vel ab alio, qui eam tolerauit, sibi communicatam. §. Tunc &c. Licet enim baptizatus pœnam peccatis suis debitam non sustinuerit in seipso, & consequenter per pœnam sic sumptam peccata sua non ordinentur; tamen ipsemet pęnam pro peccatis suis sustinuit in Christo capite suo, à quo sibi tūc communicatur, ac si illam ipse baptizatus sustinuisset: & consequenter peccata sua per talem Christi pœnam sibijpsi communicatam remanent ordinata, ac si per propriam pœnam ordinarentur.

### 2ᵐ minor partim.

Ablutio nullā similitudinem habere videtur cū subtractione reatus pęnæ. ℞. Negatur ista. § Nam ablutio aquæ, vltra quod emundat sordes corporis abluti, refrigerat corpus ipsum; est consequenter, vltra quòd significat emūdationem culpę, etiam subtractionem reatus pęnæ irrefrigerium causantis apte repræsentat.

*Sup. illud ad Ro. 11. tom. 5.

* Ar. præc. & q. 68. artic. 5. ad 1. & ar. 2.

### 3ᵐ Antecedens.

Sublato reatu pęnæ aliquis non remanet dignus pœna. ℞. Secundum quòd pœnæ reatus est sublatus: non, secundum quòd pœnæ reatus sublatus non est. §. Tunc nihil &c. Nam suspensionis latronis est sublatus reatus apud Deū per baptismū à latrone ipso postea susceptū; Sed nō est sublatus quoad hoīes. Et iō licet homicida &c. vt in tex.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum per baptismum liberetur homo ab omni reatu peccati.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd per baptismum nō liberetur homo ab omni reatu peccati. Dicit enim Apost. Rom. 15. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt: sed culpa non ordinatur, nisi per pœnam, vt August.* dicit, ergo per baptismum non tollitur reatus pœnæ præcedentium peccatorum.

¶ 2 Præt. Effectus sacramenti aliquam similitudinem habet cum ipso sacramento: quia sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant, vt supra * dictum est: sed ablutio baptismalis habet quidem aliquam similitudinem cum ablutione maculę nullam autem similitudinem habere videtur cum subtractione reatus pœnæ, non ergo per baptismum tollitur reatus pœnæ.

¶ 3 Præt. Sublato reatu pœnæ, aliquis non remanet dignus pœna, & ita iniustum esset eum puniri si igitur, per baptismum tollitur reatus pœnæ, iniustum esset, post baptismum suspendere latronem, qui ante homicidium commisit, & ita per baptismum tolleretur rigor humanæ disciplinæ, quod est inconueniens. non ergo per baptismum tollitur reatus pœnæ.

SED CONTRA est, quod Amb. dicit super illud Rom. 11. Sine pœnitentia sunt dona, & vocatio Dei, Gratia, inquit, Dei in baptismo gratis omnia condonat.

RESP. Dicendum, quòd sicut supra * dictum est, per baptismum aliquis incorporatur passioni, & morti Christi, secundum illud Rom. 6. Si mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum eo. ex quo patet, quòd omni baptizato communicatur passio Christi ad remedium, ac si ipse passus, & mortuus esset. Passio autem Christi, sicut dictum est,* est sufficiens satisfactio pro omnibus peccatis omnium hominum: & ideo ille, qui baptizatur, liberatur a reatu totius pęnæ, sibi debitæ pro peccatis, ac si ipse sufficienter satisfecisset pro omnibus peccatis suis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia pœna passionis Christi communicatur baptizato, inquantum fit membrum Christi, ac si ipse pœnam illam sustinuisset, ideo eius peccata remanent ordinata per pœnam passionis. Christi.

AD SECVNDVM dicendum, quod aqua non solum abluit, sed etiam refrigerat, & ita suo refrigerio significat subtractionem reatus pęnę, sicut sua ablutione significat emundationem a culpa.

AD TERTIVM dicendum, quod in pœnis, quæ iudicio humano inferuntur, non solum attenditur qua pœna sit homo dignus quo ad Deū, sed etiam in quo sit obligatus quo ad homines, qui læsi, & scandalizati sunt per peccatum alterius. & ideo licet homicida per baptismum liberetur a reatu pœnæ quo ad Deum, remanet tamē obligatus adhuc quo ad homines, quos iustum est ædificari de pœna, sicut sunt scandalizati de culpa: pie tamen talibus princeps posset pœnam indulgere.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæresim Catharorum, siue Paterinorum (inter horum errores & hūc enumerat Cardinalis Turrecremata lib. 4. de Ecclesia cap. 35.) dicentium, quòd baptizati paruuli non leuius punientur æternaliter, quam latrones, & homicidæ. Inquantum illi loquuntur de paruulis possunt recenseri sup. q. 9. ar. 9. inquantum autem pęnæ reatum videntur nolle tolli à baptizatis, debent recenseri hic. Item hæreses supra arti. 1. adductas dicentium, baptismum nullius virtutis esse, nihil conferre reis, vel huiusmodi, puta esse quid vanum. Hi n. cùm negent culpæ, negant etiam pœnæ, in baptismo remissionem fieri; & ideo pro culpa ibi, pro pęna hic adducantur. Secūdo habes, quomodo per rationē ostendas, has meritò dānari à Concilio Florēt. de effectu baptismi, in Decreto Eugenii supra art. 1. allegato; vbi determinat, quod intantum omnis pęnæ reatus tollitur; vt si, culpa noua nō admissa quis moriatur, statim ad visionem diuinę essentiæ perducatur. Vide ibi formalia verba Eugenij Papæ: ubi notabis etiam signāter illa verba pro limitatione adiungi, s. quæ pro ipsa culpa debetur. Nō enim dicit Conciliū, quod est remissio omnis pœnæ simpliciter; sed cū additione hac, s. quæ pro ipsa culpa debetur. Quasi dixerit. Est remissio pœnæ culparum inibi remissarum, vt in foro Dei pęna considератur, non vt in foro hominum (responsio ad tertium hoc declarat): & vt pęna respicit personam, quæ baptizatur non vt respicit naturam communem personæ ipsius baptizatæ (articul. 3. hoc bene declarat). Item à Concilio Vienensi in Clement. de summa Trinit. est fid. cath. ibi allegato; vbi dicit Papa, Concilio ipso approbante, quòd baptismus est remedium perfectum ad salutem: si perfectum; ergo reatum omnis culpæ per ipsum remissæ tollit. Alioquin esset quidem remedium perfectum in genere culpæ remissæ; sed non perfectum simpliciter respectu baptizati. Item à &c. vt ibi articul. 1. qua sunt pro huiusmodi damnatione facientia. Tertiò vides, quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis (quod vbique in similibus intelligitur) doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

*q. 68. articu. 3.

---

*Ferr. 4. cont. c. 52.* *Scot. 4. s. d. 6. q. 1. ar. 2.*

## SVP. QVAES. X. Aliàs 69. Art. 3.

73 3. dist. 22. q. 1. ar. 1. q. 2. & di. 13. q. 1. arti. 2. Et 3. di. 19. arti. 3. q. 2. Et 4. di. 4. q. 2. arti. 1. q. 3. & 4. con. ca. 52. 5. & 55. ad 25. Et 29. &c. 59. & quol. 6. artic. 15.

CONCL. Baptismus habet virtutem auferendi pęnalitates pręsentis vitæ: non tamen eas aufert in præsenti vita: sed virtute eius auferentur à iustis in resurrectione, quando mortale hoc induet immortalitatem.

¶ PROB. 1. Quia conueniens est, vt in homine, qui per baptismum incorporatur Christo, fiat id, quod in suo capite Christo factum est. Secundò quia hoc, quod dicitur in conclusione, cōueniens est fieri propter spirituale exercitium ad coronam victoriæ assequendam. Tertiò quia hoc est conueniens fieri; ne homines præ-

## ARTICVLVS III.

*Vtrum per baptismum debeat auferri pęnalitates præsentis vitę.*

AD TERTIVM sic proceditur, Videtur quòd per baptismum debeāt auferri pęnalitates præsentis vitæ. Vt enim Apost. dicit Ro. 5. Donū Christi potentius est, quam peccatum Adæ: sed per peccatum Adæ (vt ibidē Apostolus dicit) mors in hunc mundum intrauit, & per consequens omnes aliæ pœnalitates præsentis vitæ. ergo multo magis per donum Christi, quod in baptismo percipitur, non a pœnalitatibus præsentis vitæ debet liberari.

¶ 2 Præt. Baptismus aufert, & culpā originalem, & actualem, sicut supra dictum est: sic autem aufert actualē culpam, quòd liberat ab omni reatu pœna consequente actualem culpam: ergo etiam liberat a pœnalitatibus præsentis vitæ, quæ sunt pœna originalis peccati.

præpostera intentione baptizarentur (ut de his tribus medijs per ordinem declaratur in tex.)

1^m de conclusione. Debet liberari. ℞. In futuro. §. Tunc nihil &c. Nam & artic. conclusio dicit ly in resurrectione, &c.

† Ar. 1. huius q.

2^m de minori. Pœnæ. ℞ Gehennalis. §. Tunc nihil &c. Nam pœnalitates, de quibus loquitur articuli cóclusio, sunt temporales. Harum verò dominiũ, & regnũ Christus deiecit, ut scilicet hoc homo non, &c. ut in tex. Rationem, quare homo non debeat, munere Christi, timere pœnalitates huius vitę (ut dicit textus ille) cognoscas ex dictis in corp.

* est gl. August. lib. 1. de baptis. paruul. ca. 39. inter prin. & mediũ to. 1.

3^m de maiori. Remota causa. ℞. Secũdum, quòd remota est. §. Hoc est Si causa, quãtum ad omnia est remota; tunc etiam effectus, quantum ad omnia, remouetur. si auté causa, quantum ad aliqua tantum, est remota; tunc similiter & effectus, quantum ad aliqua solùm, remouetur. Tunc nih &c. Nam Christus ordine tali remouit causam pœnalitatum. i. peccatum originale, quòd prius reparat id, quod personæ est; & postmodum simul in &c. vt in tex. Ex quo dic formaliter; ꝙ causa. i. ipsum originale, quantum ad omnia, non est pro nunc remotum: & ideo non mirum, immo & necessarium est, quod etiam eius effectus, quantum ad omnia, non sit pro nunc remotus. Oportet ergo propter hoc: ꝙ pœnalitates in præsenti remaneant.

* q. 68. art. 5. ad 1. & art. præc.

¶ 3 Præt. Remota causa † remouetur effectus: sed causa harum pœnalitatum est peccatũ originale, quod tollitur per baptismum. ergo nõ debent huiusmodi pœnalitates remanere.

Sed contra est, quòd super illud Rom. 6. Destruatur corpus peccati, dicit gl. * Per baptismum id agitur, vt vetus homo crucifigatur, & corpus peccati destruatur, non ita vt in ipso, viuente carnis concupiscentia respersa, & innata, repente absumatur, & non sit: sed ne obsit mortuo, quæ inerat nato. ergo pari ratione, nec aliæ pœnalitates per baptismum tolluntur.

Resp. Dicendum, quòd baptismus habet virtutem auferendi pœnalitates præsentis vitæ, non tamen eas aufert in præsenti vita: sed eius virtute auferentur a iustis in resurrectione, quando mortale hoc induet immortalitatem, vt dicitur primæ Cor. 15. Et hoc rationabiliter, primo quidem: quia per baptismum homo incorporatur Christo, & efficit' mẽbrum eius, ut supra dictum est: * & ideo conueniens est, ut id agatur in membro incorporato, quod est actũ in capite. Christus autem a principio suæ conceptionis fuit plenus gratia, & veritate: habuit tamen corpus passibile, quod post passionem, & mortem est ad vitam gloriosam resuscitatum. vnde, & Christianus in baptismo gratiam consequitur, quantum ad animam: habet tamen corpus passibile, in quo pro Christo possit pati, sed tandem resuscitabitur ad impassibilem vitam. vnde Apost. dicit Roman. 8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit, & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis, & infra eodem, hæredes quidẽ Dei cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & simul glorificemur. Secundo hoc est conueniens, propter spirituale exercitium, vt videlicet concupiscentiã, & alias passibilitates pugnans homo, victoriæ coronam acciperet vnde super illud Rom. 6. Vt destruatur corpus peccati, dicit glo. * Si post baptismum vixerit homo in carne, habet concupiscentiam cum qua pugnet, eamque adiuuante Deo superet: in cuius figuram dicitur Iudic. 3. Hæ sunt gentes, quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, & postea discerent filii eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem prœliandi. Tertio hoc fuit conueniens, ne homines ad baptismum accederent propter impassibilitatem præsentis vitæ, & non propter gloriam vitæ æternæ. vnde, & Apostolus dicit primæ Corint. 15. Si in hac vita tantum sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

* Est Aug. lib. 1. de baptis. paru. c. 39. circa princ. to. 7.

Ad primum ergo dicendum, quòd (sicut glo. dicit Rom. 6. Super illud, Vt vltra non seruiamus peccato) sicut aliquis capiẽs hostem atrocissimum, non statim interficit eum, sed patitur eum cum dedecore, & dolore aliquantulum viuere ita, & Christus pœnam prius alligauit, in futuro autem perimet.

Ad secundum dicendum, ꝙ sicut ibidem dicit glo. * duplex est pœna peccati, gehennalis, & temporalis. Gehennalem prorsus deleuit Christus, ut eam non sentiant baptizat, & vere pœnitentes: temporalẽ vero nondum penitus tulit: manet enim fames, sitis & mors, & huiusmodi: sed regnum, & dominium eius deiecit, ut s. hoc homo non timeat, & tandem in nouissimo eandem penitus exterminabit.

* Gl. Ord. super illud ad Ro. 6. homo noster simul crucifixus.

Ad tertium dicendum, quòd (sicut in secunda parte dictum est*) peccatum originale hoc modo processit, quòd primo persona infecit naturam, postmodum vero natura infecit personam. Christus vero conuerso ordine prius reparat, id quod personæ est, & postmodum simul in omnibus reparabit, id, quod naturæ est: & ideo culpam originalis peccati, & etiam pœnam carentiæ visionis diuinæ, quæ respiciunt personã, statim per baptismum tollit ab homine: sed pœnalitates pręsentis vitæ (sicut mors, fames, sitis, & alia huiusmodi) respiciunt naturam, ex cuius principiis causantur, prout est destituta originali iustitia: & ideo isti defectus non tollentur, nisi in vltima reparatione naturæ, per resurrectionem gloriosam.

* 1. 2. q. 8. art. 1.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis, & concilio; quòd per baptismum non debuerunt auferri pœnalitates præsentis vitæ. A scripturis quidem, ut per illud Ro. 6. adiuncta gl. secundum quòd cum discursu ponitur in argum. contr. Vbi ly ne obsit, tenetur figurate, per illam s. figuram: quæ minus dicendo significat plus. Vult enim ibi significare textus; quòd concupiscentia illa non tantum non obest baptizatis, sed etiam prodest; inquantum. s. est materia exercendæ virtutis, & adipiscendæ coronæ æternæ ipsis baptizatis, vt sic. i. quatenus secundum promissionem factam in baptismo viuunt, & viriliter certant. Ibi etiam nota ly ergo pari rõne nec aliæ pœnalitates per baptismum tollũtur. Qñ. n. concludendum ſm exigentiã quæsiti expectabatur, quòd pœnalitates non debent per baptismum tolli, aut (quod in idem redit) quòd pœnalitates per baptismum conuenienter non tolluntur: tunc concluditur simpliciter, ꝙ huiusmodi pœnalitates ꝑ baptismum non tolluntur. Patet vtrique ad sensum hoc. s. ꝙ pœnalitates tales per baptismum non tolluntur; & ideo ex hac etiam parte videtur sanctus doctor frustra laborasse, annitẽdo videlicet ad probandum id, quod patet expresse. Vitio enim & hoc datur iuxta illud tritissimum, quod patet expresse, non est ꝓbare necesse. Sciendum igitur; quòd aliud in verbis prefert, aliud in sensu continet, conclusio prædicta. s. ergo nec aliæ pœnalitates ꝑ baptismum tolluntur. Si ad uerba superficietenus inspiciatur, sequuntur illa duo absurda, quæ dicta sunt; videlicet ꝙ extra quæsiti exigentiam concludat, & quòd frustra laboret: si autem sensus sub verbis illis inclusus attendatur (quod hic, & in similibus, fecit. Diuus Thomas) concluditur optime in titulo quæsitum. Est enim ibi sensus: quòd nec aliæ pœnalitates ꝑ baptismum debuerũt tolli, seu quòd conuenienter non tolluntur, idest quòd conueniens fuit, vt nõ tollerentur. Pro quo sciendum uniuersaliter est: quòd in factione rerũ a Deo idẽ est dicere, istę res factę sunt a Deo, & dicere, istæ cõuenientér ab ipso factæ sunt. Impossibile siquidem omnino est, quod aliquid a Deo, qui est infinita sapientia fiat, & quòd illud, vt a Deo pendet, non conuenienter fiat. Vide pro huius ampliori notitia 3. de salu. quæstione 55. articu. quarto, cum inibi citatis. Quia igitur illa, quæ per baptismum fiunt, a Deo baptismi institutore specialiter fiunt; iccirco de necessitate conuenienter omnia illa fiunt. (Quod & de cæteris omnibus sacramentis eadem ratione verificatur:) ita ut verissime dicamus. Per baptismum tollitur omnis culpa, ar. 1. omnis reatus peccati, ar. 2. fit incorporatio ad Christum, illuminatio, fæcundatio, ar. 5. conferuntur gratia & virtutes ar. 4. etiam pueris, ar. 6. aperitur ianua cœlestis, ar. 7. pœnalitates vitæ præsentis non tolluntur, ar. hoc 3. ergo singula ista per baptismum conuenienter fiunt; pariterq; singullatim æquipollent hæc, scilicet istud fit, uel non fit, per baptismum, & istud conuenienter fit, vel non fit, per baptismum. Ecce: quot & quanta virtualiter docuit textus, in ly ergo nec aliæ pœnalitates per baptismum tolluntur. A Concilio autem Trid. idipsum in principio positum insinuatur sess. quinta. Decret. de pecc. orig. circa fin. Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc sancta synodus

fatetur,

fitetur, & sentit: quæ; cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed viriliter per Christi IESVM gratiam repugnantibus, non ualet; quinimò, qui legitime certauerit, coronabitur. Hæc ibi. Pro quorum clariori accommodatione ad præmissa, recole conclusionem illam. s. ergo pari ratione nec aliæ pœnalitates per baptismum tolluntur. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

a

B. Bon. 4. s. d. 4. q. 2. art. 2.
Rich. 4. s. d. 4. q. 1. ar. 1.
Scot. 4. s. d. 4. q. 2.
Sot. 4. s. d. 4. q. 1. art. 4.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum per baptismum conferantur homini gratia & uirtutes.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd per baptismum non conferantur homini gratia, & uirtutes: quia sicut supra dictum est, * sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant: sed per ablutionē baptismi significatur emundatio animæ a culpa, non autem informatio animæ per gratiam, & uirtutes, uidetur igitur, quòd per baptismum non conferantur homini gratia, & uirtutes.

¶ 2 Præt. Illud, quod iam aliquis adeptus est, non indiget iterum suscipere sed aliqui accedunt ad baptismum, iam habentes gratiam, & uirtutes: sicut Act. 10. legitur, ut quidam erat in Cæsarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur Italica, religiosus, & timens deū: qui tamen postea à Petro baptizatus est. non ergo per baptismum cōferuntur gratia, & uirtutes.

¶ 3 Præt. Virtus est habitus, ad cuius rationem pertinet, quòd sit qualitas difficile mobilis, per quam aliquis faciliter, & delectabiliter operetur: sed post baptismum remanet in hominibus pronitas ad malum, per quod tollitur uirtus, & consequitur difficultatem quis ad bonum, quod est actus uirtutis. ergo per baptismum nō consequitur homo gratiam, & uirtutes.

SED CONTRA est, quòd ad Titum 3. dicit Apostolus, saluos nos fecit per lauacrum regenerationis (idest per baptismum), & renouationis Spiritussancti, quem effundit in nos abunde, idest, ad remissionem peccatorum, & copiam uirtutum, ut gloss. * ibi exponit. sic ergo in baptismo datur gratia Spiritussancti, & copia uirtutum.

* gl. interl. ibid.

RESP. Dicendū, q (sicut Aug. * dicit in lib. de Baptis. paruulorum) ad hoc baptismus ualet, ut baptizati Christo incorporentur, ut membra eius. A capite autem Christo, in omnia mēbra eius, gratiæ, & uirtutis plenitudo deriuatur, secundum illud Ioā. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. unde manifestum est, q per baptismum aliquis consequitur gratiam, & uirtutes.

* Li. 1. c. 26. a med. t. 7.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut aqua baptismi per suam ablutionem significat emundationē culpæ, & per suum refrigerium significat liberationem a pęna; ita per naturalem claritatem significat splendorem gratiæ, & uirtutum.

AD SECVNDVM dicendum, q (sicut dictum est) quòd remissionē peccatorum aliquis consequitur ante baptismum, secundum quòd habet baptismum in uoto, vel explicite, uel implicite: & tamen cum realiter suscipit baptismum, fit plenior remissio quantum ad liberationem a tota pęna; ita etiam ante baptismū Cornelius, & alii similes consequuntur gratiam, & uirtutes, per fidem Christi, & desiderium baptismi implicite, uel explicite, postmodum tamen in baptismo maiorem copiam gratiæ, & uirtutum consequuntur: vnde super illud Ps. 22. Super aquam refectionis educauit me, dicit gloss. * Per augmentum uirtutis, & bonæ operationis educauit in baptismo.

* q. 68. ar. 2

* ex gl. interli. colligitur, ibid.

AD TERTIVM dicendum, quòd difficultas ad bonum, & pronitas ad malum, inueniuntur in baptizatis, non propter defectum habitus uirtutum: sed propter concupiscentiam, quæ non tollitur in baptismo: sicut tamen per baptismū diminuitur concupiscentia, ut non dominetur, ita etiam diminuitur utrumque dictorum, * ne homo ab his superetur.

* In ista solus.

A R-

398

### SVP. QVAEST. X. Aliàs 69. Art. IIII.

Inf. q. 71. ar. 3. c. 1. & 4. d. 3. ar. 1 q. 34. & q. 3. ar. 1. q. 2. ad 2. et d. 4. q. 2. ar. 2. q. 2. et d. 9. art. 1. q. 2. corp. Et d. 18. q. 1. ar. 3. q. 3. cor. * q. 60. art. 2. & 62. ar. 3. & q. 6c. ar. 2.

CONCL. Per baptismum aliquis consequitur gratiam, & virtutes.

¶ PROB. Quia per baptismum fit homo membrum Christi (ut patet ex August.) & Christus influit gratiā atque virtutes in omnia membra sua (ut patet ex Ioan. 3.)

¶ NOT. Huius propositionis hypotheticę secunda chategorica. s. Christus influit, &c. cōfirmatur ex Concilio Triden. sess. sexta, c. 16. Christus IESVS, tanquàm caput in mēbra, & tanquàm vitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter virtute influit: quæ virtus bona eorum opera semp antecedit, comitatur, & subsequitur: & sine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria esse possent. Hæc ibi. Ex quibus declara in textu ly gratiam, atque virtutes, quid. s. importent.

### 1^m de minori.

Per ablutionem baptismi non significatur informatio animæ p gratiam & virtutes. R. Negatur. Nā aqua abluēs habet naturaliter claritatem (ut patet): sicut & naturaliter refrigerat In ablutionis ergo nomine implicant tria, scilicet ablutio ipsa, claritas naturalis, & refrigerium. Ablutione igitur (sic indistincte loquendo, ut argumentum facit) significatur, & emundatio a culpa, & informatio per gratiam, & liberatio a pœna: licet (formaliter loquendo) ablutione ipsa, ut ablutio est, significetur tantum emundatio illa: &, ut naturalem claritatem habens, informatio illa; &, vt refrigerans, liberatio prædicta. Et hoc est: quod textus dicit; sicut aqua baptismi per &c.

### 2^m de maiori.

Iterū suscipere. R. Eo penitus modo, seu gradu; quo antea suscepit. §. Tunc nih &c. Nam sicut remissionem peccatorum aliquis, &c. vt in tex.

### 3^m illatio conclusionis.

Ergo per baptismum &c. R. Negatur illatio. § Procedit. n. ex præmissis in fallacia secundum non causam, ut causam, peccantibus. Nam putat, quòd pronitas ad malum, & difficultas ad bonum proueniat ex hac causa. s. ex carentia seu negatione habitus uirtutum in baptizato: & tamen re vera prouenit ex alia causa. s. ex concupiscentia habituali. 1. 2. quæst. 82. artic. 3. 4. remanente in ipso. Hæc sunt; quæ virtualiter dixit responsalis textus: Difficultas ad bonum, & pronitas, &c. Ex quo patet: quòd concupiscentia illa in baptizatis est cum freno; & in nō baptizatis est sine freno illo. s. gratiæ & virtutū. Vnde etiam uel mediocriter consideranti patet: quòd concupiscentia illa in baptizatis nō est uere peccatum (qd tamen est in non baptizatis); alioquin non staret simul cum gratia, & virtutibus gratuitis. i. gratiam ipsam consequentibus. Peccatum siquidem mortale; qd vtique esset illa concupiscentia, si esset verè peccatum, non potest manere cū gratia. Nec his ex textu habitis obstat Apostolus per hoc, quòd Rom. septimo, concupiscentiam prędictam uocat peccatum: quoniam nomine peccati intelligit ibi solum id, quod & nascitur ex peccato, & inclinat ad peccatum. Quia ergo concupiscentia illa in baptizatis, licet in eis non sit formaliter peccatum, nata est ex peccato, & ad peccatū inclinat (ut etiam ex ipso Rom. 7. contextu habetur:) ideo i sensu hoc potest dici peccatum. Vide Concilium Trid. sess. 5. Decret. de pec. orig. fin.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem interimas hęresim quorundam (ut refert Directoriū Inquisit. 2. par. quæstione septima,) dicentium; quòd non conferuntur per baptismum gratia, & uirtutes. Secūdò habes: quomodo per rationem ostendas, illam meritò damnari a dictis in quæst. 3. artic. 1. appen. Ex eo namque, quòd sacramenta nouæ legis conferunt gratiam, sequitur manifeste: quòd baptismus, cum indubitanter sit sacramentum nouæ legis. quæst. 6. art. 1. conferat gratiam: & cum gratia non sit sine uirtutibus. 1. 2. quæst. 65. artic. tertio, quinto, & quæst. 110. articu. tertio, quarto, sequitur, q conferat etiam uirtutes: ideoque ex quibus scripturis, cōcilijs &c. damnatur unum, scilicet dictum contra uim sacramentorum damnatur simul & aliud. s. dictum specialiter contra vim baptismi. Item a Clemente Quinto in Concilio Viennensi Baptisma unicum omnes baptizatos in Christo regenerans est ab omnibus fideliter confitendum. Quod celebratum in aqua, in nomine Patris, & Filij & Spiritussancti credimus esse perfectum remediū ad salutem. Hæc in lib. Clement. tit. de sum. trin. & fid. cath. Non enim esset remedium tale, scilicet perfectum; nisi conferret gratiam cum suis uirtutibus. Item ab Apostolo ad Titum cap. 3. ut cum expositione glossæ ponitur in argum. contr. Tertiò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Sent.4.d.6.q.1.art.3.

SVPER QVAEST. X. Aliàs 69. Art. v.

CONCL. Baptizati & incorporantur Christo, tanquàm membra eius; & illuminantur a Christo circa cognitionem veritatis, & fęcundantur ab ipso fęcunditate bonorum operum per gratiæ infusionem.

¶ PROB. Quia per baptismum regeneratur quis in spiritualem vitam (ut habetur ex Galat. 2.) & vita spiritualis non est nisi per vnitionem alicuius ad Christũ, tãquàm membri ad caput (ut patet a simili de vita corporali, quæ non est nisi membrorum corporeorũ capiti corporeo vnitorum). Secunda verò pars, scilicet & illuminantur, &c. probatur. Quia a capite spirituali.i.a Christo, ad membra eius spiritualia deriuatur sensus spiritualis (ut patet tum Ioan. 1. Vidimus eum plenum veritatis, & de plenitudine eius accepimus; tum a simili, quòd s.a capite corporali ad ei⁹ mẽbra corporalia deriuatur sensus corporalis): & sensus spiritualis consistit in cognitione veritatis (ut de se patet). Tertia autẽ pars, scilicet & fœcundantur &c. probatur. Quia a capite spirituali, idest a Christo, ad membra eius spiritualia deriuatur mot⁹ spiritualis (ut patet tum Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ, & de plenitudine eius accepimus: tum a simili, quod s.a capite corporali ad eius membra corporalia deriuatur motus corporalis): & motus spiritualis est per gratiæ instinctum, idest consistit in bonorum operũ productione gratia informatorũ.

75 4 d.4.q.2. a 11.2.q 1. 4 & 5. Et dist.5. q.1. arti.1. q.1. cor.& ad 1. Et 2.5.q.1. cor. Et dist. 18. q.1.ar. 1.q.1. ad 1. Et quol.6. art.4.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum conuenienter attribuantur baptismo quidam actus virtutum.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd incõuenienter attribuantur baptismo pro effectibus quidam actus virtutum.s.incorporatio ad Christum illuminatio, & fęcundatio, non enim baptismus datur adulto, nisi fideli, secundum illud Mar. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: sed per fidem aliquis incorporatur Christo, secundum illud Ephes. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vęstris. ergo nullus baptizatur, nisi iam Christo incorporatus. non ergo est effectus baptismi incorporari Christo.

¶ 2 Præt. Illuminatio fit per doctrinam, secundum illud Ephes. 3. Mihi omnium sanctorũ minimo data est gratia hæc, illuminare omnes, &c. sed doctrina pręcedit baptismum in cathechismo. non est ergo effectus baptismi.

¶ 3 Præt. Fœcunditas pertinet ad generationem actiuam: sed per baptismũ aliquis generatur spiritualiter. ergo fœcunditas non est effectus baptismi.

SED CONTRA est, quòd Aug.* dicit in li. de Baptismo paruulorum, quòd ad hoc valet baptismus, ut baptizati Christo incorporentur. Dio.* etiam 2. c. eccl. hier. illuminationem attribuit baptismo, & super illud Psal. 22. super aquam refectionis, dicit gl. quòd anima peccatorum ariditate sterilis, fœcundatur per baptismum.

* li 1.c.26. a med. t.7. * c. 2. eccl. hier.par.1. & 2. est gl. Cassiod.super hũc locum Psal. 22.

RESPON. Dicendum, quòd per baptismum aliquis regeneratur in spiritualem vitam, quæ est propria fidelium Christi, sicut Apostolus dicit Gal. 2. Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei. vita autem non est, nisi membrorum capiti vnitorum, a quo sensum, & motum suscipiunt: & ideo necesse est, quòd per baptismum aliquis incorporetur Christo, quasi membrum ipsius: sicut autem a capite naturali deriuatur ad membra sensus, & motus, ita a capite spirituali, quod est Christus, deriuatur ad membra eius, sensus spiritualis, qui consistit in cognitione veritatis, & motus spiritualis, qui est per gratię instinctum. vnde Io. 1. dicitur, vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. & ideo consequens est, quòd baptizati illuminentur a Christo circa cognitionem veritatis, & fęcundentur ab eo fęcunditate bonorum operum per gratiæ infusionem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd adulti prius credentes in Christum, sunt ei incorporati mentaliter: sed postmodum cum baptizantur, incorporantur ei quodammodo corporaliter, s. per visibile sacramentum, sine cuius proposito nec mentaliter incorporati potuissent.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ doctor illuminat exterius per ministerium, catechizando: sed Deus illuminat interius baptizatos, præparans corda eorum ad recipiendũ doctrinam veritatis, secundum illud Ioan. 6. Est scriptum in prophetis, erunt omnes docibiles Dei.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ effectus baptismi ponitur fęcunditas, qua aliquis producit bona opera: non autem fœcunditas, qua aliquis generat alios in Christo, sicut Apostolus dicit 1. ad Corint. quarto. In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.

AR-

1m de conclusione prima. Incorporatus R Mentaliter. §. Tunc ni. &c. Nam incorporatio illa mentalis ad Christum non est facta sine voto baptismi; quamuis sit facta ante actualem susceptionem baptismi: per quem actualiter susceptum fit etiam quodammodo corporalis (ut declaratur in tex.) incorporatio ad ipsum. Incorporatio igitur ad Christum & mẽtalis, & corporalis, est baptismi effectus: mentalis quidem baptismi in voto suscepti, corporalis autem baptismi in actu recepti.

2m de maiori. Illuminatio. R. Exterior. §. De qua intelligitur & illud Eph. 3. & minor de catechismo. Tunc nih. &c. Nam articuli conclusio loquitur de illuminatione interiori, qua s. Deus interius illuminat: ut patet ex eiusdem conclusionis verbis ly illuminãtur a Christo circa cognitionem veritatis. Sed nec illa exterior illuminatio per doctrinã catechismi proficeret ad salutem hominis baptizandi sine ista illuminatione interiori; quam per baptismum in voto habet cathecuminus, antequàm actualiter baptizetur. (Vide ad primum.) Immo homini tali sine interiori illuminatione doctrina ipsa catechismi videretur stultum quid; iuxta illud. 1. Cor 2. Animalis homo (idest sine illuminatione interiori. De qua Ioan. 6. vt in text.) non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei; stultitia.n. est illi, & non potest intelligere: Vnde licet homo a doctore illuminante exterius per ministerium cathechizando audiat: tamen, quòd recte intelligat, intus datur; intus coruscat, intus reuelatur.

3m de conclusione. Ergo fęcunditas. R. Qua aliquis generat alios. §. Tunc nihil, & cæ. Nam articuli conclusio loquitur de fœcunditate in alio sensu. s. qua homo producit bona opera: ut patet ex ipsius conclusionis verbis ly & fœcundãtur fęcunditate bonorũ operum.

¶ EXAM. Ly qua aliquis pducit bona opera. Scilicet productione saltem votiua gratię sibi per baptismum infusæ. Hanc intelligentiã innuebat & textus cõclusionis articuli per ly fœcunditate bonorum operum per gratiæ infusionem. Ac si aperte dixisset. Fœcunditate bonorum operũ gratiam infusam indiuidualiter concomitantium. Pro cuius textus intimiori notitia aduerte præsuppositum a sancto doctore, quod scilicet omnis res hẽt suam inclinationẽ ad aliqd; quæ dicitur pondus, Sapien. 11. Omnia in numero, pondere, & mensura constituisti: secundum quòd declarat idẽ sanctus in pri. par. q. 5. art. 5. Cum igitur gratia sit quædam res; habebit & ipsa necessario inclinationẽ ad aliqd. Hoc autem aliqd, sunt bona opera. Vnde sicut impossibile est, rem grauem non habere inclinationem ad locũ deorsum; & leuem ad locũ sursum; etiam dum propter aliqđ impedimentum actu executorio, & illa non descendit, & illa non ascendit: ita impossibile est, ꝙ gratiam viatorum non habere inclinationem ad opera bona facienda, etiam dum propter aliquod impedimentum actu executorio non facit ipsa opera. In quo sensu & B. Greg. Hom. 30. sup. Ioan. tanquàm doctrinam præsentem confirmans, inquit. Nunquàm amor Dei est ociosus. Operatur etenim magna, si est; si autem operari renuit, amor non est. Gratia ergo, secundum B. Greg. cum & ipsa sit amor Dei, licet non personalis (ut Spiritussanctus) numquàm est ociosa: quia secum portat semper suam inclinationem ad operandũ magna.i.bona; quæ sola sunt opera magna. Porrò inclinãtio illa gratiæ dicitur votum gratiæ; & merito quidem: quoniam votum nominat desiderium quoddam, & inclinatio rei ad aliquid, est quoddam rei naturale desiderium ad illud. De quocumq; igitur habente gratiam verificatur in hoc sensu, quòd producit bona opera, seu (quod in idem redit) quòd fœcunditate bonorum operum fœcundatus est. Hinc vere dicimus, puerulum nouiter baptizatum habere bona opera; & si moriatur, saluari propter bona gratiæ opera. idem dicimus de adulto tunc baptizato, statimque moriente: id qđ & de latrone a dextris crucifixo, etiam cum esset in gratia, verificatur. Nec obstat his, quòd tales opera bona de facto executi non sunt: quoniam hoc fuit non propter defectum voti gratiæ, sed propter impedimentum; siue illud fuerit carentia usus liberi arbitrij (ut in pueris) siue penuria temporis (ut in adulto illo, atq; latrone). Votum.n. gratiæ exit in actũ executionis, non quomodocũq; sed

Sed data facultate: vnde nec potest dici vanum, nisi data facultate renuat exequi opera. Textus itaque verificatur vniuersaliter de omnibus: quando dicit; quòd baptizatus producit bona opera, quia bonorum operum fœcunditas est effectus baptismi, seu quòd homines per baptismum fœcundantur bonis operibus. Specialiter autem attribuit fœcundationem talem baptismo: quia & primò, & copiosius (inquantum.s.totam culpam, totamque pœnam, tollit) gratia confertur in baptismo: id quod non sic verificatur de alijs sacramentis. Non ergo ad verificandum textum illum requiritur, quòd baptizati omnes tunc mox exequantur opera bona: sed sufficit, quòd tempore opportuno votum prædictum bonorum operum in executione ponant.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Ecclés. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Lucæ Sternberger impijssime dicentis: quòd baptismate intincti non nisi ad tartarum, & sempiternam damnationem baptizantur. Articulus enim præsens, cũ baptizatos & incorporari Christo, & illuminari a Christo, & fœcundari a Christo, qui est uera beatitudo, demonstret, directe impugnat, expugnatque prædictam hæresim. Quæ n conuentio Christi ad Belial? Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? 1. Cor. 6. Hoc est, in proposito. Si (ut uerum est) Christo, qui est iustitia & ipsa lux, homines per baptismum tanto amicitiarum glutino coniunguntur: quo nam pacto fieri potest, ut non nisi ad tartarum & sempiternam damnationem, loca vtique Belial iniquitatis ac tenebrarum, baptizentur illi, qui baptizantur? Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, eam meritò damnari a dictis in multis appendicibus supra & in hac, & in alijs quæstionibus. Item a Marc. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Item a Galat. 3. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Quod est incorporari Christo. Item ab Apostolo ad Titũ cap. 2. Vt mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Quid autem intelligat per ly mundaret, aperit in ad Eph. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Hoc est. In baptismo dato in nomine Patris, & Filij & Spiritussancti. Per baptismum ergo, secundum Apostolum, homines fiunt acceptabiles Christo, & sectatores bonorum operum (quod est illa fœcunditas; de qua in conclusione). Item a Rom. 6. Consepulti sumus cum Christo per baptismum in mortem: ut quomodo &c. ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et infra ad eosdem baptizatos dicit. Nunc verò liberati a peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem uerò uitam æternam. Item ab Eph. 5. Eratis aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino. Idest: nos ante baptismum spiritualiter cæci estis per baptismum illuminati. Quæ omnia (ut patet consideranti) pugnant contra tartarum, & sempiternam damnationem. Constat ergo ex prædictis: quòd homines per hoc, quòd baptizantur, a tartaro, & sempiterna damnatione, ubi prius per meritum infidelitatis erant, eripiuntur. Tertio vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

Sen. 4. d. 4. q. 2. art. 4.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum pueri in baptismo consequantur gratiam & virtutes.*

Ad sextvm sic proceditur. Videtur quòd pueri in baptismo non consequantur gratiam, & uirtutes: Gratia enim & uirtutes nõ habentur sine fide, & charitate: sed fides, ut Aug. dicit, consistit in credentium uoluntate, similiter etiam charitas consistit in diligentium uoluntate: cuius usum pueri non habent, & sic non habent fidem, & charitatem ergo pueri in baptismo non recipiunt gratiã, & uirtutes.

¶ 2 Præ. super illud Io. 14. Maiora horum faciet dicit Aug. * quòd ex impio iustus fiat, in illo, sed non sine illo Christus operatur: sed puer cũ non habeat usum liberi arbitrii, non cooperatur Christo ad suam iustificationem: immo quandoque pro posse renititur. ergo non iustificatur per gratiam, & uirtutes.

¶ 3 Præt. Ro. 4. dicitur. Ei, qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, secundũ propositum gratiæ Dei: sed puer nõ est credens in eum, qui iustificat impium. ergo non consequitur gratiã iustificantem, neque virtutes.

¶ 4 Præt. Quod ex carnali intentione agitur, nõ videtur habere spiritualem effectum: sed quandoque pueri ad baptismum deferuntur carnali intentione, ut scilicet corporaliter sanentur. non ergo consequuntur spiritualem effectum gratiæ, & virtutum.

Sed contra est, quòd Aug. * dicit in Enchir. Paruuli renascendo moriuntur illi peccato, quod nascendo contraxerunt, ac per hoc ad illos etiam pertinet quod dicitur, Consepulti sumus cum illo per baptismũ in mortem (subditur autem) vt quomodo Christus surrexit a mortuis, per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: sed nouitas vitę est per gratiam, & virtutes, ergo pueri in baptismo gratiam, & virtutes consequuntur.

Resp. Dicendum, quòd quidam antiqui posuerunt, quòd pueris in baptismo non dantur gratia, & virtutes, sed imprimitur eis character Christi, cuius virtute, cum ad perfectã ætatem venerint, consequuntur gratiam, & virtutes. Sed hoc patet esse falsum dupliciter. Primo quidem, quia pueri, sicut & adulti, in baptismo efficiũtur membra Christi, vnde necesse est, quòd a capite recipiant influxum gratiæ, & virtutis. Secundo, quia secundum hoc pueri decedentes post baptismum, non peruenerint ad vitam æternam: quia, ut dicitur Rom. 6. Gratia Dei est uita æterna: & ita non profuisset eis ad salutem, baptizatos fuisse. Causa autẽ erroris fuit, quia nescierunt distinguere inter habitum, & actum, & sic videntes pueros inhabiles ad actus virtutum, crediderunt eos post baptismum nullatenus virtutem habere: sed ista impotentia operandi, non accidit pueris ex defectu habituum, sed ex impedimento corporali: sicut etiam dormientes, quamuis habeant habitus virtutum, impediuntur tamen ab actibus propter somnum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd fides, & charitas consistunt in voluntate hominum, ita tamen quòd habitus harum, & aliarum virtutum requirunt potentiam voluntatis, quæ est in pueris: sed actus virtutum requirunt actum voluntatis, qui non est in pueris. Et hoc modo Aug. * dicit lib. de baptismo paruulorum, quòd paruulum, etsi nondum illa fides, quæ in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum, quod scilicet causat habitum fidei, fidelem facit.

Ad secvndvm dicendum, quòd (sicut Aug. dicit in lib. de Charitate) nemo ex aqua, & Spiritusancto renascitur nisi uolens, quod non de paruulis, sed de adultis intelligendum est. Et similiter de adultis intelligendum est, quòd homo a Christo sine ipso non iustificatur. Quòd autem paruuli baptizandi, prout viribus possunt, reluctantur non eis imputatur: quia intantum nesciunt quod faciunt, ut nec facere videantur: vt August. * dicit in lib. de præscientia Dei ad Dardanum.

Ad tertivm dicendum, quòd (sicut Aug. dicit) paruulis mater ecclesia aliorum pedes accommodat, ut veniãt, aliorum cor ut credant, aliorum linguam ut fateantur, & ita pueri credunt, non per actum proprium, sed per fidem ecclesiæ, quæ eis communicatur, & huius fidei virtute conferuntur

---

SVP. QVAEST. X. Aliàs 69. Art. VI.

76 — 2. 2. q. 47. arti. 14. ad 3. & 4. dist. 4. q. 2. arti. 2. q. 1. Et dist. 17. q. 1. ar. 3. q. 2. cor. & ad 3. Et dist. 18. q. 1. arti. 3. q. 1. cor.

* Epist. 23. non remote a fi. t. 2.

* Tra. 72. in Io. a med. to. 9.

* Enchir. ca. 52. ante med. to. 3.

* Epist. 23. ad Bonif. nõ procul. a fin. to. 2.

* Epist. 57. post med. tom. 2.

Concl. In baptismo pueri gratiam cõsequunt & virtutes.

¶ Prob. Quia pueri & per baptismum efficiuntur membra Christi, & post baptismum morientes perueniunt ad vitam æternam.

¶ Not. Hoc secundum in probatione dictum, atque ideo etiam primum, confirmatur ex Cõc. Floren per hoc, quòd indistincte tã de adultis, quàm de pueris, dicit. Baptizati morientes, antequàm culpam aliquam committant, statim ad Regnum cælorum, & Dei visionem perueniunt. Hæc in Decret. de sacramentis, seu constitutio. sup. vnione Armenor.

### 1m de minori.

Et sic non habent fidẽ, & charitatem. R. Negatur. §. Nam ad habendum fidem & charitatem, non requiritur necessario, quòd quis habeat usum uoluntatis; licet necessario requiratur, quòd habeat uoluntatem. Vnde Aug. tanquam hoc innuens non dicit, quòd fides & charitas consistant in usu uoluntatis; sed in uoluntate. Pueris ergo baptizatis sufficit habere, ut habent, potentiam uoluntatis ad hoc: quòd habeant fidem & charitatem.

### 2m ex D. Aug.

Sed nõ sine illo. R. Qui est adultus. §. Tunc &c. vt de se patet, & in tex.

### 3m de minori.

Puer non est credens. R. Per actum propriũ. §. Tunc

clariorem notitiam, maximè quia in Apostolo ibi additur; Iustificati gratis per gratiam ipsius, notanda sunt Concil. Trid. verba; ne erremus in sensu probationis. Cùm Apostolus dicit, iustificari hominem per fidem, & gratis; ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiæ catholicæ consensus tenuit, & expressit, vt scilicet per fidē ideò iustificari dicamur; quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis; sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorū eius consortium peruenire: gratis autem ideò iustificari dicamur; quia nihil eorum, quæ iustificationem præcedūt, siue fides, siue opera ipsam iustificationis gratiam promeretur. Si.n. gratia est, iam non ex operibus: alioquin, vt idem Apostolus inquit, gratia iam non est gratia. Hæc Concil. sess. 6. cap. 8.

2 Aduerte secundò, nè male intelligas ly iustitia Dei, quod in probatione affert; quid de huius sensu habeat Ecclesia. Demum (inquit) iustificationis causa formalis est iustitia Dei, non qua ipse iustus est; sed qua nos iustos facit; qua videlicet ab eo donati renouamur spiritu mentis nostræ; & nō modò reputamur, sed uere iusti nominamur, & sumus; iustitiā in nobis recipientes vnusquisque suam, secundùm mensuram, quam Spiritussanctus partitur singulis, prout uult, & secundùm propriā cuiusque dispositionē, & cooperationem. Hæc Concil. Trid. ead. sess. cap. 7. Vltima verba, scilicet secundū propriam cuiusque dispositionē, & cooperationem, intelligitur de adultis. Hæc iustitia solet vocari à D. Thom. gratia in habitu, gratia habitualis, gratia gratum faciens, gratia iustificationis.

3 Aduerte tertiò, propter ly fides recta, vt intelligas verum sensum probationis Concilium Toletan. 3. sub Pelagio II. Papa, in quo Arrij hæresis damnata est cano. 10. per anathematismum hoc ita declarat. Quicumque alibi fidem, & communionem catholicam, præterquàm in Ecclesia vniuersali, quam Niceni, & Constantinopolitani, & primi Ephesini, & Chalcedonensis Concilij decreta tenent pariter, & honorant; anathema sit. Recta ergo fides est ipsa sola, quam Ecclesia Romana omnia illa Concilia iam ab initio suscipiens, per Vicarij Christi pro tempore in ea præsidentis approbationem prædicat. Cum enim Romana sit omnium Ecclesiarum mater, & magistra (Trid. Concil. sess. 7. de baptismo, canon. 3.) rite per vniuersalis Ecclesiæ nomen potest designari, quasi virtute continens omnes per totum orbem diffusas.

¶Concl. 2. Ad hoc, quòd character baptismalis imprimatur in baptizato, non requiritur de necessitate recta fides in eo, sicut nec in baptizante: dummodo adsint cætera, quæ sunt de necessitate sacramenti.

¶Prob. Quia sacramentum non perficitur per iustitiam hominis dantis, vel suscipientis illud; sed per virtutem Dei.

¶Not. Probationis huius antecedens præscriptum intelligitur vniuersaliter de omnibus sacramentis; licet in numero singulari loquatur; vt dicamus, quòd sacramentum ibi sumitur pro genere sacramentorum, non pro aliquo sacramento solum. Item ly perficitur, de perfectione prima intelligitur, nō de secunda. Perfectio prima est impressio characteris in imprimentibus characterem, consecratio materiæ in Eucharistia, & huiusmodi: perfectio secunda est conferre gratiam de facto recipienti sacramentum. Ex supra q. 5. art. 9. & 10. De hac secunda perfectione loquebatur prima conclusio: de prima vero perfectione loquebatur pro fauore huius secundæ conclusionis, & probationis, Concil. Florent. sic Hæc omnia sacramenta tribus perficiuntur; videlicet rebus, tanquam materia; verbis, tanquam forma; & persona ministri conferentis sacramentū, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia. Quorum si aliquod desit, nō perficitur sacramentum. Hæc Papa Eugenius IIII. in decreto suo, sacro approb. Concil. quod incipit, Exultate Deo adiutori nostro. Ex Concilij verbis illis, cū intentione faciendi &c. intelligendum quoque à simili datur, quòd de necessitate recipiēdi sacramentum requiritur in recipiente intentio suscipiendi quod tradit Ecclesia. Sic intellige & Concil. Trid. circa intentionem, sess. 7 de sacramentis in genere canon. 11. Si quis dixerit, in ministris dum sacramenta conficiūt, & conferunt, non requiri intentionem saltē faciendi, quod facit Ecclesia: anathema sit. Hæc ibi. Faciunt ista Concilia etiam pro dictis in artic. 7. à D. Thoma.

1^m de conclusione. Sacramentū baptismi. R. Quantum ad conferre gratiam consideratū: non solum quantum ad conferre characterem. §. Tunc nihil, &c. Nam Dominus in Marco adducto loquitur: de baptismo, vt confert de facto gratiam recipienti ipsum; conclusio autem secunda, contra quam intendit arguens concludere, sumit baptismum, prout characterem tantum imprimit, vt patet suprà in ea. Ideò auctoritas illa Domini, quamuis optima, non adducitur ad propositum.

2^m maior. Nihil frustra in sacramētis Ecclesiæ agitur. R. Si secundùm quòd intendit per illud agere Ecclesiam idipsum accipiatur. §. Tunc &c. Nam per interrogationem illam de fide intendit Ecclesia protestari; se, quantum est de se, velle baptismum omnibus baptizandis conferre ad salutem; & cōsequenter salutem intentam per baptismum sine recta fide haberi nō posse: non autem per interrogationem ipsam intendit asserere, quòd baptismus sine recta fide non conferat characterem. Nam si sic intenderet, admitteret falsum in intentione sua: quod nunquam facit. Ex his intellige in simili sensu dictum Philippi Actu. 8. Si credis ex toto corde, licet. scilicet, te baptizari.

¶ Coroll. Ergo, si tam piam habet Ecclesia intentionem in suis administrationibus, licet falsum per hoc non admittat; multò magis tale quid dicendum est de Christo Domino in operib. suis. Verbi gratia. Quando instituendo Petrum Vicarium suum super pascendis ouibus (Ioan. 21.) Christus interrogauit eum, an se diligeret, per hoc intendere se demonstrauit uniuersaliter; quòd ipsemet, quantum est de se, non vult prælationem conferre, nisi existentibus in charitate, per quam quis bene vtitur prælatione: & consequenter docere electores, & confirmatores prælatorum talem intentionem teneri habere: non autem per hanc interrogationem suam

---

ecclesiæ, ille, qui accedit ad baptismum, de fide interrogatur, cum dicitur, Credis in Deum patrem &c. ergo videtur quòd fides ad baptismum requiratur.

¶ 3 Præt. Ad baptismum requiritur intentio suscipiendi sacramentum: sed hoc non potest esse sine recta fide, cum baptismus sit rectæ fidei sacramentum: per eum enim incorporantur homines Christo, vt Aug.* dicit in lib. de baptismo paruulorū: hoc autem non potest esse sine recta fide, secundùm illud Eph. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. ergo videtur quòd ille, qui non habet rectam fidem, non possit suscipere sacramentum baptismi.

¶ 4 Præt. Infidelitas est grauissimū peccatum, vt in secunda parte habitum* est; sed permanentes in peccato, non sunt baptizandi. ergo etiam nec permanentes in infidelitate.

Sed contra est, quòd Greg.* scribens † Quirico Episcopo dicit, Ab antiqua Patrum institutione didicimus, vt qui apud hæresim, in Trinitatis nomine baptizantur, cum ad sanctam ecclesiam redeunt, aut vnctione chrismatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei, ad sinum matris ecclesiæ reuocentur: hoc autem non esset, si recta fides esset de necessitate baptismi. non ergo recta fides ex necessitate requiritur ad susceptionem baptismi.

Resp. Dicendum, quòd sicut ex dictis* patet, duo efficiuntur in anima, per baptismum, s. character, & gratia. dupliciter ergo, aliquid ex necessitate requiritur ad baptismum. Vno modo: sine quo gratia haberi non potest, quæ est vltimus effectus sacramenti: & hoc modo, recta fides ex necessitate requiritur ad baptismum: quia sicut dicitur Rom. 3. Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi. Alio modo, requiritur aliquid ex necessitate ad baptismum, sine quo character baptismalis imprimi non potest, & sic recta fides baptizati non requiritur ex necessitate ad baptismum, sicut nec recta fides baptizantis, dummodo adsint cętera, quę sunt de necessitate sacramenti. non.n. sacramentum perficitur per iustitiam hominis dantis, vel suscipientis baptismum, sed per virtutem Dei.

Ad primum ergo dicendum, quòd Dominus loquitur ibi de baptismo, secundùm quòd perducit homines ad salutem per gratiam iustificantem, quod quidem sine recta fide esse non potest, & ideo signanter dicit, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.

Ad secundum dicendum, quòd ecclesia intendit homines baptizare, vt emūdentur à peccato, secundùm illud Isa. 27. Hic est omnis fructus, vt auferatur peccatum: & ideo inquantum est de se non intendit dare baptismum, nisi habentibus rectam fidem, sine qua non est remissio peccatorum: & propter hoc interrogat accedentes ad baptismum, an credant: si tamen sine recta fide aliquis baptismum suscipiat extra ecclesiam, non percipit illud ad suam salutem. Vndè Augustinus* dicit, Ecclesia paradiso comparata indicat nobis, posse quidem baptismum eius, homines etiam foris accipere, sed salutem beatitudinis extra eam neminem percipere, vel tenere.

Ad

---

* lib. 1. de pecca. mer. & rem. c. 26. à med. tom. 7.

* 2. 2. q. 10. art. 3.

* in regist. l. 9 epi. 61. non longè à princ.

† Al. Quirino.

* q. 66. artic. 1.

* lib. 4. de bapt. cōtra Donat. in prin. to. 7.

ma · suam

[illegible]am monstrare voluit, ꝙ nullus prælaturæ capax est, nisi sit in charitate; nec (multò minus), ꝙ quis iam existẽs prælatus amittat prælaturæ potestatẽ, si amittit charitatem; nec ꝙ ipsemet Christus (sic exigentib. demeritis hominũ) regnare quandoque non faciat hypocritam, i. iusto suo iudicio ad puniendã delicta non conferat quãque prælationem indignis.

Absit. vt in intẽtione sua tũc admiserit Christus hæc falsa: à quo edocta Ecclesia in intentione ista de baptismo nullũ falsum (vt videbatur) penitùs admittit. Sed sicut ex interrogatione illa Ecclesiæ aduersarij in argumento falsum sensum colligebant mẽdaciter (vt per bonũ, & verum responsum claruit): ita ex interrogatione ista Christi hostes veritatis falsa prædicta vel omnia, vel quædã, extorquebant fallaciter (vt ex Concilio Constantiensi declaratũ relinquitur; dum in sess. 8. condemnat Ioannis Vuiclef sequentes errores; videlicet, Nullus est dñs ciuilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dũ est in peccato mortali. Item dñi temporales possunt ad arbitrium suũ auferre bona temporalia ab Ecclesia, possessionatis habitualiter delinquentibus, i. ex habitu, non solum actu delinquentibus: item populares possunt ad suũ arbitrium dominos delinquentes corrigere; item decimæ sunt puræ eleemosinæ, & parochiani possunt propter peccata suorũ prælatorum ad libitũ suum auferre eas). Istæ tres vltimæ erroneæ positiones Vuiclef ideò nunc adducunt; quia ad primã de negatione prælatorũ malorum, tanꝗ ad aliquod suppositũ reducuntur; vt patet. Condemnat aũt illos sic: Hæc sancta synodus pfatos articulos 45. (hi ponunt numero 15. 16. 17. 18.) examinari fecit &c. Compertũ est ẽt, libros eius plures alios articulos continere similiũ qualitatũ; doctrinãq; in Dei Ecclesia uesanã; & fidei, ac morib. inimicã inducere. Propterea in noĩe D. N. Iesu Christi hæc sancta synodus &c. prædictos articulos, & eorũ quemlibet, libros eiusdẽ, dialogum, & trialogũ per eundem Ioannẽ Vuiclef nominatos, & alios eiusdem authoris libros, volumina, tractatus, & opuscula, quocũque nomine censeant, quos hic haberi vult pro sufficienter expressis, hoc perpetuo decreto reprobat, & cõdemnat. Et eorundem librorũ, & cuiuslibet ipsorũ lectionem, doctrinã, expositionem, & allegationem (nisi ad eorũ reprobationem) omnibus Christi fidelib. prohibẽdo, inhibemus omnib. & singulis catholic. sub anathematis interminatione: & ne de cætero dictos articulos, vel ipsorum aliquem audeant prædicare publicè, dogmatizare, tenere, vel quolibet allegare, nisi ad eorũ reprobationem, vt dictũ est; iubens illos libros, & tractatus, volumina, & opuscula prælibata publicè concremari? Et infrà. Examinatis insuper testib. super impœnitentia finali, pertinaciaq; dicti Ioannis Vuiclef &c. Hæc sancta synodus declarat, diffinit, & sententiat, eundẽ Ioannem Vuiclef fuisse notorium hæreticum pertinacem, ac in hæresi decessisse, anathematizando ipsum, pariter & suã memoriam condemnando: decernitque, & ordinat, corpus, & eius ossa (si ab fidelibus corporibus discerni possunt) exhumari, & procul ab Ecclesiæ sepultura iactari, secundum canonicas, & legitimas sanctiones. Hæc illud Concilium ibi.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ etiã non habens rectã fidem circa alios articulos, potest habere rectam fidem circa sacramentũ baptismi, & ita non impeditur quin possit habere intentionem suscipiẽdi sacramentum baptismi: si tamen etiam circa hoc sacramentũ non rectè sentiant, sufficit ad perceptionem sacramenti generalis intentio, quia intendit

## 3m de maiori.

Intentio. ❡ Saltẽ ghalis. §. Qua. s. quis intendit suscipere baptismũ, ẽm ꝙ Christus instituit, & Ecclesia tradidit. Tunc &c. Nam talis intentio potest stare sine recta fide, tùm circa alios fidei articulos, tum circa hoc baptismi sacramentum in speciali consideratum. Adeò ꝙ in generali intentione illa rectè sentit de baptismo; & tamẽ in speciali peruersè sentire de baptismo poterit. Talis ergo nõ habebit absolutè rectã fidem; quoniam discredens aliquod fidei credibile, non habet amplius habitum fidei, sed quod credere uidetur posteà, opinione tenet, non fide, 2. 2. q. 5. art. 3. Quod de intentione generali circa baptismum nunc dictum est, facit (si benè applicetur) multùm ad intelligendum sensum Conciliorum duorum de intentione loquentium suprà in notatione post probationem secundæ conclusionis.

## 4m conclusionis illatio.

Ergo nec etiã permanentes in infidelitate. ❡ Conceditur totum argumentum. §. Tamen nihil &c. Nam conclusio dicit, non ꝙ tales sint baptizandi; sed ꝙ si baptizentur suscipiũt characterem. Et hoc uerum est, nec probatur contrarium.

suscipere baptismum, sicut Christus instituit, & sicut ecclesia tradit.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ sicut sacramentum baptismi non est conferẽdum ei, qui non vult ab aliis peccatis recedere, ita etiam nec ei, qui non vult infidelitatem deserere: vterque tamen suscipit sacramentum, si ei non conferatur, licet non ad salutem.

### APPENDIX.

Ex art. habes primò, qũo per rationem interimas hæresim Anabaptistarũ dicentium, melius esse omittere baptismum, ꝙ pueros sine fide, i. non credẽtes baptizare: Vel sic, pstare prorsus omittere baptismũ in paruulis, ꝙ eos baptizare sine fide. Itẽ hæresim Henricianorũ dicentium; ꝙ baptisma nihil proficit ei, qui id sine præuia fide suscipit. Nam, cũ ei imprimat characterem, & aggreget numero fideliũ (vt suprà & per articulum, & per Conciliũ Floren. vidimus) aliquid proficit ei. Quòd si intelligeretur per ly nihil ei proficit, ꝙ non confert ei indigno gratiã, esset sentẽtia catholica, & non hæresis. At quia ab Gabriele Prateolo (tit. Henriciani) recensentur inter hæreses: ideò sensum hunc non catholicũ, sed erroneum habere, putãdum uidetur. Secundò habes, qũo per rationẽ ostendas, meritò has dãnari per decretum Eugenij IIII. sacro approb. Floren. Concil. quod adductũ est suprà in notatione post probationẽ secundæ conclus. Ibi. n. cum perfici dicuntur sacra tribus, nulla fit mentio de fide; & cõsequenter per hoc reprobanẽ Anabaptistæ, & omnes, qui fidẽ de necessitate sacri requiri in baptizãdo, contendunt. Pro tanto nãque sunt nunc allatæ illorum positiones, pro quãto hoc ipsum includunt, vel dicunt. Itẽ per Conc. l. Trid. ibi adductũ damnari intelliguntur, dum de intentione ad conferenda sacra requisita necessariò, nulla facta mentione de fide, loquitur. Item per Gregorium Papam III. ad Bonifacium sic. Quosdã absq; interrogatione symboli ab adulteris, & indignis presbyteris fassus es baptizatos. In his tua dilectio teneat antiquum morẽ Ecclesiæ: quia quisquis in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti baptizatus est, rebaptizari eum minimè licet. Hæc Gregorius. Vbi ui les, non esse reiterandum baptisma, etiam ꝙ sine interrogatione fidei quis baptizatus sit. Papa ergo per hoc decretum innuit; ꝙ fides baptizati ad baptismi characterem imprimẽdum non concurrit de necessitate: & consequenter damnare contrarium. Item per omnia illa Concilia videntur huiusmodi positiones damnari, per quæ determinatur, ꝙ ab hæreticis, Paganis, Iudæisve, & (vt semel dicam) ab infidelibus potest conferri baptismus uerus; vt à Nicolao IIII. ad consulta Bulgarorum, suprà q. 8. artic. 5. & à Concilio Trident. sess. 7. de baptismo, can. 4. Si quis dixerit, baptismum, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia non esse uerum baptismum: Anathema sit. Hæc ibi. Ratio, quòd damnetur per hæc, est; quia semper agens est nobiliùs patiente, & principaliùs consideratum, quàm patiens in materia alicuius rei uerè perficiendæ. Vndè, si vera fides non requiritur de necessitate sacramenti, in agente ad baptismum, sequitur, quòd nec in patiente, seu recipiente baptismum requiratur de necessitate tali ad suscipiendum characterem: & consequenter, quòd damnans unum, scilicet de agẽte, damnat & aliud, scilicet de patiente. Tertiò habes, quomodo per rationem probes; regulas fidei catholicæ, quæ ponuntur à Beato Augustino in lib. de fide ad Petrum, cap. 33. meritò dicere. Firmissimè tene, & nullatenus dubites; sacramentum baptismatis non solum apud Ecclesiam catholicam, sed etiam apud hæreticos, qui in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti baptizant, esse posse; sed extra Ecclesiam catholicam prodesse non posse. Hæc ibi. Applica ex superioribus ad propositum. Quartò uides; quomodo ex præmissis omnibus præsens doctrina Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN articulo 8. aduerte uerba auctori, intelligi de adultis: quoniam rectam fidem necessario requiri ad ultimum effectum baptismi sonant. Et hoc dico propter paruulos, in quibus nec intentio, nec fides ex parte baptizati requiritur.

---

67 Scot. 4. s. d. 6. q. 1. art. 5. 4. di. 4. q. 2. Sot. 4. s. d. q. vn. ar. 10. a. 1. q. 1. Et Mal. q. 4. a. 1. co. pri. Et quol. 4. ar. 10 cor. Et quol. 9. ar. 11. cor.

## ARTICVLVS IX.

*Vtrum pueri sint baptizandi.*

SVPER Q. IX. Aliàs 68. Art. IX.

CONCL. 1. Necessarium fuit, pueros baptizari.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd pueri non sint baptizandi. In eo enim, qui baptizatur, requiritur intentio suscipiendi sacramentum, vt suprà * dictum est: huiusmodi autem intentionem non possunt pueri habere, cum non habeant vsum liberi arbitrii. ergo videtur quòd non possint suscipere sacramentum baptismi.

¶ 2 Præt. Baptismus est fidei sacra-

¶ PROB. Quia pueri ex peccato Adæ peccatum originale contrahunt (vt patet ex hoc, ꝙ mortalitati ex peccato illo, secundùm Apostolum, prouenienti subiecti sunt); & ab ipso peccato non, nisi per baptis-

* art. 7. huius quæst.

mentum, vt supra † dictum est: sed pueri non habent fidem, quæ consistit in credentium voluntate, vt August. * dicit super Ioan. Nec etiam potest dici, quòd saluentur in fide parentum: quia quandoque parentes sunt infideles, & sic magis per eorum infidelitatem damnarentur. ergo videtur, quòd pueri non possint baptizari.

¶ 3 Præt. 1. Pet. 3. dicitur quòd homines saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum: sed pueri neque conscientiã habent bonam, vel malam, cum non habeant vsum rationis, neque etiam conuenienter ipsi interrogantur, cum non intelligant. non ergo pueri debent baptizari.

SED CONTRA est, quòd Dionysius * dicit vltimo cap. ecclesi. hierarc. Diuini nostri duces, s. Apostoli probauerunt infantes recipi ad baptismum.

RESP. Dicendum, quod sicut Apostolus dicit Rom. 5. Si vnius delicto, mors regnauit per vnũ. s. per Adam, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum: pueri autem ex peccato Adæ, peccatum originale contrahunt: quod patet ex hoc, quòd sunt mortalitati subiecti, quæ per peccatum primi hominis in omnes pertransiit, vt Apostolus ibidem dicit. vnde multo magis pueri possũt per Christum gratiam accipere, vt regnent in vita æterna: ipse autem Dominus dicit Ioan. 3. quòd, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei. vnde necessarium fuit pueros baptizari, vt sicut per Adam damnationem incurrerunt nascẽdo, ita per Christum salutem consequantur renascendo. Fuit etiam conueniẽs pueros baptizari, vt à pueritia nutriti in his, quæ sunt Christianæ vitæ, firmius in ea perseuerent, secundùm illud Prouerb. 22. Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea, & hanc rationem assignat Diony. † vlt. cap. eccl. hierarch.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd regeneratio spiritualis, quæ fit per baptismum, est quodammodo similis natiuitati carnali, quantum ad hoc, quòd sicut pueri in maternis vteris constituti, non per seipsos nutrimentum accipiunt, sed ex nutrimento matris sustẽtantur, ita etiam pueri nondum habentes vsum rationis, quasi in vtero matris ecclesiæ constituti, non per seipsos, sed per actum ecclesiæ salutem suscipiunt. Vndè Augustinus † dicit in libro de peccatorum meritis, & remissione. Mater ecclesias os maternum paruulis præbet, vt sacris mysteriis imbuãtur, quia nondũ possunt corde proprio credere ad iustitiã, nec ore proprio confiteri ad salutem: † si autem propterea rectè fideles vocãtur, quoniam fidem per verba gestantium quodammodo profitentur, cur etiã non pœnitentes habeantur, cum per eorundem verba gestantium, diabolo & huic sæculo abrenunciare monstrentur. Et eadem ratione possũnt dici intendentes non per actum propriæ intentionis, cum ipsi quandoque contrariantur, & plorent: sed per actum eorum à quibus offeruntur.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut August. * scribens Bonifacio dicit, in ecclesia Saluatoris paruuli per alios credunt, sicut ex aliis, quæ in baptismo remittuntur peccata traxerunt. Nec impeditur eorum salus, si parentes sint infideles: quia sicut Augustinus † dicit, eidem Bonifacio scribens offeruntur paruuli ad percipiendam spiritualem gratiam, non tam ab eis, quorum gestantur manibus, quamuis & ab ipsis, & ipsi boni fideles sunt, quàm ab vniuersa societate Sanctorum, atq; fidelium. Ab omnibus namque offerri rectè intelliguntur, quibus placet, quòd offeruntur, & quorum charitate ad communionem sancti spiritus adiunguntur: infidelitas autẽ propriorum parentum, etiam si eos post baptismum dæmoniorũ sacrificiis imbuere conentur, pueris non nocet: quia, vt Augustinus ibid. dicit, puer semel generatus per aliorum voluntatem, deinceps non potest vinculo alienæ iniquitatis obstringi, vbi nulla sua voluntate consentit, secũdùm illud Ezech. 18. Sicut anima patris mea est, ita & anima filii, anima, quę peccauerit, ipsa morietur, sed ideo ex Adam traxit, quòd sacramenti illius gratia solueretur, quia nondum erat anima separatim viuẽs. Fides autem vnius, immo totius ecclesiæ paruulo prodest per operationem Spiritus sancti, qui vnit ecclesiam, & bona vnius alteri communicat.

baptismum, liberari possunt (ut patet ex Ioan. 3. Nisi quis &c.)

¶ NOT. Ad declarationem primæ partis antecedentis huiusce probationis facit optimè id, quod in Concil. Triden. sess. 5. decreto primo legitur. Si quis Adæ præuaricationem sibi soli, & non eius propagini asserit nocuisse, acceptamque à Deo sanctitatem & iustitiam, quam perdidit, sibi soli, & non nobis eũ perdidisse; aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum mortem, & pœnas corporis tantùm in omne genus humanum transfudisse; non autem & peccatũ, quod est mors animæ; Anathema sit; cum contradicat Apostolo dicẽti; Per unum hominem peccatũ intrauit in mũdum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Hęc ibi. Huic concordat per omnia Concilium Arausicanũ canon. 2. Item pro declaratione secundæ partis eiusdem antecedentis facit id, quod inibi sequitur. Si quis, hoc Adæ peccatum, quod origine unum est, & propagatione, non imitatione trãsfusum in omnibus inest unicuiq; proprium, vel per humanæ naturę uires, vel per aliud remedium asserit tolli, quàm per meritum unius mediatoris Christi Iesu Domini nostri, qui nos Deo reconciliauit in sanguine suo, factus nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio; aut negat, ipsum Iesu Christi meritũ per baptismi sacramentum in forma Ecclesiæ rite collatum tam paruulis, q̃ adultis applicari: Anathema sit: quia non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde est illa vox, Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi; & illa, Quicũq; baptizati estis, Christũ induistis. Hæc ibi.

¶ CONCL. 1. Conueniens etiam fuit pueros baptizari.

¶ COROLL. Ergo & necessariũ non sine conuenientia, & conueniẽs non sine necessitate est, pueros baptizari. Ob hoc designãdum in conclusione ponitur ly etiam.

¶ PROB. Quia à pueritia nutriti in his, quæ sunt Christianæ uitæ, in his firmiter faciliùs perseuerant (vt patet ex Prouerb. 22. ac Dionysio).

¶ NOT. Antecedens huius probationis insinuauerunt constitutiones Apostolicæ, authore Papa Clemẽte primo & martyre lib. 6. cap. 15. Ibi enim postquàm dixerunt; Baptizate quoque paruulos vestros, mox immediate subditur; Et educate eos in disciplina, & præceptis Dei. Quasi dicant: Paruuli uestri à pueritia nutriti, seu educati in his, quæ Christianæ uitæ sunt, in ijsdem firmiter faciliùs perseuerabunt. Item & Philosophus à simili hoc ipsum insinuauit 7. lib. Politic. lect. 12. D. Thom. Confert pueris statim à pueritia, eos ad cuncta, ad quæ possibile (id est & vtile) est, assuescere. Item. Duobus annis vsque ad 7. oportet iam pueros disciplinas spectare, quas addiscere eos oportet. Hæc ibi.

1 de maiori.

Intentio. R. Vel per actum proprium habita, vel saltẽ per actum alterius. §. Tunc &c. Licet enim puerùli non habeant, nec pro tempore illo possint habere, actum proprię intẽtionis (vt arguitur) habent tamen actum intentionis aliorum sibiipsis ad actualem susceptionem baptismi fideliter communicatum. Ex textu nota pulcherrimum ordinem; quòd scilicet succurritur pueris tunc spiritualiter, sicut illis succurrebatur in ventre matris corporaliter. Hinc & notabis, grandem iniuriam fieri Deo ab his; qui propter defectum proprię intentionis puerorum nõ credunt eis succurri posse pro suscipiendo in salutẽ baptismo per actum intentionis alterius (scilicet matris Ecclesiæ) vice puerorum oblatũ. Sic namque credentes, maiorem curã pro corporali salute infantum à natura statutam fuisse fateri coguñ, quàm pro infantium ipsorum salute spirituali à Deo: quod quàm blasphemũ sit, prudentum omnium esto iudicium. Quòd autem sic credentes maiorem curam de infantibus corporalẽ naturæ, quàm Deo de illis ipsis spiritualem tribuãt, patet ex eo; quod natura infantibus non potentibus in vtero materno per actũ proprium assumere nutrimẽtum prouidit, vt per actum matris alimẽtum ab extra sumentis corporalr nutriantur, & in uita iam adepta sustenteñ. Applica modo tu: & videbis eorum insaniã Deo maxime injuriosam, puerisq; perniciosam.

2m de minori.

Non habent fidem. R. Per seipsos: non autem, per alios. §. Tunc &c. vt cõsiderãti patet. Baptismus autem dr fidei sacrm: quia per ipsum baptizato confert fides. Vtrũ uerò in baptizandis fidẽ, vel per seipsos habitã, vel per alios præexigat de necessitate, vel quõ, vide ar. 8.

Item de 2a parte minoris. In fide parentum. R. Infideliũ: non autem, fidelium.

† q. 65. artic. 1.

* In lib. de præd. san. ca. 5. in fi. tom. 7.

* c. 7. eccl. hierar. nõ procul à fi.

* c 7. eccl. hierar. nõ procul à fi.

† lib. 1. c. 25. circa fi. tom. 7.

† Aliàs, de meritis & remiss. peccatorum.

† eod. lib. c. 19. circa fin. to. 7.

* Epist. 23. tom. 2.

† In ea ep. 23. in medio, to. 2.

fidelium §. Tunc &c. Nam quando dicitur, quòd pueri baptizantur in fide parentum, nomine parentū intelligitur tota Ecclesia fidelium; non autem ipsi propinqui parentes, si sunt infideles.

3ᵐ ex 1.Pet.3. Conscientiæ bonæ interrogatio. R. Ad baptizandū facta vel per seipsum, vel per alios: non, ad baptizandum facta per seipsum tantū. § Tunc nihil &c. Nam sicut puer cum baptizatur &c. vt in textu. Ad ipsos verò adultos fit interrogatio per seipsos; quoniā per actum proprium possunt credere, & respondere.

prodest per operationē Spiritussancti, qui vnit ecclesiam, & bona vnius alteri communicat.

Ad tertium dicendum, quòd sicut puer cum baptizatur non per seipsum, sed per alios credit, ita non per seipsum, sed per alios interrogatur, & interrogati confitentur fidem ecclesiæ in persona pueri, qui huic fidei aggregatur per fidei sacramentum. Conscientiam autem bonam consequitur puer etiā in seipso: non quidem actu, sed habitu per gratiam iustificantem.

Itē ex 1.Pet.3. Conscientiæ bonæ. R. Ante baptismū in voto habitæ vel in seipsis, vel in alijs: post baptismum verò etiā actualiter habitæ in seipsis. §. Tunc &c. Licet.n. pueri ante baptismum non habeant in voto proprio bonā conscientiam in seipsis, sed tantū in alijs, puta bonis fidelibus offerentibus: tamen post baptismū consequitur actualiter, i. realiter, bonam conscientiā puer etiā in seipso, non quidem actu proprij liberi arbitrij aduenienti gratiæ consentiente, cum vsu talis arbitrij careat; sed habitu, id est per habitum, tanquàm vestitum deauratum, gratiæ seipsum actualiter iustificantis à Deo acceptum, & indutum.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem interimas hæreses illorū, qui etiam contra puerulos absque ratione, sed quadā vecordia propria moti, sæuire non erubuerunt. Hi sunt Muntzerici dicentes; baptisma infantum non esse à Deo. Item Paterini, vt infrà q. 10. art. 2. Item Lutherus (vt Papa Leo X. in bulla sua contra illum refert) dicens: in Puero post baptismum negare remanens peccatum, est Paulum, & Christum simul conculcare. Item quidam (Direct. Inquis. 2. par. q. 7) dicentes, quòd baptismus non est communiter tàm paruulis, quàm adultis perfectum remediū ad salutem. Item Publicani dicentes, baptizandos non esse paruulos, donec intelligibilem, & rationis capacem ætatem attigerint. Item Henriciani dicentes, baptisma nihil prodesse paruulis vsu rationis carentibus, quòd fidem habere nequeant rationis expertes. Item Hamstedij dicentes; sine baptismo seruare infantes ad aliquot annos, liberum esse cuique, nec vllius conscientiam hac in re ad certum tempus astringi posse. Adducitur hic error præsens, pro quanto ex eadem officina, saltem per modum fautoriæ, proficisci videtur. Item Cathari dicentes, baptismo non indigere infantes, quòd sint sine peccato. Item omnes hi, qui suprà art. 8. in append. adducuntur. Ibi enim alia ratione recensentur; & hoc in loco alia (vt consideranti patere potest) recensendi veniunt. Item Pelagius, & Armeni dicentes, baptismo non indigere pueros ob peccatum originale; quia illud non habent. Item Balthasar Pacimontanus dicens; baptizatos paruulos, cum ad annos discretionis peruenerint, rebaptizandos fore, quia baptismus paruulis non prodest. Item Anabaptistæ dicentes, pueros rebaptizandos, siue aqua retingendos. Secundo habes, quomodo per rationem demonstres, has omnes pro diuersis suis partibus meritò damnari ab aliquo sequentium Conciliorum, vel &c. Vt à Concil. Trid. sess. 7. de baptismo, cano. 13. Si quis dixerit paruulos, eò quòd actum credendi non habent, suscepto baptismo inter fideles computandos non esse; ac propterea cum ad annos discretionis peruenerint esse rebaptizandos, aut præstare omitti eorum baptisma, quàm eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiæ: Anathema sit. Item à Papa Leone X. in bulla sua contra errores Martini Lutheri, quæ incipit, Exsurge Domine, vbi hoc prædicto inter multos enarrato, dicit. De eorundem itaque venerabilium fratrum nostrorum consilio, & assensu, ac omnium & singulorum prædictorum matura deliberatione præhabita, authoritate omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & nostra præfatos omnes, & singulos articulos, seu errores, tanquàm (vt præmittitur) respectiue hæreticos, aut scandalosos, aut falsos, aut piarū aurium offensiuos, vel simplicium mentiū seductiuos, & veritati catholicæ obuiantes, damnamus, reprobamus, atq; omnino reijcimus, ac pro damnatis, reprobatis, & reiectis ab omnib. vtriusq; sexus Christi fidelibus haberi debere, harum serie decernimus, & declaramus. Hæc ille. Item à Concil. Paris. sub Ludouico & Lothario lib. 1. cap. 6. Quoniam fides Christi vbique pollet; & paruuli de Christianis parentib. nati, antequàm ad intelligibilem ætatem ueniant, baptismatis sacramenta percipiūt; necesse est, vt quod imbecillis ætas nequiuit, intelligibilis discere satagat. Quod quia ab vsu Christianæ religionis propter quorundam incuriam recessit, quantæ est negligentiæ, quantiq; discriminis, satis dici non potest. Hæc ibi. Ecce, Non dixit Conciliū, quòd huiusmodi paruuli rebaptizentur, aut quòd interrogentur si volunt habere ratum, quod alij vice eorū promiserunt; sed tantū ut audiāt. Item à Concil. Trid. sess. 7. de baptismo, can. 14. Si quis dixerit huiusmodi paruulos baptizatos, cum adoleuerint, interrogādos esse, an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt; & vbi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad Christianā vitam cogendos, nisi ut ab Eucharistia, aliorumq; sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant: Anathema sit. Hæc ibi. Item à Concilio eod. sess. 5. Si quis paruulos recētes ab vteris matrū baptizandos negat, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti; aut dicit in remissionem quidem peccatorū eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regeneratione necesse sit expiari ad vitam æternam consequēdam; vndè fit consequens, vt forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera in eis, sed falsa intelligatur: Anathema sit. Quoniam non aliter intelligēdum est, quod dixit Apostolus, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt; nisi quemadmodum Ecclesia catholica vbique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, ex traditione Apostolorum, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideò in remissionem peccatorum veraciter baptizantur; vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Hæc ibi. Item à Concilio Mileuitano cap. 2. totidem ferè verbis: & ponitur in lib. Decretorum de consecrat. dist. 4. cap. Placuit, vt quicumque paruulos. Item ab Innocentio I. Papa. Hic enim constituit, vt qui natus fuisset de Christiana, denuò nasci deberet per baptismum. Hæc in Concilijs de vita huius Papæ. Item à Concilio Carthaginensi in epistola ad Papam Innocentium primum, vbi damnat hanc Pelagij hæresim, quòd paruuli propter salutem, quæ per Saluatorem Christum datur, baptizandi non sunt. Dicebat siquidem animarum hic necator Pelagius; quòd paruuli habituri essent vitam æternam, etiamsi non baptizarentur. Ad hoc Concilium rescribit Innocentius, & errorem illum cum eius authore Pelagio condemnat. Hæc ex epistola illa & rescripto summata sunt. Item à Papa Siricio in epistola prima ad Himerium Tar. Episcopum. Infantibus, qui necdum loqui poterunt per ætatem, vel his, quibus in qualibet necessitate opus fuerit, vnda sacri baptismatis, omni volumus celeritate succurri; ne ad nostrarum perniciem tendat animarum, si, negato desiderantibus fonte salutari, exiens vnusquisque de sæculo & regnum perdat, & uitam. Et infrà. Hactenus erratum in hac parte sufficiat; nunc præfatam regulam omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab Apostolicæ petræ, super quam Christus vniuersalem construxit Ecclesiam, soliditate diuelli. Hæc ille. Item à Concilio Aphricano circa tempora Bonifacij Papæ I. celebrato, cap. 76. vbi ijsdem uerbis, quibus & Mileuitanum, & Tridentinum suprà de paruulis recenter ab uteris matrum natis vtitur. Item à Concilio Gerundinensi cap. 5. De paruulis, qui nuper e materno vtero editi sunt, placuit constitui; vt si infirmi (vt assolet) fuerint, & lac maternum non appetunt, etiam eadem die, qua nati sunt, si oblati fuerint, baptizentur. Hæc ibi. Item à Papa Gregorio, & habetur in lib. Decretorum, distinc. 5. cap. Baptizari autem. Vbi dicit: quòd eadem hora, qua proles gignitur, imminente periculo, baptizetur; ne interueniente paululum mora, inueniri non ualeat, qui redimatur. Item à Papa Innocentio III. extrà, de baptismo, & eius effectu, cap. Maiores. Vbi determinat, quòd pueris baptizatis non tantum aufertur peccatum originale; sed etiam patet aditus in regnum cœlorum. Item à Christo Domino quasi prædictos paruulorum impugnatores increpante Matth. 19. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire; talium est enim regnum cœlorum. Scilicet, si venerint ad me per baptismi actualem susceptionem (vt patet ex prædictis, præcipuè à Pontificibus Siricio, & Gregorio). Tertiò habes; quomodo per rationem ostendas, præmissa omnia, pro quanto pueros esse baptizandos statuunt, & intelligas, & declares, & probes, atque defendas. Ex quibus præmissis vigilanter quoque notabis: quàm derisibilis, atque damnabilis sit Caluinus in irrisione sua, qua s. irridet Papistas (sic enim Sedis Apostolicæ filios uocat) de hoc; quòd dicunt: Infantes omnes sine baptismo decedentes priuari gloria Dei in perpetuum. (Hæc eius insulsissima irrisio est in eiusdem libello contra act. Concilij Tridentini). Pro firmanda adhuc ista veritate contra Caluinum, vide articu. 1. corollar. post ad tertium, & textum corp. ipsius articuli. Ratione enim opus est ad illudendas fantasias irridentium. Quartò vides, quomodo ex his, atque similibus, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

ARTI-

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN articulo 9. in responsione ad primum, & secundum intellige accommodationem esse quandam in hoc, quod ecclesia pro paruulis credit, intendit renunciat, &c. Ad literam enim, quia similitudo ex proprio deriuatur, cum institutus esset ritus baptismi pro adultis accommodatus est idem ritus ad paruulos, vt quod proprie fit ab adultis secundum quandam similitudinem fieret a paruulo, non proprio, sed ecclesiæ ore. Et quoniam ad solennitatem baptismi hæc spectant, ideo sine his baptismus factus ualet.

¶ In respon. ad secundum, non sic intelligas ecclesiæ fidé prodesse infanti qui baptizatur, quasi meritum fidei existens in ecclesia, saluet infantem, quoniam infans non fidem, sed per fidei sacramentum regulariter saluatur: sed intellige ecclesiæ merita prodesse infanti, & iuxta articulum communionis Sanctorum, & particulariter: tum orando pro infante, tum applicando eundem sacramento ex corde puro, & charitate plena.

---

Sent. 4. sent. d 5. q. vn. art. 10.

## ARTICVLVS X.

*Vtrum pueri Iudæorum vel aliorum infidelium sint inuitis parentibus baptizandi.*

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd pueri Iudæorũ, vel aliorum infideliũ sint baptizandi, etiam inuitis parentibus. Magis enim debet homini subueniri contra periculum mortis æternæ, quàm contra periculum mortis temporalis: sed in pueroin periculo mortis temporalis existenti est subueniendum, etiam si parentes, per malitiam contraniterentur. ergo multo magis est subueniẽdum pueris infidelium filiis, per baptismum contra periculum mortis æternæ, etiam inuitis parentibus,

¶ 2 Præt. Filii seruorum sunt serui, & in potestate dominorum: sed Iudæi sunt serui regum, & principum, & quicumque etiam alii infideles. ergo absque omni iniuria possunt principes filios Iudæorum, vel aliorum seruorum infidelium, facere baptizari.

¶ 3 Præt. Quilibet homo est magis Dei, à quo habet animam, quàm patris carnalis, à quo habet corpus. non est ergo iniustum si pueri infidelium filii parentibus carnalibus auferantur, & Deo per baptismum consecrentur.

SED CONTRA est, q in Decr. * dist. 45. ex Concilio Toletano sic dicitur. de Iudæis, præcipit sancta Synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre: non enim tales inuiti saluandi sunt, sed volentes, vt integra sit forma iustitiæ.

* dist. 45. c. de Iudæis Ex Concilio Tolet. 4. c. 55.

RESPON. Dicendum, quòd pueri infidelium filii, aut habent vsum rationis, aut non habent: si autem habent, iam quantum ad ea, quæ sunt iuris diuini, vel naturalis, incipiunt suæ potestatis esse: & ideo propria voluntate inuitis parentibus possunt baptismum suscipere, sicut & matrimonium contrahere: & ideo tales licitè moneri possunt, & induci ad suscipiendum baptismum: si verò nondum habent vsum liberi arbitrii, secundum ius naturale sunt sub cura parentum, quãdiu ipsi sibi prouidere non possunt. vnde etiã & de pueris antiquorũ dicitur, q saluabantur in fide parentum: & ideo contra iustitiã naturalem esset, si tales pueri inuitis parentibus baptizarentur: sicut etiã si aliquis habens vsum rationis baptizaretur inuitus. Esset etiam periculosum taliter filios infidelium baptizare: quia de facili ad infidelitatem redirent, propter naturalem affectum ad parentes; & ideo non habet hoc ecclesiæ consuetudo, quòd filii infidelium inuitis parentub. baptizentur.

AD

SVPER Q. IX. Aliàs 68. Art. x.

68
2. 2. q. 10. art. 12. Et quol. 2. artic. 7. & 11. cor.

COncl. 1. Pueri filij infidelium habentes vsum rationis licite moneri possunt, inuitis parentibus, & induci, ad suscipiendum baptismum.

¶ Prob. Quia tales pueri possunt propria voluntate inuitis parentibus baptismum suscipere (cum tunc incipiãt esse suę potestatis, quãtum ad ea, quę sunt vel diuini iuris, vel naturalis): Et licite moneri potest quis, ac induci ad bonum, quod propria voluntate exequi potest, quocũque homine inuito (vt patet ex terminis).

¶ Concl. 2. Contra iustitiam naturalem esset; si filij infidelium non habentes vsum rationis baptizarẽtur inuitis parentibus.

¶ Prob. primò: Quia tales pueri sunt secundũ ius naturale sub cura parentum, quamdiu ipsi sibi prouidere non possunt (vt patet ex se). Secundo, quia baptizare tales pueros inuitis parentibus est, ac si quis habens vsum liberi arbitrij baptizaretur inuitus.

¶ Not. Similitudines non tenent in omnibus; sed sufficit, quòd teneant solum in eo ad quod, id est ratione cuius, adducuntur. Vnde licet adultus totaliter inuite baptizatus neque gratiam, neque characterem reciperet, extrà, de baptismo, & eius effec cap. Maiores; tamen puer ille nondum vsum liberi arbitrij habens, & gratiam, & characterem, baptizatus etiam inuitis parentibus, reciperet; quoniam obicem nullum ex se puer apponit ad hæc, & per aliorum voluntatem iniquam puer baptizatus ab his recipiendis non potest impediri, quæ per virtutem Dei conferuntur. Similitudo ergo ista, quæ in secunda probatione huius conclusionis adducitur, tenet in quodam alio: & hoc aliud est ratio iustitiæ naturalis, seu esse licitum, vel illicitum. Ad hoc enim (vt patet consideranti) adducebatur similitudo illa; quasi diceretur. Sicut contra iustitiam naturalem, & illicitum esset, baptizare adultum totaliter inuitum, & renitentem; ita contra iustitiam naturalem, & illicitum est baptizare infantes huiusmodi inuitis parentibus.

¶ Concl. 3. Vltra hoc, quòd est contra iustitiam, esset etiam periculosum; nondum rationis vsum habentes baptizare, inuitis eorum parentibus.

¶ Not. Ly etiam; quod ponitur in textuali conclusione, potest quoque sic intelligi; id est dato, quod baptizare illos inuitis parentibus non esset contra iustitiam naturalem, adhuc esset periculosum sic eos baptizare. Tamen sensus expressus in conclusione secunda, magis videtur intentus. Non enim facile crediderim, quod Ecclesia propter tale periculum principaliter mota non baptizare illos pueros, consueuisset (vt conclusio quarta dicet); sed propter seruandam iustitiam naturalem in conclusione secunda expressam. Periculo siquidem illi posset per aliam viam vt cumque obuiari, puta e domo parentum pueros baptizatos extractos ponere in hospitali, vel alio pio loco fideliter, & corporaliter nutriendos, ita vt numquam (quo ad fieri posset) scirent; se esse filios infidelium; & nũquàm cum infidelibus, maxime talibus, conuersarentur. Iustitiæ autem naturali, ne scilicet offendatur, inuitis parentibus baptizãdo huiusmodi filios, non potest sic prouideri: & ideo ob hoc principaliter Ecclesiam sic consueuisse reor.

¶ Prob. Quia tales pueri redirent faciliter ad infidelitatẽ propter affectum naturalem ad parentes (videndo scilicet, quòd parentes essent infideles, etiã quòd verbis non prouocarentur ab eis ad infidelitatem propriam amplectendam) fide Christianorum reiecta.

¶ Not. Quid verò periculi esset; si affectui prædicto puerorũ erga suos parentes iungerentur verba suasoria, xenia, aut uerbera parentum ipsorum ad hoc, vt filios suæ infidelitatis imitatores efficerent? Veh mundo à scandalis. Icircò Ecclesia rationi magnę, vltra ipsam iustitię trãsgressionem, innixa est; quando filios infidelium tales baptizare non assueuit.

¶ Concl. . Non habet hoc Ecclesiæ consuetudo, quòd filij infidelium rationis vsum non habentes, inuitis parentibus baptizentur.

¶ Prob. Quia hoc relinquitur clarum. (Et meritò; cum experientia idipsum doceat à temporibus etiam antiquis).

¶ Not. Quàm maxime adducta sit rationibus Ecclesia (sicut & in cæteris omnibus suis) in hoc facto, scilicet in non habere consuetudinem talem præmissam; vide inter secundam & quartam conclusiones. Quanti æstimanda sit consuetudo Ecclesiæ vniuersalis, de qua conclusio intelligitur, patet à fortiori per consuetudinem Ecclesiarum quarundam particularium, de qua in Synodo Ephesina contra Euchetas celebrata legitur sic. Sanctæ & vniuersali Synodo gratia Dei, & assensu pientissimorum regum in Ephesinorum metropoli cõgregatæ, ab Euprepio episcopo Byzes, & Archadianopolis, Et Cyrillo episcopo Cęlesi. Vetus mos viget in prouincijs Europæ &c. Et infrà. Sancta, & vniuersalis Synodus dixit: Honesta est petitio pientissimorum Episcoporũ Euprepij, & Cyrilli, quam ostendunt oblati libelli. Vnde & sanctis canonibus, & externis legibus, quæ veterẽ consuetudinem nunc vim legis habẽt, nihil innouandũ in Europæ ciuitatibus, sed iuxta ueterem consuetudinem gubernentur ab Episcopis, à quibus & olim; cum nullus etiamnũ metropolitanus, qui alioquin sustulisset potestatẽ, neque postea futuris temporibus poterit aliquid à veteri consuetudine innouari. Hæc ibi exemplar libelli sanctæ Synodo oblati ab Euprepio epo &c. Si ergo consuetudini veteri particularium Ecclesiarum tm deferendum sancta Synodus decreuit; magis vtiq; per hoc antiquæ

tiquæ consuetudini Ecclesiæ vniuersalis plus honoris deferendum intellexit. Consuetudinem communem Ecclesiæ maximi esse pon deris declarauit Apostolus 1.Cor.11. Si quis autem videtur contentiosus esse; nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. Vbi D.Thom. inquit: Comprimit proteruos auditores dicens; Si quis autē videtur contentiosus esse, vt scilicet rationibus prædictis non acquiescat; sed confidētia clamoris ueritatem impugnet, quod pertinet ad contentionem: hoc sufficiat ad comprimendū talem, q nos Iudæi in Christum credētes talem consuetudinē non habemus (quòd scilicet mulier oret, non velato capite); sed neque tota Ecclesia Dei per gentes diffusa. Vndè, si nulla alia esset ratio; hoc solum deberet sufficere, ne aliquis ageret contra communem Ecclesiæ consuetudinem. Dicitur enim in Psal. Qui habitare facit unius moris in domo. Vndè Augustinus dicit in epistola ad Casulanum, quòd in omnibus, in quibus nihil certi diffinit sacra scriptura, mos populi Dei, atque instituta maiorum pro lege habenda sunt. Hæc D.Thomas ibi. Quæ & ad propositum applicabis sic. Si nulla alia esset ratio, quòd pueri tales infidelium inuitis parentibus non sunt baptizandi; hoc solùm deberet sufficere, quòd Ecclesia Dei consuetudinem hanc non habet. De tota materia præsentis articuli vide 2.2. quæst.10. artic. 12. Vbi & de consuetudine, de qua præsens conclusio quarta loquitur ait; Maximam habet auctoritatem Ecclesiæ consuetudo &c. Hoc autē Ecclesiæ vsus nūquam habuit, q Iudæorum filij inuitis parentibus baptizarentur; quamuis fuerint retroactis temporibus multi catholici principes potentissimi, vt Constantinus, Theodosius, quibus familiares fuerunt sanctissimi Episcopi, vt Syluester Constantino, & Ambrosius Theodosio; qui nullo modo prætermisissent ab eis id impetrare, si hoc esset consonum rationi. Hæc D.Thomas. Vbi & nota diligenter ly nullo modo.

Ad primum ergo dicendum, quòd à morte corporali non est aliquis eripiendus contra ordinem iuris ciuilis, puta si aliquis à suo iudice condemnetur ad mortem, nullus debet eum violenter à morte eripere. vnde nec aliquis debet irrumpere ordinem iuris naturæ, quo filius est sub cura patris, vt eum liberet a periculo mortis æternæ.

Ad secundum dicendum, q Iudæi sunt serui principum seruitute ciuili, quæ non excludit ordinem iuris naturalis, vel diuini.

Ad tertium dicendū, q homo ordinat ad Deū per rationē, per quā Deum cognoscere potest, vnde puer anteq̃ vsum rationis habeat naturali ordine ordinat in Deum per rōnem parentū, quorū curæ naturaliter subiacet, & s̄m eorū dispositionem sunt circa ipsum diuina agēda.

ARTI-

**1m de maiori.** Subuenire. ℞. Subuentione nō contraria ordini iustitiæ: non autem, subuētione illi contraria. §. Tunc &c. Nam subuenire illis pueris taliter in baptizando eos inuitis parentibus, esset contra ordinem iuris. Vide textum, & scito, hunc fundari super hanc Apostoli regulam ex ad Rom.3. desumptam. Non sunt faciēda mala, vt ueniant bona; cuius regulæ oppositū dicentium (vt ibi habes) dānatio iusta est. Fundatur & super exemplum Domini, Matth.15. qui improbat doctrinam Pharisæorum hanc; q filij, postposita suorum parentum necessitate, de domo ipsorum ablata offerrent templo. Hoc.n. iudicat Dominus transgressionem mandatorum Dei; quia id erat contra ordinē iuris naturalis circa reuerentiam paternam a filijs in illa suorum necessitate habendam: & quæcumque mandata à Deo sunt, ordinata sunt.

**2m de maiori.** Serui. ℞. Seruitute non excludente ordinem iuris naturalis, vel diuini: non autem, excludente ordinem aliquorum iurium illorum. §. Tunc &c Nam & Iudæi, & eorum filij sunt serui principum seruitute ciuili; quæ talia iura non excludit.

¶Not. Argumentum decipiebatur in hoc, q putabat, seruitutē aliquam unius excludere quamcūque aliam obligationem, ita, q dominus non sit obligatus seruo ius naturale seruare, aut diuinum. In hoc autē non fuisset arguens deceptus (vt habetur ex responso) si partitionē diuersi iuris attendisset, & vnicuique iuri, quod suum est seruasset; verbi gratia, iuri ciuili ciuilia, naturali naturalia, diuino diuina. Ex hoc ergo, q arguens omnia iura in vnū confudit, factū est, q & ipse confusus est; sicut ex hoc, quod respondens iura ipsa distincta cognoscens distinctim seruauit, factum est, q & ipse saluatus est. Fundamentū autem habet responsio in Domini solutione de censu Matth.22. vbi Dominus demonstrat iura duo non esse confundēda in vnum, nec vnum impedire aliud, si rectè intelligantur. Ac si ex illa dominica doctrina huc applicata à simili responsum sit. Sicut ius diuinum, quo Iudæi tunc, & Christiani nunc seruiunt Deo, non faciebat, nec facit; quòd ipsimet serui ciuiliter effecti possint irrumpere ius ciuile, vt non reddant censum Cæsari, id est dominis suis temporalibus: ita ius ciuile, quo Iudæi cum filijs suis principibus catholicis seruiunt, non facit; quòd ipsimet principes possint irrumpere ius naturale Iudæorum super filios suos, vt uidelicet possint inuitis parentibus facere baptizari filios eorum. Iura namque, imò quæcumque à Deo sunt (vt suprà diximus) ordinata sunt, ex ad Rom 13. vbi ad litterā loquitur Apostolus de huiusmodi iuribus.

**3m illatio conclusionis.** Non est ergo iniustum &c. ℞. Negatur illatio. §. Ad probationem dicitur, quòd licèt homo magis sit Dei, quàm patris carnalis; tamen hæc ordinata sunt, ita, quòd homo ordinatur ad Deum per rationem, per quam &c. vt in textu. Vide supradicta in notatione; quoniam omnis error argumentantis radicaliter est in hoc, quòd iura distincta confundit, & ex eorum distinctione seruata venit omnium huiusmodi argumentorum solutio.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò, quomodo per secundæ conclusionis rationem ostendas, meritò fuisse dictum à Concil. Tolet. 4. can. 55. vel 56. sic: De Iudæis præcepit sancta Synodus; nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult, Deus miseretur, & quem vult indurat. Non enim tales inuiti saluandi sunt, sed volentes; vt integra sit forma iustitiæ. Sicut.n. homo propria arbitrij voluntate serpenti obediens perijt; sic (vocante se gratia Dei) propriæ mentis conuersione quisque credendo saluatur. Qui autem iam pridem ad Christianitatem venire coacti sunt (sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisebuti) quia iam constat, eos sacramentis diuinis associatos, & baptismi gratiam suscepisse, & chrismate vnctos esse, & corporis Domini, & sanguinis extitisse participes, oportet; vt fidem etiam, quam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur; nè nomen Domini blasphemetur; & fides, quam susceperunt, vilis, ac contemptibilis habeatur. Hæc ibi: & registrantur in Decretis distin.45. De Iudæis. Nec minùs facit in proposito, quòd loquatur de adultis, quibus & vim (conditionatam scilicet) iampridem fuisse illatam pro baptismi susceptione innuit: hoc, inquam, non minus facit in proposito, quoniam formalitas, ad quā fertur Concilium, est vna, videlicet, quòd non inferatur vis, nec etiam conditionalis, alicui in causa baptismi. Vim ergo absolutam magis prohibet Concilium. Cùm igitur formalitas principaliter ab ipso intenta de adultis tàm pro seipsis, quàm pro filijs baptizandis uerificetur; eodem tenore, quo vim etiam conditionalem inhibet fieri adultis pro seipsis baptizandis, cointelligitur & inhibere inferri vim etiam conditionalem adultis pro suis filijs baptizandis; quod est baptizare filios inuitis parentibus. Per rationem ergo articuli ostendere potes, quòd Concilium hoc rectè sanxit; filios Iudæorum non esse baptizandos parentibus inuitis absolute; licèt Concilium superaddat, quòd nec ipsis inuitis conditionaliter, de qua re articulus videtur non disputare. Secundò habes, quomodo per tertiæ conclusionis rationem ostendas, idem Concilium canon. 58. vel 59. meritò dixisse. Iudæorum filios, vel filias baptizatos, nè parentum inuoluantur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus. Deputandos autem monasterijs, aut Christianis viris, aut mulieribus Deum timentibus, vt in moribus, & fide proficiant. Hæc ibi: & recitantur in Decretis, 28. quæst. 1. Iudæorum filios. Ob periculum.n. subuersionis filiorum, ne propter affectum paternum (inquit articuli ratio) redirent ad infidelitatem; hunc saluberrimum canonem sanxit Concilium. Et nota, q non loquitur de filijs baptizatis parentibus inuitis (hoc.n. tāquàm strictè prohibitum, canon. 55. vel 56. silentio præterijt) nè ob hoc capitulum de veritate præsentis articuli dubitare inciperes. Porrò capitulum illud loquitur de filijs Iudæorum iam baptizatorum; & consequenter non inuitis parentibus, sed volentibus, baptizatis. Verum quia parentes ijdem aliquando ad Iudaismum redibant, nè suos illos filios à fide suscepta per baptismum ad infidelitatem traherent, vel circunciderent eos adhuc paruulos, vel alia huiusmodi circa illos facerent, sacrum Concilium prouidit, vt suprà. Et q hic sensus canonis huius sit ad mentē Concilij verus, patet per eiusdē Concilij canonē immediatè præcedentem, vbi legitur sic. Plerique, qui ex Iudæis dudū ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes in Christum non solū Iudaicos ritus perpetrasse noscuntur; sed etiā abominandas circuncisiones exercere præsumpserunt. De quibus cōsultu pijssimi ac religiosissimi Domini nostri Sisenandi regis hoc sanctū decreuit Concilium, vt huiusmodi transgressores pontificali authoritate correcti ad Christiani dogmatis cultū reuocētur; vt quos voluntas propria non emendat, animaduersio sacerdotalis coerceat. ij asit, quos circunciderunt, si filij eorum sint, à parentum cōsortio separent; si serui, pro iniuria corporis sui libertati tradant. Hæc ibi, can. 57. vel 58. & recitātur in Decr. de cōsec. dist. 4. Pleriq;. Clare igitur perspicere datur, q pp hos Iudęos apostatātes à Christo, postea cano. sequēti, qui incipit, Iudæorum filios, Conciliū decernit, vt iam suprà narratū est. Nec mirū, si hoc de filijs dixit, qui propter affectum ad parentes, iuxta artic. præsentem magis sunt in periculo: quandoquidem etiā adultis, ne ad infidelitatem relaberentur, accuratissimè prouidit sic. Sæpe malorum consortia etiam bonos corrūpunt; quanto magis eos, qui ad uitia proni sunt? Nulla ergo cōmunio vltra sit Hebręis ad fidem Christianā translatis cum his, qui adhuc in veteri ritu consistunt, nè forte eorū participatione

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

A simili dic idem de pueris baptizatis; postq̃ adoleuerint. & hoc contra heresim dānatā à Cōcil. Tridēt. sess. 7. de baptis. cano. 14.

a

subuertantur. Quicumque ergo amodò ex his qui baptizati sunt, infidelium consortia non uitauerint, & hi Christianis donentur, & illi publicis cædibus deputentur. Hæc idem Concilium canon. 60. vel 61. & registratur in Decretis 29. quæst. 1. cap. Sæpe malorum. Adducti sunt sub disiunctione canones; quoniam exemplaria duo habita non concordabant in numeris. quod si forte alibi sic contigerit, huic, aut simili motiuo imperturbatus ascribas. Tertiò habes, quomodo per rationem præmissas Concilij sententias, pro quanto vel inuitis parentibus filios infidelium non baptizandos, vel hoc periculosum dicit; & intelligas, & declares, & probes. Quartò uides, quomodo ex his uicissim Aug. hæc doctrina declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 10. in corp. art. aduerte Auctorem sentire, imò supponere filios infidelium fore verè baptizatos, si inuitis parentibus baptizarentur. Hoc enim supponit ratio, dicens esse periculosum taliter filios infidelium baptizare: quia de facili ad infidelitatem rediret propter naturalem affectum ad parentes.

¶ Nec opus esse arbitror, disputare hic cum Duran. & Petro de Pal. quoniam ex supradictis in ar. satis apparet irrationabilem esse opinionem, dicentium voluntatem extrinsecam requiri ex parte baptizati infantis de necessitate sacramenti.

¶ In eodem aduerte Auctorem, non facere differentiam quo ad propositum, inter filios Iudæorum, vel aliorum infidelium. difficultas tamen specialis de Iudæis ratione seruitutis non est omissa, sed in responsione ad secundum soluta est.

¶ Vbi scito propter molestiam instantium, & obijcientium, quia filij seruorum possunt ab eis auferri, & ablati possunt baptizari, vt testatur ecclesiæ consuetudo de filijs Aethiopum, quòd Christianis venduntur. ergo sine ablatione media possent etiam seruorum infidelium filij inuitis parentibus baptizari: ipsa namque ablatio non est medium necessarium ad licitum baptismum. Scito, inquam, distinguere inter id, quod fit per se, & quod fit per accidens. nam per se loquendo, quantumcumque dominus possit auferre filium à seruo: non tamen potest ea ratione auferre, vt baptizet illum, quia baptismus & ablatio sunt diuersorum iurium: quoniam baptismus iuris est diuini, ac per hoc ad patris ius spectans: ablatio vero ciuilis est iuris, ac per hoc ad domini ius spectat. Et propterea falsum est, quòd liceat ablatum filium à seruo, baptizare inuitis parentibus: ablatio enim ciuilis non tollit ius paternum, erga diuina. Nec ecclesiæ consuetudo habet, vt baptizentur infantes Aethiopum præsentium: sed illos tantum pueros, qui vt parentibus destituti habentur, baptizat, præsupponens huiusmodi pueros venales, tanquàm sine parentibus essent. Et rationabiliter quidem, quoniam chaos magnum experimur interpositum, ita vt nulli vnquam comparuerint parentes pro filijs: nec filij postmodum reuersi sunt ad parentes, sed mittuntur totaliter Christiani, & sic perseuerant.

¶ Multa hic omittimus circa præsentis articuli materiam: quia in alijs Commentarijs meminimus nos scripsisse diffuse.

S. Bon. 4. s. d. 6. q. 1. art. 1.
Rich. 4. s. d. 5. q. 1.
Marro. 4. s. d. 4. q. 1.
Sot. 4. s. d. 5. q. vn. art. 11.
Scot. 4. s. d. 4. q. 3.
Duran. 4. s. d. 6. q. 1.
Bacco. 4. s. d. 5. q. 2.
Palud. 4. d. 6. q. 4. art. 2.

69 4. dis. 6. q. 1. ar. 1. q. 1. Et dist. 23. q. 2. art. 2. q. 1. ad 1. & 2.

## SVPER Q. IX.
Aliàs 68. Art. 11.

CONCL. 1. Baptismus, quo mater baptizatur, non redundat in prolem in vtero matris existentem.

¶ PROB. Quia ad hoc, quòd talis baptismus, in prolem talem redundaret, oporteret, quòd proles esset aliquid matris per continuationẽ, ac vnionem partis ad totũ (vt patet in ad secundũ): & proles illa non est pars matris, sed à matre est distincta, tùm quoad animã, tũ quoad corpus (vt patet ex se, & August. contra Iulianum; quẽ videas in lib. Decr. de consecr. dist. 4.)

¶ CONCL. 2. Nullo modo infantes in maternis vteris existentes baptizari possunt.

¶ PROB. Quia de necessitate baptismi est, quòd corpus baptizandi aliquo modo aqua abluatur (cum baptismus sit quædã ablutio, q. 7. artic. 1.): & corpus infantis, anteq̃ nascatur ex vtero, nõ potest aliquo modo ablui aqua, vt patet ex prima conclone.

1^m^ de maiori. Efficacius est. R. Quantũ est ex parte Dei, vel doni baptismalis: nõ sẽper, quantũ est ex parte bapti-

## ARTICVLVS XI.

*Vtrum pueri in maternis vteris positi sint baptizandi.*

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd pueri in maternis vteris existentes possint baptizari. Efficaciùs. n. est donum Christi ad salutem, quàm peccatum Adæ ad damnationem, vt Apost. dicit Roman. 5. sed pueri in maternis vteris damnantur propter peccatum Adæ. ergo multo magis saluari possunt per donum Christi: quod quidem fit per baptismum. ergo pueri in maternis vteris existentes possunt baptizari.

¶ 2 Præt. Puer in vtero matris existens, aliquid matris esse videtur: sed baptizata matre, baptizatur quicquid est eius intra ipsam existens. ergo videtur quòd baptizata matre, baptizetur puer in vtero eius existens.

¶ 3 Præt. Mors æterna peior est, quã mors corporalis: sed de duobus malis minus malum est eligendum. si ergo puer in vtero matris existens baptizari non potest, melius esset quòd mater aperiretur, & puer vi eductus baptizaretur, quàm quod puer æternaliter dãnaretur absque baptismo decedens.

¶ 4 Præt. Contingit quandoque, quòd aliqua pars pueri prius egreditur: sicut legitur Genes. 38. quod pariente Thamar, in ipsa effusione infantium, vnus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum dicens, iste egredietur prior, illo verò manum retrahente, egressus est alter: quandoque autem in tali casu imminet periculum mortis. ergo videtur quòd illa pars debeat baptizari, puero adhuc in materno vtero existente.

SED CONTRA est, quòd Aug.* dicit in epist. ad Dardanum, Nemo renascitur nisi primo nascitur: sed baptismus est quędam spiritualis regeneratio. non ergo debet aliquis baptizari priusquàm ex vtero nascatur.

RESP. Dicendum, quòd de necessitate baptismi est, quòd corpus baptizandi, aliquo modo aqua abluatur, cum baptismus sit quędam ablutio, vt suprà dictum* est: corpus autem infantis antequàm nascatur ex vtero, non potest aliquo modo ablui aqua, nisi fortè dicatur, quòd ablutio baptismalis, qua corpus matris lauatur, ad filium in ventre existentẽ perueniat: sed hoc esse nõ potest: tum, quia anima pueri, ad cuius sanctificationem ordinatur baptismus, distincta est ab anima matris: tum, quia corpus pueri perii animati, iam est formatum, & per consequens à corpore matris distinctum: & ideo baptismus quo mater baptizatur, non redundat in prolem, in vtero matris existentem. vnde August.* dicit contra Iulianum, Si ad matris corpus id, quod in ea cõcipitur, pertinet, ita vt eius pars imputetur, non baptizaretur infans, cuius mater baptizata est aliquo mortis vrgente periculo, cum eum gestaret in vtero; nunc verò cum ipse etiã, scilicet infans baptizetur, non vtique ad maternum corpus, cum esset in vtero, pertinebat, & ita relinquitur quòd nullo modo infantes in maternis vteris existentes, baptizari possunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pueri in maternis vteris existentes, nondũ prodierunt in lucem, vt cum aliis hominibus vitam ducant: vnde non possunt subiici actioni humanę, vt per eorũ ministeriũ sacramenta recipiant ad salutẽ: possunt tamen

baptizãdi. 6. 5. Tũc &c. Quòd. n. infantes in maternis vteris morientes damnentur, non est ex inefficacia doni baptismalis, cum baptizati nõ sint; sed est ex hoc, quòd donũ ipsum baptismale non receperunt. Quod patet; quia si ex vtero nati nõ baptizarentur, damnarentur. Sicut. n. hoc non proueniret ex inefficacia doni, sed ex non susceptione doni: ita & illud primum.

¶ NOT. Pro clariori notitia huius notanda sunt, quæ D. Thom. dicit quodlib. 6. ar. tic. 4. Puer (inquit tex. corp. fin.) in deserto mortẽs sine baptismo salutem non consequitur; (scilicet in fide parentum. Sic enim stabat quæstum). Hanc conclusionem suam argumento primo impetit sic. Non est minoris efficaciæ fides tempore gratiæ, quã tempore legis naturæ: sed tempore legis naturæ saluabantur pueri in fide parentũ, vt Gregorius dicit. ergo etiam nunc tempore gratiæ. Respondet. Ad primũ ergo dicendum, quòd secundùm quosdam, tempore legis naturæ non sufficiebat, &c. Aliorũ opinio est, quòd solus interior motus fidei relatus ad salutẽ pueri sufficiebat ad salutem pueri. Nec tamen nunc diminuta est fidei virtus, sed augmentatur gradus salutis; quia nunc qui saluãtur per Christum, statim introducũtur in regnũ cęlorum; quod tunc non erat.

Vnde

*Epist. 57. inter med. & fi. to. 2.

*q. 66. ar. 1.

*lib. 6. c. 5. non longè ante med. tom. 7.

ſubiici operationi Dei, apud quem viuunt, vt quodam priuilegio gratiæ ſanctificationem cõſequantur, ſicut patet de ſanctificatis in vtero.

Ad secvndvm dicendũ, quòd mẽbrum interius matris eſt aliquid eius per continuationem, & vnionem naturalẽ partis ad totum, puer autem in vtero matris exiſtens, eſt aliquid eius per quandam colligationẽ corporum diſtinctorum: vnde non eſt ſimilis ratio.

Ad tertivm dicendum, quòd non ſunt facienda mala, vt veniant bona, vt dicitur Rom. 3. & ideo non debet homo occidere matrem, vt baptizet puerum, ſi tamen mortua fuerit viuente prole in vtero, debet aperiri, vt puer baptizetur.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ expectanda eſt totalis egreſſio pueri ex vtero ad baptiſmũ, niſi mors immineat, ſi tamen primo caput egrediať, in quo fundãtur omnes ſenſus, debet baptizari periculo imminẽte, & non eſt poſtea rebaptizãdus, ſi eũ perfectè naſci contigerit. Et vř idem faciendum quæcũque alia pars egrediatur, periculo imminente: quia tñ in nulla exteriorũ partium integritas vitæ, ita conſiſtit ſicut in capite, videtur quibuſdam ꝙ propter dubium, quacuque alia parte corporis abluta, puer poſt perfectam natiuitatem ſit ď baptizandus ſub hac forma, Si ď non es baptizatus, ego te baptizo.

ARTI-

Vnde non eſt inconueniens, ſi ad hoc aliquid amplius requiratur, ſcilicet baptiſmus, vt dicitur Ioan. 3. Niſi quis renatus &c. Argumentatur ſecundò ſic. Per Chriſtum non eſt arctata uia ſalutis, cum ipſe dicat Ioan. 10. Ego veni, vt uitam habeant, & abundantiùs habeant: ſed ante Chriſti aduentum ſaluabantur aliqui pueri in fide parentum: ergo multò magis nunc poſt Chriſti aduentum. Reſpondet. Ad ſecundum dicendum, ꝙ per Chriſtum in hoc ipſo eſt ampliata hominibus via ſalutis, quòd nunc per eũ aperta eſt eis ianua vitæ æternæ, quæ ante clauſa erat per peccatũ primi parentis. Hæc Diuus Thomas ad litterã. Hæc uolui adduxiſſe hic; quoniam ſufficientiſſima ſunt ad reprimendũ mentis tuæ motus ex reſponſione illa ad primũ pręſentis articuli forſan inſurrecturos: vt patet cõſiderãti. Hinc & Achilleum illud (ſecundũ quoſdam) propugnaculũ pro ſaluandis infantib. nunc ſine baptiſmo vel in utero materno exiſtentib. vel aliàs in caſu neceſſitatis aquæ, videbis eſſe egregiè ſolutũ. Achilleum. n. illorũ eſt, in ſententia, argumentũ primum ipſius quodlib. art. 4 & ſolutio ſtat in hoc formaliter: ꝙ finis, & ea, quæ ſunt ad finẽ, debent proportionari. Ampliato ergo fine, vt dř Ioan. 10. Ego veni, vt uitã abundantiùs habeant, debent etiam ampliari ea, quæ ſunt ad illũ finem: quod eſt, vltra fidẽ, requiri aliquid amplius, ſ. baptiſmum. Quid clarius? Ex reſpõſo illo tacite innuitur; ꝙ argumentum factũ, erat fallacia ſecundum non cauſam, vt cauſam. Putabat enim cauſam huius eſſe inefficaciam, ſeu minorem efficaciã fidei: & tñ (vt manu etiã palpauimus) cauſa huius neceſſariæ requiſitionis baptiſmi eſt ampliatio finis, nobis præ antiquis, facta. Quare autem Deus hunc ad actualem baptiſmum trahat, & illum non trahat; noli velle iudicare, ſi non vis errare; ſed iudicia Dei abyſſum magnam ſilens corde ſemper uenerare.

2m de minori. Quicquid eſt eius intra ipſam exiſtens. ℞. Tãquàm ei continuum, ſiue vnitum velut pars ad totum: non autem, tãquàm realiter ab ea diſtinctum, ei aliqualiter colligatum. §. Tunc &c. Nam membrum interius matris eſt aliquid eius per &c. vt in textu.

3m minor. De duobus malis minus eſt eligendũ. ℞. Si poſſit eligi ſine peccato. §. Tunc &c. Non n. poteſt eligi ſine peccato hoc minus malũ; ꝙ ſ. mater prægnans occidatur, vt ueniat hoc maius bonũ, baptizatio uidelicet infantis: quoniã non ſunt facienda mala, vt ueniant bona; contrariũ cuius dicentiũ damnatio iuſta eſt. Ex tex. iſto diſce, ꝙ propoſitio illa adducta, ſ. de duob. malis minus eſt eligendũ, intelligitur de malis pęnalibus, quando dicit ly Eligendum. Nam ſola mala pœnæ ſunt eligibilia, aliquo modo conſiderata, puta ut iuſta, vt peccati impeditiua, vt ad bonum promotiua, & breuiter, vt minùs mala. Exemplum patet de Suſanna Danielis 13. de martyribus; de &c.

4m illatio concluſionis. Ergo vř, ꝙ illa pars &c. ℞. Conceditur illatio. §. Cum hoc tamen aduertendum diligenter eſt; ꝙ habeatur ratio diuerſitatis partium, ſic. Si primo caput egrediatur, in quo fundantur omnes ſenſus, debet baptizari, periculo &c. vt in textu.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo per rationẽ oſtendas, fuiſſe meritò à Concilio Neocęſarĩẽſi, cuius canones per Synodũ 6. Conſtantinopolitanã in Trullo celebratã probati fuerunt, inſinuatũ; ꝙ pueri in maternis uteris non poſſunt baptizari. Dicit. n. cano. 6. Grauidã oportet baptizari, quando voluerit. Nihil. n. in hoc quæ parit, naſcenti cõicat; ꝓpea ꝙ vniuſcuiuſque ſuum propoſitũ in confeſſione declaretur. Hæc ſm̃ editionem primam illius Concilij. Et ſm̃ editionẽ ſecundam clariùs. De prægnantibus, ꝙ oporteat eas baptizari, quando volunt. Nihil. n. in hoc ſacramento cõe eſt parituræ, & illi, qui de eius vtero fuerit editus; quia vniuſcuiuſq; in illa confeſſione libertas arbitrij declaratur. Hæc ibi. Ecce, ꝗ apertè determinat, ꝙ in ſacramento baptiſmi, quo baptizatur mater, nihil cõicat infans vtero eius incluſus. Ergo à fortiori innuit Concilium; ꝙ per hoc, ꝙ corpus matris iam baptizatæ lauatur aqua ad baptizandum puerum intus exiſtẽtem, non attingitur puer ille à ſacramẽto. Si. n. ſacrm̃ baptiſmi collatum matri baptizandæ nõ pertingit ad puerũ baptizandum: multò minus aqua ſuperfuſa matri baptizatæ iam, & non baptizans matrẽ, baptizabit infantem. Nec ualet, ſi recurratur ad intentionẽ uolentem baptizare infantem, non matrẽ; quoniam loquitur Conciliũ de re ipſa in ſe conſiderata. Si. n. vidiſſet, ꝙ ſm̃ rem ipſam poſſet baptiſmus matris baptizare & incluſum puerum; cur non dixiſſet, Baptizantes vos matrem grauidã habeatis intentionẽ ad baptizandum etiã ſimul puerũ? Certe hoc dicere facile erat Cõcilio, & faciliùs pro ſalute pueri; ſi verũ eſſet. Potuiſſet nãq; tunc & ipſa cõfeſſio matris, qua reſpondebat, Credo, reputari etiam pro puero; ſicut & confeſſio patrini talis cõputatur nunc pro puero nato baptizando: potuiſſet & forma baptiſmi proferri ſic, Ego baptizo vos, ſicut & nũc fieret, quando in neceſſitate multi ſimul baptizarent, q. 7. art. 5. ad quartũ. Cæterum quia Conciliũ uidit; baptiſmum illum, ſm̃ rei veritatem, non poſſe attingere prolem incluſam: ideò de intentione tali ac forma, nec verbum fecit; imò patenter aperuit, ꝙ in hoc baptiſmi ſacramento nihil communionis habet naſcitura proles. Eadem ratione motum fuit Concilium non dicendũ baptizaturis matrem grauidam, Non habeatis intentionẽ ad baptizandum prolem, ſiue potiùs habeatis intentionẽ, ꝙ non vultis per talem baptiſmũ matris baptizare prolem: & ſitis ſecuri, ꝙ tunc proles non erit baptizata. Pro quo ſciendũ, ꝙ baptizaturi matrem (quantũ ex contextu ipſo conijcit) dubitabant; ne per hoc baptizaretũ proles. Vnde ſcrupulo conſcientiæ agitabãtur dicentes: Si poſtea baptizabimus prolem, erimus rebaptizantes; ſi autem non, ſcandalizabitur populus, videndo, puerum naſci ex baptizata, & ad Eccleſiam pro baptiſmo recipiendo non portari. Quid uultis ergo Domini Patres? Melius eſt, vt nõ baptizetur mater, donec emiſerit infantem. Sic. n. & conſcientiæ noſtræ ex præmiſſis tricis liberabuntur; & nihilominus mater, etiã ſi mortua prægnans fuerit in voto baptiſmi ſaluabitur; & tunc puer e ventre matris aperto extractus ad Eccleſiã portabitur, atq; cũ ædificatione populi ſolẽniter baptizabitur. D. 165. D. 583. Reſponderunt Patres Concilij ad iſtos presbyteros, vt ſuprà. Quaſi dixiſſent. Relinquatis uos Plebani iſtũ ſcrupulum, ꝙ baptizando matrẽ, baptizetis ſimul & prolem; quoniã hoc omnino falſum eſt. Baptizanda mater confeſſione propria ſymboli fidei per baptiſmũ ſaluabitur: baptizãdus poſtea puer natus cõfeſſione Eccleſiæ de ſymbolo fidei facta, & ipſe per baptiſmũ actu tunc ſuſceptũ ab originali mundabitur. Reſpondit ſic Concilium. Poterat vero, ſi dubitaſſet de baptizatione pueri in vtero exiſtentis, reſpondere adhuc: vt omnia conſona ſiant, & conſcientiæ veſtræ ſcrupuloſæ non lædãtur; poſtea portato puerulo ad Eccleſiam, omnes cęremonias baptiſmo circunſtantes facietis circa illum, excepto, ꝙ eum non baptizabitis; quia iam baptizata matre baptizatus fuit; vel ſi eum baptizare vultis ad cautelam, ne fortè tunc non fuerit baptizatus, baptizabitis illum ſub conditione hac, ſcilicet, ſi non es baptizatus, ego te baptizo. Denique quia Concilium ſacrum nihil dubitauit de hoc, ꝙ puer ille non baptizatur, baptizata ſimul matre: ideò cunctis his, ſiue de intentione, ſiue de forma, ſiue de cautela, ſiue de conditione (vt præfertur) totaliter omiſſis, ſtabilem ſententiã reſolutẽ, pro reſponſo dedit, ſcilicet, quòd puer ille nullo modo erat, baptizata matre, baptizatus.

Firma reſpõſio Cõcilij.

Item inſinuatur idipſum à Concilio Martini Papæ. Si qua mulier prægnans deſiderauerit gratiam baptiſmi percipere; quando voluerit, habeat poteſtatem: Nam nihil participat in hoc mater infanti, qui naſcitur; propterea ꝙ vniuſcuiuſque propria voluntas in confeſſione monſtretur. Hæc ibi: & recitantur in Decretis, de conſecr. diſtin. 4. cap. Si qua mulier. Quæ dicta procul dubio cum Concilio Neocæſarienſi prædicto in ſenſu omninò conueniunt. Item ab Iſidoro; vt recitatur in Decretis de conſecrat. diſt. 4. c. Qui in maternis ſunt vteris, ideò baptizari nõ poſſunt: quia &c. Vide ad hoc propoſitum aliquid ſimile, ſi benè applicetur, dictum à Papa Innocentio III. extra, de baptiſ. & eius effectu, cap. Non ut apponeres. Hoc dictum Innocentij ponitur verbatim ſuprà art. 1. coroll. poſt ad tertium. Inde firmam determinationẽ ſumes ad quædã argumenta; quæ in præſentis articuli materia ſolent fieri à quibuſdam in contrarium, quaſi pro pietate. Secundò habes, quomodo per rationem prædicta à Patribus, pro quanto pueros in vtero incluſos ſtatuunt baptizari non poſſe, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides, quomodo ex his hæc doctrina Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur.

a

3

## ARTICVLVS XII.

### *Vtrum furiosi & amentes debeant baptizari.*

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videt᷑ ꝙ furiosi, & amētes non debeant baptizari. Ad susceptioné enim baptismi requiritur intentio in eo, qui baptizatur, vt suprà dictum * est, sed furiosi & amentes, cum careant vsu rationis, non possunt habere ordinatam intētionem. ergo non debent baptizari.

¶ 2 Præt. Homo bruta animalia superexcedit in hoc, quòd habet rationem: sed furiosi, & amentes non habent vsum rationis: & quandoque etiam in eis non expectatur, sicut expectatur in pueris. ergo videtur ꝙ sicut bruta animalia non baptizantur, ita nec tales furiosi, & amentes debeant baptizari.

¶ 3 Prę. Magis est ligatus vsus rōnis in furiosis, vel amentibus, ꝙ̄ in dormientibus: sed baptismus non consueuit dari dormientibus. ergo non debet dari amentibus, & furiosis.

SED CONTRA est, ꝙ Aug. * dicit 4. confess. de amico suo, qui cū desperaretur, baptizatus est nesciés, & tamen baptismus in eo efficaciā habuit. ergo carentibus vsu rationis, aliquando baptismus dari debet.

RESP. Dicendū, ꝙ circa amentes, & furiosos est distinguendum: quidá.n. sunt à natiuitate tales, nulla habentes lucida interualla, in quibus etiā nullus vsus rationis apparet: & de talib. quantum ad baptismi susceptionem, videtur esse idé iudicium, quod de pueris, qui baptizantur in fide ecclesię, vt suprà dictum * est. Alii verò sunt amentes, qui ex sana mente, quam habuerunt prius, in amentiam inciderunt. Et tales sunt iudicādi secundum voluntatē quam habuerunt, dum sanæ mentis existerent, & ideo si tunc apparuit in eis voluntas suscipiēdi baptismum, debet eis exhiberi in furia, & amentia constitutis, etiam si tunc actu contradicant, alioquin si nulla voluntas suscipiendi baptismum in eis apparuit, dum sanæ mentis essent, non sunt baptizandi. Quidam verò sunt, qui etsi à natiuitate fuerint furiosi, vel amentes, habent tamen aliqua lucida interualla, in quibus recta ratione vti possunt: vnde si tunc baptizari voluerint, baptizari possunt etiā in amentia constituti. Et debet eis tunc sacramentum conferri si periculū timeatur: alioquin melius est, vt tempus expectetur in quo sint sanæ mentis, ad hoc, ꝙ deuotiùs suscipiant sacramentum: si autem tēpore lucidi interualli non appareat in eis voluntas suscipiēdi baptismum, baptizari non debent in amentia constituti: quidā verò sunt, qui etsi non omnino sanæ mentis existant, intantum tamen ratione vtuntur, ꝙ possunt de sua salute cogitare, & intelligere sacramenti virtutem. Et de talibus idem est iudicium, sicut de his, qui sanę mentis existunt, qui baptizantur volentes, non autem inuiti.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ amentes qui nunquam habuerunt, nec habent vsum rationis, baptizantur ex intentione ecclesiæ, sicut, & ex actu * ecclesiæ credunt & pęnitēt, sicut suprà de pueris dictum † est. Illi verò qui aliquo tempore habuerunt, vel habent vsum rationis, secundùm propriam intentionem baptizantur, quam habent vel habuerunt tempore sanæ mentis.

AD SECVNDVM dicendū, ꝙ furiosi, vel amentes carent vsu rationis per accidens, s. propter aliquod impedimentum organi corporalis, non autem propter defectum animæ rationalis, sicut bruta animalia. vnde non est de his similis ratio.

AD TERTIVM dicendū, ꝙ dormientes nō sunt baptizandi, nisi periculū mortis immineat, in quo casu baptizari debent, si priùs in eis voluntas apparuit suscipiēdi baptismū, sicut & de amentibus dictum * est: sicut Aug. † narrat in 4. lib. confess. de amico suo, qui baptizatus est nesciens, propter periculum mortis.

*Scot. 4. s. d. 5. q. vn. art. 12. Palud. 4. d. 4. q. 4.*

70 — 4 d. 4. q. 3. a. 1. q. 3. Et d. 18. q. 1. art. 3. q. 1. cor. Et ver. q. 28. ar. 3. ad 2. — * art. 7. huius quæst. — * lib. 4. c. 4. parū ante med. to. 1. — * art. 9. huius quæst. — * aliàs, titu. † art. 9. huius quæst. — * In corp. artic. — † lib. 4 c. 4. parū ante med. to. 1.

### SVPER Q. IX. Aliàs 68. ART. XII.

CONCL. 1. De amentibus, & furiosis à natiuitate, in quibus nunquàm vllus rationis vsus apparet, iudicari quantum ad baptismi susceptionem debere videtur; secundum quòd dictum est de pueris, qui baptizantur in fide Ecclesiæ.

¶ PROB. Quia patet (& meritò. Nam commune habent cum pueris illis, quòd nunquàm habuerunt vsum liberi arbitrij).

¶ CONCL. 2. Si in furiosis, & amentibus ex sana mente, apparuit voluntas suscipiendi baptismum, debet eis in furia, & amentia constitutis exhiberi; etiamsi actu contradicant; si autem nulla voluntas suscipiendi baptismum in eis apparuit, dum sanæ mentis essent, non sunt baptizandi.

¶ PROB. Quia furiosi & amentes, qui ex sana mente prius habita in amentiam inciderunt, vel furiam, sunt iudicandi secundum voluntatem, quam habuerunt, dum sanæ mentis erant.

¶ NOT. Probatio hæc fundatur super illam tritissimam, ab omnibusque communi animorum consensu acceptatam doctrinam; quòd in naturalibus, aut totaliter inuoluntarijs, non meremur, neque demeremur: & quod sicut peccatum non est peccatum, nisi sit voluntarium; ita bonum non est huic bonum nisi sit uoluntarium: & quòd homo eatenus dicitur homo, quatenus ratione vtitur; & quòd qui creauit nos sine nobis non iustificabit nos sine nobis, scilicet consentientibus. Loquimur semper de adultis ut facit articulus. Ex his enim patet, quòd iudicium de adultis, an sint aliquo sacramento donandi, debet dari, secundùm uoluntatem adultorum in vsu liberi arbitrij constitutorum. Alioquin non iudicabitur de homine, vt homo, illud; quod discernendum statuitur. Hinc de pollutione nocturna, de homicidio à dormiente facto, de aliquo in dormitione actuali mortuo, ac de huiusmodi videndum sanxerunt Doctores esse voluntatis motum ante, vel post dormitionem; si iudicandum rectè sit, quòd sint, vel non sint peccata; quòd grauiora sint, vel minùs grauia: si de aliquo iudicium ferendum sit, conditionaliter saltem (non enim possumus aliter), vtrum sit saluatus moriendo, vel damnatus. Si enim cum voluntate peccato adhærente (vel quia proponit saltem habitualiter peccare, vel quia de præteritis non conteritur) dormitionem actualem assumpsit, damnatus iudicatur; qui sic in dormiendo mortuus est: si uerò voluntas eius peccata per veram contritionem repudiauit, moxque cum ista bona voluntate dormiuit, saluatus iudicatur; si sic in dormiendo decessit: sicque vel statim in cœlum, vel in purgatorium uadit, iuxta mensuram illius contritionis præhabitæ. Simile de alijs huiusmodi, si quando occurrerint, dicendum est: adeo quod semper iudicatur secundùm voluntatem, quam habuerunt omnes, quando sanæ mentis erant, id est in vsu liberi arbitrij, vt dicit textus.

¶ CONCL. 3. Amentes nati, si tempore lucidi interualli baptizari voluerint, baptizentur, etiam in amentia constituti, periculo imminente; quo remoto, expectetur lucidum interuallum, vt deuotiùs suscipiant baptismum: si autem in ijsdem tempore lucidi interualli non apparuerit voluntas ad baptismum, baptizari nō debent in amentia constituti.

¶ PROB. Quia tales sunt iudicandi secundū voluntatem, quam tempore lucidi interualli habuerunt.

¶ NOT. Ratio hęc est eadem in substantia cū illa secundæ conclusionis: ideò & fundatur super eandem communem animi conceptionem. Vide tu illic.

¶ CONCL. 4. Qui possunt de sua salute cogitare, & intelligere sacramenti uirtutem, baptizantur volentes, sed non inuiti.

¶ PROB. Quia de talibus idē est iudicium, sicut de his, qui sanæ mentis existunt (vide artic. 7.)

**1m de maiori.**

Intentio. ℞. Vel propria saltem tēpore vsus rationis præhabita; vel aliena. §. Tūc nihil &c. Nam aliena, scilicet Ecclesiæ, sufficit pro baptizandis amentib. primæ conclusionis: propria pro amentib. quartæ, saltē præhabita pro secundæ, & tertiæ.

**2m de maiori.**

Rationem. ℞. Id est rationalem animam. §. Tunc &c. Nam furiosi, vel amētes rationalem animam habent: licet careant vsu &c. vt in textu.

**3m de minori.**

Dormientibus. ℞. In quibus priùs non apparuit voluntas suscipiendi baptismum; non, in quibus apparuit. §. Tunc &c. Nam idem de amentibus, & furiosis dictum est, etiam in amentia constitutis; vt per conclusiones secundam & tertiam patet.

### APPENDIX.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, fuisse meritò insinuatum à Concilijs: quòd furiosi sunt, & nō sunt baptizandi. Vt à Concilio Arausicano primo sub Leone I. cap. 12. Subito obmutescens (prout statutum est) baptizari, aut pœnitentiam accipere, potest; si voluntatis præteritæ testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu. Hæc ibi. Et recitantur in Decret. 27. q. 6. cap. Qui recedunt. Item ab eodem Concilio cap. 13. Amentibus, quæcūque sunt pietatis conferenda sunt.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Intellige tu ex Concilij eiusdem præmisso cap. conditionem hãc, scilicet si amentes uoluntatis præteritæ testimonium aliorum verbis habent, quando uidelicet erant in lucido interuallo. Alioquin secundùm Concilium iudica de illis, si nunquàm habuerunt lucidum interuallum; sicut de pueris. Vide artic. 9. Et hæreses ibi narratas de pueris, si ad tales amentes applicentur, per huius articuli rationem reijce; Et Concilia ibi illas damnantia hac etiam ratione sustenta. Item idipsum insinuatur à Concilio Carthaginensi tertio, cap. 34. Aegrotantes, si pro se respondere non possunt, cùm voluntas eorum testimonium sui dixerit, baptizentur. Hæc ibi. Et recitatur de consecratione, dist. 4. Ecce; quòd omnia Concilia ad voluntatem baptizandi, si aliquando vsum rationis habuerit, respici aliquo modo statuunt. Vnde ex hoc stabilitam agnoscas notationem post secundæ conclusionis probationem suprà positam. Item à Papa Innocentio III. extrà, de baptis. & eius effectu, cap. Maiores. Vbi postquàm dixerat, quod amentibus, si voluntatem non habuerunt suscipiendi baptismum, non debet conferri: si autem habuerunt baptizandi sunt; concludit, quòd tunc sacramentalis operatio imprimit characterem, quando obicem voluntatis contrariæ, non inuenerit obsistentem. Vide ibi circa [illegible] capituli de amentibus; & circa post medium de dormientibus; vbi Concilijs præmissis, maxime quo ad rationem formalem de voluntate baptizandorum consona profert. Pro prædictis iuuat etiam uidere lib. Decr. de consec. dist. 4. c. paruuli alio. & c. cùm pro paruulis. Secundò habes, quomodo per rationé prædicta Papæ, atq; Conciliorũ, pro quãto amentib. baptismum vel dandũ, vel non dandũ statuunt, & intelligas, & probes, & defendas. Tertio uides, quomodo ex his, atq; similibus, doctr. hęc Ang. vicissim declaretur, atq; confirmetur.

*Ferr. 4. cont. c. 72.*
*Sot. 4. s. d. 6. q. 1. art. 1.*
*Palud. 4. d. 4. q. 1.*

SVPER Q. X. Aliàs 69. Art. 1.

COncl. Omne peccatum per baptismum tollitur.

¶Prob. primò: Quia omne peccatum ad vetustatem pristinam pertinet (vt patet): Et per baptismum homo moritur vetustati pristinæ (hæc vetustas ex peccato facta, imò ipsum peccatum est. Hæc ultima pars antecedentis patet ex Rom. 6.) Secundò, quia omne peccatũ contraponitur nouitati uitæ, quæ fit per gratiam (vt patet); Et per baptismũ homo incipit viuere nouitati gratię (vt patet ex Rom. 6.)

¶Not. Supponitur hic; q nullum peccatũ mortale possit stare cũ gratia, nec e contra: & meritò. Nam gratia est, qua uiuit quis Deo in spiritu: & uita nõ potest stare cum morte, nec e cõuerso. Omnia patent. Aut ergo baptismus nõ conferret gratiam, cõt. ar. 4 aut mors posset simul stare cũ uita, si per baptismũ non auferrentur oĩa peccata mortalia. Dicuntur siquidẽ mortalia, quia sunt mors animæ, cũ peccata huiusmodi diuidant à Deo, sm Isa. 59. qui per gratiam est uita animæ.

71 2. d. 32. q. 1 a. 1. & 4. di. 4. q. 2. ar. 1. q. 1. & d. 17 q. 3. ar. 5. q. 1. Et 4. cõ. c. 56. & 72. Heb. 6. fi.

1m de maiori. Quæ contraponitur generationi carnali. ℞. Et est fortior in bonum, quàm generatio carnalis in malum. §. Tunc nihil &c. Nam licet homo per generationẽ carnalem unũ tantum peccatum, s. originale contrahat; tamen per regenerationem spiritualem, non solum tollitur illud vnum peccatum, quantum est virtute regenerationis ipsius. Sicut enim Apostolus dicit Rom. 5. Peccatum Adæ non &c. vt in tex.

2m maior. Pęnitentia est sufficiens causa remissionis actualium peccatorum. ℞. Si sit uestita fide passionis Christi, & proposito participandi ipsam. §. Hæc participat ab homine vel per susceptionẽ baptismi, vel per subiectionem sui voluntariã clauibus Ecclesiæ. Tunc nihil &c. Nam q pęnitens, antequàm actu bapti-

QVÆST. X. Aliàs 69.

*De effectibus baptismi, in decem articulos diuisa.*

DEinde considerandũ est, de effectibus baptismi. Et circà hoc q̃runt decẽ.

¶Primò, Vtrum per baptismum auferantur omnia peccata.

¶Secundò, Vtrum per baptismum liberetur homo ab omni pœna.

¶Tertiò, Vtrum baptismus auferat pœnalitates huius vitæ.

¶Quartò, Vtrũ per baptismum conferãtur homini gratię, & virtutes.

¶Quintò, De effectibus virtutum, qui per baptismum conferuntur.

¶Sextò, Vtrum ẽt paruuli in baptismo gratias, & virtutes accipiant.

¶Septimò, Vtrum per baptismum aperiatur baptizatis ianua regni cęlestis.

¶Octauò, Vtrum baptismus æqualem effectum habeat in omnibus baptizatis.

¶Nonò, Vtrum fictio impediat effectum baptismi.

¶Decimò, Vtrũ recedente fictione, baptismus obtineat suũ effectum.

ARTICVLVS I.

*Vtrum per baptismum tollantur omnia peccata.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q per baptismũ non tollant omnia peccata. Baptismus. n. est quædam spiritualis regeneratio, quæ contraponitur generationi carnali: sed per generationẽ carnalem homo contrahit solum originale peccatum. ergo per baptismum soluitur solum originale peccatum.

¶2 Prętereà. Pęnitentia est sufficiẽs causa remissionis actualium peccatorũ: sed ante baptismum in adultis requiritur pęnitentia, secundùm illud Act. 2. Pęnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. ergo baptismus nihil operatur circa remissionem actualium peccatorum.

¶3 Prætereà. Diuersorum morborũ diuersæ sunt medicinæ: quia sicut Hieron. * dicit, non sanat oculum, quod sanat calcaneum: sed peccatũ originale, quod per baptismum tollitur, est aliud genus peccati à peccato actuali. ergo non omnia peccata remittuntur per baptismum.

SED CONTRA est, quòd dicitur Ezech. 36. Effundam super vos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.

RESPON. Dicendum, quòd sicut Apostolus dicit Rom. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et postea concludit, Ita, & vos existimate mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu domino nostro. Ex quo patet, quòd per baptismum homo moritur vetustati peccati, & incipit viuere nouitati gratiæ: omne autem peccatũ ad pristinam vetustatẽ pertinet. vnde consequens est, quòd omne peccatum per baptismum tollatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Apostolus dicit Rom. 5. Peccatum Adæ non tantum potest, quantum potest donũ Christi, quod in baptismo percipitur. Nam iudicium ex vno in condemnationẽ, gratia autem ex multis delictis in iustificationem: vndè & August. * dicit in lib. de baptismo paruulorum, q generante carne tantummodo trahitur peccatum originale; regenerãte autem spiritu, non solum originalium, sed etiam voluntariorum fit remissio peccatorum.

AD SECVNDVM dicendum, q nullius peccati remissio fieri põt, nisi per virtutem passionis Christi: vnde & Apost. dicit Hebr. 9. q sine sanguinis effusione non fit remissio. vnde motus humanæ voluntatis, qui est in

*Mar. 6. sũper illud verb. Hoc gen⁹ dęmoniorũ non eijcit, nisi &c. to. 9.

* lib. 1. de pecc. meri. & remis. c. 15. in fi. tomo 7.

baptizetur, consequat̃ remissionẽ peccatorum est ex proposito baptismi. Ex textu dicto; q si quis de peccato suo doleret, & quantumcũque doleret, absque ordine votiuo ad participandũ passionem Christi, vel per baptismum, vel per voluntariã sui subiectionem ad claues Ecclesię; talis non cõsequeretur remissionẽ peccatorũ. Hoc significauit Apostolus Heb. 9. dicens, q sine effusione sanguinis (scilicet Christi) non fit remissio. Tunc illa tamen sanguinis effusio participabatur per res figuratiuas protestatiuas fidei in Christum passurum; de quibus figuris loquitur ibi Apostolus intendens principaliter de sanguine Christi: nunc uerò per alia media participatur eadem passio Christi à nobis. Ex his in Apostolica doctrina apertè fundatis reijcit̃ merito hæresis illa Ioãnis Vuiclef dicentis: Confessio inutilis est, & superflua, si cõtritio adsit: vel sic (vt refert Cardinalis Turrecremata lib. 4. de Ecclesia, c. 37 par. 2.) dicentis: Si homo debite fuerit cõtritus, omnis confessio exterior est sibi superflua, & inutilis. Ex his etiam ostenditur, meritò hanc fuisse damnatam à Concilio Constãtiensi sess. 8. vbi inter alios eiusdem 45. errores, enumerato hoc septimo loco, dicitur: Nos sancta Synodus præfatos articulos 45. examinari fecit, & sæpius recenseri; quibus examinatis fuit repertum, aliquos, & plures ex ipsis fuisse, & esse notoriè hęreticos, & à sanctis Patribus reprobatos, alios non catholicos, sed erroneos, alios scandalosos, & blasphemos, quosdam piarum aurium offensiuos, nonnullos eorum temerarios, & seditiosos. Propterea Conciliũ pronunciat hæreticum Ioannem Vuiclef, ac memoriam eiusdem condẽnat, & mandat exhumari ossa ipsius, & cremari. Hæc in Summa Conciliorum. Ex his itẽ in Apostolica doctrina aperte fundatis, reijcitur hæresis cuiusdã Petri de Osma dicentis: Absq; cõfessione peccata mortalia, quo ad culpã, & pœnam alterius sęculi, sola cordis cõtritione; cogitationes uerò prauæ sola displicentia delentur.

Ex his etiam ostenditur, hanc meritò damnari à Papa Sixto IIII. in sua Extrauag. quæ incipit: Licet ea, quæ de nostro mandato. Ibi enim postquàm sub nomine Petri de Osma, & sequacium, enumerauit has sex propositiones, s. 1. Confessionem peccatorum in specie ex uniuersalis Ecclesiæ statuto, non diuino iure compertã fore. 2. Peccata mortalia quo ad culpã, & pęnam alterius sæculi, absique confessione sola cordis contritione; prauas uerò cogitationes sola displicentia deleri. 3. Quòd confessio secreta sit, necessariò non exigi. 4. Non peracta pœnitentia confitentes absolui non debere. 5. Romanum Pontificem Purgatorij pœnam remittere, & super his, quæ uniuersalis Ecclesia statuit, dispensare non posse. 6. Sacramentum pœnitentiæ, quantum ad collationem gratiæ, naturæ, non autem institutionis noui, aut veteris testamenti, existere. Postquàm dico, has eius enumerauit, & multa de harum examine à uiris doctis de mandato suo interruit; ueniendo ad propriam huius rei decisionem dicit sic: Omnes, & singulas propositiones prædictas, falsas, sanctæ catholicæ fidei contrarias, erroneas, & scandalosas, & ab Euangelica ueritate penitùs alienas, sanctorum quoque Patrum decretis, & alijs Apostolicis constitutionibus contrarias fore, ac manifestam hæresim continere, authoritate Apostolica declaramus. Hæc ibi. Sixtus autem illam Petri, Conciliumque illam Vuiclef, ideò condemnarunt; quia ordinem ad claues utramque tollere, in sola seorsum contritione confidentem, intellexerunt. Sciebat enim & Sixtus, & Synodus; quòd dicere, contritionem solam absque actuali confessione, dummodo ista confessio sit ueraciter in proposito pro suo tempore fienda (quod est habere ordinem ad claues) non est error; sed ueritas. Meritò igitur vtramque condemnarunt; quia sine sanguinis effusione non fit remissio, vt in tex.

in pœnitente, non sufficeret ad remissionem culpæ, nisi adesset fides passionis Christi, & propositum participandi ipsam, vel suscipiendo baptismum, vel subijciẽdo se clauibus ecclesiæ; & ideo quando aliquis adultus pœnitens ad baptismum accedit, consequitur quidem remissionem omnium peccatorum ex proposito

3^m de maiori. Medicinæ. & Particulares; non autem uniuersales. §. Id est, operãtes in uirtute unius medicinæ uniuersalis. Tunc &c. vt patet in textu.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hęreses Manichæorum, (vt refert Directorium Inquisit. 2. par. q. 13.) dicentium, baptismum esse quid uanum, & inane. Loco autem baptismi aquæ (vt narratur ibidem) dicebant esse quendã spiritualem baptismum, quod est consolamentũ spiritus; quod Manichæi ipsi conferre gloriabantur manuum impositione ad suam sectam uenientibus. Contra hos.n. articulus præsens, imò tota quæstio pugnat; dum in singulis articulis aliquem bonum effectũ à baptismo, quantum est ex parte sui, fieri demonstrat. Inane siquidem, & uanum, esse nõ potest id; quod aliquem effectum producit. Item illam quorundam (de quibus in Clementina, de sum. Trin. & fide cath.) dicentium; quòd baptismus non est communiter tam paruulis, quàm adultis perfectum remedium ad salutem. Contra hunc enim errorem determinat præsens articulus, quòd baptismus omne peccatum quod inuenit in baptizato, delet quantum est de se. Item illam Brentij dicentis; baptismate licet peccatum originale dimittatur, non omne tamen peccatum deletur; quia suscepto baptismo adhuc remanet in baptizato carnis concupiscentia, quæ vere peccatum est, contra illud, non concupisces, etsi à Deo non imputetur. Item illam horrendissimam Lucæ Sternberger plusquàm blasphemè euomentis; quòd baptismate intincti, non nisi ad tartarum & sempiternam damnationem baptizantur. Item illam sacrilegio plenam Suenckfeldij, ore diabolico effutiẽtis, baptismum esse balneum suillum. Articulus enim imò tota quæstio bestiam huiusmodi oppugnat, & efficacissime expugnat; dum baptismum esse balneum saluberrimum, validissimis rationibus indicat. Item illas Lutheri, & Balthasaris, quas suprà quęst. 9. art. 9. adduximus, vbi in pueris peccatum post baptismum remanere ponunt; vel quòd baptismus paruulis non prodest. Sic dicas de alijs huiusmodi, si qui sunt, quocumque nomine vocentur. Noster enim articulus loquitur uniuersaliter de omnib. baptizatis; quòd ex illis abraditur omne peccatum, quod habent, quod maxime de pueris, vtpote non potentibus ponere virtuti baptismali obicem, uerificatur. Item illam Albanensium dicentium, baptismum nullius esse virtutis. Item illam Adelphij dicentis: quod ex baptismo nulla prouenit uirtus; sed oratio sedula dæmonem vernaculum, & familiarem eijcit. Item Fulgentij dicentis, baptismum reis, & peccatoribus nihil conferre.

2 Secundò habes; quomodo per rationem, has damnatas meritò fuisse ostendas à Beato Petro Apostolo 1. Pet. 3. Expectabant Dei patientiam cum fabricaretur archa, in diebus Noe, in qua pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, quod & uos nunc similis formæ saluos facit baptisma. Ecce, quòd baptismus omne peccatum repertum in baptizato tollit: alioquin non faceret baptizatos saluos. Item ab Ezechiel. 36. Effundam super vos aquam mundã, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Ista enim aqua munda, de qua Propheta, est baptismi aqua, iam olim semel pro semper mundata per Christum baptizatũ tactu suę mundissimæ carnis. Item ab Zachar. 13. Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. Per menstruatam intellige tu culpam originalem, quam uidelicet contrahit homo, dum adhuc est in menstruis matris suæ; cibatus scilicet illis, atque nutritus, ac in illis habitator effectus; per peccatorem uerò intellige peccata actualia, siue potiùs peccatis actualibus inuolutum. Item ab Actuum 2. Baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum vestrorum. Loquitur Beatus Petrus adultis ibi, & baptismum prodesse illis dicit in remissionem peccatorum; vtique actualium etiam, vltra originale. Alioquin, nec in remissionem esset peccatorum adultorum; cum illorum, vt sic, sint tantum actualia; quoniam originale, quod habent contraxerunt non ut adulti, sed ut infantes in materno vtero concepti; imò nec in remissionem esset peccati originalis adultorum ipsorum; quoniam unum mortale, quod utique originale est, non remittitur sine remissione omnium mortalium. Implicaret enim contradictionem; quia tunc per gratiam peccator viueret, dum per gratiam vnum mortale esset sibi remissum; & idem peccator simul esset mortuus, & sine gratia, dum vnum aliud mortale haberet. Vide suprà notationem post conclusionis probationem. Item ab Innocentio III. in Concilio Lateran. extrà, de summa Trinit. & fide cath. cap. firmiter. Sacramentum baptismi, quod ad inuocationem indiuiduæ Trinitatis, videlicet Patris, & Filij, & Spiritussancti consecratur in aqua, tam paruulis, quàm adultis in forma Ecclesiæ à quocumque ritè collatum proficit ad salutem. Item à Papa Clemente V. in Concilio Viennensi, vt habetur in Clement. de summa Trinit. & fide cathol. Baptisma vnicum omnes in Christo regenerans esse (sicut unus Deus, ac fides vnica) ab omnibus fidelibus confitendum; quod celebratur in aqua, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, credimus esse tam adultis, quàm paruulis communiter perfectum remedium ad salutem. Hęc ibi. Si adultis est ad salutem remedium perfectum: ergo secundùm Concilium in adultis omnia etiam actualia peccata delet. Item à &c. vt suprà q. 9. art. 9. contra Lutherum, & Balthasarem. Item à Concilio Florentino, siue à Papa Eugenio IIII. sacro ipso approbante Concilio, in Decreto, quod incipit, Exultate Deo adiutori nostro. Huius sacramenti effectus est remissio omnis culpæ originalis, & actualis; omnis quoque pœnæ, quæ pro ipsa culpa debetur: propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis iniungenda est satisfactio: sed morientes antequàm culpam aliquam committant, statim ad regnum cœlorum, & Dei visionem perueniunt. Hæc ibi. Quæ partim faciunt ad quæst. 9 artic. 5. & 6. ideò, quantum sufficit, illuc applica. Sic faciendum est etiam de dictis aliarum scripturarum, Conciliorum, Summorumve Pontificum, quando ad alias quoque materias articulorum aliquorum, in quibus non allegantur, vel pro toto, vel pro parte, valent: quoniam non omnia in omnibus citari potuerunt, & eadem repetere superfluitas est iudicatum, nisi forsan aliquando speciali causa mouente. Item à Concilio Trident. sess. 5. Si quis per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id, quod ueram & propriam rationem peccati habet, sed dicit, tantum radi, aut non imputari: Anathema sit. In renatis enim nihil odit Deus; quia nihil est damnationis ijs, qui uerè consepulti sunt cum Christo per baptisma in mortem, qui non secundùm carnem ambulant; sed ueterem hominem exuentes, & nouum induentes, qui secundùm Deum creatus est, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti, effecti sunt hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi; ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cœli remoretur. Et infrà. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta Synodus declarat, Ecclesiam catholicam nunquàm intellexisse peccatum appellari, quod uere, & propriè in renatis peccatum sit; sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit: Anathema sit. Hæc ibi.

3 Tertiò vides, quomodo ex his omnibus vicissim Angelica hæc doctrina declaretur, atque confirmetur.

baptismi, perfectius autem ex reali susceptione baptismi.

Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de particularib. medicinis: baptismus autem operatur in virtute passionis Christi, quæ est vniuersalis medicina omnium peccatorum: & ideo per baptismum omnia peccata tolluntur.

ARTI-

*Ferr.4.cont.c.58.59.* *Palud.4.d.4.q.1.*

SVPER QVAEST. X. Aliàs 69. Art. II.

CONCL. Ille, qui baptizatur, liberatur a reatu totius pœnæ sibi debitæ pro peccatis; ac si ipse satis fecisset pro omnibus peccatis suis.

¶ PROB. Baptizato communicatur passio Christi ita, ac si ipse baptizatus esset passus, ac mortuus (vt habetur ex Rom. 6.): & passio Christi est sufficiens satisfactio pro peccatis omnium hominum (vt patet. 3. de Sal. q. 48. artic.2.)

72 Sup. q.68. a.4. & 3.d. 19.a.3.q.2. Et 4.dist.4. q.1.ar.1.q. 2.& 3.q.1. Et di.7. q. 1.a.1.q.1. & 4. cõt.c. 58. 59. & 72. & Ro. 11.lec.4.& Hebr.6. 6. *li.1 retra. c.9. & li.5. de lib. arb. ca.18.to.1. * q.62.a.3.

1^m de minori. Pœnam. R. Vel à se in ipso toleratam; vel ab alio, qui eam tolerauit, sibi communicatam. §. Tunc &c. Licet enim baptizatus pœnam pec catis suis debitam non sustinuerit in seipso, & consequenter per pœnam sic sumptam peccata sua non ordinentur; tamen ipsemet pęnam pro peccatis suis sustinuit in Christo capite suo, à quo sibi tãc communicatur, ac si illam ipse baptizatus sustinuisset: & consequenter peccata sua per talem Christi pœnam sibi ipsi communicatam remanent ordinata, ac si per propriam pęnam ordinarentur.

2^m minor partim. Ablutio nullã similitudinem habere videtur cũ subtractione reatus pęnæ. R. Negatur ista §. Nam ablutio aquæ, vltra q̃ emundat sordes corporis abluti, refrigerat corpus ipsum; est consequenter, vltra quòd significat emũdationem culpę, etiam subtractionem reatus pęnæ irrefrigerium causantis apte repræsentat.

*Sup.illud ad Ro. 11. tom.5.

* Ar.præc. & q.68.artic.5.ad 1. & ar.2.

3^m Antecedens. Sublato reatu pęnæ aliquis non remanet dignus pœna. R. Secundum quòd pœnæ reatus est sublatus: non, secundum quòd pœnæ reatus sublatus non est. §. Tunc nihil &c. Nam suspensionis latronis est sublatus reatus apud Deũ per baptismũ a latrone ipso postea susceptũ; Sed nõ est sublatus quoad hoĩes. Et sic licet homicida &c. vt in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæresim Catharorum, siue Paterinorum (inter horum errores & hũc enumerat Cardinalis Turrecremata lib.4. de Ecclesia cap.35.) dicentium, quòd baptizati paruuli non leuius punientur æternaliter, quam latrones, & homicidæ. Inquantum isti loquuntur de paruulis possunt recenseri sup. q.9. ar. 9. inquantum autem pęnæ reatum videntur nolle tolli à baptizatis, debent recenseri hic. Item hæreses supra arti.1. adductas dicentium, baptismum nullius virtutis esse, nihil conferre reis, vel huiusmodi, puta esse quid vanum. Hi.n. cùm negent culpæ, negant etiam pœnæ, in baptismo remissionem fieri; & ideo pro culpa ibi, pro pęna hic adducantur. Secũdo habes, quomodo per rationẽ ostendas, has merito dãnariã Concilio Florẽt. de effectu baptismi, in Decreto Eugenii supra art.1 allegato; vbi determinat, q̃ intantum omnis pęnæ reatus tollitur; vt si, culpa noua nõ admissa quis moriatur, statim ad visionem diuinę essentiæ ꝑducatur. Vide ibi formalia verba Eugenij Papæ: vbi notabis etiam signãter illa verba pro limitatione adiungi, s. quæ pro ipsa culpa debetur. Nõ enim dicit Conciliũ, q̃ est remissio omnis pœnæ simpliciter; sed cũ additione hac, s. quæ pro ipsa culpa debetur. Quasi dixerit. Est remissio pœnæ culparum ibi remissarum, vt in foro Dei pęna considera tur, non vt in foro hominum (responsio ad tertium hoc declarat): & vt pęna respicit personam, quæ baptizatur non vt respicit naturam communem personæ ipsius baptizatæ (articul.3. hoc bene declarat). Item à Concilio Vienensi in Clement. de summa Trinit. est fid. cath. ibi allegato; vbi dicit Papa, Concilio ipso approbante, quòd baptismus est remedium perfectum ad salutem: si perfectum; ergo reatum omnis culpæ per ipsum remissæ tollit. Alioquin esset quidem remedium perfectum in genere culpæ remissæ; sed non perfectum simpliciter respectu baptizati. Item à &c. vt ibi articul. 1. si qua sunt pro huiusmodi damnatione facientia. Tertiò vides, quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis (quod vbique in similibus intelligitur) doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

*q.68.artic 3.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum per baptismum liberetur homo ab omni reatu peccati.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd per baptismum nõ liberetur homo ab omni reatu peccati. Dicit enim Apost. Rom. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt: sed culpa non ordinatur, nisi per pœnam, vt August. *dicit, ergo per baptismum non tollitur reatus pœnæ præcedentium peccatorum.

¶ 2 Præt. Effectus sacramenti aliquam similitudinem habet cum ipso sacramento: quia sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant, vt supra * dictum est: sed ablutio baptismalis habet quidem aliquam similitudinem cum ablutione maculę nullam autem similitudinem habere videtur cum subtractione reatus pœnæ, non ergo per baptismum tollitur reatus pœnæ.

¶ 3 Præt. Sublato reatu pœnæ, aliquis non remanet dignus pœna, & ita iniustum esset eum puniri si igitur, per baptismum tollitur reatus pœnæ, iniustum esset, post baptismum suspendere latronem, qui ante homicidium commisit, & ita per baptismum tolleretur rigor humanæ disciplinæ, quod est inconueniens. non ergo per baptismum tollitur reatus pœnæ.

SED CONTRA est, q̃ Amb. dicit super illud Rom. 11. Sine pœnitentia sunt dona, & vocatio Dei, Gratia, inquit, Dei in baptismo gratis omnia condonat.

RESP. Dicendum, quòd sicut supra * dictum est, per baptismum aliquis incorporatur passioni, & morti Christi, secundum illud Rom. 6. Si mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum eo. ex quo patet, quòd omni baptizato communicatur passio Christi ad remedium, ac si ipse passus, & mortuus esset. Passio autem Christi, sicut dictum est, * est sufficiens satisfactio pro omnibus peccatis omnium hominum: & ideo ille, qui baptizatur, liberatur a reatu totius pęnæ, sibi debitæ pro peccatis, ac si ipse sufficienter satisfecisset pro omnibus peccatis suis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia pœna passionis Christi communicatur baptizato, inquantum fit membrum Christi, ac si ipse pœnam illam sustinuisset, ideo eius peccata remanent ordinata per pœnam passionis Christi.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ aqua non solum abluit, sed etiam refrigerat, & ita suo refrigerio significat subtractionem reatus pęnę, sicut sua ablutione significat emundationem a culpa.

AD TERTIVM dicendum, q̃ in pœnis, quæ iudicio humano inferuntur, non solum attenditur qua pœna sit homo dignus quo ad Deũ, sed etiam in quo sit obligatus quo ad homines, qui læsi, & scandalizati sunt per peccatum alicuius. & ideo licet homicida per baptismum liberetur a reatu pœnæ quo ad Deum, remanet tamẽ obligatus adhuc quo ad homines, quos iustum est ædificari de pœna, sicut sunt scandalizati de culpa: pie tamen talibus princeps posset pœnam indulgere.

---

*Ferr.4.cont.c.52.* *Scot.4.s.d.6.q.1.ar.2.*

73 2. dist. 32. q.1.ar. 1.q. 2.& di. 13. q.1. arti.2. Et 3.di.19. arti.3. q.2. Et 4. di.4. q. 2. arti. 1. q. 3. & 4. con. ca.52. & 55. ad

SVP. QVAES. X. Aliàs 69. Art. 3.

CONCL. Baptismus habet virtutem auferendi pęnalitates pręsentis vitæ: non tamen eas aufert in præsenti vita: sed virtute eius auferentur à iustis in resurrectione, quando mortale hoc induet immor-

## ARTICVLVS III.

*Vtrum per baptismum debeat auferri pęnalitates præsentis vitæ.*

AD TERTIVM sic proceditur, Videtur quòd per baptismum debeãt auferri pęnalitates præsentis vitæ. Vt enim Apost. dicit Ro. 5. Donũ Christi potentius est, quam peccatum Adæ: sed per peccatum Adæ (vt ibidẽ Apostolus dicit) mors in hunc mundum intrauit, & per consequens omnes aliæ pœnalitates præsentis vitæ. ergo multo magis p donum Christi, quod in baptismo percipitur, non a pœnalitatibus præsentis vitæ debet liberari.

¶ 2 Præt. Baptismus aufert, & culpã originalem, & actualem, sicut supra dictum est: sic autem aufert actualẽ culpam, quòd liberat ab omni reatu pœna consequente actualem culpam: ergo etiam liberat a pœnalitatibus præsentis vitæ, quæ sunt pœna originalis peccati.

mortalitatem.

¶ PROB. 1. Quia conueniens est, vt in homine, qui per baptismum incorporatur Christo, fiat id, quod in suo capite Christo factum est. Secundò quia hoc, q̃ dicitur in conclusione, cõueniens est fieri propter spirituale exercitium ad coronam victoriæ assequendam. Tertiò quia hoc est conueniens fieri, ne homines

25. Et 29. &c. 59. & quol.6.artic. 15.

præ-

¶ 3 Præt. Remota causa † remouetur effectus: sed causa harum pœnalitatum est peccatũ originale, quod tollitur per baptismum. ergo nõ debent huiusmodi pœnalitates remanere.

SED CONTRA est, quòd super illud Rom. 6. Destruatur corpus peccati, dicit gl.* Per baptismum id agitur, vt vetus homo crucifigatur, & corpus peccati destruatur, non ita vt in ipso, viuente carnis concupiscentia respersa, & innata, repente absumatur, & non sit: sed ne obsit mortuo, quæ inerat nato. ergo pari ratione, nec aliæ pœnalitates per baptismum tolluntur.

RESP. Dicendum, quòd baptismus habet virtutem auferendi pœnalitates præsentis vitæ, non tamen eas aufert in præsenti vita: sed eius virtute auferentur a iustis in resurrectione, quando mortale hoc induet immortalitatem, vt dicitur primæ Cor. 15. Et hoc rationabiliter, primo quidem: quia per baptismum homo incorporatur Christo, & efficitur membrum eius, ut supra dictum est:* & ideo conueniens est, ut id agatur in membro incorporato, quod est actũ in capite. Christus autem a principio suæ conceptionis fuit plenus gratia, & veritate: habuit tamen corpus passibile, quod post passionem, & mortem est ad vitam gloriosam resuscitatum. vnde, & Christianus in baptismo gratiam consequitur, quantum ad animam: habet tamen corpus passibile, in quo pro Christo possit pati, sed tandem resuscitabitur ad impassibilem vitam. vnde Apost. dicit Roman. 8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit, & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis, & infra eodem, hæredes quidẽ Dei cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & simul glorificemur. Secundo hoc est conueniens, propter spiritale exercitium, vt videlicet concupiscentiã, & alias passibilitates pugnans homo, victoriæ coronam acciperet vnde super illud Rom. 6. Vt destruatur corpus peccati, dicit glo.* Si post baptismum vixerit homo in carne, habet concupiscentiam cum qua pugnet, eamque adiuuante Deo superet: in cuius figuram dicitur Iudic. 3. Hæ sunt gentes, quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, & postea discerent filii eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi. Tertio hoc fuit conueniens, ne homines ad baptismum accederent propter impassibilitatem præsentis vitæ, & non propter gloriam vitæ æternæ. vnde, & Apostolus dicit primæ Corint. 15. Si in hac vita tantum sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (sicut glo. dicit Rom. 6. Super illud, Vt vltra non seruiamus peccato) sicut aliquis capiẽs hostem atrocissimum, non statim interficit eum, sed patitur eum cum dedecore, & dolore aliquantulum viuere ita, & Christus pœnam prius alligauit, in futuro autem perimet.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut ibidem dicit glo.* duplex est pœna peccati, gehennalis, & temporalis. Gehennalem prorsus deleuit Christus, ut eam non sentiant baptizati, & vere pœnitentes: temporalẽ vero nondum penitus tulit: manet enim fames, sitis & mors, & huiusmodi: sed regnum, & dominium eius deiecit, ut s. hoc homo non timeat, & tandem in nouissimo eandem penitus exterminabit.

AD TERTIVM dicendum, quòd (sicut in secunda parte dictum est*) peccatum originale hoc modo processit, quòd primo persona infecit naturam, postmodum vero natura infecit personam. Christus vero conuerso ordine prius reparat, id quod personæ est, & postmodum simul in omnibus reparabit, id, quod naturæ est: & ideo culpam originalis peccati, & etiam pœnam carentiæ visionis diuinæ, quæ respiciunt personã, statim per baptismum tollit ab homine: sed pœnalitates præsentis vitæ (sicut mors, fames, sitis, & alia huiusmodi) respiciunt naturam, ex cuius principiis causantur, prout est destituta originali iustitia: & ideo isti defectus non tollentur, nisi in vltima reparatione naturæ, per resurrectionem gloriosam.

AR-

---

præpostera intentione baptizarentur (ut de his tribus medijs per ordinem declaratur in tex.)

**1m de conclusione.** Debet liberari. ℞. In futuro. §. Tunc nihil &c. Nam & artic. conclusio dicit ly in resurrectione, &c.

**2m de minori.** Pœnæ. ℞ Gehennalis. §. Tunc nihil &c. Nam pœnalitates, de quibus loquitur articuli cõclusio, sunt temporales. Harum verò dominiũ, & regnũ Christus deiecit, ut scilicet hoc homo non, &c. ut in tex. Rationem, quare homo non debeat, munere Christi, timere pœnalitates huius vitę (ut dicit textus ille) cognoscas ex dictis in corp.

**3m de maiori.** Remota causa. ℞. Secũdum quòd remota est. §. Hoc est. Si causa, quãtum ad omnia est remota; tunc etiam effectus, quantum ad omnia, remouetur. si autẽ causa, quantum ad aliqua tantum, est remota; tunc similiter & effectus, quantum ad aliqua solùm, remouetur. Tunc nih &c. Nam Christus ordine tali remouit causam pœnalitatum. i. peccatum originale, quòd prius reparat id, quod personæ est; & postmodum simul in &c. vt in tex. Ex quo dic formaliter; quòd causa. i. ipsum originale, quantum ad omnia, non est pro nunc remotum: & ideo non mirum, immo & necessarium est, quòd etiam eius effectus, quantum ad omnia, non sit pro nunc remotus. Oportet ergo propter hoc: quòd pœnalitates in præsenti remaneant.

APPENDIX.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis, & concilio; quòd per baptismum non debuerunt auferri pœnalitates præsentis vitæ. A scripturis quidem, ut per illud Ro. 6. adiuncta gl. secundum quòd cum discursu ponitur in argum. contr. Vbi ly nè obsit, tenetur figuratè, per illam s. figuram: quæ minus dicendo significat plus. Vult enim ibi significare textus; quòd concupiscentia illa non tantum non obest baptizatis, sed etiam prodest; inquantum. s. est materia exercendæ virtutis, & adipiscendæ coronæ æternæ ipsis baptizatis, vt sic. i. quatenus secundum promissionem factam in baptismo viuunt, & viriliter certant. Ibi etiam nota ly ergo pari rõne nec aliæ pœnalitates per baptismum tolluntur. Qđ. n. concludendum fm exigentiã quæsiti expectabatur, quòd pœnalitates non debent per baptismum tolli, aut (quod in idem redit) quòd pœnalitates per baptismum conuenienter non tollantur: tunc concluditur simpliciter, quòd huiusmodi pœnalitates p baptismum non tolluntur. Patet vtique ad sensum hoc. s. quòd pœnalitates tales per baptismum non tolluntur; & ideo ex hac etiam parte videtur sanctus doctor frustra laborasse, annitẽdo videlicet ad probandum id, quod patet expresse. Vitio enim & hoc datur iuxta illud tritissimum, quod patet expresse, non est pbare necesse. Sciendum igitur; quòd aliud in verbis præfert, aliud in sensu continet, conclusio prædicta. s. ergo nec aliæ pœnalitates p baptismum tolluntur. Si ad uerba superficietenus inspiciatur, sequuntur illa duo absurda, quæ dicta sunt; videlicet quòd extra quæsiti exigentiam concludat, & quòd frustra laboret: si autem sensus sub verbis illis inclusus attendatur (quod hic, & in similibus, fecit. Diuus Thomas) concluditur optime in titulo quæsitum. Est enim ibi sensus: quòd nec aliæ pœnalitates p baptismum debuerũt tolli, seu quòd conuenienter non tolluntur, idest quòd conueniens fuit, vt nõ tollerentur. Pro quo sciendum uniuersaliter est: quòd in factione rerũ a Deo idẽ est dicere, istę res factę sunt a Deo, & dicere, istæ cõuenienter ab ipso factæ sunt. Impossibile siquidem omnino est, quod aliquid a Deo, qui est infinita sapientia fiat, & quòd illud, vt a Deo pendet, non conuenienter fiat. Vide pro huius ampliori notitia 3. de salu. quæstione 55. articu. quarto, cum inibi citatis. Quia igitur illa, quæ per baptismum fiunt, a Deo baptismi institutore specialiter fiunt; icc irco de necessitate conuenienter omnia illa fiunt. (Quod & de cæteris omnibus sacramentis eadem ratione verificatur:) ita ut verissime dicamus. Per baptismum tollitur omnis culpa, ar. 1. omnis reatus peccati, ar. 2. fit incorporatio ad Christum, illuminatio, fæcundatio, ar. 5. conferuntur gratia & virtutes ar. 4. etiam pueris, ar. 6. aperitur ianua cœlestis, ar. 7. pœnalitates vitæ præsentis non tolluntur, ar. hoc 3. ergo singula ista per baptismum conuenienter fiunt: pariterq; singulatim æquipollent hæc, scilicet istud fit, uel non fit, per baptismum, & istud conuenienter fit, vel non fit, per baptismum. Ecce: quot & quanta virtualiter docuit textus, in ly ergo nec aliæ pœnalitates per baptismum tolluntur. A Concilio autem Trid. idipsum in principio positum insinuatur sess. quinta. Decret. de pecc. orig. circa fin. Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc sancta synodus

fatetur,

---

† Ar. 1. huius q.

* est gl. August. lib. 1. de baptis. paruul. ca. 39. inter prin. & mediũ to. 1.

* q. 68. art. 5. ad 1. & art. præc.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* Est Aug. lib. 1. de baptis. paru. c. 39. circa princ. to. 7.

* Gl. Ord. super illud ad Ro. 6. homo noster simul crucifixus.

* 1. 2. q. 8. art. 1.

fateтur, & sentit: quæ; cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed viriliter per Christi IESVM gratiam repugnantibus, non ualet; quinimò, qui legitime certauerit, coronabitur. Hæc ibi. Pro quorum clariori accommodatione ad præmissa, recole conclusionem illam. s. ergo pari ratione nec aliæ pœnalitates per baptismum tolluntur. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

S. Bon. 4. s. d. 4. q. 3. art. 2. Rich. 4. s. d. 4. q. 1. ar. 1. Scot. 4. s. d. 1. q. 1. Sot. 4. s. d. 5. q. 1. art. 4.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum per baptismum conferantur homini gratia & uirtutes.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd per baptismum non conferantur homini gratia, & uirtutes: quia sicut supra dictum est, * sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant: sed per ablutioné baptismi significatur emundatio animæ a culpa, non autem informatio animæ per gratiam, & uirtutes, uidetur igitur, quòd per baptismum non conferantur homini gratia, & uirtutes.

¶ 2 Præt. Illud, quod iam aliquis adeptus est, non indiget iterum suscipere sed aliqui accedunt ad baptismum, iam habentes gratiam, & uirtutes: sicut Act. 10. legitur, uir quidam erat in Cæsarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur Italica, religiosus, & timens deũ: qui tamen postea à Petro baptizatus est. non ergo per baptismum cõferuntur gratia, & uirtutes.

¶ 3 Præt. Virtus est habitus, ad cuius rationem pertinet, quòd sit qualitas difficile mobilis, per quam aliquis faciliter, & delectabiliter operetur: sed post baptismum remanet in hominibus pronitas ad malum, per quod tollitur uirtus, & consequitur difficultatem quis ad bonum, quod est actus uirtutis. ergo per baptismum nõ consequitur homo gratiam, & uirtutes.

SED CONTRA est, quòd ad Titum 3. dicit Apostolus, saluos nos fecit per lauacrum regenerationis (idest per baptismum), & renouationis Spiritussancti, quem effundit in nos abunde, idest, ad remissionem peccatorum, & copiam uirtutum, ut gloss. * ibi exponit. sic ergo in baptismo datur gratia Spiritussancti, & copia uirtutum.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ (sicut Ang. * dicit in lib. de Baptis. paruulorum) ad hoc baptismus ualet, ut baptizati Christo incorporentur, ut membra eius. A capite autem Christo, in omnia mẽbra eius; gratiæ, & uirtutis plenitudo deriuatur, secundum illud Ios. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. unde manifestum est, ꝙ per baptismum aliquis consequitur gratiam, & uirtutes.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut aqua baptismi per suam ablutionem significat emundationẽ culpæ, & per suum refrigerium significat liberationem a pœna; ita per naturalem claritatem significat splendorem gratiæ, & uirtutum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ (sicut dictum est) quòd remissionẽ peccatorum aliquis consequitur ante baptismum, secundum quòd habet baptismum in uoto, vel explicite, uel implicite: & tamen cum realiter suscipit baptismum, fit plenior remissio quantum ad liberationem a tota pœna; ita etiam ante baptismũ Cornelius, & alii similes consequuntur gratiam, & uirtutes, per fidem Christi, & desiderium baptismi implicite, uel explicite, postmodum tamen in baptismo maiorem copiam gratiæ, & uirtutum consequuntur: vnde super illud Ps. 22. Super aquam refectionis educauit me, dicit gloss. * Per augmentum virtutis, & bonæ operationis educauit in baptismo.

AD TERTIVM dicendum, quòd difficultas ad bonum, & pronitas ad malum, inueniuntur in baptizatis, non propter defectum habitus uirtutum: sed propter concupiscentiam, quæ non tollitur in baptismo: sicut tamen per baptismũ diminuitur concupiscentia, ut non dominetur, ita etiam diminuitur utrumque dictorum, * ne homo ab his superetur.

Infr. q. 71. ar. 3. c. 1. & 4. d. 3. ar. 1 q. 34. & q. 3. ar. 2. q. 2. ad 2. et d. 4. q. 1. ar. 2. q. 2. et d. 9. art. 1. q. 2. corp. Et d. 18. q. 1. ar. 3. q. 3. cor. * q 60. art. 2. & 62. ar. 3. & q. pc. ar. 2.

* Li. 1. c. 26. a med. t. 7.

* q. 68. ar. 2

* ex gl. interli. colligitur, ibid.

* gl. interl. ibid.

* In ista solus.

### SVP. QVAEST. X. Aliàs 69. Art. IIII.

398

CONCL. Per baptismum aliquis consequitur gratiam, & virtutes.

¶ PROB. Quia per baptismum fit homo membrum Christi (ut patet ex August.) & Christus influit gratiã atque virtutes in omnia membra sua (ut patet ex Ioan. 3.)

¶ NOT. Huius propositionis hypotheticę secunda chategorica. s. Christus influit, &c. cõfirmatur ex Concilio Triden. sess. sexta, c. 16. Christus IESVS, tanquàm caput in mẽbra, & tanquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter virtute influit: quæ virtus bona eorum opera semp antecedit, comitatur, & subsequitur: & sine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria esse possent. Hæc ibi. Ex quibus declara in textu ly gratiam, atque virtutes, quid. s. importent.

1^m de minori. Per ablutionem baptismi non significatur informatio animæ p gratiam & virtutes. ℞. Negatur. Nã aqua abluẽs habet naturaliter claritatem (ut patet): sicut & naturaliter refrigerat. In ablutionis ergo nomine implicant̃ tria, scilicet ablutio ipsa, claritas naturalis, & refrigerium. Ablutione igitur (sic indistinctè loquendo, ut argumentum facit) significatur, & emundatio a culpa, & informatio per gratiam, & liberatio a pœna: licet (formaliter loquendo) ablutione ipsa, ut ablutio est, significetur tantum emundatio illa: &, ut naturalem claritatem habens, informatio illa; &, vt refrigerans, liberatio prædicta. Et hoc est: quod textus dicit; sicut aqua baptismi per &c.

2^m de maiori. Iterũ suscipere. ℞. Eo penitus modo, seu gradu; quo antea suscepit. §. Tunc nih &c. Nam sicut remissionem peccatorum aliquis, &c. vt in tex.

3^m illatio conclusionis. Ergo per baptismum &c. ℞. Negatur illatio. § Procedit. n. ex præmissis in fallacia secundum non causam, ut causam, peccantibus. Nam putat, quòd pronitas ad malum, & difficultas ad bonum proueniat ex hac causa. s. ex carentia seu negatione habitus uirtutum in baptizato: & tamen re vera prouenit ex alia causa. s. ex concupiscentia habituali. 1 2. quæst. 82. artic. 3. 4. remanente in ipso. Hæc sunt; quæ virtualiter dixit responsalis textus: Difficultas ad bonum, & pronitas, &c. Ex quo patet: quòd concupiscentia illa in baptizatis est cum freno; & in nõ baptizatis est sine freno. s. gratiæ & virtutũ. Vnde etiam uel mediocriter considerantis patet: quòd concupiscentia illa in baptizatis nõ est uere peccatum (qđ tamen est in non baptizatis); alioquin non staret simul cum gratia, & virtutibus gratuitis. i. gratiam ipsam consequentibus. Peccatum siquidem mortale, qđ vtique esset illa concupiscentia, si esset verè peccatum, non potest manere cũ gratia. Nec his ex textu habitis obstat Apostolus per hoc, quòd Rom. septimo, concupiscentiam prędictam uocat peccatum: quoniam nomine peccati intelligit ibi solum id, quod & nascitur ex peccato, & inclinat ad peccatum. Quia ergo concupiscentia illa in baptizatis, licet in eis non sit formaliter peccatum, nata est ex peccato, & ad peccatũ inclinat (ut etiam ex ipso Rom. 7. contextu habetur:) ideo i sensu hoc potest dici peccatum. Vide Concilium Trid. sess. 5. Decret. de pec. orig. fin.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim quorundam (ut refert Directoriũ Inquisit. 2. par. quæstione septima,) dicentium; quòd non conferuntur per baptismum gratia, & uirtutes. Secũdò habes: quomodo per rationem ostendas, illam meritò damnari a dictis in quæst. 3. artic. 1. appen. Ex eo namque, quòd sacramenta nouæ legis conferunt gratiam, sequitur manifeste: quòd baptismus, cum indubitanter sit sacramentum nouæ legis. quæst. 6. art. 1. conferat gratiam: & cum gratia non fit sine uirtutibus. 1. 2. quæst. 65. artic. tertio, quinto, & quæst. 110. articu. tertio, quarto, sequitur, ꝙ conferat etiam uirtutes: ideoque ex quibus scripturis, cõciliis &c. damnatur unum, scilicet dictum contra uim sacramentorum, damnatur simul & aliud. s. dictum specialiter contra vim baptismi. Item a Clemente Quinto in Concilio Viennensi Baptisma unicum omnes baptizatos in Christo regenerans est ab omnibus fideliter confitendum. Quod celebratum in aqua, in nomine Patris, & Filij & Spiritussancti credimus esse perfectum remediũ ad salutem. Hæc in lib. Clement. tit. de sum. trin. & fid. cath. Non enim esset remedium tale, scilicet perfectum; nisi conferret gratiam cum suis uirtutibus. Item ab Apostolo ad Titum cap. 3. ut cum expositione glossæ ponitur in argum. contr. Tertiò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Bar. 4. s. d 6. q. 1. art. 3.

SVPER QVAEST. X. Aliàs 69. Art. v.

CONCL. Baptizati & incorporantur Christo, tanquàm membra eius; & illuminantur a Christo circa cognitionem veritatis, & fęcundantur ab ipso fęcunditate bonorum operum per gratiæ infusionem.

¶ PROB. Quia per baptismum regeneratur quis in spiritualem vitam (ut habetur ex Galat. 2.) & vita spiritualis non est nisi per vnitionem alicuius ad Christũ, tãquàm membri ad caput (ut patet a simili de vita corporali, quæ non est nisi membrorum corporeorũ capiti corporeo vnitorum). Secunda verò pars, scilicet & illuminantur, &c. probatur. Quiá a capite spirituali, s. a Christo, ad membra eius spiritualia deriuatur sensus spiritualis (ut patet tum Ioan. 1. Vidimus eum plenum veritatis, & de plenitudine eius accepimus; tum a simili, quòd s. a capite corporali ad eius mẽbra corporalia deriuatur sensus corporalis): & sensus spiritualis consistit in cognitione veritatis (ut de se patet). Tertia autẽ pars, scilicet & fœcundantur &c. probatur. Quia a capite spirituali, idest a Christo, ad membra eius spiritualia deriuatur motus spiritualis (ut patet tum Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ, & de plenitudine eius accepimus: tum a simili, quod s. a capite corporali ad eius membra corporalia deriuatur motus corporalis): & motus spiritualis est per gratiæ instinctum, idest consistit in bonorum operũ productione gratia informatorũ.

75 4 d. 4. q. 2. arti. 2. q. 3. 4. & 5. Et dist. 5. q. 2. arti. 1. q. 3. cor. & ad 1. Et a. 5. q. 1. cor. Et dis. 18. q. 1. ar. 1. q. 1. ad 1. Et quol. 6. art. 4.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum conuenienter attribuantur baptismo quidam actus virtutum.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter attribuantur baptismo pro effectibus quidam actus virtutum. s. incorporatio ad Christum illuminatio, & fęcundatio, non enim baptismus datur adulto, nisi fideli, secundum illud Mar. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: sed per fidem aliquis incorporatur Christo, secundum illud Ephes. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. ergo nullus baptizatur, nisi iam Christo incorporatus. non ergo est effectus baptismi incorporari Christo.

¶ 2 Præt. Illuminatio fit per doctrinam, secundum illud Ephes. 3. Mihi omnium sanctorũ minimo data est gratia hæc, illuminare omnes, &c. sed doctrina pręcedit baptismum in cathechismo. non est ergo effectus baptismi.

¶ 3 Præt. Fœcunditas pertinet ad generationem actiuam: sed per baptismũ aliquis generatur spiritualiter. ergo fœcunditas non est effectus baptismi.

SED CONTRA est, quòd Aug.* dicit in li. de Baptismo paruulorum, quòd ad hoc valet baptismus, ut baptizati Christo incorporentur. Dio.* etiam 2. c. eccl. hier. illuminationem attribuit baptismo, & super illud Psal. 22. super aquam refectionis, dicit gl. quòd anima peccatorum ariditate sterilis, fœcundatur per baptismum.

* li. 1. c. 26. a med. t. 7. * c. 2. eccl. hier. par. 1. & 2. est gl. Cassiod. super hũc locum Psal. 22.

RESPON. Dicendum, quòd per baptismum aliquis regeneratur in spiritualem vitam, quæ est propria fidelium Christi, sicut Apostolus dicit Gal. 2. Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei. vita autem non est, nisi membrorum capiti vnitorum, a quo sensum, & motum suscipiunt: & ideo necesse est, quòd per baptismum aliquis incorporetur Christo, quasi membrum ipsius: sicut autem a capite naturali deriuatur ad membra sensus, & motus, ita a capite spirituali, quod est Christus, deriuatur ad membra eius, sensus spiritualis, qui consistit in cognitione veritatis, & motus spiritualis, qui est per gratię instinctum. vnde Io. 1. dicitur, vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. & ideo consequens est, quòd baptizati illuminentur a Christo circa cognitionem veritatis, & fęcundentur ab eo fęcunditate bonorum operum per gratiæ infusionem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd adulti prius credentes in Christum, sunt ei incorporati mentaliter: sed postmodum cum baptizantur, incorporantur ei quodammodo corporaliter, s. per visibile sacramentum, sine cuius proposito nec mentaliter incorporati potuissent.

AD SECVNDVM dicendum, q doctor illuminat exterius per ministerium, catechizando: sed Deus illuminat interius baptizatos, præparans corda eorum ad recipiendũ doctrinam veritatis, secundum illud Ioan. 6. Est scriptum in prophetis, erunt omnes docibiles Dei.

AD TERTIVM dicendum, q effectus baptismi ponitur fęcunditas, qua aliquis producit bona opera: non autem fœcunditas, qua aliquis generat alios in Christo, sicut Apostolus dicit 1. ad Corint. quarto. In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.

AR-

1m de conclusione prima. Incorporatus ℞ Mentaliter. §. Tunc ni. &c. Nam incorporatio illa mentalis ad Christum non est facta sine voto baptismi; quamuis sit facta ante actualem susceptionem baptismi: per quem actualiter susceptum fit etiam quodammodo corporalis (ut declaratur in tex.) incorporatio ad ipsum. Incorporatio igitur ad Christum & mẽtalis, & corporalis, est baptismi effectus: mentalis quidem baptismi in voto suscepti, corporalis autem baptismi in actu recepti.

2m de maiori. Illuminatio. ℞. Exterior. §. De qua intelligitur & illud Eph. 3. & minor de catechismo. Tunc nih. &c. Nam articuli conclusio loquitur de illuminatione interiori, qua s. Deus interius illuminat: ut patet ex eiusdem conclusionis verbis ly illuminãtur a Christo circa cognitionem veritatis. Sed nec illa exterior illuminatio per doctrinã catechismi proficeret ad salutem hominis baptizandi sine ista illuminatione interiori; quam per baptismum in voto habet cathecuminus, antequàm actualiter baptizetur. (Vide ad primum.) Immo homini tali sine interiori illuminatione doctrina ipsa catechismi videretur stultum quid; iuxta illud. 1. Cor 2. Animalis homo (idest sine illuminatione interiori. De qua Ioan. 6. vt in text.) non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei; stultitia. n. est illi, & non potest intelligere: Vnde licet homo a doctore illuminante exterius per ministerium cathetizando audiat: tamen, quòd recte intelligat, intus datur; intus coruscat, intus reuelatur.

3m de conclusione. Ergo fęcunditas. ℞. Quia aliquis generat alios. §. Tunc nihil, &cæ. Nam articuli conclusio loquitur de fœcunditate in alio sensu. s. qua homo producit bona opera: ut patet ex ipsius conclusionis verbis ly & fœcundant fęcunditate bonorũ operum.

¶ EVAM. Ly qua aliquis pducit bona opera. Scilicet productione saltem votiua gratię sibi per baptismum infusæ. Hanc intelligentiã innuebat & textus cõclusionis articuli per ly fœcunditate bonorum operum per gratiæ infusionem. Ac si aperte dixisset. Fœcunditate bonorum operũ gratiam infusam indiui dualiter concomitantium. Pro cuius textus intimiori notitia aduerte præsuppositum a sancto doctore, quòd scilicet omnis res hẽt suam inclinationẽ ad aliqd; quæ dicitur pondus, Sapien. 11. Omnia in numero, pondere, & mensura constituit: secundum quòd declarat idẽ sanctus in pri. par. q. 5. art. 5. Cum igitur gratia sit quædam res; habebit & ipsa necessario inclinationẽ ad aliqd. Hoc autem aliqd, sunt bona opera. Vnde sicut impossibile est, rem grauem non habere inclinationem ad locũ deorsum; & leuem ad locũ sursum; etiam dum propter aliqđ impedimentum actu executorio, & illa non descendit, & ista non ascendit: ita impossibile est, q gratiam viatorum non habere inclinationem ad opera bona facienda, etiam dum propter aliquod impedimentum actu executorio non facit ipsa opera. In quo sensu & B. Greg. Hom. 30. sup. Ioan. tanquàm doctrinam præsentem confirmans, inquit. Nunquàm amor Dei est ociosus. Operatur etenim magna, si est; si autem operari renuit, amor non est. Gratia ergo, secundum B. Greg. cum & ipsa sit amor Dei, licet non personalis (ut Spiritussanctus) numquàm est ociosa: quia secum portat semper suam inclinationem ad operandũ magna. i. bona; quæ sola sunt opera magna. Porrò inclinatio illa gratiæ dicitur votum gratiæ; & meritò quidem: quoniam votum nominat desiderium quoddam, & inclinatio rei ad aliquid, est quoddam rei naturale desiderium ad illud. De quocumq; igitur habente gratiam verificatur in hoc sensu, quòd producit bona opera, seu (quod in idem redit) quòd fœcunditate bonorum operum fœcundatus est. Hinc vere dicimus, puerulum nouiter baptizatum habere bona opera; & si moriatur, saluari propter bona gratiæ opera. idem dicimus de adulto tunc baptizato, statimque moriente: id qđ & de latrone a dextris crucifixo, etiam cum esset in gratia, verificatur. Nec obstat his, quod tales opera bona de facto executi non sunt: quoniam hoc fuit non propter defectum voti gratiæ, sed propter impedimentum; siue illud fuerit carentia usus liberi arbitrij (ut in pueris) siue penuria temporis (ut in adulto illo, atq; latrone). Votum. n. gratiæ exit in actũ executionis, non quomodocũq; sed

sed data facultate: vnde nec potest dici vanum, nisi data facultate renuat exequi opera. Textus itaque verificatur vniuersaliter de omnibus: quando dicit; quòd baptizatus producit bona opera, quod bonorum operum fœcunditas est effectus baptismi, seu quod homines per baptismum fœcundantur bonis operibus. Specialiter autem attribuit fœcundationem talem baptismo: quia & primò, & copiosius (inquantum.s. totam culpam, totamque pœnam, tollit) gratia confertur in baptismo: id quod non sic verificatur de alijs sacramentis. Non ergo ad verificandum textum illum requiritur, quòd baptizati omnes tunc mox exequantur opera bona: sed sufficit, quòd tempore opportuno votum prædictum bonorum operum in executione ponant.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Lucæ Sternberger impijssime dicentis: quòd baptismate intincti non nisi ad tartarum, & sempiternam damnationem baptizantur. Articulus enim præsens, cũ baptizatos & incorporari Christo, & illuminari a Christo, & fœcundari a Christo, qui est uera beatitudo, demonstret, directè impugnat, expugnatque prædictam hæresim. Quæ.n. conuentio Christi ad Belial? Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? 1. Cor. 6. Hoc est, in proposito. Si (ut uerum est) Christo, qui est iustitia & ipsa lux, homines per baptismum tanto amicitiarum glutino coniunguntur: quo nam pacto fieri potest, ut non nisi ad tartarum & sempiternam damnationem, loca vtique Belial iniquitatis ac tenebrarum, baptizentur illi, qui baptizantur? Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, eam meritò damnari a dictis in multis appendicibus supra & in hac, & in alijs quæstionibus. Item a Marc. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Item a Galat. 3. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Quod est incorporari Christo. Item ab Apostolo ad Titũ cap. 2. Vt mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Quid autem intelligat per ly mundaret, aperit in ad Eph. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Hoc est. In baptismo dato in nomine Patris, & Filij & Spiritussancti. Per baptismum ergo, secundum Apostolum, homines fiunt acceptabiles Christo, & sectatores bonorum operum (quod est illa fœcunditas; de qua in conclusione). Item a Rom. 6. Consepulti sumus cum Christo per baptismum in mortem: ut quomodo &c. ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et infra ad eosdem baptizatos dicit. Nunc verò liberati a peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem uerò uitam æternam. Item ab Eph. 5. Eratis aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino. Idest: uos ante baptismum spiritualiter cæci estis per baptismum illuminati. Quæ omnia (ut patet consideranti) pugnant contra tartarum, & sempiternam damnationem. Constat ergo ex prædictis: quòd homines per hoc, quòd baptizantur, a tartaro, & sempiterna damnatione, ubi prius per meritum infidelitatis erant, eripiuntur. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

*Sen. 4. d. 4. q. 2. art. 4.*

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum pueri in baptismo consequantur gratiam & virtutes.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd pueri in baptismo non consequantur gratiam, & uirtutes: Gratia enim & uirtutes nõ habentur sine fide, & charitate: sed fides, ut Aug. dicit, consistit in credentium uoluntate, similiter etiam charitas consistit in diligentium uoluntate: cuius usum pueri non habent, & sic non habent fidem, & charitatem ergo pueri in baptismo non recipiunt gratiã, & uirtutes.

¶ 2 Præ. super illud Io. 14. Maiora horum faciet dicit Aug. * quòd ex impio iustus fiat, in illo, sed non sine illo Christus operatur: sed puer cũ non habeat usum liberi arbitrii, non cooperatur Christo ad suam iustificationem: immo quandoque pro posse renititur. ergo non iustificatur per gratiam, & uirtutes.

¶ 3 Præt. Ro. 4. dicitur. Ei, qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, secundũ propositum gratiæ Dei: sed puer nõ est credens in eum, qui iustificat impium. ergo non consequitur gratiã iustificantem, neque virtutes.

¶ 4 Præt. Quod ex carnali intentione agitur, nõ videtur habere spiritualem effectum: sed quandoque pueri ad baptismum deferuntur carnali intentione, ut scilicet corporaliter sanentur. non ergo consequuntur spiritualem effectum gratiæ, & virtutum.

SED CONTRA est, quòd Aug. * dicit in Enchir. Paruuli renascendo moriuntur illi peccato, quod nascendo contraxerunt, ac per hoc ad illos etiam pertinet quod dicitur, Consepulti sumus cum illo per baptismũ in mortem (subditur autem) vt quomodo Christus surrexit a mortuis, per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: sed nouitas vitę est per gratiam, & virtutes, ergo pueri in baptismo gratiam, & virtutes consequuntur.

RESP. Dicendum, quòd quidam antiqui posuerunt, quod pueris in baptismo non dantur gratia, & virtutes, sed imprimitur eis character Christi, cuius virtute, cum ad perfectã ætatem venerint, consequuntur gratiam, & virtutes. Sed hoc patet esse falsum dupliciter. Primo quidem, quia pueri, sicut & adulti, in baptismo efficiũtur membra Christi, vnde necesse est, quòd a capite recipiant influxum gratiæ, & virtutis. Secundo, quia secundum hoc pueri decedentes post baptismum, non peruenerint ad vitam æternam: quia, ut dicitur Rom. 6. Gratia Dei est uita æterna: & ita non profuisset eis ad salutem, baptizatos fuisse. Causa autẽ erroris fuit, quia nescierunt distinguere inter habitum, & actum, & sic videntes pueros inhabiles ad actus virtutum, crediderunt eos post baptismum nullatenus virtutem habere: sed ista impotentia operandi, non accidit pueris ex defectu habituum, sed ex impedimento corporali: sicut etiam dormientes, quamuis habeant habitus virtutum, impediuntur tamen ab actibus propter somnum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fides, & charitas consistunt in voluntate hominum, ita tamen quòd habitus harum, & aliarum virtutum requirunt potentiam voluntatis, quæ est in pueris: sed actus virtutum requirunt actum voluntatis, qui non est in pueris. Et hoc modo Aug. * dicit lib. de baptismo paruulorum, quòd paruulum, etsi nondum illa fides, quæ in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum, quod scilicet causat habitum fidei, fidelem facit.

AD SECVNDVM dicendum, quòd (sicut Aug. dicit in lib. de Charitate) nemo ex aqua, & Spiritusancto renascitur nisi uolens, quod non de paruulis, sed de adultis intelligendum est. Et similiter de adultis intelligendum est, quòd homo a Christo sine ipso non iustificatur. Quòd autem paruuli baptizandi, prout viribus possunt, reluctantur non eis imputatur: quia intantum nesciunt quod faciunt, ut nec facere videantur: vt August. * dicit in lib. de præscientia Dei ad Dardanum.

AD TERTIVM dicendum, quòd (sicut Aug. dicit) paruulis mater ecclesia aliorum pedes accommodat, ut veniãt, aliorum cor ut credant, aliorum linguam ut fateantur, & ita pueri credunt, non per actum proprium, sed per fidem ecclesiæ, quæ eis communicatur, & huius fidei virtute conferuntur

Marginal notes: * Epist. 23. ad Bonif. nõ procul. a fin. to. 2. — * Epist. 57. post med. tom. 2. — * Enchir. ca. 52. ante med. to. 3. — * Epist. 23. non remote a fi. t. 2. — * Tra. 72. in Io. a med. to. 9.

## SVP. QVAEST. X. Aliàs 69. Art. VI.

76 22. q. 47. ar ti. 14. ad 3. & 4. dist. 4. q. 2. arti. 2. q. 1. Et dis. 27. q. 1. ar. 3. q. 2. cor. & ad 3. Et dist. 18. q. 1. arti. 3. q. 1. cor.

CONCL. In baptismo pueri gratiam cõsequunt & virtutes.

¶ PROB. Quia pueri & per baptismum efficiuntur membra Christi, & post baptismum morientes perueniunt ad vitam æternam.

¶ NOT. Hoc secundum in probatione dictum, atque ideo etiam primum, confirmatur ex Cõc. Floren. p hoc, quòd indistinctè tã de adultis, quàm de pueris, dicit. Baptizati morientes, antequàm culpam aliquam committant, statim ad Regnum cœlorum, & Dei visionem perueniunt. Hæc in Decret. de sacramentis, seu constitutio. sup. vnione Armenor.

### 1^m de minori.

Et sic non habent fidẽ, & charitatem. ℞. Negatur. §. Nam ad habendum fidem & charitatem, non requiritur necessario, quòd quis habeat usum uoluntatis; licet necessario requiratur, quòd habeat uoluntatem. Vnde Aug. tanquam hoc innuens non dicit, quòd fides & charitas consistant in usu uoluntatis; sed in uoluntate. Pueris ergo baptizatis sufficit habere, ut habent, potentiam uoluntatis ad hoc: quòd habeant fidem & charitatem.

### 2^m ex D. Aug.

Sed nõ fine illo. ℞. Qui est adultus. §. Tunc &c. vt de se patet, & in tex.

### 3^m de minori.

Puer non est credens. ℞. Per actum propriũ. §. Tunc

§. Tunc nihil &c. Sufficit enim puero ad iustificationem suij quòd credit per actum alterius. Et sic est in proposito. Nam paruulis mater ecclesia aliorum pedes accommodat, &c. ut in tex. Ex quo dic, quod illud Rom. 4. Si de adultis intelligatur, sumit ly credentis actu proprio; si uero de pueris, accipit pro credere per actum alterius applicatũ puero actu aliter baptizato.

feruntur eis gratia & virtutes.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ carnalis itẽtio deferentiũ pueros ad baptismũ, nihil eis nocet, sicut nec culpa unius nocet alteri nisi cõsentiat. vñ Aug.* dicit in epist. ad Bonif. non illud te moueat, quòd quidam non ea fide ad baptismũ percipiẽdũ paruulos ferũt, ut gr̃a sp̃ũali ad uitã regenerẽtur æternã: sed hoc eos putant remedio corporalem retinere, vel recipere sanitatẽ: non enim propterea illi nõ regenerantur, quia nõ ab istis hac intentione offeruntur.

* De cõse. dist. 4. cap. mater eccles. epist. 23. parum ante med. to. 2. Et l. 1. de pecca. mer. c. 25. in fi. to. 7.

## 4^ti de maiori.

Nõ videtur habere spiritualem effectum. ℞. Respectu eorum, qui ex carnali intentione illud agunt. §. Tunc nihil &c. Potest enim id, quod ab aliquo ex carnali intentione agitur, habere spiritualem effectum respectu eius; a quo ex carnali intentione nõ agitur. Et sic est in proposito. Nam carnalis intentio deferentium pueros, &c. vt in tex.

¶ Not. Maxime verò præsentis textus doctrina corroboratur ex illa authoritate. B. Augustini dicentis. Non sic communicatur culpa per alterius voluntatem; quemadmodum communicatur gratia per spiritussancti vnitatem. Hæc ille; vt recitatur, de consecr. dist. 4. cap. Quæris a me. Quòd si addideris dictum supra. q. 9. ar. 9. ad secundum, quòd s. tota ecclesia sanctorum offerre intelligitur puerum magis, quàm parentes propinqui, quandoque vel infideles, vel carnali intentione moti: tunc lucidiora tibi fient omnia.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem destruas errorem quorundam (ut refert Directorium Inquisitorũ 2. par. quæst. 7.) dicentium; quòd paruulis non conferuntur per baptismũ gratia & virtutes. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illum meritò damnari a D. Aug. & Rom. 6. consepulti &c. ut in argum. contr. Item a Papa Innocentio III. Absit; vt vniuersi paruuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur: quin & ipsis misericors De⁹, qui neminem vult perire, aliquod remedium procurauerit ad salutẽ. Hæc ille. Extr. de bapt. & ei. et. cap. maiores. Perirent. n. nec ad salutẽ eis prouisum de remedio fuisset; si per baptismum gratia Dei, qua & mors spiritualis tollitũ, & vita æterna acquiritur. Rom. 6. Ipsis per baptismum non conferretur. Item a Clemente V. in Concilio Vienensi. Nos attendentes generalem efficaciam mortis Christi, quæ per baptisma applicatur pariter omnibus baptizatis, opinionem secundam, quæ dicit, tam paruulis quàm adultis conferri in baptismo informantem gratiam & virtutes, tanquàm probabiliorem, & dictis sanctorum, & doctorum modernorum Theologiæ, magis consonam, & concordem, sacro approbante concilio, duximus eligendam. Hæc in lib. Clement. tit. de su. trin. & fid. cath. Item a Concilio Trident. sess. septima, de sacramentis cano. septimo. Si quis dixerit: non dari gratiam per huiusmodi sacramenta semper & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiam si rite ea suscipiant; sed aliquando, & aliquibus: anathema sit. Hæc ibi. Vbi nota ly omnibus; & quòd baptismus est sacramẽtum huiusmodi. i. nouæ legis, vt dicitur ibid. canon. 1. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confir.

---

*Alb. Mag. 4. d. 3. ar. 7.*
*Ferr. 4. cont c. 59.*
*Sot. 4. s. d. 6. q. 1. ar. 5.*

## ARTICVLVS VII.

### *Vtrum effectus baptismi sit apertio ianuæ regni cœlestis.*

Ad septimvm sic proceditur. Videtur quòd effectus baptismi nõ sit apertio ianuæ regni cœlestis. Illud. n. quod est apertum, non indiget apertione: sed ianua regni cœlestis est aperta per passionẽ Christi: vnde Apoc. 4. dicitur, Post hæc vidi ostium magnum apertum in cœlo. non est ergo effectus baptismi, apertio ianuæ regni cœlestis.

¶ 2 Præt. Baptismus omni tempore ex quo institutus fuit, habet suum effectum: sed quidam baptizati sunt baptismo Christi ante eius passionem, ut habetur Ioan. 3. quibus si tunc decessissent, introitus regni cœlestis nondum patebat, in quod nullus ante Christum introiuit secundum illud Mich. 2. Ascendit pandẽs iter ante eos. non est ergo effectus baptismi apertio regni cœlestis.

¶ 3 Præt. Baptizati adhuc sunt obnoxii morti, & aliis pœnalitatibus vitæ præsentis, vt supra dictum est,* sed nulli est apertus aditus regni cœlestis, quamdiu obnoxius est pœnæ: sicut patet de his, qui sunt in purgatorio. non ergo effectus baptismi est apertio ianuæ regni cœlestis.

Sed contra est, quòd super illud Luc. 3. Apertum est cœlum, dicit glo.* Bedæ virtus hic baptismatis ostẽditur, de quo quisque cum egreditur, regni cœlestis, & ianua aperitur.

Resp. dicendum, quòd aperire ianuam regni cœlestis, est amouere impedimentum, quo quis impeditur regnum cœleste introire. Hoc autem impedimentum est culpa, & reatus pœnæ. Ostensum est autem supra,* quòd per baptismum omnis culpa, & omnis reatus pœnæ tollitur. vnde consequens est, quòd effectus baptismi sit apertio ianuæ regni cœlestis.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ baptismus intantum aperit baptizato ianuam regni cœlestis, inquantum incorporat eum passioni Christi, virtutem eius homini applicãdo.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ qñ passio Christi nondũ erat realiter perfecta, sed solum in fide credẽtiũ, baptismus proportionaliter causabat ianuæ apertionem, non quidem in re, sed in spe: baptizati enim tunc decedentes, ex certa spe introitum regni cœlestis expectabant.

Ad tertivm dicendum, ꝙ baptizatus non est obnoxius morti, & pœnalitatibus vitæ præsentis, pp reatum personæ, sed propter statum naturæ: & ideo propter hoc non impeditur ab introitu regni cœlestis, quando anima separatur a corpore per mortem, quasi iam persoluto eo, quod naturæ debebatur.

* 4. di. 3. art. 1. q. 3. Et 4. dist. 4. q. 2. arti. 2. q. 6. Et 4. cõ. c. 59. & lo. 3. le. 1. 6.

* ar. 3. huius q.

* Beda Luce 3. in ca. 10. secundum suum ord. to. 2.

* artic 1 & 2. huius q.

SVP. QVAES. X. Aliàs 69. Art. VII.

77

Concl. Effectus baptismi est apertio ianuæ regni cœlestis.

¶ Prob. Quia p baptismum omnis culpa, omnisque reatus pęnę tollitur. artic. 1. 2. & hoc erat impedimentũ intrandi in regnum cœleste.

## 1^m maior.

Illud, qđ est apertum, non indiget apertione. ℞. Considerata in se: Indiget tamẽ apertione considerata per respectum ad hũc. §. Hoc est. Non indiget apertione, secũdum ꝙ apertum est: sed indiget apertione, secundum ꝙ apertum non est. Tunc nihil &c. Licet. n. p passionẽ Christi ianua cœlestis in se fuerit aperta (ut dicit minor) considerando. s. quòd passione illa solutum est precium ualidum, immo & validissimum, ad tollendam omnem tũ culpam, tùm pœnam cuiuscumque: non tñ fuit aperta huic specialiter, ita ꝙ iste ingrediatur cœlum, nisi per sacramentum baptismi præ dicta passio applicetur huic. In uno ergo sensu dicitur in se per passionem aperta, inquantum uniuersaliter omnibus quærentibus ingressum patet: sed per baptismum dicitur aperiri in alio sensu, inquantum. s. iste baptizatus per ianuam illam olim patentem nunc primo incipit ingredi regnum cœleste. Baptismus itaque intantum aperit baptizato ianuam &c. vt in tex. Pro cuius pleniori captu vide 3. de sal. q. 48. arti 6. ad secundum, & q. 49. art. 3. ad primũ, & (melius.) quæstione 52. articu. primo, ad secundum.

## 2^m de maiori.

Habet. ℞. Vel in spe certa, vel etiam in re. §. Tunc &c. Nam, quãdo passio Christi nondum erat realiter, &c. ut in text. Quem & plenius intelliges ex consideratione. q. 3. artic. 5. Quia enim baptismus habet virtutem suam ex passione Christi, cõsequẽs est: quòd iuxta realitatem ipsius passionis datam, uel non datam, sic & sic operetur.

## 3^m de minori.

Pœnæ. ℞. Debitæ propter reatum personæ. §. Vt est de illis, q sunt in purgatorio; ut patet in Addition. q. 69. ar. 7. Tunc nihil &c. Nã baptizatus non est obnoxius morti & pœnalitatibus, &c. vt in tex. Cuius ly iam persoluto eo, quod naturæ debebat, intelligitur merito passionis Christi iam realiter peractæ. Cuius etiam textus doctrina confirmatur ex Leone X. per hoc, quòd in bulla sua damnat hunc errorem Lutheri scilicet, Fomes, etiam si nullum adsit actuale peccatum, moratur exeuntem a corpore animam ab ingressu cœli. Nam & doctrina præsens pugnat contra illum ipsius errorem: ut patet consideranti. Contra quem errorem, & propterea ad huius textus fauorem, faciunt dicta in Addition. articulorum nume. 41.

cum

cum Elucid. Et dicta in veritatibus aureis super totam legem veterem, Deuter. 7. conclus. 6.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. Dei. 2

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim cuiusdam Augustini Boemi (vt refert Lindanus, Dubitantij in dialog. 2.) dicentis: Cœlum nondum esse reseratum, sed hominibus vsque ad extremum diem fore occlusum. Secundo habes quomodo per rationẽ ostendas, hanc meritò damnari a Luc. 3. vt cum expositione glossæ ponitur in argu. contr. Item a Papa Benedicto XI. & ab alijs dictis in Addition. articulorum nume. 291. cum Elucid. & in 1. 2. articulorum numero 19. cum Elucid. & in 2. de sal. q. 39. art. 5. item q. 49. art. 5. cũ Elucid. Item a Concilijs Florentino & Tridentino; vt recitantur hic sup. q. 9. art. 5. appen. Cœlum siquidem iam esse apertum testantur, qui cumque aliquos homines iam in actuali beatitudine ponunt. Quapropter etiam per hoc a tota ecclesia dãnatur per hoc: quòd de sanctis in cœlo regnãtibus festiuitates celebrat (ut patet in [illegible] eutario): adeo q̃ toties condemnat hæresim prædictam, quoties solennitatem hmõi de singulis facit. Non ergo solum uerbis, sed etiam factis ipsis, illam hæresim condemnauit, quotidieq; condẽnat, ecclesia catholica. Tertio vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 3

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN quæst. 69. primis septem art. nihil occurrit scribendum, nisi pro septimo articulo notandum, quòd aperire ianuam regni cœlestis, per se primo est effectus mortis Christi: attribuitur autem baptismo, eo quòd in sui institutione cœli aperti leguntur, & quia sacramentum est inchoans, quo ad vim obligatiuam a morte Christi, & quia sufficienter causat apertionẽ cœli cuilibet baptizato: dum tollit omnem culpam, & pœnam tam personæ, quàm naturæ, non statim assequendo totum suum effectum, sed tempore congruo: ita quòd (ut in art. 3. patet) sicut virtute baptismi auferentur a iustis in resurrectione omnes pœnalitates, ita virtute baptismi aperitur ianua cœlestis, tempore congruo exhibitura ingressum: & propterea baptizati ante mortem Christi, nõ nisi post Christi mortẽ ingressi sunt regnum cœlorum. Et hoc vocat Auctor hîc certam spem de introitu cœlesti, & in hoc præminebat baptizatus circumciso: circumcisio. n. nõ habebat virtutem tollendi omnem pœnalitatem, quam habet baptismus: quamuis etiam dici possit, q̃ baptismus ante mortem Christi: quia imperfectę configurabat mortẽ Christi, vtpote configurans Christo mortuo non in re, sed in fide, ita etiam imperfecte aperiebat cœlum: vt litera responsionis ad secundum sonat.

¶ Et hæc sint dicta pro dignitate baptismi, quantum enim spectat ad euentum, Christo mortuo, patuit ianua cœlestis tam baptizato quàm circunciso.

*S. Bon. 4. s. d. 4. q. 3. art. 1.*
*Scot. 4. s. d. 1 q. 7.*
*Rich. 4. s. d. 4. q. 3.*
*Marro. 4. s. d. 4. 5. q. 2.*
*Sot. 4. s. d. 6. q. 1. ar. 6.*
*Capr. 4. d. 5. q. 1. conc. 2.*

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum baptismus habeat in omnibus æqualem effectum.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd baptismus non habeat in omnibus æqualem effectum. Effectus enim baptismi est remotio culpæ: sed in quibusdam plura peccata tollit, quàm in alijs, nam in pueris tollit solum peccatum originale, in adultis autẽ etiam peccata actualia, in quibusdã plura, in quibusdam uero pauciora, non ergo æqualem effectum habet baptismus in omnibus.

¶ 2 Præt. Per baptismum conferuntur homini gratia, & uirtutes: sed quidam post baptismum uidentur habere maiorem gratiam, & perfectiorem uirtutem, quàm alii baptizati. non ergo baptismus habet æqualem effectum in omnibus.

¶ 3 Præt. Natura perficitur p gratiam, sicut materia per formam: sed forma recipitur in materia secundum eius capacitatem. cum ergo in quibusdam baptizatis etiam pueris, sit maior capacitas naturalium quàm in aliis, videtur quòd quidam maiorem gratiam consequantur, quàm alii.

¶ 4 Præt. Quidam in baptismo consequuntur non solum spiritualem salutem, sed etiam corporalem: sicut patet de Constantino, qui in baptismo mundatus est a lepra; non autem omnes infirmi corporalem salutem consequuntur in baptismo baptismus ergo non habet æqualẽ effectum in omnibus.

SED CONTRA est, quòd dicitur Ephes. 4. Vna fides, unũ baptisma. vniformis aut in causæ est uniformis effectus. ergo baptismus habet qualem effectum in omnibus.

RESP. Dicendum, quòd duplex est effectus baptismi, unus per se, & alius per accidẽs. Per se quidem effectus baptismi, est id, ad quod baptismus est institutus, scilicet ad regenerandum homines in spirituale.m uitam: & hunc effectum æqualiter facit in omnibus, qui æqualiter se habẽt ad baptismum: * vnde quia omnes pueri æqualiter se habent ad baptismum (quia non in fide propria, sed in fide ecclesiæ baptizantur) omnes æqualem effectum percipiunt in baptismo. Adulti uero, qui per propriam fidem ad baptismum accedunt, non æqualiter se habent ad baptismum: quidam enim cum maiori, quidam cum minori deuotione ad baptismum accedunt: & ideo quidam plus quidã minus de gratia nouitatis accipiunt: sicut etiam ab eodem igne accipit plus caloris, qui plus ei appropinquat: licet ignis quanto est de se, æqualiter ad omnes suum calorẽ effundat. Effectus autem baptismi per accidens, est ad quem baptismus nõ est ordinatus, sed diuina uirtus, hoc in baptismo miraculose operatur: sicut illud Ro. 6. Vt ultra nó seruiamus peccato, dicit gl. * Non hoc præstatur in baptismo, nisi forte miraculo ineffabili creatoris vt lex peccati, quę est in membris, prorsus extinguatur. et tales effectus non æqualiter suscipiuntur ab omnibus baptizatis, etiam si cum æquali deuotione accedant: sed dispensantur huiusmodi effectus, secundum ordinem prouidentiæ diuinæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd minima gratia baptismalis sufficiens est ad delendum cuncta peccata vnde hoc non est propter maiorem efficaciam baptismi, quòd in quibusdam plura, in quibusdam autem pauciora peccata soluit: sed propter conditionem subiecti, quia in quolibet soluit quotcunque inuenerit.

AD SECVNDVM dicendum, quòd hoc, quòd in baptizatis maior uel minor gratia apparet, potest dupliciter cõtingere. vno modo, quia vnus in baptismo percipit minorem

* est gl. Aug. l. 1. de peccat. merit. & remiss. c. 39. tom. 7.

78 SVPER Q. X. Aliàs 69. Art. VIII.

4. d. 4. q. 2. ar. 3. q. 1. & 2. & d. 18. q. 1. ar. 3. q. 3. cor.

COncl. 1. Baptismus effectũ per se, idest regenerare homines ad spiritualẽ vitã, facit æqualiter in omnibus; q se habẽt ęqualiter. s. cum æquali fide, & deuotione, ad ipsum baptismum.

¶ Prob. 1 Quia supponitur clara ex terminis. Secundo quia patet exemplo ignis, q quantum est de se, diffundit æqualiter ad oẽs suum calorem: & per consequens æqualiter calefacit oẽs, q se habẽt ęqualiter ad ipsum ignem.

¶ Corollar. Ergo pueruli effectum per se baptismi æqualiter, & adulti inæqualiter, pcipiunt: propter rationẽ dictam in tex.

¶ Concl. 2. Effectus per accidens. i. quem diuina virtus in baptismo miraculose operatur, non æqualiter suscipitur ab omnibus baptizatis; etiam si cũ ęquali deuotione ad baptismum accedant.

¶ Prob. Quia baptismus non est ordinatus ad effectum per accidẽs (ut patet ex glossa Roman. 6.) sed dispensantur hmõi effectus secũdum ordinẽ prouidentiæ diuinæ.

1^m de maiori.

Culpæ. § Cuiuscũque inuentæ in subiecto baptizato. § Tunc ni. &c. Non. n. sequitur; quòd baptismus, quantum est ex parte sui, non habeat æqualem effectũ in omnibus suscipientibus ipsum: licet sequatur, q̃ baptismus, quantum est ex parte suscectorũ baptizatorum, non habet ęqualẽ effectum in omnib. i lis. Ex his è textu (more solito) virtualiter desumptis dic: q̃ argumẽtum peccabat in fallacia secundum non causam, ut causam. Putauit n. q̃ causa diuersitatis huius. s. remissionis plurium, uel paucorum peccatorum, esset a parte baptismi: & tñ hoc nõ est uerum; cum talis causa sit a parte eorum, qui baptizantur.

2^m de conclusione.

In omnib*. § Inæqualiter se habentibus, vel tunc ad baptismi gratiam accipiendam, vel post ad vsum gratię per baptismum receptæ. § Tunc nih. &c. ut patet ex

ex articuli conclusione prima. Immo argumētum sic (ut oportuit) glossatum est quædam ab oppositis declaratio eius. Cæterum in hoc textu, nota ly alius gratiæ Dei deest: Non em dicit, alij gratia Dei deest. Per hanc siquidem loquendi cautelam insinuare vult sanctus Doctor, quòd Deus numquàm alicui neque per gratiam, neque per usum gratiæ, deest: sed totus defectus est ex parte hominis: iuxta illud Oseę 13. Perditio tua ex te Israel est, tantummodo in me auxilium tuum. Textus ipse confirmatur ex Concilio Trid. sess. 6. cap. 11. Deus sua gratia semel iustificatos non deserit; nisi ab eis prius deseratur, & c. 13. Deus enim (nisi ipsi illius gratiæ defuerint) sicut cæpit opus bonū ita perficiet, operans velle & perficere. Hæc ibi. Item ex Apostolo ad Hebr. 12. contemplantes, nè quis desit gratiæ Dei.

* In corp. art.

rem gratiam, quàm alius, propter deuotionem maiorem, ut dictum est:* alio modo, quia etiam si æqualem gratiam percipiant, non æqualiter ea utuntur. sed unus studiosus in ea proficit, alius per negligentiam, gratiæ Dei deest.

Ad tertium dicendum, quòd diuersa capacitas naturalium in hominibus, non est ex diuersitate mentis, quæ per baptismum renouatur, cum omnes homines eiusdem speciei existentes in forma cōueniant, sed est ex diuersa dispositione corporum. Secus autem est in angelis, qui differunt specie: & ideo angelis dantur dona gratia, secundū diuersam capacitatem naturaliū: non autem hominibus.

Ad quartum dicendum, quòd sanitas corporalis non est per se effectus baptismi: sed est quoddam miraculosum opus prouidentiæ diuinæ.

3^m de conclusione. Maior capacitas naturalium. R. Proueniens ex diuersa dispositione corporum. §. Tūc nihil &c. Licet. n. dona gratuita dentur a Deo aliquibus creaturis secundum diuersam capacitatem naturalium prouenientem ex diuersitate mentis. 1. q. 62. articu. 6. non tamen inde sequitur; quòd ipsa dentur secundum diuersam capacitatem naturalium prouenientem ex diuersa dispositione corporum.

4^m de conclusione. Effectum. R. Per accidēs. §. Tūc nihil, & cæt. Articuli. n. conclusio prima, quæ impetitur, loquitur de baptismi effectu per se. Porrò argumentum est quædam experimentalis probatio conclusionis secundæ. De mundatione autem Constantini Magni, quam affert argumentum, vide in Edicto eiusdem Constantini posito in tomo primo Conciliorum, circa tempora sancti Syluestri Papæ. In quo etiam Edicto plura scitu dignissima comperies.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem (adiuncta tamen declaratione ad primum,) & ostendas, & rectè intelligas, merito esse insinuatum a scripturis, Papa, & concilio: quòd baptismus habet, & non habet, æqualem effectum in omnibus baptizatis. A scripturis quidem; ut Eph. 4. Secundum quòd cum discursu ponitur in argum. contr. Item per hoc, quòd dicitur Galat. 3. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Item per dictum Rom. 6. An ignoratis: quòd quicumque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus? Ex eo enim, quòd induere Christum, & codē quidem modo. s. in morte, dicit aliq̄d unum idem existens (ut patet ex terminis) constat: quod, secundum Apostolum utrobique simul consideratum baptismus, quantum est ex se, habeat eundem effectū in omnibus. A Concilio autem Floren. per hoc; quod definit, baptismi effectū esse deletionem totius culpæ, tum originalis, tū actualis, totiusque pœnæ p̄ peccatis debitæ. Patet siquidem; his verbis significari propositum. s. quòd baptismus; quantū est de se, habet æqualem effectum in omnibus. Vide hoc conciliū sum Eugenio IIII. celebratum sup. art. 2. 2. appen. A Papa quoque Innocentio III. extra de baptism. & ei. est. cap. maiores. Per sacramentum baptismi Christi sanguine rubricatum culpa remittitur, vitatur periculum, & ad regnum cœlorum etiam peruenitur, &c. Peccatum est duplex. s. originale, & actuale: originale, quod absq; consensu contrahitur; actuale, quod committitur cum consensu. Originale igitur, quod sine consensu contrahitur, sine consensu per vim sacramenti remittitur; actuale verò, quod consensu contrahitur, sine consensu minime dimittitur, &c. Is, qui terroribus atque supplicijs violenter attrahitur, & nè detrimentum incurrat, baptismi suscipit sacramentum: talis (sicut & is, qui ficte ad baptismum accedit) characterem suscipit Christianitatis impressum. Et ipse, tanquàm conditionaliter volens (licèt absolute non uelit) cogendus est ad obseruantiam fidei Christianæ. Hæc ibi: Cuius Pontificis ultima sententia. s. & ipse, tanquàm &c. facit ad 2. 2. quæst. 10. art. 8. ita quòd & qui susceperunt uoluntate totaliter libera, & qui susceperunt uoluntate conditionaliter libera, sacramentum baptismi ad seruandam fidem catholicam sic, uel sic, in baptismo promissam compellendi sunt. Cum igitur in his ultimis baptizatis characterem tantum, in illis primis gratiam simul, in medijs vero culpam quandoque solum originalem, quandoque etiam actualem, baptismus causet; constat: quòd ipse, iuxta Pontificem, non habet æqualem effectum in omnibus. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

D. 316.

2

## Comm. Cardinalis Caietani.

In ar. 8. aduerte, Auctorē in ar. 3. recitatiue loqui de lepra Constantini: dico autē hoc, quia nullius auctoritate constat, Constantinum mundatum a lepra in baptismo: tum quia gesta Syluestri (ex quibus hoc videtur haberi) incertum habent Auctorem, ut patet in cap. sancta Romana dist. 15. tum quia nullus, siue Christianus, siue Gentilis historicus inuenitur hoc scripsisse, ut testatur Platina in vita Marci Papæ: tum præcipue, quia Ambrosij auctoritas obstat, dum in oratione de obitu Theodosij expresse dicit, Constantinum in ultimis constitutum baptizatum fuisse, quòd longe distat ab hoc, scilicet quòd in principio suæ conuersionis fuerit baptizatus. Et propterea narratio de lepra Constantini non est assertiue probanda.

S. Bon. 4. s. d. 6. q. 2. art. 2.
Scot. 4. s. d. 5. q. 1.
Rich. 4. s. d. 6. q. 2.
Duran. 4. s. d. 6. q. 2.
Bacco. 4. s. d. 5. q. 1.
Sot. 4. s. d. 6. q. 1 art. 7.
Capr. 4. d. 7. q. 1. con. 1.
Palud. 4. d. 4. q. 5.

76
4. d. 4. q. 2. arti. 1. q. 2. ad 3. & q. 3. arti. 2. q. 2. p to. & dis. 22. q. 2. ar. 1. q. 3. ad 3.

## ARTICVLVS IX.

### Vtrum fictio impediat effectum baptismi.

Ad nonum sic proceditur. Videtur quòd fictio non impediat effectum baptismi. Dicit enim Apostol. Gal. 3. Quicunque in Christo baptizati estis, Christū induistis: sed omnes qui baptismum Christi suscipiunt, baptizantur in Christo. ergo omnes induunt Christum, quod est percipere baptismi effectum: & ita fictio non impedit baptismi effectum.

¶ 2 Præt. In baptismo operatur uirtus diuina, quæ potest uoluntatem hominis mutare in bonum: sed effectus causæ agentis non potest impediri per id, quod ab illa causa potest auferri. ergo fictio non impedit baptismi effectum.

¶ 3 Præt. Effectus baptismi est gratia, cui peccatū opponitur: sed multa sunt alia peccata grauiora quàm fictio, de quibus non dicitur, quòd effectum baptismi impediant. ergo neque fictio impedit effectum baptismi.

Sed contra est, quòd dicitur Sap. 1. Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum: sed effectus baptismi est a Spiritu sancto. ergo fictio impedit effectum baptismi.

Resp. Dicendum, quòd sicut Dam.* dicit, Deus non cogit hominem ad iustitiam: & ideo ad hoc, q̄ aliquis iustificetur per baptismum, requiritur quòd uoluntas hominis amplectatur baptismum, & baptismi effectum. dicitur autem aliquis fictus, per hoc, quòd uoluntas eius contradicit uel baptismo, uel eius effectui. nam secundum Aug. quatuor modis dicitur aliquis fictus. Vno modo ille, qui non credit, cum tamen baptismus sit fidei sacra-

* li. 2. orth. fide. ca. 30.

SVP. QVAEST. X. Aliàs 69. Art. IX.

Conc. Fictio impedit effectū baptismi.

¶ Exam. Ly fictio. Idest voluntatis adhæsio cuicumque peccato mortali. Vt habetur ex ad tertium. Ly effectū. Scilicet, principalē tantum. i. gratiam; non autem characterem. Vt habetur ex ad primum.

¶ Prob. Quia fictio dicit voluntatem contrariam, vel baptismo, uel eius effectui (ut patet ex quatuor modis fictionis narratis i textu): & ad hoc, quod aliquis iustificetur per baptismum, requiritur, q̄ eius volūtas amplectatur baptismū, ipsiusque effectum (ut patet ex Damasceni dicto, scilicet quòd Deus non cogit hominē ad iustitiā.)

¶ Not. Multū iuuabit ad primæ propositionis cathegoricæ huius probationis notitiā abundantiorem, videre q. 5. art. 9. 10. cum Elucid. & q. 7. art. 10.

Pri-

sacramentum: alio modo per hoc, quòd contemnit ipsum sacramentum: tertio modo per hoc, quòd aliter celebrat sacramentum, non seruans ritum ecclesiæ: quarto modo per hoc, quòd aliquis deuote accedit. vnde manifestũ est, quòd fictio impedit effectum baptismi.

Ad primum ergo dicendum, quòd baptizari ĩ Christo, potest intelligi dupliciter. vno modo in Christo, i. in Christi conformitate, & sic quicumque baptizantur in Christo, conformati per fidem, & charitatẽ, induunt Christum per gratiam. alio modo, dicuntur aliqui baptizari in Christo, inquantum accipiunt sacramentum Christi, & sic omnes induunt Christum per configurationem characteris, nõ autem per conformitatem gratiæ.

Ad secundum dicendum, quòd quando Deus voluntatem hominis de malo in bonum mutat, tunc homo non accedit fictus: sed non semper hoc Deus facit, nec ad hoc sacramentum ordinatur, ut de ficto fiat aliquis non fictus, sed ut non fictus aliquis accedens iustificetur.

Ad tertium dicendum, quòd fictus dicitur aliquis ex eo, quòd demonstrat se aliquid velle, quod non vult. Quicumque autem accedit ad baptismum, ex hoc ipso ostendit se rectam fidem Christi habere, & sacramentum venerari, & velle se Christo conformari, & velle a peccato recedere. vnde cuicumque peccato vult homo inhærere, si ad baptismum accedit, fictus accedit, quod est indeuote accedere: sed hoc intelligendum est de peccato mortali, quòd gratiæ contrariatur, non autem de peccato veniali, vnde fictio hic quodammodo includit omne peccatum.

AR-

1m ex Apostolo. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. ℞. Sic tamen, quòd eo modo Christum induistis: quo in ipso baptizati estis. §. Hoc est. Si baptizati estis in Christo. i. in conformitate Christi. i. in conformitate bonæ voluntatis ad ipsum, vos induistis Christum per gratiam: si autem baptizati estis in Christo. i. in accipiẽdo solum Christi sacramentum, vos induistis Christum per cõfigurationem solum characteris. Tunc &c. vt patet Non enim induere Christũ est semper percipere gratiam, seu principalem effectum baptismi (ut putat argumentum.)

2m minor. Effectus causæ agentis non potest impediri per id, quod ab illa causa potest auferri. ℞. Si ab illa causa actualiter auferatur. §. Tunc nihil &c. Non. n. Deus semper hoc facit. i. non semper voluntatem hominis de malo in bonũ mutat. Sed nec ad hoc sacramentũ ordinatur, vt de &c. vt in tex.

3m de minori. De quibus non dicitur, quòd effectum baptismi impediat. ℞. Nisi velit homo inhærere illis §. Tunc nihil &c Nam fictio, quocumq; modo declarato in textu sumpta, dicit tandem huiusmodi adhæsionem voluntatis in peccato mortali.

¶ Corollar. Ex hac igitur formali responsione constat: quòd sola fictio impedit sacramenti effectum. i. facit, quod huic baptizato non conferatur gratia. Semper enim peccatori quantiscumque peccatis aggrauato, ad baptismũ accedenti confertur gratia: dummodo non accedat fictus. i. habens voluntatem mortali peccato inhærentem. Ex his ergo etiam patet: quòd argumentum peccabat in fallacia secundum non causam, ut causam. Putabat enim quòd causa impediendi effectum baptismi esset, maior grauitas peccati; & tamen nõ hæc est huius vera causa, sed alia. s. voluntatis adhæsio in peccato. Cæterum itaque fictio ipsa potest etiam dici maioribus illis, de quibus loquitur minor, peccatum maius in hoc sensu; quòd scilicet est aggrauans illa peccata. i. quodlibet illorum facit maius (ut ex dictis patet consideranti). Vide quid simile, hoc ipsum quasi declarans. 2. 2. q. 13. art. 3. ad tertium.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Do.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis, & Augustino, quòd fictio impedit effectum baptismi. A scripturis quidem: vt cum applicatione est in argum. contr. A D. Augustino autem dicente. His, qui ficto corde baptizantur, aut peccata nullatenus dimittuntur: aut in ipso temporis puncto per vim sacramenti dimissa iterum per fictionem redeunt ut et illud verũ sit, quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis; & illud, spiritus effugiet fictum disciplinæ. i. Vt induat eum Christo sanctitas baptismi, & exuat eum Christo pernicies fictionis. Hæc ille, quæ recitantur in decret. De consecr. distinct. quarta, cap. quomodo exaudiuit. Ex quibus videre potes; quanta est malignitas fictionis. Ponamus (secundum Augustinum ibi) quòd alicui sine fictione baptizato, & consequenter a peccatis emundato, subrepat in ipso temporis puncto. i. mox immediatè post illam peccatorum dimissionem, voluntaria fictio: quid fiet? Tunc statim reuertentur peccata per vim sacramenti dimissa, De reditu peccatorum dimissorum vide quæstione vigesimanona, articulo primo, secundo. Fictio igitur adeò secundum Augustinum impedit effectum baptismi; vt si ipsa præcedat, vel concomitetur, faciat, quòd effectus baptismi, idest gratia non veniat super sic baptizatum: si autem ipsa e vestigio subsequatur, faciat quòd effectus baptismi præcedens tollatur, idest quòd gratia peccato ipso fictionis mox excludatur. Fictio igitur & ante, & retrò, impedit principalem baptismi effectum. Secundò vides: quomodo ex ijs benè pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

* alias, ecclesiæ conformari.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. nono, & decimo, multa dicenda sunt specialiter pro doctrina decimi. Et primo de sensu conclusionis, secundo de necessitate tertio modo apud Auctorem, quarto de ratione illius modi, & demum comparabitur alijs modis. Sensus in primis conclusionis est, non de euentu, sed de effectu baptismi recedente fictione quod iam notandum est: quoniam non tractatur hic, an recedente fictione, baptizatus fiat filius regni, & cõsequatur remissionẽ: nullus enim dubitat de hoc euentu: sed tractatur, an in tali casu ex vi baptismi consequatur baptizatus remissionem, &c. & hic est sensus conclusionis. Necessitas autem talis assertionis est duplex. Prima est auctoritas Augustini in libro de baptismo, relata, & a Magistro sent. in 4. distin. quarta, & a Gratiano de consecr. dist. quarta, cap. tunc valere, & habetur in hac litera, Tunc valere incipit ad salutem baptismus, &c. Vbi expresse August. dicit baptismum ipsum valere ad salutem, recedente fictione: licet gl. ibidem contra textum dicat oppositum. Secunda, est ratio ex peccato originali sumpta: quia si peccatum originale nec tempore baptismi, neque postea virtute baptismi remittitur: sequitur quòd nũquam peccatum originale huic homini remissum fuerit. Et probatur sequela: quia non aliud a Christo institutum est remedium ad remissionem peccati originalis, nisi baptismus, vt ergo nulli baptizato (qui tunc, vel postea inter filios adoptionis est) baptismalis gratia desit, docuit August. baptismum recedente fictione valere ad salutem. Quam doctrinam doctores posteriores adeo sunt veneratu, & complexi, vt non horruerint multas inde consequentes difficultates: & inde fateamur baptizatum ficte non oportere cõfiteri recedente fictione de peccatis commissis ante baptismum. Augustini ergo tam suscepta auctoritas necessitat. Modus, quo hoc fieri Auctor tenet in hac litera, non est ille, qui sibi attribuitur.: quem ipse olim in 4 sent. distinct. quarta, quæstione tertia, articulo secundo, quæstione tertia, tenuit. ibi siquidem opinatus est fieri hoc, quia character manebat disponens ad gratiam: hic autem opinatur hoc fieri quia character vt forma substantialis manet, & gratia sublato impedimento, quasi proprius effectus consequitur, vt patet in litera.

¶ Vbi sunt duæ difficultates, vna ad hominem, & altera ad rem. Ad hominem quidem, quia Auctor superius tractans de charactere, posuit ipsum esse dispositionem remotè ad gratiam, & non formam, ex qua fluit gratia, inde, & posuit illum in genere potentiæ, & subiectiue in intellectu: ex quo non est nata fluere gratia in essentia animæ. Ad rem vero, quoniam character non se habet ad gratiam, ut forma ad consequens proprium: sed potius gratia est forma, ad quam comitatur mediante sacramento character, eminentioris ordinis constat esse gratiam, qua diuinæ sumus naturæ consortes, quam character communis bonis & malis.

¶ Ad euidentiam horum, sciendum est, coactum fuisse Auctorẽ ad hunc modum, ut saluaret Aug. doctrinã, cũ cõi doctrina de causalitate sacrorum. non vł. n. posse intelligi rem aliquam postquam desijt esse, habere suum effectum, nisi aliqualiter res illa remanserit: videmus. n. in his, quæ proijciuntur, tãdiu durare motum proiectorum, quamdiu vis proijcientis aliquo modo manet siue in aere, siue in corpore proiecto: nihil enim refert ad propositum. similiter videmus posthumos ideo genitos mortuo patre, quia semen patris remansit in materno vtero: & sic de alijs. vnde cum baptismus desinat esse peracto sacramento, & tunc propter fictionem in baptizato non valeat ad salutem, & inde ad duos annos recedente fictione valeat idem baptismus ad salutem, quòd nihil aliud est, quam conferre illam remissionem, quam fictio impediuit

diuit tunc fieri: hoc enim significat baptismum valere ad salutem, consequens est, quòd baptismus, aliquo modo remaneat, seu aliquid habeat, aut relinquat manens, ratione cuius ualorem, seu effectum consequatur post biennium. Hac necessitate satisfaciendi hominis more humano, compulsus auctor accommodationem hàc similitudinariam, quam in litera habes, adinuenit.

¶ Vnde non oportet laborare ad saluandum hunc processum, ut proprium, seu ex propriis: sed intelligendus est, ut accommodatio quædam similitudinaria ad manuducendum intellectum nouitiorum, ut percipiât quomodo baptismus recedente fictione incipit ualere ad salutem. Sciuit enim auctor, gratiam propriam bonis, non consequi characterem communem bonis, & malis, ut proprius effectus sequitur formam: cum hoc tam manifestum sit, ut minimi theologi sciant. Vnde non proprie voluit intelligi, sed secundum similitudinem, ut sicut in naturalibus cessante causa remanente tamen forma, statim habentur consequentia, nisi adsit impedimentum, & si impedimentum adfuerit, consequentia illa statim, cum remotum fuerit habentur propter remansionem formæ, ad quam nata erant sequi, ita in supernaturalibus sacramenti baptismi, cum generatur Christianus quo ad esse de familia Christi, seu quod idem est quo ad esse membrum Christianæ religionis, suscipit per baptismum characterem, ut forma qua constituitur esse: nam charactere formaliter homo est Christianæ religionis membrum, est de familia Christi, & huiusmodi formam natum est ex diuinæ largitatis ordine consequi infusionem gratiæ remissiuæ omnis culpæ, & omnis pœnæ, nisi obex fictionis obstiterit, & propterea cessante fictione, sequetur infusio gratiæ remissiuæ culpæ, & pœnæ, propter præsentem formam characteris, ad quem secundum ordinem diuinæ largitatis nata est sequi infusio gratiæ baptismalis. Tenet itaque character vtrumque locum, & dispositionis, & formæ, diuersimodè considerato baptismate, nam baptismus inquantum generatiuus est filiorum adoptionis, gratiam habet pro principali effectu, vt forma: inquantum vero generatiuus est Christiani (hoc est membri Christianæ religionis, seu familiæ) habet pro principali effectu characterem: qui pro eo quòd infallibili ordine annexam habet gratiam, si fictio non impedit, & recedente fictione annecti sibi vendicat gratiam, formæ substantiali assimilatur. Pro eo vero quòd annexio gratiæ nouam exigit principalis agentis infusionem, recedente fictione, dispositioni magis assimilatur, quæ secundum infallibilem causarum ordinem cessante impedimento, ad terminum ducit. Vnde uana videtur solicitudo quærentium, quid, aut quomodo operetur character recedente fictione ad gratiam baptismalem.

¶ Et ex his patet solutio difficultatum motarum, tam ad hominem, quam ad rem. Et quarto loco propositum expeditum simul est. De quinto autem pertranseundum videtur: quoniam in solis verbis dissensio forte est inter diuersos doctores: nullum enim puto sanæ mentis apud se credidisse gratiam cessante fictione conuitari characterem, sine noua Dei actione gratiæ baptismalis infusiua.

¶ In responsione ad secundum, & tertium aduertendum est, in ficte baptizato, inueniri diuersorum temporum peccata, scilicet peccata præsentia, & futura, & præsentia inueniri dupliciter intelligi, uel propter perseuerantiam maculæ, aut actualis commissionis simul cum baptismo, uel propter ipsum impedire sacri effectum. Inter quæ tanti refert, quod sola fictio (quæ nihil aliud videtur quam impeditio gratiæ.) per pœnitentiam delenda est, cum peccatis commissis post baptismum reliqua autem per baptismi valorem recedente fictione delentur. Ad hoc enim videtur deseruire litera, dicens, Et etiam simul existentium cum baptismo: excipitur autem sola fictio, quoniam ipsa est, quæ contrariatur sacramento: nec puto fictionis peccato intelligendum in proposito crimen illud, quod fundat fictionem (puta incredulitatem) sed ipsam malam susceptionem sacri, quæ sacrilegij species est: hic enim actus est proprie fictio: quoniam isto actu monstrat, qui baptizatur se uelle quod non vult. Et confirmatur hoc ex uerbis Aug. dicentis, Cum illa fictio ueraci confessione recesserit, quæ corde in malitia, uel sacrilegio perseuerante, peccatorum ablutionē non sinebat fieri. ex hoc enim quòd nullam speciem peccati fictioni tribuit, nisi sacrilegium, insinuasse videtur quid sit illa fictio. Et hinc sequitur quòd talis fictus sufficienter confiteretur, dicendo se iniuriam fecisse baptismo, ponendo illi obicem peccati mortalis, & confitendo commissa post baptismum.

¶ Aduerte quoque aliud esse dimidiam a Deo expectare veniam, & aliud esse variis mediis a Deo expectare veniam. Primum est impium, secundum hic docemur, dum baptizatus, per medium pœnitentiæ, & per medium baptismi simul a Deo expectat ueniam. Cogimur autem ad utrumque simul medium recurrere: quia credimus præcedentia peccata remitti, quo ad culpam, & pœnam totaliter (hoc enim continet gratia baptismalis) fictionem vero cum posterioribus peccatis remitti quidem quo ad culpam, quo ad pœnam uero non nisi quantum sacramento pœnitentiæ remittitur. Vnde apparet falsitas allegatæ superius glossæ, præter id, quod est contra textum.

---

*S. Bon. 4. s. d. 4. q. 3. ar. 2.*
*Scot. 4. s. d. 4. q. 5.*
*Rich. 4. s. d. 4. q. 2.*
*Duran. 4. s. d. 4. q. 4.*
*Mairo. 4. s. d. 4. 1. q. 3.*
*Sot. 4. s. d. 5. q. 1. art. 8.*
*Capr. 4. d. 7. q. 1. con. 2.*
*Palud. 4. dist. 2. quæst. 5. art. 3.*

80
4. d. 4. q. 3. ar. 2. q. 3. & dis. 17. q. 3. ar. 4. q. 1.

## SVPER Q. X.

Aliàs 69. Art. x.

CONCL. Oportet: quòd remota fictione per pœnitētiam, baptismus statim consequatur suum effectum.

¶ PROB. Quia forma rei generatæ, remoto impedimento, statim perficit opus suum (vt patet de corpore graui generato, si remoueatur, quod aduenerat, prohibens): & per baptismum homo spiritualiter regeneratur, cuius baptizati tanquàm formæ, idest characteris, impedimentum, ne consequatur proprium effectum, est fictio, (vt patet ex art. 9.)

1m de minori. Recipit sacramentum sine charitate. R. Non tamen recipit sacramētum sine charitate. R. Non tamen recipit sacramentum mortuum. §. Tunc nihil &c. Nam ad maiorem argumenti dicitur, quòd est extra propositum; inquantum vniuersaliter iudicat, quod opus factum sine charitate sit opus mortuum. Iudicium. n. tale quamuis verificetur de operibus hominis, quòd scilicet omne opus eius factum sine charitate est mortuū: tamen non verificatur de operibus Dei, & nō hominis; & consequenter adducere talem propositionem tunc, quando fit sermo de operibus Dei, & non hominis, est extra propositum. Porrò sacramentum baptismi est opus Dei, & non hominis: vt dicit in tex. Licet ergo vniuersaliter verū sit, quod opus mortuū nō possit vnquàm viuificari.

## ARTICVLVS X.

*Vtrum fictione recedente, baptismus suum effectum consequatur.*

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd fictione recedente, baptismus suum effectum non consequatur. Opus enim mortuum, quod est sine charitate, non potest vnquam viuificari: sed ille, qui fictus accedit ad baptismum, recipit sacramentum sine charitate. ergo nūquam potest viuificari hoc modo, vt gratiam conferat.

¶ 2 Præt. Fictio videtur esse fortior quàm baptismus, cū impediat eius effectus: sed fortius non tollitur a debiliori. ergo peccatum fictionis non potest tolli per baptismum fictione impeditum: & sic baptismus non cōsequetur suum effectum, qui est remissio omnium peccatorum.

¶ 3 Præt. Contingit quòd aliquis ficte accedat ad baptismum, & post baptismum multa committat, quæ tamen per baptismum non tollūtur: quia baptismus tollit peccata præterita, non futura. ergo baptismus talis, numquam consequetur suum effectum, qui est remissio omnium peccatorum.

SED CONTRA est, quòd Aug. dicit * in lib. de baptismo, tunc valere incipit ad salutem baptismus: cum illa fictio veraci confessione recesserit, quæ corde in malitia, vel sacrilegio perseuerante, peccatorum † ablutionem non sinebat fieri.

* li. 1. de baptis. contr. Donat. c. 2. ante med. to. 7.

† Alias, abolitionem.

RESP. Dicendum, quòd (sicut supra dictum * est baptismus est quædam spiritualis regeneratio. cū autem aliquid generatur, simul cum forma recipit effectum formæ, nisi sit aliquid impediens, quo remoto forma rei generatæ perficit suum effectum: sicut simul cum corpus graue generatur, mouetur deorsum, nisi sit aliquid prohibens, quo remoto statim incipit moueri deorsum. Et similiter quando aliquis baptizatur, accipit characterem, quasi formam, & consequitur proprium effectum, qui est gratia remittens omnia peccata. Impeditur autem quādoq; per fictionem: vnde oportet quòd remota ea per pœnitentiam baptismus statim consequatur suum effectum.

* q. 66. art. 9.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacramentum baptismi est opus Dei, & non hominis: & ideo non est mortuum in ficto qui sine charitate baptizatur.

AD

cati.q.30.artic.6. tamen falsum est, quòd sacramentum baptismi a ficto receptum sit opus mortuum.

**2m de conclusione.** Peccatum fictionis nō potest tolli per baptismum fictione impeditum. ℞. Conceditur.§.Negatur tamen ly & sic baptismus nō consequetur suum effectū, qui est remissio omniū peccatorum. Idest negatur, quòd ex illo concesso sequatur hoc falsum, scilicet quòd baptismus non consequatur suum effectum, qui est remissio omniū peccatorū. Ratio verò huius tum concessionis, tum negationis, est: q̄a fictio non remouetur ꝑ baptismum, sed per pœnitentiam subsequentem &c. vt in text. Ex quo patet: quod illud dictum.s.baptismi effectus est remissio omniū peccatorum, stat cum hoc; quòd baptismus solus non tollit peccatum fictionis, sed ipse simul cum pœnitentia acceptus.

**3m illatio conclusionis.** Ergo baptismus talis, &c. ℞. Negatur illatio §.Non enim effectus baptismi est tollere peccata futura; sed &c.vt in tex. Ex quo dic; quòd argumentum procedebat ex suppositione falsi; putādo, scilicet quòd effectus baptismi esset remissio peccatorum etiam factorum post baptismum. Hinc.n.procedit: quod ex eo, ꝙ per baptismum non tolluntur multa peccata postmodum commissa, inferebat; quòd baptismus talis numquàm consequitur suum effectum, qui est remissio omnium peccatorum.

* li.1.de baptis.parur. ca.12. in fi. to.7.

Ad secundum dicendum, ꝙ fictio non remouetur per baptismū, sed per pœnitentiam subsequētem, qua remota, baptismus aufert culpam, & reatum omnium peccatorum præcedentium baptismum, & etiam simul existentium cum baptismo. vnde August. * dicit in lib. de baptismo: Soluitur hesternus dies, & quicquid superest, soluitur & ipsa hora momentumque ante baptismum, & in baptismo: deinceps autem continuo reus esse incipit, & sic ad baptismi effectum consequendum concurrit baptismus, & pœnitentia, sed baptismus sicut causa per se agens: pœnitentia sicut causa per accidens, idest remouens prohibens.

Ad tertium dicendum, ꝙ effectus baptismi non est tollere peccata futura, sed præsentia, vel præterita, & ideo recedente fictione peccata sequentia remittūtur quidem, sed per pœnitentiam, non per baptismum. Vnde non remittuntur quantum ad totum reatum, sicut peccata præcedentia baptismum.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis, & August. quòd fictione recedente per pœnitentiam, baptismus consequitur effectum suum. A D. Augustino quidē ut patet in argumen. contr. A scripturis verò per hoc, quod dicitur in Psal. 84. Loquetur Dominus pacem in eos, qui conuertuntur ad cor. Et per dictum in Ezech. 18. Si impius fecerit pœnitentiam de peccatis, quæ operatus est; vita viuet. Ex his enim a fortiori monstratur intentum. Nam si reuertenti peccatori ad cor, & facienti pœnitentiam de peccatis suis, Dominus largitur pacem, & vitam, sola pœnitentia præsupposita; rationi vtique magis consentaneum est, quòd simul cum pœnitentia charactere præsupposito, Dominus peccatori pacem donet, ac vitam. Id quod tandem aliquo modo redit in hoc; quòd character baptismi, recedente fictione interposita, consequitur suum effectum, qui est dare pacem & vitam animæ per remissionem omnium peccatorum. Secundò vides: quomodo ex ijs, & similibus (de quorū inuētione & hic, & vbiq;, tibi curam reliquit. Sat.n.mihi est mōstrasse uiā: vt aliàs dixi) bn̄ pēsatis, &c

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

---

## QVÆSTIO XI. Aliàs 70.

*De circuncisione, quę præcessit baptismum, in quatuor artic. diuisa.*

Deinde considerandum est de præparatoriis ad baptismum. Et primo de præparatorio, quod præcessit baptismum, idest, de circuncisione. Secundo, de præparatoriis, quæ concurrunt simul cum baptismo, s. de catechismo, & exorcismo.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum circuncisio fuerit præparatoria, & figuratiua baptismi.

¶ Secundò, De institutione ipsius.

¶ Tertiò, De ritu eius.

¶ Quartò, De effectu ipsius.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum circuncisio fuerit præparatoria & figuratiua baptismi.*

81 Sup. q 68. art.1.ad 1. Et 1.2.q6. 102.art.5. cor.& ad 1. & 3. Et 4. d.1.q.2.ar. 1. q.1.cor. Et d.2.q.1. art.2.ad 5. & Rom. 2. lect. 2. & lec.4.

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd circuncisio non fuerit præparatoria, & figuratiua baptismi. Omnis enim figura habet aliquam similitudinem, cum suo figurato: sed circuncisio nullam habet similitudinem cum baptismo. ergo videtur quòd non fuerit præparatoria, & figuratiua baptismi.

¶ 2 Præt. Apostolus dicit primæ Corint. 10. De antiquis patribus loquens, quòd omnes in nube, & mari baptizati sunt: non autem dicit, quòd in circuncisione baptizati sint. ergo protectio columnæ nubis, & transitus maris rubri, magis fuerunt præparatoria ad baptismum, & figuratiua ipsius, quàm circuncisio.

*q.38.ar.1. 2.& 3.

¶ 3 Præt. Supra dictum est, quòd baptismus Ioannis fuit præparatorius ad baptismum Christi: si ergo etiam circuncisio fuit præparatoria, & figuratiua baptismi Christi videt̄ ꝙ baptismus Ioānis fuerit superfluus, quod est incōueniēs. non ergo circuncisio fuit ꝑparatoria, & figuratiua baptismi.

Sed contra est, ꝙ Apost. dicit Col. 2. Circūcisi estis circuncisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed circuncisione Christi, consepulti ei in baptismo.

Respondeo Dicendum, quòd baptismus dicitur sacramentum fidei: inquantum, scilicet in baptismo fit quædam fidei professio, & per baptismum agregatur homo congregationi fideliū, eadem autē est fides nostra, & antiquorum patrum, secundum illud Apost. 2. Cor. 4. Habentes eundem spiritum fidei, credimus. Circuncisio autem erat quædam protestatio fidei. vnde dicitur Roman. 4. quòd Abraham accepit circuncisionem tanquam signaculum fidei, vnde, & per circuncisionem antiqui aggregabantur collegio fidelium. vnde manifestum est, quòd circuncisio fuit præparatoria ad baptismum, & præfiguratiua ipsius secūdum quòd antiquis patribus omnia in figuram futuri cōtingebāt (vt dr̄ primæ Cor. 10.) sicut, & fides eorū erat de futuro.

Ad primum ergo dicendum, quòd circuncisio habebat similitudinem cum baptismo, quantum ad spiritualem effectum baptismi. nam sicut per circuncisionem auferebatur quædam carnalis pellicula, ita per baptismum homo expoliatur a carnali conuersatione.

Ad secundum dicendum, ꝙ profectio columnæ nubis, & transitus maris rubri, fuerunt quædam figuræ nostri baptismi, quo renascimur ex aqua significata per mare rubrum, & Spiritusancto significato per columnam nubis: non autē per hæc fiebat aliqua professio fidei, sicut per circuncisionem & ideo prædicta duo * erant tantum figuræ, & non sacramenta. Circuncisio autem erat etiam sacramentum præparatorium ad baptismum: minus tamen expresse signans baptismum, quantum ad exteriora, quàm prædicta, & ideo Apostolus potius fecit mentionem de prædictis, quàm de circuncisione.

Alb.mag.4 d.1.ar.1. Scot.4.f.d.1.q.1.art.1.

### SVP. QVAEST. XI. Aliàs 70. Art. 1.

Concl. Circuncisio fuit præparatoria ad baptismum, & figuratiua ipsius.

¶ Prob. Quia circuncisio erat quædam protestatio fidei (vt habetur ex Roman. 4.) per illamq; antiqui collegio fidelium aggregabantur, quæ duo de baptismo in nouo testamento verificantur (vt patet ex supradictis): & fides, quam protestabatur circuncisio, est eadem cum fide, quam protestatur baptismus; ideoque fideles præcedentes, idest antiqui, vt fideles, sunt ijdem cū fidelibus sequentibus, idest noui testamenti, vt fideles sunt (cū eadem sit fides nostra, ac patrū antiquorum. 2. Cor. 4) Secunda autem pars, scilicet & figuratiua, &c. probatur. Quia omnia in figura futuri.i.nostri cultus, contingebant illis. 1. Cor. 10.

**1m minor.** Circūcisio nullam habet similitudinem cum baptismo. ℞. Negatur. §. Nam circuncisio habebat similitudinē, &c. vt i tex.

*In ista solut. & in argum.

**2m de concl.e** Magis præparatoria, & figuratiua. ℞. Quātū ad exteriora: non autē, quātum ad esse sacramētū.

§. Nam profectò columnæ nubis, & transitus maris rubri fuerūt quidem &c. vt in textu. Tunc &c. Cōclusio.n.articuli intendit solū inquirere de præparatorijs, & figuratiuis, quæ etiam sint sacramenta: ut sacramentum sacramento correspondeat, dum baptismus, proculdubio sacramentum, est id; ad quod respicit & præparatio, & figura. In cuius signū, qđ solùm intendat de figuratiuo, & pparatorio inquirere, qđ sit etiam sacramentum, est: quòd probatio ipsius conclusionis firmatur super ly erat protestatio fidei.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ baptismus Ioannis fuit præparatorius ad bāptismū Christi quantū ad exercitium actus: sed circuncisio quantū ad professionem fidei, quæ requiritur in baptismo, sicut dictum est.*

3m de conclusione prima. Videtur, quòd baptismus Ioannis fuerit superfluus. R. Si eodem prorsus modo fuisset præparatorius ad baptismum Christi, sicut circuncisio. §. Tunc nihil &c. Non enim eodem modo fuit præparatorius: vt patet in text.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum esse a scripturis, & D.Bernardo, quòd circuncisio fuit præparatoria ad baptismum, eiusque figuratiua. A scripturis quidem, ut per dictum ad Colos. secundo, secundum ꝙ est in argum. contr. Ibi enim ex eo, quòd baptismum uocat circuncisionem Christi, dat intelligere: quòd circuncisio manufacta in expoliatione corporis carnis, quæ fuit circuncisio antiqua, erat præparatoria & figuratiua baptismi. Et quidem satis conueniens fuisse hoc monstratur virtualiter ibi ex terminis: quia scilicet circuncisionis antiquæ, ut sic, est præcedere, tanquam præparatorium quoddam & figuratiuum, circuncisionem nouam, vt sic. A D.Bernardo autem per hoc, quòd dicit. Populo duræ ceruicis cultellus erat necessarius: & lapideis cordibus merito cultri lapidei debebantur, qualibus a Iesu Naue facta circūcisio memoratur. Noster autem IESVS, tanquam agnus mansuetus, omnem austeritatem abstulit; duritiam cordis, seruis congruentem, filijs commutauit in mansuetudinem: ut rubiginem originalis peccati, quam vix cultellus eradere poterat, ex hoc iam cum vnctione gratiæ facile lauet aqua. Nihil ergo mirum; si pro diuersitate temporum mutata sunt sacramenta: ut daretur vtrisque, quod congruum erat eis. Ipse vero Christus vtrumque suscepit, ut tanquam lapis angularis vtrique parieti cohæreret: sicut & Pascha figurale ipse compleuit; & iterum protinus inchoauit. Hæc ille in serm. de circuncis. Domini. Ex quibus optimè patet intentum acuto lectori per singula consideranti verba eius. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina &c.

* In cor. ar.

## Comm. Cardinalis Caietani.

CIrca q.70.& 71 nihil scribendū vr̃ nisi in his, quæ dicuntur in art.3.de causalitate exorcismorū. Non carent siquidē scrupulo duo ibi dicta, primū est circa apertionē sensuū p exorcismos baptismales. Secundū est circa vnctionē, q̃ fit in vertice baptizati, ꝙ operatur conseruationē gratię baptismalis. Primum.n.intelligo nō sic, ꝙ exorcismus minuat interiorē infectionē sensuum animę, qa hoc sine gratia non video posse fieri in paruulis, q̄cq̄d sit in adultis: sed intelligo sic ꝙ potestas dæmonis ad præcludendū sensus interiores animæ cōcessa dæmoni pp interiorē infectionē animæ per exorcismū impeditur, ne.s.ob infectas interiores aīæ partes præcludat illas ad sentiendū spiritualia, quæ Christi sunt, ita quòd potestas dęmonis per exorcismos baptismales impeditur ne possit extrinseca obstacula sacramento, & intrinseca sacramenti effectui præstare.

¶ Scd̄m dictū, cū de actiua cōseruatione intelligi nequeat, de passiua oportet itelligi, sic ꝙ vnctio illa operat̃ quoddā actuale auxiliū faciēs ex parte baptizati ad cōseruationē gr̃ę susceptę. Cōsistit aūt auxiliū hoc i actu scd̄o, q i adultis tūc excitat̃, aut adiuuat̃, i paruulis autē, nō nisi tp̄e extēsionis gr̃ę ad operationē locū hr̄e potest.

*Alb.Mag.4 d.3. ar 7.*
*Sot.4.5.dist.6.quæst.vni. art.12.*
*Palud.4.d.4. q.4.*

## ARTICVLVS II.

### *Vtrum circuncisio fuerit conuenienter instituta.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd circuncisio fuerit inconuenienter instituta: sicut enim dictum est,* in circuncisione fiebat quædam fidei professio: sed a peccato primi hominis nullus vnquam saluari potuit, nisi per fidem passionis Christi, secundum illud Roman. tertio. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. ergo statim post peccatum primi hominis, circuncisio institui debuit, & non tempore Abrahæ.

¶ 2 Præt. In circuncisione homo profitebatur obseruantiam veteris legis, sicut in baptismo profitetur obseruantiam nouæ legis, vnde Apost. dicit Galat. quinto. Testificor omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ: sed legalis obseruantia non est tradita tempore Abrahæ, sed magis tp̄e Moysi. ergo incōuenienter instituta est circuncisio tp̄e Abrahæ.

¶ 3 Præt. Circuncisio fuit figuratiua, & præparatiua baptismi: sed baptismus exhibetur omnibus populis, secundum illud Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos. ergo circuncisio non debuit institui, ut obseruanda tantum ab vno populo Iudæorum, sed ab omnibus populis.

¶ 4 Præt. Carnalis circuncisio debet respondere spirituali, sicut figura figurato: sed spiritualis, circuncisio, quæ fit per Christum, indifferenter conuenit vtrique sexui: quia in Christo Iesu non est masculus, & femina, vt dicitur Galat. tertio, ergo inconuenienter est circuncisio instituta, quæ competit solis maribus.

SED CONTRA, est, quòd sicut legitur Genes. 17. Circuncisio est instituta a Deo, cuius perfecta sunt opera.

RESP. Dicendum, quòd (sicut dictum est*) circuncisio erat præparatoria ad baptismum, inquantum erat quædam professio fidei Christi, quam etiā nos in baptismo profitemur. Inter antiquos autē patres primus Abraham promissionem accepit de Christo nascituro, cum dictum est ei Genes. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Ipse etiam primus se a societate infidelium segregauit, secundum mandatum Dei dicentis sibi, Egredere de terra tua, & de cognatione tua: & ideo conuenienter circuncisio fuit instituta in Abraham.

*ar. præc.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd immediate post peccatum primi parentis, propter doctrinam ipsius Adę, qui plenè instructus fuerat de diuinis, adhuc fides, & ratio naturalis intantum vigebat in homine, quòd non oportebat determinari hominibus aliqua signa fidei, & salutis: sed vnusquisque pro suo libito fidem suam aliquibus* signis protestabatur: sed circa tempus Abrahæ, diminuta erat fides, plurimis in idolatria declinantibus obscurata etiam erat ratio naturalis per argumentum carnalis concupiscentiæ vsque ad peccatum contra naturam: & ideo conuenienter tunc, & non ante fuit instituta circuncisio ad profitendum fidem, & ad minuendum carnalem concupiscentiam.

*alias profitentibus.

AD SECVNDVM dicendum, quòd legalis obseruantia tradi nō debuit, nisi populo iam congregato: quia lex ordinatur

82

3.3.q.101. art.5.ad 1. Et q. 103. art.1. ad 3. Et 4.dis.1. ar.2. qō.4. cor. Et qō. 2. arti.1.q. 3 per to. *arti.præc.

SVP. QVAEST. XI. Aliàs 70. Art. II.

CONCL. Conuenienter circuncisio fuit instituta i Abraham.

¶ PROB. Quia circuncisio est professio fidei de Christo uenturo (ut patet. prima secundæ, quæst. 103. articu. tertio, quarto.) Et Abraham seipsum primus segregauit ab infidelium societate, primusque accepit promissionem de Christo nascituro (ut patet Genes. 12. 22.)

1m illatio conclusionis. Ergo statim &c. R. Negatur illatio. §. Nam inmediate post peccatū primi parentis ppter &c. vt in tex. Ad cuius pleniorem notitiam, de magnitudine scientiæ Adæ, vide 1. quæst. 94. artic. tertio, & Veritates aureas super legem veterem, Genes. 2. conclus. 12. 13.

2m de maiori. Veteris legis. R. 1. Viæ Domini Dei, secūdum quòd pro tempore illo antiquo innotescebat. §. Tunc nihil &c. ut patet. Nam sic (ut docet textus ly Patres, qui fuerunt ante legē, &c.) glossando dictum illud, scilicet veteris legis; clarum est, non oportere institui circuncisionem, nisi tempore legis scriptæ per Moysen datæ. Quando ergo ante legem illam circuncidebantur homines, tunc ipsorū circuncisio erat quædam profes-

professio obseruandi viam Dei, secundum quòd sibi pro tempore tali notificanda erat; & hoc fuit profiteri illius viæ obseruantiam, secundum quod in dies instruebantur de diuinis a sanctis patribus suis per modum paternæ admonitionis. Quando autem post legem illam datam circuncidebantur, tunc ipsorum circuncisio erat professio obseruãdi viã Dei, secundum quòd sibi pro tẽpore tali notificanda erat: & hoc fuit profiteri illius viæ obseruantiam, secũdum quòd instruebantur de diuinis mandatis in lege Moysi. Ex his patet: quòd quilibet circuncisus homo semper fuit debitor vniuersæ legis faciendæ. i. legis vel naturalis cum admonitionibus patrum suorũ de diuinis placitis adiunctæ, uel legis etiam a Deo per Moysen datæ. Sic intelligitur Apostoli dictum illud ad Galat. 5. Si ipsũ loqui vniuersaliter pro quocũq; tempore accipiamus: si autem (quod ad literã verius est: vt docet minor) loquitur tantum pro tempore post dationem legis scriptæ; ly vniuersæ legis faciendæ, intelligitur de lege per Moysen data.

* 1. 2. q. 90. art. 2.

* Li. 19. cap. 11. in fine, to. 9.

3^m maior. Circuncisio fuit figuratiua, & præparatiua baptismi. R. Sic tamen, quòd non continebat perfectionem salutis (ut baptismus:) sed solum figurabat, eam per Christum ex Iudæis nasciturum esse fiendam. §. Tunc nihil &c. Inde enim prouenit, quòd circuncisio soli populo Iudæorum danda fuerat; licet baptismus postea omnibus populis dandus esset: prout declaratur in text.

4^m de maiori. Debet respondere. R. In aliquibus; non autem in omnibus. §. Sic enim & figura figurato respondere debet. Alioquin inter figuram & figuratum esset identitas, non similitudo. Vt a simili habes ex Damasceno recitato supra 3. de sal. quæst. secunda, art. sexto, ad primum. Tunc nihil &c. Licet enim circuncisio, & baptismus eo quòd unum est figura, aliud figuratum, conueniant in aliquibus, (ut ex prædictis constat): non tamen necessarium inde fit, quod conueniant in omnibus; sicut nec conueniunt (ut declaratur in textu.)

ordinatur ad bonum publicum, vt in secunda parte dictum est.* Populus autem fidelium congregandus erat aliquo signo sensibili, quod est necessarium ad hoc, quòd homines in quacumque religione adunẽtur, sicut August.* dicit contra Faust. & ideo oportuit prius institui circuncisionem, quam lex daretur. Illi autem patres, qui fuerunt ante legem, familias suas instruxerunt de diuinis, per modum paternæ admonitionis. vnde, & dominus dicit de Abraham, scio quòd præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam domini.

Ad tertium dicendum, quòd baptismus in se continet perfectionem salutis, ad quam Deus omnes homines vocat, secundum illud primo Tim. 2. Qui uult omnes homines saluos fieri: & idò baptismus omnibus populis proponitur. Circuncisio autem non continebat pfectionem salutis, sed figurabat ipsam vt fiendam per Christum, qui erat ex Iudæorũ populo nasciturus: & ideo illi soli populo data est circuncisio.

Ad quartum dicendum, quòd circuncisio instituta est, ut signum fidei Abrahæ, qui credidit se patrem futurũ Christi sibi repromissi: & ideo cõuenienter solis marib. cõpetebat. Peccatũ et originale, contra qđ specialiter circũcisio ordinabatur, a patre trahitur, non a matre, vt in secunda parte dictum est:* sed baptismus continet virtutem Chri, qui est vniuersalis causa salutis omnium, & remissionum omnium peccatorum.

* 1. 2. q. 81. art. 5. ad 2. & artic. 1. ad 2.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articu. habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis: quòd circuncisio fuit conuenienter instituta. Vt per hoc quòd dicitur Gen. 17. Hoc est pactum meũ, quod obseruabitis &c. Circuncidetur ex vobis omne masculinum. Vbi & præmiserat ly statuã pactum meum; quod vtique, etiam secũdum literam, quæ est ly statuam, monstrat Deus; se esse institutorem circũcisionis. Porrò, Deus est; cui canit Psal. 103. Omnia in sapientia fecisti; & cui dicitur a Sapien. 11. Omnia in pondere, numero, & mensura disposuisti, & de cuius operibus, ad designandam illorum magnam perfectionẽ, scriptum est, Ecclesiast. tertio. Non possumus eis quicquàm addere, nec auferre. Quòd si hæc tanta perfectio de rebus naturalibus, quatenus a Deo institutæ sunt, verificatur: multò vtique magis de rebus superioris ordinis (qualis est circuncisio, aliaque legis diuinæ præcepta) verificetur, oportet. Insinuatur quoque illud, si particularis ad propositum fiat applicatio, a dictis in tertio, de sal. quæst. 55. art. quarto, appen. cum inibi citatis. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

SVP. QVAEST. XI. Aliàs 70. Art. III.

Concl. Ritus circuncisionis fuit conueniens.

¶ Prob. Quia talis ritus a Deo, cuius sapientiæ non est numerus, determinatus est.

83

1. dist. 1. 2. arti. 1. q. & arti. 3. q. 1. & 3. & Io. 9. lec. 1. Et Ro. 4. le. 2. * art. 1. & 2. huius q.

1^m de maiori. Fidei. R. Qua Abrahã credidit Christum ex suo semine nasciturũ, & circuncisionem ordinari tum in remedium peccati originalis, tum ad diminutionem concupiscentiæ carnalis. §. Tunc nihil &c. Quæ. n. dicuntur in minori, licet vera sint, sunt extra propositum. Nã a Deo fuit ordinata circuncisio non ad significandum, ubi fides existat (ut putat phrasis argumenti); sed ad significandum, de quo fides existat.

2^m de conclusione. Non debuit fieri. R. Cõmuniter. §. Sic. n. sequitur ex præmissis, cùm de communiori vsu fecerint mentionẽ. Tunc nihil &cæt. Nam circũcisio cultro petrino nõ communiter, sed specialiter propter aliquam specialem causam fiebat. Ter-

* In hom. circũcisionis inter princip. & me. i hom. totius anni esperies.

ARTICVLVS III.

*Vtrum ritus circuncisionis fuerit conueniens.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd ritus circũcisionis non fuerit conueniens. Circuncisio. n. (sicut dictum est *) fidei quædam professio est: sed fides in vi ta apprehensiua existit, cuius operationes maxime apparent in capite. ergo magis debuit signum circuncisionis dari in capite, quàm in membro generationis.

¶ 2 Præt. Ad vsum sacramentorum assumimus ea, quorum est communior vsus: sicut aquam ad abluendũ, & panem ad reficiendum: sed ad incidendum communius vtimur cultello ferreo, quàm petrino. ergo circuncisio non debuit fieri cultello petrino.

¶ 3 Præt. Sicut baptismus instituitur in remedium originalis peccati, ita etiam circuncisio, sicut Beda dicit:* sed baptismus non differt vsq; ad octauum diem (ne pueris periculum damnationis immineat ppter originale peccatum, si nondum baptizati decedant) quandoque etiam traditur baptismus post octauũ diẽ. ergo circuncisioni non debuit determinari octauus dies, sed debebat quandoque præueniri, sicut etiam quandoque tardabatur.

Sed contra est, quòd Roman. 4. super illud, & signum accepit circuncisionis, determinatur in * gl. prædictus circũcisionis ritus.

* In gl. ord. sup illud, Signum accepit circũcisionis.

Resp. Dicendum, quòd (sicut dictum est *) circuncisio quoddam signum fidei est, institutum a Deo, cuius sapientiæ non est numerus: determinare autem conuenientia signa, est sapientiæ opus: & ideo concedendum est, quod ritus circuncisionis fuit conueniens.

* art. præc. huius q.

Ad primum ergo dicendum, quòd circuncisio conueniẽter fiebat in membro generationis. Primo quidem: quia signum erat fidei, qua Abraham credidit Christum ex suo semine nasciturum. Secundo, quia erat in remedium peccati originalis, quòd per actum generationis traducitur. Tertio, quia ordinabatur ad diminutionem carnalis concupiscentiæ quæ præcipue in membris illis viget, propter abundantiam delectationis venereorum.

Ad secundum dicendum, quòd cultellus lapideus non erat de necessitate circuncisionis: vnde nõ inuenitur tale instrumentum præcepto diuino determinatum: neque etiam communiter tali instrumento Iudæi vtebantur ad circuncidendum, sicut neque modo vtuntur. Legũtur tamen aliquæ circuncisiones famosæ, cultello lapideo factæ: sicut legitur Exod. 4. quòd tulit Sephora acutissimam petram, & circuncidit præputium filii sui, & Iosue quinto, dicitur: Fac tibi cultellos lapideos, & circuncide secundo filios Israel; per quòd figurabatur circuncisionem spiritualem esse fiendam per Christum, de quo dicitur 1. Cor. 10. Petra autem erat Christus.

3^m de maiori. Ita. ℞. Quantum ad institutum esse in remedium peccati originalis: nõ autem, quantum ad præuentionem talis temporis. §. Hoc est. Similitudo illa tenet in hoc, quód ambo. s. baptismus, & circuncisio, sunt a Deo instituta in remedium originalis peccati: non autem tenet in hoc, ꝙ similiter ambo possint præuenire octauũ diem. i. quòd possint cõferri ante diem illum. Tunc nihil &c. vt patet consideranti.

Ad tertium dicendum, quòd octauus dies determinabatur circuncisioni: tum propter mysterium, quia in octaua ætate (quæ erit ætas resurgentium) quasi in octauo die perficitur per Christum spiritualis circuncisio, quãdo auferet ab electis non solum culpam, sed etiam omnem pœnalitatem: tum etiam propter teneritudinem infantis ante octauum diem. vnde etiam de aliis animalibus. Leu. 22. Præcipit', bos, ouis, & capra, cum genita fuerint, septem diebus erunt sub vbere matris suæ, die autem octauo, & deinceps offerri poterunt domino. Erat autẽ octauus dies de necessitate præcepti: ita. s. quòd octauum diem prætermittentes peccabant, etiam si esset sabbathum secundum illud Io. 7. Circũcisionem accipit homo in sabbatho, vt non soluatur lex Moysi: non tamen erat de necessitate sacramenti: quia si aliqui omitteb it octauum diem, postea poterunt circuncidi: quidam etiam dicunt, ꝙ propter periculum imminentis, mortis poterat octauus dies præueniri, sed hoc nec ex auctoritate scripturæ, nec ex consuetudine Iudæorum haberi potest. vnde melius dicendum est, sicut etiam Hug.* de sancto Victo. dicit, quòd octuus dies nulla necessitate præueniebatur. vnde super illud Prou. 4. Vnigenitus eram coram matre mea, dicit glo.* quòd alius Bersabee paruulus non computatur: quia ante octauum diem mortuus, nominatus non fuit, & per consequens nec circuncisus.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articu habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis: quòd ritus circuncisionis erat conueniens. Vt in Genes. 17. Circuncidetis carnem præputij vestri. Infans octo dierum circuncidetur. Ly circuncidetis, cũ ḿ dicatur simpliciter. i. nullo addito, denotat; talem incisionem debere fieri ꝑ instrumentum pro incisionibus consuetum. i. cultello ferreo. Alioquin si Deus aliter uoluisset intelligi, seipsum declarasset: ut fecit Iosue cap. quinto, dicens, fac tibi cultros lapideos. Ex quo dicto intelligi etiam datur; quòd communiter non fiebat circuncisio cultris lapideis: quoniam si hoc fuisset ordinarium, suffecisset dicere, Circuncide filios Israel, & superfluum fuisset determinare instrumentum incisiuum addendo, fac cultros lapideos. Ly carnem præputij, dicit locum incisionis; ad differentiam, quod fiat in capite, &c. Ly infans octo dierum, designat tempus eiuidem. Per hoc. n. quod nõdum circuncisionis, & quoad instrumẽtum, & quoad locum, & quoad tẽpus, Deum determinasse, scripturæ narrant: eiusdem circuncisionis ritũ a Deo ipso deriuatum fuisse cõmonstrãt. Porrò idem est dicere, Deus* fecit hoc, & dicere Deus conuenienter fecit hoc: quandoquidem impossibile est, sapientiam ipsam, & eo maxime si infinita sit, non facere conuenienter & anthonomaticè quidem, idest conuenientissimè, quæcunque facit. Ex eo igitur quòd ritum circuncisionis a Deo esse dixerunt, uoluerunt notificare nobis præsens intẽtum. s. quòd ritus ipse & erat, & non esse non poterat, conueniens in summo. i. pro talis status tempore conuenientissimus. Ad huiusmodi intentum aperiendum faciunt quoque dicta in art. 2. appen. ideo vide illic. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

*Potest colligi ex li. 1. de sacram. par. 12. c. 2.

*Glo. Ord. ibid.

---

S. Bon. 4. s. d. 1. q. 3.
Rich. 4. s. d. 2. q. 3.
Capr. 4. d. 2. q. 1. cont. 2.
Scot. 4. s. d. 1. q. 6.
Sot. 4. s. d. 1. q. 1. ar. 4.
Palud. 4. dist. 1. quæst. 5. art. 2.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum circuncisio conferebat gratiam iustificantem.*

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd circuncisio non conferebat gratiam iustificantem dicit enim Apost. Gal. Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est, idest sine causa, sed circuncisio erat quædam obligatio legis implendæ, secundum illud Galat. sexto. Testificor omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ: ergo si ex circuncisione est iustitia, Christus gratis, idest sine causa, mortuus est, sed hoc est inconueniens. non ergo ex circuncisione erat gratia iustificans a peccato.

¶ 2 Præt. Ante institutionem circuncisionis sola fides ad iustificationem sufficiebat: dicit enim Grego. in Moral.* Quod apud nos valet aqua baptismatis, hoc egit apud veteres pro paruulis sola fides: sed virtus fidei non est imminuta per mandatum circuncisionis. ergo sola fides paruulos iustificabat, & non circuncisio.

¶ 3 Præt. Iosue quinto, legitur, ꝙ populus, qui natus est in deserto per quadraginta annos, incircuncisus fuit, si ergo per circuncisionem auferebatur peccatum orignale, videtur quòd omnes, qui in deserto mortui sunt, tam paruuli, quàm adulti, fuerint damnati, & eadem obiectio est de pueris, qui moriebantur ante octauum diem circuncisionis: quia præueniri non debebat, vt dictum* est.

*Art. præc. q. 3. arg.

¶ 4 Præt. Nihil impedit introitum regni cœlestis, nisi peccatum: sed circuncisi ante passionem Christi impediebantur ab introitu regni cœlestis. non ergo per circuncisionem homines iustificabantur a peccato.

¶ 5 Præt. Peccatum originale non dimittitur sine actuali: quia impium est a Deo dimidiam sperare veniam, vt Aug.* dicit: sed nusquam legitur, quòd per circuncisionem remitteretur actuale peccatum. ergo etiam, neque originale per eam dimittebatur.

Sed contra, est ꝙ Aug.* dicit ad Valerium contra Iulianum, Ex quo instituta est circuncisio in populo Dei,* quæ erat signaculum fidei iustitiæ Dei, ad sanctificationem purgationis valebat paruulis originalis veterisque peccati: sicut & baptismus ex illo cœpit valere tempore ad inouationem hominis, ex quo institutus est.

Respon. Dicendum, quòd ab omnibus communiter ponitur, quòd in circuncisione peccatum originale remittebatur. Quidam tamen dixerunt, quòd non conferebatur gratia, sed solum auferebatur peccatum, quod Magister ponit in prima distinct.* 4. sent. & Rom. 4. in glos.* sed hoc non potest esse: quia culpa non remittitur nisi per gratiam, secundum illud Roman. 3. Iustificati gratis per gratiam, &c. & ideo alii dixerunt, quòd per circuncisionem conferebatur gratia, quantum ad effectus remissionis culpæ, sed non quantum ad effectus positiuos, ne cogerentur dicere, quòd gratia in circuncisione collata sufficiebat ad implendum mandata legis, & ita superfluus fuerit aduentus Christi; sed hæc etiam positio stare non potest. primo quidem, quia per circuncisionem dabatur pueris facultas suo tempore perueniendi ad gloriam, quæ est vltimus effectus positiuus gratiæ. secundum, quia priores sunt naturaliter secundum ordinẽ causæ formalis effectus positiui, quàm priuatiui licet s̃m ordinem causæ materialis sit econuerso, forma

* In lib. de vera & fal. pœnit. c. 9. non longe a prin. t. 4.

* Lib. 2. de nuptijs & cõcu. c. 11. in li. to. 7.

* alias, quæ erat signaculũ iustitiæ fidei ad purgationẽ ualebat magnis & paruulis, &c. dist. 1. in §. pen.

* Gl. ord. super illud, signum accepit circũcisionis.

84

Sup. q. 62. art. 6 ad 3. & 4. dist. 1. q. 2. arti. 4. & veri. qõ. 28. ar. 2. ad 12 & to. 4. lec. 2. & ca. 9. lec. 5.

SVPER Q. XI.

Aliàs 70. Art. IIII.

Concl. In circuncisione conferebatur gratia, quantum ad omnes gratiæ effectus; aliter tamen, quam in baptismo.

¶ Prob. Quia in circuncisione remittebatur peccatum originale (ut patet ex communi omnium positione): & culpa non remittitur, nisi per gratiam (ut patet ex Rom. 3.) Secunda autem pars. i. quantum ad &c. probatur. Quia ibi conferebatur gratia quantum ad effectus tũm priuatiuos. i. remissionis peccati, tũ positiuos tam perueniendi ad uitam æternam, quam reprimendi fomitem ac implendi legem (ut singillatim patet in tex.) Tertia vero pars, scilicet aliter &c. probatur primò, Quia baptismus ex virtute sua confert gratiam, circuncisio autem non (cùm passio Christi nondum esset realiter facta tem-

*lib. 4 c. 2. circa med.

ma enim nõ excludit priuationem, nisi informando subiectum, & ideo alii dixerunt, quòd in circuncisione conferebatur gratia etiam quantum ad aliquem effectum positiuum qui est facere dignũ vita æterna, sed non quantum ad omnes effectus: quia non sufficiebat reprimere concupiscentiam fomitis, nec ad implẽdum mandata legis, quod etiam aliquando mihi visum est: sed diligẽter consideranti apparet hoc nõ esse verum: quia minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, & vitare omne peccatum mortale, quod committitur in transgressione mandatorum legis: minima enim charitas plus diligit Deum, quàm cupiditas millia auri, & argenti, & ideo dicendum est, quòd in circuncisione conferebatur gratia quantum ad omnes gratiæ effectus, aliter tamen quam in baptismo. Nam in baptismo confertur gratia ex virtute ipsius baptismi, quam habet inquantum est instrumentum passionis Christi iam perfectæ.* In circuncisione autem conferebatur gratia, non ex virtute circũcisionis, sed ex virtute fidei passionis Christi, cuius signum erat circuncisio: s. quòd homo, qui accipiebat circuncisionem, profitebatur se suscipere talem fidem, vel adultus pro se, vel alius pro paruulis. vnde & Apostolus dicit Rom. quarto, ꝙ Abraham accepit signum circuncisionis, signaculum iustitię fidei, quia scilicet iustitia erat ex fide significata, non ex circuncisione significante, & quia baptismus operatur instrumentaliter in virtute passionis Christi, non autem circuncisio, ideo baptismus imprimit charactẽrẽ incorporantem hominem Christo, & copiosiorem gratiam confert quàm circuncisio: maior. n. est effectus rei iam præsentis, quàm spei.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procederet, si ex circuncisione esset iustitia aliter, quàm per fidem passionis Christi.

Ad secundum dicendum, ꝙ sicut ante institutionem circuncisionis, sola fides Christi futuri iustificabat tam pueros quàm adultos, ita etiam & circuncisione data: sed antea non requirebatur aliquod signum protestatiuum huius fidei: quia nondum homines fideles, seorsum ab infidelibus cœperant adunari ad cultum unius Dei: probabile tamen est, quòd parentes fideles pro paruulis natis, & maxime in periculo existentibus, aliquas preces profunderent, vel aliquam benedictionem eis adhiberent (quod erat quoddam signaculum fidei) sicut adulti pro seipsis preces, & sacrificia offerebãt.

Ad tertium dicendum, quòd populus in deserto prætermittens mandatum circuncisionis, excusabatur: tum, quia nesciebat quando castra mouenda erant: tum, quia (ut Damas. dicit) non necesse erat eum aliquod signum distinctionis habere, cum seorsum ab aliis populis habitabat, & tamen vt August.* dicit, inobedientiam incurrebant, qui ex contemptu prætermittebant. Videtur tamen, quòd nulli incircuncisi mortui fuerint in deserto: quia, vt in Psalm. 103. Dicitur non erat in tribubus eorum infirmus: sed illi soli videntur mortui in deserto, qui fuerant in Aegypto circuncisi: si tamen aliqui incircuncisi, mortui sunt eadem ratio est de his, & de his, qui moriebantur ante circuncisionis institutionem: qđ etiam intelligendum est de pueris, qui moriebantur ante octauum diem tempore legis.

*Dam. li. 4. ca. 26. circa pri. & 50. q. sup. Iosue, c. 6. a med. tom. 4.

Ad quartum dicendum, ꝙ in circuncisione auferebatur originale peccatum ex parte personæ: remanebat tñ impedimentũ intrãdi in regnum cęlorum ex parte totius naturæ: quod fuit sublatum per passionem Christi, & ideo etiã baptismus ante passionem Christi non introducebat in regnum: sed & circuncisio, si haberet locum post passionẽ Christi, introduceret in regnum.

Ad quintum dicendum, ꝙ adulti quando circuncidebãtur, consequebantur remissionem, non solum originalis peccati, sed etiã actualium peccatorum: non tamen ita quòd liberarentur ab omni reatu pęnæ, sicut in baptismo, in quo confertur copiosior gratia.

QVAE

---

tempore circuncisionis; sicuti est tempore baptismi. quæst. 3. art. 1. 5. 6.) Secundò quia baptismus imprimit characterem spiritualem, circuncisio autem non (cum circuncisio non operaretur instrumentaliter in virtute passionis Christi; sicuti baptismus. q. 3. articu. 6.) Tertiò quia baptismus confert gratiam copiosiorem, quàm circuncisio (cum maior sit effectus rei iam præsentis, quàm spei.)

1m ex Apostolo. Si ex lege est iustitia; Christus gratis mortuus est. R. 1. Si ex lege, virtute legis. i. aliter, quàm per fidem passionis Christi, est iustitia; Christus gra. m. e. §. Tunc nihil &c. Non enim ex circuncisione erat iustitia aliter, q̄ p passionem Christi. In huius signum dicit Roman. 4. Abraham accepit circuncisionem, signaculum iustitię fidei. Hoc est. signaculum iustitiæ a fide causatæ. Ac si patenter dixisset. Gratia iustificans erat ex fide per circuncisionem significata: non autem ex circuncisione si[gni]ficante. Ex his ergo Apostoli verbis constat; quòd tota virtus ad iustificandum homines circuncisos erat ex fide passionis Christi; & consequenter quòd iustitia ibi collata præsupponebat passionem Christi: & consequenter quod in lege fuisse tali modo iustitiam, non infert, quod Christus gratis mortuus sit; sed inferebat, quòd Christus ex magna nostræ vtilitatis causa moriturus erat.

Vbi nõ ponit S. Thomas signũ retractationis tu ne attribuas ei retractationem.

D. 684.

D. 342.

*Alias circuncisio autem conferebat gratiã, inquantum erat signum fidei passionis Christi futuræ.

2m conclusio. Sola fides paruulos iustificabat, & non circuncisio. R. Conceditur. §. Attamen nihil inde ꝓuenit contra. Articuli enim conclusio docuit: quod in circuncisione dabatur quidem gratia iustificans, sed hoc non erat ex virtute circuncisionis (ut fit in baptismo) idest, quòd in circũcisione iustificabatur quidem homo, sed circuncisio non iustificabat. Ad quid ergo requirebatur circuncisio? Ad hoc, ut esset signũ protestatiuum fidei tũc iustificantis: sicut & in corp. ipsa dicebatur ex Roman. 4. signaculum iustitiæ fidei. Argumentum ergo fallitur in hoc, quod non intellexit verum conclusionis articuli sensum.

3m illatio conclusionis. Si ergo per &c. R. Negatur illatio. §. Ratio autem negationis est: quia populus in deserto prætermittens mandatum circuncisionis &c. vt in tex.

4 de maiori. Nisi peccatum. R. Vel ex parte personæ, & totius naturæ simul, impediens; vel ex parte totius naturæ solum. §. Tunc nihil &c. Nam in circuncisione auferebatur originale peccatum ex parte, &cæt. vt in text. Ex quo dic, quod sicut vnio formalis ad actuale etiam extendit: quòd quia peccatum actuale (dempto primo primis hominis 1. 2. quæst. 81. artic. 1. 2.) non inficit totam naturam humanam, ideo Sancti Patres in limbo ab ingressu cœlorum non retardabantur a peccatis actualibus: quandoquidem dignam de illis omnibus pœnitentiam egerant.

5m de minori. Numquàm legitur. R. Expresse. §. Tunc nihil &cæt. Ad intentum enim conclusionis saluandum, sufficit, quod alicubi legatur implicite hoc. s. quòd per circuncisionem remittebatur peccatum actuale. Sic vero legitur illud Genes. 17. Masculus, cuius præputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo. Ex hac Dei sententia inferas tu. Ergo anima masculi circuncisi, ut sic, non delebitur de populo suo. i. non damnabitur. Ergo in circuncisione remittebatur peccatum originale. Quæ remissio non fit, nisi per gratiã. Ergo & actuale, si aderat, (ut in adultis; puta Ismael, vernaculisq; Abrahæ, de quibus infra in isto capitulo) remittebatur: quoniam si non remisisset actuale, nec remisisset originale: quia gratia nullum mortale secum compatitur (ut in tota theologia patet.). In eo igitur, quòd scriptura per locum ab oppositis dicit, quòd anima masculi circuncisi non delebitur de populo suo, continetur implicite, quòd peccatum etiam actuale cum originali repertum remittebatur in circũcisione. Alioquin, si actuale non remisisset; tunc anima masculi circuncisi delẽda fuisset de populo suo (quod est contra literam scripturæ expressam): quoniam unum peccatum mortale actuale sufficit ad damnationem animæ sic delinquentis. Adulti itaq;, qñ circuncidebãtur, &c. vt in tex.

D. 344.

APPENDIX.

EX articu. habes primo: qđo per rõnem & ostendas, & recte intelligas, merito esse insinuatũ a scripturis Bernardo, & Aug. ꝙ in circuncisione dabatur gratia iustificans. A D. Aug. quidẽ; ut in argu. contr. Vbi nota: ꝙ ly, sicut dicit similitudinẽ, & ꝙ similitudo non tenet in oĩb. Quasi apertius ibi dixisset Aug. Circuncisio valebat ad deletionẽ originalis peccati, sicut baptismus: sed non valebat tñ, quantũ baptismus. A scripturis verò per dictũ Gen. 17. Masculus, cuius præputij caro, &c. ut supra ad quintum. Et discurre, ut ibidẽ ad demonstrãdũ ex scriptura intentũ. s. ꝙ in circuncisione iustificabatur homo. Nõ tñ inde, licet ab oppositis dicatur ly circuncisi masculi anima non delebitur de populo suo, intelligas: ꝙ oẽs circuncisi saluarentur tandẽ. s. in vitã æternam ingressuri essent. Hoc enim falsum est; dicente Apostolo Roman. 2. Circuncisio quidem prodest (. s. ad vitã æternã acquirẽdã) si lo-

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

ſi legem obſerues; ſi autem præuaricator legis ſis, circunciſio tua præputium facta eſt. Hoc eſt: Tunc circunciſio tua ad cœlum obtinendum nihil valet. Quæ verba de adultis tantũ, quos ibi alloquitur, verificantur. Vt a ſimili dicamus adultis: baptiſmus quidẽ prodeſt, ſi legem Euangelicam obſerues: ſi autem legis ipſius præuaricator ſis, baptiſmus tuus factus eſt ad vitam æternam obtinendam, ac ſi non fuiſſet. i. ac ſi tu baptizatus non fuiſſes. Ex his ergo verus ſenſus aperitur illius dicti Marc. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Sicuti antiquitus ex Gen. 17. Qui circunciſus fuerit, ſaluus erit. Hoc eſt (de adultis loquendo) ſi circunciſus legem, cuius faciendæ erat debitor Galat. 6. obſeruabat. A D. Bernardo autem; vt recitatur ſupra art. 1. appen. ꝙ ſ. rubiginem peccati eradebat. Cæterum pro huius materiæ de circunciſione pleniori captu, vide. q. 3. art. 6. Et Veritates aureas ſuper totam legem veterem Geneſ. 7. concluſion. 4. Secundò vides: quomodo ex ijs bene penſatis & applicatis doctrina hæc Angelica viciſſim &c.

---

# QVAESTIO XII.

*De præparatoriis, quæ ſimul concurrunt, cum baptiſmo, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderãdum eſt de præparatoriis, quæ ſimul cõcurrunt cum baptiſmo.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum catechiſmus debeat præcedere baptiſmum.

¶ Secundò, Vtrum baptiſmum debeat præcedere exorciſmus.

¶ Tertiò, Vtrum ea, quæ aguntur in catechiſmo, & exorciſmo, aliquid efficiant, vel ſolũ ſignificẽt.

¶ Quartò, Vtrum baptizandi debeant catechizari, vel exorcizari per ſacerdotes.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum catechiſmus debeat præcedere baptiſmum.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ catechiſmus non debeat præcedere baptiſmum. Per baptiſmũ. n. regenerantur homines in vitam ſpiritualem: ſed prius homo accepit uitam quàm doctrinam. nõ ergo prius debet homo catechizari, ideſt doceri, quàm baptizari.

¶ 2 Præt. Baptiſmus exhibetur non ſolum adultis, ſed etiam pueris qui non ſunt doctrinæ perceptibiles: eo quòd non habent vſum rationis. ergo ridiculum eſt eos catechizare.

¶ 3 Præt. In catechiſmo confitetur catechizatus ſuam fidem: ſed pueri non pñt ſuam fidem cõfiteri, neque per ſeipſos: neq; etiam aliquis alius pro eis: tum, quia nullus põt aliũ ad aliquid obligare: tum etiã quia non põt aliquis ſcire, vtrum pueri cum ad legitimam ætatem peruenerint, aſſentiant fidei, non ergo debet catechiſmus præcedere baptiſmum.

SED CONTRA eſt ꝙ Rabanus de inſtitutione clericali dicit,* Ante baptiſmum, catechizandi debet hominẽ ꝑuenire officiũ, vt fidei primũ catechumenus accipiat rudimẽtum.

RESP. Dicendum, ꝙ (ſicut ſupra dictum eſt*) baptiſmus eſt fidei Chriſtianæ ſacr̃m, cum ſit quædã ꝓfeſſio fidei Chriſtianæ. Ad hoc aũt ꝙ aliqͣs fidẽ accipiat requiritur, ꝙ de fide inſtruatur, ſ̃m illud Ro. 10. Quõ credẽt ei, quẽ non audierunt: quõ autẽ audient ſine prædicante. Et ideo ante baptiſmum conuenienter præcedit catechiſmus. vnde, & Dominus præceptum baptizandi diſcipulis tradẽs præmittit doctrinam baptiſmo dicens, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ vita gratiæ, in qua regeneratur aliquis per baptiſmum, præſupponit vitam naturæ rationalis: in qua homo poteſt eſſe particeps doctrinæ.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ſicut mater Eccleſia (ut ſup. dictum eſt*) accõmodat pueris baptizandis aliorum pedes, vt veniant, & aliorũ cor vt credant: ita ẽt accõmodat eis aliorum aures, ut audiant, & intellectum, ut per alios inſtruãtur, & ideo eadem ratione ſunt catechizandi, qua ſunt baptizandi.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd ille, qui pro puero baptizato rñdet, Credo, non prædicit puerum crediturum, cũ ad legitimos annos peruenerit: alioquin diceret, Credet, ſed ꝓfitetur fidem Eccleſiæ in pſona pueri, cui cõicatur, cuius ſacr̃m ei tribuitur, & ad quã obligatur per aliũ, non eſt. n. inconueniens, ꝙ aliquis obligetur ꝑ alium in his, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. Similiter ẽt patrinus ꝓ puero reſpondens promittit ſe operam daturum ad hoc ꝙ puer credat: quod tamẽ ſufficeret in adultis vſum rationis habentibus.

AR-

---

SVP. QVAEST. XII. Aliàs 71. Art. 1.

COncl. Ante baptiſmũ conuenienter ꝑcedit catechiſmus.

¶ PROB. 1. Quia baptiſmus eſt profeſſio fidei Chriſtianæ (cum ideo dicatur fidei ſacramentum): & ad hoc, ꝙ aliquis fidem accipiat, requiritur, ꝙ de fide inſtruaẽ (ut patet ex Roman. 10.) Secundò quia Dñs concluſionem ipsã inſinuat per hoc ꝑmittit doctrinam fidei baptiſmo (ut de doctrina patet Math. 28. per ly docete, baptizantes: quodq́ue ſit fidei patet Mar. 16. per ly qui crediderit): & cathecíſm*, ſecundum uſum eccleſiæ, eſt idem; quod doctrina fidei.

1^m de minori.

85 4. di. 6. 3. q. ar. 2. q. 1.

Accipit vitam. ℞. Naturæ rationalis. §. Tunc nihil &c. Nam per baptiſmũ quis accipit vitam in alio ſenſu. ſ. vitã gratiæ: ad quam accipiendam præreq̃uitur doctrina fidei (ut probatio dixit ex Rom. 10.) Nec mirum: quoniam vita ſpiritualis gratiæ præſupponit vitam naturæ &c. ut in tex.

2^m de antecedente. Qui. ℞. Per ſeipſos. §. Tunc ni. &c. Ad ſaluandum. n. condecentiam catechizãdi pueros, ſufficit: ꝙ ipſi per alios ſint doctrinæ perceptibiles. Et ſic fit in propoſito. Nam ſicut mater eccleſia accommodat pueris baptizandis aliorũ &c. vt in tex. In quo charitatẽ matris noſtræ contemplare.

3^m de minori. Neq; etiã aliquis alius pro eis. ℞. Negatur hoc. §. Ad probationem ergo primam rñdetur ſimiliter. i. negando illam. Non eſt. n. incõueniens, ꝙ aliquis vſu rationis carens ꝑ alium obligetur in his, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. Ratio eſt, quia iſte obligans eum fideliter agit negotium eius, qui obligatur. Q̃quidem promittere pro eo, qui de ſe tenetur ad faciendum aliquid, ſi ipſe in aliquo caſu ſit impotens ad pro ſe promittendum; cumq; ſic ad tale quid obligare, eſt opus magnæ amicitiæ, commendandæ fidelitatis (ut patet etiam in legibus humanis) & extenſæ ad proximos charitatis. In cuius ſignum eſt: ꝙ qui per aliquem ſic obligatur actualiter ad id, ad qđ faciendum ipſemet de ſe aliàs, pœna interueniente, erat obligatus, tenetur ſ̃m prudentum iudicium: gratias magnas referre ei, qui pro ſe talem obligationem fecit. Ad probationem autem in textu ſecundam reſpondetur: quòd fallitur in hoc, quòd non percipit verum ſenſum tunc promittentis pro alio. Ille enim qui pro puero baptizando reſpondet, Credo, non prædicit (ut putat argumentum) puerum crediturum, cum ad legitimos annos peruenerit: ſed ſic dicendo facit duo. Primum eſt: quod profitetur fidem in pſona pueri: cui tunc & fides quò ad habitum ꝑ infuſionem a Deo communicatur, & fidei ſacramentum ꝑ Dei miniſtros tribuitur. Secundum eſt: quòd promittit, ſe operam daturum ad hoc; quòd puer ille qui mox poſt baptiſmũ habitualiter credit, credat actualiter. i. actu ſuo proprio, cum ad vſum rationis ꝑuenerit. Hinc fit: quòd patrini ſunt fideiuſſores. quæſtione octaua, articu. octauo. Ex præmiſſis patet: ꝙ deriſibili ignorantia, ſeu etiam deteſtabili malitia laborẽt ij; quos iuſtiſſime damnat Concilium Trident. ſeſſ. ſeptima, de bapt. cano. decimotertio, decimoquarto.

*li. 1. c. 25. a me. illi*. — *q. præc. artic. 3. — *q. 69. art. 6. ad 3. ar. & 68. ar. 9.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articu. habes primò: quomodo ꝑ rationem oſtendas, merito eſſe inſinuatũ a ſcripturis, Rabano, & concilijs: quod catechiſmus debet præcedere baptiſmum. A Rabano quidem: ut in argu. contr. A concilio autem Papæ Martini. Oportet vt qui baptizandi ſunt, ſymbolum diſcãt. Hæc in decret. De conſecr. diſtin. quarta, cap. Non liceat. Item a Concilio Bracarenſi. In quibus viginti diebus omnino ſymbolum, quod eſt Credo in Deum. Patrem omnipotentem, ſpecialiter doceantur. Hæc in decret. de conſecr. diſt. 4. cap. Ante 20. dies. A ſcripturis uerò per hoc, quòd Apoſtoli præuia doctrina fidei (ut patet Actu. 2. 3. 4. & 10 baptizabant; & Philippus diaconus dicenti Eunucho. Actu. 8. Quis prohibet, me baptizari? reſpondit, ſi credis ex toto corde, licet. Item a Chriſto per hoc, quòd (ut patet Io. 9.) Oculos cæci nati luto facto ex ſputo prius liniuit; & deinde ad aquas Syloe eum miſit. Tali ſiquidem actione ſua (quandoquidem omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio) denotauit: quòd baptizandus debet prius de fide incarnationis inſtrui; & ſic poſtea iam credulus ad baptiſmum admitti. 2 Secundò vides: quomodo ex ijs bene penſatis & applicatis doctrina hæc Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur.

Sent. 4 dist. d 6. q. 2. art. 2.

SVPER Q. XII. Aliàs 71. ART. II.

CONCL. Conuenienter ante baptiſmum expelluntur dæmones per exorciſmos; ne ſalutem hominis impediant.

¶ PROB. Quia proponens ſapienter facere aliquod opus, priùs remouet impediméta ſui operis (vt patet ex Hierem. 4.): & diabolus eſt humanæ ſalutis per baptiſmum tunc acquirendæ impedimentum ex peccato hominis originali, vel etiam actuali potens.

86

Inf. a. 3. ad 3. & 4. d. 6. q. 2. a. 3. q. 1. per tot. & q. 2. ad 4.

¶ NOT. Reſiduũ textus corp. à ly quã quidem expulſionem &c. vſque in finem, eſt poſitum in gratiam declarationis terminorũ conclusionis. ſ. expelluntur, & ſalutis. Quaſi dicatur. Expelli eos etiam ſenſibiliter patet per exſufflationé; & efficaciter. ſ. ne redeant, patet per benedictionem, manuſq; impoſitionem. Salus autem baptizati, quæ tũc in ipſo fit, oſtenditur, in quibus rebus cõſiſtat. ſ. in receptione doctrinæ fidei (en linitio auriũ), in eiuſdem approbatione (en linitio narium), in eiuſdem confeſſione (en ſal in os miſſum), in pugnando contra dęmones (en olei vnctio).

*Cęleſt. I. in 1. epiſt. ad Ep. Galliç. c. 12. in princ. to. 1. Concil.

## 1^m de maiori.

Contra energumenos. R. i. contra à diabolo vexatos vel corporaliter, vel ſpiritualiter. §. Tũc nihil, &c. Quamuis .n. non omnes accedentes ad baptiſmum &c. vt in tex. Ex quo formaliter dic: quòd pueri illi à diabolo vexantur ſpiritualiter, pro quanto diabolus ex poteſtate ſup eos habita propter peccatũ originale, vel ẽt actuale (ſi ſunt adulti) nititur impedire ſalutem ipſorum; ne ſ. per baptiſmum eam conſequantur, ſeu ne baptizentur. Hinc & ex textu inferas: quod diabolus impedimenta, quæcumque poteſt, procurat ad retrahendum adultos, puerulosq; a baptiſmo. i. ad faciendum, quod non baptizentur: & quandoque etiam, Deo permittente, diaboli ipſi illis mortem intentant, atque occidunt; & (vt ſemel dicam) nullum non mouent lapidem ad hoc intentum ſuum quomodolibet facientem, ne quis illorum ad baptiſmum quandoque accedat.

* aliàs, acquiritur.

## 2^m de maiori.

In eo habet poteſtatem. R. Quantum ad hoc, q impedit eum à perceptione gloriæ. §. Tunc nihil, &c. Nam exorciſmus ante baptiſmum ordinatur immediatè ad alium finem. i. ad tollendum poteſtatẽ dæmonis quantum ad hoc, quòd impediunt hominem à perceptione baptiſmi. Vide art. 3. in corp.

## 3^m de antecedente.

Dęmonum poteſtatem. R. Impugnantem ab exteriori homines. §. Tunc nihil &c. Nam exorciſmus datur contra dæmonum impugnationem ab interiori.

## Item de antecedente.

Eſt introducta. R. Secundò. §. Hoc eſt. Quaſi in locum exorciſmorum baptiſmalium. Sicut enim in remedium contra peccatum ſecundò datur pęnitentia &c. vt in tex. ſecundæ reſponſionis huius. Tunc nihil &c. vt de ſe patet. Imo argumentum ſic (vt decet) gloſſatum ſtat in fauorem concluſionis articuli. Ex eo enim, quod aqua benedicta introducta fuit ſecundò. i. in locum exorciſmi baptiſmalis, propter hoc. ſ. quòd tales exorciſmi non iterantur; ſequitur manifeſte: quod baptiſmales exorciſmi fuerunt primò. i. præceſſerunt (vt uerbo tituli præſentis quæſiti vtar).

# ARTICVLVS II.

*Vtrum exorciſmus debeat præcedere baptiſmum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd exorciſmus non debeat præcedere baptiſmum. Exorciſmus enim contra energumenos, i. arreptitios ordinatur: ſed non omnes baptizandi ſunt tales. ergo exorciſmus non debet præcedere baptiſmum.

¶ 2 Præt. Quamdiu homo ſubiacet peccato, diabolus in eum habet poteſtatem: quia, vt dicitur Ioan. 8. qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: ſed peccatum tollitur per baptiſmum. non ergo ante baptiſmum ſunt homines exorcizandi.

¶ 3 Præt. Ad arcendum dęmonum poteſtatem, introducta eſt aqua benedicta. non ergo ad hoc oportebat aliud remedium adhiberi per exorciſmos.

SED CONTRA eſt, quòd Cęleſtinus Papa dicit, Siue paruuli, ſiue iuuenes ad regenerationis veniant ſacramentum, non prius fontem vitæ adeant, quam exorciſmis, & exſufflationib. clericorum ſpiritus immundus ab eis abiiciatur.

RESPON. Dicendum, quòd quicumque ſapienter aliquod opus facere proponit, prius remouet impedimenta ſui operis: vnde dicitur Hierem. 4. Nouate vobis nouale, & nolite ſerere per ſpinas. Diabolus autem hoſtis eſt humanæ ſalutis, quæ homini per baptiſmum exhibetur,* & habet poteſtatem aliquam in hominem, ex hoc ipſo, quòd ſubditur originali peccato, vel etiam actuali. Vndè conuenienter ante baptiſmum expelluntur dæmones per exorciſmos, ne ſalutem hominis impediant: quam quidem expulſionem ſignificat exſufflatio. Benedictio autem cum manus impoſitione, præcludit expulſo viam, ne redire poſſit. Sal autem in os miſſum, & narium, & aurium ſputo linitio, ſignificat receptionem doctrinæ fidei quantum ad aures, & approbationem, quantum ad nares, & confeſſionem quantum ad os. Olei verò inunctio ſignificat aptitudinem hominis ad pugnandum contra dæmones.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd energumeni dicuntur, quaſi interius laborantes ex intrinſeca operatione diaboli. & quamuis non omnes accedentes ad baptiſmum, corporaliter ab eo vexentur: omnes tamen non baptizati poteſtati dæmonum ſubiiciuntur, ſaltem propter originalis peccati reatum.

AD SECVNDVM dicendum, quòd in baptiſmo per * ablutionem peccati excluditur, poteſtas dęmonis ab homine, quantum ad hoc, quòd impedit eum à perceptione gloriæ, ſed exorciſmi excludunt poteſtatem dæmonis inquantum impedit hominem à perceptione ſacramenti.

*aliàs, ablationem.

AD TERTIVM dicendum, quòd aqua benedicta datur contra impugnationes dæmonum, quę ſunt ab exteriori, ſed exorciſmus ordinatur contra impugnationes dæmonum, quæ ſunt ab interiori. vnde & energumeni dicuntur, quaſi interius laborantes, illi, qui exorcizantur. Vel dicendum, quòd ſicut in remedium contra peccatum, ſecundo datur pœnitentia, quia baptiſmus non iteratur, ita in remedium contra impugnationes dęmonum, ſecundo datur aqua benedicta, quia exorciſmi baptiſmales non iterantur.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primo; quomodo per rationem conuincas de errore temerariam irriſionem Caluiniſtarũ, qua Papiſtis (ſic enim contemptiuè vocãt Sedis Apoſtolicę filios catholicos) hoc, tamquàm erroneum, imponunt. ſ. quòd & ad baptiſmum requiritur exorciſmus; & quòd adiuratio dæmonũ de infantibus, vel aliis bonis creaturis, non eſt ſuperſtitio & præſumptio (vt patet ex Caluini libello contr. act. Concilij Tridentini). Doctor enim ſanctus in iſto articulo tàm efficaciter probat & exorciſmum baptiſmalem conuenienter contra dęmones prærequiri; & per conſequens adiurationem ipſam dæmonum de baptizandis non eſſe ſuperſtitionem, aut præſumptionem; & contrarias illuſiones, quæ ſunt argumenta contra hanc veritatem tàm validè fugat; vt non niſi pro dæmonibus, aduerſuſque infantes, aliaſq; bonas creaturas, ſtare videatur quicũque præſenti articulo de exorciſmo contraponitur. Nec mirum. Prædictis enim omnibus penſatis, quæ Doctor vere Angelicus in textu determinat videtur is (quiſquis ille fuerit) & de eiectione dæmonum, quam exorciſmi efficiunt (vt in articu. 3.) dolere; & de infantium, aliarumque creaturarum ſalutis impedimento, quod exorciſmi tollunt, gaudere; tanquàm diabolorum fautor, & amicus; infantium autem, aliorumque baptizandorum oſor, & inimicus.

Reſp. 2.

2 Secundò habes; quomodo per rationem oſtendas, illum Caluiniſtarum, quem per riſum operantur, errorem damnari meritò à multis narratis in quæſt. 7. artic. 10. appen. Item à Papa Cęleſtino; vt in argum. contr. Item à Diuo Auguſtino, vt in art. 3. argum. contr. Item à Concilio Bracharenſi 2. Ante viginti dies baptiſmi, ad purgationem exorciſmi, catechumeni currant. Hæc illud: & recitantur de conſecrat. diſtin. 4. Item à Rabano, de inſtitutione clericorum. Poſtquàm ſe baptizandus per confeſſionem veræ fidei in alterius commendauerit dominium, & per abrenunciationem prioris poſſeſſoris ſe alienauerit ſeruitio, exſufflatur ab eo poteſtas ſæua; vt per pium ſacerdotis miniſterium Spirituiſancto cedat fugiens malignus ſpiritus. Hæc ille: & recitantur ibid. de conſecra.

3 Tertiò vides; quomodo ex iis benè penſatis & applicatis, doctrina præſens Angelica uiciſſim declaretur, atque confirmetur.

*Sct. 4. f. d 6 q. 2 art. 3.*

## ARTICVLVS III.

*Vtrum ea, quæ aguntur in exorcismo, aliquid efficiant.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd ea, quæ aguntur in exorcismo, non efficiant aliquid: sed solùm significent. Si enim puer post exorcismos moriatur ante baptismum, salutem non consequitur: sed ad hoc ordinatur effectus eorũ, quæ in sacramentis aguntur, vt homo cõsequatur salutem. vnde Marc. vlt. dicitur, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. ergo ea, quæ agũtur in exorcismo, nihil efficiunt, sed solum significant.

¶ 2 Præt. Hoc solùm requiritur ad sacramẽtum nouæ legis vt sit signũ, & causa, vt suprà dictum * est. Si ergo ea quę aguntur in exorcismo, aliquid efficiant, videtur, quòd singula sint quædam sacramenta.

¶ 3 Præt. Sicut exorcismus ordinatur ad baptismum, ita etiã si aliquid in exorcismo efficitur, ordinatur ad effectum baptismi: sed dispositio ex necessitate præcedit formam perfectam: quia forma non recipitur nisi in materia disposita. sequeretur ergo, quòd nullus posset consequi effectum baptismi, nisi prius exorcizetur, ꝙ patet esse falsum. non ergo ea, quæ aguntur in exorcismis, aliquem effectum habent.

¶ 4 Præt. Sicut quædam aguntur in exorcismo ante baptismum, ita etiã quædam aguntur post baptismum, sicut ꝙ sacerdos baptizatum chrismate vngit in vertice: sed ea quę post baptismum aguntur non videntur aliquid efficere: quia secundum hoc effectus baptismi esset imperfectus. ergo nec ea, quæ ante baptismum aguntur in exorcismo.

SED CONTRA est, ꝙ August. * dicit in lib. de Symbolo, Paruuli exsufflantur, & exorcizantur, vt pellatur ab eis diaboli potestas inimica, quæ decipit hominem. Nihil autem agitur frustra per ecclesiam. ergo per huiusmodi exsufflationes hoc agitur, vt dæmonum potestas expellatur.

RESP. Dicendum, ꝙ quidam dixerunt ea, quæ in exorcismo aguntur nihil efficere, sed solum significare: sed hoc patet esse falsum, per hoc ꝙ ecclesia in exorcismis, imperatiuis verbis vtitur ad expellendam dæmonis potestatem: puta cum dicit, ergo maledicte diabole exi ab eo &c. & ideò dicendum est, ꝙ aliquem effectum habet, differenter tamen ab ipso baptismo. Nam per baptismum datur homini gratia ad plenam remissionem culparum. Per ea verò, quæ in exorcismo aguntur, excluditur duplex impedimentum salutaris gratiæ percipiendæ: quorum vnum est impedimentum extrinsecum, prout dæmones hominis salutem impedire conantur. & hoc impedimentum excluditur per exsufflationes, quibus potestas dęmonis pellitur, vt patet ex inducta auctoritate August. * quantum s. ad hoc, ꝙ non præstet impedimentum sacramento suscipiendo. Manet tamen potestas dæmonis in homine, quantũ ad maculam peccati, & reatum pęnæ, quousque peccatum per baptismum tollatur. & secundùm hoc Cyprianus dicit, * Scias diaboli nequitiam posse remanere vsque ad aquã salutarem: in baptismo autem nequitiam amittere. Aliud impedimentum est intrinsecũ, prout s. homo ex infectione originalis peccati habet sensus præclusos ad percipienda salutis mysteria. Vnde Rabanus de institutione clericorum dicit, ꝙ per salíuam typicam, & sacerdotis actum, sapientia, & virtus diuina salutem catechumenis operatur, vt aperiãtur eis nares ad percipiendum odorem notitiæ Dei, vt aperiantur eis aures ad audiendum mandata Dei, vt aperiantur illis sensus in imo corde, ad respondendum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ per ea, quæ aguntur in exorcismo, non tollitur culpa, propter quam homo punitur post mortem: sed solùm tolluntur impedimenta recipiẽdi remissionem culpæ per sacramentum, vnde post mortem exorcismus non valet sine baptismo. Præpositiuus tamen dicit, quòd pueri exorcizati, si moriantur ante baptismum, minores tenebras patiuntur: sed hoc non videtur verũ: quia tenebrę illæ sunt carentia diuinæ visionis, quæ non recipit magis, & minus.

AD SECVNDVM dicendum, de ratione sacramenti est, quòd perficiat principale effectum, qui est gratia remittens culpam, vel supplens aliquem hominis defectum: quod quidem non fit per ea, quæ aguntur in exorcismo: sed solùm huiusmodi impedimenta tolluntur, & ideo non sunt sacramenta, sed sacramentalia quædam.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ dispositio sufficiens ad suscipiendam gratiam baptismalem, est fides, & intentio, vel propria eius, qui baptizatur, si sit adultus, vel ipsius ecclesiæ, si sit paruulus. Ea verò, quæ aguntur in exorcismo, ordinantur ad remouendum impedimẽta: & ideo sine eo potest aliquis consequi effectũ baptismi. Non tamen sunt huiusmodi prætermittenda, nisi in necessitatis articulo, & tunc cessante periculo debent suppleri, vt seruetur vniformitas in baptismo. Nec frustra supplentur post baptismum: quia sicut impeditur effectus baptismi, antequàm percipiatur, ita potest impediri postquàm fuerit perceptus.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ eorum, quæ agũtur post baptismum circa baptizatum, aliquid est quod non solùm significat, sed efficit: puta inunctio, quæ fit in vertice, quæ operatur conseruationem * gratię baptismalis. Aliquid autẽ est, quod nihil efficit, sed solum significat: sicut ꝙ datur ei vestis candida, ad significandum nouitatem vitæ.

ARTI-

* q. 62. art. 1. & 2.

* lib. 1. de Symb. c. 1. circa finẽ, tom. 9.

* In ar. sed contra.

* in lib. 4. ep. 7. post medium.

* li. 1. c. 27. post med.

* Aliàs, ad conseruationem.

## SVPER Q. XII. Aliàs 71. Art. III.

87

4. d. 6. q. 2. art. 3. q. 2.

CONCL. Ea, quæ in exorcismo agũtur, aliquem effectũ habẽt; differenter tamẽ ab ipso baptismo.

¶ PROB. Quia Ecclesia in exorcismo imperatiuis verbis ad expellendum dæmonis potestatem vtitur (vt ibi patet): & per Ecclesiam nihil fit frustra (vt patet in argumen. contr.) Secunda autem pars. s. differenter &c. probatur; Quia per baptismũ datur homini gratia ad plenã remissionem culparum (vt patet q. 10. ar. 1. 2.): & per ea, quæ in exorcismo aguntur, excluditur solummodo impedimentum gratiæ illius percipiendæ: tũ extrinsecum, tum intrinsecum (vt declaratur in textu vsque ad fin.)

### 1m de concl.e

Non efficiunt. R. Remissionem culpæ. §. vt etiam ex B. Cypriano dictum est in corp. Tũc nihil &c. vt patet ex articuli conclusione. Solũ enim per exorcismum tolluntur impedimenta recipiendi &c. vt in tex. Ex quo patet, quàm derisibiliter irrationabiliter sit Caluinus, qui (vt est in suo libello contra acta Concilij Trid.) irrationabiliter deridet asserentes; ꝙ infantes oẽs sine baptismo decedẽtes priuãtur gloria Dei in perpetuum. Ad cuius Caluini errore per ritum productum diffusiori veritatis efficacia condemnandum, vide q. 9 art. 2 corollar. post ad tertium. item ibid. art. 3. in corp. & appen. item ibid. ar. 9. maxime in append.

### 2m de antecedente.

Et causa. R. Gratiæ remittẽtis culpã § Tunc nihil &c Non enim gratia talis confertur per ea, quæ aguntur in exorcismo, sed &c. vt in tex. Ad cuius notitiã vberiorem vide quæst. 3. artic. 1. 2.

### 3m de minori.

Sed dispositio. R. Necessaria. §. Tũc nihil &c. Non enim ea, q̃ aguntur in exorcismo, sunt dispositio necessaria; & ideo sine ijs potest aliquis cõsequi effectũ &c. vt in tex. In cuius principio ly intentio, dicit dispositionem necessariam pro sacramenti receptione: & ly fides, dicit dispositionẽ necessariã non pro sacramenti, sed pro gratiæ per sacramentum susceptione q. 9. art. 7. 8. Dixit autẽ hic textus, fidẽ requiri; quia loquitur de sacramento quo ad effectum principalem, iuxta colligationẽ contextus præmissi ad secundum. Sic enim (more suo) Sanctus Doctor persistit in filo subiectæ locutionis.

### 4m minor.

Ea, q̃ post baptismum aguntur, non videntur aliquid efficere. R. Negatur; si intelligat de ijs omnibus. §. Nam eorũ, quæ aguntur post baptismum circa &c. vt in tex. Ex quo dic ad minoris ipsius probationem: quòd non est verum id, quod inducit. Non enim effectus baptismi est conseruare gratiã in baptizato; sed illã ipsi conferre delendo omnem eius culpã & pęnam, q. 10. art. 1. 2. Tunc ergo tantum sequeretur id, quod prædicta minoris probatio adducit; si inunctio in vertice facta causaret gratiam, aut remissionẽ culpæ alicuius, vel pœnæ ante susceptionem baptismi in homine illo repertæ. Quia igitur inunctio ipsa nihil horum efficit, sed solum operatur (quantum est de se) conseruationem gratiæ baptismalis; ideò nullatenus effectum baptismi potest inferre esse imperfectum: quandoquidem, illo totaliter saluo præsupposito (vt diximus) hunc nouum illa verticis vnctio sibi proprium operatur effectum.

AP-

## APPENDIX.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò insinuatum esse à scripturis, & Augustino; quod ea, quæ agitur in exorcismo, aliquid efficiunt. A Diuo Augustino quidem: vt cum discursu ponitur in argum. contr. Vbi pro semper vigilantissimè contra hæreticos præsertim, & alios insensatos notabis ly Nihil agitur frustrà per Ecclesiam. A scripturis uerò idem per locum à simili insinuatur 1. Reg. 16. Quandocumque spiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat cytharam, & percutiebat manu sua; & refocillabatur Saul, & leuius habebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus. Porrò, tu ex his scripturæ verbis sensum à simili facientem ad hoc propositum elicias; dicendo. Si ad sonum cytharæ à Dauid pulsatæ efficiebatur hoc, quòd spiritus malus à vexatione Saulis cessabat, & ab eo recedebat: vtique, & multò magis equidē, ad lectionis exorcismi deuotum sonū à sancta matre Ecclesia per ministros editum, spiritus malus. i. diabolus à vexatione hominis baptizandi cessabit, & ab eo recedet (vt patet rectè consideranti). Plus. n. est sonus exorcismi, quàm sonus cytharæ; & sancta Dei Ecclesia, quàm Dauid. Ideò dictum est ly multò magis equidem. Quòd si cōtendas, id non esse omninò à fortiori; saltē fit à puro simili. Secundo uides; quò ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina hæc Aug. vicissim declaret, atq; confirmetur.

---

Sot. 4. sent. d. 6. q. 2. art. 4. Palud. 4. d. 6. q. 4.

### SVPER Q. XII. Aliàs 71. Art. IIII.

CONCL. 1. Supremi ministri. i. diacones, cooperantur sacerdoti in collatione sacramentorum.

¶ PROB. primò: Quia potior, respectu præparatoriorum, est operatio sacerdotis, quæ confert sacramentum (vt patet): & quāto potior est operatio, tanto principale agens, quamuis nobilioribus, tamē paucioribus indiget ministris (vt patet). Secundò, quia Isidorus hanc conclusionem docet.

¶ CONCL. 2. Inferiores ministri cooperātur sacerdotibus in præparatorijs ad sacramentū (puta, lectores in catechismo, & exorcistæ in exorcismo).

¶ PROB. Quia operatio sacerdotis circa præparatoria non est ita digna, sicut circa sacramentum (vt patet; cùm præparatoria sint admodùm minus digna sacramēto) & ministri iuxta dignitatem ministrationibus proportionatam debent adhiberi ad cooperandum principali agenti (vt patet).

1^a^ de maiori. Operationem. ℞. Quasi instrumentalem, respectu sacerdotis. §. Tunc nihil &c. vt patet ex articuli conclusione secūda si rectè percipiatur.

2^m^ de concl. Non ergo pertinet. ℞. Eo modo, quo pertinet ad ministros. §. De qbus in pmissis fit mentio. Lectores n. & exorcistæ habent &c. vt in textu. Tunc nihil &c. vt patet. Vide et tex. ad primū.

3^m^ de maiori. Quod docere. ℞. De fidei rudimentis, & quomodo quis se habere debeat in susceptione sacramentorum. §. Tunc nihil &c. Nam docere hoc. s. taliter expositum, non est idem, quod perficere, vt est pertinens ad episcopos (secundùm quòd putabat argumentum): quamuis docere ipsum sit aliquo modo perficere. Non enim omne docere, & perficere, pertinet ad Episcopum: vt patet in textu. Ad cuius pleniorē notitiam, iuuat uidere 2. 2. q. 9. art. 1. ad secundum. & q. 45. artic. 5. & q. 5 2. artic. 2. & pri. par. q. 117. artic. 1. Et illud de patrinis dictum à Concilio Maguntia co can. 47 Præcipimus; vt unusquisque compater suos spirituales filios catholice instruat. Hæc ibi. Pro qua instructione partim facit eiusdem Cōcilij canon 45. Symbolum, quod est signaculum fidei, & orationem Dominicā, discere; semper admoneant sacerdotes populum Christianum. Volumusque, vt disciplinā cōdignam habeant, qui hæc discere negligunt; siue in ieiunio, siue in alia castigatione. Hæc ibi.

88 4. d. 6. q. 2. art. 3. q. 3.

† c. 5. in titu. de sacerdotū perfectionibus, & in contempla.

* Referē in d. 25. c. Perlectis. & dē esse in ep. ad Ludifredum.

*loco citato in arg. 1.

* Referē de consec. di. 4. c. Catechismi.

† Greg. homil. 29. in 3. Ezech. med.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum sit officium sacerdotis, catechizare, & exorcizare baptizandum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non sit sacerdotis, catechizare, & exorcizare baptizandum. Ad officium. n. ministrorū pertinet habere operationem super immundos, vt Dion.* dicit 5. c. Eccles. hier. sed catechumeni, qui instruunt in catechismo, & energumeni, qui purgantur in exorcismo, computantur inter immundos, vt ibidem Dionys.† dicit. ergo catechizare, & exorcizare non pertinet ad officium sacerdotis, sed potius ministrorum.

¶ 2 Præt. Catechumeni instruuntur de fide per sacram scripturam, quæ in ecclesia per ministros recitatur: sicut enim per lectores in ecclesia legitur vetus testamentum, ita etiam per diacones, & subdiacones legitur nouum; & sic ad ministros pertinet catechizare. Similiter etiam & exorcizare, vt videtur, ad ministros pertinet: dicit enim Isid. in quadam epist. Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super energumenos, & catechumenos in exorcismo imponere. non ergo pertinet ad officium sacerdotis, catechizare, & exorcizare.

¶ 3 Præt. Catechizare idē est, quod docere, & hoc idē est quod perficere, quod ad officium eporum pertinet, vt dicit Dion.* 5. c. Eccl. hierarc. non ergo pertinet ad officium sacerdotis.

SED CONTRA est, quòd Nicolaus* Papa dicit, Catechismi baptizandorum à sacerdotibus vniuscuiusq; ecclesiæ fieri possunt. vnde Greg.† etiā super Ezech. dicit, Sacerdotes cum per exorcismi gratiam, manum credentibus imponunt, quid aliud faciunt, nisi quòd dæmonia eiiciunt.

RESP. Dicendū, quòd minister comparatur ad sacerdotem, sicut secundarium, & instrumentale agēs ad principale, vt indicat ipsum nomen ministri. Agens autem secundarium non agit sine principali agente, sed cooperatur principali agenti, in operando. Quanto autem potior est operatio, tanto principale agens potioribus indiget instrumentis, seu ministris. Potior autē est operatio sacerdotis inquantum confert ipsum sacramentum, quàm præparatoriis ad sacramentū; & ideo supremi ministri, qui dicuntur diacones, cooperantur sacerdoti in ipsa collatione sacramentorū: dicit. n. Isid.* quòd ad diaconem pertinet assistere sacerdotib. ministrare in omnib. & quæ aguntur in sacramentis Christi, in baptismo, s. in chrismate, patena, & calice. Inferiores autē ministri cooperantur sacerdotibus in his, quæ sunt præparatoria ad sacramentum: sicut lectores in catechismo, & exorcistæ in exorcismo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd super immundos ministri habent operationem ministerialem, & quasi instrumentalem, sed sacerdos principalem.

AD SECVNDVM dicendum, quòd lectores, & exorcistæ habent officiū catechizandi, & exorcizandi, non quidem principaliter, sed sicut in his sacerdoti ministrantes.

AD TERTIVM dicēdum, quòd multiplex est instructio. vna conuersiua ad fidem, quam Dionys.* tribuit episcopo in 2. eccles. hierar. & potest competere cuilibet prædicatori, vel etiam cuilibet fideli. Secunda est instructio, qua quis erudituг de fidei rudimentis, & qualiter se debeat habere in susceptione sacramentorum, & hæc pertinet secundariò quidem ad ministros, principaliter autem ad sacerdotes. Tertia instructio de conuersione Christianæ vitæ, & hæc pertinet ad patrinos. Quarta instructio de profundis mysteriis fidei, & perfectione Christianæ vitæ, & hæc ex officio pertinet ad episcopos.

* de conse. d. 25. c. per lectis, dē esse in ep. ad Ludifredum. D. 320. D. 159.

* c. 2. eccl. hier. par. 2.

### APPENDIX.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatū à scripturis, Papa, & Gregorio; quòd catechizare, & exorcizare est principale sacerdotis. A Papa Nicolao quidem, & Beato Gregorio, vt est in argum. cont. De principali enim agente, respectu catechizandi, & exorcizandi, loquūtur. A scripturis verò per hoc, quòd Dominus ad discipulos dixit Matth. 28. Docete omnes gentes, baptizantes eos. Nā in ly docete, catechismum ante baptismum denotat, cùm præponatur huic. s. baptizantes: & loquitur Christus ad sacerdotes. In suprema enim cęna, quæ narratur Matth. 26. Luc 22. ipsi iam ordinati fuerāt sacerdotes ab ipso Domino. Docet hoc namque Concilium Tridē. sess. 22. cap. 1. & cano. 2. Si quis dixerit illis verbis, Hoc facite in meam cōmemorationē, Christum nō instituisse Apostolos sacerdotes; Anathema sit. Hæc in canone. & in capitulo præ dixerat, quòd hoc. s. eos per verba illa fuisse noui testamenti sacerdotes institutos, Ecclesia catholica semper intellexit, & docuit. Item de exorcismo insinuatur intentum per hoc, quòd idem Dominus septuagintaduobus discipulis dixit Luc. 10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Exorcizandi enim tunc eis fuisse à Christo datum officium, intelligimus; quando ipsis eijciendi dæmones ab hominibus contulit facultatem. Nec mirum. Nam ad expulsionem dæmonum, ne hominibus noceant, ordinantur principaliter

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

QVÆ-

paliter exorcismi. Porrò, discipulos septuagintaduos repræsentasse sacerdotes, nemo est qui ambigat; si epistolam tertiam Anacleti, qui fuit Papa tertius à Petro, legerit dicentis: quod presbyteri discipulorum septuaginta locum tenent in testamento nouo. Secundo uides, quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

*Ferr 4. cont. c. 58.*
*Scot. 4. s. d. 7. q. 1.*
*Duran. 4. s. d. 7. q. 1.*
*Sot. 4. s. d. 7. q. vn art. 1.*
*Palud. 4. d. 7. q. 1.*

## QVÆST. XIII. Aliàs 72.

*De sacramento Confirmationis, in duodecim articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandū est de sacramento confirmationis.

ET circà hoc quæruntur duodecim.

¶ Primò, Vtrum confirmatio sit sacramentum.
¶ Secundò, De materia eius.
¶ Tertiò, Vtrum sit de necessitate sacramenti, quod chrisma fuerit prius per episcopum cōsecratum.
¶ Quartò, De forma ipsius.
¶ Quintò, Vtrum imprimat characterem.
¶ Sextò, Vtrum character confirmationis præsupponat characterem baptismalem.
¶ Septimò, Vtrū conferat gratiam.
¶ Octauò, Cui competat recipere hoc sacramentum.
¶ Nonò, In qua parte.
¶ Decimò, Vtrum requiratur aliquis, qui teneat confirmandum.
¶ Vndecimò, Vtrum hoc sacramentum per solos episcopos detur.
¶ Duodecimò, De ritu eius.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum confirmatio sit sacramentum.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod confirmatio nō sit sacramentum. Sacramenta enim ex diuina institutione efficaciam habent, sicut suprà dictum * est: sed cōfirmatio non legitur à Christo instituta. ergo non est sacramentum.

¶ 2 Præt. Sacramenta nouæ legis, in veteri lege præfigurata fuerunt. vndè Apostolus dicit 1. Corin. 10. quòd omnes in Moyse baptizati sunt, in nube, & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eūdem potum spiritualem biberunt: sed confirmatio non fuit præfigurata in veteri testamēto. non ergo est sacramentum.

¶ 3 Præt. Sacramenta ordinantur ad hominum salutem: sed sine confirmatione potest esse salus. nam pueri baptizati, sine confirmatione decedentes saluantur. ergo confirmatio non est sacramentum.

¶ 4 Præt. Per omnia sacramenta ecclesiæ, homo, Christo conformatur, qui est sacramētorum auctor: sed per confirmationem non videtur Christo conformari, qui non legitur esse confirmatus. ergo confirmatio non est sacramentum.

SED CONTRA est, quòd Melchiades Papa scribit * Hispaniarum episcopis: De his, super quibus rogastis nos, vos informari, vtrum maius sit sacramentum, manus impositio episcoporum, an baptismus, scitote vtrumque magnum esse sacramentum.

RESP. Dicendum, ꝙ sacramenta nouæ legis ordinantur ad speciales gratię effectus: & ideo vbi occurrit aliquis specialis effectus gratiæ, ibi ordinatur speciale sacramentum. Quia verò sensibilia, & corporalia gerunt spiritualium, & intelligibilium similitudinem, ex his, quæ in vita corporali agūtur, percipere possumus quid in spirituali vita gratiæ specialis existat. Manifestum autem est, quòd in vita corporali specialis quædam perfectio est, quòd homo ad perfectam ætatem perueniat, & pfectas actiones hominis agere possit. Vndè & Apostolus dicit 1. Corint. 13. Cùm autem factus sum vir, euacuaui, quæ erant paruuli, & inde est etiam, quòd præter motum generationis, quo aliquis accipit vitam corporalem, est motus augmēti, quo aliquis perducitur ad perfectam ætatem. Sic igitur, & vitam spiritualem homo accipit per baptismum, qui est spiritualis regeneratio. In cōfirmatione autē homo accipit, quasi quendam perfectam ætatem spiritualis vitæ. vnde Melchiades Papa dicit: * Spiritussanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit lapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam, in baptismo regeneramur ad vitā, post baptismum confirmamur ad pugnā, in baptismo abluimur, post baptismum roboramur: & ideo manifestum est, ꝙ confirmatio est speciale sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ circa institutioné huius sacramēti est triplex opinio. Quidam. n. dixerunt, ꝙ hoc sacramentū non fuit institutū nec à Christo, nec ab Apostolis, sed postea processu temporis in quodam concilio. Alij verò dixerunt, ꝙ fuit institutum ab Apostolis. Sed hoc nō potest esse, quia instituere nouū sacramentū, pertinet ad potestatē excellentiæ, quæ cōpetit soli Christo; & ideo dicendum est, ꝙ Christus instituit hoc sacramentū, non exhibendo, sed promittendo, secundùm illud Io. 16. Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos: & hoc ideo, quia in hoc sacramento datur plenitudo Spiritus sancti, quæ non erat danda ante Christi resurrectionem, & ascensionem, secundùm illud Ioan. 7. Nondum erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.

AD se-

### SVPER Q. XIII. Aliàs 72. Art. 1.

CONCL. Manifestum est: quòd confirmatio est speciale sacramentum.

¶ PROB. Quia manifestum est, quod confirmatio habet effectū specialem; qui est accipere quandam perfectam ætatem spiritualis vitæ (vt patet per authoritatem Melchiadis Papę. s. Spiritussanctus, qui super aquas baptismi &c.): & vbi occurrit aliquis specialis effectus gratiæ, ibi ordinat speciale sacramentum (cùm sacramenta nouæ legis ordinentur ad speciales gratiæ effectus, q. 3. artic. 2. item q. 6. art. 1.)

1m minor. Confirmatio non legitur à Christo instituta. R. Negatur. S. Fuit enim tunc ab ipso instituta; quando promisit plenitudinem Spiritussāncti discipulis Ioan. 16. quo spiritu aduenienté producti fuerunt ad perfectā vitæ spiritualis ætatem. In cuius signū non amplius, vt pueri vel imperfecti, timebant: sed animis uigorosis, vt viri perfecti, ardua quæq; aggredienda usque ad mortem omni abiecto timore apprehendebāt, agebant, atque scandebant (vt patet ex Act. 1. 2. 3. 4. 7. 8. &c)

¶ NOT. Promisit etiā plenitudinem spiritus per ly sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto, Lucæ 24. Item per ly vos baptizabimini Spiritusāncto non post multos hos dies, Actu. 1. Nam confirmationis sacramentum est sacrosanctum: sicut baptismus. Vide D. August. in append. sequen.

¶ EXAM. 1. Ly paraclitus nō ueniet ad vos. Ly nondum erat spiritus datus. Sed cer. in tāta abundantia; in quanta postea & dabitur, & veniet ad uos. Sic enim contextus D. Thomæ, ad intelligendum, constringit. Alioquin non concluderet per illas authoritates suum intentum: quod est, hominē per sacramentum confirmationis tunc uerbis illis à Christo institutum perduci ad perfectam ætatem spiritualis uitæ; euacuatis ijs, quæ erant paruuli.

¶ 2. Ly instituere nouum sacramentū. Scilicet, Meritorie etiā efficienter. Alioquin instituere nouum sacramentum non pertineret ad potestatem excellentiæ Christi; sed ad diuinitatem ipsius. Instituere enim per authoritatem absolutè ad Deum, & consequenter ad Christum, vt Deus, non autem ut homo est habēs excellētiæ potestatem, pertinet: licet ipse etiā, vt homo, instituat modo prędicto, q. 5. ar. 2. 3.

¶ 3. Ly triplex opinio. Scilicet, Antequā determinaretur ab Ecclesia. Postquàm enim ab Ecclesia determinatum est aliquid de fide: tunc contrarium, quod priùs fuit opinio, postea est hæresis, 2. 2. q. 32 artic. 4. cum Elucidat. & per consequens positio consentanea determinationi Ecclesiæ, q̄ priùs appellari poterat opinio, postea meritò uocatur fides catholica, idest dogma fidei catholicæ. Sic est in proposito. Antequàm ab Ecclesia determinaretur, quod cōfirmatio est instituta nō ab Apostolis, sed à Christo, poterat & contrarium & consentaneum vocari opinio: Nunc verò postquàm ab ea de fide illud determinatū est (vt patebit in appen.); contrarium quidem hæresis, consentaneum autem fides catholica, iure optimo vocandum est. Teneri ergo (salua fide) non potest nunc: quód confirmationis sacramentum fuerit institutum ab Ecclesia in Concilio Meldensi.

Secun-

89 Sup. q. 65. a. 1. & 4. d. 2. q. 1. ar. 2 co. & di. 7. q. 1. ar. 1. q. 1. per to. & 4. cō. c. 58.
* q. 64. ar. 2

* Habetur de consec. di. 5. c. De his quibus, & est par ū ante med. illius epist. to. 1. Concil.

* aliās spiritualis.

* In epist. ad Hispaniarū epis. c. à med. Ni lius tom. 1. Concil.

**2^m^ de maiori.** Sacramenta. ℞. Quædam. §. Puta, non dicentia in effectu suo speciali plenitudinem gratiæ; vel etiam aliquid simile. Pro quo uide 1. 2. quæst. 102. artic. 5. ad tertium. Tunc nihil &c. Nam confirmatio est sacramentum plenitudinis &c. vt in textu.

**3^m^ de maiori.** Salutem. ℞. Vel perfectionem salutis. §. Tunc nihil &c. Nam, hoc modo per respõsum dicto, confirmatio est de necessitate salutis &c. vt in textu. Pro quo vide q. 2. art. 1. & q. 6. art. 4. cum Elucid.

**4^m^ minor.** Per confirmationẽ homo Christo conformari nõ potest. ℞. Negatur. §. Ad id verò, quod quasi pro probatione adducitur, respondetur: quòd ideò non probat negatum, quia ex insufficienti loquitur. Non enim quis per confirmationem conformari potest Christo, ex eo solùm, quòd ipse Christus sit confirmatus (vt putauit argumentum): sed etiam ex eo, ꝙ ipse est plenus gratia. Ex his ergo concludimus: ꝙ illi, qui confirmationem accipiunt, quæ est sacramentum plenitudinis &c. vt in textu.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quia confirmatio est sacramentũ plenitudinis gratiæ, non potuit habere aliquid respondens in veteri testamento, quia nihil ad perfectum adduxit lex, vt dicitur Hebr. 7.

AD TERTIVM dicendum, quòd (sicut suprà * dictum est) omnia sacramenta sunt aliqualiter necessaria ad salutem, sed quædam sine quibus non est salus, quædã verò sicut, quæ operantur ad perfectionẽ salutis. & hoc modo confirmatio est de necessitate salutis, quamuis sine ea possit esse salus, dumtamen non prætermittatur ex contemptu sacramenti.

* q. 65. artic. 4. ad 3. arg.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ illi, qui confirmationẽ accipiũt, quæ est sacrametum plenitudinis gratiæ, Christo conformantur, inquantum ipse à primo instanti suæ conceptionis fuit plenus gratiæ, & veritatis, vt dicitur Ioan. 1. Quæ quidem plenitudo declarata est in baptismo, quando Spiritussanctus descendit corporali specie super eum. vnde & Luc. 4. dicitur, quòd Iesus plenus Spiritusancto, regressus est à Iordane. Non autem conueniebat dignitati Christi, qui est sacramentorum auctor, vt à sacramento plenitudinem gratiæ acciperet.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem interimas hęresim Pauperum de Lugduno, & Lutheri, dicentium: Confirmationem non esse sacramentum; sed meram cęremoniam, & ritum quendam. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illam meritò damnari à Concilio Trident. sess. 7. de sacramentis, cano. 1. Si quis dixerit: nouæ legis sacramenta non fuisse omnia à Iesv Christo Domino nostro instituta; aut esse plura, vel pauciora, quàm septem, videlicet, Baptismum, Confirmationẽ, Eucharistiam, Pęnitentiam, Extremã vnctionem, Ordinem, & Matrimoniũ; aut etiam aliquod horum septẽ non esse uere & proprie sacramentum: anathema sit. Hæc ibi. Et sess. ead. de Confir. can. 1. Si quis dixerit: Confirmationem baptizatorum otiosam cęremoniã esse, & non potius verũ & propriũ sacramentum; aut olim nihil aliud fuisse, quàm catechesim quandam, qua adolescentiæ proximi, fidei suæ rationẽ coram Ecclesia exponebant; anathema sit. Hęc ibi. Item à Papa Melchiade: vt in arg. contr. Item à Concilio Florent. Nouæ legis septẽ sunt sacrã. s. Baptismus, Confirmatio &c. Hæc illud, in constitut. super vnio. Armen. Item ab Eusebio Papa & martyre. Manus impositionis sacramentũ magna veneratione tenendũ est. Hæc ille, in epist. ad Episcopos Cãpaniæ & Tusciæ. Per manus autem impositionẽ intelligit cõfirmationem. Item à Clemente I. Papa & martyre. Cũ quis regeneratus per aquã fuerit, postmodum septiformi spiritus gratia ab Episcopo confirmetur: quia aliter perfectus esse Christianus nequaquam poterit; vt à B. Petro accepimus, & cæteri sancti Apostoli præcipiente Domino docuerunt. Hæc ille, in epist. 1. ad discipulos suos. Item à D. Augustino lib. 2. cap 4. contra literas Petiliani Donatistæ. Confirmationem, inquit, esse sacramentum Chrismatis: quod quidem in genere visibilium signaculorum sacrosanctum est; sicut ipse baptismus. Quod sacramentum contulisse feruntur Petrus & Ioannes Samaritanis per manus impositionem. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 1. & 2. q. 72. aduerte unum. s. quòd chrisma, hoc est, compositum ex oleo, & balsamo, non ita est materia sacramenti confirmationis, sicut aqua est materia baptismi, quoniam sine balsamo confirmatio tradita ualet, sine aqua autem baptismus non ualet. Et de hoc extat textus clarus extra, de sacramentis non reiterandis, cap. pastoralis. vbi quæritur si confirmationis sacramentum in eo debeat reiterari, qui per errorem fuit non chrismate, sed oleo delinitus; & respondetur ꝙ non est aliquid iterandum, sed cautè supplendum, quod incautè fuerat prætermissum. Ex hoc enim apparet sacramentum confirmationis, quo ad substantialia, fuisse completum sine balsamo: fuisset siquidem alioquin reiterandum sine balsamo collatum. Vnde intelligimus mistum ex oleo, & balsamo (qđ chrisma consueuimus vocare) esse regularem materiam confirmationis de necessitate præcepti, & non de necessitate sacramenti. Et videtur hoc ab ecclesia præcedenti tempore institutum: in primitiua siquidem ecclesia non videtur multum credibile: pauperrimos episcopos habuisse balsamum, quo forte etiam hodie multi carent. Accedit ad hæc ꝙ Chrismatis nomen, quod secundùm Dionys. Apostoli imposuerunt huic sacramento, non significat balsamum, sed vnctionem, cui oleum sufficit.

*Alb. Mag. 4. d. 7 art. 2.*
*Ferr. 4. cont. c. 60.*
*Sot. 4. sen. d. 7. q. un. art. 2.*

## ARTICVLVS II.

*Vtrum chrisma sit conueniens materia huius sacramenti.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ chrisma nõ sit conueniens materia huius sacramenti. Hoc enim sacramẽtum (vt dictum * est) institutum est a Christo promittente discipulis Spiritumsanctum: sed ipse misit eis Spiritumsanctum absque omni Chrismatis inunctione: ipsi etiam Apostoli hoc sacramẽtum conferebant per solã manus impositionem absque chrismate: dicitur enim Act. 8. quòd Apostoli imponebant manus super baptizatos, & accipiebant Spiritumsanctum. ergo chrisma non est materia huius sacramenti, quia materia est de necessitate sacramenti.

* art. præc. ad 1. arg.

¶ 2 Præt. Confirmatio quodammodo perficit sacramentum baptismi, sicut suprà * dictum est, & ita debet ei conformari, sicut perfectio perfectibili: sed in baptismo est materia simplex elementum. s. aqua. ergo huius sacramenti non est conueniens materia chrisma. quod conficitur ex oleo, & balsamo.

* q. 65. ar. 4

¶ 3 Præt. Oleum assumitur in materia huius sacramenti ad inungendũ: sed quolibet oleo potest fieri inũctio, puta oleo, quod fit ex nucibus, vel ex quibuscumque aliis rebus, non ergo solum oleum oliuarum debet assumi ad huiusmodi sacramentum.

¶ 4 Præt. Suprà dictum * est, ꝙ aqua assumitur, vt materia ad baptizandum, quia vbique de facili inuenitur: sed oleum oliuarum non vbique inuenitur, & multo minus balsamum. non ergo chrisma, quod ex his conficitur, est conueniens materia huius sacramenti.

* q. 66. ar. 3

SED CONTRA est, quòd Gregorius * dicit in registro. Presbyteri baptizatos infantes signare in frontibus sacro chrismate, non præsumant. ergo chrisma est materia huius sacramenti.

* lib. 3. c. 9. à medio illius.

RESPON. Dicendum, ꝙ chrisma est conueniens materia huius sacramenti. Sicut enim dictum * est, in hoc sacramento datur plenitudo Spiritussancti ad robur spirituale, quod

* art. præc.

90
In q. 84. ar. 1. ad 1. Et 4 di. 7. q. 1. art. 2. q. 1. & 2. Et 4. cont. c. 60.

SVPER Q. XIII. Aliàs 72. Art. II.

CONCL. Oleum competit materię sacramenti Confirmationis; cui admisceri debet balsamum propter fragrãtiam odoris, quæ redundat ad alios.

¶ COROLL. Ergo (vt ad literam quæsiti conclusionẽ applices) chrisma est conueniens materia confirmationis.

¶ PROB. Quia Spiritussancti gratia in oleo designatur (vnde Christus dicitur vnctus &c. Psal. 44.): & in Confirmationis sacramẽto datur plenitudo gratię Spiritussancti (vt patet artic. 1.) Secunda autem pars. s. cui admisceri debet &c. probatur: Quia cõfirmationis sacramento datĩ robur spirituale, roburq; conuenit perfectæ ætati (vt patet artic. 1.): & homo, cum ad perfectã ætatẽ peruenerit, incipit communicare actiones suas ad alios (vt de se patet).

Primum

## 1ᵐ minor cathegorica prima.

Ipse misit eis Spiritumsanctum absque omni chrismatis inunctione. ℞. Non tamen absque aliquo sensibili signo cōformi chrismatis inunctioni. §. Quòd enim sensibiliter Spiritussanctus super eos descendit in specie ignis &c. vt in texto, vsque ad ly sicut & in nos in initio. Tūc nihil &c. Nam sensibilis materia sacramētalis non erat tunc necessaria, vbi signa sensibilia miraculosè exhibebātur diuinitùs. Cæterùm si quis ex prædictis inferat: Ergo, omnibus admissis, confirmatio hæc diuinitus miraculosè facta nō erat sacramentum; si chrisma est materia sacramenti huius propria. Ratio est: quia materia alicuius sacramēti debet necessario saluari in seipsa ad hoc, quòd tale quid sit sacramentum; nec ad hoc sufficit, quòd talis sua materia saluetur in suo aliqualiter simili (vt patet de baptismo; ad cuius esse sacramentale non sufficit aliud simile aquæ veræ, puta aqua rosacea, q. 7 artic. 4.) Si sic, inquam, inferatur; concedantur omnia, quia vera sunt. Confirmatio namque illa facta in die Pentecostes, quam (vt dictum est art. 1. ad primum) Christus promiserat Ioan. 16. Luc. 22. & Actu. 1. fuit quidem res huius sacramenti. i. plenitudo Spiritussancti ad robur; nō autem fuit sacramentum, propter rationem ab inferente dictam. Nec mirum. Christus enim ex potestate excellentiæ, quā habet in sacramentis, conferre potest effectum sacramenti alicuius sine sacramento, q. 5. art. 3. sicut tunc in die ipsa Pētecostes contulit (vt patet in tex. princip.)

## Item de minori.

Conferebant. ℞. In casu speciali. §. Quando s. signa talia de linguis igneis miraculosè non exhibebantur diuinitùs. Tunc nihil &c. Nam sensibilis materia, chrisma. s. non erat necessaria; vbi &c. vt in Elucid. primi respon. ad hoc argum. primum, vsque in finem. Nec obstat; quòd Apostoli non poterant rem sacramenti dare sine sacramento, q. 5. art. 4. quia non illi, sed Christus per illos tunc ex sibi propria potestate excellentiæ hoc faciebat. i. effectum sacramenti huius sine sacramento dabat ijs, super quos baptizatos Apostoli tunc in primitiua Ecclesia imponebant manus.

## Itē minor cathegorica secunda.

Apostoli hoc sacramentum conferebant per solam manus impositionem, absq; chrismate. ℞. Negatur; communiter loquendo. §. Quando. s. huiusmodi visibilia, de quibus in præmissis responsis, miraculosè diuinitùs non exhibebantur. Tunc nihil &c. Nam ad saluandam conclusionis articuli ueritatem sufficit: quòd Apostoli uterentur communiter chrismate in exhibitione huius sacramenti. i. quod ipsi vterentur chrismate quotiescumque exhibebant sacramentum confirmationis.

quòd competit perfectæ ætati. Homo autem cum ad perfectā ætatem peruenerit, incipit iam communicare actiones suas ad alios, antea verò quasi singulariter sibiipsi viuit; Gratia verò Spiritussancti in oleo designatur: vnde Christus dicitur esse vnctus oleo lætitiæ, propter plenitudinem Spiritussancti, quàm habuit; & ideo oleum competit materię huius sacramenti. Admiscetur autem balsamum, propter fragrantiā odoris, quæ redūdat ad alios: vnde Apostolus dicit 2. Corin. 2. Christi bonus odor sumus Deo &c. Et licet multa alia sint odorifera, tamen præcipuè accipit balsamum propter hoc, quòd habet præcipuum odorem, & quia etiam incorruptionem præstat. vnde Ecclesiast. 24. dicitur, Quasi balsamum non mistum odor meus.

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus ex potestate excellentię, quàm habet in sacramentis, contulit Apostolis rem huius sacramēti, id est plenitudinē Spiritussancti sine sacramento, eo quòd ipsi primitias Spiritussancti acceperunt, sicut dicitur Rom. 8. nihilominus tamen aliquid conforme materiæ huius sacramenti exhibitum fuit Apostolis sensibiliter in collatione Spiritussancti. Quòd enim sensibiliter Spiritussanctus sup eos descēdit in specie ignis, ad eandem significationem refertur, ad quam refertur oleum, nisi quòd ignis habet vim actiuam, oleum autē habet vim passiuam, inquantum est materia, & fomentum ignis, & hoc satis competebat. nam per Apostolos gratia Spiritussancti erat ad alios deriuanda. Super Apostolos etiam Spiritussanctus descēdit in figura linguæ, quod ad idem significādum refertur, quod significat balsamum, nisi quòd lingua per locutionem est communicatiua ad alterum, balsamum verò per odorem: quia s. Apostoli replebantur Spiritusancto, vt fidei doctores: alij autem fideles, vt operatores eorum, quæ pertinent ad ædificationem fidelium. Similiter etiam ad impositionem manus Apostolorum, & etiam ad eorum prædicationem, descendebat plenitudo Spiritussancti super fideles sub visibilibus signis sicut & à principio descenderat super Apostolos. vnde Petrus dicit Act. 11. Cùm cępissem loqui, cecidit Spiritussanctus super eos, sicut & in nos in initio. & ideo nō erat necessarium sensibilis materia sacramentalis, vbi sensibilia signa miraculosè exhibebantur diuinitus: vtebantur tamen Apostoli communiter chrismate in exhibitione sacramenti, quando huiusmodi visibilia signa non exhibebantur: dicit enim Dionys. * 4. cap. Eccles. hierarch. Est quædam perfectiua operatio, quam duces nostri (id est Apostoli) chrismatis hostiam nominant.

* Cap. 4. in princ.

Ad secnvdvm dicendum, quòd baptismus datur ad spiritualem vitam simpliciter consequendam, & ideo competit illi sacramento materiā simplex. sed hoc sacramētum datur ad plenitudinem consequendam Spiritussancti, cuius est multiformis operatio, secundùm illud Sap. 7. est enim in illa Spiritussanctus, vnicus, multiplex: & 1. ad Cor. 12. dicitur, Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus, & ideo conuenienter huius sacramenti est materia composita.

Ad tertivm dicendum, quòd proprietates olei quibus significatur Spiritussanctus, magis inueniuntur in oleo oliuarum, quàm in quocūque alio oleo. vnde & ipsa oliua semper frondibus virens, virorem, & misericordiam Spiritussancti significat. Hoc etiam oleum, propriè dicitur oleum, & maximè in vsu est vbique, vbi haberi potest: quilibet autē alius liquor, ex similitudine huius oleum nominatur: nec est in vsu communi, nisi in supplemētum apud eos, quibus deest oleum oliuarum, & ideo hoc

In casu enim quo non vtebantur chrismate (puta quando miraculum illud, de quo in secundo responso dictum est, interueniebat) exhibebant quidem rem sacramenti; sed non exhibebant sacramentum. Semper ergo, quando confirmationem, quę est sacramentum, dabant, adhibebant chrisma pro eius materia. Sic intelligitur Dionysius in fi. tex. adductus: sic intelliguntur & alij in appendice adducēdi: vnde ab vtrisq; testimonium bonū pro hac tertia responsione ad primū habetur. Vide hæc duo ultima respon sa breuiter & subtiliter tacta in textu ly vtebantur tamen Apostoli cōmuniter &c.

## 2ᵐ de maiori.

Resp. 2.

Debet ei conformari. ℞. Non tamē totaliter. §. Nam baptismus datur ad spiritualem vitā simplr &c. vt in textu. Tunc nihil &c. vt patet.

## 3ᵐ de maiori.

Ad inungendum. ℞. Et ad significandum, quanto meliùs fieri possit, cōditiones Spiritussancti. § Māca igit erat illa maior. Tunc nihil &c. Nam oleum oliuarum plùs est aptum ad significādum Spiritussancti conditiones: quàm quodlibet aliud oleum. Proprietates enim olei, quibus significatur Spiritussanctus, magis &c. vt in tex. vsque ad ly Spiritussancti significat.

## Item de maiori.

Oleū ℞. Proprie dictum. §. Tunc nihil &c. Nam quoduis aliud oleū ab oleo oliuarum non est proprie oleum. Vide responsi huius secundi textum ly Hoc etiam oleum propriè dr &c.

¶ Not. Ex hoc textu habetur symboleitas. i. conuenientia quædam materiæ talis ad veritatem hanc necessariam (vt patet art. 1. append. ex Concil. Trid.) s. quòd Cōfirmatio est propriè sacramentum. Vtrobiq; enim seruatur proprietas: cùm & in materiā assumatur solummodò oleum proprie dictum, & confirmatio nō qualitercumque, sed propriè sit sacramentum. A materiæ igitur qualitate potes argumentari ad cognoscendum qualitatem sacramenti confirmationis; & e contrà. i. à qualitate confirmationis ad cognoscendum qualitatem materiæ. Vt si dicas: Qualitas materiæ requisitæ ad Confirmationem est proprietas rei, puta, quòd oleum sit oleum proprie dictum: ergo qualitas sacramenti Confirmationis est proprietas rei, puta quòd Confirmatio sit sacramentum proprie dictum. Et rursus. Qualitas sacramenti Confirmationis est proprietas rei, puta quòd Confirmatio sit sacramentum proprie dictum: ergo qualitas materiæ suæ, vt sit Confirmationi conueniens, debet esse proprietas rei, puta oleum proprie dictum. Sic enim singula singulis correspondent; quod est signum magnum veritatis: quandoquidem (secundùm Concilium Lateran. sub Leone X. sess. 8.) verum vero concordat. Cæterùm ex his, tanquàm à simili, dicas idem de alijs similibus i. de alijs sacramentis: cum de similibus in eo, in quo similia sunt, idem sit iudicium. Dicatur ergo. Qualitas materiæ requisitæ

quisitæ ad baptismum est proprietas rei, puta ꝙ aqua sit propriè aqua, q. 7. art. 4. igitur qualitas sacramenti baptismi erit proprietas rei, puta ꝙ baptismus sit sacramentũ propriè dictum. Rursus, Qualitas baptismi est proprietas rei, puta quòd baptismus sit sacramentum propriè dictum (vt de ipso, cæterisq; sacramentis, dicit Concilium Triden. sess. 7.): igitur qualitas materiæ suæ, vt sit baptismo conueniens debet esse proprietas rei, puta aqua propriè dicta. Iidem de Eucharistia, sic discurrendo, est concludendum. Videlicet: Qualitas sacramẽti Eucharistiæ, est proprietas rei, puta ꝙ Eucharistia sit sacramentum propriè dictum: ergo qualitas materiæ suæ, vt sit conueniens ei, debet esse proprietas rei, puta quòd sit panis propriè dictus .i. triticeus, q. 15. art. 3. sicut è contra, s. qualitas materiæ ad Eucharistiam requisitæ est rei proprietas. i. quòd ipsa sit panis propriè dictus; ergo qualitas sacramenti Eucharistiæ erit proprietas rei. i. quòd ipsa sit sacramentum propriè dictum. Et sic de reliquis; obseruando tamen (quod quidem recta ratio dictat) proprietatem materiæ tunc vere interuenire: quando ipsa est secundùm conditionem rei, de qua tunc loquimur; etiam quòd secundùm se minùs uideretur hoc esse.

hoc oleum solum assumitur in usum huius, & quorũdam aliorum sacramentorum.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ baptismus est sacramétum absolutę necessitatis: & ideo eius materia debet inueniri vbique. Sufficit autẽ ꝙ materia huius sacramenti, quod non est tantæ necessitatis possit de facili ad omnia loca terrarum deferri.

4^{tu} minor. Oleum oliuarum non vbiq; inuenitur, & multò minùs chrisma. ℞. De facili tamen potest ad illa loca deferri. §. Tunc nihil &c. Nam hoc sufficit, quantum est ex illa parte, ad esse conuenientem materiam sacramenti Confirmationis: cùm non sit tantæ necessitatis hoc sacramentum, quantæ est baptismus. Ex his e textu (pro more nostro) formalizatis patere iam potest; vbi deficiebat argumentum. Decipiebatur enim in hoc, ꝙ putauit; communitatem materiæ alicuius sacramenti debere sumi ex collatione communitatis materiæ alterius sacramenti; & consequenter materias ipsas debere sibi inuicem correspondere in communitate: & tamen hoc, quod sic putauit, est falsum. Talis namque communitas sumi debet aliundè. s. ex collatione communitatis sacramenti, cuius est materia; & consequenter materiam ipsam correspondere in communitate debet, non ad materiam alterius sacramenti, sed ad suum proprium sacramentum, cuius est.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hęresim Nouatianorum, & quorumdam hæret. de qua Lindanus; Dubitantij sui dialog. 2. sic inquit. Nouatiani negant, Confirmationem habere olei sacri illinitionem: Sic nunc Lutherus, Caluinus, Bucerus, alijque omnes nostri temporis Euangelici. Videatur hic etiam (si commodum est) Theodoritus, in fabulis hæreticorum. Pro tanto autem hic adducitur prædicta hæresis, & ab articulo isto exploditur: pro quanto implicite dicit, ꝙ Chrisma non est conueniens materia sacramenti confirmationis. Vnde & in hoc sensu ipsam esse damnatam intelligitur adduci in sequentibus. Secundo igitur habes: quomodo per rationem ostendas, illam merito damnari à Concilio Floren. sub Eugenio IIII. in instit. super vnio. Armen. Secundum sacramentũ est confirmatio; cuius materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ, & balsamo, quod odorem significat bonæ famæ, per Episcopum benedictum. Hæc ibi. Item à Concilio Triden. per hoc, quòd dicit sess. 7. de confirmat. cano. 2. Si quis dixerit: iniurios esse Spiritui sancto eos, qui sacro Confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuũt; anathema sit. Hæc ibi: quæ & iuuant articulum 7. sicut etiam illa Florentini iuuant articulum 3. Item a S. Fabiano Papa & martyre per hoc, quòd in sua epistola secunda ad Episcopos Orientales ait: In illa die Dominus Iesvs, postquàm cęnauit cum discipulis suis, & lauit eorum pedes (sicut a sanctis Apostolis prædecessores nostri acceperunt, nobisq; reliquerunt) chrisma conficere, docuit. Ipsa .n. lauatio pedum, nostrum significat baptismum quando sancti chrismatis vnctione perficitur, & confirmatur. Sicut igitur ipsius diei solẽnitas per singulos annos est celebranda: ita ipsius sancti chrismatis confectio per singulos annos est agenda, & de anno in annum renouanda; & vetus chrisma in sanctis Ecclesijs cremandum. Ista à sanctis Apostolis, & eorum successoribus accepimus: vobisque tenenda mandamus. Hæc sancta Romana Ecclesia, & Antiochena à tempore Apostolorum custodit; Hæc Hierosolymorum, & Ephesianorum tenet. In quibus Apostoli præsidentes hæc docuerunt; & vetus chrisma incendi, & non amplius, quàm vno anno, vti permiserunt. Hæc ibi. Ex quibus consideranti patet intentum, & necessaria circa intentum. Propterea hic, & alibi, plerumque authoritates Patrum fusiùs adducimus: vt abundantior habeatur intellectus occurrentis articuli, cum circunstantijs suis. Cæterùm contra osores, & contemptores, huius materiæ .i. sancti chrismatis, vt plenius instructus sis in ipsorum iustissimam damnationem; vide Veritates aureas super totam legem veterem, Exod. 30. conclus. 4. & cap. 40. conclus. 1. item Leuit. 16. conclus. 1. item Numer. 4. conclus. 1. & cap. 18. conclus. 2. Item Addition. articulorum num. 128. cum Elucidat. Tertiò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum sit de necessitate huius sacramenti, quòd chrisma fuerit prius per episcopum consecratum.*

91 4. di. 7. q. 1. art. 2. q. 3.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur, quòd non sit de necessitate huius sacramenti, quòd chrisma quod est materia huius sacramenti fuerit prius per Episcopum consecratum. Baptismus enim in quo fit plena remissio peccatorum, non est minoris efficaciæ, quàm hoc sacramentum: sed licet quędam sanctificatio adhibeatur aquę baptismali ante baptismum, non tamen est de necessitate sacramenti; quia in articulo necessitatis prẹteriri potest. ergo non est de necessitate huius sacraméti, quod chrisma fuerit prius per episcopum consecratum.

¶ 2 Præt. Idem non debet bis consecrari: sed materia sacramenti sanctificatur in ipsa collatione sacramenti, per formam verborum, qua confertur sacramentum. vnde & August.* dicit super Ioan. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. non ergo debet prius chrisma consecrari, quàm hoc sacramentum tradatur.

*Tract. 80. in Io. à medio, to. 2.

¶ 3 Præt. Omnis consecratio, quæ fit in sacramentis, ad consecutionem gratiæ ordinatur: sed materia sensibilis confecta ex oleo, & balsamo non est capax gratiæ. ergo non debet ei aliqua consecratio adhiberi.

Sed contra est, quòd Innocentius Papa* dicit, Presbyteris, cum baptizant, chrismate baptizatos vngere liceat, quod ab episcopo fuerat consecratum: non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solùm debetur episcopis, cum tradunt paracletum; quod quidem fit in hoc sacramento. ergo ad hoc sacramentum requiritur chrisma per episcopum consecratum.

*Habet de consec. dist. 4. cap. Presbyteris.

Respon. Dicendum, ꝙ tota sacramentorum sanctificatio à Christo deriuatur, vt supra dictum* est. Est autem considerandum, quòd qui busdam sacramentis habentibus materiam corpoream Christus est visus, scilicet baptismo, & etiam eucharistia, & ideo ex ipso vsu Christi, materiæ horum sacramentorum aptitudinem acceperunt ad perfectionem sacramenti. vnde Chrysostomus* dicit, quòd numquam aquæ baptismi purgare peccata credentium possét, nisi tactu dominici corporis sanctificatæ fuissent, & similiter ipse Dominus accipiens panem benedixit: similiter autem & calicem, vt habetur Matth. 26. & Luc. 22. & propter hoc non est de necessitate horum sacramentorum, quòd materia prius benedicatur: quia sufficit benedictio Christi. Si qua verò benedictio adhibeatur, pertinet ad solẽnitatem sacramenti, non autem ad necessitatem. Vnctionibus autem visibilibus Christus non est vsus, ne fieret iniuria inuisibili vnctioni, qua est vnctus præ consortibus suis: & ideo tam chrisma, quàm oleum sanctum infirmorum, prius benedi-

* q. 64. artic. 3.

* Refertur de consec. dist. 4. cap. nũquam aqua.

Scot. 4. s. d. 3. q. vn. art. 3.

### SVPER Q. XIII. Aliàs 72. Art III.

Concl. Tam chrisma, quàm oleum sanctum infirmorum, priùs de necessitate per Episcopum benedicuntur; quàm adhibeantur ad vsum sacramenti.

¶ Prob. Quia Christus non benedixit per vsum suũ chrisma, nec oleum ipsum (cùm vnctionibus visibilibus ipse non sit vsus): & tamen est necessarium ꝙ benedicantur à Christo vel per se, vel per gerentem personã eius .s. per Episcopum (cũ tota sacramentorum efficacia, seu sanctificatio, sit à Christo, quæst. 5. art. 3.

Primum

3^m illatio conclusionis. Ergo non est de necessitate &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis fallaciam secùdùm non causam, vt causam, continentibus. Nam causa, quòd necessariò benedicenda sint hæc ab Episcopo, non est maioritas vel minoritas efficaciæ sacramenti Confirmationis per respectū ad sacramētum baptismi (vt putat argumentū): sed vera causa est, ꝙ à Christo per vsum suum non sunt benedicta hæc. s. Chrisma & oleum, sicut est benedicta aqua. Vide tex. corp.

2^m maior. Idē nō debet, bis consecrari. ℞. Consecratione relata ad eūdem finem. §. Hoc est (propriùs ad literas textus accedēdo). Si vtraque consecratio referatur ad idem. Tunc nihil &c. Nam consecratio materiæ facta in collatione sacramenti, de qua loquitur minor ex Augustino, nō refertur ad id; ad quod refertur consecratio eiusdem materiæ facta per Episcopum, ante collationem ipsius sacramenti. Sicut enim instrumentum virtutem instrumentalem &c. vt in textu.

3^m de maiori. Ad consecutionem gratiæ. ℞. Vel in aliquo tanquàm in subiecto, vel in aliquo tanquàm in instrumento, gratiæ. §. Tunc nihil &c. Nam licet materia sensibilis confecta ex oleo & balsamo (vt dicit minor) vel etiā aliàs materia corporalis (vt dicit textus respons.) non sit capax gratiæ tanquàm gratiæ subiectum; est tamen capax gratiæ solummodò sicut instrumentum, q. 3. art. 1. 3. 4.

benedicuntur quàm adhibeantur ad vsum sacramenti.

Ad primvm ergo patet responsio ex dictis. *

*In corp. art.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ vtraque consecratio chrismatis non refertur ad idem: sicut enim instrumentum virtutem instrumentalem acquirit dupliciter, s. quando accipit formam instrumenti, & quando mouetur à principali agente ad effectum, ita etiam materia sacramenti duplici sanctificatione indiget: per quarum vnam fit propria materia sacramenti, per aliam verò applicatur ad effectum.

Ad tertivm dicendum, quòd materia corporalis nō est capax gratiæ quasi gratiæ subiectum, sed ipsum sicut gratiæ instrumentum (vt suprà dictum * est) & ad hoc materia sacramenti consecratur, vel ab ipso Christo vel ab episcopo, qui gerit in ecclesia personam Christi.

*q. 62. art. 1. 2. & 3.

A P-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, à summis Pontificibus, & Cōcilijs: quòd chrisma confirmationis sacramenti materia debet de necessitate benedictū esse per Episcopum. A summo quidē Pontifice Innocentio; vt in argum. contr. Item à Papa Gelasio. Presbyteros vltra suum modum conscendere prohibemus, nec Episcopali fastigio debita sibimet audacter assumere, non conficiendi chrismatis, non consignationis pontificalis adhibendæ sibimet arripere facultatem. Hæc ille: & recitatur in Decret. distin 95. A Concilijs autem Florent. vt refertur suprà artic. 2. appen. Item à Concilio Ispalensi 2. c. 7. Siquidem nec benedicere eis (s. presbyteris) Ecclesiam, nec altaria consecrare, neque per impositionē manuum fidelib. baptizandis, vel conuersis ex hæresi spiritū tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontem signare Hęc illud; &, vt contextus edocet, his verbis, talia officia esse reseruata episcopis, intendit. A scripturis verò, tāquàm à figuris ad figurata procedendo (quod iuxta doctrinā Concilij Ispalensis 2. licet) insinuatur idē per hoc; ꝙ ad Moysen, qui pro tunc pontificem repræsentabat, dicitur à Domino Exo. 30. Faciesq; oleum sanctum &c. Nec iuxta compositionē eius facietis aliud &c. Pro cuius capite, & applicatione, atq; expulsione errorum, dignissima: vide Veritates aureas super totā legem veterem, Exo. 30. concl. 4. 5. Secundò vides; quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Ang. vicissim &c.

## Comm. Cardinalis Caietani.

In art. 3. aduerte propter casus emergētes, ꝙ licet constet ex ecclesiæ ritu materiam confirmationis oportere esse consecratam ab episcopo: non tamen euidenter constat, an ista necessitas sit ex sacramento, aut ex præcepto. Et dato, ꝙ sit ex necessitate sacramenti, restat adhuc dubium an sic oporteat, quòd plenitudo Apostolicæ potestatis non possit dispensatiuè subrogare simplicem sacerdotem ad consecrationem materiæ, sicut potest ipsum subrogare ad collationem huius sacramenti, vt infrà patebit.

¶ Et de primo quidem dubio apparet tenendum, ꝙ si episcopus confirmaret cum chrismate consecrato à simplici sacerdote, sacramentū nullum esset, iuxta uerba Auctoris hic sentientis, consecrationē huiusmodi pertinere ad necessitatem, & non ad solēnitatem sacramenti: perspicacius tamen considerando oppositum est magis rationi consentaneum, quandoquidē nulla est maior cōsecratio ea, quæ fit in eucharistia, quā cum possit simplex sacerdos efficere, omnem aliam non sacramentalem efficere potest: ita quòd facta tenet quāuis peccet faciendo. Nec Auctor in litera explicat, ꝙ ab episcopo omnino oporteat fieri, nihil tñ definitiuè concludo. Legimus.n. etiam Apostolica Sede dispensante circa ministrū huius sacramenti inconcussè explicatum fuisse, ꝙ utantur chrismate consecrato per episcopum, vt patet in Concilio Florentino sub Eugenio IIII. De secunda autem quęstione nullam ego video rationē dubitandi supposita potestate Papæ de mutatione ministri: qui enim potest maius, potest & minus: maius autem esse constat, quòd presbyter conferat confirmationis sacramentum, quàm conferat materiam sacramenti, quanto maius est sacramentum sua materia. Et propterea si Papa potest facere, quòd simplex sacerdos confirmet, potest etiam efficere, quòd idem consecret materiam.

¶ In eodem art. 3. Duran. occurrit in 4. sent. dist. 7. q. 2. contra literæ rationem arguens, volens ipsam peccare secundum non causam vt causam, quantū ad sanctificationem materiæ ex contactu, vel nō cōcactu Christi: tum quia si contactus Christi sanctificauit materiā, puta aquam, & panem, vel fieret iniuria sanctificationi primæ ex supradicta sanctificatione ab ecclesia, si sunt eiusdē rationis. vel prima esset insufficiens, si secunda est alterius rationis: tum, quia Christus vsus est visibilib. vnctionibus in uita à Magdalena pluries, & in morte à Nicodemo, ac per hoc sanctificauit vnctiones, si contactus eius sanctificatiuus est. Et sic sanctificata esset etiam materia huius sacramenti, nec egeret consecratione, cuius oppositum dicis.

¶ Ad hoc dicitur, rationem Auctoris in sua probabilitate solidā stare. & quòd prima sanctificatio constituit materiam sacramenti, & propterea alterius est rationis à benedictione eiusdem materiæ, quam ecclesia adhibet: quoniam hæc secunda nō ordinatur ad constituendam materiam, sed ad solennitatem quandam, & deuotionem, fugationem dæmonum, & huiusmodi. Vnde non arguit secunda in sufficientiam primæ, nec illi iniuriatur: nec dicit Auctor quēcumque Christi contactum sanctificare materiam sacramenti, sed contactum in vsu sacramenti, quali contactu non tetigit vnctiones: nec obstat ꝙ ex vsu sacramenti Christus nihil accepit, ac per hoc per accidens usus concurrit, & solus contactus per se, quoniam ipso contactu sanctificauit, hoc inquam, non obstat, quoniā de vsu constitutiuo sacramenti est sermo, ita ꝙ sensus est contactus Christi in constituendo sacramentum, est sanctificatiuus materiæ. Et sic fugantur obiectiones Durandi.

SVPER Q. XIII. Aliàs 72. Art. IIII.

Conci. Prædicta forma est conueniens huic sacramento.

92 Inf. q. 84. art. 3. cor. Et 4. di. 7. q. 1. art. 3. q 3. Et op. 22.

¶ Not. In nonnullis textibus additur ly Amen, ad formā in titulo; quod quidem deberet quoque intelligi in cōclusione dicente ly prædicta forma. Nihilominus falsò in illis textib. additū est ly Amen; & consequenter nec in conclusione subintelligendum est. Ratio est clara: quoniam sanctus Doctor probando conclusionem per singulas partes (more suo vigilantissimo) nullam penitùs facit mentionem de ly Amen; sed tātum de sancta Trinitate in ly primum est causa cōferens &c. Manifestum verò est, ꝙ ly Amen, non significat sanctam Trinitatem; sed solùm ipsa denotatur per ly in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Adde, quòd

*q. 65. ar. 4 & ar. 2. huius q. arg. 1.

### ARTICVLVS IIII.

*Vtrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti, Consigno te signo Crucis &c.*

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd hæc non sit conueniens forma huius sacramēti, Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, amē. Vsus enim sacramentorum à Christo, & ab Apostolis deriuatur: sed neque Christus hanc formam instituit, nec Apostoli ea vsi leguntur. ergo hæc non est conueniens forma huius sacramenti.

¶ 2 Præt. Sicut sacramentū est idem apud omnes, ita & forma debet esse eadem: quia quælibet res habet vnitatem, sicut & esse à sua forma: sed hac forma non omnes vtuntur: quidam enim dicunt, confirmo te chrismate sanctificationis. ergo hæc non est conueniens forma huius sacri.

¶ 3 Præt. Sacramentum hoc debet conformari baptismo, sicut perfectio perfectibili, vt supra * dictum est: sed

quòd nec in argumẽtis nominat ly Amen: cùm tamen nominet ly ergo, quod non adducitur in hac forma. Ex hoc.n.datur intelligi; ꝙ multò magis nominasset ly Amen, saltem in tertio argumento, vbi de partibus in conclusione expressis tàm signãter singulas affert instantias. Tantò autem magis sibi in promptu hoc fuisset tunc: quando potuisset, iuxta seriẽ comparandi formas illas ad inuicem, dicere; In forma baptismi non exprimitur ly Amẽ (vt patet q. 7. ar. 5. ex Matt. 28.) ergo nec in forma huius sacramẽti debuit exprimi ly Amen. Ex prædictis ergo constat: ꝙ non est de intẽtione D. Thomæ explicare ly Amen: dùm quærit de forma confirmationis. Ad hoc autẽ pro firmo magis asserendum constringit Concilium Floren. infrà in appen. adducendum: & hoc ideò, quia in confirmationis forma, quam dat, nihil dicit de ly Amen.

* in initio art. posita.

¶Prob. Quia prædicta forma cõtinet quicquid pertinet ad speciẽ sacramenti Confirmationis (cùm contineat tria, quæ in hoc sacramento sunt necessaria. Quorum primũ est causa &c. vt in tex.): & forma alicuius sacramenti ad hoc, quòd sit conueniens, debet continere qcquid pertinet ad speciem sacramenti (vt patet à simili de forma naturali; quòd s. dat rei speciem).

* posita in initio art.

*art. 1. huius quæst.

* posita in 2. arg.

1^m de minori.

Nec Apostoli ea vsi leguntur. ℞. Apostoli tamen quando, tãquàm ministri sacramentorũ, sacramentum confirmationis præbebãt, ea forma vtebantur. §. Multa enim seruabãt Apostoli in sacramentorum collatione; quæ in scripturis communiter propositis non sunt tradita. Quod etiam authoritate sancti Dionysij confirmatur. Tunc nihil &c. vt patet. Ac si formaliter breuiùs dicatur. Nego istam consequentiam. s. Apostoli ea forma vsi non leguntur: ergo ea vsi non sunt. Nec mirum de negatione tali: quoniã, sicut Christus multa fecit (&, à simili, dixit) quæ non sunt scripta in Euangelijs (vt patet ex Ioan. 20. 21.) ita consentaneum fuit; quòd multa fecerint, & dixerint Apostoli, quæ in scripturis canonicis expressa non habentur. & id præcipue in dispensatione altissimorum mysteriorum Dei. i. sacramentorum, quorum ipsi erant primi ministri. 1. Cor. 4. Hoc autem maximè tunc eos fecisse decuit, ex obedientia ad Christi mandatum pro talis temporis conditione signãter intellectum, & ab ipsis Apostolis facto suo sic interpretatum; ad mandatum, inquam, illud Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas uestras ante porcos; nè fortè (quod tunc tot, tantorumque infidelium tempore ualde timendum erat) conculcent eas pedibus suis, & canes conuersi dirumpant vos. Ideò de ista occultatione pretiosarum formarum, & similium, in sacramentis adhibitarum loquens Dionysius in textu adductus meritò pro tali tempore dicit ly non est iustum. s. propalare eas. Hæc diligenter nota, pro alijs etiam similibus locis, contra hæreticos, aliosque indoctos; qui propterea se aliquid ab Ecclesia catholica prædicatum credere nolle, aut ad id credendum se non astringi, dicunt: quia in canonicis libris tale quid expressum verbotenus non habetur. Qui, inquam, ad nudum solummodò sacrorum Bibliorum textum se aspicere gloriantur; & ad ipsum sic à cæteris aspici debere (cum Biblistis, & Erasmo) dogmatizant. Contra quos, vt pleniùs & obstruatur os loquentium iniqua, & dicta in textu præsenti percipiantur; vide pri. par. articulorum num. 170. cum Elucidat. item 2. 2. artic. num. 651. 904. cum Elucidat. item Veritates aureas super legem veterem, Genes. 27. conclus. 3. & Numer. 21. conclus. 8. & Deuteron. 17. conclus. 7.

in forma baptismi non fit mentio de cõsignatione characteris, nec etiam de cruce Christi (cum tamen per baptismum homo Christo commoriatur, vt Apostolus dicit Rom. 6.) nec etiam fit mentio de effectu salutis, cum tamen baptismus sit de necessitate salutis. In forma etiam baptismi ponitur vnus actus tantum, & exprimitur persona baptizãtis, cum dicitur, Ego te baptizo, cuius contrarium apparet in forma prędicta.* non ergo est conueniens forma huius sacramenti.

Sed contra est auctoritas Ecclesiæ, quæ hac forma communiter vtitur.

Resp. Dicendum, quòd prædicta* forma est conueniens huic sacramento. Sicut enim forma rei naturalis dat ei speciem, ita forma sacramenti continere debet quicquid pertinet ad speciẽ sacramenti. Sicut autem ex supradictis patet,* in hoc sacramento datur Spiritussanctus ad robur spiritualis pugnæ, & ideo in hoc sacramento tria sunt necessaria, quę continentur in forma prędicta.* Quorum primum est causa conferens plenitudinem roboris spiritualis, quæ est sancta Trinitas, quæ exprimitur cum dicitur, In nomine Patris, &c. Secundum est ipsum robur spirituale, quod homini cõfertur per sacramentum materię visibilis ad salutem, quod quidem tangitur, cũ dicitur, Confirmo te chrismate salutis. Tertium est signum, quod pugnatori datur: sicut & in pugna corporali, milites insigniis ducum insigniũtur, & quãtum ad hoc dicitur, Consigno te signo crucis, in quo s. rex noster triumphauit, vt dicitur Coloss. 2.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ (sicut suprà dictum* est) per ministerium Apostolorum quãdoque dabatur effectus huius sacramenti, s. plenitudo Spiritussancti, quibusdam visibilibus signis miraculosè à Deo effectis, qui potest effectum sacramenti sine sacramento conferre; & tunc non erat necessaria, nec materia, nec forma huius sacramenti. Quandoque autem tãquàm ministri sacramentorum, hoc sacramentum præbebant, & tunc sicut materia, ita & forma ex mandato Christi vtebãtur. Multa.n. seruabant Apostoli in sacramentorum collatione, quæ in scripturis cõmuniter propositis non sunt tradita. Vnde Dionys.* dicit in fine Eccl. hierarch. Consummatiuas inuocationes, i. verba, quibus perficiuntur sacramenta, non est iustum scripturas interpretãtib. neque mysticum earum, aut in ipsis operatas ex Deo virtutes ex occulto ad commune adducere: sed nostra sacra traditio, sine põpa, i. occultè eas edocet. Vndè & Apostolus dicit, loquens de celebratione eucharistiæ. Corint. 11. Cætera, cum venero, disponam.

Ad se-

*art. 2 huius q. ad 1. arg.

* c. 7. eccl. hier. par. 3 inter med. & finem.

¶Nè tamen, ex textus huius doctrina, credideris, inferri posse: ꝙ aliquid depereat ad salutem necessarium in sancta Dei Ecclesia, quod firmissime credendum, sperandum, vel faciendum sit. Licet enim in scripturis communiter propositis multa iure optimo (vt declarauimus.) subticeantur: tamen aliunde sanctus Christi spiritus suæ, quam incessanter per diuinam assistentiã gubernat, de his necessarijs prouidit Ecclesiæ. Absit. n. (quod & incredibile penitus ex rectæ rationis dictamine est) quòd Christus in sacratioribus his spõsę suæ dilectissimæ tradendis defuerit: qui in immensum difficiliorib. ei non defuit; quando s. pro salute eius vitam propriam corpoream, totum sanguinem, immo & omnia sua, libentissime, atque abundantissime dedit; vt compararet eam. Porrò, ꝙ de mente D. Thomæ sit, ex tali scripturarum taciturnitate nõ posse inferri; quòd aliquid necessarium ad salutẽ depereat in Ecclesia; patet, à simili, per ipsum. Nam ait in pri par. q. 1. artic. 10. ad primum. ex sensu literali solo potest trahi argumentum; non autẽ ex his, quæ secundùm allegoriam dicuntur. Non tamen ex hoc aliquid deperit sacræ scripturę: quia nihil sub spirituali sensu continetur fidei necessarium, quod scriptura per literalem sensum alicubi manifestè non tradat. Hæc ibi. Vnde, tãquàm ex simili, constat: mentem sancti Doctoris hic esse; quòd licet non omnia tradantur in sacris scripturis, ex quibus solis per respectum ad scripta Doctorum necessarium potest trahi argumentum. 1. quæst. 1. art. 8. ad secundum. non tamen ex hoc aliquid Ecclesiæ deperit; quia nihil in scripturis illis canonicis prætermittitur saluti nostræ necessarium, quod alibi in æquiualentibus sufficienter non tradatur. Quid autem sit illud alibi, quæ sint ista æquiualentia, patet ex Concilijs Trident. sess. 4. cap. 1. & Nicęno 2. action. 7. quòd sunt traditiones Apostolorum: de quibus etiam textus præsens intelligit, dum adducit illud 1. Corint. 11. Cætera, cùm venero, disponam. Concilium siquidem Trident. ibi ait: Sacrosancta generalis Tridentina Synodus perspiciens, hanc veritatem & disciplinam contineri in libris scriptis, & sine scripto traditionibus, QVAE EX IPSIVS CHRISTI ORE AB APOSTOLIS ACCEPTAE, AVT AB IPSIS APOSTOLIS, SPIRITVSANCTO DICTANTE, QVASI PER MANVS TRADITAE, AD NOS VSQVE PERVENERVNT; orthodoxorum Patrum exempla secuta omnes libros tàm veteris, quàm noui, testamenti (cùm vtriusque vnus Deus sit author) necnon traditiones ipsas tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, vel tanquàm oretenùs à Christo, vel à Spiritusancto dictatas, & continua successione in Ecclesia catholica conseruatas, pari pietatis affectu ac reuerentia suscipit, & ueneratur. (Et infrà). Si quis autem libros ipsos integros, &c. pro canonicis non susceperit: & traditiones prędictas sciens, & prudens contempserit: anathema sit. Hæc ibi. Concilium uerò Nicęnum 2. ibi ait: Fatemur vnanimiter; Nos Ecclesiasticas traditiones, siue scripto, siue consuetudine ualentes, & decretas, retinere velle; quarum de numero est imaginum effiguratio. (Et infrà). Igitur, qui ausi fuerint more impiorum hæreticorum Ecclesiasticas traditiones contaminare: si fuerint Episcopi, aut clerici, deponuntur; si monachi, aut laici, communione priuantur. (Et infrà). Si quis traditiones Ecclesiæ, siue scripto, siue consuetudine, valentes non curauerit: anathema sit. Hæc ibi. Nec mirum. Talis enim tantaque de traditionibus doctrina fundatur originaliter in ipsissimis verbis Apostoli; quæ sunt

Responsio tac. obiect.

Diffinitio traditionũ .i. quid sint traditiones.

¶Ne

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sanctitas est salutis causa, & ideo in idem redit, quod dicitur chrismate salutis, & sanctificationis.

AD TERTIVM dicendũ, quòd baptismus est regeneratio in spiritualem vitam, qua homo viuit in seipso: & ideo non ponitur in forma baptismi, nisi vnus actus ad ipsum hominem sanctificãdum pertinens: sed hoc sacramentum non solum ordinatur ad hoc, quòd homo sanctificetur in seipso, sed exponitur cuidã pugnæ exteriori; & ideo non solũ fit mentio de interiore sanctificatione cum dicitur, Confirmo te chrismate salutis: sed etiam consignatur homo exterius quasi vexillo crucis ad pugnam spiritualem, quod significatur cum dicitur, Consigno te signo crucis. In ipso autem verbo baptizandi, quod ablutionem significat, potest intelligi, & materia, quæ est aqua abluens, & effectus salutis, quæ non intelliguntur in verbo Confirmãdi: & ideo oportuit hæc ponere. Dictũ est autem suprà,* ꝙ hoc quod dicitur, ego, non est de necessitate formæ baptismalis: quia intelligitur in verbo primæ personæ: apponitur tamen ad exprimendam intentionem, quod non est ita necessariũ in confirmatione, quæ non exhibetur nisi ab excellẽti ministro, vt infrà * dicetur.

* q.66.artic.5.ad 1.

* ar.11.huius quæst.

hæc 2. Thess. 2. Itaque fratres state, & tenete traditiones: quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Hæc ille.

¶ EXAM. Ly tunc sicut materia, ita & forma, ex mandato Christi vtebantur. Scilicet, materia & forma, prædictis art. 2. & hic. Ex hoc textu ergo videtur: ꝙ Apostoli etiam darent confirmationis sacramentum per consignationem in fronte, sicuti nunc datur: & non tantum per manus impositionem ex dispẽsatione ad illam similitudinem; qua Spiritussanctus eos induens uirtute ex alto super ipsos uenit, ac super capita eorundem in linguis igneis sacro Pentecostes die sedit. Alioquin minus benè appareret, quomodo Apostoli ipsi (vt dicit hic textus) in administratione huius sacramenti vterentur ista forma, s. Consigno te signo crucis &c. Quare non irrationabiliter uidetur: ꝙ sicut cessãte speciali dispensatione, q. 7. art. 6. non amplius in nomine Christi, sed secundùm formã ordinariam. s. in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti baptizabatur, q. 7. art. 5. ita cessante speciali dispensatione illa miraculo diuinitus associata confirmationis sacramentum non solùm in forma ordinaria, sed etiam modo ordinario, s. in fronte signando, exhiberetur. Sic rationabiliter intelligitur, & ideò prædicta e textu præsenti elicita exinde confirmãtur, illud Concilij Florentini. De solis Apostolis (quorum vicem tenent Episcopi) legitur: quòd per manus impositionẽ Spiritumsanctum dabant. Loco autem illius manus impositionis datur in Ecclesia Confirmatio. Hæc in constitut. super vnio. Armenorum. vbi venitur ad declarationem de singulis sacramentis. Non enim Ecclesia potest sacramenta noua instituere, q. 5. artic. 2. vndè nec formam nouam sacramentorum q. ead. & ar. ad primum. quoniam in idem redit instituere formam ipsorum, & instituere ipsa; eò quòd forma dat esse rei: & ideò clarum relinquitur, Confirmationem, quæ (secundùm Concilium) loco impositionis manus datur nunc in Ecclesia, fuisse etiam tunc tempore Apostolorum datam ex institutione, & ex mandato Christi cum forma sua, s. Consigno te signo crucis, &c. Verùm quia tunc per Apostolos duobus modis, s. impositione manuum, & consignatione, quæ uocatur confirmatio, dabatur Spiritussanctus ad robur; nunc autem solùm vno modo, s. consignatione illa, datur: ideò à Concilio dictum est, ꝙ loco illius impositionis manus confirmatio in Ecclesia datur: non quia tunc non daretur etiam confirmatio, sed quia nunc cum confirmatione non datur illa manus impositio.

2^m de maiori. Forma debet esse eadem. ℞. Vel redire in idem. §. Tunc nihil &c. Nam sanctitas est causa &c. vt in tex. Responsum hoc formale non est extendendum nimis pro cuiusque placito (quoniam de maximi momenti rebus, i. sacramẽtis, vnde salus animarum pendet, agitur): sed solùm est extendendum ad sobrietatem, i. secundum mẽsuram Ecclesię catholicæ, quæ nobis totique mundo data est à Deo pro infallibili regula fidei. 2. 2. q. 5. art. 3. Puta, quotiescumque uidemus, sanctam matrem Ecclesiam prædictam concedere aliquas uariationes uerborum. i. illis uti, in sacramentorum formis: tunc licitè possumus extendere præsens formale responsum ad defensionem illius veritatis catholicæ, s. ad ostendendum, ꝙ illa uariatio verbalis nõ derogat substantiæ formæ, i. non uariat substãtiam formę; & per cõsequens, quòd ex hoc non impeditur sacramenti perfectio. In solo n. tali casu D. Thomam afferre huiusmodi responsum, vides: qui tamen dixit (& verum dixit) suprà q. 7. artic. 6. corp. ly si prætermittatur aliquid eorum, quæ Christus instituit circa aliquod sacramentum, efficacia caret: Nisi ex speciali dispensatione eius, qui virtutem suam sacramentis non alligauit. Hæc dicta sint; nè quis temerarius, tamquàm huius responsi uelamine palliatus, velit pro libito uariare formas sacramentorum. Cui rei prouidit, à fortiori, Concilium Trident. sess. 7. de sacramentis, cano. 13. Vide quæst. 1. art. 8.

3^m de maiori. Debet conformari. ℞. Secundum modum sibi conuenientem. §. Tunc nihil &c. Non enim ex tali conformitate sequitur: ꝙ sacramenti confirmationis forma debeat (vt putauit argumentum) esse per omnia similis formæ baptismi. Sed nec illud decet, nec potest fieri. Nam baptismus est regeneratio in spiritualem &c. vt in textu.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, & Concilio; quod hęc forma confirmationis, s. Consigno te signo crucis, & confirmo te &c. est conueniens. A scripturis quidem per hoc de Ecclesia sancta, sub nomine mulieris stabilis, dicitur Eccli. 26. Columnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super plantas stabilis mulieris. Huiuscemodi enim verbis vniuersaliter ostenditur inconcussa ueritatis, & conuenientię, firmitas reperta in Ecclesia; & consequenter in rebus, quibus Ecclesia communiter vtitur. Cùm igitur vtatur communiter forma prædicta (vt dicit arg. contr.); constat per illud scripturæ dictum sic allegoricè (vt decet) explicatum, ꝙ forma ipsa confirmationis est conueniens. De maximo authoritatis Ecclesiæ pondere, atque ordinatissimo, ac sanctissimo, vide 2. 2. q. 10. art. 12. corp. Vnde non mirum; si D. Thomas & hic in arg. contr. & alibi vbique, ad talem illius authoritatem se remittat. A Concilio autem Florent. Secundum sacramentum est confirmatio, cuius forma est; Signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Hæc in constit super vnio. Armen. Vide dicta in Elucid. ad secundum. Secundò uides; quomodo ex ijs benè pensatis, & applicatis, doctrina hæc Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN artic. 4. aduerte pro hoc, & cæteris sacramentis, quòd licet in antiquis iuribus non inueniantur expresse omnes sacramentorum formæ, posterioribus tamen temporibus, scilicet sub Eugenio IIII. in Concilio Florentino, in quo etiam fuit Ecclesia Orientalis, explicatæ sunt omnium sacramentorum formæ cum reliquis omnibus requisitis ad omnia, & singula sacramenta. vbi & ponitur ista forma sacramenti confirmationis, nisi quòd hic dicitur, Consigno, & ibi legitur: Signo te signo crucis, & idem est sensus.

---

*Alber. Mag. 4. dist. 7. artic. 9.*
*Bon. 4. sent. d. 7. quæst. un. art. 3.*
*Palud. 4. d. 7. q. 1.*

## ARTICVLVS V.

*Vtrum sacramentum confirmationis imprimat characterem.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ sacramentũ confirmationis nõ imprimat characterem. Character enim importat quoddam signum distinctiuum: sed per sacramentum confirmationis non distinguitur homo ab infidelibus, hoc. n. fit per baptismum: neque etiam ab aliis fidelibus, quia hoc sacramẽtum ordinatur ad pugnam spiritualem, quæ omnibus fidelib. indicitur. non ergo in hoc sacramento imprimitur aliquis character.

¶ 2 Præt. Suprà dictũ * est, ꝙ character est quędam potentia spiritualis: potentia autem non est nisi actiua, vel passiua. Potentia autem actiua in sacramentis, confertur per sacramentum, ordinis: potẽtia autem passiua, siue receptiua per sacr̃m baptismi.

* q. 63. ar. 2

93
4 d. 7. q. 1. art. 1. q. 1. & q. 3. artic. 3. q. 3.

SVPER Q. XIII. Aliàs 72. Art. v.

CONCL. In sacramento confirmationis imprimitur character.

¶ PROB. Quia per sacramẽtum confirmationis datur homini potestas spiritualis ad actiones sacras competentes ei secundum spiritualem ætatem perfectam (puta, ad agẽdum ea, quæ pertinent ad pugnam spiritualem contra hostes fidei: vt patet ab exemplo Apostolorum): & character est quædam spiritualis potestas ordinata ad actiones sacras, quæst. 4. artic. 2.

Primum

ergo per sacramentum confirmationis nullus character imprimitur.

¶ 3 Præt. In circuncisione, quæ est character corporalis, non imprimitur aliquis spiritualis character: sed in hoc sacramento imprimitur quidam character corporalis, dum scilicet homo chrismate signatur signo crucis in fronte. non ergo imprimitur in hoc sacramento character spiritualis.

Sed contra. In omni sacramento, quod non iteratur, imprimitur character: sed hoc sacramentum non iteratur: dicit enim Greg.* de homine, qui à Pontifice confirmatus fuerit denuo, talis iteratio prohibenda est. ergo in confirmatione imprimitur character.

* Refertur de consec. dist. 5. c. de homine.

Resp. Dicendum, ꝙ sicut suprà* dictũ est, character est quædam spiritualis potestas ad aliquas sacras actiones ordinata. Dictum est autem ŝ. † ꝙ sicut baptismus est quædã spiritualis regeneratio in vitam Christianã; ita etiã confirmatio est quoddam spirituale augmentum promouens hominem in spiritualẽ ætatem perfectam. Manifestum est autem ex similitudine corporalis vitæ, ꝙ alia est actio hominis statim nati: & alia actio, quę cõpetit ei cum ad perfectã ætatem peruenerit; & ideo per sacramentũ confirmationis datur homini potestas spiritualis ad quasdã alias actiones sacras, præter illas ad quas datur ei potestas in baptismo. Nam in baptismo accipit homo potestatẽ ad ea agenda, quæ ad propriã pertinent salutẽ, prout s͡cm seipsum viuit, sed in confirmatione accipit homo potestatem ad agendum ea, quæ pertinent ad pugnã spiritualem contra hostes fidei: sicut patet exemplo Apostolorum, qui antequàm plenitudinem Spiritussancti acciperent, erant in cœnaculo perseuerantes in oratione: postmodum verò egressi, non verebantur publicè fidem fateri, etiam coram inimicis fidei Christianæ: & ideo manifestum est, quòd in sacramento confirmationis imprimitur character.

* q. 63. ar. 2

† art. 1. huius quæst.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ pugna spiritualis contra hostes inuisibiles, omnibus competit: sed contra hostes visibiles, i. cõtra persecutores fidei pugnare, nomen Christi publicè confitẽdo, est confirmatorum, qui iam sunt perducti spiritualiter ad virilem ætatem, secundùm ꝙ dicitur 1. Ioan. 2. Scribo uobis iuuenes, quoniam fortes estis, & verbum Dei in vobis manet, & vidistis malignũ; & ideo character confirmationis est signum distinctiuum, non infidelium à fidelibus, sed spiritualiter prouectorum ab his, quibus dicitur: Sicut modo geniti infantes.

Ad secundum dicendum, ꝙ omnia sacramenta sunt quædam fidei protestationes. Sicut igitur baptizatus accipit potestatem spiritualem ad protestandam fidem per susceptionem aliorum sacramẽtorum: ita confirmatus accipit potestatem publicè fidem Christi verbis profitendi, quasi ex officio.

Ad tertium dicendum, ꝙ sacramenta veteris legis dicuntur iustitiæ carnis, vt patet Hebr. 9. quia scilicet interius nihil efficiebant; & ideo in circuncisione imprimebatur character solum in corpore, non autem in anima: sed in confirmatione cum charactere corporali imprimitur simul character spiritualis, eo ꝙ est sacramentum nouæ legis.

### 1ᵐ de minori.

Neque etiã ab alijs fidelibus. ℞. Vt præcisè fideles sunt. §. Tunc nihil, &c. Ad saluandã.n. conclusionis articuli veritatem sufficit; ꝙ per sacramentum confirmationis fiat distinctio fideliũ spiritualiter prouectorum à fidelib. illis, quibus dicitur, sicut modò geniti infantes. Ad id uerò, quod argumentum, quasi iterũ mittẽdo, adducit. s. quod pugna spiritualis omnibus fidelibus indicitur, respõdetur: quod nihil concludit contra propositum; quoniam aliter, & aliter, accipitur pugna indicta baptizatis, vt sic, & pugna indicta confirmatis, vt sic (secundùm ꝙ declaratur in tex.)

### 2ᵐ de minori.

Per sacramentum baptismi. ℞. Et per sacramentum confirmationis. §. vt habetur ex q. 4. artic. 6. corp. ly ad recipientes pertinet sacramentum baptismi per hoc, ꝙ homo accipit potestatem recipiendi alia sacramẽta (vnde baptismus dicitur ianua omnium sacramentorum). Ad idem etiam ordinatur quodammodo Confirmatio: vt infrà suo loco dicetur. Cùm igitur iste sit locus, de quo ibi fit mentio (vt facile patet vtrumque locũ consideranti): restat, vt potentia passiua per sacramentum cõfirmationis vere conferatur; sed tamen quodammodo. s. modo illo, qui nunc declaratur in textu. Ex quibus omnibus dic: ꝙ cõfirmationis character nõ ideo pertinet ad potentiam passiuam, quia non ordinet ad actiones (vt patet in corp.): sed quia non ordinatur ad actiones tales. i. ad tradendum sacramentã alijs. Tunc nihil &c. vt de se patet.

### 3ᵐ illatio conclusionis.

Non ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit. n. ex præmissis, tãquàm ex similibus; cùm tamen reuerã ibid. dissimilia contineãtur. Nam sacramenta veteris legis dicunẽ iustitiæ, &c. vt in tex.

APPENDIX.

Ex art. habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Lutheri dicentis; nullũ sacramentum, & consequenter nec confirmationem (cũ re vera, q̃uis ipse neget, sit sacramentũ, ar. 1.) imprimere characterem. Secundò habes, quomodo per rationẽ (pro quãto agitur de confirmatione) ostendas, illam meritò damnari à Cõcilijs Florentino, & Tridentino, suprà q 4. ar. 1. 6. appen. Item à Papa Greg. vt cũ discursu ponitur in arg. contr Itẽ a Concil. Taragon. cui addas ex similẽ discursum argumenti cõtr. pro applicatione clariori ad intentum. Recitaẽ illud Gregorij, in Decr. de cõsec. dist. 5. c. De homine. & illud Concilij, ibid. cap. Dictum est nobis. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina hæc Ang. vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

D. reps.

## Comm. Cardinalis Caietani.

In art. 5. dubium occurrit ad hominẽ, quoniam Auctor superius in q 63. ar. 6. posuit characterem confirmationis pertinere ad recipientes: hic autem ponit ipsum ex parte potentiæ actiuæ, vt patet in litera. vnde videtur Auctoris doctrina sibi ipsi dissona.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ hæc sibiinuicẽ non aduersantur: quoniã character confirmationis, vt ipsius sacramenti nomen testatur, est characteris baptismalis confirmatio: per baptismum. n. fit Christianus, infirmus tamen (quia est sicut modo genitus infans) per confirmationem autem firmatur, ac per hoc ex eadem parte vtriusque se tenet sacramenti character, & per consequens character confirmationis est, vt perficiens characterem baptismalem, qui cum se teneat ex parte recipientis, trahit secundum suæ confirmationis characterem. Vnde de consecr. dist. 5. c. de his uerò Melchiades Papa inquit, Ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta, ꝙ vnum sine altero rite perfici non potest, glos. i. Christianum facere non potest, supple, perfectum. Apparetq́ue hoc idem ex actibus utriusque characteris, nam baptismi est confiteri fidem: confirmationis autem libere, seu intrepide confiteri eandem, vbi patet secundum perficere, & firmare primum. Patet etiam non sic esse intelligendũ characterem esse potentiam passiuam, tãquàm si poneretur purè passiua, potest enim aliquem actum habere cum hoc, ꝙ constituit sacramentorum receptiuum perfectum, seu firmum: baptismalis siquidem character receptiuum absolutè, confirmationis autem receptiuum, perfectè, & libere constituit.

*Sot. 4. sen d. 7. q. un. art. 6.*

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum character confirmationis præsupponat characterem baptismi.*

Ad sextum sic proceditur. Videtur quòd character confirmationis non præsupponat ex necessitate characterem baptismalem. Sacramentum enim confirmationis ordinatur ad confitendum publicè fidem Christi: sed multi etiam ante baptismum sunt fidem Christi publicè confessi, sanguinem fundentes pro fide. ergo character confirmationis non præsupponit characterem baptismalem.

¶ 2 Præt. De Apostolis non legitur, quòd fuerint baptizati, præsertim

SVPER Q. XIII. Aliàs 72. Art. vi.

Concl. Character confirmationis ex necessitate præsupponit characterem baptismalem: ita. s. ꝙ, si aliquis non baptizatus confirmaretur, nihil reciperet; sed oporteret, iteratò ipsum baptizatũ confirmari post baptismũ.

¶ Prob. Quia nullus potest venire ad ætatẽ perfectam (quod fit spiritualiter per confirmationem) nisi prius fuerit natus (quod fit spiritualiter per baptismũ, artic. 1. item quæst. 6. art. 1. 2.)

94 4. di. 7. q. 2. a. 1. q. 3. Et di. 24. q. 1. art. 2. q. 2. & 4.

cum dicatur Ioan. 4. quod ipse Christus non baptizabat, sed discipuli eius, & tamen postea fuerunt confirmati per aduentum Spiritussancti. ergo similiter alii possunt confirmari antequam baptizentur.

¶ 3 Præte. Actuum 10. dicitur, quòd adhuc loquente Petro, cecidit Spiritussanctus super eos, qui audiebant verbum, & audiebant eos loquentes linguis, quòd postea Petrus iussit eos baptizari. ergo pari ratione possunt alii prius confirmari, quàm baptizentur.

SED CONTRA est, quòd Rabanus dicit in libro * de institut. clericor. Nouissimè a summo Sacerdote, per impositionem manus paracletus traditur baptizato, vt roboretur per Spiritumsanctum ad prædicandum.

RESPON. Dicendum, quòd character confirmationis ex necessitate præsupponit characterem baptismalem: ita scilicet, quòd si aliquis non baptizatus confirmaretur, nihil reciperet; sed oporteret iterato ipsum confirmari post baptismum, cuius ratio est: quia ita se habet confirmatio ad baptismum sicut augmentum ad generationem, vt ex * supradictis patet. Manifestum est autem, quòd nullus potest promoueri in ætatem perfectam, nisi primò fuerit natus, & similiter nisi primo aliquis fuerit baptizatus non potest sacramentum confirmationis accipere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtus diuina non est alligata sacramentis. Vnde potest conferre homini spirituale robur ad confitendum publicè fidem Christi absque sacramento confirmationis, sicut etiam potest conferre remissionem peccatorum sine baptismo. Sicut tamen nullus consequitur effectum baptismi sine baptismi voto: ita nullus consequitur effectum cõfirmationis sine voto ipsius: quod potest haberi etiam ante susceptionem baptismi.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut Augustinus * dicit ex hoc, quòd Dominus dicit Ioann. 13. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, intelligimus; Petrum, & alios Christi discipulos fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis, sicut nonnulli arbitrantur, siue quod magis credibile est, baptismo Christi: neque enim renuit ministerium baptizandi, vt haberet, & baptizatos seruos, per quos cæteros baptizaret.

AD TERTIVM dicendum, quòd audientes prædicationem Petri, acceperunt effectum confirmationis miraculosè: non tamen confirmationis sacramentum. Dictum est autem, * quòd effectus confirmationis potest alicui conferri, ante baptismum, non autem sacramentum confirmationis: sicut enim effectus confirmationis, qui est robur spirituale, præsupponit effectum baptismi, qui est iustificatio, ita sacramentũ confirmationis præsupponit sacramentum baptismi.

ARTI-

* li. 1. c. 30. in prin. — * art. 1. huius q. — * epist. 108. tom. 2. — * ar. 4. & 2. ad 1. arg.

## 1m illatio conclusionis.

Ergo character confir. &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis nihil de charactere dicentibus. Nam illi, de quibus minor loquitur, nõn habebant characterem confirmationis; quia nec ipsius sacramentum: licet diuinitus haberent effectum confirmationis. i. robur magnum ad confitendum publice fidem Christi. Virtus namque diuina non est alligata sacramentis (vt sæpiùs suprà dictum est) .i. non est arctata intra terminos sacramentorum, ita ut non possit operari sine sacramentis quotiescumque sibi placuerit. Vnde potest conferre homini spirituale robur &c. vt in textu. Vide etiam ad tertium. Argumentum ergo peccat in forma.

## 2m de maiori.

Non legitur. ℞. Explicite. §. Tunc nihil &c. Sufficit enim quòd implicite legatur: & hoc (secundum Augustinum) in Ioan. 13. qui lotus est &cęt. Ex his ergo dic: quòd illud Ioan. 4. in argumento adductũ exponitur sic, Non baptizabat. s. alios à discipulis suis. Vide articulum secũdum, ad primum.

## 3m de conclusione.

Confirmari. ℞. i. Accipere effectum confirmationis à Deo miraculosè. §. Sic enim glossandum esse hoc, ostendunt præmissæ: quoniam in sensu illo intelligendę sunt conclusiones, in quo intelliguntur suæ præmissæ (vt patet expertis in logicalibus Philosophi). Porro, audientes prædicationes Petri, de quibus est illud Actu. 10. acceperunt effectum confirmationis, &c. vt in textu. Tunc nihil, &c. Nam conclusio articuli loquitur de sacramento confirmationis.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, Concilijs, & Pontificijs decretis, quod character confirmationis, de necessitate præsupponit characterem baptismalem. A scripturis quidem per hoc, quod narratur, Actu. 19. Apostolum voluisse eos, quos apud Ephesum inuenit, baptizari prius baptismo Christi, quàm ipsis per impositionem manuum (cuius loco confirmatio est, artic. 4.) daret Spiritumsanctũm. Tali enim suo facto, baptismum ante confirmationem requiri, declarauit. A Concilijs autem per hoc; quòd uno ore omnia de baptismo tractantia profitentur hanc veritatem; quòd baptismus est omnium aliorum sacramentorum ianua. Ac si apertiùs dicerent. Et ante cætera sacramenta primò baptismus suscipi debet: & sine illo suscepto neque licite, neque re uera, potest quis vllum aliorum sacramentorum suscipere. Quod si sic: Ergo nec vllum characterem sacramentalem sine præuio charactere baptismi. A Pontificijs uerò decretis, extrà, de presbyter. non baptizat. vbi Innocentius III. Ferrariensi episcopo dicit. Lator pręsentium nobis exposuit; quòd, cùm ad gradum sacerdotij ascendisset, comperit tandem, quòd non fuerit secundùm formam Euangelij baptizatus. Vndé nos cum rite fecimus baptizari. (Et infrà). Quia in Concilio apud Compendium legitur constitutum; quòd si quis in presbyterũ ordinatus deprębenderit se nõ esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur: Nos circa latorem pręsentium mandamus, quatenùs ipsum per singulos ordines usque ad sacerdotium promouere procures, & permittas eum in sacerdotio ministrare. Hæc ibi in cap. veniens. A simili ergo (quod facile est) argue tu efficaciter ad propositum articuli huius. Cæterùm in prædicto Innocentij Pontificis decreto vigilanter annotare curato, ly secundùm formam Euangelij baptizatus, & ly cum ritè fecimus baptizari. Ex his enim annotatis patefiet magis; sanctum Doctorem, quæstio. 6. artic. 6. & uera determinasse dicendo, quòd in nomine Christi non potest nunc quis baptizari; & ibidem ad tertium, conformiter ad Sedem Apostolicã intellexisse dictum illud Nicolai primi. Ratio horum duorũ est: quia Innocentius III. illum latorem, qui secundùm formam Euangelij (.i. in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti) non fuerat baptizatus, constanter non esse baptizatum definiuit: & eum ritè baptizari dicit se fecisse, quando secundùm formam Euangelij prædictam eiusdem iussu baptizatus est. Conuertuntur ergo, secundum Innocentium, duo hæc, tùm affirmatiuè. s. baptizari secundùm formam Euangelij, & baptizari rite; tùm negatiue. s. non baptizari secundùm formam Euangelij, & non baptizari ritè. Quòd si addideris, Innocentium illum doctrina insignem (vt legitur in vita sua, ex Concilijs) fuisse à multis annis successorem Nicolai, & consequenter ipsius prædictum responsum ad consulta Bulgarorum considerasse (vtpote qui etiam Concilij apud Compendium considerauit decretum, tantique æstimauit) facillimè in sententiam hanc declinabis: quòd Innocentius interpretatus est mentem Nicolai. s. quòd non nisi in speciali casu temporibus Apostolorum simili se locutum esse intelligi volebat ibi. Nec mirum. Nam Papa vnus numquàm in rebus fidei (licet forsan quandoque in alijs) est contra alium, si rectè ipsorum decreta percipiantur: sed omnes unanimiter (hoc faciente spiritu veritatis, qui per diuersitatem linguarum multarum gentes in vnitatem fidei congregauit) dicunt idipsum. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN articulo 6. aduerte, quod charactere confirmationis, ita præsupponit characterem baptismi, vt si confirmaretur non baptizatus, esset post baptismum reconfirmandus eadem ratione, qua presbyter non baptizatus est post baptismum iterum ordinandus, vt patet in cap. veniens, & in cap. si quis, de presbytero non baptizato. Magis enim annexum est confirmationis sacramentum baptismo, quàm sacramentum ordinis, cum confirmatio firmitas, perfectioque sit baptismi.

Alb.

Alb. M. q. 4. d. 2. ar. 5. Bot. 4. f. d. 7 q. vn. art. 7. Palud. 4. d. 7. q. 2. ar. 2.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum per sacramentum confirmationis conferatur gratia gratum faciens.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd per hoc sacramentum gratia gratum faciens non conferatur. Gratia enim gratum faciens, ordinatur contra culpam: sed hoc sacramentum ( sicut dictum est * ) non exhibetur nisi baptizatis, qui sunt a culpa mundati. ergo per hoc sacramentum, gratia gratum faciens non confertur.

¶ 2 Præt. Peccatores maximè indigent gratia gratum faciente, per quã solam iustificari possunt. si ergo per hoc sacramentum gratia gratum faciens confertur, videtur q̃ deberet dari hominibus in peccato existentibus, quod tamen non est verum.

¶ 3 Præt. Gratia gratum faciens, specie non differt, cum ad vnũ effectum ordinetur, sed duæ formæ eiusdem speciei non possunt esse in eodẽ subiecto. cum ergo gratia gratum faciens conferatur homini per baptismum, videtur, q̃ per sacramentum confirmationis, quod non exhibetur nisi baptizato, gratia gratum faciens non conferatur.

SED CONTRA est, q̃ Melchiades Papa * dicit, Spiritussanctus in fonte baptismi, plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam.

RESP. Dicendum, q̃ in hoc sacramento, sicut dictum * est, datur baptizato Spiritussanctus ad robur, sicut Apostolis datus in die Pentecostes, vt legitur Act. 2. & sicut dabatur baptizatis per impositionem manus Apostolorũ, vt dicitur Act. 8. Ostensum est autem in prima parte, * quòd missio, seu datio Spiritussancti, non est nisi cum gratia gratum faciente; vnde manifestum est, quòd gratia gratum faciens confertur in hoc sacramento.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gratiæ gratum faciẽtis primus effectus est remissio culpæ, habet tamen & alios effectus, quia sufficit ad hoc, quòd promoueat hominem per omnes gradus vsque in vitam æternam, secundùm illud Rom. 6. Gratia Dei vita æterna; vnde & Paulo dictum est 2. Corin. 12. Sufficit tibi gratia mea. Et ipse dicit 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. & ideo gratia gratum faciens, non solum datur ad remissionem culpæ, sed etiam ad augmentum, & firmitatem iustitiæ. Et sic confertur in hoc sacramento.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ sicut ex ipso nomine apparet, hoc sacramentũ datur ad confirmandum, quod prius inuenerit, & ideo nõ debet dari his, qui non habẽt gratiam: & propter hoc sicut non datur non baptizatis, ita non debet dari adultis peccatoribus, nisi per pœnitentiam reparatis. vnde dicit in Aurelianensi Concilio, * vt ieiuni ad confirmationem veniant, vt moneantur confessionem facere prius, vt mundi donũ Spiritussancti valeant accipere. Et tunc, per hoc sacramentum perficitur pœnitentiæ effectus, sicut & baptismi, quia per gratiam collatam in hoc sacramento, consequitur pœnitẽs pleniorem remissionem peccati. Et si aliquis adultus in peccato existens, cuius conscientiam non habet, vel si etiam non perfectè contritus accedat, dummodò non fictus accedat, per gratiam collatam in hoc sacramento, consequetur remissionem peccatorum.

AD TERTIVM dicendum, q̃, sicut dictũ * est, gratia sacramentalis addit super gratiã gratum facientem cõmuniter sumptã, aliquid effectiuũ specialis effectus, ad quod ordinatur sacramentũ: si ergo consideretur gratia in hoc sacramento collata, quantum ad id, quod est cõmune, sic per hoc sacramentũ non confertur aliqua alia gratia, quàm per baptismũ, sed quæ prius inerat, augetur: si autem consideretur quantum ad illud speciale, quod superadditur, sic non est eiusdem speciei cum ipsa.

### SVPER Q. XIII. Aliàs 72. ART. VII.

COncl. Gratia gratum faciens confertur in hoc sacramento. ¶ Prob. Quia in Confirmatione datur Spiritussanctus ad robur, art. 1. 2. 3. & datio Spiritussancti non est, nisi cũ gratia gratum faciente, 1. q. 43. art. 3.

**1^m de maiori.** Contra culpã. R. Et ad augmentũ, firmitatẽq; iustitiæ præhabitæ. §. Tũ nihil &c. vt patet. Non argumentum ex insufficienti procedit.

**2^m illatio consequentis.** Si ergo p &c. R. Negaẽ illatio. §. Non enim ex eo, q̃ peccatores indigẽt gratia, debet sacrm conferens gratiã dari peccatorib indispositis (vt intendit consequens illatũ): & multò minus debet dari eisdẽ sacrm hoc. Nã sicut ex ipso nomine, qđ est confirmatio, apparet; hoc sacrm datẽ ad cõfirmandũ quod &c. vt in tex.

¶ EXAM. 1. Ly cuius conscientiã non habet. Scilicet, quantum ad facto, post debitã diligentiam. i. cuius non habet memoriã. scale quid fecisse; etiã postq̃ fecit debitũ examen, seu debitã discussionem, conscientiæ. In hoc siquidẽ casu sic, & non aliẽ, sumpto intelligitur sententia illa sancti Doctoris. s. si aliquis adultus in peccato existens, cuius conscientiã non habet, accedit; per gratiã collatã in hoc sacro cõsequetẽ remissionẽ illius peccati. Simile quid habetur, qđ & sic intelligitur, infrà q. 10. ar. 3. corp. & ad 1. Confirmat hoc ex Concil. Trid. sess. 14. cap. 5. Constat: nihil aliud in Ecclesia a Pœnitentib. exigi; q̃, vt postq̃ quisque diligẽtius se excusserit, & cõscientiæ suæ sinus omnes, & latebras explorauerit, ea peccata confiteatẽ, quibus se dominũ Deum suũ mortaliter offendisse meminerit. Reliqua autẽ peccata, quæ diligẽter considerantị non occurrunt, in vniuersum eadem confessione inclusa esse intelliguntur; pro quibus fideliter cum Propheta dicimus, Ab occultis meis munda me Domine. Non ergo sumitur ly cuius conscientiã non habet, pro conscientia erronea ignorantiã iuris continente. Hoc est. Non sic exponatur ly cuius conscientiã non habet. i. de quo quis ex aliquo defectu proprio non facit sibi conscientiã ( vt sic, quasi vulgariter, loquar). Non. n. hoc excusaret, secundũ D. Thomã dicentem in quodlib. 9. art. 15. corp. Error, quo nõ creditur esse peccatum mortale, quod est peccatum mortale, conscientiam non excusat à toto (. i. à peccato mortali) licet fortè à tanto (. i. à tanto gradu, seu à tanta grauitate, peccati mortalis). Quinimò hoc quandoque magis accusaret, secundùm eundem in 1. 2. q. 76. artic. 3. 4. si esset ignorantia affectata, vel quasi. Quare autem conscientia erronea non excuset; vide in 1. 2. quæst. 19. artic. 6.

¶ EXAM. 2. Ly si etiã non perfectè contritus accedit. Ita. s. q̃ illud esse imperfectè contritũ, non cadat sub voluntario. Alioquin si caderet sub voluntario, quod est, qñ aliquis ideò est imperfectè contritus, quia vult se esse imperfectè contritũ ( vt accidit plerũque in his, qui solent curare parum de salute animæ suæ ); tunc impediret remissionẽ suorum peccatorum. Ille ergo non pfectè cõtritus, de quo tex. hic loquitur, est iste qui vellet & satagit, vt sibi vĩ, habere debitam contritionẽ & perfectã; sed tñ re uera, ex aliquo accidente eum aliqualiter, sed non penitus excusante, illã non habet. Quod, vt meliùs intelligas absq; vllo errore, audi eundẽ S. Doctorem q. 10. ar. 3. corp. fin. de simili materia loquentem, & dicentem. Qui est in peccato mortali, cuius conscientiã & affectum nõ habet. Forte. n. primò nõ fuit sufficienter cõtritus: sed deuote & reuerenter accedens consequit per hoc sacrm gratiam charitatis, quæ contritionem perficiet; & remissionẽ peccati. Intellige ly cuius conscientiã non habet, in alio sensu ab illo examinis primi. Ac si dicatur. Cuius maculã se affici non putat, pp contritionẽ suam. Ex prędictis itaq; cognoscere potes, per applicationem rectam, superius intentum circa ly non perfectè contritus.

**3^m de maiori.** Gratia gratum faciens. R. Cõiter sumpta. §. Tũc nihil &c. Nam gratia sacramẽtalis q. 3. artic. 2. addit super gratiã gratum facientem cõmuniter &c. vt in tex.

### APPENDIX.

EX artic. habes primò; quomodo per rationẽ interimas hæresim Lutheri dicentis; Confirmationẽ nõ conferre gratiam. Secundò habes: qũo per rationẽ ostẽdas, illã meritò dãnari à Cõcilijs Flor. & Trid. quatenus de confirmatione loquunt; Fm q̃ recitantur suprà q. 3. ar. 2. 3. appen. Itẽ specialiter à Conc. Flor. de sola cõfirmatione sic dicente: Effectus huius sacri est; quia in eo datur Spiritussanctus ad robur ( sicut datus est Aplis, in die Pentecostes); vt Christianus audacter Christi cõfiteaẽ nomen. Hæc illud; in cõstit. super vnio. Armen. Charitas autẽ Dei diffundiẽ in cordib. nris per Spiritũsanctũ, qui datus est nobis Ro. 5. hoc est, cũ Spiritusancto daẽ simul gĩa gratũ faciẽs Deo. Itẽ à Papa Melchiade; vt est in arg. contr. Itẽ à Papa Vrbano: Oẽs fideles per manus impositiones Eporũ Spiritumsanctũ post baptismũ accipere debẽt: vt pleni Christiani inueniãtur. Hæc ille: & recitaẽ in Decr. dist. 5. Vbi per impositionẽ manuum, intelliẽ Confirmatio; qñ loco eius daẽ, art. 4. exam. post ad 1. ex Cõcil. Flor. Itẽ à Rabano: Signaẽ baptizatus per Pontificẽ in fronte: vt Spiritussancti septiformis gĩa cum omni plenitudine sanctitatis, & scientiæ, & virtutis, venire in hominẽ declaretur. Hæc ille; & recitaẽ in Decr. dist. 5. c. Nouissime. Tertio indesiqũo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina hęc &c.

Marginal notes: 95. 4. d. 7. q. 2. art. 2. — * art. præc. — * In ep. ad Hispaniarum episc. à med. illius to. 1. Concil. — * ar. 1. 2. & 3. huius q. — * p. 1. q. 43. art. 3. — * Habetur de consec. dist. 5. c. vt ieiunij. D. 38a. — Responsio secunda. — * q. 62. artic. 2. — Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

ARTI-

¶ EXAM.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 7. in respon. ad secundũ, nota hic dictum in litera pro omnib. sacramentis, ꝙ accedens ad sacramentum cum peccato, vel quia eius conscientiam non habet, vel quia non perfecte contritus, gratiã ex sacramento consequitur in remissionem peccatorum. Et intelligo hoc de peccato mortali: quoniã de venialib. non oportet habere conscientiam particularem: hoc est.n. quod consueuit dici virtute sacramenti fieri de attrito contritum: hoc est paratum sm propriam conscientiam charitate informari, quod tunc tantum fit, cum ex sacramento mouetur mens suscipientis sacramentum in actualem operationẽ in Deum, seu peccatum: non.n. regulariter infunditur, aut augetur gratia in adulto, nisi concurrente actu nouo liberi arbitrij: quoniã sic exigit suauis dispositio diuinæ gubernationis, vt ex his, quæ in prima secundæ de iustificatione impij Auctor dicit, habere potes, & inferius cum de sacramento pœnitentiæ tractabitur.

¶ In eod. art. in respon. ad tertium, memento superius dictorum de gratia sacramentali, & intelliges, quæ hic dicuntur: gratia siquidem gratum faciens extensa ad firmandum Christianum, vt liberè Christum crucifixum confiteatur, secundum essentiam gratiæ, est eiusdem speciei cum gratia collata in baptismo: sed secundùm auxilium firmitatis procedentis à gratia (quod gratia sacramentalis vocatur) specie differt à gratia baptismali.

---

4. sent. d. 7. q. un. art. 8.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum hoc sacramentum sit omnibus exhibendum.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur ꝙ hoc sacramentum non sit omnibus exhibendum. Hoc enim sacramentum ad quãdam excellentiam datur, vt dictum * est, sed id, quod ad excellentiã pertinet, non competit omnibus. ergo hoc sacramentum non debet omnibus dari.

¶ 2 Præt. Per hoc sacramentum augetur aliquis spiritualiter in perfectã ætatem, sed perfecta ætas repugnat ætati puerili. ergo ad minus pueris dari non debet.

¶ 3 Præt. Sicut Melchiades Papa dicit, † post baptismum confirmamur ad pugnam, sed pugnare non competit mulieribus, propter fragilitatem sexus. ergo nec mulieribus hoc sacramentum dari debet.

¶ 4 Præt. Melchiades Papa dicit, * ꝙ quamuis continuò transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen, confirmationis beneficia necessaria sunt, quia confirmatio armat, & instruit ad agones mundi huius, & prælia reseruandos: qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculatus peruenerit ad mortem, confirmatur morte: quia iam non potest peccare post mortem. ergo statim morituris non debet hoc sacramentum conferri, & sic non debet omnibus dari.

SED CONTRA est, quòd dicitur Act. 2. ꝙ Spiritussanctus adueniens repleuit totam domum (per quam significatur ecclesia) & postea subditur, ꝙ repleti sunt omnes Spiritusancto; sed ad illã plenitudinẽ consequẽdam hoc sacr͂m datur. ergo est omnibus qui sunt in ecclesia exhibẽdum.

RESP. Dicendum, ꝙ (sicut dictũ est*) per hoc sacr͂m promouetur homo spiritualiter in ætatem perfectã: hoc autẽ est de intentione naturæ, vt omnis, qui corporaliter nascitur, ad perfectam ætatem perueniat, sed hoc quandoque impeditur propter corruptibilitatem corporis, quod morte præuenitur. multo autem magis de intentione Dei est omnia ad perfectionem perducere, ex cuius imitatione hoc natura participat, vndè & Deuter. 32. dicitur, Dei perfecta sunt opera, ànima autem, ad quam pertinet, & spiritualis natiuitas, & spiritualis ætatis perfectio, immortalis est, & potest sicut tempore senectutis spiritualem natiuitatem cõsequi, ita tempore iuuentutis, vel pueritiæ consequi perfectam ætatem: quia huiusmodi corporales ætates, animæ non præiudicant, & ideo hoc sacramentum debet omnibus exhiberi.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hoc sacramentũ datur ad quandam excellentiã, non quidẽ vnius hominis ad alium (sicut sacramentum ordinis) sed hominis ad seipsum: sicut idem perfectus vir existens, habet excellentiam ad se puerum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ (sicut dictum * est) ætas corporalis non præiudicat animæ: vnde etiam in puerili ætate homo potest consequi perfectionem spiritualis ætatis, de qua dicitur Sap. 4. Senectus venerabilis est, non diuturna, neque numero annorum computata. & indè est, quòd multi in puerili ætate propter robur Spiritussancti perceptũ, vsque ad sanguinem fortiter certauerunt pro Christo.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ sicut Chrysost. * dicit in Homilia de Machabæis, in mundanis agonibus, ætatis, ac formæ, generisque dignitas requiritur: & ideo seruis, ac mulieribus, & senibus, ac pueris ad eos aditus denegatur: in cęlestibus autem, omni personæ, & ætati, ac sexui, indiscreta facultate stadium patet. & in Hom. de militia spirituali dicit, * apud Deum fœmineus etiam militat sexus. Multæ namque fęminæ animo virili spiritualem militiam gesserunt: quadam enim interioris hominis virtute, viros æquauerunt in agonibus martyrum; quędam etiam fortiores viris extiterunt, & ideo etiam mulieribus hoc sacramentum conferendum est.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ (sicut dictũ * est) anima ad quam pertinet spiritualis ætas, immortalis est, & ideo etiã morituris hoc sacramentum dandum est, vt in resurrectione perfecti appareant, secundùm illud Eph. 4. Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Et ideo Hugo de Sancto Vict. dicit, * omnino periculosum esse, si ab hac vita sine confirmatione migrare contingeret, non quia damnaretur, nisi fortè propter contemptum, sed quia detrimẽtum perfectionis pateretur. vnde etiam pueri confirmati decedentes, maiorem gloriam consequuntur, sicut & hic maiorem obtinent gratiam. Auctoritas autem illa intelligitur, quantum ad hoc, ꝙ morituris non est necessarium hoc sacramentum propter periculum pugnæ pręsentis.

96 4. d. 7. q. 3. ar. 2. q. 2. & 3. & d. 25. q. 2. art. 1. q. 2. cor.

* art. 2. huius q. ad 2. & art. 4.

† In ep. ad Hisp. epis. à med. illius tom. 1. Concil. loco nũc proxime citato, & habetur de consecr. dist. 5. c. Spiritus sanctus.

* art. 1. huius quæst.

* In corp. art.

* inter princip. & med. illius, & habetur [illegible] hom. to. 1. in h. illius.

* Hom. 6. in nu. sexdecim homiliarũ, à med. to. 5.

* In corp. art.

* li. 2 de sacra. par. 7. ca. 3. circa princ.

### SVPER Q. XIII. Aliàs 72. Art. VIII.

COncl. Sacramentum hoc omnibus debet exhiberi.

¶ PROB. Quia per hoc sacramẽtum, homo spiritualiter per baptismum natus, promouetur spiritualiter in ætatem perfectam (vt patet fere ex omnibus supradictis articulis): & de intentione Dei est, vt omnis qui spiritualiter nascitur, perueniat ad perfectam ætatẽ spiritualem (cùm hoc sit de intentione naturæ, respectu corporalis perfectionis); cuius spiritualis ætatis adeptio, neque ex parte animæ (cũ sit immortalis) neque ex parte temporis, siue pueritiæ, siue iuuentutis, siue senectutis (cùm huiusmodi ætates corporales non præiudicẽt animæ) potest impediri (ad differentiam ætatis corporalis perfectæ).

**1m de minori.** Quod ad excellentiam. R. Vnius hominis ad alium. S. Tunc nihil &c. Quod enim pertinet ad excellentiã unius hominis ad seipsum, competere potest omnibus: & hoc sacramẽtum datur ad excellentiam, non quidem unius, &c. vt in textu.

**2m de minori.** Perfecta ætas. R. Corporalis. S. Tũc nihil &c. Nam de ætate perfecta in alio sensu. s. de spirituali, quæ pueris etiam conuenire potest, loquitur maior. Consequenter ergo argumentũ est ex quatuor terminis, ideoq; ex hac quoque parte inualidũ redditur.

**3m de minori.** Sed pugnare. R. Corporaliter. S. Vt in mundanis agonibus. Tunc nihil &c. Nam de pugnare spiritualiter (vt in cęlestib. agonibus), quod etiam mulieribus conuenit, loquitur minor. Argumentum quoque est ex quatuor terminis.

**4m illatio conclusionis.** Ergo statim &c. R. Negatur illatio. S. Procedit enim ex malo intellectu; quo s. non intelligit verum sensum Melchiadis Papæ in antecedente adducti. Nam authoritas illa non intelligitur absolute (vt putauit argumentum) quòd s. statim morituris cum acquisita innocẽtia per baptismũ Confirmationis sacramentum ad nihil penitus sit necessariũ: sed intelligitur in speciali casu. s. quantum ad hoc, quòd morituris non est necessariũ &c. vt in tex. fin. Ex quibus, cum authoritate Melchiadis, vt iacet in argumento iuncta, patet: quàm derisibilis, ac detestabilis sit hæresis illa Raymũdi Lulli, quæ dicit (vt refert Directorium Inquisit. 2. par. quæst. 9.): quòd infanti nolẽti assentiri sacramẽto Confirmationis non valet sacramentum baptismi. Scias quoq;, ꝙ (vt refertur ibi in Directorio) Papa

ARTI-

Papa Gregorius XI. in Consistorio, etiam de consilio fratrum suorum, interdixit & condemnauit doctrinam huius Raymundi Lulli, Catalani mercatoris, de ciuitate Maioricarum oriundi, laici, fantastici, imperiti; qui quamplures libros ediderat in vulgari Catalonico, quia grammaticam ignorabat. Quo in Directorij loco ex quingentis eius erroribus centum recensentur.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. s. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis, & Papa; quod omnibus exhibenda est Confirmatio. A scripturis quidem; vt per hoc, quod dicitur Actu. 2. secundùm quod ponitur cum expositione in argum. contr. vbi fit vis in ly totam, & ly omnes. Vbi quoque nota; quod allegorica expositio. 1. q. 1. artic. 10. qua ibi D. Thomas vtitur, ad mores informandos atque fidem, ualet secundùm Apostolum Galat. 4. adducentem, duos filios Abrahæ per allegoriam significasse duo testamenta, & ex tali allegoria multa elicientem. Ad Apostoli igitur imitationem sumito ea, quæ hic allegoricè in textu dicuntur, concludere intentum articuli. A Papa autem Vrbano; vt per hoc, q dicit ly omnes fideles. Vide art. 7. appen. Item à Melchiade Papa per hoc, q de baptismo & Confirmatione loquens ait: Ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta; vt ab inuicem, nisi morte præueniente, nullatenus possint segregari. Hæc ille; quæ recitantur in Decret. de consecr. dist. 5. cap. De his uerò. Ex quibus patet; q omnes, cùm possint vniuersi etiam paruuli, q. 9. art. 1. 9. & debeant baptizari (vt etiam ex Concilijs patet ibi in Elucid.) possunt & debent confirmari, nec vlli, nisi morte præueniente, impediuntur in hoc. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 8. 9. 10. & 11. tantummodo occurrit de ministro confirmationis, ob factum Gregorij notare, q episcopus est regulariter proprius minister confirmationis, & hoc omnia ferè iura clamant: sed vltra hoc credimus etiam episcopum ita esse proprium ministrum huius sacramenti, quòd si per simplicem sacerdotem detur, irritum est, & inane, & hoc tenetur auctoritate Melchiadis Papæ in c. de his, & Eusebij Papæ in c. manus, de consecr. distin. 5. Et cum hoc credimus etiam ex Apostolica dispensatione per simplicem sacerdotem dari posse hoc sacramentum, & hoc tenemus auctoritate beati Greg. in c. peruenit, 95. distin. ita quòd hoc est mirabile circa ministrum huius sacraméti, quòd episcopus est ita minister proprius confirmationis, q à non episcopo facta nulla est, & tamen ex dispensatione Apostolica non episcopus potest illam conferre.

¶ Et licet multi multa in hoc scripserint, soli tamen illi verum scripserunt, qui noluerunt sapere plusquàm oportet: illis enim sanctorum auctoritas præponenda est rationi: vnde etiam legimus in Concilio vniuersali Florentiæ sub Eugenio IIII. verumque Armenis authenticè expositum, cum de hoc sacramento fuerunt instructi, vt patet in literis Eugenij: vnde & Auctor rationem conatus est reddere ex differentia inter Papam, & alios episcopos, quo ad eminentiam potestatis: quia Papa in plenitudinem assumptus est potestatis, reliqui autem in partem solicitudinis: in dicta autem synodo nulla redditur ratio, nisi dispensatio Apostolicæ Sedis ex rationali, & vrgente causa. Quod ideo dixerim vt ratio ab Auctore reddita non paruifiat, sed cum ueneratione suscipiatur, tamquam amplexa à sacro Concilio, attribuente hoc dispensationi Apostolicæ Sedis: constat enim dispensare in huiusmodi ad maximam spectare potestatem.

*Alb. M. q. vbi suprà ar. 7.*
*Scot. 4. s. d. 7. q. vn. art. 9.*
*Ferr. 4. cont. c. 60.*
*Palud. 4. d. 7. q. 3.*

## ARTICVLVS IX.

*Vtrum hoc sacramentum sit conferendum homini in fronte.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur q hoc sacramentũ non sit conferendum homini in fronte. Hoc enim sacramentum est perfectiuum baptismi, vt suprà * dictum est: sed sacramentum baptismi confertur homini in toto corpore. ergo hoc sacramentum non debet conferri solùm in fronte.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum datur ad robur spirituale, vt supra † dictũ est, sed spirituale robur maximè consistit in corde. ergo hoc sacramentum magis debet conferri supra cor, quàm in fronte.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentũ datur homini ad hoc, q liberè fidem Christi confiteatur, sed ore fit confessio ad salutem, vt dicitur Rom. 10. ergo hoc sacramentum magis debet conferri circa os, quàm in fronte.

SED CONTRA est, q Rabanus dicit * in lib. de institutione clericorum, signatur baptizatus chrismate in summitate capitis per sacerdoté, per Pontificem verò in fronte.

RESP. Dicendum, q (sicut s. dictum * est) in hoc sacramento homo accipit Spiritumsanctum ad robur spiritualis pugnæ, vt fortiter etiã inter aduersarios fidei, Christi fidem confiteatur: vnde conuenienter signatur chrismate signo crucis in fróte, propter duo. Primo quidem, quia insignitur signo crucis, sicut miles signo ducis, quod quidem debet esse euidens, & manifestum: inter omnia autem loca corporis humani, maximè frons manifesta est, quæ quasi numquam obtegitur; & ideo linitur confirmatus chrismate in fronte, vt in manifesto demonstraret se esse Christianum, sicut & Apostoli post acceptum Spiritumsanctum se manifestauerunt, qui prius in cęnaculo latebant. Secundo, quia aliquis impeditur à libera cófessione nominis Christi, propter duo, s. propter timorem, & propter verecundiá, vtriusq; autem horum signum maximè manifestatur in fróte propter duo, s. propter propinquitatem imaginationis, & propter hoc q spiritus à corde directè ad frontem ascendunt: vndè verecundati erubescunt, timentes autem pallescunt, vt dicitur in 4. Ethicorum; * & ideo in fronte signatur chrismate, vt neque propter timorem, neque propter erubescentiam, nomen Christi cófiteri prętermittat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per baptismum regeneramur ad vitam spiritualem, quæ ad totum hominem pertinet, sed in confirmatione roboramur ad pugnam, cuius signum ferendum est in fronte, quasi in euidenti loco.

AD SECVNDVM dicendum, q principium fortitudinis est in corde, sed signum apparet in fronte: vnde dicitur Ezechiel. 3. Ecce dedi frontem tuam duriorẽ frontib. eorum, & ideo sacramentũ eucharistiæ, quo homo in seipso confirmatur, pertinet ad cor, secundũ illud Psal. 103. Panis cor hominis confirmet: sed ad sacramentũ confirmationis requiritur signum fortitudinis ad alios, & ideo exhibetur in fronte.

AD TERTIVM dicendum, q hoc sacramentum datur ad liberè confitendum, non autem ad confitendum simpliciter: quia hoc fit etiam in baptismo, & ideo non debet dari in ore, sed in fronte, vbi apparent signa passionum, quibus libera confessio impeditur.

97

Inf. art. 11. ad 3. & 4. d. 7. q. 3. ar. 3. q. 2. & 4. cont. c. 60. & quol. 11. ar. 7. cor. & Ro. 1. le. 5 6. & c. 10. lec. 2. cor. 2

* q. 65. artic. 4.

† ar. 1. & 2. huius q.

* li. 1. c. 30. circa prin.

* art. 1. 2. & 4. huius q.

### SVPER Q. XIII. Aliàs 72. Art. IX.

CONCL. Conuenienter homo signatur chrismate signo crucis in fronte.

¶ PROB. Quia in hoc sacramento homo accipit Spiritumsanctũ ad robur spiritualis pugnę, vt etiã inter fidei Christi aduersarios fidẽ confiteatur fortiter. i. manifestè, ac sine timore, atque uerecũdia (vt patet, intelligitur que artic. 1. 2. 4.): & signatio chrismatis in frõte demonstrat, confirmatum debere fidem confiteri taliter. i. illo triplici robore. s. manifestè, sine timore, sine uerecundia (cum frons sit quid maxime manifestum; timorisque, ac verecundiæ, indicatiuum).

1^m maior. Hoc sacramẽtum est perfectiuum baptismi. R. Sic tamen; q per baptismum regeneramur ad uitã spiritualem, & per hoc sacramentum ad pugnam. §. Tunc &c. Licet. n. vita spiritualis ad totum hominẽ pertineat, ideoq; baptismus detur homini in toto corpore, q. 7. art. 7. tamen cùm signũ pugnæ feratur in loco eminentiori (vt patet in bellis etiam mundanis) debet confirmatio dari in fronte.

2^m de minori. Sed robur. R. Consideratum quantũ ad suum principium: non autem, quantum ad suum signum manifestum. §. Tũc nihil &c. Nam hoc sacramẽtum datur quidem ad spirituale robur (vt dicit maior), sed manifestandũ alijs; confidenter. s. etiam coram inimicis fidei catholicæ fidem ipsam aperte confitendo (vt dixit probatio conclusionis). Quia igitur principium fortitudinis est in corde, sed signum apparet in &c. vt in textu.

3^m de maiori. Confiteat. R. Liberè. §. i. sine ulla erubescentia, atque

neque timore; &, quando expedit, in manifesto. Tunc nihil &c. Licet enim confessio simpliciter .s. nullo addito, dicta fiat ore (vt asseritur ex Rom. 10.): tamen libertas confessionis apparet in fronte; quando s. aliquis sine impedimento vllo nec uerecundiæ, nec timoris, cuiuscumque etiam multitudinis, confitetur, quæ confitenda sunt.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum à scripturis, Papa, Rabano, & Concilio; quod Confirmatio debet conferri in fronte. A Rabano quidem: vt in argum. contr. A Papa autem Gregorio; vt in art. 11. argum. 1. Nam in illa eius authoritate dicitur ly in frontibus chrismate tangere. A scripturis uerò per hoc; q dicitur Apocal. 7. Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus; quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Hac enim locutione. s. signare in frontibus, denotat; q seruis ipsis dabitur fortitudo spiritualis ad viriliter pugnandum contra eos; qui quærunt, seu desiderant nocere hominibus. A Concilio quoque Florent. quod, postquàm dixit, q in sacramento confirmationis datur Spiritussanctus ad robur, vt Christianus audacter Christi confiteatur nomen, subdit immediate. Ideoque in fronte, vbi uerecundiæ sedes est, confirmandus inungitur; ne Christi nomen, confiteri erubescat, & præcipue crucem eius; quæ Iudæis est scandalum, gentibus autem stultitia: propter quod signo crucis signantur. Hæc ibi. Ex quibus, tùm Concilij verbis, tùm articulo præsenti, patet: quàm sit insana & detestanda hæresis Raymundi Lulli, (vt refert Directorium Inquisit. 2. par. q. 9.) dicentis: quod per confirmationis sacramentū tollitur peccatū originale. Non enim effectus confirmationis confundendus est cum effectu baptismi; cuius est hoc munus proprium, s. tollere originale (vt millies visum est). Vide suprà articulorum num. 59. 67. 71. 78. De istius Raymundi condemnatione, patet legenti ar. 8. ad quartū, Elucid. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

*Sot. 4. sen. d. 7. q. un. art. 10*

## ARTICVLVS X.

### *Vtrum ille qui confirmatur, debeat teneri ab alio.*

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur q ille, qui confirmatur, non debeat ab alio teneri ad confirmationem. Hoc enim sacramentum non solum pueris, sed etiā adultis exhibetur. Adulti autem per seipsos stare possunt. ergo ridiculum est, quòd ab alio teneantur.

¶ 2 Præt. Ille, qui iam est de ecclesia, liberum habet accessum ad ecclesiæ principem, qui est episcopus: sed hoc sacramentum (sicut dictū * est) non exhibetur nisi baptizato, qui iam est membrum ecclesiæ. videtur ergo, quòd non debeat per alium exhiberi episcopo, ad hoc sacramentum recipiendum.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum datur ad robur spirituale: quod magis viget in viris, quàm in mulieribus, secundùm illud Prouer. vlt. Mulierem fortem quis inueniet? ergo ad minus mulier non debet tenere virum ad confirmationem.

SED CONTRA est, quòd Innocentius Papa * dicit, & habetur in Decret. 30. quæst. 4. si quis ex coniugio filium, aut filiam alterius, de sacro fonte susceperit, aut ad chrisma tenuerit, &c. ergo sicut requiritur quòd aliquis baptizatum de sacro fonte leuet, ita debet aliquis teneri ad sacramentum confirmationis accipiendum.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut dictum * est) hoc sacramentum exhibetur homini ad robur pugnę spiritualis: sicut autem aliquis de nouo natus, indiget instructore in his, quæ pertinent ad conseruationem vitæ (secundùm illud Hebr. 12. patres quidē carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos) ita illi, qui assumuntur ad pugnam, indigent eruditoribus à quibus instruantur de his, quæ pertinent ad modum certaminis. & ideo in bellis materialibus constituuntur duces, & centuriones, per quos alii gubernentur. & propter hoc etiam ille, qui accepit hoc sacramentū, ab alio tenetur, quasi per aliū in pugna spirituali erudiendus: similiter etiam, quia per hoc sacramentum confertur homini perfectio spiritualis ætatis (sicut dictū * est) ideo ille, qui ad hoc sacramentum accedit, sustentatur, quasi adhuc spiritualr imbecillis, & puer.

AD PRIMVM ergo dicendum, q licet ille, qui confirmatur sit adultus corporaliter: nondum tamen est adultus spiritualiter.

AD SECVNDVM dicendum, q licet baptizatus sit effectus mēbrum ecclesiæ: nondum tamen est ascriptus militiæ Christianæ, & ideo episcopo tamquàm duci exercitus, per alium exhibetur iam militiæ Christianæ ascriptum: non enim debet alium ad cōfirmationem tenere, qui nondum est confirmatus.

AD TERTIVM dicendū, q (sicut dicitur Colos. 3.) in Christo Iesu non est masculus, & fœmina, & ideo non differt vtrum masculus, vel fœmina teneat aliquem in confirmatione.

SVPER Q. XIII. Aliàs 70. Art. x.

98 4. di. 7. q. 3 art. 3. q. 1.

COncl. Ille, qui accipit hoc sacramentum, ab alio tenetur; quasi per aliū erudiendus, & quasi adhuc imbecillis, ac puer.

¶ PROB. Quia per Confirmationē homo assumitur ad spiritualē pugnam (vt patet ex artic. 9.): & illi, qui nouiter assumunt ad pugnā, indigent eruditoribus (vt patet etiā in bellis materialibus). Secunda autē pars. s. & quasi adhuc &c. probat: Quia per confirmationē homini cōfertur perfectio ætatis spiritualis (vt patet ex ar. 2. 4. 5.): &, antequā accipiat quis ætatē perfectā, est puer, ac imbecillis (vt patet).

* art. 6. huius, quæst.

1^m minor. Adulti per seipsos stare possunt. R. Secundum q adulti. §. Hoc est. Si sunt adulti corporaliter, per seipsos (inquantū adulti) stare possunt corporaliter: si autē sint adulti spiritualiter, per seipsos stare possunt spiritualr. Tunc nihil &c. vt patet in tex.

* Inn. Exuperio Toletano epis. Habet 30. q. 4. c. Siqs ex vno.

2^m de maiori. Qui est de Ecclesia. R. Et tāquàm membrum Ecclesiæ, & tanq ascriptus militię Christianę. §. Tunc nihil &c. Nam licet baptizatus sit effectus &c. vt in tex.

* art. præc.

3^m de antecedente. Quod magis viget in viris, q in mulieribus. R. Negatur. §. Nam sicut dr Col. 3 In Christo &c. vt in textu. Pro quo & uide art. 8. ad 3.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò; quomodo per rationē ostendas, meritò esse insinuatū à summis Pontificib. & Concilijs: q ille, qui confirmatur, debet teneri ab alio ad confirmationē. A summis quidē Pontificibus; vt ab Higinio. In catechismo, & baptismo, & confirmatione, vnus patrinus fieri potest; nō est tamen consuetudo Romanā, sed per singulos singuli suscipiant. Hæc ille; & recitantur de consecr. dist. 4. Item à Leone. Non plures ad suscipiendum de baptismo accedāt, q vnus; siue vir, siue mulier: in confirmatione quoque idipsum faciant. Hęc ille: & recitantur ibidem. A Concilijs autem; vt à Magonciensi. In baptismate, vel in chrismate, non potest alium suscipere in filiolū ipse; qui non est baptizatus, vel confirmatus. Hæc illud: & recitantur ibid. Item à Concilio Trid. sess. 24. Decr. de reformat matrim. cap. 2. Cognatio, quæ ex confirmatione contrahit, confirmantem, & confirmatum, illiusq; patrem, & matrem, ac tenentem, non egrediat. Hæc ibi. Nam per ly tenentem habetur intentum. Secundò uides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

* art. 2. 4. & 5. huius q.

---

*Ferr 4. cont. c. 60.*
*Capr. 4. d. 7. q. 2. con. 1. & 2.*
*Sot. 4. s. d. 7. q. vn. art. 11.*
*Palud. 4. d. 7. q. 4.*

## ARTICVLVS XI.

### *Vtrum solus episcopus hoc sacramentum conferre possit.*

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur q non solū episcopus hoc sacramentum conferre possit. Greg. * enim scribens Ianuario episcopo dicit: peruenit ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, q presbyteros chrismate tangere eos, qui baptizati sunt, prohibuimus, & nos quidem secundùm veterē vsum nostræ ecclesiæ fecimus: sed si omnino hac de re aliqui cōtristantur, vbi episcopi desunt, vt presbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant, concedimus: sed illud, quod pertinet ad necessitatem sacramentorum, non est propter vitan-

* li. 3. epist. 26. in fi.

99 4. d. 7. q. 3. a. 1. q. 2. Et di. 13. q. 1. a. 1. q. 2. Et di. 25. q. 1. a. 1. cor. Et 4. cōt. c. 60 Et quol. 1. ar. 7.

SVPER Q. XIII. Aliàs 72. Art. xi.

COncl. Collatio huius sacramenti solis Episcopis reseruatur.

¶ PROB. primò: Quia hoc sacramētum est sicut vltima consumatio baptismi (vt declaratur in tex.): & in quolibet opere ultima consummatio reseruatur supremo artifici (vt patet in artibus, atque in epistola); qui in Ecclesia est Episcopus (vt patet Addition. 40. artic. 4.)

Secun-

dum scãdalum immutandum. ergo videtur quòd non sit de necessitate huius sacramenti, quòd ab episcopo conferatur.

¶ 2 Præt. Sacramentum baptismi videtur maioris efficaciæ, quàm sacramentum confirmationis: quia per baptismũ fit plena remissio peccatorum, & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam, quod non fit in hoc sacramento: sed simplex sacerdos ex suo officio potest tradere sacramentum baptismi, & in necessitate quilibet, etiam nõ ordinatus potest baptizare. ergo non est de necessitate huius sacramenti quod ab episcopo conferatur.

¶ 3 Præt. Summitas capitis, vbi secundum medicos est locus rationis, scilicet particularis, quæ dicitur virtus cogitatiua, est nobilior fronte, ubi est locus imaginatiuæ virtutis: sed simplex sacerdos potest baptizatos vngere chrismate in vertice. ergo multo magis potest eos chrismate signare in fonte, quod pertinet ad hoc sacramentum.

Sed contra est, quòd Euseb. Papa dicit, Manus impositionis sacramentum magna veneratione tenẽdum est, quod ab aliis perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab aliis, quàm ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur peractum esse, nec ab aliis, quã qui eorum locum tenent, vmquam perfici potest, aut fieri debet, nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum nec inter ecclesiastica vmquam reputabitur sacramenta. est igitur de necessitate huius sacramenti, quod dicitur sacramentum manus impositionis, quòd ab episcopo tradatur.

Resp. Dicendum, quòd in quolibet opere vltima consummatio supremæ arti, aut virtuti reseruatur, sicut præparatio materiæ pertinet ad inferiores artifices, superior autem dat formam: supremus autem est ad quẽ pertinet vsus, qui est finis artificiatorum. vnde Epistola, quæ a notario scribitur, a Domino signatur. Fideles autem Christi sunt quoddam diuinũ opus, secundũ illud 1. Cor. 3. Dei ædificatio estis, sunt etiam quasi quædam epistola, spiritu Dei scripta, sicut dicitur secundæ Cor. 3. Hoc autem confirmationis sacramentum, est quasi vltima consummatio sacramenti baptismi, ita. s. quòd per baptismum ædificatur homo in domũ spiritualem, & conscribitur quasi quædam spiritualis epistola: sed per sacramentum confirmationis, quasi domus ædificata dedicatur in templum Spiritussancti, & quasi epistola conscripta signatur signo crucis, & ideo collatio huius sacramẽti episcopis reseruatur, qui obtinent summam potestatem in ecclesia: sicut, & in primitiua ecclesia, per impositionem manus Apostolorum, quorum vicem gerunt episcopi, plenitudo Spiritussancti dabatur, ut habetur Actuum 8. vnde Vrbanus Papa * dicit, Omnes fideles, per manus impositionem episcoporum, Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, vt pleni Christi inueniantur.

Ad primum ergo dicendum, quòd Papa in ecclesia habet plenitudinem potestatis, ex qua potest quędam, quæ sunt superiorum ordinũ, committere quibusdam inferioribus sicut quibusdam præsbyteris concedit conferre minores ordines, quod pertinet ad potestatem episcopalẽ. Et ex hac plenitudine potestatis cõcessit beatus Greg. * Papa, quòd simplices sacerdotes hoc sacrũm conferrent, quamdiu scãdalum tolleretur.

Ad secundum dicendum, quòd sacramẽtum baptismi est efficacius quàm hoc sacramentum, quantum ad remotionem mali: eo quòd est spiritualis generatio, quæ est mutatio de non esse in esse: hoc autem sacramentum est efficacius ad perficiendum in bono: quia est quoddam spirituale augmentum de esse imperfecto ad esse perfectum, & ideo hoc sacramentum digniori ministro committitur.

Ad tertium dicendum, quòd sicut, * Rabanus dicit in lib. de institutione clericorum, signatur baptizatus chrismate in summitate capitis per sacerdotem, per Pontificem vero in fronte, vt in priori vnctione, significetur super ipsum Spiritussancti descensio ad habitationem Deo consecrandam: in secunda quoque, vt eiusdem Spiritussancti septiformis gratia, cũ omni plenitudine sanctitatis, & scientiæ, & virtutis, venire in hominem declaretur: non ergo propter digniorem partem, sed propter potiorem effectum, hæc vnctio episcopis reseruatur.

Secundò. Quia Apostoli soli dabant Spiritum sanctum per impositionem manuum, quorum uicem gerunt episcopi. Tertio. Quia Vrbanus Papa conclusionẽ hanc insinuat.

1ᵐ minor. Illud, quod pertinet ad necessitatẽ sacramentorum, nõ est propter euitandum scãdalum im mutandũ. R. Ab eo, qui nõ habet in Ecclesia plenitudinem potestatis. §. Tunc, &c. Papa enim in Ecclesia habet plenitudinem potestatis, ex qua põt, &c. ut in tex. Prò quo uide Addition. q. 40. ar. 6 & audi cõcilium Trid. sess. 21 cap. 2. Prætereà declarat: hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in sacramẽtorum dispensatione, salua illorũ substantia, ea statueret; uel mutaret: quæ suscipientium utilitati, seu sacramentorum uenerationi, pro rerum, temporum, & locorum uarietate, magis expedire iudicaret. Hęc ibi.

2ᵐ de maiori. Esse maioris efficatiæ. R. Quantum ad remotionem mali. §. Tunc nihil, &c. Nam ad hoc, quòd cõfirmatio digniori ministro, i. Episcopo reseruetur, sufficit quantum est ex hac parte): quòd sit efficatior quantum ad perficiendum in bono, ut declaratur in tex.

3ᵐ illatio conclusionis. Ergo multò magis, &c. R. Negatur illatio, §. Procedit enim ex præmissis in fallacia secundum non causam, ut causam, peccantibus. Non. n. propter digniorẽ partẽ capitis (ut, putare sę, inquit argumentum) sed propter potiorem effectum (de quo ex Rabano in tex.). confirmationis unctio Episcopis reseruatur.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primo: quomodo per rationem destruas errores Ioannis Vuicleff (ut refertur in concilio Constantiensi sess. 8.) dicentis: confirmationem iuuenum reseruari Papæ, & Episcopis, propter cupiditatem lucri tẽporalis. Qui error alium de se parturit errorem (ut patet discurrenti) scilicet, quòd confirmatio potest conferri a quolibet sacerdote. si enim reseruatur, nõ de iure (secũdum illũ Io.) Episcopis: constat, quòd secundum eundem, cõferri de iure poterit a quolibet sacerdote. Secũdò habes: quomodo per rationem ostendas, illos damnari a concil. eod. ibid. Quam damnationem vide, Addition. q. 1. ar. 1. appen. & sess. 20. ar. 3. appen. Item a concilio Tridẽ. sess. 7. de cõfirmatione cano. 3. si quis dixerit: sanctæ cõfirmationis ordinariũ ministrũ non esse solũ Episcopũ; sed quemuis simplicẽ sacerdotẽ: anathema sit. Hæc ibi. & sess. 23. cano. 7. si quis dixerit: Episcopos non habere potestatẽ confirmandi, & ordinandi, uel eã, quam habent, illis esse cum presbyteris cõem: anathema sit. Hæc ibi. Itẽ a concilio Floren. Confirmationis ordinarius minister est Episcopus. & cum cæteras unctiones simplex sacerdos ualeat exhibere; hãc non nisi Episcopus debet cõferre: quia de solis Apostolis (quorũ uicem tenẽt Episcopi) legitur, quòd per manus impositionem Spiritumsanctum dabant. Loco aũt illius manus impositionis datur in Ecclesia confirmatio. Legitur tamen: aliquando per Apostolicæ sedis dispensationem, ex rationabili & urgente admodũ causa, simplicem sacerdotẽ chrismate per Episcopũ confecto administrasse confirmationis sacramentum. Hæc illud, in decret. seu constitution. super union. Armenor. Vide art. 4. ad primum in Elucid. Item a Papa Eusebio; ut ponitur in argumen. contr. Item a concilio Carthagin. 2. Quod confirmatum fuit in 6. Synodo generali in Trullo celebrata, cap. 3. Vt chrisma, & reconciliatio publica pœnitentium, a presbyteris nõ fiant. Vide in decret. 26. q. 6. cap. Si iubet sanctitas. Tertiò uides: quomodo ex iis bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Epist. 3. ad epi. Tusciæ & hẽ de cõsecr. d. 5. c. Manus impositionis.

Vrbanus p. in epist. ad oẽs Christianos: habet de cõsec. d. 5. ca Omnes fideles.

li. 3. epi. 36 in fi.

lib. 2. c. 30. circ. princ.

---

100 4. d. 7. q. 3. ar. 3. q. 2. ad tertiũ & in expositione literæ.

*Alb. Mag. 4. d. 7. ar. 8. Sot. 4. s. d. 7. q. 1. art 12.*

SVP. Q. XIII. Aliàs 72. Art. 12.

Oncl. Firmiter tenendum est: quòd ordinationes Ecclesiæ dirigantur secundum sapientiam Christi: & propter hoc certum esse debet; ritus, quos Ecclesia in hoc & in aliis sacra-

## ARTICVLVS XII.

*Vtrum ritus huius sacramenti sit conueniens.*

Ad dvodecimvm sic proceditur. Videtur quòd ritus huius sacramenti non sit conueniens. Sacramẽtum enim baptismi est maioris necessitatis quàm hoc sacramentum, ut supra dictum est: * sed baptismo deputantur certa tempora, scilicet

ar. 1. huius qu. ad 3. & q. 65. art. 4

Pascha, & Pentecoste. ergo etiã huic sacramento aliquot certum tempus debet præfigi.

¶ 2 Præt. Sicut hoc sacramentum requirit deuotionem, & dantis, & recipientis, ita etiam, & sacramentũ baptismi: sed in sacramento baptismi non requiritur quòd a ieiunis sumatur, vel conferatur. ergo videt̃ inconuenienter statutum in Concilio Aurelianensi, * ut ieiuni ad confirmationem veniant, & in Concilio Meldensi, ut episcopi non nisi ieiuni, per impositionem manuum Spiritũsanctum tradant.

¶ 3 Præt. Chrysma est quoddam signum plenitudinis Spiritussancti, vt supra dictum est: * Sed plenitudo Spiritussancti data est fidelibus Christi in die Pentecostes, ut habetur Act. 2. magis ergo debet chrisma confici, & benedici in festo Pentecostes, quã in cœna Domini.

SED CONTRA est, vsus ecclesiæ, quæ a Spiritussancto gubernat̃.

RESPON. Dicendum, ꝙ Dominus Matt. 18. Fidelibus suis promisit, dicens, vbi fuerint duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, & ideo firmiter tenendum est, quòd ordinationes ecclesiæ dirigantur ſm sapientiã Christi. Et propter hoc certum esse debet, ritus, quos ecclesia obseruat in hoc, & in aliis sacr̃is esse conuenientes.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Melchiades Papa * dicit, ita coniuncta sunt hæc duo sacr̃a, s. baptismi, & cõfirmationis, ut ab inuicem nisi morte præueniente nullatenus possint segregari, & vnum sine altero rite perfici non possit. Et ideo eadem tẽpora sunt præfixa baptismo solenniter celebrãdo, & huic sacramento: sed quia hoc sacramentum a solis episcopis datur, qui non sunt semper præsentes, ubi presbyteri baptizant, oportuit quantum ad communem vsum, sacramentum confirmationis etiam in alia tempora differri.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ab illa prohibitione excipiuntur infirmi, & morte periclitantes: sicut in statuto Meldensis * Concilii legitur. Et ideo propter multitudinem fidelium, & propter pericula imminentia, sustinetur vt hoc sacramentum (quod non nisi ab episcopis dari potest) etiam a non ieiunis detur, vel accipiatur: quia unus episcopus præcipue in magna diœcesi, non sufficeret ad tot homines confirmandos, si eis tempus arctaretur: ubi tamen congrue obseruari potest. conuenientius est ut a ieiunis detur, & accipiatur.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ sicut ex Concilio Martini Papę * habetur, omni tp̃e licebat chrisma cõficere: sed quia solennis baptismus, ad quem requiritur vsus chrismatis, in vigilia Paschæ celebratur, congrue ordinatum est, ut per biduum ante ab episcopo chrisma benedicatur, vt possit p̃ diœcesim destinari. Dies etiam ille satis congruit ad materias sacramentorum benedicendas, in quo fuit eucharistiæ sacramentum institutum, ad quod omnia alia sacramenta quodammodo ordinantur, sicut supra dictum est. *

QVAE-

* Referunt hæc de cõsec. di. 5. c. vt ieiuni. Et, episc.

* Ar. 2. huius q.

* In epist. ad Hispa. epi. ante med to. 1. Concil.

* Vt patet de consec. d. 5. c. ut episc.

D. 38.

* Habetur de cons. di stin. 4. cap. Omni tẽpore.

* Q. 65. artic. 3.

sacramentis obseruat, esse conuenientes.

¶ NOT. Fidelissima, atque verissima vox conclusionis huius in auribus tuis tum exterioribus, tum interioribus, semper & vbique resonet; eamq; in corde tuo, quasi fundamentum ad omnia sufferenda vtilissimum, construe: vt potens sis exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Hæc a sancto Doctore verba ex officina veritatis sibi familiaris tibi deprompta sedulo meditare; In his, non obstantibus cõtrarijs quibuscũq; firmissimus esto; Pro hac iustitia syncenitatis agonizare fideliter vsque ad mortẽ. Hoc enĩ faciens & teipsum saluum facies, & eos, q̃ te audiunt. Ex his namque, tãquàm a fortiori, procedes ad omnia fidei dogmata ab Ecclesia catholica prædicata; & ad quęcumq; alia ritibus his maiora; dicens. Si firmiter tenendum est, quòd ordinationes ecclesiæ circa ritus in sacramentis ab ea obseruatos sunt secũdum sapientiã Christi directæ, & cõuenientes (ut dicit conclusio) igitur multo magis firmiter tenendum est, ꝙ ecclesiæ dogmata circa fidem catholicam, circa scripturarum sanctarum interpretationes, circa approbationem, vel reprobationem doctrinæ huius uel illius, circa Missarum solemnia, circa sacramenta ipsa, & alia quæcumq; in cõcilijs generalibus legitimis definita, dirigatur secundum sapientiam Christi, & ꝙ ideo vniuersa hæc, atque similia, quatenus ab ecclesiã dependent, sunt conuenientia. Propterea dixi; quòd conclusio hæc est fundamentum ad omnia sufferenda, seu sustentanda, vtilissimum.

¶ PROB. Quia Dominus ecclesiæ suæ promisit hoc. s. quòd ipse secundum sapientiam suã diriget ordinationes eius, per ly vbi fuerint, &c. (Matth. 18.) Secunda vero pars. s. & propter, &c. patet ex terminis.

1m de conclusione. Debet præfigi. ℞. Cum aliqua tamen differentia a prefixione illorum duorum temporum baptismi solemnis. §. Et hoc rationabiliter factum esse quo ad vtrumque. s. quò ad præfixionem, & quò ad differentiam aliquam a præfixione baptismi, declaratur in textu. Tunc nihil &c. vt patet.

2m de conclusione. Videtur inconuenienter statutum. ℞. Nisi statutum illud recte intelligatur. §. Tunc nihil &c. Non enim intelligendum est sic vniuersaliter, & indistincte (ut putat argumentum): sed ab illius statuti prohibitione excipiuntur infirmi, & cæt. vt in textu. Ex quo dic; quod magis de Confirmatione, quàm de baptismo statui potuit sic: quia baptismus, cum sit maioris admodum necessitatis, q̃ confirmatio, fert secum plerumq; pericula magna, & diuersa, nisi statim detur, vel recipiatur, etiam a non ieiunis. Non ergo, quia non requiratur deuotio in dante, vel recipiente baptismum, a statuendo

tuendo ieiunio circa baptizantes, uel baptizandos abstinuit ecclesia (ut putare v̄r argumentum): sed propter illa, quæ dicta sunt.

3m maior. Chrisma est quoddam signum plenitudinis spiritussancti. ℞ Et est materia sacramenti confirmationis benedicenda. §. ar. 2. 3. Tunc &c. Nã pro benedicendo chrismate congruum magis fuit respicere ad diem accommodatum benedictionibus materierũ sacramentorum, qualis est dies cœnæ Domini propter rationem allatam in textu; quàm respicere ad diem, in quo data est plenitudo spiritus. Præter istam rationem, quæ essentialior est, & directius soluit nodum argumenti, adde & aliam. s. vsum chrismatis simulq; eius destinationem per dioceses: secundum ꝙ declaratur in tex.

¶ NOT. Semper in hoc, & similibus textibus, de mutatione statutorum ecclesiæ circa a se ordinata, præ oculis debemus habere illud vulgatissimum prouerbium. s. Sapiẽtis est mutare consilium. De illa siquidem, cum in omnibus suis ordinationibus ex ratione p̃cedat (ut declaratur in concl. & not. proxima, atque probation.) non potest verificari illud aliud. s. stultus, ut Luna, mutatur: & per consequens restat, quòd in his de ipsa necessario verificandum sit ly sapientis est, mutare cõsilium. Docuit hoc olim Papa Innocen. III. in Concilio Lateran. dicens. Non debet reprehensibile iudicari; si secundum varietatẽ temporum statuta quandoque varientur humana: præsertim cum vrgens necessitas, vel euidens necessitas id exposcit. Quoniam ipse Deus ex his, quæ in veteri testamento statuerat, nonnulla mutauit in nouo. Hæc ille: & recitantur, extra de consanguin. & affin. Adde & Concilium Trident. sess 21. cap. secundo, ut habes articu. 11. ad primum, in Elucidation.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis, & concilio, quòd ritus ecclesiæ in confirmationis sacramento obseruatus est conueniens. A scripturis quidem per hoc, quòd dicitur Eccles. 26. Columnæ &c. vt sup. art. 4. appen. vsque ad ly se remittat. Vide, & applica ad hoc particulare intentum. Item a 1. Timot. 3. & a Ioan. 14. & a Prou. 8. Secundum quòd omnia hæc explicantur supra quæst. 7. art. 10. appen. A Concilio autem Trid. sess. 7. de sacramentis cano. 13. Si quis dixerit: receptos & cæt. vt in q. 7. art. 10. appen. Quam appendicem valde notabis pro mille locis de conuenientia rerum Ecclesiasticarum, ut sic, tractantibus: applicando postea ibi dicta ad singula pro varietate subiectarum in particulari materierum. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN articulo duodecimo, hoc solum videtur dicendum, quòd circa ieiunium tam confirmatoris, quàm confirmandi, seruandi, seruanda videtur cuiusque ecclesiæ consuetudo: hoc enim est de iure positiuo,

positiuo, & in paucis forte ecclesijs seruatur propter causas in litera allegatas, multitudinem scilicet confirmandorum, quos simul oportet confirmari, & separatum quandoque propter continuum periculum incertæ mortis, adiuncta maxima incommoditate habendi episcopum ad votum.

Sco.

*Scot 4. s. d. 8. q. 1.*
*Duran. 4. s. d. 8. q. 1.*
*Sot. 4. s. dist. 8. quaest. vnl. art. 1.*
*Capr. 4. d. 8. q. 1. con. 1.*

SVP. Q. XIIII. Aliàs 73. Art. 1.

COncl. Eucharistia est sacramentum ecclesiæ.

¶ Prob. Quia Eucharistia ordinatur ad subueniendum homini in vita spirituali (cum sit alimentum spirituale): & sacramenta ecclesiæ ordinantur ad subueniendum homini in vita spirituali (ut patet ex quæst. secunda, articu. primo, item quæstione sexta, artic. primo, secundo.)

1ᵐ de maiori.

Ad idem. R. Consideratum eodem modo. §. Tunc nihil &c. Licet enim Eucharistia, & cõfirmatio ordinentur ad idem (vt dicit minor,) scilicet ad perfectionẽ spiritualem hominis: non tamen ordinatur ad idem eodem modo consideratum, cum ipsa pfectio diuersimode ab vtroq; sacramento respiciatur. Nam duplex est perfectio hominis. Vna quæ est in ipso homine: ad quam perducitur per augmentum, &c. ut in tex.

2ᵐ de maiori.

Quod visibiliter subijcitur sensui, efficit. R. Virtute diuina existente in illo, quod visibiliter subijcitur sensui. §. Verbi gratia. Aqua baptismi nõ causat, &c. vt in texto vsque ad ly soluit peccata. Tunc nihil &c. Negatur enim minor, pro quanto dixit indistinctè, quòd species panis & vini non efficiunt corpus mysticum. Nam sicut se habet virtus Spiritussancti ad aquam, &c. ut in tex. Ex quo patet, q̃ illes species per virtutẽ veri corporis Christi sub ipsis contenti efficiunt corpus Christi mysticum.

3ᵐ de antecedente. Sacramenta no. leg. habentia materiam. R. Et continentia aliquid sacrum in ordine solũ ad aliud. §. Tunc &c. Nam licet Eucharistia habeat materiam sensibilem; non tamen continet aliquid sacrum in ordi-

101 Inf. art. 4. Et q. 79. art. 5. & 7. Et 4. dis. 8. q. 1. artic. 1. q. 1.

* C. 3. eccl. Hier. ante med. & ca. 4. in princ.
* Q. 65. ar. 4. & q. pręced. ar. 2.
* Q. 62. & 63. ar. 1.
* Q. 78. artic. 1.

QVAEST. XIIII. Aliàs 73.

*De sacramento eucharistiæ secũdum se, in sex articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandũ est de sacramento eucharistiæ. Et primo de ipso sacramento. Secundo de materia. Tertio de forma. Quarto de effectibus. Quinto de recipientibus hoc sacramẽtum. Sexto de ministro. Septimo de ritu.

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum eucharistia sit sacramentum.

¶ Secundò, Vtrum sit vnum, vel plura.

¶ Tertiò, Vtrum sit de necessitate salutis.

¶ Quartò, De nominibus eius.

¶ Quintò, De institutione ipsius.

¶ Sextò, De figuris eius.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum eucharistia sit sacramentum.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd eucharistia non sit sacramentum. Ad idem enim nõ debent ordinari duo sacramenta: quia vnumquodque sacramentum efficax est ad suum effectum producendum. Cum ergo ad perfectionẽ ordinetur, & confirmatio, & eucharistia (ut dicit Dion.* 4. Eccl. hier.) videtur eucharistiam non esse sacramentum, cum confirmatio sit sacramentum, ut prius habitum est.

¶ 2 Præt. In quolibet sacramẽto nouæ legis id, quod visibiliter subiicitur sensui, efficit inuisibilem effectũ sacramenti: sicut ablutio aquæ, causat, & characterem baptismalem, & ablutionem spiritualem, sicut supra dictum est. * Sed species panis, & vini, quæ subiiciuntur sensui in hoc sacramento, non efficiunt, neque ipsum corpus Christi verum, quod est res, & sacramentum, neque corpus mysticum, quod est res tantum in eucharistia. ergo videtur quòd eucharistia non sit sacramentum nouę legis.

¶ 3 Præt. Sacramenta nouæ legis habentia materiam, in vsu materiæ perficiuntur: sicut baptismus in ablutione, & confirmatio in chrismatis cõsignatione. si ergo eucharistia sit sacramentum, perficeretur in usu materiæ, non in consecratione ipsius materiæ, quod patet esse falsum, quia forma huius sacramenti, sunt verba, quæ in consecratione materiæ dicuntur, ut infra patebit.* ergo eucharistia non est sacramentum.

SED CONTRA est, quòd in collecta dicitur, hoc tuum sacramẽtum non sit nobis reatus ad pœnam.

RESP. Dicendum, quòd sacramenta ecclesiæ ordinantur ad subueniendum homini in vita spirituali, vita autem spiritualis vitæ corporali conformatur, eo, quòd corporalia, spiritualium similitudinem gerunt, manifestum est autem, quòd sicut ad vitam corporalem requiritur generatio, per quam homo vitam accipit, & augmentum, quo homo perducitur ad perfectionem vitæ, ita etiam requiritur alimentum, quo homo conseruatur in vita, & ideo sicut ad vitam spiritualem oportuit esse baptismum, qui est spiritualis generatio, & confirmationem, quæ est spirituale augmentum, ita oportuit esse sacramentum eucharistiæ, quod est spirituale alimentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd duplex est perfectio, una quæ est in ipso homine, ad quam perducitur per augmentum, & talis perfectio competit confirmationi: alia autem est perfectio, quam homo consequitur ex adiũctione alicuius extrinseci, hominem conseruantis, puta ex adiunctione cibi, uel indumenti, vel alicuius huiusmodi, & talis perfectio competit eucharistiæ quæ est spiritualis refectio.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ aqua baptismi non causat aliquem spiritualem effectum propter ipsam aquam, sed propter virtutem Spiritussancti in aqua existentem, vnde Chrys.* dicit super illud Io. 5. Angelus Domini secundum tempus, &c. In baptizatis non simpliciter aqua operatur, sed cum Spiritussancti susceperit gratiam, tunc omnia soluit peccata, sicut autem se habet virtus Spiritussancti ad aquam baptismi, ita se habet corpus Christi verum ad species panis, & vini, unde species panis, & vini non efficiunt aliquid, nisi virtute corporis Christi veri.

AD TERTIVM dicendum, quòd sacramẽtum dicitur ex eo quòd continet aliquid sacrum, potest autem aliquid esse sacrum dupliciter, scilicet absolute, & in ordine ad aliud, hæc autem est differentia inter eucharistiam, & alia sacramenta habẽtia materiã sensibilem, quòd eucharistia continet aliquid sacrum absolute, s. ipsum Christum, aqua uero baptismi continet aliquid sacrum in ordine ad aliud, s. virtutem ad sanctificandum, & eadem ratio est de chrismate, & similibus. Et ideo sacramentum eucharistiæ perficitur in ipsa consecratione materiæ, alia uerò sacramenta perficiuntur in applicatione materiæ ad hominem sanctificandum, Et ex hoc etiam consequitur alia differentia. nam in sacramento eucharistiæ id, quod est res, & sacramentum est in ipsa materia, id autem quod est res tantum, est in suscipiente, s. gratia, quæ confertur, in baptismo autem vtrumque est in suscipiente, s. & character, qui est res, & sacramentum, & gratia remissionis peccatorum, quæ est res tantum, & eadem ratio est de alijs sacramentis.

* Hom. 35. in Io. inter princip. & med. to. 3.

ordine solum ad aliud: Immo in primis continet aliquid sacrum absolute. s. ipsum Christum. Et ideo sacramentum Eucharistiæ perficitur in ipsa consecratione materiæ, &c. vt in tex. Qui confirmatur ex Concilio Trid. sess. 13. c. 3. & cano. 4.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccl. S. Dei.

EX articu. habes primò, q̃ per rationẽ interimas hæresim Albanensium dicentium; Eucharistiam, sacramẽtum altaris, nihil esse. Per hoc n. q̃ dicunt, sacramentum altaris esse nihil, videntur velle apertius dicere sic: illud, quod ab aliquibus solet uocari sacramentum altaris, nõ est uere sacramentum. Secũdò habes; quomodo per rationem ostendas, illam meritò damnari a supradictis in q. 6. ar. 1. 2. appen. ex Cõcilijs Floren. & Trid. In quo Trident. nota ly verè, ly ꝓpriè. Item ab eodẽ Trident. sess. 13. multis in locis per hoc, quòd ibi frequenter Eucharistiã vocat sacramentum. Itẽ ab ecclesia in collecta festi corporis Christi dicente; Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti. Et in hymno. Tantum ergo sacramentum veneremur cernui. Item a Papa Vrbano dicẽte. Saluator noster Christus Dominus in memoriam mortis suę instituit summum & magnificum sui corporis, & sanguinis sacramentum. Hæc ille: ut recitatur in Clement. de reliq. & vener. sanctor c. primo. Vide ibi pulcherrimum de illo sacramento capitulum. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pẽsatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

Comm.

ARTI-

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. primo notandum occurrit in responsione ad tertium, ꝙ duarum differentiarum, quæ ibi enarrantur inter eucharistiam, & alia sacramenta habentia materiā sensibilem, quod propter pœnitentiam, & matrimonium dicitur, secundo differentia sumit gratiam non solum secundum seipsam, sed secundum suum effectum, qui est unitas corporis Christi mystici: ita quòd cum audis sacramenti eucharistiæ rem tantum esse gratiam, susceptiuum autem vnitatē ecclesiæ, aut corpus Christi mysticū, non diuersa intelligas: qm̄ hæc omnia nihil aliud sunt quam gratia Dei in suis fidelibus.

---

Sot. 4. s. d. 8. q. vni. art. 2.
Capr. 4. d. 8. q. 1. conc. 12.
Scot. 4. d. 8. q. 1.
Gab. 4. d. 8. q. 2.

102 Inf. q. 78. ar. 6. ad 1. Et 4. d. 8. q. 1. arti. 1. q. 1.

SVP. Q. XIIII. Aliàs 73. Art. II.

CONCL. Eucharistiæ sacramētum est quidem multa materialiter; sed vnum formaliter, & perfectiuè.

¶ PROB. Quia ad integritatem sacramenti Eucharistiæ concurrunt multa. s. cibus, potusq́; spiritualis (ut patet tum ex Ioan. 6. tum ex conformitate ad corporalem refectionē): Et quæ concurrunt ad alicuius integritatē se habent materialiter respectu illius (ut de se patet). Secunda autem pars. s. sed vnum &c. probatur. Quia illud est vnum perfectione, ad cuius integritatem concurrunt omnia, quæ requiruntur ad finem illius (ut patet exemplo vnius hominis, atq; domus): & ad Eucharistię sacramentum concurrunt omnia necessaria ad refectionem spiritualem. s. cibus, & potus (ut patet.)

*Q. 60. arti. 1.

*Ar. præc.

¶ COROLL. Ergo ex textus huius doctrina exponatur illud Lu. 14. Parata sunt omnia. s. necessaria ad spiritualem refectionem.

*Li. 5. meta. a tex. 9. usque ad 12. to. 3.

1ᵘᵐ de conclusione. Sed plura. ℞. Quodāmodo. §. Tunc n. h. &c. Sufficit n. conclusioni articuli, quòd Eucharistiæ sacramentum sit vnum simpliciter. Id quod ostenditur in eadem collecta esse verum per ly hoc tuum sacramentum.

2ᵐ maior. Impossibile est; multiplicato genere non multiplicari speciem. ℞. Multiplicatione tali, quali multiplicatur genus. §. Tunc nihil &c. Sacramentum. n. hoc multiplicatur materialiter; sicut & panis, ac vinum: non multiplicatur autem formaliter & perfectiue, sicut nec panis ac vinum. Nam panis & vinum materialiter quidem sunt &c. vt in text.

3ᵐ de conclusione. Est duplex. ℞. Materialiter. §. Sic. n. sequitur ex præmissis. Nam ex hoc, ꝙ est duplex consecratio, &c. vt in text. Tunc nih. &c. vt patet.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum hoc sacramentum sit vnum vel plura.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd eucharistia non sit vnum sacramentum, sed plura. Dicitur enim in collecta, purificent nos domine sacramenta, quæ sumpsimus, quod quidem dicitur propter eucharistiæ susceptionem. ergo eucharistia non est unum sacramentum, sed plura.

¶ 2 Præt. Impossibile est multiplicato genere, non multiplicari speciem, sicut, quòd vnus homo sit plura animalia, sed signum est genus sacramenti, vt sup. dictum est.* Cum igitur in eucharistia sint plura signa, s. panis, & vinum, videtur consequēs esse, quòd sint plura sacramenta.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum conficitur in consecratione materiæ, sicut dictum est, sed in hoc sacramento est duplex materiæ consecratio. ergo est duplex sacramentum.

SED CONTRA est, quòd Apost. dicit 1. Cor. 10. Vnus panis, & vnum corpus multi sumus omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus, ex quo patet, quòd eucharistia est sacramentum ecclesiasticæ vnitatis, sed sacramentum similitudinem gerit rei, cuius est sacramentum. ergo eucharistia est vnum sacr̄m.

RESP. Dicendum, quòd sicut dicitur 5. Metaph.* vnum dicitur, non solum quod est indiuisibile, vel quod est continuum, sed etiam quod est perfectum, sicut dicitur vna domus, & vnus homo: est autem vnum in perfectione, ad cuius integritatem concurrunt omnia, quæ requiruntur ad finē eiusdem: sicut homo integratur ex omnibus membris necessariis ad operationem animæ, & domus integratur ex omnibus partibus, quæ sunt necessariæ ad inhabitandum, & sic hoc sacramentum dicitur vnum. Ordinatur enim ad spiritualem refectionem, quæ corporali conformatur: ad corporalē autem refectionem duo requiruntur, s. cibus, qui est alimentum siccum, & potus, qui est alimentum humidū. Et ideo etiam ad integritatem huius sacramenti duo concurrunt, s. spiritualis cibus, & spiritualis potus, secundum illud Ioan. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. ergo hoc sacramentum multa quidem est materialiter, sed vnū formaliter, & perfectiue.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in eadem collecta, & pluraliter dicitur primo, purificent nos sacramenta, quæ sumpsimus, & postea singulariter subditur, hoc tuum sacramentum nō sit nobis reatus ad pœnam, ad ostendendum, quòd hoc sacramentum quodāmodo est multa, simpliciter autem vnum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ panis, & vinum materialiter quidē sunt plura signa, formaliter vero, & perfectiue vnum, inquantum ex eis perficitur vna refectio.

AD TERTIVM dicendū, quòd ex hoc ꝙ est duplex consecratio materiæ huius sacr̄i, non pōt plus haberi, nisi ꝙ hoc sacramentum materialiter est multa, vt dictum est.*

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articu. habes primò: quomodo p rationem & ostendas, & recte intelligas, merito esse insinuatum a scripturis Ecclesia Papa, & concilio: quod Eucharistiæ sacramētum est, & non est, unum. A scripturis quidem per hoc, ꝙ dicitur 1. Corin. 10. Vnus &c. ut cū discursiua applicatione posuē in argu. contr. A Papa autem Alexandro per hoc, ꝙ dicit. In sacramentorū oblationibus, quæ inter Missarum solemnia Domino offeruntur, panis & vinum aqua permixtum in sacrificium offeratur. Hæc ille, & recitantur in decret. De consecr. dist. 2. A cōcilio quoq; Martini Papæ. Non oportet; aliud aliquid in sacramento offerri, præter vinum, aquam, & panem. Hæc illud, & recitantur ibid. Itē ab eod. ibid. In sacramēto corporis, & sanguinis, Domini nihil amplius offeratur: quām quod ipse Dn̄s tradidit: hoc est, panis & vinum aqua mixtum. Ab ecclesia vero in collecta, de viuis & mortuis. Sumpta sacra, quæ sumus Domine, omnia crimina nostra detergant. Hæc ibi. Et in collecta, de S. Basilio. Sacramenta salutis nostræ suscipientes, &c. Hæc illa. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis &c.

*In cor. ar.

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN secundo art. aduerte sacramentū eucharistiæ dici multa materialiter, non ea ratione quod multitudo in eo sit pure materialis (quoniam partes eius habent suas proprias formas & suas proprias materias, ut patet de hostia, & calice: sunt. n. uel partes heterogeneæ) sed quia huiusmodi multa se habent, ut integrantia vnū, quod est refectio spiritualis, a cuius formali humanitate vnum sacramentum dicitur eucharistia: significans, & corpus, & sanguinem Christi sub specie cibi, & potus. Quocirca non est hic requirenda res aliqua extrinseca, quæ integretur velut quædā tertia res ex corpore, & sanguine Christi, sub speciebus panis, & vini, sicut domus integratur ex suis partibus: sed ad finem respiciendum est, & ex vnitate finis proprij, qui est spiritualis refectio, vnitas sumitur sacramenti: sicut ex vnitate refectionis corporalis, sumitur vnitas prandij, aut cœnæ. Nec ista significatio per accidens se habet ad huius sacramenti rationem. nam corpus sub specie cibi, & sanguis sub specie potus, significant pasci, & potari: ac per hoc utrumque simul, uelut perfectum alimentum signum est totale perfectæ refectionis spiritualis.

---

Sot. 4. s. d. 8. q. vni. art. 3.
Gab. d. 9. q. 1.

103 Inf. q. 80. ar. 11. & 4.

SVPER Q. XIIII. Aliàs 73. Art. III.

CONCL. 1. Sacramenti Eucharistiæ res est de necessitate salutis.

¶ PROB. Quia nulli patet aditus salutis, extra Christi Ecclesiam (ut patet exemplo de archa

### ARTICVLVS III.

*Vtrum eucharistia sit de necessitate salutis.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentū sit de necessitate salutis. Dicit enim Dominus Io. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis, sed in hoc sacramento man

A. 6. 2. 1. q. 2. & di. 15. q. 2. a. 2. q. 1. Et Io. 6. lec. 7.

archa Noe, coniuncto. 1.Petr.3.) & res sacramenti Eucharistiæ est unitas corporis mystici idest unitas ecclesiæ (.i. esse vera ecclesia, seu esse de unitate ipsius ecclesiæ.)

¶ Not. Pro diffusa notitia primæ huius cathegoricæ, f. Nul.pa. adi.sal.ex.Chr.ecclesiã (id quod multum & pro ueritate præsentis textus, & contra hæreses quorundam, inuabit) uide Addition. articulorum nume.443.cum Elucid. Item Veritates aureas super totam legem ueterem. Gen.7. concl.3. Exod.12.conclus.7. & Leuit.19.conclus.5. & ca.22.concl.7. & Nume.2. concl. 10. Item in 1.2. articulorũ num.341.463.& in 2.2. articulorum nume.51. 322.semp cum Elucid.

lib.4.cont. duas epist. Pela.c.22. in fine. t.7.

¶ Concl. 2. Res sacramenti Eucharistiæ potest haberi ex uoto percipiendi actu ipsum sacramentum: hoc est (quod in idem redit) ante perceptionẽ actualem sacramenti Eucharistiæ, homo potest habere salutem ex uoto percipiendi actualiter ipsum.

¶ Prob. Quia id patet ab exemplo de uoto baptismi. q.9.ar.2.

q.68.ar.2.

¶ Concl. 3. Differenter se habent pueri usu rationis carẽtes ad uotum Eucharistiæ, & ad uotum baptismi.

¶ Prob. Quia tales pueri ante actualem susceptionem Eucharistiæ possunt habere uotum ad Eucharistiam (cum possint esse baptizati. Nam tũc ex intentione ecclesiæ desiderãt eucharistiã; sicut ex fide ecclesiæ credũt;) & ante actualem susceptionem baptismi nullo modo possunt habere uotum ad baptismũ (cum ipsi nec per se.i. nec ex intentione propria, nec per aliũ. i. nec ex intentione ecclesiæ, cui nondum coniuncti sunt, desiderent baptizari.)

q.68.art.2

q.65.ar.3.

¶ Not. Faciunt hæc in fauorem dictorũ de pueris.q.9 ar.2.corp.& art.9.cum Eluci. Quod uerò de puerorum baptizatorum uoto ad eucharistiam dicitur confirmatur ex B. Aug. dicente. Nulli est aliquatenus ambigendũ; tunc unumquemque fidelium corporis, sanguinisq; Domini participem fieri, quando in baptismate membrum Christi corporis efficitur: nec alienari ab illius panis, calicisq; consortio, etiam si antequàm illum panem comedat, & calicem bibat, de hoc seculo in unitate corporis

manducatur caro Christi, & bibitur sanguis eius. ergo sine hoc sacramento non potest homo habere salutem spiritualis vitæ.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum est quoddam spirituale alimentum: sed alimentum corporale est de necessitate corporalis salutis. ergo etiã hoc sacramentum est de necessitate spiritualis salutis.

¶ 3 Præt. Sicut baptismus est sacramentum Dominicæ passionis, sine qua non est salus, ita & eucharistia, dicit enim Apost. 1.Corin.11. Quotiescumque manducaueritis panem hunc, & calicem biberitis, mortem Domini annuntiabitis, donec ueniat. ergo sicut baptismus est de necessitate salutis, ita etiam hoc sacramentum.

Sed contra est, quòd Augu. scribit Bonifacio contra pelagianos, Nec illud cogitetis, paruulos uitam habere non posse, qui sunt expertes corporis, & sanguinis Christi.

Respon. Dicẽdum, quòd in hoc sacramento duo est cõsiderare, scilicet ipsum sacramentum, & rẽ sacri; dictum est autem, quòd res huius sacri est vnitas corporis mystici, sine qua non potest esse salus, nulli enim patet aditus salutis extra ecclesiam, sicut nec in diluuio absque arca Noe, quæ significat ecclesiam, ut habetur 1.Petr. 3. dictum est * autem supra, quòd res alicuius sacramenti haberi potest ante perceptionem sacramenti, ex ipso uoto sacramenti percipiendi, unde ante perceptionem huius sacramenti, potest homo habere salutem ex uoto percipiendi hoc sacramentum, sicut & ante baptismum ex uoto baptismi, ut supra dictum est. * Est tamen differentia quantum ad duo. Primo quidem, quia baptismus est principium spiritualis uitæ, & ianua sacramentorum: eucharistia uero est quasi consumatio spiritualis uitæ, & omnium sacramentorum finis (ut supra dictum est * (per sanctificationes enim omnium sacramentorum, fit præparatio ad suscipiendam, uel consecrandam eucharistiam. Et ideo perceptio baptismi est necessaria ad inchoandam spiritualem uitam, perceptio autem eucharistiæ est necessaria ad consumandam ipsam, non ad hoc quòd simpliciter habeatur, sed sufficit eam habere in uoto, sicut, & finis habetur in desiderio, & intentione. Alia differentia est, quia per baptismum ordinatur homo ad eucharistiam, & ideo ex hoc ipso quòd pueri baptizantur, ordinantur per ecclesiam ad eucharistiam; & sic sicut ex fide ecclesiæ credunt, sic ex intentione ecclesiæ desiderant eucharistiam, & per consequens recipiunt rem ipsius, sed ad baptismum non ordinantur per aliud precedens sacramentum, & ideo ante susceptionem baptismi, non habent pueri aliquo modo baptismum in uoto, sed soli adulti; vnde rem sacramenti non possunt percipere sine perceptione sacramenti; & ideo hoc sacramentũ non hoc modo est de necessitate salutis, sicut baptismus.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Aug.* dicit, exponens illud uerbum Io. Hunc cibum. & potum, scilicet carnis suæ, & sanguinis societatem uult intelligi corporis, & membrorum suorum, quod est ecclesia in prædestinatis, & uocatis, & iustificatis, & glorificatis sanctis, & fidelibus eius; vnde ipse dicit in ep.* ad Bonifacium, nulli est aliquatenus ambigendum, tunc unumquemque fidelium corporis, sanguinisque Domini participem fieri, quando in baptismate membrũ corporis Christi efficitur, nec alienari ab illius panis, calicisque consortio, etiam si antequam panem illum comedat, & calicem bibat, de hoc sæculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat.

Tract.26. Io.to.9.

Referẽ. de cõs.d.4. c. nulli.

Ad secundum dicendum, quòd hæc est differentia inter alimentum corporale, & spirituale, quòd alimentum corporale conuertitur in substantiam eius, qui nutritur, & ideo non potest homini ualere ad uitæ conseruationem alimentum corporale, nisi realiter sumatur: sed alimentum spirituale conuertit hominem in seipsum, secũdum illud, quod Aug.* dicit in lib. Confes. quòd quasi audiuit uocem Christi dicentis sibi, nec tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me; potest autem aliquis in Christum mutari, & ei incorporari uoto mentis, etiam sine huius sacramenti perceptione, & ideo non est simile.

li.7. Conf. c.10.a me. to.1.

Ad tertium dicendum, quòd baptismus est sacr͂m mortis, & passionis Chr͂i prout homo regeneratur in Chr͂o uirtute passionis eius: sed eucharistia est sacramentum passionis Chr͂i prout homo perficitur in unione ad Chr͂m passum: vnde sicut baptismus dicitur sacramentum fidei, quæ est fundamentũ spiritualis uitæ ita eucharistia dicitur sacramentum charitatis, quæ est uinculum perfectionis, ut dicitur Col. 3.

D.602.

AR-

poris Christi constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participatione, ac beneficio non priuatur: qñ ipse hoc, quod ipsum sacramentum est, inuenitur. Hæc ille: & recitantur in decret. de consecr. distin.4. & etiam partim habẽtur hic ad primũ. Vbi nota ly unũquéq; fidelium, pueros baptizatos etiam cõpræhendere: & expone ly mẽbrum Christi corporis. i. ecclesiæ; Et ly in unitate corporis Christi.i. ecclesiæ; Et ly quod ipsum sacramẽtum est i. significat; Ac si dicat per hoc, Quãdo ipse est de unitate ecclesiæ, quam unitatem ipsum eucharistiæ sacramentum significat. (Vt enim dixit textus corp. res sacramenti est illud significatum. i. unitas corporis mystici). Ecce quod D. Aug. toties nominat unitatem Christi corporis mystici. Quia ex hoc uult intelligi, quòd in puerulo fideli uotũ ad sacramentum eucharistiæ, cuius uoti uirtute fit particeps istius sacramenti, est ex intentione ecclesiæ; cui paruulus hic iam per baptismum actu susceptũ unitus est.

¶ Coroll. Ergo (ut ad literam tituli applices literaliter conclusionem secũdam & tertiã) dic quod tex. corp. fin. f. quòd sacramentũ eucharistię est de necessitate aliquo modo, sed non sicut baptismus.

**1^m de conclusione.** Sine hoc sacraméto. R. Idest sine re huius sacramenti. §. Nam. sicut Aug. dicit exponens illud uerbum Ioan. (quod adducit maior argumenti) hunc cibum, & potum, &c. ut in tex. Tunc nihil, &c ut patet ex prima conclusione.

**2^m illatio conclusionis.** Ergo etiam hoc sacramentum, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit. n. ex præmissis quasi similibus; cum tamen similia non sint, quæ ibi dicuntur. Nam hæc est differẽtia inter alimẽtũ corporale, &c. ut in textu.

**3^m de maiori.** R. Quantum ad esse sacramentum passionis Christi; non autẽ, quantum ad modum essendi §. Hoc est. Similitudo illa tenet in hoc, quòd baptismus, & eucharistia sunt sacramentum passionis Christi: sed non tenet in hoc, quòd ambo illorum sint eodem modo.

do.i.pariformiter, sacramentum passionis ipsius. Baptismus enim est sacramentum mortis,&c vt in tex. Tunc nihil &c.ut patet. Nam si non sunt pariformiter sacrame tum passionis, sine qua non est salus: clarum restat, quòd nec sunt paris necessitatis ad salutem.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primò: quom do per rationem & ostendas,& rectè intelligas, meritò esse insinuatum a scripturis, concilio,& August.quòd sacramentum Eucharistiæ non est de necessitate salutis. A D.Aug.quidem per hoc,quòd dicit:nec illud,&c.ut in argu.contr. A scripturis vero per hoc,quòd Dominus dicit Matt. 19. Sinite paruulos venire ad me: talium est. n. regnum cœlorum. Patet enim quòd paruulis non inest capacitas ad diiudicandum corpus Domini (quam tamen exigit Apostolus. 1.Cor. 11.in sumentibus Eucharistiam), idest ad discernendum cibi huius spiritualis differentiam ab alijs cibis;& consequenter patet, ꝙ paruuli etiam baptizati non sunt de necessitate communicandi.i.sacramento Eucharistiæ cibandi (quod & per vsum ecclesiæ sanctæ manifestum est):& tñ his post baptismum, sm testimonium veritatis prædictũ, datur regnum cœlorum; si moriantur. s.in illa paruulina ætate innocenti. Loquitur siquidem formaliter Dominus noster. A Concilio autem Triden.sess. 21.cap. 4. sancta synodus docet:paruulos usu rationis carentes, nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiæ communionem: siquidem per Baptismi lauacrum regenerati,& Christo incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non possunt. Hæc ibi. Et in cano 4. Si quis dixerit: paruulis, antequàm ad annos discretionis peruenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem; anathema sit. Hæc ibi Ex quibus patet intentum, quod quærebatur. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis,& applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus vt sonat.

¶ In corpore primo distinctio ponitur bimembris: secundo respondetur quæsito, iuxta vtrumque membrum. Distinctio est. Duo sunt in sacramento eucharistiæ, s.sacramentum, & res sacramenti. Responsio consistit in tribus conclusionibus: quarum duæ primæ ad secundum membrum, tertia autem ad primum spectat distinctionis membrum. Prima conclusio est, sacramentum eucharistiæ quoad rem sacramenti est de necessitate salutis. Probatur, Res sacramenti est unitas corporis Christi mystici, sine qua non potest esse salus.ergo. Antecedens pro secunda parte declaratur ex similitudine ecclesiæ ad arcam Noe, & similitudo probatur authoritate Petri Apostoli. Secunda conclusio est. Ante perceptionem sacramenti eucharistiæ, potest haberi res sacramenti eucharistiæ, ac per hoc salus. Probatur dupliciter: primo ex uniuersali regula, Ex uoto sacramenti potest haberi res sacramenti: secundo ex simili accidente in baptismo, tertia conclusio est. Sacramentum eucharistiæ non hoc modo est de necessitate salutis sicut baptismus. Probatur dupliciter ex duplici.s.dissimilitudine eucharistiæ ad baptismum. Prima consistit in hoc, quòd perceptio baptismi est necessaria ad inchoandam vitam spiritualem: perceptio uero eucharistiæ est necessaria ad consumandam vitam spiritualem. ergo ille est necessarius, ut principium, hæc ut finis.s.in uoto. secunda consistit in hoc, baptismus non potest haberi in uoto per aliud sacramentum, eucharistia potest haberi in uoto per aliud sacramentum. ergo pueri non possunt habere rem sacramenti baptismi sine perceptione sacramenti baptismi: possunt autem habere rem sacramenti eucharistiæ absque perceptione sacramenti eucharistiæ.

¶ Aduerte hic primo quòd harum rationum prima (quæ attenditur penes differentiam inter habere se, ut principium, & habere se ut finis) ad hoc tendit, quod baptismus suapte natura est necessarius secundum actualem ipsius exhibitionem: quoniam principiũ secundum ordinem generationis debet esse secundum rem in esse reali exteriori. Eucharistia uero suapte natura est necessaria secundum uotum, quia finis saluatur secundum esse in intentione, ita quòd quasi dicit, quòd baptismus per se saluat secundum eius perceptionem,& per accidens, ut in uoto. Eucharistia autem non solum per se saluat consumando salutem secundum ipsius perceptionem, sed etiam per se saluat, ut in uoto, quia ille principij, hæc finis rationem habet.

¶ Aduerte secundo, quòd secunda ratio penes modum habendi rem sacramenti attenditur, dum baptismi res dupliciter tantum haberi posse dicitur, scilicet vel percipiendo sacramentum, uel per votum proprium, res autem eucharistiæ potest tripliciter haberi. vel percipiendo sacramentum, uel per uotum proprium, uel per antecedens sacramentum. Et hic vltimus modus habendi vocatur per quandam accommodationem habere rem sacramenti eucharistiæ per votum ecclesiæ: sicut fides puerorum uocatur fides ecclesiæ. Sequendo autem proprietatem sermonis, vocatur habere rem eucharistiæ in sui initio: quoniam sacramentum baptismi initium est spiritualis vitæ.

¶ Aduerte tertio, quòd in litera non respondetur quæsito simpliciter & absolute, an sacramẽtum eucharistiæ sit necessarium ad salutem: nam licet distinguatur, & quo ad rem sacramenti, respondeatur absolute, quòd est necessarium ad salutem, tamen quoad sacramentum non respondetur simpliciter,& absolute, sed dicitur ꝙ non est necessarium sicut baptismus. Verum, si perspicacius responsio hæc fuerit considerata: continet responsionem absolute etiam de ipso sacramento eucharistiæ, nam ex hoc ipso, quòd sacramentum eucharistiæ non est ad salutem necessarium, sicut sacramẽtum baptismi, manifeste habetur quòd simpliciter & absolute loquendo, non est necessarium ad salutem. Et hoc attestatur paruulorum salus, quibus sine baptismi sacramento non est salus, & cum solo baptismi sacramento datur salus æterna.

¶ Aduerte quarto, quòd inferius in quæst. 80. tractandum est de cõmunione infantium baptizatorum, an licita sit ubi etiam an debita easdem sit, discutietur, & ideo nunc pertransimus.

Sor.4.s.d.8.q.vni.art.4.

SVP. Q. XIIII. Aliàs 73. Art.IIII.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum conuenienter hoc sacramentum pluribus nominibus nominetur.*

104

Inf. q. 79. art.2.ad 1. Et 4.dis.8. q.1.arti.1. q.3.

* Ar.1 huius quæst.

COncl. Sacramẽtum hoc conueniẽter vocatur sacrificium, & Communio, Hostia;& viaticum, Eucharistia, Assumptio.

¶ Prob. Quia hoc sacramẽtum est memoratiuũ Dominicæ passionis, significatiuũ ecclesiasticæ unitatis, præfiguratiuũ diuinæ fruitionis (ut patet):& ratione primi dicitur sacrificium, ratione secũdi dicitur communio atque hostia (ut ex ad tertium ratione.)

¶ Not. In his, & similibus, probationibus semper subintelligendum præsupponitur illud tritissimum.s.quòd tunc conuenienter aliquid nominetur sic, vel sic; quando nomen tale, uel tale, rei, quam designat, conformatur. Quod quidem dictum tritissimum confirmatur ex ly omne, quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius, Gen. 2. Applicatio illius dicti tritissimi est facillima: ideo tacetur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter hoc sacramentum pluribus nominibus nominetur. Nomina.n.debent respondere rebus: sed hoc sacramentum est unum, ut dictum est. * ergo non debet pluribus nominibus nominari.

¶ 2 Præt. Species non notificatur conuenienter per id, qd est commune toti generi, sed eucharistia est sacramentum nouæ legis: omnibus autem sacramentis commune est, ꝙ in eis confertur gratia: quod significat nomen eucharistiæ, qd est idem, quod bona gratia, omnia etiam sacramenta remedium nobis afferunt in uia præsentis vitæ, quod pertinet ad rationem viatici, in omnib. etiam sacramẽtis fit aliquid sacrum, quod pertinet ad rationem sacrificii. Et per omnia sacramenta sibi inuicem communicant fideles: quod significat hoc nomen synaxis in Græco, vel communio in Latino. ergo hæc nomina non conuenienter adaptantur huic sacramento.

¶ 3 Præt. Hostia videtur esse idem quod sacrificium. sicut ergo non propriè dicitur sacrificium, ita nec propriè dicitur hostia.

Pri-

SED CONTRA est, quòd vsus fidelium habet.

RESP. Dicendum, quòd hoc sacramentum habet triplicem significationem: unam quidem respectu præteriti, inquantum.s.est commemoratiuum Dominicę passionis quę fuit verum sacrificium, ut supra dictum est, * & secundum hoc nominatur sacrificium. Aliam autem significationem habet, respectu rei præsentis.s.ecclesiasticæ vnitatis, cui homines aggregantur per hoc sacramentum, & secũdum hoc nominatur communio, vel synaxis: dicit enim Damas. * 4. lib. quòd dicitur communio, quia communicamus per ipsam Christo,& quia participamus eius carne,& deitate, & quia communicamus,& vnimur adinuicem per ipsam. Tertiam significationem habet respectu futuri, inquantum.s. hoc sacramentum est præfiguratiuum fruitionis Dei, quæ erit

* Q. 48. artic. 3.

* Li. 4. ort. fid. cap. 14. a med.

erit in patria, & secundum hoc dicitur viaticum, quia hic præbet nobis viam illuc perueniendi, & secũdum hoc etiam dicitur eucharistia, id est bona gratia, quia gratia Dei vita ęterna (ut dicitur Rom. 6.) Vel quia realiter continet Christum, qui est plenus gratiæ. Dicitur etiam in Græco metalepsis, idest assumptio, quia vt Damas. * dicit, per hoc filii deitatem assumimus.

*Lib. 4. ort. fi. c. 14.

Ad primum ergo dicendum, quòd nihil prohibet idem pluribus nominibus nominari, secundum diuersas proprietates, vel effectus.

Ad secundum dicendum, ꝙ id, quod est commune omnibus sacramentis, attribuitur antonomasice huic, propter eius excellentiam.

Ad tertium dicendum, quòd hoc sacramentum dicitur sacrificiũ, inquantum repræsentat ipsam passionem Christi. Dicitur autem hostia, inquantũ continet ipsum Christum, qui est hostia salutaris, vt dicitur Ephes. 5.

1m maior. Nomina debent respondere rebus. ℞. Non tamẽ ita; quòd si res est una, oporteat, quòd nomẽ eius sit vnum tantum: sed ita; quòd si res habet unam, vel plures proprietates seu effectus, nomen eius sit vnum uel plura. §. Tunc nihil &c. Licet enim hoc sacramentum (ut d. minor) sit simpliciter vnum: tamẽ habet plures proprietates seu effectus (ut patet in text. corp.)

2m maior. Species non notificatur conuenienter per id, quod est commune toti generi. ℞. Si in notificatione ipsa id, quod est commune, accipiatur eodẽ prorsus modo, quando attribuitur speciei; quo accipitur, quando attribuitur toti generi. §. Tunc nihil &c. ut patet in tex. & in corp.

3m de antecedente. Esse idem. ℞. Realiter; non autẽ, formaliter. §. Tunc nihil &c. Ad saluandam. n. uariationem nominum sufficit, quòd inter nomina illa, de quibus tunc agitur, non sint idem formaliter. Et hoc verificatur in proposito. Nam hoc sacramentum dicitur sacrificium, inquantum &c. vt in tex. Ex quo dic: quòd ly sacrificium, dicitur respectu rei præteritæ, quæ est passio Christi; & ly hostia, dicitur respectu rei præsentis, quæ est continentia ipsius Christi.

¶ Exam. Ly propriè. Hoc est cruente. Alioquin sacramentum hoc dicitur proprie & sacrificium & hostia: quamuis incruente. i. incruento modo & repræsentetur hic passio Christi, & contineatur hic Christus passus. Confirmatur examen hoc ex Concilio Trident. sess. 22. cap. 1. ut de se ibi patet consideranti.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis: quòd hoc sacramentum nominibus pluribus conuenienter nominatur. Vt per id; quòd contra quosdam litigiosos de conuenientia faciendi, vel non faciendi aliquas res dicit Apostolus. 1. Cor. 11. nos talem consuetudinem non habemus: sed neque ecclesia Dei. Per hoc. n. quòd ad contentiosos de talibus respondet sic, dat intelligere illam regulam. s. quòd in controuersijs conuenienter sedandis magnam habet vim consuetudo, uel non consuetudo, Ecclesiæ Dei; ita quòd illud conuenienter sit, uel non sit, quod secundum talem consuetudinem est, vel non est. Quanti autem facienda sit ista regula, monstrauit facto suo. D. Thomas; quãdo hãc tanquàm fundamentũ determinandæ ueritatis, amplexus est 2. 2. q. 10. art. 12. ubi de pueris infidelium baptizandis, uel non baptizandis, inuitis parentibus, tractabat. Quod & monstrauit Concilium Tridentinum. sess. 7. de sacramentis, can. 13. vbi de ritibus approbatis per consuetudinem ecclesiæ definiuit. Hanc igitur regulam Apostolicam, ad imitationem eorum, secuti & nos in præsenti materia, dicimus: ꝙ ex scriptura illa 1. Cor. 11. insinuatur propositum. Ratio est: quia consuetudo ecclesiæ, seu (vt uerba textus argumenti contr. adducam) vsus fidelium, habet hoc. s. quòd uocat pluribus nominibus hoc sacramentum. Porrò, conueniens esse aliquid ex eo, quòd sic ecclesia consueuit; iam ad literam Apostolus edocuit. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

In quarto, quinto, & sexto articulis, nihil occurrit scribendum.

---

Scot. 4. s. d. 8. q. 1. ar. 5.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum institutio huius sacramenti fuerit conueniens.*

105 Inf. q. 74. ar. 4. co. Et ad 1. Et q. 80. ar. 8 ad 1. Et 4 dis. 8. q. 1 ar. 1. & 1. cor. 11. lect. 4. Et lec. 5.

Ad quintum sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens institutio huius sacramenti. Vt enim Philosophus * dicit in 2. de Gener. ex eisdem nutrimur, ex quibus sumus: sed per baptismum, qui est spiritualis regeneratio, accipimus esse spirituale ut Dionys. * dicit 2. cap. eccles. hierarc. ergo per baptismum etiam nutrimur. non ergo fuit necessarium instituere hoc sacramentum, quasi spirituale nutrimentum.

lib. 2. tex. 50. to. 2.
* Ca. 2. ec cles. hier. par. 1. medio.
* Quæst. 80.

¶ 2 Præt. Per hoc sacramentum homines Christo uniũtur, sicut mẽbra capiti: sed Christus est caput omnium hominum, etiam qui fuerunt ab initio mundi, ut supra dictum est. * ergo non debuit institutio huius sacramenti differri usque ad cœnam Domini.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum dicitur esse memoriale dominicæ passionis secundum illud Lu. 22. Hoc facite in meam commemorationem: sed memoria est pręteritorum. ergo hoc sacramentum non debuit institui ante Christi passionem.

¶ 4 Præ. Per baptismũ aliquis ordinatur eucharistiam, quæ non nisi baptizatis dari debet: sed baptismus institutus fuit post Christi passionem, & resurrectionem, ut patet Mat. ultimo. ergo inconuenienter hoc sacramentum fuit ante passionem Christi institutum.

Sed contra est, quòd sacramentum est institutum à Christo de quo dicitur Marci 7. Bene omnia fecit.

Respon. Dicendum, quòd conuenienter hoc sacramentum institutum fuit in cæna, in qua scilicet Christus ultimo, cum suis discipulis fuit conuersatus. Primo quidem ratione continentiæ huius sacramenti: continetur enim ipse Christus in eucharistia sicut in sacramento. Et ideo quando ipse Christus in propria specie à discipulis discessurus erat, in sacramentali specie seipsum eis reliquit, sicut in absentia imperatoris exhibetur ueneranda eius imago: vnde Eusebius emissenus * dicit, quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus sideribus, necesse erat vt die cœnæ sacramentum corporis, & sanguinis sui consecraret nobis, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pretium. secundo, quia sine fide passionis Christi numquam potuit esse salus, secundum illud Roman. 3. Quem proposuit Deus propitiatiorem per fidem in sanguine ipsius, & ideo oportuit omni tempore apud homines esse aliquid repræsentatiuum Dominicæ passionis: cuius in veteri quidem testamento præcipuum sacramentum erat agnus Paschalis, vnde, & Apostolus dicit 1. Cor. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus: successit autem ei in nouo testamento eucharistiæ sacramentum quod est rememoratiuum pręteritæ passionis, sicut & illud fuit præfiguratiuum futuræ: & ideo conueniens fuit, ut imminente passione, celebrato priori sacramento, nouum sacramentum insti-

* Habetur de cons. d. 4. ca. Quia corpus assumptum. Hom. 4. in Pascha Domini non longe a prin.

SVPER Q. XIIII. Aliàs 73. Art. v.

Concl. Conuenienter hoc sacramentum fuit institutum in cœna, quando. s. Christus ultimo, cum suis discipulis, fuit in uita mortali conuersatus.

¶ Prob. 1. Quia conueniens erat: ut tunc Christus seipsum in sacramentali specie discipulis relinqueret, quando in propria specie ab eis discessurus erat (ut patet exemplo de Imperatore; authoritateque Eusebij): Et hoc fuit in illa cœna, (ut patet ex serie Euãgelij). Secundò quia conueniens erat, ut tunc nouum sacramentum Dominicæ passionis repræsentatiuum institueretur, quando uetus eiusdem passionis repręsentatiuum cessabat (ut patet ex Papa Leone): & hoc fuit in illa cœna (ut patet ex serie Euãgelij). Tertiò quia conueniens erat: ut sacramentum magis memoriæ commendandum, in maioriq; ueneratione habendum, necnon ad qđ magis affici deberemus, Christus in ultimo discessu a discipulis institueret (ut patet experimento de amicis, authoritatibusque tum Alexãdri, tum Augustini): & hoc fuit in illa cœna (ut patet ex serie Euangelij.)

Pri-

**1m ex Philosopho.** Ex eisdem. ℞. Aduenientibus diuerso modo nobis. § Nam ea, ex quibus sumus, nobis aduenitnt &c. ut in tex. Tunc nihil &c. vt patet ibid.

**2m de maiori.** Per hoc sacramentum. ℞. Tanquam continens Christū passum. §. Tunc nihil &c. Licet enim Christus sit caput omnium hominū etiā ab initio mundi existentium (ut d. minor): sacramentum tamē hoc non potuit institui, &c. vt in text. Ex quo dic: quòd in institutionis huius tempore habitus est respectus principaliter ad passionem Dominicam, cuius hoc velut memoriale instituebatur: non autem ad esse caput omnium hominum (ut argumentum putabat.)

* In ser. 7. de passione Domini, inter principiū, & med.

* Alex. 1. in epi. ad omnes ortho. a me. illius to. 1. cōcil.

In epi. 118.

* L. 6. a me. to. 2.

**3m de conclusione.** Non debuit institui ante Christi passionem. ℞. Nisi institueretur; vt in futurum esset memoriale Dominicæ passionis, ea peracta. §. Vt patet ex ly quotiescūque feceritis. Tunc nih. &c. vt patet. Decipiebatur ergo argumentum in, & ex, hoc: quod non intelligebat uerum sensum illius dicti, & Luc. 22. Hoc facite in meā commemorationem, & in propositione maiori. s. hoc sacramentum dicitur esse memoriale Dominicæ passionis. Cæterum, ly hæc quotiescumque feceritis, est partim textus Apostoli. 1. Cor. 11. Quasi Lucam interpretantis, sed magis ad plenum expressus ab ecclesia in sacro canone Missæ, post eleuationem & corporis & sanguinis Domini, mox dicente; Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

**4m illatio conclusionis.** Ergo incōuenienter &c. ℞. Negatur illatio. §. Nā institutio respondet (id quod non considerauit argumentum) ordini intentionis, &c. ut in textu, vsque ad ly prius institui. Ad cuius faciliorem captum facit ly ad quod (scilicet Eucharistiæ sacramentum) omnia alia sacramenta ordinantur. quæstione 13. art. 12. ad tertium.

**Item minor.** Baptismus fuit institutus post Christi passionem, & resurrectionem. ℞. Negatur. §. Vt patet ex secūdo responso textus ly vel potest dici, quòd &c. Aliud enim est, institui; de quo loquitur Matth. quarto, quando Christus baptizatus fuit, & aquæ per ipsum sanctificatæ. quæst. septima, articu. secundo. Aliud est, sub præcepto poni; de qua re loquitur illud Matth. vlt. Docete omnes gen: baptizantes, &c. quæstione septima, articu. secundo, ad secundum. Ex quo patet damnatio hæresis cuiusdam dicentis: quòd de baptismo suscipiendo nullum est præceptum. Contra quam vide & supra, articulorum numero 59.

institueret. vnde Leo * Papa dicit, quod vt vmbræ cederent corpori, antiqua obseruantia nouo excluditur sacramento, hostia in hostiam transit, sanguine sanguis aufertur, & legalis festiuitas, dum mutatur, impletur, tertio ea, quæ ultimo dicuntur maxime ab amicis recedentibus, magis memoriæ comendantur: præsertim, quia tunc magis inflammatur affectus ad amicos: ea vero, ad quæ magis afficimur, profundius animo imprimuntur: quia igitur (ut beatus Alexand. * Papa dicit) nihil in sacrificiis maius esse potest quàm corpus, & sanguis Christi, nec vlla oblatio hæc potior est, ideo ut in maiori ueneratione haberetur, Dominus in ultimo discessu suo a discipulis, hoc sacramentum instituit. Et hoc est quod Aug. * dicit in libro responsionum ad Ianuarium, Saluator, quo vehementius commendaret mysterii huius altitudinem, vltimum hoc uoluit infigere cordibus, & memoriæ discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat.

Ad primum ergo dicendum, quòd ex eisdem nutrimur, ex quibus, sumus non tamen eodem modo nobis aduenientibus, nam ea, ex quibus sumus, nobis aduenirunt per generationem eadē autem inquantum ex eis nutrimur, nobis aduenitnt per manducationem. vnde, & sicut per baptismum regeneramur in Christo, ita per eucharistiam manducamus Christum.

Ad secundum dicendum, ꝙ eucharistia est sacramentum perfectum Dominicæ passionis, tāquam continens ipsum Christum passum, & ideo non potuit institui ante incarnationem: sed tunc habebant locum sacramenta, quæ erant tantum præfiguratiua Dominicæ passionis.

Ad tertium dicēdum, quòd sacramentum istud fuit institutum in cœna, ut in futurum esset memoriale Dominicæ passionis, ea perfecta: vnde signanter dicit, hæc quotiescumq; feceritis, de futuro loquēs.

Ad quartum dicendum, ꝙ institutio respondet ordini intentionis. Sacramentum autem eucharistiæ, quamuis sit posterius baptismo in perceptione, est tamen prius in intentione, & ideo debuit prius institui, uel potest dici, quòd baptismus iam erat æqualiter institutus in ipso Christi baptismo: vnde, & in aliqui ipso Christi baptismo erant baptizati, ut legitur Ioan. 3.

AR-

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis, & concilio, quòd conueniens fuit institutio sacramenti Eucharistiæ. A scripturis quidem per hoc, quòd dicitur de Christo uniuersaliter. Marc. septimo. Bene omnia fecit. Descende tu ad particularia (ut alias docuimus) sub ista uniuersali, & maximè ad hoc propositum. Maxime, inquam: eo quòd si omnia alia fecit bene; oportet dicere, quòd multo magis illa, quę ad seipsum immediate pertinent (ut est sacramentum illud) fecit bene. i. cum omnibus circunstantijs tantæ rei conuenientibus. Item per hoc, quòd dicitur Prouer. 9. Sapientia ædificauit sibi domum, immolauit uictimas suas, miscuit uinum, & proposuit mensam suam. Ex eo enim quòd scriptura attribuit sapientiæ tantum opus, patet abundantissime: quod ipsum opus conuenienter factum est. Sapientiæ siquidem est, recte ordinare, immo non posse non recte ordinare (cum sit sapientia): Ipsius est nullam uel minimam inordinationem in agendo committere, immo nec posse cōmittere (cum sit nomē abstractum): Ipsius est non solum recte, sed & rectissimè; non solum ordinate, sed & ordinatissimè: nō solum aliquando, & in aliquibus rebus, sed etiam semper, & in omnibus procedere (cum sit sapientia diuina) maxime uerò in supernaturalibus tātas suimet largitatis diuitias ineffabiliter concernentibus (quale est hoc sacramentum). Quòd autē illa authoritas Prouerb. nono, loquaī de hoc sacramento, patet per ecclesiam, quæ tanquàm exponens illam in festo sacratissimi corporis Christi canit; Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit uinū, & posuit mensā. Quod verò sit quoddam supernaturale continens ineffabiles diuinæ largitatis diuitias, patet p Vrbanum Papam dicentem. Volens adhuc ipse in nobis suam exuberantes charitatē præcipua liberalitate monstrare, temetipsum nobis exhibuit: & trāscendens omnem plenitudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens, attribuit se in cibum. O singularis, & admiranda, liberalitas; ubi donator uenit in donum, & datum est idem penitus cum datore. Quàm larga, & prodiga, largitas: cum tribuit quis seipsum? Dedit igitur se nobis in pabulum: ut, quia per mortem homo corruerat, & per cibum ipse releuaretur ad vitam. Cecidit homo per cibum ligni mortiferum, releuatus est homo per cibum ligni vitalis; in illo pependit esca mortis, in illo pependit vitæ alimentum: illius eius meruit læsionem, istius gustus intulit sanitatē: gustus sauciauit, & gustus sanauit. Vide: quia unde vulnus est ortum, prodijt & medela, & unde mors subijt, exinde vita euenit. De illo siquidem gustu dicitur, quacumque die comederis, morte morieris: de illo verò legitur, si quis comederit ex hoc pane, viuet in æternum. Hæc ille: & recitantur in lib. Clementinar. de reliq. & vener. sanctor. cap. si Dominus in sanctis. Ex quibus Vrbani verbis non tantum largitatis diuinæ (ut promiseramus) inexcogitabiles diuitiæ manifestantur: sed & ineffabilis sapientia, præcipuè in tribus ultimis eius sententijs, depingitur. Consequenter ergo etiam authoritas ipsa Vrbani ostendit directe intentum. s. quòd institutio sacramenti eucharistiæ fuit conueniens. i. conuenienter facta. Item de talibus in uniuersali conuenientijs, postea a te ad propositum hoc particulare, prout expediens fuerit, applicandis; vide scitu dignissima. 3. par. de sal. quæst. 41. art. 1. Elucid. item. q. 55. ar. 4. appen. Item 2. 2. quæst. 122. art. 2. appen. & quæst. 140. art. 1. appen. & quæst. 179. art. 2. appen. Adhuc vide & 1. 2. q. 68. artic. 4. appen. A Concilio autem Trident. sess. 13. cap. secundo idipsum insinuatur dicente. Saluator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem, sacramentum hoc instituit: in quo diuitias diuini sui erga homines amoris uelut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum: & in illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit, suamq; annunciare mortem; donec ipse ad iudicandum mundum ueniat. Hæc ibi. Quæ non solum conuenientiam, de qua articulus est, ostendunt simpliciter: sed & conuenientiæ talis duplicem, uel triplicem, rationem assignant (ut uerba ipsa consideranti, articuliq; huius textui corporis, coaptanti patet). Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

**SVPER QVAEST. XIIII. Aliàs 73. Art. VI.**

CONCL. 1. Oblatio Melchisedech fuit potissima figura sacramenti Eucharistiæ; quantum ad id, quod est sacramentum tantum.

¶ PROB. Quia oblatio Melchisedech fuit panis ac vinum (ut patet Gen. 14. & id, quod in sacramento Eucharistiæ est sacramentũ tantum, est panis ac vinum (ut patet ex. q. 1. ar. 1.)

106 Inf. ca. 80. ar. 10. ad secūdū, & 4. d 8. q. 1. ar. 2. & dist. 12. q. 3. ar. 1. q. 3. ad primum.

¶ CONCL. 2. Omnia sacrificia ueteris testamenti præcipuè autem sacrificium expiationis, fuerunt figuræ sacramẽti Eucharistiæ; quãtum ad id, quod est res & sacramentum.

¶ PROB. Quia omnia sacrificia ueteris testa nēti figurabāt Christum passurum (ut patet. 1. 2. q. 102 ar. 2. 3.) & id, quod in sacramento Eucharistiæ est res ac sacramentũ, est Christus passus (ut patet; cũ ibi contineatur). Secunda vero pars. s. præcip. au. sacrifi. expiationis, probatur. Quia sacrificium expiationis erat solemnissimum (ut patet Leuit. 16. 23.)

¶ CONCL. 3. Manna fuit præcipua figura sacramenti eucharistiæ; quantum ad id, quod est res tantum.

¶ PROB. Quia manna habebat in se omnis saporis suauitatem (ut patet Sap. 16.): Et id, quod in hoc sacramento est res tantum, est Eucharistia. i. bona gratia. i. gratia reficiẽs mẽtem quãtum ad omnia (ut patet Luc. 14. Parata sunt omnia).

¶ CONCL. 4. Agnus Paschalis erat figura sacramenti Eucharistiæ: quantum ad sacramentum tantum, quantum ad rem tantum, quantum ad rem simul & sacramentum: & propterea agnus ipse dicitur fuisse præcipua figura huius sacramenti.

¶ PROB. Quia agnus Paschalis manducabatur cum panibus azimis; offerebatur. 14. Luna coram omni multitudine per suum sanguinem protegebat ab angelo percutiente, liberabatq; populum ex Aegypto (ut de omnibus his tribus patet Exod. 12.) Et panes azimi figurant id, quod est sacramentum tantum; offerri vero. 14. Luna coram omnibus figurat id, quod est res ac sacramentũ simul; protectio autem ac liberatio, prædictæ figurant id, quod est res tantum (ut patet consideranti). Secunda verò pars. s. & propterea &c. patet de se ex dependentia ad primam.

1^m maior. Expressio similitudinis facit, q unum ab alio denominetur. R. Scdm q est expressio, facit hoc: nõ aliter. §. hoc est in proposito. Si est expressio similitudinis, quãtum ad sacrm tm, uel quantum ad rem tantum, vel quantũ ad vtrumq; simul; sic. i. secundum hoc, denominatur vnum ab alio. Tunc nihil &c. Nam inde habetur solum q Melchisedech oblatio fuit figura sacramenti Eucharistiæ, quantum ad id, quod est sacramentum tantum (ut concessit conclusio prima): & hoc, quia illa expressio similitudinis exprimebat sacrm istud solummodo quantum ad esse sacrm. Hinc. n. fiebat q illa denominatio vnius. i. figurati huius, ab alio. i. a figura illa, non erat denominatio; nisi quãtum ad id, quod est sacrm tãtum.

2^m de conclusione. Figura huius sacramẽti. R. Quantum ad id, quod in hoc sacramẽto est res tantum. §. Tunc nihil &c. Hoc. n. concessit tertia conclusio articuli.

3^m illatio conclusionis. Ergo videt, quòd &c. Conceditur totum. §. Sed tñ nihil est contra. Nam ibi & in præmissis, & in illata conclusione, intelligitur sermo fieri solũ respectu eius; quod in sacramento Eucharistiæ est res & sacramentum simul (ut patet consideranti): & hoc ipsum illatum. s. q sacrificium expiationis figurauerit præcipuè sacramẽtum Eucharistiæ quantũ ad illud, docuit secũda cõclusio articuli.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum agnus Paschalis fuerit præcipua figura huius sacramenti.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd agnus Paschalis non fuerit præcipua figura huius sacramenti. Christus. n. dicitur sacerdos secundum ordinem Melchisedech, propter hoc quòd Melchisedech gessit figuram sacrificii Christi, offerens panem, & vinum: sed expressio similitudinis facit, quòd vnum ab alio denominetur. ergo videtur quòd oblatio Melchisedech, fuerit potissima figura huius sacri.

¶ 2 Præt. Transitus maris rubri fuit figura baptismi s̃m illud 1. Cor. 10. Omnes baptizati sunt in nube, & in mari: sed immolatio agni Paschalis præcessit transitum maris rubri, quẽ subsecutum est manna, sicut eucharistia sequitur baptismũ. ergo manna est expressior figura huius sacramenti, quàm agnus Paschalis.

¶ 3 Præt. Potissima uirtus huius sacramenti est, quòd introducit nos in regnum cœlorum, sicut quoddam viaticum: sed hoc maxime præfiguratum fuit in sacramento expiationis, quando Pontifex intrabat semel in anno cum sanguine in sancta sanctorum, sicut Apost. probat Heb. 9. ergo videtur quòd illud sacrificium fuerit expressior figura huius sacramenti, quàm agnus Paschalis.

SED CONTRA est, quòd Apostolus dicit 1. Cor. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. itaque epulemur in azimis synceritatis, & veritatis.

RESP. Dicendum, quòd in hoc sacramento tria considerare possumus, s. id, quod est sacramentum tantum, quod est panis, & vinum, & id quod est res, & sacramentum, s. corpus Christi uerum, & quod est res tantum. s. effectus huius sacramenti: quantum igitur ad id, quod est sacramentum tantum, potissima figura fuit huius sacramenti, oblatio Melchisedech, qui obtulit Panem & vinum. Quantum autem ad ipsũ Christum passum, qui continetur in hoc sacramento, figuræ eius fuerunt omnia sacrificia veteris testamenti, præcipue sacrificium expiationis, quod erat solẽnissimum: quantum autem ad effectum, fuit præcipua eius figura manna, quod habebat in se omnis saporis suauitatẽ (ut dicitur Sap. 16.) sicut & gratia huius sacramẽti, quãtum ad omnia reficit mentem: sed agnus Paschalis quantũ ad hæc tria, præfigurabat hoc sacramentũ: quantum enim ad primum, quia manducabatur cum panibus azimis, secundum illud Exod. 12. edent carnes, & azimos panes: quantum uero ad secundum, quia immolabatur ab omni multitudine filiorum Israel quartadecima Luna, quod fuit figura passionis Christi, qui propter innocentiam dicitur agnus: quantum uero ad effectum, quia per sanguinẽ agni Paschalis protecti sunt filii Israel a deuastãte Angelo, & educti de Aegyptiaca seruitute, & quantum ad hoc ponitur præcipua figura huius sacramenti agnus Paschalis: quia secundũ omnia ipsum repræsentat & per hæc patet responsio ad obiecta.

### APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, & ecclesia; q præcipua figura sacramenti Eucharistiæ fuit agnus Paschalis. A scripturis quidem per hoc: quòd dicitur. 1. Cor. 5. Pascha &c ut in argu. contr. Pascha (inquit) nostrũ. i. agnus Paschalis noster, est Christus immolatus. Ideo enim magis dicit hoc, quàm manna nostrum, vel oblatio Melchisedech nostra, immolatus est Christus: ut ex hac prędilectione locutionis designet intentum, quod hic quæritur. Ab ecclesia uerò per hoc, quòd ipsa alloquens Eucharistiã in Missarum solemnijs immediate ante communionẽ dicit; Agnus Dei, qui tollis peccata mundi &c. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis; Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem. Ac si apertius huic sacramento dicat. Te uoco agnum, magis quàm manna, uel panem ac vinum; quia tu plenius es figuratus ab agno Paschali, quam a reliquis figuris. In cuius certitudinis signum non contentatur Ecclesia, semel agni nomine uocasse Eucharistiam; sed secundo, & tertio, idipsum facit. Tali enim facto suo vult; certificare nos de duobus. Vnum est; quòd agnus Paschalis pro certo figurauit magis sacramentum Eucharistiæ, quàm aliæ figuræ ueteris testamenti: Alterum est, quòd agnus Paschalis figurauit Eucharistiæ sacramentum, quantum ad tria. De quibus tribus patet in conclusione quarta. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

*Ferr. 4. cont. c. 61. 68.*
*Sot. 4. s. d. 9. q. vni. art. 1.*

## QVAEST. XIIII. Aliàs 73.

*De materia eucharistiæ quantum ad speciem in octo art. diuisa.*

DEINDE considerandum est de materia huius sacramẽti. Et primo, de specie materiæ. secundo, de conuersione panis, & vini in corpus Christi. tertio, de modo existendi corpus Christi in hoc sacramẽto. quarto, de accidentibus panis, & vini, quæ in hoc sacramento remanẽt.

**SVPER Q. XV.** Aliàs 74. Art. 1.

CONCL. Panis, & vinum sunt cõueniẽs materia sacri eucharistiæ: & hoc rõnabiliter.

¶ PROB. Quia Christus sub specie panis, ac vini sacramentum Eucharistiæ instituit (ut patet Matthæi 26.)

Circa primum quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum panis, & vinum sint materia huius sacramenti.

¶ Secundo, Vtrum ad materiam huius sacramenti, requiratur determinata quantitas.

¶ Tertiò, Vtrum materia huius sacramenti sit panis triticeus.

¶ Quarto, Vtrum sit panis azimus, vel fermentatus.

¶ Quinto, Vtrum materia sacramenti sit vinum de vite.

¶ Sexto, Vtrum sit admiscenda aqua.

¶ Septimo, Vtrum aqua sit de necessitate huius sacramenti.

¶ Octauo, De quantitate aquæ, quæ apponitur.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum materia huius sacramenti sit panis & vinum.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd materia huius sacramenti non sit panis, & vinum: hoc enim sacramentum perfectius debet repræsentare passionem Christi, quàm sacramenta ueteris legis: sed carnes animalium, quæ erant materiæ sacramentorum veteris legis, expressius repræsentant passionem Christi, quàm panis, & vinum. ergo materia huius sacramenti magis debet esse carnes animalium, quàm panis, & vinum.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum est vbique celebrandum: sed in multis terris non inuenitur panis, & in aliquibus non inuenitur vinum. ergo panis, & vinum non sunt conueniens materia huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum competit sanis, & infirmis: sed si uinum nocet quibusdam infirmis. ergo uidetur quòd vinum non debeat esse materia huius sacramenti.

SED CONTRA est, quòd Alexand.* Papa dicit, In sacramentorum oblationibus panis tantum, & vinum aqua permistum, in sacrificium offerantur.

RESPON. Dicendum, quòd circa materiam huius sacramenti aliqui multipliciter errauerunt: quidam enim, qui dicuntur Artotyrytæ (ut August. * dicit in lib. de hæresibus) offerunt panem, & caseum in hoc sacramento, dicentes, a primis hominibus oblationes de fructibus terræ, & ouium fuisse celebratas. Alii vero, scilicet Cataphrygæ, & Pepuziani, de infantis sanguine, quem de toto eius corpore minutis punctionum vulneribus extorquét, quasi Eucharistiam suam conficere perhibentur, miscentes eum farinæ, panemque inde facientes: quidam vero, qui dicuntur aquarii, aquam solam sub specie sobrietatis in hoc sacramento offerunt. Omnes autem hi errores, & similes excluduntur per hoc, quòd Christus hoc sacramentum sub specie panis, & vini instituit, ut patet Matth. vigesimosexto, vnde panis, & vinum sunt materia conueniens huiusmodi sacramenti, & hoc rationabiliter. primo quidem, quantum ad vsum huius sacramenti, qui est manducatio: sicut enim aqua assumitur in sacramento baptismi ad vsum spiritualis ablutionis, quia corporalis ablutio communiter fit in aqua, ita panis, & vinum, quibus communius homines reficiuntur, assumuntur in hoc sacramento ad vsum spiritualis manducationis. Secundo, quantum ad passionem Christi, in qua sanguis est a corpore separatus: & ideo in hoc sacramento, quod est memoriale Dominicæ passionis, seorsum sumitur panis, ut sacramentum corporis, & vinum, ut sacramentũ sanguinis. Tertio, quãtum ad effectum consideratum in vnoquoque sumentium: quia vt Ambr. * dicit super epist. ad Cor. hoc sacramentum ualet ad tuitionem animæ, & corporis, & ideo corpus Christi sub specie panis pro salute corporis, sanguis vero sub specie vini pro salute animæ offertur sicut dicitur Leuit. decimoseptimo, quòd anima carnis in sanguine est. Quarto, quantum ad effectum respectu totius ecclesiæ, quæ constituitur ex diuersis fidelibus: sicut panis conficitur ex diuersis granis, & vinum fluit ex diuersis vuis, vt dicit * glo. super illud primo Corinth. 10. Multi vnum corpus sumus, &c.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet carnes animalium occisorum expressius repræsentét Christi passionem: tamen minus competunt ad communem vsum huius sacramenti, & ad ecclesiasticam vnitatem significandam.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ licet non in omnibus terris nascatur triticum, uel vinum: tamen de facili, ad omnes terras deferri potest, quantum sufficit ad vsum huius sacramenti: nec propter defectum alterius est vnum tantum sine altero consecrandum: quia non esset perfectum sacramentum.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ vinum in modica quantitate sumptũ, non potest multum ęgrotanti nocere: * & tñ si nocumentum timeatur, non est necesse ꝙ omnes accipientes corpus Christi, etiam accipiant sanguinem, vt infra dicetur. *

---

Secunda verò pars, scilicet & hoc &c. probatur. Quia hoc esse rationabile monstrat, & vsus sacramenti huius, qui est manducatio; & passio Christi, cuius memoriale est hoc sacramentum; & effectus eius in sumentibus, qui est tuitio corporis, atq; animæ, & effectus eius in tota Ecclesia, qui est constituere vnitatem fidelium ex diuersis hominibus (vt de his quatuor medijs declaratur in tex.)

**1^m^ de maiori.** Debet repræsẽtare passionem Christi. R. Et communem usum manducationis; & unitatem ecclesiasticam. §. Vt in tex. corp. Tunc nih. &c. Nam licet carnes animalium occisorum &c. ut in texť. Ex quo patet: & quòd illa maior adducebatur diminutè; & quòd si adduceretur integre (ut responsum formale tetigit) faceret in fauorem conclusionis articuli. Panis enim & vinum repræsentant passionẽ Christi. (quàmuis minus expresse, quàm carnes prædictæ) simulq; apertius communem vsum refectionis, ac unitatem ecclesiasticam.

**2 maior.** Hoc sacramẽtũ est ubiq; celebrãdum. R. Vbi sit panis, & vinum, saltem per delationem aliunde. §. Tunc nihil &c. Licet enim non in omnibus terris nascatur &c. vt in tex. Quòd talis delatio sufficiat, vide in simili sup. quæstio. 13. artic. 2. ad quartum.

**3^m^ minor.** Vinũ nocet quibusdam infirmis. R. Si tñ in modica quantitate sumatur, non potest multum ægrotanti nocere. §. Tunc nih. &c. Nam species vini consecrati sumitur in modica quantitate a communicantibus.

**Itẽ illatio cõclusionis.** Ergo videtur, quòd vinum &c. R. Negať illatio. §. Procedit enim ex præmissis supponentib. falsum, s. ꝙ necesse sit, omnes cõicantes. i. cõmunionẽ accipientes, sub specie panis, accipere etiã illã sub specie vini. Vide responsum hoc secũdum in tex. ly & tamen si nocumentum, &c. Pro quo vide. q. 21. art. 12. & ex quo dic: quòd inter alias causas rationabiles nõ cõicandi omnes sub specie vini, ista, quę hic tangitur, nõ fuit minima; maxime cum nullus infirmus, quãtumcunq; excellentis meriti, sine sacramẽti huius sumptione transire debeat (sm B. August. in vita eius.)

## APPENDIX.

EX artic. habes primò: qũo per rationem interimas hęreses & in text. narratorum atq; Manichæorũ dicẽtium: quòd sacram. Eucharistiæ ex pane confici non potest; eo ꝙ panis sit creatura diaboli. Secundò habes: qũo p rationem ostendas, has meritò damnari a Concilio Martini Papæ: ut patet sup. q. 14. ar. 2. appen. Item a Iulio Papa qui, post errorum multorum enarrationẽ, dicit. Manifestum est, & euidens exemplum veritatis Euangelicę illuxit: ꝙ præter panem & vinum, in sacrificando, aliud offerri non licet. Hæc illæ: quæ cũ alijs multis contra errores prænarratos recitatur in decret. de consecrat. distinct. secunda, c. cum omne crimen. Item a Concilio Floren. in cõstitution. super union. Armenor. Tertium est Eucharistiæ sacramentum: cuius materia est panis triticeus, & uinũ de vite. Hæc ibi. Item a Mar. decimoquinto, & Luc. vigesimosecundo, & 1. Corinth. 11. vbi panem cõsecratum ac vinum ab ipso Domino, testantur. Cæterum contra illam partem hæresis prædictæ, scilicet eo quòd panis sit creatura diaboli, vide prima par. quęst. 65. articu. primo, & quæstione 92. articu. quarto, cum Elucid. item Veritates aureas super totam legem veterem. Genes. primo, conclus. quinta. Damnato enim (ut expresse ibi fit) ꝙ diabolus sit creator corporum, cointelligitur necessario condemnari: quòd panis sit creatura diaboli. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

Marginalia:

☞ 107 4. dist. 11. q. 2. ar. 1. q. 1. & 2. Et 4. cõtra c. 61. & 68. Et 1. cor. u. le. 5.

*Alex. 1. in epist. ad oĩs orthod. a med. illius to. 1. conc.

* lib. de hæresi. ca. 28. to. 6.

* 1. ad Cor. 11. super illud, hoc poculum nouum testamentũ est, tom. 5.

* Id habet Beda ĩ hũc locum ex Aug. to. 3.

* Rñsio 2.

* Q. 80. ar. 12.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

1

2

3

Comm.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 1. in responsione ad secundum, habes quid sentiat Auctor de casu illo, si alicubi non inueniretur vinum, an esset solus panis consecrandus: tenet. n. partem negatiuam, eo quòd perfectio sacramenti præponẽda est reliquis necessitatibus. vnde, & infertur, etiam dicetur, quòd perfectio sacri tantæ est necessitatis, ut etiam bis in eadem missa quandoque oporteat sumere corpus Christi.

Sot. 4. s. d. 9. q. 2. art. 2.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum requiratur determinata quantitas panis, & vini ad materiam huius sacramenti.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd requiratur determinata quantitas panis, & vini ad materiam huius sacramenti. effectus enim gratiæ non sunt minus ordinati, quàm effectus naturæ: sed sicut dicitur * in 2. de Anima, omnium natura constantium, positus est terminus, & ratio magnitudinis, & augmenti. ergo multo magis in hoc sacro (quod dr̃ eucharistia, i. bona gratia) requiritur determinata quantitas panis, & vini.

* lib. 2. de aia, tex. 41. to. 2.

¶ 2 Præt. Ministris ecclesiæ non est a Christo data potestas ad ea, quæ pertinent ad irrisionem fidei, & sacramentorum eius, secundum illud 2. Cor. 10. Secundum potestatẽ quã dedit nobis Deus in ædificationem, & non in destructionem: sed hoc esset ad irrisionem sacramenti, si sacerdos vellet consecrare totum panem, qui venditur in foro, & totum vinum, quod est in cellario. ergo hoc facere non potest.

¶ 3 Præt. Si aliquis baptizetur in mari, non tota aqua maris sanctificatur per formam baptismi: sed solũ aqua illa, qua corpus baptizati abluitur. ergo nec in hoc sacro superflua quantitas panis, & vini consecrari potest.

SED CONTRA est, quòd multum opponitur pauco, & magnum paruo: sed nulla est ita parua quantitas panis, aut uini, quæ non possit consecrari. ergo etiam nulla est ita magna, quæ consecrari non possit.

RESP. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd sacerdos non posset consecrare immensam quantitatem panis, aut vini: puta totum panem, qui venditur in foro, aut totum uinum, quod est in dolio: sed hoc non videtur esse verũ, quia in omnibus habentibus materiam, ratio determinationis materiæ sumitur ex ordine ad finem, sicut materia serræ est ferrum, ut sit apta sectioni. Finis autem huius sacramenti est vsus fidelium. vnde oportet, quòd quantitas materiæ huius sacramenti determinetur per comparationem ad vsum fidelium: nõ autem potest esse, quòd determinetur ad vsum fidelium, qui nunc occurrunt: alioquin sacerdos paucos parochianos habens, nõ posset consecrare multas hostias. vnde relinquitur, quòd materia huius sacramenti, determinetur per comparationem ad usum fidelium absolute. Numerus autem fidelium est indeterminatus, vnde non potest dici, quòd quantitas materiæ huius sacramenti sit determinata.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cuiuslibet naturalis materia accipit determinatam quantitatem, secundum comparationem ad formam determinatam: sed numerus fidelium, ad quorum vsum ordinatur hoc sacramentum, non est determinatus. vnde non est simile.

AD SECVNDVM dicendum, quòd potestas ministrorũ ecclesiæ ad duo ordinat. Primo quidẽ, ad effectum pro-

SVPER Q. XV. Aliàs 74. Art. II.

108 4. dist. 11. q. 2. ar. 1. q. 3.

COncl. Non potest dici, quòd quãtitas materiæ sacramenti huius sit determinata.

¶ Prob. Quia si quãtitas huius sacramenti, esset determinata, oporteret; quòd determinaretur per cõparationẽ ad vsum fidelium (cũ usus fidelium sit finis huius sacramenti; in oĩbusq; habentibus materiã ratio determinationis materiæ sumatur ex ordine ad finem). Et usus fidelium. i. numerus fidelium tali sacramento utentium, est indeterminatus (ut patet.)

1m illatio conclusionis. Ergo multo magis, &c. ℞. Negatur illatio. §. Etiam si in cõclusione illata nõ apponeretur ly multò magis. Ratio negationis est quia non est simile, quod in pręmissis tanquàm simile adducitur. Cuiuslibet enim rei naturalis materia accipit, &c. ut in text. Hoc est; formaliter loquendo. In qualibet re naturali id, per cuius comparationẽ materia determinari, uel indeterminari debet, est determinatum (& hoc est forma naturalis): in sacramento autem Eucharistiæ non est sic. i. in sacramento isto id, per cuius comparationem materia determinari, vel indeterminari debet, est indeterminatum (& hoc est numerus fidelium, ad quorum vsum ordinatur Eucharistiæ sacramentum.)

2m maior. Ministris ecclesię non est a Christo data potestas ad ea; quæ pertinent ad irrisionem fidei, & sacramentorum eius. ℞. Est tamen eis a Christo data potestas ad faciendum id, quod est proprius effectus potestatis. §. Tunc mb. &c. Nam aliud est, sacerdotis potestatem extendi ad consecrandum totum panem in foro inuentum, totumq; vinum in cellario: & aliud est, potestatem ipsius extendi ad malum finem, qui ad prædictum potestatis effectum. i. ad talem consecrationem sequitur; puta, extendi ad irrisionem infidelium, & sacramentorum eius. Primum enim istorum vocatur effectus potestatis proprius. Vnde sacerdos per potestatem sibi a Christo datam hunc effectum facere potest: Alioquin, si per illam non posset eiusdem potestatis effectum proprium facere, videretur frustratoria ipsa potestas; cum illud sit frustra, quod ad effectum sibi proprium non potest extendi. Secundum verò illorum vocatur finis effectus prædicti. Vnde sacerdotis potestas sibi a Christo data non facit, neque potest facere, hoc (cum potestatis solummodo sit posse super suos effectus): sed hoc sequitur aliunde ad illam potestatem, tãquàm. s. ab aliquo alio factum. Et verè sic est. Nam quòd infideles, hoc viso, irrideant; procedit a malo intellectu, & mala voluntate, infidelium: similiter etiam quòd aliquis sacerdos faciat hoc ad irrisionem infidelium. i. vt infideles irrideant, procedit a mala voluntate illius sacerdotis, qua abutitur. i. ad malum finem vtitur potestate sibi tradita. Concludendum ergo restat quòd talia incõuenientia, puta irrisiones infidelium, nõ procedũt a potestate data a Chr̃o.

¶ Exam. Ly si sacerdos intendat conseruare, &c Hoc est. Si in sacramẽto cõficiendo habeat intentionem. q. 5. ar. 8. & non habeat rectam intẽtionem. q. 5. artic. 10. tunc ipse propter intentionem consecrat, & propter nõ rectam intentionem consecrãdo mortaliter peccat. q. 5 art. 6. Si igitur distorta intentio alicuius sacerdotis sequens eiusdem intentionem conficiendi sacramentum, non facit, quòd non perficiatur sacramẽtũ: multo minus vtique irrisio infideliũ, cum sit qd a sacerdote extrinsecum, facere poterit; quòd sacerdos per potestatem sibi datam nõ conficiat sacramẽtum. Relinquitur ergo dicẽdum, tanq̃ quoddã vniuersale fundamentum esse: quòd ex abusu potestatis nõ debet, neq; potest, inferri negatio potestatis. Puta; non valet cõsequentia hęc, scilicet iste, quicumq; interim sit, abutitur potestate faciendo sic; ergo non habet potestatem, qua possit facere sic. Alioquin omnis peccans, cum abutatur potestate sibi a DEO tradita. i. libero arbitrio, mox ipso facto vere diceretur non habere potestatem peccandi, id est liberum arbitrium, quo possit peccare. Quod ma[...]ssime constat esse falsum. Colligendo igitur omnia; per simile notius nobis dic. Sicut Deus dedit homini potestatem peccandi, idest potestatem, qua possit, sed non debeat, peccare; ita sacerdoti (de quo loquitur præsens textus) dedit potestatem, qua possit, sed non debeat, consecrare totum panem qui venditur in foro, & totum vinum quod est in cellario. Vnde sicut in illo ex eo, quòd abutitur potestate peccandi, dum peccat, non debet negari potestas peccandi: ita in sacerdote isto ex eo, quòd abutitur potestate consecrandi, dum tantã panis & vini materiam cum scandalo consecrat, non debet (ut facit argumentum) negari potestas prædicta omnia consecrandi.

¶ COROLLARIVM. Ergo, ex textu responsali sic exposito, dici quòd illa authoritas Apostoli. 1. Cor. 10. nec bene ab argumento intelligitur, nec bene applicatur. Si enim bene ab eo intelligeretur, ipsum non confunderet (ut facit) potestatem cum fine potestatis, sed distingueret ista duo: si etiam bene applicaretur, ipsum non inferret (ut facit) ly ergo hoc facere non potest; sed inferret, ergo hoc facere non debet. Porrò, ad veram præmissæ auctoritatis notitiam, diligenter considerandũ est: quòd Apost. dicit & potestatẽ sibi datam, & potestatem talem a datore esse ordinatam ad hũc finem, non ad illum. i. ad ædificationem, non ad destructionẽ. Potestatem, inquit, quã dedit mihi Deus (Ecce primũ): in ædificationẽ, non in destructionẽ. (Ecce secũdũ). Ac si aperte dicat. Potestatem dedit mihi Deus: &, in dando eã mihi, intendit; ut ego bene vtar ea, non autem male. En duo. s. potestas, & vsus potestatis: vnum datũ. s. potestas, aliud intẽtũ. i. bonus vsus potestatis: vnũ prius. s. potestas, aliud posterius. s. bonus vsus potestatis. Si duo sunt, atq; distin-

cta realiter ab inuicem, vt clarè docet litera ipsa; non confundantur insimul, quasi vnum sint. Et, si quis velit ea aliquo modo confundere, idest facere quòd vno negato negentur ambo; nouerit saltem regulam hanc, scilicet quòd ex negatione posterioris non sequitur negatio prioris, sed ex negatione prioris sequitur negatio posterioris: sicut e conuerso ex affirmatione posterioris sequitur affirmatio prioris, sed ex affirmatione prioris non sequitur affirmatio posterioris. Licet.n. valeat discursus hic; Talis habet bonum vsum potestatis, ergo habet potestatem: non tamen valet, Talis habet potestatem, ergo habet bonum usum potestatis. Rursum. Licet valeat; Talis non habet potestatem, ergo non habet bonum vsum potestatis: non tamen valet; Talis non habet bonum vsum potestatis, ergo non habet potestatem. Prædicta, a notioribus nobis (ut supra) clarius intellige. Potestatem bene, & malè, faciendi.i.liberum arbitrium, dedit mihi Deus in ædificationem, non in destructionem.i.ut bene vtar eo, non ut malè vtar. Numquid, si non bene vtor libero arbitrio, careo libero arbitrio? Minimè. Numquid, si bene vtor illo, habeo illud? Vtique. Numquid non habens liberum arbitrium, utetur bene ipso? Nequaquam. Numquid talis viator (ad differentiam status futuri) habens liberum arbitriū, poterit vti bene ipso? Vtique. Applica tu singula singulis. Pro quibus & vide contra errores quorundam Veritates aureas super legem veterem, Genes.41.conclus.4.& Exod.32. conclus.5.& Numer.16. conclus.3. Item Addition. articulorum numero 103. cum Elucid.

proprium: secundo, ad finem effectus: secundum autem, non tollit primum. Vnde si sacerdos intendat consecrare corpus Christi, propter aliquem malum finem (puta ut irrideat, vel veneficia faciat) ꝑpter intentionem mali finis peccat: nihilominus tamen propter potestaté sibi datam perficit sacramentum.

Ad tertium dicendum, quòd baptismi sacr̃m perficitur vsu materiæ: & ideo per formã baptismi non plus de aqua sanctificatur, q̃ quantũ uenit in vsum: sed hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ: & ideo non est simile.

3^m illatio conclusionis. Ergò nec in hoc, &c. Negatur illatio. §. Non enim est simile iudicium de his faciendum; de quibus præmissæ huius conclusionis simile iudicium & faciunt, & faciendum putant. Nam baptismi sacramentum perficitur, &c. ut in tex. Ex quo dic: quòd eadem ratione, quantum est ex parte potestatis super materiam, potest consecrare centum millia panum, & plus, qua ratione potest consecrare vnam particulam panis, i. vnam, quam vocant, hostiam.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis: quòd materia sacramenti Eucharistiæ non est determinata, ita. s. quòd sacerdos non possit consecrare materiam nisi in tali numero, & non supra. Insinuatur autem per hoc, tanquàm per locũ a simili, quòd legitur Matt. 19. & Mar. 10. Quod Deus coniunxit, homo non separet. Ac si dicat, in proposito. Quod Deus absolute, seu indeterminate, concessit; homo non restringat. Porrò, Deus (vt patet in Euangelio) concessit absolute potestatem consecrandi sacerdotibus, non determinando illam ad tantam præcise, & non maioremue, materiam consecrandam; ergo homo non debet restringere hanc potestatem, dicés videlicet; quòd sacerdos non habet potestatem consecrandi materiam nisi in tanto numero, non pluri, existentem. Dixi ly ut patet in Euangelio: quia dicit Christus Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Quo sanè dicto discipulos constituit sacerdotes, ipsisq; & alijs sacerdotibus in nouo testamento futuris, consecrandi panis & vini potestatem absolutè condonauit. Hoc enim docet Concilium Triden. sess. 22. cap. primo, dicens. Deus, & Dominus noster, sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in æternum constitutum declarans, corpus & sanguinem suum, sub speciebus panis & vini, Deo Patri obtulit: ac sub earundem rerum symbolis, Apostolis, quos tunc noui testamenti sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit; & eisdem, eorumque in sacerdotio successoribus, vt offerrent, præcepit per hæc uerba, Hoc facite in meam commemorationem; vti semper catholica ecclesia intellexit, & docuit. Hæc ibi. & cano. secundo. Si quis dixerit; illis verbis, Hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apostolos sacerdotes: aut non ordinasse, ut ipsi, alijque sacerdotes offerrent corpus & sanguinem suum: anathema sit. Hæc ibi. Et sess. vigesimatertia, cap. primo. Nouum, visibile, & externum, sacerdotium a Saluatore nostro institutum esse; atque Apostolis, eorumque successoribus in sacerdotio, potestatem traditam consecrandi corpus & sanguinem eius; sacræ literæ ostendunt, & catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit. Hæc ibi. Quod & canone primo anathematizat contrarium dicentes. Prædicta verba, quamuis multa, ponunt ne vllam limitationem circa potestatem datam de materia consecranda; ut paucam, & non plurimam, sacerdotes materiam consecrare possint? Non. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

In hoc articulo aduerte, quòd aliud est loqui de determinata quantitate materiæ, & aliud de præsentia eiusdem: in litera siquidem dicitur non esse determinatam quantitatem, sed non dicitur similiter de præsentia. Et hoc pro tanto dictum sit, ut non putetur idem, aut simile iudicium de præsentia, & de quantitate. nam in vtraq; forma eucharistiæ mentio fit de præsentia per pronomen hoc, seu hic, & propterea oportet præsentem esse materiam consecrandam. De quantitate uero non fit mentio: quàmuis locus sit dubitationi quo ad quantitatem vini: quia de quantitate eius fit mentio in forma consecrationis dum dicitur, Hic est calix: oportet enim vinum contineri in calice, ac per hoc quantitatem eius calicem non excedere. Sed hoc non cogit: quoniam potest sacerdos habere coram se multos calices plenos, & simul omnes consecrare, sicut simul consecrat multas hostias. Vnde ex quantitate calicis, non habetur determinata quantitas.

---

Ferr. 4. cont. c. 68.
S. Bon. 4. s. d. 11. q. 4. a. 2.
Scot. 4. s. d. 11. q. 1.
Rich. 4. s. d. 11. q. 3. a. 1.
Duran. 4. s. d. 11. q. 4.
Bacco. 4. s. d. 8. q. 2.
Sot. 4. s. d. 9. q. vni. art. 3.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum requiratur ad materiam huius sacramenti, quòd sit panis triticeus.*

109

4 dist. 11. q. 2. ar. 2. q. 1. Et d. 19. q. 1. ar. 2. q. 3. ad primũ. Et 4. cõtra c. 68. Et 1. Cor. 11. le. 7. in prin.

Ad tertium sic proceditur. Vr quòd non requiratur ad materiã huius sacr̃i, quòd sit panis triticeus hoc. n. sacr̃m est rememoratiuum Dominicæ passionis: sed magis videtur esse consonum Dominicæ passioni panis hordeaceus, qui est asperior, & de quo etiã Christus pauit turbas in monte (vt dicitur Ioan. 6.) quàm panis triticeus. ergo panis triticeus non est propria materia huius sacramenti.

¶ 2 Præt. Figura est signum speciei in naturalibus rebus, sed quædam frumenta sunt, quæ habent similem figuram grano tritici, sicut, far, & spelta, de qua etiam in quibusdam locis panis conficitur ad vsum huius sacramenti. ergo panis triticeus non est propria materia huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Permistio speciem soluit: sed vix inuenitur farina triticea, quæ alterius frumenti permistioné non habeat, nisi forte de electis granis studiose fiat. non ergo videtur q panis triticeus sit propria materia huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Illud, quod est corruptum, videtur esse alterius speciei: sed aliqui conficiunt ex pane corrupto, qui iã non videtur esse panis triticeus. ergo videtur quòd talis panis non sit propria materia huius sacramenti.

Sed contra est, quòd in hoc sacramento continetur Chr̃s, qui se grano frumenti comparat. Io. 12. dicés, Nisi granũ frumenti cadens in terram, mortuũ fuerit, ipsum solum manet.

SVPER Q. XV. Aliàs 74. Art. III.

Concl. Propria materia sacramẽti Eucharistiæ est panis triticeus.

¶ Prob. 1. Quia panis triticeus in usum comestionis communius venit apud homines (vt patet. Cùm alij panes si veniunt quãq; sint in vsum talé, introducti sint i defectũ panis tritici.) Secundò, quia panis

panis triticeus, ex confortatione homini data, significat conuenientius effectum sacramenti Eucharistiæ.

**1^m maior.** Hoc sacramentum est rememoratiuum Dominicæ passionis. ℞. Et pertinet ad suaue iugum Christi, ad veritatem iam manifestatam, atque ad populum spiritualem. §. Tunc nihil &c.

Licet enim panis ordeaceus, ratione asperitatis suæ, videatur conuenientior ad rememorandum Christi passionem, ut sic. i. ut passio est: tamen ipsemet panis, ratione aliarũ suarum conditionum in textu enumeratarum, est triticeo ineptior ad rememorandum Christi passionem, ut causantis tum suauitatem iugi Christi, tum manifestationem veritatis, tum spiritualitatem populi. Cùm igitur sacramentum Eucharistiæ ex passione Christi ibi commemorata producat specialiter in manducantibus digne tria hæc. s. suauitatem iugi Christi, illuminationem ad cognoscendum viam veritatis, & spiritualitatem ad viuendum secundũ viam eandem; & panis triticeus ad significandum hæc, sit aptior (ut colligi potest ex tex. cor.) ideo, etiam ex hac parte. s. inquantum est Dominicæ passionis rememoratiuum, requirit pro sua materia conuenienti panem triticeũ. Præponderant. n. tria hæc asperitati illi: ut patet recte consideranti prædicta.

† Ar. 1. huius q. Et q. 66. ar. 3.

† Q. 61. circa prin. tomo 4.

**2^m de maiori.** Est signum speciei. ℞. Vel propinquitatis speciei. §. Tunc nihil &c. Nam similitudo figuræ in talibus (de quibus loquitur minor) magis videtur significare, &c. vt in text. Vbi, pro conscientia in tanto sacramento, diligẽtissime nota ly unde &c. ly nullo modo, ly non potest. Cum enim resolute (ut patet ad literam) loquatur fidelissimus hic Ecclesiæ sanctæ Doctor: non est tutum in ambiguo ponere id, quod ipse tam manifeste determinat, in tanta re.

**3^m de maiori.** Permixtio. ℞. Magna. §. Puta; Ex æquo, vel quasi. Tunc nihil &c. vt patet in tex.

**4^m maior.** Quod est corruptum, videtur esse alterius speciei. ℞. Quandoque; sed non semper. §. Vt declaratur in tex. Tunc nihil &c. ut patet ibid.

manet. ergo panis frumenti, siue triticeus, est materia huius sacramẽti.

Resp. Dicendum, quòd sicut dictum est, † ad usum sacramentorum assumitur talis materia, quæ communius apud homines in talem usum venit. Inter alios autem panes communius homines vtuntur pane triticeo: nam alii panes videntur esse introducti in huius panis defectum, & ideo Christus creditur in huius panis specie hoc sacramentum instituisse, qui etiam panis magis confortat hominem, & ita conuenientius significat effectum huius sacramenti: & ideo propria materia huius sacramenti, est panis triticeus.

Ad primum ergo dicendum, quòd panis ordeaceus competit ad significandam duritiem veteris legis propter duritiẽ panis: tum etiã, quia, ut Aug. † dicit in lib. 83. Quæstionum, ordei medulla, quæ tenacissima palea tegitur, vel ipsam legem significat, quæ ita data erat, ut in ea vitale animæ alimentum corporalibus sacramentis obtegeretur, uel ipsum populum nondum expoliatum carnali desiderio, quod tanquam palea cordi eius inhærebat: hoc autem sacramentum pertinet ad suaue iugum Christi, & ad veritatem iam manifestatam, & ad populum spiritualem, vnde non esset materia conueniens huius sacramenti panis ordeaceus:

Ad secundum dicendum, quòd generans generat sibi simile in specie, sit tamen aliqua dissimilitudo generantis ad genitum quantum ad accidentia, uel propter materiam, vel propter debilitatem virtutis generatiuæ, & ideo si qua frumenta sunt, quæ ex semine tritici generari possunt (sicut ex grano tritici seminato in malis terris, nascitur siligo) ex tali frumento panis confectus, potest esse materia huius sacramenti, quod tamen non videtur habere locum neque in ordeo, neque in spelta, neque etiam in farre, quod inter omnia est grano tritici similius. Similitudo autem figuræ in talibus, magis videtur significare propinquitatem, quàm identitatem speciei, sicut ex similitudine figuræ manifestatur, quòd canis, & lupus sunt, propinquæ speciei, non autem eiusdẽ, vnde ex talibus frumentis, quæ nullo modo possunt ex semine tritici * generari, non potest confici panis, qui sit debita materia huius sacramenti.

* Alias grani.

Ad tertium dicendum, quòd modica permistio non soluit speciẽ, quia id, quod est modicum quodãmodo absumitur a plurimo, ideo si sit modica admistio alterius frumenti ad multo maiorem quantitatem tritici, poterit exinde confici panis, qui est materia huius sacramenti, si vero sit magna permistio, puta ex æquo, vel quasi, talis permistio speciem mutat. vnde panis exinde confectus, non erit debita materia huius sacramenti.

Ad quartum dicendum, quòd aliquando est tanta corruptio panis, quòd soluitur species panis, sicut cũ continuitas soluitur, & sapor, & calor, & alia accidentia mutãtur, vnde ex tali materia non potest cõfici corpus Christi. Aliquãdo vero non est tanta corruptio, quę speciem soluat, sed est aliqua dispositio ad corruptionem, quod declarat aliqualis immutatio saporis, & ex tali pane potest confici corpus Christi, sed peccat conficiens propter irreuerentiam sacramenti. Et quia amidum est ex tritico corrupto, non videtur quòd panis ex eo confectus, possit fieri corpus Christi: quamuis quidam contrarium dicant.

AR-

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, & concilio; quòd panis, qui est materia sacramenti Eucharistiæ, debet necessario esse triticeus. A scripturis quidem per hoc, quòd Christus, qui se panem dicit Ioan. sexto, comparat se grano frumenti. Ioan. 12. Nisi granum &c. vt in argu. contr. Item per hoc, quòd dicitur Matt. vigesimosexto, & Marc. decimoquarto, & Luc. 22. accepit Iesvs panem, benedixit &c. dicens; hoc est corpus meum. Regula enim est etiam apud Phylosophum; quæ dicit: Simpliciter dico, quod nullo addito dico. Vnde, cum ibi ly panem, dicatur nullo addito. i. sine aliqua limitatione seu specificatione, oportet dici; quòd intelligatur de pane simpliciter dicto. Cõstat verò, quòd panis simpliciter dictus non est nisi panis triticeus. Cæteri enim panes cum additamento communiter uocãtur: vt panis spelta, panis speltæ, panis ordei, farris, milij &c. Adde, quòd non tantum communiter. i. in cõmuni locutione hominum, sic uocantur; sed etiam in sacro vsu Euangelistarũ, ut Io. 6. panes ordeaceos. Quòd si instetur quòd Matt. 14. Marc. 6. Luc. 9. dicunt simpliciter panes, quoniam nõ addunt ly ordeaceos; cum tamen essent ordeacei; quoniã est idem miraculũ ibi ab omnibus narratum: ut apparet ex collatione circunstantiarum eiusdem literæ miraculum ipsum de panibus narrãtis. Si sic, inquam, insletur, magis confirmatur ueritas prædicta circa regulam illam, & vsum loquendi Euangelistarum. Nam & Matthæus, & Marcus, & Lucas (stante identitate miraculi cũ Ioanne) intelliguntur addidisse ly ordeaceos, etsi expresse uerbatim non addiderint. Ratio est: quia nisi iuxta regulam vsitatam hominum additio illa ad ly panes non fuisset subintellecta ab ipsis, Ioãnes post illos scribens non adderet ly ordeaceus: quoniam tunc suos coeuangelistas de falsitate taxaret, si eosdem panes uocatos panes simpliciter, etiam in sensu ipsorum, uidens ab alijs diceret non fuisse panes simpliciter, sed tantum cum additamẽto, scilicet ordeaceos. Cũ igitur nulla uel minima falsitas sit, imo nec esse possit, in canonicis scriptoribus, præcipuè in Euangelistis (iuxta firmam doctrinam Sãcti Tho. 1. q. 1. ar. octauo, ad secundum.) oportet dicere, & quòd alij tres Euangelistæ, dicendo ly panes, subintellexerunt quòd erant panes solum cum additamento: & quòd Ioannes Euangelista quartus, dicendo ly ordeaceos, exprimere uoluit additamentum illud, quod illos suos prædecessores in sensu tantum continuisse, cognouerat. Vnde multa bona sic loquendo nobis aperuit: primum, quòd panes simpliciter accepti sunt panes triticei. Secundum quòd illi quinq; panes non fuerunt simpliciter accepti ab alijs Euangelistis, licet fuissent simpliciter dicti. i. ab eis prolati. Tertium, quòd mos canonicorum scriptorum est, ut unus exprimat illud, quod alius subintelligendo tacuit. Quod quidem tertium etiã sanctus doctor, quasi a simili, docens dixit. 1. quæst. prima, artic. nono, ea quæ in uno loco scripturæ traduntur sub metaphoris, in alijs locis expressius exponuntur. & art. 10. non tamen ex hoc deperit aliquid sacræ scripturæ, quia nihil sub spirituali sensu continetur fidei necessarium, quod scriptura per literalem sensum alicubi manifeste non tradat. Hæc ille. Secundum ergo doctrinã hanc per locum a simili datam, & sin morem Euãgelistarum ad ly accepit Iesvs panẽ, &c. dicẽs, hoc est corpus meũ, debuerat ab aliquo addi ly ordeaceũ, uel aliquid huiuσ; si per ly panem, non debuisset absolutè intelligi panis simpliciter.

citer.i.triticeus: maximè cum tunc ageretur de re neceſſaria ad fidem pro confectione continua tanti ſacramenti. Si enim tam ſolicitus fuit Euangeliſta vnus pro zelo manifeſtandæ veritatis (vt ſupra) in re minoris momenti ad explicandum ly hordeaceos, nè fieret error in intelligendo ly panes, ab alijs Euangeliſtis ſimpliciter prolatos: quomodo non magis fuiſſet ſolicitus aliquis ipſorum ad exponendum per additionem aliquam ly panem, cum ſimpliciter dictum ſit in ly accepit IESVS panem; niſi quilibet illorum firmiter cognouiſſet, quòd ſicut ibi ly panem, ſimpliciter proferebatur, ita & ſimpliciter intelligebatur? Pro conſtanti ergo per hoc denotare vnanimiter omnibus legentibus voluerunt: quòd panis a Domino noſtro conſecratus fuit panis ſine additione dictus.i.panis triticeus. Sed adhuc audi vocem, & expoſitionem Eccleſiæ. A Concilio igitur Florentino, ubi doctiſſimi Patres & Orientales & Occidentales, pro declaranda dogmatum fidei veritate, non ſine Spirituſſancti ducatu & aſſiſtentia conuenerunt, inſinuatum fuit intentum in principio huius appendicis dictum; & ideo expoſitum, quem nam ſenſum habeant Euangeliſtæ ubi de ſacramento Euchariſtiæ loquentes dicunt ly accepit panem. In decreto itaque Armenis dato, ſeu (ut alicubi prętitulatur) in conſtitutione Concilij Floren. ſuper vnione Armenorum: cum uenitur ad ſacramentum hoc dicitur. Tertium eſt Euchariſtiæ ſacramentum; cuius materia eſt panis triticeus. (Et infra). Forma huius ſacramenti ſunt verba Saluatoris; quibus hoc ſacramẽtum confecit. Nam ipſorum verborum virtute ſubſtantia panis in corpus Chriſti conuertitur. Hæc ibi. Vbi ex ſerie plana contextus eius vide expoſitionem ſupradictam. Ecce. Poſtquàm præmiſerat ly panis triticeus, ſubdit: quòd ſaluator confecit ſacramentum uerbis. i. quòd uirtute uerborum ſuorum ſubſtantia panis in corpus Chriſti conuerſa eſt. Vnde didicit concilium, quòd Chriſtus pro conficiendo ſacramento habuit panem? Ab Euangelio vtique. Hunc ergo panem, quem tunc accepiſſe Chriſtum, videt in Euangelio; concilium ipſum interpretatur fuiſſe triticeum. Clara ſunt omnia, & adeo; vt ampliori declaratione non egeant. Hoc ſolummodo pro ipſorum ſimiliumque in te firmiori tenacitate recolendum fore pro ſemper aduertito: quod dixit Concilium Triden. ſeſſ. quarta, decreto de edition. & vſu ſacror. libror. Nemo ſuæ prudentiæ innixus, in rebus fidei, & morum ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium ſacram ſcripturam ad ſuos ſenſus contorquens contra eum ſenſum quem tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia, CVIVS EST IVDICARE DE VERO SENSV, ET INTERPRETATIONE SCRIPTVRARVM SANCTARVM, Scripturam ipſam interpretari audeat. Hæc ibi. Quæ cum ſupradictis (ſicut etiam alijs quibuſcumque vbique quandocumque dictis uel dicendis) in omnibus conferas; & attẽde: ut ab Eccleſiæ norma numquàm alicubi, vel ungue lato diſcedas. Secundò vides: quomodo ex ijs bene penſatis, &c.

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus, vt ſonat.

¶In hoc art. magna eſt quæſtio, & ſatis obſcura de materia euchariſtiæ quo ad panem: habet enim multas difficultates, & varias opiniones. Eſt ſiquidem difficultas prima (quam tractat Auctor in litera) propter diuerſitatem frumentorum, eſt & alia difficultas comparando panem ad paſtam. Et Albertus quidem magnus in 4. ſent. diſt. 12. tenet panem ex ſpelta eſſe materiam euchariſtiæ (quem ſequitur Petrus de Pal.) ſimiliter tenet ex amido panem confectum poſſe conſecrari. Auctor uero tam circa amidum, quam circa ſpeltam opinatur contrarium: ſed apponit ſiligineum panem, quem Albertus negare uidetur: de paſta quoque Scotus tenet partem negatiuam, ponendo tamen paſtam eſſe eiuſdem ſpeciei cum pane, quid autem inter tot uaria tenendum ſit, ad rationes oportet deducere.

¶Tria ſunt fundamenta, ex quibus proceditur. Primum eſt, unitas ſpecifica materiæ. Creditur enim eiuſdem ſpeciei debere eſſe materiam in hoc ſacramento, ſicut & in cæteris inuenitur, & hinc infertur, quòd ex ſolis illis frumentis, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei cum tritico, poteſt confici panis pro hoc ſacramento, & per hanc viam proceſſiſſe videntur Auctor in litera, Scotus, Durand. & Petrus de Pal. habetque via hæc difficultatem annexam illa propoſitione, generat ſibi ſimile ſecundum ſpeciem, quoniam hac vtitur ad diſcernendum diſtincta ſpecie a tritico.

¶Aliud fundamentum eſt contrarium huic, pro quanto ponit ſufficere genus proximum ad triticum: ita quòd frumentum quod eſt genus, ſufficit ad conficiendum panem pro ſacramento. Et hac uia proceſſit Albertus, ponens tamen ſolum duas frumenti ſpecies, ſcilicet triticum, & ſpeltam. Habetque fundamentum aliquod in Euangelij verbis, quibus dominus ſe comparat grano frumenti.

¶Tertium demum fundamentum, quod magnifacit Petrus de Palude, eſt auctoritas quarundam eccleſiarum, quæ conſecrant panem confectum ex ſpelta, quod etiam tangit Auctor in litera, dum in ſecundo argumento obijciendo affert, quòd de ſpelta in quibuſdam locis panis conficitur ad vſum huius ſacramenti.

¶Ad quæ quidem fundamenta ſi libere reſpexerimus, nullam cogentem inueniuntur habere rationem, niſi ultimum propter auctoritatem Spirituſſancti gubernantis eccleſiam: nam ob ſimiles particulares conſuetudines, venerabiliter ſuſtinent Theologi, plures ſacerdotes conſecrare eandem hoſtiam, ut inferius patebit. Et hæc ſint dicta comparando panem ad materiam remotã. Comparando uero ad materiam proximam, duæ rationes diuerſas inducentes difficultates occurrunt. Prima eſt, de identitate, ſeu diuerſitate inter panem, & paſtam: ſecunda eſt, ex diuerſitate modorum coquendi paſtam. Obſcura ſiquidem uidetur differentia inter panem, & paſtam crudam: reputat enim Scotus probabile eſſe, quòd non differant ſpecie, quia decoctio non facit, niſi exhalationem humoris aquei, & miſtio non eſt ibi, niſi iuſta poſitio, & ex pane ſit paſta, ſi mica digitis comprimatur. Oppoſitum autem rationabilius uidetur: quoniam decoctio applicando actiua paſſiuis ſpeciem panis facit, ſicut maturatio de agreſta faciendo vuam, facit de agreſta uinum. Ars enim in confectione panis, non concurrit, niſi applicando actiua paſſiuis, ut patet ex hoc, ꝙ forma panis eſt forma ſubſtantialis, quod conuincitur apud fideles, ex hoc quòd panis tranſſubſtantiatur in corpus Chriſti, & accidentibus remanentibus non remanet panis, quæ remaneret cum reliquis accidentibus, ſi accidens ſignificaret. Vnde, & falſum eſt, quòd dum paſta decoquitur in clibano, fiat ſola euaporatio humidi: decoctio enim digerit, & generat panem, miſtione autem, aut iuxta poſitione nulla opus eſt noua, ſed prima miſtio farinæ cum aqua (ex quibus confecta eſt paſta tanquam ex elementis, ac materia tranſeunte) decoctione digeritur, & ad terminum deducitur, panem ſcilicet. Nec admitto ex pane fieri paſtam, ſed micam mollem ſimilem paſtæ. Acceptabilior autem apparet hæc poſitio contemplanti diuerſitatem ſpecificam inter agreſtam, uinum, & acetum ex eiſdem vuis ob diuerſam caloris cauſalitatem: agreſta.n. eſt ſuccus crudus, uinum uero ſuccus digeſtus, acetum autẽ addit exceſſiuam ſuper calefactionem, ut teſtatur experientia, dum uinum expoſitum calori, aceſcit, & cupientes acetum bonum habere, ad loca calida dolium transferunt. Ex his enim apparet ex ſola caloris differentia ex parte actiui, ſpecificum progreſſum poſſe fieri ex parte materiæ, licet non ſemper fiat, non enim differt ſpecie pirum coctum a piro crudo. Diuerſi vero coquendi modi, ſcilicet, vel aſſando, uel elixando, ſpeciem uariare non uidentur, panis ſiquidem elixus, ut lagana, aut frixus (quo etiam modo lagana in veteri lege offerebantur) aut aſſus, ut panis in clibano, & ſubcinericius, & hoſtia, eiuſdem videntur ſpeciei quo ad ſubſtantiam, ſolaque accidentali forma differre videntur. Verum in propoſito modo, videtur vtrumque paruipendendum, ita quòd nec ex diuerſitate ſpecifica, nec ex identitate ſpecifica, ſufficiens ratio habeatur. Sed credendo quod nec paſta, nec panis, niſi aſſus, eſt conſecrabilis, rationẽ aliunde ſumentes, dicimus ꝙ ſicut in ſacramẽto baptiſmi aqua a Chriſto eſt inſtituta, ita in euchariſtia panis, & quemadmodum ibi aqua intelligitur nõ ſolum ſubſtantia aquæ, ſed etiam quòd ſit ſub forma aquæ (& propterea aqua ſub forma grandinis, aut niuis, non eſt materia baptiſmi) ita per panem intelligendus eſt panis, & ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum formam panis. Et per hoc excluduntur quæcumque conſtant ex paſta cruda, & ſimiliter quæcumque conſtant ex paſta elixa: hæc enim non habere formam panis (dato quòd panes ſint) uſus teſtatur humanus, quo his non utimur vt pane, ſed potius hæc comedimus cum pane, & ex hoc ipſo profitentes diſtinctionem horum a pane. Aſſato autem pane ſolo vtimur vt pane, & propterea crediderim ipſum ſolum eſſe conſecrabilem: materia enim hæc paucas habet aſſertiones, unde & Auctor in litera opinatiue loquitur, cum excludit ſpeltam, & amidum, de quo adhuc ſub iudice lis eſt, & mihi videtur dicendum, ut ſupra, ſcilicet, quòd ſi panis confectus ex eo eſt abſolute panis, poteſt conſecrari. Nec obſtat corruptio tritici: dicentibus alijs, triticum non corrumpi tunc, ſed ablui, & depurari, & alterari: alijs autem ꝙ corruptio nihil officit: quoniam non eſt corruptio ſimpliciter, ſed corruptio, quæ eſt via ad generationem panis, quam oportere interuenire probatur ex eo, quòd triticum eſt materia tranſiens reſpectu paſtæ, & pani.

Petr.

*Ferr. 4. cont. c. 68. Sco. 4. s. d. 9. q. vni. art. 4.*

## SVPER QVAEST. XV. Aliàs 74. Art. IIII.

CONCL. 1. Non est de necessitate sacramenti, quòd panis sit azimus, vel fermentatus.

¶ PROB. Quia & in azimo, & in fermentato, sacramentum confici potest.

¶ CONCL. 2. Conueniens est, vt vnusquisq; seruet ritum suæ ecclesiæ in sacramenti celebratione: aliter autem faciens peccaret.

¶ PROB. Quia insinuatur hoc ex B. Gregorio in Registro. Secunda autem pars, scilicet aliter &c. patet i textu ly sicut peccat, &cæt. vsque ad ly ecclesiæ suæ ritum.

¶ CONCL. 3. Consuetudo celebrandi de pane azimo est rationabilior.

¶ PROB. 1. Quia Christus instituit Eucharistiæ sacramentum in die azimorum ( ut patet Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. ) Secūdò, quia panis est propriè sacramentum corporis, magis quàm Deitatis (vide Gregorium in text. prob. conclu. secunda.) Tertiò quia esse azimum competit magis synceritati vtentiū hoc sacramento. primo Corinth. 5.

¶ CONCL. 4. Consuetudo Græcorum, qua celebrant in fermentato, habet aliquam rationem.

¶ PROB. Quia illorum consuetudo talis, & habet significationē a B. Gregorio tactam, in registro; & fit in detestationē hęresis Nazareorum.

I^m minor. Christus videtur hoc sacramentum instituisse in pane fermentato. B. Negatur. §. Non enim in tali, sed in azimo, institutum: ut dicit prima probatio conclusionis tertiæ. Ad probationem respondetur: quòd non probat negatum. Ratio huius est; quia non bene intelligit dictum Ioann. decimotertio. Nam ibi ly ante diem festum Paschæ, est idē; quod prima dies azimorum.

¶ NOT. Pro huius vltimi dicti captu sciendum est: quòd dies festus Paschæ erat quintusdecimus dies Martij. Sic enim legitur. Exod. 12. Septem diebus azima comedetis. Dies prima erit sancta & solennis. Primo mense quartadecima die mensis ad vesperam comedetis azima vsque ad diem vicesimamprimam eiusdem mensis ad vesperam. Ecce. Quartadecima non est dies prima solemnis illarum septem: alioquin non tantum septem ( ut uolebat Deus ) sed octo dies fuissent ij; ut patet enumerantibus. Oportet igitur: quòd quintadecima dies fuerit prima, quæ erat solemnissima: quoniam ab illa computando vsque ad vicesimam primam inclusiuè, inueniuntur tantum septem dies; qui omnes dicebantur dies azimorum, in quibus scilicet nihil fermentatum poterat absq; mortali peccato a Iudæis comedi. Stantibus his, secundum Exod. 12. Notandum etiam est secundum eiusdem literam planam; quod festus dies incipiebat solemnizari, quò ad ritū immolationis agni Paschalis, in uespera diei præcedentis ( sicut nunc clerici festa, puta Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, incipiunt solēnizare, quò ad officium canonicæ horæ vesperarum, in die præcedenti, puta in vigilia festi eorum): quoniam ibi dicitur. Quartadecima die ad vesperā comedetis azima. s. cum agno Paschali; de quo ibi prædiuerat & quòd tunc immolaret eū uniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam, & quod comederent tūc simul cum eo panes azimos. Ex litera itaque apertissima. Exodi cui opti me concordat litera. Leuit. 23. habētur duo: primum quidē, quòd prima dies azimorum festiua erat quintadecima dies mensis primi. (Hic apud nos di Martius): Secundum autem est, quòd ipsa dies prima incipiebat, quo ad prædicta, solemnizari in uespera diei quartædecimæ. Vespera ergo quartædecimæ & erat, secūdum ritum prædictum, prima dies azimorum. i. reputabatur pro quintadecima; & erat, secundum diem naturalem, ante diem festū. i. ante illam primā diem festiuam. Non enim potest ( naturaliter de diebus loquendo) quartadecima dies esse quintadecima, sed solum esse ante ipsam: quamuis ( iuxta ritus præmissos loquendo ) sit aliter, prout declaratum est. Ecce exemplum de clericorum officio uespertino in uigilijs Apostolorum, martyrum, &c. Et facillimè cognosces inde hoc, quod nunc dicitur de Euangelistarum con sensu. s. quòd ly ante diem festum Paschæ. Ioan. 13. Est prima dies azimorum. Matth. vigesimosexto. idest, est ipse dies festus Paschæ. Beatus enim Ioannes, cum vidisset priores coeuangelistas dixisse ly prima die azimorum, nē nos errore seducti crederemus eos intellexisse

110 4. di. 11. q. 2. a. 1. q. 3. Et 4. cont. a. p. 68. Et opusc. 1. ca. 61. & 10. 13.

*Q. 73. artic. 3. ad 3.

* gl. interlinearis ibid.

* In decr. li. 3. tit. 41. ca. literas, & est vltimum illius tituli.

*Ar. præc.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum hoc sacramentum debeat confici ex pane azimo.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum non debeat confici ex pane azimo. Debemus enim in hoc sacramento imitari institutionē Christi: sed Christus videtur hoc sacramentum instituisse in pane fermentato quia sicut legitur. Exod. 12. Iudæi secundum legem incipiebāt vti azimis in die Paschatis ( quod celebratur quartadecima Luna ) Christus autem instituit hoc sacramentum in cœna, quam celebrauit ante diem festū Paschę, ut habetur Io. 13. ergo, & nos debemus hoc sacramentum celebrare in pane fermentato.

¶ 2 Præt. Legalia non sunt obseruanda tempore gratiæ: sed vti azimis, fuit quædam legalis ceremonia, vt patet Exod. 12. ergo in hoc sacramento gratiæ non debemus azimis vti.

¶ 3 Præt. Sicut supra dictum * est, eucharistia est sacramentum charitatis, sicut baptismus fidei, vt supra dictum est, sed feruor charitatis significatur per fermētum, vt patet in gl. * super illud Matth. 13. Simile est regnum cœlorum fermento, &c. ergo hoc sacramentum debet confici de pane fermentato.

¶ 4 Præt. Azimum, & fermentatum sunt accidentia panis, non variantia eius speciem: sed in materia baptismi nulla discretio adhibetur circa differentiam accidentium aquæ, puta si sit salsa, vel dulcis, calida, vel frigida. ergo in hoc sacramento aliqua discretio adhiberi non debet, vtrum panis sit azimus, vel fermentatus.

SED CONTRA est, quòd extra de celebrat. * Missarum c. Literas, punitur sacerdos, q in pane fermentato, & scypho ligneo missarum solennia celebrare præsumpsit.

RESP. Dicendum, quòd circa materiam huius sacramenti, duo possunt considerari, s. quid sit necessarium, & quid conueniens: necessarium quidem est, ut sit panis triticeus, sicut dictum est, * sine quo non perficitur sacramentum: non est autem de necessitate sacramenti, quòd sit azimus, vel fermentatus, quia in vnoquoque confici potest. Conueniens autem est, ut vnusquisque seruet ritum suæ ecclesiæ in sacramenti celebratione. Super hoc autem, sunt diuersæ ecclesiarum consuetudines: dicit enim Beatus Greg. in registro, Romana ecclesia offert azimos panes, propterea quòd dominus sine vlla commistione suscepit carnem: sed ceteræ ecclesiæ offerunt fermentatum, pro eo quòd verbum Patris indutum est carne, sicut fermentum miscetur farinæ. vnde sicut peccat presbyter in ecclesia Latinorum, celebrans de pane fermentato, ita peccaret presbyter Græcus in ecclesia Græcorum, de pane azimo, quasi peruertens ecclesiæ suæ ritum, & tamen consuetudo de pane azimo celebrandi, rationabilior est. Primo quidem, propter institutionē Christi, qui hoc sacramentum instituit prima die azimorum, ut hr̄ Mat. 26. & Marc. 14. & Luc. 22. qua die nihil fermentatum in domibus Iudæorū esse debebat, ut habetur. Exod. 12. Secundo quia panis est propriè sacramentum corporis Christi, quod sine corruptione conceptum est, magis quàm diuinitatis ipsius, ut infra patebit. * Tertio, qa hoc magis competit synceritati fidelium, quæ requiritur ad vsum huius sacramenti, secundum illud 1. Corinth. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur in azimis synceritatis, & veritatis: habet tamen hæc consuetudo Græcorum aliquam rationem, & propter significationem quam tangit Greg. * in detestationē hæresis Nazaræorum, qui legalia Euangelio miscebant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut legitur Exod. 12. Solennitas Paschalis incipiebat in * vesperis quartædecimæ Lunæ, & tunc Christus post immolationem agni Paschalis hoc sacramentum instituit. vnde hæc dies a Ioan. dicitur præcedere sequentem diem Paschę, a tribus aliis Euangelistis dicitur prima dies azimorum quando fermentatum in domibus Iudæorum non inueniebatur, ut dictum est. † & de hoc supra notum est plenius in tractatu Dominicæ passionis.

*q. 76. ar. 1.

*Loco citato in ittomet ar.

*alias 2.

† In corp. art.

tellexisse de die quantum ad naturalem distinctionem.s.quòd illa cœna fuisset facta in die veneris (ille enim anno prima dies azymorum. i quintadecima dies mensis, fuit feria sexta) aperuit, quasi glossando, eorum verùm sensum dicendo ly ante diem festum Paschæ.i. ante primã naturalem diem azimorum, sed tamen prima secundum ritum comedendi agnum Paschalẽ cum panib.azimis (hęc erat quartadecima dies ad vesperam; quæ illo anno fuit feria quinta ad vesperã). Ac si apertius, per ly ante diem festum Paschę, dixisset. Priores Euãgelistæ per ly prima.die azimorũ, intellexerunt feriam quintam ad vesperam, sicut & ego per diem hunc ante festum Paschæ intelligo: non autem intellexerunt (ut ad pauca respicientibus poterat videri) feriam sextam. Cum igitur secundum omnes Euangelistas Christus prima die azimorum ad præcedentem vesperam cœnauerit, & ideo azimis tantum vsus fuerit; patet: quòd secundum illos omnes non in fermentato, sed in azimo pane, Christus sacramentum eucharistiæ confecerit.

† q.46.art. 9.ad 1.arg.

¶Coroll. Ergo ex prædictis assume regulam vnam.s.ꝙ multoties vna scripturarum sententia verum alterius intellectũ, quasi eam glossando, notificat: quando illæ duæ sententiæ ſm superficiariam literam consideratæ sibi inuicem contrariari videntur. Vidisti enim quòd ly ante diem festum Paschæ, dissidebat multum a ly prima die azimorum: & tñ ꝙ ista dissidentia verborum fuit magna concordantia sensuum. Glossauit siquidem.B.Ioannes ꝑ hoc suum dictum illud, quod ex alijs Euangelistis poterat esse ambiguum, vtpote generans duplicem sensum: & consequenter fecit, ꝙ illud fieret nobis certum, & generaret solummodo vnum sensum. Quæ igitur diuersa esse videbatur, non tantum in sensu erant vnum; sed etiam se inuicem declarabant. Nam ex eo, quòd ly ante diem festum Paschæ, declarat, quòd ly prima die azimorum, stat quòd die secundum ritum initij celebrationis accepto, sequitur: quod vice versa ly prima die azimorum, declaret, quòd ly ante diem festum Paschæ, dicat diem non secundum ritum (alioquin non fuisset ante) sed diem secundum naturalem acceptionem. Præmissa igitur, si ad alia scripturarum loca in superficialiter dissonantia applicaueris diligenter, immensam tibi afferent vtilitatem; ac in intelligentia vera scripturarum miram illuminationem, & iucundissimã cordis delectationem. Vide 3.de sal.q 46.ar.9. ad primum, vt inde ad hunc, & hinc ad illum locum, vicissim quò ad intelligentiam Euangelistarum veram, abundantius inueris. Adhuc ex prædictis circa præsentem respon. ad primum dicas. Ergo, si scripturæ tam in uerbis diuersæ dicunt vnum & idem in sensu (ut patuit per collationem earundem) de necessitate discursus rationis dicendum est: quòd illæ, quæ non adeo, sed minus, diuersæ videntur, sint multò magis vnum in sensu. Tunc adhuc vlterius. Ergo, si apparens scripturarum diuersitas nullam re vera ipsarum discordantiam infert; multo vtique magis earum discordantia nulla verè inferri poterit, vbi nec apparens diuersitas est. Ergo scripturæ canonicæ omnes, cum sic sufficienter diuisæ sint, nullam penitus veram a sese discordantiam continent: quod est signum efficacissimum, considerata librorũ tanta multitudine, meræ ac syncerę veritatis. Verum enim vero numquam contradicit (ut inquit Concilium Lateran. sub Leone X. sess.8.) Vide pri. par. quæst.1.art.8. ad secundum ex Aug.ad Hieronymum.

2^m^ de maiori. Legalia.B. Vt legalia §. Tunc nih.&c. Nam azimis, vt legalibus quibusdã, non vtimur: sed, vt nouiter a Christo in sacramenti huius institutione ordinatis. Conficientes enim in azimo nõ intendunt &c.ut in tex. Quem vt facilius penetres: vide 1.2 quæst 103.art 4. ad tertium, & q.104. art.3.corp.& 2.2.quæst.147.art 5 ad secundum. Sicut enim vitali seruantes quædam iudicialia, & Christiani seruantes ieiunia mensis septimi ex intentione obseruandi ea, vt de nouo a suæ ciuitatis rectore, uel ab ecclesia rationabiliter ordinata, non autem ex intentione obseruandi ea, vt quædam legalia.i. ut in lege veteri præcepta, non tantum non peccant; sed etiam benefaciunt: ita conficiẽtes in azimo ex intentione, nõ quidem seruandi ceremonias legales.i. veteris legis, sed conformandi se Christo in ipsius nouo instituto, non solum non peccant; sed etiam multum benefaciunt. Valent hæc pro articuli cõclusione tertia.

*art.3.huius.q.ad 4. arg.

Ad secundum dicendum, ꝙ conficientes ex azimo non intendunt cæremonias legis seruare, sed conformare se institutioni Christi, & ideo non Iudaizant, alioquin, & celebrantes in pane fermentato, iudaizarent: quia Iudæi panes primitiarum fermentatos offerebant.

Ad tertium dicendum, ꝙ fermentum significat charitatẽ propter aliquem effectum, quia scilicet panem facit sapidiorem, & maiorem: sed corruptionem significat ex ipsa ratione suæ speciei.

Ad quartum dicendum, ꝙ quia fermentum habet aliquid corruptionis, & ex pane corrupto non potest confici hoc sacramentum (vt dictũ est*) iõ magis attendit' circa panẽ differentia azimi, & fermẽtati, q̃ circa aquam baptismi, differentia calidi, & frigidi: posset enim tanta esse corruptio fermenti, quòd ex eo non posset confici sacramentum.

AR-

3^m^ illatio conclusionis. Ergo hoc sacramẽtum debet, &c. B. Negatur illatio. §. Non enim fermentum, secundum rationem suæ speciei considoratum, significat charitatem (vt intendebat minor): sed solum, secundum aliquem suum effectum. Vnde, cum de re sit iudiciũ dandum potius secundum speciem suam consideratã, quàm secundum aliquod consequens ad ipsam, non potest rectè inferri, quòd debeat eucharistia confici in fermentato, ex hoc: quòd fermentum taliter significat charitatem.

4^m^ de maiori. Non variantia eius speciem. B. Importantia tamen aliquod periculum corruptionis, illius speciei. § Fermentum enim habet aliquid corruptionis, & ex pane corrupto, &c. vt in text. Tunc nih.l &c. ut patet ibid. Pro quo uide art.3. ad quartum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem destruas errorem Græcorum & Armenorum dicentium: quòd Eucharistiæ sacramentum non potest confici in pane azimo, sed solum in fermentato. Secundò uides: quomodo per rationem ostendas, errorem illum merito damnari a Concilio Floren. sess. ult. in liter. sanct.union. Definimus in azimo, siue fermentato, pane triticeo corpus Christi ueraciter confici: sacerdotesque in altero ipsorum Domini corpus conficere debere, unumquemq;. s. iuxta suæ ecclesiæ siue Occidentalis, siue Orientalis, consuetudinem. Hæc ibi. Vbi notato maximam tum ueritatis, quæ est hæc: quòd ipsimet Græci seorsum a Latinis (tunc enim erant absentes) positi in domo Imperatoris sui ex lectione suorum doctorum astricti fuerunt ad præmissæ ueritatis amplexionem. Qua postmodum re notificata Latinis, ex communi vtrorumque consensu ueritas illa, & fuit definita, & in literis sanctæ unionis collocata. Error ergo, qui de azimo excludendo a Græcis profectus irrationabiliter fuerat, ab eisdem postea rationabiliter correctus est. Vide illam sess. ult. parum ante literas san. unionis. Ex prædicta sacrosancti concilij definitione patet: erroneam esse, & ab ecclesia damnatam, illam positionem Scoti (ut refert frater Ioseph Angles Valentinus ordinis minorum, in lib. Flores Theolog. quæstionum, de eucharistia artic. quarto, diffinition.i) dicentem: Græcos fortassis peccare conficientes in fermentato. Consequenter ergo erroneam magis, atque damnatam esse patet positionem Alphonsi de Castro (in lib. suo aduersus hæreses, tit. Euchar. 3.) dicentis idipsum sine fortassis: hoc est, dicentis absolutè, quòd Græci peccant eo quod conficiunt in fermentato. Tertio uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

In art. 4. circa illud, quod de presbytero Græco dicitur, quòd debet seruare ritum Græcum in ecclesia Græca, dubium occurrit ex Petro de Palude in 4. dist.1 1. oppositum cõcludente, ex hoc quòd Græci sunt schismatici, nullusque etiam ipsorum debet eis adhærere, ac per hoc potest sicut in toto, & sic & in parte ab eis discordare. non ergo peccaret non seruans ritum eorum.

¶Ad hoc dicitur, quòd Auctor loquitur de Græcis ecclesijs, & presbyteris absolute, & non de ijsdem schismaticis, & propterea optime dicit, quòd peccaret, peruertẽs ecclesiæ suæ ritum. Et hinc sequitur, quod etiam tempore schismatis peccaret: quia schisma non soluit ritus rectos ecclesiarum, qualis est iste, qui non ex schismate, sed ex ratione ecclesiastica in eis est, ut Gregor. in litera allatus testatur. Quocirca, si presbyter Græcus, & in Græca ecclesia celebrat, peccaret non seruando ritum Græcæ ecclesiæ, non a schismaticis præceptum, sed uelut ab ecclesia, statutum, quod ibi seruetur. Vnde Concil. Floren. sub Eugenio IIII. legimus sic. Item in azimo siue fermentato pane triticeo corpus Christi ueraciter confici, sacerdotesq; in altero ipsum domini corpus conficere debere, uuumquemque. s. iuxta suæ ecclesiæ, siue Occidentalis, siue Orientalis consuetudinem.

¶Et cum obijcitur, quòd nemo debet eis adhærere, uerum est quantum ad ea, quæ sunt schismatis, & similiter potest discordare ab eis in toto, & in parte, in his quæ sunt schismatis.

S.Bon.

*S. Bon. 4. f. d. 11. q. 4. art. 1. Scot. 4. f. d. 11. q. 6. ad secundum quæsitum.*
*Duran. 4. f. d. 11. q. 4. Rich. 4. f. d. 11. q. 4. art. 2.*
*Bacc. 4. sent. d. 8. q. 2. Sot. 4. f. d. 9. q. 11. art. 1.*

## ARTICVLVS V.

*Vtrum vinum vitis sit propria materia huius sacramenti.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd non sit propria materia huius sacramenti vinum vitis: sicut enim aqua est materia baptismi, ita vinum est materia huius sacramenti: sed in qualibet aqua potest fieri baptismus. ergo in quolibet vino, puta malorum granatorum, vel mororum, aut huiusmodi, potest confici hoc sacramentum, præsertim cum in quibusdam terris, vites non crescant.

¶ 2 Præt. Acetum est quædam species vini, quod de vite sumitur, vt Isid. * dicit: sed de aceto non potest confici hoc sacramentum. ergo videtur quòd vinum vitis non sit propria materia huius sacramenti.

* Innuitur lib. 10. ety molo. c. 3. circa med.

¶ 3 Præt. Sicut de vite sumitur vinũ depuratum, ita etiam agresta & mustum: sed de his non videtur posse confici hoc sacramẽtum, secundùm illud * quod in sexta Synodo legitur, Didicimus, quòd in quibusdam ecclesijs sacerdotes sacrificio oblationis coniungunt vuas, & sic simul vtrumque populo dispensant: præcipimus igitur, vt nullus sacerdos hoc vlterius faciat. & Iulius † Papa reprehendit quosdam, qui expressum vinum in sacramento Dominici calicis, offerunt. ergo videtur quòd vinum vitis non sit propria materia huius sacramenti.

* In 6. synodo can. 28. & habetur de consec. di. 2. c. didicimus.

† Iulius... in decr. 7. à medio illius, & est decretũ 7. inter eius decret. 10. q̃ sunt ab alijs separata.

SED CONTRA est, quòd sicut Dominus se comparauit grano frumenti, ita etiam se comparauit viti, dicens Ioan. 15. Ego sum vitis vera: sed solus panis de frumento est materia huius sacramenti, vt dictũ * est. ergo solum vinum de vite, est propria materia huius sacramenti.

*art. 3. huius quæst.

RESP. Dicendum, quòd de solo vino vitis potest confici hoc sacramentum. Primo quidem, propter institutionem Christi, qui in vino vitis hoc sacramentum instituit, vt patet ex eo quod ipse dicit Matth. 26. circa institutionem huius sacramenti; non bibam amodo de hoc genimine vitis. Secundò, quia sicut dictum * est, ad materiam sacramentorum assumitur id, quod propriè, & communiter habet talẽ speciem. Propriè autem uinum dicitur, quod de vite sumitur: alii verò liquores vinum dicuntur, secundum quandam similitudinem ad vinum vitis. Tertiò, quia vinum vitis magis competit ad effectum huius sacramenti, qui est spiritualis lætitia: quia scriptum est, quòd vinum lætificat cor hominis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illi liquores non dicuntur propriè vinum, sed secundùm similitudinem. Potest autem verum vinum ad terras illas deferri, in quibus vites non crescunt, quantum sufficit ad hoc sacramentum.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ vinum fit acetũ per corruptionem: vnde nõ fit reditus de aceto in vinũ, vt dicitur 8. Metaph. * & ideo sicut de pane totaliter corrupto non potest confici hoc sacramentum, ita nec de aceto. Potest tamen confici de vino acescenti, sicut & de pane, qui est in uia ad corruptionem: licet peccet conficiens, vt prius dictum * est.

*li. 8. Met. tex. 14. t. 3.

*art. 3. huius q. ad 4. arg.

AD TERTIVM dicendum, q̃ agresta est in via generationis: & ideo nondum habet speciem vini, & propter hoc de ea non potest confici hoc sacramentum. mustum autem iam habet speciem vini: nam eius dulcedo attestatur digestioni, quę est completio à naturali calore, vt dicitur in 4. Meteor. * & ideo de musto potest confici hoc sacramentũ: non tamen debent vuæ integræ huic sacramento misceri: quia iam esset ibi aliquid præter vinum. Prohibetur etiam ne mustum statim expressum de vua in calice offeratur: quia hoc est indecens propter impuritatem musti. Potest tamen in necessitate fieri. dicitur * enim ab eodem Iulio Papa si necesse fuerit, botrus in calicem prematur.

*lib. 4. cap. 4 parum à prin.

* eod. loco in arg. citato. & habetur de consec. dist. 2. c. cum omne crimen, in med.

AR-

### SVPER Q. XV. Aliàs 74. ART. V.

COncl. De solo vino vitis potest confici hoc sacramentum. ¶ Prob. Quia & institutio Christi, & propria species vini, & effectus huius sacramẽti id ostendunt (vt de his tribus medijs singillatim declaratur in tex.)

111 4. dist. 11. q. 2. ar. 3. q. 1. & 1. Cor. 11. lect. 7. prin.

## 1m de minori.

In qualibet aqua. ℞. Habente ueram speciem aquæ. §. vt suprà q. 7. art. 4. declaratur. Tunc nihil &c. Nam illi liquores, de quibus in argumento, non dicunt propriè vinum, sed secundùm similitudinẽ. i. non habent veram speciem vini, sed quandam eius apparentiam (sicut de aqua rosacea dicitur supra, loco citato). Ex quolibet ergo vino habente ueram speciẽ vini, secundum tex. hunc, potest confici hoc sacramentũ: sicut & de aqua in baptismo dictum est. Simile q̃d de posse deferri, quòd s. hoc sufficiat in sacramentorum materijs, vide artic. 1. ad secundum. & q. 13. artic. 2. ad quartum.

¶ NOT. Ex eo, quòd semper D. Thomas recurrit ad speciẽ rei veram, quando determinare vult de veritate materiei sacramentorum, (vt patet hic de vino; artic. 3. de pane triticeo; q. 13. art. 2. ad tertium. de oleo; q. 7. artic. 4. de aqua) notificatur nobis ratio differentiæ huius: quare s. cùm Christus & in vino vitis, & in pane azimo consecrauerit, dicamus; quòd uinum uitis est de necessitate sacramenti Eucharistiæ: azimitas autẽ panis nõ est. Ratio, inquam, hinc notificata est: quia esse de uite, dicit veram speciem uini; esse autẽ azimum, non dicit speciem panis. Materies uerò sacramentorum considerantur ab Ecclesia Christi, secundũ species rerum (vt patet à simili ex Concil. Trid. sess. 14. cap. 5. dicente circũstantias illas esse de necessitate confessionis, quę speciem peccati mutant); non autem secundùm illa, quæ non mutant speciem. Licet ergo Christus & in pane triticeo, & in pane azimo, confecerit sacramentum Eucharistiæ: non tamen voluit, quòd conficere in azimo esset de necessitate confectionis sacramenti illius; sed solùm quòd conficere in triticeo esset de necessitate, & in azimo esset de conuenientia meliori. Sicut quamuis confecerit in vino uitis, & in vino, puta albo; non tamen voluit, quod tale suum conficere inferret æqualem necessitatem in confectione ipsius sacramenti: sed tantum quòd conficere in vino vitis diceret necessitatem absolutam. i. simpliciter requisitam ad conficiendum illud, & conficere in albo diceret necessitatem large sumptam. i. ad bene esse. i. ad qualitatis materiæ conuenientiam nobiliorem, quàm in nigro. Hæc differentia volitionis Christi in prædictis, & similibus, habita vndè ab Ecclesia sancta fuit semper cognita? Ex rerum ipsarum differenti respectu ad speciem. Scit enim quòd forma, quæ (secundùm Philosophos quoque) constituit speciem, dat esse rei: & consequenter q̃ res simpliciter talis, vel talis, dicitur ex forma specifica. Cùm ergo viderit, Christum confecisse in talibus, vt suprà: cognouit, & meritò, q̃ esse panem triticeum dicit rem simpliciter, esse vero azimum non dicit rem simpliciter; quemadmodum etiã esse uinum de uite dicit rem simpliciter, esse autem album dicit rem tãtùm secundùm quid. Hinc edocta, quoniam nouit Christum tãquam verè sapientissimum iudicare de rebus differenter secundùm q̃ tales simpliciter sunt, & secundũ q̃ tales secundũ quid solummodò sunt, ideo ipsa uelut columna & firmamentum veritatis, 1. Timot. 3. dixit: q̃ Christus in præmissarum rerum vsu pro confectione sacramẽti habuit volitiones correspondenter differentes (vt suprà). Neque enim sapientis est de rebus secundùm earum naturã diuersum iudicium & volitionem requirentibus uelle idem iudiciũ, eandemq; volitionem proferre. Sola ergo res simpl͡r talis dicat necessitatem simpliciter; illudque vnde res dicitur simpliciter (hæc est sua species) accipiatur, vt origo necessitatis ipsius: & Christo, Ecclesiæ, ac utriusque sapientiæ, in prædictarum rerum decisione satisfactũ fuisse à Diuo Thoma ex præsenti textu, videbis.

*art. 3. huius q.

## 2m de maiori.

Acetum est quædã species uini. ℞. i. est corrupta species uini. §. Inquantum. s. vinũ fit acetum per corruptionem. Tunc nihil &c. Conclusio enim articuli intendit de uera specie uini, quando dicit ly de solo vino: non autẽ de plusquàm diminutæ ueritatis specie ipsius. i. de corrupta specie vini.

## 3m minor.

De his nõ potest confici hoc sacramentum. ℞. Negatur, pro quanto loquitur de musto, maxime in casu necessitatis. §. Licet, pro quanto intelligit de agresta, concedatur omninò.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Aquariorum dicentium: Pro calicis consecratione non apponendum esse uinum, sed solam aquam. Secundò habes; quomodo per rationem ostendas, illam meritò damnari à Concilio Carthaginensi tertio, cap. 24. In sacramentis corporis & sanguinis Domini nihil ampliùs offeratur; quàm ipse Dominus tradidit, hoc est, panis & vinum. Nec ampliùs in sacrificijs offeratur; quàm de vuis & frumentis. Hæc illud: quod quidẽ confirmatum fuit à sexta Synodo in Trullo celebrata. Vinum enim de vuis est uinũ de uite;

sicut

sicut panis de frumentis est panis de tritico. Item ab ipsa Christi institutione facta in propria persona (vt narrant Euangelistæ). Nam ea, quæ instituta sunt à Domino in sacramentorũ perfectione, sunt de necessitate ipsorum, quæst. 5. artic 2. 3. Quod tamen, vt absque errore intelligas; vide hic not. post ad primũ. Item à Concilio Florent. expressis verbis asserente; quòd materia huius sacramenti est vinum de vite. vt in art. 1. appen. videre potes. Vbi nota: quòd Concilium hoc in loco sufficit ad exponendum vinum dictum ab Euangelistis Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. narrantibus consecrationem factam à Domino; etiam q ipsi tres Euangelistæ non expressissent (vt expresserunt) quod illud vinum erat de generatione vitis. Ratio, quòd sufficeret Concilium ad sic exponendum, est dicta in artic. 3. append. à ly simpliciter dico, quod nullo addito dico &c. vsque ad finem. Tertiò vides; quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 5. memento supradictorum, & applica ad propositum, & vide unam non esse consecrabilem: quia non continet uinum sub forma potabili, sed manducabili.

---

Sot. 4. s. d. 9. q. 1. 1. art. 6.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum aqua sit vino permiscenda.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd aqua non sit vino permiscenda. Sacrificium enim Christi figuratum fuit per oblationē Melchisedech, qui Gen. 4. non legitur obtulisse, nisi panem & vinum. ergo videtur q in hoc sacramento non debeat adiungi aqua.

¶ 2 Præt. Diuersorum sacramentorum diuersæ sunt materiæ: sed aqua est materia baptismi. ergo non debet assumi ad materiam huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Panis, & vinum sunt materia huius sacramenti: sed pani nihil adiungitur. ergo nec vino debet aliquid adiungi.

SED CONTRA est, quòd Alexander * Papa scribit, In sacramentorum oblationibus, quæ inter missarum solennia domino offeruntur, panis tantum, & vinum aqua permistum, in sacrificium offerantur.

* Alex. I. in epist. ad omnes fideles, à med. illius to. 1. Concil.

RESP. Dicendum, q vino, quòd offertur in hoc sacramento, debet aqua misceri. Primo quidem, propter institutionē. probabiliter enim creditur, quòd Dominus hoc sacramentũ instituerit in vino aqua permisto secundùm morem illius terræ; vnde & Prouerb. 9. dicitur, Bibite vinum, quod miscui vobis. Secundo, quia hoc conuenit repræsentationi dominicæ passionis; vnde dicit Alexander † Papa: Non debet in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrumque permistum: quia vtrúque ex latere eius in passione sua profluxisse legitur. Tertio, quia hoc conuenit ad significandum effectum huius sacramenti, qui est vnio populi Christiani ad Christum: quia vt Iulius † Papa dicit, videmus in aqua populum intelligi, in vino verò ostendi sanguinem Christi. ergo cũ in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur. Quarto, quia hoc competit ad vltimum effectum huius sacramēti, qui est introitus ad vitam æternam. vndè Ambros. * dicit in lib. de sacramētis, redundat aqua in calicem, & salit in vitam æternam.

† Alex. I. in epist. ad oēs orth. à medio illius to. 1. Concil.

† Habetur de consec. dist. 2. c. cũ omne crimen, circa medium.

† li. 5. de sacram. c. 1. à med. to. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, q sicut Ambr. † dicit ibidem, sicut sacrificiũ Christi significatum est per oblationem Melchisedech, ita etiam significatum est per aquam, quæ in eremo fluxit de petra, secundũ illud primæ Corin. 10. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra.

† eo. lib. 5. c. 1. tom. 4.

AD SECVNDVM dicendum, q aqua assumitur in baptismo ad vsum ablutionis. In hoc autem sacramento assumitur ad vsum refectionis, secundùm illud Psal. 22. Super aquam refectionis educauit me.

AD TERTIVM dicendum, q panis ex aqua, & farina conficitur: & ideo, cum vino aqua miscetur, neutrum sine aqua existit.

ARTI-

---

### SVPER Q. XV. Aliàs 74. Art. vi.

112 4. di. 11. q. 2. ar. 4. q. 1. Et 1. Cor. 11. lec. 6.

COncl. Vino, quod offertur in Eucharistiæ sacramento, debet aqua misceri.

¶ Prob. Quia & probabilis Christi institutio, & Dominicæ passionis repræsentatio, & effectus sacramēti Eucharistiæ tum proximi (hic est unio populi ad Christum) tùm ultimi, significatio, monstrant; hanc conclusionem esse ueram (vt de his quatuor medijs per ordinē singillatim declaratur in textu).

#### 1^m de maiori.

Per oblationē Melchisedech. R. Et per aquā de petra. §. Vt declaratur in tex. Tũc nihil &c. vt patet. Maior ergo illa erat manca.

#### 2^m de maiori.

Diuersæ. R. Formalr. §. Tunc nihil &c. Licet. n. non semper sint diuersæ materialiter, quoniam quãdoque sunt eædem res (vt in hoc proposito; secundùm quòd arguitur): semper tamen sunt diuersæ formaliter .i. secundùm diuersam considerationem, in diuersis sacramentis adhibitæ (vt in hoc proposito; secundùm quòd in textu respondetur).

#### 3^m de minori.

Sed pani. R. Iam cõfecto. §. Tunc nihil &c. Sufficit enim q aliquid, i. aqua, adiungatur pani, dum actualiter fit. Et re uera sic est. Nam panis ex aqua & farina &c. vt in textu.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo per rationem destruas errorem Græcorum, & Armenorum dicentium: Aquam cum uino in calice non esse miscendam. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, ipsum meritò damnari à Papa Alexandro; sm q ponitur in arg. contr. Item à Concilio Florent. de sacramento Eucharistiæ sic definiente. Cuius materia est &c. vinum de vite; cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet. Aqua autem ideò admiscetur: quoniam, iuxta testimonium sanctorum Patrum, creditur; ipsum Dominum in vino aqua permixto hoc instituisse sacramentum. Deindè quia hoc conuenit dominicæ passionis repræsentationi. Inquit enim B. Alexander Papa V. à B. Petro. In sacramētorum oblationibus, quæ intra Missarum solēnia Domino offeruntur, panis tantum, & uinum aqua permixtum in sacrificium offerantur. Non. n. debet in calice Domini aut uinũ solum, aut aqua sola offerri, sed vtrũque permixtum: quia utrũque .i. sanguis & aqua, ex latere Christi profluxisse legitur. Tùm etiam, q conuenit ad significandum huius sacramenti effectum; qui est unio populi Christiani ad Christum. Aqua. n. populum significat, secundũ illud Apocalypsis; Aquæ multæ populi multi. Et Iulius Papa II post B. Syluestrum ait: Calix Dominicus, iuxta canonũ præceptũ, vino & aqua permixtus debet offerri; quia uidemus, in aqua populum intelligi; in uino uerò ostēdi sanguinem Christi. Ergo, cùm in calice uinum & aqua miscetur, Christo populus adunatur: & fidelium plebs, in quem credit, copulatur & iungitur. Hæc illud: in constitut. Concil. Flor. super unio. Armen. Item à Concilio 6. generali celebrato Constãtinopoli in Trullo, cano. 32. Quoniam nouimus in Armeniorum regione vinum tantùm in sacra mensa offerre aquã illi non miscentes, qui incruentum sacrificiũ peragunt: prætexentes Ecclesiæ Doctorem, Ioannem Chrysostomum, in interpretatione Matthęi hoc asserentem. vt iam nunc ab ignorantia liberentur; illius patris mētem orthodoxè aperimus. Cùm. n. antiquam Hydroparastarum hæresim, qui pro uino solam aquam in sacrificio vsi sunt, subuerteret; illam orationem composuit, in qua aquæ in sacrificio Missæ adiũctionem amouere illi existimant: cùm tamen non doceat sanctus, per solum uinum oblationē fieri. Quandoquidem & suæ Ecclesiæ, vbi est illi pastoralis administratio tradita, aquam uino miscendam tradidit quando incruentum peragi sacrificiũ oportet: & in omni etiam Ecclesia, vbi spiritalia lumina refulserunt, hic ordo diuinitùs traditus seruatur. Nam & Iacobus frater Domini, & Basilius Cæsariensis Archiepiscopus, (cuius gloria omnem terrarum orbem peruasit) mystico nobis in scripto tradito sacrificio, ita peragēdum in sacro ministerio ex aqua & uino sacrum poculum; ediderunt. Et, qui Carthagine conuenerunt, sancti Patres ita apertè tradiderunt. Si quis ergo Episcopus, vel presbyter, non secũdum traditum ab Apostolis ordinem facit; deponatur. Hæc ibi. Ex quibus hanc regulam perpetuò memorandã etiam notabis, s. q inspicienda est intentio scribentiũ Doctorum iuxta subiectã materiam, de qua tunc loquuntur; vt de eorum mente sanum intellectum habere possimus. Errarunt. n. Armenij in legendo D. Chrysostomũ, quia non seruarunt hanc regulam: vt constat ex Concilio illo, quod hac regula innixum, Spiritusancto rectore, mentem uerã Doctoris prædicti in eadem lectura & attigit, & nobis manifestauit. Item à Concil. Trid. sess. 22. c. 7. Monet sancta Synodus; præceptum esse ab Ecclesia sacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo miscerent: tùm q Christum ita fecisse credatur, tùm quia è latere eius simul cum sanguine exierit (quod sacramentum hac mixtione recolitur): &, cùm aquæ populi dicantur, ipsius populi fidelis cum capite Christo vnio repræsentatur. Hæc ibi. Tertiò uides: quomodo ex ijs benè pensatis, & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN artic 6. aduerte ne credas, dicentibus Græcos offerre calicem Domini cum vino tãtum: hoc.n. Armeni, non Græci, olim faciebant, vt patet in Concil. Floren. sub Eugenio IIII. Vbi decretũ est, vt etiam ipsi Armeni se cum vniuerso orbe Christiano cõforment, omnesq; Latinorum, Græcorumque Ecclesias imitando, in calicis oblatione paululum aquæ vino admisceant.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum permistio aquæ sit de necessitate huius sacramenti.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd permistio aquæ sit de necessitate huius sacramenti. dicit enim Cypr. * ad Cæcilium: sic calix Domini non est aqua sola, & vinum solum, nisi vtrumque misceatur, quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola, nisi vtrumque, s. farina, & aqua, fuerit adunatum: sed admistio aquæ ad farinam est de necessitate huius sacramẽti. ergo pari ratione admistio aquæ ad vinum.

¶ 2 Præt. In passione Domini, cuius hoc sacramentum est memoriale, sicut de latere eius exiuit sanguis, ita & aqua: sed vinum quod est sacramentum sanguinis, est de necessitate huius sacramenti. ergo pari ratione & aqua.

¶ 3 Præt. Si aqua non esset de necessitate huius sacramenti, non referret quæcumque aqua huic sacramento apponeretur: & ita posset apponi aqua rosacea, vel quæcumque alia huiusmodi aqua: quod nõ habet vsus ecclesiæ. aqua ergo est de necessitate huius sacramenti.

SED CONTRA est, ꝙ Cypr. * dicit, si aliquis de antecessorib. nostris, vel ignoranter, vel simpliciter non obseruauit, vt s. aquam vino misceret in sacramento, potest simplicitati eius venia concedi: quod non esset, si aqua esset de necessitate sacramenti, sicut est vinum, vel panis. non ergo aquæ admistio est de necessitate sacramenti.

RESPON. Dicendum, quòd indicium de signo, sumendum est ex eo, quod significatur. Appositio autem aquæ ad vinum refertur ad significandam participationẽ huius sacramẽti à fidelibus, quantum ad hoc, ꝙ per aquam mistam vini, significatur populus adunatus Christo, vt dictum * est: sed & hoc ipsum quod de latere Christi pendẽtis in cruce aqua profluxit, ad idẽ refertur: quia per aquã significatur ablutio peccatorum, quę fiebat per passionẽ Christi. Dictum est * autem supra, quòd hoc sacramentum perficitur in consecratione materię: vsus autem fidelium non est de necessitate sacramenti, sed est aliquid consequens ad sacramentum. & ideo cõsequens est, ꝙ appositio aquę non sit de necessitate sacramenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ verbum illud Cypriani est intelligendum, secundũ ꝙ dicitur illud esse nõ posse, quod conueniẽter esse non potest. & sic similitudo illa attenditur quantum ad id, quod debet fieri, non autẽ quantum ad necessitatem: nam aqua est de essentia panis, non autem de essentia vini.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd effusio sanguinis directè pertinebat ad ipsam Christi passionem: est enim naturale corpori humano vulnerato, ꝙ ex eo profluat sanguis: sed effusio aquæ non fuit de necessitate passionis, sed ad demonstrandum effectum passionis, qui est ablutio à peccatis, & refrigerium contra ardorem concupiscentiæ: & ideo aquæ non seorsum offertur à vino in sacramento, sicut vinum offertur seorsum à pane: sed aqua offertur vino permista, vt ostendatur, ꝙ vinum per se pertinet ad hoc sacramentum, tanquã de eius necessitate existens, aqua autem secundùm quòd adiungitur vino.

AD TERTIVM dicendũ, ꝙ quia admistio aquæ ad vinum non est de necessitate sacramenti, non refert quantum ad sacramenti necessitatẽ, quæcumque aqua misceatur vino, siue naturalis, siue artificialis, vt rosacea: quamuis quantum ad conuenientiam sacramenti, peccet qui aliam aquam miscet, nisi naturalem, & veram: quia de latere Christi pendentis in cruce d aqua vera profluxit, non humor phlegmaticus, vt quidam dixerunt, ad ostẽdẽdum quòd corpus Christi erat verè compositum ex quatuor elementis, sicut per sanguinem fluentem ostendebatur, quòd erat compositum ex quatuor humoribus (vt Innocentius tertius dicit in quadam Decretali. *) Quia verò admistio aquæ ad farinam, est de necessitate huius sacramenti, vtpote constituens substantiam panis, si farinæ admisceretur aqua rosacea, vel quicumque alius liquor, quam vera aqua, non posset ex eo confici sacramentum: quia non esset verus panis.

ARTI-

---

SVPER Q. XV. Aliàs 74. Art. VII.

COncl. Appositio aquæ in vino ante consecrationem, nõ est de necessitate sacramẽti Eucharistiæ.

¶ PROB. Quia appositio aquæ refertur ad vsum fidelium (cùm significet adunationẽ ad Christum); & sacramentum Eucharistiæ perficitur in consecratione materiæ, q. 14. ar. 1. quæ præcedit vsum fidelium (vt patet).

¶ NOT. Quoniã fundamentum magnum in ꝓbatione hac est istud, s. quòd Eucharistiæ sacramentum perficiatur in consecratione materiæ propter rationẽ prędictam, q. 14. artic. 1. ad tertium. ideò, ut stabilior ostẽdatur probatio, & consequenter probata conclusio, sciendum est quòd propositio illa de consecratione cõfirmatur ex Concilio Triden. sess. 13. cap. 3. Illud in ea excellens, & singulare reperitur: quòd reliqua sacramenta tũc primũ sanctificãdi vim habent, cum quis illis utitur; at in Eucharistia ipse sanctitatis author ante usum est. Nondum enim Eucharistiam de manu Domini Apostoli susceperant; cum uere tamen ipse affirmaret, corpus suum esse quod præbebat. Et semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit: statim post consecrationem verum Domini nostri corpus, verumque eius sanguinem, sub panis & uini specie, existere. Hęc ibi. Et cano. 3. Si quis dixerit: peracta consecratione, in admirabili Eucharistiæ sacramẽto nõ esse corpus & sanguinem Dñi nostri IESV Christi; sed tm̃ in vsu, dùm sumitur; non ante, uel post: anathema sit. Hæc ibi. Ex quibus applicatis (vt decet) ad textum hunc: clarior redditur articulus.

1^m^ ex B. Cypriano. Sic. R. Quantum ad conuenientiam; non autẽ, quantum ad necessitatem. §. Hoc est. Similitudo illa tenet in hoc, ꝙ vtrũque. s. aquam uino misceri in calice, & aquam farinæ misceri in pane, est conueniens: non autem tenet in hoc, ꝙ vtrumque ipsorum sit necessarium. Nam aqua est de essentia &c. vt in tex. Tunc nihil &c. vt de se patet.

2^m^ de maiori. Ita. R. Quantum ad exitum à corpore vulnerato: non autem, quantum ad necessitatẽ exeundi ab ipso. § Hoc est. Similitudo illa tenet in hoc, ꝙ vtrũque. s. sanguis & aqua exierũt de latere Christi vulnerato: non autẽ tenet in hoc, ꝙ vtrumque illorũ exierit de necessitate vulneris, vt sic. Licet. n. sit naturale, & consequenter necessariũ, corpori humano vulnerato; quòd ex eo profluat sanguis: non tamen est necessarium, quantum est præcise ex parte vulneris, ꝙ inde profluat aqua. Vide q. 7. art. 4. ad tertium. Tunc nihil &c. vt patet in tex. ly ideò aqua non seorsum offertur &c. Ex cuius verbis rite cõsideratis constat: ꝙ aqua ibi concurrit, vt aliquid neq; mutans speciẽ uini, neque dicens per se aliquam speciem; & consequenter ut aliquid se habens in uino illo, sicut se habet esse azimum, & fermẽtatum in pane. Licet enim aqua seorsum per se existens dicat aliquã speciem (vt patet de aqua baptismi): tamen aqua, vt in uino mixta, maximè taliter ut conuertatur in uinum, artic. 8. non addit speciem uino, sed (ut dictũ est) assimilatur ipsi esse azimo & fermentato in pane. Hinc fit: quòd quãuis Christus instituerit sacramentũ hoc in uino aqua commixto, nõ tamen uoluerit ꝙ æqualiter se haberent ad sacramentum; sed uinum de necessitate, aqua autem commixta de conuenientia tantùm. Pro quorum dictorum facilior captu, uide art. 5. not. post ad primum. & eam benè ad hoc propositum inflecte.

3^m^ de antecedente. Non referret. R. Quãtum ad necessitatẽ sacramenti. §. Tunc nihil &c. Vsus enim Ecclesiæ, qui in argumẽto adducitur, facit; ꝙ appositio aquæ talis, uel talis, referat quantum ad necessitatẽ præcepti tantùm. Peccaret namque ille, qui aquam artificialem apponeret uino in calice, tanquàm faciens contra usum Ecclesiæ: nihilominus ex uino taliter permixto conficeret sacramentum. Cæterùm si esset de necessitate sacramenti apponere aquam in uino; tunc quoque de necessitate sacramenti esset apponere aquam naturalem (vt, à simili, patet de appositione aquæ in farina ad faciendum panem: secundùm quòd ex Innocentio III. declaratur in tex.), quoniam ipsa sola est simpliciter uera aqua: & sic ex uino aqua artificiali,

---

Marginalia:

113 Inf. q. 83. ar. 6. ad 4. & 6. Et 4. di. 11. q. 2. art. 4. q. 2. & 3. Et 1. Cor. 11. lec. 6.

* li. 2. epist. 3. inter finem & medium.

* li. 2. ep. 3. inter finẽ & mediũ.

* art. præc.

* q. 73. art. 1. ad 3.

D. 235.

* In Decr. li. 3. tit. 41. c. 8.

ciali, puta rosacea commixto, sacramentum conficere attentans & peccaret, & sacramentum non conficeret.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum à Cypriano, & Concilio; quòd aquę permixtio in calice non est de necessitate sacramenti. A D.Cypriano quidem; vt in argum.contr. Vbi notabis: quòd ex facilitate veniæ condonandæ in hoc peccantibus monstratur; ipsum Cyprianum non iudicasse, aquæ permixtionem esse de necessitate sacramenti. Zelo siquidem admodum maiore excanduisset sanctus ille contra huiusmodi, sciens: & ꝙ secundùm mensuram delicti debet quoque mensurari plagarum modus, Deuteron 25. & quòd ignorantia, vel simplicitas sufficiens ad excusandum in re minori, nō sufficit ad excusandum in re maiori, (vt de se patet, & ex 1.2.quæst.76.art.9.4.) A Concilio item Florent. idipsum insinuatur dicente; quòd materia &c. est vinum de vite; cui aqua admisceri debet (vt refertur artic. 6. append.) Non enim dixit (vt contextus prior exposcere videbatur) materia &c. est panis & vinum, & aqua: sed, tanquàm ex phrasi locutionis vtcumque diuersa innuens aliquam differentiam illorum priorum ab aqua per respectum ad esse materiam, prælegit interiecto obliquo dicere, cui aqua admisceri debet. Ac si per illum loquendi modum clariùs dixisset. Panis & vinum sunt Eucharistiæ materia directa.i. necessaria; aqua vero admixta uino est materia quodammodo obliqua .i. non sic necessaria. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina pręsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm.Cardinalis Caietani.

IN art. 7. circa aquam, ex qua fit panis pro sacramento, vide rationem literæ in calce articuli, ad probandum ꝙ oportet esse aquá veram & naturalem, & suscipe illam ut rationabilem. An autem sit necessaria, cogitatione opus est, & ideo est eadem, cum superius dicta de diuersis speciebus granorum componentium panem: quia enim ad sacramentum sufficit, ꝙ sit uerus panis, si panis uerus potest fieri ex aqua artificiali (puta rosacea) consequens est, quòd non est de necessitate sacramenti aqua naturalis. An autem panis confectus ex farina, & aqua rosacea, esset uerus panis, experientia comprobandum esset, videndo, in quo differret ab alijs panibus. nam si solo odore rosarum differre appareret, crederem ipsum eiusdem esse speciei, cum alijs, cum aqua non sit pars essentialis panis, sed materia transiens eiusdem: non enim permanet aqua secundum seipsam in pane, sed panis est tertia res resultans ex commistione farinæ, & aquæ per pastæ decoctionem: non est autem remotum diuersarum specierum res posse esse materiam transeuntem respectu alicuius vnius etiam homogenei, vt patet de his, ex quibus generatur sanguis.

¶ Et hæc etiam sufficiant pro octauo articulo.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrũque aqua debeat in magna quantitate apponi.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur ꝙ oporteat aquam in magna quátitate apponi. sicut enim sanguis de latere Christi sensibiliter fluxit, ita & aqua: vnde dicit Io. 19. Qui vidit, testimonium perhibuit: sed aqua non posset sensibiliter esse in vino, nisi in magna quantitate poneretur. ergo videtur ꝙ aqua debeat apponi in magna quantitate.

¶ 2 Præt. Parua aqua multo vino admista, corrumpitur. quod autem corruptum est, iam non est. ergo idem est apponere parum de aqua in hoc sacramento, & nihil apponere: sed non licet nihil apponere. ergo non licet parum apponere.

¶ 3 Præt. Si sufficeret parum apponere, per consequens esset sufficiens, quòd gutta aquæ in totum dolium proiiceretur: sed hoc videtur ridiculum. ergo non sufficit, ꝙ parua quantitas apponatur.

SED CONTRA est, quòd extrà, de celebratione missarum dicitur: * Perniciosus in tuis partibus inoleuit abusus, videlicet, ꝙ in maiori quantitate de aqua in sacrificio ponitur, quàm de vino, cum secundum rationabilem consuetudinem ecclesię generalis, plus in ipso sit de vino quàm de aqua ponendum.

RESP. Dicendum, ꝙ circa aquá adiunctam vino, sicut Innocentius tertius * dicit in quadam decret. triplex est opinio. quidam enim dicunt, quòd aqua adiuncta vino per se manet vino conuerso in sanguinem: sed hæc opinio stare non potest, quia in sacramento altaris post consecrationem nihil est, nisi corpus & sanguis Christi: sicut enim Ambr. † dicit in lib. de officiis, Ante benedictionem illa species nominatur, post benedictionem * corpus significatur, alioquin non totum adoraretur veneratione latriæ. & ideo alii dixerunt, ꝙ sicut vinum conuertitur in sanguinem, ita aqua cóuertitur in aquam, quæ de latere Christi fluxit: sed nec hoc rationabiliter dici potest, quia secundùm hoc, aqua seorsum consequeretur à vino, sicut vinum à pane; & ideo sicut ipse dicit, aliorum opinio probabilior est, qui dicunt aquá conuerti in vinum, & vinum in sanguinem. Hoc autem fieri nō posset, nisi adeo modicum apponeretur de aqua, quod conuerteretur in vinum: & ideo semper tutius est parũ de aqua apponere, & præcipuè si vinum sit debile: quia si tanta fieret appositio aquæ, vt solueretur species vini, non posset perfici sacramétum. vnde Iulius Papa * reprehédit quosdam, qui pánum lineum musto intinctum, per totum annum seruant, & in tempore sacrificii, aqua partem eius lauant, & sic offerunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sufficit ad sacramenti huius significationem, ꝙ sentiatur aqua, cum apponitur vino: non autem oportet, quòd sit sensibilis post mistionem.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ si aqua omnino non apponeretur, tota-

† in lib. de his qui mysterijs initiátur, c. 9. à med. to. 1.4.

* Aliàs corpus Christi.

* Iulius I. scribendo episc. per Aegyptũ. Et habetur de consec. d. 2. c. cum omne crimen.

SVPER Q. XV. Aliàs 74. Art. VIII.

114 4. dist. 11. q. 2. art. 4. q. 4. & 1. cor. 11. le. 6.

CONCL. Semper tutius est, parum de aqua apponere; & præcipue si vinum sit debile.

¶ PROB. primò: Quia, si tanta fieret appositio aquæ, vt solueretur species uini, non posset confici sacramẽtum (vt patet ex prędictis). Secũdò, quia, si non apponeretur adeò modicũ de aqua, vt ipsa conuerteretur in uinũ, non posset saluari positio Papæ Innocentij tertij; quá ipse, cęteris dimissis, amplectitur, (vt patet in textu præsenti).

¶ NOT. Aduerte eũdem Innocentium, qui hic dicit, aquá conuerti in uinum, habere pro re nefaria dicere; ꝙ aqua conuertatur in flegma. Nam ipse scribens Ferrariẽsi episcopo, inquit. extrà, de celebrat. Missar. In quadã nostra decretali epistola asseris te legisse; illud nisse nefarium opinari, quod quidam dicere præsumpserunt: in sacramento videlicet Eucharistiæ aquá in flegma cõuerti. Nam & de latere Christi non aquam, sed humorem aquaticũ, mentiuntur exisse. Hæc ibi. In quo etiam capitulo diffuse probat: quòd illa aqua fuit uera aqua; & quòd ideò ipsa monstrauit, Christi corpus, vnde fluxit, esse verum corpus humanum; & ideò quòd Christus ante mortem erat verus homo &c. Vide tu ibi pulcherrima: ex quibus multa dicta D. Thomæ multis in locis optime secundum planum sensum intelligere, declarare, & confirmare poteris.

*. In Decr. li. 3. tit. 41. cap. Perniciosus.

* De celebra. missar. c. cũ Marthæ, §. quæsiuisti.

3m de minori. Non posset, sensibiliter esse in vino. ℞ Postquam mixta est ipsi uino. §. Tunc nihil &c. Nam sufficit ad sacramenti huius significationem (de qua in art. 6.) quòd sentiatur &c. vt in textu.

2m illatio concluſ. primæ. Ergo idem est ap. &c. ℞ Negatur illatio. §. Nam si aqua omnino non apponeretur &c. vt in textu. Ex quo patet: quòd pro ly corrũpitur, quod dixit argumentum, quasi glossando sensum literæ ponit ly in vinum conuertitur.

¶ EXAM. Ly non licet; nihil apponere. Hęc secunda minor argumenti, vnde ueritatem habeat, declaratur apposité ex Concilio Florentino dicente: Cũ tàm sancta Romana Ecclesia à beatissimis Apostolis Petro & Paulo edocta, quàm reliquæ omnes Latinorũ, Græcorumque Ecclesiæ, in quibus omnis sanctitatis, & doctrinæ lumina claruerunt, ab initio nascentis Ecclesiæ, sic seruauerint, & modo seruent: inconueniens admodum uidetur, vt alia quęuis regio ab hac vniuersali, & rationabili discrepet obseruantia. Decernimus igitur: vt etiam ipsi Armeni se cũ uniuerso orbe Christiano conforment; eorumque sacerdotes in calicis oblatione paululum aquæ (prout dictũ est) vino admisceant. Hæc illud: in decreto Armenis dato, seu in constitutio. super vnio. Armenorum. Vide artic. 6 append. propter ly dictum est. Valet quoque hoc ad art. 7. quoniam si Concilium iudicasset, aquæ admixtionem esse de necessitate sacramenti; tunc in tanti momenti redixisset: Definimus, vt etiam Armenorum sacerdotes ad hoc, vt possint conficere sacramentum, in calicis oblatione paululum aquæ vino admisceant. Quia ergo sic non dixit, vt eos ipsa (stante necessitate illa) postulabat:

labat: ideò per hoc insinuauit, quòd admixtio prædicta aquæ non est de necessitate sacramenti.

3m maior. Si sufficeret, parum appon. per conf. ef. suf. ꝙ gut. aq. in tot. dol. proijceretur. ℞. Negatur. §. Nam si aqua apponeretur dolio, non &c. vt in tex.

totaliter excluderetur significatio: sed cùm aqua in vinum conuertitur, significatur ꝙ populus Christo incorporatur.

Ad tertium dicendum, ꝙ si aqua apponeretur dolio, non sufficeret ad significationem huius sacramenti: sed oportet aquam vino apponi circa ipsam celebrationem sacramenti.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Do.

Ex artic. habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, Papa, & Concilio: quòd aqua non in magna, sed in parua quantitate, debet apponi in calice. A Papa quidem Honorio III. extrà, de celebr. Miss. Perniciosus error &c. vt in argum. contr. Ratio autem, ꝙ talis error sit perniciosus, constat ex supradictis in probation. conclus. & ex art. 6. A Concilio autem Floren. vt suprà in exam. post ad secundum, & artic. 6. append. per ly paululum, & ly modicissima. Ex quibus verbis patet, etiam cęcutientibus: & quòd Concilij mens est, ꝙ aqua mixta conuertatur in vinum; & ꝙ hoc ideò præcipit (sicut etiam Honorius, sup.) vt aqua infallibiliter conuerti possit, atque conuertatur, in uinum. A scripturis uerò per hoc, ꝙ dicitur Ioan. 17. Pater sancte serua eos, quos dedisti mihi; vt sint vnum, sicut & nos. Non pro his rogo tantùm; sed pro his, qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt & ipsi in nobis vnum sint. Per hæc enim uerba Saluatoris nostri Christi, si ad materiam præsentem (vt potest & debet) applicentur, instruimur: ꝙ aqua uino mixta in uinum conuertenda est, & ꝙ ideò in modicissima quantitate est apponenda ipsi. Dixi ly vt potest, & debet: quia Innocentius III. sic facto suo nos docuit; dùm ait extrà, de celebratione Missarum, cap. cùm Marthæ. Inter opiniones prædictas illa probabilior iudicatur; quæ asserit aquam cum uino in sanguinem transmutari. Nam, cùm aquæ multæ sint populi multi (iuxta quòd alibi legitur; Beati, qui seminant super aquas) ideò uino aqua vnitur; vt Christo populus adunetur. Per hoc enim quod suscepit ipse de nostro, & accepimus ipsi de suo, tàm insolubili nexu coniungimur: vt qui est vnum cum patre per ineffabilem unitatem, fiat unum nobiscum per admirabilem vnionem; ac per hoc, ipso communiter mediante, cum patre vnum efficimur. Pater, inquit, sancte serua eos, quos dedisti mihi &c. (vt suprà). Hæc ibi. Vbi expone ly aquam cum uino in sanguinem transmutari. i. vinum, quod sibi aquam incorporauit. i. in quod aqua iam est conuersa. Non enim duo transeunt in sanguinem, sed vnum tantùm. i. vinum prædictum. Nam, quia in uinum conuersio aquæ facta ueraciter præsupponitur à Papa; dùm solum uinum postea in sanguinem conuertitur, aquam cum vino in sanguinem transmutari, ab ipso dicitur. Hinc fit quòd, stante etiam ueritate istius dicti summi Pontificis, prout declarata est, nunquàm legis in decisionibus fidei factis postea, puta à Concilijs Viennensi, Florentino, Tridentino; quòd aqua, conuertatur in sanguinem, sed tantùm ꝙ vinum conuertatur in illum. Secundò vides; quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

---

Ferr. 4. cont. c. 61.
Sot. 4. s. d. 9. q. 2. art. 1.
Palud. 4. d. 10. q. 1.
Capr. 4. d. 8. q. 1. con. 1. & 2.
Scot. 4. s. d. 10. q. 1.

## QVÆST. XVI. Aliàs 75.

*De conuersione panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, in octo articulos diuisa.*

Deinde considerandum est de conuersione panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi.

Et circà hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum in hoc sacramento sit corpus Christi secundùm veritatem, an solum secundùm figuram, vel sicut in signo.

¶ Secundò, Vtrum in hoc sacramento remaneat substantia panis, & vini post consecrationem.

¶ Tertiò, Vtrum substantia panis, vel uini post consecrationem huius sacramenti annihiletur, aut in pristinam materiam resoluatur.

¶ Quartò, Vtrum panis possit conuerti in corpus Christi.

¶ Quintò, Vtrum in hoc sacraméto post conuersionem remaneát accidentia panis, & vini.

¶ Sextò, Vtrum facta consecratione remaneat in hoc sacramento forma substantialis panis.

¶ Septimò, Vtrum ista conuersio fiat in instanti.

¶ Octauò, Vtrum hæc sit falsa, ex pane fit corpus Christi.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum in hoc sacramento sit corpus Christi, secundum veritatem.*

Ad primvm sic proceditur. Videtur ꝙ in hoc sacramento non sit corpus Christi secundùm veritatem, sed solùm secundú figuram, vel sicut in signo. dicitur enim Io. 6. quòd cum Dominus dixisset, Nisi manducaueritis carné filii hominis, & biberitis eius sanguiné, &c. multi ex discipulis eius audientes, dixerút, Durus est hic sermo: quibus ipse dixit, Spiritus est, qui viuificat, caro nó prodest quicquam: quasi diceret secundùm expositionem August. * super Psal. 98. Spiritualiter intelligite, quæ locutus sum; non hoc corpus qd videtis manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, qué fusuri sunt, qui me crucifigent: sacramentú autem quod vobis commendaui, spiritualiter intellectum, viuificabit vos, caro autem non prodest quicquam.

¶ 2 Præt. Dominus dicit Matth. vlt. Ecce ego vobiscum sum omnib. diebus, vsque ad consummationem sæculi: quod exponens August. * dicit, donec sæculum finiatur, sursum est dominus, sed tamen nobiscú est veritas domini: corpus enim in quo resurrexit, in vno loco oportet esse, veritas autem eius vbique diffusa est. non ergo secundùm veritaté est corpus Christi in hoc sacramento, sed solum sicut in signo.

¶ 3 Præt. Nullum corpus potest esse simul in pluribus locis, cum nec angelo hoc conueniat: tali enim ratione posset esse vbiq;, sed corpus Christi est verum corpus, & est in cœlo. ergo videtur ꝙ non sit secundùm veritatem in sacramento altaris, sed solum sicut in signo.

¶ 4 Præt. Sacramenta ecclesię ad vtilitatem fidelium ordinantur: sed secundùm Gregorium * in quadá homil. Regulus reprehenditur, ꝙ quærebat corporalem Christi pręsentiá, Apostoli etiam impediebantur recipere Spiritumsanctum, propter hoc ꝙ affecti erant ad eius præsentiam corporalem, vt August. † dicit super

* In Ps. 98. non procul à med. expositionis tom. 8.

* Refertur hoc de cósecr. dist. 2. c. prin.

* de Regulo id habes Greg. homil. in Euang.

† Trac. 94. in Io. à medio, to. 9.

### SVPER Q. XVI. Aliàs 75. Art. 1.

Concl. 1. Verum corpus Christi, & verus sanguis, in Eucharistiæ sacramento uerè est: id quod sensu deprehendi non potest; sed sola fide quæ authoritati diuinæ innititur. i. fide theologica & catholica.

¶ Prob. Quia Christus dicit hoc (Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22. per ly Hoc est corpus meum. Ioã. 6. per ly Caro mea Vere' est cibus, & sanguis meus Vere' est potus): & Christus non mentitur. i. nullo modo mentitur. i. nec mentitur de facto, nec mentitur de possibili. i. non potest mentiri (cú ipse sit non tantùm uerax, sed veritas Ioann. 14.) Secunda autem pars. s. id quod sensu &c. probatur: Quia id patet ad sensum. Tertia uerò pars, s. sed sola fide &c. probatur: Quia hoc ex prima huius conclusionis parte sequitur manifestissimè.

115 Sup. q. 65. ar. 3. corp. prin. & inf. q. 76. p totum, & 4. d. 10. ar. 1. & dist. 11. princ. & 4. contra ca. 61 & 1. Corin. 11. lec. 5.

¶ Coroll. Ergo idé est, Christo porrigente sacramentum, dicere, Hoc est corpus meum; quod est dicere, in sacramento isto vobis porrecto est uerè corpus meum & sanguis. Ve. n. patet in contextu corporis: sanctus Doctor ad probandum illã primam conclusionis partem, quæ etiam de sanguine loquebatur, non adducit aliud nisi ly Hoc est corpus meum. Sufficit enim huic proposito sancti Doctoris (vt patet consideranti): ꝙ sub illa particula panis porrecta, sit etiam sanguis: non curando interim, an ibi sit ex vi verborum illorum, an ex reali concomitantia. Nam istud, tãquàm in præsenti loco ex ratione prædicta tacitú, reseruat postea loco proprio. s. q. 17 art. 2. manifestandum: & hoc tantú virum decuit: ꝙ doctrinam, secundú ordinem doctrinæ, sine ulla confusione traderet. Cæterùm id, quod ad probandum illam primam cathegoricá primæ partis conclusionis adducitur ex Ioan. 6. Caro mea &c. desumptú fuit ex argum. cont. Pro meliori autem captu secúdæ cathegoricæ probationis eiudé recole differentiam inter nomen abstractum, & concretum: de qua differentia alibi tractauimus. Porrò de fide, cuius meminit tertiæ partis cóclusionis ꝓbatio, vide quantum ad hoc sufficit 2. 2. q. 1. art. 1. 3. & quęst. 4. artic. 8. & q. 5. artic. 3. & q. 17. q. 6.

¶ Concl. 2. Hoc. s. Christi uerú corpus & sanguinem esse uere in Eucharistiæ sacraméto, est conueniens.

¶ Prob. Quia & perfectio

fectio legis nouæ ad ueterem, & charitas Chriſti ad nos maxima, & perfectio fidei de Chriſto, demonſtrant id eſſe conueniens (vt de his tribus medijs ſingillatim declaratur in tex.)

¶CONCL. 3. Oportuit: vt ſacrificium nouæ legis à Chriſto inſtitutum haberet aliquid plus, quàm ſacramenta ueteris legis; vt ſ. Chriſtum paſſum contineret non ſolùm in ſigno, & figura, ſed etiam in ueritate.

illud Ioan. 16. Si non abiero, paracletus non veniet ad vos. non ergo Chriſtus ſecundùm preſentiam corporalem eſt in ſacramento altaris.

SED CONTRA eſt, q Hilarius* dicit in 8. de Trin. de veritate carnis, & ſanguinis Chriſti non eſt relictus ambigendi locus: nunc enim & ipſius domini profeſſione, & fide noſtra caro eius verè eſt cibus, & ſanguis eius verè eſt potus. & Ambroſ.* dicit 6. de ſacramentis: ſicut verus Dei filius eſt dominus Ieſus Chriſtus, ita vera Chriſti caro eſt, quam accipimus, & verus ſanguis eius eſt potus.

RESPON. Dicendum, quòd verum corpus Chriſti, & ſanguinem eſſe in hoc ſacramento, ſenſu deprehendi non poteſt: ſed ſola fide, quæ auctoritati diuinæ innititur: vnde ſuper illud Luc. 22. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, dicit Cyrillus, non dubites an hoc verum ſit, ſed potius ſuſcipe verba Saluatoris in fide. cum enim ſit veritas, non mẽtitur. hoc autem conueniens eſt, primo quidem perfectioni nouæ legis. Sacramenta enim veteris legis illud verũ ſacrificium paſſionis Chriſti continebant ſolum in figura, ſecundùm illud Hebr. 10. Vmbrã habens lex futurorum bonorum, non ipſam rerũ imaginem: & ideo oportuit, vt aliquid plus haberet ſacramentum nouæ legis à Chriſto inſtitutum: vt ſ. contineret ipſum Chriſtum paſſum, non ſolum in ſignificatione, vel figura, ſed etiam in rei veritate; & ideo hoc ſacramentum, quòd ipſum Chriſtum realiter continet, vt Dionyſ. dicit 4. c. Celeſt. hierarc. eſt perfectiuum omnium aliorum ſacramentorum, in quibus virtus Chriſti participatur. Secundo hoc cõpetit charitati Chriſti, ex qua pro ſalute noſtra corpus verum noſtræ naturæ aſſumpſit: & quia maximè proprium amicitiæ eſt conuiuere amicis, vt Philoſ.* dicit 9. Ethic.

ſui preſentiam corporalem nobis repromittit in præmium, dicens Matt. 24. Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Interim tamen nec ſua præſentia corporali nos in hac peregrinatione deſtituit, ſed per veritatem corporis, & ſanguinis ſui, nos ſibi coniungit in hoc ſacramẽto. vnde ipſe dicit Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meũ ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Vnde hoc ſacramentum eſt maximę charitatis ſignum, & noſtrę ſpei ſubleuamentum ex tam familiari coniũctione Chriſti ad nos. Tertiò, hoc competit perfectioni fidei, quæ ſicut eſt de diuinitate Chriſti, ita eſt de eius humanitate, ſm illud Ioan. 14. Creditis in Deum, & in me credite. Et quia fides eſt inuiſibilium, ſicut diuinitatẽ ſuam nobis exhibet Chriſtus inuiſibiliter, ita & in hoc ſacramento carnem ſuam nobis exhibet inuiſibili modo: quæ quidam nõ attendentes poſuerunt corpus, & ſanguinem Chriſti non eſſe in hoc ſacramento, niſi ſicut in ſigno, quod eſt tanquàm hæreticum abiiciendũ, vtpotè verbis Chriſti contrarium: vnde & Berengarius,* qui primus huius erroris auctor fuerat, poſtea coactus eſt ſuum errorem reuocare, & veritatem fidei confiteri.

AD PRIMVM ergo dicendum, q ex hac auctoritate prædicti hæretici occaſionem errandi ſumpſerunt, malè verba Auguſtini intelligentes. Cùm enim Auguſt.† dicit, Non hoc corpus quod videtis manducaturi eſtis, non intendit excludere veritatem corporis Chriſti, ſed quòd non erat manducandum in hac ſpecie, in qua ab eis videbatur. Per hoc autem quod ſubdit: ſacramentum quod vobis commendaui ſpiritualiter intellectum, viuificabit vos, non intendit quòd corpus Chriſti ſit in hoc ſacramento ſolùm ſecundùm myſticam ſignificationem, ſed ſpiritualiter* dici, id eſt inuiſibiliter, & per virtutem Spiri-

* li. 8. inter prin. & medium lib.

* lib. 6. c. 1. in princip. tom. 4.

* lib. 9. c. 4. & li. 8. c. 5. tom. 5.

* Habetur de conſec. diſt. 2. cap. Ego Berẽgarius.

† In expoſitione Pſal. 98. tom. 8.

* Aliàs impaſſibiliter

¶PROB. Quia ueteris legis ſacramẽta continebant ſolùm in figura verũ ſacrificiũ Chriſti (.i. Chriſtum paſſurum figurabant): & ipſamet ſacramenta erant vmbræ reſpectu ſacrificij nouæ legis. i. reſpectu Euchariſtiæ (vt patet, vniuerſaliter etiã. i. de tota lege illa, ex Hebræ. 10.)

¶COROLL. Ergo dicentes, Chriſtum eſſe in Euchariſtię ſacramẽto, tãquam in ſigno, nõ autem realiter in ueritate, tales iudaizant. i. volunt intelligere ſecũdùm modum Iudæorũ ſcripturas. Ergo, ſi Chriſtus de ſua exiſtentia in Euchariſtia loquẽs Ioã. ſexto, intellexiſſet, imò etiam à Iudæis intellectus fuiſſet loqui de exiſtentia ibi tanquàm in ſigno: tunc Iudæi, vtpote qui figuris ab initio in tota lege ſibi per Moyſen data eſſent aſſueti, nunquàm litigaſſent ad inuicem dicentes, Quomodo poteſt hic dare carnem ſuam ad manducandum? Etenim antiquitùs data illis fuerat caro Chriſti ad manducandum in figura, ſiue in ſigno. i. in Manna: vt patet. Vndè nec unquàm audientes uerba talia Chriſti de eis dixiſſent, Durus eſt hic ſermo. Ergo litigiũ Iudæorum prædictum, & atteſtatio de ſermonis talis duricie, fuit & eſt ſignum euidentiſſimum veritatis huius, ſ. quòd & Chriſtus ſic loquẽs intelligebat de vera ſui præſentia in cibo illo, & Iudæi Chriſtum habuiſſe in ſuis verbis talem ſenſum cognouerunt. Ergo ij, qui nolũt cum Eccleſia catholica intelligere ſenſum hunc Chriſti in verbis illis, minùs intelligunt Euangelium hoc, q̃ Iudæi; quamuis alioqui eſſent hoſtes Chriſti.

¶CONCL. 4. Quidam poſuerunt, corpus, ac ſanguinem Chriſti non eſſe in ſacramento Euchariſtiæ, niſi ſicut in ſigno: & hoc eſt, tãquàm hæreticum, abijciendum.

¶PROB. Quia patet de Berengario &c. (Decret. De conſecrat. diſtinc. 2. cap. Ego Berengarius). Secunda autem pars. ſ. & hoc &c. probatur: Quia hoc eſt uerbis Chriſti cõtrarium (vt patet ex prob. concl. pri. Vide etiam coroll. poſt concl. 3.)

1ᵐ ex B. Auguſtino. Non hoc corpus, nec illum ſanguinem. ℞. Accepta ſub proprijs ſpeciebus viſibilibus. §. Tunc nihil &c. Concluſio enim prima articuli, quando verum corpus & ſanguinem Chriſti vere eſſe dicit in ſacramento illo, habet in verbis ſuis alium ſenſum ab Auguſtino. Ac ſi apertiùs concluſio ipſa dixiſſet. Verum Chriſti corpus, & verus ſanguis, eſt uere in ſacramento hoc; ſed tamen inuiſibiliter, ideſt tamen ſacramentaliter, i. ſub ſpeciebus ſacramentalibus, i. ſub ſpeciebus panis & uini, non autem ſub ſpeciebus Chriſti viſibilibus. Quod quidem dicere, intelligere, & eſſe, eſt multùm conueniens (vt ait concluſio 2.): quoniam ſingula ſingulis correſpondent. Reale quidem eſt ſacramentum, quia non eſt vmbraticum (vt ueteris legis ſacramenta), & ideò quantum ad hoc, requirit eſſe Chriſti reale (vt dixit cõcluſio 3.): ipſum quoq; ſacramentum eſt ſacramentũ (vt de ſe patet), & ideò quantum ad hoc requirit, vt eſſe Chriſti reale ſit ibi modo ſacramentali. Non. n. bene conueniunt iſtæ combinationes, ſ. ſacramentũ reale, & eſſe Chriſti nõ reale, neque iſtę, ſ. eſſe in ſacramento, & eſſe ibi modo non ſacramẽtali. Vt ergo Chriſtus ſapientia patris diſponeret opus hoc (ſicut & omnia, Sapien. 8.) ſuauiter, i. ſecundùm q res compatitur; voluit & q ſuum eſſe hic eſſet eſſe reale, & q ſuũ eſſe reale hic eſſet ſecundum modum huius ſacramenti. Alioquin nec ſingula ſingulis correſponderent (qđ ſapiẽtiam dedecet): nec uerum corpus Chriſti, aut ſanguinem poſſet quis manducare aut bibere (quod eſt abolitio finis ſacramenti huius). Ex prædictis ergo patet vel mediocriter perſpicienti, quomodo intelligi debeat, ly verba quę locutus ſum, ſpiritus & vita ſunt, Ioan. 6. & ly ſpiritus eſt, qui uiuificat (quod in idem redit); & ly ſpiritualiter intelligite, quæ locutus ſum (Auguſt. ſuper Pſ. 98.)

Item ex Euãgelio. Caro. ℞. Mãducanda uiſibiliter, i. ſub propria ſpecie viſibili. §. Si enim caro Chriſti ſic mãducanda proponeretur nobis, nũquàm manducaretur à nobis: & ideò nobis non prodeſſet quicquã per modum manducationis (vt intelligit ibi Dominus). Tunc nihil &c. Nam caro, de qua dicit ly Niſi manducaueritis carnẽ &c. eſt manducanda inuiſibiliter, i. non ſub propria ſpecie uiſibili, ſed ſub ſpecie ſacramentali. Ideò & manducatur; et per modum manducationis prodeſt quicquam, imò prodeſt maxime multùm, quæſtio. 10. art. &c.

¶NOT. Cùm ſapientis ſit ad interrogata, ſeu quæſita, reſpondere ſecundum ſenſum interrogationum, ſeu quæſitorum; oportet inſpicere quem ſenſum habeat interrogatio, ſeu quæſitum Iudæorũ, quibus in Euangelio per textum præſentem adducto reſpondet Chriſtus: vt ſciamus verum ſenſum reſponſionis talis abſque difficultate magna inuenire. Igitur Iudæi interrogando, ſeu quærendo, quid dixerunt primò? Quomodo (inquiunt) poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum. Nota ly quomodo; q ſ. non dicit rem, ſed modum rei. Patet ergo manifeſte; q Iudæi non quærunt de re danda ad manducandum, quia iam expreſſè dicunt ly carnem ſuam (vide corollar. poſt prob. concl. 3.): ſed quærunt de modo, quo res illa, i. caro eſt danda ad manducandum. Reſponſio

igitur

igitur Domini, qua dicit ly Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam, verba quæ locutus sum ad uos spiritus & vita sunt, tendit ad modum ostendendum, quo Dominus carnem suam dabit ad manducandum. Ac si apertiùs dixisset. Verba, quæ de carne mea locutus sum ad vos, & sunt spiritus, i. spirituali modo intelligéda, s. quantum ad modũ dandi vobis ueram carnem meam ad manducandum: & sunt vita, i. verba ipsa spirituali modo sic intellecta non generant horrorem ad manducandum carnẽ meã; ideoque, cùm facilem modum pro manducando illam proponant, afferunt vitam; quia caro mea ad persuasionẽ ipsorum verborũ sic intellectorum bene, faciliterq; manducabitur, & ea sic manducata manducantibus adeò proderit, vt ipsa sit illis vita. Ecce: quòd non durus erat hic sermo Christi (vt quidam retrocedentes, figura hæreticorum peruertentium scripturas, mentiebantur), sed erat verba uitæ æternæ (vt Petrus, pater & figura catholicorum scripturas rectè cũ magna reuerentia exponentiũ, subiunxit). Cæterum in supradictis intellige ly spirituali modo, i. inuisibili modo. Nam, quia spirituum est sensibiliter non uideri, sicut e contra uideri est corporum; ideò aptissime sumitur ly spirituali pro inuisibili.

*Trac. 27. in Euang. Ioan. inter prin. & me diũ illius, tom. 9.

In scripturis differentia catholicorũ, & hæreticorũ.

¶Coroll. Ex prædictis ergo patet, quomodo exponendum sit in Augustino ly spiritualiter; q́ s. exponitur, i. inuisibiliter. Nam & caro Christi vera, & sanguis verus, & consequenter hoc mysterium tot verbis a Christo Ioan. 6. nobis commendatum intelligendum est verificari spiritualiter, i. inuisibiliter: inquantum s. inuisibili modo & est hic vera Christi caro cum sanguine, & nobis ad manducandum datur, & à nobis non sine vtilitate vitali manducatur. Patet etiam ex præmissis; q́ ly inuisibiliter, non contraponitur ad ly realiter (vt putabat, ideoque decipiebatur, argumentum) sed contraponitur ad ly visibiliter, s. sensu visus: adeò quòd ly inuisibiliter stat cum ly realiter, simulque sacramentaliter, i. sub specie aliena, s. panis & vini; licet non stet cum ly realiter & simul sensibiliter, i. sub specie carnis propria visibili.

## 2m illatio conclusionis.

Non ergo secundum &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex eo, quòd malè intelligit August. in præmissis adductum. Nam verbum illud August. & omnia similia &c. vt in textu. Vide dicta circa respon. ad primum.

## 3m de maiori.

Locis. ℞. Vt locis. §. i. Eo modo, quo corpus est in loco. Tunc nihil &c. Licet enim corpus Christi consecratum sit in diuersis locis materialiter, inquantum s. est in diuersis altaribus, quæ sunt diuersa loca: non tamen est in diuersis locis formaliter sumptis, i. locis, vt locis. Nam corpus Christi non est eo modo in hoc sacramento, sicut corpus in loco; quod &c. vt in tex. Pro cuius maiori intelligentia, vide art. 2. corp. a ly manifestum est, quòd corpus Christi non incipit esse in hoc sacramento per motum localem &c. vsque ad ly de nouo in hoc sacramento, nisi per conuersionem substantiæ panis in ipsum. Ad hæc etiam semper recole: quòd Deus facere potest plus, quàm intelligimus, Ephes. 3.

¶Exam. Ly quodam speciali modo, qui est proprius huic sacramento. Hoc est (vt subditur in fin.): secundum proprium huic sacramento. Quis verò sit modus proprius huic sacramento, patet in art. 4. quòd s. est supernaturalis conuersio, quæ propriè vno verbo vocatur transubstantiatio. Ac si ergo dixerit præsens textus. Corpus Christi est in diuersis altaribus, secundum transubstantiationẽ panis huius, & illius, in ipsum corpus. Ex cuius dicto verissimo constat, manifestè sequi: quòd si in mille locis, & quantumuis pluribus, essent tot panes, qui eadem hora & instanti consecrarentur; tunc eodem instanti idem numero corpus Christi esset in tot locis per transubstantiationem (licet non esset in locis illis nec per motum, nec per modum, localem, ar. 2.) Porrò, ad horum ampliorem capium iuuat audire hunc eundem Ecclesiæ sanctæ Doctorem fidelissimum, in lib. 4. contra Gentiles, cap. 62. sic argumentantem. Impossibile est, vnum corpus in pluribus locis existere; manifestum est autem, hoc sacramentum in pluribus locis celebrari: impossibile igitur videtur, quòd corpus Christi ueraciter in hoc sacramẽto contineatur. Nisi forte quis dicat; quòd secundùm aliquam particulam est hic, & secundùm aliam alibi. Ad quod iterum sequitur; quòd per celebrationem huius sacramenti corpus Christi diuidatur in partes: Cùm tamẽ nec quãtitas corporis Christi sufficere videatur ad tot particulas ex eo diuidendas, in quot locis hoc sacramentum peragitur. Hæc ibi. Deindè cap. 64. argumento respondentem audi. Corpus Christi non comparatur ad hunc locũ mediantibus dimensionib. proprijs, vt eis oporteat adæquari locũ: sed mediantibus dimensionib. panis remanentibus, quibus locus adæquatur. Indè etiam patet solutio ad id; quod obijciebatur de pluralitate locorum. Corpus enim Christi, per suas proprias dimensiones, in vno tantùm loco existit: sed, mediantibus dimensionib. panis in ipsum transeuntis, est in tot locis, in quot huiusmodi conuersio fuerit celebrata; non quidẽ diuisum per partes, sed integrũ in vnoquoque. Nam quilibet panis consecratus conuertitur in integrum corpus Christi. Hæc ibi. Ad quæ faciliùs intelligenda valet exemplum à B. Vincentio Ordinis Prædicatorũ Doctore celeberrimo, in serm. 3. de festo corporis Christi, adductum. Quomodo (inquit) corpus Christi potest esse in tot locis? Respondetur: quòd hoc est mirabile; tamen possibile diuina virtute. & huius rei præcessit exẽplum in natura. Quia videmus: q́ idem verbum manet in mente, & oratione dicentis, & in aure, & mente cuiuslibet audientis in diuersis locis. Ita filius Dei, qui dicitur Verbũ patris, potest esse (.s. quò ad corpus) in pluribus locis & hostijs consecratis. (Et infra). Quomodo quilibet communicans sumit totum corpus Christi, & sumens partem minimam sumit totum, sicut sumens totã hostiam? Quia sicut totum verbum loquentis est æqualiter in vna aure, & in qualibet tàm magna, quàm parua: ita idem sacramentum continet totum Christum, & communicans sumit ipsum totum æqualiter. Huius figuram habemus Exod. 16. de Manna: vbi dicitur, q́ plus colligens mannæ non plus habebat, quàm qui minus collegerat; sed putrefiebat. Ita in hoc sacramento quilibet sumit corpus Christi æqualiter: & si quis crederet, in maiori quantitate plus inuenire, fieret putredo infidelitatis illius. Hæc ibi. Cuius exempli vltima pars applicetur, & benè, ad declarandum ly integrum in vnoquoque; & pars prima declaret ly esse in pluribus locis: quorum vtrumque dicebat D. Thomas.

a

*In corp. art.

*Trac. 27. in Io. parũ ante med. tom. 9.

¶Not. Præsentis responsi textualis doctrina confirmatur ex Concilio Tridentino sess. 13. cap. 1. Nec inter se pugnant hæc: vt ipse Saluator noster semper ad dexteram patris in cęlis assideat, iuxta modum existendi naturalem; & vt multis nihilominùs alijs in locis sacramentaliter præsens sua substantia nobis adsit, ea existendi ratione; quam etsi verbis exprimere uix possumus, possibilem tamen esse Deo, cogitatione per fidem illustrata, assequi possumus, & constantissimè credere debemus. Hæc ibi. Ex quibus patet damnari hæresim Bezanitarum contra omnipotentiam Dei dicentium: quòd Deus efficere nequit; quòd aliquod corpus, manente substantia, sit in pluribus locis. Corpus enim Christi numeraliter vnum, manente sua substantia, esse in multis locis (hoc faciente omnipotentia Dei) tàm clarum est in Concilio: vt nihil suprà. In his, & similibus, memento semper: quòd Deus est maior corde nostro. 1. Io. 3.

## 4m de conclusione.

Secundùm præsentiam corporalem. ℞. Per modum corporis, §. i. in corporali propria specie visibili. Sic enim præmissæ intelliguntur: & consequenter exposcunt, conclusionem suam sic glossari. Tunc nihil &c. Nam prima conclusio articuli intendit, quòd in sacramento Eucharistiæ est Christus secundùm præsentiam corporalem, per modum spiritualem, i. modo inuisibili sub aliena specie occultatus. Vnde argumentum non attingit sensum verum ipsius conclusionis; tantum abest, vt eam infringat.

APPEN-

Spiritussancti, vndè super Ioan.* exponens id, quod dicitur, Caro non prodest quicquam, dicit, sed quomodo illi intellexerunt. Carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo spiritu vegetatur, accedat spiritus ad carnem, & prodest plurimum: nam si caro nihil prodesset, verbum caro non fieret, vt habitaret in nobis.

Ad secundum dicendum, q́ verbum illud August. & omnia similia sunt intelligenda de corpore Christi, secundùm quòd videtur in propria specie, secundùm quòd etiã ipse Dominus dicit Matth. 26. Me autem non semper habebitis, inuisibiliter tamen sub speciebus huius sacramenti est, vbicumque hoc sacramentum perficitur.

Ad tertium dicendũ, q́ corpus Christi nõ est eo modo in hoc sacramẽto, sicut corpus in loco, qđ suis dimensionibus loco cõmensuratur: sed quodã speciali modo, qui est proprius huic sacramẽto: vndè dicimus q́ corpus Christi est in diuersis altaribus, non sicut in diuersis locis, sed sicut in sacramento, per quod non intelligimus, q́ Christus sit ibi solum sicut in signo, licet sacramẽtum sit in genere signi: sed intelligimus corpus Christi hic esse, sicut dictum est,* secundùm modum proprium huic sacramento.

Ad quartum dicendum, q́ ratio illa procedit de præsentia corporis Christi, prout est præsens per motum corporis, i. prout est in sua specie visibili, non autem prout est spiritualiter, idest, inuisibiliter, modo, & virtute spiritus. vnde August.* dicit super Ioan. Si intellexisti spiritualiter verba Christi de carne sua, spiritus, & vita tibi sunt si intellexisti carnaliter, etiam sic spiritus, & vita sunt, sed tibi non sunt:

ARTI-

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæreses Berengarij dicentis: In Eucharistiæ sacramento carnem filij Dei non uerè, sed tantum in signo, & figura contineri. Item addentis: Hoc est corpus meum, sic esse intelligendum; vt Paulus intelligit illud, Petra erat Christus. Et Oecolampadij, ac Ioannis Vuiclef dicentium: In Eucharistiæ sacramento non esse Christum identice, & realiter in propria persona. Et Albigensium dicētium; In Eucharistiæ sacramento non aliter esse corpus Christi, quàm in alia qualibet re. Et Anabaptistarum dicentium; In Eucharistiæ sacramento non esse realem Christi præsentiam. Et Energicorū dicentium: In Eucharistia non ipsum corpus, sed uirtutem corporis, esse. Et Caluini hoc, tāquàm erroneum, Papistis (vt iniuriosè ait) imponentis, atque abiurantis: videlicet, quòd transubstantiatio sit in pane, & uino, ita ut ipsemet Christus sit ibi in carne, sanguine, & ossibus (vt de Caluini hoc risu patet ex suo libello contra acta Concilij Trid.) Secundò habes; quomodo per rationem ostendas, illas hæreses merito condemnari à Concilio Florentino, in constitut. super vnio. Armenor. Totus Christus continetur sub specie panis, & totus sub specie uini. Sub qualibet quoque parte hostiæ consecratæ, & uini cōsecrati (separatione facta) totus est Christus. Hæc ibi. Item à Concilio Lateranē. maximo sub Innocentio III. in de sum. Trin. & fide cath. cap. firmiter credimus. Vna est fidelium vniuersalis Ecclesia; extra quam nullus omninò saluatur. In qua idem ipse sacerdos est sacrificium IESVS Christus: cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini ueraciter continentur; transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, potestate diuina. Hæc ibi. Item a Papa Vrbano IIII. Alia, quorum memoriam agimus, spiritu menteque complectimur: sed non propter hoc realem eorum præsentiam obtinemus. In hac uerò sacramentali Christi commemoratione IESVS Christus, sub alia quidem forma, in propria verò substantia est nobiscum. Hæc ille: quæ recitantur a Papa Clemente V. in Concilio Viennensi, & consequenter ab eisdem solēniter acceptantur. vt patet in lib. Clementinarum, de reliq. & venerat. sanct. cap. si Dominum. Vide tu totum illud capitulum, quoniam memoratu per omnia dignissimum est, & ad multa Diui Thomæ in suprà, & infrà, articulis pluribus dicta confirmanda facit. Item à Concilio Constantiensi per hoc, quòd sess. 8. postquàm hæresim illam Ioannis Vuiclef recitauerat, pronunciat ipsum hæreticum, eiusdemque memoriam condemnat, & mandat exhumari ossa ipsius, atque cremari (vt ibi patet). Item à Concilio Trident. sess. 13. cap. 1. Docet sancta Synodus, aperte ac simpliciter profitetur: in almo sanctæ Eucharistiæ sacramento post panis & vini consecrationem Dominū nostrum IESVM Christum, vērum Deum atque hominem, vere, realiter, ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium contineri. Ita maiores nostri omnes, quotquot in vera Christi Ecclesia fuerunt, qui de sanctissimo hoc sacramento disseruerunt, apertissimè professi sunt: hoc tàm admirabile sacramentum in ultima cœna Redemptorem nostrum instituisse; cùm, post panis vinique benedictionē, se suum ipsius corpus ac sanguinem illis præbere; disertis ac perspicuis verbis testatus est. Quæ verba à sanctis Euangelistis commemorata, & à Diuo Paulo postea repetita, cùm propriam illam & apertissimam significationem præseferant, secundum quam à Patribus intellecta sunt: indignissimum sane flagitium est, ea à quibusdā contētiosis & prauis hominibus ad fictiuos & imaginarios tropos, quibus veritas carnis & sanguinis Christi negatur, contra vniuersum Ecclesiæ sensum detorqueri: quæ, tāquàm columna & firmamentum veritatis, hæc ab impijs hominibus excogitata commenta (velut Sathanica) detestata est grato semper, & memore animo præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens. Hæc ibi. Et cano. 1. Si quis negauerit: in sanctissimæ Eucharistiæ sacramento contineri vere, realiter, & substantialiter, corpus & sanguinem, vnà cum anima & diuinitate, Domini nostri IESV Christi, ac proinde totum Christum: sed dixerit, tantummodò esse in eo, vt in signo, vel figura, aut virtute: anathema sit. Hæc ibi. Item à Concilio Ephesino primo; quod cum alijs tribus primis, s. Niceno primo, Constantinopolitano primo, & Calcedonensi, veneratur Beatus Gregorius, vt quatuor Euangelia, distin. 15. cap. sicut. In quadam enim epistola inter acta ipsius Concilij, cui vice summi Pontificis præsidebat Cyrillus, legitur sic. Religioso ac Deo amabili consacerdoti, Nestorio, Cyrillus, & quicumque sunt apud Ephesi Synodum. (Et infrà). Ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur participes sancti corporis & pretiosi sanguinis Christi, omnium nostrum redemptoris, effecti; non vt communem carnem percipientes (quod absit) neque vt viri sanctificati & verbo coniuncti secundùm dignitatis vnitatem, aut sicut diuinam possidentis habitationem; sed uere viuificatricem, & ipsius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter, vt Deus, existens, quia propriè carni unitus est; viuificatricem eam esse professus est. Et ideò quamuis dicat ad nos, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem; non tamen eam, vt hominis unius ex nobis, existimare debemus. Quomodo enim, iuxta naturam suam, viuificatrix esse poterit caro hominis? Sed vt uere propriam eius factam; qui propter nos filius hominis est factus, & uocatus. Hæc ibi. Vbi & vniuersaliter damnantur hæreses prædictæ, (dicendo carnem Christi uerè esse in sacramento altaris; & specialiter damnatur hæresis Nestorij, dicendo, carnem Christi ibi esse non tāquàm hominis iusti coniuncti Deo solùm per dignitatem vel inhabitationem, sed tanquàm hominis & veri Dei. Quod, vt melius intelligas, recordareis quòd Nestorius ponebat in Christo duas personas, vnam diuinam, alteram humanam, tamen ut hominis inter homines anthonomatice iusti. Cuius hæreticam fantasiam, & eius damnationem, diffusiùs uide in 3. de Salu. articulorum num. 111. 144. cum Elucidat. Cæterùm, quod ad Caluinum attinet, vltra prædictas eius temeritatis hæreticalis damnationes à tota Christi uera Ecclesia sæpius factas, vide specialiter eius uitam in Addition. quæst. 9 artic. 4. appen. recitatam: quæ huius rei, s. ipsum tantarum, & amplius, damnationum esse dignissimum, testis est grauissimus. Ex eadem uita etiam percipies: quàm optimè Caluino irridenti applicetur illud Prouerb. 10. quasi per risum stultus operatur scelus; & illud Prouerb. 26. Sapientior sibi stultus videtur, septem viris loquentibus sententias; & illud Moysi ad Chore, & ad omnem globum eius sacerdotium sibi iniustissime vendicantem, & stantem contra Dominum, Numer. 16. Multum erigimini filij Leui; & illud 2. Petri 3. Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes; & illud Iudæ. 1. In nouissimis temporibus uenient illusores secundùm desideria sua ambulantes in impietatibus, qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes; & tandem illud Prouerb 3. Dominus ipse deludet illusores. Tertiò uides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus ut sonat.

¶In corpore conclusio clara est, & de ipsa tria dicuntur. primo, quòd sola fide tenetur: secundo, quòd est conueniens, & affertur triplex conuenientia: tertio recitatur error quorundam dicentium oppositum, & ex uerbis Christi, & confessione Berengarij, de consecr. dist. 2. ego Berengarius, confutatur.

¶Circa præsentis, & sequentium articulorum doctrinam, ac materiam pro claritate, & ampliori intellectu difficultatum, sciendum est ex auctoritate sacræ scripturæ de existentia corporis Christi in sacramēto eucharistiæ nihil aliud haberi expresse, nisi verbum Saluatoris, dicentis, Hoc est corpus meum: oportet enim uerba hæc uera esse. Et quoniam uerba sacræ scripturæ exponuntur dupliciter (vel propriè, vel metaphoricè) primus error circa hoc fuit interpretantium hæc Domini verba metaphoricè, quem Magister senten. in dist. 10. lib. 4. tractat, qui & in hoc articulo, reprobatur. Et consistit uis reprobationis in hoc, quòd verba Domini intellecta sunt ab Ecclesia propriè, & propterea oportet illa uerificari propriè. Habemus igitur ex veritate verborum Domini in sensu proprio corpus Christi veraciter esse, in eucharistia, & hoc est primum, quod ex euangelio habemus circa hoc sacramentum. Alterum autem, quòd euangelium non explicauit, expresse ab ecclesia accepimus, s. conuersionem panis in corpus Christi. Hanc enim non solùm à priscis Doctoribus ecclesiæ habuimus, quos habes de cōsec. dist. 2. copiose, & à Magistro sent. in tractatu de Eucharistia diffuse: sed à Concilio Lateranensi sub Innoc. III. vt patet extrà, de summa Trin. & fide cath. firmiter credimus. vbi utrumque simul dicitur sub his uerbis, Christi corpus, & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis, & uini veraciter continentur, & hæc quo ad primum. Et sequitur, Transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem potestate diuina, & hæc quo ad secundum. Et quoniam uariæ fuerunt opiniones, multiformiaque fiunt argumenta circa hæc implicātia mentes etiam eruditorum, prænotandum est, & ante oculos semper habendum, interuenire hic non vnam, sed duas nouitates, valde mirabiles. Altera est de esse corporis Christi sub hostia consecrata. de nouo enim corpus Christi uerum ueraciter sub illa hostia continetur. Altera est de conuersione substantiæ panis in substantiam corporis Christi, et hoc etiam de nouo fieri credimus. Et quoniam omnis nouitas mutationem nonnullam sonat extenso mutationis nomine latissimè, ideo pro maiori claritate latissimæ mutationis uocabulo utendo, imaginemur secundum has duas nouitates interuenire duas mutationes, non curando an vna sit ratio alterius, aut inferat alteram. Et in illa quidem nouitate, qua corpus Christi de nouo est sub speciebus panis, oportet intelligere mutationem, vel ex parte corporis Christi, vel ex parte accidentium panis. Et siquidem ex corporis Christi parte mutationem imaginamur, erit mutationis velut subiectum corpus Christi: terminus à quo, non contineri sub his accidentibus terminus ad quem contineri sub his accidentibus: fit enim Christi corpus ex non contento

tento sub his accidentibus contentum sub illis. Si uerò mutatio hæc imaginanda ponitur ex parte hostiæ, tunc mutationis subiectum est ipsa panis species, & terminus à quo, non continere: terminus autem ad quem, est continere Christi corpus: fit enim panis species remanens, ex non continente Christi corpus continens Christi corpus.

¶Quia ergo attendendo formaliter ad illam nouitatem, qua corpus Christi continetur ueraciter sub speciebus panis, & corpus Christi, quod non continebatur sub his speciebus, continetur & species panis, quæ non continebat Christi corpus, continet Christi corpus, rationabiliter manifestatur nouitas ista formali, & perspicaci intellectu, humano more ex ratione mutationis, vt fecimus: excelsa siquidem Dei balbutiendo, vt possumus resonare non dedecet, secundum Greg. Quapropter conformiter ad sacros canones loquendo, vocetur ista nouitas, nouitas continentiæ: quoniam uere secundum hanc corpus Christi continetur, & hostia continetur, & hostia continet corpus Christi: quamuis, non continentia locali. Altera autem nouitas uocabitur nouitas conuersionis, quoniã secundum illam panis uere conuertitur in corpus Christi. In hac igitur conuersionis nouitate manifesta mutatio interuenit, qua ex pane fit corpus Christi, sed mutatio ista absque subiecto inuenitur habens pro termino à quo panem, & pro termino ad quem, corpus Christi. Et scito, quod tanta est utilitas discernendi inter has nouitates, & inter has mutationes, vt inde pendeat, & intelligere tam uarias obiectiones, & scire formaliter respondere, & videre quid scias, vel nescias. Vnde non sit tibi curæ pro nunc, hoc est pro principio intelligendi, quales, vel quomodo sint, an fiant istæ mutationes, sed esto contentus ex alietate terminorum etiã fingere diuersitatem mutationum. Et percipiendo, ꝙ conuersio habet proprios terminos, s. panem, & corpus Christi, & quòd corpus Christi contineri de nouo sub sacramento, habet alios suos proprios terminos, s. dē non continentia ad continentiam vel passiue, vel actiuè (vt prædeclaratum est) siste, & fige intellectum ad formalia ambarum nouitatum, & suarum mutationum, vt sic liber tibi pateat ingressus in pelagus tam fluctuantium opinionum, & intellectuum.

¶His prælibatis, sciendum est, omnes circa primam nouitatem continentiæ & re & voce consensisse, dum omnes communiter fatemur corpus Christi prius non contentum sub hac hostia modo veraciter contineri: quamuis circa modum quo continetur, variæ sint (vt postea dicetur) opiniones.

¶Verum nouitatem conuersionis licet omnes voce affirment, secundũ rem tamen multi negarunt, putantes se non negare illam. Et hi multifariam sunt diuisi, dum quidam intelligunt cõuersionis nomine identitatem loci, vt hac ratione dicatur panem fieri corpus Christi: quia ubi est panis, est & corpus Christi, vt Magist. sent. in 4. dist. 4. refert & reprobat, & de hoc erit secundus art. in litera. quidam uerò conuersionis nomine intelligunt successionis ordinem, vt Magister ibidem refert, vt hac ratione dicatur panem conuerti in corpus Christi, quia corpus Christi est post consecrationem sub accidentibus, sub quibus erat panis, quem panem annihilari, aut solui in præiacentem materiam dicebant, & hoc Auctor in 3. tractabit articulo, & hanc opinionem quo ad sententiam sequitur Scotus in 4. dist. 10. & 11. Dixi autem secundum sententiam: quia in modo opinandi cautior est Scotus, ponens panem per accidens redigi in nihil, & conuersionem uocat adductiuam Christi corporis ad hoc, quod sit præsens accidentibus panis. Sed quo ad rem in idē redit cum opinione recitata à Magistro: quia secundum rem panis non conuertitur in aliquam rem, sed in nihilum cedit, & propterea solo nomine, conuersionem ponit panis in corpus Christi. Quidam autem conuersionis nomen, & rem, partialiter tamen, admittunt, de quorum numero est Duran. in eodem quarto, ponens materiam panis conuerti in corpus Christi, quia incipit informari forma corporis Christi (sicut alimentum informatur forma) alti panis uerò formam desinere esse. Et hæc noua opinio vt erronea à Pet. de Pal. reprobatur, & erronea cõuincitur ex hoc, quòd corpus Christi iam est impassibile, & multo magis eius anima est immutabilis, quo ad informare, & non informare.

Quidam demum conuersionis nomen, & rem totaliter admittētes, dicunt panem conuerti in corpus Christi, non secundũ substantiã, sed secundùm esse accidentale: ita ꝙ panis conuertitur non in substantiam corporis Christi, sed in illius esse sacramentale: & hanc opinionē tenet, sine assertione tamen, Pet. de Pal. in 4. quam opinionem vtpote nouam Auctor non tractauit. aliena tamen à ueritate est: quia transubstantiationē solo nomine saluat: quoniã secundum rem, apud istos substantia panis conuertitur in accidens, & non in substantia corporis Christi, sed secundum uocem saluant transubstantiari quia conuertitur panis substantia in Christi substantiã, secundum esse accidentale. Patet siquidem manifeste, transubstantiari importare conuersionem substantiæ in substantiam simpliciter, & absolutè, vt textus expressè inductæ decretalis dicit, transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem.

¶Communis autem doctrina, quam Auctor sequitur post Magistrum Sent. tenet substantiam panis conuerti in substantiam corporis Christi absque additione aliqua, absque augmento quoque in substantia corporis Christi, ac per hoc panem non esse redactum in nihil, sed conuersum in substantiam Christi corporis, & ex hoc ipso non esse amplius panē, sed quod erat panis, est corpus Christi. Et hac doctrina ex sacris Concilijs, priscisque Doctoribus Ecclesiæ clarè habetur, vt patet de consec. dist. 2. diffusè, & in allegata decretali Lateranen. Concil.

¶Addit autem doctrina hæc, ꝙ hæc nouitas conuersionis est ratio nouitatis continentiæ, & prior illa, ita ꝙ prius natura est nouitas conuersionis panis in corpus Christi, & deinde secundũ naturæ ordinem est corpus Christi sub hostia: vtrumque tamen est in vno, & eodem instanti temporis. Nec est inter has duas nouitates solũmodo dictus ordo prioris, & posterioris, sed ordo causalitatis, ita ꝙ hæc conuersio panis in corpus Christi, est causa sufficiens in suo ordine existentiæ corporis Christi sub hostia: ita quòd licet sint hic duæ nouitates, & tot mutationes cum suis proprijs terminis: tanta tamen est inter eas necessaria connexio, quòd ad priorem reliquæ necessario sequuntur, hoc est, ꝙ ad conuersionem hanc, qua trãsubstantiatur panis in corpus Christi, necessario sequitur, corpus Christi contineri sub hostia.

¶Quocirca quatuor supersunt declaranda. Primo, ꝙ hęc conuersio est factiua præsentiæ corporis Christi sub hostia. Secũdo, ꝙ hoc est necessarium. Tertio, quomodo se habeat hæc conuersio ad sequentem præsentiam. Quarto redibimus, ad opiniones relatas.

¶Ad euidentiam primi scito, & cautè, dupliciter de conuersione panis in corpus Christi posse nos loqui, vel simpliciter, & absolute, vel ut sacramentali. Nam si loquamur simpliciter, et absolute de cõuersione panis in Christi corpus præexistens absq; additione, &c. nihil aliud uideo inde sequi, quod ex hoc percipere possumus, ꝙ si absque sacramenti institutione, diuina potentia conuerteret panem in Christi corpus, nihil aliud fateremur effectum, nisi quod panis cõuersus est in corpus Christi. Et hoc est, quòd Doctores dicti, scilicet Scot. &c. sonauerunt, dicentes nouitatem conuersionis posse esse sine nouitate præsentiæ Christi ad hostiam: hoc enim uerum esset, si esset sermo de conuersione simpliciter, et absolute sed si sermo est de conuersione sacramentali, secus dicendum est, & de tali conuersione loquuntur Doctores prisci, sacri canones, et nos sic de ea nunc loquimur

¶Et si quæras quid addit ly, sacramentalis supra conuersionem, respondeo, ꝙ addit aliquid nobis secundum se, ignotum: cognitum autem utcumque, per hoc, quòd est illatiuum huius ueritatis, hoc est corpus meum.

¶Et caue, ne dixeris, ꝙ addit solum respectum ad actiuam consecrationem per uerba sacerdotis in persona Christi.

¶Probatur igitur, ꝙ conuersio sacramentalis, hoc est quæ, seu qualis, in hoc sacramento fit, est factiua præsentiæ corporis Christi sub hostia. Probatur autem tripliciter. Primo, ex hoc quòd nulla alia ratione ecclesiastici Doctores laborauerunt conuersionem in hoc sacramento declarare, nisi ad uerificandum, hoc est corpus meum. Quod patet, tum ex eo, ꝙ conuersio non explicitè habetur in Euangelio, ac per hoc nisi ad uerificandum verba Domini, conuersio esset, non apparet ubi fundarem conuersionem credendam ab omnibus fore: tum, ex eo, ꝙ Ambrosius tanto labore insudans ad verificandum, hoc est corpus meum, nihil aliud facit, nisi quòd conatur monstrare hoc, ꝙ erat panis, modo esse corpus Christi, & hoc idem facit Augustinus, et breuiter de consecr. dist. 2. plena est istis laboribus,

¶Secundo patet, ex prius inducta decretali Lateran. Concilij, dũ dicitur, Christi corpus, et sanguis in sacramēto altaris sub speciebus panis, et uini ueraciter continentur, transubstãtiatis pane in corpus, et vino in sanguinem: vbi ex ipso modo loquendi apparet prioritas, & causalitas transubstantiationis respectu continentiæ.

¶Sed & clarius apertissime tertio patet hoc ex Concil. Florentino sub Eugenio IIII. vbi sic legimus. Forma huius sacramēti sunt verba Saluatoris, quibus hoc confecit sacramentum: sacerdos. n. in persona Christi loquens, hoc conficit sacramentum: nam ipsorum verborum uirtute substantia panis in corpus Christi, & substantia uini, in sanguinē conuertuntur; vbi manifeste uides, ꝙ ratio, & causa quare hoc conficitur sacramentum, est conuersio, hoc enim significat illa causalis coniunctio, nam: quinimmo ex hac Ecclesiæ determinatione habes conuenientem loquendi modum: dicendo, quòd verba consecrationis media cõuersione panis in corpus Christi, conficiunt hoc sacramentum, quod constat ex specie panis, et corpore Christi, fit enim ex his duobus ineffabili modo unum sacramētum, quo ima summis coniunguntur: ita ꝙ ex hac Concilij doctrina, s. quia uirtute uerborum fit conuersio, sacerdos proferens uerba, hoc conficit sacramentum, manifeste habemus conuersionē efficere hoc sacramentum, quod nihil aliud est, quàm facere vnum ex corpore Christi, et specie panis, ex his enim duobus cuilibet fideli certum est constare hoc sacramentum.

¶Et potest formari sic ratio talis. Conficere hoc sacramentum est facere nouitatem continentiæ: sed conuersio sacramentalis est ratio confectionis sacramenti. ergo conuersio sacramentalis est ratio nouitatis continentiæ. Maior propositio est per se nota, quasi à definito ad definitionē. quia hoc sacramentum significat constans ex acci-

ex accidentibus panis, & corpore Christi. Minor uerò patet ex auctoritate Concilij, reddentis pro causa, qua re uerba conficiunt hoc sacramentum, quia ipsorum uirtute fit conuersio. Et hinc habere quoque potes, quod nouitas conuersionis non concurrit per accidens ad nouitatem continentiæ, ex quo à sacro Concilio pro causa asseritur, causæ enim per accidens ab arte relinquuntur. Hæc de primo.

¶Quo ad secundum, sciendum est, quòd sicut necessarium dicitur dupliciter in naturalibus, vel secundum naturæ ordinem, vt quòd homo generetur ex concubitu maris, & fœminæ, vel secundum habitudinem terminorum, vt circulum esse rotundum, ita in ecclesiasticis mysterijs dupliciter potest dici necessarium, vel secundum ordinem sacramentalem, vt infantem baptizatum mundum esse à culpa, & pœna, vel quia impossibile est etiam per diuinam potentiam aliter fieri, vt quod altare consecratum non fuerit consecratum. In proposito non est disputandum de diuina potentia, vbi de sacramentis tractatur: sed est attendendum, quòd sacramentalis ordo exigat, & sicut in naturalibus necessaria secundum naturæ ordinem, appellantur necessaria sine additione aliqua, ita in sacramentalibus appellanda sunt necessaria, quæ secundum sacramentalem ordinem sunt necessaria, debet enim quælibet disciplina vti necessario, & contingenti, possibili, & impossibili, secundum proprium ordinem sui generis. Et propterea, quia nouitas conuersionis secundum sacramentalem ordinem à Deo institutum, & ab ecclesia explicatum, est necessaria ad nouitatem continentiæ, dicendum est simpliciter, & absolutè, quòd conuersio sacramentalis est necessaria ad continẽtiam corporis Christi sub specie panis. Probatur autem necessitas secundum ordinem sacramentalem ex supradictis, ex quibus apparet clarè, quòd conuersio per se concurrit ad verificandum, hoc est corpus meum, seu ad confectionem huius sacramenti, si enim concurreret per accidens, non oportuisset Doctores priscos tantum pro ipsa laborare, nec licuisset sacro Concilio ipsam pro ratione confectionis sacramenti reddere: ea enim, quæ sunt per accidens, vt dictum est, à doctrina repelluntur. Constat autem, quod si conuersio per se concurrit, necessario concurrit, vt norunt exercitati in posterioribus analyticis. Hæc de secundo.

¶Quo ad tertium, videtur mihi conuersionem habere se ad hoc sacramẽtum, sicut fieri ad factum esse: ita tamen vt nõ requiras hic omnimodã similitudinem: sed ea ratione moueor, quia sacramenta nouæ legis efficiunt, quod significant, ac per hoc verba Christi, Hoc est corpus meum, quia efficiunt vtrãque nouitatem, s. conuersionis, & continentiæ, vt expresse dicta sacri Concilij auctoritas testatur, consequens est, vt eadem Christi uerba significent vtrãque nouitatem, alioquin plura efficerent, quàm significarent: imò efficerent quod non significarent: intelligẽdo autem conuersionem habere se ad hoc esse corpus Christi, sicut fieri ad factum esse, optimè intelligimus verba Christi significare utramque nouitatem, explicando posteriorem, vt in termino: sicut enim in naturalib. dicendo, hoc est lumen nouum, significatur illuminatio, & illuminatum esse, vt in termino, ita in Saluatoris verbis uirtutem habentibus factiuã conuersionis panis in corpus Christi, conuersionis inquam unientis corpus Christi, & accidentia panis, ad unum sacramentum, significatur, & conuersio panis in corpus Christi, & corpus Christi contineri sub accidentibus panis, vt in termino, & sic verba Christi vtrũque significant, & vtrumque efficiunt: Suadetur autem rationabiliter hoc dici, ex eo quod huic dicto omnia consonant dicta Sanctorum, & sacrorum Conciliorum. Et hinc facilè soluuntur obiectiones, manifestiorq; fit doctrina communis, vt patere potest applicando. Hæc de tertio.

¶Quo ad quartum, circa aliorum opiniones duo sunt aduertẽda. Primum est, quòd omnes videntur fugisse ueram transsubstantiationem panis in corpus Christi: quia non videtur intelligibile absque aliqua nouitate in substantia Christi. Secundum est, quòd duplici-ter excessus apparet in eis. Alter, recurrendi ad possibile secundum diuinam potentiam: cum debuissent suaui tractatu discurrere secundum potentiam sacramentorum, eorumque ordinem, & ex hoc excessu orta est illa repulsa opinio Ioan. Parisiensis de assumptione paneitatis ad vnitatem hypostasis Christi, quàm pluribus à Doctoribus recitatam videre potes, si uis. Alter excessus est, nimis metiendo res fidei secundum lumen humani ingenij sibi præstiti. ex hoc enim transsubstantiationem euitarunt, cum multo melius. ac perspicacius sensissent, si Magistrum sent. secuti, cum admiratione illam verissime tenuissent.

¶Nunc ad præsentem articulum redeamus, quo conclusum est, corpus Christi ueraciter esse in hoc sacramento, dicente ipso, Hoc est corpus meum, & vt iam diximus, in hoc omnes fideles conueniunt: sed modus quo est, in disputationem uertitur. Scotus putauit corpus Christi absque deperditione proprij loci acquirere quãdam præsentiam ad species panis, quæ præsentia est quidam respectus, quasi de genere ubi. Duran. putauit corpus Christi absque recessu à proprio loco esse præsens accidentibus dictis, sicut angelus est præsens corpori prius natura, quàm moueat ipsum, dante Deo Christi corpori secundum substantiam immediatum ordinem ad accidentia panis conuersi in ipsum, non minus quàm si absq; quantitate pura substantia esset.

¶Sed neutrã harum opinionum sufficiens apparet, ad uerificandum id, quod cõmuniter fatemur, s. sumendo hostiam consecratam, sumere nos verum Christi corpus: sed solum esset uerum, nos sumere accidentia præsentia corpori Christi. Patet. n. hæc sequela primo, ratione: quia sumens unũ præsens alteri, nõ oportet sumere alterum. Deinde proprio exemplo scdæ opinionis, quia sumens panẽ, cui est præsens angelus, non ppea sumit angelũ, & similiter quo ad primã opinionem: quia sumens panem locatum, et si inde nõ moueretur, non ppea sumeret locum eius: & tamen inter panem, & eius locum est mutua præsentia. non vt ergo sufficienter saluari veritas huius ex hoc solum, quod ponitur simplex Christi corporis præsentia ad accidentia panis, quis verum sit, corpus Christi esse illis præsens.

¶Vnde conuenientius cum Aug. & Greg. recitatis à Mag. sent. dicimus, ex corpore Christi, & accidentib. panis, constare vnum sacramentum, non præcise, sicut ex signo, & signato, sed quodã ineffabili modo, qui à sacro Concilio Lateran. vocatus est ex continente, & contento, quo etiam nomine appellauit eum Magist. sent. quem modum Auctor in hac litera in responsione ad argumenta, appellauit spiritualem, & modum proprium huic sacramento.

¶Monstratur autem huiusmodi cõuenientia ex ipsis Domini verbis: nam & forma sacramenti, Hoc est corpus meum, i. contentum sub hac specie, est corpus meum, vt cõmuniter exponitur, monstrat corpus Christi contineri sub accidentibus istis, præsertim quod ly hoc, non demonstrat substantiam simpliciter, & absolutè, sed vt connotat ipsius continentiam sub istis accidentibus. quod conuincitur ex eo, quòd oportet durantibus accidentibus, semper verificari contentum sub his accidentibus esse corpus Christi.

¶Ex alijs autem verbis Domini Ioan. 6. verba, quæ locutus sum vobis, spiritus, & uita sunt, apparet spiritualis coniunctio uerę carnis Christi cum accidentibus panis. Intellexerant siquidem discipuli Christi carnem carnaliter comedendam, ac per hoc morte intercedente, non vescimur siquidem carnibus nisi mortuis: Saluator autem noster vtrumque errorem abstulit, dicendo, quòd spiritus, & vita sunt, vita contra mortem, spiritus contra carnem, id est carnalem modum, ac si apertè dixisset, Dicta mea sic intelligite, quòd uiua mea caro spiritualiter vobis offeretur in cibum. Meritò demum modus iste proprius dicitur huic sacramento, non solum propter differentiam à cæteris sacramentis, sed etiam quia in toto vniuerso non apparet vnus aliquis modus huic similis, propter quod cum admiratione, & veneratione fateamur defectum cognitionis nostræ circa hoc.

---

116 Inf. art. 6. cor. & q. 77 a. 1. & 5. & 4. di. 11. q. 1. ar. 1. q. 1. Et d. 12. q. 1. a. 1. q. 3. & 4. con. c & 3. prin. Et quo 7. art. 9. Et quo. 9. a. 5. ad 3. & 1. Cor. 11. lect. 4. & 5.

† lib. 4. c. 3. in medi

Ferr 4. cont. c. 63. Sco. 4. s. d. 9. q. 2. art. 2. Capr 4. d. 11. q. 1. con. 1. & 1. d. 10. q. 1. con. 2.

SVPER Q. XVI. Aliâs 75. Art. II.

CONCL. Positio, quod in hoc sacramento substantia panis & vini remaneat post consecrationem, stare non potest; & vitanda est, tanquàm hæretica.

¶ PROB. Quia corpus Christi non potest aliter incipere esse de nouo in hoc sacramento,

## ARTICVLVS II.

*Vtrum in hoc sacramento remaneat substantia panis, & vini post consecrationem.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in hoc sacramento remaneat substantia panis, & vini post consecrationem. Dicit enim Damasc.† in 4. lib. Quia consuetudo est hominibus comedere panem, & vinum bibere, coniugauit eis diuinitatem, & fecit ea corpus, & sanguinem suum: & ita panis communicationis non panis simplex est, sed vnitus diuinitati: sed coniugatio est rerum actu existentium. ergo panis, & vinũ simul sunt in hoc sacramento cum corpore, & sanguine Christi.

¶ 2 Præt. Inter Ecclesiæ sacramenta debet esse conformitas: sed in alijs sacramentis substantia materiæ manet, sicut in baptismo substantia aquæ, & in confirmatione substantia chrismatis. ergo & in hoc sacramento substantia panis, & vini manet.

¶ 3 Præt. Panis, & vinum assumuntur in hoc sacramento, in quantũ significãt ecclesiasticã vnitatem: prout vnus panis fit ex multis granis, &

nisi per conuersionem substãtiæ panis in ipsum (vt patet in tex. ex necessaria exclusione, quod ibi fit per motum localem): & quod conuertitur in aliquid, facta cõuersione, nõ remanet (vt patet ex terminis. Aliter. n. manifeste implicatur in eis cõtradictio). Secũda aũt pars, s. & vitanda &c probat: Quia positio ipsa cõtrariatur & formę sacti huius, & adorationi latriæ exhibẽdæ sacto huic, & ritui Ecclesiæ de huius sacramenti sumptione à ieiu-

à ſeidnis (vt de his tribus medijs declaratur in textu à ly ſecundò, quia hæc poſitio contrariatur &c. vſque in finem).

**1m minor.** Coniugatio eſt rerum actu exiſtentium. R. Non tamen actu remanentium, poſtquã ex una eſt facta alia. §. vt patet ex terminis. Vide probationẽ primæ partis concluſionis. Tũc nihil &c.

Nam ſic res ſe habet in propoſito ueri ſenſus Damaſceni. Deus.n. coniugauit diuinitatẽ ſuã, i. diuinam virtutem, &c. vt in texto.

* Trac. 26. in Io. inter med. & fin. tom. 9.

**2m maior.** Inter Eccleſiæ ſacramenta debet eſſe cõformitas. R. Pro quanto res patitur. §. Tunc nihil &c. Nam, quòd talis conformitas qualis adducitur ab argumento, ſit inter Eccleſiæ ſacramenta, res ipſa non compatitur. Ratio eſt: quia in alijs ſacramentis non eſt ipſe &c. vt in tex.

* Colligitur ex li. 4. c. 4. & li. 6. c. 1. tom. 4. refertur de conſecrat. diſt. 2. cap. Omnis.

**3m de minori.** Ad ipſam ſubſtantiam panis & vini. R. Vel ad ſpecies panis, & vini. §. Nam per accidẽtia cognoſcitur ratio ſubſtantiæ. Tunc nihil &c. Species enim, ſeu accidentia, panis & vini remanent in hoc ſacramẽto, q. 18. art. 1. & ideò hæ ſufficiunt ad illam, quæ in maiori ponitur, ſignificationem; etiam quod ſubſtantia panis & vini poſt conſecrationẽ non maneat.

vnum vinum ex multis racemis, vt Auguſtinus * dicit in lib. de ſymbolo: ſed hoc pertinet ad ipſam ſubſtantiam panis & vini. ergo ſubſtantia panis & vini remanet in hoc ſacramento.

Sed contra eſt, quòd Ambroſ. * dicit in lib. de ſacramentis. Licet figura panis, & vini videatur, tamen nihil aliud quàm caro Chriſti, & ſanguis poſt conſecrationem credenda ſunt.

Respon. Dicendum, quòd quidam poſuerunt poſt conſecrationem ſubſtantiam panis & vini in hoc ſacramento remanere, ſed hæc poſitio ſtare non poteſt. Primo quidem, quia per hanc poſitionem tollitur veritas huius ſacramenti ad quam pertinet, vt verum corpus Chriſti in hoc ſacramento exiſtat, quod quidem, ibi non eſt ante conſecrationem: non autẽ aliquid poteſt eſſe alicubi, vbi prius non erat, niſi, vel per loci mutationem, vel per alterius conuerſionem in ipſum, ſicut in domo aliqua de nouo incipit eſſe ignis, aut quia illuc defertur, aut quia ibi generatur: manifeſtum eſt autem, quòd corpus Chriſti non incipit eſſe in hoc ſacramento per motum localem. Primo quidem, quia ſequeretur quòd deſineret eſſe in cęlo, non enim quod localiter mouetur peruenit de nouo ad aliquem locum, niſi deſerat priorem. Secundo, quia omne corpus localiter motum, pertranſit omnia media, quod hic dici non poteſt. Tertio, quia impoſſibile eſt, quòd vnus motus eiuſdem corporis localiter moti terminetur ſimul ad diuerſa loca: cũ tamen in pluribus locis corpus Chriſti, ſub hoc ſacramento ſimul eſſe incipiat, & ideo relinquitur, quòd non

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccleſ. S. Dei.

Ex artic. habes primò, quomodo per rationem interimas hęreſes Ioãnis Vuicleſ (vt refertur in Cõcil. Conſtantienſi ſeſſ. 8.) dicentis: quòd in ſacramento altaris remanet ſubſtantia materialis panis, & vini. Et Lutheri dicentis: in Euchariſtia poſt conſecrationem remanere panem, & vinum: nihilominus ueras eſſe has propoſitiones, Panis eſt corpus Chriſti, vinum eſt ſanguis Chriſti; Nullam enim (inquit) tranſubſtantiationis mentionem fecerunt Euangeliſtæ. Et Caroloſtadij dicentis: in Euchariſtia poſt conſecrationem ſubſtantiam panis & vini remanere. Et Adeſſenariorum; ex quibus alij dicunt, quòd corpus Domini eſt cum pane; alij, quòd in pane; alij, quòd circa panem; alij, quòd ſub pane (vt Pullulæ in ouo reconditæ, & farina ſub Paſtillo). Vnde etiam hi hæretici vltimi uocantur Paſtillarij. Secundò habes: quomodo per rationem oſtendas, has meritò damnari à Concilio Lateran. ſub Innocentio III. vt patet art. 1. appen. Impoſſibile enim cùm ſit rem tranſubſtantiatam in aliud remanere in ſeipſa, conſtat manifeſtè: quòd dum Concilium illud explicitè dicit, ly tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem, ſimul neceſſariò dicit implicitè, quod ſubſtantia panis & vini materialis nec remanet, nec remanere poteſt. Mentitur verò non minus impudentiſſimè, quàm imprudentiſſimè Lutherus, dicendo; quòd nullam tranſubſtantiationis mentionem fecerint Euangeliſtæ: quoniam implicitam ipſius mentionem & fecerunt, & neceſſariò fecerunt. Per hoc ſiquidem, quòd aſſerunt; Chriſtum acceptis & benedictis pane & uino dixiſſe, Hoc eſt corpus meum, &, Hic eſt ſanguis meus: per hoc, inquam, aſſertum ſimul de neceſſitate virtualiter aſſerunt; quòd ibi. ſ. inter panem & corpus Chriſti, inter vinum & ſanguinem Chriſti, fuit tranſubſtantiatio. Alioquin intelligibile eſſe non poſſet; quomodo panis porrectus diſcipulis, exiſtente corpore Chriſti localiter in alio loco, puta ad menſam recumbendo, fit corpus Chriſti; & vinum, exiſtẽte ſanguine Chriſti localiter in alio loco, puta in corpore eius recumbente ad menſam, ſit ſanguis ipſius. Nunc autem, i. poſita tranſubſtantiatione ab Euangeliſtis neceſſariò cointellecta, & panis in corpore Domini, & vini in ſanguinem eius, non eſt impoſſibile intelligere verum eſſe ly Hoc eſt corpus meum, & ly Hic eſt ſanguis meus; etiam dùm Chriſtus actu localiter eſſet ad menſam recũbens. Non enim implicatur vlla contradictio in hoc intellectu, ſ. quòd Corpus Chriſti ſit localiter in vno loco tantũ, & dum localiter ibi eſt, ſit ſacramẽtaliter. i. per tranſubſtantiationẽ prędictam, in alijs pluribus locis (vt patet art. 1. ad tertium, cum Elucidat. vſque ad quartũ): cùm tamen contradictio, & maxima quidem, implicetur in intellectu illo, ſ. quòd corpus Chriſti ſit localiter in vno loco, & dùm localiter ibi eſt, ſit vel etiam poſſit eſſe in aliquo alio loco localiter. i. quòd incipiat alibi eſſe per motum localem; & per cõſequens, quòd proprijs ſuis dimenſionibus loco illi de nouo acquiſito commenſuretur (vt patet in tex. corpo. à principio vſque ad ly impoſſibile, quòd vnus motus eiuſdem corporis localiter moti terminetur ſimul ad diuerſa loca). Cæterùm in eo, quod addit Lutherus, ſ. quòd, remanentibus pane & vino, veræ ſunt hę propoſitiones, Panis eſt corpus Chriſti, vinum eſt ſanguis Chriſti, demonſtrat: ſe aut loqui hic per tropos (id quod flagitioſiſſimum eſt; art. 1. appen. ex Concilio Triden.), aut eſſe de numero inſenſatorũ illorum; qui (ſecundùm Philoſ. in Metaphyſ.) oppoſita primò primorum principiorum poſſunt ore proferre, licet corde cõcipere non poſſint. Inconceptibilia enim ſunt & hæc; ſicut & illa, Panis eſt corpus Chriſti, vinum eſt ſanguis Chriſti, niſi tranſubſtantiatione data (vt ſuprà, de Euangeliſtis loquendo, diximus). In Luthero igitur vno, tanquàm in exemplo, vide: ſi non omnia hæreticorum fantaſiata dogmata ſunt & monſtra; & (vt ait Concilium Nicęnum 2. cano. 9.) puerilia ludibria, furioſaque dicta, ac ſcripta. Item meritò damnari à Concilio Florent. in conſtitut. ſuper vnio. Armenor. dicente: Ipſorum verborum virtute ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem, conuertuntur. Hæc ibi. Diſcurre hunc, vt ſuprà, ad propoſitum: & apertè cognoſces, quòd Concilium hoc in illo à ſe explicato fidei dogmate ſubintellexit neceſſariò & hoc aliud, ſ. ſubſtantia materialis panis & vini non remanet. Ad virtutem enim illorum verborum, qua virtute conuerſio illa fit, conſequitur de infallibili neceſſitate: quòd panis & vini ſubſtantia poſt conſecrationem nec remaneat, nec remanere poſſit; immò nec fingi (niſi apud inſenſatos, terminorumque penitus ignaros), quod remaneat. Item meritò damnari à Concilio Tridentino ſeſſ. 13. cano. 2. Si quis dixerit; in ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento remanere ſubſtantiam panis & vini, vnà cum corpore & ſanguine Domini noſtri Iesv Chriſti: anathema ſit. Hæc ibi. Item à Diuo Ambroſio: vt in argumen. contr. Tertiò vides: quomodo ex ijs benè penſatis, & applicatis, doctrina præſens Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur.

* q. 77. art. 3. & 4.

poſſit aliter corpus Chriſti incipere eſſe de nouo in hoc ſacramento, niſi per conuerſionem ſubſtantiæ panis in ipſum, quod autem conuertitur in aliquid, facta cõuerſione non manet: vnde relinquitur quòd ſalua veritate huius ſacramenti ſubſtantia panis poſt conſecrationem remanere non poſſit. Secundo, quia hæc poſitio contrariatur formæ huius ſacramenti, in qua dicitur: Hoc eſt corpus meum, quod non eſſet verum, ſi ſubſtantia panis ibi remaneret: numquàm enim ſubſtãtia panis eſt corpus Chriſti, ſed potius eſſet dicẽdum, Hic eſt corpus meum. Tertio, quia contrariatur venerationi huius ſacramenti, ſi aliqua ſubſtantia creata eſſet ibi, quæ non poſſet adoratione latriæ adorari. Quarto, quia contrariatur ritui eccleſiæ, ſecundùm quem poſt corporalem cibum nõ licet ſumere corpus Chriſti, cum tamen poſt vnam hoſtiam conſecratã liceat ſumere aliam, vnde hæc poſitio vitanda eſt tanquàm hæretica.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Deus coniugauit diuinitatem ſuam, i. diuinam virtutem, pani, & vino; non vt remaneant in hoc ſacramento, ſed vt faciat inde corpus, & ſanguinem ſuum.

Ad secvndvm dicendum, quòd in alijs ſacramentis non eſt ipſe Chriſtus realiter, ſicut in hoc ſacramento, & ideo in alijs ſacramentis manet ſubſtantia materiæ, non autẽ in iſto.

Ad tertivm dicendum, quòd ſpecies, quæ remanent in hoc ſacramento, vt infrà * dicetur, ſufficiunt ad ſignificationem huius ſacramẽti. nam per accidentia cognoſcitur ratio ſubſtantiæ.

AR-

## Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus. In corpore duo facit: primo recitat opinionem affirmatiuam, secundo reprobat eam, quatuor rationibus, per hoc concludendo negatiuam. & quia rationes auctoris à posterioribus fuerunt valde discussæ, ac improbatæ, quamuis teneant conclusionem cum Auctore, ideo afferenda sunt motiua, quæ contra has rationes afferuntur.

¶ In corpore recitat opinionem affirmatiuam, & reprobat eam quatuor rationibus.

¶ Circa primam rationem multa obijciuntur contra illam maiorem, Non potest aliquid esse, vbi prius non erat, nisi vel per loci mutationem, vel per alterius conuersionem in ipsum. Arguitur enim contra ipsam tripliciter. Primo, contra ipsam absolute. Secundo, contra ipsam applicatam ad hanc materiam. Tertio, contra perseitatem illius. Scot. in primis in 4. senten. dist. 10. quæst. 1. 3. & 4. dist. 11. q. 2. multipliciter obijcit Durandus quoque in 11. distin. 4. obijcit.

¶ Quadrupliciter ergo contra maiorẽ vniuersaliter intellectam arguitur. Primo à Durando: quia Deus posset creare nouũ cœlum supra vltimam nunc sphęram, & tunc vltima nunc sphęra inciperet esse vbi prius non erat absque hoc, ꝙ moueretur, & absque hoc, ꝙ aliquid conuerteretur in ipsam. falsa est ergo maior assumpta.

¶ Secundo, ab vtroque: quia Deus posset facere corpus suũ esse præsens sacramento altaris simul cũ substantia panis, cum hoc implicet contradictionẽ, & tunc corpus Christi inciperet esse sub sacramento absque motu locali, & absque cõuersione alicuius in ipsum. Assumptum probatur à Scoto: quia non est maior repugnantia corpus Christi esse simul cum substantia panis, quàm sub quantitate eius: quia non magis repugnat substantia substantiæ, quàm substantia quantitati quo ad talem simultatem.

¶ Tertio, à Scoto: quia de facto quantitas corporis Christi, & anima eius incipiunt esse in hoc sacramento absque hoc, ꝙ aliquid conuertatur in ipsas. Et si glossetur maior, arctando ipsam ad id quod primo incipit esse alicubi, & dicendo, ꝙ non habet locum in his, quę incipiũt esse alicubi concomitanter, contra instat Scotus dupliciter. Primo, quia ex hoc habeo, ꝙ non est propria mutatio, nec propria formalis ratio, nec præcisa ad esse alibi rem immotam localiter, conuersio alicuius in ipsam. Secundo, quia alia est præsentia animę hic, & alia præsentia corporis: quia aliud, & aliud est fundamentum: sed præsentia animæ non habetur per conuersionem in ipsam, nec per motum localem. ergo maior est falsa.

¶ Quarto, Deus potest facere in creatura aliquid sine eo, quod non est sibi ratio essendi, nec aliquo modo de essentia eius: sed nec conuersio, nec sacramentum est formalis ratio corpori Christi essendi hic, nec aliquo modo essentia eius. ergo Deus potest facere corpus Christi esse hic sine vtroque illorum. Probatur minor: quia conuersio non est ratio formalis essendi: nec vt præsens, quia præterijt corpore Christi existẽte hic, nec ut pręterita, quia tunc Deus non posset subtrahere hinc corpus Christi, sicut nec facere, quod non præterijt conuersio. Similiter nec sacramentales species, quia non sunt in corpore Christi, nec per eas aliquid inest formaliter corpori Christi.

¶ Quinto, arguitur ex alio capite. ex hoc scilicet quòd corpus Christi immotum potest simul esse in diuersis locis localiter. Sed de hoc aliàs.

¶ Circa applicationem verò maioris ad hanc materiam, tripliciter arguitur. Primo à Durando, Corpus Christi esse in sacramento, non est esse alicubi, quia non est esse in loco. male ergo applicatur illa maior de vbi, & alicubi, ad esse in sacramento, & falsa est minor dicens, quòd corpus Christi incipit esse ubi prius non erat, essendo in sacramento.

¶ Secũdo à Scoto. Genitũ esse in loco corrupti, est uerũ propter materiam cõmunem vtrique: propterea enim ignis incipit esse vbi erat aer conuersus in ignem, quia ex materia, quæ fuit aeris remanente ibidem, & forma ignis, fit compositum ibidem. In proposito autem, quia non remanet materia panis, non habet locum maior, dicens quòd per conuersionem corpus Christi est, vbi erat panis.

¶ Tertio, ab eodem, & Durando; quia aliud est loqui de conuersione absolute, & aliud de cõuersione in pręexistens. Nam quod cõuertitur in præexistens, trahitur ad conditiones præexistentis, & non contra, vt patet in alimento, & alito: & propterea hinc sequitur quòd panis est vbi est corpus Christi, & non econuerso.

¶ Contra perseitatem, hoc est necessitatem conuersionis ad existentiã corporis Christi in hoc sacramento, ꝙ s. impossibile sit corpus Christi non motum localiter, incipere esse in hoc sacramento absque conuersione alicuius, puta panis, multipliciter arguitur.

¶ Primo, à Scoto: Per nullam mutationem habetur per se illud, quod est aliud, & posterius suo per se termino: sed præsentia corporis Christi, hic, id est, in hoc sacramento est quid alius posterius corpore Christi, quod est proprius terminus transubstantiationis. ergo per conuersionem panis in corpus Christi non habetur per se huiusmodi præsentia.

¶ Secundo, & supponitur Deum posse facere corpus Christi pręsens hostiæ, manente substantia panis, quod probatur: quia nouitas posterioris nõ infert nouitatem prioris ex 8. Phys. vbi ponitur motus localis in cęlo sine motatione ſm formam absolutam. Arguitur ergo sic. Sine mutatione substãtiali potest esse noua pręsentia corporis Christi ad panẽ. ergo oportet dare aliquam mutationẽ ad huiusmodi præsentiã. ergo huiusmodi præsentia nõ habetur per conuersionem. Et probat sequela: quia terminus vnius rationis cuiusmodi est præsentia, nõ proprie per se est terminus duarũ mutationum distinctarũ secundum genus. Et si dicatur, inquit Scotus, corpus Christi posse esse præsens cum substantia panis, sine mutatione substantiali, tamen nunc de facto fit præsens per substantialem mutationem panis in corpus Christi, & nõ per aliam contra, in corpus Christi prius factum præsens pani posset Deus conuertere panem: quia non esset magis contractio tunc quàm nunc. ergo talis conuersio, vel non faceret corpus Christi præsens, vel fieret pręsens, postquàm fuit præsens, & sic eadẽ præsentia terminaret duas dictas mutationes. Deinde extenduntur argumentationes, ad hoc, ꝙ conuersio nihil facit ad præsentiam corporis Christi in sacramento.

¶ Et arguitur primo sic, Deus posset conuertere panẽ in corpus Christi, vt habens esse in cęlo: quia non est ibi maior contradictio, quàm in conuersione, quæ nunc ponitur: sed tunc non haberetur corpus Christi sub specie panis ex ipsa conuersione. ergo nec nunc.

¶ Secundo. Si panis quantus cõuerteretur in corpus Christi quantum, ita quod substantia in substantiam, & quantitas in quantitatẽ verteretur, tunc corpus Christi, quantum non haberet vbi circumscriptiuè, quod fuit circumscriptiuè panis quanti. ergo nunc non habet vbi definitiuum substantiæ, panis. Et probatur sequela: quia ita se habẽt substantiæ, quæ subsunt quantitatibus ad loca definitiuè, sicut substantiæ quantæ ad loca circumscriptiue, ac per hoc, quod facit conuersio substantiæ in substantiam ad ubi definitiuè, hoc facit ad vbi circumscriptiuè conuersio substantiæ quantæ in substantiam quantam.

¶ Tertio, Si per conuersionẽ fit terminus ad quẽ, vbi fuit terminus à quo. ergo modus essendi vtriusq; erit similis, ille saltẽ modus qui potest esse cõmunis vtriusque: sed panis erat hic quantitatiuè, ergo corpus Christi erat hic quantitatiuè, quod est inconueniens.

¶ Quarto, arguit Durandus. Sicut se habet substantia ad substantiam, sic se habet quantitas ad quantitatem: sed si quantitas panis conuerteretur in quantitatem corporis Christi, non propter hoc quantitas corporis Christi fieret vbi fuit quantitas panis. ergo non propter conuersionem corpus Christi fit vbi erat panis.

¶ Reliqua argumenta, quæ contra hanc eandem Auctoris rationem ex alio capite militant, hoc est ex suppositione, quòd unum corpus potest esse simul localiter in diuersis locis, cum rationibus probantibus ipsam suppositionem, ideo pro nuncʼ omitto, quia constat corpus Christi non esse in sacramento localiter: hinc enim huiusmodi quæstio à proposito remota apparet, fiet autem de hoc quæstio specialis. Hæc igitur sunt, quæ contra primam literæ rationem obijciuntur.

¶ Ad euidentiam horum præmittendum est, quod non est hic quæstio de diuina potentia: non enim ad hunc tractatum hæc spectat quæstio: sed quærimus quid institutus ordo causarum habeat. Vnde cum dicitur in litera, Impossibile est, &c. non est sermo in possibili, secundum diuinam potentiam absolute, sed secundum potentiam ordinatam, secundum quam attenditur possibile, vel impossibile in ecclesiasticis mysterijs. Et hinc multorum argumentorum, quæ adduximus, solutio pendet.

¶ Vnde ad obiecta contra Auctoris propositionem maiorem absolutè, & vniuersaliter intellectam respondendo dicitur, ꝙ duo prima argumẽta, æquiuocant de possibili, dum de diuina potentia absolute loquuntur, non militant contra Auctorem. Prima tamen obiectio de vltima sphæra præter hoc dupliciter deficit. Primo, quia maior literæ manifeste loquitur de locis præexistentibus: obiectio autem creat de nouo locum præexistenti locabili.

¶ Secundo deficit: quia si crearetur alia sphæra, ista, quæ nunc est suprema, propriè loquendo, esset in eodẽ loco in quo nunc est: varietas autem esset de loco imaginario in locum realem, & de loco potentiali in locum actualem: vnde propriè loquendo, non acquireret nouum locum, sed nouum continens: sermo autem literæ est de loco nouo totaliter, & non secundum quid.

¶ Ad tertium verò dicitur, ꝙ responsio recitata non est mala melius tamen diceretur, Nihil immotum potest esse, vbi prius nõ fuit, nisi per conuersionem in ipsum, aut aliquid sibi realiter cõiunctum. Et per hoc excluditur prima instantia Scoti, dicendo, ꝙ conuersio est propria mutatio afferens præsentiam proprij termini primo, & coniunctorum illi concomitanter: sic enim nulla fit exceptio ab illa maiore: sed declaratur vim conuersionis extendere se ad præsentiam, non solum proprij termini, sed concomitantium illum.

¶ Ad secundam autem instantiam negatur aliã esse præsentiam animæ, & aliam corporis in hoc sacramento: eadem. n. numero præsentia, qua corpus Christi præsens est sacramẽto, anima eius corpus concomitans, denominatiue dicitur præsens. Vnde falsum est esse aliud, & aliud fundamentum præsentiæ in anima, & corpore: sicut etiã anima mea est in loco, quia corpus meum est hic, & à corporis

præsentia

præsentia in loco, denominatur anima mea præsens, nec oportet ponere aliam propriam in anima mea præsentiam ad locum hunc.

¶ Ad quartum dicitur, ꝙ maior est diminuta: debet enim addi, nec necessario connexum: & ultra hoc minor est etiam diminuta, quantum ad conuersionem: quoniam connexio præsentiæ ad conuersionem, nec est ut ad præsentem, nec ut præteritã, sed ut ad uiã in ipsam: habet enim se, vt factum esse in termino ad fieri. Illud quoque quod additur de speciebus, diminutum est: dayar enim tertium, s. quòd sub illis corpus Christi habet præsentiam, quam sine illis haberi non est intelligibile: quia implicat contradictioné. Nam si corpus Christi esset sacramentaliter, sine aliquo sensibili signo: integraret, & non integraret sacramentum, & similiter contineretur sub signo sensibili, & non contineretur, & similiter esset præsens sensibili signo, & nulli sensibili signo esset præsens. Et tenent sequelæ, quia de ratione sacramenti est sensibile signum, ac per hoc sacramentale esse intelligi nequit absque sensibili signo.

¶ Ad obiecta autem contra applicationem dictę maioris ad hanc materiam respondendo, dicitur ad primum, ꝙ tripliciter deficit. Primo, quia in litera non subsumitur, quòd esse in sacramento sit esse alicubi, vt patet intuenti. Secundo, quia licuit Philosophorum more latentes res concomitantia accidentia declarare: constat aũt, ꝙ esse in sacramento, est esse ualde latens, verificans locũ eundem de sacramento, & existente sub sacramento. Licuit igitur uti propositione de ubi, & alicubi pro maiore, & subsumere de esse in sacramento tãquàm uerificante ubi, & alicubi de corpore Christi existente in sacramento. Et hinc patet tertium, ꝙ s. vere quãuis per accidens per esse in sacramento acquirit nouum ubi, puta altare, quod est locus specierum. Et potest unico uerbo dici, ꝙ esse in sacramento licet non sit esse in loco formaliter: est tamen causaliter, pro quanto per illud esse Christus est, vbi est sacramentum.

¶ Ad secundum uerò dicitur, ꝙ formaliter loquendo, materia in quantum remanens ibidem sub utroque termino, facit quòd genitum sit in loco corrupti, & ex hoc habetur, ꝙ quodcũque quantum remanens alicubi sub vtroque termino, sufficit ad hoc, quod genitum sit in loco corrupti: & quia sic contingit in proposito (nã eadem numero species panis quanta ibidem remaneret sub vtroque termino) ideo sufficienter habetur, vnde corpus Christi sit in loco panis conuersi in ipsum, quamuis materia nulla communis remanserit: species enim quanta remanens, æquiualet materiæ quo ad hoc.

¶ Ad tertium autem dicitur, ꝙ in hac mirabili transsubstantiatione concurrunt duæ rationes, s. ratio conuersionis, & ratio præexistentis, & pro quanto inuenitur in hoc sacramẽto ratio conuersionis, qua id, quod erat panis substãtia, est substantia corporis Christi, habemus iuxta generalẽ regulam conuersorum in naturam aliam corpus Christi esse ubi erat panis, & hoc est quod litera sonat, quod ignis incipit esse alicubi, quia id quod est ibi, conuertitur in ignẽ: & hoc est clarum, & expedit ad manuducendum intellectũ, qui si solum attenderet, ꝙ ex pane hic existente sit corpus Christi, ita quòd contentum sub accidentibus panis, acquisiuit substantialiter integrã naturam Christi corporis per conuersionem in ipsum, facile intelligeret corpus Christi esse, vbi erat panis conuersus in Christi corpus, sicut ignis est, vbi erat lignũ conuersum in ignem: sed quia rõni conuersionis adiungitur ratio præexistentis Christi corporis, impediri uidetur quod dictũ est haberi ex ratione conuersionis: quoniam ipsum præexistens trahere uidetur ad se, quod cõuertitur in ipsum. Veruntamen oportet in huiusmodi mirabilib. hominẽ persuasibilẽ, & conceptus nostros sacris adæquare mysterijs, & non cõtra. Et propterea dicimus, ꝙ ex ratione conuersionis habemus corpus Christi esse ubi fuit panis: hoc enim, vt ex supradictis patet, tam Ecclesiæ, quàm sacrorũ Doctorum tradidit auctoritas. Ex ratione vero præexistentis Christi corporis absque additione, mutationeque aliqua in ipsius substantiam, habemus, non quòd panis, sed id, quod fuit panis, est, ubi est corpus Christi: quia est ipsum corpus Christi verum, quod est in cęlo. Ex hac parte concedendum est, ꝙ conuersum acquirit conditiones eius, in quod est conuersum: nec potest hinc inconueniens aliquod inferri: sed duo mirabilia conspiciuntur ex hac mirabili conuersione, scilicet corpus Christi esse, vbi fuit panis, & id quod fuit panis, esse, ubi est corpus Christi.

¶ Ad obiecta contra necessitatem conuersionis ad corpus Christi esse in sacramento, respondendo dicitur ad primum, quòd, vt suprà diximus, dupliciter de conuersione panis in corpus Christi loqui possumus, hoc est, vel absolutè, vel sacramentali. Et si sit sermo de conuersione absolute, fateor me non uidere necessitatem, & sic arguentes fere omnes de conuersione loquuntur. Et propterea non est mirum, si contra Auctorem, communemque doctrinã non militant, quia non de conuersione absolute, sed de conuersione sacramentali intelligenda est communis doctrina, hæc enim necessaria est, ad verificandum sacramentum eucharistiæ.

¶ Vnde ad primam obiectionem Scoti, quę est maximum eius fundamentum, dicitur, ꝙ tam maior, quàm minor est falsa. Maior quidem, quoniam in naturalibus videmus, ꝙ per eandem mutationem habetur per se non solum substantia per se primo terminans, sed concomitans passio. nam per vnam, & eandem generationẽ habetur per se terra, & eius grauitas, & similiter ignis, & eius leuitas, in tantum quòd grauia, & leuia dicuntur ab Aristot. moueri per se à generante, & similiter per eandem mutationẽ habetur substantia Socratis, & eius filiatio, cũ Socrates generatur. Falsa est ergo maior in absolutis & relatiuis: minor autem vniuoce loquendo de conuersione, non est usquequaque vera, pro tanto: quia licet conuersionis absolute terminus proprius sit solummodo corpus Christi, conuersionis tamen sacramentalis proprius, & per se terminus est corpus Christi uerificans Christi verbum, hoc est corpus meũ, sic enim ut ex superius dictis apparet, ab Ecclesia, & priscis Doctorib. docti sumus, & quia incognitum nobis est, quid addit supra corpus Christi ly verificans, hoc est corpus meum (quoniam vires humani intellectus excedit, quomodo corpus Christi est in sacramento hoc) ideo pro friuolis molestijs potius quàm rationabilibus argumentis habendæ sunt obiectiones, quæ contra hoc fierent, ex eo quòd corpus Christi in hoc sacramento non est per se vnum, sed aggregatũ per accidens, & similia. Sufficiat nobis addiscentibus in hac uia credere Ecclesiæ, & Doctoribus priscis, quia sic est. Veruntamẽ pro aliquali quiete humani intellectus, scito merito friuola hæc dici, quia manifeste constat terram, & grauitatem non constituere vnum per se, vtpote res diuersorum prædicamentorum, & tamen per eandem haberi mutationem. Posset quoque aliter solui dicta Scoti ratio, significandi illum essendi modum nomine relatiuo, puta contineri sub specie panis, & dicendo, quòd conuersio sacramentalis in hoc differt à conuersione absolute, quòd sacramentalis conuersio est in corpus Christi non solum secundum se, sed vt consequitur inter ipsum, & accidentia panis, respectus contenti, & continentis, ita quòd sicut generatio est illatiua substantiæ geniti cum filiatione consequente, ita conuersio sacramentalis habet vim illatiuã ex pane corporis Christi, cum relatione contenti sub accidentibus panis. Et secundum hoc, ad rationem Scoti dicendum esset, quòd duo sunt genera rerum: quædam enim sunt quæ secundum se ex suo genere per se primo fiunt, & sunt, & hæc apud Aristot. sunt sola composita, vt patet 7. Metaph. Quædã verò sunt, quæ (vt Arist. verb. vtar) sunt, & non sunt absque hoc, quòd generentur, vel corrumpantur, & extensiori vocabulo loquendo, absque hoc quòd fiant, & hę sunt formæ omnes, & præcipue relationes, quæ regulariter aliorum factionem consequuntur. Quocirca dato, ꝙ maior Scoti sit vera, loquendo de primo genere rerum, falsa tamen est, miscendo omnia genera simul: quoniam, falsa est de relationibus concomitantibus proprium mutationis terminum, & vniuersaliter falsa est, de consequentibus proprium mutationis terminum, quodlibet enim horum concomitantium licet sit aliud, & posterius proprio mutationis termino, per eandem tamen mutationem per se secundo haberi potest, quámuis non habeatur per illam per se primo. Et sequendo hæc, dicitur in proposito, quòd conuersio sacramentalis per se primo terminatur ad corpus Christi, inferendo per se secundo continentiam corporis Christi sub accidentibus panis, quæ continentia licet sit aliud quid, & posterius Christi corpore, est tamen necessario necessitate sacramenti consequens corpus Christi, vt terminum conuersionis sacramentalis.

¶ Antequàm autem respondeatur alijs argumentis, quia superius declaratas mutationes duas supponunt, præmonstrandum est, quid sentiendum sit de his mutationibus. Scito igitur recolẽdo antedicta, duplicem opinionem esse de eis posse, altera, quæ est Scoti, ponit duas in hoc sacramento mutationes interuenire: prima est conuersio panis in corpus Christi: secunda est, qua corpus Christi de non præsente, seu non contento sit præsens, seu contentum sub specie panis; altera verò opinio est, quòd non est hic, nisi vna sola mutatio, qua ex pane fit corpus Christi, sed ad istam mutationem sequuntur vtrinque relationes, in accidentibus siquidem panis ex hac mutatione sequitur relatio continentis, & in corpore Christi ex eadem mutatione sequitur relatio contenti, & sic hæc mutatio sufficit ad faciendum corpus Christi ueraciter contineri sub specie panis. Monstratur autem multipliciter rationabilitas huius opinionis simul cum destructione alterius, cum ex hoc, quod pluralitas non est ponenda sine necessitate, ac per hoc cum vna mutatio hic sufficiat, non sunt ponendæ duæ, tum, quia secundùm Philosophorum doctrinam relationes fiunt consecutiuè ad mutationes absolutorum, & non per alias proprias mutationes; tum, quia tam Ecclesiæ, quàm priscorum Doctorum doctrina tradit cõuersionis mutationem pro ratione verificante corpus Christi contineri sub specie panis. Quæ doctrina non verificaretur, nisi fortè per accidens si interuenirent hic duæ mutationes, quoniam si duæ mutationes sunt, prima per accidens se haberet, quod etiam aduersarij fatentur, sed tunc sequitur maximum inconueniens, quod tam Ecclesia, quàm prisci Doctores laborauerunt ad reddendam rationem per accidens, quæ ab arte, & doctrina resecanda est. Dicamus igitur, quòd vna sola hic interuenit mutatio, inferens nouitatem continentiæ. An autem sacramentalis conuersionis mutatio inferat in vtroque extremo relationes reales continentiæ actiuæ, passiuæ, vel solum ex parte corporis Christi sit relatio realis ad species, qua cõtinentur sub speciebus, & per hoc denominantur species continere corpus Christi, quia corpus Christi continetur sub illis, vel in speciebus ipsis realis continentiæ relatio ad corpus Christi confugit,

et qua corpus Christi intelligitur referri ad species, vt contentum ad continens, non quia ipsum referatur ad species, sed quia species referuntur ad ipsum: sicut Deus realiter dicitur dominus creaturæ, non quia ipse referatur ad creaturam seruam, sed quia creatura refertur ad ipsum, non facile dixerim: quia ignotus est modus, quo corpus Christi continetur sub specie panis. Cum his tamen omnibus conclude, ita esse hic vnam solam mutationem, vt affirmando vnicã, perspicias ita interuenire in hoc sacramento unicã mutationem in actu, vt nõ negetur esse plures in potentia, non naturali, aut sacramentali, sed diuina absolute, hoc est, quod de facto fit per unicam mutationem, posset Deus facere per plures mutationes. posset enim mutare panẽ in corpus Christi una mutatione, & facere corpus Christi contentũ sub specie panis alia mutatione, sed quoniam hoc ad potentiã absolutam Dei respicit, simpliciter, & absolutè loquendo, vnicã dicito interuenire mutationem. Et hæc dicta de his mutationibus actu, vel potentia in ordine ad relationes, non aliter dicta intellige, quam cõsiderando esse sacramentale corporis Christi relatiue secundum relationes contenti, & continentis. nam secundum rem longè altius est, quàm huiusmodi relatiua significent, & magis reuerenter, ac eminentius de illo sentitur, & dicitur, cum de illo secundum se sentimus, & dicimus ꝙ se habet ad cõuersionem, vt factum esse in termino ad fieri, vt superius explicauimus.

¶ Communicando tamen in consideratione respectiua cũ aduersarijs, ne fugere difficultates uideamur, his præmissis ad secundum Scoti dicitur admisso præsupposito, ꝙ consequentia prima nihil valet, vtpote inferens à possibili logico necessarium, dum dicit potest esse, ergo oportet. Et per hoc patet, ꝙ secunda consequẽtia dicens, ergo huiusmodi præsentia non habetur per conuersionem, non infertur ex primo antecedente. Et ad probationẽ dicitur, ꝙ terminus vnius rationis, cuiusmodi est præsentia, non est terminus per se duarum mutationum, quia non interuenit nisi una mutatio, quamuis per potentiam diuinam possit esse terminus duarum mutationum, substantialis quidem consecutiuè, accidentalis autem secundum se.

¶ Ad tertium autem contra bonam responsionem de facto, vel potentia, dicitur, ꝙ si panis conuerteretur in Christi corpus prius præsens factum, corpus Christi esset duplici vinculo præsens, hoc est, ex ui conuersionis sacramentalis, & ex ui prioris actionis diuinæ omnipotentiæ. Vnde nihil aliud sequitur, nisi quòd huiusmodi præsentia potest per diuinam omnipotentiam terminare duas mutationes, quod gratis concessum fuit.

¶ Ad obiecta demum contra efficaciam conuersionis ad præsentiam corporis Christi in sacramento, respondendo per conditionales, vt in præcedenti fecimus responsione, dicitur quòd si Deus conuerteret panem in corpus Christi, vt habens esse in cœlo, non esset conuersio eiusdem rationis cum ista sacramentali, ac per hoc, non est ad propositum, quicquid inde sequeretur.

¶ Et per idem respondetur ad secundum, in quo sunt multi alij defectus, puta, ꝙ corpus Christi nunc de facto acquirit ubi, definitiuum substantiæ panis, & quòd substantia subiecta quantitati habet suum vbi definitiuè præter ubi circumscriptiue. Nam substantia seclusa quantitate, virtualique contactu, nusquam est, & esse corpus Christi sub sacramento, non est esse alicubi.

¶ Ad tertium negatur sequela, quia voluntariè affertur.

¶ Ad quartum, quod est Duran. dicitur, ꝙ argumentum, à sicut, sæpe claudicat, & in proposito nihil ualet. Et ratio est. quia nõ esset conuersio eiusdem rationis cum ista sacramentali, si quantitas conuerteretur in quantitatẽ, & propterea non est mirum, si aliud inde sequeretur, & aliud sequitur hinc.

¶ Contra secundã rationem literę, s. si substantia panis remaneret non esset uerum quod Christus dixit, Hoc est corpus meũ &c. sed fuisset potius dicendũ, Hic est corpus meum. Contra hanc, inquam, rationem Scot. & Durand. arguunt. Scotus quidẽ, quia tunc ly hoc, non demõstraret substantiam panis, sed contentum sub pane, sicut modo demonstrat nõ accidentia, sed contentũ sub accidentibus, & vtrũque esset verum, hoc est corpus meũ, & hic est corpus meum. Durandus uerò, quia indefinita verificatur pro vno solo, ac per hoc si esset ibi panis, & corpus Christi posset reddi locutio uera pro solo corpore Christi. Ad hęc dicitur, ꝙ veritas enunciationũ propriè significantium, ex communi sensu proprie intelligentiũ, & terminis vtentium proprie pendet, & non est attendendum ad quid ille, vel ille posset eandem enunciationem applicare. Constat autem quòd proprie loquendo, & intelligendo cum dicitur, a quocunque dicatur, siue sacramentaliter, siue non sacramentaliter, hoc est corpus meũ, ly hoc, demonstrat hanc substantiam, quod patet ex hoc, quòd si aliquis demonstrando seipsum, dicat, hoc est corpus meum, significatur apud omnes intelligentes, quòd hæc substantia est corpus meum. Et ad hoc suffragatur ratio, secundũ quam talia sunt subiecta enunciationum, qualia permittunt prædicata, & propterea, quia prædicatũ est substantia (nam corpus meũ significat substantiam) identitas prædicati cum subiecto significata per ly est, cogit ly hoc, ad demonstrandam hanc substãtiam, vt propositio sit proprie vera. Et hinc excluditur, quòd in hac propositione ly hoc, non demonstrat accidentia, sed substantiã sub accidentibus, & ad hoc suffragatur, quòd ly hoc, est pronomen demonstratiuum substantiæ apud Grammaticos. Rursus ly hoc, quia demonstrat non vagè, aut indefinite, sed singulariter, oportet absolutè prolatum super certo, sensibili demonstrato, demonstrare non uagè hanc, vel illam, sed singularem substantiam sub illis accidentibus existentibus. Et si quidem vna sola substantia subsit, sola demonstratur: si uerò multæ subsint, omnes per modum unius singularis, demonstrantur, secundũ communem intellectũ, propriamq; significationem nominum, ac pronominum, vt patet in exemplo allato, nam me dicente, hoc est corpus meum, significo hanc substantiam compręhendentem carnes, neruos, & ossa, esse corpus meum, ex quibus sequeretur, ꝙ si remaneret substantia panis cum corpore Christi, ly hoc, demonstraret hanc substantiam compręhendentem panem, & corpus Christi per modum unius singularis substantiæ, & sic propositio esset falsa, proprie loquendo; quia significaret panis substantiam esse corpus Christi, quod constat esse falsum. Vnde ad Scoti obiectionem dicitur, quòd non est uarianda demonstratio, quam facit ly hoc, in ista enũciatione sacramentali ex aliqua hypothesi, sed standum est in proprietate suæ demonstrationis, secundùm quam ly hoc, non significat contentum sub hoc pane, sed significat hanc substantiam, quę sic continetur sub his accidentibus, hæc enim substantia est corpus Christi. Et notanter dico, hæc substantia, & non dico, hic panis quia, ut dictum est, demonstratur hæc substantia sine qualitate. Ad Duran. uerò dicitur, quòd chimericum est, singulare facere indefinitum, & præterea, est abuti uocabulis, oportet enim secundum propria iudicare.

¶ Contra tertiam rationẽ literæ (.s. si esset alia substantia, ꝗ corporis Christi, contrariaretur uenerationi eucharistiæ) obstat Scotus, quia nunc est ibi aliqua creatura, puta species sacramentalis, & tamen adoratio eucharistiæ refertur ad Christum, & non ad sensibile continens. ergo eodem modo si non remaneret panis, adoraretur Christus contentus sub pane quanto, & quali, vt in signo.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ratio literæ stat solida, quando quæcumque substantia alia à Christo, contrariatur uenerationi qua ueneramur eucharistiam, nam adoramus simpliciter, & absolute substantiã existentem sub illis accidentibus, constat autem huiusmodi adorationi contrariari quamcũque aliam substantiam esse sub illis accidentibus, sed arguentes falluntur in hoc, quoniam diuertunt ab adoratione quæ nunc fit, ad eam, quæ tunc fieret, si esset etiam ibi substantia panis. Auctor autem ex adoratione, quam de facto exhibemus eucharistiæ, infert non esse ibi aliam substantiam à Christo.

¶ Vnde ad argumentum Scoti concesso toto, dicitur quòd non impugnatur ratio literæ, quia ad adorationem, quæ posset fieri, diuertit, & non sistit in adoratione, quæ de facto fit, qua adoramus substantiam contentam sub his speciebus, quod tunc non fieret, nisi partialiter, puta aliquam substantiam contentam adorando, distinguendo inter substantiam panis, & substãtiam Christi, constat enim nunc absque distinctione aliqua, substantiam ibi contentam adorari ab ecclesia.

Ferr. 4. cont. c. 36.
Scot. 4. s. d. 11. q. 4.
Rich. 4. s. d. 11. q. 3. art. 1.
Marro. 4. s. d. 11. q. 2.
Duran. 4. s. d. 11. q. 2.
Sot. 4. s. d. 9. q. 2. art. 3.
Capr. 4. d. 11. q. 1. con. 2.

117 4. d. 11. q. 1. art. 2. Et 4. cont. c. 63. princ. Et quo. 1. art. 1. Et quol. 9. art. 5. ad 3. Et 1. Cor. 11. lec. 5.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum substantia panis vel vini post consecrationem huius sacramenti, annihiletur.*

SVPER Q. XVI. Aliàs 75. Art. III.

CONCL. 1. Substantia panis & vini per consecrationẽ non potest resolui in præiacentem materiam.

¶ Prob.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd substantia panis post consecrationem huius sacramenti, annihiletur, aut in pristinam materiam resoluatur. Quod enim est aliquid corporale, oportet alicubi esse, sed substantia panis, quę est quiddam corporale, non manet in hoc sacramento, vt dictum* est, nec etiam est dare aliquem locum vbi sit. ergo non est aliquid post consecrationem. Igitur aut est annihilata, aut in præiacentem materiam resoluta.

* ar. præc.

¶ 2 Præt. Illud quod est terminus à quo in qualibet mutatione, non remanet, nisi forte in potentia materiæ: sicut cum ex aere fit ignis, forma aeris non manet, nisi in potentia materiæ, & similiter quãdo ex albo fit nigrum, sed in hoc sacramento

¶ Prob. primò: Quia, si substãtia panis ac vini resolueretur in præiacentem materiã; tunc elementa, in quæ resoluta ponitur substantia panis ac vini, discederent indè per motum localem (cùm pręiacẽs materia talis sint quatuor elementa): & hoc hic non contingit (vt patet. nam discessio prædicta sensu non percipitur; cùm tamen, si hic daretur, perciperet sensus).

Secun-

substantia panis, aut vini se habet sicut terminus à quo. corpus autem, vel sanguis Christi, sicut terminus ad quem: dicit enim Ambr.* in lib. de officiis, ante benedictionem illa species nominatur, post benedictionem corpus significatur. ergo facta consecratione, substantia panis, vel vini non manet, nisi fortè resoluta in suam materiam.

* In lib. de his q mysterijs initiant. c. 9. à med. to. 4. Refert de con. e. di. 2. c. Ante.

¶ 3 Præt. Oportet alterum contradictoriorum esse verum, sed hæc est falsa. Facta consecratione, substantia panis vel vini est aliquid. ergo hæc est vera, Substantia panis, vel vini est nihil.

SED CONTRA est, quòd Augustinus* dicit in lib. 83. quæstionum: Deus non est causa tendendi in non esse, sed hoc sacramentum diuina virtute perficitur. ergo in hoc sacramento non annihilatur substantia panis aut vini.

* lib. 83. q. 21. in med. tom. 4.

RESPON. Dicendum, quòd quia substantia panis, vel uini non manet in sacramento, quidam impossibile reputantes, quòd substantia panis, vel vini in corpus, vel sanguinem Christi conuertatur, posuerunt quòd per consecrationem substantia panis, vel vini, vel resoluitur in præiacentem materiam, vel quòd annihiletur. Præiacens autem materia, in quam corpora mista resolui possunt, sunt quatuor elementa: non enim potest resolutio fieri in materiam primam, ita quòd sine forma existat: quia materia sine forma esse non potest. Cùm autem post consecrationem, nihil sub speciebus remaneat, nisi corpus, & sanguis Christi, oportebit dicere, quòd elementa in quæ resoluta est substantia panis, & vini inde discedant per motum localem, quod sensu perciperetur. Similiter etiam substantia panis vel vini, manet vsque ad vltimum instans consecrationis. In vltimo autem instanti consecrationis, iam est ibi substantia corporis, vel sanguinis Christi, sicut in vltimo instanti generationis, iam inest forma: vnde non erit dare aliquod instans, in quo sit ibi præiacens materia: non enim potest dici, quòd paulatim substantia panis vel vini resoluatur in præiacentem materiam, vel successiuè egrediatur de loco specierum: quia si hoc inciperet fieri in vltimo instanti suæ consecrationis simul sub aliqua parte hostiæ esset corpus Christi cum substantia panis, quod est contra prædicta:* si verò hoc incipit fieri ante cōsecrationem, erit dare aliquod tempus, in quo sub aliqua parte hostiæ neque erit substantia panis, neque erit corpus Christi, quod est inconueniens, & hoc ipsimet perpendisse videntur. vnde posuerunt aliud sub disiunctione, s.† quòd annihiletur: sed nec hoc potest esse: quia non est dare aliquē modum, quo corpus Christi verum esse incipiat in hoc sacramento, nisi per conuersionem substantiæ panis in ipsum, quę quidem conuersio tollitur posita, vel annihilatione substātiæ panis, vel resolutione in præiacentem materiam: similiter etiā non est dare, vnde talis resolutio, vel annihilatio in hoc sacramento causetur, cum effectus sacramenti significetur per formam, neutrum autem horum significatur per hæc verba formæ: Hoc est corpus meum. vnde patet prædictam positionem esse falsam.

* In isto artic. & præced.

† Vel, q in præiacentem materiam resoluatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd substantia panis, vel vini facta consecratione, neque sub speciebus sacramenti manet, neque alibi, non tamen sequitur, quòd annihiletur. conuertitur enim in corpus Christi, sicut non sequitur, si aer ex quo generatus est ignis, non sit ibi, vel alibi, quòd sit annihilatus.

AD SECVNDVM dicendum, quòd forma, quæ est terminus à quo, non conuertitur in aliam formam, sed vna forma succedit alteri in subiecto, & ideo prima forma non remanet nisi in potentia materiæ: sed hic, substantia panis conuertitur in corpus Christi, vt suprà* dictum est: vnde ratio non sequitur.

* In corp. artic. & in præced.

AD TERTIVM dicendū, quòd licet post consecrationē hęc sit falsa: Substātia panis est aliquid: id tamen in quod substantia panis est conuersa, est aliquid, & ideo substantia panis non est annihilata.

AR-

---

Secundo, quia non est dare aliquod instans, in quo sit ibi præiacens materia (alioquin: Aut erit dare instans, in quo sub aliqua parte hostiæ sit simul corpus Christi cum substantia panis; Aut erit dare tempus, in quo sub aliqua parte hostiæ neque sit substantia panis, neque sit corpus Christi): & tamen dare tale instans, esset necesse, si substantia panis resolueretur in præiacentem materiam (vt patet).

¶ CONCL. 2. Substantia panis & vini nō potest per cōsecrationem annihilari.

¶ PROB. primò: Quia, si substantia panis ac vini annihilaretur, (aut etiam in præiacentem materiam resolueretur) tunc nō posset dari conuersio panis ac vini in corpus ac sanguinem Christi (vt de se patet): & sic tolleretur ueritas huius sacramēti. i. quòd uere sit ibi corpus Christi uerum, ac sanguis (vt patet ex hoc, quod non est dare aliquem modum, quo corpus Christi verum esse incipiat in isto sacramento, nisi per conuersionem; ar. 2. corp. circa princip.) Secundò, quia si substantia panis ac uini annihilaretur (aut etiam in præiacentem materiam resolueretur), tunc annihilatio hæc, vel etiam resolutio causaretur ex aliqua re (vt patet ex eo, quòd nihil fit sine causa): & non est dare, vnde talis annihilatio, vel etiam resolutio causetur in hoc sacramēto (cum neutrum. i. nec annihilatio nec resolutio, significetur per formam sacramēti huius).

¶ COROLL. Ergo prima conclusionum prædictarum probari potest quatuor medijs: quoniam duobus ibi suo loco expressis: adiunguntur & duo stantia pro conclusione secunda.

¶ NOT. Pro semper, quoniā ad plurima valet (vt experiētia disputationum docebit) memoriæ, atque intellectui, cōmendato propositionem in prima probatione conclusionis huius insertam. s. Non est dare aliquē modū, quo corpus Christi verū esse incipiat in hoc sacro; nisi per cōuersionē substantiæ panis in ipsum.

1^m maior. Qđ est aliquid corporale oportet alicubi esse. ℞. Nisi postea sit annihilatum, vel in præiacentem materiam resolutū, vel conuersum in aliud. §. Tunc nihil &c. Nam licet substantia panis & uini materialis sit aliquid corporale: tamen, facta consecratione, neq; sub specieb. sacramenti est, neque alicubi; non quidē eò q annihilata sit, vel in præiacentem materiā resoluta (vt putabat argumentū), sed eo q conuersa est in aliud. i. in corpus Christi.

2^m de maiori. Quod est terminus à quo. ℞. Non conuersum in id, quod est terminus ad quem. §. Quemadmodū uerificatur de his, quæ in argumento adducuntur. Forma. n. quæ ibi est terminus à quo, non conuertitur in formam aliam, quæ s. est terminus ad quem; sed una forma succedit alteri in subiecta materia. Tunc nihil &c. Nam hic. i. in hoc proposito, substantia panis, quæ est terminus à quo, conuertitur in corpus Christi, quod est terminus ad quem. Et ideò de utrisque non sequitur eadem ratio (vt ponebat argumentum).

3^m maior. Oportet; alterum contradictoriorum esse uerū. ℞. Quando contradictoria sunt solùm duo. §. Tunc nihil &c. Nam contradictoria illa, quæ in argumento offeruntur, non sunt solū duo. i. insufficienter afferuntur. i. admittūt tertium. Non. n. sufficienter fit diuisio p ly facta consecratione, substantia panis & vini aut est aliquid, aut est nihil (vt putabat argumentum), sed addendo hoc tertium. s. aut id, in quod substantia panis & vini conuersa est, est aliquid. Sic ergo, allata diuisione sufficienti, patet: quòd nihil contra veritatē articuli ab argumento concluditur. Licet. n. post consecrationē, hæc sit falsa &c. vt in textu. Vide simile quid in 1. q. 19. artic. 9. ad tertium. vt hinc inde vicissim iuueris.

APPENDIX.

EX artic. habes primò, quomodo per rationē intermat hæresim (hæc à quibusdā attribuitur Scoto 4. distinc. 11. q. 3. Licet vix crediderim ego, virum talem habuisse hūc erroneum sensum in verbis illis. Quando tamen de uiris huiusmodi sic agitur; recolendū semper uidetur esse illud B. August. Errare possum, & hæreticus non ero) dicentē: q substantia panis, & vini annihilatur. Si. n. in corpus & sanguinē Christi realiter conuertitur (vt verissimum est) & non solùm nominaliter, substantia panis & uini: ipsa utique tendit ad esse reale, quod (in proposito) est corpus Christi & sanguis; non autem tendit ad non esse. Impossibile igitur est: q substantia illa, conuersione prædicta manente, annihilata sit: quandoquidē annihilari est tendere ad non esse, imò consequenter esse non esse. i. est tendere in nihil, imò consequenter esse nihil. Tantum uerò abest, quòd substantia panis & uini post conuersionem illam sit nihil: vt magis tunc sit aliquid, quàm priùs; quanto esse realiùs seu præstantius est corpus Christi, q panis, & sanguis Christi, quàm vinum (vt patet). Taceo: quòd & per rationem vniuersalem, qua nihil omninò in nihilum redigitur, 1. q. 104. art. 4. posset conuinci; q eò magis in tanto sacramento falsum est, substantiam panis ac vini annihilari. Restat ergo manifestū ex ratione sancti Doctoris cùm speciali, sin hoc

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

articulo, tùm vniuersali, s. in illo primæ partis articulo: ꝙ positio in principio appendicis dicta est erronea. Dicis itaque mihi. Substantia panis, post consecrationem, est ne aliquid? Est aliquid, & nō est aliquid: non tamen est nihil. Est aliquid. i. est illud, in quod conuersa est: Non est aliquid. i. non est illud, quod erat prius: Non autem est nihil; quia illud, in quod conuersa est, non est nihil. Vt uirtualiter dicitur in ad tertium. Secundò habes; quomodo per rationem ostendas, illam meritò damnari ab omnibus Concilijs, quę ponunt conuersionem præmissam in consecratione panis & vini. In idem enim redeunt de necessitate duo hæc, s. panis ac uini substantiam conuerti in corpus ac sanguinem Christi; & panis uiniq; substantiam non annihilari (vt supra declaratum est). Per hoc ergo, quòd Concilia Lateranen. sub Innocentio III. & Florentinum, & Trident. definiunt, conuersionem talem esse in consecratione panis & uini; cointelliguntur de necessitate etiam definire: ꝙ substantia panis & vini non annihilatur. De Concil. Later. & Flor. vide ar. 1. appen. & ar. 2. appen. De Tridentino autē vide ar. 4. appē. Item meritò damnari ab Euangelistis. Quia. n. Euangelistæ ponunt huiusmodi conuersionem (vt ar. 2. appen. monstratū est); ideo etiam ipsi per hoc asserunt, & ꝙ substantia panis ac uini non annihilatur, & ꝙ dicere contrariū est dicere contra Euangelium. Item à Diuo Ambrosio: vt pulcherrime legitur, & recitatur, de cōsec. dist. 2. c. panis est in altari, & c. re uera mirabile est. Mutationem. n. seu cōuersionē illā ipse esse hic testatur aperte: & per hoc ex cōsequenti necessariò substātiæ panis & uini annihilationē abhorret. Nō solū igitur positio illa principio dicta est hæresis; sed etiam est ab initio nascentis Ecclesiæ, & deinceps, adeò condemnata: vt nulli vel mediocriter in sacra Theologia docto sit relictus de opposito ambigendi locus. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corp. ar. primo recitatur opinio disiunctiua, secundo tractatur prima disiūctionis pars, tertio tractatur reliqua pars: & quarto tractantur ambæ simul, concludendo opinionē esse falsam. Primum, satis patet in litera. Sed circa secundum, s. ꝙ panis, seu uinum per consecrationē resoluitur in præiacentem materiam, Auctor procedit vtens implicite hac distinctione. hanc resolutionem fieri in præiacentem materiam, potest intelligi dupliciter, vel in materiam primam, vel in elementa manentia, vel egredientia. Propterea primo improbat primum membrum, s. ꝙ ista resolutio non fit in materiā primā, quia materia non potest esse sine forma. Vbi scito, quòd quia opinio ista ponit resolutionem puram (quoniā nullius meminit generationis, cum nullum ponat generans) si ponit resolutionē in materiam primam, ponit consequenter materiam primam sine forma, quod est impossibile secundum causas secundas, & potentiam Dei ordinatam, quicquid sit de possibili secundum potentiam Dei absolutam, quoniam hoc est extra propositum: quoniam stultum est ponere in hoc sacramento, quicquid Deus potest facere, vnde non oportet aliter hic respondere Scoto, & continuè digredi de genere in genus. Postea excludit Auctor secundum membrum, s. resolutionem fieri in elementa. Et primo in elementa manentia: quia sub speciebus sacramenti nihil remanet, nisi corpus & sanguis Christi. Secundo, in elementa egredientia, quia egressus fieret per motum localem, & sic sensu perciperetur. Et utraque exclusio optima est. Nec ex molestia Scotica concutitur, dum obstat ex diuina omnipotentia potente facere cum corpore Christi, manere aliam substantiam, & non percipi localem egressum, sæpe. n. iam dictum est, ꝙ non tractamus de diuina omnipotentia, sed quid ordo institutus à Deo habeat tam in mysterijs, quàm in naturalibus. Rursus impugnat Auctor huiusmodi præiacentem materiam ex alijs capitibus. & primo manentem ex hoc, ꝙ non est dare aliquod instans, in quo sit ibi præiacens materia: quod probatur ex eo, ꝙ usque ad vltimum instans consecrationis est ibi panis, & in ultimo instāti est ibi corpus Christi, ac per hoc patet, ꝙ non est dare aliquod instans, in quo sit ibi præiacens materia. Et scito, ꝙ Auctor claritati studens, non fuit solicitus, vt loqueretur philosophice, vt ab omnibus intelligeretur: ex exemplo tamen generationis ab exercitatis in philosophia rem ipsam intelligi voluit more physico: sciebat. n. non dari ultimum instans generationis. Et physico more dicendum fuit, in toto tēpore consecrationis est ibi substantia panis, & in termino illius est corpus Christi, qui terminus est primū esse corporis Christi in sacramento, & primū non esse panis: sicut in termino generationis, est primum esse rei genitæ, & primum non esse rei corruptæ. Et si sic Auctor dixisset, pauci intellexissent ipsum. Secundo, impugnat præiacentem materiam in motu, & breuitatis gratia simul impugnat tam motum localem, siue panis, siue materiæ, quàm motū resolutionis: quoniā vtrobique una & eadem est ratio ex motu sumpta, & est ratio talis: Si huiusmodi motus interueniret, aut inciperet in instanti terminante consecrationem, aut ante illud instans. si incipiat in instanti terminātē (cum in illo instanti corpus Christi sit sub hostia, & in eodē sit panis incipiens moueri motu locali, vel resolutionis) sequeretur ꝙ simul essent corpus Christi, & substātia panis: ꝙ autē panis in illo instanti esset, probatur ex eo, ꝙ motus incipit per negationē de præsenti, & positionem de futuro, hoc est, quia verū esset dicere, panis nunc non mouetur, & immediate post hæc mouebitur, & quia motus nō fit in instanti, sed prius mobile relinquit vnam partem, q̄ aliam sequeretur ulterius præter simultatem instantaneam prædictam, simultas temporalis, & sic sub aliqua parte hostiæ esset simul tempore corpus Christi cum substantia panis, & ad uim hanc respexisse videtur Auctor in litera explicans partē hostiæ. Si uerò huiusmodi motus incipiat ante terminū consecrationis, tunc cū inter quælibet instantia sit tempus intermediū, in quo fiet iste motus, & in quo mobile relinquet successiue partes hostiæ, sequetur ꝙ in illo tēpore, quo aliqua hostiæ pars relicta est, neque erit substantia panis, quæ iam particulam illam reliquit, neque corpus Christi, quod ante instans, quod terminat totum hoc tempus medium, non est sub hostia.

¶ Et uide nouitie, ex contextu literæ hanc argumentationē induci, excludēdo responsionē dicentem fieri resolutionis, vel egressus motum, paulatim deserendo partes hostiæ. At si posuissent resolutionis motum fieri successiue quidem, & per partes intensiuas tantum, ita ꝙ in termino tota simul hostia deserta esset (contingit enim, inquit Arist. totum simul coagulari) tunc militat præcedens argumentum, ꝙ præiacens materia numquàm esset sub hostia. Et si hoc affirmatur, succurrunt postremæ duæ rationes, scilicet quòd tollitur conuersio, & quòd ponitur effectus sine causa.

¶ Quo ad tertium, de altero disiunctionis membro, s. annihilatione, improbatur: quia tollit uerā conuersionem substantiæ panis in corpus Christi, ac per hoc tollit modū, quo corpus Christi est in hoc sacramento, & in hoc conuenire dicitur cum primo membro, scilicet resolutione. Et demum utrumque Auctor reprobat; quia forma sacramenti neutrum horum effectuum significat.

¶ Circa responsionem ad tertium, aduerte ꝙ Scot. non contentus huiusmodi responsione, quia sola uoce conuersionem affirmat, tenens panem quāuis per accidens redigi in nihilū, duo potissima videtur habere fundamenta in q. 4. 11. dist. Primum est, quia inuenitur hic transitus per se ab esse panis ad non esse panis, & alius trāsitus à non præsentia corporis Christi hic, ad presentiam ipsius hic. Et tunc arguitur sic, Si secundus transitus non concomitaretur primum, primus esset annihilatio. ergo, & modo formaliter est annihilatio: quia ratio eius non uariatur propter illud, quod per accidens concomitatur. Secundo sic. Si panis annihilaretur, & corpus Christi poneretur hic præsens, omni eodem modo se haberet tam panis quàm corpus Christi, quantum ad omnem conditionem tam esse quàm non esse, sicut modo se habet: sed quod fuit, et omni eodem modo se habet, sicut si esset annihilatum, est annihilatum. ergo panis redigitur in nihilum. Prima propositio manifesta est, quia si panis esset annihilatus, nec forma, nec materia eius maneret: eodem autem modo, nec nunc manet.

¶ Ad horum & similium euidētiam, doctrina sanctorum Patrum resumenda est. Ambros. siquidem de sacramētis, vt habetur in Decretis de consecr. dist. 2. in c. reuera, & clarius in c. panis est, docet unde figmenta hæc, et similia eliduntur, dicens: Si tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperet esse, quod non erat, quanto magis operatorius est, vt sint, quæ erant, & in aliud commutentur? & sic quod erat panis, iam corpus Christi est, quia sermo Christi creaturam mutat &c.

¶ Vbi nota primo ly, vt sint, quæ erant, et in aliud commutētur: hic enim manifeste habes Ambros. dicere, ꝙ sunt quæ erant, et in aliud sunt commutata. Et hinc apparet figmentum esse, dicere ꝙ quæ erant & in aliud sunt commutata nihil sunt: nam si sunt, vt Ambros. asserit, sequitur, quòd non sunt nihil.

¶ Secundo nota declarationem, & sensum prioris dicti, dum immediate subditur, & sic quod erat panis, iam corpus Christi est. hinc enim apparet quanta perspicacia hæc uiderit Ambros. dum non dixit, quod panis est post consecrationem, nec dixit, quòd panis, qui fuit, est corpus Christi: sed dixit quod id, quod erat panis, iam est corpus Christi, & ly id, quod, demonstrat, & refert substantiam: quoniam substantia est, quæ est commutata in corpus Christi, vnde non aliunde quàm ex Ambros. doctrina excludenda sunt, & detegenda figmenta hæc. Falsum est igitur quòd primo assumitur à Scoto interuenire hic transitum per se ab esse panis ad non esse panis: nam per se terminus ad quem est esse corporis Christi, est enim conuersio ista inter terminos positiuos per se primo hoc est ab esse panis ad corpus Christi, et ad illum per se primo terminum ad quem non sequitur sola negatio esse panis, sed sequitur affirmatio, seu positio eius quod fuit panis, sunt enim post consecrationem, propositiones istæ ambæ ueræ, s. panis non est, & id quod fuit panis, est quia est corpus Christi.

¶ Ad argumentum ergo dicitur, quod falsum assumit, seu supponit, scilicet interuenire hic mutationem, seu trāsitum per se, ab esse panis ad non esse illius.

¶ Ad

¶ Ad secundum dicitur, quod conditionalis assumpta est falsa. Et ad probationem illius, s. quia nunc nec remanet materia panis, nec forma, & similiter esset si annihilaretur, respondetur negando, quod similiter esset si annihilaretur, quoniam plus requiritur ad annihilationem, siue per se, siue per accidens, exigitur enim, quod id, quod erat illud, sic modo nihil seu non sit aliquid, cuius contrarium in proposito inuenitur, nam secũdum Ambros. id quod erat panis, est corpus Christi, ubi ad claritatem doctrinæ obserua cautè veritatem uerarum propositionum, & exemplariter dicatur, quando aer naturaliter conuertitur in ignem, licet ueræ sint istæ tres enunciationes post conuersionem aeris in ignem, s. aër non est, aer non est aliquid, aer est nihil, quia tamẽ materia, quæ fuit aeris, modo est materia ignis, falsa est ista quarta, aer est annihilatus. Et similiter in proposito, quamuis alia ratione veræ sunt post conuersionem istæ tres, s. panis non est panis, non est aliquid, panis est nihil: falsa autem est quarta, s. id, quod erat panis, non est aliquid, seu est nihil, quia sua contradictoria est uerissima, s. id quod erat panis, est corpus Christi, ideo falsissimum est, panem, siue per se, siue per accidens redigi in nihil, unde si panis annihilaretur in hoc sacramento, non omni eodem modo se haberet, quo nunc se habet quia nũc sic se habet ad esse, & non esse, quod ita non est, quod id quod erat panis, est res realissima, s. corpus Christi, si autem esset redactus in nihilum, ita panis, non esset, quod id, quod erat panis, nulla res esset. Procul sint ergo a patrum doctrina huiusmodi figmenta.

¶ Circa verba Auctoris in hac responsione ad tertium caue ne fallaris, putans Auctorem Ambros. contrarium, uel me exposuisse inepto

inepto vocabulo Ambrosij verbum, dum in hac litera dicitur, quòd post consecrationem hæc est falsa: substantia panis est aliquid, & Ambros. dicente, id quod erat panis. est aliquid, scilicet corpus Christi, ego exposui quòd ly, quod, demonstrat & refert substantiam, quoniam substantia, quæ erat panis est corpus Christi, quia mutata est in corpus Christi. Diuersimode siquidem substantiæ nomine Auctor, & nos usi sumus: nam auctor substantiæ nomine vsus est loco nominis specifici panis, supponendo panem esse substantiam. Et fecit hoc Auctor, vt præseruaret se ab accidentibus panis, ita quod panem supponit in obliquo, & distinguit substantiam panis contra accidentia panis, ac si dixisset, post consecrationem hæc est falsa panis est aliquid: nos autem substantiæ nomine absolute vtimur: abstrahendo a qualitate differentiarum, & propterea utimur pane in recto, dicentes, substantia, quæ erat panis: quam substantiam Ambrosius per relatiuum substantiæ significauit, dicens & sic quod erat panis, iam est corpus Christi: quia sermo Christi creaturam mutat, & sic ex pane fit corpus Christi: non enim potest dici, quod ly quod erat panis, referat accidentia panis remanentia: quia illa non sunt corpus Christi. nec sunt mutata in corpus Christi, quorum vtrumque Ambros. dicit de eo, quod erat panis, scilicet quod erat panis, est corpus Christi quia mutatum est in corpus Christi uirtute sermonis Christi, hanc eodem modo sumptam substantiam saluator significauit, ac demonstrauit per ly hoc, dicens. est corpus meum: est enim proprijssimus sensus, hæc substantia est corpus meum, ut inferius amplius patebit.

---

Ferr. 4. cont. c. 63.
S. Bon. 4. s. d. 11. q. 1. ar. 1.
Scot. 4. s. d. 11. q. 3.
Rich. 4. s. d. 11. q. 1. art. 1.
Duran. 4. s. d. 11. q. 3.
Bacc. 4. sent. d. 8. q. 5.
Sot. 4. s. d. 9. q. 2. art. 4.
Capr. 4. d. 11. q. 2. con. 3.
Palud. 4. d. 11. q. 10.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum panis possit conuerti in corpus Christi.*

AD QVARTVM sic proceditur, Videtur quod panis non possit cõuerti in corpus Christi: conuersio enim quædam mutatio est: sed in omni mutatione oportet esse subiectum, quod prius est in potentia, & postea est in actu: ut enim dicitur 3. Physic. † motus est actus existentis in potentia: non est autem dare aliquod subiectum substantiæ panis & corporis Christi: quia de ratione substantiæ est, quòd sit non in subiecto, ut dicitur in prædicamentis. * non ergo potest esse, quòd tota substantia panis conuertatur in corpus Christi.

¶ 2 Præt. Forma illius, in quod aliquid conuertitur de nouo incipit esse in materia eius, qđ in ipsum conuertitur: sicut cum aer conuertitur in ignem prius non existentem, forma ignis incipit de nouo esse in materia aeris: & similiter cum cibus cõuertitur in hominem prius non existentem, forma hominis incipit esse de nouo in materia cibi. ergo panis conuertitur in corpus Christi, necesse est quòd forma corporis Christi, de nouo incipiat esse in materia panis, quod est falsum. non ergo panis conuertitur in substantiam corporis Christi.

¶ 3 Præt. Eorum quæ sunt secundũ se diuersa. numquam vnum fit alterum: sicut albedo numquam fit nigredo, sed subiectum albedinis fit subiectum nigredinis, ut dicitur in 1. * Physic. sed sicut duæ formæ contrariæ sunt secũdum se diuersæ (vtpote principia formalis differentiæ existentes) ita duæ materiæ signatæ sunt secundum se diuersæ. vtpote existẽtes principia materialis distinctionis. Ergo non potest esse, quòd hæc materia panis fiat hæc materia qua indiuiduatur corpus Christi. Et ita non potest esse, quod substantia huius panis conuertatur in substantiam corporis Christi.

SED CONTRA est, quòd † Euse. emiss. dicit, Nouum tibi & impossibile esse non debet, quòd in Christi substantiam terrena, & mortalia conuertuntur.

RESP. Dicendum quòd sicut supra dictum est * cum in hoc sacramento sit uerum corpus Christi, nec incipiat ibi esse de nouo per motum localem: cum etiã nec corpus Christi sit ibi sicut in loco (ut ex dictis patet *) necesse est dicere, quòd incipiat ibi esse per conuersionem substantiæ panis in ipsum: hæc tamen conuersio non est similis conuersionibus naturalibus, sed est omnino supernaturalis, sola Dei virtute effecta. Vnde * Ambr. dicit in lib. de Sacramentis, Liquet quòd præter naturæ ordinem. Virgo generauit, & hoc quod conficimus, corpus ex Virgine est: quid ergo quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse dominus Iesus partus ex Virgine, Et super illud Ioan. 6. Verba, quæ ego locutus sum vobis. s. de hoc sacramento, spiritus & vita sunt, dicit * Chrysost. idest spiritualia sunt, nihil habentia carnale neque consequentiam naturalem, sed eruta sunt ab omni tali necessitate, quæ in terra, & a legibus, quæ hic positæ sunt. Manifestum est enim quòd omne agens agit inquantum est actu. Quodlibet autem agens creatum est determinatum in suo actu, cum sit determinati generis, & speciei, & ideo cuiuslibet agentis creati actio fertur super aliquem determinatum actum determinatio autem cuiuslibet rei in esse actuali, est per eius formam: vnde nullum agens naturale, seu creatum potest agere nisi ad immutationem formæ, & propter hoc, omnis conuersio, quæ fit secundum leges naturæ, est formalis. Sed Deus est actus infinitus, vt in prima parte habitũ est) vnde eius actio se extendit ad totam naturam entis. Non igitur solum potest perficere conuersionem formalem, vt s. diuersæ formæ sibi in eodem subiecto succedant: sed conuersionem totius entis, vt scilicet tota substantia huius conuertatur in totam substantiam illius, & hoc agitur diuina virtute in hoc sacramento

nam

SVP. Q. XVI. Alias 75. Art. IIII.

CONCL. 1. Tota substantia panis cõuertitur in totam substantiam corporis Christi; & tota substantia vini in totam substãtiam sanguinis Christi.

¶ COROL. Ergo hęc conuersio non est formalis. i. quòd diuersæ formæ sibi in eodẽ subiecto succedãt; sed est substantialis. i. quod tota substantia unius conuertitur in totam substantiam alterius. Ergo hæc conuersio non est similis conuersionibus naturalibus; sed est omnino supernaturalis, sola Dei virtute, effecta (ut & Ambr. libr. de sacram. & Chrysost. super Ioan. 6. dicũt): quoniam nullum agẽs creatum potest agere, nisi ad mutationẽ formę.

¶ PROB. 1. Quia diuina uirtus specialiter agit seu operatur in hoc sacramento (ut patet ex SS. Ambrosio, atque Chrysost.) Et actio Dei se extendit ad totã naturam entis (ut patet ex eo, quòd Deus est actus infinitus. 1. q. 3. artic. 4. item cum q. 7. artic. 1.). Secundò quia corpus Christi non incipit in hoc sacramento esse per motum localem, sed per conuersionem (ut patet ex artic. 2.) & ibi, conuersione facta, non debet esse aliqua substantia, quæ non possit adorari adoratione latriæ (ut patet ar eod.)

¶ NOT. Hæc secunda probatio a tex. corp. tangitur in principio.

¶ CONCL. 2. Conuersio prædicta in prima conclusione potest proprio nomine dici, transubstantiatio.

¶ PROB. Quia patet ex eadem conclusione prima (conuersionis. n. talis termini, & a quibus, & ad quos, sunt substantia: ut patet legenti.)

Pri-

118 Inf. arti. 6. cor. & art. 8. cor. & ad 3. Et 4. dist. 11. q. 1. art. 1. q. 1. ad 1. & q. 3. ad 3. Et art. 3. q. 1. per to. Et 4. cõ. ca. 63. & quol. 5. ar. 11. Et op. 1. ca 8. Et 1. Cor. 11. lec. 4. & lec. 5.

* lib. 3. text. 6. to. 2.

* In cap. de substant. tomo 1.

* Li. 1. text. 41. & seq. to. 2.

† Refertur de cons. di. 2. ca. Quia corpus assumptum in med.

* Art. 1. huius quæst.

* Ar. 1. huius quæst.

* In l. de his qui mysteriis initiantur c. 9. parum a me. to. 4.

* Ho. 46. in Io. nõ multum ante med. to. 3.

**1m de minori.** In omni mutatione. R. Formali. §. i. formarum in eadem materia sibi succedentium. Tunc nihil &c. ut patet. Nam de mutatione in alio sensu. s. substantiali, loquuntur conclusiones articuli; cui mutationi non subest commune subiectum; vt in formali.

**2m de antecedente.** In quod aliquid côuertitur. R. Conuersione formali §. Tunc ni. &c. Vide ad primum.

**3m de maiori.** Numquàm vnum fit alterum R. Per actionem virtutis finiti. §. Tunc nihil &c. Nam conuersio, de qua in conclusionibus, est omnino supernaturalis, i. non virtute agentis finiti, sed agentis infiniti effecta. Vide corollar. post conclus. 1.

nam tota substantia panis conuertitur in totam substantiam corporis Christi, & tota substantia uini, in totam substantiam sanguinis Christi vnde hæc conuersio non est formalis, sed substantialis: nec continetur inter species motus naturalis, sed proprio nomine potest dici trásubstantiatio.

Ad primum ergo dicendum, quòd obiectio procedit de mutatione formali: quia formæ proprium est in materia, uel subiecto esse: non autem habet locum in conuersione totius substátiæ. Vnde cum hæc conuersio substantialis, importet quendam ordinem substantiarum quarũ una conuertitur in alteram, est sicut in subiecto in utraque substantia, sicut ordo, & numerus.

Ad secundum dicendum, ꝙ illa obiectio procedit de conuersione formali, seu mutatione: quia oportet, sicut dictum est, * formam esse in materia, uel subiecto. Nõ autem habet locum in conuersione totius substantiæ, cuius non est accipere aliquod subiectum.

* In corp. & ar. 3.

Ad tertium dicendum, ꝙ virtute agentis finiti non potest forma in formam mutari, nec materia in materiam. Sed virtute agentis infiniti (quòd habet actionem in totum ens) potest talis conuersio fieri: quia vtrique formæ, & vtrique materiæ est communis natura entis, & id, quod entitatis in una, potest actor entis conuertere in id, quod est entitatis in altera, sublato eo, per quod ab illa distinguebatur.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primo: quomodo per rationem intermas hæresim Anticaluinianorum dicentium: In sacramento Eucharistiæ (licet asserant, contra Caluinum, esse realem corporis Christi prȩsentiam in Cœna) nõ fieri transelementationem, seu transubstantiationem. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hanc merito damnari a Concilijs Lateran. & Floren. immo & ab Euangelistis; secundum quòd narrantur in appendicibus ar. 1. 2. Item a Concilio Trident. sess. 13. cap. quarto. Quoniam Christus redemptor noster corpus suum id, quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit: ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idq; nunc denuo sancta hæc synodus declarat; per consecrationem panis & vini conuersionem fieri totius substantiæ panis in substantiam corporis Christi, & totius substantiæ vini in substãtiam sanguinis eius. Quæ conuersio conuenienter, & propriè, a sancta catholica Ecclesia, transubstantiatio, est appellata. Hæc ibi. Et cano. 2. Si quis dixerit: in sacrosancto Eucharistiæ sacramento remanere substantiam panis & vini, vna cum corpore & sanguine Christi; negaritque mirabilem illam & singularem cõuersionem totius substãtiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem manẽtibus dumtaxat speciebus panis & vini: quam quidem conuersionem catholica Ecclesia aptissimè, transubstantiationẽ, appellat: Anathema sit. Hæc ibi. Ex quibus (ut patet) damnata relinquitur etiam hæresis Berengarij dicentis: quòd Eucharistiæ sacramentum nullam continet carnem, in quam conuertatur panis præexistens; cum nulla ibi fiat cõuersio. Tertio vides: quõ ex ijs bene pen. & app. &c.

D. 576.

D. 446.

3

## Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus intelligitur de conuersione substantiali, qua panis substantialiter sumptus transubstantiatur in corpus Christi, sic enim ecclesia intelligit conuersionem. Et propterea Auctor quærit, verum sit possibilis huiusmodi conuersio.

¶ In corpore articuli duo fiunt. Primo dicitur, quòd oportet ponere conuersionem. Secundo tractatur, qualis est ista conuersio.

¶ Quo ad primũ, ex repetitione supradictorum, ac discussorum concluditur conuersio. Quoad secundum, duo de hac conuersione dicuntur. Primum est, quod non est similis conuersionibus naturalibus, sed est omnino supernaturalis: Secundum est, quòd Dei virtute fit: & primum quidem auctoritatibus Ambr. & Chrysost. probat: secundum autem simul cum primo, ratione probat.

¶ Vbi scito distingui conuersionem in formalem, & substantialem, & naturales appellari formales, non ea ratione: quia forma conuertitur in formam, sed quia secundum deperditionem vnius formæ, & acquisitionem alterius, dicitur totum categorematice conuerti in totum, vt cum dicimus, quòd aer conuersus est in ignẽ: conuersio autem substantialis appellatur, quia totum etiam syncategorematice conuertitur in totum, puta si aer sic conuerteretur in ignem, quòd etiam partes essentiales aeris cõuerterentur in partes essentiales ignis. Et talem esse hanc conuersionem Auctor ponens, hic manifestat differentiam inter conuersionem istam, & naturales, & ex differentia inter actum infinitum, & actum finitum procedit ad probandum, quòd agens creatum, quia ex finito agit actu, ad solas formales conuersiones se extendit: Deus autem quia ex infinito agit actu, ad totum ens se extendit, ac per hoc ad conuersionem substantialem. Et inde infertur, quòd hæc conuersio nec continetur sub genere naturalis motus, seu mutationis, nec nomen aliarum suscipit propriè, sed nomine, proprio vocari potest transubstantiatio: sic enim a sacro Concilio Lateranen. sub Innocen. III. appellatam legimus.

¶ Circa hanc materiam aduerte, quòd Scotus in 11. dist. 4. q. 3. reputans impossibilem conuersionem panis in corpus Christi præexistens, & manens secundum suum esse antiquum triplicem imaginatur transubstantiationem. prima est, quæ iam dicta est s. qua tota substantia conuertitur in totam substantiam præexistentem ac manentem secundum esse antiquum. Secunda est, qua tota substantia sic conuertitur in aliam, ut alia producatur in esse, & hanc vocat Scotus transubstantiationem productiuam: quia per eam producitur terminus ad quem, & hæc potest subdiuidi in productiuam termini secundum esse substantiale, vel secundum esse accidentale: qualem posuit hic (vt diximus) Petrus de Pal. sine assertione tamen. Tertia est adductiua termini ad quem illo ubi erat terminus a quo, & in hanc declinat Scot. In qua secundum veritatẽ nulla est transubstantiatio, nulla conuersio: quia ponitur panem redigi in nihil, & sola uox conuersionis, & transubstantiationis cum ordine successionis corporis Christi in loco panis affirmatur. Relicta autem transubstantiatione productiua, tãquam non habẽte in hoc sacramento locum, nititur Sco. probare primam esse impossibilem, & deinde tertiam esse rationabilem. Arguit igitur ad impossibilitatem transubstantiationis primæ, quam credimus vere in hoc sacramento saluari: nihil est terminus nouæ actionis, propriè dictæ, nisi per illam actionem accipiat esse substantiale, uel accidentale, secundum quòd est formalis terminus illius actionis: sed corpus Christi præexistens, &c. nullum esse accipit in sua substantia per huiusmodi transubstantiationem. ergo corpus Christi secundum suam substantiam non est terminus nouȩ actionis transubstantiatiuæ panis in ipsum. Minor supponitur clara. Maior uero probatur dupliciter. Primo, quia si nullum esse accipit per illam, non videtur intelligibile, quomodo sit ibi aliquid terminans realem actionem substantialem, &c. Secundo, quia etiam filius Dei terminans æternam generationem, per illam accipit esse, & personam esse, & Deum esse. Tertiam autem transubstantiationem probabilem esse in proposito probat: quia eo modo terminus prior conuertitur in terminum posteriorem, quo terminus posterior succedit termino priori, sed terminus posterior, idest, Christi corpus, non succedit secundum esse simpliciter, sed secundum esse præsens hic termino priori, idest, pani præexistenti. ergo nec panis conuertitur, nec transit in corpus Christi, nisi secundum esse hic præsens pani præexistenti.

¶ Pro solutione harum obiectionum, & ampliori notitia tam occulti mysteri, duo prælibanda sunt, alterum ex Philosophia, alterum ex Ambros. Ex physicis siquidem habemus, quòd cũ de substantiali mutatione inter positiuos terminos est sermo, ipsum instans mutationis, in quo substantialis mutatio simul fit, & facta est, est primum esse termini ad quem, & primum non esse termini a quo. verbi gratia, tum aer conuertitur in ignem, instans illud, in quo ignis simul fit, & factus est, est primum esse ignis: quia ignis tunc est, & immediate ante illud tunc non erat, & est primum non esse aeris; quia aer tunc non est, & immediate ante illud tunc erat. A diuo autem Ambrosio superius relata habemus verba. s. quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat, &c. Ex his. n. simul iunctis, & perspicaciter consideratis, habemus actionem transubstantiatiuam circa panem versari, & in panem terminari, hoc modo videlicet, quòd in instanti conuersionis panis in corpus Christi, quod erat panis, ut sic, idest, secundum esse panis, habet rationem termini a quo, & rursus quod erat panis, quod iam est corpus Christi, ut incipiens esse corpus Christi, habet rationem termini ad quem, ita quod terminus ad quem, non est corpus Christi absoluto. sed hoc

hoc quod erat panis esse corpus Christi, vt patet exponendo pro illo instanti, quo ista transubstantiatio simul fit, & facta est. Ex falsitate siquidem istius, corpus Christi nunc est, & immediate ante hoc non erat, habetur, quòd corpus Christi absolute non est terminus huius transubstantiationis: ex eo autem quod ista est vera. hoc quod erat panis, nũc est corpus Christi, & immediate ante hoc qđ erat panis, non erat corpus Christi manifeste, habetur, quòd terminus ad quem actionis, & mutationis huius est hoc, quod erat panis, esse de nouo corpus Christi: sicut ex veritate istius alterius. s. hoc quod erat panis, nunc non est panis, & immediate ante erat panis habetur terminum a quo esse hoc, quod erat panis subesse panis. Vbi videre potes in eo, quod est panis ante consecrationem, efficaciam habere consecrationem, seu diuinam actionem, quãtum ad vim vtriusque termini. s. a quo, & ad quem: quoniam actio conuersiua acquirit ei, quod erat panis esse corpus Christi, conuertendo id in corpus Christi, & ad hoc concomitatꝰ deperditio termini a quo, dum quod simul conuertitur, & cõuersum est in corpus Christi, desinit esse panis. Et hinc suscipiendo conijcere potes, quòd nõ oportet propter nouam hanc actionem mutationem aliquam effici in substantia corporis Christi: quia quod erat panis de nouo est corpus Christi, non per mutationem corporis Christi, sed per mutationem panis in corpus Christi. Et ad ampliorem fidelium intellectuum consolationem, habemus non solum dictas enunciationes nouiter veras quasi se tenentes ex parte panis: sed habemus redundantem, seu resultantem aliam propositionẽ nouiter veram quasi ex parte corporis Christi, est. n. de nouo uera hæc. s. corpus Christi est id, quod erat panis. Nec hanc ego somniaui, sed ex propositione diui Ambr. per cõuersionem simplicem illam habemus: dicente. n. Ambr. quod erat panis, est corpus Christi infertur optime per conuersionem simplicem, ergo corpus Christi est quod erat panis, & similiter sequitur, consequenter loquendo, quòd corpus Christi est quod erat iste panis. Quo fit, ut admirabilem veritatem nouam in Christi corpore ex hoc sacramento fateamur. Nam ante institutionem huius sacramẽti ista erat falsa, corpus Christi est quod erat panis: quia sua conuertens erat falsæ, quod erat panis, est corpus Christi: post consecrationem uero corporis Christi fuerunt ambæ veræ. Et similiter in qualibet, quæ quotidie fit, consecratione hostiæ in missa, consecratione facta, ambæ istæ nouiter sunt veræ, qđ erat iste panis, est corpus Christi, & corpus Christi est, quod erat iste panis. Nec quæras a me vlteriorem modum quomodo, fiat istud, sed satis sit supposita veræ transubstantiationis fide, qua panis in corpus Christi immutatum mutatur, videre nos veritatem dictarum enunciationum.

¶ Ex his autem ad Scoti rationem contra possibilitatem huius conuersionis dicitur, argumẽtum supponere, falsum. s. corpus Christi absolute esse terminum actionis, seu mutationis huius, terminatur. n. tam mutatio quàm actio, ut ad terminum ad quem, & qui fit ad hoc quod erat panis, esse corpus Christi: hoc. n. de nouo fit, & est per actionem istam conuersiuam panis in corpus Christi.

¶ Vnde concessa maiore, ad minorem dicendum est, quòd male assumit, aut supponit corpus Christi absolute esse terminum actionis, ut patet ex dictis. Nec obstat quòd sæpissime dicitur, & repetitur infinities, quòd hæc conuersio habet panem pro termino a quo, & corpus Christi pro termino ad quem: quoniam breuitatis causa hos terminos absolute proferimus: cum grano tamen salis ab eruditis intelligendos, ut exposuimus.

¶ Ad rationem Scoti pro transubstantiatione adductiua, facile respondetur negando minorem: quoniam corpus Christi succedit pani, & secundum esse simpliciter, idest, substantiale, & secundum esse hic, idest, sub accidentibus panis: sed non est mirum de arguente: quoniam sola voce dicens conuersionẽ substantia panis in substantiam corporis Christi, consequẽter assumit, quòd corpus Christi non succedit pani, secundum esse simpliciter, cum secundum ueritatem substantia corporis Christi sit id, quod erat panis: & ꝑ hoc sit ubi erat panis, idest continetur sub accidentibus, quæ continebant panem, vt sæpe inducta decretalis Lateranensis cum doctrina Concilij Florentini testatur.

¶ Nec obstat dictis quòd Auctor in 4. senten. dist inct. 11. q. 1. articu. 4. videtur locare huiusmodi propositiones, quibus usi sumus, inter improprias. Nam dupliciter potest iudicari, & examinari ꝓpositio ista, quod erat panis, est corpus Christi: primo ad exprimendam conuersionem hanc: secundo, ad exprimendum conuersionis huius proprios terminos. Et si quidem ad exprimendum mutationem: quæ est conuersio assumatur, infra latitudinem generis mutationis intelligenda est, & propterea ly quod, sonat subiectum vnum & idem sub duobus successiue terminis, scilicet pane, & corpore Christi manere, quod in proposito nõ nisi metaphorice, aut ratione accidentium remanentium verificatur, & sic ab Auctore inter improprias computatur ibidem, ubi de conuersione loquitur. Si vero hæc propositio ad exprimendos terminos conuersionis huius assumatur, tunc propositio est, & vera, & propria. Et quod sit uera, patet ex ipsa eius expositione, qua Auctor eam ibi in responsione ad primum exponit de ipsis terminis, dicens, uerbum Ambrosij est exponendum, quod erat panis est corpus Christi, idest quod est sub speciebus panis, primo fuit panis, & postea corpus Christi: ubi vides Auctorem exponendo, asserere de ly quod est sub specie panis prius fuisse panem, & postea corpus Christi: nihil enim aliud significat Ambrosij propositio de terminis conuersionis intellecta dicendo, quod erat panis, est corpus Christi, ut patet intuenti, quod autem sit propria, & hinc patet: quia expositio ab auctore data est propria, & ex ratione probatur: quia ly quod est relatiuum, identitatis substantiæ, & sufficienter refert eandem substantiam, referendo substantiam eandem sine qualitate: sic enim contingit in proposito. illud enim idem refert ly quod dicendo, quod erat panis est corpus Christi: quod demonstratur per ly hoc, dicendo, hoc est corpus meum. Stant ergo solida, & proprie dicta, quæ ex Ambrosio diximus, quoniam ad terminos conuersionis exprimendos vsi sumus auctoritate dicta, & ad hoc idem Ambrosius ad literam loquutus est, ut patet eius textum intuenti.

¶ In responsione ad tertium aduerte dici in illa duo, s. rationem conuertibilitatis totalis (de qua est sermo) vnius rei in aliam, & modum, quo fit huiusmodi conuersio. Et quoniam eximia, ac latentia sunt hæc, nec ab omnib. concessa, primo declaranda sunt ambo: deinde conferendum est primum cum aliorum opinionibus. Ratio igitur conuertibilitatis assignatur in litera communicatio in natura entis modus autem subditur, & est, quod potest actor entis id, quod est entitatis in una re, conuertere in id, quod est entitatis in altera, sublato eo, per quod ab ea distinguebatur: ubi circa rationẽ conuertibilitatis doctus esto interpres, plures uitande errores ex illo uerbo communis natura entis. Errares primo, si per communem naturam entis intelligere ens communissime sumptum commune Deo, & creaturis, & manifesta esset erroris ratio: quia hinc sequeretur, conuertibilitatem etiam posse esse inter rem creatã, & increatam: quia communis est eis huiusmodi natura entis, quod constat non solum esse falsum, sed fatuum. Errares quoque, si per communem entis naturam intelligeres gradum aliquem, seu naturam aliquam, supra specificas, genericasque rerum naturas. Nam vt dicitur 4. Metaphysic. idẽ est homo, & ens homo, & sic de alijs: non enim se habent ens, & homo, sicut animal, & homo: nam animal, & homo duas formaliter naturas significant, s. rationalitatis, & animalitatis: ens autem, & homo unam tãtum naturam significãt, eam scilicet: quã significat homo, & non aliam. Sed hoc metaphysico relinquentes negotio (quoniam ad propositum nõ refert vtro modo dixeris) dicimus, quòd per naturam entis intelligit Auctor ens commune solis creaturis, quod nomine naturæ in litera appellatum est, quia huiusmodi ens secundum Auctoris doctrinam secundum naturas generum, & specierum definitur. Et per hoc differt ab ente increato: in quo esse non definitur natura aliqua, sed ipsum esse in seipso subsistens uocatur natura Dei, & deitas, & Deus. Est igitur ratio conuertibilitatis totius vnius rei in totã alteram rem, communicatio earum in natura entis communis omnibus creaturis tantum, & hinc habes secundum Auctorem, quòd secundum totalem conuersionem quælibet creatura potest per diuinam omnipotentiam conuerti in quacumque aliam creaturam, q̃a creaturis omnibus communis est huiusmodi entis natura.

¶ Circa modum quoque conuersionis, cautum oportet esse lectorem. Erraretur siquidem primo, si intelligeretur, per modum diuisionis, seu separationis vnius naturæ ab altera, sicut animalitas separatur a rationalitate, dum fit animal sine ratione. Et similiter erraretur, si intelligeretur per modũ abstractionis: sicut res una & eadem secundum priorem rationem abstrahit a seipsa secundũ rationem posteriorem: sicut color albus inquantum color, abstrahit a seipso, inquantum albus. & patet ratio erroris utrobique ex hoc, quod neutro modo panis conuerteretur in corpus Christi: sed illa natura entis inuenta in pane, conuerteretur in corpus Christi, formaliter loquendo.

¶ Contrariatur etiam directè intento hic sensus, quoniam directè intentum. Ab auctore est, quod totum conuertatur in totum, & non quod una res, aut una natura sub una ratione tantum conuertatur in aliam. Hæc enim interpretatio ad hoc tandem tendit, quòd conuertibilitas rerum est secundum id in quo cõmunicant, & non secundum ea in quibus differunt, quod contrariatur nõ solum auctoris, sed fidei doctrinæ, asserenti panem conuerti in corpus Christi, & non solum entitatem panis in entitatem corporis Christi conuerti, sed panem conuerti in corpus Christi. vnde literæ uerba, quæ superficietenus fauere videntur dicto reprobato sensui, dum sonant, id quod est entitatis in una re, potest actor entis, conuertere in id, qđ est entitatis in altera, sublato eo, per quod ab illa distinguebatur, intelligenda sunt sic, ut tota res, puta panis, conuertatur in totam rem puta corpus Christi: hoc. n. important illa verba, id, quod est entitatis in una, in id quod est entitatis in altera, nam tota res est entitatis in una, & tota res est entitatis in altera: quod autem subditur, sublato eo, per quod ab illa distinguebatur, proculdubio ad differentiam proprij distinctiui a communi natura entis subiunctum est. Sed huiusmodi differentia non cõsistit in hoc, quod entitas rei, puta panis, conuertatur in entitatem alterius rei, puta corporis christi, panis uero proprium constitutiuum per quod specie distinguitur, ab altera re (puta corpore Christi)

non

non conuertatur in alteram rem, puta corpus Christi, sed tollatur non conseruando ipsum in esse. Sed consistit huiusmodi differentia in hoc, quod dum tota res, quæ est panis, conuertitur in corpus Christi, formalis ratio naturæ entis saluatur: formalis vero ratio proprij constitutiui, & distinctiui panis non saluatur. post conuersionem enim panis in corpus Christi, panis entitas conuersa entitas quædam est, panis vero conuersus panis non est, sic enim verificatur quod sit conuersio entitatis in entitatem, sublato eo, per quod distinguebatur: perinde est enim, ac si dictum fuisset, quòd conuersio fit per totius quidem rei conuersionem in totam rem alteram, sed inter rationes, seu conditiones substantiales communes, vel ꝓprias disparatas est: quia res conuersa sic secundum communia quasi saluatur, quòd iterum suscipit eorundem prædicationem, secundum vero propria non subdit eorundem prædicationem. Hoc.n.modo intelligitur sublatum, id per quod distinguebatur, & totam rem conuerti in totam rem, ita quod nihil eius secundum se remaneat, aut in nihilum decidat.

¶ Et si instetur, quod si tota res totaliter conuertitur in totam aliam rem, frustra Auctor laborauit ad distinguendũ in rebus conuertibilibus naturam entis, in qua conueniunt a proprijs distinctiuis rerum, &c. respondetur: non frustra, sed vtiliter Auctorem laborasse ad reddendam rationem conuertibilitatis totalis supernaturalis proportionaliter ad rationem conuersionis substantialis naturalis. Dupliciter siquidem naturali conuersione inuenta (.s. vel per modum generationis, sicut cum aer conuertitur in nouũ ignẽ: vel per modum generationis, sicut cum alimentum conuertitur in substantiam eius, quod nutritur) communis ratio vtrique, conuersioni est conuenientia in materia, & differentia in formis, quibus fiebat distinctio, & in ipsa conuersione materia utrobique remanet, & forma rei, quæ conuertitur non remanet: vnde ut proportionaliter de totali conuersione doctrina traderetur, posuit Auctor in conuertibilibus huiusmodi naturam entis in qua conuenirent, & constitutiua specifica, quibus distinguuntur, & rursus posuit naturam in qua res, quæ conuertitur, communicat cum altera, remanere in illa altera, non in seipsa: quia sic non conuerteretur in alteram rem, sed in sibi simile. Et propterea dicitur saluari rationem formalem eius, specificum autem distinctiuum ita conuerti; quòd nec in se, nec in suo simili remaneat, & propterea auferri dicitur, & non saluari secundum suam rationem formalem.

¶ Duplex propterea necessitas doctrinę huius fuit, altera, ut cõuersio supernaturalis proportionalis conuersionibus naturalibus sit monstrata: altera, ut intellectus noster ex naturalibus conuersionibus quas nouit, manuducatur ad supernaturalia, & si non penetranda, saltem cogitanda, ut non impossibilia existimentur. Et hęc pro expositione literæ sint dicta.

¶ Conferendo autem Auctoris rationem de conuertibilitate cuiusque creaturæ in quamcumque aliam occurrunt Petrus de Pal. Ambiguus, & Durandus obstans manifeste in quæst. [illegible] distin. 11. dupliciter, s. soluendo rationem Auctoris, & arguendo contra dictam positionem.

¶ Ratio igitur Auctoris (.s. agens virtutis infinitæ, quod habet actionem in totum ens, potest conuertere, &c.) soluitur a Duran. dicente, quod ex hoc non potest conuertere nisi communicantia in materia, ratione cuius unum potest dici manere in altero.

¶ Contra positionem autem arguit multipliciter: primo. Conuersum manet in eo, in quod conuersum est. ergo non possunt inuicem conuerti nisi communicantia in materia. Antecedens probatur; quia per hoc differret conuersio ab annihilatione. Consequentia etiam probatur ex eo, quòd non manet in eo actu: quia tũc non esset conuersum. ergo manet in eo in potentia non actiua, sed passiua. Hæc autem est potentia materiæ.

¶ Secundo, absurdum est angelum conuerti in lapidẽ, aut econtra, nisi diceretur illa absurditas ab antiquo reprobata, quòd una natura posset fieri alia, puta quòd albedo possit fieri nigredo, quod implicat contradictionem in omnibus naturis contrarijs siue disparatis.

¶ Tertio, si unus angelus posset conuerti in alium sequeretur, quod angelus posset desinere esse sine annihilatione: super cõuersionem in alium, consequens est falsum: quia angelus non potest incipere esse nisi per creationem. igitur nec potest desinere esse nisi per annihilationem.

¶ Arguitur quarto auctoritate Aug. 7. super Genes. dicentis, quod corpus posse mutare in spiritum, aut naturam incorpoream, nec aliquos sensisse scio, nec fides habet.

¶ Quinto auctoritate Boet. in libro de duab. natur. & vna persona Christi dicentis, illa sola inter se transmutari possunt, quæ habent unius materiæ communem substantiam.

¶ Deinde idem Durandus in q. 3. arguit specialiter contra conuersionem materiæ in materia, quam Auctor in hac litera ponit. Arguit autem sic: si materia conuerteretur in materiam, quòd conuersio fieret per hoc, materia desineret esse in se, & esset in suo simili. s. in materia alterius, in quam conuersa dicitur: sed hoc non potest dici: quia sic conuersio non differret ab annihilatione: nam annihilata materia in aliquo, nihilominus remanet simili materia in alio sine aliqua conuersione. Et rursus sequeretur secundum hoc, quòd non diceretur materia unius magis conuerti in materiam alicuius determinati, quam in materiam cuiuscumque alterius, quia quælibet est similis cuilibet.

¶ Demum arguit Duran. idem, ibidem contra modum conuersionis in litera positum, s. quòd totum conuertitur in totum: ita quod materia in materiam, & forma in formam conuertuntur. Primo, quia ex hac positione sequitur substantiam panis vere annihilari. Et probatur sequela. Primo: quia id, quod prius fuit aliquid & postea est nihil, est vere annihilatum: sed secundum hunc conuersionis modum substantia panis ante consecrationem fuit aliquid, & post consecrationem est nihil. ergo substantia panis est vere annihilata. Maior patet ex ratione terminorum. Minor probatur: quia id, quod non est aliquid in se, uel in alio, est nihil: sed substantia panis post consecrationem non est aliquid in se (ut patet) nec in alio scilicet corpore Christi: quia nihil plus est in corpore Christi, quàm ante. Secundo, quia si in corruptione materia desineret esse, quemadmodum, & forma, iam non esset corruptio, sed annihilatio: sed in hoc modo conuersionis tam materia, quam forma panis desinit esse. ergo est vera annihilatio. Tertio, Si remanente corpore Christi immutato, rediret eadem substantia panis, oporteret panẽ illum creari, quia de nihilo fieret, quia non de substantia corporis Christi, nec de aliqua alia substantia fieret. ergo si, præexistente corpore Christi, & nihil de substantia panis in eo remanente, panis desinat esse (ut in proposito ponitur) uere annihilaretur. Et probatur consequentia ex eo, quòd eodem modo se habet aliquid, vt sit terminus ad quem annihilationis, & terminus a quo creationis: ac per hoc sicut corpus Christi redeunte pane per creationẽ non impedit veram creationẽ: ita idem Christi corpus desinẽte pane, ita quòd nihil eius maneat in se, aut Christi corpore, non impedit quin sit vera annihilatio. Vnde infert Duran. quòd duobus existentib. modis conuersionis in præexistens (.s. per modum quo alimentũ conuertitur in id, quod alitur, & per modum imaginatum nulli intelligibilem, s. quo totum conuertitur in totum præexistens, modo superius expresso) nec unus istorum per ecclesiam sit magis approbatus, aut reprobatus quàm alius: videtur probabiliter, quòd illę modus, qui est possibilis, & intelligibilis esset eligendus, & tenendus. Ad horum euidentiam non oportet alia iacere fundamenta: sed si superius dicta recolantur, omnia fere patent: si consideretur enim differentia inter aliquid esse seu remanere in alio, & id, quod fuit aliquid esse illud aliud elucesceret solutio modi. Imaginatur Duran. & male, oportere conuersum manere in eo, quod est conuersum, cum secundum ueritatem conuersum non maneat in eo, in quod est conuersum: sed est ipsum, in quod est conuersum, & propterea panis nõ annihilatur, nec remanet in corpore Christi, sed id, quod erat panis, est corpus Christi.

¶ Vnde singillatim respondendo, cõfutatur solutio ad rationem Auctoris Duran. allata: quoniam innititur huic falso fundamento, Conuersum oportet manere in eo, in quod conuertitur. Et in hoc quoque peccat primum argumentum contra positionem Auctoris. nam hoc falsum assumit pro antecedente. Et ad probationem eius respondetur, falsissimum esse, quòd per hoc conuersio differat ab annihilatione; differt enim ab illa per hoc, quod id, quod erat panis, est corpus Christi.

¶ Ad secundum dicitur, quòd licet sit secundum naturalem potentiam absurdum, angelum posse conuerti in lapidem, aut econtra: non est tamen absurdum secundum potentiam obedientiæ ad diuinam omnipotentiam. Et licet optime sit reprobatum, albedinem fieri nigredinem, sicut etiam reprobatum est panem fieri corpus Christi, non tamen reprobatum est, albedinem posse per diuinam omnipotentiam conuerti in nigredinem. non enim implicat contradictionem, & similiter panis potest conuerti in corpus Christi.

¶ Ad tertium dicitur concedendo, quòd angelus possit desinere esse sine annihilatione per conuersionem in alium. Et cum obijcitur, quòd non potest incipere esse nisi per creationem, respondetur quòd si ly potest, attenditur secundum potentiam ordinariã, uerum est, quia modus incipiendi per creationem est tanquam naturalis modus, quo incipit esse angelus, cui responderet annihilatio si tanquam naturali modo perderet esse. Verum sicut supernaturaliter potest perdere esse per conuersionem in aliam creatura, non video quare supernaturaliter non possit incipere esse per conuersionem alterius in ipsum non præexistentem, sed acquirentem esse, Et moueor ad hoc, quia facilius vt conuertere vnam creaturam in aliam non præexistentẽ, & acquirentem esse, quàm in eandem præexistentem. Vnde non admittitur vltimo assumptum a Duran. in hoc argumento, quod si admittendum putas tanquam impertinens, nega sequelam ad præsentem difficultatem pertinentem.

¶ Ad quartum, & quintum simul dicitur, quòd tam Aug. quàm Boet. de mutationibus naturalibus, & quæ de facto secundum fidem fiunt, loquuntur: nos autem loquimur secundum diuinæ omnipotentiæ amplitudinem.

¶ Ad obiecta deinde eiusdem contra conuersionem materiæ in mate-

materiam, respondetur communicando in vocabulis cum arguente, quòd remanere in suo simili contingit dupliciter, vel per solam similis remansionem, vel per remansionem similis sic, quod est qđ erat reliquum. Et in conuersione quidem, de qua est sermo, materia conuersa remanet in suo simili secundo modo: quia materia corporis Christi est, quod erat materia panis: arguens vero accipit remanere in suo simili primo modo, secundum quem procedere consequentias, & non secundum alterum modum, clare patet.

¶ Ad obiecta demum eiusdem Duran. in q. 3. contra modũ conuersionis iam declaratæ negatur sequela annihilationis. Et ad primam probationem, dicitur quod plus requiritur ad veritatem maioris. s. quòd id, quod fuit res illa, postea fit nihil, quod in proposito est falsum: quia licet panis ante consecrationem fuerit aliquid, & post consecrationem non sit aliquid, quia non est, quod tamen erat panis ante consecrationem, est post consecrationem aliquid, s. corpus Christi. Vel potes distinguere, maiorem dupliciter posse intelligi, scilicet cum præcisione, uel sine præcisione. Et si quidem intelligatur cum præcisione, hoc est præcidendo a quocunque alio non significato per eum, dicitur quod propositio est vera, & patet ex ratione terminorum, sed non esset admittenda minor cũ huiusmodi præcisione: si uero intelligatur absque præcisione compossibilium cum ipsius ueritate, quamuis non significatorum per eam dicitur, quòd propositio potest esse, & vera, & falsa quia rem, puta panem, prius fuisset aliquid, & postea nihil, pluribus modis contingere potest: inter quos vnus est per totalem conuersionem ipsius in corpus Christi, secundum quem modum falsa est propositio: quia quod erat panis, est corpus Christi. Et quia in minore exprimitur iste modus, ideo simpliciter maior est falsa.

¶ Ad secundum negatur consequentia, quoniam vt iam patet, plus requiritur ad annihilationem, quàm desinere esse materiam, & formam: & potes ad vtrumque argumentum, & similia altius respondere, dicendo, quòd esse nihil, non esse aliquid, desinere esse, & si quid huiusmodi significatur, contingit dupliciter. Vno modo per se, & sic uerificantur omnia assumpta: alio modo concomitanter ad conuersionem in aliud, & sic omnia sunt falsa. Et quia in proposito panis concomitanter, ad conuersionem sui in corpus Christi non est aliquid, est nihil, desinit esse, & non per se est nihil, non est aliquid desinit esse, ideo non annihilatur: annihilatio enim per se est ad nihil, ad non aliquid, est ad non esse.

¶ Ad tertium negatur assumpta primo conditionalis, dicendo, ꝙ si diuina omnipotentia restitueret eundem panem numero, posset forte dupliciter illum restitueret, s. vel per modum creationis, uel modum reconuersionis. Et si fieret per modum creationis, impertinentia sunt omnia quę adducuntur: quia corpus Christi non esset terminus a quo creationis: quod tamen fuit terminus ad quẽ conuersionis, & si sic fieret, essent veræ ambæ istæ propositiones, hic panis est, & corpus Christi est, quod fuit iste panis. Si uero fieret per reconuersionem (ita quòd corpus Christi inquantum est qđ erat panis, conuerteretur in panem) tunc uerum esset, quòd panis qui fuerat, iterum est: sed non esset vera enunciatio dicens, corpus Christi est, quod erat ille panis. Factus sum insipiens: sed Durandus me coegit.

¶ Quocirca illata a Duran. de probabilitate suæ phantasiæ manifeste conuincuntur falsa ex decretali Lateranen. de sum. Trinit. & fid. catho. firmiter credimus, cum dicitur, transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem Christi. Constat enim quòd transubstantiatio importat aliud quam vnionem materiarum, quam finxit Durandus, fieri sub forma corporis Christi: sonat namque apud omnes fideles mutationem quandam panis in corpus Christi ineffabilem: ita quòd mutatione facta, corpus Christi est qđ erat panis, & ubi erat panis: vnde præstat cum uniuersali ecclesia in captiuitatem redigere intellectum in obsequium Christi, quam contra Ambrosij præcepta naturæ vires, ordinem, aut potentiam, in hoc mysterio quærere.

---

*Sec. 4. s. d. 9. q. 2. art. 5.*
*Capr. 4. d. 10. q. 1. con. 1.*

## ARTICVLVS V.

*Vtrum in hoc sacramento remaneant accidentia panis, & vini, post conuersionem.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ in hoc sacramento non remaneant accidentia panis, & vini. Remoto. n. priori, remouetur & posterius: sed substantia est naturaliter prior accidente, ut probatur 7. * Metaph. Cum igitur facta consecratione, non remaneat substantia panis in hoc sacro videtur, quòd nõ possint remanere accidentia eius.

¶ 2 Præt. In sacramento veritatis non debet esse aliqua deceptio: sed per accidẽtia iudicamus de substancia: videtur ergo quòd decipiatur humanum iudicium, si remanentibus accidentibus substantia panis non remaneat. non ergo hoc est conueniens huic sacramento.

¶ 3 Præt. Quamuis fides nostra nõ sit subiecta rationi, non tamen est contra rationem, sed supra ipsam, ut in principio huius operis dictũ est: * Sed ratio nostra habet ortum a sensu: ergo fides nostra non debet esse contra sensum: est autem contra sensum, dum sensus iudicat esse panẽ, & fides credit esse substantiam corporis Christi. non ergo hoc est conueniens huic sacramento, quòd accidentia panis subiecta sensibus maneant, & substantia panis non maneat.

¶ 4 Præt. Illud, quod manet conuersione facta, videtur esse subiectum mutationis: si ergo accidentia panis manent cõuersione facta, videtur ꝙ ipsa accidentia sint conuersionis subiectum: quod est impossibile: nam accidentis non est accidens. nõ ergo in hoc sacramento debent remanere accidentia panis, & vini.

SED CONTRA est ꝙ * Aug. dicit in lib. sent. Prosperi nos in specie panis, & vini, quam videmus, res inuisibiles, id est carnem, & sanguinem honoramus.

RESP. Dicendum, quòd sensu apparet, facta consecratione oĩa accidentia panis, & uini remanere: qđ quidem rationabiliter per diuinam prouidentiam fit. Primo quidem, q͡a non est consuetum hominibus, sed horribile carnem hominis comedere, & sanguinem bibere: & ideo proponunť nobis caro, & sanguis Christi sumenda sub speciebus illorum, quæ frequentius in vsum hominis veniunt. s. panis, & vini. Secundo, ne hoc sacramentum ab infidelibus irrideatur, si sub specie propria dominum nostrum manducemus. Tertio, ut dum inuisibiliter corpus, & sanguinem Domini nostri sumimus, hoc proficiat ad meritum fidei.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dicitur in lib. * de causis, effectus plus dependet a causa prima, quàm a causa secunda: & ideo virtute Dei, qui est causa prima omnium, fieri potest; ut remaneant posteriora, prioribus sublatis.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ in hoc sacramento nulla est deceptio: sunt enim ibi secundum rei veritatem accidentia, quæ sensib. diiudicantur: intellectus autem cuius est

### SVPER Q. XVI. Aliàs 75. Art. v.

119

CONCL. Facta consecratione, omnia accidentia panis & vini remanent: quod quidem rationabiliter per diuinam prouidentiam fit.

¶ PROB. Quia patet ad sensum. Secunda autem pars. s. quod quidem &c. ꝓbatur. Quia & sic proponitur hominis sacramentum hoc ad comedendum, ac bibendum, secundum quòd comedere ac bibere uenit in usum hominum; & sic tollitur occasio ab infidelibus, ne sacramẽtum hoc irrideant. i. ne manducationem horribilem, si taliter in sacramento exhiberetur, irrideant; & sic saluator ꝑfectus ad meritum fidei (ut de singulis his tribus medijs declaratur in tex.)

1^m ex Philosopho. Remoto priori remouetur & posterius. ℞. Nisi causa prima aliter facere velit. §. Nam effectus plus dependet, &c. ut in tex. Tunc nihil &c. In hac. n. sacramenti conuersione, quæ sola Dei virtute fit, art. 4. placuit Deo, & quidem rationabiliter (ut ostensum est in corp.): ꝙ sublatis prioribus. i. panis & vini substãtijs, modo declarato in arti 2. 3. & 4. remanerẽt posteriora, idest eiusdem panis & vini accidentia.

2^m minor secunda. Videtur; quòd decipiatur humanum iudicium, si remanentibus accidentibus substantia panis non remaneat. ℞. Negatur. §. Nulla n. est hic deceptio. Sunt enim ibi secundum rei veritatem accidentia, &c. vt in text.

¶ NOT. 1. Cum videretur. D. Thomas debere simpliciter. i. nullo addito, concludere; ꝙ intellectus, cuius proprium obiectũ est substantia, in iudicando q̃nam substantia sit sub accidentibus illis remanentibus nõ decipitur: tunc nõ simpliciter, sed cum additamento. s. per fidem, conclusit dicens ly intellectus per fidem a deceptione pręseruatur. Ac si nobis legentibus ex hoc inferendum relinquat. Ergo intellectus, si absque fide in iudicando substantia sub talibus accidentibus remanentibus existente ambularet; tunc ipse sibi in solis naturalibus relictus nõ posset a deceptione ꝓseruari, sed necessario deciperetur. Ex ꝓsenti igitur textu, si profundius inspiciať, edocemur: quòd ad iudicandum, quæ nõ substantia sub accidentibus visis

Sup. art. 2. ad 3. Et ist. q. 76. art. 1. ad 3. Et 4. dis. 11. q. 1. arti. 1. q. 2. Et dis. 12. q. 1. ar. 1. q. 2. Et 1. Corint. 11. lec. 5. corp. 2. & fin.

* Li. 7. text. 4. co. 3.

* 1. 1. q. 10. ar. 1. ad 1.

* Referť de cons. dis. 2. c. nos autẽ.

* In propo. 1. Habetur hic liber inter opera Ari. to. 3.

visis existat, non vna tantum, sed duplex via datur; vna quarum est per naturam, altera per fidem. Quæ duæ viæ si confundantur. i. si una pro alia sine delectu accipiatur: necesse est, deceptionem in iudicante sequi. Pro intelligendo itaque, quid sit ille delectus, sine cuius obseruatione sequitur de necessitate deceptio: aduerte sequentia. Via ad iudicandum de substantia, si naturaliter loquamur, sunt accidentia ipsius, id quod & Philosophus docere intendebat per ly accidẽtia magnam partem cõferunt ad cognoscendũ quod quid est, lib. 1. de ani.

D. 752.
* Li. 3. tex. 26. to. 2.

proprium obiectum d substantia (vt dicitũr in tertio de anima *) per fidem a deceptione præseruatur, & sic patet responsio ad tertium, Nam fides non est contra sensum, sed est de Deo, ad qđ sensus non attingit.

Si verò supernaturaliter loquamur, via talis non sunt accidentia, sed est fides. Delectus ergo est huiusmodi: ut singula singulis correspondeant. s. locutioni naturali via naturalis, locutioni autem supernaturali via supernaturalis: & per consequens in iudicando ambulare cum delectu est intellectum in iudicando obseruare talem correspondentiam, sicut econtra. s. in iudicando ambulare sine delectu est ibi non obseruare correspondentiam illam. Porrò accidentium cognitio dependet ex sensibus (vt & Philosophus, & experientia, monstrat): cognitio autem eorum, quæ sunt fidei, est ex auditu verborum Christi (ut Rom. 10. legitur.) Verbi gratia. Hoc esse album, vel nigrum, vel aliter coloratum, a sensu visus percipitur; Esse autem calidum, frigidum, humidum, uel siccum, a sensu tactus; Esse verò sapidum sic, uel aliter, aut etiam insipidum, a sensu gustus; Esse quoque odoriferum bene, uel male, a sensu olfactus: ita quòd ad ea, quæ fidei sunt, non pertingunt prædicti sensus, sed in exteriorum solummodo cognitione perstringuntur. Cæterum, quòd Deus sit trinus & vnus; quòd sit ꝑ nobis incarnatus, in mundo tàm fructuose conuersatus, in cruce tam salubriter mortuus, e sepulchro tam gloriosé resuscitatus, & sic de alijs ad fidem catholicam spectantibus; solus inter sensus reliquos auditus, si sit verborum Christi, potest se intromittere ad aliquid proferendum. Vnde. n. profers affirmatiuam sententiam de præmissis, & negatiuã abhorres? Non ex visu, non ex tactu, non ex gustu, non ex olfactu; sed ex auditu. Fides namque est ex auditu; auditus autem per verbum Christi, Rom. 10. Quia. n. prædicari secundum scripturas iuxtà expositionem catholicæ Ecclesiæ intellectas audisti, quòd Deus est trinus & vnus; pro nobis incarnatus, mortuus, sepultus, resuscitatus &c. ideo talem fidem concepisti, ideo credis talia, ideo contraria discredis.

¶ Not. 2. Modo, præmissa semper præ oculis habendo, accedamus propius ad textum: & sic enim absque vllo errore intelligentes videbimus, sanctum Doctorem his paucissimis verbis tam amplam doctrinam, quæ dicta est, fuisse complexum. Dicamus ergo: Quando loquimur de accidentibus in sacramento Eucharistiæ remanentibus; loquimur ne tunc de rebus naturalibus, an supernaturalibus? De naturalibus tantum. Nã accidentia ipsa (inquit textus) sensibus dijudicãtur. Quando loquimur de substantia tali. i. de corpore Christi sub illis existente; loquimur nẽ tunc de naturalibus, an supernaturalibus? De supernaturalibus. Nam intellectus (inquit textus) per fidem a deceptione præseruatur. s. in iudicando de substantia sub ipsis. Velle igitur, ab accidentibus illis procedere ad cognoscendum de substantia. i. quænam substantia ibi sit, est; locutioni naturali immiscere viam supernaturalem; vtpote correspondentiam viæ ad finem non obseruare: & ideo illud est, in iudicio tali ambulare sine delectu; & ideo consequenter est, deceptionem de necessitate incurrere. Ante consecrationem quidem procedere taliter, non fuisset immixtio viæ supernaturalis locutioni naturali, sed seruata fuisset & mutua correspondentia naturalium, & ambulatio cum delectu, & consequenter mens humana a deceptione: Tunc enim accidentia panis intulissent verè substantiam panis, vtpote subiectum suum naturale; & accidentia vini substantiam vini: quoniam & nulla de supernaturalibus mixtura interuenisset, & accidens tale substantiam suæ speciei naturaliter exigit. Post consecrationem vero procedere taliter nullus absque errore potest: quia, cum ipsa consecratio quid supernaturale importet, alia via ad iudicandum de prædicta illatione est necessario arripienda; & hæc est proculdubio via supernaturalis. i. via fidei. Facta igitur consecratione, Phylosophus si admitteret illã tanquàm fidelis, negaret vtiq; quod accidentia illa aliquam partem conferrent ad cognoscẽdum ibi quod quid est; immo & adderet, quòd processus ab huiusmodi accidentibus ad cognoscẽdam ibi substantiam latentem, est descendere de genere in genus: & ideo est etiam in Phylosophia vitiosissimus. Quid prædictis annecteret Phylosophus, immo & ex prædictis inferret; si consecrationem illam admitteret tanquàm fidelis? Quod cum uia ad cognoscendum ibi substantiam non possint esse accidentia illa, & cõsequenter nec sensus illorum accidentiũ, oportet: quòd talis via sit intellectus, non quidem ut a sensibus accidentium talium originatam cognitionem habens (ut patet ex terminis); sed ut habitu fidei uestitus i. ut fide illustratus. Inuenisti viam ad tale iudicium veraciter assequendum rectam; discreuisti eam a via distorta: Nunc ambulare per ipsam incipiamus.

¶ Not. 3. Fides (inquiebat not. 1. ex Apostolo) est ex auditu. Ergo sensus auditus est sensus disciplinæ in schola Christi fidelium, quia per eum addiscimus, quid sit de fide tenendum; & consequenter, tanquàm ab oppositis, quid sit ex necessitate fidei a Christianis proijciendũ.

AD QVARTVM dicendum, quòd hæc conuersio non propriè habet d subiectum, ut dictum est, * sed tamen accidentia quæ remanent, habent aliquam similitudinem subiecti.

AR-

Quia verò etiam in scholis Philosophorum sensus auditus est sensus disciplinæ. i. pẽr eum addiscimus quid sit Phylosophia uel acceptandum, vel reijciendum: ideo ad hanc differentiã denotandam addebatur (supra not. ead. ex eodem) auditus autẽ per verbum Christi. Ac si dictũ fuisset. Auditus fidei dependet ex verbis Christi: auditus autem Phylosophiæ dependet ex uerbis hominum. Cũ igitur in schola tũ fidei nunc versemur, qm̃ de sacramentis immo & de sacro sacramentorum omnium excellentissimo loquimur: ideo, reiectis uerbis hominum vtpote ad aliam scholã pertinentibus, uerba Christi solum audiamus; & hoc est ambulare in via fidei recta. Verba ergo Christi, in proposito isto textuali de Eucharistiæ sacro loquentis, quæ sunt? Hoc est corpus meum; Hic est sanguis meus. Matt. 26. Auditus ergo fidei, in schola fidei, & proprijs protestatur fidelissimè, firmissimèq; esse tenendum, & nullatenus dubitandum; ꝙ substantia sub his accidentibus post cõsecrationem uelata, est substantia & corporis, & sanguinis Christi. Nec põt aliter protestari auditus fidei: qm̃, si per impossibile aliter protestaretur, negaret semetipsum. i. protestatione ipsa comprobaret, se non esse auditum fidei; qñquidem auditus talis (teste Apostolo ipsum diffiniente) est per verbum Christi. Nec demonstratio talis in schola fidei amplissima põt ab aliquo, quasi de processu minus bono accusari; qm̃ nõ ex cõibus neq; ex his, quæ sunt per accidẽs, sed ex proprijs, & per se, ac necessarijs, procedit (ut patet). Sed nec verbum Christi ex Euangelio prædictum põt aliorsum, q̃ ad substantiam ueram Christi præmissam, trahi per tropos siue figuras: qm̃ sancta mater Ecclesia, q̃ est regula infallibilis in interpretatione sacrarum scripturarum. 2. 2. q. 5. arti. 3. tractiones. i. distorsiones huiusmodi exhorret ac reprobat, art. 1. appen.

D. 576.
* Ar. 4. huius q. ad 1. & 2.

¶ Corol. 1. Optimè ergo, quasi omnia complectẽ, dixit responsalis textus; ꝙ in hoc sacramento nulla est deceptio. Quare nulla? Quia nec ex parte accidẽtium panis & vini; quasi ꝙ ibi re vera non sint, cum tamen esse videantur. Nec ex parte sensuum; quasi quòd non vere iudicent de accidentibus sibi obiectis. Nec ex parte substantiæ sub illis accidentibus existentis; quasi quòd re vera ibi nulla substantia sit. Nec ex parte intellectus; quasi quòd non vere iudicet de hoc. s. quòd sub accidẽntibus illis aliqua substantia est. Hucusq; naturaliter. Sed & supernaturaliter, in hoc sacramento nulla est deceptio. Quare nulla? Quia neque ex parte intellectus fide supernaturali vestiti, & sic iudicantis, quæ nam sit illa substantia: quasi quòd fidei possit subesse falsum; contra 2. 2 q. 1. art. 3. Neque ex parte auditus fidei: quasi quòd verbum supernaturale Christi. Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, possit esse defectiuum; contra Luc. 21. Cœlum & terrã transibunt, uerba autem mea non transibunt.

**3m minor secunda.** Est autem contra sensum; dum sensus iudicat esse panem, & fides credit esse substãtiam corporis Christi ℞. Negatur illa. §. Quòd. s. hoc sit contra sensum. Est. n. tantummodo supra sensum. Aliud autẽm est, esse supra, aliud verò est, esse contra sensum. Id quod notificauit nobis sapiens; dum de credibilibus non dixit, Plurima contra, sed supra, sensum ostensa sunt tibi, Eccles. 3. Fides ergo (ut ad minorem illam reuertamur) quã a Christianis creditur sic, nõ est contra sensum aliud iudicantem; sed est de &c. ut in text. Ad cuius notitiam maiorẽ faciunt hæc, tanquàm ab exemplo, dicenda. Primò, de uoluntatibus in Christo. Quòd. s. quamuis diuersa uelint voluntas eius tum diuina, tum humanæ rationis, ut rationis; & uoluntas tum naturæ, ut sic, tum sensualitatis: non tamen uoluntates illę ideo sunt contra, sed supra, se inuicem. 3. de sal. q. 18. ar. 1. 2. 3. 6. Secũdò, de iudicio sensus & intellectus respectu solis. Quod. s. intellectus iudicans, solem esse maiorem tota terra, non est contra sensum iudicantem, solem esse tantum bipedalem: sed, in sic iudicando, est de eo, ad quod sensus nõ attingit. Patet autem: quòd minus admodum distat sensus ab intellectu in puris naturalibus cõsiderato, q̃ a fide seu ab intellectu, ut fide vestito. Si ergo sensus in iudicando quantitatem magnitudinis solaris nullo modo. i. toto suo conatu & viribus, non potest attingere ueritatẽ iudicij intellectus solo ductu rõnis naturalis, præmissam de sole magnitudinẽ enunciantis: multo magis vtiq; sensus ipse, toto suo conatu totisq; viribus ꝓprijs vtens, nõ poterit vtiq̃ attingere veritatem iudicij fidei, seu intellectus fide vestiti. i. ductu fidei ꝑmissam de pane cõsecrato sententiam verissimam pronũciantis. Vide notata circa secundum.

**4m de maiori.** Esse subiectum. ℞. Vel habere aliquam similitudinem subiecti. §. Tunc nih. &c. Licet. n.

est enim accidentia hic remanentia non sine propriè subiectum mutationis, seu conuersionis huius, (quandoquidem hæc conuersio non habet propriè subiectum. art. 4.) : ipsa tamen habent aliquam similitudinem subiecti. Quod quomodo verificetur, diffusius percipies ex q. 18. art. 2.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis, & August. quòd accidentia panis & vini debent remanere. i. conuenienter remanent, in sacramento Eucharistiæ. A D. Aug. quidem per hoc, quòd dicit in libr. &c. secundum quòd ponitur in argum. contr. Non. n. intendit principaliter ibi demonstrare id, quod manifeste patet ad sensum. s. quod accidentia illa remaneant : sed id, quod non tam omnibus patens est. s. quòd ipsa conuenienter ibi remanent; seu (quod in idem redit) quòd conuenienter datur nobis velato modo. i. sub accidentibus panis & vini, caro & sanguis Domini. Id quod & Diui Thomę fuit principale intentum in hoc articulo quærere; & determinare: licet in titulo superficialiter considerato, videatur de re illa manifestissima velle inquirere; non autem de tali, quam nunc diximus, conuenientia. A scripturis verò idipsum. s. quòd debuerat sub accidentibus dari uelatus, seu (quod idem importat) quòd conuenienter accidentia post consecrationem erant remansura, insinuatur per hoc: quod, tanquàm in huius rei figuram, dicitur Thobiæ cap. 12. sacramentum regis abscondere bonum est. Anthonomatice enim sacramentum regis est Eucharistia; ubi Rex regum, & dominus dominantium residet absconditus. Item per hoc, quòd dicitur Nume. 4. quòd Aaron debebat inuoluere, ne ab alijs discooperta viderentur, & archam testimonij, & mensam propositionis panum, & (breuiter loquendo) sanctuarium atque omnia vasa eius. Vide totum illud capitulum per te : & scias, quòd omnia hæc in figura cótingebant illis. Quòd videlicet summus sacerdos figuratus Aaron idest Christus seipsum, qui est archa testimonij, &c. velaturus erat his accidentibus, tanquàm coopertutis quibusdam, in sacramento altaris existentem : ne ab alijs videretur. Et hoc propter rationes dictas in tex. corp. huius articuli. Item per hoc, quòd táquàm præsens mysterium pulcherrime figurando, dicitur Genes. 27. Senuit Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat. Lege totum capitulũ per te: & inuenies ibi ista omnia. s. Isaac, Rebeccam, Esau, Iacob; Benedictionem datam, vestes &c. Scito igitur, ad propositum figuratum illa applicando, quòd prædictarum quatuor personarum Isaac & Rebecca, tanquàm masculus & fœmina, significant duas naturas in nobis. i. corpus & animam. Masculus, quoniam solet magis esse manifestus, & exterioribus plus intendit, significat exteriorem hominem. s. corpus cum suis sensibus : Fœmina, quoniam domi residet, & familiam regit, significat interiorem hominem. i. animam, quæ saluti suæ, & aliorum, gerit curam. Alia persona. s. Iacob, bonus, & formosus, quem Rebecca. i. anima fidelis diligit, significat verum corpus Christi. Alia persona. s. Esau, quem Isaac. i. corpus amabat, eo quòd de cibis suis vescebatur, significat substantiam panis cum suis accidentibus. s. colore, sapore, &c. Dum itaque Isaac, quasi homo exterior. i. sacerdos, benedicere debet. i. consecrationis uerba dicit, recedit Esau. i. substantia panis : sed tamen similitudo Esau. s. vestes cum odore, pelles pilosæ, cibus cum sapore i. accidentia panis (quæ sunt quædam similitudo panis). s. color, sapor, odor, duricies, remanent circa Iacob. i. circa corpus Christi; & propter hoc Isaac, qui videre non potest. i. sensus corporis nostri, qui ad tantam rem attingere non possunt, falluntur. Ibi fallitur visus Isaac caliginosus. i. infirmus visus corporis: quia putat præ oculis habere Esau. i. panẽ, & tamen non habet nisi vestes eius idest speciem. i. similitudinem panis, quæ sunt accidentia ipsius: sub qua similitudine. i. sub quibus accidentibus, latet Iacob. i. corpus Christi. Ibi fallitur gustus : quia putat comedere cibos Esau. i. panem, & tamen gustat tantum similitudinem eius, comedens re uera cibum Iacob. i. corpus Christi. Ibi fallitur olfactus ; quia putat sentire odorem Esau. i. substantiæ panis: & tamen, cum verè non sit ibi, sentit solummodo odorem vestimentorum eius. i. accidentium panis, quibus vestitus est Iacob. i. corpus Christi. Ibi fallitur tactus dicens ly Manus sunt manus Esau : quia putat tangere Esau. i. panem: & tamen non tangit nisi similitudinem panis. i. duritiem, sub qua latet velatus Iacob. i. corpus Christi. Porrò, Isaac solo auditu non fallitur, dicens ly vox quidem uox Iacob est; quia homo exterior solo sensu auditus veritatem tanti mysterij agnoscere potest ; dum. s. audit a Christo vocem istam, Hoc est corpus meum. Vide not. 1. 2. 3. post ad secundum. Vbi aduertes etiam: quòd sensus non decipitur, quantum est ex parte rei sibi ad extra obiectæ; sed decipitur ex seipso, inquantum. s. exit proprios terminos; quod est non stare præcisè in iudicio de accidentibus, puta quòd hoc sit albedo, sit sapor, sit odor, sit quantum, sit rotundum, sit rubeum, &c. Cæterum, quòd a figuris ad figurata in huiusmodi Theologicis liceat, & expediat, procedere (dummodo singula recte & intelligantur, & applicentur) ; docuit factis ipsis Concilium Hispalense 2. ut aliàs annotauimus. Vide illud recitatum, pro quanto sufficit, in Veritatibus aureis super legem ueterem, Leuit. 8. conclus. 1. Secundò uides : quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

2

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN hoc artic. & reliquis eiusdem 75. quæst. duo solum notanda occurrunt. Primum est in artic. sexto, ad primum, quòd forma panis, est forma substantialis, specie differens a pasta secundum Auctorem, dum dicit, quòd ars producit formam substantialem panis uirtute ignis, decoquentis materiam ex farina, & aqua confectam.

¶ Persuadetur autem sic esse: quia ex fide tenemus conuersionẽ solius substantiæ panis in substantiam corporis Christi : si. n. forma panis esset accidens, non per se, sed per aliud, scilicet subiectum, conuerteretur panis in corpus Christi. Et rursus nihil prohiberet facta consecratione remanere formam panis cum cæteris accidentibus remanentibus, quod constat esse falsum.

¶ In responsione ad secundum eiusdem 6. artic. occurrit secundum, quod est ex Scoto in 4. sent. dist. 11. q. 3. contra hanc literam, ponentem formam panis conuerti in animam Christi, secundum quòd dat esse corporeum. Arguitque dupliciter, si hostia consecrata a Christo in cœna, fuisset in triduo mortis seruata, permansisset eadem res primo contenta sub hostia. ergo permansisset eadem forma corporis Christi constituens illud corpus: sed anima Christi non permansit in constituendo corpus illud : quia fuit separata a corpore. ergo conuersio non fuit facta in animam Christi. Omnia sunt clara. Et prima consequentia patet ex eo, quòd res primo contenta est corpus Christi.

¶ Præt. Conuersio realis debet fieri in rem realem, ut realem : sed anima intellectiua, ut dat esse corporeum distinguendo contra esse animatum, non est quid reale, ut reale, sed potius ut ratio, sicut commune non est aliquid præter singularia. ergo ista conuersio non est in animam Christi sub tali ratione.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia corpus Christi unum, & idem est quod continetur sub hostia, & quod est secundum se, eadem est sententia de identitate corporis Christi in rerum natura, & in sacramento : non enim oportet magis seruare identitatem corporis Christi in sacramento, quàm in rerum natura. Et propterea dicitur ad assumptam conditionalem, quòd res primo contenta fuisset in illo triduo eadem triplici identitate numerali, s. hypostasi, esse actualis existentiæ, & materiæ, & fuisset non eadem formaliter, sicut in rerum natura corpus Christi in illo triduo erat idem numero, hypostasi, existentia & materia, non autem forma, quia forma cadaueris genita in morte Christi dabat tunc esse corporũ. Et hoc est philosophiæ cósentaneum : immo secundum illius principia necessarium: quia corruptio unius, est generatio alterius : nec minus exercitatis in philosophia absurdum uideatur ponere formam cadaueris in corpore Christi : sicut nec absurdum eis uideri debet, quòd oculi Christi mortui non erant oculi nisi æquiuoce, & sic de alijs membris similibus: non dedecent siquidem hæc Saluatorem nostrum apud penetrantes quòd dignatus est etiam mori, & usque ad resurrectionem suam pœnalitatibus finem non imponere, ut separatio animæ a corpore euidenter testatur, durans usque ad dictam resurrectionem.

¶ Et si contra hanc responsionem obijciatur ex eodem Scoto in 7. q. dist. 10. quod sequeretur sub hostia seruata in illo triduo non esse corpus Christi, quia non contenta fuisset sub hostia materia sola, quoniam materia continetur sub sacramento, ut pars totius, hoc est corporis, materia autem sola non est pars corporis nec materia cum anima Christi, quia erat separata ab illa, nec materia sub noua forma: quia sequerentur duo contradictoria. s. q materia haberet simul nouam formam, & non haberet illam, nam in esse naturæ haberet illam, & in sacramento non haberet illam, respondendum est quòd fuisset in illo triduo materia cum forma noua sub sacramento : ita quod quia secundum ueritatem præsupposita unitate formæ in composito corpus Christi nullo triduo cóstituebatur per nouam formam, ideo in sacramento continebatur corpus per nouã formam constitutum. Et si instetur, quod in illam formã numquam facta est conuersio, respondetur, q sufficit fuisse factam conuersionem in corpus Christi remanens semper idem numero per quamcumque formam constituatur, quia semper remanet non solum eadem materia, sed eadem hypostasis, & quod plus est, idem esse: nam noua forma nó dedit nouum esse, sicut nec constituit nouam hypostasim. Et ista licet sint mirabilia, sunt tamen uera singulariter in Christo, & propterea corpus Christi in triduo propter diuersitatem formę non nisi secundum quid efficitur aliud: simpliciter. n. & absolute loquendo, remanet, & est semper idem numero. Videtur tamen, quod noua illa forma, sicut aduentitie pertinet ad corpus Christi in supplementum separatæ ad tempus propriæ animæ, potius concomitanter quàm ex ui sacramenti noua illa forma contenta fuisset sub seruata tunc hostia.

¶ Ad

¶ Ad ſecundum dicitur concedendo quòd terminus conuerſionis eſt quid reale, vt reale, & propterea negatur animam darē eſſe corporeum, vt ſic eſſe rationem aut minimam aliquam diminutionem realitatis ſonare. Licet enim diſtinctio ipſius dantis eſſe corporeum a ſeipſa dante eſſe animatum, ſit ratio ſeu rationis ens: ipſa tamen tam dans eſſe corporeum, vt ſic, quàm dans eſſe animatum, vt ſic, non minus eſt realis, vt realis, quàm ſi diſtingueretur a ſeipſa realiter: diſtinctio enim vel indiſtinctio huiuſmodi per accidens ſe habent ad realitatem ipſius dantis hoc, & dantis illud.

¶ Et tu nouitie ſcito non referro ad fidei doctrinam, ſed ad philoſophicas opiniones ſic, vel aliter ſentire de identitate formali corporis Chriſti in triduo: tenentes enim vnam tantum formam ſubſtantialem in compoſito, de quorum numero eſt Auctor, conſequenter dicunt ſic: opinantes autem eſſe plures formas ſubſtantiales in præpoſito, aliter dicerent.

---

*Sor. 4. ſ. d. 9. q. 2. art 6. Capr. 4. d. 10. q. 2. con. 1.*

# ARTICVLVS VI.

*Vtrum facta conſecratione, remaneat in hoc ſacramento forma ſubſtantialis panis.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd facta conſecratione remaneat in hoc ſacramento forma ſubſtantialis panis dictum eſt enim [a] quòd facta conſecratione, remanent accidētia: ſed cum panis ſit quoddam artificiale, iam forma eius eſt accidens. ergo remanet facta conſecratione.

¶ 2 Præt. Forma corporis Chriſti eſt anima, dicitur enim in ſecundo de anima, * quòd anima eſt actus corporis phyſici, potentia vitam habentis: ſed non poteſt dici, quòd forma ſubſtantialis panis conuertatur in animam. ergo videtur quòd remaneat facta conſecratione.

¶ 3 Præt. Propria operatio rei ſequitur formam ſubſtantialem eius: ſed illud, quod remanet in hoc ſacramēto, nutrit, & omnē operationem facit, quam faceret panis exiſtēs. ergo forma ſubſtantialis panis remanet in hoc ſacramento facta cōſecratione.

SED CONTRA. Forma ſubſtantialis panis eſt de ſubſtantia panis: ſed ſubſtantia panis conuertitur in corpus Chriſti, ſicut dictum eſt. * ergo forma ſubſtantialis panis non manet.

RESP. Dicendum, quòd quidam poſuerunt, quòd facta conſecratione non ſolum remanent accidentia panis, ſed etiam forma ſubſtantialis eius. Sed hoc eſſe non poteſt. Primo quidem, quia ſi forma ſubſtantialis panis remaneret, nihil de pane conuerteretur in corpus Chriſti, niſi ſola materia & ita ſequeretur, quod non conuerteretur in corpus Chriſti totum, ſed in eius materiam, quod repugnat formæ ſacramenti, qua dicitur, hoc eſt corpus meum. Secundo, quia ſi forma ſubſtantialis panis remaneret, aut remaneret in materia, aut a materia ſeparata. Primum autem eſſe non poteſt, quia ſi remaneret in materia panis, tunc tota ſubſtātia panis remaneret, quod eſt contra prædicta. * In alia autem materia remanere non poſſet: quia propria forma non eſt niſi in ꝓpria materia. ſi autem remaneret a materia ſeparata, iam eſſet forma intelligibilis actu, & etiam intelligens: nā omnes formæ a materia ſeparatæ, ſunt tales. Tertio eſſet inconueniēs huic ſacramento: nam accidentia panis in hoc ſacramento remanent, vt ſub eis videatur corpus Chriſti: non autem ſub propria ſpecie, ſicut ſupra dictum eſt. * Et ideo dicendum eſt, quod forma ſubſtātialis panis nō remanet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nihil prohibet arte fieri aliquid, cuius forma non eſt accidens, ſed forma ſubſtātialis, ſicut arte poſſunt produci ranæ, & ſerpentes: talem. n. formam nō producit ars virtute propria, ſed virtute naturalium principiorum. Et hoc modo producit formā ſubſtātialem panis, virtute ignis decoquentis materiam ex farina, & aqua confectam.

AD SECVNDVM dicendum, quod anima eſt forma corporis, dans ei totum ordinem eſſe perfecti, ſ. eſſe, & eſſe corporeum, & eſſe animatum; & ſic de aliis: conuertitur igitur forma panis [d] in formā corporis Chriſti, ſecundum quòd dat eſſe corporeum, non autem ſecundum quòd dat eſſe animatum tali anima.

AD TERTIVM dicendum, quod operationum panis, quædam conſequuntur ipſum ratione accidētium, ſicut immutare ſenſum, & tales operationes inueniuntur in ſpeciebus panis poſt conſecrationem, propter ipſa accidentia, quæ remanent: quędam autem operationes conſequuntur panem, vel ratione materiæ, ſicut quòd conuertatur in aliquid, vel ratione formæ ſubſtantialis, ſicut eſt operatio conſequens ſpeciem eius, puta quòd confirmat cor hominis. Et tales operationes inueniuntur in hoc ſacramento: non propter formā, nel materiā, quæ remaneat: ſed quia miraculosè conferuntur ipſis accidentibus, ut infra dicetur. *

SVPER Q. XVI. Aliàs 75. Art. VI.

120 Inf. q. 77. arti. 1. & 6. cor. Et 4. d. 11. q. 1. articu. 1. q. 3. Et d. 12. q. 1. arti. 1. q. 3. corp. Et quol. 9. art. 5. ad 3. Et 1. Cor. 12. lect. 4. 6.

CONCL. Panis forma ſubſtantialis non remanet, facta conſecratione, in ſacramento Euchariſtiæ.

¶ PROB. Quia, ſi forma ipſa ſubſtantialis ibi remaneret, ſequerētur tria inconuenientia (ut de ſingulis diſtincte declaratur in tex.)

## 1^m de minori.

*Art. præc.* Etiam forma eius eſt accidens. R. Negatur. §. Nihil enim prohibet; arte fieri aliquid, cuius forma nō &c. vt in tex. Ex quo dic: quòd Magi Pharaonis ſic fecerunt ſerpentes per artem magicam.

*Li. 2. text. 4. & 8. to. 2.*

## 2^m de minori.

In animam. R. Secundum quod dat eſſe animatū tali anima. §. De qua. ſ. loquitur maior argumēti. Tunc ni. &c. Sufficit enim quod cōuertatur in animam. i. in formam corporis, ſecundum quod ipſa dat eſſe corporeum. Et hoc eſt conuerti non tantū in materiam corporis Chriſti, ſed etiam in corpus Chriſti.

*Ar. 2. & 4. huius q.*

## 3^m de maiori.

Sequitur formam ſubſtantialem eius. R. Vel miraculose ſequitur accidentia eius. § Tunc nihi. &c. Nam operationes, quæ conſequuntur panem, vel ratione &c. vt in tex. Ex quo dic: quod illa argumēti maior loquebat naturaliter. i. de ſequela naturali abſq; miraculo: & ideo contra articuli propoſitum nihil faciebat. Vide q. 18. ar. 3. 4. 5. 6.

Item à Concilio Triden. ſeſſ. 13. cap. 4. & cano. 2. per ly totius ſubſtantiæ. Si enim forma ſubſtantialis vel panis, vel vini, conſecratione facta, remaneret; maniſeſtiſſime vtique conſtaret: quod per conſecrationem nō fuiſſet facta cōuerſio totius ſubſtantiæ panis & totius ſubſtantiæ vini. Quomodo enim vel intelligi poſſet eſſe facta: ſi de ratione totius eſt nō ſolum materia, ſed etiam ſubſtantialis forma? Idem ergo eſt dicere, tūc conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ panis, & vini: quod eſt, dicere, tūc neque materiam neq; ſubſtantialem formam panis & vini remanere: & conſequēter anathematizare contrariū illius primi dicti eſt anathematizare ſimul contrarium huius ſecundi. Item ab eodem concilio ibidem capitu. quinto, & canone ſexto, Latriæ ſiquidem cultum, qui vero Deo debetur, ſanctiſſimo Euchariſtię ſacro exhibendum eſſe, vtrobiq; decernit. Tali autem venerationi huius ſacramenti contrariaretur (ut patet arti. ſecundo, corp.) ſi aliqua ſubſtantia eſſet ibi, quæ non poſſet adorari adoratione latriæ. Quod utique tūc eſſet; ſi forma ſubſtantialis, quæ proculdubio aliqua ſubſtantia eſt, poſt conſecrationem in ſacramento ipſo remaneret. Pro eodem igitur accipiēdum eſt hoc ſcilicet Euchariſtiæ ſacramentum eſt cultu latriæ adorandum; & illud ſcilicet neque materia, neque ſubſtantialis forma, panis & vini remanent in hoc ſacramento. Anathematiſmi ergo contra negantes adorationem talē, cointelliguntur de neceſſitate eſſe etiam contra ponentes aut materiam, aut ſubſtantialem formam, panis ſeu vini remanere in ſacramento illo. Quæ omnia clara ſunt.

*Ar. 8. huius q.* — *Ar. præc.* — D. 577. — *Q. 77. art. 3. 5. & 6.*

## APPENDIX.

*Vtilitas Sto Eccle. Dei.*

EX artic habes primò: quomodo per rationem interimas hæreſes prænarratas in art. 2. appen. In ſubſtantia. n. panis continetur non tantum materia panis, ſed & forma ſubſtantialis eius. Verum (ut aliàs pro locis multis annotauimus) ideo S. Doctor aliquos articulos, iam virtualiter in alijs tractatos ac determinatos, nouiter poſtea in ſpeciali mouet propter ſpeciales de illis aliorum opiniones, vel difficultates (ut hic fit, & patet). Secundò habes: quomodo per rationem oſtendas, alias merito damnari a dictis in præcitati articuli appen. 1. con. Tertio vides: quomodo ex ijs bene penſatis, & applicatis, doctrina præſens Angelica uiciſſim declaretur, atque confirmetur.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum ista conuersio fiat in instanti.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd ista conuersio nō fiat in instanti, sed sit successiua. In hac enim conuersione prius est substantia panis, & postea substantia corporis Christi. non ergo vtrunq; est in eodem instanti, sed in duobus instantibus: sed inter quælibet duo instantia est tempus medium. ergo oportet quòd hæc conuersio fiat secundum successionē tpis, qd est inter vltimū instans quo est ibi panis, & primū instans, quod est ibi corpus Christi.

¶ 2 Præt. In omni conuersione est fieri, & factum esse: sed hæc duo non sunt simul: quia quod fit, non est, qd autem factū est, iam est. ergo in hac conuersione est prius, & posterius, & ita oportet quòd non sit instantanea, sed successiua.

¶ 3 Præt. Ambr. dicit in lib. de sacr. quòd istud sacramentum Christi sermone conficitur: sed sermo Christi successiue profertur. ergo hæc conuersio fit successiue.

SED CONTRA est, quòd hæc conuersio perficitur virtute infinita, cuius est subito operari.

RESP. Dicendum, quòd aliqua mutatio est instātanea triplici ratione: uno quidem modo ex parte formæ, quæ est terminus mutationis: si enim sit aliqua forma quæ recipiat magis, & minus, successiue acquiritur subiecto, sicut sanitas; & ideo quia forma substantialis non recipit magis, & minus, inde est, quòd subito fit eius introductio in materia: alio modo ex parte subiecti, quod quandoque successiue præparatur ad susceptionem formæ; & ideo aqua successiue calefit: quando uero ipsum subiectū est in vltima dispositione ad formam, subito recipit ipsam, sicut diaphanum subito illuminatur. Tertio modo ex parte agentis, quod est infinitæ virtutis: vnde statim potest materiam ad formā disponere: sicut dē Mar. 7. quòd cū Christus dixisset, Ephetha, quod est adaperire, statim apertæ sunt aures hominis, & solutū est vinculum linguæ eius. & his tribus rōnibus hæc conuersio est instantanea. Primo quidem, quia substantia corporis Chri, ad quā terminatur ista conuersio, non suscipit magis, neque minus. secundo, quia in hac conuersione non est aliquod d subiectum, quod successiue præparetur. tertio, quia agitur Dei virtute infinita.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quidam non simpliciter cōcedūt, quòd inter quælibet duo instātia sit tps medium. Dicūt n. quòd hoc hēt locum in duob. instantib. q referuntur ad eundē motū, non autē in duob. instantib. quę referunt ad diuersa: vñ inter instās, qd mēsurat finē quietis, & aliud instans, qd mensurat principiū motus, nō est tps mediū: sed in hoc decipiunt, quia vnitas tpis, & instantis, vel ēt pluralitas eorum, nō accipitur secundum quosq; motus, sed secundum primū motum cœli, qui est mēsura oīs motus, & quietis: & iō alii hoc concedunt in tpe, qd mensurat motum dependentē ex motu cœli, sunt autē quidā motus ex motu cœli non dependentes, nec ab eo mēsurati, sicut in prima parte dictum est * de motib. angelorū, vnde inter duo instantia illis motib. rñdentia, non est tps mediū: sed hoc nō hēt locū in proposito: quia quāuis ista conuersio secundum se non habeat ordinem ad motum cœli, consequitur tamen prolationem uerborum, quam necesse est motu cœli mensurari, & ideo necesse est inter quælibet duo instantia circa istā conuersionem signata, d esse tps medium: quidam ergo dicunt, quòd instans, in quo vltimo est panis, & instās in quo primo est corpus Christi, sunt quidem duo per cōparationem ad mensurata, sed sunt unū per comparationem ad tempus mensurans: sicut cum duæ lineæ se contingunt; sunt duo puncta ex parte duarum linearum, vnum autem punctum ex parte loci cōtinentis: sed hoc non est simile, quia instans, & tempus, particularibus motibus non est mensura intrinseca, sicut linea, & punctus corporibus, sed solum extrinseca, sicut corporibus locus: vnde alii dicunt, quòd est idem instans re, sed aliud ratione, sed secundum hoc sequeretur, quòd realiter opposita essent simul, nam diuersitas rationis non variat aliquid ex parte rei. Et ideo dicendum est, quòd hæc conuersio (sicut dictum est *) perficitur per verba Christi, quę a sacerdote proferuntur, ita quòd vltimū instans prolationis uerborum est primum instās, in quo est in sacramento corpus Christi: in toto autem tempore præcedente est ibi substantia panis, cuius temporis non est accipere aliquod instans proximè præcedens vltimum, quia tempus non componitur ex instantibus consequenter se habentibus, ut probatur 6. * Physic. Et ideo est quidem dare primum instans, in quo est corpus Christi, non est autē dare d vltimum instans, in quo sit substantia panis, sed est dare vltimum tempus. Et idem est in mutationibus naturalibus, vt patet per Philos. in 8. Physic. *

AD SECVNDVM dicendū, quòd in mutationibus instantaneis simul est fieri, & factum esse: sicut simul est illuminari, & illuminatum esse: dr. n. in talibus factum esse, secundum quod iam est: fieri autem, secundum quòd ante non fuit.

AD TERTIVM dicendum, quòd ista conuersio, sicut dictum est, * fit in vltimo instanti prolationis verborum: tunc enī cōpletur verborū significatio, quæ est efficax in sacrorū formis, & iō non sequitur, quòd ista conuersio sit successiua.

*Sot. 4. s. d. 2. q. 2. art. 7.*

### SVPER Q. XVI. Aliàs 75. Art. VII.

121 — Sup. art. 3. corp. & inf. q. 78 art. 2. & 5. cor. & 4. d. 11. q. 1. ar. 2. cor. & ar. 3. q. 2. p totū. Et 4. cōtra c. 73.

CONCL. Conuersio hæc art. 4. prædicta, est instantanea.

¶ PROB. Quia in hac conuersione & terminus mutationis non suscipit magis, neque minus; & non est aliquod subiectum, quod successiue præparetur, & virtus agentis est infinita (ut de his tribus medijs singillatim, tum in vniuersali stando, tum ad speciale hoc applicando, declarat in tex.)

1m de conclusione prima. In duobus instantibus. R. Vel in duobus; quorum unum est tempus, aliud autem est instās. §. Tunc nih. &c. ut patet in textu a ly ideo dicendum est, quòd hæc conuersio, sicut dictum est, perficitur per verba &c. vsque in finem. Insufficienter ergo concludebatur; inquantum non connumerabantur oēs partes enumerandæ. Oportebat siquidem si sufficienter procedendum erat, sic concludi; Non ergo vtrumq; est in eodem instanti; sed vel in duobus instantibus; uel in duobus, quorum unum sit tempus, aliud sit instans. Quòd si ita conclusum fuisset; tunc, reiecta ly in duobus instantibus, concederetur ly in duobus, quorum unum est tempus, aliud est instans.

*Lib. 4. c. 4. parū a pri. to. 4.

2m minor. Hæc duo non sunt simul. R. Nisi in mutationibus instantaneis. §. Tunc nih &c. Nam conclusio articuli hanc mutationem dicit esse instantaneam.

3m minor. Sermo Christi successiue profertur. R. Tamen habet vltimum instās, in quo terminatur. § Tūc &c. vt patet in tex.

APPENDIX.

EX articu. habes primò: quō per rōnem ostēsas, merito insinuatum esse a scripturis, & concilio; quòd conuersio, quæ fit in Eucharistiæ sacro, fit in instanti. A Concilio quidē Florentino.

D. 576.

tino. Per hoc n. quòd dicit (sup. ar. 1. appen.) quòd verborum Christi a sacerdote prolatorum virtute conuerteri substātia panis in corpus, & substantia uini in sanguinem Christi, significatq; ista conuersio est instātanea. Nam virtus Christi est infinita; cuius est subito operari (ut dicitur in argum. contr. & monstratur in corp. ex Mar. 7.) A scripturis autem, tanquam per locum a simili; ut Lu. 1. Ecce ancilla Dñi; fiat mihi secundum verbum tuū. Sicut. n. in ultimo instanti prolationis horū verborum vnigenitus Deus in vtero. B. Virginis carnē induit, & homo factus est; ita in vltimo instanti prolationis verborum sacramentalium vnigeniti Dei corpus & sanguis per conuersionem toties præmissam in hoc sacramēto fiunt: & horū vnū. s. incarnatio Christi, fuit quædā a simili insinuatio alterius. s. conuersionis sacramētalis huius. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, &c.

* 1. par. q. 53. ar. 3.

D. 741.

*In cor. ar.

*Li. 6 Phy. a princ. lib. 10. te. to. 2. D. 743.

* Li. 8. tex. 72. to. 2.

* In solutione ad 1. in illo art.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum hæc sit falsa, Ex pane fit corpus Christi.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Vr quòd hæc sit falsa, ex pane fit corpus Chri. Omne. n. id ex quo fit aliquid, est id, quod fit illud, sed non conuertitur: dicimus enim quòd ex albo fit nigrum, & quòd album fit nigrum, & licet dicamus, quòd homo fiat niger, non tamen dicimus, quòd ex hoie fiat nigrū, ut patet in 1. Physic.

*Sot. 4. s. d. 9. q. 2. art. 8. Palud. 4. d. 4. 11. q. 3. Scot. 4. d. 11. q. 5.*

### SVPER Q. XVI. Aliàs 75. Art. VIII.

122 — 4. ad 11. q. 1. ar. 4.

CONCL. I. Non potest facta cōsecratione, dici Panis est corpus Christi.

¶ COROL. Ergo hæc conclusio est directe contra Lutherum sup. recitatū, art. 2. appen. dicentem, ueras esse has pro-

propoſitiones. ſ. Panis eſt corpus Chriſti, vinum eſt ſanguis Chriſti. Vide etiam argum. ſecundo.

¶Prob. Quia in iſta conuerſione ſacramentali extrema non ſunt ſimul (ut patet a ſimili in hoc, de creatione, atque naturali tranſmutatione, ſcilicet ens eſt non ens; Aer eſt ignis.)

¶Concl. 2. Poſſumus vere & propriè dicere, ex pane fit corpus Chriſti.

¶Prob. Quia in hac conuerſione eſt ordo terminorum. ſ. poſt hoc fit hoc (ut patet ex ſimilibus ĩ hoc. i. ex creatione, ac tranſmutatione naturali): Et ly ex, dicit ordinem (ut patet.)

¶Concl. 3. Non poteſt dici panis pōt eſſe corpus Chriſti.

¶Prob. Quia in hac conuerſione nullũ eſt commune ſubiectum (ſicut nec in creatione): & potentia ad oppoſitum conſequitur ſubiectum (vt, album poteſt eſſe nigrum). Vide reſpon. ad 4.

*Lib. 4. c. 4. circa princ. to. 4.

¶Concl. 4. Non poteſt propriè dici, De pane fit corpus Chriſti.

¶Prob. Quia in hac conuerſione nullũ eſt commune ſubiectum (ſicut nec in creatione): & ly De, deſignat cauſam conſubſtantialem, quæ conſubſtantialitas extremorum attenditur penes conuenientiam in ſubiecto (ut patet in tranſmutationibus naturalib.)

¶Concl. 5. Non poteſt, ſecundum proprietatem loquendi, dici; Panis erit corpus Chriſti; nec, panis fiet corpus Chriſti. (Sic intelligitur argumen. ſecundo.)

¶Prob. Quia in hac conuerſione nullum eſt communè ſubiectum (ſicut nec in creatione): & talis modus loquendi, vbicumq; propriè datur, verificatur ratione ſubiecti (ut patet in tranſmutationibus naturalibus: puta dicendo, Album erit nigrum; Album fiet nigrum.)

¶Concl. 6. Poſſūt, ſecundum quandam ſimilitudinem, concedi hæ propoſitiones, Panis fit corpus Chriſti; Panis erit corpus Chriſti; De pane fit corpus Chriſti.

¶Prob. Quia conclusio per ly panis, nõ intelligit ſubſtantiā panis, ſed intelligit in vniuerſali. i. indeterminate illud, quod ſub accidentibus panis continetur (ſic autem poteſt intelligere; quoniam hic etiam facta conſecratione: manent eadē accidentia panis, articu. quinto.) & ſub ipſis accidentibus continetur prius ſubſtantia panis, poſtea continetur corpus Chriſti.

¶Exam. Ly ſecundum quandam ſimilitudinem. Scilicet communis ſubiecti vtrobique idem manentis. Licet enim commune ſubiectum in hac conuerſione non maneat (ut in prob. concluſ. tertiæ quartæ & quintæ, dictum eſt): tamen in hac cōuerſione manet quędam ſimilitudo huius. Nam quamuis accidentia vtrobique reperta non ſint ſubiectum neque ſubſtantiæ panis, neque corporis Chriſti (ſicut è contrario contingit in mutationibus naturalibus; ubi idem, puta paries, eſt ſubiectum & albedinis prius, & nigredinis poſterius): tamen accidentia ipſa ſunt verè aliquid commune vtrobique. ſ. & ante, & poſt cōuerſionem ſacramentalem hanc. Hæc igitur accidentia dicuntur ideo habere ſimilitudinem ſubiecti communis: quia partim conueniunt cum illo, inquantum & ipſa ſunt communia vtrique termino mutationis; partim diſconueniunt ab illo, inquantum ipſa nō ſunt ſubiectum terminorum mutationis.

ſi ergo verum eſt, quòd ex pane fiat corpus Chriſti, verum erit dicere, quòd panis fiat corpus Chriſti, qđ videtur eſſe falſum: quia panis non eſt ſubiectum factionis, ſed magis eſt terminus. ergo non vere dicitur, quòd ex pane fiat corpus Chriſti.

¶ 2 Præt. Fieri terminatur ad eſſe, vel ad factum eſſe: ſed hæc numquam eſt vera, panis eſt corpus Chriſti, vel panis eſt factus corpus Chriſti, vel etiam, panis erit corpus Chriſti. ergo videtur, quòd nec etiam hæc ſit vera, ex pane fit corpus Chriſti.

¶ 3 Præt. Omne id, ex quo fit aliquid, conuertitur in id, quod fit ex eo: ſed hæc videtur eſſe falſa, panis conuertitur in corpus Chriſti: quia hæc conuerſio videtur eſſe miraculoſior, quàm creatio mundi, in qua tamen non dicitur, quòd non ens conuertitur in ens. ergo videtur ꝙ etiam hæc ſit falſa, ex pane fit corpus Chriſti.

¶ 4 Præt. Illud, ex quo fit aliquid, poteſt eſſe illud: ſed hæc eſt falſa, panis poteſt eſſe corpus Chriſti. ergo & hæc eſt falſa, ex pane fit corpus Chriſti.

Sed contra eſt, ꝙ * Ambr. dicit in lib. de ſacramentis, ubi accedit conſecratio, de pane fit corpus Chriſti.

Resp. Dicendum, quòd hæc conuerſio panis in corpus Chriſti, quantum ad aliquid, conuenit cum creatione, & cum tranſmutatione naturali: & quātum ad aliquid differt ab vtroque. Eſt. n. commune eis tribus ordo terminorum, ſ. vt poſt hoc ſit hoc, in creatione. n. eſt, eſſe poſt non eſſe, in hoc ſacramēto, corpus Chriſti poſt ſubſtantiam panis, in tranſmutatione naturali album poſt nigrum, vel ignis poſt aerem, & quòd prædicti termini non ſint ſimul. Cōuenit autem conuerſio, de qua nunc loquimur, cũ creatione: quia in neutra earum eſt aliquod commune ſubiectum vtrique extremorũ, cuius contrarium apparet in omni trāſmutatione naturali. Conuenit uero hęc conuerſio cum tranſmutatione naturali in duobus, licet non ſimiliter. Primo quidem, quia in vtraq; vnum extremorum tranſit in aliud, ſicut panis in corpus Chriſti, & aer in ignē, non autem non ens conuertitur in ens. Aliter tamen hoc accidit vtrobique nam in hoc ſacramento tota ſubſtantia panis tranſit in totum corpus Chriſti, ſed in trāſmutatione naturali materia vnius ſuſcipit formā alterius, priori forma depoſita. Secundo, conueniunt in hoc, ꝙ vtrobique remanet aliquid idem, quod non accidit in creatione. Differenter tñ: nam in tranſmutatione naturali remanet eadem materia, vel ſubiectum, in hoc autem ſacro remanēt eadem accidentia. & ex his pōt accipi qualiter differenter in talibus loqui debeamus: quia. n. in nullo prædictorum trium extrema ſunt ſimul, ideo in nullo eorũ poteſt unum extremum de alio prædicari per verbum ſubſtantiuum præſentis tēporis: non. n. dicimus, non ens eſt ens, vel panis eſt corpus Chriſti, vel aer eſt ignis, vel album eſt nigrum: pp ordinem uero extremorũ poſſumus vti ĩ omnibus hac præpoſitione ex, quæ ordinem deſignat: poſſumus. n. vere, & propriè dicere, quòd ex non ente fit ens, & ex pane corpus Chriſti, & ex aere ignis, vel ex albo nigrum: quia vero in creatione vnum extremorum nō tranſit in alterum, non poſſumus in creatione vti verbo conuerſionis, vt dicamus, quòd non ens conuertitur in ens: quo tamen verbo vti poſſumus in hoc ſacramento ſicut, & in tranſmutatione naturali, ſed quia in hoc ſacro tota ſubſtantia in totam ſubſtantiā mutatur: propter hoc, hæc cōuerſio propriè tranſubſtantiatio vocatur. Rurſus, quia huius conuerſionis non eſt accipere aliquod ſubiectũ, ea, quæ verificantur in conuerſione naturali ratione ſubiecti, non ſunt concedenda in hac conuerſione, & primo quidem manifeſtum eſt, quòd potentia ad oppoſitũ, cōſequitur ſubiectum ratione cuius dicimus, quòd album poteſt eſſe nigrum, & aer poteſt eſſe ignis: licet hæc non ſit ita ꝓpria, ſicut prima. Nam ſubiectum albi, in quo eſt potentia ad nigredinē, eſt tota ſubſtantia albi, non. n. albedo eſt pars eius: ſubiectum autē formæ aeris, eſt pars eius. vnde cum dr̄, aer poteſt eſſe ignis, verificatur ratione per ſynecdochen: ſed in hac conuerſione, & ſimiliter in creatione, quia nullum eſt ſubiectum non dicitur quòd vnum extremũ poſſit eſſe aliud, ſicut quòd non eſt, poſſit eſſe ens, uel quòd panis poſſit eſſe corpus Chriſti; & eadem ratione non poteſt propriè dici, quòd de non ente fiat ens, uel quòd de pane fiat corpus Chriſti: quia hæc præpoſitio De, deſignat cauſam conſubſtantialem, quæ quidem conſubſtantialitas extremorum in tranſmutationibus naturalibus, attenditur penes conuenientiam in ſubiecto, & ſimili ratione non conceditur, quòd panis erit corpus Chriſti, uel quòd fiat corpus Chriſti, ſicut neque conceditur in creatione, quòd non ens erit ens, vel quòd non ens fiat ens: quia hic modus loquendi verificatur in tranſmutationibus naturalibus ratione ſubiecti: puta cum dicimus, quòd album fit nigrum, vel album erit nigrum: quia tamen in hoc ſacramento, facta conuerſione aliquid idem manet, ſ. accidentia panis, vt ſupra dictum eſt, ſecundum quandam ſimilitudinem aliquæ harum locutionum poſſunt concedi, ſ. quòd panis fit corpus Chriſti, vel panis erit corpus Chriſti, vel de pane fit corpus Chriſti, vt nomine panis non intelligatur ſubſtantia panis, ſed in vniuerſali hoc, quod ſub ſpeciebus panis continetur, ſub quibus prius continetur ſubſtantia panis, & poſtea corpus Chriſti.

Ar. 5 huius quæſt.

Primum

Ad

1^m maior. Omne id, ex quo fit aliquid, est id; quod fit illud. R. Quando id, ex quo, importat duo, s. extremum, & subiectum. §. Vt exemplificatur in argumento. Tunc nihil &c. Nam ly ex pane, quod ponitur in secunda conclusione articuli, solummodo importat vnum. s. extremum: vt dicamus, Ex pane fit corpus Christi, idest post hoc extremũ, qđ est panis, aduenit per transubstãtiationẽ corpus Christi. Et hoc tandem redit in idipsum, quod dicebatur in eiusdem conclusionis probatione. s. quod ly ex, dicit ordinem.

2^m maior. Fieri terminatur ad esse, vel ad factum esse. R. Quando in ly fieri, importantur duo. s. extremum, & subiectum. §. Vt, quia sic fit album ex nigro, ideo verificatur postea, ꝙ album prius, nunc est nigrum, & quod album factum est nigrum. Tũc nihil &c. Nam in ly fieri, quando dicitur, Ex pane fit corpus Christi, importatur solummodo vnum. s. extremum. Vide ad primum, & ibi annotata: quoniã textus & hic, & illic, intendunt idem.

3^m minor. Hęc videtur falsa, Panis conuertitur in corpus Christi. R. Negatur. §. Immo est verissima, tum ex concilijs, tum ex artic. 4 &c. Ad probationem respondetur; quod non probat negatũ. Non enim est idem iudicium faciendum, quò ad verbum conuersionis, de creatione mundi, & de hoc sacramento (ut putat argumentum) quod sicut conuersio non datur ibi, dicendo, Non ens conuertitur in ens; ita non detur hic, dicendo, Panis conuertitur in corpus Christi. Cæterum quare non cadat nomen conuersionis in creatione, & quare cadat in proposito isto de sacramento; vide textum corp. non longe multum a principio. Decipiebatur ergo argumentum in hoc fundamento suo, quia. s. putabat, quòd nomen conuersionis posset minus dari in eo, quod est miraculosius, seu difficilius: quàm in eo, quod non est tam miraculosum, seu tam difficile. Maioritas enim vel minoritas miraculi, seu difficultatis non est uera causa huius, s. quòd detur vel non detur ibi conuersio (vt patet ex textu dicente; Licet in hac conuersione sint plura difficilia, quàm in creatione &c. ut ibid.): Sed uera huius causa est illa, quæ habetur ex tex. corp. nunc citato, qui etiam intelligitur citari in fine præsentis textus per ly sicut dictum est. Porro, ad meliorem intellectum textus ly de quibus in sequentibus agetur, vide q. 17. 18. articulis suis.

4^m maior. Illud, ex quo fit aliquid, potest esse illud. R. Si in illa factione sit subiectum. §. Nam potentia pertinet ad subiectum. Tunc nihil &c. In hac. n. conuersione non est accipere subiectum (ut in probation. conclus. 3. 4. & 5. dictum est): & ideo non conceditur, &c. ut in tex.

D. 576.

Ad primum ergo dicendum, quòd illud, ex quo aliquid fit, quandoque quidem importat simul subiectum cum vno extremorum transmutationis: sicut cum dicitur, ex albo fit nigrum, & sic etiam dici potest, hoc fit illud, idest, album fit nigrum: quandoque uero importat solum oppositum, vel extremum, sicut cum dicitur ex mane fit dies: & sic non conceditur, ꝙ hoc fiat illud, i. quòd mane fiat dies, & ita etiam in proposito, licet proprie dicatur, quòd ex pane fiat corpus Christi: non tamen proprie dicitur, quòd panis fiat corpus Christi, nisi secundum quandam similitudinem, vt dictum est. *

Ad secundum dicendum, ꝙ illud, ex quo fit aliquid, quandoque erit illud, propter subiectum, quod importatur, & ideo cum huius conuersionis non sit aliquod subiectũ, non est similis ratio.

Ad tertium dicendum, quòd licet in hac cõuersione sint plura difficilia quàm in creatione, in qua hoc solum difficile est, quòd aliquid fit ex nihilo, quod tamen pertinet ad proprium modum productionis primæ causæ, quæ nihil aliud præsupponit: sed in hac conuersione non solum est difficile, ꝙ hoc totum cõuertitur in illud totum, ita quòd nihil prioris remaneat (quod non pertinet ad communem modum productionis alicuius causæ) sed etiam habet hoc difficile, quod accidentia remaneãt corrupta substantia, & multa alia, de quibus in sequentibus agetur: * tñ uerbum conuersionis recipitur in hoc sacramento, non autem in creatione, sicut dictum est. *

Ad quartum dicẽdũ, ꝙ sicut dictũ est, potentia pertinet ad subiectum, quod non est accipere in hac conuersione, & ideo non conceditur, ꝙ panis possit esse corpus Christi: nõ enim hæc conuersio fit per potentiã passiuam creaturæ, sed per solam potentiam actiuam creatoris.

In cor.

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hæreses præcecitatas ar. 2. 4. & 6. appen. Ex eo enim quod vere & proprie verificatur propositio hæc. s. Ex pane fit corpus Christi, sequitur manifeste apud penetrantes terminos; & ꝙ substantia panis post cõsecrationem non remanet, & quod trãsubstantiatio hic datur, & quòd forma substantialis panis nõ manet: quæ tria erant pro hæresibus ibi supra narrata. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illas merito damnari a concilijs &c. ibid. relatis. Per hoc enim quod hic, scilicet ex pane fit corpus Christi, importatur ordo terminorum, & extremum, sine subiecto (ut declarauit prob. conclus. 2. 3.) constat, quòd reprobantur iure opposita istorum trium: quod vtiq; ab ipsis concilijs fit; dum in sensu proferunt propositionem hanc. s. Ex pane fit corpus Christi. Nam si sensus Concilij Lateran. in ly transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, penetretur (vt decet): videmus per hæc uerba significari, & ordinem terminorũ. s. quòd post panem fit corpus, post vinum sanguis; & extrema mutationis. s. panis, vinum (vt termini a quibus) corpus sanguis (ut termini ad quos); & nullum subiectum commune mutationis. s. sub vtroq; extremo existens; alioquin non diceretur ly transubstantiatis. Si. n. hoc totum cõuertitur in illud totum (id qđ importat transubstãtiatio. ar. 4.) quomodo potest, uel intelligi; ꝙ aliquid prioris, tanq̃ subiectũ posterioris, remaneat? Patet ergo, singulis verborum concilij præmissi consideratis; ꝙ ipsum, dicendo ly transubstãtiatis pane in corp. & vi. in sanguinẽ, dixit sententialiter hoc. s. Ex pane vere & proprie fit corpus Christi, & ex vino vere & proprie fit sanguis eiusdem. Tertiò vides; quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur &c.

*Q. 77.

*In cor. ar.

---

*Sen. 4. s. dist. 10. quæst. 1. art. 1.*
*Palud. 4. distin. 10. quæst. 11.*
*Capr. 4. d. 10. q. 2. con. 1. & 2.*
*Scot. 4. d. 11. q. 4.*

# QVAEST. XVII. Aliàs 76.

*De modo quo Christus est in hoc sacramento, in octo articulos diuisa.*

Deinde considerandum est de modo, quo Christus existit in hoc sacr͂o. Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum totus Christus sit sub hoc sacramento.

¶ Secundo, Vtrum totus Christus sit sub vtraque specie sacramenti.

¶ Tertio, Vtrum totus Christus sit sub qualibet parte specierum.

¶ Quarto, Vtrum dimensiones corporis Christi totæ sint in hoc sacramento.

¶ Quinto, Vtrum corpus Christi sit in hoc sacramento localiter.

¶ Sexto, Vtrum corpus Christi moueatur ad motum hostiæ, uel calicis post consecrationem.

¶ Septimo, Vtrum corpus Christi prout est in hoc sacramento, possit videri ab aliquo oculo saltem glorificato.

¶ Octauo, Vtrũ verum corpus Christi remaneat in hoc sacramento, quando miraculose apparet sub specie pueri, vel carnis.

## SVPER Q. XVII. Aliàs 76. Art. 1.

Concl. Omnino necesse est, confiteri secundum fidẽ catholicam; quòd totus Christus sit in sacramẽto Eucharistiæ.

¶ Prob. Quia necesse omnino est, confiteri secundum fidẽ catholicam, ꝙ corpus Christi, ac sanguis, est verè in sacramento Eucharistiæ (ut hic præsupponitur ex q. 16. art. 1.) & corpori Christi realiter coniungitur deitas, sanguis, atque anima: similiterq; sanguini realiter cõiungitur deitas, corpus, atque anima (vt declaratur in, & ex, ad primum.)

¶ Not. Ideo in textu corp. non probatur explicitè conclusio, sed solum declarantur duo modi ad illam facientes (ut patet ibi): quia non indiget alia noua probatione a dicta in q. 16. art. 1. & id, quod implicitè in modis ipsis de reali cõcomitantia continetur, erat mox explicandum abunde in responsionibus ad argumenta. Vt tñ oia paterent formaliter (sm quod

Ar. 1. huius quæst.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum totus Christus contineatur sub hoc sacramento.*

Ad primum sic proceditur. Videtur, quòd nõ totus Christus contineatur sub hoc sacramẽto. Christus. n. incipit esse in hoc sacramẽto per conuersionẽ panis, & vini,

123 Inf. q. 79 arti. 1. ad 3. Et 4. d. 10 artic. 2. Et quo. 7 a. 8. Et Ioan. 6. lect. 6. fi.

quòd requirit libri titulus. s. Elucidationes formales): ideo nos probationem præmissam uerbatim explicuimus in loco ipso. Id quod & alibi (quando expediens visum est,) pro seruando libri titulo, fecimus: uel supplendo subintellecta, uel intermiscendo glossas ad in textu explicata, uel &c. Hæc, tanquàm vniuersalia quædam, annotasse uolui: ne quando tu aut nūc, aut aliàs, de processu nostro in expositionibus huiusmodi plus, quàm oportet, mireris; quasi quòd textum sancti Doctoris non fideliter (qđ absit) obseruauerimus, sed aliquid nos de nostro pro textu inserere uoluerimus. Quod profectò vitiosum esset.

* Q. 74. artic. 1.

* Q. 75. artic. 4.

## 1^m de maiori.

Esse in hoc sacramento. ℞. Ex ui sacramenti. §. Tunc nihil &c. Licet enim nec diuinitas, nec anima, sint in hoc sacramento ex vi sacraméti (ut arguitur): tamē hic sunt ex reali concomitantia (ut in tex. declaratur.)

## 2^m ex Ioan. 6.

Caro mea. ℞. i. Corpus meum. §. Vtitur tamen Dominus hic nomine carnis: quia in loquendo condescendit cōsuetudini humanæ: & caro secundum consuetudinem humanam videtur esse &c. ut in tex. Tunc nihil &c. ut patet de se, & in tex.

*Referī. de consec. dis. 2. cap. ante benedictionem, & ca. In sacramento. Et habetur de his qui mysterijs initiant. c. 9.

## 3^m maior.

Corpus maioris quantitatis nō potest totum contineri sub minoris quantitatis mensura. ℞. Nisi corpus illud ibi contineatur solum per modum substantiæ. §. Propria namque totalitas substantiæ continetur indifferenter, &c. ut in tex. Vide artic. 3. cor. quid sit ly per modum substantiæ, & ly per modū quantitatis. Tunc nihil &cæt. Nam corpus Christi est in Eucharistiæ sacramento p modum substantiæ; non autem per modū quantitatis; propter rationem dictam in tex. Pro cuius captu, quomodo scilicet quātitas aliqua magna per modū substantiæ possit esse in re parua, accipe exēplum de filo longo ad tres, aut quatuor cubitos; quod quidem filum, si volueris, continebis cū tota sua quantitate intra pugillum tuum (ut experientia docet). Vñ est hoc? Inde quia scilicet tam longa quantitas est ibi in paruo pugno, non per modum quantitatis, siue extensionis suæ; sed quasi per modum substantiæ. Ad sanum tamen intellectum huius, aliorumque exemplorum, in comparatione tanti sacramenti; iuuat videre sequentem not. 3.

¶ Not. 1. Ad huius textus intelligentiam debemus recolere id, quod aliàs quæstione decimasexta, articu. primo, dictum est, scilicet, q corpus Christi in hostia, licet sit realiter, non est tamen naturaliter, sed sacramentaliter. Et ideo non est ibi, ut locatum in loco, nec sub dimensionibus proprijs; sed sub dimēsionibus, q̄ prius erant, scilicet panis & vini. Ideo cum substantia de se, inquantum substantia est, non occupet locum; immo nec illum requirat, nisi inquantū est sub dimensionibus quantitatis, sequitur necessario ex hoc: quòd corpus Christi sub sacramento non requirat locum, nec plus de loco occupet, quàm dimensiones panis, sub quibus uelatur, occupant & requirūt. Quāuis autem hoc videatur mirabile: tamen illud sic esse, ratio prædicta conuincit, & exempla quædam naturalia nō esse impossibile euidēter demonstrāt. Anima enim nostra (teste B. Augustino) est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis, & ita magna in solo digito, sicut in toto corpore, & ita magna in corpore infantis, sicut in corpore gigantis: Nec propter corporis augmentum, & diminutionem, seu alicuius membri truncationem, ipsa anima augetur vel minuitur, vel truncatur; sed remanens semper (ut dictū est) tota in toto, & tota in qualibet parte, nec excedit, nec exceditur. Item tam longa, lata, & grossa, turris compræhenditur realiter, secūdum suam speciem intentionalem, tota in tam paruo oculo. Alioquin, si hoc non esset verum, homo non posset per aspectum de ipsius turris longitudine, latitudine, & grossitie, iudicare; quod tamen est falsum (ut patet:) qm̄ solo visus aspectu potest fieri multotiens

vera

*Hī in cōcil. Eph. 1. in epist. ad Nestoriū a med. illius. Et referī de cōsecr. dist. 2. ca. necessariæ.

*Q. 50. ar. 13. 3. & 4.

*Q. 75. artic. 3.

sicut dictum est: *sed manifestum est, quòd panis, & vinum non possunt conuerti, neque in diuinitatem Christi, neque in eius animam. Cum ergo Christus existat ex tribus substantiis, scilicet diuinitate, anima & corpore, vt supra habitum est, * videtur quòd totus Christus non sit sub hoc sacramento.

¶ 2 Præt. Christus est in hoc sacramento, secundum quòd competit refectioni fidelium, quæ in cibo, & potu consistit, sicut supra dictum est: *sed Dominus dicit Ioan. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. ergo solum caro, & sanguis Christi continentur in hoc sacramento. sunt autem multæ aliæ partes corporis Christi: puta nerui, ossa, & alia huiusmodi. non ergo totus Christus continetur sub hoc sacramento.

¶ 3 Præt. Corpus maioris quantitatis, non potest totum contineri sub minoris quantitatis mensura: sed mensura panis, & vini consecrati, est multo minor quàm ppria mensura corporis Christi. non potest ergo esse, quòd totus Christus sub hoc sacramento contineatur.

SED CONTRA est, quòd Amb.* dicit in lib. de Offic. In illo sacramento Christus est.

RESP. Dicendum, quòd omnino necesse est confiteri secundum fidem catholicam, quòd totus Christus sit in hoc sacramento. Sciendum tamen, quòd aliquid Christi est in hoc sacramento dupliciter. Vno modo, quasi ex vi sacramenti, alio modo, ex naturali concomitantia. Ex vi quidem sacramenti est sub speciebus huius sacramenti id, in quod directe conuertitur substantia panis, & vini præexistens: prout significatur per verba formæ, quæ sunt effectiua in hoc sacramento, sicut & in cæteris, puta cum dicitur, hoc est corpus meum, vel, hic est sanguis meus. Ex naturali autem concomitantia est in hoc sacramento illud, quod realiter est coniunctum ei, in quod prædicta conuersio terminatur: si enim aliqua duo sunt realiter cōiuncta, vbicumque est vnum realiter, oportet, & aliud esse. Sola enim operatione animæ discernuntur, quæ realiter sunt coniuncta.

AD PRIMVM ergo dicendū, q quia conuersio panis, & uini, non terminatur ad diuinitatem, vel animam Christi, consequens est q diuinitas, uel anima Christi nō sit in hoc sacr̄o ex vi sacr̄i, sed ex reali cōcomitantia: quia. n. diuinitas corpus assumptum numq̄ deposuit, ubicumq; est corpus Chr̄i, necesse est, & eius diuinitaté esse, & ideo in hoc sacr̄o necesse est esse diuinitaté Chr̄i, cōcomitāté eius corpus. Vñ in Symbolo Ephesino* legit: Participes efficimur corporis, & sanguinis Chr̄i, nō ut cōem carné percipientes, nec viri sanctificati, & verbo coniuncti s̄m dignitatis unitatem, sed vere viuificatricé, & ipsius Verbi propriam factā. Aīa vero realiter separata fuit a corpore, ut supra dictum est,* & ideo si in illo triduo mortis fuisset hoc sacr̄m celebratum, non fuisset ibi aīa Christi, nec ex ui sacramenti, nec ex reali concomitantia, sed quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur (ut dr̄ Ro. 6.) anima eius semper est realiter corpori eius unita, & iō in hoc sacr̄o corpus quidem Christi est ex ui sacramenti, anima autem Christi, ex reali concomitantia.

AD SECVNDVM dicendū, q ex vi sacramenti sub hoc sacramento continetur quantum ad species panis, non solum caro, sed totum corpus, Christi, scilicet ossa, nerui, & alia huiusmodi. Et hoc apparet ex forma huius sacramenti, in qua non dicitur, hæc est caro mea, sed hoc est corpus meum. Et ideo cum Dominus dixit Ioan. 6. Caro mea vere est cibus, caro ponitur ibi pro toto corpore, quia secundum consuetudiné humanam videtur esse magis manducationi accommodata, prout, scilicet homines carnibus animalium vescuntur communiter, non autem ossibus, vel aliis huiusmodi.

AD TERTIVM dicendum, q (sicut supra dictum est*) facta conuersione panis in corpus Christi, vel vini in sanguiné, accidentia vtriusque manent. Ex quo patet quòd dimensiones panis, uel vini non conuertuntur in dimensiones corporis Christi, sed substantia in substantiā, & sic substantia corporis Christi, vel sanguinis, est sub hoc sacramento ex ui sacramenti, non autem dimensiones corporis, uel sanguinis Christi. vnde patet, quòd corpus Christi est in hoc sacramento per modum substantiæ, & non per modum quantitatis. Propria autem totalitas substantiæ continetur indifferenter in parua, vel magna quantitate, sicut tota natura aeris in magno, vel paruo aere, & tota natura hominis in magno, vel paruo homine. vnde, & tota substantia corporis, & sanguinis Christi continetur in hoc sacramento post consecrationem, sicut ante consecrationem continebatur ibi tota substantia panis, & vini.

vera æstimatio de quantitate mensuræ turris, vel alterius rei. Sic quoque potest dici de uno monte, de Sole, Luna, sphera cœlorũ, & de omnibus talibus: quorum quantitas, cum sit quasi immensa, nihilominus recipitur & capitur ab oculo tam paruo. Si ergo hoc de turri, monte &c. illudq; de anima non potest homo perfectè intelligere; quamuis sit in seipso, & de seipso; & tam Philosophi infideles, quàm doctores catholici verum esse indubitanter affirment: Quid mirum, si totam corporis Christi quantitatem esse in Eucharistiæ sacramento, quamuis verissimum sit, non possis perfectè intelligere? Gratias autem Deo, qui non præcepit nobis: vt istud, & alia huiusmodi de hoc diuinissimo sacramento mirabilia perfectè intelligamus; sed ut ea fideliter, firmiterq; credamus.

¶Not. 2. Ad faciliter redigendum intellectum nostrum in obsequium Christi tum in his, (de quibus articulus præsens) tum in alijs, mirabilibus (de quibus & supra, & infra, multi articuli tractant) Sanctus Doctor unam regulam tradere intendebat, quando dixit in 2.2.q.1.ar.8.ad 1 textum. Quod in sacramento Eucharistiæ miraculose corpus Christi continetur, concluditur sub omnipotentia Dei; sicut & alia miracula. Ac si, apertius explicando ipsam regulam ad propositum illud nostrum, dixisset. In difficultatibus intelligendis, quæcumq; tibi occurrerint, circa veritatem ab ecclesia catholica prædicatam de sacramento Eucharistiæ, hoc unum in primis & super omnia vigilantissime semper obseruato: quòd. s. ad omnipotentiam Dei recurras. Hoc tibi sit scopus; hic fige pedem; in his omnibus omnipotẽtia Dei sit tuæ animæ anchora tuta. Optimum est nos omnipotentiæ huius circumspectione in mirabilibus cunctis tanti sacramenti stabilire conscientes pro certo, quod plus in infinitum potest Deus in operando; quam intellectus siue humanus, siue Angelicus in appræhendendo. Quod quidem Archangelus Gabriel subtiliter atq; veraciter, docuit; et hoc: quòd quando agebatur de mysterij sacri omnem intellectum creatum superexcedentis cognoscenda inquisitione, quasi per conclusionem vniuersaliter concludendo dixit, Non erit impossibile apud Deum omne verbum, Luc. 1 hoc est; plus potest Deus in operando tantum mysterium (& a simili, seu a fortiori, quæcumque alia) quàm possit intellectus quilibet creatus in appræhendendo.

*Regula vniuersalis de Eucharistia.*

¶Not. 3. Cæterum tradere illam de omnipotentia regulam. 2.2. iudicauit necessarium D. Thomas: quia nec rationes humanitus demonstratiuæ, nec exempla inde mutuata, ad plenum sufficiunt. Hinc est; quòd ipse, tanquàm hanc humanã insufficientiam protestans inquit in opusculo 59. Quod est de sacramento altaris, cap. 1. Bene dicitur Isa. 6. (secundum a iam translationem). Nisi credideritis; non intelligetis. Hoc autem non est sic accipiẽdum, quòd credentes per fidem, per rationem intelligant quicquid credunt. Quia si sic esset: euacuaretur meritum fidei, secundum dictum Gregorij, Fides non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum. Intelligere autem dicuntur credentes: quia innitentes potentiæ, & summæ veritati increatæ, sciunt, & supponunt, certissimè verum esse quicquid a dicta veritate procedit. Et quamuis per naturalem rationem modum ipsius veritatis nõ compræhendant; non ideo minus credunt id, quod vera fides suggerit esse uerum: quia clarissime hoc intelligunt attestari excellentiæ, & maiestati, & immensitati, ipsius primæ veritatis; ut nec in se, nec in suis principalibus effectibus, compræhendi possit ab angustia, & imbecillitate intellectus humani. De quo dicitur 2. Metaph. quòd sicut se habet oculus noctuæ ad radios solis; sic intellectus noster ad manifestissima naturæ. Vnde sicut non est defectus ex parte lucis solaris, quò a noctua clarè videri non possit; sed hoc accidit ex parte debilitatis oculi ipsius noctuæ: ita etiam contingit in nobis, quòd intellectus noster non est proportionatus immensitati lucis diuinæ. Adeo multa sunt; quæ nequimus compræhendere ratione. Propterea clamat Apostolus, Roman. 11. o altitudo diuitiarum &c. Quamuis autem compræhendere nequeamus: nihilominus possumus quoquo modo. i. ex parte cognoscimus, non in toto; quia per speculum nunc videmus in enigmate. Inde est: quòd fidei mysteria per authoritates sacræ scripturæ, cui fides catholica innititur, plene probari possunt atque perfecte; sed per rationes demonstratiuas omnino nequeunt omnia probari. Verum est autem: quòd omnes errores infidelium non solum per sacram scripturam, sed etiam per rationes possunt elidi; & multæ etiã suasiones bonæ per rationem naturalem inueniuntur, quibus intellectus fidelium iam credentium adiuuatur, & confortatur ad ueritatem clarius, & obnixius, amplectendam. Hæc ibi. Et infra loquens de exemplis creatis, quæ ab ipsomet, uel etiam ab alijs, adduci solent ad propositum rerum mirabilium in Eucharistiæ sacramento repertarum, inquit cap. 8. Non autem credo; quòd in scriptura, uel in natura, huic aliquid bene ualeat assimilari. (Et infra, de eisdem exemplis loquens ait). Non debet aliquis, ex his rebus assumere materiam uel occasionem calumniæ vel erroris: cum protestati fuerimus, suprascripta nostro proposito ita adaptari; quòd in ipsorum similitudine, & proprietatum comparatione, multiplex dissimilitudo, & improprietas inuenitur. Hæc ibi. Ex quibus exponas ly bene. i. perfecte.

## APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæreses Metamorphistarum dicentium, quod in eucharistiæ sacramento est diuina essentia tm̃, non caro humanæ naturæ cõsubstantialis. Et Ludoici Alemani dicentis: Christus licet a suis fidelibus non sit absens; tñ illius substantiale corpus constanter affirmamus non esse præsens in hac cœna. Secundo habes: qũo per rõné ostendas, has merito damnasse Conc. Floren. Totus Christus continetur sub specie panis, & totus sub specie vini. Hæc illud in constitutione super vnion. Armenor. Item a tota Ecclesia catholica inter Missarum solennia festi corporis Christi canente, in sequentia. Caro cibus, sanguis potus; manet tñ Christus totus sub vtraq; specie. Hæc illa. Licet enim Diuus Thomas noster ad mandatum Papæ Vrbani IIII. Totum illud officium de festo corporis Christi composuerit (ut notissimum est): tamen, quia idem Papa cum omnibus sequentibus id acceptando approbauit, ideo a tota ecclesia esse dictum vere reputatur illud, quod ibi solemniter recitatur. Item a Concilio Triden. sess. 13. can. 3. Semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit; statim post consecrationem uerum Dñi nostri corpus, verumque eius sanguinem, sub panis & vini specie, vna cum ipsius aĩa & diuinitate, existere. Sed corpus quidé sub specie panis, & sanguinem sub specie uini, & ui uerborũ: ipsum autẽ corpus sub specie vini, & sanguiné sub specie panis, animamq; sub vtraq;, vi naturalis illius connexionis & concomitantiæ, qua partes Christi, qui iam a mortuis resurrexit non amplius moriturus, inter se copulantur; diuinitas porro pp admirabilẽ illã cum corpore & aĩa hypostaticam vnioné. Hæc ibi. Et cano. 1. Si qs negauerit; in sanctissimæ Eucharistiæ sacro contineri uere, realiter, & substantialiter, corpus & sanguinem una cum anima & diuinitate, dñi nostri IESV Christi, ac proinde totum Christum: anathema sit. Hæc ibi. Tertiò vides: qũo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Ang. &c.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.* — a — 3

## Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo 1. ar. ly totus Christus, importat eius diuinitatem, & humanitatem, animam, & corpus, partesq; corporis omnes.

¶In corpore eiusdem art. dubium occurrit ex Duran. in 4. sent. dist. 10. q. 1. contra hanc propositionem cõem arguente. s. si aliqua duo sunt realiter coniuncta, ubicumque est unum realiter, oportet & reliquum esse. Soluit. n. primo eam, dicens esse ueram de existentia in loco localiter: non autem de existentia in loco alicubi per habitudinem præsentiæ, qualiter contingit in proposito. Et ratio est: quia duorum realiter coniunctorum, potest alterum habitudinem habere præsentiæ ad aliquid, & reliquum non habere illam. Affert deinde instantiam: quia corpori Christi coniunctum realiter est de facto esse in cœlo, & tamen illud esse in cœlo non est sub hoc sacramento etiam concomitanter.

¶Ad hoc dicitur, quod aliud est, loqui de habitudine in cõi, & aliud est loqui de habitudine tali, puta contenti ad continens: licet enim duorum coniunctorum realiter, unum possit habere habitudinem ad aliquid, & reliquum: non tñ non potest unum eorum habere habitudinem contenti ad continens, & reliquum non. Et quia de tali habitudine est præsens sermo (quoniam credimus Christum veraciter contineri sub specie panis) ideo solida illa communis propositio assumpta in litera, & uera non solum de existentia alicubi localiter: sed etiam de existentia reali sacramentaliter, quam significamus per contineri sub sacramento.

¶Ad instantia autem dicitur, quòd propositio dicta ab omnibus intelligitur de his, quæ insunt Christo absolute, & non per respectum ad extrinsecum, de quorum numero est esse in loco. Et hanc limitationem subintellectam explicat inferius Auctor in artic. 5. ad tertium.

¶In eod. art. in responsione ad tertium, nota nouitie nouos terminos, s. per modum substantiæ, per modum quantitatis, & aduerte pro hoc loco, & pro art. 3. & 4. specialiter, ne oporteat idem sæpius repetere, tria haberi in litera ab Auctore de istis modis. Primum attribuitur modo substantiæ, quòd propria totalitas substantiæ continetur indifferenter in parua, uel in magna quantitate, & per hoc intellige quoque suum oppositum, scilicet quòd modo quantitatis attribuitur, quòd totalitas quantitatiua non continetur indifferenter in parua, uel in magna quantitate, sed præcise in æquali. Secundum, quod explicatur in artic. tertio, est, quòd modo substantiæ attribuitur, quòd natura substantiæ tota est sub qualibet parte dimensionum sub quibus continetur, & per oppositum intellige attribui modo quantitatis, quòd tota quantitas non est sub qualibet parte dimensionum loci sub quibus continetur. Tertium explicatiuum utriusque, quod in art. quarto, ad primum ponitur, est, quòd modo substantiæ, attribuitur, quòd eius natura est tota in toto, & tota in qualibet parte, & per oppositum modo quantitatis attribuitur, vt sit tota in toto loco, & singulæ partes in singulis partibus,

¶In quib⁹ omnib. ecco semp p cautus, cũ de tota substãtia, aut to-

¶Ad

ta natura ſermo eſt, quoniam non de totalitate partium quantitatiuarum, ſed partium eſſentialium loquimur. Et perinde eſt dicere, tota ſubſtantia, ac ſi diceretur integra ſpecies ſubſtantiæ: integritas enim ſpeciei uocatur propria totalitas ſubſtantiæ: non quia in ſola ſubſtantia inuenitur, cum inueniatur etiam in accidentibus integritas ſpecifica: ſed quia primo inuenitur in ſubſtantia, & directe diſtinguitur contra totalitatem quantitatiuam: ita quòd oppoſitæ conditiones utriuſque, utramque nobis manifeſtant. Eſt igitur ſenſus primæ differentiæ in litera attributæ his modis, ſcilicet per modum quantitatis, & per modum ſubſtantiæ, quòd integritas ſpecifica ſubſtantiæ poteſt contineri in magna, & in parua quantitate (vt patet in homogeneis, & heterogeneis, in litera) totum autem quantitatiuum ut ſic, non niſi ſub æquali primo continetur: oportet enim locum, & locatum æquari. Et ſimiliter ſenſus tam ſecundæ, quàm tertiæ differentiæ eſt, quòd integritas ſpecifica ſubſtantiæ eſt tota, i. ſecundum ſuam integritatem in toto quantitatiuo, & in qualibet quantitatis parte. Sed eſt hic dubitationis locus, quoniam euidenter conſtat in ſubſtantiis heterogeneis nõ eſſe has conditiones ueras, ſed in homogeneis tantum: licet enim integritas naturæ ignis, aeris, panis, & cuiuſcumque alterius homogenei ſit tota, i. ſecundum ſuam integritatem ſpecificam ſub tota quantitate ſua, & ſimiliter ſub qualibet eius parte, quælibet enim pars ignis, eſt ignis, & quælibet pars panis eſt panis, &c. integritas tamen naturæ humanæ eſt ita ſecundum ſuam integritatem in toto, quòd non eſt ſecundum ſuam integritatem in qualibet parte, vnde non quælibet pars hominis, eſt homo. Et propterea videtur, quod iſtæ duæ differentiæ non ſint ſubſtantiæ, ſed ſubſtantiæ tales, hoc eſt homogeneæ, & incaute loquutus uidetur Auctor, ſeu falſo, attribuendo hoc modo ſubſtantiæ abſolutæ. Ad hoc dicitur, ſermonem Auctoris eſſe formalem ſubſtantia, & ſubſtantiæ modo abſolute, ut patet ex eo, quod ſiue ſubſtantia ſit ſimplex, ſiue ex materia, & forma compoſita, ſemper ſpecifica integritas ſubſtantiæ ſaluatur in tota quantitate, & in qualibet eius parte. & de ſimplici quidem liquet, de compoſita uero ex materia, & forma manifeſtatur ex eo, quod non reſpondet forma uni parti quantitatiuæ, & materia alteri parti quantitatiuæ. Nec ex ratione compoſiti ex materia, & forma aliquid inuenitur obſtare ad hoc, quod integrum compoſitum ſit in qualibet parte: alioquin hoc non ſaluaretur in ſubſtantijs homogeneis, quas conſtat compoſitas eſſe ex materia, & forma. Vnde accidit ſubſtantiæ ex hoc, quòd heterogenea eſt, quòd non ſit tota in qualibet parte, & accidit hoc ex parte materiæ, quam oportet difformem eſſe in talibus ſubſtantijs.

¶ Dubium alterum ſupereſt, an per modum ſubſtantiæ intelligat Auctor id, quod communiter dicitur eſſe indiuiſibiliter. Et eſt ratio dubij, quia in art. 3. Auctor declarando modum ſubſtantiæ dicit, per modum ſubſtantiæ. i. per modum, quo ſubſtantia eſt ſub dimẽſionibus: ex hac enim declaratione habetur, quòd modus ſubſtantiæ non importat indiuiſibilitatem: nam ſubſtantia ſub dimenſionibus non eſt indiuiſibiliter, immo extenditur.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd eſſe per modum ſubſtantiæ importat id, quod communiter dicitur, eſſe indiuiſibiliter: ad hunc. n. modum ſpectant omnes conditiones, & differentiæ ſuprapoſitæ. Sed caute attendendum eſt, quòd indiuiſibilitas reſpicit propriam totalitatem ſubſtantiæ, hoc eſt integritatem naturæ: ita quòd dicere, quòd ſubſtantia eſt indiuiſibiliter, eſt dicere quòd integritas ſpecifica ſubſtantiæ non diuiditur ſecundum diuiſionem dimenſionũ, ſeu partium quantitatiuarum: quia non reſpondet una pars ſpecificæ naturæ uni parti quantitatiuę, & altera alteri: ſed integritas naturæ ita eſt ſub totis dimẽſionibus, quòd etiam integra natura eſt ſub qualibet parte dimenſionum. Eſt ergo ſubſtantia per modum ſubſtantiæ, ideſt indiuiſibiliter ſecundum integritatem naturæ, ſub dimenſionibus, & cum hoc ſtat, quòd extenditur ſub dimenſionibus: qm̃ hmõi extenſio nõ tollit indiuiſibilitatẽ integritatis naturæ: ſed ponit ſolã diuiſionẽ quantitatiuã ex eo, ꝙ afficit illam ſolã ut ſubiectum, quam etiam non poneret in illa ſubſtantia exiſtente ſub ipſa, ſi non afficeret illam. Et ꝓpterea corpus Chriſti ſuccedens ſubſtantiæ panis, quantũ ad ſubeſſe dimenſionibus remanentibus, & non quantum ad affici dimenſionibus illis, non extenditur ad extenſionem dimenſionum: ſicut extendebatur per illas ſubſtantia panis ex hoc quòd afficiebatur illis, ut ſubiectum ipſarum.

¶ Conclude ergo, & tene, quòd ſubſtãtiam per modum ſubſtantiæ exiſtere in aliquo, eſt ſubſtantiam indiuiſibiliter eſſe in illo. Et non dico ſubſtantiam eſſe indiuiſibilem, ſed ſubſtantiam eſſe indiuiſibiliter in illo: hoc eſt, ſubſtantiam ſe habere ad illud indiuiſibiliter; & non quantitatiue, ſeu diuiſibiliter: hoc eſt coextenſe, ſicut quantitas locati coextenditur quantitati loci.

---

*S. Bon. 4. ſ. d. 10. q. 4. a. 1.*
*Rich. 4. ſ. d. 10. q. 1. a. 1.*
*Scot. 4. ſ. d. 10. q. 1.*
*Sot. 4. ſ. d. 10. q. 1. art. 2.*

## ARTICVLVS II.

*Vtrum totus Chriſtus contineatur ſub vtraque ſpecie huius ſacramenti.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd non ſub vtraque ſpecie huius ſacramenti totus Chriſtus contineatur. Hoc enim ſacramentum ad ſalutem fideliũ ordinatur, non virtute ſpecierum, ſed virtute eius, quod ſub ſpeciebus continetur, quia ſpecies erant etiã ante conſecrationem, ex qua eſt virtus huius ſacramenti. Si ergo nihil continetur ſub vna ſpecie, quod non contineatur ſub alia, ſed totus Chriſtus continetur ſub vtraque, videtur quòd altera illarum ſuperfluat in hoc ſacramento.

¶ 2 Præt. Dictum eſt,* quòd ſub nomine carnis omnes aliæ partes corporis continentur, ſicut oſſa, nerui, & alia huiuſmodi: ſed ſanguis eſt vna partium humani corporis, ſicut patet per* Ariſtot. in libro de Animali. ſi ergo ſanguis Chriſti continetur ſub ſpecie panis, ſicut continentur ibi aliæ partes corporis, non deberet ſeorſum ſanguis conſecrari, ſicut neque ſeorſum conſecratur aliqua alia pars corporis.

¶ 3 Præt. Quod iam factum eſt, iterum fieri nõ poteſt, ſed corpus Chri iam incępit eſſe in hoc ſacrō ꝑ conſecrationẽ panis. ergo non põt eſſe, ꝙ de nouo incipiat eſſe per conſecrationem vini, & ita ſub ſpecie vini non continebitur corpus Chriſti, & per conſequens nec totus Chriſtus. non ergo ſub utraque ſpecie totus Chriſtus continetur.

SED CONTRA eſt, ꝙ 1. Cor. 11. Sup illud, & calicẽ, dicit* glo. ꝙ ſub vtraque ſpecie, ſ. panis, & vini, idem ſumitur, & ita videtur ſub utraque ſpecie totus Chriſtus eſſe.

RESP. dicẽdum, certiſſime tenendum eſſe, & ſub vtraq; ſpecie ſacramenti totus eſt Chriſtus; aliter tñ, & aliter. Nam ſub ſpecie panis, eſt quidem corpus Chriſti ex vi ſacramenti, ſanguis autem ex reali concomitantia, ſicut ſupra dictum eſt* de anima, & diuinitate Chriſti. Sub ſpecie verò vini, eſt quidẽ ſanguis Chriſti ex ui ſacramenti, corpus autem Chriſti ex reali concomitantia, ſicut anima, & diuinitas, eo quòd nũc ſanguis Chriſti non eſt ab eius corpore ſeparatus: ſicut fuit tempore paſſionis, & mortis. unde ſi tũc fuiſſet hoc ſacramentum celebratũ ſub ſpeciebus panis, fuiſſet corpus Chriſti ſine ſanguine, & ſub ſpeciebus vini ſanguis ſine corpore, ſicut erat in rei veritate.

AD PRIMVM ergo dcẽm, ꝙ quãuis totus Chr̃s ſit ſub vtraq; ſpecie, non tñ fruſtra. Nam primo quidẽ hoc valet ad repræ-

### SVPER Q. XVII. Aliàs 76. Art. II.

114 Inf. q. 78. art. 6. ad 2. & q. 79. ar. 1. ad 3. & q. 80. ar. 12. ad 3. & 4. diſt. 11. q. 2. ar. 1. q. 1. ad 2. Et Io. 2. lec. 7. 2. & 1. Cor. 11. lec. 6.

CONCL. Certiſſime tenendũ eſt, quod ſub utraque ſpecie ſacramenti totus eſt Chriſtus; aliter tamẽ, & aliter.

¶ PROB. Quia ſub ſpecie panis eſt corpus Chriſti ex ui ſacramenti; reliqua uerò tria. ſ. ſanguis, anima, diuinitas, ſunt ibi ex reali cõcomitantia: Et ſub ſpecie uini eſt ſanguis ex vi ſacramẽti; reliqua tria ſcilicet corpus, anima, diuinitas, ex reali concomitantia (ut patet ex declaratione terminorum habita in ar. 1.)

* Ar. præc.

1^m illatio conclusionis. Si ergo nihil continetur, &cæt. lit. Negatur illatio §. Quã uis. n. totus Chriſtus ſit ſub utraq; &c. ut i tex. Decipiebatur ergo argumentũ in hoc; quod putauit ideo ſacramentũ altaris dari ſub duabus ſpeciebus, ut plus de Chriſto participaretur ſub duabus, quam ſub vna. & hac de cauſa iudicauit, alteram illarum ſpecierũ ſuperfluere, ſi tantundem reperiatur in una, ſicut in ambabus. Et re uera, ſi illius ſuppoſitum. i. ſi illud, quod ſupponebat, eſſet uerum; iudicium etiam eiuſdem, quo ſuperfluitatem illam concludebat, eſſet uerum. Sed (ut diximus) decipiebatur in illo ſuppoſito: ideoq; nihil ualoris concluſio, quam inde intulit, habebat. Quia enim non propter illũ finem ab argumẽto fantaſiatum, de pluri participatione Chriſti ſub duabus quàm ſub una, datur ſacramentũ hoc ſub duabus ſpeciebus; ſed propter alium finẽ (qui in textu aſſignatur triplex): iõ & ſtante veritate hac ſcilicet quòd ſub vtrauis ſpecie tantũdem contineatur, datio ſub duplici ſpecie non eſt fruſtratoria; & fallaciam ſecundum non cauſam, ut cauſam, patet eſſe in argumento.

* Lib. 3. de [illegible] [illegible]

* Gl. Ord. ſup illud, Accipite, & manducare.

* Ar. præc. ad 1.

Se-

**2m illatio conclusionis.** Si ergo sanguis Chri, &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim est in hoc eadem ratio de alijs partibus seorsum consecrandis, quæ est de sanguine. Nam in passione Christi (cuius hoc sacramentum est memoriale) non fuerunt aliæ &c. vt in tex.

**3m maior.** Quod factū est, iterum fieri non potest. ℞. Eo modo, quo factum est. §. Tunc nihil &c. Non enim corpus Christi in sacramēto isto per consecrationem vini incipit esse eo modo, quo per consecrationem panis iam esse ibi inceperat. Nam, sicut dictum est, corpus Christi, &c. vt in tex.

*q.74.ar.1.

representandam passionem Christi, in qua seorsum fuit sanguis a corpore separatus, vnde, & in forma consecrationis sanguinis fit mentio de eius effusione. Secundo, hoc est conueniens usui huius sacramēti, vt seorsum exhibeatur fidelib. corpus Christi in cibum, & sanguis in potū. Tertio quātum ad effectum, secundum quòd supra dictum est, * ꝙ corpus exhibetur pro salute corporis, & sanguis pro salute animæ.

Ad secundum dicendum, quòd in passione Christi (cuius hoc sacramentum est memoriale) non fuerunt aliæ partes corporis abinuicem separatæ, sicut sanguis, sed corpus indissolutum permansit secundum quòd legitur Exod. 12. Nec os illius confringetis: & ideo in hoc sacramento seorsum consecratur sanguis a corpore, non autem aliqua alia pars ab alia.

Ad tertium dicendum, ꝙ sicut dictum est, * corpus Christi non est, sub specie vini ex vi sacramenti, sed ex reali concomitantia, & ideo per consecrationem vini, non fit ibi corpus Christi per se, sed concomitanter.

A R-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationē interimas hæresim Nestorianorum, seu Bohemorum, dicētium: sub vtraque specie non contineri æque totum Christum. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hanc meritò damnari a concilijs, & ecclesia tota catholica; ut sup. ar. 1. appen. Item a Concilio Triden. sess. 13. can. 3. Si quis negauerit; in venerabili sacramento Eucharistiæ sub vnaquaque specie totum Christum contineri; anathema sit. Hæc ibi. Et sess. 21. cap. 3. Insuper declarat, quamuis Redemptor noster in suprema illa cœna hoc sacramētum in duabus speciebus instituerit, & Apostolis tradiderit; tamen fatēdum esse, etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumq; sacramentum sumi: ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari, qui vnam speciem solum accipiunt. Hæc ibi. Quod & ibid. diffusius probando prædixerat cap. 1. Namq; qui dixit; Nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in uobis; dixit quoq;, si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternū. Et qui dixit, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternā, dixit etiam; Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et deniq; qui dixit, qui manducat meā carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo; dixit nihilominus. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Hæc ibi. Et adhuc clarius, ad literam in proposito, dixit sess. 13. cap. 3. Verissimum est; tantundem sub alterutra specie, atque sub vtraque contineri. Totus enim integer Christus sub panis specie, & sub quauis ipsius speciei parte; totus item sub vini specie, & sub eius partibus existit. Hæc ibi. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

*In coe,

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN 2. art. circa id, quod in calce corporis dr sicut erat in rei veritate, chimera potius q̄ dubitatio ex Sco. in d. 10. q. 44. sent. occurrit, tenente, quòd non sequitur simpliciter necessario, si corpus Chri habet partes, & proprietates suas sub modo sacrali, ꝙ habeat eas sub existentia naturali. Et intantū ꝑcedit, ꝙ ponit, quòd ante incarnationem verbi Dei potuit ita vere eucharistia fuisse, sicut & nunc, & hoc tā quantum ad significationē, q̄ quantum ad rē signatā, & contentā. Et rursus, si corpus Chri annihilaretur, ſm suum esse naturale, eucharistia tñ vere posset manere ēt quātum ad rem contentam, si tñ corpus Chri corrumperet corruptione naturali, (puta, quia forma corporeitatis separaretur a materia prima) non remaneret eucharistia quo ad rem contentā. Et fundm Scoti est: qñ existentia aliqua est indifferens ad duos modos, potest simpliciter haberi sub uno modo sic, quòd nō sub alio: sed existentia corporis Chri simpliciter, seu realiter indifferens est ad istos duos modos. s. naturalem, & sacramentalem. ergo potest haberi sub vno sine altero. Et si dicatur, inquit Scotus, quòd maior propositio intelligitur, qñ neuter modus dependet ab altero, modus autē sacramentalis dependet a naturali, contra existentia sub modo naturali, non est de essentia existētiæ sub modo sacramentali, nec est eius causa. ergo ista non dependet ab illa. Prima pars huius antecedentis patet, quia res Eucharistiæ non habet ibi modum existendi naturalem, sed extensiuum: haberet autē si esset de essentia illius existentiæ, quia omne habens aliquid, habet illud, qđ est de essentia eius. Secunda pars probatur, quia Deus est causa immediata illius existentiæ, s. corporis Christi in sacramento. Præterea, Eucharistia non dependet a modo naturali, ut a sacramento, uel re sacramenti, quod ultimum probatur, quia res sacramenti est existentia sub alio modo disparato. i. sacramentali. Præterea, Deus potest sine quocumque causato extrinseco alicui, illud causare: sed existentia modo naturali non est intrinseca eucharistiæ. ergo, &c. Et si dicas, quòd maior est uera de absolutis, & non de respectu, quia respectus sine fundamento, & termino fieri nequit, eucharistia autem includit respectum, cuius terminus est existentia modo naturali, contra existentia, licet sit eadem sub duobus modis, s. naturali, & sacramentali, tamen non est terminus relationis, quæ includitur in eucharistia sub modo naturali, sed sub modo disparato. Quod probatur; Eo modo est res contenta in eucharistia, quomodo est primum signatum huius signi: sed existentia sub modo naturali non continetur hic realiter, sed sub modo alio disparato, scilicet sacramentali. ergo. Multa alia affert Scot. quæ etiam referre pudet, ne tanto tempore in chimeris verser.

* Gl. Or. sup. illa Accepit & manducate.

¶ Ad aliqualem claritatem horum, scitò dignum admiratione esse, quòd cum Scotus supra corpus Christi uerum, quod est in cœlo, nihil addere ponat esse in hoc sacramento, nisi terminū extrinsecus aduenientem (puta respectum præsentiæ ad species panis) quomodo potueris etiam fingere, si auferret corpus Christi per annihilationem, remanere aliud etiam per diuinam omnipotentiam, q̄ illum respectum pœnitentiæ, Deo illum cōseruante. Nam si nihil aliud remaneret nisi dictus respectus, qūo fingi pōt quòd remaneant partes, & ꝓprietates corporis Christi, & si aliqd aliud, quàm ille respectus remanet, oportet quòd esse sub sacramento plus addat supra corpus Christi, quàm illum respectum. Quo circa si conseruaretur a Deo respectus ille non conseruato Christi corpore in rerum natura, non esset corpus Christi sub sacramēto, quemadmodū si conseruaretur respectus localis, quo corpus Christi, est in cœlo, non conseruato corpore Christi, non esset corpus Christi in cœlo, aliud quippe est conseruari respectus istos extrinsecos, & aliud conseruari corpora quorum sunt: magnaque differentia est inter requisita, & concomitantia ad uerificationem respectuum tantummodo, & inter requisita, & concomitantia ad verificationem denominatorum corporum ab illis respectibus. Ad verificandum siquidem respectum illum conseruatum, sufficit quòd respectus ipse sit, nec inde sequitur, quòd res, quę denominabatur, amplius denominetur: si. n. respectus pœnitentiæ solius conseruaretur, esset præsentia sine corpore aliquo præsente: sicut si esse in cœlo tantum conseruaretur, esset esse in loco sine aliquo existente in loco.

* Ar. 3. ad 1.

¶ Et hæc sint dicta ad claritatem doctrinæ, & secundum ueritates conditionales, non curando de possibilitate, uel impossibilitate antecedentium, & consequentium.

¶ Et ut omnibus satisfiat, singillatim respōdendum est rationibus Scoti. Ad primam igitur dicitur primo, quòd minor est falsissima, scilicet quòd existentia corporis Christi est indifferens ad modum naturalem, & modum supernaturalem: nulla. n. substantia est indifferens ad esse absolutum, uel respectiuum, nisi absolutum sit indifferens ad se, & ad genus aliud, quod implicat contradictionē. Vnde corpus Christi est ita determinatum ad modum essendi naturalem, sicut est determinatum ad esse seipsum, quia tunc perdit esse seipsum, cum perdit esse modo naturali, ad modum enim sacramentalem se habet corpus Christi, ut ad esse superueniens, tanquam accidentale quoddam. Et propterea responsio recitata, quòd modus sacramentalis dependet a naturali, vera est: non solum ex ratione, qua superueniens dependet ab eo, cui superuenit: sed ea ratione qua denominatio dependet a re denominata, & respectus a termino, seu fundamento, & includens ab incluso.

¶ Et ad obiectionem Scot dicitur, quòd aliud est loqui de ipsa existentia, idest præsentia in sacramento, & aliud est loqui de re existente, idest præsente in sacramento. Si enim sit sermo de ipsa existentia, seu præsentia, tunc consequenter loquendo de ipsa, secundum naturam respectuum loquendum est, & sic consequentia inducta a Sco. non ualet quia respectus dependet ab aliquo quod nec est de essentia eius, nec causa eius: dependet enim a termino, seu ad terminum, & non potest esse sine termino, qui nec est de essentia eius, nec causa eius. Si autem est sermo de toto hoc, s. de re existente, seu re præsente, tunc falsum est antece-

dens pro prima parte, quia de essentia rei præsentis sacramento est ipsamet res præsens, scilicet corpus Christi habens suum esse naturale. Et cum contra hoc sophistice instatur, si corpus Christi habens suum esse materiale, esset res eucharistiæ, haberet ibi modum essendi naturalem, idest extensiuum, clarissima patet responsio, quòd mutatur res præsens in modum præsentiæ. Est siquidem res præsens Eucharistiæ modus Christi naturalis, sed modus præsentiæ non est modus ille naturalis, sed modus sacramentalis. Et propterea diximus, quòd est de essentia rei præsentis, & non diximus, quòd est de essentia modi præsentiæ.

¶ Ad tertium dicitur, quòd corpus Christi uerum in suo esse naturali, est eucharistia, & sacramentum, & res sacramenti, ut patet in Magistro sent. 4. 1. dist. 8. & Aug. ibidem alleg.

¶ Ad quartum, sustinendo respōsionem recitatam, dicitur, quòd terminus, seu fundamentum respectus præsentiæ, est corpus Christi in esse suo naturali. Et ad probationem in oppositum dicitur, ꝙ committit manifestè sophistica figuræ dictionis, diuertendo, a re ad modum rei, hoc est a re præsente, ad modum præsentiæ, a re contenta ad modum, quo continetur. Existentia. n. corporis Christi in suo modo naturali, est res primo contenta, & signata, dicente Christo, hoc est corpus meum: dicendo enim corpus meum, sine additione aliqua, proculdubio significauit corpus suum in suo esse naturali. Modus autem, quo continet, non est res signata neque contenta in hoc sacramento, sed modus continendi. Et constat non valere argumentum: corpus Christi non continetur modo naturali, idest extensiuo. ergo res contenta non est ipse modus naturalis, & extensiuus corporis Christi, ut patet. Et hinc manifestum est, chimeram esse, quod ante incarnationem Christi potuerit verè esse hoc sacramentum sicut nunc: dato enim quòd Deus potuisset efficere sub accidentibus panis eundem respectum præsentiæ, qui nunc fieri dicitur: nulla tamen res inueniretur propterea præsens, quia nec corpus Christi, quod non erat, nec alia res. Et propterea falsa fuisset hæc propositio, hoc est corpus meum: nulla enim alia veritatis eius ratio assignatur, nisi quia hoc est corpus illud quod est in cœlo: ita quòd illud, quod est in cœlo, ueraciter continetur sub specie panis, ac per hoc si corpus Christi, quod est in cœlo, in seipso annihilaretur, nullum remaneret fundamentum veritatis huius. Hoc est corpus meum.

---

Ferr. 4. cont. c. 67.
Sot. 4. s. d 10. q. 1. art. 3.
Capr 4. d. 8. q. 1. con. 2.

SVP. Q. XVII.
Aliàs 76. Art. III.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum sit totus Christus sub qualibet parte specierum panis uel vini.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ non sit totus Christus sub qualibet parte specierū panis, uel vini. Species enim illæ diuidi possunt in infinitum. Si ergo Christus totus est sub qualibet parte specierum prædictarum: sequeretur ꝙ infinities esset in hoc sacramento, quod est inconueniens; nam infinitum repugnat non solum naturæ, sed etiam gratiæ.

¶ 2 Præt. Corpus Christi cum sit organicum, habet partes determinate distantes: est. n. de ratione organici corporis determinata distantia singularum partium ab inuicem: sicut oculi ab oculo, & oculi ab aure: sed hoc non posset esse, si sub qualibet parte specierū esset totus Christus, oporteret enim quòd sub qualibet parte esset quælibet pars: & ita ubi esset una pars, esset & alia. non ergo potest esse, quòd totus Christus sit sub qualibet parte hostiæ, uel uini contenti in calice.

¶ 3 Præt. Corpus Christi semper vera retinet corporis naturam, nec vnquam mutatur in spiritum: sed de ratione corporis est, ut sit quantitas positionem habens, ut patet in * prædicamentis, & ad rationem huius quantitatis pertinet, quòd diuersę partes in diuersis partibus loci existant. non ergo potest esse, ut uidetur, quòd totus Christus sit sub qualibet parte specierum.

SED CONTRA est, quòd * Aug. dicit in quodam sermone: Singuli accipiunt Christum Dominum, & in singulis portionibus totus est: nec per singulas minuitur, sed integrum se præbet in singulis.

RESP. Dicendum, quòd sicut ex supradictis patet, quia in hoc sacro substantia corporis Christi est ex vi sacramenti quantitas aut dimensiua ex ui realis concomitantiæ, corpus Christi est in hoc sacramento p modum substantiæ, idest per modum quo substantia est sub dimensionibus, non autem per modum dimensionum, idest, nō per modum illum quo quātitas dimensiua alicuius corporis, est sub quantitate dimensiua loci. Manifestum est autem, ꝙ natura substantiæ tota est sub qualibet parte dimensionum sub quibus continetur: sicut sub qualibet parte aeris, est tota natura aeris, & sub qualibet parte panis, est tota natura panis, & hoc indifferenter, siue sint dimensiones actu diuisæ (sicut cum aer diuiditur, uel panis secatur) uel etiam sint actu indiuisæ, diuisibiles uero potentia, & ideo manifestum est, quòd totus Christus est sub qualibet parte specierum panis, etiam hostia integra manente, & non solum cum frangitur: sicut quidam dicunt, ponentes exemplum de imagine, quæ apparet in speculo, quæ apparet una in speculo integro: speculo autem fracto, apparent singulę in singulis partibus: quod quidem non est omnino simile: quia multiplicatio huiusmodi imaginum accidit in speculo fracto propter diuersas reflexiones ad diuersas partes speculi: hic autem non est nisi una consecratio, propter quam corpus Christi est in hoc sacramento.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd numerus sequitur diuisionē, & ideo quamdiu quantitas manet indiuisa actu, neque substantia alicuius rei est pluries sub dimensionibus propriis, neque corpus Christi sub dimensionibus panis: & per consequens neque infinities, sed toties, in quot partes diuiditur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ illa determinata distantia partium in corpore organico, fundatur super quantitate dimēsiua, ipsa autem natura substantiæ præcedit etiam quantitatem dimensiuam: & quia cōuersio substantiæ panis, directè terminatur ad substantiam corporis Christi, secundum cuius modum proprie,

---

125 4. dist. 10. art. 1. q. 4. ar. 3. q. 2. ad 3. Et 4. cō. cap. 67. Et quol. 4. art. 8. cor. 6.

CONCL. Manifestū est: ꝙ Christus totus est sub qualibet parte specierū panis; etiā hostia integra manente, & non solum cum frangitur.

¶ PROB. Quia manifestum est, ꝙ tota natura substātiæ est sub qualibet parte dimēsionū, sub quibus continetur; siue dimensiones illæ sint actu diuisæ, siue sint actu indiuisæ (ut patet ab exemplo de tota natura aeris, ac panis): Et corpus Christi est i hoc sacro p modū substantiæ, non autem per modum quantitatis (ut patet arti. primo, ad tertium.)

1^us de conclusione. Sequeretur; ꝙ infinities esset in hoc sacramento. ℞. Negatur: ꝙ illud sequeretur. §. Ratio negationis est; quia numerus sequitur diuisioné. Et ideo quàmdiu quantitas manet idiuisa, &c. vt in tex. Ex quo patet: quòd aliud est; Christū totum esse sub qualibet parte specierum, hostia manente integra: & aliud est, ipsum totum esse toties sub qualibet parte specierum illarū, scilicet actu indiuisarū. Nam illud primum affirmat articuli conclusio: hoc autem secundū negat præsens textualis responsio. Ac si, ex utroque dicto simul coniuncto, dicatur expresse. Hoc scilicet totum Christum esse sub qualibet parte specierum actu indiuisarum (quod est, Hostia integra manente) non ponit in numerum: hoc verò scilicet totū Christum esse sub qualibet parte specierum actu diuisarum (quod est, Hostia non integra, sed diuisa, existente) ponit in numerum. In numerum, inquam; nō quòd plures Christi ibi sint (Absit:) sed quia pluries ibi est unus Christus. Intellige tu ly pluries, indeterminate idest nō solum bis, ter, aut quinquies; sed toties, in quot partes diuiditur illa species seu pars speciei. Sicut enim in tot locis est integer Christus, in quot conuersio sacramētalis per consecrationem fuerit celebrata (ut dicit sanctus Doctor lib. quarto, contr. Gentiles, capit. 64.) ita in partibus specierum toties est integer Christus quoties numeraliter in partes specierum sacramentalium diuisio actualis fuerit facta.

2^us de minori. Si sub qualibet parte specierum esset. ℞. Per modum quantitatis: nō autem, per modum substantiæ. §. Tunc nihil &c. Nam sub qualibet parte illarum specierum totum corpus Christi est per modum substantiæ: non autem per modum quantitatis. Illa verò (quam affert argumētum) determinata distantia partium in corpore organico, &c. ut in tex.

Tertium

* In cap. de quantitate. tom. 1.

* Refert de cōsecr. dist. 2. c. singu.

* Art. 1. huius q. & ar. præced.

3m de minori. Sed de ratione corporis. R. Accepti secundum quantitatem dimensiuam. §. Tunc nihil &c. Dictum est enim, quòd corpus Christi &c. vt in tex.

¶Not. In prædictis omnibus difficultatum harum, aliarumq; similium, solutionibus, quamuis veræ sint & efficaces, habēda semper sunt præ oculis verba aurea eiusdē sancti Doctoris; quæ in 4. lib. contra gentes, cap. 63. sunt hæc. Licet autē diuina virtus sublimiùs & secretiùs in hoc sacramento operetur, q̃ ab homine pquiri possit: ne tamen doctrina Ecclesiæ circa hoc sacramentum infidelibus impossibilis videatur, conandum est ad hoc, q omnis impossibilitas excludatur. Hæc ibi. Et cap. 65. Manifestum est autem: q plus potest Deus in operando, q̃ intellectus in apprehendendo. Hæc ibi. Et cap. 68. His igitur difficultatibus remotis, manifestum est: q id, quod Ecclesiastica traditio habet circa sacramentum altaris, nihil continet impossibile Deo; qui omnia potest. Hæc ibi. Ex quibus utique verbis D. Thomas dat intelligere: & maximas esse difficultates, quæ circa Eucharistiæ sacramentum emergunt; & q non oportet laborare ad manifestam eius intelligentiam, sed conandum esse ad intelligendum, quomodo nulla in ipso impossibilitas inueniatur. Vt optime ibi super cap. 63. scripsit Ferrariensis.

prið, & directè est in hoc sacramento corpus Christi, talis distantia partium est quidem in ipso corpore Christi vero, sed non secundùm hanc distantiam comparatur ad hoc sacramentum, sed secundum modum suæ substantiæ, sicut dictum * est.

* In corp. ar. & ar. 1. ad 3.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim cuiusdam (de quo Frater Ioseph Angles Valentinus Ordinis Minorum, in lib. Flores Theologicarum quæstionum, De Eucharistia, quæst. 1. distin. 7. concl. 1.) dicentis: Hostia consecrata fracta, totum Christum non manere sub qualibet particula quantumcumque minima (speciem. s. panis habente). Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hanc meritò damnari à Concilio Florent. quod post verba sua recitata suprà art. 1. append. continuo subiungit: Sub qualibet quoque hostiæ consecratæ, & vini consecrati (separatione facta) totus est Christus. Hæc ibi. Vbi notabis illa, quæ diximus suprà in declaratis ad primum, pro recta intelligentia dicti huius, s. separatione facta. Nam ex hoc dicto non intelligitur, quòd totus Christus non maneat sub qualibet parte hostiæ, etiam actu indiuisæ (vt Sanctus Doctor in conclusione dixit): sed ly separatione facta, cadit super numerum; modo declarato ab eodem sancto Doctore in textu ad primum, & ibidem per nos exposito. Concilium itaque loquitur à manifestiori: tacens interim id, quod non est ita manifestum. Item à Concilio Tridentino sess. 13. cap. 3. Verissimum est &c. vt suprà artic. 2. appen. circa finem. Et cano. 3. Si quis negauerit; in venerabili sacramento Eucharistiæ sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri: anathema sit. Hæc ibi. Tertiò vides: quomodo ex ijs benè pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

† In corp. & ar. 1. huius quæst.

† In corp. art.

AD TERTIVM dicendum, q ratio illa procedit de natura corporis, quam habet secundum quātitatem dimensiuam. Dictum est autem, † q corpus Christi comparatur ad hoc sacramentum, non ratione quantitatis dimensiuæ, sed ratione suæ substantiæ, sicut dictum † est.

AR-

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN artic. 3. duo concurrunt dubia. Primum, circa rem ipsam ex Durando; secundum circa rationem in litera redditā ex Scoto, & Durando. Durandus contra communem opinionem tenentem, non solum substantiam corporis Christi, sed etiam quantitatē eius naturali concomitantia contineri, indiuisibiliter tamen, in hoc sacramēto, obijcit dupliciter. Primo, Nihil potest comparari ad aliud modo incompossibili suæ naturæ: sed indiuisibilitas est incompossibilis naturæ quantitatis, quia ipsa de natura sua intrinseca est diuisibilis. ergo quantitas corporis Christi non potest cōparari ad quantitatem hostiæ indiuisibiliter, hoc est vt sit tota sub toto, & tota sub qualibet parte.

¶Secundo, Vbicumque est substantia in se realiter, ibi est substantialiter, quia iste modus est ab ea inseparabilis. ergo similiter vbicumque est quantitas in se realiter, ibi est quantitatiue, quia iste modus est inseparabilis à quantitate. non est ergo Christi quantitas per modum substantiæ in hoc sacramento.

¶Circa rationem vero in litera redditam, quia scilicet ex vi sacramenti sola corporis Christi substātia continetur sub hostia, quantitas autem concomitanter, Scotus in 4. sent. dist. 10. q. 1. improbando occurrit, sic arguens. Vnumquodque siue sit primus terminus conuersionis, siue secundus: si tamen est ibi, habet proprietates suas, quæ sibi necessario, & naturaliter conueniunt. ergo quantitas corporis Christi, siue per conuersionem sit sub sacramento, primo, vel secundario, si est ibi, habet suum modum naturalem, quod est esse modo quantitatiuo. Consequētia est clara, & antecedēs probatur dupliciter, scilicet exemplo, & ratione. Exemplum est: quia si Deus vel natura causaret substantiam quantam, ita quòd quantitas concomitetur substantiam: nihilominus quantitas habebit suum modum naturalem. vnde apparet, quod concomitantia non mutat modum naturalem quantitatis concomitantis. Ratio vero est: quia diuersa habitudo ad agens (scilicet primaria, vel secundaria, mediata, vel immediata) non variat naturam rei: dumtamen producatur. ergo nec carebit quantitas suo modo naturali, propter hoc tantum, quia non est primus terminus conuersionis: dumtamen, sit ibi realiter, siue primo, siue concomitanter per illam conuersionem.

¶Duran. verò alia via contra hanc rationem procedit, arguens, Quantitas de ratione sua intrinsece est diuisibilis. ergo nullo modo potest sibi competere ratione cuiuscumque alterius indiuisibiliter se habere. ergo non potest comparari ad locum modo substantiæ. Et confirmatur: quia anima rationalis licet sit in loco mediante humano corpore quanto, ipsa tamē est indiuisibiliter in loco. est enim tota in toto loco, & tota in qualibet parte eius, & hoc ideo, quia animæ rationali repugnat diuisibilitas. ergo per oppositum, nō obstante q quantitas Christi sit in sacramento mediante substantia, est indiuisibiliter, quia quantitati repugnat indiuisibilitas.

¶Pro faciliori intellectu eorum, quæ tractantur (ne obscuritate nominum impossibile reputetur quod credimus) scito idem esse quantitatem corporis Christi indiuisibiliter se habere ad quantitatem hostiæ, & inter quantitatem corporis Christi præsentē hostiæ, & quātitatem hostiæ non esse positionem, quæ unum inter decem prædicamenta ponitur: ita quòd corpus Christi quantum sub hostia contentum, in seipso quidem est diuisibile, & habens positionem in partibus (positionem autem dico illam, quæ ponitur differentia quantitas, cum distinguitur quantitas in quantitatem habentem positionem in partibus, & quantitatem carentem illa) vt continetur verò sub hostia, caret positione, seu situ, vno ex decem generibus: dicit enim huiusmodi positio ordinem partium in loco: quo ordine constat carere corpus Christi quantum, vt est sub hostia, quia est in ea localiter: ordo enim partium in loco siue localiter, non est intelligibilis. Et quia huiusmodi situs, siue positio non est de ratione quantitatis dimensiuæ, sed sola positio, quæ est differentia quantitatis, est de dimensionum ratione: ideo attente oportet perspicere, quòd diuisibilitas, quæ est de ratione quantitatis, non opponitur indiuisibilitati, quæ consistit in negatione positionis specialis prædicamenti. Nec propterea fallaris, putans me dicere, quòd modus essendi indiuisibiliter sit pura negatio positionis specialis generis: hoc enim nec somniaui: sed ut intelligas, quæ dicimus per huiusmodi negationem annexam positiuæ præsentiæ Christi corporis quanti ad hostiam, continetur enim ueraciter Christi corpus quantum sub hostia, absque situ, seu positione speciali prædicamento: hæc enim negatio includitur in eo quod signatur per contineri indiuisibiliter in hoc sacramento.

¶Hac ergo manifestatione supposita, ex qua apparet, q quantitas Christi corporis nec perdit suam diuisibilitatem, nec induit modum aliquem sibi repugnantem, nec perdit in se suum modum naturalem, sed in hoc q continetur sub hostia, caret modo illo, qui importatur per positionem, seu situm, respondetur ad obiecta. Et ad primum Duran. contra positionem ipsam, neganda est minor, vniuocè loquendo, quoniam modus illius modi indiuisibilitatis, non repugnat diuisibilitati quantitatis.

¶Ad secundum verò facile dici potest, quòd argumentum à simili claudicat, veruntamen seruata vniuocatione terminorum, respondendo dicitur falsum assumi in antecedente: quoniam substantia alicubi est non per modum substantiæ, sed per modum quantitatis, vt patet in substantijs extensis: sunt enim in loco quantitatiue. Et rursus substantia heterogenea, puta bos, non est per modum substantiæ in qualibet suæ quantitatis parte: non est enim tota natura bouis in qualibet eius parte quantitatiua.

¶Ad obiecta secundi dubij respondendo, dicitur primo ad Scoti argumentum, quòd procedit ex falsa interpretatione rationis allatæ ab Auctore, ac si Auctor adduxisset pro causa, quare quantitas est in hoc sacramento per modum substantiæ, quia est quasi secundarius terminus mutationis. Hoc autem procul est ab Auctoris sensu: non enim consistit eius ratio in differentia inter primum, & secundum terminum in fieri, vt arguens usurpauit, sed inter per se rationem essendi in sacramento, & id, quod per accidens concomitatur, vt patet expresse in hoc artic. 4. in responsione ad primum: vbi videre potes, quantum distet sensus ille verus, à sensu illo vsurpato. Et fefellit forte arguentem, quia Auctor declarat quid est illud, quod

ſed, quod eſt per ſe ratio eſſendi reliquis in hoc ſacramento, ex hoc quòd eſt per ſe primo terminus conuerſionis. Quia igitur Auctoris ratio non conſiſtit in differentia inter primo, vel ſecundo fieri, ſed inter per ſe exiſtens in ſacramento, & per accidens exiſtens ibidem, ideo oportet aliter ad argumenta reſpondere, ſed tanquàm impertinentia, & extranea relinquere. Poſſet tamen gratia materiæ, hoc eſt talis mutationis, qualis eſt conuerſio panis in corpus Chriſti, ſuſtineri ratio formata à Scoto differentia inter primum, & ſecundum terminum conuerſionis, contra quam arguit. & ſic dicendum eſſet, quòd licet in creatione, & generatione, & ſimilibus, ſecundarius terminus ſuum naturalem modum aſſequatur, & non induat modum primi termini: in hac tamen conuerſione ſecundarius terminus, id eſt, concomitans induit modum primi termini.

¶Et ſi quæratur, quare potius in hac quam in alijs mutationibus hoc inueniatur, reſpondetur, quia hoc eſt ſingulariſſimum in hac mutatione, ꝙ primus terminus eſt ſola ratio in eſſendo quibuſcumque concomitantibus: hoc eſt, ꝙ ratio eſſendi in hoc ſacramento quibuſcumque exiſtentibus in eo, eſt res primo terminans conuerſionem. Et hæc defenſio in idem redit cum prima reſponſione, vt patet, & ideo non oportet ſollicitare de diuerſa habitudine ad agens, quoniam eſt extra propoſitum.

¶Ad obiectionem autem Durandi dicitur falſum aſſumi, ſ. quòd contineri indiuiſibiliter, repugnet quantitati diuiſibili; & ad confirmationem negatur ſimilitudo, quoniam animæ rationali repugnat, & eſſe diuiſibilem, & diuiſibiliter contineri: quantitati autem licet repugnet eſſe indiuiſibilem, non tamen repugnat indiuiſibiliter contineri.

¶Et hæc ſufficiant etiam pro art. 5.

---

*Ferr. 4. cont. c. 63. 64.*
*Gabr. 4. d. 10. q. vnica.*
*So. 4. ſ. d. 10. q. 1. art. 4.*
*Capr. 4. d. 10. q. . . con. 2.*

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum tota quantitas dimenſiua corporis Chriſti ſit in hoc ſacramento.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd non tota quantitas dimẽſiua corporis Chriſti ſit in hoc ſacramento. Dictum eſt † enim, quòd totum corpus Chriſti continetur ſub qualibet parte hoſtiæ conſecratæ, ſed nulla quantitas dimenſiua tota continetur in aliquo toto, & in qualibet parte eius. ergo eſt impoſſibile, quòd tota quantitas dimenſiua corporis Chriſti contineatur in hoc ſacramento.

¶2 Præt. Impoſſibile eſt, duas quantitates dimenſiuas eſſe ſimul, etiam ſi vna ſit ſeparata, & alia in corpore naturali, vt patet per Philoſophum * in tertio Metaphyſ. ſed in hoc ſacramento remanet quãtitas dimenſiua panis, vt ſenſui apparet. non ergo eſt ibi quantitas dimenſiua corporis Chriſti.

¶3 Præt. Si duæ quantitates dimenſiuæ inæquales iuxta ſe ponãtur, maior extenditur vltra minorem: ſed quantitas dimenſiua corporis Chriſti, eſt multo maior quàm quantitas dimenſiua hoſtiæ conſecratę, ſecundùm omnem dimenſionem. ſi ergo in hoc ſacramento ſit quantitas dimenſiua corporis Chriſti cũ quantitate dimenſiua hoſtiæ: quantitas dimenſiua corporis Chriſti extendetur vltra quantitatem hoſtiæ, quę tamen non eſt ſine ſubſtantia corporis Chriſti. ergo ſubſtantia corporis Chriſti erit in hoc ſacramento, etiã præter ſpecies panis, quod eſt inconueniens, cum ſubſtantia corporis Chriſti non ſit in hoc ſacramento, niſi per conſecrationem panis, vt dictum † eſt. Impoſſibile ergo videtur, ꝙ tota quantitas dimenſiua corporis Chriſti ſit in hoc ſacramento.

SED CONTRA, Quantitas dimenſiua corporis alicuius, non ſeparatur ſecundùm eſſe à ſubſtãtia eius: ſed in hoc ſacramento eſt tota ſubſtantia corporis Chriſti, vt ſuprà * habitum eſt. ergo tota quantitas dimenſiua corporis Chriſti eſt in hoc ſacramento.

RESP. Dicendum, quòd (ſicut ſuprà † dictũ eſt) dupliciter aliquid Chriſti eſt in hoc ſacramento. Vno modo ex vi ſacri, alio modo ex reali concomitantia. Ex vi quidem ſacramenti, quantitas dimenſiua corporis Chriſti non eſt in hoc ſacramento: ex vi enim ſacramenti eſt in hoc ſacramento illud, in quod directè conuerſio terminatur. Conuerſio autẽ, quæ fit in hoc ſacramento, directè terminatur ad ſubſtantiam corporis Chriſti, non autem ad dimenſiones eius, quòd patet ex hoc, quòd quantitas dimenſiua panis remanet facta conſecratione, ſola ſubſtantia panis tranſeunte, quia tamen ſubſtantia corporis Chriſti realiter non denudatur * à ſua quantitate dimenſiua, & ab aliis accidentibus, indè eſt, ꝙ ex vi realis concomitãtiæ, eſt in hoc ſacramento tota quantitas dimenſiua corporis Chriſti; & omnia accidentia eius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd modus eſſendi cuiuslibet rei determinatur ſecundùm id, quod eſt ei per ſe, non autem ſecundùm id, quod eſt ei per accidẽs, ſicut corpus eſt in viſu, ſecundùm ꝙ eſt album, non autem ſecundùm ꝙ eſt dulce, licet idem corpus ſit album, & dulce, vnde & dulcedo eſt in viſu ſecundũ modum albedinis, non ſecundũ modum dulcedinis. Quia igitur ex vi huius ſacramenti eſt in altari ſubſtãtia corporis Chriſti, quantitas autẽ dimenſiua eius eſt ibi concomitanter, & quaſi per accidens; ideo quantitas dimenſiua corporis Chriſti eſt in hoc ſacramento, non ſecundùm proprium modum (vt ſ. ſit tota in toto, & ſingulæ partes in ſingulis partibus) ſed per modum ſubſtantiæ, cuius natura eſt tota in toto, & tota in qualibet parte.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ duæ quantitates dimenſiuæ non poſſunt naturaliter ſimul eſſe in eodẽ, ita ꝙ vtraq; ſit ibi ſecundùm proprium modum quantitatis dimenſiuę. In hoc autem ſacramento quantitas dimenſiua panis eſt ſecundum proprium modum, ſ. ſecundum commenſurationem quandam; non autem quantitas dimenſiua corporis Chriſti, ſed eſt ibi per modum ſubſtantiæ, vt dictum * eſt.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ quantitas dimenſiua corporis Chriſti non eſt in hoc ſacramento ſecundum modum commenſurationis, qui eſt proprius quantitati, ad quem pertinet, quòd maior quantitas extendatur vltra minorem, ſed eſt ibi per modum iam * dictum.

[Margin: † ar. 1. huius q. ad 2. — * lib. 3. tex. 9. tom. 3. — * art. præc. — † ar. 1. huius q. ad 1. — * Aliàs diuiditur. — * In corp. ar. & ar. 1. — * In corp. art.]

SVPER Q. XVII. Aliàs 75. Art. IIII.

[Margin: 126 4. d. 10. ar. 2. q. 3. & 4. & d. 12. q. 1. a. 2. q. 1. co. & 4. cõ. c. 63. 64 & 67. & quo. 7. a. 8. cor. † ar. præc.]

CONCL. Ex vi realis concomitantiæ tantum eſt in hoc ſacramento tota quantitas dimẽſiua corporis Chriſti; & omnia accidentia eius.

¶ PROB. Quia ſubſtãtia corporis Chriſti realiter . ſ. vt in rerum natura . ſ. vt in cęlo eſt, non denudatur à ſua quantitate dimenſiua, ab alijsq; accidentibus eius (vt patet): & conuerſio panis ex vi ſacramenti eſt in ſubſtantiã corporis Chriſti (vt patet art. 1. cum q. 16. artic. 4.) Secunda autem pars. ſ. ly tantùm, probatur: Quia quantitas dimẽſiua corporis Chriſti non eſt in hoc ſacramento ex vi ſacramẽti (cùm directè non terminetur conuerſio panis ad dimenſiones corporis eius).

### 1m de minori.

Nulla quantitas dimenſiua. ℞. Conſiderata ſecundùm propriũ . ſ. ſecundum modum quantitatis. §. Tũc nihil &c. Nam quantitas dimenſiua corporis Chriſti eſt in ſacramento, non ſecundum modum quantitatis, ſed ſecundũ modum ſubſtãtiæ. Et ideo ſicut ſubſtantia eſt tota in toto, & tota in qualibet parte: ita quantitas dimenſiua corporis Chriſti, vt in hoc ſacramento, eſt tota in toto, & tota in qualibet parte. Nec mirum. Modus enim eſſendi cuiuslibet rei determinatur &c. vt in tex.

[Margin: * ar. 1. huius quæſt.]

### 2m de maiori.

Duas quãtitates dimenſiuas. ℞ Sumptas per modum quantitatũ dimenſiuarum. §. Sic ibi Philoſophus intelligit. Tũc nihil &cæt. vt patet in textu.

### 3m de maiori.

Si duæ quantitates dimenſiuæ inæquales. ℞. Acceptæ per modum quantitatis, ſeu cõmenſurationis. §. Tunc nihil &c. vt patet in tex. Ad cuius, & præcedentium, faciliorem captũ, iuuabit videre ſuprà artic. 1. not. 1. poſt ad tertium. Cui addas & hæc mirabilia (vt fides ꝗdẽ aſtruat): quæ, ſi diſcutiantur, inueniẽtur eſſe ſimilia miraculo prædicto de tanta quantitate corporis Chriſti in tàm parua hoſtia. Primum eſt de natiuitate ſua: quando exiuit per portam clauſam totaliter, ea ſemper clauſa manẽte; ſecundũ teſtimoniũ Ezechielis Prophetæ. Secundum de hoc: ꝙ reſurgens exiuit de ſepulchro totaliter clauſo. Tertium de hoc: ꝙ ad Apoſtolos intrauit ianuis clauſis. Applica tu per te ad propoſitũ. Et ſcito hæc eſſe Diui Thomæ, in opuſc. 59. cap. 3.

[Margin: Pulchrum exẽplũ nota.]

### APPENDIX.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem & oſtẽdas, & rectè intelligas, meritò eſſe inſinuatum à Concilijs:

[Margin: Vtilitas pro Eccle. S. Dei.]

ARTI-

cilij : quòd tota quantitas dimensiua corporis Christi est in sacramento Eucharistiæ. Vt à Concilio Florentino, secundùm quòd artic. 1. 3. append. recitatur. Nam ly totus, demonstrat propositum. Christus enim esse totus, seu integer, tunc dicitur; quando nihil ei de requisitis deest, nec in corpore, nec in anima, nec in deitate. Patet autem: quòd quantitas dimensiua est vnum de requisitis ad staturam corporis; & proportionaliter tanta, quantum est corpus, seu quanta est corporis statura. Nec solum dimensiua quantitas est de requisitis ad corporis totalem integritatem, sed etiam alia accidentia: non gloriosa quidem, si sint corporis non gloriosi; gloriosa verò qualia ab Apostolo assignantur 1. Cor. 15 si sint corporis gloriosi. Totam ergo quantitatem dimensiuam Christi, & omnia eiusdem accidentia gloriosa, esse in Eucharistiæ sacramento, definiuit Concilium Florentinum per hanc breuem sententiam dicens: quod Christus est ibi totus. Et quia dixit non tantum ly in hostia consecrata, & vino consecrato, sed etiam ly in qualibet parte hostiæ consecratæ, & vini consecrati, totus est Christus: ideò de necessitate fatendum est, simul ipsum dixisse; quòd tota illa corporis quãtitas, & accidentia eius omnia sunt in qualibet ipsorum consecratorũ parte. Item à Concilio Trid. sess. 13. cap. 3. Verissimum est &c. & cano. 3. Si quis &c. vt recitatur suprà art. 2. 3. appen. & ab eod. sess. 22. cap. 2. In diuino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus cõtinetur; & incruente immolatur; qui in ara crucis semel seipsum cruente obtulit. (Et infrà). Vna, eademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio; qui seipsum per seipsum tunc in Cruce obtulit. Hæc ibi. Quid enim melius ad propositũ præsentis articuli significandum dici posset; quàm ly vna, eademque hostia, ly idem ipse Christus, qui seipsum in cruce obtulit? Secundo uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, præsens doctrina Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

---

*Ferr. 4. cont. c. 64.*
*Rich. 4. s. d. 10. q. 2. art. 2.*
*Palud. 4. d. 10. q. 3. & d. 11. quæst. 4.*
*Scot. 4. s. d. 10. q. 3.*
*Sot. 4. s. d. 10 q. 1. art. 5.*

127 Inf. ar. 6. c. & ad 1. & 4. d. 10 a. 1. ad 5. 6. 7. & 8. & a. 3. q. 2 ad 2. & 4. con. c. 64. fin. & quo. 1. art. 22. ad 2.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum corpus Christi sit in hoc sacramento, sicut in loco.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi sit in hoc sacramento, sicut in loco. Esse enim in aliquo definitiuè, vel circumscriptiuè, est pars eius, quod est esse in loco: sed corpus Christi videtur esse definitiuè in hoc sacramento (quia ita est ubi sunt species panis, vel vini, quòd non est in alio loco altaris) videtur etiam ibi esse circumscriptiuè: quia ita continetur superficie hostiæ consecratæ, quòd nec excedit, nec exceditur. ergo corpus Christi est in hoc sacramento sicut in loco.

¶ 2 Præt. Locus specierum panis non est vacuus, natura enim non patitur vacuum, nec est ibi substantia panis, vt suprà * habitum est: sed est ibi solum corpus Christi. ergo corpus Christi replet locum illum, sed omne, quod replet locum aliquem, est in eo localiter. ergo corpus Christi est in hoc sacramento localiter.

¶ 3 Præt. Sicut dictum * est, in hoc sacramento est corpus Christi cum sua quantitate dimensiua, & cum omnibus suis accidentibus, sed esse in loco, est accidens corporis, vnde & ibi connumeratur inter nouem genera accidentiũ. ergo corpus Christi est in hoc sacramento localiter.

SED CONTRA est, quòd oportet locum, & locatum esse æqualia, vt patet per * Philos. in 4. Physic. sed locus, vbi est hoc sacramentum, est multo minor quàm corpus Christi. ergo corpus Christi non est in hoc sacramento, sicut in loco.

RESPON. Dicendum, quòd, sicut iam dictum * est, corpus Christi non est in hoc sacramento secundũ proprium modũ quantitatis dimensiuæ, sed magis secundum modum substantiæ. Omne autem corpus locatum est in loco, secundum modum quantitatis dimensiuæ, inquantum s. commensuratur loco, secundum suam quantitatem dimẽsiuam. vnde relinquitur, quòd corpus Christi non est in hoc sacramento sicut in loco, sed per modum substantiæ: eo. s. modo, quo substantia continetur à dimensionibus, succedit enim substantia corporis Christi in hoc sacramento substantiæ panis, vnde sicut substantia panis non erat sub suis dimensionibus localiter, sed per modum substantiæ, ita nec substantia corporis Christi, non tamen substantia corporis Christi est subiectum illarum dimensionum, sicut erat substãtia panis; & ideo substantia panis ratione suarum dimensionum localiter erat ibi, quia comparatur ad locum illum mediantibus propriis dimensionibus. Substantia autem corporis Christi comparatur ad locum illum mediantib. dimensionibus alienis, ita quòd ecõuerso dimensiones propriæ corporis Christi comparãtur ad locum illum mediante substantia, quod est contra rationem corporis locati. vnde nullo modo, corpus Christi est in hoc sacramento localiter.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpus Christi non est in hoc sacramento definitiuè, quia sic nõ esset alibi, quàm in hoc altari, vbi conficitur hoc sacramentum: cum tamẽ sit, & in cœlo in propria specie, & in multis aliis altaribus sub speciẽ sacramenti. Similiter etiam patet, quòd non est in hoc sacramento circumscriptiuè, quia non est ibi secundùm commensurationem propriæ quantitatis, vt dictum † est: quod autem non est extra superficiẽ sacramenti, nec est in alia parte altaris, non pertinet ad hoc quòd sit ibi definitiuè, vel circumscriptiuè, sed ad hoc, quòd incępit ibi esse per consecrationem, & conuersionem panis, & vini, vt suprà dictum * est.

AD SECVNDVM dicendum, quòd locus ille, in quo est corpus Christi, non est vacuus, neque tamen propriè est repletus substantia corporis Christi, quæ non est ibi localiter, sicut dictum † est: sed est repletus speciebus sacramentorum, quæ habent replere locum, vel propter naturam dimensionum, vel saltem miraculosè, sicut & miraculosè subsistunt per modum substantiæ.

### SVPER Q. XVII.

Aliàs 74. Art. v.

CONCL. Nullo modo corpus Christi est in Eucharistiæ sacramento localiter.

¶ EXAM. Ly nullo modo. Hoc est: nec ratione substantiæ corporis Christi, nec ratione dimensionum corporis Christi, nec ratione dimensionum panis. Et hoc ad differentiã corporis panis: quod licet non sit in loco ratione substantiæ suæ (vt dicit textus) est tamen in loco ratione dimensionum suarum i. ipsius panis.

¶ PROB. Quia corpus Christi non est in sacramento Eucharistię secundum modũ quantitatis dimensiuæ (ut patet art. 4.): & omne corpus locatum est in loco, secũdum modum quantitatis dimensiuæ.

¶ NOT. Adeo uera est conclusio præmissa, cum sua probatione. i. adeò corpus Christi in hoc sacramento nõ habet rationem corporis locati, quod est esse in loco: vt etiam habeat rationem contrariã corpori locato, quod est non posse in loco. Ratio enim qua corpus aliquod ponitur in loco, est ipsam substantiã corporis comparari ad locum mediantib. dimensionibus proprijs; ratio autem contraria huic est, dimensiones proprias corporis comparari ad locum mediante substantia corporis. Sic est in proposito. Nam substantia corporis Christi non tantum non comparatur ad locum istum mediantibus dimẽsionibus proprijs: sed è contrario. i. dimensiones propriæ corporis Christi comparantur ad locum huius sacramenti mediãte substantia sua. i. corporis sui. Horum verò duorum una est causa: quia s. quantitas dimensiua corporis Christi nõ est in hoc sacramento per modum quantitatis dimensiuæ; sed solùm per modum substantiæ, artic. 4. Ergo corpus Christi, vt in hoc sacramento, neque est neque potest esse, in loco.

1^m minor. Corpus Christi uidetur esse diffinitiuè in hoc sacramento; videtur etiam ibi esse circũscriptiuè. ℞. Negatur, quo ad utramque partem. § Ad probationẽ verò utriusque partis respondetur: quòd neutra probat negatum, sed utraque decipitur per fallaciam secundum nõ causam, vt causam. Vt patet legenti, & considetanti textum ly quod autem non est extra superficiẽ sacramenti &c. vsque in finem.

2^m conclusio. Corpus Christi replet locum illum. ℞. Si corpus Christi esset ibi localiter. § Tũc nihil &c. Non enim corpus Christi est ibi localiter. i. per modum commensurabilem ad locum secundum quantitatẽ dimensiuam ipsius corporis; cùm (vt sæpe dictum fuit) corpus Christi sit ibi per modum substantiæ. Nec obstat instantia de substantia panis, quæ prius ibi erat: quoniam & ipsa non replebat locum, nisi ratione dimensionum propriarum, sub quibus erat. Id quod non potest verificari de corpore Christi in sacramento: quia ibi non est sub proprijs dimensionibus. Quod autem sit illud, quod post trau-

* q. præce. ar. 1. 2. & 5.
* art. præc. & 3. huius quæst.
* li. 4 Physic. tex. 30. tom. 2.
* art. 3. huius quæst.
† ar. 3. & 4. huius q.
* q. præc. art. 3. & 4.
† In corp. art.

transubstantiationem panis in corpus Christi repleat locum illum, patet legenti textum ly sed est repletus speciebus &c. Vide suprà art. 1. not. 1.

3m de maiori. Cum omnibus suis accidentibus. ℞. Intrinsecis. §. Hinc intellige verum sensum, quò ad hoc, articuli quarti. Tunc nihil &c. Nã esse in loco est accidens per comparationem ad &c. vt in tex.

* ar. præc.

Ad tertium dicendum, ꝙ accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramento (sicut s. dictũ † est) ſm realẽ concomitantia. Et ideo illa accidentia corporis Christi, sunt in hoc sacr̃o, quæ sunt ei intrinseca. Esse autem in loco, est accidens per comparationẽ ad extrinsecum continens; & ideò non oportet, ꝙ Christus sit in hoc sacr̃o, sicut in loco.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primo; quomodo per rationem interimas hæresim Bezanitarum contra omnipotentiam Dei insurgentium, per hoc, quod asserunt: quòd Deus efficere nequit, vt corpus aliquod manente substantia sit absque loco. Vides enim articulum præsentem directè contraponi aduersus illam; & abundanter quidem: dùm efficacissimè probat; corpus Christi, vt in Eucharistiæ sacramento, non solùm non esse, sed & nullo modo esse, sed etiam nec posse esse, in loco. Id quod, ad omnipotentiam Dei sic mirabiliter, vt tamen testimonia tua hæc credibilia facta sint nimis, Psal. 92. operantem, procul dubio pertinet. Iam siquidem in 1. 2. q. 1. artic. 8. ad sextum, à sancto Doctore dictum est: quòd miracula circa corporis Christi existentiam in sacramento Eucharistiæ continentur sub omnipotẽtia Dei. Porrò inter huiusmodi miracula computatur; quòd corpus Christi sit in hoc sacramento, non tanquàm in loco: quoniam omnia fere tractata in quæst. 16. 17. 18. pro ueris miraculis circa Eucharistiæ sacramentum patratis habenda sunt. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hæresim illam meritò damnari à Concilio Florentino per hoc, quòd dicit: quòd totus Christus est in sacramento (vt recitatur suprà art. 1. appen. & quod tota quantitas dimensiua Christi est ibi vt declaratur artic. 4. appen.). Patet enim quod hoc vltimũ non potest à Concilio ipso intelligi de esse ipsius quantitatis per modum quantitatis: quoniam patet, locum, vbi est hoc sacramentum, esse multò minorem; quàm sit tota quantitas dimensiua Christi sumpta per modum ipsius quantitatis. i. sumpta secundùm commensurationem suam explicitam, puta bicubitalem aut tricubitalem. Necessariò igitur intellexit ipsum Concilium ibi de esse quantitatis sumptę per modum substãtiæ: hoc est, non secundum modum extensæ commensurationis. In verbis ergo illis Concilij est de necessitate virtualiter ille sensus, s. quòd totum corpus Christi est in hoc sacramento, non sicut in loco. Manifestum enim est; quòd esse alicubi tanquàm in loco dicit necessariò commensurationem rei locatæ ad rem locantem: quoniam propter hoc testatur Philosophus in 4. Physic. quòd oportet, locum & locatum esse æqualia. Quod non contingit hic: vt diximus. Alioquin si Christi totum corpus esset in sacramento, tanquàm in loco, tunc apertissimè sequeretur: & quòd corpus Christi totum. i. cum tota sua quantitate dimensiua, per modum extensæ commensurationis ad locum illum, esset ibi; & consequenter quòd nec excederet quantitatem hostiæ, nec ab ea excederetur, sed omninò ad inuicem illæ quantitates essent æquales; & consequenter, quòd Christus si totus esset in sacramento, tanquàm in loco, tunc non posset esse totus in sacramento; id quod est expressè contra Concilium. Cùm ergo hæc, quæ tunc (vt patet) sequerentur, sint inconuenientia, etiam ad sensum manifesta; oportet dicere, quòd Concilij sensus verus in illis verbis, Christus totus in sacramento est, fuit ille. s. quòd Christus ibi, tanquàm in loco, non est. Per verba ergo illa sua Concilium damnauit hæresim in principio appendicis narratam. Tertiò uides: quomodo ex ijs benè pensatus, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

---

*Sot. 4. s. d. 10. q. 1 art. 6. Capr. 4. d. 10. q. 3. con. 1. Scot. 4. s. d. 10. q. 6. & 7.*

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento.*

128 4. d. 10. a. 4 q. 4. Et op. 11. art. 3 4. * lib. 1 c. 3. in declaratione 14. loci, to. 1.

Ad sextum sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento. Dicit enim * Philos. in 2. Top. quòd motis nobis, mouentur ea, quæ in nobis sunt: quod quidem est verum etiam de spirituali substãtia animæ, sed Christus est in hoc sacramento, vt suprà * habitum est. ergo mouetur ad motum ipsius.

* art. 1 huius quæst.

¶ 2 Præt. Veritas debet respondere figuræ, sed de agno paschali, qui erat figura huius sacramenti, non remanebat quicquam vsque mane, sicut præcipitur Exo. 12. ergo neque etiã si hoc sacramentum reseruetur in crastinum, erit ibi corpus Christi. & ita non est immobiliter in hoc sacramento.

¶ 3 Præt. Si corpus Christi remaneat sub hoc sacramento etiã in crastino, pari ratione remanebit, & per totum sequens tempus, non enim potest dici, quòd desinat ibi esse cessantibus speciebus, quia esse corporis Christi non dependet à speciebus illis: non autẽ remanet sub hoc sacramento Christus per totum tempus futurum. videtur ergo ꝙ statim in crastino, vel post modicum tempus, desinat esse sub hoc sacramẽto, & ita videtur quòd Christus mobiliter sit in hoc sacramento.

Sed contra, Impossibile est idem esse motum, & quietum, quia sic contradictoria verificarentur de eodem: sed corpus Christi, in cœlo quietum residet. non ergo est mobiliter in hoc sacramento.

Respon. Dicendum, quòd cum aliquid est vnum subiecto, & multiplex secundùm esse, nihil prohibet secundùm aliquid moueri, & secundùm aliquid immobile permanere, sicut corpori est aliud esse album, & aliud esse magnum, vnde potest moueri secundùm albedinem, & permanere immobile secũdùm magnitudinem. Christo autem non est idẽ esse secundùm se, & esse sub hoc sacramẽto, quia per hoc quòd dicimus ipsum esse sub hoc sacramento, significatur quædã habitudo eius ad hoc sacramentum. Secundum igitur hoc esse non mouetur Christus per se secundum locum, sed solum per accidens, quia Christus non est in hoc sacramento sicut in loco, sicut prædictum est, * quod autem nõ est in loco, non mouetur per se in loco, sed solum ad motum eius, in quo est. Similiter autem neque per se mouetur secundum esse, quod habet in hoc sacramento, quacumque alia mutatione, puta quantum ad hoc quòd desinat esse sub hoc sacramento, quia illud, quod de se habet esse indeficiens, non potest esse deficiendi principium, sed alio deficiente, hoc desinit esse in eo, sicut Deus, cuius esse est indeficiẽs & immortale, desinit esse in aliqua creatura corruptibili per hoc, ꝙ creatura corruptibilis desinit esse. & hoc modo cum Christus habeat de se esse indeficiens, & incorruptibile, non desinit esse sub sacramento, neque per hoc ꝙ ipsum desinat esse, neque etiam per motum localem sui (vt ex dictis * patet) sed solùm per hoc, quod species huius sacramenti desinunt esse. vnde patet, ꝙ Christus per se loquendo, immobiliter est in hoc sacramento.

* art. præc.

* art. præc.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de motu per accidens, quo ad motum nostri mouentur ea, quæ in nobis sunt. Aliter tamen ea, quæ per se possunt esse in loco, sicut corpora, & aliter ea, quæ per se non possunt esse in

SVPER Q. XVII. Aliàs 75. Art. VI.

Concl. Christus, per se loquendo, immobiliter est in hoc sacramento.

¶ Prob. Quia Christus secundũ esse, quod habet in illo sacramento, neque mouetur per se secundum locum (vt patet ex eo, ꝙ ipse non est in hoc sacramento, vt in loco; ar. 5.) neque mouetur per se secundùm quamcũque aliam mutationem (vt patet ex eo, ꝙ Christus habet in se esse indeficiẽs atque incorruptibile. Iuxta s. illud Roman. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur &c.)

¶ Coroll. Ergo ex ly per se, dicto in probatione, relinquitur: ꝙ Christus, vt est in sacramento, potest moueri per accidens & secundũ locum & secundũ mutationem. Secundũ locum quidem; quia mouetur ad motũ hostiæ, in qua est: non ꝙ Christus mouetur in seipso; sed quoniam, translata hostia ab hac parte ad aliã partem altaris, transfertur simul præsentia corporis Christi immobilis in se semper existentis ab hac eadem parte ad aliam eandem partem. Secũdum mutationem uerò; quia desinit esse in sacramento per hoc, quod species sacramẽti in seipsis desinunt esse. non ꝙ Christus vllo modo in se desinat esse (cùm suũ esse in se sit indeficiẽs); sed quoniam, deficiente alio corpus Christi in se semp indeficiẽter pmanens, desinit esse in eo.

1m ex Philos. Mouentur. ℞. Per accidens. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu, & conclu. articuli.

Secun-

2ª maior. Veritas debet respondere figuræ. ℞. Ita tamen: vt veritas semper prævaleat figuræ. §. Figura enim non potest adæquare ueritatem. Tunc &c. vt de se patet, & in tex.

3ª de maiori. Remanebit & per totum sequens tempus. ℞. Quousque species sacramentales manēt. §. Non quidē propter dependentiam corporis Christi à speciebus illis (vt imaginatur instātia argumēti); sed propter aliud, quod declaratur in tex. Tunc nihil &c. vt de se patet. Vide, pro textus præsentis cōfirmatione, appendicem sequentem, de asseruatione diligēti huius sacramenti in sacrario.

esse in loco, sicut formæ, & spirituales substantiæ. Ad quem modum potest reduci, quòd dicimus Christum moueri per accidens secundum esse quod habet in hoc sacramento, in quo non est sicut in loco.

Ad secundum dicendum, ꝙ hac ratione moti vidétur fuisse quidam, ponētes ꝙ corpus Christi non remanet sub hoc sacramento, si in crastinum reseruetur. Contra quos Cyrillus dicit: Insaniunt quidam dicentes mysticam benedictionē cessare à sanctificatione, si quæ eius reliquiæ remanserint in diem subsequentem: non enim mutatur sacratum corpus Christi, sed virtus benedictionis, & viuificatiua gratia, iugis in eo est: sicut etiam omnes aliæ consecrationes immobiliter manent, permanentibus rebus consecratis: propter quod non iterantur. Veritas autem licet figuræ respondeat, tamen figura non potest eam adæquare.

Ad tertium dicendū, quòd corpus Christi remanet in hoc sacramento, non solum in crastino, sed etiam in futuro quousque species sacramentales manent, quibus cessantibus desinit esse corpus Christi sub eis: non quia ab eis dependeat, sed quia tollitur habitudo corporis Christi ad illas species, per quē modum Deus desinit esse dominus creaturæ desinentis.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò, quomodo per rationē & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse insinuatum à scripturis simul & Concilijs; quòd Christus immobiliter est in sacramento Eucharistiæ. A scripturis quidem, vt Mar. 16. Dominus sedet à dextris Dei. A Concilio autem Floren. Christus est in hostia consecrata. Vide suprà ar. 1. 3 appen. Connecte modò Concilium hoc cum scriptura illa; & patefiet tibi propositum. Dominus (inquiunt) sedet; & idem Dominus est in hostia. Quid est ly sedet? Quiescit. Nam sedere (vt patet) dicit quietem corporalem. Ac si ergo Beatus Marcus dixerit: Dominus noster, post multos labores viriliter à se in terris toleratos, corporalem quietem apud Patrem assecutus est in cęlis. Si ergo ille ipse Dominus in hostia consecrata est (prout uerè de eo Concilium sentit): oportet fateri, quòd ipse est immobiliter in hoc sacramento. Impossibile enim est idem esse motum, & simul esse quietum, secundū idem: alioquin contradictoria de eodem verificarentur; quod nec dabile, nec intelligibile, est. Stante igitur Euangelio præmisso; dicere, Christus est in pane & vino consecratis, est idem: quod dicere, Christus est immobiliter in hoc sacramento. Primum dicit Concilium: ergo & secundum. Hęc dicta sint sumendo ly immobiliter, secundum locum. Quòd si sumatur, secūdum mutationem; sic etiam à Concilijs insinuatur, quòd ibi est immobiliter. Vt à Concilio Lateranensi sub Innocentio III. per hoc, ꝙ dicit: Verum Christi corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continetur; transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem. De sum. Trin. & fide cath. cap. firmiter. Patet siquidem sapienter considerātibus: illud Concilium his uerbis denotare: quòd sacramentum altaris consistit in consecratione materię; qua s. materia ipsa, i. panis & vinum, transubstantiatur in corpus & sanguinē Christi. Quia igitur re, quæ consecrata est, manente; semper (vt ex terminis manifestū est) consecratio eius durat: ideò Conciliū ibi sensum hunc de necessitate cointellexit; quòd s. tamdiu Christus manet sub illis speciebus sacramentalibus, quamdiu illæ species durant; & consequēter quòd deficientibus prędictis speciebus Christus in se indeficiens (vt supponitur ex Rom. 6. Christus resurgens &c.) desinit esse sub ipsis. Species ergo sacramentales mutari possunt de esse ad non esse (vt ad sensum patet): sed Christus sub ipsis existens non mutatur (secundùm Concilium) de esse ad non esse, licet tunc sub illis desinat esse. Quod vtique est: Christum in sacramento altaris esse immobiliter. Item à Concilio Florent. idipsum insinuatur per hoc; quòd dicit: & substātiam panis ac vini in corpus & sanguinem conuerti; & sub speciebus panis ac vini Christum contineri. Vide q. 16. art. 1. 4. appen. Patet siquidem sapienter considerantibus illud Concilium his uerbis denotare; ꝙ &c. Perge per omnia; vt suprà de Lateran. dictum est: applicando prudēter singula ad Concilium Florent. Item insinuatur illud ab eodem Lateranensi; vt recitatur extrà, de custodia Eucharistiæ &c. cap. statuimus. & à Papa Honorio; vt recitatur extrà, de celebr. miss. cap. sane. & à Concilio Guarmaciensi; vt recitatur, De consecr. distinc. 2. cap. presbyter. Per hoc enim quòd iubent ibi; vt sacramentum Eucharistiæ in sacrario asseruetur pro necessitate vel infirmorum, vel &c. Subintelligendo (vt patet ibi legenti, & rectè discurrenti) quòd sæpe per iteratam mutationem sacramentum illud in sacrario renouetur; nè species putrefiant; per hoc, inquam, totum innuunt manifestè: ꝙ Christus sub illis sacramenti specieb. remanet, quamdiu illæ species durant; & consequenter, ꝙ Christus sub illis est immobiliter modo prædicto. Secundò uides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina hæc Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo ly mobiliter extenditur, tam ad motum, quàm ad mutationem. Dupliciter enim cum possit dubitari de mobilitate corporis Christi in sacramento, vel de motu locali ad motum hostiæ, vel de mutatione qua desineret esse in sacramento, ad utrumque modum extendit se, ly mobiliter.

¶ Circa doctrinam traditam in hoc articulo aduerte primo, Auctorem sentire, ꝙ Christum esse sub hoc sacramento est esse quoddam relatiuum, dum dicit, per hoc ipsum ꝙ dicimus ipsum esse sub sacramento, significatur quædam habitudo eius ad hoc sacramentum: hinc enim manifestat nō esse idem esse Christi corporis in se, & esse eiusdem in sacramento: quod sub alijs uerbis explicatur dicendo, Aliud est esse Christi corpus in seipso, & aliud est contineri sub sacramento ipsum idem Christi corpus in seipso existens. Non discedet ergo ab Auctoris doctrina, loquendo seorsum de conuersione panis in substantiam corporis Christi, & de habitudine Christi ad hoc sacramentum, vt superius fecimus. Nec propterea putes explicatum esse modum, quo Christus est in hoc sacramento. nam explanatio huiusmodi est per communia ualde, scilicet per relationem, seu habitudinem, nescitur autem res aliqua, nisi per propria cognoscatur.

¶ Circa conclusionem illam, Corpus Christi ad motum hostiæ mouetur per accidens: duplex occurrit obiectio. Prima ex Durando opinante oppositum in litt. 4. senten. distinc. 10. quæst. 3. Secunda ex Scoto, eadem dist. quæst. 6. opinante non contra motum, sed contra motorem.

¶ Arguit ergo Duran. corpus Christi nullo modo moueri ad motum hostiæ, nec per se, nec per accidens: quia corpus Christi, & hostia non sunt vnum secundum subiectum, nec se habent ut continens, & contentum, nec habent colligationem, vel contactum. Et quia corpus Christi existens in cœlo localiter, fit de nouo existens in hoc sacramento absque motu locali, tam per se, quàm per accidēs. ergo à fortiori existens in hoc sacramento non mouet ad motum hostię.

¶ Scotus autem putans corpus Christi ad motum hostiæ moueri quidem per accidens, sed non nisi immediate à Deo probat hoc ultimum hac ratione. Quando aliqua coniunguntur præcisè per actū voluntatis contingenter se habentis ad illā coniunctionem: si vnum illorum secundum se sit mobile omnino improportionatum, & reliquum proportionatum, illud mouens non eadem motione potest mouere utrumque coniunctorum. Probatur ista ratione & exēplo. ratio est, quia si mouet unum, quod est sibi proportionatum, non propterea mouet per accidens reliquū, quia reliquum non est præsens illi moto, sicut actus potentiæ, aut econuerso, nec simpliciter ex aliqua alia necessitate naturali: sicut graue est præsens naui, vel currui, cui innititur, & propter hoc simul mouetur cum illo, sed est præsens sola voluntate, quæ potest non uelle coniunctionem illam, stante tamen motione alterius. Exemplum est, Si angelus voluntarie faceret se esse præsentem lapidi si moueo lapidem, non propterea moueo angelum, qui non est per se mobilis à uirtute mea: nec per accidens in proposito, quia nec forma, nec pars est lapidis mobilis per se à me, vnde angelus in termino motus lapidis per propriam suam actionem esset ibi, vbi est lapis, & non per actum meum. Et tunc subsumitur minor, Sed corpus Christi est præsens speciei sacramentali tantum per actus voluntatis animæ. ergo &c.

¶ Ad euidentiam horum uidetur mihi, quòd cum Durādo nulla sit quæstio secundum rem, sed fortè in solis uerbis: si enim perspiciatur ex una parte distinctio facta in litera de duplici esse corporis Christi, vel in se, vel in sacramento, & dictum esse, quòd corpus Christi in se non mouetur neque per se, neque per accidens, & quòd secundum esse in sacramento mouetur non per se, sed per accidens, & si cum his simul perspecta fuerit uis rationum Duran. manifestum erit, ꝙ nulla est diuersitas in sententia, quoniam ad hoc tendunt argumenta, quòd corpus Christi secundum se non mouetur

uetur per accidens ad motum hostiæ, quod Auctor fatetur.

¶ Verum si quis contendat his argumentis Christi corpus secundum nullum esse moueri per accidens ad motum hostiæ, facile inueniet responsionem dicendo ad primum, quòd inter corpus Christi, & hostiam est colligatio secundum esse sacramentale: & ita quòd se habent ut ueraciter contentum, & continens, vt patet extrà, de sum. Trin. & fide cath. c. firmiter.

¶ Ad secundum negatur sequela, quia ad rem antecedentis nec est opus motu, nec concomitatur motus: sed ad motum sacramenti concomitatur motus rei, quæ est sacramentum, secundum esse sacramentale, per accidens tamen.

¶ Ad Scotum autem directe loquentem de Christi corpore, vt est in sacramento, dicitur quòd ratio, aut implicat contradictoria, aut subsumit falsum.

¶ Ad cuius intellectum aduerte duo assumi à Scoto, s. coniunctionem inter aliqua duo, & rationem coniunctionis, s. actum voluntatis contingenter se habentem. Et oportet alterum duorum sequentium Scotum dicere, vel coniunctionem illam nullum nexum, ponere inter coniuncta vltra actum uoluntatis contingenter se habentem, aut aliquem nexum inter illa ponere causatum à tali actu voluntatis: non potest dici primum, quia ipsemet Scot. ponit coniunctionem illam actu voluntatis volitam contingenter. & minor etiam esset falsa. vt patet. Et similiter exemplum de angelo, quia præsentia angeli ad lapidem, & corporis Christi ad sacramentum, non est formaliter per actum voluntatis. Oportet ergo intelligi, quòd coniunctio addit nexum quendam inter coniuncta, & tunc apparet, aut implicari contradictoria, puta, quòd sit nexus aliquis, inter duo creata: & quòd ille nexus nullo modo coniungat illa nisi præcisè per actũ uoluntatis, quod non est intelligibile: aut minorẽ esse falsam, quia inter corpus Christi, & hostiã est coniunctio sacramẽtalis, quæ licet effectiuè fit à solo Deo, in se tamẽ est coniunctiua corporis Christi cum hostia naturali necessitate sacri. Nam ex vi sacri per se habetur esse sacrale, corporis Christi in hostia, & esse sacrale coniungit corpus Christi & hostiã: non quia volitã, sed quia in se est tale.

¶ Ad exemplum autẽ de angelo dicitur, quòd licet angelus posset subtrahere præsentiam suam à lapide: si tamen illam non subtrahit, mouente me lapidem, & transferente illum in domum: angelus mouetur non à se, sed ad motum lapidis: quia angelus nunc est ubi est lapis, & non est ubi erat lapis.

¶ Et ad excludendas fugas, pone casum quòd angelus fecerit se præsentem lapidi voluntate illius præsentiæ continuandæ per unã horam tantum, & stante casu formã conditionalem. si angelus factus præsens lapidi dormiret per tres horas, & ego mouerem lapidem illum per duas horas, in fine motus, angelus esset ubi est lapis, & non per actum angeli. ergo per motum lapidis, à me. Et quamuis hæc sufficerent ad dicta Scoti, facilius tamen potest responderi, dicendo maiorem posse forte habere locum, quando utrumque coniunctorum est per se mobile, puta, quia ambo sunt corpora, sed quoniam duorum coniunctorum alterum tantum est mobile secundum se, alterum uerò non nisi per accidens mobile est, maior nullum habet locum; quoniam non potest de eis dici, quòd vnum est mobile improportionatum, & alterum mobile proportionatum. Sic autem inuenitur in proposito, quoniam hostia est mobilis secundum se esse autem sacramentale, seu Christi corpus secundum esse sacramentale in hostia, non est mobile per se, sed solum per accidens, vt in litera hac dicit Auctor, & communiter omnes fatentur, dum dicunt esse quoddam esse relatiuum: respectus enim non nisi per accidens possunt moueri localiter. Et hinc apparet quid dicendum est ad exemplum de angelo, quoniam dum moueo lapidem moueo per accidens præsentiam inter lapidem, & angelum, & similiter dum moueo hostiam consecratam. moueo præsentiam inter hostiam, & corpus Christi: ita quòd translata hostia de altari in plateam, transfertur etiam præsentia, quia corpus Christi de præsente in altari fit præsens in platea, absq; hoc quòd corpus Christi in se moueatur: & similiter angelus fieret præsens in domo ad quam translatus est lapis, non quòd ipse angelus sit motus à se, vel à me, sed quia transferendo lapidem, transtuli præsentiam eius in lapide.

¶Ad

---

*Scot. 4. s. d. 10. q. 8. 9.*
*Rich. 4. s. d. 10. q. 1. art. 5.*
*Mairo. 4. s. d. 11. q. 6.*
*Sot. 4. s. d. 10. q. 1. art. 5.*
*Palud. 4. d. 10. q. 4.*
*1. 2. 3. con. c.*

129
Inf art. 8. co. Et 4 di. 10 art. 1. q. 2. ad 3. & ar 4. q. 1. post 10. & q. 4. ad 2. & in expo. li. ad 1. 2. & 4.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum corpus Christi prout est in hoc sacramento possit uideri ab aliquo oculo saltem glorificato.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi, prout est in hoc sacramento, possit videri ab aliquo oculo, saltẽ glorificato. Oculus enim noster impeditur à visione corporis Christi in hoc sacramento existentis, propter species sacramentales ipsum circumuelantes: sed oculus glorificatus non potest ab aliquo impediri, quin corpora quælibet videat prout sunt. ergo oculus glorificatus potest videre corpus Christi, prout est in hoc sacramento.

¶ 2 Præt. Corpora gloriosa sanctorum, erunt configurata corpora claritatis Christi, vt dicitur Philip. 3. sed oculus Christi videt seipsum prout est in hoc sacramento. ergo pari ratione quilibet alius oculus glorificatus potest ipsum videre.

¶ 3 Præt. Sancti in resurrectione erũt æquales angelis, vt dicitur Lucæ 20. sed angeli vident corpus Christi, prout est in hoc sacramento: quia etiam dæmones inueniuntur huic sacramento reuerentiam exhibere, & ipsum timere. ergo pari ratione oculus glorificatus potest Christum videre, prout est in hoc sacramento.

SED CONTRA, Nihil idem existens potest simul ab eodem videri in diuersis speciebus: sed oculus glorificatus semper videt Christũ, prout est in sua specie, secundùm illud Isa. 33. Regem in decore suo videbunt. ergo videtur quòd non videat Christum, prout est sub specie huius sacramenti.

RESPON. Dicendum, quòd duplex est oculus, s. corporalis propriè dictus, & intellectualis, qui per similitudinem dicitur: à nullo autem oculo corporali corpus Christi potest videri, prout est in hoc sacramento. Primo quidem, quia corpus visibile per sua accidentia immutat medium. Accidentia autem corporis Christi sunt in hoc sacramento mediante substantia, ita scilicet quòd accidentia corporis Christi non habent immediatam habitudinem, neque ad hoc sacramentum, neque ad corpora, quæ ipsum circunstant. & ideo non possunt immutare medium, vt sic ab aliquo corporali oculo uideri possint. Secundo, quia sicut suprà dictum † est, corpus Christi est in hoc sacramento per modum substantiæ. Substantia autem inquantum huiusmodi, non est visibilis oculo corporali, neque subiacet alicui sensui, sed nec etiam imaginationi, sed soli intellectui, cuius obiectum est quod quid est, vt dicitur in 3. de Anima: † & ideo propriè loquendo, corpus Christi secundum modum essendi, quem habet in hoc sacramento, neque sensu, neque imaginatione perceptibile est, sed solo intellectu, qui dicitur oculus spiritualis. Percipitur autem diuersimodè à diuersis intellectibus. Quia enim modus essendi, quo Christus est in hoc sacramento, est penitus supernaturalis, à supernaturali intellectu, s. diuino, secundum se visibilis, est & per consequens ab intellectu beato: vel angeli vel hominis, qui secundum participatam claritatem diuini intellectus videt ea, quæ supernaturalia sunt, visione diuinæ essentiæ: ab intellectu autem hominis viatoris non potest conspici nisi per fidem, sicut & cætera supernaturalia: sed nec etiam intellectus angelicus secundum sua naturalia sufficit ad hoc intuendum, vnde dæmones non possunt videre per intellectum Christum in hoc sacramento nisi per fidem, cui non voluntariè assentiunt, sed ad eam euidentiam signorum coniuncuntur, prout dicitur

† art. 1. huius q. ad 3. D. 752.

† li. 3. de anima, tract. 2. 16. tomo 2.

D. 607.

### SVPER Q. XVII. Aliàs 76. Art. VII.

CONCL. Corpus Christi secundum modum essendi, quem habet in sacramẽto Eucharistiæ, neque sensu exteriori, neque imaginatione, perceptibile est; sed solo intellectu: diuersimodè tamẽ, iuxta diuersitatem intellectuum.

¶ PROB. Quia accidẽtia corporis Christi, secundùm quòd sunt in Eucharistiæ sacramẽto, non possunt mutare medium (cùm sint hic mediãte substãtia, ar. 4.): & corpus visibile ad hoc, vt ab oculo corporali videatur, per sua accidentia mediũ immutat de necessitate (vt patet). Secunda autem pars. s. neq; imaginatione &c. probatur: Quia corpus Christi est in Eucharistiæ sacramẽto, per modum substãtiæ (vt patet artic. 1.): & substantia, vt sic, non subiacet imaginationi; sed solùm intellectui (vt patet ex 3. de anim.) Tertia uerò pars, s. diuersimodè &c. probatur: Quia corpus Christi, secundum modum illum essendi, est

Primum

**1m minor.** Oculus glorificatus non potest ab aliquo impediri; quin corpora quælibet uideat, prout sunt. ℞. Dummodò illa corpora habeant habitudinem ad medium circũstans immutandum accidentibus proprijs. §. Et nota: q de oculo glorificato corporeo semper fit sermo. Tunc nihil &c. Nam corpus Christi, secundum q est in hoc sacramento, non habet habitudinem ad mediũ &c. vt in tex. Ratio huius dicta est in tex. corpor. ideò uide illic.

**2m de maiori.** Erunt configurata. ℞. Non tamẽ in omnibus. §. Puta; in hoc, q sint sub hoc sacramẽto. Tũc nihil &c. De Christi.n. oculo non est simile (vt putat argumentũ) & de alio oculo glorioso &c. vt in tex.

**3m maior.** Sancti in resurrectione erũt æquales Angelis. ℞. Non tamen ita; quòd aut quicquid potest Angelus oculo intellectuali, possint sancti oculo corporali: aut quòd Angelus possit cum sanctis habere commune hoc, s. quòd uideat oculo corporeo. §. Neque enim potest esse similis, i. eadem, ratio de vtroque oculo prædicto; vt patet 1. quæst. 12. artic. 3. corp. & artic. 4. ad tertium. neque Angelus, cùm sit omninò incorporeus, 1. quæst. 50. artic. 1. potest habere visum corporeum. Tunc nihil &c. Nam argumentum laborat in æquiuoco; transeundo s. ab oculo intellectuali, quo solo (vt dicitur in responsali textu) Angeli vident Christum in hoc sacramento, ad oculum corporeum. Et propterea decipitur in intelligendo illam maiorem adductam; quam ideò per responsum formale glossauimus, tanquàm causam fundamentalem, si non glossaretur, totius erroris in argumento. Cæterùm quia responsalis textus, si conferatur ad minorem argumenti, concedit illam (vt patet vtrumque locum consideranti): ideò, ne erres, i. ne illos Angelos per suas uires naturales videre Christum ibi putes, recurre ad textum corp. circa fin.

dicitur Iac. 2. Quòd dæmones credunt, & contremiscunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd oculus noster corporeus per species sacramẽtales impeditur à visione corporis Christi sub eis existentis, non solum per modum tegumenti, sicut impedimur videre id, quod est velatum quocumque corporali velamine: sed qa corpus Christi non habet habitudinem ad medium, quod circunstat hoc sacramentum mediantibus propriis accidentibus, sed mediantibus speciebus sacramentalibus.

AD SECVNDVM dicendum, q oculus corporalis Christi, videt seipsum sub sacramento existentem: non tamen potest videre ipsum modum essendi, quo est sub sacramento, quod pertinet ad solum intellectum: nec tamen est simile de alio oculo glorioso: quia etiam ipse oculus Christi est sub hoc sacramento, in quo non conformatur eis alius oculus gloriosus.

AD TERTIVM dicendum, q angelus bonus, vel malus non potest aliquid videre oculo corporeo, sed solum oculo intellectuali. vnde non est similis ratio, vt ex dictis * patet.

ARTI-

A P- 

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quo per rationẽ ostendas, meritò esse insinuatũ à scripturis: q Christus, prout est in sacro altaris, nõ potest videri à quolibet oculo, et glorificato. Vt: per hoc, q dr Isa. 33. Regem &c. sm q cum applicatione discursiua ponit in arg. contr. Itẽ per hoc, q dicitur Isa. 45. Verè tu es Deus absc õditus, Deus Israel saluator. Itẽ Apocal. 2. Vincenti dabo manna absconditũ. Itẽ Ps. 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuę Dñe, quam absc õdisti timentibus te? Item Isa. 64. Oculus nõ vidit, Deus, absq; te; quæ præparasti diligentib. te. Ex his enim, & huiusmodi scripturarũ dictis innuitur propositum; si ad sacramentum altaris (vt decet) applicentur. Ecce. Deus Israel saluator est Christus videntiũ Deũ per fidem, i. fideliũ, maxime saluator. 1. Tim. 4. est uerè absconditus in sacro: quod inter omnia sacra Ecclesiæ dicitur specialissime sacrm fidei (vt habet sanctus Doctor in opusc 59. c. 1.) Vnde & in canone Missæ vocatur mysteriũ fidei. i. secretũ sacratissimũ soli fidei manifestum (vt ibid. ab eod. exponitur). Christus ergo est verè in sacro fidei pro salute fideliũ absconditus: quia ipse, sm modum essendi ibi, est soli fidei manifestus. Excipitur tñ Deus ab Isa. 64. vt suprà adducebatur: & consequenter excipiuntur etiã claritatem visionis Dei à Deo actualiter in patria participantes. Vide mox; Christum esse manna figuratum, sed absconditũ (vt dicit Apocal.) modo prædicto; vincentibus principaliter dandum. Christum quoque esse illã maximam dulcedinem, quam Christus ipse in tali sacramento præparauit, cuius dulcedinis quantitatẽ significat esse immensam admiratio Psalmistæ dicentis, Quàm magna? Hanc dulcedinẽ. i. seipsum Christũ, Christus abscondit ita; vt oculus, etiam glorificatus, non videat: absq; &c. Excipe tu fidei oculum, Dei, &c. vt suprà. Secundò vides: quo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

* In corp. art.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN corpore art. multa occurrunt notanda, & dubitanda. In primis circa rationes conclusionis primæ, scilicet corpus Christi secundum esse quod habet in sacramento non est visibile oculo corporali, aduertendum est, quòd licet Scot. in vlt. quæst. dist. 10. 4. sent. impugnet multas rationes, quæ afferuntur pro hac conclusione: quia tamen neutram istarum, quæ in litera afferuntur improbat, immo potius vtraque quodammodo vtitur (& secunda quidem se tenente ex parte uisibilis, vt terminus est visionis, expresse vtitur, prima quoque considerante visibile, inquantum causa est uisionis quodammodo vtitur) ideo extraneum à præsentis operis proposito duxi defendere rationes alias, quæ hic non ponuntur.

¶ In secunda ratione aduerte diligẽter terminos, vt nõ fluctues, quasi contraria in Auctoris doctrina inconueniens, dum alibi dicit cum Auerr. substantiam particularem percipi à cogitatiua: hic verò dicit à solo intellectu substantiam cognosci. Nec loquitur de substantia in communi, sed de substantia singulari, quia loquitur, de corpore Christi, vt est in hoc sacramento: constat autem corpus Christi esse quoddam singulare, & modum essendi in hoc sacramento esse rem singularem vtrumque siquidem est uerum, illud quidẽ de substantia indiuiduali, secundum materiam signatam quantitate: hoc autem de substantia indiuiduali, vt habet modum essendi puræ substantiæ, id est substantiæ inquantum substantiæ, vt patet ex superius declaratis de modo substantiæ. Et propterea hic dicit, Substantia autem inquantum huiusmodi, subiacet solum intellectui, &c.

¶ Circa secundam partem huius artic. in qua agitur de visione intellectuali aduerte dici quatuor: primum, quòd corpus Christi secundum esse in hoc sacramento, non videtur ab intellectu viatoris hominis: secundum, q nec etiam ab intellectu angelico naturaliter: tertium, quòd videtur ab intellectu beato angeli, vel hominis per visionem diuinæ essentiæ: quartum (quod est omnium supradictorum ratio) quia iste modus essendi est penitus supernaturalis, ac per hoc secundum se intelligibilis est à supernaturali intellectu, scilicet diuino.

¶ Contra tria autem horum Scot. arguit in 4. sent. distin. 10. q. 8. & primo contra secundum, intendens quòd tam intellectus angelicus, quàm animæ separatæ, quàm etiam hominis beati potest naturaliter videre existentiam corporis Christi in eucharistia. Primo, quia intellectus se habens ab intelligibilia, sicut ipsa sunt in se intelligibilia, intelligit prius substantiam, quàm quemcũque modum eius. ergo nullus modus sub quo est substantia, potest impedire intellectionem substantiæ à tali intellectu, qui non dependet in intelligendo à sensibilibus. Secundo totum ens creatum est obiectum proportionatum tali intellectui, quantum ad cognitionem tam abstractiuam quàm intuitiuam. si ergo quodcumque ens potest abstractiuè cognosci à tali intellectu, quando non est sibi præsens, sequitur quòd potest intuitiue intelligi ab eodem, quando est sibi perfectè præsens in propria existentia actuali. Tertio, Virtus potens, cognoscere obiectum intuitiue dum est præsens, potest cognoscere eius absentiam, dum est absens. sed talis intellectus potest cognoscere præsentiam panis quando est præsens. ergo potest cognoscere absentiam eius quando est absens. ergo eadem ratione potest cognoscere præsentiam substantiæ corporis Christi, quia corpus Christi in se est obiectum proportionatum etiam intellectui tali, vt intuenti. ergo modus accidentalis ipsius corporis non impedit, quin sit obiectum intuibile eidem intellectui. Quarto, Anima Christi nouit naturaliter se esse vbicumque est, & per consequens nouit naturaliter se esse in eucharistia, & ita naturaliter potest nosse existentiam corporis sui ibi, quæ est sibi ratio q sit in sacramento. Quinto existentia talis non est excellentius cognoscibile, quàm existens, cuius est existentia: sed Christus est naturaliter cognoscibilis à tali intellectu creato. ergo, & quælibet eius existentia. Probatur maior, quia non potest aliquis modus improportionaliter excedere illud, cuius est modus. Sexto, beatus naturaliter videt, in alio beato actũ beatificum, & tamen illa beatitudo non est minus supernaturalis quàm existentia corporis Christi in eucharistia. Antecedens probatur, quia substãtia ipsius beati est excellentiùs cognoscibile, quàm eius beatitudo.

¶ Contra tertium verò idem arguit, intendens quòd intellectus beatus nullo modo per actum beatificum uidet corpus Christi in eucharistia. Beatus non distinguitur à non beato, nisi vidẽdo obiectum beatificum, vt sic, & ea, quæ includuntur in eo, vt sic: sed corpus Christi esse in eucharistia, non est obiectum beatificum (vt patet) nec inclusum in obiecto beatifico, quod probatur, quia æquè essen-

essentialiter pertinet ad obiectũ beatificũ includere in ratione obiecti vnam rem, vel ueritatem vnius sacramenti, sicut alterius, sicut æque pertinet ad veritatem fidei credere veritatem vnius articuli, sicut alterius: sed in obiecto beatifico non clauditur, gratiam infundi tali baptizato, aut suscipienti sacramentum pœnitentiæ. ergo &c.

¶ Contra quartum, rationem s. qua modus essendi est penitus supernaturalis, arguit ibidẽ Scot. quia naturale: & supernaturale, non distinguunt ens in se, sed tantum in comparatione ad agens, & propterea licet res aliqua supernaturaliter fiat, postquam facta est, naturaliter cognoscitur. Et confirmatur assumptum, quia supernaturale, & naturale possunt se habere sicut imperfectum, & perfectius, puta accidens, & substantia. Et confirmatur rursus subiunctũ, quia fides, spes, & charitas, sunt habitus supernaturales, & tamen angeli naturaliter cognoscunt eos, secundum illos, qui ponunt in angelo naturaliter rationes cognoscendi omnes species entium.

¶ Ad euidentiam horum prælibandum est, q parua distantia in principio magna valde apparet in principiatis. Et hinc est, q ex diuersa opinione circa modum intelligendi, tot quæstiones emanant. Opinantes siquidem intellectũ non alligatum phantasmati intelligere per motionẽ ab ipsis rebus, quæ intelligi, dicuntur consequenter opinantur intellectus abstractos intueri res præsentes, sicut nos videmus corporaliter colores præsentes. Tenentes autẽ cum Peripateticis, & Philosophis intellectus abstractos moueri tantũ à seipsis, seu suis substantijs, vel etiã à superiorib. eorum, & non ab aliquo inferiori, cõsequẽter ponunt intellectus abstractos cognoscere quicquid cognoscunt naturaliter: aut per substantiã propriam solam, qđ nos credimus in solo Deo verificari, aut per substantiam perfectam speciebus intelligibilib. indicijs, aut etiã, vt quibusdam placuit, per substantiã superiorem, & per consequens intellectus abstracti cognitio naturalis non se põt extendere, nisi ad ea, quæ naturaliter relucent in his, quæ sunt apud intellectum abstractum. Et quoniam hæc non sunt, nisi pertinentia ad naturalem ordinem vniuersi, quoniam solæ res pertinentes ad opera sex dierum, fuerunt productæ à Deo in mentibus angelicis, & in rerum natura quãdo vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, quæcumque non ad naturæ, sed gratiæ ordinem per se spectant, eximuntur à naturali cognitione angelorum secundum hanc uiam, secundum quam etiam naturale, & supernaturale sunt, & differentiæ entis, & differentiæ modi faciendi: nam oculi dati cęco nato, & vinũ factum in nuptijs, differebãt ab alijs oculis, & vinis, secundum naturale, & supernaturale quoad modum fiendi tantum: sed claritas, & incarnatio Christi, & Christum esse sub sacramento, & lumen gloriæ, & similia differunt à virtutibus naturalibus, & alijs, quæ entia naturalia vocamus, penes supernaturale & naturale, quantum ad ipsa entia: sunt enim hæc ex suo genere supernaturalia entia, quia nulli possunt enti esse, aut fieri connaturalia, vt alibi declarauimus.

¶ His prælibatis ad primũ Scoti dicitur, falsam esse minorem, s. intellectũ abstractum habere se ad omne intelligibile, secundũ ordinem intelligibilitatis: hoc n. patet esse falsum: tum, quia non sic se habet ad primũ intelligibile, q est Deus: tum, quia quilibet intellectus abstractus intelligit, & quod est supra se, & quod est infra se per modum sui: dicitur nihilominus, q licet intellectus abstractus videat corpus Christi, non propterea sequitur. ergo videt eius modum essendi in sacramento. Et hoc, non quia iste modus essendi est excellentioris cognoscibilitatis in se: sed quia est cognoscibile alterius ordinis, scilicet supernaturalis, & propter hoc est extra totum ordinem rerum præsentium cognitionibus naturalibus.

¶ Et hinc patet responsio ad secundum: quia falsum est, totũ ens creatum esse obiectum proportionatum tali intellectui. Et intuitiue quidem, quia quædam, s. supernaturalia, sunt de ordine non pręsentium cognitioni naturali. Abstractiuè vero, quia incarnationis mysterium latet, quo ad perfectam quidditatiuam cognitionem, omnis intellectus creati cognitionem naturalem: quia illius nulla indita species est præsentatiua perfectè. Et idem videtur de esse corporis Christi in sacramento. Supponit igitur argumentum hoc falsum, scilicet modum essendi in sacramento, præsentem quandoque esse naturali cognitioni intellectus abstracti.

¶ Ad tertiũ dicitur, negando eadem, vel simili ratione, posse cognosci præsentiã corporis Christi. Et ad subiunctam probationem iterum dicitur, q modus accidentalis, non quatenus accidẽtalis, sed quatenus est alterius ordinis, impedit se intueri ab intellectu, cui ordo ille non est præsens, qualis est intellectus, angelicus naturalr.

¶ Ad quartum de anima Christi dupliciter dici potest. Primo, excipiendo Christi animam ea ratione, quia ad ipsum spectat: quãuis concomitanter, talis modus essendi, ita quòd sicut dicimus cogitationes cordis mei latere naturalem cognitionem angelorum; manifestas tamen esse animæ meæ, quia ad ipsam spectant, & per hoc sibi fiunt præsentes, quæ non sunt præsentes angelis, sic in proposito, modus ille essendi est præsens naturali cognitioni animæ Christi per hoc, quòd ad ipsum spectat: neque est simile de alijs intellectibus, vt patet. Secundo, dicitur negando animam Christi cognitione naturali intueri modum, quo corpus Christi est in hoc sacramento, sicut cognitione naturali non intuetur mysterium incarnationis: vnde Auctor dicit hic, quòd quia modus essendi in hoc sacramento est penitus supernaturalis, non nisi à supernaturali intellectu, vel ipsius participatione, est in se intelligibilis. Et hæc responsio solidior videtur.

¶ Ad quintum iam patet ex dictis, quod non ratione excellentię, sed ratione absentiæ, seu non præsentiæ, existentia in sacramento latet, & tamen corpus Christi patet.

¶ Ad sextum negatur assumptum, s. actum beatificũ vnius beati videri naturali cognitione ab altero. Et ratio est sæpe dicta, non propter excellentiam cognoscibilis, sed propter absentiam: quia naturalis cognitio contenta est spectantibus ad ordinem naturalem: actus autem beatificus spectat ad ordinem supernaturalem.

¶ Ad obiecta contra visionem huius sacramenti per actum beatificum respondendo distinguitur, quod de actu beatifico possumus dupliciter loqui, vel præcise secũdum necessaria ad beatitudinem, & sic proculdubio verum est, per actum beatificũ non videri Christi corpus in sacramento, nec mysteriũ incarnationis, immo, nec aliquid quod scit Deus scientia visionis, vt patet ex eo, q si vnum tantum intellectũ Deus creasset, & ille uideret Deum, esset proculdubio beatus, & nihil horũ sciret, quæ ad scientiam visionis spectant: quia nihil horũ fuisset, esset aut futurum esset: vel de actu beatifico loquimur, secundũ q de facto diuina largitas illum ditauit, seu extendit, & sic visio beata extendit se ad multa alia, quæ non sunt simpliciter necessaria cognitu ad beatitudinem, inter quæ opinamur esse mysterium incarnationis, & eucharistiæ, ea ratione, quia sunt difficillima inter omnia creata credenda ac per hoc à mentibus fidelium ualde desiderata, vt videantur: beatitudo autem satiatiua est fidelium, vt fidelium desideriorum tam arduorum. Et Scotus quidem in primo sensu loqui videtur, & non in secundo: quoniam ratio sua in primo tantum sensu militat, & pluries repetit necessitatem ad beatitudinem. vnde non oportet aliter respondere...

¶ Ad obiecta demum de supernaturalitate, respondetur dicendo, q naturale, & supernaturale sunt differentiæ, quandoq; solum secundum respectum ad agens, quandoque verò sunt differentiæ entis. Et propterea falsum est, quodcunque ens postquàm factũ est, esse naturale: de aliquo enim est uerum, & de aliquo non, vt suprà diximus. Et ad confirmationem de differentia imperfecti & perfectionis, dicitur q est impertinens: quoniam non est quæstio de perfectione, vel imperfectione, sed de naturalitate, vel super naturalitate. Posset tamen dici, q qualitates supernaturales sunt perfectioris ordinis, quàm totus ordo naturalium: quia sunt ordinis diuini, vt charitas, & lumen gloriæ testantur.

¶ Ad vltimam confirmationem dicitur, q angelis non sunt inditæ species omnium specierum, sed earum tantum, quæ ad naturalem ordinem vniuersi spectant: & propterea fidem, spem, & charitatem, non per naturalem cognitionem, in proprio genere nouerunt, nisi habentes illas in seipsis, vtpote ad eos spectantes.

¶ In responsione ad secundum, intellige differentiam inter oculum corporalem Christi, & corporalem oculum aliorum sanctorum, non respectu visibilis per se (quoniam in corpore articuli iam dictum erat, modum essendi Christi corporis in hoc sacramento esse inuisibilem, soloque intellectu intuibilem) sed respectu uisibilis per accidens: ita quòd Christus dicitur oculo uidere seipsum sub hoc sacramento: quia sic seipsum uidet, ut statim intellectum videat suum essendi modum in sacramento: sicut post resurrectionem dicemur videre Deum corporalibus oculis, vt in quæst. 12. primæ partis Auctor declarauit.

*Scot. 4. s. d. 11. q. 2. art. 5.*

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum quando in hoc sacramẽto apparet miraculosè caro, vel puer, sit ibi verè corpus Christi.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd quando in hoc sacramento miraculosè apparet caro, vel puer, non sit ibi verè corpus Christi. Corpus enim Christi desinit esse sub hoc sacramento, quando desinunt esse species sacramentales, vt dictum † est: sed quando apparet caro, vel puer, desinunt esse species sacramentales. ergo non est ibi verè corpus Christi.

¶ 2 Pręt. Vbicũque est corpus Christi, vel est ibi sub specie propria, vel specie sacramenti: sed quando tales apparitiones fiunt, manifestum est,

† art. 6. ad 3. arg.

130 4. d. 10. ar. 2 q. 2. ad 3. & a. 4. q. 2 & 3. Et op. 58. cap. 1.

SVPER Q. XVII. Aliàs 75. Art. VIII.

CONCL. 1. Quando talis apparitio contingit solũ ex parte uidentium (q s. eorum oculi diuinitùs immutantur tali immutatione, ac si expresse uiderent exteriùs carnem, vel sanguinem, vel puerum; nulla immutatione facta ex parte sacramenti): tunc nõ desinit esse Christus sub Eucharistiæ sacramento.

¶ PROB. Quia patet ex terminis (cùm nulla immutatio ex parte sacramenti fieri dicatur).

¶ CONCL. 2. Quãdo talis

quòd non est ibi Christus sub specie propria, quia in hoc sacramento totus Christus continetur, qui permanet integer in forma, quia ascendit in cęlum: cum tamen id, quod miraculosè apparet in hoc sacramento, quandoque videtur vt quædam parua caro, quandoque autem vt paruus puer, manifestum est etiam, ꝙ non est ibi sub specie sacramenti, quæ est species panis, vel vini. ergo videtur, quòd corpus Christi nullo modo sit ibi.

¶ 3 Præt. Corpus Christi incipit esse in hoc sacramento per consecrationem, & conuersionem, vt suprà dictum * est: sed caro, & sanguis miraculosè apparens, non sunt consecrata, nec conuersa in verum corpus & sanguinem Christi. non ergo sub his speciebus est corpus, vel sanguis Christi.

Sed contra est, quòd tali apparitione facta, eadem reuerentia exhibetur ei quod apparet, quæ etiã primo exhibebatur: quod quidē non fieret, si verè non esset ibi Christus, cui reuerentiam latriæ exhibemus. ergo etiã tali apparitione facta, Christus est sub hoc sacramento.

Respon. Dicendum, quòd dupliciter contingit talis apparitio, qua quandoque in hoc sacramento miraculosè videtur caro, aut sanguis, aut etiam aliquis puer: quandoque enim hoc contingit ex parte videntium, quorum oculi immutantur tali immutatione, ac si expresè viderent exterius carnē, vel sanguinem, vel puerum, nulla tamen immutatione facta ex parte sacramenti; & hoc quidem videtur cōtingere, quando vni videtur sub specie carnis, vel pueri, aliis tamen videtur, sicut & prius sub specie panis, vel quando eidem ad horam videtur sub specie carnis, vel pueri, & post modum sub specie panis: nec hoc tamen pertinet ad aliquam deceptionem, sicut accidit in magorum præstigiis: quia talis species diuinitus formatur in oculo, ad aliquam veritatem figurandam, ad hoc scilicet, quòd manifestetur verè corpus Christi esse sub hoc sacramento, sicut etiã Christus absque deceptione apparuit discipulis euntibus in Emaus: dicit enim Augustinus * in lib. de Quæstio. Euangelist. quòd cum fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis. & quia per hunc modum nulla immutatio fit ex parte sacramenti, manifestum est, quòd non desinit Christus esse sub hoc sacramēto tali apparitione facta. quandoque verò contingit talis apparitio non per solam immutationem videntium: sed specie, quæ videtur realiter exterius existēte, & hoc quidem videtur esse, quando sub tali specie ab omnibus videtur, & non ad horam, sed per longum tempus ita permanet. Et in hoc casu quidam dicunt, quòd est propria species corporis Christi, nec obstat quòd quandoque non videtur ibi totus Christus, sed aliqua pars carnis, vel etiam videtur non in specie iuuenili, sed in effigie puerili, quia in potestate corporis gloriosi est, quòd videatur ab oculo non glorificato, vel secundùm totum, vel secundùm partem, & in effigie, vel propria, vel aliena, vt infrà * dicetur: sed hoc videtur esse inconueniens. Primo quidem, quia corpus Christi non potest in propria specie videri, nisi in vno loco, in quo definitiuè continetur, vndè cum videatur in propria specie, & adoretur in cęlis, sub propria specie non videtur in hoc sacramento. Secundo, quia corpus gloriosum qđ apparet vt vult, post apparitionem cum voluerit disparet, sicut dicitur Lucæ vltimo, quòd Dominus ex oculis discipulorū euanuit: hoc autem, quod sub specie carnis in hoc sacramento apparet, diu permanet: quinimmo legitur quandoque esse inclusum, & multorum episcoporum consilio in pixide reseruatum, quod nefas esset de Christo sentire, secundùm propriam speciem. & ideo dicendum est, quòd manentibus dimensionibus, quæ prius fuerant, fit miraculosè quædam immutatio circa alia accidentia, puta figuram, & colorem, & alia huiusmodi, vt videatur caro, vel sanguis, aut etiam puer: & sicut prius dictum * est, hoc non est deceptio: quia fit in figuram cuiusdam veritatis, s. ad ostendendum per hanc miraculosam apparitionem, quòd in sacramento est verè corpus & sanguis Christi: & sic patet, quòd remanentibus dimensionibus, quæ sunt fundamenta aliorum accidentium, vt infrà * dicetur, remanet corpus Christi in hoc sacramento.

Ad primum ergo dicendum, quòd facta tali apparitione, species sacramentales quandoque quidem totaliter remanent in seipsis, quandoque autem secundum id, quod est principale in eis, vt dictum est. *

Ad secundum dicendum, ꝙ in huiusmodi apparitionibus, sicut dictum † est, non videtur propria species Christi, sed species miraculosè formata vel in oculis intuentiū, vel etiam in ipsis sacramentalibus dimensionibus, vt dictum est. *

Ad tertium dicendum, ꝙ dimensiones panis, & vini consecrati manent, immutatione circa eas miraculosè facta quantum ad alia accidentia, vt dictum est. *

talis apparitio contingit non solum ex parte videntium, sed etiam aliqualiter ex parte rei (sitã s. ꝙ manentibus dimensionibus, quę prius erãt, fit miraculose quędam immutatio circa alia accidentia, puta figuram, colorem, aliaq; huiusmodi; vt videatur caro, vel sanguis, vel puer): tunc remanet vere corpus Christi in sacramento Eucharistiæ.

¶ Prob. Quia patet ex terminis (ex hoc. s. ꝙ remanere dicuntur dimensiones, quę sunt fundamenta aliorū acciden tium, q. 18. art. 2.)

## 1^m de maiori.

Quando desinunt esse species sacramentales. ℞. Vel totaliter in seipsis; vel secundū id, quod est principale in eis. §. Tunc nihil &c. Nam facta tali apparitione, neutrum istorum cōtingit: quoniam si fiat secundū conclusionē articuli primam, species sacramentales totaliter in seipsis remanent, si verò apparitio fiat secundùm conclusionem secundã, species sacramentales remanent secundum id, quod est principale in eis. i. secundū dimensiones priores, quæ sunt fundamentum aliarum specierū. i. aliorum accidentium.

## 2^m de maiori.

Vel sub specie sacramēti. ℞. i. sub sacramentalibus dimensionibus, saltem. §. Tunc nihil &c. Nam, data etiã apparitione iuxta secundã conclusionem, dimensiones sacramentales saltē remanent: quoniam tunc species illa miraculosa, puta carnis, sanguinis, vel pueri, diuinitùs formatur in ipsis dimēsionibus sacramentalibus; quæ ibi prius erãt. Consequēter ergo remanēt species sacramētales in suo principali (vt declaratur in ad primū) etiã ꝙ talis species miraculose fiat circa alia accidentia (prout declarat conclusio secūda): & sic verum est, ꝙ etiã tunc corpus Christi integrū, art. 4. remanet sub specie sacramenti.

## 3^m de maiori.

Per consecrationem & conuersionē. ℞. Substantiæ panis, & vini, sub ꝓpriis dimensionib. existentis. §. Tūc nihil &c. Patet. n. quòd ad hoc, ꝙ corpus & sanguis Christi sit in hoc sacramēto (stante etiam tali apparitione) non requiritur: quòd caro illa vel sanguis miraculose apparens fiant ibi per consecrationem, vel conuersionem (vt putat minor argumenti), cum fiant per aliud nouum miraculum (vt ex conclusionibus habetur): sed ad hoc sufficit, quòd dimēsiones panis, & vini, consecrati maneãt, immutatione &c. vt in tex.

¶ Coroll. Ergo quãdiu manent dimēsiones panis, & vini cōsecrati; etiam ꝙ non maneat figura, seu color, panis & vini (dummodo talis figuræ seu coloris immutatio non ex corruptione naturali, q. 18. art. 4. sed ex diuino miraculo, fiat): tamdiu remanet sub ipsis dimensionibus verū corpus Christi, & verus sanguis. Ergo ex hoc loco habetur clarior intelligentia dictorum art. 6. ad tertiū, & à Conciliis Laterañ. & Florent. ibi in appen. ꝙ s. Christus remanet in sacramento, quamdiu species sacramētales manent. Dixi ly dummodo talis figuræ, seu coloris &c. quia sanctus Doctor formaliter (more suo) loquitur: hoc est, qa in proposito tractat de miraculis talib*, ideò intelligit etiã illud suū dictum de dimensionibus, in tali casu, s. quando miraculose immutatio aliorū accidentium fieret. Porrò de acciden tium immutatione facta aliunde, quàm ex miraculo, an tunc sub dimensionibus remaneat corpus Christi, non intendit determinare hic: sed id reseruat loco ꝓprio, s. q. 18. art. 4. Ideò & tu circa hoc, quid sit iure censendum, vide illic.

### APPENDIX.

EX art. habes primò, quod per rationem ostēdas, meritò esse insinuatum ab Ecclesiastica consuetudine; ꝙ, quãdo miraculosæ sūt apparitiones modo prædicto in sacro Eucharistię, adhuc remanet ibi sub speciebus verus Christus integer, qui prius erat. Insinuatum autē ab ea est per hoc: ꝙ Ecclesia datis huiuscemodi apparitionibus, & perseuerat adorare latria (vt prius faciebat) illam hostiam, sicut ꝙ habetur in arg. contr. & finitis illis apparitionib. nō amplius consecrat hostiam ipsam ad cōmunicandū aliquem.

* q. 75. art. 2.

* li. 2. c. vlt. nō procul à prin. t. 4.

† art. 4. d 3. art.

* Nō absoluit motꝰ frequentius: sed vide in sent. lib 2. d. 44 q. 2. ar. 4. vel in additi, q. 85. artic. 2. & 3.

* In ipsomet art. 2.

* q. seq. artic. 2.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* In corp. art.

† In corp. art.

* Ibidem.

* q. 75. art. 3. & 6.

Verbi gratia. Fiat in hostia, iam consecrata, præmissa in prima conclusione apparitio. Tunc, transacto illius miraculosæ apparitionis tempore, & consequenter reuertente hostia ad figuram & colorem panis, sacerdos absque noua consecratione prædictæ hostiæ communicat seipsum, vel alium illamet hostia. Quòd si fiat in hostia consecrata apparitio narrata in secunda conclusione: tunc, postquàm longiori tempore manserit reseruata in pixide, si ad figuram coloremque panis reuertatur: idem fieri solet, i. non amplius consecratur, immò hæc consecrationis reiteratio pro sacrilegio magno reputaretur; & ad communicandum aliquem assumitur, nisi forte in protestationem, seu memoriam miraculi videatur expediens reseruare illam ad tempus. Interim tamen semper veneratione latriæ adoratur. Ex hoc itaque, quòd absque noua consecratione post circa illam hostiam sic (vt diximus) se habet Ecclesia; declaratum relinquit factis suis, quòd in tali hostia erat vere corpus Christi etiam tempore apparitionum illarum; ita quòd numquàm esse desijt sub dimensionibus sacramenti. Quemadmodum ex eo, quòd non baptizat hæreticos redeuntes ad Ecclesiam, ostendit: quòd character baptismi numquàm in eis esse desijt, quæst. 7. artic. 9. De mirabili autem valore consuetudinis Ecclesiæ, vide 2. 2. quæst. 10. artic. 12. corp. princ. Quod uerò de pane consecrato audisti, intellige etiam dictum esse de vino consecrato: quoniam in hoc sunt paris conditionis. Ideò & Diuus Thomas pluries de vno loquitur in articulis huius tractatus; intelligens tamen de ambobus verificari, quæ de vno dicit propter rationem allatam. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN artic. 8. aduerte circa veras apparentias ex miraculo in hoc sacramento, ꝙ distinguendum videtur de magnitudine speciei apparentis. Nam si res apparens fuerit tam magnarum dimensionum, vt sint incompossibiles substantiæ conuersæ, puta, si consecrato modico vino in fundo calicis, vt fieri consueuit, appareat, & permaneat totus calix magnus plenus specie sanguinis, tunc non videtur remanere verus Christi sanguis sub illis speciebus: quoniã non manent dimensiones vini conuersi. Et in hoc casu species sanguinis significat Christi sanguinem verũ contineri sub sacramento, & non contineri sub seipsa. Si uerò dimensiones non sint ita in veritate extensæ, quin afficerent conuersam substantiam, si subesset, sentiendum est, vt litera tradit: quoniam tamdiu manet ueritas sacramẽti, quamdiu maneret panis, aut vinum, si subesset: cõstat autem quod quamdiu manent dimensiones illæ sine subiecto, manet corpus, aut sanguis Christi: vnde cum tam extensiuæ dimensiones immutantur, immutatio non est solum accidentalis, sed substantialis. Auctor autem loquitur, quando mutatio est solum in accidentibus. Et si quæratur, qua adoratione uenerandus esset huiusmodi sanguis miraculosus, dicendum videtur, idem esse iudicium de ipso, & de veste Christi.

*Alb. Mag. 4. d. 12. ar. 16.*
*Scot. 4. s. d. 12. q. 1.*
*Mairo. 4. s. d. 12. q. 3.*
*Sot. 4. s. d. 10. q. 2. art. 1.*
*Ferr. 4. cont. c. 63. 65.*
*Rich. 4. s. d. 12. q. 1. art. 1.*
*Duran. 4. s. d. 12. q. 1.*
*Palud. 4. d. 12 q. 2. & 3.*
*Capr. 4. d. 12. q. 1. con. 1.*
*Gabr. 4. d. 12. quæst. 1. art. 2.*

### SVPER Q. XVIII. Aliàs 77. Art. 1.

COncl. Accidentia in hoc sacramento manent sine subiecto: quod quidem virtute diuina fieri potest.

¶ Prob. Quia accidentia illa non sunt tãquàm in subiecto, neq; in substantia panis, neque in eius forma substantiali (cùm iam non maneant, q. 76. ar. 2. 6.), neque in substãtia corporis ac sanguinis Christi (vt patet ex duplici ratione adducta in tex.) neque in aere circunstante (vt patet ex quadruplici causa in tex. allata). Secunda autem pars, s. quod quidẽ &c. probatur: Quia Deus vt prima infinitæ uirtutis causa, potest producere effectus causarum secundarum sine ipsis secundis causis (vt patet de conceptu Virginis sine virili semine): & conseruare accidens in esse sine subiecto, per quod, tanquàm per causam secundam conseruabatur in esse, est producere effectum causæ secundæ sine ipsa causa (vt ex terminis patet).

131 Sup. q 75. ar. 5. Et 1. di. 7. ar. 4. co. Et 4. d. 12. q 1. ar. 1. Et 4 cont. c 6[illegible] & 65. Et quol. 3. artic. 1. Et quol. 4. ar. 5. Et opusc. 2. c. 8. Et 1. Cor. [illegible] 1. lec. 5.

Primum

## QVÆST. XVIII. Aliàs 77.

*De accidentibus remanentibus in hoc sacramento, in octo articulos diuisa.*

DEINDE considerandũ est, de accidentib. remanentibus in hoc sacramento. Et circà hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum accidentia, quę remanent, sint sine subiecto.

¶ Secundò, Vtrum quantitas dimensiua sit subiectum aliorum accidentium.

¶ Tertiò, Vtrum huiusmodi accidentia possint immutare aliquod corpus extrinsecum.

¶ Quartò, Vtrum possint corrumpi.

¶ Quintò, Vtrum ex eis possit aliquid generari.

¶ Sextò, Vtrum possint nutrire.

¶ Septimò, De fractione panis consecrati.

¶ Octauò, Vtrum vino consecrato possit aliquid permisceri.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum accidentia remaneant sine subiecto in hoc sacramento.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd accidentia non remaneant in hoc sacramento sine subiecto. Nihil enim inordinatum, aut fallax debet esse in hoc sacramento veritatis: sed accidentia esse sine subiecto, est contra rerum ordinem, quem Deus naturæ indidit: videtur etiam ad quandam fallaciam pertinere, cum accidentia naturaliter sint signa naturæ subiecti. ergo in hoc sacramento non sunt accidentia sine subiecto.

¶ 2 Præt. Fieri non potest etiam miraculosè, quòd definitio rei ab ea separetur, vel ꝙ vni rei conueniat definitio alterius rei, puta, quòd homo manens homo, sit animal irrationale, ad hoc enim sequeretur contradictoria esse simul: hoc enim quod significat nomen rei, est definitio, vt dicitur in 4. Metaph.* sed ad definitionem accidentis pertinet quod sit in subiecto, ad definitionem verò substantiæ, quòd per se subsistat non in subiecto. non ergo potest miraculosè fieri quòd in hoc sacramento sint accidentia sine subiecto.

* li. 4. Met. tex. 28. tomo 3.

¶ 3 Præt. Accidens indiuiduatur ex subiecto. si ergo accidentia remanent in hoc sacraměto sine subiecto, non erunt indiuidua, sed vniuersalia, quod patet esse falsum, quia sic non essent sensibilia, sed intelligibilia tantum.

¶ 4 Præt. Accidentia per consecrationem huius sacramenti, non adipiscuntur aliquam compositionem: sed ante consecrationem non erãt composita, neque ex quo est, & quod est. ergo etiam post consecrationem non sunt composita altero horum modorum, ꝙ est inconueniens: quia sic essent simpliciora, quàm angeli: cum tamen hæc accidentia sint sensibilia. non ergo accidentia remanent in hoc sacramento sine subiecto.

SED CONTRA est, quòd Greg.* dicit in hom. paschali, ꝙ species sacramentales sunt illarum rerum vocabula, quæ ante fuerunt, s. panis, & vini: & ita cum non remaneat substantia panis, & vini, videtur quòd huiusmodi species remaneant sine subiecto.

* Refertur de consecr. d. 2. c. Species.

RESP. Dicendum, ꝙ accidentia panis, & vini, quę sensu depręhenduntur in hoc sacro remanere post consecrationẽ, non sunt sicut in subiecto in substãtia panis, & vini, quæ nõ manet, vt s.* habitũ est, neq; etiã in forma substantiali, quæ non manet, & si remaneret, subiectum esse non posset, vt patet per Boet.* in lib. de Tri. Manifestum est etiã, ꝙ huiusmodi accidentia non sunt substãtia corporis, & sanguinis Christi sicut in subiecto: quia substantia humani corporis nullo modo potest his accidentibus affici: neque etiã est possibile, ꝙ corpus Christi gloriosum, & impassibile existens, alteretur ad suscipiendas huiusmodi qualitates. Dicunt autẽ quidam, ꝙ sunt sicut in subiecto in aere circunstante: sed nec hoc esse potest. Primo quidẽ, quia aer est huiusmodi accidentium susceptiuus. Secundo, quia huiusmodi accidentia non sunt vbi est aer: quinimmo ad motum harum specierum, aer depellitur. Tertio, quia accidentia non transeunt de subiecto in subiectum, vt s. idem accidens numero, quod primo fuit in vno subiecto, postmodum fiat in alio: accidens. n. numerum accipit à subiecto. vnde non potest esse, ꝙ idem numero manens, sit quãdoq; in hoc, qñque in illo subiecto.

* q. 75. art. 3. & 6.
* In lib. de Trin. ante med.

Quarto,

Quarto, quia cum aer non spolietur accidentibus propriis, simul haberet accidentia propria, & aliena: nec potest dici, quod hoc fiat miraculosè virtute consecrationis; quia verba consecrationis hoc non significant: quæ tamen non efficiunt, nisi suum significatū: & ideo relinquitur, quòd accidentia in hoc sacramento, manent sine subiecto: quod quidem virtute diuina fieri potest: cum .n. effectus magis depēdeat à causa prima, quàm à causa secunda, Deus, qui est prima causa substantiæ & accidentis, per suam infinitam virtutem conseruare potest in esse accidens, subtracta substantia, per quam conseruabatur in esse sicut per propriam causam: sicut etiam alios effectus naturalium causarum potest producere sine naturalibus causis: sicut humanum corpus formauit in vtero Virginis, sine virili semine.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nihil prohibet aliquid esse ordinatum secundùm legem naturæ, cuius tamen contrarium est ordinatum secundum speciale priuilegium gratiæ, vt patet in resuscitatione mortuorum, & in illuminatione cæcorum: prout etiam in rebus humanis quædam aliquibus conceduntur in speciali priuilegio præter legem communem: & ita etiam licet sit secundùm communem naturæ ordinem, quòd accidens sit in subiecto, ex speciali tamen ratione secundùm ordinem gratiæ, accidentia sunt in hoc sacramento sine subiecto, propter rationes suprà * inductas.

* In corp. art.

AD SECVNDVM dicendum, quod cum ens non sit genus, hoc ipsum quod est esse, non potest esse essentia substantiæ, vel accidentis. non est ergo definitio substantiæ, ens per se sine subiecto, nec definitio accidentis, ens in subiecto: sed quidditati, seu essentiæ substantiæ competit habere esse non in subiecto: quidditati autem, siue essentiæ accidentis competit habere esse in subiecto. In hoc autem sacramento non datur accidentibus, quòd ex vi suæ essentiæ non sint in subiecto, sed ex diuina virtute sustentante, & ideo non desinunt esse accidentia: quia nec separatur ab eis definitio accidentis, nec competit eis definitio substantiæ.

AD TERTIVM dicendum, quòd huiusmodi accidentia acquisierunt esse indiuiduum in substantia panis, & vini: qua conuersa in corpus, & sanguinem Christi, remanent virtute diuina accidentia in illo esse indiuiduato, quod prius habebant: vnde sunt singularia, & sensibilia.

AD QVARTVM dicendum, quod accidentia huiusmodi, manente substantia panis, & vini, non habebant ipsa esse nec alia accidentia, sed subiecta eorum habebant huiusmodi esse per ea: sicut nix est alba per albedinem: sed post consecrationem ipsa accidentia, quæ remanent, habent esse, vnde sunt composita ex esse, & quod est, sicut in prima parte de angelis dictum est, † & cum hoc, habent compositionem partiū quantitatiuarum.

† p.p.q.51. art.2.& 3.

ARTI-

1ᵐ de maiori. Inordinatum, aut fallax. R. Vt inordinatum, aut fallax. §. Tunc nihil &c. Quòd enim accidentia in hoc sacramento, & sint sine subiecto, & non sint signa naturæ subiecti, quæst. 16. artic. 5. ad secundum, non est quid inordinatum aut fallax; licet accidentia esse in rerum natura communiter considerata sine subiecto sit quid & inordinatum & fallax. Nihil siquidem prohibet, aliquid esse ordinatum secundùm communem &c. vt in tex.

2ᵐ maior. Fieri non potest etiam miraculosè; quòd diffinitio rei ab ea separetur, vel quod vni rei conueniat diffinitio alterius rei. R. Maior ista adducitur extra propositum. §. Nam hoc, s. quòd accidentia sint sine subiecto, non est diffinitioné accidentis separari ab accidente; neque est diffinitionem substantiæ conuenire accidenti (vt putat argumentum). Ratio est: quia illud, quod minor argumenti adducit pro diffinitione substantiæ, & pro diffinitione accidentis, neutrius istorum est bona diffinitio. Cùm enim ens non sit genus; hoc ipsum, quod est esse, non potest esse essentia &c. vt in textu. Ex quo patet: quòd nihil contra articuli conclusionem ab arguente cōcluditur. Vide 1. q. 3. art. 5. ad primum.

D. 25.

3ᵐ illatio conclusionis. Si ergo accidentia &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex non plena intelligentia antecedentis. Nam putat ibi, quod accidens ita indiuiduetur ex subiecto; vt illud ipsum remoto subiecto, per quod indiuiduabatur, non possit remanere in esse pristino indiuiduato: quod tamen falsum est, si concernatur hic potentia diuina, secundùm quòd conclusio articuli vult per ly quod virtute diuina fieri potest. Et ideò, præsupposita plena intelligentia illa ipsius antecedentis, dicendum est: quod huiusmodi accidentia acquisierunt esse &c. vt in tex.

4ᵐ maior. Accidentia per consecrationem non adipiscuntur aliquam compositionem. R. Negatur. §. Sicut enim per consecrationem adipiscuntur esse, inquantum post consecrationem virtute diuina habent esse; ita per consecrationem adipiscuntur compositionem ex esse & quod est, inquantum post consecrationem remanent composita ex esse, & quod est. Hinc fit: quòd accidentia in sacramento sine subiecto remanentia non sunt simpliciora, quàm angeli (vt deducit argumentum); qui ex esse, & quod est, componuntur, 1. quæst. 50. artic. secundo, ad tertium. Imo & non sunt æque simplicia, vt Angeli: quoniam ipsa vnam compositioné habent, quam non habent Angeli, cōpositionem, s. partium quantitatiuarum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Ioannis Vuiclef dicentis: quòd accidentia panis & vini non manent sine subiecto in sacramento Eucharistiæ; nec Deus potest id facere. Secundo habes: 2 quomodo per rationem ostendas, merito illam dānari à Concilio Constantiensi sessio. 8. Vbi & damnat ipsum Vuiclef, tanquam hæreticum; & ossa eius iubet exhumari, atque cremari. Item à Concilijs Lateranen. & Florent. per hoc; quòd substantiam panis, & vini, conuerti dicunt in corpus & sanguinem Christi; atque ideò non manere sub accidentibus suis post consecrationem. Restat ergo iuxta Conciliorum prædictorum sententiam de necessitate dicendum: quòd mens ipsorum ibi est; accidentia panis & vini, facta consecratione, esse in sacramento sine subiecto. Et nota: quòd hæc determinatio Conciliorum tangit maximè Vuiclefum, ipsum condemnando: quoniam Vuiclef, vt accidentia remanerent in subiecto, ponebat; substantiam panis, & vini, consecratorum remanere. De qua re, & contra illum etiam in hoc, vide quæstionem 16. articu. 1. 2. 4. append. Ex quibus dic. Si accidentia ipsa ibi non remanerent sine subiecto, sequeretur necessario concludendum esse aduersus Concilia (quod est hæreticum): videlicet, quod prædicta panis, & vini transubstantiatio vere non datur. 3 Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN quæst. ista, de accidentibus eucharistiæ omissa tanta opinionum varietate, vt solidior, rationabiliorque via appareat, notandum duxi, duplicem esse opinionem de modo essendi istorum accidentium sine subiecto. Prima opinio est, accidentia ista esse sine subiecto per solam conseruationem à Deo sine subiecto, ita quòd cum prius haberent duo, scilicet esse in subiecto, & vtrumque conseruabatur à Deo, postea desinente Deo conseruare ly in subiecto, & conseruante esse quod habebant, ipsa sunt sine subiecto. Et hanc opinionem sequitur Scotus in 12. distin. 4. Altera autem opinio tenet, vltra conseruationem addi nouam actionem diuinam conferentem accidentibus his nouum modum essendi, scilicet per modum substantiæ, & hanc opinionem sequitur D. Thom. in hac quæstione, dicens collatum esse dimensionibus habere substantiæ proprietatem, actum, vim, atque virtutem. Et vt plenius quod dicitur intelligatur, manifestemus ex differentia, seu differentijs inter has opiniones, primo quo ad esse. nam cum accidens in subiecto non sit quod est, sed quo est, ex sola conseruatione accidentis in suo esse non conseruato subiecto, non acquirit accidens nouum modum essendi, sed perdit priorem modum significatum per ly in, desinit enim esse actualiter inhærens: sed vbi conseruationi apponitur collatio noui modi, accidens non solum perdit actualiter inhærere, sed acquirit nouum essendi modum, vt quod prius fuerat quo est, modo sit quod est, & hic est modus essendi substantiæ. Et huic differentiæ annectitur altera, quod conseruatio sola accidentium sine subiecto est velut violenta, hoc est, quod si fieret ab agente secundo, esset violenta: quemadmodum si lapis absque aliquo fulcimento sola agentis virtute sustineretur in loco superiori. Et ratio violentiæ est: quia accidens cum suo esse separatum ab inesse sustinetur, vt prius erat, scilicet vt quo est, ex quo non acquisiuit alium essendi modum: sed si accidens cum modo essendi per modum substantiæ conser-

conseruatur sine subiecto, naturaliter conseruatur in supernaturaliter acquisito essendi modo. Secundo, differunt quo ad esse subiectum: nam ex sola conseruatione accidentium sine subiecto, dimensiones non sunt plus subiectûm aliorum accidentium, quàm prius erant: prius autem erant solum receptiuæ accidentium, & non sustentatiuæ eorundem post separationem igitur tam dimensiones, quàm reliqua accidentia remanent sine subiecto sustentâto. Et inter dimensiones, & alia accidentia hoc interest, quòd accidentia alia retinent subiectum receptiuum, s. ipsas dimensiones, ipsa verò quantitas caret etiam receptiuo: sed ubi quantitati, collatus ponitur modus substantiæ, ipsa quidem, nec sustêtatiuo eget (quoniam est per modum substantiæ) reliquorum verò accidentium ipsa est, & receptiuum, & sustentatiuum: receptiuum quidem ex se, sustentatiuum vero ex acquisito modo substantiæ. Tertio, differunt secundum actionem. quia sola conseruatio non constituit actiuum substantiæ, & per modum substantiæ, sed modus essendi per modum substantiæ constituit actiuum, vt quod respectu omnis producibilis, cuius ibi saluatur actiuum, vt quo. Quarto differunt, quo ad positionem, seu potentiam passiuam: quoniam per solam conseruationem non acquirunt nouam aliquam potentiam passiuam: sed si collatus ponitur modus substantiæ, collata consequenter ponitur vis, atque potentia substantiæ, vt possit scilicet inde fieri quicquid posset ex substantia, si esset. Quòd rationabilior autem sit opinio ponens conferri dimensionibus modum, vimque substantiæ, ex duobus apparet. Primo, quia sic saluantur naturaliter omnes, quæ ad sensum apparent mutationes à naturalibus agentibus circa eucharistiam. nam supposito hoc vno miraculo quæcumque fiunt, naturaliter saluantur, ac si fierent in substantia: quoniam supponitur vicesubstantia quantitas, scilicet habens modum, vim, proprietatemque substantiæ. Secundo apparet, quia non est hic affirmandum miraculum, quod non sequatur ex consecratione, & paucitas miraculorum præeligenda est potius quàm multitudo: sed sic ponendo, vnum solum miraculum ponitur, quod etiam consecrationi est annexum. Nam ad sensum conuincitur, quòd ex speciebus illis educibilis est de potentia ad actum per agens naturale raritas, quæ non est educibilis de potentia dimensionum, & reliquorum accidentium ibi existentium, nisi sicut medio: quoniam constat raritatem educi de potentia materiæ paruificabilis sub amplioribus dimensionibus: ex eo enim quòd ibi non est materia, nisi ponatur aliquid vice materiæ, oportet dicere huiusmodi species non esse rarefactibiles, aut per agens naturale educi raritatem de potentia ad actum absque aliquo, ex quo sit educibilis raritas de potentia ad actum, quod non est intelligibile absq; nouo miraculo. Et hinc quoque apparet soliditas huius opinionis, dum vnico miraculo saluat omnia apparentia, & naturalitatem omnium actionum, & passionum. Nec immediata conseruatio horum à Deo, prohibet corruptionem naturalem eorûdem: quoniam non plus ex immediata conseruatione manutenentur, quàm cum mediante substantia conseruantur: est enim conseruatio Dei suauis rebus conseruatis: & ideo non conseruatio diuina, sed res conseruata, succumbit agenti naturali corrumpenti. Nec oportet solicitum esse circa entitatem prædictorum, s. modi essendi proprietatis, vis, virtutisque substantiæ: ipsa siquidem res de genere accidentium, puta quantitas cum suo esse, fit à Deo uis, virtusque substantiæ habens actum, modumque substantiæ. Manifestatur autem hoc esse non solum possibile, sed rationabile discurrendo per ea, quæ apparent, & opinata in philosophia, videmus in primis in elemêtis quædam non semina, sed proportionalia seminibus, cum generantur animalia ex putrefactione, videmus quoque imperfectissima entia, qualia sunt semina, vicem gerere perfectorum animalium cum generantur animalia perfecta per propagationem, opinamur quoque dari proportionalia membra, puta in carentibus corde aliquid proportionale loco cordis, credimus quoque lumen effici vim astri illius, in quo recipitur, puta lunæ: tenent multi, vt infrà patebit, accidentia propria esse uires ipsas substantiarum. Ex quibus omnibus, si aduerterimus quantitatem esse rem propinque, & quasi proportionalis naturæ cû materia, non apparebit impossibile, aut à ratione alienum, quòd ipsamet res, quæ est quantitas, fiat vicemateria, & sit, ac suppleat materiæ officium, velut quoddam proportionale materiæ, sicut proportionale cordi facit officium cordis: nec oportet aliam entitatem quærere: quoniam accidentia fluentia à principijs essentialibus substantiæ ex hoc ipso, quòd à principijs illis fluunt, sunt non solum accidentia, puta calor, sed sunt vis & virtus substantiæ, ita quòd possunt producere substantiam, vt inferius amplius patebit (quàmuis quidam sentiant contrarium) ita quantitas eucharistiæ potest sortiri à suprema omnium substantiarum, vt ipsamet quantitas sit vicesubstantia, &c. multo enim vehementioris, ac intimioris efficaciæ est primæ substantiæ actio, quàm quicumque fluxus accidentis à principijs substantialibus subiecti. Hic ergo modus, quo facillimè absque multiplicatione tam miraculorum, quàm entitatum, saluantur apparentia circa accidentia eucharistiæ inter agendum, & patiendum.

¶ Quibus prælibatis, ad singula descendendo, perspice in primo articulo huius literæ in responsione ad quartum, primum, quod diximus, scilicet quòd accidens transit de quo est, in quod est, & est deinceps compositum ex quod est, & quo est. Perspice secundo in articulo secundo, in responsione ad primum, quantitatem transire de subiecto medio in recipiendo, in subiectum in sustentando. Perspice tertio in articulo tertio, in responsione ad tertium id, quod diximus de accidentibus fluentibus à substantia, sed occurrunt in hoc loco duo intolerabilia Scoto in 11. distin. 4. Primum est, quòd forma substantialis geniti non sit immediatè à forma substantiali generantis: secundum est, quòd qualitates agunt in virtute formæ substantialis, producendo substantiam. Et Scotus quidem legum circa hæc, processum facit: ego autem quia de sacramentis tracto, & huiusmodi disputatio non est necessaria ad sacramenti notitiam, pertranseundum censeo: declarando tamen sensum Auctoris, quem noluit forte intelligere Scotus quoniam si illum intellexisset, non sic arguisset.

¶ Cum dicimus qualitates agere in virtute formæ substantialis, non somniamus rem aliam absolutam, aut respectiuam, sed ipsam qualitatem esse uirtutem illius substantiæ: sicut dicimus semen esse uirtutis, & propterea sicut conseruato semine, semen bouis generat bouem, & semen hominis generat hominem, proculdubio in virtute hominis à quo fluxit, Sol enim & homo generant hominem, vt dicitur secundo Physic. & tamen non oportet semen illud subordinari defuncto homini, ita quòd referatur ad illum, aut moueatur ab illo, sat est enim seruari sicut fluxit ab illo: ita qualitas vini conuersi in sanguinem Christi, quia erat virtus uini, si pro quia, conseruatur sicut erat, productiua est vini: conuerteret enim guttam aquæ in vinum, non minus, quàm si substantia vini subesset. Nec oportet subordinari vino conuerso, nec moueri ab illo: sed dicitur agere in uirtute illius, quia est uirtus, quæ fluxit ab ipso: sed hæc metaphysicis resolutionibus reseruemus. Reliqua quæ suprà diximus, in articulo quinto & octauo clarè habentur.

---

*Ferr. 4. cont. c. 62. 64.*
*Capr. 4. d. 12. q. 1. con. 1. & 2 d. 2.*
*Sot. 4. s. d. 6. q. 2. art. 2.*
*Scot. 4. s. d. 12. q. 2.*

## ARTICVLVS II.

*Vtrum in hoc sacramento quantitas dimensiua panis, vel vini sit aliorum accidentium subiectum.*

132
4. di. 12. q. 1. ar. 1. q. 3. Et 4 co. c. 62. & c. 64. Et 1. Cor. 11. lec. 5. fi.

### SVPER Q. XVIII. Aliàs 77. Art. II.

CONCL. Necesse est dicere: accidentia alia, quæ remanent in Eucharistię sacramêto, esse, sicut in subiecto, in quantitate dimensiua panis, & vini remanente.

¶ PROB. primò: Quia ad sensum patet, quòd aliquod quâtum est ibi coloratum &c. Secundò, quia omnia accidentia referuntur ad primum subiectum, quod est materia, mediante quantitate dimêsiua (vt patet ex eo; quòd prima dispositio materiæ est quantitas dimêsiua: etiam secundùm Platonem): & consequenter, subtracto primo subiecto, omnia alia accidentia remanent necessariò fundata super quantitate dimensiua, (vt patet ex terminis). Tertiò, quia subiectum accidentium est principiû indiuiduationis ipsorum (vt patet ex quid nominis, principij indiuiduationis, i. ex intelligêtia significationis huius, i. quid significet, esse principium indiuiduatio-

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in hoc sacramento quantitas dimensiua panis, vel vini, non sit aliorum accidêtium subiectum. Subiectum enim accidentis non est accidens: nulla enim forma potest esse subiecta, cum subiici pertineat ad proprietatê materiæ: sed quantitas dimêsiua est quoddam accidens. ergo quantitas dimensiua non potest esse subiectum aliorum accidentium.

¶ 2 Præt. Sicut quantitas indiuiduatur ex substantia, ita etiâ, & alia accidentia. si ergo quantitas dimensiua panis, aut vini remanet indiuiduati, secûdum esse prius habitum, in quo conseruatur, pari ratione, & alia accidentia remanent indiuiduata secûdum esse quod prius habebât in substantia. non ergo sunt in quantitate dimensiua sicut in subiecto, cum omne accidens indiuiduetur per suum subiectum.

¶ 3 Præt. Inter alia accidentia panis, & vini, quæ remanent, deprehenduntur etiam sensu rarum, & densum, quæ non possunt esse in quantitate dimensiua, præter materiam existente: quia rarum est quod habet parum de materia sub magnis dimensionibus: densum autem quod habet multum de materia

dualitionis. In tex.) : & quantitas dimensiua est principium indiuiduationis aliquo modo. i. prout indiuiduum dicit esse indiuisum in se, diuisumque ab omnibus alijs (vt patet ex eo: quòd diuisio accidit substantiæ ratione quantitatis, primo Phy sic. ideoq; secundùm se propriè conuenit quantitati).

* lib.4.tex. 84. tom.2.

**1^m maior.** Subiectum accidentis non est accidens. ℞. Si loquamur de esse subiectum per se. Nisi Deus daret accidenti esse per se. §. Tunc nihil &c. Nam accidenti, i. quantitati dimensiuæ, datur diuinitùs, vt per se sit in hoc sacramento: & ideò ipsa quãtitas est ibi per se subiectum aliorum accidentium; quamuis ante consecrationẽ esset subiectum solũ per accidens, i. ita, quod mediante ipsa quantitate accidentia alia recipiãtur in subiecto.

**2^m de antecedente.** Ita. ℞. Quãtum ad indiuiduari: non autem, quantum ad indiuiduari tali modo. i. immediatè. § Hoc est. Similitudo illa tenet quantum ad primum, non autem tenet, quantum ad secũdum Nam quantitas indiuiduabaĩ prius immediatè per substantiam panis; alia uerò accidentia, etiam secundùm quòd erant, in substantia &c. vt in tex.

*Apud Aristo. lib.1. Met. tex.6. & 7.

**3^m de antecedente.** Quæ non possunt. ℞. Absque diuina virtute miraculosè agente. §. Nam rarum & densum sunt quædam qualitates &c vt in tex. Tunc nihil &c. Miracula. n. hæc sunt virtutis diuinæ: vt ex supradictis patet.

† lib.1.tex. 29. & seq. tom.3.

**4^m de antecedente.** Quantitas à subiecto separata. ℞. Et à qualitatibus sensibilibus. §. Tunc &c. Nã quantitas post consecrationẽ remanens, licet à subiecto sit separata; non tamen à sensibilibus qualitatibus (vt patet): & ideò non potest dici, nec esse, mathematica.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dri.

Ex artic. habes primò, quomodo per ratio-

sub paruis dimensionibus, vt dicitur 4. Physic. † non ergo videtur ꝙ quantitas dimensiua possit esse subiectum accidentium, quæ remanent in hoc sacramento.

¶ 4 Præt. Quantitas à subiecto separata, videtur esse quantitas mathematica, quæ non est subiectum qualitatum sensibilium. cum ergo accidentia, quæ remanent in hoc sacramento, sint sensibilia, videtur quòd non possint esse in hoc sacramento, sicut in subiecto in quãtitate dimensiua panis, & vini remanente post consecrationem.

SED CONTRA est, ꝙ qualitates non sunt diuisibiles nisi per accidens, i. ratione subiecti: diuiduntur autem qualitates remanẽtes in hoc sacramento per diuisionem quantitatis dimensiuæ, sicut patet ad sensum. ergo quantitas dimensiua est subiectum accidentium, quæ remanent in hoc sacramento.

RESPON. Dicendum, quòd necesse est dicere accidentia alia, quæ remanent in hoc sacramento, esse sicut in subiecto, in quantitate dimensiua panis, vel vini, remanente. Primo quidem per hoc, quòd ad sensum apparet aliquid quantum esse ibi coloratum, & aliis accidentibus affectum: nec in talibus sensus decipitur. Secundo, quia prima dispositio materiæ est quantitas dimensiua: vndè & Plato * posuit primas differentias materiæ, magnum, & paruum: & quia primum subiectum est materia, consequens est, quòd omnia alia accidentia referantur ad subiectũ mediante quantitate dimensiua, sicut & primum subiectum coloris dicitur esse superficies, ratione cuius quidam posuerunt dimensiones esse substãtias corporum, vt dicitur in primo Metaphys. † & quia subtracto subiecto, remanent accidentia secundùm esse, quod prius habebant, consequens est, quòd omnia accidentia remaneant fundata super quantitatem dimensiuam. Tertio, quia cum subiectum sit principium indiuiduationis accidentium, oportet id, quod ponitur aliquorum accidentium subiectum, esse aliquo modo indiuiduationis principium. Est autem de ratione indiuidui, quòd non possit in pluribus esse: quod quidem cõtingit dupliciter: vno modo, quia non est natum esse in aliquo: & hoc modo formæ immateriales separatæ, per se subsistẽtes, sunt etiam per seipsas indiuiduæ. Alio modo ex eo, quòd forma substantialis, vel accidentalis, est quidem nata in aliquo esse, non tamen in pluribus: sicut hæc albedo, quæ est in hoc corpore. Quantum igitur ad primum, materia est indiuiduationis principium omnibus formis inhærẽtibus: quia cum huiusmodi formæ quantum est de se, sint natæ in aliquo esse, sicut in subiecto, ex quo aliqua earum recipitur in materia, quæ nõ est in alio, iam nec forma ipsa sic existens potest in alio esse. Quantum autem ad 2m, dicendum est, ꝙ indiuiduationis principium est quantitas dimensiua: ex hoc enim aliquid est natum esse in vno solo, quòd illud est in se indiuisum, & diuisum ab omnibus aliis: diuisio autem accidit substantiæ ratione quantitatis, vt dicitur in primo Physic. † & ideo ipsa quantitas dimensiua est quoddam indiuiduationis principiũ huiusmodi formis, inquantum s. diuersæ formæ numero sunt in diuersis partibus materiæ: vnde & ipsa quantitas dimensiua secundùm se habet quãdam indiuiduationem, ita quòd possimus imaginari plures lineas * separatas eiusdem speciei, differentes positione, quæ cadit in ratione huius quantitatis: conuenit. n. dimẽsioni, ꝙ sit quantitas positionem habens: & ideo potius quantitas dimẽsiua potest esse subiectum aliorum accidentium quàm econuerso.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ accidens per se non potest esse subiectum alterius accidẽtis: quia per se non est. Secundum verò, ꝙ est in alio vnum accidens dicitur esse subiectum alterius, inquantum vnum accidens recipitur in subiecto, alio mediante, sicut superficies dicitur esse subiectum coloris: vnde quando accidenti datur diuinitus vt per se sit, potest etiam per se alterius accidentis subiectum esse.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ alia accidentia, etiam secundũ quòd erant in substantia panis, indiuiduabantur mediante quantitate dimensiua, sicut dictum * est. & ideo potius quantitas dimensiua est subiectum aliorum accidentium remanentium in hoc sacramento, quàm ecõuerso.

AD TERTIVM dicendũ, quòd rarum, & densum, sunt quædã qualitates consequẽtes corpora ex hoc, quòd habent multum, vel parum de materia sub dimensionibus, sicut etiam omnia alia accidentia consequuntur ex principiis substantiæ: & ideo sicut subtracta substantia, diuina virtute conseruantur alia accidentia, ita subtracta materia, diuina virtute conseruantur qualitates materiam consequentes, sicut rarum & densum.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ quãtitas mathematica nõ abstrahit à materia intelligibili, sed à materia sensibili, vt dicitur 7. Metaph. † dicitur autem materia sensibilis ex hoc, quòd subiicitur sensibilibus qualitatibus: & ideo manifestum est, quòd quantitas dimensiua, quæ remanet in hoc sacramento sine subiecto, non est quantitas mathematica.

rationem ostendat, meritò esse insinuatum à Concilio, & Ecclesia; quòd quantitas in Eucharistiæ sacramẽto est subiectum aliorum accidentium. A Concilio quidem Florentino per hoc, quòd dicendo ly separatione facta (vt supra quæst.17. art.3. appen.) admittit manifestè, diuisionem in speciebus sacramentalibus posse fieri. Id quod etiã sensu cõstat, dùm actu videmus, albedinẽ &c. diuidi in partes; quando hostia frangitur. Patet autem apud rectè ratiocinãtes; quòd qualitates non sunt diuisibiles, nisi per accidens, i. ratione subiecti. Cùm ergo qualitates in hoc sacramento remanentes diuidantur per diuisionem quantitatis dimensiuæ (vt patet ad sensum): relinquitur ex hoc, quòd quantitas dimensiua est subiectum aliorum accidentiũ hic remanentium. Necesse est igitur dicere: quòd, admittere diuisionẽ in qualitatibus sacramentalibus, idem est; quod fateri, quantitatem dimensiuam esse subiectũ qualitatum, seu aliorũ accidentium, in sacramento Eucharistiæ. At Concilium Florentinũ admittit primum (vt supra): ergo per hoc fatetur & secundum. Ab Ecclesia quoque idipsum insinuatur per hoc; quòd, in Sequentia de festo corporis Christi, inter Missarum solemnia cantat. Fracto demum sacramento, ne vacilles; sed memento, tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur. Nulla rei fit scissura, sola signi fit fractura; qua nec status, nec statura, signati minuitur. Hæc ibi. Quibus diuisionem accidentium sacramentaliũ denotat. Patet autem apud rectè ratiocinantes &c. vt suprà (applicando ad Ecclesiam) vsque ad ly fatetur & secundum. Secundò uides; quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Scot. 4.

* li.1. Phys. tex.15. t.2.

* Aliàs nõ habetur ly separatas.

* In corp. art.

† lib.7. c.3. tex.3.

*Scot.4.s.d.12.q.3.& 4. Sot.4.s.d.10.q.2.art.3. Capr.4.d.12.q.1.con.2. Rub.4.s.d.12.q.1.art.2. Palud.4.d.12.q.4.*

## ARTICVLVS III.

*Vtrum species, quæ remanent in hoc sacramento possint immutare aliquid extrinsecum.*

AD TERTIVM sic procedit. Videtur, quòd species, quę remanent in hoc sacramento, nō possint immutare aliquid extrinsecum. Probatur enim 7. Physic. quòd formæ, quæ sunt in materia, fiunt à formis, quæ sunt in materia, non autem à formis, quæ sunt sine materia, eo ꝙ simile agit sibi simile: sed species sacramentales sunt species sine materia: quia remanent sine subiecto, vt ex dictis † patet. non ergo possunt immutare materiam exteriorem, inducendo aliquam formam.

¶ 2 Præt. Cessante actione principalis agentis, necesse est, quòd cesset actio instrumenti: sicut quiescente fabro, non mouetur martellus: sed omnes formæ accidentales agūt instrumentaliter in virtute formę substantialis tanquàm principalis agentis. cum ergo in hoc sacramento non remaneat forma substantialis panis, & vini, sicut suprà * habitum est; videtur ꝙ formæ accidentales remanentes, agere non possint ad immutationem exterioris materiæ.

¶ 3 Præt. Nihil agit vltra suam speciem, quia effectus non potest esse potior causa: sed species sacramentales omnes sunt accidentia. non ergo possunt exteriorem materiam immutare, ad minus ad formam substantialem.

SED CONTRA est, quòd si non possent immutare exteriora corpora, non possent sentiri: sentitur. n. aliquid per hoc, ꝙ immutatur sensus à sensibili, vt dicitur 2. de anima. *

RESP. Dicendum, ꝙ, quia vnūquodque agit, inquantum est ens actu, consequens est, quòd vnumquodque sicut se habet ad esse, ita se habeat ad agere; quia igitur secundùm prædicta, * speciebus sacramentalibus datum est diuina virtute, vt remaneant in suo esse quod habebant substantia panis, & vini existente, consequens est, ꝙ etiam remaneant in suo agere: & ideo omnem actionem, quam poterant agere, substantia panis, & vini existente, possunt d etiam agere substantia panis, & vini transeunte in corpus, & sanguinem Christi: vnde non est dubium, quòd possunt immutare exteriora corpora.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ species sacramentales, licet sint formæ sine materia existentes, retinent tamen idem esse, quod habebant prius in materia: & ideo secundum suum esse assimilantur formis, quæ sunt in materia.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ita actio formæ accidentalis dependet ab actione formæ substantialis, sicut esse accidentis dependet ab esse substantiæ, & ideo sicut diuina virtute datur speciebus sacramentalibus, vt possint esse sine substantia, ita datur eis vt possint agere sine forma substantiali virtute Dei, à quo sicut à primo agente dependet omnis actio formæ, & substantialis, & accidentalis.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ immutatio, quæ est ad formam substantialem, non fit à forma substantiali immediatè, sed mediantibus qualitatibus actiuis, & passiuis, quæ agunt in virtute formæ substantialis: hæc autem virtus instrumentalis conseruatur in speciebus sacramentalibus diuina virtute, sicut & prius erat: & ideo possunt agere ad formam substantialem instrumentaliter, per quem modum aliquid potest agere vltra suam speciem, d non quasi virtute propria, sed virtute principalis agentis.

ARTI

### SVPER Q. XVIII. Aliàs 77. ART. III.

COncl. Species in Eucharistiæ sacramento remanentes omnē actionem, quam poterant agere, substantia panis & vini existente, possunt etiā agere; substantia panis & vini in corpus & sanguinē Christi transeunte. Vnde non est dubiū, ꝙ ipsa possunt immutare exteriora corpora.

133 4. di. 12. q. 1. ar. 2. q. 1. & 2.

¶ Prob. Quia sicut speciebus datū est diuinitùs, vt remaneant in suo pristino esse, art. 1. ita eisdem datur, vt remaneant in suo pristino agere (cùm vnumquodque sicut se habet ad esse, ita se habeat ad agere). Secunda autem pars, s. vnde &c. probat: Quia patet ex prima; addito, ꝙ species illæ prius. i. quando existebant in substantia panis ac vini, poterant immutare extra corpora.

† art. 1. huius quæst.

### 1m ex Philos.

Non autem à formis, quæ sunt sine materia. ℞. Nisi tales formæ, secundùm suum esse, assimilentur formis; quę sunt in materia. §. Tūc nihil &c. Nam species sacramentales licet &c. vt in tex.

* q. 75. art. 2. & 6.

¶ Not. Sanctus Doctor ad glossandū propositiones Philosophi, quæ procul dubio, licet sint secundū rationem, non sunt supra rationem, insudat & hic, & alibi pluries; quādo tractat de excedentib. rationem naturalem. Videtur autē quibusdam; ꝙ nō debuisset de hoc solicitari: sed ad omnia illa philosophica vnico verbo pro semper dicere; ꝙ non sunt ad propositum, vtpote non attingentia materiam, de qua ipse ibi tractat. i. ea, quę sunt simpliciter fidei. Maxima tamen causa adductus D. Thomas noluit sic dicendo procedere. Primò; quia se Doctorem nostrum in theologia exhibere proposuerat (vt patet consideranti principium sui prologi in primam partem Summæ). id quod non obseruasset, si taliter ad philosophica respondendo pertransisset. Quis enim vel mediocris ingenij discipulus nesciat; sic se breuiter ad omnes tales authoritates expedire? Sed aliud est, simplici verbo prædicto talia refellere (quod est discipuli): aliud est rationi naturali satisfacere in huiusmodi. i. ex ratione speciali singillatim ostendere, quòd talia philosophica contra ea, quæ ad fidem pertinent, non concludunt (quod magni Doctoris munus est). Sic enim procedendo & respondens mirifica docet, & mirifica docens in altum excitat ac prouehit ingenia discipulorum. Secundò, taliter (vt suprà) ad philosophica dogmata se habuit Diuus Thomas: quia voluit ostendere multiplicibus factis, verum esse id; quod sæpe protulerat verbis. Dixerat siquidem à principio, videlicet 1. quæst. 1. artic. 8. ad secundum. & quæst. 2. artic. 2. ad primum, quòd naturalis ratio (quamuis non pertingat ad ea, quæ sunt fidei, 1. quæst. 1. artic. 1. corp.) non est contra fidem; imò deseruit fidei, & fides eam præsupponit, tanquàm perfectio perfectibile. Addens quoque 1. quæst. 1. artic. 8. corp. probationes omnes, quæ contra illa, quæ fidei sunt, inducuntur, non posse esse demonstrationes; sed necessariò esse solubilia argumenta: quoniam fides infallibili veritati innititur; & impossibile est, de vero demonstrari contrario. Dum ergo per totam doctrinam suam ea, quæ naturalis rationis sunt, siue à Philosopho, siue à quocumque alio dicantur, si quando contra fidei dogmata producuntur, diligentissime in bono sensu glossat; & veracissime nil prorsus valere contra fidem, illa soluendo, demonstrat: procul dubio practicaliter (vt ita loquar) ad digitum passim verificari testatur illud; quod vniuersaliter esse verum, tanquàm in speculatione quadam, prædixerat.

* lib. 2. tex. 51 74. 121. tom. 2.

* art. 1. huius q. ad 3.

D. 65.

### 2m de maiori.

Primi agentis. ℞. Et, primò primi agentis. §. Nam si primum agēs, de quo in argumento, & primò primū agens, i. Deus, cessat ab actione aliqua; tunc necesse est, cessare actionem instrumenti: non aliter. Tunc nihil &c. Licet enim post consecrationem agens secundò primum (hoc est quælibet creatura; & in proposito, est forma substantialis panis, ac vini) cesset ab actione tali; non tamen agens primò primū cessat: & ideò non est necesse, vt cesset actio instrumenti huius, i. formæ accidentalis, i. accidentis. Nam sicut diuina virtute datur speciebus &c. vt in tex.

### 3m maior. Nihil agit vltra suam speciē.

℞. Si agat in virtute propria: non autem, si agat in virtute principalis agentis. §. Tunc nihil &cæt. Nam accidentia in hoc sacramento remanentia agunt in virtute principalis agentis, i. Dei: licet non in virtute principalis agentis, i. formæ substantialis, in cuius virtute ante consecrationem agebant. Immutatio enim quæ est ad formam substantialem, non fit à forma substantiali, &cæt. vt in textu.

D. 92.

## APPENDI.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas; meritò esse insinuatum ab Ecclesia: quòd species remanentes in sacramento Eucharistiæ possunt immutare aliquod extrinsecum. Vt; per hoc, quòd in sequentia solemnitatis corporis Christi, dicit: Sub diuersis speciebus, signis tantùm, & non rebus, latent res eximiæ. Ex eo enim quòd has species sacramenti vocat signa, notificat intentum. Nam (vt inquit Beatus Augustinus, & recitatur, De consecratio. distinc. 2.) signum est res præter speciem, quam ingerit sensibus, aliud aliquid faciens ex se in cognitionem venire. Nec mireris; quòd, Ecclesia dicente ly signis tantùm, & non rebus, Diuus Augustinus dicat ly signum est res: quoniam stant simul hæc duo, s. quòd signum sit res transcendenter accepta, sicuti est ens; & non sit res particulariter accepta, id est (vt in proposito loquamur) non sit panis, cuius signum est; secundùm quòd etiam Beatus Gregorius in homil. Paschal. ait: Species &

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

ties & similitudo illarum rerum vocabula sunt, quæ ante fuerunt, s. panis, & vini. Nam signum illud, seu species illa, panis erat priùs etiam res particularis, inquantum s. erat saltem illatiuè substantia panis: nunc verò est solummodò signum, quia non est amplius illatiuè substantia, quam præsefert. Nunc enim signum illud in esse conseruatur à Deo immediatè; quod prius in esse ipso conseruabâtur à Deo mediante substantia panis. Cùm ergo (secundùm B. August.) signum ingerat speciem sensibus; & (secundùm Ecclesiam sanctam) species sacramentales sint signa, relinquitur, quod Ecclesia dicendo, quod tales species sunt signa, dixerit simul, quod possunt sentiri, ideoque quòd possunt immutare corpora exteriora. Sentitur enim aliquid per hoc; quod immutatur sensus à sensibili, 2. de anima. Secundò uides, quomodo ex ijs benè pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. a

---

Alb. Mag. 4. d. 12. ar. 10.
Ferr. 4. cont. c. 66.
Scot. 4. s. d. 12. q. 4. & 5.
Rich. 4. s. d. 12. q. 2. art. 2.
Sot. 4. s. d. 10. q. 2. art. 4.
Capr. 4. d. 12. q. 1. con. 3.

134 Infra ar. 5. cor. Et 4. d. 12. q. 1. art. 2. q. 3. Et 4. contra c. 66.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum species sacramentales possint corrumpi.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod species sacramentales corrumpi non possint. Corruptio n. accidit per separationem formæ à materia: sed materia panis nõ remanet in hoc sacramento, sicut ex supradictis patet. † ergo huiusmodi species non possunt corrumpi.

¶ 2 Præt. Nulla forma corrumpitur nisi per accidens, corrupto subiecto: vnde formę per se subsistentes, incorruptibiles sunt, sicut patet in substantiis spiritualibus, sed species sacramentales sunt formæ sine subiecto. ergo corrumpi non possunt.

¶ 3 Præt. Si corrumpuntur, aut hoc erit naturaliter, aut miraculosè, sed non naturaliter, quia non est ibi assignare aliquod corruptionis subiectum, quod maneat corruptione terminata: similiter etiam nec miraculosè, quia miracula, quæ sunt in hoc sacramento, fiunt virtute consecrationis, per quàm species sacramentales conseruantur, non est autem idẽ causa conseruationis, & corruptionis. ergo nullo modo species sacramentales corrumpi possunt.

SED CONTRA est, quod sensu deprehenditur, hostias consecratas putrefieri, & corrumpi.

RESP. Dicendum, quod corruptio est motus ex esse in non esse: dictum est autẽ suprà, * quod species sacramentales retinent idem esse quòd prius habebant, substãtia panis, & vini existente; & ideò sicut esse horum accidentium poterat corrumpi substantia panis, & vini existente, ita etiam potest corrumpi illa substantia abeunte: poterãt autem huiusmodi accidẽtia primo corrumpi dupliciter: vno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem, sicut per alterationem qualitatum, & augmentũ, vel diminutionem quantitatis: non quidem per modum augmenti, vel diminutionis, qui inuenitur in solis corporibus animatis, qualia non sunt substantia panis, & vini, sed per additionem, vel diuisionem. nam sicut dicitur 3. Metaph. per diuisionem vna dimensio corrumpitur, & fiunt duæ, per additionem autem econuerso ex duabus fit vna: & per hunc modum manifestè possunt corrumpi huiusmodi accidẽtia post consecrationẽ: quia & ipsa quantitas dimensiua remanens, potest diuisionẽ & additionem recipere, cum sit subiectum qualitatum sensibiliũ, sicut dictum est, * potest etiam esse subiectum alterationis earum, puta si alteretur color, aut sapor panis, aut vini. Alio modo, poterant corrumpi per accidens, per corruptionem subiecti: & hoc modo possunt corrumpi etiã post consecrationem: quamuis.n. subiectum nõ remaneat, remanet tamen esse quod habebant huiusmodi accidentia in subiecto, quod quidem est proprium, & conforme subiecto. & ideo huiusmodi possunt corrumpi à contrario agente, sicut corrumpebatur substantia panis, vel vini, quæ etiam non corrumpebatur nisi præcedente alteratione circa accidentia. Distinguendum tamen est inter vtramque prædictarum corruptionum: quia cum corpus Christi, & sanguis succedat in hoc sacramento substantię panis, & vini, si fiat talis immutatio ex parte accidentium, quæ non suffecisset ad corruptionem panis, & vini, propter talem immutationem non desinit corpus, & sanguis Christi esse sub hoc sacramento, siue fiat immutatio ex parte qualitatis, puta, cum modicum immutatur color, aut sapor panis, vel vini, siue ex parte quãtitatis: sicut cum diuiditur panis, aut vinum in tales partes, quòd adhuc in eis possit saluari natura panis, aut vini. Si verò fiat tanta immutatio, quòd fuisset corrupta substantia panis, aut vini, non remanent corpus, & sanguis Christi sub hoc sacramento: & hoc siue ex parte qualitatum, sicut cum ita immutantur color, & sapor, & aliæ qualitates panis, & vini, quòd nullo modo possent compati naturam panis, aut vini: siue etiam ex parte quantitatis, puta si puluerizetur panis, vel vinum, in tam minutas partes diuidatur, vt iam non remaneat species panis, vel vini.

*art. 2. huius quæst.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ad corruptionem per se pertinet, quod auferat esse rei, vnde inquantum esse alicuius formæ est in materia, consequens est, quod per corruptionem separetur forma à materia: si verò huiusmodi esse non esset in materia, simile tamen ei, quod est in materia, posset per corruptionem auferri etiam materia non existente: sicut accidit in hoc sacramento, vt ex dictis † patet.

† In corp. art.

AD SECVNDVM dicendum, quod species sacramentales licet sint formæ non in materia: habent tamen esse quod prius in materia habebant.

AD TERTIVM dicendum, quòd corruptio illarum specierum d non est miraculosa, sed d naturalis: præsupponit tamen miraculum quod est factum in consecratione, s. quod illæ species sacramẽtales retineant esse sine subiecto, quod prius habebant in subiecto: sicut & cęcus miraculosè illuminatus, naturaliter videt.

D. 13. D. 17.

### SVPER Q. XVIII. Aliàs 77. Art. iiii.

COncl. 1. Sicut esse accidentiũ panis & vini poterat corrumpi, substantia panis & vini existente; ita etiam potest corrũpi, illorum substantia abeunte: & hoc dupliciter.

† q. 75. art. 3. & 6.

¶Prob. Quia species sacramentales retinent idem esse, quod priùs substantia panis ac vini existente habebant (vt patet art. 1.): & tunc s. illorum substantia manente, corrumpi poterant (vt patet ad sensum). Secunda pars, s. & hoc &c. probatur: Quia possunt (quod & poterant) corrũpi tùm per se, tùm per accidens (vt declarat in tex. à ly per se quidẽ &c. vsq; ad ly nisi præcedẽte alteratione circa accidentia).

¶Concl. 2. Corruptio specierũ sacramentalium quandoque cõpatitur secum præsentiam corporis ac sanguinis Christi; quandoque autem non.

¶Prob. Quia si fiat talis immutatio illorũ accidentiũ, quę nõ suffecisset &c. (vt in textu vsque ad finem).

* art. pręc.

### 1m de maiori.

Per separationem formæ à materia. R. Vel per ablationẽ alicuius esse similis illi esse, quod est in materia. §. Nam, quia ad corruptionem per se pertinet, quod &c. vt in tex. Tũc nihil &c. vt patet ibid. & artic. 3. ad primum.

### 2m minor.

Species sacrales sunt formę sine subiecto? R. Habent tamen esse, quod priùs in subiecto habebant. §. Tunc &c. Nam illa maior. s. nulla forma corrumpitur, nisi corrupto subiecto, nõ obstat proposito. Ad verificãdam enim illã non requirit vniuersaliter, quod omnis forma corruptibilis habeat subiectũ: sed sufficit, quod saltẽ habeat esse, quod naturalr solet esse in subiecto. Nã tunc, sicut forma habẽs subiectum corrũpitur per hoc, quod subiectum corrumpitur; ita forma habẽs esse, quod naturalr solet esse in subiecto, corrũpitur per hoc, quod esse suũ corrũpitur. Nec tamen hinc fit (vt uidet putare argũ) quod esse omnis formę immaterialis, & per se subsistentis, quales sũnt substãtiæ spirituales, fit corruptibile: sed tantùm sequitur, quod esse omnis formæ immaterialis, & per se subsistentis, quod naturaliter solet esse in materia, quale non est esse substantiarum spiritualium, fit corruptibile.

### 3m de minori.

Sed non naturaliter. R. Negatur. §. Præsupponendo tamen miraculum, quod est factũ &c. vt in textu. Ad probationem dicitur; quod nihil valet in proposito. Nam tũc subiectum aliquod manet, corruptione terminata; quando id, quod naturaliter corrumpitur, habet subiectum: non autem, quando non habet subiectum (vt est in proposito). Ex quo patet: quod naturaliter corrũpi est vniuersalius; quàm subiectũ aliquod remanere,

nere,corruptione naturali terminata(quam uniuersalitatem maiorem non considerauit argumentum):& hoc,nisi quando corruptio naturalis nullum præsupponit miraculum. Nam tunc conuerterentur ad inuicem duo hæc,s.corrumpi naturaliter,& remanere subiectum aliquod corruptione terminata. Hæc autem omnia sanctus Doctor annotauit, & insinuauit breuiter (more suo) in textu per hoc;quòd post ly sed naturalis, mox tanquam limitando addidit ly præsupponit tamen miraculum.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò,quomodo per rationem ostendat,meritò esse insinuatum à Papa Honorio,& Innocentio;quòd species sacramentales corrumpi possunt. Insinuarũt autem hoc ex eo; quòd mandauerunt, Eucharistiam in loco mundo, deuote conseruari,atque diligenter custodiri:nè per incuriam oppositam aliquid infandum, aut indignationem diuinã prouocans indè contingeret. Hoc est,in proposito (alijs tacitis,quæ per incuriam indè prouenire possunt): ne contingat,quòd species sacramẽtales putrefiant,seu corrumpantur. Nisi enim in loco mundo, & diligenter, custodiretur; tùm ex humiditate,vel aliàs indecentia loci,tùm ex negligentia custodiæ, quia s. non frequenter renouaretur, seu permutaretur, ipsæ sacramenti species (vt compertum est) facile corrumperentur. Ideò mandauerunt summi Pontifices,vt suprà: & quidem Innocentius sic. Statuimus: vt in cunctis Ecclesijs Eucharistia sub fideli custodia clauibus adhibitis conseruetur. Si uerò is, ad quem spectat, incautè relinquerit, tribus mensibus ab officio suspendatur: &, si per eius incuriam aliquid nefandum indè contigerit, grauiori subiaceat vltioni. Hæc ille: vt recitatur extrà, de custodia Eucharist. & aliorum sacram. Honorius verò sic. Ne propter incuriam sacerdotum diuina indignatio grauiùs exardescat, districtè præcipiendo mandamus: quatenus à sacerdotibus Eucharistia in loco singulari, mundo, & signato, semper honorifice collocata deuotè ac fideliter conseruetur. Hæc ille; vt recitatur, extrà, de celebratione missarum, cap. Sanè. Ex quibus datur intelligi: quòd per huiusmodi mandata voluerunt Pontifices illi & impedire, nè specierum sacramentalium corruptio sequeretur; & figuræ veteri nouum reddere figuratum. Vetus figura de hoc sic habet Leuitic. 24. Panes super mensam purissimam coram Domino statues. Per singula sabbatha mutabuntur,fœdere sempiterno. Figuratum autem huius nouum est illud quod & verbis & sensu iusserunt prænominati Pontifices. Cæterùm si,de tali correspondentia testamentorum in huiusmodi meliùs vis instrui; vide Veritates aureas super legem veterem, Leuit. 24.concl. 1. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm.Cardinalis Caietani.

IN artic.4.vbi de corruptione horum accidentium agitur perspice caute Auctorem loqui de eorum accidentium corruptione per modum termini. Et hoc tam cum corrumpuntur quasi ad corruptionem subiectioni, hoc est sicut corrumperentur ad corruptionem subiecti,quàm cum corrũpuntur directe,seu per se: hoc enim perspiciendo clara reddetur litera tam in corpore, quàm in responsione ad primum: vbi separationem formæ à materia, quasi per accidens in termino corruptionis ponit: quia annectitur dicta separatio deperditioni sui esse in materia. hinc enim surgit, quòd quia esse illud etiam sequestratum à materia, est corruptibile, vt prius: quia retinet naturam priorem, vt terminare corruptionem possit, sine separatione formæ à materia, quæ non est. & similiter, quia huiusmodi esse sic separatur, & separatum conseruatur vt proprium erat,& conforme subiecto,puta pani, vel uino, ita potest terminatiuè corrumpi quasi ad corruptionem subiecti sicut prius, vt in corpore articuli dicitur.

*Ferr.4.cont c.66.*
*Sot.4.s.d.10.q.2.art.5.*
*Scot.4.s.d.12.q.6.*
*Capr.4.d.12.q.1.con.3.*

### ARTICVLVS V.

*Vtrum ex speciebus sacramentalib. aliquid possit generari.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ex speciebus sacramentalibus nihil possit generari.Quod enim generatur,ex aliqua materia generatur: ex nihilo. n. nihil generatur, quamuis ex nihilo fiat aliquid per creationem: sed speciebus sacramentalibus non subest aliqua materia nisi corporis Christi, quod est incorruptibile. ergo videtur quòd ex speciebus sacramentalibus nihil possit generari.

¶2 Præt. Ea,quæ non sunt vnius generis, non possunt ex se inuicẽ fieri: non enim ex albedine fit linea: sed accidens, & substantia differunt genere. cum ergò species sacramentales sint accidentia, videtur quòd ex eis non possit aliqua substantia generari.

¶3 Præt. Si ex eis generetur aliqua substantia corporea, illa substantia nõ erit sine accidente. Si ergo ex speciebus sacramentalibus generetur aliqua substantia corporea, oportet, quòd ex accidente generetur substantia, & accidens, duo s. ex vno, quod est impossibile. ergo impossibile est, quòd ex speciebus sacramẽtalibus aliqua substantia corporea generetur.

SED CONTRA est, quòd ad sensum videri potest ex speciebus sacramentalibus aliquid generari, vel cineres, si comburantur; vel vermes, si putrefiant; vel pulueres, si conterantur.

RESP. Dicendum, quòd cum corruptio vnius, sit generatio alterius, vt dicitur in 1. de generatione, * necesse est, quòd ex speciebus sacramentalibus aliquid generetur, cum corrumpantur, vt dictum est. † non enim sic corrũpuntur, vt omnino dispereant, quasi in nihilum redigantur, sed manifestè aliquid sensibile eis succedit: quomodo autem ex eis aliquid generari possit, difficile est videre: manifestum est enim, quòd ex corpore, & sanguine Christi, quæ ibi veraciter sunt, non generatur aliquid, cum sint incorruptibilia: si autem substantia panis, aut vini remaneret in hoc sacramento, vel eorum materia, facile esset assignare, quòd ex eis generatur illud sensibile, quod succedit, vt quidam posuerunt: sed hoc est falsum, vt suprà habitum est. † & ideò quidam dixerunt, quòd ea, quæ generantur, non fiunt ex speciebus sacramentalibus, sed ex aere circunstante: quod quidem multipliciter apparet esse impossibile. Primo, quia ex eo generatur aliquid, quod prius alteratum, & corruptum apparet: nulla autem alteratio, vel corruptio prius apparuit in aere circunstante: vnde ex eo vermes, vel cineres non generãtur. Secundo, quia natura aeris non est talis, quòd ex eo per tales alterationes talia generentur. Tertio, quia potest contingere in magna quãtitate hostias consecratas comburi, vel putrefieri: nec

135 Inf. art. 8. ad 2. Et 4. d. 12. q. 1. art. 2. q. 4. Et 4. contra, c. 66. Et quol. 9. ar. 5. ad 3. Et 1. cor. 11. lec. 4. fi.

SVPER Q XVIII. Aliàs 76. Art. v.

COncl. 1. Necesse est, quòd ex speciebus sacramentalib. aliquid generetur, quando corrumpuntur.

¶Prob. Quia nõ sic corrũpuntur species illæ, vt omninò in nihilũ redigantur; imò (quod patet) ex illarũ corruptione sequit, vt eis aliquid sensibile succedat.

¶Concl. 2. Quicqd posset generari ex materia panis & vini, si adesset; totum potest generari ex quantitate dimensiua panis & vini: quæ post consecrationem sine subiecto remanet; artic. 1.

¶Prob. Quia in ipsa consecratione miraculosè datur quantitati dimensiuæ panis ac vini, quòd sit primum subiectum subsequentium formarum (vt patet artic. 2.): & ex consequenti eodem miraculo eidem datur omne illud, quod ad primum subiectum subsequentium formarum. i. ad materiam, pertinet.

¶Coroll. Ex secũda igitur conclusione iã efficaciter probata constat: quòd ea, quæ generantur, corruptione data specierũ sacramentalium, non generantur ex aere circunstante; neque ex substãtia panis ac vini redeunte (vt quidã irrationabiliter existimarunt). Ergo illos, qui generationem hanc ex aere dicebant, non tantũ quatuor rationib. in tex. expressis de inscitia conuincere potes: sed ẽt quinque, dicẽdo s. generatio hæc fit ex quãtitate prædicta, ergo nõ ex aere. Itẽ cõtra illos, qui hãc generationẽ ex substantia panis redeũte affirmãt, postq̃ rationes in textu expressas attuleris, addes & illã. s. generatio hæc fit ex quãtitate miraculosè uim materiei obtinente, ergo non ex substãtia panis redeũte. Adhuc audi. Tunc. i. si substãtia panis rediret, aut frustrà rediret; aut miraculũ illud in consecratione. s. dans quantitati vim substãtiæ. i. vim materiæ, factũ non fuisset. Si enim factum est, potest utique ex quantitate præmissa generatio illa fieri; ergo non requiritur ad hoc, vt panis substantia redeat. Quòd si redierit, redibit frustrà (vt patet huius rationis seriẽ consideranti). Porrò, miraculũ illud ex cõsecratione proueniens ad quãtitatem dimensiuam illam, videbitur

* lib. 1. tex. 17. com. 2.

† ar. præc.

videbit se non posse tutò negare omnis prudens: qui rectè considerauerit ea, quæ de consecratione sacraméti huius tradiderunt concilia Lateran. sub Innoc. III. & Florentin. supra art. 1. 2. & q. 16. artic. 1. 4. & in huius articuli appen. infrascripta. Restat ergo ex concilijs quoque istis absolute concludendum: & quod illa reditio substantiæ panis fieret frustra, quod est inconueniens (cum nec Deus nec natura, etiam Physicorum Philosophum, aliquid agât frustra); & consequenter quod non fieret.

## 1m de maiori.

Ex aliqua materia. ℞. Vel ex aliquo supplente vicem materiæ. §. Tunc nihil &c. Nam quàmuis non sit ibi materia, &c. vt in text. Ex quo dic; quòd quantitas illa cum secundum se non sit materia (vt insinuat textus) nô desinit esse secûdû se quantitas; & tamen, cum sit naturaliter secundû se solummodo accidens, recipit miraculose a Deo officium substantiæ. i. vt sit pro materia (ac si quis sit non Rex, sed Prorex). i. vt faciat, ac possit ex ea fieri, quicquid facit, ac fit ex materia; puta sustentare formas tanquâ subiectum earum, atque ex ea generari &c.

*q. 75. arti. 4. & 2.

## 2m de maiori.

Quę non sunt vnius generis. ℞. Et non habent vim eiusdem generis. §. Tunc nihil &c. Nam illę species sacramentales sunt quidem accidentia (ut d. minor) habent &c. vt in tex.

## 3m de conclusione prima.

* Ar. 4. huius q. & q. 76. artic. 6. ad 3.

Quod est impossibile. ℞. Negatur: quando illud vnum habet pprietatem, seu vim, duorû. §. Vt est in proposito nostro. Nam quantitas dimensiua panis, &c. vt in tex. Vide dicta super ad primum.

* q. 75. a. 2.

esset possibile tántum de corpore terreno ex aere generari, nisi magna, & valde sensibili inspissatione aeris facta. Quarto, quia idem potest accidere corporibus solidis circunstantibus, puta ferro, aut lapidibus, quæ integra remanét post prædictorum generationem, vnde hæc positio stare non potest: quia contrariatur ei, quod ad sensum apparet, & ideo alii dixerunt, quòd redit substantia panis, & vini in ipsa corruptione specierum: & sic ex substantia panis, & vini redeunte generantur cineres, aut vermes, aut aliquid huiusmodi, sed hæc positio videtur esse impossibilis. Primo quidem, quia si substantia panis, & vini, conuersa est in corpus, & sanguinem Christi, vt supra habitum est * non potest substantia panis, aut vini redire, nisi corpore, aut sanguine Christi iterum conuerso in substantiá panis, vel vini, quod est impossibile: sicut si aer sit conuersus in ignem, non potest aer redire, nisi iterum ignis conuertatur in aerem: si vero substantia panis, aut vini sit annihilata, non potest iterum redire: quia quod in nihilum decidit, non redit idem numero: nisi forte dicatur redire prædicta substantia, quia Deus de nouo creat aliam nouam substantiam loco primę. Secundo, videtur hoc esse impossibile: quia non est dare, quando substátia panis redeat: manifestum est enim ex supradictis, * quòd manentibus speciebus panis, & vini, manet corpus, & sanguis Christi, quæ nó sunt simul cum substantia panis, & vini in hoc sacramento, secundum præhabita.* vnde substantia panis, & vini non potest redire, speciebus sacramentalibus manentibus: similiter etiam nec eis cessantibus: quia iam substátia panis, & vini esset sine ꝓpriis accidentibus, quod est impossibile. Nisi forte dicatur, quod in ipso vltimo instanti corruptionis specierum redit nó quidem substantia panis, & vini, quia illud idem instans est, in quo primo habét esse substantiæ generatæ ex speciebus,* sed materia panis, & vini, quæ magis de nouo creata diceretur quàm rediens, proprie loquendo: & secûdum hoc, posset sustineri prædicta positio. Verum, quia non rationabiliter videtur dici, quòd miraculose aliqd accidat in hoc sacramento, nisi ex ipsa consecratione, ex qua non est, quòd materia creetur, vel redeat, melius videtur dicendum, quòd in ipsa consecratione miraculose datur quantitati dimensiuæ panis, & vini, quòd sit primum subiectum subsequentiû formarum. hoc autem est proprium materiæ, & ideo ex consequenti datur prædictæ quantitati dimensiuæ omne illud, quod ad materiam pertinet, & ideo quicquid posset generari ex materia panis, uel vini, si adesset, totum potest generari ex prædicta quantitate dimensiua panis, vel vini: non d quidem nouo miraculo, sed ex vi miraculi prius facti.

* Alias sed materia panis magis, quasi de nouo creata, &c.

Ad primvm ergo dicendum, quòd quamuis non sit ibi materia, ex qua aliquid generetur, quantitas tamen dimensiua supplet vicem materiæ, ut dictum est.*

Ad secvndvm dicendum, ꝙ illæ species sacramentales, sunt quidem accidentia, habent tñ actuum, & vim substantiæ, ut dictum est.*

Ad tertivm dicendû, quòd quantitas dimensiua panis, & vini retinet naturam propriam, & accipit miraculose vim, & proprietatem substantiæ, & ideo potest transire in vtrumque, idest in substátiam, & dimensionem. AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes qûo per rationem ostendas, merito a Papa, & concilijs, esse insinuatum: quòd ex speciebus sacramentalibus potest aliquid generari. A Papa quidem & Innoc. & Honorio per hoc, quòd singillatim vterque illorum dixit ea: quæ referuntur, artic. 4. appen. Diligenti. n. custodia asseruari Eucharistiam mandatur, & in loco mundo, & per omne Sabbathum (ut erat in illa figura.). i. frequenter permutari: ne ex negligétia circa hæc inde contingat aliquod infandum, quod inter cætera est illud generari ex speciebus sacramentalibus annotatum in argum. contr. A Concilijs autem Lateranensi sub Innoc. III. dicente. Verum Christi corpus & sanguis in sacro altaris sub speciebus panis & vini veraciter continetur; transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, potestate diuina. Item à Florentino dicéte. Verborum Christi virtute; substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguiné conuertuntur. Ex eo. n. ꝙ potestati diuinæ, seu virtuti verborum Christi, idest miraculo diuinitus facto tribuunt conuersionem substantiarum panis & vini, remanentibus speciebus earum, constat de mente conciliorum ipsorum; quòd scilicet docent, species ipsas. i. unam ipsarum, quæ est quantitas dimensiua, ex miraculo eodem sortiri vim & actum substantiæ: ita ut dimésiua panis quâtitas sustentet reliqua accidentia, ceu illarum primum subiectum: ex eadem quantitate, tanquám ex primo subiecto. i. materia, possit generari aliqd. Alioquin illa quantitas non sortiretur hoc. s. esse primû subiectum; & sic post consecrationem remaneret primû subiectû, qđ erat ante consecrationé. i. materia panis: id qđ est manifeste hæreticum. Relinquitur ergo secûdum concilia præmissa, dicendum: ꝙ quâtitas illa post illam miraculosam conuersioné sit pro materia, idest habens officiû materiæ præexistentis in pane; & consequenter quòd in officio suo postea sequitur naturam principalis, idest materiæ, cuius vicem gerit; sicut & Prorex sequitur conditiones, seu proprietates regis, in officio administrando. Hæc uerò etiam regulæ iuris consentanea sunt; ideoque ex ipsa confirmationem, quò ad hoc, trahunt: quæ dicit. Accessorium naturam sequi congruit principalis. Hæc in lib. sexto, de regul. iur. regula 42. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

D. 13.

*In cor. ar.

* Ibidem.

a

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 5. in quo fere omnia supra dicta continentur, aduerte in ratione ad tertium. tres esse opiniones de modo quo in instanti generationis nouæ substantiæ ex speciebus sacramentalibus fit materia, vel per creationem, uel per reparationem, uel conuersionem. Et multi quidem tenent, quòd per creationem redit materia, & ratio affertur a Petro de Pal. quia nullum fit propterea opus nouû, quod. s. non fuerit factum in operibus sex dierum. nam creatio antiquum opus est, & continue admiscetur in generatione hominis. Auctori autem hæc via non placet, ut patet in corpore huius artic. quia ex ipsa consecratione non est, ut materia creetur, uel recreetur: & propterea tenet aliam viam, s. quòd per modum conuersionis, seu transitionis quantitas transit in materiam, ita quòd uirtute primi miraculi datum est quantitati, ut sit vice materię durante sacramento, & in termino sacramenti, hoc est in primò non esse sacramenti, sit uere materia: quemadmodum in politicis princeps vnico Imperio constitueret aliquem proconsulem uiuente consule, ita quòd in obitu consulis sit consul. Nec propterea putes sentire Auctorem, quòd agens naturale, faciat de dimensionibus materiam, hoc enim stultum est: quoniam agens naturale non facit primum subiectum suæ actionis, sed supponit illud: sed perspiciendum est, ꝙ agens naturale agit in vicemateriam, disponendo illam tanquàm si esset materia ad formam substantiæ generandæ, & hoc usque ad instans generationis exclusiue. In instanti autem generationis, qđ est primum non esse sacramenti, dimensio, actione diuina, virtute primi

primi miraculi transit in materiam dispositam pro forma illa, ac si præfuisset, & sic in eodem instanti naturale agens introducit in illam, formam substantialem, cum quantitate simili priori immediate ante illud existenti. Et sic inueniuntur consonare omnia reliquis generationibus naturalibus: nam naturale agens generando, & agit inquantum vsque ad instans generationis, & in instanti generationis attingit nudam essentiam materię, educendo de illa formam substantialem, & generando compositum de genere substantiæ corrumpendoque vicepanem, vt sic semper generatio vnius sit corruptio alterius, & econtra. Vltra autem rationem allatam ab Auctore, in promptu est alia ratio, s. quia idem debet esse patiens, & quod passum est in generatione substantiali: nam eadem materia est, quæ disponitur ad formam ignis, & quæ recipit illam. Sed secundū alias opiniones non est idem quod patitur, & quod passum est nam patitur species sacramentalis, & passum deforis venit per creationem, vel reparationem. Secundum hanc autem viam idem est patiens, & quod passum est: nam patiens est dimensio, ut vicemateria, & quod passum est, est ipsamet dimensio iam vera materia.

¶Ad rationem autem prævalentis opinione dicendum est, quòd secundum illam huiam minus ponitur de nouitate, immo ponitur res simillima miraculo transsubstantiationis quoniam transitus dimensionis vicemateriæ in veram materiam facillimus est, vtpotè de vno proportionali in aliud, & vt dictum est, nō est opus nouum, supposita transubstantiatione panis in corpus Christi. Præualet autem nostra hæc opinio ex alio capite in litera allato; quia, s. nihil ponitur, quod ex vi primi miraculi non fiat, & hoc potissimum erat considerandum. Nec fallaris in refutatione aliarum opinionum, dum in corpore huius art. legis multa asserta impossibilia, quæ secundum Auctoris doctrinam possunt per diuinam omnipotētiam fieri: oportet siquidem memorem esse cōsuetudinis Auctoris: consueuit siquidem in quolibet genere loqui, & iudicare, & asserere secundum ordinem illius generis. Et propterea cum tractetur hic de sacramentis, possibile, uel impossibile censet, & asserit secundum ordinem sacramentalem, ut etiam superius diximus, secundū quem ordinem dicitur, quòd annihilatum non potest redire & similiter, quod corpus Christi non potest conuerti in substantiam panis, & vini; non sis ergo solicitus, ut respondeas obijcientibus Auctori, quòd contradicat sibi, aut quòd abbreuiet diuinam omnipotentiā, tanquàm deficientem in potentia conuersiua corporis Christi in panem: docuit enim Auctor superius posse Deū conuertere quodcumq; ens creatum in quodcumq; aliud creatum, propter communionem in entitate creata, &c.

¶Circa prędicta superest adhuc dubium a Scoto tractatum circa rarefactionem specierum sacramentalium, an. s. noua illa quantitas, seu quantitatis particula, quæ per rarefactionem fit, sit naturaliter a naturali agente: apparet n. hoc impossibile: tum, ex parte actionis: quia nulla actio naturalis agentis est sine subiecto: huiusmodi autem actio, qua fit noua quantitas, est sine subiecto: cum ex parte rei actæ: quia nullum agens naturale producit formam sine subiecto omnino quantitas autem illa omnino caret subiecto: tum, ex parte ordinis: quia tota raritas est per se terminus illius alterationis, habens pro proprio subiecto totam quantitatem, sicut pars partem, ergo tota raritas præsupponit totam quantitatem, ergo illa quantitas est prius naturaliter maior, quàm illa raritas sit inducta, non est ergo quātitas illa ab agente naturali: tum ex parte agentis naturalis: quia agens naturale, naturaliter requirit patiens, vt concausam materialem receptiuam formæ, seu actus, qui fit, non est ergo absque miraculo nouo, quòd agens naturale agat sine materia, aut cum vicemateria. Et concludit Scotus, oportere dicere, vel quòd quantitas ista non sit ab agente, creato, uel quòd agens creatum possit agere sine passo in quod agat: & quoniam hoc secundum videtur destruere fundamenta philosophiæ naturalis, in primum declinat. Mihi autem Auctoris vestigia sectanti vtrumque facile euitandum apparet, tenendo quòd huiusmodi extensio quantitatis sic ab agente naturali fit, quemadmodum fieret, si conuersa substantia subesset. Vbi scito ex philosophia Peripatetica, quòd nō omne, quòd quandoque est, & quandoque non est, habet nū proprium fieri, quædam enim sunt, & non sunt absque eo, quòd generentur, & corrumpantur: quoniam consequuntur generationem, & corruptionem aliorum, & de eorum numero est noua quantitatis pars, quæ per rarefactionem fit: cum enim vinum rarefit, rarefaciēs generat raritatem, & nulla alia actione interueniente. raritas illa fert secum extensionem quantitatis, & non sunt ibi duæ actiones, quarum una producat raritatem, & altera extendat quantitatem, & propterea quantitas noua est absque hoc, quod fiat secundum veram philosophiam. Et simili modo species vini in eucharistia, si a sole, vel igne rarefiant, extendetur quantitas consecutiue a rarefaciente.

¶Ad primam autem obiectionem in oppositum, patere iam potest responsio, quod nulla est opus actione sine subiecto: quoniam sola rarefactio sufficit: rarefactio autem est subiectiue in quantitate, in qua est raritas.

¶Ad secundam uero ex eadem radice respondetur, quòd licet forma, quæ fit ab agente naturali, fiat in subiecto: quod tamen consequimur ex actione agentis naturalis, eundem potest modū essendi habere, quem habet subiectum, inquod tale agens agit. Et propterea si quantitas, quæ rarefactione extenditur est in subiecto: noua etiam particula erit in subiecto: & similiter si quantitas, quæ rarefactione extenditur, non est in subiecto, sed est vicesubiectum, particula quoque noua erit sine subiecto, & vicesubiectum, quoniam quantitas est patiens in huiusmodi alteratione: nec intelligas particulam quātitatis nouam esse sine subiecto ex nouo miraculo, vel ex hoc, quod continuatur quantitati præexistēti; sed ex hoc quod educitur de potentia dimensionis vicemateriæ, ipsa vicemateria permanente. Ex ui siquidem primi miraculi, sicut datum est quantitati non solum sustinere præsentia accidentia, sed etiam omnia possibilia educi de substantia conuersa, ipsa manēte, ita datum esse, oportet, ut separata existat quantumcumque extensa, quanta afficere posset conuersam substantiam, si subesset, unde si species vini intantum rarefieret, vt vini substantia tantam extensionem non sufferret, desineret sacramentum, & noua substantia generetur.

¶Ad tertiū dicitur, quòd ordo naturæ est multiplex, iuxta multiplex causarum genus & propterea licet quantitas siue noua, siue antiqua, sit secundum ordinem causæ materialis prior raritate, vt, recipiens prius dicitur recepto, secundum tāmen ordinem causæ, tam finalis quàm formalis, quàm agentis raritas est prior: prius n. intendit rarefaciens raritatem, quàm extensionem concomitantē. Nec est uerum simpliciter, & absolute, quòd rarefactio, seu raritas, quæ fit, præsupponat maiorem quantitatem, quàmuis hoc sit verum secundum quid, hoc est cum ista additione secundum ordinem causæ materialis. nā simpliciter, & absolute loquendo, extensio quantitatis præsupponit rarefactionem, sicut consequens id, ad quod sequitur. Et rursus simpliciter, & absolute, dicendum est quòd raritas, quæ [illegible], cum fit, fert secum receptiuum suum, s. maiorem quantitatem, & hoc siue rarefactio fiat in mera substantia, siue in vicesubstantia.

¶Ad quartam dicitur falsum esse, quòd opus sit nouo miraculo ad hoc, quòd agens naturaliter agat in vicesubiectum, seu materiam; nihil. n. refert ex parte agentis, an subsit uerum subiectū, aut aliquid ęquiualens: quoniam de ęquipollentibus eadem est ratio, & idem est iudicium. Et propterea cum dr, agens naturale naturaliter requirere materia concausantem subintelligitur, uel aliquid æquipollens quoniam, ut dictum est, par est ratio, & iudicium de ęquipollentibus. Et hæc de tota hac quæstione dicta sufficiant.

---

Ferr. 4. cont. c. 66.
Sot. 4. s. d. 10. q. 2. art. 7.

SVP. Q. XVIII.
Aliàs 77. Art. VI.

136
4. d. 12. q. 1. a. 2. q. 5. Et 4. cōt. c. 66. Et 1. Cor. 11. lec. 4. fi.
* li. 5. de sacram. ca. 4. in me. to. 4.
* lib. 2. text. 50 to. 2.

COncl. Manifestum est: quod species sacramentales nutriunt.

¶Prob. Quia manifestum est, quod species sacramentales possunt conuerti in substāriam corporis humani (vt patet a simili, in art. 5.) & per hoc cibus nutrit, quòd conuertitur in substantiam nutriti (ut patet in secundo de anim.)

¶Coroll. Ex conclusione ergo ista sic efficaciter probata patet: quòd reprobandæ sunt meritò illæ duæ positiones quorundā: quas ad longum narrat textus, & specialiter condemnat.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum species sacramentales possint nutrire.*

AD SEXTVM sic proceditur. Vř quòd species sacramētales non possint nutrire. dicit. n. Ambr.* in li. de sacramentis, non iste panis est, qui vadit in corpus, sed panis vitæ æternæ, quàm animæ nostræ substantiam fulcit: sed omne, quod nutrit, vadit in corpus. ergo panis iste non nutrit, & eadē ratio est de vino.

¶ 2 Præt. Sicut dicitur 2.* de generatione, ex eisdem nutrimur, ex quibus sumus, species autem sacramentales sunt accidentia, ex quib. homo non constat: nō. n. accidens est pars substantiæ. ergo videtur, quòd species sacramētales nutrire nō possint.

¶ 3 Præt. Philos. 2.* de Anima dicit, quòd alimentum nutrit, prout est substantia quædam, auget autem prout est aliquid quantum: sed species sacramentales non sunt substantia. ergo non possunt nutrire.

* li. 2. text. 47. to. 2.

SED CONTRA est, quòd Apost. 1. Cor. 11. loquens de hoc sacramento, dicit, alius quidem esurit, alius autē ebrius est. vbi dicit glo. quòd notat illos, qui post celebrationem sacri mysterii, & consecrationem panis, & vini, suas oblationes vendicabant, & aliis non communicantes, soli sumebant, ita ut inde etiam inebriarentur, quod quidem non posset

**1 de conclusione.** Ergo panis. R. Mysticus. i. corpus Christi. §. Sic. n. glossandum esse hoc, ostendit sensus verus authoritatis. B. Ambrosij adductę in pręmissis. Tunc nihil &c. Nam articuli conclusio non loquitur de pane in tali sensu, sed in alio: ut ibi patet per ly species sacramentales. Ipsæ. n. species sunt species panis prius ante consecrationem ibi existentis: & ideo post etiã nomine panis, licet amplius ibi non sit; vocantur; Ad imitationem. s. scripturæ sacræ dicentis Exo. 7. Deuorauitq; virga Aaron virgas eorũ. Pro cuius pulcherrima applicatione ad textum hunc, vide Veritates aureas super totam legem veterem. Exod. 7. concl. 2. 3.

**2^m ex Philosopho.** Ex quibus sumus. R. Vel ex ijs, quæ conuertuntur in ea, ex quibus sumus. §. Tunc nihil &c. Nam species sacramentales etsi &c. vt in text. Ex quo patet: quòd sensus philosophi ab argum. adducebatur diminute, licet ibi ad literam expressa fuerint omnia verba.

**3^m ex 2. de anima.** Prout est substãtia quædam. R. Vel prout habet vim substantiæ. §. Hoc enim, est, quod ibi Philosophus formaliter intendit. s. quòd alimentum habeat vim substantiæ: alioquin, si per impossibile esset substãtia, & non haberet vim substantiæ, non nutriret. Tunc nihil &c. Nam species sacramentales quamuis &c. ut in tex. Cæterum supra sensum quidem philosophi, quòd accidentia habeant virtutem substantiæ: non autem est supra sensum eius, quòd quicquid nutrit, habet virtutem substantiæ. Quòd. n. habens vim substantiæ nutrire possit est, de dictamine naturalis rationis, cũ & ipse hoc formaliter dixerit in 2. de anim. (ut annotauimus): Quòd verò accidentia aliqua habeant vim substantiæ, est supra, licet non contra, dictamen ipsius rationis. Hoc siquidem tantum miraculose fit, atque ideo præter cursum naturæ. 1. q. 105. ar. 6. 8. Illud autem secundum vires naturæ fit.

* Lib. 2. de anima, tex. 45. & 46. to. 2. * art. præc.

possit contingere, si sacramentales species non nutrirent. ergo species sacramentales nutriunt.

RESPON. Dicendum, quòd hæc quæstio difficultatem non habet, pręcedenti quæstione soluta: ex hoc enim (ut dicitur 2. de Anima*) cibus nutrit, quòd conuertitur in substãtiam nutriti. dictum est autem,* quòd species sacramentales, possunt conuerti in substantiam aliquam quę ex eis generatur, per eandem autem rationem possunt conuerti in corpus humanum, per quam possunt conuerti in cineres, vel in vermes, & ideo manifestum est, quòd nutriunt, quod autem quidam dicunt, quòd non vere nutriunt, quasi in corpus humanum conuertantur, sed reficiunt & confortant quadam sensuum immutatione (sicut homo confortatur ex odore cibi, & inebriatur ex odore vini) ad sensum patet esse falsum: talis. n. refectio non diu sufficit homini, cuius corpus propter continuam deperditionem restauratione indiget: & tamẽ homo diu sustentari posset, si hostias, & vinum consecratum sumeret in magna quantitate. Similiter etiam non potest stare, quod quidam dicunt, quòd species sacramentales nutriunt, propter formam substantialem panis & vini, quæ remanet, tum, quia non remanet, vt sup.* habitum est: tum quia non est actus formæ nutrire, sed magis materiæ, quæ accipit formam nutriti, recedente forma nutrimenti. vnde dicitur *in 2. de Anima, quòd nutrimentum in principio est dissimile, in fine autem simile.

* q. 75. ar. 6.

* li. 2. de anima, text. 45. to. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd facta consecratione dupliciter potest dici panis in hoc sacramento, vno modo ipsæ species panis, quæ retinent nomen prioris substantiæ, ut Greg. * dicit in hom. paschali; alio modo potest dici panis ipsum corpus Christi, quod est panis mysticus de cœlo descendens. Ambr. † ergo cum dicit, quòd iste panis non trãsit in corpus, accipit panem. secundo modo: quia s. corpus Christi nõ conuertitur in corpus hominis, sed reficit mentem eius; non autem loquitur de pane primo modo dicto.

* Refertur de consec. dis. 2. c species.

AD SECVNDVM dicendum, quòd species sacramentales etsi nõ sint ea, ex quib. corpus hominis constat, tñ in ea cõuertuntur, sicut dictum est.*

* In cor. ar.

AD TERTIVM dicendũ, quòd species sacramẽtales, quamuis non sint substantia, habent tamen virtutem substantiæ, sicut dictum est.*

* Ibid.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis. Cypriano, & concilijs: quòd sacramentales species nutrire possunt. A scripturis quidẽ per hoc, quod dicitur 1. Cor. 11. Secũdum quod cũ expositione glossæ ponitur in argumen. contr. A sancto Cypriano autẽ per hoc; quod in serm. de cęna Dñi, dicit. Hoc est, inquit, corpus meũ. Manducauerant biberant de eodem pane secundum formam visibilem: sed, ante uerba illa, cibus ille communis tantum nutriendo corpori commodus erat; sed ex quo a Domino dictum est &c. quotiescumque his uerbis actũ est &c. ad totius hominis vitam salutemque proficit. Hæc ibi. Vbi nota ly tantum, & ly ad totius. A concilijs verò per hoc; quòd tum Lateran. tum Floren. dixerunt ea, quę posita sunt supra artic. quinto, appen. Quibus lectis, cum ibi annotatis, & ad illud propositum decẽter (vt facile est) accommodatis: subito tibi inde in promptu apparebit, quod quæritur. Iacto namq; fundamento communi quòd scilicet species sacramentales recipiunt per conuersionis miraculum, vim substantiæ: ex familiari consequentia sic mox perspicuum, quòd eodem miraculo virtutem, quæ substantiæ conuenit, puta (ut sistamus in proposito) nutriendi, a Deo simul recipiunt. Tunc ultra. Fundamentum illud concilia ipsa indubitanter (ut patet legenti, & intelligẽti) verum esse definiunt: ergo & hanc, quam nunc diximus, necessariam consequentiam virtualiter docent. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

Alb. Mag. 4. dist. 13. ar. 1.
Ferr. 3. cont c. 67.
Sot 4 s. d 10. q 2. ar 7.
Palud. 4. dis. 12. q. 1. ar 2 con. 1.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum species sacramentales frangantur in hoc sacramento.*

157 4. d 10. art. 1. ad 1. & distin. 12. q. 1. ar. 3 q. 1. & 2. Et 4. cõ. c. 67 & op. 2. c. 8. Et 1. cor. 11. le. 5. * li. 4. i sum ma 3. ca. 2. ante med. * libr. 2. ex tex. 77. & 78. to. 2.

**SVP. Q. XVIII.**
Aliàs 77. Art. VII.

CONCL. Sacramentalium specierum fractio est secũdum rei veritatem in sacramento Eucharistiæ: & fractio huiusmodi est, sicut in subiecto, in quantitate dimensiua panis.

¶ PROB. Quia in sacramento Eucharistiæ sensus nõ decipitur circa ea, quorum iudiciũ pertinet ad ipsum (ut sunt sensibilia. 2. de anima): & fractio, per quã ex uno fiunt multa, est de illis, quorum iudicium pertinet ad sensum. Secunda autem pars. s. & fractio, &c. probatur. Quia in hoc sacramento est, aliquod quantum prius existens vnum, postea in multa partitum (ut patet ad sensum): & huiusmodi quantum, oportet esse subiectum illius fractionis (ut patet a sufficienti diuisione: cum tale subiectum non possit esse corpus Christi; neque substantia panis, quæ non remanet. q. 16. artic. 2. Vide hic argum. contr.)

¶ EXAM. Ly in hoc sacramento sensus non decipitur cir. ea, quor. iud pert. ad ipsum. Hoc est; præcise intra terminos illorum stando: puta, quòd illud sit album, sit

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd species sacramentales non frangantur in hoc sacramẽto. dicit. n. Phil. * 4. Meteor. quòd corpora dicuntur frãgibilia propter determinatam dispositionem pororum, quod non potest attribui sacramẽtalibus speciebus. ergo sacramentales species non possunt frangi.

¶ 2 Præt. Fractionem sequitur sonus, sed species sacramentales non sunt sonabiles, dicit enim Philos. * 2. de Anima, quòd sonabile est corpus durum, habens superficiem lenem. ergo species sacramẽtales non franguntur.

¶ 3 Præt. Eiusdem videtur esse, manducari, frangi, & masticari: sed verũ corpus Christi est quod manducatur, secundum illud Io. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meũ sanguinem. ergo corpus Christi est, quod frangitur, & masticatur. vnde & in cõfessione Berengarij dicitur, consentio sanctæ Romanæ ecclesiæ, & corde, & ore profiteor, panem, & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem, verum corpus, & sanguinem Christi esse, & in veritate manibus sacerdotũ tractari, frangi & fidelium dentibus atteri. non ergo fractio debet attribui sacramentalibus speciebus.

† De cõsec. dist. 2. cap. ego Berengarius.

SED CONTRA est, quòd fractio fit per diuisionem quãti: sed nullum quantum ibi diuiditur, nisi species sacramentales: quia neque corpus Christi, quod est incorruptibile, neque substantia panis, quæ non manet, * neque substantia vini. ergo spe

* Alias non hr ly neq, substantia vini.

contigit.ſ.ar.7.& q.16.art.5. Nam principaliter ibi non id, quod patet ad ſenſum, intendebat inquirere, ſed aliquid ſecretius: ut cōſiderās, ex concluſionibus per textus illos expreſſis, cognoſcere facile pōt.

¶Prob. Quia de vino.i.ſpecie vini poſt cōſecrationem remanente, idem eſt iudiciū dandum, quò ad hoc, quod daretur de ſubſtantia vini, ſi ibi eſſet (ut patet ex eo: quòd ſpecies ſacramentales virtute conſecrationis ſicut adipiſcūtur modum eſſendi ſubſtantiæ, artic. 1. 2. ita etiam modum agendi, ac patiendi, ſubſtantiæ conuenientem); & ſi eſſet ibi ſubſtantia vini, liquor poſſet ei miſceri (ut patet) cuius ꝑmixtionis effectus eſſet diuerſus ita, ut remaneret quandoq; idē numero uinum, qñque non (ut declaratur in tex. a ly ſi.n.permiſceretur aliquis liquor in tanta quantitate, quòd poſſet diffundi, &c.vſq; ad ly ut dicitur primo de generatione.) Secūda autem pars.ſ. & per conſequens non rem. ibi ſan. Chriſti. Tertia etiam pars.ſ.tunc deſinit eſ. ſan. Chr. ſub il. par. vin.conſec.reman. ta.ſu.alia. Duæ, inquā, iſtæ partes ſimul, eodē medio probātur. Quia ſanguis Chri remanet, & non remanet, in hoc ſacro, quādiu ſpecies vini manet, & non manet (ut patet ex art.4.ac q.77.art.6.8.) eadem numero (ut patet ex eo; quòd conſecratur vinum hoc.)

*art.1.& 3. huius q.

## 1m minor.

Nullus liquor pōt recipere qualitatem ſacramentaliū ſpecierum ℞.Negatur. §. Nam Innocen. III. dicit in quadam &c. ut in tex. Ad probationē dicitur. quòd inſufficiens eſt, ideoq; nō probat negatum. Non eñ requiritur ad mixtionem: quod illud, quod miſcetur alicui recipiat omnem qualitatem ipſius.i.qualitatem & modum; puta ꝙ recipiat eſſe accidētale ſine ſubiecto, ſi illud, cui miſceť, ſit accidens ſine ſubiecto (ut opinatur argumentum): ſed ſufficit, quòd per actionē eius, cui miſcetur, recipiat qualitatem ſimilem ei; puta ſaporem vini, ſi erat aqua, uel colorem nigrum, ſi erat coloris albi, antequàm admiſceretur.

*lib.1.tex. 34. 39. & 88.to.2.

*arti.4.huius q. & q. 76. artic.6. ad 3.

## 2m de maiori.

Si aliquis liquor permiſceatur illis ſpeciebus. ℞.Ita quòd illæ ſpecies non corrumpantur in toto. §. Tunc nihil &c. In tali. n. caſu oportebit: quòd ex his.ſ.liquore adueniente, & ſpecierum parte remanente, fiat aliquid unum; ſecūdum cōtinuitatē quantitatis, ſolummodo. Vñ non oportebit: quòd ex ſubſtantia & accidente fiat unum ſecundū ſpeciem naturæ (ut putat minor).

D. 22.

* In decre. lib.3.ti.41. ca.cū Marthę. parag. quæſiuiſti. D. 16.

## 3m maior.

Si aliquis liquor admiſceatur uino conſecrato, videtur ꝙ etiam ipſum efficiatur conſecratum ℞.Negatur.§. Ad probationem a ſimili dicitur: quòd nihil ualet. Non. n.illud eſt uerè ſimile de aqua benedicta, &cæt. ut in tex.fin.

*In cor. ar.

## 4m de minori.

Videtur corrumpi ſpecies ſacramentalis vini. ℞. Vel in toto, uel in parte. §. Vt declaratū eſt per cōcluſionem articuli. Tunc nihil &c.vt patet tum ex eadē concluſione, tum ex præſenti textu ad duas inſtantias argumenti reſpondente ſingillatim per ly quæ tamen non cogit,

*Ibidem.

permiſtionem cuiuſcumque liquoris, videtur corrumpi ſpecies ſacramentalis vini, ita quòd ſub ea deſinat eſſe ſanguis Chriſti: tum, quia magnum, & paruum ſunt differentiæ quantitatis, & diuerſificant ipſam, ſicut album, & nigrum colorem, tum etiam, quia liquor permiſtus, cum non habet obſtaculum, videtur vndique diffundi per totum, & ita deſinit ibi eſſe ſanguis Chriſti, quia non eſt ibi ſimul cum alia ſubſtantia. non ergo aliquis liquor poteſt permiſceri vino conſecrato.

Sed contra eſt, quòd ad ſenſum patet, alium liquorē vino permiſceri poſſe poſt conſecrationem, ſicut, & ante.

Respon. Dicendum, quòd iſtius queſtionis veritas manifeſta eſt ex præmiſſis. * dictum eſt.n.ſupra, ꝙ ſpecies in hoc ſacramento remanentes, ſicut adipiſcuntur virtute conſecrationis modum eſſendi ſubſtātiæ, ita etiam conſequuntur modū agendi, & patiendi, ut ſ.agere, & pati poſſint, quicquid ageret, uel pateretur ſubſtantia, ſi ibi præſens exiſteret. manifeſtum eſt autem, quòd ſi eſſet ibi ſubſtantia vini, liquor aliquis poſſet ei permiſceri, huius tamē permiſtionis diuerſus eſſet effectus, & ſecundum formam liquoris, & ſecundum quantitatem, ſi. n.permiſceretur aliquis liquor in tanta quantitate, quòd poſſet diffundi per totum vinum, totum fieret permiſtum, qd autem eſt commiſtum ex duobus, neutrum miſcibilium eſt, ſed vtrūq; tranſit in quoddam tertium ex his compoſitum. vnde ſequeretur, quòd vinum prius exiſtens, non remaneret: ſed ſi liquor permiſtus eſſet alterius ſpeciei, puta ſi permiſceretur aqua, ſolueretur ſpecies vini, & eſſet liquor alterius ſpeciei. ſi autem eſſet eiuſdem ſpeciei liquor adiunctus, puta ſi vinum permiſceretur vino, remaneret quidem eadem ſpecies, ſed non remaneret idem numero vinum, quod declarat diuerſitas accidentium: puta ſi vnum vinum eſſet album, & aliud rubeum. Si uero liquor adiūctus eſſet tam paruæ quantitatis, quòd non poſſet perfundi per totum, non fieret totum uinū permiſtum, ſed aliqua pars eius, quæ quidem non remaneret eadem numero propter permiſtionem extraneę materiæ, remaneret tamen eadem ſpecie, non ſolum ſi paruus liquor permiſtus eſſet eiuſdem ſpeciei, ſed etiā ſi eſſet alterius ſpeciei, quia gutta aquę multo vino permiſta, tranſit in ſpeciem vini, vt dicit in primo * de Generatione, manifeſtum eſt autem ex prædictis, * quòd corpus, & ſanguis Chriſti remanet in hoc ſacramento, quamdiu illæ ſpecies manent eadem numero: conſecratur.n.hoc vinum. vnde ſi fiat tanta permiſtio liquoris cuiuſcūq;, ꝙ pertingat ad totū vinū cōſecratū, & fiat permiſtū, erit aliud numero, & nō remanebit ibi ſanguis Chri: ſi uero fiat tā parua alicuius liquoris adiūctio, ꝙ nō poſſit diffundi per totū, ſed vſque ad aliquam partē ſpecierum, deſinet eſſe ſanguis Chriſti ſub illa parte vini cōſecrati, remanebit ꝗ tamen ſub alia.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ Innocen. III. * dicit in quadam Decret. ꝙ ipſa accidētia vinū appoſitum videntur afficere: quia ſi aqua fuerit appoſita, vini ſaporem aſſumit contingit igitur accidentia ꝗ mutare ſubiectum, ſicut, & ſubiectū contingit accidentia ꝑmutare. cedit quippe natura miraculo, & virtus ſup conſuetudinē operať. Hoc tñ non eſt ſic intelligendū, quaſi idē numero accidens, qd prius fuit in vino añ conſecrationē, poſt modū fiat in uino appoſito: ſed talis permutatio fit per actionem. nam accidētia uini remanentia retinent actionem ſubſtantię ſm prædicta: * & ita immutādo afficiunt liquorem appoſitum.

Ad secundum dicendum, ꝙ liquor appoſitus vino cōſecrato, nullo modo miſceť ſubſtātiæ ſanguinis Chri: miſcetur tñ ſpeciebus ſacralibus: ita tñ ꝙ ꝑmiſtione facta, corrūpuntur prædictæ ſpecies, vel in toto, vel in parte, ſm modum, quo ſupra dictum eſt, * ꝙ ex ſpeciebus illis pōt aliquid generari, & ſi quidē corrumpantur in toto, nulla iam remanet qō: quia iā totū erit vniforme. ſi autē corrūpantur in parte, erit quidē una dimenſio ſm continuitatem quantitatis, non tñ vna ſm modum eſſendi: quia una pars eius erit ſine ſubiecto, alia erit in ſubiecto: ſicut ſi aliquod corpus conſtituatur ex duobus metallis, erit unum corpus ſecūdum rationem quantitatis, non tamen unum ſecundum ſpeciem naturæ.

Ad tertium dicendum, quòd ſicut Innocen. III. dicit in decretali prædicta, * ſi poſt conſecrationem calicis aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non tranſit in ſanguinem, neque ſanguini commiſcetur: ſed accidentib. prioris uini commiſtum, corpori quod ſub eis latet, vndique circunfunditur, non madidans circunfuſum. Quod quidem intelligendum eſt, quando non fit tanta permiſtio liquoris extranei, quòd ſanguis Chriſti deſinat eſſe ſub toto: tunc enim dicitur vndique circunfundi, non quia tangat ſanguinem Chriſti ſecundum eius proprias dimenſiones, ſed ſecundum dimenſiones ſacramentales, ſub quibus continetur. Nec eſt ſimile de aqua benedicta: quia illa benedictio nullam immutationem facit circa ſubſtantia aquæ, ſicut facit conſecratio vini.

*loco citato in ſolu. arg. primi.

Ad quartum dicendum, quòd quidam poſuerunt, quòd quantumcūque parua fiat extranei liquoris permiſtio ſubſtantia ſanguinis Chriſti deſinit eſſe ſub toto, & hoc ratione inducta, * quæ tamen non cogit: quia magnum, & paruum diuerſificant quantitatem dimenſiuam, non quantum ad eius eſſentiam, ſed quantum ad determinationem menſuræ. Similiter etiam liquor appoſitus, adeo poteſt eſſe paruus, quòd ſua paruitate impeditur, ne diffundatur per totum, & non ſolis dimenſionibus, quæ licet ſint ſine ſubiecto, tamen obſtant alteri liquori, ſicut & ſubſtantia, ſi ſibi adeſſet, ſecundum ea, quæ præmiſſa ſunt.

*In arg.

cogit, quia magnum & paruum, &cæt. per ly similiter etiam liquor &c. vsque in finem.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a Papa, & concilijs: quod liquor potest admisceri vino consecrato; & quòd tunc sub specie remanente eadem numero remanet sanguis Christi, aliàs non. A Papa quidem Innocen. III. Si post calicis consecrationem aliud vinum mittatur in calicem, &c. Si aqua fuerit apposita, &cæt. Hæc ille; ut recitatur, extra de celebratio. missar. cap. cum Marthæ. Ex quibus vtique patet: quòd secundum Papę iudicium diuersi liquores possunt admisceri vino consecrato. Possunt, inquam, de facto; non autem licite. Sacrilegium .n. grande est; aliquid etiam parui liquoris commiscere, seu infundere vino consecrato: & adeo patentissimum est hoc, vt nulla indigeat probatione. A Concilijs autem Lateranensi, & Floren. per hoc, quòd (ut patet sup. q. 17. art. 6. appen.) affirmant; Christum tamdiu sub hoc sacramento remanere, quàmdiu species sacramentales (.s. eędem numero) durant. Ex tali siquidem conciliorum placito, si ad materiam præsentem applicetur, constat; mentem ipsorum fuisse: quòd liquoris extranei admixtione data, sanguis Christi tantum sub specie vini remanente eadem numero remanet; non autem aliter. Si ergo per admixtionem, totaliter corrumpantur priores species; ita quòd non sint eędem numero, quæ prius erant; tunc ibi sub nulla parte vini remanet sanguis Christi: si autem partim solum corrumpantur, ita quòd alia tantummodo pars speciei remaneat eadem numero, quæ prius erat; tunc sub illa specie perseuerabit sanguis Christi. Hæc omnia ex concilijs illis tam de necessitate implicita dependent: vt, si tu reuideas illa superius, & ad hunc locum (ut decet) inflectas; mireris, & quod quęsitum hoc, & quòd alia multa (de quibus supra in articulorum appendicibus vidimus) tam breui sermone suo, vel formaliter, vel virtualiter, determinauerint. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

*Alb. Mag. 4. dist. 8. ar. 6.*
*Sot. 4. s. d. 11. q. 1. ar 1.*
*Capr. 4. d. 8. q. 1. con. 3.*
*Scot. 4. d. 8. q. 2.*
*Gab. 4. d. 8. q. 3.*

## QVAEST. XIX. Aliàs 78.

*De forma sacramenti eucharistiæ, in sex articulos diuisa.*

DEINDE cōsiderandum est de forma huius sacri. Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Quæ sit forma huius sacramenti.

¶ Secundo, Vtrum sit conueniens forma consecrationis panis.

¶ Tertio, Vtrum sit conueniens forma consecrationis sanguinis.

¶ Quarto, De virtute vtriusque formæ.

¶ Quinto, De veritate locutionis.

¶ Sexto, De comparatione vnius formæ ad aliam.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum hæc sit forma huius sacramenti hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd hæc non sit forma huius sacramenti, hoc est corpus meū, & hic est calix sanguinis mei. Illa enim verba videntur pertinere ad formam huius sacramēti, quibus Christus corpus suum, & sanguinē consecrauit: sed Christus ante benedixit panem acceptum, & postea dixit, Accipite, & comedite, hoc est corpus meum (ut habetur Mat. 26.) & similiter fecit de calice. ergo prædicta verba non sunt forma huius sacramenti.

¶ 2 Præ. Eusebius Emissenus dicit,* inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in suum corpus conuertit, dicēs. Accipite, & comedite, hoc est corpus meum. ergo totum hoc videtur pertinere ad formā huius sacramenti. & eadem ratio est de verbis pertinentibus ad sanguinem.

* Refertur de consecr. dist. 2. c. qa corpus assumptum.

¶ 3 Præt. In forma baptismi exprimitur psona ministri & actus eius, cum dicitur, Ego te baptizo: sed in præmissis verbis, nulla fit mentio de persona ministri, nec de actu eius. ergo nō est conueniens forma sacr. ¶ 4 Præt. Forma sacramenti sufficit ad perfectionem sacramenti, vnde sacramentum baptismi qñq; perfici potest solis verbis formæ prolatis, omnibus aliis prætermissis. si ergo prædicta * verba sunt forma huius sacramenti, videtur quòd aliquando possit hoc sacramentum perfici his solis verbis prolatis, & omnibus aliis prætermissis, quæ in missa dicuntur, quod tamen videtur esse falsum: quia vbi verba alia prætermitterentur, prædicta verba * acciperentur ex persona sacerdotis proferentis, in cuius corpus, & sanguinem panis & vinum non conuertuntur. non ergo prædicta verba sunt forma huius sacramenti.

* In arg. 2. posita.

* Ibidem.

SED CONTRA est, quòd Ambr.* dicit in lib. de sacramentis: consecratio fit verbis, & sermonibus domini Iesu: nam per reliqua omnia, quæ dicuntur, laus Deo refertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris. vbi autem sacramentum conficitur, iam non suis sermonibus sacerdos vtitur, sed vtitur sermonibus Christi. ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum.

* lib. 4. c. 4. paulo a prin. to. 4.

RESP. Dicendum, quòd hoc sacramentum ab aliis sacramentis differt in duobus: primo quidem, quantum ad hoc, quòd hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ: alia vero sacramenta perficiuntur in vsu materiæ consecratæ. Secundo, quia in aliis sacramentis consecratio materiæ consistit solum in quadam benedictione, ex qua materia consecrata accipit instrumentaliter quandam spiritualē virtutem, quæ per ministrum, qui est instrumentum animatum, potest ad instrumenta inanimata procedere: sed in hoc sacramento consecratio materiæ consistit in quadam miraculosa conuersione substantiæ, quæ a solo Deo perfici potest: vnde minister in hoc sacramento perficiendo, non habet alium actum, nisi prolationem verborum: & quia forma debet esse conueniens rei, ideo forma huius sacramenti differt a formis aliorum sacramentorum in duobus primo quidem, quia formæ aliorū sacramentorum importāt vsum materiæ, puta baptizationem, vel consignationem, sed forma huius sacramenti importat solam consecrationem materiæ, quæ in transubstantiatione consistit: puta cum dicitur, hoc est corpus meum, vel, hic est calix sanguinis mei. Secundo, quia formæ aliorū sacramentorum proferuntur ex persona ministri, siue per modum exercentis actum, sicut cum dicitur, ego te baptizo, vel, ego te confirmo: siue per modum imperantis, sicut in sacramento ordinis dicitur, Accipe potestatem, &c. siue per modum deprecantis, sicut cum in sacramento extremæ vnctionis dicitur, per istam vnctionē, & nostram intercessionem, &c. sed forma huius sacramenti profertur quasi ex persona ipsius Christi loquentis, vt detur intelligi, quòd minister in perfectione huius sacramenti nihil agit, nisi quòd profert verba Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd circa hoc est multiplex opinio: quidam .n. dixerunt, quòd Christus, qui habebat

Ad probationē ex Mat. 26. dicitur: quòd non probat negatum. Malè enim intelligitur sensus eius. Nam concomitanter fuerunt verba hæc posita.

---

SVPER Q. XIX. Aliàs 78. Art. 1.

CONCL. Forma sacramenti Eucharistiæ a formis aliorum sacramentorum differt in duobus.

¶ PROB. Quia forma Eucharistiæ & importat solam consecrationem materiæ in transubstātiatione consistentem, aliorum aūt vsum materiæ: & profertur ex persona Christi loquentis, aliorum autem ex persona ministri (vt patet in tex.)

¶ EXAM. Ly quasi. Ecce iam locus apertus indubiè confirmans illa, q̄ alibi dixeramus. s. quòd ly quasi, cum similibus, dicit quādoq; rei narratæ nō diminutionem, sed certam expressionem: ut, de rege pro suæ dignitatis condecentia se habente, dicendo; Loquitur &cæt. quasi vel tanquàm, vel sicut, regiam potestatē habens. Nam formā Eucharistiæ minister ita certo in persona Christi dicit ly hoc est corpus meum, ly hic est calix sanguinis mei; vt nulla tergiuersatione, vel a stulto negari possit: & tamē, tanta huius rei certitudine non obstante, inquit textus ly quasi ex persona Christi loquentis. Ergo ly quasi, factum rei certæ mirandum exprimit: tantum abest, vt minuat.

139 4. di. 8. q. 2. ar. 2. & 3.

1m minor. Christus ante benedixit panem acceptum; & postea dixit, accipite, & comedite, Hoc est corpus meū. R. Negatur ly ante, ly postea. S. In sensu. s. quo argumentum loquitur.

Ad

hæc. s. Hoc est corpus meum, ad omnia præotata: prout ly dicens, ab Euangelista appositum indicat. Vt sic constructio Euangelij, verbis etiam non mutatis fit. Accepit IESVS panem, & benedixit & fregit, deditque discipulis suis, dicens (quod participium exprimit idem Matth. 26. Loquens de calice porrecto) accipite & comedite, Hoc est corpus meum. i. IESVS dum acceptum panẽ benediceret, & frangeret, & daret discipulis suis, dixit; accipite, & com hoc est corpus meum. Id verò, quod nunc de pane dicitur, quo ad prolationem formæ, intelligas etiam de calice.

* Id hr in li. 4. de sacro altaris mysterio, c. 6. cir. fi.

2^m illatio conclusionis. Ergo totũ hoc, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enĩ ex hoc, quòd non bene intelligit sensum Eusebij in similis adducti. Nã in his uerbis, accipite & comedite, intelligitur vsus materiæ, &c. vt in tex. Ex cuius doctrina, quæ verè sana est, glossabis & si quos alios doctores inueneris dicentes similia ad Eusebiũ. Id quod etiam alibi sit tibi pro regula vniuersali ex textibus D. Thomæ sumenda, & practicanda.

3^m illatio conclusionis. Ergo non est, &c. ℞. Negatur illatio. §. Non. n. est idẽ iudiciũ faciendum in hoc (ut facit argumentum) de sacramento eucharistiæ, & de baptismo immo etiam de cæteris sacramentis: ut patet in tex. corp. & in præsenti.

Circa ordinem euangelistarum.

4^m min. post cõclusionem primam. Quod tamen videtur esse falsum. ℞. Negatur. §. Nam si sacerdos sola uerba prædicta proferret cum intentione, &c. ut in text. Ex quo patet dicẽdum esse ad probationem illius minoris in contrarium, quod nihil ꝓbat. Licet enim uerba ipsa alijs prætermissis accipi possent a ceteris hominibus astantibus ex persona sacerdotis ea proferentis; tamen re vera non acciperentur, nec accipi possent, adiuncta illa intentione sacerdotis, quam responsalis textus dicit, nisi ut prolata ex persona Christi. Constat autem ex Concilio Flor. quòd intentio ministri est de uera perfectione sacramenti: id quod non dicit de opinione seu intentione quorumcumque astantium. Sunt uerò concilij verba hæc. Omnia sacramenta tribus perficiuntur: videlicet rebus, tanquàm materia, uerbis, tanquàm forma, & persona ministri cum intentione faciendi; quod facit ecclesia. Hæc illud; in decreto, seu constitution. super vnion. Armenor. Porrò intentio illa, s. faciendi, quod facit ecclesia, non compatitur, quòd uerba ipsa etiam sine connexis de canone dicta teneantur recitatiuè; sed necessario trahit ipsa ad standum significatiuè sacramentaliter. i. ad operandum in consecratione secundum vim suæ significationis. Vide arti. 2. ad secundum, & art. 5. corp. Et certe, vigoris tanti est prædicta intentio, vt si contingat e contrario. i. si desit intentio ipsa tunc, etiam ꝙ omnia de canone uerba simul cum formis consecrationis super materiam actualiter præsentem dicerentur, nihil omnino sacramenti fieret, immo sacrilegiũ immane hoc esset, non quia formæ cum cæteris annexis dicerentur, sed quia intentio consecrandi in sacerdote voluntarie deesset.

bat potestatem excellentiæ in sacramentis, absque omni forma verborum hoc sacramentum perfecit, & postea verba protulit, sub quib. alii postmodum consecrarent: quod videntur sonare verba Innoc. III.* dicentis, sane dici potest, quòd Christus virtute diuina cõfecit, & postea formã expressit, sub qua posteri benedicerent: sed contra hoc expresse sunt uerba euangelii, in quibus dicitur, quòd Christus benedixit, quæ quidem benedictio aliquibus verbis facta est. vnde prædicta uerba Inn. sunt opinatiue magis dicta, q̃ determinatiue: quidam autem dixerunt, quòd benedictio illa facta est quibusdam aliis verbis nobis ignotis, sed nec hoc stare potest: quia benedictio consecrationis, nunc perficitur per recitationem eorum, quæ tunc acta sunt. vnde si tunc per hæc verba non est facta consecratio, nec modo fieret: & ideo alii dixerunt, ꝙ illa benedictio eisdem etiam verbis facta est, quib. modo fit, sed Christus ea bis protulit. Primo quidem secrete ad consecrandum. secundo, manifeste ad instruendum, sed nec hoc stare potest: quia sacerdos cõsecrat, proferens hæc verba, non vt a Christo in occulta benedictione dicta, sed ut publice prolata. vnde cũ non habeant vim huiusmodi verba, nisi ex Christi prolatione, uidetur quòd etiam Christus manifeste ea proferens consecrauerit, & ideo alii dixerunt, quòd euangelistæ non semper eundem ordinem in recitando seruauerunt, quo res sunt gestæ, ut patet per August.* in lib. de Consensu euang. vnde intelligendum est ordinẽ rei gestæ, sic exprimi posse, Accipiens panem benedixit, dicens, hoc est corpus meum, & deinde fregit, & dedit discipulis suis, sed idem sensus haberi potest etiam uerbis euangelii non mutatis: nam hoc participium dicens, concomitantiã quandam importat verborum prolatorũ ad ea, quæ præcedunt: non autem oportet, quòd hæc concomitantia intelligatur solum respectu vltimi verbi prolati, quasi Christus tunc ista uerba protulerit, quando dedit discipulis suis: sed potest intelligi cõcomitatiua respectu totius præcedentis, ut sit sensus, dum benediceret, frangeret, & daret discipulis suis, hæc uerba dixit, Accipite, &c.

* Ibidem.

* lib. 4. c. paulo post princ.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ in his uerbis, Accipite, & comedite, intelligitur vsus materiæ consecratæ, qui non est de necessitate huius sacramenti (ut supra habitum est*) & ideo nec hæc uerba sunt de substantia formæ: quia tamen ad quandam perfectionem sacramenti pertinet materiæ consecratæ usus, sicut operatio non est prima, sed secunda perfectio rei, ideo per omnia ista verba exprimitur tota perfectio huius sacramenti: & hoc modo Eusebius intellexit* his verbis confici sacramentum, quantum ad primã, & secundam perfectionem ipsius.

* q. 74. a. 7.

* loco citato in argu.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ in sacramento baptismi, minister aliquem actũ exercet circa usum materiæ, qui est de essentia sacramenti, quod non est in hoc sacramento, & ideo non est similis ratio.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ quidam dixerunt, hoc sacramẽtum perfici non posse, prædictis uerbis prolatis, & aliis prætermissis præcipue, quæ sunt in canone missæ, sed hoc patet esse falsum. tum, ex verbis Ambr.* supra inductis, tum etiam, quia canon missæ non est idẽ apud omnes, nec secundum omnia tempora, sed diuersa sunt a diuersis apposita. vnde dicendum est, quòd si sacerdos sola uerba prædicta proferret cum intentione conficiendi hoc sacramentum, perficeretur hoc sacramentum, quia intentio faceret, ut hæc verba intelligerentur quasi ex persona Christi prolata, etiam si verbis præcedentib. hoc non recitaretur, grauiter tamen peccaret sacerdos sic conficiens hoc sacr̃m, vtpote ritum ecclesiæ non seruãs, nec est simile de baptismo, quod est sacramentum necessitatis, defectum autem huius sacramenti potest supplere spiritualis manducatio, sicut August.* dicit.

* In ar. sed contra.

Trac. 26. in Io. to. 9.

A R-

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hæreses Lutheri dicentis. Nullam esse præcisam formam consecrationis Eucharistiæ. Et aliorũ quorundam dicẽtium: quòd Christus in cæna illa suprema non confecit sacramẽtum hac forma. s. Hoc est corpus meũ, Hic est calix sanguinis mei. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hæreses has meritò damnari a Concilio Florent. Forma huius sacramenti sunt verba saluatoris; quibus hoc confecit sacramentum. Sacerdos enim in persona Christi loquens hoc conficit sacramentum. Nam ipsorum uerborum virtute, substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinẽ conuertuntur. Hæc illud; in decreto Armenis dato; seu in constitutio. Concil. Flor. super vnion. Armenor. Nota ly sunt uerba Saluatoris, contra Lutherum; item ly quibus hoc confecit sacramentum, contra alios prædictos: itẽ ly sacerdos enim in persona Christi, &c. vt ostẽdas (si quis contenderet) quod non alijs, q̃ ipsissimis uerbis a Christo ꝓlatis, sacerdos nũc conficit Eucharistiæ sacramentum. Hanc siquidem intelligentiam apportat ly enim; quod tanquàm rationem dictorum reddens, connectit illas duas sentẽtias. Nota ibidem quoq; ly ipsorum virtute verborum, &c. Vt hinc pateat (contra Valdenses, vt ait Guido Carmelita cap. 9. de hær. dicentes; conficiendum esse Eucharistiæ sacramẽtum sub hac forma. s. dicendo septies Pater noster, & benedicendo panem & vinum); quod ex vi istorum uerborum, non autem aliorũ, conficitur vere hoc sacramentum. Ex ly ipsorum verborum virtute, patet etiam: quòd non virtute benedictionis conficitur: sed nec virtute illorum. s. accipite & comedite; aut illorum. s. Hoc facite in meam commemorationem, uel si qua sunt similia. Item confirmantur hæc omnia, & consequenter prædictarum hæresum damnatio, a Concilio Triden. sess. 13. cap. 3. Nondum Eucharistiam de manu Domini Apostoli susceperant; cum vere tamen ipse affirmaret, corpus suum esse, quod præbebat. Semper hæc fides in Ecclesia Dei: fuit statim post consecrationem uerum Christi corpus sub

* Colligitur etiã ex eo quod ex August. refertur, de consec. dist. 4. c. nulli.

specie

specie panis, uerumque eius sanguinem sub specie uini, existere ex ui uerborum Hæc ibi. Quæ quidem secundum texturam planam literæ patefaciũt & quod Christus his uerbis, Hoc est corpus meũ, usus est ante, quàm discipulis eucharistiam præberet; & quòd illa uerba sunt uerba consecrationis, ex quorum ui corpus Christi sub specie panis, sanguisq; sub specie uini existit. Cum igitur nulla alia uerba, nisi Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus (quod idem est, cum ly hic est calix sanguinis mei) significent, sub specie panis existere corpus Christi aut sub specie uini sanguinem: sequitur manifeste, quòd nulla alia uerba, nisi prædicta habent ex ui suæ significationis, quòd efficiãt illud. s. quòd sub speciebus panis ac uini existat corpus & sanguis Christi: ex quo ulterius manifeste relucet intentum. s. quòd, secũdum concilium ipsum ex omnibus uerbis præmissis sola illa. Hoc est corpus meum, Hic est calix sanguinis mei, sunt consecrationis. Tam clara sunt ista ex literarum ipsius concilij textu: ut nihil omnino in horum claritatis maioris gratiam dicere nos oporteat. Item a Papa Innocen. III. Extra de celebrat. missar. cap. cum Marthæ. Quæsiuisti: quis formæ, quam Christus ipse expressit, cum in corpus & sanguinem suum panem trãsubstantiauit & uinum, illud in canone Missæ adiecerit. Cum.n. in Euangelio sic legatur; Accipiens calicem gratias agens benedixit, & dedit discipulis suis dicens, Bibite ex hoc omnes; Hic est n sanguis meus noui testamenti, qui pro uobis, & pro multis, effundetur in remissionem peccatorum; in canone missæ sermo isto, uidelicet, mysterium fidei, interpositus inuenitur. Hæc ibi. Vbi patet: quòd forma, quam Christus in consecratione uini expresse protulit, est; Hic est sanguis meus: & panis (ut a simili subintelligamus) Hoc est corpus meũ. Vbi & uigilantissime nota: quod summus iste Pontifex altissimum huius decreti sui de sacramenti formis posuit fundamentum. s. Euangelium expressum: quod nullus, nisi infidelis, negare potest. Cæterum de ly noui testamenti, &c. uidebimus suo loco. s. art. 3. Relinquitur ergo ex præmissis omnibus indubie secundum doctrinam Ecclesiæ catholicæ tenendum esse de fide; ꝙ Christus hac forma uerborum. Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, Vel calix sanguinis mei, confecit Eucharistiæ sacramentum: & quòd contrarium est hæresis aperte damnata tum ex Euangelio, tum ex decretis & Papæ Innocentij, & conciliorum. Nec obstat (ut quibusdam uideri forsitan posset): quód ecclesia de his formis determinans, ut supra, non posuit contrarium sub anathemate; exprimendo (ut sæpè in huiusmodi solet) ly si quis negauerit hoc, uel, ly si quis dixerit huius contrarium, anathema sit. Id, inquam, non obstat: tùm quia non semper hoc de anathemate expressum seruat ecclesia, quàmuis doceat ea, quæ sunt fidei (ut patet multoties, speciatim uero in literis sanctæ unionis, quæ ponuntur in fine Concilij Florentini: ubi plurima de fide determinantur: & tamen numquam exprimitur anathema de contrario): tùm quia sufficit sic, uel sic, decreta in ad fidem pertinentibus proponere, definire; & multo magis, quando pro maiori declaratione, etiã apud minus eruditos, inhibetur expresse contrarium etiam sine explicatione anathematis (licet semper intelligatur). Porrò hoc ipsum in proposito nostro contigit. Nam Concilium Trid sess. 13. in decreto ante capitulum primum dixerat. Sacrosancta synodus sanam & syncetam illam de venerabili hoc, & diuino Eucharistiæ sacramento doctrinam tradens, quam semper catholica Ecclesia ab ipso Christo, & eius Apostolis erudita, atq; a spiritusancto illi omnem veritatem in dies suggerente edocta, retinuit & ad finẽ vsq; seculi conseruabit, omnibus Christi fidelibus interdicit: ne posthac de sanctissima Eucharistia aliter credere, docere, aut prædicare audeant; quàm ut est præsenti decreto explicatum atque definitũ. Hæc ibi. Sed & Eugenius IIII. in Concilio Florentino, super vnionem Armenorum sic præmiserat. Multis itaque adhibitis disputationibus, collationibus, & tractatibus, postq; non mediocrem testimoniorum inspectionem, quæ ex sanctis Ecclesiæ patribus, & doctoribus deducta sunt; & earum, de quibus agebatur, rerum discussionem; tandem expedire iudicauimus. NE VLLA IN FVTVRVM DE FIDEI VERITATE APVD IPSOS ARMENOS HAESITATIO ESSE VALEAT, atque idem per omnia sapiant cum sede Apostolica, vnioq; ipsa stabilis ac ꝑpetua, sine vllo scrupulo, perseueret; ut sub quodam breui compendio ORTHODOXAE FIDEI VERITATEM, quam super præmissis Romana profitetur Ecclesia, per hoc decretum (sacro hoc approbante Florentin. Concilio) ipsis oratoribus, ad hoc etiam consentientibus, traderemus. (Et post multa). Quintò, ecclesiasticorum sacramentorum veritatem, pro ipsorum Armenorum tam præsentium, quàm futurorum, faciliori doctrina, sub hac breuissima redigimus formula. Nouæ legis septem sunt sacramenta, &c. Hæc ibi. Sed & quòd Innocen. III. in illa decretali, de fide esse, quæ tunc determinat, nullus ambigit: qui eum in fine illius primi quæsiti loquentem audierit & dicentem. Credimus igitur: quod formam uerborum, sicut in canone reperitur, & a Christo Apostoli, & ab ipsis eorum acceperint successores. Hæc ibi. Ex quibus, & singulis conciliorum præmissis, patet intentum. s. quòd & ibi definiunt de fide, quæ dicere intendunt; & quòd subintelligunt consequenter de necessitate anathema in eos omnes, qui contrarium dixerint. Tertiò vides: quõ ex ijs bene pen. & applic. &c.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN responsione ad quartum primi art. specialiter notandum occurrit, quòd Scotus in 8. dist. 4. in dubium ita vertit, quod ambiguum relinquit, an sola uerba consecrationis prolata a sacerdote conficiant hoc sacramentum, prætermissis alijs, quæ in canone missæ continentur, motus ratione in litera allata, s. quòd uerba huiusmodi debeant ex vi uerborum significare hoc esse corpus Christi alioquin non significarent quod efficitur in hoc sacramento, sed prætermissis alijs, hoc non significaretur: sed significaretur hoc esse corpus sacerdotis ex vi verborum. licet ex intẽtione significaretur esse corpus Christi Scito igitur, dupliciter verba hæc proferri a sacerdote. s. recitatiue, & significatiue. Et si ad recitationem spectetur, opinio quam sequitur, Scotus ab auctore improbata rationabilis inuenitur, quoniam non recitaretur hoc esse corpus Christi, nisi prærecitaretur Christum dixisse, hoc est corpus meum, & quo ad hoc, i. recitationis vim procedit ratio adducta: sed si verba hæc significatiue solum considerentur: cum proferuntur a sacerdote in persona Christi, ex hoc ipso, quòd sacerdos dicit ea in ꝑsona Christi, significant hoc esse corpus Christi. Et comparando hos duos modos proferendi adinuicem, secundus præponderat primo propter duo: tum, quia recitatiue uerba tenentur materialiter: tum, quia recitatiue sacerdos, non conficit in persona Christi: sed recitat Christum conficientem. In Concilio autem Florent. sub Eugenio IIII. legimus hæc verba, sacerdos in persona Christi, in hoc ipso, quòd intendit conficere sacramentum sufficiat ad exprimendum ex ui uerborum, Hoc esse corpus Christi, dicendo in persona Christi, Hoc est corpus meum. Et hac ratione motus est Auctor, vt patet in litera.

*S. Bon. 4. s. d. 8. q. 4. ar. 1. par. 2.*
*Scot. 4. s. d. 8. q. 2.*
*Rich. 4. s. d. 8. q. 3.*
*Duran. 4. s. d. 8. q. 1.*
*Bacc. 4. sent. d. 8. q. 3.*
*Sot. 4. s. d. 11. q. 1. ar. 2.*
*Capr. 4. d. 8. c. 4.*

## ARTICVLVS II.

*Vtrum hæc sit conueniens forma consecrationis panis, hoc est corpus meum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd hæc non sit conueniens forma cõsecrationis panis, hoc est corpus meum: per formam enim sacramenti debet exprimi sacramenti effectus: sed effectus, qui fit in cõsecratione panis, est conuersio substantiæ panis in corpus Christi, quæ magis exprimitur per hoc verbum fit, quàm per hoc verbum est. ergo in forma consecrationis deberet dici, hoc fit corpus meũ.

¶ 2 Præt. Ambros.* dicit in lib. de sacramentis sermo Christi hoc conficit sacramentum, quis sermo Christi? hic, quo facta sunt omnia: iussit dominus, & facta sunt, cœli, & terra ergo & forma huius sacramenti conuenientior esset per verbum imperatiuum, vt diceretur, hoc sit corpus meum.

¶ 3 Præt. Per subiectum huius locutionis importatur illud, quòd cõuertitur, sicut per prædicatum importatur conuersionis terminus: sed sicut est determinatum id, in quòd fit conuersio (non.n. fit cõuersio, nisi in corpus Christi) ita est determinatum id, quòd conuertitur: non.n. cõuertitur

* lib. 4. c. 4. nõ procul a prin. c. 4.

140 Sup. q. 60. ar. 8. cor. & q. 85. ar. 2. cor. & inf. q. 83. ar. 4. ad 1. & q. 84. ar. 3. cor. Et 4. dist. 8. q. 2. ar. 1. q. 1. & 2. & 2. 4. q. 3. Et 1 Corin. 11. le. 5.

SVPER Q. XIX. Aliàs 78. Art. II.

COncl. Hoc est corpus meum, est forma cõsecrationis panis conuenientissima.

¶Prob. Quia oportet formam sacramenti alicuius ad hoc, ut sit cõueniens illi sacramẽto, significare id, quod in sacramento illo efficitur (ut ex q. 1. ar. 6. 7. patet): & forma ista. s. Hoc est corpus meum, significat optime id, quod in consecratione panis efficitur. i. conuersionẽ panis in corpus Christi (ut patet ex eo: ꝙ conuersio exprimitur, ut in facto esse, per ly est; terminus autem conuersionis a quo, ꝑ ly hoc. i. per pronomen demonstratiuum relatum ad accidentia panis, quæ manent; terminus verò cõuersionis ad quẽ, ꝑ ly corpus meũ. i. ꝑ nomen significans naturã eius, in quod fit conuersio.)

Pri-

**1^m minori.** Quæ magis exprimitur per hoc verbum fit, quàm per hoc verbum est. R. Si deberet exprimi, vt in fieri; non autem, si debeat exprimi, vt in facto esse. §. Tunc ni.&c. Nam conuersio in sacramento ex pane in corpus Christi debet exprimi, vt in facto esse; quod est ultimus effectus conuersionis: non autem, ut in fieri; quod non est ultimus conuersionis effectus. Et fundamentalis ratio dicti huius est: quia conuersio hæc non est successiua, sed instantanea. quæst. 76. art. 7.

**2^m illatio conclusionis.** Ergo & forma huius &c. R. Negatur illatio. §. Licet eius sermo Christi utrobiq; idest in creatione, & in sacramento isto, operetur; tamen aliter, & aliter. Nam hic operatur sacramentaliter, idest secundum vim, &c. vt in tex.

**3^m de minori.** Ita est determinatũ id, quod conuertitur. R. Non tamen in facto esse conuersionis retinet naturam suæ substãtiæ. *Art. præc.* §. Tunc nihil &c. Nam terminus ad quem conuersionis retinet naturam substantiæ suæ: & ideo nõ est simile, idest non potest poni nomen ex parte subiecti, sicut ponitur ex parte prædicati. Licet ergo panis in corpus Christi conuertatur; non tamen potest dici, hic panis est corpus Christi. Implicat.n. contradictionem: quoniam si est corpus Christi, iam non est panis, & si est panis, iam non est corpus Christi: & sic panis simul esset panis, & non esset panis; simulque panis esset corpus Christi, & non esset corpus Christi. *q. 75. ar. 7* Maxime autem hæc inconuenientia sequerentur; considerato quòd (ut dicit text. corpor.) necesse est: quod extrema huius conuersionis significentur, ut se habent in facto esse conuersionis. Impossibile verò est: quòd facta conuersione, panis sit corpus Christi (postquàm enim facta est conuersio, non est intelligibile, quòd ibi reperiatur panis): licet de necessitate sequatur, quod illud, quod prius erat panis, nunc sit corpus Christi. Vide q. 16. ar. 8. *D. 575.*

**4^m conclusio.** Ad determinandam personam deberet dici, hoc est corpus Christi. R. Nisi sacerdos verba hæc proferret ex persona Christi loquentis. §. Tunc nih.&c. Nam per hoc pronomen, meum, quod includit, &c. ut in tex.

**5^m antecedens.** In verbis formæ nõ debet poni aliquid, quod non sit de substantia eius. R. Si ponatur ibi, tanquàm quòd sit de substantia eius. §. Tunc ni.&c. Potest.n. ibi poni propter aliquid aliud; forma, quæ re uera forma est, remanente incorrupta. Et sic accidit in proposito. Nam hæc coniunctio enim, non interponitur ibi tanquàm sit de substantia formæ; sed apponitur in hac forma secundum &c. vt in tex. Vide q. 1. articu. 8. cum Elucid.

in corpus Christi nisi panis. ergo sicut ex parte prædicati ponitur nomen, ita ex parte subiecti debet poni nomen, vt dicatur, hic panis est corpus meum.

¶ 4 Præt. Sicut id, in quod terminatur conuersio, est determinatæ naturæ (quia est corpus) ita etiam est determinatæ personæ. ergo sicut ad determinandum naturam dicitur corpus, ita ad determinandam personam deberet dici, hoc est corpus Christi.

¶ 5 Præt. In verbis formæ non debet poni aliquid quod non sit de substantia eius, inconuenienter. ergo additur in quibusdam libris hæc coniunctio, enim, quæ non est de substantia formæ.

SED CONTRA est, quòd dominus hac forma in consecrando est vsus, vt patet Matth. 26.

RESP. Dicendum, quòd hæc est conueniens forma cõsecrationis panis: dictum est enim, quòd hæc consecratio consistit in cõuersione substãtiæ panis in corpus Christi: oportet autem formam sacramenti significare id, quòd in sacramento efficitur. vnde, & forma cõsecrationis panis debet significare ipsam conuersionem panis in corpus Christi, in qua tria considerantur. s. ipsa cõuersio, & terminus a quo, & terminus ad quem, conuersio autem pôt considerari dupliciter. vno modo, vt in fieri: alio modo, ut in facto esse. non autem debuit significari conuersio in hac forma, ut in fieri, sed ut in facto esse. Primo quidem. quia hæc cõuersio non est successiua (ut supra dictũ est) sed instantanea: in huiusmodi autem mutationibus fieri, non est nisi factum esse. Secundo, quia ita se habent formæ sacramentales ad significandum effectum sacramenti, sicut se hábent formæ artificiales ad repræsentandum effectum artis. Forma autem artificialis, est similitudo vltimi effectus in quem fertur intentio artificis: sicut forma artis in mente ædificatoris, est forma domus ædificatæ principaliter, ædificationis autem per consequens. vnde & in hac forma debet exprimi conuersio, ut in facto d esse, ad quòd fertur intentio & quia ipsa conuersio exprimitur in hac forma, ut in facto esse, necesse est quòd extrema conuersionis significẽtur, ut se habent in facto esse conuersionis: tunc autem terminus ad quem, habet propriam naturam suæ substantiæ: sed terminus a quo, non manet s͠m suã substantiam, sed solum s͠m accidentia, quibus sensui subiacet, & ad sensum determinari potest. vnde conuenienter terminus conuersionis a quo, exprimitur per pronomen demonstratiuum relatũ ad accidentia sensibilia, quæ manẽt: terminus autẽ ad quẽ, exprimit͛ per nomen significans naturam eius, in quòd fit conuersio, quòd quidem est totum corpus Christi, & non sola caro eius, vt dictum est.* vñ hæc forma est cõuenientissima, hoc est cor. meũ. *q. 76. ar. 1. ad 2.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fieri non est vltimus effectus huius consecrationis, sed factũ esse, vt dictum est: * & ideo hoc potius exprimi debet in forma. *In corp. artic.*

AD SECVNDVM dicendũ, quòd sermo Dei operatus est in creatione rerum, qui etiã operatur in hac consecratione: aliter tamen, & aliter nã hic operatur effectiue, & sacramentaliter, i. secundum vim significationis, & iõ oportet in hoc sermone significari vltimum effectũ cõsecrationis p verbũ substãtiuũ indicatiui modi, & præsentis tpis, sed in creatione rerum operatus est solum effectiuè, quæ quidem efficientia est per imperium suæ sapientiæ, & ideo in creatione rerũ exprimit͛ sermo diuinus per uerbũ imperatiui modi, secundũ illud Gen. 1. Fiat lux, & facta est lux.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd terminus à quo, in ipso facto esse cõuersionis, non retinet naturam suæ substantiæ, sicut terminus ad quem: & ideo non est simile.

AD QVARTVM dicendum, quòd per hoc pronomen, meũ, quòd includit demõstrationem primæ personæ (quæ est persona loquentis) sufficienter exprimitur persona Chr̃i, ex cuius persona hæc proferuntur, ut dictum est.* *art. præc. & art. 1.*

AD QVINTVM dicendum, quòd hæc coniunctio, enim, apponitur in hac forma, secundum consuetudinẽ Romanæ Ecclesiæ, a beato Petro Apostolo deriuata, & hoc propter continuationem ad verba præcedentia: & ideò non est de forma, sicut nec verba præcedentia formam.

APPENDIX.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.* EX articu. habes primo, quomodo per rationem interimas hæresim Erasmi Roterodamĩ (in primã ad Corinthios cap. 11. ut refert Ioseph Angles ord. minor.) dicẽtis quòd Hoc est corpus meum, significat solum præsentiam corporis Christi, nõ panis conuersionem. Et suspectã propositionẽ eiusdem (in primã ad Corinthios, ĩ principio Paraphr. ut refert idem Ioseph) dicentis; Vtinã Paulus explicuisset, quibus uerbis esset consecrandum. Ac si dixerit apertè Erasmus; quòd Apostolus non explicauit, quibus verbis sit cõsecrandum. Volens forsan, hoc gladio melle suæ fictæ quærimoniæ lito, asserere: quòd nos ex literis sacris nescim᷒ adhuc; quibus verbis sit cõsecrandum. Quod est hæresis manifesta. Et hæreticas expositiones Ioannis à Lasco a quo Alascani, dicentis: Hoc est corpus meum. i. hoc nõ quod fuit panis, sed tota hæc actio cœnæ, est corpus meum. Itẽ alias vndecim eiusdẽ extorsiones, quib. detorquet verba cœnæ Domini: quas (ut plenius de hoc instruaris) vide in Erasmi Alberi libro secundo cõtra Carolostadiũ. Et hæreticalem impostaram, quam confingit Gaspar Suẽcfeldius (vt refert Gabriel Prateolus, tit. Suencfeldiani) dicens: Hoc est corpus meum. i. ex prædicato fit subiectum, ut sit sensus; corpus meũ est hoc scilicet panis, vel cibus. Et hæreticam strophã Carolostadij (vt refert idem Prateolus, tit. Antilutherani) dicentis: Hoc est corpus meum, idest hoc, quod hic assidet mensæ, est corpus meum; Vel hoc est. i. significat. Secundo vides: quomodo per rationem ostendas, illas omnes meritò damnari a Matth. 26. Mar. 14. Luc. vigesimosecundo, & 1. Corinth. vndecimo. Hoc est corpus meum. Item a Concilio Triden. sess. 13. cap. 1. sic exponente, ideoque prædicta hæreticalia damnante, in hæc uerba. Maiores nostri omnes, quotquot in vera Christi Ecclesia fuerunt, qui de sanctissimo sacramento disseruerunt, apertissime professi sunt; hoc tam admirabile sacramentum in vltima cœna Redemptorem nostrum instituisse, cum post panis vinique benedictionem se suum ipsius corpus illis præbe-

re, ac suum sanguinē, disertis ac perspicuis verbis testatus est. Quæ verba a sanctis Euangelistis commemorata, a Diuo Paulo postea repetita, cum propriam illam, & apertissimam significationem præ seferant, secūdum quam a Patribus intellecta sunt: indignissimum sane flagitium est, ea a quibusdam contentiosis & prauis hominibus ad fictitios & imaginarios tropos, quibus veritas carnis & sanguinis Christi negatur, contra vniuersum Ecclesiæ sensum detorqueri; quæ tanquàm columna & firmamentum veritatis, hæc ab impijs hominibus excogitata commenta, VELVT SATANICA, detestata est, grato semper & memore animo præstātissimum hoc Christi beneficium agnoscens. Hæc ibi. Item a Concilio Florent. quod tanquàm exponens scripturas, & specialiter Apostolum Paulum, ait. Verum, quia in suprascripto decreto Armenorum non est explicata forma verborum, quibus in consecratione corporis & sanguinis Dñi sacrosancta Romana Ecclesia, Apostolorum Petri & Pauli DOCTRINA ET AVCTORITATE firmata semper vti consueuerat, illam præsentibus duximus inserendam. In consecratione corporis Domini hac vtitur forma verborum. Hoc est.n.corpus meum. Sanguinis verò. Hic est enim calix sanguinis mei, noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. (Et infra). Datum Florentię in publica sessione synodali solemniter in Ecclesia domus S. Mariæ Nouellæ celebrata 1441. pridie nonas Februarij. Hæc ibi. Quæ ideo in vltimis annotata sunt hic: ut scias quærendo hanc additionem factam decreto Armenorum inuenire authenticè, inter constitutiones multas Concilij Florentini super diuersorum vniones. Verba præmissa huius Concilij Floren. conferas cum eiusdem verbis de forma sacramenti supra recitatis, ar. 1. appen. Et ex vtrorūq; insimul constructione conijcies in particulari; quid sit dicendū de Christo, an. s. his duabus formis (Taceo ly enim) totidem uerbis, expressis usus sit in consecratione. Pro qua re & faciet considerare simul uerba ultimò in eadem appen. ex decretali Papæ Innocētij adducta. s. Credimus igitur, &c. Et considerare ar. 3. respon. ad nonum argumentum; & etiam eius appen. Ex præmissis itaque Conciliorum dictis patet; quid respondendum sit Erasmo Roterodamo conquerenti per ly vtinam Paulus &c. Quòd. s. quia visus est in tali anxia querela imitari Iudæos olim post tam aperta de Christo testimonia dicentes, Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam: ideo nil aliud, nisi consimile illis responsum, cum suis audire meretur. Loquor vobis, in Euangelio, in Apostolo, in tot qui fuerunt de mea Ecclesia etiam ab initio Patribus, in formis quibus utitur Ecclesia Romana verbo meo (Tu es Petrus &c.) apertè fundata; & non creditis. Ex supradictis etiam omnibus, atque citatis, patere potest: q illa eiusdem Erasmi propositio. s. Nusquam legitur expresse quibus uerbis Christus consecrauerit (quam pro suspecta, & scādalosa, adducit Iacobus Lop. Stunica post suum itinerarium) ignorantiam ipsius Erasmi in Theologicis ueraciter infert. Sed quid mirum: si purus Grāmaticus Theologiam, etiam si præsumat, ignoret? Nec ly expresse, quo uafritiem contegit, eum facit Theologum; sed magis Grammaticum arguit; qui non sensum uerborum, sed uerba nuda, legit. Cæterum ad illā eiusdem negantem; conuersionem per ly Hoc est corpus meum, significari profertur damnatio manifesta ex Concilio Trid. sess. 13. cap. 3. 4. & can. 2. Item ex Concilio Lateranensi sub Innoc. III. & ex Concilio Flor. Immo etiam ex Euangelico textu bene intellecto. De quibus omnibus vide tu supra articulorum numero 107. 116. 118. 120. 122. cum Elucid. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applic. doctrina præsens Angelica vicissim &c.

---

*S. Bon. 4. s. d. 8. q. 1. ar. 2. par. 2.*
*Rich. 4. s. d. 8. q. 1. ar. 3.*
*Bacc. 4. sent. d. 8. q. 3.*
*Capr. 4. d. 8. q. 1. con. 6.*
*Scot. 4. s. d. 8. q. 2.*
*Duran. 4. s. d. 8. q. 2.*
*Sot. 4. s. d. 11. q. 1. ar. 3.*

141 4. dist. 8. q. 2. ar. 2. q. 1. & 3. Et 1. Corint. 11. lec. 6.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum hæc sit conueniens forma consecrationis vini, hic est calix sanguinis mei, &c.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd hæc non sit conueniens forma consecrationis vini, Hic est calix sanguinis mei, noui & æterni testamenti, mysteriū fidei, qui pro uobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. sicut enim panis conuertitur in corpus Christi ex vi consecrationis, ita, & vinum in sanguinem Christi, sicut ex prædictis patet, * sed in forma consecrationis panis, ponitur in recto corpus Christi, nec aliquid aliud addit'. inconuenienter ergo in hac forma ponitur sanguis Christi in obliquo, & additur calix in recto, cum dicitur, Hic est calix sanguinis mei.

* Q. 76. artic. 1. 2.

¶ 2 Præt. Non sunt maioris efficaciæ verba, quæ proferuntur in consecratione panis, quàm ea, quæ proferuntur in consecratione vini, cum vtraque sint verba Christi: sed statim dicto, Hoc est corpus meum, est perfecta consecrato panis ergo statim cum dictum est, Hic est calix sanguinis mei est perfecta consecratio sanguinis, & ita ea, quæ sequuntur, non videntur esse de substantia formæ, præsertim cum pertineant ad proprietates huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Testamentum nouū pertinere videtur ad internam inspirationem, ut patet ex hoc, quòd Apostolus ad Hebr. 8. introducit verba, quæ habentur Hierem. 31. Consumabo super domum Israel testamentum nouū, dando leges meas in mentibus eorum sacramentū autem exterius visibiliter agitur. inconuenienter ergo in forma sacramenti dicitur, noui testamenti.

¶ 4 Præt. Nouum dicitur aliquid ex eo, quòd est prope principium sui esse. ergo inconuenienter dicitur, noui, & æterni: quia uidetur contradictionem implicare.

¶ 5 Præt. Occasiones erroris sunt hominibus subtrahendæ, secundum illud Isa. 37. Auferte offendicula de via populi mei: sed quidam errauerunt, æstimantes mysticè solum esse corpus, & sanguinem Christi in hoc sacramēto. ergo in hac forma inconuenienter ponitur mysterium fidei.

¶ 6 Præt. Supra dictum est, * quòd sicut baptismus est sacramentum fidei, ita eucharistia est sacramentum charitatis. ergo in hac forma magis debet poni charitas, quàm fides.

* q. 73. arti. 3. ad 3.

¶ 7 Præt. Totum hoc sacramētum, & quantum ad corpus, & quantum ad sanguinem, est memoriale Dominicæ passionis, secūdum illud 1. Corinth. 11. Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis. non ergo magis debuit in forma cōsecrationis sanguinis fieri mentio de passione Christi, & eius fructu, quā in forma consecrationis corporis, præsertim cum Luc. 22. dominus dixerit, Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur.

¶ 8 Præt. Passio Christi (ut supra habitum est*) ad sufficientiam profuit omnibus, quantum vero ad efficientiam profuit multis. debuit ergo dici, qui effundetur pro omnibus, aut pro multis, sine hoc q adderetur, pro uobis.

* Q. 48. & 49. ar. 2.

### SVPER Q. XIX.

Aliàs 78. Art. III.

CONCL. Oīa prædicta verba sunt de substantia formæ: diuersimodè tamen.

¶ PROB. 1. Quia omnia pertinent ad integritatē locutionis, uel tanquàm subiectū cū prædicato (ut ly Hic est calix sanguinis mei), uel tanquàm determinationes prædicati. s. sanguinis mei (ut reliqua omnia) Secundò quia sacerdos eodem ritu, ac modo, omnia illa profert. Tertiò quia Lucas id insinuat per hoc, q interponit uerba sequētia uerbis primis dicens cap. 22. Hic est calix nouum testamentū in sanguine meo. Secunda verò pars, scilicet diuersimode &c. probat̄. Quia per ly hic est calix sanguinis mei, significatur conuersio uini in sanguinem; per uerba autem sequētia designatur virtus sanguinis effusi in hoc sacramento operans, tum ad æternam hæreditatem adipiscendam (ut patet ex ly noui, & æterni testamenti), tum ad consequendam iustitiam gratiæ, quæ est per fidem (ut patet ex ly mysterium fidei), tum ad remouenda vtriusque præmissorum impedimenta, scilicet peccata vt patet ex ly qui pro uobis, & pro multis, effundetur in remissionem peccatorum.)

¶ NOT. Circa primæ partis conclusionis primam probationem aduertendum est; quòd patet inductiuè (si uel modicū discurras) integram locutionē requiri in sacramentorū formis ad producendum effectum. Et ideo ad ꝓbandum, quòd omnia illa sint de substātia formæ, sufficeisset medium hoc. s. quòd pertinent ad integritatem locutionis; etiam si nil aliud additum fuisset. Ad abundatiorem tamē doctrinam duo alia media vt audisti, adduxit Diuus Thomas. Circa secūdam uerò probationem nota: quod minus dicens vult significare plus. Nam per ly eodem ritu & modo, non solū significatur, quod expressit. s. tenendo calicem in manibus; sed etiam id, quod sub hoc expsso virtualiter subintellexit. s. nondum genuflexione calicē adorando antequàm protulerit usq; in finē oīa reliqua uerba. Et hoc mediū (ut constat scientibus non esse adorandū sacra-

¶ 2 Præt.

sacramentum, nisi completa consecratione) roboris magnam vim addit intentę conclusioni. Circa tertiam demum probationem nota: quòd talem interpositionem verborum sequentium ad prima fecit etiã Apostolus, (& hoc ad idê, quod Lucas, insinuandum) dicens. 1. Cor. 11. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Nè autem plus, quam oportet, mireris de Euangelistarum aliquali uariatione in sacramenti huius forma verborum enarranda; sed ut potius de industria ipsorum prudentissima, qua tales Margaritas recusarunt manifestè totaliter ponere ante porcos, idest îfideles (iuxta monitũ Christi saluberrimũ. Matt. 7.) ideo a simili vniuersaliter vide, & diligenter considera respon. ad nonum, & quæst. 13. articu. 4. ad primum ex Dionysio.

* De celebra. missar. c. cum Marthæ.

* Alias non habetur ly easdem.

## 1^m illatio conclusionis.

Inconueniẽter ergo &c. Negatur illatio. §. Non enim est eadem ratio de modo exprimendi utramque formam sic, uel sic (ut putat argumentum): sed diuersus unicuique modus cõueniẽter assignat. Et de modo quidem formæ panis constare potest ex art. 2. de vini autẽ patet in præsenti cõsiderantibus; quòd ly hic est calix sanguinis mei, est locutio & methonomica, & metaphorica (ut declaratur in tex.)

* Posita in arg. 1.

* Ar. præc.

## 2^m maior.

Non sunt maioris efficaciæ uerba, quæ proferuntur in consecratione panis; quã ea, quæ proferuntur in consecratione vini. R. Verba tamen consecrationis vini debent meritò esse maioris expressionis effectus passionis Christi; quàm illa panis. §. Nam sanguis per hoc, quòd seorsum consecratur, repræsentat expressè passionẽ Christi. Vt in tex. corp. & ad primum, & quæst. 17. articu. 1. ad primum. Tunc nihil &c. ut de se patet.

## 3^m de maiori.

Pertinere uidetur. R. Subsequenter. §. Nam interna inspiratio ex Christi sanguinis virtute procedit; secundum quòd

¶ 2 Præt. Verba quibus hoc sacramentum conficitur, efficaciam habent ex institutione Christi, sed nullus Euangelista recitat Christũ hæc omnia verba dixisse. ergo hæc non est conueniens forma consecrationis vini.

Sed contra est, quòd ecclesia ab Apostolis instructa, * utitur hac forma in consecratione vini.

Respon. Dicendum, quòd circa hanc formam est duplex opinio: quidam enim dixerũt, quòd de substantia formæ huius est hoc solum, quod dicitur, hic est calix sanguinis mei, non autem ea, quæ sequuntur: sed hoc videtur inconueniens: quia ea, quæ sequuntur, sunt quædam determinationes prædicati, idest sanguinis Christi; unde pertinẽt ad integritatem * eiusdem locutionis. Et propter hoc (sicut alii melius dicũt) omnia sequentia sunt de substantia formæ vsque ad hoc quod postea sequitur: hoc quotiescumq; feceritis, quod pertinet ad vsum huius sacramenti, vnde non est de substãtia formæ, & inde est, quòd sacerdos eodẽ ritu, & modo, scilicet tenendo calicem in manibus, omnia hæc verba profert. Luc. etiam 22. interponuntur uerba sequentia verbis præmissis, cum dicitur. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. dicendum est ergo, quòd omnia prædicta * verba sunt de substantia formę, sed per prima uerba, cum dicitur, Hic est calix sanguinis mei, significatur ipsa conuersio vini in sanguinem eo modo, quo dictum est * in forma consecrationis panis, per verba autem sequentia designatur virtus sanguinis effusi in passione, quæ operatur in hoc sacramento, quæ quidem ad tria ordinatur. Primo quidem, & principaliter, ad adipiscendam æternam hæreditatem, secundum illud Hebr. 10. Habemus fiduciam in introitu sanctorum per sanguinem eius, & ad designandum dicitur, noui, & æterni testamenti. Secundo, ad iustitiam gratiæ, quæ est per fidem, secundum illud Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorẽ per fidem in sanguine eius, ut sit ipse iustus, & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi, & quantum ad hoc subditur, mysterium fidei. Tertio autem, ad remouendum impedimenta vtriusque prædictorum, s. peccata, secundum illud Hebr. 9. sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis, i. a peccatis, & quantum ad hoc subditur, qui pro uobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Ad primum ergo dicendum, quòd cum dicitur, Hic est calix sanguinis mei, est locutio figuratiua, & potest dupliciter intelligi, uno modo secundum metonymiam, qua ponit continens pro cõtento, ut sit sensus, Hic est sanguis meus contentus in calice, de quo fit hic mentio, quia sanguis Christi in hoc sacramento consecratur, inquantum est potus fidelium, quod non importatur in ratione sanguinis, & ideo oportuit hoc designari per vas huic vsui accõmodatũ. Alio modo, potest intelligi sm metaphoram, prout per calicem similitudinariè itelligitur passio Christi, quæ ad similitudinem calicis inebriat (sm illud Tren. 3. Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio. vnde, & ipse dominus passionem suã calicẽ nominat. Matt. 26. dicens, Transeat à me calix iste) ut sit sensus, hic est calix passionis meę, de qua fit mentio in sanguine seorsum a corpore consecrato: quia separatio sanguinis a corpore fuit per passionem.

Ad secundum dicendum, quòd quia (ut dictum est *) sanguis seorsum cõsecratus, expressè passionem Christi repræsentat, ideo potius in consecratione sanguinis fit mentio de effectu passionis, quàm in consecratione corporis, quod est passionis subiectum, quod etiam designatur in hoc quod dñs dicit, quod pro vobis tradetur: quasi diceret, quod pro uobis passioni subiicietur.

Ad tertium dicendum, quòd testamentum est dispositio hæreditaris: hæreditatem autem cœlestem disposuit Deus hominib. dandã per virtutem sanguinis Iesu Christi, qa vt dicitur Hebr. nono. Vbi est testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. sanguis autẽ Christi, dupliciter est hominibus exhibitus. primo quidẽ in figura, quod pertinet ad vetus testamentum: & ideo Apostolus ibidem concludit, vnde nec primum testamentũ sine sanguine dedicatum est, quod patet ex hoc, quòd sicut dicitur Exod. vigesimoquarto. Lecto omni mandato legis Moyse, omnem populum aspersit, dicens, Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad uos Deus. Secundo autem est exhibitus in rei veritate, quod pertinet ad nouum testamentum, & hoc est quod Apostolus ibidem præmittit dicens, ideo noui testamenti mediator est Christus, ut morte intercedente, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Dicitur ergo hic sanguis noui testamenti, quia iam non in figura, sed in veritate exhibetur. vnde subditur, Qui pro vobis effundetur. Interna autem inspiratio ex huius sanguinis virtute procedit, secundum quòd passione Christi iustificamur.

Ad quartum dicendum, quòd hoc testamentum est nouum ratione exhibitionis. dicitur autem æternum, tam ratione æternæ Dei præordinationis, quàm etiam ratione æternæ hæreditatis, quæ per hoc testamentum disponitur: ipsa etiam persona Christi, cuius sanguine testamentum disponitur, est æterna.

Ad quintum dicendum, quòd mysterium hic ponitur, nõ quidem ad excludendam rei veritatem, sed ad osten-

quòd passione Christi iustificamur. Tunc nihil &c. Nunc enim loquimur de testamento, prout significat principaliter seu essentialiter aliquid: & hoc est dispositio hæreditatis (ut patet etiam apud iuristas de quod quid est huius nominis, Testamentum, tractantes). Quia verò hæreditas ista, de qua loquimur, est cęlestis ad differentiam terrenæ, quæ veterascit Hebr. 8. ideo dispositio huius hæreditatis appellatur testamentum nouum. Hæreditatẽ autẽ cœlestem Deus disposuit, &cæt. ut in text.

## 4^m illatio conclusionis.

Ergo inconuenienter dicitur, &c. R. Negatur illatio. §. Nam ly noui, & ly ęterni, non attẽduntur hic secundum rationem illam cõtradictoriã (quã putat argumentum): sed secũdum rationem vnicuique illorum conuenientissimam. Ly noui, siquidem dicitur ratione exhibitionis: Et ly ęterni; tam ratione æternæ Dei, &c. ut in text.

* In corp. ar. & q. 76. ar. 2. ad 1.

## 5^m de maiori.

Occasiones erroris. R. Existentes secũdum se tales. §. Tunc nihil &c. Nam ly mysterium, nõ est secundum se occasio erroris licet ab aliquibus, ex sua ipsorum mala dispositione, acceptũ sit pro occasione erroris. Ly mysterium, siquidem hic ponitur nõ ad &c. ut in text.

¶ Not. Responsum hoc formale vigilanter consi-

dendam occultationem: quia, & ipse sanguis Christi occulto modo est in hoc sacramento, & ipsa passio Christi occulte fuit figurata in veteri testamento.

Ad sextvm dicendum, quòd dicitur mysterium fidei quasi fidei obiectum: quia quòd sanguis Christi secundum veritatem sit in hoc sacramento, sola fide tenetur: ipsa etiā Christi passio per fidem iustificat. Baptismus autem dicitur sacramentum fidei, quia est quædam fidei protestatio: hoc autem est sacramentum charitatis, quasi figuratiuum, & effectiuum.

Ad septimvm dicendum, quod sicut * dictum est, sanguis seorsum consecratus a corpore, expressius repræsentat passioné Christi, & ideo potius in consecratione sanguinis fit mentio de passione Christi, & fructu ipsius, quam in consecratione corporis.

Ad octavvm dicendum, quod sanguis passionis Christi, nō solum habet efficaciam in Iudæis electis, quibus exhibitus est sanguis veteris testamenti, sed etiam in Gentilibus, nec solum in sacerdotibus, qui hoc conficiunt sacramentum, uel alijs, qui sumunt, sed etiam in illis pro quibus offertur: & ideo signanter dicit pro uobis Iudæis, & pro multis, scilicet Gentilibus: uel pro uobis manducantibus, & pro multis, pro quibus offertur.

Ad nonvm dicendum, quòd Euangelistæ non intendebant credere formas sacramentorum, quas in primitiua ecclesia oportet esse occultas, ut dicit Dion. * in fine ecclesiast. hierar. sed intenderunt historiam de Christo texere. Et tamen hæc omnia ferè uerba ex diuersis scripturæ locis accipi possunt. nam quod dicitur, hic est calix, habetur Luc. 22. & 1. Cor. 11. Matt. autem 26. dicitur, hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorū: quòd autem additur, æterni, & iterū, mysterium fidei, ex traditione dñi hr, quæ ad ecclesiam per Apostolos peruenit, secundum illud 1. Cor. 11. Ego accepi a dño, quod, & tradidi vobis.

*In sol. ad 1. & locis ibi citatis.

*Ca. 7. eccle. hierar. par. 3. Iter med. & fi.

considera alijs etiam in alijs similibus vbique faciendo. s. differentiam inter occasiones erroris, quæ secundum se sunt occasiones erroris; & inter illas erroris occasiones quæ secūdum se licet sint occasiones ueritatis inueniendæ, & vitandi erroris, nihilominus a nónullis ex defectu ipsorum accipiuntur tanq̄ occasiones erroris, & offuscandæ ueritatis. Non. n. istæ vltimo dictæ erroris occasiones, quæ re uera sunt pro talibus solum acceptæ, sunt semper hominibus subtrahendæ. Alioquin tollerentur de medio scripturę sacræ, ex quibus praui homines accipiunt occasiones nō solum errorum suorum, sed etiā hæresum (sunt etiā multa uerba in scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad eum sensum; quem sibi vnusquisque sponté pręsumpserit. Vt dicit Clemés Papa: distin. 37. cap. relatum): item lex vetus data non fuisset (quoniā, occasione inde accepta peccatū reuixit. Ro. 7.) Vide 3. par. de sal. q. 3. ar. ad primum, & q. 42. art. 2. & 2. 2. quæst. 43. art. 7. 8.

6^m^ conclusio. In hac forma magis debet poni charitas, quā fides. R. Si forma hæc ordinaretur magis ad explicandum in hoc sacramento esse figuratiuum & effectiuum: q̄ esse obiectuum. §. Tunc nihil &c. Nam ista forma magis ordinatur ad significandum hoc ultimum, quod concernit fidem: quàm illud primum, quod concernit charitatem. Dicitur. n. hic, ly mysterium fidei, quasi abiectum, &c. ut in textu.

7^m^ antecedens. Totum hoc sacramentum & quantum ad corpus, & quantum ad sanguinem, est memoriale Dominicæ passionis. R: Sed expressius quantum ad sanguinem. §. Sanguis. n. seorsum consecratus, &c. ut in text. Tunc nihil &c. ut patet ibid. Vide ad secundum.

8^m^ illatio conclusionis. Debuit ergo dici, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit. n. ex eo, quòd argumentum nō plené intelligit bonum sensum formæ in ly uobis, & ly multis. Nam de efficacia sanguinis Christi forma ibi loquitur; quæ non solum attendi debet in Iudæis electis, quibus exhibitus est, &c. ut in tex.

9^m^ illatio conclusionis. Ergo hæc non est, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit. n. ex præmissis supponentib. falsum, seu ex falso præsupposito in illis. Nam Euangelistæ (cuius tñ contrarium ibi argm̃ supposuit) non intendebant tradere formam sacramentorum. Vnde, cum de ipsorum formis agitur, non est semper sumendum inde efficax pleniter argm̃: quod tñ semper esset, si Euangelistæ ipsi intendissent formas omnium sacramentorum integras in scriptis edocere. Intenderunt autem hystoriam de Christo, &c. ut in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex arti. habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse a Conc. Flor. & ab Innoc Papa: quòd oīa verba ista. s. hic est calix sanguinis mei, noui & eterni testamenti, mysterium fidei, qui pro uobis & pro multis effundetur in remissioné peccatorū, sunt de substantia formæ consecrationis vini. A Conc. quidem Florent. s̃m q̄ ponitur supra, ar. 2. appen. Vbi nota maximum authoritatis pondus designari in eo, qđ ibi dr: in antiquissimo usu Romanæ ecclesiæ formam hanc fuisse. Quantum. n. ualeat consuetudo, præsertim tam antiqua, Ecclesiæ; quantaque diligentia sit imitanda; reliquit manifesté testatum fidelissimus catholicæ veritatis propugnator D. Thom. in 2. 2. q. 10. ar. 12. corp princip. Vide tu ibi omnino, ad perpetuam rei & huius, & cuiuscūq; similis, memoriam. Quātum item ualeat uerbum illud a Conc. Flor. dictū. s. Romana Ecclesia, nouerint omnes ex eo; q Anacletus Papa Tertius vel Quartus a Petro, & natione Gręcus, dicit. Sacrosancta Romana, & Apost. Ecclesia nō ab Apostolis, sed ab ipso Dño Saluatore nostro, primatum obtinuit. Et ambo (. s. Petr⁹ & Paulus) Sanctam Romanam Ecclesiam consecrauerunt: atque omnibus alijs urbibus in mundo uniuerso tā sua præsentia, q̄ suo uenerando triumpho prætulerunt. Hæc ille: quæ recitantur dist. 22. c. sacrosancta. Item nouerint ex eo; quòd idem Concilium Flor. sess. vlt. in literis sanctæ unionis, dicit de Ecclesia Romana sic. Diffinimus: sanctam Apostolicā Sedē, & Romanum Pontificē in uniuersum orbē tenere primatum; & ipsū Romanum Pontificem esse successorem. B. Petri principis Apostolorum, & uerum Vicariū Iesv Christi, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorū patrem, & doctorem existere; & ipsi in B Petro pascendi, regendi, & gubernandi, uniuersalem Ecclesiam a Dño nostro Iesv Christo plenam potestatem traditam esse. Quemadmodum & in gestis œcumenicorum Conciliorum, & in sacris canonibus, continetur. Hæc ibi. In ultima illa sessione, ante literas eiusdem sanctæ vnionis, immediate conspicies mirabile hoc opus Dei, scilicet quòd Græci ibi (absentibus Latinis) post reuolutionem suorum Doctorum, multamq; ueritatis inquisitionem factam in Palatio sui Imperatoris, tandem inter se in hanc, quam audisti, sententiam de primatu Romanæ Ecclesiæ deuenerūt. Quam quidem sententiam, cum postea Latinis Præsulibus notificassent, omnes pariter in Domino gaudentes reposuerunt in literis sanctæ vnionis. Quæ sane unio sancta fuit: quandoquidem, & Græci, & Armeni, & Iacobini, reiectis pristinis erroribus, luce veritatis inspecta seipsos Ecclesiæ Romanæ, tanquàm matri suæ, deuota uoluntate subdiderunt. Vt autem agnoscas certius, solam in prædictis ueritatē triumphasse; notabis: præmissa Concilij Florentini acta omnia esse recitata secundum translationem cuiusdam Abrahami Cretensis (quæ magna insula Græcorum est) qui totum ipsum Concilium é Græco in Latinum fideliter, tanquàm a Spiritusancto actus, transtulit. Item nouerint tandem omnes ex eo; quòd Ecclesia Romana a Concilio Triden. sess. septima, de bapt. cano. 3. & sess. 14. de sacr. extr. vnct. cap. 3. & sess. 22. cap. 8. & sess. 25. de delect. cibor. ieiun. dieb. fest. cap. 10. uocatur omnium Ecclesiarum mater, & magistra. Ab Innocentio autem Tertio idipsum in principio appendicis dictum & diffusè, & doctissimè, insinuatur; extra de celebration. Missar. cap. cum Marthæ. Ibi enim, post multa ex doctrina scripturarum sacrarum in fauorem & declarationem singularum partium, atque ideo totius formæ, consecrationis uini adducta, decretalem suam epistolam, quantum ad hoc pertinet, concludit in hæc uerba. Credimus igitur: quòd formam uerborum, sicut in canone reperitur, & a Christo Apostoli, & ab ipsis eorum acceperint successores. Hæc ille summus Pontifex. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

Sot. 4. s. d. 1. q. 1. ar. 4.

142 Inf. arti. 5. cor Et 4. d. 1. q. 1. ar. 4. q. 3. & d. 8. q. 2. ar. 3. & & di. 10. in expos. lit. ad 6. & 8.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum prædictis verbis formarum insit aliqua vis creata, effectiua consecrationis.*

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quod prædictis verbis *formarum non insit aliqua uis creata, effectiua consecr. dicit. n. Dam. *in 4. lib. sola uirtute Spiritussancti conuersio panis in corpus Christi: sed virtus Spiritussancti est uirtus increata.

*ar. 2. & 3.

*li. 4. orth. fid. c. 14. circa med.

SVPER Q. XIX. Aliàs 78. Art. IIII.

Conc. In verbis formarum sacri Eucharistiæ est quædā virtus creata ad trāsubstātiationem huius sacramenti faciendā; instrumentaliter tamen.

¶ Prob. 1. Quia dicere contrarium & repugnat

gnat dictis sanctorum, & derogat dignitati sacramentorum nouæ legis (ut a fortiori, cum hoc sacramentum sit alijs dignius, patet ex q.3.art.4.item ex quæst.10. art.1.4.). Secundò quia verba ista formarum ex eo, quòd proferuntur ex persona Christi, consequuntur virtutem huiusmodi instrumentalem a Christo (ut patet a simili de alijs factis, vel dictis Christi. q. 3. artic.2.)

## 1m illatio conclusionis.

Ergo nulla &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis male intellectis. Nam, cum dicitur, sola virtute Spiritussancti &c. vt in text.

* 1.p.q.110. art.4.

## 2m de maiori.

Non fiunt aliqua virtute creata. R. Tanquàm agête principali. §. Tûc nihil &c. Loquitur eni cóclusio articuli de instrumentali: ut ibi patet. Ad id verò, quod de incarnatione, & creatione, introducit minor quasi pro probatione in côtrarium, quòd sci licet nec etiam instrumentaliter concurrere possit virtus creata ad factionem operis miraculosi, respondetur; quod nihil probat: eo quòd de illis, & de ista conuersione, quâmuis omnia sint opera miraculosa, non est eadem ratio; vt patet in tex.

* Posita in art. 2.3. in arg.1.
* q.74.a.7.
* Li.4.ca.4. ante med. to.4.

## 3m de maiori.

Prædicta verba R. Cósiderata secundum prolationem exteriorem. §. Tunc nihil &c. Ad hoc enim, quòd conuersio illa fiat virtute horum verborũ, sufficit; quòd ipsa verba, secũdum rationem sui significati perfecti, sint simplicia. Quod vtique de verbis his taliter consideratur in proposito sacramentorum: ut declaratur in tex.

* Arti.2.& 3. positis 1 arg. 1.
* q.62. ar.1. 2.3.4.
* q.65. artic.3.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articu. habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a concilio, & Ambrosio, quòd vis creata effectiua conuersionis inest uerbis formarum sacramenti Eucharistiæ. A D. Ambrosio quidem: ut est in arg. contr. Vbi notã ly vis in sermone, sicut supra q.3.ar.4. in argu. contr. notãdum erat & in B. August. ly vis aquæ, & in Beda ly vim contulit aquis. Sed & dicitur, quasi ad idem propositum confirmandum. Luc. 24. quòd IESVS non tantum est potens in opere, sed etiam in sermone. A Concilio Florentino insinuatur per hoc: quòd dicit ly uirtute uerborum Christi substantia panis in corpus, & substantia vini in sanguinem, conuertuntur. Vide quæstione decimaoctaua, ar.5. appen. Vbi & nota bis: quòd istud conciliũ se habet in hoc ad Lateranense, tanq̃ expositio quædam seu declaratio. Viderat Florentinum, quòd Lat. dicebat ly transubstantiatis pane, &c. potestate diuina. Quia verò potestas diuina intelligi potest & vt in se est, & ut in creaturis, tanquàm in instrumento, specialiter participatur: ideo, cum nihil horum expresse distinctim explicasse Concilium Lat. vidisset Floren. hinc rationabiliter motũ est hoc posterius concilium ad exprimêdum ly virtute verborum Christi. Ac si apertius dixerit. Potestate diuina Christi; & vt est increata in se, & vt est creata in verbis ipsis: hoc est, (ad textus loquelam propius accedendo) & ut est principale agês, & ut est agês instrumentale. Ambo quidem hæc in sensu Concilij Lateranêsis, sub ly potestate diuina, continebantur: sed non adhuc, antequàm Florentinum exponeret, manifeste declarata. Regula enim generalis est hæc. s. quod ipsa côcilia mutuò inter se suppleuisse leguntur, quæ ab eorũ aliquo, vel aliquib. sunt omissa: prout a simili de Euangelistis hoc totidê verbis dicês nos docuit Papa Innocentius III. Extra de celebr. Missar. cap. cum Marthæ. Secundò uides: quomodo ex jis bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

* q.6.8.ar.2. & 4.
* q.61. artic.1.

---

ergo nulla virtute creata horum verborum conficitur hoc sacramẽtum.

¶ 2 Præt. Opera miraculosa non fiunt aliqua virtute creata, sed sola virtute diuina, ut in prima parte habitum est: * sed conuersio panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, est opus non minus miraculosũ, quàm creatio rerum, vel etiam formatio corporis Christi in vtero virginali: quæ quidê nulla virtute creata fieri potuerunt. ergo neque hoc sacramentum consecratur aliqua virtute creata dictorum verborum.

¶ 3 Præt. Prædicta verba * nõ sunt simplicia, sed ex multis composita: nec simul, sed successiue proferuntur: conuersio autem prædicta, ut supra dictum est, * fit in instanti: vnde oportet quod fiat per simplicem virtutem. non ergo fit per virtutem horum verborum.

Sed contra est, quòd Amb. * dicit in lib. de sacramentis: Si tanta est vis in sermone Domini Iesu, vt inciperet esse quod non erat, quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud commutentur? & sic quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat.

Respon. Dicendum, quòd quidam dixerunt nulla virtutem creatam esse, nec in prædictis uerbis * ad transubstantiationem faciêdam, nec etiam in aliis sacramentorum formis, uel etiam in ipsis sacramêtis ad inducendos sacramentorũ effectus, quod sicut supra habitum est, & dictis sanctorum repugnat, & derogat dignitati sacramentorum nouæ legis. vnde cum hoc sacramentum sit præ cæteris dignius, sicut supra dictũ est, * consequens est, quod in verbis formalib. huius sacramenti, sit quædam virtus creata ad conuersionem huius sacramenti faciendam, instrumentalis tamen, sicut, & in aliis sacramentis, sicut supra dictum est, cũ enim hæc uerba ex persona Christi proferantur, ex eius mandato consequuntur virtutem instrumentalem a Christo: sicut, & cætera eius facta, vel dicta habent instrumentaliter salutiferam virtutem, ut supra dictum est.

Ad primum ergo dicendum, quòd cum dicitur sola virtute Spiritussancti panem in corpus Christi conuerti, non excluditur virtus instrumentalis, quæ est in forma huius sacramenti: sicut cum dicitur, solus faber facit cultellum, non excluditur virtus martelli.

Ad secundum dicendum, quod opera miraculosa nulla creatura potest facere quasi agens principale, potest tamen ea facere instrumentaliter, sicut ipse actus manus Christi sanauit leprosum: & per hunc modum uerba Christi conuertunt panem in corpus Christi, quod quidê fieri potuit in conceptione corporis Christi, qua corpus Christi formabatur, ut aliquid a corpore Christi procedens haberet instrumentalem virtutem ad ipsius corporis formationem. In creatione etiam non fuit aliquod extremum, in quod instrũmentalis actio creaturę posset terminari: vnde non est simile.

Ad tertium dicendum, quod prædicta uerba * quibus fit consecratio, sacramentaliter operantur. vnde vis conuersiua, quæ est in formis horum sacramentorum, consequitur significationem, quæ in prolatione vltimæ dictionis terminatur: & ideo in vltimo instanti prolationis verborũ, prædicta uerba consequuntur hanc uirtutem, in ordine tamen ad præcedentia: & hæc virtus est simplex ratione simplicis significati: licet in ipsis verbis exterius prolatis, sit quædam compositio.

A R-

* posita in art. 2. & 3. in arg.1.

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

In artic. 4. eiusdem quæst. quinque de veritate verborum sacramentalium notanda sunt, scilicet an est, quid est, cuius est factiua, quando est, & qualis est. Virtutem habere uerba consecrationis, licet sub opinione ponatur, si perspexerimus tamen doctrinam in generali Concilio traditam sub Eugen. IIII. determinata hæc quæstio videtur. nam inter alia legitur ibi: sacerdos in persona Christi loquens, hoc conficit sacramentum: nam ipsorum uerborum uirtute substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem conuertuntur. Vbi clare vides, virtutê verborum assertam a sacro Concilio. Vt autem superius diximus de virtute sacramentorum, sic consequenter nunc dicimus de virtute horum verborum, quòd non est qualitas aliqua superaddita, ut res quædam distincta realiter ab ipsa oratione significante, sed est ipsa oratio significans, ut instrumentum Dei ad consecrationem, ita quòd oratio ipsa, puta, esse corpus meũ: secundum se quidem non est aliud, quàm enunciatio significans hoc esse corpus meum: sed ut assumpta a Christo in instrumentum ad consecrationem istam, est non solum enunciatio significans, sed instrumentaliter efficiens, quod est habere virtutem, immo est esse virtutem.

¶ Et quia esse uirtutem, est quoddam aduentitium orationi absolute, ideo dicitur orationem habere virtutem, & virtutem esse in uerbis, & virtus uerborum, & similia. Et quia virtus aduentitia, qualitatis rationem, ac nomen induit, ideo qualitas dicitur: cum tamen secundum rem nihil aliud sit, quam orationem esse instrumentum Dei quod nihil aliud est quam Deum uti oratione instrumentaliter ad talem effectum, sicut enim omnis creatura est in po-

tentia obedientiali ad hoc, quòd de ea fiat quicquid Deus vult, ita eſt etiam in potentia obedientiali ad hoc, ut ſit inſtrumentum Dei, ad quodcumque faciendum Deus illa uti uoluerit, & ſicut Deum in ſacramento baptiſmi per Chriſti baptiſmum dediſſe virtutem aquis inchoatiue diximus, nulla tamen qualitas ſuperaddita propterea eſt aquis, & poſtmodum complete datur virtus aquæ in actuali baptiſmo, p hoc quòd Chriſtus baptizans vtitur illa aqua: ita in propoſito verba illa potius quam alia ab ipſo Chriſto ſanctificata ſunt inchoatiue, complete autem vim ſortiuntur, cũ Chriſtus per ſacerdotem illa profert ad confectionem huius ſacramenti: talis enim uſus uerborum eſt conſtitutiuus inſtrumentalis efficaciæ in oratione, qua utitur: nec oportet aliquã ſuperapponere qualitatem. Et hoc exemplo in artificialibus videtur manifeſtari: nam manus aſſumi poteſt, & de facto aſſumitur a multis artibus in inſtrumentum: nec oportet artem ſutoriam, aut fabrilem, aut muſicam, aliquam, qualitatem ſuperaddere manui, cum illa vtitur, ſed ex hoc ipſo quòd ars utitur manu, manus eſt quædam vis artis illius, & ſic de alijs. Et hoc multo verius eſt referendo rem creatam ad diuinam omnipotentiam vtentem creatura, aſſumendo illam in inſtrumentum, quanto efficacia diuina maior in infinitum eſt, ut ſit intima cuicumque creaturæ. Effectus autem virtutis uerborum non eſt diſpoſitio aliqua: ſed ut in allatis uerbis ſacro Concilio clare patet eſt conuerſio panis in corpus Chriſti. Nec obſtant obiectiones Scoti in prima diſt. 4. de infirmitate virtutis requiſitæ ad tranſubſtantiationem, & de creatione: primam enim ſoluit Auctor ad primum, & ſecundam ad ſecundum exigitur enim infinita uirtus in agente principali tantummodo. Et non eſt ſimile de creatione: quia nulla res in creatione præſupponitur, quam inſtrumenti actio poſſit attingere hic autem inuenitur ſubſtantia panis, & vini, quæ a uirtute uerborũ attingitur dum conuertitur in corpus, & ſanguinem Chriſti. Et quia uerba conſecrationis, ut conficiunt orationem ſignificantem, quod per ſacramentum efficitur, in inſtrumentũ diuinæ actionis aſſumuntur, ideo quamdiu vtitur Deus per ſacerdotis miniſterium uerbis ſacramentalibus, tamdiu eſt uirtus ſacramentalis, inchoatiue tamen, & in fieri: ſicut & ipſa oratio dum proferuntur partes inchoatiue, & in fieri, eſt vſque ad terminationem: in ipſa namque terminatione orationis oratio perfectè ſignificationem habet, & ſimiliter iſta virtus perfecte inuenitur: ideo non prius nec poſt, ſed nunc cum oratio perfecte ſignificans eſt, virtus inſtrumentalis prædicta perfecte eſt, & operatur. Vnde cum oratio ſit quoddam ſucceſſiuum, cuius exiſtentia, non requirit quicquid eſt eius eſſe ſimul, ſed ex quocumque eius exiſtente infertur, & ſignificationem non ſortiatur, niſi in ſui termino, propterea dixit Auctor, quòd oratio in ſui terminatione tantum ſignificationem ſimul, & uirtutem ſacramentalem ſortitur. Cum quo ſtant ſupradicta; alioquin non tota oratio eſſet inſtrumentum Dei inſtrumentum in actu, ſine vi inſtrumentali eſſet per aliquod tempus. Et ſicut ſignificatio huius orationis eſt quodammodo ſimplex, & quodammodo compoſita, quoniam ex multis partialibus ſignificationibus conſurgit, & ſimplex eſſe ſignificat, ſcilicet hoc eſſe corpus Chriſti, abſq; compoſitionis, admiſtionis informationis, adiunctionisve modo quocumque, ita virtus iſta ex parte orationis ſignificantis eſt quodammodo compoſita: ex parte autem effectus dicitur ſimplex in litera in reſponſione ad tertium.

---

*Sot. 4. ſ. d. 11. q. 1. ar. 5.*
*Capr. 4. d. 8. q. 1. con. 5.*

## ARTICVLVS V.

### *Vtrum prædictæ locutiones ſint veræ.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd prædictæ locutiones non ſint ueræ. Cum. n. dicitur, hoc eſt corpus meum, ly hoc, eſt demonſtratiuum ſubſtantiæ: ſed ſecundum prædicta,* quando profertur hoc pronomen, hoc, adhuc eſt ibi ſubſtantia panis: quia tranſubſtantiatio ſit in ultimo inſtanti prolationis uerborum: ſed hæc eſt falſa, panis eſt corpus Chriſti. ergo & hæc eſt falſa, Hoc eſt corpus meum.

¶ 2 Præt. Hoc pronomen, hoc, facit demonſtrationem ad ſenſum: ſed ſpecies ſenſibiles, quæ ſunt in hoc ſacramento, neque ſunt ipſum corpus Chriſti, neque accidentia corporis Chriſti. ergo hæc locutio non poteſt eſſe vera, Hoc eſt corp. meũ.

¶ 3 Præt. Hæc uerba (ſicut dictum eſt *) ſua ſignificatione efficiunt cõuerſionem panis in corpus Chriſti: ſed cauſa effectiua præintelligitur effectui. ergo ſignificatio uerborum præintelligitur conuerſioni panis in corpus Chriſti: ſed ante conuerſionem hæc eſt falſa. Hoc eſt corpus meum. ergo ſimpliciter eſt iudicandum, quòd ſit falſa. & eadem ratio eſt de locutione, Hic eſt calix ſanguinis mei, &c.

SED CONTRA eſt, quòd hæc verba proferuntur ex perſona Chriſti, qui de ſe dicit Ioan. 14. Ego ſum veritas.

RESP. Dicendum, quòd circa hoc multiplex fuit opinio: quidam enim dixerunt, quòd in hac locutione, Hoc eſt corpus meum, hæc dictio, hoc, importat demonſtrationẽ, ut conceptam, & non ut exercitatã: quia tota iſta locutio ſumitur materialiter, cum recitatiue proferatur: recitat. n. ſacerdos Chriſtum dixiſſe, Hoc eſt corpus meum, ſed hoc ſtare non poteſt, quia ſm hoc, uerba hæc non applicarentur ad materiam corporalem præſentem, & ita nõ perficeretur ſacramentum, dicit. n. Aug.* ſuper Ioan. Accedit uerbum ad elementum, & fit ſacramentum, & propterea ex hoc totaliter non euitatur difficultas huius quæſtionis: quia eædem rationes manent circa primam prolationẽ, qua Chriſtus hæc uerba protulit: quare manifeſtum eſt, quòd non materialiter, ſed ſignificatiue ſumebantur: & ideo dicendum eſt, quòd etiam quando proferuntur a ſacerdote, ſignificatiue, & non tantum materialiter ſumuntur, nec obſtat, quòd ſacerdos ea recitatiue profert, quaſi a Chriſto dicta, quia propter infinitam virtutem Chriſti, ſicut ex contactu carnis ſuæ, vis regeneratiua peruenit non ſolum ad illas aquas, quæ Chriſtum tetigerunt, ſed ad omnes ubiq; terrarum, per omnia futura ſecula, ita etiam ex prolatione ipſius Chriſti, hæc uerba uirtutem conſecratiuam ſunt conſecuta a quocumque ſacerdote dicantur, ac ſi Chriſtus ea præſentialiter proferret, & ideo alii dixerunt, quòd hæc dictio, hoc, in hac locutione facit demonſtrationem non ad ſenſum, ſed ad intellectum: ut ſit ſenſus, Hoc eſt corpus meum, ideſt ſignificatum per hoc, eſt corpus meum, ſed nec hoc ſtare poteſt: quia cum in ſacramentis hoc efficiatur quod ſignificatur, non fieret per hanc formam, ut corpus Chriſti ſit in hoc ſacramento ſecundum ueritatem, ſed ſolum ſicut in ſigno, quòd eſt hæreticum ut ſupra dictum eſt, * & ideo alii dixerunt, quòd hæc dictio, hoc, facit

*Tract. 80. in Ioan. a ma. to. 9.*

*ar. 51. q. 7.*

---

### SVPER Q. XIX. Aliàs 78. Art. v.

143 | 4. di. 8. q. 2. ar. 1. q. 4.

CONCL. 1. Hæc verba formarum cõſecrationis prędictarum, quando proferuntur a ſacerdote, ſumuntur ſignificatiuè. i. ſecundum vim ſignificationis ſacramentalis (art. 2. ad ſecundum); & non tantum materialiter. i. recitatiuè. *Art. 2.*

¶ PROB. 1. Quia, ſi hęc formarũ uerba non ſumerentur ſignificatiuè, non perficeretur ſacramentum; quando a ſacerdote proferuntur (ut patet ex eo; quòd tunc non applicarẽtur, ideſt non uere dicerentur per modum applicationis ad materiã præſentem). Secundò quia ex platione ipſius Chriſti, in cæna illa ultima, hæc uerba uirtutẽ conſecratiuam ſunt conſecuta a quocunq; ſacerdote dicãtur, *ac ſi Chriſtus ea præſentialiter proferret (ut patet a ſimili de vi regeneratiua collata omnibus aquis ex tactu mũdiſſimæ carnis Chriſti in una aqua tantum. quæſt. 7. arti. 3. ad quartum.) *Ar. præc.*

¶ CONCL. 2. Veritas huius locutionis. ſ. hoc eſt &c. Hic eſt &c. non præſupponit rem ſignificatam, ſed facit eam.

¶ PROB. Quia uerbũ Dei ad res factas p uerbum ſic ſe habet. i. non præſupponit res q̃ fiendæ ſunt, ſed facit eas (vt patet ex terminis. alioquin, quomodo fierent per uerbum Dei; ſi eſſent factæ, antequàm uerbum proferretur. 1. quæſt. 24. articu. 8. maximè ad tertium, item artic. 16.): & prædictæ locutiones fiunt ex perſona Chriſti (ut patet.)

¶ CONCL. 3. Oportet; intelligere prædictas locutiones ſecundum ultimum inſtans prolationis uerborum; non tamen ita, q̃ præſupponatur ex parte ſubiecti id, quod eſt terminus conuerſionis, ſcilicet corpus Chriſti; neque etiam illud, quod fuit ante conuerſionẽ. ſ. panis: ſed id, quod communiter ſe habet quantum ad utrũque. ſ. contentum in generali ſub iſtis ſpeciebus.

¶ PROB. Quia conuerſio hæc fit in inſtanti (ut declaratur q. 16. art. 7. ad primum.) Secunda pars. ſ. non tamen, &cæt. probatur 1. Quia hæc uerba nõ faciũt, quòd corpus Chriſti ſit corpus Chriſti, neque quòd panis ſit corpus Chriſti; ſed quòd contentum ſub his ſpeciebus, quod prius erat panis, ſit corpus Chriſti. Secundò quia non dicit Dominus, Hic panis eſt corpus meum, neq; Hoc corpus meũ eſt corpus meum; ſed dicit in generali. i. nullo nomine appoſito ex parte ſubiecti, Hoc eſt corpus meum. *Tacita obiectio excluditur.*

¶ NOT.

cit demonstrationem ad sensum, sed intelligitur hæc demonstratio, non pro illo instanti locutionis quo profertur hæc dictio: sed pro vltimo instanti locutionis: sicut cum aliquis dicit, nunc taceo, hoc aduerbium, nūc facit demonstrationem pro instanti immediate sequenti locutionem: est enim sensus, statim his verbis dictis, taceo. sed nec hoc stare potest: quia secundum hoc, huius locutionis esset sensus, corpus meum est corpus meum: quod prædicta locutio non facit: quia hoc fuit etiā ante prolationem verborum: vnde nec hoc prædicta locutio significat, & ideo aliter dicendum est, quòd sicut prædictum est, * hæc locutio habet virtutem factiuam conuersionis panis in corpus Christi, & ideo comparatur ad alias locutiones, quæ habēt solum vim significatiuam, & non factiuam: sicut comparatur conceptio intellectus practici, quæ est factiua, rei cōceptioni intellectus nostri speculatiui, quæ est accepta a rebus: nā voces sunt signa intellectuum, secūdum Philosophum, * & ideo sicut cōceptio intellectus practici non præsupponit rem conceptam, sed facit eam, ita veritas huius locutionis nō præsupponit rem significatam, sed facit eam: sic enim se habet verbum Dei ad res factas per verbum. Hæc autem conuersio non fit successiue, sed in instanti sicut dictum est, * & ideo oportet quidem intelligere prædictam locutionem secundum vltimum instans prolationis uerborū, non tamen ita, quòd præsupponatur ex parte subiecti id quod est terminus conuersionis, s. corpus Christi, neq; etiam illud quod fuit ante conuersionem, s. panis: sed id quod communiter se habet quantum ad vtrūque, s. cōtentum in generali sub istis speciebus: non enim faciunt hæc verba quòd corpus Christi sit corpus Christi, neque quòd panis sit corpus Christi, sed quod cōtentum sub his speciebus, quod prius erat panis, sit corpus Christi, & ideo signanter non dicit Dominus, hic panis est corpus meum, quod esset secundum intellectum secundæ opinionis: neque, Hoc corpus meum est corpus meum, quod esset secundum intellectum tertiæ, sed in generali, Hoc est corpus meum, nullo nomine apposito a parte subiecti, sed solo pro nomine, quod significat substantiam in communi, sine qualitate, idest, forma determinata.

Ad primum ergo dicendum, quòd hæc dictio, hoc, demonstrat substantiam: sed absque determinatione propriæ naturæ sicut dictum est. *

Ad secundum dicendum, ꝙ hoc pronomen, hoc, non demonstrat ipsa accidentia: sed substātiam sub accidentibus contentam, quæ primo fuit panis, & postea est corpus Christi, quod licet non informetur his accidentibus, tamen sub eis continetur.

Ad tertium dicendum, ꝙ significatio huius locutionis præintelligitur rei significatæ ordine naturæ, sicut causa naturaliter est prior effectu. Non tamen ordine temporis: quia hæc causa simul habet cum suum effectum, & hoc sufficit ad veritatem locutionis.

AR-

¶Not. Quod in ambabus secundæ huius conclusionis partis probationibus de corpore Christi dictum est, com telligas etiā dici de sanguine similiter.

1[m] de maiori.

Ly hoc, est demonstratiuū substātiæ. ℞. Absq; determinatione tamen propriæ naturæ. §. i. non significando determinatē substantiam panis, vel Christi: sed sic indeterminate significando substantiam (ut in conclusione 3. dictum est). Tunc nihil &c. Patet enim; quod stantibus his, forma illa verborū non significat, quòd panis sit corpus Christi.

2[m] maior. Hoc pronomen, hoc, facit demonstrationem ad sensum. ℞. Sic tamen, quòd non demōstrat ipsa accidentia; sed sub accidētibus contentam substātiam. §. Tunc nihil &c. Ad locutionem. n. hanc. s. hoc est corpus meum, verificandam non requiritur (ut putat argumentū): quòd accidentia sacramentalia sint corpus Christi; aut quòd sint accidētia corporis eius: sed solum requiritur, ꝙ substantia contenta sub accidētibus sacralibus, quæ primo fuit panis, fit postea corpus Christi.

3[m] de minori.

Causa effectiua præintelligitur. ℞. Vel ordine naturæ, & temporis, simul: vel ordine naturæ solum. §. Tunc nihil &c. Nam significatio huius &c. vt in text.

APPENDIX.

Ex articu. habes primò: quō per rationē interimas hęreses, & errores, supra ar. 2. appen. recitatos. Ex eo enim, ꝙ locutiones formarū sacramēti altaris sin ueritatem catholicā, quā exprimit. D. Thomas, verificantur; patet perspicaci lectori, quid dicendum sit in damnationem omnium illarū extorsionum circa huiusmodi formas confictarum. Secūdò habes: quō per rationem etiā præsentis articuli ostēdas, easdē merito damnari a Concilijs & cæt. ibid. narratis. Vbi specialiter Concilijs Trident. verba ly indignissimū sane flagitiū, &c. contra illos, illarumq; patronos, dicta esse videbis. Quia verò oppositorum est eadem disciplina (secundum Philosophum): ideo lector idem perspicax. Tertiò videbit; quomodo ex ijsdem bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; confir.

*In isto ar. in arg. 3. & ar. præced. ad 3.

*Lib. 1. per hier. 1 prin. com. 1.

*Ar. 2. huius quæst. & q. 76. artic. 7.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

*In corp.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 5. eiusdem quæstionis tres difficultates tangendæ sunt. Prima de veritate, secunda de consignificatione, tertia de demonstratione. De enunciationis igitur huius sacramentalis, hoc est corpus meum, ueritate, scito aliquid esse certum, & aliquid in quæstionem uerti, nam certum est ipsam in quolibet instanti temporis quo est esse ueram uel falsam; quia aut sic est, & est uera: aut non sic est, & est falsa. In dubium autem vertitur, an prius natura quàm conuersio fit, sit uera, aut falsa. Et est ratio dubij, quia sacramentalis hæc oratio est conuersiua, ac per hoc prius natura est, quàm conuersio, quæ est suus effectus, & propterea dubitatur an in illo priori naturæ sit uera vel falsa. Et Sco. quidem in 4. dist. 4. declinauit in opinionem tertiam, quod nec, ut uera, nec ut falsa, sed vt neutra se habet. Auctor autem in hoc articulo tam in corp. quàm in responsione ad tertium tenet, quod oratio ista ut uera, practice tamen, causaliter in illo priori naturæ concurrit. De intellectu siquidem speculatiuo solo intelligendum est, quod ab eo quod res est, uel non est, oratio dicitur uera, uel falsa: nam licet de vtroque intellectu uerificetur, quod ab eo quod res est, uel non est, oratio dicitur uera, uel falsa formaliter: practicus tamen intellectus priusquam res sit, est uerus practice, seu causaliter: quia non præsupponit, sed facit rem esse, unde denominatur uerus formaliter.

¶ Circa consignificationem autem omnes conuenire in hoc uidentur, quod hæc locutio, hoc est corpus meum, intelligitur secundum ultimum instans prolationis uerborum, sed diuersitas opinionum est, quia alij putant contingere hoc ex uirtute sermonis: alij autem opinantur non esse hoc ex uirtute sermonis, sed ex intentione sacramentali. Et quoniam obscura ob confusionem redditur difficultas hæc, distinguendum est, ut clara fiat. Distingue igitur de tempore seu instanti, quo oratio significat, uel de tempore, seu instanti, pro quo oratio significant: aliud est enim quando, quod oratio consignificat, & aliud est, quando per orationem consignificatum, ut patet dicendo. Petrus crucifixus est, quando enim oratio illa significat, tunc est cum profertur: sed quando consignificatum, est tempus præteritum, ut patet. Significatio autem orationis non est nisi oratio sit integra integritate essentiali, quoniam oratio non essentialiter integra, non est oratio, & consequenter non significat integra autem non est ratio, nisi in termino prolationis, & propterea oratio non significat, nisi in termino suæ prolationis. Et quia consignificare præsupponit significare, utpote adiacens illi, ideo oratio sicut non significat, ita nec consignificat, nisi in termino suæ prolationis. Nec est hoc solum uerum de tota oratione, sed & de partibus, ut integrant totam. Et de copula quidem declaratur dupliciter: tum ex eo quod ly est, significat compositionem, quam sine extremis non est intelligere: non enim potest intelligi compositio prior his quæ componuntur. tum quia experimur quòd huius orationis, lignum est album postquam prolatæ sunt primæ dictiones, scilicet lignum est, antequam proferatur ly album, ly est, non significat compositionem ligni cum albo, quod conuincitur, si ponamus orationem sistere: tunc enim manifeste apparet non præsignificatam esse compositionem dictam, per ly est. Significat ergo ipsam compositionem non quando profertur, sed quando coniungit prædicatum subiecto, quod nihil aliud est dicere, quàm cum oratio est integra. Et quia prius natura significat quàm consignificat: ideo ly est, sicut non significat compositionem ante integritatem orationis, ita nec consignificat tunc, quando profertur, sed tunc quando integratur oratio. De subiecto autem dupliciter etiam idem manifestatur in proposito: tum quia talia sunt subiecta, qualia permittuntur a prædicatis, & propterea ante

ante prædicata non habent suppositionem suam: tum quia clare perspicimus, quod dictis istis duabus dictionibus, homo est, ut formetur propositio de tertio adiacente, nullus intellectus habet tam subiecti, quam copulæ. Sed uariabitur vtriusque sensus iuxta varietatem prædicati, vt patet formando duas propositiones, quarũ vna sit, homo est albus, & altera, homo est species: clare enim in his liquet, & subiectum, & copulam prædicatum expectare: ita quod varietas prædicati uarietatem inducit, & in tota oratione, & in subiecto, & copula, ut patet discurrent. Et similiter oratio ista: Hoc est corpus meum, ly hoc, non demonstrat tunc cum profertur, neque ly est, significat, aut consignificat tunc cum profertur, compositionem, seu coniunctionem inter ly hoc, & corpus Christi, ut ex hoc conuincitur, quod si quis subiungendo non apponeret corpus meũ sed ly panis, aut ly pronomen, enunciatio non esse falsa, quarum tamen vtramque oporteret esse falsam, si ly est significasset, tũc cum proferebatur, coniunctionem inter hoc, & corpus Christi. Loquendo igitur de quando oratio, seu uerbalis copula significat, aut consignificat, sentiendum est quòd tunc primo significat, aut consignificat cum primo oratio integratur, & hoc non ex intentione proferẽtis, sed ex ui ipsius orationis, ut patere potest ex dictis. Nec istud quando significatur, aut consignificatur per orationem seu copulã verbalem: sed est quando adiacens, seu mensurans significationem & consignificationem: attenditur enim secundum mensuram orationis significantis, & cõsignificantis, ut patet in orationibus de præterito. Et vt hoc cõcludamus, illud quando se tenet ex parte mensuræ, seu durationis enunciationis significantis, & consignificantis, illud vero quando, quod per copulam, seu orationem consignificatur, se tenet ex parte mensuræ, seu durationis rei significatæ, & propterea clare patet, hæc duo quando, maxime abinuicem posse distare, quantum distat mensura integræ orationis a mensura rei significatæ. Et hinc patet, commune esse omni enunciationi significare tunc cum integratur: quia tunc primo est oratio, & per hoc tunc primo significat, & consignificat. Sed sicut orationes differunt inter se quantum ad res significatas, ita etiam differunt, quantum ad quando, seu tempora consignificata. Et hæc in communi dicta, si perspexeris, ambiguitates, per quas discurrit Scotus, euanescent. Descendendo autem ad propositum, aduertendum est quod contingit ista duo quando, scilicet ex parte mensuræ significationis, & ex parte mensuræ rei significatæ, coincidere in vnum, & idem qñ, ita quod illud idem tunc sit, quando oratio significat, & consignificat, & quando significatum consignificatur esse. Contingit autem hoc in proposito, ex ratione in litera reddita, quia, scilicet, oratio ista, hoc est, corpus meum est conuersiua panis in corpus Christi in instanti, & oratio ista significat conuersionem ipsam, ut in termino. Ex re siquidem significata, habetur, quod ly est, consignificat instans conuersionis panis in corpus Christi, seu, & in idem redit, quo primo hoc est corpus Christi, & quia illud instans, coincidit cum instanti, quo hæc oratio integratur, ideo dicitur & bene, quod oportet hanc orationem intelligere secundum vltimum instans prolationis. Et quoniam consignificare instans conuersionis conuenit huic orationi ex natura sua, qua est oratio sacramentalis, seu factiua conuersionis, seu conuersiua panis in corpus Christi, ideo ex virtute sermonis talis, s. sacramentalis conuersiui, habet hæc oratio, quod consignificet instans conuersionis.

¶ Circa demonstrationem uero, quàm facit ly hoc, cum dicitur, hoc est corpus meum, licet uaria uerba dicantur: quoniam in litera dicitur demonstrari contentum in generali sub istis speciebus, Scotus autem specificando dicit demonstrari indiuiduũ entis, quia ly hoc, quantum est ex se, demonstrat indiuiduum uniuersalissimi, utpote, de quo possint omnia inquiri: mihi tamen videtur, quod demonstret indiuiduum substantiæ, idest, hanc substantiam. Et quidem, quod demonstret indiuiduum, nulli est dubium, quoniam non uniuersale, sed singulare aliquod est tam quod conuertitur in corpus Christi, quàm de quo enunciatur, corpus Christi. Quod uero sit indiuiduum substantiæ, probatur, tum ex eo, quod ly hoc est pronomen demonstratiuum substantiæ, tum ex eo, quod hæc demonstratio debet esse certa: demonstrando autem hanc substantiam, demonstratio est certissima, quoniam hæc substantia est corpus Christi, sed si demonstraret indiuiduum entis, demonstratio remaneret ambigua, immo magis falsa appareret, q̃ vera. nam ly hoc ens, posset demonstrare tam accidens quam substantiam, cum utrumque sit hoc ens, & magis appareret demonstrari accidens, propter demonstrationem fieri ad sensum, tum quia demonstrando indiuiduum substantiæ, & demõstratio est simplicior, & purior, non egens glossis; nam apposita ante sensus hostia, & dicendo, hæc substantia est corpus meum, non oportet ad glossas recurrere, quid est illud, quod est conuersum in corpus Christi: aut quid est illud, quod hic adoramus, & huiusmodi. Est autem sententia hæc etiam Auctoris: nam expresse dicit in responsione ad primum, & secundum, quòd ly hoc demonstrat substantiam, sine qualitate, idest sine determinatione alicuius propriæ naturæ, puta panis, aut corporis Christi. Et hoc idem intendit, dicendo, quòd demonstrat contentum in generali sub istis speciebus: sciuit enim quòd non demonstratur vniuersale aliquod: sed circumlocutus est indiuiduum communioris, seu generalioris ab accidentibus distincti, ac sub eis contenti: dantur.n. indiuidua magis, & minus vniuersalia, sicut dantur naturæ magis, & minus uniuersales: est enim intelligere Socratem in prædicamento substantiæ esse non solum hunc hominem, sed hoc animal, hoc uiuum, hoc corpus, hanc substantiam. Et sic substantia demonstrata per ly, hoc est contenta sub istis accidentibus in generali, idest communiter se habens ad panẽ, & corpus Christi, pro quanto ab utroque abstrahendo significatur.

Ad rationem autem Scoti dicitur, quòd licet primum nomen, loco cuius potest poni hoc, sit indiuiduum entis cõmunissimi analogice etiam ad entia rationis, quia tamen certitudo demonstratæ rei præponderat, quoniam ad propriam, certamq; notitiam sacramenti huius spectat res demonstrata ratio illa ad communia nominum in Deo post habenda est, ne in ambiguo nos demonstratio relinquat, sed certos demõnstratio reddat, quòd hæc substantia est corpus Christi.

---

*Sot 4. s. d. 11. q. 1. ar. 6. Palud. 4. dis. 8. q. 3.*

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum forma consecrationis panis, consequatur suum effectum, antequam perficiatur forma consecrationis uini.*

AD SEXTVM sic proceditur. videtur quòd forma consecrationis panis, non consequatur suum effectum, quousque perficiatur forma consecrationis vini. Sicut enim per consecrationẽ panis incipit esse corpus Christi sub hoc sacramento, ita per consecrationem vini incipit esse sanguis. si ergo uerba consecrationis panis haberent suum effectũ ante consecrationem vini, sequeretur quòd in hoc sacramento inciperet esse corpus Christi * sine sanguine, quod est inconueniens.

¶ 2 Præt. Vnũ sacramentum vnum habet complementum: vnde licet in baptismo sint tres immersiones, non tamen prima immersio consequitur suum effectum, quousque tertia fuerit terminata: sed totum hoc sacramentum est unum, vt supra dictum est. * ergo uerba quibus consecratur panis, non consequunt suũ effectum sine verbis sacramentalibus, quibus consecratur vinum.

¶ 3 Præt. Ipsa forma consecrationis panis, sunt plura uerba, quorum prima non consequuntur effectum, nisi prolato vltimo, sicut dictum est. ergo pari ratione nec verba, quibus consecratur corpus Christi, habent effectum nisi prolatis uerbis, quibus sanguis Christi consecratur.

SED CONTRA est, quòd statim dictis uerbis consecrationis panis, hostia consecrata proponitur populo adoranda: quod non fieret, si non esset ibi corpus Christi: quia sic ad idolatriam pertineret. ergo uerba consecrationis panis, suum effectum consequuntur, antequam proferantur verba consecrationis vini.

RESP. Dicendum, quòd quidam antiqui Doctores dixerunt, ꝙ hæ duæ formæ, scilicet consecrationis panis, & vini, se inuicem expectant in agendo: ita scilicet quòd prima non perficit suum effectum antequam proferatur secunda, sed hoc stare non potest: quia, sicut dictum est, ad veritatem huius locutionis: Hoc est corpus meũ, requiritur propter verbum præsentis temporis, quòd res significata simul tempore sit cum

*[Margin: * Alias, exangue. — * Q. 73. artic. 2. — Art. 4. huius q. ad 3. — Ar. 2. & 5. huius q.]*

### SVPER Q. XIX. Aliàs 78. Art. VI.

*[Margin: 144 4. di. 8. q. 2. arti. 4. q. 2. & dist. 11. q. 2. art. 1. q. 1. ad 4. Et 1. Cor. 11. lec. 6.]*

CONCL. Prima forma non expectat secundam in agendo; sed statim habet effectum suum.

¶ PROB. 1. Quia, si prima formã post prolationem uerborũ non cõsequeretur statim effectum suũ, sed in agendo expectaret secundã; tunc forma illa nõ deberet exprimi per verbum præsentis temporis, sed per verbum futuri (ut patet ex terminis; Maxime cũ res significata simul tempore sit cum significatione locutionis): & tamẽ hoc est falsum (ut patet ex eo; quòd est contra Euangelium dicens Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Hoc est corp' meũ: numquàm uerò, Hoc erit &c.) Secundò quia Ecclesia, per ritũ suum demonstrat: quòd forma consecrationis panis consequitur statim effectũ suum, nõ expectando cõsecrationem vini (cũ adoret statim corpus Christi, prolatis verbis, Hoc est corpus meum.)

Pri-

**1^m de conclusione.** Sine sanguine. R. Ibi existente ex vi cõsecrationis. §. Tũc nihil &c. Non enim est inconueniens, ꝙ simul cum corpore in hostia consecrata non sit sanguis ex vi consecrationis: licet esset inconueniens, si ibi non reperiretur (dempto illo triduo mortis Christi) ex reali concomitantia.

**2^m maior.** Vnum sacramentũ habet vnum cõplementum. R. Si illud vnum sacramentũ ordinetur ad vnum simplicem effectum. § Tunc nihil &c. Nam sacramẽtum Eucharistiæ nõ est vnum vnitate simplicis effectus: licet sit vnum vnitate perfectionis, inquantum. s. ex duobus perfectionẽ singillatim suam seorsum habentibus cõstituitur. Ad probationẽ ergo illius maioris, patet, esse dicendum: ꝙ non est eadem ratio de baptismo, tribusq; immersionibus in eo repertis, quæ est de Eucharistiæ sacramẽto, duabusq; consecrationibus ibi inuentis. Baptismus enim est sacramentum vnum vnitate simplicis effectus, in cuius signum tres illæ immersiones ad vnum effectum simplicem causandum ordinantur (vt declaratum est, quæst. 7. artic. 8.); cum tamen Eucharistia sit sacramentum vnum in alio sensu, q. 14. art. 2. & per consequens duæ illę consecrationes non ordinentur ad vnum simplicem effectum producendum, sed vnaquæque per se ad suum.

**3^m illatio conclusionis.** Ergo pari &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falsa imaginatione; ꝙ s. sit eadem ratio de pluralitate verborum vnius formæ, & de pluralitate formarum: cùm tamen ipsa ratio sit multùm dissimilis. Nam diuersa verba, quæ sunt &c. vt in tex.

sit cum ipsa significatione locutionis, alioquin si in futurum expectaretur res significata, apponeret verbum futuri temporis, non autẽ verbum præsentis, ita s. quòd non diceretur, hoc est corpus meum: sed hoc erit corpus meum. Significatio autem huius locutionis completur statim completa locutione horum verborum: & ideo oportet rem significatam statim adesse, quæ quidem est effectus huius sacramenti: alioquin locutio non esset vera. Est etiam hæc positio contra ritum ecclesię, quę statim post prolationem verborũ, corpus Christi adorat: vnde dicendum est, quòd in prima forma non expectat secundam in agendo, sed statim habet suum effectum.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ ex hac ratione videntur fuisse decepti illi, qui prædictam positionem posuerunt. Vnde intelligendum est, quòd facta consecratione panis, est quidem corpus Christi ibi ex vi sacramenti, & sanguis ex reali concomitantia, sed postmodum per consecrationem vini, fit ibi econuerso sanguis Christi ex ui sacramenti, corpus autem ex tali concomitãtia: ita quòd totus Christus est sub vtraque specie, sicut suprà * dictum est.

Ad secundum dicendum, ꝙ hoc sacr᷈m est vnum perfectione (sicut s. * dictum est) inquantũ constituitur ex duobus, s. cibo, & potu, quorum vtrumque per se habet suã perfectionem; sed tres immersiones baptismi ordinantur ad vnum simplicem effectum, & ideo non est simile.

Ad tertium dicendum, quòd diuersa verba, quæ sunt in forma cõsecrationis panis, constituunt veritatem vnius locutionis: non autem verba diuersarum formarum, & ideo non est simile.

*q. 66. art. 2. & 1.* *q. 73. artic. 2.*

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim quorundam (de quibus uide R. Patrem Fr. Ioannẽ Angles Valentinum ordinis Minorum, in lib. Flores quæstionũ Theologicarum, de Eucharist. art. 7. diffin. 5. conclus. 1.) dicentium: quòd forma consecrationis panis ante consecrationem vini suum non habet effectum. Aduersus quos etiam prædictus Pater ibid. loquitur dicens. Hæreticum est, asserere, verba consecrationis panis ante consecrationem vini, vel e conuerso, suum non sortiri effectum. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illam meritò damnari 2 factis ipsis à Christo Matth. 26. Luc. 22. Mar. 14. & 1. Corin. 11. In singulis enim locorum illorum expresse patet: quòd Dominus noster, antequàm consecraret vinum, porrigendo panem discipulis suis dixit, Hoc est corpus meum. Constat namque nec Christum vllo modo fuisse mentitum, nec discipulos tunc ab eo fuisse communi cibo communicatos: quapropter & constare necessariò debet, consecrationem panis habere effectum suum statim prolatis his verbis, Hoc est corpus meum; etiam quòd nondum consecratio vini fiat. Docuit ergo Christus facto suo illo non tãtùm quod per formam illam, Hoc est corpus meum, ex pane veraciter fit corpus suũ, .i. ipsius Christi: sed etiam quod, antequàm incipiat proferri forma illa, Hic est calix sanguinis &c sub speciebus panis est realiter corpus suum. Porrò textus Euangelicus atq; Apostolicus iam suprà citatus, adeò in his clare docet, secundùm planissimas seriei consecrationum literas, veritatem: vt nulla tergiuersatione celari possit; nec ab aliquo, vel etiam proteruiente, veritas ipsa rationabiliter occultari. Item ab eodem Christo verbis ipsis damnari Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et; Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et; Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Ecce: quòd hic nullam mentionem facit de vino consecrato; sed solum de pane. Per hoc ergo denotatur; quòd sub specie panis consecrati Christus, per cuius dignam manducationem viuit quis in æternum, continetur: etiam quod consecratio vini postea non fieret. Item à Concilio Trident. sess. 13. cap. 3. Nondum Eucharistiam de manu Domini Apostoli susceperant; cùm uere tamen ipse affirmaret, corpus suum esse, quod præbebat. Hæc ibi. Ex quibus patet: quòd corpus suum vere erat sub specie panis à Domino porrecti; antequàm consecrasset vinum. Nondum enim vinum in calice consecrauerat, (vt ex serie Euangelij constat) priùs quàm de manu ipsius Apostoli consecratum panem suscepissent. Item à tota Ecclesia catholica facto suo manifeste damnari: quod factum ponitur in argumen. contr. Et iure sane optimo id facit Ecclesia: quandoquidem sic ab ipso Christo factis recitatis Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. & suprà declaratis edocta est; cùm ipsius corpus sub specie panis consecratum latria adorari debeat (secundùm Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 5. & cano. 6.) Cæterùm vide 3. par. de Salu. quæst. 27. artic. 1. append. item artic. 4. ad tertium, in Elucidat. Et memento quoque aliquem potuisse dicere non solùm errorem, sed etiam hæresim, absq; hoc; quòd sit uere, & formaliter hæreticus (vt aliàs annotatum est, & habetur in Decret. 24. quæstio. 3. cap. dixit Apostolus). Tertiò 3 uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

*Sot. 4. s. d. 11. q. 2. art. 1.*
*Duran. 4. s. d. 13. q. 4.*

### QVÆST. XX. Aliàs 79.

*De effectibus sacramenti Eucharistię, in octo articulos diuisa.*

Deinde considerandũ est, de effectibus huius sacramenti.

Et circà hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum hoc sacramentum conferat gratiam.

¶ Secundò, Vtrum effectus huius sacramenti sit adeptio glorię.

¶ Tertiò, Vtrum effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis.

¶ Quartò, Vtrum per hoc sacramentum remittatur peccatũ veniale.

¶ Quintò, Vtrum per hoc sacramentum tota pęna peccati remittatur.

¶ Sextò, Vtrum hoc sacramentum hominem præseruet à peccatis futuris.

¶ Septimò, Vtrum hoc sacramentum prosit aliis, quàm sumentibus.

¶ Octauò, De impedimento effectus huius sacramenti.

SVPER Q. XX. Aliàs 79. Art. 1.

Concl. Sacramentum Eucharistiæ gratiam confert.

¶ Prob. Quia hoc patet & ex eo, qđ in hoc sacramento continetur; & ex passione Christi, quæ in hoc sacramento repræsentatur; & ex modo, quo hoc sacramentum traditur; & ex speciebus sacramẽti, in quibus idem sacramentum exhibet (vt de his omnibus quatuor medijs singillatim declarat in textu).

Primum

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum per hoc sacramentum conferatur gratia.*

145

Ad primum sic proceditur. Videtur ꝙ per hoc sacramentum non conferatur gratia. Hoc enim sacramentum est nutrimentum spirituale: nutrimentum autem non datur nisi viuenti. cum ergo vita spiritualis sit per gratiam, non competit hoc sacramentum, nisi habenti gratiam. non ergo per hoc sacramentum confertur gratia, vt primo habeatur, similiter etiam nec ad hoc quòd augeatur: quia augmen-

*Inf. a. 4. co. Et 4. d. 12. q. 2. art. 1. q. 2. 1. ad 2.*

augmentum spirituale pertinet ad sacramentum confirmationis, vt dictũ est.* non ergo per hoc sacramentum gratia confertur.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum confertur, vt quædam refectio: sed refectio spiritualis magis videtur pertinere ad vsum gratiæ, quàm ad gratiæ collationem. ergo videtur, quòd per hoc sacramentum gratia nõ conferatur.

¶ 3 Præt. Sicut suprà dictum * est, in hoc sacramento corpus Christi offertur pro salute corporis, sanguis autem pro salute animæ: sed corpus non est subiectum gratiæ, sed anima, vt in secunda parte † habitum est. ergo ad minus quantum ad corpus per hoc sacramentum gratia non confertur.

SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Ioan. 6. Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: sed vita spiritualis est per gratiam. ergo per hoc sacramentum gratia confertur.

RESPON. Dicendum, quòd effectus huius sacramenti debet considerari, primo quidem, & principaliter ex eo, quòd in hoc sacramento continetur quod est Christus: qui, sicut in mundum visibiliter veniens contulit mundo vitam gratiæ, secundùm illud Ioan. 1. Gratiã, & veritas per Iesum Christum facta est, ita in hominem sacramentaliter veniens vitam gratiæ operatur, secundùm illud Ioan. 6. Qui manducat me, viuet propter me. Vndè & Cyrillus * dicit, Viuificatiuum Dei verbum, vniens seipsum propriæ carni, fecit ipsam viuificatiuam. decebat ergo eum nostris quodammodo vniri corporibus per sacram eius carnem, & pretiosum sanguinem: quæ accipimus in benedictionem viuificatiuã in pane, & vino. Secundo, consideratur ex eo, quod per hoc sacramẽtum repræsentatur, quod est passio Christi, sicut suprà † dictum est. & ideo effectum quem passio Christi fecit in mundo, hoc sacramentum facit in homine. vnde super illud Ioan. 19. continuo exiuit sanguis, & aqua: dicit Chrysost. * Quia hinc suscipiunt principium sacra mysteria cum accesseris ad tremendum calicem, vt ab ipsa bibiturus Christi costa, ita accedas. vnde, & ipse Dominus dicit Matth. 26. Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Tertio, consideratur effectus huius sacramenti ex modo, quo traditur hoc sacramentum, quod traditur per modum cibi, & potus; & ideo omnem effectum, quem cibus, & potus materialis facit, quantum ad vitam corporalem, quod scilicet sustentat, auget, separat, & delectat, hoc totum facit hoc sacramentum, quantum ad vitam spiritualem. Vndè Ambrosius * dicit in lib. de sacramentis: Iste panis est vitæ æternę, qui animę nostræ substantiam fulcit. & Chrysost. dicit † super Ioan. Præstat nobis desiderantibus, & palpare, & comedere, & amplecti. vnde & ipse Dominus dicit Ioan. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Quarto, consideratur effectus huius sacramenti ex speciebus, in quibus traditur hoc sacramẽtum. vnde Augustinus * ibidem dicit, Dominus noster corpus, & sanguinem suum in eis rebus commẽdauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis: namque aliud, s. panis, ex multis granis in vnum constat, aliud, s. vinum, in vnum ex multis acinis confluit. & ideo ipse alibi dicit super Ioan. † O sacramentum pietatis, o signum vnitatis, o vinculum charitatis: & quia Christus & eius passio est causa gratiæ, & spiritualis refectio, & charitas sine gratia esse non potest, ex omnibus præmissis manifestum est, quòd hoc sacramentum gratiam confert.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hoc sacramentum ex seipso virtutem habet gratiam conferendi, nec aliquis habet gratiam ante susceptionem huius sacramẽti, vel nisi ex aliquo voto ipsius, vel per seipsum, sicut adulti, vel voto ecclesiæ, sicut paruuli, sicut suprà † dictum est. vnde ex efficacia virtutis ipsius est, ꝙ etiam ex voto ipsius aliquis gratiã consequatur, per quam spiritualiter viuificetur. Restat igitur, vt cum ipsum sacramentum realiter sumitur, quòd gratia augeatur, & vita spiritualis perficiatur. Aliter tamen quàm per sacramentum confirmationis, in quo augetur, & perficitur gratia ad persistendum contra exteriores impugnationes inimicorum Christi. Per hoc autem sacramentum augetur gratia, & perficitur spiritualis vita, ad hoc, ꝙ homo in seipso perfectus existat per coniunctionem ad Deum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ hoc sacramentum confert gratiam spiritualiter, cum virtute charitatis: vnde * Damasc. comparat hoc sacramẽntum carboni, quem Isaias vidit. Isa. 6. Carbo enim lignum simplex non est, sed vnitum igni, ita & panis communionis non simplex panis est, sed vnitus diuinitati. Sicut autem Gregorius * dicit in Homil. Pentecostes, Amor Dei non est otiosus: magnã enim operatur, si est. & ideo per hoc sacramentum quantum est ex sui virtute, non solum habitus gratiæ, & virtutis confertur, sed etiam excitatur in actum, secundùm illud secundæ Cor. 5. Charitas Christi vrget nos. Et indè est, ꝙ ex virtute huius sacramenti anima spiritualiter reficitur per hoc, ꝙ anima spiritualiter delectatur, & quodammodo inebriatur dulcedine bonitatis diuinæ, secundùm illud Can. 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.

AD TERTIVM dicendum, quòd quia sacramenta operantur salutem, quam significant; ideo secundùm quandam assimilationem dicitur, quòd in hoc sacramento corpus offertur pro salute corporis, & sanguis pro salute animę, quãuis vtrumque ad salutem vtriusque operetur, cum sub vtroque totus sit Christus, vt suprà dictum † est. & licet corpus non sit immediatum subiectum gratiæ, ex anima tamen redundat effectus gratiæ ad corpus, dum in præsenti membra nostra exhibemus arma iustitiæ Deo (vt habetur Rom. 6.) & in futuro corpus nostrum sortietur incorruptionem, & gloriam animæ.

ARTI-

---

1ᵐ illatio conclusionis 3ᵃ. Non ergo per hoc sacramentum gratia confertur. ℞. Negatur illatio. §. Nam & gratia primo habita ante realem sumptionem sacramenti Eucharistiæ non habetur, nisi ex voto eiusdem sacramenti; & gratia augetur aliter, i. ad alium finẽ, in sacramento Eucharistiæ, quàm in sacramento confirmationis.

2ᵐ minor. Spiritualis refectio magis videtur pertinere ad vsum gratiæ, quam ad gratiæ collationem. ℞. Vel pertinere ad collationẽ gratiæ simul cum excitatione ipsius in actum. §. Manca ergo erat illa propositio minor, vt adducebatur in argumento. Tunc nihil &c. Nam hoc dictum in responso formali verificatur de sacramento Eucharistiæ. Per istud. n. sacramentum, quantum est ex sui virtute, non solum confertur habitus gratiæ, sed etiam excitatur in actum. Et inde est: quòd ex virtute huius sacramẽti anima spiritualiter reficitur &c. vt in tex. Vndè patet: quòd ex ipsa refectione debet potius inferri collatio gratiæ, & magna quidem; quàm aliter (vt argumentum opinabatur).

3ᵐ illatio conclusionis. Ergo ad minus &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex eo; quod non bene intelligit præmissas. Alter siquidem intelligi debent. Quia enim sacramenta operantur salutem, quam &c. vt in textu.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem interimas hęreses Euthusiastarũ dicentiũ; quòd cibus Eucharistiæ nec obest, nec prodest. Et Armenorũ dicentium; quod cibus Eucharistiæ soli corporis saluti prodest. Et Tandem dicentis: corporis, sanguinisq; Christi sumptionem ad salutem nihil prodesse.

2 Secũdò habes: quomodo per rationem ostendas, illas meritò damnari à Concilio Trid. sess. 7. de sacramentis, per hoc, quòd cano. 5. anathematizat negantes, Eucharistiam esse sacramentum nouę legis; & cano. 6. negantes, sacramẽta nouæ legis conferre gratiam. Item ab eod. sess. 13. cap. 2. sumi autem voluit Saluator noster sacramentũ hoc, tanquàm spirituale anímarum cibum; quo alantur, & confortentur, viuentes uita illius, qui dixit: Qui mãducat me, & ipse uiuet ꝑpter me. Adeoque Symbolũ unius illius corporis, cuius ipse caput existit, cuiq; nos tãquàm membra arctissima fidei, spei, & charitatis, connexione astrictos esse voluit: vt idipsum omnes diceremus, & non essent in nobis schismata. Hæc ibi. Item à Concilio Florent. Sacramenti Eucharistiæ effectus, quem in anima operatur dignè sumentis, est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiã homo Christo incorporatur, & mẽbris eius vnitur, consequens est: ꝙ per hoc sacramẽtum in sumen-

---

*q. 72. art. 1. & 7.

*q. 74. ar. 2. & 79. ar. 2. ad 2.

† 1. 2. q. 11. art. 4.

*li. 4. in Io. c. 12. & 14.

† q. 76. ar. 2 ad 1. & 2. & q. 74. artic. 1. D. 584.

*Hom. 84. in Io. circa med. to. 3.

*lib. 1. c. 4. in med. tomo 4.

† Hom. 45. in Io. à medio illius tom. 3.

*Tract. 28. in Io. non multũ remote à fi. tom. 9.

† Trac. 26. in Io. inter fin. & med. illius to. 9.

† q. 73. ar. 3

* li. 4. orth. fid. c. 14. à med.

*Hom. 30. in Euang. non longe à princ.

† q. 76. ar. 1. & 2.

ſumentibus dignè gratia augeatur. Omnemque effectum, quem materialis cibus & potus quò ad vitam agunt corporalem, ſuſtentando, augendo, reparando, & delectando; ſacramentum hoc quò ad vitam operatur ſpiritualem. In quo (vt inquit Vrbanus Papa) gratam Saluatoris noſtri recenſemus memoriam; à malo retrahimur; confortamur in bono; & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementum. Hæc illud in conſtitut. ſuper vnio. Armenor. Abundantiſſimè igitur, maximè ſi videris totã Papæ Vrbani epiſtolam (in Clem. de reliq. & vener. ſanct. c. 1.) conſtat: quantæ damnationis ſint dignæ hæreſes prædictæ. Ad quarum damnationem addas quoque dicta in Veritatib. aureis ſuper legem veterẽ, Gen. 49. concl. 2. & Exod. 16. concl. 6. Numer. 9. concl. 6. & cap. 25. concl. 2. Tertiò uides: quomodo ex ijs bene penſatis, & applicatis, doctrina præſens Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur. 3

## Comm. Cardinalis Caietani.

Circa effectus Euchariſtiæ in nobis, aduertendum eſt, quòd in litera ponuntur numero ſex, ſ. adeptio gloriæ, collatio gratiæ, remiſſio peccati mortalis, remiſſio peccati venialis, remiſſio pœnæ pro peccatis debitæ, & præſeruatio à peccando. De quibus duo declaranda ſunt, ſ. tempus, & modus: cum quibus etiam ſimul declarabitur ſubiectum.

¶ De tempore quidem aliquid clarum eſt, aliquid ambiguum. Nam de primo effectu, ſ. vita æterna, conſtat tempus executionis non oportere eſſe tempus ſumptionis Euchariſtiæ: ſumpta ſiquidem longè ante Euchariſtia, contingit effectum æternæ vitæ ſubſequi, iuxta verbum Domini, Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

¶ De alijs verò effectibus in dubium vertitur, an vnum, & idem ſit tempus quo ſumitur hoc ſacramentum, & quo in executionem ponuntur illi effectus, & propterea ſingillatim declarandi ſunt.

¶ Secundus igitur effectus, qui eſt gratia gratum faciens, tres ramos habet, prout tripliciter contingit conſequi gratiam, ſ. vel de nouo acquirere ipſam vitam gratiæ, vel præſuppoſita gratia, acquirere de nouo augmentum gratiæ, vel acquirere de nouo actualem delectationem, ac refectionem ſpiritualem, ſecundum vitã gratiæ: hæc enim tria comprehẽduntur ſub vno effectu Euchariſtiæ, cum dicitur, confert gratiam. Poteſt ſiquidem intelligi, quòd confert gratiam habitualem, vel primam, vel augmentando primam, aut gratiam actualem ſpiritualis refectionis, ac delectationis in actu charitatis. Et quia primam gratiam ſumptio huius ſacramenti non per ſe confert, ſed per accidens, hoc eſt propter contingentem ſumentis diſpoſitionem, quoniam per ſe prærequirit ſumentem viuum, prima autem gratia mortuo datur, ideo tempus primæ gratiæ per accidens conſideratur, & videtur coincidere cum tempore ſumptionis: nam ſi exiſtens in peccato mortali ſibi incognito, quando ſumit hoc ſacramentum, non reſuſcitatur ad vitam, non apparet quare deinceps ex virtute huius ſacramenti reſuſcitabitur. Intelligo autem in tota hac materia per tempus ſumptionis Euchariſtiæ, non illam ſolam morulam, qua deglutitur: ſed cum conſequente temporis ſpatio quo Chriſti corpus ſacramentaliter in ſumente perſeuerat. Eſt enim tunc præſens corporaliter in nobis, ac per hoc paſcens, & illuminans ſpiritualiter animam, vt ſic etiam illud impleatur. Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi. Atteſtatur autem huic ſententiæ neceſſaria mentis occupatio communicãtium, & præcipuè ſacerdotum circa reuerentiam exteriorem huius ſacramenti, ne ſ. aut ſanguis effundatur, aut partes hoſtiæ dentibus, aut palato hæreant, & huiuſmodi, quo fit, vt magis effectus ſacramenti, puta contritio, cum prima datur gratia in tempore conſequente ſumptionem, quàm in ipſa ſumptione appareat, & ſimile videtur de alijs effectibus actualibus. Puto tamen poſſe contingere, vt ſumens ſit ita diſpoſitus, quòd nec conſequatur vitam gratiæ, nec de nouo mortaliter peccet ſumendo, ſed ita excuſetur à peccato in ſumendo, vt propinquior fiat vitæ gratiæ, ex qua appropinquatione ſecundùm aliquos actus attritionis, & deſiderij diuinæ gratiæ, paulatim perducatur, diuina duce miſericordia, ad occaſiones veræ contritionis, vt tandem alia forte vice ſumendo, gratiam veræ contritionis percipiat. Moueor autem ad hoc, quia nullam apud me habeo rationem cogentem ad alterum horum, ſ. exiſtens in peccato mortali facta diligenti, quamuis non ſufficienti ſui probatione, communicando aut iuſtificatur, aut peccat mortaliter. videtur enim ut dictum eſt, poſſe dari medium propter latitudinem, quæ datur in illa deligente, non tamen ſufficiente probatione ſui: non enim conſiſtit in indiuiſibili. Diuinæ quoque liberalitatis largitas, ex cuius abundantia hic effectus per accidens huic ſacramento tribuitur, ad quantam ordinauerit indiſpoſitionem peccatoris ſe ſuppleturam, dicat qui nouit.

¶ De tempore verò augmenti habitualis gratiæ magis ambiguũ eſt ſecundùm Auctoris doctrinam, vt patebit in proceſſu. Auctor enim in 4. ſent. diſt. 12. q. 2. art. 1. tenet augmentum gratiæ impediri ex impedimento actualis conuerſionis animæ ad Deum: ac per hoc ſentit, quòd idem eſt tempus ſumptionis ſacramenti, & tempus augmenti gratiæ, quia illud idem conſtat eſſe tempus transformationis actualis animæ in Deum: in hac autem quæſtione art. vlt. verba literæ ſonant ſuppoſitum: dum dicit, quòd mentis diſtractio per peccata venialia in actu, tollit quidem actualem refectionem ſpiritualis dulcedinis, non autem augmentum gratiæ habitualis. Et rurſus in reſponſione ad primum inquit, ille, qui cum actu venialis peccati ad hoc ſacramentum accedit, habitualiter quidem manducat ſpiritualiter, ſed non actualiter, & ideo habitualem effectum huius ſacramenti percipit, non autem actualem. Quæ auctoris verba poſſunt tripliciter intelligi, primo vt ſonant ſecundum ſuperficiem, vt per hoc ſacramentum augeatur intenſiuè habitualis gratia tunc cum ſumitur, etiam ſi nullus interior charitatis actus ob mentis diſtractionem interueniat, & hoc ex virtute ipſius ſacramenti cauſantis huiuſmodi augmentum in anima, nullum huic habituali augmento impedimentum præſtante. Et hic ſenſus fauorabilis eſt, & demulcens aures multitudinis innumerabilium ſacerdotum, quaſi quotidie, aut frequentiſſimè celebrantium, qui tamen ſeipſis meliores non quotidie fiunt. Mihi autem hinc ordiendo, ſenſus iſte verus non apparet: ſi enim qualibet ſumptione Euchariſtiæ augeretur gratia infinitorum pene ſacerdotum, quos credimus uere in gratia celebrare, charitas iam eſſet maior intenſiue, quàm credi rationabile ſit, cum tanta magnitudo charitatis in tanta multitudine, otioſa appareat, quoniam nec extra apparent, nec intus de ſeipſis teſtantur actus ſimiles feruentiſſimæ charitati, & tamen certum eſt, quòd ſicut amor Dei non eſt otioſus, ſed operatur magna, ſi eſt, ita tam magna augmentatio amoris Dei non eſt otioſa, ſed operatur multa maiora, quàm prius proportionaliter ſi eſt, & conſequenter ſi longè maiora operari tenuit, longè maior charitas non eſt, & tamen longè maior ponitur eſſe in ſingulis celebrationibus, quantumcumque parum creuiſſet charitas ſacerdotis, qui tot annis diebus fere ſingulis in gratia celebrauit. Præter autem hanc ex experientia coniecturam, in promptu ratio cum auctoritate ſuffragatur: ſacramẽtum enim hoc, quia datur per modum cibi, & potus, dicente Domino, Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus, non auget, ſicut nec nutrit, niſi per modum nutrimenti: ſed ſine actu vitali nutriti tam cibus, quàm potus, nec nutrit, nec auget, vt patet in alimento corporali, ergo ſine operatione vitali ſpiritualis animæ, quæ nutritur, cibus ille nec nutrit, nec auget. Auctoritas quoque ex eodem fundamento, ex 4. ſenten. iam allata eſt. Nec obſtat efficaciæ huius rationis, quòd phreneticis in mortis articulo datur hoc ſacramentum: tum, quia ſacramenti effectus ex his, quæ per ſe concurrunt, conſiderandus, ac iudicandus eſt, & non ex his, quæ in caſu accidunt: tum quia phreneticis conſtat dari viaticum non ad primum, & proprium Euchariſtiæ effectum, qui eſt actualis refectio ſpiritus, & conſequenter nec ad nutriendum, nec ad augendum in hac vita gratiam: quia phreneticis datur viaticum propter vitam æternam, & propter impugnationes dæmonum, iuxta illud Ambr. Recedant procul a potentia præſentiæ tuæ.

¶ Aliter ergo intelliguntur verba literæ de perceptione habituali, vt ſit ſenſus, quòd talis diſtractus non actualiter, ſed habitualiter percipit effectum habitualem, ſeu augmentum gratiæ ſpiritualis, ſicut habitualiter, manducationem ſpiritualem habet: ita quòd manducans habitualiter tantum, i. habens habitum quo poteſt ſpiritualem manducationem actualiter habere, hoc eſt habendo charitatem, ſumens hoc ſacramentum abſque actuali interiori deuotione, habet etiam habitum percipiendi augmentum. Et ſicut non impeditur per peccata venialia, cum huiuſmodi diſtractione, quin per hanc ſumptionem mereatur augmentum charitatis exequendum, tamen tempore quo ad hoc erit diſpoſitus, ita non impeditur, quin ex hac ſumptione percepturus augmentum charitatis, quando tamen ad hoc erit diſpoſitus. Et ſecundum hunc ſenſum, tempus augmenti charitatis eſt, quando ſumens eſt diſpoſitus ad augmentum, ſiue hoc ſit tempore ſumptionis, ſiue poſt. Minorem tamen diſpoſitionem requirere ad augmentum charitatis ex hoc ſacramento quàm ad augmentum ſine ſacramento, vt habeatur ratio virtutis ſacramentalis, & præſertim huius ſacramenti, in quo ipſe Chriſtus. Fouet autem hunc ſenſum, quod Auctor intendit ponere differentiam inter refectionem ſpiritualem conſiſtentem in operatione, & augmentum habitus quo ad impediri à peccato veniali. Et ſic ſaluatur differentia, quòd refectio ſpiritualis ita tollitur per diſtractionem, quod numquam ex hac ſumptione habebitur: augmentum uerò habitus, habendum relinquitur poſt, ſicut & vita æterna.

¶ Tertius autem ſenſus conſiſtit in declaratione terminorum, dicendo, quòd duobus exiſtentibus per ſe proprijs huius ſacramenti effectibus, ſcilicet operatione, & habitu, Auctor vtriuſque latitudinis id, quod præcipuum eſt, nominauit. Et in latitudine quidem operationum nominauit ſpiritualem refectionem cum ſua delectatione: in latitudine uerò habitualium donorum nominauit augmentum gratiæ, ſeu charitatis, vt ſic loqueretur de hoc ſacramento ſecundum ſuam perfectionem, docendo [illegible], quæ ipſius ſunt,

ſunt, quatenus, aut alterum, aut vtrumque eorum confert. Et ſi per actualem manducationem Auctor non intelligit quamcumque actualem deuotionem, ſed illam ſolam, quæ refectio eſt, quæ ſpiritualis delectatio animæ eſt. Et ſecundùm hunc ſenſum plana ſunt omnia: & conſonant dictis in 4. ſentent. Habent ſiquidem ſe hi duo effectus inter ſe non vt neceſſariam connexionem habentes, ſed alter ſine altero ex ſacramento hoc haberi poteſt. Refectio ſiquidem ſpiritualis delectationis abſque augmento habitualis gratiæ in Chriſto fuit, quando ſumpſit hoc ſacramentum, augmentum verò habitualis gratiæ ex hoc ſacramento in valde multis credimus contingere, qui dignè ad hoc ſacramentum, & deuotè accedunt, & tamen expertes ſunt ſpiritualis dulcedinis, ita vt ipſorum vox ad patrem ſit: Ecce tot annis ſeruio tibi, & numquam dediſti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer. Non igitur docet hæc litera, quòd ſumens abſque omni actuali deuotione conſequitur augmentum gratiæ, ſed quòd ſumens abſque actuali refectione delectationis ſpiritualis, & hoc culpa ſua veniali, quoniam non eſt ex defectu ſacramenti, ſic inquam ſumens ſic mente diſtractus, ſi quo ad alios actus deuotè accedit, habituale augmentum gratiæ ex hoc non impeditur, quod tamen poſſet aliunde impediri, puta, ex tam parua deuotione, vt non ſufficiat diſponere ad augmentum gratiæ. Et hæc expoſitio amplectenda videtur, quoniam quo ad rem omnia conſonant, quo ad expoſitionem verò nominum nulla fit extorſio, ſed applicatio communis termini ad principale ſuppoſitum, & ſecundum hoc, tempus augmenti coincidit cum tempore ſumptionis. Poſſet, & quarto modo forte exponi locus ille de augmento habituali extenſiuo, ita quòd ſacramentum hoc ſit extenſiuum gratiæ ad actus confortatiuos ſpiritus, & hoc ipſum ſit gratia ſacramentalis, quam in anima per modum habitus ſacramentum hoc efficiat etiam in mente diſtractis ex peccato veniali. De tempore autem actualis gratiæ, quæ homini confertur in hoc ſacramento, nulla ambiguitas eſt, quin ſit tempus ſumptionis ſacramenti, tunc enim præſens Chriſtus excitat mentem diſpoſitam ad ſui feruentem amorem, atque ad ſentiendam dulcedinem ſuæ præſentiæ. Sed perfectorum eſt ſolidus hic cibus, eorum, qui pro conſuetudine &c. Tempus autem remiſſionis peccati mortalis coincidit cum tempore ſumptionis, vt patere poteſt ex ſupradictis: quoniam coincidit cum tempore infuſionis primæ gratiæ. Tempus quoque remiſſionis venialium: idem eſt quod tempus ſumptionis: quoniam coincidit cum tempore actualis feruoris charitatis. Et ſimiliter tempus remiſſionis pœnæ, ſi tamen ex actuali deuotione aliquã remittitur: pœna enim, quia remittitur ex hoc ſacramento, non vt ſacramentum, ſed vt ſacrificium eſt, tempore ipſius ſacrificij remittitur, quoniam tunc Deo ſatisfit. Præſeruatio demum à peccando, effectus eſt ſacramenti à tempore ſumptionis inchoatus, & iuxta ſumentium cooperationem plus, vel minus durat, ſicut etiam præſeruatio, quæ ſit per nutrimentum corporale vnum, & idem, in diuerſæ diſpoſitionis hominibus diuerſimode inuenitur, vno magis ſumente inde vires, quàm alijs &c. Hæc de tempore.

¶ Supereſt vt de modo eorundem effectuum dicatur modus, quo effectus iſti in anima ab hoc ſacramento fiunt, eſt quòd omnes reliqui mediante primo fiunt. Primus autem effectus eſt actualis & exercitatio charitatis, & mediante hoc reliqui effectus proueniunt: quod tripliciter apparet primo ex communibus: quia ſuauis diſpoſitio rationalis creaturæ habet vt rationabiliter iuſtificetur, & perficiatur: rationabiliter autem perfici eſt non per modum dormientis, ſed per modum vigilantis (hoc eſt ratione actualiter vtentis) mutari, & perfici, vt patet ex doctrina, in ſecundo libro habita, de iuſtificatione impij, & iuſtificatione Magdalenæ, Latronis, & Pauli: ſemper enim dona ſua Saluator interuenientibus operationibus conſequentium illa largius eſt. Et de Magdalena quidem operatio fidei & charitatis apparet, dicente Domino, Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. & iterum, Fides tua te ſaluam fecit. Latronis fidei, ſpeique actum videmus. Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum. Paulum, fidei obedientiæ, deuotioniſque verba proferentem audiuimus, Domine quid me vis facere? Ex quibus omnibus patet, quòd non ſolum dum regulariter, ſed etiam dum miraculosè conuertuntur homines ad Deum, actualis operatio interioris hominis interuenit. Secundo, apparet idem ex proprijs huius ſacramenti: quia ſacramentum hoc viuificat animam vt cibus, cibus autem vt ſic, non viuificat niſi viuentem, operatione aliqua vitali cibo vtentem. Si enim circa cibum corporalem nullam haberet animal operationem vitalem intus, inutilis eſſet cibus tali animali: immo non eſſet cibus niſi remotè, ſeu in potentia; quoniam cibus, materia, & obiectum operationum potentiæ vegetatiuæ eſt. Tertio, apparet hoc idem diſcurrendo ſingillatim per ipſos effectus. Euchariſtia ſiquidem ſacramentaliter ſumpta ab homine, Chriſtum corporali præſentia intus in homine ponens, ex parte quidem ſui pro primo contactu animæ habet excitationem charitatis, ac actualem vnionem, ſeu transformationem animæ amantis in Chriſtum amatum: ex parte verò animæ primus contactus eſt ipſa manducatio actualis: quæ eſt actus charitatis, & magnam latitudinem habet iuxta latitudinem actuum charitatis, & graduum illorum, & extendit ſe vſque ad actum liberi arbitrij, qui tandem charitate perficitur, ita vt vera contritio ſit. Mediante ergo actuali manducatione ſpirituali, effectus reliqui fiunt ab hoc ſacramento. Et de vita quidem æterna verba Domini teſtantur, dicentis: Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. De prima verò gratia, & remiſſione peccati mortalis, quæ tamen per accidens fit ab hoc ſacramento, ex eo patet, quòd niſi inchoatiuè ſaltem manducaret carens gratia, illam non conſequeretur: cibus enim non niſi manducatus viuificat: vnde & Auctor in litera tertij articuli de hoc loquens inquit, Deuotè, & reuerenter accedens conſequetur per hoc ſacramentum gratiam charitatis, quæ contritionem perficiet, vbi tres operationes interuenire ponit, deuotionem, reuerentiam, & contritionem, quæ ſcilicet noua charitate informatur, & fit contritio. De augmento verò habitualis gratiæ, & ex nunc dictis tam communibus quàm proprijs, & ex ſuperius diſcuſſis, ſatis patere arbitror: non eſt enim intelligibile cibum augere abſque actuali deuotione, quam abſque actuali manducatione etiam fingere non licet. Refectio autem ſpiritualis, manducatio quædam eſt, remiſſio verò peccati venialis, & pœnæ, ſi fit, cum conſequatur feruorem charitatis, manifeſtè manducationem ſequitur: nam feruor ipſe manducatio eſt. Præſeruatio demum ab offenſis Dei, quia directè ad confirmationem cordis, id eſt voluntatis ſpectat, ex parte animæ; panis autem non niſi manducatus confirmat cor hominis, ideo mediante manducatione ſpirituali fit. dixi autem directè, & ex parte animæ, quoniam non eſt remotum, quin ex parte Chriſti præſentis ſub ſacramento, præſeruatio nonnulla fiat per modum cuſtodiæ: propter quam diximus dari phreneticis in articulo mortis Euchariſtiam. Nec ex his dictis accipias nos, ſentire numquam conferri gratiam niſi actualiter ratione vtentibus: non enim hoc diximus, ſed ſecundùm communia ſuauis diſpoſitionis creaturæ rationalis ſic fieri diximus. Cum quo tamen ſtat, quòd ſecundùm ſuauem diſpoſitionem alicuius ſacramenti aliter conferatur gratia iuſtificans, vt patet in baptiſmo, qui quoniam ſpiritualis eſt regeneratio, ex proprijs habet vt abſque cooperatione eius, qui baptizatur, gratiam conferat in remiſſionem peccatorum: generatio enim eſt mutatio de non eſſe ad eſſe, nec præſupponitur, ſed fit viuus, qui generatur: cibus autem vitam præſupponit, & non niſi manducanti prodeſt. Dicta ſunt autem hæc ad fugandam illorum fiduciam, qui putant ſe conſequi ſemper nouum gratiæ habitualis augmentum, cum quantulacumque deuotione celebrent, etiam diſtractè, vt vel ſic ab huiuſmodi negligentiæ ſomno excitentur. pulſati ſaltem ex eo quòd manducatio ſacramentalis, quæ actualiter fit, ſignificat manducationem ſpiritualem, quæ interius exerceri debet. Et vbi non niſi in ſui principio, hoc eſt in habitu ſaluatur, licet ad vitandum fictionis peccatum mortale ſufficiat, ad nutriendum tamen animam nihil prodeſt: immo hinc, & anima malum venialis peccati, & corpus damnum, infirmitatis, imbecillitatis, aut etiam mortis, quandoque incurrit, dicente Apoſtolo, Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Hanc ego pœnam corporalem puto, ſæpe à Deo infligi, ob paruam præparationem, quæ fit ad hoc ſacramentum.

¶ In reſponſione ad primum primi articuli eiuſdem quæſtionis aduerte, quòd ſacramentum hoc poteſt conſiderari dupliciter. Primo, ſecundum ſe, hoc eſt, ſecundum rem in ipſo contentam, & ſignificatam, & ſic verificatur de ipſo, quòd ex ſe virtutem habet collatiuam gratiæ, ad differentiam reliquorum ſacramentorum, quæ ex alio, hoc eſt ex hoc ſacramento, acquirunt virtutem gratiæ collatiuam. Nam res ſignificata, & contenta in hoc ſacramento eſt ipſe Chriſtus, cuius inſtrumenta ſunt reliqua ſacramenta cum virtutibus ſuis, propter quod ſe habet ad reliqua ſacramenta vt fons gratiæ, ad riuos gratiarum. Et hinc verificatur, & quòd quilibet quodcumque ſacramentum ſuſcipiens actu, ſuſcipit hoc ſacramentum voto, & quòd votum cuiuſque ſacramenti eſt votum iſtius ſacramenti: nam appetens, ſeu ſitiens ad fontis riuulum, ſeu bibens ex riuulo, ad fontem ipſum magis ſitit tanquàm ad principium, & propterea in litera dicitur, quòd ſine huius ſacramenti voto prima non habetur gratia. Et ſimile eſt hoc ei, quod Dominus dicit, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: loquitur enim Dominus de manducatione ſpirituali in voto, ſeu in habitu, in quo continetur manducatio ſpiritualis actualis in voto. Si verò conſideretur vſus ſacramenti huius, quo nobis ſacramentaliter iungitur, ſic prima gratia non eſt effectus huius ſacramenti, niſi per accidens ex parte ſubiecti, vt prædictum eſt, quia datur per modum nutrimenti, quod quia non eſt niſi viuentis, non facit primam gratiam: qua primo habetur vita ſpiritus, ſed præſupponit illam. Vide in art. 3. ad tertium, Auctor loquens de prima gratiæ dicit, Sic autem non datur in hoc ſacramento.

Sen. 4.sẽ d. 11. q. 2. art. 2.

SVPER Q. XX. Aliàs 79. ART. II.

CONCL. Sacramento Eucharistiæ competit; ꝙ causet adeptionem gloriæ.

¶ PROB. Quia & id, ex quo sacramentũ Eucharistiæ habet effectũ; & id, per quod habet effectum; demonstrant: hanc conclusionem esse veram (vt de vtroq; medio præmisso declaratur in tex.)

146 Inf. q. 80. art. 2. ad 1. Et Io. 6.

1^m de concl.^e Nondum sint capaces gloriæ. ℞. Ita, vt eã statim, i. actualr habeant. §. Tunc nihil &c. Nam, ꝙ viatores sint capaces gloriæ in hoc sensu, s. ꝙ possint actualr peruenire tẽpore suo ad gloriã, sufficit ad uerificandam conclusionem articuli: ꝗ ab ea sacrm Eucharistiæ causare dr adeptio nẽ gloriæ; non quia statim actualr nos in gloriam introducat, sed ꝗa dat nobis virtutẽ perueniendi tempore suo ad gloriam. Et ideò viaticum &c. vt in tex.

* lib. 21. c. 25. in fi. to mo 5.

2^m maior. Posita causa sufficienti, ponitur effectus. ℞. Nisi proueniat impedimentũ aliundè. §. Puta ab his, ad quos effectus deberet peruenire. Tunc &c. Nam articuli conclusio intelligitur formalr, i. quantũ est ex uirtute causæ (sicut & conclusio primi, aliorumq; articulorum quæstionis huius): & ꝙ multi accipiẽtes hoc sacramentũ (vt dicit minor) non perueniãt vnquã ad gloriã, prouenit ex parte illorum, nõ ex parte sacramenti. Sicut enim passio Christi nõ habet suum effectũ &c. vt in tex. Ex quo dic sub alijs etiã verbis ad eandem maiorem; ꝙ posita causa sufficiẽti ponitur effectus; quantũ est ex parte causæ; non autem semper, quantum est ex parte effectus. & hoc propter aliqua impedimenta se tenentia ex parte ipsorũ effectuum.

3^m maior. Maius non efficitur à minori. ℞. Nisi, quando minus agit instrumẽtaliter. §. Vt instrumentum, s. alicuius agentis maioris. Vnde ad propositionem maioris adductæ dicitur: ꝙ licet nihil in virtute propria agens agat vltra suã speciem; tamen aliquid in virtute alterius agens potest agere vltra suam speciem. Tunc nihil &c. Nam hoc, quod Christus sub aliena &c. vt in tex.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum effectus huius sacramenti sit adeptio gloriam.*

AD SECVNDVM sic proceditr. Videtur ꝙ effectus huius sacramenti non sit adeptio gloriæ. Effectus.n. proportionatur suæ causæ: sed hoc sacramẽtum cõpetit viatoribus, vnde & viaticum dicitur. Cum igitur viatores nondũ sint capaces gloriæ, videtur quòd hoc sacramentum non causet adeptionem gloriæ.

¶ 2 Præt. Posita causa sufficienti ponitur effectus: sed multi accipiũt hoc sacramentum, qui nũquam peruenient ad gloriam, vt patet per Aug.* 21. de ciuit. Dei. non ergo hoc sacramentum est causa adeptionis gloriæ.

¶ 3 Præt. Maius non efficitur à minori, quia nihil agit vltra suam speciem: sed minus est accipere Christum sub specie aliena, quod fit in hoc sacramento, quàm frui eo in specie propria, quod pertinet ad gloriã. ergo hoc sacramentum non causat adeptionem gloriæ.

SED CONTRA est, quòd dicitur Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: sed vita æterna est vita gloriæ. ergo effectus huius sacramenti est adeptio gloriæ.

RESP. Dicendum, quòd in hoc sacramento potest considerari, & id, ex quo habet effectum, scilicet ipse Christus contentus, & passio eius repræsentata, & id, per quod habet effectum, scilicet vsus sacramenti, & species eius. Et quantum ad vtrũque competit huic sacramento, ꝙ causet adeptionem vitæ æternæ. Nam ipse Christus per suam passionem aperuit nobis aditum vitæ æternæ, secundùm illud Hebr. Noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, qui vocati sunt accipiant repromissionem æternæ hæreditatis. vnde, & in forma huius sacramenti dicitur: Hic est calix sanguinis mei noui, & æterni testamẽti. Similiter etiam refectio cibi spiritualis, & vnitas significata per species panis, & vini, habentur quidem in præsenti, sed imperfectè; perfectè autem in statu gloriæ. vnde Augustinus † dicit super illud Ioan. 6. Caro mea verè est cibus: Cum cibo, & potu id appetant homines, vt non esuriant neque sitiant, hoc veraciter non præstat nisi iste cibus, & potus, qui eos à quibus sumitur, immortales, & incorruptibiles facit in societate sanctorum, vbi pax erit, & vnitas plena, atque perfecta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut passio Christi, in cuius virtute hoc sacramentum operatur est quidem causa sufficiens gloriæ, non tamen ita quòd statim per ipsam introducamur in gloriam, sed oportet, vt prius simul compatiamur, vt postea simul glorificemur (sicut dicitur Rom. 8.) ita hoc sacramentum non statim nos in gloriam introducit, sed dat nobis virtutem perueniendi ad gloriam, & ideo viaticum dicitur, In cuius figuram legitur 3. Regum 19. quòd Elias comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi, illius, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vsque ad montem Dei Oreb.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sicut passio Christi non habet suum effectum, in his qui se ad eam non habent, vt debent, ita & per hoc sacramentum non adipiscuntur gloriam, qui indecenter ipsum suscipiunt. vnde Augustinus* dicit super Ioannem exponens illa verba, Aliud est sacramentum, & aliud virtus sacramenti: Multi de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur. Panem ergo cœlestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare apportate. vnde non est mirum, si illi qui innocentiam non seruant, effectum huius sacramenti non consequuntur.

AD TERTIVM dicendum, quòd hoc ꝙ Christus sub aliena specie sumitur, pertineat ad rationem sacramenti, ꝙ instrumentaliter agit: nihil autem prohibet causam instrumentalem producere potiorem effectum, vt ex supradictis* patet.

## APPENDIX.

EX art. habes primò: quomodo per rationem interimas hæreses narratas in ar. 1. appen. Et hoc pro quanto negant, Eucharistiã afferre vitã æternam digne sumenti. Secundò habes: quomodo per rationẽ ostendas, illas pro tanto damnari à Conc. Trid. sess. 13. c. 2. Dictis.n. verbis ijs, quæ suprà ar. 1. appen. ex ipso recitata sunt; subiungit. Pignus præterea id esse voluit futuræ nræ gloriæ; & perpetuæ fœlicitatis. Hæc ibi. Itẽ ab eod. sess. 22. Dùm enim loquitr de sacrificio Missæ, qđ Eucharistia est, dicit c. 2. Huius quippe oblatione placatus Dominus gratiã, & donum pœnitentiæ concedens, crimina & peccata etiã ingẽtia, dimittit. Vna n. eademq; est hostia, idẽ nũc offerens sacerdotũ ministerio, qui seipsum per seipsum tũc in Cruce obtulit; sola offerẽdi rõne diuersa. Cuius quidem oblationis, cruentæ inquã, fructus per hanc vberrime percipiuntur. Hęc ibi. Vbi ly cuius quidem &c. non tantũ proposito huius art fauet; sed etiã omnium aliorum: & est illud, qđ tex. art. 1. in corp. dixit. s. Effectus, quẽ passio Christi fecit in mundo, hoc sacrm facit in homine. Prædicta quoque Concilij authoritas propter ly gratiã, ly crimina &c. iuuat expresè articulũ primũ, tertium, & quartum. Item meritò damnari a Ioan. 6. vt ponis cum expositione in arg. contra. Cuius verũ sensum elicies tu, per applicationem ad ly viuet in æternũ, ex Concilij Trident. sess. 6. cano. 26. Si quis dixerit, iustos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare æternã retributionẽ à Deo, per eius misericordiam & Christi meritũ; si benè agẽdo, & diuina mãdata custodiẽdo, vsq; in finẽ perseuerauerint: anathema sit. Et can. 32. Si quis dixerit: ipsum iustificatũ bonis operibus, q ab eo per Dei gratiã, & Christi meritum, cuius viuũ membrũ est, fiunt, nõ verè mereri augmentum gratiæ, vitã æternã, & ipsius vitæ æternæ (si tamen in gratia decesserit) consecutionem, atq; etiã gloriæ augmentum: anathema sit. Hæc ibi. Ex quibus sume, ad propositũ tuum præsens, quantũ opus est. Tertiò vides: quomodo ex ijs benè pensatis, & applicatis, doctr. hæc Ang. vicissim declaretur, atq; confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. 2

† Trac. 26. in Euang. non multum remote à fi. tomo 9.

* Trac. 26. in Ioan. parũ à med. tom. 9.

3

A P-

---

Sen. 4. s. d. 12. q. 2. ar. 3.

SVPER Q. XX. Aliàs 79. Art. II.

147 * q. 77. ar. 3 ad 3. arg.

CONCL. I. Sacramentum Eucharistiæ secundum se consideratũ habet virtutem, ex passione Christi, ad remittendum quęcumque peccata.

¶ PROB. Quia passio Christi est fons, atque causa, remissionis omnium peccatorum.

* 4. dis. 9. 2. 3. q. 2. cor. Et d. 12. q. 2. a. 2. q. 2.

¶ Con-

## ARTICVLVS III.

*Vtrum effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis. Dicitur enim* in quadam collecta, Sit hoc sacramentum ablutio scelerum: sed scelera dicuntur peccata mortalia. ergo per hoc sacramẽtum peccata mortalia abluuntur.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum agit in virtute passionis Christi, sicut & baptismus: sed per baptismum dimittuntur peccata mortalia, vt suprà* dictum est. ergo & per hoc sacramentum, præsertim cum in forma huius sacramenti dicatur, Qui pro multis effundetur in remissioné peccatorũ.

¶ 3 Præt. Per hoc sacramentum gratia confertur, vt dictum est: † sed per gratiam iustificatur homo à peccatis mortalibus, secundùm illud Roman. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. ergo per hoc sacramétum remittuntur peccata mortalia.

SED CONTRA est, quòd dicitur primæ Cor. 11. Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Dicit autem glos. ibidem, quòd ille manducat, & bibit indignè, qui in crimine est, vel irreuerenter tractat, & talis manducat, & bibit sibi iudicium, i. damnationem. ergo ille, qui est in peccato mortali, per hoc, quòd accipit hoc sacramentum, magis accumulat sibi peccatũ, quam remissionem sui peccati consequatur.

RESP. Dicendum, quòd virtus huius sacramenti potest considerari dupliciter. Vno modo secundùm se, & sic hoc sacramentum habet virtutem ad remittendum quæcumque peccata ex passione Christi, quæ est fons, & causa remissionis peccatorum. Alio modo, potest considerari per comparationem ad eum, qui recipit hoc sacramentũ, prout in eo inuenitur, vel non inuenitur impedimentum percipiendi huius sacramenti effectum. Quicũq; autem habet conscientiã peccati mortalis, habet in se impedimentum percipiendi effectum huius sacramenti, eo quòd non est conueniens susceptor huius sacramenti: tum, quia non viuit spiritualiter, & ita non debet spirituale nutrimentum suscipere, quod nõ est nisi viuentis: tũ, quia non potest vniri Christo (quod fit per hoc sacramentum) dum est in affectu peccandi mortaliter. & ideo, vt dicitur in lib.* de Ecclesiast. dogmatib. si mens in actu peccandi est, grauat magis Eucharistiæ perceptione, quàm purificetur. Vnde hoc sacramentũ in eo, qui ipsum percipit in consciẽtia peccati mortalis, non operatur remissionem peccati. Potest tamen hoc sacramentum operari remissioné peccati dupliciter. Vno modo non perceptum actu, sed voto, sicut cũ quis prius iustificatur à peccato. Alio modo etiam perceptum ab eo, qui est in peccato mortali, cuius consciẽtiam, & affectum non habet: fortè enim primo non fuit sufficienter contritus: sed deuotè, & reuerẽter accedẽs, consequetur per hoc sacramentum gratiam charitatis; quæ cõtritionem perficiet, & remissionem peccati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd petimus vt hoc sacramentum sit ablutio scelerum: vel eorũ, quorum conscientiam non habemus (secundùm illud Psal. 18. Ab occultis meis munda me Domine (vel ut contritio in nobis perficiatur ad scelerum remissionem: vel etiam vt nobis robur detur ad scelera vitanda.

AD SECVNDVM dicendum, quòd baptismus est spiritualis generatio, quæ est mutatio de non esse spirituali in esse spirituale, & datur per modum ablutionis, & ideo quantum ad vtrumque, non inconuenienter accedit ad baptismum, qui habet conscientiam peccati mortalis: sed per hoc sacramentum homo sumit in se Christum per modum spiritualis nutrimenti, quod non competit mortuo in peccatis, & ideo non est similis ratio.

AD TERTIVM dicendum, quòd gratia est sufficiens causa remissionis peccati mortalis: non tamé actu remittit peccatum mortale, nisi cum primo datur peccatori: sic autẽ non datur in hoc sacramento. vnde ratio non sequitur.

ARTI-

¶ CONCL. 2. Sacramentum Eucharistiæ consideratum per comparationem ad recipientem non operatur remissionem peccati in eo; qui ipsum recipit in conscientia peccati mortalis.

¶ PROB. primò: Quia quicumque, habet conscientiam peccati mortalis impeditur dupliciter à percipiendo effectu sacraméti Eucharistiæ (eo quòd non est cõueniẽs susceptor &c. vt in tex. vsque ad ly in affectu peccandi mortaliter). Secundò, quia hoc patet, à fortiori, ex lib. de Eccles. dogmatibus.

¶ NOT. Pro intelligẽdo magis textu ly quòd non est nisi viuentis, vide Veritates aureas super legem veterem, Leuit. 23. concl. 2. Dixi, in secunda probatione ly à fortiori: quia liber ille de Eccl. dogm. non tantùm dicit, quòd talis peccator inde non purificatur; sed etiam, quòd (vitio tamen ipsius recipientis, non sacraméti) grauatur .s. nouo peccato mortali, quod sacrilegium est secundũ suam speciẽ cæteris grauius, q. 22. art. 5.

¶ CONCL. 3. Sacramentũ Eucharistiæ consideratum per comparationem ad recipientem potest operari dupliciter remissioné peccati.

¶ PROB. Quia sacramentũ Eucharistiæ remittit peccatum quandoque & perceptũ solo voto (vt patet in eo; qui prius, quam actualiter sumat Eucharistiam, ex deuoto desiderio ad ipsam, iustificatur) & perceptum actu ab existente in peccato mortali, cuius nec conscientiam, nec affectum habet (vt declaratur in tex.)

¶ EXAM. Ly cuius cõscientiam nõ habet. Scilicet, inculpabiliter. Pro quo vide q. 21. art. 4. ad quintum.

1^m conclusio. Per hoc sacramentum peccata mortalia abluũtur. R. Quorũ conscientiam non habemus. Vel ad mortalium etiã cognitorum remissionem cõtritio perficitur. Vel ad vitandum mortalia robur nobis datur. §. Sic enim tripliciter ex ly sit ablutio scelerum, quod ponitur in præmissis, conclusionem hanc glossari debere; patet considerantibus. Tunc nihil &c. Vt constat ex articuli conclusionibus 1. & 3.

2^m illatio conclusionis. Ergo & per hoc &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis fallaciam secundum non causam, vt causam, concernentibus. Nam dissimilitudo Eucharistiæ ad baptismum in remittendo mortalia non procedit ex defectu vigoris passionis Christi (vt subindicat, se putare, argumentum): sed procedit ex alia causa, s. ex hoc quod Eucharistia non est spiritualis regeneratio, neque per modum ablutionis datur. Baptismus autem est spiritualis regeneratio &c. vt in tex. Vbi nota, quòd solummodò dicit ly qui habet conscientiam: ad denotandum, quòd qui habet affectum peccati mortalis vel præteriti, vel præsentis, vel futuri, accedit inconuenienter ad baptismum. Vnde taliter affectus, dũm sic est, accedendo, peccat, quæst. 9. artic. 6. Nisi enim quis de veteri vita doleat, (id quod secum trahit non esse affectum ei) ille non potest vitam nouam inchoare. Illud uero non esse affectum peccato mortali, siue dolere etiam de præterito aut præsenti, est illa pœnitentia interior: quam Princeps Apostolorum Petrus (ait Concilium Triden. sess. 14. cap. 1.) peccatoribus baptismo initiandis commendans dicebat; Pœnitentiã agite, & baptizetur vnusquisque vestrũ, Actu. 2. Pro ly per modum spiritualis nutrimenti, quòd non conuenit mortuo, vide Verit. aureas &c. suprà, vbi citantur in notat. post conclus. 2.

3^m maior. Per hoc sacramentũ gratia confertur. R. Sed non primò. §. vt declaratur, artic. 1. ad primum. Tunc nihil &c. vt de se patet. Hanc responsionem nõ esse contrariam conclusioni tertiæ, neque responsioni ad primũ facile cognoscet: qui rectè discernere voluerit inter id quod alicui cõpetit per se (in quo sensu conclusio secunda simul cum præsenti responsione loquitur) & inter id, quod competit alicui per accidens (in quo sensu intelligũtur alia citata nunc).

APPENDIX.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse insinuatũ à scripturis, Ecclesia, Cõciliisq; quòd sacramentũ Eucharistiæ facit & nõ facit remissionem peccatorum etiã mortalium. A scripturis quidem, quòd facit, & non: vt Exod. 16. Qui non audierunt eum &c. scatere cœpit vermib. &c. Fecerunt, sicut præceperat Moyses; & non computruit. Patet enim; quòd Manna fuit figura Eucharistiæ. Per hoc ergo; quòd ex obediẽtia seruátes manna sortiti sunt bonum finem, in hoc. s. quòd manna non cõputruit apud ipsos; & contra inobedientes contrarium accidit: patet per locum à figura ad figuratũ, & quòd Eucharistia causat remissionem peccatorum in sumentibus eam secundũ obedientiam sanctam, i. dignè; & quòd sumentes eam contra obedientiã, i. indignè, computrescunt in anima, i. peccato mortali inuoluuntur; tantum abest, vt inde remissionem peccatorum percipiant. Pro cuius meliori captu vide Veritates aureas super totam legẽ veterem, Exod. 16. concl. 6. Ab Ecclesia uerò, quòd non facit: vt per hoc, quòd in sequentia de festo corporis Christi canit: Sumunt boni, sumunt mali; sorte tamen inæquali, vitæ, vel interitus. Mors est malis; vita bonis. A Concilio autem Floren. vt suprà art. 1. appen. & Concilio Triden. vt suprà art. 2. appen. Dicit enim Florentinũ ly à malo retrahimur &c. Tridentinum verò dicit ly crimina, etiam ingentia, dimittit. Quod quidem dictum suum declarauit Conciliũ posse intelligi dupliciter, l. vel perficiendo contritionem priùs insufficientem de criminibus cognitis, vel remittendo incognita post diligentem conscientiæ examinationem: & hæc duo declarauit per locum à simili de contritione, & confessione. Dicit enim sess. 14. c. 4. Illam vero

* q. 69. artic. 1.

† art. 1. huius quæst.

* c. 53. parũ à princ. to. 3. inter opera Augusti.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

verò contritionem imperfectam, quæ Attritio dicitur (quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu, communiter concipitur) si voluntatem peccandi excludat, & fit cum spe veniæ, declarat, non solùm non facere hominem hypocritam & magis peccatorem; verùm etiam donum Dei esse & Spiritusſancti impulsum, non adhuc quidē inhabitantis, sed tamen mouentis: quo pœnitens adiutus viam sibi ad iustitiā parat. Et quamuis sine sacramento Pœnitentiæ per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat: tamen eum ad Dei gratiam in sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit. Hæc ibi. Ex quibus patet: quòd confessio sequens illam insufficientem contritionem perficit ad remissionem peccatorum: & per hoc à fortiori, ꝙ idipsum sentiendum est de Eucharistia erga contritionē talem peccatoris sic cum deuota reuerentia ad Eucharistiam accedentis. Dicit quoque sess. ead. cap. 5. Postquàm quisque diligentiùs se excusserit, & conscientiæ sinus omnes, & latebras explorauerit; ea peccata confiteatur, quibus Deum suum mortaliter offendisse meminerit. Reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuersum eadem confessione inclusa esse intelliguntur: pro quibus fideliter cum Propheta dicimus, Ab occultis meis munda me Domine. Hæc ibi. Quæ faciunt ad intelligentiam textus ly cuius conscientiam non habet, ly quorum conscientiam non habemus. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN articulo 3. in responsione ad primum, nota nouitie trium expositionum ibi allatarum secundam differre à prima in hoc, ꝙ perfectio contritionis refertur ad scelera cognita, in prima autem ad occulta: quo ad vtraque enim petitur ablutio per contritionem perfectam.

¶ In responsione ad secundum eiusdem artic. dubium occurrit de veritate differentiæ positæ inter suscipientem baptismum, & suscipientem Eucharistiam, quo ad hoc, quòd est esse vel non esse in peccato mortali. Et est ratio dubij, quia vtrobique suscipiens cum conscientia, & affectu peccati mortalis indignè suscipi, nec gratiam tunc consequitur: immo de nouo peccat peccato sacrilegij membrum Christo ipso se sacramento fingens.

¶ Ad hoc dicitur, quòd differentia saluatur, & ex parte sacramēti, & ex parte suscipientis. Ex sacramento quidem, quia sacramentum Eucharistiæ ex proprio vsu habet rationem nutrimenti, ac per hoc conuenientis uiuis, & non mortuis, baptismus autem ex propria ratione habet rationem regenerationis & ablutionis: generatio autem non præsupponit, sed facit ens, & viuum, & similiter ablutio non præsupponit mundum, sed mundat. Et propterea ex proprijs considerata hæc sacramenta, suscipientes dispares habent, Eucharistia quidem viuum: baptismus non viuum, & immundum, & hæc differentia in litera ponitur. Ex parte autem suscipientis differentia est, ꝙ suscipienti baptismum sufficit non ponere obicem ad hoc, vt diuinam consequatur gratiam, ut ex suprà habitis patet, quia baptismus omnia condonat: suscipienti autem Eucharistiam non sufficit non ponere obicem, sed oportet probare seipsum, & sic de pane illo edere. Nec Auctor in litera dicit conuenienter accedere ad baptismum habentem conscientiam, & affectum peccati mortalis, magna est enim inter utrumque differentia: nam habens affectum peccati mortalis ponit obicem, & fictus accederet ad baptismum: habens autem eiusdem conscientiam, & non affectum, obicem non ponit baptismo, licet mortuus, & immundus viuificandus, & abluendus per baptismum accedat, quod per Eucharistiæ sumptionem non est expectandum.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrùm per hoc sacramentum remittantur peccata venialia.*

AD QVARTVM sic proceditᵣ. Videtur ꝙ per hoc sacramentum nō remittātur peccata venialia. Hoc.n. sacramentū, vt August. dicit super Ioan. est sacramentum charitatis: sed venialia peccata non contrariātur charitati, vt in secunda parte † habitum est. cum ergo contrarium tollatur per suum contrarium, videtur quòd peccata venialia per hoc sacramentum non remittantur.

¶ 2 Præt. Si peccata venialia p hoc sacramentum remittantur, qua ratione remittitur vnum, remittuntur & omnia: sed non videtur ꝙ omnia remittantur: quia sic frequenter aliquis esset absque omni peccato veniali, contra id, quod dicitur 1. Io. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. non ergo per hoc sacramentum remittitur aliquod peccatum veniale.

¶ 3 Præt. Contraria mutuò se expellunt: sed peccata venialia non prohibent à perceptione huius sacramenti: dicit enim Aug. * super illud Ioan. 6. Patres vestri māducauerunt māna in deserto, & mortui sunt, Innocentiā, inquit, ad altare apportate, peccata, etsi sunt quotidiana, nō sint mortifera. ergo neq; peccata venialia per hoc sacramentum tolluntur.

SED CONTRA est, ꝙ Innocentius III. * dicit, ꝙ hoc sacramentum venialia delet, & cauet mortalia.

RESP. Dicēdum, ꝙ in hoc sacramento duo possunt considerari, s. ipsum sacramētum, & res sacramenti, & ex vtroque apparet, ꝙ hoc sacramentum habet virtutē ad remissionem venialium peccatorum. Nam hoc sacramentū sumitur sub specie cibi nutrientis: nutrimentum autem cibi est necessariū corpori ad restaurandum id, quod quotidie deperditur per actionem caloris naturalis. Spiritualiter autem quotidie aliquid in nobis deperditur ex calore concupiscentiæ per peccata venialia, quæ diminuunt feruorem charitatis, vt in secunda parte * habitū est; & ideo competit huic sacramento, vt remittat peccata venialia. vnde & Ambr. dicit † in libro de sacramentis, quòd iste panis quotidianus sumitur in remediū quotidianæ infirmitatis. Res autem huius sacramenti, est charitas non solum quātum ad habitum, sed etiam quantum ad actum, qui excitatur in hoc sacramento: per * quod peccata venialia soluūtur. vnde manifestum est, quòd virtute huius sacramenti remittuntur peccata venialia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd peccata venialia, etsi non contrariantur charitati, quantum ad habitum: contrariantur tamen ei, quantum ad feruorem actus, qui excitatur per hoc sacramentum: ratione cuius peccata venialia tolluntur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ illud verbum non est intelligendum, quin aliqua hora possit homo esse absq; omni reatu peccati venialis: sed quia vitam istam sancti non ducunt sine peccatis venialibus.

AD TERTIVM dicēdum, ꝙ maior est virtus charitatis, cuius est hoc sacramentum, quàm venialium peccatorum. Nam charitas tollit per suum actum peccata venialia, quæ tamen non possunt totaliter impedire actum charitatis, & eadem ratio est de hoc sacramento.

*Sct. 4. s. d. 11. q. 2. art. 4.*

### SVPER Q. XX. Aliàs 79. Art. IIII.

148

COncl. Eucharistię sacramentū, duplici iure, habet virtutem ad remittendum peccata venialia.

¶ PROB. Quia Eucharistia talem virtutē habet, & ratione, qua in ea consideratᵣ ipsum sacramentum, i. qua sumitur sub specie cibi nutrientis; & ratione, qua in ea consideratur res sacramenti, i. charitas quò ad habitū, tùm quò ad actū (vt de vtrisque medijs declaratur in tex.)

### 1ᵐ de minori.

Charitati. R. Consideratæ quò ad habitū. §. i. non contrariantur habitui charitatis. In signum huius: ipsa non tollunt charitatē nec effectiuè, nec meritoriè, 2. 2. q. 24. art. 10. Tunc nihil &c. Ad uerificandā. n. articuli conclusionē p hac parte. i. ad hoc, ꝙ per Eucharistiæ virtutē tollantur venialia, sufficit: ꝙ ipsa venialia contrariētur charitati consideratæ quò ad actū. i. contrarientur actui, seu feruori, charitatis. In cuius signū, venialia diminuunt feruorem actus charitatis (vt patet).

### 2ᵐ minor.

Non videtur, ꝙ omnia remittantur. R. Negatur. §. Ad probationē conceditur, quòd frequēter homo potest esse absq; omni peccato veniali: Negatᵣ uerò, ꝙ hoc sit cōtra illud 1. Ioan. 1. si rectè intelligatur. Illud. n. verbum non est intelligendū (vt argumentū putat) quin aliqua hora possit &c. vt in tex. Cuius ly aliqua hora, expone; etiam si frequēter occurrerit illa hora: & hoc, vt satisfiat argumēto. Noueris quoque: ꝙ Concil. Trident. sess. 6. cano. 23. stat pro isto textu; inquantū dicit ly sed quia vitam istam &c. i. inquantum exponit illud B. Ioā. dictum modo, quo facit.

### 3ᵐ illatio conclusionis.

Ergo neque &c. R. Negatur illatio. §. Procedit. n. ex falsa imaginatione in præmissis inclusa, s. ꝙ tanta sit virtus peccatorū venialium, quanta est virtus sa-

Inf. q. 87. art. 3. cor. & 4. di. 12. q. 2. art. 1. q. 1. cor. & art. 2. q. 1. per totum.

* Tract. 26. in Ioan. à med. to. 9.

† Et referᵣ de consec. d. 1. c. Hoc sacramentum. 1. 2. q. 88. art. 1. & 2.

* Trac. 26. in Io. parū ante med. tom. 9.

* In li. 4. de sacro mysterio altaris, cap. 44. ante med.

* 2. 2. q. 24. art. 10.

† lib. 5. c. 4. à me. to. 4.

* Al. quem

tus sacramenti Eucharistiæ. Decipitur autem: quia maior est virtus charitatis, cuius est hoc sacramentum (Eucharistia enim dicitur sacramentum charitatis, q. 19. art. 3. ad sextum) quàm venialium peccatorum. Nam &c. vt in tex. Quod autem in maiori dicebatur de contrarietate, est ferè extra propositum: nisi pro quanto uenialia contrariantur actui feruido charitatis, & feruor charitatis vicissim contrariatur venialibus (vt ad primum). Vide artic. 8.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationē interimas hæreses narratas in art. 1. appen. pro quanto virtualiter negant; quod quòd per Eucharistiæ sacramentum deleantur uenialia. Secundò habes: quomodo per rationē ostendas, illas pro tanto damnari merito ab Innocentio; secundùm quòd ponitur in argum. contr. Item à Concilio Trident. sess. 22. cap. 2. peccata etiam ingentia dimittit. Et sess. 13. cap. 2. Saluator noster sumi voluit sacramentum hoc; tanquàm antidotum quo liberemur à culpis quotidianis; & à peccatis mortalibus præseruemur. Hæc ibi. Item a Concilio Florent. secundùm quòd est suprà art. 1. appen. Tertiò vides: quomodo ex iis bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

*Sent. 4. d. 11. q. 2. ar. 5.*

## ARTICVLVS V.

*Vtrum per hoc sacramentum tota pœna peccati remittatur.*

AD QVINTVM sic procedit. Videtur quòd per hoc sacramentum tota pœna peccati remittatur. Homo. n. per hoc sacramentum suscipit in se effectum passionis Christi (vt dictum * est) sicut & per baptismum: sed per baptismum percipit homo remissionem omnis pœnæ, virtute passionis Christi, quæ sufficienter satisfecit pro omnibus peccatis, vt ex supradictis † patet. ergo videtur quòd per hoc sacramentū homini remittatur totus reatus pœnæ.

¶ 2 Præt. Alexander Papa dicit, Nihil in sacrificiis maius esse potest, quàm corpus, & sanguis Christi: sed per sacrificia veteris legis, homo satisfaciebat pro peccatis suis: dicitur enim Leuit. 4. & 5. Si peccauerit homo, offerret hoc, vel illud pro peccato suo, & remittetur ei. ergo multo magis hoc sacramentum valet ad remissionem omnis pœnæ.

¶ 3 Præt. Constat quòd per hoc sacramentum aliquid de reatu pœnæ dimittitur: vnde & in satisfactionem, aliquibus iniungitur, quòd pro se missas faciāt celebrari: sed qua ratione vna pars pœnæ dimittitur, eadem ratione & alia: cum virtus Christi, quę in hoc sacramento continetur, sit infinita. ergo videtur, quòd per hoc sacramentum tota pœna tollatur.

SED CONTRA est, quòd secundùm hoc non esset homini alia pœna iniungenda, sicut nec baptizato iniungitur.

RESP. Dicendum, quòd hoc sacramentum simul est sacrificium, & sacramentum: sed rationem sacrificii habet, inquātum offertur: rationem autem sacramēti inquantū sumitur. Et ideo effectum sacramenti habet in eo, qui sumit: effectum autem sacrificii in eo, qui offert, vel in his, pro quibus offertur. Si igitur consideretur vt sacramentum, habet effectum dupliciter. Vno modo, directè ex vi sacramenti, aliò modo, quasi ex quadam concomitantia: sicut & circa continentiam sacramēti dictum * est. Ex vi quidem sacramenti, directè habet illum effectum, ad quem est institutum. Non est autem institutum ad satisfaciendum, sed ad spiritualiter nutriendum per vnionem ad Christum, & ad membra eius: sicut & nutrimentum vnitur nutrito, sed quia hæc vnitas fit per charitatem, ex cuius feruore aliquis consequitur remissionem non solùm culpæ, sed etiā pœnæ, indè est, quòd ex consequenti per quandam concomitantiam ad principalem effectum, homo consequitur remissionē pœnæ, non quidem totius, sed secundùm modum suæ deuotionis, & feruoris. Inquantum verò est sacrificium, habet vim satisfactiuam, sed in satisfactione magis attenditur affectus offerētis, quàm quātitas oblationis: vnde & Dominus dicit Luc. 21. de vidua, quæ obtulit duo æra, quòd plus omnibus misit. Quamuis ergo hæc oblatio ex sui quantitate, sufficiat ad satisfaciendum pro omni pœna, tamen fit satisfactoria illis, pro quibus offertur, vel etiam offerentibus, secundùm quantitatem suæ deuotionis, & non pro tota pœna.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacramētum baptismi directè ordinatur ad remissionē pœnæ, & culpæ, non autem eucharistia: quia baptismus datur homini quasi commorienti Christo; Eucharistia aūt quasi nutriendo, & perficiendo per Christum. vnde non est similis ratio.

AD SECVNDVM dicendum, quòd illa sacrificia, & oblationes non operantur remissionē totius pœnæ, neq; quantum ad quantitatem oblati (sicut hoc sacrificium) neque quantum ad deuotionem hominis, ex qua contingit, quòd etiam hic non tollitur tota pœna.

AD TERTIVM dicendum, quòd hoc, quòd tollitur pars pœnæ, & non tota pœna per hoc sacramentum, non contingit ex defectu virtutis Christi, sed ex defectu deuotionis humanæ.

A R-

149 4. d. 4. q. 2. a. 1. q. 2. ad 3. & d. 12. q. 2. art. 2. q. 3.

* art. 1. & 2.

† q. 69. artic. 2.

* Alexāder I. in epi. ad omnes orthod. post med. illius.

* q. 76. ar. 1. & 2.

SVPER Q. XX. Aliàs 79. Art. vi.

CONCL. 1. Eucharistia habet effectū sacramenti in eo, qui ipsam sumit: effectum autem sacrificij in eo, qui offert; vel etiam in iis, pro quibus offertur.

¶PROB. Quia Eucharistia, inquantum sumitur, habet rationem sacramenti; & ipsamet, inquātum offertur, habet rationem sacrificij.

¶CONCL. 2. Eucharistia, ex vi sacramenti, non habet directè hunc effectū, s. quòd remittat pœnam; sed ex concomitantia: ita quòd homo, ex consequenti per quandam concomitantiā ad principalem Eucharistię effectum, consequit̄ remissionem pœnæ; non quidem totius, sed secūdùm modum suæ deuotionis & feruoris.

¶PROB. Quia Eucharistiæ sacramentū ex vi sacramēti habet directè effectum illū, ad quem fuit institutum (vt patet ex terminis): & nō fuit principaliter institutum ad satisfaciendū (vt patet ex eo: quòd principaliter est institutū ad spiritualiter nutriendū; per vnionem. s. ad Christum, ac membra eius). Secunda autem pars. s. sed ex &c. probat̄: Quia Eucharistiæ effect⁹ principalis, i. vnitas ad Christum eiusq; membra, fit per charitatē (vt patet). & ex charitatis feruore concomitat̄ hoc, quòd aliquis consequitur remissionem non solùm culpæ, sed etiam pœnæ. Tertia uero pars, s. non quidem totius &c. patet ex probatione partis secundæ. Si enim ex feruore charitatis in homine existentis remissionē pœnæ homo consequitur; consequens est, quòd secundùm mensurā feruoris illius pœna remittatur huic, & non tota; (nisi. s. feruoris eiusdem mensura hoc postulet).

¶CONCL. 3. Eucharistiæ oblatio quamuis ex sui quantitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni pœna: tamen fit satisfactoria illis pro quibus offertur, vel etiam pro offerentibus, secundum quantitatem suæ deuotionis; & non pro tota pœna.

¶PROB. Quia in satisfactione magis attenditur affectus offerentis; quàm quātitas oblationū (vt patet ex comparatione facta de viduę parua oblatione ad oblationes magnas diuitum, Luc. 21.)

¶NOT. Tertiam hāc conclusionem sic firmiter probatam diligētissime attendant & ij, qui sacrificiū Missæ pro satisfactionibus pœnarum offerunt; & ij, qui tale sacrificium postulant sic offerri: puta & sacerdotes Missas promittētes, & sęculares tales Missas postulantes.

### 1^m illatio conclusionis.

Ergo videtur, quòd &c. R. Negatur illatio. §. Nam sacramētum baptismi ordinatur directè &c. vt in textu. Vide aliquid à simili in art. 3. ad secundum.

### 2^m de minori.

Satisfaciebat. R. Imperfectè §. i. non totaliter. Neque enim quantitas rei antiquitùs oblatæ, neque deuotio offerentis communiter, ad totam pœnam tollendam sufficiebat. Vnde illud Leuitici sic exponendū est, Et remittetur ei, s. secundū partem; iuxta videlicet mensuram deuotionis eius. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusionibus 2. & 3.

### 3^m minor.

Qua rōne vna pars pœnæ dimittitur, eadē ratione & alia. R. Negatur. §. Ad probationem dicitur: quòd committitur ibi fallacia secundùm non causam, vt causam. Quòd enim non tollatur tota pœna per Eucharistiæ sacramentum, non contingit &c. vt in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse insinuatum à Concilio & Ecclesia: quòd Eucharistiæ sacramentum est etiam sacrificium; & quòd per ipsum fiunt satisfactiones, remittunturque pœnæ: & hoc iuxta deuotionis mensuram offerentium. A Concilio quidem Trident. per hoc, quòd dicit sess. 22. c. 2. In diuino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incruente immolatur; qui in ara Crucis semel seipsum cruente obtulit. Quare non solùm pro fidelium viuorū peccatis,

catis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus; sed pro defunctis in Christo, nõdum ad plenum purgatis, ritè IVXTA APOSTOLORVM TRADITIONEM offeratur. Hæc ibi. Et cano. 1. Si quis dixerit: in Missa non offerri Deo uerum, & proprium, sacrificium; aut quòd offerri non sit aliud, quàm nobis Christum ad manducandum dari; anathema sit. Et cano. 3. Si quis dixerit; Missæ sacrificium esse tantum laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti; non autem propitiatorium; vel soli prodesse sumenti; neque pro uiuis, & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus, debere offerri: anathema sit. Et cano. 4. Si quis dixerit: blasphemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio in cruce peracto per Missæ sacrificium; aut illi per hoc derogari: anathema sit. Hæc ibi. Ab Ecclesia vero per hoc; quòd in canone Missæ, orando pro uiuis, dicit: Memento etiã Domine famulorum famularumq; tuarum N N. & omniũ circumastantium; quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt, hoc sacrificium laudis. Vt quid enim de illorum fideli deuotione mentionem tunc facit, quando offert pro illis sacrificium altaris? Ad denotandum non quidem principaliter, quod manifestum est, s. Deo esse cognitam fidem astantium ac deuotionem; sed illud, quod minus manifestum communiter erat, s. sacrificij huius valorem esse satisfactorium ijs, pro quibus offertur, vel etiam qui offerunt, secundum quantitatem deuotionis eorum. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 5. duo valde notabilia sunt. Primum est, q̃ oblatio Eucharistiæ ex sui quantitate sufficit ad satisfaciendum pro omni pœna: secundum est, q̃ hæc oblatio, fit satisfactoria offerentibus, vel pro quibus offertur secundùm quantitatem suæ deuotionis.

¶ Ex primo dicto habes, q̃ una missa ex parte sui est satisfactoria pro pœnis omnium peccatorum, tam viuentium quàm mortuorum: quoniam ut sic, est ualoris infiniti, quoniam Christus offertur. Ex secundo autem dicto habes, quòd vna missa non perdit uim satisfactionis suæ pro primo offerente ex hoc quod pro secundo, tertio, quarto, quinto, &c. offertur: sicut quantitas deuotionis vnius nihil tollit de quantitate deuotionis alterius. Vnde arguendi, instruendique simul sunt homines ignoranter petentes, vel exigentes pro sua eleemosyna totam sibi missam dari, aut suo defuncto: nihil enim minus ipse habebit, si mile alij petant eandem missam pro seipsis, & alijs defunctis, quàm si pro ipso solo celebrari dicatur: immo ex huiusmodi indeuotione sic petentis damnum videtur incurrere, quod minus sibi proderit. Diffusius autem forte hic scriberemus de hac re, nisi in primo quolibeto nostro iam edito diffusè hæc veritas declarata fuisset ex auctoritate huius literæ, cum multis alijs, &c. Et hæc de q. 79. sufficiant.

Sct. 4. s. d. 11. q. 2. ar. 6.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrùm per hoc sacramentum præseruetur homo à peccatis futuris.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̃ per hoc sacramentum non præseruetur homo à peccatis futuris. Multi. n. dignè sumentes hoc sacramentũ, postea in peccatũ cadunt: quod non accideret, si hoc sacramentum præseruaret à peccatis futuris: non ergo effectus huius sacramenti est, à peccatis futuris præseruare.

¶ 2 Præt. Eucharistia est sacramentum charitatis, vt suprà * dictum est: sed charitas non videtur præseruare à peccatis futuris: quia semel habita potest amitti per peccatum, vt in secunda parte † habitum est. ergo videtur, quòd nec hoc sacramentum præseruet hominem à peccato.

¶ 3 Præt. Origo peccati in nobis, est lex peccati, quæ est in membris nostris, vt patet per Apost. Rom. 7. sed mitigatio fomitis, qui est lex peccati, non ponitur effectus huius sacramẽti: sed magis baptismi. ergo præseruare à peccatis futuris, non est effectus huius sacramenti.

SED CONTRA est, q̃ Dominus dicit Ioã. 6. Hic est panis de cęlo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur: quod quidem manifestum est, non intelligi de morte corporali. ergo intelligitur, quòd hoc sacramentum præseruet à morte spirituali, quæ est peccatum.*

*aliàs, quæ est per peccatum.

RESP. Dicendum, quòd peccatum est quædã spiritualis mors animæ: vnde hoc modo præseruat aliquis à peccato futuro, quo præseruat corpus à morte futura: quod quidem fit dupliciter: vno modo, inquantum natura hominis interius roboratur contra interiora corruptiua, & sic præseruatur à morte per cibum, & medicinam. Alio modo per hoc, q̃ munitur contra exteriores impugnationes, & sic præseruatur per arma, quibus munitur corpus: vtroq; autẽ modo, hoc sacramentum præseruat à peccato. Nam primũ quidem per hoc, q̃ Christo coniungit per gratiã, roborat spiritualem vitam hominis, tãquàm spiritualis cibus, & spiritualis medicina, s̃m illud Ps. 103. Panis cor hominis confirmat, & Aug. * dicit super Ioan. Securus accede, panis est, nõ venenum. Alio modo, inquantum est quoddam signum passionis Christi, per quam victi sunt dæmones, repellit omnem dæmonum impugnationem: vnde Chrysost. † dicit super Ioan. Vt leones flammam spirantes, sic ab illa mensa discedimus terribiles effecti diabolo.

*Trac. 26. in Io. à medio, to. 9.

†Hom. 45. in Io. à medio illius tom. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ effectus huius sacramenti recipitur in homine, s̃m hominis conditionem: sicut contingit de qualibet causa actiua, quòd eius effectus recipitur in materia, s̃m modum materiæ. homo autem in statu viæ est huius conditionis, q̃ liberũ arbitrium eius potest flecti in bonum, & malum: vnde licet hoc sacramentum quantũ est de se, habeat virtutem præseruatiuam à peccato, non tamen aufert homini possibilitatem peccandi.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ etiã charitas, quãtum est in se, præseruat hominem à peccato, secundùm illud Rom. 13. Dilectio proximi, malum nõ operatur: sed ex mutabilitate liberi arbit. contingit, q̃ aliquis post habitã charitatem peccat, sicut & post susceptionẽ huius sacramenti.

AD TERTIVM dicendum, quòd licet hoc sacramentum non directè ordinetur ad diminutionem fomitis, diminuit tamen fomitem ex quadam consequentia, inquantum auget charitatem, quia sicut August. * dicit in lib. 83. Quæstionum, augmentum charitatis est diminutio cupiditatis. Directè autem confirmat cor hominis in bono, per quod etiam præseruatur homo à peccato.

* q. 36. paulo à princ. tom. 4.

### SVPER Q. XX. Aliàs 79. Art. VI.

150

4. di. 12. q. 2. ar. 2. q. 2. ad 1. & di. 45. q. 2. art. 3. q. 1. ad 3.

CONCL. 1. Hoc modo præseruatur aliquis à peccato futuro; quo præseruat corpus à morte futura.

¶ PROB. Quia peccatum est quædam spiritualis mors animæ.

¶ CONCL. 2. Eucharistiæ sacramentũ hominem à peccato præseruat dupliciter.

¶ PROB. Quia sacramentum hoc spirituale vitam hominis confirmat (vt patet ex eo; q̃ est spiritualis cibus, ac medicina); & omnem impugnationem dæmonum repellit (vt patet ex eo; quòd est speciale, præ cæteris, signũ passionis Christi, per quam victi sunt dæmones).

†art. 4. huius q. ad 3. 2. 2. q. 24.

1m minor. Quod nõ accideret, si hoc sacramẽtum præseruaret à peccatis futuris. ℞. Negatur. §. Non enim hoc accidit ex eo; q̃ hoc sacramentũ, quantum est de se, non præseruet à peccatis futuris: sed ex eò, q̃ homo post sumptionem etiam Eucharistiæ remanet liber ad bonũ & malum. Effectus. n. huius sacramẽti recipitur in homine &c. vt in tex. Ex cuius doctrina dic: q̃ illa minor sic rectificari debebat; Quod non accideret, si hoc sacramentum auferret ab homine possibilitatem peccãdi. Concederetur quidẽ minor sic rectificata: sed tamẽ nihil inde cõtra articulũ esset. Patet. n. & q̃ aliud est, præseruare, quantũ est ex parte sacramenti, à peccatis futuris; aliud uerò est, auferre homini possibilitatẽ peccandi; & q̃ secunda conclusio dixit solummodò illud primum.

2m minor. Charitas non videtur præseruare à peccatis futuris. ℞. Negatur. §. Loquẽdo. s. formaliter: hoc est, de charitate quantũ est ex virtute charitatis. Ad probationem dicitur: q̃ nõ probat negatum. Aliud enim est, q̃ ex mutabilitate liberi arbitrij hominis possit amitti charitas; aliud uerò est, q̃ ex parte charitatis proueniat, q̃ amitti possit: & primũ quidem dixit 2. 2. q. 24. art. 11. Secundum autẽ ibidem negauit. Sed & Apost. hoc ipsum negat (vt habes in tex.) dicẽdo Rom. 13. Dilectio proximi malũ nõ operatur. i. dil. prox. quantum est in se, præseruat à malo, s. à peccatis futuris. Vide ad primum.

3m de minori. Non ponitur effectus. ℞. Directus. §. i. ad quẽ directè ordinetur, hoc sacr. Tunc nihil &c.

Ad hoc

Ad hoc.n. ꝙ Eucharistia, ex hac etiam parte, præseruet à peccato, sufficit ꝙ mitigatio fomitis sit eius effectus indirectus, i. cōsequens ad aliquod ab hoc sacramento principaliter factum. Et uere sic est. Nam licet hoc sacramentum non ordinetur directè (vt facit baptismus, ex q. 10. art. 1. 2. 3. & 4. ad tertium) ad diminutionem fomitis; diminuit tamen &c. vt in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæreses narratas in art. 1. appen. pro quanto implicite negant: ꝙ Eucharistiæ sacramentum præseruet à peccatis futuris. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illas pro tanto: i. prout præseruationem talem negant, damnari meritò à Ioan. 6. hic est &c. vt cū expositione ponitur in arg. contr. Vbi etiā dic; ꝙ non potest exponi ly moriatur i. non cadat de facto in mortale peccatum: quoniam experientia reclamat, & arg. 1. Restat ergo, vt debeat necessariò exponi ly non moriatur i. non cadat, quantū est ex virtute manducati panis, in mortale peccatum. Hoc autem idem est, ac si expresse ibi dictum fuisset: Si quis ex pane ipso manducauerit, præseruabitur, quantū est ex ipsa manducatione, à peccatis futuris. Item à Cōcil. Trid. sess. 13. c. 2. de virtute huius sacramenti, dicente ly & a peccatis mortalibus præseruemur. Vide art. 4. appen. Item sic uniuersaliter, i. in quodam cōmuni, damnari ab eod. Concil. sess. ead. per hoc, quod ait can. 5. Si quis dixerit vel præcipuum fructum sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus prouenire; anathema sit. Hæc ibi. Quæ etiam stant pro multis articulis suprà, & maxime pro art. 1. & 2. Item a Concil. Florent. per hoc; ꝙ dicit, sacramentalem cibum facere in nobis omnē operationem spiritualiter; quam materialis cibus facit corporaliter. Vide art. 1. appen. Constat. n. ꝙ per uirtutē corporalis cibi homo præseruatur à morte corporali, & à multis infirmitatibus; quæ aliàs vel aduenirent, vel citiùs aduenirent homini; si non cibaretur. Itē ab Ecclesia, & quidem sæpius, per hoc: ꝙ in multis collectis post cōionem dicit. Sumpta sacramēta omnem prauitatem, & hostilē impugnationē visibilem & inuisibilem procul repellant. Vel. Mundet, & MVNIAT nos munus oblatum. Vel. Sit cōtra pericula firmamentū. Vel. Per hæc contra omnia aduersa muniamur. Vel Contra omnes aduersos tueantur incursus. Vel aliquid aliud simile. Quæ omnia valdè concludunt intentū: quoniam principaliter intelliguntur de peccatis futuris. Tertiò uides: quomodo ex ijs benè pensatis, & applicatis, doctr. præsens Ang. vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

*Sot. 4. s. d. 11. q. 2. ar. 7.*
*Gabr. 4. d. 12. quæst. 2.*

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum hoc sacramentum prosit aliis, quàm sumentibus.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ hoc sacramentū nō prosit nisi sumenti. Hoc. n. sacramentum est vnius generis cū aliis sacramentis; vtpotè aliis condiuisum, sed alia sacra non prosunt nisi sumentibus, sicut effectū baptismi non suscipit nisi baptizatus. ergo nec hoc sacramētum prodest alis nisi sumenti.

¶ 2 Præt. Effectus huius sacramenti est adeptio gratię, & glorię, & remissio culpæ ad minus venialis. si ergo hoc sacramentum haberet effectum in aliis, quàm in sumentibus, posset contingere, ꝙ aliquis adipisceretur, & gratiam, & gloriam, & remissionem culpæ, absque actione, & passione propria, alio sumente, vel offerente hoc sacramentum.

¶ 3 Præt. Multiplicata causa, multiplicatur effectus. si ergo hoc sacramentum prodesset aliis, quàm sumentibus, sequeretur quòd magis prodesset alicui, si multi sumerēt hoc sacramentum, multis hostiis in vna missa consecratis, quod nō habet ecclesiæ consuetudo, vt s. multi cōicent pro alicuius salute. non ergo videt' ꝙ hoc sacramentū prosit nisi sumenti.

SED CONTRA est, ꝙ in celebratione huius sacramenti fit pro multis aliis deprecatio, quod frustra fieret, nisi hoc sacramentum aliis prodesset. hoc ergo sacramentum non solum sumentibus prodest.

RESP. Dicendū, ꝙ (sicut prius* dictū est) hoc sacramentum non solum est sacramentū, sed etiam est sacrificium: inquantū. n. in hoc sacramento repræsentatur passio Christi, qua Christus obtulit se hostiam Deo (vt dicitur Eph. 5.) habet rationē sacrificii, inquantū verò in hoc sacramento traditur inuisibilis gratia sub visibili specie, habet rationem sacramenti. sic ergo hoc sacramentum sumentibus quidē prodest, & per modum sacramenti, & per modū sacrificii: quia pro omnibus sumentibus offertur: dr̄. n. in canone missę, quotquot ex hac altaris participatione, sacrosanctū filii tui corpus, & sanguinē sūpserimus, omni benedictione cęlesti, & gratia repleamur, sed aliis, qui non sumūt, prodest per modum sacrificii, inquantum pro salutē eorū offertur: vnde & in canone missę dr̄: Memento Dn̄e famulorum famularumq; tuarum, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt, hoc sacrificium laudis, pro se, suisque omnibus, pro redemptione animarū suarum, pro spe salutis, & incolumitatis suæ, & vtrumque modum proficiēdi Dominus expressit, dicens Matt. 26. & Luc. 25. Qui pro vobis, s. sumentibus, & pro multis, s. aliis, effundetur in remissionem peccatorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hoc sacramentum præ aliis habet, quod est sacrificium; & ideo non est similis ratio.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sicut passio Christi prodest quidem omnibus, quantum ad sufficientiā, & ad remissionem culpæ, & adeptionē gratiæ, & gloriæ: sed effectum non habet nisi in illis, qui passioni Christi coniunguntur per fidem, & charitatem: ita & hoc sacrificium, quod est memoriale dominicæ passionis, non habet effectum nisi in illis, qui coniunguntur huic sacramēto per fidem, & charitatem: vnde & August.* dicit ad Renatum, Quis offerat corpus Christi nisi pro his, qui sunt membra Christi? vnde & in canone missæ non oratur pro his qui sunt extra ecclesiam; illis tamen prodest plus, vel minus, secundum modum deuotionis eorum.

* In lib. de anima, & eius origine, c. 9. t. 7.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ sumptio pertinet ad rationē sacramenti, sed oblatio pertinet ad rationem sacrificii. Et ideo ex hoc ꝙ aliquis sumit corpus Christi, vel etiam plures, nō accrescit aliis aliquod iuuamētum. Similiter et ex hoc, ꝙ sacerdos plures hostias cōsecrat in vna missa, non multiplicatur effectus huius sacramēti; quia non est nisi vnum sacrificium: nihil. n. plus est virtutis in multis hostiis consecratis, q̄ in vna, cum sub omnibus, & sub vna non sit nisi totus Christus; vnde nec si aliquis simul in vna missa multas hostias cōsecratas sumat, participabit maiorem effectū sacramenti. In pluribus verò missis multiplicatur sacrificii oblatio; & ideo multiplicatur effectus sacrificii, & sacramenti.

ARTI-

---

SVPER Q. XX. Aliàs 79. Art. VII.

151 Sup. q. 78. art. 3. ad 8. Et pāti q. 2. 5. cor. Et 4. d. 12. q. 2. a. 2. q. 2. ad 4. Et d. 45. q. 2. ar. 3. q. 1. ad 3. Et cn. 6. lec. 6. fin.

CONCL. 1. Sacramētū Eucharistię sumentib. quidē prodest; per modum sacramēti, & p modū sacrificij.

¶ PROB. Quia Eucharistiæ sacramentum pro omnib. sumentibus offertur (vt patet); oēsq; dignè sumentes benedictione cęlesti per gratiā replentur (vt patet in canone Missæ): & primū horum importat modū sacrificij, secundū autē modū sacramenti (vt ex declaratis in principio tex. corporis patet).

¶ CONCL. 2. Sacramentū Eucharistię alijs, qui nō sumunt, prodest per modum sacrificij; inquantum pro salute eorum offertur.

¶ PROB. Quia hoc patet in canone Missæ; ly Memento &c. vsque ad ly incolumitatis suæ.

¶ COROLL. Ergo & prædicta concordant cū forma verborū Christi pósita Matt. 26. & vicissim forma ipsa declarat sensum prædictorum.

1m maior. Hoc sacramentū est unius generis cū alijs sacramentis. R. Et pręc alijs habet; ꝙ est sacrificium. §. Tunc &c. vt patet. Ex hoc responso applicato ad materiā, s. ꝙ ideò prodest alijs, quia est sacrificium, constat quòd meritò illa positio reputaretur pro hæresi, quæ diceret, hoc sacramentum prodesse tantùm sumenti: quia hæc redit in idem, ac si negaret, hoc sacramentum esse sacrificium. Id quod est manifesta hæresis: vt patet ex Cōcil. Trid. adducto suprà art. 5. appen.

* art. 5. huius q.

Secun-

2m illatio conclusionis. Si ergo hoc &c. R. Negatur illatio. §. Nā sicut passio Christi prodest quidē omnibus quantū ad sufficientiam (.i. quantum est de se, est sufficiēs ad hoc; vt prosit omnibus) & ad remissionē culpæ & adeptionē gratiæ &c: vt in tex. Ex quo patet illud antecedens debere sic glossari: Effectus huius sacramenti, quantū est ex parte sufficientiæ sacramēti, est adeptio gratiæ, & gloriæ, & remissio culpæ ad minus venialis. Et tunc nihil sequitur contrà: sed dicitur, vt in textu. Quem valdè notēt omnes: maximeq; contra hæreticorum inanem fiduciā; cōtra quam & loquitur sæpè Concilium Trid. speciatim uerò sess. 6. cap. 9.

3m de concl. 1. Sequeretur, quòd magis prodesset alicui; si sumeret

Notēt omnes & contra hæreticos.

ſumeret hoc ſacramentum in multis. ℞. Negatur ſequela. §. Non enim ſumptio pertinet ad rationem ſacrificij; ſed oblatio. Vnde ex hoc, quòd aliquis ſumit corpus Chriſti &c. vt in textu. Ex quo dic: quòd ſequela, vt tanquàm vera abſque præiudicio articuli concedatur, eſt ſic rectificanda; ſequeretur, quòd magis prodeſſet alicui; ſi faceret plures Miſſas pro ſe dici, vel etiam ſi plures Miſſæ pro eo dicerentur.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationē interimas hęreſes narratas in art. 1 appen. & quidem à fortiori. Nam qui non ſolùm ſumentibus, ſed etiam non ſumentibus, prodeſſe Euchariſtiam, monſtrat (vt facit iſte articulus): et & conuincit, & abundanter conuincit, de falſitate dicentes; quòd Euchariſtiæ ſacramentum nihil prodeſt. Secundo habes: quomodo per rationem oſtēdas, illas 2 meritò damnari à Concilio Trid. ſeſſ. 22. can. 3. vt adducitur art. 5. appen. Ibi. n. anathematizat ad literam dicētes; ꝙ Euchariſtia prodeſt ſolū ſumenti. Per hoc etiam, ꝙ dicit, Euchariſtiā eſſe ſacrificiū (vt patet ibid. multis in locis) patet; ꝙ neceſſario virtualiter dicit: ipſam prodeſſe etiā alijs non ſumentibus, pro quibus offertur (vt patet ex dictis ſuper reſp. ad primum): id quod eſt, dānare pro hæreſib. omnes poſitiones contrarias. Item à tota Eccleſia ſolēniter ſactis ipſis damnari per hoc: ꝙ in Miſſa, vbi offertur hoc Euchariſtiæ ſacramentū, orare facit ſacerdotem pro alijs non ſolū uiuis, ſed etiā defunctis (vt patet in Canone Miſſæ). Cùm n. nihil vanum ab Eccleſia ſtatuatur (vt alibi dicit ſanctus Doctor, & annotauimus) procul dubio ex factis prædictis monſtratur aperte: ꝙ de mente Eccleſiæ eſt docere hoc eſſe verum, ſ. quòd ſacrificium Euchariſtiæ prodeſt etiam non ſumentibus, quamuis eſſent mortui. Tertiò vides: 3 quomodo ex ijs benè penſatis & applicatis, doctrina præſens Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur.

---

In 4. ſ. d. 11. q. 2. ar. 8.

# ARTICVLVS VIII.

*Vtrum per veniale peccatum impediatur effectus huius ſacramenti.*

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur ꝙ per veniale peccatum non impediatur effectus huius ſacramenti. Dicit. n. Auguſt.* ſuper illud Io. 6. Patres veſtri manducauerunt manna, &c. Panem cœleſtē ſpiritualiter manducate, innocentiā ad altare portate, peccata etſi ſunt quotidiana, non ſint mortifera. Ex quo patet, ꝙ venialia peccata, quæ quotidiana dicuntur, & ſpiritualē manducationem non impediunt: ſed ſpiritualiter manducantes, effectum huius ſacramenti percipiunt. ergo peccata venialia non impediunt effectum huius ſacramenti.

¶ 2 Præt. Hoc ſacramentū non eſt minoris virtutis, ꝙ̄ baptiſmus: ſed effectum baptiſmi (ſicut ſ. dictum † eſt) impedit ſola fictio, ad quā non pertinent peccata venialia: quia ſicut Sap. 1. dicitur, Spiritusſanctus diſciplinę effugiet fictum: qui tamen per peccata venialia non fugatur. ergo neque effectum huius ſacramēti impediunt peccata venialia.

¶ 3 Præt. Nihil quod remouetur per actionē alicuius cauſæ, poteſt impedire eius effectū: ſed peccata venialia tolluntur per hoc ſacramentum. ergo non impediunt effectum.

SED CONTRA eſt, ꝙ Damaſ.* dicit in 4. lib. Ignis eius, quod in nobis eſt, deſiderii, aſſumens eam, quæ ex carbone, i. ex hoc ſacramēto, ignitionem, comburat noſtra peccata, & illuminet corda noſtra, vt participatione diuini ignis igniamur, & deificemur: ſed ignis noſtri deſiderii, vel amoris impedit per peccata venialia, quæ impediunt feruorem charitatis, vt in ſecunda parte * habitū eſt. ergo peccata venialia impediunt effectum huius ſacramenti.

RESP. Dicendum, ꝙ peccata venialia dupliciter accipi poſſunt: vno modo, prout ſunt præterita; alio modo, prout ſunt actu exercita. Primo quidem modo, peccata venialia nullo modo impediunt effectum huius ſacramenti. Poteſt enim contingere, quòd aliquis poſt multa peccata venialia commiſſa, deuotē accedat ad hoc ſacramentum, & plenariè huius ſacramenti conſequatur effectum. Secundo autē modo, peccata venialia non ex toto impediunt huius ſacramenti effectum, ſed in parte. Dictum eſt * enim, ꝙ effectus huius ſacramenti non ſolùm eſt adeptio habitualis gratiæ, vel charitatis, ſed etiam quædam actualis refectio ſpiritualis dulcedinis, quę quidem impeditur, ſi aliquis accedat ad hoc ſacramētum, per peccata venialia mente diſtractus: non autem tollitur augmentum habitualis gratiæ, vel charitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ille, qui cum actu venialis peccati ad ſacramentum accedit, habitualiter quidem manducat ſpiritualiter, ſed non actualiter. Et ideo habitualem effectum huius ſacramenti percipit, non autem actualem.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ baptiſmus non ita ordinatur ad actualem effectum. i. feruorem charitatis, ſicut hoc ſacramentum. Nam baptiſmus eſt ſpiritualis regeneratio, per quam acquiritur prima perfectio, quæ eſt habitus, vel formæ; hoc autem ſacramentum eſt ſpiritualis manducatio, quę habet actualem delectationem.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ illa ratio procedit de venialibus pręteritis, quæ per hoc ſacramentum tolluntur.

Marginal notes: * Trac. 26. in Ioā. poſt med. to. 9. — † q. 69. artic. 9. — * li. 4 orth. fid. cap. 14. à med. — * 2. 2. q. 81. a. 4. Et 2. 2. q. 24. ar. 10 — * ar. 1. & 2. huius q.

SVPER Q. XX. Aliàs 79. Art. VIII.

152 4. d. 12. q. 2. 2. 1. q. 3. Et 2. 2. q. 1. ad 2.

CONCL. 1. Peccata venialia, vt præterita, nō impediūt effectū ſacramenti Euchariſtię.

¶ PROB. Quia poteſt contingere, ꝙ aliquis poſt multa &c. vt in tex. vſque ad ly conſequatur effectum.

¶ CONCL. 2. Peccata venialia, vt actu exercita, impediunt in parte effectū ſacramenti Euchariſtię; ſed nō in toto.

¶ PROB. Quia talia peccata, vt ſic accepta, mentē diſtrahunt (vt patet: & homo, vt mente diſtractus, impeditur à quodā ſacramēti huius effectu, ſ. à quadā experimētali refectione dulcedinis ſpiritualis (vt patet ex terminis). Secunda aūt pars, ſ. ſed nō &c. probatur: Quia per huiuſmodi peccata nō tollitur effectus iſte, ſ. augmētum gratiæ habitualis, ſeu charitatis.

1^m^ minor. Spiritualiter manducantes effectum huius ſacri percipiant. ℞. Eo modo, quo mādu cāt ſpiritualiter. §. Si n. manducant ſpiritualiter actualiter, i. ſine diſtractione mentis, ſed cum actuali deuotione; tunc percipiunt huius ſacramenti effectū actualē, i. quandam experimentalem refectionē ſpiritualis dulcedinis: ſi autem manducant ſpiritualiter habitualiter tantū, i. in gratia quidē exiſtentes, ſed cum mentali diſtractione; tunc percipiunt huius ſacramēti effectū habitualem ſolū. i. augmentum habitualis gratiæ. Adeò quòd primi ab Euchariſtiæ manducatione reportāt utilitatem duplicem, ſ. augmentum illud habituale, & illud experimentum ſuauitatis: ſecundi uerò ſimplicem, ſ. augmentum illud. Tunc nihil &c. vt patet ex articuli concluſionibus.

2^m^ illatio concluſionis. Ergo neque effectū &c. ℞. Negat illatio. §. Baptiſmus enim non ita ordinat ad &c. vt in tex. Ex quo dic; ꝙ in argumento miſcebatur fallacia ſecundū non cauſam, vt cauſam. Nam cauſa vera, ꝙ à venialibus peccatis poſſit impediri effectus prædictus ſacramenti Euchariſtiæ, eſt iſta, ſ. ꝙ Euchariſtia ordinatur ad actualē delectationem: non autē eſt illa, quam argumentum prætextu concludendi oppoſitum putabat, ſ. ꝙ Euchariſtia ſit minoris virtutis, quàm ſacramētum baptiſmi.

3^m^ maior. Nihil, quod remouetur per actionē alicuius cauſæ, pōt impedire eius effectum. ℞. Secundum ꝙ remouet per illius cauſæ actionē. §. Tunc nihil &c. Nam peccatum veniale, ſecundùm ꝙ non remouetur per hoc ſacramentum, quod quidem eſt peccatum vt actu exercitum, impedit huius ſacramēti effectum: non autem, ſm ꝙ remouetur, quod eſt veniale ut pręteritū. Vnde cùm ratio illa. i. argumentū illud procedat de uenialib. præteritis (vt in tex. dicitur); & cōcluſio ſecūda articuli, quæ impetit, loquatur tātùm de uenialibus in mēte actualiter tempore effectus percipiendi exercitis: patet, ꝙ argumentum ipſum nō tantum non infringit, ſed nec attingit ſenſum concluſionis illius.

## APPENDIX.

Vtilita pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem oſtēdas, & rectè intelligas, meritò eſſe inſinuatū à ſcripturis, & Damaſceno; ꝙ peccata venialia impediunt effectū ſacramēti Euchariſtiæ in nobis. A Damaſceno quidem; vt cū diſcurſu applicatiuo ponit in arg. contr. A ſcripturis uerò per hoc; quòd quaſi per ſimilitudinem propoſiti huius dicitur Eccle. 10. Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti. Sicut enim muſcæ, quæ cadentes moriuntur in unguentis dulcibus confectis ab apothecarijs, perdunt, i. impediunt ipſorum vnguentorum ſuauitatem (vt patet ad ſenſum): ita peccata venialia in homine morientia, i. menti hominis in actu exercito adhærentia, impediunt ſuauitatem Euchariſtiæ, i. faciunt, quòd ab illius hominis mente talis ſuauitas non ſentitur

Quandoquidem intùs existens prohibet extraneum, i. sibi dissimile; qualis est illa spiritualis dulcedo: quæ feruorem actualem charitatis requirit, cui feruori contrariatur peccatum veniale, artic.4.ad primum. Et bene per muscas denotauit scriptura venialia peccata; quoniam sicut musca est paruum animal, ita ueniale est paruum peccatum, 1.2. quæst. 88. artic. 1. item quæst. 89. artic.2. Cęterùm, quòd actualis deuotio (vt hinc indubitanter colligitur) ad sentiendum hunc suauitatis effectum de necessitate requiratur; & quomodo procuranda sit, vt actualiter habeatur, ac ne tanto bono.i. dulcedine illa spirituali, priuemur: vide Veritates aureas super totam legem veterem, Genes.49. concl. 2. & Leuitic 21. concl.7.8. cuius conclusionis octauæ appendicem semper intellige conformiter ad præsentem sancti Doctoris articulum, i. q illa necessitas deuotionis actualis requiritur non quidem ad vitandum mortale peccatum, sed ad taliter gustandum quàm suauis est Dominus. Vide & easdem Veritates, Leuit.22. concl.2. in examinibus. Secundò vides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

*Alb. Mag. 4. d. 9. ar. 1.*
*Sot. 4. s. d. 12. q. 1. ar. 1.*

SVPER Q. XXI. Aliàs 80. Art. 1.

CONCL. Sacramentalis manducatio, p quam sumitur solũ sacramentum sine effectu ipsius, diuiditur contra spiritualem manducationem, per quam quis percipit etiam effectum huius sacramenti.

¶ PROB. Quia illa sacramẽtalis manducatio est imperfecta respectu spiritualis pdictæ manducationis (vt patet): & omne imperfectum diuiditur contra perfectum (vt declaratur in ad secundum).

1^m minor. Circa baptismum non distinguit duplex modus sumendi, s. sacramentalis, & spiritualis. ℞. Negat. §. Magis tamen expresse in sacramento Eucharistiæ distinguitur modus, i. vsus, sacramentalis à spirituali; quàm in baptismo, alijsq; sacramentis propter illa, quæ dicuntur in tex.

2^m maior. Ea, quorum vnum est propter alterum, non debent ab inuicẽ diuidi. ℞. Quando illud vnum pertingit ad alterum. §. Tunc nihil &c. Nam sacramentalis manducatio, quæ pertingit &c. vt in tex. Ex quo patet: q in vniuersum sunt tres modi manducandi Christum: licet duo tantum ab inuicem distinguantur, vt dixit conclusio.

3^m minor. Videt: q nullus possit mãducare spiritualiter, nisi et sacramenta-

## QVÆST. XXI. Aliàs 80.

*De vsu, seu sumptione huius sacramenti in communi, in duodecim articulos diuisa.*

DEINDE considerandũ est de vsu, siue sumptione huius sacramenti. Et primo quidem, in cõmuni. Secundo, quomodo Christus est vsus hoc sacro.

CIRCA primum quæruntur duodecim.

¶ Primò, Vtrum sint duo modi manducandi hoc sacramentum, s. sacramentaliter, & spiritualiter.

¶ Secundò, Vtrum soli homini conueniat manducare spiritualiter hoc sacramentum.

¶ Tertiò, Vtrum solius hominis iusti sit manducare sacramẽtaliter.

¶ Quartò, Vtrum peccator manducans sacramentaliter, peccet.

¶ Quintò, De q̃titate huius peccati.

¶ Sextò, Vtrum peccator accedẽs ad hoc sacramentum sit repellẽdus.

¶ Septimò, Vtrum nocturna pollutio impediat hominem à sumptione huius sacramenti.

¶ Octauò, Vtrum sit solum à ieiunis sumendum.

¶ Nonò, Vtrum sit exhibẽdum non habentibus vsum rationis.

¶ Decimò, Vtrum sit quotidie sumendum.

¶ Vndecimò, Vtrum liceat omnino abstinere.

¶ Duodecimò, Vtrum liceat percipere corpus sine sanguine.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum distingui debeant duo modi manducandi corpus Christi.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non debeãt distingui duo modi manducandi corpus Christi, scilicet sacramentaliter, & spiritualiter: sicut enim baptismus est spiritualis regeneratio, secũdùm illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusancto, &c. ita etiam sacramentũ est spiritualis cibus: vnde Dominus de hoc sacramẽto loquens, dicit Ioan. 6. Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt: sed circa baptismum non distinguitur duplex modus sumendi, scilicet sacramentalis, & spiritualis. ergo neque circa hoc sacramentum debet hæc distinctio adhiberi.

153 Inf. ar. 2. & 3 cor. Et 4. d. 9. a. 1. q. 1. ad 1. & q. 1. p tot. Et Io. 6. lec. 7. Et 1. co. 11. lect. 7. 8. Et opp. 58. c. 17. 18. 19. & 20.

¶ 2 Præt. Ea, quorũ vnum est propter alterũ, non debent abinuicẽ diuidi, quia vnum ab alio speciem trahit: sed sacr̃alis mãducatio ordinatur ad spiritualẽ, sicut ad finem. non ergo debet sacramentalis manducatio contra spiritualem diuidi.

¶ 3 Præt. Ea, quorum vnum non potest esse sine altero, non debent contra se diuidi, sed videtur quòd nullus possit manducare spiritualiter, nisi etiam sacramentaliter manducet, alioquin antiqui Patres hoc sacramentum spiritualiter manducassent, frustra etiam esset sacramentalis manducatio, si sine ea spiritualis esse posset. non igitur conuenienter distinguitur circa hoc sacramentum duplex manducatio, scilicet sacramentalis, & spiritualis.

SED CONTRA, quòd super illud 1. Cor. 11. Qui manducat, & bibit indignè, &c. dicit gl.* Duos dicimus esse modos manducandi: vnum sacramentalem, & alium spiritualem.

* Glo. ord. ibi.

RESP. Dicendum, q in sumptione huius sacramẽti duo sunt consideranda, s. ipsum sacramentum, & effectus ipsius, de quorum vtroque iam suprà * dictum est. Perfectus igitur modus sumendi hoc sacramentum, est, quando aliquis ita hoc sacramentum suscipit, q percipit eius effectum, contingit autem quandoque (sicut suprà dictum * est) q aliquis impeditur à percipiendo effectu huius sacramenti: & talis sumptio huius sacramenti est imperfecta. Sicut igitur perfectum contra imperfectum diuiditur, ita sacramentalis manducatio, per quam sumitur solũ sacramentum sine effectu ipsius, diuiditur contra spiritualem manducationem: per quã quis percipit effectum huius sacramenti, quo spiritualiter homo Christo coniungitur per fidem, & charitatem.

* q. præc.
* q. præce. ar. 3. 7. & 8.

AD TERTIVM ergo dicendum, q etiã circa baptismũ, & alia huiusmodi sacramenta similis distinctio adhibetur: nam quidã suscipiunt tantum sacramentum, quidã verò sacramentũ, & rem sacramenti. In hoc tamen differunt: quia cum alia sacramenta perficiantur in vsu materiæ, percipere sacramentũ, est ipsa perfectio sacramenti: hoc autem sacramentum perficitur in consecratione materiæ: & ideo vterq; vsus est consequens hoc sacramentum. In baptismo etiam, & alijs sacramentis characterem imprimentibus, illi, qui accipiunt sacramentum, recipiunt aliquem spiritualem effectum, s. characterem, quod non accidit in hoc sacramento. Et ideo, magis in hoc sacramento distinguitur vsus sacramentalis à spirituali, quàm in baptismo.

AD SECVNDVM dicendum, q sacramentalis manducatio, quæ pertingit ad spiritualem, non diuiditur contra spiritualem, sed includitur ab ea: sed illa sacramentalis manducatio contra spiritualem diuiditur, quæ effectum non consequitur: sicut imperfectum quod non pertingit ad perfectionem speciei, diuiditur contra perfectum.

AD TERTIVM dicendum, q (sicut s. dictum * est) effectus sacramenti potest ab aliquo percipi, si sacramentũ habeat in voto, quamuis non accipiat in re. Et ideo, sicut aliqui baptizantur in baptismo flaminis propter desideriũ baptismi, antequàm baptizentur baptismo aquæ; ita etiam aliqui manducant spiritualiter hoc sacramentũ, antequàm sacramentaliter sumant: sed hoc contingit dupliciter: vno modo propter desideriũ sumendi ipsum sacramentum, & hoc modo dicuntur baptizari, & manducare spiritualiter, & non sacramentaliter, illi qui desiderant sumere hæc sacramenta iam instituta: alio modo propter figuram, sicut dicit Apostolus 1. Cor. 10. Quòd antiqui Patres baptizati sunt in nube, & in mari, & q spiritualem escam manducauerunt, & spiritualem potum biberunt: nec tamen frustra adhibetur sacramentalis manducatio: quia plenius inducit sacramenti effectum ipsa sacramenti susceptio, quàm solum desiderium: sicut suprà circa baptismum dictum * est.

* q. 66. art. 11. q. 68. artic. 2. q. 73. art. 3.
* q. 69. ar. 4. ad 2. & q. 66. art. 11. & 12.

ARTI-

mentaliter manducet. ℞. Negatur. §. Nam effectus sacramenti potest ab aliquo percipi, si &c. vt in tex. Ex quo etiam patet: quòd illæ probationes minoris prædictæ non probant intentum. Conceditur enim illud dictum de antiquis patribus: & negatur illud de frustrà.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationē interimas hęreses Ludouici Alemani dicentis: quod in Eucharistia nobis nulla datur ad edendum, aut bibendum substantia corporis, aut sanguinis Christi. Et addentis: Hanc manducationem corporis & sanguinis Christi spiritualem tantùm esse, contendimus. Et adhuc magis hæreticè euomentis: quòd hoc totum, s. manducari corpus Christi, & dari eius substantiam, est imaginarium; & repugnat Dei verbo. Neque verò facit, quod prædictis suis positionibus non neget hos duos modos manducandi Christum, altera sua hæresis dicens: Christi substantiale corpus, licet ipse à suis fidelibus non sit absens, non esse præsens in hac cęna. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illas meritò damnari à Concilio Trid. sess. 13. cap. 8. Quo ad vsum autem rectè, & sapienter, Patres nostri tres rationes hoc sanctum sacramentum accipiendi distinxerunt. Quosdam enim docuerunt sacramentaliter dumtaxat id sumere; vt peccatores: alios tantùm spiritualiter; illos nimirum, qui voto propositum illum cęlestem panem edentes fide uiua, quæ per dilectionem operatur, fructum eius & vtilitatem sentiunt: tertios porrò sacramentaliter simul & spiritualiter; hi autem sunt, qui ita se priùs probant & instruunt, vt uestem nuptialem induti ad diuinam hanc mensam accedant. Hæc ibi. Et can. 8. Si quis dixerit: Christum in Eucharistia exhibitum spiritualiter tantùm manducari, & non etiam sacramentaliter, & realiter; anathema sit. Hæc ibi. Item meritò damnari posse à dictis suprà articulorum num. 115. 123. cum Elucidat. Item à Diuo Augustino: Quid est; Christum manducare? Non hoc est solùm in sacramento corpus eius accipere. Multi enim indignè accipiunt: de quibus ait Apostolus; Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Sed quomodo manducandus est Christus? Quomodo ipse dixit: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Hæc ille; quæ recitantur, de consecrat. distinc. 2. Vnde patet. quod & Apostolus, & Christus, docuerunt hos duos modos manducandi; sacramentaliter tantùm (vt Apostolus) sacramentaliter & spiritualiter simul (vt Christus). In quibus duobus modis intelligitur (vt patet discurrenti) & alius, s. spiritualiter tantùm. Item à Beato Cypriano subtiliter duo modi prædictorum ponuntur in sermone de cœna Domin. atque ideò hæreses prænarratæ damnantur, his verbis: Sacramenta quidem, quantum in se est, sine propria esse virtute non possunt; nec vllo modo diuina se absentat Maiestas mysterijs: Sed quamuis, ab indignis se sumi vel contingi, sacramenta permittant; non possunt tamen spiritus esse participes, quorum infidelitas, vel indignitas tantæ sanctitudini contradicit. Hæc ibi. Tertiò vides: quomodo ex ijs benè pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 3

---

## ARTICVLVS II.

### *Vtrum solius hominis sit hoc sacramentum spiritualiter sumere.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd nō solius hominis sit hoc sacramentum spiritualiter sumere, sed etiam angelorum: quia super illud Psal. 77. Panem angelorum manducauit homo, dicit glossa, i. corpus Christi, qui est verè cibus angelorum: sed hoc non esset, si angeli spiritualiter Christum non manducarent. ergo angeli spiritualiter Christum manducant.

¶ 2 Præt. August.† dicit super Ioan. Hunc cibum, & potum societatem vult intelligi corporis, & membrorū suorum, quæ * est ecclesia in prædestinatis: sed ad istam societatem non solùm pertinent homines, sed etiam sancti angeli. ergo sancti angeli spiritualiter manducant.

¶ 3 Præt. August. * in lib. de verbis Domini dicit, Spiritualiter manducandus est Christus, quoniā ipse dicit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinē, in me manet, & ego in eo: sed hoc cōuenit non solùm hominibus, sed & sanctis angelis: in quibus per charitatē est Christus, & ipsi in eo. ergo videtur quòd spiritualiter manducare, non solum sit hominum, sed etiam angelorum.

SED CONTRA est, quòd Aug.† dicit super Io. Panem de altari spiritualiter manducate, innocentiam ad altare portate: sed angelorum non est accedere ad altare, tanquàm aliquid inde sumpturi. ergo angelorum non est spiritualiter manducare.

RESP. Dicendum, quòd in hoc sacro continetur ipse Christus: non quidē in specie propria, sed in specie sacramenti. Dupliciter ergo cōtingit manducare spiritualiter ipsum Christū: vno modo, prout in specie propria consistit: & hoc modo angeli mãducant spiritualiter ipsum Christū, inquantum ei vniuntur fruitione charitatis perfectæ, & visione manifesta (quem panē expectamus in patria) non per fidē, sicut nos ei hic vnimur: alio modo contingit spiritualr manducare Christum, prout est sub speciebus huius sacramenti, inquantum. s. aliquis credit in Christum cū desiderio sumendi hoc sacramētum, quod non cōpetit angelis. Et ideo licèt angeli spiritualiter manducent Christum: non tñ conuenit eis spiritualiter manducare hoc sacramentū.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sumptio Christi sub hoc sacramēto, ordinatur sicut ad finem ad fruitionem patriæ, qua angeli eo fruunt. Et quia ea, quæ sunt ad finem, deriuantur à fine, inde est, quòd ista manducatio Christi, qua eum sumimus sub sacramēto, quodammodo deriuatur ab illa manducatione, qua angeli fruuntur Christo in patria. Et ideo dicitur homo manducare panem angelorum, quia primò, & principaliter est angelorum, qui eo fruuntur in specie propria: secundariò autem est hominum, qui Christum sub sacramento accipiunt.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ad societatem corporis mystici pertinent quidem, & homines, & angeli, sed homines per fidem, angeli autem per manifestam visionem: sacramenta autem proportionãtur fidei, per quam veritas videtur in speculo, & in ænigmate. Et ideo propriè loquendo, non angelis, sed hominibus conuenit manducare spiritualiter hoc sacramentum.

AD TERTIVM dicendum, quòd Christus manet in hominibus secundùm præsentem statum per fidem, sed in angelis beatis est per manifestam visionem, & ideo non est simile, sicut dictum * est.

Marginalia: † Trac. 26. in Io. to. 9. — * Aliàs, quæ — * in lib. de verbis Domini — † Trac. 26. in Io. parū post med. to. 9. refert de cōs. d. 2. ca. Panem de altari. — * In solutione præc. arg. 1. & 2. in illo art.

---

Sot. 4. s. d. 12. q. 1. ar. 2.

### SVPER Q. XXI. Aliàs 80. Art. II.

154 — 4. d. 9. ar. 2. q. 3. & 5. & 1. Cor. 22. lec. 7.

COncl. Angeli spiritualiter manducant Christum, prout in sua specie consistit: sed non conuenit eis spiritualiter mãducare Eucharistiæ sacramentum.

¶ PROB. Quia Angeli vniuntur Christo visione manifesta, fruitione que charitatis perfectæ (vt patet ex 1. q. 62. art. 8.): & hoc est manducare spiritualr Christum, prout in sua specie consistit. Secunda verò pars, s. sed non &c. probatur: Quia Angelis non competit credere in Christum, prout est sub speciebus sacramēti Eucharistiæ, cum desiderio sumendi hoc sacramentum (vt patet ex prima cathegorica probationis primæ partis conclusionis primæ): & hoc, s. taliter in Christū credere cum tali desiderio, est spiritualiter manducare Eucharistiæ sacramentum; seu (quod in idem redit) est spiritualiter mãducare Christum in sacramēto illo.

1ᵐ ex Glossa. Christi, qui. ℞. In propria specie cōsideratus. §. Tūc nihil &c. Non. n. ex hoc, quòd Christus vt in propria specie consistens, est uere cibus Angelorū, sequitur; quòd ipsi spiritualiter manducent eū in hoc sacramēto (vt patet ex cōcl. articuli): quàuis ex eo sequatur, quòd spiritualiter manducare Christū in hoc sacramento deriuetur ab illa manducatione Angelorum (vt declaratur in tex.)

2ᵐ minor. Ad istā societatem non solùm pertinent homines, sed etiam sancti Angeli. ℞. Diuersimodè tamen. §. Nam ad societatē corporis mystici &c. vt in textu. Tunc nihil &c. vt patet ibidem.

3ᵐ minor. Hoc conuenit non solùm hominibus, sed etiā Angelis. ℞. Diuersimodè tamen. §. Christus enim manet in hominibus secūdùm præsentem statum per fidem formatam: (sic nãque intelligitur illud Euangelij) sed in Angelis beatis &cæt. vt in textu. Tunc nihil &c. vt de se, & ex articuli conclusione, patet.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum ab Augustino & Cypriano: quòd Angelis non conuenit spiritualr manducare sacramentū Eucharistiæ; & consequenter, quod hoc solius hominis est. A Beato August. quidem. vt cum adaptatione discursiua ponitur in arg. contr.

Vbi

Vbi ex ly Angel. non est aceed. ad alt. tāquàm aliquid indè sumpturi, nota per hoc à D. Thoma uirtualiter, quasi per locū ab oppositis significari: ꝙ in ly innocentiā ad altare portate, subintelligitur hoc, s. tāquàm aliquid uos homines inde sumpturi. Ac si aperte hominibus dixisset August. Innocentiā ad altare portate: vt ex altari panem sacramentalē comedendo, aliquid utilitatis reporteris. Quod uerò sit illud inde reportandum; &, ut inde reportetur, priùs totis cordiū suspirijs desiderandum; iam patuit q. 20. art. 1.2.3.4.5.6.8. ita ꝙ ex illius quæstionis doctrina dicamus. Innocentiam ad altare portantes, inde sumpturi sunt, & ut pleniùs sumant, debent summe desiderare, Gratiam; Gloriæ meritum, suoq; tempore consecutionem; Peccatorum mortalium inculpabiliter oblitorum, cum agnitorum suppleta contritione, remissionem; Venialium, etiā omnium, quibus actu exercito non inhęretur (art. 8.) condonationem; Pęnæ, iuxta deuotionis mensuram, relaxationem; A peccatis futuris præseruationem; &, nisi mens actualiter distrahatur, experimentalem saporis spiritualis dulcedinem. Porrò (ut ad textum argum. contr. propiùs reuertamur) prudentibus quibuscumque patet: ꝙ Angelorum non est ad alt. acced. tanquàm aliquid, istarū septem utilitatum, indè sumpturi. Iam.n. beatitudine plena fruuntur; nec proficere ultrà possunt, 1. q. 62. art. 8. 9. A B. Cypriano autem idipsum in principio dictum insinuatur per hoc; quod in serm. de cęna Domini dicit. Panem Angelorum sub sacramento manducamus in terris, eundem sine sacramento manifestiùs edemus in cęlis: quando consummato sacerdotio nostro erit, & permanebit perpetua & stabilis, implens & reficiens nos sufficientia: qua proferet se palàm, absque ullis tegumentis, omnibus conspicabilis summi præsentia sacerdotis. Vbi patet: Beatum Cyprianum discernere inter manducare Christum sub sacramento, & inter manducare illum sine sacramento; & primum quidem solis hominibus pro statu præsenti attribuit, secundum uero uult nos habere commune cum Angelis. Vnde etiā, secundùm eiusdem Cypriani placitum, sententiā ipsius penetrantibus constat: ꝙ panis Angelorum non est Eucharistiæ sacramentum, sed Christus qui est in sacramento; non quidem ut est in sacramento, sed ut est sine sacramento, i. non est sub tegumentis per fidem, sed ut est sine tegumentis per speciem, uisus. Secundò uides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina hæc Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

---

*Sen 4. s. d. 12. q. 1. art. 3. Palud. 4. dis. 9. q. 1.*

SVPER Q. XXI. Aliàs 79. Art. III.

155 4 d. 9 ar. 2. q. 1. & 2. Et ar. 3. q. 2. c. 6. Et d. 12. q. 1. ar. 2. q. 2. cor.

CONCL. Peccator. i. existens in peccato mortali, potest sacramentaliter manducare corpus Christi: & non solùm iustus.

¶ PROB. Quia corpus Christi non desinit esse sub speciebus sacramentalibus, quādiu ipsæ manent (q. 17. art. 6. ad 3. itē q. 18. art. 8.) & manent post sumptionem sacramenti, quādiu per calorem naturalē digerantur (ut patet ex co: ꝙ substantia panis, uel uini, tamdiu ibi maneret; si ibi adesset).

† Trac. 25. in Io. parū ante med. to. 9. referē de consec. dist. 2. c. Vt qd paras.

* 2. 2. q. 4. art. 5.

1^m^ ex D. Aug. Et manducasti. ℞. Spiritualr. §. Tunc nihil &c. ut patet. Non enim sine causa signanter conclusio articuli expressit ly sacramentaliter.

† q. præce. art. 4. ad 5. arg.

2^m^ minor. Infideles non uidentur posse sacramentalr sumere hoc sacramentum. ℞. Negatur. §. Sumerēt. n. uerè tunc corpus Christi. Et hoc est; quod tex. intelligit per ly si ly sacramentalr determinat verbū ex parte manducati. Ad probationē dicitur; ꝙ nihil probat. contrà. Nam per hoc, ꝙ in forma huius sacri dr mysteriū fidei, non denotat ꝙ infideles nō possent sumere sacr̄aliter, modo declarato, hoc sacr̄m (vt argm putauit); sed ꝙ infideles, ut sic, non possunt sacr̄m hoc sumere sacramentaliter, i. uti eo sumpto, tāquàm sacramento. Et hoc est; quod tex. intelligit per ly non autem ex parte manducantis.

† Trac. 26. in Io. parū à med. super illud: Ego sū panis vitę, to mo 9.

3^m^ minor. Aial brutū, puta mus aut canis, non potest

## ARTICVLVS III.

*Vtrum solus homo iustus possit Christum sacramentaliter manducare.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ nullus possit manducare Christū sacramentaliter, nisi homo iustus. Dicit enim August. † in lib. de Remedio pœnitentię, vt quid paras dentem, & ventrem? crede, & mãducasti: credere enim in eum, hoc est panem viuum manducare: sed peccator non credit in eum, quia non habet fidem formatā, ad quam pertinet credere in Deum, vt in secunda parte * habitum est. ergo peccator non potest manducare hoc sacramentum, quod est panis viuus.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum maximè dicitur esse sacramentum charitatis, vt suprà † dictum: sed sicut infideles priuantur fide, ita omnes peccatores priuantur charitate. Infideles autem non videntur posse sacramentaliter sumere hoc sacramētum, cum in forma huius sacramenti dicatur mysterium fidei. ergo pari ratione neque aliquis peccator potest corpus Christi sacramentaliter manducare.

¶ 3 Præt. Peccator magis est abominabilis Deo, quàm creatura rationalis: dicitur enim in Psal. 48. de homine peccatore, Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: animal brutum (puta, mus, aut canis) non potest sumere hoc sacramentum: sicut etiā non potest sumere sacramentum baptismi. ergo videtur quòd pari ratione, neque peccatores hoc sacramentum manducent.

SED CONTRA est, quòd super illud Ioan. 6. (Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt) dicit August. † Multi de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur: vndè dicit Apostolus. Iudicium sibi manducat, & bibit: sed non moriuntur sumendo nisi peccatores. ergo peccatores corpus Christi sacramentaliter manducant, & non solùm iusti.

RESP. Dicendum, quòd circa hoc quidam antiqui errauerunt, dicentes, quòd corpus Christi nec etiam sacramentaliter à peccatoribus sumitur, sed quàm cito labiis peccatoris contingitur, tam cito sub speciebus sacramentalibus desinit esse corpus Christi: sed hoc est erroneum; derogat enim veritati huius sacramenti, ad quam pertinet, sicut suprà dictum * est, quòd manentibus speciebus corpus Christi sub eis esse non desinat. Species autem manent, quamdiu substantia panis maneret, si ibi adesset, vt suprà † dictum est. Manifestum est autem, quòd substantia panis assumpta à peccatore, non statim esse desinit, sed manet quādiu per calorem naturalem digeratur: vnde tamdiu corpus Christi sub speciebus sacramentalibus manet à peccatorib. sumptis. vnde dicendum est, quòd peccator sacramentaliter corpus Christi manducare potest, & non solùm iustus.

*q. 76. ar. 6 art. 3. Et q. 77. ar. 8. † q. 77. ar. 5 & 8. alijs eiusdem q.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verba illa, & similia sunt intelligenda de spirituali manducatione, quæ peccatoribus non conuenit. Et ideo ex prauo intellectu horum verborum videtur prædictus error processisse, dum nescierunt distinguere inter corporalem, & spiritualem manducationem.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ etiam, si infidelis sumat species sacramentales, corpus Christi sub sacramēto sumit: vnde manducat Christum sacramentaliter, si ly sacramentaliter, determinat verbum ex parte manducati: si autem ex parte manducantis, tunc propriè loquendo, non manducat sacramentaliter: quia non vtitur eo, quod accipit, vt sacramento, sed vt simplici cibo: nisi forte infidelis intenderet recipere illud, quod ecclesia confert, licet non haberet fidem veram circa alios articulos, vel etiam hoc sacramentum.

AD TERTIVM dicendum, quòd etiam si mus, vel canis hostiam consecratam manducet, substantia corporis Christi non desinit esse sub speciebus, quamdiu species illæ manent: hoc est, quamdiu substantia panis maneret, sicut etiam si proijceretur in lutum, nec hoc vergit in detrimentum dignitatis corporis Christi, qui voluit à peccatoribus crucifigi absque diminutione suæ dignitatis, præsertim cum mus, aut canis non tangat ipsum corpus Christi, secundùm propriam speciem, sed solùm secundùm species sacramentales: quidam autem dixerunt, quòd statim cum sacramentum tangitur à mure, vel cane, desinit ibi esse corpus Christi, quod etiam derogat ueritati sacramenti, sicut suprà dictum * est. Nec tamen dicendum, ꝙ animal brutum sacramentaliter corpus Christi manducet, quia non est natum vti eo ut sacramento: vnde non sacramentaliter, sed per accidens corpus Christi manducat: sicut manducaret ille qui sumeret hostiam consecratam, nesciens eam esse consecratam. Et quia id, quod est per accidens, non cadit in diuisione alicuius generis, ideo hic modus manducandi corpus Christi, non ponitur tertius præter sacramentalem, & spiritualem.

Respondet tacitę obiectioni.

* In corp. art.

Respondet tacitę obiectioni.

ARTI-

potest sumere hoc sacramẽtum. R. Negatur. §. Non tamen propter hoc, ꝙ tunc vere sumeret corpus Christi, manducaret sacramẽtaliter ipsum. Nam animal brutũ non est natum vti eo, quod sumit, vt sacro. i. non est talis naturæ, vt possit eleuari ad tantã dignitatem; quæ est uti sacramento vt sacramento. i. credere ipsum esse sacrũ.

¶ Coroll. Ergo manducare Christum sacramentaliter est plus, ꝙ manducare Christum in hoc sacramento. Ergo hinc melius intelligas; quid dicere intendebat articulus primus per ly modus manducandi sacramentaliter. Ergo animal brutum, infidelis, & peccator fidelis, conueniunt in hoc vno, s. ꝙ singuli Christum in sacramento vere comedunt: sed disconueniũt in hoc alio, s. ꝙ non singuli sacramentaliter illũ comedunt. Peccator. n. fidelis solus inter hos comedit sacramentaliter actu; infidelis autẽ non comedit actu sacramentaliter, sed tamẽ in potentia; animal vero brutũ neq; actu neq; potentia sacraliter comedit. Nam peccator fidelis vtitur sacramẽto illo, vt sacramento. i. credit cibũ illum esse sacramentũ: infidelis autem non vtitur sacramento illo, vt sacramento; posset tamen vti. i. non credit cibũ illum esse sacramentum, posset tamen credere; si fieret fidelis. 3. de Sal. q 8. art. 3. animal verò brutum neque vtitur, neque potest vti, sacramento illo, vt sacramento. Infidelis ergo, vt sic, conuenit cũ animali bruto in hoc; ꝙ ambo vtuntur sacramento illo, tanquàm cibo cõmuni: fidelis autem, vt sic, discõuenit ab vtroque; quoniã non vtitur sacramento illo, tãquàm cibo cõmuni. Nec obstat, ꝙ Apost. de peccatore fideli dicit 1. Cor. 11. non diiudicans corpus Domini. Hoc est, non faciens differentiã inter cibum istum sacramentalẽ, & inter cibum cõmunem; hoc est, vtens isto cibo sacramentali, non ut sacramentali, sed vt cibo cõmuni. Id, inquã, Apostoli non obstat: quoniã ibi non loquitur de fideli, vt sic, i. quò ad intellectum (sm ꝙ tex. iste de ipso loquitur); sed de fideli, vt aliàs est peccator, i. quò ad mores (vt ibi patet). Ac si dixisset Apostolus. Fidelis, qui in peccato mortali comedit corpus Domini; ipse, vt comedens sic illud, non diiudicat corpus Domini. i. quò ad moralem dispositionem comedẽdi se habet ad illud, tanquàm ad cibum communem: licet ille ipse, vt fidelis, diiudicet corpus Domini, i. quò ad suum intellectũ, vbi est fides, 2. 2. q. 4. ar. 2. sciat illum cibum esse non cibum communem, sed corpus Domini.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationẽ interimas hæresim Boquinorum, seu Boquinolorum, dicentium: ꝙ in cœna Domini manducatur corpus Christi tantũ ab his, pro quibus Christus mortuus est. Hoc est: tantùm à fidelibus iustis. Nam ipsimet Boquini sic suum dictum exponendum esse docent per hoc; quòd asserunt, Christum non esse pro omnibus mortuum, sed tantũ pro fidelibus & pijs: (vt recitauimus, & damnauimus in 3. de Sal. articulorum num. 261 & in Veritatibus aureis super totam legem veterem, Leuitic. 4. concl. 6. & cap. 16. concl. 8.) Item hæresim Petri de Bonageta (vt refert Directorium Inquisit. 1. par. pag. 33. in Codice Rom. 1578. impres.) dicentis: Si hostia consecrata à iusto, vel peccatore sumatur; dum species dentibus teritur, Christus ad cœlum rapitur, & in ventrem hominis non traijcitur. Item aliam eiusdem (vt refert Direct. ibidem) dicentis: Si hostia consecrata à mure corrodatur, vel à bruto sumatur, speciebus remanentibus: sub eis desinit esse corpus Christi, & redit substantia panis. Item eiusdem aliam (vt refertur ibid. à Director.) dicentis: Hostia consecrata in lutum proiecta, speciebus remanentibus; sub eis esse desinit corpus Christi, & redit substantia panis. Articuli enim præsentis ratio directè omnes has, ac similes, efficaciter impugnat & expugnat. Pro quo & vide Concilia &c. allegata in Elucid. quæst. 17. artic. 6. ad tertium, & q. 18. artic. 5. 8. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illas meritò damnari. à Papa Gregorio XI. (vt refert Directorium Inquisit. ibidem). Item à Concilio Tridentino sess. 13. cap. 8. per ly sacramentaliter duntaxat id sumere, vt peccatores. Vide artic. 1. appen. Item ab Ecclesia tota per hoc; quod, in sequentia de festo corporis Christi, canit. A sumente non concisus, non confractus, non diuisus; integer assumitur. Sumit vnus, sumunt mille; tantum isti, quantum ille: nec sumptus consumitur. Sumunt boni, sumunt mali: sorte tamen inæquali, vitæ, vel interitus. Hæc ibi. Vbi nota ly tantum isti, quantum ille. Siue s. sint boni, siue mali. Nam inter bonos & malos sumentes Christum totum in hoc sacramento nullam aliam differentiam ponit, nisi ly sorte tamen inæquali vitæ, vel interitus. Item à Matth. 26. Discumbebat cum duodecim discipulis suis, &c. Bibite ex hoc omnes: hic est sanguis meus. Item à Mar. 14. Et biberunt ex illo omnes. Nam ex ly duodecim, & ly omnes, patet intentum: quòd s. etiam mali sumunt corpus, & sanguinem, Christi sacramentaliter. Inter duodecim enim, quibus dictum est ly bibite ex hoc omnes, & (à simili) comedite ex hoc omnes, de quibus quoque dictum est ly biberunt ex illo omnes, & (à simili) comederunt ex illo omnes, erat vnus peccator pessimus, s. Iudas Scarioth. Tàm enim huic, quàm alijs, dans Christus panem vinumque consecratum affirmabat pro certo, se dare corpus & sanguinem suum. Aut ergo nullus comedit sacramentaliter Christum (quod est euidentissimum mendacium blasfemia summa plenum): aut etiam Iudas sacramentaliter ipsum comedit. Quòd si non Iudas, ergo nec aliorum quisquàm. Quoniam (vt diximus) eodem tenore verborum, Christus illos communicans, omnes alloquitur. Item ab 1. Cor. 11. Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit; non diiudicans corpus Domini. Si enim talis peccator non manducaret sacramentaliter corpus Domini, sed tantum species; tunc vtique (vt penetrantibus sensum verborum patet) non dixisset Apostolus ly non diiudicans corpus Domini, sed dixisset Non diiudicans signum corporis Domini. Item à B. Cypriano, in serm. de cœna Domin. Quamdiu cibi illi, qui ad diem festum erant parati, à conuescentibus Apostolis sumebantur, veteris paschæ agebatur memoria: necdum Iudas ad veterem vitam pertinens, diabolo inuadente & occupante animũ eius, egredi cogebatur. Sed vbi sacrum cibum mens perfida tetigit, & scelleratum os panis sanctificatus intrauit: patricidalis animus vim tanti sacramenti non sustinens, quasi palea de area, exsufflatus est; & præceps cucurrit ad proditionem & pretium, ad desperationem & laqueum. Hæc ibi. Item à D. Augustino super Ioan. de sacramento hoc sic dicente: Non. n. bucella Dominica venenum fuit Iudæ: & tamen accepit; &, cùm accepit, in eum inimicus intrauit: non quia malum accepit, sed quia bonum male malus accepit, &c. Huius rei sacramentum alicubi quotidiè, alicubi certis interuallis dierũ in Dominica mensa præparatur: & de mensa Dominica sumitur, quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium. Hæc ibi. Tertiò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 3

Alb. M. q. 4. d. 13. ar. 16.
Scot. 4. s. d. 9. q. 1.
Duran. 4. s. d. 9. q. 4.
Palud. 4. d. 9 q. 2.
S. Bon. 4. s. d. 9. q. 3. ar. 2.
Rich. 4 s. d. 9. q 1. art. 2.
Sot. 4. s. d. 12. q. 1. ar 4.
Gabr. 4. d. 9. quæst. 11.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum peccator sumens corpus Christi sacramentaliter peccet.*

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur ꝙ peccator sumens corpus Christi sacramentaliter, non peccet: non enim est maioris dignitatis Christus sub specie sacramenti, quàm sub specie propria: sed peccatores tangẽtes corpus Christi sub specie propria, non peccabant, quin etiam veniam peccatorum consequebantur, sicut legitur Lucæ 7. de muliere peccatrice, & Matth. 14. dicitur, Quicumque tetigerunt fimbriam vestimẽti eius salui facti sunt. ergo non peccant, sed magis salutem consequuntur, sacramentum corporis Christi sumendo.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum, sicut & alia, est quædam spiritualis medicina, sed medicina datur infirmis ad salutem, secundùm illud Matth. 9. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus, infirmi autem vel male habentes spiritualiter sunt peccatores.* ergo hoc sacramentum absque culpa assumere possunt.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum, cum in se Christũ contineat est de maximis bonis. Maxima autẽ bona (secundũ Aug. † in lib. de libero arbitr.) sunt quibus nullus male potest vti. Nullus autem peccat, nisi per abusum alicuius rei. ergo nullus peccator sumens hoc sacramentum peccat.

¶ 4 Præt. Sicut hoc sacramentum sentitur gustu, & tactu, ita & visu. Si ergo peccator ex eo, ꝙ sumit hoc sacramentum, peccet, videtur etiam ꝙ peccaret videndo, quod patet esse falsum: cum ecclesia omnibus hoc sacramentum videndum, & adorandum proponat. ergo peccator non peccat ex hoc, quòd manducat hoc sacramentum.

* Aliàs, ergo hoc sacramẽtum corporaliter absque culpa sumi potest.

† li. 2. c. 19. non longe à prin.

156
Inf. art. 7. & 2. cor. Et 4. d. 9. ar. 3. q. 1. & 2. Et art. 4. q. 2. cor. Et 1. Corin. 11. lec. 7.

SVPER Q. XXI.
Aliàs 80. Art. IIII.

Concl. Quicumque cum peccato mortali hoc sacramentum sumit, falsitatem in hoc sacramento committit; & ideò incurrit sacrilegium, tanquàm sacramenti violator: & propter hoc mortaliter peccat.

¶ Prob. Quia talis non est Christo unitus, nec membris eius incorporatus (vt patet ex eo: quòd hoc fit solùm per fidem formatam); & tamen ex hoc ipso, ꝙ hoc sacramentum sumit, significat; se esse Christo unitũ, membrisq; eius incorporatum (vt patet ex eo. ꝙ sacramentum est signũ eius, quod est res sacramenti; quæ, in proposito, est tùm Christus, tùm societas sanctorum). Secunda autem pars, s. & ideo &c. patet ex terminis. Tertia verò pars s. & propter &c. patet de se. (Vide q 1. artic. 6. item 2. 2. q 99. artic. 1. 2. item q 110. artic. 4.)

Primum

1^m illatio conclusionis. Ergo non peccant &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis fallaciâ secundùm non causam, vt causam concernētibus. Nam, quòd peccatores sumendo hoc sacramentum peccent, & tangentes Christum mortalē non peccent, non est ex eo, ꝙ Christus sit maioris dignitatis sub specie sacramēti, quàm sub specie propria (vt putatur argumētum): sed est ex alia causa, s. ex falsitate cōmissa in sumendo Christum in sacramento, quæ non committebatur in tangēdo Christum mortalem. Christus. n. in propria specie apparens non &c. vt in tex.

2^m maior. Hoc sacramētū, sicut & alia, est quædam spiritualis medicina. ℞. Diuersimodè tamen. §. vt patet in tex. Tunc nihil &c. vt patet ibidem.

*q. 73. ar. 6

3^m ex D. Aug. Quibus. ℞. Tanquam principijs mali vsus. §. Tunc nihil &c. Ex eo. n. peccat sumens in peccato hoc sacramentū, non quia vtatur sacramento hoc, tāquàm principio mali vsus: sed tanquam obiecto mali vsus. Quo vtique modo pōt quis, absque offensa sentētiæ ipsius Augustini, maximis bonis vti.

4^m antecedēs. Sicut hoc sacramentum sentitur gustu, & tactu; ita & visu. ℞. Non tamē pariformiter. §. Nam ꝑ visum non accipitur ipsum corpus Christi, sed solùm &c. vt in tex. Tūc nihil &c. vt patet ibidē. Propter ly sed ad manducationē non sunt &c. vide art. 6.

5^m minor. Nec tamē talis peccare videt̄, corpus Christi sumēdo. ℞. Si illud suum, non habere conscientiam peccati, sit inculpabile. §. Puta vel cū doluit de peccato, insufficienter tamen se nesciente, q. 10. art. 3. vel quando ignorātia facti excusante laborat: vel cùm est totaliter illius peccati oblitus, q. 80. art. eod. Tunc nihil &c. vt patet in tex. Ex quo expone ly nihil mihi cōscius sum, s. post diligentem examinationem sui ipsius, & probatio-

*Trac. 121. in Io. à medio illi* mquit to. 9.

¶5 Præt. Contingit qñque, ꝙ aliquis peccator non habet conscientiā sui peccati, non tamen talis peccare videtur, corpus Christi sumendo: quia secundùm hoc omnes peccarēt, qui sumunt, quasi periculosè exponentes, cum Apost. dicat 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. non ergo videtur ꝙ peccatori cedat in culpam, si hoc sacramentum sumat.

Sed contra est, ꝙ Apostolus dicit 1. Corin. 11. Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, i. condemnationem. Dicit autem glos. ibidem, ꝙ indignè manducat, & bibit, qui in crimine est, vel irreuerenter tractat. ergo qui est in peccato mortali, si hoc sacramētum accipiat, damnationem acquirit, mortaliter peccant.

Resp. Dicendum, quòd in hoc sacramento sicut in aliis, id, quod est sacramentum, est signum eius, quod est res sacramenti. Duplex autem est res huius sacramenti, sicut suprà dictum * est. Vna quidem, quæ est significata, & contenta, s. ipse Christus: alia autem est significata, & nō contēta, s. corpus Christi mysticum, quod est societas sanctorum. Quicūque ergo hoc sacramentū sumit, ex hoc ipso significat se esse Christo vnitum, & membris eius incorporatum: quod quidem fit per fidem formatam, quam nullus habet cum peccato mortali. Et ideo manifestum est, quòd quicumque cum peccato mortali hoc sacramentum sumit, falsitatem in hoc sacramēto committit; & ideo incurrit sacrilegium, tāquàm sacramenti violator, & propter hoc mortaliter peccat.

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus in propria specie apparens, non exhibebat se tangēdum hominibus in signū spiritualis vnionis ad ipsum, sicut exhibetur sumendus in hoc sacramento. Et ideo peccatores eum in propria specie tangentes, non incurrebant crimen falsitatis circa diuina, sicut peccatores sumentes hoc sacramentum. Et præterea Christus adhuc gerebat similitudinem carnis peccati: & ideo conuenienter se peccatoribus tangendum exhibebat: sed remota similitudine carnis peccati per gloriam resurrectionis, se tangi prohibuit à muliere, quæ defectum fidei circa ipsum patiebatur, secundùm illud Ioan. 20. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrē meum, s. in corde tuo, vt August.* exponit. Et ideo peccatores, qui defectum fidei formatæ patiuntur circa Christum, repelluntur à contactu huius sacramenti.

Ad secundum dicendum, ꝙ non quælibet medicina competit secūdùm quemlibet statū infirmitatis. Nam medicina, quæ datur iam liberatis à febre, ad confortationem, noceret, si daretur adhuc febricitantibus: ita etiam baptismus, & pœnitentia sunt quasi medicinæ purgatiuæ, quæ dantur ad tollendam febrem peccati. hoc autem sacramentū est medicina cōfortatiua, quæ non debet dari, nisi liberatis à peccato.

Ad tertium dicendum, ꝙ maxima bona intelligit Aug. † virtutes animę, quibus nullus malè vtitur, quasi principiis mali vsus. Vtitur tamē eis aliquis malè quasi obiectis mali vsus, vt patet in his, qui de virtutibus superbiunt: ita & hoc sacramentum quantum est ex se, non est principium mali vsus, sed obiectum. vnde Aug.* dicit: multi indignè accipiunt corpus Christi, per qđ docemur, quàm cauendum sit male accipere bonum: ecce. n. per bonum factum est malum, dum malè accipitur bonum: sicut econtra Apostolo per malum factum est bonum, cum bene accepit malum, s. cum stimulum Sathanæ patienter portauit.

Ad quartum dicendum, ꝙ per visum non accipitur ipsum corpus Christi, sed solùm sacramentum eius: quia s. non pertingit visus ad substantiam corporis Christi, sed solùm ad species sacramentales, vt suprà dictum * est: sed ille, qui manducat, non solum sumit species sacramētales, sed etiam ipsum Christum, qui est sub eis. Et ideo à visione corporis Christi nullus prohibetur, qui sit sacramentum Christi consecutus, s. baptismum. Non baptizati autem non sunt admittendi, etiam ad inspectionem huius sacramenti, vt patet per Dion.* in lib. Eccl. Hierarc. sed ad manducationem non sunt admittendi, nisi soli illi, qui non solum sacramentaliter, sed etiam realiter sunt Christo coniuncti.

Ad quintum dicendum, quòd hoc quòd non habet aliquis conscientiam sui peccati, potest contingere dupliciter. Vno modo per culpam suam, vel quia per ignorantiam iuris, quæ non excusat, reputat non esse peccatū quod est peccatum, puta, si aliquis fornicator reputaret simplicem fornicationem non esse peccatum mortale, vel quia negligens est in examinatione sui ipsius: contra id, quod Apostolus dicit 1. Corint. 11. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: Et sic nihilominus, peccat peccator sumens corpus Christi, licet non habeat conscientiam peccati, quia ipsa ignorantia est ei peccatum: alio modo potest contingere sine culpa ipsius: puta cum doluit de peccato, sed non est sufficienter contritus: & in tali casu non peccat sumendo corpus Christi: quia homo per certitudinem scire non potest, vtrum sit verè contritus: sufficit enim si in se signa contritionis inueniat, puta, si doleat de præteritis, & proponat cauere de futuris. Si verò ignorat hoc, quod fecit, esse actum peccati, propter ignorantiam facti, quæ excusat, puta si accessit ad non suam, quam credebat esse suam, non est ex hoc dicendus peccator: similiter etiam si totaliter est peccatum oblitus, sufficit ad eius deletionem generalis contritio, vt infrà * dicetur. vnde iam non est dicendus peccator.

tionem 1. Cor. 11. iuxta vires infirmitatis humanæ. Sic enim posteà accedens ad Eucharistiam sumendam cum confidētia diuini auxilij per misericordiam suppleturi quod deest, non se exponit periculo. Vide appen. sequen. & q. 80. art. 3. appen.

### APPENDIX.

Ex artic. habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse à scripturis, Cypriano, Augustino, & Concilio insinuatum: ꝙ existēs in peccato mortali, si Eucharistiam sumat, peccat mortaliter. A sanctis quidem Augustino, & Cypriano ꝑ illa, quæ dicunt; secundùm quòd recitatū de eis fuit artic. 3. append. A scripturis verò per hoc, quòd dicitur 1. Corint. 11. vt cum glos. ponitur in argum. contr. Vbi in Apostolo expone ly iudicium, i. damnationem. Ad sic enim exponendum vrget consuetudo scripturarū in simili materia loquentium: vt Ioan. 5. Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitę; qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij, i. damnationis. Vnde pro ly iudicij, Matt. 25. ponitur ly supplicium æternum; & Daniel. 12. ponitur ly opprobriū vt videant semper. Item

Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

† Loco in arg. citato.

* Trac. 62. in Io. circa prin. to. 9.

*q. 76. ar. 7

* c. 7. Eccl. hierar. par. 3. paulò à princ.

Expositio optima de ly, ꝓbet se ipsum homo.

ARTI-

Item insinuatur idipsum per hoc, quòd de his, quæ minoris admodum dignitatis sunt, quàm eucharistia, dicitur Leuit 22. Omnis homo de stirpe uestra, in quo est immunditia, qui accesserit ad ea, quæ consecrata sunt, peribit coram Domino. Mundatus vescetur de sanctificatis: quia cibus illius est. Vnde tu ad propositum argue a fortiori. Vide, pro meliori captu. Veritates aureas super legem veterem, Leuit. 22. conclus. 2. Item etiam per hoc, quod dicitur Leuit. 7. Anima polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorũ, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis. Vbi pro meliori vide easdem Veritates aureas cap. 7. concl. 4. A Concilio autem Triden. per illud, quod dicit sess. 13. cap. 7. Si non decet ad sacras vllas functiones quempiam accedere, nisi sancte. Certè, quo magis sanctitas & diuinitas cælestis huius sacramenti uiro Christiano comperta est, eo diligentius cauere ille debet; ne absque magna reuerentia & sanctitatem ad id percipiendum accedat. Quare communicare uolenti reuocandum est in memoriam Apostoli præceptum; Probet seipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse: ut nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumuis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedat. Quod a Christianis omnibus, etiam ab ijs sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta synodus perpetuo seruandem esse decreuit; modo non desit illis copia confessoris. Quod si, necessitate urgente, sacerdos absque prævia confessione celebrauerit: quàm primum confiteatur. Et canon. 11. Ne tantum sacramentum indigne, atque ideo in mortem & condemnationem sumatur: statuit, atque declarat ipsa sancta synodus; illis, quos consciẽtia peccati mortalis grauat, quantumcumque etiam se contritos existiment, habita copia confessoris, necessario præmittendam esse confessionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, uel pertinaciter asserere, seu etiam publice disputãdo defendere, p̃sumpserit: eo ipso excõicatus existat. Hæc ibi. Secundò consequenter ex prædictis aperte vides, meritò damnari errorem Thomæ de Vio Caietani dicentis (ut patet in sua summula de casibus conscientiæ tit. communio): quòd contritus, licet non confessus etiam habita copia confessoris, de peccato mortali non peccat mortaliter; quamuis peccet grauiter, si sumat Eucharistiam. Item errorem pestilentissimum, sapientem hæresim, Lutheri (ut patet in Bulla Papę Leonis X. contra errores eius; ubi & iste damnatur dicentis. Magnus error est eorum, qui accedunt ad hoc sacramentum huic innixi; quòd sint confessi, quod non sint sibi conscij alicuius peccati mortalis, quòd præmiserint orationes suas, & præparatoria; omnes hi iudicium sibi mãducant, & bibunt: sed cõfidant, & credant, se gratiam ibi consecuturos; Hæc sola fides facit eos puros & dignos. Contra istum adhuc audi idem Concilium Trid. sess. 13. canon. 11. Si quis dixerit: solam fidem esse sufficiẽtem præparationem ad sumendum sanctissimæ Eucharistiæ sacramentum, anathema sit. Hæc ibi. Sed & contra illius radicem malam. s. inanem fiduciam dicit sess. 6. cap. 9. Nemini fiduciam, & certitudinem remissionis peccatorum suorũ iactanti, & in ea sola quiescenti, peccata dimitti, vel dimissa esse dicendum est. Sed neque illud asserendum est: oportere eos, qui vere iustificati sunt, absque vlla omnino dubitatione apud semetipsos statuere, se esse iustificatos; neminemque a peccatis absolui, ac iustificari, nisi eum, qui certò credit, se absolutum & iustificatum esse: atque hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici. Quasi qui hoc non credit; de Dei promissis, deque mortis, & resurrectionis, Christi efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque sacramentorum virtute & efficacia, dubitare debet: sic quilibet, dum seipsum, suamque propriam infirmitatem, & indispositionem respicit; de sua gratia formidare, & timere potest. Hæc ibi. Vlterius: qualis, quantaque hic debeat esse præparatio: vide ar. 10. not. post concl. primã, & in conclus. 2. Tertiò videre potes: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens &c.

a

b

---

## ARTICVLVS V.

*Vtrum accedere ad hoc sacramẽtum cum conscientia peccati, sit grauissimum omnium peccatorum.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd accedere ad hoc sacramentum cum conscientia peccati, sit grauissimum omnium peccatorum. Dicit enim Apostolus 1. ad Corin. 11. Quicumque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis Domini. glo. ibidem.* hoc est, ac si Christum occiderit, punietur, sed peccatum Christum occidentiũ, videtur fuisse grauissimum. ergò, & hoc peccatum quo aliquis cum conscientia peccati ad mensam Christi accedit, videtur esse grauissimum.

¶ 2 Præt. Hiero. dicit in quadam epistola, quid tibi cum feminis, qui ad altare cum Deo fabularis? dic sacerdos, dic clerice, qualiter eisdem labiis filium Dei oscularis, quib. osculatus es labia meretricis? ò Iuda, osculo Filium hominis tradis. Et sic videtur fornicator ad mensam Christi accedens peccare, sicut Iudas peccauit, cuius peccatum fuit grauissimum: sed multa alia peccata sunt grauiora, quàm peccatum fornicationis, & præcipuè peccatum infidelitatis. ergo cuiuslibet peccatoris ad mẽsam Christi accidentis peccatum est grauissimum.

¶ 3 Præt. Magis est abominabilis Deo immunditia spiritualis, quàm corporalis: sed si quis proiiceret corpus Christi in lutum, uel sterquilinium, grauissimum reputaretur eius peccatum. ergo grauius peccat, si ipsum sumat cum peccato, quod est immunditia spiritualis. ergo hoc peccatum est grauissimum.

SED CONTRA est, quòd super illud Io. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent, dicit Aug.* hoc intelligendũ esse de peccato infidelitatis, quo tenentur cuncta peccata, & ita uidetur hoc peccatum non esse grauissimum, sed magis peccatum infidelitatis.

RESPON. Dicendum, quòd sicut in secunda parte dictum est,* dupliciter aliquid peccatũ potest dici grauius alio: uno modo, per se: alio modo, per accidens: per se quidem secundum rationem suæ speciei, quæ attenditur ex parte obiecti. Et secundum hoc, quanto id contra, qd peccatur, est maius, tanto peccatum est grauius. Et quia diuinitas Christi est maior humanitate ipsius, & ipsa humanitas est potior, quàm sacramenta humanitatis, inde est quòd grauissima peccata sunt, quæ committuntur in ipsam diuinitatem: sicut est peccatum infidelitatis, & blasphemiæ: secundario autem sunt grauia peccata, quæ committuntur in humanitatem Christi: vnde, & Mat. 12. dicitur, qui dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit uerbum contra Spiritumsanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Tertio autem loco sunt peccata, quæ

---

*Art. 4. s. d. 12. q. 2. ar. 5.*

### SVPER Q. XXI. Aliàs 80. Art. v.

CONCL. 1. Peccata, quę committuntur contra Deitatẽ (ut infidelitas: & blasphemia) sunt secundum suã speciem grauissima: secundarie uerò, peccata contra humanitatem Christi: Tertio autem loco, peccata cõtra sacramẽta. Quarto demum loco, peccata contra puras creaturas.

157 Nõ cõplenit morte præuẽtus, sed est in addict. q. 2. art. 3. ad 1. 4. d. 9 ar. 3. q. 3. Et 1. Corin. 11. lect. 5.

* Gl interlinearis ibi in sentẽtia.

¶ PROB. Quia grauitas secundum speciem peccati attendit ex parte obiecti. 1. 2. q. 72. articu. 3. ideoque grauius ratione speciei est peccatum, quantò fuerit contra maius. i. dignius obiectum (ut patet ex terminis): & Deitas Christi est maior, quã humanitas eius, ipsaq; humanitas est maior, q̃ sacramenta (ut de se patet); ac sacramenta sunt maiora, q̃ puræ creaturæ (inquantum. s. sacramenta pertinent ad humanitatem Christi.)

¶ CONCL. 2. Peccata, quæ committuntur ex contemptu, uel ex certa scientia, sunt per accidens grauiora peccatis: quæ fiunt ex infirmitate, uel ex ignorantia.

¶ PROB. Quia grauitas per accidens peccati attenditur ex parte peccantis (vt patet): & cõtemptus, certa scientia, infirmitas, ignorantia (sicut etiam aliæ circũstantiæ) se tenẽt ex parte peccantis (ut patet.)

¶ CONCL. 3. Qui ex actuali contemptu cum cõscientia peccati mortalis accedunt ad sacramentum Eucharistiæ, grauius peccant; quàm illi, qui ex quodam timore, ne. s. deprehendantur in peccato, cum consciẽtia peccati mortalis accedunt ad illud.

* Trac. 89. in Ioan. inter medium & prin. to. 9.

¶ PROB. Quia primi peccant ex contemptu, secundi ex infirmitate (ut patet ex terminis): & contẽptus magis aggrauat peccatum, quàm infirmitas (ut ex secunda conclusione patuit.)

* 1. 2. q. 73. art. 6. Et 2. 2. q. 73. artic. 3.

¶ CONCL. 4. Accedere cũ conscientia peccati mortalis ad sumendã Eucharistiam est peccatum ualde grauius secũdum speciem omnibus alijs, quibus peccatur cõtra reliqua sacramenta: non tamen est omnium peccatorum absolute contra quæcumq; commissorum grauissimum.

¶ PROB. Quia accedere taliter ad Eucharistiam, est peccare contra ualde dignius obiectum, quàm sit obiectũ reliquorum sacramentorum (ut patet ex eo; quòd Christus est realiter in Eucharistia q. 17. ar. 1. in reliquis autem solum uirtualiter. q. 3. art. 5 item. q. 5. ar. 1.) & peccati grauitas secundum

dum speciem attenditur ex parte obiecti (ut patet in probatione conclusionis primæ). Secunda verò pars, scilicet non tamen, &cæt. probatur. Quia accedere taliter ad Eucharistiam non est secundum speciem grauius peccatis contra Deitatem, Christique humanitatem commissis (ut patet in conclusione prima): nec est per accidens grauius semper peccatis contra reliqua sacramenta, purasque creaturas, factis (ut patere potest ex conclusione secunda: eò quòd potest quis ex contemptu maiori peccare cōtra reliqua sacramēta, uel contra puras creaturas; quàm contra hoc sacramentum Eucharistiæ.)

## 1<sup></sup>m ex Glossa.

Ac si Christum occiderit, punietur. ℞. Non tamen, tantum; quantum si occidisset Christum, punietur. §. Nam peccatum indigne sumentiū hoc &c. vt in tex. Tunc nihil &cæt. vt patet ex eodem.

## 2m de maiori.

Peccare sicut Iudas. ℞. Non tamen, Peccare tantum: quantum Iudas. §. Fornicator enim accipiens corpus Christi. &c. vt in text. Tunc nihil &c. ut de se patet. Vide ad primum. Ne autem aliquid in argumento, quod egeat declaratione, relinquatur intactum etiam post solutionem argumenti ipsius: sāctus Doctor (more suo plusquàm laudabili) hoc idem facit in præsenti, a ly hæc tamen criminis similitudo non minus competit, &c. vsque in finem.

141

## 3m illatio conclusionis primæ.

Ergo grauius peccat, &cæt. ℞. Negat illatio. §. Procedit. n. ex pręmissis nō plene intellectis. Nam maior, ut plene intelligatur, debet sic rectificari. Magis est abhominabilis Deo immunditia spiritualis, q̄ corporalis secundum se præcise considerata. Et tūc patet & q illatio prædicta inde non sequitur, & quòd illa minor propositio incompactè sub tali maiori sumitur. Debuisset enim subiungi sic: sed, si totaliter a casu corpus Christi caderet in lutum, istud sic cadere esset secundum se grauissimum peccatum. Nunc vero, quia non plene adducta est in argumento maior, factum est: quod & illatio falsa fuerit (ideo iure negabatur) & minor sub sumpta sit etiam falsa. Ille siquidem, qui proijceret hoc sacramentum in lutum multò grauius, &c. vt in text. Ex quo dic: quòd licet magis sit abominabilis Deo immunditia spiritualis, quàm corporalis secundum se præcisè considerata (ut maior rectificata dicebat): tamen immunditia corporalis, secundum q trahit secum maiorem immunditiam spiritualem, est magis Deo abominabilis, quàm immunditia illa simplex spiritualis, de qua loquebatur propositio maior in argumento.

* q. 79. ar. 1.

committuntur contra sacramenta, quæ pertinent ad humanitatē Christi, & post hoc sunt alia peccata, cōtra puras creaturas. Per accidens autem unū peccatum est grauius alio ex parte peccantis: puta peccatum quod est ex ignorantia, uel infirmitate, est leuius peccato, quod est ex cōtemptu, vel ex certa scientia: & eadem ratio est de aliis circunstantiis. Et secūdum hoc, istud peccatum in quibusdam potest esse grauius sicut in his, qui ex actuali contemptu, cū conscientia peccati ad hoc sacramētum accedunt, in quibusdam vero minus graue: puta in his, qui ex quodam timore, ne deprehendantur in peccato, cum conscientia peccati ad hoc sacramentum accedunt. Sic ergo patet, quòd hoc peccatum est multis aliis grauius s̄m suam speciē: non tū̄ est omnium grauissimum.

Ad primum ergo dicendum, quòd peccatum indigne sumētium hoc sacramentum, comparatur peccato occidentium Christum, secundum similitudinem (quia vtrumque committitur contra corpus Christi) non tamen secundū criminis quantitatem: peccatum. n. occidentium Christum, fuit multo grauius. primo quidem, quia illud peccatū fuit contra corpus Christi in specie ꝓpria, hoc autem peccatum est contra corpus Christi, in specie sacramenti. Secundo, quia illud peccatum processit ex intentione nocendi Christo, non autem hoc peccatum.

Ad secundum dicendum, q fornicator accipiens corpus Christi, comparatur Iudę Christum osculanti, quantum ad similitudinem criminis, quia vterque ex signo charitatis Christum offendit, non tū̄ quantum ad criminis quātitatem, sicut etiam prius dictum est.* Hæc tū̄ criminis similitudo non minus competit aliis peccatoribus, q̄ fornicatorib. Nam & per alia peccata mortalia agitur contra charitatem Christi, cuius signum est hoc sacramentum, & tanto magis quanto peccata sunt grauiora: secundum quid tamen, peccatum fornicationis magis reddit hominem ineptum ad perceptionem huius sacr̄i: inquantū. s. per hoc peccatum spiritus maxime carni subiicitur, & ita impeditur feruor dilectionis, qui requiritur, in hoc sacr̄o. Plus in pōderat impedimentū ipsius charitatis, quàm feruoris eius: vnde & peccatum infidelitatis, quod funditus separat hominē ab ecclesiæ vnitate, simpliciter loquendo, maxime hominem ineptum reddit ad susceptionem huius sacramenti, quod est sacramentum ecclesiasticæ vnitatis, vt supra dictum est,* unde & grauius peccat infidelis accipiens hoc sacr̄m q̄ fidelis peccator, & magis contemnit Christum, s̄m quòd est sub hoc sacramento, præsertim si nō credat Christum uere sub hoc sacramento esse: quia quantum est in se, diminuit sanctitatē huius sacramenti, & uirtutem Christi operantis in hoc sacramento, quod est contemnere ipsum sacramentum in seipso. Fidelis autem, qui cum cōscientia peccati sumit, contemnit hoc sacramentum, non in seipso, sed quantum ad vsum, indigne accipiens: unde, & Apostolus 1. Cor. 11. assignans rationem huius peccati, dicit, non diiudicans corpus Domini, idest, non discernens ipsum ab aliis cibis, quod maxime facit ille, qui non credit Christum sub hoc sacramento.

Ad tertium dicendū, q ille, qui proiiceret hoc sacramentum in lutū, multo grauius peccaret, quàm ille, qui cū conscientia peccati mortalis ad hoc sacramentum accedit. Primo quidem, quia ille hoc faceret ex intentione iniuriam faciēdi huic sacramento, quod non intendit peccator indigne corpus Christi accipiens. Secundo, quia homo peccator est capax gratiæ, unde etiam magis est aptus ad suscipiendum hoc sacramentum, quàm quæcumque alia irrationalis creatura: vnde maxime inordinate uteretur hoc sacramento, qui proiiceret ipsum canibus ad manducandum, uel quàm proiiceret in lutum conculcandum.

AR-

*In sol. 2a. & q. 73. ar. 4. corp.

### APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse insinuatum a scripturis, & Glossa, & Papa: quòd accedere ad sumendam Eucharistiam cum conscientia peccati mortalis est, & non est, grauissimum omnium peccatorū. A scripturis quidem, quòd non sit, per hoc: quòd dicitur Ioan. 15. si non uenissem, &c. vt in argum. contr. Vbi super ly peccatum, dicit B. August. Magnum quoddam peccatū sub generali nomine vult intelligi. Hoc enim est peccatum infidelitatis: quo tenētur cūcta peccata. Quod sanè Aug. dictum colligitur ex cōtextu Euangelico ad literam planam. Ioan. 8. Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini, &c. Dixi uobis: quia in peccatis vestris moriemini. Si eñ non credideritis, quia ego sum; moriemini in peccato vestro. Ecce: vnum peccatum infidelitatis vocat & peccatū & peccata; denotās per hoc, omnia in infidelitate, tanquàm in quoddā iniquitatū vinculo, contineri. Sed & hoc ipsum denotauit per hoc; q de spiritusancto Christus dixit: Ioan. 16. Arguet mundum de peccato &cæt. De peccato quidem: quia non crediderunt in me. Vtique Spiritussanctus per discipulos illos mundum arguiturus erat de omnibus peccatis (ut experientia docuit): utique & Christus hoc sciebat: & tamen in singulari dicit ly de peccato. Cum igitur p scripturas peccatū infidelitatis sit grauius cæteris: patet per eas intentum. s. quod accedere &c. nō est grauissimū. A Glossa etiā insinuatur, quòd nō sit, per hoc: quòd sup illud Isa. 18. Ad populū terribilem, &c. dicit. Omne peccatum blasphemiæ comparatum leuius est. A Papa autem Vrbano, quòd sit, insinuatur per hoc: quòd ipse ponit Eucharistię sacramentum esse quid dignissimum. Nam (ut patet in lib. Clement. de reliq. & vener. sanct. cap. primo,) de eo loquens dicit ly præcēlsum, ly stupendum, ly sacratissimum, ly excellentissimum, adorandum, colendum, ly præcipuis glorificandum, magnificandum, exaltandum laudibus atque præconijs, ly nobilissimum, ly summum, ly super omnia preciosum, sacramentum. Patet verò supra in probatione conclusionis primæ; quòd quanto dignius est obiectum, in quod peccatur, tantò peccatum est grauius. Discurre tu. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina hæc Angelida vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN articu. 5. eiusdem quæst. Durand. occurrit in 4. senten. dist. 9. quæst. 2. art. 2. obijciens contra rationem & conclusionem Auctoris, in hoc quod dicit sacrilegium indigne communicantium esse grauius peccatum omnibus peccatis, quæ sunt contra puras creaturas.

¶ Et contra conclusionem quidem dicit satis graue videri plus peccare irreuerenter sumentem eucharistiam, quam iniuste occidentem proximum. Contra rationem autem, quia propositio dicens, sicut se habet obiectum ad obiectum, ita se habet actus ad actum, non est necessaria quando actus sunt diuersarum rationum sed solum quando sunt unius rationis: grauius est enim contumelia dehonorare principem, quàm ciuem, sed grauius est occidere ciuem, quàm uerbo dehonorare principem.

¶ Ad hoc dicitur, quòd propositio est necessaria in utrisq; actibus intellecta tamen ut in litera exponitur, & communiter etiam intelligitur. s. de grauitate peccatorum ex proprio genere: hæc enim ex obiecto, vnde habet speciem actus, pensatur. Et ueritas eius patet, ex eo, quod dicimus maius esse peccatum secundum suum genus blasphemiam Dei, quàm homicidium, & tamē illi actus sunt diuersarum rationum, & ad hoc possent multa exempla adduci, nec graue uidetur sapientibus magis esse peccatum secundū suum genus hoc sacrilegium, quàm simplex homicidium: quoniam intelligunt homicidium esse grauius aliunde. s. ex damno vitæ illato, & alijs huiusmodi.

---

*Alb. Mag. 4. d. 13. ar. 17. Bon. 4. sẽt. d. 12. q. 1. ar. 6. Palud. 4. d. 9. q. 9.*

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti. Non enim est faciendum contra Christi præceptum, propter vitandum scandalum, vel infamiam alicuius: sed dñs præcepit Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus. Maxime autem datur sanctum canibus, cum hoc sacramentum peccatoribus exhibetur: ergo neque propter vitandum scandalum, neque propter vitandam infamiam alicuius, debet hoc sacramentum peccatori petenti dari.

¶ 2 Præt. De duobus malis minus malum est eligēdum: sed minus malum esse videtur, si peccator infametur, uel etiam si ei hostia non consecrata detur, quàm si sumens corpus Christi, mortaliter peccet: videtur ergo hoc potius esse eligendum, qđ uel infametur peccator petens corpus Christi, vel etiam quòd detur ei hostia non consecrata.

¶ 3 Præt. Corpus Christi interdum datur suspectis de crimine, ad eorū manifestationem: legitur enim in Decr.* 2. quæst. 4. Sæpe contingit, vt in monasterijs monachorum, furta perpetrentur: iccirco statuimus, vt quando ipsi fratres de talibus expurgare sedebent, missa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo ex præsentibus fratribus, & sic expleta missa omnes cōmunicentur in hęc uerba, corpus Christi sit tibi hodie ad probationem, & infra, Si Episcopo, aut presbytero aliquod maleficium fuerit imputatum, in singulis missa celebrari debet, & communicari,* de singulis sibi imputatis innocentem se ostendere: sed peccatores occultos non oportet manifestari: quia si frontem verecundiæ abiecerint, liberius peccabunt, ut Aug. dicit in lib. de verbis Domini. ergo peccatoribus occultis non est corpus Christi dandum, etiam si petant.

SED CONTRA est, quòd super illud Psal. 21. Mādu cauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ, dicit Aug.* Non prohibebat dispensator pingues terræ, idest peccatores, mensam Domini manducare.

RESP. Dicendum, quòd circa peccatores distinguendum est. Quidam enim sunt occulti, quidam vero manifesti, s. per euidentiam facti: sicut publici vsurarij, aut publici raptores: uel etiam per aliquod iudicium ecclesiasticum, uel sęculare. Manifestis ergo peccatoribus non debet ēt petentibus sacra communio dari: vnde Cyp.* scribit ad quendam, Pro dilectione tua consulendum me existimasti, quid mihi videatur de histrionibus, & mago illo, q apud vos constitutus adhuc in artis suæ dedecore perseuerat, an talibus sacra cōmunio cum ceteris Christianis debeat dari, puto nec maiestati diuinę, nec euāgelicæ disciplinæ congruere, ut pudor, & honor ecclesiæ tam turpi, & infami contagione fœdetur. Si vero non sunt manifesti peccatores, sed occulti, non potest eis petentibus sacra communio denegari: cū ẽm quilibet Christianus ex hoc ipso, quòd est baptizatus, sit admissus ad Dominicam mensam, non potest ei ius suum tolli, nisi pro aliqua causa manifesta: vnde super illud 1. Cor. 5. Si is, q frater nominat inter uos, &c. dicit glo. Aug.* Nos a communione quemquàm prohibere non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo iudicio ecclesiastico, vel sęculari nominatum atque conuictum: potest tamen sacerdos, qui est conscius criminis occulte monere peccatorem occultum, uel etiam in publico generaliter omnes, ne ad mensam domini accedant, antequā de peccatis pœniteant, & Ecclesiæ reconcilientur: nam post pœnitentiam, & reconciliationem, etiam publicis peccatoribus non est communio deneganda, præcipue in articu. mortis, vnde in Concilio Carthaginensi* legitur, Scenicis, atque histrionibus, cæterisque huiusmodi personis, uel apostatis conuersis ad Deum, reconciliatio non negetur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sancta prohibentur dari canibus, id est peccatoribus manifestis: sed occulta non possunt publice puniri, sed sunt diuino iudicio reseruanda.

AD SECVNDVM dicendum, quòd licet peius sit peccatori occulto peccare mortaliter, sumendo corpus Christi, quàm infamari, tamen sacerdoti ministranti corpus Christi, peius est peccare mortaliter: infamando iniustè peccatorem

* In decr. 2. q. 4. c. Sæpe contingit.

* Aliàs pro singulis missam debet celebrare & cōicare.

* Refertur de consec. dist. 2. c. nō prohibeat. tom. 3.

* Li. 1. epis. 10. i prin.

* In lib. de medicina, pœnitētiæ c. 3. in medio to. 9.

* In Cōcil. 3. Cartha. can. 35.

## SVPER Q. XXI. Aliàs 80. Art. VI.

158 Inf. q. 81. ar. 2. corp. Et ad 2. & 4. dis. 9. ar. ti. 5. q. 1. p to. Et q. 2. Corint. Et quol. 5. artic. 12.

CONCL. 1. Manifestis peccatoribus, etiam petentibus, non debet Euchar. dari.

¶ PROB. Quia B. Cyprianus id docet.

¶ CONCL. 2. Si non sunt manifesti, sed occulti peccatores; non potest eis petentibus sacra cōmunio denegari.

¶ PROB. Quia quilibet baptizatus habet hoc, tanquàm ius suū, quòd. s. sit admissus ad Dominicam cęnam (vt patet ex eo, quòd baptizatus est. s. ex eo, quòd baptismus ei datus est ianua ad hoc sacramentum): & ius tale suum non potest alicui tolli, nisi pro manifesta causa (ut patet ex Aug. sup illud. 1. Cor. 5. Si quis frater &c.)

¶ CONCL. 3. Sacerdos, qui est conscius criminis peccatoris sacrā communionem petentis, potest occulte monere ipsum peccatorē occultum, uel etiam in publico generaliter omnes: ne ad mensam Domini accedant ante, q̃ de peccatis peniteant, & Ecclesiæ reconcilientur.

¶ EXAM. Ly petentis, scilicet verbo; uel facto. Puta; si cū alijs, uel sine alijs ad locum, ubi solet communio sacra dari, accedat tempore communionis. Ly potest, scilicet & debet. Pro sua, & alterius, conscientia releuanda. Prudenter tamen secūdum Christianam prudentiā in talibus correctionibus. 2. 2. q. 33. ar. &c.

¶ PROB. Quia de se patet (ut docet charitas, & conscientia.)

¶ CONCL. 4 Post pœnitentiam, & reconciliationem Ecclesiæ factā, non est communio deneganda peccatoribus etiam publicis: præcipuè in articulo mortis.

¶ PROB. Quia patet ex Concilio Carthaginensi.

### 1m de maiori.

Contra Christi præceptū. R. Sano modo intellectum. §. Tunc nihil &c. Nam illud præceptum non adducitur in sensu sano ab argumento. In Euāgelio. n. (stando in subiecta materia) prohibentur sancta dari canibus. i. peccatorib. manifestis, &c. vt in tex. Ex quo patet: quòd argumentum sic (ut oportet) ad rectitudinem sensus reductū est in fauorem conclusionis primæ: absq; offensa secūdæ & quartę.

### 2m de minori.

Sed minus malum videtur esse. R. Peccatori. § Tunc nihil &c. Licet. n. ex hoc, stante maiori illa, sequatur, quòd peccator deberet magis eligere infamari, q̃ indignę ad mēsam Domini accedere; tñ inde non sequitur, quòd sacerdos magis debeat eligere infamare peccatorem occultum; quàm permittere, quod ille mortaliter peccet cōmunicando. Ratio est: quia licet peius sit peccatori occulto peccare &c. ut in tex. Ex quo patet discurrenti: quod in virtute illius maioris

ris debuisset de sacerdote concludi totum oppositum eius; quod in argumento concluditur. Quia enim dé duobus malis minus est eligendum; & minus malum est sacerdoti, quòd permittat quasi inuitus peccatorem sumere Eucharistiam; quàm quód infamet iniuste ipsum, uel etiam quod hostiam ei det non cōsecratam: ideo debet inferri, ergo videtur hoc potius esse a sacerdote eligendum, quòd permittat peccatorem indigne accipere corpus Christi; q̄ q eum infamet, vel etiam quòd tradat ei hostiam non consecratam. Cæterùm (ut alias admonuimus) argumenta huiusmodi contra ueritatem ubique tenent locum diabolicarum tentationum, uel per seipsum interius, uel p suos filios primogenitos. i. hæreticos, exterius ad decipiendum alios incautos a diabolo in mūdo sparsarū: & iccirco non mirum, si cum causa apparentiæ (more fallaciarum in lib. Elenchorum, philosophi) causam defectus semp habeant, & eam maiorē. Discurre tu ingeniose lector perspicacissimo intellectu, adiutus Elucidationibus hisce formalibus, per omnia argumenta istius summæ Theologiæ; & videbis in practica, quæ dico. Hinc etiam vniuersaliter agnosces: quòd omnia argumenta hæreticorum, quæ ipsi falsò rationes uocāt, sunt illusoria phantasmata, & (ut inquit Concilium Nicænum secundū canon. 9.) puerilia, ludibria, furiosaque dicta, ac scripta. Hoc est: sine vlla uera ratione, sed incompactè uérbositate multa, progredientia; ac solutu facilia. Quod totum quàm verum esse monstrauit sanctus Doctor (ut uides): dum miro artificio usus & pro parte hæreticorum, aliorumq; falsorum hominum, argumenta contra ueritatem adduxit; & eadem, pro parte sua cæterorumque catholicorum, facillime soluendo, in multis defectuosa esse veraciter atque efficaciter sapientibus (ut & ipsi insipientibus pro ueritate succurrant) manifestauit.

* In q. 42. to. 4.

*In Ps. 98. circa med. expositionis to. 8.

3m maior. Corpus Christi interdum datur suspectis de crimine ad eorum manifestationem. ℞. Nullo tamē modo debet sic dari. §. Ad probationem in contrarium dicitur; q nihil probat. Ratio est: quia decreta illa sunt abrogata per contraria documenta, &c. vt in tex.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse insinuatum a scripturis: quòd sacerdos debet, & non debet, denegare sacramentum Eucharistiæ peccatori postulanti. Insinuatur autem, quòd debeat, per hoc; quòd dicitur Matth. 24. Quis putas est fidelis seruus & prudens; quem constituit Dominus super familiam suam; ut det illis cibum in tempore? Quod pro tanto hic adductum sit: pro quanto ibi monstratur, quód serui fidelis & prudentis est bene dispensare cibaria familiæ domini sui. Per quod (ut patet) a fortiori monstratur: q si fidelem prudentiam (ad differentiam infidelis prudentiæ illius vilici* Luc. 16.) in cibo materiali dispensando bonum est, & a Christo Domino laudabile; utpote ab ipso sic intentum. s. quòd fideliter & prudenter dispensetur: multò magis utique cibum hūc supercælestē, i. Eucharistiam bonum erit secundum fidelem prudentiam dispensare, & a Christo Domino commendabile; utpote ab ipso sic intentum. s. quòd fideliter, prudenterque dispensetur. Et contra: Hoc est, si dispensare cibum illū materialem absque fideli prudentia est malū, & a Christo illaudabile: multò utique magis (secundum Euangeliū illud) erit & malum, & a Christo vituperabile, cibum ipsum supercœlestem dispensare sine prudentia fideli. Constat autem, quòd ad sapientem propriè pertinet inspicere illud Catonis, Cui des, videto; seu illud Eccles. 12. Si benefeceris scito cui feceris. & consequenter seruare illud eiusdem Eccles. cap. eod. Da bono, & non receperis peccatorem. Scriptura igitur per ly Quis putas est fidelis & prudens, &c. Si applicetur (ut decet) proposito isti, uoluit dicere: Cibum Eucharistiæ da iusto, non autem peccatori; alioquin tu sacerdos iudicaberis imprudens, ac infidelis minister. Insinuatur vero, quòd denegare nō debeat, per hoc; quòd dicitur Psal. 21. Manducauerunt &cæt. ut cum B. August. expositione ponitur in argum. contr. Item per factum Christi narratum Matth. 26. Ibi enim patet, quòd ipse peccatorem pessimum Iudam Scarioth simul cum cæteris existentem (id quod vt diximus, est quædam petitio) communicauit. q. 21 art. 2. corp. & ad secundum. Noluit autem per denegationem Eucharistiæ eum infamare, aut ei hostiam non consecratam porrigere: sed omnibus dans æqualiter dixit. Hoc est corpus meū, & Hic est sanguis meus. Verum quidem est: q ipse Christus monuit prius occulte peccatorem occultum inter se & ipsum solum. i. in corde eius (nemine aliorum. s. intelligente, cui diceret) per hoc, q anteà inquit; Veh homini illi, per quem filius hominis tradetur; Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Ac si ergo facto suo dixerit Christus; Peccatori occulto, qui. s. sacerdoti solum pro tali notus est, Eucharistiā petenti, non debet sacerdos negare communionem sacram: prius tñ monitione occulta, vel generali, ad ipsum caute præmissa. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis &c.

* Refertur de consec. dis. 2. c. 66. suluisti.

*In dec. li. 5. ti. 34. ca. 8. Ex tuarum.

torem occultū, quàm quòd ille mortaliter peccet, quia nullus debet peccatum mortale committere, ut aliū liberet a peccato. vnde Aug.* dicit in lib. q. super Gen. periculosissime admittitur hæc compensatio, ut nos faciamus aliquid mali, ne alius grauius malum faciat. Peccator tamen occultus potius deberet eligere infamari, quàm indigne ad mensam domini accedere. Hostia tamen non cōsecrata nullo modo debet dari loco consecratæ: quia sacerdos hoc faciens quantū in se est, facit idolatrare illos, qui credunt esse hostiam consecratam, siue alios præsentes, siue etiam ipsum sumentem: quia ut August.* dicit, nemo carnem Christi manducet, nisi prius adoret. vnde extra de celebratione missarū, ca. de homine, dicitur, licet is, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum peccet grauiter, si se ingerat, grauius tñ vr̄ offendere, qui fraudulenter illud præsumpserit simulare.

Ad tertium dicēdum, quòd decreta illa sunt abrogata per contraria documenta Romanorū Pontificum. Dicit. n. Stephanus Papa, ferri candentis, uel aquæ feruentis examinatione, confessionem extorqueri a quolibet, sacri canones non concedunt: spontanea. n. confessione, vel testium approbatione, publicata delicta commissa sunt regimini nostro iudicare: occulta uero, & incognita: illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominū. Et idem habetur extra de purgationibus,* c. ex tuarum. In omnibus. n. talibus esse videtur Dei tentatio. vñ sine peccato fieri non possunt, & grauius uideretur, si in hoc sacramento, quod est institutum ad remedium salutis, aliquis incurreret iudiciū mortis: unde nullo modo corpus Christi debet dari alicui suspecto de crimine, quasi ad examinationem.

AR-

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 6. aduerte Duran. in lib. 4. dist. 9. artic. vlt. limitare dictum auctoris hic. s. Occultis peccatoribus petentibus non potest sacra communio denegari, distinguit. n. de sacerdote curato, seu eius vicario, seu curam gerente, & similiter de tempore generalis cōmunionis aut infirmitatis, uel tempore alio, putatque non gerentem curam animarum debere negare communionem: ex eo, quòd non tenetur illius communicare etiam cum licentia curati: curatum autem extra tempus generalis communionis, persuasoriè, sine scandalo tamen, negare communionem debere. Mihi autem uidetur q licet cauta sit distinctio Duran. ut petens communionem non exequatur sacrilegium, quòd intendit debitum: tamen nullum video negando occulto peccatori publice se communioni ingerenti, siue sit sacerdos curatus, siue non, modo stet paratus in altari communicans quoscumque. Et ratio est: quia Christi actio, nostra est instructio: constat autem, quòd dominus nō tenebatur tunc ad communicandum Apostolos, & de facili modicum supersedendo potuisset sine scandalo euitare Iudam, instituendo sacramentum post datam intinctam buccellam, qua sumpta exiuit foras. Et confirmatur, quia Iudas non petijt communionem, & tamen Dominus Apostolicum chorum communicans, ipsum cum cæteris inuitauit dicens, comedite, seu bibite ex hoc omnes.

¶ Quocirca Duran. distinctio locum habere videtur, quando ad partem, coram alijs tamen peteret aliquis, ut sacerdos vellet celebrare, & ipsum communicare: tum. n. qui non tenetur communicare tunc occultum peccatorem, debet, si sine scandalo potest suum negare ministerium. Dico autem sine scandalo, quia si negatio in damnum vergeret famæ ipsius petentis, par esset ratio in hoc casu, & in casu quo staret paratus ad communicandum, posset enim ne actus negationis suæ, detraheret famæ proximi, communicare ipsum, relinquendo ipsi peccatori curam sumer.

¶ Item in eod. art. caute nota in nullo casu dandā, aut accipiendā esse hostiam non consecratā, quasi loco cōionis. Dico autē hoc, qa ēt sciente tam cōicante q̄ accipiente hostiā, nō esse consecratā, p p præsentes q indistinctè adorant, vel adorare possunt q̄libet hostiā q̄ deferri, vel dari conspiciunt, illicitū est: nam si nullus esset oīno præsens, non fingeret accipiens se cōicare, sed abstinere omnino.

¶ In responsione ad tertium eiusdem ar. nota, quòd decreta illa, quæ corpus Christi quasi ad examinationem ordinarent, non fuerunt per concilia vniuersalia facta: sed fuit concilium particulariter, ut patet 2. q. 4. & propterea non est mirum si errauit.

**SVPER Q. XXI. Aliàs 80. Art. VII.**

CONCL. I. Nocturna pollutio secundum se considerata non impedit ex necessitate a sumptione huius sacramenti.

¶PROB. Quia pollutio nocturna secundum se considerata, non est, immo nec esse potest, peccatum mortale (ut supponitur ex 1.2.q.88. ar.2.corp.fin.) & a perceptione huius sacramẽti impedit ex necessitate solũ mortale (ut patet artı.4. item q.20. art.8.)

¶CONCL. 2. Pollutio nocturna considerata secũdum causam suã impedit quandoque de necessitate a sumptione huius sacramenti; quandoque autem nõ:

¶PROB. Quia nocturnæ pollutionis causa est quandoque peccatum mortale, quãdoq; verò non est mortale (ut de causis talib. diffusè declaratur in tex.)

¶CONCL. 3. Nocturna pollutio prouenĩes ex turpibus cogitationibus in vigilia habitis, est magis suspecta de peccato mortali: quàm prouenıens ex superfluitate cibi, & potus.

¶PROB. I. Quia peccatum mortale frequẽtius accidit circa turpes cogitationes (ut patet ex facilitate consensus. 1.2.q.74.arti.8.) q̃ circa sumptionem cibi & potus. Secũdò quia Greg. scribens Aug. Anglorum episcopo, conclusionem hãc insinuat per ly cessandum &c.)

¶CONCL. 4. Pollutio nocturna impedit ex congruentia a sumptione communionis.

¶PROB. I. Quia semper est cum quadam fœditate corporali. Secundo, quia euagatio mentis solet subsequi ipsam pollutionem (ut de his declaratur in tex.)

¶CONCL. 5. Prædictum concl. 4. impedimentum, quod ex congruitate prouenit, debet postponi ꝓpter aliquam necessitatem. i. ipso non obstante debet quis propter aliquã necessitatẽ accedere (alioqui tamen dignus. i. confes-

* 159 2.2.q.154. a.5. Et 4.d. 9.ar.4.q.2. Et ver. q. 28.artic.3. ad 6.

* Li.12.ca.15. in med. to. 3.

* In fi.li.2. registri ad 10. interrogationem Aug. c. 10. non longe a fine.

* Loco nũc dicto, parũ ante med. cap.10.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum nocturna pollutio aliquem impediat a sumptione huius sacramenti.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd nocturna pollutio non impediat aliquem a sumptione corporis Christi. Nullus. n. impeditur a sumptione corporis Christi, nisi propter peccatum, sed nocturna pollutio accidit sine peccato: dicit enim Aug.* 12. super Gen. ad literam, ipsa phantasia, quæ fit in cogitatione sermocinantis, cum expressa fuerit in visione somniantis, ut inter illam, & veram coniunctionem corporum non discernatur: continuo mouetur caro: & sequitur, quòd eũ motum sequi solet, cum hoc tam sine peccato fiat, quàm sine peccato a vigilantibus dicitur: quod ut diceretur proculdubio cogitatum est. ergo nocturna pollutio non impedit hominem ab huius sacramenti sumptione.

¶ 2 Præt. Greg. dicit in epistola ad Aug. episcopum Anglorum, si qs sua coniuge non cupidine voluptatis raptus, sed tantum creandorum liberorum gratia utitur, ille profectò, siue de ingressu ecclesiæ, siue de sumẽdo corporis Dominici mysterio, suo est iudicio relinquendus: quia prohiberi a nobis non debet accipere, qui in igne positus, nescit ardere. Ex quo patet, quòd carnalis pollutio etiam vigilantis, si sit sine peccato, nõ prohibet hominem a sumptione corporis Christi: multo igitur minus prohibet nocturna pollutio dormiẽtis.

¶ 3 Præt. Nocturna pollutio videtur solam immũditiam corporalem habere: sed aliæ immunditiæ corporales, quæ secundum legem impediebant ab ingressu sanctorum, in noua lege non impediunt a sumptione huius sacramenti, sicut de muliere pariente, uel menstruata, uel fluxum sanguinis patiente, scribit Beatus Greg.* Aug. Anglorum episcopo. ergo videtur quòd neque etiam nocturna pollutio impediat hominẽ a sumptione huius sacramenti.

¶ 4 Præt. Peccatum ueniale non impedit hominem a sumptione huius sacramenti, sed nec etiam peccatum mortale post pœnitentiam: sed dato, quòd nocturna pollutio prouenerit ex aliquo peccato præcedenti (siue crapulæ, siue turpium cogitationũ) plerumque tale peccatum est ueniale, & si aliquando sit mortale, potest contingere, quòd de mane pœnitet, & peccatum suum confitetur. ergo videtur quòd non debeat impediri a sumptione huius sacramenti.

¶ 5 Præt. Grauius peccatum est homicidii, quàm fornicationis: sed si aliquis de nocte se somniet se homicidium perpetrare, aut furtum, aut quodcumq; aliud peccatum, non propter hoc impeditur a sumptione corporis Christi. ergo videtur quòd multo minus fornicatio somniata cum pollutione subsequente, impediat a sumptione huius sacramenti.

SED CONTRA est, quòd Leu. 15. dicitur, Vir, de quo egredietur semen coitus, immundus erit usque ad vesperũ: sed immundis non patet aditus ad sacramenta. ergo videtur quòd propter pollutionem nocturnam aliquis impediatur a sumptione huius sacramenti, quod est maximum sacramentum.

RESPON. Dicendum, quòd circa pollutionem nocturnam duo possunt considerari. Vnum quidem, ratione cuius ex necessitate impedit hominem, a sumptione huius sacramenti. Aliud autem, ratione cuius non ex necessitate impedit hominem, sed ex quadam congruentia: ex necessitate quidem impedit hominem ad huius sacramenti perceptionem, solum peccatum mortale. Et quamuis nocturna ipsa pollutio secundum se considerata, peccatum mortale esse non possit: nihilominus tamen ratione suæ causæ quandoq; habet peccatum mortale annexum: & ideo cõsideranda est causa pollutionis nocturnæ. Quandoque. n. prouenit a causa extrinseca spirituali, s. ex dæmonum illusione: qui sicut in prima parte habitum est,* phantasmata commouere possunt, ex quorum apparitione pollutio interdum subsequitur: quandoque vero prouenit pollutio ex causa intrinseca spirituali, s. ex præcedentibus cogitationibus: aliquando autem ex causa intrinseca corporali, vel ex superfluitate, siue debilitate naturæ, siue etiã superfluitate cibi & potus: quælibet autem harum trium causarum potest, & sine peccato, & cum peccato veniali, vel mortali existere, & si quidem sit sine peccato, vel cum peccato veniali, non ex necessitate impedit sumptionem huius sacramenti, ita s. quòd homo sumẽdo sit reus corporis, & sanguinis domini: si vero sit cum peccato mortali, impedit ex necessitate, illusio. n. dæmonum quandoque prouenit ex præcedenti negligentia præparationis ad* deuotionem, quæ potest esse, & mortale, & veniale peccatum, quandoque vero prouenit ex sola nequitia dæmonum uolentium impedire hominem a sumptione huius sacramenti. vnde legitur in collationibus patrum, quòd cum quidam frater pateretur pollutionem semper in festis, in quibus erat communicandum, seniores comperto, quòd nulla causa ab ipso præcesserat, decreuerunt quòd propter hoc a communione non cessaret, & ita cessauit illusio dæmonum similiter etiam præcedentes cogitationes lasciuæ, quandoque possunt esse omnino sine peccato, puta cum aliquis causa lectionis, vel disputationis cogitur de talibus cogitare. Et si hoc sit sine concupiscentia, & delectatione, non erunt cogitationes immundæ, sed honestæ, ex quib. tamen pollutio sequi potest, sicut patet ex auctoritate Aug.* supra inducta. Quandoque vero præcedentes cogitationes sunt ex concupiscentia, & delectatione, & si adsit consensus, erit peccatum mortale, si autem desit, erit veniale. Similiter etiã, & causa corporalis quandoque est sine peccato, puta cum est ex infirmitate naturæ, vnde, & quidam etiam in vigilando absque peccato fluxum seminis patiuntur, vel etiam si sit ex superfluitate naturæ, sicut enim contingit sanguinem fluere absque peccato, ita & semen quod est superfluitas sanguinis, secundum Philosophum.* Quandoque vero est cum peccato: puta cum prouenit ex superfluitate cibi, vel potus, & hoc etiam potest esse peccatum veniale, vel mortale, licet frequentius peccatum mortale accidat circa turpes cogitationes, propter facilitatem consensus, quàm circa sumptionem cibi, & potus. Vnde & Greg.* scribens Aug. Anglorum episcopo dicit, cessandum esse a communione quando ex turpibus cogitationibus prouenit, non autẽ quando prouenit ex superfluitate cibi, vel potus, præsertim si necessitas adsit. sic igitur ex causa pollutionis considerari potest, vtrum nocturna pollutio impediat ex necessitate sumptionem huius sacramenti. Ex quadam vero congruentia impedit quantum ad duo, quorum vnum semper accidit, scilicet quædam fœditas corporalis, cum qua propter reuerentiam sacra-

* q. 111. artic. 3.

* Aliàs deuotionẽ, & orationẽ.

* In arg. 1.

* Lib. 1. de gene. a. animalib. c. 18. a med. & ca. 19. parũ a prin.

* loco citato in arg. 1. & 2. ca. 11. & habetur 33. q. 4. ca. vir. cũ propria.

confessione sacramentali mortalium præmissa, artic. 4.) ad sumendam Eucharistiam.

¶ Prob. Quia Greg. hoc innuit (puta cum fortasse &c.)

1^m^ de maiori. Impeditur. ℞. Vel ex necessitate, vel ex conuenientia. §. Tunc nihil &c. Licet enim pollutio nocturna sit quandoque sine peccato, & consequenter non impediat ex necessitate (vt patet in concl. 2.) tamē semper impedit ex quadam conuenientia (ut patet in conclus. quarta.)

2^m^ de conclusione. Prohibet. ℞. De necessitate. §. Tunc nih. &c. Stat. n. simul; quòd sine peccato existens pollutio impediat semper de congruitate.

*Loco iam nūc dicto ad interrogatio. 11. Aug. c. 11.

3^m^ illatio conclusionis. Ergo videtur, quòd neque &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim est idem iudiciū faciendū (quod tamen facit argumentum) de immūditijs diuturnis, & de citò transeuntibus.

* In corp. art.

4^m^ de maiori. Sed nec etiam peccatū mortale post pœnitentiam. ℞. Nisi illud peccatum fuerit pollutio. §. Hæc. n. semper impedit ex quadam cōgruitate (ut in conclus. 4.) Nam licet per contritionem, & confessionem &c. vt in tex. Tunc nihil &c. vt patet.

*In cor. ar.

* Refertur 33. q. 4. ca. Sciatis.

5^m^ maior. Grauius peccatū est homicidij, quàm fornicationis. ℞. Eius tamen somniū nō inducit immūditiā corporalem, neque tātam mentis distractionem: quam, & quantam inducit somnium fornicationis cū pollutione subsecuta. §. Tunc nihil &c. vt patet. Sed argumentum peccat in fallacia secundum non causam, ut causam. Non. n. minoritas, vel maioritas, quam putat argumentum, est causa impeditionis talis: sed corporalis immunditia, & mentis distractio. Hæc dicta sint de somnio homicidij secundum se consideratæ: quoniam si secundum causam suam consideretur, aliter dicendum erit. Et hæc sunt: quæ anotasse uoluit textus in ly si tamē somnium homicidij, &c.

*Aliàs hęsere complexibus.

sacramenti, non decet ad altare accedere, vnde & volentes tangere aliquid sacrum, manus lauant, nisi forte talis immunditia sit perpetua, vel diuturna, sicut est lepra, vel fluxus sanguinis, vel aliquid huiusmodi: aliud autem est euagatio mentis, quę sequitur pollutionem nocturnā, præcipuè quando cum turpi imaginatione contingit. Hoc tamen impedimentum, quod ex congruitate prouenit, postponi debet propter aliquā necessitatem, puta vt Greg.* dicit, cū fortasse aut festus dies exigit, aut exhibere ministerium pro eo, quòd sacerdos alius deest, ipsa necessitas compellit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ex necessitate quidem non impeditur homo a sumptione huius sacramenti, nisi propter peccatū mortale; sed ex quadam cōuenientia potest homo impediri ꝓpter alias causas, sicut dictum est.*

Ad secvndvm dicendum, ꝙ coitus coniugalis si sit sine peccato (puta si fiat causa prolis generandæ, vel causa reddendi debitum) non alia ratione impedit sumptionē huius sacramenti, nisi sicut dictum est* de pollutione nocturna, quæ accidit sine peccato, s. propter immunditiā corporalem, & mentis distractionē: ratione cuius Hier.* dicit sup Matt. si panes propositionis ab his, q uxores tetigerant, comedi nō poterant, quanto magis panis, qui de cœlo descendit, non potest ab his, qui coniugalibus paulo ante* vacauere amplexibus, violari, atque contingi? nō quòd nuptias condemnemus, sed ꝙ eo tempore, quo carnes agni manducaturi sumus, vacare carnalibus operibus non debemus, sed quia hoc secundum congruitatem, & non secūdum necessitatem est intelligendū, Greg.* dicit, quòd talis est suo iudicio relinquendus: si uero non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere (vt ibidem G. subdit) tunc prohiberi debet, ne accedat ad sacramentum.

Ad tertivm dicēdum, quòd sicut Greg.* dicit in epistola supradicta ad Aug. Anglorum episcopum, in veteri testamento aliqui polluti dicebantur figuraliter, quod populus nouæ legis spiritualiter intelligit. vñ huiusmodi corporales immunditiæ, si sint perpetuæ, vel diuturnæ, non impediunt sumptionem huius sacramenti salutaris, sicut impediebant accessum ad sacramentā figuralia: si vero cito transeant, sicut immunditia pollutionis nocturnæ, ex quadā congruentia impediunt sumptionē huius sacramenti per illum diē, quo hoc accidit. vnde, & Deut. 23. dicit: si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, & non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur aqua.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ licet per contritionem, & confessionem auferatur reatus culpæ, non tamen aufertur corporalis immunditia, & distractio mentis ex pollutione consecuta.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ somnium homicidii nō inducit corporalem immunditiam, nec etiam tantam distractionem mentis, sicut fornicatio somniata propter delectationis intensionem: si tamen somniū homicidii proueniat ex causa, quæ est peccatum, præsertim mortale, impedit a sumptione huius sacramenti, ratione suæ causæ.

APPENDIX.

*loco citato in argu. & habetur 33. q. 4. ca. Vir cū proprius. In fi. registri ad interroga. 10. a med.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò insinuatum esse a scripturis: quòd pollutio nocturna ipedit a sumptione Eucharistiæ. Vt per hoc, quòd dicitur Leuit. 15. Vir &c. secundum quòd cum applicatione ponitur in argu. contr. Item per hoc, ꝙ dicitur Deuter. 23. Si fuerit &cęt. Secundum quòd est in ad tertium. Pro cuius ampliori notitia vide Veritates aureas super totā legem veterem, Deuter. 23. cōclus. quinta. Itē a Christo per hoc factū suum, quod in cęna illa suprema, qua cōmunionem hanc sacrā dedit Apostolis, lintheo præcinxit se Ioan. 13. Loturus pedes ipsorum. Pręcinctio. n. ista designat restrictionem hominis ab his omnibus, quæ ad luxuriam pertinēt; inter quæ connumeratur salte materialiter nocturna pollutio. Restrictionem, inquam, maximè tempore communionis de propinquo sumēdę. Lumbos siquidem præcingimus (ait B. Greg. Homil. 13. super Luc. sint lumbi vestri pręcincti, &c.) cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Quoniam lumborum nomine luxuria designatur. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Responsio quasi 2.

---

Scot. 4. s. d. 7. q. 3.
Sot 4. s. d 12. q 1 art. 8.
Rich. 4. s. d. 8. q. 3.
Palud. 4. d. 8. q. 2.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum cibus uel potus præassumptus impediat sumptionem huius sacramenti.*

Ad octavvm sic proceditur. Videtur quòd cibus, vel potus præassumptus nō impediat sumptionem huius sacramenti. Hoc enim sacramentum est a Domino institutū in cęna: sed Dominus postquàm cęnauit, hoc sacramentum discipulis suis tradidit, sicut patet Luc. 22. & 1. Cor. 11. ergo videtur quòd etiam post alios cibos assumptos nos debeamus sumere hoc sacramētum.

¶ 2 Præt. Primæ Cor. 11. dicitur. Cū conuenitis ad manducandum, s. corpus Domini, inuicem expectate, si quis autem esurit, domi manducet: & ita videtur ꝙ postquā aliquis domi manducauerit, possit in ecclesia corpus Christi manducare.

¶ 3 Præt. In Concilio Carthaginēsi legitur, & habetur de consec. dist. 1.* sacramenta altaris non nisi a ieiunis hominibus celebrētur, excepto vno die anniuersario, quo cœna Domini celebratur. ergo saltē illa die aliquis potest corpus Christi post alios cibos sumere.

*In Conc. 3. Cartha. can. 29. & habetur de conse. dist. 1. ca. sacramento altaris.

¶ 4 Præt. Sumptio aquæ, vel medicinæ, vel alterius cibi, vel potus in minima quantitate, vel reliquiarum

### SVPER Q. XXI. Aliàs 80. Art. VIII.

160 Infr. art. 9. corp. Et 2. 2. q. 147. artic. 6. ad 2. Et 4. dist. 8. q. 1. arti. 4. q. 1. & 2. & 1. Cor. 11. lec. 4.

Concl. 1. Impeditur conuenienter ꝑ prohibitionē ecclesiæ, aliquis a sumptione Eucharistiæ post cibum, & potum assumptum: licet non impediatur secundum se ab hoc.

¶ Prob. Quia & honor tanti sacramenti, & significatio rei eiusdem sacramenti, & vitatio periculi vomit* ac ebrietatis monstrant talem prohibitionem ecclesię esse conuenientem (ut de his trib. medijs declaratur in tex.) id qđ est, aliquem impediri per prohibitionē ecclesię a sumptione Euch. p. ci. c. po. assu. Secūda autē pars, scilicet, licet non &cæt. probatur. Quia sumere Eucharistiam pōst cibū ac potum assumptum non est secūdum se peccatum mortale, (ut patet ex eo; ꝙ præassumpsisse cibum ac potum non habet repugnantiā ad significatum huius sacramenti, ar. 4. corp.) & pec-

peccatum mortale tantummodo impedit secundum se à sumptione Eucharistiæ (cum ipsum solum repugnet significato prædicto. art. 4 corp. item. q. 20. ar. 8.)

¶ Concl. 2. Ab Ecclesiæ prohibitione generali præmissa excipiuntur infirmi; qui statim communicandi sunt etiam post cibum, si de eorum periculo dubitatur.

¶ Prob. 1. Nè sine communione decedãt. Secundò quia necessitas non habet legem. Tertiò quia id patet ex Concilio Guarmaciẽsi, De consecr. dist. 2. cap. presbyter.

¶ Not. Ecclesiæ timori huic. s. Nè sine cõmunione moriãtur (ut habes in illo decreto, De consec.) consonum valde est illud; quod docuit B. August. Nam in eius vita sic legitur. Denique dissolutioni sui corporis appropinquãs hoc memoriale docuit: Nullum videlicet hominem, quantumcũq; excellentis meriti, sine confessione & eucharistia debere trãsire. Hæc ibi.

## 1m illatio conclusionis.

Ergo videt quòd etiam, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit. n. ex præmissis malè intellectis, quasi per fallaciam secundum nõ causam, vt causam. Na putat: Christum post alios cibos dédisse discipulis eucharistiam ex hac causa. s. quia ꝑ hoc esse præceptum intendebat, quòd postmodũ eucharistiam sumerent homines post alios cibos (quæ opinio reprobatur ab Aug.) & tamẽ vera facti illius causa fuit alia. s. vt vehementius commendaret mysterij ipsius altitudinẽ, idest ut per hoc ostenderet, tam altum mysterium fuisse præfiguratum ab illo Pascha veteri, quod iam comederant: & ideo ordine cõuenientissimo nõ ante, sed post figuram ipsam, tanquàm ab ea figuratum, debuisse tunc poni. Remota igitur causa remoueri debet effectus: sicut posita, ponebatur. Hoc est. Sicut tempore institutionis, quia figura præcedit figuratum, necesse fuit, assumi eucharistiam post cibos illos legales: ita nunc, quando non amplius primò instituitur, non est necesse, eam assumi post alios cibos. Immo nunc, posita alia causa. s. illa triplici, quam adduxit probatio conclusionis, necesse est, poni alium effectum. i. sumptionem eucharistiæ esse ante sumptionem cuiuscumque alterius cibi, & potus.

* Epist. 118. cap. 6. ante me. to. 2.

* art. præc. & ar. 4. huius quæst.

* Epist. 14. cap. 6. ante me. to. 2.

¶ Exam. Ly vt Apostolis, ꝑ q. Eccl. disp. erat, seruaret hunc locũ. Hac B. Aug. sententia manifeste patet: quòd circa sacramentorum administrationem Ecclesia Apostolica (de qua in symbolo Patrũ canitur; Credo vnam sanctam catholicam & Apostolicam Ecclesiam) magnam habet authoritatem ordinandi. s. de modo, de tempore, de ritu, de loco, deq; similibus: & hãc habet a tempore etiam Apostolorum, eam sibi tradente Christo Domino adhuc in carne mortali uiuente. Quod. n. de ritu circa eucharistiam hic dicit textus post D. Aug. intellige a fortiori dictum de dispensationis potestate circa alia sacramenta. quoniam omnium sacramentorũ maximum est eucharistia. Textus iste ex B. Aug. desumptus confirmatur vehementer ex Cõcilio Trid. sess. 21. c. 2. dicente. Præterea declarat hanc potestaté perpetuo in ecclesia fuisse, ut in sacramẽtorum dispensatione, (salua illorum substantia) ea statueret, vel mutaret: quæ suscipientium utilitati, seu ipsorum sacramentorum venerationi, pro rerum temporum, & locorum uarietate, magis expedire iudicaret. Id autem Apostolus non obscurè visus est innuisse, cum ait; sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorũ Dei: atque ipsum quidé hac potestate usum esse, satis constat cum in multis alijs, tum in hoc sacramento: cum ordinatis nonnullis circa eius vsum, cetera, inquit, cũ venero, disponam. Hæc ibi.

* De cons. d. 2. c. Presbyter.

* Epist. 118. c. 6. in me. to. 2.

cibi in ore manentium, neque ieiunium ecclesiæ soluit, neque sobrietatem tollit, quæ exigitur ad hoc, quòd aliquis reuerenter sumat hoc sacramentum. ergo per prędicta non impeditur aliquis a sumptione huius sacramenti.

¶ 5 Præt. Quidam de nocte profunda comedunt, aut bibunt, & forte totam noctem insomnem ducẽtes, de mane percipiunt sacra mysteria nondum plene digesti. Minus autem impediretur sobrietas hominis, si in mane parum comederet, & postea circa nonam sumeret hoc sacramentum. cum etiam sit quandoque maior distãtia temporis. ergo videtur quòd talis cibi præsumptio non impediat hominem ab hoc sacramento.

¶ 6 Præt. Non minor reuerentia debetur huic sacramento iam sumpto, quàm ante sumptionem: sed sumpto sacramento, licet cibum aut potum sumere. ergo & ante sumptionem.

Sed contra est, quòd Aug. dicit in lib. responsionum ad Ianuarium, placuit Spirituisancto, vt in honorem tanti sacramenti, prius in os Christiani corpus Dominicum intraret, quàm cæteri cibi.

Resp. Dicendum, quòd aliquid impedit sumptionẽ huius sacramenti dupliciter: uno modo secundum se, sicut peccatum mortale, quod habet repugnantiam ad significatũ huius sacramenti, ut supra dictum est:* alio modo propter ꝓhibitionem ecclesiæ: & sic impeditur aliqs a sumptione huius sacramenti post cibũ, & potum assumptum, triplici ratione. Primo quidem sicut Aug.* dicit in honorem huius sacramenti, vt s. in os hominis intret nõdum aliquo cibo, uel potu infectum. Secundo ꝓpter significationem, ut s. detur intelligi, quòd Christus, qui est res huius sacramenti, & charitas eius, debet primo fundari in cordibus nostris, secundum illud Matt. 6. Quærite primum regnum Dei. Tertio, propter periculũ uomitus, & ebrietatis, quæ quandoque contingunt ex hoc, quod homines inordinate cibis vtuntur, sicut & Apostolus dicit primæ Corint. 11. Alius quidem esurit, alius autem ebrius est: ab hac tamen generali regula excipiuntur infirmi: qui statim communicandi sunt, etiam post cibum, si de eorum periculo dubitatur, ne sine communione decedant: quia necessitas legem non habet. vnde dr̃ de cõsecr. *dist. 2. Presbyter infirmum statim communicet, ne sine communione moriatur.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Aug.* in eod. lib. dicit, neque quia post cibos dominus dedit, propterea pransi aut cęnati fratres ad hoc sacramentum accipiendum conuenire debẽt, aut mensis suis miscere: sicut faciebant, quos Apostolus arguet & emendat: namque saluator, quo vehementius commendaret mysterii illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ discipulorum: & ideo non præcipit, quòd deinceps tali ordine sumeretur, ut Apostolis, per quos ecclesias dispositurus erat, seruaret hunc* locum.

Ad secundum dicendum, quod illud verbum in glo. sic exponitur: si quis esurit, & impatiens non vult expectare alios, manducet domi cibos suos, idest, pane terreno pascatur, nec post eucharistiam sumat.

Ad tertium dicendũ, quòd capitulum illud loquitur secundum consuetudinem aliquando apud aliquos obseruatam, ut in repræsentationem dominicæ cenæ illo die a nõ ieiunis corpus Christi sumeret: sed nunc hoc abrogatum est: nam sicut Aug.* in lib. prædicto dicit: per vniuersum orbem mos iste seruatur, vt scilicet corpus Christi a ieiunis sumatur.

Ad quartum dicendum, quod (sicut in secunda parte habitũ est*) duplex est ieiunium. Primum est ieiunium naturæ: quod importat priuationem cuiuscumq; præassumpti per modum cibi, vel potus, & tale ieiunium requiritur ad hoc sacramentum propter prædicta,* & ideo neq; post assumptionem aquæ, vel alte-

rius

## 2m de maiori.

Et ita uidetur, quod postquã aliquis domi manducauit, possit in Ecclesia corpus Christi manducare. ℞. Negatur iste sensus deductus ex Apostolo. §. Nam ex ipso deducitur & falsò, & contra intentioné eius. Illud. n. verbum Apostoli, vnde argumétum deductionem talé sibi confingit, in glossa sic exponitur. Si quis esurit, & impatiens, &c. ut in tex. Vide & D. Aug. in respon. ad primum glossæ huic vniformem per ly neque propterea prãsi aut cęnati fratres ad hoc sacramentum accipiendum conuenire debent, aut mensis suis miscere: sicut faciebant, quos Apostolus arguit, & emendat. Patet. n. quòd Apostolus illos (hi erant, de quibus. 1. Cor. 11.) non emendasset, quantum in se fuit: si eisdem de tali irreuerentia, quòd s. post vel inter, alios cibos sumerent eucharistiam, redarguitis dixisset postea: si quis esurit, manducet domi suæ, & postmodum in Ecclesia sumat Dominicam cęnam.

* Ex glo. in lin. ibi colligitur.

* in ep. 118. cap. 6. ante me. to. 2.

* 22. q. 147 art. 6. ad 2. arg.

* In corp. art.

## 3m illatio conclusionis.

Ergo saltem, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit. n. ex præmissis, in hac parte, abrogatis. Nam cap. illud loquitur secundum &c. vt in tex.

## 4m de antecedente.

Ieiunium Ecclesię non soluit. ℞. Soluit tamen ieiunium naturæ. §. Tunc nihil &c. Nam ieiunium hoc. s. naturæ solum facit ad propositum conclusionis articuli. Circa quòd ieiunium diligentissime nota textum de reliquijs aquæ, vel vini, quibus os abluitur, loquentem cum maxima cautela expressa per ly, sed permixtæ saliuæ, & per ly

per ly quod vitari non potest. Hæc dixerim: ut de scrupulo conscientiæ, qui in tali oris ablutione faciliter (nisi magna circumspectio actualiter circa hoc adhibeatur) accidere potest, omnes eucharistiam sumpturos commonefacerem: Ne postea non ieiuni se vera, qui sibi tamen ex minori consideratione ieiuni videbantur, ad hoc sacramentum sumendum accedant. Videant etiam hi, qui sæpe ac iterum vino, vel aqua abluunt os: ne ex incautela, vel minori, quàm oporteat, cautela circa hoc decepti annumerentur quãdoque cum illo: qui, ut bonũ odorem corporeum præparaset Eucharistiæ sumẽdæ, nucem muschatam anteà manducabat, & sic non ieiunus communionẽ postea sumebat. Ne tamẽ putaueris me damnare id, quod non damnat D. Thomas (Absit): sed ipsum recte intelligendum esse velim, ac (ne in tanta re fiat error) vigilantissime põderandum illud, quod ipse propterea cautè multum expressit. s. ly permixtæ saliuæ, & ly quod vitari non potest. Ablutionem ergo talem oris dimittere ex toto, securius est: quandoquidẽ necessaria cõmunionẽ sumpturo nõ est; & si reliquiæ ciborũ in ore manserint, prouideri aliter via tuta facile potest absque periculo.

5^m de minori.

Minus autem impediretur. ℞. Quantum ad perturbationem mẽtis quandoque ex his contingentem. § Tunc nihil &c. Nam sermo nũc est de impediri, vel non impediri, quantum ad rationem præcepti Ecclesiæ; secundum cuius præcepti rationem talis, de quo adductum argumentum loquitur, impediretur magis a sumptione eucharistiæ: quoniã peccaret mortaliter propter inobedientiam ad tale præceptum cõicans non ieiunus.

rius cibi aut potus, vel etiam medicinæ, inquantumcumque parua quantitate, licet hoc sacramentum accipere: nec refert vtrum aliquid huiusmodi nutriat, vel nõ nutriat, aut per se, aut cum aliis, dummodo sumatur per modum cibi, vel potus: reliquiæ tamen cibi remanentes in ore si casualiter transglutiantur, non impediunt sumptionem huius sacramenti, quia nõ traiiciuntur per modum cibi, sed per modũ saliuæ, & eadem ratio est de reliquis aquæ, vel vini, quibus os abluitur: dummodo non traiiciantur in magna quãtitate, sed permistæ saliuæ, quod vitari non potest. Aliud autem est ieiunium ecclesiæ, quod instituitur ad carnis macerationem, & tale ieiunium per prædicta non impeditur, quia prædicta non multum nutriunt, sed magis ad alterandum sumuntur.

AD QVINTVM dicendum, quòd cum dicitur, quòd hoc sacramẽtum prius, quàm alii cibi, debet in os Christiani intrare, non est intelligẽdum absolute respectu totius temporis, alioquin, qui semel comedisset, vel bibisset, numquam posset postea hoc sacramentum accipere, sed est intelligendum quantum ad eundẽ diem, & licet principium diei, secundum diversos diuersimode sumatur: nam quidam a meridie, quidam ab occasu, quidam a media nocte: quidã ab ortu solis, diem incipiunt ecclesia tamen Romana diem a media nocte incipit. & ideo si post mediã noctem aliquis sumpserit aliquid per modũ cibi, vel potus, non potest eadem die

6^m maior. Non minor reuerentia debetur huic sacramento iam sumpto, quàm ante assumptionem. ℞. Magis tamen impeditur huiusmodi reuerẽtia per præcedentia, quam per sequentia. § Tunc nihil &c. immo pro. Nam ex eo, quòd impediri potest illa reuerentia magis per præcedentia, quàm per sequentia, factum est: quòd magis est institutum, quòd homines ieiunent ante assumptionem huius sacramenti, quàm post. Hinc agnoscere potes: quod argumentum peccabat in fallacia secundum non causam, vt causam. Causa enim præcepti de ieiunio ante communionem magis, quàm post, non est hæc, quam putat argumentum. s. quòd minor reuerentia debeatur sacramento iam sumpto, quàm ante sumptionem: sed vera huius causa est munimen contra impedimenta reuerentiæ talis, quæ crebrius atque periculosius præcedunt, quam sequantur.

¶ EXAM. Ly debet tamen esse aliqua mora inter sumptionẽ huius sacramenti, & reliquos &c. vt in tex. Pro cuius penetratione abũdantissima, speciatim vero quò ad facienda in illa mora, & quò ad vtilitatem illius decreti Papæ Clemẽtis, damnificationemque ex nostra illius abrogatione; vide omnino Veritates aureas super totam legem veterem. Leu. 22. concl. 2. exam. 2.

hoc sumere sacramẽtũ: potest vero, si ante mediã noctem: nec refert vtrũ post cibum, vel potum assumptum dormierit, aut etiã digestus sit, quantum ad rationem præcepti: refert autem quantũ ad perturbationẽ mentis quam patiũtur homines propter insomneitatem, vel indigestionem: ex quibus si mens multum perturbetur, homo redditur ineptus ad sumptionem huius sacramenti.

AD SEXTVM dicendum, quòd maxima deuotio requiritur in ipsa sumptione huius sacramenti: quia tunc percipitur sacramenti effectus, quæ quidem deuotio magis impeditur per præcedentia, quam per sequentia: & ideo magis est institutũ, quòd homines ieiunent ante sumptionem huius sacramenti, quàm post, debet tñ esse aliqua mora inter sumptionẽ huius sacramenti, & reliquos cibos. vñ & in missa, oratio gratiarũ actionis post communionem dicitur, & communicantes etiam suas priuatas orationes dicunt: secundum tamẽ antiquos canones statutum fuit a Papa Clemente (vt habetur de consecr. dist. 2.*) si mane Dominica portio editur, vsque ad sextam ieiunent ministri, qui eam sumpserunt: & si tertia, vel quarta, hora acceperint, ieiunent vsque ad vesperum. Antiquitus enim rarius missarum solemnia celebrabantur, & cũ maiori præparatione: nunc autem, quia oportet frequentius sacra mysteria celebrare, non posset de facili obseruari: & ideo per contrariam consuetudinem est abrogatum.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem destruas Lutheri errorem, quasi pro consilio, ab ipso vafrè coloratum talibus verbis: Eucharistiam sumere post cibum sumptũ, consultius est (ut videre est in Lutheri libello de abroganda Missa priuata: secũdum quòd refert Chlictoue*, li. 2. de officio Missæ contra Lutherũ. c. 10. & Thomas Valdensis, tomo 2. de sacramentis ca. 87.) Secũdò habes: quomodo per rationem ostendas, illum meritò damnari a B. Aug. secũdum quòd ponitur in argu. contr. & ad tertium. Itẽ a Concilio Constãtiẽsi sess. 13. Nonnulli post cœnam, uel aliàs non ieiunos, communicandum esse, temerariè asserunt contra laudabilem ecclesiæ consuetudinẽ rationabiliter approbatam. Hinc est: quòd hoc generale cõcilium declarat, decernit, & diffinit contra hunc errorem: quòd licet Christus post cœnam instituerit, & suis discipulis administrauerit hoc uenerabile sacramentum; tamen, hoc non obstante, sacrorum canonum authoritas, & approbata ecclesiæ consuetudo, seruauit & seruat; quòd huiusmodi sacramentum nec conficiatur post cœnam; nec sumatur a non ieiunis, nisi in casu infirmitatis. Hæc ibi. De ecclesiæ potestate circa administrationem sacramentorum vide, & pro semper memoriæ contra Nouatores, & veri sensus scripturarum deprauatores, instabiles, ac indoctos 2. Peter. 3. sedulo commenda illud examen post ad primum, cum Concilio Triden. ibi narrato. Secundò vides; quomodo ex iis bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Obseruandum.

* de conse. dist. 2. cap. tribus gradibus.

---

Bot. 4. s. d. 12. q. 1. ar. 9.

SVPER Q. XXI. Aliàs 80. Art. IX.

CONCL. 1. Habentib. debilẽ vsum rationis non est denegãda Eucharistia.

¶ PROB. Quia habẽtes debilẽ vsum rationis possunt aliquã deuotionem Eucharistiæ accipere.

¶ Con-

161 4. dist. 3. ar. 5. q. 3. & 4. & d. 23. q. 2. ar 1 q. 4. cor. Et Io. 6. lec. 7.

## ARTICVLVS IX.

*Vtrum non habentes vsum rationis, debeant suscipere hoc sacramentum.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd non habentes vsum rationis, non debeant hoc sacramentum suscipere: requiritur. n. quòd aliquis ad hoc sacramentum cum deuotione, & præcedente sui examinatione accedat, secundum illud primæ Corin. 11. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, sed hoc non potest esse in his, qui carent vsu rationis. ergo non debet eis hoc sacramentũ dari.

¶ 2 PRÆT. Inter alios qui carent vsu rationis, sunt etiam arreptitii, qui energumeni dicuntur: sed tales etiã ab inspectione huius sacramenti arcentur, & secundum Dion.* in lib.

¶ CONCL. 2. His, qui numquam habuerunt vsum rationis, non est exhibenda Eucharistia.

¶ PROB. Quia in talibus nullo modo præcessit Eucharistiæ deuotio.

¶ CONCL. 3. His, qui non semper caruerunt vsu rationis, si prius. i. quando erant compotes suę mentis apparuit in

*ca. 3. eccl. hier. par. 2.

in eis deuotio huius sacramenti, debet exhiberi Eucharistia in articulo mortis: nisi fortè timeatur periculum vomitus vel expuitionis.

¶Prob. 1. Quia patet ex terminis. Secundò quia hoc habetur ex Concilio Carthaginensi.

## 1m de minori.

Qui carent vsu rationis. ℞. Ita, quòd numquam habuerint eum. §. Tūc nihil &cæt. vt patet ex conclusionibus articuli. Non n. omnes vsu rationis carentes sunt tales: Non ergo de omnibus verificatur, quod affert minor: sed eorū aliqui possunt ad sacramētum hoc habere deuotionem præsentē (ut ij, de quibus est conclusio prima), aliqui verò præteritam (ut ij, de quibus loquitur cōclusio tertia.)

*In Arausicano cōc, can. 3. habeē de consecr. dist. 2. Qui recedunt.

## 2m de minori.

Sed tales. ℞. Nondum baptizati. §. Sic enim de his loquitur Diony. in probatione adduct°. Tunc nihil &c. vt de se patet. Semper namque de baptizatis intelligūtur articuli conclusiones.

## 3m de conclusione.

Alijs carentibus vsu rationis. ℞. Qui nūquam habuerunt illum. §. Sic enim glossandam esse conclusionem, docent præmissæ. Nam eadem ratio est de pueris recenter, &cæt. ut in tex. Tūc nihil &c. ut patet. Confirmaē autē textus præsentis doctrina ex Concil. Triden. sess. 21. canon. 4. Si quis dixerit parulis, antequàm ad annos discretionis peruenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem, anathema sit. Hæc ibi. Et cap. 4. Eadem sancta synodus docet: paruulos, vsu rationis carentes, nulla obligari necessitate ad sacramentalē Eucharistiæ cōmunionē: siquidem per baptismi lauacrum regenerati, & Christo incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non possunt. Hæc ibi. Pro ly sed quando iam pueri aliqualem incipiunt vsum rationis, &c. vide in artic. 11. appen. Concilium Tridentinum.

*In cōc. 4. Carth. ca. 76 & habetur 26. q. 6. c. Is qui infirmiter.

ecclesiast. hier. ergo carentibus vsu rationis, hoc sacramentum dari non debet.

¶ 3 Præt. Inter alios carentes vsu rationis, maxime pueri videntur esse innocentes: sed pueris hoc sacramētum non exhibetur. ergo multo minus aliis carentibus vsu rationis.

Sed contra est, quòd legitur in Concilio Arausicano, * & hr in decre. 26. q. 6. c. qui recedunt. Amentibus, quæcumque pietatis sunt, conferenda sunt: & ita est eis conferendum hoc sacramentum: quod est sacramentum pietatis.

Resp. Dicendum, quòd aliqui dicuntur non habere vsum rationis dupliciter. vno modo, quia habent debilem vsum rationis, sicut dicitur non videns, qui male videt: & quia tales possunt aliquam deuotionem huius sacramenti concipere, nō est eis hoc sacramentum denegandum: alio modo dicuntur aliqui non habere totaliter vsum rationis. aut igitur numquam habuerunt usum rationis: sed sic a natiuitate permanserunt, & sic talibus non est hoc sacramentū exhibendum: quia in eis nullo modo præcessit huius sacramenti deuotio: aut non semper caruerunt vsu rationis, & tunc, si prius, quando erant compotes suæ mentis, apparuit in eis deuotio huius sacramenti, debet eis in articulo mortis hoc sacramētū exhiberi: nisi forte timeatur periculum vomitus, vel expuitionis. vnde in Concilio Carthaginensi legitur, * & habetur in decr. 26. q. 2. Is, qui infirmitate pœnitentiam petit, si casu, dum ad eum sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim conuersus fuerit, dent testimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam, & si continuo creditur moriturus reconcilietur per manus impositionē, & infundatur ori eius eucharistia.

Ad primum ergo dicendum, quòd carentes vsu rationis possunt deuotionem ad sacramentum habere, quantum ad aliquos quidem præsentem, quantum ad alios autē præteritam.

Ad secundum dicendum, quòd Dion. * loquitur ibi de energumenis nondum baptizatis, in quibus. s. nōdum est vis dæmonis extincta, quæ viget in eis per originale peccatum: sed de baptizatis, qui corporaliter ab immundis spiritibus vexātur, est eadem ratio, quæ de aliis amētibus. vnde Cassianus dicit, eis, qui ab immundis vexantur spiritibus, communionem sacrosanctam a senioribus nostris numquam meminimus interdictam.

*loco citato in arg. 2

Ad tertium dicēdum, quòd eadem ratio est de pueris recenter natis, & de amentibus, qui nūquam habuerunt vsum rationis, vnde talibus non sunt sacra mysteria danda: quamuis quidam Græci contrarium faciant, propter hoc, quòd Dion. 2. * Cœlest. hier. dicit, baptizatis esse sacram communionem dandam, non intelligentes, quòd Diony. ibi loquitur de baptismo adultorum: nec tamen per hoc aliquod detrimentum vitæ patiuntur, propter hoc quòd dominus dicit Ioan. 6. nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: quia sicut Aug. * scribit Bonifacio, tunc vnusquisque fidelium, corporis, & sanguinis domini particeps fit, scilicet spiritualiter, quando in baptismate membrum corporis Christi efficitur: sed quando iam pueri incipiunt aliqualem vsum rationis habere, vt possint deuotionem concipere huius sacramenti, tunc potest eis hoc sacramentum conferri.

*c. 2. 1 par. 2. in fin.

* Refertur de consec. dist. 4. cap. Nulli.

A R-

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem, & quidem a fortiori interimas hæresim Aerianorum dicētium: Ad sanctam communionem non admittendos esse nisi continentes; & eos, qui seculo ita renunciarunt, vt nihil proprium possideant. Patet enim quòd articulus per hoc, quòd monstrat quosdam vsum rationis non habentes etiam posse quandoque ad sacram communionem admitti, nulla facta differentia de continentibus & improprietarijs, commonstrat: quòd multò magis coniugati, & diuites, seu alias incōtinentes & proprietarij (dūmodo præmittant confessionem sacramentalem, aliaq; præmittenda arti. 4 item q. 20 artic. 3. 8.) possunt admitti ad recipiendum hoc sacramentum. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illam meritò damnari a Conc. Lateranensi sub Innocent. III. Omnis vtriusque sexus fidelis, postquàm ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter cōfiteatur proprio sacerdoti: suscipiēs ad minus in Pascha Eucharistiæ sacramētum. Alioquin & viuens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Hæc illud; quæ recitantur extra de pœniten. & remission. Cōstat. n. quòd per ly omnis fidelis vtriusque sexus, non tantum continentes, & nihil propriū possidentes; sed etiam incontinentes, & propriū possidentes, immo & omnium conditionum homines, compræhenduntur. Et vide quanta districtione velit, illos omnes Eucharistiam sumere, ex magna pœna trāsgressori tum viuo, tum mortuo inflicta: ut inde simul agnoscas, quanta damnatione hæresim contrariā, quam prædiximus, percellat. Item a Christo ipso Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. non habebitis vitam in uobis. Itē, si quis māducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Item, qui manducat meam carnem, &c. Nulla enim exclusione utitur Dominus, vt patet per ly Si quis, ly manducaueritis, ly Qui: sed, ut ex vocabulis ipsis apertissimum est, uniuersos quarumcumque conditionum homines complectitur. Qua de re meritò dicendum videtur, quòd præmissum Conc. Lateranense sensum uerum Christi in Euangelio de sacra illa communione loquentis attigit, docuit, & explanauit per ly omnis vtriusque sexus fidelis. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pēsatis & applicatis doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 9. in responsione ad ultimum, aduerte circa communionem puerorum, & puellarum, cum ad annos discretionis peruenerint, iuxta c. utriusque sexus, quòd iudicium de initio discretionis debet a parentibus, & confessore fieri: A parentibus quidem, quoniam continua conuersatione experiuntur, an filius, seu filia discernere sciat panem spiritualem a materiali, & tunc deuotione præparare se ad sacramentum: A confessore uero: quoniam in ipsa confessione potest aduertere, quantum discretionis aut deuotionis possit inesse.

¶Et uidetur nimia cautela adhiberi a parentibus non exponentibus puellas decem annorum ad communionem: dicunt enim, quod sunt nimis paruæ: cum tamen sufficientem habeant, & discretionē, & deuotionē. Et licet ipsi pueri, ac puellæ uideantur excusari, retrahentibus parentibus, & confessore non præcipiente: quā disciplina ætatis illius exigit, ut maioribus suis, plusquam sibiipsis, & credant, & pareant, parentes tamen non excusantur.

# ARTICVLVS X.

*Vtrum liceat quotidie hoc sacramentum suscipere.*

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd non liceat quotidie hoc sacramentum suscipere: sicut enim baptismus repræsentat Dominicam passioné, ita & hoc sacramentum: sed non licet pluries baptizari, sed semel tantum: quia Christus semel tantum pro peccatis nostris mortuus est, vt dicitur primæ Pet. tertio, ergo videtur, quòd non liceat hoc sacramentum quotidie suscipere.

¶ 2 Præt. Veritas debet respondere figuræ: sed agnus Paschalis qui fuit figura præcipua huius sacramenti, vt supra dictum, est * non manducabatur nisi semel in anno: semel etiá in anno ecclesia celebrat Christi passionem, cuius hoc sacramentum est memoriale. ergo videtur, quòd non liceat quotidie sumere hoc sacraméntum, sed solum semel in anno.

¶ 3 Præt. Huic sacramento, in quo totus Christus continetur, maxima reuerentia debetur, ad reuerentiam autem pertinet, quòd aliquis ab hoc sacramento abstineat. vnde & laudatur Centurio, qui dixit Matt. 8. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, & Petrus, qui dixit Lucæ 5. Exi a me domine, quia homo peccator ego sum. ergo non est laudabile, quòd homo quotidie hoc sacramentum suscipiat.

¶ 4 Præt. Si esset laudabile, frequenter hoc sacramentum accipere, quáto frequentius sumeretur, tanto esset laudabilius: sed maior esset frequentia, si homo pluries in die sumeret hoc sacramentum. ergo esset laudabile, quòd homo pluries in die communicaret: quod tamen non habet ecclesiæ consuetudo. non ergo videtur esse laudabile, ꝙ aliquis quotidie hoc sacramentum accipiat.

¶ 5 Præt. Ecclesia intendit suis statutis fidelium vtilitati prouidere, sed ex statuto ecclesiæ fideles tenentur solum semel communicare in anno: vnde dicitur * extra, de pœniten. & remis. Omnis vtriusque sexus fidelis suscipiat reuerenter, ad minus in Pascha eucharistiæ sacramentum, nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilé causam, ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum. non ergo est laudabile, quòd quotidie hoc sacramentum sumatur.

SED CONTRA est, quòd Aug. dicit in lib. de verbis domini. Iste panis quotidianus est, accipe quotidie, vt quotidie tibi prosit.

RESP. Dicendum, ꝙ circa vsum huius sacri duo possunt considerari: vnum quidem ex parte ipsius sacramenti cuius virtus est hominibus salutaris, & ideo vtile est quotidie ipsum sumere, vt homo quotidie eius fructum percipiat. vnde Ambr. * dicit in lib. de sacramentis, si quotiescumque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, debeo semper accipere: qui semper pecco, debeo semper habere medicinam: alio modo potest considerari ex parte sumentis, in quo requiritur, vt cum magna deuotione, & reuerentia ad hoc sacramentũ accedat & ideo si aliqs se quotidie ad hoc paratum inueniat, laudabile, quòd quotidie sumat. vnde Aug. * cum dixisset, Accipe quod quotidie tibi prosit, subiungit, sic viue, vt quotidie merearis accipere: sed qa multoties in pluribus hominum, multa impedimenta huius deuotionis occurrunt, propter corporis indispositioné, vel animæ, non est vtile omnibus, hominibus, quotidie ad hoc sacramentum accedere sed quotiescumque se ad illud homo inuenerit præparatũ. vnde in lib. de ecclesiast. dogmatibus * dr̃, quotidie eucharistiæ cõmunionem accipere, nec laudo, nec vitupero.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ per sacr̃m baptismi configuratur homo morti Christi, in se suscipiẽs eius characterem: & ideo sicut Chr̃s semel mortuus est, ita solum semel debet homo baptizari: sed p hoc sacr̃m non recipit homo Christi characterem: sed ipsum Christũ, cuius virtus manet in æternum. vnde Heb. 10. dr̃ vna oblatione consũmauit in sempiternũ sanctificatos: & ideo qa quotidie homo indiget salutifera Christi virtute quotidie potest laudabiliter hoc sacr̃m suscipere: & quia præcipue baptismus est spiritualis regeneratio, ideo sicut homo semel carnaliter nascitur, ita debet semel spiritualiter renasci per baptismũ, vt Aug. * dicit super illud Io. 3. Qũo põt homo nasci cum sit senex: sed hoc sacramentum est cibus spiritualis: vnde sicut cibus corporalis quotidie sumitur, ita & hoc sacramẽtum quotidie sumere, laudabile est. vnde dominus Luc. 11. docet petere Panem nostrũ quotidianum da nobis hodie in cuius expositione Aug. * dicit in lib. de verbis Domini, si quotidie accipis, s. hoc sacramentum, quotidie tibi est hodie, tibi quotidie Christus resurgit: hodie enim est, quando Christus resurgit.

AD

---

*Alb. Mag. 4. d. 19. ar. 27. Sot. 4. s. d. 12. q. 1. art. 10.*

SVPER Q. XXI. Aliàs 80. Art. x.

162 4. di. 12. q. 3. arti. 1. Et 1. Cor. 11. ec. 7.

CONCL. 1. Si aliquis se quotidie eucharistiam sumẽdam paratum inueniat; laudabile est, quòd quotidie illam sumat.

¶ PROB. 1. Quia patet ex terminis. Secundo quia patet ex D. Augus. per ly sic viue; vt quotidie mer. acci.

¶ NOT. Pondera ly paratum. Quid auté sit esse paratum, declaratur in textu per ly vt cum magna. i. maxima (ut patet artic. 8. ad 6. princ.) deuotione & reuerentia ad hoc sacramentum accedat. Declaratur & a Conc. Triden. sess. 13. cap. 8. Omnes, & singuli, qui Christiano nomine censentur, memores tãtæ Maiestatis, & tam eximij amoris Dñi nostri IESV Christi, qui dilectã animam suam in nostræ salutis precium, & carné suã nobis dedit ad mãducãdum, hæc sacra mysteria corporis & sãguinis eius, ea fidei constãtia & firmitate, ea animi deuotione, ea pietate, & cultu, credãt & venerentur: ut panem illum supersubstãtialem frequẽter suscipere possint; & is verè sit eis anima, vita, & perpetua sanitas mentis. Cuius vigore confortati, ex huius miseræ peregrinationis itinere ad cœlestem patriam peruenire valeant; eundem panem Angelorũ, quem modo sub sacris velaminibus edunt, absq; vllo velamine manducaturi. Hæc ibi. Declaratur & ab Vrbano Papa (ut patet in lib. Clemen de reliq. & vener. sanctor.) sic prælatos ad inferiorum salutem monente. Subditos vestros salutaribus monitis solicité exhortantes: ut per veram & puram confessionem, eleemosinarũ largitionem, attentas & sedulas orationes, & alia deuotionis & pietatis opera, taliter se studeant præparare: ꝙ huius preciosissimi sacramẽti mereantur fieri participes; possintq; ipsum suscipere reuerenter, ac eius virtute augmentum consequi gratiarum. Hæc ibi. Ex quibus, simul cum prædicto concilio, patet abundé: quæ, & quanta, breuissimis illis verbis, scilicet cum magna deuotione & reuerentia, intellexerit sanctus Doctor. Ex eisdem quoque patet larga damnatio erroris pestilentissimi hæresim sapientis, quem Lutherus, quasi alijs compatiens, disseminare conabatur his uerbis; Magnus error eorum est, &c. qui supra articu. quarto, appen. & recitatus, & damnatus est. Quem (ut tibi studendi magis occasio detur) damnatum esse videas a Veritatibus aureis super totam legem ueterem, Genes. 40. conclus. secunda, item Leuit. septimo, conclus. quarta, & cap. 21. conclus. septima, & cap. 22. conclus. secunda, item Nume. octauo, conclus. octaua, & cap. nono, conclu. secunda. Item damnatũ ab Addition. articulorum numero 16. 149. cum Elucidation.

¶ CONCL. 2. Non est utile omnibus hominibus, quotidie ad hoc sacramentum accedere: sed quotiescumque se homo ad illud inuenerit præparatum.

¶ PROB. Quia multotiens in pluribus hominibus multa impedimenta prædictæ deuotionis occurrunt (ut patet ex indispositione vel corporis, uel animæ). Secunda pars, scilicet, sed quotiescumque, &c. patet ex cõclusione prima. Pars veró vtraq; simul probatur. Quia utraque innuitur a lib. de Ecclesiast. dogmatib. per ly quotid. Euchar. &c. Nam ly nec laudo, facit ad probandum primam partem conclusionis: & ly nec vitupero, valet pro secunda.

¶ CONCL. 3. Si, non ex parte sumentis hoc sacramentum (ut loquuntur duæ præmissæ conclusiones), sed ex parte sacramẽti ipsius, loquamur; Vtile est, absolutè, Eucharistiam quotidie sumere.

¶ PROB. 1. Quia vtile est, vt homo quotidie Eucharistiæ fructũ percipiat. Secundò: quia B. Ambrosius hãc cõclusionem innuit (libro de sacramentis.)

1m de maiori.

Ita. B. Quantum ad repræsentare passionem Dominicam; non auté, quantum ad modũ repræsentandi illã. § Hoc est. Similitudo illa tenet in hoc, quòd ambo scilicet baptismus, & sacramentũ altaris repræsentat Dñicã passionem: sed non tenet in hoc alio. s. quòd ambo repræsentent eodem modo illam. Baptismus. n. eam repræsentat per modum configurationis

---

* q. 73. ar.

* In decre. li. 5. tit. 38. ca. Omnes vtriusque cap. 8.

* In ser. 28. parum ante mediũ. to. 10.

* Li. 4. c. 6. me. to.

* In ser. 28. de ver. domi. parum ante med. to. 10.

* cap. 53. in prin. habet liber hic inter opera August. to. 3.

* Trac. 9. in Euan. Io. non mul. ante med. to. 9.

* In ser. 28. de verb. domi. a med. to. 9.

tionis,& regenerationis; inquantum.f.configurat hominem Christo passo per characterem, & generat hominem spiritualiter: Sacramentum vero altaris eam repræsentat non per hunc, sed per alium modum (ut declaratur in tex.) Tunc nihil &cæt. vt patet ibidem.

AD SECVNDVM dicendum, quod agnus Paschalis præcipue fuit figura huius sacramenti, quantum ad passionem Christi, quæ repræsentatur per hoc sacramentum: & ideo semel tantum in anno sumebatur, quia Christus semel mortuus est, & propter hoc etiam ecclesia celebrat semel in anno memoriam passionis Christi: sed in hoc sacramento traditur nobis memoriale passionis Christi per modum cibi, qui quotidie sumitur: & ideo quantum ad hoc significatur per manna, quod quotidie dabatur populo in deserto.

AD TERTIVM dicēdum, quòd reuerentia huius sacramenti habet timorem amori coniunctum (vnde timor reuerentiæ ad Deum, dicitur timor filialis, vt in secunda parte dictum est) ex amore. n. prouocatur desiderium sumendi, ex timore autē cōsurgit humilitas reuerēdi: & ideo vtrumque pertinet ad reuerentiam huius sacramenti, & quòd quotidiè sumatur, & quòd aliquando abstineatur: vnde August.* dicit, si dixerit quispiam non quotidie accipiēdam eucharistiam, alius cōtra, faciat vnusquisq; quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum: neque enim litigauerunt inter se Zacheus, & ille Centurio, cum alter eorum gaudens suscepit Dominum, alter dixit, Non sum dignus, vt intres sub tectum meum, ambo Saluatorem honorificantes, quāuis non vno modo: amor tamen, & spes, ad quæ semper scriptura nos prouocat, præferuntur timori. vnde, & cum Petrus dixisset. Exi a me Domine, quia homo peccator sum respondit Iesus, noli timere.

AD QVARTVM dicendum, quod quia dominus dicit, Pané nostrum quotidianum da nobis hodie, nō est pluries in die communicandum; vt saltem per hoc, quòd aliquis semel in die communicat, represēntetur vnitas passionis Christi.

AD QVINTVM dicendum, quod secūdum diuersum statum ecclesiæ, diuersa circa hoc statuta emanauerunt. nam in primitiua ecclesia, quando magna vigebat deuotio fidei Christianæ, statutum fuit, vt quotidie fideles communicarēt. vnde Anacletus Papa * dicit peracta consecratione, omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus: sic.n. & Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet ecclesia. Postmodum vero diminuto fidei feruore, Fabianus Papa † indulsit, vt si non frequētius saltem ter in anno, omnes communicent.s.in Pascha, Pētecoste, & Natali Domini. Soter * etiam Papa in cœna Domini dicit esse communicandum, ut habetur in decret. de consecr. dist. 2. postmodum propter iniquitatis abundantiam refrigescente charitate multorum, statuit Innocentius III. † vt saltem semel in anno, s. in Pascha, fideles communicēt: consulitur tamen in lib. de ecclesiasticis dogmatibus,* omnibus diebus Dominicis esse communicandum.

A R-

* 1.2.q.67. art.4.ad 2. Et 2.2 qu. 19.art.9.& alijs.

* Epist.11. c.3.to.2.

* In ep.sua 1.in me.illus, & habet de consecr.dist. 2. cap.Episcopus.

† De cōse. dist.2. cap. Etsi nō frequentius.

* In ep. ad epis.Italiæ de consec. dist.2. c.in cœna.

† Inn. III. in Cōc. Later.can.21.

* c.53 circa prin.habeē lib. hic inter opa Augusti.to.3.

**2m maior.** Veritas debet respondere figuræ. R. Si figura ei recte assignetur. §. Tunc nih.&c. Non.n.assignatur ab argumento propria figura Eucharistiæ, prout nunc Eucharistia consideratur. Nam agnus Paschalis præcipue fuit figura huius sacramenti, quantum ad passionem, &c. vt in text. Ex quo dic formaliter: quod eucharistia, tanquam ueritas, correspōdet figuræ Christi immolati quidē; sed, vt per modū cibi, nobis traditi. Adeò quod in figura, vt sacri huius figura est formalius debet attendi datio per modū cibi; quam passio per modum immolationis: vt & figura sit figura veritatis, secundum quod ueritas requirit; & veritas secundum id, secundū quod significatur a figura, correspondeat figuræ. Argūs ergo peccauit in hoc: quod non attendebat id, quod est magis formale in Eucharistia; quasi dicimus, ipsam esse memoriale passionis Christi. Debuisset. n. ad ly memoriale passionis Christi, addere formale. i. ut est nobis per modum cibi traditus. Et tunc vidisset, assignandum esse manna pro figura: sicut Christus ipse in Io. 6. semper assignat. Considerandum namq; docuit Christus, sic faciendo: quòd id, quod est formalius in Eucharistia, respici debet in assignando ei propriam figuram: cuius contrarium fecit argumentum (ut diximus.)

**3m minor.** Ad reuerentiam pertinet; quòd aliquis ab hoc sacramento abstineat. R. Et quòd aliquis hoc sacramentum quotidie sumat. §. Reuerentia.n.huius sacramenti habet, &c. vt in text. Ex quo patet: & quòd illa minor ab argumento adducebatur truncate; & quòd illa exempla de Petro ac Centurione non inferunt, esse laudabilius abstinere ab hoc sacramēto, quàm quotidie sumere; & consequenter quòd argumentum nihil contra veritatem articuli concludit.

**4m maior.** Si esset laudabile, frequenter hoc sacrm accipere; quanto frequentius sumeretur, tanto esset laudabilius. R. Dummodo non sumeretur pluries in eodem die. § Nā, quia Dñs dicit, panem nostrum quotidianum, &c. ut in text. Tunc nihil &c. vt de se patet. Pro textus proprietate in citando ly panē, &c. ad propositū huius sacramenti recole: quòd Matth. 6. ad ly panem nostrum, additur ly supersubstantialem. Ex quo patet: quod propric magis per ly panem, loquitur de eucharistia, quàm de pane materiali.

**5m maior.** Ecclesia intendit; suis statutis fidelium vtilitati prouidere. R. Secundū tñ, quòd videt pro tpe: fidelium animos ad vtilitatem ex suis statutis capescendam plus vel minus dispositos. §. In cuius signum est: quod sm statum diuersum Ecclesiæ. i. ipsorum fidelium, diuersa circa hoc statuta ab Ecclesia. i. a prælatis. i. (in proposito) a summis Pontificibus, emanauerunt. Vnde in primitiua Ecclesia, quando magna vigebat, &c. ut in tex. Tunc nihil &c. vt consideranti patet. Non.n. statutum illud de semel in anno fecit ecclesia: nisi quia, sic faciendo, consulere uoluit vtilitati fideliū; ne. s. si ad ter in anno illos ad cōicandum obligatos reliquisset, eorum multi crebrius (ut experientia forte docuerat) trāsgrederentur illud; & sic, tanquam duriores ex trāsgressionibus effecti, ruerent in peiora; & tandem, uelut desperantes semetipsos, nec semel quidem in biennio, aut decennio, ad sacramentum hoc, confessione præmissa, reuerenter accederent. Non ergo, quia absolute nō esset vtilius (iuxta conclusionem tertiam) ad communionem accedere, nec quia vtilitatē hanc ipsa nō desideraret suis filijs, statutum illud de semel in anno posuit: sed propter rationē prædictam. Quam sane intentionem suā demonstrat idem statutum per ly ad minus. Ac si per hoc pia mater Ecclesia expresse dixerit. Ego quidem, quantum est ex me, uellem, ut fideles, sæpe in anno (ut fieri solebat) ad eucharistiam deuotè sumēdum accederent. sed quantū est ex indispositione illorum cogor ad hoc. s. ad non constringēdum eos, ut communicent, nisi semel in anno: vnde si quis pluries in anno uoluerit communicare, mihi gratius admodum erit, dummodo paratus accedat. Sed & textus Diui Thomæ proprietate uerborū (qua uti, sibi familiare est) hoc ipsum insinuat per ly indulsit, & ly statuit. Tāquàm apertè dicat. Duo considerabātur a Fabiano Papa, & Innocentio in suis statutis: vnum. s. quòd relaxabant strictiora præcepta suorum prædecessorū de quotidie, uel ter, cōmunicando in anno; alterum, quòd ponebant terminos communicandi, quos præteriri non liceret. Primum illorum ipsi, quasi inuiti, fecerunt; & ideo respectu huius primi dico ly indulsit; quia uterque ipsorum non ex se, sed ex compassione ad filios suos, talem indulgentiam. i. relaxationem permisit: Secundum uerò illorum ipsi, bene volentes, fecerunt; & ideo respectu illius secundi dico ly statuit; quia vterque ipsorum ex animo suo directe uolenti, tales terminos posuit.

¶ NOT. Præsentis textus doctrina dat nobis vniuersalē regulā. s. quod a fine sumenda est ratio eorū, quæ sunt ad finē. Alioquin insipienter quis progredit. Vnde & finē, & ea quæ sunt ad finē, destruet simul: si regulā illā nō seruet. Ecce. Ab utilitate subditorū suorū, quæ bonorū superiorū (qualis est ecclesia) finis est, rōnem omniū statutorū suisse desumptā; vides i textu. Quia.n. Anacletus Papa nouerat ex feruore fideliū tūc existentiū, quod cōicare quotidie erat illis vtile; ideo de cōione quotidiana pceptū illud emisit: Quia uerò Fabianus Papa ex tepiditate suorum filiorū agnoscebat, quod cōicare quotidie nō, sed quod ter sic, erat illis cōiter vtile: ideo sm dispositionē ipsorū pro sua eorūdē utilitate cōmensuratus pceptū illud de trina cōione innuatim dedit: Quia deniq; Papa Innoc. ex frigiditate suorū filiorū sciebat, quod cōicare quotidie, aut etiā ter, non, sed quod semel sic, erat illis cōiter vtile; ideo iuxta illorū dispositionē pro sua eorūdē vtilitate cōmensuratus pceptum illud de vna cōione annuali constituit. Quā regulā s. a fine sumenda est, &c. si non seruassent: & finem. i. utilitatem subditorū suorū, & existētia ad finem. i. obseruantiā præceptorum suorum, forsitan facile perdidissent. Textus quoq; præsentis regula taliter declarata confirmatur per locum a simili, ex Conc. Triden sess. 24. cap. 2. de refor. matr. Docet experientia: propter multitudinē prohibitionū multoties in casibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia; in quibus uel non sine magno peccato perseueratur, uel ea non sine magno scandalo dirimuntur. Volens itaq; sancta synodus, huic incōmodo prouidere, & a cognationis spiritualis impedimento incipiens, statuit &cæt. Omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino

sublatis. Hæc ibi. Et sess. 25. c. 3. de refor. Quamuis excommunicationis gladius neruus sit ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valde salutaris; sobrie tamẽ, magnaq; circumspectione, exercendus est: cum experientia doceat, si temere aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari; & perniciem potius parere, quàm salutem. Quapropter mãdatur omnibus iudicibus ecclesiasticis, cuiuscumq; dignitatis existant: ut quandoq; executio realis, vel personalis in qualibet parte iudicij propria authoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, q̄ desiniendo a censuris ecclesiasticis, & cæt. Hæc ibi. Quæ omnia ad textus huius regulam confirmandam (pro bono tum superiorum, tum inferiorum) adeo patenter, ut considerabit sapiens, faciunt: vt nulla nostra speciali applicatione opus sit.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse insinuatum a scripturis, & Aug. quòd est, & non est, licitum sumere Eucharistiã quotidie. A B. August. quidem, quòd sit; vt ponitur in argum. contr. Vbi nota: quòd ex ly quotidianus, sumpsit. D. August. occasionem non solum commendandi quotidianam Eucharistiæ communionem; sed etiam ad talem sacramenti ipsius frequentiam exhortandi. Vnde sicut Christus dicens ly quotidianum. Luc. 11. loquitur (more suo) formaliter. i. de sacramenti vsu quotidiano, quantũ est ex parte sacramenti (quo & modo tertia articuli conclusio locuta est): ita B. August. loqui formaliter intelligitur. Dixi ly more suo: quia solet Dominus formalem sensum habere in verbis; quotiescumque de tali pane cœlesti loquitur. Et meritò quidem: ut altissimo sacramento altissimus verborum sensus, qui formalis est, correspondeat. Discurre per teipsum, studiosissime lector (non. n. longius a textu Thomistico diuertere proposui) capitulum sextum. B. Ioannis Euangelistæ, ubi præcipue de hoc agitur: & passim videbis, quæ dico. Vt ly qui manducat hunc panem; quantum est ex virtute panis, viuet in æternum. Ly caro mea, quantum est ex se, est pro mundi vita. Ly non sicut mãducauerunt patres uestri manna; & mortui sunt, quantum fuit ex parte mannæ, quia. s. illud corporeum manna non habebat virtutem neque præseruandi a morte peccati, & æterna, neque dandi vitam siue gratiæ, siue gloriæ. Ly &c. A scripturis verò, quod non sit licitum quotidie communicare, insinuatur, tanquam a fortiori per hoc: quod de puellis ad regem Assuerum ingressuris dicitur, Hester cap. 2. ita ut sex mensibus oleo ungerẽtur myrtino, & alijs sex quibusdam pigmentis, & aromatibus vterentur. Itẽ per hoc; quòd de pueris dicitur, Daniel cap. 1. vt enutriti tribus annis, postea starent in conspectu regis. Si enim puellæ tales, & pueri, etiam post tantas curas de pulchritudine, de ornatibus (ut ibi habetur) non permittebantur accedere ad secretum regis thalamũ, nec stare in conspectu regis terreni; nisi post vnum, vel tres annos: quid nobis exinde datur intelligi de ijs; qui ad conspectum summi regis secretissimum atque sacratissimum volunt accedere. i. Eucharistiam sumere? Hoc videlicet: quod debent multò magis ad tantam diuinæ maiestatis mensam accessuri, & studio magno spiritualibus ornamentis accurate præparari; & non nisi post multos dies interpositos ad communionem ingredi, atque reuerti. Porrò, quantum pertinet ad illos spiritualis reuerentiæ ornatus; & unde eos acquirere ualeamus (quod totum ad præsentis articuli materiam facit): vide Veritates aureas super legem veterem, Gen. 41. concl. 3. Ex præmissis itaque omnibus ad illam quæstionem communiter sæpius ventilatam patet: quid secundum sanam tantorum virorum doctrinam simul cum scripturis acceptam de frequentia, maiori vel minori, communionis sacramentalis dicendum sit. Quam quidem tam lucide, tam copiosè, tam resolutè, tanque firmiter, sanctè, & catholicè, Doctor noster uerè Angelicus enucleauit: ut nihil supra. Secundò uides: quomodo ex ijs bene (ut oportet) pensatis, & applicatis, doctrina hæc Angelica declaretur atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 10. circa quotidianam celebrationem, nota August. verbum. Sic uiue, ut quotidie merearis accipere: quoniam per sic viuere intelligendum est, spiritualem uitam sic ducere, ut quotidiana communione semper augeatur: alioquin non sic viuitur, ut quotidie mereamur accipere. Nam qui quotidie meretur accipere, debet quotidie sic esse dispositus, vt fructum eucharistiæ percipiat, fructus autem spiritualis huius cibi est non solum actualis refectio spiritus, sed augmentum gratiæ: quoniam per totum tempus præsentis vitæ sumus in statu augmenti.

¶ Propter quod crebro, aut quotidie celebrantes discutiant in seipsis fructum præteritæ celebrationis, & secundum profectũ uel defectum, quem experiuntur in se, prosequantur, uel a prosecutione desistant: qui enim multis celebrationibus peractis ad actus virtutum non melius se habet, quam prius, passionibusque non minus subijcitur, quàm prius, parum, aut nihil celebrando proficit. Dico autem parum: quia forte quo ad aliquam actualem deuotionem profecit. Dixi quoque post multas celebrationes: quoniam non audeo asserere, in qualibet celebratione oportere celebrantem esse dispositum sic, ut per quamlibet celebrationem augeatur habitus gratiæ enim forte quispiam, quòd etiam puer in statu augmenti, non ex quolibet sumpto cibo singillatim augetur, quãuis hoc non multum vrgere uideatur: quia augmentum corporale a virtute naturali determinata ad naturalem dispositionem fit: augmentum autem charitatis a diuina fit uirtute, quandocumque anima ad hoc se sufficienter præparauerit.

Sot. 4. s. d. 12. q. 1. ar. 11.

## ARTICVLVS XI.

*Vtrum liceat omnino a communione cessare.*

AD VNDECIMVM sic proceditur. Vr̃ q̄ liceat cessare omnino a communione: laudatur enim Centurio de hoc, Matth. 8. Dñe non sum dignus, ut intres sub tectũ meũ. Cui cõparatur ille, qui reputat a cõmunione sibi esse abstinendũ ut dictum est, * cum ergo nunq̃ legatur Christum in eius domum venisse, videtur quòd liceat alicui toto tp̃e vitæ suæ a communione abstinere.

* art. præc. in arg. 3.

¶ 2 Præt. Cuilibet licet abstinere ab his, quæ non sunt de necessitate salutis: sed hoc sacramentum non est de necessitate salutis, vt supra dictum est. * ergo licet a sumptione huius sacramenti omnino cessare.

* q. 73. ar. 3.

¶ 3 Præt. Peccatores non tenentur communicare: vnde Fabianus Papa * cum dixisset, Ter in anno omnes communicent, adiunxit, nisi forte quis maioribus criminibus impediatur. si ergo illi, qui non sunt in peccato, tenentur communicare, videtur quòd melioris conditionis sunt peccatores, quam iusti, quod est inconueniens. ergo videtur, quòd etiam iustis liceat a communione cessare.

* Habeť de conse. di. 2. ca. Etsi nõ frequẽtius.

SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in uobis.

RESP. Dicendum, quòd, sicut supra * dictum est, duplex est modus percipiendi hoc sacramentum, scilicet spiritualis, & sacramẽtalis: manifestum est autem, quòd omnes tenentur saltem spiritualiter manducare, quia hoc est Christo incorporari, vt supra * dictum est. Spiritualis autem manducatio includit votum, seu desiderium percipiendi hoc sacramentum vt supra * dictum est: & ideo sine voto percipiẽdi hoc sacramen-

* art. 1. huius q. & q. 73. artic. 3. ad 1.

* q. 73. artic. 3.

* Ibidem.

SVPER Q. XXI. Aliàs 80. Art. XI.

163 4. distin. 12. q. 3. art. 2.

COncl. 1. Sine uoto percipiendi sacramentaliter Eucharistiã nõ pt̃ homini esse sal*.

¶ Prob. Quia manifestum est, q̄ omnes tenentur saltem spiritualiter eam manducare. i. Christo incorporari (ut patet q. 14. artic. 3.): & manducatio ipsa spiritualis includit uotũ pcipiendi actualiter eucharistiam (ut patet q. 14. art. 3.)

¶ Concl. 2. Homo tenetur, Eucharistiam quandoque sumere.

¶ Prob. Quia de necessitate salutis tenetur habere uotum illud ad Eucharistiam, de quo in prima cõclusione dictum est (ut ibi patet): & frustra esset illud uotum, nisi impleretur, qñ opportunitas adesset (ut supponitur, esse in omnibus vniuersaliter uerum.)

¶ Concl. 3. Ex præcepto Domini tenetur homo, sumere actualiter Eucharistiam; & etiam ex Ecclesiæ statuto determinãte tempus exequendi ipsum Domini præceptum.

¶ Prob. Quia patet ex ly Hoc facite in meã commemorationem, Matth 26. Secunda autem pars, scilicet & etiã ex &c. Quia patet ex artic. 10 ad 5.

¶ Not. Cum per ly Hoc facite in meã commemorationem, Dominus præcipiat de percipienda sacramentaliter Eucharistia (ut in præsenti textu habetur); & sacramentum hoc non possit percipi, nisi prius consecretur (ut patet); & nõ possit cõsecrari, nisi per sacerdotes noui testamenti (ut dicit Concil. Trid. sess 23. ca. 1. & canon. 1. simul cum sess. 14. cap. sexto, & sess. 7. de sacramentis. canon. 10.) sequitur, quòd Dominus etiam instituerit sacerdotes;

Con-

dotes; ut sacramentum illud, & consecrarent, & sumerent, & alijs sumendum ministrarent. Hoc autem totum fecit per eadem verba supradicta. Quod quidem docuit Conc. Triden. sess. 22. cano. 2. Si quis dixerit: illis verbis, Hoc facite in meã cõmemorationem, Christũ non instituisse Apostolos sacerdotes; aut non ordinasse, vt ipsi, aliȷq; sacerdotes offerant corpus, & sanguinem suũ: anathema sit. Hæc ibi. Quibus iungantur simul loca nunc ex eodem concilio citata. Idipsum & Ecclesia tota solemniter docet, in hymno festi corporis Christi; quando, consideratis verbis a Christo in cœna illa suprema dictis, libera voce profitetur, & inquit. Sic, sacrificium istud instituit; Cuius officiũ committi voluit solis presbyteris; quibus sic congruit, ut sumant, & dent cæteris. Hæc ibi. Ex quibus omnibus patet: probationem hanc. s. Hoc facite, &c. esse valdè efficacem ad probandum conclusionem illam 3.

* cap. ois vtriusque sexus.

* In 1. par. ca. 6. circa princ.

mentum, non potest homini esse salus: frustra autem esset votũ, nisi impleretur, quando oportunitas adesset, & ideo manifestum est, quòd homo tenetur hoc sacramentum sumere, non solum ex statuto ecclesiæ, sed ex mandato Domini dicentis Luc. 22. Hoc facite in meam cõmemorationem: ex statuto autem ecclesiæ sunt determinata tempora exequendi Christi præceptum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut Greg.* dicit in Pastorali, illa est vera humilitas, cum ad respuendum quod vtiliter percipitur, pertinax non est: & ideo non potest esse laudabilis humilitas, si contra præceptum Christi, & ecclesiæ aliquis omnino a communione abstineat: neque enim Centurioni præce

1m illatio conclusionis. Cum ergo numquàm &c. ℞. Negatur illatio. §. Neq; enim Centurioni, de quo præmissę loquuntur, præceptum fuit; vt Christum in sua domo reciperet: sicut nobis præceptum est. Nec hoc. s. quòd recipiamus cum reuerentia Christum sacramentaliter in domum nostram, derogat humilitati; qua Centurio dixit ly Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: quoniam (sicut dicit Greg. in pastorali) illa est vera humilitas cum &c. ut in text. Ex quo dic: quòd in receptione Christi sacramentaliter a iustis & seruatur tum obedientia ad ipsum, atque Ecclesiam; tùm humilitas, qua quantumcumq; iustus veraciter ad tantam Maiestatẽ comparatus dicit, Domine non sum dignus, &c. & manifestatur Christi ad hominem maxima dignatio; qua nõ solum dignum ducit, super huiuscemodi natum de muliere tot tantisq; miserijs (quales narrat Iob cap. 14.) omni ex parte repletum aperire oculos suos (quã tamen dignationem solam indicibili stupore admirabatur Iob): sed etiam sibi commensalem eodem cibo pastus, quo & ipse, facit Altissimus. Ideo non potest, inquit textus, esse laudabilis humilitas; si aliquis omnino a communione abstineat. Quis. n. vel parum vtens ratione dicat: inobedientem præceptis Christi esse humilem verè; & non potius superbum, sub fuco humilitatis, quandoq; palliatum.

2m maior. Cuilibet licet abstinere ab his, quæ non sunt de necessitate salutis. ℞. Si non sint de necessitate salutis respectu ipsius a talibus abstinẽtis. §. Non. n. sufficit, quòd non sint de necessitate salutis respectu aliquorũ aliorum. Tunc nih. &c. Nam hoc sacr͞m d͞r non esse necessitatis, quantum ad pueros; quantum vero ad adultos est necessitatis, alio tamen modo, quàm baptismus (ut declaratur. q. 14. art. 3.)

3m illatio conclusionis primæ. Si ergo illi, q &c. ℞. Negatur illatio. §. Peccatores. n. magnum detrimentum, &c. vt in tex. Ex quo patet: q oppositũ debuerat ab argumento inferri. s. si ergo illi, qui non sunt in peccato, tenentur cõicare, melioris conditionis erunt iusti q̃ peccatores. Itẽ ex ly licet in peccatis permanẽtes non excusentur. s. a cõione, patet primò, q illa argumenti maior est falsa; secundo, q Fabianus Papa per ly nisi forte quis maioribus criminibus impediatur, non intendebat eximere peccatores aliquos ab obligatione sui præcepti de cõicando. Quod autẽ p illa intenderit, patet ex textu ly pœnitentes t͞n &c. Hoc est. Fabianus intendebat illud, qd͞ Innocentius. s. q tam enormes peccatores s͞m cõsilium sacerdotis regerentur in abstinendo, pluribus vel paucioribus diebus a cõione, & posteà cõicarent. Adeò q etiã hodie tales obligantur sub præcepto ad cõicandum in Pascha; sed pro reuerentia sacramenti Eucharistiæ, eorũq; meliori salute, datur eis facultas; ut s͞m consilium non proprij capitis, sed sacerdotis, possint licitè ad dies aliquot differre communionem sacramentalem.

¶Not. Pro maiori notitia textũs, pro quanto conditionem meliorem hominum statuit consistere in alligari præceptis, ac ideo necessitate quadam, ad seruiendum Deo; vide Veritates aureas super totam legem veterem, Gen. 3. concl. 2. per totum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quõ per rõnẽ ostendas, meritò esse insinuatũ a scripturis, Concilio, Cyrillo, q nõ licet cessare omnino a com-

a cõione. A scripturis quidẽ per hoc, q d͞r Ioan. 6. Nisi manducaueritis, &c. vt in arg. contr. Vbi aduerte: q authoritas illa, si loquamur absolute de quibuscũq; hominibus, intelligitur s͞m D. Tho. de manducatione spirituali (sic. n. & pueri baptizati mãducant. q. 14. ar. 3.) si vero loquamur t͞m de adultis, intelligĩ de manducatione sacramentali; & hoc modo ipse accipit hic illam. Alioquin (ut patet) nõ cõcluderet per authoritatẽ illã suũ propositũ; qd͞ est, non licere, a cõmunione sacramentali cessare oĩno; seu (quod in idem redit) sacramẽtũ hoc esse necessitatis respectu adultorum. Vt ipse dicit in ad 2. & dixit 2. q. 14. ar. 3. & dixerat in 4. dist. 9. q. 1. ar. 1. quæstiũcula 2. licet alia rõne sit necessitatis, q̃ baptismus. q. 14. arti. 3. corp. Semper. n. in hoc, q Euch. sit modo nunc dicto sacr͞m necessitatis, sibi consistit. D. Thomas: nisi quòd in hac summa Theologiæ doctiorem se demonstrauit, quàm in sententiarum lib. 4. nunc citato.

ptum fuit, vt Christum in sua domo reciperet.

Ad secvndvm dicendum, q hoc sacr͞m d͞r non esse necessitatis, sicut baptismus, quãtum ad pueros, quibus potest esse salus sine hoc sacramento, non autem sine sacramento baptismi: quantum uero ad adultos, vtrumque est necessitatis.

Ad tertivm dicendũ, quòd peccatores magnum detrimentum patiuntur, ex hoc quòd repelluntur a pceptione huius sacramenti, vnde per hoc non sunt melioris conditionis, & licet in peccatis permanentes non excusentur propter hoc a transgressione præcepti, pœnitentes tamen, qui, vt Innocen.* dicit, secundum consilium sacerdotis abstinent, excusantur.

ARTI-

* Innocen. Conc. Late. can. 21. & habetur li. 5. decre. ti. 38. c. 12.

Nam ibi nullam fecit mentionem de præcepto Christi, quamuis nec illud negauerit (ut patet legenti locum ipsum); sed tãtum de determinatione ecclesiæ: hoc autem in loco fecit de vtroque mentionem. Nec mirum est; aliquem seipso doctiorem, ætate crescente, fieri: aut etiam se demonstrare talem, qñ oportet. Quia igitur summã hanc, tanq̃ suum vltimũ testm͞, uoluit esse Diuus Thomas; ideo supplere hic debuit, qd͞ alibi non expresserat: maximè in tanti negotij decisione firma. Et certe quid firmius in tanta re adduci potuit, q̃ præceptum Christi dicentis: Hoc facite in meam commemorationem: ubi & præcipit, & ad pręceptum seruandum, ex tenerrima sui ineffabilis amoris cõmemoratione, vehementer astringit? Circa quod præceptũ ultra ea, quæ dicta fuerunt in not. post prob. concl. 3. aduertas: quòd secũdum Cõcilium Triden. ibid. recitatum illud mandatum Christi necessario cadit super hoc facere. Concilium. n. ipsum ead. sess. 22. etiam capitu. 1. hoc patenter monstrauit dicens. Deus, & Dominus noster Apostolis, eorumque in sacerdotio successoribus, ut corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & uini offerrent, præcepit per hæc uerba. Hoc facite in meam commemorationem: uti semper catholica Ecclesia intellexit, & docuit. Hæc ibi. Si per uerba illa præcepit, ut offerrent; ergo per eadem præcepit, ut sumerent (nam sacerdos offerens de necessitate ad sumendam Eucharistiam oblatam tenetur. quæst. 23. artic. 4 ex Concilio Toletano): ergo etiam per eadem præcepit, ut alijs illam ministrarent (ut aperuit ecclesia, in hymno: sup. not. citata). Dominus itaque per ly hoc, intellexit illud totum, quod ipse tunc agebat. s. & offerre, quod præsupponit consecrare, & sumere, & alijs ministrare. Quandoquidem tunc ipse seipsum sub speciebus illis sacramentalibus Deo patri obtulit (teste Concilio Trid. sess. 22. cap. primo,) seipsum sacramentaliter sumpsit. quæst. 22. articu. primo, & seipsum alijs ministrauit. quæstio. vigesimasecunda, artico. secundo, tertio. Nec solum Doctor sanctus suo perspicacissimo intellectu penetrauit tria illa immo & quatuor compræhendi a Christo sub ly Hoc (ut ipse in præsenti textu breuiter, ac subtiliter, innuit): sed etiam Concil. Trident. quasi seipsum in sess. vigesimasecunda, vt supra locutum, declarans adhuc apertè in sess. 23. cap. primo, dicit. Nouum, uisibile, & externum, sacerdotium a Domino Saluatore nostro institutum esse: atq; Apostolis, eorumq; in sacerdotio successoribus, potestatem traditam consecrandi, offerrendi, & ministrandi, corpus & sanguinem eius; sacræ literæ ostẽdunt, & catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit. Hæc ibi. Ne tamen crediderris, ob præmissam expositionem in textu corp. datam super ly hoc facite, &c. quòd Diuus Thomas nesciat, vel neget id, quod aliquando ipsemet uirtualiter docuit, scilicet q ly hoc facite refertur ad sui commemorationem, tanquam si diceretur: Hoc, quotiescumque feceritis, in meam commemorationem facietis. Sed, tali sensu velut consequente ad principale seruato, vult dicere: quòd principale intentum per ly Hoc facite, est præcipere de re fienda, idest consecranda, offerenda, sumenda, alijsq; ministranda. Ac si, s͞m doctorẽ ipsum, Chr͞s p illa verba has duas intẽs, quas intendebat, expressisset apertius dicens. Hoc totũ, qd͞ ego facio, nunc; præcipio, ut uos postea faciatis: & quotiescũq; hoc feceritis, facite in meã cõmemorationem. Vnde patet: quòd illa relatio ad commemorationem, sequitur ad principale. s. ad facere.

Id quod & docet Ecclesia, tanquàm factis suis approbans omnem prædictam Beati Thomæ doctrinam, super ly hoc facite: dum admonet in canone Missæ sacerdotes: ut prius hoc. i. Eucharistiam, faciant. i. consecratam offerant: & postea subiungant, hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. Ecce duo sensus de ly hoc facite; vnus principalis. s. præceptum Christi, sine quo sacerdotes nec præsumerent, nec possent, facere hoc: alter consequens. s. ordinare illud facere suum in memoriam Christi. A Concilio autem Triden. id, quod in principio appendicis positum est, insinuatur per hoc, quòd dicit sess. 13. canon. 9. Si quis negauerit, omnes, & singulos, Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis peruenerint, teneri singulis annis saltem in Paschate ad communicandum; iuxta præceptum sanctæ matris Ecclesiæ: anathema sit. Hæc ibi. In quibus, quia in eodem præcepto de cõfessione hoc de communione continetur, uidetur a simili subintelligendum circa communionem esse illud; quod de confessione expressit idem concilium sess. 14. cap. 5. dicens. Neque. n. per Lateranense Concilium Ecclesia statuit, ut Christi fideles confiterentur; quod iure diuino necessarium est institutum esse intellexerat: sed, ut præceptum cõfessionis saltem semel in anno ab omnibus, & singulis, cum ad annos discretionis peruenissent, impleretur. Hæc ibi. Ex quibus applicatis ad communionem confirmatur proprietas locutionis in textu ly ex statuto Ecclesiæ sunt determinata tempora exequendi Christi præceptum. A B. Cyrillo item insinuatur idipsum per hoc, quòd super B. Ioannis Euangelium dicit. Sciant baptizati homines, & diuinæ gratiæ participes facti, si rarius in ecclesiã proficiscantur, & longo temporum spatio, propter simulatam religionem, mystice communicare Christo recusent, ab æterna se uita procul depellere. Quippe recusatio huiusmodi, quamuis ex religione proficisci uideatur, & scandalum facit, & laqueos instruit. Quare oportet: omnibus uiribus a peccato mundari; & recte uiuendi iactis fundamentis, magna cum fiducia ad sumendam uitam concurrere. Hæc ibi. Ex prædictis patet: contra hæresim Neutralium sacramentariorum, dicẽtium: quòd neque una species, neque utraque, sacramenti, est necessaria: sed sola fides sufficit. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pen. & applic. doctrina præsens &c.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN articu. 11. eiusdem q. circa illud, Frustra autem esset uotum, nisi impleretur quando opportunitas adesset. aduerte, quòd opportunitas non sumitur hic pro commoditate sola, sed iuncta necessitati, ac si diceretur, quando opus esset. Dico autem hoc, quia constat communionem non esse in præcepto, quoties commoditas communicandi adest: cum sit præceptum affirmatiuum, obligans ex natura sua tempore non commoditatis, sed necessitatis, quòd autem sit illud tempus necessitatis, cum ecclesia iam determinauerit ad semel in anno, non oportet solicitum esse: curiosus tamen disputator ex ijs quæ de tempore urgente adultos ad baptismum scripta sunt, inueniet.

¶ Aduerte hoc in loco hanc materiam nõ apparere usquequaq; claram: quoniam multi doct. & Auctor in 4. sent. dist. 9. q. 1. artic. 1. tenent communionem, non esse ex Christi, sed ecclesiæ præcepto necessariam, & rationes in litera allatæ inferentes communionem esse sub præcepto Christi, probabiles sunt: nam prima ex communiter confessis, s. quòd manducatio spiritualis huius sacramenti sit de necessitate salutis, procedit. secunda autem ex mandato domini, hoc facite in meam commemorationem. Non oportet propterea accipere has rationes, ut coactiuas: quoniam primam posset quis subterfugere dicendo, quòd licet manducatio spiritualis huius sacramenti claudat in se uotum manducationis sacramentalis non oportet tamen, quòd manducatio spiritualis Christi claudat in se uotum manducationis sacramentalis; angeli. n. manducant spiritualiter Christum, & non manducant spiritualiter hoc sacramentum, nec habent uotum manducandi sacramentaliter, & similiter habens baptismum in uoto tantum, manducat spiritualiter Christum & non nisi remotissime habet in uoto manducationem sacramentalem Doctores autem communiter loquendo, indistincte uocant spiritualem manducationem Christi, & spiritualem manducationem sacramenti eucharistiæ, ac si unum & idem essent, communi nomine appellando utramque spiritualem manducationem corporis, & sanguinis Domini: cum tamen formaliter loquendo, distinguantur formaliter: quoniam una respicit corpus Christi mysticum absolute, altera uero idem corpus Christi mysticum, ut sacramento eucharistiæ significatur, & confertur. Prima fit fide deformata absolute, uel uisione beata: secunda fit fide formata desiderante hoc sacramentum.

¶ Secunda autem ratio euadi potest, dicendo præceptum dñi cadere nõ super hoc facere, sed super relationẽ ipsius facere ad suam commemorationem, iuxta interpretationem ecclesiæ utentis hoc domini mandato sub his uerbis, Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. Et idem sensus habetur 1. ad Corin. 11. cum de calice subditur, Hoc facite quotiescũque bibetis in meam commemorationem. Tutior proinde apparet uia Auctoris hic: quamuis cogens ratio non appareat.

Sup. 4. s. d. 12. q. 1. ar. 12.

## ARTICVLVS XII.

*Vtrum liceat sumere corpus Christi sine sanguine.*

AD DVODECIMVM sic proceditur. Vr̃ qđ non liceat sumere corpus Christi sine sanguine: dicit. n. Gelasius Papa * & hr̃ de cõsec. dist. 2. Comperimus, quòd quidam sumpta tantummodo corporis sacri portione, a calice sacrati cruoris abstinent, qui proculdubio, quoniam nescio qua superstitione docentur astringi, aut integra sacraméta percipiant, aut ab integris arceantur. non ergo licet sumere corpus Christi sine eius sanguine.

¶ 2 Præt. Ad perfectionem huius sacramenti concurrit & manducatio corporis, & potatio sanguinis, vt supra habitũ est: si ergo sumat corpus sine sanguine, erit sacr̃m imperfectũ, qđ ad sacrilegium pertinere vr̃. vñ ibidẽ Gelas.* subdit, qa diuisio vnius eiusdemq; mysterii sine grandi sacrilegio prouenire non potest.

¶ 3 Præt. Hoc sacr̃m celebratur in memoria Dominicæ passionis, vt supra dictum est * & sumitur pro animæ salute: sed passio Christi magis exprimitur in sanguine quam in corpore, sanguis etiam pro salute animæ offertur, vt supra habitum est.* potius ergo esset abstinendũ a sumptione corporis, quam a sumptione sanguinis, ergo accedentes ad hoc sacramentum, non debent sumere corpus Christi sine eius sanguine.

SED CONTRA est, multarum ecclesiarum vsus, in quibus populo communicanti datur corpus Christi sumendum, non autem sanguis.

RESPON. Dicendum, quòd circa vsum huius sacramenti duo possunt considerari: vnum ex parte ipsius sacramenti: aliud, ex parte sumentium: ex parte quidem ipsius sacramenti conuenit, quòd vtrumque sumatur, scilicet, & corpus, & sanguis, quia in vtroque consistit perfectio sacramenti. Et ideo, quia ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum consecrare, & perficere, nullo modo debet corpus Christi sumere sine sanguine: ex parte autem sumentium requiritur summa reuerentia, & cautela, ne aliquid accidat, quod vergat ad iniuriam tanti mysterii: quod præcipue posset accidere in sanguinis sumptione, qui quidem si incaute sumeretur, de facili posset effundi: & quia creuit multitudo populi Christiani, in qua continentur senes, & iuuenes, & paruuli, quorum quidam non sunt tantæ discretionis ut cautelam debitam circa vsum huius sacramenti adhibeant. ideo prouide in quibusdam ecclesiis obseruatur, ut populo sanguis sumendus non detur, sed solum a sacerdote sumatur.

SVPER Q. XXI. Aliàs 80. Art. 12.

164 Inf. q. 82. art. 4 Et 4. dis. 12. q. 3. arti. 1. q. 2. * De cõsec. dist. 2. cap. Comperimus.

CONCL. 1. Ex parte ipsius sacramẽti conuenit: qđ vtrumq; scilicet corpus & sanguis sumatur.

¶ PROB. Quia i vtroque. s. corpore & sanguine, consistit perfectio sacramenti.

¶ CONCL. 2. Sacerdos cõficiens nullo modo debet corpus Christi sumere sine sãguine.

¶ PROB. Quia ad sacerdotem talem pertinet consecrare, perficereq; hoc sacramentum (ut patet): & perfectio sacramenti huius consistit in vtroque (ut patet ex concl. 1.)

† q. 74. arti. 1. & 76. ar. 2. ad art. 1. * Loco citato in argumen. 1.

¶ CONCL. 3. Ex parte sumentium, in quibusdam Ecclesijs prouide obseruatur; vt populo sanguis sumendus, sub specie vini, nõ det.

¶ PROB. Quia ex parte sumentium requiritur, vltra summam reuerentiam, summa cautela; ne aliquid accidat, quod vergat ad iniuriã tanti sacramenti (ut de se patet): & talis cautela de facili adhiberi nõ posset; si populo sãguis, sub specie vini, sumẽdus daretur (vt patet ex eo; quòd stante tam varia, vt in textu, multitudine populi Christiani, sanguis sub specie vini ipsis datus facile effunderetur.)

* Q. 74. art. 1. & 76. ar. 2 ad 1.

* Q. 76. ar. 2. ad 1.

Pri-

AD

**1m de conclusione.** Ergo non licet. ℞. Sacerdotibus sacrificantibus. §. Sic.n. sequit ex præmissis. Nam Gelasius ibi adductus loquitur quantum ad sacerdotes: cui & concordat Concilium Toletanum. Tunc ni. &c. vt patet ex conclusionibus. Quinimmo argumentum stat in fauorem conclusionis secundæ.

Ad primum ergo dicendum, quòd Gelasius loquitur quantum ad sacerdotes: qui sicut totum consecrant sacramentum, ita etiam toti communicare debent, vt.n. legitur in Concilio * Toletano, Quale erit sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur.

Ad secundum dicendum, quòd perfectio huius sacramenti non est in vsu fidelium, sed in consecratione materiæ. Et ideo nihil derogat perfectioni huius sacri, si populus sumat corpus sine sanguine, dummodo sacerdos consecrans sumat vtrumque.

Ad tertium dicendum, quòd repræsentatio Dominicæ passionis agitur in ipsa cōsecratione huius sacramenti, in qua non debet corpus sine sanguine cōsecrari. Pōt autē a populo, corpus sine sanguine sumi. Nec exinde sequitur aliquod detrimentum: quia sacerdos in persona omnium sanguinem offert, & sumit, & sub vtraq; specie totus Christus continetur, vt supra habitum est.

QVAE-

De cōsec. dist. 2. cap. Relatum.

**2m illatio conclusionis.** Si ergo sumatur corpus sine sanguine, erit sacrm imperfectum. ℞. Negatur illatio. §. Non. n. sacrm erit tunc imperfectum neq; in seipso, neq; (sm quod intelligitur antecedens argumēti) quātum ad vsum. Nā perfectio huius sacramenti, vt in seipso, considerata nō est in vsu fideliū, sed in cōsecratione materiæ. q. 15. ar. 2 ad tertium, perfectio autem eiusdem, vt eiusdem, vt quantum ad ipsius vsum, considerata consistit non in hoc, quòd a quolibet Christi fidelium sumatur sub vtraque specie, sed in hoc, quòd a sacerdote consecrante actualiter sumitur sic. s. sub vtraque specie. q. 15. art. 1. corp. Ad probationem igitur ex Gelasio dicitur, sm contextum responsionis ad primum, quòd illius dictum. s. diuisio vnius, eiusdemq; mysterij sine grandi sacrilegio prouenire non potest, verificandum intelligitur esse tantum de sacerdotibus conficientibus. Vnde ipsa probatio ad id, ad quod adducitur, nihil valet.

**3m de maiori.** Celebratur. ℞. Tum in consecratione, tum in vsu sacerdotis. § Sufficit.n. celebretur sic in memoriā Dominicę passionis. Tunc nihil &c. vt de se patet. Ad hanc.n. recolendam memoriam videmus, quod sacerdos nec consecrat, nec sumit, corpus sine sanguine.

**Item de maiori.** Sumitur pro salute animæ. ℞. Et ad hanc salutem sufficit: & quòd sacerdos in persona totius populi offerat, ac sumat sanguinem; & quòd sub specie panis, qua omnes alij Eucharistiam sumunt, totus Christus contineatur. §. Vt habetur. q. 17. art. 2. Tunc nihil &c. Ex his.n. vel etiā tenuiter recta ratione vtentibus; patet: quod populo nihil penitus detrimenti salutis animæ sequitur ex eo; quòd sub specie sanguinis, sanguinem non sumit. Ipsum namq; sanguinem si non sumeret, posset dici aliquo modo: quòd detrimentum salutis animæ ex priuatione calicis pateretur. Sed quia sanguinem totum re vera sumit sub specie panis communicando: ideo nullus conquerendi (etiam si vellet de salutis animæ detrimento rationabiliter locus relinquitur alicui de populo. Quinimò, si cum hoc non detrimento cōiunctum ponderet maximum emolumentum in text. corp. dictum sibi inde. s. ex communione sub specie tantum panis prouenicns, videbit apertè: se habere occasionem maximam, & gaudendi de propria salute sine periculo sacrilegij; & recognoscendi prouidam curam pijssimæ suæ matris Ecclesiæ respectu salutis filiorum eius; & gratias immortales agendi tum Deo, tum Ecclesiæ ipsi, de priuatione calicis, quàm sibi in sacra communione iamdudum benigne fecerunt. Hæc omnia virtualiter ex tex.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hęreses Caliculariorum, Hussitarū, & Bohemorum, dicētium: sub vtraque specie panis, & vini, necessario esse communicandum. Et addentium: quod communicans sub una tantum specie, committit sacrilegium; & agit contra præceptum Christi, præcipientis esse communicādum sub vtraque specie; ideo peccat etiam si laicus sit. Et destruas errorem Lutheri (ut refertur in Bulla Leonis X. contra errores illius) dicentis: quod consultum videtur, quod Ecclesia in communi concilio statueret; Laicos sub vtraque specie communicandos. 2 Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, has meritò damnari a Concilio Constantiensi sess. 13. Licet Christus suis discipulis administrauerit sub vtraque specie panis & vini hoc venerabile sacramentum; tamen, hoc non obstante, approbata consuetudo Ecclesiæ seruat: quod a laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur. Et licet in primitiua Ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur a fidelibus sub vtraque specie: tamen hæc consuetudo ad euitandum aliqua pericula & scandala est rationabiliter introducta; quod a conficientibus sub vtraque specie, & a laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur: cum firmissime credēdum sit, & nullatenus dubitandum. Christi corpus integrum, & sanguinem tam sub specie panis, quàm sub specie vini, veraciter contineri. Quapropter dicere, quod hanc consuetudinem, & legem obseruare sit sacrilegium, aut illicitum, censeri debet erroneum: & pertinaciter asserentes oppositum præmissorum, tanquàm hæretici, arcendi sunt, & grauiter puniendi per diocesanos locorū aut inquisitores hæreticæ prauitatis. Item præcipimus: quòd nullus presbyter communicet populum sub vtraque specie panis & vini. Hæc ibi. Vbi nota ly hoc non obstante. Non enim Christus laicis tūc, sed sacerdotibus sacramentum tale administrabat: quoniam ipse in cęna illa discipulos instituit sacerdotes (teste Concilio Trid. sess. 22. c. 1. & cano. 2.) Ibi etiā nota ly hæc cōsuetudo est rationabiliter introducta; & ly asserentes pertinaciter oppositū, tanquàm hæretici, &c. Negant. n. hi authoritatem iuridicam Ecclesiæ, quam habet a Christo in administratione sacramentorum: * pro quo melius intelligēdo vide Conc. Trid. sess. 21. c. 2. recitatum sup. artic. 8. ad primum, in exam. Item meritò damnari ab eodem Concilio Trid. sess. 21. cap. 1. Sancta ipsa synodus a Spiritusancto edocta, atque ipsius Ecclesiæ iudicium & consuetudinem secuta, declarat ac docet: nullo diuino præcepto laicos, & clericos non conficientes obligari ad Eucharistiæ sacrm sub utraque specie sumendum; Neq; vllo pacto, salua fide, dubitari posse, quin illis alterius speciei communio ad salutē sufficiat. Nam etsi Christus Dominus sacrm hoc in panis & vini speciebus instituit, & Apostolis tradidit: non tn̄ illa institutio & traditio eo tendunt, vt omnes Christi fideles statuto Dn̄i ad vtramque speciem accipiendam astringantur. Sed neq; ex sermone illo apud Ioan. 6. recte colligitur; vtriusque speciei cōmunionem a Dn̄o præceptā esse. Namq; qui dixit, Nisi mādùcaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinē non habebitis uitam in uobis dixit quoq; si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in ęternum. Et qui dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam, dixit etiam; Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Et denique qui dixit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo, dixit nihilominus; Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Hæc ibi. Vbi uides a Dn̄o subindicatum fuisse, duplicem consuetudinē sumēdæ Eucharistiæ (qn̄q; s. sub utraque specie, qn̄q; uerò sub specie solum panis) futuram esse in Ecclesiæ; & utramq; sufficientem ad salutem; & consequenter utramq; pro suo tempore bonam: & simul propterea uides: quòd ipsemet vtramq; consuetudinem illam approbauit. Item meritò damnari ab eodem sess. ead. cap. 2. Quare agnoscens sancta mater Ecclesia hanc suam in administratione sacramentorum authoritatem, licet ab initio Christianæ religionis non infrequens utriusq; speciei usus fuisset, tn̄ progressu temporis, latissime iam mutata illa consuetudine, grauibus & iustis causis adducta hanc consuetudinem sub altera specie communicandi approbauit; & pro lege habendam decreuit. Quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesiæ authoritate pro libito mutare, non licet. Hæc ibi. Et cap. 3. insuper declarat: fatendum esse, sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, uerumque sacramentum, sumi; ac propterea, quo ad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari, qui unam speciem solum accipiunt. Hæc ibi. Et canon. 1. Si quis dixerit: ex Dei præcepto, uel necessitate salutis, omnes & singulos Christi fideles vtramque speciem sanctissimi Eucharistię sacramenti sumere debere; anathema sit. Et canon. secundo. Si quis dixerit: sanctam Ecclesiam catholicā non iustis causis & rationibus adductam fuisse; ut laicos, atque etiam clericos non conficientes, sub panis tantummodo specie communicaret: aut in eo errasse: anathema sit. Et canon. 3. Si quis negauerit; totum & integrum Christum, omnium gratiarum fontem & authorem, sub una panis specie sumi: quia, ut quidam falsò asserunt, non secundum ipsius Christi institutionem sub utraque specie sumatur: anathema sit. Hæc ibi. Item meritò damnari illum errorem Lutheri a Papa Leone X. in prædicta Bulla. Ex quibus omnibus patet & uafrities grandis hæreticorum, qui sub pallio Zelandi pro salute populorum contra reuerentiam Christi armātur, sanguinem ipsius effundere paruipendentes: & irrationabilitas, atq; stultitia eorundem. Non enim irrationabile solum, sed & stultum, est: cum tantundem boni, quod quæris, possis absque criminis periculo ueraciter obtinere; præeligere illud cum tanti sacrilegij periculo, atque scandalo consequi (ut omnibus, dummodo sensum reprobum non habeant, manifestissime constat ex terminis.) 3 Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur atque confirmetur.

* Q. 76. artic. 2.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 12. circa communionem sub vtraque specie aduertẽdum est, esse duos extremos errores vitandos, alter est eorum, qui tenent, oportere populum communicare sub vtraque specie alter est eorum, qui tenent populum communicantem sub vtraque specie, peccare. Vtrique errant, primi quidem, damnando eos, qui non communicant sub vtraque specie. alij autem damnando communicantes sub vtraq; specie. Sancta autem mater Ecclesia media via incedendum docet, & vtrumque posse fieri licite tradit: quoniam si ad sacramentum spectatur, communio sub utraque specie licita habetur, & si ad reuerentiã sacramento debitam spectetur, licite a cõmunione sanguinis populus abstinet, ut in litera dicitur. Et hæc intellige, loquendo absolute de sacramento, & ipsius reuerentia: nã descendendo ad ritus, consuetudinesq; ecclesiarum, videtur seruandus in qualibet ecclesia mos in ea ab antiquo seruatus, si debita sacramento reuerentia tuta est ibi, nec nouitate aliqua perturbandus: præsumptionis siquidem vitio non careret, introducere communionem sub vtraque specie, ubi non est consueta: immo a schismatis nota non esset alienum: propterea quòd apud solos schismaticos in partibus occidentalibus hic mos vigere videtur.

### *Triplex quæstio de communione sub vtraque specie.*

OCcurrit hic circa communionem, sub vtraque specie, triplex quæstio perspicaciter discutienda propter nouitates, scilicet de necessitate de vtilitate, & de congruentia.

### QVAESTIO PRIMA.

### *An communio sub vtraque specie sit in præcepto.*

QVAERITVR primo, an communio sub vtraque specie sit in præcepto. Videtur enim, quòd sic: primo ex verbis domini Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in uobis, vbi manifeste de necessitate salutis explicatur esse, manducare carnem, & bibere sanguinem Christi. Si dicatur quòd textus ille non loquitur de manducatione sacramentali, sed spirituali, habetur nihilominus intentum: quoniam manducare spiritualiter, claudit in se uotum manducandi: sacramentaliter, & similiter bibere spiritualiter, claudit in se uotum bibendi sacramentaliter: hinc enim manifeste sequitur, quòd si est de necessitate salutis manducare, & bibere hoc sacramentum spiritualiter, oportet de necessitate quoque salutis esse manducare, & bibere illud sacramentaliter: alioquin frustra essent huiusmodi vota, seu desideria, quæ numquam oporteret implere. Et declaratur vis huius processus ex simili in baptismo flaminis, quod claudit in se uotum baptismi flaminis, ut patet applicanti.

¶ Secundo, ex præcepto Domini Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem: monstrat. n. ly hoc, quod ipse dominus fecit. s. consecrare, & tradere sub vtraque specie.

¶ Tertio, ex perfectione sacramenti. Cadit enim sub diuino præcepto perfectio sacramenti: constat autem sacramentum hoc integrari ex utraque specie, quoniam est vnum sacramentum unitate perfectionis, ex cibo enim, & potu constat alimentum perfectum. Si dicatur, quòd quamuis sub diuino præcepto cadat perfectio sacramenti, non tamen perfectio vsus, vbi sacramentum distinguitur ab illius vsu, ut contingit in proposito, contra: sacramẽtum hoc est propter ipsius vsum: alimentum. n. est propter alendũ. ergo si perfectio sacramenti est præcepta, multo magis præcepta est perfectio ipsius vsus, quanto magis finis est magis intentus, quam id quod est ad finem.

IN OPPOSITVM est communis Doctorum auctoritas, cum consuetudine Romanæ Ecclesiæ, cum omnibus fere, occidentalibus ecclesijs.

¶ In hac quæstione sex sunt agenda. primo narrabitur varia circa hoc obseruatio secundo distinguentur difficultates quatuor circa hoc. tertio tractabitur prima difficultas. quarto tractabitur secunda. quinto tractabitur tertia. sexto tractabitur quarta.

¶ Quo ad primum Nestorius, & Pelagius, cum sequacibus astruxerunt uniuersaliter seruandam communionem sub utraque specie: diuersa tamen ratione moti. Nestorius enim putauit sub specie panis corpus tantum Christi esse, & sub specie vini sanguinem tantum: quia in morte Christi, sanguis fuit separatus a corpore, & propterea sub utraque specie oportebat sacramentum sumi, vt integer Christus sumeretur in memoria mortis eius. Pelagius autem motus ex verbis domini Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, utramque sacramenti speciem etiam ad infantes baptizatos extendit, dogmatizando, quòd si infans non posset sacramentalem panem sumere, deberet panis contritus cum sanguine infundi in os infantis, & si quippiam relictum, esset, esse illud comburendum: iuxta præceptum antiquum de Agno Paschali, si quid residuum fuerit, igne combureretis. Et hinc forte olim Græcorum illorum quos Auctor in litera 9. art. nominauit, & similiter paulo ante centum annos Bohemorum abusus in communicando infantes ortus est, quodam Iacobello in uitatem communionis sub utraque specie Bohemis suggerente. Hæc de primo.

¶ Quo ad secundum, tres sunt differentiæ considerandæ: prima est inter infantes, & adultos. secunda est inter sacerdotes, & alios adultos. tertia est inter conficientes hoc sacramentum, & non cõficientes. Emergunt siquidem ex his tribus differentijs quatuor speciales difficultates. prima est, an communio sub vtraque specie sit necessaria omnibus, comprehendendo etiam infantes. secunda est, an sit necessaria omnibus adultis. tertia est, an sit necessaria omnibus sacerdotibus. quarta est, an sit necessaria omnibus conficientibus: quælibet. n. harum difficultatum habet opinantes pro vtraq; parte. Hæc de secundo.

¶ Quo ad tertium, circa primam difficultatem, an scilicet communio sub vtraque specie sit necessaria etiam infantibus, quicquid garrire possint hæretici, tenentes partem affirmatiuam: aut quicumque errantes communicantes sub vna tantum specie infantes clara luce manifestum est, infantibus neutro modo sacramentum hoc esse exhibendum. Tum quia fundamentum ex scriptura sumptum a Pela. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in uobis, pro eis non facit, quoniam intellectum de sacramentali manducatione hæresim inducit manifestam, s. quòd baptismus non sufficiat infantibus ad vitam æternam. Si enim ad baptizatos infantes dicitur, nisi sumpseritis hoc sacramentum eucharistiæ, non habebitis vitam in uobis, consequens est, quòd ex baptismo nõ habeant vitam, & consequenter si cum solo baptismo decederent non haberent uitam æternã, quod constat hæresim esse damnatam: tum, quia sacramentum eucharistiæ datur, ut alimentum animæ: propterea enim datur sub specie panis, & vini, alimentum autem sicut non datur, nisi viuenti, non enim potest sumi a mortuis, ita non datur nisi habenti aliquam operationem vitalem: frustra enim alimentum poneretur in os impotentis illo quouis modo uti, nam nihil prodest alimentum alicui, qui ad illud, ut mortuus se habet: sed infans baptizatus nullam habet operationem vitalem secũdum uitam spiritualem. ergo ei non conuenit sumere alimentum spirituale.

¶ At si contra hanc rationem obijciatur, falsum assumere, quia ecclesia consueuit infirmis adultis in extremo vitæ sensibiliter constitutis, vel etiam phrenesim patientibus eucharistiam tribuere sine omni operatione vitali interioris spiritus, facile excluditur obiectio, anima aduertendo, quòd licet tales adulti in extremo constituti nullam habeant pro tunc vitalem spiritus operationem, habuerũt tamen eam ante petendo implicite, vel explicite hoc sacrm, & propterea negatur amẽtibus a natiuitate, sicut, & infantibus, quoniam vtriq; nec pro tunc, nec antea actum aliquem spiritus habuerunt.

¶ Si vero obiecerit quispiam falsum in adducta ratione subsumi, eo quòd infantes habent vitales spiritus operationes, s. credere, & abrenunciare satanæ: etsi non spiritu proprio, spiritu tamen ecclesiæ, ut patet cum baptizantur, facile quoque hæc obiectio excluditur, quoniam si sic esset, accommodasset ecclesia has operationes vitales pueris in susceptione eucharistiæ, sicut accommodauit eis in susceptione baptismi, & cum huiusmodi accommodatio nullibi facta sit respectu eucharistiæ, consequens est, vt non nisi propria voluntate fingatur. In promptu enim ratio est, quare in baptismo habeat locum huiusmodi accommodatio, & non potest habere locum in eucharistia: per baptismum enim generatur infans in filium Dei, generatio autem non exigit cooperationem eius, qui generatur: & propterea accommodatio ecclesiæ non necessitatis, sed solemnitatis cæremonialis est in baptismo, per eucharistiam autem nutritur sumens illam, nutritio autem exigit cooperationem vitalem eius, qui nutritur: & propterea accommodatio cæremonialis non suppleret actus personales, necessarios sumenti eucharistiam. vnde stat ratio solida: tum quia hoc etiam verbis domini repugnat, cum primo tradidit hoc sacramentum: dixit enim accipite, & manducate, docens per hoc, quòd illis tantum est tribuendum, qui possunt, aut potuerunt manducare corporaliter: ita quòd sicut non regeneratur baptismo, nisi carnaliter natus, ita non sumitur hoc sacramentum, nisi carnaliter manducatum, & propterea infans, qui numquam potuit, nec potest manducare carnaliter panem, ab ipso domino excluditur a manducatione sacramentali. Hæc de tertio.

¶ Quo ad quartum, an communio sub vtraque specie necessaria sit omnibus fidelibus adultis, ex argumentis in principio adductis apparet pars affirmatiua vera. Ex vsu autem ecclesiæ monstratur falsa. Et quoniam maxima vis fit in sæpe dictis verbis dñi. Ioan. 6. Ideo subtilius discutienda sunt, & in primis notandum vltra duos manducandi modos, qui consueuerunt distingui circa hoc sacramentum, inueniri alium modum manducandi non sacramentum, sed Christum: ita quòd conficiuntur tres modi manducandi Christum, s. vel sacramentaliter, vel spiritualiter, sub sacramento tamen in re, aut in voto, uel pure spiritualiter.

¶ Et

¶ Et ut clarius percipiatur quod dicimus declarandum ex conuenientia, & differentia, & deinde probãdum ex scriptura est quod dicimus: conueniunt siquidem hi duo modi manducandi Christum spiritualiter, in hoc quod vterque ponit mãducantem esse Christi membrum viuum. Differunt autem primo in hoc, quod manducare Christum est ex suo genere manducatio pure spiritualis: manducare autem spiritualiter Christum in eucharistia, est manducatio alligata ad sacramentum re, vel voto, & hoc quidem testatus est Auctor in secundo huius quæstionis articulo, cum dixit, Alio modo contingit spiritualiter manducare Christum, prout est sub speciebus huius sacramenti, inquãtum scilicet aliquis credit in Christum, cum desiderio sumendi hoc sacramentum. vbi manifeste apparet, spiritualem manducationem eucharistiæ claudere in se ordinem ad sacramentum. Manducatio autem Christi absolute ꝙ sit ex suo genere pure spiritualis, ex eo patet, quòd huiusmodi manducatio terminari potest, & ad deitatem secundùm se, iuxta illud Luc. 22. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mẽsam meam in regno meo (ibi enim nulla erit ratio sacramenti, sed pure spiritualiter edent, & bibent Deum, sicuti est, sicut ipsa Christi anima Deo fruitur) & ad spiritualia dona gratiæ, iuxta illud Ioan. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, &c. Et hinc differunt secundo in hoc, quòd manducare spiritualiter Christum sub sacramento, proprium est viatoribus in nouo testamento adultis, manducare autem purè spiritualiter Christum commune est compręhensoribus, & viatoribus; scriptum est enim, Panem angelorum manducauit homo, commune quoque est noui, & veteris testamenti iustis: scriptum est enim, quòd non aliud nomen datum est sub cęlo, in quo oportet homines saluos fieri, & demum commune est iustificatis infantibus, & adultis: per baptismum enim Christi membra uiua etiam infantes fiunt.

¶ Probatur autem hic modus comedendi Christum spiritualiter, quòd non sit confictus, aut nouiter adinuentus, tum ex eo, quòd omnes fatemur Christum esse panem angelorum & hominũ, tum ex eo quòd huiusmodi manducatio millies habetur in scriptura, & nulla est ratio, quare non possit terminari ad Christum, sicut terminatur ad alia, & superius inducta, & quæ possent induci, vt est illud Prouer. 9. in persona Sapientię, Venite, comedite panem meũ, & bibite uinum, quod miscui vobis, &c. Nec propterea arguendi sunt Doctores insufficientiæ, qui duos tantum modos manducandi distinxerunt: quoniam de modis manducandi Christum sub sacramento tractabant: tales autem modi non sunt nisi duo, nos autem ex ipsis sacris Doctoribus apposuimus hunc alium modum spiritualiter manducandi non sacramentum, sed Christum, ut hinc clariorem redderemus sensum Euangelij, & sanctorum Doctorum.

¶ His itaq; præmissis dicimus, ꝙ sæpe dicta Domini uerba, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis, intelliguntur ad literam manducatione spirituali Christi, abstrahendo tam à manducatione sacramentali, quàm à manducatione spirituali sacramenti in re, vel in voto, probaturq; tripliciter, primo ex textu euangelico: secundo ex contextu eiusdem: tertio auctoritate Sanctorum. textus in primis ipse, dum dicit, Nisi manducaueritis, non habebitis, vitam in vobis, manifestè monstrat, quod de illa manducatione, & bibitione loquitur, siue quam potest esse vita spiritualis in nobis: sed sola manducatio spiritualis Christi est illa, sine qua non potest esse uita in nobis. ergo de ipsa sola loquitur textus euangelicus. Maior est nota per se, minor autem propter dictionem exclusiuam habet duas partes, alteram affirmatiuam, s. manducatio spiritualis Christi est illa, sine qua non possumus habere vitam (& hæc etiam est per se nota intelligentibus terminos: quoniam manducare spiritualiter Christum, est esse Christi membrum viuum. constat enim ꝙ nisi simus Christi membra viua, non possumus habere uitam spiritus in nobis, alterã negatiuam, s. nulla alia manducatio est, sine qua non est uita in nobis, & hoc probatur ex eo, ꝙ tam sine manducatione sacramentali, quàm sine manducatione spirituali sacramenti huius in re, vel in voto, potest esse, & de facto est uita in nobis, vt testatur vita infantium baptizatorum, quibus firmiter credimus baptisma solum absque aliquo alio sacramento sufficere ad vitam æternam.

¶ Nec mihi aliquis occurrat, dicendo quod baptismus habet annexum uotum sacramenti eucharistiæ: quoniam huiusmodi sententia, cum in sacris inuenitur Doctoribus, venerabiliter suscipienda est, in suo tamen ordine: hoc est, vt adoptatio quædam, & non ut inde argumentum sumatur efficax ad firmandam veritatẽ eorum, quæ in quæstione fidei versantur, secundum namque baptismus ex se solo sufficit ad vitam æternam, & non mendicat hoc ex aliquo annexo voto alterius sacramenti. Si enim hoc ex annexo voto haberet: non ipsi baptismo, sed illi alteri sacramento, infantium baptizatorum salus attribueretur, & attribuenda esset: cum tamen non solum ecclesia vniuersalis cum sanctis Doctoribus, sed etiam Dominus ipse baptismo attribuat vitam spiritus, vt patet Ioann. 3. Vbi cum dixisset Nicodemo, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu, non potest introire in regnum Dei, statim subdit effectum huius regenerationis esse vitam spiritus dicens; Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est.

¶ Et confirmatur hoc, quia in idem redit, dicere, baptismum dare vitam ex voto alterius sacramenti, & dicere, baptismum non sufficere ad uitam, & hoc si proprie, & formaliter loquitur, vt loqui debemus, & scripturæ intelligendæ sunt. Patet autem non intendi à sacris Doctoribus, per huiusmodi adaptationem baptismum habere in voto manducare carnem filij hominis, & bibere eius sanguinẽ in sacramento ex hoc, quòd ipsi sacri Doctores tenent huiusmodi votum non esse de necessitate salutis: quoniam tenent, quòd communicare sub utraque specie, non est de necessitate salutis, cuius oppositum esset verum, si in baptismo manducaretur spiritualiter panis sacramentalis, & biberetur spiritualiter sanguis sacramentalis: nam quod tunc fit voto, necesse est postea exequi in re, quãdo opportunitas aderit. Stat ergo solida fundata ratio super textu euangelico, qui est lex generalissima à Christo promulgata, & non minus necessaria quàm illa alia lex, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu, non potest introire in regnum Dei. Nec oportet laborare ad hoc probandum, quoniam aperta sunt vtrobique verba Domini, & ad literam intellecta hæc continent.

¶ Deinde probatur hoc idem ex contextu euangelij. Vbi aduertendum est, quod doctrina ista Domini incępit occasionaliter, sicut doctrina, quam Dominus dedit Samaritanæ de aqua uiua, occasione sumpta ex aqua naturali, vt patet Ioan. 4. Iudæi enim post miraculum de quinque panibus, & duobus piscibus, quærentes Iesum, audierunt ab ipso, Quæritis me, quia manducastis ex panibus, & saturati estis, & statim subdidit Dominus, Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Et sic inchoato sermone de cibo spirituali, quæsierunt Iudæi, intelligentes per cibum spiritualem opera sancta, Quid faciemus vt operemur opera Dei? & audierunt à Domino, vt crederent in ipsum declarando quòd cibus spiritualis, ac opus Dei esset credere in ipsum, quo audito Iudæi quæsierunt ab eo signum, vt sic crederent ipsi commemorantes signum mannæ in deserto, tanquàm panis cœlestis; quasi dicerent, vt Augustinus exponit, Si uis vt credamus tibi, fac plus nobis, quàm fuerit factum patribus nostris, qui manducauerunt manna in deserto. Et tunc Dominus, vbi prius de cibo locutus fuerat, ad cibi speciem descendit, proponens panem spiritualem, & primo quidẽ proponit panem verum esse non quemcumque, sed eum, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo; & subdit se esse panem uitæ, & de cœlo descendisse. Manifestatque horum duorum primum ex actib. spiritualibus, s. quòd uenire ad ipsum, & credere in ipsum, tollit totaliter famem, & sitim mentis, & tandem etiam corporis. Et interposita murmuratione Iudæorum de secundo, s. quòd descendit de cœlo, & eorum repressione, manifestat secundum, de quo murmurauerant: ex spiritualibus quoque actibus, scilicet quòd credere in ipsum est habere vitam æternam, & ex differentia inter manducantes manna, & ipsum: quia illi mortui sunt, si quis autem manducauerit ex ipso, non morietur, sed viuet in æternum. Et in calce amplius explanans Dominus panem, de quo loquebatur, ad carnem descendit dicens, Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Quo audito litigabant Iudæi adinuicem, quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Et tunc dixit eis Iesus, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Vbi diligenter aduertendo clara luce patet, ꝙ cum totus præcedens sermo fuerit de actibus pure spiritualibus, de spirituali quoque manducatione, & potatione ipsius Christi carnis, & sanguinis, sermo præsens ad literam est. Post panes enim materiales primo de cibo spirituali, deinde de pane cęlesti, quia Iudæi obijcientes manna, adduxerũt scripturam, Panem de cœlo dedit eis manducare; & postea de carne, et sanguine. Et iterum rediens Dominus ad panem, qui de cœlo descendit, & ipsius excellentiam supra manna, conclusit sermonem, vt responderet Iudæis de pane dato de cęlo, & monstraret se, et non manna, esse panem verum, qui de cęlo descendit. Carnis quoque, et sanguinis meminit: vt doceret non sufficere ad vitam nostram credere in ipsum Christum, panem, qui de cęlo descendit, hoc est Deum, et hominem, sed oportet etiam credere ipsius pro mundi vita passionem, et mortem, in qua sanguis separatus fuit à carne: hoc enim est quod apertè Dominus subdidit, cũ dixit, Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: caro. n. sua pro mundi vita fuit caro passa, & occisa pro mundi vita: morte. n. sua viuificauit mundũ. vnde, et litigantibus de hoc Iudæis, statim de carne, et sanguine, & non de speciebus sacramentalib. subdidit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, et biberitis eius sanguinẽ, etc. & sine interuallo declarauit quid sit manducare eius carnẽ, et bibere eius sanguinem, subdens, Qui manducat meã carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitã æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die, vbi etiam vitam corporis consequendam, non tunc tamen, sed in nouissimo die à manducantibus eius carnem, et bibentibus eius sanguinem explanauit. Quocirca cum ex solo sensu literali trahatur efficax argumentũ, et sensus literalis ex contextu præcipue pendeat, et ad literam tam ex textu, quàm ex contextu de spiritualibus actibus sermo sit, consequens est, vt textus iste de spirituali manducatione Christi carnis, et sanguinis, hoc est de fide in ipsum, et morte eius sermo fit.

¶ Et si

¶ Et si quæratur quare Christus nostram in ipsum, & mortẽ eius fidem sub metaphora manducationis, & bibitionis docuerit, in prõptu est ratio multiplex. Primo vt monstraretur, quod nostra in ipsum coniunctio per fidem formatam esset participatio cælestis beatitudinis, de qua scriptũ est, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Secundo, vt monstraretur se esse patris sapientiam; quæ dixerat Prouerb. 9. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. Tertiò, vt monstraretur, quòd etiam caro sua occisa, & sanguis suus etiam separatus à carne, haberent vim satiatiuam mentis humanæ, & hinc disceremus carnis, & sanguinis Christi coniunctionem ad deitatem, ex qua vim satiatiuam intellectus, & affectus habent. Quarto, vt sic fundamenta iacerentur ad manducationem, & bibitionem sacramentalem: nam ex hoc, quòd credere in Christum, & mortẽ eius, est satietas mentis, & refectio sapientiæ, & participatio quædã cælestis fœlicitatis, facile discere possumus, ꝙ dignè sumere sacramenta corporis, & sanguinis Domini est, & cœlestis participatio conuiuij, & in sapientiæ mensa edere, & bibere, &c. Et hinc processit, vt à Doctoribus sacris extendatur, quandoque textus illius capituli ad sacramentum eucharistiæ, & manducandum, & bibendum sacramentaliter, dignè tamen, Christum, seu carnem, & sanguinem eius: quamuis multiplex alias sit huius ratio, s. quia res, de qua est sermo in textu isto, est res significata sacramento Eucharistiæ: familiare est enim signati conditiones, signo attribuere. Et quia vnus atque idem secundum substantiam est panis spiritualis, & panis sacramentalis, & manducare, ac bibere spiritualiter Christum, & manducare, ac bibere spiritualiter sacramentum, sunt vnum, et idem, secundũ substantiam, sola relatione ad sacramentum sensibile differentia: hinc enim fit, vt tam in scriptis, quàm in sermonibus, in quibus huiusmodi differentia propositum non variat, frequentissimo vsu, vnum pro alio ponamus, aut exponamus.

¶ Tertio, probatur idem auctoritate sanctorum. Et primum, ꝙ hæc sit communis Sanctorum, & Theologorum expositio: quoniã communiter exponitur de spirituali manducatione carnis, & spirituali potu sanguinis Christi: deinde probatur idem sensus auctoritate August. ad Bonifac. exponentis hanc Domini legem adimpleri in infantibus baptizatis, dicendo, tunc vnusquisque fidelium corporis, & sanguinis Domini particeps fit, quando in baptismo membrũ Christi efficitur, vbi videre potes vtrumque, scilicet, ꝙ de manducare, & bibere spiritualiter corpus, et sanguinem Christi, intelligitur lex Domini, et quòd lex illa extendit se ad omnes, sicut & illa, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et spiritu &c. et eundem sensum explicat idem August. super Ioannem, dicens, Hunc cibum, et potum societatem vult intelligi corporis, & membrorum suorum, quod est ecclesia, etc.

¶ Ex quibus omnibus coniunctis cum dicendis in solutione argumentorum, manifestum relinquitur, ꝙ communio sub vtraque specie non est necessaria adultis omnibus; cum nullum ad hoc habeatur præceptum, nullaque ad hoc ratio cogat, et innumeræ Christi ecclesiæ, cum ecclesiarum omnium magistra Romana Ecclesia oppositum doceant, ac faciant. Hæc de quarto.

¶ Quo ad quintum, an communio sub vtraque specie sit necessaria omnibus sacerdotibus, quia hoc coincidit cum quæstione illa, an quilibet sacerdos teneatur quandoque celebrare, et hoc ex proposito tractabitur inferius in artic. vlt. q. 82. ideo nunc pertranseundum est, ne idem sæpius repetatur. Hæc de quinto.

¶ Quo ad sextum, an communio sub vtraque specie sit necessaria omnibus consecrantibus, clarè patet quæstionis solutio ex decreto Gelasij Papæ, de consec. dist. 2. c. comperimus, vbi grande sacrilegium esse dicitur, celebrantem sumere sub altera tantum specie, et in cap. præcedenti damnantur celebrantes, et in nulla specie sumentes. Et quoniam hoc in dubium non vertitur, ideo hæc de sexto sufficiant.

¶ Ad primum ergo in oppositum ex dictis patere potest responsio consistens in hoc, quòd præceptum Domini intelligitur de cibo, et potu spirituali carnis, et sanguinis Domini. Et licet manducare spiritualiter sacramentum corporis, et sanguinis Christi, claudat in se votum manducandi, et bibendi sacramentaliter: non est tamen verum, ꝙ manducare, et bibere spiritualiter carnem, et sanguinem Christi, claudat in se votum manducandi et bibendi sacramentaliter: sed claudit in se beneficium, quod significatur, et confertur corporis, et sanguinis sacramento, scilicet esse Christi, et ecclesiæ membrum viuum.

¶ Ad secundum de Christi mandato, Hoc facite in meam commemorationem, respondetur ad hoc, vt omnis cauillatio tollatur, quadrupliciter. Primo, quòd illa verba Domini habent triplicem vim: sunt enim institutiua celebrationis eucharistiæ in ecclesia, vt patet: sunt et collatiua potestatis sacerdotalis ad consecrandam eucharistiam: cõmuniter enim fatemur per hæc verba Apostolos esse ordinatos in sacerdotes: sunt et præceptiua non ipsius operis, sed ordinis ad suam commemorationem, quod est præcipere ordinẽ operis in sui memoria, vt ecclesia attestatur, vtens his Domini verbis in missa sub hac forma, Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. vbi manifeste explicatur præcipi non opus ipsum, sed ordinationem operis in sui memoriam. Et si arguat quis ex vi institutoria, s. ꝙ ex hoc ipso, quòd Dominus instituit hoc sacramentum sub vtraque specie obligamur ad seruandam eius institutionẽ, facile patet nullitas argumenti: tum quia sufficit, quòd hæc seruetur ab aliquibus de ecclesia, hoc est sacerdotibus celebrantibus, ad quos solos in Apostolis sermo dominicus tunc dirigebatur, vt ex hoc pateat, quòd soli sacerdotes possunt hoc facere, quòd Christus fecit, s. consecrare sacramentum corporis, et sanguinis Domini: tũ, quia ad obligandos singulos de ecclesiæ sub præcepto, plus requiritur quàm institutio sacramenti, vt patet de sacramento confirmationis, & extremæ vnctionis, quorum neutrum est de necessitate salutis: quamuis eorum contemptus esset damnabilis, et sic ex his verbis Domini non habetur præceptum sumendi sub vtraque specie, sed quòd sumentes sumant in sui memoriam, hoc est, si sumimus in ipsius memoriam sumamus, iuxta ecclesiæ expositionem, Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

¶ Secundo dicitur, quòd posito, ꝙ præcipiatur per hæc Domini verba ipsum opus, non propterea argumentum vrget: quoniam ly hoc, non demonstrat vtrumque opus, quod Christus legitur fecisse, scilicet consecrare, et tradere sumendum; & ratio est: quia si ly hoc, demonstraret vtrumque opus, vt præceptum à Domino, sequeretur, ꝙ quilibet celebrans teneretur sub præcepto Domini ad tradendum hoc sacramentum alijs, quod omnium ecclesiarum pias aures offendit, cum constet multos sanctos sacerdotes carẽtes cura animarum, et in monasterijs, et extra sæpe celebrasse, et numquàm tradidisse, et quotidie sic fiat ab innumeris sacerdotibus irreprehẽsibiliter. Et secundum hoc, non habetur hinc præceptum traditionis sub vtraque specie, ac per hoc, non habetur hinc præceptum suscipiendi ab alijs sub vtraque specie. nam non celebrantium sumptio traditionem præsupponit, cum nullus talium sumat, nisi sibi traditam eucharistiam.

¶ Tertio dicitur, quòd dato, quòd ly hoc, demonstraret omne opus, scilicet consecrare, sumere, et tradere sub vtraque specie, & quod intelligatur præcipi omne huiusmodi opus, adhuc argumentum non cogit: quoniam cum præceptum hoc sit affirmatiuum, et præcepta affirmatiua obligent semper, sed non pro semper, sed pro tempore necessitatis consequens est, vt ex hoc Domini præcepto sacerdotes, non teneantur tradere sub vtraque specie, nisi necessitas communicandi sub vtraque specie aduenerit, ac per hoc si huiusmodi necessitas alicubi numquam interuenit: numquàm sacerdos reus violati præcepti est. Exemplum, præceptum de honorandis parentibus factum, quia est affirmatiuum, intelligitur tempore necessitatis, et propterea si numquàm contingit parentes meos necessitatem habere subuentionis meæ, numquàm ego reus præcepti sum: & quia in innumeris Christi ecclesijs Rom. ecclesiam imitantibus numquàm contingit alicui non celebranti necessitas communicandi sub vtraque specie (quoniam docente Spiritusancto contenti sub communione sub specie panis) ideo nullus sacerdos in huiusmodi ecclesijs reus est violati præcepti dominici.

¶ Quarto dicitur, ex ipso ordine textus euangelici, quòd hoc Domini præceptum nullibi inuenitur à Domino traditum nisi respectu sacramenti sub specie panis tantum, ita quòd ly hoc, nihil demonstrat de pertinentibus ad calicem, & propterea ex illo præcepto argumentum sumptum, si efficax est, gladius est Goliath: quoniam hinc sequitur, quòd sola panis sancti communio præcepta est tradenda. Et probatur quod dicimus, primo ex auctoritate euangelij: solus enim inter Euangelistas Lucas verba hæc posuit in c. 22. vbi expressè refert Dominum ante consecrationem calicis, post tamen consecrationem panis, dixisse: Hoc facite in meam commemorationem. Secundo, auctoritate Pauli Apost. 1. ad Cor. 11. vbi refert Dominum dixisse, Accipite, et comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem: post consecrationem autem calicis Lucas de hoc nihil refert. Paulus autem Apostolus refert Christum dixisse, Hoc facite quotiescumque bibetis in meam commemorationem. Vbi ex ipsa diuersitate verborum à Paulo narratorũ, manifeste apparet, quod de sacramento sub specie panis Dominus dixit absolute, Hoc facite in meam commemorationem: de eodem autem sacramẽto sub specie vini non dixit absolutè, Hoc facite: sed dixit quod hoc facerent, quotiescumque biberent, in suam commemorationem. Vbi meridiana luce clarius patet, quod non præcipitur bibere, sed quod quotiescumque bibimus, in suam commemorationẽ hoc faciamus. Et hinc sequitur, quòd si ex hoc præcepto Domini, Hoc facite in meam commemorationem efficax argumentum ad communionem populi sumitur, optime sequitur absque ulla controuersia, quod non est præcepta communio populi nisi sub specie panis. Et confirmatur iste sensus ex eo, quod in numero singulari dicitur, Hoc facite, & non dixit, hæc facite, sicut per oppositum ecclesia volens vtramque significare speciem sacramenti, explicat in numero plurali dicens, Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

¶ Ad tertium argumentum dicitur, concedendo quod tam perfectio sacramenti in consecratione, quàm perfectio eiusdem in vsu est sub præcepto, & hoc propter allatam, obijciendo, rationem,

scilicet

scilicet quòd sacramentum hoc suaptè natura est propter vsum, & perfectio sacramenti est propter perfectionem vsus. vnde, & grande sacrilegium esse dixit Gelasius diuidere mysterium hoc, quo ad vsum: sed non propterea argumentũ hinc sumptum vrget ad vsum vtriusque speciei in communione populi. Et ratio est, quia perfectio sacramenti secundum vsum, non dependet nisi à per se concurrente ad sacramentum illud, quemadmodum cæterarum rerũ perfectiones, non attenduntur secundum ea, quæ sunt per accidens: sed in ordine ad ea, quæ concurrunt per se: alioquin numquam res aliqua suam perfectionem sortiretur. solus autem sacerdos concurrit per se ad perfectionem huius sacramenti tam consecrando, quàm vtendo: & propterea sicut sacrilegus esset sacerdos, consecrando panem, & non vinum, ita sacrilegij reus esset sumendo panem sanctum, & non sumendo calicem. Et quidem, quod sacerdos concurrat per se ad cõsecrationem, & vsum huius sacramenti, clare patet, quod autem solus concurrat per se, patet tum ex eo, quod solus sufficit ad perfectionem sacramenti, tam consecrando quàm vtendo: tum, ex eo quod populi communio post consumatum sacrificium, atque sacramentum, tam quo ad consecrationem, quàm quo ad oblationem, & vsum superuenit, sacerdos enim per seipsum perfecit hæc omnia; quod autem superuenit alicui post illius perfectionem, non est de concurrentibus per se ad illius perfectionem: tum, ex eo, quod accidentaliter coniungitur perfecto vsui huius sacramenti, quod aliquis circunstantium sit communicandus, quod ex eo patet, quod nihil minus perfectum est sacramentum, & in se, & in vsu, si nullus circunstantium communicet: si enim perfectio vsus dependeret ab aliorum communione non posset absque sacrilegij vitio sacramenti huius vsus esse, nisi aliquis ex circunstantibus communicaret: sicut non potest absque sacrilegio, eius usus à celebrante omitti, aut diuidi. Quocirca manifestum est, quod ex perfectione huius sacramenti, tam quo ad consecrationem, quàm quo ad usum per se (ea enim, quæ sunt per accidens, & ab arte, et à scientia relinquuntur) non habetur necessitas communicandi populum sub vtraque specie, sed necessitas communicandi seipsum celebrantem sub vtraque specie. Et hæc de prima quæstione dicta sufficiant.

## QVAESTIO II.

*An vtilius sit sumere Eucharistiam sub vtraque specie, quàm sub specie panis tantùm.*

QVAERITVR secundo, an vtilius sit sumere eucharistiam sub vtraque specie, quàm sub specie panis tantum. Et videtur quòd sic.

¶Primò, ex parte sacramenti, quia utilius est sumere sacramentum integrum, seu integrè, quàm imperfectum, seu partialiter. Et si dicatur, quòd non est hic differentia secundum perfectum, & imperfectum, integrum, aut diminutum, totum, vel partem, nisi in significando, contra: sacramenta efficiunt quod significant. ergo imperfectio in significando redundat in imperfectionem in conferendo: alioquin aliud efficeret, & aliud significaret, dum significaret partem, & efficeret totum.

¶Secundo, ex parte quoque sacramenti, vtilius est tangi à Christo pluribus diuersarum rationum instrumentis, quàm uno tãtum: sed communicans sub vtraque specie tangitur à Christo instrumentis diuersarum rationum: communicans autem sub altera tantum tangitur à Christo uno tantum instrumento. ergo Maior est per se nota: quoniam diuersarum rationum instrumenta ad diuersas utilitates per se ordinantur, vt patet in artificialibus. Minor autem manifestatur: quia species uini, vel saltem potatio ipsa instrumentum est quoddam ipsius Christi ad lætificandam animam: & similiter species panis, vel saltem manducatio ipsa instrumentum est Christi ad confirmandum hominis animum: sicut de aqua baptismi August. dicit, quod corpus tangit, & cor abluit. Et confirmatur, quia potus sacramentalis significat potum spiritualem: regula autem generalis est, quod sacramentales actus sunt instrumenta, aut quasi instrumenta diuinæ virtutis. Et confirmatur rursus ex eo, quod si significatus effectus per sumptionem eucharistiæ non prouenit in sumentem, dicimus, quod hoc non est ex defectu sacramenti, quia conferret quod significaret, sicut & cætera sacramenta conferunt, quod significant, sed ex indispositione sumentis: hæc enim omnia attestantur, quod huiusmodi sacramentalibus Christus utitur ut instrumentis, quod erat assumptum: constat enim hæc scilicet speciem panis, & uini, seu manducationem, & bibitionem sacramentales, diuersarum esse rationum, sicut diuersarum sunt rationum in esse naturali.

¶Tertio, ex effectuum differentia: vtilius est comedere spiritualiter, & bibere spiritualiter sacramentum hoc, quàm illud spiritualiter comedere tantum. Et si dicatur, quod comedere spiritualiter, & bibere spiritualiter, sunt idem, contra: tum, quia comedere spiritualiter est actus intellectus, vtpotè spectans ad fidem, & contemplationem, iuxta illud Eccl. 15. Cibauit illum pane vitæ, & intellectus, & illud August. Crede, & manducasti. Bibere verò est actus affectiuæ partis, vtpotè spectans ad dulcedinem charitatis, & delectationem spiritus, iuxta illud: Et vinum lætificat cor hominis. & rursus: Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Et confirmatur hoc ex ipsa diuersitate signorum: diuersa enim signa sacramentalia oportet diuersa quoque habere significata. Et propterea, quia manducare & bibere sunt diuersa signa sacramentalia, consequens est, vt diuersa quoque habeant significata: si enim idem significarent, alterum superfluum esset in significando. Et confirmatur rursus, ex proprietate attributorum signatorum: nam calici sacramentali attribuitur, quod significat expressè mortem Christi, redemptionemque per illius sanguinem peractam, vitam animæ, lætitiam cordis, &c.

¶Quarto arguitur, ducendo ad inconueniens: sacerdos celebrans sumpto sacramento sub specie panis, quæritur an postea sumendo sub specie vini aliquid vtilitatis spiritualis acquirat, aut nihil. Si dicatur, quòd acquirit aliquid spiritualis vtilitatis intus in anima, habetur intentum, scilicet quòd vtilius est sumere sub vtraque specie, quàm sub altera tantum. Et rursus, cum par sit ratio, proportionaliter tamen de sacerdote, & laico dignè sumente, vtilius erit laico dignè sumenti sumere sub vtraque specie, quàm sub altera tantum. Si dicatur, quod nihil spiritualis fructus acquirit ex calice, sequitur quòd potus ille sacramentalis non confert sacerdoti quod significat, & cum infructuositas ista non proueniat ex parte sacramenti: quoniam calix ille est calix vitæ non solum contentiuus, sed collatiuus, nec proueniat ex parte sacerdotis (quoniã supponimus ipsum dignè celebrare) consequens est, quòd non nisi temerè, & voluntariè negatur fructus sumptionis sub secunda specie.

IN OPPOSITVM est Auctor in litera huius 12. artic. in calce dicens: potest autem à populo corpus sine sanguine sumi: nec exinde sequitur aliquod detrimentum: quia sacerdos in persona omnium sanguinem offert, & sumit, & sub vtraque specie totus Christus continetur. Vbi clare vides dictum, nec exinde sequitur aliquod detrimentum, quod falsum esset, si damnum spiritualis fructus populus incurreret, sumendo corpus, & non sumendo calicem.

¶Ad euidentiam veritatis quęstionis huius, tria agenda sunt: primo, declarandæ sunt duæ radices difficultatis: secundo, prosequemur primam radicem, & tertio prosequemur secundam.

¶Quo ad primum sciendum est, quòd quia sacramenta nouæ legis conferunt quod significant, ideo in duplici consueuerunt locari genere, quatenus enim conferunt, locantur in genere causæ instrumentalis, aut quasi instrumentalis, quatenus vero significant, locantur in genere signi sensibilis, & propterea de sacramentis dupliciter loqui contingit, vel, ut habent rationem causæ, vel vt habent rationem signi. cum enim de virtute sacramentorum est sermo, ad causalitatem sacramenti spectatur: virtus enim causalitatem sonat: & similiter cum de sacramentali medicina est sermo, ad causalitatem quoque spectatur. inter causas enim medicina locatur. Et breuiter cum de efficacia, aut effectu alicuius sacramenti agitur, ad causalitatem spectatur: quando autem de significato, aut significatione sacramenti est sermo, clarè liquet quòd sacramentum in quantum signum tractatur.

¶Duabus igitur in sacramento inuentis conditionibus, scilicet quod est causa, & quòd est signum, quòd confert, & quòd significat, difficultas in proposita quæstione ex vtraque oritur. Nam ex eo, quod dominicus calix non minorem habet virtutem, quàm sacra hostia, nec minus natus est conferre quam sacra hostia confert, rationi consentaneum est, vt quemadmodum sacræ hostiæ esus proprium habet fructum spiritus in anima edentis, ac per hoc duplex fructus vtiliorem monstrat sumptionem sacramenti sub vtraque specie, quam sub altera tantum. Similiter, quia non minus dominicus calix cum eius potu sacramentali significat interiorem fructum spiritus, quam sacra hostia cum eius esu significat interiorem spiritus fructum, consequens est, vt sicut donum spiritus significatum esu sacræ hostiæ absque dubio acquiritur, ita donum spiritus significatum potu sacramenti calicis absque dubio habeatur à digno bibente, & sic ex multiplicato dono iuxta diuersitatem signi, vtilius concluditur communicare sub vtraque specie, quàm sub altera tantum.

¶Oritur ergo tota huius quæstionis difficultas ex diuersitate sacramentalis causæ, vel sacramentalis signi, aut vtriusque, & propterea diligenter discutienda est primo virtus, atque causalitas huius sacramenti, & deinde significatio, His enim patefactis, facile erit nodum soluere quæstionis. Hęc de primo.

¶Quo ad secundum, vt clarè appareat veritas, vt cognoscatur quid in eucharistiæ sacramento est causa, & quomodo causat, declaranda per ordinem sunt tria. Primum est, quod causans non est virtus aliqua in sacramento, aut diuina assistentia, sed est res contenta in eucharistia. Secundum est, quòd huiusmodi res contenta causans non est minus res concomitanter contenta, quàm res contenta ex vi conuersionis. Tertium est, quòd res contenta in hoc sacramento causat absque aliquo sensibili instrumento. *Primum* horum, scilicet quod res causans, seu conferens spiritualem fructum in sumptione eucharistiæ, est res contenta in eucharistia, ab omnibus est confessum, qui confitẽtur Christum realiter contineri sub hoc sacramẽto, ipse

ipse enim Christus perfectus Deus, & perfectus homo, est largitor omnis fructus gratiæ, & est res contenta sub hoc sacramento. Et hinc absque controuersia habetur, quòd non oportet recurrere in vsu huius sacramenti ad virtutem aliquam in sacramento positam per modum intentionis, aut ad diuinam assistentiam, sicut in aliorum sacramentorum vsu, & in huius sacramenti consecratione recurritur. Singulare est enim in hoc sacramento, in quo loco vsus à consecratione separatur, quòd ipsum fontem gratiæ præsentialiter habeat, vt rem in sacramento contentam, & ex hac singulariter excellentia prouenit, vt sicut per seipsum in seipso fons gratiæ sub sacramento continetur, ita per seipsum conferat sacramenti fructum.

¶ Secundum autem, scilicet quòd non minus ad conferendum fructum huius sacramenti concurrit res contenta concomitanter, quàm res contenta ex vi sacramenti, seu conuersionis, declaratur recolendo, quod dupliciter res aliqua continetur sub hoc sacramento, vel ex vi sacramenti, seu conuersionis & sic sub hostia continetur corpus Christi tantum, ita quòd, nec sanguis, nec anima, nec deitas sic continetur sub hostia: & similiter in calice ex vi sacramenti solus sanguis continetur, ita quòd nec Christi corpus, nec anima, nec deitas, sic continetur sub specie vini, vel concomitanter, & sic sub hostia continetur tam sanguis Christi, quàm eius anima, & deitas: & similiter sub specie vini continentur concomitanter Christi corpus, anima, & deitas. Ex his enim constat, quòd nec sub specie panis, nec sub specie vini continetur Christi anima, & similiter deitas, nisi concomitanter. Quo stante declaratur propositum sic: Spiritualis fructus eucharistiæ non minus causatur à Christi anima, & ab eius deitate, quàm à Christi corpore, seu sanguine: sed tam deitas, quàm anima Christi, est res concomitanter existens sub sacramento. ergo non minus causat fructum spiritualem eucharistiæ res concomitanter contenta, quam res ex vi sacramenti contenta. processus totus est clarus cum minore iam declarata. Prima autem propositio per se euidens est: tum, quia deitas præsens personaliter est, quæ maxime confert fructum hunc spiritualem, tum, quia Christus in sacramento præsens confert voluntarie dona sui spiritus, voluntaria autem collatio principaliter, & maximè pendet à voluntate, quæ est in anima: tum, quia plus est, quàm quod dixi. nam tam sanguis quàm corpus Christi vim cibandi, atque potandi habet ex coniunctione ad deitatem: nisi enim esset corpus verbi, & sanguis verbi, quod in principio erat Deus, non conferret vitam æternam.

¶ Tertium autem, s. quòd Christus in hoc sacramento contentus confert per seipsum, & non per aliquod sensibile instrumentum, spiritualem fructum, declaratur tripliciter. Primo, quia vbi est præsens agens, sufficiens per seipsum, non est opus instrumento, nec consueuit adhiberi instrumentum.

¶ Secundo, quia sic se habet esus, & potus sacramentalis ad hoc alimentum spiritus, sicut se habet tam manducatio, quàm potus naturalis ad alimentum corporale: sed in nutritione corporali panis, & vinum non per instrumenta, sed secundùm seipsa alunt: quoniã, vt dicitur in 2. de anima, alimentum secundũ suam substantiam nutrit, & similiter edere, & bibere non sunt instrumenta alimenti corporalis ad alendum corpus, sed comedere concurrit, vt adducens alimentum siccum, & bibere vt adducens alimentum humidum: constat autem secundùm philosophiam, quòd approximatio agentis, & patientis, alimenti, & aliti non locatur inter instrumenta. Relinquitur igitur ex hoc, quod Christus continetur in hoc sacramento vt alimentum (vt species panis, & vini attestantur) quòd ipse secundum seipsum nutriat spiritum sumentium, & similiter ex hoc, quòd ad nutrimentum animas peruenit eo ipso, quòd manducatur, & bibitur sacramentaliter, quòd esu, & potu sacramentali non vtitur vt instrumentis, sed vt approximationibus alimenti ad hominem, qui alendus est.

¶ Tertio, quia de diuinis sacramentis oportet sapere ad sobrietatem, non excedendo limites patrum nostrorum, accepimus autem ex ecclesiæ doctrina incomprehensibilem, ac ineffabilem coniunctionem Christi, & specierum sacramentalium sub ratione continentis, & contenti veraciter præsentis, & signi, & signati, & huiusmodi, & non secundum rationem agentis, & instrumenti, & ppea voces huiusmodi tanquam profanæ nouitates vitandæ sunt.

¶ Ex quibus omnibus infertur primo, quòd in calice, & hostia nõ sunt diuersæ virtutes collatiuæ spirituales gratiæ, sed vna tantum est res vtrobique conferens, scilicet Christus ipse secundum seipsum, & non per virtutes medias. Infertur secundo, quòd in hostia, & calice, Christus non vtitur diuersis instrumentis ad conferẽdum fructum spiritus, quia vtrobique nullo vtitur sensibili instrumento ad huiusmodi collationem, & quia exclusa omni virtute media, & excluso omni instrumento medio, nulla remanet ex parte Christi præsentis differentia causandi, distribuendi, seu conferendi sub vtraque specie, nisi voluntas diuidens singulis, prout vult; ideo infertur tertio, quod quæcumque argumenta ad probandam diuersitatem fructuum, spiritualium in sumptione vtriusque speciei, ex diuersitate virtutum sacramentalium, vel sacramentalium instrumentorũ, vel modorum conferendi, & aliorum eiusmodi, ex falso procedunt principio, nihilque valent vtpote absque fundamento erecta. Quo fit vt considerando sacramentum eucharistiæ infra latitudinẽ causæ, prout est collatiuum spiritualis gratiæ, nutritiuum animæ, & medicina eiusdem, nulla sit differentia inter species ipsas inter se, & similiter nulla sit differentia inter vtramque simul, & alteram tantum: quoniam, vt ex dictis patet, vna, & eadem omnino absque omni virtute media, absque omni sensibili instrumẽto medio est vtrobique, & in altera tantum cuiuscumque spiritualis doni causa, scilicet Christus ipse personaliter præsens secundum deitatem, & humanitatem. Hæc de secundo.

¶ Quo ad tertium, aduertendum est, quòd diuersitas in significando, quæ ingerit difficultatem, dupliciter inuenitur in hoc sacramento. Inuenitur siquidem, & diuersitas signi: quia aliud signum est species panis cum ipsius esu, & aliud signum est species vini cum eius potu, & diuersitas modi significandi. Et hæc inuenitur dupliciter, hoc est comparando species inter se, sicut expressius significat redẽptionem nostram per Christi mortẽ calix, in quo, vt separatus monstratur sanguis à corpore, quàm hostia & comparando vtramque simul speciem sacramenti ad alteram tantum: nam vtraque simul significat integrè refectionem spiritualem: singulæ autem species imperfectè repræsentant illam, vna scilicet vt cibum, & altera vt potum.

¶ Nulla autem harum diuersitatum, si diligentiùs perspexerimus, diuersitatem aliquam in fructu spirituali huius sacramenti arguit: quod quadrupliciter manifestatur. Primo, ex communibus: quoniã nec signorum diuersitas, nec diuersus modus significandi, diuersitatem arguit in re signata, sed vna eademque res omnino immutata, & diuersis signis, & diuersimodè potest signari, vt patet cum unus, idémque homo repræsentatur per imaginem in speculo, & per statuam, picturam, etc. & ab vna perfectius, & ab alia imperfectius repræsentatur, ex his enim diuersitatibus in signis, & significationibus nulla circa rem signatam varietas monstratur.

¶ Secundo declaratur exemplo in baptismo: immersio siquidem, quæ in celebratione baptismi fit, significat eum, qui baptizatur, consepeliri Christo, & emersio significat resurgere eundem cum Christo in nouitatem vitæ, iuxta illud Apostoli ad Rom. 6. Consepulti sumus cum Christo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si tamen aliquis baptizatur non per modum immersionis, sed per modum effusionis, aut aspersionis, deficit tunc baptismo dictus modus significandi, & non propterea is, qui baptizatur, minus est consepultus Christo, aut minus resurgit in nouitatem vitæ, quàm ille, qui baptizatus est per immersionem. Hinc enim manifeste habes, quòd non solum in communi loquendo, diuersitas, seu defectus in modo significandi, nullam varietatem arguit in re signata: sed etiam in speciali de sacramentalibus signis loquendo, defectus in significando nihil adimit de fructu sacramenti, et plenitudo in significando, nihil adiungit ad fructum sacramenti: æquale siquidem donum ex baptismo recipiunt baptizatus per immersionem, & baptizatus per aspersionem, quamuis magna sit diuersitas vtrobiq; in significãdo.

¶ Tertio ex ratione, quia aliud est diminutè, seu partialiter significare, et aliud est significare diminutum, seu partem. Primum inuenitur in singulis seorsum huius sacramenti speciebus, secundum autem non: et vt patet, non sequitur ex primo. Similiter aliud est plenius, seu expressius significare, & aliud est pleniorem fructum significare, & similiter aliud est integre significare, et aliud est totaliter significare, et similiter aliud est diuersis signis significari, & aliud est diuersa significari. Diuersitas namque tam signorum, quàm modorum significandi, in signis ipsis sistit, et non pertransit ad rem signatam: sunt enim conditiones signorum, et non rei signatæ: et propterea inter signa, et signorum conditiones aduertenda est differentia hæc, quòd signo quidem respondet signatum, sed diuersitati signorum non respondet diuersitas rei signatæ: & similiter modo signandi non respondet modus rei signatæ. Et ratio est: quia vna, & eadem omnino immutata res, potest & diuersis signis, et diuersimode signari.

¶ Quarto declaratur descendendo ad propositum sacramentum exemplariter, diuersa in primis signa, scilicet hostia comesta, et calix bibiturus, non diuersos sacramenti fructus, sed vnum, atque eundem spiritualem fructum significant: nam manducare, et bibere spiritualiter, vnum, & idem sunt, vt testatur August. super Ioan. homil. 25. super illo textu, Qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet in æternum. Ioan. 6. Inquit enim: Qui venit ad me, hoc est, quod ait, qui credit in me: & quod dixit, non esuriet, hoc intelligendum est, et non sitiet vnquam: vtroque enim illa significatur æterna satietas, vbi nulla est egestas. Vbi ex hoc, quòd sitire, et esurire ponitur idem, manifeste patet, quòd manducare, et bibere sunt idem, et ꝙ alimentum satians esu, et alimentum satians potu, sunt idem secundum rectum philosophiæ iudicium; iuxta illud 3. Physic. Si posse sanari, et posse infirmari sunt idem, sanari, et infirmari sunt quoque idem, et similiter sanitas, et infirmitas sunt idem.

¶ Diuersi deinde modi significandi, non diuersos fructus spiritua in modos significant, sed excellentem alium fructum diuersimode

significara

significari decet, vt sic significante vno, et sic repræsentante alio, & sic repræsentante vtroque, vnus, & idem fructus inadæquatus omnibus, & singulis signis, vtpotè superexcedens quæcumque huiusmodi signa quocumque modo illum significantia, vtcumque innotescat, et in summa veneratione habeat, & toto corde desideretur. Consentaneum autem rationi esse patet, vt diuersa signa sensibilia, & diuersimode significantia, ad vnum spiritualem intelligibilis ordinis fructum repræsentandum sint instituta à diuina sapientia disponente omnia suauiter, sensibilia enim valde defectiuè repræsentant excellentiam intelligibilium rerum, et præcipue tam excelsam rem, quæ est hoc sacramento signata, & est illius fructus, interna scilicet satietas spiritus, secundum participationem æternæ satietatis. vnde non solum ex ipsis sacramentalibus signis, sed et ex alijs innumeris defectiue significatur huius sacramenti fructus. Nec obstat, quòd dicatur: eucharistiam sub vtraque specie integre repræsentare internam refectionem: quoniam huiusmodi integritas, seu totalitas repræsentandi non simpliciter, et absolutè, sed respectiuè ad singulas species intelligitur, tanquàm si diceretur, quòd totum eucharistiæ sacramentum repræsentat internam refectionem non partialiter, vt species panis, nec partialiter vt species vini, sed complectendo vtrumque. Cum quo stat, quòd vtrumque simul imperfecte illam repræsentat, sed non ita imperfecte sicut alterum tantum, singulæ enim species, et ambæ simul repræsentant non partem, sed totam internam refectionem spiritus, sed non repræsentatur totaliter ab aliqua earum, nec ambabus simul, nec ab innumeris alijs. patet ergo diuersitatem sacramentalium signorum, & modorum significandi in hoc eucharistiæ sacramento, nullam inferre diuersitatem in fructu spirituali significato.

¶ Nec ex admisso conferendi actu, diuersificari significatum sacramenti fructum putes. nam si diuersitas signi, et modi signandi non redundat in signatum, quod per se respicit signum, multo minus huiusmodi diuersitas redundabit in collatum, quod per accidens, seu per quandam annexionem respicit. Et confirmatur: quia sicut communiter fatemur sacramentis nouæ legis conferri quod significatur, ita communiter abhorremus, ꝙ conferendi commensuretur modo significandi.

¶ Ex quibus omnibus collige, ꝙ quatuor inuentis in eucharistiæ sacramento integro, scilicet re contenta, qui Christus est: modo continendi, scilicet ex vi sacramenti, et concomitanter, signi significatione cum modo significandi, & collatione, cum cōstet, quòd maior vtilitas spiritus spectet ad maiorem collationem à re contēta procedentem, et non ad modum continentiæ: nec ad diuersitatem signorum, significationum, aut modorum significandi, et res contenta sub vtraque specie sit omnino vna, & eadem, et non magis conferat spiritualem fructum sub vna, quàm sub alia, aut sub vtraque, quàm sub vna, vtpote nullo mediante instrumento, nullaq; mediante virtute vtens in huiusmodi collatione, consequens est, vt nulla maior vtilitas spiritualis fructus proueniat in sumente sacramentum sub vtraque specie, quàm proueniat in sumente sacramentum sub altera tantum specie. Et hoc intellige cæteris paribus, ita quòd, vt exemplariter dicatur, si sunt hic duo æqualiter dispositi ad communionem, et vnus communicet sub specie panis tantum, alter verò sub vtraque specie, non plus prodest, quo ad gratiam, et spiritualem fructum sacramentum eucharistiæ communicanti sub vtraque specie, quàm communicanti sub specie panis tantum. Et ratio est dicta, quia non interuenit maior collatio, quamuis interueniat maior significatio. Hæc de tertio.

Ad argumenta in oppositum respondendo, dicitur ad primum, quòd sine dubio vtilius est sumere totum fructum sacramenti, quàm partem fructus eiusdem, non tamen vtilius est sumere totum sacramentum, quàm partem sacramenti, vbi tota vis sacramenti non minus est in parte quàm in toto, sicut est in proposito, quoniam totus Christus continetur in toto sacramento, & in qualibet eius parte, nec est differentia nisi in significando, non totum, vel partem, perfectum, vel imperfectum: sed in significando partialiter, vel integre, perfecte, vel imperfectè: unde cum instatur, quòd sacramenti pars aliud significaret, et aliud conferret, quia significaret partem, & conferret totum, duplex defectus cōmittitur. Primus est, qui dictus est, quòd pars sacramenti significet partem fructus: significat enim totum fructum, sed partialiter. Secundus est, ꝙ dato quòd significaret partem, et conferret totum, non propterea derogaretur regulæ sacramentali, qua dicitur, sacramenta conferunt quod significant: quoniam verificaretur ꝙ conferret id, quod significat, quàmuis vltra hoc conferret aliquid plus. Multum enim inter se distant hæc, conferre aliud, & conferre illud, & aliquid plus: vnde ex hoc, ꝙ pars sacramenti confert quicquid confert totum, & affirmatur quòd confert, quòd significat, & quòd confert plus quàm explicitè significet.

¶ Ad secundum dicitur, ꝙ minor est falsa: non sunt enim instrumenta Christi contenti in eucharistia species sacramentales, aut vsus earum, verè, & propriè loquendo: quod ideo addo, quoniam si alicubi scriptum inueniatur, ꝙ hæc sunt instrumenta, aut quasi instrumenta diuina, pie exponendum est, uel de instrumento ad excitandam deuotionem, & non ad conferēdum sacramenti fructum, vel

vel instrumenti nomine intelligendum est id, sine quo non. secundum enim huiusmodi extensionem nominum verificatur, quòd species, & earum vsus sunt instrumenta ad fructum sacramenti, quia sine eis in re, vel in voto non confertur sacramenti fructus à re contenta sub sacramento. vbi scito, quòd huiusmodi species, & vsus earum conueniunt cum alijs sacramentis, non solum in significando, sed etiam in conferendo: & propterea sicut aqua baptismi corpus tangit, & cor abluit, sic hostia sacra corpus tangit, & cor alit. Sed multum differunt in modo conferendi: quoniam in alijs sacramentis Christus mediante virtute sacramentali confert effectum: hic autem immediate per seipsum fructum confert sacramenti: & propterea esto cautus cum obijciuntur huiusmodi similitudines.

¶ Ad confirmationem dicitur, quòd actus sacramentales sunt in duplici differentia: quidam enim sunt, qui interueniunt in ipsa confectione sacramenti, et de his verificatur quòd sunt actus instrumentales: quidam uerò sunt, qui post confectum sacramentum, ad vsum solummodo spectant sacramenti, & hi non sunt actus instrumentales ad conferendum sacramenti fructum, sed vt dictum est, se habent vt approximationes nutrimenti ad id, quod nutritur: tales autem sunt de quibus est sermo præsens.

¶ Ad aliam confirmationem dicitur, quòd non ideo simile reddimus iudicium de eucharistia, et baptismo, & alijs sacramentis, dicendo quòd non prouenit ex defectu sacramēti si infructuosè quandoque suscipiuntur, quasi eodem modo Christus operetur in hoc sacramento, & in alijs: cum constet, quòd non eodem modo Christus est in hoc sacramento, et in alijs: quoniam hic est per seipsum præsens, in alijs per suam virtutem, vel assistentiam: sed hoc ideo dicitur, quia quantum ad collationem spiritualis gratiæ idem est iudicium: in omnibus enim confertur spirituale donum, si dignè suscipiuntur.

¶ Ad tertium dicitur, quòd cæteris paribus, non est vtilius spiritualiter comedere, & bibere sacramentum, quàm comedere tantū: quia comedere, & bibere spiritualiter Christum, sunt vnum, & idem inter se, et non differunt à comedere, et bibere spiritualiter eucharistiam, nisi sola relatione ad sacramentum, constat enim quòd vtilitas graduatur secundum interiorem spiritus fructum, & non secundum relationem ad sacramentum: quoniam relatio huiusmodi non facit melius, sed solam habitudinem ad sensibile signū, in quo Christus continetur apponit. quòd autem comedere, & bibere spiritualiter, idem sint, manifestat Dominus, Ioan. 6. dum ter vnum, & eundem fructum attribuit manducationi carnis suæ, et potui sanguinis sui. Primo, cum dicit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Secundo, cum dicit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Tertio, cum dicit, Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo: vbi patet, quòd semper vnicus manducationi, et potui appositus est fructus. Primo, vita in nobis: secundo, vita æterna: tertio, mansio in Christo, et econtra.

¶ Ad instantiam autem, quòd manducare est actus intellectus, et bibere actus effectus, respondetur, quòd hæc sunt vera secundum quandam appropriationem, et non secundum proprietatem, et hoc tam in via quàm in patria: nam in via tam manducare, quàm bibere spiritualiter, spectat ad credere in Christum: quia actus cum sit fidei formatæ, et intellectus, & affectus est: in patria autem fruitio beata, vtriusque quoque partis perfectio est. In cuius signum cum dictum esset, ꝙ cibaret illum pane vitæ, & intellectus, subiectū est, et aqua sapientiæ potauit illum, vt monstraretur sapientia ad intellectum pertinens, et cibus, & potus: et similiter non solū dictum est, Torrente voluptatis tuæ potabis eos, sed inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: vbi tam vbertas domus, quàm voluptas ad potum relata est, vt monstraretur identitas cibi, et potus.

¶ Ad confirmationem verò, de diuersitate signorum dicitur, ꝙ non oportet diuersis signis sensibilibus respondere diuersa signata intelligibilia: nec propter hoc, ꝙ multa signa vnum, et idem signatum significant, aliquod superfluit: tum, quia inadæquate singula repræsentant illud intelligibile, tum, quia sapienter diuina prouidentia huiusmodi signa instituit ad nostram eruditionem, exercitationem, humiliationem, conformitatem, &c.

¶ Ad vltimam confirmationem, de appropriatis, respondetur distinguendo de significatione, vel collatione, & similiter de proprio, vel appropriato. Et dicitur quod respectu actus significandi explicitè (de tali enim significandi modo loquor) aliquid est proprium vni speciei, et aliquid proprium alteri. respectu autem actus nihil est alicui proprium: quoniam totum quod confertur à Christo sub vna specie, confertur etiam ab eodem sub alia. Appropriatum tamen inueniri potest respectu vtriusque actus, nam redemptio per Christi mortem, appropriatur calici in repræsentando, & vita animæ appropriatur eidem in conferendo: sicut vita corporis appropriatur conferendo hostiæ, iuxta illud; Vt duplicis substantiæ totum cibaret hominē: & similiter lætitia appropriatur calici in conferendo. & firmitas hostiæ, iuxta illud, Dedit fragilibus corporis ferculum, dedit, et tristibus sanguinis poculum: sed huiusmodi appropriationes tam in significando, quàm in conferendo, in nullo varant

riant fructum ſacramenti, quin totus, et ita plenè, & perfectè conferatur ſub vna ſpecie, ſicut ſub vtraque, ſicut in diuinis ex hoc, ꝙ Patri appropriatur potentia, et Filio ſapientia, et Spirituiſancto bonitas, non minus ſingula quæque perſona eſt ſapientia, potentia, bonitas.

¶ Et per hoc patet reſponſio, ad quæcumque ſimilia, quæ poſſunt obijci, de appropriatis fructibus calicis: nihil enim minus omnium fructuum appropriatorum calici percipitur ex ſacra hoſtia. Et ratio iam dicta eſt: quia hæc non ſunt propria, ſed appropriata.

¶ Ad quartum argumentum, dicitur declinando vtrumque extremum quæſtionis propoſitæ arguendo, et media uia incedendo, & diſtinguendo de diſpoſitione ſacerdotis in Dei gratia celebrantis, dupliciter ſiquidem poteſt inueniri diſpoſitus poſt ſumptum ſacramentum ſub ſpecie panis, vel ſine augmento ſpirituali, vel cum augmento ſpirituali, et ſiquidem inuenitur diſpoſitus cum augmento ſpirituali, ita vt dignior ſit ſuſcipiendo ſub ſecunda ſpecie, quam fuerit ſuſcipiendo primam, recipit proculdubio ſumendo calicem ſpiritualem fructum ſacramenti, qui gratia maior eſt intenſiuè, aut extenſiuè, & ſic diſpoſitis nullus vnquàm dubitauit vtilius eſſe communicare ſub vtraque ſpecie, quàm ſub altera tantum, ſi vero inuenitur ſine ſpirituali augmento diſpoſitus, nihil ſpiritualis fructus ex ſumptione calicis percipit, quoniam idem eſt vtrobique agens, & idem patiens æqualiter vtrobique diſpoſitum, & perinde, quo ad interiorem fructum ſe habet, ac ſi poſt ſumptam hoſtiam unam aliam ſumeret, vt contingit ſumentibus reliquias ſacramenti, vnde infructuoſitas iſta non eſt ex parte rei contentæ ſub ſpecie vini, ſed eſt ex æquali diſpoſitione communicantis, & identitate numerali rei contentæ ſub vtraque ſpecie, per ſeipſam immediatè conferentis fructum ſacramenti; hæc enim ſimul concurrentia efficiunt, quòd non magis fructuoſa eſt communio ſub vtraque ſpecie, quàm ſub prima tantum. Et ſi his adiunxeris, ꝙ populus, communiter non eſt tantæ perfectionis, vt ad hæc incrementa ſe præparet, videbis conſequenter ꝙ non eſt vtilius populo communicare ſub utraq; ſpecie, quam communicare ſub altera tantum, in cuius ſignum non apparent meliores homines in partibus vbi communicant ſub vtraque ſpecie, hominibus alibi, ſeu ibi communicantibus ſub altera tantum ſpecie. Hæc de ſecunda quæſtione.

## QVAESTIO III.

### *An expediat Eccleſiæ Chriſti, quòd populus communicet ſub vtraque ſpecie.*

QVAERITVR tertio, vtrum expediat eccleſiæ Chriſti, quòd populus communicet ſub vtraque ſpecie: videtur enim ꝙ ſic. Primo, exemplo Chriſti, qui etiam Iudam communicauit ſub vtraque ſpecie, et immediate ante dixerat, Exemplum enim meum dedi uobis, &c.

¶ Secundo, exemplo primitiuæ eccleſiæ, tunc enim populus communicabat ſub vtraque ſpecie, vt patet 1. ad Cor. 11.

¶ Tertio, exemplo diuturnæ perſecutionis, nam huiuſmodi conſuetudo perſeuerauit non ſolum tempore martyrum (quos Cyprianus Dominico poculo præconfortandos cenſtrit) ſed etiam tempore pacis eccleſiæ, cum legamus factas non ſolum patenas, ſed etiam calices miniſteriales. quare enim miniſteriales dicti ſunt, niſi quia non ad offerendum, ſed ad miniſtrandum populo Chriſti ſanguinem deſeruiebant.

¶ Et ſi amplius perſpectum fuerit, quòd in ordine Ciſtercien. alicubi communio fieri legitur ſub utraque ſpecie, apparebit quod tempore inſtitutionis ordinis Ciſtercienſis, perſeuerabat conſuetudo communicandi ſub vtraque ſpecie: quoniam non eſt uerisimile, ſi conſuetudo illa ceſſauerat, quod monaſterium aliquod præſumpſiſſet abolitam conſuetudinem renouare.

¶ Et confirmatur, quia tam actio, quàm doctrina priſcorum ſanctorum præfertur actioni, & doctrinæ poſteriorum, ac per hoc expediens videtur eccleſiæ Chriſti ſequi ueſtigia priſcorum patrum, & imitari eos quantum poſſumus.

¶ Præterea, Duorum licitorum illud, ut magis expediens eſt eligendum, quod clarius, et tutius, & magis conſentaneum eſt: ſed cõmunicare ſub vtraque ſpecie eſt clarius, tutius, et magis conſentaneum. ergo. Declaratur minor: quòd ſit quidem clarius, quia nullam habet obſcuritatem difficultatum, quas habet communio ſub una ſpecie: quòd uerò ſit tutius, quia nullius omiſſionis periculo ſe exponit cui ſe exponit communicans ſub altera ſpecie tantũ, omittendo communionem alterius: quòd ſit autem magis conſentaneum, quia conſona inſtitutioni ſacramenti, & integritati ipſius, & integritati ſenſibilis refectionis.

¶ Præterea, Quod cõgruit ex his, quæ ſunt per ſe, eſt magis expediens eo quod congruit ex his, quæ ſunt per accidens: ſed cõmunio ſub utraque ſpecie, congruit ex his, quæ ſunt per ſe, quia congruit ex ipſa perfectione ſacramenti, communio autem ſub ſpecie panis tantũ congruit ex his, quæ ſunt per accidens: quia oritur ex ineptia quorundã communicantium. ergo magis expedit eccleſiæ Chriſti, cõicare populum ſub vtraque ſpecie, quàm ſub ſpecie panis tãtum.

IN OPPOSITVM eſt conſuetudo innumerarum eccleſiarum.

¶ Ad euidentiam huius quæſtionis ſciendum eſt, ꝙ vſus euchariſtiæ medius eſt inter utentem, & ſacramentum, & propterea conſonus utrique debet eſſe: ſed cum duplex ſit euchariſtiæ uſus (uel primarius, ſpectans ad conſecrantem, uel ſecundarius, ſpectans ad populum) hæc eſt quantum ad propoſitum ſpectat, inter utrũque uſum differentia, ꝙ uſus primarius debet conſonare ſpeciebus ſacramenti, eo ꝙ perfectio uſus primarij ſpectat ad perfectionem ſacramenti, ut finis, & propterea, ut prædictum eſt, ſacrilegij reus eſſet ſacerdos celebrans omittendo communionem calicis: uſus autẽ ſecundarius de congruo decet, quòd conſonet ſpeciebus ſacramẽti: quia in ipſo non conſiſtit perfectio ſacramenti, ut prædictum eſt, & quia communio populi in vſu ſecundario huius ſacramenti conſiſtit, ideo ex parte ſacramenti decet talem uſum, id eſt, communionem populi congruere ſpeciebus ſacramentalibus, hoc eſt, ꝙ fiat ſub utraque ſpecie, ex parte uerò utentis populi debetur huic uſui reuerentia: tenetur enim populus communicare abſque irreuerentia: immo, & cum reuerentia debita tanto ſacramento.

¶ Duobus igitur congruentibus populari vſui huius ſacramenti, altero ex parte ſignorum ſacramentalium, altero ex parte populi communicantis, ſi vtrumque nequit prudenter fieri, appendenda ſunt in ſtatera hinc, & inde ſeruanda, & omittenda, vt diſcernatur quid magis expedit. Et ex vna quidem parte appendenda eſt communio popularis ſub vtraque ſpecie cum periculo irreuerentiæ in ſpargendo ſanguinem Chriſti, ex altera vero parte appendenda eſt communio popularis ſub ſpecie panis tantum, cum tuta reuerentia ſacramenti, & ſic perſpiciendo conditiones vtriuſque partis, diſcernetur veritas. Apparet autem diligenter conſiderando, quòd communio popularis ſub vtraque ſpecie cum periculo irreuerentię, habet peccatum ſacrilegij annexum, imputandum non ſolum irreuerentiam committenti, ſed populo, & eccleſiæ rectoribus: communio autem popularis ſub ſpecie panis tantum, nullum habet annexum peccatum, nullum ve damnum.

¶ Declaro ſingula, & primo primum: quòd enim popularis communio ſub vtraque ſpecie habeat annexam irreuerentiam ſacramenti, experientia teſtari poteſt, & ratio monſtrat. nam in populis tanta eſt diuerſitas communicantium, vt impoſſibile ſit (humano more de impoſſibili loquendo) fieri communionem tot populorum ſub vtraque ſpecie, abſque effuſione ſanguinis ſub ſpecie vini. quòd uerò huiuſmodi irreuerentia ſit ſacrilegij peccatum, per ſe notum eſt; quoniam eſt irreuerentia rei ſacratiſſimæ. Nec excuſatur à ſacrilegij vitio, propterea quòd non ex propoſito, ſed ex incautela, aut incuria huiuſmodi irreuerentia accidit: quoniam ſpecies peccati ex obiecto ſumitur, & non ex occaſione peccandi, ſicut nec blaſphemia Dei à ſua recedit ſpecie: quia incautè prolata eſt: huiuſmodi enim circunſtantiæ excuſant à tanto, ſed non à toto: quòd autem ſacrilegium hoc imputetur populo & rectoribus eccleſiæ, ex eo patet, quòd huiuſmodi ſacrilegium non eſt inter caſus inopinatos, aut raro contingentes, ſicut inter caſus raro contingentes eſt, quod ſacerdos celebrans, dum ſeipſum communicat, aliquid ſpargat ſanguinis Chriſti: imprudentiæ autem rectoris imputatur defectus non rarus, ſi poteſt prouidere, & non prouidet: & ſimiliter populo, qui mauult caſum ſacrilegij non rarum accidere, quàm abſtinere à communione ſub vtraque ſpecie rationabiliter imputatur.

¶ Deinde declaratur ſecundum: quòd enim in communione populari ſub ſpecie panis tantum, nullum interueniat peccatum, ex eo conuincitur, quòd ſi communio ſub ſpecie panis tantum, eſſet peccatum, nũquam eſſet licita: conſtat autem, quòd in paraſceue ſacerdos ſub ſpecie tantum panis communicat non ſolum licite, ſed ſancte. non eſt igitur cõmunio ſub altera ſpecie tantum, peccatum: quòd etiam non habeat annexum damnum, ex ſuperius dictis iam patet: quia cæteris paribus non eſt minus fructuoſa communio ſub altera ſpecie tantum, quàm ſub vtraque. Ex quibus manifeſte apparet magis expedire Chriſti eccleſiæ communionem populi ſub ſpecie panis tantum, quàm ſub vtraque.

¶ Et ſi perſpicacius cõſideratum fuerit, inuenietur ex prædictis, quod vtilior eſt populo Chriſtiano communio ſub ſpecie panis tantum, quàm ſub vtraque ſpecie: quoniam reuerentia tuta, cui innititur populus communicans ſub ſpecie panis tantum, non caret mercede ſua, & prudenter communicare, fructuoſius eſt ſpiritui, quàm minus prudenter. Et forte in pœnam huiuſmodi imprudentiæ, incautelæ, ac ſacrilegij, emergentis, diuino iudicio ſchiſmatici ſunt populi, communicantes hodie ſub vtraque ſpecie.

¶ Expedit igitur Chriſtianis populis communicare ſub ſpecie panis tantum, & ad euitandum ſacrilegij periculum, & ad meritũ tam obedientiæ prælatis Sedis Apoſtolicæ communionem habentibus parendo, quàm reuerentiæ, magnificando plus ſacramentum hoc, quàm effectum proprium ad vtramque ſpeciem.

AD PRIMVM ergo in oppoſitum de exemplo Chriſti dicitur, quod Spiritusſanctus docuit, & docet eccleſiam, non expedire illi imitari omnes conditiones, quæ interuenerunt in actionibus Chriſti.

¶ Nec

¶Nec hæc ego somnio, sed manifestè patet Christum in prima huius sacramenti consecratione, & traditione duo seruasse, scilicet quòd post cœnam consecratio, & communio facta est, & quod sub vtraque specie communicarunt omnes: Ecclesia autem non post cœnam, sed ieiunia, consecrationem, & communionem perficit, non imitando Christum in hoc, & proculdubio ratione reuerentię ieiuna communicat. Si igitur Christi actio, quo ad hanc conditionem non solum licitè, sed meritoriè omittitur ob reuerentiam tanti sacramenti, par est ob reuerentiam eiusdem sacramenti omittere etiam alteram conditionem, scilicet sub vtraque specie: immo magis, quàm communio popularis exigit omissionem vtriusq; speciei, quàm communio sacerdotis omissionem sobriæ manducationis: quoniam hic nullum est, nisi ex ecclesiæ statuto peccati periculũ: ibi autem interuenit sacrilegij periculũ ex conditione sumentium. vnde sicut ecclesia prouidè statuit, vt ieiuni cõmunicemus, ita prouidè quoque seruat, vt sub specie panis tantum populus communicet: & in vtroq; obedit Christo non secundum similitudiné actionis, sed secundum intentionem agentis: de intentione siquidem Christi est reuerentia magis, quàm exterior similitudo operis.

¶Ad secundum de exemplo primitiuæ ecclesiæ, dicitur quòd ratione paucitatis Christianorum fiebat tunc absque periculo sacrilegij communio sub vtraque specie: nunc autem, quia non potest absque sacrilegij periculo tanta multitudo populi cõmunicare sub vtraque specie, non expedit imitari in hoc primitiuam ecclesiam. Et cum hac responsione satisfit argumentis omnibus ex imitatione priscorum, & tam diuturnæ consuetudinis antiquæ. Posset tamen aliter, & forte verius, vtendo, etiam ratione dictę responsionis, dici, quòd nunquàm fuit vniuersalis consuetudo in tota ecclesia communicandi populum sub vtraque specie: sed alicubi fuit hoc consuetum, & alicubi non. In cuius veritatis signum in primitiua ecclesia aliter legimus factam communionem Hierosolymis, & aliter in ecclesia Corinthiorum, apud Corinthios enim communicabant sub vtraque specie, vt patet 1 ad Corint. 11. Hierosolymis verò sola sub specie panis communio legitur, vt patet Actu. 2. vbi dicitur: Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, & cõmunicatione fractionis panis, & orationibus. Post successum quoque temporum vtrumque quoque legimus in sacris canonibus: nam inuenitur communio laica, quæ communio sub specie panis tantum interpretatur, & inuenitur quòd pœnitentibus in extremo, eucharistia infundatur, quod ad communionem calicis spectare constat: quoniam infundi liquorum est: vnde videtur quòd argumentum ex vniuersali consuetudine supponit falsum: immo ex exordio primitiuæ ecclesiæ, quando omnes simul erant Apostoli, argumentum sumitur ad oppositum ex hoc ipso, quòd Hierosolymis, vbi erat magna multitudo fidelium, sola communio sub specie panis tradita populo legitur: hinc enim tam vehementer aucta multitudine fidelium imitamur doctrinam omnium Apostolorum, communicando populum sub specie panis tantum.

¶ Et licet ratio sumpta ex tanta multiplicatione Christiani populi sit solidum, ac præcipuum fundamentum consuetudinis communicandi populum sub specie panis tantum, posset nihilominus, secundaria ratio assignari, quare ecclesiæ, quæ olim sub vtraque specie communionem faciebant, destiterunt ab illa consuetudine, ex defectu scilicet feruoris, & deuotionis in populis: vt enim in præcedenti quæstione dictum est, communio sub vtraque specie si fructuosior esse debet, quam communio sub specie panis tantum, duplicata debent esse incrementa spiritus, quæ cum defecerint, prouide, tam pastor ecclesiæ, quàm populus abstinendum à communione sub vtraque specie censuit, recognoscendo communicantium imperfectionem.

¶Et quòd huiusmodi imperfectionem Christianæ incurrerint ecclesiæ, ex hoc apparet, quod vix ex populis simplicem præparationem facit pro communione semel in anno.

¶Quòd verò olim excellens fuerit profectus spiritus, patet, & ex eo, quòd quotidie, aut quasi quotidie communicabant, & ex eo quòd sacri canones excludebant ab auditione missæ omnes non communicantes, vt patet de consecrat. distinc. 2. cap peracta: hinc enim rationabiliter conijcere possumus, quòd sicut recognoscendo imperfectionem posteriorum destitit ecclesia à quotidiana communione populi, & ab expellendo à missa non communicantes: ita recognoscendo imperfectionem communem destitit à communione sub vtraque specie, vtpote reddita infructuosa, ac periculosa communi populo.

¶Et per hæc patet responsio ad tria prima argumenta.

¶Ad quartum verò dicitur, quòd maior distinguenda est, simpliciter, vel secundum quid, & si simpliciter, & absolute intelligitur vera est, cæteris paribus: si vero secundum quid, est falsa manifeste. Intellecta igitur maiore absolutè, & simpliciter in sensu, qui verificatur, dicitur quòd minor est falsa. Et vt singillatim manifestetur in singulis partibus eius, dicitur quòd licet communicare sub vtraque specie populum, sit clarius secundum sensum, & quo ad nos: non tamen est clarius secundum intellectum, & ex parte rei contentæ. Difficultates siquidem, quæ occurrunt ex parte nostri, & non ex parte rei, & ex signis sensibilibus, non ex re contenta consurgunt. Quòd autem sit tutius, falsissimum est. Et cum dicitur, quòd nullius omissionis periculo se exponit, respondetur, quòd licet non omittat signum sensibile: omittit tamen popularis communio prudentiam debitam in cauendo ab irreuerentia sacramenti, & exponit se periculo commissionis sacrilegij, à quibus tuta est communio populi sub specie panis tantum. quod verò dicitur de magis consentaneo, oporteret dicere magis consentaneo rationi rectæ, aut præcepto Christi. Communio siquidem populi sub specie vtraque, licet sit magis consentanea, per modum assimilationis institutioni sacramenti, & integritati sacramẽti, & integritati sensibilis refectionis: communio tamen populi sub panis specie tantum est magis consentanea, & præcepto Christi, Hoc facite in meam commemorationem, vt prædeclaratum est, ex ordine literæ euangelicæ, & rationi rectæ, curam gerenti de reuerentia huius sacramenti. Et illud quidem spectat ad consentaneum, secundum quid hoc autem ad cõsentaneum simpliciter, & absolutè: quia hoc consurgit ex omnibus consideratis, illud autem ad similitudinem exteriorem tantum respiciendo.

¶Ad quintum autem dicitur, quòd falsum subsumit, scilicet tenentia se ex parte sumentis concurrere per accidens ad vsum huius sacramenti: vsus enim licet sit huius sacramenti, vt rei, qua vtimur, hoc est materiæ, est tamen vtentis, vt proprius actus, seu operatio: non accidit autem operationi rectitudo ex parte operantis, immo adeo per se ex hac parte exigit rectitudinem, vt nisi operatio recta sit ex parte operantis, non possit esse recta, simpliciter & absolute loquendo: & in proposito plus inuenitur, scilicet quod conditio, de qua loquimur, ex parte vtentis, non sistit in ipso vtente, sed redundat in sacramentum: quoniam attenditur secundum reuerentiam, vel irreuerentiam ad sacramentum: & propterea vndique ruit argumentum.

¶Et hæc de communione populari sub vtraque specie dicta pro nunc sufficiant.

---

## QVÆSTIO XXII. Aliàs 81.

*De modo, quo Christus vsus est hoc sacramento, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est, de vsu huius sacraméti quo Christus vsus est in prima institutione. ET circà hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum Christus sumpserit suum corpus, & sanguinem.

¶ Secundò, Vtrum Iudæ dederit.

¶ Tertiò, Quale corpus sumpserit, aut dederit, vtrum s. passibile, vel impassibile.

¶ Quartò, Quomodo se habuisset Christus sub hoc sacro, si fuisset in triduo mortis reseruatum, aut consecratum.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum Christus sumpserit suum corpus & sanguinem.*

165 Inf. q. 84. ar. 7. ad 4. Et 4. d. 11. q. 3. art. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd Christus non sumpserit corpus suum, & sanguinem. Non. n. de factis Christi, & dictis asseri debet, quod auctoritate sacræ scripturæ non traditur: sed in euangeliis nõ habetur, quòd Christus corpus suũ manducauerit, aut sanguinem suum biberit. non ergo est hoc asserẽdum.

Alb. Mag. 4. d. 15. Sot. 4. s. d. 12. q. 2. ar. 1.

¶ 2 Præt. Nihil potest esse in seipso, nisi forte ratione partiũ, prout s. vna pars eius est in alia, vt habet 4. Physic.* sed illud quod manducatur, & bibitur, est in manducante, & bibente. cum igitur totus Christus sit sub vtraque specie sacramenti, videtur impossibile fuisse, quòd ipse sumpserit hoc sacramentum.

*lib. 4. tex. 34. tom. 2.

¶ 3 Præt. Duplex est sumptio huius sacramenti, scilicet spiritualis, & sacramentalis: sed spiritualis non competebat Christo, quia nihil à sacramento accepit, & per consequens nec sacramentalis, quæ sine spirituali est imper-

SVPER Q. XXII.

Aliàs 81. Art. 1.

CONCL. Christus primò sumpsit suum corpus & sanguinem: & postea discipulis sumendum tradidit.

¶PROB. primò: Quia Christus ea, quæ ab alijs obseruãda instituit, ipse primitùs obseruauit (vt patet tum vniuersaliter Actu. 1. tùm specialiter de baptismo).

Secun-

Secundò, quia glossa, super lib. Ruth, Christum sumpsisse hoc sacramentum, dicit.

**1m minor.** In Euangelijs non habetur; quòd Christus corpus suum manducauerit, aut sanguinem suum biberit. ℞. Negatur. §. Quò ad sensus, scilicet veritatem. Nam in Euangelijs legitur, quòd &c. vt in textu*. Cuius doctrinæ multùm fauet hoc, s. quòd Christus tunc comedit, & bibit pascha vmbraticum, vt expressè ibi* patet. Si enim vmbrā, immò se in illa vmbra, non recusauit comedere: consequens facilè esse videtur; quòd non recusauerit comedere pascha nouum, id est se ab vmbra illa figuratum.

* q. præce. art. 11.

* q. 2. ad Hebidiam, to. 4. refert de consec. d. 2. c. Nec Moyses.

**2m maior.** Nihil potest esse in seipso. ℞. Si omninò secundùm idem, .i. eodem modo, consideretur. §. Tunc nihil &c. Nam Christus totus non consideratur omninò secundū idem, .i. eodem modo; quando dicitur esse, & est, in seipso. Christus enim secundùm quòd est sub hoc sacramento &c. vt in textu.

* Glo. ord. ibid.

**3m minor.** Sed spiritualis non competebat Christo, nec sacramentalis. ℞. Negatur, quò ad vtramque partem. §. Ad probationem verò primæ partis, negatur: quòd Christus nihil à sacramento acceperit. Quamuis enim Christo gratia non fuerit augmentata ex susceptione huius sacramenti: habuit tamen indè aliquam spiritualem dulcedinem. Ad probationem autem secundæ partis iam patet; quòd non verificatur de Christo: cùm in eo fuerit spiritualis manducatio Eucharistię. Aliter tamen, quàm cæteri &c. vt in textu fin.

imperfecta, vt suprà* habitum est. ergo Christus nullo modo hoc sacramentum sumpsit.

Sed contra est, quòd Hieronymus* dicit ad Lesbiam: Dominus Iesus Christus ipse conuiua & conuiuium, ipse comedens, & qui comeditur.

Resp. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd Christus in cęna corpus, & sanguinem suū discipulis suis tradidit, non tamen ipse sumpsit: sed hoc non videtur conuenienter dici: quia Christus ea, quæ ab aliis obseruanda instituit, ipse primitus obseruauit: vnde, & ipse prius baptizari voluit, quàm aliis baptismum imponeret, secundùm illud Actu. 1. Cępit Iesus facere, & docere: vnde & primo ipse corpus suum, & sanguinem sumpsit, & postea discipulis sumendum tradidit: & hoc est, ꝙ Ruth. 3. super illud, Cumque comedisset, & bibisset, &c. dicit gl.* quòd Christus comedit, & bibit in cœna, cum corporis, & sanguinis sui sacramentum discipulis tradidit: vnde quia pueri communicauerunt carni, & sanguini, & ipse participauit eisdem.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ in euangeliis legitur, ꝙ Christus accepit panem, & calicem, non est autem intelligendum, ꝙ acceperit solum in manibus, vt quidā dicunt: sed eo modo accepit, quo aliis accipiendum tradidit. vnde cum discipulis dixerit, Accipite, & comedite: & iterum, Accipite, & bibite: intelligendum est, ꝙ ipse accipiens comederit, & biberit: vnde, & quidam metricè dixerunt, Rex sedet in cœna, turba cinctus duodena. Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.

Ad secundum dicendum, ꝙ sicut suprà* dictum est, Christus, secundùm quòd est sub hoc sacramento, comparatur ad locum, non secundùm proprias dimensiones, sed secūdùm dimensiones specierum sacramentalium, ita ꝙ in quocumque loco vbi sunt illæ species, est ipse Christus: & quia species illæ potuerūt esse in manibus, & in ore Christi, ipse totus Christus potuit esse in suis manibus, & in suo ore: non autem hoc potuisset esse, secundùm quòd comparatur ad locum per proprias dimensiones.

Ad tertium dicendum, ꝙ, sicut suprà* dictum est, effectus huius sacramenti est, non solum augmentum habitualis, sed etiā quędam actualis delectatio spiritualis dulcedinis: quamuis autem Christo gratia non fuerit augmentata ex susceptione huius sacramenti: habuit tamen quādam spiritualem delectationem in noua institutione huius sacramēti: vnde ipse dicebat Luc. 22. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, quòd Eusebius exponit de nouo mysterio noui testamenti: quod tradebat discipulis. & ideo spiritualiter manducauit, & similiter sacramētaliter, inquantum corpus suū sub sacramento sumpsit, ꝙ sacramentum sui corporis intellexit, & disposuit: aliter tamen quàm cæteri sacramentaliter, & spiritualiter sumant, qui augmentum gratiæ suscipiunt, & sacramentalibus signis indigent ad veritatis perceptionem.

ARTI-

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem destruas errorem Lutheri (vt refert Frater Ioseph Angles Valentinus ordinis Minor. in libr. Flores Theologicarum quæstionum, de Eucharistia, quæst. secunda, vbi & error ipse ab eodem damnatur) dicentis: Christus in Cœna corpus suum non sumpsit; quare nec sacerdotes sumere debent, sed solùm consecrare, & sub vtraque specie populo ministrare. 2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, eum meritò damnari à sancto Hieronymo; secundùm quòd ponitur in argumen. contr. Vbi nota ex ly comedens & qui comeditur, motiuum magnum; vndè ad sic dicendum motus est ipse Hieronymus. Considerauit namque, quòd sacramentum hoc, est memoriale Dominicæ passionis (vt patet ex Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22. & 1. Corin. 11.); & quod in passione idem ipse Christus fuit sacerdos & hostia (vt patet ex ly obtulit semetipsum; Hebræ. 9. & Concilio Tridentino sessio. 22. cap. 1.) Ex eo igitur, quòd in principali, s. in passione, Dominus fuit simul offerens, & oblatio, motus est Beatus Hieronymus, & iure quidem conuenienti, vt s. inter memoriale & principale correspondentia fieret, ad ponendum; quòd in sacramenti huius institutione Dominus fuerit simul & comedens, & qui comeditur. Item meritò damnari ab Euangelijs per ly Accepit panem & calicem; secundùm expositionem responsionis ad primum. Item à Luca 22. per ly Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum; secundùm expositionē Eusebij, in responsione ad tertium. Vbi vigilanter nota ly manducare vobiscum. Non enim hoc dicit tantum, dare eis pascha illud nouum, i. Eucharistiam, ad manducandum (vt patet); sed simul dicit, Christum manducasse illud cum eis. Vt ex ista loquendi serie intelligamus: quòd ipse prior nouum hoc pascha comedit, deindè Apostolis comedēdum dederit. Item meritò damnari ab Ecclesia (si tamen consideretur cōsequētia illa facta à Luthero, s. Quare nec sacerdotes sumere debēt) factis ipsis. Ecclesia enim catholica facit oppositum illius consequentis Lutherani. i. facit; quòd sacerdotes conficientes sumant Eucharistiam: vt quotidiè patet. Quinimmò & contra negantes, illud oppositum illius consequentis esse licitum, exsurgit in Cōcilio Tridentino, sessione decimatertia, canone decimo, dicens: Si quis dixerit; non licere sacerdoti celebranti seipsum communicare: anathema sit. Hæc ibi. Illud ergo factum sanctæ Ecclesiæ retorque contra Lutherum (vt conterantur dentes eius in ore ipsius; Psalm. 57.) tali modo. Christus (inquis tu) in Cęna corpus suum non sumpsit; quare nec sacerdotes sumere debent: sed sacerdotes (inquit Ecclesia) corpus Christi sumere debent; ergo Christus in cœna corpus suum sumpsit. Cæterùm contra illud chimericum eius, s. de debito vtramque speciem populo ministrandi; quod addidit: patuit iam abundè quæst. 21. artic. 12. append. 3 Tertiò vides: quomodo ex ijs benè pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

* q. 76. a.

* q. 79. ar. 1.

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN tota quæstione 81. hoc solum occurrit circa quarti articuli materiam recolendum, quòd Scotica chimera superius relata, hinc apparet, vt est. Nihil enim minus corpus Christi sub sacramento nihil fuisset, si Christi corpus in propria specie annihilatum fuisset, quàm in triduo corpus Christi sub sacramento fuisset mortuum, quia in propria specie fuit mortuum: cum tamen Scotus hoc concedat, & primum neget: vtrumque enim, scilicet esse mortuum, & esse nihil, sunt de numero eorum, quę conueniunt, seu quæ conuenirent Christi corpori absolutè, & non in ordine ad extrinseca, vt clarè patet, & propterea quodcumque eorum Christi corpori in propria specie contingeret, asserendum esset de eodem sub sacramento.

SVPER

## ARTICVLVS II.

*Vtrum Christus dederit Iudæ corpus suum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus Iudæ non dederit corpus suum. Vt enim legitur Matt. 26. Postquàm dedit Dominus corpus suum, & sanguinem discipulis, dixit eis, Non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. Ex quo vr, quòd illi, quibus corpus suum, & sanguinem dederat, cum eo essent iterū bibituri: sed Iudas postea cū ipso non bibit. ergo non accepit cum alijs discipulis corpus Christi, & sanguinē.

¶ 2 Præt. Dn̄s impleuit, quòd præcepit, secundum illud Act. 1. Cœpit Iesus facere, & docere: sed ipse præcepit Matt. 7. Nolite sanctum dare canibus. cum ergo ipse cognosceret Iudā esse peccatorem, uidetur quòd ei corpus suum, & sanguinem non dederit.

¶ 3 Præt. Christus specialiter legitur Iudæ panem intinctum porrexisse, Ioan. 13. Si ergo corpus suum ei dedit, videtur quòd sub bucella ei dederit, præcipuè cum legatur ibidem, quòd post bucellam introiuit in eum Sathanas. vbi Augustinus * dicit, Hinc nos docemur quàm sit cauendum male accipere bonum: si enim corripitur, qui non diiudicat, id est, non discernit corpus Domini à cæteris cibis, quomodo non damnabitur, qui ad eius mensam fingens se amicum, accedit inimicus? sed cū bucella intincta non accepit corpus Christi: vt enim Augustinus * dicit super illud Ioann. 13. cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Scariothis; non, vt putant quidam negligenter legentes, tunc Iudas corpus Christi accepit. ergo videtur, quòd Iudas corpus Christi non acceperit.

SED CONTRA est, quòd Chrysost. dicit, † Iudas particeps existens mysteriorum, conuersus non est: vnde fit scelus eius vtrimque immanius: tum quia tali proposito imbutus adiit mysteria: tum quia adiens melior factus non fuit, nec metu, nec beneficio, nec honore.

RESPON. Dicendum, quòd Hilarius * posuit super Matthæum, quòd Christus Iudæ corpus suum, & sanguinem non dedit: & hoc quidē conueniens fuisset, considerata malitia Iudæ, sed quia Christus nobis debuit esse exemplum iustitię, non conueniebat eius magisterio, vt Iudam occultum peccatorem, sine accusatore, & euidenti probatione ab aliorum communione separaret, ne per hoc daretur exemplum prælatis ecclesiæ, similia faciendi, & ipse Iudas exasperatus, indè sumeret occasionem peccādi. Et ideo dicendum est, quòd Iudas cum aliis discipulis corpus Domini, & sanguinem suscepit, vt dicit Dionys. * in lib. eccles. hierarc. & August. super Ioan. †

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd illa est ratio Hilar. * ad ostendendū, quòd Iudas corpus Christi nō sumpsit, non tamē cogit, quia Christus loquitur discipulis, à quorum collegio Iudas se separauit, non autem Christus eū exclusit: & ideo Christus quantū est in se, etiam cum Iuda vinum in regno Dei bibit: sed hoc conuiuium ipse Iudas repudiauit.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Christo nota erat Iudæ iniquitas, sicut Deo: non autē erat sibi nota per modum, quo hominib. innotescit: & ideo Christus Iudam non repulit à communione, vt daret exemplum, tales peccatores occultos non esse ab alijs sacerdotibus expellendos.

AD TERTIVM dicēdum, quòd sine dubio Iudas sub pane intincto corpus Christi non sumpsit, sed simplicem panem: significatur autē fortassis, vt Aug. * ibidem dicit, per panis intinctioné fictio Iudæ: vt enim inficiantur nonnulla, tinguntur: si autem bonum aliquid hic significat tinctio (.s. dulcedinem bonitatis diuinę: quia panis ex intinctione sapidior redditur) idem bonum ingratū non immeritò est secuta damnatio. Et propter hanc ingratitudiné id, quod est bonum, factum est ei malum: sicut accidit circa sumentes corpus Christi indignè. Et sicut Aug. † ibidem dicit, intelligendū est, quod Dominus iam antea distribuerat omnibus discipulis suis sacramentum corporis, & sanguinis sui, vbi & ipse Iudas erat, sicut Lucas narrat. Ac deinde ad hoc ventum est, vbi secundùm narrationem Ioan. Dominus per bucellam tinctam, atque porrectam suum exprimit proditorem.

ARTI-

### SVPER Q. XXII. Aliàs 81. ART. II.

CONCL. 1. Considerata malitia Iudæ, conueniens fuisset: quòd Christus ei non daret corpus suum, & sanguinem.

¶ PROB. Quia ex terminis patet.

¶ CONCL. 2. Non cōueniebat Christi magisterio, vt Iudam occultum peccatorē, sine accusatore, & euidēti probatione, ab aliorū communione separaret.

¶ PROB. primò: Quia iustitiæ ordo exigit; vt homo iudex occultum peccatorē, sine accusatore, euidentiq; probatione, à cōi beneficio nō separet (vt patet ex lege ciuili): & Christus nobis debuisset esse exēplū iustitiæ (datus.n. est à Deo magister, Io. 3.) Secundò, quia si Christus peccatorē occultū sine accusatore, euidentiq; probatione, à beneficio cōmuni separasset; tunc datū fuisset exemplum prælatis Ecclesię, similia faciendi (vt patet ex terminis): & tale exemplū prælatis ipsis dari nō debuit (vt de se patet). Tertio, quia si Christus Iudā ab aliorum cōmunione sic separasset; tunc Iudas inde exasperatus sumpsisset occasionem peccandi (vt patet).

¶ CONCL. 3. Iudas cum alijs discipulis corpus Domini & sanguinem suscepit.

¶ PROB. primò: Quia, sic dicendo, euitant tria illa inconueniētia dicta in prob. concl. secundæ (vt patet ex ly Ideò dicendum est). Secundò, quia hanc concl. dicunt SS. Dionys. & August.

1^m illatio conclusionis. Ergo non accepit cum alijs &c. R. Negatur illatio. § Procedit.n. ex pręmissis nō bene intellectis. Nā exponendū est ly illud bibam vobiscū, .s. quātum est in me. Consequēter ergo omnes, qbus Christus Eucharistiam dederat, erant iterū cū Christo post resurrectionem eius bibituri, quantum erat ex parte Christi. Vndè non sequit, quòd omnes postea de facto cum ipso biberint; nisi ij, qui se voluntati Christi sic volētis conformauerūt, vel saltē volūtati ipsius tali non se opposuerūt. Christus igit, quantū in se fuit, cū Iuda ēt postea bibit: sed, quòd cum eo non biberit tunc de facto, ex vitio Iudæ fuit.

¶ NOT. Responsio hæc textualis tantò melior est; quantò, more similium scripturarū multarum talem interpretationem exposcentium, loquitur. Vt sunt illæ Io. 6. Qui manducat hunc panē, viuet in æternum; In me manet, & ego in eo; Non morietur; Viuet pp me; Resuscitabo eum in nouissimo die. Cum hac.n. veritate sententiarum veritatis ipsius stat: quòd aliquis, immo multi manducantes hunc panem, non viuunt in æternum; Non manent in Christo, nec Christus in eis; Morientur in æternum; Non viuent propter Christum; Eos Christus nō resuscitabit (.s. ad vitam gloriosam. vt ibi intelligitur) in nouissimo die. Vnde est hoc? Inde procul dubio: quia prædictæ authoritates verificantur sic.i. quantum est ex parte sui, .i. panis illius: & euentus horum prædictorū manducantiū de facto malus verificat non sic.i. quantum est ex pane illo, sed aliter, .i. quantū est ex defectu manducantiū. Sunt itē aliæ authoritates extra genus Eucharistiæ loquentes; quę nihilominus talem, quæ à textu responsali datur, expositionem ad sui verificationem, admisso etiam defectu ex parte aliorū, permanentē requirunt: & ideò acceptabilior ex his quoque redditur doctrina hæc textualis, quātò comprobatur in scripturis amplior. Vt sunt illæ, Psal. 144. Alleuat Dominus omnes, q corruunt; & erigit omnes elisos. Et 1. Tim. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri; & ad agnitionem veritatis venire. Et 2. Pet. 3. Dominus nolens aliquos perire; sed omnes ad pęnitentiam reuerti. Cum veritate enim horum omnium, cui sufficit verificari de Deo quantū est ex parte sui, stat: quòd de facto, non omnes corruentes alleuētur, neque omnes elisi erigantur; nec omnes salui fiant, aut viam veritatis agnoscas; & quòd multi pereunt, neq; omnes ad pœnitentiam reuertūtur. Quare? Quia ly ex parte sui, quod verificat scripturas illas, nō potest falsificari à ly ex parte defectus illorum; vndè ij mali euentus proueniunt.

2^m maior. Dn̄s impleuit, qđ præcepit. R. In sensu, quo pcepit, impleuit: nō autem in sensu, quo nō præcepit. §. Tūc &c. Nam illud præceptum Matt. 7. intelligit (vt ēt patet q. 21. ar. 6. ad primū) de peccatorib. manifestis, nō de occultis: & Iudas erat occultus. Licet.n. iniquitas eius esset nota Christo sicut Deo, & etiam sicut homini, 3 de Sal. q. 10. artic. 2. & q. 11. art. 1. non tamen erat sibi nota per modū, quo &c. vt in tex. Ex quo melius capies probationes cōcl. 2. inquantum innuunt, Iudam fuisse peccatorem occultum Christo.

3^m illatio conclus. primæ. Si ergo corpus suū ei dedit; videtur, quod sub bucella ei dederit. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falsa imagi-

Margin notes: .66 In. 11. q. 3. ar. 2. q. 1. & 2. Et Io. 13. lec. 3. fi. & lec. 4. fi. — * Tract. 62. in Io. circa princ. to. 9. — * Trac. 62. in Ioan. in med. to. 6. — † Hom. 46. in Ioan. nō remote ante fin. to. 3. — * Cano. 30. in Matt. circa med. — † Dion. c. 3. eccle. hier. par. 3. non lōgè à princip. — † Aug. tracta. 62. in Euan. Ioā. tom. 9. — * Loco citato in corp. artic. — * Trac. 62. in Io. circa med. to. 9. — † Ibid.

imaginatione circa præmissam Ioan. 13. habitam. Nam intelligendum est: quòd Dominus iam antea distribuerat omnibus discipulis &c. vt in textu fin. non autem (vt imaginatur argumentum), ꝙ tunc quando intinxit panem. Quandoquidem fine dubio Iudas sub pane intincto corpus Christi non sumpsit &c. vt in tex. princip. Ex quo patet etiam: quid sit dicendum ad alia, quæ successiue tanguntur in argumento. Cum veritate tamen horum stat; quòd Diuus Augustinus quandoque nomine bucellæ intelligat sacramentum Eucharistiæ: sed tunc per bucellam non accipit illam intinctam, de qua loquitur Ioan. 13.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem destruas errorem quorundam innominatorum (vt refert Gabriel Prateolus, tit. Iudas Iscariotes) dicentium: quòd Iudas Iscarioth in Cœna Domini non accepit verum corpus Christi. Secundò habes: quomodo per rationem ostēdas, hunc meritò damnari à D. Chrysost. secundùm quòd patet in argum. cont. Item ab eodem in serm. Paucis hodie. ô Christi misericordia. ô Iudæ dementia. Ille eum paciscebatur, vt uenderet. Christus ei sanguinem, quem vendidit, offerebat: vt haberet remissionem peccatorum, si tamen impius existere noluisset. Hæc ibi. Item à D. Augustino, secundùm quòd patet in respon. ad tertium. Hæc faciūt pro declaratione probationis conclus. 3. vbi allegantur SS. August. & Chrysost. Item à Papa Leone, in serm. Scio quidem. Cùm in Caiphæ atrio tractaretur, quomodo Christus deberet occidi: ille corporis & sanguinis sui ordinans sacramentum docebat, qualis Deo hostia deberet offerri; nec traditore submoto, vt ostenderetur nulla iniuria exasperatus. Dicens quoque, vnus uestrum me traditurus est, non aspera, non aperta impium increpatione confudit: vt faciliùs corrigeret pœnitudo, quem nulla deformasset abiectio. Cur infœlix Iuda, tanta benignitate non vteris? Ecce. Christus nulli te, nisi tibi indicat; nec nomen tuum, nec persona detegitur: non Apostolici ordinis honor, nec sacramentorum tibi communio denegatur. Respice: Clementia inuitat; salus pulsat; ad vitam te vita reuocat. Hæc ibi. Quæ pro aliqua parte faciunt ad quæst. 21. artic. 6. appen. ly Veh homini &c. & ideò diffusiùs hic verba eius recitata sunt. Item à B. Cypriano in serm. de cœna Domini. Vbi sacrum cibum mens perfida tetigit, & sceleratum os panis sanctificatus intrauit: parricidialis animus vim tanti sacramenti non sustinens, quasi palea, de area exsufflatus est. Hæc ibi. Tertiò uides: quomodo ex ijs benè pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

Alb. Mag. 4. d. 12. ar. 13. Sot. 4. s. d. 12. q. 2. ar. 3.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum Christus sumpserit, & discipulis dederit corpus suum impassibile.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus sumpserit, & discipulis dederit corpus suum impassibile, quia super illud Mar. 17. Transfiguratus est ante eos, dicit quædam glos. * Illud corpus quod habuit per naturam, dedit discipulis in cœna, non mortale, & passibile. Et Leuit. 2. super illud, Si oblatio tua fuerit de sartagine, dicit glos. † Crux super omnia fortis, carnem Christi, quæ ante passionē non videbatur esui apta, post aptā fecit. sed Christus dedit corpus suum, vt aptum ad manducandum. ergo dedit tale, quale habuit post passionē, s. impassibile, & immortale.

* Glo. ord. ibid.

† Ibidem.

¶ 2 Præt. Omne corpus passibile, per contactum, & manducationem patitur. si ergo corpus Christi erat passibile, per contactum, & comestionem discipulorū passum fuisset.

¶ 3 Præt. Verba sacramentalia non sunt modo maioris virtutis, quando proferuntur à sacerdote in persona Christi, quàm tunc quando fuerunt prolata ab ipso Christo: sed nunc virtute verborum sacramentalium, in altari consecratur corpus Christi, impassibile, & immortale. ergo multo magis tunc.

SED CONTRA est, quòd sicut Innocentius III. † dicit, tale corpus tunc dedit discipulis, quale habuit: habuit autem tunc corpus passibile, & mortale. ergo corpus passibile, & mortale discipulis dedit.

† In li. 4. de sacr. myst. altaris c. 12 post med.

RESP. Dicendum, quòd Hugo de sancto Victore posuit, quòd Christus ante passionem diuersis temporibus quatuor dotes corporis glorificati assumpserit, s. subtilitatem in natiuitate, quando exiuit de clauso vtero Virginis agilitatem, quando ambulauit siccis pedib. super mare: claritatem, in transfiguratione: impassibilitatem, in cœna, quando corpus suum discipulis tradidit manducandum: & secundùm hoc dedit discipulis suis corpus suum impassibile, & immortale: sed quicquid sit de aliis, de quibus suprà dictū * est, quid sentiri debeat: circa impassibilitatē tamen impossibile est esse quod dicitur: manifestū est. n. ꝙ idem corpus Christi erat, quod à discipulis tūc in propria spe videbatur, & in specie sacramenti sumebatur: non aūt erat impassibile, secundùm ꝙ in propria specie videbat, quinimmo erat passioni paratum: vnde nec ipsum corpus Christi, quod in specie sacramenti dabatur, impassibile erat. Impassibili tamen modo erat sub specie sacramenti, quod in se erat passibile, sicut inuisibiliter quod in se erat visibile: sicut. n. visio requirit contactū corporis, quod videtur, ad circūstans medium visionis, ita passio requirit contactum corporis, quod patitur, ad ea, quæ agunt: corpus autē Christi secundū ꝙ est sub sacramento, vt suprà dictum † est, non comparatur ad ea, quæ circunstant, mediantibus propriis dimensionibus, quibus corpora se tangunt, sed mediantib. dimensionibus specierum panis, & vini, & ideo species illæ sunt, quæ patiuntur & videntur, non autem ipsum corpus Christi.

* q. 28. ar. 2 ad 3. & q. 54. artic. 1. ad 1.

† q. 76 art. 4. 5. & 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Christus dicitur non dedisse corpus suum mortale, & passibile, quia non dedit mortali, & passibili modo. Crux autem fecit carnem Christi aptam manducationi, inquantum hoc sacramentum repræsentat passionem Christi.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ratio illa procederet, si corpus Christi sicut erat passibile, ita passibili modo fuisset sub sacramento.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ sicut s. dictum * est, accidentia corporis Christi sunt in sacramento ex reali concomitantia, non autem ex vi sacramenti, ex qua est ibi substantia corporis Christi: & ideo virtus verborum sacramentaliū ad hoc se extendit, vt sit sub sacramento corpus Christi, s. quibuscumque accidentibus realiter in eo existentibus.

* q. 76. ar. 4

---

## SVPER Q. XXII. Aliàs 21. Art. III.

167 4. di. 11. q. 3. art. 3. Et di. 12. q. 1. a. 3. q. 1. co.

CONCL. 1. Impossibile est: quòd corpus Christi, quod in specie sacramenti tunc dabatur, esset impassibile.

¶ PROB. Quia corpus Christi, secundùm ꝙ in propria specie tūc videbatur, non erat impassibile (vt patet ex Euangelijs): & manifestum est, quòd idem numero corpus Christi erat, quod in propria specie tunc videbatur, & qđ in specie sacramenti sumebatur (vt patet ex fide catholica. Vide Cōcilium Tridentin. sess. 13. cap. 3. item sess. 22. cap. 12.)

¶ CONCL. 2. Corpus Christi passibile, impassibili modo erat sub specie sacramenti.

¶ PROB. Quia corpus Christi, secundùm quòd est sub specie sacramenti, non comparatur ad ea, quæ circūstant, mediantibus proprijs dimēsionibus; quibus corpora se tangunt (vt patet quæst. 17. artic. 4. 5. 6.): & passio requirit contactum corporis, quod patitur, ad ea, quæ agunt, i. ad hoc, quod aliquod corpus patiatur, requiritur; quod tangatur ab his agentibus, à quibus patitur (vt patet ex terminis; & ad sensum; & à simili de visione, seu de corpore, quod uidetur).

1m illatio conclusionis. Ergo dedit tale &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex eo, quòd male intelligit vtrobique sensum; quem habet glossa recitatum, in dictis suis ab antecedēte citatis. Nam dicitur Christus nō dedisse &c. vt in tex. Cuius quidem doctrina est necessariò tenenda secundùm fidem catholicam, contra hæreses Iuliani Halicarnassæi, & Apthartodocitarum, dicentium: corpus Christi ante passionem fuisse impassibile. Quarum hæresium damnationē, & consequenter ab oppositis doctrinæ præsentis confirmationem, vide in 3. de Sal. articulorum num. 86.

2m antecedēs. Omne corpus passibile per contactum & manducationem patitur. R. Si passibili modo tale corpus se habeat. §. i. si proprijs suis dimensionibus tangat agētia, quæ seipsum circunstant. Vide tex. corp. vbi secunda conclusio probatur. Tunc nihil &cæt. Nam corpus Christi passibile erat sub specie sacramenti, modo impassibili; non autem passibili; secundum quem modū ratio. i. argumentū procederet. i. veritatem concluderet.

3m minor. Nunc virtute verborum sacralnium in altari

in altari consecratur corpus Christi, impassibile & immortale. ℞. Negatur partim, & partim conceditur. §. Sed nec ex illa parte, qua conceditur, est aliquid contrà propositum articuli. Ratio autem negationis, & concessionis prædictarum, est: quia virtus verborum sacramentalium ad hoc se extendit &c. vt in textu fin. Qui quidem vult dicere formaliter ad argumentum; quòd virtute verborum sacramentalium nunc consecratur quidem corpus Christi; non tamen virtute ipsorum verborum fit, vt ipsum corpus sit ibi impassibile, & immortale. Accidentia enim corporis Christi sunt in hoc sacramento, &cæt. vt in textu: Ex quo patet: quòd argumentum peccabat in fallacia secundùm non causam, vt causam. Vera enim causa, quòd nunc sit impassibile corpus in sacramento & immortale, est conditio corporis in rerum natura existens; quia s. corpus illud realiter in cœlo est impassibile & immortale: non autem huius rei causa est (vt argumentum putauit) maioritas, vel minoritas virtutis verborum sacramentalium; cùm virtus illa se extendat solùm ad hoc, quòd ibi sit corpus, & non procedat vltrà.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, Papa, & Concilio: quod Christus dedit discipulis corpus suum passibile, sub specie sacramenti. A scripturis quidem per hoc; quòd Dominus dans discipulis Eucharistiæ sacramentum dixit Lucæ 22. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Non enim traditum est pro nobis passioni corpus Christi impassibile, (vt patet) sed passibile. Si ergo dedisset tunc eis corpus impassibile: vtique ad ly corpus non addidisset ly quod pro vobis tradetur. A Papa autem Innocentio; secundùm quòd cum applicatione ponitur in argumen. contr. A Concilio quoque Tridentino per hoc: quòd determinat, quòd sub specie panis, & vini nihil ex vi verborum reperitur nisi solum corpus, & sanguis; quæcumque verò alia ex reali concomitantia. Dicit namque sessione decimatertia, cap. tertio: Semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit: statim post consecrationem verum Domini nostri corpus existere sub specie panis, verumque eius sanguinem sub specie vini, ex vi verborum: ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis, animamque sub vtraque, vi naturalis illius connexionis & concomitantiæ, qua partes Christi, qui iam ex mortuis resurrexit non ampliùs moriturus, inter se copulantur; diuinitatem porro propter admirabilem illam eius cum corpore & anima hypostaticam vnionem. Hæc ibi. Cum ergo impassibilitas, vel passibilitas, mortalitas, vel immortalitas, non sint corpus nec sanguis (vt patet): relinquitur necessariò concludendum, quòd nihil horum sub speciebus illis est ex vi verborum sacramentalium; sed tantùm ex vi naturalis concomitantiæ. Facillimum modò est: ex illis discurrere ad propositum. Secundò vides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum si hoc sacramentum tempore mortis Christi fuisset seruatum, vel consecratum, ibi moreretur.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd si hoc sacramentum tempore mortis Christi fuisset seruatum in pixide, vel ab aliquo Apostolorum consecratum, non ibi moreretur. Mors enim Christi accidit per eius passionem, sed Christus impassibili modo etiam tunc erat in hoc sacramento. ergo non poterat mori in hoc sacramento.

¶ 2 Præt. In morte Christi separatus fuit sanguis eius à corpore, sed in hoc sacramento simul est corpus Christi, & sanguis. ergo Christus in hoc sacramento non moreretur.

¶ 3 Præt. Mors accidit per separationem animæ à corpore, sed in hoc sacramento continetur tam corpus, quàm anima Christi. ergo in hoc sacramento non poterat Christus mori.

SED CONTRA est, quòd idem Christus, qui erat in cruce fuisset in sacramẽto, sed in cruce moriebatur. ergo & in sacramento conseruato moreretur.

RESP. Dicendum, quòd corpus Christi idem in substantia est in hoc sacramento, & in propria specie, sed non eodem modo, nam in propria specie contingit circunstantia corpora per proprias dimensiones, non autem prout est in hoc sacramento, vt suprà dictum * est, & ideo quicquid pertinet ad Christum secundũ quod in se est, potest attribui ei, & in propria specie, & in sacramento existenti: sicut viuere, mori, dolere, animatum, vel inanimatum esse, & cætera huiusmodi: quæcumque verò conueniunt ei per comparationẽ ad corpora extrinseca, possunt ei attribui in propria specie existenti: non autem prout est in sacramento, sicut irrideri, conspui, crucifigi, flagellari, & cætera huiusmodi, vnde & quidã metricè dixerunt, Pixide seruato poteris sociare dolorem Innatum, sed non illatus conuenit illi.

* art. præc. & q. 76. ar. 4. 5. & 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dictum † est, passio conuenit corpori passo per comparationem ad agens extrinsecum, & ideo Christus, secundum quod est sub hoc sacramento, pati non potest, potest tamen mori.

† In corp. ar.

AD SECVNDVM dicendum, quod, sicut suprà dictum * est, sub specie panis est corpus Christi ex vi consecrationis, sanguis autem sub specie vini, sed nunc quidem, quando realiter sanguis Christi non est separatus ab eius corpore, ex reali concomitantia, & sanguis Christi est sub specie panis simul cum corpore, & corpus sub specie vini simul cum sanguine: sed si tempore passionis Christi, quando realiter sanguis fuit separatus à corpore Christi, fuisset hoc sacramentum consecratum, sub specie panis fuisset solum corpus, & sub specie vini fuisset solum sanguis.

* q. 76. ar. ad 1.

AD TERTIVM dicendũ, quod sicut suprà † dictũ est, anima Christi est in hoc sacramento ex reali concomitantia, quia non est sine corpore, non autem ex vi consecrationis, & ideo si tunc fuisset hoc sacramentum consecratum, vel peractum, quando anima erat à corpore realiter separata, non fuisset anima Christi sub hoc sacramento, non propter defectum virtutis verborum, sed propter aliam dispositionem rei.

† In solut. præced. & loco ibi citato.

### SVPER Q. XXIII. Aliàs 81. Art. IIII.

CONCL. 1. Quicquid pertinet ad Christum, secundùm quod in se est, potest attribui ei & in propria specie, & in hoc sacramẽto, existenti.

168 q. dist. 10. a. 2. q. 1. co. & d. 11. q. 3. art. 4. Et 4. cõt. c. 64. & quol. 5. ar. 11. ad 1. Et Io. 6. lec. 6. fin. Et 1. Cor. 11. lec. 6. fin.

¶ PROB. Quia Christus idem in substantia est in hoc sacramento, & in propria specie (vt patet ex fide catholica).

¶ CONCL. 2. Quæcũque conueniũt Christo per comparationem ad corpora extrinseca, possunt attribui ei in propria specie existenti; non autem prout est in hoc sacramento.

¶ PROB. Quia corpus Christi, vt existit in propria specie, contingit circunstantia corpora per proprias dimensiones; non autem, vt est in hoc sacramento (vt patet articu. 3. corp.): & consequenter corpus illud, vt in propria specie, potest tangi ab eisdem; non autem, prout est in sacramento (vt de se patet).

### 1^m de conclusione. Non poterat mori.

℞. Per passionem ab extrinseco illatam. §. Tunc nihil &cæt. Hinc enim non fit: quòd in se non moreretur, passione quidem innata, i. dolore innato (vt patet in tex. corp.); non autem illata.

### 2^m de minori.

Simul est. ℞. Quando realiter sanguis Christi non est separatus à corpore. § Vt est nunc. Tunc nihil &cæt. Nam si tẽpore passionis Christi, quando realiter &c. vt in textu. Ex quo patet cõtra hæresim Zuinglianorum (vt refert Prateolus titu. Sacramentarij) dicentium: In Eucharistiæ sacramento corpus exangue ad manducandum, & cruorem potiùs, quàm sanguinem dari ad bibendum. Patet inquã, ex textu; quòd ista hæresis non facit differentiam inter panem & vinum nunc consecrata; (cùm tamen, vt patet, de nunc, i. de tempore isto absolutè loquatur) & si consecrata fuissent tunc, quando realiter à corpore erat separatus sanguis; qui, vt est separatus, vocaẽ cruor. Ideò est hæresis; quoniam, secundùm fidem catholicam, corpus simul nunc est cum sanguine sub quauis specierum sacramẽtalium: & consequenter nunc, id est tempore quouis, dẽpto illo mortis Christi, datur ad manducandum corpus habens in se sanguinem, non autem corpus exangue; & ad bibendum sanguis existẽs in corpore, non autem cruor. Est etiam pro hæresi damnata à Concilijs, Florentino in decreto de sacramentis, Armenis dato: & à Tridentino sess. 13. c. 3. & canon. 1. Vide ea recitata suprà quæstionẽ 17. artic. 1. 2. 3. in Elucidat.

### 3^m de minori.

Continetur aĩa. ℞. Ex reali

reali tantum concomitantia. §. Tunc nihil &c. Si enim tunc fuisset hoc sacramentum consecratum, vel peractum, quando &cæt. vt in textu.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse à scripturis, & Concilijs simul insinuatum: quòd, si hoc sacramentum fuisset tempore mortis Christi in cruce conseruatum in pixide, Christus tunc ibi mortuus esset; absque eo, quòd ibi crucifigeretur. Item quòd si fuisset tempore mortis Christi durante. i. in illo triduo consecratum corpus sub specie panis, tunc fuisset sine sanguine & sine anima; & sanguis sub specie vini, sine corpore & sine anima. A scripturis quidem per hoc, quòd dicitur Luc. 22. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. A Concilio autem Florentino per hoc, quòd dicit; corpus Christi esse in hoc sacramento sub specie panis. Vide quæst. 17. art. 1. 2. 3. in Elucidat. A Concilio quoque Trident. per hoc, quòd dicit: sanguinem & animam esse sub specie panis, & corpus animamque esse sub specie vini, ex reali concomitantia solùm, art. 3. append. His enim omnibus simul iunctis, patet intentum; quod proponebatur. Nam si est (vt verè est) in sacramento sub specie panis corpus idem numero, quod tradetur, s. ad mortem, & de facto morietur crucifixum: constat, quòd ipsum ibi tunc morietur, non tamen in cruce clauis affixum. Alioquin, si ibi uerè non moreretur, non esset ibi idem corpus numero (vt patet) quod in cruce mortuum est: &, si ipsum ibi tunc crucifigeretur, non esset ibi sub specie tantùm aliena, s. panis, non propria (vt patet ex ratione allata in tex. corpor.) Item si est (vt verè est) sanguis & anima sub specie panis, corpus item & anima sub specie vini, ex reali concomitantia solùm: constat, quòd ipsum corpus in sacramento tunc, quando realiter diuisus erat sanguis & anima, confectò fuisset sub specie panis sine sanguine & anima; similiter sanguis fuisset sub specie vini sine corpore & anima. Alioquin (vt ex terminis patet) illud dictum Concilij de reali tantum concomitantia tolleretur, i. non esset verum. Quod cùm sit hæreticum; sicut & negare præmissa dicta tùm Florentini Concilij, tùm Euangelij: sequitur aperte, ꝙ necessum est de fide confiteri, quæ in principio appendicis proposita fuerant. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

*S. Bon. 4. s. d. 13. q. 1. ar. 1.*
*Rich. 4. s. d. 13. q. 1. art. 1.*
*Sot. 4. s. d. 13. q. 1. art. 1.*
*Scot. 4. s. d. 13. q. 2.*
*Duran. 4. s. d. 13. q. 1.*
*Palud. 4. d. 13. q. 1.*

## QVÆST. XXIII. Aliàs 82.

*De ministro huius sacramenti, in decem articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de ministro huius sacramenti.

CIRCA primum quæruntur decem.

¶ Primò, Vtrum consecrare hoc sacramentũ sit propriũ sacerdotis.

¶ Secundò, Vtrum plures sacerdotes simul possint eandem hostiam consecrare.

¶ Tertiò, Vtrum dispensatio huius sacramenti pertineat ad solum sacerdotem.

¶ Quartò, Vtrũ liceat sacerdoti consecranti à cõmunione abstinere.

¶ Quintò, Vtrum sacerdos peccator possit conficere hoc sacramentum.

¶ Sextò, Vtrum missa mali sacerdotis minus valeat, quàm boni.

¶ Septimò, Vtrum hæretici, schismatici, vel excommunicati possint conficere hoc sacramentum.

¶ Octauò, Vtrum degradati.

¶ Nonò, Vtrum peccent, à talibus communionem recipientes.

¶ Decimò, Vtrum liceat sacerdoti omnino à celebratione abstinere.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum consecratio huius sacramenti sit propria sacerdotis.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd consecratio huius sacramenti non sit propria sacerdotis. Dictum est enim * suprà, quòd hoc sacramentum consecratur virtute verborum, quæ sunt forma huius sacramenti: sed illa verba non mutantur, siue dicantur à sacerdote, siue à quocumque alio. ergo videtur quòd non solus sacerdos, sed etiam quilibet alius possit hoc sacramentum consecrare.

¶ 2 Præt. Sacerdos hoc sacramentum conficit in persona Christi: sed laicus sanctus est vnitus Christo per charitatem. ergo videtur quòd etiam laicus possit hoc sacramentum conficere: vnde & Chrysostomus * dicit super Matth. quòd omnis sanctus est sacerdotes.

¶ 3 Præt. Sicut baptismus ordinatur ad hominum salutem, ita & hoc sacramentum, sicut ex supradictis patet: † sed etiam laicus potest baptizare, vt suprà dictum * est. non ergo est proprium sacerdotis cõficere hoc sacramentum.

¶ 4 Præt. Hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ: sed alias materias consecrare, s. chrisma, & oleum sanctum, & oleum benedictum, pertinet ad solum episcopum: quarum tamen consecratio non est tantæ dignitatis, sicut consecratio eucharistiæ, in qua est totus Christus. ergo non est proprium sacerdotis, sed solius episcopi, hoc sacramentum conficere.

SED CONTRA est, quòd Isidor. dicit † in quadam epistola, & habetur in Decret. dist. 25. Ad presbyterum pertinet sacramentum corporis, & sanguinis Domini in altari Dei conficere.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut suprà * dictum est) hoc sacramentum est tantæ dignitatis, quòd non conficitur nisi in persona Christi. Quicumque autem aliquid agit in persona alterius, oportet hoc fieri per potestatem ab illo concessam: sicut autem baptizato conceditur à Christo potestas sumendi hoc sacramentum, ita sacerdoti, cum ordinatur confertur potestas hoc sacramẽtum consecrandi in persona Christi. Per hoc enim ponitur in gradu eorum, quibus dictum est à Domino, Hoc facite in meam commemorationem. Et ideo dicendum est, ꝙ proprium est sacerdotum conficere hoc sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtus sacramentalis in pluribus consistit, & non in vno tantum, sicut virtus baptismi consistit in ipsis verbis, & in aqua: vnde, & virtus consecratiua non solùm consistit in ipsis verbis: sed etiam in potestate sacerdoti tradita in sua consecratione, & ordinatione, cum ei dicitur ab Episcopo, Accipe potestatem offerendi in ecclesia sacrificium, tam pro viuis, quàm pro mortuis. Nam & virtus instrumentalis in pluribus instrumentis consistit, per quæ agit principale agens.

AD 2-

* Chrysho mil. 43. in Matth. in opere imperfec. non remotè à prin. to. 3.
† q. 79.
* q. 67. a. 3.
† In Decr. d. 25. c. Perlectis: Et est Isidorus id habere in ep. ad Ludifredum.
* q. 77. a. 1. & 4.
169 4. d. 13. q. 2. 1. q. 1. Et d. 17. q. 3. a. 3. q. 2. co. Et d. 24. q. 2. 2. 1. q. 21. co. Et ar. 2. ad 2.
† q. 78. a. 4.

### SVPER Q. XXIII. Aliàs 82. Art. 1.

CONCL. Proprium est sacerdotũ, conficere hoc sacramẽtum.

¶ PROB. Quia hoc sacramentum præ sua excellentia nõ conficitur, nisi in persona Christi, quæst. 18. ar. 1. 4. ideoq; necessariò per potestatem à Christo concessam (vt patet): & solis sacerdotibus collata est à Christo potestas consecrandi hoc sacramentum (vt patet per ly Hoc facite in meã commemorationem, Lucæ 22.), quæ potestas confertur sacerdoti, cùm ordinatur (vt patet per ly Accipe potestatẽ offerendi sacrificiũ in Ecclesia &c. Additio. q. 37. artic. 5.)

¶ NOT. Quàm optimè, per ly Hoc facite in meam commemorationem, probetur efficaciter præsens à textu intentum; vide q. 21. artic. 11. not. post Concil. 3. & appen. ex Concilio Trident. ibi recitato: vnde & confirma doctrinam illius textus, s. quòd solis sacerdotibus data est talis potestas. Quandoque in formalizando corpus articulorum, aliqua virtualiter in contextu insinuata explicitè ponuntur à nobis ad clariorem rerum notitiam: vnde non pro textu expresso (absit mendacium) sed pro implicito eius sensu tãtùm accipienda sunt; quando id occurrerit. Et hæc sit regula ad alios quoque articulos inseruire potens.

1^m de maiori. Verborum virtute. ℞. Prolatorum à sacerdote rite ordinato ab Episcopo. §. Sic intelligitur & Concilium Florentinum dicens; quòd virtute verborum Christi fit conuersio &c. Vide quæst. 19. artic. 4. cum Elucid. Tunc nihil &c. vt de se patet.

2^m maior. Sacerdos hoc sacramentum conficit in persona Christi. ℞. Cui vnitus est per sacramentalem potestatẽ. §. Tunc nihil &c. Nam laicus iustus, vnitus est Christo vnione spirituali per fidem &c. vt in textu. Ex quo dic: quòd D. Chrysostomus ibi in argumento loquitur de sacerdote solùm spirituali, id est habente sacerdotium spirituale (Hoc

(Hoc habetur per fidem & charitatem) ad offerendam Deo hostias spirituales .i. spiritum contribulatum, cor contritum & humiliatum, Psalm. 50. Corpora nostra Roman. 12. Cùm ergo articuli conclusio loquatur de sacerdote sacramentali. i. ordinato ab Episcopo: patet, quòd illa authoritas Diui Chrysostomi non est contra eam. Facit hæc textus doctrina sic explicata ad planiorē notitiam Addition. quæstio. 36. artic. 3. ad primum. vbi & videas Elucidationes.

### 3m de maiori.

Ita. R. Quantum ad ordinari ad salutem: non autem, quantum ad esse de pari necessitate salutis. §. Hoc est. Similitudo illa de baptismo, & hoc sacramento tenet in hoc, quòd ambo ordinantur ad salutem: sed non tenet in isto alio, s. quòd ambo sint æqualis necessitatis ad salutem. Perceptio enim huius sacramenti non est tātę &c. vt in textu. Tunc nihil &c. vt patet ibidem. Non sine causa textus addidit ly tantæ; quia sciebat & hoc sacramentum esse necessitatis modo declarato quæst. 21. art. 11. cum ibi citatis; sed non tantæ.

### 4m illatio conclusionis.

Ergo non est &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex fallacia secundùm non causam, vt causam, inclusa in præmissis. Nam esse maioris, vel minoris dignitatis non est causa (vt putat argumentum), quod consecrare hanc vel illam materiam sit proprium sacerdotis, vel Episcopi: sed huius rei vera causa est pertinere, vel non pertinere, ad dispositionem corporis mystici. In cuius signum manifestum: Episcopus in sui ordinatione accipit potestatem, vt agat &c. vt in tex.

* q. præce. ar. 12. ad 2. Et q. 73. artic. 3.

AD SECVNDVM dicendum, quòd laicus iustus vnitus est Christo vnione spirituali per fidem, & charitatē: non autem per sacramentalem potestatem. Et ideo habet spirituale sacerdotium ad offerendum spirituales hostias, de quibus dr̄ in Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, & Rom. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem: vnde & primæ Petri 2. dicitur, Sacerdotium sanctum offerre spirituales hostias.

AD TERTIVM dicēdum, quòd perceptio huius sacramenti non est tantæ necessitatis, sicut perceptio baptismi, vt ex supradictis patet.* Et ideo licet in necessitatis articulo laicus possit baptizare, non tamen potest hoc sacramentum conficere.

AD QVARTVM dicendum, quòd episcopus accipit potestatem, vt agat in persona Christi super corpus eius mysticum, id est super ecclesiam. Quam quidem potestatem non accipit sacerdos in sua consecratione, licet possit eam habere ex episcopi commissione. Et ideo ea, quæ non pertinet ad dispositionem corporis mystici, non reseruantur episcopo, sicut consecratio huius sacramenti. Ad episcopum verò pertinet tradere non solum populo, sed etiam sacerdotibus ea, ex quibus possunt propriis officiis vti. Et quia benedictio chrismatis, & olei sancti, & olei infirmorum, & aliorum quæ consecrantur, puta altaris, ecclesiæ, vestium, & vasorum, præstat quandam idoneitatem ad sacramenta perficienda, quæ pertinent ad officium sacerdotum, ideo tales consecrationes episcopo reseruantur, tanquàm principi totius ecclesiastici ordinis.

#### APPENDIX

Vtilitas pro Eccle S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæreses Pauperum de Lugduno, dicentium: quòd omnis homo iustus suæ factionis, etiam si laicus fuerit, potest consecrare corpus Christi. Et Lutheri dicentis: omnes Christianos, nulla status aut sexus discretione facta, esse sacerdotes; & æqualem potestatem habere. Secundùm ergo istos (vt patet) non est proprium sacerdotis sacramentalis, s. rite ordinati ab Episcopo, consecrare Eucharistiam: & pro tanto hic adducuntur, & damnabuntur. 2 Secundo igitur habes; quomodo per rationem ostendas, illas meritò damnari a Concilio Lateranensi sub Innocentio III. extrà, de summa Trinitate & fide cath. cap. firmiter. Hoc vtique altaris sacramentum nemo potest conficere, nisi sacerdos: qui rite fuerit ordinatus secundùm claues Ecclesiæ; quas ipse concessit Apostolis, eorumq; se successoribus, IESVS Christus. Hæc ibi. Item à Concilio Tridentino sess. 23. cap. 1. 4. & cano. 1. 6. item sess. 22. cap. 1: & can. 2. Cuius verba quoniam alibi explicitè adducta sunt; ideò non replicantur hic. Item ab Ecclesia patenter dicente, in hymno festi corporis Christi. Sic, sacrificium illud instituit: Cuius officium committi voluit solis presbyteris. Item, & quidem à fortiori, damnari a Cōcilio Rhemensi; vt recitatur in Decretis, De consecrat. distin. 2. Peruenit ad notitiam nostram: quòd quidam presbyteri intantum paruipendunt diuina mysteria, vt laico vel fœminæ sacrum corpus Domini tradant ad deferendum infirmis; & quibus prohibetur, ne sacrarium ingrediatur, nec ad altare appropinquent, illis sancta sanctorum committunt. Quod quàm sit horribile, quamque detestabile; omnium religiosorum animaduertit prudentia. Igitur interdicit per omnia synodus, nè talis temeraria præsumptio vlteriùs fiat: sed omninò presbyter per semetipsum infirmum communicet. Hæc ibi. Item, & quidem à fortiori similiter, à Papa Clemente. Sacerdotum, aliorumque clericorum Ecclesijs seruientium, honores à laicorum loco discrete apparere, conuenit. Quamobrem nulli laicorum liceat, in eo loco, vbi sacerdotes & reliqui clerici consistunt, quando Missa celebratur, consistere: vt liberè, ac honorificè possint sacra officia exercere. Hæc ille: & recitantur in Decretis, De consecrat. distinc. 2. Dixi vtrobique ly à fortiori: quoniam si horribile, detestabileque vehementer apud omnes rectè sentientes apparet; quòd laicus siue mas, siue fœmina contingat sacrum Domini corpus; multò vtique magis pro horribilissimo, detestabilissimoque monstro habebit vniuersorum benè rationantium prudentia positionem hanc, s. quod laicus vel mulier possit consecrare corpus Domini. Et, si illi, qui permittebant ipsam infandam abusionem, iudicantur, & meritò; quòd valdè nimis paruipendebant sacra Dei mysteria: magis vtique in immensum de talium paruipensione iudicandi meritissimè sunt; qui consecrationem corporis Domini laicis, & (quod non eos magis pudet) mulieribus conuenire fatentur. Quod autem deduco nunc à fortiori ex illo cap. Peruenit: tu quoque similiter (seruata proportione) deducas ex illo cap. Sacerdotum. Cæterum, si prædictarum hæresium placuerit agnoscere ampliores damnationes; videbis suprà articulorum num. 14. item 2. 2. articulorum nume. 81. item Addition. articulorum num. 28. 29. 31. 74. 123. vbique cum Elucid. item Veritates aureas super totam legem veterem, Exo. 28. concl. 1. & Numer. 3. concl. 3. 3 Tertiò uides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

Sen. 4. s. d. 13. q. 1. ar. 2.
Palud. 4. dis. 13. q. 4.
Capr. 4. d. 13. q. 1. con. 1.

170 4. d. 13. q. 1. ar. 2. q. 2.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum plures sacerdotes possint vnā & eandem hostiam consecrare.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd plures sacerdotes non possint vnam, & eandem hostiam consecrare. Dictum est enim suprà,* quòd plures non possint simul vnum baptizare: sed non minor vis est sacerdotis consecrantis, quàm hominis baptizantis. ergo etiam non possint simul plures vnam hostiam consecrare.

* q. 67. a. 6.

¶ 2 Præt. Quod potest fieri per vnū, superfluè fit per multos. In sacramentis autem nihil debet esse superfluum. cum ergo vnus sufficiat ad consecrandum, videtur quòd plures non possint vnam hostiam consecrare.

¶ 3 Præt. Sicut dicit August.* super Io. hoc sacramentum est sacramentum vnitatis: sed contrarium vnitati esse videtur multitudo. ergo non videtur conueniens esse huic sacramento, quòd plures sacerdotes eandem hostiam consecrent.

* Tract. 26. in Io. to. 9.

SED CONTRA est, quòd secundùm consuetudinem quarundam ecclesiarum, sacerdotes, cum de nouo ordinantur, concelebrant episcopo ordinanti.

SVPER Q. XXIII.

Aliàs 82. Art. II.

CONCL. Possunt plures sacerdotes consecrare vnam & eādem hostiam.

¶ PROB. Quia hoc fit secundum consuetudinem quorundam Ecclesiarum, quòd noui ordinati Episcopo ordinanti concelebrant (vt patet): & hæc consuetudo non reprobatur, vt falsa, ab Ecclesia Romana, immò acceptatur ac defenditur (vt patet discurrenti ex Papa Innocentio III. hoc adducto).

¶ NOT. 1. Cōsuetudo prædicta (secundū tex. hunc) fuit introducta ad quandam imitationem vltimæ cœnę Domini. Non quidem propter hoc,

hoc, quòd Apostoli Domino concelebrauerint; sed quia Domino tunc, quando sacerdotij gradu sublimati sunt, concœnauerunt. Non enim potuerunt Domino concelebrare. i. simul cum eo eandē hostiam consecrare; quoniam nondum erant sacerdotes: cùm tunc primùm sacerdotes instituti sint, quando Christus post consecrationem panis illis dixit,

. Resp. Dicēdum, quod (sicut dictum est *) sacerdos, cum ordinatur constituitur in gradu eorum, qui à Domino acceperunt potestatem consecrandi in cœna. Et ideo secundum consuetudinem quorundam ecclesiarum, sicut Apostoli Christo cœnanti concœnauerunt, ita noui ordinati episcopo ordinanti concelebrant. Nec propter hoc iteratur consecratio super eandem hostiam, quia sicut Innocentius III. * dicit omnium intentio debet ferri ad idem instans consecrationis.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus non legitur simul baptizasse cum Apostolis, quando iniunxit eis officium baptizandi: & ideo non est similis ratio.

Ad secundum dicendum, quod si quilibet sacerdotum operaretur in virtute propria, superfluerent alii celebrantes, vno sufficienter celebrante: sed quia sacerdos non consecrat nisi in persona Christi, multi autem sunt vnum in Christo,

* art.præc.

* li.4.de sacro altaris mysterio, c.25. circa med.

Hoc facite in meā commemorationem. His enim verbis ipsi ordinati sunt sacerdotes: vt ait Concilium Triden. sess. 22. cap. 1. & cano. 2. Sicut ergo ante, quàm Episcopus ordinādo ad sacerdotium clerico dicat, Accipe potestatem offerendi in Ecclesia sacrificium, non potest clericus ipse consecrare Eucharistiam; quia per illa verba fit sacerdos: ita Apostoli ante, quàm à Christo ipsis diceretur, Hoc facite in meam commemorationem (id quod est dare ipsis potestatem offerendi simul & consecrandi Eucharistiam) non poterant consecrare. Textus ergo per concœnationem illam non vult, nec potest, intelligere concelebrationem. Secùs autem de nouis sacerdotibus in hoc (secundùm eundem textum) est dicendum; & merito quidem: quia illi clerici ordinandi ad sacerdotium sunt iam ad illud ordinati. i. sunt iam re vera sacerdotes, antequam veniatur ab Episcopo celebrante ad consecrationem Eucharistiæ. Vndè possunt re vera absque dubio concelebrare eidem Episcopo. i. eandem hostiam simul cum eo consecrare: sicuti & in practica illarum Ecclesiarum laudabiliter (ad quandam imitationem supremæ illius cœnæ Domini cum discipulis) quotidiè, iuxta ordinationum statuta tempora, fieri videmus. Dixi conformiter ad sensum textus, ly ad quandam imitationem: quia & est imitatio, & est aliquid plus, quàm imitatio. Imitatio quidem est, inquantum ad instar discipulorum Christo concœnantium hi Clerici à principio Missæ (vt patet) Episcopo ipsam concelebrant. i. omnia ad Missam pro tempore currentem pertinentia cum Episcopo simul dicunt: Est autem plus, quàm imitatio, inquantum hi clerici iam sacerdotes effecti concelebrant in sacramento. i. simul cum Episcopo eandem hostiam verè consecrant; id quod non fuit in discipulis concœnantibus propter rationem supradictam.

¶Not. 2. Nec propter hoc, inquit textus, iteratur consecratio super eandem hostiam: & hoc ratione intentionis. Nam omnium intentio ad idem instans consecrationis relata verè impedit, nè fiat, immò nè sic fieri possit, iteratio consecrationis. Verba namque operantur, secundùm intentionem: adeò quòd si intentio consecrandi desit, nihil fit, etiam quòd verba dicantur; ex quæstio. 5. artic. 8. Sicut ergo isti omnes eandem hostiam consecrantes ideò verbis consecrant, quia intendunt per illa verba consecrare; & dictis verbis non consecrarent, nisi intenderent per illa consecrare: ita si non intendant consecrare nisi in tali instanti, ad quem intentio omnium fertur, quantumcumque verba proferrent; non consecrant nisi in illo instanti ab omnibus intento. Pro ampliori captu vide 4. distinc. 13. artic. 2. quæstiuncula 2. Ad huius rei captum videtur suffragari etiam dictum illud quæst. 8. art. 6. corp. fin. quod est hoc. Si autem omnino simul uerba proferrent, & hominem immergerent, essent puniendi de inordinato modo baptizandi, & non de iteratione baptismi: quia vterque intenderet, non baptizatum baptizare; & vterque, quantum in se est, baptizaret: nec traderent aliud & aliud sacramentum; sed Christus, qui est vnus interiùs baptizans, vnum sacramentum per vtrumque conferret. Hæc ibi. Nam sicut hi combaptizantes circa verborum simultaneam prolationem de facto se habent: ita illi concelebrantes circa verborum prolationem simultaneam ex intentione se habent: adeò ut quod ibi operaretur realitas facti, hic operatur realitas intentionis ad idem instans cum facto, quantum sibi possibile tunc est, ad idem instans concurrente. Et sicut Christus ibi per vtrumque combaptizantem, quamuis inordinato modo, id est non secundùm ritum Ecclesiæ baptizarent, conferret vnum sacramentum: ita hic per plures concelebrantes, qui ordinato modo (quod ponderandum est) .i. secundùm ritum Ecclesiæ in hoc faciunt, consecrabit vnam & eandem hostiam. Nec his obstat eiusdem quæst. 8. artic. 6. dictum s. quòd qui priùs verba proferret, daret baptismi sacramentum; alius autem, quantumcumque intentionem baptizandi haberet, nihil faceret; &, si verba pronunciare præsumeret, esset puniendus tanquàm rebaptizator. Hæc ibi. Hoc dictum, inquam, non obstat: quoniam (vt ibidem in contextu patet) illud adducitur in proposito omninò differente ab hoc. Nam loquitur de duobus, quorum uterque vult singulariter baptismum conferre, puta (inquit) in eo casu, in quo contentiosè vterque aliquem baptizare conaretur: articulus verò iste loquitur patenter non de volentibus contentiosè. i. se inuicem præueniendo, consecrare eandem hostiam; sed de intendentibus vnanimiter in eodem instanti simul eam consecrare, & ad hoc dantibus operam, pro suo posse, in prolatione verborum.

¶Not. 3. Maximum fundamentū conclusionis suæ tex. adduxit: dùm ad probandum ipsam, vsus est authoritāte consuetudinis Ecclesiæ Romanæ; cui præfuit Innocentius, de quo, in huius consuetudinis fauorem, mentionem facit. Ecclesia siquidem Romana est mater & magistra omnium aliarum Ecclesiarum; secundùm Concilium Trident. sessione septima, de baptismo, canone 3. item sessione 14. de extrema vnctio. cap. 3. item sessione 22. cap. 8. item sessione 25. cap. de delectu ciborum ieiun. dieb. fest. Et est illa Ecclesia, de qua principaliter intendit loqui sanctùs Doctor, quando dicit in secunda secundæ, quæstione decima, articulo duodecimo. Maximam habet authoritatem Ecclesiæ consuetudo; quæ semper est in omnibus æmulanda. Quia & ipsa doctrina catholicorum Doctorum ab Ecclesia authoritatem habet. Vndè magis standum est authoritati Ecclesiæ, quam authoritati vel Augustini, vel Hieronymi, vel cuiuscumque Doctoris. Hæc ibi. Cui quidem Ecclesiæ, tanquàm regulæ infallibili, secunda secundæ, quæstione quinta, articulo tertio, innixus semper est Diuus Thomas & hic, & vbique: vt videre est rectè discurrentibus ex 3. de Salu. quæstione 27. articulo secundo, ad tertium. id quod etiam pleniùs faciliusque capitur, si addantur illi textui Elucidationes. Cùm ergo semper sit in omnibus æmulanda. i. solicitè imitanda, Ecclesiæ consuetudo (secundùm præmissa); sequitur: quòd in tali consuetudine laudabili intentio omnium concelebrantium esse debeat hæc, s. facere, quod facit Ecclesia. Sic enim & decipi nullus eorum potest; & omnia sibi correspondent, s. consuetudo intentioni, & intentio consuetudini. Quandoquidem sic ad imitationem Ecclesiæ singula referuntur.

1m illatio conclusionis. Ergo etiam &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex fallacia secundùm non causam, vt causam, inclusa in præmissis. Nam causa, quòd plures possint, vel non possint baptizare, aut consecrare, non est maioritas vel minoritas sacramenti huius vel illius (vt minor argumenti putat): sed est alia, scilicet quòd de pluralitāte concelebrantium habemus aliquale exemplum à Christo, non autem de pluralitate combaptizantium. Christus enim non legitur simul &c. vt in tex. Quem vt sine errore intelligere secundùm verum sensum possis; vide suprà not. 1. post conclus. & iuxta eam hic te regulabis.

2m minor. Quod potest fieri per vnum, superfluè fit per multos. R. Si eo modo fiat per multos, quo fit per vnum. §. Tunc nihil &cæt. Nam consecratio vnius hostiæ non fit per multos sacerdotes eodem modo, quo fit per vnum: quoniam fit per multos, vt sunt vnum in Christo; fit autem per vnum, vt est in virtute propria agens, id est, vt est per se solum agens.

¶ Exam. 1. Ly in virtute propria. Hoc non contradistinguitur ei, quod textus subdit, In persona Christi: cùm quilibet sacerdos siue cum alijs, siue per se solus consecret, agat semper in persona Christi, quæstione 19. articulo primo, secundo: sed contradistinguitur in sensu huic, quod in contextu subiungitur, multi sunt vnum in Christo. Dico ly in sensu: quia talis contradistinctio non multùm patet in verbis; sed magis, si descendatur ad sensum verborum. Vt puta, si dicamus. Sacerdotum quilibet potest agere vel prout est quid vnum per se, vel prout est quid vnum cum multis: Illud, quòd est sacerdotem agere, vt est quid vnum per se, significat textus per ly in virtute propria: illud autem, quod est ipsum agere, vt est quid vnum cum multis, denotat per ly multi sunt vnum in Christo. Porrò tunc sacerdos consecrat, vt quid vnum per se, quando ipse solus dicit verba consecrationis intendens mox finitis verbis consecrationem factam esse: & tunc in virtute propria operari dicitur à textu, quoniam nihil expectat ab aliquo homine, vel ab aliquibus; sicut quando consecrat cum alijs. Sic enim consecrans expectat à consocijs & verborum prolationem, & intentionem simultaneam. Quod vt melius intelligas: recurre suprà ad not. 2. post conclus.

¶Exam.

sto, ideo nō refert vtrum per vnum, aut per multos hoc sacramentum consecretur, nisi quòd oportet ritum ecclesiæ seruari.

¶Exam. 2. Ly non refert, vtrum per vnum, aut per multos, hoc sacramentū consecretur; nisi quòd oportet, ritum Ecclesiæ seruari. Hoc est. Verum per vnum aut per multos consecretur, non refert; quantum ad scrupulum tactum ab argumento. i. hoc non dicit re vera superfluitatem ministrorum in sacramentis; propter rationem dictam in respondendo, id quod significat ly ideo. Ly nisi quòd oportet &c. Hoc est. Refert autem, quātum ad Ecclesiæ ritū; vtrum per vnum, vel per multos consecretur. Nam, si per multos consecraretur, extra tempus illud ordinationis ad sacerdotium, puniendi essent tales simul consecrantes (vt dictum est quæst. 8. art. 6. de pluribus simul baptizantibus); non quidem de iteratione consecrationis, cùm non iteretur, sed de inordinato modo consecrandi. i. de non seruato ritu Ecclesiæ in consecrando tunc. Vnde patet, & meritò: quòd modus consecrandi per multos vnam hostiam, redditur ordinatus ex approbato ritu Ecclesiæ; qui aliàs esset inordinatus. Nec mirum. Si enim consuetudo longa, etiam in humanis, habet vim legis; ita vt sit ordinatum tale quid, stante illa consuetudine; quod aliàs. i. remota consuetudine, iudicaretur inordinatum (vt patet in libris legum ciuilium): multò magis hoc ipsum est re vera sentiendum in præsenti facto Ecclesiastico. Id quod & eò maximè sentiendum est hic: quia potestas à Christo data ipsi Ecclesiæ circa administrationem sacramentorum, salua eorum substantia, est valdè magna: vt patet in Concilio Tridentino sess. 21. cap. 2. quod vide recitatum suprà q. 31. artic. 8. ad primum, exam. & partim art. 12. appen.

¶Exam. 3. Ly oportet, ritum Ecclesiæ seruari. Hoc est. Non potest, tuta conscientia, ritus Ecclesiæ, & præsertim Romanæ (de hac enim etiam loquitur; vt dixit prob. conclus.) non obseruari. Intellige hoc textus dictum cum limitatione hac. s. nisi ab ipsa Ecclesia Romana daretur licentia variandi, vel mutandi, vel etiam totaliter omittendi, talem ritum. Pro cuius rei captu vniuersaliter facit Concilium Tridentinum sess. 7. de sacramentis, cano. 13. Si quis dixerit: receptos & approbatos Ecclesiæ catholicæ ritus, in solemni sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcumque Ecclesiarum pastorem mutari posse; anathema sit. Hæc ibi. Nonnihil etiam ad idem facit à simili (vt lectori perspicaci patebit) videre eiusdem Concilij sessio. 22. canon. 9. & sess. 23. canon. 5. vbi de ritibus, & cæremonijs fit sermo. Adhuc: ly oportet, ritum Ecclesiæ seruari. Hoc est. Magnipendendi, & in grandi reuerentia habendi, sunt ritus Ecclesiæ: præcipuè autem si sint Romanæ, & antiqui: qualis est hic ritus, de quo loquimur. Rationem huius dicti, aliorumque similium, subindicauit vniuersaliter in quodam simili sanctus Doctor quæst. 19. artic. 2. ad quintum, per ly coniunctio enim apponitur in hac forma secundùm CONSVETVDINEM ROMANAE ECCLESIAE A B. PETRO APOSTOLO DERIVATAM. Ac si apertiùs ad propositum dixisset. Cum Beatus Petrus Apostolus præfuerit, & quidem longo tempore, s. vigintiquinque annis, Romanæ Ecclesiæ: probabilissimum est, ritus ferè omnes illius Ecclesiæ, & præcipuè antiquos, esse in ipsa deriuatos ab ipso Apostolorum Principe adhuc viuente (sicut à simili patet de illa coniunctione, (Enim): & ideò ritus, siue consuetudines Romanæ Ecclesiæ in maximo precio. i. in maxima reuerentia ab omnibus Christi fidelibus habendi, & habendæ sunt.

## 3ª de minori.

Multitudo. ℞. Qua multi non sunt vnum in Christo. §. Tunc nihil &c. Non enim ex hoc sequitur; quòd contrarium vnitati sit multitudo, qua multi sunt vnum in Christo: & talis est multitudo, de qua nunc loquimur (vt patet ad secūdum); & est illa vnitas Ecclesiastica, de qua maior propositio ex D. Augustino intelligitur.

AD TERTIVM dicendū, quòd eucharistia est sacramentū vnitatis ecclesiasticæ, quæ attenditur secūdùm hoc, quòd multi sunt vnum in Christo.

AR-

## APPENDIX.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem excludas errorem quorundam dicentium: quòd non possunt plures sacerdotes vnam, & eandem, hostiam consecrare. Secundò habes; quomodo per rationem piæ imitationis, quam tex. corp. dixit, ostendas; illum meritò damnari à consuetudine Ecclesiæ Romanæ, quæ explicata est tùm in argumen. contr. tum in notationibus illis ante argumenta. Et talis Ecclesiæ consuetudo, etiam si nihil aliud huic suffragaretur, sufficit & ad faciendum positionem illam esse habendam pro errore; & ad condemnationem ipsius erroris. Hoc enim non obscurè videtur docuisse Apostolus per hoc; quòd ad quandam quæstionem terminandam, & imponendum silentium contradicentibus, dixit 1. Corint. 11. nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. Ecce. Adducit consuetudinem Ecclesiæ Dei, tanquàm magnum (quod vere est) sui dicti, de velando capite muliebri, fundamentum; & tanquàm validum (quod vere est) pro aduersarijs conuincendis responsum. Vide quàm optimè consona huic Apostolicæ doctrinæ sint illa; quæ ex Diuo Thoma adduximus suprà not. 3. ante argumentum primum, & exam. 2. ac 3. post argumentum secundum. Porrò; quòd alij, quicumque sint, Ecclesia docente, tacere debeant ponentes manum suam super os suum; ostendit sanctus Doctor abundanter secunda secundę, quęstione vndecima, articulo secundo, ad tertium. Item, & clariùs, monstratur ab Ecclesia oppositum prædictæ positionis; & per consequens ab ipsa error ille condemnatur adhuc oppositum, inquam, demonstrat clarius: quando statuit: quòd duo Episcopi, s. consecrator & consecratus, debent concelebrare, i. non tantum canonem Missæ simul dicere, sed & eandem hostiam consecrare. Vnde in altari eodem sese mutuo expectant; super eandem numero materiam verba consecrationis dicturi. Hæc certe consuetudo Ecclesiæ tàm apertè per se loquitur; quod & Ecclesia vult, quòd hi duo eandem hostiam consecrent; & consequenter quòd de mente Ecclesiæ est, quòd plures sacerdotes possunt consecrare eandem hostiam: vt etiam, si quis ore proteruiret, non posset tamen corde concipere contrarium, s. quòd Ecclesia in hac sua consuetudine non haberet mentem, qualem nunc diximus. Tertiò vides; quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. a

3

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN articulo secundo, quæstione 82. circa pluralitatem simul concelebrantium, Durand. occurrit in 4. distinc. 13. contrarius valde huic pluralitati, & rationibus, & auctoritatibus. Putat enim quòd consuetudo illa est periculosa, & magis est abolenda quàm seruanda. Confutat autem rationem in litera ab Auctore allatam ab Innocentio sumptam de concęnatione Apostolorum cum Christo: quia licet concœnauerint, non tamen concelebrarunt. Confutat applicationem omnium verborum ad vnum instans, quia vix, aut numquam fieri potest, quod omnes simul proferant: nec recipit specialem prouidentiam Spiritussancti in huiusmodi, quæ sunt particularium ecclesiarum, & non omnium.

¶ Quocirca duabus existentibus opinionibus extremis de hac pluralitate, altera Innocentij, quam sequitur Auctor: altera Durandi totaliter contraria, & pro illa Innocentij maximè vrget antiqua consuetudo plurium ecclesiarum, & specialiter Romana. pro via autem Durandi ratio vrgere videtur: nam secundum veritatem ratio de concœnantibus discipulis Christo, potius adaptatio quàm ratio est, cum ipsi non consecrauerint. Et similiter quòd verba consecrationis dicta ante, vel post instans, quo eadem complentur ab episcopo, referantur ad illud idem instans, voluntariè dicitur: meminisse enim oportet, quòd dum tractaretur de pluribus baptizantibus vnum, vtróque dicente, & abluente, conclusum est, quòd si non simul baptizant, primus solus baptizat. Et similiter hic dicendum est, si secundum rectam rationem iudicandum est.

¶ Posset media via teneri dicendo ex ecclesiastico statuto, seu more esse, quòd noui sacerdotes concelebrent dicendo simul cum episcopo consecrationis verba: ex abusione autem interuenire, quòd vnus prius alter post verba consecrationis proferat. Probaturque hoc ex Pontificali Romano, vbi dicitur: Curet Pontifex, vt morosè, & altè canonem dicat. Et subditur, quòd eodem momento debent ab ordinatis verba consecrationis dici, quo dicuntur ab episcopo: sed via hæc minus vera videtur: tum quia licet hoc statutum inueniatur in Pontificali Romano à tempore Innocentij VIII. in antiquis tamen pontificalibus hoc non habetur, tum quia Auctor in litera ex Innoc. III. expresse satagit ad saluandum verba prolata non simul, dum dicit, quòd non reiteratur consecratio super eadem materia propter intentionem omnium ad vnum instans: vbi nisi supponeret vnum prius, & alterum post consecrationis verba dicere, vanus esset labor, & recursus ad intentionem pro eodem instanti: de his enim quæ simul proferuntur nulla est quæstio reiterationis: tum quia statutum hoc est quodammodo impossibile: quoniam quantulacumque minima morula verba vnius præfinirentur antequàm alter terminaret, in reiterationem, superfluitatemque incideretur: quoniam, vt patet ex supradictis, in instanti fit consecratio, seu conuersio.

¶ Et scito, quòd omnes referre intentionē suam ad instans vnum quo episcopus cōsecrat, saluat quidem quòd non formaliter sit rei-

teratio consecrationis super materia eadem, quia non ex intentione hac dicuntur verba vt iteretur consecratio, sed non excludit, quin sit iteratio consecrationis materialiter; quia prolatio exterior consecratiua superadditur à post dicentibus, si quilibet concelebrat vt supponunt.

¶ Ex quibus omnibus tutiorem partem eligendo, duo in facto seruanda sunt, primum est circa prolationem exteriorem, quod quilibet ordinatus seruet ritum illius ecclesiæ, dicendo totũ canonem. Secundum est, circa intentionem, ꝙ non habeat determinatè intentionem consecrandi, & similiter non habeat determinatè intentionem non consecrandi, sed habeat intentionem debitam: hoc est, proponat apud se, Intendo dicere cum ea intentione, qua debeo dicere. sic enim tutissima via omnes ordinati incedunt, & soli episcopo relinquunt intentionem determinatam ad consecrandum, nullaq; relinquitur difficultantibus quæstio, dum dubijs existentibus actibus tutior pars electa est. His enim seruatis, satis fit vtriq; opinioni, s. tenentium, quòd ordinati concelebrant, & tenentium, quòd ordinati non concelebrant, sed dicunt tantum.

¶ Et hæc quidem de ordinatis presbyteris. De consecrato autem episcopo, secus dicendum absque dubio est, quoniam Romanum pontificale antiquum expressè habet, quòd consecratori Pontifici celebranti, debet consecratus concelebrare. Et subditur, quòd legat, & faciat omnia, quæ sunt in canone missæ: de his enim dicendum est, quòd de facto ambo consecrant eandem materiam simul: quoniam in eodem altari mutuo se expectantes concelebrant, quod non continet difficultatem, aut quasi impossibilitatem, quæ contingit in multitudine presbyterorum qui simul ordinantur.

---

*Sot.4.s.d.13.q.1.ar.3.*

## ARTICVLVS III.

*Vtrum dispensatio huius sacramenti pertineat solum ad sacerdotem.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non pertineat solum ad sacerdotem dispensatio huius sacramenti. Sanguis enim Christi non minus pertinet ad hoc sacramentum, quàm corpus: sed sanguis Christi dispensatur per diacones: vnde & beatus Laurentius * dixit beato Sixto: Experire vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti dominici sanguinis dispensationem. ergo & pari ratione dispensatio corporis Christi non pertinet ad solos sacerdotes.

¶ 2 Præt. Sacerdotes constituuntur ministri sacramentorum: sed hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ, non in vsu ad quem pertinet dispensatio. ergo videtur ꝙ non pertineat ad sacerdotem corpus Domini dispensare.

¶ 3 Præt. Dionys. * dicit in lib. eccl. hier. quòd hoc sacramentum habet perfectiuam virtutem, sicut & chrisma: sed signare chrismate baptizatos, non pertinet ad sacerdotem, sed ad episcopum. ergo etiam dispensare hoc sacramentum, pertinet ad episcopum, non ad sacerdotem.

SED CONTRA est, ꝙ dicitur * de consec. d. 2. Peruenit ad notitiam nostrã, ꝙ quidam presbyteri laico, aut fœminæ corpus Domini tradunt ad deferẽdum infirmis. igitur interdicit synodus, ne talis præsumptio vlterius fiat: sed presbyter per semet ipsum infirmos communicet.

RESP. Dicendum, ꝙ ad sacerdotẽ pertinet dispẽsatio corporis Christi propter tria. Primo quidem, quia (sicut dictum * est) ipse consecrat in persona Christi. Ipse autem Christus sicut consecrauit corpus suum in cœna, ita & alijs sumendum dedit. vnde sicut ad sacerdotem pertinet consecratio corporis Christi, ita ad eum pertinet dispensatio. Secundo, quia sacerdos constituitur medius inter Deum, & populũ: vnde sicut ad eum pertinet dona populi Deo offerre, ita ad eum pertinet dona sanctificata diuinitus populo tradere. Tertio, quia in reuerentiam huius sacramenti, à nulla re contingitur nisi consecrata: vnde & corporale, & calix consecrantur, & similiter manus sacerdotis, ad tangendum hoc sacramentum: vnde nulli tangere licet, nisi in necessitate, puta si caderet in terram, vel in aliquo alio necessitatis casu.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diaconus quasi propinquus ordini sacerdotali, aliquid participat de eius officio, vt s. dispenset sanguinem, non autem corpus nisi in necessitate iubente episcopo, vel presbytero. Primo quidem, quia sanguis Christi continetur in vase, vnde non oportet ꝙ tangatur à dispensante, sicut tangitur corpus Christi. Secundo, quia sanguis designat redemptionem à Christo in populum deriuatam: vnde & sanguini admiscetur aqua, quæ significat populum. Et quia diaconi sunt inter sacerdotem & populum, magis conuenit diaconibus dispensatio sanguinis, quàm dispensatio corporis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd eiusdem est, hoc sacramentum dispensare, & consecrare, ratione iam dicta. †

AD TERTIVM dicendũ, quòd sicut diaconus in aliquo participat illuminatiuam virtutem sacerdotis, inquantum dispensat sanguinem, ita sacerdos participat perfectiuam virtutem episcopi, inquantum dispensat hoc sacramentum, quo perficitur homo secundùm se per comparationem ad Christum: aliæ autem perfectiones, quibus homo perficitur per cõparationem ad alios, episcopo reseruantur.

SVPER Q. XXIII. Aliàs 82. Art. III.

CONCL. Ad solum sacerdotem pertinet dispensatio corporis Christi.

¶ PROB. Quia & sacerdos gerit personam Christi, qui corpus suũ iam consecratũ dispensauit alijs sumendum; & sacerdos est medius inter Deum, ac populum; & sacerdos solus ad hoc habet manus cõsecratas (vt de his trib. medijs singillatim declaratur in textu).

**1m illatio conclusionis.** Ergo & pari ratione &c. ℞. Negatũ illatio. §. Licet enim sanguis non minùs pertineat (vt dicit maior) ad hoc sacramentũ, quàm corpus: non tamen est eadem ratio in casu isto de sanguine, & de corpore. Primò quidem, quia sanguis Christi &c. vt in tex.

**2m de maiori.** Ministri sacramentorũ. ℞. Siue in vsu, siue in consecratione materiæ consistentium. §. Ratio quidẽ primi patet; ratio autem huius secundi est hæc, s. ꝙ eiuidẽ est hoc sacramentum corporis Christi dispẽsare, & consecrare; propter rationẽ tertiam dictã in corp. de manib. consecratis. Tũc nihil &c. vt de se patet.

**3m ex S. Dionys.** Sicut ℞. Quantum ad habere perfectiuã virtutẽ: non autẽ, quantum ad modũ respectiuũ habendi illã. § Hoc est. Similitudo adducta de chrismate, & Eucharistiæ sacro tenet in hoc, ꝙ ambo habent virtutẽ perfectiuam: non autẽ tenet in hoc alio, s. ꝙ ambo habeant ipsam virtutẽ respectu eorundem, siue (quod idem est) ꝙ virtus amborũ sit perfectiua per comparationẽ ad idem. Tũc nihil &c. Nam chrisma reseruatur soli Episcopo, quia dicit virtutẽ perfectiuam per comparationem ad corpus mysticũ, cuius tãquàm princeps cõstituitur solus Episcopus, ar. 1. ad quartũ. non autem solum, quia habeat virtutem perfectiuam. Vnde ex hoc non impeditur: quin dispensatio Eucharistiæ, q dicit virtutem perfectiuam alio modo, s. hominis secundũ se per coniunctionẽ ad Christum, pertineat ad sacerdotẽ.

## APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per ratione ostendas, meritò esse insinuatum à Papa, Ecclesia, & Concilijs: ꝙ ad sacerdotem solum. s. non ad carentes ordine sacerdotali, pertinet dispensatio corporis Christi. A Papa quidem Clemente; vt habes in Decretis, De consec dist. 2. c. sacerdotum. Vide hoc recitatũ suprà ar. 1. appen. Per talem. n. prohibitionem de laicis, siue marib. siue fœminis, factam insinuat multò magis: ꝙ dispensare sacrum corpus Domini non ad laicos, sed ad solũ sacerdotem pertinet. A Concilio autem Remensi; vt patet in Decr. De consecr. dist. 2. c. peruenit. Vide verba eius recitata in argumen. contr. & diffusius suprà ar. 1. append. Vbi ex ipso patet etiam: ꝙ dicere, dispensationẽ corporis Domini posse pertinere ad laicos, est multùm horribile, & detestabile; & consequenter ab oppositis, quòd rationi valde consonum est, & commendatione necessariò dignum, dicere: ꝙ talis dispensatio ad solum sacerdotẽ ptinet. A Concilio quoque Trid. solis sacerdotibus datã esse ministrandi potestatem dicitur, sess. 23. cap. 1. A Domino Saluatore nro Apostolis, eorumq; in sacerdotio successoribus, potestatem traditã consecrandi, offerendi, & ministrandi corpus & sanguinem eius: sacræ literæ ostendunt, & catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit. Hęc ibi. Et in cap. 4. definit; laicos non esse sacerdotes. Ab Ecclesia etiã tota insinuatur per ly Cuius officium committi voluit solis presbyteris; quibus sic congruit, vt sumant, & dent cæteris. Hæc illa in hymno festi corporis Christi. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

ART I-

Marginalia: 171 — 4. d. 11. q. 2 art. 1. q. 1. ad 3. Et di. 13. q. 1. ar. 3. & q. 1. & 2. — * Vt habetũ in eius legenda. — * c. 3. eccl. hier. par. 1. Et c. 4. — * De cõse. d. 2. c. Peruenit. — * art. 1. huius quæst. — Vtilitas pro Eccle. S. Dei. — † In corp. art.

Sot.4.

*Sent.4 f.d.13. q.1. ar.4.*

SVPER QVAEST. XXIII. Aliàs 82. Art. IIII.

C Oncl. Necesse est; quòd sacerdos, quotiescumque consecrat, sumat hoc sacramentum integrè.

¶Prob. 1. Quia sacerdos talis offert sacrificium (ut patet ex eo; quòd Eucharistia est & sacrificium): & quicũq; offert sacrificium, debet sacrificij fieri particeps, quod est edere 1. Cor. 10. hostias (ut patet ex eo; quod exterius sacrificium debet esse signũ sacrificij interioris; id quod sacerdos per manducationem de se verificari ostendit.) Secundò quia sacerdos est dispensator diuinorum. art. 3. Et dispensator talis debet primò esse horũ particeps (vt patet ex Diony.)

172 Sup. q. 80. ar. 12. Et 4. di. 12. q. 3. art. 2. q. 2.

1^m illatio conclusionis. Ergo sacerdos perficiẽs, &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam consecratio chrismatis, vel &c. vt in tex.

*Q. 66. artic. 5. ad 4.

2^m de minori. Ita ℞. Quantum ad ordinatè dispensari: non autem, quantum ad vniformiter dispensari. §. Hoc est. Similitudo adducta de baptismo, & Euchar. sacramento tenet in hoc, ꝙ vtrumq; dispensat ordinate (nihil enim inordinatum fit ab Ecclesia, maximè in dispẽsatione sacramentorum; ex q. 8. ar. 7. tertium, & q. 14. artic. 5. ad quintum, sextum.) non autẽ tenet in hoc alio, s. quòd vtrumq; dispensetur vniformiter, seu (& in idem redit) quòd dispensatio vtriusq; sit vniformis. Tunc ni. &c. Nam sacramentum baptismi perficitur, &c. vt in tex.

* q. 75. art. 5. Et q. 76. art. 8.

* In Cõcil. Tol. 12. cano. 5. de cõsec. dist. 2. c. Relatũ.

3^m de conclusione. Nõ semper tenetur. ℞. i. non tenetur in casu miraculi adducti. §. Tunc nihil &cæt. Nam quia, quæ miraculose fiunt, non subduntur legibus: ideo ex hoc, quod sacerdos consecrans non tenetur in casu illius miraculi sumere Eucharistiam, non sequitur absolutè, quòd ad sumendum non teneatur semper, quandocumque potest sumere. Sic.n. intelligitur obligatio præcepti legis: quoniam alioqui necessitas non habet legem.

* q. 79. art. 5. & 7.

* Lib. 10. c. 5. 20. 5.

¶Not. Scit B. Hieronymus, quòd vna & eadem hostia est, quæ in cruce fuit oblata, & quæ quotidie in Missæ sacrificio fit (quod etiam docet Concilium Triden. sess. 22. cap. 1.) & consequenter per illa verba sua, quæ in textu recitantur, nullo modo voluit negare veritatem hanc multoties a se in scriptis assertam, & prædicatam: sed in prædictis verbis habuit alium sensum. Videlicet: ꝙ hostia in cruce fuit sub specie propria nõ apta esui; hostia verò eadem in Missa est sub specie aliena apta esui. Ideo.n. mox patet: quòd de hac hostia, quæ in Christi commemoratione mirabiliter, &c. vt in tex. ex eodem Hier. Hinc dicito: quòd ly hac, & ly illa, non importtant duas hostias: sed eiusdem hostiæ duos modos essendi. i. existendi vel in specie propria, vel in specie aliena. Cæterum; quid in casu talis apparitionis fieri debeat de ipsa hostia (vt ita loquar) carnea, & sanguinea; cognosce ex q. 17. ar. 8. corp.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum sacerdos consecrans teneatur sumere hoc sacramentum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos cõsecrans non teneatur sumere hoc sacramentum. In alijs.n. consecrationibus ille, qui consecrat materiam, non vtitur ea, sicut episcopus consecrans chrisma, non linitur eodem: sed hoc sacramentum consistit in cõsecratione materiæ. ergo sacerdos perficiens hoc sacramentum, nõ necesse habet vti eodem, sed potest licite a sumptione eius abstinere.

¶ 2 Præt. In alijs sacramentis minister non præbet sacramentũ sibiipsi: nullus enim baptizare potest seipsum, vt supra dictum est * sed sicut baptismus ordinate dispensatur, ita & hoc sacramentum. ergo sacerdos perficiens hoc sacramentum, non debet ipsum sumere a seipso.

¶ 3 Præt. Contingit quandoque ꝙ miraculose corpus Christi in altari apparet sub specie carnis, & sanguis sub specie sanguinis, quæ non sunt apta cibo & potui, vnde, sicut supra * dictum est, propter hoc sub alia specie traduntur, ne sint horrori sumentibus. ergo sacerdos consecrans, non semper tenetur sumere hoc sacramentum.

SED CONTRA est, quòd in Cõcilio Toletano legitur, & habetur * de consec. distin. 2. c. relatum. Modis omnibus tenendum est, vt quotiescumque sacrificans corpus Christi, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi in altari immolat, totiés perceptionis corporis, & sãguinis Christi participem se præbeat.

RESP. Dicendum, quòd sicut supra * dictum est, eucharistia non solum est sacramentum, sed etiam sacrificium. Quicumque autem sacrificium offert, debet sacrificii fieri particeps: quia exterius sacrificium, qđ offertur, signum est interioris sacrificii, quo quis seipsum offert Deo, vt Aug. * dicit 10. de Ciuit. Dei: vnde per hoc quòd participat sacrificio, ostendit ad se sacrificium interius pertinere. Similiter etiam per hoc, quòd sacrificium populo dispensat, ostendit se esse dispensatorem diuinorum, quorum ipse primo debet esse particeps, sicut Diony. * dicit in lib. eccle. hier. Et ideo ipse ante sumere debet, quàm populo dispenset: vnde, & in prædicto capit. * legitur, quale est sacrificium, cui, nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur? Per hoc autem fit particeps, quòd de sacrificio sumit, secũdum illud Apostoli 1. Cor. 10. Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris. Et ideo necesse est, quòd sacerdos quotiescumque consecrat, sumat integre hoc sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd consecratio chrismatis, vel cuiuscumq; alterius materiæ, nõ est sacrificium, sicut consecratio eucharistiæ, & ideo non est similis ratio.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sacramentum baptismi perficitur in ipso vsu materiæ. Et ideo nullus potest baptizare seipsum, quia in sacramento non potest esse idem agens, & patiẽs: vnde nec in hoc sacramento sacerdos consecrat seipsum, sed panem, & vinum, in qua consecratione perficitur sacramentum: vsus autem sacramenti est consequenter se habens ad hoc sacramentum, & ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendum; ꝙ si miraculose corpus Christi in altari sub specie carnis appareat, aut sanguis sub specie sanguinis, non est sumendum. Dicit enim Hieronymus * super Leuit. De hac quidem hostia, quæ in Christi cõmemoratione mirabiliter fit, edere licet, de illa vero, quam Christus in ara crucis obtulit, secũdum se nulli edere licet. Nec ppter hoc sacerdos transgressor efficitur: quia ea, quæ miraculose fiunt, legibus non subduntur. Consulendum tamen esset sacerdoti, quòd iterato corpus, & sanguinem Domini consecraret, & sumeret.

AR-

A P P E N D I X.

EX artic. habes primò: quõ per rõnem destruas errorẽ Lutheri (ut refert &c. vt in q. 22. ar. 1. appen.) dicentis: ꝙ sacerdotes consecrantes sumere nõ debent corpus Chri. Secundò habes: quõ per rationem ostendas, illũ meritò damnari a Concilio Toletano: fm ꝙ recitatur in argu cõtr. Vbi valdè pondera ly modis omnibus. Quod quidem Concilium in damnationẽ, atq; detestationem maiorẽ oppositi & culpã eius grauissimã pandit, & pœnã addit; per hæc verba. Ecce Apostolus dicit. Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Certũ est: ꝙ hi, q sacrificantes non edũt, rei sunt Dominici sacramẽti. Quicũq; ergo sacerdotũ deinceps diuino altario sacrificiũ oblaturus accesserit, & se a cõmune suspẽderit: ab ipsa, qua se indecenter priuauit gratia cõmunionis, anno uno repulsum se nouerit. Hęc ibi. Item a Papa Gelasio de sacerdotib. consecrãtibus dicente. Quidam, sumpta tantũmodo corporis sacri portione, a calice sacrati cruoris abstinent. Qui procul dubio aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur. Quia diuisio vnius, eiusdemq; mysterij, sine grandi sacrilegio non põt prouenire. Hæc ille: ut recitatur in Decretis. De consecr. dist. 2. c. comperimus. Intellige ly ab integris arceantur, fm ꝙ explanatur a Concilio illo Toletano. i. ꝙ priuentur officio celebrandi Missam. Item a Concilio Triden. sess. 13. canon. 10. fm ꝙ recitatur sup. q. 22. arti. 1. appen. vñ & nonnulla alia pro dãnatione prædicti erroris elicere potes. Itẽ ab eodem Triden. sess. 13. c. 8. In sacramentali sumptione semper in Ecclesia Dei mos fuit; vt laici a sacerdotibus communionẽ acciperent, sacerdotes autem celebrantes seipsos communicarent. Qui mos, tanquam ex traditione Apostolica descendens, iure ac meritò retineri debet. Hæc ibi. Tertiò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declar. &c.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* C. 3. eccl. hier. declinãdo ad fi. eod. can. 5. Concilij Tolet.

* Referẽ de conse. d. 2. c. De hac.

3

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN calce 4. art. aduerte, sacerdotem posse quidẽ de consilio iterũ consecrare, & sumere, qñ sub specie carnis, aut sanguinis sacramẽtum apparet, non teneri tamen ad hoc: quoniam actor miraculi sacerdotem a lege sumendi absoluit. Et propterea, Auctor in litera prius libertatem sacerdotis dixit, deinde consilium dedit.

Alb.

*Alb. Mag. 4. d. 13. ar. 29. Sot. 4. f. d. 13. q. 1 art. 5.*

SVP. Q. XXIII. Aliàs 82. Art. v.

173 4 dist. 18. q. 2. ar. 2. q. 3. ad 2.

*Sup. illud Soph. 3. Sacerdotes, polluerūt sanctū t. 6.

CONCL. Sacerdotes, etiam si non sint iusti sed peccatores, possunt Eucharistiam consecrare.

¶ PROB. Quia sacerdos uirtute Christi, tanquàm eius minister, cōsecrat Eucharistiam. q. 19 ar. 1. per hoc, quod est malus, non desinit esse minister Christi (vt patet ex cōtextu Matth. uigesimoquarto, itē 1. Cor. 4.)

1^m de conclusione. Nō potest. R. Digne. §. Nā sic sequitur ex sensu præmissarum ex sancto Hieronymo. Tunc nihil &c. Conclusio. n. articuli non dicit, quòd tales peccatores consecrent, vel possint, dum sic existunt, consecrare, digne; immo præsupponit, quòd sic consecrando peccent mortaliter, ex q. 5. ar. 6. & q. 21. artic. 4. sed dicit tantum, quod tales re uera possunt consecrare. Nam per hoc, quòd maculosi ad altare accedere &c. vt in tex.

*Lib. 4. orth. fi. c. 14. non longe a med. In decr. 1. q. 1. ca. Sacrosancta.

2^m ex Gelasio. Quomodo spiritus inuocat* adueniet? R. Ex merito talis sacerdotis. §. Talem naq; esse sensum Gelasij monstrat suus contextus. Tunc nihil &c. Sufficit. n. ad consecrationem, quòd spiritus ille adueniat, sicut re uera aduenit, ex virtute Christi: cuius uerba profert ipse sacerdos.

*Circa me. illius.

3^m de minori. Benedictio sacerdotis peccatoris. R. Inquantum ab ipso indigne fit. §. Et sic intelliguntur huius minoris pbationes, ex Malach. 2. & Diony. ad Demophilum, sumptæ. Tunc nihil &c. Non. n. inde fit: quòd benedictio sacerdotis peccatoris, inquātum profertur ex persona Christi. q. 19 arti. 1. non sit sancta & efficax ad consecrandū. In fine textus nota formalem locutionē prophetæ in ijs bene pensatis, & applicatis doct. præsens Angelica vicissim &c.

*Referē 1. q. 1. ca. intra catholicam. *Et de cōs. dist. 2. cap. Vitū sub. Art. 1. & 2. huius q.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum malus sacerdos eucharistiam consecrare possit.*

AD QVINTVM sic proceditur. Vr q malus sacerdos eucharistiam cōsecrare non possit. Dicit. n. Hie.* super Soph. Sacerdotes, q eucharistiæ seruiunt, & sanguinem Dñi populis diuidunt, impie agunt in lege Christi, putantes eucharistiā precantis facere verba non vitam, & necessariam esse solemnem orationem, & sacerdotis merita, de quibus dicitur, sacerdos in quacumque fuerit macula, non accedat offerre oblationes Dño: sed sacerdos peccator, cum sit maculosus, nec vitam habet, nec merita huic conuenientia sacramento, ergo sacerdos peccator non potest consecrare eucharistiam.

¶ 2 Præt. Dam.* dicit in 4. lib. quòd panis, & vinum per aduentum sancti Spiritus, supernaturaliter transit in corpus, & sanguinē Domini: sed Gelasius Papa dicit (sicut habetur in decr. 1. q. 1. c. sacrosancta) qūo ad diuini mysterii consecrationem, cœlestis Spiritus inuocatus adueniet, si sacerdos, qui eum adesse deprecat', criminosis plenus actionibus cōprobetur? ergo per malum sacerdotem nō potest eucharistia consecrari.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum sacerdotis benedictione consecratur: sed benedictio sacerdotis peccatoris nō est efficax ad consecrationem huius sacramēti, cum scriptum sit Mala. 2. Maledicam benedictionibus vestris, & Dion.* dicit in epistola ad Demophilum monachum, perfecte cecidit a sacerdotali ordine, qui non est illuminatus: & audax quidem nimium mihi videtur talis, sacerdotalib. manum apponens, & audet immundas infamias (non enim dicam orationes) super diuina symbola Christiformiter enunciare.

SED CONTRA est, quòd Aug.* dicit in lib. de corpore Domini, intra ecclesiam catholicā, in mysterio corporis, & sanguinis Dñi, nihil a bono maius, nihil a malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito consecrantis, sed in uerbo perficit' Creatoris, & virtute Spiritussancti.

RESP. Dicendum, quòd sicut sup. dictum* est, sacerdos consecrat hoc sacrm non virtute propria, sed sicut minister Christi, in cuius psona consecrat hoc sacrm. Non autē ex hoc ipso desinit aliqs minister esse Christi, quòd est malus: habet. n. Dñs bonos, & malos ministros, seu seruos: vñ Mat. 24. Dñs dicit, Quis putas est fidelis seruus, & prudens, &c. & postea subdit si autē dixerit malus ille seruus in corde suo, &c. Et Apostolus dicit 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & tñ postea subdit: Nihil mihi cōscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. erat ergo certus se esse ministrum Chri: tñ non erat certus se esse iustum. Potest ergo aliquis esse minister Christi, etiam si iustus non sit. Et hoc ad excellētiā Christi pertinet, cui sicut vero Deo seruiunt non solum bona, sed etiam mala, quæ per ipsius prouidētiam in eius gloriam ordinant': vñ manifestum est, quòd sacerdotes etiā si non sint iusti, sed peccatores, possunt eucharistiam consecrare.

AD PRIMVM ergo dicendū, q Hier.* per illa verba improbat errorem sacerdotum, qui credebant se digne posse eucharistiā consecrare, ex hoc solo, quòd sunt sacerdotes, etiā si sint peccatores; qd improbat Hiero. per hoc, quòd maculosi ad altare accedere prohibentur, non tamen remouetur, quin si accesserint, sit verum sacrificium quod offerunt.

AD SECVNDVM dicendum, q ante illa verba Gelas. Papa* præmittit, sacrosancta religio, q catholicam continet disciplinam, tantā sibi reuerentiam uendicat, ut ad eā quilibet nisi pura conscientia nō audeat peruenire. Ex quo manifeste apparet, eius intentionis esse, quòd pctōr sacerdos nō debet ad hoc sacrm accedere: vñ per hoc, quòd subdit, qūo cœlestis spiritus aduocatus adueniet, intelligi oportet, quòd non aduenit ex merito sacerdotis, sed ex virtute Christi, cuius verba profert sacerdos.

AD TERTIVM dicēdum, quòd sicut eadem actio, inquantum fit ex praua intentione ministri, potest esse mala: bona autem, inquantum fit ex bona intentione Dñi, ita benedictio sacerdotis peccatoris, inquantum ab ipso indigne fit, est maledictione digna, & quasi infamia, siue blasphemia, & nō oratio reputatur, inquantum autem profertur ex psona Chri, est sancta, & efficax ad sanctificādum: vnde signanter dicitur, Maledicam benedictionib. vestris.

*Loco cita to in arg.

* In princ. ca. citati in arg. 1.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hæreses Ioannis Vuiclef Ioannis Huss. (ut refertur in Concilio Constantiensi sess. 8. 15.) dicentis; sacerdos, si est in peccato mortali, nō cōsecrat. Et Valdensium (ut refert Directorium Inquisitor. 2. par. q. 8.) dicentium: sacerdotes ritè & legitimè secundum formam Ecclesiæ ordinatos, quibuslibet tamen criminibus pressos, non posse conficere ecclesiastica sacramenta. Et Donatistarum dicentium: Sacerdotum malorum, aut impurorum, sacramenta nulla esse. Secūdò habes: quo modo p ratione ostendas, illas meritò damnari a D. Aug. secundum quòd est in argu. contr. Item ab ipso Concilio Cōstantiēsi in ead. sess. 8. & 15. ubi & pronunciat prædictū Vuiclef esse hæreticum, & illius ossa mandat exhumari atque comburi. Et sententiam dictat contra Huss. sub forma simili. Itē a Papa Ioan. XXII. in extrauag. quæ incipit, Gloriosam Ecclesiā: ut recitatur in eod. Directorio Inquisit. loco eod. citato. Item a Conc. Trid. sess. 7. de sacramentis canon. 12. Si quis dixerit: ministrum in peccato mortali existentem (modo omnia essentialia, quæ ad sacramentum conficiendum aut conferendum seruauerit) nō conficere aut conferre sacramētum: anathema sit. Hæc ibi. Item, & idem a fortiori, damnari a dictis infra in art. 7. textu, & appendice. Item a dictis (si rectè huc inflectantur) sup. articulorū nume. 24. 29. 33. cum Elucid. Et ab Addition. articulorum numero 74. 76. 78. 103. cū Elucid. Et a Veritatib* aureis super legem ueterem, Gen. 41. concl. 4. item Exod. 32. concl. 5. Tertiò uides: quomodo ex tę in ly uestris. f. ut uestris.

2

3

---

174 4. dist. 13. q. 1. ar. 2. q. 5. Refertur hoc decr. 1. q. 1. cap. Multi, ante med.

*Alb. Mag. 4. d. 13. ar. 29. Sot. 4. f. d. 13. q. 2. ar. 5.*

SVP. Q. XXIII. Aliàs 82. Art. v.

CONCL. 1. Quantum ad sacramentum, non minus ualet Missa sacerdotis mali, quàm boni.

¶ PROB. Quia utrobique idem conficitur sacramentum.

¶ CONCL. 2. Non est du-

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum missa mali sacerdotis minus valeat, quàm missa sacerdotis boni.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd missa sacerdotis mali nō minus valeat quàm missa sacerdotis boni. Dicit. n. Greg. † in Registro, Heu in quàm magnum laqueum incidunt, qui diuina, & occulta mysteria, plus ab aliis sanctificata posse fieri credunt, cum unus,

dubium: quòd Missa boni sacerdotis, considerata quantum ad orationes, est simpliciter fructuosa magis, quàm mali.

¶Prob. Quia orationes boni sacerdotis in Missa ualent, inquantum ab eo proferuntur in persona propria, & in persona totius Ecclesiæ (vt patet ex hoc: quòd placet Deo boni sacerdotis deuotio tum personalis, tum Ecclesiæ; cuius est minister): orationes autem mali in Missa non valent, nisi inquantum ab eo proferuntur in persona totius Ecclesię (vt patet in tex.)

¶Not. 1. Ne mireris, quòd fructuosum esse probetur per placere Deo, & infructuosum esse ꝑ nō placere Deo: id quod textus virtualiter significauit ꝑ hoc, quòd ad probandū, orationes priuatas mali nō esse fructuosas, adduxit ly erit execrabilis, idest Deo non placens. Ne mireris, inquā, de hoc: quia confirmatur hoc ipsum ab Ecclesia; & nō tātum de orationibus, sed etiam de ieiunijs, & per locum a simili de alijs operib. nostris. Ipsa enim, tanquam veritatem hāc publice docens, dicit in collecta Sabbat. 4. Domin. quadrag. Fiat quęsum[*] Domine per gratiam tuam fructuosus nostræ deuotionis affectus; quia tūc nobis proderunt susceptа ieiunia, si tuæ sint placita pietati.

*q. 64. a. 5. Et q. 67. articu. 5. & alijs.*

*[*] Li. 2. contra literas Petiliani c. 47. circa fi. alijs verbis tom. 7.*

*[*] In decr. 1. q. 1. ca. ipsi sacerdotes.*

¶Not. 2. Mirum valdè est, & tamen vtrūq; verum, prout est a sancto Doctore vtrumque dictum, & intellectum, scilicet quòd oratio mali sacerdotis prolata in persona Ecclesię est fructuosa, & ꝙ talis oratio est sibiipsi peccatum. Quòd. n. sic prolata sit fructuosa, patet in præsenti textu: quòd autem nihilominus sic prolata sit sibiipsi peccatum, videtur haberi per hoc; ꝙ ipsemet in li. 4. sententiarum, vt reponitur in Addition. q. 36. ar. 5. ad quartum, de sacerdotibus dicit. Quicumq; homo peccator exhibet se in aliquo actu, vt minister Ecclesiæ, mortaliter peccat; & totiens, quotiens huiusmodi actum facit. Hæc ibi. Posset forsan rñderi, (quod ego verū puto) ꝙ licet hoc sit vniuersaliter dictum, & oratio sit actus, & sacerdos peccator se exhibeat in ipsa oratione, ut minister Ecclesiæ; tñ id non extenditur ad hunc casum de oratione: quia illud dicitur quidem uniuersaliter, sed tñ illo genere s. vtendi officio suscepto, non vniuersaliter absolute, idest in actibus cuiuscumque generis. Vel fortè adhuc responderi posset; quòd talem orationem esse fructuosam alijs, & infructuosam ipsi malo sacerdoti, non est impossibile: & ꝙ hoc sufficit ad verificandum illud dictum D. Thomæ lib. 4. sententiarum in præsenti casu, cum non videatur directè velle præmissum dictum extendi ad similia. Attamen quicquid sit de hoc: maxima, hinc indè omnibus rite consideratis, imposita sacerdotibus inuenitur necessitas bene viuendi. Vide art. 9. appen. exemplum de cerea face accensa.

1^m^ de conclusione. Ergo Missa. ℞. Quantum ad sacramentum considerata. § Sic. n. sequitur ex præmissis. Nam Greg. loquitur ibi &c. vt in text. Tunc nihil &c. vt patet ex articuli conclusionibus.

2^m^ de conclusione. Neq; melior missa est. ℞. Quantum ad sacramētum. §. Sic enim sequitur ex præmissis. Nam similitudo ibi dicta inter baptismum, & Eucharistiam tenet quātum ad effectum sacramenti, idest quòd vtrobique per diuersos ministros perficitur æqualiter idem sacramentum. Tunc nihil &c. Nam similitudo illa non tenet quantum ad orationes solemnes pro omnibus: iuxta quem sensum loquitur secunda conclusio, quam argumentum impugnare vult.

3^m^ illatio de conclusione prima. Sequitur; quod missa mali sacerdotis sit mala. ℞. Negatur hæc illatio, siue sequela. §. Non enim idem debet fieri iudicium de extensione boni priuati, & mali priuati, ad alia (vt faciebat argumentum): quoniam bonum est in hoc vigorosius, quàm malum. Nā propter virtutem spiritussancti, qui vnitatē charitatis &c. vt in textu.

idemq; Spiritussanctus ea mysteria occulte, atque inuisibiliter operando sanctificet: sed hæc occulta mysteria celebrantur in missa. ergo missa mali sacerdotis non minus valet, q̄ missa boni.

¶ 2 Præt. Sicut baptismus traditur a ministro in virtute Christi, qui baptizat, ita, & hoc sacramentū in persona Christi consecratur, sed nō melior baptismus datur a meliori ministro, vt sup. dictum est. ergo etiam, neque melior missa est, quæ celebratur a meliori sacerdote.

¶ 3 Præt. Sicut merita sacerdotum differunt per bonum, & melius, ita etiam differunt per bonum, & malum. Si ergo missa melioris sacerdotis est melior, sequitur quòd missa mali sacerdotis sit mala, quod est inconueniens: quia malitia ministrorum non potest redundare in Christi mysteria: sicut Aug.[*] dicit in lib. de Baptismo. ergo neque missa melioris sacerdotis est melior.

Sed contra est, quòd habetur in Decret. 1. q. 1.[*] Quanto sacerdotes fuerint digniores, tāto facilius in necessitatibus, pro quib. clamant, exaudiuntur.

Resp. Dicendum, quòd in missa duo est considerare, s. ipsum sacrm̄, quod est principale; & orationes, quæ in missa fiunt pro viuis, & mortuis. Quantum ergo ad sacramentū, nō minus valet missa sacerdotis mali, quàm boni: quia vtrobique idem conficitur sacramētum. Oratio etiā, quæ fit in missa potest cōsiderari dupliciter: vno modo, inquantum habet efficaciam ex deuotione sacerdotis orantis: & sic non est dubium, ꝙ missa melioris sacerdotis magis est fructuosa. alio modo, inquātum oratio in missa profertur a sacerdote in persona totius ecclesiæ, cuius sacerdos est minister, quod quidem ministerium etiam in peccatoribus manet, sicut supra dictum est[*] de ministerio Christi, vnde etiam quantum ad hoc est fructuosa non solum oratio sacerdotis peccatoris in missa, sed etiam omnes eius [d] orationes, quæ facit in ecclesiasticis officiis, in quibus gerit personam ecclesiæ: licet orationes eius priuatæ non sint fructuosæ, secundum illud Prou. 18. Qui declinat aures suas, ne audiat legem oratio eius erit execrabilis.

Ad primum ergo dicendum, quòd Greg. loquitur ibi, quantum ad sanctitatem diuini sacramenti.

Ad secundum dicendum, ꝙ in sacramento baptismi non fiunt solemnes orationes pro omnibus fidelibus, sicut in missa: & ideo quantum ad hoc non est simile: est autem simile quantum ad effectum sacri.

Ad tertium dicendū, quòd per virtutem Spiritussancti (qui per vnitatem charitatis cōmunicat inuicem bona membrorum Christi) fit, quòd bonum priuatum, quod est in missa sacerdotis boni, est fructuosū aliis. Malum autem priuatum vnius hominis nō potest alteri nocere, nisi per aliquem consensum, vt Aug.[*] dicit in lib. contra Parmenianum.

*[*] Ar. præc. D. 859.*

*D. 1141.*

*[*] Lib. 2. ex c. 1. c. 7. Et ex tract. 5. in Io. to. 9.*

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse insinuatū a scripturis, Papa, & concilio; quòd Missa boni sacerdotis est melior, seu magis valet, quàm mali. A Papa quidem Alexandro; secundū quòd ponitur in argum. cōtr. A Concilio autem Toletano 4. per hoc; quòd dicit canon. 10. Abstineamus ergo nos sacerdotes ab omni opere malo: ut mundi corpore, purgati mente, possimus ad sacrificiū Christi digni accedere; & Deum pro delictis omnium deprecari. Hæc ibi. Nisi. n. Missa boni sacerdotis esset fructuosior ad deprecandū pro delictis, & a simili pro cæteris necessitatibus, omnium: non esset, ꝙ concilium post exhortationē ad pure viuendum factam sacerdotibus, subiungeret ly vt possimus digni pro delictis omnium deprecari. Liquidò igitur constat, mentem concilij ibi esse: quòd Missa, quam sacrificium Christi vocat, si a bono sacerdote celebretur, est melior, quàm si a malo; & hoc, quantum ad efficaciam deprecandi pro omnibus. A scripturis item insinuatur illud per hoc; quòd dicitur in Psal. 144. Voluntatem timentium se faciet. Dicitur enī illud & ad ostendendum efficaciam orationis, quæ desiderij voluntatis est interpres secunda secundæ quæst. 83. factæ a timentibus Deum; & ad monstrandum differentiam inter valorem orationis timentium, ac non timentium, Deum. Ac si dictum fuisset in proposito. Voluntatem bonorum sacerdotum expressam in orationibus Missarum a seipsis dictarum Dominus faciet plus admodū; quàm sacerdotum malorum. Vbi & secundum regulam topicam, scilicet sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, ita maxime ad maxime, notabis (id quod etiam sentit præsens articulus): quòd uoluntatem in Missa sacerdotum magis timentium Deum, magis faciet; & optimorum, adhuc magis, idest quòd Missa boni est melior, quàm mali; & melioris, est plus melior; & optimi, est plus adhuc melior timentium, inquit, Deum, idest recedentium ab omni peccato, & facientium bene (ut exponitur in lib. Tobiæ cap. 4.) & hi proculdubio boni sunt. Idem ergo est timere Deum, & esse bonum; & e conuerso, idest esse bonum, & timere Deum. Textus enim libri Tobiæ (vt diximus) hanc veritatem docet per hoc; quòd dicit cap. quarto, si timuerimus Deum. Nam, tanquàm exponens quid importet timere Deum, subiungit immediate ly & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

*2*

A R.

Comm.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 6. circa illud oratio a sacerdote malo prolata in persona totius ecclesiæ, est fructuosa, duo tunc aduertẽda sunt. Primum quod minus dicitur, quæ intendatur: nam intenditur non solum, quòd est fructuosa, sed etiam quòd non est minus fructuosa quo ad alios, quàm boni sacerdotis. Et ratio in litera inuenitur: quia ministerium in persona ecclesiæ, non est minus fructuosum, quàm ministerium in persona Christi: minister autem Christi, siue bonus, siue malus, æque sanctificat. igitur minister ecclesiæ, siue bonus, siue malus æque impetrat.

¶ Alterum est, quòd Scotus in q. vlt. 13. dist. 4. sent. in oppositam partem declinat, ea ratione, quia meritum quod dicitur esse in celebratione missæ, vt missa est, non est abstractum, sicut idæa Platonis: ergo oportet quòd sit realiter aliquod meritum. ergo totius ecclesiæ, vel alicuius membri: sed non est totius ecclesiæ, nisi quia alicuius partis: non est autem partis malæ, & mortuæ in toto, sicut esset partis viuæ, id est existentis, & operantis in charitate. ergo in missa non est tantum meritum cuiuscumque, quando est mali, sicut quando est boni.

¶ Ad hoc dicitur, quòd si ratio ista contra æqualem valorẽ missæ inquantum in persona ecclesiæ oratur, offertur, soluenda est, dicendo quòd meritum ecclesiæ non est abstractum, sed ipsius ecclesiæ ratione partium suarum viuarum in ipsa, & non ratione illius partis suæ mortuæ, quæ ministrat tunc, & cum dicitur, pars mortua non meretur sicut viua, verum est, quo ad meritum ex persona propria, sed secus est, quo ad meritum ex persona ecclesiæ, cum quo stat, quòd parte viua ministrante melior sit simpliciter missa: quia vndique tunc concurrit meritum, s. ex persona ecclesiæ, & ex persona propria.

---

*Alb. Mag. vbi sup. ar. 30.*
*Sot. 4. s. d. 13. q. 1. ar. 7.*

175

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum hæretici schismatici, & excommunicati possint consecrare.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd hæretici schismatici, & excommunicati, eucharistiam consecrare possint. Dicit enim Aug. † quòd extra ecclesiã catholicam non est locus sacrificii. Et Leo Papa dicit, & habetur in Decretis 1. q. 1. Aliter, s. quàm in ecclesia, quæ corpus Christi est, nec rata sunt sacerdotia, nec uera sacrificia: sed hæretici, schismatici, & excommunicati sunt ab ecclesia separati ergo non possunt verum sacrificium conficere.

¶ 2 Præt. Sicut ibidẽ legitur, Inno.* Papa dicit, Arrianos, ceterasq; eiusmodi pestes, quia laicos eorum sub imagine pœnitẽtiæ suscipimus, non videntur clerici eorum cum sacerdotii, aut cuiuspiam mysterii suscipiendi dignitate esse, quibus solum baptisma ratũ esse permittimus, sed non potest aliquis consecrare eucharistiam, nisi sit cum sacerdotii dignitate. ergo hæretici, & cæteri huiusmodi, non possunt euchari stiã consecrare.

¶ 3 Præt. Ille, qui est extra ecclesiam non videtur aliquid posse agere in persona totius ecclesiæ, sacerdos consecrans eucharistiam, hoc agit in persona totius ecclesiæ, quod patet ex hoc, ꝙ omnes orationes proponit in persona ecclesiæ ergo videtur quòd illi, qui sunt extra ecclesiã, scilicet hæretici, schismatici, & excommunicati, non possint consecrare eucharistiam.

SED CONTRA est, quod Aug.* dicit in 2. Contra Parmenianũ, sicut baptismus in eis, s. hæreticis schismaticis, & excommunicatis, ita ordinatio mansit integra: sed ex ui ordinationis sacerdos potest consecrare eucharistiam. ergo hæretici, schismatici, & excommunicati, cum in eis maneat ordinatio integra videtur, quòd possint consecrare eucharistiam.

RESP. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd hæretici, schismatici, & excõmunicati, quia sunt extra ecclesiam, nõ possunt conficere hoc sacramentum. Sed in hoc decipiuntur, quia sicut Aug.* dicit in 2. contra Parmenianum, aliud est aliquid omnino non habere, aliud autẽ non recte habere: & similiter etiam est aliud non dare, & aliud non recte dare. Illi igitur, qui intra ecclesiam constituti, receperunt potestatem consecrandi eucharistiam in ordinatione sacerdotii, recte quidem habent potestatem, sed non recte ea utuntur, si postmodum per hæresim, aut schisma, vel excommunicationem, ab ecclesia separentur. Qui autem sic separati ordinantur, nec recte habent potestatem, nec recte vtunt. Quòd tamen vtrique potestatem habeant, patet per hoc, quòd sicut August.* ibidem dicit cum redeunt ad vnitatem ecclesiæ, non reordinantur, sed recipiuntur in suis ordinibus. Et q̃a consecratio eucharistiæ est actus cõsequens ordinis potestatem, illi, qui sunt ab ecclesia separati per hæresim, aut schisma, vel excommunicationem, possunt quidem consecrare eucharistiam, quæ ab eis consecrata uerum corpus & sanguinẽ Christi continet, non tamen hoc recte faciunt, sed peccant facientes: & ideo fructum sacrificii non percipiunt, quod est sacrificium spirituale.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd auctoritates illæ, & similes intelligendæ sunt, quantum ad hoc, quòd non recte extra ecclesiam sacrificium offertur: vnde extra ecclesiam non potest esse spirituale sacrificium, quod est uerum veritate fructus, licet sit uerum veritate sacramenti, sicut etiam supra dictum est,* quòd peccator sumit corpus Christi sacramentaliter, sed non spiritualiter.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ solus baptismus permittitur esse ratus hæreticis, & schismaticis, quia possunt licite baptizare in articulo necessitatis. In nullo autem casu licite possunt eucharistiam consecrare, vel alia sacra conferre.

AD TERTIVM dicendum, quod sacerdos in missa in orationibus quidem loquitur in persona ecclesiæ, in cuius vnitate consistit. Sed in consecratione sacramenti loquitur in persona Christi, cuius vicem in hoc gerit per ordinis potestatem, & ideo si sacerdos ab vnitate ecclesiæ præcisus, missam celebret, quia potestatem ordinis non amittit, consecrat verum corpus & sanguinem Christi; sed quia est ab ecclesiæ vnitate separatus, orationes eius efficaciam non habent.

*Marginal notes:* † 4. d. 23. q. 1. ar. 1. q. 3. Et i expositi. li. in prin. Et d. 8. q. 1. ar. 2. q. 3. ad 2. d. 19. q. 1. ar ti. 2. q. 3. ad primũ. Et quol. 12. artic. 26. — † In li. sent. ex Aug. collectarum. c. 15. to. 3. — * Leo i epi. 38. habet. 1. q. 1. ca. In ecclesia dei 1. q. 1. c. Arrianos. — * Li. 2. c. 13. — * Lib. c. 13. ante med. to. 7. — * Li. 2. contra Parmenianum. c. 13. to. 7. — * q. 80. ar. 3 — D. 959.

### SVP. Q. XXIII. Aliàs 82. Art. VII.

CONCL. Illi qui vel per hæresim, aut schisma, aut excommunicationem, sunt ab Ecclesia separati possunt quidem consecrare Eucharistiam; quæ ab eis consecrata continet uerũ corpus & sanguinem Christi: non tamen hoc recte faciunt, sed peccant mortaliter facientes.

¶ PROB. Quia ab Ecclesia uno illorũ trium modorum separati retinent potestatem ordinis, quam acceperunt (vt patet ex eo, quòd cum ad ecclesiæ vnitatem redeunt, non reordinantur): & consecratio eucharistiæ est actus consequens ordinis potestatem (ut de se patet). Secunda autem pars. s. tamen &c. supponitur clara. Et vere sic est, ex q. 5. at. 6. item ex Addition. q. 36. art. 5.

1^m de conclusione. Verum sacrificium R. Veritate fructus. §. Sic n. sequitur ex præmissis. Nam authoritates ibi allatę intelligẽdæ sunt. quantum ad hoc, quòd non recte &c. ut in tex. Tunc nihil &c. Conclusio siquidem articuli loquitur de ueritate sacramenti, & dicit etiã, quòd hi cõsecrando nõ recte faciunt, quod est carere veritate fructus.

2^m de conclusione. Non psir. R. Licite. §. Sic enim sequitur ex vero sensu authoritatis Innocẽtij cõtentæ in pręmissis. Nam ibi loquitur de posse non quocumque modo, sed licitè. Vnde ibi solus baptismus permittitur esse ratus &c. ut in textu. Tunc nih. &c. ut patet ex articuli conclusione.

3^m minor. Sacerdos consecrans Eucharistiã hoc agit in persona totius ecclesiæ. R. Negatur. §. Ad probationem dicitur: quòd nihil ualet ad suum propositũ. Aliud. n. est iudiciũ de orationibus, & aliud de consecratione. Nam sacerdos in Missa, In orationibus quidem loquitur &c. ut in tex.

### APPENDIX.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

EX artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hęresim quorundam (qui licet non fuerint hæretici, vtpote de quibus verificarẽ illud B. August. recitatum in 2. 2. q. 11. artic. 2. ad tertium, tamen hæresis est hæc illorum positio) dicentium: quòd hæretici cõsecrare nõ possunt. Hæresis. n. indubitanter est sententia illa: ad quam necessario sequitur destructio alicuius dogmatis fidei catholicæ. Prædicta autem positio est huiusmodi; vt nunc patebit.

ARTI-

2 uebit. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illam merito damnari a Concilio Florentino per hoc: quòd dicit. Inter hæc sacramenta, tria sunt Baptismus, Confirmatio, & Ordo; quæ caracterem .i. spirituale quoddam signum a cæteris distinctiuum indelebile, imprimunt in anima. Vnde in eadem persona non reiterantur. Hæc illud in constitution. super vnion. Armenor. Caracter ergo ordinis, cum sit indelebilis, manet semper in hæreticis post ordinem sacerdotij susceptum (ut patet necessario ex prædictis concilij verbis): ergo tales hæretici semper sunt veri sacerdotes, vtpotè sacerdotij caractere realiter insigniti: ergo habent semper potestatem consecrandi corpus Christi. Nã talis potestas traditur vnicuique ab episcopo, cum ordinatur ad sacerdotium & per calicis cum vino patenæq; cum pane porrectionem, & per formam verborum. s. Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia, &c. Secundum.n. idem concilium in ead. cõstitutione, tunc ordo presbyteratus confertur. Quod est dicere secundum præmissa concilij verba: & quòd tunc caracter ordinis talis imprimitur; & quòd caracter talis est potestas illa, quam exprimit Episcopus dicens, Accipe potestatem &c. Nec mireris, quòd concilium dixerit supra, ꝙ caracter est signum; & nunc denotet, quòd caracter est potestas: quia vtrumq; .s. quòd sit & signum & potestas, verificatur de caractere; vt patet in q. 4. ar. 2. ad tertium. Potestas igitur consecrandi, & offerendi (quæ duo insimul iungit Conc. Triden. sess. 23. c. 1. & can. 1.) indelebiliter sacerdotibus, postq̃ semel ab Epo taliter promoti fuerint, semper inhæret: alioquin potestas ipsa non esset caracter sacerdotalis; quod est, ut nũc patuit, contra Conc. Floren. Nec obstat immobilitati præmissæ potestatis mobilitas voluntatis; qm, quantumcũq; voluntas in hæresim, vel etiam in apostasiam a fide, moueatur; caracter non remouetur: & hoc pp immobilitatẽ primi mouentis .i. Dei. q. 4. ar. 5. ad secundum. Ex quo loco D. Thomæ patet, quàm magna sit bonitas Dei: q̃ beneficia grãdia, quale est hmõi potestas, semel gratis collata hominib. conseruat semper in ipsis; etiã si ipsi nolint. Vnde & huic tantæ bonitati diuinæ opponitur hæresis illa in principio appendicis dicta. Et ideo tanto magis damnanda est: quanto non solum veritatem dogmatũ fidei a Concilio Floren. definitam tollit, sed & magnitudinem diuinæ bonitatis impugnat. Item damnari a Conc. Trid. per hoc; ꝙ dicit sess. 7. de sacramentis, cano. 9. Si quis dixerit: in Ordine non imprimi caracterem in anima, hoc est, signum quoddam spirituale & indelebile: anathema sit. Hæc ibi. Et per hoc, quòd dicit sess. 23. cap. 4. Quoniam in sacramento ordinis character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri potest: meritò sancta synodus damnat eorum sententiam, qui asserunt, noui testamenti sacerdotes temporariam tantummodo potestatem habere. Et cano. 4. si quis dixerit: per sacram ordinationem non imprimi caracterem; vel eum, qui sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse: anathema sit. Hæc ibi. Item damnari a D. Aug. vt cum discursu ponitur in argum. contr. Tertiò vides: quomodo 3 ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica &c.

---

In 4. sent. d. 13. q. 1. ar. 8.

SVP. Q. XXIII. Aliàs 82. Art. VIII.

176 4. d. 13. ar. 1. q. 4. Et quol. 12. ar. 16.

CONCL. Sacerdos degradatus potest conficere sacramẽtum Eucharistiæ.

¶ PROB. Quia potestas consecrandi Eucharistiam pertinet ad caracterẽ sacerdotalis ordinis (ut patet. Vide artic. 7. appen. item Additio. q. 37. ar. 5.) Et character ordinis sacerdotalis est indelebilis. (q. 4. art. 5.)

1^m de minori.

Degradatus non habet potestatem consecrandi. R. Negatur. §. Nec probatio valet in cõtrarium. Nam canon ille cap. quod quidam, non loquitur assertiue, &c. vt in textu. Vide aliqd quodammodo simile, ar. 7. ad secundum.

2^m de maiori.

Qui aliquid dat R. Propria virtute. §. Tunc nihil &c. Nam epũs potestatem sacerdotalis ordinis nõ dat propria virtute, sed &c. vt in tex.

3^m minor. Sed non solam executionem. R. Solummodo ad tẽpus. §. Tunc nihil &c. Nec quod affertur, tãquàm probatio in cõtrarium valet; vt patet de omnibus in textu.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum sacerdos degradatus possit sacramentum conficere.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos degradatus non possit hoc sacramentum conficere. Nullus.n. cõficit hoc sacramentum, nisi per potestatẽ consecrandi quam habet: sed degradatus non habet potestatem consecrandi, licet habeat potestatem baptizandi, vt dicit Canon. 1. q. 1. cap. quod quidam.* ergo videtur, quòd presbyter degradatus non possit eucharistiam consecrare.

¶ 2 Præt. Ille qui aliquid dat, potest etiam auferre: sed episcopus dat presbytero potestatem consecrandi, ordinando ipsum. ergo etiam potest ei auferre, degradando eum.

¶ 3 Præt. Sacerdos per degradationem, aut amittit potestatem consecrandi, aut solam executionem, sed non solam executionem, quia sic nõ plus amitteret degradatus quàm excommunicatus, qui etiam executione caret. ergo videtur quòd amittat potestatem consecrandi: & ita videtur, quòd non possit conficere hoc sacramentum.

SED CONTRA est, quòd *Aug. in 2. contra Parmenianum probat, quòd apostatæ a fide non carent baptismate, per hoc quòd per pœnitentiam redeuntibus non restituitur, & ideo amitti non posse iudicatur, sed similiter degradatus, si reconcilietur, non est iterum ordinãdus. ergo non amisit potestatem consecrandi, & ita sacerdos degradatus potest conficere hoc sacramentum.

RESP. Dicendum, ꝙ potestas cõsecrandi eucharistiã pertinet ad characterem sacerdotalis ordinis: Character autem quilibet, quia cũ quadam consecratione datur, indelebilis est, vt supra dictum est,* sicut & quarumcumque rerum consecrationes perpetuæ sunt, nec amitti, nec reiterari possunt: vnde manifestum est, ꝙ potestas consecrãdi non amittitur per degradationem. Dicit.n.* August. in 2. contra Parmenianum, vtrumque. s. baptismus, & ordo sacramentum est, & quadam consecratione vtrumque homini datur: illud, cum baptizatur: istud, cum ordinatur: ideoque non licet a catholicis vtrumque iterari, & sic patet, quòd sacerdos degradatus potest conficere hoc sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd canon ille non loquitur assertiue, sed inquisitiue, sicut ex circũstantia literæ haberi potest.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ epũs non dat ptãtem sacerdotalis ordinis propria virtute, sed instrumentaliter, sicut minister Dei, cuius effectus p hominem tolli non põt, fm illud Mat. 19. Quos Deus cõiunxit, homo non separet. Et ideo epũs non potest hanc potestatem auferre: sicut nec ille, qui baptizat potest auferre characterem baptismalem.

AD TERTIVM dicendum, quòd excommunicatio est medicinalis, & ideo excommunicatis non aufertur executio sacerdotalis potestatis, quasi in perpetuum, sed ad correctionem vsque ad tempus. Degradatis autem aufertur executio, quasi in perpetuum condemnatis.

* Habet in decr. 1. q. 1. cap. Quod quidã, circa med.

* Li. 2. c. 13 to. 7.

* q. 63. artic. 5.

APPENDIX.

EX articu. habes primò: quomodo p ratione interimas hæresim quorundam (qui licet non &c. vt in art. 7. appen.) dicẽtium: quod degradati non possunt cõsecrare. — Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illam meritò damnari a D. August. vt cum explicatione ponitur in argum. contr. Item ab eodem, a fortiori: vt in ar. 7. argum. contr. Nam si de hæreticis verificatur, ꝙ possunt cõsecrare; multo vtique magis de degradatis: quoniam peiores sunt, & plus extra Ecclesiam hæretici, cũ & omnium infidelium deteriores existant. secunda secundæ, q. 10. artic. 6. quàm degradati. Peccant tamen etiam degradati conficiendo: sicut de alijs ab Ecclesia separatis dictum est, artic. 7. Item damnari a Concilijs Flor. & Trid. secundum ꝙ prudens, discurrendo ex dictis in ar. 7. appen. ad propositum præsens, facile iudicabit. Tertiò vides: 3 quõ ex ijs bene pensatis & applicatis &c.

* Li. 2. c. 13. a me. to. 7.

AP-

---

SVP. Q. XXIII. Aliàs 82. Art. IX.

177 Sup. q. 64. ar. 9. ad secũdum & tert. Et 4. d. 13. q. 1. art. 3. q. 2.

CONCL. Non licet a prædictis communionem accipere; aut eorum Missam audire: differenter tamen.

¶ PROB. Quia qui vel cõmunionem a prædictis accipit, vel etiam Missam eorum audit, participat in his actib. cũ eis (ut de se patet), qui actus sunt eis peccata, ar. 5. 7. 8. Et quanuis in prin. com-

## ARTICVLVS IX.

*Vtrum liceat ab excommunicatis, vel hæreticis, seu peccatoribus, communionem recipere, & eorum missam audire.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd aliqs licitè possit communionem recipere a sacerdotibus hæreticis, vel excommunicatis, vel etiam peccatoribus, & ab eis missam audire. Sicut.n. *August. contra Petilianum dicit, neq; in homine bono, neque in homine malo aliquis Dei fugiat sacramenta: sed

* Refertur hoc in decr. q. 1. c. neq;

cōmunicat alicui in peccato, ipse particeps peccati efficitur. 2. Io. 1. Secunda autem pars probatur. Quia pars haec prima quò ad haereticos, schismaticos, atque excommunicatos verificatur absolutè (vt patet ex hoc, quòd hi tres sunt per sententiam executione consecrandi ab Ecclesia priuati): & quo ad alios peccatores verificatur solum, postquàm per sententiam fuerint ab Ecclesia priuati executione cōsecrandi (ut patet ex glossa. B. Aug. 1. Cor. 5.)

¶ Exam. Ly peccat. Scilicet, mortaliter. Vt dicit sanctus Doctor, quolib. 11. art. 9. Et nota: quòd signanter inquit ly peccat, quoniā loquitur de natura facti: quae est, quòd participans cum aliquo in peccato, inuoluitur & ipse peccato. Non autem dicit: quòd talis cum eis participans in diuinis sit excommunicatus excōmunicatione minori (quod tunc poterat dicere); quia hoc pendet ex iure positiuo. Quod quidem ius fuit a Conc. Constantiensi (vt videre est in S. Antonini Archiepiscopi Florent. 3. par. suae Summae titu. 28.) restrictum ad duo genera hominum, scilicet ad excommunicatos nominatim, & ad notoriè percutientes clericum. Vbi diligentissimè notabis: quòd concilium loquitur formaliter. i. de excommunicatis, vt excommunicati sunt; non de ipsis, ut haeretici sunt, nec ut schismatici sunt. Adeò quòd si quis est excommunicatus solum, participans cū illo (reseruatis duobus illis generibus excōmunicatorum) non incidit in censuram: sed si quis est haereticus, vel schismaticus, & ideo (quod semper cointelligitur) excommunicatus, participans cū haeretico illo, aut schismatico, incidit in canonem secundum iurium antiquorum decreta. Nam (ut diximus) Conciliū Constan. non loquitur de haereticis, nec de schismaticis. Et praeterea isti censentur nominatim excommunicati per ly excommunicamus Gazaros, Patarenos, &c. vel quocumque alio nomine vocentur (ut in Bullis.)

† q. 80. ar. 4

* Dist. 32. c. nullus. Gregor. lib. 3. Dial. c. 31. parū a principio.

* ar. 5. 7. & 8. huius q.

* Circa finem illius.

D. 900.

1^m illatio conclusionis. Ergo uidetur, quòd non sit &c. B. Negatur illatio. §. Procedit enim ex eo, quòd malè intelligit praemissas. Nam D. August. inquit ly Dei fugiat sacramenta; & argumentum intelligit ac si dixisset ly culpam fugiat indignè ministrantium Dei sacramenta: quae tamen intantum a se inuicem differunt, ut fugere primum istorum sit malum, fugere autem secundum sit bonum. In hoc enim quod refugimus audire Missas talium, &caet. ut in text.

2^m maior. Corpus Christi uerum est figuratiuum corporis mystici. B. Non tamen ita, ut figuret, idest significet; quòd omnes illi, qui conficiunt corpus Christi uerum, sint re uera de unitate corporis mystici. §. Hoc siquidem figurat solum de illis; qui dignè conficiunt uerum corpus eius. Tunc nihil &c. Licet enim praedicti sacerdotes consecrent uerum Christi corpus (ut dicit minor): tamen, quia indignè hoc faciunt, artic. septimo, non habetur inde, quòd ipsimet sint de corpore mystico. Et hinc est: quòd ex ipsorum dispensatione non est sumendum Eucharistiae sacramentum ab eis, qui sunt in unitate corporis mystici, idest Ecclesiae.

sacerdotes quamuis sint peccatores, & haeretici, vel excommunicati, verum conficiunt sacramentum. ergo videtur, quòd non sit vitandum ab eis communionem accipere, vel eorum missam audire.

¶ 2 Praeter. Corpus Christi verum, figuratiuum est corporis mystici, sicut supra dictum est: † sed a praedictis sacerdotibus verū corpus Christi consecratur. ergo videtur quòd illi, qui sunt de corpore mystico, possint eorum sacrificiis communicare.

¶ 3 Praet. Multa peccata sunt grauiora, quàm fornicatio: sed non est prohibitum audire missas sacerdotum aliter peccantium. ergo etiam non debet esse prohibitum audire missas sacerdotum fornicariorum.

Sed contra est, quòd canon dicit 32. * dist. Nullus missam audiat sacerdotis, quem indubitanter concubinam nouit habere, & * Greg. dicit in 3. dial. quòd pater perfidus arrianum episcopum misit ad filium, vt de eius manu sacrilegae consecrationis cōmunionem perciperet: sed vir Deo deditus Arriano episcopo venienti exprobrauit, vt debuit.

Resp. Dicendum, quòd sicut supra dictum est, * sacerdotes si sint haeretici, vel schismatici, vel excommunicati, vel etiā peccatores: quāuis habeant potestatem consecrandi eucharistiam, non tamen ea rectè vtuntur, sed peccant vtentes. Quicumque autem communicat alicui in peccato, ipse particeps peccati efficitur: vnde & in 2. Canon. * Ioan. dicitur, quòd qui dixerit ei, aue. s. haeretico, communicat operibus illius malignis, & ideo non licet a praedictis communionem accipere, aut eorum missam audire. Differt tamē inter praedictas sectas. Nam haeretici, & schismatici, & excommunicati, sunt per sententiam ecclesiae, executione consecrandi priuati, & ideo q peccat quicumque eorū missam, audit, vel ab eis accipit sacramenta: sed non omnes peccatores sunt per sententiam ecclesiae executione huius potestatis priuati. Et sic quamuis sint suspensi quantum ad se ex sententia diuina, non tamen quantum ad alios ex sententia ecclesiae. Et ideo vsque ad sententiam ecclesiae licet ab eis cōmunionem accipere, & eorum missam audire: vnde super illud 1. Cor. 5. Cum huiusmodi, nec cibum sumere, dicit glo. * August. Hoc dicendo, noluit hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspitionis, vel etiam extraordinario vsurpato iudicio: sed potius ex lege Dei secundum ordinem ecclesiae, siue vltro confessum, siue accusatum, & conuictum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd in hoc quòd refugimus audire missas talium sacerdotum, aut ab eis communionem recipere, non refugimus Dei sacramenta, sed potius ea veneramur (vnde hostia a talibus sacerdotibus consecrata, est adoranda & si reseruetur, licitè potest sumi a sacerdote legitimo) sed refugimus culpam indignè ministrantium.

Ad secvndvm dicendum, quòd vnitas corporis mystici est fructus corporis veri percepti. Illi autē, qui indignè pcipiunt, vel ministrāt, priuantur fructu, vt supra dictū est, * & ideo non est sumendum ex eorum dispensatione sacramentum, ab eis, qui sunt in vnitate ecclesiae.

Ad tertivm dicendū, q licet fornicatio nō sit grauior caeteris peccatis, tamen ad eam proniores sunt homines propter carnis cōcupiscentiam. Et ideo specialiter hoc peccatū sacerdotibus prohibitū est ab ecclesia, & ne aliquis audiat missam concubinarii sacerdotis. Sed hoc intelligendum est de notorio, vel per sententiam, quae fertur in conuictum, vel per confessionem in iure factam, vel quando non potest peccatum aliqua tergiuersatione celari.

3^m maior. Multa peccata sunt grauiora, q fornicatio. B. Tamē ad fornicationem homines sunt proniores propter carnis concupiscētiam. §. Tunc nihil &c. ut patet. Nam argumentum peccat in fallacia secundum nō causam, ut causam. Causa enim prohibitionis talis non fuit maior, uel minor grauitas peccatorum (ut argumētum putat); sed maior, & minor pronitas ad peccandum.

* Nota differentia tex. p conclusionib. Est Augu. in li. de utilitate poenit. a med. to. 9. Habetur & hic li. to. 10. inter 50. Homil. Et est ulti.

* q. 80. art. 4. & art. 7. huius q.

APPENDIX.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a Papa Nicolao, Gregorio & concilio: q nullus haereticorum, aliorumque praedictorum debet audire Missas, aut ab eis sacramētum Eucharistiae recipere. A Papa quidem Nicolao, ut recitatur distin. 32. cap. Nullus. A S. Greg. autem, ut legitur in 4. dial. cap. 31. secundum quòd de utrisque patet in argum. contr. Immo idem Nicolaus ad maiorē praemissae suę sententiae dicit. Sacerdotes, si in fornicationis ceciderint laqueum, & criminis manifestus sit actus, sacerdotij honorē habere non possunt, fm canonicae institutionis authoritatem. Haec ille: quae & recitantur di stin. 50. Expone ly honorem sacerdotij. i. executionē officij sacerdotalis, puta dicere Missam, &c. Quò autē intelligenda sint pmissa, idem Nicolaus, quasi exponens semetipsum, respondendo ad cōsulta Bulgarorum, inquit: Sciscitantibus nobis; si a sacerdote, qui fuerit comprehensus in adulterio, siue de hoc sola fama respersus, debeatis communionem recipere, necne. Respondemus. Non potest aliquis, quantūcūque pollutus sit, sacramenta diuina polluere; quae purgatoria cūctarum contagionum existūt. Qualiscumq; n. sacerdos sit: quae sancta sunt, coinquinari non possunt. Iccirco ab eo, quousq; iudicio Episcoporum reprobetur, cōmunio percipienda est. Qm mali, bona administrando, se tantummodo lędunt. Et caerea fax accensa sibi quidem detrimentum praestat; alijs uero lumen in tenebris administrat: & unde alijs commodum exhibet, inde sibi dispendium praebet. Sumite ergo intrepidè ab omni sacerdote Christi mysteria: quia omnia in fide Christi purgantur. Haec ille: quae & recitātur in decretis, 15. q. 8. A Cōcilio quoq; Trid. per hoc; quod dicit sess. 22. decr. de &c. celebr. Missae Epi neminem, qui publicè & notoriè criminosus sit, aut sancto altari ministrare; aut sacris interesse permittant. Haec ibi. Secundo uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina praesens Angelica uicissim declaretur, atq; confirmetur.

ARTI-

Sec. 4.

*Sot.4. sd.13.q.1.art.10. Palud.4.d.q.9.13.q.2.*

SVPER QVAEST. XXIII. Aliàs 82. Art. x.

CONCL. Sacerdoti, etiam si non habeat curam animarum, non licet; a celebratione omnino cessare: sed videtur, quòd saltem celebrare teneatur in præcipuis festis; & maxime in illis diebus, in quibus fideles communicare consueuerunt.

178 4.d.12.q.3.ar.2.q.3. Et dist.13.q.1.art.2.q.8.

¶PROB. Quia vnusquisq; tenetur vti gratia sibi data, cum fuerit oppositum (vt patet ex 1.Cor. sexto,) & celebrandi opportunitas attēditur principaliter per comparationem ad Deum (ut patet): etiā si nō adesset necessitas ministrandi sacramenta alijs. i. etiam si quis non habeat curam animarum. Secunda verò pars. s. sed videtur, &c. præsupponit tanquàm clara ex rationis æquitate: & proportionaliter cum prima, suadetur ab oppositis, contra quosdam 2.Mac.4.

*Ar.7. huius quæst.

1^m illatio conclusionis. Ergo videt, quòd nec &c. R. Negatur illatio. §. Non enim est par ratio de executione aliorū sacramentorum, & huius: Nam alia sacramenta perficiunt in vsu fideliū &c. vt in tex.

*Gela. Paladio epis. scribens: Habet in decretis dist.55.c. præcepta canonica.

2^m maior. Nullus tenetur facere, quod sibi non licet. R. Nisi in seipso sit tollere id, per quod sibi, facere tale quid, non licet. §. Tunc nihil &c. Nam in sacerdote peccatore est, cum auxilio s. diuino (semper. n. hoc subintelligitur de necessitate. 1.2. quæst.109. art.4. ad secundum ex D. Hieronymo) tollere id, per qđ sibi consecrare non licet. Hoc est. Sacerdos ipse potest de peccato, quod quidē a consecratione licita ipsum impediebat, pœnitere; & posteà celebrare.

3^m de conclusione. Quòd sacerdotes. R. Legitimè impediti. §. Id quod accidit quandoq; propter impossibilitatē executionis, sicut si qs priuetur oculis, &c. vt in

## ARTICVLVS X.

*Vtrum liceat sacerdoti, omnino a consecratione eucharistiæ abstinere.*

AD DECIMVM sic procedit. Videtur quòd liceat sacerdoti, omnino a consecratione eucharistiæ abstinere. Sicut enim ad officiū sacerdotis pertinet eucharistiā consecrare, ita etiā baptizare, & in alijs sacramentis ministrare: sed sacerdos non tenetur ministrare in alijs sacramentis, nisi propter curam animarū susceptam. ergo videtur, quòd nec etiam teneatur eucharistiam consecrare, si curā nō habeat animarum.

¶ 2 Præt. Nullus tenetur facere qđ sibi non licet, alioquin esset perplexus: sed sacerdoti peccatori, vel etiā excommunicato, non licet eucharistiam consecrare, vt supra dictū est.* ergo videtur quòd tales non teneantur ad celebrandum, & ita nec alij: alioquin ex sua culpa commodum reportarent.

¶ 3 Præt. Dignitas sacerdotalis non perditur per subsequentem infirmitatem: dicit enim * Gelasius Papa, & habetur in decretis, dist. 55. Præcepta canonica sicut non patiuntur venire ad sacerdotium debiles corpore; ita si quis in eo fuerit constitutus, ac tūc fuerit sauciatus amittere non potest, quod tempore suæ synceritatis, accepit. Contingit autem quandoque, quòd ordinati in sacerdotes, incurrunt aliquos defectus, ex quibus a celebratione impediuntur: sicut est lepra, vel morbus caducus, vel aliquid aliud huiusmodi. non ergo videtur, quòd sacerdotes ad celebrandum teneantur.

SED CONTRA est, quòd Ambr. dicit in quadam oratione, Graue est, quòd ad mensam tuam mundo corde, & manibus innocentibus nō venimus: sed grauius est si dum peccata metuimus etiam sacrificium non reddamus.

RESP. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd sacerdos potest omnino a cōsecratione licitè abstinere, nisi teneatur ex cura sibi commissa celebrare populo, & sacramenta præbere: sed hoc irrationabiliter dicitur: quia vnusquisque tenetur uti gratia sibi data, cum fuerit opportunum, secundum illud 1. ad Cor. 6. Hortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Opportunitas aut sacrificium offerendi, non solum attenditur p cōparationem ad fideles Christi, quibus oportet sacramenta ministrari, sed principaliter per cōparationem ad Deum, cui consecratione huius sacramēti sacrificium offertur. vnde sacerdoti etiam si non habeat curam animarum, non licet omnino a celebratione cessare: sed saltem videtur, quòd celebrare teneatur in præcipuis festis, & maxime in illis diebus, in quibus fideles communicare consueuerunt, & hinc est, φ 2.Mach.4. contra quosdam sacerdotes dicitur, quòd iam non circa altaris officia dediti erant contempto templo, & sacrificiis neglectis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd alia sacramenta perficiuntur in vsu fidelium. Et ideo in aliis ministrare non tenetur nisi ille, qui super fideles suscipit curam: sed hoc sacramentum perficitur in consecratione eucharistiæ, in qua sacrificium Deo offertur, ad quod sacerdos obligatur Deo ex ordine iam suscepto.

AD SECVNDVM dicendum, φ sacerdos peccator, si per sententiam ecclesiæ sit executione ordinis priuatus, vel simpliciter, vel ad tempus, redditus est impotens ad sacrificium offerendum, & ideo obligatio tollitur: hoc autem cedit sibi in detrimentum spiritualis fructus magis quàm in emolumentum. Si vero non sit priuatus potestate celebrandi, non soluitur obligatio, nec tamen perplexus est: quia potest de peccato pœnitere, & celebrare.

AD TERTIVM dicēdum, quòd debilitas, vel ægritudo superueniens ordini sacerdotali, ordinem non tollit, executionem tamen ordinis tollit quantum ad consecrationem eucharistiæ. Quandoque quidem propter impossibilitatem executionis, sicut si priuetur oculis, aut digitis, aut vsu linguæ: quandoque autem propter periculum, sicut patet de eo, qui patitur morbum caducum, vel etiam quamcumque alienationem mentis: quandoque propter abominationem: sicut patet de leproso, qui non debet publice celebrare: potest tamen missam dicere occulte, nisi lepra adeo inualuerit, quòd per corrosionem membrorum, eum ad hoc reddiderit impotentem.

in tex. Tunc nihil &c. Nam articuli conclusio intelligitur solum de sacerdotibus impedimento legitimo non detentis.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quo destruas errorē illorū, qui dicūt id, qđ in principio tex. corp. ponitur. Secundo habes: quo per rōnē ostendas, illum meritò damnari a B. Ambrosio; fm φ recitatur in arg contr. Vbi diligenti consideratione pondera, quātā grauitatem peccati incurrere sacerdotē omnino a celebratione cessantem, sentiat ipse Ambrosius: qui respectu sacerdotis immūdo corde, impuriſq; manibus celebrātis grauius esse dicit; non reddere sacrificium. i. (ut verbis tex. vtamur) a cōsecratione Eucharistiæ, seu a celebratione Missæ, omnino abstinere. Item ad facilius penetrandum ly si dum peccata metuimus, sacrificium nō reddamus, notabis verba Cyrilli sup Ioan. quibus, tanq̄ a simili, & ipse damnat errorem prædictū. Sunt verò huiusmodi. Sciant baptizati hoīes, si lōgo tpe spatio pp simulatā religionem mysticè cōmunicare Christo recusent, ab æterna se vita pcul depellere. Quippe recusatio huiusmodi, quamuis ex religione proficisci videatur, & scandalum facit, & laqueos instruit. Quare oportet: omnibus viribus a peccato mundari; & rectè viuendi iactis fundamentis, magna cum fiducia ad sumendam vitam concurrere. Hæc ibi. In quib', tu ea ad propositū istud suauiter inflectendo, p ly mysticè cōicare Christo, dices celebrare; & pro ly ad sumendā vitā cōcurrere, dices Ad celebrandum Missam cōcurrere. Item a Conc. Trid. per hoc, φ dicit sess.23. ca.14. de refor. Curet eps: ut ij saltem diebus Dominicis, & festis solemnibus; si autē curam habuerint animarum, tam frequenter, vt suo muneri satisfaciant, Missas celebrēt. Hæc ibi. Vbi & de curatis secundo loco (ut patet) & de non curatis sacerdotibus primo loquitur. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; confir.

Vtilis a pro Eccle. S. Dei.

QVAE-

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 10. Scito hanc esse difficultatem, an sacerdoti liceat totaliter a celebratione abstinere, & hæc bene soluitur in litera negatiue. Exigit siquidem recta ratio, quum potentia sit propter actū, & gratia sit propter vsum, ut commoditate oblata, cessanteque omni impedimento, homo quandoque potentia, gratiaq; in his, quæ ad Deum sunt, vtatur.

Alb.

## QVAEST. XXIIII. Aliàs 83.

*De ritu huius sacramenti, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de ritu huius sacri. Circa primum quæruntur sex.

¶Primo, Vtrum in celebratione huius mysterii Christus immoletur.
¶Secundo, De tẽpore celebrationis.
¶Tertio, De loco, & aliis, quæ pertinent ad apparatum huius celebrationis.
¶Quarto, De his, quæ in celebratione huius mysterii dicuntur.
¶Quinto, De his, quæ circa celebrationem huius sacramẽti occurrũt.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum in hoc sacramento Christus immoletur.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ in celebratione huius sacramenti, Christus non immoletur. Dicitur.n. Heb. 10. Quòd Christus vna oblatione cõsumauit in sempiternum sanctificatos: sed illa oblatio fuit eius immolatio. Christus ergo non immolatur in celebratione huius sacramenti.

¶ 2 Præt. Immolatio Christi facta est in cruce, in qua tradidit semetipsum oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis, ut dicitur Eph. 5. sed in celebratione huius myster.i Christus non crucifigitur. ergo nec immolatur.

¶ 3 Præt. Sicut * Aug. dicit in 4. lib. de Trin. in immolatione Christi idẽ est sacerdos, & hostia: sed in celebratione huius sacri nõ est idem sacerdos, & hostia. ergo celebratio huius sacramenti nõ est Chr̃i immolatio.

SED CONTRA est, ꝙ * Aug. dicit in lib. sent. Prosperi, semel immolatus est in semetipso Christus, & tñ quotidie immolatur in sacramento.

RESP. Dicendum, quòd duplici ratione celebratio huius sacramenti dicit̃ immolatio Christi. Primo quidem, quia sicut dicit * Aug. ad Simplicium: solent imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt: sicut cum intuentes tabulam, aut parietem pictum, dicimus: ille Cicero est, & ille Salustius. Celebratio autem huius sacramenti (sicut supra dictũ est*) imago quædã est repræsentatiua passionis Christi, quæ est vera eius immolatio, & ideo celebratio huius sacramenti dr̃ Christi immolatio. vnde * Amb. dicit super epistolam ad Hebr. in Chr̃o semel oblata est hostia, ad salutẽ sempiternam potens, quid ergo nos? nonne p singulos dies offerimus? sed ad recordationem mortis eius. Alio modo, quantum ad effectum passionis Christi: quia. s. per hoc sacr̃m participes efficimur fructus d Dominicæ passionis. vnde in quadã dñicali oratione secreta dr̃: quoties huius hostię commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur. Quantum igitur ad primum modum, poterat dici Christus immolari, ẽt in figuris veteris testamenti: vñ & Apoc. 13. dicitur: quorũ nomina non sunt scripta in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mundi: sed quantum ad sm modum proprium est huic sacramento, quòd in eius celebratione Christus immoletur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut * Ambr. ibidem dicit: vna est hostia (quã s. Christus obtulit, & nos offeremus) & nõ multæ, quia semel oblatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius: sicut enim quod vbique offertur, vnũ est corpus, & non multa corpora, ita, & vnum sacrificium.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ sicut celebratio huius sacr̃i est imago repræsentatiua passionis Christi: ita altare est repræsentatiuum crucis ipsius, in qua Christus in propria specie immolatus est.

AD TERTIVM dicendũ, ꝙ per eandẽ rõnẽ ẽt sacerdos gerit imaginẽ Christi, in cuius persona, & uirtute uerba pnunciat ad consecrandum, vt ex supradictis patet, * & ita quodãmodo idem est sacerdos, & hostia.

AR-

---

Alb.Mag.4. d.13.ar.23. Sot.4.s. d.13. q.2.ar.1.

### SVPER QVAEST. XXIIII. Aliàs 83. Art. 1.

CONCL. Celebratio sacramenti Eucharistiæ meritò dicitur immolatio Christi.

¶PROB. 1. Quia celebratio huius sacramenti est quędam imago repræsentatiua passionis Christi; quæ est uera. i. cruenta, immolatio (ut patet ex multis locis supra): & imagines solent appellari nominib. earum rerum, quarũ imagines sunt (ut patet ex D. Aug.) Secundò quia celebratio huius sacramenti est participatio fructus Dominicæ passionis (vt patet ex oratione secreta in Missa cuiusdam Dominicæ.)

Alias aptitudinem.

1m de conclusione. Christus ergo non immolatur. ℞. Eo modo, quo semel immolatus est. §. i. cruente. Sic enĩ sequit̃ ex præmissa authoritate. Hebr. 10. Cõsummauit vna oblatione. s. modo cruento facta, sanctificatos in sempiternum. Tunc ni. &c. Sufficit namque ad verificandam articuli conclusionem; quòd Christus immoletur in celebratione huius sacramẽti. i. in Missa. Et hoc scilicet quòd ibi Christus immoletur, uerum est. Nam una est hostia, quàm Christus obtulit, &c. vt in text. Vide multa & pulchra ad hunc locum facietia in 3. de Sal. q. 22. ar. 3. post ad secundum not. 1. 2. 3.

179 Infr. artic. 2. cor. & ad 1. & 2.

¶COROLL. Ergo, quia sacrificium soli Deo offertur. 2. 2. q 85. arti. 2. Missa, prout dicit sacrificium, soli Deo (iuxta hãc textus doctrinam) celebratur. Confirmatur hoc atque declaratur ex Conc. Trid. sess. 22. cap. 3. Quamuis in honorẽ & memoriam sanctorũ nonnullas interdum Missas Ecclesia celebrare consueuerit: non tamen illis sacrificiũ offerri docet; sed Deo soli, qui illos coronauit. Vnde nec sacerdos dicere solet, offero tibi sacrificium Petre, vel Paule; sed Deo de illorum victorijs gratias agens eorum patrocinia implorat: ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris. Hæc ibi. Et adhuc, ad significandum etiam idem, dicit canon. 5. Si quis dixerit: imposturam esse, Missas celebrare in honorem sanctorum, & pro illorum intercessione apud Deum obtinenda; sicut Ecclesia intendit, anathema sit. Hæc ibi.

*Li. 4. c. 14. in fine, & c. 7. ł prin. to. 3.

* Habetur de consec. dist. 2. c. Semel immolatur.

In li. q. ad *mplicia si. 3. parum ante med. to. 4.

2m de maiori. Immolatio Christi. ℞. In specie propria: §. Tunc nihil &c. Stant. n. simul duo hæc. s. ꝙ Christus, dum in specie propria immolaretur sit crucifixus; & ꝙ idem numero Christus, dum immolatur in specie aliena, non possit crucifigi. q. 22. art. 4. Vnde ex non crucifigi non potest inferri, Christum in Missa non immolari; licet ex eo posset inferri, Christum in Missa non immolari in specie propria. Hinc etiam fit: quòd sicut in Missa immolatur nõ in propria, sed in aliena specie; ita non requiratur, quòd immoletur in cruce propria (qualis erat illa montis Caluariæ) sed in cruce illius propriæ repræsentatiua. i. in altari. Et sic id, quod rationi maxime consentaneum est, contingit hic: scilicet singula singulis correspondent. Nam sicut celebratio huius sacramenti est imago repræsentatiua, &cæt. ut in tex.

3m de minori. Non est idem. ℞. Simpliciter. §. 1. totaliter. Tunc nihil &c. Sufficit enim, quòd in immolatione Christi sub hoc sacramento hostia & sacerdos sit idem secundum quid. i. quodãmodo; inquantum. s. sacerdos ministerialis repræsentat Christũ. Et hoc, inquit textus, per eandem rationem. i. ꝓpter rationabilẽ correspondentiam; quæ prædicta est. Nam sicut celebratio huius sacramẽti est imago repræsentatiua Dominicæ passionis; & altare est imago repræsentatiua Dñicæ crucis: ita condecet, ut sacerdos ministerialis sit imago repræsentatiua sacerdotis principalis. i. vt sacerdos ille gerat imaginem Christi. Et sicut Christus ibi est vera hostia sub specie aliena. i. panis & vini: ita Christus est uerus, & prim* sacerdos sub specie aliena. i. (ut uerbis Concilij Trid. sess. 22. cap. 2. vtar) offerens seipsum sacerdotum ministerio. Et propterea textus sententialiter dicit: quòd sacerdos homo est minister Christi; & consequenter idẽ quodammodo cũ Christo sacerdote. Et sic, ut patet cõsiderãti, textus denotauit; esse in Missa duos sacerdotes.

*q. 79. ar. 1. & 3. & 73. art. 6.

* In ca. 10. ad Heb. nõ procul a princ. to. 5.

D. 584.

* In ca. 10. ad Hebręos, non remote a prin. to. 5.

¶COROLL. Ergo, si velimus stare in filo illius correspondentiæ supra declaratæ, qua tangit responsalis textus ꝑ ly per eandem rationem, loquẽdum est explicitè (ut facit textus) de sacerdote ministeriali; & ideo dicendum: in Missæ sacrificio idem est quodammodo sacerdos & hostia. Si autem uelimus, dimisso illius correspondentiæ filo, loqui; tunc attendemus sacerdotem primum. i. Christum, & consequenter dicemus absolutè: quòd in Missæ sacrificio idem simpliciter est sacerdos & hostia, qui erat in Cruce affixus. Sed tamen, hac differentia considerata: quòd sacerdos Christus tunc seipsum hostiam obtulit per semetipsum, & nunc in Missa seipsum hostiam offert sacerdotum ministerio. Vtrumq; verò de duobus sacerdotibus nunc declaratum textus præsens annotauit; sed unum explicitè, alterum implicitè: hoc est, id de sacerdote ministeriali indicauit, istud de sacerdote principali subindicauit.

*q. 82. art. 1. & 3.

### APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem tum directam

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

(Hæc

(Hæc est in tex. corp.) tum indirectam (Hæc est solutio argumentorum. Ratio autem hæc duplex semper in similib. appendicũ locis subintelligitur, in ly quõ per rõnẽ) interimas hæreses Arnoldi, siue Arnaldi (vt refert Directorium Inquisit. 2. par. q. 11.) dicentis: Missæ sacrificio sacerdos nihil offert Deo. Et forsan propter hoc addentis: ꝙ Missæ sacrificio Deus non laudatur opere, sed ore tantum. Et adhuc annectẽtis: ꝙ opus misericordiæ magis placet Deo, q̃ sacrificium altaris; seu (ut refert Gabriel Prateolus, titu. Arnoldus a Villanoua) ꝙ opus medicinæ est gratius Deo, q̃ sacrificium altaris. Itẽ hæresim Henricianorum dicentium: Missam nihil esse, ideo celebrari non debere. Item hæresim Lutheri dicentis; Missam nõ esse sacrificium, quia in ea nulla prorsus offertur oblatio. Item peiora, & magis diabolica atq; horrendissima euomendo addentis: Missæ, quas sacrificia uocant, summa sunt idolatria, & impietas. Et Missarum usum nomine sacrificiorum, & titulo sacerdotum tenere, est negare Christum. Et Missam esse opus bonũ & sacrificiũ, psuadere in Ecclesia impijssimus est abusus. Et Missa est summa peruersitas. Et Missam nõ posse offerri pro peccatis, nec posse pdesse uiuis aut defunctis, sed soli sacerdoti. Et Missam cantari pro defunctis, impiũ est. Itẽ hæresim eorum, qui uocantur Bogomiles, dicentiũ: Missam esse dæmonum sacrificiũ. Itẽ hær. Aerianorum dicentiũ; Missas applicari non posse pro peccatis, pro satisfactionibus pro defunctis, aut pro alijs quibusuis Ecclesiæ necessitatibus. Item hæresim Caluini dicentis Missam non esse a Deo institutam, nõ esse sacrificium, non esse opus bonum. Itẽ Ioannis Vuiclef dicentis: Missam a Christo fuisse ordinatã, non est fundatũ in Euangelio. Itẽ quorundã dicentium: sacrificia priuata esse prohibita. Articulus. n. psens ex eo, ꝙ efficacissime probat, in celebratione Eucharistiæ. i. in Missa Chrm veraciter immolari vult manifestissimè simul pbatum esse: Tum ꝙ Missa & est aliquid, & est sacrificium; & est opus bonum; & est opus Deo magis gratũ, q̃ opus misericordiæ, puta medicinæ; & est celebranda, etiã quã priuatã vocant; & potest offerri pro peccatis, pro satisfactionibus, pro quibusuis necessitatibus, pro viuis, pro defunctis: Tum ꝙ in Missa & sacerdos aliqd offert Deo; & fit Deo grata oblatio; & Deus laudatur nõ tm̃ ore, sed multo magis opere: Tum ꝙ falsissimũ est & Missam esse sacrificiũ dæmonũ; & Missam esse peruersitatẽ, esse impietatẽ, esse idolatriã; & Missarũ usum tenere, esse negare Christũ; & Missas esse bonas, esse sacrificia psuadere, esse abusum; & Missam posse prodesse soli sacerdoti; & Missã non esse a Deo in Euangelio institutã; & Missam cantari pro mortuis, esse impium. Ratio omniũ istorũ sub triplici numero (qđ est ly Tum) distincte contentorum una, & eadem est. s. in Missa Christus verè immolatur. Si. n. in ea uere immolatur: ergo Missa est aliquid, est sacrificium, &c. ergo est summa pietas, non impietas, est summa bonitas, non peruersitas, est summa latria, nõ idolatria &c. ergo tenere usum Missarũ est & ore & opere illo confiteri Chrm, non negare; itẽ persuadere Missam esse opus bonũ atq; sacrificium est optimus in Dei Ecclesia usus, non abusus: itẽ celebrationẽ Missæ esse maximã ruinã dæmonũ, non ipsorum sacrificiũ, &c. Discurre modo tu prudens, ac uigilans lector, ex rõne illa contra reliqua hæresum prædictarũ & tunc, omnib simul consideratis, aperte conspicies, q̃ fæliciter, q̃ fideliter, q̃ abundanter sanctus Ecclesiæ catholicæ Doctor (more suo) contra hostes fidei sua hic breuitate confixerit. Secundo habes: quõ ostendas aliquas illarũ meritò damnari a semetipsis ex patenti contradictione; quã ibi Lutherus implicat. Dicit. n. Missam esse summã impietatẽ, peruersitatẽ, idolatriã, ꝙ dicere Missam est negare Christũ, & ex alia parte, tanq̃ sui (qđ erat) oblitus, inquit, Missam soli sacerdoti prodesse. Hæc namque duo. i. Missam esse tantam impietatem; & tantam impietatẽ sacerdoti eam committenti. i. Missam celebranti, posse prodesse, pugnãt implacabiliter ad inuicẽ: ut patet etiã cæcutiẽtibus. Tertiò habes: quõ per articuli rationem ostendas, illas omnes meritò dãmari a Conc. Trid. sess. 22. cap. 1. Deus, & Dñs noster etsi semel seipsum in ara crucis, morte intercedẽte, Deo patri oblaturus erat, vt æternam illic redemptionem operaretur: quia tamẽ per mortem sacerdotium eius extinguendum non erat, in cœna nouissima, ut dilectæ sponsæ suæ Ecclesiæ visibile (sicut hominum natura exigit) relinqueret sacrificium, quo cruentum illud semel in Cruce peragendũ repræsentaretur, eiusq; memoria in finem usq; sęculi permaneret, atq; illius salutaris virtus in remissionẽ eorum, quæ a nobis quotidie cõmittuntur, peccatorum applicaretur; sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in æternum declarans, corpus & sanguinem suum sub speciebus panis, & vini Deo obtulit: ac sub earum rerum symbolis, Apostolis, quos tũc noui testamenti sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit; & eisdem, eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, præcepit per hæc verba, Hoc facite in meam commemorationem (uti semper catholica Ecclesia intellexit, & docuit). Hæc ibi. Et cap 2. Quoniam in diuino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incruente immolatur; qui in ara Crucis semel seipsum cruente obtulit: docet sancta synodus, sacrificium illud uere propitiatorium esse; per ipsumq; fieri, vt si cum uero corde, & recta fide, cum metu, & reuerentia, contriti ac pœnitentes ad Deũ accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Huius quippe oblatione placatus Dñs gratiam & donum pœnitentiæ concedens, crimina & peccata, etiã ingentia, dimittit. Vna. n. eademq; est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio; qui seipsum per seipsum tunc in cruce obtulit. Cuius quidẽ oblationis, cruẽtæ inquam, fructus per hanc uberrime percipiuntur: tantũ abest, ut illi per hanc quouismodo derogetur. Quare non solum pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus; sed pro defunctis in Christo nondũ ad plenũ purgatis, rite iuxta Apostolorum traditionẽ offeratur. Hæc ibi. Et cap. 6. Nec tñ propterea sacrosancta synodus. Missas illas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter cõicat, ut priuatas & illicitas damnat; sed probat, atq; adeò cõmendat. Siquidem illæ quoq; Missæ uere cões censeri debent: partim ꝙ in eis populus spiritualiter cõicet: partim uero ꝙ a publico Ecclesiæ ministro non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, celebrentur. Hæc ibi. Et cap. 9. Quia aduersum ueterem hanc in sacrosancto Euãgelio, Apostolorum traditionibus, sanctorumq; Patrum doctrina, fundatã fidem multi hoc tpe disseminati sunt errores; multaq; a multis docentur, atque disputantur: sacrosancta synodus post multos grauesq; his de rebus mature habitos tractatus, unanimi Patrum omnium consensu, quæ huic purissimæ fidei aduersantur damnare, & a sancta Ecclesia eliminare per hos canones constituit. Hæc ibi. Vnde ait canon. 1. Si quis dixerit: in Missa non offerri Deo uerum, & proprium, sacrificium; aut ꝙ offerri non sit aliud, q̃ nobis Christum ad manducandum dari; anathema sit. Et cano. 2. Si quis dixerit: illis uerbis, Hoc facite in meã cõmemorationẽ, Christum non instituisse Apostolos sacerdotes; aut nõ ordinasse, ut ipsi alijq; sacerdotes offerrent corpus, & sanguinẽ suũ; anathema sit. Et canon. 3. Si quis dixerit: Missæ sacrificium esse tm̃ laudis, & gratiarum actionis, aut nudam cõmemorationẽ sacrificij in cruce peracti; non autem propitiatorium: uel soli prodesse sumenti; neq; pro uiuis & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus, offerri debere: anathema sit. Et can. 4. Si quis dixerit: blasfemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio in cruce peracto p Missæ sacrificiũ; aut illi per hoc derogari: anathema sit. Et cano. 8. Si quis dixerit, Missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter cõicat, illicitas esse; ideoque abrogandas: anathema sit. Hæc omnia ibi locis citatis. Item damnari Ioannem Vuiclef cũ eius hæresi nominatim a Conc. Constantiensi sess. 8. Itẽ a Luc. 22. & 1. Cor. 11. Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Nã exponi hic debet ly facite. i. sacrificate, seu immolate. Sic. n. in consimili materia inuenimus scripturam sacram uti solere hoc uerbo, facere; & in tali sensu. Vt, cum de sacrificando boue Helias dicit 3. Reg. 18. Ego faciam bouem alterũ. Et in subsequentib. ibid. ait ly facite primi, & iterum ly fecerunt. s. bouẽ. Vbi tñ expresse tractatur, ut legenti capitulũ patet, de offerrendo holocausto. Dicit ergo Dñs ly hoc facite. i. hoc offerte, hoc immolate, hoc sacrificate. Præcipit igitur per ly hoc facite; ut consecrent, atq; offerant seu sacrificent, corpus & sanguinem suũ. Et hoc est pcipere, ut celebretur Missa: quãquidem ipsa principaliter, non in cæteris, sed in consecrati corporis, & sanguinis Dñi oblatione cõsistit. Alia. n. uniuersa ibi reperta, ut sacræ uestes, orationes, cæremoniæ, &c. ordinantur (ut patet) ad ipsam oblationem: uel ut p disponamur, tanq̃ adminiculis illis adiuti, ad illã deuotissime peragendã, uel ut de eadem iam peracta grãs feruentissimas Deo subsequenter agamus. A principali ergo (ut decet) denominationẽ Missæ totius fecit Dñs: qñ Missam ipsam instituẽdo, & præcipiendo nihil aliud dixit, nisi ly Hoc facite in meam cõmemorationem. Hæc dicta sint de Missa noui testamenti: Veruntamen si Missam ueteris testamenti, imò & antiquiorem, utpote legis naturæ, figuratiuam nouæ Missæ videre uis (quod ualdè pro catholicis, & contra hæreticos, in subiecta materia stat): consule Veritates aureas super totã legem ueterem, Gen. 14. concl. 5. 7. Cæterum pro ampliori campo ad condemnandum hæresum prædictarum nonnullas; recurre ad Addition. articulorum num. 308. & ad 2. 2. articulorum num 180. & ad Veritates aureas, nunc præmissas, lib. Leuit. 21. concl. 7. item cap. 24 concl. 2. Ne prætermittas quoque & sensum uerum Apostoli ad Hæbreos, & quædam alia necessaria, contra extorsiones ignorantia plenas hæreticorum, diligenter uidere in 3. par. de Sal. q. 22. art. 3. post ad secundũ not. 1. 2. 3. Quartò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atq; confirmetur.

*Sar. 4. s. d. 13. q. 2. ar. 2.*

## ARTICVLVS II.

SVP. Q. XXIIII.
Aliàs 83. Art. II.

180
4. di 13 q.
1. a. 2. q. 4.

*Vtrum conuenienter sit determinatum tempus celebrationis.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr ꝙ incõuenienter sit determinatum tẽpus celebrationis huius mysterii. Hoc. n. sacrm̃ est repræsentatiuum Dñicæ passionis, ut dictum est: * sed cõmemoratio Dñicæ passionis fit i ecclesia semel in anno,

CONCL. 1. Quotidie in Ecclesia regulariter hoc sacramentum offertur.

¶ EXAM. Ly regulariter. Hoc dr̃ pp diem parasceues, in qua nõ celebrãt. Vt patet in ad 2.

*Ar. præc.

¶ PROB.

dicit enim * Aug. super Psal. 21. Quotiescumq; Pascha celebratur, numquid toties Christus occiditur? sed tamẽ anniuersaria recordatio repræsentat quod olim factum est, & sic nos facit moueri, tamquàm videamus in cruce pendentem Dominũ. ergo hoc sacramẽtum non debet celebrari, nisi semel in anno.

¶ 2 Præt. Passio Christi commemoratur in ecclesia 6. Feria ante Pascha, non autem in festo Natalis. Cum ergo hoc sacramentum sit commemoratiuum Dominicæ passionis, videtur incõueniens esse, quòd in die Natalis ter celebretur hoc sacramentum: in parasceue autem totaliter intermittatur.

¶ 3 Præt. In celebratione huius sacramenti ecclesia debet imitari institutionem Christi: sed Christus consecrauit hoc sacramentum hora serotina. ergo videtur, quòd hora tali debeat hoc sacramentum celebrari.

¶ 4 Præt. Sicut habetur de consecr. dist. 1. * Leo Papa scribit Dioscoro Alexandrino episcopo, quòd in prima parte diei missas celebrare licet: sed dies incipit a media nocte, vt supra dictum est.* ergo vr̃ quòd etiam post mediam noctẽ liceat celebrare.

¶ 5 Præt. In quadã dominicali oratione secreta dicitur: Concede nobis domine: quęsumus hæc frequentare mysteria: sed maior erit frequentia, si etiam pluribus horis in die sacerdos celebret. ergo videtur, quòd non debeat prohiberi sacerdos pluries celebrare in die.

SED CONTRARIVM est cõsuetudo, quam seruat ecclesia secũdum canonum statuta.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut dictum est, * in celebratione huius mysterii attenditur repræsentatio Dominicæ passionis, & participatio fructus eius. Et s̃m utrumque oportuit determinare tempus aptũ celebrationi huius sacramẽti. Quia. n. fructu Dominicæ passionis quotidie indigemus, propter quotidianos defectus, quotidie in ecclesia regulariter hoc sacramentum offertur. vnde, & Dominus nos petere docet Luc. 11. Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie: quod exponens * Aug. lib. de verbis Domini dicit: si quotidianus est panis, cur post annum illum sumas, quemadmodũ Græci in Oriente facere consueuerunt? accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit. Quia vero Dominica passionis celebrata est a tertia hora vsque ad nonã, ideo regulariter in illa parte diei, solemniter sacramentum in ecclesia celebratur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in hoc sacramẽto recolitur passio Christi, secundum quòd eius effectus ad fideles deriuatur: sed tempore passionis recolitur passio Chr̃i solum s̃m hoc, ꝙ in ipso capite nostro fuit pfecta: quod quidem factum est semel: quotidie autẽ fructũ Dominicæ passionis fideles pcipiunt. Et ideo illa commemoratio fit semel in anno, hoc autẽ quotidie, & propter fructum, & propter iugem memoriam.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ veniente veritate, cessat figura. Hoc autem sacr̃m est figura quædam, & exemplũ Dñicę passionis, sicut dictũ est.* Et ideo ĩ die quo ipsa passio Dñi recolitur, prout realiter gesta est, nõ celebratur consecratio huius sacr̃i, ne tñ ecclesia ea etiam die sit sine fructu passionis, per hoc sacr̃m, nobis exhibito, corpus Christi consecratũ in die pręcedenti reseruatur sumendum in illo die: non autem sanguis, propter periculum, & quia sanguis specialius est imago Dñicæ passionis, vt supra dictum est.* Nec verum est, quod quidam dñt, ꝙ per immissionem particulæ corporis Chr̃i in vinum, conuertatur vinum in sanguinem: hoc. n. aliter fieri non potest, ꝙ̃ per consecrationem factam sub debita forma verborum. In die autem natiuitatis plures missę celebrant̃ propter triplicem Christi natiuitatem: quarum vna est æterna, quæ quantum ad nos est occulta, & ideo vna missa cantatur in nocte, in cuius introitu dicitur, Dñs dixit ad me, Filius meus es tu, Ego hodie genui te. Alia autem est tp̃alis, sed spiritualis, qua scilicet Christus oritur tanquam Lucifer in cordibus nostris, vt dicitur 2. Pet. 1. & propter hoc cantatur missa in aurora, in cuius introitu dr̃ lux fulgebit hodie super nos. Tertia est Christi natiuitas temporalis, & corporalis, s̃m quam visibilis nobis processit ex vtero virginali, carne indutus. Et ob hoc cantatur tertia missa in clara luce, in cuius introitu dicit: puer natus est nobis: licet econuerso possit dici, ꝙ natiuitas æterna s̃m se est in plena luce: & ob hoc in Euangelio tertiæ missæ fit mentio de natiuitate æterna: s̃m autẽ natiuitatem corporalem, ad literam natus est de nocte, in signum quòd veniebat ad tenebras infirmitatis nostræ. vnde, & in missa nocturna dicitur Euangelium de corporali Christi natiuitate: sicut etiam, & in aliis dieb. in quibus occurrunt plura Dei beneficia, vel recolenda, vel expetenda, plures missæ celebrantur in die: puta, vna pro festo, & alia pro ieiunio, vel pro mortuis.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ (sicut dictum est superius *) Christus voluit ultimo hoc sacramentum discipulis tradere, vt fortius eorum cordib. imprimeretur, & ideo post cœnam in fine diei hoc sacr̃m consecrauit, & discipulis suis tradidit. A nobis tamen celebratur hora Dominicæ passionis, s. diebus festis in tertia, quãdo crucifixus est linguis Iudæorum, vt dicitur Mar. 15. & quando Spi-

---

*In psal. 8. Ps. 21. circa prin. to mo 8.* ¶ PROB. 1. Quia indigemus quotidie fructu Dominicæ passionis (ut patet ex quotidianis defectibus nostris.) Secundo quia Dominus hoc. s. quòd in Ecclesia regulariter deberet offerri quotidie Euchari stia insinuauit per ly panem quotidianũ (idest ex eo, quòd ipse panem nostrum supersubstantialem Matth. 6. qui est Eucharistia, uocauit quotidianum Luc. 11.)

¶ NOT. Istæ probationes faciunt proportionaliter ad q. 22. arti. 10. conclusionem illam textualẽ, in princ corp. cõfirmatam ex D. Ambrosio. Porrò, Missam fore continuandam in Ecclesia Dei, nõ obstantibus portis inferi in cõtrariũ (id quod hic insinuatur a Domino per ly quotidianum): vide diffusius in Compend. Alber. Mag. lib. 7. cap. 7. schol. Valent. n. quodammodo i. saltem fundamentaliter, ad hunc locum; quæ ibi dicuntur, in schol.

*Leo in epist. 81. ca. 2. cir. prin. Et hr̃ de conse. di. 1. c. Necesse. * q. 80. artic. 8.*

¶ CONCL. 2. Regulariter, in parte diei hac scilicet a tertia hora vsque ad nonam, celebratur solẽniter in Ecclesia hoc sacramentũ, idest celebrantur Missæ.

¶ PROB. Quia passio Christi præcipue celebrata fuit a 3. hora diei vsque ad nonam.

¶ NOT. Dixi ly præcipue; quoniam passio Christi, absolutè loquẽdo, celebrata fuit a prima parte, uel circa primam partẽ, noctis præcedentis vsque ad horã nonã diei parasceues. Tunc. n. incæpit sua benedicta passio celebrari, quando post cænam illam supremam tẽtus est a Iudæis in horto & ligatus 3. par. de Sal. q. 46. arti. 9. & terminata in hora nona, cum inclinato capite emisit spiritum. Veruntamẽ præcipue a tertia hora diei, quando flagellatur, coronatus, & totupliciter nihilipensus, usque ad nonam, quando in cruce mortuus est, ipsa passio mirum in modum augmentata fuit: & propterea textus, tãquàm a principaliori faciens denominationẽ, dixit; celebrata est a 3. hora vsque ad 9. Licet ergo non dicat in uerbis ly præcipue, dicit tamen in sensu. Propterea nos (more solito) explicauimus ..., quod implicuit

*Ar. præc. Et q. 79. artic. 1.*

*In ser. 28. parũ a medio to. 10.*

---

citè ibi claudebatur: ni hil de nostro addentes, quasi non textum pro textu supponere (quod absit) uolentes. De celebratione passionis Domini, eiusq; tempore, ut plenius capias prædicta; uide Veritates aureas super legem ueterem, Exod. 12. conclus. prima, per totum.

1^m de maiori. Est repræsentatiuũ Dominicę passionis. R. Secundum quòd fructus ipsius passionis deriuatur ad fideles. §. Tunc nihil &c. Quòd. n. commemoratio Dominicę passionis semel tantum in anno fiat; alio tendit (ut patet in text.) & ideo non tangit, tantum abest ut infringat, propositum.

*In corpo & locis ibidẽ citatis.*

2^m illatio conclusionis. Cum ergo hoc &c. R. Negatur illatio. §. Immò ex eo, ꝙ passio Christi, Feria 6. ante Pascha commemoratur, sequitur totum contrarium. s. quod illo die non debet celebrari hoc sacramẽtum: ut patet in tex. Hoc uerò, quòd in Natali Domini ter celebretur, nõ pugnat contra ppositum; sed alio tendit: vt patet ibid.

*q. 78. a. 5. ad 2. Et q. 76. ar. 2. ad 2.*

*De conse. dist. 1. cap. nocte.*

3^m maior. In celebratione huius sacramenti Ecclesia debet imitari institutionem Christi. R. Si subesset eadẽ causa nunc, quæ tunc subeerat. §. Quantum, scilicet ad tẽpus celebrandi. Tunc. i. data responsione hac formali, nihil &c. Nõ enim subest nunc eadem, quæ tunc suberat, causa. Christus namque uoluit, ultimo hoc sacramẽtum discipulis, &c. ut in tex. Ex quo dic formaliter: quòd causa instituendi hoc sacramẽntum hora serotina fuit instructio discipulorum, de qua habes. quæst. vigesimaprima, artic. octauo, causa autem celebrãdi nũc hora prædicta in secunda articuli cõclusione, vel circa horam illam, est celebratio Dominicæ passionis; cui causæ

*q. 73. ar. 5*

fit per se, adiungitur quandoque aliqua alia causa per accidens. Porrò, ne ab huiusmodi varietatibus putaretur cóclusionem ipsam offendi, in ea positum est ly regulariter.

**4m ex Papa Leone.** In prima parte diei. R. i. quando incipit apparere aurora. §. Tunc nihil &c. Licet, n. dies incipiat a media nocte, quantum ad ieiunium. q. 21. ar. 8. ad quintum, tamen quantum ad ordinarium cursum celebrandi nó incipit inde. Nam regulariter Missa debet celebrari in die &c. vt in tex.

**5m de minori.** Maior erit frequentia. R. Nó tamen talis, qualis designatur in maiori per ly frequẽtare. §. Ille. n. dicitur ibi hæc frequentare mysteria; qui sæpius, vel ad summum quotidie, vnã tantummodo celebrat Missam (ut ex decreto Pótificum patet in text.) Tunc nihil &cæt. Nam quotiescumque minor præmissarum nó subsumitur maiori in eodem sensu, vt hic fit: tunc ex hoc defectu argumentum redditur inualidũ.

*Decr. dis. 75. c. Qđ a patribus.

* De cõse. dist. 1. c. Necesse est.

¶Exam. Ly qui verò pro pecunia, &c. nó æstimo euadere damnationem. Hoc est. Non æstimo; talem non peccare mortaliter. Quoniam verò hęc sunt verba Pontificis in decreto illo loquẽtis, & consequenter præcipiendi potestatem habentis: ideo per ista vltima verba. s. non æstimo, &c. insinuat; se in præcedentibus eiusdem capituli verbis fuisse præceptiue locutum, cuius præcepto ibi subintellecto contrafacere sit peccatum mortale. Adde quod Honorius Papa ext. de celebr. Miss. cap. te referente, exprimit ly mandamus. Episcopus enim quidam, propter quandam sibi visam rationabilẽ causam, duas Missas dicere disponebat, vel etiam dixerat: & consulenti ipsi Papam, vtrum posset taliter. i. bis in die annuali, quo chrisma sacrum conficiebat, celebrare, vel in sic celebrando perseuerare, respondet ibi Papa; & nó dicit, hortamur, consulimus, vel monemus, (vt solet erga episcopos; si res non sit magni momenti); sed postq̃ dixerat ly cum cuilibet sacerdoti, quacumque dignitate præfulgeat, vnã in die celebrare Missam sufficiat (nam & valde fœlix est, qui celebrat dignè unam) inquit ly fraternitati tuæ mãdamus &c. Vbi patet: ipsum præceptoriè loqui de vna dumtaxat Missa in die celebranda.

do Spiritussanctus descẽdit super discipulos, vel diebus ꝓ festis in sexta; quando crucifixus est in manib. militum, vt habetur Ioan. 19. vel diebus ieiuniorum in nona, quando voce magna clamans emisit spiritum, vt dicitur Matth. 27. Potest tamẽ tardari, maxime quando sunt ordines faciendi, & præcipue Sabbatho sancto, tum propter prolixitatem officii, tum quia ordines pertinent ad diem Dominicam, vt habetur in decret. dist. 75. cap.* quod a patribus. Possunt tamẽ missæ celebrari in prima parte diei propter aliquã necessitatem, vt dicitur de consecr. dist. 1. cap. Necesse est, &c.

Ad quartum dicendum, ꝙ regulariter missa debet celebrari in die, & non in nocte: quia ipse Christus est præsens in hoc sacramento, qui dicit Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: venit nox quando nemo potest operari, quamdiu in mundo sum, lux sum mundi: ita tamẽ quòd principium diei accipiatur non a media nocte: nec etiam ab ortu solis, idest quando substantia solis apparet super terram, sed quando incipit apparere aurora: tunc enim quodammodo dicitur sol ortus, inquantum claritas radiorũ eius apparet. vñ & Marc. 16.

dicitur, quòd mulieres venerunt ad monumentum orto iam sole: cum tamen venerint, cum adhuc tenebræ essent ad monumentum, vt dicitur Ioan. 20. Sic. n. hanc contrarietatem soluit *Aug. in lib. de consen. Euang. Specialiter tamen in nocte Natalis Dñi missa celebratur propter hoc, ꝙ dominus in nocte natus est, vt dicitur de consecr. *dist. 1. c. Nocte, &c. & similiter etiam Sabbatho sancto circa noctis principiũ, propter hoc quod dominus nocte surrexit, idest cum adhuc tenebræ essent ante manifestum solis ortum.

Ad quintum dicendũ, quòd sicut habetur de conse. dist. 1. ex decreto † Alex. Papæ, sufficit sacerdoti vnam missam in die vna celebrare; quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit: & valde fœlix est, qui vnam digne celebrare potest: quidam tñ pro defunctis vnam faciũt, alteram de die, si necesse sit. Qui vero pro pecunia, aut adulationibus sæcularium, vna die præsumunt plures celebrare missas, non æstimo euadere damnationem, & extra de celebr. miss. dicit* Inn. III. quòd excepto die natiuitatis Dominicæ (nisi causa necessitatis suadeat) sufficit sacerdoti semel in die vna missam solummodo celebrare.

peccato mortali hoc sacramentum. A summis quidem Pontificibus, &c. insinuatur per suos canones. i. regulas a seipsis de hoc editas. Vt patet in lib. iuris Pontificij, & specialiter in decretis De consecr. dist. 1. Quanti autem canones Romanorum Pontificum, &c. faciendi sint, demonstrat Concilium Tridentinum, sess. 25. cap. 18. de ref. sic dicens. Sciant vniuersi: sacratissimos canones exacte ab omnibus, & quo ad eius fieri poterit) indistincte obseruandos. Hæc ibi. Itẽ Concilium Constãtiense ostendit idipsum per hoc, quod sess. 8. dãnat hunc Ioan. Vuiclef errorem. s. decretales epistolæ sunt apocryphæ, Per quod intelligitur & condemnari Arnoldum dicentem: ꝙ decretis, canonibus, atq; constitutionibus Papalibus nulla subest scientia; sed mere tãtum humana sunt opera. Item Concilium Cabilonense sub Eugenio primo, cano. 2. dicens. Canonũ statuta ab omnib. intemerata seruentur. Hęc ibi. Item Conciliũ 6. generale Constantinopoli celebratum dicit canon 2. Hoc quoq; huic sanctæ synodo pulcherrime & honestissime placuit: ut ab hoc nunc tẽpore deinceps ad animarum medelam, & perturbationum curationem, firmi stabilesq; maneant; qui a sanctis patribus, qui nos præcesserunt, suscepti ac confirmati sunt, atq; a Deo nobis etiã traditi sunt Sanctorum Apostolorum nomine 85. Canones. Hæc ibi. Item Conc. 8. generale Constantinopoli celebratum idem de canonib. vniuersaliter ostendens, action. 10. canon. 1. (ut referẽt in summa Conciliorũ) ait. Regulas, quæ sanctæ & Apostolicę Ecclesiæ tam a S. Apost. q̃ ab orthodoxorũ uniuersalibus necnon & localib. Concilijs, uel etiam a quolibet Deiloquo patre ac magistro Ecclesiæ, traditæ sunt, seruare ac custodire profitemur: quibus regulis & propriam uitã, & mores, & oẽm sacerdotij catalogum regamus. Sed & oẽs, qui Christiano cẽsentur vocabulo, damnationibus, & iustificationibus, quæ per illas prolatæ sunt, canonice subijci decernimus. Tenere quippe traditiones, quas accepimus, siue per sermonem, siue per epistolam sanctorum, qui ante nos fuerunt, Paulus aperte admonet. Hæc ibi. Item de hac materia uide scitu necessaria in lib. Decretorum, distin. 19. cap. si Romanorum. & 1. q. 7. cap. si quis omnem. vide & in lib. decretalium, de constitution. cap. primo, & de uoto cap. primo. Ab Ecclesia uero catholica idem in principio appendicis dictum insinuatur factis ipsis; dum talia in celebrando tempora determinata obseruat (ut quotidie patet). Quàm autem veneranda ab omnibus authoritatis sit consuetudo Ecclesiæ; alibi sæpius dictum est. Nunc sufficiat videre secunda secundæ quæst. 10. art. 12. corp. in princip. & reminisci; quòd spiritusancto regitur Ecclesia. Secundo uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

* Li. 3. cap. 24. aliquãtulum a princ. to. 4.

* De cõsec. dist. 1. c. Nocte.

† De cõse. dist. 1. cap. sufficit.

D. 581.

* In decret. li. 3. tit. 41. c. Cõsuluisti.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a summis Pontificibus, &c. ab Ecclesiaq; catholica: quòd determinatum tempus est obseruandum quò ad celebrationẽ sacramenti Eucharistiæ i. (quod in idem redit) quo ad celebrationem Missarum. Nam sine missa non conficitur absq; peccato

---

Sen. 4. s. d. 13. quæst. 2. ar. 3.

SVP. Q. XXIIII. Aliàs 83. Art. III.

181

4. d. 13. q. 1. ar. 2. q. 5. & dis. 24. q. 2. art. 2. ad 9.

Concl. Consecrationes adhibẽtur his rebus; quæ veniunt in vsum Eucharistiæ.

¶Prob. Quia ea, quæ circunstant hoc sacrũ, & repræsentant effectum sacramẽti, qui

## ARTICVLVS III.

*Vtrum oporteat hoc sacramentum celebrari in domo, & vasis sacris.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur ꝙ non oporteat hoc sacramentum celebrari in domo, & vasis sacris. Hoc. n. sacramentum est repræsentatiuum Dñicæ passionis, sed Chrs non est passus in domo, sed extra portã ciuitatis, s̃m illud Hebr. vlt. Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. ergo videtur quòd hoc sacramentum non debeat celebrari in domo, sed magis sub diuo.

¶ 2 Præt.

qui ex passione Domini venit. s. sanctificationem populi (vt patet ex Hebr. 13.) & esse debent ad reuerentiã huius sacramenti.

¶Coroll. Virtualiter ergo respondetur (ut plerumque fit; atq; ideo in similibus semper applicandũ) titulo quæsiti: ꝙ oportet, hoc sacrũ celebrari in domo, & uasis sacris.

Patet enim hęc sequela ibi inclusa: quòd. s. si consecrationes adhibētur his &c. sequatur de necessitate: quòd hoc sacramentum non nisi in domo vasisq; sacris celebrari debeat. Hoc est. Missam in domo sacrisq; vasis tantū debere celebrari.

## 1m de minori.

Nō est passus in domo. R. Iudæorum. §. Tunc nihil &c. Licet enim in domo Iudæorum, quæ erat ciuitas metropolitana. s. Hierusalem, non sit passus: tamen passus est in domo ampliori. s. sub dio, vt repræsentante totum mundum, tanquàm domum. i. tanquàm Ecclesiam in eo fundandam.

¶ Exam. 1. Ly extra ecclesiam non est locus veri sacrificij. Pro huius textus maiori notitia, & confirmatione, vt quæ scripturarum sit; vide Veritates aureas super totam legem veterem. Exod. 12. conclus. 7. item Leuit. 22. conclus. 7. item Deut. 12 concl. quarta, item Genes. 7. concl. 3. cum locis ibi semper citatis.

¶ Exam. 2. Ly vt sic totus mundus se haberet ad passionem Christi, vt domus. Confirmatur simulq; declarat hic textus ex Leone Papa in sermon. de pass. dom. qui incipit, Decursis. Non autem in templo, nec intra septa ciuitatis, sed extra castra, passus est: ut, veterum victimarum cessante mysterio, noua hostia imponeretur altari; & crux Christi nō templi esset ara, sed mundi. Hæc ibi.

## Item de conclusione. Sed magis sub dio.

R. Negatur ly magis: cuius loco, dicatur ly permissiuè. § Nam hoc permittitur aliquibus in necessitate: vt patet ī textus responso secundo ly & tamen dicitur, De consecr. distin. prima, cap. concedimus, &c. Reuocata est tamen hæc concessio a Concilio Trid. sess. 22. ut patebit in append. Vnde non potest hodie sub dio Missa dici.

## 2m de minori.

Non fuit cōsecrata. R. Negatur. § censebatur enim, ad tantum mysterium peragendum, consecrata per præsentiam Christi, ad cuius sanctitatem repræsentandam altaria consecrant nunc ab Episcopis. Porrò domus, in qua hoc sacramentum celebrat, consecratur etiam propter alias causas, quæ in tex. corp. tactæ fuerunt: videlicet tum ad repræsentandū sanctificationem, quam &cæt. ut in text. Qui ex hoc, quòd nullū uerbum dicit ad authoritatem Act. 2. allatam ab argumento, relinquit subintelligendum: quòd authoritas illa adducebatur extra propositum; vt pote quæ alium sensum habeat. Et hoc, tanq̃ regula, tibi sit; in omnibus similibus locis a D. Thoma (quē aliàs, cum opus est, vigilantissimum ad quæq; etiam minuta argumētorum sæpius cōprobasti) sub silentio totaliter suppressis.

* Dicta in tit. & in argum.

Regula

¶ 2 Præt. In celebratione huius sacramenti debet ecclesia imitari morem Christi, & Apostolorum: sed domus, in qua primo Christus hoc sacramentum confecit, non fuit consecrata, sed fuit quoddā commune cœnaculum, a quodā patrefamilias præparatum, ut habetur Luc. 22. Legitur etiam Act. 2. quòd Apostoli erāt perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, & sumebant cibum cum exultatione. ergo nec modo oportet domos esse consecratas, in quibus hoc sacramentum celebratur.

¶ 3 Præt. Nihil frustra in ecclesia fieri debet, quæ spiritusancto gubernatur, sed frustra videtur adhiberi consecratio ecclesiæ, vel altari, & huiusmodi rebus inanimatis, quæ non sunt susceptiuę gratiæ, vel spiritualis virtutis. Inconuenienter igit hmōi consecrationes in ecclesia fiunt.

¶ 4 Præt. Solum diuina opera debēt recoli cum quadā solemnitate, fm illud Ps. 91. In operibus manuum tuarum exultabo: sed ecclesia, vel altare opere humano consecratur, sicut & calix, & ministri, & alia huiusmodi, sed horum consecrationes non recoluntur celebriter in ecclesia. ergo neque consecratio ecclesiæ, vel altaris, cum solemnitate recoli debet.

¶ 5 Præt. Veritas debet respondere figuræ, sed in veteri testamento, q̃ gerebat figuram noui non fiebat altare de lapidibus sectis. dicitur enim Exo. 20. Altare de terra facietis mihi, quòd si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus. Exodi etiam 27. mandatur fieri altare de lignis Sethim vestitis ære, vel etiam auro, vt habetur Exod. 25. ergo videtur inconuenienter obseruari in ecclesia, quod altare fiat solum de lapide.

¶ 6 Præt. Calix cum patena repræsentat sepulchrum Christi, quòd fuit excisum in petra: vt in Euāgeliis habetur. ergo calix debet de petra fieri, & non solum de argento, vel auro, vel stanno.

¶ 7 Præt. Sicut aurum pretiosius est inter materias vasorum, ita panni serici pretiosiores sunt inter alios pannos. ergo sicut calix fit de auro, ita pallæ altaris debent de serico fieri, & non solum de panno lineo.

¶ 8 Præt. Dispensatio sacramentorum, & ordinatio eorundem ad ministros ecclesiæ pertinet, sicut dispensatio rerum temporalium subiacet ordinationi principium sæcularium, vnde & Apostolus dicit 2. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei: sed si circa dispensationem rerum temporalium aliquid fiat contra statuta principium, habetur irritum. ergo si hæc, quæ dicta * sunt, conuenienter sunt statuta per prælatos ecclesiæ, videtur quòd sine his corpus Christi confici non possit, & sic videtur sequi, quòd verba Christi non sint sufficiētia ad hoc sacramentum conficiendum, quòd est inconueniens. non ergo videtur conueniens fuisse, quòd hęc circa celebrationem huius sacramēti statuerent.

Sed contra est, quòd ea, quę per ecclesiā statuuntur, ab ipso Christo ordinantur, qui dicit. Matth. 18. Vbicumque fuerint, duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

Resp. Dicendum, quòd in his, quæ circunstant hoc sacramentum, duo considerantur, quorum vnum pertinet ad repræsentationem eorū, quę circa Dominicam passionē sunt acta: aliud autem pertinet ad reuerentiam huius sacramenti, in quo Christus secundum veritatem continetur, & nō solum in figura. vnde, & consecrationes adhibentur his rebus, quæ veniūt in usum huius sacri, tum, propter sacramenti reuerentiā, tum ad repræsentandum effectum sacri * qui ex passione Christi prouenit, fm illud Hebr. vlt. Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, &c.

* Alias sanctitatis.

Ad primum ergo dicendum, quòd regulariter hoc sacramentum celebrari debet in domo, per quàm significatur ecclesia, secundum illud primæ Tim. 3. Vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei viui: extra ecclesiam enim non est locus veri sacrificii, vt * August. dicit, & quia ecclesia non erat concludenda sub finibus gentis Iudaicæ, sed erat in vniuerso mundo fundanda, ideo passio Christi non est celebrata intra ciuitatem Iudæorum, sed sub diuo, vt sic totus mundus se haberet ad passionem Christi, vt domus, & tamen, vt dicitur de consecratione * distin. prima, cap. concedimus, in itinere positis si ecclesia defuerit, sub dio, seu in tentorio si tabula altaris consecrata, cæteraque sacra mysteria ad id officium pertinentia, ibi affuerint, missarum solemnia celebrari concedimus.

* In li. sen. quæ ex Aug. decerpta sunt c. 15. tom. 3. in fi.

* De cōse. di. 1. c. concedimus, I medio illius.

Ad secundum dicendum, quòd domus, in qua hoc sacramentum celebratur, ecclesiam significat, sicut, & ecclesia nominatur, quæ cōuenienter consecratur, tum, ad repræsentandam sanctificationem, quàm ecclesia consecuta est per passioem Christi, tum etiam ad significandam sanctitatem, quæ requiritur in his, qui hoc sacramentum suscipere debent. Per altare autem significatur ipse Christus, de quo dicit Apostolus Hebr. vlt. Per ipsum offerimus hostiam laudis Deo. vnde & consecratio altaris significat sanctitatem Christi, de qua dicitur Luc. 1. Quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei. vnde de consecratione dist. 1. dicitur: * Altaria placuit non solum vnctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari, & ideo regulariter non licet celebrarē hoc sacramentum, nisi in domibus consecratis. Vnde sicut habetur de consecratione * distin. 1. Nullus presbyter missas celebrare præsumat, nisi in consecratis ab Episcopo locis. Propter quòd etiam, quia pagani non sunt de ecclesia, nec alii infideles, ideo ea distinctione legitur, * Ecclesiam, in qua mortuorum cadauera infidelium sepeliuntur, sanctificare non licet: sed si apta uidetur ad consecrandum, inde euulsis corporibus, & rasis parietibus, vel tignis eius loci, reędificetur: sed si hæc consecrata prius fuerit, missas in ea celebrare licet, tamen si fideles fuerunt, qui in ea sepulti sunt. Propter necessitatem tamen potest hoc sacramentum peragi in domibus non conse-

* De cōse. di. 1. c. altaria in 2.

* De cōse. di. 1. c. Nullus presbyter.

* De cōse. d. 1. ca. Ecclesiam.

**3m minor.** Frustra uidetur adhiberi consecratio Ecclesiæ, uel altari, & huiusmodi rebus inanimatis. ℞. Negatur. §. Ad id, quod tanquàm probatio inducitur, dicitur: quòd falsum assumit pro secunda parte; & consequenter quòd non probat minorem negatam. Falsum.n. est quòd illæ res inanimatæ non adipiscantur ex consecratione quandam spiritualem uirtutem: per quã apta redduntur diuino cultui. Vt.s. homines deuotionem quandam exinde, &c. vt in text. Quis certe, quantum ad illam uirtutem adeptã, ut. s. homines deuotionem quandam exinde percipiãt (nisi aliúde.i. propter actualem hominum ipsorum irreuerétiam hoc impediatur) experientia quotidiana demonstrat: sicut in seipsis fideles ad ingressum cõsecratorum locorum sentiũt. Quod utique negari non potest.

¶ Exam. Ly uerè Dei uirtus quædam est in loco. Nam ipse, q hab. in cœ. ha. uisit. & adiu. est lo. illius. Hic textus ex 2. Macch. 3. ad probandum, uirtutem spiritualem ex consecratione inesse rebus etiã inanimatis, assumptus confirmatur optime ex Genes. 28. Vere dominus est in loco isto, & ego nesciebã. Pauensq; quàm terribilis est, inquit, locus iste. Non est hic aliud; nisi domus Dei, & porta cœli. Ecce: quòd Iacob deuotionem quandam reuerentiali timore associatam concipit ex loco quem sibi Dominus speciali apparitione, ac sanctorum Angelorum obsequiosa illa inhabitatione, consecrauerat. Confirmatur itẽ ex Exo. 3. Ne appropies, inquit, huc. Solue calciamentũ de pedibus tuis. Locus enim, in quo stas, terra sancta est. Vide: Locus, ex speciali Dei apparitione, quæ consecrationem talium locorum connotat, sanctitatem quandam adeptus est: ideo ad literam dicitur Terra sancta est. Illa uero sanctitas fuit spiritualis quędam uirtus: de qua loquitur pſens rhsionis textus, quam & nunc uidimus circa Iacob. Pro quorũ ampliori capeu uide Veritates aureas super legem ueterem Gen. 28. concl. 34 item Exo. 40. concl. 1. & cap. 3. concl. 4. Ex B. Augu. etiam confirmatur textus dictum de illa uirtute spirituali, per hoc; quod dicit, templa hæc inanimata esse sancta. Nam in ser. de dedication. Eccle. qui incipit, sicut optimè, inquit. Quamuis sancta sint templa, quæ uidemus de lignis & lapidibus fabricari: tamen plus apud Deũ preciosa sunt templa cordis nostri. Hæc ille.

* De cõse. di. 5. c. Missarum.
* Ead. dist. 1. consec. c. concedimus.
* De cõse. d. 1. c. Placuit.
* De cõse. d. 1. c. Ecclc. Arrianorum.

consecratis, vel violatis: sed tamẽ de consensu Episcopi, vnde in eadem distinctione legitur. * Missarum solemnia non vbique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebrãda esse censemus. Non tamen sine altari portatili consecrato. vnde in eadem dist. legitur: * Concedimus si ecclesiæ fuerint incensæ, vel cõbustæ in Capellis cum tabula consecrata, missas iterum celebrari: quia enim sanctitas Christi fons est totius ecclesiasticæ sanctitatis, ideo in necessitate sufficit ad peragendum hoc sacramentum, altare sanctificatum. Propter quòd etiam numquàm ecclesia sine altari consecratur: tamen sine ecclesia quandoq; consecratur altare cum reliquiis sanctorum, quorum vita abscondita est cum Christo in Deo. Vnde in eadem distinctione legitur, * Placuit vt altaria, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ martiris conditæ probantur, ab Episcopis, qui eisdem locis præsunt, si fieri potest, euertantur.

Ad tertium dicendum, ꝙ ecclesia, & altare, & alia huiusmodi inanimata, consecrantur, non quia sint gratiæ susceptiua, sed quia ex cõsecratione adipiscuntur quandã spiritualem virtutem, per quàm apta redduntur diuino cultui, vt. s. homines, deuotionem quandam exinde percipiant, vt sint paratiores ad diuina, nisi hoc propter irreuerentiã impediatur. vnde & 2. Machab. 3. dicitur. Vere Dei virtus quædam est in loco: nam ipse, qui habet in cœlis habitationem, visitator, & adiutor est loci illius. Et inde est, quòd huiusmodi ante consecrationẽ emundantur, & exorcizantur, vt exinde virtus inimici pellatur. Et eadem ratione ecclesiæ, quæ sanguinis effusione, aut cuiuscumque semine pollutę fuerint reconciliantur: quia per peccatum ibi commissum, apparet ibi aliqua operatio inimici. Propter ꝙ etiam in eadem dist. legitur: * Ecclesias Arrianorum vbicumq; inueneritis catholicas, eas diuinis precibus, & operibus absque vlla mora consecrate. Vnde, & quidam probabiliter dicũt, quod per ingressum ecclesiæ consecratæ homo consequitur remissionẽ peccatorum venialium, sicut, & per aspersionem aquæ benedictæ: inducentes, quod in Psal. 84. dicitur, Benedixisti Domine terram tuam, remisisti iniquitatem plebis tuæ, & ideo propter virtutem, quæ ex consecratione ecclesiæ acquiritur, consecratio ecclesiæ non iteratur. vnde in eadem distinctione ex Concilio Niceno legitur: * ecclesiis semel Deo consecratis, non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cuiusquàm semine pollutæ fuerint: qa sicut infans a qualicumque sacerdote in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti semel baptizatus, nõ debet iterum baptizari: ita nec locus Deo dicatus, est iterum consecrandus, nisi propter causas, quas superius nominauimus: si tamen fidem sanctæ Trinitatis tenuerint, qui consecrauerunt, alioquin, qui sunt extra ecclesiam, consecrare non possunt: sed sicut in eadem dist. legitur, * Ecclesiæ, vel altaria, quæ ambigua sunt de consecratione, cõsecrentur. Propter hoc etiam, quòd aliquam spiritualem virtutem adipiscuntur ꝑ consecrationem, in eadem dist. statutum legitur: * Ligna ecclesiæ dedicatæ, nõ debent ad aliud opus iungi, nisi ad aliam ecclesiam, vel igni comburenda, vel ad profectum in monasterio fratribus: in laicorum autem opera non debent admitti, & ibidem legitur. * Altaris palla, cathedra, candelabrum, & uelum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur: cineres quoque eorum in baptisterio inferantur, aut in pariete, aut in fossis pauimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur.

Ad quartum dicendum, ꝙ quia consecratio altaris repræsentat sanctitatem Christi, consecratio vero domus sanctitatem totius ecclesiæ: ideo conuenientius recolitur cũ sanctitate, & solemnitate consecratio ecclesiæ, vel altaris, quàm aliorum, quæ consecrantur. Propter qđ etiam octo diebus solemnitas dedicationis agitur, ad significãdam beatam resurrectionem Christi, & membrorum ecclesiæ. Nec est opus solius hominis consecratio ecclesiæ, & altaris, cum habeat spiritualem uirtutẽ. unde de consec. dist. eadem dicitur: * Solemnitates dedicationum ecclesiarum per singulos annos, solemniter sunt celebrandæ: quòd autẽ octo diebus encænia sint celebranda, in lib. Reg. perfecta dedicatione templi, reperies, scilicet 3. Reg. 8.

Ad quintum dicendum, ꝙ sicut legitur de consecr. dist. prima, altaria, si non sint lapidea, Chrismatis vnctione nõ consecrentur. Quod quidem

**4m illatio conclusionis.** Ergo neque &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim est par ratio de consecratione ecclesiæ, uel etiam altaris, & calicis atq; ministrorum cum aliis huiusmodi. Nam consecratio altaris repræsentat, &c. vt in tex.

**Item de minori prima.** Opere humano. ℞. Sed non solo. § Quoniam consecratio ecclesiæ & altaris habet specialem uirtutem; ut in ad tertium, & exam. Tunc nihil &c. ut de se patet. Vide responsum secundum textus ly nec est opus soli⁹ hominis &c.

**5m maior.** Veritas debet respondere figuræ. ℞. Quãtum ad illa tantum in quibus veritas ab ea figurata est. §. Tunc nihil &c. Non.n. illæ figurę altarium terreorum, ligneorum, vel etiam lapidum insecto rũ datæ fuerunt a Deo ad hoc; vt figurarent, altaria noui testamenti fiẽda esse de terra, de lignis, vel de lapidib. insectis: sed ad hoc solum, ut figurarent, altaria esse futura in nouo testamento. Nam sicut hoc, quod altare ueteris legis fiebat tãtum in uno loco, non dabatur ad figurãdum, quòd nouæ legis altare materiale deberet esse unum tantum, sed ad figurandũ, ꝙ altare futurum erat in Ecclesia, quæ est una (ut patet in symbolo fidei): ita de illis figuris. Exod. 20. 25. 27. dicendũ est, ut supradiximus ex textu. Ex eo namq;, ꝙ textus facit mentionẽ de altari facto i uno tm̃ loco antiquitus; & cõsequenter ꝙ nõ erat tũc necessariũ, ꝙ materia faciẽdi altaris esset ita cõis vbiq; sicut lapis ad nostra altaria requisitus; ex eo, inquam, uirtualiter tanq̃ a simili dat intelligere: ꝙ figura illa de altaribus ligneis nõ est ad figurandum hoc totum, scilicet altare ligneum, sed huius partem principalem. s. altare. Alioquin figura esset eadem cum figurato, & nulla esset differentia inter ea: cum tñ figura & figuratum deceant solum similia esse, & consequẽter aliquã differentiã de necessitate compati inter se inuicem.

* De cõse. dist. 1. c. Ecclesiis semel.
* De cõse. d. 1. c. Ecclesiæ uel alt.
* C. Ligna ecclesiæ.
* De cõse. d. 1. c. Altaris palla.
* Resp. 2.
* De cõse. di. 1. c. Solemnitates.
* De cõse. d. 1. c. Altaria.

Vide 3. de Sal. q. 2. art. 6. ad primum, ex Dam. & ibid. q. 46. art. 4 ex eod. Vnde & percipies, quòd altare ligneum, inquantum ligneum, figurabat non altare nostrum materiale (vt dictum est) sed aliud. s. crucem Christi, quæ de ligno fuit. Ex vltimis etiam textus huius verbis. s. quòd autem mandatur, altare fieri de terra, &c. confirmatur subtiliter, quòd de mète textus est respon sum formale datum; videlicet ꝙ veritas non debet respondere figuræ nisi quantum ad illa, in quibus veritas ab ea est figurata. Alioqn textus p illa verba non concluderet id, quod intendit. s. ꝙ argumentum, quò ad ly de terra & lapidatus insectis loquitur extra propositum: quoniã talia man data alio tendebant, q̃ ad figurandum illud; quod ab argumèto inducitur.

† De cõse. di. 1. c. Vasa, in quibus habet hoc totũ.

¶ NOT. Ex præmissis non intelligas; quòd altarium, corpus, seu fundamentum, non possit fieri de terra, uel de lignis (cum videas quotidie fieri contrarium, Ecclesia concedente): quoniã hic intellectus tuus ꝓcederet ex ignorantia veri sensus rñsi textualis. Per altaria. n. propriè textus intelligit illud; super quo directè sacerdos tenendo hostiam cõficit corpus Christi, & tenendo calicem conficit eius sanguinem. Et hoc est illud, quod chrismatis vnctione consecratur: de quo loquitur canon in textu adductus.

## 6m conclusio.

Calix debet de petra fieri; & non solum de argento, vel auro, vel stanno. ℞. Nisi hoc esset propter reuerètiam sacramenti. §. Nè. s. sanguis consecratus remanere aliquando possit in poris petræ: quoniam lapis est porosus. Tunc nihil &c. Reuerentia. n. talis, quæ tum in non vtendo calice petroso, tum in vtendo calice aureo, argenteo, uel saltem stanneo, exhibetur sacramento huic, præponderat admodum illi materiali repræsentationi; de qua loquitur antecedens. Hoc autem tanto verius est, quanto adhuc, absque illa materia petrina, remanet repræsentatio formalis: quoniã etiam nunc calix aureus, argenteus, stanneus, significat sepulchrum Domini.

## 7m illatio conclusionis.

Ergo sicut calix, &c. ℞. Negatur illatio. §. Non. n. est eadem ratio vtrobique. Vnde sciendum est: quòd ubi potuit sine periculo fieri &c. vt in tex.

## 8m de maiori.

Dispensatio sacramentorum, & ordinatio eorundem. ℞. Non tamen consecratio ipsorum sacramentorum §. Hoc est. Non tamen verba, quibus conficiuntur, uel conferuntur, sacramenta. Tunc nihil &c. Argumètum enim in processu transit ab illo primo. i. ab ordinatis per Ecclesiam circa dispensationem sacramentorum, ad illud secundum, idest ad verba consecrationis. Ideo nil valet. Vnde si sacerdos verba consecrationis proferat super materia debita, &cæt. vt in text. Ex quo formaliter dic; quòd talis sacerdos potest, sed non potest licite.

quidem competit, & significationi huius sacramenti: tum, quia altare significat Christũ, dr̃ autè 1. Cor. 10. Petra autè erat Chrs: tũ etiã, ꝗa corpus Chr̃i ĩ sepulchro lapideo fuit reconditum. Competit etiam quo ad vsum sacr̃i: lapis. n. & solidus est, & de facili potest inueniri vbiq;: quod non erat necessarium in veteri lege vbi fiebat in vno loco altare. Quòd autem mandatur altare fieri de terra, vel de lapidibus insectis, fuit ad idolatriam remouendam.

Ad sextvm dicendum est, ꝙ sicut in dist. eadè dr̃ cap. Vasa† quondam sacerdotes nõ aureis, sed ligneis calicibus vtebantur. Zepherinus autem Papa patenis vitreis missam celebrari constituit, deinde Vrbanus omnia fecit argentea. Postmodum autem statutum est, vt calix Domini cum patena, siue ex auro omnino, siue ex argenteo fiat, vel saltem stanneus calix habeatur: de ære autem, aut ex aurichalco non fiat, quia hoc vini virtute æruginem parit, pariterq; vomitum prouocat. Nullus autem in ligneo, seu vitreo calice præsumat missam cantare: quia. s. lignum porosum est, & sanguis consecratus in eo remaneret: vitrum autem fragile est, & posset fractionis periculum imminere, & eadem ratio est de lapide, & ideo propter reuerentiam sacramenti statutum est, vt ex prædictis materiis calix fiat.

Ad septimvm dicendum, ꝙ vbi potuit sine periculo fieri, ecclesia statuit circa hoc sacr̃m id, q̃d expressius repræsentat passionè Chr̃i. Non erat autè tm̃ periculũ circa corpus, q̃d ponitur in corporali sicut circa sanguinem, qui continetur in calice, & ideo licet calix non fiat de petra: corporale tñ fit de panno lineo, quo corpus Christi fuit inuolutum. vnde in epist. Siluestri Papæ in eadè distinctione legitur,* Consulto omnium statuimus, ut sacrificium altaris non in serico pãno, aut intincto, quisquam celebrare missam præsumat: sed in panno lineo ab Epo cõsecrato, sicut corpus Christi in sindone linea, & munda sepultum fuit. Competit etiam pannus lineus propter sui munditiam, ad significãdam conscientiæ puritatem: & propter multiplicem laborem, quo talis pannus præparatur, ad significandam Christi passionem.

* De cõsec. dis. 1. c. cõsulto.

Ad octavvm dicendum, ꝙ dispèsatio sacr̃orum pertinet ad ministros ecclesiæ: sed consecratio eorum est ab ipso Deo, & ideo ministri ecclesiæ non hñt aliq̃d statuere circa formam consecrationis: sed circa vsum sacr̃i, & modũ celebrandi, & ideo si sacerdos verba cõsecrationis proferat super materia debita, cũ intentione consecrandi, absq; oĩbus prædictis. s. domo, & altari, calice, & corporali consecrantis, & cæteris huiusmódi per ecclesiam institutis, cõsecrat quidem in rei veritate corpus Christi: peccat tamen grauiter, ritum ecclesiæ non seruans.

AR-

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, Ecclesia, Cõcilio & Bernardo: quòd oportet, in domo & vasis sacris celebrare hoc Eucharistiæ mysterium. Ab Ecclesia quidem: ut patet etiam per experientiã; & in arg. contr. Pro cuius textu maiori notitia, applicanda a te ad subiectam materiam (ut in similibus semper præsupponitur) vide quæstione octaua, articu. septimo, ad tertium, & quæst. decimatertia, articu. duodecimo. A scripturis autem: secundum quòd illas citatas videbis in Veritatibus aureis super legem veterem, indicatis supra Exam. 2. post ad primum, & exam. post ad tertium. De quibus etiam vasis sacris in quãta reuerentia sint habenda; vide Veritates easdem Leuit. vigesimosecundo, conclus. prima, & cap. vigesimosexto, concl. prima, & cap. uigesimoseptimo, concl. quinta, item Nume. quarto, concl. prima, & capit. 18. conclus. secunda. A Concilio quoque Triden. sess. 22. Decr. de obser. & euit. in celebr. Mis. Quanta cura adhibenda sit; vt sacrosanctum Missæ sacrificium omni religionis cultu, ac veneratione celebretur: quiuis facile existimare poterit, qui cogitarit; maledictum in sacris literis eũ vocari, qui facit opus Dei negligenter. Quòd si necessario fatemur; nullũ aliud opus adeò sanctum ac diuinum a Christi fidelibus tractari posse, quàm hoc tremendum mysterium; quo viuifica illa hostia, qua Deo patri reconciliati sumus, in altari per sacerdotes quotidie immolatur, satis etiam apparet: omnem operam, & diligentiam in eo ponendam esse, ut quanta maxima fieri potest interiori cordis munditia & puritate, atque exteriori deuotionis ac pietatis specie peragatur. Decernit igitur sancta synodus; ut ordinarij locorum Episcopi sedulo curent ac teneantur e medio tollere, quæ vel auaritia, uel irreuerentia, Qvae ab impietate vix seivncta esse potest, vel superstitio, veræ pietatis falsa imitatrix, induxit, &cæt. Non patiantur: priuatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria ab eisdem Episcopis designanda & visitanda, sanctum hoc sacrificium a sacerdotibus secularibus, aut regularibus quibuscumque peragi &cæt. Ne superstitioni aliquis locus detur; edicto & pœnis propositis caueant: nè sacerdotes alijs, quàm debitis horis, celebrent; ne ritus alios, & alias cærimonias, & preces in Missarum celebratione adhibeant, præter eas; quæ ab ecclesia probatæ, ac frequenti & laudabili vsu receptæ fuerint. Hæc ibi. Pro quibus maxime facit idem Concilium sess. septima, de sacramentis canon. decimotertio, si quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesiæ catholicæ ritus, in solemni sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcumque Ecclesiarum pastorem mutari posse: anathema sit. Hæc ibi. A D. Bernardo autem insinuatur: quòd conueniens est; in locis consecratis, vt quæ ex consecratione adipiscantur spiritualem uirtutem, Missam celebrare. Dicit ergo in serm. dedicationis Ecclesiæ, qui incipit, Dominica. Quid parietes illos dicere sanctos uereamur: quos manus Pontificum tantis sanctificauere mysterijs? Ex tunc quoque & deinceps sanctarum inibi lectionum resultauit frequentia, sanctarum orationum murmurauere suspiria, sanctarum reliquiarum honoratur præsentia, sanctorum spirituum indefessa noscitur uigilare custodia. Super muros tuos Hierusalem, ait Dominus per prophetam, constitui custodes. Licet ergo parietes hos (charissimi fratres) & dici, & esse, sanctos faciat consecratio

episco-

episcoporum, frequentatio scripturarum, instantia orationum, reliquiæ sanctorum, visitatio Angelorum; minime tamen eorum sanctitas propter se credenda est honorari, quos nec propter se certum est sanctificari: quinimmò sancta est propter corpora domus, corpora propter animas, animæ propter sanctum inhabitantē spiritum. Hæc ibi. Quibus & supra, ad reuerēdam illam sanctitatem loci ostendendam præmiserat. Testantur sanctæ literæ, olim positū in Paradiso primum Adam: vt operaretur, & custodiret illum. Sic secundus Adam in Ecclesia sanctorum, in horto deliciarum (siquidem deliciæ suæ sunt, esse cum filijs hominum): ita, inquam, est in loco isto: vt operetur, & custodiat. Porrò, Angelos ascendentes & descendentes esse in loco isto, patriarchalis ipsa visio manifestat. Ascendentes, vt uideant faciem patris; descendentes, vt prouideāt nobis. Quid ergo nos; quomodo hic esse debemus; cum qua reuerentia stare in loco isto: ubi Deus est operans, & seruans; Angeli ascendentes, & descendentes? Hæc ibi. Vbi ad intelligendum recte ly ascendentes, vt videant faciem patris; consule. D. Thomam in pri. par. q. 107. art. 3. Secundò ex articulo per rationem, & cæteris per authoritatem, meritò damnari noueris errorem Adiaphoritarum, qui Ecclesiæ, & conciliorum legitimas constitutiones, & cæremonias adeò sentiunt esse indifferentes; ut quis eas siue obseruet, siue violet, siue mutet, nihil cum peccare dicant. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 3. quæst. 83. ad tertium dubium occurrit de virtute altaris, ecclesiæ, & aliorum inanimatorum consecratorum: an sit solum ex parte nostri (qui inde concipimus reuerentiam, ac deuotionem) an ex parte rei, & si ex parte rei, an sit in ipsis rebus virtus aliqua spiritualis, an sola diuina assistentia, & an generali modo tantum, an speciali quodammodo diuina ibi virtus assistat.

¶ Ad horum euidentiam sciendum est, quod sunt in hac re modi dicendi duo extremi. Alter, quod huiusmodi consecrationes ab ecclesia, adinuentæ, ex parte tantum nostra se tenent: ita quòd deuotio nostra est, quæ effectus diuinæ virtutis prouocat apparere ibi magis quàm alibi, quoniam Deus nullo speciali modo est in his post consecrationem, quo prius non erat. Et ratio est, quia consecrationes istæ sunt humana opera, nihil conferentes rei consecratæ secundum rem. Alter, quòd per huiusmodi consecrationes adipiscuntur res ipsæ quandam virtutem spiritualem, quæ est quædam qualitas intentionalis, velut intentio coloris in aere, & super verba literæ huius fundatur. Vterque autem modus vitandus videtur, & media via progrediendo, dicendum est, quòd per huiusmodi consecrationes adipiscuntur consecratæ res spiritualē virtutem inchoatiuæ, & in hoc ipso sortiuntur diuinam præsentiam speciali modo. Consecrationes siquidem ecclesiasticæ non sunt humana tantum opera, sed sunt efficaces ex Christi sacerdotio, a quo sicut per seipsum efficaciam habent sacramentales operationes, quia ab ipso immediate sunt instituta sacramenta, ita participatum in ministris suis efficaciam præbet consecrationibus, quæ ab ipsis fiunt: ita q̃ ex Christi sacerdotio diffuso, participato in nobis, res consecratæ habiles redduntur ad excitandam in nobis reuerentiam, & deuotionē, sicut aqua ex tactu carnis Christi redditæ sunt habiles ad baptismum, & huiusmodi habilitas vocatur spiritualis virtus inchoatiuæ. Et hinc apparet, quòd Deus, qui ante consecrationem erat ecclesiæ præsens, sicut alijs rebus per præsentiam, essentiam, & potentiam, fit postea præsens altari, ecclesiæ, & alijs huiusmodi speciali modo, sicut nouo instrumento ad excitandam reuerentiam, & deuotionem circa diuinum cultum. Perducitur autem ad complementum huiusmodi virtus, cum diuina huiusmodi assistentia actualiter vtitur re consecrata ad excitandam deuotionem, reuerentiā, vel aliquem alium effectum, ad quem res consecrata est sacrēdum. Consonare autem doctrinam hanc supradictis, & literæ huic, & his, quæ communiter opinamur de rebus inanimatis consecratis, facile patet applicando, præter hoc quòd probabilis valde est.

¶ Et hæc de Eucharistia dicta pro nunc sufficiant.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum conuenienter ordinentur ea, quæ circa hoc sacramentum dicuntur.*

182 ⁂ 4. d. 8. q. 1. a. 5. q. 1. ad 2. & d. 8. in expos. lit. Et d. 13. in expos. lit. prin. & dis. 15. q. 4. a. 3. q. 1. cor. Et 1. Timo. 2. lect. 1.

AD QVARTVM sic proceditur. Vr q̃ inconuenienter ordinentur ea, quæ circa hoc sacramentum dicuntur. Hoc. n. sacr̃m verbis Christi consecratur, vt Ambr. dicit in lib. de Sacramentis. Non ergo debent aliqua alia in hoc sacramento dici, quàm verba Christi.

¶ 2 Præt. Verba, & facta Christi nobis per Euangelium innotescunt: sed quædam dicuntur circa consecrationem huius sacramenti, quæ in Euangelijs non ponuntur: non enim legitur in Euangelio quòd Christus in consecratione huius sacramēti, oculos ad cœlū leuauerit. similiter etiam in Euangelijs dicitur: Accipite, & comedite, nec ponitur omnes, cum in celebratione huius sacramenti dicatur: Eleuatis oculis in cœlum: & iterum, Accipite, & manducate ex hoc omnes. inconuenienter ergo huiusmodi verba dicuntur in celebratione huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Omnia sacramenta ordinantur ad salutem fidelium: sed in celebratione aliorum sacramentorum non fit communis oratio pro salute fidelium defunctorum. ergo inconuenienter fit in hoc sacramento.

¶ 4 Præt. Baptismus dicitur specialiter fidei sacramentum. ea ergo, quæ pertinent ad instructionem fidei, magis debēt circa baptismum tradi, quàm circa hoc sacramentum, sicut doctrina Apostolica, & Euangelica.

¶ 5 Præt. In omni sacramento exigitur deuotio fidelium, non ergo magis in hoc sacramento, quàm in alijs deberet excitari deuotio fidelium per laudes diuinas, & per admonitiones, puta cum dicitur, Sursum corda.

¶ 6 Præt. Minister huius sacramenti est sacerdos, vt dictum est.* Omnia ergo, quæ in hoc sacramento dicuntur, a sacerdote dici deberent, & non quædam a ministris, quædam a choro.

* q. 82. artic. 1.

¶ 7 Præt. Hoc sacr̃m per certitudinē operatur virtus diuina. Superflue ergo sacerdos petit huius sacri perfectionem, cum dicit, Quam oblationem tu Deus in omnibus &c.

¶ 8 Præt. Sacrificium nouæ legis multo est excellentius, q̃ sacrificium antiquorū patrum. Inconuenienter ergo Sacerdos petit, quòd hoc sacrificium habeatur sicut sacrificium Abel, Abrahæ, & Melchisedec.

¶ 9 Præt. Corpus Christi, sicut non incipit esse in hoc sacramento per loci mutationem (vt supra dictū est*) ita etiam nec esse desinit. inconueniēter ergo sacerdos petit, Iube hoc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum.

* q. 75. artic. 2.

SED CONTRA est, q̃ dr̃ de consec. dist. 1. Iacobus frater dñi fm carnem, & Basilius Cæsariēsis eps̃ * ediderunt missę celebrationē. ex quorum auctoritate patet conuenienter singula circa hoc dici.

* De cōse. d. 1. c. Iacobus frater Domini. Aliàs i scrip turis addiderunt nobis.

RESP. Dicēdū, q̃ q̃a in hoc sacro totum mysterium nostræ salutis cōprehēdit̃, iō præ cæteris sacris cum maiori solemnitate agit̃, & q̃a scriptum est Eccl. 4. Custodi pedē tuum ingrediens domum Dñi, & Eccl. 18. Ante orationem pp̃ara animā tuam, iō ante celebrationem huius mysterij, primo quidem p̄mittitur pręparatio quędam, ad digne agenda eā, quę sequuntur. Cuius præparationis prima pars est laus diuina, quę fit in introitu, fm illud Psal. 49. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Et sumitur hoc, vt pluries de Psalmis, vel saltem cum Psalmus cantatur, quia vt *Dion. dicit in 3. c. Eccl. hier. Psalmi comprehendunt per modum laudis, quicquid in sacra scriptura continetur. Secunda pars continet cōmemorationem præsentis miseriæ, dum misericordia petitur, dicendo,

* C. 3. Eccle. hier. inter principiū & medium.

Sēt. 4. f. d. 13. q. 2. ar. 4.

SEP. Q. XXIIII. Aliàs 83. Art. IIII.

CONCL. Singula in celebratione huius sacramenti. i. in Missa, secundum quòd ab Ecclesia instituta sūt, dicuntur conueniēter.

¶ PROB. Quia hoc patet inductiue de singulis pertinentibus tū ad partem præparatoriam ad digne agenda omnia ad Missam spectantia, siue pars illa contineat laudem Dei, siue contineat instructionē populi; tum ad oblationem sacrificij consecrandi; tum ad cōsecrationem eiusdem materiæ oblatæ; tum ad perceptionem sacramenti consecrati, siue dicat præparationem ad ipsam perceptionem, siue sit perceptio ipsa, siue dicat gratiarum actionē de ipsa perceptione (ut per ordinem in textu declaratur de his omnibus cōtentis sub quatuor illis principalibus; quæ nos designauimus p ly tū.

¶ Co-

¶Coroll. Ergo tota Missa nihil aliud est, nisi solemnis celebritas Eucharistiæ: cum quæcumque in Missa siue ante, siue post communionem dicuntur, respectum importent ad Eucharistiam. Quare autem hoc sacramentum præ cæteris cum maiori solemnitate agatur; facile patet considerantibus & sacramentū hoc esse in immēsum excellētius cæteris, & in hoc sacramento totum mysterium nostræ salutis contineri.

1m illatio conclusionis. Non ergo debent &c. R. Negatur illatio. §. Non enim dicit Ambrosius; ꝙ nulla verba, ex quibus excitanda procuretur deuotio, ad dignè consecrationem illam solis verbis Christi faciendam, debeant dici. Consecratio ergo solis verbis Christi conficitur (& hoc sufficit. D. Ambrosio): alia vero necesse, &c. vt in tex.

2m de maiori. Verba & facta Christi. R. Multa: non autem, omnia. §. Tunc nih. &c. Nā inter illa, quæ Euāgelistæ de Christo non scripserunt, fuit hoc, ꝙ Dominus in cęna oculos &c. vt in text. Vnde patet: quòd licet ea, de quibus objicitur, non leganꝫ expresse in Euāgelijs: leguntur tamen in suo simili: & hoc sufficit. Non enim requiritur ad recte confitendum aliquid de diuinis, quòd illud semper quò ad verba expresse sit in scripturis: sed sufficit, quòd ibi ponatur quò ad sensum. Vide 1. q. 29. artic. 3. ad 1. & quæst. 32. art. 1. ad primum, & quæstione 36. articu. secundo, ad primum.

¶Not. Cæterū specialiter de ly omnes, habes a simili de calice in eodem contextu. Bibite (inquit) ex hoc omnes. Comedite igitur (inquit, a simili tunc simul annexo) ex hoc omnes. Quantum verò ad ly eleuatis oculis in cælum, confirmaꝫ expresse ex Innoc. Papa, extra de celebr. Missar. c. cum Marthæ.

3m illatio conclusionis. Ergo incōuenienter, &c. R. Negatur illatio. §. Nam Eucharistia, præ cæteris, est sacrm totius &c. vt in text. Ex quo dic: ꝙ defuncti in purgatorio existentes sunt de vnitate ecclesiastica. i. de corpore Ecclesiæ: & cōsequenter ꝙ Chrs est actu caput illorū. Vide 3. de Sal. q. 8. art. 1. 3.

Quar-

cendo, Kyrie eleison, ter quidē pro persona Patris, ter autem pro persona Filii, cū dicitur, Christe eleison, & ter, pro persona Spiritussancti, cū subditur kirie eleison, contra triplicem miseriam, ignorantiæ, culpæ, & pœnæ, vel ad significandum ꝙ omnes personæ sunt in se inuicem. Tertia autem pars commemorat cœlestem gloriam, ad quam tēdimus post præsentem vitam, & miseriā, dicendo, Gloria in excelsis Deo, quæ cantatur in festis, in quib. commemoratur cœlestis gloria: intermittitur autem in officiis luctuosis, quæ ad commemorationem miseriæ pertinent. Quarta autem pars continet orationem, quam sacerdos pro populo facit, vt digni habeantur tantis mysteriis. Secundo, autem præmittitur instructio fidelis populi, quia hoc sacramētum est mysterium fidei, vt supra habitum est: * quæ quidem instructio dispositiue quidem fit p doctrinam Prophetarum, & Apostolorū, quæ in ecclesia legitur per lectores, & subdiaconos. Post quam lectionē, cantatur a choro Graduale, quod significat profectum vitæ, & alleluia, quod significat spiritualem exultationem, vel tractus in officiis luctuosis, qui significat spiritualem gemitum: hæc. n. consequi debent in populo ex prædicta doctrina. Perfecte autem populus instruitur per doctrinā Christi in Euangelio contentā, quæ a summis ministris legitur, s. a Diaconibus: & qua Chro credimus tanquam diuinæ veritati (sm illud Io. 8. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?) lecto Euangelio, symbolum fidei cantatur, in quo populus ostendit, se per fidem Christi doctrinæ assentiri. Cantatur autē hoc symbolum in festis, de quibus fit aliqua mentio in symbolo, sicut in festis Christi & B. Virginis, & Apostolorum (qui hanc fidem fundauerūt) & aliis huiusmodi. Sic igitur populo præparato, & instructo, cōsequēter acceditur ad celebrationem mysterii, quod quidem, & offertur vt sacrificium, & consecratur, & sumitur vt sacramentum. Vnde primo peragitur oblatio: secundo consecratio materiæ oblatæ: tertio eiusdem perceptio. Circa oblationem vero duo aguntur, s. laus populi in cantu offertorii, per quod significatur lætitia offerentium, & oratio sacerdotis, qui petit, vt oblatio populi sit Deo accepta, vnde & 1. Paralip. 29. Dixit Dauid, Ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc, & populum tuum, qui hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria, & postea orat dicēs: Dominus Deus custodi hanc voluntatē. Deinde circa consecrationem, quæ supernaturali virtute agitur, primo excitatur populus ad deuotionē in præfatione, vnde, & moneꝫ sursum corda habere ad Dominum: & ideo finita præfatione, populus deuote laudat diuinitatem Christi, cum Angelis dicens, Sanctus, Sanctus, Sctūs: & humanitatem cum pueris dicens, Benedictus qui venit. Deinde sacerdos secreto cōmemorat, primo quidem pro quibus hoc sacrificium offertur, s. pro vniuersali ecclesia, & p his, qui in sublimitate sunt constituti 1. Tim. 2. & specialiter quosdam, qui offerunt, uel pro quibus offertur. Secundo, commemorat sanctos, quorum patrocinia implorat, pro prædictis, cum dicit, communicantes, & memoriam venerantes, &c. Tertio, petitionem concludit cum dicit, vt hæc oblatio sit illis pro quibus offertur, salutaris. Deinde accedit ad ipsam consecrationem, in qua primo petit consecrationis effectum, cum dicit, quam oblationem tu Deus &c. Secundo consecrationem peragit per verba Saluatoris, cum dicit, Qui pridie &c. Tertio, excusat præsumptionem per obedientiam ad mandatum Christi, cum dicit, Vnde & memores. Quarto petit hoc sacrificium peractum, esse Deo acceptum, cum dicit: Supra quæ propitio, &c. Quinto, petit huius sacrificii, & sacramenti effectum. Primo quidem, quantum ad ipsos sumentes, cum dicit: Supplices te rogamus. Secundo, quantum ad mortuos, qui iam sumere non possunt, cum dicit: memento etiam Domine &c. Tertio, specialiter quantum ad ipsos sacerdotes offerentes, cum dicit, Nobis quoque peccatoribus, &c. Deinde agitur de perceptione sacramenti, & primo præparatur populus ad percipiendum, primo quidem, per orationem communē totius populi (quæ est oratio Dominica, in qua petimus panem quotidianum nobis dari) & etiam priuatam, quam specialiter sacerdos pro populo offert, cum dicit: Libera nos quæsumus domine, &c. Secundo, præparatur populus per pacem, quæ datur dicendo, Agnus Dei. Est enim hoc sacramentum vnitatis, & pacis, vt supra dictum est. * In missis tamen defunctorum, in quibus sacrificium offertur, non pro pace præsenti, sed pro requie mortuorum, pax intermittitur. Deinde sequitur perceptio sacramenti, primo percipiente sacerdote, & postmodum aliis dante: quia vt * Diony. dicit 3. c. Eccle. hier. ille, qui aliis diuina tradit, primo debet ipse particeps esse. Vltimo autem tota missæ celebratio in gratiarum actione terminatur, populo exultante pro sumptione mysterii (quod significat cantus post communionem) & sacerdote per orationem gratias offerente, sicut, & Christus celebrata cœna cum discipulis hymnum dixit, vt dicitur Matth. 26.

* q. 78. ar-

* q. 79. artic. 1. & q. 73. art. 4.

* C. 3. eccl. hier. non multū procul a fine.

Ad primum ergo dicendum, quòd consecratio solis verbis Christi conficitur: alia vero necesse est addere ad præparationem populi sumentis, sicut dictum est. *

* In cor. inātio.

Ad secundum dicendum, quòd sicut dicitur Io. vlt. Multa sunt a Dño facta, vel dicta, quæ Euang. nō scripserūt: inter quæ fuit hoc, ꝙ Dñs in cœna oculos leuauit in cœlū, ꝙ tamen Ecclesia ex traditione Apostolorum habuit. Rationabile. n. vr vt qui in suscitatione Lazari, vt habeꝫ Io. 11. & in oratione, quam pro discipulis fecit, Ioan. 17. oculos leuauit ad Patrem, in huius sacramenti institutione multo magis hoc fecerit, tanquam in re potiori. Quod autem dicitur, Manducate, & comedite, non differt quantum ad sensum: nec multum refert quid dicatur, præsertim cum verba illa non sint de forma, vt supra dictū est. Quod autem additur, omnes, intelligitur in verbis Euangelii: licet nō exprimatur: quia ipse dixerat Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis.

* q. 77. art. 3. & art. 1. ad 2. argu.

Ad tertium dicendum, quòd eucharistia est sacramentum totius ecclesiasticæ vnitatis: & ideo specialiter in hoc sacramento magis, quàm in aliis debet fieri mentio de omnibus, quæ pertinent ad salutem totius ecclesiæ.

Ad

Ad qvartvm dicendũ, q instructio fidei est duplex. Vna, quę fit nouiter imbuendis, s. catechumenis: & talis instructio fit per * baptismũ. Alia aũt est instructio, qua instruit fidelis populus, qui cõicat huic mysterio, & talis instructio fit in hoc sacro: & tamen ab instructione non repelluntur etiã catechumeni, & infideles. vnde dicitur de cõse. dist. 1. * Eps nullum prohibeat ingredi ecclesiam, & audire verbũ Dei, siue Gentilem, siue hæreticum, siue Iudæum, vsque ad missam catechumenorũ, in qua s. continetur instructio fidei.

Ad qvintvm dicendum, q in hoc sacro, & maior deuotio requiritur q̃ in aliis sacramentis, pp hoc q in hoc sacramẽto totus Christus continetur, & etiam cõmunior; quia in hoc sacro requiritur deuotio totius populi, pro quo sacrificium offertur, & non solum percipientium sacramentũ, sicut in aliis sacramentis. & ideo † vt Cyprianus dicit, Sacerdos præfatione præmissa parat fratrum mentes, dicendo: Sursum corda, vt dum respondet plebs, Habemus ad Dominum, admoneatur nihil aliud se, quàm Deum cogitare debere.

Ad sextvm dicendũ, q in hoc sacro, sicut dictum † est, tanguntur ea, quæ pertinent ad totã ecclesiam. & ideo quædam dicuntur à choro, quæ pertinent ad populum: quorum quædam chorus totaliter prosequitur, quæ s. toti populo inspirantur, quædã verò populus prosequitur, sacerdote inchoante, qui personã Dei gerit in signum, q talia peruenerunt ad populũ ex reuelatione diuina, sicut fides, & gloria cęlestis, & ideo sacerdos inchoat Symbolum fidei, & Gloria in excelsis Deo. Quædã verò dicuntur per ministros, sicut doctrina veteris, & noui testamenti, in signũ, q per ministros à Deo missos, est doctrina hęc populis annunciata. Quædam verò sacerdos solus prosequitur: quæ s. ad propriũ officium sacerdotis pertinent, vt s. dona, & preces offerat pro populo, sicut dicitur Hebr. 5. In his tñ quædam dicit publicè, s. quæ pertinent, & ad sacerdotem, & ad populum, sicut sunt orationes cões: quædam verò pertinent ad solum sacerdotem, sicut oblatio, & consecratio, & ideo, quæ circa hæc sunt dicenda, occultè à sacerdote dicuntur. In vtrisque tamen excitat attentionem populi, dicendo, Dñs vobiscum, & expectat assensum dicentium, Amen. & ideo etiam in his, quę secretè dicuntur, publicè pręmittit, Dñs vobiscum. & subiungit, Per omnia sæcula sæculorum. Vel secretè aliqua sacerdos dicit, in signũ, q circa Christi passionem, discipuli non nisi occultè confitebãtur Christum.

Ad septimvm dicendum, q efficacia verborum sacramentalium impediri potest per intentionẽ sacerdotis: nec tamen est inconueniens, q à Deo petamus id, quod certissimè scimus ipsum facturum, sicut Christus Ioan. 17. petiit suam clarificationem. Non tamen videtur ibi sacerdos orare, vt consecratio impleatur, sed vt nobis fiat fructuosa. Vndè signanter dicit, Vt nobis corpus, & sanguis fiat; & hoc significant verba, quæ pręmittit dicens: Hãc oblationem facere digneris benedictam, secundùm † Aug. i. per quam benedicamur, s. per gratiam, ascriptam. i. per quã in cęlo ascribamur: ratã. i. per quam de visceribus Christi esse censeamur: rationabilem, i. per quã à bestiali sensu exuamur: acceptabilem, vt qui nobis ipsis displicemus, per hanc acceptabiles eius vnico filio simus.

Ad octavvm dicendum, q licet hoc sacramentum ex seipso præferatur omnib. antiquis sacrificiis: tamen sacrificia antiquorum fuerũt Deo acceptissima ex eorum deuotione. Petit ergo sacerdos, vt sic hoc sacrificium acceptetur à Deo ex deuotione offerentium, sicut illa accepta fuerunt Deo.

Ad nonvm dicendum, q sacerdos non petit, neque q species sacrãles deferantur in cęlum, neq; q corpus Christi verum, quod ibi esse non desiit; sed petit hoc pro corpore mystico, quod s. in hoc sacro significatur, vt s. orationes sacerdotis, & populi angelus assistens diuinis mysteriis, Deo repræsentet, sm illud Apocal. 8. Ascendit fumus incensorum de oblationibus sanctorum de manu angeli. Sublime autem altare Dei dicitur, vel ipsa ecclesia triumphans, in quam transferri petimus, vel ipse Deus, cuius participationẽ petimus: de hoc. n. altari dicitur Exo. 20. Non ascendes ad altare meũ per gradus, i. in Trinitate gradus non facies. Vel per Angelum intelligitur ipse Christus, qui est magni consilii Angelus, qui corpus suum mysticum Deo patri coniungit, & ecclesiæ triũphanti, & propter hoc etiam missa nominatur: quia per angelum sacerdos preces ad Deum mittit, sicut populus per sacerdotẽ: vel quia Christus est hostia nobis missa à Deo. vnde & in fine missæ Diaconus in festiuis diebus populum licentiat, dicens: Ite, missa est, s. hostia ad Deum per angelum, vt s. sit Deo accepta.

ARTI-

* Aliàs circa

* De consecr. dist. 1. c. Episc.

† In lib. de ordi. Dñi. non multũ remotè ante finem.

† In sol. ad 3. argu. in isto art.

† De cõse. dist. 2. cap. Vtrum sub à medio.

## 4m de concl.

Ad instructionẽ fidei. R. Quæ fit nouiter imbuẽdis. §. Tũc nihil &c. Nã hæc, quæ fit in Missa, est alia. i. ad alium finem facta, seu ordinata: vt declaratur in tex.

## 5m antecedẽs.

In omni sacro exigitur deuotio fideliũ. R. Sed tamen maior, & cõior, in sacramento Eucharistiæ, q̃ in aliis. §. Tunc nihil &c. vt de se patet.

## 6m conclusio.

Omnia, quæ in hoc sacro dicuntur, à sacerdote dici deberent; & non quædã à ministris, quędã à choro. R. Nisi hoc sacramentũ esset sacrm totius Ecclesiasticæ vnitatis. §. In cuius signum vocatur Cõio. Vide q. 14. art. 4. & q. 15. art. 1. & q. 20. artic. 1. & q. 21. art. 4. Tunc &c. Hinc n. quia s. est sacrm ecclesiasticæ vnitatis, fit: q in solẽni celebratione huius sacri debeant tangi ea, quæ pertinẽt ad totam Ecclesiam. Id quod denotatur, per illud q aliqua dicuntur ibi à sacerdote, aliqua à ministris, aliqua à choro: vt declaratur in textu.

## 7m antecedẽs.

Hoc sacrm per certitudinẽ operatur virtus diuina. R. Potest tñ hoc impediri per contrariã intentionẽ sacerdotis. §. scilicet, si non intẽderet facere tunc, quod facit Eccla. Tunc nihil &c. Non. n. est superfluum, q sacerdos postulet à Deo: nè sua voluntas, q est de se volubilis, mutetur in contrarium; sed q firmiter perseueret in intẽdẽdo facere tũc, quod facit Ecclesia. Et hoc postulat sacerdos p ly quã oblationem &c. vt nobis corpus & sanguis fiat. Ex ista responsione prima textuali; vide, quantam volubilitatem annotauit sanctus Doctor in nostra voluntate: vt nunquàm possimus confidere de illius stabilitate vel in paruissimo tẽpore, immò nec pro instanti; nisi Deus stabilitatẽ in ea pro tpe etiã illo breuissimo, immò etiã pro illo instãti, misericorditer faciat. Sacerdotis. n. propinquissimi ad consecrationem, qui semper à principio Missæ continuã habuit intentionem consecrandi, postulatio hæc demonstrat: & q de bona stabilitate uolũtatis nræ, ét in puncto vno (puta in instãti, seu pũcto mortis) nihil prorsus nobis promittere possumus vnq̃; & q semper de instabilitate illius pertimescẽtes (iuxta consiliũ sapiẽtis, Prouer. 28. Beatus homo, qui semper est pauidus) ad Dei misericordiam magnam debemus pro auxilio opportuno concurrere.

## Itẽ illatio cõclusionis.

Responsio secunda.

Superflue ergo &c. R. Negatur illatio. §. Procedit. n. ex falsa imaginatione in antecedente inclusa. s. q postulare à Deo ea, q̃ certò futura scimus, sit superfluũ. Nam hoc non esse inconueniẽs, neque superfluũ; demonstrat oratio Christi ad patrẽ Io. 17. facta p sui clarificatione: quã vtiq; Christus ipse sciebat certissimè esse futurã. Vide rñsum secundũ tex. ly nec tñ est incõueniens &c.

Responsio tertia.

## Itẽ cõclusio.

Superfluè ergo sacerdos petit huius sacri pfectionẽ. R. Non tamen (hoc dato, sed non concesso) sacerdos supfluè petit huius sacri salutiferæ vtilitatis consecutionẽ. §. Quam quidem petit per ly vt nobis corpus & sãguis fiat. Et hoc significãt verba, q̃ præmittit dicens, Hanc &c, vt in tex. Vbi etiam sm excellẽtes Grãmaticos, expone ly nobis, i. ad vtilitatẽ nostram. Tũc &c. vt de se patet. Dixi in formali rñsione ly non cõcesso: vt saluent primæ duæ rñsiones. Vide hoc tertium rñsum in tex. ly non tñ videt ibi sacerdos orare (. s. principaliter); vt consecratio impleatur; sed &c.

## 8m de antecedente.

Multò est excellentius. R. Ex seipso. §. Tũc nihil &c. Quia. n. cum prædicta excellẽtia stare potest; q ex parte nostri non offeratur cum tanta dęuotione, ex q̃ta illi patres, s. Abel, Abrahã, Melchisedech, obtulerunt sua antiqua sacrificia: ideò per illa verba postulamus nobis donari, vt cum æquali deuotione ad pręfictos patres offeramus hoc sacrificiũ; non aũt (qd falsò putauit argũ) vt sacrificiũ hoc nostrũ fiat sm se acceptũ Deo, sicut illorũ, quasi ex seipso nõ sit ita, imò in immẽsum plus, acceptũ ei prę oib' antiquorum sacrificijs.

## 9 illatio conclusionis.

Inconuenienter ergo sacerdos &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex ignorantia, qua ignorat verum sensum verborum

verborum illorum citatorum ex canone Missæ. Per ipsa namque verba sacerdos non petit (vt putabat argumentum) neque quòd species sacramentales deferantur in cœlum, neque quòd deferatur in cœlum corpus Christi verum; quod ibi in cœlo esse non desijt: sed petit hoc pro corpore &c. vt in tex.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem tùm directam (hæc est in corp.) tùm indirectam (hæc est solutio argumentorum) destruas errores illorum: qui non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant 1. Timoth. 1. dicunt (vt ex Concilio Tridentino nunc videre erat): quòd in Canone, vel etiam in aliqua alia parte Missæ continentur errores. Ex solutione enim argumentorum pulcherrimè (more suo) facta, sanctus Doctor demonstratum reliquit, & quòd nulla falsitas in Canone Missæ, nec in alijs partibus eorum, quæ in Missa dicuntur, inuenitur; & quòd illi, qui contrarium asserunt (quorum locum tenent argumenta) ignorantiæ morbo grauissimo laborant. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, errores illorum meritò damnari à Concilio Tridentino sessio. 22. cap. 4. Cùm sancta sanctè administrari conueniat, sitque hoc omnium sanctissimum sacrificium; Ecclesia catholica, vt dignè, reuerenterque offerretur, ac perciperetur, sacrum Canonem multis ante sęculis instituit; ita ab omni errore purum: vt nihil in eo contineatur, quod non maximè sanctitatem, ac pietatem quandam redoleat, mentesque offerentium in Deum erigat. Is enim constat cùm ex ipsis Domini verbis, tùm ex Apostolorum traditionibus, ac sanctorum quoque Pontificum pijs institutionibus. Et cap. 8. Missa magnam continet populi fidelis eruditionem. Et canone 6. Si quis dixerit: Canonem Missæ errores continere; ideoque abrogandum esse; anathema sit. Hæc ibi; & in prioribus locis citatis. Item à Synodo sexta, vt recitatur distinc. 1. Iacobus frater Domini secundùm carnem, cui primum credita est Hierosolymitana Ecclesia, & Basilius Cæsariensis Episcopus, cuius claritas per totum orbem refulsit in scripturis, addiderunt nobis Missæ celebrationem. Hæc ibi. Vbi dicit Glos. Ordinem Missæ celebrandæ tradiderunt. Item à sancto Damaso Papa institutum est, quòd confessio in principio Missæ præmitteretur. A sancto Gregorio Papa; quòd Kyrieeleison nouies in Missa diceretur: vt patet in vitis eorum. De alijs vide Rationale diuinorum officiorum. Item ab Apostolis Missam traditam nobis fuisse; docet B. Ignatius martyr, & S. Ioannis Apostoli discipulus, in epistola 5. ad Smyrnenses: qui & inter alia ibi dicit. Non licet sine Episcopo neque offerre, neque sacrificium immolare, neque Missas celebrare. Item B. Dionysius martyr, & S. Pauli Apostoli discipulus, ab ipsis Ecclesiæ columnis. i. Apostolis institutam fuisse Missam affirmat & cum quanta reuerentia in primitiua Ecclesia celebraretur Missa ipsa, idem manifestat: in lib. Eccles. hierarc. cap. 3. Item B. Marcus Euangelista S. Petri Apostoli discipulus idipsum de Missa insinuare videtur per hoc; quòd ipse fuit dignitate sacerdos (vt testatur B. Hieron. in lib. de viris illustrib.) & tamen pollicem sibi amputasse dicitur, vt sacerdotio reprobus haberetur. Hoc est. Vt ad sacerdotij executionem in celebranda Missa, tanquàm mysterio tanto indignū se reputans, non astringeretur. Ex hoc. n. facto B. Marci patet, quòd Missa tempore suo celebrabatur; & consequenter quòd à S. Petro Apostolo tunc viuo approbata fuit. Item prædictos malitiose errantes in sua illa erronea positione, meritò damnari, & quidem factis ipsis, ab omnibus SS. Pontificibus, Martyribus, Confessoribus, Ecclesiæ catholicæ Doctoribus; qui Missas, dùm in præsenti viuerent, personaliter deuotissimè à mille quingentis nonaginta annis continua successione celebrauerunt. Absit enim à communi omnium sapientum animi conceptione vel minimùm suspicari: tantos virorum proceres omni virtutum genere decoratos ac splendidos admisisse aliquandò aliquod erroneum dictum in Missarum solemnijs à sese celebratarum; vel, si affuisset in dictis ipsis etiam minutissimus error, nunquàm suis perspicacissimis intellectibus depręhendisse; eumque e suis libris non abrasisse; aliosque tùm præsentes tùm futuros verbo aut scripto de eodem abradendo non admonuisse. Ex his ergo omnibus hactenùs præmissis (quę & pro tanto à nobis adducta fuerunt) patet abundantissimè destructio errorum in principio appendicis narratorum. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

SVPER Q. XXIIII. Aliàs 82. Art. v.

183 4. sent. dist. 12. in expo. lit. Et opu. 65. c. 5. Et opu. 66. p totum.

CONCL. Omnia, quę aguntur in celebratione Eucharistiæ, i. in Missa, sunt conuenientia.

¶ PROB. Quia omnia quæ ibi aguntur, vel fiunt ad repræsentandam, aut passionē Christi, aut dispositionem corporis mystici; vel fiunt, tanquàm pertinentia ad bonum Eucharistiæ vsum, i. cum deuotione ac reuerentia exequendum (vt in solutione argumentorū patebit).

Primum

## ARTICVLVS V.

*Vtrum ea, quæ in celebratione huius sacramenti aguntur, sint conuenientia.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ea, quæ in celebratione huius sacramenti aguntur non sint conuenientia. Hoc enim sacramentum ad nouum testamentum pertinet, vt ex forma ipsius apparet. In nouo autem testamento nō sunt obseruandæ cæremoniæ veteris testamenti, ad quas pertinebat, quòd sacerdos, & ministri aqua lauabantur, quando accedebant ad offerendum: legitur enim Exo. 30. Lauabūt Aaron, & filii eis manus suas, ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonii; & quando accessuri sunt ad altare. non est ergo conueniens, quod sacerdos lauet manus suas inter missarum solennia.

¶ 2 Præt. Ibidem Dominus mandauit, quòd Aaron adoleret incensum suaue fragrans super altare, quòd erat ante propitiatorium: quòd etiam pertinebat ad cæremonias veteris testamenti. inconuenienter ergo in missa sacerdos thurificatione vtitur.

¶ 3 Pręt. Ea, quæ in sacramentis ecclesiæ aguntur, non sunt iteranda. Inconuenienter igitur sacerdos multoties iterat cruce signationes super hoc sacramentum.

¶ 4 Præt. Apostolus dicit Hebr. 7. Sine vlla contradictione, quòd minus est, à maiori benedicitur: sed Christus, qui est in hoc sacramento, post consecrationem est multo maior sacerdote. inconuenienter igitur sacerdos post consecrationem, benedicit hoc sacramentum, cruce signando.

¶ 5 Præt. In sacramento ecclesiæ nihil debet fieri, quòd ridiculosum videatur. Videtur autem ridiculosum gesticulationes facere, ad quas pertinere videtur, quòd sacerdos quandoque brachia extendit, manus iungit, digitos complicat, & seipsum * inclinat. ergo hoc non debet fieri in hoc sacramento.

* Aliàs incuruat.

¶ 6 Præt. Ridiculosum esse videtur, quòd sacerdos multotiens se ad populum vertit; & multotiens etiam populum salutat. non ergo debent hæc fieri in celebratione huius sacramenti.

¶ 7 Præt. Apostolus 1. Corint. 1. pro inconuenienti habet, quòd Christus diuisus sit: sed post consecrationem Christus est in hoc sacramento. inconuenienter ergo hostia frangitur à sacerdote.

¶ 8 Præt. Ea, quæ in hoc sacramento aguntur, passionem Christi repræsentant: sed in passione Christi corpus fuit diuisum in locis quinque vulnerū. ergo corpus Christi in quinque partes frangi deberet magis quàm in tres.

¶ 9 Præt. Totum corpus Christi in hoc sacramento seorsum consecratur à sanguine. Inconuenienter ergo vna pars eius sanguini miscetur.

¶ 10 Præt. Sicut corpus Christi proponitur in hoc sacramento vt cibus, ita & sanguis Christi vt potus: sed sumptioni corporis Christi non adiungitur in celebratione missæ alius corporalis cibus. inconuenienter igitur sacerdos post sumptionem sanguinis Christi, vinum non consecratum sumit.

¶ 11 Præt. Veritas debet respondere figuræ, sed de agno paschali, qui fuit figura huius sacramenti, mandatur quòd non remaneret ex eo quicquam vsque mane. inconuenienter igitur hostiæ consecratæ reseruantur, & non statim sumuntur.

¶ 12 Præt. Sacerdos pluraliter loquitur audientibus, cum dicit, Dominus vobiscum, & Gratias agamus: sed inconueniens videtur pluraliter loqui vni, & maximè minori. ergo inconueniens videtur, quòd sacerdos vno tantum ministro præsente, celebret missam. Sic igitur videtur, quòd inconuenienter aliqua agantur in celebratione huius sacramenti.

SED IN CONTRARIVM est, ecclesię consuetudo, quę errare non potest: vtpote Spiritusancto instructa.

RESP. Dicendum, quòd sicut suprà dictum * est, in sacramentis dupliciter aliquid significatur, s. verbis, & factis, ad hoc

* quæst. 60. art. 5. & 6.

**1^m de minori.**

**Non sunt obseruanda cæremoniæ veteris legis.** ℞. Vt cæremoniæ ipsius legis. §. Tunc nihil &c. Nam inter Missarum solemnia obseruatur cæremonia lotionis manuum, non tanquàm cæremoniale præceptum antiquæ legis (in cuius signum, prætermittitur ablutio pedum); sed, tanquàm ab Ecclesia institutum sicut quoddam secūdùm se conueniens. Ablutionem enim fieri in celebratione Missæ fieri est conueniens ad reuerentiam vius tanti sacramenti.i. quam sacerdos celebrans debet habere in vtendo hoc sacramēto. Et hoc dupliciter. Primò quidē, quia &c. vt in textu. Vide 1.2.q. 103.art.3. & q.104. artic.3. item 2.2.q.147. art.5. ad secundū, semper cum Elucid.

De manuū & digitorū ablutione.

**2^m conclusio.**

Inconuenientèr in Missa sacerdos thurificatione vtitur. ℞. Si vteretur ea, tāquàm cæremoniali veteris legis præcepto. §. Tunc nihil &c. Nam neque in Missa, neque aliàs, nos thurificatione vtimur, quasi cæremoniali &c. vt in textu.

* c.3.eccle. hier. à medio illius.

* Eodē loco nunc dicto.

**3^m de antecedente.** Nō sunt iteranda. ℞. Sine causa. §. Tunc nihil &c. Crucesignationes enim in Missa quoties iterantur; non sine causa, immo ex magna causa iterantur. Vt patet in duplici responsione textus: quarum secūda est ibi, Potest autem breuius dici &c.

* Aliàs, q magis sufficit.

* lib.3.tex. 38. tom 2.

**4^m illatio conclusionis.** Inconueniēter igitur post consecrationem &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam sacerdos post consecrationē non vtitur crucesignatione (vt putat argumētum) ad benedicendum &c. vt in textu. Ex quo dic: quòd illa sententia Hebr. 7. intelligitur formaliter, i. de benedicere, vt benedicere; hoc est, de benedicere ad benedicendum: & quòd ideò extra propositum præsens adducitur.

De Thurificatione.

**5^m de minori.**

Videtur ridiculosum, gesticulationes facere. ℞. Nisi fiant ad aliquid boni

ad hoc q sit perfectior significatio. Significatur aūt verbis in celebratione huius sacramenti, quædā pertinentia ad passionem Christi, quæ repræsentatur in hoc sacramēto, vel etiam ad corpus mysticum, quòd significatur in hoc sacramēto, & quædam pertinentia ad vsum huius sacramenti, qui debet esse cum deuotione, & reuerentia. & ideo in celebratione huius mysterii quędā aguntur ad repræsentandam passionem Christi, vel etiam dispositionem corporis mystici, & quædam aguntur pertinentia ad deuotionem, & reuerentiam huius sacramenti.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ablutio manuum fit in celebratione missæ, propter reuerentiam huius sacramenti. & hoc dupliciter. Primo quidem, quia aliqua pretiosa tractare non consueuimus, nisi manibus ablutis. vnde indecens videtur, quòd ad tantum sacramentum aliquis accedat manibus etiam corporaliter inquinatis. Secundo, propter significationem: quia, vt Dion.* dicit 3.eccles.hierarc. extremitatum ablutio significat emundationē etiā à minimis peccatis, secundùm illud Ioan.13. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet. & talis emundatio requiritur ab eo, qui accedit ad hoc sacramentum: quod etiā significatur per confessionem, quę fit ante introitum missæ. & hoc idē significabat ablutio sacerdotum in veteri lege, vt ibidem Dion.* dicit. Nec tamen ecclesia hoc seruat tāquàm cęremoniale veteris legis præceptum, sed quasi ab ecclesia institutum, sicut quiddam secundùm se conueniens. & ideo non eodem modo obseruatur sicut tunc. prætermittitur enim pedum ablutio, & seruatur ablutio manuum, quę potest fieri magis in promptu,* & quæ sufficit ad significandam perfectam mundationem. Cùm enim manus sit organum organorum, vt dicitur 3. de anima,* omnia opera attribuūtur manibus; vnde in Psal.23. dicitur, Lauabo inter innocentes manus meas.

Ad secvndvm dicendum, q etiā thurificatione non vtimur quasi cæremoniali præcepto legis, sed sicut ecclesiæ statuto. vnde non eodem modo vtimur, sicut in lege veteri erat statutum: Pertinet autē ad duo. Primo quidem, ad reuerentiā huius sacramenti, vt s. per bonum odorem depellatur si quid corporaliter praui odoris in loco fuerit, quod posset prouocare horrorem. Secundo, pertinet ad repræsentandum effectum gratiæ, qua sicut bono odore Christus plenus fuit, secundùm illud Genes.27. Ecce odor filii mei. sicut odor agri pleni, & à Christo deriuatur ad fideles officio ministrorū, secundùm illud 2.Cor.2. Odorem notitiæ suæ spargit per nos in omni loco. & ideo vndique thurificato altari, per quod Christus designatur, thurificantur omnes per ordinem.

Ad tertivm dicendū, quòd sacerdos in celebratione missæ vtitur crucesignatione, ad exprimendā passionem Christi, quæ ad crucem est terminata. Est autem passio Christi quibusdam quasi gradibus peracta. Nam primo fuit Christi traditio, quæ facta est à Deo Iuda, & Iudæis, quòd signat trina crucesignatio, supra illa verba, Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata. Secundo fuit Christi venditio. est autem venditus sacerdotibus, scribis, & pharisæis. Ad quod significandum fit iterum trina crucesignatio supra illa verba, Benedictam, ascriptam, ratam. Vel ad ostendendum pretium venditionis, s. triginta denarios. Additur autem, & duplex super illa verba, Vt nobis corpus, & sanguis &c. ad designandam personam Iudæ venditoris, & Christi venditi. Tertio autem, fuit præsignatio passionis Christi facta in cœna. Ad quod designādum fiunt tertio duę cruces, vna in consecratione corporis, alia in cōsecratione sanguinis. vbi vtrobique dicitur, Benedixit. Quarto autem fuit ipsa passio Christi. vnde ad repręsentandū quinque plagas Christi, fit quarto quintuplex crucesignatio super illa verba, Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitę æternæ, & calicem salutis perpetuæ. Quinto, repræsentatur extensio corporis, & effusio sanguinis, & fructus passionis per trinā crucesignationem, quæ fit super illis verbis, Corpus, & sanguinem sumpserimus, omni benedictione &c. Sexto, repręsentatur triplex oratio, quam fecit in cruce. Vnam pro persecutoribus, cum dixit, Pater ignosce illis. Secundam pro liberatione à morte, cum dixit, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Tertia pertinet ad adeptionem glorię, cum dixit, Pater in manus tuas commendo spiritū meum. Et ad hoc significandū, fit trina crucesignatio super illa verba, Sanctificas, viuificas, benedicis, &c. Septimo, repræsentantur tres horę, quibus pependit in cruce, s. à sexta vsque ad horam nonam. & ad hoc consignificandum fit iterū trina crucesignatio ad illa verba, Per ipsum, & cum ipso, & in ipso. Octauo autem repræsentatur separatio animæ à corpore per duas cruces subsequenter extra calicem factas. Nono autem repræsentatur resurrectio tertia die facta, per tres cruces, quæ fiunt ad illa verba, Pax Domini sit semper vobiscum. Potest autem breuius dici, quòd consecratio huius sacramenti, & acceptatio huius sacrificii, & fructus ipsius procedit ex virtute crucis Christi. & ideo vbicumque fit mentio de aliquo horum, sacerdos crucesignatione vtitur.

Responsio secunda.

Ad qvartvm dicendum, quòd sacerdos post consecrationem non vtitur crucesignatione ad benedicendum, & consecrandum, sed solum ad commemorandam virtutem crucis, & modum passionis Christi, vt ex dictis* patet.

* In sol. pręced.

Ad qvintvm dicendum, quòd ea, quę sacerdos in missa facit, non sunt ridiculosę gesticulationes: fiunt enim ad aliquid repræsentandum. Quòd enim sacerdos brachia extendit post consecrationem, significat extensionem brachiorum Christi in cruce. Leuat etiam manus orando, ac designan-

boni repræsentandum. §. Tunc nihil &c. Nam ea, q sacerdos in Missa facit, non sunt ridiculosæ gesticulationes, sed mysteriis sacris plena. Fiunt enim ad sacrum aliquid repræsentandū. Quòd. n. sacerdos brachia extendit &c. vt in tex. Ex quo dic primò: quòd illi, qui talia acta à sacerdote deridēt (vt sunt hæretici in argumentis illis, sicut & in aliis depicti) non attendunt finem, ad quem fiunt: sed solùm, velut irrationabilia pecora 2. Pet.2. & tanquàm muta animalia, ad exteriora inspicientes quæcūque quidem ignorant, blasphemant; quęcūque autem naturaliter norunt, in his corrumpunt (Iudæ epist.1.) Secundo ex eodem textu nota; quàm reuerenter, quanta pietate, quàm cum deuota maturitate, atque decenti grauitate, sacerdos facere tales gestus debeat: tùm pro significatione mysteriorum, in quorum gratiam ordinati sunt; tùm pro ædificatione fideliū astantium; tùm ad obstruendum os loquentium iniqua. Id quod dicendum est de crucesignationibus, Dominus vobiscum, & aliis omnibus.

De crucis varia in missa significatione.

Sextum

designandum, q oratio eius dirigitur pro populo ad Deum, secundùm illud Thre. 3. Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominũ in cœlos. & Exod. 17. dicitur, quòd cum leuaret Moyses manus, vincebat Israel. Quòd autem manus interdum iungit, & se inclinat, est suppliciter, & humiliter orantis, & designat humilitatem, & obedientiam Christi, ex qua passus est. Digitos autem iungit post consecrationem, s. pollicẽ cum indice, quibus corpus Christi consecratum tetigerat, vt si qua particula digitis adhæserit, non dispergatur, quod pertinet ad reuerentiam sacramenti.

Ad sextvm dicendum, q quinquies se sacerdos vertit ad populum, ad significandum, q Dominus die resurrectionis quinquies se manifestauit, vt suprà * dictum est in tract. de resurrec. Christi. Salutat autem septies populum, s. quinque vicibus, quibus se conuertit ad populum, & bis quando se non conuertit, s. cum ante præfationẽ dicit, Dominus vobiscum, & cum dicit, Pax Domini sit semper vobiscum, ad designandum septiformem gratiã Spiritussancti: Episcopus autem celebrans in festis, in prima salutatione dicit, Pax vobis; quod post resurrectionem discipulis dixit Dominus, cuius personam repræsentat præcipuè episcopus.

Ad septimvm dicendum, q fractio hostiæ tria significat: primo quidem ipsam diuisionem corporis Christi, quæ facta est in passione: secundo distinctionem corporis mystici secundùm diuersos status: tertio distributionem gratiarum procedẽtium ex passione Christi, vt Dionys. * dicit 5. c. eccl. hierar. vnde talis fractio nõ inducit diuisionẽ Christi.

Ad octavvm dicendũ, quòd sicut Sergius Papa dicit, * & habetur de consec. dist. 2. triforme est corpus Domini. Pars oblata in calicem missa, corpus Christi quod iam resurrexit, monstrat, s. ipsum Christum, & beatam Virginem, vel si qui alii sancti cum corporibus iam sunt in gloria. Pars comesta ambulantes adhuc super terram, quia s. viuentes in terra, sacramẽto * vniuntur, & passionibus conteruntur, sicut & panis comestus conteritur dentibus. Pars in altari vsque ad finem missę remanẽs, corpus in sepulchro, quia vsque in finem sæculi, corpora sanctorum in sepulchris erunt, quorum tamẽ animæ sunt, vel in purgatorio, vel in cœlo. Hic tamen ritus non seruatur modo, vt s. vna pars seruetur vsque in finem missæ, propter periculum. Manet tamen eadem significatio partium: quam quidã metricè expresserunt dicentes.

*Hostia diuiditur in partes, tincta beatos*
*Plenè, sicca notat viuos, seruata sepultos.*

Quidam tamen dicunt, q pars in calicem missa, significat eos, qui viuunt in hoc mundo, pars autem extra calicem seruata significat plenè beatos, s. quantum ad animam, & corpus: pars autem comesta, significat cæteros.

Ad nonvm dicendum, quòd per calicem duo possunt significari. Vno modo ipsa passio Christi, quæ repræsentatur in hoc sacramento, & secũdùm hoc per partem in calicẽ missam, significãtur illi, qui adhuc sunt participes passionum Christi. Alio modo, potest significari fruitio beata, quæ etiam in hoc sacramẽto prefiguratur. & ideo illi, quorum corpora iam sunt in plena beatitudine, significantur per partem in calicem missam. Et est notandum, q pars in calicem missa, non debet populo dari in supplementum communionis: quia panem intinctum non porrexit Christus, nisi Iudæ proditori.

Ad decimvm dicendũ, quòd vinum ratione suæ humiditatis est ablutiuum. & ideo sumitur post susceptionem huius sacramenti, ad abluendum os, ne aliquæ reliquiæ remaneant, quod pertinet ad reuerentiam sacramenti. vnde extrà, de celebr. miss. * c. ex parte: Semper sacerdos vino os perfundere debet, postquam totum percepit eucharistiæ sacramentum, nisi cum eodem die aliam missam debuerit celebrare, ne si fortè vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret. & eadem ratiõne perfundit vino digitos, quibus corpus Christi tetigerat.

Ad vndecimvm dicendũ est, quòd veritas quantũ ad aliquid debet respondere figuræ, quia s. nõ debet pars hostiæ consecratæ, de qua sacerdos, & ministri, vel etiam populus cõmunicat, in crastinum reseruari. vnde, vt habetur de consecr. dist. 2. Clemens Papa * statuit, quòd tanta holocausta in altari offerãtur, quanta populo sufficere debeant, q si remanserint, in crastinum non reseruentur, sed cum timore, & tremore clericorum diligentia consumantur: quia tamen hoc sacramentum quotidie sumendum est, non autem

**6m antecedens.** Ridiculosum esse videtur, quòd sacerdos multotiens se ad populum uertit; multotiens etiam populum salutat. ℞. Nisi hæc omnia, & singula fierent ad aliquid sacrum significandum. §. Tunc nihil &c. Nam omnia & singula tacta ab argumento fiunt ad significandum aliquod mysteriũ sacrum. Quinquies enim se sacerdos vertit ad populũ &c. vt in tex. Vide illa duo extracta ex respõ. ad quintum.

**7m minor.** Post consecrationẽ Christus est in hoc sacro. ℞. Non tamẽ per diuisionem sacramẽti diuiditur Christus. §. q. 18. ar. 7. Sed illa fractio hostiæ fit ad significãdum tria. Primò quidem &c. vt in tex. Tũc nihil &c. vt patet.

**8m de maiori.** Passionem Christi. ℞. Vel corpus Christi mysticum. §. Vt in probatione conclusionis articuli. Tũc nihil &c. Trifaria enim diuisio hostiæ repræsentat hoc, s. q corpus Christi mysticum est triforme (secundùm quòd declaratur in tex.)

**9m illatio conclusionis.** Inconuenienter ergo &c. Negatur illatio. §. Non enim ista missio partis hostiæ in sanguinem fit (vt putat argumentum) ad denotandum, quod totũ corpus Christi verum non sit in hoc sacramento seorsum à sanguine; sed fit ad denotandũ aliud, s. corporis mystici eius dispositionem, secundũ quod per calicem duo possunt significari (vt declaratur in tex.)

**10m illatio cõclusionis.** Inconuenienter igitur sacerdos &c. ℞. Negat illatio. §. Non enim est eadem ratio de cibo & potu in hoc. Nã vinum ratione suæ humiditatis est ablutiuũ; quod non est de ratione cibi. Et ideò nõ alius cibus, sed vinum sumitur post susceptionẽ huius &c. vt in tex.

**11m maior.** Veritas debet respondere figuræ. ℞. Quantum ad aliquid: non autem, quantum ad omnia. §. i. quãtum ad illa, quæ per figuram sunt figurata: nõ autem, quantũ ad alia. Tunc nihil &c. Nam illud dictum minoris de agno paschali, qui erat Eucharistię figura, q. 14. art. 6. non quantum ad omnia figuras, stando in proposito; sed quantum ad aliqua. Et ideò non debet pars hostiæ consecratæ, de qua ministri vel etiam populus &c. vt in tex.

¶ Not. Textus iste condemnat hæresim Lutheri dicentis: Eucharistiæ sacramentum non esse seruandum in tabernaculo, in altari, aut in quocumque alio loco; propterea quòd in sacramento ipso non est verum Christi corpus extra actualem sumptionem. Item confirmatur præsens textus ex Concilio Tridentino, dùm hãc ipsam hęresim damnat sessio. 13. cap. 3. Illud in ea excellens, & singulare reperitur: quòd reliqua sacramenta tunc primùm sanctificãdi vim habẽt, cùm quis illis vtitur: At in Eucharistia ipse sanctitatis author ante vsum est: Nõdum enim Eucharistiam de manu Domini Apostoli susceperant; cùm vere tamẽ ipse affirmaret, corpus suum esse, quod præbebat. Hæc ibi. Et cap. 5. Declarat sancta Synodus: pie, & religiose admodum in Dei Ecclesiam inductũ fuisse hũc morem; vt singulis annis peculiari quodam, & festo die præcelsum hoc & venerabile sacramentum singulari solẽnitate celebraretur, vtque in processionibus reuerenter & honorificè illud per uias & loca publica circumferretur. Aequissimum est enim sacros aliquos statutos essẽ dies; cùm Christiani omnes singulari, ac rara quadam significatione gratos & memores testentur animos erga communem Dominum & Redemptorẽm pro tãm ineffabili, & planè diuino beneficio; quo mortis eius victoria, & triumphus repræsentatur. Atq; siquidẽ oportuit; victricem veritatẽ de mendacio, & hæresi triumphum agere: vt eius aduersarij in conspectu tanti splendoris, & in tanta vniuersæ Ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati, & fracti tabescant; vel pudore affecti & confusi aliquando resipiscãt. Hæc ibi. Quæ pro tanto hic adducta sunt: pro quanto manifeste cum vniuersa Ecclesia ostẽdunt, & quòd in aliquo loco conseruari debet Eucharistiæ sacramentum; & quòd in eo est verissime Christus etiam extra actualem sumptionem, qui adoratur latria soli Deo debita (vt in eod. cap. Concilium idem præmiserat). Et cap. 6. Consuetudo asseruãdi in sacrario sanctam Eucharistiã adeò antiqua est: vt eam sęculum etiam

Nicęni

* q. 55. art. 3. arg. 3.
* c. 3. eccle. hier. à medio.
* De consec. d. 2. c. triforme.
* Aliàs, vniuntur
* In Decr. li. 3. tit. 41. c. ex parte, & est c. 5. De cõsecr. dist. 2. c. 5. De cõsecr. d. 2. c. Tribus gradibus.

Nicęni Concilij agnouerit. Quare sancta hæc Synodus, retinẽdum omninò salutarem hunc, & necessarium morem statuit. Hæc ibi. Et cano. 4. Si quis dixerit non hostijs, seu particulis consecratis, quæ post communionem reseruantur, vel supersunt, non remanere verum corpus Domini; anathema sit. Et cano. 7. Si quis dixerit non licere, sacram Eucharistiam in sacrario reseruari; sed statim post consecrationem astantibus necessariò distribuendam: aut non licere, vt illa ad infirmos honorificè deferatur; anathema sit. Et cano. 6. Si quis dixerit in sancto Eucharistię sacramento Christũ vnigenitum Dei filiũ non esse cultu latriæ, etiam externo, adorandum: atque ideò nec festiua peculiari celebritate venerandum; neq; in processionibus, secundùm laudabilem & vniuersalem Ecclesiæ sanctæ ritum & consuetudinem, solemniter circumgestandum; vel non publicè, vt adoretur, populo proponendum; & eius adoratores esse idolatras; anathema sit. Hæc ibi. Ex quibus nunc vltimò recitatis damnatur etiam hæresis Begardorum & Beguinarum dicentium: quòd in eleuatione corporis Christi non debent assurgere, nec ei reuerentiam exhibere: eò quòd esset imperfectionis eisdem, si à puritate & altitudine suæ contemplationis tãtum descenderent, quòd circa mysterium seu sacramentum Eucharistiæ, aut circa passionem humanitatis Christi, aliqua cogitarent. Quam hæresim & Papa Clemens V. sacro approbante Concilio Viennensi, atque sectam illam, damnauit & reprobauit omninò. Vt videre est in lib. Clementinar. titu. de hæret. cap. Ad nostrum. Denique textus præsentis responsi confirmatur quoque ex scripturis: quas, ne nimis notatio hæc protrahatur in longum, vide tu in Veritatibus aureis super totam legem veterem, Leuit. 6. conclus. 4. & cap. 24. concl. 1.

*De conse crat. d. 2. c. pbyter.

*De conse crat. d. 2. c. Hoc quoque statutum est.

12^m minor. Inconueniens videtur; pluraliter loqui vni soli, & maxime minori. ℞. Nisi ille solus, etiam minor, haberet vel repræsentaret aliquid ipsa plurali allocutione dignum. §. Tunc nihil &c. Nam minister ille vnus, & minor, qui Missæ deseruit, gerit personam totius populi catholici: atque ideo repræsentat aliquid dignum, cui sacerdos pluraliter loquatur. In signum autem, quòd repræsentet populum; respondet & ipse pluraliter: vt cùm sacerdoti dicenti, Sursum corda, respondet, Habemus ad Dominum.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hęreses Sectariorum dicentium; Cæremonias nullas debere esse in Ecclesia. Et Antidiaphoristarum dicentium; Cæremonias antiquas nullas debere esse in Ecclesia. Per ly antiquas, non intelligunt veteris legis; sed nouæ: à primis tamen sęculis huius legis obseruatas. Antidiaphoristæ siquidem sunt ex rigidorum Confessionistarum nostri sæculi factione: qui impugnant Ecclesiã in prædicta positione; quam tamen non impugnarent tunc, cùm Ecclesia nullas veteris legis, vt veteris, obseruet cæremonias. Voluerunt ergo & hi Antidiaphoristæ per illud suum dictum esse Nouatores, i. primitiuæ Ecclesiæ cæremoniarum damnatores. Et quoniam illæ, quæ nunc fiunt ab Ecclesia in Missarum celebratione, à primoribus nostris Patribus quin & ab Apostolis (vt videre est suprà ex artic. 4. appen.) traxerunt originem; ideò dicuntur antiquæ: & pro tanto, articulum præsentẽ Diui Thomæ militare contra Antidiaphoristarum insanã positionẽ, asseruimus. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, has meritò damnari à Concilio Triđ. sess. 22. cap. 5. Cùm natura hoĩum ea sit, vt non facile queat, sine adminiculis exterioribus ad rerum diuinarum meditationẽ sustolli: proptereà pia mater Ecclesia ritus quosdam, vt s. quædam summissa voce, alia uerò elatiore, in Missa pronunciarentur, instituit. Cæremonias item adhibuit; vt mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliaque id genus multa, ex Apostolica disciplina & traditione: quò & maiestas tanti sacrificij commendaretur; & mentes fideliũ per hæc visibilia religionis & pietatis signa ad rerum altissimarũ, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur. Hæc ibi. Et canon. 7. Si quis dixerit: cæremonias, vestes, & externa signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia catholica vtitur, irritabula impietatis esse magis, quàm officia pietatis: anathema sit. Et canone 9. Si quis dixerit: Ecclesiæ Romanæ ritum, quo summissa voce pars Canonis, & verba consecrationis proferuntur; aut lingua tantùm vulgari Missam celebrari debere; aut aquam non miscendam esse vino in calice offerendo, eò quòd sit contra Christi institutionem: anathema sit. Hæc ibi. Item damnari à dictis in secunda secundæ articulorum num. 432. 500. & 4. 663. cum Elucidat. Item à scripturis in figura: vt patet per Veritates aureas super totam legem veterem, Numer. 18. conclus. 2. & cap. 4. conclus. 1. & cap. 10. concl. 2. & cap. 18. conclus. 2. item Exod. 25. conclus. 4. Ibi etiam de cultu externo multa reperies contra indoctos & instabiles 2. Pet. 3. quæ ad hunc locum (secundùm quòd solerti ingenio prudens lector suauiter applicabit) magnam partem vtilitatis conferunt. Quocirca etiam in eisdem Veritatibus aureis vide Exod. 26. conclus. 1. & cap. 38. concl. 1. & cap. 39. concl. 1. item Leuit. 16. concl. 1. Quia verò de cæremonijs Ecclesiasticis in Missa, earumq; conuenientia, dignitate, ac vtilitate, & articulus, & superiora meminerunt: ideò ad pleniorem notitiam talium cæremoniarum, conuenientiæ suæ, dignitatis, excellentiæ, atque vtilitatis (quod maximè ad articulum pręsentem elucidandum faciet) vide libellum nostrũ; cuius titulus Latinus est, SACERDOS IN AETERNVM, & immediatè vulgaris, CERIMONIE DELLA MESSA. Cuius tituli duplicis ratio tibi in frontispicio reddita grauissimus erit testis notitiæ plenioris rerum earum; quas illinc habendas à te nunc ipsi promisimus. Tertiò vides: quomodo ex ijs si bene pensentur & applicentur (quod hic, & vbique, tuum est) doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

agnus paschalis quotidie sumebat, ideo oportet alias hostias consecratas pro infirmis conseruare. vnde in eadem distin. legitur, * Presbyter eucharistiam semper habeat paratam, vt quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur.

AD DVODECIMVM dicendum, ꝙ in solenni celebratione missę, plures debent adesse. vnde Soter Papa * dicit, vt habetur de consecr. distin. 1. Hoc quoque statutum, vt nullus presbyterorum, missarum solénia celebrare præsumat, nisi duobus pręsentibus, sibique respondentibus, ibi tertius habeatur: quia cum pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobiscum, & illud in secretis, Orate pro me, apertissimè cõuenit, vt ipsius respondeatur salutationi: Vnde, & ad maiorem solennitatem, ibidem statutum legitur, quòd episcopus cum plurib. missarum solennia peragat: in missis tamen priuatis sufficit vnum habere ministrum, qui gerit personã totius populi catholici, ex cuius persona sacerdoti pluraliter respondet.

---

SVPER Q. XXIIII. Aliàs 23. Art. vi.

184

4. d. 13. in exposi. lit.

COncl. Periculis, seu defectibus circa huius sacramẽti celebrationẽ. i. circa Missam cõtingentibus, potest dupliciter occurri.

¶ Not. Ex conclusione hac relinquit sanctus Doctor intelligendum; quòd titulo quæsiti satisfactũ est. Nam seruatis his modis per conclusionem istam dictis, quibus occurri potest defectibus huiusmodi satisfit statutis Ecclesiæ sano modo intellectis; saltem non transgrediendo illa: vt videre est in responsionibus ad argumenta. Vt autem explicite id, quod virtualiter præsupponendo hic dixit Diuus Thomas, aperiamus; ad tituli literã dicamus hoc modo. Sufficienter occurri potest defectibus, circa Eucharistiæ celebrationem occurrentibus; statuta Ecclesiæ seruando.

¶ Prob. Quia periculis huiusmodi, seu defectibus potest occurri vel præueniendo, vel subsequendo (vt clarè manifestatur in tex.)

Primum

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum possit sufficienter occurri defectibus circa celebrationem huius sacramenti occurrentibus, statuta ecclesia obseruando.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur ꝙ non possit sufficiẽter occurri defectibus, qui circa celebrationem huius sacramenti occurrunt, statuta ecclesiæ obseruando. Contingit enim quãdoque, ꝙ sacerdos ante consecrationẽ, vel post moritur, vel alienatur, vel aliqua alia infirmitate impeditur, ne sacramentum sumere possit, & missam perficere. ergo videtur quòd non possit impleri statutum ecclesię, quo præcipitur ꝙ sacerdos consecrans, suo sacrificio communicet.

¶ 2 Præt. Contingit quandoque, ꝙ sacerdos ante consecrationem, vel post recolit se aliquid comedisse, vel bibisse, vel etiam alicui peccato mortali subiacere, vel etiam excommunicationi, cuius prius memoriam non habebat. necesse est ergo, ꝙ ille, qui est in tali articulo constitutus, peccet mortaliter, contra statutum ecclesiæ faciens, siue sumat, siue non sumat.

¶ 3 Præt. Contingit quandoque, ꝙ in calicẽ musca, vel aranea, vel aliquod animal venenosum cadit post consecrationem, vel etiam cognoscit sacerdos calici venenum esse immissum ab aliquo maleuolo causa occidendi ipsum. In quo

casu si

**1^m illatio conclusionis.** Ergo videtur &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex eo, quòd non plenè intelligit uerum sensum illius statuti Ecclesiæ; quod adducit. Nam statutum illud, si rectè ad plenum intelligatur, stat simul cum casu illo; qui adducitur in antecedente. Intelligitur enim cum limitatione ista, s. vita, & sanitate, sacerdotis celebrantis comite. Vndè (stante illius statuti veritate inoffensa) si sacerdos morte, aut infirmitate graui occupetur &c. vt in tex. Ex quo patet: quòd, secundùm statutum Ecclesiæ rectè intellectum & obseruatum, occurri potest huic periculo seu defectui; si quandò in celebrando Missam contigerit (vt per conclusionem articuli virtualiter dicebatur in communi: vt patet in not. post ipsã). Id quod etiam ex alijs textibus subsequẽtium responsionũ semper intellige: applicando tamen, secundùm quod materia patietur.

Aliàs sacrificium.

**2^m illatio conclusionis.** Necesse est ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex hoc, quòd non intelligit plene verum sensum statuti Ecclesiæ; quod adducit. Nam statutum illud, si rectè ad plenũ intelligatur, stat simul cum casu illo; qui ponitur in antecedente. Intelligitur enim cum limitatione ista, s. cessante periculo maioris criminis ineuitabili. Vndè, (stante adhuc illius statuti veritate inoffensa) si sacerdos post consecrationem incœptã recordetur &c. vt in tex. Ex quo patet; quòd secundùm statutum &c. vt ad primum.

**3^m illatio conclusionis.** Ergo videtur esse perplexus &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex hoc, quod non plene intelligit bonum sensum statuti Ecclesiæ; quod adducit. Nam statutum illud, si rectè ad plenum intelligatur, stat simul cum casu illo; quod est in antecedente. Intelligitur siquidem cum limitatione hac, s. remoto periculo manifesto vitæ corporalis, & posita diligenti cura circa reliquias. Vnde (stãte adhuc illius statuti veritate inoffensa) si musca, vel aranea in calicem &c. vt in tex. Ex quo patet; quod &c. vt ad primum.

**4^m conclusio.** In hoc etiam casu videtur esse perplexus. ℞. Nisi adesset remedium, quod ipse facere posset. §. Tũc nihil &c. Nam, posito illo casu, datur adhuc remedium, quo sacerdos vti potest. Si enim ante consecrationem sanguinis, etiam post consecrationem corporis, percipiat, quòd uinum &c. vt in tex.

Quin-

casu si sumat, videtur mortaliter peccare, se occidendo, vel Deum tentando, similiter si non sumat peccat, cõtra statutum ecclesiæ faciens. ergo videtur esse perplexus, & subiectus necessitati peccandi, quod est inconueniens.

¶ 4 Præt. Contingit quandoque quod per negligentiam ministri, aut aqua non ponitur in calice, aut etiam, nec vinum, & hoc sacerdos aduertit. ergo in hoc etiam casu videt esse perplexus, siue sumat corpus, sine sanguine, quasi imperfectum faciẽs sacramentum, siue non sumat, nec corpus, nec sanguinem.

¶ 5 Præt. Contingit quandoque, quod sacerdos non recolit se dixisse verba consecrationis, vel etiam alia, quæ in celebratione huius sacramenti dicuntur. Videtur ergo peccare in hoc casu, siue reiteret verba super eandẽ materiam, quæ forte iam dixerat, siue vtatur pane, & vino non consecratis, quasi consecratis.

¶ 6 Præt. Contingit quãdoque propter frigus, quòd sacerdoti dilabitur hostia in calicem, siue ante fractionem, siue post. In hoc ergo casu non poterit sacerdos ritum ecclesiæ implere, vel de ipsa fractione, vel etiam de hoc, quòd sola tertia pars mittatur in calicem.

¶ 7 Præt. Contingit quandoque, quod per negligentiam sacerdotis sanguis Christi effunditur, vel etiam, quòd sacerdos sacramentum sumptum vomit, aut etiam quòd hostiæ consecratæ, tamdiu conseruantur, vt putrefiant, vel etiam à muribus corrodantur, vel etiam qualitercumque perdantur. In quibus casibus non videtur posse huic sacramento debita reuerentia exhiberi secundùm ecclesiæ statuta. Non videtur ergo, quòd his defectibus, seu periculis occurri possit, saluis ecclesiæ statutis.

SED CONTRA est, quòd sicut Deus, ita ecclesia non præcipit aliquid impossibile.

RESP. Dicendum, quòd periculis, seu defectibus circa hoc sacramentum contingentibus dupliciter potest occurri. Vno modo præueniendo, ne s. periculum accidat: alio modo subsequendo, vt s. id, quod accidit emendetur, vel adhibendo remedium, vel saltem per penitentiam eius, qui negligenter egit circa hoc sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd si sacerdos morte, aut infirmitate graui occupetur ante consecrationem corporis, & sanguinis Domini, nõ oportet vt per alium suppleatur. Si verò incœpta consecratione hoc acciderit, puta consecrato corpore ante consecrationem sanguinis, vel etiam cõsecrato vtroque, debet missæ celebritas per aliũ expleri. Vnde, vt habetur in Decr. 7. q. 1. cap. nihil, in Tolet.* Concilio legitur, Censuimus conuenire, vt cum à sacerdotibus missarum tempore mysteria sacra consecrantur, si ægritudinis accidat cuiuslibet euẽtus, quo ceptum nequeant explere mysterium, sit liberum episcopo, vel presbytero alteri, consecrationem exequi incepti officii. Non enim aliud competit ad supplementum initiatis mysteriis, quàm, vt, aut incipientis, aut subsequentis benedictione sint completa sacerdotis, quia nec perfecta videri possunt, nisi perfecto ordine compleantur. Cùm enim simus omnes vnum in Christo, nihil contrarium diuersitas personarum format, vbi efficaciam prosperitatis vnitas fidei repræsentat. Ne tamen quod naturæ languoris causa consulitur, in præsumptionis perniciem conuertatur, nullus absque præuentu patentis molestiæ, minister vel sacerdos, cum cœperit imperfecta officia, præsumat omnino relinquere. si quis hoc temerariè præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit.

* Concil. 7. Tolet. can. 1. vel 2. secundùm diuersos codices. Et habet 7. q. 1. c. Nihil.

AD SECVNDVM dicendum, quòd vbi difficultas occurrit, semper est accipiendum illud, quod habet minus de periculo. Maximè autem periculosum circa hoc sacramentum est, quod est contra perfectionem huius sacramenti: quia hoc est immane sacrilegium. Minus autem est illud, quod pertinet ad qualitatem sumentis, & ideo si sacerdos post consecrationem inceptam, recordetur se aliquid comedisse, vel bibisse, nihilominus debet perficere sacrificium, & sumere sacramentum. Similiter si recordetur se peccatum aliquod commisisse, debet pœnitere cum proposito confitendi, & satisfaciendi, & sic non indignè, sed fructuosè sumere sacramentum. Et eadem ratio est, si meminerit se excommunicationi cuicumque subiacere. debet enim assumere propositum humiliter absolutionem petendi, & sic per inuisibilem Pontificem Iesum Christum absolutionẽ consequetur quantum ad hunc actum, quòd peragat diuina mysteria. Si verò ante consecrationem alicuius prædictorum sit memor, tutius reputarem, maximè in casu manducationis, & excommunicationis, quòd missam incœptam desereret, nisi graue scandalum timeretur.

AD TERTIVM dicendum, quòd si musca, vel aranea in calicem ante consecrationem ceciderit, aut etiam venenum deprẹhenderit esse immissum, debet effundi, & abluto calice, denuo aliud vinum poni consecrandum. Si verò aliquid horum post consecrationem acciderit, debet animal cautè capi, & diligenter lauari, & comburi, & ablutio cum cineribus in sacrarium mitti. Si verò venenum ibi esse deprẹhenderit immissum, nullo modo debet sumere, nec alii dare, ne calix vitæ vertatur in mortem: sed debet diligenter in aliquo vasculo ad hoc apto cum reliquiis cõseruari. Et ne sacramentum remaneat imperfectum, debet aliud vinum apponere in calicem, & denuo resumere à consecratione sanguinis, & sacrificium perficere.

AD QVARTVM dicendum, quòd si sacerdos ante consecrationem sanguinis, & post cõsecrationem corporis percipiat, aut vinum, aut aquam, non esse in calice, debet statim apponere, & consecrare: si verò post consecrationis verba perceperit, quòd aqua desit, debet nihilominus procedere: quia impositio aquæ, vt suprà dictum* est, non est de necessitate sacramenti: debet tamen puniri ille, ex cuius negligentia hoc contingit. Nullo autem modo debet aqua vino iam consecrato misceri, quia sequeretur corruptio sacramenti pro aliqua parte, vt suprà dictum* est. Si verò percipiat post verba consecrationis, quòd vinum non fuerit positum

* q. 74. ar. 7

* q. 77. ar. 8

situm in calicem: si quidem hoc percipiat ante sumptionem corporis, debet deposita aqua, si ibi fuerit, imponere vinum cum aqua & resumere a verbis consecrationis sanguinis, si vero hoc perceperit post sumptionem corporis, illam hostiam apponere debet, iterum consecrandam simul cum sanguine, quod ideo dico quia si diceret sola verba consecrationis sanguinis, non seruaretur debitus ordo consecrandi: & sicut dicitur in prædicto c. Toletani concilii, perfecta videri non possunt sacrificia, nisi perfecto ordine compleantur: si verò inciperet a consecratione sanguinis, & repeteret omnia verba consequentia, non competeret, nisi adesset hostia consecrata, cum in verbis illis occurrãt quædam dicenda, & fienda non solum circa sanguinem, sed etiã circa corpus. Et debet in fine iterum sumere hostiam consecratam, & sanguinem, non obstante etiam, si prius sumpserit aquam, quæ erat in calice: quia præceptum de perfectione sacramenti maioris est ponderis quàm præceptum ꝙ hoc sacramentum a ieiunis sumatur, vt supra dictum est.*

** q. 8 art. 8. & q. 82. ar. 4.*

Ad qvintvm dicendum, ꝙ licet sacerdos non recolat se dixisse aliqua eorum, quæ dicere debuit, non tamen debet ex hoc mente perturbari, non enim qui multa dicit, recolit omnium, quæ dixit: nisi forte aliquid in dicendo apprehenderit sub ratione iam dicti, sic enim aliquid efficitur memorabile. Vnde si aliquis attentè cogitet illud, quod dicit, non tñ cogitet se dicere illud, non multũ postea recolit se dixisse, sic. n. fit aliquid obiectum memoriæ inquantũ accipitur sub ratione præteriti, sicut dicitur in lib. de memoria, si tamẽ sacerdoti probabiliter cõstet se aliqua omisisse, siquidem non sunt de necessitate sacramenti, non existimo ꝙ propter hoc debeat resumere, immutando, ordinem sacrificii, sed debet vlterius procedere, si verò certificetur se omisisse aliquid eorum, quæ sunt de necessitate sacramenti, scilicet formas consecrationis, cum forma consecrationis sit de necessitate sacramenti, sicut & materia, idem videtur faciendum, quod dictum est * in defectu materiæ, ut scilicet resumatur à forma consecrationis, & cętera pèr ordinem reiterentur, ne mutetur ordo sacrificii.

** In lib. de memoria, c. 1. to. 2. inter opera Arist.*

Ad sextvm dicendum, quòd fractio hostiæ consecratę, & quòd vna sola pars mittatur in calicem, respicit corpus mysticum, sicut admistio aquæ significat populum, & ideo horum prætermissio non facit imperfectionem sacrificii, vt propter hoc sit necesse aliquid reiterare circa celebrationem huius sacramenti.

Ad septimvm dicendũ, ꝙ, sicut legitur de cons. di. 2. ex Decreto Pii Papæ, * si per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit in tabulã, quæ terræ adhæret, lingua lambetur, & tabula radetur, si verò nõ fuerit tabula terra radetur, & igni consumetur, & cinis intra altare condetur, & sacerdos quadraginta diebus pęniteat, si autem super altare stillauerit calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pęniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla peruenerit, decem diebus pęniteat. Si vsque ad tertium, nouem diebus pœniteat. Si vsque ad quartum, viginti diebus pœniteat, & linteamina, quæ stilla tetigerit, tribus vicibus lauet minister calice subtus posito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur: posset etiam sumi in potum à ministro, nisi propter abominationem dimitteretur: quidam autem vlterius partem illã linteaminum incidunt, & cõburunt: & cinerem in altari, vel sacrario reponunt. subditur autem ibidem ex pœnitẽtiali Bedæ* presbyteri, si quis per ebrietatem, vel voracitatem eucharistiam euomuerit, quadraginta diebus pœniteat, si laicus est: clerici, vel monachi, seu diaconi, & presbyteri, septuaginta diebus pœniteant: episcopus nonaginta: si autem infirmitatis causa euomuerint, septẽ diebus pœniteant. Et in eadem dist. legitur ex concilio Arelatensi: † Qui nõ bene custodierit *, sacramentum, & mus, vel aliquod aliud animal illud comederit, quadraginta diebus pœniteat. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars eius ceciderit, & nõ inuenta fuerit, triginta diebus pœniteat. Et eadem pœnitentia videtur dignus sacerdos, per cuius negligentiã hostiæ consecratæ putrefiunt, prædictis autem diebus debet pęnitens ieiunatę, & a communione cessare: Pensatis tamen conditionibus negotii, & personæ potest minui, vel addi ad pœnitentiam prædictam, hoc tamen obseruandum est, quòd vbicũque species integræ inueniũtur, sunt reuerenter conseruandæ, vel etiam sumendæ, quia manentibus speciebus, manet ibi corpus Christi, vt suprà * dictum est. Ea verò in quibus inuenitur, si commodè fieri potest, sunt comburenda, cinere in sacrario recondito, sicut de rasura tabulæ dictum est. *

** De cõse. di. 1. Si per negligẽtiã.*

** Ead. di. 2. c. Si quis ꝑ ebrietatẽ.*

*† Ead. di. 2. c. Qui bene non custodierit.*

*‡ aliàs sacrificium.*

** q. 77. ar. 3 & locis ibi citatis.*

*† In istius solut. pri.*

**5m illatio conclusionis.** Videtur ergo peccare &c. ℞. Negatur illatio. §. Adest. n. remedium, cuius cõtrarium putauit argumentum: quo remedio sacerdos vti potest, & debet. Nam si sacerdoti probabiliter constet &c. vt in tex.

**6m de concl.** In hoc casu non poterit sacerdos implere ritum Ecclesiæ. ℞. Huius tamen ritus prætermissio nõ facit imperfectionem sacrificij. §. Tunc nihil &c. Non enim propter hoc est necesse; reiterare aliquid circa celebrationem huius sacramenti. Pro ly fractio hostiæ consecratę respicit corpus mysticũ: vide ar. 5. ad octauum.

** In Conc. Toleta. 7. can. 1. vel 2 secundũ a'iquos codices.*

**7m minor.** In quibus casibus non videtur posse huic sacramento debita reuerentia exhiberi secundum Ecclesiæ statuta. ℞. Negatur. §. Nam Ecclesia, quæ de reuerentia erga sacramentũ hoc exhibenda statuit, prouidit etiã; quid pro remedio talis reuerentiæ faciendum sit in similibus casibus ab argumento allatis. Sicut n. legitur, de consec. dist. 2. ex decreto P j Papæ: si per &c. vt in tex. Cuius verba vltima ly Vbicũque species &c. patentissime faciunt ad damnationem hæresum suprà, articulorum num. 155. in Elucidarionibus narratarum, & damnatarum.

## APPENDIX.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse à scripturis; quòd, saluis Ecclesiæ statutis, potest sufficienter occurri defectibus inter Missarum celebrationem contingẽtibus. Hoc est Quod Ecclę statuta circa Missarũ celebrationẽ sunt discretionis sale condita; & consequẽter quòd non obligant ad impossibile; & consequenter quòd potest occurri defectibus in celebratione Missarum accidentibus absque scrupulo transgressionis statutorũ Ecclesiæ prędictorum. Sed & fieri debet secundùm intentionem Ecclesiæ hocipsum, s. occurrere periculis seu defectibus huiusmodi modo per articuli doctrinam declarato absque conscientia erronea, i. absque scrupulo contraueniendi illis statutis sic faciendo. Illud autem, quod in principio appendicis dictum est, insinuatur à scripturis ꝑ hoc; quod de diuina sapiẽtia, & ex cõsequenti de Ecclesia, quæ spiritu diuinæ sapientiæ specialiter gubernatur (vt patet in art. 3. & art. 5. argumentis contr.) proportionaliter dicit Prouerb. 8. Iusti sunt omnes sermones mei: non est in eis prauum quid, neque peruersum. Recti sunt intelligentibus; & æqui inuenientibus scientiam. Hæc ibi. Ac si ex his in proposito, immò & in alijs similibus communiter, dicat. Intelligantur bene statuta Ecclesiæ: & tunc sicut secundùm se iusta sunt & recta, & æqua; ita etiam secundùm ipsos bene ea intelligentes erunt iusta, & recta, & æqua. Intelligantur bene statuta Ecclesiæ: & tunc sicut in eis secundùm se non est prauum quid, neque peruersum; ita etiam secundùm ipsos bene ea intelligentes non erit in eis prauum quid, neq; peruersum. Dentur illi, qui inueniunt scientiam (vt D. Thomas semper veritatis Doctor & amator): & tales in Ecclesiæ statutis videbunt id, quod eis secundùm seipsa inest; videlicet iustitiam, rectitudinẽ, æquitatem, nihil praui, nihil peruersi. At si e cõtrario dentur & male intelligẽtes statuta Ecclesiæ, & non sciẽtiam, sed insipientiam inuenientes (vt sunt in primis hæretici: vel etiam alij indocti): tunc hi statuta eadem, in sua semper secundùm se synceritate, quæ dicta est, permanentia, incusare tentabũt vel de iniustitia, vel de obliquitate, vel de immisericordia; aut certe ipsi de suo aliquid somniatum, seu confictũ praui siue peruersi, statutis illis aliquando impingere non erubescent. Cæterum pro statutorum Ecclesiæ in ꝑsenti articulo adductorum, & glossatorum fundamento vidẽdo; vnde s. Doctor sanctus originem talis veri sensus illorũ trahere potuerit: consule a simili eũdem de Epicheia tractantem in 2. 2. q. 120. artic. 1. 2. Quanto uerò diligenti studio Ecclesiæ sanctæ statuta (quod sæpius docuit D. Thomas, maxime in 2 2. q. 5. art. 3. & q. 10. artic. 12.) non pigeat audire, tanquàm pro confirmatione supradictorum, illud; quod ad talem materiam pertinens protulit

** In solu. ad 4. arg. hic in isto art.*

Concilium

Concilium Caroli Imperatoris: vt recitatur in Decretis, distin. 19. cap. In memoriam beati Petri Apostoli honoremus sanctam Romanam Ecclesiam, & Apostolicam Sedem: vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis Ecclesiasticæ, esse debet magistra rationis. Quare obseruanda est, cum mansuetudine, humilitas: & licet vix ferendum ab illa sancta Sede imponeretur iugum; tamen feramus, & pia deuotione toleremus. Hæc ibi. Secundò uides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, l. si à te bene pensentur, & applicentur (quod vbique sic intelligendum est), doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

*Mairo. 4. s. d. 14. q. 1. Duran. 4. s. d. 14. q. 3. Sot. 4. s. d. 14. q. 2. art. 5. Capr. 4. d. 14. q. 1. con. 1. et d. 15. q. 1. co. 1. 2 & 3.*

SVPER Q. XXV. Aliàs 84. Art. 1.

CONCL. Manifestũ est: ꝙ Pœnitentia, quæ in Ecclesia agitur, est sacramentum.

¶PROB. Quia manifestum est: ꝙ in Pœnitentia ita res gesta sit, ꝙ aliquid sanctum significetur (vt patet tũ quò ad pœnitentẽ, tùm quò ad absoluentem).

1^m^ minor. Hoc non contingit in pœnitẽtia. ℞ Negatur. §. Similiter etiam probatio eius negatur. Adhibentur siquidem res corporales in pœnitentia, s. actus humani exteriores: sub quibus diuina virtus secretius operatur salutem. Nomine enim corporalium rerũ intelliguntur, large loquendo, ipsi etiam exteriores actus sensibiles &c. vt in tex.

2^m^ de maiori. Sacramenta Ecclesiæ. ℞. Considerata vel quò ad suam materiam, simul & complemẽtum: vel quò ad complemẽtum, solùm. §. Tunc nihil &cæt. Nam ad hoc, quòd pœnitentia sit sacramentũ Ecclesiæ, sufficit; quòd ipsa quò ad suum complementum exhibeatur à ministris Ecclesiæ: quamuis non quò ad suã materiam. In illis enim sacramentis, quæ habent corporalem materiam, proprie loquendo, oportet: ꝙ illa materia adhibeatur à ministro &c. vt in tex. Ex quo expone ly dispensatores mysteriorum Dei, i. saltem quò ad ipsorum mysteriorũ complementum.

185 4. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 1. Et dis. 22. q. 2. ar. 3. q. 2. cor. *Refert. 1. q. 1. c. Multi sæcularium, circa med.

3^m^ minor. Hoc non inuenitur in pœnitentia. ℞. Negatur. § Nam in Pœnitentia est aliquid, vt sacramentum tantum &c. vt in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum à Con-

## QVÆST. XXV. Aliàs 84.

*De sacramento Pœnitentiæ, in decem articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandũ est, de sacramento pœnitentię. Circa quod primo considerandum est, de ipsa pęnitentia. Secundo, de effectu ipsius. Tertio, de partibus eius. Quarto, de suscipientibus hoc sacramentum. Quinto de potestate ministrorum, quæ ad claues pertinet. Sexto, de solemnitate huius sacramenti.

Circa primum duo consideranda sunt. Primo, de pęnitentia, secundum quòd est sacramentum. Secundo, de pœnitentia, secundum quòd est virtus.

CIRCA primum quæruntur decem.

¶Primò, Vtrum pœnitentia sit sacramentum.

¶Secũdò, De propria materia eius.

¶Tertiò, De forma ipsius.

¶Quartò, Vtrum impositio manus requiratur ad hoc sacramentum.

¶Quintò, Vtrum hoc sacramentum sit de necessitate salutis.

¶Sextò, de ordine eius ad alia sacramenta.

¶Septimò, De institutione eius.

¶Octauò, De duratione ipsius.

¶Nonò, De continuitate eius.

¶Decimò, Vtrum possit iterari.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum Pęnitentia sit sacramentum.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd pęnitentia non sit sacramentum. Gregorius enim dicit, & habetur in Decr. * 1. quæst. 1. Sacramenta sunt baptismus, chrisma, corpus, & sanguis Christi, quæ ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum diuina virtus secretiùs operatur salutem: sed hoc non contingit in pœnitentia: quia non adhibentur aliquæ corporales res, sub quibus diuina virtus operetur salutem. ergo pœnitentia non est sacramentum.

¶ 2 Præt. Sacramenta ecclesię à ministris Christi exhibentur, secundùm illud 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei: sed pęnitentia nõ exhibetur à ministris Christi: sed interius à Deo hominibus inspiratur, secundùm illud Hierem. 31. Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam. ergo videtur quòd pęnitentia non sit sacramentum.

¶ 3 Præt. In sacramentis, de quibus iam suprà * diximus, est aliquid, qd est sacramentum tantum; aliquid, quod est res, & sacramentũ: aliquid verò, quod est res tantum, vt ex præmissis * patet: sed hoc non inuenitur in pœnitentia. ergo pœnitentia non est sacramentum.

SED CONTRA est, quòd sicut baptismus adhibetur ad purificandum à peccato, ita & pęnitentia. vnde, & Petrus dixit Simoni Act. 8. Pęnitentiam age ab hac nequitia tua: sed baptismus est sacramentum, vt suprà * habitum est. ergo pari ratione, & pœnitentia.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut Gregorius † dicit in c. supra dicto, Sacramentum est in aliqua celebratione, cum res gesta ita fit, vt aliquid significatiuè accipiamus, quod sanctè accipiendum est. Manifestum est autem, quòd in pœnitentia ita res gesta fit, ꝙ aliquid sanctum significatur, tam ex parte peccatoris pœnitentis, quàm ex parte sacerdotis absoluentis. nam peccator pœnitens, per ea quæ facit, & dicit, ostendit cor suum à peccato recessisse: similiter etiam sacerdos per ea, quæ agit, & dicit circa pœnitentem, significat opus Dei remittentis peccata. vnde manifestum est, quòd pœnitentia quę in ecclesia agitur, est sacramentum.

Concilijs; quòd Pœnitentia, quæ in Ecclesia agitur, est sacramẽtum. Vt à Concilio Florent. in decreto seu constitutio. super vnio. Armenorum. Quartum sacramentum est Pœnitentia. Hæc ibi. Item à Concilio Tridentino sess. 7. de sacramentis, cano. 1. Vide hoc suprà q. 6. art. 1. append. Item ab eod. sess. 14. cap. 1. Si ea in regeneratis omnib. gratitudo erga Deũ esset, vt iustitiam in Baptismo, ipsius beneficio & gratia susceptã, constanter tuerentur; non fuisset opus aliud ab ipso Baptismo sacramentum.

*quæst. 66 * q. 66. artic. 1. * q. 66. ar. 1 † Refertur loco citato in arg.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ nomine corporalium rerum intelliguntur largè etiam ipsi exteriores actus sensibiles, qui ita se habent in hoc sacramento, sicut aqua in baptismo, vel chrisma in cõfirmatione. est autem attendendũ, ꝙ in illis sacramentis, in quibus confertur excellens gratia, quæ superabundat omnẽ facultatẽ humani actus, adhibetur aliqua corporalis materia exterius: sicut in baptismo, vbi fit plena remissio peccatorũ, & quantum ad culpã & quantum ad pœnã, & in confirmatione, vbi datur plenitudo Spiritus sancti, & in extrema vnctione, vbi confert perfecta sanitas spiritualis, quæ proueniũt ex virtute Christi, quasi ex quodã extrinseco principio. vnde si qui actus humani sunt in talib. sacris, non sunt de essentia sacrorum, sed dispositiuè se habent ad sacra. In illis autem sacris, quæ habent effectũ correspondentẽ humanis actibus, ipsi actus humani sensibiles sunt loco materiæ, vt accidit in pœnitentia, & matrimonio: sicut & in medicinis corporalibus, quædam sunt res exterius adhibitæ, sicut emplastra, & electuaria: quædam verò sunt actus sanandorum, puta exercitationes quædam.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ in sacramẽtis, quę habẽt corporalem materiam, oportet, ꝙ illa materia adhibeatur à ministro ecclesię, qui gerit personam Christi, in signum ꝙ excellentia virtutis in sacramento operãtis est à Christo. In sacramento autem pęnitentiæ, sicut dictum † est, sunt actus humani pro materia: qui proueniunt ex inspiratione interna: vnde materia non exhibetur à ministro, sed à Deo interius operante: sed complementum sacramenti exhibet minister, dum pœnitentem absoluit.

† In solu. præced.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ etiã in pęnitentia est aliquid, quod est sacrm tantũ, s. actus exterius exercitus, tã per peccatorẽ pęnitentem, ꝗ etiam per sacerdotem absoluẽtem: res autem, & sacramentũ, est pęnitentia interior peccatoris: res autem tantum, & non sacramẽtum, est remissio peccati: quorum primum totum simul sumptum est causa secundi: primum autem, & secundũ, sunt quodammodo causa tertii.

ARTI-

tum ad peccatorum remissionem esse institutum. Quoniam autem Deus, diues in misericordia, cognouit figmentum nostrum; illis etiã vitæ remediũ contulit, qui sese postea in peccati seruitutem, & dæmonis potestatem tradidissent, sacramentum videlicet Pœnitentiæ: quo lapsis post Baptismum, beneficium mortis Christi applicatur. Hæc ibi. Et cano. 1. Si quis dixerit: in catholica Ecclesia Pœnitentiã nõ esse uere, & propriè sacramentũ; pro fidelibus, quoties post Baptismum prismũ in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, à Christo Domino nostro institutum; anathema sit. Et cano. 2. Si quis, sacramẽta confundens, ipsum Baptismũ Pœnitentiæ sacramentum esse dixerit: quasi hæc duo sacramenta distincta non sint; atq; ideo Pœnitẽtiam non rectè secundã post naufragium tabulã appellari: anathema sit. Hæc ibi. Secundò uides, quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; cõfirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN primis duobus articulis tria dicenda occurrunt. Primum, de materia sacramenti pœnitentiæ, ex qua cum forma constituitur sacramentum, an scilicet hoc sacramentum habeat materiam, ex qua constituatur. Et mouetur hoc dubium propter Scot. in 4. distinc. 16. quæstio. 1. dicentem huius sacramenti nullam partem esse actum pœnitentis, sed sacramentum hoc essentialiter consistere in absolutione: ita quòd secundum eum sacramentum pœnitentiæ non constituitur ex materia, & forma, contra communem doctrinam in 1. distinctio. 4. sententiarum, immo contra doctrinam sacri Concilij sub Eugenio IIII. vbi dicitur, quòd omnia sacramenta constant ex rebus tãquàm materiam, & verbis tanquàm formam, & specialiter de sacramento pœnitentiæ dicitur, cuius quasi materia sunt actus pœnitentis.

¶ Nec ratio Scoti valet, scilicet, quia nullus actus pœnitentis est aliquid sententiæ sacerdotis: quoniam supponit hæc ratio sacramentum hoc consistere essentialiter in sola absolutione.

¶ Quocirca sequendo, & communem, & sacri Concilij doctrinam, dicendum est sacramentum pœnitentiæ constare ex verbis absolutionis vt forma, & actu, seu actibus pœnitentis, vt materia proxima. Nec alia quærenda est, de hoc ratio, nisi auctoritas vtraque iam adducta, & consonantia, quia scilicet consonant conditiones sacramenti huic toti constituto ex actu pœnitentis, & absolutione & in significando, & in causando, & in passiua institutione diuina.

¶ Secundum est, circa rem huius sacramenti, quæ s. est & res, & sacramentum, an scilicet sit interior pœnitentia, an ornatus aliquis. Et quoniam magna videtur altercatio de ornatu, nec intentionis meæ est scribere ad contradicendum aliis, dimissa vnicuique probabilitate suæ opinionis, dicam quid secundùm Auctorem, & rationem rectam videtur sentiendum.

¶ De sacramentis nil aliud sentiendum est, nisi quod accepimus: ex acceptis autem tam ex parte causalitatis attributæ sacramento, quàm ex parte rei, & sacramenti, quàm etiam ex parte subiecti disponendi ad gratiam, vltimum sacramenti effectum, nec necessario, nec probabiliter ornatus ponitur. nam causalitas sacramenti sufficienter saluatur respectu gratiæ, etiam si nihil aliud causaret: res verò, & sacramentum sufficienter saluatur hic per interiorem pœnitentiam.

¶ Dispositio autem ad gratiam, quæ tamen tantum ponderatur à ponentibus ornatum, tripliciter monstratur aliena ab ornatu. Primo, ex parte gratiæ: quoniam gratia non est talis forma in anima, vt egeat alia forma prædisponente ad ipsam. Fallax siquidem imaginatio est putare, quòd sicut lignum, si debet igniri, debet prius calefieri, vt calor disponat ad formam ignis, ita anima, si debet per gratiam fieri deiformis, debet prius ornari. Nullam siquidem talem dispositionem gratia exigit, vt patet in infantib. baptizatis, quibus infunditur gratia absque aliqua alia forma prædisponente. Nec obstat character: quoniam, vt ex supradictis patet, character non ponitur, vt disponat ad gratiam, quod eius subiectum, quod est intellectus, testatur: dispositio enim ad gratiam quæ est in essentia animæ, non est in intellectu, vt de se patet. Secundo, ex parte adultorum, quibus tantum confertur sacramentum pœnitentiæ. Nam in adultis dispositio ad gratiam est proprius actus ipsius adulti, iuxta illud: Qui creauit te sine te, non saluabit te sine te: & iuxta supradicta in secundo libro de iustificatione impij. Tertio, ex parte pœnitentis: pœnitens enim, inquantum pœnitens, non disponitur, nisi per actus pœnitentiæ: omnis enim alia dispositio per accidens se haberet ad pœnitentem: & propterea si ornatus poneretur disponere, non nisi per accidens concurreret ad disponendum pœnitentem: quod autem est per accidens, non est per se tribuendum sacramento pœnitentiæ. Commentitius ergo videtur ornatus huiusmodi: sed ut in litera dicitur, interior pœnitentia, est res, & sacramentum.

¶ Et si modum quæris, ac sufficientem rationem, distingue, trifariam posse inueniri pœnitentem. Primo, vt sit ita attritus, quòd eius attritio cum sacramento pœnitentiæ in voto sufficiat ad remissionem peccatorum: ita quòd attritio sua est tanta, quòd ex sacramento in voto fit contritio, iuxta illud: Dixi, confitebor, & tu remisisti impietatem peccati mei. Secundo, quòd attritio sit tam modica, vt cum sacramento in voto, non fiat contritio: sed tamen sit tanta, quòd cum sacramento in re, fiat contritio: plus enim operatur sacramentũ in re, quàm in voto. Tertio, posset esse tã exigua attritio, vt nec etiam cum sacramento in re, fieret contritio: & talis non susciperet remissionem peccatorum ex sacramento pœnitentiæ. Vbi apparet, nullo esse opus ornatu ad hoc, vt ex vi sacramenti attritus fiat contritus. Modus autem quo hoc fit, est quòd Deus vtrimque operatur: concurrit siquidem ex parte pœnitentis ad interiorem pœnitentiam, inspirando illam, vt in litera dicitur, non solùm secundùm se, sed etiam in ordine ad sacramẽtum: quod ex eo patet, quòd ex interiori motu pœnitens subiicit se clauibus. Et rursus concurrit Deus ex parte sacramenti, ordinando sacramentales actus exteriores ad interiorem pœnitentiam, dum vtitur sacramento ipso ad excitandum, & perficiendum interiorem actum pœnitentis: sic enim excitando, & perficiendo, facit de attrito contritum, dum mediante sacramento, vtitur etiam interiori actu pœnitentis ad remissionem peccatorum: per hoc enim fit interior pœnitentis actus, res, & sacramentum. Et per hoc apparet, quòd sacramentum significat, & causat interiorem pœnitentiam: & interior pœnitentia sic causata, significat, & causat remissionem peccatorum: sunt enim hæc instrumenta subordinata principali agenti, Deo scilicet: sicut baculus, quo moueo lapidem, est instrumentum subordinatum alteri instrumento, puta manui, qua moueo baculum, &cæt. Tertium est, quod Auctor seipso doctior, cum in 4. sentent. putasset solam formam in sacramento pœnitentiæ habere causalitatem, sicut in sacramento eucharistiæ, & verificasset, quòd totum sacramentum compositum ex materia, & forma causat ratione partis, scilicet formæ, hoc in loco aliter sentit, vt expressius declarat inferius in artic. vlt. quæstio. 86. scilicet quòd totum sacramentum pœnitentiæ, compositum scilicet ex materia, & forma, id est, ex actu pœnitentis, & absolutione (fit enim ex his vnum sacramentum) causat remissionem peccatorum ratione vtriusque partis: principalius quidem, ratione formæ: secundario autem ratione materiæ, hoc est actuum pœnitentis, vt subordinantur clauibus ecclesiæ, hoc est, quòd actu pœnitentis ex hoc ipso, quòd pars efficitur sacramenti, vtitur Deus vt parte materiali sui instrumenti ad causandum remissionem peccatorum: sicut ex hoc ipso, quòd aqua assumitur ad baptizandum, vtitur illa Deus, vt parte materiali sui instrumenti ad regenerandum filios suos.

*Sot. 4. s. d. 14. q. 1. ar. 2.*
*Capr. 4. d. 14. q. 1. con. 2.*

SVPER Q. XXV. Aliàs 84. Art. VII.

COncl. 1. Proxima materia sacramẽti Pœnitentiæ sunt actus pœnitentis.

¶ Prob. Quia patet ex art. 1. ad primum, & in corp.

¶ Concl. 2. Materia pœnitẽtis sunt peccata.

¶ Prob. Quia pœnitens, vt pœnitens, dolet de peccatis, peccata confitetur, ac pro peccatis satisfacit.

¶ Concl. 3. Remota materia Pœnitẽntiæ sunt peccata; non quidem acceptãda, sed detestanda, & destruenda.

¶ Prob. Quia patet ex primis conclusionibus. Si enim actus pœnitẽtis sunt materia pœnitentiæ proxima (vt dicit conclusio prima): & peccata, vt detestanda, destruendaque, sunt materia pœnitentis (vt dicit

## ARTICVLVS II.

*Vtrum peccata sint propria materia huius sacramenti.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd peccata non sint propria materia huius sacramenti. Materia enim in aliis sacramentis per aliqua verba prolata sanctificatur, & sanctificata effectum sacramenti operatur: peccata autem non possunt sanctificari, eo quòd contrariantur effectui sacramenti, qui est gratia remittens peccata. ergo peccata non sunt materia propria huius sacramenti.

¶ 2 Præt. Aug.* dicit in lib. de pœnitentia: nullus potest inchoare nouã vitã, nisi eum veteris vitæ pœniteat: sed ad vetustatem vitæ pertinent non solùm peccata, sed etiam pœnalitates præsentis vitæ. non ergo peccata sunt propria materia pœnitentiæ.

*lib. de medicina pœnit. cap. 2. nõ longè à princ. to. 9.

¶ 3 Præte. Peccatorum quoddam est originale, quoddam mortale, quoddam veniale: sed pœnitentiæ sacramentum non ordinatur contra originale peccatum, quod tol-

dicit conclusio 2.): sequitur manifestè, quòd peccata sunt materia Pœnitentiæ remota.

1^m de maiori. Materia. ℞. Proxima. §. Tunc nihil &c. Nam tertia conclusio, quam hoc argumentum impugnare vult, dicit: quod peccata sunt pœnitentiæ materia non quidem proxima, sed remota. Ex hac responsione dic: ꝗ actus pęnitentis, cùm sint materia pœnitentię proxima, sanctificantur in hoc sacramento per verba quædam prolata; inquantum, scilicet ipsi actus, qui sunt dolere de peccatis, confiteri illa, satisfactionem promittere de illis, approbantur à cōfessario per absolutionis verba prolata; & sic sanctificatur per effectum huius sacramenti, id est per gratiam, ipse pœnitens, cuius sunt illi actus. Argumentum ergo præsens sic declaratum potest esse bona probatio conclusionis primæ.

*Ar. præc. ad 1. & 2.

2^m ex D. August. Veteris vitæ. ℞. Prout habet peccata annexa. §. Ac si aperte dicatur. Nisi eum pœniteat præteritorum peccatorum. Tunc nihil &cæt. Nam licet ad vetustatem vitæ pertineant etiam pœnalitates, (vt dicit minor): tamen illæ, vt sic, non sunt obiectum pęnitentiæ, (vt patet in addition. q. 2. artic. 1. cum Elucid.) sed solùm, vt habent peccata annexa.

3^m minor. Pœnitentiæ sacramentum non ordinatur contra originale peccatum, neque contra mortale, nec etiam contra ueniale. ℞. Negatur. §. Pœnitentia enim quodammodo est de quolibet &cæt. vt in tex. Cuius notitia valde iuuatur ex addition. q. 2. artic. 2. 3. cum Elucid. Ad singularum verò partium illius minoris negatæ singulas probationes dicitur: quòd nihil probant; vt patet faciliter consideranti, declarationem textus responsalis. Ex quo etiam patet ad quosdam: qui videntur sibi nonnihil scrupuli habere; si absolutionem super venialia peccata sine mortalibus proferant. Constat enim hinc, quòd tales irrationabiliter de hoc mouentur: quoniam cùm sacramentum pœnitentiæ sit proprie contra peccata venialia, ille, qui absoluit pęnitentem solum de venialibus confitentem, facit actum conuenientem rectæ rationi, & sacramento: quia facit actum cadere super materiam propriā. Ista quoque est ratio; quare confiteatur quis laudabiliter, ac fructuose, solùm de venialibus (dummodò vltra dolorem de illis, Addition. q. 2. artic. 3. intendat etiam vitare illa, prout venialia, idest quatenus ad vitationem venialium obligatur); quando non habet mortalia. Ratio, inquam, huius est: quia tunc ille proponit confessario materiam debitam, idest propriam sacramenti pœnitentiæ; licet non principalem.

litur per baptismum, neque contra peccatum mortale, quod tollitur per confessionem peccatoris, nec etiam contra veniale, quod tollitur per tunsionem pectoris, & per aquam benedictam, & alia huiusmodi. ergo peccata non sunt propria materia pœnitentiæ.

Sed contra est, quòd Apostolus dicit 2. Cor. 12. Non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt.

Respon. Dicendum, quòd duplex est materia, scilicet proxima, & remota, sicut statuæ proxima materia est metallum, remota verò aqua: dictum est * autem, quòd materia proxima huius sacramēti sunt actus pœnitentis: cuius materia sunt peccata, de quibus dolet, & quæ confitetur, & pro quibus satisfacit. vnde relinquitur, quòd remota materia pœnitentiæ, sint peccata, non acceptanda, sed detestanda, & destruenda.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ ratio illa procedit de proxima materia sacramenti.

Ad secundum dicendum, ꝙ vetus, & mortalis vita est obiectum pœnitentiæ, non ratione pœnæ: sed ratione culpæ annexæ.

Ad tertium dicēdum, quòd pœnitētia quodammodo est de quolibet peccatorum genere: nō tamen eodem modo. nam de peccato actuali mortali, est pœnitentia propriè, & principaliter: propriè quidem, quia propriè dicimur pęnitere de his, quę nostra uoluntate commisimus: principaliter autem, quia ad deletionem peccati mortalis, hoc sacramentum est principaliter institutum. De peccatis autem venialibus est quidem præsentia propriè, inquantum sunt nostra voluntate facta: non tamen contra hæc principaliter est hoc sacramentum institutum. De peccato verò originali præsentia, nec principaliter est, (quia contra ipsum non ordinatur hoc sacramentum, sed magis baptismus,) nec etiam proprie, quia peccatum originale non est nostra voluntate peractum, nisi forte inquantum voluntas Adæ reputatur nostra, secundum modum loquendi, quo Apost. dicit Rom. 5. In quo omnes peccauerunt: inquantū tamen largè accipitur pœnitentia pro quacumque detestatione rei prę teritæ, potest dici pœnitentia de peccato originali, sicut loquitur Aug. * in lib. de pœnitentia.

* In lib. de vera & falsa pęn. c. 8. to. 4. Et in to. 9. li. de pęn. medicina c. 2.

AR-

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem destruas errorem Lutheri dicentis, (vt refertur in Bulla Papę Leonis X. contra errores illius); Nullo modo præsumas confiteri peccata venialia. Cùm enim articulus Sancti Doctoris hic efficaciter probet; quòd peccata etiam venialia sunt propriè materia pœnitentiæ; patet: quòd per hoc efficaciter demonstrat; quòd rationi congruum est, confiteri venialia. Vide dicta Elucidationum in ad tertium. Addebat autem idem Lutherus, tanquam pro fundamento prædicti erroris, alium errorem, dicens: Dùm volumus confiteri purè omnia peccata; nihil aliud facimus, quàm quòd misericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoscendum. 2 Secundò habes quomodo per rationē ostendas, errorem illum meritò damnari à Papa Leone in eadem Bulla simul cum eius fundamento erroneo. Item à Concilio Trident. sess. 14. capit. 5. Venialia, quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentiùs labimur, quāquam rectè, & vtiliter, citraque omnem præsumptionem in confessione dicantur; quod piorum hominum vsus demonstrat: taceri tamen citra culpam, multisque alijs remedijs expiari possunt. Hæc ibi. Ex quibus patet: quòd etiam piorum hominū vsus quotidie errorem illum, facto suo, condemnat: id quod est etiam valdè ponderandum; cùm ij, qui filij Dei sunt, Spiritu Dei agantur, Roman. 8. Item ab eodem Cōcilio sess. eadem, canon. 7. Si quis dixerit; eos, qui omnia peccata confiteri student, nihil relinquere velle diuinę misericordiæ ignoscendū; aut non licere confiteri peccata venialia: anathema sit. Hæc ibi. Vide Episcopum Roffensem in lib. Assertionis Lutheranæ confutatio, loquentem optime satisque abundè contra articulū octauum, qui est primus errorum illorum, & contra Lutheri articulum nonum, qui est secundus eorundem. D. 1006. Vtrumque verò eorum, si profunde à quo dicantur, vtpotè à versipelle, & vafritie pleno, consideraueris, conspicies, illò demùm subtiliter tendere: vt paulatim, & quasi insensibiliter à timore Dei, tamquam pallio misericordiæ ipsius dealbati, tandem aliquandò omninò euacuemur. Mos enim hęreticorum, quem pręterire Lutheri delicata conscientia pro grandi scrupulo habere solet, est is; de quo Tertullianus, in libro de proscription. hæreticorum, ait. Haeretici negant Devm timendvm: Atqve ita libera svnt eis omnia, et solvta. Hæc ille. Quid autem est hoc, prudens lector; nisi radix totius ruinæ spiritualis, & via aperta ad omnem malitiam? Contemplare tu in practica illius sententiæ verificationem circa multitudinem hæresum passim occurrentium. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse insinuatum à concilijs, ꝗ materia pęnitentiæ sunt actus pęnitentis. A Florentino quidem, in decr. super vnio. Armen. Quartum sacramentum est pęnitentia: cuius quasi materia sunt actus pęnitētis, qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis contritio: ad quam pertinet, vt doleat de peccato cōmisso, cum proposito non peccandi de cætero. Secūda est oris cōfessio; ad quā pertinet, vt peccator peccata omnia, quorum memoriā habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia est satisfactio pro peccatis fm arbitrium confessoris, quæ quidem præcipuè fit per orationem, ieiunium, eleemosynam. Hæc ibi. A Tridentino aūt sess. 14. cap. 3. sunt autem quasi materia huius sacramenti, ipsius pęnitentis actus; nempe contritio, confessio, & satisfactio. Qui, quatenus in pęnitente ad integritatem sacramenti, ad plenamq;, & perfectam peccatorum remissionem, ex Dei institutione requiruntur; hac ratione pœnitentiæ partes dicuntur. Hæc ibi. Ex cano. 4. Si quis negauerit; ad integram, & perfectam peccatorū remissionem requiri tres actus in pœnitente, quasi materiam sacramenti pœnitentiæ, videlicet contritionem, confessionem, & satisfactionem; quæ tres pœnitentiæ partes dicuntur: anathema sit. Hæc ibi. 4 Quartò vides, quomodo ex articulo, & consilijs prædictis damnatur hæresis Lutheri, (vt refertur in Bulla Leonis supradicta: per quam & damnatur) dicentis: Tres esse partes pœnitentiæ, contritionem, confessionem, & satisfactionem, non est fundatum in sacra scriptura; nec in antiquis sanctis Christianis doctoribus. Per hanc enim phrasim Lutherus negat tres illas esse partes pœnitentiæ. Vide Roffensem lib. vbi supra contra Luth. articulum quintum. 5 Quintò vides: quomodo ex ijs supradictis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

ARTI-

Sot 4. s.d.14. q.1.art.3.

SVPER Q. XXV. Aliàs 84. Art. III.

187 4.di.22. q. 2.ar.2. q.2 & 3. Et op. 22.

CONCL. Hæc est sacraméti pœnitétiæ conuenientissima forma, Ego te absoluo.

¶ PROB. Quia forma hæc significat remotioné materiæ pœnitétiæ, i. peccati, in cuius remotione consistit sacrm pœnitentiæ (vt patet): & forma cuiuslibet sacramenti tunc est conuenientissima, qñ significat id, quod in illo sacramento agit proportionaliter materię illius sacramenti (vt patet tũ exemplo de formis Baptismi, Confirmationis, Eucharistiæ: tum ratione hac, s. q̃ sacramenta nouæ legis efficiunt, qđ figurant, efficientiaque, seu perfectio, sacraméti attribuitur formæ).

† Refertur de pœn. distin. 1. cap. Multiplex, nõ procul à prin. dicitur esse in epistola ad Theodorum, quæ est 89. in Leone.

1^m minor. Christus non legitur hanc formã instituisse; neque etiã in cõi vsu habetur. ℞. Negatur; quò ad utrãque partem. §. Loquendo s. vtrobique de forma, & vsu sacramentali. Negatio auté, vt ex textu habetur, fundaĩ in Euangelio Matth. 16. Vbi diligenter notabis: q̃ ad ly solueris, non apponitur ly à peccatis: licet subintelligatur. Nec mirum. Quoniã Dominus, qui tantã promissioné Petro facit, vult per hoc silentiũ denotare: q̃ sicut ligamen simpliciter dictum seruitus est peccati (.i. q̃ in cõparatione ad tale ligamé nihil est omne aliud ligamé) ita eadem ratione solutio simpliciter dicta, est solutio à peccatis. Hinc motum fuisse D. Thomam, crediderim ego, ad ponendum articuli conclusionem sine additione, Absoluo te. Quæ causa forsan & Concilium Florentinũ mouit ad dicédũ sine additione; vt videbis in appen. Ad probationes autem minoris negatæ, de vsu dĩ q̃ non sunt ad propositũ: qm̃ ille ipsarũ vsus non est sacramentalis.

2^m illatio conclusionis. Ergo forma &c. ℞. Negaĩ illatio. §. Procedit. n. ex eo, q̃ malè intelligit p̃missas. Verbum nãque Leonis est &c. vt in textu.

3^m de minori. Remittit. ℞. Auctoritatiuè. §. Tunc nihil &c. Stat

## ARTICVLVS III.

*Vtrum hæc sit forma huius sacramenti, Ego te absoluo.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ hæc non sit forma huius sacraméti, Ego te absoluo. Formę. n. sacrorum ex institutione Christi, & ecclesiæ vsu habent, sed Christus non legitur hanc formam instituisse, neque etiã in cõi vsu habetur, quinimmo in quibusdam absolutionibus, quæ in ecclesia publicè fiunt, sicut in prima, & completorio, & in cœna Dñi, absoluens non vtitur oratione indicatiua, vt dicat, Ego vos absoluo, sed oratione deprecatiua, cũ dicit, Misereatur vestri omnipotens Deus. Vel absolutionem, & remissionem tribuat vobis omnipotens Deus. ergo hæc non est forma huius sacramenti, Ego te absoluo.

¶ 2 Præt. Leo Papa * dicit, quòd indulgentia Dei, nisi supplicationibus sacerdotũ nequit obtineri: loquitur aũt de indulgentia Dei, quæ præstatur pœnitentibus. ergo forma huius sacri debet esse per modũ deprecationis.

¶ 3 Præt. Idé est absoluere à peccato, quod peccatum remittere: sed solus Deus peccatum remittit, qui etiã solus interius hominem à peccato mundat, vt Aug. dicit super Io. ergo videtur q̃ solus Deus à peccato absoluat. non ergo debet sacerdos dicere, Ego te absoluo, sicut non dicit, Ego tibi peccata remitto.

¶ 4 Præt. Sicut Dñs dedit potestaté discipulis absoluédi à peccatis, ita et dedit eis potestaté curandi infirmitates, & vt dæmonia eiicerét, & vt languores sanarent, vt hr̃ Matth. 10. & Luc. 9. sed sanãdo infirmos Apostoli non vtebantur his verbis, Ego te sano, sed sanet te Dñs Iesus Christus, sicut Petrus dixit paralytico, vt habetur Act. 9. ergo videtur, q̃ sacerdotes habentes potestaté Apostolis à Christo traditam, non debeant vti hac forma verborum, Ego te absoluo, sed absolutionem tribuat tibi Christus.

¶ 5 Præt. Quidam hac forma vtétes, sic eam exponunt, Ego te absoluo, i. absolutũ ostendo: sed nec hoc etiã sacerdos facere potest, nisi ei diuinitus reueletur: vnde legitur Matt. 16. antequàm Petro diceretur, Quodcũq; solueris super terram, &c. dictum est ei, Beatus es Simon Bariona: quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui est in cœlis. ergo videtur, quòd sacerdos, cui non est facta reuelatio, præsumptuosè dicat, Ego te absoluo, etiam si exponatur, id est, absolutum ostendo.

SED CONTRA est, q̃ sicut Dñs dixit discipulis Mar. vlt. Euntes docete omnes gentes, baptizantes, ita dixit Petro, Matth. 16. Quodcũque solueris super terram: sed sacerdos auctoritate illorum verborum Christi fretus dicit, Ego te baptizo. ergo eadem auctoritate dicere debet in hoc sacramento, Ego te absoluo.

RESP. Dicendum, q̃ in qualibet re perfectio attribuitur formæ: dictũ est autem s. * q̃ hoc sacramentũ perficitur per ea, quæ sunt ex parte sacerdotis. vnde oportet, q̃ ea, q̃ sunt ex parte pœnitentis, siue sint verba, siue facta, sint quædã materia huius sacri, ea verò, quę sunt ex parte sacerdotis, se habeant per modũ formæ: cum autem sacra nouæ legis efficiant quod figurant, vt s. dictum * est, oportet q̃ forma sacri significet id, quod in sacro agitur, proportionaliter materiæ sacri: vnde forma baptismi est, Ego te baptizo, & forma cõfirmationis est, Cõsigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, eo q̃ huiusmodi sacra perficiuntur in vsu materiæ: in sacro autem eucharistię, quod consistit in ipsa cõsecratione materiæ, exprimit veritas consecrationis, cum dr̃, Hoc est corpus meum. Hoc auté sacrm, s. pœnitentiæ, non consistit in consecratione alicuius materiæ, nec in vsu alicuius materiæ sanctificatæ, sed magis in remotione cuiusdã materię, i. peccati, prout peccata dicũtur esse materia pœnitentiæ, vt ex supra dictis * patet. talis aũt remotio significatur à sacerdote, cum dr̃, Ego te absoluo. Nam peccata sunt quædam vincula, sm̃ illud Prouer. 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum quisque constringitur: vnde patet, quòd hæc est conuenientissima forma huius sacramenti, Ego te absoluo.

*q. 60. ar. 2 & 62. ar. 1. & 3.

*art. præc.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ ista forma assumitur ex ipsis verbis Christi, quibus Petro dixit, Quodcũq; solueris super terram, &c. & tali forma ecclesia vtitur in sacrali absolutione: huiusmodi autem absolutiones in publico factæ, non sunt sacrales, sed sunt orationes quædã ad remissionem venialium peccatorum. vnde in sacrali absolutione non sufficeret dicere, Misereatur tui omnipotens Deus, vel absolutionem, & remissionem tribuat tibi Deus: quia per hęc verba sacerdos absolutionem non significat fieri, sed petit vt fiat: præmittitur tamen etiam in sacramentali absolutione talis oratio, ne impediatur effectus sacri ex parte pœnitentis, cuius actus materialiter quodammodo se habent in hoc sacramento, non autem in baptismo, vel in confirmatione.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ verbum Leonis est intelligendum quantum ad deprecationem, quæ premittitur absolutioni, non autem se mouet quin sacerdotes absoluant.

AD TERTIVM dicendum, q̃ solus Deus per auctoritatem, & à peccato absoluit, & peccatũ remittit: sacerdotes tamen vtrumque faciunt per ministerium, inquãtum s. verba sacerdotis in hoc sacramento instrumentaliter operantur in virtute diuina, sicut etiã in aliis sacramentis. Nam virtus diuina est, quę interius operatur in omnibus sacramentalibus signis, siue sint res, siue verba, sicut ex supradictis * patet: vnde & Dominus expressit vtrumque. nam Matth. 16. dixit Petro, Quodcumque solueris super terram, &c. & Ioan. 20. dixit discipulis, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. ideo tamen sacerdos potius dicit, Ego te absoluo, quàm, Ego tibi peccata remitto: quia hoc magis congruit verbis, quæ Dominus dixit, virtutem clauium ostendens, per quas sacerdotes absoluunt: quia tamen sacerdos sicut minister absoluit, conuenienter apponitur aliquid, quod pertineat ad primam auctoritatem Dei, scilicet, vt dicatur, Ego te absoluo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritussancti, vel per virtutem passionis Christi, vel auctoritate Dei, sicut Dion. * exponit 3. cap. cęlest. hierarch. Quia tamen hoc non est determinatum ex verbis Christi, sicut in baptismo, talis appositio relinquitur arbitrio sacerdotis.

*q. 62. art. 4. & 64. ar. 1. & 2.

*c. 7. eccl. hier. non multũ procul à fine. Et 1 cęlest. hier. c. 3.

AD QVARTVM dicendũ, q̃ Apostolis nõ est data potestas vt ipsi sanarent infirmos, sed vt ad eorũ orationem infirmi sanarentur. Est auté eis collata potestas operandi instrumentaliter, siue ministerialr̃ in sacramentis: & ideo magis possunt in for-

Stat. n. cum hoc; q̃ sacerdotes id faciunt per ministeriũ (quo in sensu loquitur articulus) inquantũ s. verba sacerdotis in &c. vt in textu.

4^m de maiori. Ita. ℞. Quantum ad potestatem datam: non quan-

*art. 1. huius q. ad 2.

quantum, ad modum vtendi potestate illa. §. Hoc est. Similitudo adducta de absoluere à peccatis, & de sanare infirmos, tenet in hoc; quòd vtraque potestas fuit data Apostolis: sed non tenet in hoc alio, quòd vti deberent eodem modo potestate vtraque. Nam Apostolis non est data potestas, vt &c. vt in tex. vsque ad ly infirmitatum. Tunc nihil &c. vt patet.

Item de minori. Non vtebantur his verbis, Ego te sano. ℞. Vtebantur tamen quandoque modo indicatiuo, & imperatiuo. §. Nam Actu. 3. ly hoc tibi do, dicit modum indicatiuum; & ly surge, ly ambula, dicunt modum imperatiuum. Tunc nihil &cęt. vt de se patet. Vide responsum secundum in textu ly in quibus tamen non semper &c. Ex quibus glossabis textum primi responsi sic, Apostolis non est data potestas, vt ipsi sanarent infirmos, s. dicendo, Ego sano te (cũ tamen data diceretur eisdẽ potestas absoluendi; dicendo, Ego absoluo te): sed vt ipsi sanarent aliter, scilicet vtendo modo etiam imperatiuo.

in formis sacramẽtalibus exprimere actum suum, quàm in sanationibus infirmitatum. In quibus tamen non semper modo deprecatiuo vtebantur, sed quandoq; modo indicatiuo, & imperatiuo: sicut Act. 3. legitur, ꝙ Petrus dixit claudo, Quod habeo, hoc tibi do: in nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ ista expositio, Ego te absoluo, id est, absolutum ostendo, quantum ad aliquid quidem vera est, non tamen est perfecta: sacramenta.n. nouæ legis, non solũ significant, sed etiã faciunt, quod significant. Vnde sicut sacerdos baptizando aliquem, ostendit hominem interius ablutum per verba, & facta, non solùm significatiuè, sed etiam effectiuè, ita etiam cum dicit, Ego te absoluo, ostendit hominem absolutum non solùm significatiuè, sed etiam effectiuè: nec tamen loquitur quasi de re incerta: quia sicut alia sacramenta nouæ legis habent de se certum effectum ex virtute passionis Christi, licet possit impediri ex parte recipientis, ita etiam & in hoc sacramento. vnde Augustinus * dicit in lib. de adult. coniug. Non est turpis, nec difficilis post patrata, & purgata adulteria reconciliatio coniugii, vbi per claues regni cęlorum nõ dubitatur fieri remissio peccatorum: vnde nec sacerdos indiget speciali reuelatione sibi facta, sed sufficit generalis reuelatio fidei, per quam remittuntur peccata. vnde reuelatio fidei dicitur Petro facta fuisse: esset autem perfectior expositio: Ego te absoluo, id est, sacramentum absolutionis tibi impendo.

5m de minori. Reuelet. ℞. Reuelatione generali. §. Qua. s. scit per fidem; sacramento pœnitentiæ remitti peccata indubitanter, quantum est ex parte sacramenti. Tunc nihil &c. Non enim sacerdos ad hoc, vt absoluat, indiget speciali reuelatione, de qua intendebat argumentum; sed sufficit generalis reuelatio fidei. Et hoc dico etiam si exponatur ly absoluo te, eo modo; quo argumentum ipsum, secundùm quosdam, dicebat. Porrò illa expositio, Ego absoluo te, i. absolutum ostendo, quantum ad aliquid tantum vera est; non tamen simpliciter est perfecta, nec simpliciter est proferenda. Sacramenta enim nouæ legis non solùm significant &c. vt in tex. Qui confirmatur ex Concilio Trid. sess. 14. cap. 6. adducendo in appen.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum à scripturis, & Concilijs: quòd sacramenti pœnitentiæ forma est hæc, s. Ego absoluo te. A scripturis quidem per hoc; quod Dominus promittens claues regni cęlorum Petro, & consequenter simul de vsu ipsarum clauium loquens, dicit Matt. 16. Quodcumque solueris super terram &c. vt cũ discursu cõparatiuo ad Matth. vlt. ponitur in argumen. contr. A Concilio autem Florentino in decreto super vnio. Armenorum. Forma huius sacramenti est: Ego te absoluo. Hæc ibi. Item à Concil. Tridentino sess. 14. cap. 6. Quamuis absolutio sacerdotis, alieni beneficij sit dispẽsatio: tamen nõ est solum nudum ministerium, vel annunciãdi Euangelium, vel declarandi, remissa esse peccata; sed ad instar actus iudicialis, quo ab ipso, velut à iudice, sententia pronunciatur. Hæc ibi. Et cano. 9. Si quis dixerit: Absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse actum iudicialem; sed nudum ministerium pronunciandi & declarandi remissa esse peccata confitentij, anathema sit. Hæc ibi. Quæ speciatim ad doctrinam respõsionis ad quintum faciunt. Item à catechismo edito ex decr. Concilij Tridentini, & Pij V. Pont. Max. iussu: in, De sacramento pœnitentiæ. Huius sacramenti forma est, Ego te absoluo. Quam non solùm ex illis verbis licet colligere, Quæcumque solueritis super terram, erũt soluta & in cęlo; sed ex eadem Christi Domini doctrina ab Apostolis traditã accepimus. Ac, quoniam sacramenta id significãt, quod efficiunt, illa, Ego te absolvo, ostendunt, peccatorũ remissionem huius sacramenti administratione effici; planum est, hanc esse pœnitentiæ perfectã formam. Hæc ibi. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

In articulo 3. eiusdem quæst. in responsione ad tertium, circa formam absolutionis aduerte, quòd licet forma absolutionis consistat in illis duobus verbis, scilicet, Absoluo te, vt in litera dicitur, & habetur ex Concilio Florentino sub Eugenio IIII. nihilominus si quis alijs uerbis uteretur (puta, Remitto tibi peccata) sacramentum esset perfectum.

¶ Quod, & ratione, & auctoritate monstratur. Ratione quidem: quia uirtus sacramentalis nõ est à Deo obligata, ita his verbis, quin sit etiam collata æquipollentibus: auctoritas autem sumitur primo ex Euangelio: quia Dominus instituendo confessores, dixit, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Secundo, ex Auctore in hac litera comparante istas duas formas, scilicet per absoluere, vel remittere, quarum vtraque ex verbis Domini sumitur, & dicente, quòd illa, quæ fit per absoluere, est magis congrua: quia magis congruit verbis Domini, dum de virtute clauium loquebatur: differentia autem secundum magis, vel minus congrui, non tollit virtutem sacramenti. Accedit ad hoc Scot. in 4. dist. 14. quæst. 4. qui tamen forte nimis latè locutus est dicens, quòd sufficit quòd exprimatur actus sententiæ absoluentis.

¶ In responsione ad quartum, vbi dicitur, quòd Apostolis non est data potestas vt sanarent infirmos, &c. intellige regulariter: non enim est cõcessum Apostolis, vt regulariter sanarent ex potestate infirmos, quamuis hoc fuerit eis quandoque concessum. Et hoc sufficit ad differentiam in litera intentam inter potestatem sacramentalem, & potestatem faciendi miracula: quia potestate sacramentali ordinariè possumus remittere peccata: potestate autem miracula faciendi, non poterant ordinariè sanare infirmos auctoritatiuè, sed deprecatiuè.

¶ In responsione ad quintum circa vltimam expositionem, vbi dicitur, Ego te absoluo, id est, sacramentum absolutionis tibi impendo, aduerte, quòd huiusmodi expositio ex forma verborum non importat formam absolutionis in actu exercito: sicut significat illam hæc enunciatio, Ego absoluo te. Hac enim sacerdos ipse exercet ipsam absolutionem, faciendo quod significat? sacramentum enim efficit quod significat: dicendo autem sacramentum absolutionis tibi impendo, non significat se absolutionis actum exercere: sicut si diceretur, Ego baptismi sacramentum tibi impendo, non significaretur ex forma verborum, quòd ego exercerem actum baptizandi: sed vtrobique significatur actus, vt materia sacramenti impendendi: si autem considerentur dicta verba secundum sensum, sic conueniens, ac perfecta inuenitur expositio: quoniam æquipollet huic, sacramentaliter absoluo te: idem est enim impendere sacramentum absolutionis, & sacramentaliter absoluere. Et per hanc expositionem excluditur ex parte ministri præsumptio, seu vsurpatio diuinæ potestatis, & ex parte effectus ambiguitas. Nam ly sacramentaliter, distinguit à duobus, scilicet à principaliter, & à purè spiritualiter: solus enim Deus est qui principaliter absoluit à peccatis: & similiter solus Deus purè spiritualiter absoluit à peccatis. sacramento verò homo absoluit instrumentaliter, & signo sensibili, vt patet. Et hinc fit, vt effectus sacramenti, scilicet absolutio interior à peccatis, qui ex parte sacramenti est certissimus, non significetur in ambiguo, etiam si ex parte pœnitentis malè dispositi impediatur, qui non significatur absolutio, vt recipitur interius in pœnitente, sed vt exit exterius à ministro sacramenti, ex qua parte constat absolutionem esse certissimam.

¶ Et si nouitius hoc non penetrat, fingat Deum dicere Petro, Absoluo te, & confessorem dicere Ioanni, Absoluo te, & uideat differentiam, quòd absolutio Petri est vtrimque certa: quia Deus non diceret, Absoluo te, nisi etiam uerè intus absolueretur. Absolutio verò Ioannis est, significatur certa ex parte confessoris tantum: quia sacramentum absolutionis impendit, quia sacramentaliter absoluit, & intus potest impedimentum inuenire ex fictione pœnitentis.

SVPER

SVPER Q. XXV. Aliàs 84. ART. IIII.

CONCL. Ad sacramentum Pęnitentiæ non requiritur manuum impositio.

¶ PROB. primò: Quia sacramentum pęnitētiæ non ordinatur ad consequendā excellentiam gratiæ (vt patet ex so: quod ordinatur proprie ad remissionē peccatorum; quæ non requirit gratiæ excellentiam, licet requirat gratiam. 1. 2. q. 113. art. 2.): & impositio manuū in sacramentis Ecclesiæ fit ad designandū aliquem copiosum gratiæ effectum, i. aliquem gratiæ effectum in excellentia (vt patet de sacramento Confirmationis, atq; Ordinis). Secundò, quia à fortiori patet ex hoc, quòd impositio manuū non requiritur ad baptismum (vt patet).

188 4. cōt. gen. c. 71. & op. 22. c. 4.

1^m illatio conclusionis. Ergo in hoc &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex eo, quòd malè intelligit pmissas. Et ideò transit ab impositione formaliter diuersa ad aliam manuum impositionem formaliter differentem: quod est maxime vitiosum, & inefficax. Nam illa manuum impositio; de qua loquitur argumētum in præmissis ex Mar. vlt. non est sacramentalis; sed ordinatur &c. vt in tex.

2^m de minori. Sed Spiritussanctus datur. ℞. Cum plenitudine. §. Vt intelligitur ibi Actu. 8. quoniā de confirmationis sacramento loquitur, q. 72. art. 2. 4. Tunc nihil &c. vt patet ex dictis corp.

3^m de minori. Sed in alijs sacramentis. ℞. Quæ perficiuntur in vsu materiæ exterius appositæ. §. Tūc nihil &cæt. Nam sacramentū pœnitentię non consistit in vsu alicuius materiæ exteriùs appositæ: sed loco materiæ se habent ea, quæ sunt ex parte pęnitentis, ar. tic. 2. Vnde sicut in Eucharistia &c. vt in tex. Argumētum ergo erat fallacia secundùm non causam, vt causam. Non enim ex eo, quòd sacerdotis verba sint maioris, vel minoris efficaciæ, procedit hoc (vt putauit argumentū) .s. quòd in alijs quibusdam sacramentis requiratur aliquis actus sacerdotis exercitus, & hic non: sed ista diuersitas procedit aliunde, s. ex diuersitate materiæ (vt declaratum est).

APPEN-

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum impositio manuum sacerdotis requiratur ad hoc sacramentum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd impositio manuum sacerdotis requiratur ad hoc sacramentum: dicitur enim Marci vltimo. Super ægros manus imponent, & bene habebunt: ægri autem spiritualiter sunt peccatores, qui recipiunt bonam habitudinem per hoc sacramentum. ergo in hoc sacramento est manus impositio facienda.

¶ 2 Præt. In sacramento pœnitentiæ recuperat homo Spiritumsanctum amissum: vnde ex persona pęnitentis dicitur in Psal. 50. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me: sed Spiritussanctus datur per impositionē manuum: legitur enim Act. 8. quòd Apostoli imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritumsanctum, & Matth. 19. dicitur, quòd oblati sunt Domino paruuli, vt eis manus imponeret. ergo in hoc sacramento est facienda manus impositio.

¶ 3 Præt. Verba sacerdotis in hoc sacramento non sunt maioris efficaciæ, quàm in alijs sacramentis: sed in alijs sacramentis non sufficiunt verba ministri, nisi aliquem actum exerceat: sicut in baptismo simul cum hoc, quòd sacerdos dicit, Ego te baptizo, requiritur corporalis ablutio. ergo etiam simul cum hoc, quòd sacerdos dicit, Ego te absoluo, oportet quòd aliquem actum exerceat circa pœnitentem, imponendo ei manus.

SED CONTRA est, quòd cum Dominus dixit Petro, Quodcūque solueris super terram, &c. nullā mentionem de manus impositione fecit: neque etiam cum omnib. Apostolis simul dixit, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. non ergo ad hoc sacramentum requiritur impositio manuum.

RESPON. Dicendum, quòd impositio manuum in sacramentis ecclesiæ fit ad designandum aliquem copiosum gratiæ effectum: quo illi, quibus manus imponuntur, quodāmodo per quandam similitudinem continuantur ministris, in quibus copia gratiæ esse debet. & ideo manus impositio fit in sacramento confirmationis, in quo confertur plenitudo Spiritussancti, & in sacramento ordinis, in quo confertur quædam excellentia potestatis in diuinis mysteriis. vnde & 2. ad Timot. 1. dicitur, Resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuū mearum: sacramentum autem pęnitentiæ non ordinatur ad consequēdam aliquam excellentiam gratiæ, sed ad remotionem peccatorum: & ideo ad hoc sacramentū non requiritur manuum impositio, sicut etiam nec ad baptismum: in quo tamen fit plenior remissio peccatorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa manus impositio non est sacramentalis, sed ordinatur ad miracula perficienda, vt s. per contactum manus hominis sanctificati, etiam corporalis infirmitas tollatur: sicut etiā legitur de Domino Mar. 6. quòd infirmos manibus impositis curauit, & Matth. 8. legitur, quòd leprosum mundauit per contactum.

AD SECVNDVM dicendum, quòd non quælibet acceptio Spiritussancti requirit manus impositionem: quia etiam in baptismo accipit homo Spiritumsanctum, nec tamen fit ibi manus impositio: sed acceptio Spiritussancti cum plenitudine requirit manus impositionem, quod pertinet ad confirmationem.

AD TERTIVM dicēdum, quòd in sacramentis, quæ perficiuntur in vsu materiæ, minister habet aliquem actum corporalē exercere circa eū, qui suscepit sacramentum: sicut in baptismo, & confirmatione, & extrema vnctione: sed hoc sacramentum non consistit in vsu alicuius materiæ exterius appositæ: sed loco materiæ se habent ea, quæ sunt ex parte pęnitentis. vnde sicut in eucharistia sacerdos sola prolatione verborum super materia perficit sacramētum, ita etiā sola verba sacerdotis absoluentis super pęnitentē, perficiunt absolutionis sacramētum. Et sic aliquis actus corporalis esset ex parte sacerdotis necessarius, non minus competeret crucis signatio, quę adhibetur in eucharistia, quàm manus impositio in signum, quòd per sanguinē crucis Christi remittuntur peccata: & tamen non est de necessitate huius sacramenti, sicut nec de necessitate eucharistiæ.

ARTI-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo per rationē ostendas, meritò esse insinuatū à scripturis, & Concilijs; quòd non requiritur manuum impositio in sacro pęnitentiæ. A scripturis quidē per hoc; quòd cùm Dñs dixit Petro &c. vt in arg. contr. Pro cuius efficaciæ captu nota: quòd licet locus ab authoritate negatiuè, simplr, i. nullo alio addito, nihil efficaciæ habeat (vt patet in logicalib.): tn idē locus, si cum aliquo alio addito affirmatiuā circa authoritatē importante accipiat, validā efficaciā habet. Verbi gīa, in proposito. Dñs intendebat assignare oīa assignanda ad remissionē peccatorū ex parte sacerdotis (vt patet; nè s. esset diminutus in sua doctrina) qñ dixit Petro Matth. 16. Quodcūq; solueris &c. simulq; omnib. Ioā. 20. Quorū remiseritis &c. At nullā alicubi mentionē de manuū impositione facit (vt patet Euāgelij citata loca legēti): Ergo ad sacrm pęnitentiæ non requiritur manuum impositio. Ecce argm ab authoritate negatiue (qđ ostendit minor) sumptus tamen cū aliquo addito affirmatiuam importante (quod ostēdit maior): & ideò est validū & efficax (vt de se patet) Sic intellexit D. Thom. illud suū arg. contr. Nec obstat, quòd non expressent illā maiorem: quòd ipsa propositio, vt cōis animi conceptio, subintelligenda de necessitate psupponebatur ibi. Quis. n. non concipiat: quòd Christus Dei sapientia, qñ tractat ex professo aliquid, illud & intendit tractare, & tractat, sufficienter, i. sine diminutione? Sufficienter ergo, sm etiā cōem animi conceptionē, tractauit Christus de requisitis ex parte absoluētis ad remissionem peccatorum. Stāte hoc addito affirmatiuā circa illā authoritatē importāte; & ideò faciente, quòd ille nō est locus ab authoritate pure negatiue (in quo sensu loquebantur logici) sed est ab authoritate æquiualenter affirmatiue: constat omnibus manifeste; quòd, si Christus in locis pmissis Euangelij nullam de impositione manuū fecit mentionem, non requiritur hic ipsa impositio. A Concilijs item similiter illud insinuat per hoc; quòd, cum tractāt de requisitis ad remissionē peccatorū ex parte absoluētis, non faciunt mentionē de manuū impositione. Hoc patet legenti Conciliū Florentinum, & Trident. recitata verbatim suprà ar. 2. appen. Constat verò; Florentinū intēdisse de requisitis ad sacramenta pleniter ibi instruere Armenos ipsos; & idē intendisse ibi

Responsio tertia.

Concilium Tridentinum respectu quorumcunque: cùm certum sit, neutrum ipsorum notam insufficientiæ, seu diminutionis (quam & natura fugere docet) incurrere voluisse. Quod si de loco ab authoritate negatiue quæstio moueatur pro infirmāda insinuatione prædicta, quam à Concilijs accepimus: tunc videantur præmissa circa scripturas de simili quæstione & loquentia, & definitio; & mox, ad propositum præsens ipsa applicando, per locum à simili plene satisfactum erit. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

*Ferr. 4. cont. c. 71. Sot. 4. f. d. 14. q. 1. art. 5.*

## SVPER Q. XXV. Aliàs 84. Art. v.

189 Sup. q. 65. a. 1. cor. Et ar. 2. ad 4. Et a. 4. co. Et 4. d. 14. q. 2. ar. 5. & in prs. exp. lit. Et 5. cō tra. c. 71.

CONCL. Pœnitentia sacramentum est necessarium ad salutem, post peccatū mortale actuale.

¶PROB. Quia necessarium est ad saluté peccatoris, quòd peccatum remoueatur ab eo (vt patet ex eo; quòd peccatum generat mortē, Iacob. 1.): & mortale peccatum nō potest remoueri à peccatore post baptismum lapso sine sacramento pœnitentiæ, saltem in voto (vt patet ex art. 2. simul cum artic. 1. ac 3.)

† Aug. in hoc loco, to. 8.

1^m^ illatio conclusionis. Ergo bona voluntas &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis malè intellectis. Glossa siquidem, quæ ibi adducitur, non loquitur de bona volūtate post peccatum actuale (vt argumentum putat); cum nec possit illa voluntas esse bona, nisi pœniteat de peccato. i. nisi sit tristis tristitia 2. Corin. 7. allegata: sed loquitur de bona volūtate ante peccatum. Vnde nihil penitus est ad propositum cōclusionis ab argumento illatæ.

2^m^ de concl.^e Potest quisque. R. Qui non peccauit. §. Alioquin, ex quo aliquis peccatum incurrit; charitas &c. vt in tex. Tunc nihil &c. vt patet ex articuli conclusione.

3^m^ de minori. Absque pœnitentia. R. i. absque pœnitentiæ sacramento: non autem, absque pœnitentia interiori. §. quęst. 26. ar. 1. 2. Tunc nihil &c. Nam ex ijs, quæ Christus fecit per potestatem excellentię suæ in sacramentis, cuiusmodi fuit hoc factum de adultera, non debent trahi consequentiæ ad imitandum illa: quoniam ipse potestatem excellentiæ talis nulli contulit, q. 5. art. 4. Solùm ergo imitandus est a nobis in rebus ijs; in quibus voluit, nos seipsum imitari: ad quod argumentum non considerauit.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum hoc sacramentum sit de necessitate salutis.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̄ hoc sacramentum non sit de necessitate salutis: quia super illud Psal. 125. † Qui semināt in lachrymis, &c. glos. Noli esse tristis, si adsit tibi bona voluntas, vnde metitur pax: sed tristitia est de ratione pœnitentię, secundū illud 2. Cor. 7. Quæ secundùm Deum est tristitia, pœnitentiā in salutem stabilem operatur. ergo bona voluntas sine pœnitentia sufficit ad salutem.

¶ 2 Præt. Prouerb. 10. dicitur, Vniuersa delicta operit charitas: & infrà 15. Per misericordiam, & fidem purgantur peccata: sed hoc sacramētum non est, nisi ad purgandum peccata. ergo habendo charitatem, & fidem, & misericordiam, potest quisque salutem consequi, etiam sine pœnitentiæ sacramento.

¶ 3 Præt. Sacramenta ecclesię initiū habent ab institutione Christi, sed legitur Ioan. 8. Christus mulierem adulteram absoluit absque pęnitentia. ergo videtur, quòd pœnitentia non sit de necessitate salutis.

SED CONTRA est, q̄ Dominus dicit Luc. 8. Si pęnitentiam non habueritis, omnes simul peribitis.

RESP. Dicendum, q̄ aliquid est necessarium ad salutem dupliciter. vno modo absolutè: alio modo ex suppositione: absolutè quidem necessariū est ad salutem illud, sine quo nullus salutem consequi potest, sicut gratia Christi, & sacramentum baptismi per quod aliquis in Christo renascitur. Ex suppositione autē est necessarium sacramentū pęnitentię, quod quidem est necessariū non omnibus, sed peccato subiacentibus: dicitur. n. Paralip. vlt. Et tu Deus iustorum non posuisti pęnitentiam iustis. Abraham, Isaac, & Iacob his, qui tibi non peccauerunt. Peccatum autem cum consumatū fuerit, generat mortem, vt dicitur Iacobi 1. Et ideo necessarium est ad salutem peccatoris, quòd peccatum remoueatur ab eo, quod quidem non potest fieri sine pœnitentiæ sacramento, in quo operatur virtus passionis Christi per absolutionem sacerdotis simul cum opere pœnitentis, qui cooperatur gratiæ ad destructionem peccati: sicut enim dicit Augustinus * super Ioan. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. vnde patet, quòd sacramentum pœnitentiæ est necessarium ad salutem post peccatum, sicut medicatio corporalis postquā homo in morbum periculosum inciderit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd glossa illa videtur esse intelligenda de eo, cui adest bona voluntas sine interpolatione, quæ fit per peccatum: talis enim non habet tristitiæ causam: sed ex quo bona voluntas tollitur per peccatum, non potest restitui sine tristitia, qua quis dolet de peccato præterito, quod pertinet ad pœnitentiam.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ ex quo aliquis peccatum incurrit, & charitas, fides, & misericordia non liberant hominem à peccato sine pęnitentia: requirit enim charitas, q̄ homo doleat de offensa in amicum commissa, & quòd amico homo studeat satisfacere: requirit etiam ipsa fides, vt per virtutem passionis Christi, quæ in sacramentis ecclesię operatur, quæras iustificari à peccatis: requirit etiam & ipsa misericordia ordinata, vt homo subueniat pęnitendo suæ miseriæ, quam per peccatum incurrit, secundùm illud Prouerb. 14. Miseros facit populos peccatum: vnde Eccles. 30. dicitur: Miserere animæ tuæ, placens Deo.

AD TERTIVM dicendum, q̄ ad potestatem excellentiæ, quam solus Christus habuit, vt suprà * dictum est, pertinuit q̄ Christus effectum sacramenti pęnitentię, qui est remissio peccatorū, contulit mulieri adulteræ sine exterioris pęnitētiæ sacramento, licet non sine interiori pęnitentia, quam ipse in ea per gratiam est operatus.

* De verb. Apost. ser. 15. to. 10.

* q. 64. ar. 3

## APPENDIX.

EX artic. habes primò, quomòdo per rationem interimas hęreses Catharorū (vt refert Card. Turrecr. De Ecclesia lib. 4. cap. 35.) dicentium; q̄ non est pœnitendum de peccatis. Item Petri de Osma (vt refertur in Extrauag. Sixti IIII) dicentis: q̄ peccata mortalia, quo ad culpam & pœnam alterius sæculi, debētur sola cordis contritione absque ordine ad claues, i. absque confessione etiam in voto habita. Item Albanensium dicentium: quod homo non potest, nec debet cōfiteri, post commissum peccatum. Secundò habes: quomodò per rationem ostendas, eas cum simılib. (quod semper, & vbique intelligitur. Quoniam damnata vna hæresi, omnes aliæ similes, absque noua & speciali damnatione, intelliguntur esse dānatæ) merito condemnari ab illa Extrauagāti Papæ Sixti IIII. Item à Concilio Trid. sess. 14. cap. 2. Est autem hoc sacramentum pœnitentiæ lapsis post baptismum ad saluté necessarium: vt nondum regeneratis ipse baptismus. Hæc ibi. Item à Cōcilijs, & multis alijs: vt patet in q. 10. art. 1. Elucidation. & in Additio. articulorū num. 1. 19. 20. 29. 59. 61. 108. semper cum Elucidat. Quæ loca citata, cum aduersus hæreses agatur, videas omnino. Tertiò vides: quomodo ex ijs benè pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

---

190 4. d. 2. q. 1. art. 3. ad 5. Et d. 14. q. 1. a. 1. q. 4. Et dist. 6. q. 4. ar. 1. q. 1. ad 1.

*Sot. 4. f. d. 14. q. 1. art. 6.*

## SVPER Q. XXV. Aliàs 84. Art. vi.

CONCL. Pęnitentia tenet secundū locū respectu status integritatis; qui confert & conseruatur, per Baptismū, Confirmationem, Eucharistiam. Vndè metaphorice conueniēter dicitur secunda tabula post naufragium.

¶PROB.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum pęnitentia sit secunda tabula post naufragium.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̄ pœnitentia non sit secunda tabula post naufragiū: quia super illud Isa. 4. Peccatū suum quasi Sodoma prędicauerūt, dicit gl. * Secunda tabula post naufragium, est peccata abscondere: pœnitentia autem nō abscondit peccata, sed magis

* gl. Hiero. in illum locum to. 5.

¶Prob. Quia pœnitentia ad salutem hominis ordinatur per accidens, i. præsupposito peccato (vt patet ex hoc; ꝙ nisi homo peccaret actualiter, non indigeret pęnitentia: art.5. ex 2.Paralip. vlt.); Baptismus autem, Confirmatio, Eucharistia ad illam ordinātur per se (vt patet ab oppositis, f. ex hoc; ꝙ etiam si homo non peccaret actualiter, indigeret adhuc regenerari, augeri spiritualiter, atque nutriri): & id quod est per accidēs est posterius eo, quod est per se (vt patet ab exemplo de accidente respectu substantiæ). Secunda autem pars, f. vnde metaphoricè &c. patet & ex prima; & ex declaratione textus ly nam primum remedium, &c.

a.

## 1m ex Glossa.

Secunda tabula. ℞. Non tollens peccatū. §. Tunc nihil &c. Conclusio enim articuli loquitur in alio sensu, f. de secunda tabula tollente peccatum. Nam per pęnitentiam tolluntur peccata.

¶Exam.1. Ly dùm fiunt. Scilicet, actu exteriori: postquàm actu interiori volūtatis, i. consensu, facta sunt. Hoc dixerim ad saluandum ly post naufragiū. Si enim abscondit quis peccata, dùm facit illa: quomodo ipsum abscōdere est post naufragium? Immò est in tempore concomitāte illud naufragiū: cùm nihil aliud sit naufragium, nisi ipsum peccatum. Simul ergo sunt naufragium & absconsio: quando aliquis facit peccatū absconditè. Quia verò dū hoc peccatum exteriori actu facit absconditè; subintelligitur semper prius tal tem prioritate naturæ, licet non semper prioritate temporis, fecisse illud peccatum actu interiori; quod est naufragium fecisse interius: ideò istud abscondere peccata, dum fiunt, dicitur non tantū secunda tabula, sed etiam dicitur esse post naufragium. Concomitanter igitur absconditè peccare se habet ad naufragium exterius (& in hoc sensu textus cum glossa non sumit ly naufragium): & nihilominus taliter, i. absconditè peccare se habet subsequenter ad naufragium interius (& in hoc sensu textus, & glossa, accipit ly naufragium).

* q.65.art. 1.& 2.

† Hieron. super illud Esa.3. peccatū suum quasi Sodoma, to.5.

¶Exam.2. Ly in occulto peccet. Scilicet; ita quòd peccatum ipsum, quantum est ex parte peccantis, remaneat (dempta salutifera confessione) occultum. Alioquin hoc, f. quòd quis peccaret in occulto, non esset quoddam remedium in peccatis (vt tex. dicit): sed rediret in naturam peccati publicè facti. Si enim quis, postquàm occultè peccauit, publicaret, quasi se iactando, vel alia illegitima causa motus, se taliter peccasse: iam iste (vt patet considerantibus) neque contemptum euaderet, neque actiuum scandalum aliorum. Quòd uerò sic sumendum sit ly in occulto peccet; demonstrat textus per hoc, ꝙ intendit satisfacere ab oppositis authoritati Isa. 3. Ac si diceret. Sodomitæ peccatum suum prædicauerunt duobus modis; vel quia in occulto actum peccati non fecerunt; vel quia ipsum in occulto factum quasi per iactantiam propalarunt; similes illis de quibus dicitur Prouerb. 2. Lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Constat siquidem: quòd his sic altero duorum modorum publicè peccantibus opponitur ly in occulto peccet, iuxta sensum declaratum; tanquàm quoddam remedium in peccatis & ad minuendum contemptum, & ad tollendum scandalum (de quibus in tex.)

## 2m illatio conclusionis.

Ergo pęnitentia non &c. ℞ Negatur illatio: § Procedit enim ex præmissis malè intellectis. Nam putat & in minori, quòd pęnitētia sit fundamentum in spirituali ædificio primo, cum tamen solùm sit in secundo; & quòd Apostolus loquatur de fundamento sacramentali, cùm tamen solùm loquatur de doctrinali; & quòd illud Actu. 2. intelligatur de pœnitentia sacramēto, cùm tamen solùm intelligatur de pęnitentia virtute, quæst. 26. artic. 1. 2. Textus hic vltimus ly pęnitentia autem &c. confirmatur, & declaratur ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 1. Princeps Apostolorum Petrus peccatoribus Baptismo initiandis pęnitentiā commendans dicebat; Pęnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum. Porro nec ante aduentū Christi pęnitentia erat sacramentum, nec est post aduentum illius cuiquam ante baptismum. Hæc ibi. Et sessio. 6. cap. 14. Dicendum est: Christiani hominis pęnitentiam post lapsum multò aliam esse à baptismali; eamque continere non modò cessationem à peccatis, & eorum detestationem, aut cor contritum, & humiliatum; verùm etiam eorundem sacramentalē confessionem, saltem in voto & suo tempore faciendam, & sacerdotalem absolutionem; itemque satisfactionem per ieiunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia. Hæc ibi.

* citata in arg 1.

D.657.

Responsio secunda.

## 3m conclusio.

Pœnitentia non debet dici secunda tabula post naufragium. ℞. Nisi respectu status integritatis. §. Tunc nihil &c. vt patet in cōclusione articuli per hoc, quòd ibi ponitur ly respectu status integritatis. Stat ergo simul: quòd pęnitentia sacramentum absolutè teneat quartum locum, quæst. 6. artic. 1. 2. & respectiue ad statum integritatis teneat locum secundum.

---

ea reuelat. ergo penitentia non est secunda tabula.

¶2 Præt. Fundamentum in ædificio, non tenet secundum, sed primum locum: pęnitentia autem in spirituali ædificio est fundamentum, secundùm illud Heb. 6. Non rursus iacientes fundamentum pęnitentiæ ab operibus mortuis, vnde & præcedit ipsum baptismum, secundùm illud Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. ergo pœnitentia non debet dici secunda tabula.

¶3 Præt. Omnia sacramenta sunt quædam tabulæ, id est, remedia contra peccatum: sed pœnitentia non tenet secundum locum inter sacramenta, sed magis quartum, vt ex supradictis * patet. ergo pœnitentia non debet dici secunda tabula post naufragium.

Sed contra est, ꝙ † Hieron. dicit, quòd secunda tabula post naufragium est pęnitentia.

Respon. Dicendum, ꝙ id, quod est per se, naturaliter prius est eo, quod est per accidens: sicut & substantia prior est accidente: sacramenta autem quædam per se ordinantur ad saluté hominis, sicut baptismus, qui est spiritualis generatio, & confirmatio, quæ est spirituale augmentum, & eucharistia, quæ est spiritualē nutrimentum: pęnitentia autem ordinatur ad salutem hominis quasi per accidens, supposito quodam, f. ex suppositione peccati: nisi enim homo peccaret actualiter, pœnitentia non indigeret: indigeret tamen baptismo, & confirmatione, & eucharistia: sicut & in vita corporali non indigeret homo medicatione nisi infirmaretur: indigeret autem homo per se ad vitam generatione, augmento, & nutrimento. & ideo pœnitentia tenet secundum locum respectu status integritatis, qui confertur, & conseruatur per sacramenta prędicta: vndè & metaphoricè dicitur secunda tabula post naufragiū.

Nam primum remedium mare transeuntibus est, vt conseruentur in naui integra. Secundum autem remedium est post nauem fractā, vt quis tabulæ adhæreat: ita etiam primum remedium in mari huius vitæ est, ꝙ homo integritatem seruet: secundū autem remedium est, si per peccatum integritatem perdiderit, quòd per pęnitentiam redeat.

Ad primum ergo dicendum, quòd abscondere peccata contingit dupliciter. Vno modo, dum ipsa peccata fiunt: est autem peius peccare publicè quàm occultè: tum, quia peccator publicus videtur ex maiori cōtemptu peccare: tum etiam, quia peccat cum scandalo aliorum. & ideo quoddam remedium est in peccatis, quod aliquis in occulto peccet. Et secundùm hoc dicit glo. * quòd secunda tabula post naufragium est peccata abscondere, non quòd per hoc tollatur peccatum, sicut per pęnitentiam, sed quia per hoc, peccatum fit minus. Alio modo, aliquis abscondit peccatum prius factum per negligentiam confessionis, & hoc contrariatur pœnitentiæ. Et sic abscondere peccatum, non est secunda tabula: sed magis contrarium tabulæ: dicitur enim Prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur.

Ad secundum dicendum, ꝙ pęnitentia non potest dici fundamētum spiritualis ædificii simpliciter, i. in prima ædificatione: sed est fundamentum d in secunda reædificatione, quæ fit per destructionem peccati. Nam primo redeuntibus ad Deum, occurrit pęnitentia. Apostolus tamen ibi loquitur de fundamento spiritualis doctrinæ: pœnitentia autem, quæ baptismum præcedit, non est pęnitentiæ sacramentum.

Ad tertium dicēdum, quòd tria præcedentia sacramenta pertinent ad nauem integram, i. ad statum integritatis, respectu cuius pęnitentia dicitur secunda tabula.

ARTI-

## APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationē ostendat, meritò insinuatum esse à S. Hieronymo, & Concilijs: ꝙ Pœnitentia est secunda tabula post naufragium. A S. Hieron. quidē; vt in arg. cont.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

A Concilio autem Florent. per hoc, ꝙ dicit in decreto Armenis dato. Per baptiſmum ſpiritualiter renaſcimur; per confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide; renati autem, & roborati, nutrimur diuina Euchariſtiæ alimonia. Quod ſi per peccatum ægritudinem incurrimus animæ; per pęnitētiam ſpiritualiter ſanamur. Hæc ibi. Intelligas enim terminum, ſ. quid importet ly ſecunda tabula poſt naufragium: & mox conſpicies, quòd per illa verba omnia Concilium dixit in ſenſu; ꝙ ſacramentum pęnitentiæ eſt ſecunda tabula poſt naufragium. A Concilio etiam Trid. ſeſſ. 6. cap. 14. Qui ab accepta iuſtificationis gratia per peccatum exciderūt, rurſus iuſtificari poterunt; cùm, excitante Deo, per pœnitentię ſacramentū merito Chriſti amiſſam gratiā recuperare procurauerint. Hic enim iuſtificationis modus eſt lapſi reparatio: quam, ſecundam poſt naufragium deperditæ gratiæ tabulam, ſancti Patres apte nūcuparunt. Hæc ibi. Et ſeſſ. 14. cano. 2. Si quis, ſacramenta confundens, ipſum Baptiſmum pœnitentiæ ſacramentum eſſe dixerit; quaſi hæc duo ſacramenta diſtincta non ſint: atque ideo pœnitentiam non rectè ſecundam poſt naufragium tabulam appellari; anathema ſit. Hęc ibi. Secundò uides: quomodo ex iis benè penſatis, & applicatis, doctrina præſens Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur.

---

*Sent. 4. ſ. d. 14. q. 1. ar. 7.*

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum hoc ſacramentum fuerit conuenienter in noua lege inſtitutum.*

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ hoc ſacr̄m non fuerit conuenienter inſtitutum in noua lege. Ea. n. quæ ſunt de iure naturali, inſtitutione non indigent: ſed pęnitere de malis, quæ quis geſſit, eſt de iure naturali: nō. n. poteſt aliquis bonum diligere, quin de contrario doleat. ergo pœnitentia non fuit conuenienter inſtituta in noua lege.

¶ 2 Præt. Illud quod fuit in veteri lege inſtituendū non fuit in noua: *ſed etiā in veteri lege, fuit pęnitentia: vnde & Dominus conqueritur Hier. 28. dicens, Nullus eſt qui agat pęnitentiam ſuper peccato ſuo, dicēs, Quid feci? ergo pęnitentia non debuit inſtitui in noua lege.

¶ 4 Præt. Pœnitentia conſequenter ſe habet ad baptiſmum, cum ſit ſecunda tabula, vt ſuprà *dictum eſt: ſed pęnitentia videtur à Domino inſtituta ante baptiſmum: nam in principio prædicationis ſuæ dixiſſe Dn̄s legitur Matth. 4. Pęnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cęlorum. ergo hoc ſacr̄m non fuit conuenienter inſtitutum in noua lege.

¶ 4 Præt. Sacr̄a nouæ legis inſtitutionē habent à Chriſto, ex cuius virtute operantur, vt ſuprà dictum eſt: ſed Chriſtus non videtur inſtituiſſe hoc ſacramentum, cum ipſe non ſit vſus eo, ſicut aliis ſacramentis, quæ ipſe inſtituit. ergo hoc ſacramentum non fuit conuenienter inſtitutum in noua lege.

SED CONTRA eſt, ꝙ dicit Dominus Luc. vlt. Oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes.

RESP. Dicendum, ꝙ ſicut ſ. *dictū eſt, in hoc ſacramento actus pœnitentis ſe habet ſicut materia: id autem quod eſt ex parte ſacerdotis, qui operatur vt miniſter Chriſti, ſe habet vt formale, & completiuū ſacramenti: materia verò ēt in aliis ſacris præexiſtit à natura, vt aqua, vel ab arte, vt panis: ſed ꝙ talis materia ad ſacramentum aſſumatur, inſtitutione indiget hoc determinante; ſed forma ſacramenti, & virtus ipſius totaliter eſt ex inſtitutione Chriſti, ex cuius paſſione procedit virtus ſacramentorum. ſic ergo huius ſacramēti materia præexiſtit à natura (ex naturali enim ratione homo mouetur ad pœnitendum de malis, quæ fecit) ſed quòd hoc, vel illo modo homo pœnitentiam agat, eſt ex inſtitutione diuina: vnde & Dominus in principio prædicationis ſuæ indixit hominibus, vt non ſolùm pęniterent, ſed etiā pœnitentiam agerent, ſignificans determinatos modos actuum, qui requiruntur ad hoc ſacramentū: ſed id, quod pertinet ad officium miniſtrorum, determinauit Matth. 16. vbi dixit Petro, Tibi dabo claues regni cęlorum, &c. Efficaciam autem huius ſacramenti, & originem virtutis eius, manifeſtauit poſt reſurrectionem Luc. vlt. vbi dixit, ꝙ oportet prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remiſſionem peccatorū in omnes gentes præmiſſo de paſſione, & reſurrectione: ex virtute enim nominis in Ieſu Chriſti patientis, & reſurgentis, hoc ſacramentum efficaciam habet in remiſſionem peccatorum: & ſic patet conuenienter hoc ſacramentum in noua lege inſtitutum fuiſſe.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ de iure naturali eſt, quòd aliquis pęniteat de malis, quæ fecit, quantum ad hoc, quòd doleat feciſſe, & doloris remedium quærat per aliquem modum, & quòd etiam aliqua ſigna doloris oſtendat, ſicut & Niniuitæ fecerunt, vt Ionæ 3. legitur. In quibus tamen aliquid fuit adiunctum fidei, quam conceperant ex prædicatione Ionæ, vt ſcilicet hoc agerent ſub ſpe veniæ conſequendæ à Deo, ſecundùm illud quod ibi legitur: Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & reuertatur à furore iræ ſuę, & non peribimus? ſed ſicut alia, quæ ſunt de iure naturali, determinationem acceperunt ex inſtitutione legis

### SVPER Q. XXV. Aliàs 84. Art. VII.

791 4. di. 22. q. 2. art. 3.

CONCL. 1. Materia ſacramenti pœnitentiæ præexiſtit à natura: ſed quòd hoc, vel illo modo homo pœnitentiam agat, eſt ex inſtitutione diuina.

¶ PROB. Quia actus pęnitentis ſunt materia ſacramenti pœnitentiæ (vt patet art. 2.): & ex naturali ratione homo mouetur ad pęnitendū de malis, quæ fecit (vt de ſe patet). Secunda autem pars, ſ. ſed ꝙ &c. probatur: Quia ex inſtitutione Chriſti totaliter eſt tùm forma ſacramenti pęnitentię, ar. 3. tùm virtus ipſius (vt patet ex eo; quòd tota virtus ſacramentorū procedit ex paſſione Chriſti, q. 3. art. 5. item q. 5. art. 3.): & determinatus modus pœnitentiæ, tanquàm quoddā completiuum ſacramēti, eſt forma eius, ac virtus.

*ar. præce.

* q. 62. artic. 5. & q. 64. art. 1.

¶ EXAM. Ly ex naturali ratione homo mouetur ad pœnitendum de malis; quæ fecit. Scilicet ſi appręhendāt, ſecundùm quod oportet; illa, quæ fecit, eſſe mala. Alioquin de ipſis à ſe factis, etiam ſi ſecūdùm rei veritatem eſſent mala, non moueretur ad pœnitendum. Hinc, ſecundùm regulam illam Philoſophi, ſ. ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, ita maximè ad maximè, vult dicere textus: ꝙ ſicut ex naturali ratione homo appręhendens mala, quæ fecit, eſſe mala, mouetur ad pœnitendū de illis; ita, proportione appręhenſionis illorum malorum ſeruata, mouetur proportionaliter ad pœnitendum. Hoc eſt. Si appręhendit illa mala eſſe magna tunc mouebitur ex naturali ratione ad magnopere pęnitendum de illis; ſi autē appręhendit mala illa eſſe maiora, tunc ad magis pœnitendum; ſi uero illa pro maximis malis appręhendit, tunc ad maximè pęnitendū de ipſis mouebitur. Similiter & e contra intendit virtualiter textus. Hoc eſt. Si mala ſm̄ rei veritatem maxima appręhendat homo pro paruis, tunc parū ad pœnitendum de illis mouebitur: ſi autem apprǣhendat eadem pro nullis, tūc nihil mouebitur ad pœnitēdum de illis: ſi verò eadē pro bonis plus, vel minus, appręhenderit; tūc mouebitur ad gaudendum de illis plus vel minus. Porrò totū hoc, quod haſtenus dixit virtualiter textus de homine reſpectu malorū à ſeipſo factorum, intelligitur etiam de homine reſpectu malorū aliàs contingentium, ſeu à quibuſcumque aliis factorum: hoc tamē ſicut differentia ſeruato, ꝙ tunc pro ly pęnitendum, dicetur ly dolendum. Vt ſummatim, quod à te poſt longiùs ad inſtar ſupradictorū extendatur, e textu dicamus. Ex naturali ratione homo mouetur ad dolendum de malis, quæ videt fieri; ſi appręhēdat illa pro malis: & ſm̄ proportionē appręhenſionis de quantitate malorū illorum, ſequitur proportionaliter dolor in ipſo, & ſimiliter ē cōtrà. Ergo non dolere, ſiue non pęnitere, de malis ab aliis, ſiue à ſe factis infert neceſſariò nō appręhenſionē illorum malorum debitam. Et hoc, ſeruata ſemꝑ proportione ad inuicē ſecundùm plus, & minus; vt dictum eſt. Quantæ ergo damnationis digna ſit illa hæreſis Catharorum, quam recitauimus in ar. 5. appen. perpendas ex hoc textu: ꝙ ſ. illi ſic dicendo pugnabāt ē diametro contra rationē naturalem dicentem, Pęnitendum eſſe de peccatis.

*art. 2. huius quæſt.

¶ CONCL. 2. Conuenienter. i. modo conuenienti, inſtitutum eſt ſacramentum pęnitentię in noua lege.

¶ PROB. Quia Dominus ſacramenti pęnitentiæ inſtitutor, & monſtrauit, requiri determinatos modos tū ex parte pœnitentium, per ly pęnitētiā agite, Matt. 4. tùm ex parte miniſtrorum, Matth. 16. & declarauit ipſius ſacramenti tum efficaciam, tum originem virtutis, per ly oportet prædicari in nomine eius pœnitentiam, &c. Luc. vlt.

1m maior. Ea, quæ ſunt de iure naturali, inſtitutione nō indigent. B. Vt ſiant. ſ. Tunc nihil &c. Cum hoc. n. ſtat; quòd talia de naturali iure exiſtentia indigeant inſtitutione, vt deter-

legis diuinæ, vt in secunda parte dictum est, * ita etiam & pœnitentia.

AD SECVNDVM dicendum, q ea, quæ sunt iuris naturalis, diuersimode determinationem accipiũt in veteri, & in noua lege, secundum q congruit imperfectioni ueteris legis, & perfectioni nouæ: vnde, & pœnitentia in veteri lege aliquam determinationem habuit, quantum quidem ad doloré, vt esset magis in corde, quam in exterioribus signis, secundum illud Iohel 2. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra: quantum autem ad remedium doloris quærendum, ut aliquo modo ministris Dei peccata sua confiterétur, ad minus in generali. vnde dominus Leuit. 5. dicit, Anima quæ peccauerit per ignorantiam, offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram, æstimationemque peccati, qui orabit pro eo, quòd nesciés fecerit, & dimittetur: in hoc enim ipso, quòd oblationem faciebat aliquis pro peccato suo, quodámodo suum peccatum sacerdoti cõfitebatur, & secundum hoc dr̃ Prou. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur: nondum autem erat instituta potestas clauium, quæ a passione Christi deriuatur, & per consequens nódum erat institutum, quòd aliquis doleret de peccato cum proposito subiiciendi se per confessioné, & satisfactionem clauibus ecclesiæ, sub spe consequendæ veniæ, virtute passionis Christi.

AD TERTIVM dicendum, q siquis recte consideret ea, quæ dominus dixit de necessitate baptismi Ioan. 3. tempore præcesserũt ea, qui dixit Matt. 4. de necessitate pœnitentiæ. nam id, quod dixit Nicodemo de baptismo, fuit ante incarcerationem Io. de quo postea subditur, q baptizabat: illud uero quod de pœnitentia dixit Matt. 4. fuit post incarcerationem Ioannis: si tamen prius ad pœnitentiam induxisset, quàm ad baptismum, hoc ideo esset quia etiã ante baptismum requiritur quædã pœnitentia: sicut, & Petrus dicit Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum.

AD QVARTVM dicendum, q Christus non est vsus baptismo, qué ipse instituit: sed est baptizatus baptismo Io. vt sup. dictum est: * sed nec etiam actiue vsus est suo, ministerio, quia ipse non baptizabat cõmuniter, sed discipuli eius, vt dr̃ Ioan. 4. quiuis credendum sit, quòd discipulos suos baptizauerit, ut Aug. * dicit ad Seleucianum: vsus autem huius sacramenti ab eo instituti, nullo modo sibi competebat: nec quantum ad hoc, quòd ipse peniteret, in quo peccatum non fuit, neque quantum ad hoc, quòd hoc sacramentũ aliis præberet: quia ad ostendendam misericordiam, & virtuté suam, effectum huius sacr̃i sine sacr̃o præbebat, ut supra dictum est: * sacr̃m autem eucharistiæ, & ipse sumpsit, & aliis dedit: tum, ad commendandam excellentiam huius sacramenti: tum, quia hoc sacramétum est memoriale suæ passionis, in qua Christus est sacerdos, & hostia.

AR-

* 2.2.q.99. & 110.art. 1. & 95.artic.2.

* q.39.art. 1.& 2.

* In epist. 108. to.2. hr̃ etiã lib. 3. de anima & eius origine ca. 9.10.7.

* Ar.5.huius q. ad 3.

determinato aliquo modo fiant: & sic fecit Christus circa pœnitentiam. i. instituit illum modum determinatum, quo debeat salubriter fieri (ut patet ex conclusionibus articuli, & ex resp. ad secundum ly Nondum autem erat &c.)

2^m maior. Illud, quod fuit in ueteri lege, non erat instituendum in noua. ℞. Eodem modo precisè; quo erat institutum in lege ueteri. §. Tunc nihil &c. Nam modo alio. s. perfectiori instituta est pœnitentia in lege noua; quàm esset in ueteri: ut declaratur in tex. Ex cuius ultimis uerbis habetur descriptio quædam sumendi sacramétum pœnitentiæ. Vt sic dicatur. Quid est suscipere sacramentum pœnitentiæ? Est dolere de peccato, cum proposito subijciendi se per confessionem & satisfactionem clauibus Ecclesiæ, sub spe cõsequendæ ueniæ, ex uirtute passionis Christi iam actualiter peractæ. Patet autem: quòd hoc in ueteri lege non erat, sed nec poterat esse, institutũ. Pro principio textus vide Addition. q.6. artic.2. cum Eluc.

3^m minor. Pœnitentia videtur a Domino instituta ante baptismũ. ℞. Negatur. §. Sed nec probatio probat negatum. Nam, si quis rectè consideret ea, quæ Dominus dixit de &c. ut in textu, usque ad ly post incarcerationem Ioannis.

Item de maiori. Pœnitentia. ℞. i. pęnitentię sacramentum. §. Tunc nihil &c. Nam minor loquitur non de pœnitentia, quæ est sacramentum; sed de pœnitẽtia, quæ est uirtus. q.26. artic. 1. Vide responsum secundum textus ly si tamen prius ad pœnitentiam, &c. Ex ly induxisset, ly de pœnitentia dixit, ly dixit de necessitate baptismi, cognosce tu; q non loquit̃ hic textus de institutione sacramentorum: & consequenter q uult dicere, quòd argumentum irrationabiliter trahebat locũ Matth. 4. ad institutionis propositum. Porrò utraque responsionum prædictarum confirmari potest ex Concilio Trid. recitato sup. artic. 6. in ad secundum, & hic in seq appen.

4^m minor. Christus non uidetur instituisse hoc sacramentum. ℞. Negatur. §. Ad probationem dr̃: q uniuersaliter ad probandum non institutionem sacramenti alicuius a Christo, efficaciam non habet. Si enim hanc efficaciam haberet; tunc diceretur (quod est hæresis) Christum non instituisse baptismum. Christus. n. non est usus baptismo, quem ipse &c. ut in text.

A P-

APPENDIX.

EX art. habes primò: qũo per rationé ostendas, meritò esse insinuatum a Conc. Trid. q sacr̃m pœnitentiæ a Chr̃o institutum est conuenienter. Vt sess. 7. de sacr̃is can. 1. Si quis dixerit: sacr̃a nouæ legis non fuisse omnia a Christo instituta; anathema sit. Vide q.5. ar. 2. appen. Ité ab eod. sess. 6. c. 14. Pro ijs, qui post baptismum in peccata labuntur, Christus sacr̃m instituit Pœnitentiæ: cũ dixit, Accipite Spiritumsanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorũ retinueritis, retenta sunt. Hæc ibi. Et sess. 14. c. 1. Dñs sacr̃m Pœnitẽtiæ tunc præcipue instituit; cũ a mortuis excitatus insufflauit in discipulos dicẽs, Accipite Spiritumsanctum quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Quo tam insigni facto, & uerbis tã perspicuis, potestatem remittẽdi, & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles post baptismum lapsos, Apostolis & eorum legitimis successorib. fuisse cõicatam; uniuersorum Patrum cõsensus semp intellexit: & Nouatianos, remittẽdi potestatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Ecclesia Catholica, tanquã hæreticos, explosit atq; condemnauit. Quare uerissimũ hunc illorum uerborũ Dñi sensum sancta hęc synodus probans, & recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes: qui uerba illa ad potestatem prædicandi uerbum Dei, & Christi Euangelium annunciandi, contra huiusmodi sacramẽti institutionem, falsò detorquent. Hæc ibi. Et canon. 3. Si quis dixerit; uerba illa Domini saluatoris, Accipite Spiritumsanctum quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorũ retinueritis retenta sunt, non esse intelligenda de potestate remittendi, & retinendi peccata in sacr̃o pœnitẽtiæ; sicut Ecclesia catholica ab initio semper intellexit: detorserit autem, contra institutionem huius sacramenti, ad authoritatem prædicandi Euangelium; anathema sit. Hæc ibi. Cæterum de conuenientia institutionis patet ex hoc; quòd Christum instituisse sacr̃m illud, affirmat. Nam Christus, cum sit Dei sapientia. 1. Cor. 1. & non possit negare seipsum. 2. Tim. 2. non potest non conuenienter, immo non conuenientissimè, facere quæcumq; facit (ut alias docuimus): ita q idẽ sunt conuertibiliter, Christus fecit hoc uel illud, & Christus conuenientissime fecit hoc & illud. Secundo uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim decl. &c.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Resp. 2.

a

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 7. circa illud, quòd pœnitentia est de iure naturali, quo ad dolorem, & doloris remedium, & aliquod signum doloris, aduerte quòd dupliciter possunt hæc verba intelligi. Primo, simpliciter, vt absonant. Et sic magnam habent difficultatem, si non sunt falsa tum, quia si peccatum non fuit scandalosum, seu manifestum alijs, nulla apparet ratio naturalis ad signa doloris: tum, quia abstrahendo a documentis fidei, dolor, seu tristitia de præterito peccato nullam videtur habere rationẽ remedij, & propterea superfluum videtur dolere de malis præteritis. Accedit ad hæc, & difficile est nosse quid homo infra ius naturæ solum stando, cognosceret de abolitione peccati, per aliud quàm per cessationem a peccando. Alio autem modo intelliguntur, supposita in homine cognitione fidei, ita quòd supposita fide, non ex fide, sed ex ratione naturali prouenit, quòd homo doleat de peccatis commissis, & quòd dolorem in remedium assumat, & quòd aliquod signum doloris ostendat, quàmuis hoc tertium intelligendum sit sicut de exteriori religionis cultu vr̃, q in cõi sit de iure naturæ. Dictat. n. naturalis ratio homini fideli, ut doleat de offensa creatoris: & quia nullũ aliud ex nobis est remedium, nisi cor humiliatum, ideo huiusmodi humiliationem in remedium doloris, hoc est, peccati dolendi quærat.

Sec..

*Sec. 4. f. d. 14. q. 2. ar. 8.*

SVPER Q. XXV. Aliàs 84. Art. VIII.

CONCL. 1. Pœnitentia interior debet durare vſque ad finem vitæ.

¶ PROB. Quia ſemper debet homini diſplicere, quod peccauit (ut patet, etiam in beatis poſt hanc vitam): & diſplicentia cauſat dolorem in eo, qui eſt ſuſceptiuus doloris (ad differentiam ipſorum beatorum.)

192 Inf. ar. 9. ad 1. & 4. diſt. 17. q. 2. art. 4. q. 1. & 2.

¶ EXAM. Ly pœnitentia interior. Scilicet intellecta: ſecundũ quòd declarabitur ad ſecundum.

¶ CONCL. 2. Non oportet, quòd pœnitentia exterior duret vſq; ad finem vitæ; ſed vſq; ad determinatum tempus, ſecundum menſuram peccati.

¶ EXAM. Ly pœnitentia exterior. Hoc eſt. Cõfeſſionem ſacramentalem dicens ſatisfactionemq; a confeſſario taxatam ipſi pœnitenti, (ut patet ex contextu). Nõ autem loquitur de contritione, neque ut dicit dolorem interiorem (ſecundum quòd prima concluſio loquebatur) neque vt dicit dolorem ſenſitiuæ partis. Nam ſic loquentur Addition. q. 4. art. 1. vbi ſpeciatim, ad differentiam ſatisfactionis taxatæ, de qua intelligitur (ut diximus) hæc ſecũda concluſio, videas reſpon. ad quintum, ſemper cum Elucid. Ad primam autem concluſionẽ iuuabit videre ibid. q. 16. ar. 2.

* In lib. de uera & falſa pœni. c. 13. circa med. to. 4.

¶ PROB. Quia ſupponitur clara ex declaratione terminorũ. ſ. pœnitentia exterior; (ut in examine.)

D. 530.

1^m de maiori. Ad deletionem peccati. B. Et ad præſeruationem a futuris peccatis. §. Tunc nihil & cæt. Quamuis. n. homo in primo inſtanti, &c. ut in tex. Ad cuius notitiam in ly præſeruat a futuris, ſit tibi iuuamen. q. 10. ar. 6.

2^m de maiori. Pœnitentiam. B. Interiorem ſimul, & exteriorem. §. Tunc nihil &c. Nam artic. concluſio, quæ pœnitentiam dicit debere ſemper durare, loquitur de interiori tantum: & hæc habet locum etiam in proficientibus, &c. vt in tex. Ex quo dic: quòd per pœnitentiam interiorem, in prima concluſione dictam, intelligebatur & diſplicentia cordis, & quaſi naturaliter ad ipſam diſplicentiam conſequens in ſenſitiua parte, tanquam acceſſorium ad ſuum principale. Acceſſorium autem naturam ſequi congruit principalis: ut patet in 6. de regulis iuris, regul. 42. Vnde ſi talis diſplicentia. i. animi deteſtatio contra peccatum, debet ſemper durare; conſtat quòd & dolor ſenſibilis, qui eſt illud acceſſorium, debet ſemper durare. In ſignum huius. ſ. quòd hęc duo intelligantur per pœnitentiam interiorem ibi dictam, & fuit probatio cõcluſionis ipſius a beatis excludens non quidem primum. i. diſplicentiam, ſed ſecundum. i. dolorem, & eſt textus præſens, ut diximus. Nam per hoc, quòd citat Apoſtolum, id manifeſtat. Non tantum. n. diſplicebat Apoſtolo, quòd perſecutus fuerat Eccleſiam Dei: ſed dolore ſenſibili propter hoc afficiebatur; puta propter hoc lachrymando, ieiunando, orando, corpus ſuum caſtigando, a licitis etiam impenſis auditorum ſuorum abſtinendo, abundantius alijs coapoſtolis laborando, &c. (ut patet conſideranti eius epiſtolas). Vide Addition. q. 4. art. 1. & hinc, inde, viciſſim te iuua. Reſtat ergo; quòd per pœnitentiam exteriorem, quæ in ſecunda concluſione ponebatur, intelligatur aliquid aliud ultra duo nunc prædicta: & hoc aliud eſt confeſſio cum ſatisfactione in foro illo taxata (ut ibi ſupradictum eſt.)

3^m de minori. Pœnitendi. B. Pœnitentia exteriori. §. Tũc nihil &c. Non. n. dictum fuit: quòd exterior pęnitentia debeat ſemper durare. Cæterũ ex præſenti textu iũcto textui argumenti habetur: quòd per pœnitentiam exteriorem comprehenditur etiam ſatisfactio ſecundum canones, & nõ ſolum ſecundum arbitrium confeſſarij, impoſita. Vnde in textu corporis exponendum eſt ly iuxta eius arbitriũ. ſ. uel ſecundum eum, uel ſecundum taxatam pœnam in canonibus cõſideratum. Similiter ergo inter prætanda ſunt, quò ad hoc, omnia dicta in Elucid. ipſis.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem primæ concluſionis interimas hęreſes Begardorum dicentium: quòd perfectionis gradum tantum poteſt homo in hac vita acquirere, vt nec peccare amplius, nec in gratia proficere poſſit: & ita Spiritui ſenſum ſubijciet, ut amplius nec ieiunare, nec orare, nec alicuius obedientiæ etiã Eccleſiæ ſe ſubijcere oporteat; ſed liberè corpori, quicquid placet, concedere poteſt. Et addentium: quòd perfecta anima licentiat a ſe uirtutes; quia imperfecti hominis eſt, exercere ſe in actibus virtutũ. Cũm. n. agere pœnitentiam contraponatur (ut cæcutientibus etiam patet) his hæreſibus: dum articulus præſens, pœnitentiam noſtram per totum tempus vitæ huius debere protendi monſtrat, impugnat è diametro illas, inquantum pœnitẽtiam & cordis & doloris a ſeipſis reijciunt. Cordis, inquam; quoniam, ſi deteſtarentur (ut facit pœnitentia interior) peccata, non ſugerent obedientiam præſertim Eccleſiæ, nec quæcumq; placentia corpori concederent. Nam reijcere a ſe obedientiam, & ſpeciatim Eccleſiæ, eſt aperire viam ſpatioſam, & portam latam vitijs: tantũ abeſt, vt is, qui facit illud, deteſtetur uitia. Similiter concedere corpori, quicquid placet non deteſtationem, ſed complacentiam, uitiorum, ſecundum cuiuſq; uere ſapiẽtis iudicium, importat. Doloris, etiam dixi: quoniam, ſi dolorem ſenſus (ut facit pœnitentia interior) amplecterentur, non repudiarent ipſum orare, ieiunare, & exercere ſe in actibus uirtutum. Ex his igitur omnibus cõſtat: quòd & illæ, pro quanto ſufficit ad propoſitum, breuiter ſummatæ dicunt, Pœnitentia interior non debet durare uſque ad finem uitæ: & concluſio articuli dicto huic contraria ad literam illarum extenſa pro earundem manifeſtiori confuſione, dicit; Homo debet uſque ad finem vitæ & ſubijcere ſe obedientiæ præſertim Eccleſiæ ſanctæ, & corpori ſuo non concedere quæcumq; placent; & iuxta menſuram rationabilem orare, ieiunare, in actibuſq; uirtutum ſeipſum exercere. Secundò habes: quomodo per rationem oſtẽdas; illas, pro quanto important errorem prænarratum. ſ. Pœnitentia interior nõ debet

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum pœnitentia debeat durare vſque ad finem vitæ.*

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quòd pœnitentia nõ debeat durare vſque ad finem vitæ. Pœnitentia. n. ordinatur ad deletionem peccati: ſed pœnitens ſtatim conſequitur remiſſionem peccatorum, ſecundum illud Ezec. 18. Si impius egerit pœnitẽtiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, vita viuet, & non morietur. ergo non oportet vlterius pœnitentiam protendi.

¶ 2 Præt. Pœnitentiam agere pertinet ad ſtatum incipientium: ſed homo de hoc ſtatu debet procedere ad ſtatum proficientium, & vlterius ad ſtatum profectorum. ergo nõ debet homo pœnitentiam agere vſque ad finem vitæ.

¶ 3 Præt. Sicut in aliis ſacramentis homo debet ſeruare ſtatuta eccleſiæ, ita, & in hoc ſacramento: ſed ſecundum canones determinata ſunt tempora pęnitendi, vt ſ. ille, qui hoc, vel illud peccatum commiſerit, tot annis pęniteat. ergo videtur, quòd non ſit pœnitentia extendenda vſque ad finem vitæ.

SED CONTRA eſt, quòd Aug.* dicit in lib. de pœnit. Quid reſtat nobis, niſi dolere in vita? vbi enim dolor finitur, deficit pœnitentia: ſi uero pœnitentia finitur, quid derelinquitur de venia?

RESP. Dicẽdum, quòd duplex eſt pœnitentia. ſ. interior, & exterior: interior quidem pęnitentia eſt, qua quis dolet d de peccato commiſſo. Et talis pœnitentia debet durare vſque ad finem vitæ: ſemper. n. debet homini diſplicere, quòd peccauit: ſi enim ei placeret peccaſſe, iam ex hoc ipſo peccatum incurreret, & fructum veniæ perderet, diſplicentia autem dolorem cauſat in eo, qui eſt ſuſceptiuus doloris, qualis eſt homo in hac vita. poſt hanc vitam autem ſancti non ſunt ſuſceptiui doloris. vnde diſplicebunt eis peccata præterita ſine omni triſtitia, ſecũdum illud Iſa. 65. Obliuioni traditę ſunt anguſtiæ priores. Pœnitẽtia vero exterior eſt, qua quis exteriora ſigna doloris oſtẽdit, & verbotenus peccata ſua cõfitetur ſacerdoti abſoluenti, & iuxta eius arbitrium ſatisfacit. Et talis pœnitentia non oportet, quòd duret vſque ad finem vitæ, ſed vſque ad determinatum tempus ſecundum menſuram peccati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vera pęnitentia non ſolum remouet peccata præterita, ſed etiam præſeruat hominem a peccatis futuris, quamuis igitur homo in primo inſtanti veræ pœnitentiæ remiſſionem conſequatur præteritorum peccatorum, oportet tamen in homine perſeuerare pęnitentiam, ne iterum incidat in peccatum.

AD SECVNDVM dicendum, quòd agere pœnitẽtiam interiorem ſimul, & exteriorem, pertinet ad ſtatũ incipientium, qui. ſ. de nouo redeunt a peccato, ſed pœnitentia interior habet locum etiam in proficientibus, & perfectis, ſecundum illud Pſal. 38. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum. vnde & ipſe Paulus dicebat primæ Corinth. 15. Non ſum dignus vocari Apoſtolus, quĩ perſecutus ſum eccleſiam Dei.

AD TERTIVM dicendũ, quòd illa tempora præfiguntur pęnitentibus, quantum ad actionem exterioris pęnitentiæ.

ARTI-

bet durare usque ad finem uitæ, damnari a D. August. secundum quòd ponitur in argum.contr. Item a Concilio Trid.sess.14.in doctrina de sacr. extr. vnction. Quod (.s.sacramentum extremæ vnctionis)non modo pœnitentiæ,sed totius Christianæ uitæ, QVAE PERPETVA POENITENTIA ESSE DEBET, consummatiuũ existimatum est a patribus. Hæc ibi. Item a scripturis per hoc,quòd dicitur Eccles.5.De propitiatu peccatorum noli esse sine metu. Hoc est. Ad propitiatum peccatorum habendum, uel etiam conseruandum,nitaris semper per pœnitentiam interiorem. Puta & detestando peccata, & assumendo dolorem sensitiuum.s.satisfactiones sponte per teipsum pro uindicandis peccatis. Item per hoc, quòd dicitur Eccles.18.Non impediaris,semper orare; & ne uereàris, usque ad mortem iustificari. Item per hoc quod dicitur Prouerb.28.Beatus homo:qui semper est pauidus.Scilicet: de peccatis suis ad quęrendam a Deo misericordiam ( ut ex circunstantia literæ habetur ibidem). Hoc autem totum est pœnitentia interior.Quò ad illum pauorem, & quò illud non esse sine metu, concordat Concilium Trid sess.~.cap.9.13.& canon.13.15.16.23. Item illæ hæreses, vt iacent, damnantur, & consequenter articuli conclusio aliqualiter roboratur, a Papa Clemente V. in Concilio Viennensi;in lib.Clementinar.tit.de hæret. cap. ad nostrum. Item a multis alijs dictis. 2.2.articulorum numero 127. 559. cum Elucid. & in Veritatibus aureis super totam legem ueterem,Gen.4.concl.10,& cap.19.conclus.3.5.item Leuit.18.concl.1.item Nume.15.concl.10.& cap.20.conclus.4. Tertiò uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina hæc Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art.8.& 9.aduerte,quòd displicere dupliciter sumitur,s.contrarie,uel negatiue. Et quando sumitur contrarie, significat actũ contrarium ad placere, quando uero sumitur negatiue,non significat aliquem actum,sed solummodo non placere. Cum ergo in litera dicitur,quòd semper debet homini diplicere, quòd peccauit, vel aliquid simile,sufficit quòd intelligatur negatiue,i.non placere. Et patet hunc esse sensum literæ, vt quia contra displicere distinguit placere, dum subdit:si.n.ei placere peccasse, &c. nisi enim displicere,ita communiter sumptum fuisset, s.siue contrarie,siue negatiue, non licuisset pro ratione reddere: si enim placeret ei peccasse, &c. nam potuisset dici, quòd nec displicet, nec habet actum placendi, sed non placet peccasse. Et hinc habes, q̃ sufficit ad necessariam pœnitentiam post habitam contritionem, q̃ non placeat peccasse, nec est opus exire in actum displicentiæ nouæ.

*Ser 4. s.d.14.q.1 art.9.*

SVPER Q. XXV. Alias 84. Art. IX.

[193 | 4 d.14.q.1. ar.4.q.1.] CONCL.1. Impossibile est: quòd homo cõtinuè pęniteat actualiter.

¶ PROB. Quia actus pœnitentis interpolari oportet.

¶ CONCL.2. Oportet: quod homo continue pœniteat habitualiter: secundum duplicem consideraxionem.

¶ PROB. Quia præsupponitur clara ex dictis, articu. octauo,atq; dicendis hic. Secunda pars,scilicet secundum duplum,&c. declaratur in textu ly & quantum ad hoc, quòd homo numquàm, &c. usque

### 1^m de conclusione.

Ergo pęnitentia. ℞. Exterior.§.sic enim sequitur ex præmissa authoritate Hierem. 31. Nã ploratus & lachrymæ &c.ut in tex. Tunc nihil &c. ut patet. Articuli enim cóclusio secunda, quæ oppugnatur, loquitur de pœnitentia interiori; de illa videlicet, de qua loquebat articulus octauus. Restabat siquidem secundum ordinem doctrinæ inquirere de eadem pœnitentia,an esse deberet continua; quam iam usque ad finem uitæ duraturã fore,uideramus.

[* In lib.de vera & falsa pœnit.c.13. circa finem to. 4.]

### 2^m de minori secunda.

Simul tristari & gaudere ℞. Tristitia, & gaudio, sensitiuis passionibus.§.Tunc ni.&c. Nam pœnitentia interior, de qua loquimur, cõsistit principaliter in simplici actu uoluntatis; & sic potest homo tristari simul & gaudere: ut declaratur in text.

### Item de conclusione tertia.

Ergo pœnitẽtia. ℞ Actualis. §. Tunc nihil &c. ut patet. Nam conclusio prima articuli concessit,quòd pœnitentia actualis non potest esse continua; & eius conclusio secunda loquitur de pœnitentia habitualis. Vide secundum respon.textus ly si tamen tristitia nullo modo &c.

Ter-

## ARTICVLVS IX.

*Vtrum pœnitentia possit esse continua.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd pœnitentia nõ possit esse continua dicitur. n. Hier. 31. Quiescat vox tua a ploratu, & oculi tui a lachrymis:sed hoc esse nõ posset,si pœnitentia continuaretur, quæ consistit in ploratu & lachrymis. ergo pœnitentia non potest continuari.

¶ 2 Præt. De quolibet bono opere debet homo gaudere, secundum illud Psal. 99. Seruite domino in lætitia:sed agere pœnitentiam est bonũ opus. ergo de hoc ipso debet homo gaudere: sed non potest homo simul gaudere, & tristari, vt patet per Phil. in 9. Ethic. ergo nõ potest esse, quòd pœnitens continue tristetur de peccatis præteritis,quod pertinet ad rationem pœnitentiæ. ergo pœnitentia non potest esse continua.

¶ 3 Præt. Secundæ ad Cor. 2. Apost. dicit, Consolamini, s.pœnitentem; ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est: sed consolatio depellit tristitiam, quę pertinet ad rationem pœnitentiæ. ergo pœnitentia non debet esse continua.

SED CONTRA est, quòd Aug.* dicit in lib.de pœnit. dolor in pœnitentia continue custodiatur.

RESP. Dicendum, quòd pœnitere dicitur dupliciter, secũdũ actum, & secũdum habitum. Actu quidem impossibile est, quòd homo cõtinue pęniteat: quia necesse est,quòd actus pœnitentis siue interior, siue exterior, interpoletur ad minus somno, & aliis, quæ ad necessitatem corporis pertinent. alio modo dicitur pœnitere secundum habitũ, & sic oportet, quòd homo continue pœniteat, & quantum ad hoc quòd homo nũquam aliquid contrarium pœnitentię faciat per quod habitualis dispositio pœnitentis tollatur, & quantum ad hoc,quòd debet homo in proposito gerere, quòd semper sibi præterita peccata displiceant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ploratus, & lachrymæ ad actũ exterioris pęnitentiæ pertinent, qui non solum non debet esse cõtinuus, sed nec etiam oportet, quòd duret vsque ad finem vitæ, vt dictum est.* [*ar.præc.] vnde, & signanter ibi subditur,quia est merces operi tuo:est autem merces operis pęnitentis, plena remissio peccati, & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam, post cuius consecutionem non est necesse, q̃ homo vlterius exteriorem pœnitentiam agat, per hoc tamen non excluditur continuitas pœnitentiæ, qualis dicta est.* [*ar.præc.]

AD SECVNDVM dicendum,quòd de dolore, & gaudio dupliciter loqui possumus. vno modo,secundum quòd sunt [D. 530.] passiones appetitus sensitiui. Et sic nullo modo possunt esse simul, eo quòd sunt omnino contrariæ, vel ex parte obiecti, puta cum sunt de eodem, vel saltem ex parte motus cordis: nam gaudium est cum dilatatione cordis, tristitia vero cum constrictione, & hoc modo loquitur Philosophus* [*cap.citato in arg.2.] in 9.Eth. alio modo possumus loqui de gaudio, & tristitia, secundum quòd consistunt in simplici actu voluntatis, cui aliquid placet, vel displicet: & secundum hoc, non possunt habere contrarietatem, nisi ex parte obiecti, puta cum sunt de eodem, & secundum idem: & sic non possunt simul esse gaudium, & tristitia: quia non potest simul idem secũdum idem placere, & displicere. Si vero gaudium & tristitia sic accepta, non sint de eodem secundum idem, sed vel de diuersis, vel de eodem secundum diuersa, sic non est contrarietas gaudii, & tristitiæ. vnde nihil prohibet hominem simul gaudere, & tristari: puta si videamus iustum affligi, simul placet nobis eius iustitia, & displicet eius afflictio: & hoc modo simul potest alicui displicere, quòd peccauit, & placere, quòd hoc ei displicet cum spe veniæ: ita quòd ipsa tristitia sit materia gaudii, vnde & Aug.* [* In lib.de vera & falsa pœnit. ca.13.in fine to 4 Resp. 2.] dicit in lib. de pœnitentia, semper doleat pœnitens, & de dolore gaudeat. si tamen tristitia nullo modo compateretur sibi gaudium per hoc non tolleretur habitualis continuitas pœnitentiæ, sed actualis.

AD

3^m de minori. Conſolatio depellit triſtitiam. B. Vel moderatur eam. §. Tūc nihil &c. Nam ad hoc, quòd pœnitentia ſit continua, ſufficit; quòd ſemper ſit cum triſtitia moderata: etiam quòd non ſit cum triſtitia abundantiori. Imò abundantior triſtitia tolleret continuitatem ſalutiferæ pœnitentię immo & faceret ipſam eſſe vitioſam, vel ſaltē illaudabilem. Nam, ſecūdum Phyloſophum in 2. Ethic. ad virtutem &c. vt in textu. Ex quo intelligi datur, q̄d importet ille dolor ſenſitiuus in pœnitētia interiori, tanquam acceſſorium quoddam comprehenſus: de quo locuti ſumus in art. 8. Nam ipſe eſt triſtitia; quæ in appetitu ſenſitiuo pœnitentis cōſequitur ex diſplicentia uoluntatis de peccato. Orare igitur, ieiunare, & cæteræ ſatisfactiones ſpōte propria aſſumptæ, non ſunt formaliter ille dolor: ſed larga quadam & extenſiua locutione ſub ipſo comprehendi poſſunt; inquantum ſunt communiter effectus conſequentes ad illum dolorem ſeu triſtitiam moderatam. Et hoc modo extenſo loquebamur, & ſic uolumus intelligi: quando ibi annumerabamus tales effectus in pœnitentia interiori. Nam & effectus continentur virtualiter in cauſa ſua. Vide Addition. q. 4. ar. 2. cum Elucid. pro ampliori captu articuli huius.

*li. 2. ex c. 3. 6. & 9. haberi poteſt. to. 5.

Ad tertivm dicendum, q̄ ſecundum Philoſophum * in ſecundo Ethic. ad virtutem pertinet tenere medium in paſſionibus. Triſtitia autem quæ in appetitu ſenſitiuo pœnitentis conſequitur ex diſplicentia voluntatis, paſſio quædam eſt vnde moderanda eſt ſecundum virtutem, & eius ſuperfluitas eſt vitioſa: quia inducit in deſperationem: quod ſignificat Apoſtolus ibidem dicens: ne maiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt, & ſic conſolatio, de qua ibi Apoſtolus loquitur, eſt moderatiua triſtitiæ: non autem totaliter ablatiua.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem & oſtendas, & recte intelligas, merito eſſe inſinuatum a ſcripturis, Auguſt. Concilio & Eccleſia: q̄ pœnitentia debet eſſe continua. A D. Auguſt. quidem: ut in argum. contr & reſpon. ad ſecundum. A ſcripturis vero per hoc; quòd dicitur Prouerb. 23. in timore Domini eſto tota die. Item per hoc; quòd dicitur Eccleſ. 27. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter; citò ſubuertetur domus tua. Vbi nota ly inſtanter. i. continue. Item per illud Eccleſ. 1. timor Domini expellit peccatum, & illud Eccleſ. 7. Qui timet Deum, nihil negligit. Et illud Eccleſ. 21. Qui timet Deum, cōuertetur ad cor ſuum. Scilicet: agendo pœnitentiam de peccato ſuo, dicens, quid feci? Vt per locum ab oppoſitis patet ex Hierem. 8. Nullus eſt, qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo dicens, quid feci? Ex his namque collectis in vnum patet intentum, ſic. Si ſcriptura ſacra nos monet ad perſiſtendum tota die, & ad continendum inſtanter noſmetipſos, in timore Dei; & timor Dei facit nos nihil negligere. i. expellere per diſplicentia peccatum; conuertiq; ad cor, agendo pęnitentiam de peccato cordialem dicentes ſingillatim, quid feci? vtique ſcriptura ipſa per hoc demonſtrat: quòd pęnitentia noſtra debet eſſe cōtinua. Nam ly tota die, & ly inſtanter, important manifeſte continuitatem; & eam non negligenter, ſed diligenter, factam. Ab Eccleſia item inſinuatur idipſum per hoc; quòd in Collecta, Dominicæ poſt octau. Sanct. Trinit. dicit, Sancti nominis tui Domine timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum. Hoc eſt; (iuxta declarationem de timore Domini præmiſſam) Pœnitentiam Domine ex amore tuo prouenientem fac nos habere perpetuam. A Concilio quoque Triden. ſeſſ. 14. ſecundum quòd ponitur in articu. 8. appen. Nam ly perpetua, non tantum dicit durationē vſq; ad finem vitæ; pro quo ſenſu ibi adducebatur; ſed etiam dicit continuitatem, in quo ſenſu nunc adducitur. Secundò habes: quomodo per rationem deſtruas errorem Begardorum in ſuis illis hæreſibus incluſum. ſ. quòd pœnitentia non debet eſſe continua. Ex declaratione facta art. 8. appen. ad oſtendendum errorem ibi condemnatum. ſ. pœnitentiam non debere durare vſque ad terminum vitæ, in eiſdem contineri, demonſtrare potes tu; q̄ error hic vltimo dictus includitur in ipſorum hæreſibus (ut dicebatur). Tertiò habes: quomodo per rationem oſtendas, errorem hunc. ſ. pęnitentiam non debere eſſe continuam, damnari merito a prædictis nunc ſcripturis, Eccleſia, Concilio, & Aug. Quarto vides: quomodo ex ijs bene penſatis, & applicatis doctrina hæc Angelica victiſſima &c.

---

*Sot. 4. ſ. d. 14. q. 1. ar. 10.*

SVPER Q. XXV. Aliàs 84. Art. x.

194 4. d. 14. q. 1. arti. 4. q. 3. & art. 5. q. 2. & He. 6.

Concl. Pœnitētiæ ſacramētum eſt iterabile; & pluries quidem.

¶ Prob. 1 Quia patet ab oppoſitis, ſcilicet ex Nouatianorum, aliorumque hæreticorum damnatione (ut diſtincte, cum eorum falſis radicibus, patet i tex.) Secūdò quia miſericordia Dei peccantibus, veram pœnitentiam facientibus, præbet veniā abſq; vllo termino (vt patet 2. Paral. ult. Immenſa & inueſtigabilis &c. Eſt in oratione Manaſſe.)

*In li. 1. de pœni. c. 10. poſt med. to. 1.

## ARTICVLVS X.

*Vtrum ſacramentum pœnitentiæ debeat iterari.*

Ad decimvm ſic proceditur. Videtur quòd ſacramentum pœnitentiæ non debeat iterari. dicit enim Apoſtolus Hebr. 6. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, & guſtauerunt cœleſte donum, & participes ſunt facti Spiritusſancti, & prolapſi ſunt, renouari rurſus ad pœnitentiam: ſed quicumque pœnituerunt, ſunt illuminati, & acceperūt donum Spiritusſancti. ergo quicumque peccat poſt pœnitentiam, non poteſt iterato pœnitere.

¶ 2 Præt. Ambr. * dicit in lib. de pœnitentia: reperiūtur, qui ſæpius agenda pœnitentiam putant, qui luxuriantur in Chriſto. nam ſi vere pœnitentiam agerent, iterandam poſtea non putarent: quia ſicut vnum eſt baptiſma; ita vna eſt pęnitentia: ſed baptiſmus non iteratur. ergo nec pœnitentia.

¶ 3 Præt. Miracula, quibus dominus infirmitates corporales ſanauit, ſignificant ſanationes ſpiritualium infirmitatū, quibus. ſ. homines liberantur a peccatis: ſed non legitur q̄ dominus aliquem cæcum bis illuminauerit, vel quòd aliquem leproſum bis mūdauerit, aut aliquem mortuum bis ſuſcitauerit. ergo videtur, quòd nec alicui peccatori bis per pœnitentiam veniam largiatur.

*Ho. 34. in Euāg. poſt med. illi*. *li. 2. c. 16. in princ. & hr de pęni. diſt. 3. c. Irriſor.

¶ 4 Præt. Greg. * dicit in Hom. Quadrageſimæ, pœnitentia eſt, antecacta peccata deflere, & flenda iterum non committere. & Iſid. * de ſummo bono, irriſor eſt, & non pœnitens, qui adhuc agit, quod pęnitet. ſi ergo aliquis vere pęniteat, non iterum peccabit. ergo non poteſt eſſe, quòd pœnitentia iteretur.

¶ 5 Præter. Sicut baptiſmus habet efficaciam ex paſſione Chriſti, ita & pęnitentia: ſed baptiſmus non iteratur propter vnitatem paſſionis & mortis Chriſti. ergo pari ratione nec pœnitentia iteratur.

¶ 6 Præt. Ambr. * dicit, quòd facilitas veniæ, incentiuum præbet delinquendi. ſi ergo Deus veniam frequenter præbet per pœnitentiam, videtur quòd ipſe hominibus præbeat incentiuum delinquendi. Et ſic videretur delectari in peccatis; quod eius bonitati non congruit. non ergo poteſt pęnitentia iterari.

* Hoc hēe Ambr. ſer. 8. in Pſal. 118. ante med. to. 4. refert 23. cauſ. q. 4. c. Eſt iniuſta, & dicitē eſſe Amb.

Sed contra eſt, quòd homo inducitur ad miſericordiam exemplo diuinæ miſericordiæ, ſecundum illud Luc. 6. Eſtote miſericordes, ſicut, & pater veſter miſericors eſt: ſed dominus hanc miſericordiam diſcipulis ſuis imponit, vt ſæpius remittant fratribus contra ſe peccantibus. vnde ſic dicitur Matth. 18. Petro quærenti, Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei, vſque ſepties? reſpondit Ieſus, Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. ergo etiam Deus ſæpius per pœnitentiam veniam peccantibus præbet, præſertim cum doceat nos petere, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut, & nos dimittimus debitorib. noſtris.

Resp. Dicendum, quòd circa pœnitentiā quidam errauerunt, dicentes non poſſe hominem per pœnitentiā ſecundo conſequi veniam peccatorum: quorum quidam, ſ. Nouatiani hoc intantum extenderunt, vt dicerent poſt primam pœnitentiam, quæ agitur in baptiſmo, peccantem non poſſe per pęnitentiam iterato reſtitui. Alij vero fuerunt hæretici (ut Aug. * dicit in lib. de pęnitētia) qui poſt baptiſmum dicebant quidem eſſe utilem pęnitentiam, non tamen pluries, ſed ſemel tantum. Videntur autem huiuſmodi errores ex duobus proceſſiſſe. Primo quidem ex eo, quòd errabant circa rationem veræ pęnitentiæ. Cum. n. ad veram pęnitentiam charitas requiratur (ſine qua non delentur peccata) crede-

* In lib. de vera & falſa pęniten. c. 5. to. 4.

**1^m^ illatio concluſionis.** Ergo quicumq; &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex eo, quòd malè intelligit ſcripturam in præmiſſis poſitam. Nam Apoſtolus ibi non loquitur de pœnitentia, quæ eſt ſacramentum (ut putauit argumentum) ſed loquitur de pœnitentia virtute. q. 26. ar. 1. quę requiritur ante baptiſmum; quem deſcribit per ly renouari. Ac ſi diceret. Baptizatos, qui poſtea in peccatum lapſi ſunt, impoſſibile eſt renouari ad pœnitentiam. i. tales per pœnitentiam. i. etiam ſi haberent quantumlibet magnum dolorem de peccato ſuo, non poſſunt iterum baptizari. Conſtat enim quòd ibi ſcribit ad Hebræos; quid noſtro baptiſmo, quantum ad reiterationem, exiſtimabant idem, qđ de ſuis lauacris: & illos ab opinione tali per illam ſententiam vult reuocare. Patet ergo tum ex ly renouari, tum ex hoc fine ſuo intento; quòd loquitur tantum de baptiſmo.

* 2. 2. q. 24. art. 11.

**2^m^ Ex D. Ambroſio.** Vna eſt pœnitētia. ℞. Solemnis. §. Tūc nihil &c. ut patet. Articuli. n. concluſio loquitur in alio ſenſu. ſ. de pœnitentia, quæ ſacramentum. Pro textu ly infra dicetur, vide Addition. q. 28. art. 2.

**3^m^ de minori.** Non legitur; quòd Dominus aliquem cęcum bis illuminauerit. ℞. Legitur tamen, ꝙ plures cęcos illuminauit. §. Tunc nihil &c. Nam ſicut Aug dicit in lib. de pœnitentia. Multos cæcos, &c. vt in text. Cui conformiter dic. Non legit; bis remiſiſſe peccata eidem perſonæ, ut quilibet timeat iungi peccato: legitur tamen, pluribus perſonis remiſiſſe peccata, ne deſperet ſæpe peccator. Oſtēdit enim in diuerſis illis, dimitti peccata ſępè eiſdem. Nota in textu ly ſed qualis hic medicus, qui malum &c.

**4^m^ de concluſione prima.** Non iterum peccabit. ℞. Simul; dum flet, dum pœnitet. §. Quod autem ſic gloſſari debeat, oſtendit uerus ſenſus præmiſſarum ex Greg. & Iſido. Nam pœnitere eſt ante acta &c. ut in text. Tunc nihil &c. vt patet ibidem.

**5^m^ de maiori.** Ita. ℞. Quantum ad habere efficaciam: non autem quantum ad modum habendi illā. §. Hoc eſt. Similitudo adducta de baptiſmo, & de pœnitentia tenet in hoc, quòd vtraque ex paſſione Chriſti habent efficaciam: ſed non tenet in iſto alio, ſcilicet quòd utraque habeant inde illam per modum generationis, uel per modum medicationis. Nam baptiſmus habet illam per modum generationis: non autem pœnitentia ſacramentalis. Tunc nihil &c. ut patet in text.

credebant, quòd charitas ſemel habita non poſſit amitti, & per cōſequēs pœnitentia ſi ſit vera, numquam per peccatum tollatur, vt ſic ſit neceſſe eam iterari: ſed hoc improbatū eſt * in ſecunda parte, ubi oſtenſum eſt, quòd charitas ſemel habita propter libertatem arbitrii poteſt amitti, & per cōſequens poſt veram pœnitentiam, poſt aliquis peccare mortaliter. ſecundo ex eo, quòd errabant circa ęſtimationem grauitatis peccati: putabant. n. adeo graue eſſe peccatum, quod aliquis committit poſt veniam impetratam, quòd non ſit poſſibile ipſum remitti. In quo quidem errabant, & ex parte peccati, quod etiam poſt remiſſionem conſecutā, pōt eſſe, & grauius, & leuius quàm fuerit primum peccatum remiſſum, & multo magis contra infinitatem diuinæ miſericordiæ, q̃ ſuperat omnem numerum, & magnitudinem peccatorum, ſecundum illud Pſ. 50. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meā. Vnde reprobatur verbum Cain, dicentis Gen. 4. Maior eſt iniquitas mea, quā vt veniam merear: & ideo miſericordia Dei peccantibus, per pœnitentiam veniam præbet abſque vllo termino: vnde dicitur 2. Paral. vlt. Immenſa, & inueſtigabilis miſericordia promiſſionis tuæ ſuper malitia hominum. vnde manifeſtum eſt, ꝙ pœnitentia pluries eſt reiterabilis.

Ad primum ergo dicendum, quòd quia apud Iudæos erant ſecundum legem quædam lauacra inſtituta, in quib. pluries ſe ab immunditiis purgabant, credebant aliquàm Iudæorum, quòd etiam per lauacrū baptiſmi aliquis pluries purificari poſſet. Ad quod excludendum, Apoſtolus ſcribit Hebræis, quòd impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati. ſ. per baptiſmum, rurſum renouari ad pœnitentiam, ſ. per baptiſmū, qui eſt lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritusſancti, vt dicitur ad Tit. 3. Et rationē aſſignat, ex hoc, quòd per baptiſmum homo Chriſto commoritur, vnde ſubditur, rurſus crucifigentes ſibimetipſis filiū Dei.

Ad secundum dicendum, ꝙ Ambr. loquitur de pœnitentia ſolēni, quæ in eccleſia non iteratur, vt infra dicetur. Addition. q. 28. art. 2.

Ad tertium dicendum, ꝙ ſicut Aug. * dicit in lib. de pęni. multos cæcos, & in diuerſo tpe dn̄s illuminauit, & multos debiles confirmauit, oñdens in diuerſis illis eidē ſępe peccata dimitti: ut quē prius ſanauit leproſum, alio tpe illuminet cæcū. ıō em̄ tot ſanauit cæcos, claudos, & aridos, ne deſperet de ſe peccator. ıō nō ſcribitur aliquē niſi ſemel ſanaſſe, ut quilibet timeat iungi peccato. medicū ſe vocat, & nō ſanis, ſed male habētib. opportunū: ſed qualis hic medicus, q malum iteratū neſciret curare? medicorū eſt centies infirmum, centies curare: quæ cæteris minor eſſet, ſi aliis poſſibilia ignoraret.

* In lib. de vera & falſa pœnit. c. 5. tom. 4.

Ad quartum dicendum, ꝙ pœnitere eſt anteacta peccata deflere, & flēda non cōmittere, ſ. ſimul dū flet, vel actu, vel ꝓpoſito. Ille. n. eſt irriſor, & nō pęnitēs, q ſimul dū pœnitet agit qđ pęnitet, vel ꝓponit iterū ſe facturū qđ geſſit, vel ēt actualiter peccat eodem, vel alio gn̄e peccati. Quòd autē aliquis poſtea peccat, uel actu, vel ꝓpoſito, non excludit quin prima pn̄ia vera fuerit: nūq̃. n. veritas prioris actus excludit̃ per actum contrarium ſubſequentem: ſicut em̄ vere cucurrit, qui poſtea ſedet, ita vere pœnituit, qui poſtea peccat.

Ad quintum dicendum, ꝙ baptiſmus hēt virtutem ex paſſione Chr̄i, ſicut quædam ſpiritualis gn̄atio cū ſpirituali morte præcedentis vitæ. Statutū autem eſt hominib. ſemel mori, & ſemel naſci: & ıō ſemel tm̄ debet homo baptizari: ſed pœnitentia habet virtutem ex paſſione Chriſti, ſicut ſpiritualis medicatio, quæ frequenter iterari poteſt.

Ad sextum dicendū, ꝙ ſecūdū Auguſt. * in lib. de pn̄ia, conſtat Deo multū diſplicere peccata, qui ſemp præſto eſt ea deſtruere; ne ſoluatur quod creauit, nec corrūpatur quod amauit, ſcilicet per deſperationem.

* In lib. de vera & falſa pœnit. c. 5. non longe a princ. to. 4.

**6^m^ ex B. Ambroſio.** Facilitas ueniæ. ℞. Iniuſtè dans veniam. §. Sic. n. ſe intelligere, declarat idem Ambroſius in lib de officijs, ex circunſtantia literæ: quæ recitatur in decretis 23. q. 4. cap Eſt iniuſta. Nam, poſt multa contra iniuſtam veniæ conceſſionem dicta, ibi ſubiungit: Nonne etiam, cum uni indulget indigno, ad prolapſionis contagium prouocat vniuerſos? facilitas enim veniæ incentiuū tribuit delinquendi. Hæc ibi. Tunc nihil &c. Nam facilitas illius, qui dat ueniam in ſacramento pœnitētiæ faciens nos de indignis ſua magna miſericordia dignos. 1. q. 21. ar 4. ad primum, neque eſt, neque poteſt eſſe iniuſta. Talis. n. eſt Deus (ſecundum textum dicentem: Conſtat, Deo multum diſplicere peccata; qui ſemper præſto eſt, ea deſtruere) in quo cadere nullam, vel minimam iniuſtitiam, impoſſibile omnino eſt. Nam, cum ipſemet ſit ſua iuſtitia (quicquid enim eſt in Deo, eſt Deus. 1. q. 3. ar. 3. 4. 6 & q 4. art 2) Deus poſſet non eſſe Deus, ſi poſſet non eſſe iuſtus. Deus autem non poteſt negare ſeipſum 2. Timot. 2. & conſequenter, cum in ipſo ſit iuſtitia. 1. q. 21. ar. non poteſt negare ſuam iuſtitiā. i. nō poteſt ab eo fieri, quod miſericordia ſua. 1 q. 21. art. 3. ſit aliquando uel minimum iniuſta. Textus ergo uult dicere formaliter ad argumentum: ꝙ illa D. Ambroſij authoritas adducitur hic extra propoſitum; & conſequenter quòd argumentū nihil ualet omnino. Huius verò formalis reſponſi ipſe tetigit radicē (more grauiſſimorum Doctorū; qualis eſt D. Thomas): quod. ſ. dans ueniam faciliter peccatoribus, in pœnitentiæ ſacramento, eſt Deus. Faciliter, inquam; immo faciliime: quandoquidem ad deſtruendum peccatum in ipſis, non ſolum eſt præſtò; ſed etiam ſemper eſt præſtò. Nec tamen iſta facilitas præbet, quantum eſt de ſe, incentiuum delinquendi. Quare? Quia non eſt iniuſta. Et quare non eſt iniuſta? Quia eſt Dei. Cuius uniuerſæ viæ miſericordia (Ecce facilitas) & veritas (Ecce iuſtitia); Pſal. 24. Cui B. Anſelmus dicit: Cum punis malos, iuſtum eſt, quia illorum meritis conuenit; cum uerò parcis malis, iuſtum eſt, quia bonitati tuæ condecens eſt. Vide 1. q. 21. ar. 1. ad tertium.

¶ Exam. Ly incentiuum præbet. Scilicet, quantum eſt de ſe. Senſum. n. hunc ibi habet Ambroſius: quoniam de iniuſtitia (ut diximus) facilitatis veniæ loquitur. Vnum ſiquidem peccatum, quantum eſt de ſe, trahit ad aliud (ſecundum b. Greg.): & uno inconuenienti dato, inquantum pendet ex natura inconuenientis, multa alia inconuenientia contingunt (ſecundum Phyloſophū:) & ideo facilitas veniæ iniuſta præbet, quantum ex ſe pendet, incentiuum

centiuum delinquendi; nō solum ei, cui datur talis venia, sed etiam alijs omnibus hoc videntibus. Hinc ergo, cum facilitas veniæ existens in Deo non sit iniusta, patet etiam: quod ipsa, quantum de se est, non præbet incentiuum peccandi, neque ei, cui venia datur, neque alicui cæterorum. Dixi ly quantum est de te: quia, quantum est ex parte ingratorum venia tali abutentium, aliter dicendū est; videlicet quòd ipsi ingrati uidentes Deum esse facilem ad condonandum veniam, inde accipiunt occasionem pluries, & magis, delinquendi. Veruntamen ex hoc eorū abusu non redditur vllo modo iniusta, nec minus commendabilis, prædicta Dei facilitas ad ueniam. Alioquin nec bene fecisset Deus dando legem veterem Iudæis, nec ipsa lex esset sancta, iusta, & bona (contra Apostolum, Roman. 7.) quoniam, occasione inde accepta Iudæi magis ad peccandum exarserunt (ut dicitur ibid.) tanquam nitentes in vetitum, & sibi per legem negata cupientes. Similiter non bene fecisset Christus prædicando suam sanctam doctrinam Iudæis eorumque vitia arguendo (contra D. Thomam in 3. de Sal. q. 42. ar. 1. 2.): quoniam occasionem inde acceperunt Iudæi & turbationis propriæ, & malignandi contra Christum, & crucifigendi ipsum. Item incarnatio Christi fuit sancta, bona, & summe conueniens 3. de Sal. q. 1. art. 1. 2. 4. quamuis Arrius inde sumpserit occasionem suæ hæresis dicendo; quòd Christus, etiam ut Deus, est minor patre. 3. de Sal. q. 3. arti. 8. argum. 1. Sed & scripturæ canonicæ omnes bonæ sunt, utpote a Spiritusancto dictatæ 2. Pet. 1. ac multipliciter sunt utiles 2. Timot. 3. licet occasionem inde accipiant indocti, & instabiles depravandi eas 2. Petr. 3. idest disseminandi suos errores & hæreses sub prætextu scripturarum illarum suis falsis expositionibus, imò (ut verius dicam) extorsionibus, depravatarum. Non. n. mentitus est ille, qui dixit. 1. Machab. 3. quòd de libris legis Dei scrutabātur gentes similitudinem simulachrorum suorum. Id quod est: quando homunciones prædicti studio grandi contendunt trahere scripturam diuinam ad exprimendam similitudinem simulachrorum suorū. i. phantasmatum suorum: hoc est, ad dicēdum illud, quod ipsi in suis fantasijs fantasiati ante fuerunt. Sicut igitur abusus iste hominum, vel ex sacris literis, vel ex sancta incarnatione Christi, vel ex eiusdem salutifera prædicatione, uel ex bona lege ueteri, occasionaliter acceptus non reddit hæc minus aut sacra, aut sancta, aut salutifera, aut bona: ita nec abusus ille hominum ex facilitate veniæ a Deo pendētis reddit ipsam facilitatem minus iustam. Quin etiam sicut ex abusu illo præuiso redditur nobis plus cōmēdabilis Deus, eo quòd noluit vinci a malo illo, negando. s. hominibus præmissa; sed uicit in bono malum, donando. s. ipsis illa bona: ita ex abusu isto præuiso redditur nobis Deus magis laudabilis, eo quòd non victus est a malo isto, negando. s. peccatoribus veniam; sed uicit in bono malum, donando ipsis eam.

## APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, & concilijs; quòd sacramētum pœnitentiæ reiterari potest pluries. A scripturis quidem: ut per dictum Luc. 6. Simul cum Matth. 18. eo modo discurrendo, quo fit in argum. contr. A Concilio autem Florentino, in decreto super vnion. Armenor. Sacramenta tria Baptismus, Confirmatio, Ordo, characterem imprimunt: vnde in eadem persona non reiterantur. Reliqua verò quatuor characterem non imprimunt; & reiterationem admittunt. Hæc ibi. Ex quibus patet; quòd ex characteris impressione, uel non impressione iudicatur reiteratio, uel non reiteratio. Ideo iuuabit videre quæst. 4. art. 6. Item a Concilio Lateranensi sub Innoc. III cap. 21. Omnis vtriusque sexus, &cæt. Vide sup. q. 21. art. 10. ad quintum. Ibi namque pluries in anno, uel saltem in annis confessionem fieri mandatur. A Concilio quoq; Triden. sess. 13. canon. 9. Si quis negauerit; omnes & singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis peruenerint, teneri singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum; iuxta præceptum sanctæ matris Ecclesiæ; anathema sit. Et canon. 11. Ne tantum sacramentum indigne atque ideo in morte & condemnationem sumatur, sancta synodus statuit, atque declarat: illis, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantumcunque etiam se contritos existiment, habita copia confessoris, necessario præmittendam esse confessionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, uel pertinaciter asserere, seu etiam publicè disputando defendere præsumpserit; eo ipso excommunicatus existat. Hæc ibi. Ex his. n. simul iunctis patet; quòd non tantū potest, sed etiam debet iterari pœnitentiæ sacramentum: & quòd excommunicatus est dicens contrarium. Cæterum contra Nouatianos, de quibus loquitur text. corp. uide secunda secundæ articulorum numero 22. cum Elucid. & Veritates aureas super totam legem veterem, Genes. 45. concl. prima, & cap. quarto; concl. 17. item Numer. 15. concl. secunda, item Deuter. 30. conclus. 1. De gratia quoque, quòd possit amitti, (ut dicit tex. ibid.) uide prima quæst. 23. artic. primo, & quæst. 82. art. 4. Elucid. Item 1. 2. articulorum numero 356. 619. cum Elucid. Et Veritates aureas prædictas, Numero 13. conclus. quarta. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

---

*Alb. Mag. 4. d. 14. ar. 8.*
*Sot. 4. s. d. 14. q. 2. art. 1.*

## SVP. Q. XXVI.

Aliàs 85. Art. 1.

Concl. 1. Pœnitentia, secundū quòd est tristitia appetit. sensitiui. i. ut sic præcise, nō est virtus; sed passio.

¶ Prob. Quia pœnitentia taliter præcise sumpta non est habitus electiuus secundum rationem rectam (ut patet ex eo, quòd non fit cum electione recta; cū sensus, ut sic, non pertingat ad rationem. i. ad faciendum officium rationis): & virtus est habitus electiuus secundum rationem rectam. 2. Ethic. Secunda autē pars. s. sed &c. patet ex 1. 2. q. 35. art. 1.

¶ Concl. 2. Pœnitentia, secundum quod est tristitia de peccato consistens in uoluntate intendente remouere illud, est virtus, vel actus virtutis.

¶ Prob. Quia pœnitētia taliter sumpta fit cum electione (ut patet) secundum rationem

195
4. di. 24. q. 1. ar. 1. q. 2. & a. 3. q. 1. cor. & ad 2. & q. 2. & 4.
* q. præce. art. 1. & q. 65. art. 1.

# QVAEST. XXVI. Aliàs 85.

*De sacramento pœnitentiæ secundum quòd est virtus, in sex articulos diuisa.*

Deinde cōsiderandum est de pœnitentia, secundum quòd est virtus.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum pœnitentia sit virtus.

¶ Secundò, Vtrum sit virtus specialis.

¶ Tertiò, Sub qua specie virtutis contineatur.

¶ Quarto, De subiecto eius.

¶ Quintò, De causa ipsius.

¶ Sextò, De ordine eius ad alias virtutes.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum pœnitentia sit virtus.*

Ad primum sic proceditur. Videtur, quòd pœnitentia nō sit virtus. Pœnitentia enim est quoddam sacramentum alijs sacramentis connumeratum, ut ex * supradictis patet: sed nullum aliud sacramentorum est virtus. ergo neque pœnitentia est virtus.

¶ 2 Præt. Secundum Philosophū * 4. Ethic. verecundia non est virtus: tum, quia est passio habens corporalem immutationem: tum etiā, quia non est dispositio perfecti, cum sit de turpi actu, quod non habet locum in homine virtuoso: sed similiter pœnitentia est quædam passio habens corporalem immutationem, s. ploratum, sicut Greg. * dicit, quòd pœnitere est peccata præterita plangere, est etiam de turpibus factis. s. de peccatis, quæ non habent locum in homine virtuoso. ergo pœnitentia non est virtus.

¶ 3 Præt. Secundum Philosoph. 4. Ethic. nullus est stultus eorum, qui sunt secundum virtutem: sed stultum videtur dolere de commisso præterito, quod non potest non esse, quod tamen pertinet ad pœnitentiam. ergo pœnitentia non est virtus.

Sed contra est, quòd præcepta legis dantur de actibus virtutum: quia legislator intendit ciues facere virtuosos, vt dicitur * 2. Eth. sed præceptum diuinæ legis est de pœnitentia, secundum illud Matth. 4. Pœnitentiam agite, &c. ergo pœnitentia est virtus.

Respon. Dicendum, quòd sicut ex dictis * patet, pœnitere est de aliquo prius a se facto dolere. Dictum est autem supra * quòd dolor vel tristitia dupliciter dicitur. vno modo, secundum quòd est passio quædam appetitus sensitiui, & quantum ad hoc pœnitentia non est virtus, sed passio. Alio modo, secundum quòd consistit in voluntate, & hoc modo est, cum quadam electione: quæ quidem si sit recta, necesse est, quòd sit actus virtutis: * dicitur enim 2. Eth. quòd virtus est habitus electiuus, secundum rationem rectam: pertinet autem ad rationem rectam, vt aliquis doleat, de quo dolendum est, & eo modo, & fine, quo dolendum est: (cum dolere, de quo dolendum est, pertineat ad rationem rectam): & virtus

quod

* lib. 4. ca. vlt. to. 5.
* Ho. 34 in Euan. post mediū. Et in registro lib. 9. c. 39. non longe a fine.
* lib. 2. c. 1. a med. t. 5.
* lib. 2. c. 1. a med. t. 5.
* in isto ar. ex art. 2. & q. præced.
D. 530.
* lib. 2. c. 2. & 6. to. 5.

tus est habitus electiuus secundum rationem rectam. 2. Ethic.

1^m illatio conclusionis. Ergo neque &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim est eadem ratio de pœnitentiæ sacramento, & de alijs ex parte actuũ humanorum, q. 25. art. 1. ad primum, (ut putauit, vel non considerauit, argumentum).

Nã in sacramento pœnitentiæ materialiter &c. vt in tex.

2^m de minori. Pœnitentia est de turpibus factis. s. de peccatis. ℞. 1. Pœnitentia, secundum quod est in voluntate recta; est de turpibus factis, præteritis. §. Tunc nihil &c. ut patet in conclusionibus, & hoc text. Ex quo etiam per ly non est autẽ contra perfectionem virtutis &c. habes: quòd & quomodo neganda est probatio minoris illa. s. quę non habent locum in homine virtuoso.

quod quidem obseruatur in pœnitẽtia, de qua nunc loquimur: nam pœnitens assumit moderatum dolorem de peccatis preteritis, cum intentione remouendi ea. vnde manifestum est, quòd pœnitentia, de qua nunc loquimur, vel est virtus, vel actus virtutis.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut dictum est, * in sacramento pœnitentiæ materialiter se habẽt actus humani: quod non contingit in baptismo, vel confirmatione: & ideo cum virtus sit principium alicuius actus, potius pœnitentia est virtus, vel cum virtute, quàm baptismus, seu confirmatio.

* q. præce. ar. 1. 2. 3.

Ad secundum dicendum, ꝙ pœnitentia secundum quòd est passio, non est uirtus, ut dictum est, * sic autem habet corporalem transmutationem adiunctam: est tamen virtus, secundum quòd habet ex parte voluntatis electionem rectam, quod tamen magis potest dici de pœnitentia quàm de verecundia. nam verecundia respicit turpe factum ut præsens, pro quo timet confundi: pœnitentia vero vt præteritum. est autem contra perfectionem virtutis, quòd aliquis in præsenti habeat turpe factum, de quo oporteat eum verecundari: non est autem contra perfectionem virtutis, quòd aliquis prius cõmiserit turpia facta, de quibus oporteat eum pœnitere, cum ex vitioso fiat aliquis virtuosus.

* In corp. art.

Ad tertium dicendum, ꝙ dolere de eo, quòd prius factum est, cum intentione conandi ad hoc, ꝙ factũ non fuerit esset stultũ. Hoc autẽ nõ intẽdit pœnitẽs, sed dolor eius est displicẽtia, seu reprobatio facti præteriti cũ intentione remouẽdi sequelã ipsius, s. offensam Dei, & reatum pœnæ, & hoc non est stultum.

3^m de minori. Dolere de cõmisso præterito. ℞. Cum intẽtione conandi ad hoc, ꝙ factum non fuerit. §. Tunc nihil &c. Nã pœnitens dolet de præterito, nõ sic; sed cum intentione remouendi sequelam ipsius præteriti. s. offensam Dei, & reatum pœnæ; non quòd ista non fuerint prius secuta, sed ne ista de cætero permaneant.

Resp. 2.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, meritò esse insinuatum a scripturis, & Concilio: quòd pœnitentia est uirtus, seu actus uirtutis. A scripturis quidem per hoc; quòd dicitur Matth. 4. secundum quòd cum discursu patet in arg. contr. A Concilio autem Triden. sess. 6. cap. 6. Diligere incipiunt: ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod, & detestationem: hoc est, per eam pœnitẽtiã, quam ante Baptismum agi oportet. De hac dispositione scriptum est. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Denique præparate corda vestra Domino. Hæc ibi. Præparat. n. cor Domino medijs virtutibus, seu virtutum actibus. Vnde ad hoc designandum inqt. D. Aug. in serm. dedication. ecclesi. Habitaculũ cordis nostri euacuetur vitijs, & uirtutibus repleatur; claudatur diabolo, & aperiatur Christo. Hæc ibi. Itẽ a Concilio eod. sess. 14. cap. 1. Fuit quidem Pœnitentia vniuersis hominib*, q se mortali aliquo peccato inquinassent, quouis tempore ad gratiã & iustitiam assequendã necessaria; illis etiã, qui Baptismi sacto ablui petiuissent: ut peruersitate reiecta & emendata, tantam Dei offensionẽ cum peccati odio & pio animi dolore detestarentur. Vnde propheta ait: Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus uestris; & non erit uobis in ruinam iniquitas. Hæc ibi. Ex quibus patet: quòd Concilium pœnitentiam dicit esse virtutem: dum dicit ipsam esse peccati odium, animiq; pium dolorem, detestantem offensam Dei; atque facientem, ꝙ iniquitas non sit nobis in ruinam. Vniuersa siquidem hæc, quæ sunt quædam descriptio pœnitentiæ, important electionem quandam, & actionem, secundum rectam rationem (ut patet consideranti): & hoc est virtus, seu actus virtutis (ex 2. Ethic. citato in tex.) Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

Alb. mag. vbi sup. ar. 4. Bon. 4. s. d. 14. q. 2. ar. 2.

SVP. Q. XXVI. Aliàs 85. Art. II.

196

4. dist. 14. q. 2. ar. 1. q. 2. 3. & 4.

COncl. Necesse est, ponere: quòd pœnitentia est specialis virtus.

¶ Prob. Quia in pœnitentia inuenitur specialis ratio actus laudabilis. s. operari ad destructionẽ peccati præteriti, inquantũ est Dei offensa (ut manifestè patet): & ibi, necesse est, ponere specialẽ habitum virtutis, ubi occurrit specialis act* laudabilis (ut patet ex eo; quòd species habituum distinguuntur secũdum species actuum. 1. 2. q. 54. art. 1. ad primum, & art. 2.)

* li. 14. c. 7. a med. to. 5.

1^m de conclusione. Pœnitentia, quæ est dolor de peccatis præteritis, non est specialis virtus. ℞. Si ipsa esset solũ dolor talis. §. Sic enim sequitur ex præmissis. Nam eiusdem rationis est (ut dicit maior) gaudere de bonis pri* actis, & dolere de malis perpetratis: & gaudere de bonis ipsis (ut dicit minor) non est specialis virtus. Tunc nihil &c. Non. n. pœnitentia est sola displicentia peccati præteriti, sed simul est cum intẽtione operandi ad deletionẽ eiusdem peccati. Vt sic cõplete ipsius descriptio sit hæc. Pœnitentia virtus est displicentia peccati præteriti, prout est offensa Dei, intendens operari ad deletionem peccati illius, cum spe ueniæ. q. 15. art. 9. ad secundum, & Concil. Triden. sess. 14. cap. 4. Si ergo in actu pœnitentis consideraretur sola displicentia, &cæt. ut in text.

* q. prçced. ar. 5. & 7.

* 1. 2. q 54. art. 1. ad 1. & ar. 2.

¶ Coroll. Ergo nõ omnes, qui dicunt, se agere pœnitentiã, agũt pœnitentiam: sed illi soli, de quibus completa, quam dixit textus, descriptio pœnitentiæ, uerificatur. Sicut ille solus

## ARTICVLVS II.

*Vtrum pœnitentia sit specialis virtus.*

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd pœnitentia non sit specialis virtus, eiusdem enĩ rationis videtur esse gaudere de bonis prius actis, & dolere de malis pꝑpetratis: sed gaudium de bono prius facto, non est specialis virtus, sed est quidam affectus laudabilis ex charitate prouenies, ut patet per Aug. * 14. de Ciuitate Dei. vnde & Apostolus primæ ad Corinth. 13. dicit, quòd charitas non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. ergo pari ratione nec pœnitentia, quę est dolor de peccatis præteritis, est specialis virtus, sed est quidam affectus ex charitate proueniens.

¶ 2 Præt. Quælibet virtus specialis habet materiam specialem, quia habitus distinguuntur per actus, & actus per obiecta, sed pęnitentia non habet materiam specialem: sunt enĩ eius materia peccata præterita circa quamcumque materiam. ergo pęnitentia non est specialis virtus.

¶ 3 Præt. Nihil expellitur, nisi a suo contrario: sed pœnitentia expellit omnia peccata. ergo contrariatur omnibus peccatis. non ergo est specialis virtus.

Sed contra est, quòd de ea datur speciale legis præceptum, vt supra habitum est. *

Resp. Dicendum, quòd (sicut in secunda parte habitum est *) species habituum distinguuntur secundum species actuum: & ideo vbi occurrit specialis actus laudabilis, ibi necesse est ponere specialem habitum virtutis. manifestum est autem, quòd in pœnitentia inuenitur specialis ratio actus laudabilis, s. operari ad destructionem peccati præteriti, inquantum est Dei offensa, quod non pertinet ad rationem alterius virtutis: vnde necesse est ponere, quòd pœnitentia est specialis virtus.

Ad primum ergo dicendum, quòd a charitate deriuatur aliquis actus dupliciter: vno modo sicut ab ea elicitus, & talis actus virtuosus non requirit aliam virtutem præter charitatem: sicut diligere bonum, gaudere de eo, & tristari de opposito. Alio modo aliquis actus a charitate procedit, quasi a charitate im-

lus est homo; de quo hominis diffinitio, non qualitercumque sed completè verificatur. Ergo numquàm agunt pœnitentiam hæretici negantes opera: eo quod de ipsis non verificatur ly intendens operari, quod ponitur in descriptione pœnitentiæ. Ergo neque illi agunt vere pœnitentiam; qui, quamuis in intellectu suo non negét necessitatem operum, tamen de facto nolunt, vel dissimulant ad deletionem peccatorũ suorum operari, etiam si adsit ipsis taliter operandi facultas. Quod dico: quia, si vere deest talis facultas, tunc operari in voto sufficit ad veram pœnitẽtiam. Ergo quodcumque bonum opus, siue interius (ut meditatio passionis Christi, mortis propriæ; iudicij vniuersalis, vel particularis, &c.) siue exterius (ut eleemosina corporalis, uel spiritualis, ieiunium, oratio uocalis, &c.) factum ad hunc finem. s. ad deletionem peccati præteriti, quatenus est offensa Dei; tale, inquàm, opus computari potest pro pœnitentia: quoniam in descriptione dicitur absolutè ly operandi, nullo addito. Ergo neque dolentes de peccato præterito, & ad eius deletionem operantes, prout est opprobriosum apud homines, vel impeditiuum alicuius dignitatis mundialis consequendæ, vel propter alium respectum, & non propter hoc, quòd est offensa Dei (ut ait descriptio) non sunt ueri pœnitentes. Ergo neque dolentes de peccato, vt offensa Dei est, eiusq; destructionem sedulo operãtes, sine spe ueniæ (ut Iudas Scarioth fecit) non sunt ueri pœnitentes: quia in descriptione ponebatur ly cum spe ueniæ. Ergo ex eadem definitione dic: quòd pœnitentia non est solum de cætero nõ peccare; neque solum est noua vita (contra Lutherum ideo in Bulla Papæ Leonis X. damnatum). Hæc omnia in textu virtualiter.

2^m^ de maiori. Specialis habet materiam specialẽ. ℞. Vel materiam generalem sub ratione speciali. §. Adeò quòd materia illa realiter erit generalis; sed formaliter erit specialis. Ex hoc maxime facit pro responsione ad probationem prædictæ maioris: quoniam distinctio habituum per actus, & obiecta attenditur magis penes formalitatem actuum & obiectorum, quàm penes realitatem ipsorum (ut patet exercitatis in Phylosophia). Tunc nihil &c. Nam pœnitentia habet quidem realiter generalem, &c. vt in text.

3^m^ de maiori. Nihil expellitur. ℞. Formaliter. §. Sic enim quælibet virtus specialis, puta humilitas, expellit habitum vitij oppositi, puta superbiam. Tunc nih. &c. Nam minor non stat in expulsione formali: sed transit ad expulsionem effectiuam. Pœnitentia siquidem expellit omne peccatum effectiue &c. ut in tex.

peratus: & sic quia ipsa imperat omnibus virtutibus (vtpote ordinans eas ad finem suum) actus a charitate procedens, potest etiam ad aliam specialem virtutem pertinere. si ergo in actu pœnitentis consideretur sola displicentia peccati præteriti, hoc immediate ad charitatem pertinet, sicut, & gaudere de bonis præteritis: sed intentio operãdi ad deletionem peccati præteriti, requirit specialem virtutem sub charitate.

Ad secundum dicendum, quod pęnitentia habet quidem realiter generalem materiam, inquantum respicit omnia peccata: sed tamen sub ratione speciali, inquantum, scilicet sunt emendabilia per actum hominis cooperantis Deo ad suam iustificationem.

Ad tertium dicendum, quod quælibet virtus specialis formaliter expellit habitum vitii oppositi: sicut albedo expellit nigredinẽ ab eodem subiecto: sed pœnitẽtia expellit omne peccatũ effectiue, inquantũ operatur ad destructionem peccati, put est remissibile ex diuina gratia homine cooperante. vnde non sequitur, quòd sit virtus generalis.

A R-

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis: quòd pœnitentia est specialis virtus. Vt per hoc, quod dicitur Matth. 4. Pœnitentiam agite. Ibi enim patet: quod de ea datur mandatũ speciale. Correspondere siquidẽ solent mandata uirtutibus, ita ut ad uirtutes generales exercendas sufficiat dare mandata generalia; ad exercendã autem speciales, requiratur speciale mandatũ (ut etiam apparet in humanis legibus per quotidianam experientiã.) Vide 2. 2. q. 58. art. &c. Item per hoc: quòd de homine, qui peccato speciali peccauit, dicitur Leuit. 5. agat pęnitentiam pro peccato, & offerat de gregibus agnũ, siue capram. Et similiter per multa capitula lib. Leuitici imponitur speciale quid pro pœnitentia diuersorum specialium peccatorum correspondenter. Ex isto. n. exteriori facto, tanquàm per figuram, ostenditur aliquod interius. s. quòd cordialis pœnitentia est virtus specialis. Quòd autem a factis antiquorum, tanquàm a figuris, liceat argumẽtari valide ad aliquid interius, seu in nouo requisitum: habes ex Concilio Hispalensi 2. prout refertur in Veritatibus aureis super totam legem veterem, Leuit. 8. concl. 2. Item per hoc; quòd pœnitentia ipsa specialiter describitur, Hierem. 2. Scito & vide; quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum. Ecce dolor, seu displicentia, de peccato præterito. Et Apocal. secundo. Memor esto, unde excideris; & age pœnitentiam, & prima opera fac. Ecce, intentio operandi ad destructionem peccati commissi. Et facit Luc. tertio, facite fructus dignos pœnitentiæ. Ecce, idem; secundum proportionem tamen correspondentem ad grauitatem peccati. Quod & clarius habetur in Psal. 79. cibabis nos pane lachrimarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Dixi ly clarius, propter ly in mensura: id quod valde notandum est in pœnitentia. Et Psal. 36. Reuela Domino uiam tuam; & spera in eo. Ecce, spes ueniæ consequendæ per misericordiam Dei: in reuelando ei, per pœnitentiam interiorem, viam nostram, illam scilicet de qua dicitur Isa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina hæc Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

Dubium occurrit magnum circa materiam huius secundi articuli, an pœnitentia virtus, sit uere, & proprie una specialis virtus distincta a cæteris uirtutibus. Et est ratio dubij non sola uarietas opinionum, sed quoniam vtrinque ratio vrget. Nam quòd sit vna uirtus distincta ab alijs, Auctoris ratio in litera concludit, dicens, operari ad deletionem peccati præteriti, inquantum est offensa Dei, per quandam recompensationem, habet specialem rationem actus laudabilis non pertinentem ad rationem alterius uirtutis: ergo pœnitentia, cui iste actus attribuitur, est specialis virtus. Ad partem autem negatiuam urget duplex ratio una ex proprijs: quia nulla uirtus exigit aut præexigit habentem ipsam sub illius contrario, sed pęnitentia præexigit pœnitentem fuisse sub peccato, quod contrariatur pœnitentiæ ergo pœnitentia non est specialis uirtus. Et hæc ratio conuincit intellectum meum. Quæ, & confirmatur, quia uirtutum semina sunt ita nobis insita, ut possint a nobis acquiri cum auxilio diuino, & recta ratione, &c. ut non sit necesse nos peccare, si omnes habendæ sunt uirtutes in actu: sed a pœnitentiæ uirtutem habendam in actu impossibile est nos peruenire, nisi peccatum interueniat. igitur non est uirtus specialis. nec euaditur hæc confirmatio ex hoc, quòd pœnitentia poneretur uirtus non acquisita, sed infusa, quoniam simile est de utrisque iudicium, quo ad hoc, quòd non oportet peccare, ut uirtutes habeamus in actu. Et confirmatur iterum ex parte subiecti: quia in Christo fuerunt omnes uirtutes, & tamen in ipso non fuit pœnitentia. Altera ratio est, ex parte obiecti: quia scilicet obiectum hoc. s. offensa, ut recompensabilis per actum proprium &c. non requirit propriam uirtutem. Quod ex duobus apparet. primo, ex eo quòd inter homines obiectũ hoc laudabili actu uoluntario attingitur, ut patet cum is, qui aliquem offendit, humiliat se illi, confitendo se male fécisse dolendo de offensa, & subijciendo se illi ad recompensandam offensam; per hos. n. actus recuperat etiam offensi gratiam, iuxta illud, Parcere subiectis, & debellare superbos. Et tamen nulla uirtus specialis ponitur propter actum, aut obiectum istud, proportionaliter igitur loquendo, nulla est ponenda specialis uirtus ad recompensandam Dei offensam. Secundo ex eo, quòd ad huiusmodi recompensationem inuenitur alia uirtus sufficiens. s. religio: religionis. n. actus est subijcere se Deo, reddereq; debitum Deo, non minus offenso quàm benefactori, ita quòd sicut reddere Deo debitũ ob beneficia suscepta, non exigit specialem uirtutem ultra religionem, eadem ratione reddere Deo debitum ob offensam in eum, ad religionem quoque spectabit: cadunt. n. hæ speciales rationes debiti. s. pro beneficijs, uel pro offensis, sub illa communi ratione debiti, quam attendit religio. Et confirmatur, quia præcipuus actus pœnitentiæ coincidit cum actu primo religionis: subiectio. n. hominis ad Deum, est præcipuum quod pœnitentiæ uirtus offert Deo in recompensam, quam eandem offert religio. Secundum actum quidem deuotionis, absolute: secundum uero actum gratitudinis, pro beneficijs receptis: secundum actum pœnitentiæ, pro offensa commissa. unde sicut religionis quidam actus est recompensare beneficia, ita recompensare peccata. Et confirmatur hoc: quia in lege ueteri actu religionis expiabatur peccatum, & Dauid cor contritum & humiliatum: (quod est ipsa emenda pro peccato) sacrificium appellat.

¶ Ad euidentiam, huius difficultatis recolendum est, quòd non vertitur in dubium, an actus pœnitentiæ sit actus laudabilis, & uirtuosus, sed an exigat, uirtutem specialem: ita quòd habitus eius sit uirtus distincta a reliquis uirtutibus. Et mihi quidem uidetur, quòd non sit uirtus distincta propter primas rationes allatas ex parte subiecti,

subiecti, & obiecti, sed quòd actus pœnitentiæ est actus religionis: quod vt clarius percipiatur, distingue duos actus pœnitentiæ: alterum, ad recompensandum offensam: alterum, ad recompensandum indulgentiam. nam peccando, & Deum offendimus, & nobis plus indulsimus, quam fas erat, & primum quod est præcipuum in pœnitentia, vocatur satisfacere quo ad culpam, secundum satisfacere quo ad pœnam. Horum autem actuum, ut ex his, quæ inter homines uidemus ad diuina ascendamus, primus consistit in tribus, s. displicentia de offensa, confessione peccati, & submissione sui ad offensum: cum his enim tribus recurrit homo ad hominem pro uenia. Et si his non placatur offensus, nulla restat recta uia obtinendi reconciliationem offensi. Secunda autem satisfactio consistit in luendo pœnam, ut clare patet. Ex his autem ad diuinam reconciliationem ascendendo, eadem tria sufficere credimus ad diuinam misericordiam prouocandam. Horum autem nullum aliam uirtutem quam charitatem, religionemq; requirit: nam displicentia offensæ in Deum, actus est charitatis cuius est gaudere, & complacere in bono diuino. Confessio autem peccati non solum exterior, sed etiam interior, actus est religionis absque alia uirtute media imperatus rationi, cuius est enuntiare peccatum. Submissio autem sui a Deum, religionis actus est, nec aliquid addit ratio pœnitentiæ, nisi causam, s. pro offensa: sicut ratio gratitudinis addit pro beneficio. Et probatur ratione, quia religionis actus est quo excellentiam diuinam, nostramque subiectionem ad Deum profitemur, sed vterque illorum actuum. s. interior confessio, & uoluntaria submissio in vtriusque professione consistit. Nam qui confitetur Deo aduersus se iniustitiam suam, submittendo se, & confessione, & submissione subiectionem suam fatetur, simul, & excellentiam diuinã, cui se submittit, cuius excellentissima omnipotentia parcendo manifestatur, cuique, proprium est misereri semper, & parcere. Est igitur uelle operari ad recompensationem offensæ propriæ Deo, religionis actus elicitus. & confirmatur: quia virtus pœnitentiæ non est uirtus, ut infra patebit, acquisita, sed infusa: non ex ratione naturali, sed ex lumine diuinæ relationis vim habens, eodemque cursu, quo religio currit accepta. in cuius signum inter præcepta religionis, ita sunt sacrificia, & orationes pro peccatis, sicut pro beneficijs.

¶ Nec propterea arguimus Auctorem: quoniam verum est, pœnitentiam esse specialem uirtutem, latiori vocabulo utendo. Nec hoc mirum uideatur alicui, aut nouum in doctrina Auctoris: quoniam in præcedenti libro simile quid apparet, dum posita est virginitas specialis virtus, quæ tamen non est, nisi religio determinata ad tam excellentem materiam. Reliquus vero actus pœnitentiæ. s. satisfacere quo ad pœnam, potest poni actus religionis imperatus mediante uirtute uindicatiuæ iustitiæ participate in subdito: ita quod peccator puniat se quasi minister Dei uindicantis. Potest etiam poni actus religionis immediate, pro quanto religio ipsa debitam pœnam exoluit, ut perficiatur satisfactio debita a filio, seruoq;, domino, ac patri. hoc enim iustum secundum quid religio attendit inter hominem, & Deum cum iustum simpliciter esse nequeat: potes autem percipere hanc quoque satisfactionem spectare ad religionem, ex eo quòd nonnullus cultus est diuinæ excellentiæ et nostra subiectione, ut uoluntarie huiusmodi pœnas offeramus ei pro usurpatis contra, aut præter uoluntatem diuinam. Et hæc de hac difficultate dicta sufficiant, prosequemur in sequentibus tractatum de pœnitentia, ea dicendo, quæ stant cum utraque opinione, scilicet quòd pœnitentia sit una uirtus per se distincta a reliquis, & quòd pœnitentia coincidat cum religione totaliter aut principaliter, & cum iustitia forte uindicatiua, seu communicatiua, quo ad actum secundarium.

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum virtus pœnitentiæ, sit species iustitiæ.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod virtus pœnitentiæ non sit species iustitiæ. Iustitia enim non est virtus theologica, sed moralis, vt in secunda parte patet:* pœnitentia autem videtur esse virtus theologica, quia habet Deum pro obiecto: satisfacit enim Deo, cui etiam reconciliat peccatorem. ergo videtur, quòd pœnitentia non sit species iustitiæ.

¶ 2 Præt. Iustitia cum sit virtus moralis, consistit in medio: sed pœnitentia non consistit in medio, sed in quodam excessu, secundum illud Hier. 6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. ergo, pœnitentia non est species iustitiæ.

¶ 3 Præt. Duæ sunt species iustitiæ, vt dicitur in 5. Ethic.* scilicet distributiua, & commutatiua: sed sub neutra videtur pœnitentia contineri. ergo videtur quòd pœnitentia non sit species iustitiæ.

¶ 4 Præt. Super illud Luc. 6. Beati, qui nunc fletis, dicit glos.* ecce prudentia, qua ostenditur quàm hæc terrena sint misera, & quàm beata cœlestia: sed flere est actus pœnitentiæ. ergo pœnitentia magis est species prudentiæ quàm iustitiæ.

SED CONTRA est, quòd Aug. dicit* in lib. de pœnitentia, Pœnitentia est quædam dolentis vindicta, semper puniens in se, quod dolet commisisse: sed vindictam facere pertinet ad iustitiam: vnde Tullius* in sua Rheto. ponit vindicatiuam vnã speciem iustitiæ. ergo videtur, quòd pœnitentia sit species iustitiæ.

RESP. Dicendum, quòd (sicut supra dictum est),* pœnitentia non habet, quod sit virtus specialis ex hoc solo, quòd dolet de malo perpetrato, ad hoc. n. sufficeret charitas, sed ex eo, quòd pœnitens dolet de peccato commisso, inquantum est offensa Dei, cum emendationis proposito. Emendatio autem offensæ contra aliquem commissæ, nõ fit per solam cessationem offensæ, sed exigitur vlterius quædam recompensatio, quæ habet locum in offensis in alterum commissis, sicut, & retributio: nisi quod recompensatio est ex parte eius, qui offendit, vtpote cum satisfactione, retributio autem est ex parte eius, in quẽ est offensa commissa. Vtrunq; autem ad materiam iustitiæ pertinet: quia vtrunque est commutatio quædam. vnde manifestũ est, quòd pœnitentia secundum quòd est virtus est pars iustitiæ. sciẽdam tamen est, quòd secundum Philosoph.* in 5. Ethic. dupliciter dicitur iustum, s. simpliciter, & secundum quid. simpliciter quidem iustum, est inter æquales, eo quòd iustitia est æqualitas quædã, quod ipse vocat iustum politicum, vel ciuile, eo quòd omnes ciues æquales sunt, quantum ad hoc, quod immediate sunt sub principe, sicut liberi existentes. Iustum autem secundum quid dicitur, quod est inter illos, quorũ vnus est sub potestate alterius: sicut seruus sub domino, filius sub patre, vxor sub viro. Et tale iustum consideratur in pœnitentia. vñ pœnitens recurrit ad Deum, cũ emendationis

---

SVP. Q. XXVI. Aliàs 85. Art. III.

CONCL. 1. Pœnitentia, secundum quod est uirtus, est pars iustitiæ.

¶ PROB. Quia pœnitentia uirtus includit propositum emendationis (ut patet ex eo, quod pœnitens dolet de peccato commisso, ut est offensa Dei, cum emendationis proposito, ar. 2.) & emẽdatio offensæ cõtra aliquẽ cõmissæ pertinet ad materiam iustitiæ (ut patet ex eo; quod est cõmutatio quædã: inquantum emendatio ipsa non fit per solã cessationem offensæ, sed etiam per recompensationem quandam. i. satisfactionem, quæ habet locum in offensis in alterum commissis.)

¶ COROLL. Ergo secundum hunc textum diabolus per Lutherũ voluit tollere de mundo pœnitentiam uirtutem, & consequenter trahere totum mũdum ad infernum damnatorum: quando disseminauit falsi nominis doctrinã hanc. s. pœnitentia summa est de cætero non peccare; optima pœnitentia est noua uita. Ex textu enim præsenti patet: quòd pœnitentia habet quòd sit uirtus specialis ex duobus simul. s. ex hoc, quòd dolet de peccato præterito, & ex hoc, quod est cum emendationis proposito; quæ (inquit) emendatio non fit per solam cessationem offensæ; sed ulterius exigitur quædam recompensatio, quæ habet locum in offensis in alterum commissis. Lutherus uero per suam positionem prædictam statuit (ut patet consideranti): pœnam cõsistere in sola cessatione ab offendendo. Dolorẽ, quæ est prima ueræ pœnitentiæ pars, quære in pœnitentia Lutheri; Recõpensationẽ quoq; in emendatione offensæ inclusam, quæ est secunda ueræ pœnitentiæ pars, quære in pœnitẽtia Lutheri: & neutrum in prorsus inuenies. Non negat textus, quod de cætero non peccare, aut quod noua uita, sit finis ueræ pœnitẽtiæ; sed negat, quod aliquod illorum sit formalis & realis pœnitentia. Impossibile enim est: quod aliquid sit diffinitum tale, puta homo; cui non competit diffinitio talis, puta hominis. Quia ergo pœnitentiæ uocatæ sic a Luthero non competit (ut uidimus) diffinitio ueræ pœnitentiæ: impossibile est, quòd ipsa uocata ab eo pœnitentia sit uera pœnitẽtia. Cæterum quia etiam sub tali phrasi loquendi ipse ueneanum hoc vafritie sua cõtegere intẽdebat. s. quod cõtritio, & satisfactio nõ sũt neces-

Margin notes: 197 · inf. arti. 4. cor. & 4 d. 14. q. 1. ar. 1. q. 4. ad 4. & q. 5. per to & dist. 15. q. 2. ar. 1. q. 3. ad 4. · * 1. 2. q. 62. ar. 2. & 3. · * li. 5. Eth. cap. 4. to. 3. · * Gl. Ordinaria ibid. · * In lib. de uera & falsa pœnitẽ. c. 8. a med. tom. 4. · * lib. 2. de inuẽtione fol. 4. ante finem. · * ar. præc. · D. 1017. · * li. 5. Ethi. c. 6. to. 5. · D. 803.


tionis

necessariæ pœnitentibus: ideo illud eius dictum, pro hæresi, ab Ecclesia merito iudicatum est atque damnatum. Vt habes in 1.2. articulorum numero 460.466.602. cum Elucid. & in Addition. articulorum nume. 1. cum Elucid. & in Veritatibus aureis super totam legem veterem, Leuit. 5. concl. 9. Quòd uerò alias apertè negauerit contritionem, & satisfactionem pœnitenti: vide sup. articulorum nume. 186. cum Elucid. & Addition. articulorum nume. 16.67. cum Elucid. & in Veritatib. aureis præmissis, Leuit. 5. cõclus. 9. in quibus omnibus locis quo ad hæc etiam damnatur.

¶ EXAM. Ly retributio est ex parte eius, in quem est offensa. Pro huius captu iuuabit responsio tex. ad tertium.

¶ CONCL. 2. Iustum quod est (ut patet ex prima conclusione) in pœnitentia, est iustum secundum quid; non autem simpliciter.

*lib. 5. c. 5. non longe a fi. to. 5.

¶ PROB. Quia pœnitens recurrit ad Deum cum emendationis proposito, tanquàm existẽs sub potestate ipsius Dei (ut patet Ps. 122. Luc. 15. Hiere. 3.) & iustum secundum quid est inter illos, quorum vnus est sub potestate alterius (ut patet ex 5. Ethic.) Secunda autem pars. s. non &c. probatur. Quia pœnitẽs non est æqualis Deo: & iustum simpliciter est inter æquales (ut patet 5. Ethic. ex eo: quòd iustitia simpl'r est ęqualitas simpliciter.)

*lib. 5. c. 1. & 2. to. 5.

*lib. 8. cap. vlt. to. 5.

1m minor. Pęnitẽtia videtur esse uirt' theologica. ℟. Negatur. §. Propter rationẽ dictam in tex. Ex quo etiã patet quòd neganda est ꝓbatio ipsius minoris.

2m minor. Pœnitẽtia non consistit in medio. ℟. Negatur. §. Ad illud, quod quasi pro probatione affertur, dicitur: quòd ille excessus est tanquàm medium in pęnitentia. Excessus enim talis est illud iustum secundum quid; quod ponitur in secunda conclusione articuli: & ipsum iustum secundum quid, est æqualitas imperfecta; quę reperitur inter inęquales simpliciter. Medium ergo, in quo consistit pœnitentia, est æqualitas secundum quid. i. est quicquid potest facere pœnitens pro emendatione offensæ Dei. Veruntamen quia totum hoc factum a pœnitente non pertingit ad æqualitatem simpliciter. i. non est sufficiens, quantum est præcisè de se, ad satisfaciendum tam altæ maiestati diuinæ pro offensa ei facta; sed per acceptationem suæ superexcedentis, & infinitæ bonitatis fit ad ei satisfaciendum sufficiens: ideo prædictum pœnitentiæ medium dicitur implicare quendam excessum; quia. s. ipsum ab excedenti bonitate diuina fit medium sufficiens.

3m minor. Sub neutra videtur pœnitentia contineri. ℟. Negatur. §. Pro quanto. s. intendit de commutatiua. Nam sicut est commutatio quædam in beneficijs, &c. ut in tex.

4m conclusionis illatio. Ergo pœnitentia magis est prudentiæ, quàm iustitiæ.

tionis proposito, sicut seruus ad dominum, secundum illud Psal. 122. Sicut oculi seruorum in manib. dominorum suorum, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri, & sicut filius ad patrem, secundum illud Luc. 15. Pater peccaui in cœlum, & corã te, & sicut vxor ad virum, secundum illud Hier. 3. Fornicata es cum amatoribus multis: tamẽ reuertere ad me, dicit dominus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut in 5. Eth.* dicitur, iustitia est virtus ad alterum. ille autem, ad quem est iustitia, non dicitur esse materia iustitiæ, sed magis res, quæ distribuuntur, vel commutantur. vnde, & materia pœnitentiæ nõ est Deus, sed actus humani quib. Deus offenditur, vel placatur: sed Deus se habet, sicut ille, ad quem est iustitia. Ex quo patet, quòd pœnitentia non est virtus theologica: quia nõ habet Deum pro obiecto, vel materia.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ medium iustitiæ est ęqualitas, quæ constituitur inter illos, inter quos est iustitiã, ut dicitur in 5. Ethic.* in quibusdam autem non potest perfecta æqualitas constitui propter alterius excellentiam: sicut inter patrẽ, & filium inter Deum, & hominem, vt Philosophus* dicit in 8. Ethic. vnde in talibus ille, qui est deficiens, debet facere quicquid potest: nec tamen hoc erit sufficiens simpliciter, sed solum secũdum acceptationem superioris, & hoc significatur per excessum, qui attribuitur pœnitentiæ.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ sicut est commutatio quædam in beneficiis, cum scilicet aliquis pro beneficio recepto gratiam repẽdit, ita etiam est commutatio in offensis, cum aliquis pro offensa in alterum commissa, vel inuitus punitur qđ pertinet ad vindicatiuam iustitiam, vel uoluntarie recompensat emendam, quod pertinet ad pœnitẽtiam, quæ respicit personam peccatoris, sicut iustitia vindicatiua personam iudicis. vnde manifestum est, quòd vtraque sub iustitia commutatiua continetur.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ pœnitentia licet sit directe species iustitiæ: comprehendit tamen quodammodo ea, quæ pertinent ad omnes virtutes: inquantum enim est iustitia quędam hominis ad Deum, oportet quòd participet ea, quæ sunt virtutum theologicarum, quæ habent Deum pro obiecto. vnde pœnitentia est, cum fide passionis Christi, per quàm iustificamur a peccatis, & cum spe veniæ, & cum odio vitiorum, quod pertinet ad charitatem: inquantum vero est virtus moralis, participat aliquid prudentiæ, quæ est directiua omnium moralium virtutum: sed ex ipsa ratione iustitiæ non solum habet id, quod iustitiæ est, sed etiam ea, quæ sunt temperantiæ, & fortitudinis, inquantum, scilicet ea, quæ delectationem causant ad temperantiam pertinentem, vel terrorem incutiunt, quem fortitudo moderatur, in commutationem iustitię veniunt, & secundum hoc ad iustitiam pertinet, & abstinere a delectabilibus, quod pertinet ad temperantiam, & sustinere dura, quod pertinet ad fortitudinem.

A R-

stitiæ. ℟. Negatur illatio. §. Nam procedit ex præmissis malè intellectis. Non enim Glossa, ex qua illatio ista dependet, loquitur comparatiue; sed absolute. i. sine comparatione. Rectificetur ergo sic illata conclusio: Pœnitentia est prudentiæ, quàmuis sit iustitiæ. Tunc conceduntur omnia: sed nihil est contra ueritatem articuli. Nam pœnitentia licet sit directe species iustitiæ; comprehendit &c. vt in tex.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, meritò esse insinuatũ a scripturis, Concilio, & Augustino quòd pœnitentia est pars iustitiæ. A D. August. quidem: vt cũ discursu ponitur in argum. contr. A scripturis uerò per hoc, quòd dicitur 1. Corint. 11. Si nosipsos iudicaremus, non vtique a Domino iudicaremur. Hoc est; si nos pœnitentiã spontaneam, de nobis, scilicet satisfactorias pęnas spontè sumendo, ageremus: non utique a Domino in vindictam peccatorũ nostrorũ castigaremur. Id quod literaliter ab oppositis dictum fuerat Eccles. secundo. Si pœnitentiam non egerimus; incidemus in manus Domini. Clarum etenim est: ꝙ hoc verbum iudicare, pertinet ad iustitiam: secunda secundæ, q. 60. artic. secũdo, quinto. Apostolus ergo, dum in casu pœnitentiæ vtit hoc verbo iudicare, monstrat eo ipso: quòd pęnitentia virtus est pars iustitiæ. A Concilio autem Triden. sess. 14. cap. 9. Docet præterea: tantam esse diuinæ munificentiæ largitatem; ut pęnis sponte a nobis pro uindicando peccato susceptis apud Deũ patrem, per Christum IESVM, satisfacere ualeamus. Hæc ibi. Pęnæ eñ sponte susceptæ (ut patet ex textu corp.) pertinent ad pęnitentiam virtutem: & hę pęnæ, secundum Concilium, assumuntur pro vindicãdo peccato. Cum ergo vindicta sit pars iustitiæ 2.2. q. 108. ar. 2. patet: quòd pęnitentia uirtus, ſm concilium, est pars iustitiæ. Sed & nomen satisfactio, quo utitur concilium, pertinet ad iustitiã: ut patet. Et nota: ꝙ huiusmodi iustitiam satisfactionum pęnitentiæ uirtutis attendi secundum acceptationem diuinæ bonitatis (ut habetur ex tex. ad secundum,) ostendit apertè concilium ipsum per ly tantam esse diuinæ munificentiæ largitatem, & per ly per Christum IESVM. Secundò habes & ex articuli ratione, & ex prædictis hic authoritatibus; ꝙ hæretici negantes opera satisfactoria, siue pęnitentiam virtutem, requiri necessario ad salutem peccatoris, dicunt per hoc; ꝙ aliquis potest saluari sine iustitia (ut patet considerantibus ex præmissis terminos ly pęnitentia, ly satisfactio). Id qđ manifestissime est contra totam sacram scripturam: quæ semper iniustos damnat: tantum abest, ut secundum ueritatem ipsius, possint saluari sine iustitia. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim decl. &c.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN artic. 3. tria aduertenda occurrunt. primum est de actu pęnitentiæ, an contineatur sub commutatiua iustitia. Secundum est, an sistat in commutatiua iustitia. Tertium est, an reddat æquale simpliciter, vel secundum acceptationem Dei tantum. Et primum quidem propter Sco. qui in 4 senten. distinct. 14. quæst. secunda, posuit actum pęnitentiæ esse actum iustitiæ punitiuæ, quæ distin-

distinguitur contra iustitiam commutatiuam: tenuit. n. pœnitenté, vt ministrum iudicis punire se, vt culpa exigit per pœnam, ac per hoc cum actus iudicis sit vindicare, seu velle infligere pœnam pro peccato, qui est actus iustitiæ vindicatiuæ, idem actus erit in pœnitente, tanquam exequente contra seipsum vindictam a iudice statutam. Secundum verò dubium motum est propter Duran. dist. 14. art. 2. vbi ponit pœnitentiam esse idem, quod iustitia commutatiua: quia ordinat hominem ad alterum, idest Deum in ratione debiti propter offensam. Tertium autem mouetur propter Sco. vbi supra q. 3. tenentem, quòd æquale ex natura rei posset reddi, ita quod pœna esset æqualis culpæ, vt sic culpa sufficienter ordinetur propter pœnam.

¶ Ad horum euidentiam notandum est primo, quòd Auctor loquitur de pœnitentia, ut est recompensatiua Deo, tam pro culpa quàm pro pœna, Scotus vero solam pœnæ rationem habuit: nec posuit pœnitentiam ad reconciliandum Deum offensum, sed solummodo ad puniendam culpam commissam, unde aduerte secundo, quòd Auctor posuit pœnitentem, ut alterum extremum respectu Dei: Scotus uero posuit pœnitentem in utroque extremo dum ponit ipsum ex una parte, vt ministrum iudicis vindicantem, & ex altera parte ponit ipsum, ut reum, in quem sit vindicta constituendo æqualitatem pœnæ ad culpam, & propterea non est mirum, si varia dicuntur ab illis. Verum si diligentius perspectum fuerit, & præcipuus pœnitentiæ actus consideratus fuerit, apparebit quod prima pœnitentiæ intentio est operari ad reconciliationem offensi per recognitionem peccati, & submissionem sui, iuxta illud, Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. vbi impietatem dixit, non pœnam monstrãs per hoc, quòd huiusmodi sui ipsius accusatio apud Deum remissioni offensæ cooperatur, vtpote ad illam ordinata. Et hinc sequitur, quòd pœnitens, ut pœnitens, non tenet personam ministri, & rei: sed rei tantummodo non puniendi tantum, sed principalius reconciliandi per proprium opus ad diuinam misericordiam accedentis. Vnde ad primum dubium dicitur, quòd licet pęnitẽtia quo ad actum secundarium, qui est solutio pęnæ, sit forte actus iustitiæ vindicatiuæ: quia tamen vindicta fit secundum ęquale iustitiæ commutatiuæ, ex hoc ipso non excluditur iustitia commutatiua, sed includitur, sicut genus includitur in specie: nec. n. aliter distinguitur uindicatiua contra commutatiuam, nisi sicut species distinguitur a genere. Ad secundum uero dubium dicitur, quòd cum inter Deum, & hominem non sit iustum simpliciter, sed secundũ quid, non uidetur erudite dictum, quòd pœnitentia coincidit cum iustitia absolute. Nec ratio allata hoc infert; quoniam oportet addere, quod reddit debitum ęquale, quod hic non saluatur. Ad tertium autem dicendum puto, quòd in ęquiuoco laboramus: quoniam nos de æquali ad totũ quod debetur ex peccati ratione, loquimur, & dicimus non posse reddi ęquale Deo. Ille uero de ęquali ad solam pœnam temporalem, quæ post reconciliationem soluenda restat, loquitur, quam æqualitatem fieri posse non videtur negãdum, cum Iob dicat. Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret.

---

*Alb. mag. vbi sup. ar. 8.*
*Sot. 4. s. d. 14. q. 2. art. 4.*

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum uoluntas, sit proprie subiectum pœnitentiæ.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd subiectum pœnitentiæ non sit proprie uoluntas. Pœnitentia. n. est tristitiæ species: sed tristitia est in concupiscibili, sicut, & gaudium. ergo pœnitentia est in concupiscibili.

¶ 2 Præt. Pœnitentia est vindicta quædam sicut Aug.* dicit in lib. de pœnitentia: sed vindicta videtur ad irascibilem pertinere: quia ira est appetitus vindictæ. ergo videtur, quod pœnitentia sit in irascibili.

¶ 3 Præt. Præteritum est proprium obiectum memoriæ, secundum Philos.* in lib. de Memoria: sed pnĩa est de præterito, vt dictum est. ergo pęnitentia est in memoria sicut in subiecto.

¶ 4 Præt. Nihil agit vbi non est: sed pœnitentia excludit peccatũ ab omnibus viribus animæ. ergo pœnitentia est in qualibet vi animæ, & non in voluntate tantum.

SED CONTRA, Pœnitentia est sacrificium quoddam, secundum illud Psal. 50. Sacrificium Deo Spiritus contribulatus: sed offerre sacrificium est actus voluntatis, secũdum illud Psal. 53. Voluntarie sacrificabo tibi. ergo pœnitentia est in volũtate.

RESP. Dicendum, quòd de pœnitentia dupliciter loqui possumus. Vno modo, secundum quod est passio quædam: & sic cum sit species tristitiæ, est in cõcupiscibili sicut in subiecto. Alio modo, secundum quòd est virtus: & sic, sicut dictum est,* est species iustitiæ. Iustitia autem (ut in secunda parte habitum est*) habet pro subiecto appetitũ rationis, qui est voluntas: vnde manifestum est, quòd pœnitentia, secundum quòd est virtus, est in voluntate sicut in subiecto: & proprius eius actus est propositum emendandi Deo illud, quod contra eum commissum est.

AD PRIMVM ergo dicendũm, quòd ratio illa procedit de pœnitentia, secundum quòd est passio.

AD SECVNDVM dicendum, quod vindictam appetere ex passione de alio, pertinet ad irascibilem: sed appetere, vel facere vindictam ex ratione de se, vel de alio, pertinet ad voluntatem.

AD TERTIVM dicendum, quod memoria est vis apprehensiua præteriti: pœnitentia autem non pertinet ad vim apprehensiuam, sed ad appetitiuam, quæ præsupponit actũ apprehensiuæ. vnde pęnitentia non est in memoria, sed præsupponit eã.

AD QVARTVM dicendum, quod voluntas, sicut in prima parte habitum est,* mouet omnes alias potentias animæ, & ideo non est inconueniens, si pœnitentia in voluntate existens, aliquid in singulis potentiis animæ operetur.

AR-

---

SVP. Q. XXVI.
Aliàs 85. Art. IIII.

198 | 4. dist. 14. q. 2. arti. 3. q. 1. per to. & q. 4. cor.

CONCL. 1. Pœnitentia, secundum quod est passio, est in concupiscibili, ut in subiecto.

¶ PROB. Quia pœnitentia, secundum quod passio, est species tristitiæ (ut patet ar. 1.) & tristitia est in concupiscibili: tanquàm in subiecto (ut patet 1. 2. q. 25. art. 4. item q. 35. ar. 1.)

¶ CONCL. 2 Pęnitẽtia, ut uirtus, est in uolũtate tanq̃ in subiecto.

¶ PROB. Quia pœnitentia secundum quod est virtus, est species iustitiæ (ut patet art. 3.) & iustitia est in uolũtate, sicut in subiecto (ut patet in 1. 2. q. 56. artic. 6. item 2. 2. q. 58. ar. 4.)

¶ EXAM Ly proprius actus eius. Scilicet pœnitentiæ uirtutis. Hoc scilicet quòd propositũ emendandi Deo illud, quod contra eum commissum est, notabis pro semper, & bene: quoniam ad discernendum ueram a falsa pœnitentia, non quidem ex communibus, sed ex proprijs, ualebit & in te, & in alijs; ne unum pro alio sumens decipiaris ex nomine, pœnitentia, pœnitens. Vbi quoque ut rectè intelligas ly propositum emendandi, recole doctrinam D. Thomæ in q. 21. art. 11. corp. de uoto, seu desiderio; quoniã sic uerum emendandi propositum, a falso, cognosces. Porrò, quod est ueluti forma cæterorum omnium. s. ly Deo, semper habeto præ oculis; ne frustrà labores in seruando cæteras pœnitentiæ particulas. Nam habeat quis dolens de peccato præterito propositum uerum emendandi peccatũ illud, immo & de facto emendet illud, sed non Deo. i. intuitu Dei, timore & charitate Dei propter honorem Dei; puta non ab hoc motiuo, sed aliundè, ad emendationem peccati motus: talis agit quidem pœnitentiam ueram, non autem pęnitentiam uirtutem; est quidem pœnitens uerus, non autem pęnitens uirtuosus; ipsius pęnitentia est quidem realis materialiter, non autem est realis formaliter. Quare? Pęnitẽtię illi deest suum formale s. ly Deo. Cõstat nãq; ex 2. 2. q. 23. ar. 8. quòd charitas, quæ utiq; habet Deum pro obiecto 2. 2. q. 17. art. 6. est forma uirtutum. Quòd uerò quis frustra, quantum ad salutem æternam (ut supra tangebatur) laboret in pęnitẽtiæ actibus; patet abunde & ex Apost. 1. Corinth. 13. de operãtibus maximas res absq; charitate, in figura sui dicente ly nihil sum, ly nihil mihi prodest; & ex Zacharia in persona Dei tales sic arguente cap. 7. Cum ieiunaretis, cum plangeretis per hos septuaginta annos; numquid ieiunium ieiunastis mihi? Et ex Christo sponso tales, sub persona uirginum fatuarum, a conuiuio æterno exclusos protestante, per ly Amen dico uobis, Nescio uos, Matth. 25.

1^m de conclusione. Ergo pęnitentia. ℞. Sumpta, ut est passio. §. Tunc nihil &c. Imò est in fauorem conclusionis primæ, tanquàm probatio eius.

2^m ex D. Aug. Est uindicta quædam. ℞. Appetita, & facta, ex ratione. § Tunc nihil &c. Nam minor facit transitũ ad uindictam in alio sensu. s. procedentem ex passione. Vindictam. n. appetere ex passione &c. ut in tex.

3^m de minori. Est de præterito. ℞. Voluntati per memoriam oblato. §. Tunc nihil &c. Non enim ex hoc sequitur: quòd pęnitentia, quæ est de præterito, sit in memoria; sed quòd præsupponat eam.

4^m de maiori. Vbi non est. ℞ Saltem per imperiũ. §. Puta eo modo, quo rex est in toto regno. Nõ. n. requi-

* In lib. de uera & falsa pęnit. c. 8. a medio tom. 4.
* c. 10. 2.
* ar. præc.
* 1. 2. q. 56. art. 6.
* 1. 2. q. 82. ar. 4.

requiritur, quòd rex sit per essentiam suam in toto regno ad hoc; ut agat effectiue aliquid: sed ad faciendum hoc sufficit: quòd in toto regno sit per imperium. i. per motionem imperiosam, seu imperatiuam. Tunc nihil &c. Nam ex eo, quòd pœnitentia agit aliquid in omnibus viribus animæ, excludẽdo. s. effectiuè peccatum ab eis, art. 2. ad tertium, non sequitur; quòd pœnitentia sit in omnibus viribus illis, tanquàm in subiecto: sed sufficit, quòd ipsa sit in illis, tanquàm in motis per imperium suum. Hoc autem imperium participat a subiecto in quo est. s. a voluntate. Voluntas. n. de se habet, quòd moueat omnes alias potentias animæ. 1. q. 82. art. 4. & ideo non est inconueniens, quòd cõmunicet hoc ipsum pœnitentiæ modo suo; tanquàm ei, cuius est subiectum. Exemplum fit de B. Maria Magdalena cuius pœnitentia, quam narrat S. Lucas 7. Exclusit peccatum a singulis potentijs animæ, etiam exterioribus; puta ab oculis, ore, osculis &c. De quo vide optimã declarationẽ a D. Gregorio factam in Homil. super Luc. 7. de ipsius pœnitentia.

¶Exam. Ly nihil agit; ubi non est. Hoc est. Nihil agit formaliter, vbi non est per essentiam. Verissima propositio: quam probat ad sensum experientia hæc. s. quòd albedo numquàm aget formaliter in parietem. i. numquam faciet seipsa album parietem, nisi in pariete sit per essentiam; tanquàm in subiecto sic formato. i. dealbato. Quòd si dicamus, nihil agit effectiuè, ubi non est per essentiam: falsum est, ut monstrauimus de rege. Quia verò de agere effectiuè intelligebatur minor. s. quòd pœnitentia agit in omnes potentias expellendo peccatum ab omnibus (nam supracitatus art. 2. ad tertium, ad literam dicit ly effectiue): ideo illa propositio, quò ad esse per essentiam, non fuit admissa in responso, sed fuit ibi glosata dicendo ly saltem per imperium. Cæterum pro abundantiori notitia, essendi in (quod ibi tangitur per ly ubi non est): uide Philosophum in 4. Physic. ubi ponit octo modos essendi in i. quibus modis aliquid dicitur esse in aliquo.

## APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis: quòd pœnitentia est in voluntate, tanquàm in subiecto. i. tanquàm in eliciente actum pœnitentiæ. Vt per dictum Psal. 50. Sacrificium &c. Simul cum dicto Psal. 53. Voluntariè &c. secundum quòd ponuntur cum discursu in argum. contr. Vbi nota: quòd propheta loquitur de uoluntate, ut elicit ipsum sacrificium; non de ea, ut solum imperat actum. i. ut illud fiat. His quippe duobus modis aliquid est a uoluntate, seu uoluntariè, factum; ut patet ex 1. 2. q. 1 1. &c. & q. 17. art. &c. Cum enim loquatur ibi de interiori sacrificio (ut constat ad literam): & postea nihil aliud, nisi uoluntatem assignet, ad offerendum illud sacrificium: consequens est, quòd ipsam, tanquàm elicientem actum hunc introducat; non tanquàm imperantem. Nam si eam, ut imperantem, adduceret; assignandum erat primum principium sacrificij talis elicitiuum; cui postea uoluntas ipsa imperaret, ut eliceret actum hunc. Item per hoc, quòd ad pœnitentiam uirtutem Propheta Ioel exhortans ex persona Domini dicit cap. 2. Conuertimini ad me in toto corde uestro, & scindite corda vestra. Nomine. n. cordis intelligitur uoluntas: quoniam sicut cor est principium mouens omnes partes corporis, ita uoluntas est principium actiuè mouẽs omnes uires animæ 1. q. 82. ar. 4. Itẽ per hoc, quòd uolẽs ostendere Dominus animam, cui tunc loquebatur, esse impœnitentem dicit Hierem. 3. Noluisti erubescere. Item per hoc; quòd Apostolus attribuit contrarium pœnitentiæ. i. impœnitentiam, cordi; Roman. 2. Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor. Cum ergo contraria habeant fieri circa idem subiectum (ut ait Philosophus) consequens est: ꝙ per illa verba Apostoli ponatur pœnitentia in corde, tanquàm in subiecto. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim &c.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

## Comm. Cardinalis Caietani.

In art. 4. intellige nouitie, ꝙ sicut iustitia est uoluntas ius suum unicuique tribuens, ita pœnitentia est voluntas tribuens Deo ius suum pro peccato contra eum commisso, est enim siue sit idem quod religio, siue non, talis uoluntas: quoniam pars est iustitiæ, quæ in actu uoluntatis consistit. Reddit autem pœnitentia Deo ius suũ pro offensa, confitendo, detestando, ac submittendo se peccatorem Deo offenso: hoc. n. est æquale secundum quid, quod ab homine reddi potest: quo ad pœnam uero affligendo se, &c.

¶Et quoniam huiusmodi uoluntas ex maiori, vel minori potest affectu procedere, ideo uaria inuenitur dispositio uere pœnitentium: maior, minorq́; fructus diuinæ gratiæ inde percipitur.

---

Sen. 4. s. d. 14. q. 2. ar. 5.

SVP. Q. XXVI. Aliàs 85. Art. v.

199 4. dist. 14. q. 1. arti. 2. q. 1. per to. & q. 2. cor. * ar. 3. hui9 quæst.

Conci. Pœnitentia, quantũ ad actus, quibus Deo operãti in pœnitẽtia cooperamur, procedit a timore serui li; sicut a primo motu affectus i. uoluntaris, ad hoc. i. ad pœnitendum, ordinato: procedit autẽ a timore filiali; sicut ab immediato & proximo principio. Hoc est uerò idem, ac si breuius dicatur. Actus pœnitentiæ procedit a timore serui li; sicut a primo motiuo affectus: procedit autem a timore filiali, sicut a complente pœnitentiæ motũ in uoluntate.

¶Prob. Quia actuũ omnium ad pœnitentiã concurrentium primũ principium est Dei operatio conuertentis cor ad seipsum; secundus actus est motus fidei; tertius actus est motus timoris seruilis, &c. ut in textu vsque ad ly voluntarius offert. (Ecce: quòd ex parte hominis Deo cooperantis præsupposito fundamento totius uitæ spiritualis. s. fide timor seruilis est primus actus; & timor filialis est ultimus.)

### ARTICVLVS V.

*Vtrum principium pœnitentiæ sit ex timore.*

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quòd principiũ pœnitentiæ non sit ex timore, pœnitentia. n. incipit in displicentia peccatorum, sed hoc pertinet ad charitatẽ, vt supra dictum est.* ergo pœnitentia magis oritur ex amore, quàm ex timore.

¶ 2 Præt. Ad pœnitẽtiam homines prouocantur per expectationem regni cœlestis, secundum illud Mat. 3. & 4. Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum, sed regnum cœlorum est obiectũ spei. ergo pœnitentia magis procedit ex spe, quàm ex timore.

¶ 3 Præt. Timor est quidam actus interior hominis, pœnitentia autem non videtur in nobis esse ex opere hominis, sed ex opere Dei, secũdum illud Hier. 31. postquàm conuertisti me, egi pœnitentiam. ergo pœnitentia non procedit ex timore.

Sed contra est, quòd Isa. 26. dicitur, sicut quæ concepit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus, s. per pœnitentiam, & postea subditur secundum aliam literam, A timore tuo domine concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis, idest pœnitentiæ salutaris, vt per præmissa patet.* ergo pœnitentia procedit ex timore.

Resp. Dicendum, quòd de pœnitentia loqui possumus dupliciter. vno modo quantum ad habitum, & sic immediate a Deo infundit sine nobis principaliter operantibus, nõ tamen sine nobis dispositiue cooperantibus per aliquos actus. alio modo possumus loqui de pœnitentia quantum ad actus, quibus Deo operanti in pœnitentia cooperamur. quorum actuum primum principiũ est Dei operatio conuertentis cor secundũ illud Thren. vlt. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Secũdus actus est motus fidei, tertius est motus timoris seruilis, quo quis timore suppliciorum a peccatis retrahitur, quartus actus est motus spei quo quis sub spe veniæ cõsequendæ assumit propositũ emẽdandi. quintus actus est motus charitatis, quo alicui peccatum displicet, sm seipsum, & non iam pp supplicia. Sextus actus est motus timoris filialis, quo pp reuerentiam Dei aliquis emendã Deo uoluntarius offert. Sic igitur patet, ꝙ actus pœnitentiæ a timore seruili ꝓcedit, sicut a primo motu affectus ad hoc ordinato: a timore aũt filiali sicut ab immediato, & ꝓximo principio.

*ex quæst. præced. artic. 6.

1m de maiori.

In displicentia peccatorũ. ℞. Originata communiter prius propter supplicia uisa; q̃ ꝓpter Dei offensam, uel peccati turpitudinem. §. Tunc nihil &c. Non. n. semper uerũ est illud, quod dicit minor, scilicet ꝙ displicentia peccatorum pertineat ad charitatem; sed solum illa eorum displicentia, quæ est propter offen-

Ad primum ergo dicendum, quòd peccatum primo incipit homini displicere (maxime peccatori) propter supplicia, quæ respicit timor seruilis, q̃ propter Dei offensam, vel peccati turpitudinem, quod pertinet ad charitatem.

offensam Dei, vel turpitudinem peccati. Quæ doctrina textus confirmatur, declaratur que ex Concilio Triden. sess. 14. cap. 4. vt videbis in sequenti appen. Stat ergo simul, quòd pœnitentia incipiat a displicentia peccati, & quòd incipiat a timore seruili. Et nota, quòd textus loquitur de timore seruili, qui vt patet in 2. 2. q. 19. art. 4. est bonus, & a Spiritu sancto: nō autem loquitur de seruilitate, quæ est mala, nec est a Spiritu sancto, vt patet ibid.

AD SECVNDVM dicēdum, quòd in regno cœlorum appropinquante intelligitur aduentus regis, non solum præmiantis, sed etiam punientis. vnde & Matth. 3. Ioānes Baptista dicebat, Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira.

2^m de minori. Sed regnum cœlorum. ℞. Vt dicit præmium; vel etiam aduentum regis præmiantis. §. Tunc nihil &c. Nomine regni cœlorū appropinquantis, de quo loquitur Dominus. 4. vt inde prouocet homines ad pœnitentiam, intelligitur non præmium solummodo, nec aduentus regis tantum præmiantis: sed etiam nomine illo cointelligitur aduentus regis punientis. & consequenter pœna, seu punitio. Horum autem duorum. s. præmij & supplicij quid prius altero moueat affectum peccatoris ad pœnitentiam potest cognosci ex tex. corp. & ad primum. Quibus adde: quòd tanto magis supplicium visum mouebit prius peccatorem, si sapiat, quàm præmium: quanto supplicium magis debetur peccatori, quàm præmiū. Nam supplicium debetur ei per se, & absolute. i. ex proprijs, idest ex peccatis, quæ iam actualiter ipse fecit: præmium vero eidē non debetur, nisi per aliud, & conditionaliter. i. ex bonitate Dei, & si veram pœnitentiam egerit. Propterea dixi ly si sapiat: quoniam, iuxta sententiam Philosophi tritissimā, iudicium de rebus dandum est magis secundum illa, quæ conueniunt eis per se; quàm secundum illa, quæ conueniunt eis per aliud. Patet quoque: quod vere sapiens ab eo, quod absolute actualiter est magis mouetur ad aliquid, puta ad timendum, ad &c. quàm ab eo, quod sibi proponitur tantum conditionaliter. i. si hoc erit. Peccator ergo, si sapiat, timebit duplici de causa magis supplicium, quàm speret præmium, maxime in principio suæ pœnitentiæ: & sic eius pœnitentia incipiet primò a timore seruili (ut dicit textus.)

3^m maior. Timor est quidam actus interior hominis. ℞. Procedens ex actu Dei conuertentis cor ad pœnitentiam. §. Ergo timor seruilis est a Deo: vt supra ad primum. Tunc nihil &c. ut patet in tex.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæreses Lutheri dicentis: quod pœnitentia, quæ ex timore Gehennæ oritur, est non solum inanis, sed etiam noxia & pestifera. Et tanquàm ad principium viæ se, viam totam impediturus, ponens. i. principium pœnitentiæ. s. displicētiam, seu dolorem, seu contritionem (quæ tria in idem redeunt) præcludere uolens, addentis: quòd contritio, quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum; qua quis cogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, & acquisitionem æternæ damnationis, facit hominem hypocritam, imo magis peccatorem. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas illas merito damnari ab Eccles. i. Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est non poterit iustificari. Item a Luc. 12. Timete eum, qui postq̄ occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis: hunc timete. Item ab Apocal. 14. Timete Deum, & date illi honorem: quia venit hora iudicij eius. Vbi ex ipsa literali serie constat: quòd timere Deum etiam timore seruili, quem manifeste importat ly quia venit hora iudicij eius, est dare ipsi Deo honorem. Id quod & per experientiam patuit. Nam sanctus Vincentius magnus prædicator ordinis prædicatorū, cui ideo pro insigni suo ascribitur iudicium quia. s. prędicabat specialiter de hora ventura iudicij Dei, profecit in tantum animarum fructū, sic eis timorem Domini incutiendo: ut Ecclesia sancta de hoc in festi eius collecta dicat; Deus, qui gentium multitudinem intra. B. Vincentij confessoris tui prædicatione ad agnitionem tui nominis venire tribuisti. Et bene inquit, gentium multitudinem: quoniam (ut legitur in vita eius ab Ecclesia recepta) Iudæorum supra viginti quinque millia, Sarracenorum octo millia, aliorumq; flagitiosorū hominum innumerabilem multitudinem ad Deum conuertit. Sicut ergo timere Deum, timore etiam seruili, est dare illi honorem (secundum scripturam sacram): ita ab oppositis peccatores non sic timere Deum est illos non dare, seu subtrahere, illi honorem; id quod Lutherus illis suis hæresibus in tot millibus hominum sibi credentium (experientia teste) fecit. Item meritò damnari a Concilio Triden. sess. 6. cap. 6. Disponuntur autem ad ipsam iustitiam; dum excitati diuina gratia & adiuti, fidem ex auditu concipientes, libere mouentur in Deum credentes vera esse quæ diuinitus reuelata & promissa sunt, atque illud in primis, a Deo iustificari impiū per gratiam eius, per redemptionem quæ est in Christo IESV: & dum peccatores se esse intelligentes a diuinæ iustitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiā se conuertendo in spem eriguntur; fidentes, Deū sibi propter Christum propitium fore: illumq; tanquam omnis iustitiæ fontem, diligere incipiunt; ac propterea mouentur aduersus peccata per odium, & detestationem, hoc est, per pœnitentiam: denique dum proponunt inchoare nouam vitam, & seruare diuina mandata. Hæc ibi. Vbi patet: timorem seruilem, qui est timor diuinæ iustitiæ vtiliter nos concutiens, esse viam ad spem, ad charitatem, admoueri per detestationem aduersus peccata, ad propositum bonum. s. inchoandi nouam vitam, & seruandi mandata diuina. Hæc ergo omnia, & tanta, bona aufert Lutherus per hoc; quòd timorem seruilem dissuadet hominibus. Quo contra illa nobis tot bona inferre cupit. Apostolus per hoc; quod timorem seruilem, diuini. s. iudicij inserere conatur hominum cordibus dicens 2. Cor 5. Scientes ergo (. s. q. omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, &c.) timorem Domini hominibus suademus. Item ab eod. Concilio sess. 14. cap. 4. Illam contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam uel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu communiter concipitur (si uoluntatem peccandi excludat, & sit cum spe ueniæ) declarat, non solum non facere hominem hypocritam & magis peccatorem: uerum etiam donum Dei esse, & Spiritussancti impulsum; quo pœnitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat. Hoc. n. timore utiliter concussi Niniuitæ, ad Ionæ prædicationem plenam terroribus, pœnitentiā egerunt; & misericordiam a Domino impetrarunt. Hæc ibi. Et sess. 6. cano. 8. Si quis dixerit; gehennę metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, uel a peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere: anathema sit. Hæc ibi. Et sess. 14. canon. 5. Si quis dixerit; eam contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum; qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum grauitatem, multitudinem, fęditatem, amissionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris uitæ, non esse uerum & utilem dolorem, nec præparare ad gratiam; sed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem: Demum illam esse dolorem coactum, & non liberum ac uoluntarium: anathema sit. Hæc ibi. Tertio vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica &c.

AD TERTIVM dicendū, quòd ipse etiam motus timoris procedit ex actu Dei conuertentis cor. vnde dicitur Deut. 5. Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me? & ideo per hoc, quòd pnīa a timore procedit, non excluditur quin procedat ex actu Dei conuertentis cor.

AR-

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 5. & 6. simul, ne fallaris nouitie, intelligens actus, quibus Deo in pœnitentia cooperamur, esse actus procedentes a uirtute pœnitentiæ. Hoc enim falsum est cum multi actus, illi scilicet qui sine charitate esse possunt, præcedant pœnitentiam, ut est uirtus: & tamen sunt actus boni, quibus Deo cooperamur ad pęnitentiam consequendam. Nec te turbet actus timoris seruilis: quoniam pro timore pęnarum sumitur, & est bonus, & non pro timore pęnarum tantum,

¶ In eodem articu. sexto, dubium occurrit ex Sco. & Durand. an pœnitentia sit virtus acquisita. Nam Scotus ubi supra quæst. tertia, tenet pœnitentiam esse uirtutem acquisitam, quia uoluntas ex frequentatis actibus pœnitendi potest generare in se habitum inclinantem ad similes actus, & ille erit uere uirtus: quia rectissimę rationi consonus. Et amplius sentit, quòd potest esse informis? quia potest manere cum peccato mortali. Duran. autem ubi supra negat ipsam esse uirtutem infusam: quia nulla talis est præter theologicas.

¶ Ad huius euidentiam sciendum est, quòd esse uirtutem infusam, contingit dupliciter, uel per se, uel per accidens. Per se quidem virtus infusa est, quæ nec ex natura, nec ex acquisitione, sed sola infusione haberi potest, ut charitas. Per accidens autem est, quæ suo genere nata est acquiri, sed accidit, quòd in hoc sit infusa, ut cum Deus infundit alicui habitum scientiæ moralis, uel naturalis, aut habitum temperantiæ, seu fortitudinis. Rursus sciendū est, quòd aliud est habere aliquem habitum electiuū secundum rationem rectam, & aliud est habere similem habitum secundum rationem uirtutis. V. g. aliud est habere habitum amoris acquisitum ex frequentatis actibus amandi Deum & proximum etiam s̄m regulas fidei, & aliud est hr̄e virtutem charitatis: hr̄e. n. uirtutē charitatis,

ritatis, est habere habitum infusum diuidentem filios Dei a filijs perditionis: habere autem habitum acquisitæ charitatis non est habere huiusmodi virtutem,quæ est donum Dei,ut ex se patet.

¶His præmissis dicitur, quòd quia pœnitentia est per se virtus infusa, quantumcumque ex frequentatis pœnitendi actibus similis habitus generari possit, numquàm tamen perueniet ad plenam rationem virtutis pœnitentiæ: quia numquam perueniet ad hoc, quòd sit donum reconcilians Deo offenso. Quòd autem pœnitentia sit virtus per se infusa, ex eo patet, quòd omnes illæ virtutes, quæ ex suo genere ordinant hominem secundum statum vitæ gratiæ, sunt ex suo genere infusæ: vtpote excedentes statum vitæ, quæ est secundum naturam, & rationem naturalem, sed virtutem pœnitentiæ constat ad statum vitæ, quæ est secundum gratiam Dei pertinere, sicut,& religionem,ut est circa sacramenta,circa uenerationem Dei vnius,& trini,&c. Vnde apparet falsum esse solas theologales virtutes esse infusas,& virtutem pœnitentiæ posse esse informem, seu cum peccato mortali, optimeque Auctorem dixisse, quòd actus, & habitus charitatis simul sunt tempore cum actu, & habitu pœnitentiæ, cum iustificatur impius: per hoc patet responsio ad obiecta.

---

*Alb. mag. vbi sup. ar 31. Bon. 4. s. d. 13. q. 2. ar. 6.*

SVP. Q. XXVI.

Aliàs 85. Art. VI.

200 4. dist. 14. q. 1. ar. 1. q. 6. ad 6. & art. 2. q. 2.

* Gl. Ord. ibid.

CONCL. I. Pœnitentia non est simpliciter prima virtutum, nec ordine temporis, nec ordine naturæ.

¶PROB. Quia virtutes theologicæ pœnitentiā simpliciter præcedere possunt etiam secundum ordinē temporis (ut patet ex eo, quòd actus tum fidei, tum spei informiū, possunt tempore præcedere tam habitum pœnitentiæ, quàm actum. Vt ex ar. 5. constare potest consideranti). Et secundum ordinem naturæ (ut patet ex eo; quod actus charitatis intelligitur esse ante actū pœnitentiæ; inquantum in iustificatione impij motus liberi arbitrij in Deum charitate formatus præcedit naturaliter motum liberi arbitrij in peccatum. 1. 2. q. 113. ar. 8.)

*ar. præc.

¶CONCL. 2. Pœnitentia, quantum ad aliquid, est prima inter cęteras virtutes, secūdum ordinem temporis.

* 1. 2. q. 65. art. 1.

¶ PROB. Quia actus pœnitentię prius occurrit in iustificatione impij, quàm aliquis actus aliorum moralium virtutum (ut ex art. 5. haberi potest.)

D. 1177.

¶ CONCL. 3. Virtutes aliæ sunt ordine naturæ priores, quàm pœnitentia.

¶ PROB. Quia aliæ virtutes ad bonum hominis faciunt per se, pœnitentia autem per accidens.

1m ex Gloss. Prima. R. Tempore, respectu aliarum virtutū moralium. §. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusionibus. Immo & argumentum sic (ut oportet) intellectum, stat pro conclusione secunda; tanquàm probatio eius ab authoritate.

*1. 2. q. 133. arti. 3. & 4.

2m de maiori. Prius. R. Tempore in motibus successiuis: in instantaneis autē: prius natura, sm ordinem causæ materialis. §. Tunc &c. ut patet. Vide 1. 2. q 113. ar 7. 8.

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrum pœnitentia sit prima virtutum.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd pœnitentia sit prima virtutum: quia super illud Matth. 3. Pœnitentiam agite, dicit glo. * Prima virtus est, per pœnitentiam punire veterem hominem, & vitia odisse.

¶ 2 Præt. Recedere a termino, prius esse videtur, quàm accedere ad terminū: sed omnes aliæ virtutes pertinere videntur ad accessum ad terminum, quia per omnes ordinatur homo ad bonum agendum, pœnitentia autem videtur ordinari ad recessum a malo. ergo pœnitentia videtur esse prior omnibus alijs virtutibus.

¶ 3 Præt. Ante pœnitentiam est peccatum in anima: sed simul cum peccato nulla virtus animæ inest. ergo nulla virtus est ante pœnitentiam: sed ipsa videtur esse prima, quæ alijs aditum aperit, excludendo peccatū.

SED CONTRA est quòd pœnitentia procedit ex fide spe, & charitate, sicut iam dictum est, * non ergo est pœnitentia prima virtutum.

RESPON. Dicendum, quòd in virtutibus non attenditur ordo temporis quantum ad habitus, quia cū virtutes sint connexæ, ut in secūda parte habitum est, * omnes simul incipiunt esse in anima: sed dicitur vna earum esse prior altera ordine naturæ, qui cōsiderat' ex ordine actuū, secundum. s. quòd actus unius virtutis præsupponit actum alterius virtutis, secundum hoc igitur dicēdum est, quòd actus quidam laudabiles etiam tempore præcedere possunt actum, & habitum pœnitentiæ, sicut actus fidei, & spei informium, & actus timoris seruilis. Actus autem, & habitus charitatis simul sunt tempore, cum actu, & habitu pœnitentiæ, & cum habitibus aliarum virtutum. nam sicut in secunda parte habitum est, * in iustificatione impii simul est motus liberi arbitrii in Deū, qui est actus fidei per charitatē formatus, & motus liberi arbitrii in peccatum, qui est actus pœnitentię, horum tamen duorum actuum, primus naturaliter præcedit secūdū. nā actus virtutis pœnitentiæ est contra peccatum ex amore Dei, vnde primus actus est ratio, & causa secundi. Sic igitur pœnitentia nō est simpliciter prima virtutum, nec ordine temporis, nec ordine naturæ: quia secundum ordinem naturæ simpliciter præcedunt ipsam virtutes theologicæ, sed quantum ad aliquid est prima inter cæteras virtutes ordine temporis, quantum ad eius actum, qui primus occurrit in iustificatione impii: sed ordine naturæ videntur esse aliæ virtutes priores sicut quod est per se, est prius eo quod est per accidens. nam aliæ virtutes, per se videntur esse necessariæ ad bonum hominis: pœnitentia autem supposito quodam, s. peccato præexistenti, sicut etiam dictum est * circa ordinem sacramenti pœnitentię ad alia sacramenta prædicta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd glo. illa loquitur quantum ad hoc, quòd actus pœnitentiæ primus est tempore inter actus aliarum virtutum moralium.

AD SECVNDVM dicendum, quod in motibus successiuis recedere a termino, est prius tempore quàm peruenire ad terminum, & prius natura, quantum est ex parte subiecti, siue secundum ordinem causæ materialis, sed secundum ordinem causæ agentis, & finalis, prius est peruenire ad terminum, hoc enim est quod primo agens intēdit, & hic ordo præcipue attenditur in actibus animæ, vt dicitur in 2. Phy.

AD TERTIVM dicēdū, quod pœnitentia aperit aditū virtutib. expellendo pctm̄ p virtutem fidei, & charitatis, q̄ sunt naturaliter priores, ita tñ aperit eis aditū, quod ipsæ simul intrant cum ipsa. nam in iustificatione impii simul cum motu liberi arbitrii in Deum & in peccatū, est remissio culpæ, & infusio gratiæ, cum qua simul infunduntur omnes virtutes, vt in secunda parte habitum est. *

QVAE-

3m de conclusione. Sed ipsa videt' esse prima, quæ alijs aditū aperit excludendo peccatum. R. Si ipsa, & per se, idest sine adiutorio fidei, spei, atque charitatis excluderet peccatū, & aperiret aditū alijs, ita quòd aliæ simul cū ipsa non intrarent. §. Tunc nihil & cæt. Nam pœnitentia aperit aditum &c. ut in tex. Vide 1. 2. q. 113. art. 8.

D. 1018.

## APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem & ostendas & rectè intelligas, meritò esse insinuatum a scripturis & a concilio: quod pœnitentia est, & non est, prima inter virtutes. A scripturis quidē, quòd sit, insinuatur per hoc; quòd tam Christi præcursor, Matth. 3. quàm Christus, Matth. 4. in primæ suæ prædicationis ingressu dicunt Pœnitentiā agite. Prædicatio. n. ordinatur (ut patet) ad inferendum virtutes pectoribus auditorum: & uterq; illorū, maximè Christus, ad faciendum homines virtuosos venerat. Ab eisdem quoq; scripturis, quod non sit, insinuatur p hoc; quod ponunt fidē esse primū fundm̄ totius boni, & propterea priorē alijs virtutibus, inter quas est pœnitentia Vt per ly fides est substantia sperandarum rerū, Hebr. 11. & per ly accedentē ad Deum oportet credere; ibid. A Cōcilio autem Trid. quòd non sit prima, insinuatur sess. 6. cap. 6. ut recitatur supra ar. 5. appen. Patet siquidem ibi ex ordine literæ concilij, quod fides, spes, charitas, seu fidei spei, atq; charitatis actus, præcedunt pœnitentiam formaliter dictam, i. perfectum odium (Psal. 138.) seu meritoriam detestationem, peccati; & firmum propositum inchoandi nouā vitam per obseruationem mandatorum Dei. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* q. 66. arti. 4.

* 1. 2. q 113 art 7. [illegible] Et q 66 ar [illegible] 4. a

Ter- SVP.

SVP. Q. XXVII. Aliàs 86. Art. 1.

CONCL. 1. Erroneum est, dicere: quòd aliquod peccatũ sit i hac vita, de quo q̃s pœnitere non possit.

¶ PROB. Quia sic dicendo, & libertas. i. flexibilitas, arbitrij tolleretur; & per consequens de viatoribus idem fieret iudicium, quod de damnatis, & uirtuti gratiæ derogaretur (quæ tria sunt incõueniẽtia.)

¶ CONCL. 2. Erroneum est, dicere; quòd aliquod peccatũ nõ possit remitti per uerã pœnitentiam: vel (quod in idem redit) erroneum est, negare hoc. s. quòd omne peccatum in hac uita deleri possit per veram pœnitentiam.

¶ PROB. Quia sic dicere, uel etiam sic negare, & repugnat diuinæ misericordiæ (ut patet in tex. tum per authoritatem Ioelis, tum per rationem ly uinceretur,) & derogat uirtuti passionis Christi (ut patet. 1. Io. 2. Ipse est &c. i. ipsius passionis virtus est sufficiens ad delendũ omnia peccata mundi; proptereaque ad faciendum Deum propitium peccatorib. quibuscũq; totius mundi.)

¶ COROLL. Ergo ad titulum ex conclusionibus respõdisse virtualiter (ut & alibi q̃sque solet) uult D. Thomas: q̃ omnia peccata p̃ ueram pœnitentiã remoueantur.

201 Inf. q. 87. art. 1. & 4. dis. 14. q. 2. ar. 1. q. 1. & di. 16. q. 1. ar. 1 q. 3. & 3. contra c. 156. & op. 4. 146.

* gl interlinearis, ibi.

1^m de conclusione. Per pœnitẽtiam. R. Nõ ueram. §. Sic. n. sequit ex præmissis. Nã Esau non vere pœnituit &c. vt in tex. Tunc nih. &c. vt patet ex articuli conclusionibus, q̃ loquunt de pœnitentia vera. Cæterum de diffinitione pœnitentię particulam ly cũ emendationis proposito, Esau non tãtum non habuit; sed eius cõtrarium proposuit; ut patet per ly uenient dies &c. Antiochus uerò non habuit particulam formalem. s. ly inquãtum offensam Dei. Ideo idem est dicere, hos uere penituisse; ac si dicas, aliquid non habens uerã & totam diffinitionem hominis esse uerum hominem: id quod (ut patet) est impossibile. Vide diffinitionẽ pœnitẽtiæ veræ. q. 86. artic. 2. 3, etiam in Elucid.

* lib. 1. in vlt. fol. li. tom. 4.

Se-

QVAEST. XXVII. Aliàs 86.

*De effectu pœnitentiæ quo ad mortalium peccatorum remissionem, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerãdum est de effectu pœnitentię. Et primo, quantum ad remissionẽ peccatorũ mortalium: secundo, quantum ad remissionem peccatorum venialium: tertio, quantum ad reditum peccatorũ dimissorum: quarto, quantum ad restitutionem virtutum.

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrũ omnia peccata mortalia per pœnitentiam auferãtur.

¶ Secundo, Vtrum possint sine pœnitentia tolli.

¶ Tertio, Vtrum vnum possit remitti sine alio.

¶ Quarto, Vtrum pœnitentia auferat culpam remanente reatu.

¶ Quinto, Vtrum remaneant reliquiæ peccatorum.

¶ Sexto, Vtrũ auferre peccatum, sit effectus pniæ inquantum est virtus, an inquantum est sacramẽtũ.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum per pœnitentiam omnia peccata remoueantur.*

AD PRIMVM sic proceditur. Vr q̃ per pniam non oĩa peccata remoueant̃ dicit. n. Apost. Heb. 12. q̃ Esau non inuenit pniæ locum, quamquam cum lachrymis inquisiuisset eam gl. * idest, non inuenit locum ueniæ, & benedictionis per pęnitentiã, & 2. Mach. 9. dr̃ de Antiocho, orabat scelestus Deum, a quo non erat misericordiam consecuturus. non ergo vr̃, quòd per pœnitentiam omnia peccata tollantur.

¶ 2 Præt. Aug. * dicit in lib. de sermone dñi in monte, q̃ tanta labes est illius peccati, s. cum post agnitionem Dei per gratiam Christi, oppugnat aliquis fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam, inuidiæ facibus agitatur: vt deprecandi humilitatẽ subire non possit; ẽt si peccatum suum mala consciẽntia agnoscere, & annuntiare cogatur. non ergo omne peccatum potest per pœnitentiam tolli.

¶ 3 Præt. Dominus dicit Matth. 12. Qui dixerit cõtra Spiritumsanctum verbum, non remittetur ei neque in hoc sęculo neque in futuro. nõ ergo omne peccatum remitti potest per pœnitentiam.

SED CONTRA est, quòd dicitur Ezech. 18. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor amplius.

RESP. Dicendum, quòd hoc, q̃ aliquod peccatum per pœnitentiam tolli non possit, potest contingere dupliciter: uno modo, quia aliquis de peccato pœnitere non posset: alio modo, quia pœnitentia non posset delere peccatum. Primo quidẽ modo, non possunt per pœnitentiã deleri peccata dæmonum, & etiã hominum damnatorum: quia affectus eorum sunt confirmati in malo: ita quòd non potest eis displicere peccatum inquantum est culpa, sed solum displicet eis pœna, quam patiuntur, ratione cuius aliquam pœnitẽtiam, sed infructuosam habent, s̃m illud Sap. 5. Pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. vnde talis pnia non est cum spe ueniæ: sed cum desperatione, tale autem d non potest esse aliquod peccatum hominis viatoris, cuius liberum arbitriũ flexibile est ad bonum, & ad malũ. Vnde dicere, quod aliquod peccatũ sit in hac vita, de quo quis pœnitere non possit, erroneum est. Primo quidem, quia per hoc tolleretur libertas arbitrii. Secundo, quia per hoc derogaretur virtuti gratiæ, per quam moueri potest cor cuiuscumque peccatoris ad pœnitendum, s̃m illud Prouerb. 1. Cor regis in manu Dei, & quocumque voluerit, vertet illud. Quòd autem secundo modo nõ possit per veram pœnitentiam aliquod peccatum remitti, est etiam erroneũ in primo quidem, quia repugnat diuinæ misericordiæ, de qua dicitur Ioel. 2. quòd benignus, & misericors est, & patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia: vinceretur enim quodammodo Deus ab homine, si homo peccatum vellet deleri, quod Deus delere non vellet. Secundo, quia hoc derogaret virtuti passionis Christi, per quam pœnitentiam operatur, sicut, & cætera sacramenta, cum scriptum sit primæ Io. 2. ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non solum nostris, sed etiam totius mundi. vnde simpliciter dicendum est, q̃ omne peccatum in hac vita per pœnitentiam veram deleri potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Esau non vere pœnituit: quod patet ex hoc, quòd dixit, venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Similiter etiã, nec Antiochus vere pœnituit: dolebat enim de culpa præterita, non propter offensam Dei, sed propter infirmitatem corporalem, quam patiebatur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd illud verbum Aug. sic intelligendum est: tanta est labes illius peccati, ut deprecandi humilitatem subire non d possit, s. de facili, secundum quòd dicitur illud non posse sanari, qui non potest de facili sanari: potest tamen hoc fieri per diuinæ gratiæ virtutem, quæ etiam interdum in profundum maris conuertit, vt dicitur in Psalm. 67.

AD TERTIVM dicendum, quòd illud verbum, vel blasphemia contra Spiritumsanctum est finalis impœnitentia, ut August. * dicit in lib. de verbis domini: quæ penitus irremissibilis est: quia post finem huius vitæ non est remissio peccatorum, vel si intelligatur per blasphemiam Spiritussancti peccatum, quod fit ex certa malitia, vel etiam ipsa blasphemia Spiritussancti, dicitur non remitti, scilicet de facili: quia tale peccatum non habet in se causam excusationis: vel quia pro tali peccato punitur aliquis, & in hoc sæculo, & in futuro, ut in secunda parte expositum est. *

2^m ex D. Aug. Non possit. R. De facili §. Tunc nih. &c. ut patet ex conclusionũ probationibus. In utrisque enĩ uirtus diuinæ gratiæ, seu misericordię affertur pro uerificandis conclusionibus: per q̃d ostenditur, q̃ sensus ipsarum est de posse absolutẽ. i. saltem per exuberantem misericordiam Dei. Vide 2. 2. q. 14. artic. 3. Quòd uerò, ut dicit D. Aug cogatur aliquis impœnitentis mala consciẽntia agnoscere, & annunciare peccatum suum, etiam q̃ in sua impœnitẽtia de peccato illo permaneat; patet legenti exemplũ de Anthiocho 2. Mach. 9. Tota autem sententia eiusdem Aug. maximè patet in hæreticis. Ergo tales, de quib. loquitur, incipiunt etiã hic viuẽtes participare quodammodo aliquid, puta inflexibilitatẽ, damnatorum. Vide tex. cor. Ergo tales adhuc uiuẽtes in terris incipiũt esse in inferno, tanquam socij dæmoniorum.

D. 152.

D. 1019.

3^m illatio conclusionis. Non ergo omne &c. R. Negatur illatio.

D. 1005.

* In ser. 13. a med. ad fi. to. 10.

* 2. 2. q. 14. arti. 1. 2 3. & 4.

illatio. §. Procedit n. ex præmissis non bene intellectis, i. ex eo, quod male intelligit authoritatē Matth. 12. positam pro præmissis. Nam illud uerbum, blasfemia in Spiritumsanctum est &c. ut in text. Pro cuius notitia, in proposito; vide ad secundum, & 2. 2. q. ibi citatam.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæreses Nouatianorum, & Montanistarum dicentium. Pœnitere eos non posse, ut remissionem peccatorum consequantur, qui semel lapsi sunt in peccatum post baptismum. Et addentium: quod in peccatum prolapsi post baptismum: non ad pœnitentiam sunt admittendi; sed ad luporum rapinam, & diaboli prædam proijciendi. Et Melchioritarum dicētium: quod qui post acceptam gratiam voluntariè peccat, numquàm in gratiam recipi potest. Et quorundam innominatorum (ut refert Ioseph Angles ordinis minorum, in lib. Flores quæstionum theologicarum: De sacramen. Pœniten. q. 1. ar. 3.) dicentium: Peccatorum esse certum numerum irremissibilem, ita ut qui illum attingat, ueniam consequi non possit. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, has meritò damnari a 2. Paralip. vlt. Immensa & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ super malitias hominum. Quod dictum, tanq̄ exponēs, D. Thomas ait. q. 25. ar. 10. quòd misericordia Dei peccantibus per pœnitentiam ueniam præbet absque ullo termino. Item ab Apostolorum canon. 51. Si quis Episcopus, aut presbyter eum, qui a peccato reuertitur, non recipit, sed reijcit; deponitur: eo quod Christum offendat. Qui dixit: ob unum peccatorem, qui resipiscat, gaudium oboriri in cœlo. Hæc ibi. Et canon. 61. Si quis clericus per metum uel Iudæi, uel Græci, uel hæretici, negauerit nomen Christi, ab Ecclesia reijcitor. Pœnitentia tamen ductus, uel laicus, recipitor. Hæc ibi. Item a sancta Ecclesia per hoc, quòd celebrat festum de SS. Francisco, & Marcellino Papa: quorum primus post lasciuiam iuuenilem ad tantam postea sanctitatem per pœnitentiam euectus est, ut stigmatibus Christi ab ipso adhuc viuens corporaliter insigniri promeruerit: alter uero post thurificationem idolis factam, pœnitentia media, gloriosus Dei martyr effectus est. Item a B. Petro Apostolo per hoc, quòd Simoni mago iam baptizato Actu 8. offerenti pecuniam pro emptione gratiæ dandi Spiritumsanctum dixit: Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua. Patet enim hic: quòd post baptismum lapsis in peccatum, etiam maximū, quale est simonia, persuaderi debet pœnitentia; secundum catholicum dogma a principe Apostolorum immediate procedens. Item a facto Christi circa ipsum Petrū iam ab eo baptizatum 3. de Sal. q. 38. ar. 6. ad secundum. Nam Petrus negauerat Christū. Mat. 26. ideoq; mortaliter peccauerat, (ut d. S. Doctor, Quodlib. 9. ar. 14.) & tamen Christus non solum ei trinam negationem per eius ueram pœnitentiam remisit, sed & eum in promissam Matth. 16. dignitatem pastoralis officij exaltauit Ioan. 21. ut dicamus in eo mirifice adimpletum ly ubi abundauit delictum, superabundauit, & gratia, Rom. 5. Item ab eodē Christo per hoc; quod Thomæ Apostolo uoluntariè magis. i. obstinatione quadam, non pura fragilitate (ut Petrus) peccanti. Ioan. 20. ipse Christus culpam, media pœnitentia, condonauit. Vnde intelligendum necessariò relinquitur: quod prædictis non obstat illud Hebr. 10. Voluntarie peccantibus post acceptam notitiam ueritatis iam non relinquitur hostia pro peccatis. Quem uerò sensum genuinum habeant illa uerba Apostoli (ut ex abundanti loquamur: quoniam proposito sufficit, quod non obstent) monstrat expressus Apostoli contextus. Postquàm n. dixerat ly abluti corpus aqua munda teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem; mox, paucis interiectis, subiungit, & quidem cum coniūctione causali, ly uoluntarie enim peccātibus, &c. Contextus ergo, addita etiam ibi ad maiorem huius rei claritatem causali seu rationali coniunctione, demonstrat apertè: quòd de baptismo, ubi corpus aqua munda abluitur, intelligitur illa sententia, s. Voluntarie peccantibus, &c. Ac si secundum planum sensum literæ dicat. Ablutis corpus aqua munda per baptismum. i. baptizatis, si postea uoluntariè peccent, non relinquitur locus iterum suscipiendi baptismum, tanquàm hostiam salutiferam pro delendis ipsis peccatis. Recole datam tibi alias regulam non errandi in rebus fidei, interpretando scripturas, si quæ videantur in contrarium; licet re uera non sint. nec esse possint: quādoquidem impossibile omnino est, quòd scriptura sacra contrarietur ueritati fidei. Regula illa erat, & est: ut semper a notioribus uenire conemur in cognitionem ignotorum seu minus notorum: non autem è conuerso. s. a minus notis ad notiora. Si n. a minus notis procedas: non cognitionem, sed offuscationem, quæris notiorum: quoniam (ut patet) illud, quod est notius, est tanquàm lumen respectu minus noti, quod respectu illius est tanquàm tenebra, & tenebrarum non est clarificare, sed offuscare lumen; cuius e contra est clarificare, non offuscare, tenebras.

Regula vniuersalis, Aurea, & necessarijssima.

Verbi gratia in proposito. Ab Ecclesia sancta manifestissime habes, quòd peccantes post baptismum possunt per ueram pœnitentiam consequi ueniam (ut de SS. Marcellino, & Francisco, patuit): habes ab Apostolo, quod uoluntarie peccantibus post baptismū non relinquitur hostia pro peccatis. Siste pedem: & dic. Horum duorum quid est notius? Vtique illud, quod Ecclesia tam aperte docet: non solum quia illum apertum sensum ueritatis demonstrat, sed etiam quia Ecclesia data est nobis a Deo pro regula infallibili ueritatis in his, quæ fidei sunt 2. 2. q. 5. art. 3. Nam id, quod Apostolus dicit, sensum quidem ueritatis in se habet, sed non tam aperte illum demonstrat; immo sub apertis in superficie uerbis latet aliqualiter occultus. Rursum. Scriptura sacra non est data a Deo pro tam clara nobis regula ueritatis, licet & ipsa in se sit infallibilis: sicut data est nobis Ecclesia. In cuius rei signum manifestum Christus scripturis tribuit officium non iudicandi, sed testificandi dicens Ioan. 5. Illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me; & lex uetus uocatur testimonium Exod. 40. Posuit testimonium in arca. Ecclesiæ autē assignatur a Deo officium iudicandi: ut patet & in Veritatibus aureis super totam legem ueterem, Leuit. 13. concl. 1 item Deut. 17. conclus. 7. & in Conc. Trid. sess. 4. decr. de edit. libr. Nemo in rebus fidei & morum scripturam sacram interpretari audeat contra eum sensum quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia; CVIVS EST IVDICARE DE VERO SENSV, ET INTERPRETATIONE SCRIPTVRARVM SANCTARVM. Hæc ibi. Sed & quòd scriptura sit testis, Ecclesia uerò iudex, manifestauit in suis ipsis uerbis, dicens sess. 5. decr. de pec. orig. sacrosancta synodus sacrarū scripturarum testimonia, & Ecclesiæ iudicium, secuta hæc de peccato orig. statuit. Hæc ibi. Stantibus his, reuertere tu ad regulam illam uniuersalem pro dirigendo tuo processu; & dic. Si dictum Ecclesiæ est notius, quàm dictum Apostoli: quomodo mihi in prædicto dubio apparenti, nè errem, est procedendum ad cognoscendum firmiter ueritatem? Hoc utique modo. s. ut accipiam pro stabilissimo medio (quod aiunt) seu principio, dictum Ecclesiæ; & ipso tanquàm duce conductus, non declinans ab eo neq; a dextris, neque a sinistris, vadam ad inquirendum, quis nam sit uerus sensus Apostoli, semper tenendo pro firmo (sicuti est) quòd sensus ipsius, dummodo sit uerus, non potest importare contrarium eius, quod docet Ecclesia. Quòd si per meipsum non potero inuenire sensum illius Apostolici dicti uerum: consulam peritos, seu peritiores. Quòd si mihi ad manum non fuerint periti, neque peritiores: interim differretur inquisitio talis dicti, semper tamen in dogmate dato ab Ecclesia firmissime absque ulla formidine contrarij persistendo. Porrò de Apostolo quid interim dicā? Vtar uerbo, & sensu coapostolorum suorum non penetrantium uerba Christi; quando humiliter, nihil hæsitantes de salutifera ueritate magistri, pro exemplo aliorum catholicorum in simili casu quandoque existentium dixerunt; Nescimus, quid loquitur. Ioan. 16. At si oppositum (quod in æternum absit) prædictæ regulæ uniuersalis faceres. s. propter ignotius tibi dictum Apostoli dubitare, uel leuiter de notiori tibi hactenus doctrina Ecclesię; actum est de salute tua: & quoniam dubius in fide infidelis est, & quoniam dubiorum quotidie insurgentium nullus erit finis. Nam remoto iudice, qui Ecclesia est (ut supra) & discordantium ad pacem adducendorum aufertur spes; & discordijs in infinitum augendis latissima uia aperitur. Exemplum sit de hæreticis; qui quoniam & iudicem, & regulam (de quibus supra) abijciunt: ideo Babylonia omni in rebus fidei confusiores sunt: & semper proficiunt in peius errantes, & tam se, quàm alios in errorem mittentes 2. Timot. tertio. Hæc dicta sint ex occasione respondendi Nouatianis &c. tali dicto Apostolico ad suum errorem confirmandum abutentibus. Cæterum pro ampliori adhuc earum hæresium damnatione (si placet) uide pri. par. articulorum numero 255. 564. cum Elucid. & 2. 2. articulorum nume. 22. 141. cum Elucid. & Addition. articulorum nume. 43. 260. cum Elucid. & Veritates aureas super legem ueterem, Genes. 4. conclus. 17. item cap. 45. concl. 1. item cap 3. concl. 21. & Nume. 15. concl. 2. & Deuter. 30. conclus. 1. Tertio uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atq; confir.

---

102

Inf. art. 3. cor. & qō. 87. arti. 1. corp. & 4. di. 14. q. 2. ar. 5. & dis. 16. q. 2. ar. 8. ...

*Sat. 4. s. d. 15. q. 1. ar. 2.*

SVP. Q. XXVII.
Aliàs 86. Art. 11.

CONCL. 1. Impossibile est: peccatū actuale mortale sine pœnitē cia, q̄ est uirtus, remitti.

¶ PROB. Quia non potest cōtingere, quòd Deus remittat offensam alicui, absque immutatione uoluntatis eius (ut patet ex differentia hominis, ac Dei, recipientium aliquem

## ARTICVLVS II.

*Vtrum sine pœnitentia peccatum remitti possit.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd sine pęnitentia peccatum remitti possit. non enī est minor virtus Dei, circa adultos quàm circa pueros: sed pueris constat peccata dimitti sine pęnitentia. ergo etiam, & adultis.

¶ 2 Præt. Deus virtutē suā sacramen

quem in gratiam, 1.2.quæst.110. artic.1.): & ad remissionem offensæ peccati mortalis requiritur, quòd voluntas hominis sic immutetur; vt conuertatur in Deum, cum detestatione conuersionis prioris peccati mortalis, atque proposito emendæ (vt patet ex eo: quòd offensa peccati mortalis procedebat ex hoc, quòd voluntas hominis erat auersa à Deo per conuersionem ad bonum cómutabile.

¶ CONCL. 2. Deus potest remittere peccatum actuale mortale, sine pœnitentia; quę est sacramentum.

¶ PROB. primò: Quia Deus potest remittere tale peccatum sine officio sacerdotis (vt patet; cùm bonorum nostrorum non indigeat, Psal. 15.): & pęnitentia, quæ est sacramentum, perficitur per officium sacerdotis ligantis atq; soluentis. Secundò, quia id patet de Christo, qui etiam secundùm q homo (ergo, à fortiori, vt Deus, poterat) remisit peccatũ mortale actuale sine pœnitentiæ sacramento, quamuis non sine pęnitentia virtute, Ioan.8. Luc.7.

tis non alligauit: sed pęnitentia est quoddam sacramentum. ergo virtute diuina possunt peccata sine pęnitentia dimitti.

¶ 3 Præt. Maior est misericordia Dei, quàm misericordia hominis: sed homo interdum remittit offensam suam homini etiam non pœnitenti. vnde, & ipse Dominus mandat Matth.5. Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos. ergo multo magis Deus dimittit offensam suam hominibus non pœnitentibus.

SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Hierem.18. Si pęnitentiam egerit gens illa à malo quod fecit, agam, & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. & sic econtrario videtur, quòd si homo pœnitentiam non agat, quòd Deus ei non remittat offensam.

RESPON. Dicendum, q impossibile est peccatum actuale mortale sine pœnitentia remitti, loquendo de pœnitentia, quæ est virtus. Cùm enim peccatum sit Dei offensa, eo modo Deus peccatum remittit quo remittit offensam in se commissam. Offensa autem, directè opponitur gratiæ: ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus, q repellit eum à gratia sua. Sicut autem habitum est * in secunda parte, hoc interest inter gratiam Dei, & gratiam hominis, quòd gratia hominis non causat, sed præsupponit bonitatem veram, vel apparentem in homine grato, sed gratia Dei causat bonitatem in homine grato: eo quòd bona voluntas Dei, quæ in nomine gratiæ intelligit᷑, est causa omnis boni creati. vnde potest contingere, quòd homo remittat offensam, qua offensus est alicui, absque aliqua immutatione voluntatis eius: non autem contingere potest, quòd Deus remittat offensam alicui absque immutatione voluntatis eius. Offensa autem peccati mortalis, procedit ex hoc, q voluntas hominis est auersa à Deo per conuersionem ad aliquod bonũ commutabile. vnde requirit᷑ ad remissionem diuinæ offensę, quòd voluntas hominis sic immutet᷑, vt conuertatur ad Deum cum detestatione conuersionis prædictæ, & proposito emendæ, quod pertinet ad rationem pœnitentiæ, secundùm q est uirtus. & ideo impossibile est, quòd peccatum alicui remittatur sine pœnitentia, secũdùm quòd est virtus. Sacramentum autem pęnitentiæ (sicut suprà * dictum est) perficitur per officium sacerdotis ligantis, & soluentis: sine quo potest Deus peccatum remittere, sicut remisit Christus mulieri adulteræ, vt legitur Ioan.8. & peccatrici, vt legitur Luc.7. quibus tamen non remisit peccata sine virtute pęnitentiæ. nam sicut Gregor. * dicit in homil. per gratiam traxit intus, scilicet ad pęnitentiam, quam per misericordiam suscepit foris.

*1.2.q.110. art.1.

*q.84.ar.3

*Hom.35. in Euang. non longè à princ.

AD PRIMVM ergo dicendum, q in pueris non est nisi peccatũ originale, quod non consistit in actuali deordinatione voluntatis, sed in quadam habituali deordinatione naturę, vt in secunda parte habitum * est. & ideo remittitur eis peccatũ cum habituali immutatione per infusionem gratiæ, & virtutum, non autem cum actuali: sed adulto in quo sunt actualia peccata, quæ consistunt in deordinatione actuali voluntatis, nòn remittuntur peccata, etiã in baptismo, sine actuali immutatione voluntatis, quod fit per pœnitentiam.

*1.2.q.82. art.1.

AD SECVNDVM dicendum, q ratio illa procedit de pęnitentia, secundum quòd est sacramentum.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd misericordia Dei est maioris virtutis, quàm misericordia hominis in hoc, q immutat voluntatem hominis ad pęnitendum, quod misericordia hominis facere non potest.

ARTI-

1m illatio conclusionis. Ergo etiã &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim est eadem ratio de adultis, & pueris: vt putat argumentum. Nam in pueris nõ est, nisi peccatum originale; quod non &cę. vt in tex. Ex quo dic: quòd argumentum peccabat in fallacia secundũ non causam, vt causam. Non enim causa huius diuersitatis in pueris & adultis est maioritas, vel minoritas, virtutis Dei (vt argumentum prætendebat); sed est diuersa conditio ipsorum subiectorum.

2m de concl.e Sine pęnitentia. ℞. Sacro. §. Tunc nihil &c. Nam art. conclusio prima, quam argũ impugnare vult, loquitur nõ de pęnitentia sacro, sed de pœnitentia virtute. Vide quæst.5. art.1.3.

3m de maiori. Maior. ℞. Ad operandum intùs in voluntate hominis. §. Quinimò hoc, s. operari intùs in voluntate hominis, est solius Dei, 1.q.105. artic.4. & q.106. artic.2. Tunc nihil &c. Nam ex tex.corp. patet ratio differentiæ huius, s. quòd potest ab homine remitti offensa non pœnitenti: à Deo autem solùm pœnitenti. Peccat ergo & hoc argumentum in fallacia secundùm non causam, vt causam. Quòd enim homo quandoq; remittat non pœnitenti, & Deus numquam; non procedit ex hoc, quòd misericordia hominis sit maior, quàm Dei (vt prætendebat argumentum): sed procedit aliunde. Vide tex.corp.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Catharorum (vt refert Cardinalis Turrecremata, De Ecclesia lib.4.cap.35.) dicentium: Non esse pœnitendum de peccatis. Hoc est (vt videntur velle dicere) peccata possunt remitti sine pęnitentia, seu peccatoribus pęnitentia non est necessaria. Mitto: quòd miselli Cathari, se esse sine peccato iactabant: ideò potuerũt forsan hoc suum dictum de seipsis solùm intelligere. Sed, quoniam absolute eorum positio sic iacet, Non est pœnitendum de peccatis; iccircò, dimissa illa possibilitate, adduximus eam secundum literam pro quanto & præsenti articulo opponitur, & ab eodem ualidissime expugnatur. Secundò habes: quomodo p rationem ostendas, illã meritò damnari à Hierem.18. secundũ quod cum discursu ponitur in argum.contr. Itẽ à Papa Gelasio, in epistola ad Faustũ magistrum, fungentẽ legationis officio Constãtinopoli. Ibi enim docet; nullum absolui posse ab errore pterito; nisi resipiscat. Remitti (inquit) culpa de præterito potest correctione sine dubio subsequente. Nam si mansura peruersitas finitur: non est benignitas remittentis, sed consentientis assensio. Propter ly correctione, vide tu q.28. artic.1. append. Item à Luc.13. Nisi pœnitentiã habueritis, omnes similiter peribitis. Quod quidem dictum tantò magis, pęnitentiæ necessitatem peccatoribus ostendit, ac per hoc illam hæresim tãtò magis damnat: quantò bis ibi replicatur. Itẽ à Luca 15. Gaudiũ est Angelis Dei super vno peccatore pęnitentiam agente; quàm super 99. iustis, qui non indigẽt pęnitentia. Per hoc enim patet, inferendo ab oppositis; quòd peccatores indigent pęnitentia. Nã si Christus hoc non psupponeret de peccatoribus; non esset quod ad ipsorum differentiã de iustis adderet, quòd nõ indigent pœnitentia. Sufficisset enim tũc dixisse; quòd magis gaudent Angeli de vno peccatore pęnitentiã agente, quàm de 99. iustis. Addendo igitur ly qui non indigent pęnitẽtia, monstrauit Christus patenter: quòd illi qui nõ sunt iusti, i. qui sunt mortali peccato inuolu[illegible], indigent pęnitentia. Itẽ à Luc.23. Pater dimitte illis. Nos quidem iuste: nam digna factis recipimus. Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum. Centurio autem, & qui simul aderant &c. percutientes pectora sua reuertebantur. Per hoc enim, quod Christo orante pro peccatoribus, non remittuntur peccata illis absque sua ipsorum pœnitentia, quæ per ly nos quidem &c. memento mei &c. per ly percutientes &c. designatur; patet, à fortiori etiam, quòd peccatoribus omnibus, & singulis necessaria est omninò pęnitentia ad remissioné peccatorum suorum. Ecce. Si de quo magis (inquit regula Philosophi) videtur inesse, & non inest: ergo de quo minus videtur inesse, non inerit. Applicetur hæc ad propositum præsens: & dicatur. Si Christo etiam corporaliter præsente, si ipso tùm verbis illis, tùm factis, s. tanta sanguinis, cum tantis doloribus, effusione, pro peccatorum venia ad patrem orante, non datur venia alicui illorum sine ipsorum pęnitentia; cùm tamen, si absque pœnitentia posset dari, magis tũc, quàm aliàs vnquàm, videretur danda (vt cuique sapienti patet): ergo pro constanti veritate ex hoc vtique relinquitur; quòd peccatoribus, quicumque sint illi, nũquam poterit dari venia suorum de-

lictorum

lictorum sine propria ipsorum pœnitentia. Quid ergo profuit oratio Christi? Ad hoc (vt ipse intendebat orando) profuit: & quòd donatum est illis præambulum pęnitentiæ necessarium, i. cognitio proprij peccati; & quòd donatum est illis peccatoribus cor contritum, & humiliatum, s. pœnitentia ipsa; & donatum est simul illis, vt tale donum, i. pœnitentiam acciperent, iuxta illud Psal. 67. accepisti dona in hominibus; & donatum etiam est illis, vt pœnitentiam ipsam tunc digne exequerentur; & denique, per ipsam illis donatam pęnitentiam, condonata est eisdem omnium suorum delictorum venia. Quinque has donationes pro ipsis petijt Christus per ly dimitte illis: & ideo veniam illis dandam, non sine, sed cum pœnitentia, postulauit. Item meritò damnari à Concil. Trid. sess. 14. cap. 1.

cap. 1. Fuit quidem pœnitentia vniuersis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quouis tempore ad gratiam & iustitiam assequendam necessaria; illis etiam, qui Baptismi sacramento ablui, petiuissent: vt peruersitate abiecta, tantam Dei offensionem cum peccati odio, & pio animi dolore detestarentur. Porrò nec ante aduentum Christi pœnitentia erat sacramentum; nec est post aduentum illius cuiquam ante Baptismum. Hæc ibi. Quibus in vltimis monstrat aperte: quòd, quando pœnitentiam fuisse semper, esse, & futuram esse, necessariam, dixit; intendebat loqui tantùm de pœnitentia, quæ non est sacramentum. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 2. quæst. 86. circa illud, Offensa directè opponitur gratiæ, & eius rationem, ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus, quòd repellit eum à gratia sua, dubium occurrit, tum quia falsum est offensam directe opponi gratiæ: cū offensa sit in voluntate, gratia autem secundùm Auctorem in essentia animæ, non est ergo directe oppositio, siue priuatiua, siue contraria, cum vtraque requirat idētitatem subiecti: tum quia falsum est, quòd assumitur pro ratione: nam ex parte offensi hæc duo, s. esse offensum, & abijcere à sua gratia offendentem, nec sunt idem, nec secundū est, ratio primi. sed primum se habet vt causa secundi, vt patet in exemplo: prius enim offendor contumelia à Petro, & ex hac denominor offensus passiuè: deinde per actum propriæ voluntatis meæ abijcio Petrū à mea gratia, quia prius offendit me: vbi manifestè patet, non ex hoc dici me offensum, quia abijcio Petrum à mea gratia; sed econtra, causaliter tamen, ideo me abijcere Petrum à mea gratia, quia offensus sum: tum, quia hæc duo, s. esse offensum, & abijcere à sua gratia offendentem, non sunt inseparabiliter connexa: sed stat aliquem esse offensum, & tamen non abijcere a sua gratia offendentem, vt sæpe contingere videtur inter virum, & vxorem adulteram, seu inter patrem, & filium ingratum: offensi enim retinent adhuc vxorem, seu filium in sua gratia. Ruit ergo fundamentum in litera positum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd offensa potest dupliciter considerari. Primo, ex parte actus quo infertur offensa, & sic offensa directe opponitur charitatis rectitudini in actu debitę: est enim deformitas actus priuans perfectione charitatiua. Alio modo ex parte suppositi offendentis: persona enim est, quæ primo offendit, actus autem quo offendit quasi instrumentum personæ est, & sic propriè, & formaliter consideratur offensa. & sic offensa directe opponitur gratiæ, demeritoriæ tamen nam offendens eo ipso, quòd offendit demeretur, & quantum in se est, priuat se gratia eius, quem offendit. Vnde quia offendens vt sic, quantum in se est abijcit à se gratiam offensi, recte dicitur quòd offensa directè gratiæ opponitur, priuatiuè, demeritoriè. Vbi etiam videre potes saluari identitatem subiecti primi denominati tam à gratia, quàm ab offensa: nam persona est, quæ primo offendit, & quæ primo grata est.

¶ Ad secundum vero dicitur, quòd procedit ex malo. intellectu literæ: aliud est enim formaliter loquendo, esse offensum ab aliquo, & aliud est vltra hoc quod est esse offensum, habere se ut offensum. Primum enim scilicet esse offensum, nihil ponit, aut tollit in offenso, sed solam denominationem. Secundum autem addit actum, quo se habet ut offensum. Obiectiones igitur secundo, & tertio loco inductæ, acceperunt esse offensum, quo ad primum, litera verò vtitur esse, seu dici offensum quo ad vtrumque, scilicet & ad esse offensum, & quo ad habere se ut offensum. Constat autem quòd in hoc consistit offensum habere se, vt offensum, quòd abijcit a sua gratia offendentem: quantumcumque enim offensus quis sit, nisi abijciat offendentem à sua gratia, non se habet vt offensus. Et ad hoc forte denotandum vsurpauit Auctor nouam constructionem grammaticaliter, dicens, offensum alteri abijcere eum à sua gratia, dicendo, offensus alteri, intelligi voluit, habens se vt offensum ad alterum. Et iuxta hunc sensum intellecta litera omnes excludit obiectiones, quoniam omnes in æquiuoco laborant.

¶ Et ex hoc sensu patet ratio solutionis ad primum: nam offensa vt sic, meretur vt offensus se habeat, vt offensus, quod nihil aliud est, quam quòd offensus repellat à sua gratia offendentem.

¶ In eodē art. aduerte, ꝙ dupliciter loqui possumus de possibili, seu impossibili in hac materia, dum dicitur ꝙ impossibile est peccatum alicui remitti sine pœnitentiæ virtute: & similiter ꝙ non potest contingere, quòd Deus remittat offensam alicui absque immutatione voluntatis eius, vel de possibili secundum potentiā ordinariam, vel de possibili secundum potentiam absolutam. Et siquidem sit sermo de possibili secundū potentiam ordinariam, nulla relinquitur difficultatis diuersa opinio: omnes enim fatemur, ꝙ qui creauit te sine te, non saluabit te sine te: sed si de possibili absolute sit sermo, accedit quæstio cum Scot. tractata à nobis superius in commentarijs super prima secundæ, q. c. 13. art. 2. & ideo nunc repetendam hanc difficultatem non puto: sed pro præsenti proposito sufficit verificare ea, quæ in litera dicuntur, secundum possibile, vel impossibile penes potentiam ordinariam.

¶ In eodem articulo, & specialiter in respōsione ad primum pro quanto ad omnem remissionem peccatorum actualium, actualis immutatio voluntatis concurrens attribuitur pęnitentiæ etiam in baptismo, dubium occurrit: quoniam falsum hoc videtur, quia propositum emendæ in qua ratio formalis pęnitentiæ dicitur consistere, non habet locum in adulto consequēte per baptismum plenam remissionem omnium peccatorum: quoniam, vt Ambros. docuit, baptismus omnia condonat, nullumque luctum, &c. requirit.

¶ Ad hoc dicitur, quòd baptismus non præsupponit, sed affert secum actum pœnitentiæ virtutis perfectum: quoniam sicut baptismus datur in remissionem peccatorum, ita qui baptizatur, suscipit illum in remissionem peccatorum: ac per hoc in ipsa susceptione baptismi subijciendo se illi, & fatetur se peccasse, & detestatur priorem vitam, moriendo illi, & subiicit se Deo vt nouum Christi membrum. Et quia hoc totum eligit in remissionem peccatorum, euidenter constat interuenire in baptismo propositū emendæ, non futuræ, sed præsentis, quæ magis voluntas, ac electio emendæ dicenda est: eligere siquidem hæc in remissionem peccatorum, est eligere emendam pro peccatis quo ad culpam, & quo ad pœnam ratione tanti beneficij, quantum est baptisma. Non igitur est intelligendum baptismum omnia condonare, sic quòd nullum actum in adulto requirat, sed sic, quòd opportunos actus secum affert, nec eget adminiculo alieno. Et hic est optimus modus omnia condonandi.

*Sot 4. s. d. 15. q. 1. art. 3.*
*Capr. 4. d. 16. q. 1. con. 2.*

203

1 ar. q. 73. a 1. & 3. d. 36. ar. 5. & 4. d. 15. q. 1. art. 3. q. 1. cor & d. 16. q 2. ar. 1. q. 2. cor. 8. di. 18. q. 2. ar. 5. q 3. art. 1.

* Hom. 10. Ezec. circa medium.

SVPER Q. XXVII. Alias 86. Art. III.

COncl. Impossibile est: vnum peccatum sine alio per pœnitentiam remitti.

¶ Prob. Quia & remissio peccati per gratiam, cui quodcumque peccatum mortale contrariatur; & ratio veræ pęnitentiæ, cuius veritas consistit in detestari quodcumque est contra Deum; & perfectio diuinæ misericordiæ, cuius est totaliter misereri ei, cuius miseretur; & authoritas B. Augustini; conclusionē ipsam esse veram ostēdunt (vt de his quatuor medijs declaratur in tex.)

Primum

## ARTICVLVS III.

*Vtrum possit per pœnitentiam vnum peccatum sine alio remitti.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ possit per pęnitentiam vnum peccatū sine alio remitti. Dicitur. n. Amos 4. Plui super vnam ciuitatem, & super alterā ciuitatem non plui: pars vna compluta est, & pars super quam nō plui, aruit. quod exponens Greg. * super Ezech. dicit, Cùm illa, qui proximū odit, ab aliis vitiis se corrigit, vna eadēq; ciuitas ex parte cōpluitur, & ex parte arida manet, quia sunt, qui cum quædam vitia resecant, in aliis grauiter perdurant. ergo potest vnum peccatū per pœnitentiam dimitti sine alio.

¶ 2 Præt. Ambr. † dicit super Beati immaculati in via, Prima consolatio est, quia non obliuiscitur misereri Deus, secunda per punitionem, vbi & si fides desit, pœna satisfacit, & releuat. Potest ergo aliquis releuari ab aliquo peccato, manente peccato infidelitatis.

† In Psal. 118. serm. 18. in prin. to. 4. refertur de consecr. dist. 3. c. 1. consolatio.

¶ 3 Præt. Eorum, quæ non necesse est esse simul, vnum potest auferri sine alio: sed peccata (vt in secunda parte * habitum est) non sunt connexa, & ita vnum eorum potest esse sine alio. ergo etiam vnum eorum potest remitti sine alio per pœnitentiam.

* 1. 2. q. 73. ar. 2.

¶ 4 Præt. Peccata sunt debita, quæ nobis relaxari petimus, cum

**1ᵐ illatio conclusionis.** Ergo potest vnum &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis malè intellectis. Nam illud verbum Gregorij non est &c. vt in tex. Ex quo dic, quod debuit inferri sic: Ergo potest quis ab actu vnius peccati cessare, non cessando ab actu alterius. Quod quidem vides esse extra propositum.

**2ᵐ ex D. Ambrosio.** Fides. ℞. i. conscientia. §. Tunc nihil &c. vt de se patet. Ambrosius ergo sumpsit fidem eo modo; quo sumitur, Roman. 14. Omne, quod non est ex fide, peccatum est. Hoc est. Omne, quod est contra conscientiã, 1. 2. quæst. 19. art. 5. arg. contr.

¶ EXAM. *Ly cuius conscientiã non habet.* Hoc est intelligendum modo illo; quo tale dictũ declarabat in q. 20. art. 3. corp. & ad primũ ab Elucid. Ex textu ergo pœnit.* notato: quanta sit & bonitas Dei in flagellando nos peccatores; & vtilitas patientiæ, tãquàm perfectum opus habentis (Iacobi primo) in sustinẽdo patienter ipsa flagella.

*In lib. de vera, & falsa pœn. c. 6. parũ ante med. to. 4.

**3ᵐ de minori.** Non sunt connexa. ℞. Quantum ad conuersionem erga bonum commutabile. §. Tunc nihil &c. In proposito. n. articuli non attenditur eorum connexio, quantum ad conuersionem dictam; secundùm quã (vt arguitur) vnũ mortale peccatũ potest esse sine alio: sed attenditur eorum connexio, quantum ad auersionẽ à bono incommutabili; secundùm quam dicitur, quòd vnum non potest tolli sine alio. Nam, remanẽte quocumque alio, remaneret semper auersio.

D. 101.

*q. 109. ar. 7. & q. 113 art. 2.

*art. præc.

**4ᵐ de maiori.** Debita. ℞. Contraria amicitiæ. §. Tunc &c. Non enim est eadẽ ratio de debito pecuniæ hominis ad hominem, & de debito, i. peccato, hominis ad Deum (vt putat argumentũ). Debitum enim exterioris rei, puta pecuniæ, non contrariatur &cęt. vt in tex. Qui per ly ridiculum videretur, &c. vult dicere: ꝙ loquendo, etiã in humanis, de debito contrario amicitiæ, i. de offensa hominis ad hominem, tenet hoc, s. ꝙ vna offensa non remittitur sine alia. Ridiculum namque videretur; quòd ab homine &c. vt in tex.

**5ᵐ illatio conclusionis.** Ergo videt possibile &c. ℞. Negatur illatio. § Facit enim iudicium idem de rebus illis, de quibus diuersum est faciendum. Nam dilectio, qua Deus diligit hominis &c. vt in tex.

A P-

cum dicimus in oratione Dominica, Dimitte nobis debita nostra, &c. sed homo quãdoque dimittit vnum debitum sine alio. ergo etiam Deus per pęnitentiam dimittit vnum peccatum sine alio.

¶ 5 Pręt. Per dilectionẽ Dei relaxantur hominibus peccata, secundùm illud Hierem. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserãs: sed nihil prohibet, quin Deus diligat hominem quantum ad vnum, & sit ei offensus quantum ad aliud, sicut peccatorem diligit quantum ad naturam: odit autem quantum ad culpam. ergo videtur possibile, ꝙ Deus per pœnitentiam remittat vnũ peccatum sine alio.

SED CONTRA est, ꝙ August.* dicit in lib. de pœnitentia, Sunt plures quos pœnitet peccasse, sed non omnino reseruantes sibi quædam in quibus delectentur: non animaduertentes, Dominum simul mutum, & surdum à dæmonio liberasse, per hoc docens nos nunquam nisi de omnibus sanari.

RESP. Dicendum, quòd impossibile est per pęnitentiam vnum peccatum sine alio remitti. Primo quidem, quia peccatum remittitur inquantũ tollitur Dei offensa per gratiam. Vnde in secunda parte* habitum est, quòd nullum peccatum potest remitti sine gratia: omne autem peccatum mortale contrariatur gratiæ, & excludit eam. Vnde impossibile est, quòd vnum peccatum sine alio remittatur. Secundo, quia (sicut ostensum* est) peccatum mortale non potest sine vera pœnitẽntia remitti, ad quam pertinet deserere peccatum, inquantũ est contra Deum: quod quidem est commune omnib. peccatis mortalibus: vbi autem est eadem ratio, & idem effectus. Vnde non potest esse verè pœnitens, qui de vno peccato pœnitet, & non de alio. Si enim displiceret ei illud peccatum, quia est contra Deum super omnia dilectũ (quod requiritur ad rationem veræ pœnitentiæ) sequeretur quòd de omnibus peccatis pęniteret. Vnde sequitur, quòd impossibile sit vnum peccatum per pœnitẽtiam remitti sine alio. Tertio, quia hoc esset contra perfectionem misericordię Dei, cuius perfecta sunt opera, vt dicitur Deut. 32. vnde cuius miseretur, totaliter miseretur. & hoc est quod August.* dicit in lib. de pœnitentia: Quædam impietas infidelitatis est, ab illo qui iustus & iustitia est dimidiam sperare veniam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud verbum Gregorii non est intelligendum quantum ad remissionem culpę, sed quantũm ad cessationem ab actu: quia interdum ille, qui plura peccata consueuit committere, deserit vnum, non tamen aliud: quod quidẽ fit auxilio diuino, quod tamen nõ pertingit vsque ad remissionem culpæ.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ in verbo illo Ambr. Fides non potest accipi, qua creditur in Christum: quia, vt August.* dicit super illud Ioan. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent, s. infidelitatis: hoc est peccatum, quo tenẽtur cuncta peccata: sed accipitur fides pro conscientia: quia interdum per pœnas, quas quis patienter sustinet, consequitur remissionem peccati, cuius conscientiam non habet.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ peccata quamuis non sint connexa, quantum ad conuersionẽ ad bonum commutabile: sunt tamen connexa quantum ad auersionem à bono incommutabili, in qua conueniunt omnia peccata mortalia. & ex hac parte habẽt rationem offensæ, quam oportet per pœnitentiam tolli.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ debitũ exterioris rei (puta pecuniæ) non contrariatur amicitiæ, ex qua debitum remittitur: & ideo potest vnũ dimitti sine alio, sed debitũ culpę cõtrariatur amicitiæ: & ideo vna culpa, vel offensa non remittitur sine altera. ridiculum. n. videtur, ꝙ etiam ab homine aliquis veniam peteret de vna offensa, & non de alia.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ dilectio, qua Deus diligit hominis naturam, non ordinatur ad bonum gloriæ, à quo impeditur homo per quodlibet peccatum mortale: sed dilectio gratiæ per quam fit remissio peccati mortalis, ordinat hominem ad vitam æternam, secundùm illud Roman. 6. Gratia Dei, vita æterna. Vnde non est similis ratio.

A R T I-

*Trast. 89. in Ioã. inter prim. & med. to. 9.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, Concilio, & Augustino: quod non remittitur vnquàm vnum peccatum mortale sine alio. A Diuo Augustino quidem; secundùm quòd ponitur in argum. contr. A scripturis vero per hoc, quòd dicitur Roman. 13. Quæcumque à Deo sunt, ordinata sunt. Hoc est. Illa quæ sunt cõueniẽtia, à Deo sunt; & e contrà, s. quæ sunt inconuenientia, illa, vt sic, à Deo esse non possunt. Si igitur ad propositum præsens particulare applicetur illud Apostoli, est idem: ac si, reddita causa, in qua implicitè continebatur, diceretur. Quia, vnũ peccatum mortale sine alio remitti, est inordinatũ, i. incõueniẽs: ideò à Deo non potest, vnum illorum remitti sine alio. Quòd autem (vt supponitur) hoc ipsum sit inconueniens; constat ex terminis suis, s. peccatũ mortale, & remitti. Nã peccatum mortale est illud; quod inducit mortem animæ, in qua ipsum peccatum est Mors autem animæ est auersio à Deo; qui solus est spiritualis vita animæ: iuxta illud Ecclesiæ in hymno Angelorũ. Tibi Christe splẽdor patris, Vita, virtus, cordium; & illud Deuteron. 30. Diligas dominũ Deum tuum, ipse enim est vita tua. Alter verò terminus, s. remitti, est (stando in proposito) prædictam mortem, i. auersionem à Deo, ex anima tolli: & consequenter vitam, i. conuersionem, ipsi animæ reddi. Declaratis his terminis, nonnè vides inconueniens: quod ibi latebat? Nam ex declaratione facta subitò vel tenuiter consideranti patet: quòd dicere, vnum peccatum mortale sine alio posse remitti, est dicere contradictoria, s. eandẽ animã, in qua sunt illa peccata, esse simul viuam, & mortuam; hoc est, simul esse conuersam ad Deũ, & auersam à Deo. Quia enim vnum peccatum mortale est remissum ei; ideò de necessitate constat, quòd ipsa viuit, i. quòd est cõuersa ad Deum: quia autẽ aliud mortale peccatũ in ea remansit, vtporè non remissum ei; ideò de necessitate constat, ꝙ ipsamet non viuit, sed est mortua, i. quòd non est conuersa ad Deum, sed ab ipso auersa. A Concilio quoque Lateranensi sub Innocentio III. illud in principio appendicis dictum insinuatur per hoc; ꝙ dicit cap. 21. omnis vtriusque sexus omnia sua peccata confiteatur. Ex eo enim ꝙ præcipit peccata omnia confiteri, vt absoluatur peccator (secundùm ꝙ ex subiunctis ibid. patet) relinquit pro manifesto intelligendum: ꝙ de mente sua est,

*In lib. de vera & falsa pœn. c. 6. non longè à fine, t. 4.

non

non posse peccatum vnum mortale, sine alio mortali, remitti. Item similiter insinuatur à Concilio Florentino sic. Ad quam (.s. oris confessionem) pertinet; vt peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, confiteatur integraliter. Hæc in decreto super vnio. Armenorum Dic; vt suprà. Concordat & Concilijs præmissis Concilium Trident. sess. 14. cap. 5. Vniuersa Ecclesia semper intellexit; institutam esse à Domino integram peccatorum confessionem. Sacerdotes, suipsius vicarios reliquit, ad quos omnia mortalia crimina deferantur: quo pro potestate clauium remissionis, aut retentionis, peccatorum sententiam pronuncient. Hæc ibi. Ex quibus patet: & quod Concilia præmissa loquebantur de mortalibus, dicendo ly omnia; & quòd ad finem, vt possit remissio fieri dicuntur omnia. Aliter ergo, secundùm planam Concilij sententiam, remitti non possent: nisi omnia simul. Cæterùm caue; nè ex veritate prædictorum incidas in errorem Iacobi Præpositi: hoc est, ne exindè inferas, quòd pœnitentia seu dolor de vno peccato sine dolore omnium, est peccatum. Multùm enim distant inter se illa veritas, s. vnum peccatum per pœnitentiam remitti non potest sine alio, & ista falsitas, s. pœnitentia de vno peccato sine dolore omnium est peccatum. Quam quidem falsitatem & ipse Iacobus Præpositus pro errore recognouit ac reuocauit: vt refert Bernardus à Lutzemb. in suo Catalogo hæretic. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. a

---

*Sot 4. s. d. 15. q. 1. art. 4.*
*Capr. 4. d. 14. q. 1. con. 3.*

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum remissa culpa per pęnitētiam, remaneat reatus pœnæ.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd remissa culpa per pœnitentiam, non remaneat reatus pœnæ. Remota enim causa, remouetur effectus: sed culpa est causa reatus pœnæ: ideo enim est aliquis dignus pœna, quia culpam commisit. ergo remissa culpa, non potest remanere reatus pęnæ.

¶ 2 Præt. Sicut Apostolus dicit Roma. 5. Donum Christi est efficacius, quàm peccatum: sed peccando homo simul incurrit culpam, & pœnæ reatum. ergo multo magis per donū gratiæ, simul remittitur culpa, & tollitur pęnæ reatus.

¶ 3 Præt. Remissio peccatorum fit in pœnitentia per virtutem passionis Christi, secundùm illud Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius, propter remissionem præcedentium delictorum: sed passio Christi est sufficienter satisfactoria pro omnibus peccatis, vt suprà * habitum est. non ergo post remissionem culpæ remanet aliquis reatus pęnæ.

SED CONTRA est, quòd 2. Reg. 12. dicitur, quòd cum Dauid pœnitens dixisset ad Nathan, Peccaui Domino, dixit Nathan ad illum, Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris: veruntamen filius, qui natus est tibi, morte morietur: quod fuit in pœnam præcedentis peccati, vt ibidem dicitur. ergo remissa culpa, remanet reatus alicuius pœnæ.

RESPON. Dicendum, quòd, sicut in secunda * parte habitum est, in peccato mortali sunt duo, scilicet auersio ab incommutabili bono, & conuersio ad commutabile bonum inordinata. ex parte ergo auersionis ab incommutabili bono, consequitur peccatum mortale reatus pœnæ æternæ, vt qui contra æternum bonum peccauit, in æternum puniatur: ex parte enim conuersionis ad bonum commutabile, inquātum est inordinata, consequitur peccatum mortale reatus alicuius pœnæ: quia inordinatio culpæ non reducitur ad ordinem iustitiæ, nisi per pęnam: iustum est enim vt qui voluntati suæ plus indulsit, quàm debuit, contra voluntatem suam aliquid patiatur: sic enim erit æqualitas. vnde Apocal. 18. dicitur, Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum: quia tamen conuersio ad bonum commutabile est finita, nō habet ex hac parte peccatum quòd debeatur ei pęna æterna. vnde si sit inordinata conuersio ad bonum cōmutabile sine auersione à Deo, sicut est in peccatis d venialibus, non debetur peccato pęna æterna, sed temporalis. quando igitur per gratiam remittitur culpa, tollitur auersio animæ à Deo, inquātum per gratiam anima Deo coniungitur: vnde & per consequens simul tollitur reatus pœnæ æternæ, potest tamen remanere reatus alicuius pęnæ temporalis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd culpa mortalis vtrumque habet, & auersionem à Deo, & conuersionem ad bonum creatum: sed sicut in secunda parte * habitū est, auersio à Deo, est ibi sicut formale: conuersio autem ad bonum creatum, est ibi sicut materiale. Remoto autem formali cuiuscumque rei, tollitur species, sicut remoto rationali tollitur species humana: & ideo ex hoc ipso dicitur culpa mortalis remitti, quòd per gratiam tollitur auersio mentis à Deo simul cum reatu pęnæ æternæ: remanet tamen illud quod est mate-

Margin: 204 Sup. q. 67. art. 3. ad 3. & q. 66. ar. 1. ad 3. & 4 dist. 14. q. 2. art. 1. & 10. 11. lec. 4 Et Heb. 6. — * q. 68. & 9. & q. 79. a. 1. 5. — D. 1. 59. — * 1. 2. q. 71. art. 6.

### SVPER Q. XXVII. Aliàs 86. Art. IIII.

CONCL. Quando per gratiam remittitur culpa, tollitur auersio animæ à Deo, inquantum anima per gratiam Deo coniungitur; & per consequēs simul tollitur reatus æternæ pœnæ: potest tamen remanere reatus alicuius pœnæ temporalis.

¶ PROB. Quia patet ex terminis. Secunda autem pars, s. & per consequēns &c. probatur: Quia reatus pęnę æternæ cōsequitur culpam rōne auersionis à Deo (vt s. qui in æternū bonum peccauit, in æternum puniatur). Tertia verò pars, s. potest &c. probatur: Quia reatus pœnæ temporalis consequitur culpā ratione alia, s. conuersionis inordinatæ ad creaturā (vt patet).

1m maior. Remota causa, remouetur effectus. R. Remouetur tamen, secundùm quòd causa est remota. §. Tunc &c. Nā culpa, secundùm quod dicit auersionē à Deo, remouetur per gratiā: & ideò non est necesse, quòd omnis effectus culpæ remoueatur, sed solum effectus, qui consequebatur culpam ex parte auersionis. Sic enim singula singulis formaliter correspondent sine confusione alicuius considerationis extraneæ, i. rei materialis (qualis est effectus consequens culpam ex parte cōuersionis ad bonum commutabile): dum loquimur & de culpa ex parte auersionis à Deo, & de effectu consequentis culpam ex parte auersionis à Deo. Talis vero effectus est reatus pœnæ æternæ; non autem reatus pœnæ temporalis; cùm iste non consequatur culpam ex parte auersionis. Vnde loqui de remotione pœnæ temporalis, quando loquimur de remotione culpæ mortalis, vt sic; est transire de formali ad materiale: id quod est vitiosum in ratiocinijs reddens illa omnino inualida, secundùm Philosophū dicentem in lib. Poster. non licet transcendere de genere in genus.

¶ EXAM. Ly remanet tamen illud, quod est materiale, s. inordinata conuersio &c. Hoc est: manet id, quod in conuersione est quid finitum; seu (quod in idem redit) remanet inordinata conuersio catenus, quatenus secum amplius non importat auersionem à Deo. Antequàm enim gratia mortali peccato delendo adueniat, mens peccatoris in creatura, ad quam inordinatè conuersa erat, constituebat suum vltimum finem, habens propterea illam pro Deo: id quod docuit Apostolus per ly quorū Deus venter est, Philippen. 3. Cùm verò per gratiam deletur ipsum mortale, mens in eodem instanti refutat creaturam illā pro fine vltimo, i. pro Deo: quoniam non aliter posset conuerti ad Deum uerum, i. acceptare eū pro suo Deo; cum impossibile sit, voluntatē vnius hominis ferri simul in plura, sicut in vltimos fines. 1. 2. quæst. 1. ar. 5. Prius ergo illa conuersio sic inordinata erat, vt nullo modo posset stare cum gratia: post verò, ablato illo, per quod inordinatio ipsa nō poterat stare cum gratia, i. ablata constitutione vltimi finis in creatura, mox potest ipsa cōuersio inordinata stare cū gratia (vt à simili clarè patet in peccantibus solùm uenialiter). Remanente autē conuersione inordinata, etiam post deletionem mortalis, vt sic, factam per gratiam, est necesse; quod remaneat reatus pęnæ temporalis. Nā posita causa, ponitur effectus; sicut & illa remota, iste remouetur. Nec obstat, si replicetur (vt in argumento); quod causa, i. peccatum mortale, est remotum: quoniam ipsum mortale, vt mortale, nō est propriè causa huius pœnæ temporalis, sed est causa pęnæ æternę. Relinquitur ergo; quòd mortale, quò ad suum materiale, i. quòd inordinata conuersio ad bonum commutabile, quæ prius erat cum mortali, i. cum auersione à vero Deo, sit (propriè loquendo) causa huius pœnæ temporalis. Ex omnibus his in textu virtualiter inclusis cuique studioso patere iam potest: quòd si distinguenda distinguantur, & sibi inuicem reddenda reddantur. i. prout oportet inter se distribuātur; nulla, vel minima difficultas est intelligere veritatem hanc, s. quòd, remoto per gratiam peccato mortali, remanere possit adhuc reatus pœnæ temporalis. Dico ly possit: quia in aliquibus de facto non remanet, s. in illis, qui tanta vehementia gratiæ toti feruntur in Deū; vt nihil in ipsis remaneat de inordinata conuersione priori: vt patet de B. Magdalena Luc. 7. Regulariter ergo. i. de communi cursu, seu de

seu de pœnitentia sufficienti solùm, non de superabundanti loquendo, remissa culpa mortali remanet temporalis pœnæ reatus: sed comprehendendo vtrumque, s. & cursum conuersionis communẽ, & priuilegiatum (vt loquitur textus); tunc remissa illa potest hic remanere. De conuersione, & auersione, prædictis vide fundamentum in Veritatibus aureis super totam legem veterem, Genes. 3. conclus. 22.

materiale, s. inordinata conuersio ad bonum creatum, pro qua debetur reatus pœnæ temporalis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut in secunda parte * habitum est, ad gratiam pertinet operari in homine iustificando ipsum à peccato, & cooperari homini ad rectè operandum. Remissio igitur culpæ, & reatus pœnæ æternæ, pertinet ad gratiam operantem, sed remissio reatus pęnæ temporalis pertinet ad gratiam cooperantem, inquantum s. homo cum auxilio diuinæ gratiæ patienter pœnas tolerando, absoluitur etiam à reatu pœnę temporalis. sicut igitur prius est effectus gratiæ operantis, quàm gratiæ cooperantis, ita etiam prius est remissio culpę, & pęnæ æternæ, quàm plena absolutio à pœna temporali: vtrumque enim est à gratia, sed primum à gratia sola, secundum ex gratia, & libero arbitrio.

*1.2.q.109 art.7. & q. 111.ar.2.

## 2m de concl.e

Tollit pœnæ. R. Aeternæ. §. Tunc nihil &c. vt patet. Nam & articuli conclusio hoc concessit. Quod si argumẽti conclusio per ly pœnæ, intelligat etiam temporalem: formalizet sic ipsa, & responsum. Secundum de conclusione. Simul remittit. R. Vel suo tempore. § Quando. s. peccatoris iam iustificati liberũ arbitriũ concurrerit postea ad sufferendum pęnas satisfactorias. Vtrumque enim est à dono Christi (de quo loquitur maior). i. à gratia: sed primum, s. remissio pœnæ æternæ, est à gratia sola, quãuis non sine consensu hominis: secundũ autem, s. remissio pęnæ temporalis, est à gratia simul cum libero hominis arbitrio, non tantum consentiente (vt faciebat in primo) sed etiã cooperante. Tunc nihil &c. Nam ad uerificandam authoritatem illam Apostoli Roman. 5 sufficit, quòd per gratiam remittatur pœna vtraque; nec requiritur, quòd simul: quoniam quæ à Deo sunt, ordinata sunt, vt primò de cursu communi remittatur æterna, postmodum temporalis, & tamen adhuc semper est efficacius donum Christi, quàm peccatum: quoniam & gratia operans non tantum tollit maculam, & pœnam æternam, quæ peccatum causauit; sed etiam confert simul meritum vitæ æternæ; & gratia cooperans non solùm tollit pęnam temporalem, quam etiam causauerat peccatum, sed etiam confert meritum augmenti gloriæ in vita æterna. Vide q. 10. art. 3. Et pro hoc vltimo dicto vide Concilium Trid. sess. 6. cano. 32. Ex quo Concilij canone simul & articulo præsenti interimes hæresim Catharorum dicentium (vt refert Cardinalis Turrecremata, De Eccles. lib. 4. cap. 35.): quod per pœnitentiam nec gloria augetur, nec pęna inferni minuitur.

## 3m de minori.

Sed passio Christi. R. Considerata ex parte sui, i. quantum est de se. §. Tunc nihil &c. Quòd enim in pęnitentia non fiat remissio totius pœnæ temporalis per virtutem passionis Christi, non est ex insufficientia passionis eius: sed est ex modo hominis, quo participat virtutem ipsius (vt declaratur in tex.)

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Lutheri dicentis (vt refert Alfonsus de Castro aduersus hæres. tit. pœnitentia): quòd dimissa culpa, simul etiam dimissa est omnis pęna peccato debita. Et propter hoc (inquit) nulla debet fieri satisfactio pro delictis perpetratis. Secundò habes: quo per rationem ostendas, eam meritò damnari à 2. Reg. 12. per hoc, quod ibi legitur; quòd cùm Dauid pœnitens &c. vt in arg. contr. Item per dictum Numer. 14. Ait Moyses ad Dominum: Dimitte, obsecro, peccatum populi huius secundùm magnitudinẽ misericordiæ tuæ.

AD TERTIVM dicendum est, quòd passio Christi de se sufficiẽs est ad tollendum omnem reatum pœnæ non solum æternæ, sed etiam temporalis: sed secundum modum quo homo participat virtutem passionis Christi, percipit etiam absolutionẽ à reatu pœnæ. In baptismo autem homo participat totaliter virtutem passionis Christi, vt potè per aquam, & spiritum Christo commortuus peccato, & in eo regeneratus ad nouam vitam, & ideo in baptismo homo consequitur remissionem reatus totius pęnæ. In pœnitentia verò consequitur virtutem passionis Christi, secundum modum propriorum actuum, qui sunt materia pęnitentiæ, sicut aqua baptismi, vt suprà * dictum est. Et ideo non statim per primum actum pęnitentiæ quo remittitur culpa soluitur reatus totius pęnæ: sed completis omnibus pęnitentiæ actibus.

Dixitq; Dominus: Dimisi, iuxta verbũ tuum. Attamen omnes homines, qui &c. non videbunt terram, pro qua iuraui patribus eorũ. Patet enim hic, ad planam literæ texturam; quòd, dimissa culpa, remanet adhuc pœna temporalis; puta, non videre terram promissionis. Nè autem putemus, quòd hoc, s. pœnam temporalem post culpę deletionem remanere, proueniat ex parua misericordia Dei, signanter ibi scriptura ad deletionẽ illius peccati apposuit ly secundũ verbũ tuũ; hoc est (vt petierat Moyses) secundùm magnitudinẽ misericordię meæ. Ac si, in proposito huius articuli, clariùs dictum sit. Quòd, dimisso peccato mortali, reatus pœnæ temporalis remaneat, non est ex defectu misericordię diuinę; sed aliundè, puta ex defectu pœnitentiæ hominum; quia s. illorum conuersio ad Deum non est tanto spiritus feruore facta, vt sufficiat ad tollendum etiam pœnam temporalem. Vide exam. post ad primum. Item meritò damnari à Concilio Tridentino sess. 6. cap. 14. Dicendum est: Christiani hominis pœnitentiam post lapsum continere cessationem à peccatis, eorum detestationem, cor contritum & humiliatum; eorundem sacramentalem confessionem, saltem in voto, & suo tempore faciendam; sacerdotalem absolutionem, itemq; satisfactionem, non pro pœna æterna, quæ vel sacramento vel sacramenti voto vnà cum culpa remittitur; sed pro pœna temporali: quæ, vt sacræ literæ docent, non tota semper dimittitur. Hæc ibi. Et cano. 30. Si quis, post acceptam iustificationis gratiam cuilibet peccatori pęnitenti culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri, ita: vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exsoluendæ vel in hoc sęculo, vel in futuro in purgatorio, antequàm ad regna cœlorum aditus patere possit: anathema sit. Hæc ibi. Et sessione 14. cap. 8. Sancta Synodus declarat: falsum omninò esse, & à verbo Dei alienum; culpam à Domino nunquàm remitti, quin vniuersa etiam pœna condonetur. Perspicua enim & illustria in sacris literis exempla reperiuntur; quibus hic error quàm manifestissimè reuincitur. Hæc ibi. Vbi per totum capitulum contra hanc erroneam in fide positionem quàm pulcherrimè & efficacissime multis rationibus inuehitur; quæ omnia uide tu; ne nimis in longum protrahatur hæc Elucidationum formula. Et cano. 15. Si quis dixerit: fictionem esse; quòd, virtute clauium sublata pęna æterna, pœna temporalis plerumque exsoluenda remaneat: anathema sit. Hæc ibi. Tertiò uides: quomodo ex ijs benè pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica declaretur, atque confirmetur.

*q.84. art. 1. & 3.

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN ar. 4 eiusdẽ q. in respon. ad 1. pro quanto ibi dicitur, quòd remisso peccato mortali remanet inordinata conuersio ad commutabile bonum, pro qua debetur reatus pęnæ temporalis, aduerte sententiam hanc intelligi de possibili, & quo ad inordinationem: nõ enim necesse est remanere huiusmodi conuersionem, sed potest simul totum tolli. Et similiter dato, quòd non totum sit sublatum, non est necesse remanere ipsam conuersionem, sed inordinationem, quæ fuit ipsius conuersionis. Potest. n. qui peccato auaritiæ delinquit, ante remissionem peccati dimissis auaritiæ actibus, & inclinationibus in oppositos actus conuerti. & tunc apparet, quòd adueniente gratia remittente peccatum prioris auaritiæ, non remanet conuersio illius habitualis ad commutabile bonum, sed inordinatio ipsius incursa, per pęnam temporalem ordinanda: ratione siquidem illius inordinationis remanet reatus pęnæ temporalis tamdiu, quousque culpabilis, inordinatio ordinata sufficienter fuerit per pęnam.

---



Sup. art. 4. ad 3. Et 4. di. 14. q. 2. ar. 1. q. 3. & 1. Cor. 11. lec. 7.

Sent. 4. s. d. 15. q. 1. ar. 5.

SVPER Q. XXVII. Aliàs 86. Art. v.

COncl. Nihil prohibet: quin, remissa culpa, remaneant dispositiones ex præcedẽtibus actibus causatæ, quæ dicuntur peccati reliquiæ; remanent tamen debilitatę, & diminutæ.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum remissa culpa mortali, tollantur omnes reliquiæ peccati.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd remissa culpa mortali; tollantur omnes reliquiæ peccati. Dicit enim † Aug. in lib. de pœnitentia: Numquam Dominus aliquem sanauit, quem omnino non liberauit: totum enim hominem sana

† In lib. de vera & falsa pen. c. ... post med. tom. 4.

¶ Prob.

¶ Prob. Quia sublato eo, quod in peccato mortali est ex parte auersionis, potest remanere id; quod ibi erat ex parte conuersionis (vt patet art. 4. ad primum): & id, quod ibi tâquàm à peccato ipso causatum, erat ex parte conuersionis, est quædam dispositio in anima, vel etiam habitus, ad talis peccati similes actus (vt patet. Hæc autem, cum relinquantur ex peccato, rectè vocâtur peccati reliquię). Secunda pars, s. remanêt tamen &c. præsupponitur clara. (Et meritò. Nam, ex præsentia gratiæ, per quam remissa fuit culpa, procedit; q ipsæ reliquiæ debilitentur, ac diminuantur).

*c. 4. par. 4. inter prin. & med.

¶ Coroll. Ergo reliquiæ peccati quâdoq; tolluntur, quandoque autem non: cùm remittitur culpa. Hoc enim totum importatur virtualiter p ly potest remanere; per ly nihil prohibet, quin remaneant.

¶ Exam. Ly & hoc magis per modû dispositionis; quàm per modum habituû. Hoc est. Debilitatæ magis remanent ipsę reliquię; si fuerint tâquàm dispositiones in anima causatæ, q si tâquàm habitus. Debilitatur enim facilius, & minuitur id, quod est minus radicatû; quàm id, quod est magis radicatum; & facilius vincitur aliquid paruæ virtutis, quàm aliquid maioris vigoris. Taliter se habent dispositio, & habitus, vt patet: si vtriusque descriptio data à Philosopho in prędicamentis consideretur. Quod autem peccatum causet inclinationê in malum, & diminuat inclinationem in bonum, quæ duo sunt ipsius peccati reliquiæ: vide 1. 2. q. 85. art. 1.

†art. præc. 1^m ex D. Augustino. Quê omnino nô liberauerit. R. Vel subitò, vel successiue. §. Tûc nihil &c. vt patet in tex.

2^m de minori. Contrahit. R. Quandoque statim; quandoque non sic. §. vt textus dicit. Tunc nihil &c. vt patet ex dictis ad primum.

3^m illatio conclusionis. Ergo multò magis tolluntur &c. R. Negatur illatio. §. Non enim ex præmissis debuit sic inferri, sed aliter, s. Ergo multò efficacius tollit reliquias peccati diuina gratia siue vno, siue pluribus actibus. Nam ad verificâdum, q opus Dei sit efficaciùs, quàm opus hominis, non requiritur; q gratia delendo culpâ tollat simul omnes culpæ reliquias: sed sufficit; quod gratia quandocûque operatur tollendæ culpæ reliquias, siue simul, siue successiuè; tunc operetur earû ablationem efficaciùs: quàm opus hominis, i. quàm exercitium humanarum operum. Vide simile quid in ar. 4. ad 2. Elucid.

uit in sabbatho: quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione: sed reliquię peccati pertinêt ad infirmitatem peccati. ergo non videtur possibile quòd remissa culpa, remaneant reliquiæ peccati.

¶ 2 Præt. Secundum Dionys. 4. c. de diui. nom. bonû est efficacius quàm malum: quia malû non agit nisi virtute boni: sed homo peccando, simul totam infectionem peccati incurrit. ergo multo magis pœnitendo liberatur etiam ab omnibus peccati reliquiis.

¶ 3 Præt. Opus Dei efficacius est, quàm opus hominis: sed per exercitium humanorum operum ad bonum, tolluntur reliquiæ peccati contrarii. ergo multo magis tolluntur per remissionem culpæ, quę est opus Dei.

Sed contra est, quòd Marci 8. legitur, quòd cæcus illuminatus à Domino, primo restitutus est ad imperfectû visum (vnde ait, Video homines velut arbores ambulantes) deinde restitutus est perfectè, ita vt videret clarè omnia. Illuminatio autem ceci, significat liberationem peccatoris. Post primam ergo remissionem culpę qua peccator restituitur ad visum spiritualem, adhuc remanent in eo aliquæ reliquiæ peccati præteriti.

Respon. Dicendum, quòd peccatum mortale ex parte conuersionis inordinatæ ad bonum commutabile, quandam dispositionem causat in anima, vel etiam habitum si actus frequenter iteretur: sicut auté dictum † est, culpa peccati mortalis remittitur, inquantum tollitur per gratiam auersio mentis à Deo. Sublato autem eo, quod est ex parte auersionis nihilominus remanere potest, id quod est ex parte auersionis inordinatæ, cum hanc contingat esse sine illa, sicut prius dictum † est. & ideo nihil prohibet quin remissa culpa, remaneant dispositiones ex præcedentibus actibus causatæ, quę dicuntur peccati reliquiæ. Remanent tamen debilitatæ, & diminutæ, ita q homini non dominentur. Et hoc magis per modum dispositionû, quàm per modum habituum: sicut etiam remanet fomes post baptismum.

Ad primvm ergo dicendum, q Deus totum hominem perfectè curat: sed quandoque subito, sicut socrum Petri statim restituit perfectæ sanitati, ita vt surgens ministraret illis, vt legitur Luc. 4. quandoque autem successiuè; sicut * dictum est de ceco illuminato, Mar. 8. Et ita etiam spiritualiter quandoque tanta commotione conuertit cor hominis, vt subito perfectè consequatur sanitaté spiritualé, non solum remissa culpa, sed sublatis omnib. peccati reliquiis, vt patet de Magdalena, Luc. 7. Quandoque autem prius remittit culpam per gratiam operantem, & postea per gratiam cooperantem successiuè tollit peccati reliquias.

Ad secvndvm dicendum, q peccatum etiam quandoque statim inducit debilem dispositionem, vt potè per vnum actum causatâ: quandoque autem fortiorem, causatam per multos actus.

Ad tertivm dicendum, q vno actu humano non tolluntur omnes reliquiæ peccati: quia, vt dicitur in Prædicamentis, prauus ad meliores exercitationes deductus, ad modicum aliquid proficiet, vt melior sit. Multiplicato autem exercitio ad hoc peruenit, vt sit bonus virtute acquisita. Hoc autem multo efficacius facit diuina gratia, siue vno, siue pluribus actibus.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. †art. præc.

Ex artic. habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis; q remissa culpa quandoque non tolluntur omnes reliquiæ peccati: quandoque aût sic. Vt per id, quod à simili dicitur Mar. 8. secundùm q cum discursu ponitur in arg. contr. Item per hoc, q legitur Psal 37. Putruerunt, & corruptę sunt cicatrices meæ: à facie insipientiæ meæ. Patet siquidem, q cicatrix ex vulnere relinquitur: & consequenter q istæ cicatrices, de quibus loquit Propheta, sunt reliquiæ peccati alicuius sibi iâ dimissi; de quibus reliquijs lamentabiliter dicit, quòd putruerunt, & corruptę sunt. Nam (sm D. Thomâ ibi super Psalmos) sicut per imperitiâ medici quandoque infirmitas generat intus putredinem, & corrumpit aliquod membrum: sic est quandoque in peccatore, cui dimissum est peccatum, & adhuc remansit pronitas ad peccandum; quasi cicatrix ex vulnere. Quando n. peccatum illud nô curatur per correctionem, i. per fructus dignos penitentiæ, i. per satisfactionê, & exercitium bonorum operû: tunc fit putredo interiùs, i. delectatio peccati præteriti, & consentit in aliud simile. Hoc est (vt breuius dicat). Sicut quâdoque per insipientiâ medici vulnus putrescit: ita ex insipientia hominis, in quo reliquiæ peccati remanserunt, nescièntis sibi benè cauere, côtingit recidiuum. Hæc S. Doctor, in sententia. Item, q quandoque tollâtur ipsę reliquiæ remissa culpa, per hoc insinuatur; q ex persona Dei culpâ remittentis ad animâ dicitur, Hierem. 30. Obducam cicatricê tibi, & à vulnerib. tuis sanabo te. Ecce q Deus ex bonitate sua promittit aliquibus; se non tantû in eis sanaturû vulnera, i. peccata, sed etiâ vulnerû cicatricem, i. peccatorû ipsorû reliquias. Vide tex. ad primû. Secundò vides: quomodo ex ijs benè pensatis, & applic. doctr. &c.

*q. 44. ar. 4 ad 2.

---

*Alb. Mag. ubi suprà. Bon. 4. s. d. 15. q. 1. art. 6.*

SVPER Q. XXVII. Aliàs 86. Art. VI.

206 dist. 4. 14. q. 2. art. 1. q. 1.

Conc. Remissio culpæ est effectus pęnitentiæ, secundùm q est virtus; principaliùs tamen, secundum q est sacramentum.

¶ Prob. Quia pœnitentia, secundùm quòd est virtus, est quid materiale respectu pęnitentiæ, secundùm quòd est sacramentum, quæ est quid formalé (vt patet ex eo, quòd in sacramento, pęnitêtiæ actus peccatoris se habêt materialiter, q. 25. artic. 1. virtus autem clauiû se habet

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum remissio culpæ sit effectus pœnitentiæ.*

Ad sextvm sic proceditur. Videtur quòd remissio culpę non sit effectus pęnitentiæ, secundùm q est virtus. Dicitur enim pęnitentia, virtus secundum quòd est principiû humani actus: sed humanus actus non operatur ad remissionem culpæ, quę est effectus gratiæ operâtis. ergo remissio culpæ non est effectus pęnitentię, secundum q est virtus.

¶ 2 Præte. Quædam aliæ virtutes sunt excellentiores pęnitentia: sed remissio culpę non dicitur effectus alicuius alterius virtutis. ergo etiam non est effectus pęnitentiæ, secundum quòd est virtus.

habet formaliter, q. 25. art. 3.): & omne sacramentum producit effectum suum non solùm vi formæ, sed etiam vi formæ materiæ (vt patet ab exemplo de baptismo respectu productionis effectus sui).

¶Not. Diligenter pensanda est specificatio illa textus, ¶ Tamen prout hi actus aliqualiter ordinantur ad claues Ecclesiæ. Limitatio enim hæc non tantũ seruit ad declarandũ præsentem locum, ideoque dicta in q. 25. artic. 2. ad primum, sed etiam ad discernendum pęnitentiam, quę est virtus, fructuosam ab infructuosa, siue catholicorũ ab hæreticorum. Cum enim ex naturali ratione moueatur homo ad pœnitendum de malis, quę fecit, q. 23. art. 7. & malum nunquàm auferat totaliter bonũ naturæ, 1. 2. q. 85. art. 2. potest hæreticus dolere de aliquo suo peccato: sed quia ille suus humanus actus, s. dolor, non ordinatur aliqualiter ab eo ad claues Ecclesiæ, ideò ipsa eius pœnitentia non est vera, i. est infructuosa, hoc est (secundum præsentem textum) nõ trahit secum remissionem culpæ. Quo contrà catholicus pœnitendo de peccatis, quæ fecit, non frustrà dolet; sed dolor eius huiusmodi habet pro effectu suo remissionem peccati: non præcisè quia doleat, sed principaliùs quia talẽ suum dolorem ordinat ad claues Ecclesiæ. Ex his patet facilior sensus conclusionis. Videlicet Remissio culpæ est &c. Idest, Pęnitentia virtus habet pro effectu suo remissionem culpę; dummodò ordinetur ad claues Ecclesiæ. Quod est: quando dolens de peccato intendit se sic dolentem subijcere clauibus Ecclesiæ, i. confiteri ministro Ecclesiæ, ab eo absolutionem sacramentalem humiliter expectare, satisfacereque pro peccatis et confessis sm arbitrium eiusdem ministri Ecclesiæ.

† q. 61. ar. 2

† art. præc.

† q. 60. art. 6. ad 2. & art. 7.

† q. 84. artic. 3.

¶3 Pręt. Remissio culpæ non est nisi ex virtute passionis Christi, secundùm illud Hebr. 9. Sine sanguinis effusione non fit remissio: sed pęnitentia, inquantum est sacramentũ, operatur in virtute passionis Christi, sicut & cætera sacramenta, vt ex supradictis † patet. ergo remissio culpæ non est effectus pœnitentiæ inquantum est virtus, sed inquantum est sacramentum.

Sed contra illud est propriè causa alicuius, sine quo esse non potest: omnis enim effectus dependet à sua causa: sed remissio culpæ potest esse à Deo sine pœnitentię sacramento, non autem sine pęnitentia secundum quòd est virtus, vt suprà † dictum est. vnde & ante sacramenta nouæ legis pęnitentibus Deus peccata remittebat. ergo remissio culpæ est præcipuè effectus pœnitentiæ secundum quòd est virtus.

Respon. Dicendum, quòd pœnitentia est virtus, secundum quòd est principium quorundam actuum humanorum. Actus autem humani, qui sunt ex parte peccatoris, materialiter se habent in sacramento pęnitentiæ. Omne autem sacramẽtum producit effectum suum non solùm virtute formæ, sed etiam virtute materiæ, ex vtroque enim est vnum sacramentum, vt suprà † habitum est. vnde sicut remissio culpæ fit in baptismo, non solùm virtute formę, sed etiam virtute materiæ, scilicet aquę, principalius tamen virtute formę, ex qua & ipsa aqua virtutem recipit: ita etiam & remissio culpæ est effectus pœnitentiæ, principalius quidem ex virtute clauium quas habent ministri, ex quorum parte accipitur id, quod est formale in hoc sacramento (vt suprà † dictum est) secundariò autem ex vi actuum pœnitentis, pertinentium ad virtutem pœnitentiæ, tamen prout hi actus aliqualiter ordinantur ad claues ecclesiæ: & sic patet, quòd remissio culpæ est effectus pęnitentiæ, secundum quòd est virtus principalius tamẽ, secundum quòd est sacramentum.

Ad primum ergo dicendum, quòd effectus gratiæ operantis est iustificatio impii, vt in secunda † parte dictum est. in qua, vt ibidem dictum est, non solum est gratiæ infusio, & remissio culpæ, sed etiam motus liberi arbitrii in Deum, qui est actus fidei formatæ, & motus liberi arbitrii in peccatum, qui est actus pœnitentiæ. Hi tamen actus humani sunt ibi, vt effectus gratiæ operantis, simul producti cum remissione culpæ: vnde remissio culpæ non fit sine actu pœnitentię virtutis, licet sit effectus gratiæ operantis.

† Lib. 2. q. 113. in diuisione quæstion.

Ad secundum dicendum, quòd in iustificatione impii non solum est actus pęnitentiæ, sed etiam actus fidei, vt dictũ * est. ideo remissio culpæ non ponitur effectus solùm pœnitentiæ virtutis: sed principalis fidei, & charitatis.

* In solut. præcedẽti. Et 1. 2. q. 113. art. 4.

Ad tertium dicendum, quòd ad passionem Christi ordinaẽ actus pœnitentiæ virtutis, & per fidem, & per ordinem ad claues ecclesiæ. & ideo vtroque modo causat remissionem culpæ virtute passionis Christi.

Ad id autem, quod in contrariũ obiicitur, dicendum est, quòd actus pœnitentiæ virtutis habet, quòd sine eo non possit fieri remissio culpæ inquantum est inseparabilis effectus gratiæ, per quam principaliter culpa remititur, quæ etiam operatur in omnibus sacramentis. & ideo per hoc non potest concludi, nisi quòd gratia est principalior causa remissionis culpæ, quàm pęnitentię sacramentum. Sciendum tamen, quòd etiam in veteri lege, & in lege naturæ, erat aliqualiter sacramẽtum pęnitentiæ, vt suprà * dictum est.

QVAE-

# 1m de minori.

Sed humanus actus. R. Vt sic. i. vt præcisè humanus. §. Tũc nihil &c. Cùm hoc enim stat, quòd humanus actus, vt gratiæ operantis effectus, operetur ad remissionem culpæ: & sic intelligit conclusio articuli. Ly remissio culpæ non fit sine actu pœnitentiæ uirtutis. Hoc confirmatur ex Concilio Trid. sess. 14. cap. 4. Quidam falsò calumniantur catholicos scriptores, quasi tradiderint; sacramentum Pœnitentiæ absque bono motu suscipiẽtium gratiam conferre. Quod nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit. Hæc ibi. Quæ, vt opus est, applica tu.

# 2m minor.

Remissio culpæ non dicitur effectus alicuius alterius virtutis. R. Negatur. §. Nam in iustificatione impij non solùm &c. vt in tex. Vide 1. 2. q. 103. art. 8.

# 3m de minori.

Pęnitentia, inquantum est sacramentum. R. Et etiam inquãtum est virtus. §. Ad passionem enim Christi ordinatur actus pęnitentiæ &c. vt in tex. Tunc nihil &c. vt de se patet.

# 4m contr. illatio conclusionis.

Ergo remissio culpæ &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex non pleno intellectu præmissarum.

sarum. Nam, quando ibi dicit ly non autem sine pœnitentia, secundùm quòd est virtus, non respicit ad fundamentum talis dicti: ex quo tamen fundamento prouenit id, quod ab argumento inferitur, s. quòd remissio culpæ potest esse à Deo sine pęnitentiæ sacramento, non autem sine pœnitentia virtute. Fundamentum verò tale est gratiæ connexio cum virtute pęnitẽtię, i. quòd gratia non potest dari peccatori sine hoc, quòd peccator pęniteat de peccatis suis: cùm tamen ipsa non sic necessariã habeat connexionem cum sacramẽto pęnitentiæ, inquantum s. gratia potest dari peccatori à Deo, etiam quòd peccator non suscipiat actualiter sacramentum pœnitentiæ, artic. 1. Et hoc est: quod intendit dicere textus ly actus pœnitentiæ virtutis habet, quòd sine &c. vt ibi. Ex quo dic: quòd argumenti illatio debuerat sic fieri: Ergo remissio culpæ est præcipuè, i. principaliùs effectus gratię; quàm sacramẽti pęnitentiæ. Quod gratis conceditur: sed nihil est contrà.

## APPENDIX.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatũ à scripturis, & à Concilio; quòd remissio culpæ non est sine ordine ad claues Ecclesiæ; hoc est, quòd principaliùs est effectus pęnitentiæ, sm quòd sacramentum, quàm secundum quòd virtus est. A Concilio quidẽ Triden. sess. 14. cap. 4. Declarat sancta Synodus: contritionem nõ solùm cessationem à peccato, & vitæ nouæ propositũ, & inchoationem, sed veteris etiam odium continere; iuxta illud, Proijcite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus præuaricati estis; & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Docet prætereà: etsi contritionem hanc aliquando charitate perfectã esse contingat, hominémque Deo reconciliare, priusquàm hoc (pœnitentiæ) sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse ascribendam. Hæc ibi. Quorum vltima sententia, ly Docet prætereà &c. sufficiebat proposito demonstrãdo; sed ideò prima adducta fuit: vt omnibus patesieret, quòd sub nomine contritionis ibi accipitur pœnitentia virtus; secundùm quòd manifestat eius descriptio præsens, si conferatur descriptioni pęnitentiæ virtutis, datæ suprà q. 26. art. 1. 2. 3. A scripturis verò insinuaẽ per hoc; quòd dicitur Ioan. 20. Accipite Spiritumsanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. His enim verbis Christus instituit sacramentum pęnitentię (secundùm Concilium Trid. sess 14. cap. 1.) tanquàm lapsis post baptismum ad salutem necessarium, vt nõdum regeneratis ipse baptismus (secundùm idem Concil. ibid. cap. 2.): ex cuius institutione vniuersa Ecclesia semper intellexit, institutam etiam esse à Domino integram peccatorum confessionem, & omnibus post baptismum lapsis iure divino necessariam existere (vt docet idem Concilium ibid. c. 5.) Stante igitur tali institutione per ly Accipite &c. sic ex-

Vtilissi. pro Eccles. S. Dei.

* q. 84. art 7. ad 2.

ſic explanatã ab Eccleſia, facilè conſtat ex ſcriptura illa propoſitum: quod quæritur. Nam ſi remiſſio peccati poſſet eſſe effectus pœni- [illegible] virtutis abſque ordine ad claues, i. ad pœnitentiam, ſecundũ [illegible] ſacramentum: iam pœnitentiæ ſacramentum non eſſet neceſſarium, neque integra confeſſio ſacramentalis eſſet neceſſaria: quorũ vtrũque eſt contra inſtitutionem à Chriſto factam (vt dictum eſt). Ex præmiſſis quoque patet: ꝙ illud emendationis propoſitum, de quo loquitur q.26.art.3. cadens in diffinitione pœnitentię virtutis, eſt intelligendum ſecundũ ordinem ad claues. Ac ſi ibi dictum ſit. Pœnitens dolet de peccato commiſſo, inquantũ eſt offenſa Dei, cũ propoſito emendationis, i. confitendi ſacramentaliter ipſum peccatum, & pro ipſius menſura ſatisfaciendi ſecundũ arbitrium confeſſarij miniſtri Eccleſiæ. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pēſatis, & applicatis, doctr. præſens Ang. viciſſim declaret, atq; cõfirmetur.

# QVÆST. XXVIII. Aliàs 87.

*De remiſsione venialiũ peccatorum, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt, de remiſſione venialium peccatorum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, Vtrum ſine pœnitentia peccatum veniale poſſit dimitti.

¶Secundò, Vtrum poſſit dimitti ſine gratię infuſione.

¶Tertiò, Vtrum peccata venialia remittantur per aſperſionẽ aquæ benedictæ, & epiſcopalem benedictionem, & tunſionem pectoris, & orationem Dominicam, & alia huiuſmodi.

¶Quartò, Vtrum veniale peccatum poſſit remitti ſine mortali.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum peccatum veniale poſsit remitti ſine pœnitentia.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd veniale peccatũ poſſit remitti ſine pœnitentia. Pertinet enim, vt ſuprà † dictum eſt, ad rationem veræ pœnitentiæ, quòd nõ ſolum homo doleat de peccato præterito, ſed etiam proponat cauere de futuro: ſed ſine tali propoſito peccata venialia dimittuntur, cum certum ſit, quòd homo ſine peccatis venialibus præſentem vitam ducere nõ poteſt. ergo peccata venialia poſſunt remitti ſine pœnitentia.

¶ 2 Præt. Pœnitentia non eſt ſine actuali diſplicentia peccatorum: ſed peccata venialia poſſunt dimitti ſine diſplicentia actuali eorum, ſicut patet in eo, qui dormiens occideretur propter Chriſtum: ſtatim enim euolaret, quod non contingit manentibus peccatis venialibus. ergo peccata venialia poſſunt remitti ſine pœnitentia.

¶ 3 Præt. Peccata venialia opponuntur feruori charitatis, vt in ſecunda parte dictum * eſt: ſed vnum oppoſitorum tollitur per aliud. ergo per feruorem charitatis, quem contingit eſſe ſine actuali diſplicentia peccati venialis, fit remiſſio peccatorum venialium.

SED CONTRA eſt, quòd Aug. * dicit in lib. de pœnit. quòd eſt quædam pœnitentia, quę quotidie agitur in eccleſia pro peccatis venialibus, quæ fruſtra eſſet, ſi ſine pœnitentia peccata venialia poſſent dimitti. videtur ergo ꝙ peccata venialia non poſſint ſine pœnitentia dimitti.

RESP. Dicendum, quòd remiſſio culpæ, ſicut dictum * eſt, fit per coniunctionem hominis ad Deum, à quo aliqualiter ſeparat culpa: ſed hæc ſeparatio perfectè quidẽ fit per peccatum mortale: imperfectè autem per peccatum veniale: nam per peccatum mortale mens oĩno à Deo auertitur, vtpotè contra charitatem agens: per peccatum autem ueniale retardatur affectus hominis ne prõptè in Deum feratur: & ideo vtrũq; peccatum per pœnitentiam quidem remittitur. Et quia per vtrũque deordinatur voluntas hominis per immoderatam conuerſionẽ ad bonum creatum; ideò ſicut peccatum mortale remitti non poteſt quamdiu voluntas peccato adhæret, ita etiã, nec peccatum veniale: quia manẽte cauſa manet effectus. Exigitur autem ad remiſſionẽ peccati mortalis perfectior pœnitentia, vt ſ. homo actualiter peccatum mortale commiſſum deteſtetur, quantum in ipſo eſt, vt ſ. diligentiã adhibeat ad rememorandum ſingula peccata mortalia, vt ſingula deteſtetur: ſed hoc non requiritur ad remiſſionem venialium peccatorum: non tamen ſufficit habitualis diſplicentia, quæ habetur per habitum charitatis, vel pœnitentiæ virtutis: quia ſic charitas non compateretur peccatum veniale, quod patet eſſe falſum. vnde ſequitur, ꝙ requiratur quædam virtualis diſplicẽtia, puta, cum aliquis hoc modo fertur ſecundum affectum in Deum, & res diuinas, vt quicquid ſibi occurreret, quod eum ab hoc motu retardaret, diſpliceret ei, & doleret ſe commiſiſſe, etiam ſi actu de illo non cogitaret: quod tamen non ſufficit ad remiſſionẽ peccati mortalis, niſi quantum ad peccata oblita poſt diligentem inquiſitionem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo in gratia cõſtitutus poteſt vitare omnia peccata mortalia, & ſingula: poteſt etiam vitare ſingula peccata venialia, ſed non omnia, vt patet ex his quæ in ſecunda parte dicta * ſunt. & ideo pœnitẽtia de peccatis mortalibus requirit, ꝙ homo propo-

---

Sot. 4. ſ. d. 15. q. 2. ar 1. Capr. 4. d. 16. q. 1. con. 1.

SVPER Q. XXVIII. Aliàs 87. Art. 1.

CONCL. 1. Peccatũ veniale per pœnitentiam remittitur.

¶PROB. Quia per peccatum veniale voluntas hominis ſeparatᷣ, ly imperfecte, à Deo per immoderatã conuerſionẽ ad bonum creatum (vt patet. Alioquin veniale non eſſet peccatũ; cùm peccatum ſit ipſa inordinatio voluntatis à Deo, 1.2.q.71. ar.6.) per pœnitentiã autem, tãquam per remouẽs prohibẽs, ſ. offenſam, volũtas hominis coniungitur Deo (vt patet ex q.26. ar.3. item q.27. art. 2.) & remiſſio culpæ fit per coniunctionẽ hoĩs ad Deũ (vt patet q.27. ar. 2.4.)

¶CONCL. 2. Peccatũ veniale non põt remitti, quãdiu voluntas adhæret peccato, i. deordinationi à Deo, ſeu (qđ in idem redit) immoderatæ conuerſioni ad bonum creatum.

¶PROB. Quia manente cauſa, manet neceſſariò effectus (vt patet): & inordinata adhæſio voluntatis ad bonũ creatum eſt cauſa nõ remiſſionis peccati (vt patet).

¶COROLL. Ergo ly non poteſt, quod ponebatᷣ in concluſione, dicit impoſſibilitatẽ abſolutam, i. ex terminis prouenientẽ: quæ alio nomine vocatur contradictio. Nam ſi illa inordinata adhæſio eſt cauſa (ſicuti re vera eſt) non remiſſionis peccati, patet iam: ꝙ implicat contradictionem dicere, ꝙ peccatũ poſſit remitti, durante inordinata volũtatis adhæſione ad bonum creatum. Si. n. peccatũ per impoſſibile remittatur, ſic manẽte voluntate; quoniã remiſſio ordinatã voluntatẽ facit, q.27. art. 2.3. mox manifeſtè apparet benè conſiderãtibus, ꝙ eadẽ volũtas eſt ſimul reſpectu eiuſdẽ obiecti tùm creati tùm increati ordinata & inordinata. Ordinata quidem propter remiſſionẽ culpæ; inordinata vero propter ſuppoſitionẽ factam, ſ. ꝙ duret illa adhæſio ad bonũ creatum. Hæc aũt patenter conſtat eſſe non tantũ infactibilia, ſed etiam incogitabilia. Contradictoria. n. cõcipi nequeunt; licet poſſint ore proferri: vt habetᷣ ex Philoſ. in Metaphyſ. Vndè propter ꝓmiſſã contradictionem neque etiã in baptiſmo põt remitti ueniale, ſine pœnitentia, i. ſi voluntas actu adhæreat peccato; Ad ſecundum.

¶CONCL. 3. Ad remiſſionẽ peccatorũ venialium non ſufficit diſplicẽtia habitualis, quæ habetur per habitũ charitatis, vel pœnitẽtię virtutis: ſed requiritur diſplicentia uirtualis.

¶PROB. Quia ſi talis diſplicentia habitualis ſufficeret ad remiſſionẽ venialiũ; tunc neq; charitas, neq; pœnitẽtia uirtus ad mortalia delẽda ſufficiens, q 27 ar. 2. cõpateretur peccatum ueniale: id qđ eſt falſum. Secũda uero pars, ſ. ſed requiritᷣ &c. præſupponitᷣ clara à ſufficiẽti diuiſione in præcedẽti contextu facta; & declaratᷣ in contextu ſubſequẽti, ſ. puta cùm aliquis hoc modo &c. vſque ad ly quod tamẽ nõ ſufficit.

¶EXAM. Ly quod tñ non ſufficit ad remiſſionem peccati mortalis; niſi quantũ ad peccata oblita poſt diligentẽ inquiſitionẽ. Hoc eſt. Ad remiſſionẽ peccati mortalis neceſſariò requiritur: ꝙ homo actualiter peccatũ mortale commiſſum deteſtetᷣ, quantũ in ipſo eſt, i. quod diligentiã adhibeat ad rememorandũ ſingula peccata mortalia, vt ſingula deteſtetur. Hoc eſt (ut uerbis Concilij Tridẽ. ſeſſ. 14. c. 5. vtar) exigitᷣ: vt pœnitens quiſque diligentiùs ſe excutiat, & cõſcientiæ ſuę ſinus omnes, & latebras exploret ad hoc; ut ea omnia peccata, quibus Dominum Deum ſuum mortaliter offendit, meminerit. Ly niſi quãtum ad peccata obligata, poſt diligẽtem inquiſitionẽ. Hoc quędã declarãtibi ſit dicto rũ in q.20. ar.3. circa remiſſionẽ mortaliũ oblitorũ. Vide ibi & Cõcil.

1m de minori.

Sine tali propoſito. R. Scilicet abſtinendi ab omnibus uenialibus. §. Tunc nihil &c. Ad hoc enim, quòd pœnitens de uenialibus remiſſionem

---

Margin notes: * Sot. 4. ſ. d. 15. q. 2. ar 1. — 207 Inf. art. 2. ad 2. & 3. & artic. 3. cor. Et 4. diſt. 16. q. 2. art. 2. q. 2. ad 1. Et d. 21. q. 2. a 1. cor. Et Mal. q. 7. ar. 12. cor. — † q. 84. art. 10. ad 4. argum. — * 1.2. q. 71. & 2.2. qõ. 24. artic. 8. ad 2. — * In lib. de medicina pœn. Et lib. de veritate pœnit. c. 2. to. 9. — * q precęd. art. 2. & q. 86. art. 4. — * 1.2. q. 109 art. 8. & q. 74. artic. 3 ad 2. — * Diligẽter nota ly ꝙ tñ nõ ſufficit &c. vſq; in fin.

sionem consequatur, requiritur; quòd habeat propositum abstinẽdi à singulis: & sic, cùm simul proponat cauere de futuro uenialia, secundùm quòd sibi possibile est, sua displicentia de præterito habet rationem veræ pœnitentiæ. Quod eò magis pro uero tenendum est: quantò videmus, in pœnitentia mortalium peccatorum nil aliud, quantum ad propositum animi pœnitentis, requiri; nisi quòd proponat cauere de futuro mortalia, secundùm quòd sibi possibile est. Vtrobique siquidem propositum veræ pœnitentis est de eo, quod sibi est possibile; subintellecta tamẽ pro mortalibus, & venialibus, proportione diuersa. Nam homo in gratia constitutus potest &c. vt in textu. Ex quo dic à simili, quòd in pœnitentia, quę est sacramentum, requiritur: quòd homo confitens uenialia tenetur proponere, cauere de futuro ab illis venialibus in confessione explicatis, secundùm quòd sibi possibile est. Intellige tamen hoc stando semper intra limites venialium. Quod dico ad cuiusdam erroneam conscientiam, ne s. credideris: quòd teneatur quis abstinere à veniali, postquàm de illo confessus est, tanquàm à mortali; putans, s. quòd illud veniale, si in ipsum recidat, fit sibi mortale. Hoc enim falsum est; & faciens esse periculosum, & illaudabile id, quod de se est vtile, securum, & laudabile. Nam confiteri venialia est commendabile, rectum, & utile; secundùm Concil. Trident. sess. 14 cap. 5. quod tamen ualde periculosum, atque nociuum esset; si confitenti illud pro veniali, fieret mortale, si in ipsum recideret. Adde: quòd, hoc dato, abstineret fere omnis à confessione venialium; & tanto magis, quanto esset benè timoratus, & tãquam à facie colubri fugiens pericula cadendi in peccatum mortale: cùm tamen Concilium Trident. loco eod. verè (sicut & vbique) dicat; quòd piorum hominum vsus in confessione sacramentali dicit peccata venialia. Illud ergo propositum de cauendis venialibus, quod textus docet, intelligendum est formaliter (more Thomistico) id est, vt venialia sunt: & sic conscientia illa erronea fugatur, & tranquillitas animi confitentis ea seruatur, & sententia Concilij vtraque per experientiam vera esse comprobatur. Porrò, quòd confitens venialia, si ipsorum sit in confessione consecuturus remissionem, teneatur necessariò habere tunc propositum cauendi de futuro, vt ex textu declarauimus; patet ex hoc: quia aliàs esset irrisor, & non pęnitens; iuxta determinata in q. 25. art. 10. ad quartum. Quæ licet principaliter de mortali intelligantur: tamen etiam de veniali, vt ratio locum illum considerans dictat, suo modo verificantur.

D. 397.

proponat abstinere ab omnibus, & singulis peccatis mortalibus, sed ad pęnitentiam peccatorum venialium requiritur, ꝙ homo proponat abstinere a singulis, non tamen ab omnibus: quia hoc infirmitas huius vitæ non patitur: debet tamen habere propositum se pręparandi ad peccata venialia minuenda, alioquin esset ei periculum deficiendi, cum desereret appetitum proficiendi, seu tollendi impedimenta spiritualis profectus, quæ sunt peccata venialia.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ passio pro Christo suscepta, sicut suprà * dictum est, obtinet vim baptismi: & ideo purgat ab omni culpa, & veniali, & mortali, nisi actualiter voluntatem peccato inuenerit inhærentem.

AD TERTIVM dicēdum, quòd feruor charitatis virtualiter implicat displicentiam venialiũ peccatorum, vt suprà * dictum est.

ARTI-

¶ NOT. Cæterùm vigilantissimè notabis, & tibi de magno periculo illo timens seruabis, vltima verba textus, s. Debet tamen habere propositum se præparandi ad peccata venialia minuenda: alioquin esset ei periculum deficiendi, cum desereret &c. Ex quo patet: quanta sit cęcitas, & quantum periculum eorum (maxime si religiosi sint): qui pro minimo, seu nihilo ducunt, abstinere à peccatis uenialibus; qui, vbi aliquid non esse peccatum mortale, sed solùm veniale æstimauerint, mox nullo fręno adhibito ad faciendum illud currunt; vel etiam (quod maioris & cęcitatis, & periculi, argumentum est) qui de facto, aut quasi, qui aperte, aut quasi in occulto, derident eos; quos pro vitandis venialibus solicitos esse uiderint: vel saltem tales ideò in minori precio habent. Nota ibid. quòd ly esset ei periculum deficiendi, cùm desereret appetitum proficiendi, est idem in sensu cum illa vulgatissima D. Bernardi sententia, eam aliqualiter declarans, s. In via Dei non progredi est retrogredi. Notent ibid. religiosi, qui semper habere animum tendendi ad perfectionem tenentur, 2. 2. q. 186. artic. 2. ad tertium, & art. 2. quòd ipsi maximè inter alios tenentur vitare peccata uenialia, semperq́; habere propositum se præparandi ad minuenda illa. Hoc siquidem (vt patet in plana serie textus) importat appetitum proficiendi: quantum s. ad declinare à malo. Nam quantum ad aliã partem iustitiæ, quæ est facere bonum, secundùm quam etiã tenentur religiosi habere animum proficiendi, non loquit͂ præsens textus. Denique quanti sit existimatum à sanctis Doctoribus apponere magnam curam ad cauendum venialia, ipsaq́; cauere; & consequenter quantæ cęcitatis, & in quanto periculo, sint supradicti de venialiũ vitatione parum vel nihil curantes; intelligi aperte datur ex verbis Diui Thomæ in quolib. 11. ar. 9. ad tertiũ, quę sunt hæc. Non solùm quis debet subire mortem, antequàm peccet mortaliter; sed etiam antequàm peccet venialiter. Quia peccatum, inquantum peccatum, nunquam est eligibile. Si enim esset eligibile; nunquàm esset peccatum. & sic non peccarem; si facerem. Hæc ibi.

* q. 66. artic. 11.

* q. 79. artic. 9.

2^m de maiori. Sine actuali. ℞. Vel virtuali. §. Vt declaratur in tex. corp. puta cum aliquis hoc modo &c. Tũc nihil &c. Nam in eo, qui dormiens occideretur propter Christum, intelligitur adesse uirtualis displicentia peccatorum venialium; & hoc ex virtute ipsius actus passionis pro Christo. Nam passio pro Christo suscepta, q. 7. art. 11. obtinet vim &c. ut in tex.

3^m de conclusione. Quem contingit esse sine actuali. ℞. Non tamen sine uirtuali. §. Loquendo de feruore tali; qualem describit tex. corp. ly puta, cum aliquis hoc modo &c. Tunc nihil &c. Nam ad deletionem venialium sufficit virtualis (vt dixit cõclusio tertia): licet non sufficiat ad mortalium, nisi forte oblitorum post diligentem inquisitionem.

## APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationẽ ostendas, meritò esse insinuatũ à scripturis, Papa, & August. ꝙ veniale peccatũ non potest remitti sine pęnitentia. A D. August. quidem: vt ponitur in arg. contr. A Papa Bonifacio autẽ per hoc; ꝙ in sexto, de reg. iuris, reg. 5. dicit: Peccati venia non datur, nisi correcto. Per correctum. n. intelligit pęnitentem: secundũ illud B. August. quod recitatur 23. q. 7. cap. vlt. Quomodo (inquit) gaudebis, te esse correctum; nisi doleas, te fuisse peruersum? Idem ergo est ly nisi correcto; ac si diceretur, nisi dolenti de peccato suo, i. nisi pęnitenti. Et loquitur regula de peccato sine additione aliqua. i. non determinando se ad mortale aut veniale; sed in cõmuni, hoc est, de peccato, vt peccatum est. Tãquàm si dixisset. Nec mortalis, nec uenialis, nec originalis (dũmodò sit adultus ille, qui habet originale) peccati venia datur; nisi pœnitenti, i. dolenti de peccato cum proposito emendationis, q. 27. art. 1. Ratio autem illius regulæ (inquit glossa ibi) est: quia actus actiuorũ non fiunt nisi in patiente bene disposito: vt ait Philos. in Metaph. A scripturis verò idipsum insinuatur per hoc, ꝙ uniuersaliter dicũt Rom. 13. quæcũque à Deo sunt, ordinata sunt. Hoc est: cõuenientia sunt. Ab oppositis ergo denotãt: ꝙ inconuenientia nõ sunt à Deo, seu ꝙ Deus nũquàm facit illa, quæ sunt inconuenientia. Cùm igitur inconueniens, immo & maxime inconueniens, vtpote contradictoriorum, sit hoc. s. veniale remitti sine pęnitentia (vt patet in coroll. ante concl. 3.) sequitur manifeste; ꝙ scriptura illa Rom. 13. si ad particulare præsentis articuli propositũ applicetur, dicit: ꝙ à Deo nunquam potest esse remissio peccati uenialis sine interiori pœnitentia. Vide aliquid simile q. 27. art. 3. appen. Secundò uides: quomodo ex ijs benè pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

---

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN 1. artic. q. 87. dubium duplex occurrit. Primum circa literam: vbi dicitur, Exigitur ad remissionem peccati mortalis, vt homo actualiter singula mortalia detestetur: videtur enim hoc falsum: tum quia detestatio vniuersalis sufficit ad gratiam: alioquin non posset homo peccator subito ingemiscendo, consequi gratiam: cum non possit homo tam subito rememorari singula peccata, tum quia detestari singula mortalia, aut intelligitur singulariter, aut in uniuersali: sed singulariter non potest intelligi, cum ridiculum uideatur etiam in confessione de singulis singillatim confiteri: si autem intelligitur uniuersaliter, sequitur quòd non erit opus rememorari singula.

¶ Alterum dubium est circa illud, s. uirtualis displicentia nõ sufficit ad remissionem peccati mortalis, nisi quantum ad oblita: uidetur enim hoc esse falsum: quoniã ex Domini sententia dimissa sunt peccatrici peccata multa, quoniam dilexit multum: constat enim quòd dilectio non est nisi virtualis displicentia.

¶ Ad horum euidentiam duplici utendum est dist. Prima de remissione peccatorum dupliciter, hoc est plenaria, uel quo ad culpam tantum, & regulariter, uel ex speciali gratia. Secunda est de displicentia peccati formali, uel uirtuali, & formali, generali, uel uniuersali. vocatur autem displicentia formalis, quæ formaliter est displicentia, quæ potest dupliciter contingere, scilicet ut sit uniuersalis, comprehendens s. omnia peccata commissa, cum uera uoluntate ab omnibus, & singulis abstinendi: & hoc potest esse in momento, & est contritio sufficiens ad remissione in infinitorum peccatorum mortalium: quia sufficit ad gratiam habendam quantum est ex parte

ex parte hominis, juxta illud Ezech. In quacumque hora ingemuerit peccator, &c. & talis displicentia videtur fuisse in latrone, & crebro accidere creditur his, qui verè conuertuntur ad Deum post multa crimina, alio autem modo contingit displicentia formalis, cum homini displicet se peccasse, ita quòd & omnia, & singula sua peccata in generali sibi displicent, & vellet in ea amplius non incidere, non tamen peruenit ad hoc, quòd uerè vult, seu proponit amplius non incidere, & hæc non sufficit ad remissionem peccati mortalis: virtualis autem displicentia vocatur, quæ non est formaliter displicentia, sed est formaliter alius actus, puta dilectio Dei, tantæ vis, vt ex eo nata sit sequi displicentia peccati, ita quòd si tunc occurreret memoria peccati, ex ui illius actus sequeretur formalis displicentia peccati: & sic omnis actus dilectionis Dei ex charitate procedens, potest dici virtualiter displicentia peccati mortalis.

¶ His prælibatis ad primum dubium dicitur, ꝙ verba Auctoris vera sunt de peccati mortalis remissione plena, & regulari: quoniã regularis non fit remissio peccati mortalis, quo ad culpam & omnem pęnam, nisi homo quantum in se est, detestetur singula mortalia: sicut in singulis plus sibi indulsit, quàm debuit.

¶ Cum autem quæritur, an de singulis singillatim &c. respondetur quòd hoc potest dupliciter intelligi; vel quòd cuilibet peccato singillatim debeatur sua propria detestatio, ita quotquot fuerunt peccata, tot oporteat esse detestationes, & satisfactiones, & hoc est ridiculum asserere, cum nec etiam confitendo, oporteat tot esse actus in confitendo quot sunt peccata: contingit enim vnico actu confiteri mille fornicationes: vel quòd quodlibet peccatum terminet detestationem, seu satisfactionem. Et hic est sensus literæ, ita quòd sicut in confessione dum peccator dicit, Peccaui millies in fornicatione, iste vnicus confessionis actus terminatur actualiter ad singulas mille fornicationum, ita quo ad actus interiores dum peccatori displicent mille fornicationes, actualiter detestatur singulas, illo vno, & eodem actu. Et ad hoc seruit inquisitio diligens ad rememorandum, cuius litera meminit: nam oblita, seu non occurrentia peccata in seipsis, sicut actualiter non adsunt ante mentem peccatoris, ita nec actualiter terminant detestationem, seu displicentiam, & hæc non actualis terminatio suppletur, quo ad plenam remissionem ex vniuersali displicentia, detestatione, ac satisfactione, quæ virtualiter includeret satisfactionem, quæ debetur huiusmodi non occurrentibus.

¶ Ad secundum dubium dicitur, ꝙ Auctor loquitur de plena remissione & regulariter: quoniam plena remissio regulariter exigit contritionem, & confessionem singulorum, vbi oportet adesse displicentiam formalem, & non solum virtualem. Magdalenæ autem displicentiam formalem licet non legamus, sed virtualem tantum in actu dilectionis, & fidei: lachrymæ tamen formali displicentiæ attestantur. In cuius signum cum post resurrectionem Lazari pedes Domini iterum vngeret, & capillis tergeret, lachrymæ non affuerunt, quia iam peccatrix non erat: Dominus autem originalem, seu principalem actum, qui est causa displicentiæ formalis, pro causa emissionis adducens, non exclusit proximum actum displicentiæ formalis: quàmuis si ex speciali dono Dei sola displicentia virtualis affuisset, sufficienter saluatur concursus pœnitentiæ implicite, & virtualiter.

¶ In responsione ad secundum, aduerte, idem esse iudicium de dormiente occiso pro Christo, vel baptizato, quod intelligo ẜm merita secundarũ causarum. Nam si quis iuisset dormitũ cum proposito dicendi mane mendacium officiosum, & interim dormiens occideretur pro Christo, crediderim ego ex diuina largitate etiã illius peccati plenissimam remissionem per martyrium consequi, quamuis per baptismum illius remissionem non consequeretur, propter voluntatem actualiter actualitate virtuali peccato inhærentem.

¶ In responsione ad tertium, circa materiam argumenti, scilicet peccatum veniale opponi feruori charitatis, Durandus in 4. senten. dist. 16. q. 1. art. 2. occurrit, dicens hoc esse falsum: tum, quia nec formaliter, nec consecutiue opponitur feruori charitatis. Et quòd non formaliter, probat, quia nec mortale peccatum opponitur formaliter charitati: quoniam consistit vtrumque in deordinatione actus, cui formaliter opponitur reordinatio actus. Quòd verò nec consecutiuè probat ex differentia inter mortale, & ueniale in hoc: quia mortale non stat cum charitate; & ideo opponitur consecutiuè illi, veniale autem stat cum charitatis feruore: & ideo nec consecutiuè opponitur illi: tum, quia charitatis feruor non delet ueniale sine displicentia: sola autem displicentia sine tali feruore illud delet.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ argumentum supponit vnum falsum, s. peccatum mortale non opponi formaliter charitati: nam licet charitati habituali peccatum mortale non opponatur formaliter (quia actus non opponitur formaliter habitui) sed demeritoriè: quia peccans mortaliter meretur priuari charitatis habitu, idem tamen mortale peccatum, quatenus diuino opponitur bono, actusque est inimicitiæ ad Deum, formaliter opponitur amicitiæ ad Deum. Et propterea sicut actualis inimicitia opponitur formaliter actuali amicitiæ, ita peccatum mortale opponitur formaliter actui charitatis, qui est actualis amicitia ad Deum: vnde deordinatio actus peccati mortalis primo importat deordinationem contrariè respectu diuinæ amicitiæ: quia hic primo habet rationem peccati mortalis, vt patet ex hostili pœna hinc sibi debita, & secundario habet deordinationem respectu moralis ordinis, ac per hoc ordinatio, cui formaliter opponitur mortale peccatum, est ordinatio amicitiæ diuinæ, quam constat esse charitatem. Quocirca peccatum veniale, cum in hoc differat à mortali, quòd mortale est contra diuinam amicitiam, veniale autem est præter illam: bene dictum est ab Auctore, quòd opponitur feruori charitatis: pro quanto retardat affectum hominis ab his, quæ sunt promptæ amicitiæ officia.

¶ Et cum dicitur, ꝙ cõpatitur secum feruorem charitatis, respondetur ꝙ licet compatiatur secum aliquem feruorẽ charitatis, non tamen omnẽ, in cuius signũ feruor patrię nullũ compatitur veniale.

¶ Et si instetur, quis est ille feruor in hac vita, qui non compatitur secum veniale? respondetur, quòd est ille, qui virtualiter claudit in se displicentiam omnis retrahentis à diuinæ ardore amicitię, siue charitas habitualis sit magna, siue parua: quod patet ex eo quod talis actualis feruor affectus ex charitate, si verè habetur, delet omne veniale, ita quòd pro tunc sic affectus homo est sine omni veniali quo ad culpam.

¶ Ad secundam autem obiectionem dicitur, ꝙ non est ex insufficientia feruoris charitatis, ꝙ mediante displicentia deleat veniale, sed hoc est ex ordine causarum, & effectuum; sicut non est ex insufficientia charitatis, quòd mediante pœnitentia deleat mortale.

¶ Quod autem dicitur, ꝙ sola displicentia sine tali feruore delet veniale, potest bene, & male intelligi: si enim intelligatur sine feruore actus eliciti à charitate, tunc quodammodo est verum, & quodammodo falsum: verum quidem quo ad hoc, quia sine tali feruore causante, displicentia à charitate impetrata delet veniale: falsum autem quo ad hoc, quòd huiusmodi displicentia omnino sit absoluta à tali feruore: quoniam disponit, seu parat affectum promptiorem ad talem charitatis feruorem, sicut veniale retardabat ab huiusmodi feruore: si uerò intelligatur per feruorem talem feruor cuiuscumque actus à charitate quomodolibet procedentis, sic male intelligitur, quia displicentia non nisi charitate informata delet veniale, vt inferius artic. 4. patet. huiusmodi enim displicentia, quia deletur veniale, quidam charitatis feruor est: feruet enim per eum charitas ad consumptionem uenialium impedientium, seu retardantium affectum à motu erga ea, quæ Dei sunt.

---

Sen. 4. s. d. 15. q. 2. art. 2.
Capr. 4. d. 16. q. 1. con. 1.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum ad remissionem uenialium peccatorum requiratur gratię infusio.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ ad remissionem venialium peccatorum requiratur gratiæ infusio. Effectus enim non est sine propria causa: sed propria causa remissionis peccatorum est gratia: non enim ex meritis propriis peccata hominis remittuntur: vnde dicitur Ephes. 2. Deus, qui diues est in misericordia propter nimiam charitatẽ suam qua dilexit nos, & cũ essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis. ergo peccata venialia non remittuntur sine gratiæ infusione.

¶ 2 Præt. Peccata venialia non remittuntur sine pęnitentia: sed in pęnitentia infunditur gratia, sicut & in aliis sacramentis nouę legis. ergo peccata venialia non remittuntur sine gratiæ infusione.

¶ 3 Præt. Peccatum veniale maculã quandam animæ infert: sed macula non aufertur nisi per gratiam, quæ est spiritualis animæ decor. ergo videtur quòd peccata venialia non dimittantur sine gratiæ infusione.

SVPER Q. XXVIII. Aliàs 87. Art. II.

208

Sup. q. 65. art. 1. ad 8. & inf. pręsenti q. ar. 3. cor. Et artic. 4. ad 2. Et 4. di. 16. q. 2. art. 2. q. 1. Et Mal. q. 7. ar. 11. cor. & ad 14. & art. 12. cor. & ad 1.

CONCL. 1. Ad hoc, ꝙ peccatũ veniale tollatur, non requiritur, ꝙ infundatur aliqua habitualis gratia: sed sufficit aliquis motus gratiæ, vel charitatis ad eius remissionẽ.

¶ PROB. Quia habitualis gratia nõ contrariaẗ peccato veniali (vt patet ex eo: ꝙ peccatũ veniale nõ contrariatur habitui gratię, 1. 2. q. 89. ar. 1. item 2. 2. q. 24. art. 10.). & vnũquodq; tollitur per suũ oppositum (vt de se patet). Secunda autem pars, s. sed &c. probaẗ: Quia gratię vel charitatis motus aliq̃s, i. feruidus in Deũ, ar. 1. corp. contrariatur peccato veniali (vt patet ex eo ꝙ peccatum veniale retardat actũ eius): & vnumquodq; tollitur per suum oppositum.

¶ CONCL. 2. Quãdocum-

SED

cumque gratia de nouo infunditur; peccata uenialia remittuntur.

¶ Prob. Quia non contingit infusionem gratiæ dari in adultis, sine motu liberi arbitrij in Deum & in peccatũ. (Vide in q. 27. art. 6. ad primum, Concilium Trid.)

## 1^m de maiori.

Sine propria causa. ℞. Vel aduenięte de nouo; vel faciente de nouo aliquẽ actum. §. Ex quo, scilicet postea sequitur effectus. Tunc nihil &c. Nam etiã remissio peccatorum uenialium &c. vt in tex. Qui subtiliter innuit, q mortalia non remittuntur sine noua infusione gratię, ad differentiam venialium.

†2.2.q.24. art.10.

## 2^m de maiori.

Sine pœnitentia. ℞. Virtute. §. Tunc nihil &c. Minor.n. transit ad loquendum de pœnitentia in alio sensu, s. vt est sacramentum. Quòd si vellet loqui de pęnitentia virtute; tunc esset falsa vniuersaliter. Non enim in quolibet actu virtutis infundĩ gratia:

*1.2.q.88. art.1. & in 2.2. q. 24. art.10.

## 3^m de minori.

Nisi per gratiam. ℞. Vel de nouo infusam; vel de nouo producentem aliquem actum feruidum. §. Tunc nihil &c. Nam ad abstersionem maculæ à peccato ueniali aliqualiter superinductæ decori animæ iustificatę sufficit; quod gratia de nouo producat actũ feruidum. Secus autem est: si loqueremur de macula simpliciter, i. per priuationem in textu declaratam. Vide 1. 2. quæst. 89. artic. 1.

Sed contra est, quòd peccatum veniale aduenieus, nõ tollit gratiam, neque etiam diminuit eam, vt in secunda † parte habitum est. ergo pari ratione ad hoc quòd peccatum veniale remittatur, non requiritur nouæ gratiæ infusio.

Resp. Dicendum, q vnũquodq; tollitur per suum oppositum. Peccatum autẽ veniale non contrariatur habituali gratiæ, vel charitati, sed retardat actum eius inquantum nimis inhæret homo bono creato, licet nõ contra Deum, vt in secunda † parte habitum est. & ideo ad hoc q peccatum veniale tollatur, non requiritur q infundatur aliqua habitualis gratia: sed sufficit aliquis motus gratiæ, vel charitatis ad eius remissionem. Quia tamẽ in habentib. vsum liberi arbitrii, in quibus solis possunt esse venialia peccata, non contingit esse infusionem gratiæ sine actuali motu liberi arbitrii in Deũ, & in peccatũ. ideo quandocũq; de nouo gratia infundiĩ, peccata venialia remittũtur.

Ad primum ergo dicendum, quòd etiam remissio peccatorum venialium est effectus gratiæ, per actũ, scilicet quem de nouo elicit: non autem per aliquid habituale de nouo animæ infusum.

Ad secundum dicendum, q peccatum veniale nunquam remittitur sine aliquali actu pęnitentię virtutis, explicito, s. vel implicito, vt s. dictum † est: potest tamẽ remitti peccatum veniale sine pęnitentiæ sacramento, quod in absolutione sacerdotis formaliter perficitur, vt suprà * dictum est. & ideo non sequitur q ad remissionem venialis peccati requirat̃ gratiæ infusio: quæ licet sit in quolibet sacramento, non tamen est in quolibet actu virtutis.

Ad tertium dicẽdum, quòd sicut in corpore contingit esse maculam dupliciter, vno modo per priuationem eius, quod requiritur ad decorem, puta dèbiti coloris, aut debitæ proportionis membrum; alio modo per superindistinctioné alicuius impedientis decorem, puta luti, aut pulueris, ita etiã animę inducitur macula vno modo per priuationem decoris gratiæ per peccatum mortale, alio modo per inclinationem affectus inordinatam ad aliquid temporale: & hoc fit per peccatum ueniale. & ideo ad tollendam maculam peccati mortalis requiritur infusio gratiæ: sed ad tollendam maculam venialis peccati, requirit̃ aliquis actus procedens ex gratia, per quam remoueatur inordinata adhęsio ad rem temporalem.

A P- / A R T I-

### APPENDIX.

Ex art. habes primò, quo modo per rationẽ ostendas, meritò esse insinuatũ à Concilio Trid. q ad remissionẽ peccatorum venialium nõ requiritur noua gratiæ infusio. Vt per hoc: q. ĩ dicit sess. 6. cap. 11. Licèt in hac mortali vita, quãtumuis sancti & iusti, in leuia saltẽ & quotidiana, quæ etiã venialia dicunĩ peccata, qñque cadant; non propterea desinũt esse iusti. Nam iustorum illa vox est, & humilis & verax, Dimitte nobis debita nostra. Hęc ibi. Patet. n. his verbis, denotari; q peccatũ ueniale stat simul in eodem subiecto cũ gratia iustificante: & consequenter ẽx necessario patet, q ad remissionẽ venialis non exigitur, q de nouo gratia infundatur; cùm iam & infusa habeatur, anteq̃ veniale committatur, & infusa perseueret, postq̃ veniale cõmissum est. Nũquam ergo deleret̃ veniale; si nil aliud, nisi gratia infusa requireretur. Oportet igitur dare aliqd aliud, vltra gratiã ipsam; quo dato veniale deleatur. Hoc verò aliud nõ est noua gratiæ infusio; quia gratia (vt diximus) iam habetur. Vnde si rõne gratiæ, vt sic, deleret̃; iam deletũ esset, anteq̃ gratia illa de nouo adueniret. Sicut ergo (vt colligamus oĩa in vnũ) peccatũ ueniale iustis adueniens non tollit gratiã: ita, è contrà pari rõne, ad hoc, q veniale remittaĩ, non requiriĩ noua gratiæ infusio. Secundò uides: qũo ex ijs bene pens. & appl. doct. &c.

Vtilitas pro Eccle. S. Dec.

†ar. præce.

## Comm. Cardinalis Caietani.

In art. 2. eiusdem quæst. aliquid occurrit notandum, & aliquid dubitandum. Diligenter siquidẽ notandum est, ab Auctore hic expresse haberi, quod superius diximus de effectu eucharistiæ, s. quòd non infunditur noua gratia, nec augetur per illam sine actu liberi arbitrij disponente ad susceptionem, seu augmentum: dicitur enim hic, quòd non cõtingit esse infusionem gratiæ in adultis sine actuali motu liberi arbitrij in Deum, & in peccatum; & proportionaliter intelligendum est, de augmento gratiæ.

¶ Dubitandum autem occurrit de illata ex prædicta sententia, conclusione s. ideo quandocumque de nouo gratia infunditur peccata uenialia remittuntur. Et est ratio dubij: tum, quia non omnis actus charitatis remittit peccata venialia: tunc quia non omnis detestatio peccati remittit peccata venialia. Verumque tamen videtur sequi ex hac illatione, si bona est: quoniam ex concursu actus liberi arbitrij in Deum, & in peccatum, infertur quòd infusio gratiæ remittit venialia.

¶ Ad horum euidentiam sciendum est, ad remissionem venialium quattor concurrere, duo ex parte causæ, & duo ex parte effectus. Exigitur enim ad remissionem venialium ex parte causæ, & quòd homo sit in gratia, & quòd actualiter utatur illa. Et primum quidem habes ab Auctore in articulo vltimo huius quæstionis: quia sola gratia; Dei est remissiua peccati: secundum autem habetur in articulo præcedenti, & pluries repetitur in hac quæstione: & quoniam primum potest esse sine secundo, ideo gratia compatitur secum peccata venialia: secundum autem, quod non potest esse sine primo, non sic accipiendum est, quasi quilibet actus charitatis deleat uenialia: quoniam hoc esse falsum, ex eo probatur quòd sequeretur, peccata venialia regulariter deleri sine displicentia tam actuali, quàm virtuali: multi enim sunt actus charitatis neutram displicentiam annexam habentes, quales sunt actus non feruentes religionis &c. ab habente charitatem eliciti. intelligendum est ergo, quòd ad deletionem venialium vltra habitum gratiæ requiritur actus charitatis virtualiter, vel formaliter inferens displicentiam venialium, vt ex primo artic. quæstionis huius habere potes. Et propterea quæcumque remissiua dicunt peccatorum venialium, ad dictam displicentiam conducunt, vt patet etiam inducendo per illa tria quæ in tertio articulo numerantur remissiua venialium. nam in tertio subintelligitur displicentia virtualis, in secundo displicentia formalis: in primo autem displicentia formalis communiter videtur, si gratia infunditur, aut uirtualis, si gratia augetur.

¶ Ex parte autem effectus consideratur primo remissio culpæ, & secundario remissio pœnæ. Et culpa quidem remittitur secundum Auctorem in tertio ad tertium, tum virtute alicuius satisfactionis, tum virtute charitatis, cuius actus excitatur. quòd sic intelligo: per satisfactionem enim aliquam intelligo aliquem illorũ actuum, quos pœnitentiæ virtus Deo reddit pro recompensatione peccati quo ad culpam, puta displicentiam, seu dolorem, confessionem interiorem, vel subiectionem, vel aliquid huiusmodi. non enim tam exacta requiritur pœnitentia in remissione culpæ uenialis, qualis de remissione mortalium superius descripta est. Pœnæ uerò remissio iuxta quantitatem feruoris in litera eadem quantificatur ab auctore, & bene: ita tamen ut per feruorem intelligas non solum feruorem actus eliciti à charitate, sed etiam actus imperati ab eadem, puta displicentiæ, seu detestationis peccati: iuxta feruorem siquidem alterius eorum, quicumque sit ille, plus vel minus remittitur pœna venialium.

¶ Ad obiectionem in oppositum, dicitur q ex litera non sequitur id, quod obijciendo infertur: sed solummodo quòd detestatio peccati, & actus charitatis interuenientes in infusione gratiæ, delent venialia. Constat autem quòd detestatio, quæ assequitur infusionem gratiæ, non est qualiscumque detestatio: sed talis, & tanta vt diuinæ mereatur præsentiam gratiæ. Et similiter actus charitatis, seu fidei formatæ in Deum, non est quicumque charitatis actus, sed ex tali, ac tanto conatu prouenieus, vt diuinæ adsit infusio gratiæ: in huiusmodi enim detestatione peccati

& motu in Deum interuenit saltem uirtualiter detestatio, & uenialium grauiorum, quæ disposuerunt ad mortalia, & uenialium, qui impedierunt accessum ad hanc mutationem dexteræ Excelsi. & communiter interuenire etiam uidetur dolor de offensa Dei in communi, in quo clauditur detestatio uenialium in genere. rarò enim vel nũquam accidere videtur, accidentibus ad sacramenta, ut doleant præcise de mortali peccato, communiter enim in cõmuni peccatorum dolor occurrit.

Sec. 4. s. d. 15. q. 2. ar. 3.
Capr. 4. d. 16. q. 1. con. 2.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum venialia peccata remittantur per aspersionem aquæ benedictæ & c. huiusmodi.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd venialia peccata nõ remittantur per aspersionẽ aquæ benedictæ, & episcopalem benedictionem, & alia huiusmodi. Peccata.n. venialia non remittuntur sine pœnitentia, vt dictum † est: sed pœnitẽtia per se sufficit ad remissionem venialium peccatorum. ergo ista nihil operantur ad huiusmodi remissionem.

¶ 2 Præt. Quodlibet istorum eãdem relationem habet ad vnum peccatum veniale, & ad omnia. Si ergo per aliquod istorum remittitur aliquod peccatum veniale, sequitur, quòd pari ratione remittantur omnia: & ita per vnam tũsionem pectoris, vel per vnam aspersionem aquæ benedictæ, redderetur homo immunis ab omnibus peccatis venialibus, quod videtur inconueniens.

¶ 3 Præt. Peccata venialia inducunt reatum alicuius pœnæ, licet temporalis: dicitur enim 1. Cor. 3. de eo, qui superædificat lignum, fœnum, & stipulam, quòd saluus erit, sic tamen quasi per ignem: sed huiusmodi, per quæ dicitur peccatum veniale dimitti, vel nullam vel minimam pœnam in se hñt. ergo non sufficiunt ad plenã remissionem venialiũ peccatorum.

SED CONTRA est, quod † Aug. dicit in lib. de Pœnitentia, quòd pro leuibus peccatis pectora nostra tundimus, & dicimus, Dimitte nobis debita nostra. & ita videtur quòd tunsio pectoris, & oratio Dominica causent remissionem venialiũ peccatorum. & eadem ratio videtur esse de aliis.

RESP. Dicendũ, quòd (sicut † dictum est) ad remissionem venialis peccati non requiritur nouæ gratiæ infusio; sed sufficit aliquis actus procedẽs ex gratia, quo aliquis detestetur peccatũ veniale, vel explicitè, vel saltẽ implicitè: sicut cũ aliquis feruenter mouetur in Deum. & ideo triplici rõne aliqua causant remissionẽ venialium peccatorum. Vno modo, inquantũ in eis infunditur gratia: quia per infusionẽ gratiæ tolluntur venialia peccata, vt s. dictum * est. & hoc modo per eucharistiã, & extremã vnctionem, & vniuersaliter per omnia sacramenta nouæ legis, in quibus confertur gratia, peccata venialia remittuntur. secundum, inquantum sunt cum aliquo motu detestationis peccatorum. & hoc modo confessio generalis, tunsio pectoris, & oratio Dominica, operantur ad remissionem venialium peccatorum. nam in oratione Dominica petimus, Dimitte nobis debita nostra. Tertio modo inquantum sunt cum aliquo motu reuerentiæ in Deum, & ad res diuinas. & hoc modo benedictio episcopalis, aspersio aquæ benedictæ, quælibet sacramentalis vnctio, oratio in ecclesia dedicata, & si aliqua alia sunt huiusmodi, operantur ad remissionem venialium peccatorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnia ista causant remissionem peccatorum venialium, inquantum inclinant animam ad motum pœnitentiæ, qui est detestatio peccatorũ, vel implicitè, vel explicitè.

AD SECVNDVM dicendum, quòd omnia ista quantũ est de se, operantur ad remissionem omniũ peccatorum venialium: potest tamẽ impediri remissio, quantum ad aliqua peccata venialia, quibus mens actualiter inhæret: sicut & per fictionem interdum impeditur effectus baptismi.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd per prædicta tolluntur quidem peccata venialia quantum ad culpam, tum virtute alicuius satisfactionis, tũ etiam virtute charitatis, cuius motus per prædicta excitatur. Non autem per quodlibet prædictorum semper tollitur totus reatus pœnæ: quia sic, qui esset omnino immunis à peccato mortali, aspersus aqua benedicta, statim euolaret: sed reatus pœnæ remittitur per prædicta secundũ modum feruoris in Deum, qui per prædicta excitatur, quandoque magis, quandoque autem minus.

SVPER Q. XXVIII.
Aliàs 87. Art. III.

209 — Sup. q. 65. art. 1. ad 6. & 8. & q. 83. ar. 2. ad 3. Et 4. di. 16. q. 2. art. 2. q. 4. & di. 17. q. 3. ar. 3. q. 3. & di. 21. q. 1. ar. 1. & 2. Et mal. q. 7. art. 12. † art. 1. huius quæst.

COncl. Triplici ratione, i. vna ex tribus, venialium remissionem aliqua causant.

¶ Prob. Quia aliqua operãtur ad remissionẽ peccati venialis rõne, qua sunt vel cum infusione gratiæ; vel cũ motu detestationis venialium; vel cũ motu reuerentiæ ad res diuinas (vt de his tribus declaratur in tex.)

¶ Coroll. Ergo tãdem redeunt oĩa hæc in vnũ, s. quòd per ea non remittitur peccatũ veniale, nisi adsit motus liberi arbitrij in Deum; & in peccatũ; illum reuerendo, illud detestãdo. Vide ar. 1. corp. fi. & art. 2.

1m illatio conclusionis. Ergo ista nihil &c. R. Negatur illatio. §. Ista.n. omnia, de quibus patet in textu corp. operantur inclinationem animæ ad motũ pœnitentiæ: & sic nunquam uenialia remittũtur sine pœnitentia.

2m de concl.e Remittãtur oĩa. R. Nisi impedimentũ adsit ex parte hominis recipientis. §. Tunc nihil &c. Nã omnia ista, quantum est de se &c. vt in textu. Ex quo cũ tex. ad primum dic: quòd triũ recipientium aquã benedictam unus cõsequi poterit, i. de facto consequet, remissionem decẽ venialiũ, alius quinque tantũ, alius autem nullius. Hæc uerò differẽtia inde fiet: quia unius mens omnia decẽ ex receptione aquæ benedictæ inclinata detestabitur, sed alterius tñ quinque: & alterius, tãq̃ omnino inconsiderati in his, quæ facit, mens ad nullum ueniale odiendum mouebitur, sed omnibus, vt priùs, actualiter inhærebit. Ideo, ne ex inconsideratione nostra & in his, & in cæteris sanctarũ rerum contactibus seu exercitijs, fructu bono aliàs inde reportando defraudemur: Ecclesia pia mater pro nobis orat, suoque exemplo orare nos docet, in quadam collecta dicẽs; Da, quæsumus Domine fidelibus tuis, ea, quæ profitentur agnoscere.

† In lib. de medici. pœnit. tom. 2.

† art. 1. huius quæst.

3m de concl.e Ad plenam remissionẽ. R. Pœnæ. §. Tunc nihil &c. Nã articuli conclusio principaliter intelligit de culpa. Ac si apertè dixerit. Triplici ratione aliqua causant remissionem venialium quantum ad culpã, tũm virtute alicuius satisfactionis &c. vt in textu.

### APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationem ostẽdas, meritò esse insinuatũ ab Ecclesia, Augustino, Papa, Euangelio, & Cõcilio; quòd per aquæ benedictæ aspersionem, per orationem Dominicam, tunsionem pectoris &c. deuotè exercita, dimittitur peccatũ veniale. A B. Augustino quidem: vt cum discursu ponitur in arg. contr. A sancta Ecclesia uerò per hoc quòd dicit in benedictione aquæ ly vt qui ea aspersus fuerit, liberetur à noxa. Et vniuersaliter, quæ ad prędicta cùm sint quædam supplicationes, possunt recte applicari, in quadam collecta dicit; Deus, cui nũquam sine spe misericordiæ supplicat. A Papa autem Alexandro I. Aquam sale cõspersam benedicimus; vt ea cuncti aspersi sanctificẽtur, ac purificent &c. Quantò magis aqua diuinis precibus sacrata coinquinatos sanctificabit? Hæc ille: vt recitatur, De consecr. dist. 3. cap. aquam. Vide suprà articulorum nume. 2. 35. cum Elucid. Ab Euangelio item Luc. 16. percutiebat pectus suum, dicens &c. descẽdit hic iustificatus in domum suam. A Concilio denique Trid. sess. 14. c. 5. Venialia in confessione taceri citra culpã, multisq; alijs remedijs expiari possunt. Hæc ibi. Secundò uides: quomodo ex ijs benè pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas ꝑ Ecclesia S. Dei.

Sec. 4. s. d. 15. q. 3. ar. 4.
Cap. 4. d. 16. q. 1. con. 3.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum veniale peccatum possit remitti sine mortali.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd veniale peccatũ possit remitti sine mortali: quia super illud Ioan. 8. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat, dicit quædam glos. quòd omnes illi erant in peccato mortali: venialia.n. eis dimittebantur per cæremonias.

SVPER Q. XXVIII.
Aliàs 87. Art. IIII.

210 — Inf. q. 90. art. 4. ad 3. Et 4. d. 16. q. 2. art. 3. q. 2. & 3.

COncl. Nullum veniale remittitur ei, qui est in peccato mortali.

¶ Prob. Quia existẽs in peccato mortali caret gratia Dei (vt patet); & remissio culpæ cuiuscumque nunquam fit,

ſit, niſi per virtutem gratiæ (vt patet in Roman. 4.)

1ᵐ ex Gloſ. Venialia. ℞. i. quædam irregularitates legales §. Tunc &c. Nam concluſio art. loquitur de veniali in alio ſenſu, ſ. de veniali culpa. Pro captu horũ, vide 1.2.q.103. ar. 2.

2ᵐ maior. Ad remiſſionẽ peccati venialis non requiritur gratię infuſio. ℞. Requiritur tamen aliquis gratię actus. § Tũc &c. Nam actus gratię nullus eſſe pôt in eo; qui ſubiacet peccato mortali.

3ᵐ illatio concluſionis. Ergo veniale pôt &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit n. ex præmiſſis in fallacia ſm non cauſam, vt cauſam, peccãtibus. Nam cauſa, cur veniale aliqđ poſſit remitti ſine alio veniali, non autem ſine mortali, non eſt diſtantia maior, vel minor, vnius ab altero (vt putat argũ): ſed vera huius rei cauſa eſt præſentia, & nõ præſentia, gratiæ. Et hoc eſt: quod intẽdit formaliter dicere textus p ly peccatum veniale non excludit omnem &c.

† art. præc. ad 2. & q. præc. ar. 3.

† q. præc. art. 6. & q. 86. art. 3.

ergo veniale peccatum poteſt remitti ſine mortali.

¶ 2 Præt. Ad remiſſionẽ peccati venialis non requiritur gratię infuſio, requiritur autem ad remiſſionẽ mortalis. ergo veniale peccatum poteſt remitti ſine mortali.

¶ 3 Præt. Plus diſtat peccatũ veniale à mortali, quàm ab alio veniali: ſed vnũ veniale poteſt dimitti ſine alio, vt dictum † eſt. ergo veniale poteſt dimitti ſine mortali.

SED CONTRA eſt, ꝙ dicitur Matt. 5. Amen dico tibi, non exies inde (.ſ. ex carcere, in quem intruditur homo pro peccato mortali) donec reddas nouiſsimũ quadrantẽ: per quẽ ſignificatur veniale peccatũ. ergo veniale peccatum non remittitur ſine mortali.

RESP. Dicendũ, ꝙ ſicut ſ. † dictũ eſt, remiſſio culpæ cuiuſcũque nunquam fit niſi per virtutem gratiæ: quia, vt Apoſt. dicit Rom. 4. ad gratiam Dei pertinet, ꝙ Deus alicui non imputet peccatum, quod gloſ. ibi exponit de veniali.* Ille autem qui eſt in peccato mortali caret gratia Dei. Vnde nullum veniale ſibi remittitur.

*Gl. interlin. ibidem ſup illud, Beatus vir cui nõ imputauit Dominus peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ venialia ibi dicuntur irregularitates, ſiue immunditię, quas contrahebant ſecundùm legem.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ licet ad remiſſionem peccati venialis non requiratur noua infuſio habitualis gratiæ, requiritur tamen aliquis gratiæ actus, qui non poteſt eſſe in eo, qui ſubiacet peccato mortali.

AD TERTIVM dicendũ, quòd peccatũ veniale non excludit omnẽ actum gratiæ, per quẽ poſſunt omnia peccata venialia dimitti: ſed peccatum mortale excludit totaliter habitum gratię, ſine quo nullum peccatum mortale, vel veniale remittitur. & ideo non eſt ſimilis ratio.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem oſtendas, meritò eſſe inſinuatum à ſcripturis: ꝙ peccatum veniale non remittitur homini, quamdiu eſt in peccato mortali. Vt per hoc, ꝙ dicitur Matth. 5. Amen dico tibi &c. ſecundùm ꝙ cum expoſitione ponitur in argum. contr. Quæ expoſitio confirmatur ex Luc. 12. Dico tibi; non exies inde, donec etiam nouiſſimum minutum reddas. Nam peccata minuta vocantur ad literã à Doctoribus peccata venialia. Ac ſi dicamus. Donec reddas etiã nouiſſimum minutũ, i. vltimum peccatum veniale; vel nouiſſimum minutum, i. minutiſſimum peccatum inter alia venialia. Ergo, ſecundùm ſcripturam hanc, non remittitur veniale, etiam quantumcũque minimũ, homini exiſtenti in peccato mortali. De mortali. n. agitur in præannexo contextu (vt patet legenti, & intelligenti) propter quod dicitur quis tradendus tortoribus & mittendus in carcerem. Item inſinuatur per hoc; ꝙ dicitur Geneſ. 4. reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cayn autem, & ad munera illius, non reſpexit. Horum. n. verborum ordine denotatur: quòd amicitia perſonæ alicuius ad Deum præſupponitur, antequàm aliquid de manu ipſius perſonæ, vt ſic, acceptetur à Deo: & quod perſona, quæ eſt in peccato mortali (hoc enim ſolùm perſonam reddit Deo inimicam) quamdiu ſic manet, tamdiu affectus eius, à quo deinde munera procedũt, non eſt gratus Deo. Id quod, & apertiùs, monſtratum eſt per illud Iſa. 1. Ne offeratis vltrà ſacrificium fruſtrà. Incenſum abominatio eſt mihi. Calendas veſtras, & ſolemnitates veſtras, odiuit anima mea. Cùm extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim veſtrę ſanguine plenæ ſunt. Hæc ibi. Vbi nota: quòd ly enim, quod in vltima ſententia ponitur, reddit rationem omnium prædictorum. Cùm igitur peccatum mortale faciat; iſta omnia, quæ aliàs erant grata Deo, vtpote ab ipſo præcepta 1 2 quæſt. 99. art. 3. & quæſt. 101. art. 4. & quæſt. 102. art. &c. non eſſe grata, immo eſſe odioſa, Deo; patet: ꝙ ipſum peccatum multò magis faciet, illud, quod de ſe eſt ingratum Deo (quale eſt veniale peccatum) remanere ſicut erat. i. remanere ingratum Deo; hoc eſt, faciet ipſum veniale non remitti. Patet, inquam, hæc ſequela de multò magis, per illam regulam Philoſophi in logicalibus: quæ eſt. Si de quo minùs videtur ineſſe, ineſt; ergo & de quo magis videtur ineſſe, magis inerit. Subſume tu huic regulæ: quòd minùs videtur veriſimile, quòd peccatum mortale reddat ingrata Deo, quæ aliàs ipſi grata ſunt; quàm quòd faciat remanere ingratum Deo illud, quod ſecundum ſe eidem ingratum eſt: & mox, applicando hæc ad ſupradicta, videbis; non modò verum, ſed etiam clarum, eſſe quod ibi concludebatur. Secundò uides: quomodo ex ijs benè penſatis, & applicatis, doctrina præſens Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN artic. 4. in corp. aduerte rationem mouentem Auctorem non ſe tenere ex parte pœnæ, ſed ex parte culpæ, quia ſcilicet nulla culpa à Deo remittitur, niſi per virtutem gratiæ, quod ſi Durand. aduertere voluiſſet, aut ſoluiſſet hanc rationem, aut ceſſaſſet ab obijciendo ipſe enim in 4. ſent. diſt. 16. q. 1. artic. 2. contra hanc doctrinam obijcit tripliciter.

¶ Primo, quia culpa venialis conſiſtit in deordinatione voluntatis, quæ tollitur per debitam diſplicentiam eius, quod indebite placuit.

¶ Secundo, quia puer non baptizatus in originali exiſtens, peccato, quando uenit ad ætatem, poteſt primo peccare venialiter, & ſtatim mori. Et tunc proceditur, an punietur pœna æterna pro peccato veniali, an pœna temporali, &c.

¶ Tertio, per opera bona facta extra charitatẽ poteſt aliquis ſecundum omnes mereri de congruo aliquod bonum temporale, ergo expiationem pœnæ temporalis debitæ peccato ueniali.

¶ Ad hæc facile dicitur, ꝙ culpa peccati venialis non tollit ſolũmodo rectitudinem actus voluntarij, ſed etiã ordinem ad actualem dilectionem Dei: eſt. n. impeditiuũ feruoris charitatis, & ex hac parte habet rationem cuiuſdam offenſæ Dei. Et propterea dato, quòd ſiſtens in peccato mortali poſſit reparare rectitudinem uenialis peccati (puta, quia ex mendace iocose vel officiosè, habituatus eſt ad veritatem dicendam etiam iocose, & officiose) non propterea remiſſionem conſecutus eſt præteritæ culpæ, qua aliquo modo Deum offendit, quoniam nulla offenſa ſine gratia à Deo dimittitur. Nec diſplicentia illa, quæ in hoc ponitur, ſufficit ad remiſſionem culpæ: quia non eſt Deo accepta, ſine gratia, vt in litera dicitur ex Pſal. & Apoſtolo, & gloſ. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum, &c.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd ſi caſus accideret, & peccatum illud veniale æternaliter puniretur per accidens, hoc eſt ratione ſtatus, quia eſſet in ſtatu, in quo ſemper maneret culpa, manente autem culpa in æternum, debet etiam pœna eſſe æterna, vt ipſemet Duran. in eodem lib. approbat.

¶ Ad tertium dicitur, quòd quicquid ſit de pęna, negandum eſt, quòd per bona opera facta extra charitatem poſſit aliquis mereri de congruo remiſſionem culpæ, & propterea argumentum non militat contra præſentem doctrinam.

## QVÆSTIO XXIX. Aliàs 88.

*De reditu peccatorum per pœnitentiam dimiſſorum, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de reditu peccatorum per pœnitentiam dimiſſorum.

ET circà hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum peccata per pęnitentiam dimiſſa redeant ſimpliciter per ſequẽs peccatum.

¶ Secundò, Vtrum aliquo modo per ingratitudinem redeãt ſpecialiùs ſecundùm quædam peccata.

¶ Tertiò, Vtrum peccata redeant in æquali reatu.

¶ Quartò, Vtrũ illa ingratitudo per quã redeunt, ſit ſpeciale peccatũ.

*Scot. 4. ſ. d. 22. q. 1.*
*Rich. 4. ſ. d. 22. q. 1.*
*Duran. 4. ſ. d. 22. q. 1.*
*Sot. 4. ſ. d. 16. q. 1. art. 1.*

SVPER Q. XXIX. Aliàs 88. Art. 1.

COncl. 1. Manifeſtũ eſt; ꝙ ex parte conuerſionis peccatũ mortale

tale sequens non facit redire peccata mortalia prius abolita.

¶Prob. Quia peccata mortalia ex parte conversionis sunt diversa, ac quandoque contraria (vt patet de auaritia, ac prodigalitate, &c.): & per vnum contrarium non potest quis reduci in habitum, vel dispositionem sui contrarij (vt patet tum ratione, quoniam vnum contrarium non potest esse directa causa sui contrarij; tùm exemplo, quoniam homo per peccatum prodigalitatis non potest reduci in habitum, vel dispositionem auaritiæ).

211 Inf. art. 2. & 3. cor. Et 4. d. 22. q. 1. art. 1.

† Lib. 1. de baptis. contra Donatist. c. 12. in med. to. 7.

¶Concl. 2. Considerãdo in peccatis mortalibus id, quod est ex parte auersionis absolutè, i. non per comparationẽ ad diuersas conuersiones (vt in conclusione 3. nunc considerabitur): sic per peccatum mortale sequens redit illud, quod fuerat in prioribus peccatis ante dimissionem.

* Beda in Luc. c. 58. non multũ a fine ante finẽ n. 20. 2. [margin partly illegible]

¶Prob. Quia per peccatum mortale sequens homo priuatur gratia, fitque reus pœnæ æternæ (vt patet 1. 2. q. 85. art. 4. item q. 87. art. 3. item 2. 2. q. 24. art. 12): & per mortalia priora ante dimissionem erat priuatus gratia, reusque pęnæ æternæ (vt patet ex eo; quod ista duo sunt cõmunia omnib. peccatis mortalibus: iuxta illud Iacob. 2. Qui offendit in vno, factus est omnium reus).

q. 85. ar. 3

¶Concl. 3. Per peccatum mortale sequens pęnitentiam, reatus peccatorum prius dimissorum redit quodammodò, i. inquantum causatur ex peccato vltimò perpetrato, quod ex prioribus, i. ex priorũ dimissione aggrauatur: sed non inquantũ causabatur ex illis peccatis prius dimissis. Cæterũ hoc non est; peccata dimissa redire simpliciter, sed redire secundùm quid.

¶Prob. Quia contingit, quod peccatũ mortale sequens pęnitentiã virtualiter continet reatũ prioris peccati, seu priorum peccatorũ (inquantũ s. aliquis homo secundò peccãs &c. vt in tex. vsque ad ly quàm peccatorẽ sustinere): & hoc est, peccatum sequens ex priorũ dimissione aggrauari, ideoq; per illud sequẽs illa priora dimissa quodãmodò redire. Secũda verò pars, s. sed non inquan-

† Refertur hoc de pœni. dist. 4. c. Qui recedit. id habet Prosp. in resp. ad secundã rationẽ Gallorum.

* q. 86. ar. 4

## ARTICVLVS I.

*Vtrum peccata dimissa redeant per sequens peccatum.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd peccata dimissa redeant per sequens peccatum. Dicit enim † Augustinus in libro de Baptismo: Redire dimissa peccata, vbi fraterna charitas non est, apertissimè Dominus in Euangelio docet in illo seruo, à quo dimissum debitum Dominus repetiit, eo quòd ille conseruo suo debitum nollet dimittere: sed fraterna charitas tollitur, per quodlibet peccatũ mortale. ergo per quodlibet sequens mortale peccatum, redeunt peccata prius per pœnitentiam dimissa.

¶ 2 Præt. Super illud Lucæ 11. Reuertar in domum meam vnde exiui: dicit * Beda, Timendus est iste versiculus, necnon exponendus, ne culpa, quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat. hoc autem non esset nisi rediret. ergo culpa per pœnitentiam dimissa redit.

¶ 3 Præt. Ezechiel. 18. Dominus dicit, Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur: sed inter alias iustitias, quas fecit, etiam præcedens pœnitentia continetur (cùm suprà * dictum sit, pœnitentiam esse partem iustitiæ) ergo postquam pœnitens peccat, non imputatur ei præcedens pœnitentia, per quam consecutus est veniam peccatorum; redeunt ergo illa peccata.

¶ 4 Præt. Peccata præterita per gratiam teguntur, vt patet per Apostolum Roman. 4. inducentem illud Psalmistæ 31. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: sed per peccatum mortale sequens gratia tollitur. ergo peccata, quę fuerant prius cõmissa, remanent detecta: & ita videtur quod redeãt.

SED CONTRA est, quòd Apostolus dicit Rom. 11. Sine pœnitentia sunt dona, & vocatio Dei: sed peccata pœnitentis sunt dimissa per donum Dei. ergo per peccatum sequens non redeunt dimissa peccata, quasi Deus de dono remissionis pœniteat.

¶ Præt. † Augustinus dicit in libro responsionum Prosperi: Qui recedit à Christo, & alienatus à gratia, finit hanc vitam; quid nisi in perditionem vadit? sed non in id, quod dimissum est recidit, nec pro originali peccato damnabitur.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut suprà * dictum est) in peccato mortali sunt duo, scilicet auersio à Deo, & conuersio ad bonum creatum. Quicquid autẽ est ex parte auersionis in peccato mortali, secundùm se consideratum est commune omnib. peccatis mortalibus: quia per quodlibet peccatũ mortale homo auertitur à Deo. vnde, & per consequens macula, quæ est per priuationẽ gratiæ, & reatus pœnæ æternæ cõmunia sunt omnibus peccatis mortalibus. & secundum hoc intelligitur id, quod dicitur Iac. 2. Qui offendit in vno, factus est omniũ reus: sed ex parte conuersionis, peccata mortalia sunt diuersa, & interdũ contraria. Vnde manifestum est, quod ex parte cõuersionis, peccatum mortale sequens non facit redire peccata mortalia prius abolita: alioquin sequeretur, quod homo per peccatum prodigalitatis reduceretur in habitum, vel dispositionem auaritiæ prius abolitæ. & sic contrarium esset causa sui contrarii, quod est impossibile. sed considerãdo in peccatis mortalibus id, quod est ex parte auersionis absolutè, per peccatũ mortale sequens redit illud, quod fuerat in prioribus peccatis ante dimissionẽ, inquantum per peccatum mortale sequens homo priuatur gratia, & fit reus pęnæ æternæ, sicut & prius erat. Verũ quia auersio in peccato mortali, ex cõuersione quodammodo causatur, recipiunt ea, quæ sunt ex parte auersionis quodammodo diuersitatẽ per comparationem ad diuersas conuersiones sicut ad diuersas causas: ita quod sit alia auersio, & alia macula, & alius reatus, prout consurgit ex alio, & alio actu peccati mortalis. & hoc modo, in quæstionem vertitur, vtrum macula, & reatus pęnæ æternæ secundùm quod causabantur ex actib. peccatorum prius dimissorum, redeant per peccatum mortale sequens. Quibusdam igitur visum est, quod simpliciter etiam hoc modo redeant. sed hoc non põt esse: quia opus Dei per opus hominis irritari non potest. Remissio autẽ peccatorum priorum, fuit opus diuinæ misericordię. vnde non potest irritari per sequens peccatum hominis, secundum illud Rom. 3. Nunquid incredulitas illorum fidẽ Dei euacuauit? & ideo alii ponentes peccata redire, dixerunt, quod Deus non remittit peccata pœnitenti postmodum peccaturo, secundum præscientiam, sed solùm secundum præsentem iustitiam: præscit. n. se pro his peccatis eum æternaliter puniturum, & tamen per gratiã facit eum præsentialiter iustũ. sed nec hoc stare potest: quia si causa absolutè ponatur, & effectus ponitur absolutè. Si igitur nõ absolutè fieret per gratiã, & gratiæ sacramenta peccatorum remissio, sed cum quadã conditione in futurum dependente, sequeretur quod gratia, & gratiæ sacra non essent sufficiens causa remissionis peccatorum, quod est erroneum, vtpotè derogans gratiæ Dei. & ideo nullo modo potest esse, quod macula, & reatus præcedentium peccatorum, redeant secundum quod ex talibus actib. causabantur. Contingit autẽ, quod sequens actus peccati, virtualiter continet reatũ prioris peccati, inquantum s. aliquis homo secũdò peccans, ex hoc ipso videtur grauius peccare quàm prius peccauerat, secundum illud Rom. 2. Secundum duritiam tuam, & cor impœnitens thesaurizas tibi irã in die iræ, ex hoc, s. solo, quod contemnitur Dei bonitas, quę ad pœnitentiam expectat. Multo autẽ magis contemnitur Dei bonitas, si post remissionẽ prioris peccati, secundo peccatũ iteretur: quanto maius est beneficium, peccatum remittere, quàm peccatorem sustinere. Sic igitur per peccatum sequens pœnitentiã, redit quodammodo reatus peccatorum prius dimissorũ, non inquantum causabatur ex illis peccatis prius dimissis; sed in-

quantum &c. probatur primo: Quia opus Dei non potest irritari per opus hois (vt patet ex Rom. 3. Nũquid incredulitas illorũ fidẽ Dei euacuauit?): & remissio peccatorũ priorum est opus Dei (vt patet). Secũdò, quia causa. s. Deus remissionẽ priorũ peccatorũ fecit, non cũ aliqua conditione in futurum dependẽte, sed absolutè (alioquin nec gratia, nec gratiæ sacramẽta essent sufficiens causa remissionis peccatorũ: quod est erroneũ): &, si causa absolutè ponitur, effectus etiam absolutè ponitur.

¶Coroll. Ergo, ex hoc vltimò probationis medio, patet: quàm sint & gratiæ diuinæ, & legis nouæ sacramẽtis iniurij illi confessarij (si qui tamen tàm insensati, tãquàm sub quodam zelo, sed non secundum scientiam, inueniantur): qui absoluerent pœnitentes cum conditione aliqua in futurum dependente. Quod. n. non facit Deus; non audeat homo. An æmulamur Dominum? Nunquid fortiores illo sumus? 1. Corin. 10.

Primum

1ª de conclusione. Redeunt peccata. ℞. Vt considerata ex parte auersionis absolute. §. Sic enim .i. in hoc sensu, procedit ex præmissis. Nam illud uerbum August. videtur intelligendum &c. vt in tex. Tunc nihil &c. Immò etiam argumentum stat pro conclus. 2. tanquàm probatio eius.

2m de minori. Nisi rediret. ℞. Per iterationé actus, i. nisi iteraretur. §. Hunc enim sensum habet Beda: vt patet in tex. Vide q. 25. art. 8. ad primum. Tunc nihil &c. vt patet. Nam tertia cõclusio articuli, quam argumentum im pugnare intédit, nõ loquitur de reditu peccatorũ in illo sensu, quasi ꝙ homo iustificatus nõ possit postea pati recidiuum, i. iterare actus similes priorum peccatorum sibi prius dimissorum; maximè si magna cura nõ sibi caueat: sed loquit de reditu eorũ in alio sensu; vt ibi patet.

† Prosper in responsione ad secundã rõné Gallorum. Et refert de pœnit. dist. 4. c. Qui; recedit.

3m de concl. 1. Non imputatur ei præcedens pœnitentia. ℞. Quantum ad meritum vitæ æternæ. §. Sic enim .i. in hoc sensu sequitur ex præmissis. Nam per peccatum sequens iustitiæ priores &c. vt in tex. Tunc nihil &c. Sufficit. n. ꝙ quantum ad remissionem culpæ præcedens pœnitentia adhuc post sequens peccatum imputetur: vt patet ibidem. Immo, quia ut sic, imputatur; ideò peccatum sequens redditur grauius.

4m maior. Peccata præterita per gratiam teguntur. ℞ i. per gratiã fit; quòd Deus propter peccatorũ præteritorũ actus non priuet hominem illum gratia, cumq; non habeat reum pœnæ æternæ. §. Tunc nihil &c. Nam tertio hæc, postquã semel per gratiam facta est, manet semper. Deus. n. propter actus numerales illorũ peccatorum, quæ semel per gratiã suam dimisit, nũquàm amplius priuabit hominem gratia, neque reũ æternæ pœnæ iudicabit: iuxta illud Rom. 11. Sine pœnitentia sunt dona Dei. Per peccatũ igitur sequens licet tollatur gratia: non tamen peccata præcedentia remanent detecta, ita quòd sit homo propter illa in seipsis considerata priuandus gratia, aut pœnæ æternæ adiudicandus. Et ideò licet per ipsum gratia tollatur; non tamé redeunt peccata præterita iam dimissa.

sed inquantum causatur ex peccato vltimo perpetrato, quod aggrauatur ex peccatis prioribus; & hoc non est peccata dimissà redire simplr, sed redire ẽm quid, inquantum s. virtualiter in peccato sequenti continentur.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ illud verbũ Aug. vr̃ esse intelligendũ de reditu peccatorũ, quantũ ad reatum pœnæ æternæ in se consideratũ: quia s. post pœnitentiã peccans, incurrit reatũ pœnæ æternæ, sicut & prius: non tamen omnino propter eãdem rationem. Vnde † August. in lib. de responsionib. Prosperi, cum dixisset, ꝙ non in id, quod remissum est recidit, nec pro originali peccato damnatur, subdit: qui tamé ea morte afficitur, quæ ei propter peccata dimissa debebatur: quia s. incurrit mortem æternam, quam meruerat per peccata præterita.

Ad secundum dicendum, ꝙ in illis verbis nõ intendit dicere Beda, ꝙ culpa prius dimissa hominem opprimat per reditum reatus præteriti: sed per iterationem actus.

Ad tertium dicendũ, ꝙ per sequẽs peccatũ, iustitiæ priores obliuioni tradunt, inquantũ erant meritoriæ vitæ æternæ: non tñ inquantũ erant impeditiuæ peccati. vnde si aliquis peccet mortaliter postquàm restituit debitum non efficitur reus, quasi debitum non reddidisset, & multo minus traditur obliuioni pœnitentia prius acta, quantum remissionem culpæ, cũ remissio culpæ magis sit opus Dei, quàm hominis.

Ad quartum dicendum, ꝙ gratia simpliciter tollit maculam, & reatũ pœnæ æternæ. Tegit auté actus peccati præteritos, né s. propter eos Deus hominé gratia priuet, & reum habeat pœnæ æternæ; & quod gratia semel fecit, perpetuò manet.

APPENDIX.

Ex art. habes primò, quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, meritò esse insinuatum à scripturis, Papa, & Augustino, quòd peccata semel dimissa non redeunt per peccatũ sequens. A scripturis quidem per hoc, quòd dicitur Rom. 11. Sine &c. A D. Aug. autem per ly Qui recedit &c. vt de his duobus ponitur in argum. cont. A Papa Gelasio quoq; per hoc, quòd dicit: Diuina clementia; dimissa peccata in vltionem ulterius redire, non patitur. Hæc ille: vt recitatur, De pœniten. dist. 4. Dixi ly & recte intelligas: vt scias authoritates contrarias in verbis, sed non in sensu, à præmissis discrepare; & consequenter ut scias tu ab articulo isto edoctus, eas; in bono sensu glossare, cùm inueneris. Nã præter quod tres ex articuli doctrina habuisti conclusiones de hac materia claras; habuisti etiam, velut omnium circa materiam hanc dubitabilium breuem Epilogum tanquàm munimen, atque defensorium, in tex. corp. fin. dicentem. Et hoc non est: peccata dimissa redire simpliciter, sed secundùm quid; inquantum s. virtualiter in peccato sequenti continentur: ratione, videlicet, ingratitudinis (vt explicat art. 2. tex. corp. princip. Ac si, in proposito ipsorum dubitabilium, dicatur. Si quæ aliquorum dicta asfirment, quòd peccata iam dimissa redeunt per hoc, quòd homo post illorum dimissionem peccat de nouo; ipsa dicta non sunt intelligenda de illorum reditu simpliciter, sed reditu secũdum quid. Et si qua dicta negent, quòd peccata iam dimissa redeunt per &c. ipsa sunt intelligenda de reditu tantum simpliciter. Vt breuiter ad omnia respondeamus. Redeunt secundùm quid; Non redeunt simpliciter. Secundò uides: quomodo ex prædictis, s. scriptura & patribus, benè pensatis, & applicatis, doctrina præsens Aug. vicissim declaretur, &c.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei.

## Comm. Cardinalis Caietani.

In art. 1. q. 88. circa illud homo secundo peccans, ex hoc ipso videtur grauius peccare, ꝙ prius peccauerat, dubium occurrit. nã falsum videtur secundũ peccatum esse grauius primo, immo totũ oppositum; quoniam primum peccatum est casus ab innocentia: secundum autem addit sordem sordi, iuxta illud, Qui sordidus est, sordescat adhuc. Constat autem maioris ingratitudinis esse peccare contra beneficium innocentiæ, ex quo aggrauatur primum peccatum, quàm contra beneficium expectationis ad pœnitentiam, ex quo aggrauatur secundum peccatum.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ non est hic sermo cõparatiuus peccatorum penes grauitatem, sed continentiæ quasi uirtualis prioris peccati in posteriori non simpliciter, sed ẽm quid: hoc est ẽm aliquam certã specialem rationem: puta, quia posterius peccatũ est contra sustinentem indignum sustineri. Et ideo cũ hac doctrina stat, quòd primum peccatum fuerit ex própria specie grauius, puta blasphemia Dei, secundo existente peccato gulæ, & secundum rationé ingratitudinis, puta, quia primum fuit contra beneficium innocentiæ, secundũ autem etiam si leuissimum ex sua specie mortale esset, semper habet hanc aggrauantem circunstantiam ingratitudinis ex priore peccato consurgentem, quod est contra hoc beneficium expectationis indigni ex priore commisso peccato: secundum hanc enim circunstantiam grauius est secundum peccatum, quàm primum. Et hinc Auctor ad similem grauitatem secundum similem circunstantiam procedit in litera: peccatum enim post pœnitentiam, vt in tertio patet articulo, non oportet esse grauius absoluere peccato dimisso: sed semper est grauius secundum quid, hoc est secundum hanc circunstantiam, quæ est contra eum, qui remisit priora peccata. secundum hanc enim circunstantiam peccatum post pœnitentiam continere dicitur virtualiter peccata prius dimissa: quia ex illis peccatis consurgit, hæc circunstantia aggrauans peccatum post pœnitentiam.

Sen. 4. s. d. 16. q. 1. art. 2.

## ARTICVLVS II.

SVPER Q. XXIX. Aliàs 88. Art. II.

Concl. 1. Per quodlibet peccatũ sequens, peccata priùs dimissa redeunt, ratione ingratitudinis, i. ex eo, quòd aliquid fit contra beneficium.

272. 4. d. 22. q. 1. ar. 1. cor. & ar. 3.

¶ Not. Præsens conclusio est quasi breuis replicatio conclusionis tertiæ primi articuli, & eius declaratio: ideò intelligatur de reditu, vt illa ibi.

¶ Prob. Quia homo per quodlibet peccatũ mortale, cùm ipso Deũ offendat, redditur Deo ingratus; qui peccata priora dimisit (vt patet ex terminis).

*Vtrum peccata dimissa, redeãt per ingratitudiné, quæ specialiter est secundum odium fraternum, apostasiam à fide, contemptũ cõfessionis, & dolorem de pœnitentia habita.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur ꝙ peccata dimissa non redeant per ingratitudiné, quæ specialiter est secundùm quatuor genera peccatorum, s. secundùm odium fraternum, apostasiam à fide, contẽptum confessionis, & dolorem de pœnitentia habita, secundùm quòd quidam metricè dixerunt:

*Fratres odit, apostata fit, spernitque fateri,*

*Pœnituisse piget, pristina culpa redit.*

Tanto. n. est maior ingratitudo quanto grauius est peccatum quod quis contra Deum committit post bene-

¶Concl. 2. Specialiter ingratitudo horũ peccatorum, i. inclusa in his peccatis, s. odio fraterno, apostasia à fide, dolor de dolore præhabito de peccatis, contemptu confessionis facit redire peccata prius dimissa.

¶Prob. Quia horũ quatuor peccatorũ singula, s. odium fratris, apostasia à fide, dolor de dolore præhabito de peccatis, contemptusq; cõfessionis, sunt non solùm cõtra beneficiũ (vt illa, de quib. intẽdit prima concl.) sed ẽt cõtra formã beneficij (vt sigillatim declarat̃ i tex.)

1^m de minori.

Sũt his grauiora. ℞. Nõ tñ sunt directiùs opposita beneficio remissionis peccatorum. §. i. non tñ sunt directiùs cõtra formã beneficij. Tunc nihil &c. Nam hoc, s. de reditu peccatorum, non dr̃ specialiter de quatuor istis peccatis; quia sint &c. vt in textu. Ex quo patet: ꝙ argumentum est fallacia ẽm non causam, vt causam.

2^m de concl.^e

Ipsa ẽt redeunt per ingratitudinẽ. ℞. Conceditur. §. Nam peccata uenialia, & ipsum &c. vt in tex. vsq; ad ly sunt hæc peccata remissa. Tũc tñ nihil est cõtra articulũ.

Itẽ de concl.^e

Videtur; ꝙ per peccata venialia redeãt peccata dimissa. ℞. Negat̃. §. Nã per peccatũ ueniale nullus fit ingratus. Vide secundũ tñsum tex. ly nõ tñ per peccatum &c.

3^m de maiori.

Post maius beneficium acceptum. ℞. Cuius maioritas penset̃ ex parte recipiẽtis illud. §. Tunc nihil &c. Nam ad minorem, & residuum argumenti, dr̃: ꝙ beneficium aliquod habet pẽsari dupliciter &c. vt in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo per rationem ostẽdas, meritò esse insinuatũ à scripturis, & Greg. ꝙ specialr̃ per ingratitudinẽ importatam in odio fraterno, & alijs similibus, redeunt peccata dimissa. A scripturis quidẽ per hoc, ꝙ narratur Matth. 18. de seruo illo iam absoluto à debito decem millium talentorũ; qui ideo pro dimissis ipsis talẽtis postea missus est in carcerem omnia illa redditurus, quoniã benefactori de recepto bñficio fuit ingratus, per hoc; ꝙ noluit imitari benefactorẽ suum in miserendo alteri conseruo suo: quinimmo eũ pro centum denarijs sibi debitis malè tractauit. Quod ut clarius uideas seruire huic

---

ficium remissionis peccatorum: sed quædam alia peccata sunt his grauiora, sicut blasphemia contra Deum, & peccatum in Spiritumsanctum. ergo videtur, quòd peccata dimissa non redeant magis secundùm ingratitudinem commissam, secundùm hæc peccata, quàm secundùm alia.

¶2 Præt. * Rabanus dicit, Nequam seruũ tradidit Deus tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum, quia non solũ peccata, quæ post baptismum homo egit reputabũtur ei ad pœnam, sed & originalia, quę in baptismo sunt ei dimissa: sed etiã peccata venialia inter debita computantur, pro quibus dicimus, Dimitte nobis debita nostra. ergo ipsa etiam redeunt per ingratitudinem. & pari ratione videtur, ꝙ per peccata venialia redeãt peccata prius dimissa, & non solum per peccata prædicta.

¶3 Præt. Tanto est maior ingratitudo, quanto post maius beneficium acceptum aliquis peccat: sed beneficium Dei est etiam ipsa innocentia, qua peccatum vitamus: dicit. n. August. † in 2. confess. Gratiæ tuę deputo quęcũque peccata non feci. Maius autem donum est innocentia, quàm etiã remissio omnium peccatorum. ergo nõ minus est ingratus Deo, qui peccat post innocentiam, quàm, qui peccat post pœnitentiam. & ita videtur quòd per ingratitudinem, quę fit secundùm peccata prędicta, non maximè redeant peccata dimissa.

Sed contra est, ꝙ * Greg. dicit 18. Moral. Ex dictis euangelicis constat, ꝙ si quid in nos delinquitur, ex corde non dimittimus, & illud rursus exigitur, quod nobis iam per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus. & ita propter odiũ fraternum specialiter peccata dimissa redeunt secundum ingratitudinem. & eadem ratio videtur de alijs.

Resp. Dicendum, quòd (sicut suprà * dictũ est) peccata dimissa, per pœnitentiã redire dicuntur, inquantum reatus eorũ ratione ingratitudinis, virtualiter continetur in peccato sequẽti. Ingratitudo autem potest cõmitti dupliciter: vno modo, ex eo ꝙ aliquid fit contra beneficiũ. & hoc modo per omne peccatum mortale, quo Deum offendit, redditur homo ingratus Deo, qui peccata remisit. & sic per quodlibet peccatum mortale sequens, redeunt peccata prius dimissa, ratione ingratitudinis: alio modo cõmittitur ingratitudo non solum faciendo contra ipsum beneficium, sed etiã faciendo contra formam beneficii præstiti: quæ quidem forma si attendatur ex parte benefactoris, est remissio debitorũ. Vnde contra hanc formã facit, qui fratri petenti veniam non remittit: sed odium tenet. Si autem attendatur ex parte pœnitentis, qui recipit hoc beneficium, inuenitur ex parte eius duplex motus liberi arbitrii: quorum primus est motus liberi arbitrii in Deum, qui est actus fidei formatæ, & contra hoc facit homo apostatando, à fide: secundus autẽ est motus liberi arbitrii in peccatum, qui est actus pœnitentiæ. Ad quem primo pertinet (vt s̃. dictũ est, † ꝙ homo detestetur peccata præterita, & contra hoc facit ille, qui dolet se pęnituisse. Secundo pertinet ad actum pęnitentiæ, vt pœnitens proponat se subiicere clauibus ecclesiæ per cõfessionem, secundũ illud Psalmi 31. Dixi, cõfitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. & contra hoc facit ille, qui contemnit confiteri secundum quòd proposuerat. & ideo dicitur quòd specialiter ingratitudo horum peccatorum, facit redire peccata prius dimissa.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ hoc non dicitur specialiter de istis peccatis, quia sint cæteris grauiora: sed quia directiùs opponuntur beneficio remissionis peccatorum.

Ad secundum dicendum, ꝙ etiam peccata venialia, & ipsum originale redeunt modo prædicto, * sicut & peccata mortalia, inquantum contemnit̃ Dei beneficium, quo hęc peccata sunt remissa: non tñ per peccatũ veniale aliquis incurrit ingratitudinẽ: quia homo peccãdo venialr̃, nõ facit contra Deum, sed pręter ipsum, & ideo per peccata venialia, nullo modo peccata dimissa redeũt.

Ad tertium dicendum, ꝙ beneficium aliquod habet pensari dupliciter: vno modo ex quantitate ipsius beneficii, & secundùm hoc innocentia est maius Dei beneficiũ quàm pœnitentia, quæ dicitur secunda tabula post naufragium: alio modo, potest pensari beneficium ex parte recipientis, qui minus est dignus, & sic magis fit sibi gratia: vnde & ipse magis est ingratus si contemnat. & hoc modo beneficiũ remissionis culpæ est maius, inquantum præstatur totaliter indigno, & ideo ex hoc sequitur maior ingratitudo.

ARTI-

---

huic propositioni, uide comparationem sequentem. Legitur Luc. 17. de decem leprosis, nouem fuisse Christo benefactori tã ingratos, ut nec ad referendum ei de tanto beneficio gratias redirent: & tñ, eos propter hoc iterũ in lepram incidisse, non legimus. Notato horum differentiã; ut perpendas; ꝙ textus conclusionis art. non sine causa dixit ly specialiter. Seruus ille, & nouem hi leprosi, cõueniunt in ingratitudine (vt patet): specialiter tñ solus seruus pp̃ suam ingratitudinẽ punitur in hoc, ꝙ debita sibi priùs dimissa redeunt. Scis quare? Audi quare. Seruũ fecisse non tm̃ cõtra beneficiũ, sed etiã contra formam beneficij, habemus ex Euãgelio; leprosos uerò contra beneficiũ quidẽ uenisse legimus, sed nõ contra formã beneficij. Ad seruum. n. illum, exprobrãdo eius ingratitudinem, dicit Dñs suus Matt. 18. Omne debitũ dimisi tibi; qm̃ rogasti me. Nonne ergo oportuit; & te misereri cõserui tui; sicut & ego tui misertus sum? In his verbis inspice formã beneficij contentã in ly dimisi tibi, qm̃ rogasti me: inspice & ingratum peccasse contra istã formã in ly oportuit & te misereri, sicut ego misertus sum. Ac si expressè dicatur. Petijsti à me ueniam, ego concessi illã tibi (en forma procedẽdi, in beneficio dato): cõseruus petijt à te ueniã, tu nõ cõcessisti illã ei (en peccatum, directè contra formã ipsam). Leprosorum uerò ingratitudinẽ exprobrãs Dñs nullam beneficij formã, contra quã fecissent, expressit; sed tantũ simpliciter dixit Luc. 17. Nõne decẽ mũdati sunt? & nouem ubi sunt? Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriã Deo; nisi hic alienigena. Patet. n. hic: ꝙ aggrauatã quidẽ illorũ ingratitudinẽ esse ostendit ex comparatione ad unũ alienigenã; sed eos cõtra beneficij formam peccasse nõ annotauit. A B. Greg. autem id in principio appen. dictum insinuatur per hoc; ꝙ dicit: vt in arg. contr. Vbi, pro tex. ly eadem ratio vr̃ de alijs, recole Maximã logicalem, s. De simili. idem est iudiciũ: & mox, viso ꝙ illa quatuor sunt similia, videbis ueritatẽ ipsam, s. ꝙ eadẽ ratio est de alijs. Porrò, omnia quatuor esse similia, docuit tex. corp. qñ, ea conuenire in hoc, s. ꝙ sunt contra formã beneficij, demõstrauit. Euangeliũ ergo, & Greg. per hoc, ꝙ mõstrarunt, intentũ uerificari de uno, i. de odio fraterno, cõmõstrasse idẽ intelligunt de reliquis tribus. Scđò uides: qũo ex &c.

Marginalia: * Habetur de pœnit. dist. 4. c. Si Iudas. — † li. 2. confess. cap. 7. ante med. tom. 1. — * lib. 4. dialog. c. 60. circa fin. — * ar. pręce. — † q. 85. art. 5. & 6. — * In corp. art. Responsio ad aliud.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum per ingratitudinem peccati sequentis, consurgat tantus reatus, quantus fuerat peccatorum prius dimissorum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd per ingratitudinem peccati sequentis, consurgat tantus reatus, quantus fuerat peccatorũ prius dimissorum: quia secundum magnitudinẽ peccati est magnitudo beneficii, quo peccatum dimittitur, & per consequẽs magnitudo ingratitudinis, qua hoc beneficium cõtemnitur: sed secundum quantitatem ingratitudinis, est quantitas reatus consequentis. ergo est tantus reatus, qui consurgit ex ingratitudine sequentis peccati, quantus fuit reatus omnium præcedentium peccatorum.

¶ 2 Præt. Magis peccat qui Deum offendit, quàm qui offendit hominem: sed seruus manumissus ab aliquo dño reducitur in eandẽ seruitutẽ, a qua prius fuit liberatus, uel etiã in grauiorem. ergo multo magis ille, qui contra Deum peccat post liberationem a pctõ, reducitur in tantum reatũ pœnæ, quãtũ primo habuerat.

¶ 3 Præt. Matth. 18. dr, quòd iratus Dñs tradidit eum (cui replicantur peccata dimissa, propter ingratitudinem) tortoribus quoadusq; redderet uniuersum debitum: sed hoc non esset, nisi consurgeret ex ingratitudine tãtus reatus quãtus fuit omnium præteritorũ peccatorũ. ergo æqualis reatus per ingratitudinem redit.

SED CONTRA est, quod dicitur Deut. 25. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Ex quo patet, quòd ex paruo peccato non consurgit magnus reatus: sed quandoque peccatũ mortale sequens, est multo minus quolibet peccatorum prius dimissorum. non ergo ex peccato sequenti redit tantus reatus, quantus fuit peccatorum prius dimissorum.

RESPON. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd ex peccato sequenti propter ingratitudinem cõsurgit tantus reatus, quantus fuit reatus peccatorum prius dimissorũ sup reatum proprium huius peccati: sed hoc non est necessarium, quia sicut supra dictum est,* reatus præcedentium peccatorum non redit per peccatum sequens, inquãtum sequebatur ex actibus præteritorum peccatorum, sed inquantum consequitur actum sequentis peccati. Et ideo oportet, quòd quantitas reatus redeuntis, sit secundum grauitatem peccati subsequentis. Potest autem contingere, quòd grauitas peccati subsequentis adæquetur grauitati omniũ peccatorum præcedentium: sed hoc nõ semper est necesse, siue loquamur de grauitate eius, quam habet ex sua specie (cum quandoq; peccatum sequens sit fornicatio simplex, peccata vero præterita fuerunt adulteria, vel homicidia, seu sacrilegia) siue etiam loquamur de grauitate, quam habet ex ingratitudine annexa. non enim oportet, quòd quantitas ingratitudinis sit absolute æqualis quantitati beneficii suscepti, cuius quantitas attenditur secundum quantitatem peccatorum prius dimissorum, cõtingit enim quòd contra idem beneficium vnus est multum ingratus, uel secundum intensionem cõtemptus beneficii, vel secundum grauitatem culpæ contra benefactorem cõmissæ, alius autem parum, vel quia minus contemnit, vel quia minus contra benefactorem agit: sed proportionaliter quantitas ingratitudinis, adæquatur quantitati beneficii: supposito enim æquali contemptu beneficii, vel offensa benefactoris, tanto erit grauior ingratitudo, quanto beneficium fuit maius. vnde manifestum est, quòd non est necesse, quòd propter ingratitudinem, semper per peccatum sequens redeat tantus reatus, quantus fuit præcedentium peccatorum, sed necesse est quòd proportionaliter quanto peccata prius dimissa fuerunt plura, & maiora, tanto redeat maior reatus per qualecumque sequẽs mortale peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beneficium remissionis culpæ recipit quantitatem absolutã, secundum quãtitatẽ peccatorũ prius dimissorũ, sed pctm ingratitudinis nõ recipit quantitatem absolutam secundum quantitatem beneficii, sed secundum quantitatem contemptus, vel offensæ, vt dictum est,* & ideo ratio non sequitur.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd etiam seruus manumissus non reducitur in pristinam seruitutem pro qualicumque ingratitudine: sed pro aliqua graui.

AD TERTIVM dicendum, quòd illi, cui peccata dimissa replicantur pp subsequentem ingratitudinem, redit vniuersum debitum, inquantum quãtitas peccatorum præcedentium proportionaliter inuenitur in ingratitudine subsequenti, non autem absolute, vt dictum est.*

A R-

*Art. 1. huius q. — *In corp. art. — *In corp. art.

---

*In 4. sd 16. q. 1. art. 3.*

QVAEST. XXIX. Aliàs 88. Art. III.

COncl. Non est necesse; quòd propter ingratitudinem per peccatum sequens redeat semper tantus reatus, quantus fuit præcedẽtium peccatorum: sed necesse est; quòd proportionaliter quanto peccata prius dimissa fuerunt plura, & maiora, tanto redeat maior reatus per qualecũmq; sequens peccatum mortale.

¶Pro. Quia reatus præcedentium peccatorum, inquantum sequebatur ex actibus ipsorũ peccatorum, non redit per peccatum sequens; sed redit inquantũ consequitur actum ipsius peccati sequentis (ut patet ar. 1.) & nõ semp est necesse, quòd grauitas ipsius peccati sequẽtis, siue secũdum suam speciem, siue secũdum ingratitudinẽ annexã considerata, adæquetur grauitati omnium præcedẽtium peccatorum (ut patet in textu a ly cum quandoq; peccatũ sequens sit fornicatio, usque ad ly minus contemnit, uel quia minus contra benefactorem agit). Secunda uerò pars, scilicet sed necesse est &c. probatur. Quia quantitas ingratitudinis in mortali peccato sequẽti existentis adæquatur proportionaliter quantitati beneficij in remissione præcedentium peccatorum considerati (ut patet ex hoc: quòd supposito æquali contemptu beneficij, uel offensa benefactoris; tanto est grauior ingratitudo, quanto beneficium fuit maius.)

¶Coroll. Ergo positio quorundam prænarrata in tex. cor. princip. reijcitur a D. Thoma solum pro quanto innuit; illud, quod dicit esse necessarium: nõ autem quasi quòd illud quandoque non cõtingat. Ad hoc. n. denotandum; & in conclusione, & in eius probatione fuit expressum ly, non semper est necesse. Sed & in contextu idipsum denotasse uoluit per ly oportet; quòd quantitas reatus redeuntis sit secundum grauitatem peccati subsequentis: potest autem contingere, quòd grauitas peccati subsequẽtis adæquetur grauitati omnium peccatorũ præcedẽtiũ.

$1^{m}$ de maiori.

Et per cõsequẽs magnitudo ingratitudinis. R. Negatur hoc. §. Non enim peccatum ingratitudinis recipit quantitatem absolutam secundum quantitatem beneficij: licet beneficium remissionis culpæ recipiat quantitatem absolutam secundum quantitatem peccatorum prius dimissorum. Nam ex tex. corp. habetur: quòd peccatum ingratitudinis recipit quantitatem absolutam secundum quantitatem, uel contẽptũ beneficij, uel offensæ benefactoris.

¶Not. Dixi ly absolutam: quia, si loquamur de quantitate proportionali, aliter dicendum est; ut etiã textus corp. insinuauit. Ingratitudo siquidem habet quantitatem proportionaliter iuxta quantitatem beneficij ab ingrato præaccepti de manu benefactoris. Pro cuius meliori captu; dicamus sub exemplo. Comparentur duæ, unius siue duorum hominũ, ingratitudines ad duo beneficia ab eis de manu Dei, uel alterius benefactoris recepta: quid dicemus, proportionaliter loquendo? Quòd, cæteris paribus, una ingratitudo est tanto maior, uel minor altera ingratitudine, quanto beneficium unum est maius, uel minus altero beneficio. Quia uerò (ut ad propositum textus accedamus) beneficium remissionis maiorũ criminũ est maius, quàm beneficium remissionis minorũ criminũ: ideo, cæteris paribus, tanto quis grauius secundum circunstantiam ingratitudinis post pœnitentiã peccat; quanto semel, uel pluries maiora sibi dimissa fuerant. Cõcludendum itaq; secundũ textum est: quòd quanto quis fuit maior peccator ante pœnitentiam; tanto, cæteris paribus, per recidiuum post pœnitẽtiam fit proportionaliter maior peccator; non quia redeant peccata priora simpliciter, sed secundum quid; nec quia peccatum ingratitudinis post pœnitentiã recipiat quantitatẽ absolutam secundum quantitatem beneficij remissionis præcedentis, sed quantitatem proportionalem.

$2^{m}$ de minori.

Seruus manumissus. R. Aliquam grauem ingratitudinem committens contra dominum suũ. §. Non. n. reducitur in pristinam seruitutẽ pro qualicumq; ingratitudine. Tunc nihil &c. ut patet bene consideranti articuli conclusionẽ, cum coroll.

$3^{m}$ de minori.

Tantus, quantus. R. Proportionaliter loquendo. §. Tunc nihil &c.

Nam

Nam ex eo, quòd redit reatus proportionaliter tantus, quantus ante dimissionem erat (id quod etiam articuli conclusio concessit) non sequitur: quòd redeat tantus absolutè. i. secundum quantitatem absolutam consideratus (id quod negauit eadem conclusio). En argumenta tria, quibus positio illa quorundam innitebatur soluta; quibus solutionibus alia similia ruunt: & consequenter ijsdem declaratum esse, in quo sensu inualida sit; ac reprobetur.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, merito esse insinuatum a scripturis, & Augustino, quòd non redit tantus reatus pœnę post peccatum factum post pœnitentiam, quantus ante pœnitentiam fuerat propter peccata iam commissa. A scripturis quidem per hoc; quòd dicitur Deut. 25. Pro mensura, &c. vt cum discursu ponitur in arg. contr. Item per dictum Apocal. 18. quantum glorificauit se, & in delitijs fuit; tantum date ei tormentum, & luctum. Discurre super hoc; sicut fecit textus super illud Deuter. 25. Item per dictum Luc. 12. Seruus, qui cognouit voluntatē domini sui, & non se præparauit; & non fecit secundum voluntatem eius; vapulabit plagis multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Per hoc namque, quòd ponuntur hic peccata disparia, & his disparitas plagarum assignatur, datur intelligi illud esse verum: quod dicit discursus in argum. contr. A B. Augustino autem idem insinuatur per hoc, quod in Homil. super Matth. 5. dicit. Sicut leuius est esse reum iudicio, quàm reum esse concilio; ita leuius est esse reum concilio, quàm esse reum gehennæ ignis. Itaque oportet: vt leuius esse intelligatur irasci sine causa fratri, quàm dicere rachà; & rursus leuius esse dicere rachà, quàm dicere fatue. Non enim reatus ipse haberet gradus: nisi gradatim peccata etiam commemorarentur. Hæc ibi. Ex eo enim quòd reatum ponit correspondere peccatis, non quomodocunque, sed proportionaliter, idest maior maioribus, & minor minoribus, dat intelligere: quòd si post pœnitentiam quis peccet minori peccato, puta furto, quàm ante pœnitentiam peccauerat, puta cum blasphemauerat, non consurgit tantus absolutè reatus, quantus fuerat ante; sed consurgit tantus proportionaliter, quanta est grauitas peccati post commissi. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN artic. 3. eiusdem quæst. intellige nouitie ingratitudinem non habere quantitatem ex quantitate beneficij, quamuis habeat ex illo speciem, sicut nec odium habet quantitatem ex obiecto odio habito, non enim oportet tantum esse odium, quantum est odibile: contingit enim unum, & idem plus, & minus odio haberi. Et similiter non oportet tantum esse amorem, quantum est amatum: est enim aliquid plus amabile quàm ametur, & sic de alijs. Quantificatur autem ingratitudo ex beneficio (vt in litera dicitur) proportionaliter, & hoc est dicere, quòd si comparentur duæ ingratitudines ad duo beneficia, verum est, ꝙ cæteris paribus quanto beneficium maius est beneficio, tanto ingratitudo maior est ingratitudine. Et propterea tanto peccatum post pœnitentiam est secundum ingratitudinis circunstantiam grauius, quanto contra maius est beneficiū remissionis peccatorum. Et quia beneficiū remissionis quantificatur ſm peccata dimissa, ideo tanto grauius quis post pœnitentiam peccat, quanto maior peccator prius fuit, & cæteris paribus, quanto pluries dimissa sibi peccata fuerunt.

Sen. 4. s. d. 16. q. 1. ar. 4.

SVP. Q. XXIX. Aliàs 88. Art. IIII.

COncl. Ingratitudo peccantis post pœnitentiam est quādoq; speciale peccatū; quandoque autem non; sed est circunstantia quædā transiens ad speciem illius peccati, quod tunc committitur (puta ad speciem adulterij.)

214 2. 2. q. 107. art. 2. ad 1. Et 4. d. 22. q. 1. arti. 3. q. 3.

¶ Prob. Quia peccans post pœnitentiam quandoque peccat ex contemptu Dei ac beneficij suscepti; qnque non (ut declaratur in tex.): & peccatum primo modo factū est peccatum speciale, factum autem secundo modo non est speciale (ut patet ex hoc, quòd peccata recipiunt speciem ex intentione peccantis, Ethic. 5.). Secunda verò pars. s. sed est &c. relinquitur clara tum ex negatione, quòd tunc fit speciale peccatum, tum ex eo quòd generaliter consequitur omne peccatum (ut patet per Aug. in lib. de nat. & gra. dicentem; quòd in omni peccato Deus contemnitur in præceptis suis.)

*Li. 5. c. 5. fi remote a princ. to. 5. *Lib. 2. de inuen. fo. 4. ante fi. lib.

* art. 2. huius q.

1m de conclusione. Ergo ingratitudo. R. Considerata secundum se. §. Sic. n. sequitur ex præmissis. s. ex eo, quòd iustitia secūdum se est specialis uirtus. 2. 2. q. 58. art. 6. Tunc nihil &c. ut patet ex articuli conclusione. Nam tunc ingratitudo consideratur secundum se, quando in contēptum vel benefactoris, vel suscepti beneficij peccatur: & talem ingratitudinem esse speciale peccatum, dixit conclusio.

2m de conclusione. Ergo ingratitudo. R. Considerata secundum se. §. Sic. n. sequitur ex præmissis. s. ex eo, quòd ingratitudo opponitur gratiæ. Tunc nihil &c. vt patet ex articuli conclusione. Cū hac siquidem ueritate stat ꝙ ingratitudo: considerata secundum quòd consequitur omne peccatū, non sit peccatum speciale; sed circunstantia plus, & minus iuxta ꝓportionem beneficij aggrauans peccatū quodliber.

3m de conclusione. Ergo ingratitudo. R. cōsiderata secundum se. §. Tunc nihil &c. vt patet ex dictis.

D. 992. * Li. 5. c. 2. non remote a princ. to. 5.

* In lib. de natura & gra. c. 29. & to. 7.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum ingratitudo, ratione cuius sequens peccatum facit redire peccata prius dimissa, sit speciale peccatum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd ingratitudo, ratione cuius sequens peccatum facit redire peccata prius dimissa, sit speciale peccatum. Retributio enim gratiarum pertinet ad contra passum, quod requiritur in iustitia, vt patet per * Philosophum 5. Eth. sed iustitia est specialis virtus. ergo ingratitudo est speciale peccatum.

¶ 2 Præt. * Tullius in 2. Rhetor. ponit quòd gratia est specialis virtus: sed ingratitudo opponitur gratiæ. ergo ingratitudo est speciale peccatum.

¶ 3 Præt. Specialis effectus a speciali causa procedit: sed ingratitudo habet specialē effectum, scilicet quòd facit aliqualiter redire peccata prius dimissa. ergo ingratitudo est speciale peccatum.

SED CONTRA, Illud quod consequitur omnia peccata, non est speciale peccatum: sed per quodcumq; peccatum mortale aliquis efficitur Deo ingratus, vt ex premissis patet.* ergo ingratitudo non est speciale peccatum.

RESPON. Dicendum, quòd ingratitudo peccantis quandoque est speciale peccatum, quandoque autem non, sed est circunstantia generaliter consequens omne peccatum mortale, quod contra Deum cōmittitur: peccatum. n. speciem recipit ex intentione peccantis. vnde vt * Phil. dicit 5. Ethic. ille, qui mœchatur, vt furetur, magis est fur, quàm mechus. Si igitur aliquis peccator in contemptum Dei, & suscepti beneficii aliquod peccatum committat, illud peccatum trahitur ad speciē ingratitudinis, & hoc modo, ingratitudo peccantis est speciale peccatum. si vero aliquis intendens aliqd peccatum committere, puta homicidium, aut adulterium non retrahatur ab hoc propter hoc quòd pertinet ad Dei contemptum, ingratitudo non erit speciale peccatum, sed trahetur ad speciem alterius peccati, sicut circunstantia quædam. vt autem * August. dicit in lib. de natura, & gratia, non omne peccatum est ex contemptu, & tamen in omni peccato Deus contemnitur in suis præceptis. vñ manifestum est, ꝙ ingratitudo peccantis qñq; est speciale pctm̄, sed non semper: & per hoc patet responsio ad obiecta. Nam primæ rationes cōcludunt ꝙ ingratitudo ſm se sit quædam species peccati. Vltima autem ratio concludit, ꝙ ingratitudo ſm ꝙ inuenitur in omni peccato, non sit speciale peccatum.

QVAE-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis: quòd ingratitudo consequitur omnia peccata, uelut circunstantia aggrauans illa. Insinuatur autem id per hoc; quòd dicitur 2. Reg. 12. Hæc dicit dominus Deus Israel. Ego unxi te in regem super Israel; & ego erui

eruite de manu Saul; & dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo; dedique tibi domum Israel, & Iuda; ET, SI PARVA SVNT ISTA, ADIICIAM TIBI MVLTO MAIORA. Quare ergo contempsisti uerbum Domini; ut faceres malum in conspectu meo? Vriam Ethæum percussisti gladio, & uxorem illius accepisti in vxorem tibi, & interfecisti cum gladio filiorum Ammon. His etenim uerbis monstratur, quòd peccata Dauidis ratione ingratitudinis aggrauabantur proportionaliter ad ipsa suscepta beneficia. Et licet hic non dicatur ingratitudo propter beneficium remissionis peccatorum priorum; tamen hoc nihil obstat proposito articuli: quoniam formalitas principalis est utrobique de ingratitudine ad beneficia iam recepta. A simili autem ex hoc loco lib. reg. monstratur uniuersaliter; quod ingratitudo est circunstantia consequens quodlibet peccatum, & illud aggrauans. Ideo enim beneficia Dei ad Dauid hic commemorantur: ut manifestum fiat, peccata Dauidis aggrauari ex beneficijs ante receptis. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 4. eiusdem quæst. aduerte nouitie, ingratitudinē, de qua est sermo, non esse speciale peccatum non solum ea ratione, quia ipsa, & peccatum, puta fornicatio post pœnitentiam, non constituunt, duo peccata s. ingratitudinis, & fornicationis, sed ea potius ratione, quia huiusmodi ingratitudinis circunstantia non apponit circa peccatum post pœnitentiam deformitatem alterius speciei ab ipso peccato, immo ingratitudo illa trahitur ad speciem peccati quod circunstat puta fornicationis, si peccatum post pœnitentiam est fornicatio, & sic de alijs: simile est enim de similibus consequentibus ad omnia peccata mortalia puta odio Dei, & contemptu diuini præcepti: quilibet enim peccans mortaliter, interpretatiue, & contemnit diuinum præceptum quod transgreditur, & in odium inimicitiæ diuinæ charitati oppositum incidit. Hæ tamen circunstantiæ ad eandem pertinent speciem peccati, in qua est peccatum, cuius sunt circunstantiæ, & non trahunt peccatum in speciem odij diuini, & speciem inobedientiæ, prout secundum se hæc sunt specialia peccata, ad quas tamen species traherent, si quis ex Dei odio, & contemptu præcepti fornicaretur.

SVP. Q. XXX. Aliàs 89. Art. 1.

COncl. Omnes virtutes per pœnitentiam restituuntur.

¶ PROB. Quia per pœnitentiam infunditur gratia, qua peccata remittuntur (ut patet q. 27. art. 1. item 1. 2. q. 113. ar. 2.) & ad gratiam consequuntur omnes virtutes gratuitæ, 1. 2. q. 110. ar. 4.

1^m maior. Nō possent virtutes amissæ, per pœnitentiam restitui; nisi pœnitentia virtutes causaret. ℞. Negatur vniuersaliter. §. Hoc est. Non est uera de quacumque pœnitentia, seu (quod in idem redit) de pœnitentia quocumq; modo accepta. Vt ostenditur in textu: ex quo etiā satisfit alijs difficultatibus in argumento tactis.

2^m minor. Virtutes gratuitæ non causantur ex actibus nostris. ℞. Causantur tamen ex virtute clauium in sacramento pœnitentiæ; cui concurrunt materialiter actus nostri. §. Tunc nihil &c. ut de se patet.

3^m maior. Habēs virtutem sine difficultate & delectabiliter actus virtutū operatur. ℞. Quantum est ex inclinatione virtutis habitæ. §. Tunc nihil &c. Nam illa difficultas, quam multi pœnitentes patiuntur in operando non procedit ex hoc, quòd ipsi non habeant virtutes; neq; ex hoc, quòd ipsæ uirtutes, quantum est de se, non faciant operari delectabiliter: sed procedit aliunde. s. ex reliquijs præcedentiū peccatorum. Sicut enim dictum est. q. 27. articu. 5. quandoque post primū actum pœnitentiæ, &c. vt in tex.

215 Su. q. 151. art. 3. ad 3. Et 4. di. 14. q. 2. ar. 2.

*q. 85. arti. 6. Et lib. 2. ca. 18. to. 1.

*li. 2. c. 8. 2 med. to. 5.

## QVAEST. XXX. Aliàs 89.

*De virtutum recuperatione per pœnitentiam, in sex art. cu. diuisa.*

DEINDE considerandum est de recuperatione virtutum per pœnitentiam. Et circa hoc q̄runt̄ sex.

¶ Primo, Vtrum per pœnitentiam restituantur virtutes.

¶ Secundo, Vtrum restituantur in æquali quantitate.

¶ Tertio, Vtrum restituatur pœnitenti æqualis dignitas.

¶ Quarto, Vtrum opera virtutum, per peccatum sequens mortificentur.

¶ Quinto, Vtrum opera mortificata per peccatum, per pœnitētiam reuiuiscant.

¶ Sexto, Vtrum opera mortua, id est, absque charitate facta, per pœnitentiam viuificentur.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum per pœnitentiam virtutes restituantur.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd per pœnitentiam virtutes non restituantur. Non enim possent virtutes amissæ, per pœnitentiam restitui, nisi pœnitētia virtutes causaret: sed pœnitentia cum sit virtus, non potest esse causa omnium virtutum: præsertim cū quædā virtutes sint naturaliter priores pœnitentia, s. fides, spes, & charitas, vt sup. dictum est * ergo per pœnitentiam non restituuntur virtutes.

¶ 2 Præt. Pœnitentia in quibusdam actibus pœnitentis consistit: sed virtutes gratuitæ nō causantur ex actibus nostris: dicit enim * Aug. in lib. de libero arbi. quòd virtutes Deus in nobis sine nobis operatur. ergo videtur, quòd per pœnitentiam non restituantur virtutes.

¶ 3 Præt. Habens virtutem sine difficultate, & delectabiliter actus virtutum operatur: vnde * Phil. dicit in 1. Ethic. quòd nō est iustus, qui non gaudet iusta operatione: sed multi pœnitentes adhuc difficultatem patiuntur in operādo actus virtutum. nō ergo pēr pœnitentiam restituuntur virtutes.

SED CONTRA est, quòd Luc. 15. legitur. Pater mandauit quòd filius pœnitens indueretur stola prima, quæ secundum Ambr. est amictus sapientiæ, quam simul consequuntur omnes virtutes, fm illud Sap. 8. sobrietatem, & iustitiam docet, prudentiam, & virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. ergo per pœnitentiam omnes virtutes restituuntur.

RESP. Dicendum, q̄ per p̄niam remittuntur peccata, vt dictum est: * remissio autem peccatorum non pōt esse nisi p infusionem gratiæ. vnde relinquitur, q̄ per p̄niam homini gratia infundatur. d Ex gratia autem consequuntur omnes virtutes gratuitæ, sicut ex essentia animæ fluunt omnes potentiæ, ut in secunda parte habitum est. * vnde relinquitur, quòd per pœnitentiam omnes virtutes restituantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod eodem modo pœnitentia restituit virtutes, per quem modum est causa gratiæ, vt iam dictum est. * Est autem causa gratiæ inquantum est sacramentum, nam inquantum est virtus, est magis gratiæ effectus. Et ideo non oportet, quòd pœnitentia, secundum quòd est virtus, sit causa omnium aliarum virtutum: sed quòd habitus pœnitentiæ simul cum habitibus aliarum virtutum, per sacramentum pœnitentiæ causentur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd in sacramento pœnitentiæ, actus humani se habent materialiter: sed formalis vis huius sacri dependet ex virtute clauium, & ideo virtus clauium effectiue causat gratiam, & virtutes, instrualiter t̄n, sed actus primus pœnitentis se habet, vt vltima dispositio ad gratiam consequendam, s. cōtritio: alii vero sequentes actus pœnitentiæ, procedunt iam ex gratia, & virtutibus.

AD TERTIVM dicendum, quòd (sicut sup. dictū est*) quandoque post primum actum pœnitentiæ, qui est contritio, remanēt quædam reliquiæ peccatorum, s. dispositiones ex prioribus actibus peccatorum causatæ, ex quib. præstatur difficultas quædam pœnitenti, ad operandum opera virtutum: sed quantum est ex ipsa inclinatione charitatis & aliarum virtutum, pœnitens opera virtutis delectabiliter & sine difficultate operatur: sicut si virtuosus, per accidens difficultatem pateretur in executione actus virtutis propter somnum, aut aliquam corporis indispositionem.

APPENDIX.

EX artic. habes primò; quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis Ecclesia & Vincentio: quod per pœnitētiam virtutes restituantur. A scripturis qui-

Vtilitas pro Eccle S. Dei.

*q. 86. a. 2.

D. 677.

*1. 2. q. 110. ar. 4. ad 1.

* Ex corp. art.

* q. 86. artic. 5.

quidem, ut per hoc: quòd dicitur Luc. 15. secundum quòd cum expositione ponitur in argum contr. A B. Vincentio autem ordinis prædicatorum doctore celeberrimo per hoc; quòd in serm. Sabbathi post Domin. 2. Quadrages. super illud Luc. 15. inquit. Proferte stolam primam, & induite illum. Ecce magna misericordia Christi; qui non solum remittit culpas, sed etiam restituit sibi gratiam pristinam, vestiendo animam veste gratiæ, qua fuerat nudata. Et quando anima vestita est ueste gratiæ, potest cantare, & dicere. Gaudēs gaudebo in domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circundedit me Isa. 61. Vestimenta salutis sunt habitus virtutum theologicalium, & moralium siue Cardinalium, & septem dona Spiritussancti. Omnia illa restituit Dominus pœnitenti. Indumentum iustitiæ est gratia diuina habitualis. Hæc ille. Intellige, quòd redditur fides theologicalis, & spes, pœnitenti: inquantum fit, quòd per gratiam datam sint meritoriȩ: quæ prius remanserant informes; licet in peccatoribus multis non fuissent perditæ. Ab Ecclesia verò idē insinuatur per hoc; quòd in hymn. de B. Maria Magdalena dicit. Vni Deo sit gloria pro multiformi gratia, qui culpas, & supplicia remittit, & dat præmia. Scilicet, pœnitenti. Non enim dantur præmia, nisi meritis; & non meremur sine gratia & virtutibus. 1. 2. q. 114. art. secundo, quoniam virtutes gratiæ sunt connexæ. 1. 2. quæst. 65. Ac si ergo diceret Ecclesia: quòd Deus dat gratiam, virtutes omnes, & præmia. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN quæst 89. quatuor notanda occurrunt. Primum in artic. 1. ad secundum, ubi dicitur, quòd contritio se habet, ut ultima dispositio ad gratiam consequendam. Sciendum est. n. dupliciter sumi contritionem: uel pro ipso actu nudo, uel pro ipso actu informato charitate: perfectus si quidem dolor de peccatis commissis cum voluntate satisfaciendi, &c. contritio dicitur, formata quidem si charitate vestita consideretur, absolute vero si nuda sumatur. Et sic nude considerauit eam Auctor, cum dixit, quòd est ultima dispositio ad gratiam: formata autem charitate consideratur, cum describitur quòd est dolor charitate informatus.

¶ Secundum notandum est in 2. art. in calce cor. ubi dicitur & eadem ratio est de uirtutibus, quæ ex gratia consequuntur. Potest si quidem hoc dupliciter intelligi, uel referendo singulas uirtutes ad singulas pro eis dispositiones in resurgente, uel referendo quantitatem uirtutum ad quantitatem gratiæ. Et primo quidem intellectu sensus esset, quòd resurgens a peccato, recuperat aliquam infusam virtutem maiorem, & aliquam minorem si ad unam magis se disposuit, quam ad aliam: sicut recuperat gratiam maiorem, uel minorem, prout magis, uel minus se disponit ad illam. Iuxta secundum uero intellectum sensus esset, quòd recuperans gratiam minorem recuperat etiam virtutes minores, & si recuperat gratiam æqualem deperditæ, recuperat etiam virtutes æquales, & si maiorem, maiores. Quicquid autem de ueritate primi dicti secundum se sit, præsenti tamen literæ secundus solus sensus consonat: quoniam in literā redditur ratio quare est eadem ratio, de gratia, & virtutibus. Et ratio, quæ redditur, est sequela uirtutum ex gratia: ex hoc enim quòd uirtutes consequuntur ad gratiam, absq; scrupulo ambiguitatis cuiusq; deducitur, quòd ad maiorem gratiam sequuntur maiores virtutes, & ad minorem minores.

¶ Tertio aduertendum est in 3. ar. in cor. ubi de irregularitate homicidij, & defensione commissi tangitur. Distinguendum si quidem est de defensione. Nam quædam est necessitans ad homicidium, cum quis. s. non potest totaliter se defendendo, suum euadere inuasorem, nisi occidat illum, & hæc non inducit irregularitatē per noua iura, condita, scilicet post transitum beati Tho. ut patet in 6. de homic. cap. unico. Defensio autem non urgens ad homicidium, & olim, & nunc irregularem constituit, & de hac textus iste intelligendus est.

¶ Quarto aduertendum est in 5. art. in cor. iuncto cum responsione ad tertium, quòd aliud est loqui de opere meritorio, & aliud est loqui de quantitate operis meritorij. Cum enim mortificata reuiuiscunt, semper omnia opera meritoria, quæ mortificata erant reuiuiscunt: quoniam isti in quo reuiuiscunt debita est uita æterna ex ui illorum priorum operum, & non solum ex ui, præsentium operum, ita quòd hoc operatur reuiuiscere, quod ex pluribus capitibus debetur huic uita æterna, scilicet ex meritis prioribus, & ex meritis posterioribus: sed quantitas operis meritorii non semper reuiuiscit simpliciter: quoniam non semper recuperat propriam efficaciam, quæ est perducere hunc ad tantum gradū beatitudinis æternæ, ut patet in eo, qui resurgit in minori gratia, ita quòd in illa minore decedit. Talis enim numquam perueniet ad illum beatitudinis gradum, quem quantitas prioris meriti debitum sibi fecerat. Et in promptu causa huius non reuiuiscentiæ est ipsa resurgentis indispositio: sicut enim si non resurrexisset a peccato mortificata merita non sibi reuixissent (quia peccatum proprium impediuisset meritorum efficaciam) ita resurgendo a peccato, cum minore tamen gratia ex hoc ipso indispositus est ad suscipiendum fructum maioris meriti. ipse enim minor conatus resurgentis, & ad maiora non progredientis impedimentum præstat efficaciæ quantitatis magni meriti præcedentis. Et facit, ut quantitas illa non reuiuiscat sibi simpliciter, & absolute: cum quo tamen stat, quòd reuiuiscit illi secundum quid, hoc est quo ad gaudium accidentale: quia, ut in litera dicitur, plus gaudebit de maiore merito præcedente quam de minore, quod subsequutum est.

Sot 4. s. d. 16. q. 2. art. 2. c. 4. d. 14. q. 2. con. 2.

SVP. Q. XXX.

Aliàs 89. Art. II.

216

Ios. 2. 5. ad 3. Et 3 di. 3 q 1. ar. 4

* August. in li. de corrc. & gratia, cap. 9. port med. to. 7.

CONCL. Pœnitens quandoque resurgit ī maiori gratia, quā prius habuerat; quandoque autem in æquali: quandoque etiam in minori: & eadem ratio est de uirtutibus, quæ ex gratia consequunt̄.

¶ PROB. Quia secundum quòd motus liberi arbitrij in pœnitētia est intensior, uel remissior; secundum hoc pœnitens consequitur maiorem, uel minoré gratiam (ut patet ex eo; quia formæ, quæ possunt recipere magis ac minus, intenduntur ac remittuntur secūdum diuersam dispositionē subiecti. 1. 2. q. 66. art. 1. Motusq; liberi arbitrij est dispositio ad gratiam. 1. 2. q. 113. articu. 5. 7.) & motus liberi arbitrij pœnitentis est secūdum intensionem, quādoq; proportionatus maiori gratiæ, quàm erat illa, a qua ceciderat per peccatum: quandoque autem æquali: quandoq; verò minori (ut patet:) Secunda autem pars. s. & eadem &c. ut patet ex terminis.

* Hoc hēt Aug. 3 hy pognosti-- con a me. illius. to. 7.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum post pœnitentiam resurgat homo in æquali virtute.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd post pœnitentiam resurgat homo in ęquali virtute dicit enim Apost. Roman. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Vbi dicit glo. * Aug. quòd hoc adeo verum est, ut si qui horum deuient, & exorbitent, hoc ipsum eis Deus faciat in bonū proficere: sed hoc non esset, si homo resurgeret in minori virtute. ergo uidetur quòd numquam pœnitens resurgat in minori virtute.

¶ 2 Præt. * August. dicit, quòd pœnitentia res optima est, quæ omnes defectus reuocat ad perfectum: sed hoc non esset, nisi virtutes in æquali quantitate recuperarentur. ergo per pœnitentiam semper recuperatur æqualis virtus.

¶ 3 Præt. Super illud Gen. 1. Factum est vespere, & mane dies vnus, dicit glo. Vespertina lux est a qua quis cecidit: matutina, in qua resurgit: sed lux matutina est maior vespertina. ergo homo resurgit in maiori gratia, vel charitate, quàm prius habuerit: quod etiam videtur per id, quod Apost. dixit Roman. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia.

SED CONTRA, Charitas proficiens, vel perfecta, est maior quàm charitas incipiens: sed quandoq; aliquis cadit a charitate proficiente, resurgit autem in charitate incipiente. ergo semper resurgit homo in minori virtute.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut dictum est*) motus liberi arbitrii, qui est in iustificatione impii, est ultima dispositio ad gratiam: vnde in eodem instanti est gratiæ infusio, cum prædicto motu liberi arbitrii, (ut in secunda parte habitum est.)* In quo quidem motu comprehenditur actus pœnitentiæ, ut sup. dictum est. Manifestum est autem, quòd formæ quæ possunt recipere magis, & minus, intenduntur, & remittunur secundum diuersam dispositionem subiecti, vt in secunda parte habitum est.* Et inde est, quòd secūdum quòd motus liberi arbitrii, in pœnitentia est intensior, vel remissior, secundum hoc pœnitens consequitur maiorem, vel minorem gratiam. Contingit autem intensionem motus pœnitentis, quādoque proportionatam esse maiori gratiæ

* Ar. præc. ad 3.

* q. 113. ar. 5. & 7. in 1. 2.

* 1. 2. q. 52. art. 1. & 2. Et q. 66. artic. 1.

tiæ, quàm illa, a qua ceciderat per peccatum: quandoque autem in æquali, quandoque vero minori. Et ideo pœnitens quandoq; resurgit in maiori gratia, quàm prius habuerat, quandoque autem in æquali, quandoque etiam in minori, & eadem ratio est de virtutibus, quæ ex gratia consequuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non omnibus diligētib. Deum cooperatur in bonum hoc ipsum, quòd per peccatum a Dei amore cadunt: quod patet in his, qui cadunt, & numquam resurgunt, vel qui resurgunt, iterum casuri: sed his tantum, qui secundū propositum uocati sunt sancti, idest, prædestinatis, qui quotiescumque cadant, finaliter tamen resurgunt. Cedit ergo eis in bonum hoc, quòd cadunt, non quia semper in maiori gratia resurgant: sed quia resurgunt in permanentiori gratia: non quidem ex parte ipsius gratiæ, quia quanto gratia est maior, tanto de se est permanentior: sed ex parte hominis, qui tanto stabilius in gratia permanet, quanto est cautior & humilior. vnde & glo.* ibidē subdit, quòd ideo proficit eis in bonum, quòd cadunt, quia humiliores redeunt, atque doctiores.

AD SECVNDVM dicendum, quòd pœnitentia quantum est de se, habet virtutem operandi defectus ad perfectum, & etiam promouendi in vlteriorem statum: sed hoc quandoq; impeditur ex parte hominis, qui remissius mouetur in Deum, & in detestationem peccati: sicut etiam in baptismo aliqui adulti consequuntur maiorem vel minorem gratiam, secundum quòd diuersimode se disponunt.

AD TERTIVM dicendum, quòd assimilatio illa utriusque gratiæ ad lucem vespertinam, & matutinam, fit propter similitudinem ordinis, quia post lucē vespertinam sequuntur tenebræ noctis, post lucē autem matutinam sequitur lux diei, non autem propter similitudinem maioris, uel minoris, quantitatis. Illud etiam uerbum Apostoli intelligitur de gratia Christi, quæ superat omnē abundantiam humanorum peccatorum: non autem est verum in omnibus, quòd quanto abundātius peccauit, tanto abundantiorem gratiam consequatur, pensata quantitate habitualis gratiæ. Est tamen superabundans gratia, quantum ad ipsam gratiæ rationem: quia magis gratis beneficium remissionis magis peccatori confertur quam iis quandoque abundanter peccantes, abundanter doleant & sic abundantiorem habitum gratiæ, & virtutum consequuntur, sicut patet in Magdalena.

¶ Ad id vero, quod in contrariū obiicitur dicendum, quòd vna, & eadem gratia maior est proficiens quam incipiens: sed in diuersis hoc non est necesse unus.n.incipit a maiori gratia, quàm alius habeat in statu profectus, sicut Greg.* dicit in 2. Dialog. Quatenus, & præsentes, & secuturi omnes agnoscerent, Benedictus puer conuersionis gratiam a quanta perfectione cœpisset.

ARTI

*Aug. loco citato in arg.

* Li. 2. c. 2. ante med.

1^m minor. Hoc non esset, si homo resurgeret in minori virtute. R. Negatur. §. Nam n. argumentum intelligit verum sensum Augustini ideo sabsumit istam minorem falsam. Nam iuxta sensum verum ipsius exponendū est ly in bonum proficere. i. in gratia permanentiori resurgere. Et hoc semper uerum est de diligentibus Deum, qui secundum Dei propositum vocati sunt sancti (de quibus tantum loqui se, ubi exponit Apostolus). i. de prædestinatis. Non igitur trahenda sunt verba Aug. ad resurgere in maiori gradu gratiæ (ut facit argumentum); quia non semper hoc esse verum de quibuscumque prædestinatis ciliceris bus, ut ibi Augu. Rectificetur ergo, ad mentem eius, sic illa minor: Hoc non esset, si homo prædestinatus non resurgeret in permanentiori gratia. Tunc conceditur minor illa: sed (ut patet) nihil inde est contra articuli conclusionem.

2^m ex D. Aug. Quæ. R. Considerata secundum uirtutē, quam habet de se. §. Tunc nihil &c. Cum hac enim veritate stat: quòd pœnitentia ipsa, considerata secundum debilē liberi arbitrij pœnitētis motionem, non semper reuocet ad perfectū in hoc sensu. s. quòd pœnitentem faciat resurgere in æquali virtutum gradu. Et hoc est, quod dicit textus; ly pœnitentia quantum est &c.

3^m illatio conclusionis. Ergo homo resurgit in maiori &c. R. Negatur illatio. §. Procedit. n. ex præmissis non bene intellectis: sed nec bene intelligit Apostolum postea adductum. Nam assimilatio illa vtriusque gratiæ, &c. ut in tex.

4^m contr. de maiori. Est maior. R. In eodem: non autem semper, in diuersis. §. Tunc nihil &c. vt patet consideranti.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis: quòd post pœnitentiā aliquando in minori, aliquando in æquali, & aliquando in maiori gradu uirtutis, quàm fuerat prius, resurgit homo. Quòd quidem in maiori, vt per hoc, quòd Zachęus dicit Luc. 19. Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus; & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Constat. n. his uerbis: quòd post pœnitentiam Zachęus & plus reddit, quàm defraudauerat, & plus dat pauperibus, quàm sibi pro necessitate salutis opus erat. Porrò ex ly Ecce, datur intelligi; quòd Zachæus hæc, tanquàm insolita sibi prius, Domino proponebat: & consequenter quod per hoc confitebatur, se numquàm in tanto gradu uirtutis vixisse. Item quòd in maiori; Vt per hoc, quòd dicitur Baruch. 4. Sicut fuit sensus vester, ut erraretis a Deo decies tantum iterum conuertentes requiretis eum. Item quòd in maiori; Vt per hoc, quòd de Petro legitur, quòd altioris gradus virtutis fuit post pęnitentiam, quàm ante lapsum: si bene penetrentur de illo narrata. Matth. 26. & Ioan. 21. Etsi (inquit primò) omnes scandalizati fuerint, ego numquā scandalizabor. Si oportuerit, me mori tecum; non te negabo. Feruidus quidem est utrobiq; Petrus; sed tamen feruorem suum gubernare nesciens & vtrobique magis sibimetipsi, quàm Christo, credit; & in priori sententia seipsum, quasi de cæteris de infirmitate tacens, præfert condiscipulis. Dixerat. n. Christus ly omnes uos scandalizabimini. Et ly ter me negabis: Rñdit autem Petrus ly ego numquàm scandalizabor; Et, ly non te negabo. Cui ergo magis credit Petrus? Nonnè sibi? Rursus ad ly omnes uos scandalizabimini, dum rñdet ly etsi oēs. s. alij, ego numq̄; se firmum, reliquos infirmos esse posse concedens, testit aperte. Verumtñ sicut zelum non s.m sciētiā, Apost. Rom. 10 non approbat: ita feruorē istū suum non s.m sciētiam, Petrus ipse humilior & doctior ex lapsu factus & animo & uerbis, tanquàm malum corrigit. Ioan. 21. Christo siquidem ibi sibi ter dicenti ly diligis me, plus his? Semper respōdit ly tu scis, quia amo te: & in tertia Iterrogatione cōtristatur, & addit ly tu omnia nosti. Ac si (colligendo omnia in vnū) Petrus aperte dicat Mihi quidem uidet, quod ego amem te; sed ideo ad interrogationem tertiam contristor, q. forsan non esse uerum illud, quòd mihi vf, conijcio ex tot interrogationibus continuis a te factis: quapropter iudiciū meum de me tibi submitto dicens, tu omnia nosti. Ecce; Petrum correxisse insipientiā prioris sui feruoris in hoc: quòd nunc magis credit, & credere se protestatur, Christo; q̄ sibimetipsi. Sed & eiusdem feruoris insipiētiam correxit in hoc alio: quòd se præferre suis condiscipulis recusauit: dum ad comparationem importatam per ly plus his, expressum responsum nō dedit, sed simpliciter dixit ly amo te. Quasi B. Petrus, tanquàm & uerus pœnitens, & aliorum pœnitentium bonum exemplar, prius deliberando prudentissime, intra se dixisset. Expertus sum factis ipsis: & quòd mei condiscipuli, contra æstimationem meam pristinam, fuerunt minus infirmi, quàm ego; cum illi magistrum meum non negauerint, ego uerò sic: & quòd magister meus magis cognouit intrinsecum meum, quàm egoipse; cùm ille affirmaret me negaturum, quod feci; ego autem contra numquàm me negaturum crederem, uerbisq; credulitatem meam vere exponentibus confirmarem, quod tamen non feci. Iccirco animum meum, atque loquelam ita posthac tēperabo: ut in primis magistro meo omnem honorem in omnibus, & per omnia, deferam; & meorum fratrum bonitati, ueritati, cæterisq; uirtutibus non me præferam. Pœnitentium ergo aliqui, s.m scripturas, resurgunt in maiori gradu virtutum; quàm ante fuerant. Quibus & B. Paulum connumerandum uult ly plus omnibus laboraui. 1. Cor. 15. & B. Mariā Magdalenam ly lachrymis cœpit rigare pedes eius, &c. Luc. 7. de qua etiā D. Greg. in quadam Homil. dicit, quòd quæ prius peccando frigida remanserat, postmodum amando fortiter ardebat. Quòd uerò quis in minori, uel etiam in uirtute æquali consurgat, insinuatur p hoc, quòd ad quendam dicitur Apoc. 2. Charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaq; unde excideris: & age pœnitentiam; & prima opera fac. His. n. uerbis, ut ea considerantibus constat, innuitur id; quod nunc dicebamus. Sed & qui diligenter intellectu uigili scrutatus fuerit eiusdem Apocal. totum secundum, ac tertium capitulum, inueniet: quòd pœnitentium triplex est illa, quam dixit articulus, differentia; uidelicet quòd quidam in minori, aliqui in æquali, nonnulli in maiori, uirtute resurgunt. Secundò uides; quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Ser. 4.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum per pœnitentiam restituatur homo in pristinam dignitatem.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd per pœnitentiam non restituatur homo in pristinam dignitatem: quia super illud Amos 5. Virgo Israel cecidit dicit glo.* Non negat posse resurgere, sed non resurget virgo Israel: quia semel aberrans ouis, etsi reportetur humeris pastoris, non habet tantam gloriam, quantam, quæ numquam errauit: ergo per pœnitentiam non recuperat homo pristinam dignitatem.

¶ 2 Præt. Hiero.* dicit, Quicumq; dignitatem diuini gradus non custodiunt, contenti fiant animam saluare: reuerti enim in pristinum gradũ difficile est. Et Innoc. Papa* dicit, quod apud Niceam cõstituti canones, pœnitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludunt. non ergo per pœnitentiã homo recuperat pristinam dignitatem.

¶ 3 Præt. Ante peccatum potest aliquis ad maiorem gradum ascendere, non autem hoc post peccatũ conceditur pœnitenti, dicitur enim Ezec. 44. Leuitæ qui recesserunt a me, nũquam appropinquabunt mihi, vt sacerdotio fungantur. Et sicut habetur in decret. dist. 50. in Hilerdensi* concilio legitur, Hi qui sancto altari deseruiunt, si subito inslenda carnis fragilitate corruerint, & domino respiciente digne pœnituerint, officiorũ suorum sic loca recipiant, vt nõ possint ad altiora officia vlterius promoueri. non ergo pœnitentia restituit hominem in pristinam dignitatem.

SED CONTRA est, quòd sicut in eadem dist. legitur, Greg.* scribés Secundino, dicit post dignam satisfactionem credimus hominem posse redire ad suum honorem. Et in Concilio Agathensi* legitur, contumaces clerici, prout dignitatis ordo pmiserit ab episcopis corrigantur: ita vt cum eos pœnitentia correxit gradum suũ, dignitatemq; recipiant.

¶ 2 Præt. Petrus post negationem, pastor ouium Christi cõstitutus est, ut patet Ioan. vlt. ubi etiam Chrys. dicit,* quòd Petrus post negationem, & pœnitentiam, ostendit se habere maiorem fiduciam ad Christum; q enim in cœna non audebat interrogare, sed Ioanni interrogationẽ commisit, huic postea, & præpositura fratrum credita est, & non solum non committit alteri interrogare, quę ad ipsum pertinent, sed de reliquo ipse pro Ioan. magistrum interrogat.

RESP. Dicendum, quòd homo per peccatum duplicem dignitatem amittit: vnam quantum ad Deum, aliam vero, quantum ad ecclesiam: quantum autem ad Deum, amittit duplicem dignitatem, vnam principalem, qua s. computatus erat inter filios Dei per gratiam: & hanc dignitatem recuperat per pœnitentiam, quod significatur Lucæ 15. in filio prodigo, cui pœnitenti pater iussit restitui stolam primã, & annulum, & calciamenta. Aliam uero dignitatem amittit secundariam, s. innocentiam, de qua (sicut ibidem legitur) gloriabatur filius senior dicens, ecce tot annis seruio tibi, & numquam mandatum tuum præteriui: & hanc dignitatem pœnitens recuperare nõ potest: Recuperat tamen quandoque aliquid maius quia, ut Greg.* dicit in Hom. de centum ouibus qui errasse a Deo se considerant, damna præcedentia lucris sequentibus recompensant. Maius ergo gaudium de eis fit in cœlo: quia, & dux in prælio plus eum militem diligit, qui post fugam reuersus hostem fortiter premit, quàm illum, qui numquam terga præbuit, & numquam aliquid fortiter fecit. Dignitatem autem ecclesiasticam homo per peccatum perdit, quia indignum se reddit ad ea, quæ competunt dignitati ecclesiasticæ exercenda: quam quidem recuperare prohibetur, uno modo, quia non pœnitet: vnde Isidor. ad Missianum* epm scribit (sicut in eadem dist.* legitur c. Domino.) Illos ad pristinos gradus reddire canones præcipiunt quos pœnitentiæ præcessit satisfactio, vel condigna peccatorum confessio. At contra, hi quia vitio corruptionis non emendantur, nec gradum honoris, nec gratiam recipiunt communionis. Secundo, quia pœnitentia negligenter facit: vnde in eadem dist.* c. si quis diaconus, dicitur, cum in aliquib. nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi apparet nec ieiuniis, vel lectionibus eos uacare videamus, possumus agnoscere si ad pristinos honores redirent cum quanta negligentia permanerent. Tertio, si commisit aliquod peccatum, quod habet irregularitatem annexam. vnde in eadem dist.* ex Concilio Martini Papæ dicitur, si quis viduam, aut ab alio relictam duxerit, non admittatur ad clerum, quòd si irrepserit, deiiciatur. Similiter si homicidii, aut facto, aut præcepto, aut consilio, aut defensione post baptismum conscius fuerit. Sed hoc nõ est ratione peccati, sed ratione irregularitatis. Quarto propter scandalum: vnde & in eadem dist. legitur cap. de his uero, Rabanus* dicit, Hi, qui deprehensi, vel capti fuerint publice in periurio, furto, atque fornicatione, & cæteris huiusmodi criminibus, secundum canonum sacrorum instituta a proprio gradu decidant, quia scandalum est populo Dei, tales personas super se positas habere: qui autem de prædictis peccatis absconse a se commissis, occulte sacerdoti confitentur; si se per ieiunia, & eleemosynas vigiliasq;, & sacras orationes purgare curauerint his etiam gradu proprio seruato spes veniæ de misericordia Dei promittẽda est. Et hoc est quod dicitur extra de qualitate ordinandorum,* c. quæsitum. Si crimina ordine iudiciario comprobata, vel aliàs notoria non fuerint, præter reos homicidii, post pœnitentiam in susceptis, vel iam suscipiendis ordinibus impedire non possunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd eadem ratio est de recuperatione d virginitatis, & de recuperatione innocentiæ, quę pertinet ad secundariam dignitatem quo ad Deum.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Hieronymus in verbis illis non dicit esse impossibile, sed esse difficile hominem recuperare post peccatum nisi perfecte pœnitẽti, vt dictum est.* Ad statuta autem canonum, quæ hoc prohibere videntur respondet* Aug. Bonifacio scribens, vt constitueretur in ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis pœnitentiam, clericatum accipiat, vel ad clericatũ redeat, vel in clericatu maneat, non desperatione indulgentiæ, sed rigore factum est disciplinæ, alioquin contra claues ecclesiæ datas disputabitur

---

Sot. 4. S. d. 16. q. 2. ar. 3.

### SVP. Q. XXX. Aliàs 89. Art. III.

CONCL. 1. Homo per pœnitentiam recuperat dignitatem; qua cõputatus erat inter filios Dei, per gratiam.

¶ PROB. Quia id docetur Luc. 15. exemplo filij prodigi.

¶ CONCL. 2. Homo per pœnitentiam recuperare nõ potest dignitatem innocentiæ: potest tamen recuperare aliquid maius.

¶ PROB. Quia patet ex terminis (cum q pec cauit semel, numquam possit facere, quòd non peccauerit). Secunda autem pars, s. potest tamen, &c. probat. Quia potest recuperare valentiorem animum, vires, atque victorias, contra hostes spirituales s. mũdum, carnẽ, dęmonia, quàm aliquis innocens, qui s. numquàm mortaliter peccauit, habeat (ut patet ex authoritate B. Greg. in Homil. de centum ouibus.)

¶ CONCL. 3. Dignitatem ecclesiasticam recuperare phibenť ij, qui vel nõ pęnitent, uel negligenter pœnitent, uel annexa irregularitate peccarunt, vel scandalo sum pctm commiserũt.

¶ PROB. Quia docet primam huius conclusionis partem Isidorus; secundam verò, tertiã, & quartam, dist. 50. capitula multa (ut declaratur in tex.)

¶ EXAM. Ly scandalum. Hoc igitur, similibusq; arbitrio boni viri condigne sublatis; poterit de pristina Ecclesiastica dignitate præstanda, seu etiam restituenda, fieri; quod in textu dicitur a ly qui autem de prædictis peccatis absconsè &c. vsque in finem.

1m de conclusione. Pristinã dignitatẽ. B. Virginitatis, uel etiam Innocentiæ §. Sic enim sequitur ex præmissis non sine causa dicentibus ly quæ numquàm errauit. Tunc nihil &c. Cum hoc enim, quod etiam secunda conclusio concessit, stat: quòd pœnitens potest recuperare pristinam dignitatem, qua cõputabatur prius inter filios Dei. Quinimò hanc potest recuperare maiorem. i. in maiori gradu, acri. s. quàm prius haberet; cũ hæc dignitas consistat in habere gratiã & uirtutes.

2m de conclusione. Recuperat. B. Faciliter. §. Sic. n. sequitur ex præmissis. Nam B. Hieronimus ibi adductus in verbis illis non dicit, esse impossibile, &c. ut in tex. In cuius fine notabis acriter, nõ defuisse etiam

---

217. 3. d. 31. q. 1. art. 4. q. 1. ad 2. & 4. d. 14. q. 1. ar. 5. q. 1. ad 2. Et d. 19. q. 1. ar. 3. q. 2. ad 2. Et d. 37. q. 2. ar. 2. ad 4.

* Gl. Ord. ibid.

* Refert in decre dist. 50. ca. quicumque.

* Innoc. I. epist. 6. ad Agapitũ & Maced habet dist. 50. c. 1. Cano. apud.

* In decr. d. 50 ca. hi qui altari.

* Greg. lib. 9. sui registri. ca. 53. circa med. refertur d. 50. ca. quia sanctitas tua Referẽ d. 50 c. Cõtumaces, & sumit ex Conc. Agathensi c. 2. uel 1. ut aliqui libri habent.

* Hom. 87. in Ioan. parum ante med. to. 3.

* Hom. 34. in Euãg. in illud, gaudiũ est cęlo super uno.

* Alias Massanum.

* In dec. di. 50. c. Dño sancto, parũ a principio.

* In decr. d. 50. cap. si quis Diaconus cir. medium.

* Dist. 50. c. si quis viduam.

* Rabanus in li. pœn. c. 1. Refertur dist. 50. c. de his vero.

* In dec. li. 1. ti. 11. Et est de temporib. ordinationum. c. 17. & est vltimum.

D. 1169.

* In corp. art.

* Augus. in epist. 50. ad Bonifaciũ, aliquantulũ ante fi. epist. to. 2.

etiam tempore Nicæni Concilij subdolos; qui vt dignitatem aliquam (siue ecclesiasticam, siue mundanam a simili, intelligas) consequerentur, pœnitentias fictas pro veris venditabant pro posse suo populis, vel etiam maioribus; ad quos huiuscemodi a se dignitates affectatas conferre, aliquo modo spectasset. Verum cum quanto stomacho locutum sit concilium ipsum cōtra vulpeculas illas, quæ sub saltæ pœnitētiæ pallio demoliri studebant vineas, audisti: quin ita vehementer iustissimo Zelo aduersus easdem excanduit, ut ab infimis etiam dignitatum gradibus ipsas exturbari vnanimus canonum votis sanciuerit. Iustissimo, inquā, zelo: quandoquidē simulata, qualis erat ipsarum vulpium, æquitas (teste beatissimo viro Hieronymo) duplex est iniquitas. Et tanto magis in casu præsenti. Magnus enim illic Gregorius Papa in pastorali, quod & hodie in experientia cæcutire nolentibus apparet, dicebat. Nemo quippe magis in Ecclesia nocet, quàm qui peruersæ agens nomen, vel ordinem, sanctitatis habet. Delinquentem namque eum redarguere nullus præsumit: & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Hæc ibi. Quæ plus iam in quorundam populorum salutis æternæ dispendio, quàm in prædicto libro, legimus. Quæ & intellige a simili (vt diximus ante) de dignitate mundana.

*Eodē loco nūc proxime dicto.

tabitur, de quibus dictum est, *Quæcumque solueritis super terram, soluta erunt, & in cœlo. Et postea subdit, nam, & sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore suo perstitit, & beatum Petrum quando amarissimas lachrymas fudit, vtique dominum negasse pœnituit, & tamen Apostolus permansit: sed non ideo putāda est superuacua posteriorum doctorum diligentia: qui ubi absoluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt: experti (vt credo) aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum potentias.

Ad tertium dicendum, quod illud statutum intelligitur de illis, qui publicam pœnitentiam agunt: qui postmodum non possunt ad maiorem prouehi gradum.

## 3m de conclusione.

Non ergo pœnitentia. &c. Publica. §. Sic.n. sequitur ex præmissis. Nam illud concilij statutum intelligitur de &c. vt in text. Tunc nihil &c. ut patet ex articuli conclusione tertia. Ratione enim scandali prohibet quosdam a dignitatibus ecclesiasticis: & in eo, qui publicam pœnitentiam agit, præsupponitur etiam peccatum notorium seu scandalosum. Non respondet expresse textus ad authoritatem, Ezech. 44. innuens per hoc; quòd dum respondebat statuto concilij, responsum etiam Ezechieli implicitè quodammodo volebat. Nam ratione scandali etiam Leuitæ illi a functione sacerdotij arcentur a Domino. Specialem. n. rationem ipsius exclusionis Leuitarum adducens ibi Dominus, ait. Pro eo, quòd ministrauerunt illis in conspectu idolorum suorum, & facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis: iccircò leuaui manū meam super eos, & non appropinquabunt ad me, ut sacerdotio fungantur mihi. Regulā ergo hinc accipe: quòd quando sanctus Doctor expresse respondet ad aliquid in argumentis dictum, & ad aliquid aliud ibi existens non respondet: tunc responsio eius re vera non est, licet videatur, diminuta; quoniam id, quod explicite dixit ad unum, vult esse dictum implicite ad aliud. Et hoc; nisi quando in text. corp. vel circa, prædixisset: vnde posset faciliter haberi solutio ad illud.

### A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse insinuatū a scripturis, Papa Gregorio, Chrysostomo, & August. per pœnitentiam homo restituitur, & non restituitur, in pristinam dignitatem. A Greg. quidem, & Chrysostomo; ut in argumentis contr. A scripturis verò per hoc; quòd dicitur Sap. 5 Ecce: quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Constat enim, quòd multi sanctorum illorum, de quibus talia reprobi dicent, ceciderant in peccata mortalia. Non ergo verificaretur de eis, ut verificatur, quòd postea computātur inter filios Dei: nisi per pœnitentiam, quā egerunt, restituti essent in pristinam dignitatem. Item per hoc, quòd dicitur Apoc. 14 Nemo poterat dicere canticū; nisi illa centum quadraginta quatuor millia: qui empti sunt de terra. *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati; virgines n. sunt. Hi sequuntur agnum, quocumque ierit. Istis. n. uerbis manifestè datur intelligi: quòd in cęlo est quædam dignitas aliquibus sanctorum tam specialis; vt ad eam alij per nullas suas pœnitentias, quantumuis maximę fuerint (ut in legendis uitis eorum patet) restitui numquàm potuerint. Neminem. n. posse dicere canticum ipsum, nisi illa 144. millia, importat illud: quod nunc diximus. Sed & hoc idem significat illud singulare, quasi alijs non cōueniens, de eis dictum. *Hi sequuntur agnū, quocumque ierit. Porrò dignitas illa virginitas est, secundum contextum hunc; & innocentia est, secundum Ecclesiam hoc sanctis Innocentibus (ut patet in festo ipsorum) applicantem. Nec mirum. Innocentia namque hoc commune cum virginitate habet (ut dicitur in ad primum): quòd utraque, si perdatur semel, semper est irrecuperabilis. Voluit ergo ad propositum nostrum per illa verba B. Ioannes Apostolus dicere: quòd ad pristinam tum virginitatis tum innocentiæ dignitatem nullus per pœnitentiam quamcūq; redire potest. A B. Aug. quoque in lib. de virginit. insinuatur id, quod in principio appendicis dicebatur. Lumbis accinctis, & lucernis accensis, expectate Dominum, virgines, quando ueniat; afferatis ad nuptias agni canticum nouum: quale nemo poterit dicere, nisi 144. millia sanctorum cytharedorum illibatæ uirginitatis. Sequimini agnum: quia & agni caro utique uirgo est. Sequimini eum; tenendo perseueranter, quod uouistis. Ardenter facite, quod potestis; nē uirginitatis bonum pereat: cum nihil facere positis, ut redeat. Sequimini, uirgines, agnum; quocumque ierit. Toto uobis figatur in corde: qui pro uobis fixus est in cruce. Hæc ibi. Quæ ideo adducta sunt: quia, quoad non reditionem, idem est indicium de dignitate innocentiæ, quod de uirginitatis. A Papa autem Leone X. per hoc; quòd in Concilio Lateranensi nouissimo sess. 7. dicitur. Leguntur literæ subscriptæ per Bernardinum Carauaial, & Federicum de sancto Seuerino, olim Cardinales, super materia abiurationis schismatis, & vnionis Ecclesiæ, & confessionis erroris ipsorū, & veniæ petitionis propter suscitatum ab illis schisma, &cæt. Qui post paucos dies in palatio Apostolico pristinæ dignitati sunt restituti in concistorio secreto, post solemnem abiurationem schismatis, uenientes ad palatium tanquàm priuati clerici, & ante pedes Papæ abiurato schismate alta & intelligibili voce. Hæc ibi, in summa conciliorum. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica uicissim declaretur atque confirmetur.

---

*Sot. 4. f. d. 16. q. 2. art. 4.*

S V P. Q. XXX. Aliàs 89. Art. IIII.

218

1. 2. q. 132. art. 2. ad 1. & 3. di. 36. art. 5. ad 1. & 4. di. 14. q. 2. arti. 3. q. 2. Et dis. 21. q. 1. a. 1. q. 1. ad 3. Et dis. 22. q. 1. articu. 1. ad 6. & Hebr. 6.

Conc l. Opera in charitate facta mortificātur per peccatum mortale sequens.

¶ Prob. Quia effectus operum virtuosorum in charitate factorum, qui est perducere facientem in vitam æternam, impeditur p peccatum mortale sequēs (ut patet ex eo, quod peccatū mortale tollit gratiam): & res dicuntur mortificari, quando impeditur a proprio suo effectu, seu operatione (ut patet a simili ex hoc; quod res viua per mortem perdit operationem uitæ.)

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum opera virtutum in charitate facta possint mortificari.*

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd opera virtutum in charitate facta, mortificari non possint. Quod enim non est, immutari non potest: sed mortificatio est quædam mutatio de vita in mortem. cum ergo opera virtutum postquam facta sunt, iam non sint, videtur quòd vlterius mortificari non possint.

¶ 2 Præt. Per opera virtutum in charitate facta, homo meretur vitā æternam: sed subtrahere mercedem merenti, est iniustitia, quæ non cadit in Deum. ergo non potest esse, quòd opera virtutū in charitate facta, per peccatum sequens mortificentur.

¶ 3 Præt. Fortius non corrumpitur a debiliori: sed opera charitatis sunt fortiora quibuslibet peccatis: quia vt dicitur Prouer. 10. Vniuersa delicta operit charitas. ergo videtur quòd opera in charitate facta per sequens mortale peccatum mortificari non possint.

Sed contra est, quòd dicitur Ezech. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua, omnes iustitiæ eius, qua fecerat, non recordabuntur.

Respon. Dicendum, quòd res viua per mortem perdit operationem vitæ. vnde per quandam similitudinem dicuntur res mortificari, quando impediuntur a suo proprio effectu vel operatione. Effectus autem operum virtuosorum, quæ in charitate fiunt, est perducere ad vitam æternā, quod quidem impeditur per peccatum mortale sequens, quod gratiam

1^m maior. Quod non est, immutari non potest. ℞. Secũdum quod non est. §. Tunc nihil &c. Cum hac.n.veritate stat: quòd illud idem immutari possit, secundum quòd est.i. secundum esse, quod habet: Nam potest contingere: quod eadé res, secundum unam considerationem, habeat esse; & secundum aliam considerationem, non habeat esse. Vt in proposito. Sicut enim opera peccatorum trãseunt actu, & manẽt reatu, &c. vt in text.

2^m minor. Subtrahere mercedem merenti, est iniustitia. ℞. Nisi, qñ ipse merens reddit se indignum tali mercede, per culpam sequentem. § Quod quidé patet, etiam a fortiori. Nã & ea, quæ homo iam accepit &c. ut in text. Tunc nihil &c. ut patet ex articuli conclusione.

3^m illatio conclusionis. Ergo uidetur, quòd opera &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex fallacia secundum non causam, ut causam. Non est enim (ut putat argumentum) propter fortitudinem operum peccati, &c. ut in textu.

gratiam tollit, & sm hoc opera in charitate facta mortificari dicuntur per sequens peccatum mortale.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut opera peccatorum transeunt actu, & manent reatu, ita opera in charitate facta, postquam transeunt actu manẽt merito in Dei acceptatione, & secundum hoc mortificantur, inquantum impeditur homo, ne consequatur suam mercedé.

Ad secundum dicendum, ꝙ sine iniustitia potest merces subtrahi merenti, quando ipse reddidit se indignum mercede per culpam sequentem. nam, & ea, quæ homo iam accepit, quandoque iuste propter culpam perdit.

Ad tertium dicendum, ꝙ non est propter fortitudinem operum peccati, quòd mortificantur opera prius in charitate facta: sed est propter libertatem voluntatis, quæ potest a bono in malum deflecti.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis: quòd opera uirtutum facta in charitate mortificantur per peccatum mortale sequens. Vt per hoc; quòd dicitur Ezech. 18. Si auerterit, &c. secundum quòd est in argum. contr. Item per hoc, ꝙ dicitur Galat. 3. Tanta passi estis sine causa. Ac si dixerit. Meritum, quod in patiendo tanta propter Deum habuistis, nunc per peccatum uestrum perditis. Item per dictum 1. Cor. 15. Notum uobis facio fratres Euangelium, quod prædicaui uobis &c. nisi frustrà credidistis. Itẽ per dictum Apoc. 3. Tene, quod habes: ne alius accipiat coronam tuam. Item per dictum Isa. 14. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer; qui mane oriebaris? Miratur.n. pphe ta casum Luciferi post subsequentem; cum tamen antea, tanq̃ primo mane, oriretur: & consequẽter per hoc dat intelligere, ꝙ talis eius casus cõtigit ex eo, quòd ipse Lucifer clarũ suũ ortum. i. suam primam operationem in charitate factam mortificauit per mortale peccatum sequens, quod fuit supbia: De qua mox subditur ibid. Dicebas I corde tuo: in cœlum conscendam; supra astra exaltabo solium meum, &c. Similis ero altissimo. Pro cuius dicti prophetalis, quantum ad præsentis articuli intentum facit, sciendum est: ꝙ Lucifer fuit creatus in gratia. 1. q. 62. ar. 3. & per operationem suam in gratia factam meruit beatitudinem, ibid. art. 4. Sed ideo hanc nõ est consecutus, quia statim per culpam uoluntariam præcedens meritum mortificauit. 1. q. 63. artic. 5. ad quartum. Ipsam namque beatitudinem, postquàm illam meruit, mox accepisset; nisi statim impedimentum suæ beatitudinis præstitisset peccando 1. q. 63. art. 6. Hanc etiam mortificationem boni operis per peccatũ Luciferi factam subtiliter denotauit Christus de eo, sub nomine diaboli, dicens Ioan. 8. In ueritate non stetit. Quod exponens. B. Aug. in lib. 11. de ciuit. Dei cap. 15. dicit: Oportet, ut sic accipiamus; quòd in ueritate fuerit, sed non permanserit. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatus doctrina hæc Angelica uicissim declaretur atque confir.

---

*Sot. 4. s. d. 16. q. 2. ar. 5.*

SVPER Q. XXX. Aliàs 89. Art. v.

219 4. dis. 14. q. 2. artic. 3. q. 3. Et dist. 22. q. 1. art. 1. ad 6. & Hebr. 5. 6. lec. 1. & lec. 3. * q. præced. art. 4.

Concl. Opera per peccatum mortificata reuiuiscunt per pœnitentiam.

¶ Prob. Quia impedimentum. i peccatum huius mortale, quo fiebat, ne opera huius bona perducere possent hunc in vitam æternã; tollitur per pœnitentiam (ut patet q. 27. artic. 1.) ideóque per ipsam fit, ut eadem opera possint pducere hũc in uitam æternam (ut patet ex terminis): & hoc est, opera mortificata reuiuiscere. s. reddi efficacia, sicut prius ante peccatum fuerãt, ad perducendum hunc in uitam æternam.

*ar. præc.

1^m illatio conclusionis. Ergo videt, quòd etiam &c. ℞. Negatur illatio. §. Non.n. est eadem ratio (ut argumentum putat) de vtroque illorum; quæ in maiori præmissa adducuntur. Nam opera peccati per pœnitentiã abolentur secũdum se, sed opera facta ex charitate per peccatum mortale sequens non abolentur secũdum se, (remanent eñ semper accepta Deo, secũdum seipsa): sed tantum abolentur homini huic. i. abolentur sm ꝙ erant efficacia de facto ad pducendum hunc in vitã æternam. Hinc est: ꝙ peccata dimissa nõ possunt redire sm seipsa. q. 29. ar. 1. & quòd opera in charitate facta posſunt mortificata reuiuiscere. Remoto namq; impedimento, quod est ex parte hominis, &c. vt in tex.

*gl. interlinearis ibidem.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum opera mortificata per peccatum, per pœnitentiam reuiuiscãt.*

Ad quintum sic procedit. Videtur quòd opera mortificata per peccatum, per pœnitẽtiam non reuiuiscant sicut.n. per pœnitentiam subsequentem remittuntur peccata præterita, ita etiam per peccatũ sequens mortificãtur opera prius in charitate facta: sed peccata dimissa per pœnitentiam non redeunt, vt supra dictum est. ergo videtur, quòd etiam opera mortificata, per charitatem non reuiuiscant.

¶ 2 Præt. Opera dicuntur mortificari, ad similitudinem animalium, quæ moriuntur, vt dictum est* sed animal mortuum, nõ potest iterum viuificari. ergo nec opera mortificata, possunt iterum per pœnitentiam reuiuiscere.

¶ 3 Præt. Opera in charitate facta, merentur gloriam secundum quantitate gratiæ, vel charitatis: sed quandoque per pœnitentiam homo resurgit in minori gratia, vel charitate, ergo non consequitur gloriam secundum meritum priorum operum, & ita videtur, ꝙ opera per peccatum mortificata, non reuiuiscant.

Sed contra est, ꝙ super illud Ioel. 2. Reddam vobis annos, quos comedit locusta. dicit* gl. Non patiar perire vbertatem, quam cũ perturbatione animi amisistis: sed illa vbertas est meritum bonorum operum, quod fuit perditum per peccatum. ergo per pœnitentiam reuiuiscunt opera meritoria prius facta.

Resp. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd opera meritoria per peccatum sequens mortificata non reuiuiscunt per pœnitentiam subsequentem, considerantes, quòd opera illa non remaneant, vt iterum viuificari possint: sed hoc impedire nõ potest, quin viuificentur: non enim habent vim perducẽdi in vitam ęternam (quod pertinet ad eorum vitã) solum, secundum quòd actu existũt, sed etiam postquam actu esse desinunt, secundum quòd remanent in acceptatione diuina. Sic autem remanẽt quantum est de se etiam postquam per peccatum mortificãtur: quia semper Deus illa opera, prout facta fuerunt, acceptabit, & sancti de eis gaudebunt, secundum illud Apoc. 2. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam: sed quod isti, qui ea fecit, non sint efficacia ad ducendum in vitam æternam, prouenit ex impedimento peccati superuenientis, per quod ipse redditus est indignus vita æterna. Hoc autem impedimentum tollitur per pœnitentiam, inquantum per eam remittuntur peccata. vnde restat, quòd opera prius mortificata, per pœnitentiam recuperant efficaciam perducendi eum, qui fecit ea, in vitam æternam, quod est ea d reuiuiscere. Et ita patet, quòd opera mortificata per pœnitentiam reuiuiscunt.

Ad primum ergo dicendum, quòd opera peccati, per pœnitentiam abolentur secundum se: ita. s. quòd ex eis vlterius Deo indulgente, nec macula, nec reatus inducatur: sed opera in charitate facta, non abolentur a Deo, in cuius acceptatione remanent: sed impedimentum accipiunt ex parte hominis

2^m de maiori. Ad similitudinem. R. Aliqualem. §. Tunc nih. &c. Nam ad inualidandum illud argumentum sufficit: quòd opera ipsa non dicantur mortificari prout re uera non mortificantur, ad similitudinem totalem animalium; quæ moriuntur. Opera enim in charitate facta non mortificantur &c. vt in tex.

3^m de conclusione. Non consequitur gloriam. R. Essentialem. §. Sic. n. sequitur ex præmissis. Nam ille, qui per pœnitentiam, &c. ut in tex. Tunc nihil &c. ut patet ibid.

*In corp. art.

hominis operantis: & ideo remoto impedimento, quod est ex parte hominis operantis, Deus implet ex parte sua illud, quod opera merebãtur.

Ad secundum dicendum, ꝙ opera in charitate facta non mortificantur secũdum se (sicut dictum est*) sed solum per impedimentum superueniens ex parte operãtis. Animalia autem moriuntur secundum se, inquantum priuantur principio vitæ: & ideo non est simile.

Ad tertium dicendum, ꝙ ille, qui per pœnitentiam resurgit in minori charitate, consequetur quidem præmium essentiale, secundum quantitatem charitatis, in qua innititur, habebit tamen gaudiũ maius de operibus in prima charitate factis, quàm de operibus, quæ in secunda fecit, quod pertinet ad præmium accidentale.

APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis: quòd opera in charitate facta, si mortificentur, possunt per pœnitentiam reuiuiscere. Vt per hoc, quòd dicitur Ioel. 2. Reddam &c. secundum quòd cum expositione, & discursu, ponitur in argum. contr. Item per hoc; quòd dicitur Galat. 3. Tanta passi estis sine causa; si tamen sine causa. Nam per ly si tamen sine causa, monstratur intentum. Vult. n. dicere Apostolus Galathis. Vestra instabilitas, qua ad dictum pseudo Apostolorum legalia cum Euangelio seruare proposuistis, facit; quòd tanta pro Christo antea passi fueritis sine causa, i. sine utilitate; hoc est, istud uestrum peccatũ mortale mortificat uestræ patientiæ præteritæ meritum. Si tamen ab huius noxiæ instabilitatis proposito resipiscatis per pœnitentiam veram: tunc illa pristina patientia non erit uobis amplius sine causa. i. frustratoria: hoc est, per pœnitentiæ uigorẽ reuiuisceet non quidem in se, quia sic semper viua mansit (cum nata sit uiua, utpotè in charitate) sed reuiuisceet uobis, id est ad utilitatem uestram. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

---

Sot. 4. s. d. 16. q. 2. ar. 6.

SVP. Q. XXX. Aliàs 89. Art. vi.

220 4. dis. 14. q. 2. ar. 3. q. 1. & dist. 15. q. 1. ar. 3. q. 4. & 5.

Concl. Impossibile est: quòd opera mortua siue effectiuè, siue priuatiuè sumpta fiãt viua per pœnitẽtiã.

¶ Prob. Quia opera mortua effectiuè. i. peccata, per pœnitentiam abolent (ut patet Heb. 6. itẽ q. 27. ar. 1.) Secunda pars. s. priuatiuè, &c. probatur. Quia opera dicũtur priuatiuè mortua ex eo; ꝙ non procedunt a principio vitali, idest a charitate (ut patet): & per pœnitẽtiam non potest fieri, quòd eadem opera, quę prius a charitate non processerunt, procedant nunc ab ipsa (ut patet ex eo; quòd illa opera, cũ iam transierint, non possunt eadẽ numero resumi.)

*Art. prec.

In illud Aggęi. i. seminastis, &c. to. 6.

1^m de maiori. Difficilius uidetur. R. In rebus naturalibus. §. Tunc nihil &c. Nam articuli conclusio, ut de se patet, loquitur in moralibus: & in his est è cõtrario. i. facilius est, mortificatum reuiuiscere; quàm illud, quod numquàm fuit viuum (ut patet consideranti textum.)

2^m minor. Iste defectus tollitur per pœnitentiam. R. Negatur. §. Non enim operibus transactis a principio vitali non factis præstat, sed nec præstari potest, per pœnitẽtiam sequentem; quòd a tali principio procedãt (ut in conclusionis probatione dictum est.)

# ARTICVLVS VI.

*Vtrum per pœnitentiam subsequentẽ, etiam opera mortua viuificentur.*

Ad sextum sic proceditur. Vr quòd per pœnitentiam subsequentẽ etiam opera mortua (quæ. s. non sunt in charitate facta) viuificẽtur. Difficilius. n. videtur, quòd ad vitam perueniat illud, quod fuit mortificatum (quod numquam fit secundum naturam) quàm illud, qđ numquam fuit viuum, viuificetur: quia ex non viuis secundum naturam aliqua viua generantur: sed opera mortificata, per pœnitentiam viuificantur, vt dictum est.* ergo multo magis opera mortua viuificantur.

¶ 2 Præt. Remota causa, remouetur effectus: sed causa, quare opera de genere bonorum sine charitate facta, non fuerunt viua, fuit defectus charitatis, & gratiæ: sed iste defectus tollitur per pœnitentiam. ergo per pœnitentiam opera mortua viuificantur.

¶ 3 Præt. Hierony. dicit, Si quando videris inter multa mala opera facere peccatorem quemquam, aliqua, quæ iusta sunt, non est tam iniustus Deus, vt propter multa mala obliuiscatur paucorum bonorum: sed hoc maxime videtur, qñ mala præterita per pœnitentiam tolluntur. ergo vr, ꝙ post pœnitentiam Deus, remuneret priora bona opera in statu peccati facta, quod est ea viuificari.

Sed contra est, ꝙ Apost. dicit 1. Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum oẽs facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodest, hoc autẽ non esset, si saltem per pęnitentiam subsequentẽ viuificarent. non ergo pœnitẽtia viuificat opera prius mortua.

Resp. Dicendum, ꝙ opus aliqđ dicitur mortuũ dupliciter. vno modo effectiue: quia. s. est causa mortis: & secundum hoc opera peccati, dñr opera mortua, secundũ illud Heb. 9. sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operib. mortuis. hæc igitur opera mortua nõ viuificantur, p pñiam, sed magis abolentur, sm illud Hebr. 6. Non rursus iacientes fundamẽtum pœnitentiæ ab operibus mortuis. Alio modo dñr opera mortua priuatiue, s. quia carent vita spirituali, quæ est ex charitate, per quam anima Deo coniungitur, ex quo viuit sicut corpus per animam: & per hũc modum etiam fides, quæ est sine charitate, dr mortua, sm illud Iac. 2. Fides sine operibus mortua est, & per hunc etiã modum oĩa opera, quæ sunt bona ex gñe, si sine charitate fiant, dñr mortua, inquantum. s. non procedunt ex principio vitæ, sicut, si dicamus sonum citharæ vocem mortuam. Sic igitur differentia mortis, & vitæ in operibus est secundum comparationẽ ad principiũ, a quo procedunt opera autem non possunt iterum a principio procedere (quia transeunt) & iterum eadem numero resumi non possunt, vnde impossibile est, quòd opera mortua iterum fiant viua per pœnitentiam.

D. 951.

Ad primum ergo dicendum, quòd in reb. naturalib. tam mortua, q̃ mortificata carent principio vitæ: sed opera dicuntur mortificata non ex parte principii, ex quo processerunt, sed ex parte impedimenti extrinseci: mortua autem dicuntur ex parte principii: & ideo non est similis ratio.

Ad secundum dicendum, ꝙ opera de genere bonorũ sine charitate facta, dñr mortua propter defectum charitatis, & gratiæ, sicut principii. hoc autem non præstatur eis per pñiam sequẽtẽ, vt ex tali principio ꝓcedant. vñ rõ non seqr.

Ad tertium dicendum, quòd Deus recordatur bonorum, quæ quis facit in statu peccati, non vt remuneret ea in vita ęterna, quod debetur solis operibus viuis. i. ex charitate factis: sed remunerat ea temporali remuneratione, sicut * Grego. dicit in Hom. de Diuite, & Lazaro, quòd nisi diues ille aliquod bonum egisset, & in præsenti sæculo remunerationem accepisset, nequaquam ei Abraham diceret, Recepisti bona in vita tua, vel etiam hoc potest referri ad hoc, quod patietur tolerabilius iudicium. vnde dicit * August. in lib. de Patientia, non possumus dicere, schismatico melius fuisset, vt Christum negando nihil eorum pateretur quæ passus est confitendo, sed æstimandum est, ᵈ tolerabilius ei futurum iudicium, quàm si Christum negando, nihil eorum pateretur, vt illud quod ait Apostolus, Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, intelligatur ad regnum Cœlorum ᵈ obtinendum, non ad extremi supplicii iudicium tolerabilius subeundum.

*Hom. 40. in Euang. circa med. illius.

*Lib. de patientia, ca. 26. in med. tom. 4.

D. 426. & 1141.

D. 950.

3^m de concl.^e Remuneret. R. Remuneratione vel tẽporali prospe-

Ter-

prosperitatis, vel iudicij tolerabilioris. §. Sic enim sequitur ex præmissis. Nam B. Hieronymus sensum talem in verbis illis habuit: qualem BB. Greg. & Augustinum in similibus habuisse, declarat textus. Tunc nihil &cæt. Negatur siquidem, tanquàm falsa huius expositio, ly quod est, ea viuificari.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis; quòd opera extra charitatem facta non viuificantur per subsequentem pœnitentiam. Insinuatur autem per hoc; quòd dicitur 1. Cor. 13. Si distribuero, &c. secundum quòd ponitur cum discursu in argum. contr. Vbi constat; quòd sic exponendum est ly nihil mihi prodest. i. nihil mihi umquàm prodesse potest. Nisi enim exponendum sic esse vidisset D. Thomas; proculdubio mox authoritati illi non subsumpsisset ly hoc autem non esset, si saltem per pœnitentiam subsequentem viuificarentur. Potuisset siquidem negari ly hoc autem non esset, dicendo, quod sufficiebat ad uerificandum sensum Apostolicum exponere ly nihil mihi prodest. s. pro tempore tantum illo, quo extra charitatem tale opus fiebat. Quia vero sic replicari iure non posse, vidit sanctus doctor ex eo, quòd Apostolum absolutè locutum oportebat absolutè. i. sine coarctatione ad præmissam differentiam temporis, intelligere: ideo rectè & efficaciter illi dicto subsumpsit ly hoc autem non esset, si per &c. Item insinuatur idipsum per hoc, quòd de operibus malorum hominum vniuersaliter dicitur Sap. 4. Fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Si enim fructus eorum de genere bonorum (nam quandoq; bonum morale agunt: cum peccata non tollant totaliter bonum naturæ. 1. 2. quæst. 85. artic. 2. immo nec infidelitas 2. 2. quæst. 10. ar. 4.) possent aliquando viuificari; tunc non dicerentur absolutè fructus inutiles, & (quod magis sonat in futurum) ad nihilum apti. Nec igitur actu viuificabuntur vnquàm, nec in potentia: quia, cum ad nihilum sint apti, de necessitate sequitur; quòd ad hoc, vt quandoque viuificentur, non sunt apti. Item insinuatur per dictum Psal. 89. Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. Anni. n. malorum idest in aliqua saltem ipsorum opera moraliter bona in ipsis annis facta, si possent aliquando uiuificari, non dicerentur absolutè (ut patet) esse tanquàm ea; quæ pro nihilo habentur. Patet ergo ex hoc intentum: cum re uera anni eorum sint apud Deum, sicut illa; quæ habentur pro nihilo. In cuius signum euidens est differentia, quæ in sacris Dei literis. i. in quarto & quinto Genesis capitulo fit, inter annos bonorum & annos malorum. Nullo. n. modo pensandum est: scripturam in amborum descriptione sine causa legitima obseruasse discrimen; & quòd sine illius mira prouidentia, qui singulas marium guttas sapienter annumerauit, quicquam in suo sacro eloquio positum sit, vel non positum. Nota ergo differentiam illam. In capitulo quarto, ubi malorum, utpote descendentium ex Caym, uitæ ponuntur, non fit mentio de illorum diebus, aut annis: sed simpliciter dicitur; Enoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Matusael, &c. In capitulo autem quinto, vbi bonorum, utpote fidelium descendentium a Seth, vitæ ponuntur, fit mentio, dierum, atque annorum, & mentio quidem exactissima. Vixit (inquit) Seth centum quinque annis, & genuit Enos. Vixitque Seth, postquàm genuit Enos, 807. annis, genuitq; filios, & filias. Et facti sunt omnes dies Seth. 912. annorum. Vixit verò Enos 90. annis; & genuit Caynam. Post cuius ortum, vixit 815. annis; & genuit filios & filias. Factiq; sunt omnes dies Enos 905. anni. Vixit quoque Caynam 70. annis; & genuit Malalehel. Et uixit Caynã, postquàm genuit Malalehel 840. annis; genuitq; filios, & filias. Et facti sunt omnes dies Caynam 910. anni. &c. Ex hoc differenti modo loquendi de utrisque putas ne; quòd mali vixerint sine diebus materialibus, & annis? Non certè. Quid ergo? Quòd vixerunt sine diebus, & annis Deo acceptis; inquantum nulla in his opera ex charitate fecerunt. Vnde impiorum dies, & anni, simul apud Deum pro nihilo reputati sunt: & sicut ipsos malos se nescire fatetur per ly nescio vos Matth. 25. ita dies eorundem, & annos se nescire demonstrat per hoc, quòd nullam dierum, uel annorum uoculam exprimit, dum uitas illorum in libro suo Genes. recenset. Hac de causa & de malis dictum est, Psal. 77. defecerunt in vanitate dies eorum; & e contra de bonis, Psal. 72. dies pleni inuenientur in eis. Ex præmissis itaque scripturis omnibus patet: quòd Deus noster cum sit Deus ueritatis, Psal. 30. & non vanitatis, iustorum dies, & consequenter opera tunc facta, approbat; ita ut etiam mortificata quandoque per eorundem pœnitentiam viuificet: malorum autem dies, & consequenter opera tunc facta pro ignotis habet, ita ut ipsa numquàm pœnitentia etiam eorum accedente, viuificet. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

---

Alb. Mag. 4. s. d. 16. ar. 2. Sot. 4. s. d. 17. q. 1. ar. 1. Capr. 4. d. 16. q. 1. con. 1. & 2. & 4. Ad. 14. q. 1. con. 2.

## QVAEST. XXXI. Aliàs 90.

*De partibus pœnitentiæ in generali, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE cõsiderandum est de partibus pœnitentiæ.

¶ Et primo in generali.

¶ Secundo in speciali de singulis.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum pœnitentia habeat partes.

¶ Secundo, De numero partium.

¶ Tertio, Quales partes sint.

¶ Quarto, De diuisione eius in partes subiectiuas.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum pœnitentiæ debeant partes assignari.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd pœnitentiæ non debeant partes assignari. Sacramenta enim sunt, in quibus diuina virtus secretius operatur salutem: sed virtus diuina est vna, & simplex. non ergo pœnitentiæ, cum sit sacramentum, debẽt partes assignari.

¶ 2 Præt. Pœnitentia, & est virtus, & est sacramentum: sed ei, inquantum est virtus, non assignantur partes, cum virtus sit habitus quidam, qui est simplex qualitas mentis: similiter etiam, & pœnitentiæ, inquantum est sacramentum, non videtur quòd sint partes assignandæ: quia baptismo, & alijs sacramentis nõ assignantur partes, ergo pœnitentiæ nullo modo debent partes assignari.

¶ 3 Præter. Pœnitentiæ materia est peccatum, vt supra dictum est:* sed peccato non assignantur partes. ergo etiam nec pœnitentiæ sunt partes assignandæ.

*q. 84. ar. 2.

SED CONTRA est, quòd partes sunt, ex quibus perfectio alicuius integratur: sed pœnitentiæ perfectio integratur ex pluribus, s. contritione, confessione, & satisfactione. ergo pœnitentia habet partes.

RESPON. Dicendum, quòd partes rei sunt, in quas materialiter totum diuiditur. habent enim se partes ad totum, sicut[d] materia ad formam. vnde in 2. Physico. partes ponuntur in genere causæ materialis, totũ autem in genere causæ formalis. Vbicumque igitur ex parte materiæ inuenitur aliqua pluralitas, ibi est inuenire partium rationem. Dictum est autem supra,* quòd in sacramento pœnitentiæ, actus humani se habent per modũ materiæ. Et ideo cũ plures actus humani requirantur ad pœnitentię perfectionem, scilicet contritio, confessio, & satisfactio, (ut infra patebit*) consequens est, quod sacramentum pœnitentiæ habeat partes.

D. 8. 2. — *q. 84. a. 1. — *Art. seq.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quod qdlibet sacrm hẽt simplicitatẽ rõne virtutis diuinæ, q̃ in eo operat: sed virtus diuina

propter

SVP. Q. XXXI. Aliàs 90. Art. 1.

CONCL. Sacramentum pœnitentię habet partes.

¶ PROB. Quia in sacramento pęnitẽtiæ ex parte materiæ inuenit pluralitas (ut patet ex eo: quod actus humani, quos oportet esse plures ad pœnitentiæ perfectionem, arti. 2. se habent in ipso sacramento per modum materię. q. 25. art. 1.): & vbicumque ex parte materiæ inuenit aliqua pluralitas, ibi est inuenire partium rationẽ (cum partes sint; in quas, tanquàm in materiam, totum, tanquàm forma, diuiditur.)

221. 4. dist. 16. q. 1. ad 2. q. 1. & 4.

I[m] minor. Virtus diuina est una & simplex. R. Operari tamen potest non solum per vnum, sed etiam per multa. §. Tunc nihil &cæt. Nam partes non assignantur sacramento pœnitẽtię, quasi quòd uirtus diuina actiue operans in ipso non sit vna, & simplex (imò & Pœnitentia & quodlibet aliud sacramentum ex parte hac. i. ratione virtutis diuinæ in eo operantis, habet simplicitatem): sed assignãtur ei ad denotandum, quòd virtus illa ibi operatur per multa; puta per hominis cõtritionem, confessionem, satisfactionem.

Se-

propter sui magnitudinem, operari potest & per vnum, & per multa, ratione quorum alicui sacraméto possunt partes assignari.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ pœnitentiæ, secundum quòd est virtus, non assignantur partes: actus.n. humani, qui multiplicantur in pœnitentia, non comparantur ad habitum virtutis, sicut partes, sed sicut effectus. vnde relinquitur quòd partes assignentur pœnitentiæ, inquãtum est sacramentum, ad quod actus humani comparantur, ut materia. In alijs autem sacramétis materia non sunt actus humani, sed aliqua res exterior, vna siue simplex, vt aqua, vel oleum siue composita, vt chrisma: & ideo alijs sacramentis non assignantur partes.

Ad tertivm dicendum, ꝙ peccata sunt materia remota pœnitentiæ inquantum. s. sunt materia, vel obiectum humanorum actuum, qui sunt propria materia pœnitentiæ, prout est sacramentum.

2m de minori. Pœnitentiæ, inquantum est sacramẽtum, non videtur; quòd sint partes assignandæ.

℞. Negatur. § Ad probationem dicitur, quòd est inefficax.i.nihil probat. Non enim (ut putat argumentum) est eadem ratio, quò ad hoc, de isto & de alijs sacramentis. Nam ad sacramentum pœnitentiæ actus humani comparantur, ut materia: in alijs autem sacramentis materia, &c. vt in text. Ex quo dic: ꝙ virt⁹ illa diuina, de qua loquebatur ad primũ, in alijs sacramẽtis operatur per vnum, idest per vnam materiam, ad differentiam pœnitentiæ, in qua operatur per multa.

3m de maiori. Materia. ℞. Remota. §. Vt quæst. 15. articu. 2. Tunc nihil &cæt. Non enim ex parte materiæ cuiuscumque, sed propinquæ, in pœnitentiæ sacramento sunt assignandæ partes.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, quòd pœnitentiæ debent partes assignari. Insinuatur autem per hoc, quod dicitur, Psal. 79. Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Ecce pars una. s. contritio. Item Psal. 31. dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino. Ecce alia pars. s. confessio. Item Matth. 3. Luc. 3. facite fructus dignos pœnitentiæ. Ecce alia pars. s. satisfactio. Item per id, quòd in figura nostræ pœnitentiæ antiquitus dicebatur Leuit. 5. Anima, quæ peccauerit per ignorantiam, & peccati rea intellexerit iniquitatem suam offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti; iuxta mensuram, æstimationem peccati. Nam per ly rea peccati intellexerit iniquitatem suam, denotatur vna pars pœnitentiæ. s. contritio: quoniam ille, vt reus peccati, intelligit iniquitatem suam, qui dolet de peccato suo. Et per ly offeret ar. imac. sacerdoti, designatur alia pars. s. confessio: quoniam cum diuersæ oblationes pro diuersis peccatis offerri mandarentur (ut sępius per Leuiticum patet.) Specialis oblatio allata sacerdoti notificabat qualitatem peccati offerentis: & ita gerebat vicem confessionis. Et per ly iuxta mẽsuram, æstimationemq; peccati, significatur alia pars, s. satisfactio: quoniam in hac fit quædam recompensatio proportionaliter, quamuis non æqualiter, correspondens offensæ diuinæ. q. 86. artic. 3. hoc est, iuxta mensuram peccati. Simile autem eius, quod annotaui nunc de Leui. 5. inuenies in ipsius libri capitulis multis: ex quibus dices iuxta normam præscriptam. Quòd uerò a figuris ad figurata liceat ad ueritatem inueniendam argumentari; docuit suo facto Concilium Hispalense 2. vt recitatur in Veritatibus aureis super totam legem veterem, Leuit. 8. circa conclus. 2. Item per hoc, quòd legitur Luc. 15. In se reuersus dixit, surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam Peccaui, &c. Ecce plures partes (ut patet) pœnitentiæ. Item per dictum Zachæi ad Dominum Luc. 19. Ecce dimidium bonorum meorũ do pauperibus. Constat. n. quòd his uerbis promittit satisfactionem pro peccatis præteritis: secundum quòd Spiritussanctus talem uiam esse bonam ad satisfaciendum declarauerat per os Danielis in hoc, quòd cuidam maximo peccatori dixit cap. 4. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN quæst. 90. in qua de partibus pœnitentiæ agitur. s. contritione, confessione, & satisfactione, sciendum est uarias inueniri de hoc opiniones. Scotus namque in 4. Sent. distin. 16. q. 1. tenet quòd ista tria nullo modo sunt partes sacramenti pœnitentiæ. Et fundamentum eius est: quia apud ipsum in eo. 4. dist. 14. q. 4. sacramẽtum pœnitentiæ est absolutio sacramentalis, cuius nulla pars est contritio, quæ est quoddam spirituale in anima: neque confessio: quia nihil est ipsius sententiæ sacerdotis, sed est actus rei accusantis seipsum: neque satisfactio, quæ sequitur absolutionem sacramentalem Durandus vero in 4. Sent. distin. 14. quæst. 2. articu. 1. tenet sacramentum pœnitentiæ integrari ex absolutione, ut forma, & confessione, ut materia, contritionem uero non ponit eius partem, sed dispositionem præuiam: satisfactionem autem pro consequente. Auctor autem, ut patet in litera, tenet hæc tria esse partes pœnitentiæ sacramenti ex parte materiæ. Et quoniam Auctoris via canonizata est ab uniuersali synodo sub Eugenio IIII. vbi sic legimus. Quartum sacramentum est pœnitentia, cuius quasi materia sunt actus pœnitentis: qui in tres distinguuntur partes, quarum prima est cordis contritio, ad quam pertinetur doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero, secunda est oris confessio ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter, tertia est satisfactio pro peccatis, secundum arbitrio sacerdotis, quæ quidem præcipue fit per orationem, ieiunium, & eleemosinam. Forma huius sacramẽti sunt uerba absolutionis, quæ sacerdos profert quum dicit, ego te absoluo. hæc ibi. Ideo sanctæ matris ecclesiæ doctrina monstrat, tam Scoti quàm Durandi opiniones deficere: ex hoc. n. quòd pœnitentiæ sacramentum constare dicitur ex actibus pœnitentis, vt materia, & absolutione, ut forma, sequitur quòd sacramentum pœnitentiæ non est sola absolutio sacerdotis, ex hoc uero, quòd actus pœnitentis, qui sunt ut materia sacramenti, distingui dicuntur in tres partes. s. contritionem, confessionem & satisfactionem sequitur, quòd non sola confessio, ut materia in sacramento pęnitentiæ. Stat ergo solida Auctoris doctrina.

*Scot. 4. s. d. 16. q. 12.*
*Rich. 4. s. d. 16. q. 1. ar. 1.*
*Maur. 4. d. 15. qu. 4*
*Duran. 4. s. d. 16. q. 1.*
*Sot. 4. s. d. 17. q. 1. ar. 2.*
*Cap. 4. d. 16. q. 1. con. 3.*

## ARTICVLVS II.

*Vtrum conuenienter assignentur partes pœnitentiæ, contritio, confessio, & satisfactio.*

222 4. d. 16. q. 1. ar. 1. q. 2. & 4. & di. 17. q. 3 ar. 3. q. 4. di. 22. q. 2. ar. 1. q. 2. ad 3. Et 2. Cor. 7. lec. 3.

AD secvndvm sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter assignentur partes pœnitentiæ, contritio, cõfessio, & satisfactio. Contritio. n. est in corde (& sic pertinet ad interiorem pœnitentiam) confessio in opere, & sic duo vltima pertinent ad exteriorem pœnitẽtiã. Pœnitentia autem interior non est sacramentum, sed sola pœnitentia exterior, quæ sensui subiacet. non ergo conuenienter assignantur hæ partes sacramento pœnitentiæ.

¶ 2 Præt. In sacramento nouæ legis confertur gratia, vt supra habitum est: * sed in satisfactione non confertur aliqua gratia. ergo satisfactio non est pars sacramenti.

* q. 62. art. 1. & 3.

¶ 3 Præt. Non est idem fructus rei, & pars, sed satisfactio est fructus pęnitentiæ, sm illud Luc. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ. ergo non est pars pœnitentiæ.

¶ 4 Præt. Pœnitentia ordinatur contra peccatum: sed pctm̃ potest perfici solum in corde, per consensum, vt in secunda parte habitum est, ergo & pœnitentia. non ergo pœnitentiæ debent partes poni confessio oris, & satisfactio operis.

* 1. 2. q. 72. art. 7.

SVP. Q. XXXI. Aliàs 90. Art. II.

COncl. Contritio, Confessio, & satisfactio, conuenienter ponuntur partes pęnitentiæ.

¶ Prob. Quia in pœnitentia fit recompensatio offensæ secũdum voluntatem peccantis, ac secundum arbitrium Dei, in quem peccatur (ut patet ex eo: ꝙ hic principaliter quæritur recõciliatio amicitię.) & cõtritio importat ex parte pęnitentis uoluntatem recompensandi, confessio autem illud, scilicet quod se subijciat arbitrio sacerdotis locum Dei gerentis, satis-

satisfactio verò hoc aliud.s.quòd recompẽset secundum arbitrium eiusdem ministri Dei.

**1m de maiori.** Et sic pertinet. ℞. Essentialiter. §. Tunc nihil &c. Ad hoc enim quòd cõtritio sit pars pœnitentiæ quæ est sacramentum, sufficit ipsam pertinere sicuti pertinet, virtualiter ad pœnitentiam exteriorem. Porrò; contritionem virtualiter ad sacramentum hoc (ut dicit textus) pertinere, cõfirmatur ex Concilio Trid. sess 14. cap. 4. Contritio, quæ primum locum inter dictos pœnitentis actus habet, animi dolor ac detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. Fuit autem quouis tẽpore ad impetrandam veniam peccatorũ hic contritionis motus necessarius: & in homine post Baptismum lapso ita demum prçparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia diuinæ misericordiæ, & voto prçstãdi reliqua coniunctus sit; quæ ad rite suscipiendum hoc sacramentum requiruntur. Hæc ibi. Vbi patet expresśe; quòd contritio, ut pars huius sacramenti, non est sine uoto præstandi reliqua. Quæ proculdubio esse confessionem & satisfactionem; prædixerat idem concilium, cap. 3. Vide adhuc, ꝑ textus notitia, quædam de clauibus Ecclesiæ dicta q. 27. articu. sexto, cum Elucid.

* Posita in argu. 2.

* Li. 5. text. 7. to. 3.

* q. 60. art. 5. & 6. D. 945.

* Ar. præc.

* q. 85. a. 3. ad 3.

**2m minor.** In satisfactione nõ confert aliqua gratia. ℞ Negatur. §. Nam satisfactio confert, &cæt. ut in textu. Iam enim in ad primũ dictum est: quòd contritio, ad sacramentum pœnitentiæ pertinens, est cum proposito confitendi & satisfaciendi; ex quo dicto patet, quòd satisfactio tunc simul cum cæteris annexa confert gratiam.

**3m de maiori.** Rei. ℞. Eodem modo sumptæ. §. Tunc nihil &c. Nam hæc res.s. pœnitentia, non sumitur eodem modo in hac propositione, satisfactio est fructus pœnitentiæ, & in illa alia, satisfactio est pars pœnitentiæ. In prima.n. sumitur pœnitentia pro virtute; in secunda autem pro sacramento. Nam satisfactio est pars pœnitentiæ, &c. in tex. Vide artic. primo, ad secundum.

**4m illatio conclusionis primæ.** Ergo & pœnitentia. ℞, Negatur illatio. § Plura siquidem requiruntur ad bonum, &c. ut in textu. Ex quo vlterius virtualiter neganda venit etiam illatio conclusionis secundæ.s. Non ergo pœnitentiæ debent, &c. Quib. tam perspicuis, solidisq; verbis constat: quanta illusione diabolica teneantur hæretici illi; qui confessionem solo corde factam Deo sufficere ad salutem contendunt.

**5m contr. de conclusione.** Quarta pœnitentiæ pars. ℞. Essentiæ. §. Dictum est.n. in tex. corp princip. quòd duplex est pars, &c. Tunc nihil &c. Articuli namque conclusio loquitur de partibus quantitatis in hoc sacramento: absolutio autem sacerdotis non est pars quantitatis; cum non se teneat ex parte materiæ. In illo igitur, quod adducebatur de argumenti conclusione, negandum est ly quarta; & concedendum est ly pars, in sensu prædicto. Non enim absolutio illa potest esse pars quarta; cum in sensu alio a præmissis, scilicet a contritione, confessione, & satisfactione sit pars. Remanent ergo solum tres partes quantitatis sacramenti pœnitentiæ, & non plures, nec pauciores: sicut intendebat articuli conclusio.

SED CONTRA, Videtur quòd debeant poni plures partes pœnitentiæ. Pars enim hominis ponitur non solum corpus, quod est eius materia, sed etiam anima, quç est eius forma: sed tria prædicta,* cum sint actus pçnitentis, se habent sicut materia, absolutio autem sacerdotis se habet per modum formæ. ergo absolutio sacerdotis debet poni quarta pars pœnitentiæ.

RESP. Dicendum, quòd duplex est pars, vt dicitur in quinto* Metaph. s. pars essentiæ, & pars quantitatis. Partes essentiæ sunt naturaliter quidem forma & materia logice autem est genus, & differentia. Hoc autem modo quodlibet sacramẽtum distinguitur in materiam, & formã, sicut in partes essentiæ: vnde, & supra dictum est,* quòd sacramenta consistunt in rebus & verbis; sed qa quantitas se tenet ex parte materiæ, partes quantitatis sunt partes materiæ. Et hoc modo sacramento pœnitentiæ specialiter assignantur partes, (ut dictum est*) quantum ad actus pœnitentis, qui sunt materia huius sacramenti. Dictum est autem supra,* quòd alio modo fit recompensatio offensæ in pœnitentia, & in vindicatiua iustitia. Nam in vindicatiua iustitia fit recompensatio secundum arbitrium iudicis, non secundũm voluntatem offendentis, vel offensi, sed in pœnitentia fit recompensatio offensæ secundum voluntatem peccantis, & secundum arbitrium Dei, in quem peccatur: quia hic nõ quæritur sola integratio çqualitatis iustitiæ, (sicut in iustitia vindicatiua) sed magis reconciliatio amicitiæ, quod fit dum offendens recompensat secundum voluntatem eius, quem offendit. Sic igitur requiritur ex parte pœnitentis: primo quidem voluntas recompensandi, quòd fit per contritionem: secundo, quòd se subiiciat arbitrio sacerdotis loco Dei quod fit in confessione: tertio, ꝙ recompenset secundum arbitriũ ministri Dei: quod fit in satisfactione, & ideo contritio, confessio, & satisfactio, ponuntur partes pœnitentiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd contritio, secundum essentiam quidem est in corde, & pertinet ad interiorem pœnitentiam: virtualiter autem pertinet ad exteriorem pœnitentiam, inquantum.s. implicat propositum confitendi, & satisfaciendi.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ satisfactio confert gratiam, prout est in proposito: & auget eam, prout est in executione; sicut etiã baptismus in adultis, vt supra dictum est.*

AD TERTIVM dicendum, ꝙ satisfactio est pars pœnitentiæ sacramenti, fructus autem pœnitentiæ virtutis.

AD QVARTVM dicendum, qđ plura requiruntur ad bonum, quod procedit ex integra causa, quàm ad malum, quod procedit ex singularibus defectibus secundum* Dionys. 4. cap. de Diui. nom. & ideo licet peccatũ perficiatur in consensu cordis, ad perfectionem tamen pçnitentiæ requiritur, & contritio cordis, & confessio oris, & satisfactio operis.

Ad contrarium vero patet solutio per ea, quæ dicta sunt.*

AR-

* q. 68. a. 2. & q. 69. artic. 8.

* Ca. 4. parte 4. inter finé & medium.

* In cor. ar.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

EX quo artic. habes primò: quomodo ꝑ rationem tum directã (Hæc est in text. corp.) tum indirectam (Hæc est solutio argumentorum. Et hoc sẽp subintelligi in similibus locis appendicum; aliàs dictum fuit) interrimas hæreses Lutheri, dicentis: pœnitentiæ sacramenti non esse tres partes. Et Ioannis Spangebergi, dicentis: pœnitentiæ partes esse tantum duas. s. contritionem, & fidem. Secundò habes: quomodo per rationẽ ostendas, illas meritò damnari a Cõcilio Florẽtino sub Eugen. IIII. in decreto Armenis dato, siue (ut aliàs prætitulatur) in constit. Concilij Florẽ. super vnio. Armenor. Quartum sacramentum est Pœnitentia; cuius quasi materia sunt actus pœnitentis, qui in tres distinguuntur partes. Quarũ prima est cordis contritio; ad quam pertinet, vt doleat de peccato cõmisso cũ proposito non peccandi de cçtero. Secunda est oris cõfessio; ad quã pertinet, vt peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia est satisfactio ꝑ peccatis, secundum arbitrium sacerdotis. Hæc ibi. Item a Conc. Trid. sess. 14. cap. 3. Sunt autem, quasi materia huius sacramenti, ipsius pœnitentis actus; nẽpe Contritio, Confessio, & Satisfactio. Qui, quatenus in pœnitente ad integritatem sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem, EX DEI INSTITVTIONE* REQVIRVNTVR, hac ratione partes pœnitentiæ dicuntur. Hæc ibi. Et canon. 4. Si quis negauerit; ad integram & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in pœnitentæ, quasi materiam sacramenti pœnitentiæ, uidelicet, Contritionem, Confessionem, & satisfactionem; quæ tres pœnitentiæ partes dicuntur: Aut dixerit, duas tantum esse pœnitentiæ partes, terrores, scilicet incussos conscientiæ, agnito peccato; & fidem conceptam ex Euangelio vel absolutione; qua credit quis, sibi per Christum remissa peccata; anathema sit. Hæc ibi. Item meritò damnari a SS Doctoribus, Augustino Ambrosio, Hieronymo, Gregorio Chrysostomo, Cypriano, cum fundamentis sacrarum scripturarum & alijs opportunis ad longum dictis. Quæ nos breuitati studentes hic ad uerbum non recensemus: sed pro plena horum notitia lectorem remittimus ad librum, cuius titulus est, Assertionis Lutheranæ confutatio per Reuerendum patrem Ioannem Episcopum Roffensem. Vide igitur ibi eum contra articulum quintum Lutheri. Item merito damnari a dictis supra articulorum numero 186. 204. Elucid. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

2

3

## Comm. Cardinalis Caietani.

IN eiuſdem quæſt.art. 2.in reſponſione ad primum dubium occurrit circa ipſam reſponſionem, pro quanto dicit, quòd contritio ſecundum eſſentiam non eſt pars ſacramenti: virtualiter autem pertinet ad exteriorem pœnitentiam, id eſt, vt pars ſacramenti, inquantum implicat propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi: ſecundum enim reſponſionem hanc non ſunt tres, ſed duæ partes pœnitentiæ, qm̃ contritio, vt diſtinguitur a confeſſione, & ſatisfactione, non eſt pars pœnitentiæ, & ſic Auctor ſibiipſi cõtrarius inuenitur.

¶ Ad hoc dicitur, quod in contritione plura inueniuntur: inter quæ vnum eſt velle recompenſare ad arbitrium ſacerdotis. Et ratione huius ponitur prima pars pœnitentiæ ſacramenti, tanquam initium eius, ita quòd actus iſte interior, licet ſecundum ſe nõ ſpectet ad exteriorem pœnitẽtiam, vt eſt tamen ratio, & initium exterioris pœnitentiæ ad exteriorem ſpectat pœnitentiam. Sicut in alijs videmus tam bonis, quam malis, quòd interiores actus, & paſſiones, vt ſunt rationes exteriorum, ad extrinſeca ſpectant iudicia: aliter enim iudicatur offendens ex odio, aliter offendens ex ira, &cæt. Et præter communem hanc rationem ſpecialis in propoſito interuenit ratio, quæ ex differẽtia inter recompenſationem puræ iuſtitiæ, & recompenſationem iuſtitiæ, & amicitiæ facile patet. Recompenſatio enim iuſtitiæ attenditur ſecundum æqualitatem exteriorem, ſiue ſponte, ſiue inuite fiat recompenſatio, ut patet tam in ſolutione pecuniæ, quàm in abſciſſione membrorum, ſeu vapulatione, & ſatisfactum eſt enim iuſtitiæ etiam ſi inuitus reus ſoluerit, aut paſſus fuerit: recompenſatio autem iuſtitiæ, & amicitiæ, niſi ſponte fiat a reo, nihil valet: quoniam non eſt reconciliatiua. Et quoniam ad ſacramentum pœnitentiæ ſpectat recompenſatio reconciliatiua, ideo ad hoc denotandum initium, & ratio eius ponitur velle, recompenſare: quod velle, quia clauditur in contritione, ideo contritio ponitur prima pars ſacramenti pœnitentię, & dicitur in litera de ea, quòd non ſecundum eſſentiam, ſed virtualiter, hoc eſt, vt eſt initium recompenſationis, eſt pars ſacramenti pœnitentiæ. Auctor.n. per illa verba, inquantum. ſ. implicat propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi circumloquimur voluntatem recompenſandi, quam in corpore art. concluſerat eſſe primam partem pœnitentiæ, Vnde patet, quòd contritio non ſolum ſecũdum ſe, ſed vt eſt prima pars pœnitentiæ, diſtinguitur a confeſſione, & ſatisfactione, nam voluntas recompenſandi diſtinguitur a ſubiectione, & ab executione.

¶ Et per hæc patet reſponſio ad Scot. & Durand. vtentes hoc argumento.

¶ In eod. art. in reſponſione ad ſecundum nota diligenter, & prædica doctrinam hanc, quòd ſatisfactio ſacramentalis auget gratiam ex hoc, quod eſt pars ſacramenti Et potes hoc intelligere ex differentia, quæ eſt inter ſatisfactionem ſacramentalem, & non ſacramentalem. nam ſatisfactio ſacramentalis valet non ſolum ſecundum ſe, ſed etiam ex uirtute clauium, ſatisfactio autem non ſacramentalis valet ſolum ſecundum ſe: quoniam a clauibus non emanauit, quocirca plus prodeſt vnus ieiunij dies, aut unum pſalterium ex impoſitione confeſſoris, quàm ſine tali impoſitione. Et hinc ſequuntur duo. primum, quod pœnitentes errant paruam ſatisfactionem volentes ſibi a confeſſore imponi. ſecundum, quòd confeſſores minus bene prouident pœnitentibus, partis tamen, dando eis leuem pœnitentiam: ipſa enim prorogatio ſatisfactionis ſacramentalis virtute clauium, & augere nata eſt gratiam, & plus valere ad ſatisfaciendum pro peccatis.

¶ In eadem reſponſione ſoluenda occurrit obiectio Duran. in 4. diſt. 16. q. 1. contra ſatisfactionem: quia id non pars ſacramenti, ſine quo ſacramentum eſt completum, vel deficiente una parte ſacramenti ſacramentum nullum eſt, ſed ſine ſubſecuta ſatisfactione, ſacramentum pœnitentiæ iam fuit verum ſacramentum: ergo.

¶ Ad hoc dicitur, quòd pars eſt duplex, eſſentialis, uel integralis. Et ſine parte quidem eſſentiali ſacramentum nullum eſt: ſicut nec homo eſt ſi deſit anima, aut corpus. Sed ſine vna parte integrali ſacramentum verum quidem, ſed imperfectum eſſe poteſt: ſicut homo ſine manu eſt uerus homo, ſed mancus. Satisfactio autem non ponitur pars eſſentialis ſacramenti pœnitentiæ, ſed integralis: eſt. n. pars actuum pœnitentis, qui ſunt vt materia ſeu pars eſſentialis ſacramenti: ſicut manus eſt pars corporis humani, quod eſt materia, & pars eſſentialis hominis.

---

*Alb. mag. vbi ſup.*
*Sco. 4. ſ. d. 16. q. 1. ar. 3.*
*Capr. 4. d. 66. q. 1. con. 4.*

## ARTICVLVS III.

*Vtrum prædicta tria ſint partes integrales pœnitentiæ.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur q̃ prædicta tria non ſint partes integrales pœnitentiæ. pœnitentia.n. vt dictum eſt* contra peccatum ordinatur: ſed peccatum cordis, oris, & operis ſunt partes ſubiectiuæ peccati, & non partes integrales: quia peccatum de quolibet horum prędicatur. ergo etiam in pœnitentia contritio cordis, confeſſio oris, & ſatisfactio operis, non ſunt partes integrales.

¶ 2 Præt. Nulla pars integralis in ſe continet aliam ſibi condiuiſam: ſed contritio continet in ſe confeſſionẽ, quòd ſatisfactionem in propoſito. ergo non ſunt partes integrales.

¶ 3 Præt. Ex partibus integralibus ſimul, & æqualiter conſtituitur totum: ſicut linea ex ſuis partibus, ſed hoc non contingit hic. ergo prædicta non ſunt partes integrales pœnitentiæ.

SED CONTRA. Illæ dicuntur partes integrales, ex quibus perfectio totius integratur: ſed ex tribus prædictis * integratur pfectio ipſius pœnitentiæ. ergo ſunt partes integrales pœnitentiæ.

RESPON. Dicendum, q̃ quidam dixerunt hæc tria eſſe partes ſubiectiuas pniæ, ſed hoc non poteſt eſſe: quia ſingulis partib. ſubiectiuis adeſt tota d virtus totius, & ſimul, & ęqualiter; ſicut tota virtus animalis, inquantum eſt animal ſaluatur in qualibet ſpecie animalis, quæ ſimul, & æqualiter diuidunt animal, ſed hoc non eſt in propoſito, & ideo alii dixerunt, q̃ ſunt partes potentiales, ſed nec hoc verum eſſe poteſt: quia ſingulis partib. potentialib. adeſt totũ, ſm totam eſſentiam: ſicut tota eſſentia animæ adeſt cuilibet eius potentiæ, ſed hoc nõ eſt in propoſito. vnde relinquitur, quòd prædicta tria ſint partes integrales pœnitentiæ. Ad quarum rationem exigitur, ut totum non adſit ſingulis partibus, neq; ſecundum totam virtutem eius, neque ſecundum totam eius eſſentiam, ſed omnibus ſimul.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ peccatum, quia rationẽ mali habet,

potest

---

SVP. Q. XXXI. Aliàs 90. Art. III.

4. diſ. 16. q. 1. ar. 1. q. 3.

* q. 84. artic. 3.

CONCL. Tria prædicta. ſ. contritio, confeſſio, & ſatisfactio, sũt pœnitentiæ partes integrales.

¶ PROB. 1. Quia totum. ſ. pœnitentia, non adeſt ſingulis illarũ partium neque ſecundum totam virtutem, neque ſecundum totam eſſentiam ſuam. i. ipſius pœnitentiæ, ſed omnibus ſimul (ut patet conſideranti): & ad rationem partium integraliũ exigitur hoc. ſ. quòd totũ non adſit ſingulis partibus, neq; ſecundum totam virtutem eius, neq; ſecundum totam eius eſſentiam, ſed omnibus ſimul (ut patet.) Secundò quia id relinquitur clarum, tanq̃ a ſufficienti diuiſione, per excluſionem. ſ. duarum opinionum (ut declaratur in tex.). Tertio quia illæ dicuntur partes integrales, ex quibus perfectio &c. vt in argumen. cont.

¶ EXAM. Ly integrales. Ad horum notitiam facientia, vide 2. 2. q. 48. & q. 79. ar. 1. Sed & pro ſubiectiuarum notitia, vide ibid. q. 61. art. 1. & pro potentialium, ibid. q. 80. ar. 1. Item adhuc vide pro ampliori captu. 2. 2. q. 128. ar. 1. & q. 143. ar. 1. & q. 144. ar. 1. & q. 155. Ex ijs. n. lector ingenioſus percipiet; quid requiratur ad hoc. ſ. ad eſſe partem vel ſubiectiuã, uel potentialem, uel integralem: & ideo ad textus præſentis pleniorem intelligentiam inde proficiet.

Pri-

1^m minor. Peccati cordis, oris, & operis, ſunt partes ſubiectiuæ peccati; & non partes integrales. B. Tñ tria hæc. ſ. quod eſt in corde, & quod eſt in ore, & quod eſt in opere, ſunt partes quaſi integrales talis peccati. §. 1. peccati cordis, oris, & operis. Tunc nihil &c. Quia enim pœnitentia perficitur ſimul in his tribus. ſ. corde, ore, opere; ideo pœnitẽtiæ hæc tria. ſ. contritio, confeſſio, ſatisfactio, ſunt partes integrales.

*Ar. præc. poſit: 1 arg. 1.

D. 970.

¶ EXAM 1. Ly peccatum, quod in ſolo. Hoc ſcilicet ly ſolo, dicitur ad denotandum; quòd de peccato ipſo, vt eſt triplex. i. ut unũ eorum realiter diſtinguitur ab alio, vult loqui. Sic eñ quodlibet illorum triũ erit peccati ſimpliciter dicti pars ſubiectiua. i. ſpecies contenta ſub peccato ſimpliciter dicto, tanquàm ſub genere ſuo. Vt dicamus. Peccatum ſimpliciter, ideſt nullo addito, dictum quotuplex eſt? Triplex ſcilicet, uel in corde ſolo perpetratum, vel in corde & ore ſimul, uel in corde & opere ſimul. Ita q̃ prima ſpecies peccati ſimplr. i. nullo addito, dicti eſt in corde ſolo; Secunda autem eiuſdem ſpecies eſt in corde & ore ſolis; Tertia uerò eiuſdẽ ſpecies eſt in corde, & opere ſolis. Hactenus dicta faciunt ad declarationẽ illius minoris in argumento; quoniam oſtendunt, quomodo peccatum cordis, oris, & operis, ſint partes ſubiectiuæ peccati, & non partes integrales: ſed non faciunt ad ſolutionem

lutionem argumenti; quoniam pœnitentia, contra cuius partes intendit loqui argumentum, non perficitur in aliquo vno exclusis cæteris, sicut perfici potest peccatum. ar. 2. ad quartum. Hinc enim fit; quòd nulla pars pœnitentiæ potest esse pars subiectiua, seu (quod idem est) species: vt patet in tex. corp. Neque enim contritio sola, neque confessio sola, neque satisfactio sola, habet totam virtutem pœnitentiæ (ut de se patet). Sed tantum omnes tres simul: sicut nec fundamentum solum, nec paries solus, nec tectum solum, habet totam virtuté domus (puta, protegere a pluuia a frigore, &c.) sed tantum omnia hæc tria simul. Oportet igitur; vt D. Thomas, more suo doctrinali procedendo, afferat in textu aliquid faciens ad solutionem argumenti, imò illud de facto soluens. Audi ergo.

*Ar. præc. ad 4. D. 994.

¶Exam. 2. Ly huiusmodi peccati. Hoc est; ex talibus pro uno tantum accepti. Non enim per ly peccati, intelligit omnes illas species ibi prædictas; alioquin dixisset ly huiusmodi peccatorum. Ac si apertius diceret. Si accipiatur aliquod vnum peccatum numero, quod motu uno continuato fiat corde, ore, & opere: tunc tria hæc. s. esse in corde, esse in ore, esse in opere, erunt illius vnius peccati partes integrales. Illud enim vnum peccatum integratur ex his: hoc est, esse in corde, esse in ore, esse in opere, concurrunt ad integrandum illud unum peccatum numero. Dictum hoc soluit argumentum (vt uisum est in responso formali): & ad pœnitentiæ propositum satis bene adaptatur. Nam sicut pœnitentia est vnum quid totum, ex partibus tribus. s. contritione, confessione, satisfactione, integratum; ita peccatum illud est unū quid totum ex partibus tribus. s. deformitate in corde, deformitate in ore, deformitate in opere, integratum: & sicut partes integrantes pœnitentiam sunt in corde (ut contritio) in ore (ut confessio) in opere (ut satisfactio); ita partes integrantes illud peccatum sunt deformitas in corde, deformitas in ore, deformitas in opere.

¶Coroll. Ergo peccatum cordis, oris, & operis, aut accipitur pro tribus peccatis (ut in exam. 1.) aut accipitur pro uno tantum numerali peccato, habente tres deformitates (ut in examin. 2.) Si primo modo sumatur; tunc argumentum loquitur extra propositum, licet in minori illa propositione dicat uerum: si autem secundo modo sumatur; tunc argumentum nō est quidem extra propositum, sed in illa minori dicit falsum. Quæ omnia ex prioribus duobus examinibus, si bene applicando considerentur facilè patent.

potest in vno tātū perfici, vt dictum est, * & ideo peccatum, quod in solo corde perficitur, est vna sp[illegible] peccati. Alia [d] vero species est [illegible] catum, quod perficitur in corde & ore, Tertia vero species est peccatum, quod perficitur in corde, & opere, & huiusmodi peccati partes quasi integrales sunt, quod est in corde, & quod est in ore, & quod est in opere, & ideo pœnitentiæ, quæ in his tribus perficitur, hæc tria sunt partes integrales.

Ad secundum dicendum, quod vna pars integralis, potest continere totum, licet non secundum essentiam fundamentum enim quodammodo virtute continet totum ędificium. Et hoc modo contritio continet virtute totam pœnitentiam.

Ad tertium dicendum, quod omnes partes integrales habent ordinem quendā ad inuicem: sed quędam habent ordinem tātum in situ, siue consequenter se habeant sicut partes exercitus, siue se tangāt sicut partes acerui, siue etiam colligentur, sicut partes domus, siue etiam continuentur, sicut partes lineæ. Quædam vero habent insuper ordinem virtutis, sicut partes animalis, quarum prima virtute est cor, & aliæ quodam ordine virtutis dependent ab inuicem. Tertio modo ordinantur ordine temporis, sicut partes temporis, & motus. Partes igitur pœnitentiæ habēt ad inuicem ordinem virtutis & temporis, quia sunt actus: nō autem ordinem situs, quia non habent positionem.

2^m de maiori. In se continet. R. Secūdum essentiam. §. Vt etiam textus corp. dixit. Tunc nihil &c. Potest. n. pars vna continere uirtute aliam partē sibi cōdiuisam; ut patet in exēplo textus: & sic contritio cōtinet alias.

3^m de maiori. Ex partibus integralibus. R. Habentibus ordinem situs ad inuicem. §. Tunc nihil &c. Nam illæ partes pœnitentiæ non habent ordinem situs ad inuicē: sed tantum ordinem uirtutis & temporis.

A P P E N D I X.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum esse a Concilio; quod contritio, confessio, & satisfactio, sunt partes pœnitentiæ integrales. Vt per hoc quòd sess. 14. c. 3. de contritione, confessione, & satisfactione, expresse dicit ly Ad integritatem sacramenti requiruntur. Vide ipsum Concilium recitatum, supra art. 2. appen. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

## Comm. Cardinalis Caietani.

In articu. 3. eiusdem quæst. in responsione ad primum, scito quod peccata cordis oris, & operis, dupliciter distinguuntur inter se: primo specifice: secundo, gradualiter. Nam si sumatur peccatum, secundum suam rationem consumatum, & distinguatur in peccatum cordis, uel oris, uel operis, sic est distinctio non solum specifica, sed generica. Nam peccatum cordis est illud, quod in solo actu interiori consumatur, ut est infidelitas, odium Dei, & huiusmodi. Peccatum vero oris est, quod in ipso ore consumatur, ut contumelia, blasphemia, detractio, & huiusmodi. Peccatum autem operis est, quod in exteriori opere consumatur, vt adulterium, homicidium furtum & huiusmodi.

¶Si vero peccatum aliquod, quod in opere consumatur, distinguatur in cogitationem, locutionem, & opus, puta quia primo deliberauit hominem occidere, deinde dicit se occisurum, & demum occidit illum, sic distinctio non est specifica: quoniam omnia ista peccata sunt vnius speciei, sed est gradualis: quoniam gradatim peccatū cōsumatur ex eo, quod est in corde, & quod est in ore, &c. Et si bene perspexeris literam: vtrumque, in eadem inuenies.

¶ Et hæc tam de hac quæstione, quam de toto hoc opere ab Auctore edito dicta sufficiant: hic enim fœlici transitu ad cęlestem patriam præuentus diuus Thomas scribendi finem fecit. unde reliqua alio modo tractanda sunt.

Sen. 4. f. d. 17. q. 1. ar. 4.

SVP. Q. XXXI. Aliàs 90. Art. IIII.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum conuenienter diuidatur pœnitentia in pœnitentiam ante baptismum, pœnitentiam mortalium, & pœnitentiam venialium.*

Concl. Pœnitentia, secūdum quod est uirtus, diuidit conuenienter in pœnitentiam ante baptismum, pœnitentiam peccatorum mortalium, & pœnitentiam uenialium.

224 4. di. 16. q. 1. arti. 2. q. 1. & 5. co. & Matt. 3. * q. 84. artic. 6.

¶Prob. Quia diuersæ species pœnitentiæ debent accipi secundū diuersas immutationes uitæ suæ, quas pœnitēs intendit (ut patet ex eo: quòd immutare uitam in melius est finis pœnitentiæ; moraliaq; recipiūt speciem secundum finem 1. 2. quæst. prima, artic. 3.): & immutatio tempore nouæ legis a pœnitente inten-

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter diuidatur pœnitentia in pœnitentiam ante baptismum pęnitentiam mortalium, & pœnitentiam venialium: pœnitentia enim est secunda tabula post naufragium (ut supra dictum est) baptismus autem prima. Illud ergo quod est ante baptismum, non debet poni species pœnitentiæ.

¶ 2 Præt. Quod potest destruere maius, pōt etiam destruere minus: sed mortale est maius peccatum, quam veniale. Illa vero pœnitentia, quæ est de mortalibus, eadem etiam est de venialibus. non ergo debent poni diuersæ species pœnitentiæ.

¶ 3 Præt. Sicut post baptismum peccatur venialiter, & mortaliter, ita etiam ante baptismum. si ergo post baptismum distinguitur pœnitentia venialium, & mortalium, pari ratione debet distingui ante baptismum. non ergo conuenienter diuiditur pœnitentia per has species.

Sed contra est, quòd * August. in lib. de pœnitentia ponit prædictas tres pœnitentiæ species

* In lib. de vti. [illegible] c. 3. to. 9.

Resp.

intenta est triplex.s.vel regenerationem in nouam uitam, uel per reformationem uitæ præteritæ iam corruptæ, uel per operationem uitæ perfectiorem (ut patet ex terminis, quod.s.non sunt plures, neque pauciores immutationes uitæ; quas pœnitens tempore illo intendere possit.)

1m de conclusione. Species pœnitentiæ. ℞. Sacramenti. §. Sic enim sequitur ex præmissis scilicet ex eo, quòd baptismi sacramentum est tabula prima. Tunc nihil &cæt. Nam articuli conclusio intendit: quòd illud, quod est ante baptismum. i. quòd detestatio peccatorum præteritorum cum proposito mutandi vitam in melius, est species pœnitentiæ virtutis.

2m maior. Quod potest destruere maius, potest etiam destruere minus. ℞. Sed non conuertitur. § Tunc nihil &cæt. Nam pœnitentia venialium ideo ponitur species alia a pœnitentia mortalium, non quia pœnitentia mortalium, non possit dolere venialia; sed quia pœnitentia venialium, vt sic, non est sufficiens ad delendum mortalia.

* 1. 2. q. 1. arti. 3. & q. 18. artic. 4. & 6.

RESP. Dicendum, quòd hæc diuisio est pœnitentiæ secundum quòd est virtus. Est autem considerandum, quòd quælibet virtus operatur secundum congruentiam temporis, sicut & secundum alias debitas circunstantias: vnde, & virtus pœnitentiæ actum suum habet in hoc tempore, secundum quòd conuenit nouæ legi. Pertinet autem ad pœnitentiam, vt detestetur peccata præterita, cum proposito immutandi vitam in melius, quod est quasi pœnitentiæ finis. E quia moralia recipiunt speciem secundum finem, vt in secunda parte habitum est, * conueniens est, quòd diuersæ species pœnitentiæ accipiantur secundum diuersas immutationes, quas pœnitens intendit. Est autem triplex immutatio a pœnitente intenta. Prima quidem per regenerationem in nouam vitam, & hæc pertinet ad pœnitentiam, quæ est ante baptismum. Secunda autem immutatio est per reformationem vitæ præteritæ iam corruptæ, & hæc pertinet ad pœnitentiam mortalium post baptismum. Tertia autem immutatio est in perfectiorem operationem vitæ, & hæc pertinet ad pœnitentiam venialium, quæ remittuntur per aliquem feruentem actum charitatis, vt supra dictum est.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pœnitentia, quæ est ante baptismum, non est sacramentum, sed est actus virtutis, disponens ad sacramentum baptismi.

AD SECVNDVM dicendum, quòd pœnitentia, quæ delet peccata mortalia, delet etiam venialia: sed non conuertitur. Et ideo hæ duæ pœnitentiæ se habent, sicut perfectum, & imperfectum.

AD TERTIVM dicendum, quòd ante baptismum non sunt peccata venialia sine mortalibus. Et quia veniale sine mortali dimitti non potest, vt supra dictum est, * ideo ante baptismum non distinguitur pœnitentia mortalium, & venialium.

* q. 87. arti. 2. & 4.

* q. 87. artic. 4.

3m de maiori. Ita. ℞. Quantum ad peccare: non autem, quantum ad peccati remissionem. § Hoc est. Illa similitudo, seu comparatio, de ante baptismum & de post baptismum tenet in hoc; quòd ante baptismum, & post baptismum, potest quis peccare tum mortaliter tum venialiter: non tamen tenet in hoc alio, scilicet quod peccatum veniale possit remitti ante baptismum, sicut potest remitti post baptismum. Tunc nihil &cæt. Nam pœnitentia virtus respicit peccata, vt remissibilia; non autem præcise, ut peccata sunt: & consequenter non potest peccata venialia ante baptismum respicere sic. i. sub ratione remissibilitatis, pro statu illo. Non enim potest remitti veniale sine mortali; & homo ante baptismum est in mortali originali saltem. Vnde non baptizatus, quamdiù non vult baptizari, tamdiu est incapax remissionis venialium: & consequenter non potest ei pro tempore illo competere pœnitentia venialium. Propter hoc ergo non est assignanda ante baptismum talis pœnitentia quasi diuisa a pœnitentia mortalium: sed solum assignanda est pœnitentia mortalium; quæ postea (ut dictum est ad secundum) sufficit delere etiam venialia. Porrò, de venialium remissione post baptismum aliter dicendum est. Nam sine mortali peccato potest in aliquo inueniri peccatum veniale: & ideo talis homo est capax pœnitentiæ venialium, cum ei possit remitti veniale sine mortali; non remanente quidem sed non reperto in eo, tempore remissionis.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse insinuatum a scripturis, & Augustino: quòd pœnitentia alia est ante baptismum, alia est mortalium, alia venialium peccatorum. A scripturis quidem, quò ad pœnitentiam ante baptismum, per hoc; quòd dicitur Actu.secundo. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Item ab eisdem, quò ad pœnitentiam mortalium, per hoc; quòd Simoni mago iam baptizato Actu.8. Apostolorum princeps dixit ibid. Cor tuum non est rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua. Item ab eisdem, quò ad pœnitentiam venialium per hoc; quòd legitur Matt.6. Dimitte nobis debita nostra. Constat enim quòd peccatum quantumcumque veniale numquàm remitti potest absque pœnitentia virtute quæst. 27. articu. secundo, & consequenter dicentes ly Dimitte nobis debita nostra, si fructuosè quantum ad remissionem debitorum ipsorum decere velint, agunt pœnitentiam.i.pœnitent, de illis. Dicit verò Concilium Trid.sess.sexta, cap 11. Licèt in hac mortali vita quantumuis sancti & iusti in venialia saltem peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse iusti. Nam iustorum illa vox est, & humilis, & verax; Dimitte nobis debita nostra. Hæc ibi. Christus ergo per hoc, quòd nos sic orare docuit, connotauit; quòd pœnitentia venialium datur. A D. Augustino autem illud in principio appendicis positum insinuatur expresse in lib.de pœnit.secundum quòd dicitur in argum. contr. Porrò, quia de pœnitentia mortalium delictorũ (sine qua peccatori non potest esse salus. quæst. 27. articulo secundo,) incidit sermo; libet: hic tum pro textus huius quò ad istam particulam declaratione, tum pro tam necessariæ rei practicali (ut ita dixerim) cognitione, adducere Beatum Ambrosiũ sic eã, dum ad quandam corruptam scribit, depingentem. Secundũ conscientiæ molem, exhibenda est pœnitentiæ magnitudo. Pœnitentia ergo nõ uerbis agenda est; sed & actu. Hæc autem sic agitur. Si tibi ante oculos ponas, de quanta gloria rueris, & quo libro vitæ nomen tuum deletum sit: & si te iam credas prope ipsas positam tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium, sine fine. Cum hoc certa fide (sicut est) animo conceperis; quia necesse est præuaricatricem, animam tartareis pœnis, & gehennæ ignibus tradi, nec aliud remedium constitutum esse post baptismum, quàm pœnitentiæ solatium: QVANTAMVIS AFFLICTIONEM, QVANTVMVIS LABOREM, ET INDECOREM, SVBIRE; ESTO CONTENTA; DVMMODO AB AETERNALIBVS POENIS LIBERERIS. Ergo hæc tu tecum cogitans, & mente retractans, proprij facti tuipsa iudex esto crudelior. In primis, omnis cura vitæ huius interimenda tibi est: & quasi mortuam te existimans (sicut es) quomodo possis reuiuiscere, cogita. Deinde lugubris tibi accipienda est vestis: & mens, ac membra singula, digna castigatione punienda. Amputentur crines; qui per vanam gloriam occasionem luxuriæ præstiterunt: defluant oculi lachrymas, qui masculum simpliciter non aspexerunt: pallescat facies, quæ quondam viruit impudice. Denique totum corpus incuria maceretur; cinere aspersum, & opertum cilicio perhorrescat: quia male sibi de pulchritudine placuit. Cor verò sit liquescens, sicut cera; ieiunijs inquietans seipsum; & cogitationibus ventilans, quare sit ab inimico subuersum. Sensus etiam crucietur: quia, in membra corporis cum haberet dominationem, malo cessit imperio. Talis vita, talis actio, SI FVERIT PERSEVERANS, audebit sperare, etsi non gloriam, certe pœnæ vacuationem. Peccator ergo si sibiipsi non pepercerit; a Deo illi parcitur: &, si futuras pœnas gehennæ perpetuas in hoc paruo vitæ spatio compensauerit, seipsum ab æterno iudicio liberat. Grandi plagæ alta, & prolixa, opus est medicina. Grande scælus grandem habet necessariam satisfactionem. Hæc ille ibi. Qui & in lib. de pœniten. ait. Qui agit pœnitentiam, non solum diluere lachrymis debet peccatum suum; sed etiam emendationibus factis operire, & tegere delicta superiora: vt non ei imputetur peccatum. Hæc ille. In quibus, tanquàm in imagine, sit cuique, pro sua cuiusque portione, descripta pœnitentia mortalium peccatorum: de qua loquebatur conclusio textus. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

QVAE-

NOTATIO. Tertiam hanc partem altiori stylo, quo inchoauerat, morte fœlicissima præuentus finire B. Thomas non potuit. Secundum tamen ordinem ab eo præpositum (partim in diuisione. quæst. 1. tertiæ partis de Saluatore nostro, partim in diuisione. quæst. 60. aliàs quæst. 1. & diuisione quæst. 84. alias 25. tertiæ partis de Sacramentis) doctrina eiusdem ex libro suo quarto Sententiarum excerpta est ad literam; quæ intentum suum huius tertiæ partis de Sacramentis &c. perficiat: & iure optimo vocata est, Additiones; quasi ex eodem authore addita quædam. Sunt verò huiusmodi.

---

## QVAEST. XXXII. Aliàs 1.

*De partibus pœnitentiæ in speciali. Et primo de contritione, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de singulis partibus pœnitentiæ. Primò, de contritione. Secundò de confessione. Tertiò de satisfactione. De contritione autem cõsideranda sunt quinque. Primo, quid sit. Secundo, de quo esse debeat. Tertio quanta esse debeat. Quarto, de duratione ipsius. Quinto, de effectu ipsius.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum conuenienter definiatur.

¶ Secundò, Vtrum cõtritio sit actus virtutis.

¶ Tertiò, Vtrum attritio possit fieri contritio.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum contritio sit dolor pro peccatis assumptus, &c.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd contritio non sit dolor pro peccatis assumptus, cũ proposito confitendi, & satisfaciendi, vt quidã definiunt: quia sicut August. dicit in lib. de Ciuit. Dei, * Dolor est de his quæ nobis nolentibus accidunt: sed peccata non sunt huiusmodi. ergo contritio non est dolor pro peccatis.

¶ 2 Præter. Contritio nobis a Deo datur: sed quod datur, non assumitur: ergo contritio non est dolor assumptus.

¶ 3 Præter. Satisfactio, & confessio sunt necessaria ad hoc, quòd pœna remittatur, quæ in contritione remissa non fuit: sed quandoque tota pœna in cõtritione remittitur. ergo non est necessarium semper quòd contritus habeat propositum confitendi.

SED CONTRA est ipsa diffinitio.

RESP. Dicendum, quòd initium omnis peccati est superbia, per qđ homo sensui suo inhærens a mandatis diuinis recedit: & ideo oportet q illud quod destruit peccatum, hominem a proprio sensu discedere faciat. Ille autem, qui in suo sensu perseuerat, rigidus, & durus per similitudinem vocatur: vnde, & frangi dicitur aliquis, quando a suo sensu diuellitur. Sed inter fractioné, & comminutionem, siue contritionem in rebus materialibus, vnde hæc nomina ad spiritualia transferuntur, hoc interest, vt dicitur in 4. Meteororum, * quia frangi dicũtur aliqua, qñ in magnas partes diuiduntur; sed comminui, vel conteri, quando ad partes minimas reducitur hoc, quod in se solidum erat: & quia ad dimissionem peccati requiritur, quòd affectum peccati homo dimittat, quem per quandam continuitatem, & solidi-

---

### SVPER QVAEST. XXXII. Aliàs 1. Art. 1.

CONCL. De contritione inueniuntur traditæ diuersæ diffinitiones, secundum diuersa, quæ in contritione considerantur, (puta substantia, actus, modus agendi, principium, effectus, contritionis.)

¶ PROB. Quia secundum considerationem substantiæ actus contritionis, datur de ea diffinitio in titulo articuli posita: secundum verò considerationem modi agendi contritionem, atque principij contritionis, datur de ea diffinitio ab Isidoro cũ Gregorio (ut in textu): secundum autem considerationem effectus cõtritionis, datur de ea diffinitio ab Augustino cum Gregorio conflata, (ut in textu.)

¶ Examen primum. Vt diffinitio prima tacta in probatione conclusionis melius examinari possit; extendatur sic. Contritio est dolor pro peccatis assumptus, cum proposito confitẽdi & satisfaciendi.

¶ Igitur ly dolor, dicitur substãtia actus cõtritionis: quia actus ille, qui dr̃ contritio, est essentialiter dolor; ita q non potest intelligi contritio, nõ intellecto dolore; sicut nec homo potest intelligi, non intellecto animali. Cæteræ particulæ diffinitionis huius sunt loco differentiarum; quousque talem contritionis substantiam, i. dolorem, sic limitent; ut perfectam notitiam discernẽdi dolorem, qui uera contritio sit, ab omni alio dolore agnoscas; & consequenter ne veram pro falsa, aut falsam pro vera accipiendo fallaris. Verę etenim cõtritionis acceptio pro falsa, conscientiam nimis scrupulosam, falsæ autem pro vera eãdem nimis in malum laxatam redderet: quorum extremorum vtrumuis salutem animarum, plus & minus, admodum impedire, compertum est. In præmissa diffinitione ponitur, ly pro peccatis assumptus (voluntarie, scilicet) ad differentiam doloris noluntarie assumpti pro quocumque alio respectu. Item ly peccatis, sumitur formaliter; nõ materialiter. Hoc est (in proposito) ut sunt offensa Dei: non, vt sunt causa aliquorum aliorum damnorum; puta infamiæ, pœnæ, paupertatis, cessationis lucri temporalis, & huiusmodi. Vnde si quis voluntarie doleret de peccatis non principaliter ex eo, quòd sunt offensa Dei, sed quia ex illis secuta est infamia, pœna etiam inferni, amissio dominij, uel huiusmodi: talis non doleret de peccatis eo modo, quo in hac diffinitione itelligitur; & consequenter nõ haberet ueram contritionem, sed uel damnatorum contritioni similẽ, Sap. 5. uel ipsius Esau Gen. 27. vel Antiochi 2. Machab. 9. uel ipsius Saul 1. Reg. 15. vel aliorum huiusmodi. Item ly peccatis, sumitur vniuersaliter; non solũ particulariter. Hoc est (in proposito). Vt sunt peccata: non tãtum, vt sunt peccata ista: puta præterita, commissionis, omissionis, supbiæ, inuidiæ, auaritię, luxuriæ, gulæ, pigritiæ, &c. Quo fit: vt taliter peccata considerans de eis dolẽdo, detestetur peccata, & pro quocumque tempore, & cuiuslibet speciei; nõ quòd de peccatis futuris cõtritionem habeat, sed quòd ipsa secũdum mentẽ fugiat & abhorreat. Futura autem, & cuiuscumq; generis ac speciei, peccata non abhorreret: si peccata, ut pterita siue ut speciei talis, uel talis, solũmodo cõsiderasset. Particula, ergo, ly peccatis, sic intellecta continet propositũ non amplius peccandi: & consequenter concordat Papæ Eugenio IIII. in Decreto Armenis dato, sacro Florentino approbante concilio sic definienti. Cordis contritio est, ad quã pertinet, ut doleat de peccato cõmisso, cũ proposito nõ peccãdi de cætero: cõcordat & Conc. Trid. sess. 14. c. 4. dicenti. Cõtritio animi dolor ac detestatio est de peccato cõmisso, cum proposito nõ peccandi de cætero. Hæc ibi. In præmissa etiam diffinitione ponitur ly cum proposito confitendi, ad differentiam doloris prædicto modo habiti sine hoc proposito. Ratio, quare propositum tale requiratur est: quia sine sanguinis effusione non fit remissio, Heb. 9. & consequenter a fortiori, sine sanguine Christi per illum antiquũ figurato. Vnde & Conc. Trid. sess. 6. c. 7. ait; Nemo potest

1 De materia huius q. & seq. quibus agitur de contritione Cõc. Trid. sess. 6. de iustificatione. & sess. 14. ca. 4. de contritione.

* Li. 14. c. 6. in me. & c. 7. & 8. c. 7.

1. Definitio contritionis.

* Lib. 4. in sum. 3. c. 2.

soliditaté in sensu suo habebat: ideo actus ille, quo peccatum dimittitur: contritio dicitur per similitudinem. In qua quidem cótritione plura possunt considerari, scilicet ipsa substantia actus, modus agédi, principium, & effectus: & secundum hoc de contritione inueniuntur diuersæ diffinitiones traditæ. Quantum enim ad ipsam substantiam actus datur prædicta diffinitio, & quia actus contritionis est actus virtutis, & est pars pœnitentiæ sacramenti, ideo manifestatur in prædicta definitione, inquantum est actus virtutis in hoc, q ponitur genus ipsius, scilicet dolor, & obiectú in hoc, quòd dicitur pro peccatis, & electio, quæ requiritur ad actum virtutis in hoc, quod dicitur assumptus. Sed inquantum est pars sacramenti per hoc, quòd tangitur ordo ad alias partes, cum dicitur, cum proposito confitendi, &c. Alia etiam definitio inuenitur, quæ definit contritionem secúdum quòd est actus virtutis tantum: sed additur ad prædictam definitionem differentia contrahens ipsam ad specialem virtutem, scilicet pœnitentiam. Dicit enim, quòd pœnitentia est dolor voluntarius pro peccato puniens quod dolet se commisisse. In hoc enim, quod additur puniens, ad specialem virtutem contrahitur. Alia autem definitio inuenitur Isidori,* quæ talis est. Contritio, & compunctio est humilitas mentis cum lachrymis, veniens de recordatione peccati, & timore iudicii: hęc quidem tangit rationé nominis in hoc quod dicit, humilitas mentis: quia sicut p superbiá aliquis in suo sensu redditur rigi-

potest esse iustus, nisi cui merita passionis Domini nostri Iesu Christi cóicantur: & ibi cap. 3. prædixerat sic, verú & si Christus pro omnib. mortuus est, non omnes tñ beneficium mortis eius percipiunt; sed ij dumtaxat, quibus meritum passionis eius cóicatur. Hæc ibi. Communicatur autem nobis meritum passionis eius per sacramé-ta Ecclesiæ, inter quæ vnum est sacramentum pœnitentię, cuius vna pars est confessio. Vnde Concil. Trident. sess. 5. decr. 1. ait: Si quis negat, ipsum Iesu Christi meritum per baptismi sacramentum in forma Ecclesiæ rite collatum tam adultis, quám paruulis applicari, anathema sit. Hęc ibi. Vbi Cócilium sub exemplo baptismi tãquám primi sacramenti, monstrat; q meritú Saluatoris Christi nobis applicatur per omnia sacramenta. Singula namque illorú septem sunt sacramenta: & consequenter, quod conuenit vni ratione pcisè, qua sacramentum, conuenit omnibus alijs. Nam de similibus in eo, in quo similia sunt, idé est iudicium. Inde ergo fit: quòd motus humanæ voluntatis in pœnitente, qui est cótritio, non sufficeret ad remissionem peccati; nisi fides passionis Christi, & propositum participandi ipsam, subijciendo se confessioni seu clauibus ecclesiæ simul adesset Quod cófirmauit Concil. Trid. ses. 14. cap. 2. vbi de sacramento pęnitentiæ, quod vtique includit confessionem, loquens ait: Est autem hoc sacramentum pęnitentiæ lapsis post baptismú ad salutem necessarium, vt nondum regeneratis ipse baptismus: & cano. 6. in eodem sensu dixit: Si quis negauerit, Confessionem sacramentalem ad salutem necessariam esse, iure diuino, anathema sit. Hæc ibi. Ex præmissis ergo videtur posse concludi, q triplex potest esse contritio. Prima, cum proposito confitendi, s. suo tempore: secunda, sine tali proposito; nascente tamen ex hac phantasia, quòd confessio sacramentalis non est lapsis post baptismú necessaria ad salutem: tertia, sine tali etiam proposito; nascente tamen aliunde quàm nunc dictum est. Prima est bonorum catholicorum: secunda est hæreticorum: tertia est malorum catholicorum, qui. s. boni sunt, eo quòd catholici fide sunt, & mali moribus, eò q confiteri sua mala nolunt. Duæ vltimæ contritiones sunt secundum se infructuosæ, inquantum remissionem peccatorum non consequuntur: prima inquantum huiusmodi, est fructuosa. Dico, inquantum huiusmodi: quia vt habet propositum confitendi annexum, remissionem peccatorum consequitur; nisi aliud obstet. Obstare enim potest, quòd cum hoc non habeat propositum satisfaciendi (quę est sequens diffinitionis particula): vel etiam, quòd hæc omnia nó sint informata per charitatem (quod nemo sine speciali reuelatione scire potest. ex Concil. Trid. sess. 6. cap. 9.) sed pro nunc sufficit, quòd illa contritio prima, quantum est de se, sit fructuosa.

*Confessio necessaria de iure diuino.*

*Contritio triplex.*

*Cócilium de gratia.*

4

¶ Ponitur demum in præmissa definitione ly satisfaciédi, ad differentiam doloris modo præmisso, etiam cum proposito confitendi habiti sine proposito satisfaciendi. Satisfactionem hic intellige illá, quæ imponitur pœnitenti à confessario: de qua habes in Concilio Lateranen. sub Innocentio III. cap. 21. & recitatur extrà, De pœnit. & remiss. cap. omnis vtriusque sexus; item de qua habes in sexta Synodo generali, ca. 102. item in Concilio Vuormatiensi, c. 7. vbi huiusmodi satisfactiones vocantur pęnitentiæ; vt ex tali vocatione liceat videre, quanto glutino ad inuicem cohærere debeant duo hęc, scilicet dolor pœnitentis, & propositum satisfaciendi. Alioquin, si propositum sic satisfaciendi non haberent ipsi de peccatis contriti, nec propositum haberent (quod tamen necessarium est) perfectè se subijciendi clauibus Ecclesiæ. Nam claues sacerdotum (inquit Cócilium Trident.) non ad soluendum dumtaxat, sed & ad ligandum cócessas, etiam antiqui Patres, & credunt, & docent. Nec propterea existimarunt, sacramentum pœnitentiæ esse forum iræ, vel pœnarum: sicut nemo vnquàm catholicus sensit, ex huiusmodi nostris satisfactionib. vim meriti, & satisfactionis Domini nostri Iesu Christi, vel obscurari, vel aliqua ex parte minui: quod dum Nouatores intelligere nolunt, ita aptissimam pœnitentiam nouam vitam esse docent, vt omnem satisfactionis vim & vsum tollant. Hæc Concilium sess. 14. cap. 8. vide & ibi cano. 15. Diffinitio igitur per ly satisfaciendi, & Nouatores istos propulsat, & veritates à Concilio nobis datas accepat. De satisfactione hac à sacerdotibus imposita pœnitentibus multò ante Leo Papa primus, in epistola ad Theodorum Foroiulien. Episcopum, quæ in ordine primi tomi Conciliorú Coloniæ est 89. docuerat sic. Quid de pœnitentium statu ecclesiastica habeat regula, non tacebo. Multiplex misericordia Dei, &c. Mediator enim Dei, & hominum, homo Christus Iesus hanc præpositis ecclesiæ tradidit potestatem; vt & confitentibus actionem pęnitentiæ darent, & eosdem salubri satisfactione purgatos, ad cómunionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Hæc ille: & recitantur, de pœnit. distin. 1. Multiplex. Vbi vides: quòd ad claues ecclesiæ à Christo collatas pertinet; quòd sacerdotes confitentibus pœnitentiam, siue satisfactionem imponát. Per ly satisfaciendi, quod in definitione ponitur, intellige etiam opera pęnalia à pœnitente vltro assumpta ad satisfactionem Deo exhibendam: de quibus Cyprianus Episcopus Carthaginensis, in epist. 7. ad Cornelium Papam, cótra hæreticos, ait: Datur opera: nè satisfactionibus, & lamentationibus iustis delicta redimantur, ne vulnera lachrymis abluantur. Pax vera falsæ pacis mendacio tollitur; salutaris sinus matris, nouerca intercedente, præcluditur; ne de pectore, atque ore lapsorum fletus & gemitus audiatur. Hæc ille. Et nota; quòd ly satisfaciendi, limitatur per aduerbium plenè. Hoc siquidem testatur illud Matth. 3. & Luc. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ; item Psal. 79. Cibabis nos domine pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Vnde contritio cum proposito satisfaciendi pro parte, sed non ad plenum, non esset sufficiens ad remissionem peccatorum. Licet enim satisfactio taliter proposita esset fructus pœnitentiæ, non tamen dignus fructus pœnitentiæ: & licet esset panis lachrymarum, potusque in lachrymis, non tamen in mensura. Item per ly satisfaciendi, quod ait definitio, intellige quoque pericula & occasiones peccandi necessariò uitandas. Satisfactio enim & hæc iure dicitur: qua contritus de peccatis occasiones etiam peccandi, maxime necessariò vitandas, vitare proponit. Alioquin minus uideretur peccatum odire, & consequenter minus contritus: ideoque ad peccatorum præteritorum remissionem minus idoneus, ac tali remissione indignus. Plenè enim peccata odiens, de illisque contritus, pericula, quibus ad peccandum inducitur (maximè si aliàs hoc expertus est, se non subsistere talibus occasionibus oblatis) odit etiam, detestatur, & longè fieri ab ipsis proponit. Vnde sanctus Doctor quolibet. 3. art. 9. inquit: Pericula quicumque non cauet, videtur contemnere id, cuius detrimentum pericula inducere solent; & quia laudabile est, vt homo contemnat bona corporalia propter bona spiritualia; laudabile est, quòd aliquis se periculis exponat propter bona spiritualia: sed contemnere bona spiritualia est ualde uitiosum; ideo quòd aliquis periculis spiritualibus se exponat, est ualde uituperandum. Hæc ille. Videtur ergo contritus sine proposito sic satisfaciendi, id est pericula peccatorum vitandi, contemnere salutem animæ propriæ; cuius salutis peccata; quæ ex periculis peccandi non vitatis induci solent, detrimentum afferunt, & per consequens venia peccatorum suorum indignus. Hinc fit: quòd tenens concubinam, dolensque de præteritis peccatis exinde commissis, non iudicabitur ab ecclesia uere pleneque contritus, nec sacramentali absolutione dignus: nisi firmiter proponat (sic namque intelligitur in definitione propositum) dimittere illam. Idem dic de eo, qui propter accessum ad talem domum expertus est sæpius se peccato inuolui: & sic de similibus. Item per ly satisfaciendi, intelligitur adhuc restitutio rerum alienarum quando apud seipsum indebitè manent. Vt si quis mutuo, vel in deposito acceptam pecuniam proponeret non restituere tempore debito ei, qui mutuauit, vel deposuit, aut si pecuniam furto, rapina, fraude, vsura, extortam non proponeret reddere statim patronis legitimis, data opportunitate: hi omnes cum similibus ab Ecclesia non plenè contriti iudicantur, ita ut à peccatis rectè absolui sacramentaliter possint. Satisfactio enim talis necessaria est; secundùm D. Thomam 2. 2. q. 62. artic. 2. quia sicut conseruare iustitiam est de necessitate salutis, ita hoc modo satisfacere, i. restituere, suum cuique; quoniam restituere est actus iustitiæ commutatiuæ, quæ in quadam æqualitate consistit; & sicut auferre alienum est peccatum

*Concilia.*

*Cócilium dánás multas hæreses.*

*Leo Papa.*

*Conc. Trident. sess. 14. c. 4. de contritione.*

*Magist. lib. 4. sent. distin. 4. §. 1. in fi. ex August. lib. de vera & fal. pœnit. c. 8. tom. 4.*

** Lib. 2. de sum. bo. c. 12. in prin.*

*Satisfactio alia.*

*Satisfactio alia.*

*Occasiones peccandi vitandę.*

*Casus conscientiæ.*

*Satisfactio alia.*

*Ratio talis satisfactionis, i. restitutionis.*

peccatum mortale contra Dei præceptum negatiuum, scilicet, non furtum facies, ita retinere alienum. Vnde in Decr. 14. q. 5. vel 6. ca. si res, dicitur: Si res aliena, propter quam peccatũ est, reddi possit, & non redditur; pęnitentia non agitur, sed simulatur: si autẽ veraciter agitur; non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Hæc ibi.

rigidus, ita per hoc, quòd à suo sensu contritus recedit, humiliatur. Tangit etiam modum exteriorem in hoc, quòd dicit, cum lachrymis: & principium cõtritionis in hoc, quòd dicit, veniens de recordatione peccati, &c. Alia sumitur ex verbis August. * qui tangit effectus contritionis, quæ est, Contritio est dolor remittens peccatum. Alia sumitur ex verbis Greg. * quæ talis est: Contritio est humilitas spiritus annihilans peccatum inter spem, & timorem: & hoc tãgit rationem nominis in hoc, quòd dicit, quòd contritio est humilitas spiritus, & effectus eius in hoc, quòd dicit, annihilans peccatum, & originem in hoc, quòd dicit, inter spem, & timorem: nec solùm ponit causam † principalẽ, quæ est timor: sed etiã causam, quę est spes, sine qua timor desperationem facere posset.

A D

De his Cardinalis Caiet. in summula tit. restitutio. ca. primo.

* Sup Psal. 146. super illud, Qui sanat cõtritos corde, to. 8. & gl. ord. ibi.

* Ex hom. 22. Super Ezec. post med. to. 2.

† Alias cõcausam.

¶Restituere verò tenentur executor iniustæ ablationis, & cooperatores nouem, s. iubẽs executioni mandari iniustam rei ablationem, consilians ad hoc, consentiens sine quo non fieret ablatio iniusta, palpans, i. laudator criminis huius, receptator iniustè agentis, participans, i. particeps iniustæ actionis (siue vt socius, siue ut mediator, puta explorator &c.) mutus, id est potens, & debens loqui (consulendo scilicet, vel reprehendendo, vel præcipiendo, vel aliter; nè fiat illa iniusta actio): & tamen tacens; non obstans, id est potens, & debens impedire, & tamen non impediens, illam iniustam actionem: non manifestans iniustè agentes, vel tunc vel post factum potens & debens manifestare (ita scilicet, quòd sua non manifestatio, vel iniustæ actionis sit causa, vel iniustæ detentionis). Intellige siue sit ablatio iniusta bonorum fortunæ (vt aiunt) siue bonorum corporis, siue bonorum animæ, siue famæ. Dolens ergo secundum definitionem de peccatis, &c. sine proposito sic satisfaciendi non est uerè contritus. Pro cuius firmiori notitia nota, quòd D. Thomas in 4. dist. 15. quæst. 1. art. 5. quæstiuncula 2. dicit, quòd reconciliari Deo non potest, qui rem malè ablatam non restituit; quia inæqualitas, quæ est causata ex iniusta acceptione, est causa dissolutionis amicitiæ inter Deum & ipsum. Hæc ille.

Nõ dimittitur peccatum, nisi restituatũ ablatum.

¶Nota. Examinata prima contritionis definitione in probatione tacta; examinetur secunda, quæ & ibi tangitur: sed, pro meliori examine, prius extendatur, vt in textu.

Contritio (vt conflatur ex Isidoro & Gregorio) est humilitas mentis, seu spiritus, cum lachrymis, veniens de recordatione peccati, & timore iudicij; spe adiuncta.

¶Examen huius primum sit super ly humilitas mentis, seu spiritus. Vbi scito: quòd humilitas dicitur quasi humo, siue imis, inhęrentia. Homo enim considerans defectum suum se tenet in imis. Humiliare ergo semetipsum, est cognoscere se esse inferiorem, & sibiipsi vilescere: quoniam ex tali cognitione, cum peccator sit defectuosus, pullulat ipsum vilescere sibi. Vnde humiliare se, seu subijcere se per humilitatem, Deo, est cognoscere, se esse inferiorẽ Deo, & quantum ad defectus proprios (cum in Deo nullus sit, nec dabilis vnquàm sit, vel minimus defectus,) & quantum ad bona quę habet (cùm à Deo illa habeat: Deus quoque sit omni bono simpliciter cumulatissimus,) & quantum ad omnia etiam quæ quocumque tempore potest habere.

Vnde nascit, seu pullulat humilitas mentis.

¶Dicitur ly mentis, seu spiritus, ad differentiam humilitatis tantum exterioris. Si enim se teneret quis in imis secundum exteriora solum signa, non humilis proprie, sed fictus potius diceretur; & in numero videretur illorum, de quibus scriptura inquit: Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Additur ergo ly mentis, seu spiritus, vt humilitas sit bona, Deo accepta, & pœnitenti fructuosa. Per ly mentis, seu spiritus, denotatur pars intellectiua; quæ complectitur memoriam intellectualem, intellectum, & voluntatem. Quasi dicatur, cõtritio est ex humilibus memoria mentali, intellectu, & voluntate, constans. Memoria humilis in proposito illo dicitur illa, quæ colligit numerositatem, vilitatem, fœditatem, peccatorum præteritorum: intellectus humilis est is, in his, quæ sibi à tali memoria offeruntur discutiendo intelligit grauitatem, dãnositatem, puta amissionem fœlicitatis æternæ, damnationis gehennalis incursum: voluntas humilis est ea, quæ ex his omnibus sibi ab intellectu, concipit odium, detestationem, contra illa, & in semetipsa amaritudinem amarissimam; quæ contritio vocatur. Hinc patet, ꝙ Lutherus humilitatem mentis hanc triplicem, & consequenter contritionem hanc tam à se, quàm à suis exclusit; quando artic. sexto (vt habet Roffensis contra Lutherum: quem pro fusiori notitia, vide) dicere præsumpsit sic: Contritio, quæ paratur per discussionem, collectionem, detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum grauitatem multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, æternæ damnationis acquisitionem: hæc contritio facit hypocritam, immo magis peccatorem. Hæc ille. At humilitatem ipsam triplicẽ, contritionemque sic expositam acceptauit Leo X. per hoc; quòd in Bulla sua contra errores Lutheri, hanc eius hæresim damnat; acceptauit & Concilium Tridentinum per hoc, quòd hanc mentem insanam Lutheri condemnans sess. 14. cap. 4. ait: Illam contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu, communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, & cum spe ueniæ: declarat sancta Synodus non solum non facere hominem hypocritam, verum etiam donum Dei esse, & Spiritussancti impulsum non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quo pœnitens viam sibi ad iustitiã parat. & cano. 5. Si quis dixerit; eam contritionẽ, quæ paratur per discussionem, collectionem, detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suę ponderando peccatorũ grauitatem, multitudinẽ, fœditatem, amissionẽ æternę beatitudinis, & ęternæ damnationis incursum, cũ proposito melioris uitæ, non esse uerum & vtilem dolorẽ, nec præparare ad gratiam; sed facere hominem hypocritã, & magis peccatorem: demum illã esse dolorem coactum, & non liberũ, ac voluntarium: anathema sit. Hæc ibi. Item ly mentis, seu spiritus, importat; ꝙ contritio sit humilis quantũ ad intellectũ, recognoscendo se peccatorem miserum; sibiipsi ascribendo peccata sua non alijs, nec Deo ipsum (vt mentiũtur plures) non iuuanti vel constellationi inclinanti; & cognoscendo ueraciter se esse indignũ venia, non existimando se supra id, quod est, & consequẽter firmiter tenendo, ꝙ non habet de suo nisi mendacium & peccatum (vt olim de omni homine docuit Concilium Arausicanum c. 22.): quòd sit etiam humilis quantum ad affectum, seu uoluntatem, affectando per subiectionem spontaneam se subijcere diuino iudicio non in furore, sed in iustitia Domini nostri Iesu Christi crucifixi propter nos; eligendo se stare Deo subiectum per reuerentiam, & timorem filialem. Hæc dicitur humilitas cordis.

Falsa humilitas.

Triplex humilitas hæresi Lutheranę à Cõcilio Trid. mox damnãdę, odibilis valde.

Concil. de cõtritione.

¶Additur ly cum lachrymis, ad differentiam contritionis sine lachrymis. Lachrymę alię sunt mẽtis, aliæ sunt corporis: & de vtrisq; intendit litera. Et licet tex. dicat, tangit etiã modum exteriorem in hoc, ꝙ dicit cũ lachrymis: tamen per tale dictũ non excluditur, quin de lachrymis quoque internis nõ intelligat definitio & S. Thomas. Nam per hanc loquendi phrasim significat, processum fuisse in definiendo à notiorib. nobis. Item lachrymæ exteriores ueræ includũt interiores, & nõ econuerso; & ideo dicendo, ꝙ ly cũ lachrymis, denotat modũ exteriorem, intelligit non pręscindẽdo à lachrymis internis, sed ipsas includendo: & consequenter per ly modum exteriorem, intellexit etiã modum interiorem, quoniam (vt dictũ est de lachrymis) modus exterior uerus, non fictus, includit necessariò interiorẽ, & non econuerso. Vt ergo & omnia dicenda diceret, & breuiter (more suo) diceret: elegit dicere ly modũ exteriorem. Accedit ad hæc; ꝙ lachrymæ externæ nõ sunt necessariæ cõtrito, sed ad bene esse, vt q. 3. ar. 1. lachrymæ autẽ internæ sunt necessarię: & ideo nõ est vllo modo putandũ, ꝙ S. Doctor cum Isidoro & Greg. voluerit, prætermissis necessarijs lachrymis, de non necessarijs tantũ, in tanta re præsertim salutis intendere. Cęterũ lachrymę corporis notissimæ sunt; lachrymæ uerò mentis non item. Pro quorum notitia sciendũ: ꝙ huiusmodi lachrymę sunt mẽtalis displicentia peccatorum; ita ut de illis doleat cõtritus super omne dolorosum, & illa vitare intendat supra omne uitabile: vt in q. 3. ar. 1. Alioquin non est ad plenũ contritus, etiã contritione informi, i. non formata per charitatẽ; sed potest dici attritus. Lachrymæ (dicebatur) internę debẽt intendere uitare omne peccatũ mortale supra omne uitabile. Hoc sic intelligito: ꝙ cõtritus debet uelle in generali quamcũque pęnã, etiã inferni pati magis, q̃ peccare mortaliter: quia pati est cõtra seipsum, peccare autẽ est, contra Deum; quem uere contritus diligit plus, q̃ seipsum. Dixi ly in generali; quia in speciali descendere ad hanc, vel illã pęnam non tenet: quinimò (vt inquit S. Tho. quolib. 1. ar. 9.) stultè faceret, si quis seipsum, vel aliũ solicitaret super huiusmodi particularib. pęnis. Manifestũ est. n. ꝙ sicut delectabilia plus mouẽt in particulari considerata, q̃ in cõi; ita terribilia, si in particulari considerentũ, plus terrent. Manifestũ etiam est: ꝙ aliqui sunt, qui minori tentatione non cadunt, qui forte maiori caderent; sicut aliquis audiens adulteriũ non incitatur ad libidinem: sed si per considerationem descendit ad singulas illecebras, magis moueretur. Et similiter aliquis non refugeret pati mortem pro Christo: sed si descenderet ad considerandum singulas pœnas, magis retraheretur. Et ideo descendere in talibus ad singula est inducere hominem in tentationem, & ei præbere occasionem peccandi. Hæc ille.

Lachrymę internę q̃ tæ esse debeant.

Vitare mortale super omne vitabile.

Estote ergo prudentes.

¶Ly veniens de recordatione peccati. Hæc particula à Ps. 50. ad literam hẽ: vbi misericordiã, i. peccatorũ suorum ueniã Dauid media contritione inuocans, ac sperans, dixit ly qm̃ iniquitatem meam ego cognosco, & peccatũ meum contra me est semper. oriri. n. cõtritionẽ, spei remissionis peccatorũ, contentiuã de recordatione peccati per

cati per hoc demõstrat, & non tñ peccati, sed & peccati vt peccati, i. turpitudinis, grauitatis, damnificationis peccati, ideoq; addit ly & peccatum meũ contra me est semper, i. per considerationem, ita est coram me, vt etiã per eandem sit contra me. Accipitur ergo ly peccati formaliter. Vnde Concil. Trident. (vt suprà examine secundo allegatũ est) dicit, quòd cõtritio ex turpitudinis peccati consideratione cõmuniter cõcipitur. & damnat dicẽtes, ꝙ contritio ex tali consideratione oriens non sit dolor utilis, & præparans ad gratiam. Vide ibi.

Cõcilium Trid.

**Ad primum** ergo dicendum, quòd quamuis peccata quando accidunt, voluntaria fuerunt: tamen quando eis conterimur, voluntaria non sunt: & ideo nobis nolentibus accidunt, nõ quidem secundum volunta-

Conciliũ idem.

5 ¶ Ly recordatione, s. peccati detestatiua. Confirmaĩ hoc ex eodẽ Concil. sess. 14. c. 4. sic: Declarat sancta Synodus hanc contritionem non solũ cessationem à peccato, & uitæ nouæ propositũ, & inchoationem, sed ueteris etiã odium continere: iuxta illud, Proijcite à uobis omnes iniquitates uestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouũ & spiritũ nouum. & certè qui illos sanctorũ clamores considerauerit, tibi soli peccaui, & malũ coram te feci, laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meum; Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ: & alios huiusmodi generis: facile intelliget, eos ex uehementi quodam anteactæ vitæ odio, & ingenti peccatorum detestatione manasse. Hæc ibi.

6 ¶ Ly timore. Accipitur hoc pro timore seruili, i. timore pœnarũ. Declaratur ex eodẽ Concil. sess. 14. c. 4. dicente, ꝙ contritio, vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, & pęnarũ metu cõiter concipitur. Cui dicto sess. 6. cano. 8. concordans addit sic: Si quis dixerit; gehennæ metum, per quẽ ad Dei misericordiam de peccatis dolẽdo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere: anathema sit. Hæc ibi. Vbi nota ly per; & uidebis de mente Concilij ad literã esse, ꝙ contritio orit̃ ex pęnarũ metu. Vide Leonem X. in Bulla contra errores Lutheri, esse eiusdẽ sententiæ cũ Concilio per hoc, ꝙ sexto loco hęresim Lutheri de cõtritione nascẽte ex considerata æternæ dãnationis acq̃sitionẽ loquentẽ, & obloquentẽ, & condẽnat. Vide Roffensem contra art. 6. & 7. Lutheri articulum disputantẽ ac triumphãtem. Item Concil. idẽ Trid. contritionem uenire de timore seruili declarans sess. 14. c. 4. ait: Hoc timore utiliter cõcussi Niniuitæ ad Ionæ prædicationẽ plenam terroribus pęnitentiam egerunt: & misericordiam à Dño impetrauerunt. Quamobrẽ falsò quidã calumniãtur catholicos scriptores, quasi tradiderint; sacrm pœnitentiæ absque bono motu suscipientium, gratiã conferre, quod nunquàm Ecclesia Dei docuit, nec sensit. Sed & falsò docent, contritionem esse extortam, & coactã, non liberam & uoluntariam. Hæc ibi. Ergo, ẽm Conciliũ, contritio de timore seruili ueniens, & gehennæ non est extorta & coacta, sed libera, & voluntaria: sed & bonus motus à Spiritusancto pro præparatione ad gratiã causatus. Vide idem Concil. eadem sess. & cap. supra examine secundo istius diffinitionis secundæ. Item ad idem facit Concilium sextum generale ca. 19. dicens: populi, imminentium suppliciorum metu, sibi salutem procurant. Hæc ibi.

Cõcil. Tri dent.

Papa.

Concil.

Vtilitas timoris seruilis.

Concil.

7 ¶ Ly iudicij. Sumitur hoc pro iudicio, siue particulari, siue generali. Iudicium particulare est, quod in morte corporali uniuscuiusq; mox à Christo Dño fit: iudicium generale est, quod agetur in fine sęculorum de omnibus simul post corporum resurrectionem. Qualis autem unusquisque, quo ad esse in gratia vel extra gratiam Dei, inuenietur in iudicio particulari, talis in iudicio generali repęriet̃: & vltra hoc, vicinius est particulare iudicium, q̃ generale. Vnde q̃uis utrũque iudicium timendum sit; tñ particulare magis admodũ, his duob. consideratis, timendum est. Ex quo fit: vt q̃cumque, vel à sacris literis, vel à Concilijs, vel à &c. hortamur ad timendũ diem iudicij; semper de iudicio quoque particulari, etiã ꝙ de generali solum explicitè locutio fieret, cointelligit̃ implicitè, & magis. Quòd autem de timore iudicij profundiùs considerati, (sic intendit hæc diffinitio) veniat contritio salutifera, testatur Papa Clemẽs primus in epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini, positã in primo tomo Conciliorum, sic: Pondera, mensuras, stateras, pro locis quibusq; æquissima custodite: deposita fideliter restituite. Quæ omnia, & si qua sunt similia his, ita demum solicitè & diligenter implebitis: si futurum Dei iudiciũ sine intermissione in uestro corde uoluatis. Quis enim peccare poterit: si semper ante oculos suos Dei iudicium ponat? Hæc ibi. Ecce, ꝙ Papa, vt efficaciter (hoc sonat ly peccare poterit?) ad contritionem præteritorum delictorum, & cautelam futurorum, moneat, de timore iudicij diuini attentius considerati facit mentionem; quasi apertissimè per hoc cum diffinitione dicat, de timore iudicij venit contritio. Item ly iudicij, operum nostrorũ, non quæstionum (.i. stultè & inefficaciter litigando) fidei. Hoc enim attestatur idem Papa, in ead. epist. sic: In iudicio Dei gestorum causa agitur; non quæstionum. Ideoq; ante omnia hoc quæramus: quid nos, aut qualiter agere oporteat; vt æternam uitam consequi mereamur. Nam, si exiguum hoc tempus uitæ per inanes occupamus & inutiles quæstiones: inanes sine dubio, & uacui ab operibus bonis pergemus ad Deum: vbi iudicium operum nostrorum fiet. & infrà. Hæc itaque frater charissime Iacobe, ab ore sancti Petri iubentis accepi: tibique (vt optabas) insinuare studui. Hæc ibi. Non ergo poterimus in iudicio litigare cum iudice; quasi non uerum sit, & pro vero nostris conscientijs non constet omne, quod à iudice Deo nobis obijcietur: licet de singulis litigijs, seu quæstionibus nostris uanis, inutilibus, stultis, sicut & de omni cogitatu verboque otioso, iudicium diuinum indubitanter agendum sit. Ly Spe adiuncta. Hæc particula post in definitione tertia examinabitur.

Duplex iudicium, et vtrũque timendũ, sed particulare magis.

Papa.

Multũ satis prodest attenta iudicij consideratio.

De quo fiat iudicium.

Papa.

¶ Not. Examine ... secunda contritionis definitione in probatione conclusionis tacta, examinetur demum tertia, quę & inibi tangitur: sed pro clariori examine, prius extendatur, vt in textu.

Contritio (vt ex Augustino & Gregorio conflatur) est remittens, & annihilans, peccatum; inter spem & timorem, (scilicet nascens, vel existens).

Tertia ... 1

¶ **Examen** huius definitionis primũ sit ly remittens, & annihilãs peccatũ. Ex ly remittens, intellige: ꝙ de cõtritione formata loquit̃ diffinitio hæc. Nam cõtritio informis, i. sine charitate, non remittit peccatũ, licet disponat ad eius remissionẽ (vt colligitur ex Concil. Trid. sess. 14. c. 4. suprà in examinibus 2. & 4. diffinitionis secundæ): q̃m sine charitate, quæ est forma uirtutum, non fit peccatorum remissio; cum scriptum sit 1. Ioan. 3. Qui nõ diligit, manet in morte.

2 ¶ Ly annihilans. Hoc est, tollens: quod est impropriè, nõ propriè annihilare. In plus. n. est tollere, seu annihilare impropriè: quàm annihilare propriè: cũ annihilare impropriè sit tollere aliquid in se; annihilare uerò propriè sit tollere aliquid omnino etiam in radice sua, seu etiam in potentia. Vnde in 1. par. q. 104. art. 4. habes: quòd multa corrumpũtur, sed nihil omnino annihilatur. Quia igitur per contritionem, etsi tollatur peccatum, non tollitur inclinatio, seu fomes ad malum (vt Concil. Trident. nunc adducendum testatur,) ideo non propriè annihilat peccatum contritio, sed impropriè.

Annihilare duplex.

3 ¶ Ly peccatum. Sumitur hoc pro peccato propriè dicto, quod est offensa Dei: non pro peccato impropriè, & non verè, i. pro fomite. Hoc. n. vltimo modo dictum peccatum, cum non tollat baptismi virtus maior, sequitur à fortiori, ꝙ nec contritio, virtus utique baptismo minor, idipsum tollat. Hoc ipsum declaratur à Concil. Triden. sess. 5. sic. Manere autẽ in baptizatis concupiscentiam vel fomitem, hæc sancta Synodus fatetur ac sentit, quæ quidem cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, & per Iesu Christi gratiam viriliter repugnantibus, non ualet, quinimmo qui legitimè certauerint, coronabuntur. Hanc concupiscentiã, quam Apostolus aliquando peccatũ appellat, sancta Synodus declarat, Ecclesiam catholicam nunquàm intellexisse peccatum appellari; quòd uerè, & propriè in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. si quis autem contrarium senserit: anathema sit. Hæc ibi.

Cõcil. Triden. de fomite.

4 ¶ Ly inter spem & timorem. Quomodo dolor pro peccatis assumptus inter spem & timorem nascatur in nobis; habetur ex Concilio Trid. sess. 6. cap. 6. sic. Homines credentes uera esse, quæ diuinitus reuelata, & promissa sunt; atque illud imprimis à Deo iustificari impium per gratiam eius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu; & tamen peccatores se esse intelligentes; à diuinæ iustitię timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se conuertendo in spem eriguntur; fidentes, Deum sibi propter Christum propitiũ fore, illumq; tanq̃ omnis iustitiæ fontẽ diligere incipiunt, ac propterea mouentur aduersus peccata, per odium, & detestationem. Hęc ibi: quę licet de dolore ante baptismum ad literã scripta sint, tamen pro contritione etiam faciunt, de qua loquimur. Vtrobique. n. dolor inter spem, & timorem, nascitur modo narrato: quãuis absolute, & totaliter loquendo multum differant, ẽm idem Concil Trid. sess. ead. c. 14. Primo ergo ad contritionem acquirendam adhibetur fides, qua consideremus uerum esse, & ꝙ infernus paratus est peccatoribus. & ꝙ Deus per gratiam merito Christi iustificat peccatores reuertentes ad cor: secundo consideratio intelligens, et ꝙ nos sumus peccatores, & quid importat esse peccatorẽ: tertio ex his considerationibus, uidendo s. ꝙ sumus peccatores, & ꝙ infernus peccatoribus est paratus per diuinam iustitiam, concutimur utiliter timore diuinæ iustitiæ nobis gehennam minitantis, nisi resipiscamus: quarto ex consideratione illa, uidendo s. quòd Deus nobis Christum pijssimum pro nostri iustificatione misericorditer dedit, (ita vt sit maior sua misericordia ad saluandum redeuntes, quàm nostra quæcũque peccata ad nobis occludendũ uiam salutis) erigimur in spem hanc, ꝙ mediante pietate filij iustificabimur, et euademus infernum, ac uitam consequemur æternam. sexto ex hoc incipimus diligere tam pium benefactorem, ac mediatorem: septimo ex dilectione hac moti ad peccata consideranda, iterũ redeuntes odio uehementi ipsa persequimur, ceu tam optimi nostri patris offensiua, omniumq; nostrorum malorum uerissima causa.

Modus præparandi se ad habendam contritionem. Ex Cõcil.

¶ En, quomodo contritio oritur, & prius informis ex timore solo, post media spe charitate formatur.

1^m ex Augustino. Nolentibus. R. Nunc, quando dolemus: non aliter. §. Tunc nihil contra. Nam quamuis peccata, quando accidunt, voluntaria fuerint, tamen quando &c vt in litera.

¶ Not.

¶Not. Sicut peccatum (teste Augustino) non est peccatum, nisi sit voluntarium: ita dolor de peccato non est verus dolor, nisi sit voluntati, qua peccabatur, contrarius? Non potest autem esse ei contrarius, nisi voluntatem oppositā illi, qua peccabatur, habeat. Oportet ergo: quòd dolentis voluntas nolit id, quod peccantis voluntas volebat, & quòd illa hoc ipsum abhorreat, quod ista acceptabat; & sic dolor est de his, quę nobis (nolētibus nunc) simul & de his, quæ nobis (volentibus antea) acciderunt.

luntatem, quam tūc habuimus cum ea volebamus: sed secundum illam, quam nūc habemus, qua vellemus, quòd nunquàm fuissent.

Ad secundum dicendum, ꝙ contritio est à Deo solo quantum ad formam, qua informatur: sed quantum ad substantiam actus ex libero arbitrio, & à Deo, qui operatur in omnibus operibus, & naturæ, & voluntatis.

2 de minori. Quod datur, non assumitur. ℞. Secundum ꝙ datur, non assumitũ non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam contritio, secundum quòd dicit formã qua informatur, à Deo solo datur: contritio autem sic accepta à nobis non assumitur. Licet enim à Deo illam contritionis formã, quę est charitas, infundente per consensum acceptetur: tamen nos illam non operamur. Virtutes enim infusas (secundùm Augustinũ) Deus in nobis sine nobis operatur. Intellige, sine nobis operantibus: non sine nobis consentientibus. Ex litera ergo dic: ꝙ conclusio non loquitur de contritione secundum formam, vel secundùm ꝙ à Deo solo est, vt argumentum credidit. Quomodo ergo? loquitur de contritione secundùm substantiam actus accepta (vt etiam ex conclusionis probatione suprà patet): & hanc licet Deus operetur in nobis, tamen nos voluntariè secum eandem cooperamur. Sic igitur (vt clarius respondeamus ad præscriptam argumenti maximam) id, quod ab alio tantum datur, non assumitur à nobis: sed tamen id, quod ab alio datur, à nobis etiam assumitur.

3^m de maiori. Ad hoc, ꝙ pœna remittatur. ℞. Et ad hoc, quòd præceptum de confessione & satisfactione seruetur. §. Tunc nihil &c. Nam insufficienter assumebatur maior illa propositio: quasi quòd propter solam pœnæ relictæ dimissionem, & non propter adimplendum præceptum, sint necessariæ confessio & satisfactio. Ex hac litera patet, quod satisfactio sumebatur in conclusione, pro pœnitentia à confessore imposita confitenti (vt suprà in examine primæ definitionis): licet etiam alijs modis ibi dictis sumi possit.

Item conclusio. Ergo non est necessarium semper &c. ℞. Si homo esset certus, ꝙ sua contritio fuit sufficiens ad dimissionem totius pęnæ: & etiam de confessione & satisfactione non esset præceptum. §. Quòd s. fieret semel in anno. Tunc &c. Non potest enim homo scire primum: & secundum præcipitur in cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. Ex litera habes: quòd homo contritus si esset etiam certus, ꝙ sua contritio fuisset sufficiens ad totius pęnæ dimissionem, teneretur confiteri de præcepto: & si non confiteretur, incideret in peccatum transgressionis præcepti. Ergo aliquis non habens peccatum, quod tamen habuit, solaquę contritione deleuit, tenetur actualiter confiteri: vt obediat præmisso capitulo, omnis vtriusque.

## APPENDIX.

Vtilitas ℞ sancta Ecclesia contra hereses Petri Oxomen. Ioannis Vuiclef, Lutheri, quorundã; addito iterũ Luthero, dãnatas à sacris literis, Papa et Concilijs.

Ex articulo habes primò: quomodo per eius rationem reijcias errorem Petri Oxomensis (vt est in suo libello tempore Sixti Papæ IIII. examinato per deputatos. Vide summam Conciliorum circa uitam eiusdem) dicentis: contritione sola sine proposito confitendi deleri peccata; siue (vt ad verbum eius literis utar) peccata mortalia quantum ad culpam, & pœnam alterius sæculi delentur per solam contritionem cordis sine ordine ad claues. Item Ioannis Vuiclef (vt refert Concilium Constantiense sess. 8.) dicentis: si homo debitè fuerit contritus: omnis confessio exterior est sibi superflua, & inutilis. Item Lutheri (vt refert Bulla Leonis X.) dicentis: verissimum est prouerbium, & omnium doctrina de contritionibus hucusque data præstantius, de cætero non facere, summa pęnitētia, optima pœnitentia, noua uita. Lutherus ergo (vt hinc ex verbis eius conijcitur) diffinisset contritionem sic; Contritio est propositum de cætero non faciendi, nouamque vitam viuendi. Per quam definitionem omnem vim, & vsum satisfactionis tollunt nouatores: vt ex Concil. Triden. sess. 14. cap. habetur. Item quorundam (vt refert Concil. Senonense decretorum suorum ca. 17.) dicentium; ꝙ non licet inducere homines ad pœnitentiam per timorem gehennæ. Errorem hunc innuisse, vel innuere voluisse, videtur Lutherus pręterquàm quòd peiora adiunxit, quando dixit contritio, quæ paratur per discussionem, collectionem &c. facit hypocritam, immo magis peccatorem. (Vide suprà exam. 2. diffinitionis secundæ). Ideo & Lutherus per articulum hunc D. Thomæ potest reijci dicentem; ꝙ cōtritio nascitur ex recordatione peccati, timore iudicij, inter spem & timorem. Contra hos enim omnes, ac similes errores mouet articulus præsens, ac illos egregiè (vt semper) expugnat. Requiritur tamen hic, & alibi, à pio lectore: vt bene sciat applicare singula singulis. Secundò habes: quomodo per eiusdem articuli rationē ostendas; hos omnes meritò damnari à sacris literis Ioan. 20. Accipite Spiritumsanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Quasi dicat, Nisi vos dimiseritis, nō remittentur. Alioquin necessariũ non esset sacramētum confessionis ijs, qui mortale peccatum post baptismũ incurrissent: cuius contrariũ docet Synodus Tridentina sess. 14. cano. 6. Si quis negauerit, confessionem sacramentalē ad salutem necessariam esse, anathema sit. Præmiserat autem eadem Synodus cano. 1. pro fidelibus, quoties post baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis. Item Eccles. 1. Timor Domini expellit peccatum. Item Luc. 12. Dico vobis amicis meis, ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hoc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis, quem timeatis. Timete eum, qui postquàm occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis: hunc timete. Ecce. De timore seruili apertissime loquitur Dominus: & per hunc timorem, ter replicatum, inducere nos conatur ad bonum. Ter, inquàm replicatum: primo ly ostendam &c. timeatis, secundo ly timete eum &c. tertio ita &c. hunc timete. Item à Concilio Tridentino sess. 6. cap. 14. docendũ est, Christiani hominis pœnitentiam post lapsum multo aliam à baptismali: eamque continere non modo cessationem à peccatis, & eorum detestationem, aut cor contritum, & humiliatum; verùm etiam eorũdem sacramentalem confessionem, saltem in voto, & suo tempore faciendam, & sacerdotalem absolutionem: itemque satisfactionem per ieiunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis uitæ exercitia, non quidem pro pœna æterna, quæ vel sacramento, vel sacramenti voto, vnà cum culpa remittitur; sed pro pęna temporali; quę (vt sacræ literæ docent) non tota semper (vt in Baptismo fit) dimittitur illis, qui gratiæ Dei, quam acceperunt, ingrati Spiritumsanctũ contristauerunt, & templum Dei violare non sunt veriti. Hæc ibi. Vbi vides: ꝙ Concilium culpæ remissionem cum pęna æterna attribuit non contritioni sine uoto sacramentalis confessionis, sed cōtritioni habenti talem confessionem in voto: & hanc (iuncta satisfactione) dicit esse pęnitentiam, seu dolorem & contritionem Christiani hominis. Nam idem Concilium eadem sess. cap. 3. dixerat: Verum etsi Christus pro omnibus mortuus est: non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt: sed ij dumtaxat, quibus meritũ passionis eius communicatur. Et cap 7. Nemo potest esse iustus, nisi cui merita, passionis Domini nostri Iesu Christi communicantur. Et sess. 14. cap. 1. Deus remedium uitæ contulit, sacramentum uidelicet pœnitentiæ: quo lapsis post baptismum, beneficiũ mortis Christi applicatur. Hæc omnia Concilium. Collige ergo secundũ illud: quòd si nemo iustificari potest sine communicatione passionis Christi sibi facta, & hæc communicatio per sacramentalem pęnitētię tantum lapsis post baptismum fit, quod, inquàm contritio humana sine proposito sacramentalis confessionis non iustificat hominem. Item à Concilijs &c. damnari illos errores meritò: quæ supra per articulum sparsim descripta fuere. Item à Concilio Senonensi decretorum suorum cap. 18. Authoritate itaque qua fungimur; omnes in nostra prouincia constitutos, qui tam impia dogmata ausu temerario asserere, docere, scribere, præsumpserint, his scriptis sententia excommunicationis innodamus: necnon & illos, qui eis fauorē, consilium, aut quouis modo auxilium fuerint impartiti. Sub eadē quoque pœna omnibus nobis subditis inhibemus: ne Lutheri libros, siue Lutheranorum quorumcũque retinere præsumant, qui ad pestilentem doctrinam promouendam conscripti sunt. Hæc ibi: vbi per impia dogmata intelligit etiam recensitos à se omnes errores capite præcedenti, s. 17. inter quos fuit error suprà a nobis narratus ex eodem Concilio. Item à Concilio Constantiensi, ses. 8. vbi damnans etiam errorem supra ex eodem à nobis relatum inter alios Vuiclef positum ait: Hos sancta Synodus præfatos articulos 45. examinari fecit, & sæpius recenseri; quibus examinatis, fuit repertum aliquos, & plures ex ipsis fuisse & esse notoriè hæreticos, & à sanctis Patribus reprobatos, alios non catholicos, sed erroneos, alios scandalosos & blasphemos, quosdam piarum aurium offensiuos, nonnullos eorum temerarios & seditiosos: propterea Concilium pronunciat hæreticum, Ioannem Vuiclef, ac memoriam eiusdem condemnat: & mandat exhumari ossa eius, & cremari. Hæc ibi. Item à Papa Leone in Bulla contra errores Lutheri. De eorundem itaque venerabiliũ fratrum nostrorum consilio & assensu, ac omnium & singulorũ prędictorum (matura deliberatione præhabita,) authoritate omnipotentis

Ad tertium dicendum, quòd quamuis possit tota pœna per contritionem dimitti, tamen adhuc necessaria est confessio, & satisfactio: tum quia homo non potest esse certus de sua contritione, quòd fuerit ad totum tollendum sufficiens, tum etiam quia confessio, & satisfactio sunt in præcepto. Vnde transgressor constitueretur, si non confiteretur, & non satisfaceret.

ARTI-

Pęnitētia, seu contritio lapsorum plura includit, ꝙ pęnitētia, seu contritio, regenerãdorum.

Contritio seu pęnitētia Christiani, et non Christiani.

Conc. Senonēse cō tra etiã Lutheranã pestiferã doctrinam.

Ex bulla Leonis cōtra Lutherum.

tentis Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostra, præfatos omnes & singulos articulos, seu errores, tanquàm (vt præmittitur) respectiuè hæreticos, aut scandalosos, aut falsos, aut piarum aurium offensiuos, vel simplicium mentium seductiuos, & veritati catholicæ obuiantes, damnamus, reprobamus, atque omnino reijcimus, ac pro damnatis, reprobatis, & reiectis, ab omnibus vtriusq; sexus Christi fidelibus haberi debere, harum serie decernimus & declaramus; inhibentes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub maioris excommunicationis latæ sententiæ pœna: Ne præfatos errores, aut eorum aliquos, peruersamque doctrinam huiusmodi asserere, affirmare, defendere, prædicare, aut illi quomodolibet publicè, vel occultè, quouis quæsito colore, vel ingenio tacitè, vel expressè fauere præsumant. Hæc ibi. vbi inter 41. errores ipsius sic damnatos, habetur etiam ly verissimum est prouerbium, &c. & ly contritio, quę paratur per &c. quæ suprà retulimus. Item à Papa Sixto IIII. per hoc, quòd confirmauit ea, quæ acta sunt in congregatione sub Reuerendiss. Alfonso Carillo Archiepiscopo Toletano circa libellum Petri Oxomensis: cuius confirmationis exemplar (vt ait Summa Conciliorum in vita Sixti IIII.) habetur in bibliotheca Ecclesiæ Toletanæ, & alterum exemplar in monasterio sancti Vincentij instituti B. Dominici in vrbe Placentina. Acta verò in prędicta congregatione per 52. viros doctos Magistros in Theologia, vel iure canonico, præsidente Reuerendiss. Alfonso prædicto habēte à Sixto eodem authoritatem declarandi, ac definiendi omnes propositiones & conclusiones falsas, erroneas, hæreticas, aut malè sonantes, in libello Petri Oxomensis, sunt hæc. Quia præuia multa disputatione, & iuramento soléni, et excommunicatione, de dicenda syncera veritate, votisque singulorum coram notario & testibus in scriptis sigillatim redactis, Reuerendiss. Dominus præfatus Archiepiscopus sedens pro tribunali protulit sententiam; qua conclusiones nouem (harum prima erat; quæ in principio appendicis posita est) tàquàm hæreticas, erroneas, ac scandalosas, & malè sonantes, Apostolica, & primitiali authoritate damnauit, ac damnandas decreuit: librumque illum comburendum iudicauit, quem illico promotor fiscalis curiæ tradidit sæculari. Adhæc Petrus ipse Oxomensis abiurauit prædictum errorem cum alijs, inter cætera concludens sic. Cognoscens veram fidem, anathematizo omnem hæresim, maximè eam, de qua hactenus sum infamatus; & consentio sanctæ matri Ecclesiæ Romanæ, et Sedi Apostol. cæ: & ore ac corde confiteor sacramenta Ecclesiæ: & illam fidem tenere, quam Dominus Sixtus Papa modernus authoritate Apostolica & Euangelica tenet: & per sancta Dei Euangelia omnes, qui contra hanc fidem venerint, cum suis doctrinis, dignos æterna damnatione pronuncio. Hæc ibi. Item à Concilio Tridentino sess. 14 cap 4. Fuit autem quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius: & in homine post baptismum lapso ita demum præparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia diuinæ misericordiæ & voto præstandi reliqua, coniunctus sit; quæ ad rite suscipiendum hoc sacramentum requiruntur. Hæc ibi. Præmiserat autem in cap. 3. quòd ad sacramentum pœnitentiæ requiruntur tres partes, scilicet contritio, confessio, satisfactio. Ecce quomodo ex Concilio, vltra damnatam hæresim, clarè probatur contritionis prima definitio; & illa Gregorij, quatenus dicit eam esse debere cum spe. Item ab eodem ibidem. Docet præterea; etsi contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquàm hoc sacramentum actu suscipiatur: ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse ascribendam. Hæc ibi. Quid clarius contra de contritione sola se inaniter iactantes fine relatione ad sacramentalem confessionem; siue ad claues datas Ecclesiæ? Tertiò vides: quomodo ex his vicissim omnibus B. Thomæ consolidetur præsens articulus.

*Petri Oxomensis libellus, cu nouem ibi conclusionibus damnatur.*

*Et diabolus suos doctores habet.*

*Contritio nis definitio synodica.*

*Sine ordine ad claues, nihil valent cętera.*

3

---

## ARTICVLVS II.

*Vtrum contritio sit actus virtutis.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd contritio non sit actus virtutis. Passiones enim non sunt actus virtutum, quia eis non laudamur, nec vituperamur, vt dicitur secundo Ethicor. * sed dolor est passio: cum ergo contritio sit dolor, videtur quòd non sit actus virtutis.

** Lib. 2. Eth. c. 5.*

¶ 2 Præt. Sicut contritio dicitur à terendo, ita & attritio: sed attritio non est actus virtutis, vt ab omnibus dicitur, ergo neque contritio.

SED CONTRA. Nihil est meritorium nisi actus virtutis, sed contritio est actus quidam meritorius, ergo est actus virtutis.

RESPON. Dicendum, quòd contritio secundùm proprietatem nominis sui non significat actum virtutis, sed potius quandam corporalem passionem: sed hic non quæritur sic de contritione, sed de eo, ad quod significandum hoc nomen per similitudinem adaptatur. Sicut enim inflammatio proprię voluntatis ad malum faciendum, importat quantum est de se, malum ex genere, ita illius voluntatis annihilatio & comminutio quędam de se importat bonum ex genere: quia hoc est detestari propriam voluntatem, qua peccatum est commissum; & ideo contritio, quæ hoc significat, importat aliquam rectitudinem voluntatis, & propter hoc est actus virtutis illius, scilicet cuius est peccatum præteritum detestari, & destruere, s. pęnitentiæ: vt patet ex his, quæ in decimaquarta distinctione dicta sunt.

AD

SVPER Q. XXXII. Aliàs 1. Art. 11.

2

CONCL. 1. Contritio secundum proprietatem nominis nōn significat actum virtutis, sed potius quandam passionem corporalem.

¶ PROB. Quia patet.

¶ NOT. Ex dictis in primo articulo re vera patet conclusio hæc: quoniam ibi per Philosophum in 4. Meteororum declaratur, quòd conteri significat propriè, solidum in se reduci per fractionem ad partes minimas. Ecce corporalis illa passio, de qua in conclusione: quę est reductio in se solidi per fractionē ad partes minimas. Clarum est autem: quòd huiusmodi corporalium reductio non est actus virtutis, secundum seipsam.

¶ CONCL. 2. Contritio, quæ significat annihilationem, seu comminuationem illius voluntatis, qua commissum est peccatum, est actus meriti, & virtutis illius; quæ dicitur pęnitentia.

¶ PROB. Quia comminuere, id est detestari, illam voluntatem, qua commissum est peccatum, importat de se bonum ex genere: & aliquam rectitudinem voluntatis. Secunda autem pars, s. & virtutis &c. probatur. Quia pœnitentiæ est detestari, ac destruere, peccatum præteritum.

¶ NOT. Quem enim pœnitet, scripsisse, dixisse, vel fecisse, aliquid; is destruit scriptum, dictum, factum, illud. Ex pœnitentia ergo voluntatis sequitur destructio illius, de quo pœnitet: & hoc est, quod in probatione dicitur; quòd videlicet pœnitentiæ est detestari & destruere peccatum præteritum. Vnde & ab effectu pœnitentiæ, scilicet à destructione facti, dicit Deus, Pęnitet me fecisse hominem, Gen. 6. i. volo delere hominem (vt mox intulit) etiā quòd affectus pęnitentiæ, i. mutatio voluntatis, non fit in Deo.

¶ COROLL. Ergo pœnitentia virtus est pars pœnitentiæ sacramenti, quæ dicitur contritio. Nam pœnitentia sacramentum tres habet partes, scilicet contritionem, confessionem, satisfactionem; ex Concil. Trident. sess. 14. cap. 3. cano. 4. detesteris ergo (vt decet) peccatum si habes pœnitentiam virtutem: sed nisi postea iunxeris huic confessionem & satisfactionem pro peccatis, quę detestatus es, nondum habes pęnitentiam sacramenti.

*Pœnitentia virtus pœnitentia sacramentum.*

¶ EXAM. Ly annihilatio est in nihilum reductio. Tunc ad nihilum deducitur voluntas maligna; quando q eam cupit, nunq fuisse: sic enim per uoluntatē præsentem cōtritus voluntatem illā, qua uoluit prius peccatum, annihilat. Et quia contritus non tantum dolet de præterito, sed etiam propositum habet non peccandi de cætero (vt suprà art. 1. exam. 3.): ideo hæc annihilatio in futurum etiam respicit, ita vt uelit præsens contriti voluntas, quòd nūquàm maligna volūtas, seu voluntas peccandi, amplius in æternum in seipso reperiat. Et hanc annihilationem contritus omnino, ex corde, quibuscumque in contrarium non obstantibus, vult: non autem perfunctoriè, vel superficialiter, aut remisso modo dicens, nollem talem occasionem necessariam, vel tale obstaculum meo bono proposito contrarium, dimittere, amputare, puta familiaritatē talem, domus talis frequentationē; nollem restituere famam, rem, pecuniam. Vide suprà artic. 1. exam. de ly satisfaciendi. Per ly annihilatio, sic declaratam, distingue contritum uerè ab attrito. Nam contritus omnino, ex corde, quibuscumque in contrarium non obstantibus, vult: ea omnia, vt nunquàm peccandi voluntas reuiuiscat, amputare, rescindere, necessarioque sibi faciēda pro medela animæ suæ facere. Veniat (inquit) quicquid potest in contrarium; ego (auxilio Dei fretus,) nunquam volo peccare in æternum, si relinquendus talis amicus, ne peccem, relinquam: si relinquendus pater, vel mater, ne peccem; relinquam: si relinquendus totus mundus, ne peccem, relinquam: si restituenda res, fama, pecunia: si mihi mendicandum, vt à peccato liberer; mendicare volo. Modo non peccem: omnia faciam, omnia patiar, omnia subire libenter volo. Hoc est, quod suprà artic. 1. exam. 3. diffinitionis secundæ, dictum est: quòd scilicet dolet contritus de peccatis supra omne dolorosum, et vitare intendit illa supra omne vitabile. Vide tamen ibi: vt in tentationem, quæ incautis solet circa huiusmodi accidere quandoque, non intres. Quòd si attritum inspicias, non sic resolutè voluntatem peccandi cum annihilare comperies: sed quodam-

*Annihilatio peccatricis volūtatis, quæ fiat.*

*Pingit veraciter cōtritus, vt discernat ab attrito.*

quodammodo vult, & non vult piger. In gratia Dei perdurare vellet: sed in gratia etiam amicarum, vel amicorum, quæ vel qui sibi sæpius occasio peccandi fuerunt; & si forte has, vel hos dimittere promittat, seu proponat, multum frigide hoc facit. Vide tamen hic: quòd attritus est in via ad contritionem, maxime accedente auxilio cōfessoris mala, quę per peccatum incurřūtur sibi explicantis, periculum mortis repentinæ, grauitatem ingratitudinis in recidiuo; proponentis sibi quàm breuia sunt, caduca, & nulla, omnia delectamenta in quibuscumque peccatis; & inculcantis sibi nouissima eius. Et scito; recordationem frequentem nouissimorum suorum, & passionis Domini nostri Iesu Christi, esse optimas duas vias: quibus ad cōtritionem veram ab attritione possit confessor reducere pœnitentem. Ideo dici solet: quòd attritus sæpè sub manu confessoris fit contritus. Non tamen ex hoc dicendum, quòd attritio fiat contritio: de qua re in sequenti artic.

Via reducendi attritū ad esse cōtritum.

† In corp. art. 1.

Ad primum ergo dicendum, quòd in contritione est duplex dolor de peccato: vnus in parte sensitiua, quæ passio est, & hic non est essentialiter contritio prout est actus virtutis, sed magis effectus eius. Sicut enim pœnitentiæ virtus exteriorem pœnam suo corpori infligit ad recompensandam offensam, quæ in Deum commissa est officio membrorum: ita etiam, & ipsi concupiscibili pœnam infert doloris prædicti: † quia etiam ipsa ad peccata cooperabatur. Sed tamen hic dolor potest pertinere ad contritionem inquantum est pars sacramenti; quia sacramenta non solum in interioribus actibus, sed etiam in exterioribus, & in rebus sensibilibus nata sunt esse. Alius dolor est in voluntate, qui nihil aliud est quàm displicentia alicuius mali, secundum quod affectus voluntatis nominatur per nomina passionum: vt in 3. Senten. distinct. 26. dictum † est: & sic contritio est dolor per essentiam, & est actus virtutis penitentiæ.

† Tho. in 3. di. 26. q. 1. ar. 5. corp.

Ad secundum ergo dicendum, quòd attritio non dicit accessum ad perfectam cōtritionem: vnde in corporalibus dicuntur attrita, quæ aliquo modo diminuta sunt, sed non perfectè. Sed contritio dicitur quādo omnes partes tritę sunt simul per diuisionem ad minimam: † & ideo significat attritio in spiritualibus quandam displicentiam de peccatis commissis: sed non perfectam; Contritio autem perfectam.

† Vt dictū est in corp. art. 1.

1^m de maiori. Passiones. ℞. Vt passiones: non, vt affectus boni voluntatis, denominati nominib. passionum. §. Tunc nihil &c. Licet enim dolor in parte sensitiua existens, qui proprie est passio concupiscibilis, non sit actus virtutis (vt arguitur:) tamen dolor, vt est affectus bonus in voluntate, qui scilicet est displicentia peccati, est actus virtutis (de quo dolore nos intendimus in definitione contritionis, in primo articulo). Vnde si quæratur, an contritio sit dolor, respondendum est: quòd est dolor voluntatis, non autem dolor sensitiuus. Essentia namque contritionis est displicentia voluntaria de peccato: & nihil aliud, nisi consecutiuè, causatiuè, vel resultatiuè. Ex displicentia siquidem illa causatur in parte sensitiua afflictio, dolor, tristitia, quibus tanquàm signis, protestatur voluntas displicentiam suam de peccato: ac si per exteriores hos ab ea causatos effectus videamus ipsam dicentem, Tædet animam meam vitę meæ; scilicet præteritæ. Licet autem dolor exterior non sit contritio, quæ est virtutis actus, sed huius contritionis effectus: potest tamen pertinere ad contritionem, quæ est pars sacramenti. Hoc est. Non omnia quæ pertinent ad contritionem, quæ est pars sacramenti, sunt essentialiter actus virtutum, sed sufficit, quod sint effectus illarum. Verbi gratia. Contritio pars sacramenti, est displicentia voluntaria de peccato (ecce actus virtutis;) cum dolore sensitiuo (ecce effectus illius virtutis.) Primum tamen essentialiter requiritur ad contritionē partem sacramenti: secundum autem non sic necessario: & ideo ad hoc significandum vtitur litera hoc modo loquendi, potest pertinere: & non dixit pertinet.

Q̄tio contritio sit dolor, & contra.

2^{ui} de maiori. Ita. ℞. Quantum ad dici à terendo: non, quantum ad dici à terendo sic. §. Tunc nihil &c. Non enim difficultas est in dici, vel non dici à terendo: sed in modo terendi. Contritio autem dicitur à terendo sic; quòd teratur res in particulas minimas, & fere non visibiles: attritio uerò à terendo dicitur sic, quòd in partes grossas fractio fiat. Illa itaque per adaptationem quandam in spiritualibus dicitur annihilatio: ista non. Vide supra in examine de ly annihilatio. Cùm ergo non sit eadem ratio de vtraque: poterit contritio esse actus virtutis, etiā quòd attritio non sit.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem interimas errorem Lutheri dicentis: Contritio, quæ paratur per discussionem &c. suprà articu. 1. facit magis peccatorem. Nam talis contritio quandoque peruenit ad perfectam displicentiam de peccato per huiusmodi discussionem, ponderationem, consideratiomem: & consequenter est actus virtutis; tantum abest, vt hominem hypocritam faciat, & magis peccatorem. Videtur autem Lutherus per hanc suam hæresim velle hominem ab omni bono impedire: & in omni malo confirmare. Nam principium boni post peccatum est contritio; & principium contritionis est communiter (vt inquit Concilium Trident. sess. 14. cap. 4.) ex timore pœnarum & metu gehennæ; item ex recogitatione annorum in peccatis expensorum, ex consideratione turpitudinis peccati. Vnde qui tollere nititur de medio causas contritionis communiter existentes, populos per hoc in omni malo detinere, & ab omni bono arcere, laborat: & consequenter tanquàm diaboli miles infernum replere animabus hominum, ipsisque claudere vitam æternam, satagit. Quæ supradicta, vt melius intelligantur, sciendum: quòd causæ contritionis sunt multæ, & omnes bonæ. Prima est recogitatio peccatorum suorū, iuxta illud Isa. 38: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Secunda est confusio bona, & pudor, seu verecundia, ad cogitationem talem consequens. Confusibilia enim sunt peccata, maximè carnalia; & huiusmodi cōfusio est bona: iuxta illud Rom. 6. Quem fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? Tertia est peccatorum fœditas, seu vilitas, maxime carnalium, quę & ipsum peccatorem vilem faciunt, iuxta illud Hierem. 2. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas? Id est tam vilis: vt vix effari, vel excogitare quis possit. Quarta est timor iudicij extremi, siue particularis in extremo vitæ cuiusque, siue vniuersalis in extremo mundi (vide suprà articu. 1. exam. 6. distinctionis secundæ.) Nam vtrumque est per se terribilissimum; & meritò, maximè à peccatoribus secundum gradus delictorum propriorum, formidabilissimum: & ad pœnitentiam virtutem, i. contritionem, communiter (ex Concilio Trident. suprà) inductiuum. De vtroque enim verificatur id 1. Pet. 4. Iustus vix saluabitur: impius autem, & peccator, vbi parebunt? licet de iudicio generali ad literam hoc dici videatur. Quinta est consideratio tanti boni amissi (id est gratiæ Dei, patriæque cęlestis) & tanti mali acquisiti (.i. vndecumque crudelissimæ captiuitatis sub diabolo, de qua re dicitur ad peccatorem, Hierem. 2. Nihil habebis prosperum, perpetuæque gehennę incursus:) iuxta Apocalyp. 2. Memento itaque, vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Id est, memoratio profunda boni perditi, damnique acquisiti, inductio est ad pœnitentiam, i. ad contritionem, & ad faciendum opera bona. Sexta est spes; quæ est triplex, de qua dixit suprà art. 1. diffin. 3. gregis inter timorem & spem. Hoc est. Spes veniæ, qua per gratiam Dei peccata dimittuntur: spes gratiæ cooperantis, qua adiuti bona operamur: spes gloriæ, qua de bonis factis remuneramur. Præmissas omnes causas contritionis aufert Lutherus sua illa hæresi: vt patet per singula consideranti, & conferenti verba sua causis ipsis contritionis. Dissuadet siquidem per suam illam insaniam peccatorum recogitationem in amaritudine animæ; recogitationem fœditatis illorum, & consequenter bonam erubescentiam de illis: timorem diuini iudicij, dum amissionem æternæ beatitudinis, & gehennæ incursum, nostræ considerationi surripit; & spem salutis, dum peccatorum ipsorum detestationi se furtiuè opponit, huiusmodique dolorem ex his causis natum dicit non bonum, inutilem, non liberum, non voluntarium, sed coactum, & (quod peius est) damnosum; vtpotè hypocritas, magisque peccatores constituentem. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas; hanc Lutheranam hæresim iustissimè damnari à Papa Leone X. à Concilio Senonensi, à Concilio Tridentino, à &c. vt suprà articu. 1. tam in appendice, quàm extrà. Item à sacris literis Isa. 38. Roman. 6. Hierem. 2. 1. Pet. 4. Apocalyp. 2. vt nunc supra singillatim, causas contritionis annotando, posuimus. Dum enim scripturæ huiusmodi causas præmissas contritionis tanquàm bonas hominibus suadent, vtique contritionem ex ipsis nascentem approbant: & consequenter hoc facto suo Lutherum eandem contritionem sic ortam probris persequentem condemnant; ostendentes, quòd Lutherus cecidit in illum reprobum sensum, illiusque reprobi sensus pœnam hanc: Veh; qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Tertiò habes: quomodo per rationem, præmissas authoritates Leonis, Conciliorum, scripturarum, pro quanto contritionem insinuant virtutis actum esse, & intelligas, & declaras, & defendas. Quartò vides: quomodo ex his vicissim omnibus Angelica doctrina præsens consolidetur.

Lutherus miles diaboli cōtra Christum.

Causæ cōtritionis.

Spes triplex.

2

3

4

## ARTICVLVS III.

*Vtrum attritio possit fieri contritio.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd attritio possit fieri contritio. Differt enim attritio à contritione, sicut formatum ab informi: sed fides informis fit formata. ergo attritio potest fieri contritio.

¶ 2 PRÆT. Materia recipit perfectionem remota priuatione, sed dolor se habet ad gratiam sicut materia ad formam, quia gratia informat dolorem: ergo dolor, qui prius erat informis culpa existente, quæ est priuatio gratiæ remota culpa, recipiet perfectionem informationis à gratia: & sic idem quod prius.

SED CONTRA est. Quorum principia sunt diuersa omnino, eorum non potest fieri vnum, id, quod est alterum: sed attritionis principiũ est timor seruilis, contritionis autem timor initialis. ergo attritio non potest fieri contritio.

RESPON. Dicendum, quòd super hoc est duplex opinio. Quidam dicunt, quòd attritio fit contritio: sicut fides informis fit formata: Sed hoc (vt videtur) esse non potest; quia quamuis habitus fidei informis fiat formatus, tamen nunquam actus fidei informis fit actus fidei formatæ: quia actus ille informis transit, & non manet veniente charitate, attritio autem, & contritio non dicunt habitum, sed actum: habitus autem uirtutum infusarum, qui voluntatem respiciunt, non possunt esse informes, cum charitatem consequantur, vt in Tertio libro † dictum est. Vndè antequàm gratia infundatur non est habitus à quo actus contritionis postea elicitur, & sic nullo modo attritio potest fieri contritio, & hoc alia opinio dicit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est simile de fide, & contritione, vt dictum † est.

AD SECVNDVM dicendum, quòd remota priuatione à materia: quæ manet perfectione adueniente, formatur materia illa, sed dolor ille, qui erat informis, non manet charitate adueniente, & ideo formari non potest. Vel dicendum, quòd materia essentialiter non habet originem à forma: sicut actus habet originem ab habitu, quo formatur. Vnde non est inconueniens materiam informari aliqua forma de nouo, qua prius non informabatur, sed hoc de actu est impossibile: sicut impossibile est, quòd aliquid idem numero oriatur à principio, à quo prius non oriebatur: quia res semel tantum in esse procedit.

QVAE-

SVPER Q. XXXII. Aliàs I. Art. III.

COnCL. Nullo modo attritio potest fieri contritio.

¶PROB. Quia attritio, atque contritio, dicunt tantummodo actum (vt patet): & actus vnus idem numero informis, id est procedens à principio aliquo sine charitate, non potest fieri postea formatus, id est procedens à principio illo vestito charitate (patet enim, quòd actus ille prior nõ manet charitate adueniente in principium illud à quo prius processit, id est in volũtatem: sed mox, vt ab illa processit, transiuit).

3 Cõcil. Tridẽt. sess. 14. c. de cõtrit.

¶COROLL. Ergo charitas adueniens eũ non reperiat actum illũ, non potest informare, seu facere eum formatum. Nam sicut nascitur actus, ita transit: quia res tantum semel in esse procedit, vt dicitur ad secundum. Ergo de habitu fidei informis, cum in intellectu maneat adhuc, veniente charitate in voluntatem, non est eadem ratio, quę de attritione & contritione est: sed multũ dissimilis. Vnde non licet inferri sic. Habitus fidei informis potest fieri formatus: ergo & attritio potest fieri contritio. Ergo, cum voluntas, à qua emanat attritio prius, remaneat aduenientẽ postea charitate, & producat cõtritionem, patet: quòd potest quis de attrito fieri contritus. Est ergo ualde differẽs dicere, vtrum attritio possit fieri contritio, & dicere, vtrum de attrito possit quis fieri contritus. Primum itaque negari, non sit mirum; postremo affirmato.

Vtrũ attritio fiat contritio, & vtrũ de attrito fiat contritus, sunt duæ quõnes multum dissimiles.

1m de maiori. Formatum ab informi. R. Id est formatus actus ab informi actu: non autem, sicut formatus habitus ab informi habitu. §. Tunc nihil &c. Nam fides informis & formata est semper idem habitus substantialiter perseuerãs: qui absente charitate à voluntate dicitur informis, adueniente illa in voluntatem dicitur formatus. Non sic autem esse de attritione, & contritione, monstrauit probatio conclusionis & corollarium.

¶NOT. Si argumentum intenderet de actu fidei tum informis, tum formatæ, sisteret quidem in sensu de attritione, & contritione: sed esset in fauorem conclusionis, non contrà. Nam actus fidei informis, id est exiens ab habitu fidei, mox transit; ita quòd adueniente postmodum charitate, qua formaretur si adesset, non amplius reperitur. Conueniunt ergo; quòd sicut attritio non potest fieri contritio, ita actus fidei informis non potest fieri formatus; & propter vnam, eandemque rationem.

Actus fidei informis nunquàm formatur.

2m de maiori. Materia. R. Manens perfectione adueniente: non autem transiens antequàm perfectio adueniat. §. Tunc nihil &c. Nam dolor actualis, qui dicebatur attritio, non manet adueniente charitate; ita quòd charitas possit eum reperire: sed iam, non expectans illam, transiuit. sic dicamus. Si materia subiacens priuationi, remota priuatione, & ipsa simul antequàm adueniret perfectio, qua debuerat (si expectasset) perfici: putas ne vnquàm à perfectione ipsa perficeretur? Nunquam: imò nec sic posset perfici. Vnde esset ille defectus? Non à perfectione vtique, quæ secundùm se non potest non perficere: sed à materia, quæ transijt, antequàm adueniret perfectio, seu non expectauit perfectionem. Sic in proposito. Non est ex defectu charitatis, quòd attritio non informetur; quandoquidẽ charitas non potest non informare: sed est ex defectu actus vocati attritio, qui transiens mox non expectauit aduentum charitatis; à qua vtique (si expectasset) informatus fuisset & factus contritio, quantum est ex parte charitatis.

Materia an perficiatur remota priuatione.

¶ COROLL. Quia ergo de natura actus est, vt mox factus transeat: ideo dicendum; quòd ex natura rei vera est prædicta articuli conclusio, quòd scilicet attritio non potest fieri contritio. Est ergo contra naturam rei ipsius dicere: quòd attritio (cum sit actus) possit fieri contritio.

De natura rei est conclusio.

Item cõclusionis illatio. Ergo dolor, quòd prius &c. R. Negatur illatio. §. Nam de materia, & de dolore, non est eadẽ ratio. Materia enim non originatur essentialiter à forma, per quam informari postea debet: sicut dolor, qui est actus, originatur essentialiter ab habitu per quem informaretur, si quãdo informandus esset. Hinc est: quòd materia à forma subsequente potest informari, etiam quòd prius non fuisset formata: dolor autẽ ab habitu subsequente informari nõ potest. Natus enim est, & natiuitas eius pręsupposuit habitum; à quo nascereẽ. Vnde si postea aliquis habitus adueniat: nihil ad actum ipsum. Ex quo fit: quòd si habitus, quo formari debuit, non præcessit, antequã à potẽtia (puta à voluntate) nasceretur: non possit postea per habitũ subsequentem potentiæ ipsi aduenientem informari. Vide literæ secundum responsum ly vel dicendum, quòd materia, &c.

† Thom. in 3. d. 27. q. 2. art. vlt. q. 3.

† In corp. art.

Respon. 2.

¶COROLL. Ergo ex duplici causa est: quòd actus informis non possit fieri formatus; & consequenter quòd attritio non possit fieri contritio. Primò, quia actus mox natus trãsit; & hęc est ratio iam suprà explicata. Secundò, quia informatio actus dependet à priori, non à posteriori, id est habitus informaturus actũ necessario præcedere debet illum, cum ab ipso habitu actus informandus debeat necessario nasci. Non intelligas per hoc, quòd actus nõ possit à potentia, etiam non habituata, nasci, cum actus informis ab illa nascatur: sed quòd actus, si debeat dici & esse formatus, nasci necessario debet ab habitu, id est à potentia habitu informatiuo actus vestita. Nisi ergo nascatur formatus ipse actus: non poterit postea formari: tum quia iam transit adueniente subsequenter habitu, tum quia suum formari est cum suo nasci. Vnde si nascatur informis, semper erit informis. Et si quando aliquis actus dicetur formatus, hoc fuit à principio natiuitatis suæ. De mente ergo literæ videtur dicendum: quòd actus ille informis natus, etiam si non transiret, sed expectaret aduentum charitatis in voluntatem, adhuc non fieret formatus. Et hoc non ex defectu charitatis, quæ quantum est de se (vt suprà in ad secundum diximus) informaret illum remanentem: sed ex conditione naturali ipsius actus. Quæ est conditio naturalis ipsius actus? Quod suum esse formatum, vel informe, trahat à priori, non à posteriori, id est à natiuitate sua habeat, non aliunde. Hinc est: quòd si ille actus etiam post aduentum charitatis remanens deberet esse formatus; oporteret ipsum denuo nasci à potentia iam habituata. Verum tunc non esset idem numero secundùm natiuitatem, licet secundùm seipsum (per suppositum factum:) & consequenter non esset idem numero totaliter. Concludendum ergo: quòd attritio, eadem numero totaliter, etiam si remaneret adueniente charitate, non fieret contritio, id est, si denuo non procederet à voluntate iam habituata charitate, non fieri posset contritio. Nec est instantia de habitu informi fidei, quòd scilicet totaliter idem numero remanet, dum fit formatus: quoniã habitui non conuenit essentialiter procedere, quemadmodum actui. Et ideo nõ requiritur; vt ille habitus informis denuo procedat ab aliquo, si debeat dici & esse formatus. Secundum ergo responsum hoc ad argumentum secundum, addidit primo responso, ad idem argumentum secundum, conditionalem hanc: quòd videlicet, si actus ipse informis remaneret adueniente charitate, non posset adhuc veraciter dici formatus. Et sic ex omni parte, id est siue transeat, siue non trãseat

Ratio duplex quare cõtritio nõ potest fieri attritio.

Conditio naturalis actus, quæ est.

Conclusio resolutoria.

actus

actus ille informis, habetur intentum; quòd scilicet attritio eadem numero totaliter non potest fieri contritio. Hinc fit: quòd satisfactio facta in peccato mortali ab eo, qui postea assequitur charitatē, debet reiterari, q. 14. art. 1. 2. si ei valere debeat ad vitam æternam: quia 1. actus informis & transijt, & (posito quòd non transisset) non nisi à natiuitate sua habere poreſt ipsum esse formatum. Quod autem dico de satisfactione, idem dicas de alijs actibus eadē ratione: Et sic doctrina hæc ad multa valebit.

Satisfactio p hanc doctrinā pro declaratione innat.

## APPENDIX.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò à Concilio Trident. nunquam, cum de attritione loqueretur, dictum fuisse; quòd attritio quandoque fiat contritio; licet dixerit, quòd attritio disponit ad gratiam impetrandam in sacramento pœnitentiæ. Aliud est enim disponere ad contritionem gratia informatam: aliud est conuerti in contritionem. Primum contingere, innuit Concilium: secundum vero non. Quod ut manifestum fiat: ecce uerba Concilij sess. 14. cap. 4. Illam verò contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniā vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu, cōmuniter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, & sit cū spe veniæ, declarat sancta Synodus, non solùm non facere hominem hypocritam & magis peccatorem; verum etiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quo pœnitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat. Et quāuis sine sacramento pœnitentiæ per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat: tamen eum ad Dei gratiam in sacramento pœnitentiæ impetrandam disponit. Hoc enim timore vtiliter concussi Niniuitę ad Ionæ prædicationem plenam terroribus, pœnitentiam egerunt; & misericordiam à Domino impetrarunt. Hæc ibi. Ex ly viam sibi ad iustitiam parat, infer sic. Via nunquam potest fieri terminus; sed attritio est via ad contritionem iustificatione vestitam, quæ contritio (vt patet) est terminus: ergo attritio non potest fieri contritio. Tunc vltrà. De dispositione transitur ad habitum, & de via ad terminum: ergo de attritione potest transiri ad contritionem, & consequenter de attrito potest quis fieri contritus. Confirmari, & hoc potest (si esset opus) per exemplum: quo omnibus patet, albedinem nunquam fieri posse nigredinem; licet album possit fieri nigrum. Secundò vides: quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

---

SVPER Q. XXXIII. Aliàs 2. Art. 1.

CONCL. 1. Displicentia mali culpæ dicitur, per similitudinem, contritio.

¶PROB. Quia displicentia culpæ importat comminutionem duritiei voluntatis, (quatenus scilicet complacendo sibi de culpa stabat in se tam dura, vt præcepto legis non cederet): & contritio dicit cōminutionem alicuius duri (licet corporei).

¶NOT. 1. Si propriè loquamur cōteri, & contritio, in materialib. dicuntur: vnde nunc quando de immaterialibus, puta de voluntatis duritia immateriali, dicitur per similitudinem à corporeis, videlicet ad spiritualia, vt à notioribus ad minus nota, suo modo transferendo, accipiuntur. Ex artic. primo, quæst. 1. reuiso facilius antecedēs hoc probationis hypotheticum, quo ad ambas eius propositiones, intelligere poteris.

4 Th. vbi su- i art. 2. & seq. Aug. lib. de pœ. me- dici. c. 2. pa rū à princ. tom. 9.

# QVÆST. XXXIII. Aliàs 2.

*De obiecto contritionis, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandū est de obiecto contritionis. CIRCA quod quæruntur sex.

¶Primò, Vtrum debeat homo conteri de pœnis.

¶Secundò, Vtrum de peccato originali.

¶Tertiò, Vtrum de omni actuali commisso.

¶Quartò, Vtrum de peccato actuali committendo.

¶Quintò, Vtrū de peccato alieno.

¶Sextò, Vtrum de singulis peccatis mortalibus.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum homo debeat conteri de pœnis, & non solum de culpa.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod homo debeat conteri de pœnis, & non solum de culpa. Augustinus * enim libro de Pœnitentia dicit: Nemo vitam æternam desiderat, nisi eum huius vitæ mortalis pœniteat, sed mortalitas vitæ quædam pœna est. ergo pœnitens etiam de pœnis debet conteri.

¶ 2 Præt. Suprà habitum est ex verbis Augustini, * quòd pœnitens debet dolere ex hoc, quòd virtute se priuauit: sed priuatio virtutis quædam pœna est. ergo contritio est dolor etiam de pœnis.

SED CONTRA. Nullus tenet illud de quo dolet, sed pœnitens secundum suum nomē pœnam tenet. ergo non dolet de pœna, & sic contritio, quæ est dolor pœnitentialis non est de pœna.

RESPON. Dicendum, quòd contritio importat, vt dictum † est, alicuius duri, & integri comminutionem: hæc autem integritas, & duritia inuenitur in malo culpæ; quia voluntas, quæ est ipsius causa in eo, qui malè agit, in suis terminis stat, nec præcepto legis cedit: & ideo huius mali displicentia contritio per similitudinem dicitur: hæc autem similitudo non potest adaptari ad malum pœnæ, quia pœna simpliciter dicit diminutionem, & ideo de malis pœnæ potest esse dolor, sed non contritio.

AD

eantis, integritatem illam; quę & duritiem dicebatur. Integritas ideo dicta, quoniam in seipsa voluntas (volendo videlicet sibi placita, consistebat:) duritiés verò, quoniam pulsanti Deo per suum mandatū, inspirationem, &c. nō cędebat, i. non consentiebat, non obediebat. Iccircò dolor de culpa dicebatur contritio: quoniam ab ipso conterebatur prædicta voluntatis integritas, modo, & nunc, & supra, q. 1. art. 1. & 2. exposito. Totum ergo fundamentum, quod alicubi possit esse contritio, est, quod ibi præit, vel adest, integritas aliqua. Non enim conteri potest, nisi quippiā aliquo modo integrū: quo fit, vt vbi non reperitur aliqua integritas, ibi nec contritio esse possit. Immo & contradictionem implicat, & ignorantia propriè vocis est, dicere; quod contritio esse possit, vbi aliquo modo integrum non est: quoniā ex eo, quòd ponitur ibi contritio, ponitˀ & alicuius integritas; in eo autem, quod negatur ibi integritas, negatur & contritio. Non ergo omnis dolor, sed tantum dolor integritatem aliquam conterens, est contritio: licet omnis contritio sit dolor. Ob hoc rectè ex eo, quòd malum pœnæ non importat integritatem, concluditur, quòd de pœna non potest esse contritio.

Integritas mala volūtatis. * In lib. de vera & fal. pœni. c. 14. ante med. to. 4. & habeṫ de pœnit. d. 5. c. 1. cōsideret. Mag. 4. sen ten. dis. 10. §. 2. 1 med. † q. præce. art. 1.

¶NOT. 2. Ex antecedentis ipsius prima propositione Cathegorica habes diffinitionem duritiei malæ volūtatis. Dices ergo. Quid est duritia malæ voluntatis? Est complacentia sibi de culpa taliter, vt viso præcepto legis cōtrario ei, non cedat. Vide; quā dura est ista duritiés: vt nec omnipotentis Dei præcepto velit cedere; & consequenter vt voluntati diuinæ, cuius nutu datum est legis mandatum contraponatur. Ex hac diffinitione intelligere potes sensum B. Gregorij Papæ, in hom. Maria stabat ad monumentum foris plorans, dicentis: Mens hominis conditoris sui speciem non quærentis malè dura est, quia in semetipsa remanet frigida. Ex hac intelligis etiam illud Eccles. 3. Cor durum male habebit in nouissimo die. Quod quidem aliquando vocatur lapideum Ezech. 11. Ab oppositis itaque, de contritione nunc intenta inferes: quòd contritio est displicentia de illa complacentia voluntatis; quòd contritio est displicentia de culpa taliter, vt se legis diuinæ mandatis volūtariè subijciat. Ex hoc percipis; quid sit cor contritum: & quòd cor contritum est etiam volūtariè, & laudabiliter humiliatum: & quòd tale cor Deus non despiciet. Psal. 50.

Durities voluntatis.

Cor contritum.

¶CONCL. 2. De malis pœnæ potest esse dolor; sed non cōtritio.

¶PROB. Quia hoc, vt manifeste clarum, supponitur. Secunda autem pars, s. sed non &c. probatur: Quia malum pœnæ non importat integritatem voluntatis, quæ debeat per dolorem diminui (cum pœna simpliciter dicat diminutionem).

¶NOT. 1. Culpa importabat in sua causa, id est in voluntate peccantis

¶NOT. 2. Pœna (inquit) simpliciter dicit diminutionem. Quasi dicat litera. Non tantum non dicit integritatem voluntatis pœna, sed dicit oppositum, i. voluntatis diminutionem. pœna simpliciter, dicitur pœna pręcisè accepta: quemadmodum inquit Philosophus, simpliciter dico, quod nullo addito dico. Pœna ergo simpliciter est pœna, vt pœna, nil aliud in ipsa considerando. Hæc dicit diminutionem voluntatis: quia importat negationem, immo & fugam, voluntatis. Voluntas enim non vult pœnam, vt pœnam: immo eam sic acceptam fugit, i. abhorret, ac quantum potest, ab ea se elongat. Sicut ergo voluntatis integritas attendebatur in hoc, quod voluntas, sibi placita volendo quasi seipsam exaltando in se consistebat: ita eius diminutio attenditur ex hoc, quod non vult, & quasi in se præ timore deficiendo, seque paruifaciendo respectu pœnæ, eā refugit. Ecce: quòd, & quomodo dicit diminutionem voluntatis. At instabit fortè quis dicens: remanet dura in hoc voluntas, quod non vult, & refugit, pœnā: ergo ista durities potest, vel debet conteri, & consequenter contritio de pœna esse potest. Sufficit enim durities rei ad hoc; vt obiectū possit esse cōtritionis, i. vt possit quis ad conterendū illam eniti: vt patet in rebus corporalibus. Ad hanc instantiā, si fieret, rñdetur: quòd

Respon. 2.

Instantia.

Responsio ad illam.

quòd voluntas quidem in prædictis remanet dura, sed durities illa neque potest, neque debet conteri; & ideo contritio nunc intenta, cum non dicat aliquod inconueniens, non potest esse de pœna illam duritiem voluntatis importante. Quòd autem durities (si tamen durities recte vocetur) illa voluntatis non possit neque debeat conteri, siue à voluntate auferri, patet: quia talis durities est naturalis, & necessaria, voluntati etiam ordinatæ; naturalia verò & necessaria, multò magis quando ordinata sunt, non debent neque possunt auferri. Nec obstat: quod multi, immo omnes sancti voluntarie tulerunt, forsan & amauerunt, optarunt, ac inquisierunt, pœnas propter Christum: quoniam tunc transitus fit extra propositum. Textus enim loquitur de pœna simpliciter, id est de pœna vt pena precisè, præscindendo scilicet ab omni alia consideratione circa illam: & obiectio fit de pœna: vt ad animæ salutem accommoda, vt amore Christi vestita, vt virtuti fidei, charitatisq; in fidelibus ostendendæ subordinata; non de pena, vt pœna. Nam pœnam, vt pœnam, nullum peccatum imo bonum naturale est fugere; & consequenter hanc, vt hanc, semper sancti fugerunt; immo & Christus in horto, Luc. 22. qui tamen pœnam, vt aliquo bono verè laudabili vestitam, amplexati fuerunt.

Pena quomodo non pôt, & potest amari.

Ad primum ergo dicendum, q pœnitentia secundùm Aug. debet esse de hac mortali vita, non ratione ipsius mortalitatis: nisi pœnitentia largè dicatur omnis dolor, sed ratione peccatorum, ad quæ ex infirmitate huius vitæ deducimur.

Ad secundum dicendum, q ille dolor, quo quis dolet ex amissione virtutis per peccatum, non est essentialiter ipsa contritio, sed est principium eius: sicut aliquis mouetur ad appetendum aliquid propter bonum, quod inde expectat; ita mouetur ad dolendum de aliquo propter malum, quod inde consequutus est.

1^m ex Augustino. Vitæ mortalis. ℞. Mortalitate morali: non, mortalitate naturali. §. Tûc nihil &c. Sic.n. habetur pœnitentia, i. contritio, non de pœnis huius vitæ; sed de peccatis siue mortalibus, siue de venialibus, quæ ex huius vitæ mortalitate, id est infirmitate, incurrimus. Ex litera intelligere potes Iob 3. dicentem, Pereat dies in qua natus sum, &c. & cap. 10. Tædet animam meam vitæ meæ. Vide ibi S. Thomam.

Item ex Augustino. Pœniteat. ℞. Strictè, vel largè. §. Tunc nihil &c. Nam si pœnitere, strictè sumatur; tunc de culpis tantum in hac mortali vita admissis dicitur, vt prima habet responsio. Si verò pœnitere sumatur largè, i. pro dolore quouis modo accepto absque contritione; tunc de penis huius vitæ est: sed non infringit conclusionem secundam, vt ibi patet. Vide hoc responsum secundùm ly nisi pœnitentia largè dicatur, &c.

2^m ex Augustino. Dolere ex hoc. ℞. Sed non de hoc. §. Tunc nihil &c. Nam de penis esse posse contritionem essentialem, negauit secunda conclusio: sed non contritionem in sensu hoc (vt accidit, in proposito, de omissione virtutis) inquantum scilicet sunt motiua quædam ad contritionem. Iccircò non dicit Augustinus nos debere conteri de omissione virtutis: sed dicit, quòd debemus conteri ex eo, quòd omisimus virtutem: accipiendo interim in illa authoritate ly dolere pro ly conteri.

¶ Notat. Si autem fiat: vis in verbo, dici etiam poterit: quòd Augustinus asserit, penitentem debere dolere ex hoc, &c. sed non asserit, ipsum debere conteri ex hoc, &c. Aliud enim est dolere, cû vniuersalius dicatur, & cuû sit de pœnis: aliud est conteri, cùm sit strictius, & tantum de culpis. Responsum autem literæ formaliter adductum facit vim verborum in ly ex hoc; dicendo, quod Augustinus non vult nos dolere, seu conteri de hoc, sed ex hoc. Vide tu: & exinde discas quoque tu ponderare verba, non tantum sensum, Doctorum.

Facienda est plerum que vis in verbis authoritatû.

## APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per eius rationem ostendas; meritò insinuatum fuisse à Concilio Florentino, quòd contritio non est de pœnis. Hoc autem tunc insinuatum fuit: quando in Decreto Eugenij IIII. sacro illo approbante Concilio, diffinita est contritio sic. Cordis contritio est; ad quam pertinet, vt doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. Ecce diffinitio, & vtique bona: cum sit à Papa cum Concilio data. Si bona ergo non habet aliquid diminuti, sicut nec aliquid superflui; vt colligitur ex cap. de genere, libri Prædicabilium Porphyrij. Cùm igitur non faciat mentionem de pœnis, sed tantum de peccato; quoniam non dicit ly doleat de pœnis, & de peccato, sed dicit ly doleat de peccato: sequitur apertissime quòd de intentione Concilij est, contritionem non esse de pœnis. Alioquin, vt dictum est, diffinitio esset diminuta: quod est magnum, immo maximum inconueniens in diffinitionibus; cùm hæ sint claues ad aperiendum sine errore omnia alia. Secundò habes; quomodo per rationem dictum ipsum synodicum pro quanto de pœnis negat esse contritionem, intelligas, probes, ac defendas. Similem dedit diffinitionem Concil. Trident. sess. 14. cap. 4. Vide suprà q. 1. exam. primæ diffinitionis. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica hęc doctrina consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Do.

SVPER Q. XXXIII. Aliàs 2. Art. II.

Oncl. De peccato originali nô potest esse contritio, propriè loquendo; sed displicentia potest esse de eo, vel dolor.

¶ Prob. Quia peccatû originale non prouenit in nobis ex duritia propriæ voluntatis (cum ex origine vitiatæ naturæ contrahatur;) côtritio, propriè loquêdo, est solum de peccatis illis, quæ ex duritia nostrę voluntatis in nos proueniunt (cùm, vt suprà dictum est q. 1. ar. 1. contritio respiciat duritiem, quæ côteratur:) Secunda autem pars, s. sed displicentia &c. probatur: Quia id, tâquàm clarum, præsupponitur.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum contritio debeat esse de originali.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd contritio esse debeat de originali. De peccato enim actuali conteri debemus, non ratione actus inquâtum est ens qddam, sed ratione deformitatis: quia actus secundum suam substantiam bonum quoddam est, & à Deo: sed peccatum originale habet deformitatem, sicut & actuale. ergo de eo conteri debemus.

¶ 2 Præterea. Per peccatum originale homo fuit à Deo auersus, quia pœna eius erat carentia diuinæ visionis, sed cuilibet displicere fuisse à Deo auersum. ergo homo debet habere displicentiam peccati originalis: & sic debet de eo conteri.

Sed contra. Medicina debet esse proportionata morbo: sed peccatum originale sine nostra voluntate contractum est. ergo non requiritur quòd per actum voluntatis, qui est contritio, ab ipso purgemur.

Respond. Dicendum, quòd contritio est dolor, vt dictum † est, respiciens, & quodammodo comminuens voluntatis duritiem: & ideo solum de illis peccatis potest esse, quæ ex duritia nostræ voluntatis in nos proueniunt: & quia peccatum originale nostra voluntate non est inductum, sed ex vitiatæ naturę origine contractum: ideo de ipso non potest esse contritio propriè loquendo, sed displicentia potest esse de eo, vel dolor.

† q. preced ar. 1. & 2.

Ad

¶ Not. 1. Ideò vocatur peccatum originale, non autem actuale: quia ex origine causatur, non ab actu voluntatis nostræ. Nostræ, inquàm, ad differentiam volûtatis Adæ. Nam in illo processit ex actu suæ voluntatis propriæ, & in illo vocabatur peccatum actuale, & de tali peccato ipse habere potuit, atque de facto habuit contritionem propriè dictam (vt nunc fit sermo.) Naturæ peccatum etiam vocatur: & quia ad singulos participantes naturam humanam deriuatur; & quia à tempore ipsius natiuitatis in vtero, id est conceptionis, dum scilicet anima intellectiua vnitur carni prolis, contrahitur. Sic enim docuit Apostolus Eph 2. eramus natura filij iræ, sicut & cæteri: & sic intelligitur. Sed tamê de natura, vt natura, non loquitur; sed de natura, vt vitiata. Loquitur enim de natura, quam ipse Apostolus cum cæteris participauerat (vt patet in textu) & non de natura, vt erat in Adamo ante peccatum. Item loquitur de natura modo illo, quo communiter participatur; quod significat per ly sicut & cæteri: non de natura aliquo modo singulari participata. Modus communis naturam humanam, etiam post peccatum Adæ, participandi est ex commixtione seminali viri cum fœmina: modus singularis, qui soli Christo Domino nostro conuenit, est ex fœmina Virgine concipiente virtute Spiritussancti, non autem virtute alicuius seminis humani. Modus ille primus dicitur à D. Thoma 1. par. q. vlt. art. vlt. ad vlt. modus secundum corpulentam substantiam, & secundùm seminalem rationem: sed modus secundus dicitur modus secundum corpulentam substantiam solum.

De peccato originali, siue naturæ.

Eph. 2.

¶ Not. 2. Hoc peccatum originale quomodo sit vnum, vel plura; accipe à Côcil. Trid. sess. 5. decreto de peccato originali, sic. Hoc peccatû Adę origine vnû est: Et propagatione, non imitatione, transfusum

Ad primum ergo dicendum; q contritio non est de peccato ratione substantiæ actus tantum, quia ex hoc non habet rationem mali: neque iterum ratione deformitatis tantum: quia deformitas de se non dicit rationem culpæ, sed quãdoque importat pœnam: debet autem de peccato esse contritio, inquantum importat vtramque deformitatem ex actu voluntatis prouenientem: & hoc non est in peccato originali, & ideo de eo non est contritio.

Et similiter dicendum ad Secundum; quia auersio voluntatis est illa, cui debetur contritio.

sum omnibus, i. vnicuique proprium. Hæc ibi. Probatio ergo bene dixit; quando non per duritiem nostræ voluntatis (quod dicit Concilium, imitatione,) sed per originem (quod ait Concilium, Propagatione) peccatum huiusmodi nobis omnibus (.i. vnicuique secundùm Concilium) inesse, asserit. Item peccatum originale est & commune & proprium: vt legis ibi in Concilio. Quòd autem sit contractum ex naturæ vitiatæ in Adam origine, patet ex eodem Concilio ibi sic: Si quis Adæ præuaricationem sibi soli, & non eius propagini, asserit nocuisse; & acceptam à Deo sanctitatem & iustitiã, quam perdidit, sibi soli, & non nobis etiam eum perdidisse; aut illum per inobedientiæ peccatum mortem, & pœnas, corporis, tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod est mors animæ; anathema sit: cum contradicat Apostolo dicenti, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertransijt; in quo omnes peccauerunt. Hæc ibi. Si mors in omnes homines pertransiret sine peccato; tunc mors vtique pertransiret, sed non ita. Apostolus autem non tantum dicit, quòd mors in omnes pertransijt; sed addit, quòd ita. Quomodo ita? Sicut mox prædixerat; quòd scilicet peccatum primò intrauit, & post per peccatum mors. Item ex eodem Concilio sess. 6. cap. 1. Vnusquisque agnoscat, & fateatur; quòd cum omnes homines in præuaricatione Adæ innocentiam perdidissent, facti immundi, &c. serui erant peccati, & sub potestate diaboli: & cap. 7. Itaque veram & Christianam iustitiam accipientes, eam ceu stolam primam pro illa, quam Adam sua inobedientia sibi & nobis perdidit, &c. Hæc ibi. Concilium Mileuitanum cap. 2. & Arausicanum cap. 2. sentiunt idem. Cęlestinum primum Papam vide epistola prima ad Episcopos Galliæ; in qua damnat errores Pelagij de peccato originali contrarium dicentis (quos etiam damnarat Papa Innocentius primus epistola ad Carthaginen. Concil. incipiente. Inquirendo de his rebus, quas de omni, &c.) vbi inter alia dicit; quòd omnes homines in præuaricatione Adæ innocentiam perdiderunt, & quòd de ruinæ huius profundo per liberum arbitrium nemo consurgere potest, nisi gratia Christi adiuuante. Ecce: quòd Cęlestinus peccatum primum Adæ per originem ad omnes deriuari sentit; quod quidem peccatum vocat profundum ruinæ, scilicet humanæ.

1m de maiori. Ratione deformitatis. ℞. Ex actu voluntario prouenientis: non, ratione deformitatis tãtum. §. Tunc nihil &c. Licet enim peccatum originale habeat deformitatem, illa tamen deformitas non prouenit ex actu voluntario eius, in quo est peccatum originale, inquantum originale.

Deformitas peccati originalis vnde.

¶ Not. Hoc originale in Adamo non dicebatur originale; sed personale & actuale: & ideo ad differentiam peccati huius, inquantum erat in Adamo, dictum est nunc; quòd illius deformitas non prouenit ex actu voluntario eius, in quo est peccatum originale, inquantum originale. Sic & intelligitur textualis responsio, cum s. deformitatem ex actu voluntatis prouenientem dicit non esse in peccato originali. Intelliguntur siquidem verba tanti Doctoris formaliter. Nouit enim author sanctus: q peccatum hoc originale, inquãtum fuit in Adam, ex actu voluntatis Adami processit; & q deformitatem habuit ex voluntario illo actu prouenientem. Vt originale tamen, hoc est, vt isto puero nascente nunc, habet deformitatem non proueniẽtem ex actu voluntatis illius pueri: quoniam iste puer non imitatione (vt verbis Concilij Trid. suprà in secunda notatione vtar,) sed propagatione peccatum id contraxit. Deformitas igitur peccati huius, vt in isto puero, i. vt originale, prouenit ex propagatione naturæ per Adamum actualiter vitiatæ: sicut & illud peccatum est in isto puero propagatione.

Dolere de auersione à Deo contingit dupliciter.

2m de minori. Debet displicere, se fuisse à Deo auersum. ℞. Displicere, secundum q auersus fuit. §. Hoc est. Si à Deo fuit auersus ex actu propriæ volũtatis, debet sibi displicere; ita q displicentia illa sit contritio. Si autem à Deo fuit auersus ex ipsa propagatione, tamẽ debet sibi displicere; ita tamen q illa displicentia dici contritio propriè non potest; nõ ex paruitate displicentiæ semper (cũ quandoque possit esse maxima,) sed ex defectu obiecti contritionis. Obiectum siquidẽ contritionis est durities propriæ voluntatis: quæ in originali, vt originale, non reperit, vt dictum est. Tunc &c. Quamuis. n. huic adulto displiceat, q per peccatum originale fuerit auersus à Deo: nõ tamẽ displicere potest ei, q per huiusmodi peccatũ fuerit à Deo auersus ex actu propriæ volũtatis; quia hoc nunquam fuit in se verum. Consequenter ergo sua hæc displicentia etiam q esset quantumcumque magna, dolor quidem erit: sed non poterit dici contritio, propter rationem iam dictam.

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò à Concil. Flor. fuisse insinuatum, q de peccato originali nõ fit contritio, & à scriptura sacra, q de eodẽ originali potest esse dolor, & displicentia. Primum insinuatum fuit, in Decreto Eugenij IIII. sacro approbante Concil. Flor. quando diffiniuit contritionem sic. Cordis contritio est, ad quam pertinet; vt doleat de peccato cõmisso, cũ proposito non peccandi de cætero. Cum itaque diffinitiones Synodorum maximè generaliũ, datæ de aliqua re firmiter tenendę sint bonæ; & diffinitio bona, sm Philos. neque superflui neque diminuti quicquam contineat: liquidissimè patet, q diffinitio huiusmodi Synodica, neque superfluitatem aliquã, neque diminutionẽ continent. De peccato (inquit) commisso. Si ergo peccatum originale, vt originale, non est ab isto puero illud habente commissum: patet, q originale peccatum non est compręhensum per illam diffinitionem. Quòd si non est per illas compręhensum, & nihil diminuti in eis inuenitur, patet, q debet eis adiungi ly de peccato originali. Est ergo sufficienter posita illa diffinitio, vt iacet. Ergo secundùm illam contritio non est de peccato originali: alioquin sufficiens, & consequenter bona non esset. Secundum in principio appendicis dictum insinuauit scriptura Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Per hanc. n. pęnitentiam non intelligit cõtritionem, quę est pars sacramenti pęnitentiæ: alioquin ante quã ianuam domus quis intraret, esset iam intra domum; cum sacramentũ pęnitentię cũ suis partib. omnibus sit intra domum, & baptismũ sit ianua omniũ sacramentorũ, atq; ideo domus ecclesiæ ianua. Cùm igitur impossibile sit intra domum aliquem reperiri, antequã ianuam ingrediatur (dummodò non nisi per ianuã domum intrare possit; vt in proposito;) impossibile relinquitur, q per illam pęnitentiã ante baptismum intelligatur contritio, quæ est pars sacramenti pęnitentiæ. At inquies: reperietur tunc contritio secundum suum nomen interpretata. Et hoc, inquàm ego, est impossibile: quoniam contritio secundùm suum nomen præsupponit peccatum ex duritie voluntatis contriti proueniens, quod non est verum de peccato originali. Adhuc instabis: quòd hi quibus loquebatur tunc Petrus, habebant etiam peccata actualia, de quibus vtique poterat esse contritio saltem secundum interpretationem nominis; & consequenter, q per ly pęnitentiam, intelligere potest Petrus contritionem hoc modo interpretatam. Verum ad hoc respondetur: quòd si ad originale tantum respiciat illa pœnitentia, non potest dici contritio ratione iam dicta; si autem ad actualia referatur, dicetur quidẽ etiam contritio: sed hoc non militat contra suprà posita, quæ de pęnitentia respectu peccati originalis tantum formaliter loquuntur etiam quòd subiectum originalis haberet simul actualia. Secundò habes: quomodo per rationem & Concilij, & scripturarum præmissa dicta, pro quanto de originali nolunt contritionem propriè esse, sed displicentiam, probes, atque defendas. Tertiò uides, quomodo ex his uicissim Angelica stabiliatur conclusio.

Vtilitas pro Eccl. S. Dei.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum de omni actuali peccato debeamus conteri.*

Ad tertivm sic proceditur. Videtur q non de omni actuali peccato commisso à nobis, debeamus conteri. Quia contraria contrariis curantur: sed quædam peccata per tristitiam committuntur: sicut accidia, & inuidia. ergo medicina eorum non debet esse tristitia, quæ est contritio, sed gaudium.

¶ 2 Præt. Contritio est actus voluntatis, qui non potest esse de eo, quod cognitioni nõ subiacet: sed quędam peccata sunt, quæ in cognitione non habemus, sicut oblita. ergo de eis non potest esse contritio.

¶ 3 Præt. Per voluntariam contri-

Svper Q. XXXIII. Aliàs 2. Art. III.

Concl. Si debeat quodcũque actuale peccatũ curari; oportet; quòd per contritionem cõuenientem remittatur.

6 Cõc. Trid. loco præcitato.

¶ Not. Hoc est, ad titulũ; de omni actuali peccato debem' cõteri.

¶ Prob. Quia peccatũ actuale, quodcũque sit illud (vel s. trãsgressionis, vel omissionis mortale, aut veniale,) ex duritia volũtatis prouenit (cùm voluntas in hoc legi Dei non cædat:) & ad duritiem remouendã oportet adhiberi contritionẽ (patet ex dictis multoties).

¶ Not.

tionem delentur illa, quæ per voluntatem committuntur: sed ignorantia voluntarium tollit, vt patet per Philos. 3. Ethic. c. 1. ergo de his, quæ per ignorantiam accidunt, non debet esse contritio.

¶ 4 Præt. De illo peccato non debet esse contritio, quod per contritionem non tollitur, sed quędam peccata non tolluntur per cōtritionem, sicut venialia, quæ adhuc post contritionis gratiam manent. ergo non de omnibus peccatis præteritis debet esse contritio.

SED CONTRA. Pœnitentia est medicina contra omnia peccata actualia: sed pœnitentia non est aliquorum, quorum non sit contritio, quæ est prima pars eius. ergo & de omnib. peccatis debet esse contritio.

¶ Præterea: Nullum peccatum dimittitur, nisi quis iustificetur: sed ad iustificationem requiritur contritio, vt prius dictum † est. ergo de quolibet peccato conteri oportet.

† q. præce art. 1.

RESPON. Dicendum, quòd omnis actualis culpa ex hoc contingit, quòd voluntas legi Dei non cedit, vel eam transgrediendo, vel omittendo, vel præter eam agendo: quia durum est quod habet pœnitentia, vt non facilè patiatur: & ideo in omni actuali peccato duritia quædam est, & propter hoc si debeat peccatum curari, oportet quòd per contritionem comminuentem remittatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (sicut ex dictis † patet) contritio opponitur peccato ex parte illa, quæ ex electione voluntatis procedit, non sequentis imperium diuinæ legis: non autem ex parte eius, quod est in peccato materiale; & hoc est illud super quod cadit electio. Cadit autem voluntatis electio non solum super actus aliarum virium, quibus voluntas ad suum finem vtitur: sed etiam super actum proprium ipsius. Volūtas enim vult se velle aliquid; & sic electio voluntatis cadit super dolorem illum, siue tristitiam, quæ inuenitur in peccato inuidiæ, & huiusmodi, siue dolor ille sit in sensu, siue in ipsa voluntate; & ideo illis peccatis contritionis dolor opponitur.

† In corp. art. & q. præced. ad 1.

AD SECVNDVM dicendum, quòd obliuio de aliquo potest esse dupliciter: aut ita quòd totaliter à memoria exciderit, & tunc non potest aliquis inquirere illud: aut ita quòd partim à memoria exciderit, & partim maneat: sicut cum recolo me aliquid audiuisse in generali, sed nescio quid in speciali: & tunc requiro in memoria ad recognoscendum, & secundùm hoc etiam aliquod peccatum potest esse oblitum dupliciter: aut ita quòd in generali memoria maneat, sed non in speciali: & tunc debet cogitare homo ad inueniendum peccatum: quia de quolibet peccato mortali tenetur homo specialiter confiteri. Si autem inuenire non possit, iusta adhibita diligentia, sufficit de eo conteri secundùm quòd in notitia tenetur, & debet homo non solùm de peccato, sed de obliuione eius dolere, quæ ex negligentia contigit. Si autem peccatum om[nino] à memoria excidit, tunc ex [im]potentia faciendi excusatur à debito, & sufficit generalis contritio de omni eo in quo Deum offendit. Sed quando impotentia tollitur: sicut cum ad memoriam reuocatur peccatum: tunc tenetur homo specialiter conteri: sicut etiā est de paupere, qui non potest soluere quod debet, excusatur, & tamē tenetur cùm primò poterit.

AD TERTIVM dicendum, quòd si ignorantia omnino voluntatē tolleret malè agendi, excusaret, & non esset peccatum: sed quandoque non totaliter tollit voluntatem, & tunc à toto non excusat, sed à tanto; & ideo de peccato per ignorantiam com-

¶ NOT. Sufficit ad duritiem prædictam voluntatis astruendam in peccato etiam venialissimo, quòd voluntas voluntariè non obediat legi; ita quòd electio ipsa voluntatis cadit vel directè, vel indirectè super inobedientia illa. Hoc ipsum intelligi voluit textus, quando probans, quòd voluntas legi Dei non cedit, id est, est dura, dixit: quia durum est, quod habet potentiam, vt non facile patiatur.

Quæ duritiei ad peccatum sufficiat.

Nō requiritur ergo de necessitate ad perpetrandum actuale peccatum maior durities voluntatis: quàm quòd legi Dei iam scitæ, vel quàm scire tunc debet, sit volūtariè inobediēs. Quòd si maior durities addatur iam non peccatum solummodo, sed grauius peccatum fit. Vnde si non addat maior: iam, etsi remaneat peccatum, non tamen fit grauius. Et hinc est; quòd peccata, etiam eiusdem generis, immo & speciei, possunt esse imparia: & non tantum peccata diuersorum generum & specierum.

Peccata, ēt eiusdē speciei, possūt esse inæqualia.

De oblitis peccatis, quid?

Adulterantur, vel fornicantur duo, vnus voluntate obstinatiori, alius remissiori: quis prudentum nesciat, quòd primus magis peccat, quàm secundus? Duorum vnus peccat sciens legem, alter nesciens, quam tamen tunc scire tenetur; amborum voluntates sunt duræ, quia non cedunt legi, sed contrà nituntur: quis tamen sapientum ignoret, quòd durities maior est in primo, quàm in secundo, & consequenter, quòd peccatum primi est grauius quàm secundi? Hoc autem non ratione specierum diuersarū, quia præsupponitur, quòd in eadem prorsus peccati specie peccent: sed ratione disparis duritiei voluntatum illorum. Et hoc est, quòd à sancto Doctore quandoque solet dici de peccante eodem genere & specie peccati cum alio: quòd vnus illorum non excusatur à toto, neque à tanto, alius verò excusatur à tanto, sed non à toto.

## 1m de minori.

Per tristitiam. R. Tanquàm materiale quoddam: non, tanquàm formale. §. Tunc nihil &cæt. Nam debet attendi peccatum ex formali parte, quando contritionem dicimus peccato contraponi: non autem attendi debet ex parte materiali (vt argumentum facit.) Formalis pars in peccatis est electio voluntatis: materialis autem id, quod eligitur.

¶ NOT. 1. Ex eo, quòd voluntas eligit sibi placitum, habet semper aliquale gaudium: vt patet. Complacere enim sibi in eligendo, siue in aliquid aliud faciendo, est eligenti siue aliud facienti gaudiū: etiam quòd nihil aliud gaudij inde nasceretur, vel expectaretur. Vnde complacens sibi in paupertate, gaudet in paupertate; complacens sibi in luctu, gaudet in luctu, & sic de cæteris. Ex hoc igitur, quòd eligit quis voluntariè tristitiam, tanquàm sibi pronunc placentem, sequitur quòd gaudeat in hoc, quòd sic eligit. Ex quo iterum sequitur: quòd peccata per tristitiam commissa, puta accidia, inuidia (de quibus in argumento) importent gaudium quodam ex parte electionis; licet secundum seipsa fiat mœrore plena. Quia ergo his peccatis, inquantum sunt voluntariè electa, opponitur contritio; & illa, inquantum sunt voluntariè electa, includunt (vt dictum est) gaudium: patet, quòd dolorem oppon[imus] gaudio, & contraria contrarijs (si formale in peccatis, vt debet, attendatur) curari tunc ponimus; quando contritionem illis ipsis peccatis opponi, & per eam illa ipsa curari statuimus. Licet enim, ex parte materialis considerationis, delictorum quædam dicant tristitiam, quędam gaudium: tamē ex parte formalis considerationis, (vt explanatum est) vniuersa connotant gaudium.

Quō peccata omnia aliquod gaudium connotant.

¶ NOT. 2. Ideo contritio opponitur peccatis ex parte, qua à voluntate eliguntur: quia ex hac parte consideratur auersio à Deo, quæ formaliter cōstituit peccatum. Licet enim in peccato reperiatur etiā conuersio ad commutabile bonum, & hæc concurrat cum auersione ad constitutionem peccati; tamen si sola conuersio illa adesset, sine vlla auersione voluntaria à Deo; tale quid, quod aliàs esset peccatum, huic illud facienti, non esset peccatum. Exemplum sit de Iacob, quando omnino facti nescius dormiuit cum Lya, credens rationabiliter; quòd esset Rachel, Genes. 29. & de his, quibus ignorantia totaliter aufert voluntatem malè agendi, vt in ad tertium.

Auersioni opponitur contritio.

Cùm igitur contritionis sit directè tendere ad comminuendū peccatum, oportet: quòd illuc ad feriendum intendatur, vbi substantialiter & formaliter consistit peccatum: & hoc est electio peruersa auersæ à Deo volūtatis, quod sæpius primo nominatum fuit durities voluntatis.

Electio peruersæ voluntatis à Deo, est durities voluntatis.

## 2m de maiori.

De eo, quod cognitioni non subiacet. R. Secundum quòd cognitioni non subiacet; non aliter. §. Tunc nihil &c. De oblitis enim contritio esse debet, secundùm quòd cognitioni subiacent: non secundùm quòd cognitioni non subiacent, vt falsò imaginatur argumentum nos dicere. Vnde, si (iusta diligentia adhibita) cognitioni subiaceant speciali, contritione correspondenter speciali; si cognitioni tantum generali, contritione correspondenter generali; si dubiosæ cognitioni (puta videtur mihi, quod sic peccauerim; sed nescio tamen certo,) contritione etiam correspondenter conditionatæ; & breuiter quali cognitioni subiacuerint, tali correspondente contritione delenda sunt. Multa pulchra, ac necessaria, vltra responsum sic ex ipsa formalizatum, vide in litera: quam semper & vbique videre te, & suppono, & moneo.

Cognitio & cōtritio correspondentia.

## 3m de conclusione.

Per ignorantiam. R. Tollentem totaliter voluntarium: non, tollentem solum aliqualiter voluntarium § Tunc nihil &c. Non n. omnis ignorantia totaliter aufert voluntarium: & ideo de peccato per talem non totaliter auferentem facto potest, & debet esse contritio;

quoniam peccatum huiusmodi per actum voluntatis illius aliqualr per ignorantiã non occupatæ commissum fuit. Quæ aũt ignorãtia tollat oĩnò, vel non omninò, voluntariũ, non est præsentis negocij hoc pertractare: sed pro nũc sufficiat per distinctionẽ veram illam soluisse argũ; & remittere lectorẽ ad videndũ 1.2.q.76.per totam.

commisso debet homo conteri.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ post contritionem de mortali, potest remanere veniale, sed non post contritionem de veniali: & ideo de venialibus etiam debet esse contritio eo modo, quo, & pœnitentia: sicut suprà dictum * est.

*In 3.par. q.87.ar.1.

## 4m de minori.

Non tolluntur per contritionem. ℞ Super seipsã nõ cadentem: non autẽ super seipsã cadentem. §. Tunc nihil &c. Peccata.n. illa, super quæ cadit vera contritio, siue mortalia, siue sint venialia, remittuntur per contritionem: & consequenter non inuanũ de peccatis quibuscumque, etiam venialibus, conterimur. Verum quidẽ est; ꝙ per contritionẽ mortalium tm̃, non dolendo etiam de hoc veniali, puta de verbo ocioso, non dimittitur hoc veniale: quia peccatum remitti non potest quamdiu voluntas inhæret peccato.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quõ per rationẽ ostendas meritò fuisse à sacro Florent. Concilio insinuatũ, ꝙ de omni actuali peccato debemus conteri. Insinuatũ verò tunc est hoc; qñ in Decreto Eugenij IIII. sacro approbãte Concilio illo, diffinitũ est; ꝙ cõtritio cordis est. ad quã pertinet, vt doleat de peccato cõmisso. Dum.n. nullũ cõmissum peccatũ excludit; omne includit. Hoc autẽ tantò magis verũ est; quanto diffinitiones rerũ intelliguntur vniuersaliter, & indefinita propositio in talib. æquiualet vniuersali: vt habes à Philos. in libris Posteriorum. Nec obstat: ꝙ in definitione solũ mentio fiat de peccato cõmisso; quasi ex hoc quis velit inferre, ꝙ solũ de peccatis commissionis debeat esse contritio. Non obstat, inq̃, hoc: quia in plus est peccatũ commissum, q̃ peccatum cõmissionis. Nam peccatũ commissum dr̃ omne peccatum quocũque modo patratũ; siue ore, siue corde, siue opere, siue omittendo, siue committendo, siue mortalr̃, siue venialiter, deficiendo. Adeo ꝙ ly commissum peccatũ dicitur tantũ ad differentiã peccati originalis: quod, vt originale, non est commissum, sed contractum. Cõmissum itaque æquipollet huic quod dico ex voluntate propria incursum. Quãuis ergo peccatũ omissionis non sit cõmissionis, neque econtra: tñ peccatum omissionis, si contigerit incurri, dicẽt vere peccatum cõmissum. Quis.n. diceret illud peccatũ, cum iam ab aliquo incursum sit, esse omissum? Si nãque ab illo omissum est; iam intelligi non potest, ꝙ ab isto incursum sit. Confirmaẽ: quia laudabile est, ꝙ ab aliquo peccatũ sit omissum, & consequenter venit is laudãdus, à quo omissum est; sicut econtra vituperabile est, ꝙ opus bonũ sit omissum, & cõsequenter is vituperãdus est, à quo tale opus omissũ fuit: oportet igitur; ꝙ si in cõcreto loquamur de peccato omissionis pterito, vocemus illud peccatũ cõmissum; non autẽ peccatũ omissum: alioquin derisui oĩbus tanq̃ ignorantes nimium, pateremus. Relinquitur ergo: ꝙ in diffinitione cõtritionis Eugenius cũ Synodo per ly de peccato cõmisso, cõplectatur cuiuscũq; generis etiam omissionis actualia peccata. Secundò habes: quomodo per rationem præmissam Eugenij diffinitionem inquantum de omni actuali vult contritionem posse fieri, probes atque defendas. Tertiò vides, quomodo ex his vicissim consolidetur præsens articulus.

Peccatum cõmissũ dr̃ etiã omissionis peccatum præteritum.

---

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum de peccatis futuris quis debeat conteri.*

AD QVARTVM sic proceditr̃. Videtur ꝙ etiam de peccatis futuris aliquis debeat conteri. Contritio.n. est actus lib. arbit. sed liberũ arbitriũ magis se extendit ad futura, quàm ad præterita: quia electio quæ est actus liberi arbitrii est de contingentibus futuris, vt dicitur 3. Ethic. ergo contritio magis est de peccatis futuris, quàm de præteritis.

¶ 2 Præt. Peccatũ aggrauaẽ ex contingenti effectu. Vndẽ Hiero.* dicit, ꝙ pœna Arrii nondũ est terminata, quia adhuc est possibile aliquos per eius hæresim ruere, & sir̃ est de illo, qui iudicatur homicida si lętalr̃ percusserit, etiã antequã percussus moriatur: sed in illo intermedio debet peccator conteri de peccato: ergo nõ solum sm̃ ꝙ habet quantitatem ex peccato actu, sed etiam secundùm quòd habet quantitatem ex futuro, & sic contritio respicit futurum.

*Sic quid habetur in Basilio circa me. lib. de 5. Virgini. explicans illud Thi. 5. quomodã, &c.

SED CONTRA. Contritio est pars pęnitentiæ, sed pęnitentia semper respicit præterita: ergo & contritio.

RESP. Dicendũ, ꝙ in omnib. motoribus, & mobilib. ordinatis ita est, ꝙ motor inferior habet motum propriũ, & pter hoc sequiẽ in aliquo motũ superioris motoris, sicut patet in motu planetarũ, qui pter motus proprios sequũtur motũ primi orbis. In omnib. aũt virtutib. moralibus motor est ipsa prudentia, quæ dr̃ auriga virtutũ: & ideo quælibet virtus moralis cũ motu proprio habet aliquid de motu prudentiæ, & ideo cum pęnitentia sit quædam virtus moralis, quæ est pars iustitiæ, cum actu proprio consequitur prudentię motum, proprius autem actus eius est in obiectum proprium, quod est peccatum commissum, & ideo actus eius principalis, scilicet contritio secundùm suam speciem respicit tantum peccatum præteritum, sed ex consequenti respicit peccatum futurum, secundùm quòd habet aliquid de actu prudentiæ adiunctum: & tamen in illud futurum secundùm rationem propriæ speciei non mouetur. Et propter hoc ille, qui conteritur, dolet de peccato præterito, & cauet futurum, sed non dicitur esse contritio de peccato futuro: sed magis cautio, quæ est pars prudentiæ, contritioni adiuncta.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ liberum arbitrium dicitur esse de contingentibus futuris, secundùm quòd est de actibus, sed non secundùm quòd est de obiectis actuum: quia homo potest cogitare ex libero arbitrio de rebus præteritis, & necessariis, sed tamen ipse actus, secundùm quòd sub libero arbitrio cadit contingens, futurum est, & sic etiam actus contritionis contingens futurum est, secundùm quòd sub libero arbitrio cadit, sed obiectum eius potest esse præteritum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ille effectus consequens, qui peccatum aggrauat, iam in actũ præcessit velut in causa, & ideo quando commissum est, totam suam quãtitatem habuit, & ex effectu consequẽte non accessit ei aliquid, quoad culpæ rationem; quamuis accrescat quò ad pœnam accidentalem, secundùm quòd plures habebit rationes dolendi in inferno de pluribus malis ex suo peccato consecutis: & sic loquitur Hieron. * Vnde non oportet, quòd contritio sit, nisi de peccatis præteritis.

*Verba citantur in arg. 2.

SVPER Q. XXXIII. Aliàs 2. Art. IIII.

7 S. Tho. 4. dist. 6. q. 1. art. 2. & q. 4. & seq.

COncl. Non dicitur esse contritio de peccato futuro; sed magis cautio.

¶ Prob. Quia proprius (id est, sm̃ suã speciem cõsideratus) actus pœnitentiæ virtutis est in obiectum proprium, qđ est peccatũ commissum, non futurũ; & contritionẽ actus principalis ac proprius pęnitentiæ virtutis. Secũda aũt pars, s. sed magis &c. pbatur: Quia cõtritio in futurũ peccatũ non mouetur sm̃ rationem propriæ speciei (patet ex nunc dictis,) sed sm̃ ꝙ habet aliquid prudẽtiæ adiunctum (nã motus prudentiæ saluaẽ in omnib. virtutibus moralib. cuiusmodi est pęnitentia virtus, cuius contritio est actus;) & prudentiæ est cauere à noxijs.

Contritio virtuosa quę nõ.

¶ Coroll. Ergo cõtritio illa non esset virtuosa, quæ propositũ cauendi peccata in futurũ non haberet annexum. Ergo talr̃ contritus inquantũ sic solum se habens, non consequereẽ remissionẽ peccatorũ: quæ nec verè contritus ẽt humano modo (hoc est abstrahendo ab hoc, quia cõtritio sit formata per charitatem) talis dicendus esset. Nã peccatũ, vt peccatũ vniuersaliter, iste non detestatur; & consequenter de eo non verificaẽ diffinitio contritionis: vt videre est q. 1. ar. 1. exam. primæ diffin. Ergo taliter contritus monẽdus est ad perfectum motũ prudentiæ qui describitur: & si sic tantum, vt prius remanet, non est absoluendus.

## 1m de minori.

Sed liberũ arbitrium. ℞. Secundum ꝙ est de actibus, consideratum: non, sm̃ ꝙ est de obiectis actuũ. §. Tunc &c. Nam; qñ de contritione quæriẽ an sit de peccatis præteritis, vel futuris, intendiẽ de obiectis ipsius contritionis, non de actu cõtritionis. Notissimum.n. est, ꝙ actus contritionis, sm̃ ꝙ cadit sub libero arbitrio, est contingens futurũ: & cõsequenter hoc indagare non intẽdit prædictũ quæsitum. Restat ergo: ꝙ de obiecto actus contritionis, & per cõsequens de obiecto actus liberi arbitrij, tũc inquirere intendamus, quasi dicentes: Verũ cõtritionis, siue huius actus liberi arbitrij, obiectũ sit aliqđ futurum, vel præteritum. Quòd autem ista sit intentio quæsiti prædicti patet ex cõclusionis primę partis probatione, quæ expresè accipit pro medio demonstrandi obiectum.

Actus contritionis & obiectũ liberi arbitrij differunt.

## 2m de maiori.

Ex contingenti effectu: ℞. Qui

ARTI-

*Effectus quò fin to tà quantitatem contineat in causa.*

R. Qui effectus iam in actu primo, velut in causa, præcessit: non autem, qui in actu illo taliter non præcessit. §. Tunc nihil &c. Nam, quando peccator de actu illo primo conteritur, antequàm contingens futurus effectus, (puta mors percussi) eueniat in seipso, tunc conteritur de tota quantitate culpæ: quæ iam in actu illo primo (puta, percussione,) tanquàm in sua causa, præcessit. Sic ergo non oportet, quòd respiciat in futurum contingentem effectum; quasi quod de eo, tanquàm de futuro conteratur: quoniam ad causam præcedentem (puta, percussionem) solùm respiciendo videt in illa iam simul eo existente tantam ruinam suapte natura sequuturam; & consequenter videt totam tantę ruinæ culpam in causa illa, secundùm se considerata, contineri. Super totam igitur culpæ quantitatem, & vt præteritam cadit contritio; ante aduentum etiam futuri euentus in seipso. Ex hoc autem, quòd per aduentum actualem effectus talis accrescit aliqua quantitas, quo ad pœnam accidentalem, non fit; quòd contritio præcedens fuerit diminuta, quoniam contritionis est respicere aliquid vt offensa Dei est, seu vt culpa. (vt patet quæst. 4. artic. 1. ad secundum, & quęst. 1. arti. 1. exam. primę diffin.) & tota quantitas, secundùm rationem culpæ, iam præcessit, vt dictum est. Quòd ergo accrescat postea alia quantitas, à quantitate culpæ; nihil facit ad rem ipsam contritionis, vt contritio est.

*Ratio tacitæ obiectionis.*

## APPENDIX.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

Ex artic. habes primò; quomodo per rationem ostendas, Concil. Flor. merito innuisse, quòd contritio non est de peccatis futuris, sed cautio. Hoc autem insinuauit, in Decreto Eugenius IIII. sacro illo Concilio approbante, sic; Contritio cordis est, ad quam pertinet, vt doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. Vbi clarè vides: dolorem cadere super præteritū, & propositum, non autem dolorem, cadere super futurū peccatum. Propositum verò illud est, secundum Concilium, propositum non peccandi: hoc est, vitandi peccata sic, vt (si fieri possit) nunquàm de cætero peccetur. Ecce cautio, de qua in conclusione articuli. Ex quo sensu Concilij etiam melius intelligis illud conclusionis verbum cautio: quòd scilicet non sumitur pro quacumque minus diligenti cautione; sed pro cordetenus tam diligenti, vt (quantum compatiuntur infirmæ vires nostræ) sufficiens absque fraude sit ad non peccandum. Sic debet esse; in proposito contriti pręmissa cautio, & ex vero corde intenta: si quantum est ex se, remissionem & absolutionem peccatorum assequi velit. Est (inquit litera) cautio hæc pars prudentiæ. Ex prudentia igitur textus intendit; te debere mensurare cautionem hanc, id est quantitatem huius contritionis. Quasi dicat. Prudentia in cauendis offensis rationem habet, & eam maximam, de persona: cuius offensam vitare proponit. Secundum enim altiorem, vel minus altam, dignitatem ipsius personæ prudens mensurat maiorem, vel minorem; intensiorem, vel remissiorem; diligentiorem, vel minus diligentem, solicitudinem: qua cauenda sibi sic offensa eiusdem. Magis namque solicitabitur aliquis prudens, ad cauendum offensam amici, quàm non sic amici; nobilis, quàm non sic nobilis: virtuosi, quàm non sic virtuosi: domini, quàm conserui: Regis quàm Ducis, &c. Cùm igitur Deus, cuius offensa cauenda proponitur à contrito prudenti, sit dignitatis infinitæ; sequitur, quòd litera dum dixit, quòd illa cautio est pars prudentiæ, insinuare voluit, quòd eadem cautio debet esse, atque proponi fore, quam diligentissima. 2 Secundò habes: quomodo per rationem Concilij dictum, pro quanto de futuris cautionem innuit esse, non contritionem, probes, atque defendas. 3 Tertiò vides: quomodo ex his vicissim consolidetur doctrina hæc Angelica.

*Cautio quanta esse debeat.*

*Prudentia cautelæ.*

---

# ARTICVLVS V.

### *Vtrum homo debeat conteri de peccato alieno.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd homo debeat conteri de peccato alieno. Non enim petit aliquis indulgentiā, nisi de peccato, de quo contritus est: sed de peccatis alienis indulgentia petitur, in Psal. 18. Ab alienis parce seruo tuo. ergo debet homo conteri de peccatis alienis.

¶ 2 Præterea. Homo ex charitate debet diligere proximum sicut seipsum: sed propter dilectionem sui: & de malis suis dolet, & bona desiderat; ergo cum teneamur proximo desiderare bona gratiæ, sicut & nobis, videtur quòd debeamus de culpis eius dolere, sicut & de nostris: sed contritio nihil est quàm dolor de peccatis. ergo debet conteri de peccatis alienis.

SED CONTRA. Contritio est actus pœnitentiæ virtutis: sed nullus pęnitet nisi de his, quæ ipse fecit. ergo nullus conteritur de peccatis alienis.

RESPON. Dicendum, quòd illud idem conteritur quod prius durum, & integrum fuit: vnde oportet, quòd contritio pro peccato sit in eodem, in quo peccati duritia præcessit: & sic de alienis peccatis non est contritio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ab alienis peccatis sibi parci Propheta precatur, inquantum ex consortio peccatorum aliquis per consensum, aliquam immunditiam contrahit: cum scriptum sit, Psalm. 17. Cum peruerso peruerteris.

AD SECVNDVM dicendum, quòd de peccatis aliorum dolere debemus, non tamen oportet, quòd de eis conteramur: quia non omnis dolor de peccato est contritio: vt patet ex * dictis.

** In corp. ar. & ar. 2. huius q.*

ARTI-

SVPER Q. XXXIII. Aliàs 2. Art. V.

CONCL. De alienis peccatis nō est contritio.

¶ NOT. Intellige ly alienis, quatenus aliena sunt. Nam si aliena sint aliquo modo (puta per malum exemplū, vt in art. 4. ad secundum: uel per inductionem, aut aliud malum consortiū, vt hic ad primum, tangitur) tua: tūc potes tu, & debes, cōteri de illis. De his. n. contereris tūc formaliter, quia tua sunt: nō quia aliena sunt. De eisdem igitur peccatis (vt præfertur) alienis, & doles tantum, i. citra contritionem doles (vt in ad secundum,) & doles cum contritione: sed diuerso modo: sub ratione enim, qua aliena sunt, de ijs tantum doles, sub ratione, qua tua sunt, sic doles vt dolor ipse tuus contritio verè dici possit. Eadem ergo sunt omnino peccata, materialiter loquendo, de quibus potes & non potes per contritionem dolere: sed non sunt eadem formaliter. Ideò opposita non dicit, qui ait; quòd de peccatis alienis non est contritio, & quòd de peccatis alienis est contritio. Sit alienum, vt alienum, nec fiat proprium; tunc dicet opposita, & conclusioni præmissæ contrauenie, qui ait, quòd de alienis possit esse contritio.

*Conteri, & non conteri de alienis quomodo contingat.*

¶ PROB. Quia illud idem conteritur, quod prius durum erat, ac integrum.

¶ NOT. Præsupponitur hoc probationis antecedens ex superioribus, q. 1. artic. 1. & 2. Ibi enim clare videtur, quòd voluntas vna, & eadem, quæ prius in se integra, & ad legem diuinam dura fuit, est illamet, quæ postmodū, in seipsam, quasi vltrix offensæ Dei, vehementi odio, detestatione, iraq; implacabili, insurgit, labore, planctu, lachrymis, corde, ore, & opere, satagens ad suupsius malitiæ annihilationem; seipsam, vt contra legem Dei fuit, optans nunquàm repertam fuisse; ad pristinam rectitudinem secundum voluntatem diuinam aspirans: ita vt vindicta huiusmodi bona non nisi voluntatis iam teneræ contra semetipsam antea duram exitat. Ex præmissis itaque cum sit clarum, contritionem esse in subiecto illo numeraliter, in quo duritia præcessit: non mirum, si probatio, vt manifesta iam absque noua ratione dimittitur.

*Idem vindex suiipsius.*

Primum

1^m^ de concl.^e^ Cōteri de peccatis alienis. R. Vt proprijs per aliquē consensum proprium factis: non, vt alienis. §. Tunc &c. vt patet ex notatione immediata post conclusionem. Consensum enim directus, vel indirectus tuus facit: quòd peccata aliena sint tua ꝓpria. Fiunt siquidem tua per consensum, quæ sunt aliena per actum. Vnde litera per ly consortium, non intelligit cohabitationē, sed consensum. Non enim ex cōsortio iniustorū iustus fit iniustus: sed ex consensu aliquo in mala ab illis patrata. Innuit tamen litera, quòd cohabitare iniustis est periculosum, & dispositiuum quoddam ad consensum prædictum. Sic enim loquitur: inquantum ex consortio peccatorum aliquis per consensum immunditiam contrahit.

¶ NOT. Consensum hic accipe non tantum affirmatiuum, sed etiam negatiuum. De quo consensu negatiuo notitiam tradit Concilium quintum Constantinopolitanum, confess. 6. ex epistola Procli, sic; Secundum veram rationem non prohibere flagitia agenti cognatum est. Heli ille ætate fatigatus, & in Silo pertinentia ad legem sacrificans, ipse quidem non operabatur, quæ pueri audebant: cooperabatur verò illis, postquàm non prohibebat peccantes. Hæc ibi. Multum ergo consentit, non prohibens peccata subditorum: quoniam per hoc, cooperari dicitur peccantibus. Alius consensus ibi in Concilio exprimitur, de filijs Heli sic. Pueri actionibus gradum iniuriantes, indignos se, per quæ peccabant sacerdotio demonstrantes, non solum eis, quibus operabantur, cadebant; sed enim & ad peccandum alios euocabant; imaginem peccati sese ambulantibus proponentes. Hæc ibi. Ex his argumentare tu ad similia multa: & ad notitiam maiorem dictorum, in notatione immediata post conclusionem, consurge. loquitur Concilium de prohibitione efficaci. Nam scit: ipsum Heli prohibuisse, negligenter 1. Reg. 2.

*Ex Concilio.*

2^m^ de minori. Dolor de peccatis. R. Ex propria voluntate factis: non, ex aliena tantum. §. Tunc &c. vt patet per ea, quæ dicta sunt.

Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, intelligitur dictum de contritione vnica in termino. Vnde assignauit formam contritionis, s. ly dilexit: propter quod & dixit multum, non autem multoties.

2^m, de minori. In auersione. ℞. Vt auersio, præcisè, est: non, vt connotat causam, modum, vel quantitatem, auersionis. §. Tūc nihil &c. Nam contritio debet esse de peccatis non tantum secundum quòd per ea auertitur quis à Deo (vt maior argumenti imaginatur) sed etiam secundùm quòd per talem causam, per talem modum, tali quantitate elongationis, auersus est ijs peccatis à Deo. Talis autem causa, talis modus, talis elongationis, quantitas, consequitur conuersionem inordinatam ad commutabile bonum: ita quòd iuxta diuersitaté conuersionum istarum erit & varietas causæ, modi, & quantitatis, elongandi se à Deo. Quia igitur in conuersione ista ad creaturam non conueniunt omnia peccata, sed singula propriam, diuersamque, vel in causa, vel in modo, vel in quantitate, auersionis secum trahunt: ideo singula debent sub singulis considerationibus examinari, vt de singulis singillatim contritionem eliciamus.

Respon. 1.

Ad secundum dicendum, quòd quamuis omnia mortalia conueniant in auersione: tamen differunt in causa, & modo auersionis, & quantitate elongationis à Deo: & hoc est secundùm diuersitatém conuersionis.

Ad tertium dicendum, quòd baptismus agit in virtute meriti Christi, qui habuit infinitam virtutem ad delendum omnia peccata: & propterea vnus sufficit contra omnia. Sed in contritione cum merito Christi requiritur actus noster: & ideo oportet, quòd singulis peccatis respondeat singillatim, cum non habeat infinitam virtutem ad contritionem. Vel dicendum, quòd baptismus est spiritualis generatio, sed pœnitentia quantum ad attritionem, & alias sui partes est spiritualis quædam sanatio per modum cuiusdam alterationis. Patet autem in generatione corporali alicuius, quæ est cum corruptione, quòd vna generatione remouentur omnia accidentia contraria rei generatæ, quæ erant accidentia rei corruptæ: sed in alteratione remouetur tātum vnum accidens accidenti contrarium, ad quod terminatur alteratio. Et similiter vnus baptismus simul delet omnia peccata, nouam vitam inducendo: sed pœnitentia non delet omnia peccata, nisi ad singula feratur, & ideo oportet de singulis conteri, & confiteri.

QVAE-

¶ Not. Peccauit quis decies, alter bis tantum, eodem genere peccati; primus à Deo plus, seu quantitate maiore, procul dubiò elongatus est. Consequenter ergo, quia contritio secundùm mensuram peccati debet esse (iuxta Psal. 79. Potum dabis nobis in lachrymis in mensura,) oportet: quòd primus contritione validiore vtatur ad tollendam duritiem voluntatis suæ sic inordinatę, quā secundus. Prædictæ verò commensurationis non apparet quomodo possit habere correspondentiam: nisi peccata sua in denario numero facta singulis cogitationibus ponderandò enumeret. Alioquin, si sufficiat dicere conteror, quia auersus sum à Deo, nullā apparebit differentia contritionis primi hominis iam dicti, & secundi: quoniam etiam secundus conteritur, quia à Deo auersus est. Contritio igitur minor, quæ sufficit pro secundo, sufficit & etiam pro primo, aut maior, quæ necessariò exigitur ad salutem primi, requiretur etiam necessariò ad salutem secundi: quæ duo sunt prorsus inconuenientia, vt in quæst. 5. artic. 3. concludendum ergo relinquitur, quòd ij, quia inæqualiter peccauerunt, inæqualiter conteri debent. Non autem inæqualiter, quia vnus auersus est, alter non, cum ambo sint auersi: sed inæqualiter, quia vnus tot vicibus, alter non tot. Nec sufficit primo dicere, auersus sum plus quàm bis, ter, aut quater, sed requiritur, quod dicat cogitans (si diligenti habito examine, recordetur) auersus sum decies. Rationem huius iam Psalm. 79. adductus expressit. Quod autem nunc dixi de quantitate elongationis à Deo, ostēdendo scilicet, quòd in hac differunt peccata, & ex consequenti contritiones, ita quòd de singulis peccatis esse debent: tu quoque hinc manuductus dic de peccatis differentibus in causa, vel in modo, auersionis. Vide 1.2. quæst. 7. artic. 3. Nam ad circunstantias plures causa, & modus, auersionis reducuntur. Per modum auersionis intellige etiam hic, peccare ex inueterato habitu, ex malitia, ex ignorantia, ex infirmitate; modo exteriori, interiori; modo adhortatorio in malum respectu alterius, siue trahendo alios aliqualiter, ad peccandum (quod est officium diaboli); modo tentatiuo suipsius vel cogitando, vel videndo, vel audiendo, vel tangendo, vel &c. modo &c.

Contritionis quantitas correspondere debet mēsurę delictorū: vt q. 5. art. 3.

Quomodo de circunstantijs debet esse contritio.

3^m conclusionis illatio. Ergo vna contritio generalis &c. ℞. Negatur conclusionis illatio. §. Non enim est eadem ratio de baptismo, & de cōtritione: licet plus ad inuicem conueniant mortalia actualia, quàm actuale cum originali. Est ergo in argumento fallacia, secundùm non causam vt causam. Accipit namque pro causa valoris sui processus hoc, quòd s. plus conueniunt actualia mortalia ad inuicem: & tamen hoc nō est vera causa. Est autem vera causa hoc aliud, quòd videlicet eadem sit ratio de baptismo, & de contritione. Tunc si quidem valeret argumentum, s. eadem ratio de baptismo, & de contritione; sed baptismus vnus delet omnia mortalia actualia cum originali: ergo vna contritio generalis delet omnia actualia mortalia. Valeret, inquàm, totus argumenti huius processus: si maior propositio, s. eadē est ratio de baptismo & de contritione, esset vera. Quòd autem non sit eadem ratio de baptismo & contritione; vide in litera per duas responsiones ad hoc tertium.

Fallacia secundū nō causam vt causam.

¶ Not. Primam hanc literalem, immo & secundam responsionem melius intelliges; si Tridentinum Concilium annotaueris, sessio. 14. c. 2. dicens: Alius est baptismi, & alius pœnitentiæ fructus. Per baptismum. n. Christum induentes noua prorsus in illo efficimur creatura, plenam & integram omnium peccatorum remissionē consequentes: ad quam tamen nouitatem & integritatem per sacramentum pęnitentię sine magnis nostris fletibus & laboribus (diuina id exigente iustitia) peruenire nequaquam possumus, vt meritò pœnitentia laboriosus quidam baptismus à sanctis Patribus dictus fuerit. Hæc ibi. Vbi aduertas non sine causa esse dictū ly nostris magnis fletibus & laboribus: nō autem ly nostro magno fletu, & labore. Ad huius quoque pęnitentiæ, quæ contritionem includit, satius ex ipsomet Concilio intelligendam, ne erres: notabis præhabita in cap. 14. sessio. 6. vbi postquam dixit, contritionem iunctam voto sacramentalis confessionis suo tempore faciendæ, itemque satisfactionis, remittere pęnam æternam simul cum culpa, subdit de pœna temporali sic. Quæ, vt sacræ literæ docent, non tota semper, vt in baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei, quàm acceperunt, ingrati Spiritumsanctum contristauerunt, & templum Dei violare non sunt veriti. Hæc ibi. Vbi & in eodem cap. præmiserat sic; Docendum est Christiani hominis pœnitentiam post lapsum, multo aliam esse à baptismali. Hæc ibi. Nota ex his intelligentiam, Concilij Lateranensis sub Innocentio III. dicentis: Et, si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam semper potest reparari. Ex Tridentino enim patet; quòd Lateranum intelligit de semper reparari quo ad culpam & pœnam æternam, non quo ad pœnam totam temporalem, vel in hoc sęculo, vel in Purgatorio exsoluendam. Alioquin Purgatorium poni, non videretur necessarium: quod tanquàm inconuenientissimum est, immo & hæreticum.

Cōcilium de affectu pęnitentiæ & baptismi.

## A P P E N D I X.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem reijcias errorem Lutheri dicentis, Contritio, quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis cogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, & acquisitionem æternæ damnationis, facit hominem hypocritam, immo magis peccatorem. Pro quanto enim Lutherus hoc suo pestilenti dogmate, contritioné de singulis mortalibus peccatis abhorret fieri debere, ratione articuli præsentis exploditur. Hoc autem innuisse Lutherum, ibi patet, quoniam contritionem non vult parari à nobis per collectionem, per ponderationem multitudinis, per discussionem grauitatis, per cogitationem fęditatis, peccatorum nostrorum. Huiusmodi enim collectionem, ponderationem, discussionem, cogitationem, fieri patet ab eo, qui de singulis peccatis singillatim conteritur: & consequenter patet, quòd negare discussionem, collectionem, &c. peccatorum debere fieri est, ac si expresse damnaretur is, qui singillatim de peccatis singulis contritionem habere studet. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, meritò hanc in sensu etiam prædicto reprobari à Leone X. in Bulla contra errores Martini Lutheri, & ab &c. vt suprà quæst. 1. art. 1. & 2. Dum enim Leo contritionem laudabiliter fieri per discussionem, per multitudinis, grauitatis, fęditatis, ponderationem peccatorum, decernit: per hoc, contritionem singillatim de peccatis posse & debere fieri, ac istis modis parari, definit. Vide suprà quæst. & artic. allegatis, vt perpendas, quàm sit contra omnem, tum sacram scripturam, tum vitam bonam timore Dei bono subnixam, ista Lutheri fantastica illusio: & consequenter quàm sit ab omnibus his iure optimo damnata. Tertiò vides, quomodo ex præmissis vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

Papa Leone X. à &c. vt suprà.

3

## QVÆST. XXXIIII. Aliàs 3.

*De quantitate contritionis, in tres articulos diuisa.*

DEINDE cõsiderandum est de quãtitate contritionis. CIRCA quod quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum contritio sit maior dolor, qui esse possit in natura.

¶ Secundò, Vtrum possit esse nimis magnus dolor.

¶ Tertiò, Vtrũ possit esse maior dolor de vno peccato, quàm de alio.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum contritio sit maior dolor, qui esse possit in natura.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur φ contritio nõ sit maior dolor, qui esse possit in natura. Dolor.n. est sensus læsionis: sed aliquæ læsiones magis sentiũtur, quàm læsio peccati, sicut læsio vulneris. ergo non est maximus dolor contritio.

¶ 2 Præt. Ex effectu sumimus iudicium de causa: sed effectus doloris sunt lachrymę: cum ergo aliquando cõtritus non emittat lachrymas corporales de peccatis, quas tamẽ emittit de morte amici, vel de percussione, vel aliquo huiusmodi, videtur φ contritio non sit dolor maximus.

¶ 3 Præt. Quanto aliquid plus habet de admixtione contrarii, tanto est minus intensum: sed contritionis dolor habet multum de gaudio admixtum: quia contritus gaudet de liberatione, de spe veniæ, & de multis huiusmodi. ergo dolor suus est minimus.

¶ 4 Præt. Dolor contritionis displicentia est quædam, sed multa sunt, quę magis displicent contrito, quàm peccata præterita; non enim vellet pęnã inferni sustinere potius, quàm peccare: nec iterum sustinuisse omnes pęnas temporales, aut etiam sustinere: aliàs pauci inuenirentur cõtriti. ergo dolor contritionis non est maximus.

SED CONTRA. Secundũ Aug.* omnis dolor in amore fundatur, sed amor charitatis, in quo fundatur dolor contritionis est maximus.

¶ 2 Præte. Dolor est de malo: ergo de magis malo debet esse maior dolor, sed culpa est magis malum, quàm pęna. ergo dolor de culpa, qui est contritio, excedit omnem alium dolorem.

RESPON. Dicendum, quòd sicut suprà* dictum est, in contritione est duplex dolor; vnus est in ipsa voluntate: qui est essentialiter ipsa contritio, quæ nihil aliud est, quàm displicentia præteriti peccati, & talis dolor in contritione excedit omnes alios dolores: quia quantum aliquid placet, tantum contrarium eius displicet: finis autem super omnia placet, cum omnia propter ipsum desiderentur: & ideo peccatum quod à fine vltimo auertit, super omnia displicere debet. Alius dolor est in parte sensitiua, qui causatur ex ipso dolore, vel ex necessitate naturæ, secundùm quòd vires inferiores sequuntur motum superiorum, vel ex electione, secundùm quòd homo pœnitens in seipso habens hunc dolorem, excitatur vt de peccatis doleat: & neutro modo oportet, quòd sit maximus dolor, quia vires inferiores mouentur vehemẽtius ab obiectis propriis, quàm ex redundantia superiorum virium. Et ideo quanto operatio superiorum virium est propinquior obiectis inferiorum, tanto magis sequuntur eorum motum: & ideo maior dolor est in sensitiua parte ex læsione sensibili, quàm sit ille, qui in ipsa redundat ex ratione. Similiter maior, qui redundat de corporalibus deliberanti, quàm qui redundat ex ratione considerante spiritualia. Vnde dolor in sensitiua parte ex displicentia rationis prouenιens de peccato, non est maior dolor aliis doloribus, qui in ipsa sunt. Et similiter nec dolor, qui est voluntariè assumptus: tum quia non obedit affectus inferior superiori ad nutum, vt tanta, & talis passio sequatur in inferiori appetitu, qualem ordinat superior, tum etiam quia passiones à ratione sumuntur in actibus virtutum secundùm mensuram; quàm quandoque dolor, qui est sine virtute, non seruat, sed excedit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dolor sensibilis est de sensu læsionis; ita dolor interior est de cognitione* alicuius nociui: & ideo quamuis lęsio peccati secundùm exteriorem sensum non percipiatur: tamen percipitur esse maximũ secundùm sensum interiorem rationis.

A D

* Lib. 14. de Ciuita. Dei, c. 78. & qq. to. 5.

* q. 1. art. 2. ad primũ.

* Aliàs cogitatione.

SVPER Q. XXXIIII. Aliàs 3. ART. 1.

CONCL. 1. Dolor contritionis in voluntate existens, i. displicentia præteriti peccati, inquantum est offensa Dei, excedit omnes alios dolores.

¶ PROB. 1. Quia talis dolor est displicentia de eo, φ auertit à maxime desiderato (.i. qđ separat à fine vltimo,) & quantum aliquid desideratur ac placet, tantum eius contrariũ horretur ac displicet.

¶ COROLL. Ergo formale in peccato est hoc, quòd auertit à Deo: & contritio hanc formalitatem respicit, & propter Deum, non principaliter propter contriti nocumentum. Dolet enim principaliter de hoc, quod auersio, seu separatio à Deo habet offensam Dei adiunctã: non de hoc, quòd illa auersio, seu separatio est sibimetipsi maximè grauis, id est nociua. Sic enim præpostere doleret, quoniam proprium malum magis odiret, q̃ offensam diuinam: & consequenter bonũ proprium affectaret magis quàm bonum diuinũ, id est Deum non offensum,; & per consequens semetipsum magis, quã Deum diligeret: quòd non est charitatis contritionem verã, de qua conclusio loquitur, informantis, sed cõtra charitatem. Ad hæc omnia autem significanda in conclusione additũ est ly, inquantum offensa Dei. Vide q. 1. artic. 1. exam. dist. primę, & præsentis articuli responsionem ad quartũ, circa finem, vbi etiã ad propositum huius corollarij applicabis ly, quamuis debeat talis esse cõtriti dispositio, non tamen de eis tentandus est, quia affectus, &c.

Offensa Dei est, de quo principalr dolet contritus.

10 Thom. ubi sup. art. 3. q. 1. & seq.

¶ CONCL. 2. Dolor in parte sensitiua ex displicẽtia rationis de peccato, prouenιens naturali quadam necessitate non est maior omnibus alijs doloribus existentibus in ipsa: & similiter dolor ille, voluntaria electione assũptus.

¶ NOT. Termini hi, scilicet ex necessitate naturæ, ex electione, pręclarantur in litera: vbi, duobus his modis dolorem cõtritionis redundare in sensum, determinat: ideo vide illic. Et sic vbique in similibus, etiam φ nil aliud dicatur, facies.

¶ PROB. 1. Quia uires inferiores uehementius mouentur à proprijs obiectis, quàm ex redundantia superiorũ virium (puta à læsione sensibili, quàm ex ratione considerante: item ex ratione considerante corporalia, quàm considerante spiritualia.) Quia (ly & similiter, &c.) inferior affectus, & non obedit superiori ad nutum, vt tanta sequatur in se passio, quanta ordinatur à superiori. & quantum ad passiones modificatur à ratione secundũ quandam mensuram mediocrem in actibus uirtutum.

Motus affectuũ sensitiuorum, quot modis sunt, & quanti.

¶ COROLL. Ex duobus ergo prouenit, φ dolor contritionis in sensu existens non sit dolorum omnium maximus. Ex ipso sensu s. & ex ipso superiori. Vnde posito casu, quòd sensus uellet ac posset obedire rationi superiori ad nutum: ita vt tanta in seipso sequeretur passio doloris, quanta est displicentia in superiori ratione: adhuc dolor contritionis in illo non esset necessariò maior omnibus doloribus, quia posset ratio superior nolle hoc, quoniã excederetur tunc fortè mensura, vel conseruationis subiecti, vel bonę habitudinis sufficiẽtis ad officia alia, quæ incumbunt. Vide art. 2. in corpor. ad finem. & responsio. argumentorum. Se inuicem enim valde iuuant hi duo articuli.

1^m^ de maiori.

Sensus læsionis. R. Vel cognitio alicuius nociui etiam, s. sine lęsionis corporalis sensu. §. Tunc nihil &c. Nam licet aliquæ læsiones, puta vulnerum, sentiantur magis, quàm læsio peccati (vt arguitur) nil tamen à ratione cognoscitur æquè nociuum, sicut peccatum. Hinc in uoluntate causatur dolor cognitioni illi correspondens, i. dolor superans omnem dolorem, vt in cõclusione dicitur.

Cognitio hęc est initiũ contritionis.

¶ COROLL. Cognitio igitur præmissa est, ex parte nostra, radix contritionis, id quod intelligi voluit Psal. 50. quando dixit: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Ergo vehementissimè opponitur Lutherus contritioni, quando cognitionẽ collectiuam, discussiuam, ponderatiuam, peccatorum cognitionẽ grauitatis, vilitatis, multitudinis, illorum cognitionem, damnificationis æternæ, tum priuatiuę respectu regni cęlestis, tum positiuę respectu ignis infernalis, ab ipsis peccatis causatæ, molitur auferre in verba similia, videlicet. Contritio, quæ paratur per discussionem, collectionem, detestationẽ, peccatorum suorum, dum quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando eorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, æternæ beatitudinis amissionẽ, gehennæ perpetuæ acquisitionẽ; hæc, inquam, contritio facit hypocritã, & magis peccatorem. Quo contra B. loquĩ Cyprianus, dicens: Peccata cognoscere, fęlicitas est; maior, non delinquere; sed de-

Actus diabolicus in Luthero.

ſed delicta non intelligere, ira Dei. Hæc ille in Epiſt. ad Cornelium Papam, eſt ſeptima, & contra hæreticos. 1.to. conciliorum. Ergo Papa Leo X. & Concilium Tridentinum, dum Lutheri id peſſimum patrocinium regno peccati datum cōdemnát (ſupra q. 1. art. 1. & 2.) contritionis radicem, & conſequenter ipſam contritionem, contra regnũ peccati ſeruare nituntur.

2^m de concluſione. Contritio nō ſit maximus dolor. R. Senſibilis non intellectualis. §. Tunc nihil &c. vt patet ex ſecunda concluſione ſuprapoſita. Quid autem de intellectuali dolore. i. de exiſtente in voluntate, ſentiendum ſit: Vide concluſionem primam.

3^m de maiori. Contrarij. R. Sibimet: non alteri. §. Tunc nihil &c. Nam gaudium illud habituum a contrito, quod alteri dolori eſſet contrarium, non eſt contrarium ſibimet dolenti de peccato. Cōtraria. n. ſunt reſpectu eiuſdem obiecti, non reſpectu diuerſi. Et ideo gaudium de peccato eſſet contrarium dolori de eodem peccato, non autem gaudium de ſpe liberationis a peccato, uel de dolore peccati, vel de huiuſmodi, contrariatur dolori ipſi. Ex litera dic, quòd conſiderato gaudio illo dolori pœnitētis admixto, tanquam augente intellectualem ipſius doloré, argumentum illud eſt pro concluſione, nō autem contra. Ex gaudio illo ſiquidem admixto dolor ipſe incremētum ſumit, non decrementum, & per conſequens fit maior uel maximus, non minor vel minimus.

4^m de maiori. Diſplicentia eſt quędā. R. i. diſplicentia de aliqua re, inquantum res ipſa eſt offenſa Dei; nō autem diſplicētia quadam alia conſideratione habita. §. Tunc nihil &c. Neque enim pœna inferni, neque ſeparari a Deo (excluſa ab his, per conſiderationē, offenſa Dei,) neque aliquid quodcumque aliud, tantum diſplicet contrito, quantum offenſa contra Deum, licet de ſeparari a Deo, vt includit offenſam Dei, & de pœna inferni, ut ſupra ipſam incluſam addit, ſecus dicendum ſit, ut patet in litera.

Cap. 4.

Contritus gaudet, ſe dolere de peccato.

AD SECVNDVM dicendum, quòd corporales immutationes immediate conſequuntur ad paſſiones ſenſitiuæ partis, & eis mediantibus ad affectiones appetitiuæ ſuperioris: & inde eſt, quòd ex dolore ſenſibili, vel etiam ſenſibili vicino citius defluũt lachrymæ corporales, quàm de dolore ſpirituali contritionis.

AD TERTIVM dicendum, quòd gaudium illud, quòd pœnitens de dolore habet, non minuit diſplicētiam: quia ei non contrariatur, ſed auget: ſecundum quòd omnis operatio augetur per propriam delectationem: vt dicitur in 10. Ethic. ſicut qui delectatur in addiſcendo aliquam ſcientiam, melius addiſcit: & ſimiliter qui gaudet de diſplicentia, vehementius diſplicentiam habet: ſed bene poteſt eſſe, quòd illud gaudium temperet dolorem ex ratione in partem ſenſitiuam reſultantem.

AD QVARTVM dicendum, quòd quantitas diſplicentiæ de aliqua re debet eſſe ſecundum quantitaté malitiæ ipſius, malitia autem in culpa mortali menſuratur ex eo, in quem peccatur, inquantum eſt ei indigna; & ex eo, qui peccat, inquantum eſt ei nociua, & quia homo debet magis Deum, quàm ſeipſum diligere, ideo plus debet odire culpam, inquãtum eſt offenſa Dei quam inquantũ eſt nociua. Eſt autem nociua, ſibi principaliter, inquantum ſeparat ipſum a Deo, & ex hac parte ipſa ſeparatio a Deo, quæ pœna quædam eſt, magis debet diſplicere, quàm ipſa culpa, inquantum hoc nocumentum inducit; quia quod propter alterum oditur, minus oditur: ſed minus quàm culpa, inquantum eſt offenſa in Deum. Inter omnes autem pœnas malitiæ attēditur quidam ordo ſecundum quantitatem nocumenti: & ideo cum hoc ſit maximum nocumentum, quo maximũ bonum priuatur, erit inter pœnas maxima ſeparatio a Deo. Eſt etiam alia quantitas malitiæ accidentalis, quam oportet in diſplicentia attendere ſecundum rationem præſentis, & præteriti quia quod præteritum eſt, iam non eſt, vnde habet minus de ratione malitiæ, & bonitatis. Et inde eſt, quòd plus refugit homo ſuſtinere aliquid mali in præſenti, vel futuro, quàm horreat de præterito. Vnde nec aliqua paſſio animæ directe reſpondet præterito, ſicut dolor reſpondet præſenti malo, & timor futuro, & propter hoc de duobus malis præteritis, illud magis abhorret animus, cuius maior effectus in præſenti remanet, vel in futurum timetur, etiam ſi in præterito minus fuerit: & quia effectus præcedentis culpæ non ita percipitur quandoq;, ſicut effectus præteritæ pœnæ: tum quia culpa pfectius ſanatur, quàm quædam pœna, tum quia defectus corporalis magis eſt manifeſtus q̃ ſpiritualis: ideo etiam homo bene diſpoſitus quandoque magis in ſe percipit horrorem præcedentis pœnæ, quamuis magis eſſet paratus pati eandem pœnam, quàm committere eandem culpam. Et eſt conſiderandum in comparatione culpæ, & pœnæ, quòd quædam pœnæ habent inſeparabiliter coniunctã Dei offenſã, ſicut ſeparatio a Deo, quædam etiam addunt perpetuitatem, ſicut pœna inferni: ergo pœna illa, quæ offenſam annexam habet, eodem modo cauenda eſt, ſicut etiam culpa; ſed illa quæ perpetuitaté addit, eſt magis, quàm culpa ſimpliciter fugienda. Si tamen ab eis ſeparetur ratio offenſæ, & conſideretur tantum ratio pœnæ, minus habent de malitia, quàm culpa, inquantum eſt offenſa Dei, & propter hoc minus debent diſplicere. Sciendum eſt etiam, quòd quamuis talis debeat eſſe contriti diſpoſitio: non tamen de eis tentandus eſt: quia affectus ſuos homo non de facili menſurare poteſt; & quandoque illud, quod minus diſplicet: videtur magis diſplicere: quia eſt propinquius nocumento ſenſibili, quod magis eſt nobis notum.

A R-

Debita cō triti diſpoſitio.

Aureũ notandum, & practicandum, orando.

¶ COROLL. Vellet ergo vere contritus magis tolerare pœnam inferni, quàm offendere unquam, uel offendiſſe Deum, ſiue (ut rectius dicatur) magis horret offenſam Dei, quàm pœnam quamlibet etiam inferni, ut pœna eſt. Tanquam ergo minus malum habet eſſe in tormentis quibuſcumq; etiam infernalibus ille, qui contritus per charitatem eſt: & tanquam maius malum habet eſſe in peccato. i. in Dei offenſa. Quamuis autem talis debeat eſſe contriti diſpoſitio, non tamen de eis tentandus eſt, &c. ut in litera. Pro clariori huius notitia vide q. 1. art. 1. exam. 3. diff. ſecundæ. Ergo ex tali debita diſpoſitione contriti diſcendum, quàm inſtantiſſime & feruentiſſime poſtulare debeamus a Deo, ut nobis præterita peccata dimittat, & a futuris ſemper liberet, cum duo hæc magis proculdubio appetere teneamur, q̃ euaſionem pœnarum inferni.

¶ NOT. Per hæc vltima textualis reſponſi verba. i. non tamen de eis tentandus eſt, ne intelligas; confeſſorem non debere interrogare de contritione pœnitentis in generali, & ad ipſam, ſi rationabiliter dubitat de tenui eius diſplicentia, atque propoſito vitandi, prudenter eum inducere. Puta. Declarando pœnitenti, qui importat peccatum mortale. ſ. recuſare Deum pro vltimo fine. quod quãtum ad ſuſſ. licet nō quantum ad affectum, idem eſt quod recuſare Deũ pro Deo. Dicendo pœnitenti; quòd proinde videat: quòd ſi dixiſſet Regi, duci, patrono, &c. Nolo te in Regem, ducem, patronũ, &c. quan tum eſſet dolendum, & cauendum; ſi ſemel impetraret ueniam, quàm fortiter & firmiter pro poneret; ſe omnē ſuam diligentiam adhibiturũ, vt de cætero non incideret in tantum exceſſum. Applicando pœnitenti illi; vt ita, immo plus, cōmpareat coram Deo poſtulando veniã; dolendo, quòd toties Deum recuſauit p vltimo fine, ac pro Deo (quoniam ex deitate ſua eſt ultimus finis omnium rerum, etiam ciuium cæleſtium) proponendo fortiter, ac firmiter, ſe non facturum amplius ſimilem iniuriam Deo. Adhortādo pœnitentem illum ad amorem Dei ſuper omnia, & quòd ex amore huiuſmodi dolere de peccatis præteritis, & proponere uitationem de futuris debeat. Tam ſanctam. n. & quodq; neceſſariam a confeſſore erga pœnitentem, vel etiam a ſemetipſo ſolo pœnitente erga ſeipſum faciendam intromiſſionem ad cor ſalubriter conterendum, Diuus Thomas per illa uerba in fine reſpōſi dicta impedire nullo modo uoluit: ſed tantum de tentatione ipſa. q. 1. arti 1. loco allegato, cauenda, & confeſſorem reſpectu pœnitentis & pœnitentem reſpectu ſuiipſius præmonere, ne quando ſub prætextu boni zeli incidant in laqueum diaboli.

Inductio ſancta ad contritionem.

Verus ſenſus. ſ. doctoris, excludendo falſum.

## A P P E N D I X.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem oſtendas, merito a ſcripturis inſinuatum fuiſſe uirtualiter; quòd contritio eſt maior dolor alijs. Sic autem inſinuatum eſt hoc: quando horribile magis demonſtrant eſſe peccatum, quàm mortem ipſam; quę tamen, iuxta Philoſophum, eſt ultimum i maximum terribilium, & conſequenter naturaliter maxime horribilis. Cum. n. peccatũ demonſtratur eſſe magis, quàm mors, horribile; demonſtrat radicaliter profecto: quòd magis fugiendum eſt peccatum, quàm mors, & ma-

Vtilitas p S. Eccleſia &c.

& magis dolendum de eo, ſi quando commiſſum fuerit, quàm de morte, & conſequenter quòd uera cõtritio eſt maximus dolorum. Quòd vero ſit magis horribile peccatum, quàm mors corporalis, demonſtrauit Hiere. 15. Veh mihi mater mea; quare genuiſti me virum rixæ, virũ diſcordiæ in vniuerſa terra? & 20. maledicta dies, in qua natus ſum; dies, in qua peperit me mater mea, non ſit benedicta. Quare de vulua egreſſus ſum; ut viderem laborem, & dolorem, & conſumerentur in confuſione dies mei. Vide quantũ horret peccata, etiam quòd ſit aliorum annunciabat. n. Hieremias veritatem populo: & ex ueritate annunciata ſumebant aliqui de populo illo occaſionem illæ, rixæ, diſcordiæ perſequendi Hieremiã, multaq; alia peccata faciendi. Si ergo tantum exhorret aliarum iniquitates: quantum putas, exhorruiſſet proprias, ſi accidiſſent? ſi tantum de alienis peccatis dolet, ſolummodo ad videndum: quantum per hoc notificat de proprijs eſſe per cõtritionem dolendum? Idem demonſtrauit ſacra ſcriptura. 1. Macha. 2. Hi viderunt mala, quæ fiebant in populo Iuda, & in Hieruſalem & dixit Matathias. Veh mihi, ut quid natus ſum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis ſanctæ, & ſedere illic, cum datur in manibus inimicorum? licet autem loquatur Matathias, & ſic extremè doleat, de malis pœnalibus; tamen etiam de malis culparum, & principaliter; ut per diſcurſum capituli patere poteſt, & ibi cap. 3. melius eſt, nos mori in bello; quàm videre mala gentis noſtræ & ſanctorum. Idem monſtrauit Matth. 26. Melius erat ei; ſi natus nõ fuiſſet homo ille. Si hoc propter pœnam inferni, quæ Iudam manebat, dixit Dominus: multo magis propter peccatum traditionis a Iuda patrandum. Nam propter ipſum peccatum incurrebat pœnam inferni, & propter, quod vnumquodque, & illud magis; ut ait Philoſophus 1. poſteriorum. Magis ergo dolendum de peccato, tanquam de magis horribili, quàm de priuatione ipſius eſſe; notificauit per hoc Chriſtus. Idem, & adhuc ad literam, monſtrauit Daniel. 13. Si hoc egero, mors mihi eſt, ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras. Sed melius eſt mihi abſque opere incidere in manus hominum: quàm peccare in conſpectu Domini. Ecce: quòd Suſanna plus refugit offenſam Dei: quàm mortem ab hominibus illis ſenioribus intentatam. Quinimmo (quod mirum in modum præſenti propoſito fauet) mortem ipſam corporalem in comparatione peccati non audet uocare mortem: ſed nomen hoc tam hominum naturæ exoſum ſoli tunc peccato attribuit. Quaſi ex ipſa loquendi phraſi dicat: quòd mors corporalis, etiam violenta, etiam ignominioſa infamia comitata (ut ſibi tunc per ſeniorum minas imminebat) non eſt, neque dici meretur, mors, ſi comparetur ad peccatum, etiam in occulto factum, etiam non diuulgandum (ut ſibi tunc pollicebantur ſenes.) Si, inquit, hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras. ſ. Quid eſt, ſi hoc egero? ideſt ſi me cognoſci a uobis cõſenſero. Quid eſt, mors mihi eſt? ideſt peccatum mihi eſt. Quid eſt, ſi non egero, non effugiam manus ueſtras? ideſt ſi a uobis cognoſci noluero: mortem corporalem, ſecundum quòd uos comminamini, non effugiam a manib. ueſtris mihi paratam. Vnde id, quod prius dixit Mors, poſt concludendo uocat, peccare in conſpectu Domini, & id, quod antea dicit, non effugiam manus, veſtras poſtea nominat, incidere in manus hominum. Relinquitur ergo: quòd ſecundum intellectum verum diuinæ ſcripturæ ſanumque palatum cordis probatarum perſonarũ, mors violenta & infamis corporea non eſt, nec reputatur, mors, cõparando illã ad pctm: & per conſequens, ꝙ quaſi incomparabiliter peccatum eſt magis fugiendum, ꝙ̃ corporea mors, magiſque de illo, ſi commiſſum fuerit per cõtritionem dolendum, quàm de iſta. Secundo habes per eiuſdem rationem præmiſſas ſcripturas, pro quanto contritionem dolorem dicunt eſſe maximum dolorum, & intelligas, & probes, & defendas. Tertio vides quomodo ex his viciſſim Angelica hæc doctrina conſolidetur.

---

SVP. Q. XXXIIII. Aliàs 3. Art. II.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum poſsit eſſe nimis magnus contritionis dolor.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd non poſſit eſſe nimis magnus contritionis dolor. Nullus enim dolor poteſt eſſe immoderatior, quàm ille, qui proprium ſubiectum deſtruit: ſed dolor contritionis ſi eſt tantus, quòd mortem, vel corruptionem corporis inducit, eſt laudabilis. Dicit enim Anſel. Vtinam ſic impinguantur viſcera animæ meæ, vt medullæ corporis mei exſiccentur. Et Aug. dicit ſe eſſe dignum oculos cæcare plorando, ergo dolor contritionis non poteſt eſſe nimius.

¶ 2 Præt. Dolor cõtritionis ex amore charitatis procedit, ſed amor charitatis non poteſt eſſe nimius, ergo nec dolor contritionis.

SED CONTRA eſt. Omnis virtus moralis corrumpitur per ſuperabundantiam, & defectum: ſed contritio eſt actus virtutis moralis, ſcilicet pœnitentiæ, cum ſit pars iuſtitiæ: ergo poteſt eſſe ſuperfluus dolor de peccatis.

RESPON. Dicendum, quòd contritio ex parte doloris, qui eſt in ratione, ſ. diſplicentiæ, quo peccatum diſplicet, inquãtum eſt offenſa Dei, non poteſt eſſe nimia ſicut nec amor charitatis, quo intenſo talis diſplicentia intenditur, poteſt eſſe nimius, ſed quantum ad dolorem ſenſibilem poteſt eſſe nimia: ſicut etiam exterior corporis afflictio poteſt eſſe nimia. In his autem omnibus debet accipi pro menſura conſeruatio ſubiecti: & bonæ habitudinis ſufficientis ad ea: quæ agenda incumbunt, & propter hoc dicitur Rom. 12. Rationabile ſit obſequium veſtrum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Anſel. deſiderabat ex pinguedine deuotionis medullas corporales exſiccari, non quãtum ad humorem naturalem, ſed ad deſideria, & concupiſcentias corporales. Augu. autem quãuis dignum ſe cognoſceret amiſſione exteriorũ oculorum propter peccatum, quia quilibet peccator non ſolum ęterna, ſed etiam tempo-

rali

CONCL. 1. Contritionis dolor, inquantũ eſt diſplicentia in ratione de peccato, vt eſt offenſa Dei, non poteſt eſſe nimis magnus.

¶ PROB. Quia augmentum, ſeu intenſio charitatis erga Deũ eſt cauſa augmenti, ſeu intenſionis, diſplicentiæ de offenſa Dei: & amor charitatis erga Deũ nõ poteſt in intenſione ſua eſſe nimius.

¶ NOT. Omniũ animæ motionum ſeu affectionũ prima eſt amor. 1. 2 q. 29. arti. 2. & amor eſt cauſa odij. 1. 2. q. 29. ar. 2 ideo proceſſus probationis ab intenſione amoris ad intenſionem odij, & non nimietate amoris ad non nimietatem odij (ut præfert,) eſt proceſſus a priori, & licet ibi in 1. 2. Sermo ſit ad literam de amore, qui eſt paſſio: tamen vniuerſaliter verũ eſt, ut ibi ex ratione extenſa & Auguſtino patet, quòd amor eſt prima affectionum etiam ſpiritualium animæ, immo & cuiuſcumque uoluntatis, & conſequenter quòd amor ex cauſa odij. Ideo igitur odit quis peccatum, quia amat Deum. Vnde fit: vt plus vel minus odiat illud, quanto plus, uel minus amat Deum. Similiter inde fit: ut ideo non odiat peccatum, quia non amat Deum. Adeo quòd iſte effectus. ſ. odire, vel non odire uel plus & minus odire peccatum, eſt oſtenſio a poſteriori; verum quis amet, vel non amet, vel plus & minus amet Deum. Sicut enim poſita cauſa ponitur effectus; ita aucta cauſa augetur effectus, diminuta cauſa diminuitur effectus, remota cauſa remouetur effectus. Vide probationem præmiſſam a textu formalizatam per ſyllogiſmum in arg 2.

¶ CONCL. 2. Contritio, quantum ad dolorem ſenſibilem, poteſt eſſe nimia.

¶ PROB. 1. Quia contritio ſic ſumpta (ſicut etiam exterior afflictio) poteſt eſſe uel cõtra rationabilem cõſeruationem ſubiecti, uel contra bonam habitudinem ſufficientem ad ea, quæ incumbunt. 2. Quia ſi talis non poſſet eſſe nimia, non oporteret Apoſtolum hortari nos ad hoc, quod non ſit nimia (ut facit per ly rationabile obſequiũ veſtrum.)

¶ NOT. Hæc probatio fundatur in hoc, ꝙ medium, in quo conſiſtit virtus, non accipitur ſecundum quantitatẽ, ſed ſecundum rationẽ rectam, ut dicĩ 2. Ethi. cap. 6. Ratio autem recta non dictat, quòd tãtum de quiete, lętitia, vel commodo, corporali ſubtrahatur, ut uel natura conſeruari non poſſit, uel reddatur q's impotens ad opera debita peragenda. Vnde quãtum ad primum dicebat B. Hierony. vt refertur de conſecr. diſ. 5. c. mediocriter. Non differt vtrum paruo, uel magno tempore te interimas: quia de rapina holocauſtum offert, qui uel ciborum nimia egeſtate, uel manducandi, uel ſomni penuria, immoderate corpus affligit. Idemque Hieronymus quo ad ſecundum, dicit: quòd homo rationis dignitatem amittit; qui ieiunium charitati, uel vigilias ſenſus integritati præfert. Prudenter igitur ſecundum rationem rectam (a ſimili arguendo) in afflictionibus omnibus corporalibus etiam pro contritione peccatorum aſſumptis ambulandum eſt, vt contritiones ipſæ ſint virtuoſæ. Deoq; acceptæ, ac nobis ſalutiferę.

1^m minor. Sed dolor contritionis ſi eſt tantus, quòd mortem &c. eſt laudabilis. ℞. Negatur iſta minor pro ambabus partibus. §. Ad probationem de morte corporis, ex Anſelmo dicitur: quòd per illam auctoritatem oſtendit ſe appetere mortem non corporis, ſed vitiorum, & malarum inclinationum. Ad illã de corruptione corporis, ex Auguſtino dicitur, quod aliud eſt, uelle ſibi oculos excæcare plorando peccata, aliud eſt fateri ſe

dignum

De peccati horrore incomparabili per totum.

2

3

II

*In li Medi. in fine habet aliqd ſimile.

Amor odium.

Quantus amor erga Deum tantum odiũ contra offensã Dei.

Mediũ uirtutis attendẽdum: ne uirtus degeneret in uitium.

dignum oculorum cæcatione propter illa, & quod Auguſtini au-ctoritas non primum, ſed ſecundum dicit.

Loco citato in argumento. 1.

2^m^ concluſio. Ergo nec dolor contritionis. ℞. Exiſtens in ratione: non in parte ſenſitiua. §. Tunc nihil &c. ut patet ex prima concluſione. Non enim in ratione imminet periculum; quod nunc de ſenſu dicetur.

¶Not. Quamuis dolor etiam partis ſenſitiuæ ex amore charitatis procedat; tamen poteſt eſſe nimius: non quidem inquantum a charitate procedit, ſed inquantum imprudentia admiſcetur. Imprudentia, inquam non ut ad offenſam Dei ulciſcendam reſpicitur: ſed vt ad ſubiecti debitam valetudinem non attenditur. Ex parte enim illa, qua vlciſcenda eſt offenſa Dei non poteſt imprudentiæ committi, cum modus vlciſcendi illam ſit ſine modo, inquantum modus amandi Deum, ex quo deſideriũ huius vltionis procedit, eſt ſine modo (ut ait. D. Bernardus:) Sed ex iſta parte, qua ſubiectum pro ultione prædicta caſtigatur, poteſt imprudentia commiſceri. Subiectum enim hoc eſt corruptibile, debilitatiq; multiplici afflictione, ex ſemetipſo; etiã ſi a ſuperueniente afflictione non grauetur: unde tanto magis, ſi grauetur. Hinc eſt, quod multa opus eſt prudentia ad partem ſenſitiuam ſobrie caſtigandum: ne minus debito eam caſtigantes inueniamur offenſæ diuinæ ab ipſa factæ parum zelatores, vel ne magis, quàm ſufferre poſſit, eam flagellantes, uideamur noſtri homicidæ. Vide B. Hiero. ſupra in notat. mox poſt probationem concluſionis ſecundæ. Nihil tamen deperit ſatisfactionis, aut etiam meriti huic debili ſuum corpus pro magnis peccatis debiliter affligenti, ex cauſa legitima prædicta; ſi uoluntate bona ſuppleat id, quod propter ſenſus corporalis fragilitatem non poteſt: quoniam Deus affectum potius, quam cenſum, i. cor magis, quàm exteriorem ſubſtantiam penſat; nec perpendit ita quantum in eius ſacrificiũ, ſicut ex quanto proferatur. Propter ſimilem bonam uoluntatem licet non propter opus exterius, dixit aliquando S. Thomas; quòd non impar meritum ſubſtantiale, non accidentale, eſt continentiæ in Ioanne, qui nullas expertus eſt nuptias, & in Abraham qui filios generauit. 2. 2. q. 152. art. 4. ad primum. Et beatus Auguſtinus in libro de bono coniugali, quòd Ioannis cœlibatus, & Abrahæ connubiũ pro temporum diſtributione Chriſto militauerunt: ſed continentiam Ioannes in opere, Abraham uero in ſolo habitu habebat. Ex his ſanctorum dictis uides confirmatam eſſe præmiſſam doctrinam de nõ perditione ſatisfactionis & meriti in homine corporis infirmioris bona uoluntate tunc pro facto veſtiti, eiuſdemque doctrinæ ſanam intelligentiam, ſi dicta ipſa ſanctorum illi bene applicentur.

Imprudentia quõ miſceat quandoq; dolori de ſe bono.

Reſponſio tacitę obiectionis.

tali morte dignus eſt, non tamen volebat ſibi oculos cæcare.

Ad secundum dicendum, ꝙ ratio illa procedit de dolore, qui eſt in ratione: non autem procedit de dolore ſenſitiuæ partis.

## A P P E N D I X.

Vtilitas p S. Eccleſia ad intelligẽdas ſcripturas, & conci. ſuſtentandã.

Ex articu. habes primò, quomodo per rationem oſtendas, merito inſinuatum eſſe a ſcripturis, & quòd contritio in ratione exiſtens non poteſt eſſe nimia, & quòd contritio in parte ſenſitiua poteſt eſſe nimia. Primum inſinuatur Eccleſ. 41. Glorificantes dominum, quantumcumque potueritis, superualebit adhuc. Nam glorificare Deum quandoque ſumitur in ſcripturis pro conteri de peccatis proprijs, & ea conſiteri: vnde Ioſue 5. dicit ad Achan: Fili mi da gloriam domino Deo Iſrael, & confitere: Hoc eſt. De peccato tuo propter amorem Dei contritionem habe: & ex contritione illa confeſſionem fac. ſicut enim peccator, inquantum in ſe eſt, ignominiam iniuriamque affert Deo, quando peccat, ita gloriam affert ei, quando de peccato conteritur, & tantam, ut etiam Angeli in cœlo de tali gloria data Deo a peccatore pœnitentiam agente gaudium magnum concipiant. Luc. 15 Vnde quanto magis, uel minus conteritur de peccato proprio, tanto magis, uel minus gloriam affert Deo, ſeu glorificat Deum. Ex eo igitur, quòd applicando eã etiam peccatoribus, ait ſcriptura glorificate Deum, quantum poteſtis, ſeu quantumcumque potueritis, quoniam præualebit adhuc, oſtendit, quòd non poſſumus tantum ſecundum rationem de peccato dolere, quantum Deus, qui per ipſum offenſus eſt, dignus eſt, ut doleatur; eo uidelicet modo, quo dicimus, Deum non poſſe a nobis diligi tantum, quantum diligibilis eſt, quamuis præceptum, & de dilectione eius, & de contritione iſtius, ſecundum quòd nobis datum intelligitur, adimplere poſſimus. Quod ſi contritio in ratione exiſtens poſſet eſſe nimia, non diceret ſcriptura de Deo, amore cuius conterimur, & præualebit, ſeu ſuperualebit adhuc. i. dignitas Dei contritione quantalibet veſtra erit maior, tantum abeſt, ut contritio veſtra poſſit eſſe nimia. Quaſi ergo per illam authoritatẽ, & ſpecialiter de contritione, & uniuerſaliter de amore Dei quocumque intellectam ſacra ſcriptura dicat: ſicut dignitas Dei eſt maior, quàm quòd tantum a uobis diligi poſſit, quantum diligibilis eſt, & ideo amor, quo Deum amatis, non poteſt eſſe nimius: ita dignitas Dei eſt maior, quàm quòd de offenſa eius tantum dolere poſſitis, quantum ipſe dignus eſt, ut de ea doleatur, & ideo contritio in ſuperiori parte exiſtens non poteſt eſſe nimia. Secundum. ſ. quòd contr. in par. ſenſi. poſſit eſſe nimia, inſinuatur 2. Cor. 2. conſolemini, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt. Ecce, timebat Apoſtolus: ne fornicarius ille Corinthius contritione ſenſus nimia afficeretur, uel in deſperationem cadendo, uel puſillanimitatem quandam, & malenconiam contrahendo, uel etiam mortem aut ineptitudinem ad officia pro tempore neceſſaria incurrendo. Item idipſum inſinuatur 1. Timot. 5. Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino utere propter ſtomachum, & frequentes infirmitates tuas. Niſi enim contritio, ſeu afflictio ſenſus poſſet eſſe nimia: non diceret hoc Apoſtolus, maxime quia hortabatur Timotheum ad cuſtodiam caſtitatis præmittendo teipſum caſtum cuſtodi: & quia ſciebat, quòd abſtinere à uino, cum in eo ſit luxuria, ad caſtitatis conſeruationem præſertim conducit. Vbi & ab eodem Apoſtolo vides inſinuatum, quòd nimietas afflictionis ſenſus attenditur penes deſtructionem ſubiecti, & bonæ valetudinis ad officia incumbentia (puta in propoſito Timoth. ad officia epiſcopalia.) Secundo habes, quomodo per eius rationem præmiſſas ſcripturas, pro quanto contritionem rationis non nimiam, corporis autem nimiam dicunt poſſe eſſe, & declares, & probes, & defendas. Ex conſequenti etiam intellectum ſanum verborum Concilij Cabilonenſis, & Pariſienſis per eandem rationem habes, vbi de contritione tum mentis, tum corporis loquuntur. Verba Cabilonenſis cap. 34. ſunt hæc. Nullus ſacerdotũ, vnquam aut gratia, aut odio alicuius perſonæ, ſecus iudicet, quàm quod in canonibus ſacris inuenerit: aut quod illi ſecundum ſanctarum ſcripturarum authoritatem, & eccleſiaſticarum conſuetudinem, rectius viſum fuerit. Si medici, qui corporibus medicinam inferre conantur, nequaquam propter perſonæ cuiuslibet acceptionem, his quos ſanare cupiunt, cauterio aut ferro, aut duris alijs quibuslibet rebus parcunt: multo magis idipſum his obſeruandum eſt, qui non corporum, ſed animarũ medici exiſtunt. Neq;. n. penſanda eſt pœnitentia quantitate tẽporis: ſed ardore mentis, & mortificatione corporis. Hæc ibi. Verba Pariſienſis lib. 1. cap. 46. hæc ſunt. Illis eſt confeſſio peccatorum facienda; a quibus ſubinde, & modus pœnitentiæ, & conſilium ſalutis capiatur. Pœnitentia porro non in multitudine annorũ: ſed potius in contritione cordis, & corporis, eſt æſtimanda. Hæc ibi. Non ſine cauſa factum putato, quòd utrumque concilium, antequam ad pœnitentiam ultimis uerbis nominandam accedat, præmittit aut ſacrorum canonum, aut ſanctarum ſcripturarum authoritatẽ, aut eccleſiaſticam conſuetudinem, aut modum pœnitentiæ, aut conſilium ſalutis. Nam per hoc denotare uoluerunt, quod mortificatio ſeu contritio tum cordis, tum corporis, non ſunt abſolute abſque conſultatione præmiſſorum menſuranda, uel etiam ad ſe inuicem vniformiter comparanda, quaſi per ſuum ipſorum contextũ dixerint. Contritione cordis, & corporis iuxta menſuram a ſanctis ſcripturis, uel a prædictis datam menſurata æſtimanda eſt pœnitentia. Vnde per hanc ſuam loquendi vigilantiã utrumq; concilium, implicitè etiam inſinuauit: ꝙ cordis contritio non nimia, corporis autem nimia eſſe poteſt. Nã ſanctarum ſcripturarum authoritas, cõſiliumq; ſalutis, penes quæ intelligi ultima uerba ſua utrumq; prænotat, hoc inter illas contritiones diſcrimen afferunt, ut ſupra in appendice hac monſtratum fuit. Tertio, uides quomodo ex his omnibus uiciſſim Angelica hæc doctrina conſolidetur.

Conc. Cabil. & Pariſ. de cõtritionibus.

Qualiter penſanda pœnitẽtia.

SVP. Q. XXXIIII. Aliàs 3. Art. III.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum debeat eſſe maior dolor de uno peccato, quàm de alio.*

Concl. 1. Contritio in ratione exiſtens, ſecundum ꝙ ſingillatim peccatis ſingulis reſpondet, eſſe debet maior de maiori peccato, quàm de minori.

12

¶Prob. 1. Quia cauſa doloris (ſcilicet offenſa Dei) eſt magis in maiori peccato, quàm in minori (cum ex inordinatiori actu; qui eſt in maiori, magis offendatur Deus.) 2 Quia maiori culpæ maior pœna debetur, & (ſubintellige tu) cõtritio eſt quædam quaſi pœna culpæ (ut q. 4. art. 1. c.)

¶Concl. 2. Cõtritio

Ad tertium ſic proceditur. Videtur, quòd non debeat eſſe maior dolor de uno peccato, quàm de alio. Hieron. enim collaudat Paulum in hoc, quòd minima peccata ſicut magna plangebat, ergo non eſt magis dolendum de vno, quàm de alio.

¶ 2 Præt. Motus contritionis eſt ſubitus: ſed non poteſt eſſe unus motus intenſior ſimul, & remiſſior: ergo contritio non debet eſſe maior de vno, quam de alio peccato.

¶ 3 Præt. De peccato præcipue eſt contritio, ſecundum quòd a Deo auertit: ſed in auerſione omnia pec-

tio singillatim correspondens peccatis, in parte sensitiua existens, secundum quod pro peccato ex electione rationis assumitur, debet esse maior de maiori peccato, quàm de minori.

¶ Prob. 1. Quia pœna peccati ex rationis electione assumpta debet esse maior pro maiori peccato.

¶ Not. Fundatᷣ ista probatio in terminorũ intelligentia. Electio enim rationis non esset rationabilis, & consequenter nec formaliter rationis; si pro maiori peccato assumereť pœna minor. Verũ quidẽ est, quòd non sequitur semper tanta contritio ĩ appetitu sẽsuali, quãta eligitur, seu ex electione, ut sit ibi, assumitur ab appetitu rationali, arti. 1. in c. tñ ad hoc, vt rationabilis sit electio sufficit, ꝙ ex rationis electione assumi tãta, & fore, in parte sensitiua intendatur, vt commensurata sit peccato. i. ut maior sit ibi dolor de peccato maiori, q̃ de minori. Quod enim postea de facto non sequatur in sensu tantus dolor intentus a ratione, non ex culpa rationis esse videtur.

¶ Concl. 3. Contritio singillatim peccatis correspondens in partẽ sensitiua existens, secundum ꝙ ex impressione appetitus superioris nascitur in inferiori, non est de necessitate maior vel minor de peccato maiori, uel minori: sed attenditur doloris eius quãtitas ſm dispositionem partis inferioris ad recipiendam impressionem a superiori.

¶ Prob. Quia, ut clara, præsupponitur.

¶ Not. Si vis facilius videre huius probationis vim, & quod merito præsupponitur: cõsule præsentis quæstionis articulum primũ, & q. 2. ar. 4. de motib. planetarum ad motum primi orbis. Reminiscere quoq;, ꝙ ex rõne impressionis ob leuiorem causam facta inferior appetitus, etiam usque ad fletum, mouetur in mulieribus, & huiusmodi; qui tamen in uiris aliquibus ex rationis impressione ob grauiorem causam facta, vix quasi imperceptibiliter mouebitur: & per huius experientiæ exemplum citius capies sensum, & ueritatem tertiæ prædictæ conclusionis.

¶ Concl. 4. Contritio, secundum quòd est simul de omnibus peccatis (sicut in actu iustificationis) maior est habitualiter de maiori peccato, quàm de minori, non actualiter.

¶ Coroll. Ergo per ly habitualiter, datur intelligi, quòd conclusiones tres præmissæ de doloris esse maiori actualiter, non habitualiter tantum, loquuntur.

¶ Prob. 1. Quia distinctio peccatorum virtute manet in ipsa una contritione (cum ipsa eadem contritio, uel procedat ex singulorum peccatorum præhabita contritione singulis singillatim correspondente, uel saltem habeat propositum de singulis cogitandi annexum) 2 Quia (ly non act. &c.) ipsa contritio simul de omnibus existens est actus unus tantum; & in actu uno tantum non potest esse distinctio actualis (patet.)

¶ Coroll. Ergo communis illa una contritio retinet naturaliter distinctionem contritionum singularum de singulis, uel iam præcedentium, uel in uoto habitarum. Illa enim contritio una cõmunis, tanquam tertium ex duobus, uel unum ex multis consurgit, quæ iam præextiterunt: & dato quod illa de singulis lamenta ex cogitatione non præcessissent, contritio eadem secum fert uotum cogitandi de singulis, & consequenter uotum, quòd illa singillatim fienda lamenta existant. Ergo vel ex antecedenti, vel ex subsequenti contritio communis habet hoc, quòd uirtute, seu habitualiter distinctionem peccatorum contineat. Vide pro intelligentia meliori. q. 2. art. 4 c. & art. huius ad secundum.

cata mortalia conueniunt: quia omnia tollũt gratiam, qua anima Deo coniungitur, ergo de omnibus peccatis mortalibus ęqualis debet esse contritio.

Sed contra. Deuter. 25. dicitur. Secundum mensuram peccati erit, & plagarum modus: sed in contritione peccati plagæ commensurantur, quia contritio habet propositum satisfaciendi annexum, * ergo contritio magis debet esse de vno peccato, quàm de alio.

* Vt dictũ est q. 2. artic. 1.

Præterea. De hoc debuit homo conteri, quod debuit vitari, sed homo debuit magis vitare vnum peccatum, quàm aliud, quia grauius est si necessitas alterum faciendi incũberet, ergo, & similiter debet de vno. s. grauiori magis, q̃ de alio dolere.

Resp. Dicendum, ꝙ de contritione dupliciter possumus loq., vno modo, ſm ꝙ sigillatim singulis peccatis rñdet: & sic quantum ad dolorem superioris affectus requiritur, ꝙ de maiori peccato qs doleat magis: quia ratio doloris est magis in vno, q̃ in alio. s. offensa Dei, ex magis. n. inordinato actu Deus magis offenditur, similiter etiam cum maiori culpæ maior pœna debeatur, etiam dolor sensitiuæ partis: ſm ꝙ pro peccato ex electione assumitur, quia pœna peccati debet esse maior de maiori peccato, ſm autem quod ex impressione superioris appetitus nascitur in interiori, attẽditur quantitas doloris ſm dispositionem partis inferioris ad recipiẽdam impressionem a superiori, & non ſm quantitatem peccati. Alio modo põt accipi contritio, ſm quòd est simul de omnibus, sicut in actu iustificationis, & hæc quidem contritio, vel ex singulorum contritione procedit, & sic quamuis sit actus vnus, tñ distinctio peccatorum virtute manet in ipso, vel ad minus habet propositũ de singulis cogitandi annexum: & sic etiam habitualiter est magis de vno, quàm de alio.

Ad primum ergo dicendum, quòd Paulus non laudatur de hoc, ꝙ de omnib. peccatis doleret ęqualiter: sed quia de paruis peccatis tantum dolebat, ac si essent magna per comparationem ad alios, qui de peccatis dolent. Sed ipse multo amplius de maioribus doluisset.

Ad secundum dicendum, ꝙ in illo contritionis motu subitaneo, quamuis non actualiter distinctio intentionis respondens diuersis peccatis inueniri possit, tamen inuenitur ibi eo modo sicut dictum est, * & etiam alio modo, ſm quòd singula peccata ordinem habẽt ad illud, de quo in illa contritione gñali contrito dolendũ occurrit. s. offensa Dei. Qui enim aliquod totum diligit, potentia diligit partes etiam eius, quãuis non actu: & hoc modo secundũ quod habent ordinem ad totũ, quasdam plus, quasdam minus: sicut qui aliquã cõitatem diligit, virtute singulos diligit plus, & minus, ſm eorum ordinem in bono cõi. Et similiter qui dolet de hoc, quòd Deum offendit, de diuersis implicite dolet diuersimode, ſm quòd plus, vel minus per ea Deum offendit.

* In corp. art.

Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis quodlibet pctm̃ mortale a Deo auertat, & gratiã tollat, tamen quoddam plus elongat, q̃ aliud: inquantum habet maiorem dissonantiam ex sua inordinatione ad ordinem diuinæ bonitatis, quàm aliud.

QVAE-

1m ex Hieron.

Sicut magna. R. 1. sicut alij plangunt magna, non autem, sicut ipsemet Paulus plangebat magna. §. Tunc nih. &c. Patet enim, quòd ista consequentia neganda est: Paulus plangebat minora tam amare, ut alij plangunt magna: ergo non est magis dolendum de uno peccato, quàm de alio. Nam quod illi alij faciunt ex debito de magnis: Paulus ex superabundanti faciebat de minimis. Ex eo enim, quòd magis afficiebatur erga Deũ, non ex quantitate peccatorum erat, ꝙ Paulus minima planctu magno plangebat. Maiestatem etiã Dei magis apprehendebat, quàm magna esset intellectu viuaciori meditãdo; eãq; magis admodum reuerentiali timore, prosequebatur Apostolus, q̃ alio: & hinc eius planctus ille a Hieronymo narratus procedat. Cũ ergo loquatur articulus præsens de plãctus, seu doloris, aut contritionis quantitate, secundum, quòd ex quantitate peccati est (ut manifestum est uidenti, maxime conclusionis primæ probationem priorem: sequitur apertissimè, qđ argm̃ hoc adeo non est cõtra, quòd nec etiam attingit conclusionis propositum.

Vnde est, ꝙ sanctiores de minorib. culpis magnopere dolẽt.

2m de minori.

Esse. R. Actualiter, non habitualiter, & proportione analoga. §. Ad illum s. vnicum motum contritionis. §. Tunc &c. ut patet per conclusionem quartam. Hoc argumentum ipsi conclusioni quartæ pro ultima parte, tanquam probatio seruit: &, si ei responsio hæc adiungatur, tanquam declaratio simulque probatio pro prima parte.

¶ Not. Ne ex eo, quòd omnia tum maiora, tum minora peccata uirtute, seu habitualiter continentur in illa vna communi contritione; crederes, quòd sine ordine aliquo ibi reperirentur: addit S. Thomas, quòd cum analogo ordine ibi omnia illa continentur, inquantum scilicet secundum proportionem singula peccata respiciuntur ab eadem generali contritione: sic enim se habet illa contritio de omnibus peccatis simul existens, quòd si ad singula singillatim respiceret, de illis secundum illorum exigentiam doleret, hoc est magis de maiori, quàm de minori. Nec mirum istud uideri debet, quoniam quæcumque a Deo sunt, de quorum numero est prædicta contritio, ordinata sunt. Nec obstat etiã, quòd ordo præsupponit distinctionem: quoniam distinctionem uirtualem modo dicto ibi esse sufficit: quandoquidem & ordo uirtualis, non actualis, ibi est: secundum enim, quòd ordo: ita & distinctio, & consequenter, secundum quòd in uno sunt ordo ac distinctio, ita in uno sunt multa. Correspondentia ergo fiat singulorum ad singula; & sic omnia sibi inuicem conuenire, uidebis.

3m de maiori. Secundum quòd à Deo auertit. R. Et secundum quod à Deo elongat. §. Tunc &c.

Nam

Nam peccata quædam plus a Deo elongant, quàm alia. Non enim omnia mortalia sunt paria, licet omnia mortem animæ causent. i. auersionem a Deo, & priuationem gratiæ ipsius. Vide pro notitia meliori, q. 2. art. 6. ad secundum, cum ibi annotatis.

## APPENDIX.

Vtilitas p S Eccle lia &c.

EX articu. habes primo quomodo per rationem ostendas merito insinuatum esse a scripturis, quòd cõtritio est plus de vno peccato, quàm de alio. Hoc autem insinuatum est Deut. 25. Secundum mensuram peccati, erit & plagarum modus, & Psal. 79. Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Vide q. 2. art. 6. Item insinuatum est idipsum a Concilio Tiburiensi cap. 55. 55. 56. 57. 58. vbi pro grauitate peccatorum pœnitentias proportionatas diuersimode statuit. Patet autẽ omnibus, quod contritio inter pœnitentias computatur: imò tanquàm forma extrinsecarum pœnitentiarum, iuxta quam tantum, uel tantum ualoris apud Deum habent, concurrit. Item insinuatum est idipsum a Concilio Laodicensi in sexta synodo confirmato c. 1. sic. De his, qui diuersis facinoribus peccauerunt, &c. talibus, pro qualitate ac proportione delicti, pœnitentiæ tempus tribuendum est. Item a Papa Nicolao Primo, & recitatur in decretis 26. q. 7. De his, verẽ quia crimina non æqualia sunt &c. tibi hoc committimus decernendum, nimirum qui loca & tempora regionis illius, & modum culpæ, necnon & pœnitentiam, & gemitus hominum ad confessionem uenientium, præsens positus inspicere uales. Ex his Nicolai verbis apparet: ipsum modo culparum uelle modum gemituum correspondere. Item a Concilio Vuormatiensi c. 25. Pœnitentibus, secundum differentiam peccatorum, sacerdotis arbitrio pœnitentiæ decernantur. Debet itaque sacerdos in pœnitentia danda singulorum causas singulatim considerare, originem quoque, modumque culparum, & affectus gemitusq; delinquentium diligenter examinare, manifesteq; cognoscere; temporum etiam, & personarum, locorum quoque, & ætatum, qualitates inspicere: ut etiam pro consideratione locorum, ætatum uel temporum, seu pro qualitate delictorum atque gemituũ, uniuscuiusque delinquentis, a sacris regulis oculos non reflectat. Hæc ibi. Item cap. 28. si quis insaniens aliquem occiderit, si ad sanam mentem peruenerit, leuior ei pœnitentia imponenda est: quàm ei, qui sana mente tale quid commiserit. Concilium ergo pro peccatorum qualitate contritionem debere proportionari insinuat: quando ipsam exteriorem a sacerdote pœnitentiam proportionandam peccatis intimat. Nec enim exterior pœnitentia magis, quàm interior, necessaria est, nec de exteriori magis curat concilium, quàm de interiori, sed per exteriorem declaratam quid de interiori etiam, multoque magis, sit sentiendum, aperire intendit. Interior autem est cordis contritio: de qua præsens articulus. Secundò habes: quomodo per eius rationem scripturarum & conciliorum illorum dicta, pro quanto de vno peccato magis, quàm de alio innuunt contritionem esse debere, declares, probes, tuearis. Tertiò uides: quomodo ex his uicissim Angelica hæc doctrina consolidetur.

Pœnitẽtia q̃ũo imponenda.

2

3

---

# QVAEST. XXXV. Aliàs 4. Art. 1.

*De tempore contritionis, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de tempore contritionis.

Circa quod tria quæruntur.

¶ Primò, Vtrũ tota vita hęc sit contritionis tempus.

¶ Secundò, Vtrum expediat continue de peccato dolere.

¶ Tertiò, Vtrum post hanc vitam animæ de peccatis conterantur.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum tota hæc vita sit contritionis tempus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non tota hæc vita sit contritionis tempus. Sicut em̃ de peccato commisso debet esse dolor, ita & pudor: sed non per totam vitam durat pudor de peccato: quia (sicut dicit Ambr.) * non habet q̃ erubescat, cui peccatum dimissum est: ergo videtur quòd nec cõtritio, quæ est dolor de peccato.

¶ 2 Præt. Io. 4. dicitur, quòd perfecta charitas foras mittit timorem: quia timor pœnam habet; sed dolor etiam pœnam habet, ergo in statu perfectæ charitatis non potest dolor contritionis manere.

¶ 3 Præt. De præterito non potest esse dolor, qui proprie est de malo præsenti: nisi secundum quòd aliqd de peccato præterito in præsenti manet: sed quandoque peruenitur ad aliquem statum in hac vita: in quo nihil de peccato præterito manet, neque dispositio, neque culpa, neq; reatus aliquis, ergo non oportet vlterius de illo peccato dolere.

¶ 4 Præt. Rom. 8. dicitur, quòd diligentibus Deum, omnia cooperãtur in bonum, etiam peccata, vt dicit gl. ergo * non oportet post remissionẽ peccati, quòd de ipso doleat.

¶ 5 Præt. Contritio est pars pœnitentiæ contra satisfactionem diuisa: sed non oportet semper satisfacere, ergo nec cõteri de peccato semper.

SED CONTRA Aug. * in lib. de pœnit. dicit. Quod vbi dolor finitur, deficit pœnitentia: vbi deficit pœnitentia, nihil relinquitur de venia; ergo videtur, cum oporteat veniã conseqm non perdere, quòd oporteat semper de peccato dolere.

¶ 6 Præt. Eccles. 5. dicitur, de propiciatu peccatorum noli esse sine metu: ergo homo semper debet dolere ad peccatorum propitiationem habendam.

RESPON. Dicendum, quòd in contritione est duplex dolor. Vnus rationis, qui est detestatio peccati a se commissi, alius sensitiuæ partis, qui ex isto consequitur, & quantum ad vtrumque contritionis tẽpus est totius vitæ præsentis status. Quãdiu enim est aliquis in statu viæ, detestatur incommoda, quibus a peruentione ad terminum viæ retardatur, vel impeditur, unde cũ propter peccatum præteritum viæ nostræ cursus in Deum retardetur, quia tẽpus illud quod erat deputatũ ad currendum: recuperari non potest: oportet, quòd in vitæ huius tempore status contritionis maneat, quantum ad peccati detestationem. Similiter etiam quantum ad sensibilem dolorem, qui vt pœna a voluntate assumitur: quia enim homo pœnã æternam peccando meruit, & cõtra æternum Deum peccauit, debet pœna æterna in temporalem mutata, saltem dolor in hominis æterno, id est, statu huius uitæ, manere. Et propter

---

SVP. Q. XXXV. Aliàs 4. Art. 1.

COncl. Et quantum ad rationis dolorem, contritionis tẽpus est totius præsentis vitæ status: & quantum ad sensus dolorem.

¶ PROB. 1. Quia homo, quamdiu est in statu uiæ, detestatur incõmoda, quibus impeditũ uel retardatur a peruẽtione ad terminum uię (patet ab experientia de uiatoribus): & peccatum præteritum est incommodum, quo qs impeditur, uel retardatũ a peruentione ad terminum uię suę inquãtum scilicet per peccatũ retardatur cursus uiæ nostræ in Deum, nec tẽpus in quo peccatum fuit, quod erat deputatum ad currendum, recuperari umquam potest. Secunda autem pars. s. & quantum ad sensus, &cæt. probatur. Quia homo pro pœna æterna, atque offensa æterna (.i. æterni Dei) sibi dimissa debet ĩ suo æterno dolere; & suum æternum est uita præsentis status.

¶ NOT. 1. Loquitur, more suo, formaliter D. Th. quando dicit, q̃ peccatum præteritum semper (sic intelligitur textus: etsi, ly semp̃ nõ explicet) retardat cursum uiæ nostræ ĩ Deũ. De peccato. n. quãtum est ex peccato: & de uia nostra, quantũ est ex natura uiæ intendit. Nam licet de multis dicat. Psal. 15. multiplicatæ sunt infirmitates eorũ, postea accelerauerunt: hoc tamen non facit, q̃ peccati infirmitas, inquantum huiusmodi, siue quantum est de se, nõ semper retardet cursum præmissum. Nunquàm. n. idem numero tempus deputatum ad currẽdum, quod in peccando consumptũ fuit, reparari poterit, ut ait litera: licet postea uelocius curratur. Redimetur siquidem tunc tempus illud uirtualiter, inquantum iste sic currens operabitur in duplo, triplo, uel supra, & ardentiori charitate in duplo, triplo, uel supra; quam prius operatus, & operando ardore charitatis inflammatus fuisset: sed his etiam stantibus, illud præteritum tempus in seipso irreuocabile est, imò in seipso consideratũ numquàm non officit. Si n. iste, qui sic uelociter postea mouetur, etiam tunc illud tempus in bono cursu, quàmuis leuissimo, expendisset, utique ad cursum sui uelocitatem aliquid, uel minimũ nunc additum haberet. Hoc uero non solũ pro addito ad cursum suum nõ habet nunc: sed pro opposito cursui, & consequẽter pro doloris materia, & nunc, & semp̃, temporis illius expensionem respicit. Quod autem iste postea uelocius curreat, non infert; quòd præteritum peccatum; quantum est ex se, nõ impediat semper etiam istum præsentem cursum: sed ĩfert, quod peccatum illud non potest impedire prouidentiam diuinã, & bonitatem, quin. s. ipsa eliciat ex malo bonum; & cõsequen-

S. Th. 4. di. 17. q. 2. a. 4. q. 1. & seq.

* Lib. 2. de pœn ca. 7. a med. to. 1.

* Est Aug. in li. de cor rep. & grã. c. 9. a med. to. 7.

q. 1. ar. 2. ad 3. & q. 3. artic. 1. c.

* De uera & falsa pœnit. c. 13. in med. to. 4.

Peccatũ semel cõmissum q̃ũo noceat semper.

sequenter infert, quòd misericordia Dei est maior, quàm miseria nostra; & quòd Deus non vincitur a nostro malo, sed uincit in bono malum.

¶ Not. 2. Aeternum hominis non dicitur uita præsens, sed vitę præsentis status, quoniam etiam post præsens sęculum hominis uita durat; sed non vitæ præsentis status. Dicitur namque hic æternum, cui tale quid non succedit. Vnde in hoc sensu status animalis vitæ hominis, quia nō habet statum succedētem similem post mortem, tunc. n. neque generationi, neque nuptui, neque cibationi, aut alijs huiusmodi, dabitur opera: ideo status iste dicitur æternum hominis. Quandam siquidem videtur habere similitudinem cum diffinitione æterni, saltem secūdum quid: inquantum æternum est totū simul prima pa. q. 10. ar. 1. & status animalis est totus in sęculo præsenti. Cuius oppositū dicendum est de uita hominis: cū non tota hic sit (finietur. n. hic, sicut & status,) sed post mortem perseueret. De æterno hominis sic sumpto intellige etiam authoritatē Hugonis in textu allatam: & eam, quantum potueris, pone in practica.

*In lib. sū-mæ sent. Tract. 5. c. 12.*

*Vt dictū est q. 3. art. 1. ad 3. & ar. seq.*

hoc dicit Hugo de Sancto Victore,* quòd Deus absoluens hominem a culpa, & pœna æterna, ligat cū vinculo perpetuæ detestationis peccati.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ erubescentia respicit peccatum solum, inquantum habet turpitudinem, & ideo postquam peccatum quantum ad culpam remissum est, non manet pudori locus: manet autem dolori, qui non solum de culpa est, inquantum habet turpitudinem, sed etiam inquantum habet nocumentum annexum.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ timor seruilis quem charitas foras mittit, oppositionem habet ad charitatem ratione seruitutis, quia pœnam respicit, sed dolor contritionis ex charitate causatur, * & ideo non est simile.

Ad tertivm dicendum, ꝙ quamuis per pœnitentiam peccator redeat ad gratiam pristinam, & immunitatem pœnæ, numquàm tamen redit ad pristinam dignitatem innocentiæ, & ideo semper ex præterito peccato aliquid in ipso manet.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ sicut non debet homo facere mala, vt veniant bona: ita non debet gaudere, quia ex eis occasionaliter proueniunt bona diuinitus a gratia, vel prouidentia agente: quia illorum bonorum peccata causa non fuerunt, sed magis impedimenta, sed diuina prouidentia ea causauit, & de ea debet homo gaudere, de peccatis autem dolere.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ satisfactio attenditur, secundum pœnam taxatā, quæ pro peccatis iniungi debet: & ideo potest terminari, ut non oporteat vlterius satisfacere. Hæc autem pœna præcipue proportionatur culpæ ex parte conuersionis, ex qua finitatem habet, sed dolor contritionis respondet culpæ ex parte auersionis, ex qua habet infinitatem; vnde, & contritio semper debet manere; nec est inconueniens, si remoto posteriori manet prius.

AR-

1m de maiori. Ita. ℞. Quantum ad turpitudinem: nō quantū ad nocumentum annexum. §. Tunc &c. Nam turpitudo peccati, quia non semper manet, nocumentum autem semper; & turpitudo solum a pudore respicitur, sed nocumentum etiam a dolore: ideo pudor non semper manet, dolor autem sic. Quòd si dolor solam turpitudinem in peccato, quemadmodū pudor facit, attenderet: iam dimisso peccato dolor ipse simul cum pudore desineret. Vide notationem primam supra; vt intelligas, quomodo per totam vitam status præsentis durat nocumentū peccati semel commissi, etiam remissi: ultra illud nocumentum, quod responsio ad tertium in textu ponit.

2m de minori. Pœnam habet. ℞. Ex charitate causatam: non seruiliter respectam. §. Tunc &c. Nam licet perfecta charitas tollat respectum ad pœnam timori seruitutis congruentem: non tamen tollit, quinimò ponit, illam pœnam, quæ essentialiter uel saltem consecutiue est contritio, q. 3. artic. 1. Posita enim causa, quæ est charitas, ponitur effectus, qui est ipsa dolorosa contritio. Ex litera dic; quòd Ioannes, per ly timor pœnam habet, loquitur de pœna inferni, aut purgatorij: ex quo manifestum est, quòd in minori propositione ly contritionis dolor pœnam habet, sumitur pœna differentissime a sensu Ioannis. Vnde non tantum ab argumento isto secundo non infringitur, sed nec attingitur, propositum.

*Habere pęnam.*

3m de maiori. Aliquid. ℞. Vel culpæ, vel pœnæ; uel quòd innocentiæ dignitas pristina irredibilis sit. §. Tunc nih. &c. Licet enim quandoque secundum statum præsentis vitæ perueniatur ad totalem dimissionem culpæ, & pęnæ: numquàm tamen potest perueniri ad hoc, ut uerum sit dicere; quòd iste, qui semel peccauit, habeat pristinam dignitatem innocentiæ. Dignitas namque pristina innocentiæ erat; quòd iste numquàm actualiter peccauerat: quam, cum, postquàm peccauit, impossibile sit, ipsum non peccasse, non posse recuperari vmquàm, manifestissimum est. Vnde patet: quòd non negatur per hoc, quòd iste peccator non possit resurgere in tanta, immo & quandoque ampliori, dignitate gratiæ; cuius in quarto argumento cum responsione oppositum innuitur. Ideo signanter dixit S. Thomas ly pristinam dignitatem innocentiæ: & non dixit ly pristinam dignitatem gratiæ, uel gloriæ.

*Dignitas pristina duplex.*

4m conclusionis illatio. Ergo non oportet, &cæt. ℞. Negatur illatio. §. Quoniam peccata, quantum est ex parte ipsorum, non cooperantur in bonum: sed Deus, etiam peccatis ipsis in contrarium secundum totum suum posse renitentibus, ex malis ijsdem elicit illud bonum, de quo Apostolus ibi Rom. 8. Vnde remanet semper materia doloris ex parte peccatorum ipsorum: licet de bonitate Dei suā omnipotentia inde bonum eliciente, multum gaudeamus.

¶ Not. Quòd intentio Apostoli ibi sit illa, quam ei D. Thomas respondendo ascribit; patet ex ipsomet Apostolo. Postquàm enim Rom. 5. dixerat, ubi abundauit peccatum superabundauit & gratia mox in 6. subinfert interrogādo. Quid ergo dicemus? manebimus in peccato, ut gratia abundet? Et respondet: Absit. Quasi dicat: Illa superabūdantia gratiæ, quam post abūdantiā peccati, uenire prædixi, non ꝓuenit ex cōditione peccati: in cuius signum est, quòd nō est manendum in peccato, ut gratia abundet. Imò, quia non est vllo modo in peccato manendum ad hoc, ut gratia abundet, concludendum est: quòd quantum est ex parte peccati, impedimentum omnino præstatur, & ad simpliciter, & magis ad abundāter, & maximè ad superabūdanter, habendam gratiam. Vnde quòd post peccatum habeatur, vel abundet, vel superabundet, gratia, non facit: ꝙ minus detestandum sit peccatum illud: quàm si post idipsum gratia nec daretur, nec abundaret, nec superabundaret, vmquàm. Porrò sententia illa Rom. 5. Vbi abundauit, &c. redit in eundem sensum cum ista Rom. 8. diligētibus Deum omnia &c. Quocirca de vtrisq; idem est iudicium: & ambæ non minuere quicq̄ doloris de cōmisso peccato, sed ad gratitudines valde maiores Deo de gratia post peccatum habita nos teneri, manifestare intendunt.

*Vbi abūdauit delictū superabundauit & gratia.*

5m de maiori. Contra satisfactionem diuisa. ℞. Sed non cum satisfactione idem formaliter attendens in culpa. §. Tunc nihil &c. Licet enim non oporteat semper satisfacere: non tamen ob hoc fit, ut non oporteat semper de peccatis conteri. Ideo autem satisfactio aliquando finit, quia aliquod finitum in peccato, s. conuersionem, respicit: contritio autem semper durat, quia illud, quod in peccato infinitatem importat, scilicet auersionem, attendit.

## APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem elidas errorē Begardorum & Beguinarum (Prat. Begardi) dicentium: opera bona nulla debet facere homo, cum ad ultimum statum perfectionis venerit; & item, imperfecti hominis esse in operibus uirtutū se se exercere. Hos errores, inquantum alios etiam malos sensus inducunt, sunt per D. Thomæ rationem explosi, prima parte q. 10. art. 3. & appen. inquantum verò contritionem per totum præsens tempus habendam dissuadent, (Contritio enim est actus virtutis, q. 1. art. 2.) hoc in loco recitantur, & ab isto articulo expugnantur: vt consideranti etiam mediocriter, patet. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hos errores, pro quanto specialiter contritioni semper habendæ in hac uita detrahunt, damnari meritò ab Eccles. 5. sic. De propitiatu peccatorum noli esse sine metu. Ecce: quòd scriptura monet nos ad propitiationem in toto tempore vitæ nostræ quærendam de peccatis: quam utique propitiationem, vtique scit, inquiri solitam esse per contritionem. Quasi ergo dixerit. De peccatis cōmissis semper doleas: ut facilius propitiationem de illis, quam pro certo ex parte tui non scis te consecutum, possis obtinere. Cui potest adiungi illud Prouer. 18. Beatus homo qui semper est pauidus. Pro cuius intellectu Concilium Tridentinum accipiatur Sess. 6. cap. 9. dicens Neque illud asserendum est: oportere eos, qui uere iustificati sunt, absque vlla omnino dubitatione apud semetipsos statuere, se esse iustificatos: neminemque a peccatis absolui, ac iustificari; nisi eum, qui certo credat se absolutum, & iustificatum esse: atque hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici; quasi, qui hoc non credit, de Dei promissis, deq; mortis, & resurrectionis Christi, efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque sacramentorum virtute

*Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.*

*Cum pia fiducia hac stat simul pia formido.*

tute & efficacia, dubitare debet: sic quilibet, dum seipsum, suamq; propriam infirmitatem, & indispositionem, respicit, de sua gratia formidare & timere potest, cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum. Hæc ibi. & declaratam igitur authoritatem ecclesiastici, & a mali sensus, contritionem per totum vitæ tempus non habendam garrientium, extorsione vendicatam hactenus habuisti. Item in principio dictos errores, per rationem ostendere potes, merito damnari a Concilio Triden. sess. 14. cap. 1. de doctrina sacramenti extremæ vnctionis, sic dicente. Visum est autem sanctæ synodo, præcedenti doctrinæ de pœnitentia adiungere ea, quæ sequuntur, de sacramento extremæ vnctionis: quod non modo pœnitentiæ, sed totius Christianæ vitæ, quæ perpetua pœnitentia esse debet, consummatiuum existimatũ est a Patribus. Hæc ibi. Perpetuam ergo pœnitentiam debere esse totam vitam Christianam, & consequenter totum præsens tempus esse tempus contritionis; in verbis præmissis dilucidè patet. Transeo, quòd illi errores Begardorũ, damnati sunt, vt iacent a Concilio Viennensi inter alios eorundem dicta erronea: quorum damnatio est in Clementinarum lib. tit. de hæreticis c. Ad nostrum. Vide pri. par. quæst. 102. ar. 3. appen. Tertiò habes: quomodo per rationẽ prædictas auctoritates, pro quanto totam hanc vitam esse contritionis tempus innuunt, probes atq; defendas. Quartò vides: quomodo ex his vicissim Angelica doctrina consolidetur.

SVP. Q. XXXV. Aliàs 4. Art. II.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum expediat continue de peccato dolere.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non expediat cõtinue de peccato dolere. Expedit enim quandoque gaudere: ut patet Philip. 2. super illud, Gaudete in domino semper: dicit Glo.* Quia necessarium est gaudere: sed non est possibile gaudere simul, & dolere. ergo non expedit continue de peccato dolere.

¶ Gl. Ord. ibid.

¶ 2 Præt. Illud, quod est de se malũ, & fugiendum, non est assumendum nisi quatenus est necessarium, vt medicina ad aliquid, sicut patet de astione, & sectione vulneris. Sed tristitia de se mala est, vnde dicitur Eccles. 3. Tristitiam longe expelle a te, & subditur causa. Multos occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. Hoc etiam Philosophus dicit in 7. Ethic. & 10.* Ergo non debet amplius dolere de peccato, nisi quatenus sufficit ad peccatum delendum: sed statim post primam contritionis tristitiam peccatum deletum est, ergo non expedit vlterius dolere.

* Lib. 7. ca. 13. & 14.

¶ 3 Præt. Bernardus dicit: Dolor bonus est, si continuus non sit: mel enim absynthio est admiscendum: ergo videtur quòd non expedit continue dolere.

¶ 4 Præt. Actus in quibus consistit beatitudo, expedit semper continuare quantum possibile est: sed huiusmodi est dolor de peccato, quod patet Matth. 5. Beati, qui lugent, ergo expedit dolorem continuare quantum possibile est.

SED CONTRA est, quòd Aug.* dicit. Semper doleat pœnitens, & de dolore gaudeat.

* In lib. de vera & falsa pœnit. c. 13. in fi. tomo 4.

RESP. Dicendum, quòd hæc est conditio in actibus virtutum inuenta, quòd non potest in eis accipi superfluum, & diminutũ: vt in 2. Eth.* probatur, vnde cum contritio quantum ad id, quod est displicentia quędam in appetitu rationis, sit actus pœnitentiæ, & virtutis, numquam potest ibi esse superfluum, sicut nec quantum ad intensionem, ita nec quantum ad durationem: nisi secundum quod actus vnius virtutis impedit actum alterius magis necessariũ pro tempore illo. Vnde quantũcũq; homo continuè in actibus displicentiæ esse possit, & magis, melius est: dummodo actibus aliarum virtutũ vacet suo tempore, secundum quod oportet. Sed passiones possunt habere superfluum, & diminutum, & quantum ad intensionem, & quantum ad durationem: & ideo sicut passio doloris, quam voluntas assumit, debet esse moderate intensa: ita debet moderate durare, ne si nimis duret, homo in desperationem, & pusillanimitatem, & huiusmodi labatur.

* c. 6. cir. fi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gaudium sęculi impeditur per dolorem contritionis, non autẽ gaudium, quod de Deo est, quia habet ipsum dolorem pro materia.

AD SECVNDVM dicendum, quòd illud Eccl. de tristitia sæculi loquitur, & Philos. loquitur de tristitia, quæ est passio, qua moderate vtendum est, secundum quòd expedit ad finem,

CONCL. 1. Quãtumcumque, & continuè, & magis, in actibus displicentię de peccato secũdum rationis appetitum, homo esse potuerit, siue seipsum exercuerit; melius est: dummodo actibus aliarumvirtutum vacet suo tempore, secundum quod oportet.

¶ COROLL. Ergo expedit: contritione, quæ est in parte intellectiua, dolere continue; magisque ac magis dolorose, de peccato: seruata conditione, tamen ly dummodo &c.

¶ PROB. 1. Quia displicentia, de peccato secundum rationis appetitum est actus virtutis (q. 1. ar. 1.) & in actibus virtutum nõ potest accipi superfluum aut diminutum, neque secundum extensionem, neque secundum intensionem (ex 2. Ethic.) Secunda autem pars. s. dummodo &c. probatũ. Quia non est bonum, quòd actus unius uirtutis impediat actum alterius magis necessarium pro tempore illo.

¶ NOT. Quando dicitur, quòd in actib. virtutum non potest esse superfluum, &c. intelligitur formaliter, idest inquantum sunt, siue dum manent, actus virtutũ. Scit enim Diuus Thomas, & docuit, quod ieiunans potest plus iusto (quod est supfluũ,) & minus iusto (quod est diminutum,) se affligere: sed tunc sic ieiunantem non consistere in actibus virtutum simul agnouit, immo de actu virtutum (qui est ieiunare) ad actum vitiosum declinare. In actibus ergo virtutum, quantum est de se, non potest esse superfluum & diminutum: licet in abusu actuum virtutum possit esse. Ly secundum extensionẽ, correspondet ad ly continue, dictum in conclusione: sicut ly secundum intensionem, ad ly magis.

Plus & minus, i. superfluum, & diminutum.

¶ CONCL. 2. Sicut passio doloris, quam uoluntas in parte sensitiuæ assumit, debet esse moderata (supra quæst. 3. art. 2.) ita debet moderatè durare.

¶ PROB. 1. Quia si talis passio, tum quo ad intensionem, tum quoad extensionem, non esset moderata, tunc esset in ea superfluum aut diminutum quoad alterum prædictorum, siue quoad vtrumque (.i. tunc ibi esset vitium.) 2. Quia si talis passio nimis duraret, tunc homo posset cadere in desperationem, pusillanimitatem, vel huiusmodi.

¶ COROLL. Ergo prudentiæ, quæ est auriga virtutum, relinquitur: quòd sic uel sic moderetur prædictam passionem. Ergo ad intellectum hoc in loco dictorum multum iuuãt supradicta in q. 3. art. 2. & q. 4. ar. 1. Vbi notabis exemplum de Corinthio illo fornicario: quẽ Apostolus noluit abundantiori tristitia affici: ne fortè (ut hinc trahi potest) uel in desperationem, vel in pusillanimitatem, uel in similia vitia, laberetur; & consequenter dolor bonus contritionis in sensu a voluntate assumptus, per imprudentiam degeneraret in malum.

### 1^m de minori.

Gaudere simul, & dolere. ℞. De eodem: non, de diuersis. §. maximè, quãdo dolor de vno est materia gaudendi de altero. § Tunc nihil &c. Nam licet pęnitens doleat de peccato: gaudet tamen non de peccato, sed de Deo; ex cuius amore prouenit, vt doleat de proprio peccato, & de quo gaudium magis ex dolore de peccato nascẽs subsequit.

¶ COROLL. Dupliciter ergo dolẽs de peccato respicit Deum, de quo gaudeat. Antecedenter siquidem, quoniam ex amore suo erga Deum homo conteritur: subsequenter autem, quoniam post lachrymas immo & per lachrymas, purgatur atque serenatur oculus ad videndum Deum, & de illo, tanquam de dulci amico media contritione recuperato, gaudẽdum Vide q. 3. ar. 1. arg. 3. cum responsione: ut cognoscas alia gaudia contritioni admixta. Inter hæc & illud magis mirandum ex Augustino nota: quod pœnitens, dum actualiter de peccato dolet, de ipso suo dolore gaudet. Vide auctoritatem Augustini, ex qua hoc initium trahitur, in argumento primo, sed contra: Præmissa omnia in contritionis dolore gaudia sunt bona; & consequenter in Domino gaudere multipliciter dicendus est, qui de peccato actualiter dolet, moderamine sempeř (supra) seruato. Multum ergo Apostoli monito ad Philip. 2. pro argumento adducto obediens est ille; qui de peccatis pro Deo continue dolet.

Dolor parit simul gaudium.

### 2^m de maiori.

Quod est de se malum & fugiendum. ℞. Secundum quòd est malum, & fugiendum non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam licet tristitia sæculi, de qua Eccles. sit fugienda; & tristitia & passio immoderata, de qua principaliter ibi, sit mala; tamen tristitiam s͠m quòd aliter (vt supradictum per conclusiones). non secundum quòd illis modis accipitur est,

est, vt pote bona, & amplectenda, ab hominibus continuanda.

3^m ex Bernardo. Dolor. R. Qui est passio: non qui est in rationis appetitu displicẽtia §. Tũc nihil &c. vt patet. Immo hæc Bernardi auctoritas stat pro declaratione conclusionis secundæ, ad prudentiam habendam, & rationabile obsequium. q. 3. artic. 2.

finem, ad quem assumitur.

Ad tertium dicendum, q

Bernardus loquitur de dolore, qui est passio.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem, & ostendas, & rectè intelligas, meritò insinuatum a scripturis, quòd homo de peccato debet continuè dolere. Hoc autem insinuatur a Psal. 50. Miserere mei, &c. quoniã iniquitatẽ meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Pro causa. n. ad obtinendum misericordiam illam apte adducit Dauid: quòd contritionem continuam de proprio peccato cognito habebat. Nam peccatum illud non esset in bonum contra ipsum Psalmistam, nisi ipse de illo propter Deum doleret: qm̃ aliter est contra suos actores in malum. Quia ergo adducit hoc tanquàm sibi in bonum, vt pote medium ad impetrandam de ipso peccato veniam, ideo dicendum: quòd per ly peccatum meum contra me est semper, contritionem suam continuam insinuat, & consequenter, semper de peccato dolere, esse expediens. Item insinuatum a Hiere. Thren. 2. deduc quasi torrentem lachrymas, per diem & noctem, non des requiem, tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Vide ibi capitulum: & hæc verba dici a Propheta principaliter inuenies propter peccata; ob quæ tanta supplicia inibi descripta populo superuenerunt. Per hoc ergo, quòd hortatur peccatorem ad deductionem lachrymarum assiduarũ, vtpote per diem ac noctem, non quiescentium, apertè monstrat: quòd continuè dolere de peccato, expediẽs est. Item a Concilio Nicæno 2. actione quarta, vbi dicitur: Nicephorus sanctissimus Episcopus Dirrhacchij dixit; Multis precibus opus habemus, multa enim mala fecimus; quin etiam continua pœnitentia, & confessione indigemus. Hæc ibi. Audis pœnitentia continua nos indigere? Si hac indigemus. ergo per hoc monstratur, quòd semper de peccato dolere est expediens. Ex art. 1. append. multum coadiuuaberis: & vice versa. Item a Psal. 6. laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratũ meum rigabo, turbatus est a furore oculus meus. Per has. n. multas de contritione inculcationes, assiduam de peccato displicentiã habendam expedienter, innuit. Pro quo illud Chrysostomi in libro de cõpunctione cordis, nota. Quid (inquit) corporis viribus opus est: cũ cor conterere debeamus? Hoc est, quod a nobis exposcitur; ut semper recordemur mala nostra, & ad animum reuocemus, & conscientiam gestorum nostrorum habeamus ante oculos; vt pro his supplicemus Deo: vt gehennam ponamus in conspectibus nostris; & Angelos, qui in die iudicij vbique discurrunt, & congregant de omni orbe terrarum eos, qui tradendi sunt in gehennam ignis. Ponamus etiam & illud ante oculos, quanti doloris est, excludi ac proijci a regno cœlorum, quod (ut mihi videtur) grauius est ipsa gehẽna. Hæc ibi. Quæ a Chrysost. dicta ante oculos nobis semper, ad continuam cordis compunctionem habendam, ponenda vt Psalmista vno verbo indicasse; de seipso, ad eundem de cõtritione finẽ, verificari: qñ suæ illi prædictæ sententiæ (laboraui in gemitu meo, lauabo, &c. lachrymis, &c.) ante posuerat ly Dñe ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Datur ergo intelligi ex Psalmo isto iuncta præsertim aurea declaratione præmissa, & continuitas contritionis salutifera, & ad huiusmodi continuitatem cõiter assequendam aptissima via. Secundò habes: qũo per eius rationẽ supraposita & sacræ scripturæ & concilij auctoritates, ꝓ quãto continuam expedientẽ dicũt esse contritionẽ, intelligas, probes, defendas. Tertio vides: qũo ex his vicissim Angelica hæc doctrina &c.

Nota ly sẽper: ꝓ pluribus clausulis ibi seruit.

2

3

---

SVP. Q. XXXV. Aliàs 4. Art. II.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum etiam post hãc vitam, animæ de peccatis conterantur.*

15

Concl. 1. Animæ beatæ in patria contritionem habere non possunt.

¶ Prob. Quia illæ animæ non possunt habere dolorem (cũ sint in plenitudine gaudij): & contritio, quoad genus suum, est dolor.

¶ Not. Illud verbũ in textu, propter gaudij plenitudinem, non ita aptè intelligitur sic, q plenitudo illa sit in eis (vt quibusdam placere videtur,) quemadmodũ sic, quòd in gaudij plenitudine ipsæ sint. Plenitudo namque illa gaudij est beatitudo æterna; de qua locutus dominus ad quendam, loco omniũ in patria existentium ait Matth. 25. intra in gaudium Domini tui: non autem dicit, intret in te gaudiũ Domini tui.

¶ Concl. 2. Existentes in inferno non habent contritionem.

¶ Prob. Quia tales animæ non habent dolorem gratia informatum, & contritionis forma est gratia.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd etiam post hanc vitam animę de peccatis conterantur. Amor enim charitatis displicentiam de peccato causat, sed post hanc vitam manet in aliquibus charitas, & quantum ad actum, & quantum ad habitum, quia charitas numquam excidit, vt dicitur 1. Cor. 13. ergo manet displicentia de peccato commisso, quæ essentialiter est contritio.

¶ 2 Præt. Magis est dolendum de culpa, quàm de pœna, sed animæ in purgatorio dolent de pœna sensibili, & de dilatione gloriæ, ergo multo magis dolent de culpa ab eis commissa.

¶ 3 Præt. Pœna purgatorii satisfactoria de peccato, sed satisfactio habet efficaciam ex vi cõtritionis: ergo contritio manet post hanc vitam.

Sed contra. Contritio est pars pœnitentiæ sacramenti, sed sacramenta non manent post hanc vitam, ergo nec contritio.

¶ Præterea, Contritio potest esse tanta, quod deleat, & culpã, & pęnam, si ergo animæ in purgatorio conteri possent, posset vi contritionis eorum, reatus pœnæ eis dimitti, & ideo a pœna sensibili liberari, quod est falsum.

Resp. Dicendum, quòd in contritione tria consideranda sunt. Primum est contritionis genus, quod est dolor. Secundum est contritionis forma, quæ est actus virtutis gratia informatus. Tertium est contritionis efficacia, quæ est actus meritorius, & sacramentalis, & quodammodo satisfactorius. Animæ igitur post hanc vitam, quæ in patria sunt, contritionem habere non possunt, quia carent dolore propter gaudii plenitudinem. Illæ verò, quæ sunt in inferno, carent contritione quia, etsi dolorem habeant, deficit tamen eis gratia dolorem informans. Sed illi, qui in purgatorio sunt, habent dolorem de peccatis gratia informatum, sed non meritorium, quia non sunt in statu merendi. In hac autem vita omnia tria prædicta inueniri possunt.

Ad

¶ Not. Gratia informans doloris contritionem dat ei duo: & quòd de peccato, inquantum est offensa Dei, principaliter sit ipse dolor; & quòd ad deletionem culpæ valeat. Quoniam inquit litera, quòd damnatorum dolor non est gratia informatus, intellige; q neutrum illorum duorum habent: non autem, quòd habeant saltem vnum puta primum, licet non secundum. Neque enim dolent de peccato, quatenus offensa Dei, immo ex sua damnatorum obstinatione illud denuo sic effectu mandarent, si possent: sed tantum de peccato, quatenus pro ipso puniuntur, dolent. q. 98. arti. 2. Dolere autem sic de peccato non habet rationem, seu diffinitionem contritionis: & ideo non est contritio, neque etiam informis quæst. 1. art. 2. exam. primæ diffinitionis, neque actus uirtutis. Nam contritio informis, quæ dicitur dolor attritionis. q. 2. artic. 6. de peccato, ut de offensa Dei est: & contritio actus virtutis peccatum, ut sic nollet cõmisisse vmquam, q. 1. artic. 2. Vide quoque ne: ex litera ꝓbationis malum sensum, qui fortè primitus tibi occurret, accipias; quòd uidelicet nullus possit dolere de peccato inquantum est peccatum, nisi sit in gratia. Hic enim sensus est falsus; & contra D. Thom. q. 2. art. 6. ubi attritionem, quæ apud ipsum est contritio informis, dicit esse quando quis dolet de peccato. Accipias igitur hunc sensum inde uerum, q nullus potest habere cõtritionem, de quali sermo est hic, nisi existat in gratia. De quali uerò cõtritione loquatᷓ nũc; iam in principio corporis, quòd scilicet tria continet, textualiter dictum est. Non enim sine causa præmisit declarationem huiusmodi, ad notandum scilicet, quòd nunc loquitur de contritione non tantum uera, sed etiam perfecta. Nam sciebat: quòd contritionem ueram, licet imperfectam & informem, quæ attritio propriè dicitur, potest aliquis habere; etiam quòd non sit in gratia. De his consule. q. 1. artic. 1. & 2. & 3. ubi & uidebis Concil. Trid. sess. 14. cap. 4. de attritione, seu contritione imperfecta, optime loquens. Vide etiam, si uis, Episcopum Roffensem contra Lutherum art. 6. ibi, contritionem quantumlibet magnam, nisi fiat in charitate Dei, non

Dolere de peccato sine fructu quomodo.

Caue sensum falsũ.

non eſt vera, ſed ſimulata: cuius Lutheri Phantaſiam Roffenſis ille falſiſſimam eſſe multipliciter commonſtrat, & bene.

¶ Concl. 3. Exiſtentes in purgatorio non habent perfectam contritionem.

¶ Prob. Quia dolor illarum animarum de peccatis non eſt meritorius (cum non ſint in ſtatu merendi:)& cõtritionis efficacia eſt eſſe actum meritorium.

Ad primum ergo dicendum, quòd charitas non cauſat iſtum dolorem: niſi in illis, qui doloris capaces ſunt, ſed plenitudo gaudij omnem capacitatem doloris excludit: & ideo quamuis charitatem habeãt, tamen contritione carent.

Ad secundum dicendum, ꝙ animæ in purgatorio dolẽt de peccatis: ſed ille dolor nõ eſt contritio, qa deeſt eis contritionis efficacia.

Ad tertium dicendum, ꝙ pœna illa, quam animæ in purgatorio ſuſtinent, non poteſt proprie dici ſatisfactio: quia ſatisfactio opus meritorium requirit: ſed largo modo dicitur ſatisfactio pœnæ debitæ ſolutio.

QVAE-

¶ Not. Loquitur D. Th. de merito propriè dicto, qñ dicit, ꝙ meritum non eſt in purgatorio. Nam ad merẽdum proprie requirit, vltra gratiam & opus, ꝙ quis ſit viator totaliter.i.in vita hac mortali viuens in corpore. Meritum autem improprie dictum in purgatorio poſſe reperiri, concedit. D.Th. 3.diſt.18.q.1.art.1. Hinc patet etiam, quòd quando efficacia contritionis dicitur eſſe actus meritorius, accipitur ibi mereri propriè. Nota in textu ly quodammodo ſatisfactorius. Apponit.n.ly quodammodo:& quia ſatisfactio noſtra ad Deum non eſt ſatisfactio ſimpliciter ſecundũ æqualitatẽ quantitatis, ſed tantum ſecundum æqualitatem proportionis q.13.ar.1. & quia contritio non eſt proprie aliquod illorum trium, quæ communiter pro operib. ſatisfactorijs ponuntur. ſ. eleemoſina, ieiuniũ, oratio. q.15.ar.3. licet ſit reductiuè. q.ar.eis ad quintum.

Meritũ an in purgatorio.

1ᵐ de maiori. Cauſat. ℞. In ſubiectis capacibus: non, in capacibus. §. Tunc & cæt. Nam exiſtentes in patria ſunt doloris incapaces. Ex maxima illa ſic gloſſata, intellige dicta in q.3.ar.2. textu, & elucidatione.

¶ Not. Quia ſemper verum eſt, ꝙ actiones recipiũtur in ſubiecto ad hoc recipiendũ diſpoſito. Vñ licet charitas, quãtum eſt de ſe, cauſet in amico dolorem de offenſa amici: tñ iſte dolor non recipitur a ſubiecto in plenitudine gaudij patriæ exiſtente. Et ſi dicat: ꝙ ſi charitas cauſat, & beati non recipiunt dolorem illum, aliquid puta ipſum cauſare, eſſet fruſtra in patria: rñdendũ eſt, negando conſequentiam. Nam tunc aliquid dr̄ fruſtra: qñ ordinatur ad aliquem finem, & non attingit illum. Hoc autem non eſt in propoſito. Nam prædictum cauſare charitatis. i. ꝙ illa charitas dolorem ſic cauſet, non ordinatur ad hoc, vt recipiatur in ſubiecto beato (qñ ordinaret ad impoſſibile: ꝙ eſt inconueniens) ſed ordinatur ad exprimendã naturã charitatis in ſeipſa. Natura autem charitatis conſiderata in ſeipſa, eſt cauſare in amico dolorẽ de offenſa amici: & hanc eius naturam exprimit, quicumq; charitatẽ in aliquo ponit. Nam charitas non põt ſeparari a ſua natura, imò eſt ſua natura: ſicut nec diffinitum a diffinitione, imò eſt ſua diffinitio. Ponere ergo charitatem in beatis, & ponere ꝙ ipſa, quantum eſt de natura ſua, non cauſet diſplicentiam de offenſa Dei, eſt ponere contradictoria ſimul. i. in illis eſſe, & non eſſe, charitatem. Ex his igitur verum ſenſum textus dicentis, charitas non cauſat iſtum dolorem, niſi in &c. intellige: ꝙ ſcilicet D.Th. loquitur de cauſare, ita ꝙ recipiatur; non autem præciſè de cauſare, ita ꝙ natura charitatis ſolum exprimatur. Reſpondet ſiquidem argumento volenti, ꝙ dolor ille reciperetur: non autem quærenti, an per talem cauſationem natura charitatis in ſeipſa exprimatur quaſi ergo rñdens aperte dixerit: ꝙ charitas patriæ nõ cauſat dolorem de offenſa Dei, ita quod actualiter in beatis illis recipiatur: licet de cauſare illo, quantum eſt de natura ſolũmodo charitatis, non me intromittã pro nunc. Vnde (ut moris eſt ſui) argumenti difficultatem, q̃ petebat, præciſè ſoluit, formaliter reſponſalis, & ſufficienti propriæ breuitati, cætera ſubticendo, conſulens.

An charitas patriæ diſplicẽtiã de offenſa Dei cauſet.

¶ Coroll. Ergo vr̄ in propoſito dici poſſe proportionaliter ſimile quid: quod dixit D Th. in 1.2. quæſt.4. artic.8. 3. argumento. eñ huic, Charitas in beatitudine perficitur, ſed charitas extendit ſe ad dilectionem Dei & proximi, ergo vr̄ ꝙ ad beatitudinem requiratur ſocietas amicorum; argumento, inquam huic reſpondet ſic. Ad tertium dicendum, ꝙ perfectio charitatis eſt eſſentialis beatitudini quantum ad dilectionem Dei, non quantum ad dilectionem proximi. Vnde ſi eſſet vna ſola anima fruens Deo, beata eſſet non habens proximum, quem diligeret: ſed ſuppoſito proximo, ſequitur dilectio eius ex perfecta dilectione Dei. Vnde, quaſi concomitanter, ſe habet amicitia ad perfectam beatitudinem. Hæc ibi. Sicut ergo perfecta charitas illius ſolius animæ beatæ nõ diligeret actualiter proximum, eo quòd ipſum non haberet, cum tamen charitatis, ſecundum naturam charitatis, ſit extendere ſe ad dilectionem proximi: ita perfecta charitas beatorum non facit actualiter cõtritionem in beatis, eò quòd ipſi non ſunt doloris capaces, cum tamen charitatis, ſm naturam charitatis, ſit cauſare in amico dolorem de offenſa amici Dei. Et ſicut, ſuppoſito proximo, ſequitur actualiter in illa anima beata dilectio eius ex dilectione Dei: ita ſuppoſita (quod tamen non eſt dabile) capacitate doloris in beatis, ſequitur actualiter in eis contritio de peccato. Concludendum ergo videtur ad inſtar præmiſſi reſponſi: quòd perfectio charitatis eſt eſſentialis beatitudini quantum ad cõſummatum gaudium de Deo, non quantum ad actualem dolorem de peccato. Actualẽ, inquam ad differentiam radicalis, non quia contritio illa radicalis, ſit reducibilis quandoque ad actum, ſed quia in radice naturæ charitatis (modo ſupra declarato) manet. Vnde ſicut illa anima ſola beata haberet dilectionẽ proximi in radice tantum charitatis, numquam tamen actualiter niſi proximus diligendus daretur; nec hoc eſſet inconueniens, nec minus eſſentialiter eſſet beata, & charitate pfecta abũdãs, etiam quòd proximum nũquam exiſtentem numquam actualiter diligeret: ita beati in patria habent contritionem in radice charitatis ſecũdum naturam eius tantum, numquam tamen actualiter (vt intendit hoc primum reſponſum) niſi capacitas doloris in ipſis daretur; nec hoc eſt inconueniens, nec per hoc ſunt eſſentialiter minus beati & charitate perfecta pleni, etiam quòd numquam actualiter ex incapacitate ſua ſint habituri illum contritionis dolorem.

¶ Not. 2. Simili modo poſſumus ſaluare illud dictum de Deo, & de beatis, puta quòd habeat diſplicentiam de peccatis noſtris: quia ſcilicet, quantum eſt de natura charitatis illorũ in ſeipſa cõſideratæ, id ſolummodo verificatur; aut quia factum illud eſt tale, ꝙ Deus & beati, ſi doloris eſſent capaces, de tali re haberent actualem diſplicentiam: non autem quòd ipſi actualis diſplicentiæ ſeu doloris capaces aliquando eſſe poſſint. Hæc, & ſimilia ex ſuperioribus in notatione prima, & corollario bene (ut decet) applicatis in recto ſenſu intelligito; ne ex ſuperficie loquendi falſum ſenſum concipias.

2ᵐ de concluſione. Magis dolent. ℞. Dolore, citra contritionem: non, dolore contritionis. §. Tunc &c. Conceditur.n. quòd & dolent, & magis dolent, de culpa: ſed negatur, quòd talis dolor ſit contritio; non quia ſit paruus, ſed quia non habet efficaciam, neque merendi, neque ſacramenti, neque ſatisfaciendi. Poterit ergo dolor ille eſſe maior, quam cuiuſcumque viatoris hic in corpore viuentis: & tamen dolor illius ſic uiuentis poterit eſſe, & qñq; erit, contritio; dolor verò illius in purgatorio exiſtentis numquam erit, neque eſſe poterit, contritio. Non.n. omnis dolor eſt contritio; licet omnis contritio ſit dolor. q.1. art.1. & q.2. art.5. ad ſecundum. Adde; ꝙ nec omnis dolor de peccato proprio eſt cõtritio de quali nunc loquimur; niſi gratia, & efficacia, in textu dictis ſit prædicta.

Efficacia contritionis eſt triplex.

¶ Coroll. Ergo, ſi per impoſſibile beati in patria eſſent doloris capaces, adhuc contritionem actu non haberent: non ratione quæ dicebatur in reſponſo ad primum; ſed ratione dicta hic ad ſecundum. i. non ratione incapacitatis doloris, ſed ratione defectus efficatiæ. Nunc autem beati ipſi propter rationem vtramque non habent contritionem: animæ uero in purgatorio exiſtentes propter vnam tantum. ſ. efficatiam, & damnati propter ſecundæ, ac tertiæ conditionis contritionis defectum.

3ᵐ de minori. Sed ſatisfactio. ℞. Propriè ſumpta: non, impropriè. §. idest largo modo. Tunc &c. Nam pœna illa, quam animæ in purgatorio ſuſtinent, non &cæt. vt in litera.

¶ Not. Ideo in textu dr̄, ꝙ pœnę debitæ ſolutio non eſt ꝓpriè, licet largo modo, ſatisfactio: quia ad ſatisfactionem proprie dictam, vltra pœnæ debitæ ſolutionem pro peccato præterito, exigitur; ꝙ ipſa ſatisfactio ſit in remedium peccati futuri cauendi, ſed tñ poſſibilis a ſatisfaciente eodem incurri q.12 ar.3. Hoc autem de pœna illarum animarum dici non poteſt cum, ſecundum fidem catholicam, animæ ipſæ ſint penitus impeccabiles, etiam dum actu ſunt in purgatorio. Vide circa hoc Roffenſem contra Lutheri errores articulis 38. & 39. validiſſime triumphantem.

Satisfactio

## APPENDIX.

Ex arti. habes primò: qđo per rõnem oſtendas, merito fuiſſe radicaliter a ſcripturis indicatũ poſt hanc vitã non dari cõtritionem. Inſinuatũ autẽ eſt hoc ab ijs; qñ merendi locum poſt hanc vitam eſſe, negarũt: cũ meritorius ſit actus ipſa contritio. Indicatum eſt ergo illud a Chriſto Iohan. 9. Venit nox, qñ nemo poteſt operari, ſ. meritorie. Huic loco pro expoſitione faueat Auguſtinus dicens. Hic omne meritum cõparatur, quo poſt hanc vitam releuari poſſit quiſpiam, vel grauari. Nemo autẽ ſperet; qđ hic neglexit, cũ obierit, apud Deum promereri. Hæc ille, in Enchirid. c.10. & Hieronymus ſuper ad Galatas. Tempus ſementis, tempus eſt præſens, & vita, quam currimus. In hac licet nobis, quod volumus, ſeminare. Cum ista vita tranſierit; operandi tempus aufertur. Hæc ille. Et certe non poſſunt illa verba prædicta Chriſti aliter accipi, quàm

Vtilitas ꝑ S. Eccleſia &c.

quàm quòd po.t mortem non sit tempus merendi. Cum enim ex sacris literis constet, quòd defunctorum animæ prorsus ociosę non sint (nihil namque ociosum datur in natura, imo hæc illud abhorret, secundum Philosophum etiam) & dubitare nemo fidelis possit, quòd Dominus in prædictis verbis (sicut & vbique) vera dixerit; de necessitate subinferendum relinquitur: q de opere non quocumq;, sed meritorio solum, sit ibi locutus, Venit nox quando nemo pōt operari. Item ab Ecclesiast. c.14. Ante obitum tuũ operare iustitiam: quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Quo scilicet ad meritum refocilleris. Item Ecclesiast. 9. Quodcumque potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia, sunt apud inferos; quò tu properas. Clarum est, quòd ante mortem Christi erant sancti patres in limbo infra nos; & quòd in eis tunc erat aliquod opus, ratio, scientia (quod dico de pluribus illis; intellige proportionaliter de alijs defunctis): & tamen sic vniuersaliter locuta est scriptura. Quid ergo per huiusmodi suum dictum intellexit? Quod neque opus neque ratio, neque sapientia, neque scientia, in aliquo defunctorum sunt ad meritum: etiam quod absolute ibi sint. Opus ergo meritorium potest esse in hac vita: quoniam ad opus exhortamur nunc ex eo, q non dabitur postea opus tale. Et hoc bene pro semper notabis, contra hæreses merita talia negantes. Hæc generatim de uniuersis uita functis dicta sufficiant. Cæterum speciatim debeatis, idipsum, quòd s. in eis non sit contritio, indicasse planius, & quasi a fortiori, videtur Isa. cap. 54. his verbis. Noli timere: quia non confunderis, neque erubesces. Non enim te pudebit; quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius quia dominebitur tui, qui fecit te. Hæc ibi. Qui autem magis homini in bonum dominabitur dominus: quam dum erit in patria beatis? Item ab Apocal. 21. indicatur sic. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum; & iam non erit vltra neque luctus, neque clamor, neque dolor. Secundò habes: quomodo per eius rationem prædictas auctoritates, pro quanto aliqualiter non esse cōtritionem ostendunt post hanc vitam, & intelligas & probes, & defendas. Tertiò vides: quomodo vicissim ex his constabiliatur Angelica doctrina præsens.

B F

---

## QVAEST. XXXVI. Aliàs 5.

*De effectu contritionis, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de effectu contritionis. Circa qđ tria quærũtur.

¶ Primò, Vtrum peccati remissio sit contritionis effectus.

¶ Secundò, Vtrum contritio possit totaliter tollere reatum pœnæ.

¶ Tertiò, Vtrum parua contritio sufficiat ad delectionem magnorum peccatorum.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum remissio peccati sit contritionis effectus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd peccati remissio non sit contritionis effectus. Solus enim Deus peccata remittit, sed contritionis nos sumus aliqualiter causa: quia actus noster est ergo contritio non est causa remissionis culpæ.

¶ 2 Præt. Contritio est actus uirtutis, sed uirtus sequitur peccati remissionem, quia uirtus, & culpa nō sunt simul in anima: ergo contritio non est causa remissionis culpæ.

¶ 3 Præt. Nihil impedit a perceptione Eucharistiæ nisi culpa: sed cōtritus ante confessionem non debet accedere ad Eucharistiam: ergo nōdũ est cōsequutus remissioné culpæ.

SED CONTRA est, quod dicitur in Gloss. super illud Psalmi, Sacrificiũ Deo spiritus contribulatus &c. Contritio cordis est sacrificium, in quo peccata soluuntur.

¶ Præt. Virtus & vitium eisdé causis corrumpuntur, & generantur, vt dicitur in 2. Ethic.* sed per inordinatum amorem cordis peccatũ committitur, ergo per doloré ex amore charitatis ordinato tantum, peccatum soluitur: & sic peccatum contritio delet.

RESPON. Dicendum, quòd contritio potest dupliciter considerari, uel inquantum est pars sacramenti, uel inquantum est actus virtutis, & utroque modo est causa remissionis peccati, sed diuersimode: quia, inquantum est pars sacramenti, primo operatur ad remissionem peccati instrumentaliter, sicut, & de aliis sacramentis in prima distinct. patuit. Inquantum autem est actus uirtutis, sic est quasi causa materialis remissionis peccati, eo quòd dispositio est quasi necessitas ad iustificationem, dispositio auté reducitur ad causam materialé, si accipiatur dispositio, quæ disponit materiã ad recipiendũ, secus aũt est de dispositione agentis ad agendũ, qa illa reducitur ad genus cá efficientis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd solus Deus est causa sufficiens principalis remissionis peccati, sed causa dispositiua potest etiam esse ex nobis, & similiter etiam causa sacramentalis, quia formæ sacramentorum uerba sunt a nobis prolata, quæ habent virtutem instrumentalem gratiam inducendi, qua peccata remittuntur.

AD

---

SVPER Q. XXXVI. Aliàs 5. Art. 1.

CONTRITIO, & vt pars sacramenti & vt actus virtutis, est causa remissionis peccatis; sed diuersimode.

¶ COROLL. Ergo cōtritionis effectus est remissio peccati. Contritionis, numquam secundum diffinitionem primam eius datam, q. 1. articu. 1. acceptæ, scilicet cum proposito confitēdi & satisfaciendi: aliter non. Pro quo vide ibi eluc. & appen. pręsentis articuli. Quod talis cōtritio remittat peccatum, habes etiã ex contritionis diffinitionibus ab Augustino, & Gregorio, supra q. 1. art. 1.

16

¶ PROB. Quia cōtritio inquantum est pars sacramenti, operatur instrumentaliter ad remissioné peccati (cum a simili pateat de alijs sacramentis): & inquantum est actus virtutis, operatur materialiter ad remissionem peccati (cum sit dispositio qdã ad iustificatioņé.)

¶ NOT. Quòd instrumentaliter operétur sacramenta ad peccati remissioné; patet ex Concilio Trid. sess. 6. cap. 7. vbi explicans causas iustificationis impij in latitudine causæ efficientis, loquens infert hęc verba. Instrumentalis item sacramentum baptismi, & sess. 14. c. 2. Est auté hoc sacrm pniæ lapsis post baptismũ ad salutẽ necessariũ; ut nondũ regeneratis ipse baptismus, & sess. 7. can. 8. Si qs dixerit p ipsa nouæ legis sacra ex opere operato nō conferri gratiã, sed solã fidé diuinæ pmissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit. Hæc ibi. Recté ergo pbōnis prima pars fundat in hoc, q sacra nostra ad remissioné peccati operant instrumentaliter: ex quo post hēc vult, q & pars sacri contritio ad remissioné talem instrumentaliter concurrit. Et nota: q causa hæc instrũaliter concurrens in genere causæ efficientis, sm D. Thom. reductiué ponitur: vt patet consideranti rñsionem ad primum argumentum in recto sensu. Qñ ergo dr, quòd contritio ut pars sacramenti concurrit instrumentaliter & ut actus virtutis dispositiuè: significatur q vt pars concurrit effectiuè, ut actus concurrit materialiter.

Tho. vbi supra ar. 5. q. 2. & seq.

1^m de maiori. Remittit. R. Effectiuè principaliter: non, dispositiuè materialiter, nec effectiuè instrumentaliter. §. Tũc &c. Nam contritio, cuius nos concausa sumus cũ Deo, non remittit effectiuè principaliter peccatum (in quo sensu intendebat argumentum): sed illud remittit effectiuè instrumentaliter, & materialiter dispositiuè (ut conclusionis probatio cum notatione declarauit.) In textu diligentissime nota ly quæ habent virtutem instrumentalem, gratiam inducendi. Alioquin sacramenta non essent causa instrumentalis ad iustificationem.

*Ca. 1. & 2.

¶ NOT. Ad instrumenti rationem, idest ad hoc quòd aliquid sit reuera instrumētum requiritur vltra actionem sibi propriam, q mediante ista eleuetur ad participandam actionem utentis illo p instrumento: & hęc actio sic participata vocatur ipsius instrumenti actio seu virtus (ut hic nominatur) non quidem propria sed instrumentalis. Ideo enim serra dicitur instrumentum artificis; qa vltra actionem sibimet propriam, puta sectionem lignorum, quæ præcedit, habet aliam actionem sibi communicatam ab artifice secundum formam nō sibi propriam sed in artificis mente præconceptam; puta facere Lecticam, domus tectum, nauim, & similia. Prima serræ actio est eius virtus propria, quia secundum formam propriam tunc operatur: secunda actio est eius uirtus instrumentalis, quia secundum formam præconceptam ab artifice tunc per motum participatum ab eo operatur: & quamuis non secaret, & similiter non faceret lecticam, nisi moueretur ab artifice: tamen istæ duæ actiones aliter, & aliter, sibi conueniunt. Secat enim ex propria virtute; quia ex propria forma hoc habet, vt possit secare: quia scilicet de se habet dentes ferreos sic adaptatos: facit autem lecticam ex virtute participata, seu sibi communicata, ab artifice; quia ex forma ab ipso præconcepta hoc habet, ut ad concinnandam lecticam cooperetur: quia scilicet ad talem formam mentalem artificis exterius exprimendam, supra virtutem sibi ex se propriam, ab ipso per motum tali eius mentali formæ congruentem adhibetur. Ecce, quòd serra est causa & sectionis, & le-

Declaratio notabilis pro causa instrũali.

& lecticæ: sed sectionis est causa propria, lecticæ autem causa instrumentalis: quoniam re uera alio, & alio modo causat vtrunque. Applica ad sacramenta, & bene: pro qua re vide supra tertiam partem, quæst. 62. artic. 1. & 4. Nam hic non est locus tractandi de sacramentorum virtute illa: nisi pro quanto facit ad propositum contritionis, vt est pars sacramenti. Ad contritionem igitur, modo proportionato, descendendo prædicta sic applicetur. Mouet Deus meũ liberum arbitrium ad detestationem peccatorum a me commissorũ. Ego a motione tali præuentus, dum multitudinem, grauitatem, fœditatem, damnificationem, illorum multiplicem discutio, odium ac displicentiam contra illa concipio cũ proposito confitendi & satisfaciendi, vt in quæst. 1. ar. 1. diffin. 1. Hactenus est causata aliqualiter a meo libero arbitrio, per motionem tamen a Deo factam, ipsa contritio: quoniam & naturali quadam pronitate amat virtutem & odit vitium; iuxta id Rom. 2. huiusmodi (gentes videlicet) naturaliter sibi sunt lex, & ostendunt legem scriptam in cordibus suis. Vnde hucusque mea contritio dicitur potius attritio, & informis contritio seu imperfecta: quæ nõ adhuc pro instrumento, vt instrumentum, a Deo assumpta est; quàmuis sine Dei motione non sit nata, & usque ad hoc progressa. Hæc igitur nondum remissionem peccati causat: sed est, quasi quòd serra per motionem artificis secuerit lignum. Superuenit postmodum alia maior bonitas Dei, & contritionem charitate informat: & sic ad aliquid maius supra vires eius operandum eleuat, scilicet ad cõcausandum remissionem peccati, æternæ pœnæ reatus, & ad merendum gloriam. Tunc primum, ubi forma a Deo summo opifice præconcepta, scilicet gratia, informatur, ad actionem ac uirtutem instrumentalem sic eleuata transfertur: & sic de attrito ego fio contritus, iuxta dicta q. 1. art. 2. & 3. Prima actio, scilicet odire peccatum, dicitur propria liberi arbitrij: non quia sit, vel esse possit, ab eo sine gratuita motione Dei; sed quia a Deo mouetur tunc ad agendum secundum formam libero arbitrio naturalem, modo, nõ quo Pelagius, sed quo Apostolus Rom. 2. intelligit; ad agendũ inquam aliquid uersus peccatum, puta ad odiendum illud, ad habendum displicentiam de illo, ad abhorrendum pœnas peccato debitas, ad erubescendum de fœditate, de grauitate, de multitudine peccatorum suorum, ad dolendum de amissione tot, & tãtorum bonorum propter peccata sua. Secunda actio, videlicet diluere peccatum, dicitur instrumentalis: quia mouetur a Deo tunc liberum arbitrium ad agendum secundum formam non sibi naturalem, sed desuper infusam, scilicet secundum gratiam iam lachrymas suas informantem, ad agendum, inquam, aliquid in peccatum, puta ad delendum illud, ad extinguendum pœnas æternas pro illo debitas, ad redimendum vitam æternam per ipsum perditam. Contritio itaque mea a Deo (ut dictum est) præuenta, agit & naturaliter & supranaturaliter; & vtrobique verè, quia vtrobique secundum formam sibi, uel naturaliter, uel supranaturaliter, inhærentem: sed actione naturali (hæc dicebatur propria) non delet peccatum, quod tamen actione supernaturali (hæc dicta est, instrumentalis) delet. Hæc pro sensu recto dictorum in hac responsione ad primum. Cæterum pro firmiori captu sume Concilium Tridentinum: ad cuius normam & hic, & alibi vbique, omnia vsque ad apicem regulanda sunt, & uolo: ita ut concilium ipsum, ac similia, non ad sensus meos, sed sensus quicumque mei sub quibuslibet verborum tenoribus dati, ad concilium ipsum, ac similia, semper inflexi, & sint, & intelligantur. Illud itaque sess. 14. cap. quarto, sic ait. Illam uerò contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, uel ex gehennæ, & pœnarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe ueniæ, declarat non solum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem; uerum etiam donum Dei esse, & spiritussancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis; quo pœnitens adiutus, uiam sibi ad iustitiam parat: & quàmuis sine sacramento pœnitentiæ per se ad iustificationẽ perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in sacramento pœnitentiæ impetrandam disponit. Hæc ibi. Vbi & præmiserat, quòd contritio charitate perfecta sacramenti voto annexa hominem Deo reconciliat: cuius uerba in appen. sequen. recensentur. Bene ergo dicit D. Tho. quòd contritio virtus est causa dispositiua, & quod contritio sacramenti pars est causa instrumentalis, remissionis peccati: quoniam, si singula singulis correspondere facias, angelicam hanc doctrinam prorsus cum ipso concilio concordare intelligis. Adde pro hac re & consultationem notationis, post probationem.

Applicatio practicalis ad contritionem.

Naturaliter & supnaturaliter quomodo agat cõtritio.

Vox ab omnib. ecclesiæ filijs effectui mandanda.

> **Ad secundum** dicendum, quòd peccati remissio vno modo præcedit virtutem, & gratiæ infusionem, & alio modo sequitur, & secundũ hoc, quod sequitur, actus a uirtute elicitus potest esse causa aliqua remissionis peccati.

## 2^m de minori.

Sequitur. R. Secundum aliquem modum considerationis: non, secundum omnem modum. §. Tunc nihil &c. Non enim intelligit conclusio, quòd contritio virtus, secundum quòd sequitur remissionem peccati, causet illam (ut arguens falso opinatur:) sed intelligit, quòd contritio uirtus, secundum quod præcedit remissionem peccati, sic causa remissionis illius.

¶ Not. Tota responsio fundatur super hoc, quòd secundum unum modum considerationis virtus præcedit peccati deletionem: licet concedat, quòd secundum alium sensum considerandi subsequitur. Pro cuius notitia [illegible], quòd D. Thom. in prima secundæ quæst. 113. art. octauo, annotandum est. Inter ea (inquit) quæ requiruntur ad iustificationem primum naturali ordine est gratiæ infusio, secundum est motus liberi arbitrij in Deum, tertium est motus liberi arbitrij in peccatum, quartum est remissio culpæ, & ad argumentum primum ait. Recessus a termino, & accessus ad terminum, dupliciter considerari potest. Vno modo ex parte mobilis: & sic naturaliter recessus a termino præcedit accessum ad terminum. Prius enim est in subiecto mobili oppositum, quod abijcitur; & postmodum est id, quod per motum mobile assequitur. Sed ex parte agentis est econuerso. Agens enim per formam, quæ in eo præexistit, agit ad remouendum contrarium: sicut sol per suam lucem agit ad remouendum tenebras, & ideo ex parte solis prius est illuminare, quàm tenebras remouere: ex parte autem aeris illuminandi prius est purgari a tenebris, quàm consequi lumen, ordine naturæ; licet vtrumque sit simul tempore. Et quia infusio gratiæ, & remissio culpæ dicuntur ex parte Dei iustificantis; ideo ordine naturæ prior est gratiæ infusio, quàm culpæ remissio. Hæc ille. Quoniam igitur cum gratia veniunt uirtutes omnes morales. 1. 2. quæst. 65. art. 3. ideo contritio virtus, vtpote ex parte Dei stans, præcedit remissionem peccati.

Per hoc motus lib. arbi. dictos a D. Th. intellige contritionem pfectam.

> **Ad tertium** dicendum, quòd dispensatio Eucharistiæ pertinet ad ministros ecclesiæ, & ideo ante remissionem peccati per ministros ecclesiæ non debet aliquis ad Eucharistiã accedere quàmuis sit sibi culpa quo ad Deum remissa.
>
> AR-

## 3^m conclusionis illatio.

Ergo nondum est consecutus &cæt. R. Negatur illatio. §. Nam, quando dicitur in maiori, quòd nihil impedit a perceptione Eucharistiæ, nisi culpa, hoc intelligitur sic; nisi culpa per ecclesiæ ministros non remissa: non autem sic, nisi culpa quoad Deum solummodo remissa. Contritus ergo quamuis remissionem culpæ quo ad Deum habuerit: quia tamen per Ecclesiæ ministros eam nondum habuit, ideo ab Eucharistiæ perceptione impeditur. Fallit ergo argumentum secundum non causam, ut causam. Accipit enim pro causa impeditionis illius culpam non remissam, & hæc non est præcise causa: sed uera causa est culpa non remissa per Ecclesiæ ministros. Quoad Deum igitur culpa remitti potest & immediate, & mediate, immediate remittitur per contritionem, sed hoc ad perceptionem Eucharistiæ non sufficit; mediatè remittitur per ecclesiam, seu ecclesiæ ministros, & hoc ad illam sufficit.

¶ Not. 1. Iure optimo ante perceptionem Eucharistiæ, vltra contritionem culpæ remissiuam, etiam confessionem actualem requiri necessario determinatur hic. Nam iustum omnino est, quòd fiat differentia inter dignitatem huius, & aliorum sacramentorum: cum hoc omnibus alijs sit excellentius, Conc. Triden. sess. 13. cap. 3. Vt ergo recepturus sacramenta ipsorum dignitati (quantum fragilitas humana permittit) conformetur; necessariumque ideo sit, ut sine culpa existat alia sacramenta suscipiens; ita quòd incontritus non absoluitur, neque in culpa obstinatus baptizatur, & in peccato mortali ad confirmationem, extremam vnctionem, matrimonium contrahendum, ordinem conferendum, accedens sacrilegium committit: oportet fateri, quòd ad susceptionem Eucharistiæ aliquid plus de necessitate requiratur, & huiusmodi est confessio sacramentalis actualis.

Locus & locatum. i. recipiẽs & receptũ debent ꝓportionari.

¶ Not. 2. Quando litera responsi dicit, quòd contritio sine sacramentali confessione communicaturo culpa est quo ad Deum remissa; hoc intelligendum est solum pro tempore Diui Thomæ: quãdo scilicet confessio actualis communioni Eucharistiæ, toties quoties, præmittenda non erat de præcepto Ecclesiæ, sed tantum de hoc exequendo saltem semel in anno in paschate mandabatur expresse Concil. Later. sub Innoc. III. cap. 21. & recitatur extra de pœnit. & remiss. cap. omnis utriusque sexus. Nunc ergo ex tempore illo, quo per Ecclesiam præceptum est, quòd sumpturos Eucharistiam etiam extra Pascha actualiter præconfiteatur; culpa non remitteretur contrito, nisi sua contritio esset vestita uoto actualiter confitendi ante communionem: sicut nec tunc secundum D. Th. contrito remittebatur apud Deum culpa, nisi sua contritio esset uestita uoto confitendi tempore suo, scilicet paschatis. quæ t. prima, artic. primo, ex diffinit. 1. Habes igitur inde a simili; quòd de mente Diui Thomæ est, quòd culpa contrito quo ad Deum nunc non remittitur, nisi proponat confiteri actualiter ante sumptionem Eucharistiæ, tali die puta Natiuitatis Christi: quoniam aliter nõ habe-

Qñ contrito remittatur, uel nõ remittatur culpa.

ret nunc propositum confitendi tempore suo; & consequenter non esset verè contritus. Quòd si intenderet communicare absq; confessione præuia: vltra quòd non est contritus, esset transgressor præcepti sequentis.

¶ No t. 3. Statuit præceptum Ecclesia de confessione (vt præfertur ante communionem: quando Concilium Triden. sess. 13. cap. 7. ex quo etiam confirmantur prædicta in prima notatione, dixit. Si non decet, ad sacras vllas functiones quempiam accedere, nisi sanctè: certe, quo magis sanctitas & diuinitas cœlestis huius sacramenti viro Christiano comperta est, eo diligentius cauere ille debet; ne absque magna reuerentia & sanctitate ad id percipiendum accedat: præsertim cum illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus, qui manducat, & bibit, indignè iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Quare communicare volenti reuocandum est in memoriam eius præceptum, probet seipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse: ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumuis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat. Quod a Christianis omnibus, etiam ab ijs sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta synodus perpetuo seruandũ esse decreuit, modo non desit illis copia confessoris: quòd si necessitate vrgente, sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, quàm primum confiteatur. Idem cano. 11. sic. Ne tantum sacramentum indignè, atque ideo in mortem & condemnationem, sumatur; statuit, atque declarat, ipsa sancta synodus; illis, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantumcumq; etiam se contritos existimẽt, habita copia confessoris, necessario præmittendam esse confessionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, uel pertinaciter asserere, aut etiam publicè disputando defendere, præsumpserit; eo ipso excommunicatus existat. Hucusque verba Concilij. Item Concilium Cabilonense capit. 46. prædixerat. In perceptione corporis & sanguinis Domini, iuxta Apostoli documentum, probare se debet homo: & sic de pane illo manducare, & de calice bibere. Hæc ibi. Homo autem non se pbat iuxta documentum illud Apostoli (ut vult Cabil. Concil.) licet aliquo modo se probet, nisi præconfiteatur actualiter: quoniam ecclesiastica consuetudo declarauit intelligendum sic esse illud Apostoli documentum (ut supra Concilium Tridentinum testatur). Ad idem etiam Concilium Augustense cap. 19. ait. Cum vnus quilibet Christianus ad sacratissimum sacramentum percipiendum per veram contritionem & peccatorum suorum puram confessionem se præparare obstrictus sit: illis omnibus eius sumptione interdictum est, qui absque contritione & confessione in suis manent peccatis; & speciatim illis, qui secundum sanctæ Ecclesiæ præceptum singulis annis semel non confitentur. Hæc ibi. Vbi vides apertè: quòd non tantum speciatim de confessione præmittenda communioni singulis annis in paschate loquitur synodus hæc Augustensis; sed etiam generatim, idest toties quoties.

Præceptũ Ecclesię de cõfes. ante quamlibet cõmunem,

Concilia.

¶ Coroll. Ergo & per rationem in hoc responso ad tertiũm adductam, & (quod ubique melius est) per sancta concilia maximè Tridentinum, damnatam esse intelligito hæresim Ioannis Vuiclef (ut refert Concilium Constantiense sess 8. quam & condemnat) dicentis; si homo fuerit debitè contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua & inutilis. Vide quæst. 1. articu. 1. exam. diffinitionis primæ, & appen. nunc sequentem. Ergo per eandem rationem & concilia damnatur & hær. Lutheri (Prat Luterani) dicentis: Magnus error est eorum, qui accedunt ad Eucharistiæ sacramentum huic innixi, quòd sint confessi, quòd non sint sibi conscij alicuius peccati mortalis, quòd præmiserint orationes suas, & præparatoria; omnes hi iudiciũm sibi manducant & bibunt: sed confidant, & credant se gratiãm ibi consecuturos; hæc sola fides facit eos puros, & dignos. Idem Concilium Tridentinum adhuc directius illam hæresim Lutheranam reprobat sess. 13. canon 11. Si quis dixerit; solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum sanctissimæ Eucharistiæ sacramentum; anathema sit. Hæc ibi. Vide Roffensem contra er. Lut. ar. 15. ipsum oppugnantem & expugnantem.

Errores damnat.

## APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem explodas hæresim Lutheri (ut refert Leo X. in bulla contra eiusdem errores) dicentis: propter tuam contritionem nullo modo confidas absolui, sed propter verbum Christi. Quodcumque solueris, & cæt. hic, inquàm, confide, si sacerdotis obtinueris absolutionem, & corde fortiter te absolutum, & absolutus verè eris, quicquid sit de contritione. Item eiusdem ibidem, si per impossibile confessus non esset contritus; si tamen credat se absolutum, uerissimè est absolutus. Item error eiusdem ibidem: qui referri ad hoc videtur, quòd contritio non remittat peccatum, & est hic: nullus debet sacerdoti respondere, se esse contritum, nec sacerdos requirere. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, omnes hos errores damnari merito ab eodem Leone in eadem bulla: cuius damnationis verbalem tenorem uidere potes relatum in 3 par. q. 68. ar. 9. in eluc. Item a Concil. Trid. sess. 14 c. 4. quod postquàm diffiniuit contritionem modo, quo supra. q. 1. ar. 1. relatum est, è uestigio subdit, fuit autem quouis tempore ad impetrandam ueniam peccatorum hic contritionis motus necessarius: & in homine post baptismum lapso ita demum præparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia diuinæ misericordiæ, & uoto præstandi reliqua, coniunctus sit, quæ ad ritè suscipiendum hoc sacramentum requiruntur. Hæc ibi, & infra. Docet præterea, etsi contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse cõtingat, hominem qui Deo reconciliare priusquàm hoc sacramentum actu suscipiatur: ipsam nihilominus recõciliationem ipsi contritioni sine sacramenti uoto, quod in illa includitur, non esse ascribendam. Hæc ibi. Vbi loquitur de sacramento pœnitentiæ: & contritionis motum expresse dicit ad remissionem peccati esse necessarium (vt uides) & contritionem perfectam reconciliare Deo, quãuis non sine incluso voto sacramenti (vt etiam D. Th. docuit quæst. 1. ar. 1.) & in principio illius sessionis ait: quòd definitionẽ hanc de pœnitentiæ sacramento Christianis omnibus perpetuo seruandam proponit. Item a Psalmo 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei Ecce contritio, Dixi; ecce confessio, Confitebor: Ecce remissio, Remisisti. Correspondet remisisti non ad ly confitebor, sed ad ly Dixi, cum utrumque sit præteriti temporis: ut per hoc apertè significet, q contritionis effectus est remissio peccati; etiam antequàm confiteatur quis actu, modo in uoto confessionem contritio includat. Item ab Ezech. 18. considerans impius & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vita viuet & non morietur. Vbi & per totum ferè capitulum, & in cap. 33. per Ezech. Dominus monstrat; quòd contritio, quæ necessaria perfectè includit. quæst. prima, artic. primo, remittit peccata. Si vis Roffensem contra errores prædictos Lutheri articu. 11. 12. 14. eleganter differentem consule. Tertiò habes: quomodo per rationem præmissas scripturas, pro quanto contritionis effectum dicunt remissionem peccatorum, intelligas, probes, atque defendas. Quartò vides: quomodo ex his uicissim Angelica hæc doctrina consolidetur.

Vtilitas p S. Eccle sia &c.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum contritio possit totaliter tollere reatum pœnæ.*

AD SECVNDVM sic procedit. Vr q contritio non possit totaliter tollere reatũ pœnę, quia satisfactio & confessio ordinantur ad liberationẽ a reatu pœnę, sed nullus ita perfectè cõteritur, quin oporteat eũ confiteri, & satisfacere, ergo contritio nullo modo est tanta, quòd totaliter deleat reatum totum.

¶ 2 Præt. In pœnitentia oportet esse quãdã recompensatio pœnę ad culpam: sed aliqua culpa per membra corporis exercetur, ergo cum oporteat ad debitam pœnæ recompensationem, vt per quæ peccat quis, per hæc & torqueatur, videtur quòd numquam possit pœna talis peccati per contritionem absolui.

¶ 3 Præterea. Dolor contritionis est finitus, sed pro aliquo peccato, scilicet mortali, debetur pœna infinita, ergo nullo modo potest esse tanta contritio, quòd totam pœnam deleat.

SED CONTRA est, q Deus plus affectum cordis acceptat, quàm etiã exteriorem actum, sed per exteriores actus absoluitur homo a pœna, & culpa, ergo, & similiter per cordis affectum, qui est contritio.

SVPER Q. XXXVI. Aliàs 5. Art. II.

CONCL. Contritio potest mereri non solum culpæ amotionem; sed etiam absolutionem ab omni pœna.

17

¶ Prob 1. Quia charitas potest tantum intendi in actu, ut displicentia peccati seu contritio causata ab ipsa id mereatur. 2 Quia pœna doloris sensibilis, quam uoluntas ex contritione rationis excitat, potest tantum intendi, ut contritio ipsa ad id sufficiat.

¶ Notatio. Contritio tamen ista sensitiua non est totaliter disparata ab illa rationis; sed est ad ipsam, ut ad causam suam cõsequẽs: & non per se sola sufficit ad deletionem prædictorum in conclusione, sed inquantum continuitatem quandã habet cum displicẽtia peccati existente in ratione. Quemadmodum & de scientia subalternata proportionaliter dicimus: quòd ipsa secundum se non meretur dici propriè scientia, nisi quatenus continuatur suæ sciẽtiæ subalternanti.

Sap. 11.

Pri-

1^m illatio conclusionis. Ergo contritio nullo, &c. ℞. Negatur hæc illatio. §. Non enim, quòd teneatur omnis contritus confiteri, & satisfacere prouenit semper inde, quia scilicet contritio non abstulerit totam culpam, & totam pœnam: sed tunc, quando totum hoc abstulit, procedit hinc, & quia scilicet taliter contritus de tali effectu suæ contritionis non potest esse certus, & quia taliter contritus iam in sua cõtritione, ut uera esset, proposuerat confiteri atque satisfacere, & quia taliter contritus ad præceptum de confessione ab Ecclesia datum tenetur. Infert ergo arguẽs conclusionem per fallaciam secundum nõ causam ut causam: accipiendo, quòd causa obligationis ad confessionem ac satisfactionẽ sit semper indigentia remissionis culpæ aut pœnæ, & tamen illa non semper est vera causa, sed illa triplex quæ dicta est.

Triplici de causa tenetur qs, quantumcunque mortali contritus, & ideo mundificatus ad cõfessionem.

¶Not. 1. Vltima causa, scilicet quòd contritus etiam contritione totã omnino delente, ad præceptum de confessione ab Ecclesia datũ teneatur, monstrat: quòd de mente Diui Tho. est, quod super artic. 1. ad tertium diximus, uidelicet quòd contritus quantumcunque tenetur ad actualem confessionem, quando vult Eucharistiam sumere quocunque tempore etiam non in pascate; quia præceptum de confessione, ad quod vtique tenetur ab Ecclesia sic datum est. Possunt insuper, & aliæ: tum quia scilicet quantumcunque contritus de effectu suæ contritionis tali, quòd culpam sibi abstulerit, non potest esse certus, & consequenter talis absque actuali confessione communicans, se periculo indigne communicandi (id quod sine culpa non est) exponeret: tum quia ipse contritus in sua contritione, vt vera esset, proposuerat confiteri iuxta mandatum Ecclesiæ, & consequenter talis absque actuali confessione communicans, vltra quòd transgrederetur Ecclesiasticũ præceptum, esset quodammodo periurus in sua contritione. Hæc dicta sint à fortiori: quia etiam, non valens præ ætate communionem sumere, (sic enim in hoc responso ad primum intelligit. S. Thomas) tenetur ad confessionem tempore paschatis, quantumcunq; sit de commisso mortali contritus.

¶Not. 2. Illa propositio prima in textu huius responsi, scilicet aliquis non potest esse certus, quòd contritio sua sit sufficiens ad deletionem culpæ, est propositio Concilij Tridentini sessione sexta cap. 9. dicentis. Sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deq; sacramentorum virtute, & efficacia dubitare debet sic quilibet, dum seipsum, suamq; propriam infirmitatem, & indispositionem respicit, de sua gratia formidare, & timere potest; cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum. Hæc ibi. Ex quo sane concilio intelligis certitudinem, de qua hic Diuus Thomas loquitur, esse certitudinem fidei, & non tantum de quantumcunque contrito, sed etiam de cõfesso millies, & communicato, verificari propositionem illam sancti textualem; quamuis ipse de contrito, de quo tantum concludere nitebatur argumentum, verbaliter solum locutus sit. Vide Roffensem contra errores Lutheri cõcilio reluctantis ar. 10.

Cõc. Tri. de gratiæ incertitudine.

2^m de maiori. Recompensatio. ℞. Saltem per redundantiam accepta. §. Tunc &c. Nam dolore interiori rationis fit recompensatio per redundantiam ad exteriora corporis membra, per quæ quis peccauit, & consequenter ipsa, quæ cum animæ uoluntate peccarunt, eadem cum animæ voluntate per redundantiam torquentur: licet in ea membra corporis nõ fiat semper pœnalis recompensatio directa, puta flagellatio illorum membrorum exteriori flagello.

Corol. Ergo illa auctoritas Sap. 11. per quæ quis peccat, per hæc & torquetur; & Apo. 18. q̃tum glorificauit se, & in delitijs fuit, tm̃ date illi tormentũ, & luctũ, & aliæ similes, pro quanto pœna illis ipsis mẽbris dandã esse, quib. pctm̃ est, insinuant, intelligendæ sunt de pœnalitate uel directa, uel per redundantiã facta. Hac doctrina ex textu hoc S.Th. collecta edoctus intelligens, & illud Matth. 26. omnes, qui acceperint gladiũ, gladio peribunt, non miraberis plus quam oportet: si videas homicidã contritum (velut Moysen Deut. 34.) morte sua naturali, non gladio materiali occumbere. Recompensatione. n. quadam saltem intelligitur gladio perijsse: qui tanta pœna, uel à seipso voluntarie suscepta, uel à Deo sibi aliunde misericorditer immissa, & à se per uoluntatem acceptata, uel aliter affectus est, quanta proportionaliter ad occisionem per materialem gladium facta sufficit. Hæc de contritis homicidis contritione totam peccati pœnã delente, ut in præsenti sistamus artic. Cæterum de alijs homicidis materialiter nõ occisis recompensatio pœnæ occisionis correspondens indubitanter uel in purgatorio ad salutem, uel in inferno ad sine fine damnationem fiet. Recompẽsationem talem pœnarum ex præsenti responso acceptam, & ad homicidas (exempli causa) re uera applicatam, extẽdere potes ad oẽs alios peccato quocunque inuoluto, & cõsequenter quacunque pœna dignos; mõ illo seruato, quem tibi pro uniuersali exemplo in homicidis ante proposuimus.

¶ 2 Præterea. Exemplum huiusmodi de Latrone habetur, cui dictum est: Hodie mecum eris in Paradiso, propter uuicum penitentiæ actum. Verum autem totus reatus per contritionem semper tollatur, supra distin. 14. quæsitum est, vbi hoc ipsum de pœnitentia quærebatur.

Respon. Dicendum, quòd intentio contritionis potest attendi dupliciter. Vno modo ex parte charitatis, quæ displicentiam causat, & sic contingit tantum intendi charitatem in actu, quòd contritio inde sequens, merebitur non solum culpæ amotionem: sed etiam absolutionem ab omni pœna. Alio modo ex parte doloris sensibilis, quem uoluntas ex cõtritione excitat: & quia illa, etiam pœna quædam est, tantum potest intendi, quòd sufficiet ad deletionem culpæ, & pœnæ.

Ad primum ergo dicendum, quòd aliquis non potest esse certus quòd contritio sua sit sufficiens ad deletionem pœnæ, & culpæ, & ideo tenetur confiteri, & satisfacere: maximè cum contritio vera non fuerit, nisi propositum confitendi habuisset annexum: quod debet ad effectum reduci etiam propter præceptum, quod est de confessione datum.

Ad secundum dicendum, quòd sicut gaudium interius redundat etiam ad exteriores corporis partes, ita etiam dolor interior ad exteriora membra deriuatur. Vnde dicitur Prouer. 18. Spiritus tristis exsiccat ossa.

Ad tertium dicendum, quòd dolor contritionis quamuis sit finitus quantum ad intensionem, sicut etiam pœna peccato morali debita finita est; habet tamen infinitam virtutem ex charitate, qua informatur, & secundum hoc potest valere ad deletionem culpæ, & pœnæ.

¶Not. Bene ad recompensationem per redundantiam recurrit litera, quando de satisfactoria pœna tangitur: quia ad satisfactionis rationem sufficit, quòd illa fiat: quocunque modo, peccatis correspõdenti, interim fiat. Ad radicem ergo pœnarum debitarum. D. Tho. aspexit, quando respõdendo de tali recompensatione meminit: quæ radix vtique satisfactio est. Hinc sit ut, ly per redundantiam, extẽdi etiam uoluerit ad quamcunque recompensationis formam & modum. Adeo quòd pro pœna adulterij satisfecit aliquis per redundantiam, quando uel peregrinatus est ad loca sancta, uel toties ieiunauit, uel contra hostes fidei quamuis non occisus neque vulneratus arma uoluntarie pro satisfactione adulteriorum suorum assumpsit uel religionẽ ingressus regularis uitæ instituta intẽtione eadem seruauit, uel aliud simile in recompensationem pœnæ pro peccatis suis debitæ fecit, talis, inquam adulter recompensatione per redundantiam satisfacere intelligitur: etiam quòd nec uxorem suam propriam nemo alius per adulterium polluat (quod esset recompensatio directa, iustissime à Deo inflicta: & in pœnam satisfactoriam illi computata, si per bonam patientiam tale suum dedecus pro suis peccatis sufferret.) nec ipsemet in membro illo genitali torqueretur nec dolores uiscerum capitis aut aliarum partium corporis pateretur. Tenetur ergo uniuersaliter, ly per redundantiam, pro quacunque recompensatione alia à directa: licet pro illo tantum casu, de quo argumentum fiebat, expresse responsio ista loquatur.

Vniuersaliter recõpensatio per redundantiam, accepta exemplificatur.

Notandum quoque, quòd recompensationem hanc per redundantiam tunc innuit fieri, quando ab interiori contritione procedit, & consequenter quòd vult dicere, tanti proportionaliter esse æstimandam recompensationem hanc per redundantiam, quanti æstimatur interior contritio, licet absolutè contritio ista sit iudicanda maior. Ratio est: quia causa est semper potior effectu: licet effectus proportionaliter causæ respondeat. Literæ ergo sensus huiusmodi conformis est decreto quinto Papæ Leonis primi, qui in epistola 77. ad Nicetam Episcopum Aquileiensem dicit. De his autem Christianis, &c. consultationi charitatis tuæ hoc respondendum esse credimus, ut pœnitentiæ satisfactione purgentur: quæ non tam temporis longitudine, quàm cordis compunctione pensanda est. Hæc ibi. Vbi quod de temporis longitudine inquit: tu, iuxta datum literæ sensum, alijs de exterioribus pœnarum recompensationibus etiam proportionaliter accipito.

Leo Papa de pœnis, pro peccatis, satisfactorijs.

3^m de maiori. Dolor contritionis. ℞. quantum ad intensionem acceptus: non, quantum ad suã charitatis formam. §. Tunc &c. Intelligit. n. conclusio quòd contritio, non quantum ad intensionem uel extensionem precise, sed quantum ad charitatem, qua informatur, accepta sit totius pœnæ quandoq; deletiua, ut ex conclusionis probatione patenter colligitur.

¶Not. Peccato mortali, ratione auersionis à Deo bono infinito, debetur pœna infinita, quãtũ ad extensionem; sed rõne conuersionis ad creaturam bonum finitũ, debetur pœna finita quantũ ad

Pœna fini ta simul, et infinita pec cato mortali.

ad intensionem. Et quia formale in peccato mortali est auersio, ad quam medicandam, & auferendam tendit contritio. q. 4. art. 1. ad quintum: ideò sufficit, ꝙ dolor contritionis, quatenus pendet ex charitate erga Deum, sit infinitus; licet ipsemet quantum ad intensionem uel etiam extensionem, sit finitus. Nota verò ly infinitam virtutem ex charitate: quoniam per verborum proprietatem (quā vbique, quantum res patitur, seruare solet) Diuus Thomas hoc in loco significare voluit: ꝙ licet contriti charitas secundum quod ens sit finita, tamen secundum quod virtus talis in Deum obiectum infinitum immediatè tendens, est infinita.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Protestatio uniuersalissima pro intelligentia bonæ intéctionis auctoris in allegationib. quocūque modo ubilibet factis Concilij Triden.

EX articulo habes 1. quomodo per rationem ostendas ad corroborandum scilicet non concilium ipsum, cum nostra corroboratione sit maius, sed (circa tamen vllum omnino interpretationis, commentarij, glossæ, annotationis, scholij, genus super decretis ipsius Concilij quocunque modo, nomine, aut quæsito colore, editum) ad corroborandum fideles, eosque consolandum, & ad confundendum infideles. (Id quod, professionem quandam atque protestationem in omnibus, singulisque obedientialem erga Cōcilium maxime Tridentinum, & hic & vbique sub quocūque tenore quocunque scriptorum meorum semper esse ac intelligi debere prorsus intendo: nè quando, quod Deus auertat, contra præceptum Pij quarti, in bulla super confirmationem eiusdem Concilij, egissem, uel agerem) per rationem, inquam ostendas; meritò à Concilio Tridentino insinuatum esse, quòd contritio tollit quandoque totam pœnam, sess. 6. c. 14. Itemq; satisfactionem non quidem pro pœna æterna, quæ vel sacramento uel sacramenti, voto vna cum culpa remittitur; sed pro pœna temporali: quæ vt sacræ literæ docent, non tota semper, vt in Baptismo fit, dimittitur. Hæc ibi. Ecce; ꝙ sacramenti voto, quod complectitur contritio. q. 1. ar. 1. dimittitur tota pœna, quamuis non semper, ut in baptismo fit. Et ab eodem sess. ead. canon. 30. si quis, post acceptam iustificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri, dixerit, ita, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ: Anathema sit. Hæc ibi. Ecce: quod non cuilibet, sed alicui tantum aliquando, per contritionem pœnitenti dimittitur totus reatus pœnæ temporalis: de qua sola articulus præsens loquitur. Et ab eodem sess. 14. c. 8. Sancta synodus declarat; falsum omnino esse, & à verbo Dei alienum; culpam à Domino nunquam remitti, quin vniuersa etiam pœna condonetur, &c. Sane & diuinæ iustitiæ ratio exigere videtur: vt aliter ab eo in gratiam recipiātur, qui ante baptismum per ignorantiam deliquerint; aliter verò, qui semel à peccati, & dæmonis seruitute liberati, & accepto Spiritussancti, dono scienter templum Dei violare, & Spiritumsanctū contristare, non formidauerint. Hæc ibi. Et canon. 12. si quis dixerit; totam pœnam simul cum culpa remitti semper à Deo. Anathema sit. Et canon. 15. si quis dixerit: fictionem esse, quòd virtute clauium sublata pœna æterna, temporalis plerumque exoluenda remaneat: Anathema sit. Hæc ibi. Ecce: quòd in tot locis apertè innuitur, pœnam temporalem quandoque, sed non semper per pœnitentiam deleri, seu per contritionem: cum ante sacramentum pœnitentiæ actu susceptum sæpe remissio peccatorum fiat; vt supra ex eodem Concilio quæst. quinta articu. primo, appendicis. Item à Luc. septimo, vbi contritio Beatæ Mariæ Magdalenæ narratur, quæ ad remissionem etiam totius pœnæ, secundum communem Doctorem expositionem valuit. Item ab eodem Luc. 23. ubi narrata contritione Latronis, subdit ei à Christo dictum, Hodie mecum eris in Paradiso. Cum ergo in Paradisum non intret aliquid coinquinatum, Apocalipsis vigesimoprimo, neque aliquid totaliter à pœnis debitis purgatum, Concilium Florent. sessio. vltima in lit. sanctæ vnion. euidentissimè relinquitur, quòd contritio ipsa Latronis totam purgatorij pœnam sibi aliàs, si communem solum contritionem habuisset, debitam, deleuit. ¶Secundò habes: quō prædictas auctoritates Euangelicas, pro quanto pœnam totam innuūt quādoq; contritione deleri, & intelligas, & probes, & defendas. ¶Tertiò vides: quō ex his vicissim ang. doctr. hæc stabiliatur.

2

3

---

SVP. Q. XXXVI. Aliàs 5. Art. III.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum parua contritio sit sufficiens ad deletionem magnorum peccatorum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd contritio parua non sufficiat ad deletionem magnorum peccatorum, quia contritio est medicina peccati, sed corporalis medicina, quæ sanat corporalem morbum minorem, non sufficit ad sanandum maiorem, ergo minima contritio non sufficit ad delendum maxima peccata.

¶ 2 Præt. Supra dictum est, ꝙ oportet de maioribus peccatis magis cōteri, sed contritio non delet peccatum, nisi sit secundum quòd oportet, ergo minima contritio non delet omnia peccata.

SED CONTRA. Quælibet gratia gratum faciens, delet omnem culpam mortalem, quæ simul stare cum ea non potest, sed quælibet contritio est gratia gratum faciente informata: ergo quantumcunque sit parua, delet omnem culpam.

RESPON. Dicendum, quòd contritio (vt sæpe dictum est) habet duplicem dolorem, vnum rationis, qui est displicentia peccati commissi, & hic potest esse paruus, adeo quòd non sufficiet ad rationem contritionis, vt si minus displiceret ■ peccatum, quàm debeat displicere separatio à fine: sicut etiam amor potest esse ita remissus, quòd non sufficit ad rationem charitatis. Alium dolorem habet in sensu, & paruitas huiusmodi non impedit rationem contritionis: quia non se habet essentialiter ad contritionem, sed quasi ex accidenti ei adiungitur: & iterum non est in potestate nostra: sic ergo dicendum, quod quantumcunque paruus sit dolor, dummodo ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd medicinæ spirituales habent efficaciam infinitam, quæ in eis operatur, & ideo illa medicina, quæ sufficit ad curationē peccati parui, suf-

18 COncl. Quantumcunque paruus sit dolor, dummodo ad contritionis rationem sufficiat, omnē culpam delet.

Ecclesia cō tritioni ǭ sit.

¶Not. Ratio contritionis est: quòd tantum displiceat peccatū, quantum separatio à fine vltimo displicere debet. Hoc est; quòd peccatum displiceat supra omne displicibile, q. 1. artic. 1. extra diffinit. primæ. Nam sicut finis vltimus plus appetitur, etiam secundum Philosophum, quam quodlibet aliud, uel ēt quam quodlibet medium ad illum finem ita separari à fine vltimo debet plus displicere, & odiri, quā quodlibet aliud, etiam secundum eundem Philosophum dicentem quòd oppositorum est eadē disciplina. Vult ergo dicere conclusio: quod dolor contritionis, dūmodo sit de peccato displicentia suprà omne displicibile, ad cuiuscunque culpæ illius grauis deletionem sufficit. Vide q. 1. ar. 1. loco citato per totum.

¶PROB. Quia contritio, veram contritionis rationem habens culpam delet (supra ar. 1.) & huiusmodi paruus dolor præsupponitur habere veram contritionis rationem.

¶COROL. Non ergo de doloris paruitate respectu essentiæ contritionis est hic sermo; sed respectu alicuius alterius, quodcumque sit illud. Ergo vel ratione sensitiuæ partis, uel ratione alicuius non substantialis considerationis circa peccatum, uel ratione cuiusdam (vt videtur) volitæ sed non ad plenum possessæ experimentalis displicentiæ, horroris, abominationis, detestationis, erubescentiæ, de peccato, grauitate, multitudine, fœditate, dānificatione multiplici eius uel ratione comparationis ad aliquem alium contritum, sit paruus: ob hoc non fit, vt non deleatur culpa. Ratio omnium horū vna est: quia essentia contritionis per hæc non tollitur, sed tota manet; sci licet displicentia peccatorum suorum supra omne displicibile, & cōsequenter amor vltimi finis, à quo peccata separabant, super omnia. Exemplum sit de puero. Iste procul dubio est paruus, & minor viro trigintatrium annorum: & tamen, quantum ad essentialia hoīs requisita est veraciter homo. Hēt siquidē corpus humanū, & animā; quæ duo coniuncta cōstituūt veram hominis essentiam, nec ille vir, etiam ꝙ sit maior, hēt plures partes homini constituendo vere essentialiter de necessitate requisitas. Adde ꝙ baptizatur ille puer, nō brutum, baptizatus moriens puer saluatur, nō brutum. Quare? Quia puer ille veraciter est homo, licet multa ad hominis ornamenta etiam quasi, quamuis non omnino vere, essentialia (puta, vsum liberi arbitrij) habeat: non autem brutum, puta simia, licet actus quosdam uirorum actibus faciat similiores, quā puer. Applica ad contritionem, & bene: quoniam per hoc multa sancti Doctoris dicta melius penetrabis. Vide & quæstione tertia, articulo primo, & tertio, ex collatione mutua plurimum studij commodum relaturus. Vide & infra, post responsum secūdum, notationem primam.

* q. præce. artic. 2. ad primum, & q. 3. 1. d.

Exemplū notabile ad propositæ materiæ intelligentiā rectam.

1 conclusionis illatio. Ergo minima contritio nō sufficit. R. negatur illa illatio. §. Nam similitudo, quæ adducitur de medicinis, non tenet in proposito illo, ad quod adducitur. Ratio est: quia uirtus operans in

in medicina spirituali, idest ( vt in proposito stemus ) cōtritionem est infinita; virtus verò in corporalibus medicinis operans est finita. Ideò de vtrisque licet ambæ sint medicinæ, est in hoc diuersum iudicium habendum.

¶ Not. Virtus illa infinita est ex charitate, quam includit contritio, de qua loquitur textus, vt & ex supra quæst. 4 ar. 3. cap. manifestè patet: de qua charitate, eiusque infinita virtute operante in cōtritione vide huius quęstione articulo secūdo, ad tertium in litera, & elucid. Aduerte; ꝙ D. Th. repetit ly dummodo ad rationem contritionis pertingat, vt ostendat, & ꝙ loquitur de contritione essentiali, & ꝙ hic facienda est necessario vis; ad videndum scilicet de contritione verum suam rationem veraciter, non tantum ipsi etiam contritio apparenter, secundum se habeat nec nè. Quia igitur & hic totius solutionis cardo, & multi plerumque se in tali re ( scilicet contritio parua magnorum etiam delictorum absolutionem causat ) se faciliter decipere possent, & forsan quandoque decipiunt, credentes suam talem, & talem contritionem esse sufficientem ad tollendum culpam, quæ tamen in rei veritate non est: iccirco sanctus Doctor replicat ly dummodo ad rationem contritionis pertingat, quasi hoc semel in corpore dixisse non fuerit satis. Ex tali ergo veritatis conclusione per hanc antedictam limitationem omnem negligentiæ occasionem auferrę voluit: qua quis propriæ salutis minori, quam deceat, solicitudine ad contritionem parandam pro magnitudine suarum culparum af fici vel teneri quandoque posset.

sufficit & ad curationem magni: sicut patet de baptismo, quo, & magna, & parua soluuntur: & similiter est de contritione, dummodo ad rationem contritionis pertingat.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ hoc sequitur ex necessitate, ꝙ vnus homo plus doleat de maiori peccato, quam de minori; secundum qđ magis repugnat amori, qui dolorem causat: sed si vnus alius haberet tantum de dolore pro maiori, quantum ipse habet de minori, sufficeret ad remissionem culpæ.

Cauenda isthæc deceptio.

2^m de maiori. De maioribus peccatis magis conteri. R. cōtritione comparata ad ipsa peccata: non, cōtritione comparata ad alium contritum, § Tunc &c. Nam contritio in articuli conclusione dicitur parua, minor, uel minima, per cōparationem ad alium contritum: non per comparationem ad propriorum peccatorum grauitatem. In signum huius loquimur de contritione formata per amorem charitatis; ad quam sequitur de necessitate, quòd vnus, & idem homo habens illam plus doleat de maiori peccato, quàm de minori. Ratio est: quia vnum peccatum magis repugnat charitati; quam aliud, & consequenter charitas, dū illam maiorem repugnantiam in peccato attendit, displicentiam maiorem de illo causat in ipso homine contrito. Cæterum, si comparatio fiat alicuius contriti ad aliquem alium contritū, continget aliquando vt in litera dicitur.) quòd vnus habeat tantum de dolore pro peccato maiori quantum alius habebit de minori, & tamen ad delendam culpam sufficiat.

Pro intellectu sano conclusionis, uide ad longum.

¶ Not. 1. Pro meliori captu illius vltimi dicti in textu, scilicet quòd vnus habeat, &c. & tamen sufficit, &c. consule. q. 3. art. 3. ad primum, & textum, & elucid. Ecce Apostolus dolebat pro minimis tantum, quantum alter sufficienter contritus pro magnis, & per consequens ille alter tantum præcisè dolebat de maiori, quantum ipse apostolus de minori. His tamen stantibus, dolor illius alterius sufficiebat ad magnorum peccatorum remissionem: etsi dolorem Apostoli non adæquaret pro maioribus (si illa habuisset,) imò non attingeret nisi pro minimis. Vnde hoc? Quia in deletione peccati à contritione attenditur, quòd sit à charitate causata: non autem, quòd sit vel non sit alterius contritioni de talibus uel talibus peccatis adæquata. Si enim à charitatis amore fuerit causata, & delebit peccata, & proportionaliter, idest magis de maiori quam de minori. de eis dolebit: & hoc sufficit ad veritatē articuli tertij quæstionis tertiæ, ex quo articulo sumebatur illa maior propositio argumenti, oportet de maioribus peccatis, &c. & sufficit ad intelligendum illam minorem, sed contritio non delet peccatum, nisi sit secundum quòd oportet. Tunc namque contritio omnis est, secundum, quòd oportet quando est in charitate: quoniam de ratione charitatis est ordo iste, quòd quis habens illam plus de maiori peccato quam de minori doleat; cum hoc secum de necessitate trahat charitas (vt in textu huius secundi responsi dicitur.) Consule supra notationem ante, & corollarium post, conclusionis, probationis: quia ex horum locorum ad hunc mutuo fauore multum vtrobique proficies.

Quid autē datur in cōdōne, ꝓ isto proposito, & a. 1.

¶ Not. 2. Quando itaque textus huius responsi introducit comparationem vnius hominis plus dolentis, &c. ad vnum alium habentem tantum de dolore, &c. præsupponit vtrumque istorum hominum esse in charitate: licet vnum maiorem gradum charitatis præsupponat habere, quam alium. Nisi. n. vltimus quoque ibi adductus esset in charitate, eius contritio non sufficeret ad remissionem culpæ: nisi esset in minori gradu charitatis, ipse non tantum doleret pro maiori, quantum primus pro minori, sed tantum doleret de minori, quantum primus de minori, & tantum etiam de maiori: quantum primus de maiori. Parificata namque charitate, parificaretur, & dolor rationis à charitate causatus. Dolor inquam rationis: quia consequentia hæc non necessario valeret, loquendo de dolore sensitiuæ partis: quia hic dolor, ut habes in textu) non e t in potestate nostra, etiam scilicet quòd habeamus charitatem.

Cōparatio in textu facta qūo intelligatur.

¶ Not. 3. Doctrina præsentis articuli certam scientiā de contritionis effectu dans oēm superbiendi, vaneq; præsumendi occasionem cōtritis amputat; cum ipsorū dolorē, si effectum à cōclusione dictum facere habeat, ab amore (charitatis uidelicet) causari testatur. Per hoc. n. denotat; nū ꝗ̄ sciturū certò quempiam, se esse absq; peccato, seu in gratia Dei. Ratio est: quia nunquā certò, ita ꝙ non possit esse falsum, scire poterit aliquis, quicunq; ille, nisi ex spāli reuelatione diuina: ꝙ sua contritio quantacumq; fuerit, sit procedens charitate Dei seipsum inhabitante; aut (qđ in idem redit, ꝙ ipsa contritio sit per charitatem formata. Cum. n. nemo sciat, aut scire possit, se esse in gratia Dei, quæ secundum textū, requiritur ad contritionem prædictam: necessario sequitur, ꝙ nemo etiam ꝙ sit certissimus de hoc, ꝙ contritio delet peccata oīa mortalia, potest esse certus de sua contritione an remiserit peccata, uel non. Hinc fit, ꝙ de propitiatu peccatorum (eccl. 5. & sup. q. 4 ar. 1.) non debemus esse sine metu: & ꝙ potens dicere, nihil mihi conscius sum, simul confiteatur subdens, sed non in hoc iustificatus sum. 1. Cor. 4 & ꝙ, qui se existimant stare videant ne cadant. 1. Cor. 10. hoc est, qui se existimant contritionem formatam habuisse, timeant ēt ne in tali sua æstimatione decipiantur: & ꝙ cum metu, & tremore salutē nostram operari debemus. Phil. 2 & ꝙ cōtritio est inter spem, & timorem, q. 1. ar. 1. ex Gregorio. Vide, huius q. artic. 2. post ad primum, notationem secundam ex Concil. Triden. faciunt & prędicta pro saniori intelligentia, & cautiori, articuli primi. q. istius.

Occasio ꝓsumptionis uanæ, ex ueritate hic edocta, tollitur.

QVAE-

## APPENDIX.

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

EX artic. habes 1. quomodo per rationem ostendas, merito à sacris literis esse insinuatum, ꝙ parua contritio formata est sufficiens ad deletionem magnorum peccatorum. Hoc autem insinuatum est 1. Pet. 4. Charitas operit multitudinē peccatorum & Prouer. 10. Vniuersa delicta operit charitas Nō enim tantam, uel tantam charitatem dicunt scripturæ operire multitudinem peccatorum: sed simpliciter charitatem. Ac si dicant per hoc: Charitas secundum naturam suam, ex consequenti siue parua siue magna fuerit, operit & multitudinem, & vniuersitatem, delictorū. Et re uera id, qđ conuenit alicui ſm ipsius naturā conuenit illi siue paruo siue magno. Quia enim habere animam rationalem cōuenit homini, ſm naturam ipsius hominis: ideo homo, siue mas, siue fœmina, siue paruus, siue magnus, habet animam rationalem. Quoniam igitur operire quæcunque peccata conuenit charitati secundum naturā charitatis (vt intendunt scripturæ supra adductæ:) ideo, secundum illas, dicendum est, quòd parua etiam charitas sufficit ad deletionem magnorum delictorum, nec tantùm aliquorum sed vniuersorum, Quod enim dicit Petrus, multitudinem peccatorum: hoc uocat liber Prouerbiorum, uniuersa delicta: ita quod accipit ly multitudinem, ut includendo aliqua excludit quædam alia: sed, ut omnia indifferenter. in quantacunque multitudine sint, includit. Cum itaque contritio non nisi ex uirtute charitatis, operiat, idest deleat peccata; sequitur manifeste, ꝙ à scripturis illis per tales auctoritates insinuatum est; ꝙ cōtritio parua sufficit ad remissionē magnorum peccatorum. Contritio. n. (sicut & alia) tantū operatur, quantum sua virtus se extendit, seu quantum ex uirtute sua habet ad operandum: quæ contritionis uirtus, idest efficacia. est ipsa charitas, articulo secundo ad tertium. Item idipsum, quod in appendicis principio diximus, insinuatum est à Conc. Paris. lib. 1. c. 6. sic. Perpēdat quisque: si in charitate manet, Deum manere in se; si charitatē non habet, non Deum, sed hostem animæ suæ habitare in se. Cum charitate quippe cuncta bona, sine charitate uerò nulla haberi possunt, &c. Definitio charitatis (vt Doctores nostri tradunt) est bona uoluntas. Ergo quicunque bonam uoluntatem non habet, charitatem non habere comprobatur: & ideò pacem, quæ Christus est, quia bonæ voluntatis non est, habere non meretur, &c. Miserabiliter planè decipiuntur plerique: qui sine charitate aut Deo in hac mortalitate placere, aut ad eum sine illa se putant peruenire. Hæc ibi. Si ergo habens charitatem (secundum Concilium) habet Deū in se manentem, cuncta bona, voluntatem bonam, pacem Christi, placetq; Deo, & nullum horum potest haberi ab aliquo, dum manet uel in uno peccato mortali: clare sequitur, ꝙ, secundum Concilium illud, charitas existens in aliquo, tollit omnia peccata mortalia eius. Ex consequenti ergo dixit per hæc uirtualiter Concilium: ꝙ contritio charitate, etiam parua, formata, magnorum peccatorum est remissiua. Ex prædictis, in appendicib. ante Concil. intellige has

Diffinitio synodica charitatis.

ex illo bonas deductiones. Facient & hæc pro iuuamine appendicis articuli primi, licet non ſecundi, quoniam primus charitatem, ſecundus non quácunque, ſed gradum, & ſane magnum, charitatis, requirit. Secundo habes: quomodo per eius rationem præmiſſa, & ſcripturarum concilijſque dicta, pro quanto contritionem paruam innuunt ſufficere ad deletionem magnorum peccatorum, & intelligas, & declares, & probata defendas. Tertio vides: quomodo ex his viciſſim Angelica hæc doctrina conſolidetur.

## QVAEST. XXXVII. Aliàs 6.

*De confeſſione, & eius neceſſitate, in ſex articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de confeſſione, de qua ſex ſunt conſideranda. Primo, de confeſſionis neceſſitate. Secundo, de eius quantitate. Tertio, de ipſius miniſtro. Quarto, de qualitate eius. Quinto, de eius effectu. Sexto de eius ſigillo.

Circa primum quæruntur ſex.

¶ Primò, Vtrum confeſsio ſit neceſſaria ad ſalutem.

¶ Secundò, Vtrum confeſſio ſit de iure naturali.

¶ Tertiò, Vtrum omnes ad confeſſionem teneantur.

¶ Quartò, Vtrum aliquis poſſit confiteri peccatum quod non habet.

¶ Quintò, Vtrum ſtatim homines peccatum confiteri teneantur.

¶ Sextò, Vtrum poſſit cum aliquo diſpenſari ne homini confiteatur.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum confeſsio ſit neceſſaria ad ſalutem.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd confeſſio non ſit neceſſaria ad ſalutem. Sacramentum. n. pœnitentiæ propter remiſſionem culpæ ordinatum eſt: ſed culpa per gratiæ infuſionem ſufficienter remittitur, ergo ad pœnitentiam de peccato agendam non eſt neceſſaria confeſſio.

¶ 2 Præt. Peccatum quod ex alio contractum eſt, ex alio debet habere medicinam: ergo peccatū actuale quòd ex proprio motu quilibet commiſit, oportet ex ſeipſo tantum habere medicinam; ſed contra tale peccatum ordinatur pœnitentia, ergo confeſſio non eſt de neceſſitate pœnitentiæ.

¶ 3 Præt. Aliquibus eſt peccatum remiſſum ſine hoc, ꝙ confeſſi legantur, ſicut patet de Petro, & Magdalena, & de Paulo, ſed minoris efficaciæ gratia remittens peccatum nūc, quàm tunc fuerit, ergo nec nunc de neceſſitate ſalutis eſt, quod homo confiteatur.

¶ 4 Præterea. Confeſſio ad hoc exigitur in iudicio, ut ſm quantitatem culpæ pœna infligatur: ſed homo poteſt pœnam ſibipſi infligere maiorem, quàm etiam ab alio ſibi infligatur: ergo videtur quòd confeſſio non ſit de neceſſitate ſalutis.

SED CONTRA. Boetius in lib. de Con. dicit. Si opem medicantis expectas, oportet quòd morbū detegas, ſed de neceſſitate ſalutis eſt, ꝙ homo de peccatis medicinam accipiat, ergo & de neceſſitate ſalutis eſt, quòd morbum per cōfeſſionem detegat.

¶ Præt. In iudicio ſeculari non eſt idem iudex, uel actor, & reus, ſed iudicium ſpirituale eſt ordinatius, ergo peccator, qui eſt reus, non debet eſſe ſuiipſius iudex, ſed ab alio iudicari: & ita oportet quòd confiteatur.

RESPON. Dicendum, quòd paſſio Chriſti ſine cuius virtute, nec originale, nec actuale peccatum dimittitur, in nobis operatur per ſacramētorum ſuſceptionem, quæ ex ipſa efficaciam habent, & ideo ad culpæ remiſſionem, et actualis, & originalis requiritur ſacramentum Eccleſię uel actu ſuſceptum, uel ſaltē uoto: quando articulus neceſſitatis, non contemptus ſacramentum excludit, & per conſequens illa ſacramenta, quæ ordinantur contra culpam, cū qua ſalus eſſe nō pōt, ſunt de neceſſitate ſalutis: & ideo ſicut baptiſmus quo deletur originale, eſt de neceſſitate ſalutis, ita & pœnitentiæ ſacramentum. Sicut autem aliquis per hoc, quod baptiſmum petit, ſe miniſtris Eccleſiæ ſubiicit, ad quos pertinet diſpenſatio ſacramenti, ita ēt per hoc, quod confitetur peccatum ſuum, ſe miniſtro Eccleſiæ ſubiicit, ut per ſacramentum pœnitentiæ ab eo diſpenſatum remiſſionem conſequatur, qui congruum remedium adhibere non poteſt, niſi peccatum cognoſcat: quod ſit per confeſſioné peccantis, & ideo confeſſio eſt de neceſſitate ſalutis eius, qui in peccatum actuale, mortale cecidit.

AD

---

### SVPER Q. XXXVII. Aliàs 6. Art. 1.

CONCL. Confeſſio eſt de neceſſitate ſalutis illius hominis, qui in peccatum mortale actuale cecidit.

¶ PROB. Quia ad culpæ, tum originalis, tum actualis remiſſioné requiritur neceſſariò ſacramentum Eccleſiæ, uel actu ſuſceptum, vel ſaltem voto (cum paſſio Chriſti, ſine cuius virtute nec originalis, nec actualis culpa dimittitur, operetur in nobis per ſacramentorum ſuſceptionem:) & confeſſio eſt ſacramentum Eccleſiæ (cū per hoc, quòd quis confitetur peccatum ſuum, ſe miniſtro Eccleſiæ ſubijciat: vt per ſacramentum pœnitentiæ ab eo diſpenſatum remiſſionem cōſequatur remediumque congruū contra peccatum ſuum ab ipſo miniſtro recipiat) ordinatum cōtra actuale peccatum, cum quo ſalus eſſe non poteſt.

¶ NOT. 1. Appoſuit textus ad primam partem antecedentis hypothetici, huius probationis, unam declaratiuam limitationem multum, maxime temporib. modernis, ponderandam. Ad culpæ inquit, remiſſionem, &cæt. uel ſaltem uoto: quando (en declaratio illa) articulus neceſſitatis, non contemptus, ſacramentum excludit. Hoc dixit: nè malignis detur occaſio credendi, quòd ſacramentum ad culpæ remiſſionem ordinatum non ſit de neceſſitate actu ſuſcipiendum, pro culpæ dimiſſione, tempore ſuo; quando facultas adeſt. Prædictum antecedens, quamuis probatum ſit in litera quò ad illam partem confirmatur ex Concilio Tridentino, ſeſſio. ſeptima, Canone quarto, de ſacramentis in genere. Si quis dixerit, ſacramenta nouæ legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua: & ſine eis, aut eorum voto, per ſolam fidem homines a Deo gratiam iuſtificationis adipiſci; licet omnia ſingulis neceſſaria non ſint: Anathema ſit. Hæc ibi. Quòd etiam per ſacramentum pœnitentiæ, & conſequenter per confeſſionem, applicetur nobis virtus Chriſti (vt litera probans illam antecedentis partem inſinuat) confirmatur ex eo Concilio ſeſſione decimaquarta, capitu. primo. Quoniam autem Deus, diues in miſericordia, cognouit figmentum noſtrum, illis etiam uitæ remedium cōtulit, qui ſeſe poſtea in peccati ſeruitutem, & dęmonis poteſtatem tradidiſſent, ſacramentum videlicet pœnitentiæ; quo lapſis poſt Baptiſmum, beneficium mortis Chriſti applicatur. Hæc ibi. Vbi etiam vides confirmari ſecundam partem illius antecedentis: quòd ſcilicet confeſſio ſit ſacramentum ordinatum ad deletionem culpæ actualis mortalis, ſeu qua in dæmonis poteſtatem ſeipſum tradit homo.

Conc. Tri. de ſacr.

Cōc. de vi ſacr. pœn.

¶ NOT. 2. Quòd ſine paſſione Chriſti nullum peccatum dimittatur, ſecundum textum: vide quæſt. prima, articulo primo, exam. primæ diffinitionis ſuper ly cum propoſito confitendi. Ibi ex Concilio Tridentino hanc ipſam doctrinam confirmatam videbis.

Concil.

¶ NOT. 3. Sententia, quæ extra probationē, licet non extra propoſitum, adducitur in textu dicente: ſicut baptiſmus, quo deletur originale, eſt de neceſſitate ſalutis, ita pœnitentiæ ſacramentum (quo deletur ſcilicet actuale:) confirmatur ex eodem ſeſſ. 14. capit. ſecundo. Eſt autem hoc ſacramentum pœnitentiæ lapſis poſt baptiſmum ad ſalutem neceſſarium, ut nondum regeneratis ipſe baptiſmus. Hæc ibi. Rurſus, & ille textus, qui miniſter congruum remedium adhibere non poteſt, niſi peccatum cognoſcat, quod ſit per confeſſionem peccantis; hæc, inquàm, ſententia confirmatur ex eodem ſeſſ. ea. cap. 5. Si erubeſcat ægrotus vulnus medico detegere, quod ignorat, medicina nō curat. Colligitur ꝑterea, ēt eas circunſtantias in cōfeſſione explicandas, ꝗ ſpeciē mutāt: ꝯ ſine illis peccata ipſa neq; à pœnitentib. integrè exponantur, nec iudicib. innoteſcant, & fieri nequeat, ut de grauitate criminū rectè cēſere poſſint: & pęnā, quā oportet pro illis, pęnitentib. imponere. Hæc ibi. Quæ pęna impoſita ab eodē Con. c. 8. declaratur eſſe in congruū remediū, ſic. Habeant poculis, ut ſatisfactio, quā imponūt, nō ſit tm̄ ad nouæ uitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum, ſed ēt ad præteritorum peccatorum vindictam, & caſtigationē. Ex his iuuaberis ad melius intelligendū dicta circa ſatisfactionē. 1. q. 1. ar. 1. exam. primæ diffin.

Concil.

Concil.

De circunſtantijs cōfitendis.

Satisfactio tria reſpicit.

Pri-

**1m de minori.** Per gratiæ infusionem. ℞. Per sacramentorũ actu, vel voto susceptorũ habitam. §. Vt etiã ex Concilio patet suprà not. 1. & 2. Tunc &c. Imo argũ. stante glossa data, est pro. Nam si per gratiæ infusionem peccata sufficienter remittuntur (vt dicit minor argumenti;) & gratia non datur lapso post baptismũ, nisi per confessionem (vt dicit responsio, & Concilium:) liquido sequitur, quòd cõfessio sit necessaria (vt ait conclusio.)

¶Not. In Ista notabis, ꝙ per triã, s. erubescentiã bonã, vim clauiũ, satisfactionẽ iniunctã, pœna tpalis post culpã dimissã remanẽs tollitur. Hoc est. Vel in totũ, vel in partẽ, vel &c. ẽm proportionẽ ad pmissorũ triũ quantitatẽ, frequẽtiã, vel huiusmodi. Poterit. n. qs (vt de vi clauiũ exemplificeẽ) toties de eisdẽ peccatis confiteri: vt tota pœna illa tpalis expietur, ẽm D. Tho. opusc. 7. petitio. 5. De erubescentia, cũ sit pęna, & pp Deũ voluntariè assumpta, non est dubiũ: ꝙ ad pœnã tpalem illã delendam facit. Voluntariè, inq̃, assumpta pp Deum: quia magis eligit pęnitens propria peccata cõfitendo amore Dei illã pati erubescentiã: quam vitata erubescentia dimittere peccata inconfessa. De iniũcta satisfactione legẽri Conc. Trid. sess. 14. c. 8 & 9. & can. 13 clarissimũ sit: quòd valet ad hmõi pœnę abolitionẽ.

*Multiplicata cõfessio quãque totam pœnam tollit.*

*In corp. art.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ gratiæ infusio sufficit ad culpæ remissionem, sed post culpã remissam adhuc est peccator debitor pœnæ temporalis: sed ad gratiæ infusionẽ consequendã ordinata sunt gratię sacramenta, ante quorum susceptionem, vel actu, vel proposito aliquis gratiã non consequitur, sicut in baptismo patet. Et similiter est de confessione: & vlterius per confessionis erubescentiam, & vim clauium, quibus se confitens subiicit: & satisfactionem iniunctã, quam sacerdos moderatur, secũdum qualitatem criminum sibi per confessionem innotescentium, pœna temporalis expiatur. Sed tamen ex hoc, ꝙ operatur confessio ad pœnæ remissionem, non habet ꝙ sit de necessitate salutis, quia pœna ista est temporalis, ad quam post culpæ remissionem aliquis remaneret ligatus. Vnde sine hoc ꝙ in præsenti via expiaretur, esset via salutis: sed habet, quòd sit de necessitate salutis, ex hoc, ꝙ ad remissionem culpę modo prædicto * operatur.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ peccatũ quod ex altero contractum est, s. originale, potest oĩno ab extrinseco remediũ habere, vt in paruulis patet: sed peccatum actuale, quod ex se liberari, aut surgere possent; tametsi in eis liberum arbitriũ minimè extinctũ esset, viribus licet attenuatũ & inclinatum. Hæc ibi. Ecce, ꝙ liberũ arbitrium, licet non sit in peccatorib. extinctum, nõ potest per se surgere, aut liberari à peccato. Idem ibi cano. 1. Si quis dixerit, hominẽ suis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinã fiant, absq; diuina, per Iesum Christũ gratia posse iustificari corã Deo: anathema sit. & cano. 2. Si quis dixerit: ad hoc solũ diuinã gratiã per Christum Iesum dari, vt facilius homo iuste viuere, ac vitã æternã promerere possit; quasi per liberum arbitriũ sine gratia vtrũque, sed ægre tamẽ & difficulter, possit: anathema sit. & cano. 3. Si quis dixerit, sine pręueniẽte Spiritus sancti inspiratione, atq; eius adiutorio, hominẽ credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet; vt ei iustificationis gratia conferatur: anathema sit. Hæc ibi. Ecce, ꝙ non tantũ non potest per se surgere à peccato actuali homo, sed nec potest per se promereri gratiam, qua resurgat ab illo. Cõncionem secundũ, adduximus; vt Pelagij factum maiorẽ errori prædicto per seipsum aliàs conuictum, ex abundanti & literaliter quoq; abigeremus.

seipso quisque commisit, non potest expiari, nisi aliquid cooperetur ille, qui peccauit: sed tamen non sufficit ad peccatum expiandum ex seipso, sicut sufficienter peccatum commisit, eo quòd peccatum ex parte conuersionis est finitum, ex qua parte peccator in ipsum reducitur, sed ex parte auersionis habet infinitatem, ex qua parte oportet quòd peccati remissio incipiat, quia quod est vltimum in generatione, est primũ in resolutione, vt dicitur in * 3. Ethic. & ideo oportet, ꝙ etiam peccatum actuale ex alio medicinam habeat.

*cap. 3. à med.

Ad tertivm dicendum, ꝙ etsi non legatur eorum confessio, potuit tamen fieri. Multa enim facta sunt, quæ non sunt scripta. Et præterea, Christus habet potestatem excellentiæ in sacramentis, * vnde sine his, quæ ad sacramentum pertinent, potuit rem sacramenti conferre.

*Respon. 2.*

Ad qvartvm dicendum, ꝙ satisfactio non sufficeret ad expiandam pœnam peccati ex quantitate pęnæ, quæ in satisfactione imponitur, sed sufficit inquantũ est pars sacramenti virtutẽ sacramentalem habens; & ideo oportet ꝙ per dispensationes sacramẽtorum imponatur, & ideo necessaria est confessio.

ARTI-

**2m illatio conclus. primæ.** Ergo peccatũ actuale, quod ex proprio motu quilibet cõmisit, oportet ex seipso tm̃ hẽre medicinam. ℞. Negat consequẽtia. §. Ratio est: quia ille, qui per se potuit actuale peccare, nõ potest per se à peccato resurgere. Quòd si hoc posset per se, valeret consequentia. Quare autem hoc ipsum non possit, vide per te in textu: ly ex eo ꝙ peccatum ex parte &c. Sed ex parte auersionis &c.

*Destruere facili⁹ est, quàm construere.*

¶Not. Poterat citius, communiterque intelligibilius, de hoc se expedire D. Tho. dicendo: ꝙ ideo per se cadens nõ potest per se resurgere, quia facilius est destruere, q̃ construere (vt omnis experientia docet.) At quoniã, sic respondere, vidit, non esse legenti vsquequaque securum; cum ex hoc responso forsan inferret; ergo homo per se, licet admodũ difficilius, poterit resurgere: ideo hoc responso cõmuniter intelligibiliori, ob tollendam tibi omnẽ occasionem erroris, prætermisso, attulit responsionẽ securiorem illã in textu sententialiter asseuerantem, ꝙ homini per se cadenti impossibile omnino est per se resurgere. Ex qua te apertè colligitur, tanq̃ exemplũ ad alia: ꝙ non tantũ breuitati & claritati, sed & multò magis, securitati, studuit S. Doctor in communicando nobis suam sapientiam. Quo quid desiderabilius veritatẽ maximè theologicam, inquirẽti? ¶Nil siquidem viator quisque sapiens appetit magis, quàm viã, qua iturus est, esse securam. Nihil igitur errasse Innocentium Papam crediderim ego, dum scriptum reliquit; quòd qui D. Tho. tenuit, nunquàm inuenitus est à veritatis tramite deuiasse: (quicquid sit interim de impugnatoribus eius.)

*Mos vniuersalis S. Th. est tuta loquela.*

¶Coroll. Ergo, ex ly oportet vltimò dictũ excludere, voluit, & exclusit, auctor hæresim Pelagij (Prat. Cęlestiani) dicentẽ; ꝙ homo sine gratia pót, quãuis ægrè & difficiliter, per se à peccato resurgere; sed gratia datur, vt facilius possit. Si. n. oportet, quòd peccatum actuale ex alio etiã medicinam accipiat: vtiq; hoc necessarium est, & non tantũ ad bene esse. Vide ergo quomodo per rationẽ hæc eadem necessitas deducitur ex ly sed ex parte auersionis habet infinitatem &c. Vide & hanc præsumptuosissimã hæresem damnatam in prima parte, q. 62. art. 2. & q. 82. ar. 4 & q. 102. art. 4 Vide & Concilium Tridentinum damnare istam, & consequenter cõfirmare præsentem sancti doctrinam, sess. 6. c. 1. Vsque adeò serui erant peccati, & sub potestate diaboli, ac mortis; vt non modò gentes per vim naturæ, sed nẽ Iudæi quidẽ per ipsam etiam literã legis Moysi inde

*Hæres. Pelag. damn. & à Concil.*

**3m illatio conclusionis.** Ergo nunc de necessitate &c. ℞. Negatur illatio. § Rõ est, quia Pet. Pau. Magdal. forsan confessi sunt: nec est certum de contrario, quamuis non legatur ꝙ fuerint confessi. Ex litera dic tu: ꝙ ex incerto non licet contendere labefactare certum. Item ex eadẽ dic: ꝙ ab authoritate, negatiuè argumẽtari non licet, quasi ꝙ si non est lectũ, vel scriptũ, hoc non fuerit, vel non sit seruandũ: nisi fortè legens legerit omnia, & scribens ad scribendum omnia se obligauerit, vel circa talem materiam (qũ de aliqua particulari materia loquens) scribendi omnia prouinciã assumpserit, i. intentũ habuerit. Ideo, vt se ab omnib. his exceptionibus, à ly Nisi, factis præseruet rõtio mox in textu subdit negatiuã hanc: Multa. n. facta sunt, quæ non sunt scripta, i. scriptores canonici non habuerunt intentionem scribendi omnia absolutè, nec omnia circa concurrentia in remissione delictorum Petri, Pauli, Magdalenæ.

*Arguere ab authoritate, negatiuè nõ licet.*

**Itẽ de maiori.** Remissum ℞. A potente dare effectum sacramenti confessionis sine sacramẽto confessionis: non aliter. § Tunc nihil &c. Ex eo. n. ꝙ sine confessione sacrali remittitur alicui peccatũ à potente dare effectũ sacramenti huius sine hoc sacro, non sequitur (vt patet) ꝙ confessio sacramentalis non sit ad salutẽ necessaria nunc: licet sequatur, ꝙ non est necessaria ad hoc, vt Christus remittat peccata, quasi sine tali pęnitẽtis confessione non possit ea remittere. Nunc. n. sacerdotes à Christo instituti ministerialiter peccata remittunt; quia hanc excellẽtiæ potestatem non habent, vt sine sacramento conferre valeant effectum sacramenti, i. (vt in proposito stetur) remissionem peccatorum.

¶Coroll. Responsio hæc igitur à prima differt in hoc: ꝙ admittit Petrum, Magdalenam, Paulum, nõ fuisse sacramentaliter cõfessos, quando à Christo remissionẽ obtinuerunt. Quasi dicat. Etiã admittendo id, quod intendit maior, illos videlicet non esse tũc sacramentaliter confessos: quamuis, vt prima responsio docet, non simus ad hoc astricti; adhuc nihil habetur contra conclusionẽ: quæ loquitur de cõfessionis necessitate respectu volentis peccatorũ remissionem ministerio sacerdotum nostrorũ per Christum institutorum, & respectu ordinariæ institutionis Christi, non respectu potentiæ Christi, quasi effectus sacramenti tum huius tum aliorum non possit conferre absque sacramentis.

*Verus itellectus conclusionis.*

**4m de maiori.** Pœna. ℞. Sufficiens ex vi sacramenti: non autem sic insufficiens § ad expiandam vide licet pęnam temporalem remanentem peccato debitam. Tunc &c. Nam

Nam pœna, quæ in satisfactione imponitur, sufficiens ad expiãdam illam peccati pœnam est ex eo, quòd sacramentalem virtutem habet; vtpote pars sacramenti. Ideo argumentum, stante glossa, est pro, non contra. Præsupponit enim pęna illa sacramentum confessionis ad hoc, vt sit sufficiens; à quo sacramento, tanquàm pars, proficiscatur.

¶ Not. 1. Non negat per responsi literam S. Doctor, quòd non possit secundùm quantitatem pęnæ maior assumi, quam quę à confessione imponatur (vt minor argumenti dicebat); neque negat, ꝙ illa ex seipso assumpta non possit tantum augeri, vt sufficiat ad expiandam pœnam peccati temporaliter debitam (vt de monachis & heremitis patet): sed negat, quòd pœna per confessorem imposita reputetur sufficiens principaliter inquantum pœna. Et sic respondet directè ad intentum arguentis: qui (vt patet ex propositione minori) faciebat vim in pęna, vt pęna, dicens; quòd homo potest sibiipsi maiorem pęnam infligere, quàm ab alio, s. à confessore, infligatur. Quasi, ex omnibus his respondens, dicat: Stat simul, quòd maiorem pęnam, vt pęna est, possit sibiipsi infligere quis, quam à confessore infligatur: & tamen, quòd illa pęna maior in ratione pęnæ, nunquàm sit maior, immo nec æqualis, in ratione habendi virtutẽ sacramentalem: itemque stat simul, quòd illa pęna tam maior sit, vt sufficiat ad pęnam peccatorum extinguendam; & tamen, ꝙ non sit proportionaliter ita sufficiens, sicut est pęna à confessore inflicta. In hoc sensu comparationis proportionalis, oportet intelligere & responsum formale supra, & verba textualia: ne quando fiat error.

Verus sensus responsionis; excludẽdum falsum.

¶ Not. 2. Præsupponit D. Thom. pro solutione totali vndique id, quod in fine responsi ad primum dixerat, s. ly sed tamen ex hoc, quòd operatur confessio ad pęnæ remissionem &c. vsque in finem. Non tamen id replicat, neque dictum fuisse innuit; sed (his omissis) ad declarationem difficultatis de pęnis satisfactorijs in argumento & tactis se transfert: vt morem suum commendabilem seruet, qui in 1. par. q. 40. art. 1. notat. post ad tertium positus est. Vide ibi: & bene nota pro similibus quibusque locis occurrentibus.

Mos Diui Tho. commẽdabilis, & crebrò memorandus.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem refellas hæresim Iacobitarum (Alfonsus Castrus, Confessio) dicentium: confiteri sacerdoti peccata sua non esse necessarium, sed soli Deo confiteri sufficit. Item Lutheri (ibidem) dicentis: confessionem hãc clancularIam non esse necessariam, quæ in aurem fit sacerdotis; sed sufficit, si soli Deo confiteatur. Item Vualdensium pessimam (ibidem) dicentium; confessionem sacramentalem omninò esse tollendam. Item Albanensium execranda (Prateolus, Albanenses) garriẽtium: confiteri hominem nec posse, nec debere, post cõmissum peccatum. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, has meritò damnatas esse à Concilio Triden. sess. 14. c. 2. Est autem hoc sacramentum pęnitentiæ lapsis Baptismum ad salutem necessarium, vt nondum regeneratis ipse Baptismus. Hæc ibi. & cap. 5. ex institutione sacramenti pęnitentiæ iam explicata, vniuersa Ecclesia semper intellexit; institutam etiam esse à Domino integram peccatorũ confessionem, & omnibus post baptismum lapsis iure diuino necessaria existere. Hæc ibi; & infrà. Neque enim per Lateranense Concilium Ecclesia statuit, vt Christo fidelis confiteretur; quod iure diuino necessarium & institutum, esse intellexerat: sed &c. Hæc ibi. & cano. 6. Si quis negauerit: Confessionem sacramentalem vel institutam, vel necessariam esse, iure diuino: aut dixerit modum secretè confitendi soli sacerdoti, quem Ecclesia catholica semper obseruauit, & obseruat, alienum esse ab institutione, & mandato Christi, & inuentum esse humanum: anathema sit. Et cano. 8 Si quis dixerit: confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia seruat, esse impossibilem, & traditionem humanam, à pijs abolendam &c. anathema sit. Hæc ibi. Item damnatas à Papa Clemente I. in prima epist. ad Iacobum fratrem Domini, imò à B. Petro Apostolorũ principe. Quòd si forte alicuius cor vel liuor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his, quæ superius memorauimus, latenter irrepserit, nõ erubescat, qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc huic, qui præest: vt ab ipso per verbum Dei, & consilium salubre curetur; quò possit, integra fide & operibus bonis pęnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ præmia peruenire. Hæc ibi. & infrà in fine. Hęc itaque, si ater charissime Iacobe, ab ore sancti Petri iubentis accepi, tibique (vt optabas) insinuare studij: vt seruari omnia immaculata præcipias; quia Ecclesiastica non oportet negligenter, sed diligenter expleri negocia. Hæc ergo præcepta nemo credat, absq; sui periculo, negligere vel dissimulare: quia in iudicio Dei ignis æterni tormenta sustinebit, qui Ecclesiastica decreta neglexerit. Hæc ibi. Vbi quidẽ sunt omnia, & singula, verba ponderãda: & maximè vltimo dicta semper timẽda, atq; pro vniuersali regula omniũ ab Ecclesia decretorũ in primis habenda. Quæ sunt hæc vltima? In iudicio Dei, ignis æterni tormẽta sustinebit: qui Ecclesiastica decreta, neglexerit. Item damnatas à Concilio Cabilonensi primo, ca. 8. De pęnitentia verò peccatorum, quæ est mẽdela animæ, vtilem omnibus hominibus esse censemus: &, vt pęnitentibus à sacerdotibus, facta confessione, indicatur pęnitentia. Hæc ibi. Ecce: quòd illa necessitas confessionis sacramentalis, quæ supra canonicè patuit, non est inutilis, aut superflua (vt quidam alij hæretici blasphemarunt) sed est vtilis; & vtilitate tanta, vt sit medela animæ. Item à Cabilonensi secundo, cap. 33. Quidam solummodo Deo confiteri debere dicunt peccata, quidam verò sacerdotibus confitenda esse peccata percensent: quod vtrumque non sine magno fructu intra sanctam fit Ecclesiam, ita dumtaxat; vt & Deo, qui remissor est peccatorum, confiteamur peccata nostra; & secundùm institutionẽ Apostoli confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro inuicem, vt saluemur. Hæc ibi. Vbi nota ly, vtrũque non sine magno fructu intra Ecclesiã sanctam fit, ita dumtaxat: nota inquam limitationẽ illam, ita dũtaxat; cum suis adhærentibus consequenter. Vbi etiã nota: ꝙ ly institutionẽ, non significat, ꝙ Apostolus Iacobus instituerit (propriè loquendo) sacramentum confessionis, cum à Christo Domino institutum fuerit, secundùm Concil. Trid. sess. 14 cap. 1. & can. 1 sed significat, quòd illud sacramentum commendatum fuerit & promulgatum ab eodem Apostolo; à simili intelligendo ex Concil. Triden. sess. ead. cap. 1. & cano. 1. de sacramento extremæ vnctio. Item damnatas à Concilio Senonensi decreto 10. de sacramento pęnitentiæ. Pœnitentiæ verò tam necessarium est sacramentum: quam impossibile est, baptismum reiterari. Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam nõ relinquitur pro peccatis hostia. Cùm igitur in multis offendamus omnes; neque sit, qui possit dicere, mundum est cor meum, & purus sum à peccato; necessaria est profectò secunda post naufragium tabula. Hæc ibi. Secunda autem post naufragium tabula rectè dicitur sacramentum Pęnitentiæ, secundùm Concilium Trident. sess. 14. cano. 2. de pęnitentię sacramento. Ex quo Concil. Senonensi nota diligenter; ꝙ illa authoritas Apostoli ad Hebr. 10. Voluntariè enim peccantib. &c. loquitur de Baptismo non relicto ad reiterandũ: adeò quòd ly hostia, significat sacramentum hostiæ semel pro nobis in cruce oblatæ nos commori & consepeliri faciens; & hoc sacramentum est baptismus. Rursum damnatas ab eodem Concilio Senonensi decr. eo. de confessione. Sed vt vetustissimum illud, ita verissimum; qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiã consequetur. Neque satis fuerit de peccatis conteri, & ea apud sese Deo confiteri: nisi sacerdoti quoque sacramentali confessione detegantur. Ea quippe nec humanum, nec recens inuentũ esse potest: quæ tot, & tantis fulcitur scripturarũ oraculis. Ad hanc. n. &c. Oportet itaque, quẽ antiquus ille serpens occultè momorderit, abstrusissimũ quodque vulnus medico detegere; omnem indigestum, & virulentum humorem (etsi stomacho mentis altius insederit) euomere; pudorem, in satisfactionis partem, de singulo quouis errato pati: nẽ, dum occultis peccatorum vinculis sese teneri dissimulat, horrendæ tandem sub omnium oculis æternæ damnationis laqueo constringatur. Proinde statim ab Ecclesiæ nascentis incunabulis sacer ille cõfitendi ritus, de interioribus nedum de exterioribus tantum, inoleuit: vt tum ex Iacobo, tum ex Diui Dionysij, Alexandri, Vrbani, & Cypriani, scriptis manifestũ euadit. Rectè igitur hanc exomologesis legem à Christo institutam, per Apostolos ad nos vsque deductam, & ab vniuersali Ecclesia inuiolabiliter obseruatam, à cunctis Christi fidelibus sectandam esse, & contrauenientes authoritate Concilij Constantiensis, & aliorum complurium damnatos, declaramus. Hæc ibi. Item damni &c. Vide q. 8. art. 2. appen. 3. habes, quomodo per rationem eius prædicta, pro quanto confessionem statuunt esse necessariam, & declares, & probes, & defendas. Quartò vide: quomodo ex his vicissim Angelici Doctoris articulis præsens consolidetur.

2

B. Petrus Apostolus de cõfessione, verissima verba vt profert.

Regula vniuersalis de decretis ecclesiasticis.

Hoc nomẽ instituere sumit qñque large, qñque strictè ꝑpriè.

Secunda tabula.

Prou. 28.

Pudor pro par. satisf.

Qñ incepit ritus confitendi; ẽt de interioribus.

Iacob. S. Dionys. in epist. ad Demophi.

4

SVP. Q. XXXVII. Aliàs 6. Art. 11.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum confessio sit de iure naturali.*

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quòd confessio sit de iure naturali. Adam enim & Cain non tenebantur, nisi ad præcepta legis naturæ, sed repręhenduntur de hoc, quòd peccatum suum non sunt confessi. ergo confessio peccati est de iure naturali.

¶ 2 Præterea. Præcepta illa, quę manent in veteri lege & noua, sunt de iure naturali: sed confessio fuit in veteri lege, vt dicitur Isa. 43. Narra si quid habes, vt iustificeris. ergo est de iure naturali.

COncl. 1. Sacramenta non sunt de iure naturali: sed de diuino.

20

¶ Prob. 1. Quia ius naturale est, quod innata quædam uis inseruit (ex Tullio): & sacramenta sunt supra rationis naturalis (id est ipsius vis innatæ) dictamen (cùm sint protestationes fidei). Secunda autem pars, s. sed de &c. probat: Quia oportet, ꝙ sacramenta sint proportionata fidei (cùm sint eius ꝓtestationes): & fides est de iure diuino

¶ 3 Prætereà. Iob non erat subiectus nisi legi naturali, sed ipse peccata confitebatur, quod patet per hoc quòd dicitur Iob 31. Si absconди vt homo peccatum meum. ergo est de iure naturali.

SED CONTRA. Isidorus dicit, quòd ius naturale est idem apud omnes, sed confessio non est eodem modo apud omnes. ergo non est de iure naturali.

¶ 2 Præt. Confessio fit ei, qui habet claues, sed claues Ecclesiæ non sunt de iure naturali institutæ. ergo nec confessio.

RESPOND. Dicendum, quòd sacramenta sunt quædam fidei protestationes, vnde oportet ea fidei esse proportionata; fides autem est supra cognitionem rationis naturalis: vnde & sacramenta sunt supra rationis naturalis dictamen, & quia ius naturale est, quod non opinio genuit, sed innata quędam vis inseruit, vt Tullius * dicit, ideo sacramenta non sunt de iure naturali, sed de diuino, quod est supra naturale. quod quandoque etiam naturale dicitur, secundùm quòd cuiuslibet rei illud est naturale, quod ei à suo creatore imponitur, tamen propriè dicuntur naturalia, quæ ex principiis naturæ causantur. Supra autem naturam sunt, quæ ipse Deus sibi reseruat, siue naturæ ministerio operanda, siue in operationibus miraculorum, siue in reuelationibus mysteriorum, siue in institutionibus sacramentorum, & sic confessio, quæ necessitatem sacramentalē habet, non de iure naturali est, sed de diuino.

* In 2. lib. de inuent. nō parum ante finem libri.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Adam vituperatur ex hoc, ꝙ peccatum suum coram Deo non recognouit: cōfessio enim, quæ fit Deo per recognitionem peccati, est de iure naturali: nunc autem loquimur de confessione, quæ fit homini. * Vel dicendum, quòd confiteri peccatum in casu est de iure naturali, s. cum quis in iudicio constitutus à iudice interrogatur; tunc enim nō debet peccator mentiri, de quo Adam, & Cain vituperantur: sed confessio, quæ fit homini spontè ad remissionē peccatorum consequendam à Deo, non est de iure naturali.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ præcepta legis naturæ manent eodem modo in lege Moysi, & in noua lege; sed confessio, quamuis aliqualiter esset in lege Moysi, non tamen eodem modo, sicut in lege noua, nec sicut in lege naturæ: in lege autem naturæ sufficiebat recognitio peccati interior apud Deum, sed in lege Moysi oportebat aliquo signo exteriori peccatum protestari: sicut per oblationem hostiæ pro peccato, ex quo, & homini innotescere poterat eum peccasse; non autem oportebat vt speciale peccatum à se commissum

---

tiuo (cum sit supra cognitionem naturalem, i. cuiuscumque naturæ creatę.)

¶ NOT. Aduerte pro semper: quòd textus dicit fidem, & sacramenta esse supra, non contra, ius naturale, seu rationem naturalem. Nam sacramēta, cùm sint proportionata fidei, perficiunt rationem naturalem sicut & fide (vt alibi ex D. Thoma annotauimus:) tantum abest, vt contra ius, seu rationem naturalē sint. Quamuis qui contra rationem naturalem peccant, vt hæretici: de sacramentis in hoc (sicut & in alijs multis) aliter sentiant. Cæterùm de talibus homuncionibus audiant fideles Beatum Apostolum Iudam Tadæum in sua epist. vniuersaliter protestātem. Hi quæcūque ignorāt, blasphemāt, quæcūque naturaliter, tanquā muta animalia norunt, in his corrumpuntur. Hęc ibi. Procul ergo pellandi sunt: quia & cæci & duces sunt cęcorum, Matth. 15.

¶ CONCL. 2. Confessio necessitatē sacramentalem habens, non est de iure naturali, sed diuino.

¶ PROB. 1. Quia talis confessio sacramentalem necessitatem habens est sacramentum.

¶ NOT. Ex prima cōclusione hęc secūda patet. Et ideo in textu nō probatur: sed innuitur, ex prima illa dependere probationem sui; cū ante istam secundā conclusionē ibi immediatè ponitur ly, & sic. Quasi dicat, ly & ideo. Quare autem addiderit limitationem illam, quæ necessitatem sacramentalem habet, & non simpliciter dixerit, Confessio: patet in textu responsionis ad primum; vbi vide & considera.

1^m de minori. Confessi. ℞. Confessione Deo tantum facta: non, confessione sacramentali. §. Tunc nihil &c. vt patet ex secunda conclusione. Ex litera accipiens diffinitionem vtriusque confessionis dic: ergo confessio facta solū Deo est illa, qua quis formaliter recognoscit peccatum proprium, id est vt peccatum, hoc est dolendo de ipso peccato. Item. Ergo confessio sacramentalis est illa; qua, vltra recognitionem prædictam, commissum proprium peccatum in specie, suisque necessarijs circunstantijs manifestatur à peccatore homini sacerdoti. Ly commissum peccatum speciale, id est non in genere tantum, sed in specialissima specie, peccatique circunstantijs necessarijs, sumitur ex responsione bene intellecta in textu ad secundum.

Diffinitio confessionis duplicis.

¶ COROLL. Patet igitur, quàm rectissimè Tadæus Apostolus dixerit de ijs, quæ norunt, in his corrūpuntur. Norunt. n. quid significet hoc nomen, Confessio; & in hoc tamen corrumpuntur: dum hujus nominis partitionē refugiunt, vel quasi refugientes dicunt, ꝙ soli Deo solū confitendum est, de alia confessione non curantes; ac si vno modo tantum confessio diceretur. Ad quam eorum corruptionē consequitur mox altera, ꝙ s. ius diuinum cum iure naturali confundunt, inquantum vnum ab altero non secernunt. Nam cum de iure naturali confessio Deo soli facta, & de iure diuino confessio sacramentalis, existat, dum confessionem vnam ab altera non distinguunt, iura illa confundunt. Quòd si dicant; Non confundimus, sed confessionem sacramentalem per hoc dari negamus: adhuc in his, quæ norunt, magis corrumpuntur. Distorquent enim Euangelium de confessionis huiusmodi datione, perspicuis verbis, affirmatiuè loquens: vt in appendice sequenti patet. Quo eorum facto (maximè cum ipsis, etiam in scripturis cæteris, familiare sit, prima par. q. 1. artic. 1. appen.) quid corruptius?

Quomodo corrūpuntur hostes ecclesiæ in loquendo de confessione.

Item de conclusione. Confessio. ℞. In casu aliquo accepta: non, à conclusione supra intenta. §. Tunc &c. vt apertissimè patet. Vide literæ secundum responsum ly: vel dicendum, ꝙ confiteri peccatum in casu &c. Ex litera dic, quòd fateri verum in iudicio, quando quis rectè à iudice interrogatur, est de iure naturali. Et consequenter, ꝙ mentiri in iudicio, quando secundum ordinem iuris interrogatio fit, est contra ius naturale. Periurium igitur, etiam ꝙ nō fit in iudicio, erit contra tale ius, & seruare iuramentum, seu fidē datam, erit de iure tali.

Periuriū est contra ius naturale.

2^m de maiori. Manent. ℞. Eodem modo: non diuerso modo. §. Tunc &c. Nam confessiones in lege tū naturę, tum veteri Mosaica, diuerso modo a nostra sacramentali confessione fiebant: vt patet in textu.

Respon. 2.

¶ COROLL. Ergo definitio prima de confessione, quæ supra in & ex litera ad primum data fuit, est definitio cōfessionis in lege naturę existentis: ideo & ibi dicta est esse de iure naturali. Vide hic textum. Ergo, ex definitione confessionis legalis data hic dicas, quod asserētes, peccata tm̄ in genere confitenda nunc esse sacerdoti, volunt isto suo dicto, nos reducere ad veteris legis obseruantiam in confessione, quasi ꝙ confessiones nouę, necnon antiquæ legis coincidant. Hi ergo vltra ꝙ ignorantiam suā in hoc patenter ostendunt, grauiter peccāt; dum, quasi Iudaizantes morē communiter, i. in genere tātum, peccata confitendi antiquū in viridi obseruantia statuere contendunt. Dignitati ergo nouæ legis derogant, (vt ex not. 1. seq. patet) qui nunc sufficere dicunt confiteri solum Deo, vel etiam confiteri solum peccata in genere.

Triplex confessio.

¶ NOT. 1. Ly speciale peccatum. Rectissimè dicitur, quòd ad nouæ legis confessionem necessario exigitur expressio delictorum in specie: quoniam lex & sacramenta debent sibi inuicem correspondere; iuxta illud Hebr. 7. translato sacerdotio, necesse est, quòd & legis translatio fiat. Per sacerdotium enim sacramenta ministrantur: & consequenter lege, atque sacerdotio sibi correspondentibus, necesse est, quod & sacramenta legi correspondeant. Cùm itaque venerit Christus, vt per legem suam fideles non solum vitam habeant (vt olim in lege, quando ex opere solum operantis, i. ex deuotione fidelis sacramenta suscipientis, dabitur à Deo gratia) sed etiam vt abundantius habeant (quādo s. nunc ex opere operato per ipsa nouæ legis sacramenta gratiæ confertur. Concil. Triden. sess. 7. can. 8. de sacramentis:) oportet, quòd ad receptionem sacramenti aliquid plus ex parte recipientis nunc requiratur, quàm prius. Non sufficit ergo nunc ad assequendam remissionem peccatorum per sacramētum Pœnitentiæ, confiteri peccatum in genere tantum: sed de necessitate requiritur, quòd exprimatur in specie. Adultero igitur confitenti non sufficit dicere sacerdoti, ego peccaui in luxuria, neq; sacrilego dicere, furatus sum: sed oportet illum addere, ego solutus cum tali coniugata, vel ego coniugatus cum tali soluta aut coniugata; & istum addere, In loco sacro. Confirmatur hæc litera responsi, de speciali peccato necessariò pro remissione peccatorū confitendo, loquens ex Concil. Trid. sess. 14. cap. 5. Dominus noster Iesus Christus e terris ascensurus ad cęlos sacerdotes suiipsius Vicarios reliquit, tanquàm præsides & iudices; ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint: quo, pro potestate clauium, remissionis, aut retentionis peccatorum sententiam pronuncient. Constat; sacerdotes iudiciū hoc, incognita causa, exercere non potuisse, neque æquitatē quidem illos in pœnis iniungendis seruare potuisse; si in genere dumtaxat, & non potius in specie, ac sigil-

Quare cōfiteri peccatum speciale nunc oporteat.

Cōc. Trid. de confess. integra, i. in specie, & circunstantijs (vt infrà) peccatorū omnium. Pro in tota sess. 14. decretis, ante de reformat. intelligendis Concilium.

Di

ac sigillatim sua, ipsi peccata declarassent. Hæc ibi. Et supra in princ. ante cap. 1. dixerat: In qua pleniori definitione, demonstratis & conuulsis (Spiritus sancti præsidio) vniuersis erroribus, catholica veritas perspicua, & illustris fieret: quam nunc sancta hæc Synodus Christianis omnibus perpetuo seruandam proponit. Hæc ibi. Ecce, quòd oportere confiteri peccata in specie est veritas catholica, ab omnibus Christianis perpetuò seruanda.

sum manifestaret, vt peccaret circūstantias, sicut in noua lege oportet.

AD TERTIVM dicendum, quòd Iob loquitur de illa absconsione peccati, quam facit deprehensus, peccatum negando, aut excusando, vt ex Glossa * ibidem haberi potest.

ARTI-

Circunstātiæ peccatorum confitendæ.

¶ NOT. 2. Ly circunstantias peccati. Intelligendus est hic tex. de circunstantijs, quibuscumque, quæ tamen, aggrauando in infinitum, mutant speciem. Hæ namque, non aliç, i. veniales, sunt necessariæ ad confitendum. Pro quo aduerte, quod circunstantiæ sunt octo, hoc versu enumeratæ; Quis, quid, vbi, quotiens, per quos, cur, quomodo, quando.

Quis. Quid.

Ly Quis, dicitur pro varietate personarum status, ætatis, sapientiæ, ordinis: quoniam quanto gradus personæ peccantis est in aliquo prædictorum maior, tanto casus est grauior, & ingratitudo detestabilior. Ly Quid, dicitur pro varietate peccati: vtrum sit mortale, vel veniale: vtrum malū, quia prohibitum, vel ex genere suo, i. prohibitum, quia malum: vtrum occultum, vel manifestum ratione scandali, aut minoris erubescentiæ in peccando.

Vbi.

Ly Vbi, dicitur pro varietate loci sacri, non sacri: quia furari in loco sacro, luxuriari in loco sacro, est grauius, quàm extra.

Quotiens.

Ly Quotiens, dicitur non solum quantum ad consuetudinē peccandi, sed etiam quantum ad numerum peccatorum: quia per se quilibet numerus facit vnum peccatum, ita vt non sufficiat dicere: peccaui multoties, sed specificare numerum, quantum possibile est, post diligentem considerationem: puta decies, centies, &c. vel, si non potes aliter, octies circumcirca, quinquies, aut circumcirca. Numerus iste ad actionem, non ad obiectum actionis, refertur: puta furatus est quis semel mille scuta, illud peccatum est vnū tantum, nec facit numerum; furatus est tria scuta in tribus vicibus, istud peccatum facit numerum ternarium. Ideò sufficit primo dicere: furatus sum mille scuta, non sufficit secundò dicere: furatus sum tria scuta, sed addere in tribus vicibus, i. vnum semel, &c.

¶ Ratio est, quia in secundo multiplicatur numerus actionum, in primo non.

Per quos.

Ly Per quos, dicitur ad videndum si traxit alios ad peccandum (quod est proprium diaboli) vel quos mediatores socios, aut lenones posuit, aut ponere quæsiuit, ad malum faciendum (est enim omnium peccatorum illorum particeps;) vel cum quibus peccauit, pro quibus, & contra quos.

Cur.

Ly Cur, dicitur ad videndum, vtrum ex fragilitate, ignorantia, malitia; vtrum ista, vel illa intentione: quia peccata grauitatem multam trahunt, à fine, cùm (secundùm etiam Philosophum) furans vt mœchetur, potius dicendus est mœchus, quàm fur. Vnum tamen solum peccatum est, si fiat vno solum actu tum interiori, tum exteriori, habens plures deformitates, quæ de necessitate confitendæ sunt.

Quomodo.

Ly Quomodo, dicitur ad videndum: vtrum peccatum sit modo solitario (id est per se, vt in luxuria, quæ dicitur Mollities:) vtrum modo naturali, vel innaturali; vtrum agendo, vel patiendo: quia semper in eodem genere grauius est peccare agendo, quàm patiendo.

Quando.

Ly Quando dicitur ad videndum: vtrum tempore multo, vel paruo sit peccatū, & in peccato perduratum: vtrum in tempore sacro: puta diebus festiuis, particulari deuotioni dicatis; puta diebus ieiuniorum, Quadragesimæ, septimanæ sanctæ: quia grauius est peccare in talibus festis, ac tempore (plus tamen & minus, iuxta maiores festiuitates, & tempora Deo dicatiora:) quàm alio.

¶ NOT. 3. De circunstantijs verò prædictis illæ sunt de necessitate confitendæ, quæ mutant speciem, aggrauando scilicet in infinitum, i. mortalem deformitatem constituendo: & de his loquitur solum textus, vt colligitur ex vltimo responsionis verbulo ly oportet, confirmat hanc literam de circunstantijs, Innocentius III. Papa in Concilio Lateranensi magno cap. 21. Et recitatur in Decretalium lib. de pęnit. & remiss. c. omnis. sit autem sacerdos discretus, & cautus, vt &c. diligenter inquirens, & peccatoris circunstantias, & peccati: per quas prudenter intelligat, quale illi consilium debeat exhibere, & cuiusmodi remedium adhibere. Hæc ibi. Confirmantur prædicta in textu responsi. Et circa textum à Concilio Triden. sess. 14. cap. 5.

Conc. Triden. de circūstantijs.

Colligitur præterea, etiam eas circunstantias in confessione explicandas, quæ speciem peccati mutant: quòd sine illis, peccata ipsa, neque à pęnitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innotescant, & fieri nequeat; vt de grauitate criminum rectè censere possint, & pęnam, quam oportet, pro illis, pęnitētibus imponere. Vnde alienum a ratione est, docere: circūstantias has ab hominibus otiosis excogitatas fuisse: aut vnam tantum circunstantiam confitendam esse, nempe peccasse in fratrem. Hæc ibi. Et cano. 7. Si quis dixerit: in sacramento Pœnitentiæ, ad remissionem peccatorum, necessarium non esse iure diuino confiteri, &c. circunstantias, quæ peccati speciem mutant, &c. anathema sit. Hæc ibi.

3^m de minori. Confitebatur. ℞. Confessione illa, quæ est de iure naturali: non, confessione sacramentali. §. Vt colligitur ex authoritate inducta rectè glossata. Tunc &c. vt patet. Confessio de iure naturali est duplex, vt patet in respon. ad 3m. Ideo vide tu etiā in eius Elucid. ne replicetur: & bene applica.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem primæ conclusionis interimas hæresim Catharorum (vt refert Cardinalis de Turrecrematas, De ecclesia lib. 4. c. 35.) blaspheme euomentiū: sacramenta Christi, & ecclesiæ, non esse vera: sed falsa, & deceptoria.

* Ex glos. ord. & interlin. ibi.

Non enim possibile est, etiam secundum solam rationem humanam, quòd illa, quæ sunt de iure diuino, sint falsa, aut deceptoria. Ratione ergo qua probat articulus, sacramenta esse de iure diuino, expugnatur narrata hæresis. Item hæresim Petri Oxomensis (vt refert Summa Conciliorum in vita Sixti IIII.) dicentis, quòd cōfessio de peccatis in specie fuit ex aliquo statuto vniuersalis ecclesiæ, non de iure diuino. Item hæres. Sectariorum (Pract. Sectarij) blaterantium, quòd confiteri peccata & enumerare, est papistica carnificina, & impietas. Loquitur hæresis hæc de circunstantijs, cum dicit ly enumerare, quoniam numerus peccatorum est circunstantia, per ly quotiens, significata, vt suprà dictum est not. secunda post respon. ad secundum. Item hæres. Lutheri (Alphons. Cast. confessio.) somniantis: confessionem non posse dici sacramentum. Item hæres. Manichæorum (Direct. Inquisit. 2. par. q. 13.) obstrepentium, quòd confessio facta sacerdotibus Romanæ Ecclesiæ nihil valet ad salutem, nec Papam, nec aliquem alium de Romana Ecclesia habere potestatem absoluendi aliquem à peccatis.

Manichęi damnati à Concilijs, Papa, & scriptura.

Secundò habes, quomodo per rationem has meritò damnari ostendas à Concilio Tridentino, sess. 14. cap. 1. Dominus sacramentum pœnitentiæ tunc præcipuè instituit; cùm à mortuis excitatus insufflauit in discipulos dicens: Accipite Spiritum sanctū, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Quo tam insigni facto, & verbis tam perspicuis, potestatem remittendi, & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles post baptismum lapsos, Apostolis & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam; vniuersorum Patrum consensus semper intellexit. Et Nouatianos, remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Ecclesia catholica, tanquàm hæreticos, explosit, atque condemnauit. Quare verissimum hunc verborum illorum Domini sensum sancta hæc Synodus probans, & recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes: qui verba illa ad potestatem prædicandi verbum Dei, & Christi euangeliū annunciandi, contra huiusmodi sacramenti institutionē, falsò detorquent. Hæc ibi.

Nota ly semper. Nouatianī hæretici.

Et cap. 5. Ex institutione sacramenti pęnitentiæ iam explicata, vniuersa ecclesia semper intellexit, institutam etiam esse à Domino integram peccatorum confessionem, & omnibus post baptismum lapsis iure diuino necessariam existere. Hæc ibi.

Nota ly semper.

Et cano. 3. Si quis dixerit: verba illa Domini Saluatoris, Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt, non esse intelligenda de potestate remittendi, & retinendi peccata in sacramento pœnitentiæ; sicut Ecclesia catholica ab initio semper intellexit: detorserit autem contra institutionem huius sacramenti, ad authoritatem prædicandi Euangelium: anathema sit. Hæc ibi.

Nota ly ab initio semper.

Item ab eodem damnatas, inquantum contra specialia peccata confitenda negant, & circunstantias: vt suprà in not. 1. & 3. post respon. ad secundum. Item à Concilio Lateranensi, vt ibi not. 3. Item à Concilio Trident. sess. 14 cap. 5. Neque per Lateranense Concilium Ecclesia statuit, vt Christi fideles confiterentur; quod iure diuino necessarium, & institutum esse intellexerat: sed, vt præceptum confessionis saltem semel in anno ab omnibus & singulis, cum ad annos discretionis peruenissent, impleretur. Hæc ibi. Vnde autem Concil. Lateranen. (vt in not. 3. suprà) quòd diligenter inquirantur etiam circunstantiæ: vt detur salubre peccatoribus consilium, & remedium. Tridentinum verò (vt suprà not. 1. post respons. ad secundum) affirmat, quòd sacerdos æquitatem in pœnis iniungendis pœnitenti (quod vtique est salubre remedium, vt ibi cap. 8. ad longum declaratur) seruare non potest: si specialia peccata, & non tantum in genere sibi à pęnitente non declarentur. Cùm ergo Lateranēse remedium æquum, non iniquum remedium velit à sacerdote adhiberi ei, qui confitetur: liquidò sequitur, quòd peccata in specie confitenda intellexit à Domino fuisse institutum; & quòd percipiat talem confessionem saltem semel in anno à Christi fidelibus actualiter obseruandam; Et per hoc omnes contrarias hæreses damnet. Ergo per hoc, quòd intelligit confessionem talem institutam fuisse à Domino, damnat etiam Lutherum, negantem confessionem esse sacramentum. Item à Papa Sixto IIII. in Extrauaganti, approbante sententiā Alphonsi Archiepi Toletani contra Petrum Oxomensem, intelligitur ad literam damnatus omnis error Petri eiusdem. Vide hanc damnationem suprà q. 1. artic. 1. appen. Item à Concilio Tridentino, sess. 7. cano. 3. de baptismo, Si quis dixerit: in Romana Ecclesia, quæ omnium ecclesiarum mater est, & magistra, non esse veram de sacramento Baptismi doctrinam: anathema sit. Hæc ibi. Intellige tu, idem de confessione sentiri

à Chri-

à Christianis debere. Ergo per hoc damnari dicas hæresim Manichæorum supradictã, cõtra quos præsertim à Sede Apostolica fuit delegatus Inquisitor R. P. Petrus de Verona ordinis Prædicatorũ, qui postea ab ipsis Manichæis hæreticis est gladijs interfectus: eodemq; anno per S. E. R. est canonizatus & inter candidatos martyres relatus, ac sanctus Petrus martyr appellatus, miraculis plurimis gloriosè coruscans. ẽm Manichæorum supradicta, speciatim verò damnatur illa hæresis (Direct. ibi) à Decret. 24. q. 3. ca. Quidam. vbi in fine de omnibus enumeratis, inter quos erant Manichæi, dicitur sic. Hæ sunt hæreses aduersus catholicam fidem exortæ; & ab Apostolis, & à sanctis Patribus, vel Concilijs prædãnatæ; quæ dum in se multis erroribus diuisæ inuicem sibi dissentiunt, communi tamen nomine aduersus Ecclesiã Dei conspirant. Sed & quicumque aliter scripturam sanctam intelligit, quàm sensus Spiritussancti flagitat, à quo conscripta est, licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest. Item à Concilio Trid. sess. 7. cano. 1. de sacramentis, Si quis dixerit: sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta, &c. videlicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pęnitẽtiam, Extremam vnctionem, Ordinem, Matrimonium: aut etiam aliquod horum septem non esse verè & propriè sacramentum: anathema sit. Hęc ibi. Et cano. 4. Si quis dixerit: sacramenta nouæ legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, &c. licet omnia singulis necessaria non sint: anathema sit. Hæc ibi. Vide appen. art. 1. & sequent. 3. quoniam istę multum ad errorum variorum condemnationem se mutuo iuuant. Prædictas canonicas hæresum illarum damnationes scias sigillatim contra earum quamlibet applicare: quoniam ideo plurimę damnationes glomeratim (vt aiunt) adductæ sunt, vt possit lector quisque per seipsum singulas singulis (vt decet) vigilãter applicare. Non enim adducere omnes contra quamlibet institutum fuit: sed, vt ex omnibus singulæ contra singulas eligerent, studentibus parare mensam. Quod verò nunc in proposito isto dictum est, vbique intelligendum atque seruandum intelligas; quandocumque contra multos errores præmissos arma multa, pro varietate hostium retundenda, è canonicis munitionibus assumimus: etiam quòd nunquàm alibi hoc monitum replicaretur. Item à Concilio Triden. illam Sectariorum speciatim damnatam fuisse sess. 14. cap. 5. Colligitur etiam eas circunstantias in confessione explicandas &c. (vt suprà not. 3. post respon. ad secundum) sed & impium est: Confessionem, quæ hac ratione fieri præcipitur, impossibilem dicere; aut carnificinam illam conscientiarũ appellare. Constat enim nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exigi, quàm, vt postquàm quisque diligentiùs se excusserit, & conscientiæ suæ sinus omnes, & latebras explorauerit, ea peccata confiteatur; quibus se Dominum & Deum suum mortaliter ostendisse meminerit. Reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuersum eadem confessione inclusa esse intelliguntur: pro quibus fideliter cum Propheta dicimus, Ab occultis meis munda me Domine. Ipsa verò huiusmodi confessionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia, grauis quidem videri posset: nisi tot, tantisque commodis, & consolationibus leuaretur; quæ omnibus, digne ad hoc sacramentum accedentibus, per absolutionem certissime conferuntur. Hæc ibi. Vbi nota, contra Lutherum suprà; quod Concilium expressissimè, confessionem præmissam, vocat sacramentum. De commodis autem, quæ affert confessio, à Concilio tactis ibi: vide ibi quæst. 10. per totam. Contra hæres. secundi, vide etiam q. 8. art. 2. append. Tertiò habes: quomodo per eius rationem antedicta, pro quanto confessionem sentiunt esse de iure diuino, & declares, & probes, & defendas. Quartò vides: quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur.

*De S. Petro martyre.*

*Notatio vsus ad horũ, atq; similium studiosos.*

*Ad quid tenetur confitens, anteq̃ confiteat. & dũ confitetur.*

3 · 4

## ARTICVLVS III.

*Vtrum omnes ad confessionem teneantur.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non omnes ad confessionem teneantur: quia sicut dicit Hieron.* Pęnitentia est secunda tabula post naufragium, sed aliqui post baptismum naufragiũ non sunt passi. ergo nec eis competit pęnitentia, & sic nec confessio quæ est pęnitentiæ pars.

¶ 2 Præterea. Confessio facienda est iudici in quolibet foro, sed aliqui sunt qui non habent hominem iudicem supra se. ergo nec tenentur ad confessionem.

¶ 3 Præterea. Aliquis est qui non habet peccata nisi venialia, sed de illis non tenetur homo confiteri. ergo non quilibet tenetur ad confessionem.

SED CONTRA est, quia confessio contra satisfactionem, & contritionem diuiditur: sed omnes tenentur ad contritionem, & satisfactionem. ergo & omnes tenentur ad confessionem.

¶ Præterea. Hoc patet per Decr. de pœnit. & remiss.* vbi dicitur, Quòd omnes vtriusque sexus cum ad annos discretionis peruenerint, tenentur peccata confiteri.

RESPON. Dicendum, quòd ad confessionem dupliciter obligamur. Vno modo ex iure diuino, hoc ipso, quod est medicina, & secundũ hoc non omnes tenentur ad confessionem; sed illi tantum, qui peccatum mortale incurrunt post baptismum. Alio modo, ex præcepto iuris positiui, & sic tenentur ex institutione ecclesiæ edita in Concilio generali sub Innocentio,* tum vt quilibet peccatorem se cognosceret, quia omnes peccauerũt, & egent gratia Dei, tum vt cum maiori reuerentia ad Eucharistiam accedatur, tum vt ecclesiarum rectoribus sui subditi innotescant, ne lupus intra gregem lateat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis homo in hac mortali vita post baptismũ naufragium euadere possit, quod est peccatum mortale, non tamen euadere potest venialia, quibus ad naufragium disponitur, contra quę etiam pęnitentia ordinatur: & ideo manet pœnitentię locus etiam in illis, qui non mortaliter peccant, & per consequẽs confessionis.

AD

**Decr. lib. 5. tit. 38. c. 12. Et Cõcil. Later. sub Innoc. III. cano. 21. Conc. Trid. sess. 14. c. 5. & can. 8.*

** In Cõcil. Later. can. 21. & habetur in Decre. lib. 5 1. tit. 38. c. 12.*

SVP. Q. XXXVII. Aliàs 6. Art. III.

22

CONCL. 1. Non omnes tenẽtur ex iure diuino ad confessionem: sed illi tantũ, qui peccatũ mortale incurrunt post baptismum.

¶ PROB. Quia confessio iure diuino instituitur, vt medicina; & (supple tu) medicina hac non egent omnes, sed tantum illi qui post baptismum mortaliter peccant.

¶ NOT. Conclusio simul cũ sui probatione confirmatur per Concil. Trid. sess. 14. cap. 5. sic. Vniuersa Ecclesia semper intellexit; institutã esse à Domino integrã peccatorũ confessionem; & omnibus post baptismũ lapsis iure diuino necessariã existere. Hæc ibi. Vbi per cõtextum aperit; se intelligere tantum de lapsis mortaliter; quoniã post aliqua subdit hæc ad verbum; ex his colligitur, oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habent, in confessione recenseri. Hæc ibi.

¶ CONCL. 2. Omnes tenentur ex institutione ecclesiæ edita in Concilio generali sub Innocentio III. ad confessionem.

¶ COROLL. Ergo de his etiam, qui non peccarunt mortaliter, intelligit secunda cõclusio hæc. Alioquin nihil dicere videretur, vltra primam conclusionem: cum tamen in prima de iure diuino, & in secunda de iure positiuo loquatur. Intellige tamen illos teneri ad confessioné taliter; non quia ad confitendum venialia sint obligati: sed quia ad faciendum aliquid ab ecclesia pro confessione in tali casu reputatum, ex Concilij præmissi institutione, obligantur. Pro quo vide responsionem duplicem ad tertium: & sic vtramque concorda; quòd s. repræsentare se sacerdoti, eo modo, quo ibi in fine dicitur, reputatur pro confessione etiam venialium. Ad confitendum ergo speciatim venialia non tenet homo, etiã ex institutione Ecclesiæ (sic intelligit D. Tho. ibi in secunda); ad confitendũ autem venialia, cõfessione sibi in tali casu reputata, tenet ex institutione Ecclesię (sic intelligit in prima). Ex præcedentib. conclusionibus ergo sic declaratis dicat. Socrates venialia tantũ habens tenetur ne ad confessionẽ sacralem speciatim, i. illa sacerdoti explicando, faciendam? Non quantum est de iure diuino; nec quantũ est de iure positiuo. Socrates idem eodẽ modo existens tenetur ne ad confesionẽ sacramentalẽ, i. ad aliquid pro confesione ei in tali casu reputatum? Non, quantũ est de iure diuino; sic, quantum est de iure positiuo. Licet n. Laterañ. Conciliũ non statuerit, φ Socrates ipse taliter existens confiteretur primo illo modo; statuit tamen, φ confiteat isto scdo modo. Per hoc siquidem, φ fideles semel in anno confiteri statuit, statuisse etiã cointelligitur: φ homo habens tantũ venialia sacerdoti se repræsentet semel in anno ostendens seipsum absque cõsciencia mortalis peccati esse, & consequenter solũ venialia habere. Quæ reprę̃sentatio, cùm (vt dictũ est) reputetur in tali casu pro confesione: ad confessionem venialium, in hoc sensu; non autem in primo illo sumptam, tenentur omnes ex institutione Ecclesiæ. Sic intelligitur secunda textus conclusio.

¶ PROB. Quia omnes teneri ad statuta ecclesiæ, secundùm φ statuta sunt, patet (& hoc tanquàm probatio, præsupponitur in tex.)

¶ NOT. De tali institutione ecclesiæ affert D. Thomas tres rationes. Prima est; vt quilibet &c. Secunda, vt cum maiori &c. Tertia, vt Ecclesiarum rectorib. &c. Quas vide per te.

**Sup illud Esa. 3. Peccatũ suum quasi &c. to. 3. Et ad Demetria. de serui. Sodoma vig. circa med. to. 1. Et Magist. 4. sent. dis. 14. in prin.*

**Decr. lib. 5. tit. 38. c. 12. Et Cõcil. Later. sub Innoc. III. cano. 21. Conc. Trid. sess. 14. c. 5. & can. 8.*

*Conci. generaL Later. ca. 21. Ita de pę. & remiss. cap. omnis vtriusque.*

*Concordia duarum responsionũ.*

*Habens solũ venialia an, & qũo teneat ad confesionem.*

1m ex Hieron. Post naufragium. s. Vel actualiter, vel dispositiuè, incursum. §. Tunc nihil &c. Nam

licet

licet aliqui post baptismum naufragium actualiter, quod fit per peccatum mortale, non sint passi (vt arguitur): omnes tamen naufragium dispositiuè, quod fit per peccatum veniale, passi sunt.

¶Not. 1. Quando hic concluditur, quod locus confessionis venialiter solùm lapsis relinquitur: hoc semper etiam si alibi hoc dictum inuenires, intellige secundum declarationem factam in corollario immediate post secundam conclusionem. Vel intellige, quod de obligatione laudabili, id est ad melius esse, non de obligatione ad salutem necessaria, loquitur Diuus Thomas. Et hunc sensum quasi innuit litera, per ly etiam, quando dicit: contra quę (venialia) etiam pœnitentia ordinatur. Ac si dixisset. Pœnitentia principaliter ordinatur contra mortalia: & contra venialia non principaliter, sed etiam i. secundario: hoc est, contra illa necessario, & contra ista ad bene esse. In tali sensu potes quoq; (si mauis) interpretari conclusiones præmissas: ita vt primam loqui de necessitate absoluta dicas, secundam verò de necessitate ad bene esse. Necessarium siquidem sic distinxit Philosophus in Metaphys. 5. & sic distincto vsus est S. Doctor pri. par. q. 1. art. 1. licet posuerit inibi duas conclusiones de necessario loquentes absque expressa distinctione necessarij. Ita in præsenti articulo ponit duas conclusiones de obligatione loquentes. Vnde licet non faciat expresse distinctionem de obligatione in necessariam absolutè, & necessariam ad bene esse: tamen hanc distinctionem subintelligit. Sicut enim ibi in prin. par. distinctionem necessarij intelligebamus ex natura illarum conclusionum considerata, & ex illarum probationibus diuersa sonantibus: sic in præsenti distinctionem obligationis intelligimus ex Concilij Lateranensis in secunda conclusione adducti consideratione (hanc considerationem habes suprà in corollario), & ex ly etiam, nunc in ad primum dictō.

Respon. 1. Pœnitētia cōtra quæ primò ordinatur.

Alius sensus conclusionis secūdæ.

Ad secundum dicendum, quòd nullus est, qui non habeat iudicem Christum, cui per suum vicarium confiteri debet, qui quamuis eo inferior sit, inquantum prælatus est, tamen est eo superior, inquantum peccator est ipse, & ille Christi minister.

Ad tertium dicendum, quòd ex vi sacramenti non tenetur aliquis venialia confiteri, sed ex institutione ecclesiæ quando non habet alia, quæ confiteatur. * Vel potest dici secūdùm quosdam quod ex De-

¶Not. 2. Quando dicitur hic, quòd homo in hac mortali uita non potest euadere venialia, intelligitur de lege communi. Nam ex priuilegio speciali B. Virginem euasisse venialia semper S. Thomas docuit 3. q. 27. artic. 4. & Concilium Trident. sess. 6. cano. 23. confirmauit. Quòd pœnitentia aptè dicatur secunda tabula post naufragium, habes ab eo. sess. ea. cap. 14. & sess. 14. can. 2.

B. Virgo sine veniali. Secūda tabula post naufr. quę.

## 2^m de minori.

Hominem. ℞. Consideratum, vt prælatus est: non autem, consideratum vt peccator est. §. Stando tamen; quòd confessarius consideretur, vt minister Christi tantum. Tunc &c. Confessario enim sic considerato facta confessio à quocumque fiat; facta est iudici. licet namque confessarius, vt Socrates, vel vt peccator, non sit superior, quàm Papa vt Papa: tamen confessarius vt Christi minister est superior, quàm Papa vt peccator. Quàmprimum autem quis accedit ad confessarium, profitetur se esse peccatorem, & consequenter consideratur vt peccator: quàmprimum vero accedit quis ad audiendum actu confessiones, eo ipso facto protestatur se esse ministrum Christi. Quicūq; ergo confessarius, quantumcūque secundum personam propriam, vel secundùm mores proprios omnium esset infimorum magis infimus, si formaliter consideretur, est quibuscumque confitentibus quantumcumque aliàs dignis, vel graduatis, si formaliter & isti considerentur, maior: & consequenter iure, nisi aliud impediat, istorum ille potest esse iudex.

Vnde iudicatur quis prior, & vnde minister Christi.

¶Not. D. Thomas expresse & in argumento, & in responsione fatetur: confessarium esse iudicem confitentis: & consequenter confitentem esse reum; atque confessionem esse actum iudicialem. Hoc verò si coniunxeris alteri eius hic dicto, quòd videlicet confessarius est Christi & vicarius & minister: videbis, & quòd confessio non dicit purum ministerium, licet dicat ministerium; & quòd esse dispensatorem beneficij alterius principalis (id quod est, esse in hoc actu vicarium Christi) non facit, quod confessio non sit actus iudicialis. Sicut ergo confessarius re vera est iudex, & tamen ministerialis: ita confessio ei facta est actus re vera iudicialis, sed per ministrum exercitus. Doctrinam hanc S. Thomæ confirmauit Concilium Trident. sess. 14. cap. 6. Quamuis absolutio sacerdotis alieni beneficij sit dispensatio; tamen non est solùm nudum ministerium vel annunciandi Euangelium, vel declarandi remissa esse peccata: sed ad instar actus iudicialis, quo ab ipso, velut à iudice, sententia expectatur. Hæc ibi. & cap. 5. Christus sacerdotes suipsius vicarios reliquit, tāquàm præsides & iudices; ad quos omnia mortalia crimina deferantur. Hæc ibi. & cap. 2. Christus Dominus hos, si se postea crimine aliquo contaminauerint, ante hoc tribunal, tanquàm reos, sisti voluit: vt per sacerdotis sententiam non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum pœnitentes confugerint, possint liberari. Hæc ibi.

Cōcil. pro S. Thoma de confess. iudice.

## 3^m de minori.

Non tenetur. ℞. Ex vi sacramenti: non ex institutione Ecclesiæ. §. Tunc &c. Non tamen inferas ex responso, quòd Ecclesia instituerit, venialia esse de necessitate simpliciter confitenda, cùm hoc & falsum sit, & contra intentū Diui Thomæ (videat enim constitutionem illam de omnibus loquenté, & consequenter non de venialibus; vt ipsamet subiungit), sed in hoc responso recte intelligendo regulabis te iuxta prędicta, & in corollario post secundam conclusionem, & in notatione prima post ad primum. Vide ibi vnum sensum sancti Doctoris cadenté super distinctionem cōfessionis, & alium cadentem super distinctionem de ly tenetur, i. obligationis, illum in corollario, istum in notatione: & vtrumuis amplectens, vel vtrumque, & hanc & consequētem responsionem absque errore intelligas.

cretali prædicta † non obligantur, nisi illi, qui habent peccata mortalia, quod patet ex hoc, quod dicit, quòd debet omnia peccata confiteri, quod de venialibus intelligi non potest: quia nullus omnia confiteri potest, & secundùm hoc ille, qui non habet mortalia, non tenetur ad confessionem venialium, sed sufficit ad præceptum ecclesiæ implendum vt se sacerdoti repræsentet, & se ostendat absque conscientia mortalis esse, & hoc ei pro confessione reputatur.

† Posita in argum. sed contra, & corp.

ARTI-

## Item de conclusione.

Ad confessionem. ℞. Specialiter faciendam: non, pro confessione in tali casu reputatam. §. Tunc &c. vt patet in litera, & in supradictis locis allegatis. Vide ibi: secundum autem responsum in litera ly vel potest dici secundùm quosdam &c.

¶Not. Hos quosdam non reprobat S. Doctor, immo approbat, vt ex tenore literæ apparet. Ex quo etiam patet: quòd primum responsum dedit, tanquàm tutiorem viam consulens, iuxta morem suum laudabilem (hoc vidimus & in art. 1. ad secundum), non tanquàm in rigore constitutionis, præcisè stans: & consequenter, quòd, accepit ly tenetur largè, i. pro ad melius esse. Tutior sane via illa est: quia clarius obseruatur institutio Concilij Lateranensis, etiam quòd de mortalibus peccatis tantùm loquatur. Nam vltra quod Socrates de venialibus solum confessus à nullo prorsus quantumcūque scrupulosissimo potest argui de omissione confessionis annualis; & consequenter vltra quòd cessat scandalum, quod apud videntes, Socratem non fuisse confessum poterat oriri (cui scandalo impediendo D. Thomas per primum responsum occurrere studuit); vltra hæc duo, inquàm, adiungitur: quòd tunc de mortalibus etiā, si qua post diligentem discussionem sibi occulta habebat, confessus consequenter intelligitur & absolutus, vt suprà quæst. 2. artic. 2. ad secundum, & in Concil. Triden. sess. 14 cap. 5. vide suprà art. 2. appen. Potest enim, & quidem sæpius, accidere, quòd qui credit, se venialia solum habere, habeat etiam mortalia sibi occulta: ideoque semper benefactum, & sæpe necessum, quòd tantum venialia, iuxta suam æstimationem, habens confiteatur; maxime cum tanto tempore, puta per vel circa spatium anni vel dimidij, absque sacramentali confessione manserit. Dato autem; quòd secundum rei veritatem non nisi venialia quis habeat tempore, quo de præcepto Ecclesiæ illo tenentur Christi fideles confiteri, tenetur & ille confiteri; non quidem ratione venialium, sed ratione scandali pusillorum vitandi; qui possent probabiliter de illo scandalizari, & tanto magis quanto plus sanctior habebatur, si istum tempore communi debitæ confessionis Christianorum viderent non confiteri.

Consilium saluberrimum.

Scādalum impedit D. Thom.

¶Coroll. Prima igitur D. Thomæ ad tertium in textu responsio data potest triplicem bonum habere intellectum. Vnum in corollario post conclus. 2. alium in notatione prima post respons. ad primum. tertium in not. post respons. ad tertium nunc finaliter expressum.

## APPENDIX.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem reijcias detestandum consilium, in Papæ & Concilij despectum, Brentij (Prat. Aeriani) dicentis: non confitendum esse sacramentaliter tépore Quadragesimæ, vel Paschatis, quo præcepit Papa; sed si non præcepisset, vellem confiteri (ait ipse Brentius) quando, & quomodo voluntas libera me tetigerit. Contra enim hunc tam ceruicosum habes tres rationes post secundam conclusionem in texto pro Papa & Concilio adductas. Iterū quomodo per rationem reijcias hæresim Lutheri (vt refert Leo X. in Bulla) dicentis, nullo modo præsumas confiteri peccata venialia: sed nec omnia mortalia; quia impossibile est, vt omnia mortalia cognoscas: vnde in primitiua ecclesia solum manifesta mortalia confitebantur. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas; prædictos errores meritò damnari à Concilio Triden. sess. 14. cap. 5. vt suprà in notatione post probationem

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

tionem primæ conclusionis. Iterū ab eod. sess. ead. cap eod. sic. Cum vniuersa peccata mortalia, etiam cogitationis, homines iræ filios, & Dei inimicos reddant, necessum est: omnium etiam veniam cum aperta & verecunda confessione à Deo quærere. Hæc ibi. Quasi autem declarans quid intelligat per ly cogitationis, præmiserat ibi hæc verba: oportere in confessione recenseri, etiam si occultissima illa sint, & tantum aduersus duo vltima decalogi præcepta commissa; quæ nonnunquàm animum grauius sauciant, & periculosiora sunt ijs, quæ in manifesto admittuntur. Hæc ipsum Concilium. Iterum ab eodem ibidem sic. Venialia, quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentius labimur, quamquàm rectè & vtiliter, citraque omnem præsumptionem in confessione dicātur (quod piorum hominum vsus demonstrat): taceri tamen citra culpā, multisq; alijs remedijs expiari possunt. Hæc ibi. Iterum ab eod. ibidē sic. Neque per Lateranense Concilium Ecclesia statuit, vt Christi fideles confiterentur (quod iure diuino necessarium & institutum esse intellexerat); sed vt præceptum confessionis saltem semel in anno ab omnibus, & singulis, cum ad annos discretionis peruenissent, impleretur. Vnde iam in vniuersa Ecclesia cum ingenti animarum fidelium fructu obseruatur mos ille salutaris confitendi sacro illo, & maxime acceptabili tempore Quadragesimæ: quem morem hæc sancta Synodus maximè probat & amplectitur, tanquàm pium & merito retinendum. Hæc ibi. Iterum à Concil. vt suprà artic. 2. appen. Iterum ab eo. sess. 14. cano. 8. Si quis dixerit: Confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia seruat, esse impossibilem, & traditionem humanam à pijs abolēdam; aut ad eam non teneri omnes & singulos vtriusque sexus Christi fideles, iuxta magni Concilij Lateranensis constitutionem, semel in anno; & ob id suadendū esse Christi fidelibus vt non confiteantur tempore Quadragesimæ: anathema sit. Et cano. 7. Si quis dixerit: in sacramento pœnitentiæ ad remissionem peccatorum necessarium non esse iure diuino, confiteri omnia & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita & diligenti præmeditatione habeatur; etiam occulta, & quæ sunt contra duo vltima Decalogi præcepta, & circunstantias, quæ peccati speciem mutant; sed eam confessionem tātum esse vtilem ad erudiendum, & consolandum pœnitentem, & olim obseruatam fuisse tantum ad satisfactionem canonicam imponendam, anathema sit. Hæc ibi. Nota; quòd supra dixerat, vniuersam Ecclesiam semper intellexisse &c. vt in notat. post probationem conclusionis primæ. Iterum à Leone X. in Bulla contra errores Lutheri: quam condemnationem videas suprà quæst. 1. art. 1. appen. Iterum à &c. vt in q. huius art. 1. & 2. append. & locis ibi citatis. Ne mireris; si quando repetatur aliquod Concilij alicuius dictum: quoniam vel pro aliqua varietate errorum, contra quos adducitur, vel pro aliquali annotatione tunc ad illud propositum fienda nouiter in dicto ipsius Concilij, vel pro commodiori lectoris facilitate præstanda, talis quandoque repetitio fit. Vnde non est omnino reprehendenda: sed ad aliquam istarum trium rationum mox recurrendum; & vigilanter annotandum, propter quam illarum tunc fiat consule D. Roffensem contra Lutheri articulum octauū optimè triumphantem. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur.

Peccata cordis sūt periculosiora.

De peccatis venialibus.

Intentum à Concilio Lateran.

Confessio in forma.

Peccata debitè, & diligenter præexaminanda ante cōfessionem.

Repetitio cum causa quãque laudabilis.

3

---

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum aliquis possit confiteri peccatum, quod non habet.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd aliquis licitè possit confiteri peccatum, quod non habet: quia, vt dicit Gregorius,* Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est. ergo ad bonam mentem pertinet, vt de illis culpis se accuset, quas non commisit.

¶ 2 Præterea. Aliquis per humilitatem reputat se deteriorem aliquo, qui est manifestus peccator, & in hoc est commendandus: sed quod corde quis æstimat, licet ore confiteri. ergo licitè potest confiteri se habere grauius peccatū quàm habeat.

¶ 3 Prȩterea. Aliquis aliquando dubitat de peccato aliquo, vtrum sit mortale, vel veniale, & talis debet de illo, vt videtur, confiteri vt de mortali. ergo aliquis debet confiteri aliquando peccatum quod non habet.

¶ 4 Præterea. Satisfactio ex confessione ordinatur: sed aliquis potest satisfacere de peccato, quod non cōmisit. ergo etiam potest confiteri peccatum, quod non fecit.

SED CONTRA. Quicumque dicit se fecisse quod non fecit, mentitur: sed nullus in confessione mentiri debet, cum omne mendacium sit peccatum. ergo nullus debet confiteri peccatum, quod non fecit.

¶ Prȩterea. In iudicio exteriori non debet aliquod crimen alter impingi, quod non potest per testes idoneos probari: sed testis in foro pœnitentiæ est conscientia. ergo aliquis non debet se accusare de peccato, quod conscientia non habet.

RESPON. Dicendum, quòd per confessionem debet pȩnitens se confessori suo manifestare: ille autem, qui aliud sacerdoti de se loquitur, quàm sua conscientia habeat, siue in bonum, siue in malum, non se sacerdoti manifestat, sed magis occultat, & ideo requiritur idonea confessio: sed ad hoc quod sit idonea, requiritur quòd os cordi concordet, vt solum hoc os accuset, quod conscientia tenet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd agnoscere culpam vbi nō est, potest esse dupliciter. Vno modo, vt intelligatur quantum ad substātiam actus, & sic non est verum. Non enim ad bonam mentem pertinet, sed ad errātem, vt se actum aliquem cōmisisse agnoscat, quem non commisit. Alio modo quantum ad conditionem actus: & sic verū est quod Gregorius dicit,* quia iustus in actu qui de se bonus videtur, formidat, ne aliquis defectus ex parte sua fuerit. Et sic dicitur Iob 19. Verebar omnia opera mea: & ideo ad bonam mentem etiam pertinet, vt habeat formidinem, quam corde tenet lingua accuset: & per hoc etiam patet solutio.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ iustus, qui est verè humilis, non reputat se deteriorem, quantū ad perpetrationem actus, qui sit peior ex gene-

---

SVPER Q. XXXVII. Aliàs 6. Art. IIII.

COncl. In confessione requiritur, quòd os cordi concordet: vt solùm hoc os accuset, quod conscientia tenet.

22

¶ Coroll. Ergo ad quæsitū directè respondetur, quòd nullus potest licitè confiteri peccatum, quod scit se non habere. Sic per teipsum alibi elice directas conclusiones: vbi sāctus Doctor, id tibi faciendum, (vt nunc) reliquerit. Quare autem sic multoties vniuersaliter, & quasi indirectè, respondeat: aliàs annotatū est.

* In fine Regi Soc. 10. ad inter. 10. August. Angl. episcopi.

Vniuersalis regula.

¶ Prob. Quia in confessione requiritur, vt pœnitēs se sacerdoti manifestet: & ille non se sacerdoti manifestat, q aliud ei dicit, quàm sua conscientia habeat.

¶ Not. Optimè prȩsupponitur, tāquàm verissima prima pars antecedentis, quòd s. in confessione requirit, vt &c. Nam in art. 3. ad secundum dictum est: quòd Christo per suum vicariū, qui est sacerdos confiteri homo debet. Cū igitur Christo sint omnia peccata, quæ sunt in homine, nuda & aperta secundùm veritatem. Alioquin, cum in hoc sit vnus forus principalis, & vicarij pȩnitens, si non manifestaret modo dicto seipsum sacerdoti, non vteretur sacerdote vt vicario Christi: quod est maximum inconueniens.

Quare debeat homo manifestare confessario.

1m conclusionis illatio.

Ergo ad bonam &c. R. Negatur illatio. §. Non enim bonæ mentis (secundùm Gregorium) est dicere, se fecisse actum culpabilem, si non fecit: licet bonæ mentis (secundùm illum) sit formidare, ne aliquis defectus ex sua parte acciderit in bono à se facto. Debet igitur, vt valeat, sic formari consequentia. Bonarū mentiū &c. ergo ad bonam mētem pertinet, vt formidinē de illo defectu in actu bono, quam corde tenet, lingua accuset.

2m de maiori.

Reputat se deteriorem. R. Quantum ad timorem grauius delinquendi per superbiā in actu de se bono forsan admixtam: non quantum ad actum patratum ex genere suo consideratum. §. Tunc nihil &c. Si enim ille, quod corde æstimat; ore confiteatur non dicet; se homicidiū perpetrasse, sicut alius fecit. sed dicet, se timere (si timet), ne forsan in bonis operib. à se factis per superbiā inde occasionaliter habitam peccauerit grauius, quā sit homicidij peccatum, ab illo alio patratum. Vide textum.

¶ Not. Sic intellige Augustinum in regula dicentem: quòd superbia bonis operibus insidiatur, vt pereant. Minus enim dicens significat plus: quod videlicet superbia p insidias non tantum facit aliquando perire bona opera, sed etiam facit quandoque bona operātem grauius peccare ex sui mixtione in illis operibus bonis, quàm sint opera mala ab alio facta. Hinc apparet; quem sensum habeat oratio illa, Custodi me Domine, quoniam sanctus sum, Psal. 85. Intendit siquidē, quòd maiori custodia à Domino opus habet quis; quantò sanctiora secundùm genus opera fecerit; nè s. per superbiam inde occasionaliter indirectè nascentem peccet grauius, quàm illi qui opera ex genere mala perpetrant. De his ergo sanctis in hac via non confirmatis intelligi potest & illud Augustini in regula, ꝙ quanto in gradu superiori,

*Loco citato in ar. 1. & li. 9. Moral. cap. 25. & 26.

Sanctior quare esse magis in timore confitens: atq; humilior.

superiori, tanto in periculo maiori versantur: exponendo modo, quo supra. Nam maior gradus sanctitatis,quantum ad extra,id est sanctiora de se opera facta sunt indirectè maior materia superbiendi ei; qui facit,vel fecit, illa. Ideò talis custodia adhuc maiori indiget à Deo. Ne (inquit textus) per superbiam grauius delinquat. Ex sancto ipso Doctore super Apostolum 2.Corin.12.lect.tertia notandum: quòd superbia tam graue peccatū est, vt Deus quandoque hominem in mortalia etiam cadere permittat, quo ipsum à superbiæ tumore ex bonis eius operibus aliàs occasionaliter nascituro præseruet. Hinc manifestum euadit: quòd iustus, qui est vere humilis, laudabiliter manifesto peccatore reputare potest, & debet, se deteriorem modo: quo explicatur in textu. Hoc in sensu & intelligere potes illud Eccles. 3. Quanto maior es, humilia te in omnibus.

genere;sed quia timet ne in his,quæ bene agere videtur, per superbiam grauius delinquat.

AD TERTIVM dicendum, quòd quando aliquis dubitat de aliquo peccato an sit mortale, tenetur illud confiteri dubitatione manente: quia quicquid committit, vel omittit, in quo dubitat esse peccatum mortale, peccat mortaliter discrimini se committens: & similiter periculo se committit,qui de hoc quod dubitat esse mortale, negligit confiteri, non tamen debet asserere

**3^m de antecedente.** Vt de mortali. ℞. Dubitato: non asserto. §. Tunc nihil &c. Nam talis non confitetur,stante dubitatione peccatum,quod non habet: sed peccatum,quod dubitat se habere, dubitatiuè exponit. Neque etiam de mortali se accusat habens tantum veniale: sed se de mortali dubitat accusandum, si dubitatiue solum (vt in proposito casu debet) loquatur.

Qualis veritas requirat in confessione.

¶ COROLL. Ergo peccatum confessario debet eo modo exponere, quo est in corde suo. Si dubitatiuè in corde, dubitatiue in ore; si ibi assertiuè, hic assertiuè; si ibi plus vel minus ad vnā partem declinando, hic plus vel minus ad eandem partem declinando. Et quod dicitur de expositione delictorum per seipsum facta, intellige, quoque de expositione illorum ad interrogationem confessarij à pęnitente facta: insuper etiam de omnibus, si qua interuenerint alia, pertinentibus ad fori huius sacramentalis iudicium.

**4^m illatio conclusionis.** Ergo etiam potest &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim est eadem ratio,seu similitudo, in hoc de satisfactione & confessione: vt patet in textu.

Confiteri peccatū qđ nō fecit, accidit dupliciter obligatur &c.

¶NOT. Pro captu propositionis in argumento conclusę aduertas:quòd aliquem confiteri,se peccatum fecisse,quod non fecit, potest contingere dupliciter. Vno modo; quòd dicat se fecisse,quod credit se fecisse,cum tamen re vera non fecerit; & hoc nō est mendacium,licet sit falsum; deberet tamen,vt et falsitatem quamcumque vitaret, pœnitens dicere non quòd fecerit, sed quòd credit,se fecisse,iuxta notata in corollario post ad tertium. Alio modo:quòd dicat se fecisse,quod tamen credit se non fecisse! & hoc est mendacium, & quidem sacrilegium, cum sit in sacramentali foro patratū. Vtronis autem modo quis dicat,se fecisse, quod non fecit; obligatus est ad reddendum sibimetipsi famam coram eodem confessario: dicendo scilicet dixi in confessione vobis,me fecisse tale peccatum, & non feci illud: & (quod peius est) credebam me non fecisse illud,quod tamen,dum sic crederem,dixi me fecisse. Cæterum si credendo se fecisse,dixit falsum: obligatur ad suæ famæ restitutionem, non statim (vt ille nunc dictus) sed quamprimum in cognitionem venerit,quòd ipsemet tale peccatum,quòd fecisse confessus est,non fecit:& tunc simpliciter dicat confessario, dixi me fecisse sic, cum tamen non fecerim, & cum solum crederem me fecisse debueram dicere,credo me fecisse sic,non autem dicere,quòd feci.

Restitutio famæ sibi fit dupliciter.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Casus de infirmis ꝑ confess.

EX art.habes primò,quomodo per rationē ostēdas,meritò à Synodo Maguntina fuisse insinuatum, quòd nemo confiteri debet peccatum, quod non fecit. Insinuatum verò est hoc; quando confessionem voluit esse puram, id est sine admixtione mendacij, cap. 26. Ab infirmis in mortis articulo positis per presbyteros pura inquirenda est confessio; non tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ, sed innotescenda, & cum amicorum orationibus,& eleemosynarum studijs,pondus pęnitentię subleuandum:vt,si fortè mi grauerint, obligati excommunicatione alieni ex consortio bonorū hant: à quo periculo si diuinitus erepti conualuerint, pœnitentiæ modum à suo confessore impositum diligenter obseruent. Hæc ibi. Vbi confessionem puram ad aggregandum consortio bonorum esse proficuam, insinuat:ex consequenti puritatem dicit confessionis ipsam eius veracitatem. Alioquin non ad coniungi bonorum consortio valeret, sed ad seiungi ab illo: cum scriptum sit Psal. 5. Perdes omnes,qui loquuntur mendacium. Si ergo in confessione loqueretur quis mendacium;ex illa reportaret à Deo perditionem,& consortium malorum,non autem saluationem, & consortiū bonorum: cuius oppositum Synodus præmissa confessionem purā mereri docet. Iterum ab ead. ca.27. Quæsitum est ab aliquibus fratribus de his,qui in partib. suspenduntur pro suis scelenbus post cōfessionem Deo peractam, vtrū cadauera illorum ad Ecclesias deferenda sint, & oblationes pro eis offerendę,& Missę celebrādæ,an non. Quibus respondemus si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentib. & dignè pęnitentib. cōmunio in fine secūdum canonicum iussum danda est: cur non est eis, qui pro peccatis suis pęnam extremam persoluunt? Scriptū est enim, Non iudicat Deus bis in idipsum. Nā ipse Dominus ait: In quocūque die conuersus fuerit peccator, peccata eius non reputabuntur ei. & iterum,Nolo mortem peccatoris,sed vt conuertatur & viuat. Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore pœnitentiā denegat: & desperat de clementia Dei,qui eam ad subueniendū morienti sufficere, vel in momento posse non credit. Perdidisset latro in cruce præmium ad Christi dexteram pendens, si illum vnius horæ pœnitentia non iuuisset. Cum esset in pœna, pœnituit, & per vnius sermonis professionem habitaculum paradysi, Deo promittente, promeruit. Vera ergo ad Deum conuersio in vltimis positorum mente potius est æstimanda,quàm tempore;Propheta hoc asserente,cum conuersus ingemueris,saluus eris.Hæc ibi. Vbi Conciliorum confessionem ait Deo peragi, quæ scilicet, sacerdoti vicario eius peragitur confessionem puram, dignamque pœnitentibus vult esse, tali confessione conuersis peccata non imputari à Deo Propheta testante narrat, pœnitenti confessionem habitaculum paradisi promereri affirmat: quibus omnibus,& singulis, veracitatem absque mendacij commixtione confessionem debere continere, prædicat: vt suprà deduximus ex Psal. 5.Item à Concilio Tridentino videtur huiusmodi confessionis pura veritas insinuata: dum sessio. 14.cap.5.ait: Christus sacerdotes sui ipsius vicarios reliquit, tanquam præsides,& iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, &c. Constat sacerdotes iudicium hoc, incognita causa, exercere non potuisse: neque æquitatem illos in pœnis iniungendis seruare potuisse: si in genere dumtaxat, & non potius in specie, ac sigillatim sua ipsi peccata declarassent. Ex his colligitur: oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia: quorum post diligentem sui discussionem cōscientiam habent, in confessione recenseri. Hæc ibi. Vbi nota,quòd non absque causa dixit,non omnia mortalia post diligentem sui discussionem esse confitenda,sed omnia quorum conscientiam habent. Ergo omnia,quæ secundùm veritatem conscientiæ suæ habet quis,confiteri debet,iuxta Concilij statutū: & non quæ habet secundùm fictionem suæ phantasticæ humiliationis. Rursus,si Concilium illud sacerdotes iudicium sanum exercere, æquitatemque in pęnis iniungendis seruare non posse dicit; si non fiat confessio peccatorum in specie:quomodo (secundùm illud)& prædictum iudicium,æquitatemque seruare poterunt,si fiat confessio peccatorum in fictione humilitatis,& non in apertione veritatis? Sicut igitur habet pro inconuenienti, quòd quis non confiteatur in specie, ad euitanda illa duo absurdissima:ita &,quòd quis peccatum non commissum tāquam commissum confiteatur, habet pro inconuenienti,propter eandē rationem. Item ab Ecclesiast. 19. est insinuatum sic. Est qui nequiter humiliat se: & interiora eius plena sunt dolo. Principaliter siquidem videtur loqui de illo, qui causa humilitatis,vt sibi ipse confingit, se accusat de peccato in confessione, quod non credit se fecisse: quoniam huius interiora plena sunt dolo, cum,sic mentiendo mortaliter sacrilegij peccato delinquat, id quod plenius explicatur ab Augustino in Decret. 22. quæstio. 2. Cum humilitatis causa mentiris; si non eras peccator, antequàm mentireris: mentiendo efficeris. Veritas autem ipsa in te non est; nisi ita te dixeris peccatorem, vt etiam te esse cognoscas. Veritas autem ipsa est: vt,quòd est, dicas. Nam quomodo est humilitas; vbi regnat falsitas. Hæc ibi. Vbi etiam glos. inquit, quòd dicens aliquod peccatum de se,cuius contrarium credit,mortaliter peccat. Secundò habes, quomodo per rationem prædictorum Conciliorum & scripturarum, pro quanto non posse quemquam licitè confiteri peccatum quod non habet, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides, quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur.

illud mortale esse,sed dubitatiuè loqui, & iudicium sacerdotis expectare,cuius est discernere inter lepram, & lepram.

AD QVARTVM dicendum, quòd ex hoc, quod homo satisfacit pro peccato, quod non commisit, non incurrit mendacium: sicut cum quis confitetur peccatum quod non credit se fecisse: si enim dicat peccatum, quod non fecit, dum credit se fecisse, non mentitur; & ideo non peccat si eo modo dicat, sicut est in corde suo.

ARTI-

De institiatis (vt aiūt) casus; pro cōfessione.

Naum. 1.

Ezech. 18. 33.

In momēto deus potest qubūscūq; subuenire in salutem.

Tollit verum iudiciū Cōfessariorū, æquitas etiā satisfactionum ab ipsis iniungendarū: si nō fiat confessio & in specie,& in veritate.

Humilitas nō est; vbi falsitas.

2

3

## ARTICVLVS V.

*Vtrum statim teneatur confiteri.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd statim teneatur confiteri: dicit enim Hugo de sanct. Vict. * Si necessitas non est, quæ prætendatur contemptus non excusatur, sed quilibet tenetur vitare contemptum. ergo quilibet tenetur statim confiteri, cum potest.

¶ 2 Præt. Quilibet tenetur plus facere ad euadendum morbum spiritualem, quàm ad euadendum morbum corporalem: sed aliquis infirmus corporaliter non sine detrimento salutis medicum requirere tardat. ergo videtur, quòd non possit esse sine detrimento salutis, quòd aliquis sacerdoti, cuius copiam habet, non statim de peccato confiteatur.

¶ 3 Præt. Illud, quod sine termino debetur, statim debetur, sed sine termino debet homo confessioné Deo. ergo tenetur ad statim.

SED CONTRA. In Decr.* simul datur tempus determinatum de confessione, & de Eucharistiæ perceptione: sed aliquis nō peccat, si non percipiat Eucharistiam ante tempus à iure determinatum. ergo non peccat si ante tépus illud non cõfiteatur.

¶ Præt. Quicumque illud omittit, ad quod ex præcepto tenet̃, peccat mortaliter: si ergo aliquis non statim confitetur, quando habet copiam sacerdotis, si ad statim confitendum tenetur, peccaret mortaliter: & eadem ratione alio tépore, & sic deinceps, & ita multa peccata mortalia homo incurreret pro vna pœnitentiæ dilatione, quod videtur inconueniens.

RESPON. Dicendum, quòd cum propositum confitendi sit annexum contritioni, tunc tenetur aliquis ad hoc propositũ, quando ad contritionem tenetur, s. quando peccata memoriæ occurrunt, quod præcipuè in periculo mortis existit, aut in aliquo articulo, in quo sine peccati remissione oporteat eum peccatum incurrere: sicut cum tenetur ad celebrandum, si desit copia sacerdotis, saltem conteri tenetur, & habere propositũ confitendi. Sed ad confessioné actualiter faciendam obligatur dupliciter. Vno modo per accidens, s. quando ad aliquid tenetur, quod non potest sine peccato facere non confessus, tunc confiteri tenetur, sicut si debeat Eucharistiã percipere, ad quam nullus post peccatum mortale, nisi confessus, accedere debet, copia sacerdotis oblata, & necessitate non vrgente, & inde venit obligatio, qua ecclesia omnes obligat ad semel in anno confitendum, quia instituit vt semel in anno, s. in Paschate, omnes sacrã communionem accipiant, † & ideo ante tempus illud omnes confiteri tenentur. Alio modo obligantur aliqui ad confessionem per se, & sic videtur esse eadem ratio de confessione, & baptismo differendo: quia vtrumque est sacramentum necessitatis. Ad baptismum autem percipiendum non tenetur aliquis, statim postquam habet propositum baptismi, ita quòd peccet mortaliter, nisi statim baptizaretur: nec est aliquod determinatum, vltra quod si baptismum differat, peccatum incurrat, sed potest contingere, quòd in dilatione baptismi mortale erit peccatum, vel non erit, & hoc pensandum est ex causa dilationis: quia sicut dicit Philosophus 8. Physic. Voluntas non retardat facere opus volitum, nisi propter aliquam causam rationabilem. Vnde si causa dilationis baptismi mortale peccatum annexum habeat, vtpotè, propter contemptũ, vel aliquod huiusmodi, si baptismum differat, dilatio erit peccatum mortale: aliàs non. Et ideo idem videtur esse in confessione, quæ non est maioris necessitatis, quàm baptismus. Et quia ea, quæ sunt de necessitate salutis, tenetur homo in hac vita implere; ideo si periculum mortis immineat, etiam per se loquendo, obligatur aliquis ad confessionem faciendam tunc, vel baptismum suscipiendum. Et propter hoc etiam Iacobus simul præceptum edidit de confessione faciẽda, & extrema vnctione percipienda. Et ideo videtur probabilis illorum opinio, qui dicunt, quòd non tenetur homo ad statim confitendum, quamuis periculosum sit differre. Alii dicunt, quòd tenetur contritus ad statim confitẽdum, debita opportunitate oblata, secundùm rectam rationem, nec obstat, quòd Decretum * terminum præfigat, vt semel in anno confiteatur, quia Ecclesia non indulget dilationem, sed prohibet negligentiam in maiori dilatione; vnde per Decretalem * illam non excusatur à culpa dilationis quantum ad forum conscientiæ, sed excusatur à pœna quantum ad forum Ecclesiæ, vt non priuetur debita sepultura, si morte præuentus fuerit ante tempus illud. Sed hoc videtur nimis durum: quia præcepta affirmatiua non obligant ad statim, sed ad tempus determinatum, non quidem ex hoc, quòd tunc commodè impleri possunt, (quia tunc si non daret aliquis eleemosynam de superfluo, quandocumque pauper monstraretur, peccaret mortaliter: quod falsum est.) Sed ex hoc quod tempus necessitatem vrgentem adducit: & ideo non oportet, quòd si statim oblata opportunitate non confitetur, etiam si maior opportunitas non expectetur, aliquis peccet mortaliter: sed quando ex articulo temporis necessitas confessionis inducitur. nec hoc est ex indulgentia Ecclesiæ, quòd non teneatur ad statim, sed ex natura præcepti affirmatiui. vndè ante Ecclesiæ statutum, etiam minus debebatur. Quidam verò dicunt, quòd sæculares non tenentur ante quadragesimale tempus confiteri, quod est eis pœnitentiæ tempus, sed re-

### SVPER Q. XXXVII. Aliàs 6. Art. V.

23 S. Tho. 4. di. 17. q. 3. art. 1. q. 4.

* Ex lib. 2. de sacram. par. 14. c. 8. Et lib. 2. par. 12. c. 2.

CONCL. 1. Peccator volens Eucharistiã sumere, tenetur prius ad confessionem actualem de mortali: copia sacerdotis oblata, & necessitate non vrgente.

¶ PROB. primò: Quia peccator post mortale non potest sine peccato percipere Eucharistiam non cõfessus actualiter, copia sacerdotis, &c. Secundò quia Ecclesia talem obligationem insinuauit per hoc, quòd statuit, semel confitendum in anno; propterea quòd semel in anno communionem sacram accipere omnes, instituit.

Obligatio p accidẽs.

* lib. 5. to. 38. c. 12.

¶ NOT. Obligatio, de qua conclusio cum probatione, est obligatio per accidens, (vt in textu:) non quia non semper, quotiescũque communicare quis voluerit, teneatur ad confessionem talem, sed quia nõ tenetur ad illam plus, quàm semel in anno, nisi præsupposito hoc alio, quòd s. velit communionem sumere. Vnde ly per accidens, est ac si diceret per aliud, nec tamen simpliciter per aliud, sed per aliud quod est per accidens. Nam & qui confitetur saltem semel in anno, facit hoc per aliud, i. supposito statuto Ecclesiæ; sed non per accidens: quia hoc aliud non est accidens, sed quoddam firmum semper durãs, quantum est ex natura statuti. At communicare plusquam semel in anno accidit huic personæ ex eo, quòd sic vult: in signum huius potest nunc communicare, & non communicare; & dato quod semper quinquies, plus vel minus cõmunicaret in anno, adhuc est per accidens: quia illud semper sic durare, consistit solum in voluntate ipsius, quæ potest absque transgressione præcepti nolle toties communicare. Quod ergo sic perseueret in communicando, accidit huic ex eo: quòd voluntas eius nulli legi in hoc obligata, & de natura sua mutabilis, morem hunc sanctum à se electũ firmiter tenet.

† Vt habet 3. part. q. 80. art. 10. ad 3.

¶ CONCL. 2. Non tenet̃ per se homo statim ad actualiter confitendum; postquam habuerit propositum cõfitendi: quamuis periculosum sit differre.

¶ PROB. primò: Quia non est aliquod tempus determinatũ, vltra qđ, si cõfessionem differat, peccet mortaliter, patet ex natura præcepti affirmatiui, per Decretalem Ecclesiæ statuti. Secunda autem pars, s. quamuis &c. probatur: Quia potest contingere, quòd in dilatione cõfessionis mortale erit peccatum (puta; cum causa dilationis prædictæ habet annexũ peccatum mortale).

Obligatio ex cõsciẽtia, etiam erronea.

¶ NOT. *Ly per se*, dicitur ad excludẽdum hoc accidens ab intrinseco proueniens: dictamen scilicet conscientiæ, quamuis erroneæ. Ita quòd, si conscientia dictaret alicui, ipsum teneri sub peccato mortali ad nunc confitendum, licet erraret; teneretur hic, durante conscientia tali, ad confitendum nunc actualiter: alioquin peccaret mortaliter. Vnde si vellet peccatum hoc nouum mortale euadere, & tamen non confiteri; debet nèceffario à se remouere prædictũ accidens, id est deponere talem erroneã conscientiam, siue ex se, (si potest,) siue ad consilium sanctorũ librorum, vel sapientum.

¶ CONCL. 3. Obligatur aliquis, etiam per se loquendo, ad confessionem actualem tunc: si periculum mortis immineat.

* Vt patet in Decr. de pœn. dist. 1. cap. 83. ex Aug. in Enchir. c. 65. tom. 3. Iacob. 5.* * In Decr. li. 5. tit. 38. cap. 12.

¶ PROB. primò: Quia cõfessio post peccatum mortale est de necessitate salutis: & ea, quæ sunt de necessitate salutis, tenetur homo in hac vita implere. Secundò, quia D. Iacobus hãc cõclusionem insinuauit per hoc, quòd simul de confessione actuali, extremaq; vnctione præceptum edidit.

Primum

sed religiosi tenentur ad statim, quia totum tempus est eis pœnitentiæ tempus. Sed hoc nihil est: quia religiosi non tenentur ad alia, quàm alii homines, nisi ad ea quæ ex voto se obligauerunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Hugo * loquitur de illis, qui sine sacramento decedunt.

*Loco cit. in arg. 1.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ non est de necessitate salutis corporalis, quòd statim medicum quærat, nisi quãdo necessitas curationis incumbit, & similiter ad morbum spiritualem.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ retentio rei alienæ inuito domino contrariatur præcepto negatiuo, quod obligat semper, & ad semper: & ideo tenetur semper ad statim reddendũ. Secus est autem de impletione præcepti affirmatiui, quod obligat semper, & non semper. Vnde non tenetur ad statim implendum.

1ᵐ de conclusione. Ergo quilibet. ℞. In periculo mortis existens: nõ aliter. §. Tunc &c. Nam, cùm Hugo de morituris tantum loquatur, ex illa auctoritate non potest vniuersaliter inferri de quibuslibet. Ex litera dic, quòd auctoritas illa in argumento posita seruit, tanquàm probatio, conclusioni tertiæ. Item, ꝙ illa loquitur per se, & ideo, absq; præiudicio aliquo primæ conclusionis, stat formalis responsio data.

2ᵐ minor. Aliqs infirmus corporaliter, nõ sine detrimento salutis, medicũ requirere tardat. ℞. Quando necessitas curationis incũbit: non autẽ, quando talis necessitas non incũbit. §. Tunc &c. Nam & de infirmo spiritualiter tale est iudicium, vt patet per primam conclusionem, quando necessitas communionis incumbit, & per tertiam, quando periculi mortis; & per secundam, quando non adest necessitas.

3ᵐ de maiori. Termino debetur. ℞. Ex obligatione præcepti negatiui: non, ex obligatione præcepti affirmatiui. §. Tunc nihil &c. Nam debitum confessionis, quo ad tẽpus, surgit ex præcepto affirmatiuo; non autem ex negatiuo, sicut debitum restituendi rem alienam, vt maior argumenti putabat.

¶NOT. Pro clariori notitia responsionis huius de præcepto illo Decret. affirmatiuo, vide in corpore; à ly Alij dicunt, quòd tenetur contritus ad statim, &c. vsque ad ly Quidam verò dicunt, quòd sęculares non, &c.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem repellas errorem cuiusdã, sub correctione tamen Ecclesiæ, in summula tit. cõmu. sacram. circa princ. hæc verba dicentis: Si autem commoditas adest confitendi, & habens conscientiã peccati mortalis differre vult confessionem, & nihilominus communicare, quia oportet ipsum cum alijs communicare, aut ipsum oportet celebrare, peccare videt valde grauiter: quia minus dignè voluntarius accedit; vtpotè ad ecclesiasticæ vnionis sacramentũ sine ecclesiastica reconciliatione absque rationabili excusatione accedens. Non damno tamen ipsum peccati mortalis propter rationem dictam. Hęc ille. Ratio autẽ dicta, secundùm istum Doctorem, fuit: quia (inquit) præceptum de confessione præmittenda communioni non est de iure diuino, nec de iure positiuo; cùm nullibi inueniatur, nisi semel in anno. Hæc ibi. Ex articulo enim patet, quòd ratio istius iuri est pro vtraque parte falsa: Nam dicitur hic, quòd præmittendam esse confessionem communioni habetur ex iure positiuo, & ex iure diuino. Ex positiuo quidem, quoniam ideo ab ecclesia statutum est confiteri Christianos semel in anno, quia communicari semel in anno statutum fuit, quasi quòd per hoc dixerit apertè ecclesia, quoties peccator communicare vult, toties ipsum præconfiteri de mortali oportere, declaro. Ex diuino autem iure: quoniã non potest existens in mortali dignè accedere ad Eucharistiam, non confessus; & consequenter sic accedens facit contra Apostolum dicentem: Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat: qui enim manducat indignè, iudicium sibi manducat. Quasi expresse dicat: Manducans illum panem non probatus à seipso, manducat indignè: ac propterea peccat mortaliter. Probare autem seipsum est, media confessione sacramentali non esse sibi conscium peccati mortalis: vt nuncnũc ex Concilio Tridentino patebit. Fallitur ergo ille vir (nam & bonus quandoque dormitat Homerus) in hoc, quòd & ratiocinando de iure positiuo, non distinguit inter per se, & per accidens, (vt facit Diuus Thomas;) & loquendo de iure diuino, non intelligit verum sensum Apostoli in ly Probet seipsum homo. Non enim ex hoc, quòd de iure positiuo non tenetur, per se loquendo, aliquis in die Natalis Domini communicare volens ad confessionem actualem; sequitur, quòd ex eodem iure non teneatur per accidens: neque ex eo, ille ipse habet contritionem de suis peccatis; sequitur, quòd probauerit seipsum probatione illa, quàm esse necessariò faciendam ante sacram communionem, docet Apostolus. 2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas: errorem prædictum meritò damnatum esse à Concilio Tridentino, Cabilonensi, Augustensi, sessionibus, capitulis, & verbis: quibus suprà quæstio. 5. artic. 1. notation. 3. post responsionem ad tertium recitatur. Consule locum illum: & Apostoli sensum, super ly Probet seipsum homo, etiã ibi explicatum; censurasque contra oppositum tenentes, &c. videbis. Poteris & corollarium sequens præmissam notationem inspicere, pro abundantiori doctrina. 3 Tertiò habes, quomodo per rationem prædicta Concilia, pro quanto confessionem necessariò communioni decernunt præmittendam, & declares, & probes, & defendas. 4 Quartò vides; quomodo ex his vicissim Angelica doctrina præsens consolidetur.

In quo errent rõnes à viro illo adductæ.

Cabil. Augusten. ab Aplo iuxta verũ sensum intellecto.

---

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum possit cum aliquo dispensari, quòd non confiteatur.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd possit cum aliquo dispensari, ne confiteatur homini peccata. Præcepta enim, quæ sunt de iure positiuo, subiacent dispositioni Prælatorum Ecclesiæ, sed confessio est huiusmodi, vt ex dictis † patet. ergo potest dispensari cum aliquo, vt non confiteatur.

†art. 3. huius quæst.

¶ 2 Præterea. Illud, quod ab homine institutum est, potest etiam ab homine dispensationem recipere, sed confessio non legitur à Deo instituta, sed ab homine, Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra; habet autem Papa potestatem dispensandi in his, quæ per Apostolos instituta sunt: sicut patet de bigamis. ergo etiam potest cum aliquo dispẽsari ne confiteatur.

SED CONTRA. Pœnitentia, cuius pars est confessio, est sacramentum necessitatis, sicut Baptismus; cum ergo in Baptismo, nullus dispensare possit, nec in confessione

SVP. Q. XXXVII. Aliàs 6. Art. VI.

24 S. Tho. 4. sen. dis. 17. q. 3. artic. 1. q. 5.

CONCL. 1. Non potest Papa dispensare, quòd aliquis saluetur sine cõfessione, quatenus obligat ex vi sacramenti.

¶PROB. Quia Papa non potest noua sacramẽta instituere, aut instituta remouere (sicut nec nouam fidem, cum sit positus in ecclesia iã diuinitus fundata in fide, ac sacramentis): & dispensare taliter, esset sacramẽtum confessionis diuinitus institutum remouere, vel etiam nouum quid pro sacramento instituere.

Cõtra hęreticos nõ distinguentes.

¶ NOT. Aliud est noua sacramenta instituere, aut instituta mutare; & aliud est, aliquid circa sacramenta diuinitus instituta ordinare. Primum non posse ecclesiam, antecedentis huius prima pars docet; de secundo non loquitur. Concilium verò Tridentinum sess. 21. cap. 2. vtrumque aperit, dicens: Præterea declarat: hanc potestatem perpetuò in ecclesia fuisse, in sacramentorum dispensatione, vt SALVA ILLORVM SVBSTANTIA, ea statueret, vel mutaret, quæ suscipientium vtilitati, seu ipsorum sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire iudicaret. Id autem Apostolus non obscurè visus est innuisse, qui ait, Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispẽsatores mysteriorũ Dei, atque ipsum sine hac potestate visum esse, satis constat, in multis. Hæc ibi.

¶CONCL. 2. Potest Papa dispensare in confessione, secundũ ꝙ obligat de pcepto ecclesiæ: vt possit qs diutius confessionem differre, q̃ ab ecclesia institutum sit.

Cap. omnis, de pęn. & remiss.

¶COROLL. Ergo de sententia S. Tho. est, ꝙ Ecclesia nõ instituit sacramentũ confessionis, sed ꝙ de tempore cõfitẽdi præcepit. Concordat ergo Concil. Trid. sess. 14. c. 5. de Lateranẽ. Concil. loquenti. vide suprà art. 3. appen. ibi, neque per Lateranẽse Conciliũ Ecclesia, &c. Ergo ex hac præsenti sententia D. Th. intelligas rectè concl. secundam ibi art. 3. positam, sicut declarauimus.

Cõc. Trid. sess. 14. c. 5. & ca. 8.

¶PROB. Quia hoc, tanquàm clarissimum, præsupponitur.

¶NOT. Præsuppositũ hoc firmauit Synodus Tridentina, atque de quibus rebus dispensandis vniuersaliter intelligatur, declarauit: dum sess. 25. c. 21. ait: Postremo omnia, & singula sub quibuscũque clausulis, & verbis, quæ de morum reformatione, atque ecclesiastica disciplina in hoc sacro Concilio statuta sunt, declarat: ita decreta fuisse, vt in his salua semper authoritas Sedis Apostolicæ, & sit, & esse intelligatur. Hæc ibi. Quibus profectò cõcordat his, quæ prędixerat sess. 7. decreto de reform. sic. Eadem sancta Synodus inceptũ residẽtię, & reformationis negotiũ prosequi intendens; vt sequitur, statuen-

statuendum censuit; salua semper in omnibus Apostolicæ Sedis authoritate. Hæc ibi. Ex quibus patet, q Papa est supra omnia Concilia generalia, cum de statutis ab eis circa res inibi expressas dispensandi authoritatem habeat: id quod, quantum ad esse supra omnia Concilia, fusius multis testimonijs irrefragabilibus adductis; declarauit Leo X. sacro approbante Lateran. Concilio, sess. 11. in Bulla, Pastor æternus. Vide eius verba recitata infrà q. 13. ar. 3. appē. Ex quo loco vtique colligitur: q non potest amplius, salua fideli, debitaq; reuerentia ad Sedē Apostolicam, reuocari in dubiū illa quæstio de preeminentia Concilij generalis super Papā, vel è contrà: cùm iam hoc ibi, & quidem abundè (vt legenti, & intelligenti, patet) fuerit declaratum ex ipsorum etiam Cōciliorum factis, atq; definitum. Pro doctrinæ præsentis ampliori captu, vide omninò Veritates aureas super legem veterem, Leuit. 8. conclus. 8. Hanc eandem doctrinam de superioritate Romani Pontificis ad ipsa Concilia, S. Tho. in præsenti dedit, approbauit, atque manifestauit: dum in secunda cōclusione ista, Papam dispensare posse super decretum Concilij maximi Lateranensis sub Innocentio III. de tempore confessionis, apertissimè determinauit. A simili ergo, siue à fortiori, intelligendum palàm reliquit, q eiusdē Pontificis authoritas est supra quæcūq; alia Cōcilia. Vide etiam pro meliori q. 40. art. 6. Vide Bullā illam Leonis X. in 4. to. Conciliorum: & hanc de superioritate quæstionem iam à pluribus annis decisam fuisse ab Ecclesia, inde liquido cognoscas. Hinc & per D. Thom. vide reprobatum errorem Petri Oxomen. dicētis: Papę non posse dispensare in statutis vniuersalis Ecclesia. Qui error à Sixto IIII. (vt patet in actis eius) damnatus etiam fuit.

Papa est supra cōcilia.

Cōcil. Later. maximo interfuit Hierosol. & Constantinop. Patriar. metropol. 70. Epi, 400. Abbat. 12. Priores cōuentuales 800. Imperij Græci, & Latini, Legati, oratores Regū Hierusalē, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ, Cypri.

1^m de maiori. Positiuo. ℞. Humano, non diuino. §. Tunc nihil &c. Nam confessio est de iure positiuo quidem, sed diuino, suprà art. 2. nec est de iure positiuo, purè humano, nisi quo ad determinationem temporis respectu quorumcūque. Vide corollarium post secundam conclusionem, & loca ibi citata: & vt sano modo intelligas vltima verba textus responsi huius, vide etiam not. post probation. primæ conclusionis.

2^m de maiori. Institutum. ℞. Non, sed promulgatum. §. Tunc &c. Nam præceptum de confessione non est ab homine puro, &c. vt in litera. Maior autem illa argumenti intelligitur de homine puro, cuiusmodi non est Christus sacramenti confessionis institutor, cum sit etiam Deus.

¶ Not. Literam hanc de Iacobo respectu sacramenti huius, confirmari scias à Concilio Trident. sess. 7. cano. 1. de sacramentis. Si quis dixerit: sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo domino nostro instituta, anathema sit. & sess. 14. cap. 1. de extrema vnct. loquente. Instituta est, &c. tanquàm vere & proprie sacramentum à Christo &c. per Iacobum autem Apostolum commendatum fidelibus, & promulgatum. Hæc ibi. A simili ergo dicas, q nullus Apostolorum, sed nec quorumcūque aliorum, instituit aliquod nouæ legis sacramentum: sed commendare illa, vel aliquod illorum fidelibus, & promulgare potuit.

Aliud est instituere, aliud promulgare.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò; quomodo per rationem reijcias hæreses illorum, qui plura, vel pauciora sacramenta ecclesiæ posuerūt, q̃ septem. Vt: Hæresim Caluinistarū, Flacianorum, aliorumq; bissacramentaliū (authore Staphilo) dicentium: Sacramenta tātum duo esse, Baptismum, & Cęnam. Item. Hæreticā inconstantiam Lutheri (Prat. Lutherani) qui, licet catholicis concorditer sacramenta tantū septem esse in Ecclesia, anno 1515. rectè docuisset: tamen sacramentū vnum tantū pronūciauit, dum in sua captiuitate Babylonica captiuus ipse diaboli anno 1520. conscriberet: & sacramēta duo postea esse voluit, dum pniciosissimè Catechismum suum anno 1522. componeret: & sacramenta demum tria professus est in confessione illa sacrilega Augustana, quàm Lutheri nomine obtulit Melāćthō, anno 1530. Clarum.n. est in præsenti articulo sancti Thomæ, quòd institutio ecclesiæ, quę fit per fidem & sacramenta, præsupponitur ad operationem ministrorum: & consequenter ex ista ratione patet, quod impossibile est, ponere plura sacramenta, vel pauciora, quàm illa sint, in quibus primo fundata est ecclesia, quæ sunt septem; & ex consequenti etiam patet, quòd ista ratio articuli hæreses prædictas expugnat. Secundò habes, quomodo per rationem ostendas, meritò damnatas illas fuisse à Concilio Tridentino, sessio. 7. cano. 1. Si quis dixerit: Sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta: aut esse plura, vel pauciora, quàm septem; videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: aut aliquod horum septem non esse vere, & propriè sacramentum: anathema sit. Hæc ibi. Item à Papa Eugenio IIII. in suo Decreto; vbi, sacro approbante Concilio Florentino, sacramentorum numerum Armenis cum præsentibus, tū futuris, tradens ait: Ecclesiasticorum sacramentorū veritatem redigimus sub hac formula. Nouæ legis septem sunt sacramenta, s. Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pęnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium. Hæc ibi. Vbi patet, q cum Armenorum instructioni fideli de sacramentis intenderet, voluit per hoc explicare ipsorum numerum verum præcisè. i. nec in plus, nec in minus excedendo. Notabis hic Lutherū, Caluinum, & alios supranominatos fuisse in hoc peiores, quàm Ioannes Huss. qui tamen Ioan. tāquàm aliàs hæreticus, condemnatus est à Concilio Constantien. sess. 15. consimili damnatione, qua Io. Vuiclef fuerat, sess. 8. condemnatus, quæ ponitur suprà q. 1. ar. 1. Nam iste Huss, fatetur concorditer catholicis, septem esse ecclesiæ sacramenta, vt in eius articulis ibi à Concilio recitatis videre est, art. 8. Ergo Lutherus, Caluinus hæretici, etiam ab hæretico damnantur. Hæc ad maiorem ipsorum confusionem dicta sint. Tertiò vides, quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

† Iac. 5.

Matth. 7.

Matth. 3.

Matth. 8.

Hebr. 7.

Hæreticus dānat hæreticos.

ne aliquis dispensare potuit.

Respon. Dicendum, quòd ministri ecclesiæ instituuntur in ecclesia diuinitus fundata: & ideo institutio ecclesiæ præsupponitur ad operationem ministrorum, sicut opus creationis præsupponitur ad opus naturæ, & quia ecclesia fundatur in fide, & in sacramentis, ideo ad ministros, nouos articulos fidei edere, aut editos remouere, aut noua sacramenta instituere, aut instituta remouere, non pertinet: sed hoc est potestatis excellentiæ, quæ soli debetur Christo, qui est ecclesiæ fundamentum. Et ideo sicut Papa non potest dispensare, vt aliquis sine Baptismo saluetur: ita nec quod saluetur sine confessione, secundùm quòd obligat ex vi sacramenti. Sed potest dispensare in confessione, secundùm quòd obligat de præcepto Ecclesiæ, vt possit ad diutius cōfessionem differre, quàm ab ecclesia institutū sit.

Ad primum ergo dicendum, quòd præcepta diuini iuris non minus obligant, quàm præcepta iuris naturalis: vnde sicut non potest dispensari in iure naturali, ita nec in iure positiuo diuino.

Ad secundum dicendum, q præceptum de confessione non est ab homine puro institutum: quamuis sit à Iacobo † promulgatum, sed à Deo institutionem habuit, quamuis expressa ipsius institutio non legatur: tamen quædam præfiguratio ipsius inuenitur, & in hoc quod Ioanni confitebantur peccata, qui baptismo ipsius, ad gratiam Christi præparabantur: & in hoc quòd Dominus sacerdotibus leprosos trāsmisit: qui quamuis non essent noui Testamenti sacerdotes, tamen in eis noui Testamenti sacerdotium signabatur.

QVÆST. XXXVIII. Aliàs 7.

*De confessionis quidditate, in tres articulos diuisa.*

Deinde considerādum est de quidditate cōfessionis. Et circà hoc q̃runt̃ tria.

¶ Primò, Vtrum Augustinus conuenienter definiat confessionem.

¶ Secundò, Vtrum cōfessio sit actus virtutis.

¶ Tertiò, Vtrum confessio sit actus pœnitentiæ virtutis.

ARTICVLVS I.

*Vtrum Augustinus conuenienter definiat confessionem.*

Ad primum sic proceditur. Videtur, quòd Augustinus * inconuenienter definiat confessionem dicens: Confessio est per quam morbus latens spe veniæ aperitur. Morbus enim contra quem confessio ordinatur, peccatum est: sed peccatum aliquando est apertum. ergo non debuit dicere morbum latētem

25 S. Tho. vbi suprà ar. 2. q. 1. & seq.

* Ex lib. 2. de vera & fal. pœnit. c. 10. to. 4.

SVP. Q. XXXVIII. Aliàs 7. Art. 1.

Concl. Augustinus conuenienter diffinit confessionē sic: Confessio est, per quam morbus latens spe venię aperitur.

¶ Not. Ad intelligendum ly spe veniæ, cùm tamē & inter timorem versetur confessio, vide suprà q. 1. art. 1. exam. secūdæ & tertiæ diffin. & q. 3. art. 1. ad 3. & q. 4. art. 1. Sicut. n. in contritione vtrūque, s. spes veniæ & timor includitur, ita & in confessione.

¶ Prob. Quia diffinitio August. tāgit multa (puta substantiam actus, per ly aperitur; de quo fit confessio, per ly morbus latens; causam confessionis, per ly spe veniæ) quamuis nō omnia, quę ad cōfessionem, requiruntur: & nō oportet, in qualibet diffinitione omnia tāgere, quæ

quæ ad rem diffinitam concurrunt (vt patet in ad tertium).

¶Not. Quot requiruntur ad confessionis actum habes in textu. Vbi aduertes: illud de effectu quinto loco dictum esse contra hæreticos à Concilio Tridentino confirmatum, sess. 14. c. 8. de sacram. pœnit. Claues sacerdotibus non ad soluendum dumtaxat, sed & ad ligandum concessas, etiā antiqui Patres, & credunt & docent. Hęc ibi. Item can. 12. Si quis dixerit: totam pęnā simul cum culpa remitti semper à Deo, &c. anathema sit. Item cano. 15. Si quis dixerit; Claues ecclesiæ esse datas tātum ad soluendum, non etiā ad ligādum, & propterea sacerdotes, dum imponunt pęnas confitentibus, agere contra finē clauium, & contra institutionem Christi, & fictionem esse, q̃ virtute clauium sublata pœna æterna, pęna temporalis plerumque exsoluenda remaneat; anathema sit. Hæc ibi. Ex quibus dictis intellige D. Thomæ literam hanc loqui de satisfactione, ad quā ligat sacerdos confitentem, vt pęnā purgatorij temporalem huic etiā cōfesso plerumque exsoluendam, vel in parte extinguat.

*Triden. de claub. Ecclesiæ.*

## 1m de minori.

Apertum. ℞. Alicui, vt homini: non vt iudici. §. Tunc &c. Nam definitio illa Augustini accipit morbum latētem, relatiue ad sacerdotem, vt iudex est; non vt homo. In diffinitione siquidem illa sumitur formaliter, non materialiter, sacerdos; cui morbus latens aperiendus est. Ex litera dic: q̃ peccatum, etiā quòd esset maximè secundū se notorium (puta in plateis coram toto populo, & sacerdotibus, factum) comprehenditur sub isto nomine latens; quoniam, antequàm in confessione sacerdoti à confitente aperiatur, sacerdos ipse, qui in plateis præsens & factum, & facientem exactissime iam viderat, omniumque illorum visorum recordatur, nihil horum prorsus agnouit vt iudex confessarius, siue vt vicarius Christi in confessione sacramentali iudex existens. Vide q. 6. ar. 3. secundum in tex. & elucid. quòd confessarius de mente etiam Concil. est Vicarius Christi, & iudex.

*† posita in arg. 1.*

## Item de maiori.

ordin. Peccatum. ℞. Consideratum quo ad actum interiorem: non, consideratum quo ad actum tantummodo exteriorem. §. Tunc nihil &c. Nam peccatum quo ad actum interiorem voluntatis semper est bominibus, & consequenter sacerdoti secundum quòd homo est, occultum. licet peccatum idem quo ad actum exteriorem sit aliquando apertum (vt minor argumenti dicit). Ex litera dic: q̃ diffinitio sumit morbum, vt principaliter actum voluntatis interiorem, qui est actus exterioris causa, includit; & ideo morbum dicit vniuersaliter (sic enim diffinitiones accipi solent) esse latentem. Vide textuale secundum responsum ly vel dicendum, quòd &c. & scito: quòd in primo responso sumitur sacerdos solùm ut iudex, in secundo etiam vt homo: in primo sumitur morbus quo ad actum tantū exteriorem in secundo quo ad actū solummodo interiorem. Quamuis enim in peccato extra facto includatur interior actus, (alioquin peccatum ipsum non esset peccatum) tamen, actus exterior solùm facit peccatum esse apertum, quandocumque est hominibus apertum, & interior, vt sic, facit ipsum esse latens. Vnde responsiones non accipiunt actum; vt concurrit ad statuendum peccatum in esse peccati; quasi quòd actus, vel exterior tantum sufficiat ad peccatum, vel interior tantum requiratur ad omne peccatum: sed accipiunt actum, vt refertur ad visionem hominum, inquantum scilicet solus exterior sufficit ad hoc, vt peccatum videatur ab hominibus, & interior in se solum consideratus semper abscondit idipsum ab hominibus.

*Actus peccati exterioris est duplex.*

*Actus quomodo sumitur in responsis.*

esse, cuius confessio est medicina.

¶2 Præterea. Principium pœnitentiæ est timor: sed confessio est pars pęnitentię. ergo non debuit pro causa confessionis ponere spem, sed magis timorem.

¶3 Præt. Illud, quod sub sigillo ponitur, non aperitur, sed magis clauditur: sed peccatum, quod quis confitetur, sub sigillo confessionis ponitur. ergo non aperitur in confessione peccatum, sed magis clauditur.

¶4 Præt. Inueniuntur aliæ quędam definitiones ab ista differentes. Greg. enim dicit, q̃ confessio est peccatorum detestatio, & ruptio vulneris. Quidam verò dicunt, quòd confessio est coram sacerdote legitima peccatorum declaratio. Quidam autem dicunt sic. Confessio est sacramentalis delinquentis accusatio ex erubescentia, & per claues ecclesię satisfactoria, obligans ad peragendam pęnitentiam iniunctam. ergo videtur, quòd præassignata definitio, cū non omnia contineat, quæ in his continentur, insufficiens fit.

RESPOND. Dicendum, quòd in actu confessionis plura consideranda occurrunt. Primo ipsa substantia actus, siue genus eius, quod est manifestatio quædam. Secundo, de quo fit, scilicet peccato. Tertio, cui fiat, scilicet sacerdoti. Quarto causa eius, scilicet spes venię. Quinto effectus, scilicet absolutio à parte pœnæ, & obligatio ad aliam partem exsoluendam. In prima ergo diffinitione August. † tangitur, & substantia actus in apertione, & de quo fit confessio, cùm dicitur morbus latens, & causa in spe veniæ; & in alijs diffinitionibus † tanguntur aliqua de illis, quinque assignatis, vt cuilibet inspicienti patet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis sacerdos aliquando sciat eius peccatum vt homo, non tamen scit, vt Christi vicarius. Sicut etiam iudex aliquando scit aliquid, vt homo, quod nescit vt iudex, & quantum ad hoc, quod per confessionem aperitur, aliquando scit aliquid vt homo, quod nescit vt iudex. Vel dicendum, quòd quàmuis actus exterior in aperto sit, actus tamen interior, qui principium est, in occulto est, & ideo oportet, quòd per confessionem aperiatur.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ confessio præsupponit charitatem, qua quis viuus efficitur, vt in litera dicitur: * Contritio autem est in qua datur charitas; timor autem seruilis, qui est in spe, T. est præuius ad charitatem, & habens charitatem magis mouetur ex spe, quàm ex timore; & ideo causa confessionis ponitur potius spes, quàm timor.

AD TERTIVM dicēdum, quòd peccatum in qualibet confessione aperitur sacerdoti, & clauditur alijs confessionis sigillo.

AD QVARTVM dicendum, q̃ non oportet in qualibet diffinitione omnia tangere, quæ ad rem diffinitam concurrunt, & ideo inueniuntur quædam definitiones, siue assignationes datę penes vnam causam, quædam penes aliam.

AR-

## 2m de maiori.

Principium pęnitētię. ℞. Preuium ad charitatem: non, charitati coexistens. §. Tunc &c. Nā in diffinitione illa, cum sacramentalis confessio præsupponat charitatē, cōsideratur principium pœnitentiæ, vt eo existens charitati: & ideo vbi spes dicit esse principium pęnitētialis confessionis, non autem timor: quoniā spes magis, quàm timor seruilis, coexistit charitati, licet timor ipse magis pręcedat charitatem.

¶Not. Confessio dicitur pręsupponere charitatem: non quia omnis accedens ad confessionem de necessitate debeat esse in charitate (alioquin attritus tantum malè faceret accedendo ad confessionē); sed quia omnis accedēs ad confessionem de necessitate debet intēdere esse in charitate. Et re vera sic est de omnibus, & singulis fructuosè accedentibus ad confessionem: quoniā quilibet talis ideo vult confiteri, vt recipiatur in gratiam Dei, quod quidem tunc fit, quando huic confitenti infunditur charitas. Patet autem: quòd talis ad confessionem mouetur magis ex spe veniæ, quàm ex timore. Quòd verò aliquis iam charitate vestitus accedat ad cōfessionem quandoque cōtingit: & de hoc non est dubium; quòd spem pro causa confessionis potius habet, quàm seruilem timorem. Nec obstat ad sperandū veniam hoc, q̃ iste est iam in charitate, & consequenter quod iam habuit veniam: quia iste existens in charitate, ideoque veniam de peccatis adeptus, nescit pro certo; se esse in charitate, & consecutum veniam. Hinc fit: vt veniam sperare possit; tantoque magis spei quàm timori innitatur, quanto magis nesciens in charitate est. Amor enim quanto maior est: tanto magis ab amico sperat aliquod bonum, quàm timeat aliquod supplicium.

*† In arg. 4. pos.*

*Resp. 2.*

*Quomodo confessio pręsupponit charitatem.*

** li. 4. sent. d. 18. S. D. T.*

## 3m de maiori.

Non aperitur. ℞. Ei, cui sigillo confessionis clauditur: non aliter. §. Tūc nihil &c. Nam peccatum, quod quis confitetur, ponitur quidem sub sigillo alijs: respectuque illorum ideo non aperitur, sed clauditur: sacerdoti verò non ponitur sub sigillo, sed aperitur. Vnde præmissā definitio intelligenda est sic: confessio est, per quam morbus latens spe veniæ aperitur, scilicet sacerdoti.

## 4m conclusionis illatio.

Ergo videtur, quòd &c. ℞ Negatur illatio. §. Ad rationem illam, scilicet cùm non omnia contineat, dicitur: quòd non oportet, in qualibet diffinitione omnia ad quamcumque illius causam pertinentia, tangere ad hoc, quòd diffinitio sit sufficiens. Alioquin de vna re non posset dari, nisi vna definitio: cum tamen, secundùm diuersas causas, inueniantur datæ plures definitiones à Philosopho de eadem re, puta de anima (in 2. lib. de anima) de demonstratione (in primo Poster.). fallitur ergo argumentum in hoc: quòd non intelligit, quid nomine sufficientiæ importetur in definitionibus. Credit siquidem, hoc nomine importari, quòd omnia absolutè tangantur: quod non est verum.

*Sufficiens, in definitionib. q d fit.*

¶Not.

¶Not. Diffinitio tunc dicitur sufficiens; quando tangit omnia, quæ pertinent ad causam illam, secundùm quòd est causa rei; cuius est definitio: non autem solùm, quando tangit omnia, quæ pertinēt ad rem illam, cuius est diffinitio. Cùm verò, & omnia pertinentia ad causam prædictam, & omnia pertinentia ad rem diffinitam, tangit; tunc ipsa vocatur diffinitio non tantum sufficiens, sed etiā sufficientissima; & sic vnius rei est tantum vna diffinitio: cum tamen, primo illo modò loquendi, vnius rei sint plures diffinitiones. Verbi gratia, si definias confessionem secundum omnia absolutè pertinentia ad confessionem, accipies vniuersas diffinitiones de confessione datas, & ex his omnib. conficies tantum vnam definitionem eius: quæ (vt consideranti patet) & vocabitur sufficientissima, & non poterit esse nisi vna. Si autem diffinias confessionem secundùm omnia in genere illo contenta, penes quod genus tu diffinire confessionem intendis (vt est de diffinitione illa ab Augustino allata) diffinitio ipsa à te de confessione adducta erit quidem sufficiens, sed non sufficientissima; & consequenter poterunt, præter ipsam definitionem, dari vel à te, vel ab alijs aliæ diffinitiones de eadem re, id est de confessione, differentes; sicut & causæ, penes quas dabuntur. Quod dixi de confessione, intellige etiam de contritione suprà q. 1. art. 1. & de quibuscumque alijs. Nonne diffinis hominē, quòd est constans ex corpore animato; quod est animal rationale, quòd est ordinatus ad beatitudinem, quòd est creatus à Deo? Vtique. Ecce, vnius rei plures definitiones; & singulæ sufficientes in genere suo vtpote tangentes omnia in genere suo; nulla autem sufficiens absolute, hoc est sufficientissima: prima in genere causæ materialis data, secunda in formalis, tertia in finalis, quarta in efficientis. Ex his vnā sufficientē absolutè, i. sufficientissimam, i. tangentē omnia absolutè conficies, si dixeris: Homo est quid ex corpore constans anima rationali informato à Deo creatum ad beatitudinem consequendam.

*Vnius rei est solùm vna diffinitio, & tamē & plures.*

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò, quomodo per rationem repellas propositionem suspectam (vt eam pro tali refert Iac. Lep. Itunica post suum itinerarium inter alias, quas tanquàm suspectas ipse excerpsit ex lib. Erasmi) dicentem: confessionem olim fuisse publicam, & de notis commissis publicam olim fuisse satisfactionem. Iterum illam (vt ibi); confessionem admissorum secretam, apparet Hieronymi tempore, nondum fuisse institutam. Ex diffinitionis. n. particula illa, Morbus latens, ostenditur apertissimè: quòd non de publicis tantum, & notis, fuit olim, i. in primitiua Ecclesia, confessio, sed etiam de occultis. Item ex illa, cùm Augustinus, cuius est definitio, fuerit Hieronymo contemporaneus, ostenditur; falsum esse, quòd tempore Hieronymi &c. sumendo ly secretam pro ly de occultis. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas; meritò damnari prædictas propositiones à Concilio Trident. sess. 14. cap. 5. & cano. 7. vt suprà q. 6. artic. 3. appen. Quòd si Erasmus sumat, ly secretam, pro modo confitendi secretè, etiā positio illa damnatur ab eod. Concil. sess. ea. cano. 6. Si quis dixerit: modum secrete confitendi soli sacerdoti, quem Ecclesia catholica ab initio semper obseruauit, & obseruat, alienum esse ab institutione & mandato Christi; & inuentū esse humanū; anathema sit. Hæc ibi. Nota, contra Erasmum, ly quem Ecclesia catholica ab initio semper obseruauit. Item à Leone X. in Concilio Lateranen. &c. vt suprà q. 6. artic. 3. appen. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim S. Thomæ articulus consolidetur.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.* — 2 — 3

SVP. Q. XXXVIII. Aliàs 7. Art. II.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum confessio sit actus virtutis.*

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd confessio sit actus virtutis. Omnis enim actus virtutis est de iure naturali, quia ad virtutes apti sumus à natura, vt Philosophus dicit in 2. Ethicor.* sed confessio non est de iure naturali. ergo non est actus virtutis.

¶2 Præterea. Actus virtutis magis conuenire potest innocenti, quàm ei qui peccauit: sed confessio peccati de qua loquimur, non potest innocenti cōuenire. ergo non est actus virtutis.

¶3 Præterea. Gratia, quæ est in sacramentis, aliquo modo differt à gratia, quæ est in virtutibus, & donis: sed confessio est pars sacramenti. ergo non est actus virtutis.

Sed contra. Præcepta legis sunt de actibus virtutum, sed confessio cadit sub præcepto. ergo est actus virtutis.

¶Preterea. Non meremur, nisi actibus virtutum, sed confessio est meritoria, quia cœlum aperit, vt in litera Magister* dicit. ergo videtur quòd sit actus virtutis.

Respon. Dicendum, quòd ad hoc, quòd aliquid dicatur actus virtutis, vt prius dictum est, † sufficit quod in sui ratione aliquam conditionem implicet, quæ ad virtutem pertineat, quàmuis autem non omnia, quæ ad virtutem requiruntur importet confessio, tamen importat ex suo nomine manifestationem alicuius, quod in conscientia tenet aliquis: sic enim simul in vnum os, & cor conueniunt. Si enim quis aliquid proferat ore, quod corde non teneat, non est confessio, sed fictio: hæc autem cōditio ad virtutem pertinet, vt aliquis ore confiteatur quod corde tenet, & ideo confessio est bonum ex genere, & est actus virtutis: sed tamen potest malè fieri, nisi aliis debitis circunstantiis vestiatur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ad cōfessionem veri modo debito faciendam vt oportet, & cuius oportet, in generali inclinat ratio naturalis, & secundum hoc confessio est de iure naturali; sed determinatio circunstantiarum quando, & quomodo, & quid confiteri oporteat, & cui, hoc est ex institutione iuris diuini in cōfessione de qua loquimur: & sic patet, quòd ius naturale inclinat ad confessionem, mediante iure diuino, quo circunstantiæ determinantur: sicut etiam in omnibus est, quæ sunt de iure positiuo.

Ad secvndvm dicendum, quod illius virtutis cuius obiectū est peccatum commissum, quàmuis habitum possit innocens habere, tamen actum non habet innocentia permanente: & ideo etiam confessio peccatorum, de qua nunc loquimur, non competit innocenti, quàmuis sit actus virtutis.

Ad

---

26 — Concl. Confessio est actus virtutis: sed tamen potest malè fieri, nisi alijs debitis circunstantijs vestiatur.

¶Prob. 1. Quia confessio importat conditionem pertinentem ad virtutem (cùm ex suo nomine importet manifestationem alicuius, quod in conscientia tenetur): & ad hoc, quòd aliquid dicatur actus virtutis, sufficit, quòd in sui ratione cōditionem aliquam implicet, quæ ad virtutem pertineat. Secunda autem pars, s. sed &c. probatur: Quia confessio non importat omnia, quæ ad virtutē requiruntur.

** Paulò à prin. lib. 2.*

¶Coroll. Ergo circunstantiæ debitæ confessioni ad hoc, vt bene fiat, non sunt confessio, sed aliquid extra substantiā confessionis: Ergo ex circunstantijs bonitas rei, sicut & malitia, dependet. 1. 2. q. 18. artic. 3. De confessionis verò circunstantijs, habes hic in ad primū: de quibus prolixius aliquantulum habuisti, vt sunt actuum humanorum. 1. 2. q. 7. art. 3. & 4. & hic, vt sunt confessionis, suprà q. 6. art. 2. ad secundū in Elucid. de conditionibus autē eiusdem à magistris assignatis, quæ largo modo appellari possunt circunstantiæ, & de quibus sanctus Thomas etiam intendit in litera, habetur infrà q. 9. art. 4.

*Circunstantiæ.* — ** Li. 4. sent. d. 17. §. A. in m.* — *† Innuitur q. 2. art. 2.*

1m de maiori. Actus virtutis. ℞. In generali consideratus: non semper, in speciali. §. Tunc &c. Nam confessio in generali considerata, inquantum s. est confessio veri, cuius oportet, & vt oportet facta, est de iure naturali: quæ uis confessio in spāli considerata, inquantū s. est peccatorū sacerdoti facta cū alijs circunstantijs in textu explanatis, nō sit immediatè de iure naturali. Natura siquidem inclinat ad confessionē primo modo dictam, cum quæ sunt in voce sint eorum, quę sunt in anima conceptionū & passionum notæ (. i. perihermen.) non autē inclinat ad cōfessionem. Secundo modo dictā, nisi mediante iure diuino; inquantum s. naturā inclinat ad amandū Deum, ac per consequēs ad obediendum Deo, & Deus talem confessionem in speciali dictā nobis præcepit. Sic etiam dic de omnibus, quæ sunt de iure positiuo diuino.

*Quomodo natura incliner ad confessionem.*

2m de maiori. Conuenire. ℞. Vel in actu, vel in habitu. §. Tūc nihil &c. Quāuis enim confessio mortaliū delictorum non possit actu conuenire innocenti, vt innocens est, seu stante innocentia: potest tamē ei conuenire in habitu; inquantum s. innocens habet hoc propositum, quod de peccato confiteretur, si contingeret eum peccare. Et quia innocens, vt sic, habet propositū hoc tenacius, quàm peccator; inquantum ardentiori charitate in tale propositum fertur; ideo actus iste virtutis, videlicet confessio non tantum in habitu conuenit innocenti, sed etiam magis, quàm peccatori.

*Confessio habitualis, quid sit.*

¶Not. Responsum disiunctim adduxit ly vel in actu, vel in habitu: quia non omnis actus virtutis est paris considerationis. Alicuius. n. actus virtutis obiectum est peccatum commissum, secundùm quē modum confessio dicebatur: actus virtutis: alicuius verò actus obiectum non est peccatum, secundum quem modum aduersa patiēter tolerare est actus virtutis, s. fortitudinis. Actus primo modo dictus

*Quomodo confessio conueniat innocenti.*

non potest actualiter conuenire innocenti, stante innocentia; sed tan tum habitualiter, non actualiter quidem, quia innocens non esset innocens, si commisisset peccatum; habitualiter autem, quia inno cens non esset innocens, si non haberet antedictum propositum. Actus demum virtutis, secundo modo dictus innocenti, vt sic, actualiter conuenire potest.

3^m de maiori. Differt. B. Disparatè, non, contrariè. §. Tunc nihil &c. Nam eorum quæ differunt disparatè, vtrumque potest cóuenire eidem secundùm diuersam rationem considerato. Vt: Huic vni & eidem, quod dico Confessio (si diuersa ratione consideretur) conuenit vtrumque horum, scilicet & esse actum virtutis, & esse par tem sacramenti: cùm tamen gratia virtutum & gratia sacramentorum differant disparatè. Si, inquàm, diuersa ratione consideretur: quia confessio peccatorum, quatenus ex libero arbitrio charitate informato procedit, est actus virtutis; quatenus verò confessio eadem est medicina in remedium peccati ordinata, est sacramentum, siue pars sacramenti. Cæterùm quòd, & quomodo, differat gratia in sacramentis existens à gratia, quæ est in virtutibus. vide tertia par. quæst. 62. art. 2.

Ad tertium dicendú, quòd quamuis gratia sacramentorum, & gratia virtutum sit alia, & alia: non tamen sunt contrarię, sed disparatæ, & ideo non est incóueniens, vt idem sit actus virtutis, secundú quod ex libero arbitrio gratia informato procedit: & sit sacramentum, vel pars sacramenti, secundùm quòd est medicina in remedium peccati ordinata.

## A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas; meritò à scripturis sanctis, & à Concilijs insinuatum esse, quòd confessio peccatorum est actus virtutis. Hoc autem tunc fuit, quando confessionem præceperunt, consuluerunt, vel ad illam nos inuitarunt; item quando per confessionem nos mereri docuerunt: quoniam nec præcepta, consilia, vel hortationes, sunt ab eis, nisi de actibus virtutum; nec, nisi per actus virtutum, nos adulti meremur. Quòd autem præcipiatur, seu consulatur confessio à scripturis sanctis; patet Isa. 43. vbi secundùm translationem septuaginta interpretum dicitur, Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Hoc verò ad propositum nostrum tanto magis esse fatendum est, quanto magis authoritate Papæ Leonis primi fulcitur: qui in epistola ad Theodorum Forouliensem episcopum, quæ est 89. in numero iuxta positionem primi tomi Conciliorum sic de confessione peccatorum loquens ait: His autem, qui tempore necessitatis, & in periculi vrgentis instantia, præsidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire; apud quem nullas patitur veniæ moras vera conuersio, dicente spiritu Dei per Prophetam; Cùm conuersus ingemueris, tunc saluus eris: & alibi, Dic tu iniquitates tuas prior, vt iustificeris. Hæc ibi. Et recitatur in Decretis, de pœnit. distin. 1. Multiplex. & 26. q. 6. His, qui tempore. Quid item consulatur à scripturis, patet Iac. 5. Confitemini peccata vestra alterutrú, vt saluemini. Vnde habes etiam secundùm supradictum, quòd f. confessione meremur saluari. Item à Concilio Maguntino hoc idem fuit insinuatum cap. 27. Perdidisset latro in cruce præmium ad Christi dexteram pendens, si illum vnius horæ pœnitentia non iuuisset. Cùm esset in pęna pœnituit; & per vnius sermonis professioné habitaculum paradisi, Deo promittente, promeruit. Hæc ibi. Vbi, quia secundùm contextum de confessione à suspendendis in patibulis per sacerdotes acceptanda loquitur, fatendum est, quòd Concilium ipsum per verba præmissa vult, à simili, confessionem sacramentalem promereri paradisum. At infrà q. 10. per totum videbitur latius de effectu, quem meretur confessio. Item à Concilio Cabilonensi c. 32. consulitur confessio sic. Quia constat, hominé ex duabus esse substantijs, anima videlicet & corpore; & interdú animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur: solerti indagatione debent inquiri ipsa peccata, vt ex vtrisque plena sit confessio, scilicet vt & ea confiteantur, quæ per corpus gesta sunt; & ea, quibus in sola cogitatione delinquitur. Instruendus est itaque peccatorum suorum confessor, vt de octo principalibus vitijs, sine quibus in hac vita difficilè viuitur, confessionem faciat; quia aut cogitatione, aut (quod est grauius) opere eorum instinctu peccauit. odium etenim, inuidia, superbia, & cæteræ huiuscemodi animæ pestes, tanto periculosius lædunt, quanto subtilius serpunt. Hæc ibi. Cùm ergo ex Concilijs, scripturisque habeamus, quòd confessio est meritoria: atque ad hanc & Concilia & scripturæ nos hortentur: patet, quòd secundùm illa, confessio est actus virtutis. Nam (vt in principio diximus) actibus virtutum meremur; & non, nisi ad actus virtutum, nos hortantur sacræ literæ. Secundò habes, quomodo per rationem pręmissa tum Conciliorum, tum scripturarum dicta, pro quanto confessionem innuunt esse actum virtutis, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides, quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur.

S. Leo Papa.

Misericordiæ Domini non est numerus. Ezech. 33. Isa. 43.

De quibus debeat fie ri cófessio.

2

3

---

SVP. Q. XXXVIII. Aliàs 7. Art. III.

Concl. Confessio peccatorú ad remissionem eorum consequendam, non pertinet elicitiuè ad virtutem veritatis (vt quidam dicunt) sed ad virtutem pœnitentiæ: imperatiuè auté ad multas virtutes pertinere potest.

27

¶ Coroll. Ergo pręsens articulus est tanquàm limitatio præcedentis. Ibi enim conclusum fuit, quòd confessio est actus virtutis: sed cuius virtutis esset actus nondú fuerat propalatum: nunc autem concluditur, quòd virtus illa, cuius confessio dicebatur actus, est pęnitentia.

† art. 1. huius q. ar. 1.

† art. 1. huius q. ar. 1.

¶ Prob. primò: Quia confessio pertinens elicitiuè ad virtutem veritatis est confessio veri absolutè (id est intendens fateri veritatem; nil aliud requirendo; vt sic: & confessio illa peccatorum non sistit præcisè in fatendo veritatem, quasi quòd, vt sic, nil aliud requirat. Secunda autem pars, f. sed ad &c. probatur: Quia confessio illa supra obiectum veri addit hanc specialem rationem boni, scilicet conari ad consequendum remissionem peccatorum, (vt patet). Tertia autem pars, f. imperatiuè &c. probatur: Quia actus confessionis potest trahi ad finem multarum virtutum (vt consideranti patet).

Confessio veri, vt sic.

Confessio sacramétalis, vt sic.

¶ Not. Pro captu probationis secúdę partis conclusionis, aduerte, quòd conatus ipse ad consequendum remissionem peccatorum veraciter in confessione dictorum est pertinens ad pœnitentiam. Is enim quem peccati sui pertinet, quærit remissioné peccati ipsius: & ex hoc mouetur ad confitendum peccata sua. Ecce, quòd conatus iste est intrinsecus confessioni debitæ peccatorum. Ideò enim confessio ipsa fit ex erubescentia; quoniam ille, quem pęnitet de offensa, erubescit; quando recordatur offensæ; & maximè quando eam recenset coram illo, quem offendit. Cùm autem pœnitentia virtus ad remissionem peccatorum intendat ex vna parte; & ex alia parte pœnitens sciat, quòd non potest consequi remissionem illorum, nisi illa confiteatur: tunc pœnitentia virtus elicit hunc actum confitendi ad imperium, bonæ voluntatis. Patet ergo, quòd confessio verax peccatorum, ad remissionem illorum assequendam, est elicitiuè à pœnitentia virtute. Exit siquidem iste confessionis actus à pœnitentia ipsa immediatè, sicut ignis è lapide focario: licet & hic & ibi agens, seu efficiens, aliquod præsupponatur.

Pœnitétia virtus, quo fit causa elicitiua cófessionis.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum confessio sit actus pœnitentiæ virtutis.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quòd confessio non sit actus pœnitentiæ virtutis: quia actus illius virtutis est, quæ est causa eius: sed causa confessionis est spes veniæ, vt ex definitione inducta † apparet. ergo videtur, quòd sit actus spei, & non pęnitentiæ.

¶ 2 Præterea. Verecundia est pars temperantiæ, sed confessio ex erubescentia operatur, vt ex præassignata † definitione apparet. ergo est actus temperantiæ, & non pœnitentiæ.

¶ 3 Præterea. Actus pœnitentiæ innititur diuinę misericordię, sed confessio magis innititur sapientię propter veritatem, quæ in ipsa esse debet. ergo non est actus pœnitentiæ.

¶ 4 Pręterea. Ad pęnitentiam mouet articulus de iudicio propter timorem, qui pœnitentiæ origo est: sed ad confessionem mouet articulus de vita æterna, quæ est propter spem veniæ. ergo non est actus pœnitentiæ.

¶ 5 Præterea. Ad virtutem veritatis pertinet, vt ostendat se quis talem qualis est, sed hoc facit confitens. ergo est actus virtutis, quæ dicitur veritas, & non pęnitentiæ.

Sed contra. Pęnitentia ordinatur ad destructionem peccati, sed ad hoc idem ordinatur confessio. ergo est actus pœnitentiæ.

Respon. Dicendum, quòd hoc in virtutibus considerandum est, quòd quando supra obiectum virtutis additur specialis ratio boni, & difficilis, requi-

Primum

requiritur specialis virtus; sicut magni sumptus ad magnificentiã pertinent, quamuis communiter sumptus mediocres, & donationes pertineant ad liberalitatem, vt patet 2. Ethic. & 4. * Et similiter est in confessione veri, quæ quamuis ad veritatem virtutis pertineat absolutè, tamen secundùm quòd aliqua ratio boni additur, ad aliam virtuté pertinere incipit: & ideo dicit Philosophus 4. Ethicorum, † quòd confessio, quæ fit in iudiciis, non pertinet ad veritatis virtutem, sed magis ad iustitiam: & similiter confessio beneficiorum Dei in laudem diuinam non pertinet ad virtutem veritatis, sed ad virtutem latriæ, & ita etiam confessio peccatorum ad remissionem eorum consequendam, non pertinet elicitiuè ad virtutem veritatis, vt quidam dicunt: sed ad virtutem pęnitentiæ, imperatiuè autem ad multas virtutes pertinere potest, secundùm quòd in finem multarum virtutum trahi potest confessionis actus.

*lib. 2. c. 7. ante med. Et li. 4. c. 2.

† cap. 7. parum auté.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ spes est confessionis causa, non sicut eliciens, sed sicut imperans.

Ad secundum dicendum, ꝙ erubescentia in illa definitione non ponitur quasi causa confessionis, cum magis nata sit impedire confessionis actum: sed magis quasi concausa ad liberandum à pœna, inquantum ipsa erubescentia pœna quædam est, sicut etiam claues ecclesiæ concausæ confessionis ad hoc sunt.

Ad tertium dicendum, quòd secundùm quandam adaptationem partes pœnitentiæ tribus attributis personarum adaptari possunt, vt contritio misericordiæ, vel bonitati respondeat propter dolorem de malo: confessio sapientiæ propter veritatis manifestationem, satisfactio potentiæ propter satisfaciendi laborem; & quia contritio est prima pars pœnitentiæ, & efficaciã aliis partibus præbens: ideo eodem modo iudicatur de tota pœnitentia, sicut de contritione.

Ad quartum dicendum, ꝙ quia confessio magis ex spe procedit, quàm ex timore, * ideo magis innititur articulo de vita æterna, quàm respicit spe, quàm articulo de iudicio, quod respicit timor: quamuis pœnitentia ratione contritionis econuerso se habeat.

* Vt dictũ est q. 1. ar. 2. & art. 1. huius q. ad secundum.

Ad quintum patet solutio ex dictis. †

† In corp. art.

QVAE-

**1ᵐ maior.** Actus illius virtutis est, quæ est causa eius. ℞. Secundum, quod est causa eius, ita est actus illius: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam spes veniæ est causa confessionis, secundùm quòd imperans tantùm: dixit verò conclusio, quòd pœnitentia virtus, est confessionis causa, vt eliciens, seu (quod idem est) quòd confessio peccatorum ad pęnitentiã virtutem pertinet elicitiue Ex litera dic, quòd hoc responsum cum argumento est quædam declaratio tertiæ partis conclusionis illius, scilicet imperatiuè autem ad alias virtutes pertinere potest. Vide art. 1. ad secundum.

Ad alias virtutes ẽt ptinet confessio.

**2ᵐ de minori.** Ex erubescentia. ℞. Tãquàm ex causa ad liberandum à pœna: non, tanquàm ex causa confessionis. § Tunc &cæt. Non enim sequitur, stãte intelligentia hac pro diffinitione vltima ar. 1. argum. 4. quod confessio sit actus temperantiæ: quod forsan sequeretur, si erubescẽtia esset causa confessionis.

**3ᵐ de maiori.** Actus pœnitentiæ. ℞. Vt est contritio, vel à contritione efficaciam trahens: non aliter, secundum quandam adaptationem, videlicet loquendo, vt in litera. §. Tunc &c. Quãuis enim confessio innitatur sapientiæ secundùm adaptationem quandam (vt arguitur) tamen ipsamet confessio, vt à contritione efficaciam trahit, innititur diuinæ misericordiæ. Et hoc vltimo modo conclusio sumit confessionem, cum dicit, quod confessio est actus pœnitentiæ.

**4ᵐ de maiori.** Ad pęnitentiam. ℞. Ratione contritionis consideratam: non, ratione confessionis. §. Tunc &c. Nam stat enim, quòd ad pœnitentiam faciendam per confessionem peccatorum moueatur homo ex consideratione vitæ æternæ: & sic confessio est actus pęnitentiæ, vt patet.

¶Coroll. Ergo articuli fidei duo monent ad faciendam pęnitentiam: sed diuersimode. Si enim de pœnitentiæ actu, qui est contritio, loquamur; tunc articulus de iudicio ad faciendam pœnitentiam salubriter impellit: si verò de pęnitentiæ actu, qui est confessio: tunc ad illam faciẽdam articulus de vita æterna attrahit. Ergo, cùm contritio omnium aliarum partium pœnitentialiũ sit initium, & origo totius pœnitentiæ nostræ est timor diuinorũ iudiciorum: qui dicitur timor seruilis, art. 1. ad 2. & 3. par. q. 89. art. 5. Vnde Concil. Trid. sess. 6. cap. 6. dicit, quòd peccatores diuinæ iustitiæ timore vtiliter concutiuntur: & eos, qui gehennæ metum, per quem vel ad misericordiam Dei confugimus de peccatis dolentes, vel à peccando abstinemus, saluti animarum nostrarum nocere dicunt, anathematizat. & sess. 14. cap. 4. contritionem ex metu gehennæ, atque pęnarum nascentem (si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ) donum Dei, ac Spiritus sancti impulsum, esse declarat; dans exemplum de Niniuitis, qui hoc timore (inquit) vtiliter concussi, ad Ionæ prædicationem plenam terroribus, pœnitentiam egerunt, & misericordiam à Domino impetrarunt: & cano. 5. eos, qui talem contritionem non esse verum vtilemq; dolorem, sed animarum saluti noxium dicunt; anathematizat. Ergo de hoc timore diuinorum iudiciorum intelliguntur scripturæ omnes dicentes, quòd timor Domini est initium nostræ salutis, vel aliquid simile.

Timor seruilis, q̃ nostræ æternæ saluti proficuus.

**5ᵐ consequentia.** Ergo est actus virtutis, quæ &c. ℞. Negatur illatio conclusionis huius §. Ratio est, quia confitens peccata non intendit solum ostendere se voce, qualis est corde, (vt arguens opinatur) sed per hoc ad peccàtorum suorum remissionem anhelat (vt suprà per conclusionem, & sibi adhærentia, vidimus. Ex isto responso dic, quòd maior illa argumenti vera est, sed minor non est sufficiens; cum ipse confitens facto illo suo non intendat tantum hoc.

Intentio confitẽtis est ad duo.

AP-

## APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, ab epistola synodica Tharasij Episcopi Constantinopolitani, insinuatum meritò fuisse, quòd confessio sit actus pęnitentiæ virtutis. Hęc epistola ponit ante Synodum Nicęnam secũdam, tãquàm pręambula, in tomo 3. Cõciliorũ Coloniæ 1567. impressorũ: & dicit sic. Bona & laudabilis est pęnitentia; quę ad Deũ ducit, & à peccatis liberat, &c. Dixit enim per Prophetam, Tu primus dic iniquitates tuas, vt iustificeris. Et dixi; eloquar iniquitatem meã coram Domino, & tu remisisti impietaté peccati mei. Nam si pater filio peregrè existẽte, & rem impie, & inique agente, redeuntem iterũ ad se naturali amore prosequitur: quantò magis Deus omniũ nostrum pater omnem pęnitẽtem suscipiet in vlnis suis, cum sit singulariter misericors? Non enim mortem petit peccatoris; sed magis vt conuertatur, & viuat. Quemadmodum etiam in Euãgelio ab ipsa Domini voce per parabolam de prodigo, & postea pœnitente, instructi sumus à patre cœlesti recepto in cœlis. Gaudet enim supra hominem omnem, agentem pœnitentiam. Hæc ibi. Vbi vides: hunc episcopum loqui de pœnitentia virtute; quæ vtique ad Deum ducit, à peccatis liberat impium redeuntem suscipit facit à Deo in vlnis suis, atque cum gaudio recipi in cœlis: & eundem huic pœnitentiam confessionem peccatorum tanquàm effectum ab ipsa profluentem assignare, dum ait; quod Dominus dicit pœnitenti per Prophetam, Dic tu primus iniquitates tuas, vt iustificeris; & Dauidis illud annectit, Dixi, eloquar &c. Id est secundùm aliam translationem, dixi, confitebor &c. Antiquitus enim pœnitentia, licet peccatoribus necessaria ad gratiam consequendam foret, non erat sacramentum: sed solum virtus. Vnde Concil. Trid. ses. 14. c. 1. Porrò nec ante Christi aduentum pœnitentia erat sacramentum: nec est post aduẽtum illius cuiquàm ante baptismum. Hæc ibi. Ex quo etiam patet: ꝙ pęnitentia, quæ induxit filium illum prodigum ad confessionem qua dixit ly peccaui in cęlum &c. non est sacramentum, sed virtus; & consequenter, ꝙ confessio secundùm epistolam synodicã præmissam de filio tali loquentem, est actus pęnitentiæ virtutis. Dixit. n ly peccaui; postquàm in se reuersus suum malum statum, dolendo, cognouerat: quod pęnitẽtiam virtuté sonat. 3. par. q. 85. art. 1. Secundo igitur habes: quomodo per eandem rationem ostendas, merito insinuatũ esse à scripturis Luc. 15. illud idem; ꝙ s. confessio peccatorum est actus virtutis. Quod autem dico de vno loco scripturæ; intelligito etiã de talibus omnibus; sicut & quod de aliquo Concilij dicto etiã de omnibus consimilibus, vt bene consideranti patere potest. Hoc auté sit pro regula memoriale semper: ne in allegationib. nimijs lectorem studiosum inutiliter sermo grauemus. Quid autem sit pęnitentia virtus, quinimò etiam vt pateat expressè, synodicã illam epistolam, & consequenter scripturas inibi citatas de tali pęnitentia loqui; eiusdẽ epistolę verba, quę immediatè post antescripta subintulit, declarant in hunc modum. Pęnitẽtia, insignis est armatura; magna salutis via; hospitij regni cœlorum dispensatrix; incorruptibilis vitæ dux; martyricorum certaminum æquiparatio; ad Deum viam indicans; & cum ipso nos esse faciens; humani generis baculus; cadẽtium & lapsorum surrectio. Beati, qui hanc amplectuntur, & huic adhærent; qui hanc exercent cũ Angelis vitam æqualem ducunt: ab omni malo declinant, & bonum faciunt. Pęnitentia est columna, & familiaris, dilectionis, eleemosynæ, ieiunij, abstinentiæ, temperantiæ, probitatis. honestatis, mansuetudinis, & (vt verum vno verbo dicã) hæc omnia pollet pęnitentia.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Psal. 43.

Psal. 31.

Luc. 15.

Eze. 18. 23

Luc. 15.

Concil. de pœnitẽtia.

Regula de similibus.

Pœnitẽtię elegãs descriptio.

Si quis antè hanc contaminat & contemnit, non inter seruatos, sed inter perditos, numerandus est: quorum vermis non moritur, & ignis non extinguitur. Hæc ibi. Tertiò habes: quomodo per rationē præmissa epistolæ, scripturarumq; dicta, pro quanto confessionem decernũt esse actũ pęnitētię virtutis, & intelligas, & pbes, & defendas. Quartò uides: qũo ex his vicissim Aug. hæc doctr. cõsolidetur.

Ifa. 66. Mar. 9.

## QVÆST. XXXIX. Aliàs 8.

*De ministro confessionis, in septem articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de ministro confessionis.

CIRCA quod quærũtur septem.

¶Primò, Vtrum necessarium sit confiteri sacerdoti.

¶Secundò, Vtrum in aliquo casu liceat aliis, quàm sacerdotibus confiteri.

¶Tertiò, Vtrũ extra casum necessitatis possit aliquis non sacerdos confessionem venialium audire.

¶Quartò, Vtrum sit necessarium, quòd homo confiteatur proprio sacerdoti.

¶Quintò, Vtrũ possit aliquis alteri, q̃ proprio sacerdoti confiteri ex priuilegio, vel mãdato superioris.

¶Sextò, Vtrum pœnitens in extremo vitæ suæ possit absolui à quolibet sacerdote.

¶Septimò, Vtrum pœna temporalis taxari debeat secundum quantitatem culpæ.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum necessarium sit confiteri sacerdoti.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q; non sit necessariũ sacerdoti confiteri. Ad confessionem enim non obligamur nisi ex diuina institutione: sed diuina institutio nobis proponitur Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra, vbi non fit mentio de sacerdote. ergo non oportet confiteri sacerdoti.

¶2 Præt. Pœnitentia est necessitatis sacramẽtum, sicut & baptismus, sed in baptismo propter necessitatis sacramentum est minister quilibet homo, ergo & in pęnitentia, sed ministro Ecclesiæ facienda est confessio. ergo sufficit cuilibet confiteri.

¶3 Pręt. Confessio est ad hoc necessaria, vt taxetur pęnitenti satisfactionis modus, sed aliquando non sacerdos dulcius posset pęnitenti dare satisfactionis modum, quàm multi sacerdotes. ergo non est necessarium quòd confessio fiat sacerdoti.

¶4 Præt. Confessio ad hoc est ordinata in Ecclesia, vt rectores pecorũ suorum vultũ cognoscant, sed quandoque Rector, vel Prælatus non est sacerdos. ergo confessio non semper facienda est sacerdoti.

SED CONTRA. Absolutio pęnitentis propter quam fit cõfessio, non fit nisi à sacerdotibus, quibus claues commissæ sunt. ergo confessio debet fieri sacerdoti.

¶5 Præt. Confessio præfiguratur in Lazari mortui viuificatione, † sed Dominus solum discipulis pręcepit vt soluerẽt Lazarũ, vt patet Io. 11. ergo sacerdotib. facienda est confessio.

RESPON. Dicendum, quòd gratia, quæ in sacramentis datur, à capite in membra descendit, & ideo solus ille minister est sacramentorũ, in quibus gratia datur, qui habet ministerium super corpus Christi verum, quod solius sacerdotis est, qui consecrare Eucharistiam potest, & ideo cum in sacramento pęnitentiæ gratia conferatur, solus sacerdos minister est huiusmodi sacramenti, & ideo ei soli facienda est sacramẽtalis confessio, quæ ministro fieri debet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Iacobus † loquitur ex pręsuppositione diuinæ institutionis: & qa diuinitus institutio præcesserat de confessione sacerdotibus facienda, per hoc quòd eis potestatem remittendi peccata in Apostolis dedit, vt patet Ioan. 20. ideo intelligendũ est, quòd Iacob. sacerdotibus confessionem esse faciendam monuit.

AD SECVNDVM dicendum, q; baptismus est magis sacramentum necessitatis, quàm pœnitentia, quo ad confessionem, & absolutionem, quia quandoque baptismus prætermitti non potest sine periculo salutis æternæ, vt patet in pueris, qui non habent vsum rationis; sed non est ita de confessione, & absolutione, quæ tantum ad adultos pertinent: in quibus contritio cum proposito confitendi, & desiderio absolutionis sufficit ad liberandum à morte æterna, & ideo non est simile de baptismo, & confessione.

AD TERTIVM dicendum, q; in satisfactione † non solum attendenda est quantitas pœnę: sed etiam virtus eius, secundum quòd est pars sacramenti, & sic requirit sacramentorum dispensatorẽ, quamuis etiam ab alio, quàm à sacerdote pœna taxari possit.

AD

---

### SVPER Q. XXXIX. Aliàs 8. Art. 1.

CONCL. Soli sacerdoti facienda est sacramẽtalis cõfessio quæ ministro fieri debet.

¶COROLL. Ergo non quæritur principaliter hic, an confessio sacerdoti fieri debeat (vt titulus superficialiter videbatur ostendere); cũ hoc ex q. 6. artic. 1. &c. habeatur: sed quæritur, an soli sacerdoti sit confitendum. Hoc autem est quærere; an solus sacerdos sit minister huius sacramenti: ita quòd nullus, nisi sacerdos fuerit, possit esse confessionis minister. In cuius signum conclusio, postquàm dixit ly confessio, addit ly quę ministro fieri debet. Quasi aperte ex his dicatur. Non quæritur, neque concluditur, de confessione faciẽda alicui, nisi vt Christi ministro. Ergo non est contra quæsiti, aut conclusionis intentum, quòd quandoque confessionem laico quis facere possit, vt artic. 2. quia tunc laicus, non vt Christi minister audit, quemadmodum sacerdos (vt in præsenti cõclusione docetur); id quod ex possibilitate dandi absolutionem patet.

Intentum articuli.

28 S Tho. vbi sup. art. 3. q. 1. & seq. Concil. de pœnitentia.

¶ PROB. Quia solus ille est minister sacramentorum, in quibus gratia datur qui habet ministerium super corpus Christi verũ (cùm gratia à capite in membra descendat): & solus sacerdos Eucharistiam consecrare potest.

Corpus Christi duplex.

¶NOT. Corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia, minoris dignitatis est, quàm corpus Christi verum hypostatice diuinitati vnitum: & consequenter ab illo, tanquàm à superiore, hoc gubernari debet. Hinc venit: & q; à capite vero Christo gratia in membra, tanquàm in corpus Christi mysticũ, descendit; & quòd solus is sacramentorũ gratiæ minister est, qui ministerium super corpus Christi verum habet.

1^m^ ex Iacobo. Confitemini alterutrum. ℞. Ita quòd alter confessionem audiens sit sacerdos: non aliter. §. Sic intelligit ipse Diuus Iacobus; quia loquitur non absque præsuppositione diuinæ institutionis. Tunc nihil &c. Nam diuina institutio, ex qua obligamur, solis sacerdotibus nos confiteri debere monstrat, Ioan. 20. Vide quæstio. 6. art. 1. & 2. in tex. & Elucidat.

Verus sensus D. Iacobi.

Ex litera dic; quòd argumentũ valde forsan constringeret, si D. Iacobus loqueretur tanquàm institutor sacramenti: nunc verò nihil omnino valet; quia non vt institutor, sed tãtum vt institutionẽ à Christo factam Ioan. 20. loquitur. Quomodo ergo ly confitemini alterutrum, & quid per ly alterutrum, intelligat; si verum sensum authoritatis huius habere velimus; à cap. 20. Ioannis Euangelistæ petendum est (vt in responsione præsenti factum fuit). Vide quæst. 6. artic. 6. ad secundum.

Cap. omnis, de pœn. & remiss.

† Aliàs, suscitatione.

2^m^ de maiori. Est necessitatis. ℞. Minoris: non æqualis. §. Tunc &c. Non enim ex hoc, quòd baptismum pueris quilibet homo dare potest ratione necessitatis, sequitur; quòd confessionis sacramentum, dando s. etiam absolutionem, administrare possit aliquis laicus in casu necessitatis. Ratio diuersa est: quia puerorum necessitas vsu liberi arbitrij carentium iuuari non valet ad vitã salutis assequẽdam, nisi per actualẽ baptismũ; adulterorum verò necessitas ad vitam illam iuuari potest per votũ cõfessionis, etiam quòd actualiter stante impedimento non confiterentur.

† Cap. 5.

Necessitas totalis &c.

¶COROLL. Ergo secundùm D. Thomam, pueris vsu rationis carẽtibus (vt hinc apertè habetur) non patet via salutis; nisi actualiter baptizentur. Nam, cum vsu rationis priuentur, votum. i. desiderium ad baptismum habere non possunt. Vide 3. par. q. 68. art. 9. & 11. in tex. & elucid.

3^m^ de maiori. Vt taxetur &c. satisfactionis. ℞. Existẽtis pars sacramenti; non habentis solum virtutem ex quantitate pęnæ. §. Tũc nihil &c. Non enim laicus potest taxare pœnitenti satisfactionem, vt habet virtutem secundùm quòd est pars sacramenti, cum nec confessio facta laico in casu necessitatis sit sacramentum, vt in art. seq. quamuis ipse laicus taxare possit satisfactionem, secundùm quòd solùm ex quantitate pęnæ habet virtutem.

† Sicut dictũ est q. 6. art. 1. ad 4.

¶COROLL. Ergo confessio necessario soli sacerdoti facienda est; & propter absolutionẽ, quam solus ipse impendere potest ratione

dicta

**Ad quartum** dicendum, φ cognoscere vultum pecoris, ad duo potest necessarium esse. Primo, φ coordinetur gregi Christi, & sic cognoscere vultum pecoris pertinet ad curam, & sollicitudinem pastoralē, quæ incumbit quandoque illis, qui non sunt sacerdotes. Secundo, ad hoc quòd prouideatur ei competēs medicamentum salutis, scilicet sacramentū Eucharistiæ, & talia præbere pertinet ad sacerdotem, & ad talem cognitionem pecoris confessio ordinatur.

AR-

*Claues si habent laici.* dicta in probatione conclusionis, & propter satisfactionem, vt est pars sacramenti. Non enim laicus habet claues a Christo Io. 20. Matth. 18 & 16. sed solus sacerdos, quicquid de suo capite acephalo, aut scripturis in sensum reprobum a sese distortis garriant Lutherani. Contra hos vide Roffensem art. 13. mirifice triumphantem; & Leonem Papā in Bulla contra errores Luth. iustissime hanc illorum insaniam cōdemnantem, vt sup. q. 1. articu. 1. appen. verbaliter habes.

4^m de maiori.

Cognoscant. R. Cognitione prouidendi ouibus competens medicamentum salutis: non cognitione solū coordinandi oues gregi Christi. §. Tunc &c. licet enim aliqui non sacerdotes possint. Secundo modo cognoscere vultum pecoris sui: non tamen Primo modo, cum clauibus careant: quibus solis competens salutis medicamentum in præsenti intentum ouibus prouideri potest.

*Cognoscitur vultus pecoris dupliciter.*

## APPENDIX.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

EX articulo habes primò: quomodo per rationem hæresim Lutheri dicentis; confessionem audire, & pœnitentem absoluere posse omnes homines cuiuscumque conditionis fuerint. Nec obstat, quòd ille negaret radicem probationis conclusionis D. Thomæ, sacramēta videlicet conferre gratiam: quoniam Lutherus ipse sacramenta non conferre gratiam articulo suo primo per Roffensem adducto affirmat. Nec etiam obstat, quòd negaret ipse, confessionem esse sacramentum: ut sup. q. 6. art. 2. ipsum hoc erronee negantem in append. vidimus. Itē non obstat; quòd Valdenses (Prat. pauperes de Lugduno) quasi fauētes Lutheranæ positioni in principio narratæ, negarent D. Thomæ probationis vim illam, sacerdotem videlicet solum consecrare Eucharistiam: quoniam dicunt omnem hominem iustum suæ factionis, etiam si laicus fuerit, posse consecrare corpus Christi. Sublato enim hoc fundamento, quòd scilicet solus sacerdos consecrare possit corpus Christi; nonne statim vides hæresim Lutheranam sequi, quòd laici confessionē audire, & absoluere possunt. Hæc, inquam, non obstant, idest non faciunt, quòd D Thomæ ratio in corpore articuli adducta minoris efficaciæ sit contra hæresim Lutheri primo allatam. Quod enim sacramenta nouæ legis conferant gratiam: patet 3. par. q. 62. art. 1. & in decreto Eugenij 4. sacro approbante Concilio Floren. de sacramentis dato Armenis; & in Concilio Triden. sess. 7. cano. 6. 7. 8. de sacramentis, vbi etiam anathematizatur contrarium; & in bulla Leonis X. vbi positio Luth. de negatione collationis gratiæ narratur atque damnatur vide Bullam illam in 4. tomo conciliorū post Concil. Lateranen. sub eodē Leone: vide & Roffensem contra Lutheri articulum illum primum mirifice pugnantem, eumque legitime expugnantem. Quod autem confessio sit sacramentum; patet supra q. 6. artic. 2. appen. per authoritates canonice concludentes. Quòd verò solus sacerdos corpus Christi consecrare possit; patet 3. par. q. 82. ar. 1. & in Concilio Triden. sess. 23. cap. 1. 4. & cano. 1. 6. & in Hymno 2. corporis Christi ab Ecclesia solemniter approbato, vbi de consecratione sacramenti Eucharistiæ loquendo dicitur, sic sacrificium istud instituit, cuius officium committi voluit solis presbyteris.

*Concilia, Roma. Pōtifices de grā sacramētorum de cōfes. de cō secratione.*

¶Secundò habes quomodo per rationem ostendas, illam Lutherii in principio dictam damnari merito a Concil. Trident. sess. 14. c. 6. Declarat sancta synodus, falsas esse & a ueritate Euangelij penitus alienas doctrinas omnes, quæ ad alios quosuis homines, præter Episcopos & sacerdotes, clauium ministeriū perniciose extendunt. Hæc ibi. Et canon. 10. Si quis dixerit; non solos sacerdotes esse ministros absolutionis; sed omnibus & singulis Christi fidelib. esse dictum quæcumque ligaueritis &cæt. quæcumque solueritis &c. quorum verborum, virtute quilibet absoluere possit peccata &c. Anathema sit. Item meritò &c. ut sup. q. 6. art. 1. & 2. maxime in appen. Item à &c. ut nunc supra in corollar. post ad tertiū. Item ab Eugenio IIII. in suo Decreto de sacramentis, ubi sacro approbante Concil. Floren. dicit secunda (pars penitentiæ scilicet) est oris confessio, ad quam pertinet, vt peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Hæc ibi. Item ab Innoc. III. in Concilio Lateranensi, sic c. 21. dicente, omnis vtriusque sexus omnia peccata sua confiteatur fideliter saltem semel in anno proprio sacerdoti, uel alieno, prius tamen impetrata uenia a proprio sacerdote: quoniam aliter ille ipsum non potest absoluere, vel ligare. Hæc ibi. Et recitatur extra de pen. & remis. c. omnis. Ecce quòd Papa testante nec sacerdos potest alterius: parochianum absoluere, illius curati venia nō impetrata: ergo secundum Papam, multo minus laici possunt absoluere sibi confitentes ut ait supra Lutherus. Ergo secundum Papam soli sacerdoti, tanquam Christi ministro facienda confessio est. Itē a Leone X. in Bulla Lutheri errores damnante. Dum enim damnat hunc verbaliter dicentem, in pœnitentiæ sacramento ac remissione culpæ non plus facit Papa aut Episcopus, quam infimus sacerdos; imò vbi non est sacerdos, æque tantum quilibet Christianus, etiam si mulier aut puer esset: dum inquam, verbaliter sic iacentem dānat; virtualiter & damnasse vult similē huic in principio appendicis dictū (vt patet). Vide damnationem hanc sup. q. 1. art. 1. At forsan Lutherus hæresim suam prædictam alia quadā defendere noluit, dum inquit (Prateolo teste tit Lutherani) Christianos omnes sacerdotes esse, & æqualem habere potestatem, nulla status aut sexus discretione facta. Sic enim & soli sacerdoti, (ut ait sancti Thomæ conclusio) & nihilominus cuilibet Christiano laico, pro absolutione confessio fiet (ut Lutherus contendit). Cæterum hæresis hæresim peperit, & damnata damnandam. Hæc siquidem, quam postremò retulimus, damnatur a Cōcilio Trid. sess. 23. cap. 4. Quòd si quis omnes Christianos promiscue noui testamenti sacerdotes esset, aut pari omnes inter se potestate spirituali præditos, affirmet, nihil aliud facere videtur, quam ecclesiasticam hierarchiam, quæ est ut castrorum acies ordinata, confundere: perinde ac si contra, Beati Pauli doctrinam omnes Apostoli, omnes prophetæ, omnes Euangelistæ, omnes Pastores, omnes sint doctores. Hæc ibi. Et huic suæ doctrinæ synodus eadem correspondens, can. sexto ait, si quis dixerit; in Ecclesia catholica non esse hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, presbyteris, & ministris: Anathema sit. Hæc ibi. Hoc autem dicit, qui eam confundit; & eam confundit, qui omnes Christianos promiscue, &c. (ut supra ex eodem Concil.): ergo Lutheri positio, quæ hæc dixit, pro hæresi nunc damnata est. Item damnatur a synodo Octaua generali sess. 7. Ad hanc enim synodum, cum iam esset ad calcem perducta, Basilius Imperator post lectionem orationis suæ dixit; Dicat nunc quicumque voluerit ex sedentibus in hac sancta & uniuersali synodo, in quo istorum hæsitet, vel ambigat, quę nunc lecta sunt: & sancta synodus exclamauit; omnibus placent, quæ lecta sunt oēs ijsdem ipsis concordamus omnes libenter subscribimus. Hæc ibi. Antea autem in eadem oratione Basilij lecta fuerant hæc verba. De uobis autem laicis, tam qui in dignitatibus, quam qui absolutè conuersamini, quid amplius dicam non habeo; quàm quòd nullo modo vobis licet de ecclesiasticis causis sermonem mouere, neque penitus resistere integritati Ecclesiæ, & uniuersali synodo aduersari. Hæc enim inuestigare & quærere: Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum est: qui regiminis officium sortiti sunt, qui sanctificandi, qui soluendi, & ligandi, potestatem habent; qui ecclesiasticas & cœlestes adepti sunt claues: non nostrum, qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, uel a ligamento salui egemus. Quantæcumque enim religionis, & sapientiæ laicus existat, uel etiam si vniuersa virtute interius polleat; donec laicus est, ouis vocari non desinet. Rursus, episcopus quantacumque sit irreuerentia plenus, & nudus omni uirtute; donec antistes est, & ueritatis uerbum rectè prædicauerit, pastoris uocationis & dignitatis damna non patitur. Quæ ergo nobis ratio est, in ordine ouium constitutis? Pastores uerborum subtilitatem discutiendi, & ea, quę super nos sunt, quærendi & ambiendi potestatem habent. Oportet nos ergo cum timore & fide syncera hos audire, & facies eorum uereri (cū sint ministri Domini omnipotentis, & huius formam possideant): & nihil amplius, quam ea, quæ nostri ordinis sunt, requirere. Nunc autem (ut uidemus) adeò multos malitia in insaniam accendit; vt obliuiscentes proprij ordinis, & quòd pedes sint minimè cogitantes, legem ponere uelint oculis (non ut natura se habet) sicut ipsi cupiunt; & singuli ad accusandum quidem maiores semper existūt promptissimi, ad corrigendum autem ea, in quibus accusantur & criminantur, pigerrimi. Et moueo & exhortor omnes, qui tales sunt: ut maledictum & alternum odium auertentes, & iudicare iudices desinentes; attendant sibi; & secundum diuinam uoluntatem conuertare contendant. Nam non quiescet supernum iudicium: sed contra diffidentes diuinus furor stillabit, & multam ultionem opere cunctis ostendet. Hæc ibi: & ponitur ista Basilij oratio in fine synodi octauæ generalis. Ergo, secundum synodum istam Basilio (ut uidimus) subscribentem, laici etiam in dignitate imperiali constituti non habent potestatem ligandi aut soluendi, non claues cœlestes, atque ecclesiasticas habent: atque ideo sacerdotes non sunt, nec eis pro absolutione confitendum est. Vide Lutherus etiam mulieribus, puerisque (infandum profectò) potestatem absoluendi, etiam Papalem, tribuit. & imperator hanc ipsam, etiam sacerdotalem, tam sibi quam cæteris omnibus laicis non competere, liquido fatetur. Lutherus laicos de synodis, sicut ipsi cupiunt, iudicare posse contendit; statuta illarum discutiendi, quærendi, ambiendi, potestatem laicus

*Hær. dāa. supra.*

*Hær.*

*Illa hære. damnatur.*

*Hierarchia Ecclesiasti ca à Deo īstituta, secūdū Apostolum, & concilium.*

*Memorabiles in quā sniæ Basilij Imper. de laicis.*

*Laicus semper est ouis.*

*Episcopus est semper pastor, etiā criminos⁹: & à simili sacerdos sē per sacerdos.*

*Aureū monitū de officio laicorum etiam Imperatorum.*

*Corripit laicos de a synodo statutis discutere uolentes; quales sub hæretici, ac lutherani.*

*Laici sunt pedes, sacerdotes autem oculi.*

laicus attribuit: & imperator hoc esse contra naturã efficacissimè decernit, vtpote ꝙ pedes legem ponere velint oculis. Vide. Si tantam pœnam comminetur a Deo laicis imperator, tam monstruosa attentantibus, quantam putas manere Luthero, Caluino, atque similib. qui laicus talia præsumere docuerunt? Consule Roffensem in loco, supra in corollario post ad tertium allegato. Tertiò habes quomodo per rationem antedicta tum imperatoris tum conciliorum, pro quanto soli sacerdoti insinuant faciendam esse confessionem, & intelligas & probes & defendas. Quarto vides: quomodo ex vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur.

## ARTICVLVS II.

*Vtrũ in aliquo casu liceat alij quàm sacerdoti confiteri.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr ꝙ in nullo casu liceat alis ꝙ̃ sacerdotibus confiteri: quia confessio sacr̃alis accusatio est: ut ex suprapositа * definitione habetur: sed dispensatio sacramenti ad illum tantum pertinet, qui est sacri minister, cum ergo minister sacramenti proprius sit sacerdos, videtur quòd nulli alii sit confessio facienda.

¶ 2 Præt. Confessio in quolibet iudicio ad sententiam ordinatur, sed snĩa in foro contentioso non a suo iudice lata nulla est: & ideo non facienda est confessio nisi iudici: sed iudex in foro conscientię non est nisi sacerdos, qui habet potestatem ligandi, & soluendi, ergo non est alii confessio facienda.

¶ 3 Præt. In baptismo quilibet potest baptizare, quia si baptizat laicus, etiam absq; necessitate non debet a sacerdote Baptismus iterari: sed si aliqs confiteatur laico in casu necessitatis, iterum tenetur sacerdoti cõfiteri, si articulum necessitatis euadat: ergo confessio nõ potest fieri laico in casu necessitatis.

SED CONTRA est quod in litera † determinatur.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut Baptismus est sacr̃m necessitatis, ita, & pœnitentia. Baptismus autem, q̃a est sacr̃m necessitatis, duplicem habet ministrum. Vnum, cui ex officio baptizare incumbit, s. sacerdotem. Aliũ, cui ratione necessitatis dispensatio baptismi committitur, & ita etiam minister pœnitentia, cui confessio est facienda, est sacerdos: sed in necessitate etiam laicus vicem sacerdotis supplet vt ei confessio fieri possit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in sacramento pœnitentiæ nõ solum est aliquid ex parte ministri, scilicet absolutio & satisfactionis iniũctio, sed etiã aliquid ex parte ipsius, qui suscipit sacr̃m, quod est etiã de essentia sacramenti, sicut contritio, & confessio. Satisfactio autem iam incipit esse a ministro, inquãtum eã iniungit, & a pęnitente, inquantum eam implet: & ad plenitudinem sacramenti vtrumque debet concurre re, qñ possibile est. Sed quando necessitas imminet, debet facere pœnitens quod ex parte sua est, s. conteri, & confiteri cui potest, qui quàmuis sacramentum perficere non possit, vt faciat id, quod ex parte sacerdotis est, absolutionem scilicet, defectum tamen sacerdotis summus sacerdos supplet: nihilominus confessio laico ex desiderio sacerdotis facta, sacramentalis est quodammodo: quàmuis non sit sacramentum perfectum, quia deest ei id, quod est ex parte sacerdotis.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ q̃uis laicus non sit iudex eius: q sibi confitetur absolute, tñ ratione necessitatis accipit iudicium super eum, secundum quod confitens ex desiderio sacerdotis se ei subdit.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ per sacramenta homo nõ solũ Deo, sed Ecclesiæ oportet quòd reconcilietur. Ecclesiæ autem reconciliari non potest nisi sanctificatio Ecclesię ad eum perueniat: in baptismo autẽ sanctificatio Ecclesiæ ad hominem peruenit per ipsum elementum exterius adhibitum, quod verbo vitę sanctificatur secundum formam Ecclesiæ a quocumque, & ideo, ex quo semel baptizatus est a quocumq; non oportet quod iterum baptizetur. Sed in pœnitentia Ecclesiæ sanctificatio non peruenit ad hominem nisi per ministrum: quia non est ibi aliquod elementum corporale exterius adhibitum, quod ex sanctificatione inuisibilem gratiã conferat: & ideo q̃uis ille laico confessus in articulo necessitatis cõsequutus sit veniam a Deo eo quòd propositum confitendi, qđ secundum mandatum Dei percepit, sicut potuit impleuit, non tñ adhuc ecclesiæ reconciliatus est, vt ad sacramenta ecclesiæ admitti debeat, nisi prius a sacerdote absoluatur: sicut, ille qui baptismo flaminis baptizatus est, ad eucharistiã non admittitur. Et ideo oportet, ꝙ iterum confiteatur sacerdoti, cum copiam habere potuerit, & præcipue quia † sacramentum pœnitentiæ perfectum non fuit. Vnde oportet quòd perficiatur, vt ex ipsa perceptione sacramenti pleniorem effectum consequatur, & vt mandatum de pœnitentiæ sacramento recipiendo impleat.

AR-

### SVPER Q. XXXIX. Aliàs 8. Art. II.

29 Vide loca ibi citata.

CONCL. In necessitate etiam laicus vicem sacerdotis supplet: ut ei confessio fieri posset.

*q.7.art.1.

¶NOT. Non inquit, vt absolutione dare posset. Ergo itellige: ꝙ tũc vicem sacerdotis supplet, secundũ quid; non autem simpliciter.

¶PROB. Quia sacramentum necessitatis licet in casu ministrum etiam eum, cui ex officio non incumbit (patet de baptismo): & pœnitentia est sacramentũ necessitatis.

¶NOT. Vtrumq; horum sacrorum esse necessitatis dicit litera; sed non æqualis. Maioris eñ necessitatis esse baptismum prædixit ar. 1. ad secũdum. Cum hoc tñ pœnitentię necessitas est tanta: ut in casu possit licite cõfessio fieri laico. Quòd si pœnitentia non esset talis & minoris, quam baptismus, necessitatis, nõ fieret licite laico in necessitate confessio.

### 1^m de minori.

†Li.4.Sẽt. dist. 17. §. c.post m.& in fi §. dis. & Aug. li. de falsa & vera pœn. capit.10.4. habe đ pę nit. dis.1.c. 87.ante fi.

Sacramenti. ℞. Perfecti: non quodammodo imperfectis. §. Tũc &c. Nam confessio facta laico est sacr̃m quodãmodo imperfectũ, seu quodammodo sacr̃alis: non autem sacr̃m perfectũ; cum ei desit absolutio, imò & absoluendi potestas. Neq;. n. laicus absoluit a peccatis sibi cõfessum, neque absoluere potest: vt patet supra ar. 1. appen. Et notat ꝙ de confessione laico facta loquimur, quatenus ex desiderio faciendi illam sacerdoti procedit: alioquin nec imperfectum sacramẽtum ipsa esset, sine tali respectu ad propriũ ministrũ sacramenti confessionis.

Vnde hẽt ꝙ sit sacramẽtalis cõfessio facta laico.

¶COROLL. Ergo est simile de analogis hoc. Ad primum siquidem analogatum respiciunt alia, ut analogata dici meritò possint. Neque enim vrina, neque dieta, neque medicina, diceretur sana; nisi respectum haberet ad sanitatem in animali, quæ est primum analogatum. Quemadmodum etiam baptismum sanguinis, & flaminis, tunc dicimus esse ad salutem æternam validum: quando relationem ad baptismum fluminis concernit in voto; secundum quod habetur ex 3. par. q. 66. ar. 11.

Natura analogorũ

¶Vt ergo abab Apostolo dicitur vnum baptisma. Eph. 4. licet sint tria, eo quòd omnia ꝓpter respectum ad vnũ baptismi & nomẽ & valorem habent ita: confessio dicitur soli sacerdoti fienda, art. 1. etiam quòd in casu laico fieri possit, quia confessio laico facta propter respectum ad sacerdotẽ, & sacramentalis confessionis quodãmodo nomen & uirtutem absolutionis a summo sacerdote Christo obtinet.

Vnum baptisma. confessio vna, i. vniso li. s. sacerdoti facta.

### 2^m de conclusione prima.

Nisi iudicij. ℞. Vel secundũ se absolute cõsiderati. Vel secundum quòd uoluntarie eligitur ab homine iudicando. §. Tunc &cæt. Nam quàmuis laicus non sit iudex, &c. vt in textu.

¶NOT. Iudex (ut habetur ex 2.2. q. 67. art. 1.) est vel ordinarius, vel arbitrarius, siue arbiter ordinarius est; q iure potest per artẽ iustitiæ cuique subdito iustum decernere & reddere. Arbiter est: qui de se nõ habet plenam potestatem coherendi, cum de se non sit superior; sed ab aliquibus propria sponte eligitur, cuius iudicio seipsos in aliqua re subijciunt. Ex hac doctrina habita ide & c. forus. §. in omni, de verb. sig. dicas tu: quòd sacerdos est iudex tanquam ordinarius confitentis; & laicus est tanquam arbiter. Cuicũq; ergo fiat confessio fit tanquam suo iudici, sed differenter modo in responsione formali declarato. Et tamen ex hoc non infertur, nisi apud stultos; quòd laicus sit sacerdos: sicut nec inferri potest apud iurisperitos, quòd quis sit ordinarius iudex, ex eo tantum quòd in casu aliquo est iudex arbiter.

Iudex duplex & vide, ne fiat error.

† Vt dictũ est hoc co: ar. ad 1.

### 3^m conclusio.

Confessio non pŏt fieri laico in casu necessitatis. ℞. Ita quòd extra casum illum non teneatur reiterare eandem confessionem: non aliter. §. Tunc &c. licet. n. ipsa non possit fieri laico in casu necessitatis, pariformiter ad baptismum, idest ita quòd sic confessus non teneatur iterum eandem confessionem sacerdoti facere, si euaserit periculum (vt argumentum intendit): confessio tamen potest fieri laico

laico in casu necessitatis, inæqualiter ad baptismum, idest ita q sic confessus teneatur eandem confessionem reiterare si periculum euadat ( vt conclusio articuli intendebat. )

Cõtra minus, quam oportet, de ferẽtes ecclesiæ.

¶NOT. In litera notato diligenter illam duplicem reconciliationem,& vtramque necessariam, Deo atque Ecclesiæ Hinc enim edoctus multos conscientiæ casus, multos hæreticorum impetus, multa incidentia dubia, optime dissolues. Puta. Num sanctificatus in vtero teneretur antiquitus ad circuncisionem,teneaturve nunc ad baptismum? Num Deo soli corde contrito reconciliatus,teneatur post cõfiteri sacerdoti peccata sibi iam coram Deo remissa per contritionem? Num Deo soli (vt ait) innixus possit sine authoritate superiorum in Ecclesia, prædicare; curam animarum exercere; doctrinam aliquam nouam mundo inuulgare: seipsum pro sacerdote,pro Episcopo,pro cardinali, &c. ingerere vel inthronizare? Hæc, & similia, vulpecularum demolientium vineas latibula, vt detecta falsitas uinearum salute a ueritatis candore fugetur ac euanescat, facilę produces in lucem: si doctrinam hanc Thomisticam, de duplici reconciliatione homini cuique necessaria, præ oculis semper habueris;habitamq; pro quæsitorum, dubiorum, scrupulorum &c. varia solutione (ut decet ) applicare noueris.

## APPENDIX.

Vtilitas S. Ecclesiæ &c.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem quasi a fortiori reijcias hæreses Iacobitarum,Lutheri, Valdensium,Albanensium (ut sup.q.6.ar.1.appen. ) concorditer dicentium; confessionem non esse necessariam. Adeo enim necessarium est confiteri sacerdoti:vt necessitas ipsa causet,quòd licitum sit, in absentia sacerdotis concurrente necessitatis casu, confiteri laico ex desiderio sacerdotis. Item hæresim Ioannis Vuicleff ( ut 3.par.q.69. art.1.appen.) dicentis: quòd si contritio adsit, confessio exterior omnis est sibi inutilis & superflua. Vides enim hic: quòd contrito in casu necessitatis confesso etiam laico confessio est vtilis; cum a summo sacerdote talis tunc absoluatur,ut infra ad primum. Item hæresim Manichæorum (supra q.6.art.2.appen.)dicentium;quòd confessio peccatorum facta sacerdotibus Romanæ Ecclesiæ nihil valet ad salutem. Si enim confessio facta etiam laico ex desiderio sacerdotis Romanæ Ecclesiæ valet ad salutem ( ut hic dicitur, & verum est:) multò vtique magis facta sacerdoti Romanæ Ecclesiæ valebit ad salutem,(vt patet.) Ex desiderio,inquam,sacerdotis Romanæ Ecclesiæ:quoniam textus aliu& sensum non habet. Nullum siquidem uerum est sacerdotium extra Romanam Ecclesiam: qđ scilicet ab ipsa non dependeat, & ab ipsa non instituatur. Omnes enim Christi Ecclesiæ ad unam referuntur tanquam ad suam matrem & magistram,ad Romanam scilicet Ecclesiam. Hoc significauit Nicolaus Primus Papa: quando de Romana Ecclesia, & sede Apostolica scribens,ait. Omnes,siue patriarchæ cuiuslibet apicem siue metropolis primatus,siue Episcopatuum cathedras, vel ecclesiarum cuiuscumque ordinis dignitatem, instituit Romana Ecclesia. Illam verò solus ipse fundauit, & supra petram fidei mox nascentis erexit: qui Beato Petro æternę vitæ clauigero, terreni simul & cœlestis imperij iura commisit. Hæc ille:& recitatur in decretorum uolumine.dist.22.c.1.Mediolanensibus. Hoc idem ostendit Concilium Triden.sess.23.cap.4.Docet sacrosancta synodus in ordinatione Episcoporum, sacerdotum, & cæterorum ordinum, nec populi,nec cuiusuis sęcularis potestatis & magistratus consensum,siue uocationem,siue authoritatem ita requiri;vt sine ea irrita sit ordinatio: quin potius decernit; eos,qui tantummodo a populo aut sęculari potestate ac magistratu uocati & instituti,ad hęc ministeria ascendunt, & qui ea propria temeritate sibi sumunt, omnes non Ecclesiæ ministros, sed fures, & latrones, per ostium non ingressos,habendos esse. Et canon.7.si quis dixerit:eos,qui nec ab ecclesiastica & canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt: sed aliunde ueniunt; legitimos esse verbi, & sacramentorum ministros:anathema sit. Hæc ibi. Quid autem per Ecclesiasticam & canonicam potestatem isto in loco intellexerit, hoc idem concilium insinuat:dum sess.7.canon.3.de baptismo, & sess.14.cap.3 de extrema vnctione,& sess.22.cap.8.& sess.25. de delectu ciborum, dicit. sanctam Romanam Ecclesiam esse omnium Christi Ecclesiarum matrem & magistram. Si qui ergo sacerdotes sunt, quorum ordinatio a Romana Ecclesia,tanquam a sua matre & magistra nõ dependeat:hi proculdubio sacerdotes Domini non sunt. Vnde Anacletus Papa,natione Græcus illud ipsum insinuans in epist.2. vniuersis Episcopis per Italiam constitutis.ait. Breuiter prout Dominus tribuit; & ut a B. Petro principe Apostolorum sumus instructi, a quo & presbyter sum ordinatus ) scribere uobis, sicut petijstis, non denegauimus. Ordinationes episcoporum, authoritate Apostolica, ab omnibus,qui in eadem fuerint prouincia, Episcopis sunt celebrandæ, &c. Reliqui verò sacerdotes a proprio ordinentur Episcopo. Hæc ibi:& recitatur in decr. dist. 64. 75. ordinationes Episcoporum. Idem in epist. 3. omnibus episcopis ac reliquis Christi sacerdotibus,ait. Sacerdotum, fratres,ordo bipartitus est: & sicut Dominus illum instituit, a nullo debet perturbari. Scitis autem, a Domino Apostolos esse electos, & constitutos:& postea per diuersas prouincias ad prædicandũ dispersos.Cum vero messis cœpisset crescere,videns paucos esse operarios,ad eorum adiumentum septuaginta duos eligi pcepit discipulos Episcopi uero, Apostolorum Domini,presbyteri autem septuaginta duorum discipulorum,locum tenent,&c. Amplius,quàm isti duo ordines sacerdotum, nec nobis a Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt, &c. Hæc uerò sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia,nõ ab Apostolis, sed ab ipso Domino Saluatore nostro, primatum obtinuit; & eminentiam potestatis super uniuersas Ecclesias,ac totum Christiani populi gregem, sicut ipse B. Petro Apostolo dixit, Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiã meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam; & tibi dabo claues regni cœlorum,&c. Adhibita est etiam societas in eadem Romana vrbe beatissimi Apostoli Pauli uasis electionis; qui uno die, uno quoque tempore,gloriosa morte cum Petro,sub principe Nerone, agonizans coronatus est: & ambo sanctam Romanam Ecclesiã consecrarunt,alijsq; uniuersis urbibus in vniuerso mundo eã sua præsentia,atque uenerando triumpho prætulerunt. Hæc ibi: quorum vltima pars etiam recitatur in decr. dist. 22. sacrosancta Romana. Patet ergo ex prædictis; quòd, cum soli Petro datæ sint claues regni cœlorum ad soluendum & ligandum,nullus omnino potest esse verus sacerdos; nisi is, qui authoritate Petri ( Hanc authoritatem Anacletus supra vocauit authoritatem Apostolicam;quãdo dixit, ordinationes episcoporum authoritate Apostolica) consecratur sacerdos. Sic enim plures sacerdotes per consecrationem authoritate eius factam habent claues, licet vni soli datæ sint: quia ab ipso Petro illas, quamuis non æqualiter, habent. Ex præmissis ergo omnibus iam declaratum est:quid intelligat textus D. Thomę per ly sacerdotis;& hoc contra hæreticos. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas hæreses in prin. appen. dictas meritò damnari &c.ut sup.q.6.art.1.& 2.appen. Tertiò uides: quomodo ex his vicissim præsens articulus consolidetur.

Nullũ uerũ sacerdotium extra Rom.eccl.

Ro. eccle. omniũ ecclesiarũ di[gni]tates instituit.

Rom eccl. omniũ ecclesiarum mater, & magistra.

Ro. eccl. a Dño solo est omnib. prælata.

Apo. PP. Romę martyrizati.

Quid est, solum Petrum hẽre claues.

Nota, Papæ huius Græci dicta oĩa superius,contra intolerabiles errores Græcorum.

2

3

---

SVP. Q. XXXIX. Aliàs 8. Art. III.

CONCL.I. Non oportet; quòd venialia aliquis sacerdoti confiteatur.

¶PROB. Quia homo non indiget nouæ gratiæ collatione ad uenialis peccati remissionẽ: neque indiget reconciliari ecclesiæ ( cum per uenialia nec a Deo,nec a sacramento ecclesiæ, separetur.

¶NOT. Pro captu literæ dictis, quòd per ueniale peccatum non separatur quis a sacramento Ecclesiæ, aduertas: quòd intendit dicere unum expresse, & aliud illatiuè. Vnum expresse,inquam, idest quòd existens in peccato ueniali potest licite participare sacramẽtis Ecclesię siue dãdo,siue recipiendo: puta sacerdos potest confessiones audire, baptizare, Eucharistiam alicui ministrare, &c. peccator in ueniali existens potest confiteri absolutionem tantum de mortalibus recipiendo, potest sic communionem eucharistię sumere,&c. Aliud illatiue, inquam, i. q existens in quocumque peccato mortali nõ potest licitè alicui sacramento ecclesię participare,nec dando,nec recipien-

30

## ARTICVLVS III.

*Vtrum extra casum necessitatis possit aliquis non sacerdos confessionem venialium audire.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd extra casum necessitatis non possit aliquis non sacerdos confessionem venialium audire. Quia sacramentum aliquod committitur laico dispensandum ratione necessitatis: sed confessio venialium non est de necessitate, ergo non committitur.

¶ 2 Præterea. Contra venialia ordinatur extrema vnctio, sicut & pœnitentia: sed illa non potest dari a laico, vt patet Iacobi vltimo, ergo nec confessio venialium potest ei fieri.

SED CONTRA est, quod dicit Beda * in litera.

RESPON. Dicendum, q per peccatum veniale homo nec a Deo, nec a sacrõ Ecclesiæ separatur, & ideo non indiget nouæ gratiæ collatione ad eius dimissionẽ, neq; indiget reconciliari ecclesiæ. Et propter hoc, non oportet q venialia aliquis, sacerdoti confiteatur, & quia ipsa confessio laico facta,sacramẽtale quoddam est, quàmuis non sit sacramentum perfectum, & ex charitate procedens:talibus natum est veniale remitti, sicut per tunsionem pectoris, & aquam benedictam.

Per separari a sacro ecclesiæ, qđ significet textus.

* Citatur à Mag.li.4. dį.17.§.c. ante finẽ.

Et per hoc patet solutio ad Primum, quia venialia non indigent sacramenti perceptione ad dimissionem sui, sed sufficit ibi aliquid sacramentale, ut aqua benedicta, & aliquid huiusmodi.

AD SECVNDVM dicendum, quòd extrema unctio non datur directe contra veniale, nec aliquod sacramentum.

cipiendo. Unde talis dicitur suspensus quoad se ab omni participatione sacramentorum, ut in cap. quaesitum, de cohabit. cleric. & si executionem alicuius ordinis exercet solemniter. i. quasi utens officio suo, peccat mortaliter. Unde Sanctus Doctor 4. dist. 24. q. 1. art. 3. ait. Lex, s. naturalis, praecipit; ut homo iuste ea, quae iusta sunt, exequatur, & ideo quicumque hoc, quod sibi competit ex ordine, facit indignè, quod iustū est, iniuste exequitur, & contra praeceptum legis facit; ac per hoc peccat mortaliter. Quicūque autem cum peccato mortali aliquod sacrum officium pertractat; non est dubium, quin indignè illud faciat. Unde patet: quòd peccat mortaliter. Haec ille. Item ibidem in responsione ad argumentum quartum dicit. Quandocumque quis exhibet se in aliquo actu, ut ministrum Ecclesiae, existens in peccato mortali, peccat mortaliter: & totiens, quotiens huiusmodi actum facit: quia, ut dicit Dion. 1. c. coel. hier. immundis nec symbola, i. sacramentalia signa, tangere fas est. Unde, quando tangunt res sacras, quasi utentes officio suo, peccant mortaliter: secus autem esset, si in aliqua necessitate aliquod sacrum contingerent, vel exequerentur in illo casu, in quo etiam laicis liceret; sicut si baptizarent in articulo necessitatis, uel si corpus Christi proiectum in terram colligerent. Haec ille. Ex his ergo, tanquàm a simili inferas: quòd nulli, etiam laico, existenti in peccato mortali licet sacramentum aliquod recipere. Ex his etiam patet: quid intendat in textu D. Thomas per ly non separari a sacramento Ecclesiae.

*Existēs in pctō mortali nō tangat aliqđ sacrū.*

¶ CONCL. 2. Talibus natum est veniale remitti (.i. confessione facta, seu per confessionem factam, laico natum &c.)

¶ PROB. Quia ad venialium dimissionem sufficit aliquod sacramentale ex charitate procedens (ut ad primum:) & confessio facta laico est quoddam sacramentale, ex charitate procedens.

¶ Examen. Per ly ex charitate procedens, non solum intelligit Sanctus Doctor, quòd illud sacramentale recipiatur, vel fiat ab existente in charitate: sed etiam quòd per receptionem, vel factionem talem excitetur actualiter feruor charitatis ad cōtritionem saltem implicatam venialis peccati. Non enim sine aliquali contritione remittitur veniale peccatum. Unde, si sacramentalia haec, de quibus infra in notat. post resp. ad primum, fierent absque contritione aliquali, non remitterent venialia. Dicuntur verò sacramentalia tollere uenialia; inquantum de se apta, seu nata, sunt ad excitandum feruorem charitatis implicitè includentem contritionem venialiū. Nam, quando aliquis fertur in Deum per feruorem charitatis, habet implicitè displicentiam de omni illo, quod retardat tendētiam actualem in Deum; & huiusmodi est peccatum veniale. Unde locutus est cautè D. Thomas dicendo, quòd talibus sacramentalibus natum est ueniale remitti: & non dicendo absolutè, quòd talibus remittatur veniale. Ex his dicas: quòd sacramentalia cum non remittant, nisi inquantum contritionem causant modo praemisso; secundum quantitatem contritionis, per illa erit quantitas remissionis. Iccirco secundum quòd per ista concitatur maior, uel minor, charitatis feruor, qui de pluribus uel paucioribus venialibus contritionem saltem implicite contineat; secundum hoc plura vel pauciora venialia dimittuntur. Unde patet: quòd per ista non semper omnia, immo nec plura quandoque, nec aliqua omnino (ut quando sine ulla omnino contritione, aut charitatis feruore fiunt) venialia tolluntur.

*De remiss. venialiū.*

¶ Examen. Per ly sacramentale, non sacramentum, intellige; ut sequitur, sacramentum ordinatur directè ad remedium praestādū, i. ad causandum gratiam. Sacramentale directè ordinatur ad remouendum prohibens, i. contra diaboli nequitias, & peccata venialia, & contra omne illud, quod sacramentorum effectum impedire potest. Unde dicitur sacramentale quasi dispositio quaedam ad sacramenta. Quia ergo cōfessio facta laico non ordinatur directe ad causandum gratiam licet summus sacerdos suppleat in cuius signum est, quòd laicus audiens confessionem non absoluit, supra ar. 1. tex. & eluc. appen. ideo confessio illa non est sacramentum. Quia verò confessio illa est dispositio ad confessionem sacerdoti fiendam, ex eiusque desiderio fit, supra ar. 1. vel saltem est contra nequitias diabolicas, & contra peccata venialia, ut in articulo praesenti: ideo vocatur sacramentale.

*Sacrm, sacramētale.*

1^m^ maior. Sacramentum aliquod committitur laico dispensandum, ratione necessitatis. ℞. Ista propositio maior est extra propositum. §. Tunc quia confessio facta laico non est propriè sacramentum; Tum quia ad deletionem venialium nulla est necessitas quòd confiteatur etiam sacerdoti. Cum igitur maior, tanquàm argumenti basis, sit extra propositum: necessario relinquitur dicendum, quòd argumentum totum non infringit, immo nec attingit, conclusionem articuli.

*Per plurimas res delentur uenialia; quę hic numerantur.*

¶ Examen. Per ly aliquid huiusmodi, quod in fine respōsi huius litera dicit, intelliguntur multa. Videlicet. Benedictio episcopalis, exercitium aliquod humilitatis, tonsio pectoris, genuflexio, inclinatio (ut ad gloria patri, &c. ad nomen dulcissimum Iesu &c. coram altaribus, imaginibus sanctorum &c. coram augustissimo altaris sacramento &c.) oratio Dominicalis, panis benedictus, dimissio iniuriae, seu alieni delicti, compassio, generalis confessio, (.i. confiteor Deo, & Beatae Mariae &c.) omnis unctio sacramentalis, Eucharistia, & quaecumque poenitentia etiam leuis. Nam per ista remittuntur venialia: unde & in hoc sensu dici saltē large possunt sacramentalia, ut sup. not. 2. ante resp. ad primum. Intelligenda tamen est uenialium remissio per ista, iuxta supradicta in not. 1. ante respon. ad primum, ne quando fiat error, & paruipendantur nimis venialia. i. ne ab eis minus, quàm deceat, caueamus propter facilitatem venię, quasi sine nostra contritione feruoreque charitatis per haec in promptu habitam. Vide igitur ibi: & esto cautus (ut nunc audisti). Cogitatione itaque actuali, ac deuotione, humiliatoque spiritu, quibus disponitur homo ad feruorem charitatis, opus est tunc; quando praemissis rebus utitur: si per ipsarū usum vult remissionem uenialium obtinere. Verbi gratia. Quando aliquis aspergit se aqua benedicta, uel aspergitur ab alijs: humiliat se in mente sua, & ex hoc actuali cogitatione humili atque deuota disponitur ad contritionem, & ad feruorem Charitatis. unde, si est in gratia, illa cogitatio est meritoria & satisfactoria, & disponens saltem implicitè ad contritionem, & remittens peccata uenialia. Hinc est: quòd & existens sine gratia, & actualiter nihil de sua salute cogitans, per usum rerum praedictarum non consequitur remissionem uenialium.

*Errāt quidā, nō Itelligēdo, uel non attendendo modum; quo per ista delentur peccata uenialia.*

2^m^ de maiori. Ordinatur. ℞. Indirectè: non, directè §: Tunc &c. Nam confessio facta laico ordinatur directè contra veniale peccatum, cum sit sacrāle quoddam.

¶ NOT. 1. Illud ordinatur directe ad remissionem mortalium, non autem uenialium nisi indirectè: quod causat gratiam: & hoc est quoduis sacramentum nouae legis, de quo dicit textus ly nec aliquod sacramentum. Illud directe ordinatur ad remissionem venialium, quod natum est excitare feruorem Charitatis iam tunc actualiter habitae: & hoc est quodlibet sacramentale, de quo supra. Ratio est: quia, cum ueniale nihil aliud sit nisi impedimentū seu retardatio feruorum charitatis, ipse feruor charitatis est directè oppositus veniali peccato.

¶ NOT. 2. Minor argumenti propositio (scilicet sed illa non potest dari a laico, ut patet Iac. ult.) quàm mirificè confirmatur per sacrum Concilium Tridentinum contra haereticos: & simul ostenditur quàm bene atque catholice Sanctus Doctor interpretatus sit D Iacobum. Praemissum enim Concil. sess. 14. cap. 3. de extrem. unct. ait. Ostenditur illic (scilicet inducat presbyteros Ecclesię &c. supple tu ex cap. 1. praedicto,) proprios huius sacramenti ministros esse Ecclesiae presbyteros: quia nomine eo loco non aetate seniores, aut primores in populo intelligendi veniunt; sed aut Episcopi, aut sacerdotes ab ipsis ritè ordinati per impositionem manuum presbyterii. & cano. 4 si quis dixerit: presbyteros ecclesiae, quos Beatus Iacobus adducendos esse ad infirmos ungendum hortatur, non esse sacerdotes ab episcopo ordinatos: sed aetate seniores in quauis communitate: ob idque proprium extremae unctionis ministrum non esse solum sacerdotem anathema sit. Haec ibi.

*Solus uerè sacerdos semꝑ minīstrat extr. unct. sacramentum: numquàm laicus.*

## A P P E N D I X.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostēdas, meritò dictum esse a Concilio Trid. sess 14 c. 5. sic. Venialia, quibus a gratia Dei non excludimur, & in quae frequentius labimur, quàmquam rectè & utiliter, citraque omnem praesumptionem, in confessione dicantur (quod piorum hominum usus demonstrat:) taceri tamen citra culpam, multisque alijs remedijs expiari, possunt. Haec ibi, & sess. 6. cap. 11. licet enim in hac mortali uita quantumuis Sancti, & iusti in leuia saltem & quotidiana, quae etiam uenialia dicuntur peccata, quandoque cadant: non propterea desinūt esse iusti. Nam iustorum illa uox est & humilis & uerax; Dimitte nobis debita nostra. Haec ibi. Item meritò dictum a Decretorum c. de quotidianis. de poenit. dist. 3. ubi legitur sic. De quotidianis, breuibus, leuibusq; peccatis, sine quibus haec uita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfaciat. Eorum. n. est dicere, pater noster qui es in coelis, qui iam taliter patri regenerati sunt ex aqua & Spiritusancto. Delet omnino haec oratio minima quotidiana peccata. Haec ibi; ex Io. Chrysostomo. Item a Decretorum eorundem cap. adhuc, in eodem titulo, ubi in fine legitur sic. Non requirit, q d Apostolus senserit, qui dixit: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Sciens etiam iustis peccata solere contingere, non se confirmabat absque peccato: qui se cognouit indissolubili uinculo charitatis iunctum Christo. Nisi. n. sciret, iustos saepè uenire ad ueniam: quomodo dubitaret se peccare, qui sciebat; se spiritum Dei habere, & intentione mundissima ei seruire? Cur enim

*Utilitas pro Eccle. S. Dei.*

Dominus

Dominus Petri pedes lauisset, & ecclesiã hoc idem docuisset nisi, quoniam quotidiana est offensio, oportet; ut quotidiana sit remissio? Cur docuisset orantes dicere, dimitte nobis debita nostra; nisi ipse misericors perseueraret, qui nos ab hac petitione non vult desi cere? Hæc ibi: ex Augustino. Vbi patet: quòd Apostolus per hoc, quod dicit, non in hoc iustificatus sum, vult significare: quòd ex eo, quòd non est sibi conscius alicuius delicti venialis, non sequitur; quòd re uera ipse sit absque peccato ueniali. Adeo quòd accipitur hoc nomen, Iustificatus, pro rem ipsam correspondere opinioni B. Pauli: non autem pro esse in gratia Dei. Sciebat siquidem Apostolus ex diuina reuelatione se, esse iustum, & in gratia Dei: sed nesciebat, utrum huic suæ opinioni, s. non esse sibi conscium peccati venialis, in re ipsa correspònderet hoc, scilicet non esse sine peccato veniali. Hæc dicta sint pro explananda interpretatione illa decretata Augustini super uerbis præmissis Apostoli. Item per præsentis articuli rationem ostendere potes: meritò ab Alexandro Primo, & martyre & Papa Quarto post Petrum fuisse dictum sic. Aquam sale conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur ac purificentur: quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ aspersus sanguine populum sanctificabat atque mundabat: multò magis aqua sale aspersa, diuinisq; precibus sacrata, populum sanctificat atque mundat. Et si sale asperso per Helisæum prophetam, sterilitas aquæ sanata est: quanto magis diuinis precib. sacratus sterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos sanctificat, atque mundat, & expurgat; & cætera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, & a phantasmatis uersutijs homines defendit? Nam si tactu fimbriæ uestimenti Saluatoris, saluatos infirmos esse non dubitamus: quanto magis virtute sacrorum eius uerborum diuinitus sacrantur elementa, quibus sanitatem corporis & animæ humana percipit fragilitas? His ergo & alijs instructi documentis uota singulorum, Domini Sacerdotes, respicite; & in uirtute Spiritussancti diuinis precibus, per ministerium vobis diuinitus collatum, perficere certate. Elementa quoque tam ea, quæ prædiximus, quam cætera diuinis apta vsibus, & humanis necessaria infirmitatibus, sacrate: infirmos curate, & cætera, quæ ad uos pertinent, diligenter curate. Hæc ille Papa in Epist. 1. ad omnes orthodoxos: & pro bona parte recitantur, de consecr. dist. 2. Aquam sale conspersam. In epist. Alexandri notabis ab illo loco. Elementa quoque &c. usque in finem; quòd benedictiones ignis, incensi, pomorum, frumentorum, vuarum, candelarum, uestium, ouorum, caseorum, carnium, cinerum, palmarum, & huiusmodi, in primitiua Ecclesia etiam fiebant: & fieri a Ro. Pont. mandabantur. Vnde tales antiquissimi ritus sunt ab omnibus uenerandi: & quanto antiquiores, ac per hoc Apostolis Christoque propinquiores, tanto sanctiores habendi. Secundò habes: quomodo per rationem præmissa concilij, decreti, Papæ, pro quanto uenialia non necessario sacerdoti confitenda, uel etiam alijs remedijs citra confessionem expiari posse, decernunt: quomodo, inquam, per rationem, probes, declares, tuearis. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur.

Nota expositioné dicti apostolica.

De aqua benedicta. Hebr. 9. 4. Reg. 2.

A uenialibus sanctificat, mundat. Matt. 14.

Benedictio ignis, palmarum, cinerũ, ouorum, carnium, &c.

---

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum sit necessarium quod homo confiteatur proprio sacerdoti.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non sit necessarium, quòd homo confiteatur proprio sacerdoti. Gregorius * enim dicit. Apostolico moderamine, & pietatis officio a nobis constitutum est, quòd sacerdotibus monachis, Apostolorum figuram tenentibus, liceat prædicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, pœnitentiam imponere, atq; peccata soluere: sed monachi non sunt proprii sacerdotes aliquorum, cum non habeant curam animarum; ergo cùm confessio fiat propter absolutionem, sufficit quòd fiat cuicũq; sacerdoti.

¶ 2 Præt. Sicut sacerdos est minister huius sacramenti, ita est Eucharistiæ, sed quilibet sacerdos potest conficere: ergo quilibet potest sacramentum pœnitentiæ ministrare: ergo non oportet quòd fiat proprio sacerdoti.

¶ 3 Præt. Illud ad quod determinate tenemur, non est nostra electione constitutũ, sed electio discreti sacerdotis est nobis cõmissa, vt patet per Augustinum * in litera. Dicit enim. Qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam, quærat sacerdoté, qui sciat soluere, & ligare; ergo videtur quòd nõ sit necessarium quòd sacerdoti proprio confiteatur aliquis.

¶ 4 Præt. Quidam sunt, sicut Papa, Prælati, qui non videntur habere proprium sacerdotem, cum non habeant superiorem: sed isti tenentur ad confessionem: ergo non semper tenetur homo confiteri proprio sacerdoti.

¶ 5 Præt. Illud, quod est institutum pro charitate, contra charitatem nõ militat, vt Bernard. * dicit: sed confessio, quæ ꝑ charitate instituta est, contra charitatem militaret, si homo ad confitendum vni sacerdoti esset obligatus, vt puta si peccator sciat sacerdotem suum hæreticum, aut solicitatorem ad malum, aut fragilem, qui ad peccatum, quod quis confitetur ei, sit pronus, vel si reuelator confessionis probabiliter existimetur, vel si peccatũ contra ipsum commissum sit, de quo quis confiteri debet, ergo videtur ꝙ nõ semper oportet confiteri proprio sacerdoti.

¶ 6 Præt. In eo, quod est necessariũ ad salutem, nõ sunt homines arctandi, ne impediantur a via salutis: sed magna arctatio videtur si oporteat vni homini confiteri de necessitate, & per hoc multi possent a confessione retrahi, vel timore, vel verecundia, vel aliquo huiusmodi, ergo cum cõfessio sit de necessitate salutis, non debent homines ad hoc arctari, vt videtur, quòd proprio sacerdoti confiteantur.

SED CONTRA est Decr. Inn. * qui instituit quòd omnes vtriusque sexus, semel in anno, proprio sacerdoti confiteantur.

¶ Præt. Sicut Episcopus se habet ad diocęsim suam, ita sacerdos ad suam parochiam, sed non licet uni Episcopo in diocœsi alterius episcopale officium exercere, secundum statuta canonum, * ergo non licet uni sacerdoti parochianum alterius audire.

RESPON. Dicendum, quòd alia sacramenta non consistunt in hoc, quòd ad sacramentum accedẽs aliquid agat, sed solum vt recipiat, sicut patet in baptismo, & huiusmodi; & actus recipientis requiritur ad percipiendum vtilitatem sacraméti

---

SVPER Q. XXXIX. Aliàs 8. Art. IIII.

CONCL. Oportet: sicut sacerdoti, ita proprio sacerdoti confessionem fieri.

¶ PROB. Quia de necessitate sacraméti confessionis est non solum, vt minister habeat ordinem, (sicut in alijs sacraméntis) sed etiam ꝙ habeat iurisdictionem (cum actus pœnitentis de substantia sacramenti pœnitentiæ existẽtes non possint a confessario dispensari in pœnitente, nisi confessarius ipse habeat super pœnitentem imperium:) & per ordinem est sacerdos, per iurisdictionem vero ꝓprius sacerdos.

¶ COROLL. Ergo excommunicatus non potest absoluere, neq; (ut ait quidam) a peccatis absolui. Ratio est: quia excommunicatus caret iurisdictione actiua, & passiua in sacramentis probatur. Nam excommunicatus exclusus est a participatione sacrorum: ob hoc.n. dicitur principaliter excõmunicatus. Si taliter exclusus: ergo nulli homini est subditus quo ad sacramentalem absolutionem, quamdiu excõmunicatus existit. Oportet ergo, ut ab excommunicatione absoluatur prius: si capax esse uult absolutionis a peccatis: ita quòd si fiat contrarium, i. inabsolutus ab excõmunicatione absoluatur a peccatis, nulla fit absolutio. Nec obstat, quòd excommunicatus potest matrimonium contrahere, ordinari, & similia sacramẽta recipere, & quòd facta ista tenent, quamuis illicite, i. non sine peccato nouo, talia faciat: qm̃ aliquid plus requiritur essentialiter in sacramẽto pœnitentiæ, quàm in alijs sacramentis, s. iurisdictio. Litera.n. hoc ipsum denotãs inquit. De necessitate huius sacramenti est, non solũ, vt minister habeat ordinem, sicut in alijs sacramentis, sed etiam, quòd habeat iurisdictionem. Quasi dicat. Non est simile de alijs sacramentis, & de confessione, in hoc. Vide 2.2.q.39.ar.3. & inde ad propositũ corollarij huius a simili argumentare. Dicito namque: quòd confessarius non excommunicatus habet sanè iurisdictionem, quantum est ex parte suiipsius; sed tamen caret illa, quantum est ex parte huius non sibi subditi (modo supra declarato) ratione excõmunicationis. Ac si ignis de se comburere hoc ualeat; sed desit materia hæc combustibilis: Vel episcopus de potestate ordinaria habeat imperiũ super oẽs suæ diocœsis, sed non habeat potestatem super exemptos. Quòd eñ super exemptos nõ se extẽdat sua potestas, non est ex defectu suæ potestatis in seipsa consideratæ: sed ex superueniẽte ratione exemptionis in talibus. Sicut ergo ratione non sui, sed exemptionis, non habet iurisdictionẽ super tales; sup quos tamen, cum sint de sua diocęsi, haberet illam,

31

* Refertur 16. q. 1. ca. ex auct.

Excõicat^9 si absoluatur prius a pctis, non est absolutus.

* In lib. de dispens. & præcepto, non remotè a prin.

* In lib. de fal. & ue. pœn. c. 10. 2 me. to. 4.

* In Conc. Late. can. 21 & in Syno. Augu. c. 19. to. 3. Conc. hr in Decr. l. 5. tit. 38. capit. 12.

* Id hr de pœn. dis. 6. cap. 2. post med. & 9. q. 2. c. 1. 3. & 7. ex Cõc. Antio. cano. 13. & 22.

in eo, qui est suæ voluntatis arbiter constitutus, quasi remouens prohibens, scilicet fictionem: sed in pœnitentia actus accedentis ad sacramentum est de substantia sacramenti, eo quòd contritio, confessio, & satisfactio sunt pœnitentiæ partes, q̄ sunt actus pœnitentis, actus autē nostri, cum in nobis principium habeant, non possunt nobis ab aliis dispēsari, nisi per imperium. Vnde oportet quòd ille, qui dispensator huiusmodi sacramenti constituitur sit talis, qui possit imperare aliquid agendum. Imperium autem non competit alicui in alium; nisi ei, qui habet super eum iurisdictionem: & ideo de necessitate huius sacramenti est, non solum vt minister habeat ordinem sicut in aliis sacramentis, sed etiam quòd habeat iurisdictionem. Et ideo sicut ille, qui non est sacerdos, non potest hoc sacramentum conferre, ita nec ille, qui non habet iurisdictionem. Et propter hoc oportet sicut sacerdoti, ita proprio sacerdoti confessionem fieri: cum enim sacerdos non absoluat nisi ligando ad aliquid faciendum, ille solus potest absoluere, qui potest per imperium ad aliquid faciendum ligare.

Ad primum ergo dicendum, quòd Gregorius * loquitur de illis monachis, qui iurisdictionem habent, vtpote quibus alicuius parochiæ cura est commissa, de quibus aliqui dicebant, quòd hoc ipso q̄ monachi erant, non poterant absoluere, & pœnitentias iniungere, q̄d falsum est.

Ad secundum dicendum, quòd sacramentum Eucharistiæ nō requirit imperium in aliquem hominem, secus autem est in hoc sacramento, ut dictum est: * & ideo ratio non sequitur, & tamen non licet Eucharistiam ab alio, quàm a proprio sacerdote accipere, quàmuis verum sit sacramentum quod ab eo percipitur.

Ad tertium dicendum, quòd electio discreti sacerdotis non est nobis commissa, vt nostro arbitrio facienda, sed de licentia superioris, si forte proprius sacerdos esset minus idoneus ad apponendum peccato salutare remedium.

Ad quartum dicendum, quòd prælatis incumbit sacramenta dispensare, quæ non nisi mundi tractare debent, ideo concessum est eis a iure, * quòd possunt sibi eligere proprios sacerdotes confessores, qui quantum ad hoc sunt eis superiores, sicut vnus medicus ab alio curatur: non inquantum medicus, sed inquantum infirmus.

Ad quintum dicendum, quòd in casibus illis, in quibus probabiliter timet pœnitens periculum sibi, vel sacerdoti ex confessione ei facta, debet recurrere ad superiorem: vel ab eodem petere licentiam alteri confitendi, quod si licentiam habere nō possit, idem est iudicium, quod de illo, qui non habet copiam sacerdotis: vnde magis debet eligere laico confiteri, nec in hoc transgreditur aliquod pręceptum Ecclesiæ: quia præcepta iuris positiui non se extendunt vltra intentionem præcipientis, quæ est finis præcepti, hoc autem est charitas secundum Apostolum. * Nec aliqua iniuria fit etiā sacerdoti, qui priuilegium meretur amittere; quia concessa sibi abutitur potestate.

Ad

---

illam, si cessaret in illis exemptio: ita (a loco proportionis argumentando) confessarius hic ratione non sui, sed excommunicationis confitentis, non habet iurisdictionem super talem; super quem tamen, cum sit de sua parochia, haberet illam, si cessaret in isto tali excommunicatio.

**1m ex Grego.** Sacerdotib. monachis. ℞. Curam ex commissione habentibus: non aliter. §. Loquendo, scilicet solum in proposito authoritatis adductæ. Tunc nihil &cæt. Nam monachi illi erāt & sacerdotes, & proprij sacerdotes. i. curati. Ex litera dic: quòd in conclusione sumitur ly p̄prius, pro curato: cui videlicet cura animarum illius parochiæ commissa est; siue sit sacerdos sęcularis, siue regularis, siue heremita, siue alterius cōditionis: dūmodo cura illa sibi cōmissa sit.

Sacerdos proprius.

**2m de maiori.** Ita. ℞. quātum ad hoc, quòd ministrās vtrumuis debet esse sacerdos: non, quantum ad hoc, quòd quilibet sacerdos verum eucharistiæ sacramentum ministrans possit ministrare verum sacramentum confessionis. §. Tunc nih. &c. Nō enim eadem est ratio de administratione sacramenti requirentis de suo substantiali esse imperium, & sacramenti non requirentis hoc, nisi ad bene esse ipsius administrantis, idest q̄ sine peccato ministret. Vide supra probationem, & corollarium.

*Loco cit. in arg.

**3m de maiori.** In nostra electione. ℞. Nostro arbitrio exequenda: non, de licētia superiorum regulanda. §. Tunc &c. Nam, dato quòd p̄prius sacerdos ordinarius nō esset idoneus, confessarius de licentia, uel sua, vel superiorum nouiter electus erit pro illo tunc proprius sacerdos confitentis: cum huic pro illo tunc commissa sit cura animæ confitentis. At, si arbitrio suo absq; licentia vel curati ordinarij, vel superiorum eligeret nouum confessarium, iste ex hac electione non fieret proprius huius confitentis sacerdos nec etiam pro illo tunc: & consequenter non posset hunc absoluere; & si absolueret de facto, nulla esset absolutio.

Casus notabilis de eligēdo cōfessorem.

¶ Coroll. Ergo semper proprio sacerdoti fit confessio; vel proprio ordinario, uel proprio ex incidenti commissione. Ista commissio potest esse temporalis (ut in casu prædicto de non idoneitate proprij ordinarij:) uel perpetua (ut ex priuilegio.) Ergo & fratres mendicantes, & similes etiam non mendicantes, habentes priuilegium a Papa audiendi confessiones horum uel illorum, aut admissi ab Episcopis ad confessionem iuxta cap. Dudum, extra de sepulturis, sunt proprij sacerdotes pro confessione talium, uel talium audienda: licet non sit proprij ordinari, nec pro omnibus alijs sacramentis licitè administrandis, sicut sunt curati. In huius signum est: quòd tales proprij sacerdotes ex commissione temporaria uel priuilegiata non possunt dare licentiam confitendi alteri, proprij autem sacerdotes ordinarij, idest curati possunt; ut patet in Decreto Papæ Innocentij Tertij, omnis vtriusque sexus, supra aliàs citato, & in responsione hic ad quintum ly vel ab eodem petere licentiam alteri confitendi. Ergo illud vocabulum, Proprio, in conclusione positum sumitur pro sacerdote proprio ordinario, si attendatur decretum Inn. & resp. ad quintum; quamuis sumi possit etiam pro omnibus sacerdotibus proprijs quocumque modo dicto, si ratio iurisdictionis præcisè attendatur. Nam & hi ex commissione audientes habent, saltem pro illo tunc, iurisdictionem super confessum: & etiam priuilegiati, uel admissi iuxta cap. Dudum. Et per consequens possūnt audire confessiones.

Proprius sacerdos (vniuersaliter loquē do) plurib. modis dr.

* In corp. art.

**4m de maiori.** Proprium sacerdote. ℞. Determinatum, ita quòd non possint ad arbitrium suum eligere hos, uel illos, pro sibi proprijs sacerdotibus. §. Tunc nihil &c. Nam proprius, vel proprij eorum sacerdotes, sunt in tali casu ipsis prælatis superiores: quoniam prælatus confitens non vt prælatus, sed vt subditus, concurrit; & proprius eorum confessarius non vt subditus, sed ut iudex atque prælatus. Vide quęst. sexta, articul. tertio, ad secundum.

* Vt df in Decr. li. 5. t. 38. c. 16.

¶ Not. Papa nullum habet proprium sacerdotem determinatum; nisi quem ipse elegerit: cum nullum absolute habeat superiorem in terris. Cæteri omnes prælati habent Papam pro sacerdote proprio sibi determinato: ita tamen quòd eligere sibi de iure possūt alios etiam pro sacerdotibus proprijs in audientia confessionum ly pręlatis. Nomine prælatorū intellige episcopos, archiepiscopos, primates, Patriarchas, priores conuentuales non habentes superiorem in domo; prælati exempti per electionem creati, non tantum delegati; & alij de quib. auctentici Doctores, extra de pœn. & remis. cap. vlt. vbi præsens authoritas hoc in textu dicta datur illis ly proprios confessores. Dicit in plurali: quia ij eligere de iure potentes possunt mutare, & de nouo eligere, ad placitum, ly sibi eligere. Eo ipso, quòd potens sibi confessorem eligere confitetur alicui dicitur elegisse hunc, & iste ab eo electus; quia plus est factis, & mentis intentione eligere quam uerbis.

Prælati q̄ dicāt hic.

* 1. Tim. 1.

**5m de conclusione.** Non semper. ℞. In casu periculorum quorundam: non, absolute secundum ordinarium cursum. §. Tunc &c. Conclusio enim pręmissa articuli intendit de semper secundo modo, non primo, idest quòd quis proprio sacerdoti ordinario de necessitate debet confiteri semper, absolute secundum ordinarium cursum, non autem semper, in casu quorumcumque periculorum.

¶ Notatio. Numquam potest quis non habens iurisdictionem sacramentaliter absoluere: & ideo quando in textu habetur quòd proprius sacerdos potest mutari non sumitur proprius, ut habet iurisdictionem, sed ut est ordinarius. Quasi aperte dicatur. Potest quis in casu assignatorum periculorum, dimisso sacerdote proprio ordinario, iuxta limitationes hic annotatas, confiteri sacerdoti proprio ex commissione. Vnde per hoc non infringitur principale intentum conclusionis: quæ, per proprium, intendit principaliter illum; qui habet iurisdictionem (ut patet ex probatione). Vide supra, corollarium post respons. ad tertium, vbi tractatur de proprio.

A proprio sic, trāsitur ad propriū sic.

Sextum

6^m^ de maiori. Non ſunt homines arctādi. ℞. Sunt tamen in uia ſalutis ſufficienter ſtatuendi. §. Tūc nihil &c. Nam per hoc, quòd proprio ordinario confeſſario debent confiteri, non arctatur hominibus via ſalutis; ſed magis aperitur, atque ſufficienter ſtatuitur; maximè cum in caſibus ſingularib. poſſit aliter ꝓuideri iuxta prudētiam præſcriptā, in ad quintum.

¶ Not. Non arctatur (inquit reſponſio) per hoc via ſalutis, ſed magis ſtatuitur. Ratio eſt: quia medicus expertus magis proficit, quā ſciens (ideſt metaph. proœm.) i. & confeſſarius eſt animarum medicus. Vnde etiam iſta ratio innuitur a Papa Innoc. III. in Concil. Later. cap. 21. quod recitatur extra de pœniten. & remiſ. omnis vtriuſque ſexus. Nam ibi poſtquam fuit præceptum, quòd ſemel in anno ſaltē quilibet fidelis confiteatur proprio ſacerdoti, ſubinfertur ſic: ſacerdos autem ſit diſcretus, & cautus, vt more periti medici, ſuperinfundat vinum, & oleum, vulneribus ſauciati. Pro ſalute ergo animarum ſtatutum eſt; vt vni ordinarie confiteantur pœnitentes. Sicut enim corporalis medicus infirmum illum melius curat, cuius complexionem iamdiu antea habuit exploratam; quam illum, cuius complexionis ita diu expers non eſt: ita medicus ſpiritualis ſibi confiteri ſolitos melius agnoſcit qua vel quanta infirmitate ſpiritali laborent, illis aptiora, & ſanitati animarum ſuarum recuperandæ commoda magis adiumenta, parat (vtpote de eorum ſpiritali complexione practicus): quam ſi eos quaſi de repente vel rarius ſub cura ſua reciperet. Pro charitate ergo inſtitutum eſt, & militat, præmiſſum (ſicut & omne aliud) Eccleſiæ mandatum.

Saluti pœnitentium conſulitur: dum ꝓ cōfeſſione ſacerdos ꝓprius, ordinarius, illis deputatur.

Eccleſia ſēper docet nos vtilia.

AD SEXTVM dicendum, quòd in hoc quòd oportet proprio ſacerdoti confiteri, non arctatur via ſalutis, ſed ſufficiens ad ſalutem via ſtatuitur. Peccaret autē ſacerdos, ſi non eſſet facilis ad præbendum licētiam alteri confiteri, quia multi ſunt adeo infirmi quòd potius ſine confeſſione morerentur, quàm tali ſacerdoti cōfiterentur: vnde illi, qui ſunt nimis ſolliciti, vt conſcientias per confeſſionem ſubditorum ſciant, multis damnationis laqueum iniiciunt, & per conſequens ſibiipſis.

AR-

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem, a fortiori, interimas hæreſim pauperum de Luguduno (ex ſumma fratris Iconeti. 5. p. c. 2. in bibiliotheca Vaticana, manuſcripta) dicentium, laicus quilibet bonus & ſciens poteſt abſoluere, & pœnitentiam imponere. Item Valdenſium (Direct. Inquiſit. 2. par. q. 14.) dicentium: laicos tàm viros, quàm mulieres, qui ſint de ſecta ipſorum, poſſe confeſſiones ſacramentales audire. Si enim non omnis ſacerdos, ſed tantum proprius, poteſt confeſſiones audire, & abſoluere (vt verum eſt per iſtum articulum): multò magis nullus laicus quantæcumque bonitatis & literaturæ poterit ſacramentū confeſſionis alicui impēdere. Nam iuriſdictio, & ordo requiruntur ad huiuſcemodi miniſterium: quæ in laico, quantumcumque aliàs bono atque ſapiente, non ſunt. Secundò habes: quomodo per rationem demonſtres, has meritò damnari à &c. vt q. iſta, arti. 1. & 2. appen. Tertiò habes: quomodo per rationem oſtendas, rectè eſſe determinatum a Papa Innoc. III. in Concilio Later. ſic omnis confiteatur omnia ſua peccata ꝓprio ſacerdoti; uel alieno: prius tamen a proprio ſacerdote impetrata venia, quoniam aliter ille ipſum non poteſt abſoluere, vel ligare. Hæc ibi. Item a Papa Eugen. IIII. in Decreto Armenis dato ſacro approbante Concilio Florentino, ſic. Secunda eſt oris confeſſio: ad quam pertinet, vt peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, ſuo ſacerdoti confiteatur integraliter. Hæc ibi. Quòd autem intelligat per ly ſuo ſacerdoti, proprium ſacerdotem; patet ex hoc, quod ſubdit. Miniſter huius ſacramēti eſt ſacerdos, habens authoritatē abſoluendi, vel ordinariā, vel ex cōmiſſione. Hæc ibi. Vbi per ly authoritatem: intelligit iuriſdictionem; per ly ordinariam vel ex commiſſione, ſignat, quòd ꝓprius ſacerdos, aut eſt ꝓprius ordinarius aut delegatus. Vide ſupra corollarium poſt reſp. ad tertium. Item quomodo per rationem oſtendas; a Concil. Trid. ſeſſ. 14. cano. 8. eſſe meritò determinatum, quòd omnes confiteantur proprio ſacerdoti, vel alieno de licentia eius. Ibi enim dicit ſic. Si quis dixerit: ad confeſſionem non teneri omnes & ſingulos vtriuſque ſexus Chriſti fideles, iuxta magni Concilij Lateranenſis conſtitutionem, &c. Anathema ſit. Hæc ibi. Conſtitutio autem Concilij Later. ſub Inno. III. quæ iam nunc adducta fuit ad literā, continet: & quòd homo confiteatur ſaltem ſemel in anno, & quòd proprio, vel alieno de licētia proprij confiteatur. Per hoc igitur, quòd Trid. Concil. decernit omnes teneri non ſolum ad confeſſionem, ſed & iuxta Concilij Lateranen. ad illam teneri, aperit; quòd tenetur quilibet proprio ſacerdoti, vel alteri de ipſius aſſenſu, confiteri. Item ab eodem Concilio Trid. ſeſſ. 24. cap. 13. de reform. ſic. In his quoque ciuitatibus, ac locis, vbi parochiales Eccleſiæ, certos non habent fines, nec earum rectores proprium populum, quem regant, ſed promiſcuè petentibus ſacramenta adminiſtrant, mandat ſancta ſynodus epiſcopis pro tutiori animarum eis commiſſarum ſalute: vt, diſtincto populo in certas propriaſque parochias, vnicuique ſuum perpetuum peculiaremque parochum aſſignent; qui eas cognoſcere ualeat, & a quo ſolo licitè ſacramenta ſuſcipiant. Hæc ibi. Item a ſynodo Aquiſgranenſi cap. 16. Communi conſenſu inſuper cenſuimus; vt vbicumque poſſibile fuerit, vnicuique Eccleſiæ ſuus prouideatur ab ipſis presbyter; vt per ſe eam tenere poſſit, aut etiam priori presbytero ſubiugatus miniſterium ſacerdotale perficere poſſit. Quia in multis locis pericula presbyterorū imminentia perſpeximus, videlicet in officijs diuinis, quamquam miſſarum celebrationes per omnes Eccleſias ſibi commiſſas agere poſſent: cætera officia, quæ ad diuinum cultum pertinent, propter impoſſibilitatem, & multitudinem eccleſiarum quodammodo neglectu elapſa; ſimiliter & præuidentiæ in baptiſmate infirmorum, & in confeſſione quærentium, atque in communione periclitantium, per plura remanſiſſe. Ideoque congruentius, vt ſupra dictum eſt, omnibus videtur: cuique congruere eccleſiæ proprium habere presbyterum. Hæc ibi. Diſtinctio igitur parochiarum proprijs presbyteris inſignitarum apertè declarat: quod debet quilibet proprio parocho confiteri. Quartò vides: quomodo ex his viciſſim Angelica hæc doctrina conſolidetur.

Et ad cōfirmandū nos in uera intelligentia Conciliorum, ſūmorum Pont.

2

3

Parochiæ ꝓpter qd diſtinguantur.

Extrauag. vas electionis, titu. de hære. inter cōmunes.

4

---

SVP. Q. XXXIX. Aliàs 8. Art. v.

COncl. 1. Si aliquis impediatur, quo alterius confeſſionē audire non poſſit, per iuriſdictionis defectum; poteſt ſibi per quemcūq; iuriſdictionem immediatam ſuper illos habētem committi, quòd confeſſionem audiat, & abſoluat.

¶ Prob. Quia quicumq; iuriſdictionem habet, poteſt ea, quæ ſunt iuriſdictionis, committere.

¶ Not. De ſubſtantia confeſſionis eſſe iuriſdictionem, patet ar. 4. corp. Quilibet de aliqua diœceſi habet 3. ſacerdotes proprios ordinarios, qui ſcilicet immediatam poteſtatem habent

32

Proprij ſacerdotis, vel ordinarij, vel delegati.

## ARTICVLVS V.

*Vtrū aliquis poſsit alteri, quàm proprio ſacerdoti confiteri, ex priuilegio, vel mandato ſuperioris.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd non poſſit aliqs alteri quàm proprio ſacerdoti confiteri, etiam ex priuilegio, vel mandato ſuperioris. Quia non poteſt aliqd priuilegium indulgeri in præiudicium alterius, ſed hoc eſſet in præiudicium alterius ſacerdotis, ſi alius cōfeſſionem ſubditi ſui audiat, ergo non poteſt per priuilegium, ſeu licentiam, ſeu mandatum ſuperioris obtineri.

¶ 2 Præt. Illud, per quod impeditur diuinum mandatum, non poteſt per mandatum, vel priuilegium alicuius hominis concedi: ſed mandatum diuinum eſt ad rectores Eccleſiarum, vt diligenter vultū pecoris ſui agnoſcant. Prouerb. 7. quod impeditur ſi alius quàm ipſe confeſſionem eius audiat, ergo hoc non poteſt per alicuius hominis priuilegium, vel mandatum ordinari.

¶ 3 Præt. Ille, qui audit cōfeſſionem alicuius, eſt ꝓprius iudex eius, aliàs non poſſet eum ligare, & ſoluere: ſed vnius hominis non poſſunt eſſe plures proprii ſacerdotes, vel iudices: quia tunc tenetur pluribus obedire, quod eſt impoſſibile, ſi contraria præciperent, vel incompoſſibilia, ergo non poteſt aliquis confiteri niſi proprio ſacerdoti, etiam ex ſuperioris licentia.

¶ 4 Præt. Iniuriam ſacramento facit, qui ſacramentum iterat ſup eadem materia, vel ad minus inutiliter facit: ſed qui confeſſus eſt alii ſa-

habent ſuper ipſum Papam, ſuum Epiſcopum, ſuum ſacerdotem parochialem, vt ex textu habetur. Per ſacerdotem parochialem intellige etiam omnē illum; qui per electionem habet curam animarū. Item illum, qui ex officio ſibi annexo hoc habet; licet non ſit per electionem: vt prior factus per Abbatem in eodem monaſterio, ſi amotus, vel mortuus fuerit Abbas; & ſupprior amoto priore; & vicarius amotis priore, & ſuppriore. Nam tales tunc gerunt vices curatorum, & ſūt quaſi ordinarij. Item Archipresbyter, habēs præbendam ſacerdotalem; cui præbendæ ex officio ſit annexum officium audiendi confeſſiones

cerdoti, tenetur iterum confiteri ꝓprio ſacerdoti ſi petat: quia non eſt abſolutus ab obedientia qua ei tenetur, hoc ergo non poteſt licite fieri, quòd alii quàm proprio ſacerdoti confiteatur.

SED CONTRA. Ea, quæ ſunt ordinis, poſſunt habenti ſimilem ordinem committi ab eo, qui ea facere poteſt, ſed ſuperior, vt Epiſcopus, poteſt confeſſionem audire illius, qui eſt de parochia alicuius presbyteri: quia etiam aliquando aliqua ſibi reſeruat, cū ſit ille principalior rector, ergo etiam poteſt committere alicui ſacerdoti quòd ipſum audiat.

¶ Præterea, Quicquid poteſt inferior poteſt ſuperior, ſed ipſe ſacerdos poteſt ſuo parochiano dare licentiam quòd alteri confiteatur, ergo multo fortius eius ſuperior hoc poteſt.

¶ Præterea, Poteſtatem quam habet ſacerdos in populo, habet ab Epiſcopo, ſed ex illa poteſtate poteſt confeſſionem audire: ergo, & eadem ratione alius, cui Epiſcopus poteſtatem concedit.

RESPON. Dicendum, quòd ſacerdos aliquis poteſt dupliciter impediri ne alicuius confeſſionem audiat. Vno modo propter defectum iuriſdictionis, Alio modo propter impedimētum executionis ordinis, ſicut excommunicati, & degradati, & huiuſmodi, quicumque autem iuriſdictioné habet, poteſt ea, quæ ſunt iuriſdictionis committere, & ideo ſi aliquis impediatur, quòd alterius cōfeſſionem audire non poſſit per iuriſdictionis defectum, poteſt ſibi per quemcunq; iuriſdictionem habentem immediatam in illos, committi quòd confeſſionem audiat, & abſoluat, ſiue per ipſum ſacerdotem, ſiue per Epiſcopum, ſiue per Papam. Si autem propter executionis ordinis impedimentum audire non poſſit, poteſt ſibi concedi quòd confeſſionem audiat per eum, qui impedimentum remouere poteſt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd præiudicium nō fit alicui, niſi ei ſubtrahatur quod eſt in fauorem eius indultum. Iuriſdictionis autem poteſtas non eſt commiſſa alicui homini in fauorem ſuum, ſed in vtilitatem plebis, & honorem Dei. Et ideo ſi ſuperioribus prælatis expedire videatur ad ſalutem plebis, & honorem Dei promouendum, quòd aliis, quæ ſunt iuriſdictionis, committāt, in nullo fit præiudicium inferioribus prælatis; niſi illis, qui quærunt, quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti, & qui grægi præſunt, non vt eos paſcant, ſed vt ab eis paſcantur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd rector Eccleſiæ debet vultum pecoris ſui cognoſcere dupliciter. Vno modo per ſolicitam exterioris conuerſationis cōſiderationem, qua inuigilare debet ſuper gregem ſibi commiſſum, & in hac cognitione non oportet quòd credat ſubdito ſed certitudinem facti, inquantum pōt, inquirat. Alio modo per confeſſionis manifeſtationem, & quantū ad hanc cognitionem non poteſt maiorem certitudinem accipere quàm vt ſubdito, credat, qa hoc eſt ad ſubueniendum conſcientiæ ipſius. Vnde in foro confeſſionis creditur homini, & pro ſe, & contra ſe, non autem in foro exterioris iudicii, & ideo ad hanc cognitionem ſufficit, quòd credat ſubdito dicenti ſe alteri abſoluere valenti fuiſſe confeſſum, & ſic patet quòd talis cognitio per priuilegium alteri indultum de confeſſione audienda non impeditur.

AD TERTIVM dicēdum, quòd inconueniens eſſet ſi duo æqualiter ſuper eandem plebem conſtituātur, ſi autem inæqualiter, non eſt inconueniens, & ſecundum hoc ſuper eandem plebem immediate ſunt, & ſacerdos parochialis, & Epiſcopus, & Papa, & quilibet eorum poteſt ea, quæ ſunt iuriſdictionis ad ipſum pertinentia alteri committere. Sed ſi ſuperior committat, qui & principalior eſt, dupliciter poteſt committere; aut ita quòd eum vice ſui conſtituat, ſicut Papa, & Epiſcopus ſuos pœnitentiarios conſtituunt, & tunc talis eſt principalior quàm inferior prælatus, ſicut pœnitentiarius Papæ, quàm Epiſcopus, & pœnitentiarius Epiſcopi, quam ſacerdos parochialis, & magis tenetur ei confitens obedire. Alio modo vt eum coadiutorem illius ſacerdotis conſtituat, & quia coadiutor ordinatur ad eum, cui coadiutor datur, ideo coadiutor eſt minus principalis, & ideo pœnitens non tantum obedire tenetur ei, quantum proprio ſacerdoti.

AD

ſiones illorum de diocœſi extra ciuitatem vel in ciuitate. Item legatus Papæ; ſummus pœnitentiarius. Item Decanus ruralis, qui & archipresbyter vocatur; ſi ſuus decanatus eſt annexus alicui curæ ſpeciali. Præmiſſorum ergo quilibet; cum modo prædicto ſit ordinarius, poteſt committere confeſſionem. Confeſſari proprij ſacerdotes ex commiſſio ne vel priuilegio eſſe poterunt: & ideo quia nō ordinarij, licet poſſint audire, non poterunt committere; cum delegatus non poſſit delegare. Ex præmiſſis dic; ꝙ textus per ly iuriſdictionem immediatam intelligit iuriſdictionem ordinariā. Proprius itaq; ordinarius habere veraciter dicitur iuriſdictionem immediatam: ſed proprius delegatus iuriſdictionem mediatā. Ad audiendum confeſſiones ſufficit habere iuriſdictionem ſaltem mediatam: ad committendum autem oportet, habere immediatam. Et ideo de immediata facit expreſſam mentionem concluſio: & de illa quoque intelligendū relinquitur id, quod dicit probatio, videlicet quicumque iuriſdictionem, &c. Nam termini concluſionum, & probationum, ſemper accipiē di ſunt in eodem ſenſu, etiam quod vnius eorum limitatio non replicaretur (vt hic fit:) alioqui eſſet inefficax probatio concluſionū, vtpote in ambiguo laborans.

Termini concluſionū, & ꝓbationum ſenſum eundē habeant.

¶ CONCL. 2. Si aliquis propter executionis ordinis impedimentum audire confeſſionē non poſſit, poteſt ſibi concedi, quòd confeſſionem audiat, per eum qui impedimentum remouere poteſt.

¶ PROB. Quia, vt ex terminis patens, relinquitur.

1m maior. Non poteſt aliquod priuilegiū indulgeri in præiudicium alterius. ℞. Poteſt tamē indulgeri in vtilitatem plebis, & honorem Dei. §. Tunc nihil &c. Nam præiudicium non fit alicui, niſi ei ſubtrahatur, &c. vt in litera. Vide etiam ar. 4. not. poſt reſponſum ad ſextum.

2m de minori. Quod impeditur, ſi alius quam ipſe, confeſſionem eius audiat. ℞. Negatur iſtud. §. Ad obſeruandum. n. illud ad ordinarios, & curatos directum mandatū, agnoſce diligentem vultum pecoris tui, ſufficit, quantum ad confeſſionem attinet: quòd ordinarius vel curatus inquirat diligenter, an ſubditorum ſuorum quilibet ſit confeſſus: & quòd credat ſubdito ſuo dicenti, ſe alteri abſoluere valenti fuiſſe confeſſum. Vide etiam de hoc Prouer. 7. authoritate aliquid artic. 1. ad quartum, & art. 6. ad ſecundum.

Diligenter agnoſce vultum pecoris tui.

3m de minori. Non poſſunt eſſe plures. ℞. Aequaliter ſe habentes: non autem, inæqualiter. §. Tunc nihil, &c. licet enim plures ſint ſuper eandem plebem ſacerdotes proprij; inæqualiter tamen ſe habent ſemper: vt declaratur in litera. Hinc fit; ut poſſibile ſit eis, etiam contraria præcipientibus, obedire; nō quidem faciendo quod ambo ſic præciperent, (in hoc enim ſenſu, nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Matt. 6.) ſed determinate ſciēdo quòd maiori tunc obediēdum eſt dimiſſo minore. Non ergo redditur quis perplexus ex eo, quòd habet plures ſuperiores inæqualiter ſe habētes, etiam quòd contraria ei mandarēt. Tanto ergo minus redditur perplexus; ſi habeat plures ſuperiores inæquales conſentanea ſibi inuicem & conformia præcipientibus.

Duob. contrarijs quō poteſt qs obedire, vel nō obedire.

¶ NOT. Hanc doctrinam bene pro ſemp notabis: contra & hæreticos, & prauos quoſque, & tentationes: qui, uel quæ, multitudinem ſuperiorum ſtomachantur, tumultuosè garriēdo, in ſenſuque falſo nobis inculcando veraciſſimam Chriſti ſentētiam illā, Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Numquid non plures ſuper eandem plebem, inæquales tamen, Chriſtum inſtituiſſe legſit? Petrum ſuper omnes, etiā coapoſtolos Matt. 16. Io. 2. Luc. 22. alios Apoſtolos ſuper alios fideles Matt. 18. Diſcipulos ſeptuaginta duos ſuper particulares diocœſes. Luc. 10. Particularis ergo vna diocœſis habebat ex inſtitutione Chriſti tres ſuperiores, Petrum, Apoſtolorum aliorū aliquem, 72. Diſcipulorum quempiam. Quid ſi Petro ſuccedat Papa, Apoſtolis, Epiſcopi alij, 72. diſcipulis Parochij, ut alias ſupra notauimus? Eccleſia enim eſt terribilis, ut caſtorū acies, ideſt venerabilis acies, ueluti ſolet eſſe acies caſtrorum ordinata, Cant. 6. non autem inordinata. Alioquin ſi eſſet inordinata, neque amicis eſſet terribilis, i. præ admiratione uenerabilis; neque inimicis eſſet terribilis, i. præ grauitate militum legitimè pugnantium formidabilis. Ordo autem huius Eccleſiaſticæ aciei, quam Concilium Trid. ſeſſ. 23. cap. 4. & canon. 6. Hierarchiā merito uocat, conſiſtit in ſubalternatione, non autem in æqualitate, miniſtrorum Dei ſuper eandem plebem: quemadmodum textus explanat.

Ingratis malorū nequitijs, Eccleſia eſt terribilis acies ordinata.

Concil. Trid.

Quar-

**4m minor.** Qui confessus est alij sacerdoti, tenetur iterum confiteri proprio sacerdoti; si petat. ℞. Negatur ista minor. §. Ad probationem dicitur: quòd ille confessus non est quidem absolutus ab obediẽtia parochi, qua ei tenetur; sed tamen absolutus est ab eius obedientia, qua ei ante confessionem tenebatur. Hoc est. Absolutus non est ab obedientia, qua ei tenetur. Sed absolutus est ab illa, qua ei non amplius tenet. Ex litera dic pro meliori captu, & ad protervos, de quibus infra in appen. Quid uis eũ cõfiteri? Nihil, uel aliqd? Si nihil; hoc est inconueniẽs, ꝓprięq; uocis ignorãtia. Si aliqd aut pctm̃ veniale, aut mortale. Si mortale: nõ habet: vtpote cui oĩa ĩ cõfessione alij sacerdoti iurisdictionem habenti facta fuere dimissa. Si veniale: non tenetur, ut dicit Concil. Triden. sess. 14. cap. 5. Vide sup. q. 6. art. 3. ad quartum. Etiam scito: quòd Sanctus Doctor illud, qđ dixit ibi de confessione venialium, dixit secũdum opinionem aliorum, quàmuis a semetipso locutus videretur, cum in primo illo ad quartum respõso expressam de nullo alio fecerit mentionẽ. Quod enim tunc de mente aliorum quorundam loqueretur patet manifestè ex hoc, quod nunc uerbaliter inquit: talis enim solum uenialia confiteri debet, ut quidam dicunt.

Ritè semel cõfessus non tenetur de eisdẽ amplius cõfiteri.

*In Decr. lib. 5. t. 38. 12.

¶Coroll. Nonne ergo ex textu huius responsi tibi videtur; ꝙ potest qui ex priuilegio, vel mandato superioris confiteri alteri sacerdoti, etiam inuito parocho? Id certè hic insinuatur: dum parocho, quantumcumque petenti confessum alteri non obligari ad reconfitendum dicitur. Ex instantia enim possibili sacerdotis parochialis, qua reconfessionem postulat, relinqui videtur clarum, aut quasi clarum: quòd iste confessus erat, uel saltem confiteri poterat illi alteri, non tantum sine licentia parochi, sed etiam eo inuito. Vt quid enim adeò perstreperet parochus? Vt quid hoc, tanquam in iniuriam sui factum, ad suum tribunal reuocari, tam impensè satageret? Hinc ergo trahes istam regulam; quæ erit sequens.

An, inuito parocho, possit qs ex licentia superioris cõfiteri alteri.

¶Not. Quando iurisdictio perfectè remanet in solidum apud aliquos, ita quòd unus sine alio potest per seipsum de causa cognoscere: tũc unus sine alio potest committere cui vult, siue minor sine maiore, siue maior sine minore: non tamen minor inuito maiore (si iurisdictio sit subalterna) sicut maior inuito minore. Cum enim iurisdictio minoris, licet sit ordinaria, pendeat a maiore, non autem e conuerso: patet, quòd prohibente maiore, non potest minor huic tali committere; & quòd minore prohibente, potest maior, cui vult, committere. Exemplum. Potestas absoluendi, quæ est apud Papã, Episcopum, & Parochum, non est vna; ita quòd vnusquisque tanquam ordinarius non possit per se audire sine consensu alterius; & hoc est, ipsam potestatem remanere perfectè insolidum apud quemlibet illorum. Hinc fit: ut eorum quilibet possit absq; consensu alterius committere, cui uoluerit, audientiam confessionum. Vnde Vicarius parochi absque licentia Episcopi potest audire confessiones parochianorum illius: & multò magis e conuerso, i. de licentia Episcopi potest quis audire confessiones parochianorum horum sine licentia, aut consensu parochi: immo etiam parocho inuito. Quod si potestas unius, puta parochi, non penderet ab alio, puta Episcopo: tunc sine licentia quidem parochi posset quis ex commissione episcopi parochianos audire, sed non inuito parocho. Quatenus ergo episcopi potestas super hos parochianos est ordinaria, possum ex commissione eius audire hos inconsulto parocho: quatenus verò eius potestas est subalternans, idest a qua depẽdet potestas parochi, possum ex commissione episcopi audire hos parochianos inuito parocho. Quod audis de episcopo respectu sacerdotis parochialis cuiuscumque sui; intelligendum est etiam de Papa respectu episcoporum quorumcumq; in toto mundo. Faciunt hæc prædicta ad clariorem notitiam, etiam responsi ad tertium.

Regula vniuersalis ꝓ cõmissione confessionũ.

**Item 4m de maiori.** Iniuriam sacramento. ℞. In quo sanctificatio adhibetur, vel per characteris impressionem, uel per materiæ consecrationem: non autem, in quo sanctificatio altero modorum ipsorum non adhibetur. §. Tunc nihil &c. Nam in sacramento confessionis, nec per characteris impressionem, nec per materiæ consecrationem adhibetur consecratio. Hoc melius intelliges; si videris respon. ad tertium articuli sequen. Vide in litera hac responsum secundum ly si tamen iterum confiteri teneretur, &c. nec reiteratio facit iniuriam sacramento &c.

Cuius sacramenti reiteratio fit iniuria.

Ad quartum dicendum, ꝙ nullus tenetur cõfiteri peccata, quæ non habet, & ideo si aliquis pœnitentiario Episcopi, vel alteri ab Episcopo commissionem habenti confessus fuerit, cũ sint sibi dimissa peccata, & quo ad Ecclesiam, & quo ad Deum, non tenetur cõfiteri proprio sacerdoti quantumcumque petat: sed propter statutum Ecclesiæ * de confessione facienda proprio sacerdoti semel in anno, eodem modo se debet habere, sicut, & ille, qui habet solum venialia. Talis enim solum venialia confiteri debet, vt quidam dicunt, vel ꝯfiteri se a peccato mortali immunem, & sacerdos ei in foro conscientiæ credere debet, & tenetur. Si tamen iterum confiteri teneretur, non frustra primo confessus fuisset, quia quanto pluribus sacerdotibus confitetur quis, tanto plus de pœna remittitur ei, tum ex erubescentia confessionis, quæ in pęnam satisfactoriam computatur, tum ex vi clauium. Vnde toties posset confiteri, quòd ab omni pœna liberaretur, nec reiteratio facit iniuriam sacramento, nisi in quo sanctificatio adhibetur, vel per characteris impressionem, vel per materiæ consecrationẽ, quorum neutrum est in pœnitentia, vnde bonũ est quod ille, qui authoritate Episcopi confessionem audit, inducat confitẽtem quòd confiteatur proprio sacerdoti, quod si noluerit, nihilominus eum absoluere debet.

A R-

## A P P E N D I X.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem reijcias errores Ioannis de Poliaco (Cardinalis Turrecremata, de Ecclesia lib. quarto, cap. 37. parte secunda,) dicentis: confitendum nõ est fratribus mendicantibus; & qui ipsis, uel alijs habentibus priuilegiũ generale audiendi confessiones, est confessus; iterum confiteri tenetur curato tanquam proprio sacerdoti. Item dicẽtis: stante statuto oĩs vtriusque sexus, Papa non potest facere, quin Parochiani teneantur quotoquoq; anno omnia peccata sua confiteri proprio sacerdoti. E curato; immo nec Deus ipse: quia hoc implicat contradictionem. Item dicentis: Papa non potest dare potestatem generalem, imò nec Deus ipse, audiendi confessiones; quin confessus habenti talem facultatem teneatur ijdem item confiteri proprio sacerdoti, scilicet curato. Item dicentis, quòd Papa licet sit principalior parochialium, non est tamen immediatè aliorum curatus, siue non habet immediatè curam aliorum. Item dicentis: quòd Papa non potest audire confessiones parochianorum, quin teneantur eadẽ peccata, quæ Papæ confessi sunt, confiteri parochialibus sacerdotibus. Hi duo ultimi referuntur, & reprobantur a Cardinali Turrecremata, de Ecclesia lib. secundo, cap. 65. Contra autem omnes hos errores pugnat articuli præsentis ratio: dum iurisdictionem tantum esse necessariam, tanquam de substantia confessionis, ex art. quarto præsupponit; & talem iurisdictionem posse per commissionem aliquibus communicari probat. Quòd autem ordinariam iurisdictionem habenti quis confiteatur, non est de substantia confessionis, sed tantum de bene esse, ut etiam ex Concilijs, Triden. sess. 24. cap. 13. & Aquisgran. cap. 16. supra art. quarto, appen. patuit. Nam ly pro tutiori, & ly congruentius, ostendunt; ꝙ hoc est ad bene esse, quantum est ex parte substantiæ confessionis: licet nõ quantum est ex parte præcepti ecclesiastici, Omnis utriusque sexus, sit de necessitate. Ablata igitur ista necessitate quo ad aliquos per priuilegium aut mandatum Papæ, poterit quis licitè confiteri priuilegiatis; ita quòd non teneatur eadem reconfiteri curato. Vnde contrarium dicere, est negare quòd Papa habeat auctoritatem dispensandi super omne ius positiuum, contra supradicta quæst. 6. artic. 6. Secus autem esset: si confiteri habenti iurisdictionem ordinariam esset de substantia necessaria confessionis: cum Papa non possit ius diuinum mutare, ex Concilio Tridentino sess. 21. capit. secundo, per ly salua eorum substantia. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hos errores meritò fuisse damnatos a Papa. Eugen. IIII. in decreto sacr. approb. Concil. Florent. cum dicit, sufficere quòd quis confiteatur sacerdoti habenti authoritatem absoluendi ex commissione superioris, quamuis non ordinariam. Verba huius formaliter allegantur, supra artic. 4. appen. Item ab Innocen. III. in capitulo omnis vtriusque, ubi confessum sacerdoti alieno de licentia curati habet pro verè confesso; ita ut præcepto Ecclesiæ satisfecerit. Vide uerba huius artic. 4. appen. Vnde contra literam hanc ignorantes, & tamen de scientia statuti huius gloriantes, patet ad plenum: quòd de licentia Papæ, uel Episcopi, potest quis confiteri alteri, ita quòd ad reconfitendum non teneatur. Si enĩ curatus potest dare talem licẽtiam, ut ipsi textus apices docẽt: multo magis poterit curato superior. Quod si neges, inquiens, ꝙ in præiudicium curati superior non potest, uel saltem non debet, dare priuilegium, uel mandatum: responsum iam esse noueris per solutionem primi argumenti in præsenti articulo. Item a multis Romanis Põtificibus per hoc: quòd multa priuilegia de confessionibus audiẽdis dederunt (ut in eorum priuilegijs, maxime in Mari magno, patet) mendicantibus, & alijs. Vnde suo facto declararunt, ꝙ de iure possunt. Nemo enim iudicabit primam sedem, neque clerus, neque Augustus, neque rex, neque populus: ut habetur ex Conc. Rom. sub præsentia S. Syluestri Papæ, cap. 20. & in decre. 9. q. 3. Nemo iudicabit. Quinimò sic agentes summi Pontifices bene fecerunt: ut specialiter ostenditur ar. 4. ad sextum, per ly potius

Vtilitas ꝓ S. Ecclesia &c.

Iurisdictio saltẽ commissaria, sufficit.

Decretũ Innocẽtij excludit, expsse contradictionem illam, de qua errores ꝓdicti.

Priuilegia.

Nullus homo iudicat Papam.

fine confessione morerentur, quam tali sacerdoti confiterentur. Item a Papa Gregorio IX. per hoc: quòd in principio libri decretalium dicit, Raymundum esse pœnitentiarium suum. Hic fuit. B. Raymundus Cathalanus Barchinonensis, ordinis prædicatorum doctor excellẽtissimus in iure canonico, cui & Papa Gregorius prædictus compilationem decretalium (vt inibi dicitur) commisit; qui & generalis tertius ordinis eiusdem fuit; multisq; miraculis claruit, vtpote qui (vt legitur) plusquàm triginta mortuos suscitauerit. Hæc dicta sint ad hoc: ut certò sciant omnes, tam sanctum, tam doctum, tam eximium virum, numquàm se passurum fuisse, quòd in officium pœnitentiarij assumeretur; nisi proculdubio nouisset, quòd ex commissione Papæ potest quis absque parochialium, sacerdotum consensu confessiones audire. Item a Concil. Trident. sess. 25. de regul. cap. 10. Attendant diligenter Episcopi, & cæteri superiores monasteriorum sanctimonialium: vt in constitutionibus earum admoneantur sanctimoniales, vt saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant, & sacrosanctam Eucharistiam suscipiant; ut ea se salutari præsidio muniant ad omnes oppugnationes dæmonis fortiter superandas. Præter ordinarium autem confessorem alius extraordinarius ab Episcopo, & alijs superiorib. bis aut ter in anno offeratur: qui omnium confessiones audire debeat. Hæc ibi. Vbi ad literam patet: quòd etiam extraordinarius confessor potest absque quòd ordinario eadem reconfiteantur, audire peccata, ab ijsque absoluere ita perfecte; vt ad sacrosanctam Eucharistiam suscipiẽdam post confessionem ipsam accedere possint. Item a Papa Ioan. XXII. in extrauag. Vas. electionis. Narratis enim illis erroribus Ioannis de Poliaco, ibi subinsertur. Prædictos articulos, & quemlibet eorum, tanquam falsos, & erroneos, & a doctrina sacra deuios, authoritate Apostolica condemnamus, & reprobamus, de fratrum nostrorum consilio: & contrariam esse catholicam fidem asserimus, scilicet quòd illi qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quam si ea aliàs confessi fuissent eorum proprio sacerdoti, iuxta concilium generale. Hæc ibi. Ergo, a fortiori condemnantur per hæc vltimi errores duo etiam prædicti. Per concilium generale intellige Later. sub Innoc. III. Omnis vtriusque sexus. Non ergo uerum est; quòd hoc implicet contradictionem (quod tamen dicebant errores quidam supradicti) stante statuto illo: ut patuit ex literis statuti eiusdem. Desistant igitur inscij ponere in cœlum os suum. i. omnipotentiam Dei facere aliquo modo infirmam sub prætextu contradictionis in obiecto: quoniam sæpe (ut hic) fallentur, contradictionem ponentes, ubi non est; & consequenter aduersus Dei omnipotentiam, vel ignoranter blasphemantes. Tertiò habes: quomodo per rationem præmissa Pontificum summorũ atque conciliorum dicta, pro quanto alijs, quã proprio parocho statuunt, vel ex priuilegio, uel mandato superioris posse aliquem confiteri, & declares, & probes & defendas. Quartò uides: quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur.

B. Ray. cõpilator decret ordinis Prædicatorum.

Semel saltẽ in mẽse cõficeãt moniales.

Nota uim damnationis pdicto rũ errorũ.

3

4

---

# ARTICVLVS VI.

*Vtrum pœnitens possit in fine vitæ a quolibet sacerdote absolui.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd in fine vitæ pœnitens non possit a quolibet sacerdote absolui. Quia ad absolutionem requiritur aliqua iurisdictio, vt dictũ est, * sed sacerdos non acquirit iurisdictionem super illum, qui in fine pœnitet, ergo nemo potest eum absoluere.

¶ 2 Præt. Ille, qui sacrm Baptismi in articulo mortis ab alio, q̃ a proprio sacerdote recipit, non debet a proprio sacerdote iterum baptizari. Si ergo quilibet sacerdos in articulo mortis possit absoluere a quolibet peccato, non debet pœnitens, si euadit, ad suum sacerdotem recurrere, quod falsum est, quia aliàs sacerdos non haberet cognitionem de vultu pecoris sui.

¶ 3 Præt. In articulo mortis sicut licet alieno sacerdoti Baptizare, ita etiam non sacerdoti, sed non sacerdos numquam potest absoluere in foro pęnitentiali, ergo nec sacerdos in articulo mortis eum, qui non est sibi subditus.

SED CONTRA, Necessitas spiritualis est maior, quàm corporalis, sed aliquis in necessitate vltima põt aliorum rebus vti, etiam inuitis dñis ad subueniendum corporali necessitati, ergo, & in artic. mortis ad subueniendum spirituali necessitati potest a non suo sacerdote absolui.

¶ Præt. Ad idem sunt auctoritates positæ in litera. *

RESPON. Dicendum, q quilibet sacerdos quantum est de virtute clauium, habet potestatem indifferenter in omnes, & quantum ad omnia peccata, sed quòd non possit omnes ab omnibus peccatis absoluere, hoc est, quia per ordinationem Ecclesiæ habet iurisdictionem limitatam, vel omnino nullam habet, sed quia necessitas legem non habet, ideo quando necessitatis articulus imminet, per ecclesiæ ordinationem non impeditur quin absoluere possit, ex quo habet claues etiam sacramentaliter, & tantum consequitur ex absolutione alterius, sicut si a proprio sacerdote absolueretur, nec solum a peccatis tunc potest a quolibet sacerdote absolui, sed etiam ab excommunicatione a quocumque sit lata, & hæc absolutio etiam ad iurisdictionem pertinet, quæ per legem ordinationis Ecclesiæ coarctatur.

AD

* art. præc.

---

SVP. Q. XXXIX. Aliàs 8. Art. vi.

CONCL. Quando necessitatis articulus imminet; non impeditur per ecclesiæ ordinationem quilibet sacerdos, quin absoluere possit a quibuscumq; peccatis, & etiam ab excõmunicatione a quocũque lata.

33 Tho. 4. dis. 20. q. uni. ar. 1. q 2.

¶ NOT. Sub nomine excõmunicationis, tanquàm sub principaliori, intelligit omnes censuras. Vide Cõc. Trid. in appen.

¶ PROB. 1. Quia, q quilibet sacerdos nõ possit a qbuscũq; peccatis absoluere, nõ est ex defectu clauium (cũ, quantum est de uirtute clauium, habeat potestatẽ indifferẽter in omnes, quantum ad omnia peccata,) sed ex defectu iurisdictionis (cum hæc per legem Ecclesiæ sit ei limitata, vel totaliter ablata:) & necessitas non habet legem. Secundas pars. s. & etiam, &c. probat. Quia absolutio ab excõicatione pertinet ad iurisdictionem, quæ per legem Ecclesię sacerdoti huic coarctatur; & eius coarctatio in casu necessitatis tollitur.

¶ NOT. 1. Propositio primi hypothetici antecedentis illa, s. Necessitas non habet legem, uerificatur in præceptis a litera intentis, non autem uniuersaliter acceptis. i. de præceptis iuris positiui, non autem iuris diuini. Vnde per ly legem intendit litera legem ab Ecclesia factam: cum huic propositioni anteposuerit illam, quæ de lege seu ordinatione Ecclesiæ loquitur. Pro cuius ampliori notitia, D. Th. 1. 2. q. 96. art. 6. ait. Omnis lex ordinatur ad communem hominum salutem, & intantum obtinet vim, & rationem legis: secundo uero, quòd ab hoc deficit, virtutem obligandi non habet. Vnde iurisperitus dicit (. s. in digest. ueteri, lib. 1. tit. 3. leg. 24.) quòd nulla ratio iuris, aut æquitatis benignitas patitur; vt quæ salubriter p salute hominũ introducuntur, ea nos duriori interpretatione contra ipsorum commodum perducamus ad seueritatem. Contingit autem multotiens: quòd aliquid obseruare communi saluti est vtile, ut in pluribus, quod tñ in aliquibus casib. est maxime nociuum. Quia igitur legislator non põt oẽs singulares casus intueri, pponit legem secdm ea, quæ in plurib. accidunt, ferens intentionem suam ad cõem utilitatem. Vñ si emergat casus, in quo obseruatio talis legis sit damnosa cõi saluti, non est obseruanda. Sicut si in ciuitate obsessa statuatur lex, q portæ ciuitatis maneant clausæ; hoc est utile cõmuni saluti, ut in pluribus: si tñ contingat casus, q hostes insequantur aliquos ciues, per quos ciuitas conseruatur; damnosissimũ esset ciuitati, nisi eis portæ aperirentur, & ideo in tali casu essent portæ aperiendæ contra uerba legis: ut seruaretur vtilitas cõis, quã legislator intẽdit. Sed tñ hoc est considerandum: q si obseruatio legis secundum uerba non habeat subitũ periculum, cui oporteat statim occurri, nõ pertinet ad quẽlibet ut interpretetur, quid sit utile ciuitati, & quid inutile; sed hoc solum pertinet ad principes, qui propter huiusmodi casus habent authoritatem in legib. dispensandi. Si uerò sit subitum periculum, non patiens tãtam moram, vt ad superiorem recurri possit: ipsa necessitas dispensationem habet annexam, quia necessitas non subditur legi. Hæc ibi, in corp. & ad primum argumentum sic. Ille, qui in casu necessitatis agit pręter verba legis, non iudicat de ipsa lege: sed iudicat de casu singulari, in quo uidet uerba legis obseruanda non esse, & ad secundum sic. Ille, quàm sequitur intentionem legislatoris, non interpretatur legem simpliciter, sed in casu: in quo manifestum est per euidentiam nocumenti, legislatorem aliud intendisse. Si enim dubium sit: debet uel secundum uerba legis agere, uel superiorem consulere. & in 2. 2. q. 120. art. 1. ad primum sic. Epiches non deserit iustum simpliciter, sed iustum, quod est lege determinatum, nec etiam opponitur seueritati, quæ sequitur ueritatem legis in quib. oportet. Sequi autem uerba legis, in quibus non oportet, uitiosum est. Vnde dicitur in Codice, de legibus, & constitutionib. principum. Non dubium est: in legem cõmittere eum, qui uerba legis amplexus, cõtra legis nititur uoluntatẽ, & ad secundum, sic. Ille de lege iudicat, qui dicit, eã nõ esse bene positã: q uero dicit, uerba le gis

* Li. 4. sẽt. distin. 20. Cõc. Tri. sess. 14. c. 7. de casuum reseruatione.

Qũo ei, q subest legi, liceat præter uerba legis agere.

Hoc dictũ in Codice verificatur præsertim contra hæreticos.

gie non esse in hoc casu seruanda, nō iudicat de lege; sed de aliquo negotio particulari, quod occurrit, & ad tertium, sic. Interpretatio locum habet in dubijs, in quibus non licet absque determinatione principis a verbis legis recedere: sed in manifestis non est opus interpretatione, sed executione. Hæc S. Th. Idem in 2. 2. q. 66. art. 7. sic. Ea, quæ sunt iuris humani, non possunt derogare iuri naturali, vel iuri diuino: secundum autem naturalem ordinem ex diuina prouidentia institutum, res inferiores sunt ordinatæ ad hoc, quòd ex his subueniatur hominum necessitati: & ideo per rerum diuisionē & appropriationem ex iure humano procedentem nō impedit, quin homini necessitati sit subueniendum ex huiusmodi rebus, & ad secundum sic. Vti re aliena occulte accepta in casu necessitatis extremæ, non habet rationē furti, proprie loquendo: quia per talem necessitatem efficitur suū id, quod aliquis accipit ad sustentandam propriam vitam, & ad tertium sic. In casu similis necessitatis potest etiam aliquis occulte rem alienam accipere; ut subueniat proximo, sic indigenti. Hæc ibi.

*Ius humanum est infra naturale, & diuinum: ideo non potest derogare illis.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliquis potest vti iurisdictione alterius ex eius voluntate, quia ea, quæ iurisdictionis sunt cōmitti possunt. Vnde quia ecclesia acceptat, vt quilibet sacerdos absoluere possit in articulo mortis, ideo ex hoc ipso qs vsum iurisdictionis habet, quàmuis iurisdictione careat.

AD SECVNDVM dicendum, q non oportet eum recurrere ad proprium sacerdotem, vt iterum a peccatis soluatur, a quibus in articulo mortis absolutus est, sed vt innotescat ei, quòd est absolutus. Nec similiter oportet quòd absolutus ab excommunicatione ad iudicem vadat, qui alias absoluere potuisset, absolutionem petens, sed satisfactionem offerens.

AD TERTIVM dicendum, quòd baptismus habet ex ipsa sanctificatione materiæ efficaciam, & ideo a quocumque conferatur alieno, ille sacramentum recipit; sed vis sacramentalis pœnitentiæ consistit in sanctificatione ministri, & ideo ille, qui laico confitetur, quamuis impleat, qd ex parte est de sacramentali confessione, tamen sacramentalem absolutionem non consequitur, & ideo aliquid valet ei, quantum ad diminutionem pœnæ, quæ fit per confessionis meritum, & pœnitentiā; sed non consequitur diminutionē illam pœnæ, quæ est ex vi clauium, & ideo oportet q iterum sacerdoti confiteatur; & magis sic confessus discedens punitur post hanc vitam, quàm si sacerdoti fuisset confessus.

¶ NOTATIO. 2. Applicabis tu prædicta ad præsentis articuli propositum, quantum sufficit, & sine errore. Vlterius aduertes: q necessitas illa, de qua dicitur, quòd non habet legem, non est necessitas communicandi, vel huiusmodi, sed necessitas moriēdi cum id titulo dicatur ly in fine uitæ. Quando enim alicui imminet necessitas communicandi, & deficit confessor, non potest propterea absolui a quolibet sacerdote: quia necessitas celebrandi Missam, quæ maius quid importat quàm necessitas communicandi, non habet hoc priuilegium, sed in tali necessitate constitutū dimittit intra terminos non habentium copiam confessoris. Necessitatem autem extremam moriendi intellige non quando tunc emissurus est spiritum: sed quando a peritis medicis vita infirmi desperatur; vel quando apparent signa probabilia periculi mortis. Non enim videtur expectanda vltima necessitas: quia tunc forte nō posset iuuari, cum nec posset confiteri. Sumitur autem declaratio hæc proportionaliter ex necessitate extrema pauperis: de qua Sanctus Doctor in 4. distin. 15. quæst. 2. dicit. Extrema necessitas est accipienda, quando apparent signa probabilia extremæ necessitatis futuræ, nisi ei subueniatur: Vt, Cum aliquis videt alios impotētes, uel pigros, ad subueniendum, & pauperem indigentem cibo, & potu, & alijs vitæ necessarijs, nec sibi satisfacere posse. Non enim expectanda est vltima necessitas: quia tunc forte non posset iuuari natura iam fame & siti consumpta. Ex hac doctrina dicendum in proposito videtur: quòd articuli mortis necessitas, in qua quis absolui potest secundum conclusionem, est illa; quæ dicta est.

*Articulus necessitatis; siue extrema necessitas.*

¶ COROLL. Ergo non licet extorquere propositionem illam, Necessitas non habet legem ad casum præceptorum diuinorum coram tyrannis. quasi quòd minante tyranno mortem corporalem alicui, nisi contra legem diuinam aliquid fecerit, liceat huic in tali necessitate constituto offendere Deum ad euadendū corporis mortem. Talis enim peccaret mortaliter, 2. 2. q. 125. art. 3. Imò & Philosophus in tali proposito ait in 3. Ethic. quòd inopiam non oportet timere, neque ægritudinem, neque quæcumque non a propria malitia procedunt. Hoc est, non ita timenda sunt, ut pro eis uitandis recedatur ab eo, quod est bonum secundum virtutem: ut exponitur 2. 2. quæst. 125. ar. 4. ad tertiū. Hinc uesania Georgij Dauidis (Prat. Georgius Dauid) exploditur: qui, quasi propositione illa quamuis extorta suffultus, hæretice dicebat: quòd Apostoli stolidi fuerunt, cum nolentes abiurare Christum coram hominibus, permiserint se occidi. Damnatam uerò hanc hæresim, & per consequens implicite declaratam atque probatam intelligentiam necessitatis, de qua nos supra in propositione textus, habes a Conc. Lat. sub Innoc. III. c. 22. sic. Cæterum, cum anima sit multo præstantior corpore, sub interminatione anathematis prohibemus: ne quis medicorum pro corporali salute aliquid ægroto suadeat, quod in periculum animæ conuertatur. Hæc ibi, & recitatur de pœn. & remiss. post c. omnis utriusque.

*Falsus intellectus, necessitatis, excludit: & hæresis hinc orta damnatur.*

1^m de maiori. Aliqua iurisdictio. ℞. Vel aliquis iurisdictionis usus. §. Tunc &c. Licet enim sacerdos aliquis in articulo mortis absoluens iurisdictione careat (vt arguitur:) tamen usum iurisdictionis, ex acceptatione Ecclesię, habet. Vtitur namq; tunc iurisdictione, quam super hunc moribundū habet Ecclesia, ex ipsius Ecclesiæ voluntate. Vide appen. seq.

2^u de conclusione. Ad suum sacerdotē recurrere. ℞. Pro absolutione a peccatis, vel ab excommunicatione: non, pro notificando ei absolutionē suā a peccatis, vel p offerendo ei satisfactionē de excōmunicatione. §. Tunc &c. Decipitur. n. arguens credendo absolutum in casu mortis a sacerdote non suo, i. nō proprio per authoritatem, neque ordinariā, neq; delegatam, debere recurrere ad sacerdotem suum pro absolutione a peccatis, uel ab excōicatione. Ad motiuū autem præmissæ suæ credulitatis dī: q ad habendum cognitionem de vultu pecoris sui; pro quanto agit de foro tātum cōsciētiæ, sufficit curato: q sciat, hunc sibi subditū alicui absoluere ualenti fuisse confessum. Vide artic. 1. quartum, & art. 5. secundum.

3^m illatio conclusionis. Ergo nec sacerdos, &c. ℞. Negatur illa illatio. §. Nō est: quia non debet fieri idem iudicium de baptismo & confessione respectu ministri, propter causam redditam in litera. Vnde licet vera sit maior, & minor, vt ibi declaratur: nihilominus conclusio præsens ex præmissis illis rectè deduci non potest. Vide art. 1. secundum, & ar. 5. quartum, in eius respon. secunda.

¶ No 5. Vniuersaliter ex hoc loco aduertes, quòd D. Thom. tanquàm uerus solidusq; magister & doctor, dat tibi clara fundamenta respondendi, per quæ etiam (ut patet) implicite saltem respondet obiectis: ut tu, qui artifex particularis es, ingenium tuum exacuendo responsa explicita, atque formalia inde conficias. Doctrinam igitur, sic agendo, affluentem discipulis ipse propinat; intellectum ad interiora perquirenda excitat; solutiones pro ingenio explicandas optimè corroborat. En quomodo breuibus plura docet, atque complectitur. Sis ergo semper vigilans in tanti Doctoris certis euoluendis, de hoc scriptum esse, nil dubitans; uerba sapiētum statera ponderabuntur, Eccles. 21.

*Vniuersalis notatio.*

A P P E N D I X.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas; meritò esse definitum a Conc Trid. sess. 14. c. 7. de pœnitentia, q in fine uitæ potest quis a quolibet sacerdote absolui. Ibi. n. dicitur sic. Qm natura & ratio iudicij illud exposcit: ut sententia in subditos dumtaxat feratur; persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & uerissimum esse synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem. Magnopere uero ad Christiani populi disciplinam pertinere sanctissimis patribus nostris uisum est: ut atrociora quædam & grauiora crimina nō a quibusuis, sed a summis dumtaxat sacerdotibus absoluerentur. Vnde meritò Pontifices maximi, pro suprema potestate sibi in Ecclesia uniuersa tradita, causas aliquas criminum grauiores suo potuerunt peculiari iudicio reseruare. Neque dubitandum est, quādo omnia, quæ a Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem episcopis omnibus, in sua, cuique diœcesi, in ædificationem tamen, non in destructionem, liceat pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores sacerdotes authoritate; præsertim quo ad illa, quibus excommunicationis censura annexa est. Hanc autem delictorum reseruationem, consonum est diuinæ authoritati, non tantum in externa politia, sed etiam coram Deo, uim habere. Veruntamen piè admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit: ut nulla sit reseruatio in articulo mortis: atq; ideo oēs sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibusuis peccatis, & censuris, absoluere possunt. Extra quem articulum sacerdotes, cum nihil possint in casibus reseruatis, id unum pœnitentibus persuadere nitantur: ut ad superiores, & legitimos iudices, pro beneficio absolutionis accedant. Hæc ibi. Vbi habes inter alia multa, quòd quilibet sacerdos, quantum est de uirtute clauium, habet potestatem indifferenter in omnes, & quantum ad omnia peccata & excommunicationes (ut dicit in text. Sanctus Doctor:) sed quòd non possit est, quia habet iurisdictionem limitatam ab Ecclesiæ ordinatione. Per hoc enim quòd dicit concilium, Atque ideo omnes sacerdotes quoslibet, &c. aperit: q istud, non posse absol-

*Vtilitas q S. Ecclesia &c.*

nere semper quoslibet, prouenit ex eo, quòd Ecclesia sacerdotibus limitat iurisdictionem; qua limitatione per eiusdem ecclesiæ consensum sublata in articulo mortis potest quilibet sacerdos quoslibet, &c. Habes quoque ex concilio ibi, Verumtamen, &c. id, quod hic legis in responsione ad primum, quòd scilicet per ecclesiæ voluntatem iste sacerdos tunc habet vsum iurisdictionis vniuersaliter absoluendi. Adduxi fusius Concilij sacri definitionem: qm̃ multa faciunt ad prædicta in 4. & 5. de iurisdictione. Vide tu ibi: & bene applica. Ex præmissa etiam definitione synodi patet; damnatã esse hæresim Marsilij de Padua, & Ioannis de Ianduno (ut refert Cardinalis Turrecremata, de Eccl. lib. 4. cap. 37. dicentium: quòd Papa, Archieps, Episcopus, & simplex sacerdos, sunt omnes æqualis authoritatis ac iurisdictionis ex institutione Christi: sed, quod vnus plus habeat alio, est ex concessione Imperatoris: & sicut concessit, ita reuocare potest. Contra enim dicitur per concilium ibi, Quando omnia, quæ a Deo sunt, ord. &c. quòd talis iurisdictio est ex potestate sibi tradita a Christo. Prædamnata etiam fuerat talis hæresis a Papa Ioanne 22. in extr. Licet iux. doctr. Item a Conc. Constantiensi sess. 15. damnante omnes articulos Io. Huss. inter quos erat num. 9. iste sub his verbis; Papalis dignitas a Cæsare inoleuit, & Papæ præfectio, & institutio, a Cæsaris potentia emanauit. In idem enim redit iste aliqualiter cum illo Paduani & Iãduni. Vide damnationem Io Huss. sup. q. 2. art. 2. appen. vel q. 1. art. 1. appen de Vuiclef. Item p ar. rationẽ ostendere potes meritò insinuatũ illud in principio dictum a Decretali, de offic. iudi. ordin. c. Pastoralis: & de sent. excommu. c. conquestus: & eo. titu. in 6. cap. quicumq;. & de pœn. in clemen. c. cupientes: & de priuil. in extrauag. com. c. inter cunctas. Item insinuatum a quotidianis Bullis: vbi quantumcũque Papa aliquando sibi reseruet absolutionem, tñ exceptionem hanc, nisi in articulo mortis, semper apponit: per hoc manifestans Ecclesiæ intentionem circa vsum iurisdictionis tunc, qualem dixit Beatus Thomas. Secundò habes: quõ per rationem præmissa omnia Patrum nostrorum dicta, pro quanto in fine vitæ quemlibet a quolibet sacerdote de quibuslibet, tum censuris, tum peccatis audiri posse statuunt & absolui, declares, probes, defendas. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim doctrina hæc Angelica consolidetur.

Hæreses duæ damnantur.

2

3

---

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum pœna taxetur secundum quantitatem culpæ.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd pœna temporalis, cuius reatus post pœnitentiã manet, non taxetur secundum quantitatem culpæ. Taxatur enim secundum quantitatem delectationis, quę fuit in peccato, vt patet Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum date illi tormẽtum, & luctum, sed quandoque vbi est maior delectatio, ibi est minor culpa, quia peccata carnalia plus habẽt delectationis q̃ spiritualia, secundum Greg. ergo pœna non taxatur secundum quantitatem culpæ.

¶ 2 Præt. Eodem modo aliquis obligatur per peccata mortalia in noua lege, & veteri, sed vet. le. debebatur pro peccatis pœna septem dierum, vt scilicet septem diebus immundi esset, cum ergo in nouo Testamento imponatur pœna septennis pro vno peccato mortali, videtur quòd quantitas pœnæ non respiciat quantitatem culpæ.

¶ 3 Præt. Maius est peccatum homicidii in laico, quàm fornicationis in sacerdote, quia circumstantia, quæ sumitur ex specie peccati, magis aggrauat, quàm quæ sumitur ex conditione personæ, sed laico pro homicidio imponitur septennis pœnitentia, & sacerdoti decem annorum, secundũ Can. ergo pœna non taxatur secundum quantitatem culpæ.

¶ 4 Præt. Maximum peccatum est quod in ipsum corpus Christi committitur, quia tanto grauius quis peccat, quanto maior est in quem peccatur, sed pro effusione sanguinis Christi in sacramento altaris contenti, iniungitur pœnitentia quadraginta dierum, vel parum amplius, pro fornicatione simplici iniungitur pœnitentiæ septennis, secundum Can. ergo quantitas pœnæ non respondet quantitati culpæ.

SED CONTRA. Isa. 27. Mensuram contra mensuram cum abiecta fuerit iudicabo eum, ergo quantitas iudicii punitionis peccati est secundum quantitatem culpæ.

¶ Præterea, Homo reducitur ad ęqualitatem iustitiæ per pęnitentiam inflictam, sed hoc non esset si quantitas culpæ, & pœnæ non sibi responderent, ergo vnum alteri respondet.

RESPON. Dicendum, quòd pœna post dimissionem culpæ exigitur ad duo scilicet ad debitum soluendũ, & ad remedium præstandum. Potest ergo taxatio pœnæ considerari quantum ad duo. Primo quantum ad debitum, & sic quantitas pœnæ radicaliter respondet quantitati culpæ, antequam de ea aliquid dimittatur: secundum tamen quòd per primum eorum, quæ pœnam nata sunt remittere, plus remittitur, secundum hoc per aliud minus remittendum, vel soluendum restat, quia quanto per contritionem plus de pœna dimissum est, tanto per confessionem minus dimittendum restat. Secundo quantum ad remedium, uel illius, qui peccauit, vel aliorũ, & sic quandoque pro minori peccato iniungitur maior pœnitentia, vel quia peccato vnius difficilius potest resisti, quàm peccato alterius, sicut iuueni imponitur pro fornicatione maior pœna, quam seni, quàmuis minus peccet, vel quia in eo peccatum est periculosius sicut i sacerdote, quàm in alio, vel quia multitudo magis ꝓna est ad id peccatum, & ideo per pœnam vnius, alii sunt exterrendi. Pœna ergo in foro pœnitentiæ quantum ad vtrumque taxãda est, & ideo non semper pro maiori peccato maior pœna imponitur. Sed pœna purgatorii solum est ad soluendum debitum, quia vlterius non manet locus peccandi: & ideo illa pœna taxatur solum secundum quantitatem peccati, considerata tamen contritionis quantitate, & confessione, & absolutione, quia per omnia de pœna aliquid dimittitur, Vnde etiam a sacerdote iniungendo satisfactionem, sunt consideranda.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ in verbis illis* duo tãgunt ex par-

*Citatis in arg.

---

SVPER Q. XXXIX. Aliàs 8. Art. VII.

CONCL. 1. Nõ semper ꝓ maiori peccato maior pœna imponitur.

34 *Thom. 4. dist. 20. q. 1. ar. 2. q. 1.

¶ PROB. Quia pęna in foro pœnitentiæ taxanda est, tum per respectum ad debitũ soluẽdum, tum per respectum ad debitum præstandum: & pro minori peccato qñque maior pœnitentia licite iniungitur (vel ꝓpter difficultatem resistendi, vel pp periculum maius, vel pp pronitatẽ multitudinis: vt in litera.)

¶ NOT. Non dixit, ꝙ pro maiori peccato qñque minor pœnitentia iniũgatur licite, sicut de minori peccato dixerat: quia acceptionem personarum, quæ põt (& fortè, ut in plurib.) accidere in dando pęnitentias minores ꝓ maioribus peccatis, voluit excludere. Malum est. n. acceptare personas in iudicio licet non sit malum, ibi acceptare veras causas (ut sit: qñ iniungitur, secundũ literam, pœnitẽtia maior pro minori culpa): vnde & scriptũ est, non misereberis pauperis in iudicio. Exod. 23. Hinc est: quod Conciliũ Cabilonense secundũ capit. 34. dixit. Quia igitur, Apostolo teste, nõ est personarũ acceptio apud Deum; & in omnibus iudicijs cauenda est: multo magis in hoc pęnitentiæ iudicio præcaueri debet, vt nullus sacerdotũ vnq̃ aut gratia, aut odio alicuius personæ secus iudicet, q̃ ꝙ in canonib. sacris inuenerit, aut quod illi secũdum sanctarũ scripturarum authoritatẽ, & ecclesiasticã consuetudinẽ, rectius visum fuerit. Si ergo medici qui corporibus medicinam inferre conantur, nequaquã propter personæ cuiuslibet acceptionem his, quos sanare cupiũt, cauterio, aut ferro, aut duris alijs qbuslibet rebus parcũt: multò magis id ipsum his obseruandum est, qui non corporum, sed animarum, medici existunt. Hęc ibi. Vbi licet præmiserit etiam, ly nè odio alicuius sacerdos secus iudicet quã &c. (quod videtur respicere taxationem maioris pœnitentię pro minori culpa): tamen sub ꝑsona medicorum exemplum solum dat de nõ acceptãdo personas ex gratia, seu amore, ostendens per hoc, crebrius interuenire posse inibi acceptionem personarum ex gratia, amore reuerentia, siue respectu quam ex odio.

Cõcilium de nõ acceptando ꝑsonas i dãdis pœnitentijs.

Canones, sacræ scripturæ, Ecclesiastica consuetudo, attẽdãtur in pœnit. dandis.

¶ CONCL. 2. Pœna purgatorij taxatur solum secundum quantitatem peccati; considerata tamen cõtritionis quantitate, & confessione, & absolutione.

¶ PROB. 1. Quia pœna purgatorij solum est ad soluẽdum debitum (cum vlterius non maneat peccandi locus.) Secunda pars, scilicet considerata &c. probatur. Quia in solutione debiti habetur rõ quãtitatis contritionis, confessionis, absolutionis (cũ p horũ triũ singula, s. cõtritionẽ, cõfessionẽ absolutionẽ, aliqd de pęna debita dimitta.)

Notatio.

1m de maiori. Delectõnis. R. Et elationis. §. Tũc &c. Licet. n. s mi-

Elatio quare præponderat delectationi.

minori culpa fit quandoque maior delectatio, quam in maiori (vt arguitur:) tamen non est ibi maior elatio, quæ semper in maiori culpa reperitur. Ex litera dic: quòd in taxatione pœnitentiæ, seu pœnæ, debet semper magis attendi elatio peccatoris, quàm delectatio habita in commisso peccato. Ratio est; quia elatio se tenet ex parte auersionis a Deo, & delectatio ex parte conuersionis ad creaturam; & consequenter elatio est tanquàm formale i peccato, delectatio autem tāquàm materiale. Nā auersio est principalius in peccato, & tanquàm formale; conuersio autem minus principale, & tanquàm materiale: vt aliàs declaratū fuit.

2m illatio conclusionis. Cum ergo ī nouo &c. ℞. Negatio illatio hæc §. Imo dēt inferri, & concludi, oppositum: quòd scilicet cum in nouo testō imponatur pœna septennis pro vno peccato mortali, videtur quòd quantitas pœnæ taxetur secundū quantitatem culpæ. Nam cæteris paribus, plus peccat homo in noua, &c. vt in textu, vsque ad ly nec tamen hoc verum est vniuersaliter quòd.

Idē peccatū grauius in vno q̄ in altero: & quare.

¶Coroll. Ergo & clericus magis peccat eodem peccato, quàm pure secularis, cæteris parib. Ergo & vnus laicus grauius, quā alter, ratione beneficiorum Dei copiosius sibi factorum, quàm alteri: sicut clericus ratione sacramenti ordinis supra secularem. Ergo & religiosus claustralis clericus plus omnib. prædictis; rōne plurium, maiorumq; beneficiorum Dei, etiam multifariam multisq; ac infinitis penè modis, habitorum. Horum n. omnium, atq; singulorū habenda est ratio in ponderando grauitatem peccati. qm ingratitudinē maiorē in peccatore inferunt (ut patet) quæ quidē ingratitudo sine ulla cōtrouersia, peccatū semper aggrauat. Vide q. 6. ar. 2. ad 2. in eluc. & q. 7. ar. 2. ad 1. Nam circunstātia, Quis p̄senti loco seruit.

Quid, ad grauitatē peccati cognoscendā considerādum.

3n de conclusione. Non taxatur. ℞. Taxatione ad remedium ordinata: non taxatione ex debito soluendo tm̄ modo nata. §. Tunc &c. ut ex cōclusione prima patet. Quia igitur Eps, uel sacerdos cum maiori, &c. ut in textu.

¶Not. Propter vltima uerba illa, vnde in purgatorio, &c. aduerte; quòd peccatum grauius uno modo dr̄ secundum se, alio modo per accidens. i. scdm speciem suam, uel secundū aliquid aliud extra speciem illam. Grauius primo modo, i. secundum se, grauiori pœna semper castigatur in purgatorio; grauius 2. modo castigatur quandoque nunc grauiori pœna, q̄ in purgatorio. Quandoq; dixi, i. tunc; quando peccatū castigatur secundum considerationem remedij p̄standi contra ipsum. Aliàs. n. in purgatorio, etiam sic. i. per accidens sumptum peccatum, grauiori supplicio punitur: quā in præsenti. Vnde in responso ad secundum culpa, ratione circunstantiæ. Quis, considerata grauius puniendi dicitur, & hic. s. in purgatorio (sic intelligitur auctoritas ad Heb. ibi adducta) quàmuis sit prorsus eadem secundum speciem. Quòd uerò textus ait de purgatorio ly nō tanta, intelligitur aritmeticè, non geometricè. i. de quantitate numeri non de magnitudinis. Quasi dixeris: in purgatorio non castigantur hæc peccata (sicut nec alia) pp duo, uidelicet propter debitum soluendum, & remedium præstandum veluti castigantur in præsenti. Cum hoc instat ueritas hæc, q̄ illa purgatorij pœna solum pro solutione debiti est maior, q̄ pęna quæcumq; hic pro duplici illo respectu inflicta: vnde idem S. Th. 3. q. 46. ar. 6. ad 3. inquit, quod dolor animæ patientis in purgatorio excedit omne malum præsentis vitæ sicut & gloria sanctorum excedit omne bonum præsentis uitæ. Adhuc potest etiam dici ad illum textum: quod ly tanta, refertur ad fornicationem sacerdotis non absolute, sed respectiuè ad homicidium laici. Ac si apertè diceretur. In purgatorio homicidium a laico factum puniet maiori pœna, q̄ fornicatio a sacerdote cōmissa: vnde pœna fornicationis sacerdotis nō erit tanta, quanta erit illa homicidij: licet in vita p̄senti maior detur pœna sacerdoti fornicāti, q̄ laico homicidę.

Incomparabilis est pœna purgatorij ad quamcūq; huius vitę.

4m de maiori. Cōmittitur. ℞. Voluntarie: nō inuoluntariè. §. Tunc &c. Nam fornicatio illa simplex fit simpliciter voluntarie; effusio autem illa fit nolente sacerdote. Aliàs si sponte hæc ab eo fieret; multo maiori pœna, q̄ septem annorū, esset dignus. Cur autē non faciant mētionem canones de pœna debita pro sanguinis Christi effusione uolūtaria est: quia (iudicio meo) non crediderunt, aut non credere se per hoc ostēderunt, vnquàm futurum; quòd sacerdos tam sacrilegus, tam reprobus, tam diabolicus, reperiretur.

Concil. Trid. sess. 4. c. 5.

ex parte culpæ, s. glorificatio, & deliciæ: quorum primum pertinet ad elationem peccantis, qua Deo resistit, Secundū ad delectationem peccati, quamuis autem sit minor delectatio quandoque in maiori culpa, tamen est ibi semper maior elatio; & ideo ratio non procedit.

Ad secundum dicendum, q̄ illa pœna septem dierum, non erat expiatiua a pœna debita peccato. Vnde, & iam si post illos dies moreretur, in purgatorio puniretur, sed expiabatur ab irregularitate, a qua omnia sacrificia legalia expiabant. Nihilominus cæteris paribus, plus peccat homo in noua lege quam in veteri, propter sanctificationem ampliorem, qua sanctificatur in Baptismo, & propter beneficia Dei potiora humano generi exhibita, & hoc patet ex hoc, quod dicitur Hebr. 10. Quāto putaris deteriora mereri supplicia &c. Nec tamen hoc verum est vniuersaliter, quòd exigatur p̄ quolibet peccato mortali septennis pœnitentia; sed hoc est quasi quædam regula communis, vt in plurib. competens, quam tamen oportet dimittere consideratis diuersis peccatorum circunstantiis.

Ad tertium dicendum, q̄ Episcopus, vel sacerdos cum maiori periculo suo, & aliorum peccat: & ideo solicitius retrahunt eum Canones a peccato, quàm alios, maiorem pœnam iniungendo, secundū quod est in remedium; quàmuis quandoque non debeatur tanta ex debito. Vnde in purgatorio non tanta ab eo exigitur.

Ad quartum dicendum, q̄ pœna illa est intelligēda quando nolente sacerdote hoc accidit. Si enim sponte funderetur, multo grauiori pœna dignus esset.

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò: q̄ō per rationem ostendas: meritò insinuatum a scripturis, a Papa, a Concilijs modum taxandi pœnam pro culpis: vt sup. q. 3. ar. 3. appen. Vide ibi: & bene applica ad propositum præsentis articuli. Item meritò dictum a Conc. Trid. sess. 14. c. 8. Debent ergo sacerdotes Domini, quantum spiritus & prouidentia suggesserint, pro qualitate criminum & pœnitentium facultate salutares, & conuenientes satisfactiones iniungere: ne si forte peccatis conniueant, & indulgentius cum pœnitentib. agant, Leuissima quædam opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præoculis; ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad nouæ vitæ custodiam & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad pręteritorum peccatorum vindictam & castigationem. Hæc ibi. Item a Concilio Carthaginensi 3. a generali 6. synodo in Trullo celebrata confirmato, cap. 31. Pœnitentibus secundum peccatorum differentiam, pœnitentiæ decernātur. Hæc ibi: & recitatur 16. q. 7. Item a Carth. 4. cap. 74. ut sacerdos pœnitentiam imploranti, absque personæ acceptione, pœnitentiæ leges iniungat. Hæc ibi. Item a Concilio Laodicensi cap. 2. His, qui diuersorum peccatorum lapsus incurrunt; & oratione, & cōfessione, ac pœnitentia, malorum suorum perfectam conuersionem demonstrant; pro qualitate peccati pœnitentiæ tempus attribuendum est, propter misericordiam & bonitatem Dei. Hæc ibi. Item a Concilio Aphricano cap. 10. Pœnitentibus, secundum differentiam peccatorum, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. Hæc ibi: & recitatur 26. q. 7. Vide etiam, de consecr. dist. 4. De pœnitentibus, & 26. quæstione 7 Tempora, cum multis sequent. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, præmissa Concilio dicta, pro quanto pœnæ imponendæ modum illum statuunt, & probes & declares, & tuearis. Tertio vides: quomodo ex his Angelica doctrina hæc vicissim declaretur & consolidetur.

Vtilitas p S. Eccl. ad obedien. &c.

---

SVP. QVAST. XL. Aliàs 7. Art. 1.

Concl. 1. Cōfessio, vt est actus virtutis, nō ualet sine charitate.

¶Prob. Quia confessio, ut est actus uirtutis, est actus p̄priè meritorius: & sine charitate non potest aliquid esse

## QVAEST. XL. Aliàs 9.

*De qualitate confessionis, in quatuor articulos diuisa.*

Deinde considerandum est de qualitate cōfessionis. Circa quod quæruntur quatuor.

¶Primò, Vtrum confessio possit esse informis.

¶Secundo, Vtrum oporteat confessionem esse integram.

¶Tertiò, Vtrum possit aliquis per alium, vel per scriptum confiteri.

¶Quartò, Vtrum illæ conditiones, quæ a Magistris assignantur, ad confessionem requirantur.

esse proprie meritoriū (cum charitas sit principium merendi.)

¶Not. Id dr̄ p̄priè meritorium, cui debetur aliquid supra facultatem naturæ existens; & hæc est uita æterna. Vnde nec opalia dicimur mereri, nisi secundum q̄ subordinantur ad

Mereri ꝑprie. ad vitam æternam. 1.2.q.114.ar.10. Ideo in probatione additur ly ꝓprie, ad denotandū, ꝙ loquit̃ de merito vitæ æternę. Quod autẽ non possit tale meritum esse absq; charitate, & ꝙ cum ea possit, & ꝙ charitas sit principium merendi, vide 1.2.q.114.ar.2.& 3.& 4.

¶Concl.2. Confessio, ut est pars sacri, potest esse etiam in eo, qui non est contritus.

perfecta loquitur solum textus. Sic ergo accedens nõ est in gratia, neq; tunc sub manu confessoris recipit gratiã: quia illa attritio sua nõ excludit uere, & totaliter affectum peccati, & qñ actualiter sub sacr̃o est; vt ex argumento tertio hr̃. Non tñ tenetur reconfiteri: quia taliter confessus subiecit se uoluntariè clauibus Ecclesiæ, oĩa integraliter confitẽdo, & contritionem, ꝗuis multũ frigidè. i. multũ remisse, habendo. Vide infra, notationes post rhsum ad tertium pro huius notitia pleniori.

¶Coroll. Ergo cõfessio actus virtutis nũquam põt esse informis, i. sine forma virtutũ, q̃ est charitas: & confessio pars sacri aliquãdo põt esse informis. Quòd vero sit confessio & actus virtutis, & pars sacramenti, vide q.7 ar.2.

35 Tho. in 4. di.17.q.3. arti.4.q.1. & seq.

¶Prob. Quia non contritus põtest peccata sua confiteri sacerdoti, & clauibus Ecclesiæ se subijcere.

¶Concl.3. Non tenetur iterare confessionem, qui fictus accedit, sed tenetur postmodũ fictionem suã cõfiteri.

Fictus. ¶Not. Ista conclusio tertia est quasi pendens ex secũda, inquantum declarat: quid facturus sit pro salute sua is, qui sine contritione accessit iam ad sacr̃m confessionis. Vnde per ly fictus, intelligit ista tertia id, quod secunda dixerat ly non contritus. Vtraq; autem per nõ contritum seu fictũ intendit eum: q adhuc, dum confitetur, manet in affectu peccati, qđ confitetur. i. qui corde tenet pctm̃, quod ore damnat, ut ex argumento tertio patet. Vide tñ notationes post responsionem ad illud tertiũ.

¶Prob. Quia fictus ille, recedente fictione, recipit fructum ablutionis datæ in confessione præterita. Secunda autem pars. s. sed tenetur &c. probatur. Quia hoc de se patet.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum confessio possit esse informis.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd confessio non possit esse informis: dicitur. n. Eccles. 17. A mortuo velut, qui non est, perit confessio: sed ille, qui non habet charitatem, est mortuus, quia ipsa est animæ vita, ergo absque charitate non potest esse confessio.

¶ 2 Præt. Confessio diuiditur cõtra contritionem, sed contritio, & satisfactio nũquam possunt extra charitatem fieri: ergo nec confessio.

¶ 3 Præt. In confessione oportet ꝙ os cordi concordet, quia hoc ipsum nomen confessionis requirit: sed ille, qui adhuc manet in affectu peccati quod confitetur, non habet cor ori conforme: quia corde peccatum tenet, quod ore damnat, ergo talis non confitetur.

SED CONTRA. Quilibet tenetur ad cõfessionem mortalium: sed si aliquis semel confessus est etiã in mortali existens, non tenetur vlterius ad confitendum ea peccata: quia cũ nullus sciat se charitatem habere, nullus sciret se confessum fuisse: ergo non est de necessitate confessionis, quòd sit charitate formata.

RESPON. Dicendum, quòd confessio est actus virtutis, & pars sacramenti: secundum autem, quod est actus uirtutis, est actus meritorius proprie, & sic confessio nõ valet sine charitate, quæ est principiũ merendi: sed secũdum quod est pars sacri, sic ordinat confitentem ad sacerdotem, qui habet claues Ecclesiæ, qui per confessionẽ confitentis conscientiam cognoscit, & secũdum hoc confessio potest esse etiam in eo, qui non est contritus: quia potest peccata sua confiteri sacerdoti, & clauibus Ecclesiæ se subiicere; & quamuis tunc non percipiat absolutionis fructum, tamen recedente fictione percipere incipiet: & sic etiam in alijs sacramentis. Vnde non tenetur iterare confessionem, qui fictus accedit, sed tenetur postmodum fictionẽ suam confiteri.

AD PRIMVM ergo dicendum, authoritas illa intelligenda est quantum ad fructum confessionis percipiendum, quem nullus extra charitatem existens percipit.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ contritio, & satisfactio fiunt Deo, sed confessio fit homini: & ideo de ratione contritionis, & satisfactionis est, quòd homo sit Deo per charitatem vnitus, non autem de ratione confessionis.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ille, qui peccata, quæ habet, narrat, vere loquitur: & sic cor concordat voci, vel verbis quantum ad substantiam confessionis, quàmuis discordet a confessionis fine.

AR-

1^m ex Ecclesiastico. Perit confessio. ℞. Quantum ad fructum confessionis tunc recipiendũ non semper, quantum ad substantiam confessionis, nec quantum ad fructum eius recipiendum post. i. qñ recedente fictione redierit ad cor. §. Tunc &c. Licet enim ipse confitens sit extra charitatem, & cõsequenter mortuus, dũ cõfitetur (ut argumentum dicit:) tamen seruat substantiam confessionis. i. omnia peccata confitetur, & scd̃m intentionem suam subijcit se clauibus Ecclesię; & postmodum redeunte eodem ueraciter ad cor, recedit fictio illa prior, & charitas ipsi infunditur, & per consequẽs efficitur viuus; & tunc primum incipit pcipere actualiter fructum præcedentis confessionis. Non tñ ergo argũ non est contra articuli intentum: sed ẽt est i fauorẽ huius (stãte gl. illius authoritatis.) ut patet ex secũda concl. cũ sui ꝓbatione.

2^m illatio conclus. Ergo nec confessio. ℞. Negatur illatio. §. Ratio est: quia contritio & satisfactio fiunt Deo, sed confessio, &c. ut in litera.

¶Not. Non significatur hic, quòd contritio & satisfactio non possint esse sine charitate rõne subiecti contriti, & satisfaciẽtis imperfectè. i. extra charitatem: sed significatur, ꝙ contritio & satisfactio, quantum est ex parte rationis ipsarũ, non sunt numꝗ sine charitate. Vt si sub exemplo dicamus. Charitas, scd̃m rõnem charitatis, numquam excidit, quæ tñ scd̃m cõditionem subiecti, in quo est, põt excidere 2.2.q.24.ar.11.& super Apost. 1. Cor. 13 Sicut ergo, attenta rõne charitatis, numꝗ põt excidere. i. peccare, quemadmodum nec calor scd̃m se põt infrigidare, & tamen, quantum est ex volubilitate subiecti in quo est, põt: ita contritio & satisfactio, attenta ratione ipsarum, sunt semper cum charitate; quæ tamen, quantum est ex imperfectione subiecti in quo sunt, possunt esse extra charitatem. Non tamen sic Deo satisfaciunt: ut in q 14 art. 2.

An contritio, & satisfactio sint ũqꝗ; sine charitate.

3^m de minori. Cor ori conforme. ℞. Conformitate req̃sita ad finem confessionis: non, conformitate requisita ad substantiã confessionis. §. Tunc &c. Licet. n. in cõfessione, quantum ad finẽ eius, oportet, ꝙ os cordi concordet in damnãdo veraciter pctm̃: ita ut corde verè dãnet illud, qđ ore damnat (ut arguitur:) tñ in confessione, quantũ ad eius substantiã sufficit, ꝙ os cordi concordet in narrando ueraciter peccata q̃ corde gerit.

¶Not 1. Ex litera dicente, ꝙ talis cõfitens peccata, quæ habet, narrat, liquidò patere põt; quid intelligat hic D. Th. per nõ contritum seu fictũ. Si. n. peccata narrat ore, quæ scd̃m suã cognitionem tenet corde, & fictionem corde habitam (ut supponitur) tunc non narrat: ergo dicendum secundum literam ipsam relinquitur, quòd ille a S. Doctore uocatur fictus, non malitiosè, sed ignoranter. Hoc est, secundum rei ueritatem ille confitens affectum adhuc peccati corde tenet, utpote non plene contritus, sed frigidè attritus: & tamen, secundum suam crassam æstimationem, non habet corde illum malũ affectum. Alioquin de hoc ipse tunc confiteretur: quod si non

Quid, itelligatur ꝑ fictum, in hoc art.

Præsuppositum notandum. ¶Coroll. Ergo, cum recedente fictione absolutionis fructum, idest gratiam recipiat, præsupponit S. Th. quòd confessio ficta, de qua loquitur, fuerit perfecta in ratione sacramenti. i. quòd cõfitẽs integraliter peccata sua dixerit sacerdoti, & quòd confitens idem secundum intentionem suã se clauibus Ecclesiæ subiecerit (ut ex probatione secundæ conclusionis in textu patet.) Et confirmatur, quia dicit, ipsam sic fictè factam, non esse necessario iterandam: id quod utique non esset, si prior illa confessio non fuisset perfecta in ratione sacramenti, quoad substantialia, in foro Ecclesiæ. Ergo confessio illa prior non dicitur hic ficta fictione tali; qua deficit confessioni aliquid pertinens substantialiter ad integritatem eius, quatenus est sacramentum: puta qñ, confitens nõ intendit recipere sacramentum, sed derisoriè seu simulatoriè agere; uel qñ non vult confiteri omnia mortalia; uel qñ nullo modo de præterito dolet, nec vllo modo futurum cauere intendit: vel (ut unico uerbo dicatur) qñ vult dimittere aliquid, quod est de essentia sacri. Secundum. n. omnes doctores, tunc & peccat mortaliter confitens, & tenetur iterare confessionem: quia non fuit completum sacr̃m. Ergo illa prior confessio dicetur hic ficta, fictione tali: qua quis confitetur, imperfectè contritus. i. solum attritus; uel cum negligentia, aut ignorantia tali, quæ non excusant; intendens tamen recipere sacramentum. Talis. n. confessio est sacr̃m habens aliquo modo suã materiã, i. actũ pœnitentis ẽt quo ad contritionẽ, licet imperfectã. Textus. n. dicẽs, ꝙ talis confitens accedit non contritus, de contritione perfecta tñ loquitur, & nota ꝙ contritio imperfecta alia est, quæ ad introducendam gratiam sufficit, non quidem per se, sed cum actuali cõfessione: alia est tam imperfecta, vt nec, accedente actuali sacr̃o, sufficiat ad introducendam gratiam. De primo modo imperfecta loq̃t Concil. Trid. sess. 14. (in cuius signum addit ly si uoluntatem peccandi excludat cum spe ueniæ) & oẽs dicunt ꝙ taliter accedens de attrito fit contritus (ut supra q 1. art. 2. & 3.) de secundo modo imperfecta

Duplicis fictionis vna intenditur i litera, altera non.

Attritio duplex.

ſi non faceret, non confiteretur oĩa peccata ſua; vt præſupponitur in litera dicente, ꝙ iſte narrat peccata, quæ habet, & ꝙ eius cor verbis concordat quantum ad ſubſtantiam confeſſionis. Patet ſiquidẽ: quòd de ſubſtantia confeſſionis eſt narrare peccata omnia etiã cordialia, de quibus confitens eſt ſibiipſi conſcius. Latebat igitur in corde peccatum iſtud, i. aliqualis affectus ad peccatum: ſed iſte per ignorantiam craſſam id neſciebat, quæ ignorantia non excuſabat omnino iſtum a peccato. Quia ergo ſecundum veritatem ibi latebat, ideo iſte ueraciter fictus erat; quia iſte illud ignorabat, immo ſe ſufficienter diſpoſitum credebat, ideo illum ad fictionem hanc tunc confitendam ſua conſcientia non aſtringebat; quia ignorantia illa craſſa erat, ideo fructum abſolutionis tunc percipiendum impediebat. Quia ergo poſtmodum per maiorem ſui diſcuſſionem uenit in cognitionem talis indiſpoſitionis, quæ in priore confeſſione fuit, confiteri eam in ſequenti confeſſione tenebitur; & quia, quando eam cognouit, de ea doluit, ideo tunc primò abſolutionis prioris percipere fructum incœpit.

Subſtantia confeſſionis.

¶Not. 2. Propter ly quantum ad ſubſtantiam confeſſionis, aduerte: quòd de ſubſtantia confeſſionis ſacramentalis eſt, ꝙ ſit deteſtatiua peccatorum confitentis. Nam impoſſibile eſt, quòd q̃s cõfiteatur ſine aliqua diſplicentia peccati cum is, qui confitetur, proponat peccatum ſuum, vt malum proprium, quo deſiderat carere. Vñ quantum appetit exonerari, tantum ſibi diſplicet peccati onus. Qui ergo narrandi cauſa, ſine ulla peccati diſplicentia, cõfiteretur, æquiuocè confiteretur: ac per hoc non ſeruaret ſubſtantiam confeſſionis.

De iteratione confeſſionis.

Si ergo totaliter deficeret contritio, quæ ex diſplicentia præteritorum peccatorum & propoſito uitandi futura conſurgit; eſſet proculdubio iteranda confeſſio: quia talis nec vera ſubſtantialiter confeſſio fuit. ſimiliter ſi attritio pro parte tantum inueniretur (q̃ a uidelicet confitens diſplicentiam habet de offenſa Dei præterita: ſed non habet propoſitum uitandi futura, quàmuis habeat uelleitatem; puta, non habet animum relinquendi concubinam, reſtituendi aliena, dimittendi ſtatum peccati, quamuis uellet non offendere Deum:) eſſet in tali caſu (iudicio meo) iteranda confeſſio; q̃ a talis pœnitentia nõ eſt uera: de pœn. & remiſſ. quod quidam. Vnde tales, qui ſcienter & aduertenter nolunt deſerere peccare mortaliter, non admittuntur ab eccleſia ad abſolutionem: quoniam ij in ſuo attritionis defectu proponunt ſe eccleſiæ clauibus, ut impœnitentes explicando ſuum animum non deſerendi peccatum, aut peccati mortalis ſtatum. Eſt igitur cõtra ſubſtantiam confeſſionis, cum ſit contra formam ſacramenti, talis confeſſio confitentem, ut inabſolubilem eccleſiæ proponens: & ideo, quamuis aliàs integra fuerit, videtur omnino iteranda. Cæterum ſi attritio duas partes ſuas habeat, licet imperfectè (puta, ſic ſe habet ſolum, ac ſi hominem offendiſſet, dicendo, parce mihi de præteritis, ulterius te non offendam,) ex tali tñ imperfectione contritionis confeſſio non eſt iteranda: quia in caſu illo ſaluatur ſubſtantia confeſſionis, & talis confitens ſubijcit ſe ut abſolubilem clauibus Eccleſiæ. Perfecta namq; contritio, de qua in q. 1. arti. 1. exam. diffinit. ſecundæ, non exigitur neceſſario ad peccati deletionem apud forum pœnitentialem Eccleſiæ, ita. ſ. quòd confeſſio facta cum imperfecta contritione hoc vltimo modo dicta ſit neceſſariò iteranda; q̃m confeſſio in foro pœnitentiali Eccleſiæ poteſt eſſe & uera (ut patet hic in reſponſione ad tertium,) & informis. Alioquin niſi poſſet eſſe informis; nullus eſſet certus, ſe eſſe uerè confeſſum: ut in argumento, ſed contra, dr̃. Vnde oporteret; hominem de iteranda confeſſione ſemper ſollicitari, & numquàm confeſſioni uni finem imponere: quod Eccleſiæ pias aures offendit, & a D. Tho. in argumento illo implicite pro magno inconuenienti habetur.

Abſurdũ magnũ uitandum.

¶Coroll. Ergo, quia confeſſus informiter (ut in articulo) ſaluat ſubſtantiam confeſſionis, patet: quòd D. Th. nõ intendit loqui, niſi de ultimo modo per attritionem confeſſo: ut dicitur in ſecunda notatione a ly. Cæterum ſi attritio duas, &c. Pro completiori etiam huius intellectu, uideas notationem primam.

Senſus ueTus artic.

## APPENDIX.

Vtilitas p S. Eccleſia &c.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem oſtendas, meritò declaratum fuiſſe a Papa Alexandro Tertio, quòd confeſſio poteſt eſſe informis. Tunc autem hoc ipſum ille Papa declarauit: q̃ñ Beluacen. Epiſcopo ſcribens ait. Quòd quidam ad confeſſionem de criminibus ueniunt, & quamuis confiteri uelint, ſe tñ aſſerunt abſtinere non poſſe. Conſultationi tuæ taliter rñdemus: quòd eorum confeſſionem recipere debes, & eis de criminibus cõſilium exhibere: quia licet non ſit uera huiuſmodi pœnitentia, admittẽda tñ eſt eorum confeſſio, & crebris & ſalubribus monitis pœnitentia indicenda. Hæc ibi, & recitatur de pœnit. & remiſſ. Ecce: quòd a non contrito poteſt fieri confeſſio ſacerdoti. Verum ſi taliter eſt incontritus, ut ſe inabſolubilem proponat (in quo caſu loquitur Papa:) confeſſio eius admittitur quidem ad audientiam pro ſalubribus monitis, & qualicumque pœnitentia a confeſſario imponenda; ſed non ad abſolutionem. Peccaret namque tunc peccato ſacrilegij tam abſoluens, quàm abſolutionem recipiens: quoniã eorum quilibet contra formam ſacramenti ueniret, ac per hoc iniuriã in eſſentialibus inferret ſacramento. Non tamen propter hoc confeſſio illa reſpuenda, ſed admittenda, dicitur. Multo igitur magis, in caſu noſtro, informis confeſſio admitti debere, per hoc ſignificatur. Nam ibi & impœnitens eſt ipſe confitens, & impœnitentiam ſuam illam manifeſtat confeſſario: in caſu autem articuli noſtri neque impœnitens, ſed imperfectè pœnitens, eſt; & conſequenter impœnitentiam manifeſtare non poteſt: ibi non abſoluitur, hic uero abſoluitur. Secundò habes, quomodo per rationem dictum Pontificis, pro quanto confeſſionem informem ſentit eſſe admittendam, & intelligas, & probes, & defendas. In hoc tamen ſemper præ oculis habeto diſcrimen prædictum, in ſecunda not. poſt ad tertium, inter illas confeſſiones informes: nè fiat error. Tertiò uides: quomodo uiciſſim, & a fortiori, ex his Angelica hæc doctrina declaretur, & conſolidetur.

---

## ARTICVLVS II.

*Vtrum oporteat confeſsionem eſſe integram.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr ꝙ non oporteat cõfeſſionẽ eſſe integram: vt. ſ. omnia peccata vni ſacerdoti confiteantur. Quia erubeſcentia facit ad diminutionẽ pœnæ, ſed quanto pluribus ſacerdotibus, quis confitetur, tanto maiorem erubeſcentiam patitur: ergo fructuoſior eſt confeſſio ſi pluribus ſacerdotibus diuidatur.

¶ 2 Præt. Cõfeſſio ad hoc neceſſaria eſt in pœnitentia, ut pœna ſecundũ arbitrium ſacerdotis peccato taxetur, ſed ſufficiens pœna poteſt imponi a diuerſis ſacerdotibus de diuerſis peccatis: ergo non oportet vni ſacerdoti omnia peccata confiteri.

¶ 3 Præt. Poteſt contingere, quòd poſt confeſſionem factam & ſatisfactionem perfectam, recordetur quis alicuius peccati mortalis, quod dum confitebatur, memoria non habebat, & tunc copiam proprii ſacerdotis, cum quo primò confeſſus fuerat habere non poſſit, ergo poterit id ſolum peccatum alteri confiteri, & ſic diuerſa peccata, diuerſis ſacerdotibus confitebitur.

¶ 4 Præterea, Sacerdoti non debet fieri confeſsio de peccatis, niſi propter abſolutionem: ſed quandoque ſacerdos, qui confeſſionem audit, poteſt de quibuſdam peccatis abſoluere, non de omnibus, ergo ad minus in tali caſu non oportet, quòd confeſſio ſit integra.

SED CONTRA, Hypocriſis eſt impedimentum pœnitentiæ, ſed diuidere confeſſionem ad hypocriſim pertinet, vt Aug. dicit:* ergo confeſſio debet eſſe integra.

* In lib. de fal. & ver. pœn. c. 15. a med. to. 4. li. 4. Sẽt. d. 15. §. ſi.

¶ Præterea, Confeſſio eſt pœnitentiæ pars, ſed pœnitentia debet eſſe integra, ergo & confeſſio.

RESPON. Dicendum, quòd in medicina corporali oportet, quòd medicus non vnum ſolum morbum, contra quem medicinam dare debet cognoſcat, ſed etiã vniuer-

SVPER Q. XXXX. Aliàs 9. Art. II.

CONCL. De neceſſitate confeſſionis eſt: quòd homo oĩa peccata confiteatur, quę in memoria habet.

36

* Cap. Oĩs de pœn. & rem. Cõc. Trid. ſeſſ. 14. c. 5.

¶COROLL. Ergo D. Thom. ſic reſpondendo & innuit confeſſionẽ oportere eſſe integram, & notificat q̃d importat ly eſſe integram. Plura ergo, a ſimili, ordinarie dicit, quotieſcumque reſpondet quæſitis ſub alijs terminis: ut conſiderare eſt paſſim.

¶EXAMEN. Ly quæ in memoria habet. Videlicet, poſt diligentius factam ſuæ conſciẽtiæ diſcuſſionẽ: ut ex Concil. in appen. patebit. Negligenti. n. ſuã conſciẽtiam diſquirere imputabitur; ſi hæc peccata, quę habebat, ex craſſa obliuione confeſſus nõ fuerit: ita ꝙ ipſa ſic negligenter facta cõfeſſio iudicabitur p ſe dimidiata. Quare? Quia iſte non dixit oĩa peccata, quæ in memoria habuit, i. quæ in memoria, diligẽti diſcuſſione pręſuppoſita, habuiſſet. Vñ ſic craſſe negligens, ſi aliquorum peccatorũ obliuiſceretur, & propterea ipſa non confiteretur, obligatus eſſet ad reiterandã illam cõfeſſionem. Vide q. 2. artic. 3. ad 2. Nam ſimile eſt iudicium de integritate contritionis, & cõfeſſionis. Ex his patere poteſt: ꝙ q̃ñ ſacerdos abſoluens dicit, & quorum memoriã non habes, intelligit ſolum de his peccatis; quorũ poſt iuſtam diſcuſſionẽ conſcientiæ memoriã non habes. Nec ex hoc intellectu aliquod inconueniens pijs Chriſti fidelibus ſequitur, ut per Concil. Trid. in appen. videbimus.

De peccatis in memoria habitis cõfeſſio, q̃o intelligatur.

¶PROB. 1. Quia niſi homo confiteretur omnia peccata, cõfeſſarius non

saliter totam habitudinem ipsius infirmi, eo quòd vnus morbus ex adiunctione alterius aggrauatur, & medicina, quæ vni morbo competeret, alteri nocumentum præstaret; quod similiter est in peccatis, quia vnum aggrauatur ex adiunctione alterius, & illud quod vni peccato esset conueniens medicina, alteri incentiuum præstaret, cum quandoque aliquis contrariis peccatis infectus sit, vt Grego. in Pastoral. docet, & ideo de necessitate confessionis est, quod homo omnia peccata confiteatur, quæ in memoria habet, quod si non faciat, non est confessio, sed confessionis simulatio.

Ad primum ergo dicendum, quòd etsi erubescentia sit multiplicior, quando diuidit diuersa peccata diuersis: tamen omnes simul non sunt ita magnæ erubescentiæ, sicut illa vna, quamuis omnia sua simul cõfitetur: quia vnum peccatum per se consideratum, non demonstrat ita malam dispositionem peccantis, sicut quando est cum pluribus aliis consideratum: quia in vnum peccatum aliquis quandoque ex ignorantia, vel infirmitate labitur, sed multitudo peccatorum demonstrat malitiam peccantis, vel magnam corruptionem eiusdem.

Ad secundum dicendum, quòd pœna a diuersis sacerdotibus imposita non esset sufficiens: quia quilibet consideraret vnum per se, & nõ grauitatem ipsius quam habet ex adiunctione alterius, & quandoque pœna, quæ contra vnum peccatum daretur, esset promotiua alterius peccati: & præterea sacerdos confessionem audiens, vicem Dei gerit, & ideo debet ei fieri hoc modo confessio, sicut fit Deo in cõtritione. Vnde sicut non esset contritio, nisi quis de omnibus peccatis contereretur, ita non esset confessio, nisi quis de omnibus, quæ memoriæ occurrerint confiteatur.

Ad tertium dicendum, quòd quidam dicunt, quòd quando aliquis recordatur eorum, quæ prius oblitus erat, debet etiam ea, quæ prius confessus fuit confiteri, & præcipuè si non potest eundem habere, cui ante confessus fuerat, qui omnia cognoscit vt totius culpæ quantitas vni sacerdoti innotescat. Sed hoc nõ videtur necessarium: quia peccatum habet quantitatem, & ex seipso, & ex adiũctione alterius: peccatorum autem, de quibus confessus est, manifestauit quantitatem, quàm ex seipsis habent; ad hoc autem, quòd sacerdos vtramque quantitatem peccati huiusmodi cognoscat, sufficit quòd hoc peccatum confitens dicat explicite, & alia in generali, dicendo, quòd cum alia multa confiteretur, huius oblitus fuit.

AD

non cognosceret grauitatem peccatorum (cum vnum aggrauetur ex adiunctione alterius) neque posset salubriter mederi confitenti (cum id, quod est conueniens medicina vni peccato, sit quandoque incentiuum alterius. Et de necessitate est, quòd confessarius cognoscat totam confitentis habitudinem. i. peccatorum ipsius grauitatem; vt ipsius infirmitati salubriter medeatur (patet, a simili immo a fortiori, de medicina corporali) Secũdo. Quia nisi homo omnia peccata cõfiteatur, nõ est confessio, sed cõfessionis simulatio.

¶ Examen. Per ly omnia peccata, intellige mortalia, tam certa, quàm dubia, supra, q. 6. articu. 4. ad tertium, & quartum, eorumq; circunstantias necessarias. quæst. sexta, artic. secundo, ad secũdum, & q. 7. arti. 2. ad primum, quę, uel quas, non fuit alias confessus. Ly non est confessio, scilicet quæ est materia sacramenti pœnitentiæ. Ly confessionis simulatio, idest ex propria ratione repugnans formæ confessionis, hoc est absolutioni. Nam impium est dimidiam a Deo sperare veniam: de pœn. dist. tertia, cap. pœnitentes, vel cap. plures pœnitentes.

1^m de minori.

Maiorem. ℞. Extẽsiuè, non intensiuè. §. Tunc nihil, &c. Quando enim dicitur, quòd erubescẽtia facit ad diminutionem pœnæ, intelligitur principaliter de erubescentia intensiua: maximè verò ĩ casu nostro, in quo extensiua, idest multiplicior, non causatur ex sufficienti demonstratione malæ dispositionis peccatoris, & intensiua causatur ex demonstratione sufficienti talis dispositionis illius (vt in litera declaratur.)

¶ Coroll. Ergo ex amore proprio, quo quis malam suam dispositionem, vt oportet a confessario cognosci recusat, oritur dimidiata cõfessio. i. fit, quòd quis nolit omnia peccata sua uni aperire. Ergo amor proprius etiam postquam ad peccatum nos prius traxit, nostram salutem, quæ in confessione foret speranda, impedit: ac nouorum peccatorum, atque peiorum, causa existit. Quando enim ex intentione, seu uoluntariè dimidiatur confessio nouum peccatum, & sacrilegij quidem (quod peius est priore) contra sacramentum pœnitentiæ, incurritur; & toties, quoties: adeo quòd unum peccatum in confessionibus ducentis voluntarie suppressum generat ducenta peccata mortalia, in specie sacrilegij sacramentalis. Vnde non tantum damnatio quasi incomparabiliter maior peccatori illi prouenit: sed etiam erubescentia, ad claudendum os in confessione, mirum in modum augetur: & (quod deterius est) præsumptio quandoque, uel desperatio simul paulatim nascitur. Præsumptio; quia sine confessione dimittenda sibi peccata, propter multa opera de genere bonorum facta, sperat, contra quæst. 6. arti. 1. & 3. & 6. desperatio, quia tanta peccatorum mole pressus maiorẽ suam esse iniquitatem putat, quàm ut inde emergere possit.

Amor ꝓprius truncatæ cõfessionis causa. Quomodo unum peccatum innumera fere pariat, & deteriora.

¶ Examen. Ly malitiam peccantis. Per malitiam, intelligi etiam hic potest id; quod dicimus, peccare sub spe ueniæ, seu impunitionis. Quod quantum sit in comparatione ad peccata ignorantiæ, & infirmitatis noxium, ad remittendumque difficile: monstrat Concilium Cabilonense secundum, cap. 36. sed nec hoc prætereundum putauimus: quòd quidam ex industria peccantes, propter eleemosynarum largitionem, sibi quandam promittunt impunitatem. Eleemosyna enim extinguit peccata, iuxta illud; ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna extinguit peccata. Sed ea, quæ aut necessitate, aut casu, aut qualibet fiunt fragilitate; ea uerò, quæ ex industria, aut cuiuslibet libidinis explendæ causa icciirco fiunt, vt eleemosyna redimantur, nequaquam eis redimi possunt: quia, qui hoc perpetrarunt, uidentur Deum mercede conducere, ut eis impunè peccare liceat. Non ergo quis icciirco peccare debet, ut eleemosynam faciat: sed ideo eleemosynam facere debet, quia peccauit. Hæc ibi. Ex his patet; quòd multum refert cognoscere: an quis per ignorantiam, infirmitatem, uel per malitiam, seu ex industria lapsus fuerit.

Per malitiam peccare, maximi est dãni.

Conciliũ. Eccl. 3.

2^m de maiori.

Vt pęna. ℞. Sufficiens et non qualiscumque. §. Tunc &c. Nam pœna a diuersis sacerdotib. imposita, &c. ut in litera. Ex qua dicito, quòd tertia ratio adducta, scilicet licet sacerdos confessionem audiẽs vicem Dei gerit, & ideo debet ei fieri hoc modo confessio, sicut fit Deo in contritione; dicito, inquã, quòd ista ratio est quædam probatio conclusionis articuli, & quidem satis clara. Vt De necessitate cõfessio debet esse integra, idest homo, tenetur confiteri omnia peccata, quę in memoria habet. Quare? Quia sacerdos confessionem audiens vicem Dei gerit: & vicem Dei sic gerenti debet confessio fieri hoc modo, sicut fit Deo in contritione.

Concl. repetitio cũ noua probatione.

3^m de conclusione.

Confiteri. ℞. Explicitè, confitendo simul implicitè, i. ĩ generali, alia dicendo, quòd &c. ut in litera. §. Tunc ni. &c. Nam per talem confessionem explicitam & implicitam confessario ultimo factam, innotescit grauitas peccatorum ex se, & ex adiunctione Ex litera ly non est necessarium, dic, quòd illa opinio quorundam prænarrata, nõ reprobatur ut falsa, sed ut necessaria. Non enim est necessarium confiteri; tunc modo, quo illi dicunt: licet absque erronea conscientia, sic confiteri sit bonum.

¶ Notatio. Quomodo in casu obliuionis procedendum tibi sit ad acquirendam memoriam, & de multis ad hoc pertinentibus, vide quæst. 2. artic. 3. ad secundum, obseruabis quoque semper in tali materia discrimen inter obliuionem peccatorum post diligentiam iustam, & sine ista; ut supra not. post concl. immediate. Et scito, quòd D. Thomæ responsio loquitur de oblitis post iustam diligentiam, non de oblitis post examinandæ propriæ conscientię, vel negligentiam, uel crassam diligentiam. In hoc enim casu, prima opinio non tantum bona, sed etiam necessaria esset. Tunc autem diligentia in conscientiæ examine ponenda uidetur iusta, quando tanta est, quanta poneretur in re, quæ maximè esset cordi (præsertim cum cura animæ propriæ omnibus alijs curis præponderet,) seruatis conditionibus personarum, negociorum, prorogationis inter confessiones temporum, & similium: ita ut, omnibus his concurrentibus credat quis vere, omni dolo remoto, diligenti sufficientia propriam conscientiam examinasse. Hinc fit: ut diligentia, quæ sufficiens iudicatur huic per mensem tantum iam confesso, non iudicetur sufficiens ei, qui semel tantũ in anno confessus est: & ut illa, quæ sufficit mercatori mediocri, non sufficiat mercatori admodum magno: & ut sufficiens parumper inter homines discolos conuersanti existat insufficiens frequenter, uel semper in talibus in hominum uarijs tentationibus, peccandique occasionibus conuersanti: & ut magnam memoriam habenti (siue per naturam, siue per artem, aut de peccatis suis quotidianam scripturam) reputata sufficiens non sit sufficiens ei, qui paruæ memoriæ existit.

Cõcordia duarũ opinionum in textu dictarum.

Diligentia examinis consciẽtiæ sufficiens quæ sit.

Quæ-

4^m de maiori. Propter absolutionem. R. Vel cognitionem quantitatis totius culpæ. Habendam scilicet à confessario vno. §. Tunc &c. Nam etiam si sacerdos, qui confessionem audit, non de omnibus possit absoluere; tamen pœnitens tenetur sibi omnia, &c. vt in tex. Ex quo formaliter applices ad argumentum sic. Illi sacerdoti, qui de omnibus potest absoluere, fit confessio de omnib. peccatis, & propter vniuersalem absolutionem, & propter cognitionem, id est & vt cognoscat quantitatem totius culpæ, & vt de omnibus absoluat: illi verò sacerdoti, qui non potest de omnibus absoluere, fit de omnibus peccatis confessio propter particularem absolutionem, & propter vniuersalem cognitionem, id est vt cognoscat quantitatem totius culpæ, & vt absoluat de non reseruatis, remittendo ad tribunal superius pro absolutione reseruatorum.

AD QVARTVM dicendum, quòd etiã si sacerdos non de omnib. possit absoluere, tñ tenetur sibi omnia cōfiteri; vt quantitatē totius culpæ cognoscat, & de illis, de quibus non pōt absoluere, ad superiorem remittat.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem interimas hæreses Lutheri dicentis: confitenda non esse omnia peccata mortalia, quia impossibile est omnia peccata mortalia cognoscere: nec necessarium esse omnium peccatorum examen. Item dicentis, confiteri dum volumus purè omnia peccata, nihil aliud facimus, quàm quòd misericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoscendum. Item hæresim Sectariorum dicentium: confiteri peccata, & enumerare, est Papistica carnificina, & impietas. Secundò habes, quomodo per rationem ostendas: omnes hos errores fuisse meritò damnatos à Concil. Trid. sess. 14. c. 5. sic. Ex institutione sacramenti pœnitentiæ iam explicata, vniuersa Ecclesia semper intellexit; institutam etiã esse à Domino integram peccatorum confessionem, & omnib. post baptismũ lapsis iure diuino necessariã existere. & infrà. Ex his colligitur: oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorũ post diligentem sui discussionem conscientiam habent, in confessione recenseri. & infrà. Itaque dum omnia, quæ memoriæ occurrunt peccata Christi fideles confiteri student, proculdubio omnia diuinæ misericordiæ ignoscenda exponunt: qui verò secus faciunt, & scienter aliqua retinent, nihil diuinæ bonitati per sacerdotem remittendum proponunt. Hæc ibi. Vnde liquidò constat, quòd totum oppositum est eius, quod Lutherus aiebat. Tantum enim abest à vero, quòd confiteri volens purè omnia, nihil ignoscendum diuinæ misericordiæ relinquere velit: vt per hoc, quòd confitetur omnia, paret sibi viam percipiendi veniam de omnibus; & per hoc, quòd non confitetur omnia, nullius sibi à diuina largitate indulgentiam procuret. Post præmissa, adhuc errores illos impugnando, subinfert ibi idē Concilium. Colligitur præterea, etiam eas circũstantias in confessione explicandas, quæ speciem peccati mutant. & infrà. Sed & impium est: confessionem, quæ hac ratione fieri præcipitur, impossibile dicere, aut carnificinam illam conscientiarum appellare. Constat. n. nihil aliud in ecclesia à pœnitentibus exigi, quàm vt postquam quisque diligentius se excusserit, & conscientiæ suæ sinus omnes, & latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum, & Deum suum mortaliter offendisse meminerit: reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti nō occurrunt, in vniuersum eadem confessione inclusa esse intelliguntur; pro quibus fideliter cũ Propheta dicimus, Ab occultis meis munda me Domine. Ipsa verò huiusmodi cōfessionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia, grauis quidē videri possent: nisi tot, tantisq; cōmodis, & cōsolationibus leuarent, quę oĩbus dignè ad hoc sacramentum accedentibus per absolutionem certissime conferuntur. Hæc ibi. Item à Concilio Cabilonensi 2. c. 32. sic. Hoc emendatione egere perspeximus, quòd quidam, dum confitentur peccata sua sacerdotibus, non plenę id faciunt. Quia ergo cōstat; hominem ex duabus esse substantijs, anima videlicet, & corpore, & interdũ animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur: solerti indagatione inquiri debent ipsa peccata, vt ex vtrisque plena sit confessio. Hæc ibi. Ecce. Detestatur illos, qui non plene, i. integrè confitentur: & non solũ indagatione, sed etiã solerti, inquirenda esse peccata, per examē vtriusq; conscientię Synodus ista pronunciat. Itē à Papa Eugen. IIII. in decr. Armenis dato, sacro approbante Conc. Floren. sic. Secunda est oris confessio; ad quàm pertinet, vt peccator omnia peccata, quorũ memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Hæc ibi: & per ly secunda, intelligit secundam partē pœnitentiæ. Item à Leone X. in Bulla contra errorē Lutheri. Vide circa hoc suprà q. 1. art. 1. & 3. par. q. 68. art. 9. Item à Concilio Triden. sess. 14. can. 8. Si quis dixerit: Confessionem omnium peccatorum, qualē Ecclesia seruat, esse impossibilem, & traditionē humanã, &c. anathema sit. Hæc ibi. Quæ autem sit confessio, qualem Ecclesia seruat, prædeclarauerat idem Concilium cano. 7. sic. Si quis dixerit: in sacramento pœnitentiæ ad remissionem peccatorum, necessariũ non esse iure diuino confiteri omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quæ sunt contra duo vltima decalogi præcepta; & circunstantias, quæ peccati speciem mutant: sed eam confessionem tantum esse vtilem ad erudiendum & consolandum pęnitentem: & olim obseruatam fuisse tantum ad satisfactionem canonicam imponendam: aut dixerit; eos, qui omnia peccata confiteri student, nihil relinquere velle diuinæ misericordiæ ignoscendũ: aut demum, non licere confiteri peccata venialia; anathema sit. Hæc ibi. Item à &c. vt suprà q. 6. ar. 2. & 3. Item ab Innocentio III. in Concilio Lateranen. cap. 21. omnis vtriusque sexus fidelis, cum ad annos discretionis peruenerit, omnia sua peccata confiteatur fideliter. Hæc ibi. Nota ly omnia. Ergo confiteatur integraliter. Nota ly fideliter. Ergo, diligenti examine præuio, vel saltem concomitante. De qualitate huius examinis vide suprà in not. post ad tertium, & hic in append. Vide Roffensem contra Lutherum art. 8. & 9. Tertiò habes: quomodo per rationem præmissa sanctorum Patrum documenta, pro quanto confessionem oportere esse integram dicunt, & probes, & declares, & defendas. Quartò vides: quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, & declaretur.

2 — Sensus inuersus Lutheri. — Diligentia facieda añ cōfessionē in examine suæ cōsciē tiæ quāta. — Confessio nō est grauis. — Confessio qualē Ecclesia seruat. — 3 — 4

---

SVPER Q. XL. Aliàs 9. Art. III.

ARTICVLVS III.

*Vtrum quis possit per alium, vel per scriptum confiteri.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd possit per alium quis confiteri, vel per scriptũ, quia confessio necessaria est ad hoc vt conscientia pœnitentis sacerdoti pandatur, sed homo potest per aliũ, vel per scriptum suam conscientiam sacerdoti manifestare. ergo sufficit per alium, vel per scriptum confiteri.

¶ 2 Præterea. Quidam non intelliguntur à propriis sacerdotibus propter linguæ diuersitatem, & tales nō possunt, nisi per alios confiteri. ergo non est de necessitate sacramenti, quòd per seipsum quis confiteatur, & ita videtur quòd si per alium quis confessus fuerit qualitercũque, sufficiat ei ad salutem.

¶ 3 Præterea. De necessitate sacramenti est, quod homo proprio sacerdoti confiteatur, vt ex dictis † patet: sed aliquando proprius sacerdos est absens, cui non potest pœnitens propria voce loqui, posset autē per scriptũ ei suã conscientiã manifestare. ergo vr̃ quòd per scriptum ei suã conscientiam transmittere debeat.

SED CONTRA. Homo ad confessionem peccatorum, sicut ad confessionem fidei obligatur, sed confessio fidei ore est facienda, vt patet Rom. 10. ergo & confessio peccatorum.

¶ Præterea. Qui per seipsum peccauit, per seipsum debet pœnitere, sed confessio est pœnitentiæ pars. ergo pœnitens debet confiteri propria voce.

RESPON. Dicendum, quòd confessio non solum est actus virtutis, sed etiam pars sacramenti, quàmuis autem ad eam secundùm quòd est actus virtutis, sufficeret qualitercumque fieret, etsi non esset tanta difficultas in vno modo sicut in alio: tamen secundùm quòd est pars sacramenti, habet determinatum actum, sicut & alia sacramenta habent determinatam materiam; & sicut in baptismo ad significandam interiorem ablutionem, assumitur illud elementum, cuius est maxima vis in abluendo, ita in actu sacramenti ad manifestandum ordinariè assumitur ille actus, quo maximè consueuimus manifestare, scilicet proprium verbum. Alii enim modi sunt inducti in supplementum istius.

AD PRI-

† q. præce. ar. 5.

57

CONCL. In actu sacramenti confessionis ad manifestandum ordinariè assumitur ille actus, quo maximè consueuimus manifestare, scilicet proprium verbum.

¶ EXAMEN. Dicitur ly ordinariè; quia in casu potest aliter fieri, vt in responsione ad secundum patet. Ergo ad titulum directè dic. Confessio sacramentum nō potest fieri ordinariè per alium, neque per scriptum; nisi in casu, vt dicetur ad argumentum secundum.

¶ PROB. Quia in baptismo ad significãdam interiorem ablutionem assumitur illud elementum, cuius est maxima vis in abluendo: & baptismo debet confessio in suo esse, i. in manifestando pęnitentis conceptum, assimilari (cùm vtrumque sit sacramentum).

Primum

**1m de maiori.** Pandatur. ℞. Per actū determinatum: non, qualitercumque. §. Tunc &c. Licet enim per scriptum, vel per alium, possit quis conscientiam propriam sacerdoti manifestare: tamen illam tunc non manifestat per actum determinatum, de quo conclusio, i. per proprium verbum. Ex litera ergo ista dic: quòd quando in corpore dixit sacramenta habere determinatam materiā vel actum, intellexit per ly determinatam, non qualitercumque determinatam, sed communi, seu ordinario modo, quasi naturaliter, ad tale opus determinatam.

Quid per ly determinatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut in baptismo non sufficit qualitercumque abluere, sed per elementum determinatum: ita nec in pœnitentia sufficit qualitercumque peccata manifestare, sed oportet, quòd per actum determinatum manifestentur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd in eo, qui vsum linguæ non habet, sufficit quòd per scriptum, aut per nutum, aut interpretem confiteatur: quia non exigitur ab homine plus quàm possit, quáuis homo non possit, vel debeat baptismum accipere, nisi in aqua, quia aqua est omnino ab exteriori, & nobis ab alio exhibetur, sed actus confessionis est à nobis; & ideo quando non possumus vno modo, debemus secundū quòd possumus confiteri.

AD TERTIVM dicendum, quòd in absentia proprii sacerdotis, potest etiam laico fieri cōfessio: & ideo non oportet quòd per scriptum fiat: quia plus pertinet ad necessitatem confessionis actus, quàm ille, cui fit confessio.

**2m de concl.e** Non est de necessitate sacramēti, quod per seipsum quis confiteatur. ℞. Quando non potest hoc modo, id est per seipsum confiteri. §. Tunc nihil &c. Non enim exigitur ab homine, quantum ad actus à seipso existentes, plus quàm possit: & ideo appositum in conclusione fuit ly ordinarie. Quasi per hoc appositum diceretur. Quandocumque potest homo per seipsum, i. per proprium verbum confiteri; tenetur ad sic confiteri, nec potest aliter: quando autem non potest, non tenetur, sed tunc debet secundùm quòd potest, confiteri.

¶NOT. Aduertas diligenter id, quod de baptismo ad differentiam confessionis in textu dicitur: ne illa propositio, Non exigitur ab homine plus quàm possit, male intellecta, fiat tibi in ruinam. Hinc dices: & eucharistiam non posse confici, nisi in vino vitis, & pane triticeo; etiamsi quantacumque necessitas adesset, puta solum vinum malogranatorum, vel panis castaneacius. Quòd de eucharistia dicitur, ad alia similia applicato: puta deficiente prorsus oleo oliuarum pro inungendo infirmo, non possum vti loco illius oleo nucum, vel amygdalarum, &c. Hinc recto intellectu præmissæ propositionis ductus ab errore præseruaberis dicentium; quòd paruuli, quando in casu necessitatis extremæ (siue ob defectum aquæ, siue ob aliquid aliud, proueniat ista necessitas) non possunt baptizari, saluantur in voto parentum, illos videlicet baptizare intendentium. Ratio quare de huiusmodi, & de confessione non debeat in hoc fieri idem iudicium, assignatur in textu: quamobrem illam vigilanter intelligas, vnde & circa propositionem hanc. Non exigitur ab homine &c. esto cautus (vt in elucid. glossatur in ad secundum.)

Quomodo intelligat hęc propositio vulgatissima, Non exigitur ab &c.

¶EXAM. Ly per scriptum. Hoc intelligitur sic: quod pœnitens ille personaliter præsens debet scripturam in manibus proprijs tenere, & non dare in libertatem confessarij, vt sic confessio, quæ de natura sua est secreta, ex scriptura ipsa minus habeat de publico. Potest etiam, vt secretior semper sit scriptura, & consequenter confessio, talis non habens vsum linguæ, & sciens legere, confiteri modo sequenti. Habeat chartam vnam, in qua scripta sint nomina specierum omnium peccatorum mortalium, necessariarumque circunstātiarum: & chartam aliam, in qua sint numeri. Habeat & alias chartas: in quarum vna scriptum sit, dubito, in alia, credo, vel æstimo, in alia, commisi, in alia, non recordor. Deinde personaliter ad confessionem accedens sacerdoti ostendat digito in vna prædictarū chartarum peccatum proprium cum circunstantia eius necessaria; item in alia numerum peccati: &, si non est certus, vel de peccato, vel de circunstantia, vel de numero, sed dubitans, aut æstimans, aut credens, aut non recolens, potest ostendendo peccatum, vel circunstantiam, vel numerum simul ostendere chartam illam, in qua est dubito, aut æstimo, aut credo, aut non recordor: si autem fit certus, simul ostendat illam, in qua continetur, commisi. Secretior, (dixi) est ille modus semper: quia, etiam quòd chartæ ipsæ in medio platearum deciderent, non potest inde sequi vlla cuiuscumque peccati manifestatio; vt apertissimè patet. Hinc fit: quòd non excusatur à præcepto confitendi vsum linguæ non habens, si negligat sic, vel alio modo confiteri: quod denotauit litera per ly quando non possumus vno modo, debemus secundum quòd possumus confiteri.

Modus valde securus quo cōfessio ne mutorū, vel aliàs vsum linguæ nō habentium.

**3m illatio conclusionis.** Ergo videtur, quòd per scriptū &c. ℞. Negat illatio. §. Nam ipsa propositio maior limitatur sic, quando s. proprius sacerdos est præsens. In absentia. n. proprij sacerdotis, &c. vt in litera.

¶NOT. Maior illa, de necessitate sacramenti, &c. accipit ly proprio sacerdoti, pro sacerdote iurisdictionem vel ordinariam, vel delegatam habente. Non. n. de necessitate sacramenti est, quòd quis confiteatur curato; sed tenet sacramentum, etiam si confiteatur alij vel ex priuilegio, vel mandato superioris authoritatem habenti: licet sacramentum non teneat, si sacerdoti iurisdictione omnino carenti fiat confessio. vnde Concilium Trident. sess. 14. cap. 7. inquit: Quoniam natura, & ratio iudicij illud exposcit, vt sententia in subditos dumtaxat feratur: persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat; nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem. Hæc ibi. Vide quæstionem 8. artic. 4. & 5.

Concil. de confitēdo iurisdictionē habēti.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò: quomodo per rationem explodas erroneas propositiones Erasmi (has recenset Iacob. Lep. Stunica post suum itinerariū inter propos. quas tāquàm suspectas ipse excerpsit ex lib. Erasmi) dicentis, confessio clancularia, quæ nunc recepta est, & in aurem fit, videtur ex consultationib. priuatis esse nota; quæ solet apud Episcopos fieri, si quis scrupulus vrgeret animum. Iterum dicētis: confessionem admissorum secretam, apparet, Hieronymi tempore nondum fuisse institutam. Si. n. confessio per internuncium, scriptum, testem, vel epistolam non potest fieri, secundum articulum hūc: vtiq; sancti Doctoris ratio præsens prædictas propositiones exterminat. Nam hinc discurrenti patet: quòd, esse secretò factam: cōuenit confessioni aliundè, quàm ex illis consultationibus priuatis apud Episcopos fieri solitis, & consequenter, quòd ante Hieronymi tempora, talis secreta confessio fuit instituta. Vt quid enim scriptura, interpres, testis, excluduntur à confessione? Ad significandum: quòd confessio debet esse non tantum secreta, sed etiam magis secreta, quàm fieri possit. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illas propositiones erroneas meritò fuisse dānatas à Papa Leone primo in epistola 78. ad vniuersos Episcopos per Campaniam, Samnium, & Picenum constitutos, sic. Illam etiam contra Apostolicam regulam præsumptionem, quam nuper agnoui à quibusdam illicita vsurpatione committi, modis omnibus constituo submoueri (de pœnitentia videlicet, quæ ita à fidelibus postulatur): ne de singulorum peccatorum genere libellis scripta confessio publicè recitetur; cùm reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secreta, quamuis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur; tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata, vt ea, qui pœnitentiam poscunt, non timeant publicare, remoueatur improbabilis consuetudo; ne multi à pœnitentiæ remedijs arceantur; dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta reserare, quibus possunt legum constitutione percelli: sufficit enim illa confessio, quæ primum Deo offertur tum etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit, tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt prouocari; si populi auribus non publicetur conscientia confitentis. Hæc ibi. Item à Concilio Tridentino sess. 14. cap. 5. sic. Cæterùm, quo ad modum confitendi secretò apud solum sacerdotem, etsi Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humiliationem, cùm ob aliorum exemplum, tum ob ecclesiæ offensæ ædificationem, delicta sua publice confiteri possit; non est tamen hoc diuino præcepto mandatum, nec satis consultè humanā aliqua lege præciperetur; vt delicta, præsertim secreta, publica essent confessione aperienda. Vnde cùm à sanctissimis & antiquissimis Patribus magno vnanimique consensu secreta confessio sacramentalis, qua ab initio Ecclesia sancta vsa est, & modo etiam vtitur, fuerit semper commendata, manifestè refellitur inanis eorum calumnia, qui eam à diuino mandato alienam, & inuentum humanum esse, atque à Patribus in Concilio Lateranensi congregatis initium habuisse, docere non verentur. Hæc ibi. Ante Hieronymi ergo tempora secreta confessio fuit in vsu, quoniam ab initio illa, Ecclesia sancta vsa est: & cum non sit inuentum humanum, non est nata ex priuatis consultationibus ab Erasmo dictis. Nota Concilij verba ly secretò apud solum sacerdotem: quòd per hoc innuere videtur, confessionem fieri non posse per alium, neque per scriptum. Si enim solummodo per hoc suum dictum significare voluisset, quod confessio fieret in præsentia sacerdotis, sufficeisse videretur ly apud solum sacerdotem: cùm verò addat ly secretò, videtur excludere per hoc & interpretem & scriptū, (vt in articulo præsenti sanctus Thomas determinauit). Tertiò habes, quomodo per rationem sanctorum Patrum præmissa decreta, pro quanto confessionem dicunt secretam, id est non per alium, neque per scriptum esse debere, & declares, & probes, & defendas. Quartò vides: quomodo vicissim ex ijs Angelica hæc doctrina consolidetur, & declaretur.

SVPER

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum conditiones assignatæ requirantur ad confessionem.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ illæ conditiones, quæ à magistris assignantur, his versibus contentæ, non requirantur ad confessionem.

Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis;
Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda,
Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

Fides enim, & simplicitas, & fortitudo sunt per se virtutes. ergo non debent poni per se conditiones confessionis.

¶ 2 Præterea. Purum est quod non habet permixtionem: similiter simplex compositionem, & permixtionem aufert. ergo superfluè vtrumq; ponitur.

¶ 3 Præterea. Peccatum semel commissum nullus tenetur confiteri nisi semel. ergo si homo peccatum non iterat, non oportet, quòd sit frequens.

¶ 4 Præterea. Confessio ad satisfactionem ordinatur, sed satisfactio quandoque est publica. ergo & confessio non semper debet esse secreta.

¶ 5 Præterea. Illud, quod non est in potestate nostra, non requiritur à nobis, sed lachrymas emittere, non est in potestate nostra. ergo non requiritur ad confitentem.

RESPON. Dicendum, quòd dictarum † conditionum quædã sunt de necessitate confessionis, quędam de bene esse ipsius. Ea autem, quæ sunt de necessitate confessionis, vel competunt ei secundùm quòd est actus virtutis, vel secundum quòd est pars sacramenti. Si primo modo, aut ratione virtutis in genere, aut ratione specialis virtutis cuius est actus; aut ex ipsa ratione actus. Virtutis autem in genere sunt quatuor conditiones: vt in 2. * Ethicor. dicitur. Prima est, vt aliquis sit sciẽs, & quantum ad hoc confessio dicitur esse discreta, secundùm quòd in actu omnis virtutis prudentia requiritur. est autem hæc discretio, vt maiora cum maiori pondere confiteantur. Secunda conditio est, vt sit eligens, quia actus virtutum debent esse voluntarii, & quantum ad hoc dicit, libens. Tertia conditio est, vt propter hoc, scilicet debitum finem, operetur: & quantum ad hoc dicit, quòd debet esse pura, vt scilicet recta sit intentio. Quarta est, vt immobiliter operetur: & quantum ad hoc dicit, quòd debet esse fortis: vt scilicet propter verecundiam non dimittat. Est autem confessio actus virtutis pœnitentiæ: quæ quidem primo initium sumit in horrore turpitudinis peccati, & quantum ad hoc confessio debet esse verecunda, vt scilicet non se iactet de peccatis propter aliquam sæculi vanitatem admixtam. Secundo progreditur ad dolorem de peccato commisso: & quantum ad hoc dicitur esse lachrymabilis. Tertio, in abiectione sui terminatur, & quantum ad hoc debet esse humilis, vt se miserum confiteatur, & infirmum. Sed ex propria ratione huiusmodi actus, qui est confessio, habet quòd sit manifestatiua, quæ quidem manifestatio per quatuor impediri potest. Primo, per falsitatem, & quantum ad hoc dicit, fidelis, id est, vera. Secundo per obscuritatem verborum, & contra hoc dicit nuda, vt non inuoluat obscuritate verborum. Tertio, per verborum multiplicationem, & propter hoc dicit, simplex, vt non recitet in confessione, nisi quod ad quantitatem peccati pertinet. Quarto, vt non subtrahatur aliquid de his, quæ manifestanda sunt, & contra hoc dicit, integra. Secundum autem quòd confessio est pars sacramenti, sic concernit iudicium sacerdotis, qui est minister sacramenti. Vnde oportet, quòd sit accusans ex parte confitentis, parere parata per comparationem ad sacerdotem. Secreta, quantum ad conditionem fori, in quo de occultis conscientiæ agitur. Sed de bene esse confessionis est, quòd sit frequens, & quòd sit accelerata, vt scilicet statim confiteatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est inconueniens, quòd conditio vnius virtutis in actu alterius inueniatur, qui ab ipsa imperatur; vel quia medium, quod est

vnius

* lib. 2.c.4.

### SVPER QVAEST. XL. Aliàs 9. ART. IIII.

COncl. Dictarum conditionum, quæ sunt 16. quædam sunt de necessitate confessionis, quædam de bene esse ipsius.

¶PROB. Quia quædam competunt confessioni, vel secundum ꝙ est pars sacramenti (sic tres videlicet accusans, parere parata, secreta) vel secundũ ꝙ est actus delictorum manifestatiuus (quatuor, s. fidelis, nuda, simplex, integra, vel secundùm quòd est actus virtutis (quatuor, s. discreta, libens, pura, fortis,) vel secundum ꝙ est actus virtutis pœnitentiæ (tres, s. verecunda, lachrymabilis, humilis.) Secunda pars, s. quædam de bene, &c. probatur: Quia ly frequens, & ly accelerata, sunt de bene esse confessionis.

38

¶NOT. Pro meliori capitu de ly lachrymabilis, vide quæst. 1. ar. 1. exam. secundę diffi. (cũ dicitur, quòd hæc conditio frequens est de bene esse confessionis, intelligendũ est per se, nõ per accidens; & de frequentia ex deuotione, nõ ex erronea conscientia nascẽte. Per se enim loquendo, non inuenitur præceptum de frequentia maiore, quàm semel in anno, si tamen frequẽtia vocari possit. Per accidens autem, fieri potest: quòd quis debeat, vel fortè etiam teneatur, frequẽtius confiteri. Interroget ergo seipsum vnusquisque, & videat; quantum detrimenti in anima patiatur ex tam rara cõfessione, qđ euitaret, si frequentius confiteretur: & inde cognoscet; si per accidens (id est propter tollẽdas occasiones, vel obliuionum peccatorũ, vel infirmitatũ suarum, vel consuetudinum in peccando, vel omnium illorũ simul) teneatur, aut quasi ad hoc; vt frequentius, & taliter frequentius confiteaꝛ. Rursus. Cõfessionis frequentia ex deuotione nascẽs est: quando quis eadem peccata sæpius confitetur cũ conscientia quieta, sine molestia confessariorum, non conterendo in hoc tẽpus in alijs pijs magis aut vtilibus expẽdendum, & (vt vno verbo dicatur) seruatis prudentiæ conditionibus. Confessionis verò frequentia ex erronea conscientia nascens est: quando quis ex scrupulosa & inquieta phantasia cadit in conscientiam hanc, quòd scilicet debeat iterare, vel reiterare pluries confessionem. Secundam hanc confessionis frequentiam non dicit Diuus Thomas esse bonam: quoniam vituperabile hoc est, quòd quis non procuret pacem animæ & conscientiæ suæ. Hæc autem pax cum huiusmodi scrupulosis iterationibus

non

Aureum notandum de frequẽtia confessionis debita.

non solum non stat; sed etiam ab eis impeditur: vt experientia docet. Medicinam igitur pro similibus accipe: licet ab instituto nostro succinctè declarandi nudum textum digredi, pro animarum salute, parum videamur. Quando huiusmodi iterationis phantasia accidit in veritate: deberet tali phantasia agitatus, postquàm semel confessus est, & absolutus, ita, vt tam ipse, quàm confessarius doctus sufficiẽtem iudicet confessionẽ, quiescere; & si postea aliquis scrupulus de aliquo tãquàm de non confesso occurrerit, si sibi videtur quod fuerit confessus de illo, quiescat, & non amplius confiteatur. Nec talis periculo seipsum exponit propterea, quod non est certus se esse cõfessum de illo occurrente scrupulo: quoniam reputandum est huic bono viro infirmo hoc vt certum, quod apud alium non subiectum scrupulis esset opinio. Est. n. passio hæc infirmitas corporalis impediens pro tunc firmitatem iudicij: & timor, & motus phantasiæ operantur in tantũ, vt nisi quiescat, consurgant tot ambigua, vt nunquàm videatur confessus. Cuius signũ est: & quòd idem peccatũ isti tales pluries confitentur, & quòd semper in dubium reddũt confessiones: cum tamen diligentius fortè cæteris cõfessi fuerint. Non est autem in potestate talium retinere motũ phantasiæ, nisi in principio viriliter comprimatur, atq; prudẽter: vnde motu ipso concitato, neq; compresso, sequũtur pericula corporis & animæ, quæ tollunt sine impediũt vtriusque bona; superius autem dixi ly in veritate, propter personas iterãtes cõfessionem frequenter, non quia in veritate scrupulose sint: sed quia nunquam in veritate confitentur; ita, ꝙ semper confitentur, & nunquã confessæ sunt. Cæterùm (vt ad textũ redeamus) ly frequens differt à ly accelerata: quoniam is dicitur accelerate confiteri, qui statim post peccatum confitetur, is verò frequenter ꝙ pluries, etiam ꝙ non statim. Intelligitur autem ly accelerata esse de bene esse cõfessionis actualis extra tempus necessitatis: vt est tempus periculi mortis, & semel in anno. Vide q. 6. art. 5.

Scrupulosa confessionis iteratio medicatur.

Scrupulositas nimia est passio, i. infirmitas corporalis quædam.

1m conclusionis illatio. Ergo non debent &c. R. Negatur illatio. §. Non. n. est inconueniens, quòd conditio &c. vt in litera. Ex qua dicito: quòd fides, simplicitas, fortitudo, sumuntur nunc, vt sunt conditiones illarum virtutum; non vt sunt præcisè illæ virtutes, pura, sumitur fides non vt est virtus theologa, sed vt est conditio quædam ipsius

virtutis.

virtutis.i.vt est verax,& sic de alijs (vt ex corpore colligitur).

¶Corol. Ergo antecedens illud ly sunt per se virtutes, intelligitur sic.i. sunt conditiones illarum virtutum, vel illarum rerum, quæ sunt per se virtutes. Quia verò imperatur confessio peccatorum ab illis virtutibus, ideo conditiones virtutum illarum per extensionem fiunt conditiones confessionis. Imperatur, inquàm: quia ex eo quòd aliquis per fidem apprehendit remissionem peccatorum sibi dandam ex confessione, tunc & ad confessionem incitatur; & ad fortiter resistendum erubescentiæ, ne impediatur ab ea, quin peccata omnia integraliter confiteatur. A simili dic de alijs virtutib. in antecedente illo prætactis.

vnius virtutis principaliter, etiã aliæ virtutes per participationẽ habent.

Ad secvndvm dicendum, q̃ hæc conditio, pura, intentionis excludit peruersitatem, à qua homo mundatur, si simpliciter alieni admixtionem excludit.

Ad tertivm dicendum, q̃ hoc non est de necessitate confessionis, sed de bene esse.

Ad qvartvm dicendum, q̃ propter scandalum aliorum qui possunt ex peccatis auditis ad malum inclinari, non debet confessio fieri in publico, sed in occulto; ex pœna autem satisfactoria non scandalizatur ita aliquis, quia quandoque pro paruo, vel nullo similia opera satisfactoria fiunt.

Ad qvintvm dicendum, quòd intelligendum est de lachrymis mentis.

QVAE-

2^m de maiori. Non habet permixtionem. ℞. Peruersæ intentionis: non alienæ rei impertinentis, ad quantitatem scilicet peccati. Tunc &c. Nam ex eo, quòd purum, & simplex excludunt per mixtionem difformiter sumptam, non sequitur, quod aliquid illorum ibi superfluè ponatur. Vide in corpore de puro & simplici.

3^m de conclusione. Non oportet. ℞. Tamen bonum est. §. Tunc &c. Nam confessionem fieri frequenter de eisdem peccatis non esse necessarium, sed ad bene esse; prædixit conclusio. Vide tamen notationem post probationem conclusionis, ne erres.

4^m illatio conclusionis. Ergo & confessio, &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim idem est iudicium de confessione, & satisfactione, factis in publico: vt patet in litera. Vide art. 3. appen.

5^m de maiori. Quod non est in potestate nostra. ℞. Secundum quòd non est in potestate nostra: non aliter. § Tunc &c. Licet enim emittere lachrymas corporis non sit in potestate nostra: tamen emittere lachrymas mentis est in potestate nostra; & de his intelligit conclusio. Vide not. post prob. conclusionis, & locum citatum ibi de ly lachrymabilis.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem, de ly secreta, interimas erroneas propositiones Erasmi (has recenset Iacobus Lep. Stunica, post suum itinerarium, inter propositiones suspectas Erasmi) dicentis: confessionem nullam fuisse antiquitus secretam male actæ vitæ: sed apertam (vt opinor,) quam nec legimus exãctam à quoquam. Item: confessionem admissorum secretam, apparet, tempore Hieronymi nondum fuisse institutam. Item: confessio clancularia, quæ nunc recepta est, & in aurem fit, videtur ex consultationibus priuatis esse nata; quæ solent apud Episcopos fieri, si qs scrupulus vrgeret animum. Item errorem Caluini (vt habetur ex Caluini libello contra acta Concilij Trid.) qui articulum hunc, confessio auricularis exigitur ab omni Christiano, tanquàm falsum detestabilemque impingit Papistis (nos catholicos, sic irrisoriè vocitant; non attendentes illud Psal. 108. Maledicent illi, & tu Domine, benedices). Si namque confessio sacramentalis est, quantum ad conditionem fori, secreta (vt in textu dicitur, & verum est) vtique antiquitus, & tempore Hieronymi fuit facta secretò; nec hoc ex consultationibus illis natum est, sed ex conditione fori; nec falsum est, vel detestabile. Nam conditio fori semper fuit eadem, fuit vera, fuit laudabilis: sicut & sacramentalis forus.

2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, errores illos omnes meritò fuisse damnatos à Papa Leone primo, & Concil. Triden. vt suprà ar. 3. appen. Item à &c. vt q. 6. art. 1. & 2. & q 8. art. 2.

Obstruit os loquentiũ iniqua: Caluini & omnium hostium S. Ro. Ecclesiæ.

Quantum verò ad Caluinum attinet, vltra hoc, respondendum etiam est: atque, vt obmutescat insipientium hominum ignorantia eidem dicendum, Si contra acta sacrosancti Concilij Tridentini multa moliebaris: quare tu, cum tui similibus, ad Synodum ipsam non accessisti: & in faciem ei, si reprehensibilis erat, non restitisti? Etenim, præterea quòd in foribus aduersariorum celebrata est, saluos conductus (vt vocant) illis ipsis multotiens fuit impartita, atque omnino concessit: quò ad ciuitatem Tridentinam liberè venirent, ibidem manerent, proponerent, loquerentur; vnà cum ipsa Synodo de quibuscumque negotijs tractarent, examinarent, discuterent, & omnia quæcumque eis libuisset, ac articulos quoslibet tam scripto, quàm verbo liberè offerrent, propalarent, ipsosque scripturis sacris, & beatorũ Patrum verbis, sententijs, & rationibus declararẽt, astruerent, persuaderent, & (si opus esset) etiam ad obiecta Concilij generalis responderent; & cum ijs, qui à Concilio delecti fuissent, Christiane aut charitatiue, absque omni impedimento disputarent, conferrent, opprobrijs, conuicijs, ac contumelijs penitus semotis; & signanter, quòd causæ controuersæ secundùm sacram scripturam, Apostolorum traditiones, probata Concilia, catholicæ Ecclesiæ consensum, & sanctorum Patrum authoritates, in prædicto Concilio Tridentino tractarentur: illo etiam addito, vt religionis prætextu, aut delictorum circa eam commissorum, aut committendorum minime punirentur.

Causę cõtrouersæ qũo tracta ri debeãt.

Nunquid non & in eisdem saluis conductibus concessum aduersarijs omnino voluit; vt, his antedictis peractis, vel non peractis, quandocũque eis libuisset, aut superiorum suorum mandato, & assensu, ad propria reuerti optassent, aut aliquis eorũ optasset, mox absque vlla renitentia, & occasione, aut mora, saluis rebus eorum & suorum pariter honore, & personis possent iuxta beneplacitum libere, & secure redire? Nonne voluit etiam sancta ipsa Synodus: in sua illa publica fide, verissimaq; securitate, saluove conductu toties concesso, omnes quascũque clausulas contineri, ac pro inclusis haberi: quæ pro plena, efficaci, & sufficienti securitate in eundo, stando, & redeũdo necessariæ, & opportunę fuissent? Vtique. Immo pluribus pro plenissimo saluo conductu, speciatum adhuc expressis (quæ res in admirationem legentes facilè pertrahat); seipsam pœnis, si dicto non staret, addixit inquiens. Quod si sancta Synodus, aut aliquis ex ea, vel suis, cuiuscũque conditionis, vel status, aut præeminentiæ existens, præscriptæ assecurationis, & salui conductus formam, & modum in quocumque puncto, vel clausula violauerit (quod tamen auertere dignetur omnipotens) & sufficiens emenda non fuerit mox subsecuta ex ipsorum arbitrio meritọ approbanda, & laudanda: habeant ipsam Synodum, & habere poterunt, incidisse in omnes pœnas, quas iure diuino, & humano, aut consuetudine, huiusmodi saluorum conductuum violatores incurrere possunt; absque omni excusatione, aut quauis in hac parte contradictione. Hæc illa.

Plenissima & verissima fides publica. i. saluus conductus ex Cõcil. Trident.

Proh, Deum immortalem, quid non fecit pia mater Ecclesia: vt illos ad veritatis viam induceret; vel saltem, vt si quid rationis oppositæ dogmatibus Romanæ fidei sibi ipsis viderentur habere; ad lucem coram libere afferrent, proponerent, disputarent: quò vel sic hinc inde varijs disputationibus adductis veritas, quam nobiscum sequerentur, errorum pulso nubilo, ijsdem elucesceret? Nullo enim modo (inquit sanctus Thom. opusculo 18. in fine) melius, quàm contradicentibus resistendo, aperitur veritas, & falsitas confutatur; secundùm illud Salomonis, Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici sui.

Modus facilis ad inueniẽdũ veritatem.

Prou. 17.

Quid, inquàm, pro salute suorum hostium Synodus ipsa Tridentina non fecit? Semel de mense Nouembris, 1551. sess. 13, ac iterũ de Ianuarij, 1552. sess. 15. necnon tertiò die Martij, 1552. sess. 18. saluis conductib. amplis, amplioribꝰ, amplissimis, fideliter datis, eos dulciter aduocauit; longanimiter expectauit; eorum expectationis causa, definitionem multarum rerum (vt patet sess. 13 & 15.) inibi postea (Deo aspirante) decisarum humanissimè distulit. Sed fortè dicat Caluinus. Prædicti saluiconductus Germanis dati sunt, non Picardis: ego verò eram natione Picardus. Esto. Fuisti Picardus, nouimus, Basileæ post delituisti, nouimus; tum Argentorati exulans, profugorum ibidem concionator extitisti; deinde Geneuensis ciuitatis (pulso, contra Dei legem, Episcopo) gubernationem arripuisti, illam cum Sabaudia & Gallia tuis blasphemijs infecisti, euertisti, perdidisti. Scimus hæc, Caluine, scimus (ex Lindani Dubitantij dialogo 2.)

Caluini vita profuga, infanda, & damnosa.

Sed istud, te non fuisse natione Germanum, nullius excusationis hac in re, de qua tractatur, vel vmbram tibi obtendit. Concilium siquidem ipsum quasi tua tibique similium, verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis præuidens, eaque, ceu dentes caninos, in ore omnium vestrum viriliter conterere volens, saluos illos conductus ad alias totius orbis nationes in hæc verba olim extẽdit.

Psal. 140. 57.

Eadem sacrosancta Synodus in Spiritusancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis de latere legatis, omnibus & singulis alijs, qui nobiscum in ijs quæ sunt fidei communionem non habent, ex quibuscumque regnis, nationibus, prouincijs, ciuitatibus, ac locis in quibus publice, & impunè prædicatur, vel docetur, siue creditur contrarium eius, quod sancta Romana sentit Ecclesia, dat fidem publicam, siue saluum conductum sub eadem forma, & eisdem verbis, quibus datur Germanis. Hæc Concilium in sess. 18. fin.

Extensio saluorũ cõductuum.

Si ergo tantis te, ò Caluine, præsidijs communiuit Ecclesia, vt ad libere dicendum omnia, quæ tibi pro veritate videbantur, accederes: quare instar aspidis surdæ, & obturantis aures suas, te habuisti? Quare ad locum disputationum pro veritate non venisti; & in palestram apertam, quo vocabaris, non descendisti? Cur sic in angulis tuis, & conuenticulis, falsitates tuas plebeculæ pro veris venditare elegisti, & non prius in medio magna-

torum

torum (Concilij dico) examinandas vnà tecum apponere maluisti? Cæterùm, hoc illud est, quòd de te, tuique similibus, iamdudum bene prophetauerat Christus dicens: Qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem. Quare? Vt non arguantur opera eius. Quò contra de bonis Doctoribus ait: Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt videantur opera eius, quia in Deo sunt facta.

Ioan. 3.

O quàm bellè de te prædixerat Spiritus sanctus; Sapientior sibi stultus videtur, septem viris loquentibus sententias. Quare? Quia præuiderat te ad veritatem inquirendam charitatiue à Patribus Tridentinis accersiendum; & non venturum: insuper & tantorum senatorum decretis obnoxè, manibus, pedibusque contraiturum; quasi cum te vno nata sit, viuat, commoretur, sapientia ipsa. Et quidem iuxta fabellas tuas. Nam (teste Lindano, vbi suprà) vrbe Geneua occupata, summaque sacerdotij potestate à tuis impetrata, memor consiliorum, quibus seditiosi in Atheniensium, & Romanorum imperijs ciues viguerant, continuò exclamare, profiteri, denunciare cœpisti: veram pietatem hactenus ignoratam, tibi esse patefactam; te vnum esse, qui, plus quàm maiores, & quotquot mille, & quingentis annis vixerint, sciat, videat, intelligat; sicque Patres nostros idolorum cultores, delusos, obcæcatosque fuisse, te autem verum Christi cultum quodam diuino spiritu cognouisse; nostros Episcopos, impostores, Antichristos, & sceleratorum duces hactenus extitisse; tuos vero, Christi nuncios, Apostolos, & Doctores esse.

Prou. 26.

Supercilium detestandum Caluini.

Te, te insuper, tanquàm è regione Concilij, Asyllum in proximis Galliæ finibus constituisse, ac muniuisse; ad quod exules, damnati, aborigines, & omnium ordinum, gentiumque perditi, ac deplorati greges, suis finibus ablegati confugiant, & in quo velut in tutissimo portu placidè conquiescant, significasti: necnon ceu Lucifer super astra conscendere volens, fictitiam tuam doctrinam fictitio confirmare miraculo impudentissimè aggressus fuisti.

Asyllum.

Fide digni quidam narrant ex Burgundis (inquit Lindanus) Caluinum pro concione publica quendam stipendiolo, vt sese mortuum simularet, conductum voluisse quasi in vitam reuocare: qui, vbi sese in feretro imponi passus fuisset, in templum perlatus diuina vltione verè mortuus est repertus, frustra Caluino inclamante (Surge, surge, in Christi nomine; tibi dico surge). Et de hac mariti iniuria vxorem fuisse apud Magistratum Geneuensem grauiter cóquestam; collectaq; informatione, rem fuisse veram deprehensam; sed in gratiam sui Euangelistæ, suppressam. Audistin', Caluine, mirabilia; quæ tu facis? Deo autem gratias: cuius suprema iustitia, & nescit, patrocinium dare criminibus; Et nouit conforme tuis miraculum præstare sophismatibus. Huiusmodi demonstrationibus tuam mirificam doctrinam firmabas: quando & stupendorum tuorum operum æmulator quidam discipulus tuus tale quid præsumebat efficere.

Miraculo ficto Caluinus suam doctrinam confirmare conat.

Nam in Polonia non longè à Craconia Pago Biethzaze (narrat D. Franciscus Turrianus, lib. dogm. Charact. V. D.) concionator Caluinista, euangelij sui confirmandi gratia, Matthæum quendam certo conduxit stipendio, qui se mortuum simularet, & ad clamantis vocem ceu mortuus resurgeret; at contrarium euenit. Vbi enim ille pseudoeuangelista clamauit (surge Matthæe in nomine Christi, cuius Euangelium prædico) viuus factus est mortuus. Et vxor, quæ nuper finxerat lachrymas, nunc verè lachrymans in concionatorem illum, non pastorem, sed impostorem inuecta, suo malo, nouo fidem habuit Euangelio. Non mirum igitur: quòd ad Concilium Tridentinum accersitus non venisti, quòd ei tuam doctrinam examinandam, vel vnà tecum, non attulisti: immo quòd & contra eius decreta adeò rabidis morsibus efferbuisti, desæuisti, totos (vt latius patet in tabula articulorum, ex tuo libello contra acta Concilij Tridentini) neruos tuos intendisti.

Nouū miraculū Nouatores cō decens.

Quid enim; si & tu cum Apostolo Paulo Euangelium suum secundùm reuelationem cum his, qui videbantur columnæ esse, Hierosolymis conferente, euangelium tuum nouum cum Ecclesia sancta, quam Synodus Tridentina repræsentabat, contulisses? Profectò, si tibi taliter conferenti, & ad lucem reuocato, dextras societatis ipsa dedisset: non tibi talia monstruosa miracula obtigissent. Nunquam siquidem talia Paulo miracula, in suæ doctrinæ euangelicæ fauorem, obtigerunt: qualia de tuo nouo euangelio suprà narrauimus. Esto igitur Caluine, de tua doctrina securus: hanc inter pueros, mulierculas, homines illos, quorum (vt suprà) Asyllum te præbuisti, commendare, dilatare, extendere, ne pigriteris: ex quo de illa, tam miris modis certificatus es. Eya miser: quis vnquàm talia de aliquo vero Christi discipulo, veroque prædicatore legit? Quis talia vidit? A seculo non est auditum: quòd volens quis in protestationem veræ fidei quempiam suscitare, ipsum de viuo mortuum fecerit. Soli Caluino, similisque farinæ declamatoribus, hoc seruabatur: vt vel hinc omnes discere cogerentur de doctrina sua, vtrum ex Deo sit, an ex diabolo, qui mendax est. Quale miraculum, talis & doctrina. Miraculum mendax; mendax & doctrina. Inuersum miraculum; doctrina & inuersa. ò bone Deus, in cuius nomine facere tales miracula student, quàm verax es? Nunquid incredulitas istorum fidem tuam euacuauit? Absit. Quare? Quia tu, qui solus mirabilia facis, dignum satis profectò, penitusque concordans, nouis his euangelistis miraculum condonasti. Signum suam doctrinam comprobans exigebant: & tu, qui bonus es, de cœlo exaudisti eos. Mendaciter suam doctrinam comprobare tuo patrocinio, satagebant: & tu, qui verax es, eam ipsam veraciter comprobasti. Fidelis enim es tu: & vbique siue testimonium veritati, siue falsitati, secundùm tua incomprehensibilia iudicia, perhibueris, teipsum negare non potes. Neque enim falsitati fallaciter, sicut veritati veraciter, sed vtrique veraciter verum testimonium perhibes: & ideo testimonia tua credibilia facta sunt nimis.

Gal. 2.

Deus semper in omni opere suo verax est.

Veraciter ergo nouorum istorum Euangelistarum doctrinam inuersam, peruersam, mortuam esse proculdubio semper credemus: quia veraci miraculo diuinitus eam esse, ac teneri debere, talem monstratum est. Qualitatem enim doctrinæ horum, non intentionem, demonstrabat veracissimus Deus: quando (vt suprà dictum est) ad horum clamores pro vita e morte, de viuis mortuos faciebat. Benedictus Deus: qui reddidit illis secundùm nequitiam adinuentionum ipsorum, qui confudit illos in superbia sua, qui hos figuram esse Antichristi nobis declarauit; cuius aduentus erit in omni simulata virtute, in signis, & prodigijs mendacibus. Hucusque dictum sit de Caluino, alijsque huiusmodi, qui charitatem veritatis Tridentinæ Synodi non receperunt: vt salui fierent. Cæterùm ad rem nostram: vnde, coacti fermè, digressi sumus.

Psal. 17.

2. Thes. 2.

Item habes; quomodo per articuli rationem conteras errores contra integritatem confessionis allatos suprà artic. 2. append. & ostendas, illos meritò fuisse damnatos à &c. vt ibi, & q. 6. art. 3. Item quomodo per rationem extermines errores contra lachrymas, seu contritionem, in confessione allatos supra quæst. 1. art. 1. & q. 5. artic. 1. & ostendas, illos meritò damnatos à &c. vt ibi.

Tertiò habes, quomodo per rationem monstres; scripturam sacram meritò insinuare, quòd confessio debet esse libens, accusans, pura, vt Psal. 31. Dixi confitebor aduersum me, &c. & tu remisisti impietatem peccati. In ly Dixi, vide electionem, siue quòd est libens: In ly aduersum me, quòd est confitentis accusans: In ly tu remisisti impietatem peccati, quòd est pura, id est ad debitum finem ordinata, ad hoc scilicet vt in gratiam Dei confitens recipiatur, per quam Deus remittit impietatem peccati.

3 Scripturæ sacræ pro cōditionibus cōfessionis. Vide vsq; circa finē appen.

Item sacram scripturam meritò insinuasse, quòd confessio debet esse parere parata, lachrymabilis, & accelerata: vt Ecclesiast. 17. Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua, minue offendicula, auertere ab iniustitia tua, nimis odito execrationem, &c. non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. In ly relinque peccata tua, minue offendicula, auertere ab iniustitia, vide quòd confessio (de hac prædixit per ly Conuertere ad dominum) debet esse parata ad parendum, siue à confessario mandetur, quòd reddetur, quòd relinquas peccata, id est, quòd propositum firmum habeas amplius non peccandi; siue mandetur, quòd minuas offendicula, id est, quòd occasiones peccatorum caueas, siue mandetur, quòd auertaris ab iniustitia tua, id est, quòd restituas rem alienam. Ad hæc enim tria videntur reduci posse omnia, quæ à confessario mandantur confitēti. In ly nimis odito execrationem, vide; quòd confessio debet esse lachrymabilis, siue contritionem habens. Huiusmodi siquidem lachrymæ, seu contritio, sunt odium contra peccata; execrando scilicet illa, & pro rebus execrabilibus firmissimè tenendo: vt suprà q. 1. artic. 1. & 2. In ly non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere, vide; quòd confessio debet esse accelerata, id est non demorando in errore commisso, & confitendo ante mortem, id est citissime. Nam mors vbique nos expectat: & consequenter ille ante mortem confitetur, qui vbique, cùm peccauerit, confitetur, id est qui post commissum peccatum subito confitetur. Item Romanum clerum meritò insinuasse: quòd confessio sit discreta, verecunda, humilis, fortis, lachrymabilis: sic oremus, vt qui cecidisse referuntur, delicti sui magnitudinem agnoscentes intelligant; non momentaneam, neque præpoperam, desiderare medicinam. Maximè illis conuenit verecundia; quorum in delictis damnatur mens inuerecunda. Adeant ad limen ecclesiæ, sed non vtique vt transiliant: castrorum cœlestium excubent portis, sed armati modestia; vt intelligant, se desertores fuisse. Arment se modestiæ telis; vt contra hostem diabolum armatos se esse credant. Multum illis proderit patientia non ociosa. Mittant legatos pro suis doloribus lachrymas. Aduocatione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus; dolorem probantes commissi criminis, & pudorem. Hæc ibi. Et hæc epistola scripta ad Cyprianum Episcopum Carthaginensem; & est in tomo 1. Conciliorum. Quamuis autem ibi nominaliter non scribatur ly confessio, sed ly pœnitentia: hoc tamen nihil refert (vt consideranti patet.) Item scripturam sacram meritò insinuare, quòd confessio debet esse integra: vt 1. Ioan. 1. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus, vt remittat nobis, peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. In ly vt remittat, vide; quòd confessionem vult esse integram. Non enim Deus remittit vnum sine alio peccato: & consequenter Ioannes, dum per confessionem nobis remittenda peccata testatur, de integra solum loquitur. Quasi dixerit, Si confiteamur integrè, Deus nobis remittet. Item in ly ab omni iniquitate, vide idipsum. Nam emundatio ab omni iniquitate præsupponit, nos omnem iniquitatem per confessionem expuisse. Item meritò scripturam insinuasse, quòd confessio debet esse fortis, fidelis, nuda, simplex: vt Eccles. 4. Non confundaris confiteri peccata tua. In ly ne confundaris, vide illa omnia. Qui enim

non

non confundit, non impeditur à confitendo peccata per erubescentiã (ergo est fortis) neque per falsitatẽ (ergo est fidelis) neque per hoc, q̃ inuoluat peccata obscuritate verborum (ergo est nuda eius cõfessio) neq; per verborũ ad grauitatẽ peccati detegendã non facien-

cienciũ (ergo est simplex). Quartò habes: quò p rõnẽ omnia tũ Patrũ, tũ scripturarũ pdicta, pro quãto conditiones illas cõfessionis insinuaret, & probes, & declares, & defendas. Quintò vides: quò vicissim ex his Angelici Doctoris sapiẽtia p̃sens cõsolidet, & declaret.

## QVÆST. XLI. Aliàs 10.

*De effectu † confessionis, in quinque articulos diuisa.*

DEINDE considerandũ est de effectu confessionis.

CIRCA quod quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum confessio liberet à morte peccati.

¶ Secundò, Vtrum confessio liberet aliquo modo à pęna.

¶ Tertiò, Vtrum confessio aperiat paradisum.

¶ Quartò, Vtrum confessio tribuat spem salutis.

¶ Quintò, Vtrum confessio generalis deleat peccata mortalia præterita.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum confessio liberet à morte peccati.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd confessio non liberet à morte peccati. Confessio enim contritionem sequitur, sed contritio sufficienter delet culpam. ergo cõfessio non liberat à morte peccati.

¶ 2 Præt. Sicut mortale est culpa, ita etiam veniale, sed per confessionem fit veniale, quod prius fuit mortale, vt in litera † dicitur. ergo per confessionem non remittitur culpa, sed culpa in culpam mutatur.

SED CONTRA est. Confessio est pars pęnitentiæ sacramenti, sed pœnitentia à culpa liberat. ergo & confessio.

RESPON. Dicendum, quòd pœnitentia inquantum est sacramentũ, præcipuè in confessione perficitur, quia per eam homo ministris ecclesiæ se subdit, qui sunt sacramentorũ dispensatores. Contritio enim votum confessionis annexum habet, & satisfactio pro iudicio sacerdotis, cui fit confessio, taxatur; & quia in sacramento pœnitentiæ gratia infunditur, per quàm fit remissio peccatorum, sicut in baptismo: ideo eo modo confessio ex vi absolutionis coniunctæ remittit culpam, sicut & baptismus. Liberat enim baptismus à morte peccati, non solùm secundùm q̃ actu percipitur, sed etiam secundùm q̃ in voto habetur, sicut patet in illis, qui iam sanctificati ad baptismum accedunt, & si aliquis impedimentum non præstaret ex ipsa collatione baptismi, gratiam consequeretur remittentẽ peccata, si prius ei remissa non fuissent. Et similiter dicendum est de confessione adiuncta absolutioni: quia secundum q̃ in voto pœnitentis præcessit, à culpa liberauit. Postmodum autem in actu confessionis, & absolutionis gratia augetur, & etiam remissio peccatorum daretur, si præcedens dolor de peccatis non sufficiens ad contritionem fuisset, & ipse tunc obicem gratiæ non præberet; & ideo sicut de baptismo dicitur, q̃ liberat à morte, ita etiam de confessionẽ dici potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd contritio habet votum confessionis annexum, & ideo eo modo liberat à culpa pœnitentes, sicuti desiderium baptismi baptizandos.

AD SECVNDVM dicendum, quòd veniale non sumitur pro culpa, sed pro pœna de facili expiabili: vnde non sequitur quod culpa in culpam conuertat, sed penitus annihilet. Dicitur enim veniale tripliciter. Vno modo ex genere, sicut verbum ociosum. Alio modo ex causa, id est, veniæ causam in se habens, sicut peccatum ex infirmitate. Alio modo ex euentu, sicut accipitur hic, quia per confessionem hoc euenit, quòd de culpa præterita homo veniam consequatur.

ARTI-

## SVPER Q. XLI. Aliàs 10. Art. 1.

† Concil. Trid. sess. 14. c. 1. 2. 3. & 5.

CONCL. Eo modo confessio, ex vi absolutionis cõiunctę, remittit culpam; sicut & baptismus.

¶ COROLL. Ergo confessio liberat à morte peccati; cùm remittere culpam idem sit, quod à morte peccati liberare.

¶ PROB. Quia sicut baptismus à morte peccati liberat, i. remittit culpam, non solũ secundũ q̃ actu percipitur, sed etiam secundum q̃ in voto habetur (sicut patet &c. vt in litera:) ita cõfessio adiuncta absolutioni secundũ quòd in voto habetur, & ẽm quod actu percipitur, liberat à morte peccati.

¶ NOT. Ex verbis literæ, ly remissio peccatorum in actu confessionis daretur, si præcedẽs dolor de peccatis non sufficiens ad contritionem fuisset, & ipse tunc obicem gratiæ non præberet: ex verbis, inquã, istis elice ex plano textu vulgatissimũ dictum illud, quod sub manu confessoris pęnitens virtute clauium de inconttrito fit contritus; & simul ex his sanum huius dicti intellectũ percipe: ne decipiaris.

49 S. Tho. vbi suprà ar. 5. & 4. 1. & sequen.

Vulgatissimũ dictũ, & verum: si rectè intelligatur.

† li. 4. sent. d 17. 5. d. à medio.

**1m de minori.** Sed contritio. R. Voto cõfessionis vestita: non, sine voto isto. §. Tũ: &c. Nã ex hoc patet; q̃ cõfessioni intẽtę attribuẽda est remissio culpæ, seu liberatio à morte peccati, q̃ homini cõtrito pri⁹ data fuerat. Confirmaũ hoc tex. rhisum ex Concil. Trid sess. 14. c. 4. Vide suprà q. 1. art. 1. exam. dissin. primæ.

Veniale, tiplex.

**2m de maiori.** Ita etiã veniale. R. Ex genere, vel ex causa: non, ex euentu. §. Tunc &c. Nam minor propositio à litera magistri desumpta, quòd scilicet mortale per confessionem fit veniale, intelligitur de veniali ex euentu: & per consequens in alio sensu, quàm sumatur veniale in maiori.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Lutheri (Alphon. Cast. confessio) dicentis: in confessione non conferri gratiam, qua homo iustificatur. Si n. confessio remittit peccata, vtique confertur ibi gratia, qua peccatum remittitur: & consequenter per eandem rationem, per quam demonstras, q̃ confessio à morte peccati liberat, demonstras etiam, quòd in cõfessione confertur gratia iustificans. Vide in 3. par. de bapt. q. 69. ar. 1. & 4. Nam in art. supponitur (vt patet) quòd baptismus tollat peccatũ, & det gratiam, cuius ad instar confessionem, dicitur operari: & consequenter ratio huius de confessione corroboranda relinquitur ex ratione illa de baptismo. Secundo habes, quomodo per rationem osten-

Loco citato in arg.

ostendas hæresim prædictam meritò damnatam esse à Concil. Triden. sess. 14. cap. 2. vbi de confessione loquẽs ait: Ante hoc tribunal sisti voluit, vt per sacerdotũ sententiam ab admissis peccatis possent liberari. Hæc ibi. Itẽ à Ps. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiã meã Domino, & tu remisisti impietatẽ peccati mei. Item à 1. Io. 1. Si confiteamur peccata nostra; fidelis est Deus, & iustus, vt remittat illa, & emundet nos ab omni iniquitate. Item ab Isa. 43. Narra si quid habes, vt iustificeris. Vel (secundùm 70. interptes.) Dic tu primus iniquitates tuas, vt iustificeris. Item à &c. vt q. 5. art. 3. Item à Concil. Triden. sess. 14. c. 1. Dominus noster Iesus Christus suiipsius vicarios reliquit tanq̃ iudices, ad quos omnia mortalia peccata deferantur: quò pro potestate clauiũ remissionis, aut retentionis, peccatorum sentẽtiam pronuncient. Hæc ibi. Ex quibus patet; q̃ confessio remittit peccata, quaten⁹ absolutioni adiungitur: vt limitauit articuli conclusio: & per consequens, q̃ in illa sic accepta confertur gratia, contra Lutherum. Item ab eodem ibi de sacramento pœnitentię loquento, c. 3. Sanè uerò res, & effectus huius sacramenti, quãtum ad eius vim & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo: quam interdum in pijs viris, & cum deuotione hoc sacramentum percipientibus, conscientiæ pax, ac serenitas cum vehementi spiritus consolatione consequi solet. Hæc ibi. Vbi nota ly quantum ad eius vim & efficaciam pertinet; & ex hoc sensum rectum S. Thomæ in conclusione intelligas tam de confessione, quàm de baptismo; immo (vt extendatur) de omnibus ecclesiæ sacramentis. Item ab eod. sess. 4. cap. 14. sed, quoniam hoc aliàs adductum est, ideo vide tu suprà. Item ab eodem sess. 14. cano. 1. Si quis dixerit in Ecclesia catholica, Pęnitentiam non esse verè, & propriè sacramentum, pro fidelibus quoties post baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, à Christo Domino nostro institutum: anathema sit. Hæc ibi. Vbi nota ly pro fidelibus Deo reconciliandis. Ergo aut sic instituendo Christus errauit, quod est blasphemum & hæreticum: aut confessio, ad quam aliæ pęnitentiæ partes annectuntur, Deo reconciliat, quod est verissimum, & ab articulo intentum. Item ab Eugenio IIII. sacro approbante Concilio Florentino, in decreto Armenis dato, sic. Effectus huius sacramenti est absolutio à peccatis. Hæc ibi. vbi per contextum loquitur de confessione. Item à Leone primo Papa, epist. 89. ad Theodorum Foroiuliensem Episcopũ, sic. Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, hanc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem; vt & confitentibus actionem pęnitentiæ

nitentiæ darent, & eosdem salubri satisfactione purgatos ad cõionem sacramentorũ per ianuam reconciliationis admitterent. Hæc ibi. Vbi nota ly eosdẽ purgatos,& ly per ianuã reconciliationis. Ergo confitentibus ianua reconciliationis est confessio. Item à Papa Clemente I. in epist. 1. ad Iacobum fratrẽ Domini,sic. Non erubescat,qui animæ suæ curã gerit confiteri hæc huic, qui præest, vt ab ipso per verbũ Dei,& consilium salubre curetur:quo possit integra fide, & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ præmia peruenire. Hæc ibi. Inter hæc tamen prædicta,vbi confessionẽ conferre gratiam designatur, vitandus est error Petri Oxomensis dicentis: Quòd sacramentũ pœnitentiæ,quantum ad collationem gratiæ,sacramentũ naturæ est,non alicuius institutionis veteris,vel noui testamenti. Nam hunc errorẽ damnauit suprà in hac appendice Concil. Trid. sess. 14. can. 1. vltra quòd idem error damnatus fuerat antea per Sixtum IIII. approbantem acta Alphonsi Carilli Archiepiscopi Toletani:cui authoritatem contulerat declarandi, ac diffiniendi omnes propositiones,& conclusiones falsas, erroneas, hæreticas, aut male sonantes, quæ in libello præfati Petri continerentur. Huius libellum Reuerendiss. D. Archiepiscopus antedictus comburendum iudicauit, quem illicò promotor fiscalis curiæ tradidit sæculari: prius tamen prolata sententia,qua conclusiones prædictas (inter has erat præcitata conclusio pro errore, s. ꝙ sacramentum pœnitentiæ,&c.) tanquàm hæreticas,erroneas, scandalosas,& male sonantes Apostolica,& primitiali authoritate damnarat,atque dãnandas decreuerat. Hanc erroneã propositionem præmissam cũ alijs abiurauit dictus magister Petrus Oxomensis inter cætera dicens. Ego præfatus magister Petrus desiderans salutẽ animæ meæ,ac propriũ recognoscens errorẽ,& culpã, dico,& cõfiteor me grauiter errasse in cõpositione dicti libelli, vtpote cõtinẽtis propositiones falsas,erroneas,scandalosas,& malè sonantes. Quas,vt tales confiteor,& declaro:submittoq; me determinationi sanctæ matris Ecclesiæ,& sententiæ præfatæ prolatæ per dictũ Reuerendiss. D. cui ego ex nunc specialiter, & expresse assentior. Et cognoscẽs veram fidẽ,anathematizo omnem hæresim, maximè eã de qua hactenus sum infamatus:& consentio sanctæ matri Ecclesiæ Romanæ,& Sedi Aplicæ,& ore ac corde cõfiteor,me sacramenta ecclesiæ,& illam fidẽ tenere quam Dominus Sixtus Papa modernus authoritate Apostolica,& Euangelica tenet. Et per hæc sancta Dei Euangelia omnes,qui contra hãc fidem venerint,cum suis doctrinis dignos æterna damnatione pronuncio. Hæc ibi: in Summa Conciliorum, vbi narratur vita Sixti IIII. qui ad prædicta specialem confirmationem addidit. Contra Lutherum sacramenta non dare gratiam, asserentem, vide Roffensem artic. 1. magnopere triumphantem. Item contra eundem vide Leonem X. in Bulla contra Lutheri errores suprà quæst. 1. art. 1. & Concilium Trid. sess. 7. de sacramentis, cano. 7. & 8. His enim singulis, immo etiam per Petri antedicti in calce abiurationem,damnatur implicitè saltem,error Lutheri in principio appendicis recitati. Tertiò habes: quomodo per rationem præmissa omnia scripturarum, ac Patrum dicta, pro quanto effectum confessionis innuunt esse liberationem à morte peccati, & probes, & declares, & tuearis. Quartò vides: quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, & declaretur.

Error satis vitandus; & dãnatus à Papa Sixto 4.

Benedictus sermo cõtra hostes fidei S. Romanæ Eccl.

3

4

---

## ARTICVLVS II.

*Vtrum confessio liberet aliquo modo à pœna.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ confessio non liberet aliquo modo à pœna: quia peccato non debetur, nisi æterna, vel temporalis: sed pęna æterna per contritionẽ dimittitur:pœna autem temporalis per satisfactionẽ. ergo per confessionem nihil dimittitur de pœna.

¶ 2 Præt. Voluntas pro facto reputatur, vt in litera dicitur:sed qui contritus est, habuit propositum confitendi. ergo tantum valuit sibi sicut si fuisset confessus, & ita per confessionem, quam postea facit, nihil ei de pœna dimittitur.

SED CONTRA. Pœnam habet confessio, sed per omnia opera pœnalia expiatur pœna peccato debita. ergo & per confessionem.

RESPON. Dicendum, ꝙ confessio simul cũ absolutione habet vim liberandi à pęna dupliciter. Vno modo ex ipsa vi absolutionis: & sic quidẽ liberat in voto existens à pęna æterna:sicut etiã à culpa, quæ quidem pęna est condẽnans, & ex toto exterminans, à qua homo liberatus, adhuc manet obligatus ad pœnã temporalem, sm ꝙ pœna est medicina purgans, & promouens, & sic hæc pęna restat in purgatorio: patienda etiã his, qui à pœna inferni liberati sunt, quę quidem pęna est improportionata viribus pęnitẽtis in hoc mundo viuentis, sed per vim clauium intantum minuitur, ꝙ proportionata viribus pęnitentis remanet: ita quòd satisfaciendo se in hac vita purgare potest. Alio modo diminuit pœnam ex ipsa natura actus confitentis, qui habet pęnam erubescentiæ annexã, & ideo quanto aliquis pluries de ipsis peccatis confitetur, tanto magis pœna minuitur.

ET per hoc patet responsio ad Primum.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ voluntas pro facto nõ reputatur in his, q̃ sunt ab alio sicut est de baptismo. Non.n. tantũ valet volũtas suscipiendi baptismum, sicut ipsius susceptio. Sed reputatur voluntas pro facto in his, quæ sunt omnino ab homine, & iterum quantum ad præmiũ essentiale, non autẽ quantum ad pęnæ remotionem, & huiusmodi respectu quorũ attenditur meritum accidentaliter, & secundariò: & ideo confessus, & absolutus minus in purgatorio punietur, q̃ contritus tantum.

AR-

---

SVPER Q. XLI. Aliàs 10. Art. II.

CONCL. Confessio simul cũ absolutione habet vim liberandi à pœna, dupliciter.

¶ PROB. Quia cõfessio taliter accepta, habet vim liberandi à pœna, & ex vi absolutionis etiã in voto solùm habitæ, & ex natura actus confitentis, erubescentiam annexam habente.

¶ COROL 1. Ergo confessio illa in voto solùm habita de pœna minus valide tollit, q̃ in actu posita. Nam votiua tñ confessio minuit pœnã vi absolutionis; sed actualis minuit & vi absolutionis,& vi erubescẽtię. Vlterius: Illa absolutio votiua solũ minus tollit de pœna, q̃ absolo ista actualiter data: sicut & aliquid in potentia existens minus operatur, q̃ idem actualiter existẽs. Absolutio. n. votiua tollit pœnã æternam, mutãdo ipsam in tẽporalẽ nobis viuentib. improportionatã (vt in textu di:) actualis verò pœnã & æternã tollit, si votiua sufficiens nõ precessit; & tpalem prædictã nobis viuentib. proportionatã facit, ita ꝙ nos in hac vita satisfactionem debitã à confessario iniunctã adimplendo, totaliter pęnã illam tollere possumus. Ergo pęna purgatorij non põt exhauriri per pœnas in hoc mũdo voluntariè ex nobis tñmodo assumptas, licet huiusmodi pęnis eã pro aliqua parte tollamus; in quo sensu & satisfactiones vocant, infrà q. 15. Vide Concil. Trid. sess. 14. c. 9. & can. 13. cum sit nobis improportionata: & per pęnas à confessario impositas exhauriri potest, cum vi clauium sit facta nobis proportionata. Ergo suprà q. 6. art. 1. ad 4. & q. 8. art. 1. ad 3. rectè dictum fuit, ꝙ satisfactio non sufficeret ad expiandã pœnam peccati, ex quantitate pœnæ, quæ in satisfactione sponte assumitur, vel à non sacerdote imponitur: Sed sufficit, inquantũ est pars sacramenti, ex eo s. ꝙ virtutem sacramentalem habet. Cùm igitur satisfactio sponte accepta, puta oratio, operetur tantũ in vi vnius, videlicet suipsius, & eadẽ oratio à confessario imposita operetur in vi duorũ, videlicet & suipsius, & clauium, non est mirum si ꝙ illa satisfactio minus de pœna minuere possit, quàm ista. Ergo opera mea satisfactoria, quando imponũtur à confessario pro satisfactione, dicendo, Quicquid boni feceris, & intendis facere; & mala, quæ sustines, & patienter sustinebis, sint tibi in remissionem peccatorum; hæc inquã, opera, magis postea mihi valent: quia non tantũ ex natura operũ (vt prius) operantur, sed etiam ex virtute clauium; & consequẽter prius sunt tantùm satisfactiones, nũc autem satisfactiones sacramentales (vt dicit S. Tho. quolib. 3. art. 28.) & consequenter prius ad exhauriendam totaliter pęnam purgatorij, vtpote improportionatam, non valent; nũc autem ad eam sic tollendam, vt quę proportionata per huiusmodi impositionem facta fit, valere possunt.

1^m illatio conclusionis. Ergo p cõfessionem &c. R. Negatur illatio. §. Nam per confessionẽ actualem vi clauiũ adeò minuit de pęna temporali in purgatorio manentis, vt ex improportionata fiat nobis proportionata; & vi erubescentiæ de illa temporali etiam tollitur: vt habes in litera, & corollario præmisso.

¶ NOT. Adde, pro notitia, nõ pro solutione argumenti (cũ iam solutũ sit,) ꝙ pęna nec æterna nec tẽporalis dimittitur per contritionẽ, & satisfactionẽ, absque confessione, saltẽ in voto habita: vt de cõtritione ex suprà q. 1 art. 1. & q. 5. art. 1. & 2. de satisfactione autem infrà q. 14. ar. 2. Cũ.n. ibi concludatũ, ꝙ satisfactio debet fieri in charitate; & charitas non habeatũ, nisi mediante confessione saltẽ in voto; relinquitur, ꝙ satisfactio, quæ pœnam dimittit, pendet à confessione. Confessio itaque, quocũque modo sumatur, de pęna minuit: sed actualis, de qua solum fit malis responsio datur, multo amplius.

2^m de maiori. Voluntas. R. Considerata secundũ illa, quę sunt omnino ab homine, & quantũ ad præmium essentiale: non autem considerata secundum illa, quæ sunt ab alio; nec quantum ad præmium accidentale. §. Tunc &c. Nam actualis

40

Differẽtia absolutionũ harũ in diminuendis pęnis.

Pęna purgatorij nobis improportionata quomodo pportionata fiat.

Quantum iuuet dicere, Quicquid boni, &c.

actualis confessio dependet etiam ab alio homine, sicut & baptismus: non autem omnino ab eodem homine, vt castitas, ieiunium, & similia.

¶ EXAM. Dicitur ly quantum ad præmium essentiale, ad differentiam præmij accidentalis. In huius doctrinæ confirmationem facit id, quod B. August. in lib. de bono coniugali sic ait: Non impar est meritum cõtinentiæ in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham qui filios generauit. Quod sane intelligitur quãtum ad præmium substantiale, non accidentale, secundum tamen quod illud meritum pensatur ex animo operantis potius, quàm ex genere actus, non aliter. Vide 2.2.q.152.art.4. ad primum. Nam virginitas ex genere actus melior admodum matrimonio est.

## APPENDIX.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

EX articulo habes primò; quomodo per rationem interimas errorem quorundam dicentium, nullam pœnam remanere vnquã post confessionem. De hoc habetur in Conc. Trid. vbi & condemnatur: vt infrà. Inter hos est Lutherus; qui ad tollendam satisfactionem, absolutè dicit: pœna, quæ debetur culpæ, dimissa culpa, remanet & ipsa dimissa. Secundò igitur habes: quomodo per rationem ostendas, errorem præmissum merito damnari à Synodo Trident. sess. 14. can. 12. Si quis dixerit: totam pœnam sibi cum culpa remitti semper à Deo &c. anathema sit. Hæc ibi. Item can. 15. Si quis dixerit &c. fictionẽ esse, quod virtute clauium sublata pœna æterna, pœna tẽporalis plerũque exsoluenda remaneat; anathema sit. Hæc ibi. Item sess. 6. can. 30. Si quis post acceptã iustificationis gratiã cuilibet peccatori pœnitenti culpã remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri, dixerit: ita vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exsoluẽdę vel in hoc sęculo, vel in futuro in Purgatorio, antequàm ad regna cœlorũ aditus patere possit: anathema sit. Tertiò habes: quomodo per rationẽ ostendas, Concil. Trid. sess. 6. c. 14. meritò dixisse. Christiani hominis pœnitentiã post lapsum multò aliã esse à baptismali, eamq́. continere non modo cessationem à peccatis, & eorum detestationem, aut cor contritũ & humiliatum; verum etiã eorundem sacramentalẽ confessionem saltẽ in uoto, & suo tempore faciendã, & sacerdotalẽ absolutionem; itemq́; satisfactionem per ieiunia, eleemosynas, orationes, & alia spiritualis vitæ exercitia; non quidem pro pœna æterna, quæ vel sacramento, vel sacramenti voto, vnà cũ culpa remittitur, sed pro pœna tẽporali; quæ (vt sacræ literæ docent) non tota semper (vt in baptismo fit) dimittitur illis, qui gratię Dei, quam receperunt, ingrati, Spiritumsanctũ contristauerunt, & templum Dei violare non sunt veriti. Hæc ibi. Vbi vide; si non ad literã fermè præsens D. Tho. recensetur articulus. Item & quod meritò idipsum (s. quod à culpa cum pœna æterna per vim clauiũ, seu per absolutionem, & etiam à pœna temporali remanente per verecundiam in actuali confessione habitã liberamur) insinuat saltem implicitè sic. Ipsa uerò huiusmodi confessionis difficultas, & peccata detegẽdi verecundia, grauis quidẽ videri posset; nisi tot, tantisq́; commodis, & consolationib. leuaretur; quæ omnib. dignè ad hoc sacramentũ accedentibus per absolutionem certissimè conferuntur. Hæc Concil. Trid. sess. 14. c. 5. Confessionẽ ergo absolutioni iunctam, verecundiamq́; in detectione peccatorũ actualiter habitã, ista commoda in artic. posita nobis pœnitentibus afferre insinuat. Per cõmoda, etiam intellige omnes effectus confessionis reliquos in ista quæst. positos. Concilium præmissum facit partim, pro quãto s. de culpę dimissione per confessionẽ ad art. præcedentis immediatè confirmationem. Vide extrà de pœnit. distin. 1. c. sacrificium. Item quod meritò Concilium Senonense, confessionẽ liberare ab æterna pœna, & verecundiã à temporali partim liberare, insinuauit decreto 10. c. de confessione sic inquiens. Oportet itaque; quem antiquus ille serpens occultè momorderit, abstrusissimum quodque uulnus medico detegere, & omnem indigestum humorem (et si stomacho mentis altius insederit) euomere; pudorem, in satisfactionis partem, de singulo quouis errato pati: ne, dum occultis peccatorum uinculis sese teneri dissimulat, horrendæ tandem sub omnium oculis æternæ damnationis laqueo constringatur. Hæc ibi. Item quòd meritò à sacris literis insinuatum est, confessionem dimissa culpa pœnaque æterna relinquere pœnam temporalem pro iisdem peccatis expiandam: vt 2. Regum 12. Dixit Dauid: Peccaui Domino; & Nathan ad eum, Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Quò enim Dominus transtulerat peccatum Dauidis per confessionem, tanquàm in figuram nostræ, dicentis, Peccaui? Ad mortem filij ex adulterio nati: & ad persecutionem ab Absalone contra Dauid fiendam; ac similia. Vnde Nathan ipse, quasi translationem prædictam declarans, statim subinfert: Verumtamen filius, qui natus est tibi, morte morietur. Quin etiam Dominus confessionem Dauidis præuidens fecit, quòd Nathan quasi hoc ignorans translationem ipsam prædiceret, inquiens: Quamobrem non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum: &, hæc dicit Dominus. Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua: & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis huius. Tu fecisti abscondite: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis huius. Hæc ibi: cùm tamen, Christus purgasset peccata ipsius Dauidis, vt dicitur Ecclesiast. 47. delendo scilicet culpam, & remittendo pœnam æternam, mediante confessione prædicta. Quartò vides: quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, & declaretur.

*Confirma. art. præcedens.*

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum confessio aperiat paradisum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod confessio nõ aperiat paradisum: quia diuersorũ sacramentorum diuersi sunt effectus: sed apertio paradisi effectus est baptismi. ergo & effectus confessionis.

¶ 2 Præt. In id quod clausum est ante apertionem intrari non potest: sed ante confessionem moriens intrare paradisum potest. ergo cõfessio non aperit paradisum.

SED CONTRA. Confessio facit hominem subiici clauibus Ecclesiæ: sed per eas aperitur paradisus. ergo & per confessionem.

RESPON. Dicendum, quod à paradisi introitu prohibetur aliquis per culpam, & reatum pœnæ: & quia hæc impedimẽta confessio amouet, vt ex dictis patet; ideo dicitur paradisum aperire.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis baptismus & pœnitentia sint diuersa sacramẽta: tamen agunt in vi vnius passionis Christi per quã aditus paradisi est apertus.

AD SECVNDVM dicendum, quod ante votum confessionis paradisus clausus erat peccãti mortaliter: quãuis postea per contritionem votum confessionis importãtem apertus sit etiam ante confessionem actualiter factam: non tamen obstaculum reatus est totaliter amotum ante confessionem & satisfactionem.

## SVPER Q. XLI. Aliàs 10. Art. III.

41 CONCL. Confessio dicitur paradisum aperire (.i. verè dicit.)

¶ PROB. Quia confessio remouet culpam, & pœnam: quibus prohibetur aliquis ab introitu paradisi.

¶ NOT. Licet confessio nõ remoueat totam pœnam temporalem (vt art. 2.) tamẽ ex hoc non fit quin aperiat paradisum. Nam tandem temporalis illa pœna totaliter auferetur, & hoc quia pœna æterna per cõfessionem sublata fuit: & cõsequenter ablatio totius tẽporalis pœnæ originalr est à cõfessione. Consequenter igitur confessio etiam quando totam temporalem pœnam statim non aufert, rectè dicitur aperire paradisum. Sic ergo intelligatur conclusio præmissa: vt dicamus. Confessio vt statim, aut originaliter saltem, paradisum aperit: ita ut quis ad ingrediendum subito fine aliquo obice illuc sit idoneus.

1^m de maiori. Diuersorum. ℞. In virtute diuersæ rei agentium: non, in virtute vnius rei. §. Tunc &c. Nam & baptismus, & confessio sacramẽtalis agunt in virtute vnius rei passionis, videlicet Christi: licet sint diuersæ res. Consequenter ergo eundem effectum habere possunt.

¶ NOT. Sicut diuersorum terminorum conclusiones, dummodo habeant idem medium, per quod demonstrentur, pertinent ad eandem scientiã, & cõsequenter faciunt certitudinem eiusdem gradus in intellectu: ita baptismus & confessio sacramenta diuersa, cùm per idem medium (hæc est passio Christi) operentur, nõ mirum est, quòd eundem effectum producant, s. apertionem paradisi.

2^m de minori. Ante confessionem. ℞. Actualiter factam: non votiuam. §. Tunc &c. Nam concedo intelligit de cõfessione votiua saltẽ. i. in voto habita: licet plenius verificet de confessione actualiter facta.

¶ NOT. Vltima verba responsi textualis, s. non tamen obstaculũ reatus est totaliter amotũ ante confessionem, & satisfactionẽ, non sint tibi occasio erroris huius, quod videlicet cõfessio actualis quælibet & satisfactio obstaculũ reatus totaliter amoueant: quoniam accidit quandoque quod confessio non est uestita contritione ad hoc perueniente, similiter & satisfactio non est uestita quãdoque pœnalitate tanta. Vide suprà q. 8. artic. 7. cum elucidationib. quomodo pœna taxari debeat secundum quantitatem culpæ: alioquin obstaculum reatus non auferretur. Vnde sanctus Doctor quodli. 3. art. 28. inquit: Si contingat, quod sacerdos minorem satisfactionem imponat pœnitenti, quàm sit illa, ad quam obligatur ex quãtitate sui peccati (subtracto eo quod remittitur virtute clauium, & contritionis precedentis) nihilominus pœnitens ad aliquid ulterius obligatur: quod si in hac vita nõ perficiet, in purgatorio exsoluet. Hæc ibi. Vide no. post probationem conclus. præsentis articuli: & secundum art. cum elucid. Illa igitur ultima uerba intelliguntur de confessione, & satisfactione ad tantam amotionem condignis, in voto etiam quod deficiente

deficiente facultate) fiant: quoniam sic, & non aliter, obstaculum reatus totaliter amouent. Vnde per talia verba non intendit negare D. Thomas, q confessio & satisfactio solum votiuæ amoueant quandoque totaliter obstaculū reatus: sed inferre, q eædem actualiter factæ (cęteris paribus) ad ipsum sic amouendū magis ualent.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Manichæorum (Direct. Inquisit. par. 2. q. 13.) dicentiū, confessionem peccatorum factam sacerdotibus Romanæ Ecclesiæ nihil valere ad salutem. Si enim pro salute intelligant per anthonomasiam paradisum, siue paradisi apertionem: articulus pręsens eos directè expugnat. Si verò per salutem intelligant viam directam salutis, i. gratiam, vel remotam viam, i. liberationem à culpa & pœna: articuli primus & secundus hæreticos illos expugnarunt. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas hæresim hanc merito damnari à B. Iacobo cap. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra, vt saluemini. Ecce; quòd confessio facta sacerdotibus valet ad salutem. Nam per ly alterutrum intelliguntur sacerdotes confessarij: vt patet ex Concilio Cabilonensi secundo ca. 33. id contextualiter affirmante, sic. Quidam sacerdotibus peccata confitenda esse percensent, quod non sine magno fructu intra sanctam fit Ecclesiam. Ita vt &c. secundùm institutionem Apostoli, confiteamur alterutrum peccata nostra, vt saluemur. Confessio itaque quæ fit sacerdoti, &c. Hæc ibi. Item per rationem ex articulo sumptam ostendes, hæresim prædictam meritò damnari &c. vt suprà artic. 1. & 2. append. Cùm enim ratio, quòd aperiat paradisum confessio sit hæc, quòd s. culpam, pœnamque amouet, atque in appendicibus illorum articulorum canonice monstretur, quòd huiusmodi effectus confessio facit: liquet; quòd ab ibidem dictis radicaliter, & ostenditur, quòd ista aperit paradisum, & contrarium (quod est præmissus error) condemnatur. Item meritò damnari à Concilio Maguntino ca. 27. sic. Ipse Dominus ait: Nolo mortem peccatoris; sed vt conuertatur, & viuat. Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore pœnitentiam denegat; & desperat de clementia Dei, qui eam ad subueniendum morienti sufficere, vel in momento, posse non credit. Perdidisset latro in cruce præmium ad Christi dexteram pendens, si illum vnius horæ pœnitentia non iuuisset. Cùm esset in pœna pœnituit: & per vnius sermonis confessionem habitaculum paradisi, Deo promittente, promeruit. Hæc ibi. Vbi per pœnitentiam intelligit confessionem sacerdoti factam: quoniam in illo capitulo determinat, quòd suspendendi in patibulis, sunt & confessione sacramentali, & sacra eucharistia post dignam confessionem muniendi. Ecce igitur; quòd non tantum de salute qualibet, sed expresè de paradisi, tanquàm de effectu confessionis Synodus illa facit mentionem. Nec te moueat Lutherus huic veritati infestus inquiens (vt ait Leo Papa in Bulla contra errores Lutheri) quòd fomes peccati, etiam si nullum adsit actuale peccatum moratur animam ab ingressu cœli. Verum quidem est, quòd confessio fomitem omnino non tollit: tamen ob hoc non sequitur, quòd anima post confessionem absque actuali peccato, eiusque reatu existens ab ingressu cœli retardetur propter fomitem prædictum. Nam si anima talis post confessionem statim exiret à corpore, in cęlum reciperetur. Quare? Quia confessio illa præcedens paradisum aperuit: etiam quòd ab homine ipso viuente fomitem totaliter non abstulerit. Quòd enim fomes non sit peccatum, & consequenter ab ingressu paradisi animā aliàs dignam non remoretur, & per consequens, q Lutherus in hoc damnetur habes à Concilio Triden. sessio. 5. decret. primo, vbi sic ait: Manere autem in baptizatis concupiscentiam vel fomitem, hæc sancta Synodus fatetur: & sentit, quæ cum ad agonem relicta sit nocere non consentientibus, sed viriliter per Christi Iesu gratiam repugnantibus, non valet: quinimmo, qui legitimè certauerit, coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta Synodus declarat Ecclesiam catholicam nūquàm intellexisse peccatum appellari, quod verè & propriè in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat: Si quis autem contrarium senserit; anathema sit. Hæc ibi. Et licet Synodus ipsa loquatur ad literam de fomite in baptizatis: tamen vniuersaliter etiam in confessis: hoc quòd videlicet fomes, non est peccatum propriè. verificatur error etiam præcedens à Leone ibidem condemnatur: cuius Bullæ particulam si videre cupis, vide suprà quæst. 1. artic. 1. appen. & 3. par. quęst. 68. art. 9. Vide Roffensem contra Lutheri errores art. 2. & 3. Cæterùm si à Manichæis in principio appendicis dictis fiat vis in ly Romanæ Ecclesiæ, quasi quòd de sacerdotibus non omnibus, sed Romanæ Ecclesiæ tantum negetur confessionis valor ad salutem: vide quæst. 6. artic. 2. & quæst. 8. artic. 2. vbi confutatur iste error pro hac parte. Quibus adde, contra eundem, Concilium Aquisgranense cap. 9. vbi de sacerdotibus loquens, ait: In nouo autem testamento post Christum sacerdotalis ordo à Petro Apostolo cœpit. Ipsi enim primum datus est Pontificatus in Ecclesia Christi. Sic enim loquitur ad eum Dominus, Tu es Petrus, & super hanc petrā, &c. Et infrà: Quatuor sunt genera Apostolorum: vnum à Deo tantum, vt Moses: alterum per hominem & Deum, vt Iosue: tertium tantum per hominem, sicut his temporibus multi fauore populi, & potestatum in sacerdotium subrogantur: quartum autem genus ex se est, sicut pseudoprophetarum & pseudoapostolorum. Hæc ibi. Cùm ergo quartum genus sacerdotum, tāquàm pseudo, reijciatur; & tertium à sancta Synodo Tridentina (vt patet ex appendicib. articulorum proximè citatorum) reprobetur: restat, vt in nouo testamento sacerdotalis ordo ille nullus sit, nisi qui deriuatur à Petro Apostolo, qui fuit à Deo tantum. Matth. 16. & 24. q. 1. rogamus. Romanus Pontifex, & consequenter, q Romanæ Ecclesiæ sacerdotes (hi omnes sunt qui vbilibet existentes à Petro in sacerdotio dependent) soli sunt veri sacerdotes. Hoc voluit dixisse Concilium Aquisgranense suprà: quando sacerdotalem ordinem in nouo testamento à Petro Apostolo cępisse sanxit. Vide pro hoc q. 22. art. 1. not. primam post ad primum. Terriò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, & declaretur.

Suspēdēdi confiteantur, &c. sepeliantur.

Error Lutheri, q & dānat, non facit: q p̄dictę veritates non sint veritates.

Petrus est caput sacerdotij, quomodo.

---

SVPER Q. XLI. Aliàs 10. Art. IIII.

42 CONCL. Dicitur; quòd cōfessio spem tribuit salutis, (id est vere dicitur.)

¶ PROB. Quia cōfessio ex passione Christi virtutem trahit: & spes remissionis peccatorum est nobis per Christum.

¶ NOT. Quòd cōfessio sacramentalis, qua clauib. ecclesiæ subijcit se homo, virtutem ex passione Christi habeat, ex superiorib. patet. His tamē, pro hac, & vniuersali doctrina circa huiusmodi materiam, adde; q ex latere Christi tunc sacramenta omnia fluxerunt, quando inde exiuit sanguis & aqua: & propterea virtutem à passione Christi trahere veraciter dicuntur. In sanguine. n. & solus est Eucharistiæ sacramentum, & in aqua baptismi, importatur: & in his duobus sacramentis, tāquàm in præcipuis cætera omnia cointelliguntur. Quòd verò spes nobis ad salutem per Christum sit, patet tum ex supra dictis, tum ex Actuum quarto. Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in alio aliquo salus: nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Hæc ibi: & loquitur Petrus de Christo Iesu Nazareno crucifixo.

A Christo omnia sacra nata, q & solus est nostra spes ad salutē.

Pri-

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum confessio spem tribuat salutis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q effectus confessionis poni non debeat, quòd tribuat spem salutis: quia spes ex omnibus meritoriis actibus prouenit: & sic non videtur proprius effectus confessionis.

¶ Præterea. Per tribulationem ad spem peruenimus: vt patet Rom. 5. sed tribulationem homo præcipuè in satisfactione sustinet. ergo tribuere spem salutis magis est satisfactionis, quàm confessionis.

SED CONTRA. Per confessionem homo fit humilior, & mitior, sicut in litera Magister dicit, sed per hoc homo accipit spem salutis. ergo confessionis effectus est tribuere spem salutis.

RESPON. Dicendum, q spes remissionis peccatorum nō est nobis, nisi per Christum, & quia homo per confessionem se subiicit clauib. Ecclesiæ ex passione Christi virtutem habentibus: ideo dicitur quòd confessio spem salutis tribuit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex actibus non potest esse spes salutis principaliter, sed ex gratia redem-

1m ex antecedente. Prouenit. R. Secundario: nō principaliter. §. Tunc &c. Intendit. n. conclusio, q cōfessio sacramētalis spem salutis tribuit principalr: sine cuius veritatis offensione stat, q actus nr̄i meritorij spem salutis tribuant secūdariò. Ratio autē cur principaliter spem salutis det cōfessio, est: quia cōfessio ipsa innitit gratię redemptoris, q est prima spes nostra. Confessio nāq; est sacramentum, & sacramenta omnia ex latere Christi fluxerunt, vt suprà dictum est.

¶ COROLL. Ergo confessio secundum considerationem illā, qua est pars sacramenti, tractatur nunc magis, q̄ secundum illam, quæ est actus noster meritorius. Nam si ex actibus nostris meritorijs nō dependet principaliter spes salutis (vt in litera dicitur, & spes salutis dependet, tanquàm principalis effectus, à confessione: sequitur, quòd hic de ipsa confessione consideretur, vt sacramentum. Ergo spem salutis, quocumque modo sumpta confessio dat: sed ipsa, vt actus noster: secundario, vt sacramentū, principaliter: vel (quod in idem redit) spes salutis secundario data est effectus cōfessionis, pro actu pęnitentis accepę, & spes salutis principaliter data est effectus confessio-

Confessio spem salutis tribuit dupliciter.

confeſſionis,pro ſacramento ſumpto. Ergo,à ſimili,actus noſtri meritorij tribuunt nobis ſpem ſalutis; ſed ſecundariò, non principaliter, vt ex Concil. Trid. etiam declarabitur in ſequenti appendice.

## 2^m de concluſione.

Tribuere ſpem ſalutis. ℞. Per exercitium propriæ virtutis, & purgationem à pœna minus principaliter: non, per hos modos magis principaliter. §. Tunc &c. Nã licet in ſatisfactione tribulatio quandoq; magna ſentiatur, & conſequẽter ibi valde exerceatur propria virtus, purgatioq; fiat à pœna: tamen in actuali confeſſione magis, vt ex q. 9. art. 4. & q. 10. art. 2. patere poteſt.

redemptoris: & quia confeſſio gratia redemptoris innititur: ideo ſpem ſalutis tribuit non ſolum, vt actus meritorius, ſed etiam vt pars ſacramenti.

¶Not. Conditio, ly fortis confeſſioni non ſatisfactioni, quæſt. 9. artic. 4. tribuitur: vt vel ex hoc tribulationem maiorem in confeſſione, quàm in ſatisfactione reperiri noueris. Taceo de ly integra: quæ cum etiam oblitorum præſupponat examen diligentia debita conſtans, quod non niſi maxima difficultate fit, tribulationis magnitudinem in confeſſione atteſtatur. Alias conditiones diſcurrat qui voluerit, & confeſſionis tribulationem, præ ſatisfactione, arduam magis vel ex omnibus coniunctim inſpiciet. Hinc mox quoque notum fiet: quòd in confeſſione virtus propria exercetur amplius, quàm in ſatisfactione. Quod verò purgationem à pœna maiorem importet confeſſio in articu. 2. tam clarè dignoſcitur: vt pro hac re ibi dictis addere non oporteat. Hæc omnia implicitè inſinuauit textus reſponſi huius, ibi, ſed confeſſio etiam modo prædicto. Quaſi dixiſſet: Confeſſio illa duo, ſcilicet exercitium propriæ virtutis, & purgationem à pœna, quæ tribulatio concernit, ſecum importat; & adhuc magis: & conſequenter confeſſio ſpem ſalutis tribuit modis his, quibus ſatisfactio, & adhuc magis. Nec obſtat, quòd ſatisfactio etiam, ſicut & confeſſio, operatur in vi clauium, & conſequenter etiã vt pars ſacramenti tribuit ſpem ſalutis: quoniam ſatisfactionem ſic operari dependet à confeſſione (vt patet art. 2. in corol. & not. poſt ad primum.) & per conſequens confeſſio magis principaliter, quàm ſatisfactio, ſic etiam operans tribuit ſpem ſalutis.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæreſim quorundam incluſiuè negantium (vt ex Concilio Trid. nunc adducendo patet): quòd confeſſio non tribuat ſpem ſalutis. Dixi ly incluſiuè: quia hi negant ſpem habendam pro quibuſcumque bonis operibus vniuerſaliter, & conſequenter in ſuo hoc dogmate peruerſo includunt etiam confeſſionem. Quandoquidem confeſſio ipſa eſt actus virtutis, quæſt. 7. art. 2. & 3. 2 Secundò habes: quomodo per rationem oſtendas, prædictam hæreſim meritò damnari à Concilio Trident. ſeſſio. 6. cap. 16. ſu. Bene operantibus vſque in finem proponenda eſt vita æterna; & tanquam gratia filij Dei per Chriſtum Ieſum miſericorditer promiſſa; & tanquam merces ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus, & meritis fideliter reddenda. Hæc ibi. Et cano. 26. Si quis dixerit: iuſtos non debere prò bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare & ſperare æternam retributionem à Deo per eius miſericordiam, & Ieſu Chriſti meritum, ſi bene agendo, & diuina mandata cuſtodiendo, vſque in finem perſeuerauerint: anathema ſit. Hæc ibi. Ex quibus patet incluſiuè: quòd confeſſio, cum ſit bonum opus, tribuit ſpem ſalutis habendæ ſiue per gratiam in re, ſiue per gloriam in ſpe; ſiue etiam per gloriam in re, ſi perſeuerantia inibi à Concilio notata iungatur. Item meritò damnari ab Apoſtolo primo Corinthiorum 15. Abundate in omni opere bono: ſcientes, quòd labor veſter non eſt inanis in Domino. Hoc eſt, habentes ſpem, quòd labor veſter retributionem accipiet à Domino, & conſequenter ſcientes, quòd omne opus bonum (confeſſio autem eſt huiuſmodi) ſpem tribuit ſalutis. Item ab eodem Hebræo. 6. Non enim iniuſtus eſt Deus; vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius. Ecce, quòd omne opus bonum, (ſecundum doctrinam Apoſtoli) & conſequenter confeſſio ſpem ſalutis tribuit. Vnde & clarius eandem hæreſim damnans, Hebr. 10. inquit, Nolite amittere confidentiam ueſtram, quæ magnam habet remunerationem. Quaſi aperte dicat, confidentia veſtra cauſata à bonis operibus quæ feciſtis, bona eſt. Vnde in contextu de bonis operibus idem mentionem fecerat dicens: Rememoramini priſtinos dies in quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum; & in altero quidem opprobrijs, & tribulationibus ſpectaculum facti, in altero autem ſocij taliter conuerſantium effecti. Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes uos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam. Hæc ille, immediatè ſubdens ly Nolite amittere confidentiam, &c. Item meritò damnari à Pſal. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas, propter retributionem. Hoc eſt, propter ſpem retributionis, ſiue ſperando retributionem. Item meritò damnari ab Apoſt. Hebr. 11. de Moſe dicente: ꝙ aſpiciebat in remunerationem. Ecce per has virtualiter, ſeu incluſiuè damnari errorẽ dicentium: ꝙ confeſſio non tribuit ſpem ſalutis. 3 Tertio habes: quomodo per rationẽ oſtendas, Concil. Trid. iure radicaliter inſinuaſſe, confeſſionẽ tribuere ſpem ſalutis: dũ ſeſſ. 6. c. 7. inquit: Vere iuſti nominamur, & ſumus, iuſtitiam in nobis recipientes, vnuſquiſque ſecundum ſuam menſuram: quam Spiritusſanctus partitur ſingulis prout vult, & ſecundũ cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem. Quamquàm .n. nemo poſſit eſſe iuſtus, niſi cui merita paſſionis D. N. Ieſu Chriſti communicantur: id tamen in hac impij iuſtificatione fit, dum eiuſdem ſanctiſſimæ paſſionis meritò per Spiritumſanctũ charitas Dei diffunditur in cordib. eorum, qui iuſtificantur, atque ipſis inhæret. Hæc ibi. Et c. 3. prædixerat: ꝙ meritum paſſionis Chriſti nobis communicatur in baptiſmo. A ſimili ergo & in alijs ſacramentis; quare & in confeſsione. Cùm igitur radix, ꝙ confeſsio tribuat ſpem ſalutis, ſit & meritũ Chriſti, & eiuſdẽ meriti cõmunicatio nobis per confeſsionem facta (vt in corp. art. patet:) clarum eſt, ꝙ Concil. per illa capitula inſinuat radicaliter, confeſsionem dare ſpem ſalutis. Conſule ſuprà q. 5. art. 3. & q. præſenti art. 1. 2. & 3. & inde multa pro huius concluſionis veritate, & contrarij erroris falſitate, ex appendicibus canonicè hauries. 4 Quartò vides: quomodo ex ijs omnibus viciſsim Angelica hæc doctrina conſolidetur, & declaretur.

Spẽs principalr innititur diuinæ miſericordię, poſtea merito Chriſti, demũ operibus noſtris meritorijs, iuxta Concilium.

---

Ad secundum dicendum, ꝙ tribulatio ſpem ſalutis tribuit per experimentum proprię virtutis, & purgationẽ à pœna, ſed confeſſio etiam modo prædicto.

---

### ARTICVLVS V.

*Vtrum confeſsio generalis ſufficiat ad delenda mortalia oblita.*

Ad quintum ſic proceditur. Videtur ꝙ confeſſio generalis, non ſufficiat ad delendum peccata mortalia oblita. Peccatum enim per confeſsionem deletum, non eſt neceſſe iterum confiteri: ſi ergo peccata oblita, per confeſſionem generalem dimitterentur, non eſſet neceſſarium quòd cum ad notitiam redeant, aliquis confiteretur.

¶2 Præterea. Quicumque non eſt conſcius ſui peccati, vel non habet peccatum, vel eſt oblitus ſui peccati: ſi ergo per generalem confeſſionem peccata mortalia oblita dimittũtur, quicumque non eſt ſibi conſcius de aliquo peccato mortali, per generalem confeſſionem poteſt eſſe certus, quòd ſit immunis à peccato mortali: quod eſt cõtra Apoſtolum 1. Cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum.

¶3 Præterea. Nullus ex negligentia reportat commodum: ſed non poteſt eſſe ſine negligentia, quòd aliquis peccatum mortale obliuiſcatur antequàm ei dimittatur. ergo non reportat ex hoc tale commodum, quòd ſine ſpeciali confeſſione de peccato ei dimittatur.

¶4 Præterea. Magis eſt elongatum à cognitione confitentis id, quod eſt omnino ignoratũ, quàm illud cuius eſt oblitus: ſed peccata per ignorantiam

SVPER Q. XLI. Aliàs 10. Art. v.

43 4. ſent. diſt. 21. q. 2. artic. 2.

Conct. Tunc (ſcilicet quando obliuio non impedijt deletionem culparũ) confeſsio generalis ſacramentalis operatur ad dimiſsionẽ pęnæ ex vi clauiũ, quibus ſe cõfitens ſubijcit, nullum obſtaculũ quãtũ in ſeipſo eſt ponens; ſed ex ipſa parte, qua erubeſcentia confeſsionis peccati, pœnam minuebat, pœna iſtius, de qua quis ſpecialiter coram ſacerdote non erubuit, non eſt diminuta.

¶Coroll. Ergo cõfeſſio generalis (vt formalr titulo ridéatur), ſufficit ad mortalia oblita excuſabiliter delenda directè quo ad pęnam pro quanto ſpectat ad vim clauium ſolummodò: & quo ad culpam, præſuppoſitiuè.

¶Prob. primò: Quia confeſsio actualis generalis ordinatur directè ad dimiſsionem pœnæ ex vi clauium, etiam ꝙ ſpecialiter non exprimatur peccatum excuſabiliter oblitum. Secunda pars, ſ. ſed ex ipſa &c. probatur: Quia erubeſcẽtia, ex qua confeſsio deleret culpam, deeſt in confitente, niſi peccatũ ſpecialiter exprimatur.

¶Not. Quomodo excuſari poſsit obliuio peccatorum, & conſequenter quomodo contritio ad eorũ culpam, & cõfeſſio generalis ad eorum pœnã delendam ſufficiat: vide quæſt. 2. artic. 3. ad ſecundum. Quòd autem ex vi clauium, & erubeſcentiæ, confeſsio valeat liberare à pœna peccatorum: vide art. 2. huius.

Primum

tiam commissa generalis confessio non delet: quia tunc hæretici, qui nesciunt aliqua peccata, in quibus sunt, esse peccata, aut etiam aliqui simplices per generalem confessionem absoluerentur, quod falsum est. ergo generalis confessio non tollit peccata oblita.

Sed contra est Psal. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur: sed iste, qui confitetur omnia, quæ scit, accedit ad Deum quantum potest. ergo non confunditur, vt repulsam patiatur, sed veniam consequitur.

¶ Præterea. Ille, qui confitetur, veniam consequitur, nisi sit fictus: sed ille, qui confitetur omnia peccata, quæ in memoria habet, aliquorum oblitus, non ex hoc est fictus: quia ignorantiam facti patitur, quę à peccato excusat. ergo veniam consequitur, & sic peccata, quæ oblita sunt, relaxantur, cum impium sit dimidiam sperare veniam.

Respon. Dicendum, quòd confessio operatur præsupposita contritione, quæ culpam delet; & sic confessio directè ordinatur ad dimissionem pœnæ; quod quidem facit ex erubescentia, quam habet ex vi clauium, quibus se confitens subiicit. Contingit autem quandoque, quòd per contritionem præcedentem peccatum aliquod deletum est, quoad culpam, siue in generali, si eius memoria tunc non habebatur, siue in speciali, & tamen ante confessionem illius peccati oblitus est: & tunc confessio generalis sacramentalis operatur ad dimissionem pœnæ ex vi clauium, quibus se confitens subiicit, nullum obstaculum quantum in ipso est ponens: sed ex ipsa parte, qua erubescentia confessionis peccati, pœnam minuebat, pœna istius, de qua quis specialiter coram sacerdote non erubuit, non est diminuta.

Ad primvm ergo dicendum, quòd in confessione sacerdotali non solum requiritur absolutio, sed iudicium sacerdotis satisfactionem imponentis: & quamuis iste absolutione sit functus, tamen tenetur confiteri, vt suppleatur quod defuit sacramentali confessioni.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ confessio non operatur, vt dictum est, nisi contritione præsupposita, de qua quando vera fuit, non potest aliquis scire, sicut nec scire potest an gratiæ habeat plenitudinem: & ideo non potest scire vtrum per confessionem generalem sit sibi peccatum oblitū dimissum per certitudinem, quamuis possit per coniecturas aliquas existimare.

Ad tertivm dicendum, quòd iste non reportat commodum ex negligentia, quia non ita plenam remissionem consequitur, sicut aliàs consequutus fuisset; nec tantum meretur, & tenetur iterum confiteri, cum ad memoriam peccatum venerit.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ ignorantia iuris non excusat, quia ipsa peccatum est, sed ignorantia facti excusat. Vnde aliquis de hoc, ꝙ non confitetur peccata, quia nescit esse peccata propter ignorantiam iuris diuini, non excusatur à fictione: excusaretur autem, si nesciret ea esse peccata propter ignorantiam particularis circunstantiæ, sicut si cognouit alienā, quam credidit esse suam. Sed obliuio de actu peccati habet ignorantiam facti, & ideo excusat à peccato fictionis in cōfessione, quod fructum absolutionis, & confessionis impedit.

QVAE-

1^m de antecedente. Non est necesse. ℞. Propter absolutionē obtinendam: non, propter iudicium sacerdotis subeundum. §. Loquendo scilicet de peccato deleto in confessione generali. Tunc &c. Nam per confessionem generalem sacerdos potuit quidem absolutionem impendere confitenti sic: sed nō potuit inde iudicium sufficiens trahere ad satisfactionem imponēdam condecenter; vt patet cōsideranti dicta in q. 8. art. 7. quæ & confirmatur per Concil. Triden. adductum q. 6. artic. 2. ad 2. & q. 7. art. 2. ad 1.

2^m de concl.^e Dimittuntur. ℞. Ita ꝙ cōfitens possit scire certitudinaliter, sibi esse dimissa: non, ita quòd hoc ipsum scire possit coniecturaliter solum. §. Tunc &c. Nā licet non possit per certitudinem (nisi reuelatione diuina speciali concurrente) aliquis scire se fuisse sufficienter contritū, & consequenter, se esse sine peccato mortali, & in gratia: potest tamen hoc per coniecturas existimare.

Vnde est; ꝙ nemo scire pōt ex suis bonis operib. se esse in gratia.

¶ Not. Quando unus effectus à duabus causis procedere potest, nemini licitū est absque periculo falsitatis, argumentari ab illo effectu ad vnam illarum causarum determinatè per certitudinem, nisi fortè doceatūr ab eo, qui clarè uidet, à qua causa determinate profluit tunc ille effectus (vt patet discurrenti per singula.) Hinc quia eleemosyna, oratio, & similia de genere bonorum possunt à causa bona, & à mala procedere: ideo non licet iudicare determinatè per certitudinem, quòd hic vel ille bono, vel malo animo ista faciat. Quòd si quis ex eodem effectu, qui à diuersis causis procedere potest, vnam illarum velit sic inferre, deceptio contingit, ei similis fallaciæ, quæ dicitur æquiuocationis, amphibologiæ, vel etiam figuræ dictionis. Quemadmodum enim in his tribus accidit deceptio ex eo, quòd sub vnitate, vel similitudine verborum latet diuersitas significatorum: ita in proposito accidit ex eo, quòd sub identitate, vel similitudine vnius effectus latet multiplicitas causarum. Sicut ergo ibi ille decipitur, qui ex vnitate, vel similitudine verborū concludit assertiuè vnitatē significati (vt patet in lib. de fallacijs D. Th. c. 3. 4. 7.) ita hic decipiatur necesse est, quantum est de natura rei; qui ex identitate, vel similitudine effectus concludit determinatè per certitudinē processum à tali causa. Quare? Quia talis effectus potest procedere à duabus causis; & ipse arguens infert conclusionem, ac si tantū procedat ab vna. Potest tamen sine deceptione disiunctim per certitudinē, vel etiam coniecturaliter, inferre sic: ergo talis effectus certò procedit à tali, vel à tali causa; itē, ergo talis effectus, propter speciales quasdā mihi visas conditiones, procedit, ſm ꝙ æstimo, à tali causa. Cæterum ad rem nostrā, quæ dicta sunt, applicentur. Effectus iste, s. amare Deum, etiā plusquàm semetipsum, cū suis consequentibus (puta declarari in Deo, in seruitio Dei, ac huiusmodi) potest procedere à duabus causis, i. à gratia habituali, & à natura hominis. Naturaliter siquidem, ēt sine gratia habituali, homo diligit Deum plus quàm seipsum; immo & omnis creatura (vt inquit S. Doctor 1. par. q. 60. art. 5. Et per consequens homo naturaliter delectatur in Deo, in Dei seruitio, ac huiusmodi. Et nota: ꝙ præmissa intelliguntur de amore naturali, vt naturalis est; non vt est secundum appetitum voluntatis rationalis. Vide 1. 2. q. 109. art. 3. Si ergo quis ex tali effectu viso in semetipso, vel in alio velit inferre determinatè per certitudinem, effectum ipsum procedere à gratia habituali, vel solū à naturali bonitate: decipietur necessario, quātum est ex natura rei. Dico, quantum est ex natura rei, ad differentiā casus: quoniā posset taliter argumētans diuinare à casu id; qđ ex natura rei syllogizandæ, sic prauè concludit. Restat igitur clarum, ꝙ nemo potest (vt tex. responsionis huius innuit) scire per certitudinē se, vel aliū habere gratiā Dei, quāuis possit hoc per coniectu ras aliquas existimare.

Quibus fallacijs assimilent̄ illationes ad concludendum scientiā certam de gratia.

3^m illatio conclusionis. Ergo non reportat ex hoc tale cōmodū, &c. ℞. Ista illatio partim concedit̄, partim negatur. §. Negatur. n. pro quanto dicit, ꝙ talis non reportat istud cōmodum, ꝙ peccatum oblitū sine speciali confessione de ipso peccato ei dimittatur: conceditur verò pro quanto dicit, ꝙ non reportat tale commodum ex hoc, i. ex negligentia. Nam dimissio illius peccati obliti non reportat̄ ex negligentia; sed ex contritione, & confessione generali, in quibus illud etiam oblitū à tali obliuioso, ne ab illo condēnaretur, implicitè condemnabatur (vt in corpore). Ex negligentia autem illa reportat̄ incommodum hoc: primò ꝙ non ita plenam, &c. secundò, ꝙ nec tm̄ &c. tertiò, quòd tenetur iterum (specialiter s. de illo oblito) confiteri cum &c. vt in litera.

Peccata propria condēnant authorē suū, nisi ab eo condēnentur.

¶ Not. Regulæ vniuersalissimæ memento hic, & vbique, quæ aliàs dicta fuit: & est hæc, ꝙ S. Tho. in responsionib. suis præsupponit semper dicta in eod. art. Vnde si contingat (sicut in præsenti responso) ꝙ aliquid de iam dictis faciat ad pleniorē solutionem argumenti; hoc tāquàm subintelligendū tacetur, ne replicatio fiat; & ad illud, quod antea non fuit dictū, manus apponitur. Propterea licet quandoque uidear de meo loqui (vt videri potest in præsenti,) non tamen verum est. Non enim nouas responsiones capere intendo; sed illud, quod in Diui Thomæ responsis latet, pro minus instructis facilius explicare. Quis enim Angelicas has responsiones corripiat, vel mutilas iudicet?

Regula vniuersalissima pro responsis intelligēdis.

4^m de minori. Per ignorantiā. ℞. Iuris: non, facti. §. Tunc nihil &c. Nam peccata oblita dicunt ignorantiam facti, seu particularis circunstantiæ (ꝙ in idem redit;) quando in confessione generali remittuntur: non autem ignorantiam iuris: quoniam tunc ille obliuiosus reputaretur fictus, & fictio fructum absolutionis, & confessionis impediret.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò, quomodo per rationem ostendas Concil. Trident. meritò innuisse, peccata oblita in confessione generali dimitti. Reliqua autem insinuasse videtur sess. 14. cap. 5. dum ait:

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Reliqua peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuersum eadem confessione inclusa esse intelliguntur: pro quibus fideliter cum Propheta dicimus, Ab occultis meis munda me Domine. Hæc ibi. Vbi consideranti patere potest: quòd peccata oblita, & in confessione generaliter inclusa, à Domino Deo mundantur; præsupposita tñ semper contritione. Ad cuius Psalmi 18. intellectum conformiter Synodo ipsi, antequàm esset, loquitur venerabilis Beda, in huiusmodi super Luc. cap. 4. dicens: Modò Saluator rogatur, modò vltro sanat ægrotos, ostendens se contra peccatorum passiones precibus fidelium semper annuere: & ea, quæ ipsi minime in se intelligunt, vel intelligenda dare, vel etiam non intellecta dimittere; iuxta illud, quod postulat dicens, Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me. Hæc ibi. Item quomodo per rationem ostendas, consuetudinem ecclesiasticam; qua dicit sacerdos, Absoluo te à peccatis, quæ mihi modò confessus es, & ab omnibus aliis, quorum memoriam non habes; consuetudinem inquam, hanc meritò insinuare, quòd confessio generalis, id est in generali clausula (scilicet de omnibus etiam alijs, non tantum de specialiter confessis, in quibus offendi Deum, dico meam culpam, peccata comprehendens vniuersa, sufficit ad delenda mortalia. Nisi enim sufficeret ad hoc: minister ecclesiæ, quæ est columna veritatis (secundùm Apostolum) non diceret, Absoluo te ab his, quorum memoriam non habes. Et nota, quòd hoc intelligitur de non habitis in memoria post diligentem cogitationem, pro conatu ad rememorandum) vt suprà alibi dictum fuit; & Concil. Trident. adductum nunc innuit;) non aliter. Secundò igitur habes, quomodo per rationem ostendas; quòd ex præmissis, s. Concilio, & consuetudine ecclesiastica, meritò damnatur pestiferus error Lutheri (vt narrat Leo X. in Bulla contra ipsius errores) dicentis: quòd liberum arbitriũ: dum facit, quod in se est, peccat mortaliter. Secundum Concilium enim supradictũ cogitauit ille confitens diligenter peccata sua (faciendo s. quod in se est, vt recorderetur illorum:) & tamen non solum non peccasse ipsum, sed etiam ex hoc munditiam conscientiæ de oblitis promeruisse, vidimus. Quod de Concilio damnante Lutheri errorem dictum est; dic etiam tu de consuetudine ecclesiastica præmissa. Quanta autem sit authoritas ecclesiasticæ consuetudinis, patet ex hoc: ꝙ præponderat authoritati August. vel Hieronymi, vel cuiuscumque alterius Doctoris, de quo vide 2. 2. q. 10. artic. 12. Item error prædictus à Leone ipso inter alios damnatur: de quo eius Bullæ particulam, vide suprà q. 1. art. 1. appen. & 3. par. q. 68. art. 9. Rursus per rationem art. ostende: meritò damnari ex eisdem Concil. & consuetudine ecclesiastica hæresim Nouati (Prat. Accesius Nouation. Episcopus) dicentis: peccantes ad mortẽ post baptismum à communione diuinorũ esse reijciẽdos, & solius Dei, non sacerdotẽ esse potestatem huiusmodi peccantibus delicti remissionẽ concedere. Ecce. n. quod Concil. & cõsuetudo ecclesiastica talibus peccatorib. per confessionẽ sacerdotis factã remissionem delicti, etiã obliti, dari decernunt. Ergo & à fortiori (quod pro art. 1. facit) de eisdẽ delictis specialiter confessis sacerdotib. remissionẽ concedunt. Item ex eisdem ostendes meritò dãnari hæresim Iudęorũ & Lutheranorum (Prat. Iudæorũ hæreses) vna voce dicentiũ; peccatum statim à resipiscentia, & dolore, nullã agentibus pęnitentiã, neq; confitentib. esse remissum. Patet. n. discurrẽti; ꝙ tã Concil. q̄ ecclesiastica consuetudo præmissam confessionẽ, saltem in generali, factam implicitè supponit etiã à contrito; ad hoc, vt peccatum oblitũ ei remittatur. Faciunt præmissæ authoritates ad appendices articulorũ multorum supra pro confutãdis varijs errorib. ibi adductis. Tertiò habes, quomodo per rationẽ præmissa in Concil. & ecclesiastica consuetudine dicta, pro quanto confessionem generalem ad mortalium remissionem statuunt valere, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò videre potes: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina præsens consolidetur, & declaretur.

Quorũ memoriã non habes.

2 Errores Lutheran. Nouatian. & Iudęo. damnati.

3

4

---

SVPER Q. XLII. Aliàs 11. Art. 1.

44 4. sen. dist. 21. q. 3. art. 1. & 2.

CONCL. 1. De necessitate sacramenti est, quòd quis peccata habita per confessionem celet, & tanquàm violator sacramẽti, peccat qui confessionẽ reuelat.

¶ PROB. primò: Quia Deus peccatũ illius, qui se sibi subijcit per pœnitentiam, tegit: & hoc significari oportet in sacramẽto pęnitentię ab eo, qui vicem Dei gerit (hic est confessarius, cui confitens exterius se subijcit, in signum ꝙ interius subijcit semetipsum Deo). Secunda pars, s. & tanquàm &c. probatur: Quia hoc de se patet, ex eo s. ꝙ vicarius Dei debet se conformare Deo, cuius ministerium agit.

¶ CONCL. 2. Sunt aliæ vtilitates huius celationis vltra necessitatem prædictam; quam dixit prima conclusio.

¶ NOT. Ratione vtilitatum harum consequentiũ celationẽ tenet sacerdos ad sigillum: ne alijs claudat viam salutis. Ratione autem necessitatis in conclusione prima dictæ, ad sigilium tenetur, ne sacramenti violator existat. Ob hoc enim sigillum dicebatur esse de necessitate sacramenti: non quia sacramentum non valeret, si sacerdos sibi cõfessa propalaret, sed quia contra sacramẽti finem, qui est peccata tegere, ageret.

Licet de necessitate sacrĩ, ac cipiũ duob. modis, quorum solum vno sumit nunc.

¶ PROB. Quia per huiusmodi celationem homines magis & ad confessionem attrahuntur, & attracti simplicius peccata confitentur. Vide de hoc & Conciliũ Tridentinum sess. 14. cap. 5. & Leonem primũ 78. epist. suprà q. 9. artic. 3. vel 4.

## QVÆST. XLII. Aliàs 11.

*De sigillo confessionis, in quinque articulos diuisa.*

DEINDE quæritur de sigillo confessionis.

ET circà hoc quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum in quolibet casu teneatur homo celare ea, quæ habet sub sigillo confessionis.

¶ Secundò, Vtrum sigillum confessionis se extendat ad alia, quàm ad illa, quæ habita sunt de confessione.

¶ Tertiò, Vtrum solus sacerdos sigillum confessionis habeat.

¶ Quartò, Vtrum sacerdos possit à his reuelare delicta confitentis.

¶ Quintò, Vtrum teneatur ea celare, etiam si aliter ea nouerit.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum in quolibet casu sacerdos teneatur celare peccata, quæ sub sigillo confessionis nouit.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non in quolibet casu tenetur sacerdos celare peccata, quæ sub sigillo confessionis nouit: quia, sicut dicit Bernardus, quod est institutum pro charitate, contra charitatem non militat: sed celatio confessionis in aliquo casu contra charitatem militaret, sicut si aliquis in confessione scit aliquem hæreticum, quem non potest inducere ad hoc, quòd desistat à corruptione plebis: & similiter de illo, qui scit per confessionem affinitatem esse inter aliquos, qui contrahere volunt. ergo talis debet confessionem reuelare.

¶ 2 Præterea. Illud, ad quod quis obligatur ex præcepto Ecclesiæ tantum, non est necesse obseruari mandato Ecclesiæ in contrarium facto, sed celatio confessionis est introducta ex statuto Ecclesiæ tantum: si ergo per Ecclesiam præcipiatur, quòd quicumque scit aliquid de tali peccato, dicat, ille, qui scit, per confessionem, debet dicere.

¶ 3 Præterea. Magis debet homo conseruare conscientiam suam, quàm famam alterius, quia charitas ordinata est: sed aliquando aliquis peccatum celans, incurrit propriæ conscientiæ damnum, sicut cum in testimonium adducitur pro peccato illo, & iurare cogitur de veritate dicenda: vel cum aliquis Abbas scit per confessionem alicuius Prioris subiecti sibi peccatum, cuius occasio inducit ipsum ad ruinam, si ei prioratum dimittat; vnde tenetur ei auferre pastoralis curæ dignitatem: auferendo autem videtur confessionem publicare. ergo videtur quòd in aliquo casu liceat confessionem publicare.

¶ 4 Præterea. Aliquis sacerdos per confessionem alicuius, quam audit, potest accipere conscientiam, quòd sit prælatione indignus: sed quilibet tenetur contradicere promotioni indignorum, si sua intersit: Cùm ergo contradicendo suspicionem inducere videatur de peccato, & sic quodammodo confessionem reuelare, videtur, quòd oporteat quandoque confessionem reuelare.

SED CONTRA est, quod dicit Decret. de pœnit. & remiss. Caueat sacerdos: ne verbo, vel signo, vel quouis modo, prodat aliquatenus peccatorem.

¶ Præterea. Sacerdos debet Deo, cuius minister est, conformari: sed Deus peccata, quæ per confessionem habet, non reuelat, sed tegit. ergo nec sacerdos reuelare debet.

RESP. Dicendum, ꝙ in sacramentis ea, quę exterius geruntur, sunt signa rerũ, quæ interius contingũt, & ideo confessio, qua quis sacerdoti se subiicit, signum est interioris qua quis Deo subiicit: Deus aũt peccatũ illius, qui se sibi subiicit per pœ-

Primum

**1ᵐ minor.** Celatio confessionis in aliquo casu contra charitaté militaret. ℞. Negatur ista minor. §. Ratio est: quia charitas non requirit, quòd in aliquo casu (puta quando confessarius ex indispositione confitentis ipsum non absoluit) ponatur remediû peccato per reuelationem sigilli, i. manifestando peccatoré; licet requirat aliud remediû, vt in litera dicitur à ly tamen aliquod remediû adhibere debet in prædictis casib. &c. vsque in finem.

¶Not. Quoniam sigillum institutû est pro charitate (vt in textu dicitur) & vt peccatores ad confessionem melius attrahantur: ideo cauere debet confessarius; tanquàm sub sigillo aliqualiter contentû hoc; ne vultum minus beneuolum ostendat confitenti postquàm confessus est sibi aliquod grauius peccatum, quàm solebat ostendere antea. Ex hoc enim deterrerentur homines à confessione, & plus grauis eis videretur; vt patet. Similiter nunquàm nominet confessionem dicendo, audiui in tali loco (etiam quòd esset remotissimus, & astantibus ignotissimus) talem vel talem, casum in confessione; nec dicat, audiui talem hominem sępius in confessione, & est virgo: propter scandalum simplicium saltem.

**2ᵐ minor.** Celatio confessionis est introducta ex statuto ecclesiæ tantum. ℞. Negatur illa. §. Ratio est: quia est de iure diuino, cum ex necessitate sequatur ad confessionem. Vnde ex eo, quòd Christus instituit confessionem, cointelligitur etiã tunc instituisse sigillum, vtpote quod confessionis naturam, ceu comes indiuiduus, consequatur. Quòd autem confessio de iure diuino sit, habes q. 6. artic. 2. vnde & sigillum de iure diuino esse implicitè probare potes.

*De iure diuino est sigillum.*

¶Not. Illa verba textus, nullus ad reuelationem confessionis potest ab homine licentiari, intelliguntur formalr. i. de confessario sciente peccatum, vt Deus: secundum, quòd contextus dat intelligere. Adde, quòd S. Thomas sciebat confessarium posse ab homine confitente licentiari ad dicendum peccatum sibi confessum: vt patet infrà art. 4.

*Caueto conscientiam erroneam; quoniã malorum multorũ esset causa: vt hinc conijcere potes.*

**3ᵐ minor.** Aliquando aliquis peccatum celans incurrit propriæ conscientiæ damnum. ℞. Negatur hæc. §. Ratio est, quia confessarius debet ex conscientia, peccatis confitentis adhibere remedium in foro solùm pœnitentiæ: si in illo tantum peccata sibi reuelentur. Vnde nullum damnum reportat ex eo, quòd non adhibet ei remedium in foro exteriori, quando licitè non potest, id est quando non potest sine aliqua reuelatione confitentis. Aliàs ergo si damnum conscientiæ æstimat non adhibere remedium, laborat conscientia erronea: quam & minor illa, quæ de bona conscientia negata est, scrupulose nimis expressit.

per penitentiam, regit. Vnde & hoc oportet in sacramento pœnitentiæ significari, & ideo de necessitate sacramenti est, quòd quis per confessionem celet, & tanquàm violator sacramenti peccat: qui confessionem reuelat. Et præter hoc sunt aliç vtilitates huius celationis, quia per hoc homines magis ad confessionem attrahuntur, & simplicius etiam peccata confitentur.

Ad primum ergo dicendum, quòd quidam dicunt, quòd sacerdos non tenetur seruare sub sigillo confessionis, nisi peccata, de quibus pęnitens emendationem promittit, aliter potest ea dicere ei, qui potest prodesse, & non obesse. Sed hæc opinio videtur erronea, cum sit contra veritatem sacraméti. Sicut enim Baptismus est sacramentum, quamuis quis fictus accedat, nec est immutatum aliquid propter hoc de essentialibus sacramenti, ita confessio non desinit esse sacramentalis, quamuis ille, qui confitetur, emendationem non proponat, & ideo nihilominus sub occulto tenédum est, nec tamen sigillum confessionis contra charitatem non requirit, quòd apponatur remedium peccato, quod nescit. Illud autem, quod sub confessione scitur, est quasi nescitum; cum illud nesciat vt homo, sed vt Deus. Tamen aliquod remedium adhibere debet in prędictis casibus, quantum potest sine reuelatione cõfessionis, sicut monendo eos, qui confitentur, & aliis diligentiam apponendo, ne corrumpantur per hæresim. Potest etiam dicere prælato, quòd diligentius vigilet super gregem suum, ita tamen quòd non dicat aliquid quod verbo, vel nutu cõfitentem prodat.

Ad secundum dicendum, quòd præceptum de celatione seruanda, consequitur ipsum sacramentum, & ideo sicut præceptum de confessione sacramentali facienda est de iure diuino, & non potest aliqua dispensatione, vel iussione homo absolui ab ea, ita nullus ad reuelationem confessionis potest ab homine cogi, vel licentiari. Vnde si præcipiatur sub pœna excommunicationis iam latæ, quòd dicat, si aliquid scit de tali peccato, non debet dicere, quia debet existimare, quòd intentio præcipientis est, si sciat vt homo, hoc autem non scit, vt homo. Et si etiam exprimeret de confessione interrogatus, non deberet dicere, nec excommunicationem incurreret, quia non est subiectus superiori suo, nisi vt homo, hoc autem non scit, vt homo, sed vt Deus.

Ad tertium dicendum, quòd homo non adducitur in testimonium, nisi vt homo, & ideo sine læsione conscientiæ, potest iurare se nescire, quod scit tantum vt Deus. Similiter etiam potest pręlatus sine læsione conscientiæ dimittere peccatum impunitum, quod scit tantum, vt Deus, vel sine aliquo remedio: quia non tenetur adhibere remedium, nisi eo modo, quo ad ipsum defertur. Vnde in his, quæ ad ipsum deferuntur in foro pœnitentiæ, debet in eodem foro, inquãtum potest adhibere remedium, vt Abbas in casu prædicto admoneat eum, vt prioratui resignet: vel si noluerit, potest ex aliqua alia occasione absoluere eum à cura prioratus, ita tamen quòd omnis suspicio vitetur de confessionis reuelatione.

Ad quartum dicendum, quòd ex multis aliis causis redditur quis indignus ad prælationis officium, quàm ex peccato, sicut ex defectu scientiæ, vel ætatis, vel alicuius huiusmodi, & ideo qui contradicit, nec suspicionem de crimine facit, nec confessionem reuelat.

ARTI-

**4ᵐ de conclusione.** Contradicendo suspicionem inducere videatur de peccato. ℞. Si ex alijs causis, q̃ ex peccato sacerdoti illi in cõfessione reuelato, non posset reddi quis indignus ad prælationis officiũ: non aliter. §. Tunc &c. Nam cõtradicendo ille sacerdos, ne cõfessus sibi indignè promoueaẽ, moueri potest ex defectu sciẽtiæ, vel ætatis, vel alicuius similiũ: & non tñ ipse moueri, sed ẽt intelligi ab alijs, quòd sic moueaẽ.

¶Not. Rñsio hęc intelligiẽ sic, vt iacet, stando in rigore iuris de sigillo cõseruãdo. Aliàs, si cõfessarius (salua conscientia) declinare posset, ne intromitteretẽ de causa promotionis ipsius indigni sibi cõfessi; bene faceret: (vt ex art. 4. elicitur, & ex conclus. 3. in corp.) & hoc propter scandalum vitãdum, vel saltem speciẽ mali circa sigilli fractionẽ apud infirmos. Sic te in alijs huiusmodi pro regulare memento.

*Notatio diligenter attendenda semp.*

APPENDIX.

Ex art. habes primò: quòd ostendas, meritò esse decretũ à Cõcil. Lateranꝰ generali sub Innocentio III. c. 21. quòd confessarius ad sigillum strictissimè teneẽ; & hoc sic. Caueat aũt omnino ne verbo, vel signo, vel alio quouis modo prodat aliquatenus peccatoré, sed si prudentiori concilio indiguerit, illud absque ulla expressione personę caute requirat: qm̃ qui peccatũ in pœnitentiali iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solũ à sacerdotali officio deponédũ decernimus, verumetiã ad agendam perpetuam pęnitẽtiam in arctum monasterium detrudendum. Hæc ibi & recitaẽ extrà de pęn. & remis. c. omis vtriusq; Itẽ ab Eugenio, & Gregor. summis Põtificib. vt infrà ar. 4. appen. Itẽ meritò ipsum de sigillo fuisse sancitũ a Papa Leone I. epist. ad vniuersos Epos per Cãpaniã, Samniũ & Picęnũ cõstitutos, quę in ordine est ep. 78. in 1. tom. Cócil. sic. Illam ẽt, cõtra Apostolicã regulã, pręsumptionem, quã nuper agnoui a quibusdã illicita vsurpatione cõmitti modis oibus cõstituo submoueri (de pęnitẽtia videlicet, quæ ita à fidelib. postulatur:) ne de singulorũ peccatorum genere libellis scripta confessio publicè recitetur: cum reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotib. indicari cõfessione secreta. Remoueatur tam improbabilis consuetudo; nè multi à pęnitentiæ remedijs arceantur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta reserare. Sufficit enim illa confessio, quæ primum Deo fit, tum etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc. n. demum plures ad pęnitentiam poterunt prouocari: si populi auribus non publicetur cõscientia confitentis. Hæc ibi. Leonis decretum hoc ad illum finem tendit principaliter, vt sacramentalis confessio secreto, non publicè fiat; fateor, & in hoc sensu adducta fuere suprà, cum de modo confitendi secretè contra errantes tractaretur. His tamen non obstantibus adaptantur secũdario ad sigillum conseruandum de confessis, & hoc ad mentem ipsius Papæ.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

*Etiã ad sigillũ extẽdũtur verba Leonis.*

Quem finem sibi præstituit Papa; quando ista decreuit? Testionem delictorum confitentis, ne (vt ipse dicit) multi à pœnitentiæ remedijs arceantur, & vt plures ad pœnitentiam prouocentur. Iste idem finis est finis sigilli: vt patet. Consequenter igitur Papa sub prædicto decreto cointellexit, implicitè saltem, præcipere de sigillo. Tunc videre delectat; quàm conformiter Pontificiæ huic declarationi correspondeat secunda conclusio præsens, & ex consequenti quàm aptè cõclusio ipsa per huiusmodi Pontificis dicta confirmetur ad literam. Item &c. meritò idipsum de sigilli custodia fuisse à sacra scriptura insinuatum, Ecclesiastici 10. Secundum iudicem populi sic & ministri eius: coniungendo cum Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum eius non recordabor. Cùm igitur confessarius sit minister Dei, (secundùm ly Accipite Spiritumsanctum; quorum remiseritis peccata, &c. Ioan. 20. & secundum ꝙ ex Concilio Tridentalibi suprà adductum est) & Deus post pœnitentiam peccatoris non recordetur peccatorum illius, inquantum s.tegit illa non puniendo amplius, oportet secundùm scripturam hanc: quòd & confessarius peccata ipsius confitentis tegat, quod est sigillum custodire. Secundo habes, quomodo & Concilij, & Pontificis, & scripturarum prædicta, pro quanto sacerdotem ad sigillum peccatorum in confessione auditorum obligant, & intelligas, & declares, & tuearis. Tertiò vides, quomodo ex his vicissim doctrina præsentis articuli consolidetur, & declaretur.

---

## ARTICVLVS II.

*Vtrum sigillum confessionis se extendat ad alia, quàm ad ea quæ sunt de confessione.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd sigillum confessionis se extendat ad alia, quàm ad illa, quæ sunt de confessione: Quia de confessione non sunt nisi peccata, sed aliquando cum peccatis alia multa quis narrat, quæ ad confessionem non pertinent. ergo cum illa sacerdoti dicantur vt Deo, videtur ꝙ etiam ad illa sigillum confessionis se extendat.

¶ 2 Præt. Aliquando aliquis dicit alicui aliquod secretum, & ille recipit sub sigillo confessionis. ergo sigillum confessionis se extendit ad illa, quæ non sunt de confessione.

SED CONTRA. Sigillum cõfessionis est aliquid annexũ sacramẽtali confessioni, sed ea quæ annexa sunt alicui sacramento, non se extendunt vltra sacramentum illud. ergo sacramentũ confessionis non se extendit, nisi ad ea, de quibus est confessio.

RESPON. Dicendum, ꝙ sigillum confessionis directè non se extendit, nisi ad illa, de quibus est sacramentalis confessio; sed indirectè id, quod non cadit sub sacramentali confessione, etiam ad sigillum confessionis pertinet, sicut illa, per quæ posset peccator, vel peccatum deprehendi. Nihilominus tamen alia summo studio sunt celanda, tum propter scandalum, tum propter pronitatem, quæ ex consuetudine accidere posset.

ET per hoc patet responsio ad Primum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ aliquis non debet de facili aliquid recipere hoc modo: si tamen recipiat, tenetur ex promissione hoc modo celare, ac si in confessione haberet; quàmuis sub sigillo confessionis non habeat.

### SVPER Q. XLII. Aliàs 11. Art. 11.

CONCL. Sigillũ confessionis directè nõ se extendit, nisi ad illa, de quibus est sacramentalis confessio; sed indirectè id, quod non cadit in sacramentali confessione, etiam ad sigillum confessionis pertinet, sicut illa, per quæ posset peccator, vel peccatum deprehendi.

45 S. Th. dist. vbi suprà a. 4. & seq.

¶PROB. Quia id, quo ad vtrãque partem, patet ex prædictis.

¶NOT. Reliqua verba omnia in corpore dicta à ly Nihilominus tamen alia summo studio, &c. diligẽter notabis, atq; custodies. Propter ly scandalum, aduerte; ꝙ quidam simplices, dum audiunt aliqua in confessione dicta de se, vel de alijs recitari, credunt, confessionem detegi; icircò inde plus vel minus scandalizantur. & de hoc scandalo loquitur textus: meritoque intendit, vitandum fore hoc: quoniam est scandalum pusillorum, de quo Matth. 18.

**1ᵐ de conclusione.** Se extendat. ℞. Vel quasi se extendat. §. Tunc &c. vt patet ex his, quæ dicta sunt. Si enim sunt peccata sigillum ad illa se extendit directè; si sunt illa, per quæ peccator manifestari posset, ad illa se extendit indirectè; si sunt alia ab his, in actu tamen confessionis narrata, ad illa quasi se extendit; inquantum scilicet summo studio sunt celanda (vt in textu dicitur).

Diuersimode ad diuersa se extẽdit sigillum.

**2ᵐ de antecedente.** Sub sigillo confessionis. ℞. Similitudinariè: non propriè §. Tunc nihil &c. Nam huiusmodi quæ extra confessionem sacramentalem sub sigillo confessionis dici perhibentur, impropriè nomen hoc sibi vendicant Nam sigillum confessionis inueniri non potest sine sacramentali confessione: quia uinculum sacramentale non est authoritatis humanæ, sed solius diuinæ.

¶NOT. Verba textus illa, aliquis non debet de facili aliquid recipere hoc modo insinuant, taliter secretum committere, vel etiam recipere, non esse totaliter à peccato securum. Nam qui tradit, vel recipit aliquid in confessione diuinæ institutionis extra confessionẽ, videtur facere irreuerentiã sacramento: cum & nihil sit æque celandum, sicut quod in sacramentali confessione habetur; & nomen confessionis, vel sigilli confessionis, videatur per hoc multum uilescere. Verba etiã illa tex. ultra bonum consiliũ, quod apertè præseferunt, implicitè ostendunt; ꝙ sic dicta extra confessionem sacramentalem non important secũ propriè sigillum cõfessionis, licet hoc ad extrà sonent. Nam in potestate confessarij nõ est dicta sibi in confessione recipere, vel non recipere sub sigillo, ita quòd possit non recipere: sicuti est in casu hoc extra confessionem. Item non dicunt pœnitentes confessario, vt peccata ibi confessa recipiat sub sigillo: sed hoc de se intelligitur. & statim obligat (vt artic. 1. dictum est.) Contra verò, si hic extra confessionem non diceretur, recipe dictum hoc sub sigillo confessionis, immo etiam si diceretur id, & non reciperetur sub sigillo tali: tunc ipse audiens non obligaretur ad celandum sibi tunc dicta. Ecce; quantum ista nomina, sub sigillo confessionis, differant secundum rei veritatem, licet iuxta sonum idem sint: quæ differentia (vt visum est) denotatur in verbis textus suprà descriptis. Huius rei signum aliud posuit sanctus Thomas, dum ait; Si tamen recipiat tenetur ex promissione. Quasi dicat: Iuxta aliorum iura secretorum obligatur promittens tenere secretum; minus tamen, quàm si sub sigillo sacramentalis confessionis obligatus esset. Ergo talis sic extra confessionem sacramentalem promittens nõ audit vt Deus, sed vt homo. Ergo potest talis astringi à prælato ratione præcepti, vel excommunicationis latæ sententiæ ad manifestandam sibi veritatem de tali re, etiam quòd sub secreto præmisso illã habeat; quando adest casus licitus præcipiendi de huiusmodi secretis reuelandis: & in tali casu is, qui recepit sub sigillo isto confessionis, tenetur ad obediẽdum prælato de hoc præcipiẽti. Immo & quãdoque ex suamet conscientia, etiam si prælatus nihil omninò intelliget, vel dicat, tenetur id secretum reuelare; iuxta illud Isidori, in malis promissis rescinde fidem: & tantò magis, quantò non promisit sub iuramento. Nam simplex promissio assimilandi secretum sigillo confessionis videtur, & (secundùm aliquos non vulgares Doctores) est minus vinculum: quàm promissio iuramento vestita. De casibus reuelandorum, vel non reuelandorum secretorum, vel ad mandatum prælati, vel ex dictamine recto conscientiæ propriæ, quoniam hic non est locus tractandi istam materiam. Vide sanctum Doctorem in quolibet. 1. art. 15. & 16. item 2. 2. q. 70. art. 1. ad secundum: & rectè intelligas.

Quanti valeat, vel nõ valeat, ly Dico tibi sub sigillo confessionis hoc.

Casus conscientiæ de secretis.

### APPENDIX.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum ab Innocentio III. quòd directè ad sigillum spectant peccata, indirectè uerò ea, per quæ peccator, vel peccatum eius posset deprehendi. Insinuatur autem id (vt in append. articuli primi narratum est) per eius literam sic. Caueat sacerdos: ne verbo, vel signo, vel quouis modo, prodat peccatorem. Quasi dicat, Illa, per quæ posset vel peccator confessus, vel eius peccatum, deprehendi; pertinent, saltem indirectè, ad sigillum confessionis. Pro hoc consule quoque Eugenium, & Gregorium articuli quarti append. Hinc vide bonitatem Dei maximam, non tantum quia ipse per ministrum suum tegit peccata sibi sacramentaliter confessa (quod est proprium confessioni huic: cum in foro contentioso ex confessione delictorum suorum quis decapitetur, aut aliam pœnam subeat:) sed etiam quia ipsa voluit ab eodem confessario tàm strictissima circumspectione semper tegi: ita ut eorum videatur mox post confessionem totaliter oblitus. Hanc obliuionem confessarij uoluit forsan, vltra alias expositiones, designare Deus; quando Ezechiel. 33 inquit: Si impius egerit pœnitentiam &cæt. vita viuet, omnia peccata eius non imputabuntur ei. Hoc est (vt ab oppositis loquamur) obliuioni tradentur. Ibi namque præmiserat; Etiam si dixero iusto, quòd vita viuet, & confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur: in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur. Et infrà: Si dixero impio, morte morieris: & impius egerit pœnitentiam, &c. omnia peccata eius non impu-

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Promissiones diuinæ de vita æterna alicui factæ, intelligũ conditionaliter, i stante eius vita iusta: & e contra.

impũtabuntur ei &c. vita uiuet. Ecce: quòd, ab oppositis discurrendo, in idem redit ly non imputabuntur, cum ly obliuioni tradentur. Quare nunc in tertia persona dicit, non recordabuntur: cùm tamen suprà cap. 18. in prima persona dixerit, non recordabor? vt ex hac phrasi locutionis designet: ministrum suum, qui est in persona alter ab eo, non recordaturum, seu ad modum non recordantis se habiturum circa peccata á pœnitente sibi confessa. Ecce: quòd sigillum à ministro suo custodiendum etiam antiquitus prædixerat diuina bonitas. Et nota iuxta seriem capitulorum ordinem sigilli: quoniam series hæc demonstrat ideo sigillum debere seruari à ministro ex eo, quòd in Deo præcessit: id est, quòd (vt artic. 1. in corpore dixit sanctus Thomas) sacerdos debet custodire sigillum confessionis, eò quia á Deo tegũtur peccata. Quòd autem series capitulorum id ostendat, patet: quia in cap. 18. dixit, non recordabor; & in cap. 33. subiunxit, non recordabuntur. Hinc aliud quoque mirandum (quod tamen verum est) vide; quòd scilicet homo inexcusabilis est, si non confiteatur: ex quo peccata sua in confessione reuelata tantæ celationis custodia, sub tanto præcepto, communiuntur. Vide mirum. Si peccator tegit peccata sua, Deus eadem detegit: si verò peccator detegit, Deus eadem tegit. Ex præcepto itaque sigilli à Christo Domino instituti, & ab Innocentio III. superius in appendice hac declarati, duo habita sunt ad literam; bonitas maxima Dei erga peccatorem confitentem, & inexcusabilitas maxima peccatoris præ rubore, vel alio venenoso respectu, peccata propria confiteri recusantis. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta à Pontifice & scripturis, pro quãto sigillum tum directe cum indirecte statuunt, & declares, & probes, atque defendas: maxime si iunxeris articulum primum huic. Tertiò uides: quomodo ex his vicissim præsentis articuli Angelica doctrina consolidetur, & declaretur.

Mirũ continẽs duo. 2 3

---

SVPER Q. XLII. Aliàs 11. Art. III.

CONCL. Sicut aliquis, qui non est sacerdos in aliquo casu participat aliquid de actu clauis, dum confessionem audit, propter necessitatem: ita etiam participat aliquid de actu sigilli confessionis, & tenetur celare; quamuis propriè loquendo, sigillũ confessionis non habeat.

¶ NOT. Ille participare dicitur aliquid de actu confessionis etiã si non sit sacerdos, qui propter aliquod licitũ, vel illicitum audit aliquid dictum in confessione; vel confitendo sibi, vel sacerdoti. Et licet in textu dicatur ly propter necessitatẽ; tamen non excluduntur per hoc aliæ causæ siue licitæ, siue illicitæ: sed (iuxta morem suũ laudabilem ordinariũ) denominationem facit D. Thom. ab antedictis, q. 8. art. 2. vbi dicitur, quòd in casu potest fieri confessio laico, & ar. 3. vbi dicitur, quod extra casum necessitatis potest quis confiteri venialia laico, & q. 9. art. 3. ad secundum. vbi dicitur, quòd quis confiteri potest per interpretẽ in casu, & q. hac ar. 1. ad primum. vbi dicitur, quòd etiam non absoluens tenetur ad sigillum. Interpres igitur, & laicus in casu audiens confessionem, & quicumque (etiam prætereundo, vel de industria) aliquid de illo audit, & qui se confessorem fingit, & qui latenter absconditus (puta, vt veniat in cognitionem alicuius criminis confitentis, de quo ipse suspicatur) confessionem audit (quod est sacrilegium magnum, & iniuriam facere sacramento,) omnes isti tenentur ad sigillum, vtpotè participantes aliquid de actu confessionis. Adde q & is, cui aliquid habitum in confessione de licentia confitentis reuelatur (vt art. 4.) tenetur ad sigillum. Nam de actu confessionis aliquid participat, saltem mediatè, i. mediante illo sacerdote, qui sic reuelat, & se in confessione prius habuisse declarat.

¶ PROB. Qua ipsa conclusio fert secum probationem suam (cum participare de actu clauis, quod est debitum confessionem celandi, supponat illum quem ad sigillum teneri asserit.)

1^m de conclusione. Habet. R. Per participationẽ: non, per principalitatẽ. §. Tunc &c Licet. n. sacerdoti soli conueniat sigillum habere per essentiã, seu per principalitatem; inquantum ipse solus habet ordinem: tamen non sacerdoti conuenit etiam sigillum per participationem.

2^m de conclusione. Sigillũ confessionis habet. R. Absolutè. i. vniuersaliter quocũque modo: non, per essentiam. §. Tunc &c. Concedit enim conclusio, quòd non solus sacerdos sigillum habet (absolute & vniuersaliter loquendo:) licet solus ipse illud habeat per essentiam. Pro quo vide ad primum.

3^m illatio conclusionis. Ergo non solũ &c. R. Conceditur illatio. §. Loquendo de sigillo vniuersaliter, i. siue per essentiam, siue per participatio-

## ARTICVLVS III.

*Vtrum solus sacerdos habeat sigillum confessionis.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non solum sacerdos sigillum confessionis habeat. Quia aliquando aliquis confitetur sacerdoti per interpretem necessitate vrgente, sed interpres (vt videtur) tenetur confessionem celare. ergo etiam non sacerdos aliquid sub sigillo confessionis habet.

¶ 2 Præterea. Aliquando aliquis in casu necessitatis potest laico confiteri, sed ille tenetur peccata celare, cum sibi dicantur, sicut Deo. ergo non solùm sacerdos sigillum confessionis habet.

¶ 3 Præterea. Aliquando aliquis se sacerdotem fingit vt conscientiam alicuius exploret per hanc fraudem; & ille etiam (vt videtur) peccat, si confessionem releuet. ergo non solum sacerdos sigillum confessionis habet.

SED CONTRA est, q solus sacerdos minister est huius sacramẽti, sed sigillum confessionis est annexum huic sacramento. ergo solus sacerdos habet sigillum confessionis.

¶ Præt. Homo tenetur ea, quę in confessione audit celare, si non scit ea, vt homo, sed vt Deus, sed solus sacerdos est minister Dei. ergo solus sacerdos tenetur occultare.

RESPON. Dicendum, q sigillum confessionis competit sacerdoti inquantũ est minister huius sacramenti, quod nihil aliud est quàm debitum confessionem celandi, sicut clauis est potestas absoluendi, tamen sicut aliquis, qui non est sacerdos, in aliquo casu participat aliquid de actu clauis, dum confessionem audit, propter necessitatem; ita etiam participat aliquid de actu sigilli confessionis, & tenetur celare, quamuis propriè loquendo, sigillum confessionis non habeat.

ET per hoc patet solutio ad obiecta.

AR-

sionem, habere illud sumatur. Vide ad primũ, ad secundum, & ad notationẽ immediatè positã post conclusionem.

### APPENDIX.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem monstres, Innoc. III. per extensionem insinuasse: q quilibet de actu confessionis participans etiã laicus, debet necessariò seruare sigillum. Insinuauit autẽ hoc, quòd idem decretũ supra artic. 2. appen. recitatum: vbi accipitur propriè ly sacerdos, pro audiente cõfessionem ex officio; puta, quia habet ordinẽ & iurisdictionem: Extẽsiue autem pro quocũque, & quomodocũque, audiente confessionem (quantum ad sigillum seruandum, loquendo. Intentio namque Innocentij ibi est: quòd peccata cõfitentis maneãt omnimodis, dempto tunc audiente, secreta. Effectum verò hunc, scilicet totalem peccatorum absconsionem, non consequeretur: nisi de omni audiente confessionem, etiam laico, extensiue non intendisset. Cùm ergo Papa sufficienter prouidere famæ confitentis voluerit, vt vndique libera esset confessio: & ipsius famæ sufficienter prouideri non possit, nisi per extensionem sigilli ad quoscumque peccata confitentis in confessione narrata quomodocumque audientes (vt patet:) clarum restat, quòd Papa ipse præmissum decretum ad omnes hos, implicitè saltem, extendere voluit, & extendit. Sub nomine igitur sacerdotis intellexit quoscumque, etiam laicos; non quia laici sacerdotes sint, (hoc enim est damnata hæresis q. XII. 8. art. 1. & 2. & 4.) sed quia in proposito, de quo loquimur, possunt & ipsi aliquo modo participare de audientia confessionis: vt suprà in notat. post conclus. Quoniam ergo accessorium sequitur naturam principalis (de reg. iuris, in 6.) & principalis in casu nostro est verus sacerdos immediatè audiens confitentem, accessorius autem est quicumque alius, etiam laicus: fatendum est, quòd intentio Papæ est obligare istos accessorios, & eodem proportionaliter circunspectionis vinculo, & eisdem pœnis. Vide igitur art. 2. decreti illius districtionem & circũspectionis, & pœnarum: atque inde ad hos etiam licito vtriusque rectam applicationem. Ex supradictis quoque motus Gregorium, & Eugenium allegatos ibi, scripturasque pro sigillo sacerdotum adductas huc proportionaliter applicare potes: ad instar authoritatis Innocentij te regulando. Hinc videbis melius & bonitatem Dei ibi art. 2. expressam, & hominis non confitentis inexcusabilitatem. Secundò habes: quomodo per rationem dicta Pontificis, & scripturæ præfata, pro quanto sigillum extendunt etiam ad alios à sacerdote cõfessario immediate, intelligas, probes, ac tuearis. Addendo; quòd participans alicuius naturam & proprietates eius, participat (vt patet) de ferro ignito, & mille alijs per te faciliter inueniendis.) Tertiò uides: quomodo vicissim ex his Angelica hæc doctrina consolidetur, & declaretur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. 2 3

## SVPER QVAEST. XLII. Aliàs II. ART. IIII.

CONCL. Sacerdos, si de licentia confitentis dicat habita in confessione, non frangit sigillum confessionis: tamen cum tali circumspectione debet illud dicere, vt uitet scandalum, ne fractor sigilli reputetur.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum de licentia confitentis possit sacerdos dicere quæ habet in confessione.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ de licentia confitétis non possit sacerdos peccatũ, quod habet sub sigillo confessionis, aliquando prodere. Quod.n.non potest superior, non potest inferior: sed Papa non posset aliquem licentiare, quòd peccatum, quod habet in confessione, alteri proderet. ergo nec ille, qui confitetur, potest ipsum licentiare.

¶2 Præt. Illud, quod est institutum propter bonum commune Ecclesię, non potest ex arbitrio vnius irritari: sed celatio confessionis est instituta propter bonum totius Ecclesiæ, vt homines confidentius ad confessionem accedant. ergo ille, qui confitetur, non potest licentiare sacerdotem ad dicendum.

¶3 Præt. Si possit licentiari sacerdos, videtur dari pallium malitię magnæ sacerdotibus: quia possent prætendere sibi licentiam datam, & sic impunè peccarent, quod est inconueniens, & sic videtur quòd nó possint à confitente licentiari.

¶4 Præterea. Ille, cui iste reuelabit, non habebit peccatum hoc sub sigillo confessionis, & sic poterit peccatum publicari, quod iam deletum est, quod est inconueniens. ergo non potest licentiare.

SED CONTRA. Superior potest mittere peccatorem cum literis ad inferiorem sacerdotem de voluntate ipsius. ergo de voluntate confitentis, potest sacerdos peccatum reuelare alteri.

¶ Præterea. Qui potest aliquid facere per se, potest etiam per alterum facere, sed confitens potest peccatum suum, quod fecit, per se alteri reuelare. ergo potest per sacerdotem facere.

RESPON. Dicendum, quòd duo sunt, propter quæ tenentur sacerdotes peccatum occultare. Primo, & principaliter, quia ipsa occultatio est de essentia sacramenti, inquãtum scit illud, vt Deus, cuius vicem gerit ad confessionem. Alio modo propter scandalum vitandum, potest autem confitens facere, quòd sacerdos illud, quod sciebat vt Deus, sciat etiam vt homo, quod facit, dum licentiat eum ad dicendum, & ideo si dicat, non frangit sigillum confessionis; tamen debet vitare scandalum, dicẽdo, nè fractor sigilli prædicti reputetur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Papa non potest licentiare sacerdotem ad dicendum, quia non potest facere quòd illud sciat vt homo, quod tamen facere potest ille, qui confitetur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd non tollitur illud, quod est institutum propter bonum commune; quia sigillum confessionis non frangitur; quia dicitur quod alio modo scitur.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ex hoc non datur aliqua impunitas malis sacerdotibus, quia imminet eis probatio si accusantur, ꝙ sine licentia confitentis reuelauerunt.

AD QVARTVM dicendum, quòd ille, ad quem notio prædicta deuenit, mediante sacerdote de voluntate confitentis, participat in aliquo actu sacerdotis, & ideo simile est de eo, & de interprete, nisi fortè velit, quòd ille absolutè sciat, & liberè.

AR-

¶NOT. Exẽplar multarum rerum est conclusio hæc: vt cum prudentia fiant, etiã si possent de se iuste fieri. Concorda huic Apostolum dicentem 1.Cor. 6. Omnia mihi licent, sed non omnia expediũt, & c.10. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificãt. Ex conclusione igitur hac trahe; quòd bona actio, vel passio, non est bona; nisi cum debita prudentia fiat.

47

Prudentia sit i actib. & passionibus.

¶PROB. 1. Quia sigillum est de essentia sacraméti cõfessionis, inquantũ confessarius scit peccatum confitentis, vt Deus, non ut homo; & confitens potest facere, ꝙ sacerdos illud sciat etiam ut homo (hoc autem facit, dum licentiat eum ad dicendum:) Secunda autem pars, s. tamen cum &c. probatur: Quia id ex natura sua patet (cùm ubique scandalum pusillorum vitãdum sit, Matth. 19.)

¶NOT. Aliquid dicitur de essentia sacramenti, quia sine eo sacramentum non constat: vt materia, forma, & intentio ministri faciendi quod facit ecclesia: & hoc modo intelligit Eugenius IIII. Papa in Decreto Armenis dato, sacro approbante Concilio Florentino, quando omnia sacramenta dixit perfici tribus his. Sic nó intelligitur textus, cum dicit, quòd ipsa occultatio est de essentia sacramenti: quoniam, si à sacerdote reuelarentũ peccata ipsa, confessio adhuc esset confessio: qđ non est, si deesset sacramento illi vel materia, vel forma, vel intentio ministri antedicta. Alio modo dicitur aliquid de essentia confessionis, quia est tanquam proprietas essentiã eius actualiter cõsequens. Sic ibi accipitur ly de essentia sacramẽti. Quemadmodum enim remoto actu risibilitatis ab homine, quæ est eius proprietas, remanet adhuc essentia hominis: ita remoto sigillo à confessione, id est actuali obseruatione sigilli, remanet adhuc essentia confessionis. Quoniam verò proprietas essentiæ est de perfectione secunda essentiæ rei: ideo & risibilitas quandoque à Philosophis dicitur esse de essentia hominis, & sigillum dicitur hic esse de essentia sacramenti confessionis. Quòd si hat uis in uerbo citius te expedies, dicendo, quòd occultatio, sicut & proprietas quæuis alia non dicitur essentia sacramenti, sicut nec rei cuiusque, licet in sensu prædicto, dicatur de essentia ipsius.

Cóc. Flor.

**1^m maior.** Quòd non potest superior, non potest inferior. ℞. Loquendo in eodem genere, seu modo, seu foro: non aliter. §. Tunc &c. Nam Papa licet sit maior isto confitente: tamen non considerantur ambo in eodem genere, seu foro: quando dicitur, quòd Papa non potest licentiare sacerdotem illius ad manifestandum illius peccatum, cum tamen ille possit suum confessarium licentiare ad manifestandum peccatum suum.

¶NOT. Si vis, vt Papa possit idipsum, loquere de Papa quo ad seipsum: & tunc manebis in eodẽ foro, ideoq; quod potest ille, poterit & Papa. Exempli gratia: Confiteatur Papa Calimerio sacerdoti; tunc poterit licentiare Calimerium ipsum ad manifestandum peccatum ab ipso Papa auditum in confessione; aliàs non potest Papa licentiare confessarium alterius (vt dictum est) propter rationem allatam in textu.

**2^m illatio conclusionis.** Ergo ille & cæt. ℞. Negatur illatio hæc. §. Non.n. propter manifestationẽ hanc de licẽtia confitentis, frangitur confessionis sigillum: vt prima pars conclus. dixit, & ratio in litera huius responsi in calce adducta testatur.

**3^m de maiori.** Videtur dari palliũ malitiæ magnæ sacerdotibus. ℞. Nisi immineret eis probatio; si accusarentur, ꝙ sine licentia cõfitentis reuelauerũt. §. Tunc &c. Ex hoc.n. glossemate patet: ꝙ nó datur aliqua impunitas malis sacerdotibus, si prætendant licentiã sibi datã de peccato confitentis manifestato.

**4^m maior.** Ille, cui iste sacerdos reuelabit non habebit peccatum hoc sub sigillo cõfessionis. ℞ Negatur illa maior. §. Ratio est, quia ille participat de actu sacerdotis confessarij, & cõsequenter de actu sigilli confessionis. Propter hoc melius intelligendum, vide ar. 3. conclusionẽ, & notationẽ. Ex litera ly nisi fortè velit &c. limitabis dicta superius in illa notatione de tali, cui à sacerdote reuelatio fit.

¶COROLL. Si ergo talis cõferens sacerdoti licentiam reuelandi tale peccatum alteri, non addat expresẽ: ꝙ ille alter etiam idipsum dicere possit, prout voluerit; caueat ille alter sibi taliter dictũ, ne reuelet: alioquin de fractione sigilli reus erit. Rursus ex litera ly nisi fortè velit, elicet: ꝙ non licet sacerdoti talem licentiam habenti reuelare illud, nisi sit in utilitatem confitentis. Cùm. n. ista reuelatio innitatur voluntati confitentis, & non præsumatur ꝙ confitens uelit damnum proprium ex tali reuelatione: consequens fit, ꝙ sacerdos ipse sic licentiatus non possit reuelare illud in casu quo in damnum confitentis vergeret. Quod vigilanter aduertendum est: ne & fractionis sigilli, & malorũ multorũ causa indebita, confessarius existat. Item cum idipsum reuelat sacerdos, non dicat se habuisse illud in confessione, & à confitente habuisse licentiam ad reuelandum ei: sed simpliciter dicat, se pro certo scire illud quod dicit, & ꝙ idipsum non diceret nisi pro certo (vt sibi reuelatum est) sciret; vel similia, tacendo semper nomẽ confessionis. Sufficit n sacerdoti; reuelare ei illud de quo habet licentiam: & consequenter esset tutum in conscientia. Alioquin si nomen confessionis exprimat: vel scandalo, vel alicui periculo se exponere videtur; & per consequens imprudenter agit.

Cautela magna:

## APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem reijcias errorem quorundam (vt refert Magister Ioannes de Tabia) dicentium: quòd non licet sacerdoti de licentia confitentis dicere audita ab eo in con-

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

2 in confessione. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas errorem hunc meritò repelli a Papa Alexandro III. extra, De Adulter. Capitulo significasti. Sic, significasti nobis quendam presbiterum cum alterius coniuge intra ecclesiam dormiuisse quæ se & illum cuidam sacerdoti huiusmodi delictum confessos fuisse, publice tibi detexit; & hoc ipsum idem sacerdos nomen adulteri cęlans in præsentia tua dixit. Hæc ibi. Vbi apparet, quòd iste sacerdos (secundum Panormitanum etiam) reuelauit hoc de licentia mulieris: quæ sibi hoc confessa fuerat. Nominauit, ergo mulierem, quia licentiam ab ea habebat: cęlauit nomen adulteri, quia ab illo licentiatus sic non fuerat. Item a Papa Lucio III. Matthæus Cardinalis secreta nobis insinuatione monstrauit, quòd cum fuisses ad Ecclesiæ tuæ regimen, &c. Hæc extra de symo. Matthæus. Vbi dicunt doctores, quòd iste Cardinalis reuelauit ex licentia sibi data: & dicit Abbas. Nota ex hoc textu: quòd peccatum detectum in pœnitentia potest per confessorem alteri detegi, consentiente tamen ipso peccatore pœnitente. Hæc ille; & recitatur in marginalibus glossis ad capitulum prædictum. Nec ualet ratio illorũ errantium in contrarium adducta, quando dicunt, quòd confitens non potest in hoc dispensare sacerdotem: quia est de lege naturæ, diuina, & essentia sacramenti, sigillum. Respondetur enim per textum articuli: quòd confitens non dispensat super iura prædicta; sed quòd facit per licentiam suam illud idem esse notum sacerdoti vt homini, quod ante licentiam erat solum notum ipsi, ut Deo. Responsum hoc ad illos errantes confirmatur ex Eugenio Papa capitulo si sacerdos, extra de offic. iud ord. dicente, Tamen nõ potest nominatim eum remouere a communione, licet sciat eum esse reum; quia non ut iudex scit, sed vt Deus. Hæc ibi. Ecce quòd Eugen. Papa adducẽs rationem de seruando sigillo a sacerdote, inquit, quòd sacerdos scit vt Deus, nõ ut iudex. i. vt homo. Quasi ex opposito dicat: si sacerdos illud sciret, ut homo, posset reuelare. Cum igitur confitens per licentiam faciat quod dictum est: patet (ultra quòd ratio D. Tho. est fundatissima: cum sit, & ratio Eugenij) quòd de eius licentia potest sacerdos reuelare, cũ cautela tamen debita, & notata, tum in textu art. tum in elucid. Cæterum si a pœnitente licentiã super hoc non habeat, nec aliunde sibi detecta in confessione sciat: uideat diligenter, ut obseruet iam dicta in 1. ar. appen. Quibus & addas præceptum Gregorij Papæ dicentis. Sacerdos ante omnia caueat: ne de his, qui ei confitetur peccata sua, alicui recitet, quòd ea confessus, est non propinquis, non extraneis, neque (quod absit) pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit, deponatur, & omnib. diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinando pergat. Hæc ibi, de pœnit. dist. 6. cap. Vbi uides, quòd nec pro scandalo aliquo uitando licet frangere sigillum. Item ad hoc ipsum adde Eugenium Papam dicentem. Si sacerdos sciat pro certo aliquem esse reum alicuius criminis, vel si confessus fuerit, & emendare noluerit (nisi iudiciario ordine quis probare possit) non debet, eum arguere nominatim, sed indeterminate; sicut dixit Christus, unus uestrum me traditurus est. Sed si ille, cui damnum illatum est, petierit, iustitiam, potest excommunicare authorem damni, licet etiam ei confessus sit; sed tamen non potest eum nominatim remouere a communione; licet sciat eum esse reum: quia non ut iudex scit; sed ut Deus; sed debet eum admonere, ne se ingerat, quia nec Christus Iudam a cõione remouit. Hæc, extra de offic. iud. ordin. si sacerdos. Ecce; quòd confessum sacramentaliter nõ uult prodi a sacerdote pp rõné dictã: q. a. s. sacerdos tũc illũ esse reũ scit nõ ut iudex (. i. in foro cõtentioso; in quo & petitur iustitia a dãnificato, & excõicatio fertur) sed ut Deus. Tertio habes: quõ per rõnem dictum Alexandri supra, pro quanto sacerdotẽ posse de licentia, pœnitentis dicere audita in confessione insinuat, & intelligas, & probes, & defendas. Memineris tñ in tali casu semp cautelæ dictæ in corp. art. & in coroll. post ad quartũ. Quartò uides: quõ ex his uicissim doctrina præsentis artic. firmc. & decl.

Pro art. 1. faciunt Greg. & Eug.

Excõicatũ sacerdos aliquem sciens, tñ per uiã cõfessionis an possit a cõione, cui se ingerit, arcere.

3

4

---

SVPER Q. XLII. Aliàs 11. Art. v.

48 CONCL. 1. Illud, quod homo, per alium etiam modum scit, siue ante confessionem, siue post, non tenetur cælare quãtum ad id; quod scit, ut homo.

¶ EXAMEN. Dicitur ly illud quod homo, non autem ly sacerdos; ut compræhendãtur omnes qui ad sigillum tenentur. Non. n. solus sacerdos ad hoc tenetur; sed multi alij: ut supra ar. 3. & elucid.

¶ PROB. Quia talis homo põt dicere ego scio illud, quod uidi.

¶ CONCL. 2. Talis tenet cælare illud idẽ, pro quanto scit ut Deus.

¶ COROLL. Ergo secundum doctrinã hãc, non sacerdotes etiam confessionem audiẽtes (ut interpres, &c. ut artic. 3.) sciunt ut Deus, Loquẽdo enim textus de omni audiente confessionem, non de sacerdote tantum (ut patet in not.) dicit: quòd talis debet cælare, inquã tum scit, ut Deus Ergo oẽs huiusmodi sciunt, ut Deus, licet diuersis rationib. Sacerdos enĩ confessarius scit, ut Deus, inquantum ex officio audit: alij sciũt, ut Deus, inquantũ participãt aliquid de actu confessionis. Vide artic. 3.

¶ PROB. Quia talis non potest dicere, hoc audiui in confessione.

¶ CONCL. 3. Talis homo propter scandalum uitandum debet abstinere, ne de hoc loquatur, nisi necessitas immineat.

¶ NOT. Vide: quam conformis sit huic mẽti. Sancti doctoris notatio illa, quæ posita est art. 1. post ad quartum. Si enim primam hanc conclusionẽ cum ista tertia contuleris: uidebis, in proposito nostro de sigillo, & vniuersaliter a simili de multis, quòd de rigore iuris plura fieri possunt absque scrupulo conscientiæ; quæ pro scandali uitatione iuxta cõscientiam non fieri, sed omitti debent.

Considera multa in paucis.

¶ PROB. Quia de se, ex dictamine rationis, patere conclusio hæc præsupponitur.

Pri-

## ARTICVLVS V.

*Vtrum ille qui scit aliquid per confessionem, & per aliũ modum, etiam possit reuelare illud.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd illud quod quis scit per confessionem, & etiam alio modo, non possit alteri reuelare. Non enim frangitur sigillũ confessionis nisi dum peccatum, quod scitur in confessione reuelatur, si ergo iste reuelat peccatũ, quod in confessione audiuit, qualitercumque aliàs sciat, sigillum confessionis frangere videtur.

¶ 2 Præt. Quicumque cõfessionem alicuius audit, ei obligatur ad hoc, quòd peccata ipsius non reuelet; sed si aliquis promitteret alicui tenere priuatum, quod ei dicitur, quantũcumque post sciret, deberet priuatũ tenere, ergo quod quis in confessione audiuit, quantumcumque aliàs sciat, debet priuatum haberi.

¶ 3 Præt. Duorum quod est altero potentius, trahit ad se reliquum: sed scientia, qua scit peccatum vt Deus, est potentior, & dignior sciẽtia, qua scit peccatum vt homo, ergo trahit ad se eam, & ita non poterit reuelari secundum quòd scientia, qua scit vt Deus, exigit.

¶ 4 Præt. Secretum confessionis institutum est ad vitandum scandalũ, & ne homines a confessionibus retrahantur: sed si aliquis posset dicere illud, quod in confessione audiuit, etiam si aliter sciret, nihilominus scandalum sequeretur, ergo nullo modo potest dicere.

SED CONTRA. Nullus potest alium obligare ad quod nõ erat obligatus, nisi sit suus prælatus, qui obliget eum præcepto, sed ille, qui sciebat alicuius peccatum per visum, non erat obligatus ad cælandum, ergo ille, qui ei confitetur, cum non sit prælatus suus, non potest eũ obligare ad cęlandum per hoc, quòd ei confitetur.

¶ Præterea, Secundum hoc posset impediri iustitia Ecclesiæ, si aliquis vt euaderet sententiam excommunicationis, quæ in ipsum ferenda erat propter aliquod peccatum, de quo conuictus est, confitetur ei, qui sententiam fert: sed iustitiæ executio est in præcepto, ergo non tenetur cęlare peccatũ, quod quis in confessione audiuit, si aliàs ipsum scit.

RESPON. Dicendum, quòd circa hoc est triplex opinio. Quidam enim dicũt, quòd illud, quod in confessione aliquis audiuit, non potest aliquo modo dicere si sciat alias, siue ante, siue post. Quidam vero dicunt, quòd per confessionem præcluditur sibi via, ne possit aliquid dicere, quod prius sciuit, non autem quin possit dicere si post, alio modo sciat. Vtraque autem opinio dum nimium sigillo confessionis attribuit, præiudicium veritati, & iustitiæ seruandæ facit. Posset enim aliquis ad peccandum esse pronior, si non timeret ab illo accusari, cui confessus, est si coram illo peccatum iteraret. Similiter etiam multum iustitiæ perire poterit, si testimonium ferre aliquis non posset de eo, quod vidit post confessionem de hoc factam, nec obstar, quod quidam dicunt, quòd debet protestari se non tenere priuatũ hoc, quia hoc non posset protestari, nisi postquam peccatum esset sibi dictum. Et tunc quilibet sacerdos posset cum vellet reuelare peccatum, protestationem faciendo, si hoc ipsum ad reuelandum liberum redderet. Et ideo alia opinio est communior, quòd illud, quod homo aliàs scit, siue

**1^m de maiori.** Quòd scitur in confessione reuelatur. ℞. Secundum quòd scitur in confessione: non aliter. §. Tunc &c. Nam qui dicit aliquid auditum in confessione, secundum quòd illud scit extra confessionem, non reuelat (formaliter loquendo) illud, quod sciuit in confessione: licet (materialiter loquendo) sciat eadem res. Tanto minus autẽ talis non reuelat, etiam materialiter, scitum in confessione. quantò vltra intentionem, quàm habet de non reuelando confessionem, vtitur ad extra nomine visionis, non auditionis. Dicit enim se vidisse illud nõ autem audisse. Hæc omnia denotata fuisse in conclusione prima, monstrauit sua probatio: dum ait, potest dicere scio illud, quod vidi.

**2^m de maiori.** Peccata ipsius. ℞ Prout sunt audita in cõfessione: non aliter §. Tũc nihil &cæt. Nam aliud est de promittente alicui, quod sibi dicitur, tenere priuatum simpliciter, i. nõ reuelare simpliciter (vt intelligitur in minori): aliud est ꝓmittere alicui, qđ sibi dicitur, tenere priuatum secundum quid. i. non reuelare prout sibi tunc dicitur (sic intelligitur sigillum). Primus. n. sibi dictum, etiam quòd alia via sciat illud, reuelare (salua promissione) non potest: Secundus autem, si aliàs sciat, potest. Ratio est: quia promissio primi cadit super rem nullo modo reuelandam, secundi verò super rem hoc modo numquam reuelandam. Hinc siquidem fit; ut reuelando rem primus peccet contra promissum: Secundus autem non, nisi modo illo reuelet.

**3^m de maiori.** Duorum. ℞. Sibi inuicem oppositorum: non aliter. §. Tunc &c. Nam scientiæ istæ duæ, quarum vna scit quis, vt Deus aliquid, altera ut homo, non sunt oppositæ. Sunt enim de eodem scibili, & eodem medio ex parte rerum scitarum acquisitæ; licet sint in diuerso foro scitæ. Hoc autem non inducit oppositionem scientiarum, sed nobilitatis inæqualitatem: quoniam scientia de eadem re in foro sacramentali habita est nobilior admodum ea, quæ extra fuit.

**4^m de maiori.** Ad vitandum scandalum. ℞. Quantum sine offensione veritatis, vitari potest: non aliter. §. Tunc &c. Nam, quando imminente periculo iustitiæ reuelat quis aliàs scitum, etiã quòd ante uel post idẽ in confessione audiuerit, & sequitur scandalum non est reus ipse scandali: quia, seruatis conclusionibus secunda, & tertia in articulo dictis, non dedit scandalum; immo quantum est de se, illud vitauit.

siue ante confessionem, siue post, non tenetur cælare, quantum ad id, quod scit vt homo potest enim dicere, Scio illud, quia vidi, tenetur tamen cęlare illud, inquantum scit, vt Deus, non enim potest hoc dicere, ego audiui hoc in cõfessione, tamen propter scandalum vitandum debet abstinere, ne de hoc loquatur, nisi immineat necessitas.

Ad primum ergo dicendum, quòd quando aliquis dicit se vidisse, quod in confessione audiuit, non reuelat, quod in confessione habet nisi per accidens. Sicut qui scit aliquid per auditum, & visum, non reuelat quod vidit, per se loquendo, si dicat se audiuisse, sed per accidens, quia dicit auditum, cui accidit visum esse, & ideo talis sigillum confessionis non frangit.

Ad secundum dicendum, quòd non obligatur audiens confessionem, ad hoc, quòd non reuelet peccatum simpliciter, sed prout est in confessione auditum. Nullo enim casu dicere debet se audiuisse in confessione.

Ad tertium dicendum, quòd hoc intelligendum est de duobus, quæ habent oppositionem; sed scientia, qua scit aliquis peccatum, vt Deus, & illa, qua scit vt homo, non sunt opposita: & ideo ratio non procedit.

Ad quartum dicendum, ꝙ nõ debet ita vitari peccatum ex vna parte, quod ex alia iustitia relinquatur. Veritas enim non est propter scandalum dimittenda: & ideo quando imminet periculum iustitiæ, & veritatis non debet dimitti reuelatio eius quod quis in confessione audiuit, si aliter sciat, propter scandalum; verum tamen scandalum quantum in se est, cuitare teneatur.

## APPENDIX.

Vtilitas ꝓ S. Ecclesia &c.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem conuincas errorem quorundam dicentium: quòd in confessione audita, etiam ꝙ alia via noscat eadẽ, non potest quis reuelare. Secundò habes: quomodo per rationẽ ostẽdas, hũc errorem a fortiori, reijcias prædictis in ar. 4. appen. Dixi, a fortiori, quoniam si de licentia confitentis audita in confessione manifestare licet, multo magis uisa extra confessionem; etiam quòd ante uel post in confessione sint habita, manifestare licebit (ut patet). Nam licentia illa confitentis non est adeò remota a confessione, sicuti sunt illa, quæ totaliter extra confessionem cognita sunt. Item meritò damnari directè ab Eugenio Papa extra cap. si sacerdos, & cap. vt supra, artic. quarto, appen. Nam ibi dicit sententialiter Eugenius quod scire, ut Deus, prohibet nos a manifestatione ad extra; scire autem ut homo, non item. Vide tu verba eius ibi. Cum igitur aliquis sibi dictum in confessione, & consequenter scitum a se, ut Deo, sciuerit quandoque extra, & consequenter ut homo: patet secundum Eugenium, quòd absque peccato manifestare poterit. Memento tamen semper illius cautelæ: quæ in tertia conclusione explicatur. Tertio uides: quomodo vicissim ex his Angelica doctrina hæc stabiliatur, & declaretur.

---

SVP. Q. XLIII. Aliàs 12. Art. 1.

Concl. Satisfactio, etiam formaliter, est actus uirtutis.

49 Th. 4. dist. 15. q. 1. artic. 1.

¶ Exempl. Dicitur ly formaliter ad differẽtiam de ly materialiter: de quo uide in litera. Et quia dicitur ly etiam, denotatur: quòd & materialiter & formaliter satisfactio virtutis actus est. Probabitur ergo cõclusio sigillatim quo ad vtrãq; partẽ: sumendo ly etiã pro ly materialiter: qa sic in veritate supponitur per talem modum loquendi (ut patet.)

¶ Prob. 1. Quia satisfactio, vt sic, non habet malitiã virtuti oppositam, nec defectum debitæ circunstantiæ. Secunda autem pars. s. formaliter, &c. probatur. Quia satisfactio nomine suo importat proportionem æqualitatis ad aliquid, quę est medium uirtutis; & oĩs actus, qui rationem medij importat, est formaliter actus uirtutis (cum dicat formam virtutis, quæ est modium.)

¶ Coroll. Ergo satisfactio, inquantum negatiuam dicit, i. inquantum non habet malitiã nec defectum iniustitię debitæ, est materialiter actus virtutis, & ipsamet, inquantum dicit affirmatiuam, i. inquantum importat medium virtuti morali conueniens, est formaliter actus virtutis moralis. Pri-

## QVAEST. XLIII. Aliàs 12.

*De satisfactione & eius quidditate, in tres articulos diuisa.*

Deinde considerandum est de satisfactione, de qua quatuor consideranda sunt. Primo de eius quidditate. Secundo, de ipsius possibilitate. Tertio, de eius qualitate. Quarto, de his per, quæ homo Deo satisfacit.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum satisfactio sit virtus, vel actus virtutis.

¶ Secundò, Vtrum sit actus iustitiæ.

¶ Tertiò, Vtrum definitio satisfactionis, quę in litera ponitur, conuenienter assignetur.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum satisfactio sit virtus, vel actus virtutis.*

Ad primum sic proceditur. Videtur ꝙ satisfactio non sit neque virtus, neque actus virtutis. Omnis enim virtutis actus est meritorius: sed satisfactio non est meritoria, vt videtur, quia meritum gratuitum est, sed satisfactio debitum attendit, ergo satisfactio nõ est actus virtutis.

¶ 2 Præt. Actus virtutis est voluntarius, sed aliquando fit satisfactio de aliquo eo inuito, vt quando aliquis pro offensa in alterum commissa a iudice punitur: ergo satisfactio non est virtutis actus.

¶ 3 Præt. Secundum Philosophum. 8. Ethic. In virtute moris principale est electio, sed satisfactio non fit per electionem, sed respicit principaliter exteriora opera, ergo non est virtutis actus.

Sed contra, Satisfactio ad pœnitentiam pertinet, sed pœnitentia est virtus, ergo satisfactio est actus virtutis.

¶ Præterea, Nullus actus operatur ad deletionem peccati nisi sit actus virtutis, quia contrarium destruitur per suum contrarium, sed per satisfactionem peccatum totaliter annihilatur, ergo satisfactio est virtutis actus.

Respon. Dicendũ, ꝙ aliquis actus dr̃ esse actus virtutis dupli-

1^m maior. Satisfactio non est meritoria. ℞. Negatur ista minor. §. Ad probõnẽ dr̃: ꝙ satisfactio est quid gratuitũ, inquantũ sponte propria ipse satisfaciens operatur id qđ tenetur operari, Est ergo debitũ, & gratuitũ, satisfactio; debitum, s̃m se considerata, gratuitum, s̃m voluntatẽ ex amore operantis attenta. Sic igitur operãs de necessitate facit virtutẽ: qñ illud, qđ est sibi necessarium, vt faciat, libere. i. volũtariè facit.

¶ Exempl. Ly gratuitũ, sumitur in textu rñsi prout dicit liberũ modum operandi; non autẽ, prout dicit liberã rem, quã quis operaṫ. Rem liberã voco illã, quæ s̃m se non debeť alicui; & consequenter non liberam, quã dare alicui, vel pati, necessum est. Hoc modo decẽ scuta Calimerij proprio suo iusto labore acquisita sunt res libera, si qua verò furatus esset, res non libera dicerẽtur: quia illa nulli alij, vt dentur, sunt obligata; ista verò sic. Ad rem nostram. Satisfaciunt aliqui per aliquod opus Deo peccatis ipsorum offenso. Nũquid illud opus est debitum, vel gratuitũ, i. res non libera, vel libera? Est debitum, seu (quod idẽ est) res non libera. Nõ potest ergo illud opus, sic consideratum præcisè (a nullo alio addito), esse meritum: qm̃ & has rationes dicimus, ꝙ in naturalibus neq; meremur, neq; demeremur, quia. s. huiusmodi sunt res non liberæ. Quomodo igitur illud satisfactionis opus fiet meritorium? Si fiat gratuitum. Quomodo fiet vmquàm gratuitum, si est debitum? Si adiungatur voluntas. Potest namque ipsa uoluntariè assentiri necessitati huic operandi: & potest, licet rem necessariam operetur, non voluntariè acceptare istam necessitatem. Ecce quòd semper, in summa etiam necessitate operandi, uoluntas manet libera ad assentiendum, & dissentiendum. Consequenter ergo, si assentiť necessitati illius operis faciũdi, gratuito assentiť; quia ad hoc non cogitur, imò nec cogi potest. Ergo, cum gratuitum operi illi necessario accedat, iam opus illud in via merẽdi (nisi aliud obstet) reponitur: non ex se quidem, sed ex modo operandi. Propterea dicebatur in textu, quòd satisfacere debitum rationem gratuiti accipit inquantum operans hoc uoluntariè exequitur: & in principio examinis annotatum est, quòd ly gratuitum non rem liberam, sed modum liberum operandi, importat.

De gratuito, & debito, pulchra.

Libertas magna uoluntatis.

¶ Not. Doctrinam hanc S. Thomę sic declaratam diligẽter memoriæ mandato, eiusq; semper memento, vt scias ignorantiam hæreticorum, qui falsi nominis scientia gloriantur, detegere; siue cum votorum emissione contradicunt, siue cum præceptis ecclesiæ non ligari debere hominem contendunt, siue cum alias huiuscemodi fabellas nobis venditare conantur: propterea quòd (inquiunt) gratuitum opus non est, quod est debitum, cuiusmodi sunt uota emissa, &c. cum tamen gratuitum fore oporteat, quod meritoriũ esse debet. His enim ex textu hoc edoctus respondebis, quòd gratuitum est duplex: vnum secundum rem, & modum operandi simul, aliud secundum modum operandi solum: & quod vtrumuis istorum duorum etiam seiunctim acceptum sufficit ad esse meritorium: addens præterea, quòd ipsi loquuntur de gratuito ac si uno modo tantum diceretur, & tanquam si unum illorum tantum ad meritorium esse interuenire posset. Gratuitum ex re & modo simul, est; facere libenter opera supererogationis: quoniam per hoc, quòd sunt supererogationis, constituitur gratuitum ex re; per hoc uerò, quòd libenter. i. uoluntariè fiunt, surgit gratuitum ex modo operandi. Gratuitum autem ex modo operandi solum est; facere opera necessariò fienda libenter: quoniam per hoc, quòd sunt necessaria, non sunt gratuita ex re, sed debita; per hoc autem, quòd libenter fiunt, sunt gratuita ex modo operandi. Hic uero modus operandi sufficit ad meritum, imò est principalius in merito, quàm sit gratuitum ex re: quoniam Deus plus pensat affectum, quàm censum, & minus quantum in suo sacrificio, quàm ex quanto

Contra hæreticos.

Gratuitũ duplex, quid sit.

duplicitet. Vno modo materialiter, & sic quilibet actus, qui malitiam non habet implicitam, vel defectum debitæ circunstantiæ, actus virtutis dici potest: quia quolibet tali actu potest vti virtus in suum finẽ, sicut est ambulare, loqui, & hmõi. Alio mõ dr̃ actus aliqs esse actus virtutis formaliter, quia ipse suo nomine formam, & rõnẽ virtutis implicitam habet, sicut fortiter sustinere dr̃ actus fortitudinis: formale autẽ cuiuslibet virtutis moralis est ratio medii, vnde omnis actus, q rõnẽ medii importat, actus virtutis formaliter dr̃, & quia ęqualitas medium est, qđ suo nomine satisfactio ĩportat: nõ. n. dr̃ aliqs satisfieri, nisi s̃m proportionem æqualitatis ad aliquid, constat ꝙ satisfactio etiam formaliter est actus virtutis.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ q̃uis satisfacere in se sit debitum: tñ inquantũ satisfaciens voluntariè hoc opus exequitur, rõnem gratuiti accipit ex parte operãtis, & sic operãs facit de necessitate virtutem: ex hoc. n. debitũ diminuere hẽt meritũ, qđ necessitatẽ importat, quæ voluntati cõtrariatur: vnde si voluntas necessitati assentiatur, ratio meriti non tolletur.

Ad secundum dicendum, ꝙ actus virtutis nõ reqrit volũtarium in eo, q patiť, sed in eo, q facit, quia illius actus est. Et cũ ille, in quem iudex vindictã exercet, se hẽat; vt patiens ad satisfactionẽ: non vt agens, non oportet, ꝙ in eo voluntaria sit satisfactio, sed in iudice faciente.

Ad tertium dicẽdũ, ꝙ principale in virtute potest accipi dupliciter. Vno mõ principale in ipsa, inquantũ est virtus, & sic ea, quę ad rationem ꝑtinent, vel magis ei propinqua sunt, principaliora sunt in virtute, & sic electio, & interiores actus in virtute, inquãtum virtus est, principaliores sunt. Alio modo põt accipi principale in virtute, inquantum est talis virtus, & sic principalius in ipsa est, ex quo determinationẽ recipit actus interior, sed in aliqbus virtutibus determinať p exteriores: qa electio, quæ est communis omnibus virtutibus, ex hoc, ꝙ est electio talis actus, efficitur ꝓpria huius virtutis; & sic actus exteriores in aliquibus virtutibus sunt principaliores, & ita etiam est in satisfactione.

AR-

to proferatur Hinc apparet euidentissimè, quòd votorũ redditio, præceptorum obseruatio, & huiusmodi, possunt esse meritoria, quãuis illa opera seruata, sint in se debita, & necessaria, quoniã possunt libenti, idest volenti, animo fieri. Quid magis humanitus necessariũ, quàm mori, & cruci affixo, quã tribulari? Et tamen latro à dextris Christi pendens in cruce mortem suã, afflictionemq; magnã, animo volẽti acceptãs meritoriam effecit, qđ vtique (secũdum istos) nõ effecisset, quoniam opera illa, scilicet mori, & cruciari debita sibi erant ac in se necessaria. Concludendũ igitur est: quòd hic gratuitum aliquid fuerit, cũ meritum gratuitum sit non debitum (vt in textu dicitur:) &, cũ non fuerit res gratuita, dicẽdum: quòd animus fuit gratuitus. Voluntariè namque cõtentatus est pati illud necessarium, quod non poterat non pati, & sic opus ex parte sua propria debitũ rationem gratuiti induit ex parte operãtis. Licet enim latro iste non potuisset non mori, & cruciari; potuisset tamen velle non mori, & velle non cruciari, (vt patet.) Liberum ergo erat sibi velle, & non velle, mori: quamuis nõ liberum, sed valde necessarium esset ipsum mori. Quòd ergo voluerit mori, idest volenti animo acceptauerit mortem tam debitam: hoc non necessarium, sed gratuitum, fuit: alioquin (vt etiam ignorantissimi capiant,) si hoc fuisset necessarium, latro quoque a sinistris positus, volenti aio acceptasset mortẽ, qđ est falsissimum.

Quõ debitũ fiat gratuitum.

¶ Corollarium Deceptio ergo prædictorum, qua & ipsi errant, & alios in errorem mittunt, resoluitur tandem in hoc, quòd credunt (vt ostendunt) meritum arctari ad posse, & non posse, ita quòd quando occurrit res, quam possunt pro libito, vel facere, vel omittere, tunc solummodo, si fiat, vel omittatur secundum legem Dei, merendi locus adest. Et tamen meritum principaliter, ac solũ quandoque consistit in velle & non velle: siue res sit libera, siue necessaria. Nunquàm enim voluntas est coacta in talibus etiam necessarijssimis rebus, & consequenter gratuitum est, quod ab ipsa interius præstatur: etiam ꝙ legem sibi a se per votum, vel ab alio per præceptum positam, quam transgredi non liceat obseruet, & consequenter inde meritum sibi comparare potest. Quamobrẽ fit, vt tunc lex sibi sit, & non sit, posita. Est siquidem exterius posita sibi, sed quasi non est posita: quoniam volenti animo iustus legem illam adimplet, ac per hoc de necessitate (vt in textu responsi habetur) facit virtutem. Hoc ipsum confirmauit Papa Leo primus ꝑ in Epistola ad Rauennium Arelatensem Archiepiscopum, sic. Iusto dicitur lex esse posita: quia normam pręceptionis implet iudicio voluntatis; cum verus recti amor in semetipso habeat, & Apostolicas authoritates, & canonicas sanctiones. Hæc ibi, & est Epist. 88. in ordine, primo tomo Conciliorum.

Papa de ly iusto non est lex posita.

2^m maior. Actus est voluntarius. ℞. in eo, cuius est actus: non aliter. §. Tunc &c. Nam is, in quem iudex exercet vindictam, non est agens, sed iudex ipse, & consequenter in iudice requiritur, quòd actus ille sit voluntarius, non autem in patiente illo.

¶ NOT. Hoc in loco non negatur, quòd patiens non possit voluntarie pati, sed affirmatur, quòd patiens, vt sic, non habeat actũ voluntarium. Cum ergo multi sint patientes volũtarie, dicendum: quòd ipsi concurrunt actiue; quatenus voluntarie consentiunt passionibus sibi illatis. Propterea tales dicuntur facere tunc de necessitate virtutem (ut de latrone dextro dictum est) quod non esset nisi aliquo modo concurrerent actiue.

3^m ex Philosopho. In virtute. ℞. Inquantum est virtus: non, inquantum est talis virtus. §. Tunc &c. Nam satisfactio, ideo respicit principaliter actus exteriores, ex quibus determinatur sufficiens, uel insufficiens, quia est talis virtus: quamuis satisfactio, inquantum est virtus respiciat

princi-

principaliter electionem. Nam electio est communis omnib. virtutibus moralibus: quoniam virtutes non essent huic, nisi eligerentur ab eo.

## APPENDIX.

Vtilitas p S Ecclesia &c.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a Concil. Flor. & Triden. quòd satisfactio est actus virtutis. Hoc autem insinuauit Floren. quando in Decreto Papæ Eugenij IIII. determinauit, ꝙ satisfactio est pars seu actus, pœnitentiæ. Item Conc. Triden. quando sess. 14. c. 3. dixit, quòd satisfactio est actus pœnitentis, & pars pœnitentiæ. Cum. n. pœnitentia sit virtus, alioquin a Christo Matt. 3. non præciperetur per ly pœnitentiam agite, cum præcepta legis non dentur nisi de actibus virtutum (ut habetur ex secundo Ethic. dicente Philosopho, quòd legislator intendit facere homines virtuosos,) sequitur aperte: ꝙ qui dicit satisfactionem esse partem, seu actum pœnitentiæ, dicit per hoc quòd satisfactio est actus virtutis. Nec obstat phantasia Lutheri negantis satisfactionem esse partem pœnitentiæ: & consequenter esse actum uirtutis (ut dictum est:) quoniam suum dicere damnatum intelligitur a prædictis Concilijs ibi. Vnde idem Concil. Triden. eadem sess. damnans Lutherum Can. 4. ait. Si quis negauerit ad integram & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in pœnitente uidelicet, contritionem, confessionẽ, & satisfactionem, quæ tres pœnitentiæ partes dicuntur, &c. Anathema sit. Erubescat ergo Lutherus pertinaciæ suæ hæreticæ prædictæ (ut refert Roffensis contra ipsius assertiones. artic. 5.) sic inquiens: Vehementer odi, & sublatum vellem, hoc uocabulum, satisfactio. Item damnatur illa hæresis a Papa Leone X. in bulla contra errores Lutheri: cuius particulam pro damnatione huius cum alijs erroribus vide quęst. 1. art. 1. appen. & tertia par. q. 68. artic. 9. Vide Roffensem supra contra err. Illũ Lutheri mirifice triumphantem. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas prædicta a Concilijs, pro quanto satisfactionem innuunt esse actum virtutis, meritò damnasse errorem ipsum Lutheri: & quomodo eadem, pro tanto, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertiò vides quomodo ex his vicissim Thomistica doctrina hæc stabiliatur, & declaretur.

---

SVP. Q. XLIII. Aliàs 12. Art. II.

CONCL. Satisfactio, quæ æqualitatem respectu offensæ præcedentis in faciente importat, opus iustitiæ est; quantum ad illam partem, quæ pœnitentia dicitur.

¶NOT. Per satisfactionem, si loquendum est vniuersaliter, cointelligenda est etiã contritio saltem præsuppositiue: inquantum, vt ista sit satisfactio respectu offensæ præcedentis, simul cum cõtritione pensanda est: vt per Innocentium Papã in appen. infra patebit.

¶COROLL. Ergo satisfactio pertinet ad iustitiam uindicatiuam, multę tamen misericordiæ iunctam: quia pœnitentiæ iustitiæ vindicatiuæ species est multis miserationib. mixtę. Hoc & alio uocabulo exprimit cõclusio, cum dicit ly respectu offensæ præcedentis, quam scilicet vindicare vult.

¶PROB. Quia satisfactio secũdum nomen suum importat adęquationẽ ad aliquid in aliqua proportionalitate consistentem (cũ aduerbium, satis, æqualitatẽ proportionis designet) & medium iustitiæ accipitur secũdũ adęquationem rei ad rem in aliqua proportionalitate (ex Philosopho quinto Ethic.)

¶COROLL. Ergo satisfactio non qualitercumq; sed formaliter, est actus iustitiæ: quoniam mediũ est illud, per quod formaliter aliquid ostenditur de aliquo; & medium iustitiæ cõuenit satisfactioni (ut dictum est.) Sic intelligitur conclusio. Non est autẽ opus probare, quòd sit actus vindicatiuæ: quoniam id patet ex terminis conclusionis (ut declaratũ est i primo corollario.)

1m de conclusione. Est. R. Imperatiue, non eliciue. §. Tunc nihil &c. Concl. n. de actu elicito loquitur: dum satisfactionem dicit esse actum iustitiæ.

2m ex Philosopho. Non est. R. Principaliter non, ex consequenti. §. Tunc &c. Nam quando dicitur, quòd satisfactio causas peccatorũ excidit, intelligitur ex consequenti pro quanto ipsæ causæ sunt passiones in nobis.

¶Co-

## ARTICVLVS II.

*Vtrum satisfactio sit actus iustitiæ.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr ꝙ satisfactio non sit actus iustitiæ, quia satisfactio fit ad hoc, quòd reconcilietur ei quem offendit, sed reconciliatio cum sit amoris, ad charitatem pertinet, ergo satisfactio est actus charitatis, & non iustitiæ.

¶ 2 Præterea, causæ peccatorum in nobis sunt passiones animæ quibus ad malum incitamur, sed iustitia secundum Philosophum, non est circa passiones, sed circa operationes, cum ergo ad satisfactionẽ pertineat peccatorum causas excidere, vt in litera dicitur, videtur quòd nõ sit actus iustitiæ.

¶ 3 Præt. Cauere in futurũ non est actus iustitiæ, sed magis prudentiæ, cuius pars ponitur cautela, sed hoc pertinet ad satisfactionẽ: quia ipsius est suggestionibus peccatorum aditum non indulgere, ergo satisfactio non est actus iustitiæ.

SED CONTRA. Nulla virtus attendit rationem debiti, nisi iustitia: sed satisfactio honorem debitũ Deo impedit, vt Ansel. ait: ergo satisfactio est actus iustitiæ.

¶ Præterea, Nulla virtus habet rerum exteriorum adęquationẽ perficere, nisi iustitia, sed hoc fit per satisfactionem, qua constituitur ęqualitas emendæ ad offensam præcedentẽ, ergo satisfactio est iustitiæ actus.

RESPON. dicendum, quòd secundum Philosophum in 5. Ethic. medium iustitiæ accipitur secũdum adæquationem rei ad rem in proportionalitate aliqua, vnde cum talem adæquationem ipsum nomen satisfactionis importet, quia hoc aduerbium, satis, æqualitatem proportionis designat, constat quòd satisfactio formaliter iustitiæ actus est. Sed iustitiæ actus secundum Philosophũ est vel sui ad alterum, vt quando aliquis reddit alteri, quod ei debet, vel alterius ad alterum, sicut quando iudex facit iustitiam inter duos. Quando autem est actus iustitiæ sui ad alterũ: æqualitas in ipso faciente constituitur, quando autem alterius ad alterum, æqualitas constituitur in iustũ passo, & quia satisfactio æqualitatẽ in ipso faciente exprimit, dicit actum iustitiæ, quæ est sui ad alterum, proprie loquendo: sed sui ad alterum potest aliquis facere iustitiam, vel in actionibus, & passionibus, vel in rebus exterioribus, sicut & iniuria fit alteri, vel subtrahendo res, vel per aliquam actionem lædendo, & quia vsus rerum exteriorũ est dare, ideo actum iustitiæ secũdum quòd ęqualitatem in rebus exterioribus constituit, proprie dicit hoc, quod est reddere: sed satisfacere manifeste ęqualitatem in actionibus demonstrat, quamuis quandoque vnum pro alio ponatur: Et quia adæquatio non est nisi inæqualium, ideo satisfactio inæqualitatem actionum præsupponit, quæ quidem offensam constituit: & ideo habet respectum ad offensam præcedentem: nulla autem pars iustitiæ respicit offensam præcedentem, nisi iustitia vindicatiua, quæ æqualitatem constituit in eo, qui iustum patitur, indifferẽter, siue sit patiens idem, quod agens, vt quando aliquis sibiipsi pœnam infert: siue non sit idem, quod agens, vt quando iudex alium punit, ad vtrumque vindicatiua iustitia se habente: similiter, & pœnitentia, quæ æqualitatem tantum in faciente importat, quia ipsemet pœnam tenet, fit vt sic quodammodo pœnitentia vindicatiuæ iustitiæ species sit, & per hoc constat, quòd satisfactio, quæ ęqualitatem respectu offensæ præcedentis in faciente importat, opus iustitiæ est quantum ad illam partem, quæ pœnitentia dicitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd satisfactio (vt ex dictis patet) est quædam iniurię illatæ recompensatio, vnde sicut iniuria illata immediate ad inęqualitatem iustitiæ pertingebat, & per consequens ad inęqualitatem amicitiæ oppositam, ita, & satisfactio directe ad æqualitatem iustitiæ perducit, & ad ęqualitatem amicitiæ ex consequenti, & quia actus aliquis elicitiue ab illo habitu procedit, ad cuius finem immediate ordinatur, imperatiue autem ab illo, ad cuius finem vltimo tendit: ideo satisfactio elicitiue est a iustitia: sed imperatiue a charitate.

AD SECVNDVM dicendum, quòd quamuis iustitia sit principaliter circa operationes, tamẽ etiam ex consequenti est circa passiones, inquantum sunt operationum causæ. Quare sicut iustitia cohibet iram, ne alteri læsionem iniuste inferat, & concupiscentiam, ne ad alienum thorum accedat,

¶ Coroll. Hinc ergo dicas: quòd satisfactio principaliter attendit ad recompensationem faciendam de offensa præterita: & ex consequenti ad nouam uitam arripiendam excidendo non tantum peccata, sed etiam causas peccatorum. Ergo pœnitentia non est tantum noua uita: de quo alibi disputatum est efficacissimè ex Concilijs, q. 1. ar. 1. contra Lutherum dicentē oppositū. Ergo discant hinc pœnitentium confessarij: ut eis imponāt, quòd uitent nō solum peccata, sed etiam occasiones peccatorum. Ergo satisfactiones per se personaliter adimpletæ sunt etiam medicina præseruatiua a morbis peccatorum futuris.

*Satisfactio medicina est & pseruatiua.*

cedat, sic etiam satisfactio pōt peccatorum causas excidere.

Ad tertium dicendum, ꝙ quælibet virtus moralis participat actus prudentiæ, eo quòd formaliter ipsa complet in eis rationem virtutis: cum secundum eam medium accipiatur in singulis virtutibus moralibus, vt patet per definitionem virtutis in 2. Ethic.

3^m de minori. Ad satisfactionem. ℞ Secūdum quòd prudentiæ particeps est, consideratam: non, prout satisfactio est præcisè. §. Tunc &c. Nam conclusio, quando satisfactionem dicit esse actum iustitiæ, loquitur de satisfactione, vt satisfactio est; non ut concernit prudentiam in futurum.

¶ Not. Satisfactio, vt sic, est actus iustitiæ (ut in conclusione;) ut ad reconciliandum offensum in amicitiamque trahendum, ordinata est actus charitatis (ut in ad primum;) ut cautionem in futurum a peccatis connotat, est actus prudentiæ (ut in ad tertium.)

## A P P E N D I X.

*Vtilitas p Eccl. &c.*

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum a sacris literis, a Concilijs, a summis Pontificibus; quòd satisfactio est actus iustitiæ uindicatiuæ, seu actus iustitiæ quoad illam partem, quæ pœnitentia dicitur. A sacris literis Matth. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Hoc est. Vestras satisfactiones facite, ut ad æqualitatem proportionaliter præcedentium offensarum, de quibus iam uos pœnituit fiant. Quis non uideat, per hoc aperte in sensu dici: quòd satisfactiones ad iustitiam pertinent? lege corporis articuli principium de medio iustitiæ: & inde, authoritatem prædictam Euangelij sic innuere facile colliges. Item Deut. 25. Pro mensura delicti erit & plagarum modus. Item Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit; tantum date ei tormentum & luctum. Audis æqualitatem? Infer iustitiā. Item 1. Cor. 11. Si nos ipsos iudicaremus, non utique iudicaremur. Iudicium est actus iustitiæ 2. 2. q. 60. art. 1. & Apostolus satisfactiones hic uocat iudicia: ergo per hoc manifeste docet, satisfactionem esse actum iustitiæ. Item Rom. 6. sicut exhibuistis membra uestra seruire iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Hoc est. Vnusquisque quot in se habuit oblectamenta; tot de se inueniat holocausta. Conuertat ad uirtutum numerum, numerum criminū: ut totum seruiat Deo in pœnitentia, quicquid ex se Deum cōtempsit in culpa. Vide ergo satisfactionem, secundum Apost. esse actum iustitiæ. Item Ps. 118. Feci iudicium, & iustitiam; non tradas me calūniantibus me. Quid autem intelligat per iustitiam declarauerat iam in Ps. 6. dicens. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Quod exponens Chrys. Hom. 41. de pœnitentia dicit. Olim patratum peccatum, post tot annos, post tot generationes, quasi nuper accidisset, lugebat. Pœnitentem irasci non oportet, neque sæuire: sed conteri tanquàm condemnatum, tanquàm non habentem fiduciam, tanquam iudicatum reum, tanquàm ex sola saluari misericordia debentem, tanquàm ingratum erga benefactorem redargutum, tanquàm iniucundum, & reprobū, tanquàm innumeris dignum supplicijs. Si hæc cogitet: non irascetur non indignabitur; sed lugebit, flebit, gemet, & conqueretur nocte ac die. Pœnitentem numquàm oportet obliuioni peccatum tradere: sed Deum quidem rogare, ne eius meminerit: ipsum uerò numquàm ipsius obliuisci. Si nos eius non recordemur, Deus ipsius non obliuiscetur; si nos eius meminerimus, Deus obliuiscetur. A nobisipsis ultionem sumamus, nosipsos accusemus; ita placabimus iudicem. Hæc ille. Vbi si notaueris ly ultionem, ly accusemus: dices, quòd secundum psalmistam ab eo interpretatum, satisfactio est actus iustitiæ. A concilijs item idipsum i principio appen. dictum insinuatū est. Nam Conciliū Tridentinum sess. 14. ca. 8. Habeant sacerdotes Domini præ oculis: ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad nouæ uitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum; sed etiam præteritorum peccatorum uindictam, & castigationem. Hæc ibi. Ecce: ꝙ & actum iustitiæ, & uindicatiuæ, & respectu præcedentis offensæ, esse satisfactionem, habes ex concilio. Item octaua synodus; & recitatur 26. q. 7. Affectum illum in se recipiat pœnitens, quem gerebat ille, qui dicebat; iniquitatem odio habui & abominatus sum, & cæt. vel secundum ea, quæ Apostolus dixit ad eos, qui s̄m Deum contristati sunt. Quantum (inquit) in uobis operatus est solicitudinem, sed accusationem, sed indignationem, sed æmulationem, sed uindictam, &c. Hæc ibi. Item eadem synodus octaua, & recitatur 26. q. 7. Erga eum, qui peccata non punit, tales esse debemus, sicut Dominus præcepit dicens, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus; & sicut Apostolus docuit dicens, subtrahite uos ab omni fratre ambulante inordinate, & secundum traditionem quam tradidimus uobis. Hæc ibi. Vbi ad propositum nota ly punit. Item Concilium Aquense cap. 1. sic. Apostolus inquit: si nosipsos iudicauerimus, a Domino non iudicabimur. Hæc est uindicta, quam (inspirante Deo) omnis peccator pro suis admissis pœnitendo, in seipso uindicat. Hæc ibi. A summis etiam Pontificibus idem in principio appendicis dictum insinuatum est. Leo enim primus sic ait. Oportet; unumquemque Christianum conscientiæ suę habere iudicium: ne conuerti ad Dominum de die in diem differat, nec satisfactionis sibi tempus in fine uitæ suæ cōstituat; quem periculose ignorantia humana concludit; ut ad paucarum horarum se reseruet incertum: &, cum possit pleniore satisfactione indulgentiam promereri, illius temporis angustias eligat; quo uix inueniat spacium, uel confessio pœnitentis, uel reconciliatio sacerdotis. Hęc ille in epistola ad Theodorum Foroiuliensem Episcopum, & est 89. in ordine, tom. 1. conciliorum. Vbi nota ad propositum, ly iudicium: quòd scilicet de satisfactione loqui uolens, ipsam ad iudicium, consequenter ad iustitiam, conscientiæ pertinere affirmat. Item Gregorius Primus, epist. ad Secundinum, sic. A capite itaque incipientes usque ad quartum altaris ministrum hanc formam seruandam cognoscimus: ut sicut minorem maior præcedit in honore, ita & in crimine; & quem maior sequitur culpa maiori plectatur uindicta, quæ post pœnitentiam credatur esse fructuosa. Hæc ibi. Vbi satisfactionem uocat uindictam: Et uindictam ipsam pro maiori delicto maiorem fore determinat. Item Innoc. III. Liuon. Episcopo & eis, qui cum ipso sunt fratribus ait. Pœnitentia nō tam s̄m quantitatem excessus, q̄ pœnitentis contritionem, per discreti sacerdotis arbitrium est moderāda. Hæc ibi. Vbi idem apparet per ly s̄m quantitatē delicti. Vnde etiam patet: ꝙ in satisfactione computatur contritionis magnitudo, ut iustitiæ actus conseruetur; qđ annotatum est supra ante probat. conclus. Secundo habes. quomodo prædicta scripturarum, conciliorum, Romanorum Pontificum, pro quanto satisfactionē esse iustitiæ uindicatiuæ actum insinuāt, & declares, & probes, & defendas. Tertiò uides, quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, & declaretur.

*Modus satisfactiōes exequēdi.*

*Memoria continua delictorū quanti valeat.*

*Ambulat inordinatè, qui peccata nō punit.*

*Contritio intra satisfactionem concludit.*

*2*

*3*

---

SVP. Q. XLIII. Aliàs 12. Art. III.

Concl. 1. Definitio satisfactionis ab Augustino data est secundum ꝙ satisfactio præseruat a culpa futura: & per abscissionem causarum peccati, & per renitentiam liberi arbitrij ad ipsum peccatū.

*51*

¶ Not. Augustinus diffinit satisfactionem, vt concernit prudentiā (secūdum quòd habes art. 2. ad 3.) non ut præcisè dicit iustitiā. Quāuis etiam ipsam consequēter dicere iustitiā, affirmare possimus: quia iustitia quædam est uitare offensam cōtra nouiter reconciliatum (ut consideranti patere potest.)

¶ Prob. 1. Quia satisfactio (secundū Augustinum) est peccatorum causas (.i. occasiones) excidere, & eorum suggestionibus aditum non indulgere. Secūda autem pars. s. & per abscissionem, &c. probat. Quia peccatum potest incur-

## ARTICVLVS III.

*Vtrum definitio satisfactionis in litera conuenienter ponatur.*

Ad tertium sic procedit. Videtur quòd definitio satisfactionis in litera inconuenienter ponatur ab Augusti. Dicit enim, quòd satisfactio est peccatorū causas excidere, & eorum suggestionibus aditū non indulgere. Causa enim actualis peccati fomes est: sed in hac vita non possumus fomitem excidere, ergo satisfactio non est peccatorum causas excidere.

¶ 2 Præt. Causa peccati est fortior quàm peccatū, sed homo per se non potest peccatum excidere, ergo multo minus causas peccati, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Satisfactio cum sit pars pęnitentiæ, præteritum respicit, non futurum; sed non indulgere aditum suggestionibus peccatorum respicit futurum, ergo nō debet poni in definitione satisfactionis.

¶ 4 Præt. Satisfactio dr̄ respectu offensæ p̄teritæ: sed de offensa p̄cedēti, nulla fit mentio, ergo inconueniēter assignatur definitio satisfactionis.

¶ 5 Præt. Anſelmus ponit aliã definitionem in lib. Cur Deus homo, ſ. ſatisfactio, eſt honorem debitũ Deo impendere; in qua nulla fit mentio horum, quæ Auguſt. hic ponit, ergo altera earum videtur eſſe incõpetẽs.

¶ 6 Præt. Honorem debitum poteſt innocens impendere, ſed ſatisfacere non competit innocenti, ergo definitio Anſel. eſt malè ordinata.

RESPON. Dicendum, quòd iuſtitia non ad hoc tantũ tendit: vt inæqualitatem præcedentem auferat puniendo culpam præteritam, ſed vt in futurum æqualitatem cuſtodiat, qa ſecundum Philoſophum in 2. Ethic. Pœnæ medicinæ ſunt. Vnde, & ſatisfactio, quæ eſt iuſtitiæ actus pœnam inferentis, eſt medicina curans peccata præterita, & præſeruans a futuris, & ideo quando homo homini ſatisfacit, & præterita recompenſat, & de futuris cauet: & ſecundum hoc dupliciter poteſt ſatisfactio definiri. Vno modo reſpectu culpæ præteritæ, quam recompenſando curat, & ſic dicitur, quòd ſatisfactio eſt illatæ iniuriæ recompenſatio ſecundum iuſtitiæ æqualitatem. Et in idem dicitur redire diffinitio Anſelmi qui dicit, quòd ſatisfacere eſt honorẽ debitum Deo impendere; ut conſideretur debitum ratione culpæ commiſſæ. Alio modo poteſt definiri, ſecundum quòd præſeruat a culpa futura, & ſic definit eam hic Auguſt. præſeruatio autem a morbo corporali, fit per ablationem cauſarum, quibus poſitis morbus conſequi poteſt: eis enim ablatis, non poteſt morbus ſequi. Sed in morbo ſpirituali non eſt ita, quia liberum arbitrium non cogitur; unde cauſis etiam præſentibus poteſt uitari, quamuis difficulter, & cauſis amotis poteſt incurri: & ideo in ſatisfactionis definitione duo ponit, ſcilicet abſciſſionem cauſarum, quantum ad primum, & renitẽtiam liberi arbitrii ad ipſum peccatum, quantum ad ſecundum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd accipiendæ ſunt cauſæ proximæ peccati actualis, quæ dicuntur duo, ſcilicet libido ex conſuetudine, uel actu peccati relicta, & aliquæ reliquiæ peccati præteriti; & exteriores occaſiones ad peccandum, vt locus, mala ſocietas, & huiuſmodi: & tales cauſæ in hac vita p ſatisfactionem tolluntur: quamuis fomes, qui eſt cauſa remota peccati actualis nõ tollatur totaliter in vita per ſatisfactionem, etſi debilitetur.

AD SECVNDVM dicendum, q quia cauſa mali, vel priuationis eo modo quo cauſam habet, nõ eſt niſi bonum deficiens; bonum autem facilius tollitur, quàm conſtituatur: ideo facilius eſt cauſas priuationis, & mali abſcindere, quam ipſum malum remouere, quod non remouetur, niſi per conſtructionem boni, qd patet in cæcitate, & cauſis eius. Et tamen cauſæ peccati prædictæ non ſunt ſufficientes cauſæ, cum ex eis non de neceſſitate ſequatur peccatum, ſed ſunt occaſiones quædã: nec iterum ſatisfactio ſine Dei auxilio fit, quia ſine charitate eſſe non poteſt, vt dicetur.

AD

incurri per conſenſum liberi arbitrij, & ad pœnitentiam cauſarum peccati, & etiam ſi ſint abſentes illæ cauſæ peccati.

¶ COROLL. Ergo peccatum poteſt incurri amotis etiam occaſionibus eius: & non eſt neceſſe, quòd incurratur præſentibus occaſionibus ipſius. Et ideo probatio ſecundæ partis concluſionis vſa eſt uocabulo iſto, poteſt incurri: & non illo, Incurritur.

¶ CONCL. 2. Satiſfactionis definitio reſpectu culpæ præteritæ conſiderata eſt illatæ iniuriæ recompenſatio ſecundũ iuſtitiæ æqualitatem.

¶ NOT. Ly æqualitatem, intellige proportionis (ut ex art. 2. habes) ſi conſideretur ſatisfactio reſpectu offenſæ diuinæ. Poteſt autẽ ly æqualitatem, abſolutè ſumi: ſi accipiatur reſpectu iniuriæ, vel dãni dati hominibus. Et nota: quòd præmiſſæ diffinitiones, quæ partiales ſunt, vtpotè datæ, vel reſpectu præteriti tantum, vel futuri tãtum, poſſunt unam totalem ſatisfactionis definitionem conſtare ſic. Satiſfactio eſt illatæ iniuriæ recompenſatio ſecundum iuſtitiæ æqualitatem, & peccatorum cauſas exciſio, ac eorũ ſuggeſtionibus non conſentire. Notabis quoq; regulam D. Thom. hanc vniuerſaliſſimã: quòd, quando reſpondet titulo alicui de conuenientia alicuius rei quærenti, & in concluſionib. reſponſiuis nullam facit explicitè de conuenientia mentionem: tunc ſemper implicitè ſubintelligitur: quòd concluſiones ipſæ limitandæ ſunt, per ly conuenienter. Exempli gratia. Quæritur hic in titulo, an conueniens ſit diffinitio ſatisfactionis; & in reſponſiuis concluſionibus habẽtur diffinitiones, nulla facta limitatione de conueniẽtia, vel inconuenientia. Quid ergo dicendum: cum Sanctus Doctor ſit ubique ſui memor, atque ſufficiens? Quòd conueniẽtia ſubintelligitur, (licet non pariformiter, ſed in genere ſuo, unaquæq; ſufficiens ſit) cũ ipſa reſponſio cuiuſque prudentis ſecundum interrogationem factam intelligi debeat. Hoc enim docet Chriſtus de quocumque prudenter reſpondente ſentiendum, etiam ſi reſponſioni non addatur limitatio poſita in interrogatione: dũ diſcipulis quærentibus, Rabbi quis peccauit hic aut parentes eius, vt cæcus naſceretur, reſpõdit, Neque hic peccauit, neque parentes eius; Item dum ſororibus de infirmitate mortali, ſecundum ordinariũ curſum, fratris ſui timentibus reſpondit per nuntium, Infirmitas hæc non eſt ad mortem. Ecce: quòd ſufficientiſſimè, prudentiſſimeq; reſpondet: & tamen nec primò repetit ly ut cæcus naſceretur; nec ſecundo exprimit ordinarium moriẽtis curſum, qui eſt remanere in morte vſq; ad diem iudicij: ſed ſufficit ſibi, quòd huiuſmodi limitationes neceſſario ſubintelligendæ ex interrogatis intelligantur. Non ergo diminutum, nec minus prudentem D. Th. ex ſua illa taciturnitate iudicaueris vmquàm: ſed breuiloquum cum ſufficientia.

*Definitio totalis de ſatisfactione data.*

*Regula familiariſſima D. Th. p eius reſponſis.*

¶ PROB. Quia ſatisfactio culpam præteritam, recompenſatione æqualis iuſtitiæ curat.

1m de concluſione. Cauſas. ℞. Remotas: non proximas. §. Tunc &c. Nam diffinitio ab Auguſtino data intelligitur de cauſis proximis actualium peccatorum: quas ſatisfactio, ut peccata vitare poſſit, uel melius excidit. i. amputat; adimplens illud Matt. 19. Si pes, & oculus tuus ſcandalizat te, abſcinde, & erue eũ; & proijce. i. procul iace (nõ. n. remiſſe, ſed uigilanter, uitandæ occaſiones peccatorum ſunt) abs te.

¶ NOT. Satisfactioni ſufficeret uitare peccata: niſi occaſiones frigidam mentem ad uitandum illa, & plerumque caſum in illa, inferrent. Quamobrem minus, quàm debet ipſorum occaſiones euitans, minus, quàm debet, ſatisfacere ab Auguſtino ſic definiente indicatur. Prudentis eñ eſt, cuiuſmodi (ut ar. 2. ad tertium) ſatisfaciens eſſe debet, pericula finem ſuum impedientia vitare: alioquin finem ſuum, uel nũquàm, uel uix, & cum difficultate quidem, conſequetur. Vt igitur & peccata uitemus, & faciliter uitemus (quo & modo præcepiſſe intelligitũ Deus, ne tangerent pomum, ſi tamẽ præcepit; ut ait mulier Geneſ. 3.) dixit Aug. quòd ſatisfaciens occaſiones peccatorum debet excidere. Itẽ. Nè peccata ſæpius, ex improuiſo ferme, impulſuq; quodam, incurramus; quoniã qui amat periculum (de quo fermè conuincitur non uitans illud,) peribit in illo: ideo ſenſit Auguſt. quòd ſatisfaciens quis minus, imò & a peccato minus alienus, videtur; ſi cauſas, ſeu occaſiones peccatorum nõ excidat. Occaſiones namque ſunt diſpoſitiones: vnde, ſicut ad diſpoſitionem materiæ ſequitur forma, & ad cauſam ſequitur effectus, ita ad poſitionem occaſionũ peccatorum, ſequũtur peccata ipſa; licet non neceſſario ꝓpter libertatem arbitrij; ut in corollario poſt primæ cõcluſionis probationem, & in textu patet.

*Occaſiões peccatorũ non uitans cuius opinionis ſit apud Aug. Eccl. 3.*

2m maior. Cauſa peccati eſt fortior, quàm peccatum. ℞. Negatur hæc maior. §. Immo dicitur, quòd eſt totum oppoſitum: eo quòd, quia cauſa mali, uel priuationis eo modo, &c. ut in litera uſque excluſiue ad ly, & tamen cauſæ, &c. Tunc non ſequitur; quòd ſi homo non poteſt uitare peccatum, non poſſit uitare occaſiones: ut deducebatur.

Item de maiori. Cauſa. ℞. Sufficiens: non, inſufficiens. §. Tunc &c. Nam cauſæ peccati, in reſponſione ad primum, prædictæ, de quibus & Aug. ibi loquitur, non ſunt cauſæ ſufficientes peccati: ſed quædam occaſiones.

*Reſp. 2.*

¶ NOT. Cauſa ſufficiens peccati, & ea ſola, eſt uoluntas creaturæ; cũ uoluntas immutari a nulla alia creatura poſſit. 1. par. q. 106. art. 2. & q. 111. art. 2. & conſequenter ad hanc ſolam de neceſſitate ſequitur peccatum. Quòd autem omnia alia ſint ad hoc cauſæ inſufficientes, patet per id Apoſtoli Rom. 8. Certus ſum: quòd neq; mors, neque uita, neque Angeli, neque principatus, neque uirtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia (ſcilicet uoluntate noſtra) poterit nos ſeparare a Charitate Dei: ſic authoritatem hanc exponit B. doctrix diſciplinæ Dei Catherina Senenſis, Epiſt. 93. Ergo nulla creatura, excepta uoluntate ipſius peccãtis, eſt ſufficiens cauſa peccati eius? Hæc ſint dicta, extendendo (ut poteſt) ad quoſlibet homines propoſitionem Apoſtoli, in ſenſu præſcripto; quamuis ad literam propriam & principalem loquatur Apoſtolus ibi de prædeſtinatorum ſalute, a qua finaliter dimoueri nõ poterunt, nec etiam per creaturam, hanc ſcilicet uoluntatem ſuam, prout tamen conſiderantur ſecundum quòd ſtant ſub prædeſtinatione diuina: ut habes ex prima par. q. 23. ar. 6. ad ſecundum. Item ſi creatura alia a uoluntate peccantis eſſet ſufficiens cauſa peccati: Deus non puniſſet Adam dicentẽ, mulier dedit mihi de pomo, & comedi, neq; Euam dicentem,

*Reſp. 3.*

*Sola uolũtas eſt cauſa ſufficiẽs peccati.*

dicentem, serpens decepit me Hoc est. Mulier fuit causa sufficiens comestionis meæ prohibitæ: & serpens fuit causa sufficiens deceptionis mei. Nam aliàs mulier ad literam dederat Adæ de pomo, Gen. 3. & a serpente ipsa seducta fuerat 1. Tim. 2. Sed talis occasio non fuit causa sufficiens: immo nec ipsum peccatum potest constringere uoluntatem ad se perpetrandum: quoniã ad Cayn Gen. 4. Dicit Dominus; si malè egeris, statim in forib. aderit peccatum tuum (.i. apparebit) uel in signis exterioribus, quę sunt quædam fores animi; vel in quadam tui intranea pœnalitate, iuxta illud Aug. Iussisti Domine, & vere sic est; ꝙ omnis inordinatus animus sibi ipsi est pœna:) sed sub te erit appetitus eius (.s. peccati,) & tu dominaberis illius. Ecce; quòd uoluntas, etiam hominis reprobati, non constringitur ad peccandum, sed domina est appetitus peccati: & consequenter peccatum, etiam si fingatur in abstracto esse, & tentare hominem, non est causa sufficiens faciendi, quòd voluntas eius peccet. Illa igitur propositio argumenti maior, causa peccati est fortior, quam peccatum, intelligitur solum de uoluntate: inquantum ipsa sola est sufficiẽs causa peccati; & , ut uera ipsius causa, difficilius tollitur, quàm peccatum. In cuius signum est: quòd peccatum fornicationis inuidiæ, auaritiæ, &c. tollitur e quibusdam hominibus faciliter, quod a quibusdam alijs, vel difficulter, uel numquàm tollitur; & hoc ꝓpter ipsam causam peccati difficilius, quàm peccatum, amouibilẽ. Vnde in textu signãter, quasi uoluntatem ab alijs causis discernendo in ueritate, uel falsitate illius propositionis maioris, dicitur ly prædictæ; causæ (inquit) peccati ꝓdictæ non sunt sufficientes, &c. Vide secundum responsum in litera ly & tamen, &c. usq; ad exclusiue ad ly nec iterum. Et scito differentiam istarum duarũ responsionum resolui tandem in hoc: quod de insufficienti causa negatur maior, de sufficienti autem conceditur.

Voluntas est fortior quocumq; peccato.

**Item de minori.** Per se. ℞. Solum: non auxilio Dei associatum. §. Tunc nihil &c. Nam homo tali auxilio fultus quascumque causas peccatorum etiam sufficientem (retrahendo. s. uoluntatem a consensu mali, & delectatione eius) potest excidere: & sic satisfactionem, ut s. auxilio Dei est munita, sumit Aug: in sua illa definitione. Vide responsum tertium in litera ly nec iterum satisfactio, &c.

**3m de maiori.** Satisfactio. ℞. Secũdum suam intentionem primam consideratam: non, secundum intentionem consequentem. §. Tunc nihil &c. Nam Aug. definit satisfactionem consideratam secundum consequentem intentionem: ut in not. post conclusionem primam significatum fuit dicendo, ꝙ ipse definit eam, secundum quòd concernit prudentiam. Vide ibi & locum citatum.

¶Not. Quando dicit litera ly sic etiam satisfactio, innuẽdo per hoc, ꝙ satisfactio est medicina præseruans, sumit satisfactionem: ut per seipsum personaliter quis exequitur eam, non ut per alium: secundum, quòd ex q. 13. ar. 2. in prin. corp. habetur.

**4m illatio conclusionis.** Ergo inconueniẽter &c. ℞. Negatur illatio. § Ratio est; quia Aug. cuius est illa definitio, de qua in argumenti huius conclusione, definit satisfactionem secundum quòd dicit emendationem uitæ: non secundum quòd respicit offensam Deo factam. Hoc uerò facit Augustinus non ad denotandum, quòd pœnitentia & satisfactio sit solum noua uita (istud enim esse hæreticum sciuit ipse: & pro tali damnatum est quæst. 1. ar. 1. appen.) sed ad denotandum, quòd secundum rei ueritatem offensa illa nihil Deo subtrahit. Vide literam.

**Item de minori.** Fit. ℞. Explicitè; non implicitè. §. Tunc &c. Sufficit. n. Aug. quòd de offensa facta Deo mentionem fecerit implicitè, inquantum. s. in cautela futurorum, de qua expressè loquitur, includitur quodammodo recompensatio præteritorum, prout ex illorum cautela cognosci potest istorum præteritorum recompensatio, & cæt. ut in litera vsque in finem. Vide secundum responsum in litera ly nihilominus tamen &c.

¶Coroll. Ergo Aug. explicitè non meminit offensæ præteritę: tam quia offensa illa secundum rei ueritatem nihil subtraxit Deo, tam quia in cautela futurorũ, de qua explicitè loquebatur, recompensatio præteritorum includebatur. Ergo per silẽtium de recompensatione præteritorum Aug. non intellexit, quòd satisfactio sit noua uita tantum, sed quòd sit noua uita cum recõpensatione præcedentium delictorum. Quod autem ex cautela futurorum possit cognosci recompensatio commissorum, vltra dicta in textu, patet per rationem sequẽtẽ. Nam qui maiora peccata commisit, solet (si par pari referat: ut debet) cautius a futuris periculis ꝓcauere, tanquàm suæ fragilitatis conscius. Vnde ex cautela tam uigilanti pōt quis coniectare, quòd ille maiora peccata cõmisit, & consequenter, quòd de maioribus recompẽsare vult: quàm alius quidam, qui in futurum de occasionibus peccati vitandis sollicitus minus est.

Ad tertium dicendum, quòd quãuis pœnitentia ex prima sui intentione respiciat præteritũ, tamen etiam ex consequenti futurum respicit, inquantum est medicina præseruans, & sic etiam satisfactio.

Ad quartum dicendum, ꝙ Augustinus definit satisfactionem, secundum quod fit Deo, cui secundum rei veritatem nihil subtrahi potest, quamuis peccator, quantum in se est, aliquid subtrahat, & ideo in satisfactione tali, principalius requiritur emẽdatio in futuro, quàm recompensatio præteritorum: & propter hoc ex parte ista Aug. definiuit satisfactionem. Nihilominus tamen ex cautela futurorum cognosci pōt recompensatio præteritorum, quæ fit circa idem conuerso modo. In præterito enim respicientes causas peccatorũ propter peccata detestamur, a peccatis incipientes detestationis motum; sed in cautela a causis incipimus, vt causis subtractis facilius peccata uitemus.

Ad quintum dicendũ, ꝙ nõ est incõueniens, ꝙ de eodẽ dentur diuersæ assignationes ſm diuersa, quæ in ipso inueniuntur, & sic est in proposito, vt ex dictis patet.

Ad sextum dicendum, quòd intelligitur debitum, quòd debemus Deo ratione culpæ commissæ; quia huiusmodi debitum pœnitentia respicit, vt prius dictum est.

QVAE-

**5m illatio conclusionis.** Ergo altera earum, &c. ℞. Negatur illatio. §. Ratio est, quia non est inconueniens, quòd de eodem, &c. ut in litera. Tunc enim singulæ diffinitiones de eodem erunt conuenientes, in genere tamen suo: licet non sint omnino competentes absolute, nisi illa diffinitio una, quæ ex omnibus ijs conflata fuerit (ut in proposito, supra uidimus Not. post concl. 2.)

¶Not. Quòd de eodem diuersæ diffinitiones dantur, & singulæ competentes in genere suo; & quòd ex his una competens simpliciter confletur, docuit Philosophus facto suo: quando & in 1. Poster. ex duplici allata diffinitione demonstrationis vnam confecit, & in 2. de Anima idem circa diffinitiones Animæ operatus est.

**6m de maiori.** Debitum. ℞. Ratione culpæ commissæ cõsideratum: non ratione obligationis præcisè erga benefactorem. § Tunc nihil &c. Nam debitum in definitione ab Anselmo data sumitur per respectum ad culpam commissam: secundum quem modum considerationis innocens honorem debitum non potest Deo reddere: eo quòd culpam in Deum non commiserit.

¶ Not. Hoc modo responsioni huic sextæ accommodato, ipsamq; declarante magis, dicitur Luc. 15. quòd iusti non indigent pœnitentia. Ratione namque culpæ commissæ, si semper fuerint iusti pœnitentia non egent (quo solo modo accipitur pœnitentia in illo contextu:) licet ratione conformitatis ad Christum crucifixum, & cautelæ a peccatis futuris, indigeant pœnitentia.

## A P P E N D I X.

Ex articulo habes. ¶Primò quomodo per rationem interimas hæresim Lutheri (ut refert Leo Papa X. in bulla contra illius errores dicentis: optima pœnitentia est noua uita. Vbi per nouã uitam intelligit abstinere à peccatis, & uirtutes assequi; non autem cointelligit recompensationem iustam ratione culpæ præteritæ. Contra hunc inquam interimendum habes ex artic. non tantum rationem, sed Anselmi diffinitionem. Contra quem & habuisse recordaberis articulum secundum præcedentem.

Vtilitas ꝓ S. Ecclesia &c.

¶Secundò habes: quomodo per rationem articuli & huius & præcedentis ostendas; hæresim prædictam merito damnatam fuisse a Concil. Triden. sess. 14 c. 8. sic. Nemo unquam catholicus sensit, ex huiusmodi nostris satisfactionibus uim meriti, & satisfactionis Domini nostri Iesu Christi, uel obscurari, uel aliqua ex parte imminui: quod dum Nouatores intelligere uolunt, ita optimam pęnitentiam nouam uitam esse docẽt, ut omnem satisfactionis uim, & usum tollant. Hæc ibi Et Can. 13. Si quis dixerit pro peccatis, quo ad pęnam temporalem, minime Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis: uel a sacerdote iniunctis &c. atque ideo optimam pœnitentiam esse tantum nouam uitam: Anathema sit. Hæc ibi. Item meritò damnatam à Leone in prædicta bulla: cuius damnationis particulam vide q. 1. art. 1. appen. & 3. par. quæst. 68. art. 9. Item a scripturis Luc. 15. gaudiũ est Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super 99. iustis, qui non indigent pœnitentia. Quid contra Nouatores illos clarius: Cum iusti ipsi indigeant noua uita (ut patet, saltem perseuerando,) & non indigeant pœnitentia? Ergo pœnitentia addit ad nouam uitam.

2

¶Tertiò habes: quomodo per rationem, diffinitionemq; Augustini, interimas hæreses Almarici (ut refert Cardinalis Turre Cremata,

3

Cremata, de Eccle. lib. 4. par. 2. cap. 35. & Direct. Inq. 2. par. q. 7.) dicentis: quòd in charitate constituto nullum peccatum imputabitur: item, quasi declarantis prædictum dogma, quod quæcumque stupra, adulteria &c. ex charitate carnaliter commiscentes cōmittunt, non sunt peccatum: ex quo & alia hæresis ab eodem parturiebatur de charitate ficta, dicente; quòd mulieres non peccabant commiscendo carnaliter, dummodo ex charitate id agerent. Eiusdem fere tenoris erat hæresis Begardorum & Beguinarum (Prat. Begardi) garrientium: ꝙ cum ad statum quendam perfectionis homo peruenerit, tunc sensualitas est ita perfectè spiritui, & rationi subiecta, quòd homo potest liberè corpori concedere quicquid placet. Concordant namque errantes hi omnes in hoc: quòd non opus est, cauere a peccatis excidendo causas illorum: ut considerantibus, propositiones ipsorum adductas, quid nam pariant facilè patere potest. Contra hos ergo pugnat articulus præsens, inquantum dicit: quòd homini iam indulgentiam de peccatis consecuto, & pro illorum pœna satisfacienti, excidendæ sunt causæ peccatorū, &c. nimirum quia talis homo, etiam in gratia constitutus potest cadere in peccatum sibi imputandum; & quia sensualitati suæ non est licitum libere concedere, quicquid placuerit. Quartò habet: quomodo ostendas per rationem esse meritò damnatum prædictum errorem Almarici ab Innocentio III. in Concilio generali Lateranen. c. 2. in fine sic. Reprobamus etiam & damnamus peruersissimum dogma impij Almarici: cuius mentem sic pr mendacij excæcauit: ut eius doctrina non tam hæretica censenda sit, quàm insana. Hæc ibi. Vbi licet Pontifex Romanus singulariter loquatur; tamen sub singulari illo totam Almarici doctrinam, & omne dogma condemnare intendit: ut fusius declarat Franciscus Pegna in scholijs suis super Direct. Inq. in parte illa, ubi recensetur ista definitio Innocentij. Item meritò esse damnatum errorem Begardorum, & Beguinarum a Clemente V. Papa in Concil. Viennen. ut habetur in Clemen. de Hæretic. c. Ad nostrum. Ibi enim narratis octo erroribus illorum, simul cū isto in fine concluditur sic. Sacro approbante Concilio sectam ipsam, (Begardorum & Beguinarum. s.) cū pmissis erroribus damnamus, & reprobamus omnino. Quintò vides, quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, & decl.

4

5

---

SVP. Q. XLIIII. Aliàs 13. Art. 1.

CONCL. Non potest homo Deo satisfacere; si ly Satis, æqualitatem quantitatis importet: potest autem si importet æqualitatem proportionis.

¶ PROB. 1. Quia homo non potest reddere Deo æquiualens, neque ratione beneficij accepti, neque respectu peccati commissi (ut patet ex Philosopho:) Secundo. Quia Deus requirit ab homine quod homini possibile est; & hoc possibile est æquale proportionaliter (ut patet in textu.)

52

¶ NOT. Pro meliori notitia horū vide q. 12. artic. 2. Nam satisfactio pertinet quodammodo ad iustitiam, de qua ibi.

1^m de conclusione. Actio homini. R. Secundum se cōsiderata: non, inquantum est per gratiam informata. §. Tunc &c. Nam Deus non requirit ab homine nisi quod pōt reddere, vt dictum fuit. & per gratiam quæ quodammodo infinitam facit actionem hominis, potest homo reddere satisfactionem pro offensa infinita: licet absolute & simpliciter non sit æquiualens.

¶ NOT. Recole ad hanc literam intelligendam melius: quod hic non requiritur quantitas absoluta, sed pportionalis: ut dictum est. De gratia informante satisfactionem, & per Christum habita (sm ꝙ in textu dicitur) vide Concil. Trid. infr. in appen. pro declaratione accommodatissima.

2^m de maiori. Seruus. R. Cui non est traditum liberè, ut sit dominus suorū actuū: nō autem, cui traditum est, &c. §. Tunc &c. Nā homo ita Dei seruus est: vt & liberè traditū sit sibi a Deo, ut sit dominus suorum actuū.

¶ NOT. Litera hæc Sancti Thomæ melius intel-

## QVAEST. XLIIII. Aliàs 13.

*De satisfactionis possibilitate, in duos articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de possibilitate satisfactionis.

Circa qđ duo quærūtur.

¶ Primò, Vtrum homo possit Deo satisfacere.

¶ Secundò, Vtrum aliquis pro alio satisfacere possit.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum homo possit Deo satisfacere.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homo non possit Deo satisfacere. Satisfactio enim debet æquari offensæ, vt ex dictis patet: sed offensa in Deum cōmissa est infinita, quia quantitatem recipit ab eo in quem committitur, cum plus offendat qui principem percutit, q̄ alium quemquam: cum ergo actio hominis non possit esse infinita, videtur ꝙ homo Deo satisfacere non possit.

¶ 2 Præt. Seruus quia totum, quod habet domini est, non potest pro aliquo debito recompensare: sed nos serui Dei sumus, & quicquid boni habemus ab ipso habemus, cum ergo satisfactio sit recompensatio offensæ præteritæ, videtur quòd Deo satisfacere non possumus.

¶ 3 Præt. Ille, cuius totum, quod habet non sufficit ad vnum debitū exoluendum, non potest pro alio debito satisfacere, sed quicquid homo potest, & habet, non sufficit ad soluendum debitum pro beneficio conditionis. Vnde Isa. 15. dicitur. Quòd ligna Libani non sufficient ad holocaustum: ergo nullo modo potest satisfactio esse pro debito offensę commissæ.

¶ 4 Præt. Homo totū tempus suum debet in Dei seruitium expendere: sed tempus amissum non potest recuperari, propter quod est grauis iactura temporis, vt Seneca dicit, ergo non potest homo recompensationem Deo facere, & sic idem quod prius.

¶ 5 Præt. Peccatum actuale mortale est grauius, quàm originale, sed pro originali nemo potuit satisfacere nisi Deus, & homo: ergo neque pro actuali.

SED CONTRA, sicut Hier. dicit. Qui dicit Deum aliquid impossibile homini præcepisse, anathema sit: sed satisfactio est in præcepto. Luc. 3. Facite dignos fructus pœnitentiæ: ergo possibile est Deo satisfacere.

¶ Præt. Deus est magis misericors quàm aliquis homo: sed homini est possibile satisfacere: ergo & Deo.

¶ Præt. Satisfactio est, cum pœna culpæ æquatur, quia iustitia est idem quod contra passum, ut Pythagorici dixerūt: sed contingit ęqualem pœnam assumere delectationi, quæ fuit in peccando, ergo contingit Deo satisfacere.

RESPON. Dicendum, quòd homo Deo debitor efficitur, Vno modo ratione beneficii accepti, alio modo respectu peccati commissi. In his autem honoribus, qui sunt ad parentes & Deos, etiam secundum Philosophum, impossibile est æquiualens reddere secundum quantitatem, sed sufficit, quòd homo reddat, quod potest, quia amicitia non exigit æquiualens, sed quod possibile est, & hoc etiam est æquale aliqualiter, s. secundum proportionalitatem, quia sicut se habet hoc, quod Deo esset debitum ad ipsum Deum, ita hoc quod iste potest reddere ad Deum, & sic aliquo modo forma iustitiæ conseruatur, & similiter est ex parte satisfactionis. Vnde non potest homo Deo satisfacere, si ly Satis, ęqualitatem quantitatis importet, contingit autem si importet æqualitatem proportionis, vt dictum est, & hoc sicut sufficit ad rationem iustitiæ, ita sufficit ad rationem satisfactionis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut offensa habuit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ maiestatis; ita satisfactio accipit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ misericordię, prout est gratia informata, per quam acceptum redditur, quod homo reddere potest. Quidā tamen dicunt, ꝙ habet infinitatem ex parte auersionis, & sic gratis dimittitur, sed ex parte conuersionis finita est, & sic pro ea satisfieri potest: sed hoc nihil est, quia satisfactio non respondet peccato nisi secundum quòd est offensa Dei, quod non habet ex parte conuersionis, sed solum ex parte auersionis. Alii uero dicunt, quòd etiam quantum ad auersionem pro peccato satisfieri potest virtute meriti Christi, quod quodāmodo infinitum fuit, & hoc in idem redit, quod prius dictum est, quia per fidem mediatoris gratia data credentibus est; si tamen alio modo gratiam daret, sufficeret satisfactio per modum prædictum.

AD SECVNDVM dicendum, quòd homo, qui ad imaginem Dei factus est, aliquid libertatis participat inquan-

tum

Intelligetur, si sub exemplo dicamus. Donat tibi aliquis viginti scuta: & tu deinde his comparas tibi agrum ab eodem. Illa vtique scuta tibi data sunt, & consequenter tua non sunt, nisi ex dono. Quando igitur his comparas agrum, tuis denarijs comparas: & consequenter iusta est emptio, & de iustitia tibi debetur ager. Sed sicut denarij non erant tui nisi ex dono illi⁹, a quo tu emis agrum: ita emptio illa, & iustitia emptionis, non est iusta, nisi presupponendo donum ab illo factū. Modo ad rem. Homini seruo donauit Deus libertatem hanc, vt sit dominus actuum suorum: & ijsdem actibus homo ipse recompensat offensam factam Deo. Recompēsatio igitur hæc imputabit homini tanquàm propria, nō quia radicaliter primò sit ab homine, sed quia habet hāc ex dono a Deo quo fit vt verè dicatur recōpensatio hominis. Ecce quòd (ut litera dicit) homo seruus est; & tamen habet, vnde recompenset Deo. Cæterum, vt recompensatio ista æqualitatem dictam in articulo sortiatur ad satisfaciendam, requiritur; vt sit informata per gratiam q̄ homini diuinitus ex dono datur. Vnde ex eodem exemplo relinquetur concludendum: quòd satisfactio ipsa erit iusta etiam ex parte hominis, non quia gratia sit prolluens ex homine, sed quia est homini a Deo donata. Quod enim alicui donatur: fit iure illius cui donatur. Sic ergo de iustitia satisfaciet, & tamen per misericordiam diuinam: quoniam illud, per quod homo ipse satisfecit, factum est suum ex dono Deo. Præmissus dat, robur Concil. Trid. quando sess. 6. c. 13. dicit. Hæc est illa corona iustitiæ, quam post suum certamen & cursum repositam sibi esse, aiebat Apostolus, &c. Absit tamen, ut Christianus homo in seipso vel confidat, uel glorietur, & non in domino, cuius tanta est erga omnes homines bonitas, ut eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Hæc ibi. Et Canon. 32. Si quis dixerit: hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, vt non sint etiam bona ipsius iustificati merita, &c. Anathema sit.

Iustitia operum hominis.

Contra hæreticos.

Cōcilium

2. Thim. 4.

## 3ᵐ de maiori.

Non potest. ℞. Aequiualenter, non autem, sufficienter secundum mensuram suam. §. Tunc nihil &c. Nā licet homo non sufficiat æquiualenter ad exoluendum debitum unum, s. creationis (vt arguitur:) tamen & pro illo, & pro alijs beneficijs, ac suis debitis potest sufficienter secundum mensuram suam satisfacere; ut in litera declaratur. Vide ibi etiam declarationem huius termini, mensura sua.

## 4ᵐ de minori.

Recuperari. ℞. In seipso: non in aliquo æquiualenti. §. Tunc &c. Licet enim tēpus, quod debebat homo in Dei seruitium expendere, non possit in seipso recuperare, i. facere quòd tempus præteritum redeat: potest tamen illud recuperare in aliquo æquiualenti, i. facere diligentius, & copiosius feruentiorive animo, in vna hora illud, quod facere debuisset prius in tribus horis: uel etiam supererogationis opera simul adiungendo (ut ex textu trahitur.)

Quō amissum tū recuperari possit.

¶ Not. Hoc responsum latius declarant & Psalmus, & Euangelium, & Ecclesia. Psalmus quidem 15. de quibusdam tempus amissum recuperantibus dicens, Multiplicatæ sunt infirmitates eorū, postea accelerauerunt. Hoc est, in peccatis tempus diu contriuerunt: postea ad se reuersi feruentius bonam viam cucurrerunt. Euangelium Matth. 20. narrat operarios, quibus reddita est merces æqualis primis portantibus pondus diei & æstus, fuisse prius & ociosos & tota die ociosos. Ecce quòd plurimum temporis amiserunt: & tamen mercedem copiosam receperunt: quam vtiq; non recepissent, nisi tempus amissum recuperassent. Non enim satis fuisset illis pro tanta mercede iuste recipienda, quòd bonum laborem exercuissent: sed requirebatur, ut una hora pro reliquis etiam præcedentibus æquiualenter operarentur. Tempus ergo amissum eos recuperasse, intelligas inde: quando pro mercede laboris æqualiter ad alios priores operarios remunerari leguntur. Vltimo ecclesia idipsum, quòd s. tempus amissum recuperetur, declarat: quando in festo confessorum plurimorum illud Eccles. 39. adducit, Iustus cor suum tradet ad uigilandum diluculo ad Deum. Fuerunt enim (ipsa sciente) nonnulli ex dictis confessoribus, qui aliquos iuuentutis suæ annos malè expenderunt: & tamen hi etiam, secundum ipsam Ecclesiam, tradiderunt cor suum ad uigilandum diluculo ad Deum. Hoc ergo fuit: quia tempus amissum iuuentutis prædictæ postea recuperarunt non tantum bonis operibus; sed & adeò copiosioribus, feruentiorique corde factis, ut non immerito inde iudicarentur, ac si in tota iuuentute sua Deo seruissent, corque suum tradidissent ad vigilandum diluculo ad Deum.

tum est dominus suorum actuū per lib. arb. & ideo ex hoc quòd per lib. arbit. agit, Deo satisfacere potest: qa quamuis Dei sit, put à Deo est sibi concessum; tamen liberè traditum est, ut eius dominus sit: quod seruo non competit.

Ad tertium dicendū, quòd ratio illa concludit quòd Deo æquiualens satisfactio fieri non possit, nō autem quòd non possit sibi sufficiēs fieri: quamuis enim posse suum totum homo debeat, non tamen ab eo exigitur de necessitate: vt totum, quod possit faciat, quia hoc est ei impossibile secundum statum præsentis vitæ, vt totum posse suum in aliquid vnum expendat, cum oporteat circa multa esse solicitum, sed est quædam mensura homini adhibita, quæ ab eo requiritur, scilicet impletio mandatorum Dei, & super ea pōt aliquid erogare vt satisfaciat.

Ad quartum dicendum, q̄ quamuis homo non possit tempus præteritum recuperare, potest tamen in futuro recompensare illud quod in præterito facere debuisset; quia non debuit, debito præcepti, totum quod potuit, vt dictum est.

Ad quintum dicendum, q̄ originale peccatum etsi minus habeat de ratione peccati, quàm actuale, tamen est grauius malum, quia est ipsius humanæ naturæ infectio; & ideo p unius hominis puri satisfactionem expiari non potuit, sicut actuale.

AR-

## 5ᵐ de maiori.

Grauiꝰ. ℞. Ratione peccati: nō, ratione extensionis nocumēti. §. Tūc nihil &c. Nam satisfactio vniꝰ hominis quāuis ad nocumentū totius mundi reparādum non sufficiat (vt arguitur:) tamen ad nocumentum personale, cuiusmodi est peccatum actuale, occurrere potest; seruata quæ dicta est, proportione quantitatis, & addita gratia.

### APPENDIX.

Vtilitas p̄ Eccl. &c.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationē interimas errorem quorundam (ut habetur ex Concil. infra assignando) dicentium: hominem Deo offenso satisfacere non posse. Et est Lutheri (ut elicitur ex Roffensi contra illum artic. 5.) dicentis, hoc uocabulum satisfactio, quod odi, periculosum habet sensum; quasi Deo quisquàm possit pro vllo peccato satisfacere. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, meritò illum errorem damnatum fuisse a Concil. Trid. sess. 14. c. 8. sic. Dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur; certissimā quoq; inde arrham habentes q̄d si compatimur & conglorificabimur. Neq; uerò ita nostra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nostris exoluimus; ut nō sit per Christum Iesum. Nam, ut ex nobis, tanq̄ ex nobis, nihil possumus; eo autem cooperante, qui nos confortat, omnia possumus: ita non habet homo vnde glorietur, sed omnis gloriatio nostra in Christo est; in quo viuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, facientes fructus dignos pœnitentiæ, qui ex illo uim habent; ab illo offeruntur patri; & per illum acceptantur a patre. Hæc ibi. Ecce quòd sufficiens est nostra satisfactio, secundum Concil. & consequenter, secundum illud, damnantur hi, qui hominem Deo satisfacere non posse dicunt. Ex his concilij dictis grauissimis sumas articuli declarationem: ut supra in not. post ad primum monitus es. Rursus. Canon. decimatertio, contra errorem illum. Si quis dixerit: pro peccatis, quoad pœnam temporalem: minimè Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis; uel a sacerdote iniunctis &cæt. Anathema sit. Hæc ibi. Item meritò damnatum a scripturis Ionæ tertio, & crediderunt viri Niniuitæ in Domino, & prædicauerunt ieiunium, & uestiti sunt saccis &cæt. Et uidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de uia sua mala; & misertus est super malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit. Item tertio Reg. vigesimoprimo. Itaque, cum audisset Achab sermones istos, scidit uestimenta sua, & operuit cilitio carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Et factus est sermo domini ad Heliam Tesbitem dicens. Nonnè uidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est, mei causa; non inducam malum in diebus eius. Item secundo Paralip. trigesimotertio. Qui Manasses, postquàm coangustatus est, orauit ad Dominum Deū suum: & egit pœnitentiam valde, coram Deo patrum suorum. Deprecatusque est eum, & obsecrauit intentè: & exaudiuit orationem eius, reduxitque eum Hierusalem in regnum suum; & cognouit Manasses, quòd Dominus ipse esset Deus. Ex his tribus locis scripturarum, alijsque multis huiusmodi, inferas, & a fortiori quidem; quòd satisfactionibus a sacerdote iniunctis potest homo Deo satisfacere. Si Deus (inquies) pœnitudinem horum, & afflictiones ipsorum sponte susceptas, clementia sua, uelut iustam pœnæ temporali (quæ eorum sceleribus debebatur) satisfactionem admisit; ideoque cohibuit flagellum, quod illis dignè inferre meditabatur: multò magis ad satisfactiones hominum a confessarijs iniunctas ipsemet Deus talia operabitur. Si satisfacere potuerunt Deo operibus prædictis homines illi: multo magis operibus suis pœnitens per confessarium impositis Deo satisfacere poterit. Ratio deductionum harum est: quia satisfactionis opera per confessarium iniuncta pluris valent

a

Th. 4. dist. 20. q. vni. arti. 2. q. 3. spal. 61.

lent, ut quæ, ex virtute clauium, etiam operentur: quàm ipsamet sine tali iniunctione sponte suscepta; ut supra quæstio. 6. artic. 1. ad quartum, & quæstio. 8. art. 1. ad tertium, & artic. 6. ad tertium. Vide Roffensem contra Lutheri quintum articulum. Tertiò habes: quo modo per rationem prædicta Patrum ac scripturarum, pro quanto hominem satisfacere posse Deo significant, & declares, & probes, & defendas. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina firmetur, & declaretur.

3 4

## ARTICVLVS II.

*Vtrum vnus pro alio possit pœnam satisfactoriam explere.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd pœnam satisfactoriam nō possit vnus pro alio explere. Quia ad satisfactionem meritum requiritur, sed vnus pro altero non potest mereri, vel demereri cum sit scriptum. Reddes tu vnicuique secundum opera sua, ergo vnus pro alio non potest satisfacere.

¶ 2 Præt. Satisfactio contra contritionem, & confessionem diuiditur: sed vnus pro alio non potest conteri, nec confiteri, ergo nec satisfacere.

¶ 3 Præter. Vnus pro alio orando etiam sibi meretur, si ergo aliquis pro alio satisfacere potest, satisfaciendo pro alio pro se satisfacit, & ita ab eo, qui pro altero satisfacit, non exigitur alia satisfactio pro peccatis propriis.

¶ 4 Præterea. Si vnus pro alio satisfacere potest, ergo ex quo vnus soluit debitum pœnæ, alius statim a debito liberatur; ergo si moriatur postquam tota pœna debita pro alio suscepta est, statim euolabit; vel si adhuc puniatur, duplex pœna reddetur pro eodem peccato, scilicet, illius, qui satisfacere incipit, & illius, qui punitur in purgatorio.

SED CONTRA. Galat. sexto, dicitur. Alter alterius onera portate, ergo videtur, quòd vnus possit onus pœnitentiæ pro alio impositæ suscipere.

¶ Præterea. Charitas magis potest apud Deum quàm apud homines, sed vnus potest apud homines pro alterius amore debitum eius soluere, ergo multo fortius in diuino iudicio fieri potest.

RESPON. Dicendum, quòd pœna satisfactoria est ad duo, scilicet ad solutionem debiti, & ad medicinam pro peccato vitando, inquantum ergo est ad remedium sequentis peccati, sic satisfactio vnius non prodest alteri, quia ex ieiunio vnius, caro alterius non domatur, nec ex actibus vnius, alius bene agere consueuit, nisi secundum accidens, inquantum aliquis per bona opera potest alteri mereri augmentum gratiæ, quæ efficacissimum remedium est ad vitandum peccatum, sed hoc est per modum meriti magis quàm per modum satisfactionis, sed quantum ad solutionem debiti, vnus potest pro alio satisfacere, dummodo sit in charitate, vt opera eius satisfactoria esse possint. Nec oportet, quòd maior pœna imponatur ei, qui pro altero satisfacit, quàm principali imponeretur, vt quidam dicunt, hac ratione moti, quia pœna propria magis satisfacit, quàm aliena; quia pœna habet vim maxime satisfaciendi ratione charitatis, qua homo ipsam sustinet, & quia maior charitas apparet in hoc quòd aliquis pro altero satisfacit, quàm si ipse satisfaceret, ideo minor pœna requiritur in eo, qui pro alio satisfacit, quā pro principali requireretur. Vnde dicitur in vitis Patrum, quòd ꝓpter charitatem vnius, qui alterius fratris sui charitate ductus pœnitentiā fecit pro peccato, quod non commiserat, alteri peccatum quod commiserat, dimissum est, nec etiam exigitur quantum ad solutionem debiti, quòd ille pro quo fit satisfactio, sit impotens ad satisfaciendum, quia etiam si esset potens alio satisfaciente pro ipso, ipse a debito immunis esset; sed hoc requiritur inquantū pœna satisfactoria est in remediū: vnde non est permittendum, quòd aliquis pro alio pœnitentiam agat nisi defectus aliquis appareat in pœnitente, vel corporalis per quem sit impotēs ad sustinendum, vel spiritualis, per quem non sit promptus ad portandum pœnam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd præmium essentiale redditur secundum dispositionem hominis, quia secundum capacitatem videntium erit plenitudo visionis diuinæ, & ideo sicut vnus non disponitur per actum alterius, ita vnus alteri non meretur premium essentiale, nisi meritum eius habeat efficaciam infinitam: sicut Christi, cuius merito solo pueri per baptismum ad vitam æternam perueniunt; sed pœna temporalis pro peccato debita post culpæ remissionem non taxatur, secundum dispositionem eius, cui debetur, quia quandoque ille, qui est melior, habet maioris pęnæ reatum; & ideo quantum ad pęnæ remissionem vnus alteri potest mereri, & actus vnius efficitur alterius charitate mediante, per quam omnes vnum sumus in Christo.

AD SECVNDVM dicēdū, ꝙ contritio ordinatur contra culpam, quæ ad dispositionem bonitatis, vel malitię hominis pertinet, & ideo per contritionem vnius alius a culpa non liberatur: similiter per confessionem homo se sacra-

SVP. Q. XLIIII. Aliàs 13. Art. II.

53

CONCL. 1. Pœna satisfactoria inquātum est ad remedium sequentis peccati, non prodest alteri.

¶ PROB. Quia ex ieiunio, unius non domatur caro alterius.

¶ NOT. Respondet litera per ly nisi secundum accidens, &c. tacitæ obiectioni; qua posset dici, quòd quis est in remedium alterius, & respondet dupliciter. Primò, quia illud esse in remedium, est per accidens: secundò, quia hoc est per modū meriti magis, quàm satisfactionis. Vnde dato quòd unus sic remediaret per se alteri ad uitādum peccatū, adhuc non falsificaretur conclusio: quia ipsa intelligitur de modo satisfactionis magis, quā meriti. Ac si dixisset. Pęna satisfactoria, inquātum est ad remediū sequentis peccati, non prodest per se, & per modum satisfactionis, alteri.

¶ CONCL. 2. Quantum ad solutionem debiti, unus potest pro alio satisfacere dūmodo sit in charitate; ut opera eius satisfactoria esse possint.

Explicatior concl.

¶ PROB. Quia legitur in uitis patrum, ꝙ propter charitatem unius, qui charitate ductus pœnitentiam fecit pro peccato alterius, quod ipsemet nō commiserat, alteri peccatum proprium dimissum est.

¶ NOT. A ly nec oportet, quòd maior pœna, &c. usque ad ly, vnde dicitur, &c. respōdet litera tacitæ obiectioni: & omnia clara sunt.

¶ CONCL. 3. Non exigitur, quantum ad solutionem debiti, ꝙ ille, pro quo fit satisfactio, sit impotens ad satisfaciendum: sed hoc requiritur, inquantum pœna satisfactoria est in remedium.

¶ NOTATIO. Ly remedium, non sumitur in illo sensu, in quo sumebatur in prima conclusione. Ibi enim sumebatur pro remedio ad uitādum peccatum; & sic, universaliter negabatur, quòd satisfactio unius esset in remedium alterius; siue sit potens, siue impotens, ad satisfaciendum. Accipitur autem nunc ly remedium; prout est ad excusandum peccatum negligentiæ tunc satisfaciēdi: quod quidem peccatum non incurrit impotens, licet incurrat aliquo modo potens.

¶ PROB. 1. Quia etiā si esset potens, alio satisfaciente pro ipso, ipse a debito immunis esset. Secunda autem pars. s. sed hoc, &c. probatur. Quia ex se patet (ut in notatione mox præcedente.)

1^m de maiori.

Meritum. ℞. Considecatum quantum ad pœnæ remissionem: non, quantum ad præmium essentiale. §. Loquēdo in proposito, scilicet satisfaciendi pro altero. Tunc nihil &c. Licet enim unus non possit mereri alteri pręmiū essentiale (ut arguitur, & in textu responsali, declarādo, cōceditur:) tamen unus potest alteri mereri remissionē pœnæ, inquātum s. pro altero satisfacit. Sed hoc meritum vltimo dictum improprie dicit: Ex litera dic: quod argumentum est tāquam probatio altera conclusionis primæ, si sumatur meritum de condigno & proprie: & quòd tamen (ut uidimus) non infringit secūdam cōclusionem, quam aggrediebatur.

2^m illatio conclusionis. Ergo nec satisfacere. ℞. Negatur illatio. §. Non enim est eadem ratio de tribus his, s. contritione, confessione, & satisfactione, secūdum id, in quo nunc considerantur (ut clarè patet in textu.)

¶ COROLLARIVM. Ergo hinc regula uniuersalis accipi potest: quæ est hæc. Cōdiuisa adinuicem nō subeunt idem iudicium semper in

in omnibus. Quamuis enim ipsa ex eo, quòd in eadem coordinatione condiuiduntur, in aliquibus necessariò conueniant (ut Philosophus docet): tamen in aliquibus etiam dissident. Alioquin non diuiderentur ad inuicem, si in omnibus conuenirent: neque in eadem coordinatione diuiderentur, si in aliquibus inter se non concordarent.

**3m conclusionis illatio.** Si ergo aliquis pro alio, &c. ℞ negatur illatio. §. Nam aliud est loqui de charitate, & de effectu ei9; scilicet merito, & aliud est loqui de quantitate pœnæ. Charitas.n. per extensionem non minoratur; immo augetur (exemplum de lumine vnius candelę mutuato à diuersis ostendit): quod non est de quantitate pœnæ; cum

sacramentis ecclesiæ subiicit, non autem potest vnus sacramẽtum pro alio accipere, quia in sacramento gratia suscipienti datur non alii, & ideo non est similis ratio de satisfactione, contritione, & confessione.

Ad tertium dicendum, quòd in solutione debiti attenditur quantitas pœnæ, sed in merito attenditur charitatis radix, & ideo ille, qui ex charitate pro alio meretur saltẽ merito congrui, etiam sibi magis meretur, non autem, qui pro alio satisfacit, etiam quia illa quantitas pro se satisfacit pœnæ, nõ sufficit ad vtrũq; peccatum, tamen satisfaciendo pro alio, sibi meretur maius quàm sit dimissio pœnæ, s. vitam æternam.

Ad quartum dicendum, q̃ si ipsemet ad aliquã pœnam se obligasset, non prius a debito esset immunis, quam si eam soluisset, & ideo pœnam ipse patietur, quamdiu ille satisfactionem pro eo fecerit, quàm si non fecerit, tunc vterque est debitor illius pœnę vnus pro commisso, alius pro omisso, & ita non sequitur quòd peccatum vnum bis puniatur.

QVAE-

hæc per diuisionem ad multos uni minus sufficiat, & per applicationem totalem ad unum nulli alteri sufficere possit. Vide literam de his omnibus.

¶ Coroll. Ergo per hanc doctrinam habes, quid secũdum mentem Angelici doctoris dicas ad quæstionem illam, qua inquiritur vtrum missa vna tantundem pro multis satisfaciat, sicuti pro uno. Dicendum enim ex hac responsione ad illud quæsitum: quod, si de pœna loquamur diminuenda, puta Petro existenti in purgatorio, missa una nõ tantumdem ualet ipsi defuncto, si diuidatur, idest pro multis specialiter postulantibus applicetur: quantum ualeret, si pro defuncto illo solum diceretur. Et quoniam intentio postulantium missas præcipue pro defunctis fertur ad subleuandum illos a quantitate pœnarum: ideo concludendum videtur: quòd una missa postulata pro Petro, si pro Antonio etiam celebretur ad eundem finem, minus pro Petro satisfaciet. Tutum ergo, secundum responsum hoc, non est sacerdoti Calimerio promittere vnam missam dicere pro Petro, & postmodum eandem exoluere pro Antonio simul. Quòd si de charitate; vel merito, interseras considerationem ad hoc quæsitum dissoluendum, nõ videtur facere ad propositum, & consequenter non videtur tutam conscientiam reddere ad faciendum contrarium dictis: quoniam, secundum rei veritatem, intentio postulantium missas fertur ad pœnam (ut declaratũ est.) Consule, pro huius pleniori ueritate, Concilium Triden. sess. 25. decreto secundo, de refor. cap. 4.

An sit tantum missã pro uno dicendã dicere pro multis.

**4m de conclusione secunda.** Suscepta est. ℞. & soluta. §. Tũc nihil &c. Patet enim, quòd nondum soluta est pœna mox, ut est ad soluendum suscepta, & quòd non dicitur vere satisfacere quis pro alio ex eo, quòd intendit, uel acceptat, satisfacere pro illo: sed ex eo, quòd realiter satisfacit. Quod quam uerum sit; uide in appen. sequen.

## APPENDIX.

Vtilitas p S.Ecclesia &c. 1

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas errorem Mahometis (Prateo Mahometes) dicentis, opera aliena nil prodesse. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, meritò fuisse tunc errorem damnatum a Maguntino, Concil. dum unũ pro alio satisfacere posse decreuit. Hoc uerò patet c. 26. in hæc uerba. Ab infirmis in mortis articulo positis per presbyteros pura inquirenda est confessio; non tamẽ illis imponenda quantitas pœnitentiæ, sed innotescenda; & cum amicorum orationibus, & eleemosynarum studijs, pondus pœnitentiæ subleuandum: ut si forte migrauerint, nẽ alieni ex consortio bonorum fiant. Hęc ibi. Ecce: quam patenter dicit: quòd quantitas pœnitentiæ, idest satisfactionis a confessario impositę, debet pro illo moribundo ab amicis impleri; uel quòd (& in idem redit) pœnitentiæ suæ pondus illorum orationibus est subleuandum, & quòd hic valet illis ad solutionem debiti. Talem habuisse uidentur Pontifices illi qui morientibus pœnitentiæ sacramentum non denegandum statuerunt. Cum enim scirent: quòd ad sacramentum pœnitentiæ integrandum requiritur satisfactio (hæc ordinarie uocatur pœnitentia,) & quòd ab ipsis in articulo mortis constitutis per seipsos nũquam fere impleri potest: ualde probabiliter sequitur, quòd præcipiendo de sacramento pœnitentiæ moribundis dando intentionem de satisfactione conformem Concilio Maguntino prædicto implicite saltem habuerint. Consequenter ergo dicendum: quòd Iulius I. Papa id subintelligi uoluit in suo decreto sequenti si presbyter pœnitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum; quia Dominus dicit, Quacumque die conuersus fuerit peccator ad pœnitentiam vita uiuet, & non morietur. Vera enim confessio in vltimo tempore esse potest: quia Dominus non solum temporis, sed etiam cordis, inspector est. Sicut latro, unius momenti pœnitentia, meruit esse in Paradiso, in hora vltimæ confessionis. Hæc ille: & recitatur 26. quęst 6. Item Cælestinus I. Papa i decreto suo. Agnouimus, pœnitentiam morientibus denegari: nec illorum desiderijs annui, qui obitus sui tempore, hoc animæ suæ cupiunt remedio subueniri. Horremus, fateor, tantæ impietatis aliquem reperiri; ut de Dei pietate desperet: quasi non possit, ad se quouis tempore concurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem pondere, quo se expedire desiderat, liberare. Quid hoc, rogo aliud est; quàm morienti mortem addere, eius que animam suam crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere? Cum Deus ad subueniendum paratissimus, inuitans ad pœnitentiam, sic promittat; Peccator, inquiens, quacumque die conuersus fuerit, peccata eius non imputabuntur ei. Et iterum. Nolo mortem peccatoris: sed tantum vt conuertatur, & viuat. Hæc ille: & recitantur 26. quæstione 6. Item Leo. Primus Papa in epistola, & est in ordine 89. ad Theodorum Foroiuliensem Episcopum. His, qui in tempore necessitatis, & in periculi vrgentis instantia præsidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur ueniæ moras uera confessio, dicente spiritu Dei per Prophetam; Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Hæc ibi; & recitantur 26. quæstione sexta.

Moribundis danda pœnitẽtia.

Ezech. 18. & 33.

Nũquam spes de salute est tollẽda: dum viuitur.

Ezech. 33.

Item quomodo per rationem ostendas prædictum Mahometis errorem fuisse damnatum a scripturis Gala. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimple. leg. Chri. Nota ly portate: ut differentiam facias inter portare, & per uoluntatem solam, suscipere ad portandum; secundum quod fecit responsio ad quartum. Quasi ergo dicat. Cum alter alterius onera satisfactionum non tantum susceperitis ad portandum, sed & de facto portaueritis: tunc adimplebitis legem Christi, quã apud Christum ipsum talis alter tenebatur de tanto onere satisfactionis. Alioquin si tantum acceptaueritis ad portandum, non adimplebitis legẽ Christi de actuali satisfactione alterius fratris uestri: quoniam ipse frater tenebitur adhuc lege Christi obligatus ad satisfaciendum per seipsum. Hoc idem apertius taliter uerificari ostenditur ex Concilio Carthagin. 4. capitulo 95. Qui oblationes defunctorum, aut negant eccclesijs, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur. Hæc ibi: & recitantur 13. quęstione secunda. Hoc ipsum confirmat Concilium Varense, ibi capitulo qui oblationes defunctorum retinent; & Concilium Agathense, ibi capit. Clerici, uel sęculares. Nisi enim requireretur actualis onerum alterius portatio ad hoc, ut de facto a pœnis satisfactorijs ille alter subleuaretur: tales, qui legata ad pias causas a defunctis pro sui subleuatione relicta differunt actualiter implere, non dicerentur egentium necatores: quoniam ipsa legata & adimplenda iam susceperunt, & adimplere intendunt. Quia igitur talis & susceptio, & intentio non sufficiunt ad subleuandum alterum, pro quo satisfacturi sunt: ideo tales negligentes egentium necatores vocantur. Necatores, inquam quia ille alter in purgatorij carcere pœnas soluendo manebit, quamdiu ille pro illo satisfacturus legata eius actualiter non adimpleuerit. Recte ergo necatores egentium animarum tales viui dicuntur: quia per negationem adimpletionis actualis onerum illorum tenent defunctos in pœnis purgatorij, quæ morti corporali ęquiparantur. Damnarunt ergo omnes supradicti Pontifices, scripturæ illum errorem Mahometis per hoc, quòd sic dixerunt, ut supra. Tertiò habes: quomodo per rationem dicta superius conciliorum, Pontificum, scripturarum, pro quanto unum pro alio satisfacere posse insinuant, & intelligas, & declares, & tuearis. Quartò uides: quomodo ex ijs uicissim Angelica hæc doctrina consolidetur & declaretur.

Notent satisfacturi pro alijs viuis, & defunctis.

3

4

SVPER QVAEST. LXV. Aliàs 14. Art. 1.

CONC. 1. Impossibile est; quòd homo de uno peccato satisfaciat, alio retento.

¶NOT. Ly alio retento, dat intelligere sensum tituli. Quasi per hoc dicatur. Non quæritur hic de realitate satisfactionis; sed de animo satisfacientis. Hoc est. Quòd satisfactio ista ualeat ad soluendum pro decem, & non sufficiat per viginti, de quibus omnibus tenebatur diuinæ iustitiæ Petrus taliter satisfaciens, non dubitatur, vtrum possit contingere; & consequenter, quantum ad hunc sensum, non intelligitur titulus (licet uideatur in superficie): sed dubitatur, & quæritur, vtrū Petrus obligatus ad satisfaciendum pro viginti dato, quòd absolutè non intendat satisfacere offenso Deo pro viginti, possit satisfacere pro decem, vel pro uno, de quibus solum satisfacere intendit. Non est igitur quæstio, an ieiunium istud Petri satis sit ad soluendum pro uno, & quòd realiter non se extēdat ad satisfaciendum pro decem vel uiginti: quoniam id clarum est, & quotidie accidit: sed est quæstio, vtrum ieiunium Petri aliàs ualēt ad satisfaciendum solum pro vno, dato quòd animus Petri absolutè sit nolle satisfacere pro aliis offensis Deo, satisfaciat pro illo uno. Ac si quæsitum sic formetur. Petri satisfactio, vt uestita animo Petri nolēti absolutè toti debito pro omnibus suis peccatis satisfacere, sed pro aliquo tantum, puta pro uno, satisfacit ne saltem pro uno, idest pro pœna vni peccato debita? Huic quæsito sic intellecto responde tur negatiuè per conclusionem præmissam. Nota quoque ex hoc loco, quod per dicta sancti doctoris: intelliguntur sensus titulorū, ut pri. par. quæst. 117. declaratū fuit: ne abundantia fiat in non necessariis.

Sensus tituli uerus.

14 * S.Th. ubi sup. arti. 3. q. 1. & 2.

Pro titulis vniuersaliter.

Vide rāsionem ad secundum sequen.

¶PROB. Quia oportet, quòd modus satisfactionis sit talis, qui competat ad amicitiæ restitutionem (cum ad tollendam offensam, competere debeat) & ad amicitiæ restitutionem sufficere non potest, si aliquod peccatum satisfaciens in animo retineat (ut patet, etiam de offensis hominibus factis.

¶COROLL. Ergo, secundum literam hanc uelle non satisfacere de aliquo peccato est peccatum; & impedit amicitiam hominis ad Deum. Sic enim litera, quæ in probationis secunda parte est formalizata, iacet. Si aliquid sit, quod amicitiæ restitutionem impediat, etiam apud homines satisfactio esse non potest: cum ergo quodlibet peccatum amicitiam charitatis impediat, &c. Et iustè quidem. Nam ille, qui intendit non satisfacere offenso, non curat amicitiam habere cum illo: hoc autem, scilicet non curare amicitiam habere cum Deo, est peccatum (ut patet).

¶NOT. Magna, & clara, probatio conclusionis est argumentum vltimum, in ly sed contra.

1^m maior. Eorū, quæ non habent connexionē ad inuicem unum potest auferri sine alio. R. Quòd illud, secundum quod ea omnia auferuntur, non est unum & idem: non autem, quando est vnum & idem. §. Tunc nihil &c. Nā charitas, per quam omnia peccata remittuntur, est unū & idem, idest nullū peccatū potest auferri nisi per charitatem; & charitas nullum aufert, nisi auferat omnem. Quòd si uel essent diuersæ res, per quarum vnam tolleretur vnum peccatum & per aliam aliud: uel etiam si esset una res, per quam tollerentur omnia sic, quod unum tolendo compateretur secum pro aliquo tempore aliud, quod postea tolleret: tūc posset auferri vnum peccatum sine alio.

¶COROLL. Ergo in textu ly unum, & idem est, secūdum quod omnia remittuntur intelligitur copulatiuè sic: quòd illud secundum quod omnia remittuntur, est unum realiter, & idem formaliter, i. eodem modo semper se habens contra quæcumque peccata. Hoc est. Non compatiens, uel pro minimo tempore aliquod peccatū: aliud dimittendo, sed omnia simul auferens. Ergo patet ex his: quod peccatorum quantūlibet non connexorum ad inuicem, remissiones connexæ sunt. Ergo responsionem & aliter formare potes dicendo. Eorum quæ non habent connexionem ad inuicem, & quorū remissiones cōnexæ non sunt, vnum potest auferri sine alio. Clarior sane responsio: sed, quia uidetur aliqualiter petere principiū, standum est in priori formalizata; quæ & nullam habet apparentiam petitionis principii, & in ueritatem ab hac vltima dictam tandem resoluitur. Vide aliam solutionem, tertia par. 86. art. 3. tertium.

Sub illis declaratio textus.

2^m illatio conclusionis. Ergo & Deus &c. R. Negat illatio. §. Nā fit transitus a solutione debiti exigēte solum æqualitatem iustitiæ, de qua solutione loquitur minor propositio, ad solutionem debiti exigentem æqualitatem amicitiæ simul cum æqualitate iustitiæ, de qua solutione loquitur illata conclusio. Qui transitus quantum sit, extra

## QVAEST. XLV. Aliàs 14.

*De qualitate satisfactionis in quinque articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de qualitate satisfactionis.

Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrū homo possit de vno peccato satisfacere sine alio.

¶ Secundò, Vtrum ille, qui de omnibus peccatis prius cōtritus fuit, & postea in peccatum incidit, de aliis peccatis, quæ sibi per contritionem fuerunt dimissa, satisfacere possit extra charitatem existens.

¶ Tertiò, Vtrum homo postquam charitatem habuit, valere sibi incipiat satisfactio præcedens.

¶ Quartò, Vtrum opera extra charitatem facta sint alicuius boni meritoria.

¶ Quintò, Vtrum opera prædicta valeant ad pœnæ infernalis mitigationem.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum homo possit de vno peccato satisfacere sine alio.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod homo possit de vno peccato sine alio satisfacere. Eorum enim quæ non habent connexionem ad inuicem, vnum potest auferri sine alio: sed peccata non habent connexionem, aliàs qui haberet vnū, haberet omnia, ergo vnum potest expiari sine alio per satisfactionem.

¶ 2 Præterea, Deus est magis misericors, quàm homo, sed homo recipit vnius debiti solutionē sine alio, ergo & Deus satisfactionem vnius peccati sine alio.

¶ 3 Præterea. Satisfactio (ut in litera dicitur) est peccatorum causas excidere, nec suggestionibus aditum indulgere, sed contingit hoc de vno peccato sine alio, vt scilicet luxuriā refrænet, & auaritiæ insistat: ergo de vno peccato potest fieri satisfactio sine alio.

SED CONTRA. Isaiæ 58. Ieiunium eorum, qui ad contentiones, & lites ieiunabant Deo acceptū non erat licet ieiunium sit satisfactionis opus: sed non potest fieri satisfactio, nisi per opus Deo acceptum: ergo non potest, qui habet aliquod peccatum, Deo satisfacere.

¶ Præterea. Satisfactio est medicina curans peccata præterita, & præseruans a futuris, vt dictum est: sed peccata non possunt sine gratia euitari, ergo cum quodlibet peccatum gratiam auferat, non potest de vno peccato sine alio fieri satisfactio.

RESPON. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd potest de vno peccato satisfieri sine alio, vt Magister in litera dicit. Sed hoc non potest esse: cum enim per satisfactionem tolli debeat offensa præcedens, oportet quòd talis sit modus satisfactionis, qui competat ad tollendum offensam, offensæ autem ablatio est amicitiæ restitutio, & ideo si aliquid sit quod amicitiæ restitutionem impediat, etiam apud homines satisfactio esse nō potest: cum ergo quodlibet peccatum amicitiam charitatis impediat, quæ est hominis ad Deum, impossibile est, quòd homo de vno peccato satisfaciat alio retento, sicut nec homini satisfaceret, qui pro alapa sibi data ei se prosterneret, & aliam simul daret.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia peccata non habent connexionē adinuicem in aliquo vno, vnū potest quis incurrere sine alio, sed vnum, & idem est secundum quod omnia peccata remittuntur, & ideo remissiones diuersorum peccatorum connexæ sunt & ideo de vno sine alio satisfieri non potest.

AD SECVNDVM dicendum, quod in obligatione debiti nō est, nisi inæqualitas iustitiæ opposita, quia vnus rem alterius habet, & ideo ad restitutionem non exigitur, nisi quod restituatur æqualitas iustitiæ, quod quidem potest fieri de vno debito, & non de alio, sed vbi est offensa, ibi est inæqualitas non tantum iustitiæ opposita, sed

extra propositum, vide in litera: ex qua etiam melius intelliges probationem conclusionis ar. & no. & orationem Dñicalé ibi debita nostra. Vide clariore aliqualiter solutioné. 3. par. q. 86. ar. 3. ad 4.

3m de maiori. Excidere ℞. Sufficienter: non, insufficienter. §. Tunc &c. qui enim vnius peccati, & nõ alterius, causas excidit, ita quòd unum retineat, non sufficienter illas excidit; propter rationem de pondere ex Greg. in textu allatam.

sed etiam amicitię, & ideo ad hoc qđ per satisfactionem offensa tollatur, non solum oportet, quòd æqualitas iustitiæ restituatur per recompensationem talis pœnæ, sed etiam quòd restituatur amicitiæ æqualitas, quod non potest fieri dum aliquid est, qđ amicitiam impediat.

Ad tertium dicendum, ꝙ vnum peccatũ suo pondere ad aliud trahit, vt Gregorius dicit. Ideo qui vnum peccatum retinet, non sufficienter causas alterius peccati excidit.

## APPENDIX.

Vtilitas p. Eccl. &c.

Ex artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas meritò esse insinuatum a sacris literis, quòd homo non potest satisfacere pro vno peccato, & non pro alio (iuxta sensum iã prædeclaratũ.) Hoc autem insinuatum fuit. 3. Reg. 18. vsque quo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum, si autem Baal, sequimini illum. Ecce; quòd Helias, per ly vsque quo claudicatis in duas partes, demonstrat: quòd populus rem inconuenientem, immo & impossibilem facere conatur; dum & Domino Deo adhærere vult, & a Diabolo simul non vult discedere. Hoc siquidem inconueniens, quin & impossibile esse denotat de se ille modus increpatorius cum interrogatione: (ut consideranti facile patet.) Iuxta igitur dictũ Heliæ, impossibile est: simul cum Deo amicitiam habere, & a Diabolo non recedere. Hoc autem in idem redit (ut declaratum est) cum eo, quod dicimus, hominem non posse satisfacere pro vno peccato, & non pro alio. Item insinuatum Matth. 6. Nemo potest duobus dominis seruire, & cæt. Quasi aperte, in proposito, dicat. Nemo potest Deo, & appetitui diabolico conformi, satisfacere, quod sane est, vno peccato velle satisfacere, alio retento. Item Isa. 58. Quare ieiunauimus; & non aspexisti; humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij uestri inuenitur voluntas uestra. Ecce ad contentiones, & lites ieiunatis. Nolite ieiunare, sicut usque ad hanc diem: ut audiatur in excelso clamor uester. Numquid istud uocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino? Ecce, quòd per Isaiam Dominus dicit: se non acceptaturum esse illud, quod pro parte peccatorum sibi datur; si pars alia peccatorum ab ipsis peccatoribus retineatur: hoc significant, si considerentur, verba præadducta; maxime si ad interrogationem hominum sic pro peccatis suis satisfacere volentium iungantur; tanquàm ad eandem interrogationem (ut par est) responsio. Quare (inquiunt) ieiunauimus, & non aspexisti humiliauimus animas nostras, & nescisti? Hoc est Quare, &c. & ad modum non aspicientis te habuisti: humiliauimus, & cæt. & ad modum nescientis fuisti? Cum ergo non aspiciat immo despiciat qs illud, quod nõ acceptat (ut quotidie per experientiam patet) neq; ad ipsum sciat, immo se nescire profiteatur: restat, quòd per illa verba dicere uelint impij, quare ieiuniũ & humiliationes nostras non acceptasti? Hoc vero adhuc magis ad literam patet: si responsionem exprimentem sensum illorum sic quærentium notaueris dicentem, numquid istud uocabis (ò tu interrogans, & in interrogando nimis arrogans) numquid istud uocabis ieiunium acceptabile domino? Quasi dicat, non: & quare non? Quia in die ieiunij vestri inuenitur uoluntas vestra: qua. s. partem peccatorum vestrorum retinere vultis: satisfacere ergo per ieiunium, siue aliud bonum opus non potest aliquis, secundum Isaiam, ita quòd sit acceptabilis domino satisfactio illa (sic etiam loquitur articulus) si aliud peccatum, mente retineat. Vide q. 9. art. 2. & 4. ubi tractatur de confessionis integritate; item q. 2. art. 3. ubi agitur de integritate contritionis: & inde multa ad propositum præsens facientia huc applicabis. Nam circa integritatem contritio, confessio, & satisfactio assimilantur. Caue tamen, ne ex præmissis occasione accepta dicas: quòd dolor de uno peccato, sine dolore omnium, sit peccatum. Erroneum. n. est dictum hoc, & pro tali reuocatum a Iacobo præpositi, tanquàm a S. Patribus reprobatum (ut refert Bernardus a Lutzemb. in cathal. hær.) Secundò habes: quomodo per rationem præmissa scripturarum dicta, pro quanto hominem non posse pro uno peccato satisfacere insinuant sine alio, & intelligas & probes, & defendas. Tertiò uides quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, & declaretur.

---

SVP. Q. XLV. Aliàs 14. Art. II.

Conc. Sine charitate opera facta non sunt satisfactoria.

¶ Prob. Quia ad hoc quod opera sint satisfactoria, oportet, ꝙ sint Deo accepta (cum æqualitas iustitiæ reddenda in satisfactione non sit secundum æquiualentiam ad Deũ, sed secundum acceptationem ipsius:) & charitas dat operib. hoc, ꝙ sint Deo accepta.

¶ Not. Secunda cathegorica, s. charitas dat operibus hoc, quòd sint Deo accepta, minus dicit, & plus significat. Non enim tantum significat, quòd charitas facit opera esse Deo accepta (quod expresse dicebat) sed etiã quòd nil aliud sine charitate facit hoc adeo, ꝙ exprimendo solum affirmatiuam, intelligit quoq; negatiuam. Nam, si negatiuam simul subintelligeret, nõ concluderet intentum. Posset. n. ad illam affirmatiuam respõderi quòd licet charitas faciat opera esse Deo accepta aliud etiã a charitate facit hoc.

Sola charitas facit opera esse Deo accepta.

Remoto igitur, quòd in charitate actualiter existendo quis operaretur; adhuc ipsa opera essent accepta Deo per illud aliud. Relinquitur ergo; quòd (secundum mentem literæ) charitas sola dat operibus hoc quòd sint Deo accepta loquutus est igitur illo modo D. Tho. & intellexit; quo & Spiritussanctus Prouerb. 10. dicens, vniuersa delicta operit charitas.

1m illatio conclusionis. Ergo pt &c. ℞. Negat illatio. § ratio est:

55

## ARTICVLVS II.

*Vtrum quis extra charitatẽ existens, possit satisfacere de peccatis ante contritis.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd qui de omnibus peccatis contritus fuit prius & postea in peccatum incidit, de alijs peccatis, quæ sibi per contritionem dimissa fuerunt, satisfacere possit extra charitatem existens. Dicit enim Daniel Nabuchodonosori, Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime: sed ipse adhuc peccator erat, quod sequens pœna demonstrat, ergo potest in peccato existens satisfacere.

¶ 2 Præterea, Nemo scit vtrum sit dignus odio, vel amore. Eccle. 9. Si ergo non possit fieri satisfactio, nisi ab eo qui est in charitate, nullus sciret se satisfacere, & hoc est inconueniens.

¶ 3 Præt. Ex intentione quam homo habet in principio actus, totus actus informatur, sed pœnitens, quando pœnitentiam inchoauit in charitate erat: ergo tota satisfactio sequens ex illa charitate intẽtionem informante efficaciam habebit.

¶ 4 Præt. Satisfactio consistit in quadam adæquatione culpæ ad pœnam, sed talis adæquatio pœnæ põt etiam fieri in eo qui charitatem non habet, ergo &c.

Sed contra. Prouer. 10. Vniuersa delicta operit charitas, sed satisfactionis virtus est delere delicta ergo sine charitate non habet suam virtutem.

¶ Præterea, Præcipuum opus in satisfactione, vel satisfaciendo est eleemosyna, sed eleemosyna extra charitatem facta non valet, vt patet 1. Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum, &c. ergo nec satisfactio aliqua est.

Respon. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd postquàm omnia peccata per præcedentem contritionem remissa sunt, si aliquis ante satisfactionem peractam in peccatum decidat, & in peccato existens satisfaciat, quòd satisfactio talis ei valeat, ita quòd si in peccato moreretur, in inferno de illis peccatis non puniretur. Sed hoc non potest esse, quia in satisfactione oportet, quòd amicitia restituta, etiam iustitiæ æqualitas restituatur, cuius contrarium amicitiam tollit, vt Philosoph. in nono Ethic. dicit. Aequalitas autem in satisfactione ad Deum non est secundum æquiualentiam, sed magis secundum acceptationem ipsius; & ideo oportet, quòd etiam si iam offensa sit dimissa per præcedentem contritionem, quòd opera satisfactoria sint Deo accepta, quod dat eis charitas, & ideo sine charitate opera facta non sunt satisfactoria.

Ad primum ergo dicendũ: ꝙ cõsiliũ Dan. intelligitur,

est: quia procedit ex malo intellectu authoritatis adductæ. Quod si bene intelligatur authoritas illa, facit pro conclusione, non contra: vnde & inferendum erit sic; ergo non potest aliquis in peccato existens satisfacere. Quomodo autem intelligatur authoritas, & quòd sic inde inferri debeat; vide in litera, & ipsam argumento applicans tu discurrendo cognosce.

quòd a peccato cessaret, & pœniteret, & sic per eleemosynas satisfaceret.

AD SECVNDVM dicendum: ꝙ sicut homo nescit pro certo vtrum charitatem habuerit in satisfaciendo, vel habeat, ita etiam nescit pro certo, vtrũ plene satisfecerit: & ideo dicitur Eccles. 5. de propitiatu peccatorum, noli esse sine metu, nec tamen exigitur, quòd propter hunc metum homo satisfactionem expletam iteret, si conscientiam peccati mortalis non habeant, quáuis enim pœnam non expiet per huiusmodi satisfactionem tamen non incurrit reatum omissionis ex satisfactione neglecta, sicut nec ille, qui accedit ad Eucharistiam sine conscientia peccati mortalis, cui subiacet, reatũ indignæ sumptionis incurrit.

AD TERTIVM dicendum, quòd intentio illa interrupta est per peccatũ sequens, & ideo non dat vim aliquam operibus post peccatũ factis.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ non potest fieri adæquatio sufficiẽs, nec secundum, diuinam acceptationem, nec secundum æquiualẽtiam, ideo ratio illa non sequitur.

AR-

*Cessatio a peccãdo nõ sufficit.*

¶NOT. In ipsa litera apertissimè declaratur, quòd pœnitentia non est solum cessatio a peccato: dum post ly a peccato cessaret, subditur ly, & pœniteret. Vide q. 1. art. 1. elucid. & q. 10. ar. 5. & quia responsio præsens finaliter intendit ad hoc, an quis sit in charitate; ideo secundum ipsam est concludendum, ꝙ a peccato solum cessanti non datur charitas, licet verè pœnitẽti detur. i. quòd ad habẽdam charitatem non sufficit solum ueraciter cessare a præteritis peccatis, nisi cum hoc etiam veraciter de ipsis pœnitentia fiat: confirmatur Matth. 3. arbor. quæ non facit fructum bonum, excidetur. Non ergo sufficit ad salutem non facere malum, seu cessare a malo; sed cum his secundum Euangelium requiritur, quòd faciat fructum positiue bonum: quod in proposito pœnitentia est.

**2^m de conclusione.** Sciret. ℞. Pro certo: non, aliquo alio modo. §. puta coniecturaliter: vt aliàs dictum est. §. Tunc nihil &c. Sicut enim non est inconueniens, quòd homo pro certo nesciat, se habere charitatem: ita non est inconueniens, quòd sic nesciat, se plenè satisfecisse. Quinimmo vtrumque sic ignorare est conueniens: cum ista ignorantia humilitatem, salutiferumque metum, de quibus Eccles. 5. (ut in litera) causet atque conseruet.

¶NOT. Vide quæst. 4. art. 1. & 2. aliqua facientia circa istam auctoritatem Eccles. cap. 5. de propitiatu, &c. ne replicare opus sit. Circa tamen illam eius cap. 9. in argumento adductam notato: ꝙ loquitur de amore finali, sicut etiam de odio; quamuis ad amorem quoque præsentem (ut facit litera) possit applicari, licet non ad odium. Potest enim quis pro certo scire, se esse dignum nũc odio, puta quia scit, se esse in peccato mortali actualiter: non autẽ quòd certo sciret, se esse nunc dignum amore, quod significatur per ly nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. 1. Cor. 4. quamuis quoad odium, & amorem finalem, æqualiter ambo in sui ipsorum nescientia conueniant: eo quòd nemo prorsus est, qui sine speciali reuelatione diuina scire possit, utrum moriturus sit in gratia Dei, uel in peccato mortali. Ambo enim hæc (ut ibi subditur) in futurum seruantur incerta: & in hoc etiam sensu, nescit homo finem suum (Eccles. 9. Diuus Thomas ergo, quamuis authoritatem illam Ecclesiastici applicet ad amoris præsentis nescientiã, non uult per hoc: neque excludere, quòd ipsa principaliter loquatur de amoris finalis nescientia; neque includere, quòd similiter de prę̨sentis odij nescientia cointelligatur. Item nota: quòd a ly nec tamen exigitur, quòd propter hunc metum homo, &cæt. litera respondet obiectioni tacitæ: qua quis, defendendo, quòd illud nescire de satisfactione esset inconueniens, instare potuisset dicens; ex tali nescientia inconueniens hoc sequutur um, quòd satisfactio multotiens necessario reiterabitur, immo etiam quòd reiterationis huiusmodi non erit finis. Huic, inquàm obiectioni præmissæ, per ly nec tamen, &c. respondet Diuus Thomas, negando consequentiam.

*Nemo scit: vtrũ amore, uel odio, dignus sit.*

**3^m maior.** Ex intentione, quam homo habet in principio actus, totus actus informatur. ℞. Quando intentio illa in principio habita non fuit interrupta per voluntatem contrariam superuenientem: non autem, quando est interrupta. §. Tunc &c. Nam satisfacientis pœnitentiam in charitate inchoantis intentio illa, de qua subintelligit minor, interrupta est, per peccatum sequens, &c. ut in textu.

¶NOT. Intentio illa, de qua loquitur maior, dicitur & actualis, ut in principio actualiter fit; & uirtualis, ut dat uim toti actui, etiam quòd actu non exerceatur. Quemadmodum tactus proijcientis lapidem est semper cum lapide; alioquin (cum mouens, & motum debeant esse simul, quamdiu motus durat) lapis, quàm primum extra manum proijciẽtis esset, caderet in terram, & consequenter non fieret motus. oportet ergo dicere; quòd ille tactus est quidem semper cum lapide, sed diuersimode: quoniam in principio motus, cum proijciens tangit lapidem, tactus est ibi actualiter; & in toto residuo motus, cum lapis mouetur per aerem, tactus eiusdem proijcientis est ibi uirtualiter, inquantum uirtus a principio lapidi impressa lapidem ipsum concomitatur. Vnde sicut si lapidi adhuc fortiter per aerem moto occurreret aliquid præualens in contrarium, cessaret motus, & consequenter vis illa in principio a proijciente impressa: ita si animo incipientis satisfactionem in charitate occurrat aliquod peccatum præualens, idest cui consentiat, statim interrumpitur motus charitatis in satisfactione præexistens, immo & charitas ipsa tollitur; & consequenter satisfactio subsequẽs nullum prorsus robur habebit a charitate. Doctrinã hanc extendæ ad secunda secundæ, quæst. 83. artic. 13. maximè cum de præcepti Papalis necessitate sit attentio ad horas canonicas (extra de celebratione missarum cap. Dolentes:) & consequenter ad officium Beatæ Virginis, quando ex obligatione certis diebus dicitur. Hoc enim officium licet non sit de iure scripto: tamen est de consuetudine habente uim legis, & per consequens obligante ad peccatum mortale transgressores; secundum etiam Panor. in cap. 1. de celebratione missarum, & Ioannem de Ligna. in Clemen. prima, eodem tit. & Petrum de Palude 4. distin. 15. quæst. 5. art. 6. & Franciscum de Zab. & S. Antoninum Archie. Flor. & plures alios.

*De attentione.*

**4^m de maiori.** Adæquatione. ℞. Sufficiente: non, insufficiente. i. accepta Deo; non autem, non accepta Deo. §. Tunc &c. Nam ab eo, qui charitatem non habet, non potest fieri adæquatio sufficiens, &c. ut in textu. Vide q. 12. art. 2. & q. 13. ar. 1. & quæst. 8. ar. 7. etiam in elucid.

¶NOTATIO. De tali adæquatione Concil. Parisiense lib. 1. ca. 32. sic ait. Presbyteri instruendi sunt: Qualiter & confitentium peccata discretè inquirere, & congruum pœnitentiæ modum nouerint ponere. Hęc ibi. Hanc adęquationem specialius declarat Papa Alexander III. parte 35. cap. 1. Exomensi Episcopo scribẽs sic. In excessibus singulorum non solum delicti qualitas, sed etiam quantitas, scientia, ætas, sensus, conditio, sunt attendenda. Quare non solum secundum qualitatem, & quantitatem facinoris, sed etiam secundum ea quæ diximus, & secundum locum, & tempus, quo delictum committitur, unicuique debet pœnitentia iniungi: cum idem excessus magis in uno, quàm in alio, sit puniendus. Hæc ibi. Facit ad q. 8. artic. 7. appen. Vide ergo; idem peccatum esse maius in uno quàm in alio: & hoc propter conditiones dictas a Papa.

## APPENDIX.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem interimas errorem Cacangelorum dicentium: Certum uuumquemq; esse debere, quòd gratis propter Christum peccata sibi remissa sint: quodque Deo acceptus, & hęres sit uitæ æternæ: quicquid sit de nostris operibus. Ecce: quod secundum istos, satisfactio extra charitatem erat Deo accepta: cũ & ipse satisfaciens: etiam si esset in peccato mortali (Nonne hoc significant per ly quicquid sit de nostris operibus?) sit Deo acceptus. Contra horum ergo vesaniam hanc mouetur iste articulus: contra quos etiam, ut certitudinem gratiæ innuunt modo prædicto, habes; quid dicas ex argumenti secundi auctoritate, & responsio ad illud.

*Vtilitas p S. Ecclesia &c.*

¶ Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hunc merito damnari a Concilio Trident. sess. 14. cap. 8. Dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur; certissimam quoque inde arrham habentes, quod si compatimur, & conglorificabimur. Neque uero ita nostra est satisfactio hęc, quam pro peccatis nostris exoluimus, ut non sit per Christum Iesum &cæt. omnis gloria nostra in Christo est, in quo uiuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, facientes fructus dignos pœnitentię: qui ex illo uim habent, ab illo offeruntur patri, & per illum acceptantur a patre. Hæc ibi. Ecce; quod satisfactiones nostrę, requiruntur, etiam quod Christus satisfecerit: quoniam non ideo satisfecit pro nobis, ut non satisfaciamus; sed ideo satisfecit, ut satisfactiones nostræ ad ipsius exemplum fierent, & ipsius satisfactionibus uim haberent ad hoc, ut acceptarentur a Patre. Rursum, inquit. In quo Christo uiuimus, in quo satisfacimus. Sine hoc ergo, quòd non uiuamus in Christo dum satisfacimus nostræ satisfactiones (secundum concilium) non sunt acceptæ Deo, & consequenter

*Quare Christ' p nobis satisfecerit.*

non

non satisfaciunt. Quomodo in Christo viuimus? Per charitatem, seu per fidem charitate formatam 1. Ioan. 4. & Ephes. 3. Satisfacimus ergo in Christo, quando satisfactiones nostræ in charitate fiunt: tantum abest, vt uera sit illarum blasphemia ly quicquid sit de nostris operibus. Item damnari a scripturis 1. Cor. 13. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, & tradidero corpus meum ita vt ardeam; charitatē autem non habeam: nihil sum, nihil mihi prodest. Vbi patet: nullam satisfactionem, nisi in charitate fiat, valere apud Deum ad vitam æternam consequendam: licet apud forum Ecclesiæ valeat, inquantum non reiteratur ( vt in ad secundum: ) & etiam apud Deum, inquantum aliqua alia bona præter uitam æternam extra charitatem satisfaciens a Deo opera illa remunerante consequitur (quem & sensum habet articuli prędicta conclusio.) Nec huic ueritati vltimæ obstat Apostolus per ly nihil sum, ly nihil mihi prodest: quoniam comparatiuè intelliguntur, & secundum æstimationem Apostoli. Bona enim temporalia, immo totus mundus, in comparatione ad uitam æternam, & nihil reuera sunt, & pro nihilo re uera habentur ab Apostolo: licet ipsa secundum seipsa aliquid re uera sint: & pro aliquo sic sumpta habeantur ab Apostolo. Similiter quoque Apostolus secundum seipsum consideratus, etiam quòd in charitate non esset, aliquid re vera est: tamen in comparatione ad supernaturalē vitam, vel in præsenti, vel in futuro haberi solitam consideratus ipsemet, & nihil re uera est, & nihil se esse re uera æstimat; in quo sensu & Philipp. 1. dixit, Mihi uiuere Christus est; & Galat. 2. viuo ego, iam non ego, viuit uerò in me Christus. Ecce igitur, secundum scripturam; opera de genere bonorum magnorum ( hoc importat ly omnes facultates meas in cibos pauperum, ) atque pœnalium ( hoc significat ly corpus meum, ita ut ardeam, ) si extra charitatem fiant, non posse Deo satisfacere. Vt cum Augustino dicamus. Illa quidem magna sunt; sed si ego hæc sine charitate habeam (inquit) non illa, sed ego nihil sum. Ecce venitur ad passionem, venitur & ad sanguinis effusionem, venitur & ad corporum incensionem: & tamen nihil prodest, quia charitas deest. Adde charitatem, prosunt omnia: detrahe charitatem, nihil prosunt cætera. Hæc ille in Homil. super Euangelium, Ego sum pastor bonus. Item a Concil. Trid. merito damnari, quo ad ly Certum &c. quòd gratis per Christum peccata sibi remissa sint, &c. quicquid sit de nostris operibus, & sic. Verum, etsi Christus pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt: sed ij dumtaxat, quibus meritum passionis eius communicatur. Nam sicut re uera homines, nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur iniusti; cū ea propagatione per ipsum, dum concipiuntur, propriam iniustitiam contrahant: ita nisi in Christo renascerentur, numquàm iustificarētur; cum ea renascentia per meritū passionis eius gratia, qua iusti fiunt, illis tribuatur. Hæc in sess. 6. c. 3. Item a Leone I. Theodoro Foroiuliensi Episcopo scribente sic. Multiplex misericordia Dei ita lapsibus humanis subuenit: ut non solum per baptismi gratiā, sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparetur æternæ: vt qui dona regenerationis violasset, proprio se iudicio condemnantes ad remissionem criminum peruenirent. Hæc ille: & recitantur in decr. de pœn. dist. 1. multiplex. Vide: quòd ad hoc, vt effectualiter saluemur, non sufficit, quòd pro nobis Christus mortuus sit (alioquin omnes de facto saluarentur; cum pro omnibus mortuus sit Christus: ) sed requiritur, quòd meritum passionis & mortis eius nobis communicetur. Communicatur autem nobis; inquantum in nos influit iugiter, tanquàm caput in membra, & tanquàm vitis in palmites: ut ait Concil. idem sess. ead. c. 16. Membra vero eius fieri non possumus sine lauacro regenerationis, saltem in uoto ( ut ibi cap. 4. ) & post uiolationem donorum regenerationis sine pœnitentiæ medicina (ut supra dixit Leo) Ex quibus omnibus secundum concilium, atque Leonem, concludenda relinquitur veritas hæc: quòd Christus actualiter non influit nisi in filios suos, seu in iustificatos: quoniam his solis meritum passionis eius per sacramenta communicatur actualiter. Hæc omnia contra Cacangelos, i. malos angelos, vt qui per prædictum errorem nobis mala annuncient, dicta sint in damnationem. Tertiò habes: quomodo per rationem præmissa, tum scripturæ, tum Patrum dicta, pro quanto nullum per opera extra charitatem facta insinuant satisfacere posse, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina declaretur, & consolidetur.

Quantum bonum sit charitas.

Quib. prodest mors Christi.

3

4

## ARTICVLVS III.

*Vtrum valere possit satisfactio præcedens, postquam charitatem habuerit.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd postquam homo charitatem habuerit, ualere incipiat satisfactio præcedēs, Super illud Leuit. 25. Si attenuatur frater tuus, &c. Dicit Glos. quòd fructus bonæ conuersionis debent computari ex eo tempore quo peccauit; sed non computarentur, nisi aliquam efficaciam acciperent ex charitate sequenti, ergo post charitatem recuperatam valere incipiunt.

¶ 2 Præt. Sicut efficacia satisfactionis impeditur per peccatum, ita efficacia Baptismi impeditur per fictionem: sed Baptismus incipit valere recedente fictione, ergo satisfactio recedente peccato.

¶ 3 Præt. Si alicui pro peccatis commissis iniuncta fuerunt ieiunia, & in peccatum cadens ea perfecerit, non iniungitur, cum iterum confitetur, vt ieiunia illa iteret; iniungeretur autem ei, si per ea satisfactio non impleretur; ergo per pœnitentiam sequentem opera præcedentia satisfaciendi efficaciam accipiunt.

SED CONTRA. Opera extra charitatem facta ideo non erant satisfactoria, quia fuerunt mortua, sed per pœnitentiam non viuificantur, ergo nec incipiunt esse satisfactoria.

¶ Præterea, Charitas non informat actum, nisi qui ab ipsa aliqualiter procedit, sed opera non possunt esse Deo accepta, ac per hoc nec satisfactoria, nisi sint charitate informata, ergo cum opera facta extra charitatem nullo modo ex charitate processerint, vel de cætero procedere possint, nullo modo poterunt in satisfactionem computari.

RESPON. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd opera in charitate facta, quæ viua dicuntur, sunt meritoria vitæ æternæ, & satisfactoria respectu pœnæ dimittendæ, & per charitatem sequentem, opera extra charitatem facta viuificantur quantum ad hoc quòd sunt satisfactoria, sed non quantum ad hoc quòd sunt meritoria vitæ æternæ: sed hoc non potest esse, quia vtrumque habent ex eadem ratione opera ex charitate facta, scilicet ex hoc quòd sunt Deo grata: vnde sicut charitas aduenicns non pōt ea gratificare quātum ad vnum, ita nec quantum ad aliud.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non debet intelligi, quòd fructus computentur a tpe quo primo in peccato fuit, sed a tempore in quo peccare cessauit, quo. s. vltimo in peccato fuit: vel intelligitur quòd statim post contritus fuit, fecit multa bona

SVP. Q. XLV. Aliàs 14. Art. III.

COncl. Sicut charitas aduenićs opera de genere bonorum facta in peccato mortali non potest Deo gratificare, quantū ad hoc, quòd sint meritoria vitæ æternæ: ita nec quātum ad hoc, quòd sint satisfactoria.

56 Damnificatio peccati mortalis.

Resp. 2.

¶ PROB. Quia opera bona vtrúque illorum (scilicet, quòd sint tum meritoria, tum satisfactoria ) habent ex eadem radice, ex hoc videlicet, quòd sunt Deo grata: & per charitatem post aduenientem opera illa nō uiuificantur, seu Deo non gratificantur, quantum ad hoc, quòd sint meritoria vitæ æternæ ( loquendo etiam secundum opinionem contrariorum conclusioni præmissæ. )

¶ COROLLARIVM. Ergo ex datis ab ipsis contrarijs cōcludit contra illos. Vide. Negabant hi, quòd opera in mortali facta nō essent satisfactoria per charitatem subsequentem: & concedebant, quòd charitas subsequens nō dat illis pręcedentibus operibus vim merendi uitam æternam. Quid facit Sanctus Thomas? Concessum hoc ab eis accipit: & ex hoc imò concludit esse uerum illud, quod ijdem negabant. Ergo suo ipsorū gladio eos confodit, & conterit dentes eorum in ore ipsorum: quod prudentissimi doctoris est.

1m ex glossa. Tempore. R. Vltimo: non, primo. §. Tunc nihil &cæt. Non enim ex hoc sequitur, quòd opera in mortali facta ex charitate sequenti accipiant efficaciam (ut arbitratur minor: ) licet sequatur, quòd opera bona computanda sunt ab eo tempore exclusiuè, quo vltimo in peccato fuit. Nā quàm primum quis a peccando cessat ita, vt amplius in peccato nullo mortali sit; opera eius bona, non præcedentia, sed subsequentia incipiunt esse, & computari, grata Deo.

Item ex glossa. Peccauit. R. Et de peccato contritus fuit; licet non adhuc actualiter confessus. §. Tunc nihil &cæt. vt patet. Nam ex eo, quòd fructus bonæ conuersionis in tali casu computandus sit a tempore contritionis in futurum, non sequitur, quod debeat computari

na anteq̃ confiteretur. Vel dicẽdum, ꝙ quanto est maior contritio, tanto magis diminuit de pœna; & quanto aliquis plura bona facit in peccato existens, magis se ad gratiam contritionis disponit, & ideo ꝓbabile est, quòd minoris pœnæ sit debitor, & propter hoc deberet a sacerdote discrete computari, vt ei minorem pœnam iniungat, inquantum inuenit eum melius dispositum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ Baptismus imprimit charactere in anima, nõ autem satisfactio: & ideo adueniens charitas, quæ fictionem tollit, & peccatum, facit quòd Baptismus effectum suum habeat, non autem facit hoc de satisfactione. Et pręterea Baptismus ex ipso opere operato iustificat, quod non est hominis, sed Dei, & ideo non eodem modo mortificatur, sicut & satisfactio, quę est opus hominis.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ aliquæ satisfactiones sunt ex quibus manet aliquis effectus in satisfacientibus, etiam postquam actus satisfactionis transiit, sicut ex ieiunio manet corporis debilitatio, ex eleemosinarum largitione substantiæ diminutio, & sic de similib. Et tales satisfactiones in peccatis factæ, non oportet quòd iterentur, quia quantum ad hoc quod de eis manet per pœnitentiam Deo acceptæ sunt, satisfactiones autem, quæ non relinquunt aliquem effectum in satisfaciẽte, postquam actus transiit, oportet quòd iterentur, sicut est de oratione, & similibus. Actus autem interior, quia totaliter transit, nullo modo viuificatur, sed oportet, quòd iteretur.

AR-

putari in præteritum. Bona ergo opera, si qua fecerit postquam de peccatis vltimo vere contritus efficaciam fuit, etiam antequam de ijs actu confiteatur, efficatiam & merendi, & satisfaciendi per charitatem habitam in contritione habebũt: sed opera ante illam contritionem, dum esset adhuc in peccato, facta in numero bonorũ nõ gratorum Deo remanebunt. Vide responsum secundum, in litera ly, vel intelligitur q̃ statim &c. vsq; exclusiuè ad ly vel dicẽdũ ꝙ &c.

¶NOT. Differentia secũdi rñsi a primo est manifesta; si ad formalizatas respõsiones inspiciatur: cum in prima limitetur ly tempore, in secunda suppleatur sensus glossæ adductæ ad ly peccauit: sed est aliud quoque aduertendum: quòd secundum responsum & pręsupponit omnia dicta in primo, & aliqua alias ambigua declarat. Dictum enim hoc, quòd a tempore, quo vltimo in peccato fuit, atque a peccato cessauit, sunt computandæ &c. est ambiguũ; cum totum id possit fieri per contritionem simul & cum actuali confessione, & per contritionem solam: vnde remanet quodammodo sensus glossæ adductæ minus clarus. Aduenit secundum responsum, & dictum illud primi responsi expressius manifestat inquiens; quòd talis cessatio a peccato intelligitur, quòd fiat saltem per veram contritionem, etiam si tunc confessio actualis desit.

Item ex glossa. Computari. ℞. a sacerdote pœnitẽtiam iniuncturo. §. Tunc &c. Potest. n. sacerdos minorem pœnitentiam iniungere sibi confesso, eo quòd videt ipsum multa bona fecisse in peccato mortali existendo: quãuis verum sit, ꝙ huiusmodi bona per charitatem subsequentem modo dicto in conclusione non viuificentur. Nam ipsi sacerdoti ad hoc faciendum sufficit: ꝙ & sciat certò cõfitentẽ multa bona opera q̃uis in mortali, fecisse; & sciat probabiliter, talia bona opera causasse, ꝙ ipse confitens sit minoris pœnæ debitor. Vide responsum tertium, in litera ly vel dicendum, quòd quanto est maior contritio, &c.

¶NOT. In textu dicuntur pro certis duo; s. quòd maior contritio plus de pœna tollit, & ꝙ quanto plura bona quis in mortali existens facit, tanto magis ad gratiam contritionis se se disponit: pro probabili autem dr̃ unum, s. ꝙ ille confitens minoris pœnæ sit debitor. Pro certo uerò ex ipsis certis non deducit hoc tertiũ q̃uis sic deducendum fore videatur: qm̃ licet certum sit, confitentem ex operibus in mortali factis (quantum est ex parte operum) fuisse dispositum ad gratiam contritionis; non tñ certum est, sed probabile remanet, ꝙ dispositio illa confitentis attigerit vere gratiã contritionis. Qm̃ igitur hoc ultimum pro probabili tñ relinquit ideo non certum, sed probabile, restat consectario, ꝙ ille confitens minoris pœnæ sit debitor. Propterea tanto magis opus est discretione ipsi confessario ad tenendum iustitiam in imponendo huic pœnitentiam: ad quod significandum in textu apponitur ly discrete.

2^m de maiori. Ita. ℞. Quantum ad impedimentum; non, quãtum ad sequellam post ablationem impedimenti. §. Nam baptismus imprimit characterem in anima, &cæt. vt in textu. Tunc &c. ut patet.

¶NOT. In litera affertur duplex ratio dissimilitudinis inter baptismum, & satisfactionem. Prima est de charactere; Secunda de iustificare ex opere operato: quæ incipit ibi; & præterea baptismus. Ista secunda est cõis omnib. sacramentis noui testamenti; licet prima non conueniat alijs nisi cõfirmationi, & ordini. Ista secunda est etiam quasi rñsio ad tacitam obiectionẽ. Potuisset. n. faciliter obijcere quispiam, quòd opus mortuum non potest vmquàm viuificari (tertia par. q. 89. ar. 6. & ideo sententialiter huic respondet, quòd illud in tertia par. dictum intelligitur de opere hominis, non de opere Dei, cuiusmodi est opus præmissum baptismi.

¶COROLL. Ergo ex secunda ratione hac, quasi responsione tacita, confirmatur conclusio articuli, & potest esse ipsius, secunda probatio, sic. Opus hominis mortuum numquam potest viuificari, sed satisfactio in mortali facta est opus hominis (quia satisfactio) mortuum (quia in mortali): ergo per charitatem subsequentem non potest uiuificari. Rursus ex illa secunda, dic. Ergo licet confessio ficte facta non valeat, vtpote opus mortuum existens; & recedente fictione per charitatem subsequentem viuificetur, ita quòd suum saluberrimum fructum effectualiter producat: tamen satisfactio ficta, idest in mortali peracta, non viuificatur vmquàm per charitatem sequentem, ita quòd sit Deo grata ad exoluẽdum pro peccatis ante contritis atque confessis. Ratio diuersitatis est: quia confessio, sicut & baptismus, quantum ad iustificare ex opere operato, est opus Dei, satisfactio autẽ est opus hominis. Ideo sicut nõ eodem modo mortificantur (ut dicit litera:) ita nõ eodem modo viuificãtur: quoniã opus hominis nõ viuificatur tertia par. &c. ut supra. Quòd si dicas: nonne virtute clauium satisfactionẽ a sacerdote iniũctam participare, supra dixit S. Thomas? respõdetur, quòd sic, quo ad aliquid; sed nõ quo ad hoc, ut facta in mortali viuificentur. Ibi enim quæst. sexta, art. primo, ad quartum, & quęst. 8. artic. 1. ad tertium, declaratur, quòd satisfactio virtute clauiũ plus valet ad exoluendũ pœnæ debitum: in hoc autem loco a simili declaratur, quòd uirtute clauium satisfactio mortua non viuificatur, & merito, quoniam idem iudicium æqualiter fieri non debet de opere Dei, & de opere hominis (ut ex litera habetur): & ideo uirtus clauium in confessione extenditur etiam ad hoc, quòd confessio mortua (ut dictum est) viuificetur; in satisfactione uerò non extenditur uirtus clauium ad hoc. Caute igitur legendi sunt quidam Thomistarum nomine gloriantes, in hac materia contrarium tenentes; qui tamen, si D. Thomam de hoc (ut par erat) consuluissent, propriam illam suam opinionem tenere (opinor) erubuissent.

Cauendũ.

3^m de conclusione. Satisfaciendi. ℞. Quantum ad hoc, quod de eis remanet: non aliter. §. Tunc &c. Nam articuli conclusio intelligitur de operibus satisfactorijs non relinquentibus post se effectum manentem, & etiam de relinquentibus effectum manentem, pro illa tamen parte, qua aliquo modo non remanent.

¶NOT. Ly tales satisfactiones in peccatis factæ, quantum ad hoc quod de eis manet, Deo per pœnitentiam sunt acceptæ. Hoc non significat, quòd tale opus mortuum, etiam in suo tunc effectu manente, viuificetur (alioquin contrarium prædictis in corollario post ad secundum, diceret); sed significat, quòd effectus illarum satisfactionum manens potest uiuificari, non quatenus mortuus natus antea fuit, sed quatenus de nouo per charitatem pœnitenti infusam Deo offertur. Non enim sine causa in textu apponitur ly per pœnitentiam. Denotatur siquidem per hoc; quòd ille effectus (puta, corporis debilitatio), prout iam mortuus, non uiuificatur, idest non est acceptus Deo: & quòd prout a pœnitentis charitate nouo actu nunc approbatus, incipit Deo, cui offertur tali nouitate intus, placere. Hanc reiterationem actus interioris, prædictam esse necessariam ad hoc, ut effectus ille remanens, uel (quod in idem redit) ut satisfactio præcedens tali effectu sic iterato induta, acceptetur a Deo; insinuauit D. Thomas in calce huius responsionis per ly actus autem interior, quia totaliter transijt, &c. Nisi enim ista uerba sic applicentur, uidentur superflue dicta. Considera igitur: Ly quæ non relinquunt aliquem effectum in satisfaciente, postquam actus transijt; sicut est de oratione. Hoc non est contrarium ei, quod dicitur, quæstione decimaquinta, articulo tertio, ad primum, quòd uidelicet oratio habet afflictionem carnis. Ex quo dicto inferendum uidetur, quòd oratio relinquat effectum manentem, postquam actus desijt. Respondetur namque ad hoc, quod infertur, uel quòd illa afflictio habita in ratione, non est tanta, ut postquam desijt actus orationis, perseueret afflictio in carne, uel quòd, si perseuerat, non est tanta, ut ratione huius oratio debeat connumerari inter satisfactiones relinquentes post se effectum corporalem manentem. Exemplum sit de uino, & carnibus fomentum pugnæ sensualitatis contra spiritum per se singillatim subministrantibus: quorumtamen solummodo vnum scilicet esum carnium, prohibet Ecclesia tempore ieiuniorum, quamuis intendat minuere vires sensualitatis contra spiritum. Quia enim fomentum illud a vino subministratum citò transit, maxime in comparatione ad carnes, & fomentum à carnibus subministratum diutius manet; ideò inter prohibita connumerare noluit Ecclesia vinum,

etiam

etiam si fomentum illud aliquantisper in sensualitate perduret: vt habetur ex 2.2.quæst. 147.artic. 8.ad primum.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem à fortiori interimas hæresim Buceri impijssimè dicentis: homines debere credere, se esse gratos Deo per Christum; quantumlibet impure, & scelerate viuant. Si enim per charitatem subsequentem opera etiã de genere bonorum facta in peccato mortali non possunt esse satisfactoria: eo quòd non possunt fieri grata Deo: multò vtique magis homo peccata perpetrans non erit gratus Deo. Vnde homo in peccato vno mortali existens bona opera faciendo non est gratus Deo; & adeò non est gratus, vt sua etiam bona tunc facta ob hoc neque sint, neque fieri possint per charitatem sequentem, grata Deo: quomodo ergo fieri vnquàm poterit, vt homo opera mala, impura, ac scelerata, committens, sit gratus Deo? Taceo, quòd Bucerus sito isto pessimo dogmate implicitè admittit; quòd opera illa bona per charitatem sequentem fiunt satisfactoria, immo quòd etiam tunc prius erant satisfactoria: eò quòd (secundùm Bucerum) tunc ille homo, quamuis in peccato mortali, erat Deo gratus, & consequenter sua opera tunc facta. Taceo, inquàm, hoc: nè disputatio de minori disputationem de maiori aliquo modo impediat. Secundò habes: quomodo per ratione à fortiori ostendas, hanc meritò fuisse damnatam à Concilio Tridentino sess. 6. cap. 15. sic. Aduersus etiã hominum quorundam callida ingenia, qui per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium, asserendum est; non modò infidelitate, per quam & ipsa fides amittitur, sed etiam quocumque alio mortali peccato, quamuis non amittatur fides, acceptam iustificationis gratiam amitti; diuinæ legis doctrinam defendendo: quæ à regno Dei non solùm infideles excludit, sed & fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, auaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosque omnes, qui lethalia committunt peccata: à quibus cum diuinæ gratiæ adiumento abstinere possunt, & pro quibus à Christi gratia separantur. Hæc ibi: & cano. 27. Si quis dixerit: nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis, aut nullo alio, quantumuis graui & enormi, præterquàm infidelitatis peccato, semel acceptam gratiam amitti; anathema sit. Hæc ibi. Quibus omnibus Concilij verbis vides adeò Bucerum cum sua dulci, mortifera tamen, cantilena constringi: vt non habeat, quò se vertat. Item à &c. vt applicare potes huc ex artic. 1. & 2. append. vbi ostenditur Christum non influere actualiter, nisi in iustificatos; atque non claudicandum, & consequenter damnatur, quòd scelerate viuentes sint grati Deo per Christum, aut etiã ꝙ hoc ipsum isti credere debeant; quamdiu sic vixerint. Item à iustitia in eum, tanquàm hæreticum, exercita: quoniam anno 1557. de mense Februarij, reintegrata religione in Anglia, animaduersum est in ossa Buceri, eo ꝙ indignè viderentur pijs, quæ in sacro loco sepulta quiescerent; quare defossa in Anglia combusta sunt (teste Lindano). Cùm enim August. de fide cathol. de quibusdam hæreticis dicat, quomodo poterunt illa capitula recipi, quorũ damnantur authores? patet ꝙ ex damnatione prædicta Buceri, eius capitula, seu dogmata, quorum vnum est hæresis in principio narrata, pariter damnari cointelliguntur. Item à scripturis 2. Corinth. 6. 7. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei viui, sicut dicit Dominus: quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter illos; & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus; & immundum nè tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias; dicit Dominus omnipotens. Has ergo habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Vides nè; Apostolum ex promissione, & spe, gratificandi nos Deo, deducere conclusionem hanc; Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei? Vbi nos gratos Deo neque esse, neque debere credere esse, apertissimè (contra Bucerum) monstrauit: nisi emundemus nos non tantum ab aliquo, sed & ab omni inquinamento, non tantum carnis, sed & spiritus. Quare autem dixit, sanctificationem perficientes: Quia non solùm emundare se à malo quocumque requiritur ad hoc, vt quis sit gratus Deo; sed etiam facere bonum, (quod est sequi sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum) ad hoc ipsum conrequiritur. Notabiliter illas interrogationes, quasi per manifestissimæ veritatis inculcationem in principio ab eodem factas? Quæ (inquit) particip. &c. Quæ societas &c. Quæ conuentio &c. Quæ pars &c. Qui consensus &c. Ac si dicat; Nulla, Nullus: Hoc norunt omnes ratione vtentes. Quibus verbis Apostolus, seu potius in Apostolo Spiritussanctus, quasi digito monstrauit; Bucerum illam suam hæresim euomentem esse notorie sine ratione. Item à Leuit. 11. 19. 20. Sancti eritis, quia ego sanctus sum. Nè autem sanctitatem nostram, more Buceri, libertatem scelerate viuendi somniares; addidit ly mihi, in cap. 20. dicens, Eritis sancti mihi. Quæ autem sit sanctitas ei, id est quæ sanctitas in nobis placeat ei; exprimitur Deuteron. 10. sic. Et nunc Israel quid Dominus tuus petit à te: nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum, ac seruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, custodiasq; mandata Domini? Vbi patet ex librorum ordine: quòd sanctitatem, quam in Leuitici capitulis requisierat à populo; nunc eidem populo, ne quando ab aliquibus nomine sanctitatis abutentibus deciperetur, distinctissimis lucidissimisque verbis declarat. Item à 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quoniam societatem habemus cum eo; & in tenebris ambulamus. mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse in luce est; societatem habemus ad inuicem, & sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. Ergo, secundum B. Ioannem, nõ sumus grati Deo, si in peccatis ambulamus; & si hoc credimus (vt suadebat Bucerus,) à veritate deuiamus, & mentimur. Ergo, secundùm eundem Ioannem, Christi sanguis non emundat nos, i. non prodest nobis: si, & dum, ambulamus in tenebris. Ergo, secundùm eundem, non sumus per Christum grati Deo: si, & dum ambulamus in peccatis. Ergo, secundum eundem, emundari per Christi sanguinem non tantum ab vno, sed etiam ab omni peccato exigitur ad hoc: vt societatem habeamus cum Deo, id est simus grati ei. Hæc omnia deducta sint ex B. Ioan. authoritate illa, ad tollendum verba malitiæ Buceri, & similium, excusantium excusationes in peccatis. Item meritò esse damnatam Gal. 2. Nunquid Christus peccati minister est? Absit. Non vult ergo Apostolus vllo modo: ꝙ patrocinio, vel ministerio, aut alio quouis fauoris prætextu Christi, glorientur (quod hæreticis familiare est,) vel etiam innitantur ij: qui voluntariè in sceleribus & impudicitijs viuunt. Aliter enim agentes Christum tanquàm ministrum peccati faciunt: cum tamen, secundũ rei veritatem nihil à diuina iustitia magis alienum sit. Item à 1. Thes. 4. Non vocauit nos Deus in immunditiã, sed in sanctificationẽ. Huic Apostolico dicto subinferas tu; ꝙ Deus vocauit nos ad hoc, vt simus grati sibi: & videbis damnationẽ Buceri, cum similibus, apertam. Item à 2. Thess. 2. Ambuletis dignè Domino, qui vocauit vos in suum regnum. Tertiò habes: quomodo per rationem dicta scripturarũ superius, pro quanto virtualiter saltem indirectè innuunt, opera in mortali facta non esse post satisfactoria, seu nõ placentia Deo, & declares, & probes, & (quantũ opus est) tuearis. Quartò vides: quomodo ex his vicissim articuli præsentis doctrina firmetur, & declaretur.

Leuit. 26. Esa. 52. — Hebr. 12. — Sanctitas requisita à Deo in nobis. — Psal. 140. — Familiaris vox hæreticorum à Paulo conuellitur.

---

SVPER Q. XLV. Aliàs 14. Art. IIII.

57 De valore operũ extra charitatẽ uide ꝓ totũ, & ꝓsentis articuli, & sequentis.

COncl. 1. Opera bona extra charitatem facta non sunt meritoria de condigno, neque æterni, neque temporalis alicuius boni apud Deum.

¶ Prob. Quia impossibile est, quòd per aliqđ opus aliquis debitum recipiendi sibi faciat apud eũ, cuius amicitia caret (cùm prima radix dandi ea, quæ gratis dantur, sit amor,) & amicitia ad Deum est per charitatem (vt patet.)

¶ Not. Prima pars antecedentis cũ sui probatione importat duo, quæ sibi videntur contraria: scilicet, & ꝙ aliqua gratis dentur, & tamen quòd debitum sit, vt recipiantur. Si enim debitum est, vt recipiantur, de iustitia dantur: & si de iustitia dantur, quomodo gratis dantur? Ad hoc dicitur: ꝙ ambo stant simul, nec vlla est discrepantia, immo concordia magna inter hæc; si rectè intelligant.

Amor est prima radix diuinorum beneficiorum.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum bona facta extra charitatem sint in aliquo meritoria.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ opera extra charitatem facta sint alicuius boni meritoria saltem temporalis: Quia sicut se habet pœna ad malũ actum, ita se habet præmium ad bonum, sed nullum malum factum apud Deum iustum iudicem est impunitum. ergo nec aliquod bonum irremuneratum, & sic per illud bonum aliquid meretur.

¶ 2. Præterea. Merces non datur, nisi merito: sed operibus extra charitatem factis merces datur, vt dicitur Matth. 5. de illis, qui propter gloriam humanam opera bona faciunt, quòd Receperunt mercedem suam. ergo illa fuerunt alicuius boni meritoria.

¶ 3 Præterea. Duo existentes in peccato, quorum vnus multa bona facit ex genere, & circunstantia, alius autem nulla, æqualiter propinquè non se habent ad accipiendum bona à Deo, aliàs non esset ei consulendum, vt aliquid boni faceret, sed magis qui appropinquat Deo, magis de bonis eius percipit. ergo iste per

De

opera bona, quæ facit aliquid à Deo meretur.

Sed contra est, quod Aug. dicit, ꝙ peccator non est dignus pane, quo vescitur. ergo non potest aliquid à Deo mereri.

¶ Præt. Qui nihil est, non potest aliquid mereri, sed peccator nõ habens charitatem, nihil est secundum esse spirituale, vt patet primæ Corint. 13. ergo non potest aliquid mereri.

Resp. Dicendum, ꝙ meritum propriè dr̃ actio qua efficitur, vt ei, qui agit, sit iustũ aliquid dari, sed iustitia dupliciter dr̃. Vno modo propriè, quæ s. respicit debitum ex parte recipientis. Alio modo quasi similitudinariè, quæ respicit debitũ ex parte dantis. Aliquid. n. decet dantẽ dare, quod tñ non habet recipiens debitũ recipiendi, & sic iustitia dr̃ decentia diuinæ bonitatis, sicut Ansel. dicit, ꝙ Deus iustus est cum peccatorib. parcit, quia eum decet, & ſm hoc etiam meritũ dupliciter dr̃. Vno modo per quod efficitur, vt ipse agens habeat debitũ recipiendi, & hoc vocat̃ meritũ condigni. Alio modo per quod efficitur, vt sit debitũ dandi in dante ſm decentiam ipsius, & ideo hoc meritum dr̃ meritum congrui. Cum autem in omnib. illis, quæ gratis dant̃, prima rõ dandi sit amor, impossibile est, ꝙ aliquis tale sibi debitum faciat, qui amicitia caret, & ideo cũ omnia, & tẽporalia, & æterna ex diuina liberalitate donentur, nullus acquirere potest debitũ recipiendi aliquid illorum, nisi per charitatẽ ad Deum, & ideo opera extra charitatẽ facta non sunt meritoria ex cõdigno neque æterni, neque tẽporalis alicuius boni apud Deum: Sed quia diuinã bonitatẽ decet, vt vbicũque dispositionẽ inuenit perfectionem adiiciat, ideo ex merito congrui dr̃ aliquis mereri aliquod bonũ per opera bona extra charitatẽ facta: & ſm hoc, opera ista ad triplex bonum valent, s. ad tẽporaliũ consecutionẽ, ad dispositionem ad gratiã, & ad assuetudinẽ bonorũ operum: quia tñ hoc meritum non propriè dr̃ meritũ, ideo magis concedendũ est, ꝙ huiusmodi opera non sint alicuius meritoria, q̃ quod sint.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ Philos. dicit 8. Ethic. Quia filius per omnia, quæ facere põt, nihil æquale reddere patri põt his, quæ à patre recipit, ideo nunq̃ pater debitor filii efficitur, & multo minus homo põt pp æquiualentiam operis Deum sibi constituere debitorẽ: & ideo nullum opus ex quantitate suæ bonitatis habet, ꝙ aliquid mereat̃, sed ex vi charitatis, quæ facit ea quæ sunt amicorum esse cõia. Vnde quantumcũque sit bonum extra charitatem factum, non facit (propriè loquendo) ꝙ aliquid recipiendi à Deo faciens debitũ habeat, sed opus malum ex quantitate suæ malitiæ secundũ æquiualentiã pœnam meretur, quia ex parte Dei non sunt nobis aliqua mala facta, sicut bona: & ideo quãuis opus malum mereatur pœnã ex cõdigno, non tamen opus bonum sine charitate meretur ex condigno pręmium.

Ad secundum, & tertium dicendum, ꝙ procedunt de merito congrui, aliæ autem rationes procedunt de merito condigni.

ARTI-

De quo intellectu recto consequendo, vide 1. par. q. 21. art. 1. & 3. & 4. item, exẽplificando pulcherrime, suprà add. q. 13. art. 1. no. post ad secundum. Dicit ergo probatio; Impossibile est, ꝙ aliquis &c. Hoc est. Nisi ego habeam amicitiam tecum; non possum cõtrahere debitũ recipiendi à te aliquid eorum, quæ daturus es mihi ex amore radicaliter primo. Et hoc patet ex terminis ipsis. Nam si amor tuus erga me solũ inuitat te ad dandũ aliqua mihi; tu poteris quidem illa mihi dare, etiam si ego non amem te: verumtñ nullũ mihi ius recipiendi illa abs te acquirere potero vnq̃, nisi reamẽ te (& hoc est, habere me amicitiã ad te); maximè qñ illud ius non potest consurgere, nisi ex vi charitatis (vt in ad primum. Verumtamẽ si ego amem te: tunc & tu das mihi gratis, considerando primam radicem dandi, (ex amore enim radicalr̃ primò ad hoc moueris); & ego aliqđ ius habeo recipiendi illud donum à te.

¶Concl. 2. Ex merito cõgrui dicitur aliquis mereri aliquod bonum per opera extra charitatem facta.

¶ Prob. Quia opera talia dispositionẽ quandam bonã important; & diuinam bonitatem decet, vt, vbicũque bonã dispositionem inuenit, perfectionem adijciat.

¶Not. Relinquũtur vtręque propositiones illę vt ex se claręę & merito, vt consideranti patet. Bonitas tñ dispositionis illa, de qua est prima propositio, declaratur in textu esse triplex, s. ad tẽporalia, gratiam, operumque moralũ assuetudinem. Valde igit̃ vtile est semper: in quocũque statu operari bonũ; & valde noxium est suadere contrarium.

*Instanter opare, seu incessãter, Eccl. 9.*

¶Concl. 3. Magis concedendum est: quòd opera bona extra charitatem facta non sint alicuius boni meritoria, quàm quòd sint.

¶Prob. Quia meritum congrui (de quo in secunda cõclusione) non est propriè meritum (vt patet in principio corporis articuli.)

¶Not. Si memoria tenueris propositionẽ hanc, ꝙ s. meritũ congrui non est propriè meritũ, nonnullas circa materiã similẽ opiniones aliquorum, ac fortè Thomistarum diuersas facilè concordabis.

1^m de maiori. Ita. ℞. Quantũ ad correspondentiam pęnæ ad malũ actum, & præmij ad bonum: non quantũ ad merendum pœnã, & præmium. §. Nullũ. n. opus bonum ex quantitate suæ bonitatis habet, ꝙ de condigno mereatur aliquid à Deo, sed tantũ ex vi charitatis, cum tamen malũ opus ex quantitate suæ malitiæ de condigno, siue (quod in idem redit) ſm æquiualentiã mereatur pęnam: & hoc propter rationẽ de vtroq; in litera adductam. Tunc &c. Aliud nãque est, nullũ bonum esse irremuneratũ à Deo, & aliud est, nullum bonũ esse sic. i. de condigno, irremuneratum à Deo. Primum est verũ (vt arguitur, & apud oẽs rectè sentientes patet) ſm est falsum, qñ non omne bonum de condigno meretur remunerationem illam (vt prima conclusio docet).

2^m de maiori. Merito. ℞. Vel congrui; vel cõdigni. §. Tũc nihil &c. Nam quærimus in præsenti, vtrũ talia opera meritũ condigni habeant, siue mereantur de condigno: & authoritas illa Matth. 5. loquitur solum de merito congrui. Vnde absque contrarietate conceditur secundum, vt facit secunda conclusio: & negatur primum, vt facit prima.

3^m de conclusione. Meretur. ℞. De congruo non: de condigno. §. Tunc &c. vt patet inspicienti conclusiones primam & secundam. Vide etiam responsionem formalem ad argumentum secundum.

4^m ex Augustino. Dignus. ℞. Dignitate meriti de condigno: non dignitate meriti de congruo. §. Tunc &c. vt patet ex supradictis.

5^m de concl. Mereri. ℞. De cõdigno: nõ de congruo. §. Tunc nihil &c. Licet n. qui nihil est absolutè, nihil possit, nec etiã de congruo, mereri (vt maior argumẽti intelligitur): tamen ille, qui nihil est solum in esse spirituali, põt de cõgruo mereri.

¶Coroll. Ergo duo vltima argumẽta sic (vt præfertur) glossata faciunt pro concl. prima, tanquàm probationes eius: & tria priora faciunt pro secunda.

APPENDIX.

Ex art. habes primò, quomodo per rationem primæ conclus. interimas hæresim Pelagij dicẽtis, mereri posse hominẽ vitã æternã absque gratiæ Dei auxilio. Cum. n. neque ẽt tpalis boni alicuius sint meritoria quantũcũque opera bona nostra extra charitatem facta: patet à fortiori; ꝙ ad merendum vitã æternã requiritur necessariò gr̃a Dei informãs opera nostra. Quòd si Pelagius neget conclusionem illam primam si neget Aug. in 1. arg. contrario adductum, si neget secũdum ibi argum. ex Apostolo tractũ; ratio naturalis in corpore allata ipsũ conuincit: si tñ ratione naturali (vt homo) viuat, & totaliter in brutorũ naturã rationis incapacem non transierit. Id autem, quod nũc de Pelagio dr̃, ad omnes hæreticos applicari posset: qñ rationi naturali à S. Doctore in articulis adductæ acquiescere nollent: cũ ratio naturalis hominẽ, non tantum vt Christianum, sed etiã vt solùm hominem astringat. Secundò igitur habes, quomodo per rationẽ, à fortiori quoque ostendas, Pelagianam illam hæresim meritò damnari ab Apostolo Rom. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ergo bona non ista, vel illa, sed huius tẽporis, i. quæcũque possunt fieri in hoc tpe, quantũ est ex quantitate illorũ operum, non sunt meritoria de condigno futuræ gloriæ, i. vitæ æternæ. Vnde loquit̃ Apostolus de merito condigni, sicut & Pelagius; de operibus ſm se consideratis absque auxilio gratiæ Dei, sicut & Pelagius: & tamen de his ad literam negat, quod Pelagius pro sua superbia affirmat. Item à Conc. Trid. sess. 6. c. 16. Christus Iesus tanq̃ caput in membra, & tanq̃ vitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter virtutem influit: quæ virtus bona eorũ opera semper antecedit, & comitatur. & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata & meritoria, esse possent. Hæc ibi. Nota ly sine qua, & ly nullo peccato; & ꝙ loquitur de operib. iustificatorũ. Ergo à fortiori (ſm Concilium) opera non iustificatorum non possunt sine virtute influxa à Christo esse meritoria vitæ æternæ. Ad merendum igitur (ſm Concilium) oportet operantem esse in gratia, vtpote per ipsam iustificatum, & vltra hoc à Christo influxum virtutis motiuæ ad operandum participare. & hoc est, quod S. Tho. in 1. 2. q. 109. art. 9. catholice determinauit: vbi eum videas, cũ pulcherrimo exemplo Augustini. Item ab eodem Concilio ibidem cano. 2. ibi: Si quis dixerit ad hoc solum diuinam gratiam per Christum Iesum dari, vt facilius homo iustè viuere, ac vitam æternam prome-

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

*Homo ẽt in gr̃a indiget auxilio Dei ad operãdum.*

promereri possit; quasi per liberum arbitrium sine gratia vtrũque, sed ægrè tamen, & difficulter possit; anathema sit. Hęc ibi. Itẽ à &c. vt in 1. par. q. 12. art. 4. & 23. art. 1. & 62. artic. 2. & 82. art. 2. appen. Item à Concilijs Mileuitano ca. 4. 5. 6. & Arausicano c. 3. 6. 7. 8. 25. & à Carthaginensi in epist. ad Papam Innocentium primum, quæ habetur 1. tom. Conciliorum inter epistolas eiusdem Innocentij, & ab Africano ca. 80. Hoc tamen quod dicitur ca. 18. Concilij Arausicani; non est prætereũdum. Debetur merces bonis operib. si fiant; sed gratia Dei, quæ non debetur, præcedit, vt fiant. Neminem, nisi Deo miserante saluari. Hæc ibi. Item damnari à summis Pontificib. Innoc. I. in epist. rescripta ad Concilium Carthaginense, & est epist. in ordine 25. & Cęlestino I. in epist. 1. ad Episcopos Galliæ. Vide tu loca hic citata; ne nimia fiat prolixitas. Tertiò habes: quomodo per rationem secundæ conclusionis articuli ostendas; meritò à Concilio & scripturis fuisse insinuatum, ꝙ per opera extra charitatem facta de congruo aliquid meremur. A Concilio quidem Tridentino id fuit insinuatum, sess. 14. ca. 4. quando de attritione, quæ est opus sine gratia, ait: Quamuis, sine sacramento pœnitentiæ, per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat: tamen eum ad Dei gratiam, in sacramento pęnitentiæ impetrandam, disponit. Hæc ibi. Cum ergo opera etiam alia extra charitatem facta disponant ad gratiam; à fortiori ad bonorum operum assuetudinem, & ad bonorum temporalium adeptionem, valebunt: quoniam disponere ad gratiam, maius est, quàm ista alia duo: triplex ergo bonum huiusmodi opera de congruo merentur. A scripturis verò tale quid insinuatum fuit Exo. primo, & quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit illis domos: & Ezech. 29. Rex Babyloniæ seruire fecit exercitũ suum seruitute magna aduersus Tyrum, & merces non est reddita ei: & infrà dicitur. Erit merces exercitui illius: & dedi ei terram Aegypti pro eo, quòd laborauerunt mihi. Ecce tum obstetricum, tum Regis Babylonis, opera erant extra charitatem facta; & tamen meruerunt de congruo; illorum quidẽ domos, i. rerum temporalium abundantiam, vel prolis fœcunditatem; istius autem terram Aegypti. Si. n. Aegyptus tanquàm merces data est exercitui illius propter seruitutem illam: vtique cum merces correspondeat merito, per ipsam seruitutẽ meruit; at non de condigno, quia extra charitatem fuit, ergo de congruo. Ergo meritum de congruo ex sacris literis (.s. Ezech. 29. sicut & Matth. 5. in respons. ad secundum) habetur. Quartò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, & declaretur.

Ibi Ezec. 29. vide q bonus Dominus.

Meritum cõgrui ex scrip.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum opera prædicta valeant ad mitigationem pœnarum infernalium.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ opera prędicta non valent ad pœnæ infernalis mitigationem, quia sm quantitatẽ culpę, erit quantitas pęnę in inferno, sed opera extra charitatẽ nõ minuunt quãtitatẽ peccati. ergo nec infernalis pęnæ.

¶ 2 Præt. Pœna infernalis quãuis sit dura ratione infinitatis, tamen intensione finita est, sed quodlibet finitum cõsumitur aliqua finita subtractione facta: si ergo opera extra charitatem facta aliquid subtraherẽt de pęna debita pro peccatis, contingeret tantũ multiplicari illa opera ꝙ totalr̃ tolleretur pęna inferni, quod falsum est.

¶ 3 Præt. Suffragia ecclesiæ sunt magis efficacia, quàm opera extra charitatem facta: sed sicut ait August. in Enchirid. Damnato in inferno non prosunt suffragia Ecclesiæ: pœnę ergo multominus per opera extra charitatem facta mitigantur.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in Enchirid. Quia ad hoc prosunt, vt sit plena remissio, vel tolerabilior fiat damnatio.

¶ Præte. Magis est facere bonum, quàm dimittere malum, sed dimittere malum semper vitat pœnam, etiam in eo, qui charitate caret. ergo multo fortius facere bonum.

RESP. Dicendum, ꝙ diminuere pœnam infernalẽ potest intelligi dupliciter. Vno modo, ꝙ quis liberetur à pęna quam iam meruit, & sic cũ nullus liberetur à pęna, nisi sit absolutus à culpa, quia effectus nõ diminuuntur, neq; tolluntur, nisi diminuta, vel ablata causa, per opera extra charitatẽ facta, quia neque culpã tollere, neq; diminuere possunt, pœna inferni mitigari non potest. Alio modo, ꝙ meritum pęnę impediatur, & sic huiusmodi opera minuunt pęnam inferni. Primo, quia homo reatum omissionis euadit, qui huiusmodi opera perficit. Secundo, quia huiusmodi opera aliquo modo ad bonum disponunt, vt homo ex minori contemptu etiam peccata faciat, vel etiã à multis peccatis per huiusmodi opera retrahitur: sed diminutionem, vel dilationem temporalis pęnæ merentur huiusmodi opera, sicut de Achab. 3. Reg. 21. Eodem modo sicut & bonorũ temporalium consecutionem. Quidam autem dicunt, ꝙ diminuunt pęnam inferni, non subtrahendo aliquid de ipsa quantũ ad substantiam: sed fortificando subiectum vt melius sustinere possit. Sed hoc non potest esse, quia fortificatio non est, nisi ex absolutione passibilitatis: passibilitas autem est secundũ mensurã culpæ, & ideo si culpa non minuitur, nec subiectum fortificari potest. Quidam etiam dicunt, ꝙ diminuitur pęna quãtum ad vermen, scilicet conscientiæ, licet non quantum ad ignem. Sed hoc etiã nihil est, quia sicut pęna ignis æquatur culpę, ita & pęna remorsionis conscientię: vnde similis ratio est de vtroque.

ET per hoc patet solutio ad obiecta.

QVAE-

SVPER Q. XLV. Aliàs 14. Art. v.

58

CONCL. 1. Per opera extra charitatẽ facta pęna inferni mitigari non potest; inquantum mitigatio dicit liberationem, vel totalẽ, vel aliqualem, à pęna.

¶PROB. Quia huiusmodi opera neq; tollere culpã, neq; diminuere possunt (cũ sint sine charitate): & nullus liberatur nec totalr̃, nec aliqualiter, à pœna, nisi sit absolutus à culpa (alioquin effectus diminueretur, vel tolleretur, causa non diminuta, neque ablata.

¶CONCL. 2. Per opera extra charitatẽ facta mitigatur pęna inferni; inquantũ mitigatio dicit negationem meriti pœnæ maioris.

¶COROLL. Ergo nullam mitigationẽ positiuam afferunt talia opera respectu pęnæ infernalis, quam iam meruit operans illa (& sic intellexit prima conclusio) sed mitigationem tantum negatiuã, vt ex probationibus secundæ huius conclus. patebit.

¶PROB. 1. Quia homo per talia opera peccatũ omissionis euadit, quod aliàs incurreret. Secũdò, quia sic operãs disponitur ad hoc bonũ; vt ex minori contẽptu peccet, quando peccabit. Tertio, quia sic operans à multis peccatis per hoc retrahitur.

¶NOT. Exemplum primæ huius probationis. Ieiunans in peccato mortali vigiliam de præcepto, euadit reatum omissionis ieiunij: persoluens horas canonicas non incurrit omissionẽ officij canonici. Exemplum secundæ. Iste per illa bona assuescit ad bonos actus morales (art. 4. in corp.) & assuetus ad bonum ex minori contemptu boni mouetur, quando mouetur, in malum. Exẽplum tertiæ. Tempore, quo iste operatur bona hæc, non operatur mala: & per consequens multa peccata, quæ tunc facere posset, non facit. Sic, vltra alios bonos fines, dedit Deus Israelitico populo legem tot præceptis plenam: vt ille populus ad malum pronus multa peccata vitaret, dum tempus in præceptis illis seruandis expensum, etiam sine charitate in faciendis peccatis non consumeret.

¶Con-

¶CONCL. 3. Opera extra charitatẽ facta diminutionem, vel dilationẽ pœnæ tẽporalis, merentur de congruo.

¶COROLL. Ergo huiusmodi opera non solum negatiuè, sed & positiuè, mitigant pœnas temporales.

¶PROB. 1. Quia authoritas de Achab. 3. Reg 21. (vt patet in fine à ly itaque cum audisset Achab. serm. ist. scidit &c.) id mõstrat. Secunda autem pars, s. de congruo, probatr̃: Quia opera ista eo modo, quo merentur bonorũ consecutionem, merentur etiam hæc (patet consideranti rationes arti. 4. quoad secundã conclus. extendendo huc).

¶NOT. Patet ex supradictis (si in vnũ congreges) ar. 4. & 5. quanta mala incurrant peccatores bona moralia omittentes, & quanta bona adipiscantur tum hic tum in futuro bona illa facientes. Nam & carere malo quoddam bonum est, ac proportionaliter tantum: vt puta pęnã diminui est quoddam bonũ maius, quàm ipsam differri, & ipsam omnino tolli maius est, quàm solum diminui.

1^m illatio conclusionis. Ergo nec infernales pęnæ. ℞. Cõceditur & illatio, & totum argumentũ. §. Nihil tamen contra secundam conclusionem quam impugnare intendit: sed est pro prima, vt patet applicanti.

2^m de conclusione. Subtraherent. ℞. Per liberationẽ à pœna debita: non, per impeditionem merendi maiorẽ pęnam. §. Tunc &c. Non enim primo modo subtrahunt (vt prima conclusio docet) quo modo argumentum procedit: sed secundo (vt secunda conclusio monstrat) quẽ sensum arguens non tangit. Militat ergo argumentũ hoc primæ conclusioni, tanquàm sua quædam probatio: sine offensione secundæ.

3^m ex Augustino. Non prosunt. ℞. Quantũ ad liberationẽ à pœna: non, quantum ad impedire, ne pęnam maiorem subeant. §. Eo. s. modo, quo maiorẽ subire possunt.

possunt. Tunc nihil &c. Licet.n. ecclesiæ suffragia magis sint ſm se efficacia, q̃ opera extra charitatem facta; & nullo modo prosint dãnatis: tamen cũ hoc stat, quod opera peccatorum adhuc viuentium facta extra charitatem sibiipsis prosint modo dicto. Nam differẽtia hæc non prouenit ex sufficientia maiori, aut minori (in quo sensu argumẽtum efficaciter concluderet, ꝙ opera extra charitatem nullo modo prodessent ipsis operantibus) sed ex diuersitate status, dãnatorum s. & viuentium. Committitur itaque in argumentando fallacia secundum non causam vt causam.

¶Not. 1. Licet suffragia ecclesiæ nullo modorum hic dictorum prosint dãnatis: tamen aliquo alio modo sobrie intellecto prosunt, quo s. B. Albertus Magnus ordinis Prædicatorũ docuit in suo Compendio Theologicæ veritatis, Venetijs sub eius nomine solenniter impresso annis, mens. dieb. 1483. primo Aprilis, & 1476. quinto Aprilis, & 1485. die 14. Iunij: vt patet ibi in principio expresse per literas authẽticas Patriarchales Venetiarum sub anno 1584. die 7. Maij. Albertus igitur hic re & nomine Magnus in illius Compendij lib. 7. c. 5. cum dixisset, ꝙ suffragia non valent absolute existentibus in inferno, vtpote quia sunt à corpore Christi mystico amputati; & consequenter quia nulla influentia spiritualis puenit ad eos, sicut nec influentia corporalis valet membris à corpore amputatis: post circa finem concludit, ꝙ secundum aliquam considerationem priuatiuè quodammodo, suffragia illa prosunt eis. Verba verò sua sunt hæc. Valent & damnatis in inferno per modum diminutionis: quia quanto plures saluantur per meritum ecclesiæ, tanto pauciores damnabuntur; & ita minor erit pœna per subtractionem consortij illorum. Hæc ibi. Cùm ergo impropriissimè sic valeant damnatis, & ex consequenti simpliciter sit error (secundùm Albertum ipsum) dicere, suffragia valere damnatis: patet, ibi dicta non discordare ab hic determinatis.

Compendio suo, proprio q. de hoc sẽtiat Albertus Magnus.

¶Not. 2. Aduerte, ꝙ authoritas Augustini adducta in primo argumento in contrarium, non loquitur de damnatis inferni, sed de afflictis in purgatorio (vt q. 71. art. 5. ad secundũ patebit). Vnde ibi ly damnatio accipitur large, pro pœna maximè afflictiua. Nec mireris D. Thomam in argumentis, sed contra, afferre quandoque authoritates in veritate minus concludentes propositum; quoniã sufficit ei, ꝙ aliquam apparentiam habeant, sicut ly damnatio, habet apparentiã loquendi de damnatis inferni. Nam argumenta, sed contra, ad alteram partem probabiliter aliquo modo iuxta principale S. Doctoris intentum arguũt: quia in his non semper vt demonstrator, sed vt topice argumentator, vult procedere. Antequàm.n. demonstratoris partes assumat (id quod fit in corp. articuli, ad vtrãq; partem argumentatur) qui locus est totum spacium ante corpus illud (quoniam hoc, scit esse optimam viam ad inuentionem veritatis, vt Philosophus in Topicis habet). Quòd si quandoque aliqua ibi argumenta demonstratiuè cõcludant; hoc non est secundum intentum principale & ordinarium, sed quodammodo per accidens: quoniam officium demonstrandi intendit reseruare proprio loco, i. corpori articuli, & non confundere officia ista ad inuicem, s. demonstrationis, & topici. Hæc pro semper, ceu doctrinæ vniuersalis in huiusmodi, dicta sint. Argumentum secundum in contrarium stat pro secunda conclusione; tanquàm eius probatio.

Autes vniuersale ꝓ ly sed contra.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Amsdorphianorum dicentium; opera bona perniciosa esse ad salutem. Item hæresim Lutheri (Prat. Lutherani) dicentis; opera omnia cuiuslibet, etiã rectè facta quomodocũque esse peccata. Si enim opera bona extra charitatẽ facta tanti valent ad vtilitatẽ nostram (sicuti valent:) vtique nec peccata, nec perniciosa ad nostram salutẽ sunt. Quocirca & 4. & 5. articulorum rationes contra istorũ phantasmata diriguntur, & efficaciter, à fortiori quoque, faciunt. Per ipsas. n. demonstratur; ꝙ talia opera in bonum & nunc & in futuro operantibus cedunt, quod proculdubio maius est, quàm demonstrare solũ ꝙ nec peccata, nec ad nostram salutem perniciosa sunt. Item quia Lutherus etiã de operibus iustorum in charitate factis loquitur, à fortiori confunditur, quando etiã de operibus bonis extra charitatẽ factis demonstratur, ꝙ ad bonum nostrum, & multipliciter sanè, valent; quod de peccatis sentiendum non est, cũ semper ex se de malo in malum trahant. Secundò habes: quomodo per rationem, immo per rationes, à fortiori, ostendas, hæreses illas meritò damnari à Concilio Trid. sess. 6. cap. 11. Constat: eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduersari, qui dicunt: iustum in omni bono opere saltẽ venialiter peccare, aut (quod intolerabilius est) pœnas æternas mereri. Hæc ibi. cano. 25. Si quis, in quolibet bono opere iustum saltẽ venialiter peccare, dixerit: aut (quod intolerabilius est) mortaliter; atq; ideo pęnas æternas mereri, tantumq; ob id nõ dãnari, quia Deus ea opera nõ imputet ad damnationẽ: anathema sit. Hæc ibi. Et cano. 7. Si quis dixerit: opera omnia, quæ ante iustificationẽ fiunt, quacũque ratione facta sint, verè esse peccata; vel odiũ Dei mereri; aut, quanto vehementius, quis nititur se disponere ad gratiã, tanto eum grauius peccare: anathema sit. Hæc ibi. Itẽ damnari à Leone X. in Bulla contra errores Lutheri: quam damnationem

2

nem videas q. 1. ar. 1. & 3. par. q. 68. art. 9. Item Ionæ 3. vbi opera bona Niniuitarum adhuc extra charitatem existentiũ, neque peccata, neque ad salutẽ suam perniciosa, immo salutifera plurimum fuisse testatur scriptura dicens: Vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala; & misertus est super malitiã, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Item damnari à Principe Apostolorum in tota sua sequenti prædicatione, quam Papa sanctus & martyr Clemens I. in epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini enarrat in hæc verba, Bonorum operum (inquit) semina sunt; quantum vnusquisque sapit & potest, totis intimi cordis viscerib. Deum diligere; & proximum, velut seipsum. Abnegare seipsum sibi, vt Iesum Christum Dominum nostrum sequatur; & nihil eius amori præponere; veritatẽ corde, & ore, proferre debere; & totam spem Deo semper cõmittere. Instruebat actus suę vitæ omni hora custodire; & in omni loco Deum respicere: firmiter scire, cogitationes malas cordi suo aduenientes mox ad Christum allidere, & sacerdotib. Domini manifestare. Os suũ à multo, vel prauo, colloquio custodire; & verba vana aut mendacia, non loqui, quia os quod mentitur, occidit animam. Verba diuina libenter audire; & sacerdotibus libenter obtemperare, atque obedientes esse docebat. Prædicationi, & orationi, ac lectioni frequenter incumbere; & eleemosynas veras perficere. Desideria carnis non perficere, sed propriã frangere voluntatẽ: bonũ aliquid in se cum viderit, Deo attribuere, non sibi: & malum à se factũ cognoscat, & sibi imputet. Multum loqui non amare, sed custodire labia sua, ne dolum aut malum loquantur. Diem iudicij timere, gehennã expauere, vitam æternã omni cõcupiscẽtia desiderare. Non occidere; non adulterari, nõ furtum facere; non rem proximi desiderare: non falsum testimoniũ dicere: sed omnes homines honorare; corpus custodire; vanas & caducas non amplecti delitias ieiunium, & vigilias sanctas amare; pauperes recreare, nudos uestire, infirmos visitare, sitientes potare, mortuos sepelire, & diligẽter eorum exequias peragere, pro eisque orare, & eleemosynas dare, dolentes consolari, & suis bonis refouere, & à malis actibus se alienũ facere. Non esse superbum, non vinolentũ, nec multum edacem, nõ somnolentũ, non pigrum, non murmuratorem; quia qui detrahit, non se solũ, sed & multos alios occidit. Iram non perficere; nec iracundiæ tẽpus reseruare: dolum in corde non tenere, nec pacem falsam prætendere. Charitatem nõ derelinquere, nec iurare, ne fortè periurium (quod absit) fiat. Malum pro malo non reddere; nec iniuriam facere, sed factã patienter sufferre. Inimicos diligere: maledicentes se nõ maledicere, sed magis benedicere; & persecutionem pro iustitia sustinere. Castitatẽ habere. Nullũ odio habere: quia, qui odit fratrẽ suum, homicida est. Elationem fugere, zelũ malum non habere, inuidiã non exercere; nec contentionẽ amare. Cum discordantib. ante Solis occasum in pacem redire, & de Dei misericordia nunq̃ desperare. Seniores venerari, & iuniores diligere plebem, & cunctos ecclesiæ ministros Ep̃os tota animi virtute diligere, vt oculos suos, quia oculi sunt illorum. Eorũ pręceptis in omnib. obedire, etiã si ipsi aliter (quod absit) agnat; memores s. illius dominici præcepti, quæ dicunt facite, quæ autẽ faciunt, facere nolite. Ipsi autem Episcopi, si exorbitauerint, ab istis nõ sunt reprẹhendẽdi, vel arguẽdi, sed supportãdi, nisi in fide errauerint. Nullus se extollat erga Doctores, ac magistros suos: quia discipulus super magistrũ esse non debet, nec potest. Nullus velit dici sanctus, anteq̃ sit: sed prius sit, vt verius dicatur. Præcepta Dñi Doctorumq;, ac magistrorum, factis quotidie adimplere, & in Christi noĩe pro inimicis orare, oportet. Obedientia.n. & humiliatio, quæ magistris agitur, Dño exhibetur. Vel dissolutis corde, qui nõ credunt Deo, & resistunt mãdatis eius, & inobediẽtes ac cõtumaces sunt his, qui eius legatione funguntur; & ideo nõ protegentur ab eo. Currite, dum lumen vitæ habetis: ne tenebrę mortis vos cõprẹhendant. Venite filij, audite me, timorem Dñi docebo vos, omnis, qui vult vitam, & cupit dies videre bonos; prohibeat linguã suam à malo, & labia sua ne loquantur dolũ, diuertat à malo, & faciat bonũ, inquirat pacem, & sequatur eam. Timenti Deũ bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicẽt. Hæc ibi Clemens de Petro sic instruẽte. Ergo bona opera esse peccata, & ad salutem perniciosa, etiã si extra charitatem fiant, damnat Petrus; dum omnes, inter quos vtiq; erant, & peccatores, ad opera illa bona facienda hortatur. Similiter in eorundẽ hæreticorum in principio append. dictorum damnationem consentit Clemens ipse per hoc, ꝙ præmissam Petri approbans de operibus prædicationẽ subdit ibidem: Propter quod deprecor te frater charissime; vt doceas attentius hunc prædicationis ordinem, & absolutionum dies, vt saluentur animæ hominum, &c. Hæc ibi. Prolixior fui: quia in prædicatione Petri, & multa bona à nobis agenda expresse docentur, & multæ hæreses condemnentur vltra prædictas (vt per te videbis, si hanc prædicationem contra errores diuersos iuxta, quòd occurrent in appendicibus narrari, vt decet applicaueris). Ad hæc, si placet, vide Roffensem contra Lutheri errores ar. 31. & 32. Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum Petriq;, pro quanto moralia bona etiam extra charitatem facta insinuant operantibus esse vtilia, à fortiori & probes, & declares, & defendas. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim doctrina Angelica præsens consolidetur, & declaretur.

Vtilissima de operib. prędicatio Petri.

De iudicio de gehenna.

Magis.i. multũ benedicere.

Timens Deũ quis sit.

3

4

SVPER

## QVÆST. XLVI. Aliàs 15.

*De his per quæ fit satisfactio, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de his, per quæ satisfactio fit.

CIRCA quod quæruntur tria.

¶Primò, Vtrum satisfactioné oporteat fieri per opera pęnalia.

¶Secundò, Vtrum flagella quibus à Deo in hac vita homo punitur, sint satisfactoria.

¶Tertiò, Vtrum conuenienter enumerétur opera satisfactoria, cum dicitur, quòd sunt tria, s. eleemosyna, ieiunium, & oratio.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum oporteat fieri satisfactionem per opera pœnalia.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd satisfactionem oporteat fieri per opera pœnalia, qa per satisfactionem oportet fieri recompensationem ad diuinam offensam, sed nulla recompensatio videtur fieri p opera pęnalia, quia Deus non delectatur in pœnis nostris. ergo non oportet satisfactionem per opera pęnalia fieri.

¶ 2 Præterea. Quanto aliquod opus ex maiori charitate procedit, tanto minus est pęnale, quia charitas pœnam non habet primæ Io. 4. si ergo oportet opera satisfactoria esse pœnalia, quanto magis sunt ex charitate facta, minus erunt satisfactoria, quod falsum est.

¶ 3 Præte. Satisfacere (vt dicit Ansel.) est honorem debitum Deo impendere, sed hoc etiam aliis quàm operibus pęnalibus fieri potest. ergo satisfactionem non oportet pœnalibus operibus fieri.

SED CONTRA est, quod Greg. dicit: Iustum est vt peccator tanto maiora sibi inferat lamenta, quanto maiora intulit damna per culpam.

¶ Præte. Per satisfactionem oportet peccati vlnus sanari perfectè, sed peccatorum medicinæ sunt pœnæ, vt Philosophus dicit 2. Ethicor. ergo oportet quòd per pęnalia opera satisfactio fiat.

RESP. Dicendum, q satisfactio respectū habet, & ad præteritā offensam, pro qua recōpensatio fit per satisfactionē, & etiā ad futurā culpam à qua per eā præseruamur, & quantum ad vtrūq; exigitur q satisfactio per opera pęnalia fiat. Recōpensatio.n. offensæ, importat adæquationem quē oportet esse eius, qui offendit ad eum in quē offensa commissa est, adæquatio aūt in humana iustitia attenditur per subtractionem ab vno, qui plus habet iusto, & additionem alterius, cui subtractum est aliquid. Deo autē quamuis ex parte sua nihil subtrahi possit, tamen peccator quantū in ipso est, aliquid ei subtraxit peccando (vt dictum est.) Vnde oportet ad hoc q recompēsatio fiat, q aliquid subtrahatur de peccante per satisfactionē, quod in honorem Dei cedit. Opus autē bonum ex hoc q est huiusmodi, non subtrahit aliquid ab operante; sed magis perficit ipsum. Vnde subtractio non potest fieri per opus bonum, nisi pęnale sit; & ideo ad hoc q aliquod opus sit satisfactorium, oportet q sit bonū, & in honorē Dei sit, & pęnale, vt aliqd peccatori subtrahatur. Similiter etiā pœna à culpa futura pręseruat, quia nō facile homo ad peccata redit, ex quo pęnam expertus est. Vnde s̄m Philosophum, pęnæ medicinæ sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, q quàmuis Deus non delectetur in pœnis, vt sunt pęnæ, delectatur tamen in eis vt sunt iustæ, & sic satisfactoriæ esse possunt.

AD SECVNDVM dicendum, q sicut in satisfactione consideratur pęnalitas, ita & in merito consideratur difficultas. Diminutio autem difficultatis ex parte ipsius actus, diminuit (cęteris parib.) meritum, sed diminutio difficultatis ex promptitudine voluntatis, nō diminuit meritū, sed auget. Et similiter diminutio pęnalitatis ex prōptitudine voluntatis, quod facit charitas, non diminuit efficaciam satisfactionis, sed auget.

AD TERTIVM dicendū, quòd debitum pro peccato est recompensatio offensæ, quæ sine pęna peccantis non fit, & de tali debito Anselmus intelligit.

ARTI-

### SVPER QVAEST. XLVI. Aliàs 15. ART. 1.

CONCL. 1. Exigitur, q satisfactio per opera pęnalia fiat, & quantum ad offensam præteritam, & quantum ad culpam futuram.

¶PROB. 1. Quia offensæ præsente recompensatio importat adæquationem (vt in litera); & adęquatio, ex parte offendētis, fit p subtractionem illius rei, q̄ plus iusto habet (patet in iustitia humana). Secunda autem pars, s. & quantū ad culpam &c. probatur: Quia homo nō facile ad peccata redit, ex quo pœnam expertus est (patet ex eo, quòd ideo pœnę vocantur medicinæ).

¶NOT. Probationis primæ partis propositio illa, adæquatio ex parte offendentis, &c. Loquit̄ de voluntate hominis. Offensa.n. fit per hoc, q hoīs volūtas sibi inordinatē cōplacet; vnde offensa dr̄ esse volūtaria, siue s̄m voluntatē: cuius voluntatis cōplacentiā offendēs habuit plus iusto, i. plusq̄ decuit; cum esset inordinata. Vult ergo dicere illa propositio; q adęquatio ex parte offendētis fit p subtractionē alicuius volūtatis hominis, i. complacentię volūtatis eius: & hoc est, qn̄ aduenit aliquid homini qđ voluntati eius s̄m se non placet; quod fit, qn̄ aliqđ pęnale homini contingit: qm̄ pęna s̄m se considerata non tantū non placet voluntati, sed ēt displicet. Hinc est, q in propositio dr̄; contraria contrariis curātur: qm̄ culpa, quæ s̄m voluntatem fuit, regulat̄ per illud, quod cōtra voluntatē est, i. per pœnam. Nam omne, quod cōtra voluntatem s̄m se est, pęna est. Dico ly s̄m se: vt exprimat̄ contrarietas ex parte actus, siue operis: ad differentiam eius ex parte voluntatis charitate, patientia; vel alio bono habitu vestitæ. Pro quo melius intelligēdo; vide hic ad 2. & art. 2. ad primum.

Subtractio ab offendente. 59

¶CONCL. 2. Ad hoc, q aliquod opus sit satisfactorium, oportet q sit & bonum, & in honorem Dei, & pęnale.

¶COROLL. Defectu conditionis primę. peccatū secundum non est satisfactio primi, quāuis secundū sit pęna, primi peccati: defectu secundæ, pœna impatienter supportata non est satisfactio; quia non recipitur in honorem Dei (vide ar. 2. ad secundum): defectu tertiæ suauitas spiritus non est satisfactoria, nisi inquantum habet annexam afflictionem aliquam carnis (vt in art. 3. ad primum.) licet bonum, & in honorem Dei.

¶PROB. 1. Quia opus illud, nisi esset bonum, non placeret Deo offenso. 2. Quia (ly in honorem &c.) opus illud, nisi esset in honorem Dei, non redderetur Deo offenso id; quod ei, quantum fuit in peccante, subtractum est. 3. Quia (ly pœnale) opus illud, nisi esset pęnale, non subtraheret aliquod ab offendente (cum, vt bonum, perficiat eum).

1^m minor. Nulla recōpensatio fit per opera pęnalia. R. Negatur ista. §. Ad probationem dr̄: q quāuis Deus non delectetur in pęnis &c. vt in tex. Ex quo dicas: q sic, & non sic, delectat̄ Deus in perditione impiorū; in inferno damnatorū; q in perditione impiorū erit laudatio, Prou. 11. quòd lætabitur iustus cū viderit vindictam, Psal. 57. & alia huiusmodi.

2^m de concl.^e Pęnalia R. Secundum considerationē ex parte voluntatis: nō s̄m seipsam. §. Tunc &c. Nam conclones articuli, qn̄ satisfactionē dicunt fieri per opera pęnalia, accipiunt pœnalia s̄m se, non ex parte volūtatis. Non n. per hoc volunt dicere, q satisfactio fit p opera sine charitate, aut sine promptitudine volūtatis, facta (qđ esset manifeste falsum, vt arguit̄); sed q fit per opera de se pęnā, seu difficultatē, habentia; & cōsequenter de se ipsam voluntati operantis inferentia. Quod autē de facto inferant ipsam pęnam, seu difficultatē, volūtati: hoc nō est necesse ad satisfactionē; neq; vt sic, ab eisdem conclusionibus intentum.

¶NOT. Cū meritum, satisfactioq; in charitate fundet; & charitas de se, quod difficile est, faciat facillimū, ac suaue: patet, q opera pęnalia sine difficultate, immo cū delectatione, voluntatis exercēs plus satisfacit, atque meretur, q̄ is, qui cum aliqua difficultate, & minori delectatione, volūtatis eadē (seruata paritate operum s̄m se pęnaliū) exequitur. Vide 1. 2. q. 114. art. 4. ad secundū. Exempla pro his melius intelligendis sume de martyribus, qui opera maximè pęnalia tam prompta, alacrique voluntate aggressi facillime cucurrerunt. His ne ex hoc meritum, ac satisfactio (si qua indigebant nōnulli) minorata est? Nequaquam. Cur? Quia facilitas ipsa, atque suauitas, nō ab opere, cum laboriosissimū de se esset, nascebat̄: sed aliunde. i. ex voluntate bono habitu informata. Huius.n. tanta erat in pœnis pro Christo subeundis, præ amore ad ipsum, alacritas; vt operum maximè in se pœnalium difficultatem maximam extingueret; immo (quod mirabilius est) in maximam suauitatem commutaret: vt passim eorum martyria legentibus patet. Simile habes exemplum de heremitis.

Quantitas meriti, & satisfactionis, vnde.

3^m ex Anselmo. Debitum. R. Pro peccato exhibitum: non aliter. §. Tūc nihil &c. Licet enim aliis operib. quàm pęnalib. debitum honorē Deo reddamus, tamen in reddendo debito pro offensa requiritur aliquid plus. Vide q. 12. art. 3.

art. 3. corp. & ad sextum. Vide & quæst. 8. art. 7. pro seruitio articuli huius.

¶ Not. Satisfaciens est in numero pœnitentium; cum satisfactio pro peccato ad pœnitentiam pertineat. Hinc fit: quòd sicut pęnitentia aliquid plus dicit, quàm bona vita (vt alibi dictum est;) ita debitus honor Deo redditus à satisfaciente pro offensa, dicat aliquid plus, quàm debitus honor sine relatione ad offensam eidem redditus. Hoc autem plus, quod dicit, est pœna: vt in textu patet.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem à fortiori interimas hæresim Dosithæi dicentis; viuendum esse solùm secundum carnem, in lege Domini. Si enim viuendum est solum secundùm carnem, iam sequitur propter ly solum: quòd dogma hoc implicat hunc errorem; quòd satisfactio non debet fieri per opera pœnalia, cum hæc (secundùm omnes) sint contraria carni, seu ipsi viuere secundum carnem, & hunc errorem in illo hæretico dogmate includi necesse est: nisi forsan Dosithæus vitare volens hunc, in alium peiorem incidat, scilicet Catharorum (vt refert Cardinalis Turrecremata, de Ecclesia. lib. 4. c. 35.) dicentium; non esse pœnitendum de peccatis. Cæterum hic error damnatus ad sufficientiã intelligitur per ea, quæ dicta fuere quæst. 1. artic. 2. & 6. & quæst. 4. artic. 1. & 2. & quæst. 9. artic. 1. 2. & 3. adiunctis quæst. 7. art. 2. & 3. Nam inde quomodo hoc totaliter timoris Dei destructiuum phantasma, s. de peccatis non est pœnitendum, condemnatur, multipliciter & in textu & in elucidat. habetur: & consequenter ad Dosithæum, si ad hoc confugerit, habes quid dicas. Quòd si non; à fortiori (vt dicebamus) ratione ex articulo sumpta hæresim eius in principio dictam interimere potes. Nam si per opera pęnalia satisfactionem debere fieri demonstraueris; vtique eadem ratione conuinces, quòd tunc temporis multo minus est viuendum secundum carnem, ergo nec semper, ergo nec solum (vt ipse mentiebatur).

2 Secundo habes: quomodo per rationem à fortiori ostendas, brutalem illam Dosithæi hæresim fuisse meritò condemnatam à scripturis. 1. Pet. 2. Charissimi, obsecro vos tanquàm aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desiderijs; quæ militant aduersus animam. Item infrà. Christus passus est pro nobis; vobis relinquens exemplum; vt sequamini vestigia eius. Non dicit, vt viuatis secundum carnem in lege sua. Item ibi 3. Christus mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. Audis: quòd ideo passus est Christus; vt simus mortificati, non autem viuentes secundùm carnem? Item ibi 4. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini: quia, qui passus est in carne, desijt à peccatis: vt iam non desiderijs hominũ, sed voluntate Dei, quod reliquum est in carne, viuat temporis. Ergo, secundum Beatum Petrum, viuens desiderijs hominum, id est secundum carnem, non viuit secundum voluntatem Dei. Ergo dicere; viuendum est secundum carnem solum in lege Domini, est dicere, viuendum est solum non secundum voluntatem Domini in lege Domini. En apertissima fatuitas. Item à Roman. 8. Qui in carne sunt Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis; & infrà. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Item Galat. 5. Qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Ergo Dositheus per suum dogma vult; nos non placere Deo, nos mori, nos non esse Christianos. Item damnatam à Principe Apostolorum in tota sua prædicatione per Papam Clementẽ narrata, & recitata ad longum suprà quæst. 14. art. 5. append. vbi continue fideles hortatur ad viuendum contra desideria carnis. Item à Concilio Trid. sess. 14. in doctrina de sacramento extremæ vnctionis, circa principium capituli: vbi dicit, quòd tota Christiana vita pęnitentia perpetua esse debet. Item à Psal. 18. Lex Domini immaculata. Nam sunt manifestè immunda, s. fornicatio &c. Item ab ipso Domino legis Matth. 16. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Sed, quia & tota scriptura, & omnia Concilia, & omnes summi Pontifices, clamant contra Dositheum; ideo ipsum dimittendo, ad articuli rẽ propriùs accedendum.

3 Satisfactionum magnæ vtilitates: ex Concilio.

Tertiò igitur habes: quomodo per rationẽ ostendas, meritò Concil. Trid. sess. 14. c. 8. dixisse. Diuinam clementiã decet; nè ita nobis absque vlla satisfactione peccata dimittantur, ne occasione accepta peccata leuiora putantes, velut iniurij & contumeliosi Spirituisancto, in grauiora labamur, thesaurizantes nobis irã in die iræ. Proculdubio enim magnopere à peccato reuocant, & quasi freno quodam coercent, hæ satisfactoriæ pœnæ, cautioresq́; & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt, medentur quoque peccatorum reliquijs, & vitiosos habitus male viuendo comparatos contrarijs virtutum actionibus tollunt. Hæc ibi. Vbi nota: satisfactiones dari, nè peccata putentur leuiora; & esse quasi fręnum, & coercere; quæ omnia, immo singula, satisfactionum opera esse pœnalia dicunt. Et infra hoc ipsum docet, inquiens: Neque verò securior vlla via in Ecclesia Dei vnquam existimata fuit ad amouẽdam imminentem à Domino pœnam: quam vt hæc pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc; quòd dum satisfaciendo patimur pro peccatis, &c. Et infrà: Satisfactio fit etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem. Hæc ibi. Nota ly opera pœnitentiæ, ly satisfaciendo patimur ly vindictam, ly castigationem.

4 Item Apocalyp. 2. Memento, itaque vnde excideris; & age pœnitentiam. Quid autem est pœnitere, nisi pœnam tenere; & pęnitentia, nisi tentio pœnæ? Ex ipso igitur nomine, dum satisfactionem vocat pœnitentiam monstrat scriptura; quòd satisfactio fit per opera pœnalia. Vide loca additionum citata suprà in principio appendicis.

5 Quintò habes: quomodo per rationem prædicta sanctorum Patrum, pro quanto satisfactionem decernunt fieri per opera pęnalia, & intelligas, & probes, & defendas.

6 Sextò vides, quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, & declaretur.

---

## ARTICVLVS II.

### *Vtrum flagella præsentis vitæ sint satisfactoria.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd flagella, quibus à Deo in hac vita punimur non possunt satisfactoria esse. Nihil enim potest esse satisfactorium, nisi quod est meritorium, vt ex dictis patet: sed non meremur, nisi per ea, quæ in nobis sunt; cum ergo flagella quibus à Deo punimur, non sint in nobis, videtur quòd satisfactoria esse non possunt.

¶ 2 Præterea. Satisfactio tantum bonorum est: sed huiusmodi flagella in malis inducuntur, & præcipuè eis debentur. ergo non possunt esse satisfactoria.

¶ 3 Prętera. Satisfactio respicit peccata præterita, sed aliquando ista flagella infliguntur illis qui peccata nõ habent, (sicut de Iob patet). ergo videtur quòd non sint satisfactoria.

SED CONTRA est, quod dicitur Rom. 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, id est à peccato purgationem, vt Glos. ibidem dicit. ergo flagella huius vitæ peccata purgant, & sic sunt satisfactoria.

¶ Præterea, Ambros. dicit, Et si fides, id est peccati conscientia desit, pęna satisfacit. ergo huius vitæ flagella sunt satisfactoria.

RESPON. Dicendum, quòd recompensatio offensæ præteritæ potest fieri ab eo, qui offendit, & ab alio. Quando autem fit ab alio, talis recompensatio vindicationis magis quàm satisfactionis rationẽ habet: quando autem fit ab ipso qui offendit, habet rationem satisfactionis. Vnde, si flagella, quæ pro peccatis à Deo infliguntur, fiant aliquo modo ipsius patientis, rationem satisfactionis accipiunt, fiunt autem ipsius inquantum ea acceptat ad purgationem peccatorum eis vtens patienter. Si autem omnino eis per impatientiam dissentiat, tunc non efficiun-

SVPER Q. XLVI. Aliàs 15. Art. II.

60 CONCL. 1. Flagella, quæ pro peccatis à Deo infliguntur, si patiẽter ad purgationem peccatorum acceptentur, rationem satisfactionis accipiunt.

¶ Prob. Quia recõpensatio offensæ præteritæ quando fit ab eo, qui offendit, habet rationem satisfactionis: & tunc fit ab eo qui offendit, quando iste ipsam recompensationem, i. (vt in proposito sitamus) flagella à Deo immissa, acceptat ad purgationem peccatorum suorum flagellis ijs vtẽs patienter (cùm sic flagella fiant ipsius patientis, i. procedant ab eo, qui offendit).

¶ Not. Pro declaratione fundamentali secundæ propositionis categoricæ in antecedente illo hypothetico probationis dictæ, aduerte sequentia: quæ & ad alia multa valent. Assentire, & dissentire, Deo vo-

vocanti per flagella, est nostrum: quoniam liberum arbitrium ad excitationẽ Dei, atq; vocationem (siue per tristia, siue per prospera fiat, siue alio modo) nõ se habet velut quoddã inanime, neque concurrit solum passiuè: vt in Concil. Trid. sess. 6. c. 5. cum anathematizatione contrarij, cano. 4. habetur. Cum itaque acceptare per voluntatẽ liberam, & reijcere flagella diuinitus sibi data sit hominis: sequitur, quòd homo tunc aliquid suũ ponit in flagellis, quando ea patienter voluntariè supportat. Consequẽter ergo flagella ipsa procedunt actiuè nõ tantum à Deo operante, sed etiam ab homine cooperãte. Sic ergo habent rationem satisfactionis, vt dicit in tex. non quia homo ista patitur, sed quia voluntariè (saltem voluntate faciẽte de necessitate virtutem) patitur. De tali voluntate vide quæstionem 12. artic. 1. ad primum,

primum,& quæst.13.art. 1. ad secundum,& hic ad primum.

¶ Concl. 2. Flagella à Deo inflicta,si eis homo per impatientiam omnino dissentiat, non habent rationem satisfactionis; sed vindicationis.

¶ Prob. 1. Quia flagella ipsa tunc non fiunt aliquo modo ipsius patientis ( cũ voluntas renitatur). 2. Quia (ly sed &c.)recõpẽsatio offensæ præteritæ, quãdo fit ab alio,& non ab eo, qui offendit, habet rationem vindicationis.

¶ Not. Vide notationem post probationem primæ conclus. vt facilius capias,quæ dicunt, & implicite continent, à ꝓbatione primę partis conclusionis secũdę.

1^m de minori. Quæ in nobis sunt. ℞. Vel omnino:vel secundum quid. §.Tunc &c. Licet.n.flagella, quibus castigamur à Deo, non sint omnino in nobis, i. in potestate nostra; inquantum s.non possumus vitare illa secundum ꝙ desuper infliguntur (vt argumentũ intendit):in nostra tamen potestate sunt secundum quid: inquantum s.flagellis ipsis possumus (auxilio diuino) vti patienter, & possumus (nostro vitio) vti impatienter.

¶ Not. Vide pro meliori huius intellectu, not. post prob.primæ concl.& loca ibi citata. Ad literam huius responsi quoque exemplificandam sint duo latrones:vno in tempore,iisdem flagellis cũ Domino crucifixi. Nisi.n.flagella essent modo,hic expresso, in eorum potestate;vnus non sufferret illa patienter per voluntariam acceptationem , & alter impatienter per voluntariam repudiationem : sed ambo vel patienter, vel impatienter. Item si flagella ipsa essent omnino in eorum potestate : is, qui à sinistris pendebat, reiecisset realiter illa, sicut eadem reiecerat voluntate .

2^m conclusio. Non possunt esse satisfactoria. ℞. Si impatienter tolerentur :non, si patienter. §. Tũc nihil &c. Nam flagella esse satisfactoria declararunt conclusiones articuli cum illa conditione,si patienter tolerentur: vt habes ex prima directè , ex secunda indirectè . stat ergo simul: quòd satisfactio, quæ mediantibus flagellis fit,tantum sit bonorum : & quòd nihilominus flagella ipsa non sint tantum bonorum.

3^m de maiori. Peccata. ℞. Vel personæ, vel saltem naturæ . §. Tunc &c. Nam quàmuis aliquibus flagella infligantur absque culpa personæ (vt dicit minor:) nulli tamen infligerentur,nisi præcessisset culpa naturæ, i. peccatum primi parentis, quod postea per participationem naturæ humanæ ab ipso originaliter deriuatæ contrahitur. Pro hac re in textu dicta, de culpa & pœna,vide 1.2.q.87.artic.7.

¶ Not. Ad ly satisfactio respicit peccata præterita, respondit sobrie D.Thomas,non addendo ly in se, nec ly in alio. Sciebat enim ꝙ vnus potest satisfacere pro alio, q.13.art.2.& pro se.q.ea.art.1.& ideo nihil earum limitationum addidit. Nam si ad illam argumenti maiorem respondendo addidisset ly in se, exclusisset, quòd innocens possit esse satisfaciens pro alio; si verò addidisset ly in alio exclusisse videretur,ꝙ aliquis possit satisfacere pro se. Concludendum ergo relinquitur,ꝙ textus ex determinatæ limitationis dimissionis,disiunctiuam tacitè insinuauit,vt dicamus. Satisfactio respicit peccata personæ,vel naturæ,præterita; aut in seipso satisfaciente, aut in alio, pro quo ipse satisfacit.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccl. S. Dei.

EX art.habes primò,quomodo per rationem interimas errorem quorundã (vt ex Concil.Trid.infrà patebit) dicentiũ: flagella in præsenti vita hominibus à Deo inflicta non esse satisfactoria. 2 Secundò habes, quomodo per rationem ostendas, hunc meritò damnari à Concil.Trid.sess.14.cap.9. Docet præterea,tantã esse diuinæ munificentiæ largitatem: vt non solũ pęnis,sponte à nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis,sed etiam(quod maximum amoris argumentum est) temporalib. flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum patrẽ per Christum Iesum satisfacere valeamus . Hæc ibi. Et cano.13.Si quis dixerit : pro peccatis, quo ad pęnã temporalem minime Deo , per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis , vel à sacerdote iniũctis &c. anathema sit. Itẽ à scripturis Tob.3. In tẽpore tribulationis peccata dimittis his , qui inuocant te. Hæc verba sunt de flagellis à Deo inflictis; cum sint Sarę mulieris in proposito suæ magnæ afflictionis prolata . Iterum Eccli. 2. Pius & misericors est Deus, & remittit in die tribulationis peccata.Ecce:ꝙ (vt dicebat Concilium Trid.) hoc est argumentum magnæ pietatis, & misericordiæ diuinæ ; flagella s.ab ipso nobis inflicta, patienterq́; tolerata,computari in satisfactiones pro peccatis nostris. Iterum Ecclesiastici 35.Speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis. Item Psal.98.Deus tu propitius fuisti eis,& vlciscens in omnes adinuentiones eorũ. Hoc est. Tu Deus vlciscendo contra peccata eorum, i. pro eis flagellando ipsos, fuisti propitius eis. Vbi insinuatur idem : ꝙ flagella nobis immissa reputantur pro satisfactionibus,si patienter tolerentur:& hoc est magna propitiatione Dei erga nos sic flagellatos. Item Psal.94.Quadraginta annis offensus fui generationi illi, & secundum aliam literam communiter ab Ecclesia pro inuitatorio Psalmo receptã, 40.annis proximus fui generationi. Dicitur autem Deus fuisse proximus generationi illi inquantum erga illam misericordia magna vsus est: dicitur verò eidem fuisse infensus, inquantum illam pro peccatis sæpius flagellauit. Ecce, ꝙ secundum intentum Psalmistæ, tunc fuit proximus,quando ei fuit infensus, i.tunc misericordiã erga illam generationem exercuit,quando ipsam pro delictis castigauit. Et nota; ꝙ non dicit ly propinquus, sed ly proximus : vt ex superlatiuo non qualemcunque, sed maximam,in genere puniendi,peccatores misericordiam illam fuisse cognoscas.& reuera sic est. Nam fuit misericordia inquantum castigationes illas peccatis debitas pro satisfactionibus etiam computari Deus voluit: fuit magna,inquantũ flagellationes easdem locum pœnarum in purgatorio pro iisdem peccatis habendarum (cum tamen incomparabiliter ferme illæ purgatorii præsentes excedant) supplere dignatus est : fuit maxima, inquantum illas ipsas etiam meritorias effecit(quod tamen in purgatorio,cum tanta acerbitate pęnarum,non fit). Exemplum de latrone à dextris crucifixo ; in cuius flagellis hæc triplex Dei misericordia resplenduit. Confirmatur intelligentia hæc ex D.Thom qui super epist. ad Hebr. cap.3.lect.2. exponens ly proximus, postquàm hoc ad diuinam misericordiam retulit,subdit sic : Hoc ipsum temporaliter punire peccatores magnũ misericordiæ signum est. Vnde August. Hic ure,hic seca : vt in æternum parcas. Vbi notabis tu,ꝙ accipitur ly magnum,anthonomatice,i.pro maximo:propter rationem supradictam. Item à lib.2.Machab.6.multo tempore non sinere peccatores ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficii est indicium . Vbi tu & per ly magni,tanquam anthonomatice dicti, intelliges maximi . Redit.n.authoritas illa in idem cũ superiorib. à Psalmo & S.Doctore prolatis. 3 Tertiò habes; quomodo per rationẽ præmissa scripturarum , Sanctorumq́; dicta, pro quanto flagella vitæ præsentis indicant esse satisfactoria, & intelligas, & probes, & tuearis. 4 Quartò uides : quomodo ex iis vicissim doctrina Angelica præsens consolidetur.

---

ciuntur aliquo modo ipsius, & ideo non habent rationem satisfactionis, sed vindicationis.

Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis illa flagella non sint omnino in potestate nostra, tamen quantum ad aliquid sunt, vt s.eis patienter vtamur, & sic homo facit de necessitate virtutem , vnde & meritoria, & satisfactoria esse possunt.

Ad secundum dicendum, ꝙ sicut ex eodem igne (vt Greg. dicit) aurum rutilat, & palea fumat, ita etiam eisdem flagellis, & boni purgantur, & mali magis inficiũtur per impatientiam; & ideo quàmuis flagella sint communia, tamen satisfactio tantum est bonorum.

Ad tertium dicendũ, ꝙ flagella respectum habent ad culpam præteritam semper ; sed non semper ad culpam personæ, sed ad culpam naturæ. Si enim in humana natura nulla culpa præcessisset, nulla pœna fuisset, sed quia culpa in natura processit, personæ alicui diuinitus pœna infertur sine culpa personę ad meritum virtutis, & cautelam peccati sequentis, & hinc etiam duo necessaria sunt in satisfactione. Oportet enim esse opus meritorium, vt honor Deo exhibeatur, & oportet esse virtutum custodiam, vt à futuris peccatis præseruemur.

---

SVPER Q.XLVI. Aliàs 15.Art.iii.

COncl. 1. Eleemosyna, ieiunium, & oratio, conuenienter dicuntur opera satisfactoria. 61

¶ Exam. Ly conuenienter , sumitur etiam pro ly sufficienter; vt ex responsionib. ad argumenta in contrarium facta elicitur .

¶ Prob. Quia p eleemosynam subtrahimus nobis aliquid(bonum s. fortunæ), per ieiunium aliquid (bonum.s.corporis ) per orationem aliquid

## ARTICVLVS III.

*Vtrum conuenienter enumerentur opera satisfactoria.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ inconueniẽter enumerentur opera satisfactoria, cum dicitur ꝙ sunt tria:eleemosyna,ieiunium, & oratio. Quia opus satisfactorium debet esse pœnale, sed oratio pœnam non habet, sed est contra pœnæ tristitiam medicina secundũ delectationem. Vnde dicitur Iac. 5. Tristatur aliquis in vobis, oret, & psallat. ergo non debet computari inter opera satisfactoria.

quid (bonum scilicet animæ) & satisfactio debet esse talis per quã subtrahamus nobis aliquid ad honorem Dei (suprà artic. 1. conclusio. 1. patet).

¶ Concl. 2. Competit etiam prædictus triplex numerus ex parte illa, qua satisfactio peccatorum causas excidit.

¶ Prob. Quia causæ, seu radices peccatorum sunt tres (1. Ioan. 4.) & singula prædictorum operum contra singulas has causas, seu radices ordinatur (patet in textu.)

Concl. 3. Competit etiam prędictus triplex numerus ad hoc; quòd satisfactio est peccatorum suggestionibus aditum non indulgere.

¶ Prob. Quia omne peccatum est, vel contra Deum, vel proximum, vel nosipsos: & oratio assignatur pro satisfactione peccati contra Deum, eleemosyna pro contra proximum, ieiunium pro cõtra seipsum (patent omnia.)

## 1m de maiori.

Pœnale. ℞. Saltem quo ad afflictionem carnis. §. Tunc nihil &c. Nam licet quælibet oratio sit medicina tristitiæ, spiritualem suauitatem habens, tamen connexam carnis afflictionem aliquam habet. Aliqualiter ergo pęnale est tale opus.

¶ Exam. Ly habet afflictionem carnis. Intelligendum est hoc de oratione secundum se considerata, inquantum scilicet illum laborẽ dicit eleuandi mentem in Deum, quæ mens aggrauatur à corpore qđ corrumpitur. Sapien. 9. Quasi diceret litera. Sicut laboriosum esset, aliqđ graue ab imo trahere sursum (vt patet): ita cum oratio sit eleuatio mẽtis à terrena inhabitatione depressę in Deum, laboriosum est orare. Huic verò literæ sic intellectæ non sufficit id; quòd quandoque ex redundantia suauitatis spiritus habitæ in oratione recreatur etiã caro, iuxta Psal. 27. refloruit caro mea & ex voluntate mea confitebor ei: & Psal. 83. Cor meũ, & caro mea exultauerunt in Deum viuum, hoc inquàm dictis non officit: quia de rebus nunc loquimur secundum se consideratis, non quatenus à feruore charitatis dependent. Ad quod magis penetrandum vide ar. 1. ad secundum: vbi de pœnalitate omnium operũ satisfactoriorum, & consequenter de oratione, in communi agitur; taceo regulam illam vniuersalem, quòd s. quando de aliqua re tractatur, de ea secundum se tractari semper intelligitur; nisi aliud à tractatore, vel per contextum, vel aliàs exprimatur. Alioquin semper, remota præsenti regula, in ancipiti versaremur; & dubitationum inde emergentium, quandoque etiam propter inobseruantiam regulæ præmissæ insolubilium, non esset finis: quorum vtrumque est inconueniens.

Regula valens ad multa.

niens. Stat igitur solida literæ sententia: ꝙ oratio secundum se, & consequenter quòd quælibet, (dummodo sic sumatur) est opus pęnale, i. laboriosum.

## 2m de maiori.

Carnale. ℞. Vel in delectatione carnis, vel in ad carnem ordinatis, completum. §. Tũc nihil &c. Nã loqui intelligitur conclusio articuli de carnali vtroq; modo sumpto, quando & pro satisfactione assignat ieiunium, & eleemosynã. Hieronymus autem de carnali primo modo tantum accepto loquitur, quando ieiunium (tacita eleemosyna) ei pro remedio affert. Largius ergo loquente conclusione, & strictius Hieronymo, nulla sit discordantia ab vtroque dictorum.

¶ Not. Quòd peccatum, si ordinetur ad carnem, i. ad aliqđ commodum carnis, licet nõ compleatur in delectatione carnis, dicatur (vt ait litera) carnale, habetur expresse Gal. 5. Manifesta (inquit) sunt opera carnis; quæ sunt fornicatio, immũditia, &c. auaritia, dissensiones, sectæ, &c. Ecce; quòd enumerat auaritia ibi (vt hic) inter opera carnis: & (quod minus videbatur) dissensiones, sectæ, id est schismata, hæreses. Ratio est: quia huiusmodi ad commodum temporale, & maxime principatus & gloriæ, ordinantur. Vndè Augustinus in lib. de vtilit. creden. hæreticum ab eius fine vltimo diffiniens, & proportionaliter schismaticum, ait; quòd hæreticus est, qui alicuius tẽporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusque sui gratia, falsas ac nouas opiniones, vel gignit vel sequitur.

Scopus hęreticorum, & schismaticorum.

## 3m illatio conclusionis.

Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Ratio est: non ꝙ eleemosyna debite facta non mũdet omnia peccata; sed quia cõgruenter applicantur horum trium singula & singulis peccatis, & singulis peccatorum radicibus, & singulis bonis per satisfactionẽ à peccatore subtrahendis; vt ex conclusionibus patet.

¶ 2 Præterea. Omne peccatum, vel est carnale, vel spirituale, sed sicut dicit Hieron. Ieiunio sanantur pestes corporis, oratione pestes mentis. ergo nõ debet esse aliquod aliud opus satisfactorium.

¶ 3 Præterea. Satisfactio est necessaria ad emundationem peccatorum, sed eleemosyna ab omnibus peccatis emundat, Luc. 11. Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. ergo alia duo sunt superflua.

Sed contra. Videtur ꝙ debeant esse plura. Quia contraria contrariis curãtur, sed multo plura sunt peccatorum genera, quàm tria. ergo debent plura satisfactoria operà computari.

¶ Præterea. Peregrinationes etiam iniunguntur pro satisfactione, & disciplinæ, & flagellationes, quæ non computantur sub aliquo horum. ergo insufficienter enumerantur.

Resp. Dicendum, quòd satisfactio debet esse talis, per quam aliquid nobis subtrahamus ad honorẽ Dei; nos autem non habemus, nisi tria bona, scilicet bona animæ, & bona corporis, & bona fortunæ, scilicet exteriora. Ex bonis quidem fortunæ subtrahimus nobis aliquid per eleemosynam, sed ex bonis corporalibus per ieiunium, ex bonis autem animæ, non oportet quòd aliquid subtrahamus nobis quantum ad essentiam, vel quantum ad diminutionem ipsorum, quia per ea efficimur Deo accepti, sed per hoc quòd ea submittimus Deo totaliter, & hoc fit per orationem. Competit etiam iste numerus ex parte illa, qua satisfactio peccatorum causas excidit, quia radices peccatorum tres ponuntur, primæ Ioan. 4. scilicet concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Contra concupiscentiam carnis ordinatur ieiunium, contra concupiscentiam oculorum ordinatur, eleemosyna, contra superbiam vitæ ordinatur oratio, vt Augustinus dicit super Matthæum. Competit etiam ad hoc, quod satisfactio est peccatorum suggestionibus aditum non indulgere. Quia omne peccatum, vel in Deum committimus, & contra hoc ordinatur oratio. Vel in proximum, & contra hoc eleemosyna. Vel in nos ipsos, & contra hoc ordinatur ieiuniũ.

Ad primum ergo dicendum, quòd secũdum quosdam duplex est oratio, quædam quæ est contemplatiuorum, quorum conuersatio in cęlis est, & talis, quia totaliter est delectabilis non est satisfactoria. Alia est, quæ pro peccatis gemitus fundit, & talis habet pœnam, & est satisfactionis pars. Vel dicendum melius, quòd oratio habet rationem satisfactionis: quia quamuis habeat suauitatem spiritus, habet tamen afflictionem carnis, quia (vt dicit Gregorius super Ezech.) Dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmamur ꝓculdubio fortitudo carnis, vnde & neruus fœmoris Iacob ex lucta angeli emarcuisse legitur, Genes. 32.

Ad secundum dicendum, ꝙ peccatũ carnale dicitur dupliciter. Vno modo quod in ipsa delectatione carnis completur, vt gula, & luxuria. Alio modo, quod completur in his, quæ ad carnem ordinantur, quamuis nõ in delectatione carnis, sed in delectatione animæ magis, vt auaritia. Vnde talia peccata sunt quasi media inter spiritualia, & carnalia, & ideo oportet, quòd eis etiam aliqua satisfactio respõdeat propria, scilicet eleemosyna.

Ad tertium dicendũ, quòd quãuis singula istorum per quãdam conuenientiam singulis peccatis appropriẽtur, quia congruũ est in quo quis peccauit, vt in hoc puniatur, & ꝙ peccati commissi per satisfactionem radix abscindatur: tamẽ quodlibet horum pro quolibet peccato satisfacere potest. Vnde ei qui non potest vnum ex his perficere, iniungatur aliud, & pręcipuè eleemosyna aliorũ vices supplere potest, inquantũ alia satisfactionis opera per eleemosynã quisque sibi meretur quodammodo in illis eleemosynam tribuit. Vnde non oportet, quòd si eleemosyna omnia mundat peccata, ꝙ propter hoc aliæ satisfactiones superfluant.

Ad

¶ Not. Ex eo, ꝙ per vnam viam aliquid sufficienter fit, non sequitur, ꝙ alia sit superflua, si per eam huic iunctam illud idem magis sufficienter & conuenienter fiat. In cuius signum illud Philosophi pronunciatum, quod potest fieri per pauciora, non debet fieri per plura, ex eodem Philosopho rectè (1. Physicorum) intellecto glossatur sic; quod potest æquè bene fieri per pauciora, non d. f. p. p. Propterea textus rectè negat illationem; etiam ꝙ admittat, eleemosynam omnia mundare peccata. Ne tamen ex hoc dicto de eleemosyna cadas in errorem pestiferum quorundam; vide infrà appendicem tertio loco de hoc monentem.

**4m minor.** Multo plura sunt peccatorum genera, quàm tria. ℞. Reducibilia tamen ad illa. §. Tunc &c. Sufficit namque conclusionibus articuli, quòd omnia, quotcumque sint, reducantur generaliter ad tria: quoniam quando de tribus solummodo loquuntur, hoc intentum habent.

Ad quartum dicendum, ꝙ quãuis sint multa peccata in specie, tamé omnia alia ad illas tres radices, vel ad illa tria peccatorum genera, quibus diximus dictas satisfactiones respondere, reducuntur.

Ad quintum dicendum, ꝙ quicquid ad afflictioné corporis pertinet, totum ad ieiunium refertur, & quicquid in proximi vtilitate expenditur, totum eleemosynæ rationem habet; & similiter quæcumque latria exhibeatur Deo, orationis accipit rationem, & ideo etiam vnum opus potest habere plures rationes satisfaciendi.

QVAE-

*Eleemosyna, ieiuniũ, & orõ contineẽt multa.*

**5m de antecedente.** Non computatur. ℞. Explicitè: non, implicitè. §. Tũc &c. Nam per eleemosynã intelligunt conclusiones quicquid ad proximi vtilitaté fit; per ieiunium quicquid ad corporis pertinet afflictionem; per orationé quicquid latriæ Deo exhibetur: inter quorum aliqua profectò continentur ea omnia, quæ in argumento adducta sunt.

*Error cauendus.*

¶Coroll. Ergo propter hoc (vt in tex. calce dicitur) etiã opus vnum potest habere plures rationes satisfaciendi. Hoc est. Potest oratio (puta) habere vicem ieiunij, inquantum ad carnem affligendam fit; & eleemosynæ, inquantum pro vtilitate proximi fit, & orationis, inquantum ad Deum latria honorandum dirigitur. Non tamen hinc te decipias, credens Ecclesiæ præcepto, vel pœnitentiæ à confessario iniunctæ, de ieiunio satisfacere, quando non ieiunare, sed loco ipsius orare propria authoritate, volueris. Non enim hoc docetur hic: sed illud tantum, quod expressum est.

## APPENDIX.

*Vtilitas pro Eccl. S. Dei.*

Ex art. habes primò: quomodo per rationem interimas hæreses Iouiniani (Prat. Lutherani) dicentis: ieiuniũ nullius esse meriti apud Deum: item Pelagij dicentis: orationẽ prorsus esse inutilem, nulliusq; virtutis. Qua. n. ratione probatur, & ieiunium, & orationẽ esse opera satisfactoria; eadem probãs, ꝙ sunt alicuius virtutis, & meriti; cum satisfactio sit actus virtutis, q. 12. art. 1. & opus meritoriũ, q. 14. art. 2. & q. huius art. 2. primum. Secundò habes: quomodo per rationẽ ostendas, meritò damnari prædictas hæreses à Cõcil. Trid. sess. 6. c. 14 sic. Docendum est, Christiani hominis pęnitentiam post lapsum continere cessationẽ à peccatis, eorum detestationem cor contritum, & humiliatum: eorundem sacramẽtalem confessionem, itemq; satisfactionẽ, per ieiunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia. Hæc ibi. Vbi ieiunium, orationemq; esse vtilia, & alicuius virtutis, ac meriti, determinari vides per hoc, ꝙ satisfactoria decernuntur: & alia quoque pia exercitia (quod est pro confirmatione responsionis ad quintum) in satisfactionem computari. Et sess. 14. cano. 13. Si quis dixerit: pro peccatis, quo ad pœnam tẽporalem, minime Deo per Christi merita satisfieri pęnis, &c. vt ieiunijs, orationibus, eleemosynis, vel alijs etiã pietatis operib. atq; ideo optimã pœnitentiam esse tantum nouam uitam; anathema sit. Hæc ibi. Vbi vides id, quod suprà, & vlterius anathematismum contra negantes ista esse satisfactoria, atque ideo nullius meriti, virtutis, vel vtilitatis. Item à Conc. Carthag. 4. c. 85. Baptizandi, diu sub abstinentia vini, & carnium, crebra examinatione baptismum percipiant. Hæc ibi, & recitantur de consecrat. dist. 4. Ergo ieiunium, immo est abstinentia, est ad vtilitatem, & alicuius virtutis, ac meriti. Item à Concilio Telensi, in rescripto ad Siritium Papam, contra Iouinianistas. Non in indulgentia corporis, non in honore aliquo ad saturitatem & diligentiam carnis, non in desiderijs erroris, sed in spiritu, quo renouamur, esse viuendum. Si parum est, quod Apostolus dixit; Audiant Prophetam dicentem, & operui in ieiunio animam meam. Ergo, qui non ieiunat, intectus & nudus est: patet vulneri. Denique si Adam se texisset ieiunio, non fuisset nudus effectus. Niniue se à morte ieiunio liberauit. & ipse Dominus ait: Non eijcitur hoc genus dæmoniorum, nisi per orationem & ieiunium. Hæc ibi. Vbi etiam de oratione habes: quòd est alicuius vtilitatis, & virtutis; cum dæmonium exagitet, ac expellat. Item à Papa Siritio; vt ex eodem rescripto habetur. Itaque Iouinianum, Germinatoré, Fœlicem, Plotinum, Geminialem, Martialem, Ianuarium, & Ingeniosum, quos sanctitas tua damnauit, scias apud nos quoque secundum iudicium tuum esse damnatos. Hæc ibi. Audiuimus modo ex Augustino in de fide cathol. quòd capitula, seu dogmata illa non possunt recipi; quorum damnatur authoris. Item à scripturis multis, quarum tu loca videbis. Nam populus Hebræus, ieiunio à Samuele indicto in Masphat, hostes superauit. 1. Regum 7. & Achab ieiunio, sacco, lachrymis suorum veniam criminum obtinuit. 3. Regum 21. & Iudith ieiunio afflicta Holofernem prostrauit, Iudith. 9. & Daniel trium hebdomadarum ieiunio, visionem Domini intellexit, Daniel. 10. & Hester post triduanum ieiunium furorem Assueri in mansuetudinem conuertit, Hester. 4. & Machabæus contra Gorgiam pugnaturus, ieiunio sese armans, victoria potitus est. Quid? Saluator noster, qui nos solùm vtilia, ac virtuosa docuit, ieiunium nobis exemplo suo commendauit Matth. 4. & ieiunij modum nobis iniunxit, vt scilicet ieiunium nostrum vacaret ab hypochrisi, & vana gloria, Matth. 6. & ieiunium futurum in nobis prædixit, inquiens Luc. 5. Venient dies, in quibus auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Item à Cælestino I. Papa, in epistola ad Episcopos Galliæ, in qua errores Pelagij damnat, sic. Orationes Ecclesiæ gratiam Christi resonant; qua genus humanum reparatur, & ab æterna damnatione reducitur. Hæc ille in sententia. Item apertissimè à Christo Domino Lucæ 18. Oportet semper orare, & nunquam deficere. Item Act. 10. Corneli, orationes tuæ ascenderunt ante conspectum Domini: & nunc mitte, & accersi Simonem qui vocatur Petrus; hic dicet tibi, quid te oporteat facere. En à fortiori. Iste Cornelius nondum erat actualiter baptizatus; & tamen orationes suæ tam vtiles ei fuerunt: vt salutis notitiam pleniorem his mediantibus habere promeruerit. Tertiò hãbes: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum, quòd eleemosynæ sunt satisfactoriæ, in Concilio quinto Constantinop act. 1. sic. Eleemosynis fidelibus expurgari peccata didicistis. Hæc ibi. Item Tob. 4. Eleemosyna ab omni peccato, & morte, liberat: & non patietur animam ire in tenebras. Item Ecclesiast. 3. Ignem ardentem extinguit aqua; & eleemosyna resistit peccatis. Item ibi 29. Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Item iterum Tob. 12. Eccles. 3. 4. 7. 17. & Daniel. 4. Matth. 6. Luc. 11. 12. Actu. 10. 24. Propter authoritatum tamen præmissarum occasionem, præsertim Tob. 4. Eccles. 3. caue diligenter: nè incidas in errorem quorundam, ab Augustino de ciuit. lib. 21. c. 22. recitatorum, dicentium; ꝙ eleemosynæ sunt tantæ virtutis: vt qui eas exercuerit, quantumlibet criminosè, & nefariè viuat, æternum tamen supplicium non est habiturus. Caue etiam; inde ne impingas in scandalosam illam propositionem nonnullorum, recitatam ab Alfonso Cast. de iusta hær. punitio. lib. 1. cap. 3. dicentium, ꝙ eleemosynam pauperibus elargiri est maioris meriti, quàm eleemosynã pro Missæ sacrificio offerre. Nam primum damnat apertissimè Apostolus 1. Cor. 13. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperũ, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Nota ly omnes, ly meas, ly cibos, ly pauperum, ly nihil. s. ad vitam æternam promerendam, & supplicium æternum euadendum. Item illud damnat Concilium Cabilonense 2 cap. 36. sed nec hoc prætereundum putauimus: ꝙ quidam ex industria peccantes, propter eleemosynarum largitionem, quandam sibi promittunt impunitatem. Eleemosyna extinguit peccata (iuxta illud, ignem ardenté extinguit aqua, & eleemosyna extinguit peccata): sed ea, quæ aut necessitate, aut casu, aut qualibet fiunt fragilitate. Ea verò, quæ ex industria, aut cuiuslibet libidinis explendæ causa iccirco fiunt, vt eleemosynis redimantur, nequaquam eis redimi possunt: quia, qui hoc perpetrant, videntur Deum mercede conducere, vt eis impune peccare liceat. Non ergo quis iccircò peccare debet, vt eleemosynam faciat: sed ideo eleemosynam facere debet, quia peccauit. Mentem. n. & corpus, quæ libido traxit ad culpam, afflictio, & contritio debet reducere ad veniam. Hæc ibi. Ex his quoque rectè glossato tu illud Tobiæ 4. cum dicit; ꝙ eleemosyna non patietur, animam ire in tenebras. Vel etiam intellige sic; ꝙ eleemosyna, quantum est de se, &c. non autem, si aliàs male viuatur. Vide q. 14. art. 3. appen. & q. 15. artic. 1. appen. & prima par. q. 87. art. 2. appen. Disputat & August. lib. de ciuit. 21. c. 27. contra prædictum errorem à se de alijs recitatum suprà. Porrò propositionem illam scandalosam redarguit ratio hęc (vt omnia alia omittamus). Nam illa (vt cuique patere potest) à sacrificio Missæ, reuerentiaque eius, auertit. Si enim populus credat, minoris meriti esse Missæ sacrificium, quàm eleemosynam: tunc populus reuerebitur minus, quàm oportet, illud sacrificium; & consequenter non tam frequenter, vt nunc facit, illud celebrari faciet; sed vnam Missam (vt euomuit Lutherus) vni populo affirmabit esse satis. Redarguit etiam atque damnat hanc Concil. Trident. sess. 22. decreto de obseruandis, & euitandis, in celebratione Missæ. Quòd si necessariò fatemur, nullum aliud opus adeò sanctum, ac diuinum à Christi fidelibus tractari posse, quàm hoc ipsum tremendum mysterium, quo viuifica illa hostia, qua Deo patri reconciliati sumus; in altari per sacerdotes quotidie immolatur: satis etiam apparet, omnem operam & diligentiam in eo ponendam esse; vt quanta maxima potest interiori cordis munditia & puritate, atque exteriori deuotionis, ac pietatis specie peragatur. Hæc ibi. Nota ly tam sanctum, ly tam diuinum, ly interiori, ly exteriori. Missa ergo, secundum Concilium, nil sanctius, nil diuinius; nil tanta interiori, exteriorique deuotione tractandum. Quarto uides: quomodo ex ijs prædictis vicissim Angelica hæc doctrina declaretur, & consolidetur.

*Margin notes:* 2 — *Coloss. 2. Ephes. 4. Psal. 68.* — *Matth. 17. Mar. 9.* — *De ieiunio.* — 3 — *De eleemosyna.* — *Cauendi duo errores dãnati.* — *Peccare cum prætextu veniæ &c.* — 4

## QVÆST. XLVII. Aliàs 16.

*De suscipientib. pœnitentiam, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerádum de suscipientibus pœnitentiam.

CIRCA quod tria quæruntur.

¶ Primò, Vtrum pœnitentia possit esse in innocentibus.

¶ Secundò, Vtrum in sanctis, qui sunt in gloria.

¶ Tertiò, Vtrum in angelis bonis, seu malis.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum pęnitentia possit esse in innocentibus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in innocentibus pœnitentia esse non possit: Quia pœnitentia est commissa mala plangere, sed innocentes nullum malum commiserunt, ergo in eis pœnitentia non est.

¶ 2 Præt. Pęnitentia ex suo nomine importat pœnam, sed innocentibus non debetur pęna. ergo non est in eis pœnitentia.

¶ 3 Præt. Pœnitentia in idem coincidit cũ vindicatiua iustitia, sed omnibus existentibus innocentibus vindicatiua iustitia locum non haberet. ergo nec pœnitentia: & ita non est in innocentibus.

SED CONTRA. Omnes virtutes simul infunduntur, sed pœnitentia est virtus. cum ergo in baptismo innocentibus infundãtur aliæ virtutes, infunditur etiam pœnitentia.

¶ Præt. Ille, qui nunquam fuit infirmus corporaliter, dicitur sanabilis; ergo & similiter, qui nunquàm fuit infirmus spiritualiter: sed sicut sanatio in actu à vulnere peccati non est nisi per actum pœnitentiæ, ita nec sanitas nisi per habitum. ergo ille, qui nunquàm habuit infirmitatem peccati, habet habitum pęnitentiæ.

RESPON. Dicendum, ꝙ habitus medius est inter potentiam, & actum, & quia remoto priori, remouetur posterius, non autem econuerso, ideo remota potentia ad actũ, remouetur habitus, non autẽ remoto actu, & quia subtractio materię tollit actum propter hoc, ꝙ actus non potest esse sine materia in quã transit, ideo habitus alicuius virtutis cõpetit alicui, cui non suppetit materiã, propter hoc ꝙ suppetere potest, & ita in actum exire, sicut pauper homo potest habere habitũ magnificentiæ, sed non actũ, quia non habet magnificationem diuitiarum, quæ sunt materia magnificentiæ, sed potest habere habitum; idèo cum innocentes in statu innocentiæ non habeant peccata commissa, quæ sunt materia pęnitentiæ, sed possunt habere, actus pœnitentiæ in eis esse nõ possunt, sed habitus potest, sed hoc si gratiam habeant, cum qua omnes virtutes infunduntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quamuis non commiserint, possunt tamen committere; & ideo eis habitum pęnitentiæ habere competit: sed tamen habitus iste nũquàm in actum exire potest, nisi forte respectu venialiũ peccatorum, quia peccata mortalia tollunt ipsum; nec tamen est frustra, quia est perfectio potentiæ naturalis.

A D

### SVPER QVAEST. XLVII. Aliàs 16. ART. I.

CONCL. Actus pœnitentiæ in innocentibus esse non potest, sed habitus, si tamen gratiam habeant.

¶ NOT. Hoc est (ad quæsitũ verbaliter respondendo). Pęnitentia, quò ad actũ, in innocentibus esse nõ potest; sed quò ad habitũ: si tamen gratiam habeant.

¶ PROB. primò: Quia innocentes, in statu innocentię, non habẽt materiam pęnitentię (cum nõ habeant peccata cõmissa): & subtractio materiæ tollit actum (cum actus nõ possit esse sine materia in quã transit). Secunda autem pars, s. sed habitus &c. probaẽ: Quia innocẽtes possunt habere materiã pęnitẽtiæ (cùm possint habere peccata commissa); & habitus alicuius virtutis competit alicui propter hoc, ꝙ ei materia illius suppetere põt (patet per exemplũ de paupere magnifico): Tertiò, quia (ly si tñ &c.) omnes virtutes cũ gratia infunduntur: & pœnitentia est virtus.

62

¶ COROLL. Ergo de puerulis non baptizatis, quamuis sint innocentes ab omni peccato actuali (sic n. etiam innocentia nũc accipitur) non intelligitur cõclusio, neque probatio: quoniam illi nõ habent gratiam, cum sint in peccato mortali originali. Ergo de ijs baptizatis intelligitur. Ergo & de primis parentib. ante peccatum multo magis intelligitur: quoniã hi & innocentes omnino erãt, & in gratia creati, 1. par. q. 95. art. 1. Ergo pœnitentia virtus in primis parentibus tunc fuit ẽm habitũ tñmodo; nõ qa nõ hñent vsum liberi arbitrij, sed propter antedictã probationem. Est in puerulis baptizatis sic tantummodo, & propter præmissam probationem, & propter carentiam vsus liberi arbitrij non est vllo modo in non baptizatis, & quia non habent gratiam, & quia carent vsu liberi arbitrij. Hoc ex superabundanti, de vsu liberi arbitrij dictum sit: quoniam habere, vel non habere talem vsum (licet ad pœnitentiæ actum concurrat. 1. 2. q. 113. art. 5.) non est obiectum pęnitentiæ; secundum quam solam considerationem, tanquàm ex proprijs, loquitur S. Doctor.

¶ NOT. In probatione peccata commissa dicuntur materia pœnitentiæ virtutis; quoniam de peccato cõtracto, i. originali non est, quæst. 2. art. 2. sed de omni actuali, quæst. 2. art. 3. Dicitur etiam ibi, quòd omnes virtutes cum gratia infunduntur, de quo vide 1. 2. q. 65. per totum: & quòd pœnitentia est virtus, pro quo vide quæst. 1. artic. 2. & 3. par. quæst. 85. art. 1. Ex hoc dicto vltimo in probatione notabis: quod hic sermo fit de pœnitentia, vt est virtus; immo & in tota præsenti quæstione. Non enim pœnitentia, vt sacramentum, nominatur artic. 1. 2. & 3. sed semper pœnitentia virtus. Hinc titulus quæstionis, à nescio quo deuastatus, videtur corrigendus, vt pro ly hoc sacramentum posthac imprimatur sic. De suscipientibus pœnitentiam in tres. Deinde considerandum est de suscipientibus pœnitentiam.

1m de maiori. Commissa plangere. ℞. Secundum ꝙ commissa sunt: non aliter. §. i. si commissa sunt actu, ea plangere actu; si commissa sunt in potentia, plãgere in potẽtia, i. habere propositũ plangendi ea actualiter, si de facto aliquando committerentur. Tunc &c. Ad hoc enim, quòd innocentes peccata plãgant secundum illud antedictum propositum, non est necesse: ꝙ de facto commiserint peccata: sed sufficit, ꝙ illa committere potuerint. Nam sic plangunt ea secundum ꝙ à seipsis commissa sunt: & sic ipsos peccata solum plangere intendit conclusio. dum in ijs habitum tantummodo pœnitentiæ ponit.

¶ NOT. 1. A ly sed tamen habitus &c. respõdet tacitę obiectioni; quæ ex nunc responsis posset fieri sic. Habitum pęnitẽtiæ innocentibus competere dicis: ergo habitus hic quandoque exibit in actum; cum frustra sit illa potentia, quæ non reducitur ad actum. Respondet primo ad cõsequentiam, negando cũ aliqua limitatione illã per hoc, quod dicit, sed tamen habitus iste &c. & reddit rationem talis negationis, per ly quia peccata mortalia tollũt ipsum. Respondet secundo ad probationẽ illius consequentiæ, negando ipsam, per ly nec tamen est frustra: & huius negationis assignat rationẽ, per ly quia est perfectio &c.

¶ NOT. 2. Circa primũ istorum s. negationẽ consequentiæ cũ ratione sua, aduerte: per hoc haberi: ꝙ ille habitus est quædã virtus in anima concomitãs gratiam, inquantũ veniente gratia venit (vt in probatione conclus. dictum est) & desinẽte illa desinit (vt hic significaẽ per ly peccata mortalia tollunt ipsum;) & hæc virtus vocatur pęnitentia. Sicut autem vnaquaqꝫ res propriã inclinationem habet ad aliquid) vt ignis ad moueri sursum: (ita & hæc pœnitentia virtus habet propriã inclinationem ad hoc, ꝙ dolere (vt decet) de peccato vult, si committere peccatũ contingat. Remota verò virtute, remoueri oportet & ipsam eius inclinationem: quemadmodũ destructo fundamento, ædificiũ necessariò corruit. Cum igitur ad remotionẽ gratiæ, quæ per mortale peccatũ tollitur, remoueatur & illa virtus (vt 1. 2. q. 6. ar. 2.) sequitur de necessitate, ꝙ ipsa eadẽ numero tunc nõ poterit exire in actum hunc, quod s. actualiter doleat de mortali cõmisso. Nam ipsa tunc nõ est amplius: sed mox, cũ sua illa inclinatione desijt. Siue ergo, per ly habitum, intelligas ipsam virtutẽ infusam, quæ pœnitentia dicitur; siue eius inclinationem: habitus ille (vt in textu dicitur) nunquàm in actum respectu peccati mortalis exire potest.

Habitus in conclusione dictus.

¶ Circa secundum in prima notatione dictorum, s. negationem probationis illius consequentiæ, &c. aduerte: per hoc haberi; quòd illa propositio vulgatissima, s. frustra est illa potentia quæ non reducitur ad actum, multipliciter limitari potest; vt non sit frustra, etiam quòd nunquàm reducatur ad actum. Primò, si illa potentia aliquod aliud officium habeat, præter hoc, quod est referri ad actum. Secundò, si illa referatur ad plures actus. Tertiò, si illa referatur saltem conditionaliter ad aliquem actum.

Frustra est &cęt. quomodo verificetur.

¶ Ad primum enim horum significandum, dicitur hic, quòd iste habitus, etiam quòd non reducatur ad actum, non est frustra; quia est perfectio potentiæ naturalis, ac si dicatur. Habitus iste habet aliud officium, vltra hoc, quòd referatur ad exire in actum: quod quidem officium est perficere potentiam naturalem: & ideo, cum perficiat potentiam ipsam, est enim in voluntate, vt in subiecto, 3. p. quæst. 85. artic. 4. non est frustra: quia non est totaliter ociosus.

Ad se-

Ad secundum verò eorundem significandum dicitur hic: quòd iste habitus in actum exire potest respectu venialium peccatorum. Ac si dicatur. Habitus iste refertur ad plures actus, i. posse eius exire in actum dicitur pluribus modis: scilicet respectu venialium, & respectu mortalium: & ideo, cum respectu vnius, s. venialium, possit exire in actum, non est frustra etiam iuxta relationem exeundi in actum. Ad tertium deniq; eorundem significandum, dicitur hic: quòd eis, s. innocentib. habitũ pœnitentiæ habere competit. Ac si dicatur. Innocentes conditionaliter exeunt in actum, etiam respectu peccati mortalis: quoniam habent propositum dolendi actu de eo, cum ista conditione, scilicet si commissum fuerit. Faciunt etiam hæc pro declaratione dicti in q. 80. ar. 1. ad primum, & similibus.

AD SECVNDVM dicendum, quòd quamuis non sit in eis debita pœna actu, tamen in eis est aliquid possibile, pro quo eis pœna debeatur.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd remanente potentia ad peccandum, adhuc haberet locum vindicatiua iustitia secundum habitum, quamuis non secundũ actum, si peccata actu non essent.

2^m de minori. Non debetur. ℞. Actu: non, possibiliter. §. Tunc &c. Nam pœnitentia dicit semper pœnam (vt arguitur:) sed eam quandoque actualiter habitam, vt in peccatoribus pœnitentibus, quandoque possibiliter solũ, vt in innocentibus. Hoc ipsum denotauit cõclusio; cum pœnitẽtiæ habitũ, non actum, in innocentib. posuit. Vide respon. ad primũ, cum suis elucid.

3^m de minori. Non haberet. ℞. Secundum actum: non, secundum habitum §. Tunc &c. Sufficit. n. quòd vindicatiua iustitia in innocentibus habeat locum secundum habitum: etiam quòd in peccatoribus pœnitentibus habeat locũ secundum actum. Nam vtrobique vindicatio iusta exercetur: cum & peccatis de facto commissis vindicatio actu simpliciter, & eis de possibili cõmittendis vindicatio actu conditionaliter assignatur. Vide responsionem ad primum, cum elucidat. suis; & ad secundum.

## APPENDIX.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

EX articulo habes primò, quomodo per rationem à fortiori interimas hæresim Catharorum (vt refert Cardinalis Turrecrema de Eccles. lib. 4. cap. 35.) dicentium: quòd non est pœnitendum de peccatis. Si enim innocentibus, etiam quòd de facto non peccauerint, conuenit suo modo pœnitentia (alioquin nec innocentes essent; si propositum dolendi actualiter, dato quòd peccassent, non haberent:) multo vtique magis de peccatis iam actualiter commissis pœnitendum erit. 2 Secundò habes: quomodo à fortiori per rationem ostendas, illam meritò damnari à &c. vt quæst. 15. artic. 1. Item à &c. vt quæst. 6. art. 1. & 3. appen. Nam ibi confessionem esse necessariam demonstratur: & confessio non fit, nisi de peccatis, q. 9. art. 4. & est actus pœnitentiæ, quæst. 7. art. 3. Item damnari à multis locis scripturæ, vt Leuit. 5. 3. Reg. 8. 2. Paralipom. 6. Iob 11. 24. Sapien. 11. 12. Ecclesiast. 2. 10. 49. Hierem. 8. 18. 31. Ezechiel. 18. 33. Matth. 3. Luc 3. 5. 15. 24. Roman. 2. 2. Corin 7. Actu. 2. 5. 8. 11. 20. 2. Pet. 3. Apocalyp. 2. 3. 9. Sed vnum sufficiat expresse adducere in eius manifestissimam damnationem Luc 13. dictum, & à Concilio Tridentino sessione 14. cap. 1. pro veritate firmanda, & contra errores replicatum, scilicet; Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Ecce Christus Dominus, qui passus est tot pœnitentias pro nobis loquitur. Quare? Vt scias, contra hæreticos: quòd si compatimur & conglorificabimur Rom 8. si autem non, non. Parum dixi. Non enim Christus ait solum, non. i. si non compatimini, non conregnabitis: sed dicit plus, i. si non compatimini, peribitis. Quid clarius contra Catharos?

*Turris inuictissima contra errores.*

3 Tertiò habes: quomodo per rationem & rectè intelligas, & in quo sensu meritò fuisse dictum ostendas, illud Luc. 15. iusti non indigent pœnitentia: & illud Lucæ 5. Non veni vocare iustos, sed peccatores, ad pœnitentiam: sine præiudicio tamen veritatis in præsenti articulo determinatæ. Indigent enim pœnitentia iusti, ad illamque vocantur (vt hic docetur,) quia nisi haberent firmum propositum dolendi actualiter (vt oportet) de peccato, si ipsum aliquando committerent, non essent iusti: & non indigent pœnitentia, neque vocantur ad illam (vt Euangelium dicit,) quia, cum non commiserint actu peccatum, de eo dolere tanquàm de commisso non tenentur, immo nec possunt. 4 Quartò habes: quomodo per rationem ostendas, meritò esse virtualiter insinuatum à scripturis, quòd pœnitentia est in innocentibus. Hoc autem sic insinuatum videtur Ecclesiast 7. Noli esse iustus multum: & Ecclesiast. 18. Sapiens in omnibus metuit. Ille namque multum se esse iustum præsumit, qui se esse hominem peccabilem, quasi in iustitia sua nimis confisus, non recognoscit: & talis non metuit de casu possibili sibi venturo; & consequenter non præcauet sibi ab illo, nec cogitat dicens, si (quod absit) cadere quandoque habeo firmum propositum, quòd tunc vellem de casu meo (vt oportet) pœnitentiam facere. Quando igitur nos scriptura ad metuendum in omnibus hortatur, & ab esse multum iustos dehortatur: quasi nos ad nostræ considerationem fragilitatis reducit, & ad habendam pœnitentiam (modo exposito,) dum sumus adhuc in iustitia, monet. Et quia (vt dictum est) nemo potest esse iustus, nisi etiam præmissum pœnitendi propositum habeat; ideo scriptura, quotiescumque ad esse iustum inuitat aliquem, totiens ipsis iustis, etiam quòd antea nunquàm actu mortaliter peccassent, pœnitentiam secundum habitum competere, attestatur. Plurimæ igitur scripturæ id modo dicto affirmant: quam earum affirmationem meritò fieri, per rationem articuli & ostendere, & declarare, & defendere potes. 5 Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina declaretur, & consolidetur.

---

# ARTICVLVS II.

*Vtrum sancti homines qui sunt in gloria, habeant pœnitentiam.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd sancti homines, qui sunt in gloria, non habeant pœnitentiam. Quia sicut dicit Greg. in Moral. Beati peccatorum recordantur, sicut nos sani sine dolore dolorum memoramur, sed pœnitentia est dolor cordis. ergo sancti in patria non habent pœnitentiam.

¶ 2 Præt. Sancti in patria sunt Christo conformes, sed in Christo nõ fuit pœnitentia, quia nec fides, quæ est principium pœnitentiæ. ergo nec sanctis in patria erit pœnitentia.

¶ 3 Præt. Frustra est habitus, qui ad actũ non reducitur, sed sancti in patria non pœnitebunt actu, quia sic eis esset aliquid contra votum. ergo non est in eis habitus pœnitentiæ.

SED CONTRA. Pœnitentia est pars iustitiæ, sed iustitia est perpetua, & immortalis, & in patria remanebit. ergo & pœnitentia.

¶ Præterea. In vitis Patrum legitur à quodam patre dictum, quòd etiam Abraham pœnitebit de hoc, quòd non plura bona fecit, sed magis debet homo pœnitere de malo commisso quàm de bono omisso, ad quod non tenebatur, quia de bono tali loquitur. ergo erit ibi pœnitentia de malis commissis.

RESP.

SVPER Q. XLVII. Aliàs 16. Art. II.

63 CONCL. Quicũque habet habitũ pœnitentiæ in hac vita, habebit in futura; sed nõ habebit eundẽ actũ, quem nunc habet, sed alium.

¶ PROB. primò: Quia pœnitẽtiæ est virtus cardinalis (cũ sit pars iustitiæ,) & virtutes cardinales remanebũt in patria. Secunda autem pars, s. sed non hab. &c. probatur: Quia virtutes cardinales in patria remanent secundum actus, quos habẽt in fine suo: & actus pœnitentiæ in via est alius ab actu pœnitentiæ in patria (cum actus pœnitentiæ in patria sit tantum gratias agere Deo pro misericordia, qua relaxauit peccata; actusque eius in via sit, vltra hoc, dolere de peccato.)

*Regula vniuersalis.*

¶ EXAMEN primum. Ly non eundem actum &c. Ex hoc sumitur regula vniuersalis ista: quòd statibus debent proportionari actus etiam secundum easdem virtutes. Vtputa, quia status viæ est diuersus à statu patriæ, ideo actus diuersi vtrique assignantur, etiam secundum easdem virtutes. Hinc est: quòd scientia eadem nunc habita perseuerabit in patria, secundum alium modum actus, prima par. q. 89. ar. 6. & quòd anima separata intelliget, alio modo, quàm coniuncta, ibi art. 1. & quòd virtutes, tum morales, tum intellectuales, alio modo, quàm nunc, erũt post hanc vitam, 1. 2. q. 67. ar. 1. & 2. Hinc videntur illi parum prudẽtes, ne dicam ignari: qui Philosophum animam immortalẽ ponere ideo negant, vel dubitant; quia (inquiunt) remaneret absq; phantasmate, destructo corpore, & consequẽter nihil posset intelligere, cũ oporteat semper (iuxta Philosophum) intelligentem phãtasmata speculari; quapropter, cum tunc caritura sit operatione, dicendum (secundum Arist. ipsum,) quòd non erit separabilis, seu immortalis. Ignorãtiam suam (vt dixi) aperiunt hi, dum ob tam debilissimum cauillum, dubitant de sana mente ipsius Philosophi circa veritatem immortalitatis animæ: quoniã ad mutationem status animæ non mutant modum operandi animæ. Iam enim ex textu isto diximus haberi regulam vniuersalem, per alia quoque loca nunc citata, confirmatam: quòd statibus debent proportionari actus, seu modi actus, etiam secundum easdem virtutes; & hoc, vt correspondeant singula singulis, nihilque detur inordinatum, aut impro-

*Deceptio dubitantiũ de veritate immortalitatis animæ, sm Arist. vnde sit.*

improportionatum, in rerum natura: id quod in omni doctrina sua vehementer exhorruit Aristoteles. Nè igitur faciamus eum cadere in id, quod sic semper abhorret, oportet nos fateri; ipsum, cum mutatione status animæ nostræ, cointendisse (tanquàm suppositum firmum sua mente reconditum, tempore suo, id est in metaphysicâ, vbi proprius locus est tractandi de separatis, manifestandum; si vita durasset,) cointendisse, inquàm, mutationem modi actus operationis eius. Ad cauillum ergo factum respondendum est, non solum iuxta regulam præmissam, sed etiam iuxta mentē Philosophi ipsi regulæ iam olim tacite consentientis: quòd anima tunc intelligeret alio modo, id est sine phantasmate: & consequenter, quòd illa dicta, nihil intelligit sine phantasmate, & oportet intelligentem phantasmata speculari, de anima tantum dum coniuncta est, voluit protulisse Philosophus; nè, statibus rei mutatis, modus operandi immutatus (quod refugit ipsa natura) remaneret. Non igitur (vt illatum fuit) anima carebit vnquàm operatione intellectiua, quoniam illam propriam habet; sed caritura est modo operandi, quo nunc de necessitate vtitur. Hæc, tanquàm digressi parum, in gratiam regulæ illius textualis diximus; te, si plura cupis ad hanc materiam pertinentia, remittentes ad primam par.q.75.art.2.& 6.eluc.

RESPOND. Dicendum, quòd virtutes cardinales remanebunt in patria, sed secundùm actus quos habent in fine suo, & ideo cum pœnitentia virtus sit pars iustitiæ, quæ est habitus cardinalis, quicumque habet habitum pœnitentiæ in hac vita, habebit in futura, sed non habebit eundem actum, quem nunc habet, sed alium, scilicet gratias agere Deo pro misericordia relaxante peccata.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illa authoritas probat, ꝙ non habent eundem actum quē hic habet pœnitentia, & hoc concedimus.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ Christus non potuit peccare, & ideo materia huius virtutis non competit sibi actu, nec potentia, & propter hoc non est simile de ipso, & de aliis.

AD TERTIVM dicendum, quòd pœnitere propriè loquendo, dicit actum pœnitentiæ, qui nunc est, qui non erit in patria; nec tamen habitus frustra erit, quia alium actum habebit.

QVARTVM CONCEDIMVS. Sed quia quinta ratio probat, quòd etiā idem actus pęnitentiæ erit in patria, qui modò est: ideò.

AD

¶EXAMEN secundum. Ly eundem actum. Scilicet à pœnitentia nunc immediatè elicitum: non autem post consequenter se habentem. Actus immediatè elicitus tunc à pœnitentia, est, dolere de peccato; & hunc non habebit in patria beatus. Actus post consequenter ad pœnitentiam se habens est agere gratias Deo pro misericordia relaxante peccata: & hunc habebit beatus. Primus ergo ille actus est viatoris solius: secundus est viatori communis, & compręhensori. Nam & viator (nisi sit omnino ingratus) gratias agit Deo pro misericordia sibi relaxante peccata; licet minore admodum cum feruore, quàm compręhensor. Nec huic veritati officit in textu ly sed alium: quoniam iste actus, scilicet agere gratias &c. est alius, & non alius. Non est alius, quia (vt dictum est) conuenit etiam viatori: est alius, quia in patria se habet ad pœnitentiam aliter, quàm in via. In patria enim desinente dolore, per hoc quòd ibi non producitur à pœnitentia; actus iste, scilicet agere gratias Deo &c. est immediatè à pœnitentia elicitus, & non est consequenter se habens ad illum primum, cum ibi non sit. Cùm igitur actus gratiarum harum sit in via consequens, & in patria sit primus: relinquitur clarum, (formaliter loquendo) quod actus iste est alius ibi, & hic: licet (materialiter) vtrobique sit idem, s. gratias agere Deo pro &c. Sanctus verò Doctor (pro more suo) locutus est formaliter: & ideo dixit ly sed alium.

*Actus pœnitētię duplex.*

*Dubium textuale.*

¶EXAMEN tertium. Ly pro misericordia relaxante peccata. Scilicet vel de facto commissa, vel de possibili. Sunt enim quidam in patria, qui de facto in vita præsenti commiserunt peccata: sunt & ibi quidam, qui nec venialia habuerunt (vt Beata Virgo mater Dei. Concilium Tridentinum sessio.6.cano.3.) sed tamen de possibili, quantum est ex parte fragilitatis humanæ saltem, peccata commiserunt, id est peccare potuerunt. Vnde & dictum est art. 1. quòd pœnitentia est in innocentibus. Primi ergo gratias agunt pro misericordia, quæ sibiipsis relaxauit commissa de facto peccata: secundi autem pro misericordia, quæ sibi relaxauit commissa de possibili. Tunc vero misericordia diuina relaxasse ista peccata uerè dicitur: quando non permisit, illas personas cadere, sed efficaciter auxiliata eis est, ne peccarent. Donauit enim nobis crimina non tantum, quia de iam commissis absoluit: sed etiam, quia tenuit nos, ne in hæc vel illa caderemus, in quæ proculdubio cadere poteramus: quoniam nullum peccatum est, quod faciat homo, quod non faceret alius homo, nisi iuuaretur ab eo, à quo factus est homo (vt inquit Augustinus.) Hinc est: quòd tenetur quilibet gratias Deo agere non tantum de hoc, quòd commissa peccata sibi relaxauit: sed etiam de hoc, quòd à possibilibus sibi committi conseruauit; puta ab hæresi, à schismate, à blasphemia, & ab omnibus iis, in quæ cecidit quandoque aliquis homo. Vnde ad hoc significandum est illud Augustini in 4. confess. dicentis Deo: gratiæ tuæ deputo & misericordiæ tuæ, quia peccata mea, tanquàm glaciem, soluisti; gratiæ tuæ deputo, & quæcumque non feci mala. Quid enim facere non potui? Et omnia mihi dimissa esse fateor, & quæ mea sponte feci mala, & quæ te duce non feci. Hæc Augustinus. Sed

*De quot, quātisque peccatorū remissionibus teneamur Deo.*

Sed & Concilium Neocæsariense, à sexta Synodo approbatum, idipsum insinuauit, cap.4. sic. Si quis concupita muliere, etiam si concubitus eius desiderium habeat, non subsequatur effectus: manifestum est, hunc fuisse per diuinam gratiam liberatum. Hæc ibi. Ex his patet; quòd à Deo miserante est; & quòd quis non peccet, & non magis peccet. Intellige ergo textum sic; quòd beati gratias Deo agunt pro misericordia peccata sibiipsis relaxāte vno duorum modorū, vel vtroque.

*Cōcilium de eodem, suprà.*

1m de minori. Pęnitentia. ℞. Secundū actū præsentis vitę considerata: non, secūdum actū patriæ. §. Tūc &c. Nam conclusio cum affirmatiua hac, s. pęnitentia est in beatis, dixit & negatiuam, s. non secundum eundem actum.

2m de maiori. Conformes. ℞. In multis: non, in omnibus. §. Tunc &c. Nam pœnitentia est vnum, in quo non conformantur Sancti Christo, & hoc propter maximam excellentiam puritatis eius, de qua in textu.

¶EXAMEN Ly non potuit peccare, & ideo &c. vsque in finem. Ex non potuisse Christum peccare inferuntur duo: primum, ꝙ pęnitentia nec etiam in potentia est in eo; secundum, ꝙ non est simile in hoc de Christo, & de alijs. Ergo (infer tu) in omnibus alijs est pęnitentia in potentia saltem (modo suprà declarato) respectu peccati præteriti. Ergo non potuisse peccare Christi fuit aliud, à non potuisse peccare B. Virginis; de qua S. Tho. dicit, ꝙ fuit adhuc viuēs confirmata in gratia 1.par.q.100.art.2. & elucid. Nam ex non potuisse B. Virginem peccare, nec etiam venialiter, non licet inferre; ꝙ pœnitentia nunc non sit in ea secundum hunc actum, qui est gratias agere Deo pro misericordia relaxante de possibili peccata: cum tamen ex non potuisse Christum peccare, inferatur, ꝙ pœnitentia nullo modo est in eo, etiam ꝙ sit in aliis beatis. Consistit autē hæc alietas in hoc: quòd non posse peccare competit Christo ex natura Christi, cum natura eius sit esse Deum & hominem personaliter vnum (quod vtique secundum se impeccabilitatem omnimodam dicit:) non posse verò peccare competit B. Virgini ex priuilegio tantum, cum naturæ humanæ puræ sit (vt patet) de se esse peccabilem. Illud non posse peccare Christi, vt soli Christo proprium (secundum ꝙ ex præmissa textus illatione habetur,) significauit Concilium Ephesinum primum, dum in c. 10. ait: Qui dicit, Pontificem nostrum Christum pro se etiam obtulisse semetipsum oblationem, & non potius prò nobis solis (non, n. eguit oblatione, qui peccatum omnino nesciuit;) anathema sit. Hæc ibi. Vbi Cyrillus, in sexta Synodo, cano. 2. approbatus, pro declaratione inquit; Pontificem confessionis nostræ seipso semetipsum Deo & patri obtulisse, omnino à recta est & inculpata fide alienum. Peccatum enim non fecit. Qui verò superior est omni delicto, & prorsus expers peccati, oblatione pro se nulla opus habuit. Hæc ille. Cum itaque Christus obtulerit seipsum non tantum pro his, qui iam de facto peccauerant, aut peccaturi erant, sed etiam pro his, qui peccare poterant, licet nunquàm de facto per ipsius gratiam peccaturi essent: & non obtulerit pro seipso: patet, ꝙ Concilium per illum anathematismum denotare voluit, ꝙ Christus solus suaptè natura peccare non potuit; & hoc esse de fide tenendum, loco suprà citato (vt eius verba penetrāti patet) Cyrillus connotauit. Vide ergo quàm concors sit Concilijs & Patribus textus D. Tho. si rectè intelligatur. Sic intelligas omnia dicta de Christo, vt Isa. 53. & 1. Cor. 5. & 1. Pet. 2. & Ioan. 8. ponentia; ipsum esse sine peccato.

*Deuotissimus B. Virgini D. Th. quantū ei tribuat.*

*Cōcilium de impeccabilitate Christi.*

3m de maiori. Ad actum. ℞. Aliquem: non, quemcumque. §. Tunc &c. vt in litera patet. Pro maioris illius propositionis, frustra est &c. ampliori notitia: vide ar. 1. not. 2. post respon. ad primum.

4m de conclusione. Et pęnitentia. ℞. Secundū habitum, & actum alium: non, secundum habitum & eundem actum simul. §. alium, s. & eundem, respectu actus in vita præsenti existentis. §. Tunc &c. Immo est pro conclusione, tanquàm eius probatio, vt patet. Vide examen 1. & 2.

¶COROLL. Ergo aliud est de contritione loqui, aliud de pœnitentia virtute iuxta sensum responsi huius, & conclusionis. Nam contritionem in patria nec esse, nec posse esse, conclusum est, q. 4. artic. 3. pęnitentiam autem ibi non tantum posse esse, sed veraciter (secundum tamen actum patriæ conuenientem) esse in præsenti articulo conceditur.

Quintum

5m ex vitis Patrum. Pęnitebit. B. Impropriè: non aliter. §. Impropriè, s. inquantũ voluntas antecedens vocatur pęnitentia. Tunc &c. Non.n. ex hoc, q voluntate antecedente solũ volet beatus, se plura bona fecisse, sequitur; q aliquis dolor, & consequenter pęnitentia secundum actum isti vitæ conformem, fit in eo. Vide, pro intelligẽdo textu de volũtate antecedente, & consequente, 1. par. q. 19. ar. 6.

Ad qvintvm dicendum, q voluntas nostra in patria omnino erit conformis voluntati Dei. Vnde sicut Deus voluntate antecedẽte vult omnia esse bona, & per consequens nihil esse mali, non autem voluntate consequente; ita etiam est de beatis; & talis voluntas impropriè dicitur ab illo sancto Patre pœnitentia.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò, quomodo per rõnem ostendas; meritò à scripturis, insinuatum fuisse, q in beatis patriæ est pęnitentia. Insinuatum est autem hoc Apoc. 21. vbi de patria loquens ait: Non intrabit in eã aliquid coinquinatũ, aut abominationem faciens. Item Psal. 117. Hęc porta Domini, iusti intrabũt in eã. & 100. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam, qui loquitur iniqua non direxit in cõspectu oculorum meorum: & 94. ad peccatores etiam solum corde loquens Dominus, postquàm præmiserat, ly errant corde, & isti non cognouerunt vias meas. subdit dicens, Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Hoc est. Non introibunt: vel (& in idem redit) si introibunt, tale quid mali accidat; aut si introibunt, mihi amplius non credatur; aut aliquid huiusmodi. Solent enim qui maxima determinatione apud se definitũ esse aliquid, volunt ostendere contra aliquos, quibus maximè irati sunt, iurare sic truncate; quasi præ iræ magnitudine iuramentum totaliter exprimere non valentes: & tunc hoc modo iurando, statutum irrefragabiliter, & adimplendum indispensabiliter, declarant esse illud, quod sic semipronunciant. Hunc modum iurandi humanum ibi in Psal. repræsentat Deus: vt facilius homines, ex suo ipsorum solito modo iurandi, intelligant, quid velit dicere per talem comminationem. Cùm ergo loquatur sic Deus ibi ad peccatores, & dicat illos, dum remanserint in tali statu, non intraturos in requiem suam: patet multò magis, q nullus peccator existens manet in requie illa: seu q nullum peccatum est in beatis. Hinc fit: quòd, cum ingratitudo sit peccatum, & scripturæ præmissæ à beatis peccatum omne excludant ingratitudinem omnem, etiã per hoc coexcludere intendant: & per consequens, q in ipsis pœnitentiã secundum actũ statui beatorum conuenientem ponant. Nam pęnitẽtia illa est gratitudo quędam beatorum erga Deum de hoc, q ei specialiter obligati sunt: & per consequens non pœnitentia talis esset ingratitudo beatorum erga Deum. Nisi ergo pœnitentia, modo hic declarato, esset in beatis, tunc ingratitudo, & ex consequenti peccatum esset in illis: quod aures fidelium audire non sustinent. Tot igitur & scripturæ, & Concilia, & summi Pontifices, pœnitentiam prædictam in beatis esse dicunt; quot ab eis omne vel minimum peccatum excludunt. Ingratitudo enim peccatum est, 2. 2. quæstio. 27. artic. 3. quoniam repugnat virtuti gratitudinis, de qua nobis dicitur ad Colossen. 3. & grati estote. Quis modo nesciat: ingratum esse illum, qui à magnis liberatus periculis liberatori suo debitas non reddit gratias? Essent ergo ingrati in patria existentes (quod nefas est etiam cogitare,) si Deo gratias non agerent pro misericordia, qua sibiipsis relaxauit peccata, vel in quæ de facto ceciderant, vel in quæ cadere siue per commissionem, siue per omissionem, quamcumque cadere potuerant. Vide suprà examen tertium, post probationem. Secundò habes: quomodo per rationem dicta scripturarum præmissarum, aut similium, pro quanto pœnitentiam insinuant, reperiri in patriæ beatis, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs, similibusque, doctrina præsens Angelica vicissim consolidetur, atque declaretur.

a

b

---

# ARTICVLVS III.

*Vtrum Angelus sit susceptiuus pœnitentię.*

Ad tertivm sic proceditur. Videtur q etiã angelus bonus, siue malus sit susceptiuus pœnitẽtiæ: Quia timor est initium pęnitentiæ, sed in eis est timor. Iac. 1. Dæmones credunt & contremiscunt. ergo in eis potest esse pœnitentia.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit 10. Ethicorum, quòd pœnitudine replentur mali, & hæc est maxima pœna eis; sed dæmones maximè sunt praui, nec aliqua pœna eis deest. ergo dæmones possunt pœnitere.

¶ 3 Præterea. Facilius mouetur aliquid in id, quod est secundum naturam, quàm in id, quod est contra naturam, sicut aqua, quæ per violentiã calefacta est, & per seipsam ad naturalem proprietatem redit; sed angelus potest mutari in peccatum, quod est contra omnem naturam eorum; ergo multo fortius potest reuocari in id, quod est secundum naturam, sed hoc facit pœnitentia. ergo sunt susceptibiles pęnitentiæ.

¶. 4 Præterea. Idem iudicium est secundùm Damascenum, de angelis, & de animabus separatis. Sed in animabus separatis potest esse pœnitentia, vt quidam dicunt, sicut in animabus bonis, quæ sunt in patria. ergo & in angelis potest esse pœnitentia.

Sed contra. Per pœnitentiam homo reparatur ad vitã de peccato dimisso, sed hoc est impossibile in angelis. ergo non sunt susceptibiles pœnitentiæ.

¶ Præterea, Damasc. dicit, quòd homo fungitur pœnitentia propter corporis infirmitatem, sed angeli sunt incorporei. ergo in eis non potest esse pœnitentia.

Respon. Dicendum, quòd pœnitentia in nobis dupliciter accipitur. Vno modo secundum quòd est passio, sic enim nihil aliud est quàm dolor, vel tristitia de malo commisso: & quamuis secundum quòd est passio, non sit nisi in concupiscibili, tamen aliquis actus voluntatis similitudinariè pœnitentia dicitur, quo quis detestatur, quod facit, sicut amor, & aliæ passiones dicuntur in intellectiuo appetitu. Alio modo accipitur secundum quòd est virtus, & hoc modo detestari malum commissum cum emendationis proposito ex intentione expiandi, vel Deum placandi de offensa commissa, est actus eius. Detestatio autem competit alicui, secundum quòd habet ordinem naturalem ad bonum, & quia in nulla creatura talis ordinatio totaliter tollitur, ideo etiam in damnatis talis detestatio manet, & per consequens pœnitentiæ passio, vel simile, vt dicitur Sapientiæ quinto. Intra se pœnitentiam agentes, &c. Et hæc quidem pœnitentia cum non sit habitus, sed passio, vel actus, nullo modo in beatis Angelis esse potest, in quibus peccata commissa non præcesserunt, sed in malis angelis est, cum sit eadem ratio de his, & de animatis damnatis,

SVPER Q. XLVII. Aliàs 16. Art. III.

64

Concl. 1. In damnatis pęnitẽtię passio, vel actus, manet.

¶ Not. Pœnitentiæ passio, vt passio est tantum in concupiscibili, & per consequens est in damnatis post reassumptionem corporum tantum: pœnitentiæ vero actus est motus voluntatis detestatiuus eius, quod fecit; & per consequens est in damnatis, etiã ante reassumptionẽ corporum. Vt igitur damnatorum statum vtrumque comprehenderet conclusio, dixit ly passio vel actus; aut, secundum quòd iacet in textu, ly passio, vel simile. Ante resurrectionem ergo pœnitentia, secundum q est actus voluntatis, est in damnatis: non autem, secundum q est passio: post resurrectionem verò pęnitentia, secũdum vtrumque modum, erit in ipsis. Ergo resurrectio, etiam quantum ad hoc, erit dãnatis in maius tormentũ; & in sensu quoque isto intelligitur, q euigilabũt in opprobrium, Dan. 12. & q procedẽt in resurrectionem iudicij, Ioan. 6.

¶ Prob. primò: Quia dolor, seu detestatio, mali cõmissi competit alicui, secundum q habet ordinem naturalem ad bonum (vt patet ex terminis:) & talis ordinatio nõ tollitur totaliter in damnatis. Secundo, quia authoritas scripturæ Sapien. 5. hoc dicit.

¶ Not. Ad declarationẽ illius dicti, q videlicet talis ordinatio nõ tollitur totaliter in dãnatis, sciendum est: q bonum naturæ nunquã potest totaliter auferri per quodcũq; peccatũ, 1. 2. q. 85. ar. 2. Nam bonum naturæ, quod per peccatũ diminuitur, est naturalis inclinatio ad virtutẽ; quę inclinatio conuenit homini, secundum q rationalis est. Ideo.n. habet homo, q sm rationem operetur (quod est sm virtutem operari,) qa rationalis est. Non potest autem per peccatum ab homine totaliter auferri, q sit rationalis: quia iam homo non esset capax peccati; & sic peccatum, destruẽdo subiectũ suũ, destrueret semetipsum.

¶ Concl. 2. Pęnitentia, vt est actus volũtatis detestatiuus peccati cõmissi, nullo modo i beatis Angelis esse potest; sed in malis angelis est.

¶ Prob. primò: Quia in beatis Angelis nulla peccata commissa præcesserunt. Secũdò, quia in angelis malis fuit casus in peccatum; & de his atque de animabus damnatis, quo ad hoc, est eadem ratio.

¶ Coroll. Vide ergo in prima conclusione rationem, quare pœnitentiæ actus sit in damnatis animabus.

¶ Not. In textu ante hanc secundam conclusionem, quasi pro ratione negatiua conclusionis de Angelis bonis, de pœnitentia loquendo dicitur ly cum non sit habitus. Tanquàm si diceretur. Pœnitentia, si esset habitus, posset in beatis Angelis aliquo modo esse. & re vera sic est. Nam pęnitentia, secundũ quòd habitus est (vt in artic. 2. declaratur) est in Angelis beatis: quoniã & ipsi gratias agũt Deo pro misericordia sibiipsis relaxante peccata, non quæ commiserunt (sic enim non est eadẽ ratio de Angelis, & de animabus sanctis: vt in ad quartum) sed, quæ committere potuerũt. Vide arti. 2. in exam. 3. post probat. & sic ad Angelos modo suo, etiam Augustini dictũ illud, Non est peccatũ, quod faciat homo &c. applica. Tenẽtur ergo multũ Angeli reddere gratias Deo de hoc, ꝙ non peccauerunt, maximè considerando ꝙ peccatũ suum fuisset irremissibile: & propterea in eis est, & semper erit pœnitentia illa, quæ habitus est (modo in art. 2. declarato;) ꝙ quasi tacite & raptim annotare voluit S. Doctor ad propositum negatiuæ conclusionis beatorum Angelorum dicendo ly cum nõ sit habitus.

Textus profundus.

quia secundùm Damasc. Quod homini est mors, est Angelis casus; sed peccatum Angeli est irremissibile: & quia peccatum, vt remissibile est, vel expiabile, est propria materia ipsius virtutis, quæ pœnitentia dicitur, ideo cum materia non possit eis cõpetere non adest eis potentia exeundi in actum, & ideo nec habitus eis conuenit, & ideo angeli subiectum virtutis pęnitentiæ esse non possunt.

Ad primum ergo dicendum, quòd ex timore in eis generatur aliquis pœnitentiæ motus, sed non quę sit virtus. Et similiter dicendum ad secundum.

Ad tertium dicendum, ꝙ quicquid in eis est naturale, totum est bonum, & ad bonum inclinans, sed liberum arbitrium est in eis malitia obstinatum, & quia motus virtutis, & vitii non sequitur inclinationem naturæ, sed magis motum liberi arbitrii: ideo non oportet; quòd, quamuis naturaliter inclinentur ad bonum; motus virtutis in eis sit vel esse possit.

Ad quartum dicendum, quòd non est eadem ratio de Angelis sanctis, & de animabus sanctis, quia in animabus sanctis præcessit, vel præcedere potuit peccatum remissibile, non autem in Angelis: & ita quamuis sint similes quantum ad statum præsentem, non tamen quantum ad statum præteritum, quem pœnitentia respicit directè.

QVAE-

¶ Concl. 3. Angeli siue boni, siue mali, subiectum pœnitentiæ virtutis esse non possunt.

Pęnitẽtia multiplex.

¶ Not. Ex dictis collige; quòd pęnitentia dicitur quandoq; passio (sic esse tantum potest in corpore vestitis,) quandoque actus voluntatis detestatiuus commissi (sic esse potest etiam in corpore denudatis,) quandoque habitus virtutis importans solum gratiarum actionem pro misericordia peccata relaxante (sic est in vtrisque, sed bonis,) quandoque habitus virtutis habens pro materia peccatũ remissibile (sic esse potest tantum in hominibus viatoribus.) Primo modo accepta consideratur partim in prima conclusione: secundo in secunda, tertio in art. 2. quarto in hac tertia.

¶ Prob. Quia propria materia pęnitentiæ virtutis non potest competere angelis quibuscumque (cum ea sit peccatum remissibile, illorumq; peccatum datum sit irremissibile) & quibus non competit materia pœnitentiæ, non potest eis conuenire habitus (cum non adsit eis potentia exeundi in actum.)

1^m de conclusione. Pœnitentia. ℞. i. aliquis pęnitentiæ motus: non, i. pęnitentia virtus. §. Tunc &c. vt patet ex secunda, & tertia conclusionibus. Nam ex secunda habetur, ꝙ in dæmonib. est quidam pęnitentię motus: ex tertia vero, ꝙ in eis non potest esse pęnitentia virtus. Seruiat ergo argumentum sic glossatum secundæ conclusioni, tanquàm probatio eius; absque præiudicio tertiæ.

2^m ex Philosopho. Pœnitudine. ℞. i. motu cuiusdam pęnitudinis: non autem motu pęnitentiæ virtutis. §. Tunc &c. Dic vt ad primum.

¶ Not. Pœnitudo, de qua ibi Philosophus est quidam pudor, seu quædam mentis confusio, sequens ad peccatum commissum in ipso peccante; etiam ꝙ peccans ipse nolit propter hoc, desistere à peccando, aut placare Deum de offensa cõmissa, Crediderim ego illum Philosophum, qui ab Hugone recitatur, de huiusmodi pœnitudine locutum fuisse: quando meretrici cuidam sese ad malum prouocãti respondit, non tanti emo pœnitere. Consule prædictum Hugonem, qui fuit de Santo Charo & primus Cardinalis ordinis Prædicatorum, super Psalmum 37. versic. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Videtur etiam pœnitudo ista philosophica quasi coincidere cum illa pœna, de qua Augustinus in lib. confess. Iussisti Domine, & sic est; quòd omnis inordinatus animus sibiipsi pœna sit: & de qua Ecclesiastici 21. via peccantium complãtata lapidibus: & de qua impij, Sap. 5. ambulauimus vias difficiles. Vnde videtur esse illa detestatio mali commissi (de qua probatio primæ conclusionis) secundum quòd dicit ordinem naturalem ad bonum: non secundum quòd est cum proposito emendationis, ex intentione diuini intuitus. Constat ergo; quòd pœnitudo illa, seu motus illius pœnitudinis, non est motus pęnitentiæ virtutis. Nam actus pęnitentiæ virtutis (vt dicitur in corpore artic.) est detestari malum commissum, cũ emendationis proposito, ex intentione placandi Deum de offensa commissa. Supra illam pęnitudinem igitur pęnitentia virtus addit emendationis propositum (quod non est in damnatis,) ex intentione placandi Deum de offensa commissa (quod non erat in gentilibus proponentibus emendationem, i. cessationem, ab aliquo peccato: neque est in illis hæreticis, qui pęnitentiam dicũt esse tantum nouam vitam, i. cessationem à peccato, & absque peccato viuere deinceps, non curando placare Deum per satisfactionem de offensa commissa.)

Pœnitẽtia vera videtẽ in multis: ꝗ non est.

3^m maior. Facilius mouetur aliquid in id, quod est secundum naturã; quàm in id, quod est contra naturã. ℞. Si moueatur, vel motione naturalis inclinationis; vel motione liberi arbitrij sequentis naturalẽ inclinationem: non autem, si moueaẽ motione liberi arbitrij nõ sequentis inclinationem naturalem. §. Tunc &c. Nam angelus, postquã peccauit, mouetur motione liberi arbitrij obstinati in peccato, & per consequẽs cõtrauenientis inclinationi naturali. Ideo (vt in textu infertur) non oportet; quòd, quãuis naturaliter inclinentur dæmones ad bonum, motus virtutis pœnitentiæ, vel alicuius alterius, in eis sit, vel esse possit.

¶ Not. Hoc idem sentiendum est de animabus damnatis: quoniam de his, & dæmonibus eadem est ratio, quantum ad propositum præsens.

4^m ex Damasceno. Idem iudicium. ℞. Quantũ ad statum præsentem: non, quantum ad statũ præteritum. §. Tunc &c. Nam pęnitentia statum præteritum respicit directe. Vnde, etiam quod in animabus sanctis in patria (iuxta quorundam opinionem; vt arguitur) posset esse pęnitentia, non propter hoc sequeretur: quòd in angelis posset esse.

¶ Not. Quicquid sit de illa quorundam opinione (si aliud per hoc intendant præter id, quod in artic. 2. dictum est) disputent; qui voluerint. Ly non est eadem ratio. Scilicet totaliter, non partialiter. Nam est ratio de sanctis Angelis, & animabus, eadem partialiter (vt art. 2. exam. 3. post probat. & in hoc art. not. post secundam conclus.) non est autem eadem totaliter (vt ibi, locis citatis:) ideo conclusio artic. 1. Angelis ipsis non conuenit; sed neque conclusio art. 2. secundum omnem modum, quo conuenit animabus sanctis. Nam in conclusione art. 2. ly peccata, tenetur pro peccatis remissibilibus, siue commissa sint, siue non; quando conclusio illa art. 2. verificatur de animabus sanctis: sed, quando verificatur de Angelis sanctis, tenetur pro peccatis tantum irremissibilibus, quæ committere potuerunt.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccl. S. Dei.

HInc habes primò, quomodo per rationem tertiæ conclusionis, tanquàm in radice, interimas hæresim Libertinorum dicentium; quòd diabolo misericordia Dei post iudicium prǽstò erit: item Origenistarum (Prat. Origenistæ) dicentium, diabolum, siue dæmones aliquando fore saluandos. Ex articulo enim habes; quòd diabolus est impœnitens, seu quòd non potest esse subiectum virtutis pęnitentiæ. Ex præsenti igitur articulo, tanquàm illã in materia illa expendens, dicas. Aut Deus impęnitentem saluabit, quod & suæ iustitię derogat nimiũ, & toti sacrę scripturę repugnat ponenti in illã nitidissimam patriam, nullum peccatorem ingressurum: aut nunquàm saluabitur diabolus. Primum, cum sit expressè blasphemum, non est dicendum; & maximè quia non de quomodocũque existente in peccato agitur, sed de totaliter secundum virtutem impęnitente. Vnde si sacræ literæ abhorrent, ꝙ aliquis existens in peccato in illam immaculatam patriam ingrediatur; quantò magis hoc de impœnitente intelligi volunt? Adde: ꝙ si diabolus propter suum peccatum inde mox propulsatus est (vt tota scriptura testatur:) quomodo vel leuiter vnquàm cogitandum, ꝙ ipse idem de peccato illo impœnitens in illam requiem introibit? Vide art. 2. appen. iuramentum Dei circa huiusmodi materiam in ly quibus iuraui in ira mea si &c. Restat itaque concludendum secundum illius diuisionis membrum, quòd s. diabolus nunquàm in æternum saluabitur. Quòd si Origenistæ, vel Libertini, respondeant Diuo Thomæ, ꝙ aliquando ipsi dęmones pœnitebũt de peccato suo: aduerte, quòd non possunt id sustinere: quoniam operatio alicuius rei dari non potest sine obiecto; immo nec oppositum ab vllo sapiente fingi potest. Quòd si res non poterit operari, mox profectò esse cessabit.

Ecce,

Ecce ratio, cum suo discursu, tracta à Philosopho lib.1. de anima. tex.11.12. Modo ad rem. D.Th.pro ratione conclusionis tertię assignat; ꝙ materia propria pęnitentiæ virtutis, deest dęmonibus: & ideo non adest (inquit) eis potentia exeundi in actum. Ac si apertè dixisset. Deest obiectum pęnitentiæ virtutis.i.peccatum remissibile, in dęmonibus. 1.p.q.64.ar.2. & iccirco nō possunt operari secundum hāc virtutem. Aut ergo aliquod totaliter ociosum dabitur in natura (quod est contra totam philosophiam,) si pęnitentia virtus in dęmonibus aliquando ponatur, aut pęnitentia virtus nunquàm in eis poterit esse (quod est verum in concl. tertia expressum.) Secundo habes: quō per rationē ostendas, præmissam hęresim (Libertinorū enim illa tandē in sensu cū origeniana conuenit) fuisse meritò in suo capite condēnatā à quinta synodo Constātinop. generali; confess. 8.c.11. sic: Si quis non anathematizat Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Nestoriū, Eutychen, & Origenē, cum impiis eorum scriptis; & oēs alios hęreticos, qui condemnati sunt, & anathematizati a sancta Dei catholica & Apostolica Ecclesia, vel prædictis quatuor sanctis Conciliis: sed & eos, qui similia cum prædictis hæreticis sapuerunt, aut sapere noscuntur, & vsque ad finem permanserunt in propria impietate: talis anathema sit. Hæc ibi. Per hunc ergo canonē damnantur etiam Libertini. Euagrius & Didymus Origenistæ: imò & quicunque quocunque tempore Origeni adhæserunt, aut in posterum adhærebunt. & quod dico de Origene dic tu etiam de aliis ibi nominatis. Per eundem quoque canonem damnantur quæcūque alio quocūque tempore ab eo hæreses confictæ: vt, ꝙ animæ fuerint ante corpora, ꝙ vna anima in plura corpora ingrediatur, ꝙ inferni supplicij aliquando finis erit: ꝙ corpora cum animabus non resurgent, sed nudæ animæ. Vide tomū 1. Conciliorum in principio, de septem Concilijs œcumenicis. Item meritò condemnatam à &c. vt pri.par.q.64.appen. tum per scripturas, tum per Concilia. Item ab Ecclesia catholica, respons. pro defunctis ibi, In inferno nulla est redemptio. Item à &c. vt pri.par.q.62.art.8.appen. Ibi.n. ostenditur efficacissimè: ꝙ nec beatitudo, nec miseria aliquando deficient, contra Stapulensem, & Origenem; & consequenter quatuor sequentes hæreses eius, quæ ad vnam reducuntur, ibiq; sub vnius nomine omnes profligantur. Sunt verò istæ: Beatitudinem, & miseriam, non fore perpetuam; Beatitudinis, & miseriæ, quasdam futuras esse alternationes: Beatas animas in corpora mortalia iterum reuersuras, in quibus patientur: & hinc rursum ad beatitudinem euocandas: Beatitudinis, & miseriæ, futurum circulū quendam. Item (vt maior sit prædictorum confusio) ab ijsdemmet hæreticis, qui dicunt; diabolū substantiam esse malam, & malum principium. Licet.n. hi Manichæi hæreticè loquantur, vt habes prima par.q.63.ar.4. & q.39.ar.3. & q.21.ar.1. & q.44.ar.1.appen. tamen contra Origenē & Libert. faciūt: & ita vindicat se Deus per inimicos suos de inimicis suis, vt olim in libris Iudicū &c. Regū gladio materiali sæpius fecit.) Si enim diabolus est primum principium malū, & substantia secundum se mala: vtique, etiā secundum Manichęos, nūquàm poterit pęnitere; & consequenter nūquàm saluari. Item à Trinitarijs, qui dicunt, ꝙ diabolus nunquàm erit, nisi malus. Quamuis hoc, s. ꝙ nunquam habuit, vnde posset stare, i. ꝙ ab instanti suæ creationis fuit malus, hæreticè dicant: vt pri.par. q.63.ar.5.appen. ostenditur. Item à Priscillianistis dicentibus, diabolum non posse esse bonum. Quāuis hoc, ꝙ s. ipse sit ex natura sua malus, hæreticè dixerint; vt pri.par.q.63.art.4.appen. monstratur. Valent hi aliàs hæretici ad reuincendum prædictorū insanas hæreses: licet pro veritatis catholicæ firmamento nec illa eorum dicta assumamus, nec eis vel tātillum indigeamus. Tertiò habes: quomodo per rationem dicta præmissorum Conciliorum, ac scripturarū, inquantum pęnitentiam virtutem insinuant, non posse esse in dæmonibus, & declares, & probes, & tuearis. Quartò uides: quomodo ex ijs Angelica hæc doctrina vicissim declaretur, & consolidetur.

Orig. multę hæreses condemnatæ.

Hæres. 4. ad vnā reductę: & sic damnatæ.

Hæreticis ipsis Deus confundit hęreticos.

---

## QVÆST. XLVIII. Aliàs 17.

*De potestate clauium, in tres articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandum est de potestate ministrorum huiusmodi sacramenti, quæ ad claues pertinet. Circa quod primo, videndum est de clauibus. Secundo, de excommunicatione. Tertio, de indulgentia: hæc enim duo sunt annexa potestati clauium. Circa primum considetanda sunt quatuor. Primo, de entitate, & quidditate clauium. Secundo, de effectu earum. Tertio, de ministris clauium. Quarto, de his in quibus potest exerceri vsus clauium.

CIRCA primum queruntur tria.

¶ Primò, Vtrum claues in Ecclesia esse debeant.

¶ Secundò, Vtrum clauis sit potestas ligandi, atque soluendi.

¶ Tertiò, Vtrum sint duæ claues, vel vna.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum claues in Ecclesia esse debeant.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd claues in Ecclesia esse non debeant. Non enim requiruntur claues ad intrandum domum, cuius ostium est apertum: sed Apocalyp. 4. dicitur, Vidi, & ecce in cœlo ostium apertum, quod Christus est, qui de seipso dicit: Ego sum ostium. ergo ad introitum cęli Ecclesia clauibus non indiget.

¶ 2 Præterea. Clauis est ad aperiendum, & claudendum: sed hoc solius Christi est, qui aperit, & nemo claudit. Claudit, & nemo aperit. Apoc. 3. ergo Ecclesia in ministris suis claues non habet.

¶ 3 Præt. Cuicumque clauditur cęlum, aperitur infernus, & econtrario: ergo quicumque habet claues cęli, habet claues inferni: sed Ecclesia nō dicitur habere claues inferni: ergo nec claues cęli habet.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum.

¶ Præt. Omnis dispensator debet habere claues eorum, quæ dispensat: sed ministri Ecclesię sunt dispēsatores diuinorum, vt patet 1. Corint. 4. ergo debent habere claues.

RESPON. Dicendum, quòd in corporalib. dicitur clauis instrumentum quo ostium aperitur. regni autem ostium nobis per peccatū clauditur, & quantum ad maculam, & quantum ad reatum pœnæ: & ideo potestas, qua tale obstaculum remouetur, dicitur clauis. Hæc autem potestas est in diuina Trinitate per authoritatem, & ideo dicitur à quibusdam, quòd habet clauem authoritatis: sed in Christo homine fuit hæc potestas ad remouēdum prædictum obstaculum per meritum passionis, quæ etiam dicitur ianuam aperire; & ideo dicitur habere secundum quosdam claues excellentiæ. Sed quia ex latere dormientis in cruce sacramenta fluxerunt, quibus Ecclesia fabricatur, ideo in sacramentis Ecclesiæ efficacia passionis manet, & propter hoc etiam ministris ecclesiæ, qui sunt dispensatores sacramentorum, potestas aliqua ad prædictū obstaculum remouendum est collata, non propria, sed virtute diuina, & passionis Christi; & hæc potestas, metaphoricè clauis ecclesiæ dicitur, quæ est clauis ministerii.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ostium cęli, quantum est de

---

SVPER Q. XLVIII. Aliàs 17. Art. 1.

CONCL. Ministris Ecclesiæ, qui sunt dispensatores sacramentorum potestas aliqua ad remouendum obstaculum ingrediendi in regnum, & consequenter ad aperiendum ostium regni, est collata: non propria virtute, sed diuina, & passionis Christi: & hæc potestas dicitur metaphoricè clauis Ecclesiæ; quæ est clauis ministerij.

Quid sit clauis Ecclesiæ.

¶ NOT. Obstaculum prædictum ingrediendi cœlum, & consequēter tenens nobis ostiū cœli clausum, est duplex, s. macula peccati, & reatus pęnæ peccato debitæ. Macula peccati est aut originalis, aut actualis mortalis, aut venialis (veniale enim maculam secūdum quid causat: licet non proprie. 1.2.q.89.ar.1.) reatus pęnæ est aut æternæ, aut tēporalis. Hęc pro declaratione terminorum conclusionis.

¶ PROB. 1. Quia in sacramētis Ecclesię manet efficacia passionis Christi (cum ex latere eius dormientis in cruce sacramēta fluxerint, quibus Ecclesia fabricatur, q.6.ar.6.) & efficacia sua fuit ad remouendum obstaculum ingrediendi regnum, ac per consequens ad aperiendum ostium (cū id Christus meruerit per passionem suam, 3. par. q. 49.art.5. Secunda autē pars, s. non propria &c. probatur: Quia ministri ecclesiæ potestatem talem, neque ex se, neque ex merito suo, habent; sed à virtute Dei p authoritatem, & à passione Christi per eius meritum. Tertia aūt pars, s. & hæc potestas &cæt. probatur: Quia per potestatem hanc Ecclesia ostium regni fidelibus aperit; & in corporalibus illud instrumentū, quo ostium aperitur, dicitur clauis. Quarta autem pars, s. quæ est &c. probat: Quia potestas talis non est clauis per authoritatem (cum hæc soli Trinitati diuinę cōueniat) nec est clauis excellentiæ (cū hęc soli Christo:) sed est clauis ministrorum Ecclesiæ.

65 D.Tho. 4. d.18.

1^m maior. Non requiruntur claues ad intrandum domū, cuius ostiū est apertum. R. Secundum eam rationē, qua apertū est, nō requiruntur: non autē, secundū eam rationem qua non est

est apertum. §. Tunc &c. Nam claues Ecclesiæ non requiruntur ad aperiendum cęli ostium secundum se consideratum, cum sic semper sit apertum: neque requiruntur ad remouendum impedimentum intrandi, quod se tenet ex parte totius naturæ humanæ, ex peccato primo Adami consecutum: cum per passionem Christi amotum sit (vt ex Apocal. 4. arguitur:) sed requiruntur ad aperiendum ostium huic, i. ad remouendum impedimentum intrandi ab isto. Nō enim per ostium, etiam quòd sit apertum, potest quilibet intrare; puta aliunde impeditus: vt experiētia quoque humana manifestissimè docet.

¶Coroll. Ad hoc ergo, quòd ingredi possit quis in domum, requiruntur de necessitate duo: q videlicet & ostium sit apertum, & ingressurus aliunde ad transeundum per apertum ostium non impediatur. Quòd si fortè, stante ostio aperto, impedimentū aliundè ingressum prohibens sit; oportet (velis, nolis,) fateri: esse necessariū omnino, si iste sic impeditus sit intraturus, remoueri impedimentum illud sibi particulare. Alioquin nunquàm ingredietur, neque ingredi poterit, per ostium illud quantumcumque apertum, quantolibet conatu annitatur; nisi conatus ille pro remotione illius impedimenti secundum veritatem reputetur. Ad rem modo. Cęli ostium & secūdum se apertum est, & ex parte peccati communis toti naturæ humanæ amplius nō occluditur (in cuius signum: sancti Patres, qui ob talem aperti ostij occlusionem intrare non poterant, ã limbo post Christi passionem educti per illud ostium in cęlum intrauerunt:) sed hæc duo nō sufficit ad hoc, quòd iste effectualiter ingrediatur. Si enim aliunde impeditus sit iste: oportet, vltra prædictam patentissimam apertionē, quòd impedimentum illud particulare ab isto remoueatur, vt intret: alioquin, coram apertissimo ostio, foris de necessitate stabit; nec vnquàm in æternum ingredi poterit. Nihil ergo ingressui huius ad cęlestem domum contrariatur: nisi impedimentum illud particulare, & ex consequenti hoc solum restat amouendum. Quomodo amouebitur? Per claues Ecclesiæ. Ergo claues Ecclesię non sunt ad aperiendum secundum se ostium regni cœlorum, nec ad remouendum occlusionem eius vniuersalem toti generi humano causatam à primo peccato prothoparentis (vt dicit textus:) sed sunt ad remouendum impedimentum particulare huius, i. ad aperiendum huic, i. ad faciendum quòd hic per iam olim apertum ostium possit effectualiter intrare. Impedimētum verò huius particulare est peccatum personale, i. quod in illa persona reperitur; & hoc est vel actuale, vel originale. Licet enim originale per originem naturalem traducatur: tamen est personale in sensu prædicto: dicente Concil. Trid. sess. 5. decr. 1. can. 3. q peccatum illud Adæ origine vnum est, & propagatione, non imitatione, transfusum in omnibus, inest unicuique proprium. Hæc ibi. Impossibile ergo est; q ingrediatur hic per ostium, i. q salutem adipiscatur etiam in præsenti vita per Christi gratiam: nisi se subijciat clauibus Ecclesiæ in re, vel in voto. His enim solis remoueri potest impedimentum particulare ab isto: quoniam sic ordinauit Christus. In voto, inquàm, sufficiente ad salutē: & propterea superius in exemplo corporeo de impedito annitente ingredi, additum est ly nisi conatus ille pro remotione illius impedimenti secundum veritatem reputetur.

*Aperta cœlorū ianua, & passione Chri data, aliud est necesse ad salutem.*

*Concil. de originali.*

¶Not. Responsum hoc textuale sic explanatum tantò magis catholicis aduersus hæreticos pro turri fortissima est: quantò à Concil. Trid. sess. 6. cap. 3. confirmatur. Verum etsi Christus pro omnibus mortuus est; nō omnes tamen mortis eius beneficiū recipiunt; sed ij dumtaxat, quibus meritum passionis eius communicatur. Hęc ibi. Quomodo autem communicetur nobis meritum, seu efficacia passionis Christi, habes in corpore artic. & in fine huius responsi, vbi concluditur ly propter hoc indigemus sacramentis, & clauibus Ecclesiæ. Quod & confirmari ex eodem Concilio ead. sess. eo. cap. & 7. item sess. 14. cap. 1. & 5. & 6. Item sess. 5. decret. 1. cano. 3. sapiens quisque videre potest.

*Concilii de beneficio passionis Christi.*

**2^m de minori.** Sed hoc. ℞. Quantum ad apertionem cœli per remotionē impedimenti totius generis humani, & quantū ad clausionem limbi sanctorum Patrum: non, quantū ad remotionem impedimenti personalis. §. Tunc &c. Nam clauis Ecclesiæ est solum ad aperiendum, & claudendum, per actionem circa personale impedimentum: vt videre est in Corollario post responsionem ad primum.

est de se, semper est apertū, sed alicui clausum dr̄ propter impedimentum intrandi in cœlum, quod in ipso est; impedimentum autem totius humanæ naturæ ex peccato primi hominis consecutū, per passionem Christi amotum est, & ideo post passionem vidit in cęlo ostium apertū; sed adhuc quotidie alicui manet clausum propter peccatum originale qd̄ contraxit, vel actuale quod committit, & propter hoc indigemus sacramentis, & clauibus ecclesiæ.

Ad secundum dicendum, q hoc intelligit̄ de clausione, qua limbum clausit, ne aliquis vltra in illum descendat; & de apertione, qua paradisum aperuit remoto impedimento naturæ per suam passionem.

Ad tertium dicendum, q clauis inferni, qua aperitur, & clauditur, est potestas gratiā conferendi per quam homini aperitur infernus, vt de peccato educatur, quod est inferni porta, & clauditur ne vltra homo in peccata labatur; gratiam autem conferēdi solius Dei est: & ideo clauem inferni sibi soli retinuit; sed clauis regni est potestas etiā dimittendi reatum pęnæ per quem homo à regno prohibet̄; & ideo magis potest dari clauis regni q̃ clauis inferni: non. n. idem sunt, vt ex dictis patet. Aliquis enim de inferno educitur per remissionem æternæ pœnæ; qui non statim in regnum introducitur propter reatum tēporalis pœnæ quæ manet. Vel dicendum est, q eadem est clauis inferni, & cęli, quia ex hoc ipso q alicui aperitur vnum, clauditur alterum; sed denominatur à digniori.

ARTI-

**3^m illatio vltimæ conclusionis.** Ergo nec &c. ℞. Negat̄ illatio. §. Nam clauē inferni Deus sibi soli retinuit, propter rationē dictam in textu: & clauē regni ecclesiæ cōmunicauit. Non. n. idem sunt istæ claues. Vide textū.

**Item de prima conclus.** Habet claues inferni. ℞. Ex consequenti: non aliter. §. Tunc &c. Nam ecclesia habet ex consequēti claues inferni: licet non primo intuitu. Principaliter. n. per claues sibi datas intēdit Ecclesia aperire cęlū; & ex hoc ipso postmodū sequitur, q claudat infernum. Vide responsum secundum ly vel dicendum est &c.

*Resp. 2.*

¶Not. Finis vltimus est prius in intentione operantis: licet sit posterius in executione: & maximè quando finis acquirendus est aliquo impedimento nobis occlusus. Tunc. n. prius oportet remouere prohibens, quàm veniatur ad consecutionem finis. Cùm hoc tamē stat veritas hæc: q finis primo intendebatur, & q ex ista intentione secuta est executio ad remouendum prohibens. Sic ergo finis semper remanet dignior: sed in intentione & dignior, & prior, in executione autem solum dignior. Ad rem nostram applica. Ecclesiæ finis est introducere homines in cęlū: sed consecutionem huius impedit peccatum, quo infernus homini apertus est. Quid principaliter intēdit Ecclesia? Clauibus aperire cęlum ad introducendū illuc homines. Ex ista principali intentione mota, quid prius facit? Remouet prohibens consecutionē sui principalis intenti: Remotio ergo prohibentis dependet, tāquàm à causa, ab intentione vltimi finis: & ideo ipsa remotio in hac etiam executione est indignior vltimo illo fine. Quid est illud prohibens? Est personale peccatum. Remouet ergo primo Ecclesia peccatum per claues. Quid factum erat per peccatū? Apertus erat infernus ipsi peccāti. Clauditur ergo primò ab Ecclesia infernus peccanti; quando hunc absoluit. Remoto deniq; prohibente peccato, & clauso inferno, aperta offertur ianua cœlorum ab Ecclesia homini prędicto. Ecce igitur; q (vt dicit litera) clauis inferni, & cœli potest dici eadem. Et q tamen illam, inquantum est inferni Ecclesia habet ex consequenti; eandem verò, inquantum est cœli, habet de primo intuitu. Sunt ergo duæ formaliter, & vna materialiter: licet iuxta primum responsum sint duæ etiam realiter.

## APPENDIX.

Ex art. habes primò, quomodo per rationē ostendas, meritò dictū fuisse à scripturis, claues esse in Ecclesia conuenienter. Hoc autem fuit dictum, quando à Christo, qui omnia conuenientissimè facit, Claues datas esse Petro, testificantur. Scimus enim q à Petro in totam Ecclesiam deriuatum postea est sacerdotium (dicente Siritio Papa in Epist. 4. ad Concilium Telense, per sanctū Apostolum Petrum, & Apostolatus & Episcopatus in Christo cępit exordium. De qua re etiam ad longum supra visum est q. 6. art. 2. & quæst. 8. art. 2. & quæst. 10. art. 3. appen.) scimus, inquàm, hoc: & per consequens verè fatemur, quòd si datæ sunt Petro, datæ sunt & Ecclesię; non quia Petrus sit Ecclesia, sed quia est caput Ecclesiæ (vt testatur Concilium Constantiense, damnans hæresim contrariam Ioannis Huss, sess. 15. De qua re etiam suprà q. 6. ar. 6. & q. 8. ar. 5. & 6. item magis directè in pri. par. q. 32. artic. 4.) Porrò de clauibus datis Petro loquuntur scripturæ Matt. 16. & Io. 21. ibi quidem in promissione, hic verò in exhibitione. Nam Christus Petro Matth. 16. ait, Tibi dabo claues regni cœlorum: & Io. 21. Pasce oues meas. Sicut enim ly dabo, cum sit futuri temporis, sonat promissionem; ita ly Pasce, cum sit præsentis, exhibitionem: ac si apertè in Matth. diceret Christus Petro, Ego faciam te pastorem ouium mearum, & in Ioan. ego te facio. Vbi etiam connectendo hunc ad primum locū, declarauit optimè Christus; quid intellexerit per claues Matth. 16. dictas: q videlicet intendebat (vt sacrosancti Conc. Flor. sess. vlt. verbis vtar) plenam potestatem pascendi, regendi, & gubernandi, vniuersa-

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

*Cōc. Flor. de clauiū significatione, ac Petri.*

uerſalem Eccleſiam:& quod per ly tibi,quòd uidelicet intendebat (ſecundum idem concilium) tum Petrum ipſum, tum quemlibet canonice electum ſucceſſorem eius. Adeo quòd (eodem concilio teſtante) ipſi quoque ſucceſſori. Romano Pontifici,tunc in Beato Petro paſcendi, regendi,& gubernandi uniuerſalem Eccleſiam plena poteſtas tradita fuit a Domino noſtro Ieſu Chriſto:quemadmodum etiam (inquit) in geſtis œcumenicorum Conciliorum,& in ſacris canonibus, continetur & (ut ſemel pro ſemper contra ueritatis,) præmiſſiq; concilij, aduerſarios, licet ab inſtituto parum digreſſi, (Zelum domus Dei induentes reſpondeamus) diligenter notato: quòd antedicta concilij declaratio fuerat ab ipſiſmet Græcis coram Imperatore ſuo (abſentibus Latinis) poſt multam diſputationem & librorum Doctorum ſuorum reuolutionem inter ſe inuicem concluſa prius, quàm hoc factum Latinis innoteſceret, ac de unanimi conſenſu poſtmodum in literis ſanctæ unionis poneretur (ut in ead.ſeſſ.vlt.parum ante has literas patet:) id qđ apertiſſime monſtrat, quanta ſit uis ueritatis contra Græcos ipſos, ſic acerrime antea hoc ipſum oppugnantes, in ore Græcorum. Quanta uerò libertate, quantoque honore, a Latinis donata ſit Orientalis Eccleſia in eadem ſynodo generali (quod,& præcipuè, ꝑ definita veritate ſtat:)teſtatum reliquit Reuerendiſſ.D.Beſſarion Græcus, Patriarcha Conſtantinopolitanus poſt dictum Concilium a Græcis ipſis ad propria reuerſis, electus Epiſcopus Tuſculanus, & S.R.E.Card.Nicenus,in epiſt.Magnifico & clariſſimo uiro Alexio Laſcari Philantropino ſcripta, cuius uerba ſunt hæc. Abierũt igitur Latini, receſſimus & nos:& cum omnes iam appulliſſemus Florentiam, decreta fuit dies,in quo incipiendum, atque continuandum erat concilium. Et in termino adueniente, rurſus accuſare Latinos incœpimus: quemadmodum etiam in illa quæſtione, An liceat addere quicquam,nos accuſatorum, Latini verò,rñdentium tenuerunt locum:& ita rñderunt,ut nil nos ad illa replicare potuerimus. Ita etiam in ipſo dogmate,nos quidem tanquàm accuſantes propoſuimus:illi uerò reſpondebant. In omnibus enim ad libitum noſtrum; & prout uolebamus; ita facere nobis licebat. Et tamen non pudet aliquos,dicere,vim nobis illatam fuiſſe.Quod nũquàm fuit,teſte ueritate,q̃ Deus eſt. Hæc ibi, & poſt multa ſubdit. Propter hæc oia merito ſecuta eſt unio: & omnes abſq; quacũq; uiolentia,ſponte,& uoluntariè,huic rei conceſſerunt. Qui uerò cõcedere noluerunt (fuerunt autem duo, & non plures) cum omni libertate,ſine aliqua oppreſſione, in ſuo arbitrio relicti, cũ honore & charitate ſumptibus Eccleſiæ Romanæ ad propria remearunt. Hæc ille Beſſarion. Ecce teſtis oculatus:& multis de cauſis (ut patet) omni exceptione maior; & dicti ſui Deum in teſtem, animo tranquillo ac deliberato,abſq; omni coactione, inuocans. Ad rem modo in ordine primam. In Eccleſia ergo,ſecundum ſcripturas ex concilio expoſitas, ſunt claues,ideſt poteſtas uniuerſalis, ut ſupra. Vniuerſalis,inquàm: quia ex cõtextu etiam Euangelij hoc patet. Præmiſerat enim Chriſtus Io.10. Alias oues habeo,quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet unum ouile, & vnus paſtor. Quaſi apertè dixerit: poſtquàm adduxero illas alias oues, ex quibus cum his præſentibus fiendum eſt unum ouile;tũc ego faciam unum paſtorem, ſiue (quod idem eſt) a me fiet unus paſtor. Non igitur antea, ſed poſt adductionem illarum ouium, vult promiſſas claues, Matth.16.actualiter dare Petro. Quæ ſunt illæ aliæ oues;& quomodo adducendæ a Chriſto? Sunt Gentiles, & ab ipſo adducendæ ſunt per paſſionem ſuam. Quod utique per contextũ Ioannis ſignificatum eſt. Nam c.12.quaſi uerba illa c.10. declaraturus,ſubdit; Erant autem quidã Gentiles ex his,qui aſcenderant, ut adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Philippũ,qui erat a Bethſaida Galilææ;& rogabant eum dicentes: Dñe, volumus Ieſum videre. Venit Philippus,& dicit Andreæ. Andreas rurſum, & Philippus, dixerunt Ieſu. Ieſus autem reſpondit eis dicens; venit hora, ut clarificetur filius hominis. Amen, Amen,dico vobis:niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Hæc ibi. Colligitur ergo ad literam: & quòd illæ aliæ oues ſunt gentiles,& quòd adducendæ ſunt per paſſionem Chriſti ad veram cognitionem eius; quod eſt adducere ad ouile Chriſti. Ideo enim de mortificatione grani cadentis in terram reſpondet Dominus ad diſcipulos quærentes pro Gentilibus,vt uiderent eum:quò vel hinc agnoſcas, Gentilium plenitudinem ad Chriſti ueram cognitionem non eſſe adducendam,niſi per paſſionem eius. Reſtabat ergo ſolum,poſtquàm Chriſtus paſſus eſt, pro complemento ſententiæ illius prædictæ cap.10.quòd fieret unus paſtor. Propterea ordinatè procedẽs B.Io.narrata Chriſti morte c.19. inſtitutionem vnius paſtoris inducit c.ult. Paſce (inquit) oues meas. Vbi ex ordine textuum patet:quòd per ly oues, intelligit Chriſtus non ſolum Iudæos, ſed etiam Gentiles, & cum totus mundus hac diuiſione exhauriretur (erant.n.quicumque reperiebantur in mundo,aut Iudæi,aut Gentiles,) ſequitur,quòd per ly oues,compræhendebantur omnes de quacumque ratione exiſtentes in mundo,qui tamen pertinerent ad Chriſtum, ad quod innuendum additur ly meas. Quæcumque igitur perſonæ in vniuerſo mũdo ad Chriſtum pertinent ratione fidei in ipſum, omnes curæ Petri committuntur, per ly oues meas. Ecce ergo, quòd illa paſtoralis poteſtas data Petro eſt uniuerſalis, & non particularis. Si enim eſſet particularis, uel dixiſſet, paſce iſtas, uel illas oues meas, & non ſimpliciter, ly oues meas: uel ſaltem dixiſſet hoc, antequàm adducerentur aliæ oues, quæ non erant de illo Iudaico ouili. Poterat ſiquidem tunc fortè intelligi ſolum particulariter, puta de ſolis Iudæis, ly oues meas, quoniam quàmuis abſolute locutio fieret,tamen ratione materiæ, quia ſ.aliæ oues non exiſtẽtes de illo ouili nondum ad exiſtere de illo ouili adductæ fuerant,poterat limitate intelligi:ita quòd intelligeretur locutio facta abſolutè non ſimpliciter,ſed abſolute in genere Iudæorum. Nunc uerò,cum Petro non commiſerit regimen ouium ſuarum, niſi poſtquàm alias non exiſtentes de illo ouili adduxerat ad exiſtere de illo ouili (ratione.ſ.eiuſdem fidei in Chriſtũ. Quo & modo dicitur Galat.3.in Chriſto Ieſu non eſt Iudæus, neque Græcus,non eſt ſeruus,neque liber,non eſt maſculus,neque fœmina) patet: quòd per ly oues meas, intelligit omnes abſolutè ſimpliciter. Alioquin de nullis prorſus ſecundum rem intelligeret: quoniam, cum omnes oues iam tunc eſſent de eodem ouili, eadem ratione, qua eximere uelles aliquas, immo unam ſolam, a cura hic Petro commiſſa, eximere poſſes & alias,immo & omnes. Vt quid etiam (ut antea tetigimus) omnes ad unum ouile adducendas, & omnes has unius Chriſti primi paſtoris uocem audituras prædixit,antequàm unum paſtorem faceret: niſi ut cum,ab eo fieri vnum paſtorem per ly paſce oues meas,audieris,intelligas (velis,nolis:)ſermonem uniuerſalem abſolutè ſimpliciter eſſe de ouibus:ac per hoc Petrum Chriſti non qualemcumque,ſed uniuerſalem,vicariũ in paſcendis ouibus conſtitui? Ecce igitur:quàm aptè, quàm accommodè, quàm appoſite, ad contextum prædictũ Euangelij dixit Florentina ſynodus:quòd Petro,& ſucceſſoribus ſuis in eo,data eſt a Chriſto Domino plena poteſtas paſcendi, & regendi, & gubernandi vniuerſalem eccleſiam; & quòd Petrus, & quilibet ſucceſſor legitimus, eſt uerus Chriſti uicarius, totiuſque Eccleſiæ caput, omnium Chriſtianorum pater ac doctor. Vide Veritates aureas ſuper legem Moſaicam,lib. Numeri concluſ. Secundò habes: quomodo per rationem præmiſſa, tum ſcripturarum,tun conciliorum dicta,pro quanto claues eſſe debere ſentiunt in Eccleſia, & intelligas,& probes,& defendas. Tertiò uides:quomodo viciſſim ex ijs Angelica hæc doctrina conſolidetur, & declaretur.

Libertas Cõc. Flor. & a Latinis honor Græcorũ.

Dogma hoc fuit, de proceſ. ſ.ſ.a fil.

Diſcurſus ꝓ primatu Petri ex Euãgelio, fiet un⁹ paſtor, pulcherrim⁹.

Concil.ſupra.

a

b

---

SVP. Q. XLVIII. Aliàs 17. Art. II.

COoncl. In prædicta diffinitione clauis ponitur genus (.ſ. poteſtas,) ſubiectũ poteſtatis (.ſ.iudex eccleſiaſticus,) actus poteſtatis (ſcilicet recipere, excludere,) obiectum ipſius actus (ſcilicet regnũ,) modus exequendi actum (ſcilicet dignos, indignos.)

66

¶ Coroll. Ergo (vt verbatim titulo correſpondeas) clauis eſt poteſtas ligandi, atque ſoluendi &c. Sed,breuitatis ſimulq; copioſitatis amator. Sãctus Doctor (vt alias etiam annotauimus,& per ſemper dictum nunc volumus) multotiens alijs verbis quæſito occurrenti reſpondere ſolet: & legẽtibus ex hoc relinquere verbalem ad quæſitum reſpondendi applicationem. Sic enim reſpondendo (vt nunc facit) breuibus multa dicit: quod ſibi plurimũ familiare eſt. Nam concluſione p̄ſẽti, & quot, & quæ, & quo ordine ſint in diffinitione clauis,notificat: & ſimul, cum

Multa paucis dicere, S.Th.familiare eſt.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum clauis ſit poteſtas ligandi, & ſoluendi, &c.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd clauis non ſit poteſtas ligãdi, & ſoluendi, qua eccleſiaſticus iudex dignos recipere, indignos excludere dẽt à regno, vt ex litera habetur, & ex glo. Hier. Matth.16. Poteſtas enim ſpiritualis in ſacramẽto collata eſt idem, quòd character: ſed clauis & character non videntur idem eſſe,quia ꝑ characterem homo Deo comparatur, per claues autem ſubditos,ergo clauis non eſt poteſtas.

¶ 2 Præt. Iudex eccleſiaſticus non dicitur niſi ille, qui habet iuriſdictionem, quæ ſimul cum ordine nõ datur, ſed claues in ordinis ſuſceptione conferuntur, ergo non debuit de eccleſiaſtico iudice in definitione clauium mentio fieri.

¶ 3 Præ. Ad id,quod aliquis habet ex ſeipſo,non indiget aliqua poteſtate actiua per quam inducatur ad actum; ſed eo ipſo, quòd aliquis eſt dignus,ad regnum admittitur; ergo non pertinet ad poteſtatem clauiũ dignos ad regnum admittere.

¶ 4 Præ. Peccatores indigni ſunt regno, ſed eccleſia ꝓ peccatoribus orat vt ad regnum perueniant, ergo

cum per hoc bonitatem diffinitionis clauis attestetur, quæsito satisfacit; immo, cum plus ei det, quàm ab eo rogetur, plusquam sufficienter satisfacit. Quòd si verbaliter titulo respondisset; non tot proculdubio compendiosè, abundanter, & distinctè, docuisset. Memor semper itaque esto regulæ huius; ut non tantum doctrinam, sed & modum docendi S. Thomæ admireris.

Pro regula uniuersali.

Vt autem melius i corpore positam probationem sequentem adaptes conclusioni, simulque inde conijcias id, quod iam dictũ est (uidelicet ꝙ Sanctus Doctor per illam expressam in litera intẽdebat etiam implicitam hãc; cui sua probatio applicabitur:) Ecce conclusio è textu illo tracta.

¶ Concl. Diffinitio ꝑdicta clauis est bona.

¶ Prob. Quia diffinitio potentiæ alicuius est bona, quando datur per suum actum (cum secundum Philosophũ, potentiæ diffiniantur ꝑ suos actus,) exprimendo actus obiectum (cũ actus speciem recipiat ab obiecto,) modumq; agendi (cum ex modo ipso potentia appareat ordinata:) & in diffinitione clauis, quę est potentia ponuntur omnia hæc (patet per conclusionem in textu expressam.)

## 1m de minori.

Idem esse. ℞. Secũdum rationem: non, secundũ essentiam. §. Tunc &c. Non. n. sequitur, quod clauis sit character; licet utrumq; sit potentia spiritualis in sacramento ordinis collata. Nam potentiæ istæ secundum rationem sunt duæ (ut arguitur:) cũ potentia, ut character, ad Deum corpus eius conficiendo respiciat; & potẽtia, ut clauis, ad subditos, eos ligando, uel soluendo. Quòd si una & eadem essent secundum rationem, sicut sunt secundum essentiã: tunc sequeretur, quòd clauis & character essent omnino idem; quod est inconueniens, ad quod intendebat arguens inducere.

nõ excludit indignos, sed magis admittit quantum in se est.

¶ 5 Præter. In omnibus ordinatis agentibus, vltimus finis pertinet ad principale agens, non ad agens instrumentale; sed principale agẽs ad salutem hominis est Deus; ergo ad eum pertinet ad regnum admittere, quod est vltimus finis, & non ad habentem claues qui est sicut instrumentum vel minister.

Respon. Dicendum, quòd secundum Philos. in 2. de Anima, potentiæ per actus definiuntur, unde cum clauis sit potentia quædam, oportet quòd ꝑ actum uel per vsum suum definiatur, & quòd in actu obiectum exprimatur, à quo speciem recipit actus; & modus agendi, ex quo apparet potentia ordinata. Actus autem potestatis spiritualis non est vt cœlum aperiat absolutè, quia iam apertum est (vt dictum est,) sed quantum ad hoc vt aperiat tali; quod quidem ordinatè fieri non potest, nisi ex idoneitate eius, cui aperiendum est cœlum, pensata. Et ideo in prædicta definitione clauis ponitur genus, scilicet potestas; & subiectum potestatis, scilicet iudex ecclesiasticus: & actus, scilicet excludere, & recipere (secundum duos actus materialium clauium aperire, & claudere) cuius obiectum tangitur in hoc quòd dicit, à regno: modus aũt in hoc quòd dicit, dignos & indignos. Nã dignitas, & indignitas in illis, in quos actus exercetur, pensatur.

Ad primum ergo dicendum, quòd ad duo, quorum unũ est causa alterius, una potestas ordinatur, sicut in igne ad calefaciendum, & dissoluendum, & quia omnis gratia, & remissio in corpore mystico ex capite suo prouenit, ideo vna potestas, eadem esse uidetur per essentiam qua sacerdos conficere potest, & qua potest soluere, & ligare si iurisdictio adsit; nec differt nisi ratione secundum quòd ad diuersos effectus comparatur: sicut etiã ignis dicitur secundum aliam rationem calefactiuus, & liquefactiuus, & quia nihil est aliud character ordinis sacerdotalis, quàm potestas exercendi illud, ad quod principaliter ordo sacerdotii ordinatur (sustinendo quòd sit idem quod spiritualis potestas) ideo character, & potestas cõficiendi, & ptãs clauiũ est vnũ, & idem ꝑ essentiã, sed differt ratione.

Ad secundum dicendum, ꝙ omnis potestas spiritualis datur cũ aliqua consecratione, & ideo clauis cum ordine datur; sed executio clauis indiget materia debita, quæ est plebs subdita per iurisdictionem; & ideo antequam iurisdictionem habeat habet claues, sed non habet actum clauium; & quia clauis per actum definitur, ideo in definitione clauis ponitur aliquid ad iurisdictionem pertinens.

Ad tertium dicendum, ꝙ aliquis potest esse dignus aliquo dupliciter: aut ita quod ipsum habendi ius habet, & sic quilibet dignus iam habet cœlum apertũ, aut ita quòd insit ei congruitas ad hoc quòd ei datur, & sic dignos quibus nondum apertum est cœlum, potestas clauium recipit.

Ad quartum dicendũ, quòd sicut

¶ Not. Ly una potestas, & eadem esse uidetur, &c. Ratio fundamentalis huius dicti hæc est: quia unus character in ordine sacerdotij confertur, & non duo. Vnde clauis cum in datione ordinis sacerdotalis conferatur, ut in ad secundum, non erit alius character a charactere conficiendi corpus Domini. Sustinendo itaque (ut in textu dicitur,) quod character sit idem, quod spiritualis potestas, cõuertibiliter, s. vt dicamus etiam, quòd omnis spiritualis potestas est character: oportet fateri, quòd character ille & clauis sunt potestas eadem re, licet ratione differant modo in responsione nunc dicto, & ideo ibi conclusum est: quòd clauis & character non sunt omnino idem non autem, quòd non aliquo modo.

## 2m illatio conclusionis.

Ergo non debuit, &c. ℞. Negatur hæc illatio. §. Ratio est; quia in arguendo committitur fallacia secundum nõ causam, ut causam. Causa. n. quòd de aliquo iurisdictionem concernente fiat mentio in diffinitione clauis, non est illa, quam arguens suspicatur. Sed est alia: uspicatur enim arguens, quòd talis causa sit dari iurisdictionem, uel non dari in collatione ordinis sacerdotalis; cum tamen non illa, sed uera huius causa sit clauem debere diffiniri per actum. Hinc enim fit: quòd, cũ actus iste non possit exerceri nisi ab habente iurisdictionem, ponatur in diffinitione clauis aliquid ad iurisdictionem pertinens.

## 3m de maiori.

Habet. ℞. De iure: non, de congruitate. §. Tunc &c. Licet enim eo ipso, quo aliquis est regno dignus de iure, ad regnum admittatur (ut minor, si in sensu uero sumatur, intelligit:) non tamen eo ipso, quo aliquis regno est dignus de congruo, ad illud admittitur, sed oportet, quòd illa congruitas perficiatur. Perficitur autem ab habente clauium executionem. De istis autem secundo modo dignis intendit diffinitio.

¶ Not. Dignis primo illo modo cœlum iam patet; secundo autem non item. ideo primi non indigent, quòd sibi ab aliquo aperiatur cœlum: secundi uerò sic. Ex hoc tamen non est inferendum: quòd aliquis existens iam in gratia, & cui iam apertum est cœlum per remissionem peccatorum suorum mortaliũ propter uotum confessionis præhabitum; non teneatur postea actualiter confiteri: sed solũ inferendum est, quòd sacramentum pœnitentiæ institutum non est nisi propter lapsos in peccatum post baptismum: & quòd non debet absolutio dari, nisi ijs, qui congruitatẽ ad recipiendum fructũ ipsarum clauium uidentur habere: & hi sunt contriti contritione humana, licet nõ semper formata. q. 9. arti. 1. uel saltem tali attritione affecti, ut sub manu confessarij conterantur. De qua attritione uide Concil. Trid. sess. 14. cap. 4. & sup. q. 1. art. 2. & 3. & q. 2. art. 6. Primum illud ex hoc textuali responso non est inferendum; qm̃ non est de mente, imò est contra expressam mentem S. Th. q. 1. art. 1. ad tertium, & q. 5. ar. 2. ad primum, & q. 8. artic. 2. ad tertium. Secundum uerò est inferendum, qm̃ est de mente S. Doctoris q. 6. ar. 1. & 3. & q. 9. ar. 1. & 4. ad quintũ. Cuius mens confirmatur ex Conc. Trid. sess. 14. c. 1. sic. Si ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, ut iustitiam in baptismo ipsius beneficio & gratia susceptam constanter tuerentur; nõ fuisset opus, aliud ab ipso baptismo sacramentum ad peccatorum remissionem esse institutum. Quoniam autem Deus diues in misericordia cognouit figmentum nostrum, illis etiam vitę remedium contulit, quam sese postea in peccati seruitutem, & dęmonis potestatem tradidissent sacramentum uidelicet pœnitẽtiæ: quo lapsis post baptismum beneficium mortis Christi applicatur. Hæc ibi: & c. 4. fuit autem quouis tempore ad impetrandam ueniam peccatorũ hic contritionis motus necessarius: & in homine post baptismum lapso ita demum præparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia diuinæ misericordiæ, & uoto præstandi reliqua coniunctus sit; qua ad ritè suscipiendum hoc pœnitentiæ sacramentum requiruntur. Hæc ibi: & infra eo. c. declarat; quòd attritio, quæ & excludit uoluntatem peccandi, & est cum spe ueniæ, disponit ipsum attritum ad gratiam in sacramento pœnitentiæ impetrandam. Ecce igitur: quòd congruitas illa, de qua in textu, est contritio, uel etiam attritio; & quòd pro lapsis post baptismum solummodo est instituta confessio (ut de mente Angelici doctoris nunc exponebatur.)

Concil. de nec. inst. c. 6 sess.

Qualis est tritio requiritur ad absolutionẽ a peccatis.

## 4m de conclusione.

Non excludit. ℞. a sua oratione: non, ab absolutione. §. Tũc &c. Nam diffinitio intendit, quòd iudex ecclesiasticus indignos excludit ab absolutione, inquantum s. incontritos omnino (de quo uide q. 1.

Tertium

quæst. 1. arti. 1. & quæst. 3. art. 1. & q. 5. art. 3.) non absoluit: non autem intendit, quòd non debeat orare, & pro omnino indignis, ut quandoque absolutione digni in futurum habeantur, & pro dignis de congruo (uide respon. ad tertium, cum sua not.) ut absolutio tunc eis actualiter danda suspiciatur, ut decet.

Notãdum vniuersalissimum pro thesis, &c.

¶ Not. Vniuersalissima. Quamuis hic, uel alibi, viderentur forsan aliqua responsa formalia nõ esse eadem cum textualibus: tamen, si perspicacius considerabuntur vtraque ad inuicem conferendo (obseruando semper intentum argumentorum, ut sensus textualium responsionum rectè intelligatur,) illa formalia esse eadem cum illis in substantia ubique reperientur, etiam ab ijs; qui de opposito prima facie dubitabant; stante nihilominus differentia textuum, & formalizationum.

5^m de maiori. Finis pertinet. ℞. Vel mediatè, vel immediatè: non autem, solum mediatè. §. Tunc nihil &c. Licet enim ad Deum pertineat mediate, uel etiam (secundum, quòd sibi placuerit) immediate admittere ad regnũ, inquantum potest etiam sine sacramentis ad illud introducere: tñ ad habentem claues per modum ministerij pertinet solummodo mediatè. i. mediantibus sacramentis, ad regnum cœlorum admittere.

Confessarius est agens instrũ le dupliciter.

¶ Coroll. Ergo confessarius dicitur, quantum ad intromittendum homines ad regnum, agens instrumentale; non tantum quia est instrumentũ Dei, quo s. Deus utitur in re tanta; sed etiam quia non potest efficere hoc, s. admittere ad regnum, nisi per instrumenta aliqua, i. per sacramenta.

sicut Deus non obdurat impartiendo malitiã, sed non conferendo gratiam: ita sacerdos dicitur excludere, quòd impedimentum ad intrandum ponat, sed quia impedimẽtum positum non amoueat; q̃a ipse amouere nõ potest, nisi prius Deus amo-

## APPENDIX.

Vtilitas p S. Ecclesia &c.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim quorundam (ut ex Concil. Trid. nunc adducendo colligitur) dicentium: claues ecclesię datas esse tantum ad soluẽdum. Quapropter, secundum istos, non posset sacerdos, vel non amouere impedimentum, quod est quoddam ligare (ut in responsione ad quartum patet,) uel satisfactionem necessario implendam imponere pœnitenti, uel excommunicare: quæ omnia, & singula sunt falsa. Potest enim quodlibet illorum; ut patet ex diffinitione clauis; in qua quouis illorum modorum trium sumitur ly ligandi.

2 Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hanc meritò damnari a Concil. Trid. sess. 14. cap. 8. sic. Claues sacerdotibus non ad soluendum dumtaxat, sed & ad ligandũ concessas, etiam antiqui patres & credunt, & docent. Nec propterea existimarunt; sacramentum pœnitentiæ esse forum iræ, vel pœnarum. Hæc ibi. Vnde videtur quoque; conijciendum, dari motiuum illorum negantiũ, claues datas fuisse ad ligandum: quia. s. credebant, hoc falsissimum inde sequi, quòd sacramentum pœnitentiæ esset forus iræ atq; pœnarum. Item ab eod. ibidem canon. 15. Si quis dixerit. Claues Ecclesiæ esse datas tantum ad soluendum, non etiam ad ligandum, & propterea sacerdotes, dum imponunt pœnas confitentibus, agere cõtra finem clauium, & contra institutionem Christi: & fictionem esse: quòd, virtute clauium sublata pœna æterna, pœna temporalis plerumque exoluenda remaneat: Anathema sit. Hæc ibi. Item a scripturis Ioan. 20. quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Super quibus uerbis ad propositum clauium, seu potestatis sacerdotalis, dici: Conc. Triden. sess. 14. c. 1. Verbis tam perspicuis potestatem remittendi, & retinendi, peccata ad reconciliandos fideles post baptismum lapsos Apostolis & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam: uniuersorum patrum consensus semper intellexit. Hæc ibi. Vbi nota ly ad reconciliandos fideles. Cum enim uerbum hoc ponatur tanquàm finis, non tantum peccata remittendi, sed etiam retinendi; patet, per concilium esse solutum illud motiuum supradictum, quo dicebant aduersarij: sacramentum pœnitentiæ, si claues ecclesiæ sint etiam ad ligandum, esse forum iræ & pœnarum. Nam hinc habetur ad literam: quòd Ecclesia, etiam quando ligat, intendit finaliter reconciliare fideles peccatores Deo. Adeo quòd, siue non remittendo peccata, siue imponendo pœnas, siue excommunicando, (quamuis excommunicatio ad forum exteriorem pertineat,) semper ad finem hũc recõciliationis tendit: nec in pœnis, ut pœnę sunt, delectatur; nec in ligando, ut ligare est, finaliter quiescit (ut aduersarij credidisse videntur.) Cum igitur a fine ultimo quælibet res denominanda sit (in cuius signum, mœchans, ut furetur, magis fur, quàm mœchus, dicendus est, secundum Philosophum,) & finis ultimus ligantis Ecclesiæ sit reconciliare fideles; non sequitur: quòd forus, in quo ligãtur quocumque dictorum trium modorum fideles, sit forus iræ, uel pœnarum: imò inde totum sequitur oppositum. Pia ergo semper est nostra mater ecclesia, & adeò: ut etiam, dum ligat, pia sit; & non ligaret, nisi pia esset Hæc enim fœlix alligatura est, de qua Ecclesiast. 6. dicitur; vincula illius (scilicet Ecclesiæ, siue Dei per Ecclesiam) alligatura salutis. Item super ijsdem Euangelij uerbis ad propositum clauium, inquit idem Concil. sess. ead. canon. 3. si quis dixerit: uerba illa Domini Saluatoris. Accipite Spiritumsanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt, non esse intelligenda de potestate remittendi, & retinendi peccata in sacramento pœnitentiæ; sicut Ecclesia catholica ab initio semper intellexit: detorserit autem, contra institutionem huius sacramenti, ad authoritatem prædicandi Euangelium: anathema sit. Hæc ibi. Ex quo etiam apparet: quomodo aduersarij illa uerba de clauibus loquentia malè interpretabantur; ut in sua perfidia liberius consisterent. Item ad propositum clauium per illa uerba importatum Concil. Triden. sess. 4. cap. quinto, quasi exponens ipsa, dicit. Dominus noster Iesus Christus e terris ascensurus ad cęlos, sacerdotes sui ipsius uicarios reliquit, tanquàm præsides & iudices; ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint: quò pro potestate clauium remissionis, aut retentionis peccatorum sententiam pronuncient. Hæc ibi. Item damnatam Matth. 16. qđcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis; & quodcumq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Caue tamen hic nè, postquàm ex uerbis tam apertis motus declinaueris totaliter errorem in principio appendicis notatum, incidas in Lutheranum; qui est (teste Roffense artic. 26. contra ipsum) quòd uerbum soluendi & ligandi æqualem dicunt potestatem, i. quòd extenditur soluendi potestas dumtaxat ad ligata ab ipso Petro. Damnatur. n. hæc phantasia pro errore ab eodem Euangelio; dum Petro dat claues ad soluendum mortalia crimina a fidelibus commissa Apertissimum sanè cuilibet, uel parum discurrenti est: quòd Petrus numquàm ligauit istos, idest non fecit, quòd hi committerent peccata: a quibus tamen illos absoluere pôt. Ecce: q̃ soluenda longè plura sunt, q̃ a Petro ligata. Non ergo exponit illud uerbũ Chri, quasi dixerit Petro; do tibi potestatẽ soluendi solũ ea, q̃ tu ligaueris (puta p excõicationẽ:) sed sic exponit, sed do tibi potestatẽ soluendi oia, quę reperis sup terrã esse ligata, ẽt si a te ligata non fuerint. Aliud est. n. non posse soluere, nisi ligata: aliud est, nõ posse soluere, nisi a seipso soluente ligata. Alioquin excõicatos tantũ posset soluere Petrus quòd, quamuis error Lutheri prædictus concederet, est contra ueritatem a Conc. Trid. supra toties determinatam; qua non excõicatos solum, sed & alijs uinculis post baptismum irretitos potestate clauium posse solui declaratur: atque per hoc errorem Lutheranũ illũ cõdẽnat. Vide Roffensem contra Luth. ar. 15 26. Tertiò 3 vides: q̃uo p rõnẽ pmissa scripturarũ Patrũq; dicta, p quanto claues esse potestatẽ sentiunt ligandi atq; soluendi, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: q̃uo ex ijs uicissim Angel. doctr. &c.

Ecclesia est pia mater est, dum ligat.

Error cauendus, & damnatus ex Euang.

uerit: & ideo rogatur Deus, ut ipse absoluat, ut sic sacerdotis absolutio locum habeat.

Ad quintum dicendum, q̃ actus sacerdotis non est immediate sup regnum, sed super sacramenta, quib. homo ad regnum peruenit.

---

SVP. Q. XLVIII. Aliàs 17. Art. III.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum sint duæ claues uel una tantum.*

67 Concl. 1. Sunt duæ claues: quarum vna pertinet ad iudiciũ de idoneitate eius, qui absoluendus est: & alia ad ipsam solutionem.

¶ Prob. Quia actus clauis requirit idoneitatem in eo, in quem exercetur (cum iudex ecclesiasticus per clauem recipiat dignos, excludatq; indignos:) & in omni actu, qui requirit idoneitatem ex parte recipientis, duo sunt necessaria ei, qui debet actũ illum exercere. s. iudicium de idoneitate recipientis, ac expletio actus; ad quorum duorum sing ula, potestas quædam exigitur (cum nec iudicium dici possit, n. si constituam

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd nõ sint duæ claues, sed tantum vna. Ad vnam. n. seram nõ requiritur nisi vna clauis: sed sera ad quam amouendam ordinantur ecclesiæ claues, est peccatũ, ergo contra vnum peccatum nõ indiget ecclesia duabus clauibus.

¶ 2 Præt. Claues in collatione ordinis conferuntur, sed scientia non est ex infusione semper, sed quandoq; ex acquisitione, nec ab omnibus ordinatis habetur, sed a quibusdã non ordinatis: ergo scientia non est clauis, & sic est vna tantum clauis, s. potestas iudicandi.

¶ 3 Præt. Potestas quam habet sacerdos super corpus mysticum, de-

nam vim habeat, quæ in practicis fit per vim imperatiuam in iudicante existentem; nec dare possimus, nisi quod in potestate nostra habemus)

¶ Examen. Ly in omni actu. Ergo etiam in actu iustitiæ, qualis est exercere claues, puta confitentem absoluere, uel non absoluere. Ly potestas quædam. Hæc potestas, in proposito, est clauis. artic. 1. & 2. ubi etiam ex tertio argumento habetur, quod clauis est potestas actiua. Ly ꝑ vim imperatiuam. Hæc est: per vim potestatiuam. Vbicumque autem in præmissa ꝑbatione nominatur potestas; perinde est ac si (ad propositum applicando) diceretur Clauis.

¶ Concl. 2. Duæ claues, prædictæ in conclusione prima, non distinguũtur in essentia authoritatis; sed ex cõparatione ad actus.

¶ Coroll. Ergo nõ distinguuntur secũdum rem; sed secundum rationem.

¶ Prob. 1. Quia vtrumque. s. iudicium discretionis de digno ac indigno; atque ipsa absolutio, ex officio competit sibi, s. authoritati iudicis ecclesiastici. Secunda autem pars. s. sed ex &c. probatur. Quia actus unus præsupponit alium, i. absoluere digne præsupponit iudicium rectum de idoneitate recepturi absolutionem.

¶ Not. Ly actus vnꝰ alium præsupponit. Præsentem actuum præsuppositionem, ut declarata est, significauit Christus, & per hoc præsens dictum S. Thomæ cõfirmauit. Ioan. 20. quando dixit. Accipite Spiritumsanctũ; quorum remiseritis, &c. & quorum retinueritis, &cæt. Ideo siquidem Spiritussanctus, qui est spiritus sapientiæ, intellectus, consilij, & sciẽtiæ, præponitur remissioni peccatorum: ut ex ordine uerborum designetur, quòd actus absolutionis ꝑsupponit actũ scientiæ, an scilicet talis sit dignus, ut absoluatur, uel non. Si ergo omnino indignus absolueretur, & absoluens peccaret, & ille, alter non esset absolutus.

pendet ex potestate quam habet super corpus Christi verum, sed potestas ad conficiendum corpus Christi verum, est vna tantum, ergo clauis, quæ est potestas respiciens corpus Christi mysticum, est vna tantum.

Sed contra. Videtur ꝙ sint plures quàm duæ, quia sicut ad actũ hominis requiritur scientia & potentia, ita & voluntas: sed scientia discernendi ponitur clauis, & similiter potentia iudicandi, ergo, & voluntas absoluendi debet dici clauis.

¶ Præt. Tota Trinitas peccatum remittit: sed sacerdos per claues est minister remissionis peccatorum, ergo debet habere tres claues, ut Trinitati configuretur.

Respon. Dicendum, quòd in omni actu, qui requirit idoneitatem ex parte recipientis, duo sunt necessaria ei, qui debet actum illum exercere, scilicet iudicium de idoneitate recipiẽtis, & expletio actus, & ideo etiam in actu iustitiæ per quem redditur alicui hoc quo dignus est, oportet esse iudicium quo discernatur an iste sit dignus, & ipsa redditio: & ad vtrumque horum authoritas, siue potestas quædam exigitur. Non eñ dare possumus nisi quod in potestate nostra habemus; nec iudiciũ dici potest, nisi vim coactiuam habeat, eo quòd iudicium ad unum iam terminatur, quę quidem determinatio in speculatiuis fit per virtutem primorum principiorum, quibus resisti non potest, & in practicis rebus per vim imperatiuam in iudicante existentem: & quia actus clauis requirit idoneitatem in eo, in quem exercetur, quia recipit per clauem iudex ecclesiasticus dignos, & excludit indignos, ut ex dicta definitione patet, ideo indiget iudicio discretionis, quo idoneitatem iudicat ex ipso receptionis actu, & ad vtrumq; potestas quædam siue authoritas requiritur, & secundum hoc sunt duæ claues, quarum vna pertinet ad iudiciũ de idoneitate eius, qui absoluendus est, & alia ad ipsam solutionem, & hæ duę claues non distinguuntur in essentia authoritatis, quia vtrumq; ex officio sibi competit, sed ex comparatione ad actus, quorum vnus

idest quæ est habitus, nec confertur in collatione ordinis, nec sic clauis (ut arguitur:) tamen scientia authoritas, idest quæ est authoritas exercendi actum scientiæ in ordine ad soluendum, uel non soluendum, & est clauis, & confertur in collatione ordinis. Ex litera reuertere ad conclusiones: & vide, quid ibi intelligatur per clauem scientiæ.

alium præsupponit.

Ad primum ergo dicendum, quòd ad vnam seram aperiendam vna clauis immediate ordinatur, sed non est inconueniens, quòd vna ad actum alterius ordinetur, & sic est in proposito. Secunda enim clauis quæ dicitur potestas ligandi, & soluendi, est quæ immediate seram aperit peccati; sed clauis, quæ dicitur scientia, ostendit, cui aperienda sit claui illa.

Ad secundum dicendum, ꝙ circa clauem scientiæ duplex est opinio. Quidam enim dixerunt, quòd scientia secundum quòd est habitus acquisitus, vel infusus, dicitur hæc clauis; & quòd non est principalis clauis, sed in ordine ad aliã clauem dicitur: & ideo quando est sine alia claui, non dicitur clauis; sicut in viro literato, qui non est sacerdos. Et similiter etiam quandoque hac claui aliqui sacerdotes carent, quia non habẽt scientiam acquisitam neque infusam, qua absoluere, & ligare possint: sed quandoque industria naturali ad hoc vtuntur, quæ secundum eos clauiola dicitur, & sic clauis sciẽtiæ, quàmuis eum ordine non tradatur, traditur tamen cũ ordine quòd sit clauis, quæ prius non erat, & hæc videtur opinio Magistri fuisse. Sed hoc non videtur verbis Euangelii concordare, quæ claues Petro dandas promittunt, & ita non solum vna, sed duæ in ordine dantur. Et propter hoc alia opinio est quòd scientia, quæ est habitus, non est clauis, sed authoritas scientiæ actum exercendi, quæ quandoque sine scientia est, quandoq; scientia sine ipsa, sicut patet etiam in iudiciis sęcularibus. Aliquis enim iudex sęcularis habet authoritatem iudicandi, qui non habet iuris scientiam, & aliquis econtrario habet iuris scientiam, qui non habet authoritatem iudicandi: & quia actus iudicii, ad quod quis ex authoritate suscepta ordinatur, non autem ex scientia habita, sine vtroque bene fieri non potest, ideo authoritas iudicandi quæ clauis est, sine scientia non potest sine peccato accipi, sed scientia sine authoritate, sine peccato haberi potest.

¶ Not. Ly authoritas iudicandi, quæ clauis est, sine scientia, non potest sine peccato accipi. Hic fit sermo de accipere authoritatem hanc in collationẽ ordinis (ut patet, applicando ad maiorem argumenti.) in cuius signũ ad differentiã authoritatis iurisdictionis additur ly quæ clauis est. Nam potestas iudicandi ex iurisdictione, quæ confessarijs solet dari, non est clauis: sed executio clauis prius habitæ, ar. 2. secundum. De mente ergo S. Thomę, accedens ad suscipiendum ordinem sacerdotij sine scientia discernendi inter lepram & lepram, i. sine scientia casuum cõscientiæ, peccat: cum sic existens clauem ligandi atque soluendi recipere non possit sine peccato, quam tamen in suscipiẽdo ordinẽ recipit: iuxta Concilium Triden. sess. 23. c. 15. de refor. Ex Concilio isto confirma simile dictum supra art. 2. ad secundum. Hoc uero, quod in textu dicitur de scientia, intellige quantum ad dispositionem, modo illo simili: quo D. Tho. loquitur, quolib. 1. art. 14. ad primum, quoniam dispositio reductiue continetur sub eo, ad quod disponit. Non ergo docet ille locus, quòd suscepturus ordinem sacerdotij, ad euitandum peccatum, teneatur habere scientiam perfectam de casibus cõsciẽtiæ: sed, quòd teneatur esse dispositus ad illam, per studium iuxta suã cõditionem iam factũ. Pręsẽs doctrina textus sic declarata ualde confirmatur ex Cõc. Trid. sess. 23. per hoc quòd ca. 4. de reformatione tan dos etiam prima tonsura fidei rudimenta, legere, & scribere, scire vult; & cap. 11. prohibet, ordines minores conferri ijs, qui saltem Latinam linguam non intelligunt; & cap. 14. decernit, ut ad sacerdotij ordinem assumendi comprobentur idonei ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac administranda sacramenta. Ex his, a fortiori, patet, Diuum Thomam dixisse, & pro comperto relinquere intelligendum, uoluisse: quòd confessarius officium tale. i. confessiones audiendi, nec accipere, nec retinere, nec exequi, sine peccato potest; nisi sufficientem scientiam discretionis inter lepram & lepram habeat. Quanta autem debeat esse, ut sit sufficiẽs; uide in doctoribus casuum

Concil.

Concil.

1m de maiori. Non requiritur. ℞. Immediate: non autem, mediate. §. quando scilicet una ad alterius actum ordinatur. Tunc &c. Nam ex conclusione secunda patet: ꝙ actus scientiæ ordinatur ad actum ligandi atque soluendi sine errore exequendum; & consequenter, quòd ad unam seram peccati amouendam, seu aperiendam, ordinatim requiruntur duæ claues.

2m de minori. Sed scientia. ℞. Secundum quod est habitus: non, secundum quòd est authoritas exercendi actum scientiæ. §. Tunc &c. Nam licet scientia habitus, idest

Ad

tasum conscientiæ: quoniam textus hic, cuius expositioni intendo, huiusmodi declarationem directè non exigit.

**3m illatio conclusionis.** Ergo clauis, &c. ℞. Negatur illatio. §. Licet enim potestas super corpus Christi mysticum, quam habet sacerdos pendeat a potestate super corpus Christi uerum (ut arguitur:) tamen potestates hæ nõ sunt ad actus eiusdem generis. Non ergo propter independentiam vnius ab altera negatur: quòd idem fieri debeat iudicium de vtraq;, & quo ad esse, vel non esse clauem, & quò ad esse vnã tãtum potestatem, vel duas: sed propter ordinationem ad actum alterius generis, ut patet in textu.

¶Not. Vis probationis conclusionis fundata erat (vt visum est) in actu potestatis, vnde dicebatur ly actus clauis, &c. & ly in omni actu, &c. ideoque nunc pro ratione bona illationis negatæ adducitur actus alterius generis, &c.

**4m de maiori.** Ita. ℞. Quantum ad requiri: non, quantum ad authoritatem requisitionis. §. Vt patet in litera. Tunc &c. De authoritate enim formaliter in conclusionibus intelligitur sermo factus ac si ibi dictum sit. Scientia ad iudicandum de idoneitate, non ut scientia, sed ut authoritate sic iudicandi formata, est clauis: similiter potentia ad absoluendum, non ut potentia (puta naturalis ad proferendum verba,) sed ut authoritate tali formata, est clauis. Declarationis huius ueritatẽ breuibus indicatam a S. Doct. vide in textu responsionis ad secundum ly & propter hoc alia opinio est, quòd scientia, &c. Hoc est. Quòd scientia, ut scientia, non est clauis; sed scientia authoritate sic iudicandi formata, seu (vt formalius dicatur) authoritas actum scientiæ exercendi, &c.

**5m de maiori.** Remittit. ℞. Eodem modo: nõ, alio & alio. §. Tunc &c. Nam minister trinitatis configuratur trinitati; quò ad remittendum peccata, non quò ad pluralitatem personarum. Consequenter ergo: attenta præcisè configurationis huius ratione, vna sola clauis, & non tres (ut arguens infert) requireretur in ministro: sed aliunde fit, quòd sint duæ (vt visum est.)

*Resp. 2.*

¶Not. Ly eodem modo remittit, sicut vna persona. Hoc est. Licet re uera personæ diuinæ remittentes peccata sint tres; tamen in modo illud agendi æqualiter conueniunt, ac si essent solum una persona. Secundum.n. Concilium Toletanũ sextum canon. 1. opera Trinitatis inseparabilia sunt. Hoc est. Opera, quæ sunt ad extra, fiunt æqualiter a tota Trinitate. Exceptis igitur his operibus, s. generare, & spirare in diuinis, quæ sunt ad intra, omnia alia sunt a tribus illis personis, & eodem modo: ita quòd omnia alia sunt inseparabilia & quò ad fieri, & quò ad modum faciendi. Consequenter ergo istud opus, s. remittere peccata, fit a tota trinitate eodem modo; secundum concilium præmissum.

*Concil.*

**Item illatio conclusionis.** Ergo debet, &c. ℞. Negatur illatio. §. Ratio est: quia voluntas, quæ Spirituisancto appropriatur, clauem non requirit; ut in responso ad quartum dictum est. Vide in litera hac responsum secundum ly & præcipuè cum uoluntas &c.

¶Not. Responsio secunda a prima differt in hoc: quòd prima loquitur de proprijs, secunda de appropriatis. Negat siquidem prima, quòd remittere peccata conueniat tanquàm proprium alicui personæ diuinæ: in cuius signum ait, quòd conuenit singulis personis eodem modo, quod utique non esset, si conueniret tanquàm proprium alicui, vel aliquibus. Ex eo namque quòd generare conuenit patri tanquàm proprium: non conuenit alijs; & ex eo, quòd spirare conuenit tanquàm proprium patri & filio, non conuenit Spirituisancto. Nihil ergo eorum operum, quæ sunt ad extra, conuenire propriè alicui, uel aliquibus personis diuinis, uoluit designare textus: dum remittere peccata dixit conuenire toti trinitati eodem modo. Quod etiam dogma expressit Christus, & per hoc doctrinam præsentem confirmauit, dicens Ioan. 5. quæcumque (De operibus ad extra tunc loquebatur: ut patet per contextum) pater facit, hæc & filius similiter (.i. eodem modo) facit. His tamen stantibus, uerum est adhuc; quòd appropriatè conueniunt vni personæ magis quàm alij, opera ad extra: ut creatio ratione potentiæ inibi relucentis appropriatur patri, ratione sapientiæ filio, ratione bonitatis Spirituisancto; quàmuis coæquali, imò eadem potentia, sapientia, & bonitate, vnaquæque persona creet. Propter hoc igitur adducta est secunda responsio: ad ostendendum: quòd si etiam appropriatè loquamur de personis illis tribus quo ad remittere peccata, non sequitur; quòd sint tres claues in ministro illarum, sed q sint duæ tantum. Ac si apertè in responso isto dicatur. Ratione potentiæ in remissionem peccatorum relucentis, quæ appropriatur patri, ponitur clauis una; & ratione scientiæ, quæ appropriatur filio, clauis altera: sed ratione uoluntatis, quæ appropriatur Spirituisancto, nulla; quoniam voluntas clauem non requirit.

*De appropriatis, vide de pri. par. q. 39. ar. 7. & 8.*

Ad tertium dicendum, q potestas conficiendi est ad vnũ tantum actum alterius generis, & ideo non connumeratur clauibus; nec multiplicatur sicut potestas clauiũ, quæ est ad diuersos actus, quàmuis secundum authoritatis essentiam sit una, vt dictum est.

Ad quartum dicendum, q velle vnicuique est liberum, & ideo ad volendum non exigitur authoritas, & propter hoc voluntas non ponitur clauis.

Ad quintum dicendum, quòd tota Trinitas eodem modo remittit peccata, sicut vna persona, & ideo non oportet quòd sacerdos, qui minister est Trinitatis, tres claues habeat: & præcipue cum voluntas, quæ spirituisancto appropriatur, clauem non requirat, vt dictum est.

Q V AE-

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem interimas errorem Lutheri (ut refert i Bulla Leonis X. cõtra err. Luth.) dicentis: quòd sacerdos non debet requirere a cõfitente vtrum sit contritus; nec ullo modo cõfitens debet sacerdoti respondere, se esse contritum. Item alium eiusdem, dicentis: si sacerdos non seriò, sed ioco absolueret, si tamen confessus credat se absolutum, verissime est absolutus. Item aliũ eiusdem (Prat. Lutherani) dicentis: absolutio cẽsenda est efficax, nõ quia fit, a quocũq; tãdem fiat, erret; vel non erret, sed quia credit. Hæc.n. Lutherana phantasmata (ut considerantı patet) clauem vnam, scientiæ videlicet, implicite negãt. Nam si in ministro Christi ponerent clauem scientiæ, dicerent utique: quòd debet requirere a confitente de contritione, & quòd confitens tenetur de hoc respondere ueritatem ut sacerdos possit scire, vtrum absoluere debeat. Dicerent quoque: quòd confitens, non vere est absolutus etiam quòd credat se esse absolutum, si sacerdos ioco absoluat: quoniam intentio, sine qua prudens non agit, defuit. Dicerent etiam: quòd, si fiat error in substantialibus, puta quòd per crassam ignorantiam sacerdos absoluat indignos, absolutio non est efficax, & nota, quòd Lutherus negat in tertio errore supradicto etiam clauem ordinis per ly a quocumq; tandem fiat. Ac si apertè dicat. Laicus, puer, mulier, possunt efficaciter absoluere. Contra igitur hos, similesque, errores veritas præsentis articuli facit: quos & ualidissimè conuincit. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hos fuisse merito damnatos a Papa Leone X. ibi in Bulla: cuius damnationis particulam uide q. 1. ar. 1. appen. & 3. par. quæst. 68. art. 9. Item a Concilio Trid. sess. 14. sic. Non debet pœnitens adeo sibi de sua ipsius fide blandiri: vt etiam si nulla adsit illi contritio, aut sacerdoti animus seriò agendi, & uerè absoluendi desit; putet tamen, se propter suam solam fidem, uerè & corã Deo esse absolutum. Nec enim fides sine pœnitentia remissionẽ vllam peccatorum præstaret: nec is esset nisi salutis suæ negligẽtissimus, qui sacerdotem ioco se absoluẽtem cognosceret: & non aliũ seriò agentem sedulo requireret. Hæc ibi. Vbi Lutherum sacramẽtum confessionis quasi in ludibrio ponentem, & pro ioco habentẽ (uide astum dæmonij in illo) arcet a malitia. Item ibi canon. 9. Si quis dixerit: absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse actum iudicialem, sed nudum ministerium pronunciandi, & declarandi remissa esse peccata confitenti: aut confitentem esse absolutum, modo tantum credat esse absolutum, etiam si sacerdos non serio, sed ioco absoluat; aut dixerit, non requiri confessionem pœnitentis, vt sacerdos eum absoluere possit: anathema sit. Hæc ibi. Item ab eod. sessio. 7. canon. 11. de sacramentis. Si quis dixerit: in ministris, dum sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi: quod facit Ecclesia: anathema sit. Hæc ibi. Item ab eod. sess. 14. cap. sexto. Declarat sancta synodus falsas esse, & a ueritate Euangelij penitus alienas doctrinas omnes; quæ ad alios quosuis homines, præter Episcopos & sacerdotes, clauium ministerium perniciose extendunt. Hæc ibi. Et canon. 10. si quis dixerit, &c. non solos sacerdotes esse ministros absolutionis; sed omnibus & singulis Christi fidelibus esse dictum. Quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo; & quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt; quorum uerborum virtute quilibet absoluere possit peccata, publica quidem per correctionem dumtaxat, si correptus acquieuerit: secreta uero per spontaneam confessionem: anathema sit. Hæc ibi. Item damn. a &c. ut quæst. 5. art. 1. appen: Vide etiam. quæst. 8. ar. 2. Item a Papa Innocen. III. in Concilio generali cap. 21. sit sacerdos discretus, & cautus, ut more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati: diligenter inquirens, & peccatoris & peccati circunstantias, quibus prudenter intelligat; quale debeat ei præbere consilium, & cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis vtendo ad sanandum ægrotum. Hæc ibi. Vbi patet: confessarium oportere habere scientiam inquisitiuam de circunstantijs peccatoris (inter has est, an sit contritus,) & peccati (inter has est saltem reductiue; an peccatum sit reseruatum, i. verum a tali peccato possit absoluere:) contra errores Lutheri prædictos. Item a Matth. 15. Si cœcus cœco ducatum præstet ambo in foueam

*Vtilitas p S. Ecclesia &c.*

foueam cadunt. Esset vero, (ut cuicumque sapienti patet) sacerdos cœcus inducẽdo confitentẽ ad salutẽ: si careret: vel ptãte absoluendi, vel scientia dignos absolutione ab indignis discernendi. Tertiò habes: qũo per rõnem dicta præmissa, pro quanto duas insinuãt esse claues Ecclesiæ, & intelligas, & probes, & defendas. Insinuant autem hoc: vbicumq; in numero plurali, nominãt claues, alioquin, si uera tñ esset, semp in singulari numero loquerentur. Quartò vides, qũo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina decl. & consolid.

## QVAEST. XLIX. Aliàs 18.

*De effectu clauium, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerãdum est de effectu clauium. Circa quòd quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum potestas clauium se extendat ad remissionẽ culpæ.

¶ Secundò, Vtrum sacerdos possit remittere peccatum quo ad pœnã.

¶ Tertiò, Vtrum sacerdos per potestatem clauium ligare possit.

¶ Quartò, Vtrum possit etiã, & ligare secundum propriũ arbitrium.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum potestas clauium se extendat ad remissionem culpæ.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd potestas clauiũ se extendat ad remissionem culpæ. Ioan. 20. dicitur discipulis. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: sed hoc non dicitur quantum ad manifestationem, vt Magister in litera dicit. Quia sic sacerdos noui Testamenti non haberet maiorem potestatem quàm sacerdos veteris, ergo exercet potestatem in culpæ remissionem.

¶ 2 Præt. In pœnitentia datur gratia ad remissionem peccati: sed huius sacramenti dispensator est sacerdos ex ui clauium, ergo cum gratia non opponatur peccato ex parte pœnæ, sed ex parte culpæ, videtur quòd sacerdos ad remissionem culpæ operetur ex ui clauium.

¶ 3 Præt. Maiorem virtutem recipit sacerdos ex sua cõsecratione, quàm aqua baptismi ex sua sanctificatione: sed aqua baptismi vim accipit, vt corpus tangat, & cor abluat, secundum August. ergo multo fortius sacerdos in sui consecratione hanc potestatem accipit, vt cor a culpæ macula abluere possit.

SED CONTRA. Supra Magister dixit, quòd Deus hanc potestatẽ non contulit ministro, quòd ad interiorẽ mundationem cooperaretur, sed si peccata quo ad culpam remittat, cooperaretur ei in mundatione interiori, ergo potestas clauiũ non extendit se ad culpæ dimissionem.

¶ Præt. Peccatum non remittitur, nisi per Spiritumsanctum, sed dare Spiritumsanctum non est alicuius hominis, vt in lib. 1. Magister dixit, ergo nec peccata remittere quo ad culpam.

RESPON. Dicendum, quòd sacramenta (secundum Hug.) ex sanctificatione inuisibilem gratiã continent, sed hæc sanctificatio quãdoq; ad necessitatem sacramenti requiritur, tam in materia, quàm in ministro, sicut patet in confirmatione, & tunc vis sacramentalis est in vtroq; coniunctim, quandoque autem ex necessitate sacramenti non requiritur nisi sanctificatio materiæ, sicut est in baptismo, quia non habet ministrum determinatum quantum ad sui necessitatem, & tunc tota vis sacramentalis cõsistit in materia; quandoque vero de necessitate sacramenti requiritur consecratio, vel sanctificatio ministri sine aliqua sanctificatione materiæ, & tunc tota vis sacramentalis consistit in ministro, sicut est in pœnitentia. Vnde eodem modo se habet potestas clauium, quæ est in sacerdote ad effectũ sacramenti pœnitentiæ; sicut se habet virtus, quæ est in aqua baptismi, ad effectũ baptismi. Baptismus autem, & sacramentum pœnitẽtiæ conueniũt quodammodo in effectu, quia vtrumq; contra culpam ordinatur directè, quod nõ est de aliis sacramentis; sed in hoc differunt, quia sacramentum pœnitentiæ eo quòd habet actus suscipientis quasi materiales, non potest dari, nisi adultis in quibus requiritur præparatio ad suscipiendum effectum sacramentorum. Sed baptismus quandoque datur adultis, & quandoque pueris, & aliis carentibus, vsu rationis, & ideo per baptismum datur gratia, & remissio peccatorum pueris sine aliqua sui præparatione præcedente, non autẽ adultis in quibus præexigitur præparatio remouens fictionẽ, quæ quidem præparatio quandoque præcedit, sufficiẽs ad gratiæ susceptionem anteq̃ baptismus actu pcipiatur, licet non ante uotum baptismi post tempus propalatæ veritatis. Quando autem talis præparatio tempore non præcedit, sed est simul cum baptismi susceptione, tunc per baptismi susceptionem gratia remissionis culpæ confertur; sed per pœnitentiæ sacramẽtum numquàm datur gratia nisi præparatio adsit, vel prius fuerit. Vnde virtus clauium operatur ad culpæ remissionem, vel in voto existens, uel in actu se exercens, sicut, & aqua baptismi, sed sicut baptismus non agit sicut principale agens, sed sicut instrumentum, non quidem pertingẽs ad ipsam gratiæ suscipiendæ creationem, etiam instrumentaliter, sed di-

SVP. Q. XLIX. Aliàs 18. Art. 1.

CONCL. 1. Virtus clauium operatur ad culpæ remissionẽ, vel in uoto, uel in actu existens.

¶ NOT. Quoniam virtus clauium in confessione præsertim relucet: ideo terminos ly in uoto, & ly in actu, vide q. 10. ar. 1. Et quoniam confessio vera cõtritionem præsupponit ad remissionem culpæ: ideo vtilitatem, quoq; afferet proposito uidere. q. 5. art. 1.

¶ PROB. 1. Quia virt⁹ clauium, quæ est in sacerdote, eodem modo se habet ad effectum sacramenti pœnitentiæ; sicut virtus, quæ est in aqua baptismi ad effectum baptismi (cum sicut in baptismo tota vis sacramentalis consistit in materia; ita in pœnitentiæ tota vis sacramentalis cõsistat in ministro:) & uirtus, quæ est in aqua baptismi, operatur ad remissionẽ culpæ, vel in uoto, uel in actu existens: 2. Quia vsus clauium ad hoc, q̃ effectum habeat, requirit semper præparationem ex parte recipientis sacramentum, uel præsentem, uel pceden tẽ (ut patet in fi. corp.)

¶ NOT. Totam vim sacramentalem baptismi consistere in materia, & totam vim pœnitentiæ in ministro, intellige solum pro quanto de sanctificatione (ut sequitur) fit sermo. Nõ enim de necessitate baptismi est, quòd sanctificetur minister, cũ etiã a laico possit in casu dari: sed solum materia q̃ sanctificatio fuit facta per tactum mũdissimæ carnis Christi in Iordane baptizati, tertia par. quæst. 86. art. 3. nec de necessitate sacramenti pœnitentiæ est consecratio materiæ, cũ peccata & actus quandoq; laicorum sint materia, illa remota, illi propinqua; sed solũ minister, cum absoluere in foro pœnitentiæ non possit nisi sacerdos rite consecratus. Rursum virtutem baptismi operari in uoto, intellige solũ respectu adultorum. Quòd autem, ut dictũ est in probatione, operetur: vide 3. par. q. 69. artic. 1.

¶ PROB. 2. Affert illud; quod facit uideri, quòd potestas clauium ordinatur ad dimissionem culpæ. Hinc ex secunda probatione patet: quàm effrõtes sint hostes Ecclesiæ, & quã meritò circa talẽ materiam repræhendãtur a Conc. Triden. sess. 14. cap. 4. sic. Falsò quidam calumniantur catholicos scriptores; quasi tradiderint, sacramentum pœnitentiæ absq; bono motu suscipientiũ, gratiam conferre: qđ nũq̃ Ecclesia Dei docuit, nec sensit. Hæc ibi.

¶ CONCL. 2. Potestas clauium ordinatur aliquo modo. i. instrumentaliter ad remissionem culpæ: non sicut causans, sed sicut dispo nens ad eam.

¶ PROB. 1. Quia sacerdos agit, ut minister Dei ad remissionẽ culpæ (cum agat in virtute Dei; qui solus p se. i. virtute propria, remittit culpam) & potestas clauium est in sacerdote. Secunda autẽ pars. f. non sicut &c. probatur. Quia potestas clauium non pertingit, etiã instrumentaliter, ad creationem gratiæ, p cuius susceptionem fit remissio culpæ. Tertia autẽ pars. f. sed sicut &c. probatur. Quia potestas clauium disponit ad suscipiẽdam gratiã (cum signum huius sit: quòd si aliquis ante absolutionem non fuisset pfectè ad gratiã suscipiendam dispositus, in ipsa confessione atq; absolutione sacramentali gratiã cõsequeretur; si obicem non poneret.

¶ NOT. Hoc ultimũ est illud, quod solet dici. f. q̃ virtute clauium de attrito quis fit contritus: & sic intelligitur. Vide q. 1. artic. 2. & 3. Eluc. Vnde ibi dictum ly ordinarie, fit ly si obicem non ponat. Ly nõ pertingit etiam instrumentaliter, ad creationem gratiæ. Vide 1. par. q. 45. ar. 5. vbi pluribus rationib. ostenditur: quòd nulla creatura potest concurrere, nec etiam instrumentaliter, ad rei alicuius creationem. Quomodo

ſponens ad gratiam per quam fit remiſſio culpæ, ita eſt de poteſtate clauium. Vnde ſolus Deus remittit per ſe culpã, & in virtute eius agit inſtrumentaliter Baptiſmus, vt inſtrumentum inanimatum, & ſacerdos vt inſtrumentum animatum, quòd dicitur ſeruus ſecundum Phil. 8. Eth. & ideo ſacerdos agit vt miniſter, & ſic patet, quòd poteſtas clauium ordinatur aliquo modo ad remiſſioně culpæ, non ſicut cauſans, ſed ſicut diſponens ad eam: vnde ſi ante abſolutionem aliquis non fuiſſet perfectè diſpoſitus ad gratiam ſuſcipiědam, in ipſa confeſſione, & abſolutione ſacramentali gratiam conſequeretur, ſi obicem non poneret. Si.n.clauis nullo modo ad culpæ remiſſionem pœnæ tantum, vt quidam dicũt, non exigeretur votum recipiendi effectũ clauium ad culpæ remiſſioně, ſicut non exigitur votum ſuſcipiendi alia ſacramenta, quæ non ordinantur ad culpæ dimiſſionem, ſed contra pœnam; ſed hoc facit videri, quòd ordinatur ad culpæ dimiſſionem, quia ſemper vſus clauium ad hoc, quòd effectum habeat, requirit præparationem ex parte recipientis ſacramentum: & ſimiliter videtur de Baptiſmo ſi nũquã daretur niſi adultis.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut Magiſter dicit in litera, ſacerdotibus commiſſa eſt poteſtas remittendi peccata, non vt propria virtute remittant, quia hoc Dei eſt, ſed vt operationem Dei remittentis oſtendant tanquam miniſtri. Sed hoc cõtingit tribus modis. Vno modo vt oſtědant eam non præſentem, ſed promittant eã futuram ſine hoc, quòd aliquid operentur ad ipſam, & ſic ſacramenta veteris legis operationem Dei ſignificabant, & ſacerdos veteris legis oſtendebat tãtum, & nihil operabatur. Alio modo, vt ſignificět poteſtatem, & nihil ad eam operentur, & ſic quidam dicunt, ꝙ ſacramenta nouæ legis ſignant collationem gratiæ, datam ſine hoc, ꝙ in ſacramentis ſit aliqua virtus operãs ad gratiam. Et ſecundum hanc opinionem etiam poteſtas clauium eſſet tantum oſtendens diuinam operationem in culpæ remiſſione in ipſa ſacramentali collatione facta. Tertio modo vt ſignificent diuinam operationem in remiſſione culpæ præſentem, & ad ipſam aliquid diſpoſitiue, & inſtrumentaliter operentur; & ſic ſecundum aliam opinionem, quæ ſuſtinetur cõmunius, ſacramenta nouæ legis emundationem oſtendunt diuinitus factam, & hoc modo etiam ſacerdos noui teſtaměti oſtendit abſolutos a culpa, quia proportionaliter oportet loqui de ſacraměntis, & poteſtate miniſtrorum. Nec obſtat quin claues Eccleſiæ ad remiſſionem culpę diſponunt, quia culpa iam eſt remiſſa: ſicut nec quòd Baptiſmus diſponat quantum in ſe eſt in eo, quia iam ſanctificatus eſt.

Ad secundum dicendum, ꝙ neque ſacramentum pniæ, neq; ſacramentum Baptiſmi, operãdo pertingit directè ad gratiam, nec ad culpæ remiſſionem; ſed diſpoſitiuè.

Vnde etiam patet reſpõſio ad tertium. Aliæ rationes oſtendunt quòd ad remiſſionem culpæ directe clauium poteſtas non operetur, quod concedendum eſt.

AR-

do autem cũ hoc ſtet, quòd ſacramenta nouę legis, & per conſequens claues, cauſent gratiam: vide tertia par. q.62.art.1.& 4.

**1m de concluſione.** Poteſtatem. ℞. Miniſterialem: nõ principalem. §. Tunc &c. Nam illa authoritas Ioan. 20. Quorum remiſeritis, &c. non loquitur de remiſſione facta per propriam virtutem: ſed per miniſterium.

¶ Coroll. Ergo illa authoritas: Quorum remiſeritis, &c. dicit nõ tantum manifeſtationě remiſſionis peccatorũ: ſed etiã authoritatem remittendi, quãuis non principalem.

¶ Not. Illa opinio quam recitat S. Thomas ſecundo loco, non eſt nunc temporis pro opinione habenda, ſed pro hęreſi. Nam Concilia determinarunt, ꝙ ſacramenta nouæ legis non tantum ſignificant collationem gratiæ, ſed etiam conferunt ipſam gratiam; & non tantum quod conferunt, ſed ẽt quod conferunt ex opere operato. De his Cõcilijs vide in Appen. mox ſequenti. Opinio vero tertio loco narrata nõ pro opinione nũc habenda eſt, ſed pro veritate Catholica: ut ide ex cõcilijs prudens intelliget. Hinc nota: ꝙ opiniones a D. Thom. amplexatæ fuerunt poſtea quaſi omnes ꝓ veritate catholica ab Eccleſia determinatę: quę autem non ſic determinatæ, ſemper ab ea reuerenter tractatæ, & numquàm reprobatæ. Quomodo poſt determinationem aliquã cõcilij generalis circa lectionem doctorũ procedere debeas: vide regulam uniuerſaliſſimã. q.29.art.3.appen. Nota rurſus: quòd ly nec obſtat quin claues Eccleſiæ ad remiſſioně, &c. eſt reſponſio tacitæ obiectionis. Poterat enim quis obijcere contra clauium poteſtatem prædictam in concluſionibus, quòd accedenti ad confeſſionem iam contrito nihil remittunt claues, eo ꝙ iam fuerint remiſſa prius. Ideo reſpondet, quod effectus clauium prædictus intelligitur quantum eſt ex parte ipſarum. Vnde quòd illi ſic accedenti (ut præfertur) non remittant præſentialiter peccata, non eſt ex defectu virtutis clauium, ſed ex eo ꝙ in ſubiecto accedente nullum reperitur peccatum. Adde; quòd illa remiſſio peccatorum pręcedens fuit facta virtute clauium in uoto habitarũ, licet non in actu, ut ex corpore articuli circa medium habes.

**2m de concluſione.** Operetur. ℞. Diſpoſitiue: non, principaliter. §. Nam licet gratia detur in pœnitentia ad remiſſionem peccati (ut arguitur:) tamen neque ſacerdos, neque ſacramentum miniſtratum, attingit directe ipſam gratiam. Tunc &c. ut patet ex concluſione ſecunda.

**3m de concluſione.** Abluere poſſit. ℞. Miniſterialiter: non, virtute propria. §. Tunc &c. Neque.n.aqua Baptiſmi cor abluit virtute propria, ſed miniſteriali a Deo ſibi præſtita. Nam inſtrumentum, cuiuſmodi eſt aqua, (ſicut & ſacerdos) agit tamen uirtute eius, cuius eſt inſtrumentum.

**4m ex Magiſtro.** Cooperaretur. ℞. Virtute propria: nõ, Dei. §. Tunc &c. Nam ad interiorem mundationem ipſum ſacerdotem, & ſacramenta cooperari miniſterialiter, non autem principaliter: ſæpius iam dictum eſt in litera.

**5m de maiori.** Non remittitur. ℞. Principaliter: non, miniſterialiter. §. Tunc &c. Nam ad hoc, ꝙ homo uirtute clauium peccata remittat miniſterialiter non requiritur, quòd det ſpiritum ſanctum principaliter. i. uirtute propria (in hoc ſenſu negat Magiſter Spiritumſanctum dari ab homine: ut argumentum dicit) ſed tantum miniſterialiter, hoc eſt virtute inſtrumentaria diſpoſitiue. Vnde ſimpliciter error eſſet dicere, quòd hominis ſit dare Spiritumſanctum: nõ autem ſi dicamus, quod Deus per miniſterium hominis det Spiritũſanctũ.

APPENDIX.

Vtilitas ꝓ S. Eccleſia &c.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hęreſim Armenorum dicentium: ſacramentum nullum cõferre gratiã, nec poſſe, quantumlibet ad eius ſuſceptioně animam ſuam quis pręparet. Per hanc.n.locutioně vniuerſalě cointelligitur. Armenos ipſos negare poteſtatem clauium ſe extědere ad remiſſionem culpæ (vt patet) quoniam ſi nullum ſacramentum gratiam confert, ergo nec ſacramentum cõfeſſionis: &, ſi gratiã non confert, culpam non remittit, quandoquidem ſola gratia peccata remittuntur. Item hæreſim Nouatianorum dicentium: ſacerdotes nõ habere poteſtatem dandi remiſſionem peccatorum lapſis poſt baptiſmum. Secundo habes: quomodo per rationě oſtendas hanc meritò fuiſſe damnatã a Concil. Trid. ſeſſ. 7. can. 2. ſic, Si quis dixerit: ea ipſa nouæ legis ſacra a ſacramentis antiquæ legis non differre, niſi quia cærimoniæ ſunt aliæ, & alij ritus externi: anathema ſit. Hęc ibi. Quę autem differentia ſit inter ueteris legis atq; nouæ ſacramenta, monſtrat, & conſequenter per hoc hæreſim antedictam condemnat, Papa Eugenius Quartus, in Decr. ſuo Armenis dato, ſacro approbante Conc. Flor ſic. Nouæ legis ſeptem ſunt ſacramenta. ſ &c. Pœnitentia &c. Quæ multum a ſacramentis differunt antiquæ legis. Illa.n.non cauſabãt gratiam, ſed eam ſolum per paſſionem Chriſti dãdam figurabant. Hæc vero noſtra & continent gratiam, & ipſam digne ſuſcipientib. conferunt. Hæc ibi. Vbi ex comparationis naturą ly conferunt, idem videtur valere, quod cauſant. Nam prius in comparationem adducens antiqua ſacramenta dixit ly non cauſabant. Ergo, ex oppoſito loquendo, ſacramenta noua gratiam cauſant; id quod concilium expreſſit per hoc uocabulum conferunt. Ex hoc alijsq; citandis, confirma quæ dicta ſunt in reſponſione ad primum. Item damnatam a Conc. Trid. ſeſſ. ead. can. 6. Si quis dixerit ſacramenta nouæ legis non continere gratiam quam ſignificant; aut gratiam ipſam non ponentibus obicem non conferre; quaſi ſigna tantum externa ſint acceptæ per fidem gratiæ, uel iuſtitiæ, &c. Anathema ſit. Hęc ibi. Et can. 8. Si quis dixerit, per ipſa nouæ legis ſacramenta ex opere operato non conferri gratiam: ſed ſolam fidem diuinæ promiſſionis ad gratiam conſequendam ſufficere. Anathema ſit. Hæc ibi. Item ab ead. ſeſſ. 6. c. 6. Non.n.abſque cauſa per totum illud capitulum declarat modum præparationis ad gratiam iuſtificantem per baptiſmum, & a ſimili per alia ſacramenta, conſequendam: maximè autem, quia in principio capituli ſeptimi dicit. Hãc diſpoſitionem, ſeu præparationem, iuſtificatio ipſa conſequitur; quæ non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per uoluntariam ſuſceptioně gratiæ, & donorum. Huius iuſtifi-

iustificationis causæ sunt &c.efficiens verò misericors Deus,&cæt. instrumentalis item sacramentum baptismi,&c.Hæc ibi. Vbi vides contra hæresim illam & præparationem nostram ad gratiæ consecutionem non esse frustra, & sacramenta esse causam instrumentalem iustificationis,i.remissionis culparũ & adeptionis gratiæ atque donorum. Nã quod de sacramento baptismi in hac materia dixit; de alijs sacramentis, vt quæ in ratione sacramenti præcisè similia sint,cointelligendũ est. Capitulum illud sextum, qm̃ & pulcherrimum & optimum est,& hic propter prolixitatem vitandam dimissum,vide ibi.Item damn.à &c.vt q.17.arti.2. appen.Item à &c. vt q.10. q.10.ar.1.appen.Vide Roffensem contra assertiones Lutheri art.1. Item damn.à Leone X.in bulla contra err.Luth. cuius damnationis particulã vide q.1.ar.1.appen.& 3.par.q.68.ar.9 Nã & Lutherus ait:ꝙ sacrã non dant gratiam.Item damn.à &c. vt q.10.ar.5.& pri.par.q.48.ar.4.appen. Vbi contra Nouatianorũ prædictũ errorem agit.Vide etiã contra hunc aliquid Conc.Trid. in 3.par.q.68. ar.6.appen. Tertiò habes: qũo per rõnem supradicta Patrum, pro quanto potestatẽ clauium ad remissionem culpæ indicant valere & intelligas,& probes,& tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur,& consolidetur.

3

4

---

SVP. Q. XLIX. Aliàs 18.Art.11.

NOT. Quoniam,proportionaliter oportere loqui de sacramentis, & potestate ministrorum, inquit D.Th. arti.1.ad pri.in fin.ideo non mirum,quòd nunc de posse clauium sacramentalium,nũc de ministri posse inquirit.

69

¶CONCL. Illi q per contritionem consecutus est remissionẽ peccatorum quantũ ad culpam & pœnam ęternã, quæ simul est culpa dimittitur; augetur gratia ex vi clauium ex passione Christi efficaciã habentium, & remittitur temporalis pœna, cuius reatus adhuc remanserat post culpæ remissionem: non tamen totus.

¶NOT. Ly temporalis pęnę,sumitur hoc secundum,quod uel in præsenti, uel in purgatorio, peccatori debetur (ut patet in corpore iuxta finem.)

¶PROB 1. Quia idẽ iudicium est de effectu clauium actualiter collato in eo, in quo contritio tempore præcessit, quod est de effectu baptismi, qui iam habenti gratiam datur:& illi, qui per uotum baptismi præcedens iam consecutus est remissione.n culpæ & pœnę, quando actualiter baptismum suscipit, gratia augetur,ac pœna totaliter dimittitur.Secũda autem pars.f.non tamen &c. probaẽ. Quia in pœnitentia non mutatur homo in aliã vitam, ita quòd fiat per pęnitentiam nouus homo(cum ipsa non sit regeneratio) sed sanatur.

1^m^ de conclusione. Modo pœnam. R.Totam: non, partialem.§. Tunc &c. ut patet ex conclusione.

2^m^ de maiori. Non potest præiudicare iustitię diuinę.R.Potest tamen sine pręiudicio ipsius iustitiæ aliqd de pœna confitenti debita remittere. §.Tunc nih.&c. Licet.n.diuina iustitia taxauerit confitentibus pœnam quam debent subire: non tamen per hoc exclusit quin cõfitẽtes ipsi possint ex passione Christi sibi ipsis communicata pœnę taxatæ satisfacere. Et hinc prouenit: ꝙ confitenti ex vi clauiũ pœnam taxatam sacerdos remittit absq; præiudicio diuinæ iustitiæ: quoniã passionẽ Christi per claues ei applicat. Quòd.n.per sacramenta meritum passionis Christi hominibus communicetur, significauit Cõc.Trid. sess.5. Decr. de peccat. originali dicens, Si quis &c. negat ipsum Christi Iesu, qui nos Deo reconciliauit ĩ sanguine suo, meritum per baptismi sacramentum in forma ecclesiæ ritè collatum tam adultis quam paruulis applicari. Anathema sit. Hæc ibi.

3^m^ de maiori. Non est minus susceptiuus

## ARTICVLVS II.

*Vtrum sacerdos possit remittere peccatum quo ad pœnam.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos nõ possit remittere peccatum quo ad pęnam. Peccato enim debetur pœna ęterna,& temporalis,sed adhuc post absolutionem sacerdotis manet pœnitens obligatus ad pœnam temporalem in purgatorio,vel in hoc mundo faciendam,ergo non dimittit aliquo modo pœnam.

¶ 2 Præt. Sacerdos non potest præiudicare iustitiæ diuinæ,sed ex diuina iustitia taxata est pœnitentibus pœna, quam debent subire, ergo sacerdos non potest de ea aliquid remittere.

¶ 3 Præt. Ille, qui paruum peccatũ commisit, nõ est minus susceptiuus clauium,quàm ille, qui cõmisit maius peccatum, sed si aliquid de pœna per officiũ sacerdotis de maiori peccato dimittit', possibile est esse adeo paruum peccatum, cui nõ debeatur plus de pœna, quàm illud, quod de maiori peccato dimissum est, ergo poterit totam pœnam illius peccati parui dimittere, quod falsum est.

¶ 4 Præt. Tota pœna temporalis peccato debita est vnius rationis.si ergo per primam absolutionem dimittatur aliquid de pœna,& per secũdam ab eodem peccato absolutionem poterit aliquid remitti, & sic tantũ poterit multiplicari absolutio, quod vi clauium tota pęna tolletur, cum secunda absolutio, non sit minoris efficaciæ quàm prima, & sic peccatum remanebit omnino impunitum, qđ est inconueniens.

SED CONTRA. Clauis est potestas ligandi, & soluendi: sed potest sacerdos iniungere pœnam temporalem, ergo & potest absoluere a pœna.

¶ Præt. Sacerdos non potest dimittere peccatum quãtum ad culpam, vt in litera dicitur, nec quantum ad pęnam ęternam pari ratione. Si ergo non potest remittere quãtum ad pęnam temporalẽ, nullo modo remittere poterit, quod est omnino contrarium dictis Euangelii.

RESPON. Dicendum,quòd idem iudicium est de effectu,quem potestas clauium exercita actualiter cõplet in eo, in quo contritio tempore præcessit, & effectu baptismi,q iam habẽti gratiam datur. Aliquis enim per fidem, & contritionem præcedentem baptismum,gratiam remissionis peccatorum,quantum ad culpam, consequutus est, sed quando actualiter postea baptismum suscipit, gratia augetur, & a reatu pęnæ totaliter absoluitur, eo quòd fit particeps passionis Christi: & similiter illi, qui per cõtritionem consecutus est remissionem peccatorum,quantum ad culpam, & per consequens quantum ad reatum pęnæ æternæ, quæ simul cum culpa dimittitur, ex vi clauium ex passione Christi efficaciam habentium augetur gratia, & remittitur temporalis pęna, cuius reatus adhuc remanserat post culpæ remissionem, non tamen totus, sicut in baptismo, sed pars eius, quia in baptismo regeneratus homo configuratur passioni Christi,totaliter efficaciam passionis Christi, (quæ sufficit ad omnem pęnam delendam) in se suscipiens,vt nihil de prioris peccati actualis pęna remaneat, quia non debet alicui imputari ad pęnam, nisi quod ipsemet fecit. In baptismo autem homo nouam vitã suscipiens fit per gratiam baptismalem nouus homo, & ideo nullus reatus pęnæ in eo remanet pro præcedenti peccato. Sed in pęnitentia non mutatur homo in aliã vitam, quia non est regeneratio, sed sanatio quædam, ideo ex vi clauium, quæ operatur in sacramento pęnitentiæ, non tota pęna remittitur, sed aliquid de pęna temporali, cuius reatus post absolutionem a pęna æterna remanere potuit, nec solum a pęna illa, quam hic pęnitens habet in confitendo, vt quidam dicunt, quia sic confessio, & sacramentalis absolutio non esset nisi in onus, quod non competit sacramentis nouæ legis, sed etiam de illa pęna, quæ in purgatorio debetur, remittitur, vt aliquid minus in purgatorio puniatur, absolutus ante satisfactionem decedẽs, quam si ante absolutionem decederet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacerdos non remittit totam pęnam temporalem, sed partem, & ideo adhuc manet obligatus ad pęnam satisfactoriam.

AD SECVNDVM dicendum, quòd passio Christi sufficienter satisfecit pro peccatis totius mundi,& ideo sine pręiudicio diuinæ iustitiæ, aliquid de pęna sibi debita remitti potest, secundum quòd effectus passionis ad ipsum per sacramenta Ecclesiæ pertingit.

AD TERTIVM dicendum,quòd pro quolibet peccato oportet aliquam pęnã satisfactoriam remanere, per quam medicina contra ipsum præstetur; & ideo quamuis virtute absolutionis dimittatur aliqua quantitas pęnæ debita pro aliquo magno peccato, non oportet quòd tanta quantitas pęnæ dimittatur respectu cuiuslibet peccati, quia secũdum hoc

prius. ℞. Secundum quantitatem proportionalem: nō, absolutam. §. Tunc &c. Nam ei qui commisit paruum peccatum sufficit, quòd remittatur proportionaliter de pœna debita peccato suo.

¶ Not. Ly pro quolibet peccato oportet aliquám pœnam satisfactoriam remanere. Loquitur hic textus secundum considerationem actionis clauium: non secundum considerationē quantitatis cōtritionis. Scit.n. Diuus Tho. quòd contritio potest esse tanta; vt tota pœna omnino remittatur confesso, (ut in responsione ad quartum patebit in fine:) & simul nouit, quod ex virtute clauium, vt sic, nō fit totaliter homo nouus (ut patuit in corp.) quod tamen esset, si ex ipsarum virtute, ut sic, tota pœna simul cū culpa remitteretur.

¶ Coroll. Ex hoc ergo responso intellige, quē sensum habeat cōmune dictum, quòd scilicet nonnullis peccatoribus confitentibus tota pœna remittitur. Dices enim, quòd non ex virtute clauium, ut sic, (alioquin baptismus, & confessio æqualem effectum sortirentur;) sed est aliunde. Cum ergo formaliter loquatur. D. Th. more suo:) cōuenientissime dixit, q̄ pro quolibet peccato oportet aliquam pœnam satisfactoriā remanere.

hoc aliquod peccatū remaneret omnino sine pœna, sed virtute clauium de pœnis singulorum peccatorum proportionaliter dimittitur.

Ad qvartvm dicendum, q̄ quidam dicunt, quòd in prima absolutione tantum dimittitur vi clauiū, quantum dimitti potest: sed tamen valet iterata confessio, tum propter instructionem, tum propter maiorem certitudinem, tum propter intercessionem sacerdotis, vel confessoris, tum propter verecundiæ meritum. Sed hoc non videtur verum, quia si hæc esset ratio confessionem iterandi, non tamen esset ratio iterandi absolutionem, præcipue in eo, qui non habet aliquā causam dubitationis de præcedenti absolutione, ita.n. poterit dubitare post secundam absolutionem, sicut post primā. Sicut videmus quòd sacramentum extremæ vnctionis non iteratur super eundem morbum, eo q̄ totum, quod per sacramentum fieri potuit, semel factum est. Et præterea in secunda confessione nō requireretur, quòd haberet claues ille, cui fit confessio, si nihil ibi vis clauium operatur. Et ideo dicunt alii, etiam in secūda absolutione aliquid vi clauium dimitti de pœna, quia in secūda absolutione gratiæ confertur augmentum, & quanto maior gratia recipitur, minus de impuritate præcedentis peccati manet, & ideo minor pęna purgans debetur. Vnde etiam in prima absolutione alicui plus, & minus dimittitur de pœna, secundum quod plus se ad gratiam disponit, & potest esse tanta dispositio, q̄d etiam ex vi contritionis tota pęna tollitur, vt prædictum est. Vnde etiam non est inconueniens si per frequentem confessionem etiam tota pœna tollatur, vt peccatum omnino remaneat impunitum, pro quo pœna Christi satisfecit.

4^m minor æquiualens post conclus.^cm

Quod est inconueniens. ℞. Nisi pœna Christi satisfecisset in eo, qui confessiones multiplicauit. §. Sufficit.n. q̄ quis, per Christi pœnam sibi applicatam satisfaciat peccatorum pœnis ad hoc, vt peccata ipsa non sint impunita. Tunc &c. vt patet.

¶ Not. Ly pro quo pœna Christi satisfecit. Videlicet illi applicata per sacramentum pœnitentiæ, de quo in argumento: non autem sine tali, uel simili, applicatione. Magna.n. differentia est inter has propositiones. s. Christi pœna satisfecit pro me, talisq́; satisfactio reddet me impunitum; & Christi pœna satisfecit pro me, mihique est per sacramentum applicata, & talis satisfactio sic sumpta reddet me impunitum.i. faciet, quòd non amplius puniar. Prima namq; falsa est, hæreticisq́; familiaris, qui Christi morte ignauiam suam opera renuentem contegunt; secunda autem uera est atque catholica: vt de vtraque ex Concil. Triden. sess. 6. c. 3. colligimus sic dicente. Verum etsi illi pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt: sed ij dumtaxat, quibus meritum passionis eius communicatur. Hæc ibi. Nemo enim potest esse iustus, nisi cui merita passionis Domini nostri Iesu Christi cōmunicantur (ut idem dicit c. 7.) & eius meritum per sacramenta in forma ecclesiæ rite collata nobis communicatur (ex eo. sess. 5. de peccat. orig. anathematismo 3.)

APPENDIX.

Vtilitas p̄ Eccles. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem confringas errorem Lutheri (ut ex Roffense contra ipsum artic. 5. colligitur) dicentis; quòd pœnas temporales pro peccatis debitas ecclesia non potest auferre per claues. Item errorem quorundam (ut ex Concil. Trid. adducendo nunc edocemur) dicentium fictionem esse, quòd remota pœna æterna virtute clauium, pęna [illegible] exoluenda plerumque remaneat. Item quomodo hæresim Nouatianorum [illegible] tit. 1. appen. recitatur. Vide ibi: & applica hanc, pro quanto de remissione peccatorum, quo ad pęnam, negarunt suū potestatem intelligere. 2 Secūdo habes quomodo per rationem ostendas, errorē prædictum meritò condemnari a Conc. Trid. sess. 14. c. 7. sic. Neq; uero ulla uia in ecclesia Dei vnquā existimata fuit ad amouendam imminētem a domino pęnā securior; quam ut hæc pęnitentiæ opera homines cū vero animi dolore frequentēt. Hæc ibi. Et canone. 12. Si quis dixerit totam pęnam simul cum culpa remitti semper a Deo, satisfactionemque pęnitentium nō esse aliam quam fidem, qua apprehendunt Christum pro eis satisfecisse. Anathema sit. Hæc ibi. Ex quo loco confirmatur doctrina nunc data in Not. post respon. ad quartū. Item damn. ab eo. cano. 15. Si quis dixerit, &c fictionem esse, quòd virtute clauium sublata pęna æterna, pęna temporalis plerumque exoluenda remaneat. Anathema sit. Hæc ibi. Item sess. 6 cano. 30. Si quis post acceptam iustificationis gratiam cuilibet peccatori pęnitenti culpam remitti, & reatum æternæ pęnæ deleri dixerit ita, vt nullus remanent reatus pęnę temporalis exoluendæ, uel in hoc sęculo, uel in futuro in purgatorio, antequam ad regna cęlorum aditus patere possit. Anathema sit. Hæc ibi. Item quomodo per rationem ostendas hær. Nouatianorum, pro quanto de remissione peccatorum, quo ad pęnam negant; damnari meritò à &c. ut quæstione &c. Vide articulo primo, appen. circa fin. 3 Tertiò habes quomodo per rationem ostendas meritò fuisse dictum a Concilio Tridentino sessio. 14. cap. secundo, non esse eundem effectum baptismi & clauium confessionis in hæc uerba. Alius est præterea baptismi, & alius pęnitentiæ fructus, per baptismum enim Christum induentes noua prorsus in illo efficimur creatura plenam, & integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen nouitatem & integritatem per sacramentum pęnitentiæ sine magnis nostris fletibus & laboribus (diuina id exigente iustitia) peruenire nequaquam possumus; vt merito pęnitentia laboriosus quidam baptismus a sanctis Patribus dictus fuerit. Hæc ibi. Quibus etiam verbis damnari errores prædictos cuilibet rectè consideranti, atque intelligenti patere potest. 4 Quartò habes quomodo per rationem supra dicta Patrum, pro quanto claues ad minuendam pęnam temporalem remanentem ualere insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. 5 Quintò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina, & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. XLIX. Aliàs 18. Art. III.

Concl. I. Sacerdos, quāmuis in absoluendo ex ui clauium habeat aliquam operationem ordinatam ad culpæ dimissionem modo prædicto (art. 1. & q. 17. ar. 2.) nō tamen in ligando aliquam operationem habet in culpam, nisi ligare dicatur, inquantum non absoluit (q. 17. ar. 2.) ties 2. ad quartum,) sed ligatos ostendit: sed in pęnam habet potestatiuam operationem & ligandi & soluendi.

70

¶ Coroll. Ergo cō fesso non est forus iræ atq; pœnarum (contra hæreticos, de quib. alibi supra;) maxime si addideris, q̄ etiā illud ligare ad pęnā, & ostendere, confitentem esse ligatū ad culpam, sunt simul, & seorsum vtrūque illorum, in ipsius pęni-

## ARTICVLVS III.

*Vtrum sacerdos per potestatem clauium possit ligare.*

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd sacerdos per potestatem clauium ligare non possit. Virtutes enim sacramentales ordinantur contra peccatum, vt medicina: sed ligare non est medicina peccati, sed magis aggrauatio morbi, vt videtur ergo sacerdos per vim clauium, quæ est vis sacramentalis, non potest ligare.

¶ 2 Præt. Sicut absoluere, vel aperire est amouere obstaculum ita ligare est obstaculum ponere, sed obstaculum regni peccatum est, quod nobis ex alio imponi non potest, quia non nisi voluntate peccatur, ergo sacerdos ligare non potest.

¶ 3 Præt. Claues ex passione Christi efficaciam habent, sed ligare non est effectus passionis, ergo ex clauium potestate non potest sacerdos ligare.

pœnitentis vtilitatem. ¶ Cæterum ad pauca respicientes de facili obganniunt. Ligare. n. vel ad culpam crediderunt; cum audierunt, sacerdotes habere potestatem ligandi: uel ad pœnam in communi sumptam cuius contrarium secunda nūc conclusio dicet. Rursum. Ergo iste articulus multum differt à q. 17. ar. 2. Nam in illo priori statuitur, quòd potestas ligandi est in clauibus, seu sacerdotes ex vi clauium, sed in hoc posteriori statuitur, quòd isto uel illo modo potestas illa ligandi exerceatur. Est igitur posterior hic articulus declaratio quædā illius prioris: inquantum potestatem ligandi in clauibus reperiri ibi conclusam monstrat nunc quomodo sacerdotes administrent. Ibi ergo quæritur, & concluditur dè re; hic autem de modo ipsius rei.

SED CONTRA. est quod dicitur Matth. 16. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis.

¶ Præt. Potestates rationales sunt ad opposita: sed potestas clauium est potestas rationalis, cum habeat discretionem adiunctam, ergo habet se ad opposita, ergo si potest soluere, potest, & ligare.

RESPON. Dicendum, quòd operatio sacerdotis in vsu clauium est conformis Dei operationi, cuius minister est, Deus autem habet operationem, & in culpam, & in pœnam. Sed in culpam ad absoluendum quidem directè, ad ligandum autem indirectè, inquantum obdurare dicitur dum gratiam non largitur, sed in pœnam habet operationem directe quantum ad vtrumque, quia, & pœnam parcit, & pœnam infligit. Similiter ergo sacerdos, etsi in absoluendo ex vi clauium habeat aliquam operationem ordinatam ad culpæ dimissionē modo iam prædicto, non tamen in ligando aliquam operationem habet in culpam, nisi ligare dicatur, inquantum non absoluit, sed ligatos ostendit, sed in pœnam habet potestatem, & ligandi, & soluendi. Soluit enim pœna quam dimittit, sed ligat quantum ad pœnam, quæ remanet. Sed ad hanc ligare dupliciter dicitur. Vno modo considerando ipsam quantitatem pęnæ in communi, & sic non ligat, nisi inquantum non soluit, sed ligatum ostendit. Alio modo considerando pœnam hanc vel illam determinatè, & sic ligat ad pœnam, imponendo eam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud residuum pœnæ ad quod obligat, est medicina purgans peccati impuritatem.

AD SECVNDVM dicendum, quòd obstaculum regni nō solum est peccatum, sed etiam pęna, quam qualiter sacerdos imponat, dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quòd etiā passio Chri obligat nos ad pęnā aliquam, per quā ei conformemur.

AR-

¶ PROB. 1. Quia operatio sacerdotis in usu clauium est conformis operationi Dei, cuius minister est, & Deus habet operationē in culpam, directè quidem quantum ad absoluendum, indirectè autem quantum ad ligandum (inquantum. s. obdurare dicitur, dum gratiā non largitur). Secunda autem pars. s. sed pœnam, &c. pbatur. Quia sacerdos soluit a pœna quam dimittit, & ligat ad pœnam, quæ remanet (cum etiam Deus in pœnam habeat operationem directe, tum soluendo, tum ligango. s. parcendo pœnam, ac infligendo ipsam.

¶ NOT. Ly directè. Idest operandò positiuè aliquid. Ly indirectè. Idest nihil positiuè operando; sed iuste aliquid denegando. Quod autem Deus indirecte tantum in culpam operationem habeat non quòd sit, nec indirectè causa peccati; sed quòd iustum pœnam culpæ inducat: vide prima parte q. 19. art. 9. & q. 49. artic. 2. & q. 105. art. 4. Ibi enim, ultra textum disputatum est atque efficacissimè conclusum in Appen. quòd culpa non est a Deo effectiue; & consequenter, quòd opus Dei non est ita adulterium Dauidis, sicut proditio Iudæ (contra Caluinum, Melanchtonem, & similes.) De hoc etiam vide S. Doctorem. 1. 2. q. 79. ar. 1. & 3. & 4. Vbi quoque art. 1. uidebis non licere inferri; Deus gratiam non largitur, ergo est indirecte causa culpæ.

¶ CONCL. 2. Sacerdos non ligat ad pœnam in communi; nisi inquantum non soluit, sed ligatum ostendit.

¶ PROB. Quia hoc, tanquam clarum præsupponitur.

¶ NOT. Ly pœnam in communi. Idest pœna, ad quam peccator est obnoxius, quæcumque sit illa. Ad hanc enim remanet ex se peccator obligatus, dimissa æterna pœna per contritionem vi clauium uestitam: cum ad Dauid contritum dictum sit, Dominus transtulit peccatum tuum, i. pęnam æternam peccato tuo debitam commutauit in temporalem. Nam peccatum Dauidis quo ad culpam penitus delendo abstulerat, non transtulerat. Propterea dixit prob. scripta: quòd conclusio secunda, tanquam clara præsupponebatur.

2. Reg. 12.

¶ CONCL. 3. Sacerdos ligat ad pœnam determinatè sumptam.

¶ PROB. Quia sacerdos imponit hanc vel illam pœnam confitentibus (hæc vulgò dicitur pœnitentia data ab ipso.)

1^m^ de maiori. Vt medicina. R. Saltem purgans. §. impuritatem, scilicet peccati. Tunc nihil &cæt. Nam ligare, modo dicto in conclusionibus, est medicina purgans impuritatem peccati; non autem aggrauatio morbi (ut argumentum somniabat.)

¶ NOT. Ly purgans impuritatem peccati. Scilicèt dupliciter. Nam & purgat præteritam, & a futura impuritate præseruat: vt alibi supra de satisfactione, uisum est & in appen. sequenti ex Concilio dicetur.

2^m^ de maiori. Ligare est obstaculum ponere. R. Negatur; loquendo de ligare modo dicto in conclusionibus. §. quinimò taliter ligare est remouere obstaculum; quod impediebat ab ingressu regni. Nam obstaculum regni non solum est peccatum, sed etiam pœna, iuxta illud. Non intrabit in illam, beatam patriam, aliquid coinquinatum. Apocalip. 21. i. aliquid peccato, aut pęnæ, obnoxium, (in cuius signum animæ in purgatorio retardantur ab ingressu regni tantummodo propter pœnam soluendam): & consequenter sacerdos, qui ad tollendam pœnam maiorem, impositione pœnitentiæ vi clauiū informatæ grauis insipientibus videtur, non ponit obstaculum, sed remouet. Quod melius intelliges, si hanc pœnitentiam a confessario datam consideraueris non esse pœnam præcise, sed medicinā; ut in respōsione ad primum. Breuibus ergo dicas: quòd ligare ad pœnam, ut medicina est, non est ponere obstaculum regni; sed auferre.

3^m^ de minori. Sed ligare. R. Ad pœnam æternam: non ad pęnam aliquam, per quam Christo passo cōformemur. §. Tūc &c. Nam sacerdos ex virtute clauium agens per impositionem pęnitentiæ hanc conformationem intēdit: ut ex Concil. Triden. sess. 14. c. 8. colligitur. Vide appen. inf.

Pęnitentię iniūctæ utilitas magna.

¶ COROLL. Ergo pœnitētia a sacerdote iniūcta purgat peccata (ut in ad primum,) aufert obstaculum regni (sicut dolor est medicina doloris, ut in ad secundum.) & conformat nos Christo passo (ut in ad tertium.)

## APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas merito positam esse a scripturis, & per consequens a Concilijs omnibus de hac re tractantibus quandam alligaturam, quæ dicitur esse salutis: & consequenter non omnem alligaturam esse malam, seu fugiendam, immo quandam a catholicis amplexandam. A scripturis quidem: Eccles. 6. Vincula illius alligatura salutis. Et supra inijce pedem tuum in compedes illius; & in torques illius collum tuum. Subijce humerum tuum, & porta illam: & ne accidieris in vinculis eius. In nouissimis. n. inuenies requiem in ea; & conuertetur tibi in oblectationem. Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases uirtutis: & torques illius in stolam gloriæ. Hæc ibi. Vbi loquit de sapiētia. Item a scripturis. Mat. 16. Quodcumq; ligaueris super terram erit, & in cęlis: Et 18. Quæcumq; alligaueritis super terram, &c. & Io. 20. Quæcumq; retinueritis, retenta sunt. Nullatenus, uero dubium est: quòd quæcumq; fecit Christus, pro nostra salute fecit. A Cōcilij uero Trid. sess. 14. ca. 1. & 5. & 8 Item Canon. 3. & 15. De his locis Concilij vide sup. q. 17. ar. 2. Appen ubi literaliter adducuntur. Quòd etiam huiusmodi ligaturæ sint salubres, dixit idem Conc. ead. sess. cap. 8. sic. Diuinam clementiam decet; ne ita nobis absque ulla satisfactione peccata remittantur: ne, occasione accepta, peccata leuiora putantes, velut iniurij, & contumeliosi Spirituisancto, in grauiora labamur, thesaurizantes nobis iram in die iræ. Hæc ibi. Diximus autem supra: quòd pęna, ad quam ligat sacerdos, est satisfactio. Item idem Concil. mox infra, Proculdubio magnopere a peccato reuocant, & quasi freno quodam coercent, hæ satisfactoriæ pęnę; cautioresque & uigilantiores in futurum pęnitentes efficiunt: medentur quoq; peccatorum reliquis, & vitiosos habitus malè uiuendo comparatos contrarijs virtutum actionibus tollunt. Hæc ibi. Nonne igitur multum tibi videntur alligatura salutis? Item Concil. infra. Accedit ad hæc: quòd dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur; certissimam quoque inde arrham habentes, quòd si compatimur, & conglorificabimur. Hæc ibi. Ex quibus omnibus patet, quantum salutis nostræ insidientur Epicueri Nouatores dum satisfactiones huiusmodi Ecclesiæque sanctæ ligamina etiam alia, quæ leges uocantur (ad instar serpentis, Genes. 30.) totis viribus dissuadent: & contra, quantum

Vtilitas p S. Ecclesia &c.

Quam bonus sit Deus in ligando, uide p totum.

Popule meus q te beatum dicunt te decipiunt. Isa. 3.

nostræ

nostræ salutis faueât, qui ligaturas huiusce modi nobis persuadent. Secundò habes; quomodo per rationem dicta Euangeliorum atq; similia, pro quanto potestatem ligādi in sacerdote virtute clauium ponunt, in sensu recto & intelligas, & probes, & tuearis. Tertiò vides; quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina articuli præsentis & declaretur & consolidetur.

SVP. Q. XLIX. Aliàs 18. Art. IIII.

CONCL. 1. Sacerdos, si præter motum diuinum uti sua potestate præsumpserit, non consequetur effectum, & culpam incurret.

¶PROB. 1. Quia sacerdos operatur in vsu clauium, sicut instrumentum (cum anteq; potestas clauium ei tradatur fiat mētio de reuelatione diuina, Matt. 16. ac de spiritussancti dono. Io. 20.) & nullū instrumentum habet effectum, seu actum efficacem, nisi secundum quòd mouetur a principali agente (patet). Secunda autem pars. s. & culpam, &c. probatur. Quia sacerdos tūc sic vtens sua potestate a diuino ordine auertetur (patet ex supra. Matth. decimosexto, ac Io. 20.)

¶CONCL. 2. Pœnæ satisfactoriæ in canone determinatæ non competunt omnibus, sed variandæ sunt secundum arbitrium sacerdotis diuino instinctu regulati.

¶PROB. Quia pœnæ satisfactoriæ infligēdæ sunt, vt medicinæ (cū medicinæ sint); & medicinæ in arte determinatæ non omnib. competunt; sed variandæ sunt, pro vtilitate infirmorum, secundum arbitrium medici scientiam medicinæ, nō propriam uoluntatem sequentis.

Pro medicis particularib. & cō fessarijs notandum.

¶COROLL. Ergo medicinæ illæ in arte medicina determinantur, vt pro vtilitate infirmorum diuersorum iuxta eorum variam complexionem secundū scientiam medicam attēdenda, diuersimode limitentur, & applicentur. Sciebāt enim primi medicinæ artis inuentores, quòd cōplexiones diuersorum sunt diuersæ, & consequenter ꝙ nō singulis competit ad salutem, quę aliquibus conueniunt: & ideo ipsi statuentes id, quod in pluribus ordinarie reperitur, nō intenderunt per hoc particularibus medicis auferre quandam epicheiam. i. iudicium quoddam naturale secundum scientiam huic in tali casu sic uel moderate applicandam progrediens; quinimmo scientes esse impossibile, aliquam regulam legis humanæ institui, quæ in nullo casu deficiat, virtutem hanc, quæ epicheia dicitur, suis posteris in particularibus occurrentis diligenter seruandam (non obstantibus in communi determinatis) tacitè reliquerunt, a quibus etiam solicitè in perpetuum custoditam iri desiderarunt. Decreta siquidem illa ad infirmorum salutem, & non hanc ad illa, ordinarunt, sicque ordinationem fieri debere semper discrete, intellexerunt: quoniam non finem pp ea, quæ sunt ad finem, sed ea quæ sunt ad finē pp finem inquiri debere, nec me diocriter eruditi ignorant. De epicheia vide 2. 2. quæst. 120. art. 1. & supradicta ad satisfactorias pœnas proportionaliter, absque destructione canonum applicato, quod & tertia conclusione mox dicenda tibi faciendū insinuat.

¶CONCL. 3. Sacerdos prudenter, diuino instinctu motus, non semper totam pœnam, quæ uni peccato debetur, iniungit, ne infirmus aliquis ex magnitudine pœnæ iniunctæ desperet, & a pœnitentia totaliter recedat.

¶NOT. Propter hoc, ne talia inconuenientia infirmis accidant, uerbis grauissimis præceptum est ab Innoc. III. in Conc. Lateran. c. 21. qd & recitatur in decr. de pœ. & remis. omnis vtriusque, vt sacerdos sit discretus, cautus, & ex confessis prudenter intelligens, quale consilium & remedium debeat adhibere, experimentisq; diuersis uti, ad sanādum ęgrotum. Ex præsenti conclusione, & ēt secunda cū corollar. saniori modo intelliges dicta 1. q. 8. artic. 7. & q. 12. ar. 2. tū in textu, tum in eluc. & ex ibi dictis vicissim huc (quātum sufficit) applicatis multū iuuaberis.

¶PROB. Quia medicus corporalis aliquando prudenter non dat medicinam efficacem, (i. fortem, sicut regulæ medicinæ in uniuersali statuunt) quæ ad morbi curationē sufficiat; ne propter debilitatem naturæ maius periculum oriatur (ergo a simili tanquàm a notioribus, nobis patet conclusio.)

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum sacerdos secundum proprium arbitrium possit ligare & soluere.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos possit ligare, & soluere secundum proprium arbitrium, Hieronymus enim dicit mensuram temporis in agendo pœnitentiam non satis aperte præfigunt Canones pro vnoquoque crimine, vt de singulis dicat qualiter vnumquodque sit emendandum, sed magis arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuunt, ergo videtur quòd ipse secundum suum arbitrium possit ligare, & soluere.

¶ 2 Præt. Dominus laudauit villicum iniquitatis, quòd prudenter fecisset, quia debitoribus domini sui remisisset largiter, sed Deus pronus est magis ad miserendum, quàm aliquis dominus temporalis, ergo videtur, quòd laudabilior sit qs quantum plus de pœna dimiserit.

¶ 3 Præt. Omnis actio Christi nostra est instructio, sed ipse quibusdā peccantibus nullam pœnam imposuit, sed solum emendationem vitæ, vt patet de adultera, Ioan. 8. ergo videtur quòd secūdum arbitriū suum possit etiam sacerdos, qui est vicarius Christi, dimittere totā pœnam, vel partem.

SED CONTRA, Greg. dicit Falsam pœnitentiam dicimus, quæ non secundum authoritatem sanctorum patrum pro qualitate criminis imponitur, ergo videtur quòd non omnino sit in arbitrio sacerdotis.

¶ Præt. Ad actum clauium requiritur discretio, sed si esset omnino in voluntate sacerdotis dimittere, & imponere de pœna quantum vellet, nō esset ibi necessaria discretio, quia nunquàm ibi indiscretio posset accidere, ergo non est omnino in arbitrio sacerdotis.

RESPON. Dicendum, quòd sacerdos operatur in vsu clauium sicut instrumentum, & minister, nullum autem instrumentum habet efficacem actum, nisi secundum quòd mouetur a principali agente, & ideo dicit Diony. in fine Eccles. hierar. quòd sacerdotibus vtendum est virtutibus hierarchicis, quando diuinitas eos mouerit, in cuius signum, Matth. decimosexto, ante potestatem clauium Petro traditam fit mentio de reuelatione diuinitatis ei facta. & Ioan. vigesimo, præmittitur potestati remissionis Apostolis datæ Spiritussancti donum, quo filii Dei aguntur. Vnde si præter illum motum diuinum vti sua potestate præsumpserit, non consequetur effectum, vt Diony. dicit. Et præter hoc a diuino ordine auerteretur, & sic culpam incurreret, & quia pœnæ satisfactoriæ infligendę, vt medicinæ sunt, sicut medicinæ in arte determinatæ non omnibus competunt, sed variandæ sunt secundum arbitrium medici, non propriam uoluntatem sequentis, sed scientiam medicinæ, ita pœnæ satisfactoriæ in Canone determinatæ competunt omnibus, sed variandæ sunt secundem arbitrium sacerdotis diuino instinctu regulati. sicut ergo medicus aliquando prudenter non dat medicinam efficacem, quæ ad morbi curationem sufficiat, ne propter debilitatem naturæ maius periculum oriatur, ita sacerdos diuino instinctu motus, non semper totam pœnam, quæ vni peccato debetur iniungit, ne infirmus aliquis ex magnitudine desperet, & a pœnitentia totaliter recedat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd arbitrium istud debet esse diuino instinctu regulatum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ etiam de hoc laudatur villicus, ꝙ prudenter fecit, & ideo in remissione pęnæ debitæ, discretio adhibenda est.

AD TERTIVM dicendum, quòd Christus habuit potestatē excellentiæ in sacramentis, vnde ipse ex authoritate pœnam totam, vel partem poterat dimittere sicut volebat, nec est simile de his, qui operantur tantum, vt ministri.

QVAE-

1^m^ de minori. Arbitrio. a. Regulato ab instinctu diuino: nō, sequēte uoluntatē ppriā. §. Tunc &c. Nā ex cōclusionib. patet: ꝙ vbiq; debet regulari arbitrium sacerdotis ſm instinctum diuinum: non aliter. Vnde & Hieronymus ibi signanter dicit ly sacerdotis intelligentis; & non sufficit dixisse ly sacerdotis: quasi per hoc insinuetur apertè, quod in conclusionib dictum est.

2^m^ de conclusione. Dimiserit. a Discrete: non, indiscretè. §. Tunc &c. Nam Euangelium de villico non tm̄ dicit, ꝙ ipse fuerit liberalis debitoribus, sed etiā, ꝙ prudenter fecerit. i. ꝙ illā liberalitatem discrete exercuerit.

3^m^ de maiori. Nostra. a. Vt ministrorū simpliciter, i. nullo addito: non autē ut ministeriū potestatis excellentiæ in sacris habentiū. §. Tunc &c. Nam Christus, cū ipse disponat omnia suauiter, dedit nobis exemplum per actiones suas: vt

vt nos secundum illas operemur, modo tamen nobis conuenienti Christus vero habuit potestatem excellentiæ,&c. vt in litera.

## APPENDIX.

Vtilitas Eccles. & Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas merito esse dictum a Conc. Cabilonensi.2.c.25. sic Pœnitentiam agere iuxta antiquam canonum constitutionem in plerisq; locis ab vsu recessit,& neque excommunicandi, neque recõciliandi antiqui moris ordo seruatur: ideoq; a Domino Imperatore impetretur adiutorium, qualiter si quis publicè peccat, publica mulctetur pœnitentia;& secundum ordinem canonum pro merito suo excõmunicetur,& reconcilietur. Hæc ibi. Item a decr. de pœni.& remissio. c. quæsitum sic. Si ex incuria ipsorum mortui inueniantur in cunis, & illud fuerit occultum, eis pœnitentia pro arbitrio pœnitentiarij imponatur. Hæc ibi Papa Cęlestinus Tertius. Item ibidem c. immediatè sequen. pœnitentia non tam secundum quãtitatem excessus quàm pęnitentis contritionẽ, per discreti sacerdotis arbitrium est moderanda; pensata qualitate personarum super fornicatione, adulterio, periurio, homicidio, & alijs criminibus consideratis circunstantijs omnib.&c. prout saluti eorum viderit expedire. Hæc ibi ex Papa Innoc. III. Item a Concil. Vormatiensi can.7. sic Pœnitentibus secundum differentiam peccatorum sacerdotis arbitrio pœnitentiæ decernantur. Debet itaque sacerdos in pęnitentia danda singulorum causas singulatim considerare: originem quoq; modumque culparum, & affectus, gemitusque delinquentium diligenter examinare, manifesteq; cognoscere; temporum etiam & personarum, locorum quoq; ętatum qualitates inspicere: ut etiam pro consideratione locorum ætatum, uel temporum, seu pro qualitate delictorum, atq; gemituum vniuscuiusq; delinquentis, a sacris regulis oculos non reflectat. Hæc ibi. Item a Conc.6. generali Constantinopolitano can.102. sic. Oportet qui facultatem ligandi atq; soluendi a Deo receperunt, peccati qualitatem speculentur,& peccatoris promptitudinem ad reuersionem: vt sic medicamẽtum admoueant ægritudini aptum; ne, si de peccato sine discrimine statuant, aberrent a salute ægrotãtis. Non.n. simplex est peccati morbus; uerum uarius & multiformis. Igitur, qui spiritualem medendi artem profitetur, oportet attẽte rimari; qualiter affectus sit, qui peccauit: an ad salutem inclinet, an contra morib. quibus familiariter assueuit, aduersus se ægritudinem prouocet, inspicere, & quid ille secum deliberet ad redeundum ad meliorẽ frugem: an obtemperet magistro, an mẽtis vlcus per admota pharmaca crescat; & sic misericordiam æqua lance impartiri: summa. n. ratio præfecto pastorali curæ esse debet errantem ouem reducere, & vulneratam ab angue curare, & nec per præcipitia desperationis detrudere, nec habenas laxare ad uitæ dissolutionẽ, sed omnimodo scire qua pharmacis austerioribus qua mollioribus,& leuiorib. morbo contraire: & ne vlcus cicatricem obducat, obnitatur; fructus pœnitentiæ examinans,& sapienter dispensans,& hominem ad claritatem illam supernam vocatum prudenter gubernans. Vtraque igitur scire oportet,& quæ sunt rigoris, & quæ commiserationis. hæc ex illo. Ecce quanta discretio in sacerdote, pro seruando canonum sensu, non superficie, requiritur. Itẽ a Conc. Trid. sess.24.c.8. de reform. Apostolus monet, publice peccantes palam esse corripiendos. Quando igitur ab aliquo publice, & in multorum conspectu crimen cõmissum fuerit, unde alios scandalo offensos commotosq; fuisse non sit dubitandum, huic condignam pro modo culpę pęnitentiam publicè iniungi oportet: ut quos exemplo suo ad malos mores prouocauit, suæ emendationis testimonio ad rectam reuocet uitam. Episcopus tamen publicæ hoc pœnitentiæ genus in aliud secretum poterit commutare: quando ita magis iudicauerit expedire. Hæc ibi. Ecce canonum pœnitentialium obseruantia, tanquàm medicinæ in arte determinatæ (ut uerbis textus vtar) in usum reuocata; epicheia tamen illa, quam in corollario diximus, adiuncta comite. Item partim à &c. ut q.8. artic.7. & quæst.12. artic.2.& q.3. artic.3. appendicibus. Secundò habes, quomodo per rationem præmissorum patrum dicta, pro quanto sacerdotem nolunt iuxta arbitrium uolũtarium absque instinctu diuino, uel in communi per canones, uel in particulari per specialem ueram prudentiam, sumministrato ligare, aut soluere, & intelligas,& probes & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim declaretur hæc Angelica doctrina, atque consolidetur.

---

# QVAEST. L. Aliàs 19.

*De ministris clauium, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de ministris clauium, & vsu earum.

Circa quod quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum sacerdos legalis claues habuerit.

¶ Secundò, Vtrum Christus claues habuerit.

¶ Tertiò, Vtrum soli sacerdotes claues habeant.

¶ Quartò, Vtrum sancti homines non sacerdotes claues, vel vsum earum habeant.

¶ Quintò, Vtrum mali sacerdotes vsum clauium habeãt efficacem.

¶ Sextò, Vtrum schismatici,& hæretici, excõicati,& suspensi,& degradati, vsum clauium habeant.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum sacerdos legis claues habuerit.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd sacerdos legalis claues habuerit. Clauis enim est sequela ordinis: sed habuit ordinem ex quo sacerdotes dicebantur, ergo etiam habuerunt clauem sacerdotes legales.

¶ 2 Præterea. Sicut magister dicit, claues sunt duæ, scilicet scientia discernendi,& potentia iudicandi: sed ad vtramque potestatem sacerdotes legales habuerunt authoritatem, ergo habebant claues.

¶ 3 Præt. Sacerdos legalis habebat aliquam potestatẽ super reliquum populum, non tpalem, quia sic potestas regia non fuisset distincta a sacerdotali, ergo spiritualem, & hæc est clauis, ergo habebat clauem.

SED CONTRA. Claues ordinantur ad aperiendum regnum cœlorum, quod aperiri non potuit ante Christi passionem, ergo sacerdos legalis clauem non habuit.

¶ Præt. Sacramenta veteris legis gratiam non conferebant, sed aditus regni cœlestis aperiri nõ potuit, nisi p gratiam, ergo per illa sacramẽta non poterat aperiri,& sic etiam sacerdos, qui minister eorum erat, claues regni cœlestis non habebat.

RESPON. Dicendum, q̃ quidam dixerunt, q̃ in veteri lege erant claues apud sacerdotes, quia eis erat commissum imponere pœnam pro delicto, vt dicitur Leuit. quinto, quod ad claues pertinere videtur, sed fuerunt tunc incompletæ, nunc autem per Christum in sacerdotibus nouæ legis perfectæ sunt. Sed hoc videtur esse contra intentionem Apostoli in Epistola ad Heb. cap. nono. Ibi enim sacerdotiũ Christi præfertur sacerdotio legali, per hoc quòd Christus assistit Pontifex futurorum bonorum, ad tabernaculum cœleste introducens per proprium sanguinem non manufactum, id quod introducebat sacerdotiũ veteris legis per sanguinem hircorum

SVPER Q. L. Aliàs 19. Art. I.

COncl. Sacerdotes legales nõ habebãt claues: sed in eis clauiũ figura præcessit.

¶ EXAMEN. Ly non habebat claues. Videlicet neq; completas, neq; incõpletas. Quòd autem sic accipiat claues, patet ex eo, q̃ ponitur hæc conclusio contra illã, quæ claues incompletas in legali sacerdote ponebat. Clauis ergo incõpleta non est aliqua potestas dicẽda ex eo, q̃ pœnam pro delicto imponit (nã sic Iudex secularis cũ pœnam pro delicto infligat, haberet claues incõpletas): nisi a delicto, vt culpa est, absoluat. Sic em̃ haberet ptãs illa aliquem clauũ respectum ad introductionẽ in regnum cœlorum; quod ponitur in diffinitione clauis, q.17. ar.2. etiam si in illud regnũ actualiter nõ introduceret, sed ad lymbum sanctorum patrum remitteret. Tunc ergo potestas illa recte diceretur clauis incompleta: clauis, quia introduceret ad regnum soluendo a culpa incompleta, quia ad illud introduceret solũ remote, remittendo. s. post mortem ad locum expectandi possessionẽ illius regni post multas ætates. Qm̃ igitur legalis sacerdotij potestas de se non absoluebat a culpa (ut in ad tertiũ dicetur,) ideo neq; incomplete poterat dici clauis: quia clauis diffinitionem q.17. artic.2. positã de regno loquẽtẽ, neq; incõplete, participabat. Quòd vero antiquitus culpę remitterentur, non erat ex virtute sacerdotij legalis: sed ex opere operãtis. i. Ex fide deuota obseruantis ipsa instituta legalia. Secus autem est de nostro sacerdotio: cũ & culpam tollat ex opere operato,& ad cœleste regnum mox post mortẽ habendum (quantum est de se) de facto introducat. Quocirca & claues, & ipsas completas habet.

¶ PROB. 1. Quia potestas quæ est clauis, se extẽdit ad cœlestia (patet q.17. ar.2.) & sacerdotij ueteris potestas non se extendebat ad cœlestia (cum in tabernaculũ manufactũ, solũ introduceret, Heb.9.) Secunda autem pars, scilicet sed in eis,&cęt. probatur. Quia illud tabernaculum manufactũ, in quod sacerdotes legales introducebant, erat

72

erat figura tabernaculi cœlestis, in quod claues introducunt.

¶ Examen. Ly non se extendebat ad cœlestia. s. quantum est de se. i. propria uirtute Hoc probat Apostolus. Hebr. 9. & 10. quoniã cum 9. dixisset, quòd per sanguinem taurorum, & hircorum introductio illa antiqua fiebat; postea ca. 10. subdit uerba hæc, impossibile est sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata. Impossibile ergo est secũdum Apostolum, per virtutẽ sanguinis taurorum, & hircorum conferri gratiã, & multo magis impossibile est, virtute sanguinis illorum introduci ad cœlestem gloriam. Cum ergo sacerdotiũ illud circa illos sanguines tantum occuparetur, per illosque operaretur: sacerdotium illud (uoluit inferre Apostolus) neque auferebat peccata, neque gratiam conferebat, neque gloriam; immo nec aliquid horum; virtute sua, poterat. Nam in idem tandem secundum Apostolum, redit, dicere, ꝙ sacerdotium vetus de se auferret peccata, & dicere, quòd sanguine taurorum, & hircorum auferrentur peccata sicut & in idem tãdem redit dicere, sacerdotiũ nouum de se aufert peccata, confert gratiam, cœlestemq́ue gloriam: & dicere, sanguis Christi virtute propria aufert peccata, cõfert gratiam & gloriam. Quemadmodum igitur sanguinem Christi nimis contemneret, qui diceret, quòd sacerdotium nouum non se extenderet ad cœlestia, ex ui sua; aut (sub alijs uerbis, quòd sacerdos noui testamenti non haberet claues; ita, qui sacerdotem legalem habuisse claues assereret, nimis animalium illorum brutalium (contra intentionem Apostoli) sanguinem extolleret. Idem namque, qui dixit, impossibile est, sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata, dixit etiam: Christus per proprium sanguinem introiuit in sancta æterna redemptione inuenta, & sanguis Christi emundabit, & emundauit conscientiam nostram ad seruiendum Deo uiuenti. Ex his fundamentis ab Apostolo datis, & a S. Thoma hic breuiter tactis, uidere est: quàm maxima ratione concilia & Floren. & Triden. mota fuerunt ad ponendum differentiam illam, quam posuerunt, inter sacramenta veteris legis, & nouæ de qua aliquid in appen. dicetur.

hircorũ, & taurorũ. Vñ patet, qd sacerdotii illius potestas nõ se extẽdebat ad cœlestia, sed ad figuras cœlestium, & ideo s̃m alios dicẽdum est, quòd non habebant claues, sed in eis clauium figura præcessit.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ clauis regni cœlestis consequitur ad sacerdotium quo homo in cœlestia introducitur, non autẽ talis erat ordo sacerdotii Leuitici; & ideo claues cœli non habuerunt, sed claues terreni tabernaculi.

1m de maiori. Ordinis. R. Ad cœlestia introducentis: nõ, in terrenum tantum tabernaculum. §. Hoc est, quòd in corpore dixit: Christum Pontificem introducere in tabernaculum non manufactum, in quod scilicet manufactum, introducebat sacerdotium veteris legis. Tunc &c. Nam sacerdos legalis habuit ordinem Leuiticum, qui ad terrena introducebat: non autem ordinem Christi, qui ad cœlestia introducit.

¶ Not. Ex litera inferes hoc uniuersale dogma quòd sacerdotium quodlibet conformes sibi claues habet. Sacerdotium igitur Leuiticum habebat claues terreni tabernaculi, sacerdotium Christi claues cœlestis regni; sacerdotium paganorum claues inferni habitaculi. Habitaculi, dico, quia nõ habet claues inferni ad extrahendum ex illo, vt de claui inferni dictum fuit q. 17. ar. 1. ad tertiũ, sed ad intrõducendum se, & suos comparticipes in ipsum. omnis ergo sacerdos habet claues suo sacerdotio correspondentes: non aliter. Non ergo licet argumentari (ut fit) sic: sacerdos legalis habebat ordinem, & claues, ergo habebat ordinem Christi & claues cœlestis regni; & nota, ex antedictis sequi: proportionaliter diffinitionẽ clauis. q. 17. ar. 2. positam uerificari de clauibus singulis sacerdotijs correspondẽtib. Clauis itaq; sacerdotij legalis erat potestas, &c. & clauis sacerdotij Chri, est potestas, &c. & clauis inferni est potestas, &c. (ut in ar. illo.) Aut sacerdotium legale aliter sumit ly dignos, ly indignos, ly ligãdi, & soluendi, ly admittere & excludere, ly a regno, quàm sumat sacerdotium Christi, & utrumq; aliter, quàm sumat sacerdotium paganorum. Nam proportionaliter. i. modo sibi conueniente, omnia illa quodlibet sacerdotium sumet. Hinc est, quod dignos reputatos a paganorum sacerdotib. indignos reputat sacerdotium Chri, & econtra, ꝙ quos solutos dicit sacerdos paganorũ, hos ligatos dicit sacerdotium Chri, & e contra, ꝙ admissos a paganis pro exclusis habet sacerdotium Christi, & econtra, ꝙ regnum a sacerdotibus paganorum dictum pro inferno habent sacerdotes Christi, & econtra. Quod autem de sacerdotij Christi iudicio respectu paganorum sacerdotij hic dicitur, idipsum de sacerdotio legali etiam intellige respectu eiusdem cum sacerdotium vtrumque, scilicet Christi & legale, sit a Deo uero. Quia tñ hæc duo inter se differunt, sicut figura, & figuratum, ideo illos eosdẽ terminos diffinitionis clauis accipiunt diuersimode, iuxta diuersitatem uidelicet figuræ, & figurati, vtputa pro ly regno, legalis sumit regnum terrenum, Christianus autẽ regnum cœlorum; per ly dignos, ille mundatos in corpore, siue (ut uerbis Apostoli Hebr. 9. vtar) sanctificatos ad emundationem carnis, Christianus autem emundatos in spiritus conscientia: & sic de reliquis.

Dogma vniuersale de clauib⁹.

2m ex magistro. Discernendi, iudicandi. R. Pro introducendo in cœlestia: non, pro introducendo in figuras cœlestium. §. Tunc &c. Nam legalis ad vtrumq; habuit authoritatem pro introducendo solum ad figuras cœlestium. i. ad tabernaculum illud terrenum, &c.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ sacerdotes veteris legis habebãt authoritatem discernendi, & iudicandi, sed non vt admitteretur homo iudicatus ab eis in cœlestia, sed in figuras cœlestium.

Ad tertivm dicendum, quòd non habebant spiritualem potestatem, quia per sacramenta legalia non a culpis, sed ab irregularitatibus purgabant homines, vt ad manufactum tabernaculum aditus purgatis per eos pateret.

A R-

¶ Not. Ex litera dici quòd illæ duæ claues erant in quolibet sacerdotio, suo tamẽ modo: vnde & in sacerdotio paganorum erat potestas discernendi ac iudicandi, conformis diabolico illi sacerdotio, ut patet i legẽdis SS Martyrum, ubi sacerdotes idolorum sic, & sic, discernebant per falsam scientiam, & iudicabant exequendum per potestatem suorũ tyrannorum. Vide igitur q. 17. ar. 3. de duabusq; clauibus ibi dicta sacerdotio cuilibet, pro modo tamen sibi differenter competente, applicabis: uide quoque no. post ad primum ar. præsentis.

3m illatio primæ conclusionis. Ergo spiritualem. R. Negatur illatio. §. Quia per sacra legalia non a culpis, &c. vt in textu.

¶ Not. Ex responsione tali ad argũ applicato dic: ꝙ argũ peccabat in diuisionis insufficientia. Diuidebat. n. solum potestatẽ sup populum in spiritualem & temporalem, & tñ debuisset diuidere in spiritualem temporalem, & mixtam: spiritualis est sacerdotis noui, temporalis est regis terreni, mixta est sacerdotis legalis; ut qui per purgationem ab externis irregularitatibus figuret purgationẽ per sacerdotium Christi fiendam ab internis culparum defectibus: si sic ergo argumentum diuisisset, & sufficiens in diuisione fuisset, & ex potestate temporali negata, de sacerdote legali spiritualem de eo non intulisset, sed uel spiritualem, uel mixtam: & tunc responsum illationem conclusionis illam non negasset, sed ad illatam conclusionem respondisset, quòd de sacerdote legali uerificabatur quantum ad potestatem mixtam, non quantum ad spiritualem. Rursus, ex litera notabis: quid sit potestas spiritualis, sacerdotium spirituale, regnum spirituale, rex spiritualis. Tunc enim intelliges. quare Christi regnum dicatur spirituale; quare Christus dicatur rex spiritualis, & regnare spiritualiter in nobis; quare sacerdotium suum dicatur spirituale, atque potestas: quia scilicet ad culpas, quas effugant, omnia hæc respiciunt (puta regnat spiritualiter super nos, quia nos emundat a culpis.) Non tamen ob hoc excluditur, quod temporalia (puta res corporales) pro materia de necessitate requirantur in Christi sacerdotio, ut in 3. par. a quæst. 60. & seq. computando eius additiones, de singulis sacramentis noui testamenti annotatur, sed per hoc a fine denominatio fit; quia sacerdotium Christi omnia prædicta, & alia corporalia (puta sacros ritus, cærimonias, uestes &c.) ordinat ad spirituale hoc. s. ad emundationem a culpis.

Quare sacerdotium Christi dicatur spirituale, & regnum, &c.

## APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis, & a concilijs fuisse insinuatum; sacerdotem legalem non habuisse claues. A scripturis quidem insinuatum id fuit Gala 3. si data esset lex, quæ posset uiuificare, uere ex lege esset iustitia, adiuncto illo capituli 2. si per legem iustitia; ergo gratis Christus mortuus est. Subsume tu. Sed gratis. i. sine causa, Christus mortuus non est. Ergo ex lege non erat iustitia siue (qđ in idem redit) lex non poterat uiuificare. Secundum Apostolum igitur non poterant legalia sacramenta ex vi sua delere peccata; quod est spiritualiter uiuificare, seu iustificare: & consequenter sacerdos legalis non habebat claues regni, quibus per sacramenta peccatoribus adhibita a sacerdote delentur ipsorum peccata. Idem ergo tandem est lex, antiqua uiuificare non potuit, seu per legem antiquam non potuit esse iustitia: & dicere sacerdos legalis non potuit regni cœlorum habere claues. Plus ergo dixit Apostolus, quàm quærebamus. Ab eo siquidem audire quærebamus, quòd sacerdos legalis nõ habuit claues: & eum audiuimus dicentem, quòd non potuit habere claues; alioquin si eas potuisset habere, Christus gratis mortuus esset. Item Hebræorum 9. Quæ parabola est temporis instantis, iuxta quam munera, & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem solummodo in cibis in potibus, & in uarijs baptismatibus, & iustitijs carnis; vsque ad tempus correctionis impositis. Ecce quòd sacerdos

Vtilitas ꝑ S. Eccle sia &c.

legalis non mundabat conscientiam; sed tantum iustitias carnis, i. munditias exteriores operabatur: vsque ad tempus correctionis impositas: & consequenter, quòd non habebat claues, sed figuras clauium. Nam ideo dicit Apostolus, quòd illæ iustitiæ carnis erãt impositæ vsq; ad tempus correctionis, idest figurabant fienda tem pore noui testamenti, in quo omnia in melius corrigenda erant. Item ibi; sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. Ecce: quòd emundabant tantum exterius legalia, secundum Apostolum. Item cap. 8. Si illud prius culpa vacasset, non vtique secundi locus requireretur. Vituperans enim eos dicit, Ecce dies ueniunt dicit dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamen tum nouum, non secundum testamentum, quod feci patribus eorum, &c. Hoc autem est testamẽtum, quod disponam domui Israel dando leges meas in mentem eorum, & in corda eorum super scribam eas, &c. Ecce quòd secundum Apostolum legalis obseruantia non vacabat culpa, idest culpam interioris cõscientiæ ex vi sua non auferebat: & quòd testamentum nouum, ad differentiam testamen ti veteris dati patribus eorum, interius operatur vtpote superscriptum in mentes, & in corda fidelium. Item ibi 7. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem. Vide quòd inutile dicitur mandatum legale non absolutè (ad multa enim valebat; cum esset a Deo, qui docet nos vtilia): sed comparatiue ad interiorem emundationem, quæ nouo testamento reseruabatur. Hinc etiam mandatum illud vocatur carnale, in eodem cap. dicente; alius sacerdos qui non secundum legem mandati carnalis factus est. Item a Conc. Triden. sess. 6. cap. 1. omnes homines vsque adeo serui erant peccati, & sub potestate Diaboli ac mortis, ut non modo gentes per viam naturæ, sed ne Iudæi quidem per ipsam etiam literam legis Moysi inde liberari, aut surgere possent; tametsi in eis liberum arbitrium minimè extinctum esset, uiribus licet attenuatum & inclinatum. Hæc ibi. Ecce quòd legalia, vi propria, non tollebant culpam, & consequenter, quòd sacerdos legalis non habebat claues. Item ab eodem ibidem canon. primo. Si quis dixerit: hominem suis operibus quæ vel per humanæ naturæ uires, vel per legis doctrinam fiunt, absque diuina per Iesum Christum gratia posse iustificari coram Deo Anathema sit. Hæc ibi. Vbi insinuatur idem, quod prius: ad quod iuuat notare ly iustificari coram Deo, quòd scilicet non sine causa additum est ly coram Deo. Item ab eodem sessio. 7. canon. secundo: Si quis dixerit: nouæ legis sacramenta a sacramentis antiquæ legis non differre, nisi quia cerimoniæ sunt aliæ, & alij ritus externi; Anathema sit. Et canon. octauo. Si quis dixerit: per ipsa nouæ legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem promissionis ad gratiam consequendam sufficere: Anathema sit. Hæc ibi. Vbi annotari videtur differentia inter legalia sacramenta, & noua; ex eo quòd legalia ex opere operato, idest ex vi ipsorum sacramentorum operatorum, idest in opere positorum, non conferebant gratiam, sed ex opere operantis, idest per fidem deuotam ipsius operantis respectu promissionis diuinæ habitam, sacramentis adhibitis gratia infundebatur a Deo: & sacramenta noua ex ipso opere operato, idest vi sua, ipsam conferunt. Ex quo de sacerdote legali dic, ut supra ex Apostolo. Item a Concil. Floren. siue ab Eugenio Quarto, eodem Concilio approbante, in Decreto Armenis dato, sic. Nouæ legis sacramenta multum a sacramentis differunt antiquæ legis. Illa enim non causabant gratiam: sed eam solum per passionem Christi dandam figurabant. Hæc verò nostra, & continent gratiam, & ipsam dignè suscipientibus conferunt. Hæc ibi. Vnde idem quod prius, dic de sacerdote legali. Secundò habes: quomodo per rationem dicta præmissa tum scripturarum, tum patrum, pro quanto sacerdotem legalem insinuant non habuisse claues, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides quomodo ex ijs Angelica doctrina præsens vicissim declaretur, & consolidetur.

---

## ARTICVLVS II.

*Vtrum Christus clauem habuerit.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non habuerit clauem. Clauis enim characterem ordinis consequitur, sed Christus non habuit characterẽ, ergo non habuit clauem.

¶ 2 Præt. Christus habuit in sacramentis potestatem excellentiæ, vt effectum sacramenti sine sacramentalibus posset conferre, sed clauis est sacramentale quoddam, ergo non indigebat claui, & sic frustra eam habuisset.

SED CONTRA est, quod dicitur Apoc. 3. Hæc dicit, qui habet clauem Dauid, &c.

RESPON. Dicendum, quòd virtus aliquid agendi est in instrumento, & in per se agente, non eodem modo, sed in per se agente perfectius; potestas autem clauium, quam nos habemus, & aliorum sacramentorum, virtus est instrumentalis, sed in Christo est, vt per se agente ad salutem nostram, per authoritatem quidem, inquantum est Deus, sed per meritum, inquantum est homo. Clauis autem de ratione sua exprimit potestatem aperiendi, & claudendi, siue aliquis aperiat quasi principale agens, siue quasi minister; & ideo in Christo oportet ponere clauem, sed altiori modo quam sit in eius ministris, & ideo dicitur, quòd habet clauem excellentiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod character de sua ratione dicit aliquid ab alio deriuatum; ideo potestas clauium, quæ est in nobis a Chri-

---

SVP. QVAEST. L. Aliàs 19. Art. II.

73

COncl. In Christo oportet ponere clauem; sed altiori modo, quam sit in eius ministris.

¶Prob. 1. Quia clauis de ratione sua exprimit potestatem aperiendi, atque claudendi (q. 17. ar. 2.) & potestatem talem oportet ponere in Christo (patet.) Secunda autem pars. f. sed altiori, &c. probat. Quia virtus agendi est perfectius in p se agente, quam in instrumento: & Christus est ad salutem nostram per se agens (cum per authoritatem agat, ut Deus; ac per principale meritum, ut homo) ministri uero sui instrumentaliter.

¶Coroll. Ergo dicitur clauis, seu virtus, instrumentalis: potestas illa ministrorum, & in Christo hæc ligandi atque soluendi potestas dicitur clauis excellentiæ. Vide quæst. 17. art. 1. in corp. Vnde etiam propter ly secundum quosdam, quod ibi dicitur, hic aduertendum est: quòd non semper, quando D. Thomas in suis libris addit ly secundum quosdam; significat, se non esse illius opinionis, quam refert. Opinionem enim tunc recitatam quandoque sequitur; & consequenter ly secundum quosdam, non mon strat: quòd illa opinio non sit a Thomistis absolute tenenda. Nunc siquidem uidemus apertè, quod S. Doctor de propria sententia diffinit, quòd in Christo est clauis excellentiæ: quod tamen dum supra loco citato dixit; protulit cum limitatione ly secundum quosdam. Quare ergo apposuit ly secundum quosdam; cum non alienam tantum, sed propriam opinionem referret? Vt peculiari tractatui de hoc quæsito honorem determinandi reseruaret. Non. n. in quæst. 17. art. 1. ex professo tractabatur, an Christus clauem haberet, uel qualem, puta excellẽtiæ aut ministerij, & ideo tunc non erat necesse circa hoc ueritatem absolute tenendam determinare: sed sufficiebat ueritatem huius rei aliqualiter manifestare, sine præ iudicio tamen, uel minimo proprij loci de hac re ex instituto determinaturi. Hoc autem sapienter factum est per narrationem ueritatis, cum additione ly secundum quosdam. Si enim absolutè narrasset ueritatem, minus ex hoc desiderasset quis videre locũ, ubi determinandũ erat istud: quoniam dixisset ille (ut probabile est) sufficit mihi sciuisse de hoc breuiter, quid absolutè sit tenendũ. Quò contra ex uisione ueritatis cum ly secundum quosdam, augetur isti desideriũ uidendi, quid de hoc simpliciter tenendum sit: & ex hoc motus inquirit ꝓpriũ locum, ubi de tali materia ad amussim tractatur. Per talem ergo modum loquendi, & ueritas saluata est, & ꝓprio tractatui nõ est aliqualiter pręiudicatum, immo grãdis ei honor est habitus, ultra quòd & studentibus maior occasio addiscendi, quoniam & plus inquirendi, data est. Quando igitur ad ueritatem claram, & consequenter sibi ipsi placentem S. Doctor extra proprium locum tractandæ illius rei loquens apponit ly secundum quosdam, uel aliquid simile. dat intelligere per hoc, & quòd de tali materia, uel tractauit; vel tractabit; & ipsi tractatui circa hoc studendum est. Tali modo loquendi usus fuit alibi quandoq; puta in prima par. & cæt. & in hoc alludit ferme Aristoteli (de quo pri. par. q. 117. ar. 4. appen.) ly forsan, uel huiusmodi, vtenti, quando de aliqua re alias de mente sua loquitur, extra proprium tractatum illius rei.

Notãdum vniuersale pro more. S. Doctoris intelligẽdo, in ly secundum quosdam.

Regula sępius obseruata.

Iᵐ de maiori. Claues. ℞. In nobis existens: non in Christo. §. Tunc nihil & cæt. vt patet. Nam, ex quo clauis in Christo posita non sequitur characterem, non exigitur; quòd Christus habeat characterem ad hoc, ut habeat clauem: sicut nec ad negationem characteris in Christo sequitur negatio clauis in ipso.

¶Examen. Ly aliquid ab alio deriuatum. In 4. dist. 4. q. 1. ar. 3. quæstione 5. addens dicit, quòd character est patientia coarctata. Et quia igitur est quid coarctatum, & quia est, quid ab alio deriuatum, ideo character non ponitur in Christo: licet sit sacerdos. Non enim sua potestas ligandi, atque soluendi est coarctata (sicut illa ministrorum) ad hoc, ut nõ possit exire in actum sine sacramentis cum ipse Christus possit effectum sacramentorum sine sacramentis

ti conferre: neque ab alio deriuatur, cum ab illamet persona Christi; quæ est Deus; in animam suam descendat. In plus ergo est potestas ligandi, & soluendi, quam character, sicut & in plus est esse sacerdotem, quam sacerdotem ministerialem: quoniam omnis character sacerdotalis est potestas ligandi atque soluendi, sed non omnis potestas ligādi atq; soluendi, est character; sicut & omnis sacerdos ministerialis est sacerdos, sed non omnis sacerdos est sacerdos ministerialis. Est ergo Christus sacerdos quidem, sed non ministerialis, & character imprimitur in ordine sacerdotali, sed tantum ministeriali. Clauis ergo similiter est in plus, quam sit character: & ideo Christus ex suo sacerdotio habet clauem, sed non characterem.

Christo deriuata, sequitur characterem quo Christo conformamur, sed in Christo non consequitur characterem, sed principalem formam.

2^m de conclusione. Claui. &. Sacramentali: non quæ est principium clauis sacramentalis. §. Tunc &c. Nam conclusio articuli loquitur de claui, quæ est principium clauis ministerialis: non autem de ministeriali: vt omnia correspondeant. Sic enim sacerdoti ministeriali attribuitur ministerialis: & sacerdoti, cuius ille est minister attribuitur clauis quæ est principium ipsius ministerialis. Alioquin si ministerialis attribuatur principali sacerdoti: nonne mox inde vides, resultare magnum inconueniens.

## APPENDIX.

Vtilitas Eccles. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse a scripturis, Christum habere clauem. Vt Apocalipsis 3. Hæc dicit sanctus & uerus, qui habet clauē Dauid; qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Quasi exponat quid sit illa clauis habita a sancto, & uero anthonomaticè. i. a Christo dicit, qui aperit, &c. i. qui rectum iudicium infallibile habet in aperiendo & claudendo. Et hoc est ad differentiam habentium clauem ministerialem: qui quandoque aperiunt, vel claudunt secundum propriam voluntatem, & non secundum instinctum Spiritussancti, contra determinata in quæst. 18. art. 4. Item Matth. 9. Mar. 2. Luc. 5. Vt autem sciatis, quia filius hōis habet potestatē in terra dimittendi peccata; tunc ait Paralitico, &c. Ecce ꝙ Christus habet clauem qua dimittuntur peccata, quæ non est clauis ministerialis, sed principalis. Si. n. esset ministerialis, non posset per illam facere effectum sacramenti sine sacramento: cum tamen absq; sacramento pœnitentiæ peccata tunc remittat. Item ad idem facit, quod habetur Luc. 7. de Christo qui dicit Magdalenæ ploranti remittuntur tibi peccata tua. Remisit enim peccata sine sacramento pœnitentiæ, quod non est clauis misterialis, sed principalis: quāuis non sine pœnitentia virtute. Pœnituit enim Magdalenam suorum malefactorum, sine qua displicentia non remisisset: in cuius signum Christus dixit dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: ostendens, quòd dilectio Dei fuit radix pœnitendi de malefactis. Item a Ioan. 8. idem insinuatum est: cum de Adultera, cui Christus simili modo peccata condonauit, locutus est. Item ab Euangelistis idem insinuatum est: quando de remissione negationis commissæ a Petro mentionem fecerunt in cuius tamen remissione sacramentum pœnitentiæ non adduxerunt. Hinc apparet: quàm deridendi sint hæretici illi, atque ignorantiæ coarguendi: qui ex eo, quòd vident Christum dimittere peccata sine sacramento pœnitentiæ, dicunt; quòd sacramentum hoc non est necessarium ad remissionem peccati. Dixissent saltem non esse necessarium ad remissionem peccati fiendam a Christo immediate: & bene dixissent. Cum uero a Christo ad ministros faciant transitum contendentes, quòd sine sacramento isto possunt sacerdotes ministri Christi remittere peccata, vel quòd Christus non instituerit confessionem peccatorum necessariam, ad hoc ut per ministros suos peccata hominibus condonaret: ignorantia maxima laborant, & tanta; quanta differentia est inter caput & membra: seu inter habentem clauem excellentiæ, & habentem clauem ministerialem. Scripturæ siquidē adductæ non solum intendunt ostendere, quòd Christus habet clauem, sed ꝙ illā habet per excellētiam. Hinc apparet: ꝙ sicut impossibile est, alium præter Christum habere clauem excellentiæ; ita impossibile est, alium præter Christū posse remittere peccata absq; sacto pœnitentiæ: Idem ergo erit tandem dicere, ꝙ cōfessio peccatorum non est necessaria pro illorum remissione. & dicere eatis immediatè ad Christum, ut remittat vobis peccata, & negare simul, totum ordinem institutū a Christo pro remissione per suos ministros habenda (quod est plus, quā blasfemum): ut q. 6. in multis locis text. & elucid. Secundò habes: quomodo per rationem supradicta scripturarum, pro quanto Christum affirmant habere clauem, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertiò uides quomodo ex ijs articulus præsens uicissim & declaretur, & consolidetur.

Cōtra hæreticos: de cōfessione paralogizātes.

---

SVPER Q. L. Aliàs 19. Art. III.

CONCL. 1. Soli sacerdotes habent clauem ordinis.

¶ PROB. Quia clauis ordinis est, quæ se extendit ad ipsum cœlum immediatè, per remissionem peccati remouendo impedimentum introitus ipsius: & soli sacerdotes ordinantur populo in his quæ directè sunt ad Deum (cum ex Hebræorū 5. pateat hoc.)

¶ CONCL. 2. Non sacerdotes etiam possunt habere clauem iurisdictionis.

¶ PROB. Quia clauis iurisdictionis est, per quam aliquis excluditur, uel admittitur ad cōsortium ecclesiæ militantis per excommunicationem, uel absolutionem: & hanc habent Archidiaconi, & alij, qui ex cōmissione Prælatorum ecclesiæ excōmunicare, vel absoluere possunt.

¶ CONCL. 3. Clauis iurisdictionis non propriè dicitur clauis regni cœli: sed quædam dispositio ad ipsam.

¶ PROB. Quia tanquam clarum ex dictis, præsupponitur.

¶ COROLL. Ergo excōicatus nō pōt absolui a peccatis, quod pertinet ad clauem regni cœlorum; nisi prius absoluatur ab excommunicatione; & si absoluatur prius a peccatis, nihil fit. Clauis. n. iurisdictionis est dispositio (ut hic dicitur) ad ipsam clauem regni: est autem etiam cōtra Philosophiam; quòd dispositio subsequatur id ad qđ introducēdū est dispō, & non præcedat.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrum soli sacerdotes habeant claues.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd solum sacerdotes claues habeant. Dicit enim Isido. quòd ostiarii inter bonos, & malos habent iudicium, dignos recipiunt, indignos reiiciunt: sed hæc est diffinitio clauium, vt ex dictis patet, ergo non solum sacerdotes, sed etiam ostiarii clauem habent.

¶ 2 Præt. Claues sacerdotibus dantur dum per vnctionem potestatem diuinitus accipiūt, sed Reges etiam potestatem in populum fidelem diuinitus habent, & vnctione sanctificantur, ergo non soli sacerdotes hābent claues.

¶ 3 Præt. Sacerdotium est ordo vni singulari personæ conueniens, sed clauem aliquando videtur habere tota vna congregatio, quia quædam capitula excommunicationem inferre possunt, quod ad potestatē clauium pertinet, ergo non soli sacerdotes clauem habent.

¶ 4 Præterea. Mulier non est sacerdotalis ordinis susceptiua, quia ei docere non competit, secundū Apostolum 1. Cor. 14. Sed aliquæ mulieres vidētur habere claues, sicut Abbatissæ, quæ habent spiritualem potestatem in subditas, ergo non soli sacerdotes habent clauem.

SED CONTRA est quod Ambr. dicit. Hoc ius, scilicet ligandi, & soluendi, solum sacerdotibus est concessum.

¶ Præterea. Per potestatem clauium efficitur aliquis medius inter populum, & Deum: sed hoc tantum sacerdotibus competit, qui constituuntur in his, quæ sunt ad Deum, vt offerant dona, & sacrificia pro peccatis, ut dicitur Hebr. 5. ergo soli sacerdotes claues habent.

RESPONDEO, Dicendum, quòd clauis est duplex. Vna quæ se extendit ad ipsum cœlum, immediate remouendo impedimenta introitus in cœlum per remissionem peccati, & hæc vocatur clauis ordinis, & hanc soli sacerdotes habent, quia ipsi soli ordinantur populo in his quæ directè sunt ad Deum. Alia clauis est, quæ non directè se extendit ad ipsum cœlum, sed mediante militante Ecclesia, per quam aliquis ad cœlum vadit, dum per eam aliquis excluditur, vel admittitur ad consortium Ecclesiæ militantis per excommunicationem, vel absolutionem, & hæc vocatur clauis iurisdictionis in foro causarum; & ideo non sacerdotes etiam hanc habere possunt, sicut archidiaconi, & electi, & alii qui excommunicare possunt,

sed non proprie dicitur clauis cęli, sed quædam dispositio ad ipsam.

Ad primum ergo dicendum, quòd ostiarii, habent clauem custodiendi ea, quæ in templo materiali continentur, & habent iudicium a tali templo excludendi, & admittendi; non quidem sua authoritate iudicantes qui sint digni, vel indigni, sed iudicium sacerdotum exequétes, vt sic quodammodo executores potestatis sacerdotis videantur.

Ad secundum dicendum, q̄ Reges non habent aliquam potestatem in spiritualibus, & ideo clauem regni cęlestis non accipiunt, sed solum in temporalibus, quòd non nisi a Deo esse potest, vt patet Rom. 13. Nec per vnctionem in aliquo ordine consecrantur; sed excellentia potestatis ipsorum a Christo descendere signatur, & vt ipsi sub Christo in populo Christiano regnent.

Ad tertium dicẽdum, quòd sicut dicitur in Politicis, quandoque iudex habet totam potestatem sicut est in regno, quandoque auté multi in diuersis officiis constituti, vel etiã ex ęquo, vt dicitur 8. Ethic. ita etiam spiritualis iurisdictio potest haberi ab vno solo, sicut ab Episcopo, & pluribus simul, sicut a cap. & sic habent clauem iurisdictionis, non tamen claues ordinis simul omnes.

Ad quartum dicendum, q̄ mulier s̄m Apostolum est in statu subiectionis, & ideo non potest hr̄e aliquam spiritualem iurisdictionẽ, quia etiam s̄m Philos. in 8. Ethic. correctio est vrbanitatis, quãdo ad mulierem dominiũ peruenit; vnde mulier non habet neque clauem ordinis, neque clauem iurisdictionis. Sed cõmittitur mulieri aliquis vsus clauium, sicut habere correctionem in subditas mulieres propter periculum, quod imminere posset, si viri mulieribus cohabitarent.

AR-

1m ex Isidoro. Iudicium. R. Executoriale: non authoritatiuum. §. Tunc &c. Nam iudicium cadens in diffinitione clauium non est executoriale: sed authoritatiuum. Propria enim authoritate sibi a Christo data sacerdotes iudicant dignos & indignos: ostiarij verò non. Taceo quòd, etiam si iudicium authoritatiuum super hos haberét ostiarij, adhuc non haberét totam diffinitionem clauis suprapositam, & cõsequéter nec ipsam clauem: quoniam non se intromittunt de regno cœlesti, de quo diffinitio sacerdotalis clauis loquitur, sed de templo solum materiali.

2m de maiori. Per vnctionem, potestatem accipiunt. R. i. per vnctionem in ordine sacerdotij consecratiuã, potestatem in spiritualibus, accipiunt: non aliter. §. scilicet illud exponẽdo. Tunc nih. &c. Nam reges nec per illã sui vnctionem in ordine sacerdotij cõsecrantur: nec habent potestatem super populum in spiritualibus: sed, vt in textu.

¶Not. Ly non habent aliquam potestatem in spiritualib Confirmatur hoc dictũ ex Concil. Trid. sess. 23. capit. 4. Docet insuper sacrosancta synodus: in ordinatione episcoporum sacerdotum, & cæterorum ordinum, nec populi, nec cuiusuis sęcularis potestatis & magistratus consensum, siue uocationem, siue authoritatem, ita requiri; ut sine ea irrita sit ordinatio: quin potius decernit; eos, qui tantummodo a populo, aut sæculari potestate, ac magistratu vocati, & instituti ad hæc ministeria exercenda ascendunt, & qui ea propria temeritate sibi sumunt, omnes non Ecclesiæ ministros; sed fures, & latrones, per ostium non ingressos, habendos esse. Hæc ibi. Et canon. 7. Si quis dixerit, &c. ordines ab Episcopis collatos sine populi, vel potestatis sęcularis, consensu aut vocatione irritos esse: aut eos, qui nec ab Ecclesiastica & canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse uerbi, & sacramentorum ministros: Anathema sit. Hæc ibi. Ex quibus clarum est; quam nullam habeant potestatem in spiritualibus Reges: de quibus loquitur litera.

A sæcularibus potestatib. solum ordinati ad sacerdotiũ &cæt. non sunt &c.

3m de conclusione. Non soli sacerdotes clauem. R. Iurisdictionis: non ordinis. §. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusione secunda. Cuius conclusionis argumentum sic glossatum, est tãquam probatio, absque pręiudicio primæ.

4m minor. Aliquæ mulieres videntur hr̄e claues. R. Vel aliquem vsum clauium. §. Tunc dicitur, quòd habent aliquem vsum clauium ex commissione; sed non claues, neq; ordinis neq; iurisdictionis: propter rationes adductas in textu.

¶Notatio. Ad intelligendum: quòd aliquis vsus clauis, etiam non habenti clauem, possit conuenire quandoque: multum, proportionaliter, iuuamini afferent dicta in quæstione 11. artic. tertio, & elucid.

## APPENDIX.

Vtilitas p̄ S. Ecclesia &c.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Lutheri dicentis, absoluere potest, vbi non est sacerdos, æque quilibet Christianus, etiam si mulier, aut puer sit. Et nota: quòd per ly æque, intendit; quòd æqualem potestaté cum Papa tunc habet mulier & puer: quoniam tenet Lutherus, quòd in sacramento pœnitentiæ & remissione culpæ non plus facit Papa quam Episcopus, aut infimus sacerdos (ut patet in Bulla Papæ Leonis X. contra errores Lutheri.) Sed de hoc, scilicet de maiori posse Papæ super hos ratione reseruationis casuum, aliàs supradictum est, etiam per Conc. Triden. sess. 14. cap. 7. Item illam pauperum de Lugduno (vt refert Cardinalis Turrecrem. de Ecclesia li. 4. c. 35.) dicentium se esse successores Apostolorum, & apostolicam auctoritatem ligandi atque soluendi habere. Item hæresim eorundem (Direct. Inquis. 2. par. q. 14.) dicentium, quòd omnis vir, & omnis mulier, de eorum secta est vere sacerdos. Item hæresim aliam Lutheri (Prat. Lutherani, Bohęmi, Iacobus præpositi) dicentis; Christianos

stianos omnes esse sacerdotes; & æqualem habere potestatem; nulla status, aut sexus, differentia facta. Item hæresim nouorum Manichęorum (Direct. Inquis. 2. par. q. 13.) dicentium: nec Papam, nec alium de Romana Ecclesia habere potestatem absoluẽdi aliquam a peccatis. Item hæresim quorundam (ut refert Card. Turrecrem. de Ecclesia lib. 4. c. 37.) dicẽtium: q̄ omnis iurisdictionis authoritas est omnino in ministris Ecclesiæ Romanæ euacuata: & in solis ipsis manet, sicut spiritualis vitæ sanctitas. Item similem hæresim Begardorum (Direct. Inq. 2. par. q. 8.) dicentium: quòd Ecclesię sacerdotes, alijq; ministri, sic sunt iurisdictionis & ordinis authoritate deserti; vt nec sententiã ferre, nec sacramenta cõficere, nec subiectum populum instruere valeãt vel docere; sed sunt priuati omni Ecclesiastica potestate; nisi sint de eorum Begardorũ secta apud quos solum (aiunt,) sicut spiritualis vitæ sanctitas, sic & ecclesiastica authoritas perseuerat. Vigilãtissime autem aduertas tu: nè sacerdotis nomine intelligas id, qđ dogmatizat Lutherus (referente Alfonso castro adu. hær. Ordo) dicens: quòd sacerdos est tantum qui Euangelium prædicat; cæteri verò æquiuoce, vt homo pictus. Reuera enim sacerdos est, qui habet characterem ordinis sacerdotalem (ut in præsenti artic. dicitur; per cuius rationes confutantur errores omnes prædicti); siue prædicet Euangelium, siue non. Secundò habes, quomodo per rationem ostendas, prædictas hæreses meritò damnari à &c. ut q. 8. articu. 1. & 2. & 4. appen. Item à &c. vt quæst. 6. articu. 2. & quæst. 8. artic. 2. & quæst. 10. artic. 3. appen. Item a Concil. Triden. sess. 14. cap. 6. sic. Circa ministrum huius sacramenti pœnitentiæ declarat sancta Synodus falsas esse & a ueritate Euangelij pęnitus alienas doctrinas omnes, quæ ad alios uis homines præter episcopos & sacerdotes, clauium ministerium perniciose extendunt: putantes uerba illa domini. Quæcumque alligaueritis super terram, &c. & Quæcũq; solueritis, &c. & Quorum remiseritis peccata, &c. & Quorum retinueritis, &c. ad omnes Christi fideles indifferenter & promiscue contra institutionem huius sacramenti ita fuisse dicta, ut quis potestatem habeat remittendi peccata; publica quidem per correctionem, si correptus acquieuerit, secreta uerò per spontaneam confessionem cuicumque factam. Hæc ibi. Quid autem intelligat per sacerdotes (contra Lutherum supra) declarat cap. 1. sic. Dominus sacramentum pœnitentiæ instituit, cum a mortuis excitatus insufflauit in discipulos dicens, Accipite Spiritumsanctum, quorum remiseritis &c. Quo tam insigni facto & uerbis tam perspicuis potestatem remittendi, & retinendi peccata ad reconciliandos fideles, post baptismum lapsos, Apostolis & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam uniuersorum patrum consensus semper intellexit. Hæc ibi. Vbi uides quòd per sacerdotes intelliguntur Apostoli & eorum legitimi successores, idest legitime iuxta ecclesiæ apostolicæ instituta ordinati in sacerdotium: ut sessio. 23. cap. 14. de reformat. & canon. quarto, sexto, & septimo, patet. Item damn. sess. 14. canon. decimo. Si quis dixerit non solos sacerdotes esse ministros absolutionis; sed omnibus, & singulis Christi fidelibus esse dictum, Quæcumque alligaueritis, &cæt. & quæcumque solueritis, &c. & quorum remiseritis peccata, &c. & quorum retinueritis, &c. Anathema sit. Hæc ibi. Item sess. 7. canon. 10. de sacramen. si quis dixerit Christianos omnes in uerbo, & omnibus sacramentis administrandis habere potestatem. Anathema sit. Hæc ibi. Ergo anathema est attribuens potestatem laicis administrandi absolutionem, sicut & potestatem in alijs sacramentis, excepto baptismo in casu necessitatis. Item sess. 23. cap. quarto. Quoniam in sacramento ordinis caracter imprimitur, qui nec deleri, nec auferri potest: merito sancta synodus damnat eorum sententiam, qui asserunt noui testamenti sacerdotes temporariam tantummodo potestatem habere: & semel rite ordinatos iterum laicos effici posse, si uerbi Dei ministerium non exerceant. Hæc ibi. Ergo (contra Lutherum) patet, q̄ sacerdos non constituitur in esse sacerdotis p̄ prædicare Euangeliũ, neq; nõ est sacerdos

Sacerdos Luthero.

per

Sacerdos S. Ecclesiæ.

per non prædicare : sed per esse, vel non esse ritè ordinatum. Item infrà Concil. idem. Quod si quis omnes Christianos promiscuè noui testamenti sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet; nihil aliud facere videtur, q̃ ecclesiasticã hierarchiam, quæ est ut castrorum acies ordinata, confundere; perinde ac si contra B. Pauli doctrinam omnes Apostoli, omnes Prophetæ, omnes Euangelistæ, omnes Pastores, omnes sint Doctores. Hęc ibi. Vide Roffensem contra assertiones Lutheri arti. 13. Item damn. à Papa Leone X. in Bulla contra errores Lutheri: cuius damnationis particulam vide quæst. 1. art. 1. appen. & 3. par. quæst. 68. artic. 9. Item Manichæorum prædictorum secta damnata est per sanctam Romanam Ecclesiam in Decretis 24 q. 3. Quidam. Item Pauperes de Lugduno, qui & Vualdenses, & Inzabbatati vocantur, damnatur à Papa Gregorio IX. extrà, de hæret. Excommunicamus 2. Ibi enim dicitur. Excommunicamus & anathematizamus omnes hæreticos, Catharos, Patharenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iossepinos, Arnaldistas, Speronistas, &c. Item damnantur Begardi à Papa Ioanne XXII. in extrauagante, Sancta atque vniuersalis Ecclesia sic : Nonnulli profanæ multitudinis viri, qui vulgariter fraticelli, seu fratres de paupere vita, ac Bizochi, siue Beguini, vel alijs nominibus nuncupantur, &c. de fratrum nostrorum consilio authoritate Apostolica nullius fuisse & esse decernimus firmitatis: & quatenus de facto processerunt, de consilio & authoritate præmissis reuocamus omnino, & perpetuæ prohibitioni subijcimus, & ab Ecclesia Dei penitus abolemus. Hæc ibi. Qui etiam Pontifex in extrauaganti, Gloriosam Ecclesiam, cum speciatim errorem prædictum recensuit, mox subiungit hæc. In qua re Donatistarum sequuntur errorem, qui olim facto scismate, ab vnitate Ecclesiæ recedentes ita in sua secta Dei gratiam dixerunt esse restrictam, vt nullus eam recipere esset idoneus, qui non foret ipsorũ scelere maculatus. Hæc ibi. Item damnatum, inquantum impetit Ecclesiam Romanam, à Nicolao primo in epistola ad Michaelem Imperatorem de potestate ac dignitate Apostolicæ Sedis, sic inter alia disserente. Priuilegia istius Sedis vel Ecclesiæ Romanæ perpetua sunt, diuinitus radicata atque plantata sunt; impingi possunt, transferri non possunt; trahi possunt, euelli non possunt. Quæ ante Imperium vestrum fuerunt, & permanent (Deo gratias) hactenus illibata, manebuntque post nos: & quousque Christianum nomen prædicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt immutilata. Hæc ibi. Ité à Leone Papa IX. in epistola aduersus præsumpt. Michael. & Leon. Archiep. Romanæ Ecclesiæ fides per Petrum super petram ædificata nec hactenus defecit, nec deficiet in sæcula, Christo eius Domino rogante pro ea, ut testatur sub ipsa passione sua, ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Quo dicto demonstrauit, fidem fratrum vario defectu periclitandam; sed inconcussa & indeficiente fide Petri, velut firmæ anchoræ subsidio, figendam, & in fundamento vniuersalis Ecclesiæ confirmandam. Quod nemo negat, nisi qui hæc ipsa verba veritatis impugnat: quia sicut cardine totum regitur ostium, ita Petro & successoribus eius totius Ecclesiæ deuoluitur emolumentum. Et sicut cardo immobilis permanens ducit, & reducit ostium: sicut Petrus & sui successores liberum de omni ecclesia habent iudicium, cum nemo debeat eorum dimouere statum: quia summa sedes à nemine iudicatur. Vnde clerici eius, Cardinales dicuntur; cardini vtiq; illi, quo cætera mouentur, vicinius adhærentes. Hæc ibi c. 32. Qui & suprà c. 7. dixerat. Erit ergo quisquam tantæ dementiæ: qui orationem Christi, cuius velle est posse, audeat in aliquo vacuam putare? Nonne à sede principis Apostolorum, Romana videlicet Ecclesia, tam per eundem Petrum, quàm per successores suos reprobata & conuicta, atque expugnata sunt omnium hæreticorum commenta; & fratrum corda in fide Petri, quæ hactenus nec defecit, nec vsque in finem deficiet, sunt confirmata? Hęc ibi. Et in epist. ad Petrum Episc. Antioch. Quæ venerabilis, & efficax oratio obtinuit; q hactenus fides Petri non defecit, nec defectura creditur, in throno illius, vsque in sæculum sæculi : sed confirmabit corda fratrum varijs concutienda fidei periclitationibus, sicut vsque nunc confirmare non cessauit. Hæc ibi. De indefectibilitate fidei, etiam tempore Antichristi, vide Compend. Alberti Magni, lib. 7. cap. 7. schol. Plures adductæ sunt Patrum authoritates, vt multis hæresibus præadductis, secundum quòd diuersæ diuersis respondent, partes applices (quod & semper vbique facere debes, quando multis erroribus multæ veritates succedunt) absque alia commonitione. Tertiò habes: quomodo per rationem supradicta Patrum, pro quanto solos sacerdotes habere claues ordinis, eosque (licet non solos) accedente superiorum authoritate iurisdictionis etiam dicunt, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs Angelica hæc doctrina vicissim & declaretur, & consolidetur.

De dignitate, & potestate indefectibilitate, fidei synceritate Romanæ Ecclę.

Exemplũ de cardine pulchrè applicatum.

3

4

---

SVPER Q. L. Aliàs 19. Art. IIII.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum etiam sancti homines, non sacerdotes claues habeant.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, q etiam sancti homines, non sacerdotes, vsum clauium habeant. Absolutio enim, & ligatio quæ fit per claues, efficaciam habet ex merito passionis Christi, sed illi maximè passioni Christi conformantur, qui per patientiã, & alias virtutes Christum passum sequũtur. ergo videtur quòd etsi non habeant etiam sacerdotalem ordinem, quòd possunt ligare, & soluere.

¶ 2 Præt. Hebr. 7. dicitur : Sine vlla cõtradictione quod minus est, à maiori benedicitur: sed in spiritualibus secundùm Aug. * hoc est maius esse quod melius. ergo meliores, qui scilicet plus de charitate habent, possunt alios benedicere absoluendo, & sic idem quod prius.

SED CONTRA. Cuius est potentia, eius est actio secundùm Philos. * sed clauis, quæ est potestas spiritualis, est tantum sacerdotum. ergo & vsus eius non nisi sacerdotib. eius conuenire potest.

RESPON. Dicendum, q agens per se, & agens instrumétale, in hoc differunt, quia agens instrumentale non inducit in effectu similitudinem suam, sed similitudinem principalis agentis; principale autem agens inducit similitudinem suam: & ideo ex hoc aliquid constituitur principale agés, quòd habet aliquam formam, quàm in alterum transfundere potest : non autem ex hoc constituitur agens instrumentale; sed ex hoc quòd est applicatum à principali agente ad effectum aliquem inducendum. Cùm ergo in actu clauium principale agés sit Christus, vt Deus per authoritatem, & vt homo per meritum, ex ipsa plenitudine diuinæ bonitatis in eo, & ex perfectione gratiæ, consequitur quòd possit in actum clauium. Sed homo alius non potest in actum clauium, sicut per se agens, quia nec ipse alteri gratiam, qua remittuntur peccata, dare potest, nec sufficienter mereri, & ideo non est, nisi sicut agens instrumentale. Vnde & ille, qui effectum clauium consequitur, non assimilatur vtenti clauibus, sed Christo; & ideo quantumcũque aliquis habeat de gratia, non potest pertingere ad effectum clauium; nisi applicetur ad hoc vt minister, per ordinis susceptionem.

AD

* Lib. 8. de Trin. c. 8. circa med. tom. 8.

* In lib. 16. sum. & circa. c. 1. ante med.

75

CONCL. 1. Ex hoc aliquid constituitur principale agens, quòd habet aliquã formam, quam in alterum trãsfundere potest : ex hoc autem aliquid constituitur agens instrumentale, non per hoc, quod dictum est; sed per hoc aliud, quòd s. à principali agente ad effectum aliquem inducendũ applicatur.

¶ NOT. Licet ista cõclusio de clauibus non meminerit, tamen pro conclusione assignatur hic; non quia directè ad quæsitum respondeat, sed quia dispositiuè. Ad vsum enim clauium, de quo fit sermo nunc, i. ad absolutionem & ligationem concurrunt duo agentia, s. principale & instrumentale : & ideo ex pręintellectione, per quid constituatur aliquis in esse agẽdi instrumẽtario, disponitur intellectus ad cognoscendum, & consequenter ad respondendum faciliter, an sanctus non sacerdos habeat claues ministeriales.

¶ PROB. Quia agens principale inducit similitudinem suam in effectu: & agens instrumentale non inducit similitudinem suam in effectu, sed similitudinem principalis agentis.

¶ NOT. Experimento constat, quòd artifex inducit in lectica similitudinem propriã, quã habet, vt artifex, i. similitudiné à seipso in mẽte conceptã pro facienda lectica : & serra, qua artifex vtitur, vt instrumento, non inducit formam propriam in illa, cum non faciat eã dentes ferreos &c. habentem; sed inducit formã artificis, à quo per motum sic, vel sic applicatur ad lecticam ipsam faciendam. Item proportionaliter ministerialis sacerdos per claues non inducit similitudinem suam, puta malitiam si est malus, in ipsum absolutum: sed inducit similitudiné principalis agentis, i. gratiã, per quã ei assimilatur. In signum huius euidens est, quòd is qui effectum clauium consequitur, non assimilatur vtẽti clauibus, sed Christo. Vnde quòd sit bonus, vel malus sacerdos absoluens est omnino p accidens respectu effectus cõcausandi in confitentem. Requiritur. n. per se tantum, & sufficit, quòd talis homo ad soluendum assumatur à Christo tanquàm instrumentum; sicut est de serra. Non assumitur autem

Exemplũ satis commodũ ad prędicta.

autem homo, vt instrumentum ad hoc; nisi per hoc, quòd ritè ordinem sacerdotij habet. & hinc est, quod hæretici, contra quos mouetur iste articulus cum sequēti, decipiuntur, quia non intelligunt: vel nolunt intelligere, & differentiā agentis instrumentarij ab agente principali, & per quid constituatur aliquis in esse agentis instrumentarij, quo ad vsum istū clauium. Ideo conclusio illa prima, tanquàm radicale quoddā ad hanc similemq; materiam intelligendam, ante omnia posita est.

Radix errātium hic.

¶Concl. 2. Homo purus non potest in actum clauium, sicut per se agens.

¶Exam. Hoc est homo purus cum sit instrumentum, & non potest esse per se agens, & non potest per se agenti æquiparari, & non potest modo illo, quo agit principale agens, exercere vsum clauium, id est ligare & soluere.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut inter instrumentum, & effectum non exigitur similitudo, secundum conuenientiam in forma, sed secundum proportionem instrumenti ad effectum, ita etiam nec inter instrumentum & principale agens, & talis similitudo est in sanctis hominibus ad Christum passum, & talis similitudo eis vsum clauiū non confert.

Ad secundum dicendum, quòd quamuis purus homo non possit alteri ex condigno mereri gratiam, tamen vnius meritum potest cooperari ad salutem alterius, ideo duplex est benedictio. Vna, quæ est ab ipso homine puro, sicut immediatè per proprium actum, & talis potest fieri à quolibet sancto, in quo Christus habitat per gratiam, & hoc requirit maioritatem bonitatis ad minus inquantum huiusmodi. Alia est benedictio, qua homo benedicit, vt benedictionem, quæ est ex merito Christi instrumētaliter alicui applicans, & quantum ad hanc requiritur maioritas ordinis, & non virtutis.

¶Coroll. Ergo dicere, quòd instrumentale agens ratione suæ bonitatis exercet actum clauium, est æquiparare ipsum in hoc agenti principali. Nam principale agens agit ratione bonitatis suæ ex eo, quòd intendit similitudinem suam inducere in effectum, id est dare gratiam ei qui absoluitur. Oportet ergo illum esse in gratia ad hoc, vt absoluat. Si sic ergo de instrumentario agente iudicium detur, profectò instrumentarium agens ex hoc videbitur principale. Sufficit igitur agenti instrumentario, quòd habeat potentiam ad vtendum clauibus, alioquin nunquàm vteretur illis, si careret illa potentia. Et quid est potentia illa in ipso? est character sacerdotij. Oportet ergo (velis, nolis) ipsum esse sacerdotem, si vsurus est clauibus. Hæc est ergo differentia inter agentem principalem & instrumentarium: quod potentia ista in agente principali est sacerdotium simul & bonitas, & in instrumentario est solum sacerdotium, quæ propter contractionem suam in nobis (art. 2. ad primum) vocatur character sacerdotij. Ratio diuersitatis huius est: quia oportet bonitatem præexistere in illo qui similitudinem suam inducturus est ad faciendum alium bonum, non oportet verò præexistere nisi potentiam in illo, qui inducturus est alium ad participandum similitudinem bonitatis illius, cuius est instrumentum. Conueniunt ergo principale agens & instrumentum in hoc, quod vtrumque est sacerdos (sic enim vtrumque habet potentiam ad vtendum clauibus) disconueniūt autem in hoc, quòd principale habet de necessitate bonitatem, instrumentarium verò non. Ideo enim principale agens vtitur clauibus, quia est sacerdos, ideo est bonus, quia est principale. Similiter ideo instrumentarium potest vti clauibus, quia sacerdos; ideo autem non est de necessitate bonus, quia est instrumentarium. Dicentes igitur, laicos sanctos habere claues, tollunt ab eis id, quod est necessarium ad habendum claues (& sic contradictoria simul ponunt) & statuunt in eis id, quod non est necessarium ad habendum illas. Quid est necessarium ad habendum claues? Sacerdotium. Quid non est necessarium ad illas? Bonitas vitæ. Vide in his ergo sic dicentibus reprobum sensum.

¶Prob. Quia homo purus non potest dare gratiam, qua remittuntur peccata, nec sufficienter mereri: quorum vtrumque potest agens per se.

¶Concl. 3. Quantumcumque aliquis habeat de gratia, non potest pertingere ad effectum clauium, nisi applicetur ad hoc, vt minister per ordinis susceptionem.

¶Prob. Qui hoc tanquàm clarum ex dictis præsupponitur.

¶Not. Ideo clarum præsupponitur; quia clarum est instrumentum non posse vti clauibus nisi habeat potentiam ad hoc, & potentiam huiusmodi habere non potest, nisi sit sacerdos, quoniam talis potestas est character sacerdotalis (q. 17. art. 2 ad primū.) Vide not. post prob. concl primæ, cum coroll post concl. 2. & perpendes contradictionem sequi ad positionem hanc, quòd sanctus homo non sacerdos habeat vsum clauium vltra quod videbis, & hanc positionem idem iudicium facere de agente principali, vt principale est, & de instrumentario. Ex consequenti maximam ignorantiam, & propriæ quidem vocis deprehendes apertè in ijs, qui sanctos non sacerdotes habere claues, contendunt.

Ignorātissimos hos nota.

1m de maiori. Habet. ℞. Tanquàm instrumentum: non, ℞. quàm conueniens in forma. §. Tunc & cæt. Nam licet sancti efficaciam agendi ex merito passionis Christi habeant tanquam conuenientes illi in forma, i. in patientia & aliis virtutibus: tamen ex illo non habent efficaciam, tanquàm instrumentum ad vsum clauium, nisi sint sacerdotes. Prima autem illa efficacia non est sufficiens ad constituendū hos in vsu clauium, vt habes in textu. Vide not. post prob. conclus. primæ cum coroll. post concl. 2. Secun-

2m ex Apostolo. A maiori. ℞. Vel secundum bonitatem, vel secundum ordinem tantum. §. Iuxta s. correspondentiam ad benedictionem dandam tunc & c. Nam conclusio loquitur de benedictione instrumentaria per absolutionem, non autem de benedictione, quæ fit immediatè per proprium actum, & consequenter benedictio intenta à conclusione in benedicēte requirit de necessitate maioritatē secūdum ordinem, non secundum vitæ bonitatem. De hac secunda maioritate loquit Augu. & ideo adducitur extra propositum.

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hæreses quorūdam (vt refert Cardinalis Turrecremata, de Eccles. lib. 2. cap. 71.) dicentium, quòd clauium potestatem habent omnes homines boni. Item Pauperum de Lugduno, (vt habet Summa fratris Yconeti in Bibliotheca Vaticana Romæ manuscripta) dicentium, quòd absoluere potest, & pœnitētiam iniungere quilibet laicus bonus & sciens. Item eorundem (Direct. Inquisit. 2. par. q. 14.) dicentium, quòd quilibet laicus, siue sit vir, siue mulier, dum tamen sit de secta ipsorum, potest vere consecrare & conficere corpus Christi. Ex hoc enim sequitur patenter, quòd poterant (secundum eos) ligare & soluere; quoniam posse super corpus Christi mysticum dependet ex potestate, quæ habetur super corpus Christi verum, vt suprà quæst. 17. art. 3. ad tertium. Itē eorundem, & clarius (Directo. ibi) dicentium: quòd ipsi Vualdenses, quantumcumque sint illiterati, nec ab Episcopis Romanæ Ecclesiæ ad sacrum aliquem ordinem promoti tam viri, quàm mulieres, habent potestatem à Deo solo (sicut Apostoli habuerunt) audiendi confessiones in foro pœnitentiali virorum & mulierum, & pœnitentias iniungendi etiam salutares. Secundò habes, quomodo per rationem ostendas, prædictas hæreses meritò damnari à & c. vt artic. 3. ad longum in elucid. Item à constitutionib. Apostolicis lib. 2. cap. 31. authore Papa Clemente primo & martyre sic. Laicus omnis sine sacerdote perficiens aliquid, frustra facit; & vt Ozias Rex cum non esset sacerdos, & sacerdotum sacra administrasset in leprā incidit propter iniquitatem, sic omnis laicus non effugiet supplicium si honorem sibi sacerdotum arrogauerit, non imitatus Christum, qui non ipse se glorificauit vt fieret sacerdos, sed expectauit, vt à patre audiret, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quòd si sine patre Christus ipse se non glorificat, quomodo fieri potest, vt homo ipse se in sacerdotium proijciat, nō accepta dignitate à superiore, & ea faciat, quæ solis licita sunt sacerdotibus? Nonne Choritæ, quamquàm de Tribu Leui erant, incendio consumpti sunt; cum in Moysen & in Aaron insultassent; & de ijs, quæ ad se non spectabant, pugnassent? Et Dathan & Abiron viui in infernum descenderunt, & virga, cum germinasset, multorum insaniam compressit, & à Deo Pontificem institutum indicauit. Hæc ibi: ex primo tomo Conciliorum. Item à Synodo 8. generali, actione 7. sic. Vobis laicis tam qui in dignitatibus, quàm qui absolutè conuersamini, nullo modo licet de ecclesiasticis causis sermonem mouere, neque penitus resistere integritati ecclesiæ, & vniuersali Synodo aduersari. Hæc enim inuestigare, & quærere Patriarcharum, Pontificum, & sacerdotum est; qui regiminis officium sortiti sunt; qui sanctificandi, qui soluendi, & ligandi potestatem habent; qui ecclesiasticas & cœlestes adepti sunt claues: non nostrum, qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, vel à ligamento solui egemus. Quantæcumque enim religionis, & sapientiæ laicus existat, vel etiam si vniuersa virtute interius polleat; donec laicus est, ouis vocari non desinet, & c. Oportet nos ergo cum timore, & fide syncera hos audire, & facies eorum vereri (cum sint ministri omnipotentis) & nihil amplius, quàm ea, quæ nostri ordinis sunt requirere. Nunc autem (vt uidemus) adeo multos malitia in insaniā accendit; vt obliuiscentes proprij ordinis, & quod pedes sint minimè cogitantes, legem ponere velint oculis, & c. Moneo, & exhortor omnes, qui tales sunt, vt iudicare iudices desinentes, attendant sibi; & secundum diuinam voluntatem conuersari contendant. Nam nō quiescet supernum iudicium; sed contra diffidentes diuinus furor stillabit, & iustam vltionem opere cunctis ostendet. Hæc ibi Imperator Basilius: cuius verba sancta Synodus approbauit dicens: Omnibus placeant, quæ lecta sunt; omnes ijsdem ipsis concordamus, omnes libenter subscribimus. Hæc illa. Ecce quòd laici quantumcūq; boni & scientes non habent claues: sed sunt oues, & inter oues pedibus assimilantur: attestante hoc etiam, & inter illos quò ad hoc se connu-

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Basilij Imperatoris memorandæ sententiæ.

connumerante Imperatore Basilio; (adeò veritas prævalet). Item à Beato Petro Apostolo, vt habetur in epist. 1. Clementis Papæ I. ad Iacobum fratrem Domini sic. Similis est status omnis Ecclesiæ, magnæ naui: quæ per vndosum pelagus uiros portat ad vnam potentis regni vrbem properare cupientes, &c. Proretæ officiū Episcopus impleat, presbyteri nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant, epibatis autem totius fraternitatis multitudo similis sit, &c. Sed ante omnia cum quiete, & silentio epibatæ (id est laici) in suis vnusquisque resideant locis: Ne forte per inquietudinem, si passim vagari cœperint, vel ab officio suo nautas impediant, vel &c. Presbyteri velut nautæ, aptent singula ad instructionem nauis diligenter, & instruant, quæ in suo tempore requirenda sunt. Hæc ibi. Vbi vides presbyteros à laicis sub exemplo nauigantium, valde secerni. Item à Synodo Simmachi Papæ. Laicis, quamuis religiosis, nulla de Ecclesiasticis dignitatibus aliquid disponendi legitur attributa facultas. Hæc ibi. Et recitantur 16. quæstio. 7. Laicis. Item à Concilio Bracharensi primo, canone 31. Ingredi sacrarium ad communicandum non liceat laicis, sed tantum clericis; & canone 38. Ex laico ad gradum sacerdotij ante nemo veniat; nisi anno integro prius in lectorum officio, vel diaconatus disciplinam ecclesiasticam discat, & sic per singulos gradus eruditus, ad sacerdotium veniant. Hæc ibi. Vnde patet à fortiori, quòd laici etiam dignè communicaturi non sunt sacerdotes, immo neque clerici, & quòd multis gradibus à sacerdotio distant. Tertiò habes: quomodo per rationem supradicta, pro quanta laicos, bonos etiam, non habere claues decernunt, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina & declaretur, & consolidetur.

3

4

## ARTICVLVS V.

*Vtrum mali sacerdotes vsum clauium habeant.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd mali sacerdotes vsum clauium nō habeant. Ioan. 20. vbi vsus clauium Apostolis traditur, Spiritussancti donum præmittitur, sed mali nō habent Spiritumsanctū. ergo non habent vsum clauium.

¶ 2 Præt. Nullus sapiens Rex dispensationem sui thesauri suo inimico committit, sed vsus clauium in dispésatione consistit thesauri cælestis Regis, qui est ipsa sapientia. ergo mali, qui per peccatum sunt eius hostes, non habent vsum clauium.

¶ 3 Præte. August.* dicit, quòd sacramentum gratiæ dat etiam Deus per malos, ipsam verò gratiam non nisi per seipsum, vel per sanctos suos, & ideo remissionem peccatorū per seipsum facit, vel per ipsius columbæ membra; sed remissio peccatorum est vsus clauium. ergo peccatores, qui non sunt columbæ membra, vsum clauium non habent.

¶ 4 Præterea. Intercessio mali sacerdotis non habet aliquam efficaciam ad reconciliandum, quia secundùm Gregoriū.* Cùm is qui displicet ad interpellandū mittitur, irati animus ad deteriora prouocat, sed vsus clauium fit per quandam intercessionem, vt patet in forma absolutionis. ergo praui sacerdotes nō habent efficacem clauium vsum.

SED CONTRA. Nullus potest scire de alio, an sit in statu salutis: si ergo nullus posset vti clauib. in absoluendo, nisi existens in statu salutis, nullus sciret se esse absolutum, quod est valde inconueniens.

¶ Præterea. Iniquitas ministri non potest auferre liberalitatem domini, sed sacerdos est solum minister. ergo non potest sua malitia donum à Deo transmissum per eum nobis auferre.

RESPON. Dicendum, quòd sicut participatio formæ, quæ est inducenda in effectum, non facit instrumentum, ita nec subtractio talis formæ tollit vsum instrumenti, & ideo cum homo sit tantum instrumentaliter agens in vsu clauium, quātumcumque sit gratia per peccatum priuatus, per quam gratiam fit remissio peccatorum, nullo modo priuatur vsu clauium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd donum Spiritus sancti exigitur ad vsum clauium, non vt sine quo fieri nō possit, sed quia sine eo incongruè fit ex parte vtentis, quamuis subiiciens se clauibus effectum clauium consequatur.

AD

## SVPER Q. L. Aliàs 19. Art. v.

76

CONCL. Sacerdos, quantumcūque sit gratia per peccatū priuatus, & in peccato mortali, nullo modo priuatur vsu clauium.

¶ PROB. Quia sacerdos est tantum instrumentaliter agens in vsu clauium: & subtractio formæ inducēdę in effectum non tollit vsum instrumenti (cū nec participatio talis formę, faciat instrumentū, ar. 4.)

¶ NOT. Ly sicut participatio formæ, &c. ita subtractio &c. vsum instrumenti. Hoc dictum in textu totū percipies facilius esse verum; si diffinitioné de accidente pro exemplo recolueris. Accidens (inquit Logicus) est, quod adest, & abest, præter subiecti corruptionem. Ideo enim accidēs absentia sua nil penitus diminuit de substātia subiecti, i quo prius erat; quia idem accidens per pręsentiam suam nil de substantia penitus attulit subiecto, etiam si per millia annorū in eo permansisset. Auferret igitur recedendo aliquid de substantia subiecti: si accedendo aliquid substantiale ei contulisset. Sic in proposito. Si gratia existens in homine afferret ei claues, aut etiam vsum clauium (quod est facere eum instrumentum) tunc gratia per absentiā suam tolleret claues, aut etiam vsum clauium ab homine: quoniam sicut affirmatio est causa affirmationis (secundùm Philosophū 1. Perhi.) ita negatio negationis. Propterea S. Thom. in litera fundamentum huius quæsiti denotauit esse in art. 4. & consequenter ex eius decisione pendere veritatem determinationis huius, quando dixit; sicut participatio formæ, quæ inducenda &c. Quòd autem participatio formæ, talis, i. gratiæ, non faciat instrumentum pro clauibus; vide art. 4. in not. post prob. concl 1. & coroll. post concl. 2. Similibus ergo modis & contrarium conclusionis articuli præsentis irridebis, & hæreticorum contrarijs huius ignorantiam intolerabilē (vt oportet) palàm facies. Et, quia isti articuli duo sibi inuicem plurimū seruiunt: ideo cum de vna, vel altera materia disputatio intercesserit, ad vtrosque alternatim (prout opus fuerit) recurres.

* Lib. 5. de Bapt. contra Dona. c. 21. circa fi. to. 7. Et referē de consec. dist. 4. cap. quō exaudit; & Mag. sent. d. 19. 5. B.

* In pastorali. 1. parte. 11. parū à princ. secunda loca, vide nunc 4. sent. d. 19. 5. B.

1^m de conclusione. Vsum. ℞ Congruum vtenti: non, necessarium ad salutem aliorum.

§. Tunc &c. Nam habere, vel non habere Spiritum sanctum, non dat, neque tollit sacerdoti vsum clauium necessarium ad salutem subijcientem se deuote clauibus. Non enim præmittitur donum Spiritus sancti vsui clauium (Ioan. 20.) ad demonstrandum, quod absque gratia iustificante sacerdos, aliàs substantialia seruans, non possit vti clauibus; ita vt si vtatur, nihil per hoc fiat: sed ad designādum, quòd sacerdos extra gratiam iustificantem existens, non vtitur clauibus ad suipsius salutem; quibus, si in gratia existeret, vtendo mercedem sibimet inde compararet æternam. Ex ignorantia igitur, qua scripturæ illius authoritas male intellecta est, processit argumentum: & ideò, cum ex malo intellectu pręmissarum fiat, non potest veritatem (vt etiam Philosophus docuit) concludere.

Dupliciter vsus potestatis consideratur.

¶ NOT. 1. Argumento simili hæreticorum, ex hoc loco instructus respondeas; qui contra potestatē Papæ arguūt dicétes. Ioan. 21. vbi cū cura pastoralis Petro cōmittitur, dilectio eius erga Christum pręrequiritur; sed mali Pontifices non habent veram erga Christum dilectionem; ergo non habent potestatem, vel saltem non habent vsum potestatis; & sic non possunt præcipere, aliaque facere, quæ pertinent ad curam pastoralem; & si de facto faciāt, oues nō tenentur obedire illis. Ad hoc, inquam, & similia, respondebis vt in textu. Radicem quoq; deceptionis eorū dices, procedere ex eo, quod male intelligunt scripturam hanc, sicut & alias. Rursus, ad horū os obstruendum euidentius in populo, afferes argumentum demonstratiuum primum in ly sed contra: & inde postmodum inferens dicas; sic ergo remanerēt oues sine pastore, vel saltem se habere pastorē, sub quo pascerentur, ignorarent: quod esse maximum inconueniens infinita animarū incommoda secum trahens, aperte monstrarunt tempora schismatum ex eo, quòd non agnoscebant oues, quis nam esset suus indubitatus pastor. Cæterum vellent hi, oues pastoribus fore desertas; vt liberrime ad ouile perdendum intrare possent: quoniam lupi sunt. Nunquid non esse lupos suis se verbis ostendunt, dum ouile sine pastorū custodia & desiderant, & desiderium hoc pessimum nimio astu (quæ est prædicta argumentandi cauillatio) adimpleri satagunt?

De prælatis contra hereticos.

¶ NOT. 2. Ex doctrina textus præsentis: disce quod Christus in institutione potestatum in Ecclesia duo intendit per ordinem; scilicet tradere potestatem, & bonum vsum potestatis; sic tamē, vt remoto bono vsu potestatis, non remoueatur potestas. Pro quo sciendum: quòd Christus in traditione potestatum est & bonus institutor, & ordinis rerum non destructor, sed conseruator. Ex hoc, quòd est bonus institutor, eligit dignos, non autem indignos, ad præsidendum alijs; electoribus, & confirmatoribus prælatorum forma existens dignos eligendi, atque confirmandi, indignos verò repellendi. Hinc fit; quod ipse institutus sacerdotum potestatem super corpus suum mysticum, dignitatem in eis requirit ad hoc officium exequēdum, ante collationem tantæ potestatis præponens ly accipite Spiritumsanctum: & primatū Petri instituturus dilectionem eius præexigit. Ex hoc verò, quòd nō est ordinis rerum destructor; sed conseruator; non vult, quòd potestas data à se, per malum vsum ministrorum

De eisdē cōtra eosdem.

Instituit Chrs pastores, & qūo, & qua intétione.

Ad secundum dicendum, quod Rex terrenus in thesauro suo defraudari, & decipi potest, & ideo dispensationem hosti non committit: sed Rex cœlestis defraudari non potest, quia totum ad ipsius honoré cedit, etiã quòd aliqui clauibus malè vtuntur, quia nouit ex malis elicere bona, & per malos etiam multa bona facere, & ideo non est simile.

Ad tertium dicendum, quod August. loquitur de remissione peccatorum, secundum quòd sancti homines cooperantur ad ipsam, non ex vi clauiũ, sed ex merito congrui; & ideo dicit, quòd etiam per malos sacramenta ministrat, & inter alia sacramenta etiam absolutio, quæ est vsus clauium, computari debet: sed per mébra columbæ, id est, per sanctos homines, facit remissionem peccatorum, inquantum eorum intercessionibus peccata remittit. Vel potest dici, quòd membra columbę nominat omnes ab Ecclesia non præcisos: qui enim ab eis sacramenta recipiunt, gratiam consequuntur; non autem, qui recipiũt ab illis, qui sunt ab Ecclesia præcisi, quia hoc ipso peccant, excepto Baptismo, quem in casu necessitatis licet ab excommunicato recipere.

Ad quartum dicendum, quod intercessio, quam sacerdos malus ex propria persona facit, non habet efficaciam, sed illa, quam facit vt minister Ecclesiæ, habet efficaciam ex merito Christi, vtroque tamen modo debet intercessio sacerdotis populo subdito prodesse.

ARTI-

strorum tollatur: quoniam hoc rerum ordo non habet, quòd remotis posterioribus remoueantur priora, sed e conuerso. Ad remotionem enim rationalis non sequitur remotio animalis, sed e contra: in cuius signum bos est animal, licet non sit rationalis, & homo non potest esse rationalis nisi sit animal. Similiter ergo ad remotionem potestatis sequitur remotio boni vsus potestatis (vt patet): non autem ad remotioné boni vsus potestatis sequitur remotio potestatis. Ad quod manifeste ostendendum ipsemet Christus, qui dignitaté prædictam semper requisiuit in ijs, qui erant instituendi prælati, quando de prælatis iam institutis loquitur, demõstrat; in eis, etiam quòd vsum bonum potestatis nõ habeant, remansisse potestatem. Super cathedrã (inquit Matthæi 23.) Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi: omnia ergo, quæ dicunt vobis seruate & facite, secundum verò opera eorum nolite facere. Sedẽt super cathedram Moysi, qui electi canonice sunt ad tenendum regimen Moysi super populum: sicut sedet super cathedram Petri hodie, qui canonice electus est ad primatum illum quem habebat Petrus. De his iam sic sedentibus super cathedram Moysi dicit: Omnia ergo &c. Nota ly ergo. Infert enim ex hoc, quòd ipsi sedent super cathedram Moysi, quòd subditi tenentur obedire præceptis eorum: quod vtique non inferret, nisi illos ad præcipiendum potestatem adhuc habere cognosceret. Sed quare dicit; quod autem faciunt, facere nolite? Vt notificet: se loqui de ijs, qui non habent bonum vsum potestatis. De prælatis ergo malis intelligitur ad literam planissimam illud Christi præceptum: Omnia quæ dicunt vobis, facite. Quasi apertissimé dicat. Perdiderunt bonum vsum potestatis, quia mali sunt; non perdiderunt potestatem, quia super cathedram Moysi semel iam sederunt: & ideo ad primum respiciens dico vobis, secundum opera eorum nolite facere: ad secundum autem, quæcumque dicunt facite. Sufficit ergo, secundum Christum, quòd semel canonice electi sint ad cathedram, & (vbi requiritur confirmatio) confirmati, ad hoc, vt ij potestatem retineant imperandi, & subditi necessitatem obediendi: ita quòd malus vsus potestatis, hoc est, quòd ij mali sint, neque potestatem talem in ipsis, neque necessitatem talé in subditis, imminuit. Vnde Papa Nicolaus primus epist. ad Michaelem Imp. volens ostendere, quòd prælati mali non amittunt potestatem, dicit. Ergo Imperator considera: si illos dixit audiendos, qui super cathedram Moysi sedebant, quanto potius, qui super cathedram Petri resident, existimas esse obaudiendos? Hæc ibi. Non confundantur ergo inter se illa duo, s. potestas, & bonus vsus illius, sed per se vnumquodque consideretur; Similiter prælatorum iam factorum à fiendis, fiat discretio (quæ ambo supra docuit Christus:) & tunc scripturæ præmissæ recte intelligentur, omnia ad inuicem consona cognoscentur. & textum hunc breuissimum Sancti Thomæ plurima veraciter docuisse fatebimur.

*Duo in prælatis seorsum cõsiderãda sunt, non cõfundenda, secundum Christum.*

*Quid obseruãdum: nè in his fiat error.*

2<sup></sup>m de maiori. Rex. R. Terrenus: non, cœlestis. §. Tunc nihil &c. Non enim à Rege terreno, sed à cęlesti, sacerdotes dispensationem tanti thesauri per usum clauium habuerunt.

3m ex Augustino. Per sanctos suos. R. Cooperantes ad hoc ex merito congrui: non, ex vi clauium. §. Tunc &c. Nam sermo est in conclusione de cooperatorib. ex vi clauium, affirmando, quòd mali possunt etiam esse tales: non de cooperatoribus ex merito congrui, quoniam tunc diceretur, quod mali, quamdiu fuerint mali, non possunt esse tales cooperatores; sed solum boni, vt 1. 2. q. 114. art. 6.

Item ex Augustino. Per columbæ membra. R. Saltem non præcisa à columba. §. Tunc &c. Nam conclusio, per malos, non intendit ab Ecclesia præcisos, de quibus in ar. seq. sed peccato mortali tantum irretitos. Vide secundum responsum in litera ly vel potest dici, &c.

¶Exam. Ly quia hoc ipso peccant, s. si sciunt illos esse ab Ecclesia præcisos: etiam si isti præcisi essent quantumcumque ex seipsis parati ad ministrandum sacramenta. Quòd si non sciunt, non peccant: sed tamen non consequuntur absolutionem ab eis. Secus est de baptismo etiam extra casum necessitatis, & de Eucharistia, vt artic. 6 ad primum. Licet enim tunc peccent ipso facto à præcisis accipiendo, tamen characterem baptismi & verum Christum sacramentaliter sumunt. Ly qui ab eis non præcisis sacraméta recipiunt, gratiam consequuntur, s. qui ab eis paratis ministrare sacramenta. Non enim licet alicui inducere malum sacerdotem ad ministrandũ sacramenta; quoniam induceret illum ad malum vsum sacramentorum, sciens ipsum esse in peccato mortali, & consequenter sciens ipsum, prout in tali statu, non posse ministrare sacramenta sine incursu in nouum peccatũ mortale: & sic à primo ad vltimum tunc induceret ipsum sacerdoté ad peccandum mortaliter, quod nõ potest fieri sine peccato inducentis. Potest tamen inducere volens mutare suã opinionem credédo, quòd sacerdos hic, qui erat in mortali, reuertatur ad cor suum veré pęnitẽs; quando sacramentum illud est ministraturus; maximè attento, quòd Deus potest in instanti de stercore peccatorum erigere pauperé peccatoré: & sic, realiter formata sua conscientia, petere ab ipso administrationem illius sacramenti. Quòd si paratus sit hic malus sacerdos ad sacramenti exhibitionem (puta, est in audientia confessionum) potest iste pœnitens adire illum, pro sacramento absolutionis: quoniam tunc non postulat ab eo malum vsum clauium: sed malitia illius vsui clauium iuncta, quam tamen posset sacerdos ille, si vellet, seiungere, vtitur ad propriam animæ vtilitatem: & hoc est quod dicit textus, quòd scilicet à malis recipientes sacramenta, gratiam consequuntur.

*Præcisi ab Ecclesia.*

*De inductione malorum ad ministrandum sacramenta.*

4m de maiori. Intercessio. R. Facta ex persona propria: non ex persona Ecclesiæ. §. Tunc &c. Nam malus sacerdos ex persona Ecclesiæ, i. vt minister eius, absoluit; & ante absolutionem intercessione quadam (licet non necessaria ad formam, 3. par. q. 84. art. 3. & Concil. Trid. sess. 14. cap. 3.) vtitur: & contra prædicta non est Gregorius.

¶Exam. Ly prodesse, scilicet impetrando aliquid populo. Nam impetratio orationis innititur misericordiæ, sicut meritum iustitię: & ideo peccatores orando, etiam ex propria persona, impetrãt aliquod bonum à Deo. 2. 2. quæst. 83. art. 16. Licet non mereantur. Et ideò, cum de reconciliandi efficacia, quod sonat meritum; loquutus est hic D. Thomas, dixit; quod intercessio mali sacerdotis facta ex propria persona non habet efficaciam: ne autem ipsam crederes esse omnino inutilem, subiunxit; quod vtroque modo, i. etiam ex persona propria facta, prodest. Et licet dicat ly populo, tamen expositio hæc non est contraria ei quando dicit in 2. 2. loco citato, quod oratio peccatoris impetrat pro se: quoniã populus & curatus sunt correlatiua, & quasi pro eadem persona computantur. Hoc autem dictum vltimum textus vtile fuit adnotasse sanctum Doctorem: nè populus subditus spernat orationes sui Curati, & minus appreciet; se orationibus eius, licet peccatoris, commendatum facere.

## APPENDIX.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hęreses Vualdensium (Prat. Pauperes de Lugduno. & Card. Turrecrem. de Ecclesia lib. 1. c. 100.) dicentium, quòd sacerdotibus illis tantum concessa est potestas ligandi, atque soluendi, qui vita & doctrina pollent sicut Apostoli. Et eorundem ac Begardorum (Direct. Inquis. 2. par. q. 14. 16. 8.) dicentium: sacerdotes ritè & legitime secundum formam ecclesiæ ordinatos, quibuslibet tamen criminibus pressos, non posse conficere, vel conferre ecclesiastica sacramenta. Et eorundem (vt in Summa Fratris Yconeti, in bibliotheca Vaticana Romæ manuscripta) dicendum, absoluere & ligare non potest sacerdos peccator, cum sit ipse ligatus. Nota tu: quòd in hac hæresi sumitur ly ligatus, pro esse in mortali tantum: non vt in appen. seq. art. Et Ioannis Hus (vt refertur in Concilio Constãtiensi loco citando infrà) dicentis, quòd sacerdotes quomodolibet criminosè viuentes sacerdotij polluunt dignitatem. & sicut filij infideles sentiunt infideliter de septem sacramentis ecclesiæ, de clauibus, & de censuris. Item hæresim Donatistarum (Prat. Donatistæ) dicentium: sacerdotum malorum aut impurorum sacramenta nulla esse. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, prædictas meritò damnari à Papa Leone IX. in epist. aduer. præsump. Michael. & Leon. archiep. cap. 34 Cur hoc? nisi quia quicumque sacerdotes etsi

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

disparei sunt merito, pares tamen sunt officio? Nec potest denegari pro merito, quod debetur officio. Alioquin non staret sacerdotium, si maius, aut minus fieret secundum humanorum varietatem meritorum: essentque penè tot sacerdotia, quot homines. Hæc ibi. Item à Concil. Trident. sess. 7. cano. 12. Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem, modò omnia essentialia, quæ ad sacramentum conficiendum, aut conferēdum pertinent, seruauerit, non conficere, aut conferre sacramentum; anathema sit. Item ab eodem sess. 14. c. 6. Docet quoque etiam sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutē Spiritussancti in ordinatione collatā, tanquàm Christi ministros functionem remittendi peccata exercere: eosque prauè sentire, qui in malis sacerdotibus hanc potestatem non esse contendunt. Hæc ibi. Ex quo etiam (quia scilicet virtute Spiritus sancti, & vt ministri Christi, operantur) & multis alijs locis passim sessionis eiusdem, contunditur impijssima hæresis Sectariorū (Prat. Sectarij) dicentium; sacerdotes membra Sathanæ esse. Contra hos est etiam articuli litera ex August. vbi in ad tertium, sacerdotes etiā mali, vocantur membra columbæ. Item ab eod. sess. ead. cano. 10. Si quis dixerit sacerdotes, qui in mortali peccato sunt, potestatem ligandi & soluendi non habere: anathema sit. Hæc ibi. Item à Nicolao Papa ad consulta Bulgarorum, sic. Non potest aliquis, quantūcumque pollutus sit, sacramenta diuina polluere; quæ purgatoria cunctarum contagionum existunt: qualiscumque enim sacerdos sit; quæ sancta sunt, coinquinari non possunt. Idcirco ab eo, quousque iudicium Episcoporum reprobetur, communio percipiēda est: quoniam mali bona administrando se tantummodo lædunt. Fax accensa sibi quidem detrimentum præstat, alijs verò lumen in tenebris administrat: & vnde alijs cōmodum exhibet, inde sibi dispendium præbet. Sumite ergo ab omni sacerdote intrepidi Christi mysteria, quia omnia in fide Christi purgātur. Hæc ibi: & recitantur 15. q. 8. c. fin. Item à damnantibus Vualdenses: de quorum damnatione habes suprà artic. 4. appen. sub nomine Pauperes de Lugduno. Item à damnantibus Begardos: de quorum damnatione habes ibidem. Item à Concilio Constantiensi sess. 15. vbi hæresis ipsius Ioannis Huss, reposita octauo loco, damnatur simul cum alijs vigintinouē: quin & damnatur ipsemet Ioannes, similibus verbis. Hos sancta Synodus præfatos articulos examinari fecit, & sæpius recēseri, quibus examinatis, fuit repertum, plures ex ipsis esse notoriè hæreticos, & à sanctis Patribus reprobatos, alios non catholicos, sed erroneos, alios scandalosos, & blasfemos, quosdam piarum aurium offensiuos, nonnullos eorum temerarios & seditiosos; idcircò hoc sacrū Concilium Constantiense eundem Ioannem Huss pertinacem & incorrigibilem, & hæreses ac errores per eū publicè defensatos, & publicatos nolentem abiurare, ab ordine sacerdotali, & alijs ordinib. quibus existit insignitus, deponendū & degradandum fore declarat: & attento quòd Ecclesia Dei nō habet vltra quid agere valeat, iudicio sęculari relinquere, & ipsum curiæ sęculari relinquendum fore decernit. Hæc sententialiter ibi. Item à &c. vt infrà q. 36. art. 4. appen. Tertiò habes: quomodo per rationem suprà dicta Patrum, (3) pro quanto malos sacerdotes statuunt vsum clauium non amittere, & intelligas, & probes, & tuearis. Quarto vides: quomodo ex his (4) vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

Exemplū pulchrum.

---

SVPER Q. L.
Aliàs 19. Art. VI.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum hæretici, schismatici, & excommunicati, vsum clauium habeant.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd schismatici, hæretici, & excommunicati, & degradati, vsum clauium habeant. Sicut enim potestas clauium dependet ab ordine, ita & potestas cōficiendi, sed nō possunt amittere potestatis vsum conficiendi, quia si conficiunt, confectum est, quamuis peccent conficientes. ergo etiam nō possunt amittere vsum clauium.

¶ 2 Præt. Omnis potestas spiritualis actiua in eo, qui habet vsum liberi arbitrii, exit in actum quando vult; sed potestas clauium adhuc manet in prædictis, quia cum nō detur, nisi in ordine, oporteret reordinari eos, quando ad Ecclesiam redeunt. ergo cum sit potentia actiua, possunt in actum eius exire, cum voluerit.

¶ 3 Pręt. Spiritualis gratia magis impeditur per culpam, quàm per pœnam: sed excommunicatio, & suspensio, & degradatio sunt pœnæ quædam. cum ergo propter culpam non amittat aliquis vsum clauium, videtur quòd nec propter ista.

SED CONTRA, August. dicit, quòd Ecclesiæ charitas peccata dimittit; charitas autem est, quæ facit Ecclesię vnionem. cum ergo prædicti sint ab Ecclesiæ vnione diuisi, videtur quòd vsum clauium non habet in remittendis peccatis.

¶ Præt. Nullus absoluitur à peccato secundum hoc, quòd peccat, sed aliquis à prædictis absolutioné petens, peccat contra præceptum Ecclesiæ faciens. ergo per eos à peccato absolui non potest, & sic idem quod prius.

RESP. Dicendum, quòd in omnibus prædictis manet clauium potestas quātum ad essentiam, sed vsus impeditur ex defectu materiæ. Cùm enim vsus clauium in vtente prælationem requirat respectu eius in quē vtitur (vt dictum est) propria materia, in qua exercetur vsus clauium, est homo subditus, & quia per ordinationem Ecclesię subditur vnus alteri, ideo per Ecclesiæ prælatos potest subtrahi alicui ille, qui erat ei subiectus. Vnde cum Ecclesia hæreticos, & schismaticos, & alios huiusmodi priuet, subtrahendo subditos, vel simpliciter, vel quantum ad aliquid, quantum ad hoc quòd priuati sunt, non possunt vsum clauium habere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd materia sacramenti Eucharistiæ, in quam suam potestatem exercet sacerdos, non est homo, sed panis triticeus, & in Baptismo homo simpliciter. Vnde sicut si subtraheretur hæretico panis triticeus, conficere non posset, ita si subtrahat prę lato, prælatio, absoluere non poterit; potest tamen baptizare, & conficere,

CONCL. 1: In hæreticis, schismaticis, & excommunicatis manet clauiū potestas quantum ad essentiam, sed vsus impeditur ex defectu materiæ.

¶ NOT. Essentia potestatis clauium datur in consecratione sacerdotis, vsus postea. q. 17. artic. 2. ad secundum. Vnde fit: vt duplex assignetur potestas: quarum prima dicitur ordinis, secunda iurisdictionis; prima à tali sacramento data, secunda ab homine; prima ideo inamissibilis: secunda amissibilis.

¶ PROB. Quia hoc præsupponitur, tanquā manifestum ex dictis 3. par. quæst. 63. (ibi enim artic. 5. determinatur, quòd character inest animæ indelebiliter). Secunda autem pars, s. sed vsus &c. probatur: Quia vtentes clauibus habēt pro materia hominem subditum, vt subditus sibi est (cum vsus clauium prælationem requirat in vtente respectu eius; in quē vtitur: vt ex supradictis patet) & tales, s. hæretici, schismatici, ac excommunicati priuati sunt omnibus subditis ab Ecclesia (cùm enim per ordinationem ecclesiæ subdatur vnus alteri, sequitur quòd per Ecclesiam potest subtrahi alicui ille, qui erat ei subiectus).

¶ NOT. Quòd vsus clauium prælationem requirat in &c. confirmatur ex Concil. Trid. sess. 14. c. 7. Quoniam natura, & ratio iudicij illud exposcit, vt sententia in subditos dumtaxat feratur: persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat; nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem. Hæc ibi.

¶ CONCL. 2. Hæretici, schismatici, & excommunicati non possunt vsum clauium habere quantum ad hoc, quòd priuati sunt.

¶ NOT. Si priuantur quo ad omnia, & quo ad omnia vsum clauiū habere non possunt: si verò priuantur solum quantum ad aliquid, poterunt vsum clauiū habere quantum ad id secundum quod non priuantur, sed quātum ad id, quo priuantur non poterunt. Ex cōsequenti ergo videtur quòd priuati quantū ad aliquid tantum assimilētur ijs qui à casibus reseruatis absoluere non possunt, excepto, quòd illi in pęnam priuati sunt; qui autem à reseruatis absoluere nō possunt, non in pœnam.

¶ PROB. Quia patet ex declaratis terminis.

1^m de maiori.

Ita. B. Quantum ad dependere ab ordine: non quantum ad habere hominem subditum pro sua materia. §. Tunc nihil &c. Nam ex eo, quòd possunt conficere, sicut & baptizare, non sequitur, quòd possint vti clauibus. Non enim per excommunicationem, vel hæresim, aut schisma, subtrahitur ab Ecclesia panis triticeus sicut nec aqua, illis, qui est materia Eucharistię, sicut & aqua baptismi, cum tamen per excommunicationem &c. subtrahantur ijsdem subditi, qui sunt materia huius clauium.

¶ EXAMEN Ly in baptismo homo simpliciter. Hoc est, homo etiam si nil aliud addatur ly simpliciter, namque sumitur hic eo modo, quo dicit Philosophus: simpliciter dico, quod nullo addito dico. Ac si apertè dixerit textus. Sufficit ad baptizandum aliquem scire, quòd accedens ad baptismum sit homo; nec requiritur de necessitate baptismi, quòd sit subditus baptizantis, puta de parochia illius; Tunc enim concurrentibus alijs de necessitate requisitis, i. aqua, forma verborū, intentione ministri, baptismus verè cōfertur.

Cæterum

Cæterum materia propria, in quam exercetur vsus clauium, est homo subditus (vt in corpore dicitur) non homo simpliciter. Hoc est. Ad absoluendum aliquem ita quòd absolutio valeat, non sufficit, quòd accedens ad absolutionem recipiendam sit homo, sed de necessitate huius sacramenti requiritur, quod sit homo subditus absoluentis: siue modo per potestatem eius ordinariam, siue delegatam, hoc non variat casum, quæst. 8. art. 4. & 5. & 6.

cere, quamuis ad sui damnationem.

Ad secundvm dicendum, ꝙ propositio habet veritatem, quando nō deest materia, sicut est in proposito.

Ad tertivm dicēdum, quòd ex ipsa non subtrahitur materia, sicut per aliquam pœnam, vnde pœna non impedit per contrarietatem ad effectum inducendum, sed ratione prædicta.

QVAE-

2m de maiori. Exit in actum, quando vult. ℞. Et non deest materia. §. Tunc nihil &c. Nam licet potestas clauium remaneat in prædictis (vt arguitur), tamen materia vsus illius potestatis ipsis deest, vt probatio conclusionis dixit.

¶ Not. Remota materia, impossibile est, vsum dari: sicut remoto pane triticeo, vel aqua, impossibile est sacerdoti consecrare hostiam, vel baptizare. Non ergo deest vsus clauium prædictis propter hoc, quòd desit eis potestas: sed propter hoc quòd deest eis materia vsus eius. Errores igitur duos facit argumentum, quorū vnus causat alium, quia & committit fallaciam secundum non causam, vt causam, cum illius defectus causam arbitretur negationem potestatis, cuius tamen vera causa est negatio materiæ, & ex hoc procedit, quòd affert illam maiorem propositionem mutilam. Ly si subtrahatur prælato prælatio. Hoc est prælationis vsus. Hic autem vsus aufertur à prælato, quando subditi, qui sunt materia in quam exercetur prælato, subtrahuntur prælato. Quasi ergo textus dixisset; Ita si subtrahatur prælato propria materia vsus prælationis.

3m de maiori. Magis impeditur. ℞. Per contrarietatem ad gratiam: non per subtractionem subditorum. §. Tunc nihil &c. Stat enim simul, quòd quædam pœna, vt excommunicatio, &c. vt pœna est, minus contrarietur gratiæ: & tamen magis cōtrarietur vsui clauium: similiter stat simul, quòd culpa, vt sic, magis contrarietur gratiæ, & minus vsui clauium. Nam ratione diuersorum attenditur ista contrarietas: quoniam contrarietas ad gratiam fit per hoc, ꝙ quis auertitur à Deo: & contrarietas ad vsum clauium fit per hoc, quòd quis perdit ius in subditos. Vnde patet, quòd pœna quædam (vt sunt præmissæ) magis impedit vsum clauium quàm culpa.

¶ Exam. Ly excommunicatio &c. sunt pœnæ quædam. Hoc est excommunicatio &c. vt infliguntur ab ecclesia. Licet enim huiusmodi includant culpam; tamen culpa illa non est inflicta ab ecclesia, sed facta voluntarie ab eo, in quem pœna talis fertur. Vnde (formaliter loquendo) excommunicatio, & schisma, &c. vt culpæ sunt, non contrariantur vsui clauium, inquantum non subtrahunt ipsi peccanti subditos; licet mereantur, vt talis subtractio fiat: sed excommunicatio &c. vt penæ sunt, opponuntur directe vsui clauium, inquantum subditos ipsi excommunicato &c. subtrahunt. Ideo textus intelligendus est formaliter, quando dicit, & quòd excommunicatio &c. sunt pœnæ; & quòd excommunicatio &c. opponitur vsui clauium, seu (quòd idem est) subtrahunt subditos excommunicato &c. Hinc patet, quòd excommunicati in conclusione sumuntur pro excommunicatis excommunicatione maiori tantum. Nam excommunicatio minor non tollit subditos, sed participationem tantum passiuam sacramentorum.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum fuisse à Concilijs, quòd excommunicati &c. non amittunt claues, sed vsum. Vt à Concilio Triden. sess. 7. cano. 9. Si quis dixerit in ordine non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale, & indelebile: anathema sit. Hæc ibi. Item à Concilio Florent. seu ab Eugenio IIII. sacro illo approbante Concilio, in decreto Armenis dato, sic. Ordo characterem. i. spirituale quoddam signum à cæteris distinctiue imprimit in anima indelebile. Hæc ibi. Item à Concilio Trident. sess. 25. cap. 3. de reformat. 2. Excommunicatus verò quicumque ad sacramenta & cōmunionem fidelium ac familiaritatem, non recipiatur. Hæc ibi. Et quia loquitur de excommunicatione maiori, intelligit quòd nō recipiatur ad sacramenta, nec etiam actiue, hoc est, quòd amittat vsum clauium: secundum quòd & magis apparebit per subsequentes canones. Item ab Alexandro II. qui scribit Valeriano Episcopo & martyri sic. Audiuimus, quòd hæreticus Rauennas dictus Archiepiscopus visus sit te excommunicare: verum quia excommunicatus te excommunicare nō potuit, Apostolica authoritate te tuosq; absoluendo mandamus exinde nunquàm curare. Hæc ibi. Nec te moueat ly absoluendo, quasi quòd absoluat eum, quem non ligatum pronunciauit: quoniam hic manifeste sumitur ly absoluendo, pro non ligatos ostendendo (vt etiam glossa ibi dicit). Item ab eodem ibidem. Si ex corde suo nouam hæresim confixerit, ex quo talia prędicare cœpit neminem damnare potuit: quia nec potest deijcere quęquam iam prostratus veris, scilicet catholicis, falsis. i. per sententiam damnatis. Ligandi namque vel soluendi veris, non falsis sacerdotib. à Dño tradita est potestas. Apostolis. n. dicturus, Quorum remiseritis peccata, &c. præmisit, Accipite Spiritumsanctum, vt euidenter cunctis ostenderet eum, qui Spiritumsanctum non habet, peccata non posse tenere, vel remittere. Porrò Spiritumsanctū nemo habet nisi intra ecclesiā: quia & ipsam vnitatem per gratiam facit. Vnde non nisi cōgregatis in vnū dictum est, Accipite Spiritumsanctum, nec nisi super congregatos in vnum die Pentecostes descendit Spiritussanctus: sicut autem extra ecclesiā non accipitur, ita extra eā nihil operatur, &c. Et iterū, Vbi duo vel tres congregati fuerint in noīe meo, ibi ego sum in medio eorū. nimirum cunctis ostendens se non habitare in cordibus eorum, qui superbiæ singularitatem secuti, à corporis Christi compage semetipsos abrumpunt, &c. Cùm ergo peccata dimittere, vel tenere, excōmunicare, vel reconciliare, opus sit Spiritussancti, & virtus Christi apparet, quòd hi qui extra ecclesiam sunt nec ligare possunt, nec soluere. Hæc ibi. Ex quo patet schismaticos, hæreticosq; clauium vsu carere. Notabis pro supra & infra, quòd esse prostratum, vel remotum, vel deiectum non sumitur hic pro esse in peccato mortali tantum; sed etiam secundum quòd materia exigit ita quòd dicatur. Non potest deijcere iam prostratus, iam deiectus, iam remotus, s. per excommunicationem, vel hæresim, vel schisma, vel degradationem. Item ab eodem ibidem. Petro pro omnibus, & præ omnibus claues regni cœlorum se daturum promisit dicens: Tibi dabo claues regni cœlorum. Quicumque ergo ab vnitate Ecclesiæ, quæ per Petrum intelligitur fuerit alienus consecrare non valet, excommunicationis, vel reconciliationis potestatem non habet. Hæc ibi: & récitantur 24. q. 1. Item à Leone Papa sic. Nihil erit ligatum, vel solutum, nisi quod B. Petrus, aut ligauerit, aut soluerit. Hæc ibi: & eadem q. recitantur. Vbi ly Petrus, sumitur pro authoritate Petri: à quo videlicet in omnes sacerdotes catholicos (vt aliàs notatum est) deriuatur. Item à Nicolao Papa, ad clerum Constantinopolitanum. Aperte Sedis nostræ sanxit authoritas: nullum siue episcopū, siue clericum, siue professione aliqua Christianùm, qui à Nestorio, vel eius similib. ex quo talia prædicare cęperunt, vel communione, vel loco suo deiecti sunt, vel eiectum, vel excommunicatum videri: quia neminem remouere poterant qui fuerant olim remoti, nec deijcere quemquam iam ante prostrati. Hæc ibi: & ead. q. recitātur. Item ab eodem in ead. q. Miramur quomodo excommunicati ad iudicandū recepti sunt &c. aliud est potestas officij, aliud executio. Plerumque officij potestas vel accipitur in sacerdotali vnctione, vel accepta sine sui executione retinetur: veluti à suspensis quibus administratio interdicitur, potestas nōn aufertur. Hæc ibi. Vbi cum excommunicati, hæretici, & schismatici sint suspensi, patet: quòd secundum Papam carent executione ligandi, & soluendi. Ex quibus omnibus manifestum est quàm damnandi sint illi hæretici, qui (vt in Director. Inquis. 2. pàr. q. 10.) impijssime mentiti sunt dicentes: quòd Apostoli, omnes Angeli, & beati sunt schismatici, & ꝙ schismaticum esse perfectius est, quàm esse catholicum. Consequenter ergo vides quàm iustissimè Gregorius Papa vndecimus illos articulos vt verè hæreticales publicè condemnauit, eosque comburi mandauit, & sic factum est (vt ibi in Directo.) damnatæ enim iam olim fuerant prædictæ infernales hæreses ab Apostolo 1. Cor. 1. Obsecro vos per nomen Domini nostri Iesu Christi: vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, & ibi 12. Deus temperauit corpus ei, cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem: vt non sit schisma in corpore. Quasi dicat, si Deus abhorret schisma in corpore nostro naturali: vtique & multo magis abhorrebit illud in corpore suo mystico. Item à militib. etiam de veste Christi Ecclesiam significante, dicentibus Ioan. 19. Non scindamus eam. Itē à Psal. 67. Deus, qui habitare facis vnius moris in domo. Itē à Christo Io. 13. In hoc cognoscent omnes, quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Item ab eod. 17. Non pro eis rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te &c. in nobis vnum sint &c. vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus &c. sint consummati in vnum. Vides: quantum & quoties Christus abhorret schisma, à suisque intensissima oratione arcet. Item à Deo Num. 16. quando videlicet Dathan & Abiron schisma in populo commouentes, terra eos deglutiente, viuos in infernum detrusit. De qua iustissima, & horrendissima ad schismaticorum omnium exemplum ad emendationem mentionem quoque fecit Psal. 105. & Ecclesiast. 45. & nota: ꝙ etiam illorum complices pœnam eandem sustinuerunt. Secundo habes, quomodo præmissa Patrum dicta pro quanto hæreticos, schismaticos, & excommunicatos, vsu clauium carere debent, & intelligas, & probes, & defendas. Tertio vides: quomodo ex ijs Angelica doctrina præsens vicissim & declaretur, & consolidetur.

Qui Spiritumsanctū nō habet, i. qui non est ītra Ecclesiā, non pōt ligare & soluere.

Schismatici nō consecrāt: quo vide 24. q. 1. pudēda, & c. schisma.

a

3

SVPER

## QVÆST. LI. Aliàs 20.

*De his in quos vsus clauium exerceri potest, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de his, in quos vsus clauium exerceri potest.

CIRCA quod tria quæruntur.

¶ Primò, Vtrum sacerdos possit in quemlibet hominem vti claue quã habet.

¶ Secundò, Vtrum sacerdos possit semper subditum absoluere.

¶ Tertiò, Vtrum aliquis possit vti clauibus in suum superiorem.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum sacerdos possit uti claue, quam habet, in quemlibet hominem.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos possit vti claue, quam habet, in quemlibet hominem. Potestas enim clauium in sacerdote, descendit ex illa diuina authoritate, quam dixit, Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: sed illud indeterminatè dictum est. ergo potest ea vti in quoslibet.

¶ 2 Præt. Clauis corporalis, quæ aperit vnam seram, aperit omnes alias eiusdem modi, sed omne peccatum cuiuscumque hominis est eiusdem rationis obstaculum respectu introitus cœli. ergo si potest vnum hominem sacerdos per clauẽ, quam habet absoluere, poterit & quoscũque alios.

¶ 3 Præt. Sacerdotium noui Testamenti est perfectius quàm veteris, sed sacerdos veteris Testamenti poterat vti sua potestate, quam habebat discernendi inter lepram, & lepram indifferenter in omnes. ergo multo fortius sacerdos Euangelicus potest vti potestate sua in omnes.

SED CONTRA est, quod dicitur 16. quæst. 1. Nulli sacerdotum liceat parochianum alterius absoluere, aut ligare. ergo non quilibet potest quẽlibet absoluere.

¶ Præte. Iudicium spirituale debet esse ordinatius quàm temporale: sed in iudicio temporali non potest quilibet iudex quemlibet iudicare. ergo cum vsus clauium sit iudicium quoddam, non potest sacerdos sua claui vti in quemlibet.

RESP. Dicendum, quòd ea, quæ circa singularia operari oportet, non eodem modo omnibus competunt. Vnde sicut preter generalia medicinæ præcepta oportet adhiberi medicos, quibus præcepta vniuersalia medicinæ singulis infirmis, secundum ꝙ debent, adaptantur; ita in quolibet principatu, præter illum, qui vniuersaliter præcepta legis tradit, oportet esse aliquos, qui ea singulis, secundum quod debent, adaptant, & propter hoc in cęlesti Hierarchia sub potestatibus, qui indistinctè præsunt, præponuntur principatus, qui singulis prouinciis distribuunt, & sub his Angeli, qui singulis hominib. in custodiã deputantur, vt patet ex his, quæ dicta sunt in 1. lib. Vnde & ita debet esse in prælatione Ecclesię militantis, vt apud aliquem esset prælatio indistinctè in omnes, & sub hoc essent alii, qui super diuersos diuersam potestatem, & distinctam acciperent, & quia vsus clauium requirit aliquam prælationis potestatem, per quam ille, in quem vsus clauium cõmunicatur, efficitur materia propria illius actus, ideo ille, qui habet indistinctam potestatem super omnes potest vti clauibus in omnes: illi autem, qui sub eo distinctas potestates acceperunt, non in quoslibet vti possunt clauibus, sed in eos tantum, qui in eis sortem venerunt, nisi in necessitatis articulo, vbi nemini sacramenta sunt deneganda.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad absolutionem à peccato requiritur duplex potestas, s. potestas ordinis, & potestas iurisditionis. Prima quidem potestas æqualiter est in omnibus sacerdotibus, non autem secunda, & ideo vbi Dominus Ioan. 20. dedit omnibus Apostolis communiter potestatem remittendi peccata, intelligitur de potestate, quæ consequitur ordinem, vnde & sacerdotibus, quando ordinatur, illa verba dicuntur: sed Petro singulariter dedit potestatem dimittendi peccata, Matth. 16. intelligitur quòd ipse præ aliis habet potestatẽ iurisditionis, potestas autem ordinis, quãtum est de se, se extendit ad omnes absoluendos, & ideo indeterminatè Do-

minus

SVPER QVAEST. LI. Aliàs 20. ART. 1.

CONCL. Ille qui habet potestatem indistinctam super omnes, potest vti clauibus in omnes: illi autem, qui sub eo distinctas potestates acceperunt, non in quoslibet possunt vti clauibus; sed in eos tantum, qui eis in sortem venerunt, nisi in necessitatis articulo.

¶ EXAM. Ly ille, qui habet &c. Ly illi autem, qui sub &c. In singulari dicit, ille; quando loquitur de habente potestatẽ super omnes: quia vnus tantum, & non plures sunt huiusmodi. Noluit enim Deus dare occasionem schismatis in Ecclesia: & voluit omnem multitudinem nasci ab vnitate, reducique ad vnitatem (vt fit in Numeris:) & voluit regnum Ecclesię esse monarchicum. Ideo textus hæc omnia innuens, propter designandum primum, dicit ly ille: propter secundum verò, ly potestatem indistinctã: propter tertium autem, ly super omnes. In plurali tandem, inquit, illi: quando loquitur de habentibus potestatẽ sub illo primo: quoniam ad exequendum particularem custodiam circa homines tot diuersorũ populorũ & nationum (vt in ad tertium) sub illo primo existentium plures de necessitate exigũtur. Ly sub eo, Per hoc ostenditur: quòd obedientia potestatibus Ecclesiæ exhibẽda non est impossibilis, & per consequens non enumeranda ibi, quando dicit, Nemo potest duobus dominis seruire. Nam potestates in Ecclesia sunt subordinatę: non tantum per hoc, ꝙ vna est maior vel minor alia; sed etiam per hoc, quòd vna non præcipit contrarium ei, quod ꝓcipit altera (sicut faciũt illi duo domini, Matthæi 6.) sed omnes ita ad vnum finem, id est ad faciẽdum hominem verum Christi seruum, tendũt: vt vna suis mandatis adiuuet aliam in hoc. Quod totum denotat in tex. ly sub eo. Ly in sortem. Hoc dicit sanctus Doctor, vt significet: quòd nemo debet assumere potestatem, seu honorẽ in Ecclesia: sed debet expectare, si vocetur à Deo tanquàm Aaron. Neque enim Christus glorificauit semetipsum, vt Pontifex fieret: sed qui dixit ad eum, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Ly indistinctam potestatem, ly distinctas. Hoc suppositum, quòd scilicet diuersitas ista duplex potestatum debeat in Ecclesia dari, manifestat textus à simili & in medicina. & in Hierarchia cœlesti. Vnde conuenienter fit: vt ista diuersitas potestatum vocetur Hierarchia Ecclesiastica à Concil. Triden. sess. 23. cap. 4. & cano. 6. vbi quoque declarato termino (vt hic breuissime tangitur) anathematizat contrarium.

78

¶ PROB. primo: Quia ille, qui habet indistinctam potestatem super omnes, habet omnes pro materia propria vsus clauium (cum omnes sint eius subditi;) & vsus clauium exerceri potest in illum, qui est propria materia eius. Secunda autem pars, s. illi autẽ &c. probatur: Quia illi, qui habent distinctas potestates non habent omnes pro materia vsus clauium; sed tantum eos, qui sibi in sortem venerunt (cum non omnes, sed tantum hi sint eorum subditi:) Tertia autem pars, s. nisi in &cęt. probatur: Quia in necessitatis articulo nemini sacramenta sunt deneganda.

¶ NOT. Quis sit necessitatis articulus: & alia pro seruitio huius: vide quæst 8. artic. 6. in tex. & elucid.

1m de concl.e

Potest. R. Potestate ordinis: non, iurisditionis. §. Tunc &c. Nam potestas etiam iurisditionis de necessitate requiritur ad hoc, quòd absolutio teneat: & illa authoritas Christi adducta loquitur tantum de potestate clauium, inquantum ab ordine dependet.

¶ COROLL. Ergo, cum ad vsum clauium necessariò exigatur etiã iurisditio, & Christus claues dans Apostolis per ly Quorum remiseritis &c. nõ tradat eis iurisditionẽ (vt in textu habetur) nec tamen velit claues illis datas manere ociosas (vt natura, quæ abhorret ociosum, docet,) apertissimè sequitur: quòd Christus voluit illos habere iurisditionẽ aliunde, scilicet à Petro; cui vniuersalem iurisditionem dedit Matth. 16. per ly Quodcumque ligaueris &c. vtendam à se super omnes, & communicandam coapostolis secundùm quòd sibi pro bono Ecclesiæ videbitur (vt in fine responsi in textu deducitur). Ergo Petrus est ille, qui habet indistinctam potestatẽ, de quo prima pars conclusionis verificatur: & coapostoli sunt illi, qui sub eo distinctas &c. de quibus secunda pars conclusionis verificatur.

Pro primatu Petri sup ẽt coapostolos.

¶ Nec obstat textui; quòd ly quodcũque ligaueris &c. sit à Christo dictum antequàm diceret ly quorum remiseritis &c. quasi inde argumentari possit, quòd non de iurisditione (vt dictum est) ad Petrum loquatur; cum iurisditio sequi debeat ad potestatem ordinis, quæst. 17. art. 2. ad secundum, non anteire. Hoc inquàm, non obstat: quia obiectio talis ex mutilo, non pleno intellectu, literæ textualis procedit. Nam, cum ly quodcumque ligaueris super terram, &c.

sitpro-

fit promissorium (vt contextus etiam monstrat, connectens hoc illi promissioni, Tibi dabo claues regni cœlorum,) & promissorium expectet de se promissi exhibitionem pro clariori notitia, intelligi debet: quòd sanctus Thomas, veluti semper in doctrina sua clarus, accepit ly quodcumque ligaueris, prout etiam complementum promissionis concernit. Complementum modo promissionis illius tunc factum est; quando Christus, Ioan. 21. Petrum coram alijs ouium, agnorumq; suorum vniuersalem pastorem instituit: vt pulchre fuit declaratum quæst. 17. artic. 1 appen. Tunc enim illud promissum, Dabo tibi claues regni. Et q̄cumque ligaueris &cęt. actualiter erga Petrum adimpleuit; quoniam pascere oues Christi vniuersaliter est Ecclesiam super se, tanquàm Christi vicarium, ædificatam sustinere claues regni cœlorum habere ligandi, atque soluendi potestatem ad vtilitatem Ecclesię possidere: adeò quòd illud Ioan. 21. est tāquàm declaratio summaria quid nominis illius, Matth. 16. Ac si Petro dixisset Christus, Super hanc petram ædificabo &c. & tibi dabo &c. & quodcumque ligaueris (idest postquàm tibi datæ à me fuerint istæ claues) super terram &c. hoc est, Ego faciam te vniuersorum agnorum meorum, & ouium pastorem. Vide Veritates aureas super legem veterem, lib. Numer. cap. 27 concl.. Cum ergo videant clarissime omnes, quod Petrus est, Ioan. 21. factus talis pastor; fateantur oportet, iurisditionem illam in ly quæcumque ligaueris &c. inclusam tunc ei soli primum effectualiter datam. Restat ergo: quòd, cum sanctus Thomas (vt dictum est) per ly quæcumque ligaueris &cæt. cointelligat etiam promissionis complementum, sub ly quæcumque &c. dictum Matthæi 16. intendat etiam dicto illi correspondentia in Ioan. 21. Ex textu igitur huius responsi plene intellecto negandum venit illud pro obstaculo suprà interiectum, quòd scilicet iurisditio Petro data, non sequatur potestatem ordinis datam à Christo per ly Quorum remiseritis &c. Vide: quàm consonanter, & ordinatè, Christus potestatem ordinis super corpus suum mysticum (nam super corpus suum verum dederat in vltima cœna) dat omnibus Apostolis Ioan. 20. potestatem autem iurisditionis, quam Matthæi 16. promiserat, dat soli Petro Ioan. 20. Quasi ergo, secundum textualem responsionem, dixerit. Vobis omnibus Apostolis meis potestatem clauium do; sic tamen, vt vsus potestatis huius esse debeat secūdum iurisditionem a Petro Apostolo vobis communicandam.

Esse Vicarium generalē Christi, quid sit.

2^m de maiori. Seram. ℞. Sibi propriam: non, sibi disconuenientem. §. Tunc nihil &c. Quòd enim omne peccatum respectu introitus cœli sit obstaculum eiusdem, vel non eiusdem, rationis est extra propositum clauis ad seram. Subsumere namque oportuisset, quòd omne mortale est eiusdem rationis respectu clauis sic, vel sic modificatæ. Sed tunc negaretur tale subsumptum.

¶ NOT. Peccata illa dicuntur eiusdem rationis respectu clauis sic modificatæ; quando omnia per vsum talis clauis possunt dimitti, vel non dimitti: & dicuntur non esse eiusdem rationis, quando aliqua illorum per vsum talis clauis possunt dimitti, aliqua non. Radix vero, quare dimitti possint, vel non dimitti est iurisditio posita, vel negata. Iurisditio enim data ad dimittendum tale peccatum facit (vt verbis argumenti correspondeam,) seram esse propriam huic claui: negata autem facit, seram esse huic claui disconuenientem. Nam per hoc, quòd iurisditio tibi datur, fit; vt aperiendo remoueas tale obstaculum introitus ad regnum: & per hoc, quòd iurisditio super tale peccatum tibi non datur, fit; vt tale obstaculum introitus, etiam si aperire seram coneris, id est etiam si de facto absoluas, remouere non possis. & quare? Quia illa sera vsui tuæ potestatis non est propria, id est non est conueniens; sed disconueniens. Vnde patet: quod in textu & ly propria, sumitur pro conueniente; & meritò ad iurisditionem, tanquàm ad totius negocij radicem, recurritur. Quæ dicta sunt de sera propria, vel non propria, respectu clauis aperire volentis, patent quotidie in corporalibus: ex quibus, vt a similibus notioribus, præmissa disce.

3^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim in hoc est simile de illo antiquo sacerdote; & de isto. Nam populus Israel vnus populus erat, & vnum &c. vt in litera. Non ergo ex minori perfectione noui testamenti (vt putat argumentum; fallaciam ideò committens secundum non causam, vt causam) prouenit, quòd iste sacerdos non possit in omnes, sicut antiquus poterat: sed ex varitate, & pluralitate nationum, atque templorum.

A P-

minus dicit, Quorū remiseritis peccata, intelligens tamen q̄ vsus illius potestatis esse deberet, præsupposita potestate Petro collata secūdum ipsius ordinationem.

Ad secvndvm dicendum, q̄ clauis materialis non potest aperire nisi seram propriam, nec aliqua virtus actiua potest agere nisi in propriam materiam, materia autē propria potestatis ordinis efficitur aliquis per iurisditioné, & ideo ea non potest aliquis vti in eum, in quem iurisditio non datur.

Ad tertivm dicendum, quòd populus Israel vnus populus erat, & vnum tantummodo templum habebat, vnde non oportebat sacerdotum iurisditiones distingui; sicut nunc in Ecclesia, in qua congregantur diuersi populi, & nationes.

ARTI-

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Ex artic. habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Lutheri dicentis: quod absoluere potest in sacramento pœnitentiæ infimus sacerdos æquè, vt Episcopus & Papa. Item Hussitarum dicentium: quòd sacerdotem potiorem non facit dignitas, sed vitæ meritum. Vide pro huius confutatione etiam q. 19. art. 5. Item Aerij dicentis: sacerdotes omnes pares esse; inter quosuis sacerdotes nullum discrimen esse, etiā inter episcopos. Item Pseudoapostolorum (vt refert Cardinalis Turrecrem. de Ecclesia lib. 4. c. 37.) dicentium: quòd nullus Papa Romanę Ecclesię absoluere aliquem potest à peccatis; nisi esset ita sanctus, sicut fuit Beatus Petrus Apostolus in viuendo in omnimoda paupertate, & sine proprio, & in humilitate; non faciendo guerras, nec aliquem persequendo, sed permittendo, quemlibet viuere in sua libertate. Vide etiam pro huius confutatione q. 19. ar. 5. Item Marsilij cuiusdam (vt refert idem Card. de Eccl. lib. 2. c. 53.) dicentis: quod Papa non habet aliquam plenitudinem potestatis, absque determinatione .i. concessione Imperatoris. Vide pro huius confutatione etiam q. 17. art. 1. & q. 19. art. 5. & q. 6. art. 3. & 6. Item Ioannis Hus, (vt in Concilio Constantiensi infrà) dicentis; Romanum Pontificem reliquis Episcopis parem esse. Vide etiam, pro huius refutatione, vbi suprà. 2 Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, prædictos meritò damnari à Concilio Trid. sess. 14. cap. 7. Magnopere ad Christiani populi disciplinam pertinere sanctissimis Patribus nostris visum est: vt atrociora quædam & grauiora crimina non à quibuslibet, sed summis dūtaxat sacerdotibus absoluerētur. Vnde meritò Pontifices maximi pro suprema potestate sibi in Ecclesia vniuersa tradita, causas aliquas criminū grauiores suo potuerunt peculiari iudicio reseruare. Neque dubitandum est, quando omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, quin Episcopis omnib. hoc idem in sua cuique diœcesi, in ædificationem tamen, non in destructionem, liceat pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores sacerdotes authoritate; præsertim quò ad illa, quibus excommunicationis censura annexa est. Hanc autem delictorum reseruationem, consonum est diuinæ authoritati, non tantum in externa politia, sed etiam coram Deo vim habere. Hæc ibi. Nota ly Pontifices maximi; & ly suprema potestate; & ly in ecclesia vniuersa; & ly pro illis (Episcopis) in subditos tradita supra reliquos inferiores sacerdotes authoritate. & ibidem cano. 11. Si quis dixerit: Episcopos non habere ius reseruandi sibi casus, nisi quoad externam politiā, atque ideo casuum reseruationem non prohibere, quo minus sacerdos à reseruatis vere absoluat; anathema sit. Hæc ibi. Item ab Eugenio Papa, sic. Placuit communi nostro consilio; vt nullus monachorum præsumat pœnitentiam dare. Hæc ibi; & recitantur 16. q. 1. placuit. Vbi dicit glos. q. loquitur de monachis non habentibus populum. A simili dic, de non habentibus etiam priuilegium ad hoc, vel mandatum: & de sacerdotibus alijs huiusmodi. Item a Calixto Papa sic. Placuit; vt nulli sacerdotum liceat, quemlibet commissum alteri sacerdoti recipere ad pœnitentiam sine consensu eius, cui se prius cōmisit. Hæc ibi. 9. quæst. 2. Item à &c. vt q. 8. art. 4. eluc. Item a Concilio Trid. Distincto populo in proprias, certasque parochias, vnicuique suum perpetuum peculiaremq́ue Episcopi, parochum assignent, qui eas cognoscere valeat, & à quo solo licite sacraméta suscipiant. Hæc in sess. 24. c. 13. de reform. Nota ly à quo solo licitè sacramenta suscipiant. Item ab eod. sess. 14. c. 9. de reform. Iure optimo distinctæ fuerunt diœceses, & parochiæ, ac vnicuique gregi proprij attributi pastores, & inferiorum Ecclesiarum rectores, qui suarum quisque ouium curam habeant: vt ordo ecclesiasticus non confundatur. Hæc ibi. Item à Decreto 13. q. 1. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus; parochias, & cemiteria eis diuisimus; & vnicuique ius proprium habere statuimus: ita videlicet vt nullus alterius parochiæ terminos aut ius inuadat. Sit vnusquisque terminis suis contentus. Hæc ibi Nota ly ita videlicet ut &c. Contra illos errores, qui de Papa suprà loquuntur, vide etiam q. 17. artic. 1. append. Concilium Florentinum; & illa sufficiunt: notando (vt multa vnico uerbo discas) vigilanter ibi ly quemadmodum etiam in gestis œcumenicorum Conciliorum, & in sacris canonib. continetur. Item a Concilio Constantiensi sess. 15. Vide q. 19. art. 5. appen. damnationem Ioannis Hus. Item q. 1. art. 1. append. uide damnationem contra Lutherum in Bulla Leonis. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem præmissa dicta Patrum, pro quanto insinuant, nō omnem habentem claues posse illis uti in quemlibet hominē, & intelligas, & probes, & tuearis. 4 Quarto uides; quomodo uicissim ex ijs doctrina præsens Angelica, & declaretur, & consolidetur.

Reseruatio casuū.

SVPER

SVPER QVAEST. LI. Aliàs 20. ART. II.

CONCL. De quolibet potest simplex sacerdos absoluere, habens iurisditionem.

¶ PROB. Quia simplex sacerdos talis habet potestatem remittendi quodlibet peccatum, ex ordine sacerdotij; & vsum talis potestatis ex iurisditione, quā habere supponitur.

¶ COROLL. Ergo sacerdos habens superiorem nil sibi penitus reseruantem nec de iure, nec de consuetudine, nec de propria voluntate (si daretur) potest absoluere omnes subditos illius superioris, & à quolibet peccato: dummodo superior ille suus exponat ipsum pro confessionibus audiendis. Nam iurisditionem habet saltem delegatam. Vide q. 8. in ar. multis, & Eluc. Aliàs sine iurisditione aliqua non posset. Ergo potestas ordinis illa, de qua in probatione conclusionis, remaneret tūc ligata, quo ad vsum sup corpus Christi mysticum, licet non quo ad vsum super corpus Christi verum.

79

¶ EXAM. Ly ad terrorem. Scilicet simul cum veritate reseruationis; non autem præscindendo ab ista veritate. Non inferas ergo hinc ad tui, multorumque damnationem: ista crimina enormia reseruantur Episcopo ad terrorem; igitur ego, si ab eis absque licentia speciali Episcopi absoluero, tenebit absolutio. Sed inde ad tui, tuorūq. salutē inferas: ista enormia reseruātur Episcopo ad terrorē: igitur & ego nō possum verè absoluere ab illis, & ipsa crimina debent vitari à populo diligentissimè. Ratione enim qua tex. dixit ly reseruātur, non possunt absolui veraciter ab inferiori: ratione autē, qua dixit ly ad terrorem, debent cum maximo terrore: & non ita vulgariter vitari à populo. Duo enim hęc dixit textus, & non vnum tantum: vt phantasiabatur primus inferēs; quasi quòd dixisset tex. ly reseruantur ad terrorem solum. Rursus. Ly consuetudo. Siue antiqua s. siue noua: siue pluribus, siue soli Episcopo rationabiliter visa. Hinc diuersos Episcopos diuersa sibi pro diuersitate locorū, & personarū reseruare videmus: à quibus criminibus sic reseruatis inferior, etiā de facto absoluens, non verè absolueret. Et hic Episcoporum nos confirmat expositionem prædictam literæ. De huiuscemodi Episcoporum authoritate, vide Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. quod & suprà art. 1. appen. extensum fuit ad verbum.

Ad terrorem.

## 1m ex Augustino.

Debet. ℞. Secundū congruitatē: non, sm facti necessitatem. §. Tunc &c. Licet enim confessarius, si absoluat consortem criminis, vel etiam aliàs personam, cuius crimen habet, vere absoluat: non tamen deberet ipsum, ad minus criminis consortem audire, nec absoluere; sed obseruare in simili casu id, quod litera dicit. Ex eo igitur, quòd absoluit verè, patet: quòd non est de necessitate sacramenti, sacerdotē reperiri extra crimen illud, de quo absoluit.

## 2m de maiori.

Defectibus. ℞. Culpæ: non, pœnæ. §. Tunc &c. Potest enim sacerdos ab omni culpa (si iurisditionem habeat, & censura patiatur) absoluere in foro pœnitentiali: remittendo pro relaxatione pœnæ ecclesiasticæ, si quam culpa absoluta annexam habet, ad superiorem legitimum. Dixi ly si censura patiatur: quia in excōmunicatione non potest fieri sic. Non enim tenet absolutio à peccatis, si detur ante absolutionē ab excommunicatione: cum huiusmodi censura ponat fideles extra cōmunionem sacramentorū, ex Concil. Trid. sess. 25. c. 3. de refor. 2. & extrà, de sent. excō. c. multis.

## 3m conclusio.

Ergo &c. ℞. Si superior de talibus peccatis iurisditionem sibi reseruauerit. §. Tunc &c. Immo sunt iam omnia per conclusionem, veluti consona, declarata.

### APPENDIX.

EX art. habes, primò quomodo per rationē interimas errorē cuiusdā (vt refert Ioseph Angles ord. Min. lib. florea theologicarū quæst. de confess.) dicentis: q̄ pęnitens est absoluēdus sacr̄aliter ab inferiori sacerdote etiā à reseruatis; hac lege, vt postea corā superiore cōpareat non vt eū absoluat; sed vt cognoscat vultū pecoris sui. Item errores multos, qui prænarrantur art. 1. & q. 8. art. 1. & 2. & 4. & q. 19. art. 3. Item Ioannis de Polliaco dicentis (vt refert Card. Turrecrem. de Ecclesia lib. 2. c. 65.) q̄ Parochiani non possunt reduci in Deum per pęnitētiam, nisi mediantib. parochialibus sacerdotibus. Per hoc. n. videt̄ iste Ioannes insinuare: q̄ sacerdotes parochiales possunt semper, immo etiā & ab omnibus absoluere suos subditos: & q̄ nulla reseruatio casuum illis in hoc obstare possit. Contra quod immediatè, præsens pugnat articulus. Item eiusdem Ioannis (Direct. Inquis. 2. par. q. 8.) dicentis: q̄ Papa non potest dare licentiam generalem audiendi confessiones aliquibus, quin ipsi teneantur confiteri iterum eadem peccata Parochialibus sacerdotibus. Immo nec Papa (vt inquit ipse Ioannes: referente eodem Cardinali vbi suprà) nec Episcopus, possunt audire

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum sacerdos possit semper suum subditum absoluere.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos nō possit semper suum subditum absoluere. Sicut enim Augustinus in litera dicit. Nullus officio sacerdotis vti debet, nisi immunis ab illis sit, quæ in aliis iudicat: sed quandoque contingit, quòd sacerdos est particeps criminis quod subditus suus commisit, sicut cum mulierem subditam cognouit. ergo videtur q̄ non semper possit in suos subditos potestate clauium vti.

¶ 2 Præte. Per potestatem clauium homo ab omnibus defectibus curatur: sed quandoque alicui peccato annexus est irregularitatis defectus, vel excommunicationis sententia, à qua simplex sacerdos liberare non potest. ergo videtur q̄ non possit vti clauium potestate in illos, qui talibus irretiti sunt.

¶ 3 Præterea. Sacerdotii nostri iudicium & potestas per iudicium veteris sacerdotii figuratur: sed minoribus iudicibus secundum legem non omnia competebat discutere, sed ad superiores recurrebant, vt dicitur Exod. 24. Si quid natum fuerit quęstionis inter vos &c. ergo videtur quòd nec sacerdos de grauibus peccatis possit subditum suum absoluere, sed debeat ad superiorem remittere.

SED CONTRA. Cuicūque committitur principale, committitur & accessorium: sed sacerdotibus committitur quòd subditis suis Eucharistiam dispensent, ad quam ordinatur absolutio à peccatis quibuscumque. ergo sacerdos ab omnibus peccatis potest absoluere, quantum est de clauium potestate.

¶ Præt. Gratia omne peccatū tollit, quantumcūque sit parua: sed sacerdos sacramēta dispensat, quibus gratia datur. ergo quantum est de potestate clauium, de omnibus peccatis absoluere potest.

RESP. Dicendum, quòd potestas ordinis quantum est de se, extendit se ad omnia peccata remittenda: sed quia ad vsum huiusmodi potestatis requiritur iurisditio quæ à maioribus in inferiores descendit, ideo potest superior aliqua sibi reseruare, in quibus iudicium inferiori non committat, aliàs de quolibet potest simplex sacerdos absoluere habens iurisditionem. Sunt autem quinque casus in quibus oportet quòd simplex sacerdos pœnitentem ad superiorem remittat. Primus est, quando est solennis pœnitentia imponenda, quia eius minister proprius est Episcopus. Secundus est de excommunicatis, quando inferior sacerdos non potest absoluere. Tertius, quando inuenit irregularitatem contractam, pro cuius dispensatione debet ad superiorem remittere. Quartus de incendiariis. Quintus, quando est consuetudo in aliquo Episcopatu, quòd enormia crimina ad terrorem reseruantur Episcopo, quia consuetudo dat, vel aufert in talibus potestatem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in tali casu, nec sacerdos debet audire confessionem mulieris, cum qua peccauit de illo peccato, sed debet ad alium mittere, nec illa debet ei confiteri, sed debet petere licentiam ad alium eundi, vel ad superiorem recurrere, si ille licentiam denegaret, tum propter periculum, tum quia est minor verecundia, si tamen absolueret, absoluta esset. Quod enim August. dicit, q̄ non debet esse in eodem crimine, intelligendum est secundum congruitatem, non secundum necessitatem sacramenti.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ pœnitentia ab omnibus defectibus culpæ liberat, non autem ab omnibus defectibus pœnæ, quia adhuc post peractam pœnitentiam de homicidio aliquis remanet irregularis, vnde sacerdos potest de crimine absoluere, & pro pœna amouenda debet ad superiorem remittere, nisi in excommunicatione, quia absolutio ipsa debet præcedere absolutionem à peccato, quia quamdiu aliquis est excommunicatus, non potest recipere aliquod Ecclesię sacramentum.

AD TERTIVM dicendum, q̄ ratio illa procedit quantum ad hæc, in quibus sibi superiores potestates iurisdictionem reseruant.

ARTI-

audire confeſſiones Parochianorum, ita vt non teneantur iterum eadem peccata confiteri ſacerdotibus parochialibus. Ex his enim apparere poteſt: quod ipſe Ioannes inſinuat vt ſuprà: & pro tanto huc adducitur. Nam Papa etiam vel Epiſcopo abſoluentibus: ipſum recurrere ad Parochialem ſacerdotem recurrere monſtrat, quòd Parochialis habebat authoritatem ex ſe (ex quo ſcilicet eſt inſtitutus Curatus) abſoluẽdi quoſcumque ſuos ſubditos; & à quibuſcumque: nulla obſtante reſeruatione caſuum. Secundò habes, quomodo per rationem oſtendas, meritò prædictos errores fuiſſe damnatos funditus à Concilio Trident. ſeſſio. 14. cap. 7. & cano. 11. vbi declarat reſeruationem caſuum rationabiliter à Pontificibus & Papa poſſe fieri ita vt inferior ab ijs reſeruatis nequeat abſoluere, & anathematizatur contrarium. Vide artic. 1. appen. verba Concilij, & rationem ab eodem Concilio adductam, ſuprà quæſt. 19. artic. 6. in notation. poſt probationem primæ concluſionis. Item à maximis Pontificibus facto ſuo iuridico; & quidem toties quoties: quando videlicet ſibi de aliquibus abſolutionem reſeruant. Vt 17. quæſt. 4. ſi quis ſuadente. Item de ſenten. excom. conqueſtus. Item eod. tit. in 6. quicumque. Item de pœnitent. in Clem. cupientes. Item multotiens alibi; & quotidie in bullis vrgentibus cauſis rationabilibus ad hoc. Item à Papa Ioanne XXII. ſpecialiter damnari meritò errores prædictos, & alios Ioannis de Polliaco in extrauagan. Vas electionis, in hæc verba. Authoritate Apoſtolica omnes articulos, & quemlibet eorum, tanquàm falſos & erroneos, & à doctrina ſacra deuios, condemnamus, & reprobamus de fratrum noſtrorum conſilio, doctrinam veram & contrariam eſſe catholicã aſſerentes, ſ. ꝙ illi qui habentibus licentiam generalẽ audiendi confeſſiones confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quàm ſi ea aliàs confeſſi fuiſſent eorum proprio ſacerdoti iuxta Concilium generale. Optanteſque veritatis vias notas eſſe fidelibus cunctis, & prædictis erroribus præcludere aditũ, nè ſubintrent errores, ſęl. recor. Alex. IIII. & Clem. IIII. Romanorũ Pontificum prędeceſſorũ noſtrorum veſtigijs innitendo, vniuerſis & ſingulis diſtrictius inhibemus; ne quiſquã præmiſſos articulos (vt pręmittitur) dãnatos & reprobatos, & contenta in eis, vel aliquo ipſorum, vtpotè à catholicis mentib. reſpuenda, tenere audeat, ſeu defenſare quomodolibet, vel docere. Hæc ibi. Vbi nota ly contẽta in eis, vel aliquo ipſorũ: quia licet non omnes errores hic in appẽ. pręnarrati verbaliter ſint in illa extrauaganti: tamen omnes in ijs, quæ ibi narrantur, ſaltem quò ad ſenſum continentur. Item à Papa Calixto III. eiuſdem Ioannis damnati ſunt errores Romæ anno 1446. per Bullam incipien. Inter cætera: & hæc habetur inter priuilegia ord. Præd. (vt notatur in Direct. Inquiſ. 2. par. vbi ponitur extrauag. Vas electionis.) Item à &c. vt ſuprà q. 8. art. 5. append. quem etiam locum iuuare potes per annotata hic. Item à &c. vt art. 1. & quęſt. 8. & q. 19. art. in principio huius appen. notatis. Tertiò habes, quomodo per rationem præmiſſa Patrum dicta, pro quanto ſacerdotem inſinuant non poſſe ſemper ſubditum ſuum abſoluere, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò vides: quomodo ex ijs viciſſim Angelica hæc doctrina, & declaretur, & conſolidetur.

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum aliquis vti poſſet clauibus in ſuum ſuperiorem.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd aliquis non poſſit vti clauibus in ſuum ſuperiorem. Actus enim ſacramentalis quilibet requirit propriam materiã, ſed propria materia vſus clauium eſt perſona ſubiecta, vt dictum eſt. ergo in eo qui non eſt ſubditus, non poteſt clauibus ſacerdos vti.

¶ 2 Præterea. Eccleſia militans imitatur triumphantem, ſed in cœleſti Eccleſia inferior Angelus nũquam purgat, aut illuminat, aut perficit ſuperiorem. ergo nec aliquis inferior ſacerdos poteſt vti actione hierarchica, quæ eſt per abſolutionem in ſuperiorem.

¶ 3 Præterea. Iudicium conſcientiæ debet eſſe ordinatius quàm iudicium exterioris fori, ſed in exteriori foro inferior non poteſt excommunicare, aut abſoluere ſuperiorẽ. ergo videtur quòd nec in foro pœnitentiali.

SED CONTRA. Superior prælatus etiam circundatus eſt infirmitate, & contingit ipſum peccare: ſed remedium contra peccatum eſt poteſtas clauium. ergo cum ipſe non poſſit in ſeipſum claue vti, quia non poteſt eſſe ſimul iudex & reus, videtur quòd poſſit inferior in ipſum clauis poteſtate vti.

¶ Præterea. Abſolutio, quæ fit per virtutem clauium, ordinatur ad perceptionem Euchariſtiæ, ſed inferior poteſt ſuperiori Euchariſtiam diſpẽſare ſi peccat. ergo & clauium poteſtate in ipſum, ſi ſe ei ſubiecerit.

RESPOND. Dicendum, quòd poteſtas clauium, quantum eſt de ſe, extendit ſe ad omnes, vt dictum eſt, ſed quòd in aliquem ſacerdos non poſſit poteſtate clauiũ vti, contingit ex hoc quòd eius poteſtas eſt ad aliquos ſpecialiter limitata, vnde ille, qui limitauit, poteſt extendere in quem voluerit, & propter hoc etiam poteſtatem ſibi dare poteſt in ſeipſum, quàmuis ipſe in ſeipſum vti clauium poteſtate nõ poſſit, quia poteſtas clauium requirit pro materia aliquem ſubiectum, & ita alium, ſibiipſi enim aliquis ſubiectus eſſe non poteſt.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quãuis epiſcopus, quem ſimplex ſacerdos abſoluit, ſit ſuperior eo ſimpliciter, eſt tamẽ inferior eo, inquantum ei ſe vt peccatorem ſubiicit.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ in Angelis non poteſt accidere aliquis defectus, ratione cuius inferioribus ſuis ſuperiores ſubdãtur, ſicut accidit in hominibus, & ideo non eſt ſimile.

AD

### SVPER Q. LI. Aliàs 20. Art. III.

CONCL. Superior poteſtatem ſacerdoti inferiori dare poteſt, vt poteſtate clauiũ vtatur in ſeipſum; quàmuis ipſe in ſeipſum vti clauium poteſtate non poſſit.

¶ EXAM. Ly ſuperior poteſtatem, ſcilicet iuriſditionis. Ly poteſtate clauium, ſcilicet ordinis. Duplicẽ ergo poteſtatem tangit concluſio: vnam, quam iam habet inferior ſacerdos, & hæc dicitur poteſtas ordinis; aliã, quam ei tribuit de nouo ſuperior, & hęc dr̃ poteſtas iuriſdõnis, q. 17. art. 2. ad 2.

¶ PROB. primò: Quia ſacerdos inferior, quantum eſt de poteſtate clauiũ, poterat prius in ſuperiorẽ (cum talis poteſtas, de ſe, extendatur ad omnes:) & per ſuperiorẽ fuit ei limitata ſpecialr̃ ad aliquos. Secũda autẽ pars, ſ. quãuis &c. probatur: Quia poteſtas clauiũ reqrit pro materia aliquẽ ſubditũ (q. 19. art. 6.) & ſibiipſi aliquis ſubiectus non eſt.

¶ NOT. Ly ſibiipſi. al. ſubie. non eſt, ſ. propriè loquendo; & ſecundum rem: & ſecundũ totum. Hic. n. homo ſecundum corpus conſideratus eſt ſubiectus ſibi ſecundum animam conſiderato. Item hic homo eſt hic homo: inquantum videlicet eodem termino vtitur ratio pro ſubiecto, & prædicato. Cæterum hæc, & ſimilia, non ſunt de ſenſu literæ: quoniã vſus clauium diuerſitatem realem verorum ſuppoſitorũ requirit: quod oſtendit forma ſacramentalis, dicendo, Abſoluo te. Nunquam autem propriè ſecundũ rem & totum, verificabitur: immo nec ſic verificari poſſe intelligetur: ꝙ ego ſim tu, vel ꝙ tu ſis ego: licet impropriè, i. iuxta quandam affectionis ſimilitudinem verificetur, illud vulgatum, Amicus eſt alter ego: & illud: Dij faciant, precor, ne moriatur ego.

ſit ei ſubiectus quo ad actum cõfeſſionis, i. ꝙ ſe vt peccatorẽ exhibeat ei vt Chriſto miniſtro.

¶ NOT. Similẽ, & forſan tibi clariorem ſolutionem, vide q. 6. art. 3. ad ſecundũ. & q. 8. ar. 4. ad quartum. ſubiectionẽ in confeſſione quare faciat peccatũ, eſt, quia confeſſionis iudiciũ attẽditur quò ad Deum: apud quẽ redditur quis minor ex hoc, quòd peccat (vt in ad tertium.) Ly inquantum ei ſe, vt peccatorẽ, ſubiicit. Non dixit, inquantum peccator eſt: quia aliquando confeſſarius magis peccator eſt, quàm confitens. Formalitas ergo, qua quis etiã Papa conſtituitur in eſſe ſubiectiuo quò ad actum confeſſionis, nõ eſt eſſe peccatorem præcisè, ſed confeſſario ſe, vt verè peccatorem, ſubijcere. Ex hoc loco diſcas intelligere verum ſenſum in literis Diui Thomæ: ſi quando inueneris ipſum dicentẽ, quòd prælatus confitens eſt inferior inquantum peccator (vt quæſt. 6. art. 3. ad ſecundum. Gloſſabis. n. tu, ly inquantum peccator, i. inquantum confeſſario ſe, vt peccatorem, ſubijcit. Quòd verò confitens perſeueret ſuperior ſimpliciter ipſo cõfeſſario, hoc nihil omnino facit ad rem, ſed eſt penitus eſt extra propoſitum; quoniam diuerſitas fori non præiudicat alteri foro, ſed vnumquemque abſque alterius offenſa, etiam minima, in ſuo proprio eſſe liberrimè dimittit. Horum omnium ſignum eſt; ꝙ quis abſoluens quantumlibet magnum prælatum in foro iſto pœnitentiali non debet (ſi vult vitare peccatum) dicere, Abſoluo vos, ſed Abſoluo te (ſecundùm ritum S. Eccleſię:) & ꝙ ſic debeat dicere, vltra alia teſtimonia, trahitur etiam ex dictis, quia ſcilicet talis prælatus, in confeſſionis actu, eſt minor infimo ſacerdote ſuo confeſſario.

1m de minori. Subiecta. ℞. Vel ſimpliciter, vel ſecundum actum confeſſionis. §. Tunc nihil &c. Sufficit enim quòd quis ad hoc, quòd abſoluatur ab aliquo ſacerdote, ſit

2m de maiori. Imitatur. ℞. Inquantum poteſt: non, in omnibus. §. Tũc &c. Nam in Angelis inferior nũquàm purget, illuminet, aut perficiat ſuperiorem, & quòd in hominibus

minibus hoc reperiatur, non prouenit ex eo, quòd Ecclesia militans non imitetur pro suo posse triumphantem: sed ex eo, quòd suum posse non se extendit ad imitandum hanc in tali perfectione; quòd scilicet in superioribus nullus reperiatur defectus. Ratione enim peccati, quod in beatis Angelis non est, superior fit in iudicio quo ad Deũ subiectus inferiori.

AD TERTIVM dicendũ, ꝙ iudicium exterius est ſm homines, sed iudiciũ confessionis est quo ad Deũ, apud quẽ aliquis redditur minor ex hoc ꝙ peccat, non autẽ apud hominum prælationes: & ideo in exteriori iudicio, sicut nullus in seipsum sententiam dare potest excõicationis, ita nec alteri committere, nec se excommunicare, sed in foro conscientiæ potest alteri cõmittere suam absolutionem, qua ipse vti non possit. Vel dicendum, ꝙ absolutio in foro confessionis est principaliter potestatis clauiũ, & ex consequenti respicit iurisditionem, sed excõicatio respicit totaliter iurisditionem, quãtum autem ad potestatẽ ordinis, omnes sunt æquales, non autem quantum ad iurisditionem, & ideo non est simile.

QVAE-

¶ NOT. Quòd Angelus inferior nũquàm superiorem illuminet, vide 1. par. quæst. 106. artic. 3. Ly aliquis defectus, ratione cuius &c. Sensus non est (quamuis superficietenus videri possit) quòd in Angelis nõ sit aliquis defectus ratione cuius &c. quasi ꝙ in eis sit defectus aliquis, sed non talis, ratione cuius &c. sed est sensus, ꝙ in Angelis ipsis absolute nullus est defectus. Si.n. aliquis absolute in eis esset defectus; hoc sufficeret ad faciendum ꝙ superiores, in quibus defectus esset, suis inferiorib. subderentur, ratione illius defectus saltem. Sic ergo ly defectus, sumitur in tex. reduplicatiue, non autem specificatiue, i. vt defectus, non autem vt talis. Ad multa similia tũ in D. Tho. tum alibi, reperta ex hac notatione iuuaberis; & ideo in talibus esto cautus, ne sensum falsum pro vero occurrentẽ sumas.

3$^{m}$ maior. Iudicium cõscientiæ debet esse ordinatius, quàm iudicium exterioris fori. ℞. Non tamen debet attendi secundum idem. §. Tunc &c. Nam iudicium exterius attenditur secundum homines, sed iudicium confessionis attenditur secundum Deum; apud quem aliquis redditur &c. vt in litera vsque exclusiuè ad ly vel dicendum. Vide, pro abundantiori captu, similem solutionem, quæst. 22. art. 4 ad tertium.

¶ EXAM. Ly non autem apud hominum prælationes. Scilicet, secundum rei veritatem: & non solum secundum inuentionem hominum. Ex hoc.n. ꝙ aliquis peccat non sit: quòd sit minus prælatus, vel habeat minorem authoritatem in foro exteriori (secũdum veritatem loquendo) quam ante. Quod autem hoc verum sit, immo & à Deo ipso humanato probatum: vide quæst. 19. ar. 5. in tex. & elucid. & etiam alibi. Vnde patet ignorantia hæreticorũ: qui confundentes vnum forum cum alio ex hoc, ꝙ videbant homines eo ꝙ peccabant fieri minores in foro interiori, inferebant insulsè satis; ꝙ etiam in exteriori foro sic res se habebat. Rurfus. Ly apud quem. Scilicet, in foro pœnitentiali stando. Nam apud Deum (vt nunc, ad supradicta remittendo, dictum est) superior non perdit authoritatem in exteriori, ob peccatum suum.

Ignorantia distinguendi, distinguenda, est causa errorum.

Item illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Ratio est: quia absolutio in foro confessionis est principaliter potestatis clauium, & ex consequenti respicit &c. vt in litera. Vide secundum responsum in tex. ly vel dicendum, quod &c.

¶ COROLL. Non ergo prædicta diuersitas prouenit ex eo, quòd vnum est ordinatius, vel minus ordinatum altero: sed ex eo ꝙ iudicandi modus in vtroque est diuersus (vt dicit prima responsio) & ex eo, ꝙ iurisditio vtrobique diuersimode consideratur (vt d. 2.) Ex secunda ergo responsione ad minorem argumenti dicas: quod in casu excommunicationis inferior non habet ex se aliquid, vnde possit in superiorem: sed in foro confessionis, id est pœnitentiali habet. Nam potestatem ordinis ex se, non à committente, habet. Vnde, quantum est ex ista parte, habilior est quis ad hoc: quòd sibi committatur absoluere superiorẽ suum in foro pęnitentiali, quàm in exteriori. Ideo dicit tex. quòd non est simile, i. quia non est idem iudicium de posse ex se in superiorem quo ad vsum clauiũ, & quo ad excommunicationem. Potest enim ex se aliquo modo vti clauibus in superiorem: nullo autem modo vti iurisditione in illum, nisi ex commissione. Vnde non licet inferre (vt argumentum volebat:) id est non potest quis ex se absoluere superiorem ab excommunicatione: ergo non potest sacerdos ex se à peccatis absoluere superiorem. Licet.n. vtrobiq; requiratur iurisditio commissa (alioquin nec à peccatis absolueret:) tamen consequentia illa, vt stat præcise, neganda est propter dicta superius: & in isto secundo responso negatur (vt considerantibus textum patet.) Ex primo autem responso ne inferas: quod superior excommunicatus non possit committere inferiori, quando in sua potestate est dare ei hanc authoritatem, vt se ab excommunicatione absoluat (hoc.n. non dicit tex. licet ad pauca respicientibus videatur ex eo posse deduci, & male:) sed memento D. Thomam stare formaliter (vt solet) in eo, de quo loquitur. Ergo sat est D. Tho. cõcludere ibi: quòd quia prælatus ex eo, quòd peccat, non amittit prælationem, non potest committere inferiori, vt se propter peccatum suum excommunicet. Sic enim inferior, vt inferior, haberet authoritatem super suum superiorem, vt superiorem: quod est inconueniens. Ille nãque superior remansit superior in foro illo, in quo fertur excommunicatio: quoniã ex peccato suo nec ipse amisit prælationem in iudicio exteriori, nec inde inferior amisit necessariam subiectionem. Cæterum non militat eadem ratio in casu commissionis inferiori à se excommunicato factæ pro absolutione per eum habenda ab ipsa censura. Nam in casu isto superior, quo ad forum exteriorem, subiacet pœnæ (nam excommunicatio pœna est:) & consequẽter ratione pęnæ huius cui non subiacet inferior, superior suo simpliciter inferior est superior secundum quid. Sic ergo & inferior ex cõmissione superioris potest eũdem ab excommunicatione absoluere: & fori remanẽt quo ad iudicium distincti. Nam ratione, qua superior subiacet peccato, tãquàm inferior soluitur in foro pęnitentiæ: & ratione nõ hac, sed qua subiacet pœnæ, tãquàm inferior, soluitur in foro exteriori. Sic ergo textui formaliter (vt dictum est) loquenti nihil est dissonum.

Resp. a 3

## APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationem interimas errorẽ Ioannis Vuiclef (testante Conc. Constantiẽse loco citãdo infrà) seditiose dicentis; ꝙ populares, & subditi homines possunt ad suũ arbitrium dominos delinquentes corrigere. Item: ꝙ parochiani possunt propter peccata suorũ prælatorum auferre ab eis decimas ad suũ libitum. Item: ꝙ domini tẽporales possunt ad arbitriũ suum auferre bona tẽporalia ab ecclesia, possessionatis habitualiter delinquentibus. In his.n. omnibus virtualiter insinuatur ab isto Vuiclef, ꝙ subditus in suum superiorem potest imperiosè: (& pro tanto hic errores illius adducuntur) contra quod articulus præsens militat, & quidem à fortiori. Si.n. (iuxta articulum) subditus non potest in superiorẽ etiam delinquentẽ, nisi præhabita iurisditione ab eo: multo minus sine iurisditione in ipsum superiorem poterit. Rursus. Si subditus superiorem delinquentem non potest malis, i. peccatis spoliare pro suo arbitrio: multo minus (& hoc cæcutientes viderent) subditi superiores delinquentes bonis eorum spoliare poterunt ad arbitrium suum. Modo non tantum populares, sed etiã domini temporales sacerdotibus inferiores sunt: vt suprà 1. q. 19. art. 4. appen. per verba Imperatoris Basilij à Synodo confirmata habitum fuit. Item habes: quomodo per rationem ad tertium, possis infringere eiusdem Vuiclef errorem (teste eod. Concil.) improbè dicentis: ꝙ nullus est dominus ciuilis, nullus est Prelatus, nullus est Episcopus, dum est in peccato mortali. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas à fortiori (vt suprà nunc, arguendo,) prædictos errores meritò damnari ab eod. Concil. Constant. sess. 8. vbi enarratis 45. erroribus ipsius Vuiclef, inter quos num. 15. 16. 17. 18 prædicti collocãtur, similis damnatio subsequitur summariè. Hos sancta Synodus præfatos articulos 45. examinari fecit, & sæpius recenseri, quibus examinatis fuit repertum, aliquos, & plures ex ipsis fuisse, & esse notoriè hæreticos, & à sanctis Patribus reprobatos; alios nõ catholicos, sed erroneos; alios scandalosos, & blasphemos; quosdam piarum aurium offensiuos; nonnullos eorum temerarios, & seditiosos. Propterea Concilium pronũciat hæreticum Ioannem Vuiclef, ac memoriam eiusdem condemnat; & mandat exhumari ossa ipsius, & cremari. Hæc sententialiter ibi. Item à Deo Hierem. 27. Nunc dedi ego omnes terras illas in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis serui mei. Insuper & bestias agri dedi ei, vt seruiant illi: & seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius: donec veniat tempus terræ eius, & ipsius, & seruient ei gentes multæ, & Reges magni. Gens autem, & regnum, quod non seruierit Nabuchodonosor Regi Babylonis, & quęcumque non curuauerit collum suum sub iugo Regis Babylonis: in gladio, & in fame, & in peste, visitabo super gentem illam, ait Dominus; donec consumam eos in manu eius. Hæc ibi. Ecce: ꝙ idolatra est Rex, non æquiuoce, sed vniuoce: cum authoritatem habeat super gentes. Immo & tantã: vt dicat Deus, se vehementer calligaturum eos, qui sub iugo Regis Babylonis non curuauerint collum. Quòd, si pro Rege idolatra tantopere zelat Deus: quid faciet pro Dominis Christianis, etiã si pessimi essent? Sufficiat ergo, ꝙ Reges quãtumuis mali (modo legitimè intrauerint) sint veraciter Reges apud Deum: etiã ꝙ apud Vuiclef, in damnationẽ eius, non sint. Itẽ à Io. 6. Nonne duodecim vos elegi; & vnus ex vobis diabolus est? En Iudas peccator maximus adhuc est Apostolus, miracula cũ alijs facit &c. vt Euangeliũ sæpe contra Vuiclef narrat. Item à Papa Innoc. III. de elec. & electi potest. c. innotuit. Ibi.n. pro regula dat: ꝙ par non habet imperium in parem, vbi gl. dicit, nisi se ei subijciat: vt ff. de iurisd. omn. iud. est receptum. & 2. q. 7. nos si incompetenter. In hoc enim c. nos si incompetenter, Papa Leo IIII. Ludouico Augusto ex humilitatis dispensatione se subijcit: vestro inquiens, admissorum nostrorum cuncta volumus

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

emendare iudicio, si incōpetenter aliquid egimus. Ergo multo magis in foro pœnitentiæ potest se subijcere voluntariè inferiori superior quicũque alius, vt habet conclusio. Item à Papa Nicolao Vuiclef damnatur dist. 21. Inferior. Non potest iudicio inferior potiorē ligare: vnde Propheta ait. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? Aut exaltabitur serra contra eũ, qui trahit eam? His itaque è diuina scriptura commemoratis, Sole clarius exhibuimus (Gl. i. probauimus:) non posse quẽquam, qui minoris authoritatis est eũ, qui maioris potestatis est iudicijs suis adijcere, aut proprijs diffinitionibus subiugare. Hæc ibi. Item ab eodem ibid. c. Denique. Illi qui ante nos fuerunt prouidam in ecclesiis consuetudinem tradiderunt (hodie quoque in Romana Ecclesia, quæ magistra est omnium Ecclesiarum, impræte rmissa seruatur) ita vt nullus sacerdos, maiore sũo non innuente sacerdote, cuiuslibet rei benedictionē dare nitatur: sed anterior stans ad pronunciandā aliquam lectionē benedictionē quidem postulat; sed ei quilibet inferior non audet benedicere. Cur hoc? Nunquid benedicere peccatũ est? Absit. Sed per hoc innuitur, quantæ censuræ freno inferiores quique à suis præpositis iudicandi, coercendi sint; si hi nec, etiam benedicendi, ius vllũ penitus obtineant. Hæc ibi: & à fortiori quidem contra Vuiclef, & pro artic. præsenti discurre tu. Item 3 &c. vt q. 19. artic. 5. & alibi, in tex. & eluc. Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta Patrũ, pro quanto à fortiori vel alio modo insinuant, inferiorem non posse in superiorem, nisi superior & voluntariè se subijciat, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. LII. Aliàs 21. Art. I.

CONCL. I. Aliquis potest, extra Ecclesiam fieri per excommunicationem dupliciter, tantum.

¶ PROB. primò: Quia per baptismum ponitur aliquis in Ecclesia dupliciter. Secunda autem pars, scilicet tantum, probatur: Quia nõ potest dari tertium (scilicet quòd quis excludatur à communione fidelium, non autem à participatione sacramentorum: cum fideles in sacramentis communicent.)

¶ EXAM. Ly dupliciter. Pro declaratione huius termini vide textum: & sic intelliges dicta in probatione atque conclusione, scilicet quòd per baptismum quis ponitur in Ecclesia dupliciter, id est ad duo; & quòd per excommunicationē ab Ecclesia secluditur dupliciter, i. ne illa duo, secundum suipsius demerita iustè punienda, participet.

¶ CONCL. 2. Præmissa diffinitio, scilicet excommunicatio est separatio à cõmunione Ecclesiæ quo ad fructum, & suffragia generalia, est competens.

¶ PROB. Quia præmissa diffinitio importat separationem à sacramentis (per ly quò ad fructum,) atque à communione fidelium quantum ad spiritualia (per ly suffragia generalia.)

¶ NOT. In textu Diuus Thomas breuitati studens conclusionem hanc secundam, explicando medium, i. probationem eius, posuit. Et hoc est: quod alibi annotatum fuit: videlicet quòd sanctus Doctor non semper directè respondet ad titulum, sed quandoque radicaliter tantum, ponẽdo scilicet radicem, ex qua possit trahi responsio verbalis ad ipsum: vt nunc, elucidando tex-

## QVÆST. LII. Aliàs 21.

*De excommunicatione, in quatuor articulos diuisa.*

CONSEQVENTER videndum est de excommunicatione. De qua primo considerandum est de definitione excõmunicationis, & congruitate, & causa. Secundò de eo, qui potest excõmunicare, & excommunicari. Tertiò, de participatione cum excommunicatis. Quartò, de absolutione ab excommunicatione.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum conuenienter excommunicatio definiatur.

¶ Secundò, Vtrum Ecclesia debeat aliquem excommunicare.

¶ Tertiò, Vtrum aliquis pro aliquo temporali damno sit excommunicandus.

¶ Quartò, Vtrum excommunicatio iniustè lata, aliquem effectum habeat.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum competens sit definitio excommunicationis hæc, &c.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ incompetẽs sit hæc definitio excommunicationis a quibusdam posita. Excõmunicatio * est separatio a communione Ecclesiæ, quoad fructũ, & suffragia general a. Suffragia. n. Ecclesiæ valent eis pro quibus fiunt, sed Ecclesia orat pro eis, qui extra Ecclesiam sunt, & sic eis suffragia Ecclesiæ valent.

¶ 2 Præterea. Nullus amittit suffragia Ecclesiæ, nisi per culpam, sed excommunicatio non est culpa, sed pœna. ergo per excommunicationem non separatur aliquis à suffragiis Ecclesiæ communibus.

¶ 3 Præt. Fructus Ecclesiæ non videtur esse aliud quàm suffragia, non enim potest intelligi de fructu bonorum temporalium, quia hęc excommunicatis non auferuntur. ergo inconuenienter vtrumque ponitur.

¶ 4 Præterea. Excommunicatio minor quædam excommunicatio est: sed per eam homo non perdit suffragia Ecclesiæ. ergo definitio non est conueniens.

RESP. Dicendum, quòd ille, qui per baptismum in Ecclesia ponitur, ad duo ascribitur, s. ad cętum fideliũ, & ad participationē sacramentorũ, & hoc secundũ præsupponit primũ: quia in sacramentis participandis et fideles communicãt: & ideo aliquis potest extra Ecclesiam fieri per excõicationem dupliciter. Vno modo ita ꝙ separaretur tantum à participatione sacramentorum, & hæc erit excõicatio minor. Alio modo, ita ꝙ excludatur ab vtroque, & sic erit excõicatio maior, quæ hic definit. Non autem potest esse tertium, s. ꝙ excludatur à cõione fidelium, & non participatione sacramentorum ratione iam dicta, * quia scilicet fideles in sacramentis communicant, sed communicatio fideliũ est duplex. Quædam in spiritualibus, sicut mutuę orationes, & conuentus ad sacra percipienda. Quædam in corporalib. actibus, qui quidẽ legitimi actus, & licita cõmunio his versibus continetur.

*Si pro delictis anathema quis efficiatur,*
*Os, orare, vale, communio, mensa negatur.*

Os, s. ne osculũ detur. Orare, ne cum excõicatis oremus. Vale, ne salutentur. * Cõio, ne s. in sacramentis cum ipsis aliquis cõicet. Mensa negatur, ne aliquis cum eis comedat. Præmissa * ergo definitio importat separationē à sacramentis, in hoc quod dicit, quantum ad fructum, & à cõione fideliũ quantũ ad spiritualia, in hoc quod dicit. Et suffragia Ecclesiæ cõmunia. Alia autem definitio inuenitur, quæ datur secundum separationem ab vtrisque actibus, quæ talis est. Excommunicatio est à qualibet licita communione fideliũ separatio.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ pro infidelib. orat, sed ipsi orationis fructũ non percipiunt, nisi ad fidem cõuertant: similiter & pro excõicatis orari potest, q̃uis non inter orões, quæ pro mẽbris Ecclesiæ fiunt, & tñ fructum non percipiunt, quãdiu in excõicatione manent: sed oratur vt detur

textum, factum est.

¶ CONCL. 3. Diffinitio excommunicationis competens, & sufficiens est hæc: Excommunicatio est à qualibet licita communione fidelium separatio.

¶ COROLL. Ergo excommunicatio est secũdum suum nomen. Interpretatur enim suo ethymologiatur excõmunicatio, i. extra communionem positio.

¶ PROB. Quia per hanc diffinitionem excluditur quis à sacramentis ecclesiæ (cum fideles ibi cõmunicẽt) & à communione fidelium tum in spiritualibus (vt fiebat in secunda diffinitione) tum in corporalibus legitimis actibus (vt patet per ly qualibet licita.)

¶ COROLL. Ergo secunda diffinitio ab ista tertia differt in sufficientia, licet conueniat in competentia. Est enim competens illa, sed non sufficiens: quoniam (vt patet) de actibus spiritualibus mentionē faciens corporales dimittit. Ideo sanctus Doctor post secundam voluit pleniorē tertiam definitionē afferre. Possumus tamen forsan ad sufficiẽtiam eius aliquo modo saluandam dicere: ꝙ à principaliori faciens denominationem, in ipso implicitè intellexit illud; quod erat minus principale, hoc est corporales actus.

1^m de minori.

Orat. B. Non tamẽ inter orationes, quæ pro membris ecclesię fiunt. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio secunda per ly suffragia ecclesiæ cõmunia, intelligit orationes ecclesiæ nõ qualescumque, sed illas, quæ pro membris suis ab ecclesia fiunt.

¶ COROLL. Orat igitur Ecclesia quãdoque pro excõmunicatis (vt, etiã pro infidelib. in die Veneris sancto) non tanquàm pro membris suis; sed vt membra sua fiant. Si enim pro eis, tanquàm

81

S. Th. 4. d. 18. q. 2. a. 1 q. 1. & seq.
* 1. definitio. 2

* In isto- mes corp.

* In decr. 11. q. 3. ca. 16. 17. 18. 19 24. 99. 107. & c. 3. & 10.
* In arg. 1. a. defin.

tanquam membris actualiter suis existentibus, oraret; rogaret Deum vt in excommunicatione & infidelitate manerent, atque proficerent: sicut, quia orat pro fidelibus tanquam membris actualiter suis, rogat Deum; vt in catholica fide permaneant, atq; proficiant. Nunc autem e contra: quoniam pro illis orat Deum, vt ab excommunicatione resipiscentes soluantur; & vt ab infidelitate resilientes ad fidem conuertantur.

detur eis spiritus pœnitentiæ, vt ab excommunicatione soluantur.

Ad secvndvm dicendum, quod suffragia alterius valent alicui, secundum quod ei continuatur. Potest tamen actio vnius alteri continuari dupliciter. Vno modo ex vi charitatis, quæ omnes fideles connectit, vt sint vnum in Deo, sicut dicitur in Psal. Particeps ego sum, &c. & hanc cótinuationem excómunicatio non intercipit, quia iustè quis excommunicari non potest, nisi pro culpa mortali, per quam quis à charitate iam diuisus est, etiam si non excommunicetur. Iniusta autem excommunicatio charitatem alicui auferre non potest, cū sit de maximis bonis, quæ nō possunt alicui inuito auferri. Alio modo per intentionem suffragia facientis, quæ in aliquē fertur pro quo fiunt: & hanc continuationem excómunicatio intercipit, quia Ecclesia per excommunicationis sententiam separat excommunicatos ab vniuersitate fidelium pro quibus suffragia facit. * Vnde suffragia Ecclesiæ ei nō prosunt, quæ pro tota Ecclesia fiunt, nec ex persona Ecclesiæ oratio pro eis inter mébra ecclesiæ fieri potest, quāuis aliqua persona priuata possit ad eius cōuersionem aliquod suffragium per intentionem dirigere.

Ad tertivm dicendū, quod fructus ecclesiæ non solum est ex suffragiis, sed etiam ex perceptione sacramentorum, & ex fructu fidelium.

Ad qvartvm dicendum, quod minor excommunicatio non habet perfectam rationem excommunicationis, sed aliquid ipsius participat, & ideo non oportet quod totaliter ei excommunicationis definitio conueniat, sed solum quo ad aliquid.

ARTI-

2m de conclusione. Non separat. ℞. Ex vi charitatis, si sit in ipsa: non ex vi intentionis suffragia facientis. §. Tūc nihil &c. Nam conclusio secunda, per ly separatio, intelligit separationem ex vi intentionis suffragia facientis trahentem robur.

¶ Not. Excommunicatio, quæ diffinita est, datur in vniuersali: & propterea data est responsio hæc ad secundum. Alioquin, si daretur pro excommunicatione tantum iusta, responsum fuisset; quod excommunicatio separat & ex vi intentionis illius, & ex vi charitatis: veluti si pro iniusta, responsum fuisset; quòd excommunicatio separaret ex vi intentionis tantum. Nunc autem, quia diffinitur in vniuersali (id est, siue iusta siue iniusta sit) responsum est, quòd ex intentione facientis separat, & relictum est in ambiguo an de facto illo speciali separet à charitate. Vnde dictum est conditionaliter ly si sit in ipsa charitate.

3m antecedens. Fructus Ecclesiæ non videtur esse aliud quàm suffragia. ℞. Negatur: quòd hoc verè videatur. §. Vt patet ex litera respondente. Ad rationem verò argumenti pro antecedente dicitur, quòd non tangit propositum: vt consideranti literam respōsalem, & ipsam rationem illi applicanti, facile patere potest.

4m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam definitio excommunicationis siue prima, siue secūda, siue tertia, data est de excommunicatione maiore (simpliciter loquendo) non autē minore. Vnde non oportet: quòd secundum totum verificetur aliqua illarum de minore ad hoc, quòd sit conueniens.

## APPENDIX.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

EX articulo habes primò: quomodo per rationem infringas errorem Lutheri (vt narratur in Bulla Leonis X.) dicentis, quòd excommunicationes sunt tantum externæ pœnæ, nec priuant hominem communibus spiritualibus ecclesiæ orationibus. Item Ioannis Vuiclef dicentis, excommunicationem à Papa, aut à quocumque prælato inflictā, non esse timendam. Item eiusdem (vt in Concilio Constantiensi sess. 8.) dicentis: excommunicationem à Papa, vel à Prelato alio, inflictam, esse censuram antichristi. Item Lutheri (Prateo. Lutherani) dicentis: excommunicationem non solum non esse timendam, sed cum gaudio suscipiendam & procurandam. Item eiusdem (vt in Bulla Leonis prædicti) dicentis; quòd Christiani sunt docendi plus diligere excommunicationem, quàm timere. Si enim præsens articulus sancti Doctoris probatione validissima concludit: quòd excommunicatio tot mala secum fert: nōne e diametro monstrat illam esse plusquàm timendam? Secundò habes, quomodo per rationem ostendas; prædictos errores meritò damnari à &c. vt q. 10. art. 3. de Conc. Constantiensi cōtra Vuiclef. Item à &c. vt q. 1. artic. 1. appen. & 3. par. quæst. 68. artic. 9. de Bulla Leonis contra Lutherum. Item ab Anthero Papa & martyre, in epistola ad Episcopos prouinciæ Beticæ & Toletanæ sic. Veteri quidem in lege habetur: quòd quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruore. Nunc verò inobediens spirituali animaduersione truncatur; & eiectus ab ecclesia rabido dæmonū ore discerpitur. Hæc ibi. Vbi vides quàm timēda sit excómunicatio: tantū abest vt diligenda sit vel procuranda. Item ab Vrbano Papa & martyre, in epist. de communi vita & oblatione fidelium. Hæc fratres, valde cauenda sunt & timenda, &c. ne pœnam & mortem Ananiæ & Saphiræ incurrant, & (quod peius est) anathema Maranatha fiant; etsi non corpore, vt Ananias & Saphira ceciderint, anima tamen, quæ potior est corpore, mortua & alienata à consortio fidelium cadant, & in profundum barathri labantur. Hæc ibi. Vbi patet, excommunicationem multo magis morte corporali timendam: & ipsius excommunicationis effectus horrendus. Quàm verò iniustissime Romano Pontifici titulum Antichristi inurant, patet ex dānatione ipsorum à tot scripturis infrà tangendis, & experientijs tum antiquis tum nouis prædictorum Pontificū adferendis. Antichristus enim (secundùm scripturas 2. Thess. 2. Daniel. 9. Matt. 24. Mar. 13. 1. Machab. 1. & secundùm August. lib. de Antichristi ortu) erit à fide discessio, homo peccati, filius perditionis, abominatio desolationis, Elatio super omne quod dicitē Deus, ostentans seipsum Deum, veniens secundùm operationem Sathanę in omni virtute, signis, & prodigijs mēdacibus; Messiam se esse pronunciās, Christum verò seduxisse orbem: Iudæos ad Hierosolymam conuocans, vt Iudaica gens in illum credat; triduo se resurrexisse fingens; Ac tandem in nubes elatus, à Michaele Archangelo in tartara profundissima præcipitatus. Hæc sunt ex scripturis, (vt superius) desumpta, quibus apertè & condemnantur omnes, qui de Pontifice Romano tanquàm de Antichristo sentiunt, & Romanus ipse Pontifex Antichristo contrarius (experientia accedente) luce clarius comprobatur. Quomodo enim discessio est, vt à Christo homines discedere faciat: si, vt eius vicarius, ad Christi ouile oues reducit? Aut quomodo homo peccati, vt alios ad peccandum educat, si tot legibus, ac pœnis homines à peccatis deterret? Aut quomodo filius perditionis; vt sacramenta, & Christi præcepta perdat: si nihil magis in suis Decretis, legitimisque Concilijs, quàm sacramentorum Christi susceptionem, ipsiusque mandatorum obseruantiam inculcat? Quæ verò abominatio desolationis stans in loco sancto, aut in loco vbi non oportet? Quæ nam elatio est contra omne, quod dicitur Deus? In quo nam templo sedet ostentans, se esse Deum? Quando passi sunt (inquit Augustinus) se Dei instar, adorari Romani Pontifices? Quis horum iudicare conatus est, e scripturis, se esse Messiam? Quando dixerunt: Christum seduxisse orbem? Quando Iudaica gens in illos credidit? Quando conuocarunt Iudæos Hierosolymam? Quando denique e triduo resurrexisse se, mentiti sunt? Aut quando in nubes elati ab Archangelo Michaele mox in barathrum profundissimum præcipitati fuerunt? Cæterum ad maiorem veritatis huius ostensionem, quot Pontifices in illa Romana Sede martyrio claruerunt? Quot doctrina singulari, vitaq; vnicè Christiana, in illa suprema sede nituerunt? Quot insignibus miraculis probitatis suæ a Christo Domino testimonium acceperunt? Nescit autem Diuina iustitia patrocinium dare criminibus: sed Deus vbique verax, & omnis homo (quales sunt præmissi) mendax. De hoc vide, si horum nequitias intimius cognoscere vis, 1. par. quæst. 32. artic. 4. in elucidat. vbi optimè satisfiet, vltra prædicta. Item suprà q. 74. art. 3 append. de Ecclesia Rom. & q. 10. art. 1. in coroll. post ad primum. & q. 17. art. 1. appen. Item contra Lutherum vide Roffensem art. 23. 24. Quòd si addideris & artic. 25. vbi de primatu summi Pontificis disputat; plenius impium os verorum Antichristorum Romanum Pontificem falsò Antichristum vocantiū obstrues. Cæterùm si præ veritatis clara manifestatione confusi refugiendo dicant: se loqui de Antichristo, non illo magno, de quo præmissæ scripturarum authoritates intelliguntur, sed de minori Antichristo, i. illius maioris figuratiuo (cuiusmodi sunt omnes hæretici, qui & Antichristi à 1. Ioan. cap. 2. vocantur) manifestè decipiuntur, & impudentissimo mendacio errant, aliosq; mittere conantur in errorem. Adeò enim Papa non est talis Antichristus; vt non possit non esse, vt Papa, contrarius Antichristis omnibus: vt clarè tibi & cuique prudenti, ac bene scripturam sacram intelligenti patebit; si videris infrà citata. Videlicet. Veritates aureas super legem veterē, Leuit. 11. conclus. 8. in ly Pro Ecclesia S. Dei. & Compend. Alber. Mag. lib. 7. cap. 9. schol. Ex quorum lectione cognosces: quàtam cæcitatē hæretici in prædicta calumnia pro veritate venditare velint.

*Impijssimè & ignorantissimè, titulo Antichristi maximus Pōtifex ab hæreticis insignitur.*

** Vt dicit Mag. 4. sēten. d. 18. §. 6. in fi.*

3 Tertiò habes, quomodo per rationem ostendas, meritò dictũ fuisse à Gregorio IX. de sent excom. c. Si quem sub hac; & à Concilio, apud Palatium Vernis, habito, c. 9. excommunicationem maiorem à perceptione sacramentorum, & à communione fidelium separare, vt seq. art. 4. adducentur ad literam authoritates horum. Quarto habes, quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto excommunicationem insinuant à communione fidelium & sacramentorum perceptione seiungere, & intelligas, & probes, & defendas. 4 Quintò vides, quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina, & 5 declaretur, & consolidetur.

SVPER Q. LII. Aliàs 21. Art. II.

Concl. Ecclesia in sententia excommunicationis, quantum ad duo imitatur iudiciũ diuinum, & ideo debet aliquẽ excõmunicare.

¶Prob. Quia Ecclesia inquantum excõicato, per separationẽ eius à cõione fidelium, erubescentiã infert, imitatur diuinum iudicium, quo Deus per flagella castigat: &, inquantum suffragiis bonis eũ iustè priuat, imitatur diuinũ iudicium, quo Deus hominẽ sibi relinquit. Secunda autem pars, s. & ideo &c. probat: Quia ex se patet (cum Ecclesia, in quibus potest, imitari Deum debere manifestum sit.)

¶Not. Vtrũque modũ seruat Deus puniendo peccatores, vt eos ad bonũ trahat, vt inquit textus: quã intentionẽ & ecclesia in excõicando, quoscumque excõicauerit, seruat. Hãc intentionẽ piam denotat in conclusione ly ideo. Ly flagellis castigando. Scilicet, positiuis: siue corporalia sint, siue spiritualia. Positiuis, inq̃, alioquin ille modus nõ distingueret à secundo. Nam secundus est etiã castigatio per flagella. Imò flagellatio maior importatur per secundum modum, q̃ per primum. Peius.n.est relinqui à Deo: quàm aliàs flagellis quibuscumque temporalib. castigari ab ipso. Hoc ipsum designatur per Psalmũ 80. quãdo Deus de populo suo rebelle inquit, Dimisi eos s̃m desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis: & Psal. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberib. peccata eorũ, misericordiam autẽ meam non dispergã ab eo. Ecce quòd ad castigationem flagellorum positiuorum sequitur misericordia: & ad derelictionem hominum secundum desideria cordis eorum, sequitur, quòd eunt in adinuentionibus suis, id quod maximam Dei indignationem demonstrat. In vtroque tamen modo (vt dictum est) Deus, quantum est de se, intendit sic, vel sic punitos trahere ad bonum, sicut & ecclesia. Hinc patet; quòd ly iudicium ecclesiæ conforme debet esse iudicio Dei, intelligitur sic: quod scilicet ecclesia est conformis diuino iudicio non tantum in illis duobus in conclusionis probatione expressis, sed etiam in intentione ipsius Dei sic iudicia sua exercentis.

¶Coroll. Ergo pius est Deus & benefaciendo, & castigando,

## ARTICVLVS II.

*Vtrum Ecclesia debeat aliquem excommunicare.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ Ecclesia nullũ debeat excommunicare. Quia excommunicatio maledictio quædã est, sed Rom. 12. prohibemur maledicere. ergo Ecclesia excõicare non debet.

¶2 Præt. Ecclesia militãs debet imitari triumphantẽ, sed vt in epist. Iudæ legitur, Michael cum altercaretur cum diabolo de Moysi, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed ait: Imperet tibi Deus. ergo nec Ecclesia militans debet alicui iudicium maledictionis, & excommunicationis inferre.

¶3 Præt. Nullus est in manu hostis tradendus, nisi omnino desperatus: sed per excommunicationem traditur aliquis in manu Sathanæ, vt patet 1. Cor. 5. cum ergo de nemine sit desperandum in vita ista, Ecclesia nullum debet excommunicare.

SED CONTRA est, q̃ Apostolus 1. Cor. 5. mandat quendã excõicari.

¶Præt. Matth. 18. dicitur de illo, qui Ecclesiam audire contemnit. Sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus, sed Ethnici sunt extra Ecclesiam. ergo illi, qui Ecclesiam audire contẽnunt, per excommunicationem extra Ecclesiam sunt ponendi.

RESP. Dicendum, q̃ iudiciũ Ecclesiæ conforme debet esse iudicio Dei, Deus autẽ peccatores multipliciter punit, vt ad bonum eos trahat, vno modo flagellis eos castigando; alio modo hominẽ sibi relinquẽdo, vt auxiliis subtractis, quibus à malo præpediebatur, suã infirmitatem cognoscat, & humilis ad Deum redeat, à quo superbus discesserat: & quantũ ad vtrũque, Ecclesia in excommunicationis sententia imitatur diuinum iudicium. Inquantũ.n. eum à cõione fidelium separat, vt erubescat, imitat̃ diuinum iudicium quo per flagella castigat, inquantum aũt à suffragiis, & aliis spiritualibus separat, imitatur diuinum iudiciũ quo hominem sibi relinquit, vt per humilitatem seipsum cognoscens ad Deum redeat.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ maledictio potest esse dupliciter. Vno modo ita q̃ in malo q̃ irrogat, vel dicit, per intentionem sistat, & sic maledictio omnibus modis est prohibita. Alio modo ita, quòd malum, quod quidem maledicendo imprecatur, ad bonum illius ordinet, qui maledicitur, & sic maledictio quandoque est licita, & salutifera, sicut etiã medicus quandoque nocumentum infert infirmo, vt sectionem, per quã ab infirmitate liberetur.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ diabolus incorrigibilis est, & ideo non susceptibilis alicuius boni per excommunicationis pœnam. *

AD TERTIVM dicendum, q̃ ex hoc ipso quod aliquis suffragiis Ecclesiæ priuatur triplex incommodũ incurrit, per tria, quæ quis ex suffragiis Ecclesiæ consequitur. Valent.n. ad augmentũ gratiæ eis, qui habent, vel ad merendũ eis, qui non habent, & quantum ad hoc Magister Sententiarum dicit, * quòd gratia Dei per excommunicationem subtrahitur. Valent etiã ad custodiam virtutis, & quantum ad hoc dicit, * quod protectio subtrahitur non quod omnino à Dei prouidentia excludantur, sed ab illa protectione quã filios Ecclesię specialiori modo custodit. Valent, & ad defendendum ab hoste: & quantum ad hoc dicit * quod diabolo maior potestas sæuiendi in ipsum datur, & spiritualiter, & corporaliter. Vnde in primitiua Ecclesia quando oportebat per signa homines ad fidem inuitare: sicut Spiritus sancti donum visibili signo manifestabatur, ita & excommunicatio corporali vexatione à diabolo innotescebat: nec est inconueniens, si ille, qui non est desperatus, hosti datur, quia non datur quasi damnandus, sed quasi corrigendus, * cum in potestate Ecclesiæ sit, ex eius manu ipsum, cum voluerit eripere.

ARTI-

do, & hominem sibi relinquendo: & omnibus his modis proportionaliter pia est Ecclesia sponsa eius. Hoc benè nota contra hæreticos in multis Ecclesiæ pietati detrahentes. Pro quo & vide quæstio. 18. artic. 3. vel etiam q. 19. art. 2.

1m ex Apostolo. Maledicere. ℞. In malo imprecato consistendo per intentionem: non, malum imprecatum ad bonũ hominis illius, qui maledicitur, ordinando. §. Tũc nihil &c. Nam (vt ostensum est) Ecclesia in excommunicãdo intendit bonum illius finaliter, qui excommunicatur: non autem per intentionem suam sistit in malo, quod excommunicato infertur.

2m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam de diabolo, & de hominibus in vita præsenti existentibus, non est eadem ratio. Diabolus enim incorrigibilis est, & propterea nõ susceptibilis alicuius boni per excõmunicationis pœnam: homines verò non sic.

¶Not. Ex hac responsione non inferas, quòd diabolus nõ possit excommunicari addendo sibi pœnam: sed quòd excõmunicari nõ possit ad illum finem, ad quem excommunicantur homines. Sic.n. formaliter cõsistit in hoc responsionis primæ D.Th. respondendo ad hoc secundũ argumentum. Quid dixit respon sio ad primũ? Quod excõmunicatio tertur ab Ecclesia in bonũ eius finale, qui excommunicatur. Contra hoc insurrexit secundũ arg. probans sub exẽplo diaboli, q̃ excõmunicare non debet. Ad hoc responsum est, non directè, do ab intentione priori: q̃ alia est ratio de diabolo & de homine, quo ad excõmunicationem. Non ergo per hoc negatũ est: q̃ diabolus non possit excõmunicari. Ad epistolam Iudæ igitur in argumento allatam dicendum est ex his: q̃ Michael noluit excommunicare diabolum, quasi q̃ per excõmunicationem huiuscemodi latã posset aliquid bonæ conuersionis sperare de diabolo: non autem quod absolutè non posset ipsum excommunicare, si voluisset; tanquam inimicum Dei incorrigibilem acrius puniendo.

3m de maiori. Tradendus. ℞. Quasi damnandus: non, quasi corrigendus. §. Tunc &cæt. Licet enim non vi-

*Aliàs post nam.

* Lib. 4. d. 18. p. G. circa fin.

* Mag. loco iam citato.

*Mag. post verba iam citata.

* Vt patet ex August. serm. 12. in no. ser.

mo viuens desperandus sit omnino de salute sua, & ideo non quasi damnandus excommunicari debeat, i. in manu Diaboli hostis hominum tradi: tamen homo dum viuit corrigi potest; & ideo quando non corrigitur per manus amicorum, conuenienter traditur corrigendus per manus dæmonum.

¶COROLL. Ex his dicas: q argumentum sic glossatū non est contra, sed pro conclusione. Quia. n. homo quantumcūque peccator viuens non est omnino desperandus, hinc fit; q de eius correctione debet curare Ecclesia, non autem nō curare: & consequenter quòd debet eum (seruatis seruādis, vt intendit conclusio) excōmunicare. Nam sic eum, corrigendum, in manus Sathanæ dat 1. Cor. 5. Si ergo eum non excommunicaret, quando opus est: aut de eius correctione videretur minus curare (quod Ecclesiæ matris pietatem dedecet,) aut viuentem adhuc hominem aliquem, pro omnino de salute æterna desperato tenere (quod cum Ecclesiæ scientia stare non potest.) Vide 32. q. 2. Ancillam. Nemo desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est. Hæc ibi Leo Papa. Neque enim scimus, quid contingat sequenti die, 24. quæst. 3. corripiantur.

*De nullo desperandum.*

## APPENDIX.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

EX artic. habes primò: quomodo per rationem interimas errores Ioannis Vuicles, dicentis: q nullus Prælatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat eum esse excommunicatum à Deo. Item addentis: q si Prælatus excommunicat eum, quem nescit esse excommunicatum à Deo, est ex hoc ipse hæreticus. Item Ioannis Hus, subscribentis Ioanni Vuiclef sic: condemnatio quadraginta quinque articulorum Ioannis Vuiclef per Doctores facta est irrationabilis, iniqua, & male facta. Item Albanensium dicentium: quòd Ecclesia nō potest excommunicare: & quòd non debet malos persequi. Contra hos enim omnes articulus iste sancti Doctoris pugnat: dum pro excommunicando aliquo adducit solummodo imitationem Ecclesiæ respectu diuini iudicij: non autem reuelationem specialem de hoc sibi factam, q ille sit excōmunicatus à Deo, & concludit, quod debet Ecclesia excommunicare. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas; errores illos meritò damnari à Deo Exo. 22. maleficos non patieris viuere. Item ab eodem humanato Matt. 18. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Amen dico vobis, quęcumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo. Ecce q Christus dat authoritatem excommunicandi, immo per ly sit tibi sicut Ethnicus, mādat; vt tanquàm excommunicatus vitetur, qui ecclesiæ noluerit obedire: nullam omnino faciens mentionem de speciali reuelatione facta diuinitus, q ille sit excommunicatus à Deo, vel q Prælati ecclesiarum, qui sub persona Apostolorum continentur, debeant prius scire specialiter; hunc esse excōmunicatum à Deo, antequàm eundem ipsi excommunicent. Contumacia igitur, secūdùm Christum, sufficit ad hoc q aliquis excommunicetur: quam contumaciam vocauit ipse non audire, i. non obedire Ecclesiæ. Quæcumque igitur iura, contumaciam solam adducunt pro ferenda excommunicatione, per hoc damnant errores vtriusque Ioannis antedicti; & Christo in sententia præmissa subscribunt. Item damn. à Concilio Meldensi. Nemo Episcoporum quemlibet sine certa, & manifesta causa peccati communione priuet ecclesiastica: quia anathema æternæ mortis est damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illis qui alter nō potuerunt corrigi. Hæc ibi: & recitātur 11. q. 3. Ecce q Concil. nullam prorsus facit mentionem de speciali reuelatione; q iste sit excommunicatus à Deo, antequàm ab Ecclesia excommunicetur. Item à Concilio Aluerñ. sic. Nullus sacerdotum quēquam rectæ fidei hominem pro paruis, & leuibus causis à communione suspendat: pręter eas culpas, pro quibus antiqui patres arceri ab Ecclesia iusserunt cōmittentes. Hæc in 11. q. 3. Vbi solummodo excluditur veniale peccatum, nē s. quis pro eo excōicetur. Nota ly præter eas culpas, pro quibus antiqui &c. q videlicet ibi à Concilio non dicitur, q expectetur reuelatio specialis de excōicatione huius à Deo, antequàm excommunicetur ab Ecclesia. Item à Concil. Triburiensi sic. Certum est: pro his tribus criminib. aliquem excōicari debere: cum eum ad Synodum canonicè vocatus venire cōtemnit; aut si postquàm illuc venerit, sacerdotalib. respuit obedire præceptis; aut si ante finitam causæ suæ examinationem à Synodo, abire præsumit. Hæc ibi: & recitantur 11. q. 3. Item à &c. vt q. 20. art. 3. de Concil. Constantiensi contra Vuiclef, & q. 1. art. 1. appen. Item à &c. vt q. 2. ar. 2. & q. 19. art. 5. appen. de Concil. Constantiensi contra Hus. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas, meritò dictum fuisse 1. Cor. 5. Ego quidem absens corpore, pręsens autē spiritu iam iudicaui, vt præsens eum, qui sic operatus est in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini, tradere huiusmodi hominem Sathanæ in interitum carnis: vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. Item meritò dictū 11. q. 2. Omnis Christianus dilectissimi, qui a sacerdotib. excōicatur, Sathanæ traditur. Quomodo? Quia s. extra Ecclesiam diabolus est: sicut in Ecclesia Christus. Ac per hoc quasi diabolo tradit, qui ab ecclesiastica cōione remouetur. Vnde illos, quos tunc Apostolus Sathanę esse traditos prædicat, excōicatos à se esse demonstrat. Hæc ibi. Vbi, per ly quasi, non intelligitur, q per excōicationem quis re vera non tradatur diabolo: sed quod nō traditur ei finaliter damnandus (vt intendit diabolus) sed corrigendus: quod nō intendit diabolus. Vide resp. ad 3. Item à Papa Ioanne VII. sic. Engeltrudam vxorē Bosonis noueris &c. anathematę, quod ab ipso Christi corpore, qd̄ est Ecclesia, recidit, crebro pcussam esse. Hæc in 3. q. 4. Item à Conc. Triden. sess. 21. c. 1. de reform. Quòd si per edictū citati, ēt non personaliter, contumaces fuerint; liberū esse vult sacrosancta Synodus ordinarijs, per cēsuras ecclesiasticas, aliaq; iuris remedia, cōpellere. Hæc ibi. Itē ab eod. sess. 25. c. 3. de reform. 2. Quòd si &c. sitq; erga iudicē contumacia; tunc eos etiā anathematis mucrone, arbitrio suo, præter alias pęnas, ferire poterit. Hæc ibi: & infrà. Licebit iudici hoc spirituali gladio in delinquentes vti; si tamen delicti qualitas, præcedente bina saltem monitione, etiā per edictū, id postulet. Hæc ibi. Ex supradictis quoq; dānantur errores in principio narrati: quoniā de illa speciali præuia scientia, pro excōicando aliquo, nulla ibi mentio fit; cū tamen casus licitos excōmunicandi intendant, canones exprimere, & exprimunt. Quartò habes: quomodo per rationem præmissa Patrū ac scripturarum dicta, pro quanto Ecclesiam decernunt, excōicare aliquem debere, & intelligas, & probes, & defendas. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina, & declaretur, & consolidetur.

*Quando liceat excōicare.*

## ARTICVLVS III.

*Vtrum aliquis pro temporali damno debeat excommunicari.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q nullus pro tēporali damno debeat excōmunicari. Quia pœna non debet excedere culpam, sed pęna excommunicationis est priuatio alicuius boni spiritualis, quod omnibus bonis temporalibus præeminet. ergo pro temporalibus nullus est excommunicandus.

¶2 Præt. Nulli malū pro malo reddere debemus s̄m Apostoli pceptū: sed hoc esset malū pro malo reddere, si pro tali dāno quis excōmunicatur. ergo nullo modo hoc debet fieri.

SED CONTRA est, quòd Petrus Ananiam, & Sapphirā pro defraudatione pretii agri sentētia mortis damnauit: * ergo & ecclesiæ licet pro tēporalibus damnis excommunicare.

*Act. 5.*

RESP. Dicendum, q per excōicationē iudex ecclesiasticus excōicatos excludit à regno quodammodo: vnde cū non debeat à regno excludere nisi indignos, vt ex definitione clauis * patuit, nec aliquis reddat indignus nisi per peccatū mortale charitatē amiserit, quæ est via ducens ad regnum, ideo nullus excōicari debet nisi pro peccato mortali, & quia in dānificando aliquē corporaliter, vel in rebus moralib. aliquis mortaliter peccat, & contra charitatē facit: ideo pro damno temporali illato Ecclesia aliquem excōicare potest. Sed quia excōicatio est grauissima pœnarum, pęnæ autem medicinæ sint s̄m Philos. in 2. Ethic. * sapientis autē medici est à leuiorib. incipere medicinis, & minus periculosis: ideo excōicatio infligi non debet etiam pro peccato mortali, nisi cōtumax fuerit, vel non veniendo ad iudiciū, vel ante terminationē iudicii sine licētia recedēdo, vel determinationi non parendo. *

**q. 17. ar. 2.*

**lib. 2. c. 3. ante med.*

** Vt habet 2. q. 6. c. 19 quisquis, & in Concil. Mileuit. c. 24. in fi.*

SVPER Q. LII. Aliàs 21. Art. III.

CONCL. I. Nullus excōicari debet, nisi p peccato mortali.

¶ EXAM. Ly debet. Non dicit, non potest. Nam multa de facto fieri possunt, quæ de iure fieri non debent. Quòd si fieret pro veniali verū effectū suum haberet, vel ne: vide artic. seq. de excommunicatione iniuste lata: & nota, q excōicantes pro minimis causis, à Concilio Agathensi redarguuntur 11. q. 3. Epi, si sacerdotali.

¶PROB. Quia iudex ecclesiasticus debet à regno cęlorū solummodo excludere indignos, (vt patet suprà q. 17. ar. 2.) & nullus redditur indignus regno, nisi per peccatum mortale (cū charitas, quę est via ducens ad regnum, per mortale solum amittatur.)

¶NOT. Quòd charitas sit via ad regnū ducens anthonomaticē (vt intendit litera) . i. plusquàm aliæ virtutes, confirmatur per Apostolū dicentē 1. Cor. 12. & 13. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro; si linguis hoīum loquar & Angelorum, charitatem aūt non habeā, &c. Vbi vides ad literā, ipsum vocare charitatē, quam illis demonstrat, viam. Et non solum confirmatur ly charitas est via ducens ad regnum, sed etiam per hoc idem declaratur. Declaratur siquidem (vt Apostolū inspicienti patet: quòd charitas ita ducit ad regnum, vt & omnib. alijs virtutibus det vigorem ducendi ad regnū, Textus ergo intendit, quòd charitas

** Et vide August. in no. ser. s. 12. & li. 3. cō. Var. c. 1. & 2. c. 7.*

charitas est via ad regnum ducens: non ꝙ ipsa sola ducat; sed ꝙ ipsa sola omnib. alijs virtutem conferat, vna secum ducendi ad regnum.

¶Concl. 2. Ecclesia pro damno temporali illato aliquem excommunicare potest.

¶Not. Dicit ly potest: non autem ly debet. Quando verò istam suam possibilitatem ad actū reducere debeat, vel non, vide in seq. app. per Concil. Triden. ibi tertio loco adductum.

¶Prob. Quia aliquis mortaliter peccat damnificando aliquem temporaliter (vt patet de damno notabili).

Tunc.n. postquā monitus fuerit, si contēpserit, contumax reputatur, & excōicari debet à iudice iam nō habente quod contra ipsum faciat amplius.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ culpæ quātitas non mēsuratur ex nocumento qd quis facit, sed ex voluntate qua quis facit contra charitatem

¶Exam. Ly tēporaliter, sine damno temporali. Hoc accipitur dupliciter, s. & pro damno rerū, & pro damno morū: id quod D. Th. adnotauit in tex. dicens ly corporaliter, vel in rebus moralibus. Postquàm.n. in conclusione dixerat ly dāno tēporali, subiecit in probatione conclusionis ly corporaliter, vel in rebus moralibus, intelligens per ly in rebus moralibus, scandala: & per ly corporaliter, cætera damna. Damnificans enim aliquem in rebus moralibus, offendit ipsum in anima (id quod vocatur scandalum:) damnificans verò illum in cæteris rebus, dicitur offendere ipsum corporaliter, etiam quòd offensio non fiat in corpore, inquantum offensio, extra scandalum morum, dicitur offensio corporalis. Dicemus ergo ex textu virtualiter saltem edocti, quòd scandalum est offensio alicuius in rebus moralibus: & quòd offensio corporalis est omne damnum, quod extra damnificationem animæ directè fit (vt damnificatio in fama, in rebus, in spoliatione amicorum, & huiusmodi.) Cùm igitur damnificatio omnis vel in corpore, vel in anima fiat, sequitur quòd D. Tho. in textu sic declarato sufficienter complexus fuerit omne damnum temporale.

Diffinitio scādali clara.

¶Concl. 3. Excommunicatio infligi non debet etiam pro peccato mortali, nisi ille, in quem ferenda est, contumax fuerit.

¶Exam. Ly excommunicatio, scilicet quæ profertur ab homine. Nam illa, quæ profertur à iure, est pœna delicti (sit pro exemplo 17. quæst. 4. si quis suadente,) sicut illa, quæ fertur ab homine, est pœna contumaciæ. Dicitur autem à iure excommunicatio quæcumque à statuto perpetuo lata est: à quocumque statutum illud sit, & siue in iure communi, siue in extrauagantibus, siue in bullis quotidianis ad perpetuam rei memoriam, siue in legibus synodalibus seu specialibus, contineatur. Dicitur verò excommunicatio ab homine, quæ non est perpetua, sed spirat cum authore suo.

¶Not. Ista conclusio non est contraria primæ, quamuis prima facie nonnihil contrarietatis ad ipsam importare videatur. Ratio est, quia prima conclusio datur negatiuè, non autem affirmatiuè, id est dicit, quòd nullus excommunicari debet nisi pro peccato mortali; non autem, quòd omnis peccans mortaliter debeat excommunicari. Hoc enim vltimum est falsum, & per istam tertiam conclusionem tanquàm falsum reprobatur, illud autem primum est verum, nec ab ista conclusione vllatenus improbatur. Immo (vt profundius D. Thom. litera aperiatur) ista tertia conclusio tanquàm limitatio est vltimæ partis conclusionis primę. Quasi dictum sit, non nisi pro mortali excōmunicatio ferri debet, & infertur. Vtrum pro mortali præcise? Ad quam instantiam respondeatur non, nisi quando mortali annectitur contumacia. Ly vel non veniendo ad iudicium, vel &c. Hoc dictum textus confirmatur ad literam à Concil. Triburiensi, suprà art. 2. appen.

¶Prob. Quia excommunicatio est grauissima pœnarum: & pęnæ, tanquàm medicinæ dandæ sunt (patet ex Philosopho).

¶Not. Sub ly pęnæ tanquàm medicinæ sunt, intendit D. Tho. hoc aliud etiam; quod videlicet medicinæ (maximè si sint graues) à sapientibus medicis non dantur, nisi vrgente maxima necessitate. Hæc autem vrgens necessitas, in proposito, declaratur esse contumacia. Contumacia verò talis declaratur consistere vel in non veniendo &c. (vt in litera,) & breuiter, in non obediendo ex contemptu: ita quòd iudex non habeat amplius, quid faciat ad ipsum corrigendum (vt in seq. concl. exprimitur.) Dixi, ꝙ sub ly pœnæ tanquàm medicinæ sunt, intendit &c. quia aliter probatio minus efficax videretur ad propositum.

¶Concl. 4. Postquàm aliquis monitus fuerit, si contempserit, contumax reputatur; & excommunicari debet à iudice non habēte iam, quid contra ipsum faciat amplius. Quomodo autem excommunicatio, & aliæ censuræ, etiam quando excommunicato ex defectu eius non prosunt medicinæ sint, vide app. seq circa fin.

¶Coroll. Ergo quid sit contumax, de quo in tertia concl. habetur hinc.

¶Not. Hanc conclusionem, tanquàm omnium præmissarum declaratoriam, & limitatiuam in præcedentibus vbique subintellige, vt etiam ad id faciendum hortaris (si bene prospicias) à Concilijs Meldensi, suprà, art. 2. appen. adducto. & Tridentino in seq. & app. adducendo.

¶Prob. Quia ex prædictis conclusionibus probatis præsupponitur tanquàm clara.

1m maior. Pęna non debet excedere culpā. ℞. Debet tamen quandoque excedere nocumentū ab homine culpabili causatum. §. Tūc &c. Licet.n. damnum tēporale, pro quo excommunicatio fertur sit minus, quàm excōmunicatio (vt arguitur,) tamen peccatum mortale, quod tali damno annectitur, & ab excommunicante cōsideratur, nō est minus quàm excōmunicatio. Vide mensurationem quantitatis culparum, vnde fiat, in litera, ex qua bene notata, memoriæque mandata, ex infinitis erroribus, quos ignorantes quotidie parturiunt, liberabeis.

agens, & ideo quamuis pœna excōicationis excedat nocumentum, non tamen excedit quantitatem culpæ.

Ad secundum dicendum, ꝙ cum aliquis per pęnam aliquam corrigitur, non redditur ei malum, sed bonum: quia pœnæ medicinæ sunt, vt dictum * est.

AR-

* In corp. art.

2m ex Apostolo. Malum. ℞. Quod ab infligente ad correctionem eius, cui infligatur, non ordīnatur: non autem, quod ordinatur ad illius correctionē. §. Tunc &c. Nam quando Ecclesia aliquem excommunicat pro damno temporali, non intendit malum pro malo reddere, sed bonum pro malo: quoniam per excommunicationem latam vult corrigere ipsum delinquentem, & à damno compescere tum illato ad restituendum, tum inferendo de possibili ad cautius euitandum.

¶Not. Ly cum aliquis per pęnam aliquam corrigitur, nō redditur ei malum, sed bonum. Noli ex hoc textu inferre (vt prima facie occurrit) vel ꝙ omnis qui excommunicatur, per pęnam illā corrigatur; vel ꝙ quando per illam non corrigitur, tunc ecclesia reddat ei malum per excommunicationem illam. Sufficit enim textui formalis locutio (ꝙ s. pœna illa sit de se, & de intentione Ecclesiæ illā inferentis ordinata ad correctionem excommunicati) ad hoc: quod verè dicatur ecclesia malefacienti reddere bonum per excommunicationem. Vnde ad probandum illud quod è textu adductū est mox ibidem pro ratione subiungitur ly quia pœnæ medicinæ sunt. i. & de se, & de intentione medici sunt ordinatæ ad salutem infirmi. Quòd autem postmodum excōicatus ad cor suum redeat corrigendo se, vel non se corrigat; hoc quodammodo est per accidens, & extra propositum respectu formalis locutionis: cum ab extrinseco pendeat; non ab intrinseco, id est, cum ex libero arbitrio effectualiter fiat, non ex intentione Ecclesiæ. Licet enim hæc intendat, quòd iste per excommunicationem corrigatur, id est vitam suam emendet: tamen per hanc bonam intentionem non facit Ecclesia, quod de facto iste seipsum emendet. Alioquin omnes ab Ecclesia excommunicati seipsos emendarent: cum de omnibus hoc intēdebat Ecclesia. Rursus. Ly cum aliquis per pœnam aliquam corrigitur, non redditur ei malum, sed bonum. Potest quoque vniuersaliter sumi ista propositio, & ly corrigitur accipi per ly corripitur, i. castigatur, seu punitur. Ac si dictum fuisset, cum aliquis per pęnam quamcumque in præsenti vita punitur, non redditur ei malum (vt arguens, & multi alij credunt,) sed bonum: & hoc quia pœnæ medicinæ sunt, i. de se ordinatæ, ad bonum illius, qui punitur.

Tria bona intendit ecclesia excōicato alicui.

Cōtra multorum opinionem de pęnis.

## APPENDIX.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem radicitus euellas errorem Ioannis Hus (vt refert Concil. Constātiense, vbi infrà) dicentis: quòd per censuras Ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, ad sui exaltationem clerus laicalem populum sibi suppeditat, auaritiam multiplicat, malitiam protegit, viā præparat Antichristo. Cum enim non nisi pro mortali pertinacia vestito, etiam postquàm non habuerit ecclesia quid amplius faciat pro saluando ipso pertinaci, excommunicatio fieri non debeat (vt monstrat articulus) patet iam ex hoc, quòd per censuram hāc clerus laicos non suppeditat, sed adiuuat; auaritiam non multiplicat, sed restringit; malitiam non protegit, sed pro suo posse, arcet; viam non parat Antichristo, sed Christo. Quòd si forte excommunicandi potestate aliquis (quod nescio) abutatur, ea minus circumspectè in ædificationem fidelium exercendo: iam non de excommunicatione, sed de excommunicationis abusu, fit sermo; ac propterea à simili non de censuris ecclesiasticis, sed de abusu censurarū: ideoque à formali locutione circa ipsas ad materialem transitur. Quòd si ad materialem se transisse (quamuis non paruus error, in philosophia etiam, id reputetur) dicat Ioannes Hus, vt articuli præsentis aciem subterfugiat, incidit in Scyllam cupiens vitare Carybdim. Intolerabilem enim ex hoc errorem suum esse manifestat coram vniuerso mundo; & hoc in terminis suis. Non enim dicit: quòd aliquis clerus, vel aliquis de clero, sed quod clerus, per censuras &c. Quis modo vel mediocriter sciens ignoret; quòd inter tot clericos aliqui sint circa vsum excommunicationis benè se habentes: & consequenter quòd censurarum abusum omnibus indifferenter clericis attribuere, est non tantum erroneum, sed etiam nimis temerarium?

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Secundo

2 Secundò igitur habes, quomodo per rationem ostendas, errorem prædictum (siue formaliter, siue materialiter sumatur) meritò damnari a Conc. Constantiensi sess. 15. cuius sententiam damnatoriam contra Hus, vide quæst. 19. artic. 5. appen. Item à &c. vt art. 2. appen. Speciatim Matth. 18. Non enim Christus potestatem censurarum ibi dedisset Ecclesiæ (ut patet:) si hanc de se esse in destructionem, & non in ædificationem, salutis; aut ab omni clero semper abutendam fore, sciuisset. Tertiò habes, quomodo per rationem ostendas, meritò fuisse a Concilio Tridentino sancitum, quòd non nisi magna circumspectione debeat quis excommunicationis gladio vti; & hoc sess. 25. c. 3. de refor. 2. sic. Quamuis excommunicationis gladius neruus sit ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos ualde salutaris; sobrie tamen, magnaque circumspectione exercendus est: cum experientia doceat; si temere, aut leuibus ex causis incutiatur, magis contemni, quàm formidari; & perniciem potius parere, quàm salutẽ. Quapropter excommunicationes illas, quæ monitionibus præmissis, ad finem reuelationis (ut aiunt) aut deperditis, seu subtractis rebus ferri solent, a nemine prorsus, præterquàm ab Episcopo decernantur: & tũc non aliàs, quàm ex re non vulgari, causaque diligenter, ac magna maturitate per Episcopum examinata, quæ eius animum moueat; nec ad eas concedendas cuiuslibet sæcularis, etiam Magistratus, authoritate adducatur, sed totum hoc in eius arbitrio, & conscientia sit positum; quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore eas decernendas esse iudicauerit. In causis uero iudicialibus mandatur omnibus iudicibus ecclesiasticis, cuiuscumque dignitatis existant, vt quandocumque executio realis, uel personalis in qualibet parte iudicij propria authoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, quàm in definiendo a censuris ecclesiasticis, sed liceat eis (si expedire videbitur) in causis ciuilibus ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus contra quoscumque, etiam laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locis pijs ibi existentibus eo ipso, quòd exactæ fuerint, assignentur, seu per captionem pignorũ, personarumq; districtionem, per suos proprios, aut alienos executores faciendam, siue etiam per priuationem beneficiorum aliaque iuris remedia, procedere, & causas definire. Hæc ibi. Item meritò fuisse dictum a concilijs multis, &c. ut artic. 2. appen. Item meritò fuisse insinuatum, quòd medicinæ sunt a Papa Innoc. IIII. in Cõc. Lugdunensi. Cum medicinalis sit excommunicatio non mortalis, disciplinans, non eradicans, (dumtamen is, in quem lata fuerit, non contemnat) cautè prouideat iudex ecclesiasticus, ut in ea ferenda ostendat, se prosequi quod corrigentis fuerit, & medentis &cæt. & hæc eadem in suspensionis, & interdicti, sententijs uolumus obseruari. Hæc ibi, & recitantur, de sententia excommunic. in sexto. Per hoc ergo etiam, a simili, colligitur, quòd suspensionis, & interdicti, pœnæ sunt medicinales. Item a Concilio Arelatensi 2. cap. 30. Secundum instituta seniorum, si a communione sacerdotali fuerit authoritate suspensus episcopus; hunc non solum a clericorũ, sed etiam a totius populi colloquio, atque conuiuio placuit excludi; donec resipiscens ad sanitatem redire festinet. Hæc ibi. Ex prædictis confunditur etiam Hus; (ut bene consideranti, & applicanti patet. Non enim tantum laicalis populus censuris ecclesiasticis, sed & Episcopus (quando opus est) corripitur, quod vtique est signum euidenter eius errores destruens.

Item a Concilio Cathaginẽsi primo cap. 3. Persuasio interdum prudentes solet arcere a peccatis: dum imprudentes debet metus huiuscemodi constringere, si sanum consilium respuunt, & salutare mandatum. Si ergo laici sunt; post monitionem, si contempserint, a communione separentur. Hæc ibi. Propter ly debet, facit multum ad confirmationem articuli secundi: item ly arcere a peccatis, monstrat; quòd sunt medicinæ, quantum est de se, & de intentione ecclesiæ excommunicantis, uel alias censuras inferentis, licet ex defectu excommunicatorum, vel aliter censuratorum quandoque mors sequatur horribilior. Sed tamen, etiam tunc, medicinę sunt: quia in salutem, aliorum videntium vtilique timore inde concussorum, proficiunt. Quartò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum pro quanto aliquem sic, vel sic pro damno temporali dicunt posse excommunicari, & intelligas, & probes, & defendas. Quintò vides quomodo ex his vicissim doctrina hæc Angelica, declaretur, & confirmetur.

[Margin: 3 — Ly ualde salutaris facit pro art. 2. & contra Huss. — Notent ij, ad quos pertinet. — Cẽsuræ ecclesiasticæ sunt medicinæ. — 4 — 5]

---

SVPER Q. LII. Aliàs 21. Art. IIII.

Concl. 1. Excommunicatio iniusta, ex parte excommunicantis tantum, habet effectum suum; quamuis ille, qui excommunicat, peccet.

¶Prob. 1. Quia excommunicatio tũc habet effectum suum, qñ excommunicatus iuste patitur: & in excõmunicatione iniusta, ex parte excommunicantis tantum, excommunicatus iuste patitur. Secunda autem pars, scilicet quàmuis &c. probatur. Quia excommunicans iniuste facit; & quicũq; iniuste facit, peccat.

¶Concl. 2. Excommunicatio iniusta ex parte excommunicationis, ita quòd iniustitia sententiam nullam esse faciat, non habet suũ effectum.

¶Not. Duodecim casus, in quibus excommunicatio est nulla, habẽtur i glossa sexti decret. tit. de sent. excõm. c. præsenti. Vbi passim allegat canones multos. Ideo vide ibi.

¶Prob. Quia talis excommunicatio non est excommunicatio.

¶Concl. 3. Excommunicatio iniusta, ita quòd iniustitia non annullet sententiam, habet effectum suum.

¶Prob. Quia talis excommunicatio est excommunicatio (hoc præsupponitur, ab oppositis ex probatione conclusionis secundæ.)

¶Concl. 4. Excommunicatus iniustè, dummodo excommunicatio non annullet sententiam, debet humiliter obedire (& hoc erit ei ad meritum,) uel absolutionem petere ab excõicante, uel ad superiorem iudicem recurrere: si autem contemneret, eo ipso mortaliter peccaret.

¶Not. Ly humiliter. Hoc non tñ est limitatio de ly obedire, sed etiam de ly petere absolutionem. Debet enim talis humiliter petere absolutionem, nõ per metũ compellere. Alioquin absolutio sic obtenta, non ualeret: & tunc iure excommunicationem incurreret. Vide Papã Greg. IX. in Cõc. Lugdu. qui dicit. Absolonis beneficiũ ab excõicationis snia, uel quamcumque renocationẽ ipsius, aut suspensionis, seu interdicti, per uim vel metum extortam, præsentis constitutionis auctoritate, omnino uiribus uacuamus, &c. Eos, qui absolutionem, seu renocationem huiusmodi ui uel metu extorserint, excõmunicationis sententiæ decernimus subiacere. Hæc ibi, & habentur in 6. de his, quæ vi, metus ue cau. hunc Item. Quartam hanc conclusionem diligenter memoriæ mãdato: ut & ab erroribus, in quibus nonnulli uiri alioqui sapientes decipiuntur, libereris; & proximos non scandalizes ex peccato magno inobedientiæ tuæ sed ipsos una tecum ædifices. Item. Hanc ipsam conclusionem ueram esse, declarauit facto suo Conc. Triden. quando in indice librorum prohibitorum mutilari & corrigi mandauit sermones aliquos, ubi de tali casu excõmunicationis cuiusdam Ferrariensis agebatur: ubicũque de hac re incidisset quæstio, & qualiscũque determinatio in sermonibus illis: contra istam Sancti Doct. quartam conclusionem. Vide mirandum satis de tanto uiro, & de aliis quibusdam ipsum in hoc defendere attentantibus;

[Margin: 24 — Vt dr 4. sẽ. ar. 18. §. 6. in fin. & q. psenti art. 2. 1. tit. art. 2. ad 3. — * Super illud. M. 16. Tibi dabo claues t. 9. — * Hom. 26. in Euange. mediũ hr. 11. q. 3. c. 1. & 17.]

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum excommunicatio iniuste lata habeat aliquem effectum.*

AD QVARTVM, sic proceditur. Videtur quod excommunicatio iniuste lata nullo modo effectum habeat. Quia per excommunicationem protectio, & gratia Dei subtrahitur * quæ non iniustè subtrahi potest, ergo excommunicatio iniustè lata non habet effectum.

¶ 2 Præterea, Hieronymus dicit, * quod est de supercilio Phariseorum, æstimare esse ligatum, vel solutum, qui ligatur, vel soluitur, iniustè; sed eorum supercilium erat superbum, & erroneum, ergo excommunicatio iniusta nullum habet effectum.

Sed contra. Secundum Gregor. pręcepta Pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda sunt: non autem essent timenda, nisi aliquid nocerent etiam iniusta ergo, &c.

Respon. Dicendum, quod excommunicatio potest dici iniusta dupliciter. Vno modo ex parte excommunicantis, sicut cum ex odio, vel ex ira aliquis excommunicat, & tũc excommunicatio nihilominus habet effectum suum, quamuis ille qui excommunicat peccet, quia iuste patitur, quamuis ille iniuste faciat. Alio modo ex parte excommunicationis ipsius, vel quia causa excommunicationis est indebita, vel quia infertur sententia iuris ordine prætermisso, & tunc si sit talis error ex parte sententiæ, qui sententiam nullam esse faciat, non habet effectum, quia non est excommunicatio. Si autem excommunicatio non annullet sententiam, habet effectum suum, & debet excommunicatus humiliter obedire, & erit ei ad meritum, vel absolutionem petere debet ab excommunicante, vel ad superiorẽ iudicem recurrere. Si autem contemneret, peccaret. Contingit autẽ quandoque quòd est debita causa ex parte excommunicantis, quæ non est debita ex parte excommunicati, sicut cum quis pro falso crimine in iudicio probato excommunicatur, & tunc si humiliter sustinet, humilitatis meritum recompensat excommunicationis damnum.

Ad

bus; quòd D. Thomæ tam apertas literas conatus illorum reprobantes non uiderint.

¶ Prob. Quia hoc, tamquàm clarum ex se, præsupponitur.

¶ Not. Clarum esse hoc colligitur ex Concilio decernente (vt supra notatione immediate præmissa:) & ex Gregorio ibi. Nam ibi loquitur de absolutione a sententia excommunicationis, etiam iniustæ (secundū glo.)

¶ Concl. 5. Quando excōmunicatio procedit ex debita causa ex parte excommunicantis, quæ non est debita ex parte excōmunicati; tunc si excommunicatus humiliter sustinet, meritum humilitatis recompensat excommunicationis damnum.

¶ Not. Aduerte differentiam inter quartam, & quintam conclusionem: quòd in quarta excommunicatus debet petere absolutionem, de qua re nihil dicitur in quinta. Ratio est: quia si quinto modo excommunicatus peteret absolutionem, eo ipso videretur fateri, se esse in crimine pro quo excommunicatus est; cum tamen hoc falsum sit (ut in textu declaratur.) Conueniunt vero in hoc, ꝙ vterque illorum excommunicatorum debet humiliter se habere, non contemnere. Nam contemptus ipse culpam de nouo faceret, ubi culpa non erat: & inde perniciem sibi generaret: vnde, humilitate addita, meritum sperabatur. Excommunicatio igitur vtrouis modo iniusta semper timenda est. i. & non contemnenda, si culpa euadenda est; & humiliter sustinenda, aut etiam seruanda, si meritum inde habere uolumus.

¶ Prob. Quia vt manifesta ex se præsupponitur.

¶ Coroll. Ex his ergo omnibus conclusionibus patet, quòd excommunicatio potest esse iniusta ex triplici capite, s. ex parte, vel excommunicatis (en prima conclusio) vel excommunicationis (en secunda, & tertia,) uel excommunicati (en quinta.) Ex his etiam patet; quid debeat facere excommunicatus sic, vel sic iniuste: quod. s. numquàm debet contemnere; sed aliquando debet humiliter sustinere (ut in quinta;) aliquando vltra hoc debet humiliter obedire, & absolutionem petere (ut in prima, & tertia;) aliquando non tenetur obedire nec absolutionem pētere (ut in secunda)

Casus memorandus ꝓ cōscientia.

¶ Examen. Ly humiliter sustinet. Non dicit in isto casu textus; quod humiliter obediat. Ratio est: quia sub pœna excommunicationis latæ sententiæ potest præcipi quandoque id, quod apud iudicem secundum allegata & probata iustum est, & secundum rei veritatem ei, in quem decernitur excōmunicatio certò notam iniustum. Puta. Allegatur, & probatur apud iudicem Ecclesiasticum, ꝙ inter Bertam, & Titium est matrimonium sine impedimento aliquo; & instatur, ut cohabitent simul, sibique mutuem reddant debitum. Ex alia parte Titius certò scit impedimentum inesse huic matrimoniali cohabitationi: sed hoc apud iudicem illum probare non potest. Ad instantiam ergo partis allegantis, & probantis (ut supra) iudex fert excommunicationem latæ sententiæ, ut Titius modo prædicto cohabitet Bertæ. In hoc, & alijs eiusdem tenoris casibus, loquitur quinta conclusio: & ideo non dicit, quòd Titius debeat obedire, sed humiliter sustinere. Quæ Sancti Thomæ determinatio declaratur simul & confirmatur ex responso Papæ Innocen. III. de senten. excomm. Inquisitioni tuæ respondentes credimus distinguendum: utrum si alter coniugum pro certo sciat impedimentum coniugij, propter quod sine peccato mortali non valet carnale commercium exercere; quamuis illud apud ecclesiam probare non possit: an non sciat pro certo, sed credat. In primo casu debet potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale. In secundo distinguimus; vtrum habeat conscientiam huiusmodi ex credulitate leui & temeraria, an probabili & discreta. Et quidem ad sui pastoris consilium conscientia leuis, & temerariæ credulitatis explosa; licite potest non solum reddere, sed exigere debitum coniugale. Verum cum conscientia pulsat animum ex credulitate probabili & discreta, quamuis non euidenti & manifesta; debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet: ne in alterutro, vel contra legem coniugij, vel contra iudicium conscientiæ committat offensam. Hæc ibi. Textus ergo per ly humiliter sustinere, denotat: non esse faciendum, contra conscientiam, quandocumq; casus eiusdem tenoris cum recitato a Papa occurrerit: sed nec tunc contemnendum, nec superbe impugnandum Imperium Pontificis, uerum, pro quanto potest fieri tuta conscientia, superiori obediendum. V. g. Præcipit superior & cohabitationem cū altero coniugum, & mutuam debiti redditionem (ut supra.) Reclamat conscientia quo ad redditionem debiti certa de impedimento apposito, non autem quo ad reliquam cohabitationem: tunc (secundum textum ar. præsentis) cohabitet simul Titius ille cum Berta prouidendo etiam ei de necessarijs pro victu & vestitu; & non commisceatur illi carnaliter. In cohabitando tamen uitentur occasiones peccati mortalis: aut aliàs etiam prouideatur discretè apud præcipientem: ne quando offendatur Deus. Ly annullet sententiam. Multipliciter sententia dicitur nulla: quod longum esset referre hic. Ideo Doctores Canonistas, & Casuistas consule de hac re, tit. excommunicatio de causa formali, tit. de sent. excomm. vel tit. simili. Vide etiam no. post concl. secundam.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ quamuis homo gratiam Dei iniuste amittere nō possit, potest tamē amittere illa iniuste, quæ ex parte nostra sunt, quæ ad gratiam Dei disponūt, sicut patet si subtrahatur alicui doctrinæ verbum ꝙ ei debetur, & hoc modo excōmunicato gratiam Dei subtrahere dr̄, vt in prędictis patet.

Ad secundum dicendum, ꝙ Hieronymus loquitur quantum ad culpam, & non quantum ad pęnas, quæ possunt etiam iniuste infligi à rectoribus Ecclesiarum.

QVAE-

1^m de maiori. Protectio & gr̄a Dei. ℞. Vel saltem illa, quæ ex parte nostra disponunt ad protectionem, & gratiam Dei. §. Tunc nihil &c. Nam excōmunicatio iniustè lata habet effectum suum, (obseruatis obseruandis in conclusionibus) inquantum subtrahit illa, quæ ex parte nostra ad gratiam disponunt: nec aliter intelligit conclusionum determinatio dicentium, ꝙ excommunicatio iniuste lata habet effectum suum. Homo enim gratiam Dei iniustè amittere non potest: ut patet in litera.

art. 1. co & ad 3. & ar. præsenti arg. 5.

¶ Not. Ly homo gratiam Dei iniuste amittere non potest. Confirmatur hoc ex Concil. Trid. sess. 6. c. 11. sic. Deus sua gratia semel iustificatos non deserit: nisi ab eis prius deseratur. Hæc ibi. Item ex Apost. ad Hebr. c. 12. Contemplantes, nè quis desit gratiæ Dei. Per hoc enim quòd non dixit Apost. ne gratia Dei alicui desit; sed, ne aliquis desit gratiæ Dei, denotauit: quòd homo est primus ad deserendum gratiam habitam, non autem gratia ad deserendum hominem; & consequenter, quòd homo gratiam Dei iniustè. i. sine culpa propria, amittere non potest.

2^m ex Hieronymo. Esse ligatum. ℞. Quantum ad culpam: non, quantum ad pœnam. §. Tunc &c. Nam quando in conclusionibus præsentis articuli, dicitur quòd habent effectum suum iniustæ excommunicationes, intelligitur quantum ad pœnam tantum (ut in litera responsi;) nisi aliud accedat, puta inobedientia. Non enim culpa nascitur nisi ex nobis. quod & Matth. 15. per ly de corde exeunt cogitationes malæ, & apud Chrysostomum, per ly nemo lęditur nisi a semetipso, confirmatur.

## APPENDIX.

Vtilitas ꝓ S. Ecclesia &c.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationē interimas errores Ioannis Huss, (vt refert Conc. Constantiense infra) dicentis: quòd sacerdos viuens secundum legem Christi, & habens notitiam scripturæ, & affectum ad ædificandum populum, debet prædicare; non obstante prætensa excommunicatione. Item eiusdem dicentis; quòd quilibet prædicantis officium de mandato accipit, qui ad sacerdotium accedit; & illud mandatum debet exequi, non obstante excommunicatione. Item Ioannis Vuiclef peius dicentis: quòd illi qui dimittunt prædicare, siue audire uerbum Dei, propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati, & (secundum Prat.) addentis, quòd in die iudicij habebuntur Antichristi, & proditores. Secundò habes: quomodo per rationē ostendas; errores hos merito damnari a Conc. Constantiense sess. 8. contra Vuiclef, & 15. contra Huss: cuius sententiam damnatoriam lege supra q. 10. ar. 3. de Vuiclef, & q. 19. artic. 5. de Huss, app. Item a Concil. Lateranensi sub Leone X. sess. 11. ubi Leo post alia multa subdit. Sacro approbante Concilio statuimus, & ordinamus: ut nullus tam clericus sæcularis, quàm cuiuscumque etiam mēdicātium ordinis regularis, aut quiuis alius, ad quem facultas prædicandi tam de iure, quàm de consuetudine, uel priuilegio, aut alias pertinet, ad huiusmodi officium exercendum admittatur nisi per superiorem suum diligēter examinatus, ac morum honestate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplo ad illud opus, & idoneus reperiatur. Et hic quocumque postea prædicaturus accesserit de huiusmodi examine & idoneitate sua per literas, seu aliàs suis examinatoris approbatorisque Episcopis & alijs locorum ordinarijs fidem legitimè faciat, &c. Si qui autem contra præmissorum aliquid committere, quicquàm ausi fuerint excommunicationis sententiam incurrant, à qua non nisi a Rom. Pontifice absoluantur, & ut horum exemplo alij attentare similia minimè audeant, eis prædicationis officium interdictum esse perpetuò decernimus, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, &c. Hæc ibi. Leo autem X. fuit post Concilium Constantiense, quod damnauit ipsos Vuiclef & Huss: & consequenter per hoc quòd excommunicationem de nouo profert, vt supra, demonstrat; quòd loquitur contra errores q ab Vuiclef & Huss, prodierunt, & eos dānat. Item a Concil. Trid. sess. 25. c. 3. de refor. 2. si obdurato animo censuris annexus in illis per annum insorduerit: etiam contra eum, tanquàm de hæresi suspectum, procedi possit. Hæc ibi. Item a &c. ut supra artic. 1. appen. ubi ostenditur quàm timenda sit excommunicatio. Adde 3 quòd tales excommunicati, etiam de suspicione hæresis per Cōcil. Triden. notantur modo iam dicto: & consequenter perpende hinc, quanti

quanti terroris sit excommunicari, uel etiam excommunicationi non obedire. Item a Concilio Triburiensi c.3. sic, Idcirco non potentiam ostendentes, sed iustitiã exhibentes præcipimus, & authoritate nostra iniungimus omnib. regni nostri Comitibus, postquàm ab Episcopis anathemate excommunicationis percellunt, & tamen ad pœnitendum non inclinantur, ut ab ipsis comprætendantur: ut qui diuinum iudicium non verentur, humana sententia feriantur. Hæc ibi. Item a Papa Eugenio II. ex Concil. Rhemensi, sic. Qui excommunicato, donec ab eo, qui eum excommunicauerat, uel ab alio authoritate sedis Apostolicæ soluatur, scienter communicare præsumpserit excommunicationis sententia ipsum teneri censemus. Hæc ibi. Auditores ergo prædicatoris excommunicati notorie, antequàm absoluatur videtur excommunicati per Eugenium. Item a Conc. apud palatium Vernis, cap.9. sic. Quòd si aliquis ista omnia contempserit, & Episcopus emendare minime potuerit: regis iudicio, exilio condemnetur. Hæc ibi: vbi in contextu est locutio de excommunicatione. Tertio habes: quomodo per rationem ostendas:

ostendas meritò dictum fuisse à Papa Greg. II. quæst.3. Sententia Pastoris, siue iusta, siue iniusta fuerit, timenda est. Hæc ibi. Vbi insinuatur: quòd excommunicatio iniusta quandoque habet suum effectum: qui effectus multũ timendus est. De quo effectu in art. 1. & in Conc. apud Palatiũ Vernis c.9. Vt sciatis qualis sit modus istius excõicationis: in ecclesiam non dẽt intrare, nec cũ vllo Christiano cibum, vel potum sumere, nec eius munera accipere dẽt, uel osculum porrigere, nec in oratione se iungere, nec salutare: antequàm ab epõ suo fuerit recõciliatus. Hęc ibi. De quo ẽt effectu loquutus est Greg. IX. de sent. excom. Si quẽ &c. a iudice excõicari cõtingat: dicendũ est, cũ non tñ minori; quæ a perceptione sacrorũ; sed etiã maiori excõicatione, quæ a cõione fideliũ separat esse ligatũ. Hæc ibi. Quartò habes: quõ p rõnem præmissa dicta Patrũ, p quanto excõicationẽ iniustã dicunt esse timendã, uel effectũ suum habere, vel non contemnendam, sed humiliter obseruandam, & intelligas, & probes, & tuearis. Quintò vides: quomodo ex ijs Angelica hęc doctrina vicissim consolidetur, & declaretur.

---

## QVAEST. LIII. Aliàs 22.

*De his qui possunt excommunicare, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de his qui possunt excommunicare, & excommunicari.

Circa quod quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum quilibet sacerdos possit excommunicare.

¶ Secundò, Vtrum non sacerdos excommunicare possit.

¶ Tertiò, Vtrum excommunicatus, vel suspensus possit excommunicare.

¶ Quartò, Vtrum aliquis seipsum, vel ęqualem, vel superiorem possit excommunicare.

¶ Quintò, Vtrum aliqua vniuersitas excommunicari possit.

¶ Sextò, Vtrum semel excommunicatus excommunicari possit vlterius.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum quilibet sacerdos possit excommunicare.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd quilibet sacerdos possit excommunicare. Excommunicatio enim est actus clauium, sed quilibet sacerdos habet claues, ergo quilibet potest excõmunicare.

¶ 2 Præt. Maius est soluere, & ligare in foro pœnitentiæ, quàm in foro iudicii, sed quilibet sacerdos potest sibi subditos in foro pęnitentiali absoluere, & ligare: ergo etiam potest sibi subditos quilibet sacerdos excõmunicare.

SED CONTRA. Ea, in quibus imminet periculum, sunt maioribus reseruanda, sed pœna excommunicationis est valde periculosa, nisi cũ moderamine fiat, ergo non debet cuilibet sacerdoti committi.

RESPON. Dicendum, quòd in foro conscientiæ causa agitur inter hominem, & Deum, in foro autẽ exterioris iudicii causa agitur hominis ad hominem, & ideo absolutio, vel ligatio, quæ vnum hominem obligat quo ad Deum, tantum pertinet ad forum pœnitentiæ, sed illa, quæ hominem obligat in comparatione ad alios homines, ad forum publicum exterioris iudicii, pertinet: & quia homo per excõmunicationem a communione fidelium separatur, ideo excõmunicatio ad forum exterius pertinet, & ideo illi soli possunt excommunicare: qui habent iurisdictionem in foro iudiciali, & propter hoc soli Episcopi propria authoritate, & maiores Prælati secũdum communiorem opinionẽ possunt excommunicare. Sed presbyteri parochiales non nisi ex commissione eis facta, vel in certis casibus: sicut in furto, & rapina & huiusmodi, in quibus est eis a iure concessum, quod excommunicare possunt. Alii autem dixerunt, quod etiam sacerdotes parochiales possunt excõicare, sed prędicta * opinio est rationabilior.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd excõmunicatio non est actus clauis directè, sed magis respectu exterioris iudicii, sed sententia excõmunicationis quamuis in exteriori iudicio promulgetur, quia tamen aliquo modo pertinet ad aditum regni,

## SVP. Q. LIII. Aliàs 22. Art. 1.

CONCL. 1. Illi soli possunt excõmunicare, qui habent iurisdictionem in foro iudiciali.

¶ PROB. Quia ligatio, uel absolutio, quæ hominẽ obligat in cõparatione ad alios homines, ad forum publicum exterioris iudicij pertinet (patet ab oppositis de foro pęnitentiæ:) & excommunicatio hominẽ obligat in comparatione ad alios homines (cum a fidelium cõmunione separet. q.21. ar.1.)

¶ NOT. In foro conscientiæ, & in foro exterioris iudicij inuenitur conuenientia & disconuenientia. Conuenientia quidem; q̃a in utroque homo Deo reconciliatur per absolutionem, uel non reconciliatur per ligationem: in foro autem iudiciali vltra hoc requiritur respectus ad homines, & ideo forus exterior dicitur iurisdictionẽ maiorem exigere, quàm interior.

¶ CONCL. 2. Soli Episcopi propria authoritate & maiores Prælati, (secundam communiorẽ opinionem) possunt excommunicare. Episcoporum nomine intelligit cõclusio Episcopos etiam non consecratos, dummodo electi & confirmati sint, quãmuis non consecrati. Nã possunt ea quæ sunt iurisdictionis, ut excommunicare, suspendere, interdicere, (extra de elect. & ele. potest. transmissam:) licet nondum possint ea quæ sunt ordinis episcopalis, ut ordines conferre, benedicere virgines, &c.

¶ PROB. Quia soli Episcopi, ac maiores Prælati habent iurisdictionem in foro iudiciali ex propria authoritate, seu ordinariam.

¶ CONCL. 3. Presbyteri parochiales non, nisi ex commissione eis facta, uel in certis casibus eis a iure concessis, excommunicare possunt.

¶ EXAMEN. Ly ex commissione. Cõsuetudinem etiam priscam per hoc intelligit: quoniam talis consuetudo est quædam tacita commissio: & dat iurisdictionem 9.q.3. conquestus. Ly presbyteri parochiales. Nil aliud scilicet habentes, præter hoc: q̃ sunt tales. Nam plebanus potest excommunicare subditos suos, de offic. iud. ord. cum ab ecclesiarũ: nisi cõsuetudo sit in cõtrarium. Ly presbyteri. s. sęculares. Nam regulares in pastorali cura cõstituti, puta prior cõuentualis, & Abbas, possunt excommunicare monachos suos de maio. & obed. cum in ecclesijs, & de simo. sicut: quamuis non possit prior claustralis. Ratio omnium vna est: q̃a de iure, vel consuetudine habent subditos, & in foro contentioso ecclesiastico eis ius dicere possunt: quod nõ potest prior claustralis. Adde: quòd prior conuentualis ponitur per electionem canonicã: sed claustralis non, sed solum ab Abbate, cuius est delegatus. Vñ non, nisi mortuo Abbate, q̃a eius vices per legem in omnibus obtinet, potest excõmunicare iure suo: sicut & capitulum vacante sede, quãdo gerit vices ĩ spiritualibus episcopi mortui de maio. & obed. is, qui. Quãuis excõicatio sit proprius mucro Epi. 16. q. 2. uisis: maxime si cointelligatur solẽnitas posita 11. q. 3. Debẽt. Vbi dr. Debet 12. sacerdotes episcopum circunstare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in cõclusione anathematis, uel excõmunicationis proijcere debent in terram, & cõculcare pedib. Deinde epist. ad parochias mittatur continens nomina excommunicatorũ, & causam excommunicationis. Hæc ibi, & in hoc sensu maxime, intelligitur conclusio secunda prædicta. De epistola mittenda loquitur ad hoc: ut excommunicati vitentur; infra q.13. ar. 1.

¶ PROB. Quia presbyteri parochiales non habent propria authoritate iurisdictionem in foro exteriori; sed eam ex commissione habere possunt.

1m de maiori. Est actus clauium. R. Non tamen directè. §. Tunc &c. Licet enim quilibet sacerdos habeat clauem ordinis, quę dicitur clauis directè: non tamen habet clauem iurisdictionis exterioris iudicij, quæ dicitur clauis potius in di-

indirectè. Quare autem directè, uel indirectè ista, vel illa clauis dicatur: vide in textu.

¶Examen. Ly vtramque tamen Deus Petro contulit Matt 16. Scilicet singulariter: vt habetur ad literam supra quæst. 20. art. 1. ad primum, & etiam ex hoc contextu. Nisi enim singulariter Petro contulisset, non diceret textus ly ab ipso i alios descendit. Vt quid em̃ necesse esset, potestatẽ huiusmodi a Petro descendere in alios: si alij hanc sine Petro haberent? Quòd si non habent, ex hoc est q̃a Petro singulariter collata est. Hinc dicitur, & meritò quòd sacerdotium in ecclesia est vnum; q̃ ecclesia est vna; quòd regnũ ecclesiæ est Monarchicum; quòd hierarchia ecclesiastica est subordinata; quòd ecclesiæ sunt multa membra & vnum corpus, & similia. Ratio est om̃num horum: quia omnia referuntur ad vnum. A Petro enim (per textum hunc verissimum, ut aliàs probatum fuit canonice) solo in terris descendit omne sacerdotium verum; omnis potestas vera tum ordinis, tum iurisditionis ecclesiasticæ: & sic de alijs prædictis. De hoc primatu Petri vide q. 17. ar. 1. appen. & q. 20. artic. 1. coroll. post primum.

De primatu Petri in vtraq; potestate.

¶Not. Ne mireris: quod potestas iurisditionis a Petro in alios descendat (ut hic dicitur:) & tamen quòd episcopi propria authoritate (ut in secunda conclusione dicitur) habeant iurisditionem. Non enim dissident hæc: quamuis videantur. Nam illa, quæ descendunt a Petro sunt in duplici discrimine. Vel enim ab ipso communicantur alicui per temporariam quandam commissionem: uel per ordinariam institutionem. Primo modo communicata dicũtur haberi ab inferioribus non propria authoritate, sed delegata: secundo autem modo haberi ab inferioribus dicuntur authoritate non delegata, sed propria. Institutio enim prædicta trahit secum intrinsece iurisdictionem talem: & ideo non delegata dicitur, sed propria ei qui sic instituitur. Tales sunt omnes episcopi catholici: in cuius signum dicuntur perpetui administratores talis, vel talis ecclesiæ. Hinc patet, quòd proprium non sumitur hic, vt dicit independentiam ab alio puro homine (sic. n. est solius Petri propria authoritas) sed ut dicit id, quod semper concomitatur rem ipsam. Ergo ly proprium potest conuenire pluribus, & tamen vnicuique erit proprium.

2^m de maiori. Maius est. &. Quantum ad dignitatem: non quantum ad solemnitatem. §. Tunc & cæt. Stat enim simul, & quòd quilibet sacerdos, possit exercere id, quòd dignius est, absolute loquendo, & quòd non possit id, quod solemnius est. Nam in solemnitate, de qua loquimur, requiritur aliquid, quod non requiritur in illo digniori.

¶Not. Ligare & soluere in foro pœnitentiæ, ideo dignius est, quia & clauis hæc ordinatur directe ad regnum (ut in ad primũ,) & a sacerdote tantum administratur (quæst. 8. artic. 1. & 2.) Ligatio autem & solutio in foro exteriori: nõ est sic. Potest enim etiam non sacerdos super censuras ex commissione, & huiusmodi censurarum clauis ordinatur mediate ad regnum (ut in ad primum, & quæst. 19. art. 3. & 9. huius, ar. seq. & 4. dist. 19. q. 1. arti. 1.)

APPENDIX.

Volitas Eccles. & S. Dei.

1 Ex artic. habes primò: quomodo per rationem deijcias errorem Antidiaphoristarum dicentium: quòd episcopi nullam habent iurisdictionem. Secũdò habes, quomodo per rationem ostendas; 2 illum meritò damnari a Cõcil. Antiocheno sic. Si quis presbyter, vel diaconus, vel quilibet clericus deserta ecclesia sua ad aliam transeundum esse crediderit, & ibi paulatim tentet, quò migrauerit, perpetuo manere, vlterius ministrare non debet; præsertim si ab episcopo suo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quod si post euocationem sui Episcopi nõ obedierit, sed inobediens perseuerauerit, omnimodo ab officio suo deponi debere, nec aliquando spem restitutionis habere, decernimus. Si uero propter hanc culpam depositũ alius Episcopus susceperit; & ipse a communi Synodo pœnam merebitur increpationis tãquàm ecclesiastica iura dissoluens. Hæc ibi: & recitantur 7. q. 1. Nota ly iura ecclesiastica. Ergo Episcopus habet iurisdictionem (secundum Conc.) & vnusquisque distinctam a iurisdictione alterius. Facit & hoc Concil. pro quæst. art. 2. cum ecclesiam excommunicare debere aliquem dicat. Item a Leone Papa ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum, sic. Si quis Episcopus, suæ ciuitatis mediocritate despecta, administrationem celebrioris loci ambierit; & ad maiorem se plebem quacumque ratione transtulerit; a cathedra quidem pellatur aliena, sed & carebit propria, vt nec illis præsideat, quos per auaritiam concupiuit, nec illi, quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis contentus quisque sit: nec supra mensuras iuris sui affectet augeri. Hæc ibi, & recitantur 7. q. 1. Nota ly mensuras iuris sui: ex quo dicto infer, vt supra. Item a Calixto Papa Primo, epist. 2. ad omnes Galliarum Episcopos, sic. Nemo alterius terminos usurpet, nec alterius parochianum iudicare, aut excommunicare præsumat quia talis iudicatio, uel ordinatio, aut excõmunicatio, uel damnatio, nec rata erit, nec uires vllas habebit; quoniam nullus alterius iudicis, nisi sui, sententia tenebitur aut damnabitur, &c. Sed hoc obseruet, q̃ ab Apostolis, ac patribus, & prædecessoribus nostris est statutum, & a nobis confirmatũ, i. si quis Metropolitanus Episcopus, nisi quod ad suam solummodo propria pertinet parochiam, sine consilio ac uoluntate comprouincialium Episcoporum extra aliquid agere tentauerit; gradus sui periculo subiacebit, &c. Nullus ad possessionem accedat (quæ ad eum non pertinet, & alterius Episcopi est parochiæ) super cuiusquam dispositione; nisi vocatus ab eo, cuius iuris esse dignoscitur: aut quicquàm ibi disponat, uel ordinet, aut iudicet. Hæc ibi. Nota ly iudicis, & ly iuris: quoniam his uerbis ad literam iurisdictio Episcopis assignata, & quidem ab Apostolis ipsis, &c. (vt ibi,) decernitur. Item a Papa Martino V. in Concil. Constantiensi sess. 43. de exemptionibus. Attendentes, quòd &c. nonnullas ecclesias, monasteria, capitula, conuentus, beneficia, &c. a iurisditionibus ordinariorum, &c. nullatenus exempta de nouo a dictorum ordinariorum iurisditionibus exemerunt, &c. subijciebantur ordinariç iurisdictioni, &c. Sacro approbante concilio reuocamus: ecclesias, monasteria, & alia loca prædicta in pristinam ordinariorum iurisdõnẽ reducimus. Hæc ibi. Itẽ a Conc. Trid. sess. 6. c. 5. de refor. Itẽ ab eod. sess. 14. c. 7. de pœn. & c. 2. de refor. Itẽ ab eod. sess. 25. c. 6. de refor. 2. & c. 17. ibid. 3 Tertiò habes, q̃uo p rõnem oñdas, meritò dici, extra de offic. iud. ord. quasi p totũ, q̃ epĩ pñt excõicare. Q̃d etiã facit ad q. 21. ar. 2. ubi statuitur p Concilia, hoc idẽ, s. q̃ excõicare pñt. 4 Quartò habes, q̃uo per rationem prædicta Patrum, pro quanto episcopos iurisditionem habere & posse excommunicare, & sine iurisditione excommunicationem non ualere insinuant, & intelligas, & declares, & defendas. 5 Quintò vides, quomodo vicissim ex ijs Angelica hæc doctrina, & declaretur, & consolidetur.

gni, s̃m q̃d ecclesia militans est via ad triumphantẽ, ideo etiam talis iurisditio per quam homo excõicare potest, clauis potest dici, & secũdum hoc a quibusdam distinguitur, quod est clauis ordinis, quam omnes sacerdotes habent, & clauis iurisditionis in foro iudiciali, quam habent soli iudices exterioris fori. Vtramque tamen Deus Petro contulit, Matth. 16. & ab ipso in alios descendit, qui vtramque habent.

Ad secundum dicendum, q̃ sacerdotes parochiales habent quidem iurisditionem in subditos suos quantum ad forum conscientiæ, sed non quantum ad forum iudiciale, quia non possunt conueniri coram eis in causis contentiosis, & ideo excommunicare non possunt, sed absoluere possunt in foro pœnitentiali: & quamuis forum pœnitentiale sit dignius, tamen in foro iudiciali maior solemnitas requiritur, quia in eo oportet, quod non solum Deo, sed etiam homini satisfiat.

SVP. Q. LIII. Aliàs 22. Art. 2.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum non sacerdotes excommunicare possint.*

Concl. Etiam non sacerdotes, dũmodo iurisditionem habeant in foro contẽtioso, possunt excõicare.

¶Not. Correspondet hæc conclusio dictis. q. 19. art. 3. in cor. Ly dummodo iurisditionem habeant in foro cõtentioso. Hoc est dummodo possit cõueniri coram eis in causis contentiosis subditi eorum. Sic. n. interpretatus est seipsum D. Th. art. 1 ad secundum. Ex hac limitatione habẽt etiã clarior notitia conclus. 3. art. 1. Ratio. n. q̃ sacerdotes Parochiales non possint de se excõmunicare, est, q̃a ipsi, ut sic, nõ hñt ex se iurisditionẽ i foro cõtẽtioso; licet habeãt iurisdõnẽ in foro pœnitentiæ.

¶Prob.

86 Lib. 4. dist. 16. q. g. & h. vt dictũ est sup. q. 19. ar. 3. & 4.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quod non sacerdotes excõmunicare non possint. Quia excommunicatio est actus clauium, vt in 4. Sententiarum dicitur: sed non sacerdotes non habent claues: *ergo excommunicare non possunt.

* Vt ẽt dictũ est. q. 16. artic. 3. cor.

¶ 2 Præt. Plus requiritur ad excommunicationem, quàm ad absolutionem in foro pœnitentiæ, sed non sacerdos in foro pœnitentiæ absoluere non potest: ergo nec excommunicationem inferre.

Sed contra est, quòd Archidiaconi, Legati, & Electi excommunicant, qui quandoque non sunt sacerdotes: ergo non solum sacerdotes excommunicare possunt.

Respon. Dicendum, quòd sacramenta in quibus gratia confertur,

Suffragia ad duo valent.

¶ PROB. Quia excommunicatio non respicit directè gratiam, (cum excommunicatio non sit sacramentum) licet ex consequenti (cum suffragia ecclesiæ, quibus homo per excommunicationem priuatur, vel ad gratiam disponant, vel in gratia conseruent.)

1m de maiori. Clauium. ℞. Iurisditionis: non, ordinis. §. Tunc &c. Stat.n. quòd nō sacerdos careat claue ordinis, & tamen habeat clauē iurisditionis in foro cōtentioso.

¶ EXAMEN. Ly clauem iurisditionis. Scilicet impropriè dictā. Vt sup. q. 19. artic. 3. in corp. fin. ubi dicitur, quòd non propriè dicitur clauis cœlis, sed dispositio ad ipsam. Ex quo etiam concordantur duo hæc dicta, quòd. s. sint duæ claues tantum q. 17. ar. 3. & tamen præter has inueniatur clauis iurisdictionis huius. Dices.n. quòd sunt duæ claues propriæ, & quòd hæc non dicitur propriè clauis.

tur, dispensare ad solos sacerdotes pertinet, & ideo ipsi soli pñt absoluere, & ligare in foro pœnitentiali. Sed excommunicatio non directè respicit gratiam: sed ex consequenti inquantū homo suffragiis Ecclesię priuatur, quæ ad gratiam disponūt, vel in gratia conseruant * & ideo etiam non sacerdotes, dummodo iurisdictionem habeant in foro contentioso, possunt excommunicare.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd quamuis non habeant clauem ordinis, habēt tñ clauem iurisditionis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ista duo se habent sicut excedentia, & excessa: & ideo alicui competit vnum, cui non competit aliud.

2m de maiori. Plus. ℞. Secundum quid, non, simpliciter. §. Tunc &c. Licet enim non sacerdos non possit absoluere in foro pœnitentiæ (ut arguitur,) tamen potest habere illud plus, quòd requiritur ad excommunicandum.

¶ NOT. Illud plus requisitum ad excommunicandum non est aliquid intrinsece additum ad requisita in foro pœnitentiæ; quasi quòd addatur vltra illa in foro pœnitentiæ requisita. Sic enim diceret plus simpliciter, & consequenter non potens absoluere in foro pœnitentiali, multo minus posset excommunicare, quoniam, qui non potest minus, non potest etiam plus. Cæterum illud plus, quod addit excommunicatio, est disparatum quid a requisitis in foro pœnitentiali. i. requiritur in isto foro contentioso, & non requiritur in illo foro pœnitentiæ. Et sic qui potest illud, ad quod requiritur plus hoc modo disparatum, non necessario potest illud, ad quod non requiritur illud plus. Ratio est, quia in isto, ubi non erit illud plus, reperietur aliud plus illo plurijs in alio tamen genere. Sic accidit in proposito fori confessionis, & fori contentiosi, & propterea dicitur in textu, quòd se habent sicut excedentia & excessa, & (quod in idem redit) in artic. 1. ad secundum, dicebatur in textu, quòd forum pœnitentiale est dignius, & iudiciale est solemnius. Quare autem se habeant sic, vide ibi ar. 1. not. post secūdum.

Vtilitas S. Ecclesiæ &c.

A P P E N D I X.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas rectè Matth. 18. insinuatum fuisse, quòd etiam non sacerdotes possunt excommunicare, maximè si addideris Matth. 16. Insinuatum autem est hoc per ly Quæcumque alligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo. Nam hic secundum planum contextum sit tibi sicut ethnicus, loquitur de excommunicandi potestate, & loquitur ad non sacerdotes. Discipuli enim nondum sacerdotes erant, sed postmodum facti sunt. Matth. 26. in ultima cœna. Per hoc igitur, quòd excommunicandi potestatem tradis discipulis multò ante vltimā cœnam, manifestat, quòd nō sacerdotibus potest conuenire excommunicandi potestas. Et vide differentiam. Quando eis daturus est clauem fori pœnitentialis expectat, quòd sint sacerdotes, & illis postea ipsam dat dicēs Io. 20. Quorum remiseritis peccata, &c. Hoc autem fit ad denotandum: quòd potestas dimittendi peccata non potest, neque etiam ex commissione, conuenire laico quantumcumque sancto. Quod facit pro quæst. octaua, artic. primo, & secundo, & quæst. 19. artic. tertio, & quarto. Item habes: quomodo per rationem ostendere possis merito esse dictum in Decretis, dist. 25. perlectis. Sollicitudo quoque parochiarum & ordinatio, & iurgia ad eiusdem archidiaconi pertinent curam. Hæc ibi. Vnde argumentum trahitur (secundū glossam) quòd Archidiaconi (licet non sint sacerdotes possunt suspendere, & excommunicare (nisi consuetudo sit in contrarium) tanquam habentes potestatem ordinariam. Nemini autem dubium est: quòd & his, & (quod plus est) laicis potest excommunicandi facultas conuenire ex commissione summi Pontificis; ut argumento est illud Alexand. II. Præter hoc, &c. Vbi enim principia harum auctoritatum, &c. Scribit prædecessor noster Gregor. Rodulpho, & Bertulpho ducibus, &c. Quantum potestis, tales a sanctis ministerijs (ubi oportuerit) prohibeatis, &c. Hæc ibi; & recitantur. dist. 32. Ex commissione, dixi, summi Pontif. quia aliàs iure suo non potest laicus excommunicare, ut dicitur a synodo quadam recitata a Papa Symmacho distin. 96. Bene quidem, &c. Sancta synodus dignetur edicere, si liceret laico homini anathema in ordinē ecclesiasticum dictare, &c. Sancta synodus dixit: Non licuit. Hæc ibi. Secundò habes: quomodo per rationem dicta Euangelica, &c. pro quanto etiam non sacerdotes excommunicare posse insinuāt, & intelligas & probes & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur & consolidetur.

Tho. 4. dist. 13. q. 1. artic. 1. q. 3. & 3. re. q. 82. arti. 7. 24. q. 1. c. 4.

SVP. Q. LIII. Aliàs 22. Art. III.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum excommunicatus vel suspensus possit alium excommunicare.*

COncl. Excommunicatus excommunicare non potest: & eadem ratio est de suspenso a iurisditione.

¶ PROB. Quia quilibet excōmunicatus priuatur vsu iurisditionis (cum separetur a communione fideliū q. 21. art. 1.) & excommunicatio requirit iurisditionem in excommunicante (ex dictis patet:) Secunda autem pars. s. & eadem &c. probatur. Quia suspensus a iurisditione vsum iurisditionis non habet (quod est excommunicare & similia.)

¶ COROLL. Ex ly suspenso a iurisditione, clarificatur q. 19. ar. 6. vltimum dictū in corpore. s. ly quantum ad hoc quòd priuati sunt, non possunt usum clauium habere. In hoc enim articulo (ut patet) textus declarat aliquem priuari multipliciter; vel per suspensionem ab ordine tantum, uel a iurisditione tantum, uel ab vtroque simul.

1m de maiori. Neque ordinem, neq; iurisditionem amittit. ℞. Amittit tamen iurisditionis vsum. §. Tunc &c. Licet enim absoluto ab excommunicatione non conferatur denuo cura, neq; ordo (ut arguitur) confertur tamen ei executio utriusque, vel alterius tantum, secundum quod vtroque uel altero tantū priuatus erat. Ex litera dic: quòd argumētum peccabat in diuisionis insufficiētia. Nam ex hoc quòd nō amittit excommunicatus ordinem, neque iurisditionem, inferebat; ipsum posse excommunicare: cum tamen debuisset vltra non amissionem ordinis, vel ēt iurisditionis apponere vsum, dicendo in maiori sic; excommunicatus vel suspensus neque ordinem, neque iurisditionem, neque usum iurisditionis amittit. Sic enim sufficiens fieret diuisio: quamuis illa maior esset falsa, pro quanto diceret ly neq; vsum iurisditionis amittit.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd excommunicatus, vel suspensus excommunicare possit. Ille enim qui est excommunicatus, uel suspensus, neque ordinem neque iurisditionem amittit, quia neque reordinatur cum absoluitur, neque cura iterum ei committitur, sed excōmunicatio non requirit nisi ordinē, vel iurisditionem, ergo etiā excommunicatus, vel suspensus excommunicare possunt.

¶ 2 Præterea, Maius est conficere corpus Christi, quàm excommunicare, sed conficere, ergo & excommunicare possunt.

SED CONTRA. Ligatus corporaliter, non potest alium ligare, sed vinculū spirituale est fortius quàm corporale ergo excōmunicatus non potest alium excommunicare, cum excōicatio sit vinculum spirituale.

RESPON. Dicendum, quòd vsus iurisditionis est incomparatione ad hominem, & ideo cum omnis excōmunicatus a communione separetur, quilibet excommunicatus vsu iurisditionis priuatur, & quia excōmunicatio est iurisditionis, ideo excommunicatus excommunicare nō potest, & eadem ratio est de suspenso a iurisditione. Si enim sit suspensus ab ordine tantum, tunc non potest ea quæ sunt ordinis, sed potest ea, quæ sunt iurisdictionis; & econtra si sit suspensus a iurisditione & non ab ordine. Si autem ab vtroque, tunc neutrum potest.

AD PRIMVM ergo dicendū, * quòd quamuis nō amittat iurisditionem, amittit tamen iurisditionis vsum.

AD

* Hæc obiect. cum solut. habes 24. q. 1. c. 36.

¶ COROLL. Ex hoc loco omnia ferè superiora de hac materia loquentia glossantur. Vt puta. Quando sæpius dictum est de huiusmodi excommunicatis, &c. quod iurisditione carent, priuantur &c. quòd ad excommunicandum aliquem requiritur iurisditio, & sic de alijs: intelligatur iurisditio ipsa pro vsu iurisditionis. Ac si tūc dictum fuisset: quòd excommunicati de iurisditionis vsu carent

careat,&c. ꝙ ad excommunicandum aliquem requiritur vſus iuriſditionis; & merito quidem. Nam excommunicare dicit actum exercitum,& non potentiam tantum,excommunicandi cum verba actiua dicant actionem. Ex hoc enim fit (ut in responſio innuitur: quòd habens iuriſditionem, ſi careat illius vſu, excommunicare vel ſuſpendere non poteſt. Applica hunc locum igitur ad ſuperiora tanquam gloſſam illorum: & inde multam vtilitatem, ſi vigilaueris, trahes.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ cõficere cõſequitur poteſtatẽ characteris, qui indelebilis eſt, & ideo homo ex quo characterẽ ordinis hẽt, ſemper põt cõficere, licet non ſemper ei liceat. Secus aũt de excommunicatione, quæ iuriſditionem ſequitur, quæ auferri poteſt, & ligari.

2^m illatio concluſionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. § Ratio eſt, quia cõficere conſequitur poteſtatem characteris, &c. vt in textu.

¶ Coroll. Argumentum ergo fallacia erat ſecundum non cauſam, vt cauſam. Non enim eſt cauſa, quòd quis excommunicare poſſit, illud, quod aſſumebatur, videlicet eſſe minus; quàm conficere corpus Christi; ſed vera eius cauſa eſt habere iuriſditionem ad hoc requiſitam, & ex conſequenti uera cauſa huius negatiuæ, videlicet, quòd non poſſit excommunicare, eſt ligamen iuriſditionis ſuæ. Eſſe igitur maius vel minus, eſt extra propoſitum hoc; quòd quis poſſit, uel non poſſit excommunicare, & habere, vel non habere iuriſditionem, ſiue iuriſditionem habitam ligari, vel non ligari, facit ad propoſitum hoc. Hinc etiam patet, quam bene dictum ſit in ad primum, &c. quòd uſus iuriſditionis eſt ratio, quare aliquis excommunicet, vel non excommunicet.

APPENDIX.

Vtilitas ꝓ S. Eccleſia &c.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem oſtendas merito eſſe dictum Matth. 18. Si eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut ethnicus. Quæcunque alligaueritis ſuper terram, &c. Hic. n. inſinuatum eſt; quòd excommunicatus non poteſt excommunicare. Authoritas enim excommunicandi ( ut patet ibi ) datur eccleſiæ; vnde inquit, ſi eccleſiam non audierit. Quaſi dicat; qui excommunicaturus eſt alium, debet eſſe de eccleſia. Cum igitur excommunicatus ſit extra eccleſiam, ſequitur ab oppoſitis, eſſe de mente Euangelij, quòd excõmunicatus non poteſt excommunicare. Item habes: quomodo per rationem oſtendas merito inſinuatum eſſe ſupra, q. 19. artic. 6. uel q. 20. art. 3. appen. per Decreta Patrum, quòd excommunicatus non poteſt excommunicare. Vide ibi ex 24. q. 1. citata ad literam c. Audiuimus. c. Aperte. c. Miramur. His nunc ex ead. q. 1. addas cap. Ait Cęleſtinus. Quamuis. n. de hæreticis loquatur ſecundum planiſſimum ſenſum; tamẽ adducta ibi ratiõ itidem verificatur de excommunicatis idipſumq; concludit. Introducit namque, quòd quidam hæreticus iam ab eccleſia per excommunicationem remotus, excõmunicauit quendam alium: & reſpondet ipſe Papa, quòd talis ab eo excommunicatus non eſt excommunicatus. Nec iudicamus (inquit) eum eſſe remotum: quia non poterat quemquàm eius remouere ſententia, qui iam ſe præbuerat ipſe remouendum. Hæc ille ibi. Ecce: quòd Papa in hoc, quòd ab Eccleſia remotus eſt, fundat vim rationis ſuæ: & in hoc excommunicatus, licet non hæreticus conuenit cum hæretico; quandoquidem ab eccleſia remotus eſt. Simili modo alia ibi (ut ſupra) citata expendas, & intelligas. Immo, excõicatio tunc eſt nulla; qñ fertur ab excõicato ſm glo. Sexti Decretaliũ, tit. de ſent. excom. c. pſenti, vbi multa in ſuũ fauorẽ citat ipſa gl. Secundò habes: quõ per rõnem ſupradicta ſcripturarum & Patrum, pro quanto excõicatum innuunt excõicare non poſſe, & intelligas & probes & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs viciſſim Angelica hæc doctrina declaretur & conſolidetur.

---

# ARTICVLVS IIII.

*Vtrum aliquis poſsit ſeipſum, vel æqualem, vel ſuperiorem excommunicare.*

Ad qvartvm ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ aliquis poſſit ſeipſum, vel æqualem, uel ſuperiorem excõicare. Quia angelus Dei maior erat Paulo: Matth. 11. Qui minor eſt in regno cęlorũ, maior eſt eo, quo nemo inter natos mulierũ maior: ſed Paulus excõicauit angelum de cęlo, ut patet Gal. 1. ergo homo poteſt ſuperiorem excommunicare.

¶ 2 Præterea. Sacerdos aliquando excommunicat in generali pro furto, vel aliquid huiuſmodi ſed poteſt contingere, ꝙ ipſemet fecit, uel ſuperior, aut æqualis: ergo aliquis poteſt ſe, uel æqualem, vel ſuperiorem excommunicare.

¶ 3 Præterea. Aliquis poteſt ſuperiorem abſoluere in foro pœnitentiali, uel æqualem, ſicut cum Epiſcopi ſuis ſubditis confitentur, & cum vnus ſacerdos alteri venialia confitetur: ergo videtur quòd etiam excommunicare aliquis ſuperiorem vel æqualem poſſit.

Sed contra. Excommunicatio eſt actus iuriſditionis, ſed aliquis non habet in ſe iuriſditionem, quia in eadem cauſa non põt quis eſſe iudex, & reus, nec iterum in ſuperiorem, vel æqualem: ergo non poteſt aliquis ſuperiorem uel æqualem, aut ſe excommunicare.

Respon. Dicendum, ꝙ cum per iuriſditionem aliquis conſtituatur in gradu ſuperioritatis, reſpectu eius in quem habet iuriſditionem, quia iudex eſt eius, ideo nullus habet in ſeipſum, vel in ſuperiorem, vel æqualem iuriſditionem, & per conſequens, nullus poteſt ſeipſum excommunicare, vel ſuperiorẽ, aut æqualem.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ Apoſtolus loquitur ſub hypotheſi, ideſt, ſi poneretur angelus peccare, ſic enim non eſſet Apoſtolo ſuperior, ſed inferior, nec eſt inconueniens, quòd in cõditionalibus, quarum antecedentia impoſſibilia ſunt, & conſequentia impoſſibilia ſint.

Ad secvndvm dicẽndum, ꝙ in tali caſu nullus excommunicatur, quia par in parem non habet imperium.

SVP. Q. LIII. Aliàs 22. Art. IIII.

Concl. Nullus poteſt ſeipſum excõmunicare, vel ſuperiorem, aut æqualem.

88 Tho. vbi ſup. art. 3. q. 1. & ſeq.

¶ Prob. Quia nullus habet iuriſditionẽ in ſeipſum, nec in ſuperiorem, nec in æqualẽ (cum iuriſditio conſtituat in gradu ſuperioritatis, qua ſuperioritate caret quis i ſeipſum, ſuperiorem, vel ęqualem) & iuriſditio ad excommunicandũ aliquem requiritur.

¶ Not. Per in hoc loco dicta patet: quòd nullus licitè poteſt occidere ſeipſum. Quòd ſi daretur ſibi iuriſditio in ſeipſum a potente dare illam i. a Deo: tũc licitè occidere poſſet ſemetipſum. Hinc dicimus, ꝙ Iudas Scarioth, occidẽdo ſemetipſum, peccauit mortaliter, & quod B. Appolonia occidẽdo ſemetipſam, i. proijciendo ſe in ignem, non peccauit: quia hæc per inſtinctũ Spiritusſancti, tãquam ei iuriſditionem dantis, hoc fecit; ille autem non. A ſimili ergo neque poteſt quis occidere alium, & multo minus ſuperiorem, niſi iuriſditio ſibi data fuerit ab eo, qui poteſt: ut quando Sanſon occidit Filiſtęos (& ſic de alijs ſimilibus ) Circa tamen nunc dicta cauendum; ne quando pro inſtinctu Dei ſubmittet inſtinctus diaboli. Vñ ad practicam, niſi pro certo conſtet de inſtinctu Dei (ut de B. Appolonia dictum eſt) prædicta non ſunt extendenda. Cautelam præſentem in his, & ſimilibus, iam olim docuit Apoſt. 2. Cor. 11. his verbis. Sathanas transfigurat ſe in Angelum lucis.

Occiſio ſui met, an vnquam ſit licita.

1^m de maiori. Angelus. ℞. Sine peccato conſideratus: non. cum peccato. §. Tunc &c. Licet. n. quicũq; eſt in regno cœlorũ, vt ſic, maior ſit viatore in ſto exiſtente in terris (ut arguit ex Mat. 11.) tamen ſi exiſtens in regno cęlorum peccaret, tunc ratione peccati eſſet minor viatore iuſto vt ſic.

¶ Coroll. Apoſt. ergo excommunicans Angelum de cœlo, ſi contraria fidei prædicaret excommunicat inferiorem ſe: non quia Angelus cęleſtis ſit inferior Paulo, ſed quia ſi peccaret eſſet inferior ( ut patet de Diabolo. )

2^m illatio concluſionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Ratio eſt, quia in caſu tali ab arguente propoſito ipſe excommunicans ſolos ſubditos ſibi excõmunicare: etiã quod vel ipſemet, vel æqualis, uel ſuperior eam rem cõmiſiſſent, pro qua fertur excommunicatio. Immo etiã ſi excommunicator ipſe intenderet tunc excommunicare ſeipſum, vel æqualem, uel ſuperiorem ſi tale quid commiſiſſent: nihil faceret; ſed ſic intẽdens peccaret, vel tanquam iuriſditione excommunicandi abutens tantum (puta excommunicando ſeipſum) vel tanquam præſumptuoſus ſimul (puta excommunicando ęqualem, uel ſuperiorem.

¶ Coroll. Ergo ly nullus, quod dicitur in textu, intelligitur pro latitudine illorum trium; ſcilicet ſuimet, vel ſuperioris, vel ęqualis: vt ratio adducta ibi demonſtrat, quia (inquit) par in parem non habet imperium. Stat ergo cum textu, quod ſi quis excommunicaret eos qui a Titio res ſuas ſurripuerunt, & excommunicator aliquid ipſarum rerum ſurripuiſſet, itemq; ſuperior, vel ęqualis &

lis, & partim inferior tunc inquam ſtat cum textu, quod in tali caſu aliquis, putat inferior ille excõicaretur, & nullus aliorum trium. 3[in] conclusionis illatio. ergo &c. ℞. negatur illatio. § Nam ſimilis ratio nõ eſt de poſſe in foro pœnitentiali, & contentioſo: vt patet in textu vſq; excluſiue ad ly & tamen etiam.

¶Not. Pro captu ampliori reſponſionis huius, vide q. 20. art. 3. ad tertium ubi ſimile quid inuenies. Item (de antecedente) Põt ℞ ex cõmiſſione ſibi facta: non aliter. §. Tunc &c. vt patet. Vide in litera ſecundum reſponſum ly & tamen &cæ.

Reſpõ. 2.

Ad tertium dicendum, quod abſolutio, & ligatio in foro confeſſionis eſt quo ad Deum tantum, apud quem aliquis alio ſuperior redditur inferior per peccatum, ſed excommunicatio eſt in iudicio exteriori, in quo aliquis non amittit ſuperioritatem ex hoc ipſo quòd peccat: vnde non eſt ſimilis ratio de vtroque, & tamen etiam in foro confeſſionis aliquis non poteſt ſeipſum abſoluere, nec ſuperiorem, aut æqualem, niſi ex commiſſione ſibi facta. De venialibus autem poteſt, quia venialia ex quibuslibet ſacramentis gratiam conferentib. remittũtur: vnde remiſſio venialium ſequitur poteſtatem ordinis.

Examen ly ex commisſione. Cadit hoc ſuper ly æqualẽ vel ſuperiorem non autem ſuper ſeipſum, quaſi dixerit textus Papa poteſt committere epiſcopo Tiburtino, vt abſoluat in foro pœnitentiæ Cardinalem, & coepiſcopum, & tunc abſolutio tenebit: ſi aũt committit ei, vt abſoluat ſemetipſum Epiſcopum Tiburtinum non poterit. Erga enim ſuperiorem, vel æqualem poterit vti forma ideſt, abſoluo te; ſed erga ſeipſum, non quoniam abſoluo me differt ab abſoluo te. De venialibus de quibus in fi. corp. vide q. 6. ar. 3. ad tertium, & q. 8. ar. 3.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes. ¶Primo: quomodo per rationem oſtendas, meritò inſinuatum fuiſſe à Papa Innoc. III. ꝙ non poteſt quis excõicare ſemetipſum, æqualem, vel ſuperiorem. Hoc autem inſinuauit tunc radicaliter, quando dixit Archiepiſcopo Cantuariẽſi ſcribens, & habetur de elect. & elect. poteſt. innotuit. Quamuis canon Lateranenſis Concilij ab Alex. editus non legitime genitos adeo perſequatur, ꝙ electionem talium innuit nullam eſſe: nobis tamen per eum adempta non fuit diſpenſandi facultas, cum ea non fuerit prohibentis intentio, qui ſucceſſoribus ſuis nullum potuit in hac parte præiudicium generare pari poſt eum, immo eadem, poteſtate functuris: cum non habeat imperium par in parem. Hæc ibi. Vnde liquido patet: quòd concilium vnum generale per cenſuras à ſe latas non intendit ligare neque ligat concilium generale poſterius: vt dixit S. Thomas determinans, quòd in ſymbolo fidei licite explicatum fuit ly Filioq; etiam ſtante cenſura concilij prioris, quòd nihil adderetur ſymbolo Vide prima par. quæſt. 36. art. 2. ad ſecundum coniungendo huic 2. 2. q 1. ar. 10. ad ſecundum. Item à Nicolao Papa Michaeli Imperatori ſcribente. Nunc autem Diuina inſpiratione, nõ nos pigebit, nec nobis impoſſibile erit, oſtendere, (ſi tamen audire ne litis) non poſſe quemquam ritè ab his qui inferioris dignitatis vel ordinis ſunt iudicialibus ſubmitti diffinitionibus. Hæc ibi & recitatur diſtin. 21. Item in ead. ab eodem. Submittitur Ignatius minorum inferiorum, & ſubiectorum deliberationibus; e contra ſacris canonibus pręcipientibus, & exemplis ſanctorum Patrum: ſemper ubi eſt maior authoritas cundum eſſe, & in omnibus controuerſijs ad potioris ſedis iudicia dirigantur: quod non ſolum à catholicis, verum etiam ab ipſis conſtat obſeruandum eſſe hæreſis. Hæc ibi. Item ab eod. in ea. tit. diſtin. In tantum hanc præſumptionem ſancti Patres apud Chalcedonem deteſtati ſunt, ut Dioſcorum Alexandrinum Antiſtitem inter cætera potiſſimum iccircò ſine vlla reſtitutione damnauerat, quia ponens in cœlum os ſuum, lingua eius tranſeunte ſuper terram, excommunicationem in ſanctum Leonem Papam dictauit. Hæc ibi. Item à Concilio Martini Papæ. Presbyter, præſente Epiſcopo, non ſignet infantes: niſi ab Epiſcopo fuerit illi præceptum. Hæc ibi: & recitantur diſtin. 95. Vnde patet à fortiori: ꝙ inferior excommunicare non poteſt ſuperiorem. ¶Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto nullum dicunt poſſe excommunicare ſeipſum, æqualem, aut ſuperiorem, & intelligas & declares, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicuſſim doctrina hæc Angelica & declaretur, & conſolidetur.

2

3

---

SVP. Q. LIII. Aliàs 22. Art. v.

89

Conc. 1. Singuli de communitate excõmunicari poſſunt, non autem ipſa communitas.

¶Prob. 1. Quia excommunicatur aliquis ꝑ peccato actuali mortali (q. 21. art. 3.) & actus eſt ſingularium ſecunda. Quia excommunicari non debet aliquis niſi pro peccato mortali actuali, & act* non eſt communitatis.

¶Conc. 2. Eccleſia, quæ Dei iudicium imitari debet, ſatis prouide ſtatuit, ut communitas non excommunicetur.

¶Prob. 1. Quia non eſt probabile; quod aliqua communitas tota ad malum conſentiat, quin aliqui ſint diſſentientes; 2. Quia non eſt Dei, vt condemnet iuſtum cum impio (hæreſis. 19. 3. Quia periculum eſt, ne collectis zizanijs ſimul eradicetur, & triticum.

* Gl. ord. ſup illud Matth. 13. Ne forte colligẽtes zizania & ex Augu. epi. 75. ad Auxiliũ, & habetur 24. q. 1. c. j. Si habes.

* cap. Romana §. in vniuerſitatẽ de ſent. excó. li. 6.

¶Not. Ly non eſt probabile, &cę. Radix huius probationis primæ eſt, quòd natura eſt bona de ſe, & non fruſtratur eius intentio uniuerſaliter. Non enim malum corrumpit vniuerſaliter totum bonum naturæ. Et ideo quamuis ex libero arbitrio poſſit iſte, ſicut & ille, aliquod malum ſequi: tamen, attenta bonitate naturæ ſimul, videtur probabile: quòd iſte de tanta multitudine non ſequatur; ſed inſtinctui naturæ obediat. Dixit ergo textus ly probabile, vt ſaluet vtrumque ſcilicet & liberum arbitrium vniuſcuiuſque, & bonum inclinationem naturæ, & ad eundem ſenſum refertur id, quod de communitate, & ſingularibus loquens prædixerat, actus eſt ſingularium vt frequenter. Nam ly frequenter, cadit ſuper ſingulares, vt diſtinguuntur a communitate; nõ ſuper ſingulares, ut ſingulares. Nam hoc ſecũdo modo actus ſunt ſemper ſingulariũ: primo autem modo, ut frequenter tantum. Ac ſi diceretur. Rarum eſt, quod ſingulares omnes de communitate faciant actum iſtum malum: ſed frequens eſt, quòd ſingulares, ut ſeorſum ab aliquibus de communitate conſiderati, concordentur ad faciendum actum ipſum. Ex textu igitur hoc non excluditur; quin aliqua tota communitas ita ſit in maligno poſita, vt vnuſquiſque illius ad malum feratur (patet de multitudine Phariſeorum clamantiũ aduerſus Dominũ, Crucifige eum.) Quocumque tamen caſu dato, ſtat firma veritas concluſionum, quòd ſcilicet communitas numquam excommunicatur: quia eccleſia iudicat ſecundum id, quod probabile eſt; tanquam ſecundum id, quod eſt ut in pluribus.

¶Ly non eſt Dei, &c. radix huius probationis ſecundę eſt; quòd primum in vnaquaque re debet eſſe ſine errore. Alioquin, cum per illud ordinanda ſint poſteriora, quomodo recte per ipſum ordinabuntur? Propter hoc & primus motuum ponitur à Philoſopho eſſe regularis: ut per ipſum omnes alij motus regulari poſſint & apoſtolus 3. Rom. concludere volens quòd Deus qui infert iram, non eſt iniquus, dixit; alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundũ? Ac ſi dixiſſet aperte; Abſurdum eſt: quòd in prima regula iudicij, & cu-

## ARTICVLVS V.

*An in aliqua vniuerſitatem ſententia excommunicationis ferri poſſit.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd in aliquam vniuerſitatem ſententia excõmunicationis ferri poſſit. Contingit enim quòd aliqua vniuerſitas ſibi in malitia colligatur, ſed pro malitia in qua quis contumax extitit, debet excommunicatio ferri, ergo poteſt in aliquam vniuerſitatem ferri excommunicatio.

¶ 2 Præterea. Illud, quod eſt grauiſſimum in excommunicatione, eſt ſeparatio à ſacramentis Eccleſiæ, ſed aliquando tota ciuitas interdicitur à diuinis: ergo, & excommunicari vniuerſitas aliqua poteſt.

Sed contra eſt Gloſſ. Aug.* Matth. 13. quę dicit quòd princeps, & multitudo non eſt excommunicanda.

Respon. Dicendum, ꝙ excommunicari non debet aliquis niſi pro peccato mortali, peccatum autem in actu conſiſtit, actus autem non eſt communitatis, ſed ſingularium perſonarum vt frequenter, & ideo ſinguli de communitate excommunicari poſſunt, non autem ipſa communitas. Et ſi ſit quando quo etiam actus alicuius totius multitudinis, vt quando multi nauem trahunt, quam nullus trahere poſſet, tamen non eſt probabile quòd aliqua communitas tota ad malum conſentiat, quin aliqui ſint diſſentiẽtes, & quia non eſt Dei, qui iudicat omnem terram, vt condemnet iuſtum cum impio, vt dicitur Geneſ. 19. ideo Eccleſia, quæ Dei iudicium imitari debet, ſatis prouide ſtatuit, vt communitas non excommunicetur, ne collectis zizaniis ſimul eradicetur & triticũ.

& cuiusuis alterius similis rei, fit error: quoniam regulanda per ipsam rectè regulari non possent.

¶ Ly periculum est, ne colligatis zizanijs, &c. Hinc datur intelligi quòd ubi non esset hoc periculum (dummodò aliud non obstaret) excommunicari posset communi? Casum hoc tamen stat, q̃ nunquã excõmunicetur; quia semper illud periculum subest, & quidẽ probabiliter (ut in prima probatione.) Ob hoc & hæretici ab ecclesia non comprehenduntur, seu comburuntur, uel aliàs occiduntur; ubi subest periculum eradicandi tritici simul cum zizanijs. Vbi verò tale periculum non subest: hæreticis iustè persequendis, comburendis, &cæt. instat ecclesia. De hoc plenius vide 2. 2. quæstio. 10. articu. 8. ad primum, & quæstio. 11. articu. 3. ad tertium.

* Vt patet ex 2. 2. huius q. corpo. & loco ibid. citato.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd patet solutio ex dictis.*

AD SECVNDVM dicendum, quòd suspensio non tanta pœna est, quanta excommunicatio, quia suspensi non fraudantur Ecclesiæ suffragijs sicut excommunicati. *Vnde etiam aliquis sine peccato proprio suspenditur, sicut, & totum regnum ponitur sub interdicto pro peccato Regis: & ideo non est simile de excommunicatione, & suspensione.

1^m^ de maiori. Contingit. R. nõ tamen probabiliter §. quin scilicet aliqui sint dissentientes ab illa particulari malitia in qua alij colligantur. Tunc nihil &c. Nam licet, absolutè loquendo, aliqua tota vniuersitas possit in malitia aliqua colligari: tamen, cum id probabile non sit (vniuersaliter loquendo) non infringit propositum conclusionis articuli. Huius rationem vide in notation. post probationem conclu. secundæ.

2^m^ illatio conclusionis. Ergo &c. R. negatur illatio. §. Nõ enim est eadem ratio de suspensione, & excommunicatione. Nam suspendi potest quis sine peccato proprio: non autem excommunicari, ut q. 21. art. 3. dictum est. Vnde suspensio non priuat suspensos tot rebus quot excommunicatio excommunicatos.

¶ EXAM. Ly sine proprio scilicet personali, suppositaliter; non autem ciuiliter. Nam quando subditi suspenduntur propter peccatum Principis; uerum est, ipsos suspendi pro peccato proprio ciuiliter, licet nõ personaliter. Populi enim, & rectoris sui, est una persona ciuilis: sicuti partium corporis cum capite suo est una persona suppositaliter. Pro cuius intellectu, recole illud Porphirij in Prædicabilibus, dicentis, genus ciuile esse collectionem (puta Romanorum) colligationem quandam duplicem habentem, scilicet inter se; & ad suum caput. Et quid est hoc; nisi persona mystica i. occulta quadam consideratione, corpori naturali assimiliata? Sicut ergo peccatum capitis est peccatum personæ etiam membrorum, in corpore naturali: ita peccatum principis est peccatum personæ & subditorum suorum, in corpore mystico, consideratæ. Sic ab oppositis merita Christi capitis sunt ecclesiæ; & peccata ecclesiæ attribuit sibi Christus in scripturis, tanquam sua Psal. 21. longe à salute mea verba delictorum meorum; similiter & vox vnius pro uoce alterius computantur in psalmis multotiens: Et id propter colligationem prædictam, seu unitatem personæ mysticæ, licet non naturalis. Nam Christus secundum se consideratus nũquàm peccauit: immo semper fuit & est omnino impeccabilis.

Persona mystica quid sit.

A P-

APPENDIX.

Vtilitas Eccles. S. Dei. * 14. q. 3. 5. Quod autem.

EX articulo habes. Primò: quomodo per rationem ostendas; meritò esse insinuatum à scripturis; quod vniuersitas excommunicari non potest. Hoc autem insinuatum est Matth. 18. Si peccauerit in te frater tu*, &c. sit tibi sicut ethnicus, &cæ. Quæcunque alligaueritis super terram, &cæ. Vides enim hic: quòd quando datur potestas excommunicandi (datur autem per ly quæcunque alligaueritis, &c.) præmittitur sermo de singulari persona per ly frater tuus, & non de communitate tota. Ac si dicatur per hoc: quòd excommunicari potest persona, non autem tota communitas. Item Matth. 10. insinuatum est idem per ly in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Hic enim interdicuntur duæ totæ communitates scilicet Samaritani, & gentes: quæ tamen (iuxta superius dicta Matth. 18.) excommunicandæ non erant. Item ab Innoc. IIII. in Concil. Lugdunensi sic. Romana ecclesia, &c. In uniuersitatem uel collegium proferri excommunicationis sententiam penitus prohibemus, uolẽtes animarum periculum uitare; quod ex inde sequi posset; cùm nonnunquã contingeret innoxios huiusmodi sententia irretiri; sed in illos duntaxat de collegio uel vniuersitate, quos culpabiles esse constiterit, promulgetur. Hæc ibi: & recitantur, de senten. excommun. in 6. Item à Bonifacio viij. sic. Quanquam pedagiorum exactiones, &c. Qui verò contrafecerint si personæ fuerint singulares excommunicationis; si autem collegium vel vniuersitas castri ciuitatis seu loci alterius cuiuscunque, ipsa ciuitas, castrum, uel locus interdicti sententias ipso facto incurrant. Hæc ibi: & recitantur, de censibus in 6. Item à Papa Io. 22. sic. Si fratrum, & coepiscoporũ, &c. Alioquin in omnes, & singulos Patriarchas, Prælatos, & superiores, & inferiores Reges, &c. nisi infra duorum mensium spatium à die datæ præsentium numerandum penitus resipuerint uel se licentia sedis Apostolicæ super hoc ostenderint communitos, excõmunicationis in singulares personas; & in terras, & loca ipsorum, & quaslibet communitates, uniuersitates, villas interdicti sententias de fratrum nostrorum consilio publicè promulgamus. Hæc ibi: & recitantur in extraua. Io. 22. Ne sede vacan. aliq. innou. Item à Papa Bonifacio viij. Si ad Episcopum, & capitulum communiter pertineat collatio præbendarum, mortuo Epõ, uel à beneficiorum collatione suspenso, poterit capitulũ vacantes conferre præbendas &c. Idem poterit Eps; si capitulum ab ipsa collatione suspendi contingat, uel singulariter oẽs de capitulo maioris excõicationis vinculo innodari. Hæc ille, & recitantur, ne sede vacan. aliq. innoue. in 6. Ecce q̃ (secũ oẽs hos Pontifices Maximos) vniuersitas excõicari non dẽt. Secundo habes: quomodo per rationem supradicta patrum, & scripturarum, pro quanto in vniuersitatem excommunicationẽ ferri nõ debere insinuãt, & intelligas, & defendas. Tertiò vides: quõ ex his vicissim Ang. hęc doctr. declaretur, & cõsolidet.

2

3

---

SVP. Q. LIII. Aliàs 22. Art. VI.

CONCL. Ille qui excommunicatus est vna excommunicatione, potest iterũ excommunicari.

90

¶ EXAM. Ly iterum excommunicari. Scilicet vel ex eodem facto, vel ex pluribus: sicut declaratur in textu. Multiplicatis enim excessibus possunt multiplicari pœnæ. & dilata pœnitentia potest quis, vt citius pœniteat aliquem, ipsum denuò pœnis afficere.

* Vt dictũ est q. præced. ar. 1.

¶ PROB. Quia sic ex maiori confusione à peccato facilius resiliet.

¶ EXAMEN. Ly à peccato resiliet. Scilicet quantum est ex parte ecclesiæ excommunicantis, & excommunicationis: non autem semper, quantum est ex libero arbitrio excommunicati. Nam excommunicatio medicina est q. 21. ar. 3. & consequenter de se ordinatur ad sanitatem: similiter, & ecclesia excommunicat ut sanet, non ut damnet q. 21. ar. 2. Cum hoc tamen stat (vt patet); quòd excõmunicatus ex libero arbitrio suo motus magis obduretur in peccato. Quòd si talis obduratio de facto eueniat: nihilominus pluralitas excommunicationũ prædicta non est uituperabilis, sed commendabilis. Non enim tantum propter salutẽ sui excõmunicatur quis, sed etiam propter salutem aliorum: puta ut alij ex hoc terreantur, & hoc terrore vtiliter cõ cussi peccata caueant. Vnde, etiam si iste excommunicatus ex multiplicatis excommunicationibus occasione accepta deterioretur, non desinit fructus excommunicationis vsquequaque, & per consequens excõmunicatio ipsa

* Vt dictũ est q. præcéd. art. 3. corp.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum ille qui semel est excommunicatus, excommunicari possit vlterius.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̃ ille, qui semel est excommunicatus, vlterius excommunicari non possit, vt 1. Corin. 5. dicit Apostolus. Quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare? sed excommunicati iam sunt extra Ecclesiam: ergo super eos Ecclesia iudicium non habet, ut possit eos iterum excommunicare.

¶ 2 Præterea. * Excommunicatio est separatio quædam à diuinis, & à collectione fidelium: sed, postquam est aliquis priuatus aliquo, non potest iterum illo priuari: ergo vnus excommunicatus non debet iterum excommunicari.

SED CONTRA. * Excommunicatio quædam pœna est vt medicinale remedium: sed pœnæ medicinæ iterantur, cum causa exigit: ergo excommunicatio iterari potest.

RESPONDEO. Dicendum, quòd ille qui excommunicatus est vna excommunicatione, potest iterum excommunicari, vel per eiusdem excommunicationis iterationem ad maiorem sui confusionem, ut sic à peccato resiliat: uel propter alias causas, & tunc tot sunt principales excommunicationes, quot causæ pro quibus quis excommunicatur.

AD

ipsa quousque probabiliter salrē respectu aliorũ proficit, nõ videtur tollenda. Cæterum pro meliori captu horum recole, ꝙ q.21. art.2. dictum fuit à sancto Thoma: ꝙ Ecclesia in excommunicando debet conformari iudicio Dei. Recole ex alia parte iudicium Dei exercitum contra Pharaonem Exod. 7.8.9.10.11.14. Hic enim videbis: iudicium Dei cõtra Pharaonem, quãuis semper plus ex proprio arbitrio induratum, non sustulisse pœnas ab eo, quinimò multipliciter (secundũ ꝙ oportebat) adiecisse; quousque tandem Israelem ipsum ex pœnis mirabiliter Pharaoni diuinitus inflictis ad canendum Domino excitauit, Exod. 15. Cantemus Domino &c. Patet ergo: ꝙ iudicium diuinum in aliquem fertur; & quòd etiam si ex ipsis flagellis defectu proprio fiat peior, non aufertur ab illo; quousque de aliorum profectu, ex flagellis ipsis visis, spes habeatur.

* Vt dictũ est 3. par. q.63. ar.5.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Apostolus loquitur de paganis & aliis infidelibus, qui non habent characterem, per quem annumerati sint populo Dei, sed quia character baptismalis, quo quis populo Dei annumeratur, est indelebilis,* ideo semper remanet aliquo modo de Ecclesia baptizatus, & sic Ecclesia semper de illo iudicare potest.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ priuatio quãuis non recipiat maius, & minus secundum se, recipit tamen secundũ causam suam; & secundum hoc excommunicatio potest iterari, & magis est elongatus à suffragiis Ecclesiæ, qui pluries est excommunicatus, quàm qui semel tantum.

1^m ex Apostolo. Foris sunt. ℞. Totaliter: non partim. §. Tunc nihil &c. Nam excommunicati, quamuis etiam millies, non sunt foris totaliter. Ratione enim characteris baptismalis, quo indelebiliter insigniuntur, remanent semper aliquo modo intra ecclesiam. Vnde, hoc attento, Ecclesia potest semper esse iudex illorum.

¶ Coroll. Ergo ex his videtur: quòd Iudæus, vel Paganus, cum sint totaliter foris, excommunicari non possint ab Ecclesia. Quod quidem intelligitur de communione intrinseca sacramentorum, & consequenter de communione fidelium in diuinis. Nam ipsi extra huiusmodi communionem sunt totaliter, cum nec etiam charactere baptismatis inter fideles connumerentur. Si verò loquamur de communione extrinseca fidelium, inquantum sunt animalia ciuilia & socialia (vtpotè in commercijs, venditionum, emptionum, & similium) possunt aliquo modo excommunicari: quoniam Iudæi atque Pagani sic (id est, vt animalia socialia, & ciuilia) non sunt totaliter foris. Nam & ipsi animalia ciuilia sunt, & socialia. Dixi, aliquo modo: quoniam nec sic (id est vt ciuilia animalia & socialia sunt) excommunicabuntur indirectè, si excommunicentur; sed excommunicabuntur indirectè, inquantum scilicet commerciũ Christianorum prohibebitur, ne sit ad illos sic intelligitur 28. quæst. 1. nullus: & cap. Omnes, & de Iudæis, cap. Ad hæc. Textus ergo loquitur de excommunicatione, qua ponitur quis extra communionem fidelium vt sic; & fidelium, vt animalium socialium, directè.

2^m de minori. Iterum. ℞. Sine causa: non, cum causa. §. Tunc &c. Nam, quando excommunicatur quis iterum, excommunicatur cum causa: licet non semper cum alia noua causa. Potest.n. (vt dictum est in corp.) excommunicari quis propter eandem causam, & propter alias. Non tamen vnquam sine causa excõmunicatur, etiam quando propter eandem: immo etiam tunc, manente eadem materialiter, multiplicatur formaliter. Licet enim idem factum subsit pro excommunicando aliquo; tamen ratio noua (puta, vt non tantum differat conuersionem, vel vt facilius redeat ad cor) mouet excommunicatorem ad excommunicandum iterum eundem. Vide exam. post concl.

¶ Exam. Ly priuatio, quamuis non recipiat magis & minus secundum se, recipit tamen secundum suam causam: Hoc totius est fundamentum responsi. Vt, si quis inquirat, quare hic priuetur communione per excommunicationem iterum, i. magis, respondetur, quia excommunicatio, quæ est priuatio, recipit magis secundum causam suam, i. causam magis auctam habet, quando fertur secundò, quàm cum lata fuit primò.

¶ Ly priuatio recipit magis & minus secundum causam suam. Vt exemplum de cæcitate, & claudicatione monstrat. Licet vtrumque sit priuatio. Magis enim est cæcus ille, cui eruti sunt oculi; quàm ille, qui amisit pupillam tantũ: & magis claudicat ille, cuius emarcuit totũ fęmur; quàm, qui ex aliquo accidente paruo distortam aliquantulum plantam pedis habet.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. habes primò, quomodo per rationem ostendas; meritò insinuatum fuisse à Concilijs, & summis Pontificibus, ꝙ excommunicatus potest iterum excommunicari, siue ex eodem facto, siue ex diuersis. Id autem insinuatum fuit à Papa Gregorio IX. in Concilio generali Lugdunensi, sic. Absolutionis beneficium ab excommunicationis sententia &c. Eos qui absolutionem huiusmodi vi vel metu extorserint, excommunicationis sententiæ decernimus subiacere. Hæc ibi: & recitantur, de his quæ vi, met. cau. fi. in 6. Si vis hunc canonem totaliter ad literam: vide suprà quæst. 21. art. 4. not. post conclusionem 4. Ecce quòd excommunicatus iam, quia quærit absolutionem inferendo vim vel metum, iterum excommunicandus decernitur à Papa, sacro approbante Concilio. Item ab Alexandro III. in Concil. Lateranensi. Ita quorundam &c. tales igitur ab ecclesiastica communione præcisos, & excommunicationi subiectos rerum suarum per Principes catholicos, & consules ciuitatum mulctari, & capientium fieri seruos censemus. Præcipimus etiam vt per ecclesias maritimarum vrbiũ crebra, & solẽnis in eos excommunicatio proferatur. Hæc ibi: & recitantur, de Iudæis, &c. Nota ly crebra, & solẽnis excõmunicatio in eos proferatur. Item à Papa Adriano II. (vt refertur in Synodo 8. Constantinopol. actio. 7.) Photium, qui licet à decessore nostro, & à nobis pro criminibus antè patratis damnatus iure & anathematizatus sit, nunc tamen quia recentioribus excessibus priores iniquitates transcendit, & ponens in cęlum os suum aduersus veneranda Sedis Apostolicæ priuilegia, noua temeritate prorupit, cui resistere minimè formidauit, Apostolicæ authoritatis censura iteratò damnamus, & anathematis nexibus innodamus. Hæc ille: cuius sententiæ subscripserunt alij Episcopi. Item à Papa Clemente V. in Concilio Viennensi. Grauis nos &c. Necnon excommunicatos publicè, & interdictos, qui in ipsis Ecclesijs nominatim à celebrantibus vt exeant moniti remanere præsumpserint, excommunicationis sententia (à qua per dumtaxat Sedem Apostolicam possint absolui) sacro approbante Concilio, innodamus. Hæc ibi: & recitantur, de senten. excomm. Clement. Item à Ioanne VII. Papa, Engeltrudam noueris anathemate, quod ab ipso Christi corpore, quod est Ecclesia, recidit, crebrò percussam esse. Hæc ille: & recitantur 3.4. Nota ly crebrò. Faciunt etiam aliqua hic dicta pro quæst. 24. artic. 3. Vndè mirandum non est, immo tanquàm regula tenendum: quòd pro diuersis motiuis adducuntur ijdem canones in diuersis locis articulorum: nam ad plura loca secundum diuersas considerationes valent.

Regula de allegationibus.

2 Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto semel excommunicatum sentiunt posse denuo excommunicari, & intelligas, & defendas.

3 Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc declaretur, & consolidetur.

---

QVÆST. LIIII. Aliàs 23.

*De participatione cum excommunicatis, in tres articulos diuisa.*

Deinde considerandum est de participatione cum excommunicatis.

Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrũ liceat excõicato participare in puris corporalibus.

¶ Secundò, Vtrum participans excõmunicato, sit excõmunicatus.

¶ Tertiò, Vtrum participare excommunicato in casibus non concessis semper sit peccatum mortale.

ARTICVLVS I.

*Vtrum excommunicato liceat communicare in purè corporalibus.*

Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd liceat excommunicato communicare in purè corporalibus. Excommunicatio enim est actus clauium, sed potestas clauium se extendit ad spiritualia tantum. ergo per excommunicationem non prohibetur quin vnus alii in corporalibus communicare possit.

¶ 2 Præt. Quod est institutum per charitatem, contra charitatem non militat, sed ex præcepto charitatis

SVPER Q. LIIII. Aliàs 23. Art. 1.

Cap. nulli, c. cũ desideres, c. significauit, cap. nuper, cap. inter alia, de sen. excom.

Conc. 1. Excõmunicato minori excommunicatione, licet communicare: sed non licet ei sacramenta conferre.

¶ Prob. Quia excommunicatio minor separat tantum à participatione sacramẽtorum, sed non à communione fidelium.

¶ Exam. Ly à participatione sacramẽtorũ. Scilicet passiua. Nam participare in hoc loco sumitur pro recipere. Poterit ergo excommunicatus minori exercere ea, quæ sunt iurisdictionis actiuę, puta absoluere ab excommunicatione, & etiam à peccatis: licet absoluendo à peccatis peccaret, ꝙ-uis absolutus reciperet gratiam; & absoluendo ab excommunicatione non peccaret.

91

S. Tho. vbi suprà ar. 1. q. 1. & seq.

* Bern. in lib. de pcepto, & dispẽsatione, nõ remotè à princ. & suprà q. 1. art. 1.

¶ Not. Confirmatur & declaratur id totum ex Gregorio VIII. si celebrat minori excõmunicatione ligatus; licet grauiter peccet, nullius tamen

tamen irregularitatis notam incurrit; nec eligere prohibetur, vel ea, quæ ratione iurisditionis sibi competunt exercere, si tamé scienter talis electus fuerit, eius electio est irritanda &c. Peccat autem conferendo ecclesiastica sacramenta, sed ab eo collata virtutis non carent effectu; cum non videatur à collatione, sed participatione sacramétorum, quæ in sola consistit perceptione, remotus: dummodo non in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ, videlicet contra prohibitioné superioris, communioni excommunicatorũ pertinaciter se ingesserit. Hæc ille; de cleric. excomm. vel depos. Nota ly dummodo non in contemptum &c. Ac si dicat. Si ex contemptu, & contra prohibitionem superioris ingerit se communioni excommunicatorum, hoc ipso intelligitur remotus à collatione sacramentorũ propter suam pertinaciam & contemptum: sicut non excommunicatus per contemptum fit excommunicatus, de senten. excomm. per tuas.

Conclusio nis tertiæ pars.

¶Concl. 2. Excommunicato excommunicatione maiori non licet communicare etiam in purè corporalibus.

¶Prob. Quia excommunicatio maior separat hominem non tantũ à sacramentis Ecclesiæ, sed etiam à cōmunione fidelium quacumque (q. 21. art. 1.)

Conclusio nis tertiæ pars.

¶Concl. 3. Excommunicatis maiore excōmunicatione licet communicare in his, quæ pertinent ad salutem; & in his quæ specialem prouisioné dicunt; & quando ignoratur excommunicatio; & cum aliqui qui sunt peregrini ac viatores in terra excommunicatorum; & in casu necessitatis ipsius excommunicati.

¶Not. Pro intelligentia pleniori terminorum, præsertim secundæ partis conclusionis. Ly in his, quæ specialem prouisioné dicunt, vide textum: nec discedas ab eo.

¶Prob. Quia homo potest licitè in causa salutis cum excommunicato loqui, etiam si alia verba interserat, vt facilius salutis verba ex familiaritate recipiantur (hoc patet expressè per Greg. IX. de sent. excom. cum voluntate ac proposito). Secunda autem pars, s. & in his &c. probatur: Quia in his est specialis obligatio ad alterutrũ, quasi naturalis (cum inferiores obligentur ad obsequium superiorum, superioresq; ad prouidentiam inferiorum). Tertia auté pars, s. & quando &c. probatur: Quia hoc præsupponitur clarum (cũ ignorantia inuincibilis de qua loquitur, excuset; licet non crassa, vel affectata. 1. 2 q. 76. ar. &c. Quarta autem pars, s. & cum aliqui &c. probatur: Quia licitè possunt hi emere, vel etiam eleemosynam accipere ab excommunicatis (vt dicetur). Quinta autem pars, s. & in casu &c. probatur: Quia tunc ex præcepto charitatis tenetur prouidere excommunicato.

¶Not. Doctrina hæc sancti Thomæ confirmatur simul & declaratur ex dictis Papæ Innocentij III. Inter alia &c. Cum quædam personæ illis, in quos lata fuerit excommunicatio, ante prolationem ipsius obsequio tenerentur familiariter adhærere, neque postmodum ad contrarium teneantur, &c. à priore non sunt obnoxietate solutæ, sed ad familiare tenentur obsequium, & ita per consequens ad communionem tenentur, sine qua illud nequeunt exhibere &c. Quibus tamen in his, pro quibus sunt excommunicatione notatæ (vt in criminibus) communicare non debent; sed ab eis penitus abstinere. Hæc ille, de sent. excom. Item ex dictis Greg. VII. Quoniam multos &c. Apostolica auctoritate ab anathem. vinculo hos subtrahimus, videlicet vxorem, filios, seruos, ancillas, seu mancipia, rusticos, & seruientes, & omnes alios, qui non adeò curiales sunt, vt eorum consilio scelera perpetrentur; & eos qui ignoranter excommunicatis communicant; siue illos, qui communicant illis, qui excommunicatis communicant. Quicumque autẽ orator, siue peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum venerit, & ibi non possit emere, vel nō habeant vnde emát, ab excommunicatis accipiédi licentiã damus; Et si quis excommunicatis in sustentationem non superbię, sed humanitatis causa, dare voluerit aliquid, non prohibemus. Hæc ille. 11. q. 3. Item ex dictis Inn. III. si vere &c. Est auté cautum in iure: ꝙ si quisquam per terram hæreticorum, aut quorumlibet excommunicatorum transierit; necessaria poterit emere, ac recipere, ab eisdem. Præterea, si paterfamiliàs domus excōmunicationis sententia fuerit innodatus, à participatione illius familia excusatur. Hæc ille, de senten. excom.

Conclusio nis tertię pars.

Conclusio nis tertiæ pars.

tenemur inimicis subuenire, quod sine aliqua communicatione fieri nō potest. ergo iam alicui excommunicato in corporalibus communicare licebit.

Sed contra est, quod dicitur Corint. 5. Cum eiusmodi nec cibum sumere.

Resp. Dicendum est, ꝙ duplex est communicatio. Vna est minor, quæ separat tantum à participatione sacramentorum, sed non à communione fidelium, & ideo tali excommunicato licet communicare, sed non licet ei sacraméta conferre. Alia est maior excommunicatio, & hæc separat hominem à sacramentis Ecclesiæ, & à communione fideliũ, & ideo tali excommunicato communicare non licet. Sed quia Ecclesia excommunicationem ad medelam, & non ad interitum inducit, excipiuntur ab hac generalitate quædã, in quibus communicare licet, scilicet in his, quæ pertinent ad salutem: quia in talibus homo licitè potest cum excommunicato loqui, potest etiam alia verba interserere, vt facilius salutis verba ex familiaritate recipiantur. Excipiuntur etiam quędã personæ ad quas specialiter pertinet prouisio excommunicati, vt vxor, filius, seruus, rusticus, & seruiens. Sed hoc intelligendum est de filiis, non emancipatis, aliàs tenentur vitare patrem. De aliis autem intelligitur, quòd licet excommunicato communicare: si ante excommunicationem se ei subdiderunt, non autem si post. Quidam autem intelligunt econuerso, s. quòd superiores possunt licitè communicare inferioribus. Alii verò contrarium dicunt. Sed ad minus in his communicare eis debent, in quibus sunt eis obligati, quia sicut inferiores obligantur ad obsequium superiorum: ita superiores ad prouidentiam inferiorum. Sunt etiam, quidam casus excepti, sicut quando ignoratur excommunicatio, & quando aliqui sunt peregrini, & viatores in terra excommunicatorum, qui licitè possunt ab eis emere, vel etiam accipere eleemosinam. Et similiter si aliquis videat excommunicatum in necessitate, quia tunc ex præcepto charitatis tenetur ei prouidere, & ista hoc versu continentur.

*Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.*

Vt vtilitas referatur ad verba salutis, lex ad matrimonium, humile ad subiectionem: cætera patent.

Ad primum ergo dicendum, quòd corporalia ad spiritualia ordinantur, & ideo potestas, quæ se extendit ad spiritualia, ad corporalia se extendere potest, sicut ars, quæ est de fine, imperat de his, quæ sunt ad finem.

Ad secundum dicendum, quòd in illo casu in quo aliquis ex præcepto charitatis communicare tenetur, non prohibetur, vt ex dictis patet. *

A R-

## 1^m de minori.

Se extendit. ℞. Principaliter: non secundariò. §. seu (& in idé redit) directe: nō indirecte. Tũc &c. Nã corporalia, inquantum ordinãtur ad spiritualia, sub potestate clauium sunt: vt habes in textu. Sic ergo potestas clauiũ se ad corporalia extendit relatiue, s. inquantum referuntur ad spiritualia: sup spiritualia verò cadit absolutè, i. vt spiritualia sunt.

¶Not. 1. Ideò interdicitur cōio fideliũ etiã in purè corporalib. ipsis excommunicatis: vt rubore confusi ad spiritualia redeant, à quibus separati sunt. Propter hoc dicit textus in proposito: quod corporalia ordinantur ad spiritualia; & quòd, vt sic ordinata, non subterfugiunt potestatem clauium.

* In corp. art.

¶Not. 2. Hinc habes magnum fundamentum ad ostendendum quomodo Ecclesia potestaté habeat super res temporales quorumcũque Principum, etiam remanentib. rebus ipsis sub ditione eorũdem Principum. Innuit. n. textus: ꝙ corporalia illa, vt ordinãtur ad spiritualia, sub potestate Ecclesiæ continentur: & ꝙ corporalia, vt corporalia, possunt sub aliorum potestate esse. Ex hoc ergo tex. dices: ꝙ Ecclesia potest excommunicare, seu per excommunicationé, vel aliam censuram (nam similis ratio de alijs est in hoc) priuare Reges temporales corporalib. eorum dominijs in casu; quo Reges ipsi dominijs prædictis vterentur contra spiritualia (puta fouendo hæreticos, vel à fide catholica auertendo, & huiusmodi). Et in hoc sensu intelligas ex Diuo Thoma, Ecclesiam habere gladium etiam temporalem in omnibus mundi partibus: & e contra, illam scilicet iure posse exaltare quousque Principes in temporalibus eorum bonis propter hoc, quòd ipsi principes bona sua corporalia bene ordinent ad spiritualia (puta, fidem catholicam defendendo, Ecclesiam sanctam ab inimicis protegendo, & huiusmodi). Vt & in hoc Ecclesiæ iudicium Deo conforme fiat, quæst. 21. art. 2. qui dicit, Quicumque honorificauerit me glorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. 1. Regum 2. Hinc merito Ecclesia glorificauit Venetos insignibus priuilegijs temporalem etiam honorem concernentibus; propterea quod ipsi, Veros Ecclesiæ in hoc filios se probantes, Alexandrum III. caput Vrbis & Orbis opera plusquàm laudabili contra vim Imperatoris Federici in sede reposuerunt.

## 2^m de conclusione.

Licebit. ℞. In casu, in quo aliquis ex præcepto charitatis tenetur: non autem, semper. §. Tunc &c. vt patet ex conclus. 3.

A P-

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationẽ elidas errorem Ioannis Vuiclef (vt refertur quæst. 21. art. 1. append.) dicentis: excommunicationem non esse timendam. Cui concordat Lutherus; vt ibi. Vides enim hic; quantis incommodis excommunicatio afficiat excommunicatum: vt non tantummodo illum, sed etiam alios sibi comparticipes vehementer damnificet. Et ratione hac adducitur nunc prædictus error. Vnde colligitur: quòd dicere excommunicationem non esse, & maxime quidem, timendam, stultissimum est. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, errorem illum (pro quanto latenter innuit; quòd communicantes excommunicato non damnificantur) meritò damnari à Papa Vrbano sic. Quibus Episcopi non communicant, non communicetis; & quos eiecerint, non recipiatis. Valde enim est timenda sententia Episcopi, licet iniustè liget. Hæc ibi. 11. quæst. 3. Facit hoc dictum Vrbani magnopere pro quæst. 21. artic. 4. Excommunicationem enim iniustam ligare, est ipsam habere aliquem effectum. Item à Synodo 8. Si quis frater aut palàm, aut absconsè cum excommunicato fuerit locutus, aut iunctus communione, statim cum eo excommunicationis contrahit pœnam. Hæc ibi. 11. quæst. 3. Intellige de excommunicatione minori ly excommunicationis contrahit pœnam: quamuis etiam excommunicationem maiorem contrahat in aliquibus casibus cum excommunicato participans infrà art. 2. Item à Concilio Carthaginensi 4. Qui communicauerit, vel orauerit cum excommunicato: si laicus est, excommunicetur: si clericus, deponatur. Hæc ibi. 11. quæst. 3. Item à Calixto Papa epist. 2. ad omnes Galliarum episcopos. Excommunicatos quosque à sacerdotibus nullus recipiat, ante vtriusque partis examinationem iustam, nec cum eis in oratione, aut cibo, vel potu, aut osculo communicet, nec aue eis dicat: quia quicumque in his, vel alijs, prohibitis excommunicatis communicauerint, iuxta Apostolorum institutionem, & ipsi simili excommunicationi subiacebunt. Ab his ergo clerici, & laici, se abstineant; qui eadem pati noluerint. Hæc ibi. Item à Beato Petro Apostolo in ordinatione Clementis. Si inimicus est ille Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse: sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absque commonitione obsecondare, & auertere vos ab eo, cui ipsum senitis aduersum; sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur: vt vnusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias reparare, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest; & per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si verò quis amicus fuerit his, quibus ipse amicus non est; & locutus fuerit his, quibus ipse non loquitur: vnus est & ipse ex illis, qui exterminare volunt Ecclesiam Dei; & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Hæc ibi: & recitantur in epistola prima Clementis primi Papæ ad Iacobum fratrem Domini. Adeò igitur excommunicatio timenda est (& hoc contra Vuiclef, propterea hic adductum); vt etiam alijs ab excommunicato valde timenda sit. Item à Fabiano Papa epistola prima sic Apostoli statuerunt dicentes, cum excommunicatis non est communicandum. Et si quis cum excommunicatis, auertendo regulas, scienter psallat in domo, aut simul locutus fuerit, aut orauerit; ille communione priuetur. Hæc ibi. Item à canone vndecimo Apostolorum. Si quis cum excommunicato, saltem in domo, locutus fuerit; iste communione priuetur. Hæc ibi. Item à Concilio Arelatensi: vt suprà q. 21. art. 2. append.

Non participare cum excõicato, quo fiat in salutẽ excõicatis.

3 Tertiò habes; quomodo per rationem prædicta Patrum pro quanto communicationem in purè corporalibus cum excommunicato non licere dicunt, & intelligas, & probes, & defendas. 4 Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim doctrina Thomistica præsens & declaretur, & consolidetur.

---

## ARTICVLVS II.

*Vtrum participans excommunicato sit excommunicatus.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ participans excommunicato, non sit excommunicatus. Plus enim separatus est ab Ecclesia Gentilis, quàm excommunicatus, sed ille qui participat Gentili, aut Iudæo, non est excommunicatus. ergo nec ille, qui participat excommunicato Christiano.

¶ Præterea. Si ille, qui participat excommunicato, est excommunicatus: eadem ratione, qui participat participanti, erit excommunicatus, & sic in infinitum procedet, quod videtur absurdum. ergo non est excommunicatus, qui excommunicato participat.

SED CONTRA est, ꝙ excommunicatus est positus extra communionem. ergo qui ei communicat, à cõmunione Ecclesiæ recedit, & sic videtur quòd sit excommunicatus.

RESPON. Dicendum, ꝙ excommunicatio potest in alium ferri dupliciter. Aut ita quòd ipse sit excommunicatus cum omnibus ei participantibus, & tunc non est dubium, ꝙ quicumque participat ei, est excommunicatus maiori excõmunicatione, aut est excommunicatus simpliciter, & tunc aut participat aliquis in crimine ei præbendo consilium, auxilium, aut fauorem, & sic iterum est excommunicatus maiori excommunicatione aut in alijs, sicut in verbo, vel in osculo, vel in mensa, & sic est excommunicatus minori excommunicatione.

AD

### SVPER Q. LIIII. Aliàs 23. Art. II.

92 Cap. quod in dubijs, de sent. excõ.

CONCL. 1. Quicumque participat excommunicato, quando excommunicatio lata in eum comprehendebat etiam omnes ei participantes, est excommunicatus maiori excommunicatione.

¶ PROB. Quia hoc, tanquàm non dubium, patet.

¶ CONCL. 2. Participans in crimine (siue auxilium, siue fauorem, aut consilium, ei præbeat) cum excõmunicato simpliciter pro illo crimine, est excommunicatus maiori excommunicatione.

¶ EXAM. Ly simpliciter. Hoc est, sine expressione participantiũ. Hoc autem est tunc, quando in forma excommunicationis dicitur, excõmunicamus Titium (nihil aliud addendo). Dicitur autem ly excõmunicato simpliciter, ad differentiam excommunicati cum participantibus (vt excommunicamus Titium, & participantes ei): & per hoc secunda conclusio hæc secernitur à prima.

¶ Ly pro crimine. Scilicet determinato. Vt excommunicamus Titium pro eo, quòd exercet vsuras.

¶ Ly in crimine, siue auxilium, &c. Verbi gratia. Excommunicatur mulier ex eo, quòd adulteratur cum clerico. Tunc si clericus accedat ad eam iam sic excommunicatam, est excommunicatus maiore, & quicumque suadet clerico, vel dat auxilium, aut fauorem ad cognoscendum illam mulierem, est eadem excommunicatione dãnatus. Si verò laicus ad eãdem mulierem sic excommunicatam accedat, non est maiore excommunicatione innodatus; quia mulier illa non est excommunicata propter adulterium cum laico, & consequenter non communicat ei in crimine damnato per bullam excommunicationis. Quòd si absolutè pro adulterio, vel fornicatione, excommunicata esset: tunc quilibet adulterium, vel fornicationem cum ea committens esset maiori excommunicatione ligatus. Dixi ly sic excommunicatam: quia si excommunicata nondum esset, licet excommunicationis pœna fuisset à iudice comminata, non esset excommunicatus. Hinc à simili arguas de multis; puta excommunicatur Titius pro eo; quòd furtum cõmisit, & committit. Tunc procede, vt suprà: quòd scilicet omnes dantes consilium, auxilium, fauorem Titio ad faciẽdum furtum, excommunicationem maiorem incurrunt.

¶ PROB. Quia hoc, tanquàm clarum, relinquitur.

¶ NOT. Meritò tanquàm clarum hoc supponitur, quod à conclusione secunda dictũ est. Nam scripturæ omnes, & iura clamant, ꝙ agentes & consentientes par pœna constringit: & ꝙ non tantum digni sunt morte qui male faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Meritò ergo præsumitur: ꝙ iudex quãdo excommunicat aliquem pro crimine aliquo (puta mulierem pro concubinatu, vel Titium pro furto &c.) intendit excommunicare omnes comparticipes excommunicato in crimine à se damnato. Et propterea, quamuis hoc non exprimatur verbaliter in bulla excommunicationis (sicut fit in prima conclusione de participantibus, vt ibi dictum est): tamen vertendum non est in dubium; quin & iudex intendat, hos etiam excommunicare, & hi maiorem illam excommunicationem incurrant.

¶ CONCL. 3. Excommunicato simpliciter, communicans in verbo, osculo, mensa, & alijs à crimine damnato (de quo in secunda conclusione) est excommunicatus minori excommunicatione.

¶ EXAM. Ly excommunicato simpliciter. Scilicet ab alio, quam à Papa: quandocumque communicans est clericus; & participatio est in diuinis: vt inquit Papa Clemens III. significauit &c. Verum clericos, qui scienter, & sponte participauerunt cum excommunicatis à nobis, & ipsos in officijs receperunt, eadem excommunicationis sententia cum ipsis non dubitamus inuolui: quos etiã pro beneficio absolutionis habendo ad nos volumus remitti. Hæc ille: & recitantur, de sententia excommunic. Intellige de excommunicatis nominatim: secus si per canones in iure, vel etiam sententias generales. Tales ergo clerici ex tali participatione incurrerent excommunicationem maiorem, à qua per Papam solum absoluerentur.

¶ PROB. Quia vt clarum, supponitur.

1^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam licet Pagani & Iudæi sint magis separati ab Ecclesia, quàm sit Christianus excommunicatus: tamen Ecclesia non ita punit participantes cum illis infidelibus in verbo, & huiusmodi, sicut punit participantes cum excommunicatis. fundamentum huius responsi ponitur in textu: quia Ecclesia, f. non ita intendit corrigere infideles, sicut &c.

q. 12. art. 1. cor. & locis ibid. citatis.

¶ Examen Ly non ita, &c. Hoc est, quia fideles sunt Ecclesiæ filij in actu, infideles autem solum in potentia: sicut & primi sunt Christi membra in actu, secundi vero tantum in potentia, 3. par. q. 8. art. 3. Modo quis nesciat de filijs actualiter maiorem curam haberi à parentibus; quàm de non filijs, aut filijs potentialiter?

2^m de maiori. Eadem ratione, qui participat participanti, erit excommunicatus. ℞. Negatur illa. §. Nam excommunicatio minor, qua participans tenetur, non transit in tertiam personam (vt patet ex Greg. VII. suprà art. 1. notat. post probationem conclus. tertiæ.

Ad primum ergo dicendũ, q̀ Ecclesia non ita intendit corrigere infideles, sicut fideles, quorũ cura sibi incũbit: & ideo non arcet à cõione infideliũ, sicut à cõione fidelium illorum, quos excommunicat, sufilium impendendo, auxilium, vel fauorem; aut aliàs in oratione, vel osculo, aut orando secum, aut etiam comedendo. In primo quidem articulo, cum talis communicet crimini, & participet criminoso, ac per hoc videatur ratione damnati criminis delinquere in eum qui damnauit; ab eo, vel eius superiore, merito delicti tunc erit absolutio requirenda, cum facientem & consentientem par pœna constringat, &c. In secundo verò casu à suo Episcopo, vel à proprio sacerdote, poterit absolutionis beneficium obtinere. Quãuis enim & tunc nõ iudicis, sed iuris sententia excommunicato communicans sit ligatus, quia tamen conditor canonis absolutionem eius sibi specialiter non retinuit, eo ipso videtur concessisse facultatem alijs relaxandi. Hæc ille; de sent. excom. Vide quàm differentiã faciat inter excommunicatum ob participatione in crimine criminoso, i. propter quod lata fuerat excommunicatio, & inter excõmunicatum ob participationẽ in alijs. Faciunt ista Papæ Innoc. etiam ad q. 24. art. 2. si bene applicentur. Itẽ à Gregorio IX. scribente Astoricensi Episcopo. Si concubinæ publicè clericorũ ecclesiasticæ censuræ districtione notentur; eosdem concubinarios non est dubium maioris excommunicationis sentẽtia inuolui, qui post latam sententiam cõmunicant in eodem crimine criminosis. Hæc ille; de sent. excom. Item ab Innoc. IIII. in Concil. Lugdun. Statuimus: vt nullus iudicum participantes cum excommunicatio ab eo in locutione, & alijs, quibus ligatur participans excommunicatione minori &c. saluis constitutionibus legitimè promulgatis contra illos, qui in crimine præsumũt participare damnato. Hæc ille; de sent. excom. in 6. Item à Concil. Antiocheno cap. 2. Non liceat communicare excommunicatis, neque cum his per domos ingredi, & cũ eis orare, qui ecclesiæ non participant in oratione: nec in alteram ecclesiam recipi, qui ab alia excommunicantur. Quòd si quis Episcoporum, vel presbyterorum, vel diaconorum, vel etiam qui in canone detinentur, excommunicato communicare deprehensus fuerit: & hanc oportet cõmunione priuari; tanquàm ecclesiæ regulas cõfundentem. Hæc ibi. Item à Synodo 5. Constantinopolitana confess. 7. Placuit vniuerso Concilio: vt qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, siue Episcopus, siue quilibet clericus, & tempore excommunicationis suæ ante audientiam communicare præsumpserit; ipse in se damnationis iudicetur protulisse sententiã. Hæc ibi. Item à Concil. Antisiodorensi can. 39. Si quis presbyter, aut quilibet de clero, aut de populo excõmunicatum, absque voluntate ipsius, qui eum excommunicauit, sciens receperit; aut cum illo panem manducauerit, vel colloquium habere decreuerit; simili sententia subiacebit. Hæc ibi. Item à &c. vt suprà art. 1. append. Tertiò habes: quomodo per rationem Patrum antedicta, pro quanto participantem excommunicato insinuant esse excommunicatum, & intelligas, & probes, & defendas. Quarto vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

per quo habet aliquam potestatem.

Ad secundum dicendum, q̀ excommunicato minori excommunicatione licet communicare, & sic excommunicatio non transit in tertiam personam.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem reijcias errorem Ioannis Vuiclef, & Lutheri (vt refertur q. 21. art. 1. appen.) dicentium; excõmunicationem non esse timendam. Itẽ Lutheri eiusdem addentis, esse procurandam; & non priuare hominem communibus spiritualibus ecclesiæ orationibus. In tantum. n. timenda est & per articulũ hunc, vt etiam participãti cum excõmunicato propter damnũ sibi inde sequens valde timenda sit. Vnde & spiritualib. ecclesiæ orationibus cõmunibus non tantum priuat excommunicatũ, sed etiam participantem cum eo; vtpotè eum, qui ex tali participio excommunicationem saltem minorem incurrat. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas errores illos (pro quanto participantem cũ excommunicato ab omni damno excõmunicationis immunem faciunt) damnari meritò à Papa Innocentio III. A nobis ex parte tua fuit quæsitum, vtrũ is, qui excõmunicato in locutione, vel oratione scienter cõmunicat, excõmunicatum ipsum à sua possit accusatione repellere, &c. Respondemus: q̀ ipse ab accusatione illius poterit remoueri, cum primus à cõmunione fidelium sit exclusus; secundus vero tantum à sacramentorũ participatione sit remotus. Hæc ille; de exceptionibus. Nota ly primus, & ly secundus. Primus. n. ille excommunicatus erat maiore, & volebat secundum accusare; & secundus erat ex locutione, vel oratione habita cum primo excommunicatus minore, & contendebat repellere primũ à sui accusatione. Item ab eod. Innoc. Nuper à nobis &c. In secũda quæstione credimus distinguendum, an is, qui nominatim excommunicato communicat scienter, in crimine cõmunicet criminoso, ei consilium

---

SVPER Q. LIIII. Aliàs 23. Art. III.

Concl. Probabilius videtur; quòd non semper participans cum excommunicato peccat mortaliter; sed solum quando in crimine sibi participat, vel in diuinis, vel in contemptum Ecclesiæ.

* In lib. Decret. tit. 40. de his quæ vi metu. ve causa fiũt, c. 5. sacri.

¶ Prob. Quia aliàs videtur valde graue, q̀ homo pro vno verbo leui, quo excommunicatum alloquitur, mortaliter peccet; & quia excommunicantes laqueũ dãnationis multis inijcerent, quod in eos retorqueretur (quod videtur absurdum): Secunda autem pars, f. sed solùm &c. probatur: Quia hoc, vt clarũ supponitur.

¶ Not. Radix huius pbabilitatis maioris in conclusione dictæ, est: q̀ iugum Domini est leue; id est (in proposito sistendo) non tam strictè interpretandum, vt impossibile fermè videaf. Item radix alia eiusdẽ (licet demum in idem redeat) est: q̀ mandata Dei grauia non sunt. 1. Ioan. 5. & consequenter mãdata Ecclesiæ sanctæ imitatricis eius grauia non sunt. Quòd si Ecclesiæ mãdata grauia non sunt; multò minus grauia valde non erunt. Cùm ergo opinio contraria, scilicet alloqui verbo leui excommunicatum peccatum mortale esse, sit valde grauis (vt pbatio dicit, & experientia): tenendum est; quod huiusmodi peccatum mortale non est, nisi aliud addatur (vt in textu). Additur quòd Philosophus habet pro incõuenienti ponsuonem illam, ex qua sequitur

11. quæst. 3. cap. 40. Venio. Vt hf 11. q. 3. c. 3. 4. 16. 17. 18. 19. 20. 26. 28. & cap. 107.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum participare cum excommunicato in casibus non concessis semper sit peccatum mortale.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd participare cũ excommunicato in casibus non concessis, semper sit peccatum mortale. Quia Decret. * quædam respondet, q̀ propter metum mortis non debet aliquis excommunicato communicare, quia aliquis debet prius subire mortẽ quàm mortaliter peccet, sed hæc ratio nulla esset, nisi participare cum excommunicato esset peccatum mortale, ergo &c.

¶ 2 Præterea. Facere contra præceptum Ecclesiæ est peccatũ mortale, sed Ecclesia præcepit, quòd excommunicato nullus communicet. ergo participare cum excõmunicato est peccatum mortale.

¶ 3 Præterea. Nullus arcetur à perceptione Eucharistiæ pro peccato veniali, sed ille, qui participat excommunicato in casibus non concessis, arcetur à perceptione Eucharistiæ, quia incurrit minorem excommunicationem. ergo participans excõmunicato in casibus non concessis, peccat mortaliter.

¶ 4 Præt. Nullus debet excommunicari maiori excommunicatione, nisi pro peccato mortali, * sed aliquis secundũ iura potest excommunicari maiori excommunicatione, propter hoc q̀ excommunicato participat. ergo excommunicato participare, est peccatum mortale.

Sed contra. A peccato mortali nullus potest absoluere: nisi super eum habeat iurisditionẽ, sed potest absoluere à participatione cum excommunicatis quilibet sacerdos. ergo non est peccatum mortale.

¶ Præterea. Pro mensura peccati debet esse pœnitentiæ modus: sed pro participatione cum excõmunicatis secundũ communem cõsuetudinem

ſequitur inconueniens. Cum itaque probatio moneret: quòd ad poſitionem contrariam concluſioni ſequeretur inconueniens, & quidem duplex; tenendum iuxta rationem etiam philoſophicam videtur, quòd poſitio contraria concluſioni minus conueniens eſt.

**1m ex Decret.** Communicare. ℞. In diuinis: non, quomodocumque. §. Tunc nihil &c. vt patet in concluſione.

**Item de minori.** Mortali. ℞. Inquãtum dicit non poſſe benefieri; non inquantum dicit mortem animæ ſpiritualem. §. Tunc &c. Nam quando decretalis illa dicit ſubeundum eſſe mortẽ potius quàm cõmunicare excõmunicato, intendit; ꝙ huiuſmodi cõmunicare non poteſt benefieri, & conſequenter ꝙ eſt peccatum veniale ſaltem. Non ergo ſequitur ex illius dicto, quòd huiuſmodi cõmunicare ſit peccatum mortale, niſi in hoc ſenſu; inquãtum ſ. mortale importat id quod non poteſt benefieri; id quod etiam cõuenit peccato veniali (vt habes in textu).

* In corp. art. præce.
* Vt habetᷣ 11. q. 3. c. 100. 101. & 102. c. 31. in ar. 1.

¶Coroll. Ergo, ſecundũ decretalem illã, magis ſubeũda eſt mors corporalis, quàm peccandũ venialiter: quod intellige illo modo debiti, quo tenemur cauere à venialibus. Non valet ergo cõſequentia iſta: potius ſubeunda eſt mors, q̃ communicare excõicato; ergo communicare excõmunicato ſemper eſt peccatum mortale. Sed inferatur ſic. Ergo cõicare excommunicato ſemper eſt mortale, aut veniale. Tunc autem diceretur; quòd verum concludit. Vide D. Thom. quolib. 11. art. 9.

**2m de maiori.** Facere contra. ℞. Sed non facere præter. §. Tunc &c. Nam Eccleſia in ſuis præceptis eſt diſcreta: & conſequenter in præcipiendo nõ communicationem in loquela, & ſimilibus, non ita ſtricte intendit ligare filios ſuos cõtrafacientes; ſicuti contrafacientes præcepto ſuo de non communicando in diuinis. Ob hoc dicitur in textu; quòd primus facit præter Eccleſiæ præceptum, ſecundus autem contrauentus facit contra.

¶Not. Iuxta ſubiectam materiam, docuit Chriſtus, æſtimandam eſſe grauitatem peccati, dum ait: Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio; qui dixerit racha, concilio, qui fatue, gehenna ignis. Conuenienter igitur, non dandam eſſe eandem ſententiam peccati de participante in diuinis, & extra determinat litera reſponſi.

**3m maior.** Nullus arcetur à perceptione Euchariſtiæ pro peccato veniali. ℞. Negatur iſta. §. Si loquamur de peccato præciſe illius, qui arcetur. Tunc &c. Nam huiuſmodi participantes extra diuina arcentur ab Euchariſtia pro peccato veniali, non quidem præciſè; ſed ad puniendum culpam mortalem ſimul excommunicati illius cum quo participarunt.

¶Coroll. Relinquitur ergo breuibus: ꝙ qui ab Euchariſtia arcetur, pro veniali trahente ſecum quodammodo mortale arcetur. Ex hoc enim, ꝙ mortale alterius cum quo iſte conuerſatus eſt, puniri debet, ſequitur: ꝙ iſte venialiter peccans in conuerſando cũ illo ſacramenti perceptione priuetur. Et hoc eſt, quod ſuprà artic. 1. concl. 1. dictum fuit, excõmunicatus minori excõmunicatione à ſacramentorum perceptione ſeparatur. Vnico igitur flagello, ſ. priuatione hac, puniũtur duo inæquales peccatores, i. & excommunicatus minore, & excommunicatus maiore (vt in textu colligitur). Ad ruborem eum grauiorem excommunicati maiore fit: vt iſte excommunicatus minore (quamuis & proprium huius delictum concurrat) ab Euchariſtia percipienda, alijſque ſacramentis, arceatur. Ecce (contra Vuiclef, & Lutherum ſuprà art. 1. & 2. adductos) quòd excommunicatio maior adeo timẽda eſt: vt non tantum in ſeſe, ſed & in alijs ſibi participantibus, puniatur ipſe excommunicatus.

**4m de minori.** Participat. ℞. Pertinaciter: non abſolutè. §. Tunc &c. Nam concluſio, pro illa parte, quæ participantẽ à mortali dicit eſſe liberũ, intelligitur abſolute, i. nullo addito factũ aggrauante: non autem ſi addatur tale quid; puta pertinacia, ſeu contemptus (vt tertia pars concluſ. oſtendit: & ſuprà art. 1. exam. poſt prob. primæ concluſionis ex Pontificibus patet).

AP-

non imponitur pęna debita mortali peccato, ſed magis debita veniali. ergo non eſt peccatum mortale.

Resp. Dicendum, ꝙ quidam dicunt, quòd quandocũq; aliquis participat excommunicato, vel verbo, vel quocũque dictorum * modorũ, ſecundum quos ei cõmunicare non licet, peccat mortaliter, niſi caſibus * exceptis à iure; ſed quia hoc videtur valde graue, ꝙ homo pro vno verbo leui, quo excõmunicatum alloquitur, mortaliter peccet, & multis excommunicãtes laqueum damnationis iniicerent, quod in eos retorqueretur, ideo aliis probabilius videtur, quòd non ſemper peccat mortaliter, ſed ſolũ quando in crimine ſibi participat, vel in diuinis, vel in contemptum Eccleſiæ.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ Decr. * illa loquitur de participatione in diuinis. Vel dicendum eſt, ꝙ ſimilis ratio eſt de peccato mortali, & de veniali quantum ad hoc, quòd ſicut peccatum mortale non poteſt bene fieri, ita nec veniale; & ideo ſicut homo debet prius ſuſtinere mortem quã peccet mortaliter, ita etiam quã peccet venialiter illo modo debiti, quo debet venialia vitare.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ præceptum Eccleſię directè reſpicit ſpiritualia, & ex conſequenti legitimos actus: & ideo qui communicat eis in diuinis, facit contra præceptũ, & mortaliter peccat: qui autem participat eis in aliis, facit præter præceptum, & mortaliter non peccat.

Ad tertivm dicendum, ꝙ aliquis etiam ſine aliqua culpa quandoque ab Euchariſtia arcetur, ſicut patet in ſuſpendẽdis, vel interdictis, quia tales pœnæ quandoque alicui pro culpa alterius quæ in eis punitur, inferuntur.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ quamuis participare * excommunicato ſit peccatũ veniale, tamen participare pertinaciter eſt peccatũ mortale, & per hoc poteſt aliquis excommunicari ſecundum iura.

QVAE-

* Locis citatis in ar. 4. & lib. 5. Decr. titu. 39. c. 30.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. habes primò: quomodo per rationem deſtruhes errorem Vualdenſium, & poſt Ioannis Vuiclef, demum Lutheri (vt ait Reuer. Dominicus Soto de iuſt. & iure, lib. 1. quæſt. 7. art. 3.) dicentium, quòd neque in Pontifice maximo, neque in tota Eccleſia vlla eſt poteſtas condendi leges morum. Item quorundam dicentiũ, ꝙ leges eccleſiaſticę non ligant in foro conſciẽtiæ. Ex primo dicto, credider im ego, ꝙ Vuiclef parturiit illum alium errorem (hic ei tribuitur à Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 8.) videlicet, quòd decretales epiſtolæ ſunt apocryphæ, & ſeducunt à fide Chriſti; & ſunt ſtulti qui ſtudent eis. Secũdo habes: quomodo per rationẽ oſtẽdas, hos errores meritò fuiſſe damnatos à Leone X. in Bulla contra errores Lutheri: quã damnationem vide q. 1. ar. 1. append. & 3. par. q. 68. ar. 9. Item à Conc. Conſtantienſi ſeſſio. 8. cuius damnationẽ cõtra Vuiclef, vide q. 20 art. 3. appen. Item ab Anacleto Papa III poſt Petrũ, qui fuit natione Gręcus, & à B. Petro presbyter factus, in epiſt. 3. Si quę vero cauſę difficiliores inter vos ortæ fuerint, ad huius ſanctæ Sedis apicem eas quaſi ad caput, referte; vt Apoſtolico terminentur iudicio: quia ſic dominum velle, ab eoque ita conſtitutum eſſe, antedictis teſtimonijs declaratur. Hæc vero Apoſtolica Sedes (vt prætactum eſt) omniũ eccleſiarum caput à Dño, & non ab alio conſtituta eſt. Et ſicut cardine oſtiũ regitur: ſic huius ſanctæ Sedis authoritate omnes eccleſiæ, Domino diſponente, reguntur. Hæc ibi. Ecce, ꝙ Romanus Pontifex habet authoritatẽ, & à Domino quidem, condendi canones; & pluſquã omnes alij. Item à Marcello Papa & martyre in epiſto. 1. ad Epiſcopos Antiochenæ prouinciæ. Rogamus vos fratres, vt non aliud doceatis, neque ſentiatis: quàm ꝙ à B. Petro Apoſtolo, & à reliquis Apoſtolis, & Patribus accepiſtis &c. Ipſe. n. caput eſt totius Eccleſiæ, cui ait Dominus, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c. Eius ſedes primitus apud vos fuit, quæ poſtea (iubente Domino) Romam tranſlata eſt, &c. Si veſtra Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ ceſſit Sedi; nulla eſt, quæ eius nõ ſit ſubiecta ditioni: ad quam omnes, quaſi ad caput iuxta Apoſtolorũ, eorumq; ſucceſſorum ſanctiones Epiſcopi, quibus neceſſe fuerit, ſuffugere, eamq; appellare debent; vt inde accipiant tuitionem & liberationem, vnde acceperunt informationem, atq; conſecrationem &c. Epiſcoporum iudicia & ſummarũ cauſarũ negocia, ſiue cũcta dubia Apoſtolicę Sedis authoritate ſunt agenda & finienda. Et omnia comprouincialia negocia, huius ſanctę vniuerſalis & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſunt retractanda iudicio; ſi huius eccleſiæ Pontifex præceperit. Hæc ibi: & recitantur partim 24. q. 1. rogamus, & partim 2. q. 6. ad Romanam Eccleſiam. Ecce quanta eſt authoritas Pontificis Romani, & ſanctionũ, i. decretorum, ſeu canonũ eius contra Vuiclef & ſocios. Item à Nicolao I. Papa. Si Romanorũ Pontificum decreto, cęterorũ opuſcula tractatorũ approbantur, vel reprobantur, ita vt quod vere Sedes Apoſtolica probauit, hodie teneatur acceptũ; & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur: quanto potius ea, quæ ipſa pro catholica fide, pro ſanis dogmatibus, pro varijs & multifarijs eccleſię neceſſitatibus, & fideliũ moribus, diuerſo tẽpore ſcripſit, omni honore debent præferri, & ab omnib. prorſus in quibuſlibet neceſſitatibus, vel opportunitatibus (diſcretione, vel diſpẽſatione magiſtra) reuerenter aſſumi &c. Hęc ille ſcribens Archiepis, & Epiſcopis per Galliam conſtitutis: & recitantur diſt. 19. cap. Item ab eodem ſcribente ad clerum Conſtantinopolitanum. Si decreta Romanorũ Pontificum non habetis; de neglectu atq; iniuria eſtis redarguendi. Si verò habetis, & nõ obſeruatis; de temeritate eſtis corripiẽdi, & increpandi. Hæc ibi: & recitãtur diſt. 20 cap. ſi. Ecce; quantum robur obtineant Romanorum Pontificum decreta, canones, atque leges. Item à Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ. 11. ſiue à Leone ipſo ibi ſacro eodem approbãte Concilio. Solum Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, tãquam authoritatẽ ſuper omnia Concilia habentẽ, Conciliorum indicendo-

De authoritate Papæ: vide per totum.

Totũ eccleſiaſticũ ſacerdotium depẽdet à Petro, & ſede eius.

Papa eſt ſuper Concilia etiã generalia.

rum, transferendorum, ac dissoluendorum plenum ius & potestatem habere nedum ex sacræ scripturæ testimonio, dictis sanctorum Patrum, ac Romanorum Pontificum, sacrorumque canonum decretis, sed propria etiam eorundem Conciliorum confessione manifestè constat: quorum aliqua referre placuit, reliqua vero (vtpote notoria) silentio præterire. In Alexandrina enim Synodo legimus: Nicęnam Synodum statuisse, non debere absque Romani Pontificis authoritate Concilia celebrari. Neque nos latet Leonem primum Pontificem Ephesinam Synodum secundam ad Calcedonensem transtulisse Martinum Papam V. Præsidentibus suis in Concilio Senensi potestatem transferendi Concilium (nulla consensus ipsius Concilij mentione habita) dedisse: Ephesinã quoque primã Synodum Cęlestino, Calcedonensem Leoni I. sextam Agathoni, septimam Hadriano, octauam Nicolao, Romanis Pontificib. maximam reuerentiam exhibuisse, eorundemq; Pontificum institutionibus & mãdatis in sacris Concilijs per eos editis & factis, reuerenter & humiliter obtemperasse &c. Consueueruntq; antiquorum Conciliorum Patres pro eorũ, quæ in suis Concilijs gesta fuerunt, corroboratione à Romanis Pontificib. subscriptionẽ, approbationemq; humiliter petere, & obtinere: preut ex Nicęna, Ephesina, Calcedonensi, sexta Constantinopolitana, septima eadem Nicæna, Romana sub Symmacho, Synodis habitis, earumq; gestis manifeste colligitur. Hæc ibi. Ecce: quantum Concilia venerẽtur canones, leges, siue decreta Romanorum Pontificum in moribus dirigẽdis, & adeò; vt illorum Pontificum decreta ipsa proprijs legibus anteponant: quãuis Vuiclef hoc ipsum intelligere noluerit, vt bene ageret. Ex illo dicto Leonis. s. TANQVAM AVTHORITATEM SVPER OMNIA CONCILIA HABENTEM, verus insinuatur sensus Concilij Constantiensis in sess. 4. & 5. definientis: quòd Concilium generale habet immediate potestatem à Christo, cui quilibet, etiam dignitatis Papalis, obedire tenetur: Ex illo, inquàm, dicto Leonis habetur; quòd sensus verus definitionis ipsius est solùm pro casu tali, s. schismatis, in quo tunc reperiebatur Constantiense Concilium, loqui & intelligi velle; non autem absolute Licet enim nullum generale Concilium legitimum destruat aliud (nam Deus Concilijs ipsis semper assistens non est Deus dissensionis, sed pacis): vnum tamẽ ipsorum, s. posterius, solet declarare aliud, s. prius; quando clariori notitia prioris opus est. 1. q 50. art. 1. append. & q. 36. artic. 2. ad secundum. Facit ad eundem verum sensum, quem diximus, Concilij Constantiensis Eugenius IIII Papa in libello suo apud Florentiá promulgato, qui incipit, Moses seruus Dei. Ibi siquidem dicit; quòd Concilium Basileense in sensum malignum, & à sana doctrina penitùs alienum pertraxit Concilium Constantiense in hoc; quòd ipsum Basileense definierat, Concilia generalia habere immediate potestatem à Christo, & esse supra Papam; quam definitionem prædictus Eugenius damnat, & reprobat ad sensum Basileensem. Nec immeritò quidem sic loquitur Eugenius: iuxta (de regulis iuris, in lib. 6.) regulam 88. Certum est; quòd is committit in legem, qui legis verba complectens contra legis nititur volũtatem. Nam Concilium Basileense verba decreti Constantiensis amplectens contra voluntatem eiusdem Constantiensis eadem verba, non sine grauissimo Ecclesiæ scandalò, factis etiam ipsis retorquebat. Illa enim quæ Constantiense respectu solùm Papæ incerti & determinauerat, & intelligi voluerat, Basileense contra omne ius trahebat in diuersum, i. ad standum etiam respectu Papæ indubitati: qualis erat Eugenius ipse. Valet multum ad omnia præmissa Pij II. Papę Bulla retractationum omnium scriptorum per eum adhuc in minoribus agentem pro Concilio Basileensi, & contra Eugenium IIII. summum Pontificem. Vide illam totam, in tomis Conciliorum ante Lateranense nouissimum positam: quoniam dignissima est, & scitu necessaria continet. Vide infrà q. 71. aliàs 40. artic. 6. in tex. & Elucidation. Firmissime igitur ex his tenendum est: quòd Papa indubitatus, i. non per schisma, sed canonice electus est caput Vicarium Christi super totam Ecclesiam catholicam, & immediatè habens plenitudinem potestatis ab ipso Christo. Item damnantur errores prædicti in principio appendicis, à quinta Synodo Constantinopolitana confess. 1. Suscipimus autem, & amplectimur epistolas Præsulum Romanæ Sedis Apostolicæ tam aliorum quàm Leonis sanctæ memoriæ de recta fide scriptas, & de quatuor sanctis Concilijs, &c. Necessarium est conferri de tribus capitulis, vnde quibusdam quæstio nata est. Et ideo petimus, præsidentẽ nobis vestra beatitudine, finem quæstioni imponi Deo placitum &c. Hæc ibi. Ecce, ꝙ Romanus Pontifex (hic erat Vigilius Papa, cui tunc scribebant) præsidet Concilijs; decretisque suis, finem Deo placitum quæstionibus exortis imponit. Item à quinta Synodo Constantinopolitana actione prima. Dominus Ecclesiæ suæ donauit illud scutũ semper inexpugnabile aduersus hæreses, excitando spiritũ Agapeti Romani Pontificis &c. neque semel suscipere voluit Anthimum furẽtem contra diuinos canones, &c. sed iniuriam sacrorum ac diuinorum canonum vindicans &c. Imperatore nostro catholicam fidem, & diuinorum canonum authoritatem adiuuante. Hæc ibi. Vbi vides: quòd non semel Concilium canones Pontificios vocat sacros, atque diuinos: quos Vuiclef, cum suis, ita conculcat. Item à Concilio Toletano III. decretorum suorum cap. 1. Nunc (pace Ecclesiæ, Christi misericordia, reparata) omne, quod priscorum canonum authoritas prohibet, sit resurgentẽ disciplina inhibitum: & agatur omne, quod præcepit fieri. Permaneant in suo vigore Conciliorum omnium constituto: simul & sanctorum Præsulum Romanorum epistolæ. Nullus deinceps ad promerendos honores ecclesiasticos contra canonum statuta aspiret indignus. Nihil ex hoc fiat: quod sancti Patres spiritu Dei pleni sanxerunt, debere non fieri. Et qui præsumpserint seueritate priorum canonum distringãtur. Hæc ibi. Vbi vides de mente Concilij esse: quòd Præsulum Romanorum epistolæ & canones à spiritu Dei proficiscũtur. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas meritò fuisse insinuatum à summis Pontificibus Gregorio VIII. & Innocentio III. ꝙ participãs cum excommunicato simpliciter, non incurrit peccatum mortale: dummodo non in contemptum pertinaciter ac in diuinis fiat. Vide suprà art. 1. not. post probat. conclus. primæ, & artic. 2. appen. ly nuper à nobis &c. & bene applica: specialiter ponderando differentiã participantiũ cum excommunicatis positam ab Innocentio. Quartò habes: quomodo per rationẽ prædicta Patrum, pro quanto insinuant, ꝙ participare cum excommunicato in casibus non concessis, non semper est peccatum mortale, & intelligas, & probes, & defendas. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Canones.

Epistolæ.

3

4

5

## QVÆST. LV. Aliàs 24.

*De absolutione ab excommunicatione, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de absolutione ab excommunicatione.

CIRCA quòd tria quæruntur.

¶ Primò, Vtrum quilibet sacerdos possit subditum suum ab excommunicatione absoluere.

¶ Secundò, Vtrũ aliquis possit inuitus ab excõmunicatione absolui.

¶ Tertiò, Vtrum aliquis possit absolui ab vna excommunicatione, & non ab alia.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum quilibet sacerdos possit subditum suum ab excommunicatione absoluere.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd quilibet sacerdos subditum suum possit ab excommunicatione absoluere: maius enim est vinculum peccati, quàm excommunicationis, sed quilibet sacerdos potest suum subditum à peccato absoluere. ergo multo fortius ab excommunicatione.

¶ 2 Præterea. Remota causa, remouetur effectus: sed excommunicationis causa est peccatum mortale: ergo cum possit quilibet sacerdos à peccato illo mortali absoluere, poterit ab excommunicatione similiter.

SED CONTRA. Eiusdem potestatis est excommunicare, & excommunicatum absoluere: sed sacerdotes inferiores non possunt suos subditos excommunicare; ergo nec absoluere.

RESPOND. Dicendum, quòd à minori excommunicatione quilibet potest absoluere, qui potest à peccato participationis absoluere.

SVPER Q. LV. Aliàs 24. Art. 1.

CONCL. 1. A minori excommunicatione quilibet potest absoluere, qui potest à peccato participationis absoluere.

¶ NOT. Per eum qui potest à peccato participationis absoluere, intellige sacerdotem habentem iurisditionẽ ecclesiasticam, siue ordinariam, siue extraordinariam, id est ex commissione habitá. Nam, quòd à peccato participationis aliqs possit absoluere, requirit iurisditionem ecclesiasticã; cum ipsa minor excommunicatio sit vinculum ecclesiasticum. Simpliciter itaque potes ad titulum articuli, ex textu sic intellecto, dicere: ꝙ quilibet sacerdos absoluere potest à tali excommunicatione subditum suum: quoniam nõ esset subditus, nisi sacerdos haberet iurisditionem vel ordinariam (vt proprius) vel extraordinariam (vt absoluens ex mandato vel ex priuilegio q. 8. ar. 5.) Sacerdos ergo, qui põt à peccato mortali absoluere, potest & ab excommunicatione minore. Ex hoc tamen non inferas; quòd excommunicatio minor sit semper peccatũ mortale: sed ad quæstionem 23. ar. 3. de hoc te remittas.

¶ PROB. Quia hoc; tanquàm clarum, relinquitur.

¶ CONCL. 2. Ab excommunicatione maiore, si sit lata à iudice; ille qui tulit eam, vel eius superior, potest absoluere.

¶ NOT.

94 S. Th. in 4. d. 18. q. 2. art. 5. q. 1. & seq.

* Vide lib. 5. Decr. D. Greg. titu. 39.

¶ Not. Quare excommunicatio dicatur lata vel à iudice, vel à iure, vide q. 21. art. 3. exam. post concl. 3.

¶ Prob. Quia patet. (Nam aliter absoluens non haberet iurisditionem: & consequenter non verè absolueret).

¶ Concl. 3. Ab excommunicatione maiore, si sit lata à iure, & conditor iuris sibi eius absolutionem non reseruauerit, potest Episcopus, vel etiam sacerdos absoluere.

Si autem est maior, aut est lata à iudice, & sic ille, qui tulit, vel eius superior potest absoluere, vel est lata à iure, & tunc Episcopus, vel etiam sacerdos potest absoluere, exceptis sex casibus, quos sibi iuris conditor Papa reseruauit. * Primus est, quãdo aliquis iniicit manus in clericum, vel religiosum. * Secundus est de illo, qui incendit Ecclesiam, & est denunciatus. * Tertius est de illo, qui frangit Ecclesiam, & denũciatus est. Quartus est de illo, qui in diuinis cõmunicat scienter excõmunicatis nominaliter à Papa. Quintus de illo, qui falsificat literas Sedis Apostolicæ. Sextus de illo, qui excommunicatis in crimine communicat; Non enim debet absolui, nisi ab eo, qui excommunicauit, etiam si non sit eius subditus, nisi propter difficultatem accedendi ad ipsum absoluere tur ab Episcopo, vel à sacerdote proprio, præstita iuratoria cautione, quòd parebit mandato illius iudicis, qui sententiam tulit. A primo autem casu octo excipiuntur. Primus est in articulo mortis, in quo à qualibet excõmunicatione potest quis à quolibet sacerdote absolui. Secundus, si sit ostiarius alicuius potentis, & non ex odio, vel proposito percussit. Tertius, si percutiens sit mulier. Quartus, si sit seruus, & dominus læderetur de eius absentia, qui non est in culpa. Quinto, si regularis regularem, nisi sit enormis excessus. Sextus, si sit pauper. Septimus, si sit impubes, vel senex, vel valetudinarius. Octauus, si habeat inimicitias capitales. Sunt etiam alii casus, in quibus percutiens clericum excommunicationem non incurrit. Primo, si causa disciplinæ vt magister, vel prælatus percusserit. Secundo, si iocosa leuitate. Tertio, si inuenerit eum turpiter agentem cum vxore, vel matre, vel sorore, vel filia. Quarto, si statim vim vi repellat. Quinto, si ignoret eum esse clericum. Sexto, si inueniat eum in apostasia post tertiam admonitionem. Septimo, si transfert se clericus ad actum penitus contrarium, vt si fiat miles, vel ad bigamiam transeat.

AD

¶ Not. Quod reseruatio à superiori facta causet, quòd quilibet alius inferior non possit verè absoluere; iam dictum est suprà quæst. 20. ar. 1. vel 2. Vide etiã de hoc q. 19. art. 3. & 5.

*Ibid. c. 29.*

*Ibid. c. 5.*

¶ Exam. Ly etiam sacerdos. Scilicet alius à simplici curato: vt habes ex quæstio. 22. artic. 1. conclus. 2. & 3. Ergo per ly sacerdos intelligitur Prælatus alius ab Episcopo, habens iurisditionem in foro contentioso: pro cuius intellectu meliori vide ibi exam. post cõclusionem tertiam. Potest etiam glossari; quòd sacerdos parochialis possit absoluere non ex authoritate propria, sed ex commissione, primam tamẽ est literæ conformius, & consequenter magis tenendum.

*Ibid. c. 19. 22. q. 8. ca. 31. & 32. & Decr. loco citato cap. 22.*

*Cõclusionis 5. pars.*

¶ Prob. Quia patet ex se (ex quo enim conditor iuris sibi absolutionem non reseruauit, concessisse videtur, q. 23. art. 2. appen quando allegatur secundo loco in c. Nuper Innocentius tertius.)

¶ Concl. 4. Ab excommunicatione maiore solus Papa in sex casibus absoluit.

¶ Exam. Ly, sex casibus. Hi per ordinem ponuntur in litera: quos ibi vide.

¶ Prob. Quia conditor iuris Papa sibi hos reseruauit.

¶ Concl. 5. In octo casib. (hos habet litera) potest aliquis citra Papam absoluere injicientem manus in clericum, vel religiosum.

¶ Exam. Ly religiosum. s. ex concessione Papæ (licet in corpore iuris non contineretur) gaudentem priuilegio huius canonis de iniectione manuum. Hinc dicas, quòd manus violentas injiciens in fratrem vel sororem tertij habitus religionis fratrum Prædicatorum est excommunicatus per canonem hunc: quod est dicendum etiam de alijs huiusmodi priuilegiatis aliarum religionum.

¶ Ly religiosum. s. etiam nec tacitè nec expressè professum. Confirmatur ex Decret. Bonifacij VIII. de sent. excom. in 6. Religioso, &c. Quamuis autem is, qui religionẽ ingreditur, religiosus cum effectu censeri non possit; donec sit tacitè vel expressè professus: si quis tamen violentas manus in eum injiciat, excommunicationis latæ à canone vinculum non euadit. Hæc ibi.

¶ Ly religiosum. s. cuiuscumque religionis approbatæ. Confirmatur ex decr. Alex. III. de sent. excom. Non dubium est &c. Qui violentas manus in clericos, vel canonicos, aut cuiuslibet religionis conuersos injiciunt, ex constitutione Concilij sententiã excommunicationis incurrunt. Hæc ibi. Item Clementis III. de sent. excõ. Ad eminentiam &c. Qui pro iniectione manuũ in clericos; vel alias religiosas personas, excommunicationem incurrerunt. Hæc ibi.

¶ Ly religiosum. s. & religiosam. Confirmatur ex ly alias religiosas personas, & ly cuiuslibet religionis; (suprà in decr. immediatè citato.) Item ex decr. Innocentij III. de sent. excomm. De monialib. &c. Per quẽ sit eis beneficium absolutionis impendendum, si vel in se inuicem vel conuersos, vel conuersas suas, aut clericos etiam manus iniecerint temere violentas. Hæc ibi. Intelliguntur quoque nouitiæ ante professionem: vt ex decret. Bonifacij suprà habetur.

¶ Ly clericum. Scilicet, etiam per solam primam tonsuram. Confirmatur ex decret. Cœlestini III. de ætate & qualita. cum contingat &c. Per primam tonsuram iuxta formam ecclesiæ datam clericalis ordo confertur. Hæc ibi. Qui ergo percutiunt eos, incidunt in excommunicationem: cum injicientes manus violentas in clericos absque dubio incurrant excommunicationem, sup. ex Alexan. III. No. dubium est.

¶ Ly clericum: Scilicet, etiam coniugatum: dummodò acceperit aliquam virginem non corruptam, & semel tantum contraxerit; & vestes clericales, tonsuramque deferat. Confirmatur ex Decret. Bonifacij VIII. de clericis coniugatis, in 6. Clerici, qui cum vnicis, & virginib. contraxerunt, si tonsura & vestes deferant clericales, priuilegium retineant canonis ab Innocentio Papa secundo prædecessore nostro in fauoré totius ordinis clericalis. Hæc ibi. Hoc priuilegiũ ponitur 17. q. 4. Si quis suadente. Quod videbis in append. Ergo clerici bigami, vel cum nõ virgine vnicum matrimonium contrahentes, vel alias conditiones à Bonifacio expressas nõ seruantes, priuilegio prætacto non gaudent: vt etiam expressè in cano. eius subditur.

¶ Ly clericum. Scilicet vel in modo tonsuræ, vel in forma vestimentorũ, vel in qualitate negotiorũ, de clericatu aliquid ostendẽtem. Ergo si nihil præmissorum de clericali ordine ostendat (dummodò ab habente episcopalẽ iurisditionẽ fuerit ter monitus; vt resipiscat) perdit priuilegiũ hoc; imò & oĩa priuilegia in fauorem clericorũ emanata. Confirmatẽ ex Decr. Innoc. III. de sent. excom. contingit interdũ, & infrà &c. Quidã nec in modo tonsurę, nec in vestimentorũ forma, nec in qualitate negociorũ, de clericatu quicquã ostendunt &c. Qui priuilegiũ meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate ac frustra legis auxiliũ inuocat, qui committit in legem; volumus & mandamus: vt tales, si tertiò à te commoniti seipsos contẽpserint emendare, illius fiant immunitatis extorres, quæ pro clericorum tutela, & laicorum violentia coercenda, dignoscitur instituta. Hæc ibi.

*Abutens priuilegio, vel potestate sua.*

¶ Ly clericum. s. tonsuram, vel habitum clericalem deferentẽ, & enormitatib. (puta mouendo seditionem, guerrã: tyrannidem) non se immiscentem. Ergo contrafacientes (non requiritur hic præuia monitio) perdunt priuilegiũ canonis. Confirmatur ex decr. Clemẽtis III. de sent. excõ. Cum non ab homine &c. occisores clericorum, aut presbyterorũ, qui contempto clericali habitu, tyrannidi & enormitati se inuerecundè immiscent, in odiũ excessus clericalis, & terrorem, atque correctionem similium, canone latæ sententiæ minimè coercentur. Iniungatur tamen eis pœnitentia competens aliquantulum asperior, quàm si in laicos talia commisissent. Hæc ibi.

¶ Ly clericum. s. non exercentem artem ignominiosam (puta faciendo se ioculatorem goliardum, aut buffonem, publice) maximè per annũ; & monitione trina accedente, si non per annũ. Confirmatur ex decr. Bonifacij VIII. de vita & honest. cler. in 6. Clerici, qui clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes se ioculatores, seu goliardos faciunt, aut buffones; si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, ipso iure; si autem tempore breuiori, & tertiò moniti nõ resipuerint, careant omni priuilegio clericali. Hęc ibi. & intelligitur quòd sit publicum, i. quòd publice exerceant: vt colligitur extrà, de vita & honest. cleric. Cum decorem.

¶ Ly clericum. Non facientem officium tabernarij, vel macellarij in propria persona. Confirmatur, & declaratur ex Clement. de vita & honest. cler. Diœcesanis locorum districtè præcipimus: vt clericos carnificum, seu macellariorũ, aut tabellariorum officium publicè, & personaliter exercentes nominatim & tertiò moneant; vt sic ab huiusmodi officijs infra conuenientem terminum monentium ipsorum arbitrio moderandum desistant, & quòd ipsa nullo tempore reassumant. Qui si taliter moniti ab his non destiterint, aut ipsa (vt præmissum est) exercendo resumpserint; quandocũque coniugati omnino, non coniugati verò in rebus, & (si omnino incedant vt laici) in personis priuilegium clericale, quamdiu præmissis institerint, eo ipso amat. Hæc ibi. Ergo tales clerici, si coniugati quandoque fuerint (vt suprà in exam. per Bonifacium, de cleric. coniug.) perdunt omne priuilegium: si non, & habitum clericorum portent, perdunt priuilegium in rebus: si verò non portant, sed vt laici incedunt, perdunt etiam priuilegium canonis.

¶Ly clericum. Scilicet non depositum, seu degradatum actualiter. Confirmatur; ex Decret Bonifacij VIII. de pœnis, in 6. Degradatio qualiter &c. Simili modo pronunciet, siue dicat. Authoritate Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritussancti, ac nostra, tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni ordine, beneficio, & priuilegio clericali. Hæc ibi.

¶Ly clericum. Scilicet baptizatum. Nam si baptizatus non esset, clericatus characterem nõ suscepisset: etiam ꝙ omnia extrinsecus requisita cõcurrissent. Baptismus enim est ianua sacramentorum: & consequenter, ipso non habito, nihil cæterorum potest haberi.

¶Ly religiosum vel clericum. Scilicet vel alium, vel seipsum. Non tantum enim incidit in canonem injicientes manus violentas ille, qui percutit alium clericum, sed etiam qui seipsum clericum percutit suadente Diabolo: vt habes 23.q.5. Si non licet.

¶Prob. Quia patet.

¶Not.1. Patet inquàm conclusio præcedens ex inspectione canonum, de sent. excom. & extrà & in 6. & in Clementin. &c.

¶Not.2. Absoluti tamen in casu ab eo, qui aliàs de iure absoluere non poterat, videant; ne denuo in eandem incidant excommunicationem: quoniam tales tunc absoluuntur cum hac cautione, quòd parebunt mandato Papæ, vel illius iudicis, qui sententiam tulit; de qua cautione habes in textu ly nisi propter difficultatem accedẽdi &c. Circa quod ne fiat error: ecce Bonifacius VIII. Eos, qui à sententia canonis, vel hominis (cum ad illum, à quo aliàs de iure fuerant absoluendi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum pro absolutionis beneficio habere recursum) ab alio absoluuntur; si cessante postea periculo, vel impedimento huiusmodi, se illi à quo his cessantibus absolui debebant, quam citò commodè poterunt, contempserint præsentare mandatum ipsius super illis, pro quibus excommunicati fuerant, humiliter recepturi, & satisfacturi prout iustitia suadebit; decernimus (ne sic censuræ illudant ecclesiasticæ) in eandem sententiam recidere ipso iure. Hæc ille: de senten. excomm. in 6. Hinc patere etiam potest declaratio dictorum multorum in præsenti articulo.

1^m de maiori. Maius. R. Simpliciter: non, secundum quid. §. Tunc &c. Nam iurisdictio in foro exteriori requiritur in absoluendo ab excommunicatione: licet non requiratur in absoluendo à peccatis.

¶Not. Circa materiam hanc vide quæst. 22. art. 1. ad secundum, & art. 4. ad tertium.

2^m de conclusione. Cum possit quilibet sacerdos à peccato illo mortali absoluere.

R. Hoc, quod supponitur, est falsum. §. Ratio est, quia non potest quis absolui à peccato: per quod excommunicationem incurrit: nisi ab eo, qui ab excommunicatione absoluere potest. Rursus. Sacerdos non potest ab aliquo mortali absoluere excommunicatum; nisi fuerit prius ab excommunicatione absolutus. Vide de hoc in textu, & quæst. 22. art. 1. & alibi suprà.

Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis vinculum peccati sit maius simpliciter, quàm excommunicatio, tamen quo ad aliquid, vinculum excommunicationis est maius, inquantum non solum obligat quo ad Deum, sed etiam in facie Ecclesiæ: & ideo in absoluendo ab excommunicatione requiritur iurisdictio in exteriori foro, non autem in absolutione a peccato: nec exigitur cautio iuramẽti, sicut exigitur in absolutione ab excõmunicatione, per iuramentum enim cõtrouersię, quæ sunt inter homines, terminantur secundùm * Apostolum.

Ad secundum dicendum, ꝙ cum excommunicatus non sit particeps sacramentorum Ecclesiæ, sacerdos non potest absoluere excommunicatum à culpa, nisi sit prius absolutus ab excommunicatione.

*Ad Heb. 6 Nota cõfessor.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per D. Thomam excludas errorem pestiferum Lutheri (vt refert Leo X.) dicentis: ꝙ Romanus Pontifex Petri successor non est Christi vicarius super omnes totius mũdi ecclesias ab ipso Christo in beato Petro institutus. Item cuiusdam Marsilij, & Ioannis de Ianduno (vt refert Cardinalis de Turrecremata, de Ecclesia lib. 4. c. 37.) dicentium, Papa, Archiepiscopus, Episcopus, ac simplex sacerdos sunt omnes æqualis authoritatis, ac iurisditionis ex institutione Christi: sed quòd vnus plus habeat alio, est ex concessione Imperatoris; & sicut concessit, ita reuocare potest. Item eiusdem Marsilij (vt idem Cardinalis refert de Ecclesia lib. 2. cap. 47.) dicentis, quod Papa non habet iurisditionem coactiuam super fideles, nisi inquantum concedit Imperator. Item Iacobi Præpositi (Prateol. Iacob. Præpositi) dicentis: Petrus Galilæus solo iure humano factus est primus & supremus inter reliquos Apostolos: & idem censendum est de quolibet Petri successore. Ergo (secundum istum) iure diuino Papa non est super alios Episcopos. Item Ioannis Vuesthali dicentis; quòd Papa sit super omnes, & vnus Episcopus super alium non à Christo, sed humana electione constitutum est. Item Ioannis Vuiclef dicentis: ꝙ post Vrbanum sextum non est aliquis recipiendus in Papam: sed viuendum est more Græcorum legibus proprijs. Item Ruthenorum dicentiũ: Papam verum non fuisse D. Petrum, & Romanæ sedis Antistitẽ, nec eius successores. Item Erasmi (vt refert Iacob. Lap. Stunica post suum itinerarium) dicentis: Monarchia Romani Pontificis post Hieronymi sęculũ exorta est: & quòd ætate D. Hieronymi non erat solitum quẽquam arcere à cõmunione (quod; nouo verbo, vocant excõmunicare) nisi qui ad eã pertinuisset ecclesiam: & quòd Romanus Pontifex apud veteres non appellabatur summus, sed Romanus. Ex omnibus his Erasmi verbis satis probatur (ait idem Iacob.) ipsum credere: Romanum Pontificem tunc non habuisse ius excommunicandi, nisi diœcesis Romanæ, homines. Item Pseudoapostolorum dicentium, quòd potestas, quam Christus Romano Pontifici, & cuicumque successori Petro concesserat, iam inanis reddita est, & omnino perijt ob Pontificum Romanorum malitiam. Item Marsilij dicentis; ꝙ Papa post Christi ascensionẽ non mansit ipsius Vicarius generalis. Item Aerij, & Vualdensium (vt refert Alfonsus Cast. aduer. heres.) dicentium; Episcopum nõ esse simplici sacerdote superiorem. Item Pseudoapostolorum dicentium: quòd Papa aliquem absoluere non potest, nisi ea præditus sit sanctitate, qua polluit B. Petrus. Item Lutheri blasphemiam hæreticalem dicentis: Pontificum nomen inane prorsus esse: quia re ipsa nihil aliud est, quam regnum Diaboli, & potentia robusti venatoris Nemroth. Item eiusdem dicentis: Papam super alios Pontifices mera tyrannide fuisse exaltatum. Contra hos omnes singulos, ac similes, dirigitur præsens articulus sancti Doctoris. Nam articulus præsupponit; Papam esse super Episcopos, hosque super simplices sacerdotes: ac ideo absolutionem excommunicationis eis, pro diuersitate, tribuit: id quod prędicti errores omnes directè, vel indirectè, destruere moliuntur. Secundò habes: quomodo per Diuum Thomam ostendas hos meritò damnari à Matth 20. Ibi enim Dominus filijs Zebedęi quærentibus principatum præ Petro apud seipsum (cum essent priores alijs, vt patet ex admissione ipsorum tantum cum Petro ad suscitationẽ filiæ Archisynagogi, Mar. 5. & ad transfigurationem, 9. & ad orationem in horto, 14.) significantibus hoc, secundùm Chrysost. (vt in Cathena aurea D. Thomæ super Matthęũ) per ly sedere ad dexteram tuam, & ad sinistram in regno tuo, respondit: ꝙ sedere sic, non erat suum dare, nisi quibus paratum erat à patre suo. Nam per hoc responsum intentioni prædictæ quærentium connexum patet; ꝙ principatus à Christo datus Petro fuerat olim ab æterno paratus à patre cęlesti, i. fuerat iam ab æterno prædestinatum, & fixum à Patre, & Filio, & Spiritusancto, quòd talis principatus postmodum à Deo humanato daretur Petro, & in sua persona omnib. successoribus Petri. Propterea ad significandum etiam successores, in plurali dicitur ly quibus par. &c. Ex hoc igitur loco bene secundùm Chrysostomum considerato, monstratur optime: & quòd primatus Petri non est quid de repente natum, sed ab æterno à summa Trinitate præordinatum; & quòd damnabilis valde est hæresis dicens, quòd non est de iure diuino talis primatus. Concilium autem Florentinum sess. vlt. sic. Definimus sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem, ac doctorem existere; & ipsi in B. Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis œcumenicorum Conciliorum, & in sacris canonibus continetur. Renouantes insuper ordinem traditum in canonibus cæterorum venerabilium Patriarcharum: vt Patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post sanctissimum Romanum Pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Antiochenus, & quintus Hierosolymitanus, saluis videlicet priuilegijs omnibus & iuribus eorum. Hæc ibi in literis sanctæ vnionis Græcorum & Latinorum. Item a Pio II. in Bulla retractationum omnium pro Eugenio IIII. contra Synodum Basileensem. Inter quæ tertius claruit Eugenius ex monasterio sancti Anastasij ad summum sacerdotium euocatus, ad quem D. Bernardus Monachorum pater non minus doctrinæ fulgore, quàm vitæ sanctimonia illustris, Indagamus, inquit, adhuc diligentius quid sis; quam geras videlicet personam, pro tempore, in Ecclesia Dei. Tu es sacerdos magnus, tu summus Pontifex, tu princeps Episcoporum, tu hęres Apostolorum. Tu primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraam, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, authoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus. Tu es, cui claues traditæ; cui oues creditæ sunt. Sunt & alij quidẽ cęli ianitores,

*Authoritas Papæ maxima omnium in terris, atque mirabilis.

B. Bernardus de Papa.

nitores,& gregum pastores:sed tum tanto gloriosius,quanto & differentius vtrumque præ illis nomen hæreditasti. Habent illi assignatos sibi greges,singuli singulos:tibi vniuersi crediti vni sumus. Nec modò ouium,sed & pastorum,tu vnus omnium pastor. Hæc Bernardus ad Eugenium iij.scribit,cui supremam & omnimodam in ecclesia potestatem concedit. Quod ille de tertio testatur Eugenio,hoc nos de 4 & omnibus alijs Romanis Pontificibus profitemur:quia dignitatis est authoritas. Liquet igitur, vnum in ecclesia caput esse,& vnum Principem. Hæc ibi. Nota ly dignitatis est authoritas. Non enim dicit,bonitatis, uel qualitatis, vitæ,aut scientiæ,est authoritas. Vide q.17.ar.1.appen.& bene nota. Item à Bonifacio VIII. in extrauag. de maiorita. & obed. Vnam sanctam ecclesiam catholicam & ipsam Apostolicam, vrgente fide,credere cogimur & tenere &c.extra quam nec salus est nec remissio peccatorum, &c.vna nempè fuit diluuij tēpore Archa Noë vnam ecclesiam præfigurans, vnum (Noe videlicet)gubernatorem habuit,& rectorem,extra quam omnia subsistentia super terrā legimus fuisse deleta. Hanc autem veneramur & vnicam, dicente domino in Propheta; Erue a framea Deus animā meam,& de manu canis vnicam meam. Pro anima enim idest pro seipso capite simul orauit &corpore;quod corpus vnicam, s. ecclesiam, nominauit; propter sponsi, fidei, sacramentorum & charitatis ecclesiæ vnitatem, &c. Igitur ecclesiæ,vnius & vnicæ,vnum corpus,vnum caput, non duo capita quasi monstrum,Christus videlicet,& Christi Vicarius Petrus. Petrique successor: dicente domino ipsi Petro, Pasce oues meas.Meas,inquit,& generaliter,non singulariter,has vel illas: per quod cōmmisisse sibi intelligitur vniuersas. Siue ergo Græci, siue alij,se dicant Petro eiusque successoribus non esse commissos;fateantur necesse est, se de ouibus Christi non esse: dicente domino in Ioanne,Vnum ouile,& vnicum esse Pastorem. Hæc ibi.Vbi nota ly vrgente fide:non autem,concedente Cæsare. Et nota Ly siue ergo Grę́ci &c.quod,si iungas precedentibus,(videlicet quòd extra ecclesiam illam vnam non est salus, nec remissio peccatorū,) videbis, quòd taliter dicentes fatentur de necessitate per hoc sub dictum,se non esse in statu salutis.Nota ly dicente Domino Pasce &c.& ly vnum ouile &c.quæ etiam notanda sunt supra in Concil. Florent. & Pio II. quoniam ex his mouentur ad monarchiā Petri,& successorum confitendam,vt ibi legentibus patere potest:)& videbis, primatum Petri non esse nouum,nec iure humano inuentum,nec regnum diaboli (vt portæ infernales,cum patre suo,mētiuntur,) sed ipsum esse antiquitus D. Hieron.iure diuino (vtpote à Christo) institutum,ac ideò ipsius Christi regnum non existens de hoc mundo;Ioan.18.Item à &c.vt sup.q.20.art.1.& 3. appen. vbi damnatur Vuiclef.& de primatu Petri tractatur. Vide etiam de fide,seu de Romana Ecclesia,q. 19.ar.3.appen.Item ab Anacleto Græco tertio Papa post Petrum.epist.3.& habetur distinct. 22. Sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis,sed ab ipso domino nostro primatum obtinuit & eminentiam potestatis super vniuersas Ecclesias,ac totum Christiani populi gregem assecuta est: sicut ipse Petro Apostolo dixit, Tu es Petrus,&c.Hęc ibi. Et à Nicolao ibid.cap.omnes siue. Vbi etiam videbis:quòd qui tale priuilegium Ecclesiæ Romanæ auferre conatur,dicendus est hæreticus. Idem ergo insinuat dicendum, de volentibus ipsi Ecclesiæ auferre alia priuilegia data à Christo: puta quòd fides eius nunquam sit defectura, Matth.28. Luc.22. Ergo Monarchia ista Papæ fuit ante Hieronymum, nec ab Imperatore,nec à synodis aliquibus,nec ab humano iure dependet: sed Imperator,synodi,& omne ius humanum sub papali potestate est Item à Calixto dist.12.Non decet &c. Nulli dubium est,quòd Apostolica Ecclesia mater sit omnium ecclesiarum. Hæc ibi.Item à Gelasio.9.q.3. Cuncta per mundum,&c. Apostolica sedes,(sine vlla Synodo præcedente exoluendi,quos Synodus iniqua damnauerat; & damnandi)nulla existente Synodo equā oportuit habet facultatē: & hęc nimirum pro suo principatu, quem B.Pet. Apost. domini voce & tenuit semper,& tenebit. Hæc ibi.Vide 17.q.4. Nemini:vbi Nicolaus concorditer loquitur. Item à Vigilio.Nulli vel tenuiter scienti,vel pleniter sapienti,dubium est;quòd Ecclesia Romana fundamentum,& forma sit ecclesiarum,à quo omnes ecclesias principiū sumpsisse nemo rectè credentium ignorat:quoniam licet omnium Apostolorum par esset electio ;B.Petro tamen concessum est, vt ceteris pemineret,vnde & Cephas vocatur, quia caput,& primus est omnium Apostolorum. Hæc ille Papa & martir, in epistola ad Eutherum 7.capite.Item à Leone X. damnantur errores Lutherij,vt patet supra q.1. artic.1. appen.cui addas & particulam Bullę vniuersalem hanc.Insuper,quia errores præfati & plures alij continentur in libellis,seu scriptis cuiusdam Martini Luther, dictos libellos,& omnia dicti Martini scripta,seu prædicationes,in Latino, vel quocunque alio idiomate reperiantur, in quibus dicti errores seu eorum aliquis continentur,similiter damnamus, reprobamus, atque omninò reijcimus,& pro omninò damnatis,reprobatis, ac reiectis (vt præfertur)haberi volumus. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis prædictis eo ipso incurrendis,omnibus & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus superius nominatis,ne huiusmodi scripta,libellos,prædicationes, seu schedulas,vel in eis contenta capitula, errores, aut articulos supradictos continentia,legere,asserere,prædicare,laudare,imprimere,publicare,siue defendere,per se,vel alium,seu alios,directè, vel indirectè,tacite,uel expressè,publicè,uel occultè,aut in domibus suis, siue alijs publicis,uel priuatis locis tenere quoquomodo præsumant:quinimmo illa statim post harum publicationem,ubicunq; fuerint,per ordinarios,& alios supradictos diligenter quæsita,publicè & solenniter in præsentia cleri, et populi, sub omnibus et singulis pœnis supradictis,comburant. Hæc ibi,Vide supra q.19.ar.5.no. prima et secunda,post ad primum:quòd malitia nō tollit potestatem à prælatis. Est Christi sententia. Vide,et pri.par.q.32.artic.4. Item supra in addi.quæstio.8.ar.6.Et,quoniam de Imperatoribus facta est mentio:ideò quid de Papa senserint maximi,catholicique Imperatores,vide et infra q.26.art.3.appen.Nota: quòd hæresis illa Marsilij et Ioan.de Ianduno damnatur in Extrauag. Io.22.Papæ, quę incipit licet iuxta doctrinam: vt refert idem Cardinalis,vbi supra. Tertiò habes quomodo per D,Thomam ostendas,Pontifices summos meritò excommunicationes sibi quasdam reseruasse(vt patet de sen.excom.tam extra, quàm in 6. et in Clem. atq; Extrauag.) quo suo facto etiā damnarunt supradictos ac similes errores cōtra Petri monarchiā. Vide q.19.ar.3 et 4.et 5.et q.20.art.2.Quartò vides quō et iji vicissimi Sanctus Doctor declaretur,et cōfirmetur.

Principiū oium ecclesiarum.

Pęnæ prædictæ erāt maior excōicatio latæ sniæ inhabilitatio ad quascūque dignitates officia prædicationum, &c.

3

4

---

SVPER Q. LV. Aliàs 24. Art. II.

CONCL. Excommunicatio,sicut in aliquem inuitum ferri potest, ita & inuitus absolui poterit.

¶NOT. Præsupponit cōclusio hæc quòd excommunicatio possit ferri in inuitum: quod præsuppositum probatur in textu ex eo, quia ad pœnam non requiritur, quòd in patiente sit voluntaria; & (supple tu ex superiorib.) excommunicatio est pœna.

¶PROB. Quia patet ab oppositis (cum peccata,nō remittantur alicui inuito, quia voluntate commissa sunt.

¶EXAMEN. Ly de ratione pœnæ est, quòd sit contra voluntatem,scilicet puniti,ut sic,per illam. Nam punitus,vt sic,est patiens: vnde,vt sic,non agit per voluntatem acceptando libenter inflictam pœnam. Quòd enim taliter agat, non est quia punitur: sed quia de necessitate contra uoluntatem existente facit uirtutem;& consequenter,quod erat contra voluntatem trahit viriliter ad hoc, ut sit secundum uoluntatem, Sufficit ergo textui, quòd pœnæ ratio sit esse contra uoluntatem patientis,ut patientis;non negando, quòd pœna possit esse secundum uoluntatem eiusdem, ut agentis. De hoc uide pulchra superius q.12. art.1. & quæst.25.ar.2.

¶Ly contra uoluntatem. Scilicet sensualem, & rationalem, ut natura est; licet nō sem per,ut rationis est. Voluntas enim sensualis, quæ appetitus sensitiuus dicitur, & uoluntas rationalis,ut natura est,respicit obiectum secundum se consideratum,& ideo utraque istarum refugit naturaliter obiectum pœnale. Hoc siquidem obiectum,secundum se cōsideratum,dicit quid contrarium uoluntati. Quòd si tale obiectum non secundum se con-

95

## ARTICVLVS II.

*Vtrum aliquis possit absolui inuitus.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd nullus possit absolui inuitus. Spiritualia enim non conferuntur inuito alicui: sed absolutio ab excommunicatione est beneficium spirituale, ergo non potest præstari inuito.

¶ 2 Præterea. Excommunicationis causa est contumacia, sed quando aliquis non vult absolui, excommunicationem contemnes, tunc est maxime contumax, ergo non potest absolui.

SED CONTRA. Excommunicatio contra voluntatem alicui potest inferri, sed quæ contra voluntatem eueniunt, etiam contra voluntatem amoueri possunt sicut patet de bonis fortunæ; ergo excommunicatio potest tolli ab aliquo inuito.

RESPON. Dicendum, quòd malum culpæ, & pœnæ in hoc differunt, quòd culpæ principium est in nobis, quia omne peccatum voluntarium est: pœnæ autem principium quandoque extra nos est, non enim requiritur ad pœnam quòd sit voluntaria, immo est magis de ratione pœnæ quòd sit contra voluntatem; * & ideo sicut peccata non committuntur nisi in voluntate, ita non remittuntur alicui inuito, sed excommunicatio sicut in aliquem inuitum ferri potest, ita, & inuitus ab ea absolui poterit.

AD

*Aug. de uera relig. c.14.

consideretur, sed secundum ordinem ad aliquod bonum: tunc à voluntate rationali, vt rationis est, potest libenter acceptari, quamuis non ab illis. Nam illæ non attingunt ad considerationem talis ordinis, & consequenter tale obiectum semper, quantum est de seipsis, fugiunt: voluntas autem rationis, vt sic, attingit ad talem considerationem obiecti, ideoq; potest acceptare libenter obiectum illud quamuis ad hoc non constringatur. Pœna igitur omnis est semper contra voluntatem (ut in textu) naturalem, & sensualem: non aliter. De huiusmodi voluntatibus, & obiectis, vide 3. par. quæst. 18. ar. quinto, & sexto, & bene applica.

Ad primum ergo dicendum, quòd propositio habet veritatem de illis bonis spiritualibus, quæ in voluntate nostra consistunt, sicut sunt virtutes, quæ non possunt à nolentibus perdi. Scientia enim quamuis sit spirituale bonum, tamen potest à nolente per infirmitatem amitti, & ideo ratio non est ad propositum.

Ad secundum dicendum, quòd etiam manente contumacia, potest aliquis discretè excommunicationem iuste latam remittere: si videat saluti illius expedire, in cuius medicinam excommunicatio lata est.

1^m de maiori. Spiritualia. R. in voluntate sic existentia, vt à nolentibus perdi non possint: non aliter. §. Tunc &c. Licet enim absolutio ab excommunicatione sit beneficium spirituale (vt arguitur:) tamen non est spirituale modi illius, qui nunc dictus est. Potest enim quis iam ab excommunicatione absolutus alia excommunicatione contra uoluntatē suam innodari: quamuis per voluntatem suam peccauerit, propter quod peccatum postea excommunicatur. Patet ergo quod absolutio illa fuit beneficium quidem spirituale, sed à nolente amissibile, & consequenter, quòd istud beneficium est alterius modi à prædicto in maiori propositione glosata.

2^m de maiori. Excommunicationis. R. ferendæ de possibili: non autem, ferendæ de necessitate. §. Tunc &cæ. Licet enim contumacia remanente, possit quis iterum excommunicari: tamen non est hoc necessarium, immo nec quandoque conducibile (puta cum quis præsumitur in desperationem maiorem casurus, si excommunicetur: uel si scandalum communitatis ex hoc timeatur, aut aliquid huiusmodi.) Ideò maiorem, de possibili, non de necessitate, intelligi debere glosatum rectè fuit: hoc est, quod contumacia est causa excommunicationis, idest dat iudici occasionem; vt iustè (si nil aliud obstet) excommunicationem in illum contumacem ferat: non autem astringit ipsum iudicem ad excommunicandum illum. Remanet ergo (iuxta responsum datum) in arbitrio iudicis utrumque scilicet & quòd excommunicet, & quòd non excommunicet, etiam contumacia posita.

¶Coroll. Sicut ergo contumacia posita relinquitur adhuc prudentiæ iudicis excommunicare uel non excommunicare, prout expediens viderit: ita contumacia manente, relinquitur iudicis prudentiæ absoluere multum ab excommunicatione, etiam iuste latа, & non absoluere, iuxta quòd uiderit expedire. Propterea enim excommunicatio pœna non quęcunque, sed medicinalis dicta est, faciunt hæc ad quæstio. 21. artic. 3. ubi tangitur de contumacia, & tali pœna medicinali.

## APPENDIX.

Ex artic. habes. ¶Primo: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum fuisse à iure Canonico, quòd inuitus absolui potest. Hoc autem insinuatum est extra de reg. iur. omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur. Hæc ibi. Cum ergo excommunicatio contra uoluntatem excommunicati, inquantum scilicet inuitus excommunicatur, & per uoluntatem excommunicantis nascatur: innuere uidetur illa regula iuris, quod excommunicatio potest etiam dissolui per uoluntatem excommunicatoris contra uoluntatem excommunicati, & hoc est inuitum posse absolui ab excommunicatione. Tantoque magis hoc inde uidetur: quia inter casus à glossa ibi notatos, in quibus præmissa regula fallit, non annumeratur absolutio excommunicationis (ut patet inspicienti. Vnde nota: quod si inueneris uel Doctores, uel aliqua iura innuere contrarium, intellige sic: quòd scilicet non debet taliter absolutio fieri, nisi hoc esse expediens iudicetur (ut & in responsione ad secundum tangitur.) Secundò habes: quomodo per rationem præmissam regulam iuris, pro quanto inuitum posse ab excommunicatione solui insinuat, & declares, & defendas. Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

a

b

SVPER Q. LV. Aliàs 24. Art. III.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum quis possit absolui ab vna excommunicatione, nisi absoluatur ab omnibus.*

96

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd quis non possit absolui ab vna excommunicatione nisi absoluatur ab omnibus. Effectus enim debet proportionari causæ: sed causa excommunicationis est peccatum, cum ergo aliquis non possit absolui ab vno peccato nisi absoluatur ab omnibus, nec in excommunicatione hoc esse poterit.

¶ 2 Præterea. Excommunicationis absolutio in Ecclesia fit: sed ille, qui vna excommunicatione est irretitus, extra Ecclesiam est: ergo quamdiu una manet, ab alia absolui non potest.

Sed contra. Excommunicatio quædam pœna est, sed ab una pœna aliquis liberatur alia remanente: ergo ab vna excommunicatione alia remanente quis absolui potest.

Respon. Dicendum, quòd excommunicationes non habent connexionem in aliquo: & ideo possibile est quòd aliquis ab vna absoluatur, & in altera remaneat. Sed circa hoc sciendū est, quòd aliquis quandoque est excommunicatus pluribus excommunicationibus ab vno iudice, & tunc quando absoluitur ab vna, intelligitur ab omnibus absolui, nisi contrarium exprimatur, vel nisi cum quis absolutionem impetrat de vno tantum casu excommunicationis, cum pluribus excommunicatus sit. Quandoque est excommunicatus a diuersis iudicibus, & tunc absolutus ab vna excommunicatione, non propter hoc est absolutus ab altera; nisi omnes alii ad petitionem eius, absolutionem eius confirmauerint, uel nisi omnes demandent vni absolutionem.

Concl. prima. Possibile est, quòd aliquis absoluatur ab vna excommunicatione, & in altera remaneat.

¶Prob. Quia excōmunicationes non habent connexionem in aliquo.

¶Not. Quoniam vnum peccatum mortale non potest remitti alio non dimisso, (vt sæpe dictum est:) ideo absoluens ab excommunicatione vna hominem, remanentem in altera absoluit à pœna illa, non à peccato mortali. Quod quidem fieri potest: propter rationem iam dictam. Quando igitur inquit textus, quòd excōmunicationes non habent connexionē adinuicem accipit ly excommunicationes, formaliter, idest vt præcise pœnæ sunt. Nam, ut includunt mortale peccatum, habent cōnexionem aliquam; inquantum videlicet omnia mortalia conueniunt in auersione à Deo, & unum absque alio remitti nō potest. Stat ergo, quòd excommunicatio præsupponat peccatum mortale, pro quo fertur (supra q. 21. ar. 3.) & quòd mortale unum absque alio remitti nequeat; & tamen quòd possibile sit, aliquem absolui ab una excommunicatione remanendo in altera.

¶Concl. 2. Quando excōmunicatus est quis ab uno iudice pluribus excommunicationibus, & absoluitur ab una, intelligitur ab omnibus absolui: nisi uel contrarium exprimatur, uel absolutio impetatur de uno tantum casu excommunicationis.

¶Prob. 1. Quia præsupponitur clara: secunda aut pars scilicet uel absolutio, &cæ. probatur. Quia talis plurib. excommunicationibus excommunicatus est.

¶Not. Exceptio uidetur firmare regulam in contrarium. Verbi gratia. Si tria facienda immineant: & dicatur, duo istorum dimittantur pro nunc; videtur ex hoc, tertium remanere faciendū. Vt quid enim duo exclusit, & non tria: si non duo tātum, sed tria, noluit fieri? Sic in proposito. Est quis excommunicatus pluribus, & absolutionem ab uno tantum casu excommunicationis impetrat expresse nil aliud addendo: nonne per hoc, tanquam per tacitam exceptionem, datur intelligi, quòd non nisi ab uno illo casu absoluitur? Hæc dicta sint pro captu faciliori probationis secundæ partis conclusionis. Ex qua re potes ad capescendam primæ partis probationem, idest ad uidendum, quòd merito tanquam clara supponitur, uelut ab oppositis argumentari. Si enim ex impetratione

¶Con-

petratione speciali absolutionis ab vna excommunicatione uidetur absolutio ab alijs non inclusa; consequens apparet, ꝙ ex absolutione facta indefinite à iudice omnium excommunicationum latore comprehendi intelligatur absolutio ab omnibus.

¶ Concl. 3. Excommunicatus à diuersis iudicibus, si absoluitur ab vna excommunicatione, non propter hoc est absolutus ab altera; nisi vel omnes alij ad petitionem eius absolutionem ipsam confirmauerint, vel omnes demandent vni absolutionem.

* Respon- so. 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd omnia peccata habent connexionem in auersione voluntatis à Deo, cum qua non potest esse peccatorum remissio: & ideo vnum peccatum sine altero remitti nō potest. Sed excommunicationes non habent aliquam talem connexionem, nec iterum absolutio ab excommunicatione impeditur propter voluntatis contrarietatem: & ideo ratio non sequitur.

Ad secundum dicendum, ꝙ sicut pluribus de causis erat aliquis extra Ecclesiam: ita possibile est, ꝙ ista separatio remoueatur quantum ad vnam causam, & maneat quantum ad alteram.

QVAE-

¶ Prob. Quia, ut patens ex terminis, præsupponitur.

¶ Not. 1. Vnum iudicem esse in altero, oporteret; si ex hoc, quòd ab vna excommunicatione ab uno lata quis absoluitur, intelligendum esset absolui et ab alia ab altero lata. Quia vero vnus absolutè non est in altero, sed tantùm per consensum: ideò dum ab vna absoluitur ab vno iudice, non intelligitur absolui ab alijs: nisi cæteri iudices huic facto consentiant. Sic namque tunc per consensum fient unum, quoad hunc effectum. Non possunt autem fieri sic vnum; nisi ante, uel post absolutionem ab vno iudice datam (vt patet). Quòd si ante; hoc erit, quia omnes demandant uni iudici absolutionem ab omnibus excommunicationibus, vnusquisque pro sua iurisditione: si verò post; hoc erit, quia omnes alij, postea quam id cognouerint, confirmant absolutionem ab uno datam dicentes, uel se habere illam ratam ac si iudex ille eam pro omnibus dedisset, uel sicut ille absoluit te, & nos itidem absoluimus. Ex iam dictis manifestum esse potest: quòd probatio conclusionis merito dixit; eam, ut ex terminis patentem, præsupponi, & non probari à sancto Doctore.

¶ Not. 2. Sermo est in tertia conclusione de diuersis iudicibus, paribus, seu non subordinatis (puta de diuersis episcopis particularium vrbium): non de disparibus, ita quòd sint subordinati ad inuicem. Sic enim vnius iurisditio contineretur in alia; & consequenter absoluente uno tantum iudice, puta superiore, ab excommunicatione una, intelligeretur absoluere ab omnibus; nisi uel contrarium exprimeretur, uel &c ut in secunda conclusione. Nam ad secundam conclusionem reduceretur iste casus: quoniam licet suppositaliter plures essent iudices; tamen iurisditione vnus essent, in quantum superior iurisditio eminenter continet omnes inferiorum iudicum iurisditiones. Verbi gratia. Si à mille iudicib. excommunicationibus pluribus aliquis innodatus absoluatur à Papa intendente à quibuscunque absoluere (quod præsumitur, nisi uel exprimat contrarium, uel ab eo specialiter impetretur absolutio de vno tantum casu excommunicationis): tunc ille est absolutus ab omnibus.

1^m de maiori. Debet proportionari. ℞. secundum ꝙ res patitur: non, in omnibus absolutè. §. Tunc &c. licet enim peccatum mortale sit causa excommunicationis, & excommunicatio sit effectus eius: tamen quamuis in quibusdam alijs proportionentur) non possunt ad inuicem proportionari in hoc, quod ad remissionem unius sequatur, uel non sequatur necessariò remissio alterius. Ratio est: quia materia id non patitur. De essentia enim peccatorum mortalium est, quòd connectātur in auersione à Deo: id quod non est de essentia excommunicationum plurium, ut excommunicationes præcise sunt. Vide notat. post prob. conclu. 1.

¶ Not. De ratione excommunicationum est; ut pro illa, uel illa, causa ferantur. Vnde, cum huiusmodi causæ non sint connexæ taliter ad inuicem, ut vna posita ponantur omnes, & una remota remoueantur omnes, restat: quod una excommunicatio per absolutionem possit remoueri, alijs non remotis: ut in responsione ad secundum dicetur.

Item de conlusione. Nec in excōmunicatione hoc esse poterit. ℞. Si absolutio ab excommunicatione impediretur per contrarietatem uoluntatis. §. quemadmodum (supple tu) contingit de absolutione à peccato. Tunc &cæt. Nam ostensum est artic. 2. quòd non impeditur absolutio ab excommunicatione per contrarietatem uoluntatis: quin & fieri, & discretè fieri, possit. Vide responsum secundum literæ ly nec iterum absolutio, &c.

2^m maior. Excommunicationis absolutio in Ecclesia fit. ℞. quantum ad aliquam causam: non semper, quantum ad omnes causas. §. Hoc est, existens extra Ecclesiam reducitur per absolutionem intra ipsam Ecclesiam (Hæc erat propositio maior): sed tollendo aliquam causam retinentem istum extra, non autem tollendo semper omnes (Hæc erat responsio). Tunc nihil &c. Licet enim ille, qui una excommunicatione irretitus est, sit extra ecclesiam propter istam specialem causam detinentem se (vt arguitur): tamen, cum sit ab alijs excommunicationibus absolutus,

non

non est amplius extra ecclesiam propter alias causas, quæ pri⸗ simul cum prædicta causa detinebant eum extra.

¶ Coroll. Quando ergo datur absolutio ab excommunicatione, introducitur quis in Ecclesiam; quantum est ex parte causæ illius propter quam lata fuerat excommunicatio. Quòd autem postea ille; absolutus remaneat adhuc extra Ecclesiam, non est ex defectu prædictæ absolutionis, sed aliunde. Non etiam nunc, habita illa absolutione, remanet extra propter illam eandem præcisè causam: sed propter hoc, quòd ab alijs causis retinentibus eum extra, nondum absolutus est. Simpliciter ergo loquendo, iste ab una tantum excommunicatione absolutus, erit extra Ecclesiam: & secundum quid non erit, cum propter hanc causam vlterius non sit extra. Nec est inconueniens: quòd aliquis sit, & non sit extra, secundum diuersas considerationes; ut patet præmissa consideranti. Sic ergo excommunicationis absolutio quęlibet semper fit in ecclesia; sed nō quęlibet quoad quaslibet causas semper fit in ecclesia: idest quælibet semper, quantum spectat, ad illam specialem causam, pro qua datur, intromittit excommunicatum extra Ecclesiam; sed non quælibet semper absolute intromittit illum (vt sententialiter concluditur in responsali textu.

* Hoc eo. art. & art. præced.

## APPENDIX.

Ex articulo habes. Primò: quomodo per rationem ostendas; meritò insinuatum esse à summo Pontifice, quòd excommunicatus pluribus potest absolui ab una, altera remanente. Hoc autem insinuatum est ab Innocentio Tertio. de sent. excom. cū pro causa, &c. Cum Archidiaconus in succentorem in communi dormitorio manus iniecisset temere violentas, & eum traxisset uerberando per claustrum, tu frater Archiepiscope eum ob uiolentam manuum iniectionem, & violationem immunitatis ecclesiæ fecisti excommunicatum publicè nunciari, &c. mādamus quatenus si uobis constiterit dictum Archidiaconum ob duplicem causam excōmunicatum fuisse, & expressisse tantum alteram in literis quas super absolutione sua impetrauit; ipsum tāquam excommunicatum satisfacere ecclesiæ suæ pro altera monitione præmissa, cogatis. Hæc ibi. Nota ly pro altera: quoniam per hoc innuere uidetur, ꝙ ipse excommunicatus sit quantum ad unam excommunicationē, seu excommunicationis causam, absolutus; & remaneat quantum ad alteram innodatus. Item ab eodem Innocentio ibid. c. officij, &c. Quæsiuisti utrum is qui propter plures excessus à plurib. Prælatis excommunicationis est uinculo innodatus, & uni Prælatorū de uno tantum satisfacere vult excessu, ab eo sit absoluendus, de quo satisfacere vult eidem; & cum de alio non satisfecerit alij absolutus ualeat nunciari, &cæ. Super hoc articulo respondemus ꝙ supprimenti ueritatem absolutio surrepta non prodest, & ueritatem intelligens absolutionem huiusmodi exhibere non debet. Hęc ibi. Quasi responderit per distinctionem hanc. Talis pluribus excommunicationibus inuolutus aut syncerè tibi totam exprimit ueritatem facti; aut dolose aliquid de ueritate tacet, ut facilius absolutionem surripiat. Si hoc secundo modo, tunc absolutio iudicatur esse surrepta, & consequenter nec valet nec prodest aliquid: si autem primo, absolutio exhiberi non debet (cum de omni excessu prælatis omnibus nolit satisfacere; tamen, si exhibeatur, ualet (cum non sit surrepta). Alloquin idem esset iudicium de surrepta, & non surrepta: quod est absurdum: ualet, inquam, & prodest quantum ad leuamen unius excommunicationis: sed non quantum ad hoc, quòd ab omnibus sit absolutus, & consequenter nec quantum ad hoc quòd simpliciter absolutus valeat nuntiari populo, ut ei possit tuta conscientia communicare. Pro quo facilius intelligendo scias: quòd ex interrogatis percipitur sensus respondentium (vt sapientibus patet). Reassumatur, ergo interrogantis quæsitum: ut melius pontificis mens intelligatur: Quærebat ergo interrogans an pluribus excommunicatus esset absoluendus, ab una excommunicatione, cum de alijs non fuerit absolutus, ualeret simpliciter absolutus nunciari, idest ad consortium admitti. Respondendo igitur Papa, quòd absolutionem exhibere non debet, & quòd absolutio talis non prodest, intelligere uidetur, secundum quod interrogatio quærebat (prudentis enim & hoc est); quasi dixisset. Absolutio exhiberi non debet & exhibita non prodest ad hoc: ut talis sic absolutus ualeat in consortium aliorum admitti. Talis ergo absolutus quidem est secundum quid, idest, secundum unam causam: sed non simpliciter, idest, non secundum omnes: & ideo à consortio aliorum iure arcendus iudicatur. Vide supra in responsione ad secundum cum corollario. Quando ergo unus primò absol-

Vtilitas p S. Ecclesia &c.

uit

tiit pluribus excommunicationibus innodatum, quàmuis absolutio teneat (nisi dolose causa aliqua occultetur, ut patet per ly veritatem occultanti absolutio surrepta,& c.ex parte de offi. iud.ordin.) non debet tamen ipsum denunciare absolutum, nec ab alijs est ei communicandum, donec fuerit absolutus ab omnibus: quoniam qui est excommunicatus in vna ecclesia, excommunicatus est quoad omnes 4 q.5.Quisquis. Secundò habes quomodo per rationem prædicta summi Pontificis, pro quanto innuunt excommunicatum pluribus posse ab una absolui,altera remanente (licet quidam aliter textus prædictos glossare videantur) & intelligas, & probes,& defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina declaretur,& consolidetur.

SVPER Q. LV. Aliàs 25. Art. 1.

CONCL. 1. Ab omnibus conceditur, indulgentias aliquid valere.

¶EXAMEN. Ly indulgentias. Scilicet,ut in corpore articuli huius,intellectas. Inde.n. colligitur: quòd indulgentia est thesaurus superabundantium operũ ac passionum Christi,& sanctorum: quæ, & quas pro communi vtilitate totius ecclesiæ operati,ac passi sũt: de quo inopię egentiũ suppletur per habentem claues thesauri huius. Vel (& in idem redit.) Indulgentia est suppletio inopiæ egentium pro solutione pęnæ temporalis,ex thesauro prædicto,per habentem claues thesauri ipsius. Ly ab omnibus. Scilicet catholicis. Nam hæretici hanc cõclusionem non concedunt: immo (ut videbimus) totis, quibus possunt, viribus eam impugnant.

¶PROB. Quia impium est dicere, quòd ecclesia Dei aliquid vanum faciat.

¶NOT. Antecedens hoc probationis clarissimum relinquitur, & meritò. Ex lib. enim Machab. 3. cap. 12. ad literam patet: ubi dicitur. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluũ videretur & vanũ orare pro mortuis. Ex quo ne tale absurdissimum in ecclesia contingat,protinus concludendo subinfertur.Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare. Ex hoc igitur discursu datur intelligi patenter à sacris literis:quod impium est dicere, quod ecclesia Dei aliquid uanum faciat. Hinc de cæremonijs sacris missarum,alijsq; ritibus tum in sacramentis, tum in sacramentalibus, tum in cæteris ecclesiasticis institutis discurre tu: & omnes,aliquid horum vanum esse, vel ab ecclesia Dei vane institutum dicentes, velut impios detestare. De ceremonijs Missarum ritibus,&c.uide nostrum librum prætitulatum, Sacerdos in æternum,e Dechiaratione della S.Messa:& plene conspicies, quod hic dicitur. Doctrina hæc S.Tho confirmatur,& declaratur,ex Conci. Trid.sess.7.can.13.si quis dixerit,receptos, & approbatos Ecclesiæ catholicæ ritus in solemni sacramentorum administratione adhiberi consuetos,aut contemni,aut sine peccato à ministris pro libito omitti,aut in nouos alios per quemcumque Ecclesiarum pastorem mutari posse anathema sit.& sess. 22. can. 7. Si quis dixerit cæremonias,vestes,& externa signa, quibus in missarum celebratione Ecclesia catholica vtit, irritabula impietatis esse magis, quàm officia pietatis:anathema sit.& can.9. Si quis dixerit: ritum Ecclesiæ Romanæ quo summissa uoce pars canonis, & uerba consecrationis proferuntur, damnandum esse; aut lingua tantum uulgari Missam celebrari debere,aut &c anathema sit. Hæc ibi. Item ex decr. dist.11.quis nesciat.& dist. 12 non decet.

* De materia c. quod ... & c. nostro de pę nit.& rem.

Diffinitio indulgentiarum.

97

* Glo.ord. ibid.

Nil uanũ facit S.ecclesia.

## QVAEST. LVI. Aliàs 25.

*De indulgentia secundum se, in tres articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandum est de indulgentia. Et primo de ea secundum se. Secundo de facientibus indulgentiam. Tertio, de recipientibus eam.

CIRCA primum quæruntur tria.

¶Primo, Vtrum per indulgentiam possit aliquid remitti de pœna satisfactoria.

¶Secundo, Vtrum indulgentiæ tantum valeant quantum pronuntiantur.

¶Tertio, Vtrum pro temporali subsidio sit indulgentia facienda.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum per indulgentiam possit aliquid remitti de pœna satisfactoria.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd per indulgentiam non possit aliquid remitti de pœna satisfactoria. Quia super illud 2. Timo. 2. Negare seipsum non potest, dicit Gl. quòd faceret si dicta sua non impleret, sed ipse dicit Deutero. 25. Secundum mensuram delicti erit & plagarum modus, ergo non potest aliquid remitti de pœna satisfactionis taxata secundũ quantitatem culpæ.

¶2 Præterea, Inferior non potest absoluere ab eo ad quod superior obligauit, sed Deus absoluendo à culpa, obligat ad pœnam temporalem,ut dicit Hugo * de S. Victo. ergo nullus homo potest absoluere a pœna illa,aliquid dimittendo.

¶3 Præt.Hoc ad potestatem excellentiæ pertinet, vt sine sacramentis effectus sacramentorum tradatur: sed nullus habet potestatem excellẽtiæ in sacramentis nisi Christus, cũ ergo satisfactio sit pars sacramenti, operans ad dimissionem pœnæ debitæ,videtur quòd nullus homo purus possit dimittere debitum pœnæ sine satisfactione.

¶4 Præterea,Potestas ministris ecclesiæ non est tradita in destructionem,sed in ædificationem: sed hoc ad destructionem pertineret, si satisfactio, quæ est ad vtilitatem nostram, inquantum remedium præbet, tolleretur, ergo potestas ministrorum ecclesiæ ad hoc se non extendit.

SED CONTRA, Primæ Corin. 2. Nam,& ego quod donaui,si quid propter vos donaui in persona Christi, Glos. * idest, ac si Christus donasset: sed Christus poterat relaxare absque omni satisfactione pœnam peccati,vt patet Ioan. 8. de muliere adultera, ergo, & Paulus potuit:ergo,& Papa,qui non est minoris potestatis in Ecclesia,quàm Paulus fuerit.

Præterea, Ecclesia generalis non potest errare: quia ille, qui in omnibus exauditus est pro sua reuerentia, dixit Petro: super cuius confessione Ecclesia fundata est: ego pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua, Luc. 22. sed ecclesia generalis indulgentias approbat, & facit: ergo indulgentiæ aliquid valent.

¶CON-

* In tracta. sũmæ sen. c. 11.

*Gl. interlinea. ibid.

¶CONCL.2. Indulgentiæ ualent ad remissionem pœnæ residuæ post contritionem absolutionem,& cõfessionem: siue illa pœna sit iniuncta à confessario, siue non (puta, quam quis in purgatorio meretur secundum iudicium Dei:) & iste ualor earum est, & quantum ad forum ecclesiæ, & quantum ad forũ Dei.

¶PROB.1. Quia indulgentiæ sunt aliquorum sufficientes satisfactiones, pro alijs communiter de ecclesia,factæ; ab illoq;, qui toti ecclesiæ præest, secundum arbitrium suum, distributę illis, pro quibus sic factæ sunt & unus potest satisfacere pro alio, si id intendat, ac satisfactio sua sufficiens sit (q. 13. art. 2.) secũda añt pars.f.& iste ualor &c.probat. Quia aliter dicendo,& derogaretur priuilegio Petro dato (cùm hoc sit ut quod ipse Petrus remiserit in terra, remissum sit in cœlo): & ecclesia magis damnificaret indulgentias dãdo quam adiuuaret(cũ tunc remitteret ad grauiores pœnas scilicet purgatorij, absoluendo à penis iniunctis à confessario).

¶EXAMEN. Ly pœnæ residuæ. Hoc quod in secunda hac conclu. dicebatur, designat: quòd indulgentiæ nõ ad culpam, sed ad temporalem pœnam, tollẽdam ordinantur. Confirmatur ex bullis papalibus R edicentibus, uere pœnitentibus talem indulgentiam, si sic fecerint, elargimur.

Ly satisfactiones. s.ut sanctisfactiones. Loquitur.n. formaliter D. Th.cum sciat, sanctorum passiones,& opera quæcunque, ut meritoria fuisse a Deo in ipsis sanctis superabũdanter remunerata. Propterea per ly opera pœnitentiæ, per ly tribulationes iniustas sustinuerunt, per ly quorum meritorum,intelligit semper sanctisfationes,idest loqui de omnibus illis (quocunque nomine interim vtatur) prout habent vim satisfaciendi. Vnde,dicit ly ultra mensuram debitorum suorum supererogauerunt,& ly mult. pœn. poter.expiar.si eis deberetur, & ly quo. meritor. tan. est. cop. quòd omn. pœn. debit. nunc uiuentibus excedunt. Impium autem est, dicere, illam excedentiam satisfactionum perire, quia in utilitatem aliquorum debitorum non proueniant. Tanquàm ergo in ærario publico reponuntur; ut ex hoc indulgentibus fratribus subueniatur.

¶NOT.1. Pro captu antecedentis primi cathegorici in probatione dicti (hoc est ly Indulgentiæ sunt aliquorum sufficientes satisfactiones,pro alijs communiter de ecclesia, factæ (sciendum: quòd sancti operati sunt ultra mensuram pœnarum eis debitarum, in signum cuius dixit. Pro suis etiam similibus. Iob 6. Vtinam appenderentur peccata mea,quib. iram merui,& calamitas, quam patior in statera quasi arena maris hęc(s.calamitas)grauior appareret; & istas operationes,siue passiones suas intenderunt sustinere in beneficium

Heb, 5.

neficiō aliorum commembrorum ecclesiæ sanctæ Dei, non applicando intentionem sua n determinaté ad hunc, uel ad illum, sed communiter pro quibuscumque placuerit ipsi ecclesiæ, in cuius signum dixit de se in persona vniuersorum Apost. Coloss. 1. Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius quod est ecclesia.

Ratio fundamétalis igitur valoris indulgétiarum. i. satisfactionū prædictarum vnius p alio, est vnitas corporis mystici. Ex hac namq; vnitate, quam charitas efficit promanat: q illud, quod superest vni, communicatur alteri ex intentione eius (ob hoc dicitur, quod charitas facit omnia cōmunia.) Tale qd videmus etiā in corpore naturali; ad cuius similitudinem dr corpus mysticum. In corpore. n. naturali nutritiua pars ideo generatiuæ auxiliari dr, q a nutritiua ipsa, postquā omnibus membris nutrimentum ex cibo conuersum partita est, illud, quod superest pro generatiua seruat; iuxta phil. dicētem, quòd semen est superfluū alimenti, & ita dicere rationabiliter possumus, q nutritiua cibum assumendo, deglutiendo, & concoquēdo non tantū sibimetipsi, sed etiā generatiuæ potentiæ laborauit. Simili igit modo, cum charitas nō minus efficaciter operet q natura sancti in laboribus suis subeundis non tm sibimetipsis laborare intenderūt; sed etiā alijs membris corporis ecclesiastici. Illæ satisfactiones igitur, ut sic, sūt superfluæ illis: sed tn sunt necessariæ nobis. Et in hoc fundātur indulgétiæ. Ideo in textu dr ly ratio, quare valere possunt, est vnitas corporis mystici: p hoc innuēdo omnia supradicta. Ad ponendum ergo indulgentias, & valorem earum, non tantū scriptura sacra, sed ét natura, nos inducit. Negantes ergo indulgentias, earūq; valoré, non solum scripturę diuinæ, sed etiam naturæ nostræ aduersant. Vide hinc, q docti sint, & perspicaces: quos natura ipsa vegetatiua (si loqueretur) plurimum derideret .a.

*Matt. 16.

Exemplū de naturalib. pro indulgentijs.

*Quęst. 13. art. 2.

¶Not. 2. Pro captu residuæ partis illius antecedentis (, s. ly ab illoq;, qui toti ecclesiæ præest, sm arbitrium suum, distributæ illis; pro quibus sic factæ sunt;) sciendū: q beneficia cōia alicuius multitudinis (qualia sunt indulgentiæ, vt dictum est in Not. prima,) distribui debent singulis de illa multitudine a præsidente illius, ne fiat confusio, & vt corpori naturali assimiletur mysticum. Nam caput naturale (ut videmus per experientiam) omnia membra mouet, & cōicationem illorum in 1. not. prædictam ac similem, sua ordinatione distribuit: & sine capite nihil horum efficitur (ut patet in capite truncatis.)

¶Not. 3. Pro captu antecedentis vltimi, probantis secundā partem concl. (s. ly ecclesia magis damnificaret indulgentias dando q adiuuaret,) sciendum, q sm rei veritatem per satisfactioné iniunctam a cōfessario duo facimus, primo pœnas tpales peccato in pręsenti debitas tollimus, secundo consequenter a pęnis subeundis in purgatorio liberamur. Si ergo indulgentiæ non tollerent pœnas debitas in foro Dei (ut dicit opinio a S. Th. reprobata) tunc non fieret nisi primū. Nam si dicatur contrarium, q s. per assecutionem indulgentiarum, nō tm tolleretur, pœna a confessario iniuncta, sed ét purgatorij, tūc ipsa opinio destrueret semetipsam. Patet ergo quòd stante illa opinione (sic em intelligit D. Th. taliter probans) ecclesia dando indulgentias absolueret quidem a pœnis in præsenti debitis, sed ad pœnas purgatorias nos remitteret (. s. non absoluēdo ab his,) & consequenter magis nos grauaret, q adiuuaret. Si n. sineret nos per nos satisfacere pœnis a confessario iniunctis, liberaremur a duob. incommodis (vt supradictū est:) q si per indulgentias vult nos satisfacere, tūc ab uno tm, (& hoc leuiori) incōmodo liberamur; sm opinionem reprobatam.

*In istomet cor.

*Quæst. 13. ar. 2.

*In corp. art.

*In corp. art.

RESPOND. Dicendum, quod ab omnibus conceditur indulgétias aliquid valere, quia impium esset dicere, quod ecclesia aliquid vanum faceret. Sed quidam dicunt, quod non valent ad absoluendum a reatu pœnæ, quam quis in Purgatorio secundum iudicium Dei meretur, sed valent ad absoluendum ab obligatione, qua sacerdos obligauit pœnitentem ad pœnam aliquam, vel ad quā etiam obligatur ex Canonum institutis. Sed hęc opinio non videtur vera. Primo, quia est expresse cōtra priuilegium Petro datum, * vt quod in terra remitteret, in cœlō remitteretur. Vnde remissio, quæ fit ad forum Ecclesiæ, valet etiam quantum ad forum Dei. Et præterea, Ecclesia huiusmodi indulgentias faciens, magis damnificaret quàm adiuuaret, quia remitteret ad grauiores pœnas, scilicet purgatorii, absoluendo a pœnitentiis iniunctis.

Et ideo aliter dicendum est, quod valent, & quantum ad forum Ecclesiæ, & quantum ad iudicium Dei ad remissionem pęnæ residuæ post contritionem, & absolutionem, & confessionem, siue sit iniuncta, siue non. Ratio autem quare valere possunt, est vnitas corporis mystici, in qua multi in operibus pęnitentiæ supererogauerunt ad mensuram debitorū suorum, & multas etiam tribulationes iniustas sustinuerunt patienter, per quas multitudo pœnarum poterat expiari, si eis deberetur, quorum meritorum tanta est copia, quòd omnem pœnam debitam nunc viuentibus excedunt, & præcipue propter meritum Christi, quod & si in sacramentis operatur, non tamen efficacia eius in sacramentis includitur, sed sua infinitate excedit efficaciam sacramētorum. Dictum * est autem supra, quòd vnus pro alio satisfacere potest: sancti autem in quibus superabundantia operum satisfactionis inuenitur, non determinate pro isto, qui remissione indiget, huiusmodi opera fecerunt, aliàs absque omni indulgentia consequerentur remissionem, sed communiter pro tota ecclesia, sicut Apostolus ait se implere ea, quæ desunt passionum Christi in corpore suo pro ecclesia, ad quam scribit Col. 1. & sic prædicta * merita sunt communia toti Ecclesiæ. Ea autem, quæ sunt alicuius multitudinis communia, distribuuntur singulis de multitudine, secundum arbitrium eius, qui multitudini præest. Vnde sicut aliquis consequeretur remissionem pœnę, si alius pro eo satisfecisset; ita si ei satisfactio alterius sibi per eum, qui potest, distribuatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd remissio, quę per indulgentias fit non tollit quantitatem pœnæ ad culpam, quia pro culpa vnius alius sponte pœnam sustinuit. *

AD SECVNDVM dicendum, qd iste, qui indulgentias suscipit, non absoluitur simpliciter loquendo, a debito pœnæ, sed datur sibi vnde debitum soluat.

AD TERTIVM dicédum, quòd effectus sacramentalis absolutionis est diminutio reatus, & hic effectus non inducitur per indulgentias; sed pro eo faciens indulgétias soluit pęnam, quàm debuit, de bonis ecclesiæ communibus (vt ex dictis * patet.)

AD QVARTVM dicendum, quòd maius remediū præbetur contra peccata vitanda ex gratia quàm ex assuetudine nostrorum operum, & quia ex affectu, quem accipiens indulgentias concipit ad causam, pro qua indulgentia datur, ad gratiam disponitur, ideo etiam per indulgentias remedium ad peccata vitanda datur; & ideo nō est in destructionem indulgentias dare nisi inordinate détur. Tn consulendū est eis, qui indulgentias consequuntur, ne propter hoc ab operibus pœnitétię iniunctis abstineant, vt etiam ex his remedium cōsequantur, quamuis a debito pęnæ essent immunes; & præcipue, quia quandoque sunt plurimum debitores, quàm credant.

AR-

## 1m illatio conclusionis.

Ergo nō potest, &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam remissio, q per indulgentias fit, nō tollit, &c vt in tex.

¶COROLL. Ergo illa authoritas Deut. 25. adducta, itelligit: quòd mensura plagarū commensuretur mensuræ delictorum: siue modo illæ plagæ sint per ipsū delinquēté solutæ, siue per amicum delinquentis pro ipso delinquente. Vtrouis enim modo satisfit iustitiæ diuinæ offensæ; & consequenter non negat semetipsum Deus, quando propter plagas ab amico delinquentis pró ipso delinquente solutas a pœna temporali debita delinquenté absoluit.

## 2m maior.

Inferior nō potest absoluere ab eo, ad quod superior obligauit. ℞. Potest tamé ei, qui obligatus est, dare illud, vñ soluat debitū, ad quod a superiori obligatus fuerat. §. Tunc &c. Nam iste, qui indulgentias suscipit, nō &c vt in textu.

¶Not. Obligatus fuit Titius a Calimerio iudice ad soluendum centum aureos tribunali iustitiæ suæ Amicus quidam Titij donat Titio ipsi centum aureos: ut his persoluat debitum supradictum. Numquid non Calimerius, ex tali solutione satisfactum se, dicet: & satisfactio ipsa ueræ satisfactionis (quamuis per amicum fiat) rationem habebit? Habebit, vtique etiam apud mediocritér instructos, & rationales. Applica ad responsum pro indulgentijs t contrarios abhorrendo.

## 3m de conclusione.

Sine satisfactione. ℞. Vel per seipsum, vel per suum amicum exhibita. §. Tunc &c. Nam satisfactio per amicum exhibetur, quando per indulgentias pœna soluitur. Adde; quòd & remedium, quod per satisfa-

satisfactionem propriam acquiritur, per indulgentias non perditur: immo quandoque augetur, propter rationem dictam in textu. Quem videas tu; & consilij optimi in fine dati a Sancto Thoma ne obliuiscaris.

¶ COROLL. Ergo propter duo nihil deperit satisfactioni, si fiat per indulgentias. Si namque ad pœnam satisfactione propria solutam respiciatur, & indulgentiæ illam soluunt: si vero ad remedium, & indulgentiæ illud afferunt: quandoque etiam & maius, (ut in litera.)

## APPENDIX.

Vtilitas p S. Ecclesia &c.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem explodas errores Lutheri (Prateo. Lutherani Ioan. Vuessphalus: Pauperes de Lugduno) impie dicentis: quod indulgentiæ nullius sunt momenti. Item Iacobi Præpositi (Prato Iacobus Præpositi) dicentis, quòd indulgentijs non est confidendum. Item e iusdem ibidem dicentis; quòd merita sanctorum nulli applicari possunt. Item Lutheri (ut refert Leo X. in bulla contra eius errores quos & damnat) dicentis: quòd thesauri ecclesiæ, vnde Papa dat indulgentias, non sunt merita Christi & sanctorum. Item eiusdem ibidem dicentis: quòd indulgentiæ his, qui ueraciter eas consequuntur, non ualent ad remissionem pœnæ pro peccatis actualibus debitæ apud diuinam iustitiam. Hinc videas tu: quantum sit cauendum ab opinione recitata, reprobataque in textu: ex quo tam similis huic errori Lutheri videtur. Item habes: quomodo explodas errorem Valdensium (Direct. Inquis. 2. par. q. 14.) dicentium: quòd indulgentiæ, quæ a Romano Pontifice, seu alijs prælatis Ecclesiæ conferuntur, nullius sunt valoris, efficaciæ, seu virtutis. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas; hos omnes merito damnari a Christo dicente ad Petrum Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorũ; & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis; & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Vbi nota ly & quod immediate ponitur post ly claues regni cœlorũ.

2

Consilium optimum.

Solutionem a Petro dandam connectit clauibus regni cœlorum. Vnde, cum nullibi aliquibus dederit verbatim claues regni cœlorum nisi soli Petro, oportet dicere: quòd potestas Petri ad soluendum est sublimior, & latior potestatibus datis alijs. Dedit siquidẽ alijs potestatem ligandi atque soluendi Matth. 18. Quæcumq; alligaueritis &c. & Io. 20. Quorum remiseritis peccata, &c. Sed istæ potestates, non sunt adeo porrectæ, vt potestas data Petro. Ex hoc nãque, quòd soli Petro de clauibus regni cœlorum dandis fit mentio expressa, datur profecto intelligi; q eius potestas amplius porrigenda erat, quàm aliorum. Petrus ergo ex hac promissione (hæc postea exhibetur ei Ioan. vlt. ut q. 17. ar. 1. appen.) potest soluere a peccatis, sicut & illi quibus dictum est, Quorum remiseritis peccata, &c. potest excommunicare, ab eisque absoluere sicut & illi, quibus dictum est, Quæcumq; alligaueritis, &c. potest & plus aliquid. Quid est plus? Condonare pœnam temporalem per indulgentias. Si enim per solam absolutionem, vel in foro pœnitentiæ, vel in foro iudiciali, satisfactionemque impositam, posset pœnam relaxare; tunc quo ad modum dimittendi pœnam non plus posset, quam alij. Vt ergo plus possit, (ut authoritas illa vult:) poterit modo alio pœnas ipsas dimittere. Nõ potest autem per iussionem solam, cum potestatẽ excellentiæ Christo propriam non habeat (ut in arg. 3.) sed per applicationem thesauri ecclesiæ, cuius claues habet a Christo, & hoc est posse per indulgentias. Deriuabitur tamen postmodum pro arbitrio Petri in alios, etiam facultas indulgentias dandi: ut q. 20, art. 1. ad primum insinuatur. Cum itaque Christus nihil in vanum contulerit Petro, sequitur luce meridiana clarius; quod indulgentiæ per potestatem Petri dat. aliquid valent, & non tantum quò ad forum ecclesiæ, sed & quo ad forum Dei. Non enim absque causa potestati Petro collatæ subiecit Christus ly & in cœlis. Item a Conc. Triden. sess. 25. Decr. de indulg. Cum potestas conferendi indulgentias a Christo ecclesiæ concessa sit, atque huiusmodi potestate concessa diuinitus sibi tradita, antiquissimis etiã temporibus, illa vsa fuerit: sacrosancta synodus indulgẽtiarũ vsum christiano populo maximè salutarem, & sacrorum Conciliorum authoritate probatum in ecclesia retinendum esse docet, & præcipit; eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt, uel eas concedendi in ecclesia potestatum esse negant. Hæc ibi. Vbi notanda sunt verba ly a Christo potestas conferendi indulgentias ecclesiæ concessa; & ly antiquissimis etiam temporibus illa via; & ly maximè salutarem; & ly sacrorum conciliorum authoritate probatum. Non opus igitur esset alia concilia in testimonium huius veritatis adducere verbaliter & exprese, ex quo synodus tanta de conciliorum sacrorum authoritate meminit pro hac re: tamen ad reuincendos contumaces atque proteruos in app. sequentium articulorum sancti Tho. (prout occasio dabitur) adducentur nõnulla, quæ & ad hunc locum facient. Item ab eodem sess. 21. c. 9. de reform. Indulgentias vero &c. debitis temporibus populo publicandas esse decernit, &c. ut cœlestes hos ecclesiæ thesauros ad pietatem exerceri; omnes vere intelligant. Hæc ibi. Indulgentiæ ergo, contra er. supra, sunt thesauri cœlestes (nã Christus, & sancti, quorum merita sunt, in cœlis sunt) ecclesiæ dati, & applicati. Cæterum de hoc thesauro vide susius art. seq. app. ne fiat nunc sermo debito prolixior. Item a Leone X. in bulla contra errores Lutheri, quam videas supra q. 1. art. 1. app. connectendo quæst. 24. art. 1. app. Item a Greg. IX. damnantur Vualdenses sub nomine Pauperum de Lugduno (nominabantur enim & Vualdenses, & Pauperes de Lugduno, & Inzabbatati:) & consequenter tota doctrina, seu errores illorum. Nam Aug. teste (ut alias dictum est:) quorum damnantur authores, quomodo eorum capitula recipi possunt? Sic autem habet Gregorius. Excommunicamus, & anathematizamus vniuersos hæreticos, Catharos, Patharenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos Tossepinos, Arnalditas, Speronistas, & alios quibuscumque nominibus censeantur, &c. Damnati uero per ecclesiam sæculari iudicio relinquantur animaduersione debita puniendi: clericis prius a suis ordinibus degradatis. Hæc ille, de hæreticis cap. excommunicamus 2. Vide Roffensem contra art. 17. & 19. Lutheri. Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, & Patrum pro quanto indulgentias statuunt aliquid valere etiam in foro cœli, & intelligas, & probes, & defendas.

3

Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina, & declaretur, & consolidetur.

4

---

SVPER Q. LVI. Aliàs 25. Art. 11.

COncl 1. Causa remissionis pœnæ in indulgentijs non est, nisi abundantia meritorum ecclesiæ, quæ se habet sufficienter ad totã pœnam expiandam.

98

¶ COROLL. Ergo, licet valeant indulgẽtiæ quantum prædicantur, neque sit magnum forum nimis de misericordia Dei (ut quidam dicunt) neque iustitiæ diuinæ, derogatur: quia non de pœna dimittit, ita videlicet quòd peccatum, vel minimum remaneat impunitum: sed vnius pœna alteri cõputatur (ut in corp. tex hn.)

¶ NOT. Duas propositiones virtualiter continẽt conclusio ista, in quas resoluitur, vnam affirmatiuam, s. q abundãtia meritorum ecclesiæ sit causa remissionis pœnę in indulgentijs: alteram negatiuam scilicet quòd nihil aliud a prædictis sit causa remissionis pœnæ in indulgentijs. Et ideo vtraque pars probanda est. Primo probabitur prima, secundo secunda.

¶ PROB. Quia ex articulo præcedẽti, vt clara, supponitur (cum ibi de thesauro meritorũ huiuscemodi fiat mentio) Secunda autẽ pars scilicet nisi &c. probatur. Quia neque deuotio, neque labor recipientis indulgentiam, neque datum, neq; causa, pro qua fit indulgentia, est causa effectiua remissionis pęnæ in indulgentijs (ut patet) sup. i textu hoc ex re, p batis trib. opinionibus.

¶ Co-

## ARTICVLVS II.

*Vtrum indulgentiæ tantum valeant quantum pronunciantur.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd indulgẽtiæ non valeant tantum quantum pronunciantur. Indulgentiæ enim non habent effectum nisi ex vi clauium, sed ex vi clauium nõ potest habens clauem dimittere de pœna peccati nisi aliquid determinatum, considerata quantitate peccati, & contritionis pœnitentis, ergo cum indulgentiæ fiant pro libito instituentis indulgentiam, videtur quòd non valeant tantum quantum pronunciantur.

¶ 2 Præt. Per debitum pœnæ homo a gloriæ adeptione retardatur, quam summe appetere debet, sed si indulgentiæ tantum valent quãtum pronunciantur, in breui homo per indulgentias discurrens, posset ab omni reatu temporalis pœnę immunis reddi ergo videtur, quod deberet his acquirendis, omnibus alijs operibus dimissis, homo vacare.

¶ 3 Præt. Aliquando datur indulgentia, quod qui dat auxilium ad aliquam fabricam erigendam, tertiam partem remissionis peccatorũ consequitur. Si ergo indulgentię tantum valent quantum prædicantur, tunc, qui dat vnum denarium, & secundo vnum etiam, iterum tertium, plenam absolutionem ab omni peccatorum pœna consequetur, quod videtur absurdum.

¶ 4 Præt. Quandoque datur hoc modo indulgentia, quòd qui vadit ad aliquam ecclesiam septem annos remissionis consequatur, si ergo tantum valet indulgentia, quantum prędicatur, ille, qui habet domum iuxta ecclesiam illam, vel clerici, qui quotidie vadunt, consequuntur tantum quantum ille, qui a remotis partibus venit, quod videtur iniustum, &

iterum (vt videtur) pluries indulgentiam consequitur in die, cum pluries vadat.

¶ 5 Præt. Idem videtur remittere alicui pœnam vltra iustam æstimationem, quod remittere absque causa, quia quantum ad hoc quod excedit non recompensatur: sed ille, qui facit indulgentiam nó posset remittere absque causa pœnam in toto, vel in parte alicui, etiam si diceret Papa alicui: Ergo remitto tibi omnem pœnam debitam pro peccato: ergo videtur quod nec possit aliquid dimittere vltra iustam æstimationé, sed indulgentiæ plerumque prædicantur vltra iustam æstimationem: ergo non tantum valent, quantum prædicantur.

Sed contra. Iob 15. Numquid Deus indiget médacio nostro, vt pro eo loquamur dolos? ergo Ecclesia prædicando indulgentias, non mentitur, & ita tantum valent, quantum prædicantur.

¶ Præterea. 1. Corint. 15. dicit Apostolus: Si inanis est prædicatio nostra, inanis est, & fides nostra: ergo quicumque in prædicatione falsum dicit, fidem quantum est in se, euacuat, & ita mortaliter peccat, si ergo non tantú valent indulgentiæ, quantum prædicantur, omnes mortaliter peccant, indulgentiam prædicantes, quod est absurdum.

Respon. dicendum, quod circa hoc est multiplex opinio: quidam enim dicunt, quod huiusmodi indulgentiæ non tantum valent, quãtum prædicantur: sed vnicuique tantum valent, quãtum fides, & deuotio sua exigit. Sed dicunt quod Ecclesia ad hoc ita pronunciat, vt quædam pia fraude homines ad benefaciendum alliciat, sicut mater, quæ promittens filio pomum, ipsum ad ambulãdum prouocat. Sed hoc videtur esse valde periculosum dicere. Sicut enim dicit Augustinus. * In Epist. ad Hier. Si in sacra scriptura depræhenditur aliquid falsitatis, iam robur authoritatis sacræ scripturæ perit, & similiter si in prædicatione Ecclesiæ aliqua falsitas depræhenderetur, non essent documenta Ecclesiæ alicuius authoritatis ad roborandam fidem. Et ideo alii dixerunt, quod valẽt tantum, quantum pronũciantur secundum iustam æstimationem, non tamen recipientis indulgentiam, qui nimis forte æstimat quod dat, aut secundum æstimationem dantis, qui minus parum æstimari posset quod datur: sed secundum iustam æstimationem quæ iusta est secundum iudicium bonorum, pensata conditione personæ, & vtilitate, & necessitate Ecclesiæ, quia uno tempore Ecclesia plus indiget, quàm alio.

Séd hæc etiam opinio stare non potest, vt videtur. Primo, quia secundum hoc indulgentiæ non valerent ad remissionem, sed magis ad commutationem quandam. Et preterea, prædicatio Ecclesiæ a médacio non excusaretur, cum quandoque indulgẽtia prædicetur longe maior, quàm iusta æstimatio possit requirere, omnibus prædictis conditionibus pensatis. Sicut quando dat Papa indulgentiam, quod pergens ad vnam Ecclesiam, habeat septem annos indulgentiæ, cuiusmodi etiam indulgentiæ a Beato Greg. in stationibus Romæ institutæ sunt. Et ideo alii dicũt quod quãtitas remissionis indulgentiæ non est mensuranda secundum deuotionem tantum suscipientis: vt prima opinio dicebat, neque secundum quantitatem eius quod datur, sicut dicebat secunda, sed secundum causam pro qua indulgentia datur, ex qua reputatur dignus, vt talem indulgentiam consequatur. Vnde secundum quòd accedit ad illã causam, secundum hoc consequitur remissionem indulgentiæ, vel in toto, vel in parte.

Sed hoc iterum non potest saluare consuetudinem Ecclesiæ, quæ interdum pro eadem causa maiorem indulgentiam ponit: sicut rebus eodem modo se habentibus quandoq; datur vnus annus visitantibus Ecclesiam vnam, quandoque 40. dies, ꝓut gratiam Papa facere voluerit, indulgentiam constituens. Vnde quantitas remissionis non est mensuranda ex causa, quæ facit indulgentia dignum. Et ideo aliter dicendum est, ꝙ quantitas effectus sequitur quantitatem suæ causæ, causa autem remissionis pœnæ in indulgentiis non est nisi abundantia meritorum Ecclesiæ, quæ se habet sufficienter ad totam pœnam expiandam: non autem causa remissionis effectiua est vel deuotio, aut labor, aut datum recipientis indulgẽtiam aut causa pro qua fit indulgentia. Vnde non oportet ad aliquid horum proportionare quantitatem remissionis; sed ad merita Ecclesiæ, quæ superabundant, & ideo secundum quod applicantur ad istum, secundum hoc remissionem consequitur. Ad hoc autem quod applicentur isti, requiritur authoritas dispensandi huiusmodi thesaurum; & vnio eius cui dispensatur ad eum, qui merebatur, quod est per charitatem; & ratio dispensationis secundum quam saluetur intentio illorum, qui opera meritoria fecerunt, fecerunt autem ad honorem Dei, & vtilitatem Ecclesiæ. Vnde quæcũmque causa adsit, quæ in vtilitatem, & honorem Dei vergat, sufficiens est ratio indulgentias faciendi. Et ideo secundum alios dicẽdum, quod indulgentiæ simpliciter tantum valent, quantum prædicantur, dummodo ex parte dantis sit authoritas, & ex parte recipientis charitas, & ex parte causæ pietas, quæ comprehendit honorem Dei & proximi vtilitatem. Nec in hoc fit nimis magnum forum de misericordia Dei (ut quidam dicunt) nec diuinæ iustitiæ derogatur, quia non de pœna dimittitur, sed vnius pœna alteri computatur.

Ad

¶ Coroll. Ergo quãtitas remissionis nõ debet proportionari ex necessitate ad laborẽ, aut deuotionem recipientis indulgẽtias, neque ad datum in indulgentijs, neque ad causam pro qua fiunt; ut videlicet tãta precisé fit remissio per indulgentias facta, quãta est uel deuotio, vel labor, vel datum, vel causa huiusmodi: sed proportionari habet ad merita ecclesiæ. i. ad satisfactiones a sanctis pro bono ecclesiæ factis; quæ procul dubio nõ modo sufficiunt, sed etiam superabundãt, ad quamcumque pœnæ remissionem (ut ex articulo primo in corpore patet. Vide & elucid.) Ergo tres ꝓdictę in textu, reiectæque opiniones peccant in fallacia secũdum nõ causam, vt causam. Prima quidẽ deuotionem, ac laborem ęstimat veram causam quantitatis remissionis pęnæ per indulgentias, & illud nõ est uera causa (ut hinc patet,) & sic suo modo de alijs duabus.

¶ Concl. 2. Indulgentiæ simpliciter tantum valent, quantum prædicantur; dummodo ex parte dãtis sit authoritas, & ex parte recipientis charitas, & ex parte causæ pietas.

¶ Coroll. Ex huius ergo cõclusionis prima parte reijciuntur oẽs tres opiniones prædictæ in textu. Quantum autem prima præ alijs fugienda sit, videbis in principio appendicis.

¶ Examen. Ly dũmodo &c. Hoc est, dũmodo applicẽtur ad recipientem illas.

*Epist. 8. parum ante med. to. 2.

¶ Ly charitas Chri.

¶ Ly pietas. Hæc (ut declaratur in textu) cõpręhẽdit honorẽ Dei, & proximi vtilitatem. Hæc requirit̃ ad hoc: ꝙ intentio sanctorũ, quorum satisfactiones per indulgentias communicantur, ad istum applicari possit. Vide ad quintum. Sancti enim opera sua ad honorem Dei & proximi vtilitatem facere intenderũt: & consequenter, vbi non est pietas, illuc non extenditur intentio illorum.

¶ Coroll. Ergo aliquis rõne pietatis participat principaliter de indulgentijs, inquantũ ad eum per hoc, quòd causa est pia, applicatur intentio sanctorum, ex quorum satisfactionib. fiunt indulgentiæ (ut in responsione ad quintum:) Sed ratione charitatis principaliter, inquantum per charitatẽ fit capax huius, ꝙ applicatio præmissæ intentionis sibi prosit. Dato enim sed nõ concesso, quòd intentio sanctorum prædicta huic nõ existẽti in charitate applicaretur, hic non participaret indulgẽtiam.

¶ Prob. 1. Quia aliter in prædicatione ecclesiæ reperiretur mendacium, quod est maxime inconueniens (cum ex hoc authoritas ecclesiæ eneruaretur, ac per consequens documenta eius non essent alicuius authoritatis ad roborandam fidem.) Secunda autem pars, scilicet dummodo &c. patet de se (uide examẽ.)

¶ Coroll. Ergo prędicare mẽdacia, vel prędicationibus mendacia inserere, est peccatum mortale grauissimũ (ut ex ꝓbatione prima patet.) Nam hoc, quantũ in se est, euacuat vniuersam ecclesiæ authoritatem, & (quod peius est) fidem Christi per prędicationem propagatã Vide Apost. id asserentẽ virtualiter. 1. Cor. 15. Si Christus non resurrexit, ergo inanis est prædicatio nostra, ergo inanis est & fides vestra. Quare? Quia testes falsi (inquit) inuenti sumus dicẽtes, quòd surrexit, si non surrexit. Et notãdum: quòd siue sint mendacia contra doctrinam fidei, siue morum, siue circa miracula, sanctorum vitas, prosetias, siue quodlibet aliud, qđ tanquàm verbum Dei prædicatur ad docendum, persuadendum, instruendũ auditores, sunt mortalia:

lia: quoniam quicquid a prædicatore, vt sic, dicitur verum esse oportet ratione iam dicta. Vnde, si est incertum dicatur, vt incertum: quoniam sic non recedetur a vero, dum secundum quòd scitur, dicitur. Quòd si dubium prædicatur, vt certum. i. assertiue peccatur mortaliter, simili ratione.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod clauis est duplex, scilicet ordinis, & iurisditionis. Clauis ordinis sacramentale quoddam est, & quia sacramentorum effectus non sunt determinati ab homine sed a Deo, non potest taxare sacerdos, quantum per clauem ordinis in foro confessionis de pęna debita dimittat, sed tantum dimittitur, quantum Deus ordinauit. Sed clauis iurisditionis non est quid sacramentale, & effectus eius, arbitrio hominis subiacet: & huiusmodi clauis effectus est remissio, quæ est per indulgentias; cum non pertineat ad dispensationem sacramentorum talis dimissio, sed ad dispensationem bonorum cõmunium Ecclesię; & ideo etiam Legati non sacerdotes indulgẽtias facere possunt. Vnde in arbitrio dantis indulgentiam est taxare quantum per indulgentiam de pœna dimittatur. Si tamen inordinate remittat, ita quod homines quasi pro nihilo ab operibus pœnitentiæ reuocentur, peccat, faciens tales indulgentias, nihilominus quis plenam indulgentiam consequitur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quãuis huiusmodi indulgentiæ multum valeant ad remissionem pœnæ, tñ alia opera satisfactionis sunt magis meritoria respectu præmii essentialis, quod in infinitum melius est, quàm dimissio pœnæ temporalis.

AD TERTIVM dicẽdum, quod quando datur indulgentia determinate, qui dant auxilium ad fabricam Ecclesiæ, intelligitur tale auxilium, quod sit cõueniens ei, qui auxilium dat; & secundũ quod accedit ad hoc, secũdum hoc plus, vel minus de indulgentia consequitur. Vnde etiam aliquis pauper dans vnum denariũ, consequitur totam indulgentiã, non autem diues, quem nõ decet ad opus tam pium ita parum dare, sicut non diceretur Rex alicui homini auxilium facere, si ei obolum daret.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ ille, qui est vicinus Ecclesię, & Ecclesiæ sacerdotes, & clerici, consequuntur tantam indulgentiam, sicut illi, qui venirent a mille dietis, quia remissio non proportionatur labori, vt dictũ est, sed meritis, quæ dispensantur. Sed ille, qui plus laboraret, acquireret plus de merito. Sed hoc intelligendum est quando indistinctè indulgentia datur. Quandoque enim distinguitur, sicut Papa in generalibus absolutionibus, illis, qui transeunt mare, dat quinque annos, aliis, qui transeunt montes, tres, aliis vnum, nec tamen quotiescunq; vadit infra tempus indulgentiæ, toties eam consequitur. Quandoque enim ad determinatum tempus datur, vt cum dicitur. Quicumque vadit ad Ecclesiam talem vsque ad tale tempus, habeat tantum de indulgentia, intelligitur semel tantum. Sed si in aliqua Ecclesia sit indulgentia perennis, sicut in Ecclesia Beati Petri, quadraginta dierum, tunc quoties aliquis vadit, toties indulgentiam consequitur.

AD QVINTAM dicendum, ꝙ causa non requiritur ad hoc, quòd secundum eam mensurari debeat remissio pœnæ, sed ad hoc quod intentio illorum, quorum merita communicãtur ad ipsum peruenire possint. Bonum autem vnius communicatur alteri dupliciter. Vno modo per charitatem, & sic etiam sine indulgentiis aliquis est omnium bonorũ particeps, quæ fiunt si in charitate sit. Alio modo per intentionem facientis, & sic per indulgentias si causa legitima adsit, potest intentio illius, qui pro vtilitate ecclesiæ operatus est, ad istum continuari.

AR-

## 1m de maiori.

Clauium. ℞. Iurisditionis: non, ordinis. §. Tũc nihil &c. Licet enim in claui ordinis non possit taxari ab homine iuxta arbitrium suum quantum de pœna debita per clauem illam dimittat (vt arguitur,) qa talis clauis effectus determinati sũt a Deo: tamen de claui iurisditionis aliter dicendum est in proposito (ut patet in textu.)

¶ NOT. Diligenter aduertenda sunt verba Sancti Doct. in fine, ly si tamen inordinate remittat, ita quòd homines quasi &c. Nam per hoc, cum obiectione tacitæ communiter solitæ fieri respondeat, cõscientijs multorũ consulit: quod hinc edoctus facere potes & tu.

## 2m illatio conclusionis.

Ergo videt quòd &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam quãuis huiusmodi indulgẽtiæ multum valeant, &c. vt in litera. Consequẽter ergo, dimittenda non sunt opera bona propria, propter solam acquisitionem indulgentiarum.

## 3m de antecedente.

Auxilium. ℞. Conueniens dandi illud, non aliter. §. Tunc &c. Non enim idem est iudiciũ de paupere, & diuite, & dantibus auxilium ad fabricam ecclesiæ pro indulgentia illa consequenda; immo nec de paupere absolute, vel diuite: quoniam non semper eodem modo participant illam, sed proportionaliter secundum quòd plus, vel minus accedunt ad huiuscemodi conuenientiam auxilij (ut habes in textu.)

## 4m conclusio.

Quod videtur iniustum. ℞. Negatur, quòd hoc sit iniustum. §. Nam remissio per indulgentiam non commensuratur labori (ut dictum est in prob. primæ conclusionis, & coroll.) sed satisfactionibus sanctorum quæ dispensantur (vt in textu, & locis nunc citatis.)

## Item de conclusione secunda.

Pluries indulgẽtiam. ℞. Perennem: non, ad tale tempus determinatum datam. §. Tunc nihil &cæt. Non enim inconueniens est, quòd quis indulgentiam perennem toties consequatur quoties commissum per bullam facit: licet secus, de indulgentia pro determinato tempore data, sentiendum sit.

## 5m de maiori.

Absque causa. ℞. Penes quàm mensuretur remissio: non, penes quam mensuretur intentio. §. illorum. s. quorum merita, &c. vt in textu. Tunc nih. &c. Non. n. causa requiritur in indulgẽtijs ad hoc, quòd secũdum eam mensurari debeat, &c. vt in litera.

APPEN-

## APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem contundas errorem Luth. dicentis: quòd indulgentiæ sunt piæ fraudes fidelium. Hinc videas tu, quantum cauenda sit prima opin. in princ. cor. ar. reꝓbata. Quicquid. n. fuerit de intentione dicentium illam, vnum est, quod in verbis a Lutheri non dissidet, quod magnum satis inconueniens est (et quacumque alia falsitate omissa:) quoniã cum hæreticis nec vocabula debemus habere communia. Itẽ habes, quomodo &c. er. eiusdem addentis, quòd indulgẽtiæ sunt remissiones bonorum operum, quę licent, non expediunt. Item dicentis, quòd seducuntur credẽtes, indulgentias esse salutares, & ad fructum spiritus vtiles. Itẽ hæresim Ioan. Vuiclef dicentis; quòd indulg. Papæ & Episcoporum credere, fatuum est. Item Iacobi Prępositi dicentis, ꝙ nullus est ecclesiæ thesaurus, pręter Chři merita, quæ dumtaxat per ipsum Christum applicantur vnicuique secũdum suam fidem. Secũdò habes, quomodo per rationem ostendas, meritò in hoc damnatũ fuisse Vuiclefũ à Concil. Constantiensi sess. 8. vbi, recitato errore pręmisso inter alios ipsius Vuiclef profertur sentẽtia damnationis, quæ refertur supra q. 1. ar. 1. app. & q. 20. arti. 3. app. Item de Luthero habes damnationem quo ad pręmissos errores supra q. 1. arti. 1. app. cum q. 24. art. 1. app. Item a Conc. Trid. & Lutheri, & Vuiclef, & Iacobi Prępositi damnãtur omnia scripta cuiuscumq; nominis, tituli, aut argumenti existant: quandoquidẽ in prima classe ab ipso concilio reponuntur, in indice librorum prohibitorum. Vñ nota: quòd ex illo indice potes canonicè multas hæreses, & errores plurimorum sic vniuersaliter breuibus damnatos agnoscere. Vide ergo illum indicem; & pone in practica. Item specialiter a Clemente VI. ad Archiepiscopum Tarraconensem, & habetur in extrauag commun. de pœniten. & remis. Dudum de fratrum nostrorum consilio & plenitudine Apostolicæ potestatis indulgentiam, &c. Ad perpetuam rei memoriam. Vnigenitus Dei filius, &c. non guttam sanguinis modicam (quæ tamen propter vnionem ad verbum pro redemptione totius humani generis suffecisset;) sed copiosè, velut quoddam profluuium, noscitur effudisse &c. Tãtum ergo exinde (ut nec superuacua, inanis, aut superflua, tantæ effusionis miseratio redderetur) thesaurum militanti ecclesiæ acquisiuit, &c. Quem quidem thesaurum non in sudario repositum, non in agro absconditum, sed per Beatum Petrum cœli clauigerum, eiusque successores, suos in terris Vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum: & pro pijs & rationabilibus causis nunc pro totali, nunc pro partiali, remissione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ, tam generaliter, quàm specialiter (prout cũ Deo expedire cognoscerent) vere pœnitentibus & confessis misericorditer applicandum. Ad cuius quidem thesauri cumulum Beatæ Dei genitricis,

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

a

Ex indice librorum hoc, infinitorum fermè errores detegũtur, & damnantur.

De thesauro indulgẽtiarum.

nitricis, & omnium electorũ, a primo iusto vsque ad vltimum, merita adminiculum præstare noscuntur. De cuius consumptione, seu minutione non est aliquatenus formidandum; tam propter infinita Christi (ut prædictum est) merita, quàm pro eo quòd quanto plures ex eius applicatione trahuntur ad iustitiam, tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum. Hæc ille ibi. Vnde per ly plures eius applicatione trahuntur ad iustitiam, dãnes Lutherum negantem indulgẽtias esse salutares & ad fructum spiritus vtiles. Itẽ a &c. ut in ar. 2. maxime in app. Vide Roffensem contra art. 18. 20. Lutheri. 3 Tertiò habes, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse summis Pontificibus, & Concilijs; quòd tantũ valent indulgentiæ, quantum prædicantur. Insinuatum est autẽ hoc; quando falsa circa indulgentiarum largitionem prædicari magnis pœnis prohibuerũt: ut quando Clemens Quintus in Conc. Viennensi dicit. Quibus etiam religiosis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub intermminatione maledictionis æternæ districtius inhibemus; ne in sermonibus suis ecclesiarum prælatis detrahant, aut etiam retrahant laicos ab ecclesiarum suarum frequentia, vel accessu: seu indulgentias pronuncient indiscretas. Hæc ille ibi; & recitantur de priuileg. & excess. priuilegiat. in Clem. Religiosi. Vbi dicit glossa super ly indiscretas. i. non concessas. Item ab eodem in eodem. Abusionibus, quas nonnulli in suis proponunt prædicationibus, vt simplices decipiant, & aurum subtili, vel fallaci potius ingenio extorqueant ab eisdem, &c. Duximus prohibendum districtè; ne questores aliqui (nisi Apostolicas, vel diocesani Episcopi literas exibuerint) quomodolibet admittantur; nec permittantur cum

cum solum ipsis competat indulgentias sibi concessas insinuare populo, &c.) vllatenus ipsi populo prædicare, nec aliud exponere, quod in literis continebitur supradictis. Literas quoque Apostolicas diocesani Episcopi (ne quid fraudis, per easdem committi valeat) antequàm admittant quæstores ipsos, examinant diligenter. Hæc ibi, & habentur de pœnit. & remiss. in Clement. Vbi videre est, quanta circumspectione vtitur Papa; ne aliqua fraus, aut mendacium in publicandis indulgentijs committatur. Vnde & infra dicit. Non sine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animarum, indulgentias populo motu suo proprio cum aliqui concedant, &c. Nos abusus huiusmodi, per quos censura vilescit ecclesiastica, & clauium ecclesiæ authoritas, aboleri volentes omnimodo, &c. eos per locorum Episcopos puniri volumus. Hæc ibi. Item ab Innocentio Tertio, in Concil. Lateranensi de pœnit. & remiss. Cum ex eo. Ibi enim eadem fermè recitantur conformiter ad Clementem. Item a Concil. Trid. sess. 25. decr. de indulg. Abusus uerò, quorum occasione insigne hoc indulgentiarum nomen ab hæreticis blasphematur, emendatos, & correctos cupiens, præsenti decreto generaliter statuit omnino abolendos esse, &c. ut ita sanctarum indulgentiarum munus piè, sanctè, & incorruptè, omnibus fidelibus dispensetur. Hæc ibi. 4 Quartò habes, quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto indulgentias tantum valeret docent, quantum ab ecclesia prædicantur, & intelligas, & tuearis. 5 Quintò vides, quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina, & declaretur, & consolidetur.

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum pro temporali subsidio fieri debeat indulgentia.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd pro temporali subsidio non debeat fieri indulgentia: quia remissio peccatorum est quoddam spirituale. Sed dare spirituale pro temporali est simonia, *ergo fieri hoc non debet.

¶ 2 Præt. Spiritualia subsidia sunt magis necessaria, q̃ tpalia, sed spiritualibus subsidiis non videntur fieri indulgentiæ, ergo multo minus pro temporalibus fieri debent.

SED CONTRA est communis consuetudo, quæ pro peregrinationibus, & eleemosinis faciendis, indulgentias facit.

RESPON. Dicendum, quòd temporalia ad spiritualia ordinantur, quia ꝓpter spiritualia debemus vti temporalibus, & ideo pro temporalibus simpliciter non potest fieri indulgentia, sed pro temporalibus ordinatis ad spiritualia, sicut est repressio inimicorum ecclesiæ, qui pacem ecclesiæ perturbant, sicut constructio ecclesiarum, & põtium, & aliarum eleemosynarum.

Et per hoc patet, quòd non fit ibi simonia, quia non datur spirituale pro temporali: vnde patet solutio ad primum.

AD SECVNDVM dicendum, quòd etiam pro pure spiritualibus potest fieri indulgentia, & fit quandoque: sicut quicumque orat pro Rege Franciæ, habet decem dies pro indulgentia a Papa Innoc. IIII. & similiter crucem prædicantib. datur quandoque eadem indulgentia, quę crucem accipientibus.

QVAE-

SVP. Q. LVI. Aliàs 25. Art. III.

99 CONCL. Pro temporalibus simpliciter non potest fieri indulgentia; sed pro temporalibus ordinatis ad spiritualia.

¶ EXAMEN. Ly simpliciter. Hoc est, nullo addito. Quasi apertè dixisset; pro temporalibus præcisè, vel tantũ, vt temporalia sunt, vt sic, inquantum huiusmodi (hæc omnia sunt idem) id est, non considerando, in temporalibus, nisi quòd temporalia sunt. [* Q6.22. 100.ar.1.]

¶ Ly temporalib. ordinatis. Hoc est, vt actualiter a dante indulgentias ordinatis. Nam temporalia secundũ se ordinata sunt ad spiritualia: quoniam quæcumque a Deo sunt, ordinata sunt, & taliter; ut inferiora semper ordinentur ad superiora In signum etiam huius est, q non vtens temporalibus nõ in ordine ad spiritualia, sed contra, dicitur abuti ipsis temporalibus, quasi vtatur temporalibus peruertendo, vel saltem non seruando ordinem, quam temporalia secundum naturam sibi a conditore rerum datam habent. Nihil ergo adderet ad primam partem conclusionis Diuus Thomas dicendo, quòd pro temporalibus secundum se ordinatis ad spiritualia potest indulgentia fieri. Vnde oportet, ut aliquid nouum dicatur (sicut intendit) accipere in secunda parte conclusionis temporalia, prout ordinantur a datore indulgentiarum ad spiritualia, & hoc confirmatur ex forma ipsarum literarum, dum dicitur ibi: dantur indulgentiæ, tales vel tales, his: qui auxilium, seu manus adiutrices, porrexerint ad fabricam templi talis, ad tale opus pium (puta bellum contra hostes fidei & similia.)

¶ PROBATIO. Quia, ut clarum, supponitur hoc. Secunda autem pars. s. se, pro &c. probatur. Quia propter spiritualia debemus vti temporalibus (cum temporalia secundum se, ordinentur ad spiritualia.)

¶ NOT. Merito, ut patens, conclusionis prima pars supponitur: tum quia uitium symoniæ, tum quia ordo finium, id exposcit. Nemo enim uel mediocriter instructus, ferme est; qui nesciat; quòd symonia est peccatum, & quòd uendere spirituale pro temporali pure est symonia. Rursus. Nemo est, qui nesciat; finem principalem præponderare secundario. & consequenter, quod spiritualia non debent ordinari ad temporalia.

1ª de minori. Temporali. ℞. Vt præcisè temporale est: non, ut ordinato ad spirituale. §. Tunc nihil &c. Quando enim dantur indulgẽtię pro temporalibus; non primo, sed secundo modo consideratis dantur: ut patet ex concl.

¶ NOT. 1. Dare spirituale pro temporali, vel e contra ad hoc, vt faciat simoniam, multa consideranda requirit. Primo ly temporali: secundo ly spirituale: tertio ly pro; quarto ly dare. De primo iam dictum est. De secundo recurrendum est ad locum inferius citandum de 2. 2. quia nunc de simonia non est loquendum, nisi pro quanto facit ad responsum psis: & responso huic absq; distinctione rei spiritualis sufficit, quòd indulgentiæ sint res spirituales. De tertio sciendum, quòd ly pro, potest dicere pretium, uel causam principalem (& sic constitueretur symonia:) uel adminiculum, stipendium, eleemosinam deuotionem (sic non constitueretur.) De quarto sciendum, quòd debet cessare in dando omnis pactio & conuentio etiam mentalis 1. quæstione 2. Quam pio.

¶ NOT. 2. Ex nunc dictis patere potest: quantum rationabiliter dicat textus: quòd ibi non est simonia. Non tantum. n. deficit dicta conditio ibi, quæ faceret simoniam alijs concurrentibus: sed etiam deficiunt istæ conditiones non minus principales, s. appretiatio, & pactio. Nam ly Pro, non dicit pretium: quoniam nec dantes secundum intentionem Ecclesiæ indulgentias, tales intendunt ponere sub pretio tanta bona, sed excitare ad dandam libentius eleemosinam, adminiculum, stipendium; nec recipientes secundum intentionem suæ piæ matris Ecclesiæ emere illas pro pretio uolunt. Rursus. Inter dantes illas, & recipientes, cessat omnis pactio. Cæterum de simonia consule 2. 2. q. 100. art. 1. 2. 3. 4. & 5. & hinc videbis plenius quàm toto cœlo errent Lutherani, uel similes ratione indulgentiarum talium, uel orationum vocalium catholicis impingentes simoniam; ubi non est.

2ª minor. Pro spiritualibus subsidijs non videntur fieri, indulgentiæ. ℞. Negatur ista. §. Nam & possunt fieri, & fiunt, ut patet in textu.

### APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas; meritò insinuatum esse a scripturis, & Pontificibs summis, q spiritualia possunt dari pro temporalibus (non ut ly pro, dicit pretium, vel principalem intentionem; sed ut dicit adminiculum, [Vtilitas pro Eccle. S. Dei.]

ſtipendium,&c.vt in Not prima,poſt ad primum. Inſinuatum vero eſt hoc ab Apoſt. 1. Cor. 9. Si nos uobis ſpiritualia ſeminamus magnum eſt ſi carnalia veſtra mutamus? Itẽ dignus eſt operarius mercede ſua Luc. 10. vel cibo ſuo. Matth. 10. Vnde, & alijs multis ſimilibus ſcripturarum locis patet: ꝙ dantes ſpiritualia poſſunt e contrario viciſſim accipere tẽpalia. A Põtificibus autem hoc ipſum ſpecialiter de indulgentijs inſinuatum eſt: & quidem ab Alex. III. ad Archiep. Cantuarien. Quòd autem &c. Remiſſiones prædictas (.i. quæ fiunt in dedicationibus eccleſiarum, ut conferentibus ad ædificationem pontium) prodeſſe illis tãtummodo arbitramur; quibus, ut proſint, proprij iudices ſpecialiter indulſerunt. Hæc ille: & recitantur de pœnit. & remiſſ. Item ab Innoc. III. approbante Concil. illo maximo Lateranenſi, quo nullum fuit generalius a Chriſto paſſo (ſm Eckium in confutatione articuli ſecundi Proteſtantium de Euchariſtia:) cũ in eo fuerint Papa, Conſtantinopolitanus Patriarcha, & Hieroſolymitanus, mille & ducenti octoginta prælati orientalis ſimul & occiden. eccleſiæ. Nos igitur omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Apoſt. Petri & Pauli authoritate confiſi, ex illa, quam nobis (licet indigne) Deus ligandi, atq; ſoluendi contulit, ptãte oĩb. qui &c. plenam ſuorum peccaminũ de quib. fuerint liberaliter corde contriti & confeſſi, veniã indulgemus, & retributione iuſtorum, ſalutis pollicemur augmentum, eis autẽ, qui in ſuis dumtaxat expenſis iuxta facultatẽ, & qualitatem ſuam viros idoneos deſtinarint, &c. plenam ſuorum concedimus veniam peccatorum. Huius quoq; remiſſionis volumus, & cõcedimus eſſe participes, iuxta qualitatem ſubſidij & deuotionis affectum oẽs; qui ad ſubuentionẽ ipſius terræ ſanctæ de bonis ſuis congrue miniſtrabũt aut conſilium, & auxilium. Impẽderint oportunum. Hæc ille c. 70. in expeditione pro recuperanda terra ſancta. Vbi & nota ly iuxta facultatẽ ſuã, & ly iuxta qualitatẽ ſubſidij, pro q. 25. ar. 2. ad tertiũ. Item ab Alex. III. in Conc. Later. parte 44. c. 5. Milites tẽpli Hieruſalem, &c. per quos Deus orientalem eccleſiam a paganorũ ſpurcitia liberat, &c. ipſi peregrinos ad ſancta loca proficiſcentes tam in eundo, quam in redeundo, a paganorum incurſibus defendunt. Et qm̃ ad tam ſanctum, & piũ opus explendum eis facultates propriæ non ſuppetunt, pñtibus literis exoro, quatenus inde ſubleuetur eorũ inopia, populum a Deo uobis commiſſum collectas facere moneatis. Quicumq; autem de facultatibus a Deo ſibi collatis in illa ſecunda collecta ſe conſtituerint, eisq; beneficium perſoluerint per annum, ſeptimam partem pœnæ iniunctæ confiſi de B. Apoſtolorum Petri & Pauli meritis indulgemus. Item a Leone X. in Conc. Later. ſeſſ. 9. datur indulgentia ſimilis pro decernenda expeditione contra infideles & pace Chriſtianorum. Vide tu ibi in bulla, poſteaquàm ad vniuerſalis eccleſiæ curam, &c. Secundò habes: quomodo per rationem oſtẽdas; prædicta patrum, pro quanto indulgentiam poſſe dari innuunt pro temporali, ſubſidio, & intelligas, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs doctrina, Angelica hæc viciſſim declaretur, & confirmetur.

a

b

---

## QVAEST. LVII. Aliàs 26.

*De his qui poſſunt indulgentias facere, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt, de his, qui poſſunt indulgentias facere.

Circa quod quatuor quæruntur.

¶ Primò, Vtrum quilibet ſacerdos parochialis poſſit indulgentias facere.

¶ Secundò, Vtrum Diaconus, vel non ſacerdos poſſit eas facere.

¶ Tertiò, Vtrum Epiſcopus poſſit eas facere.

¶ Quartò; Vtrum exiſtens in peccato mortali, poſſit eas facere.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum ſacerdos parochialis poſſit indulgentias facere.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod quilibet ſacerdos parochialis poſſit indulgentias facere. Indulgentia enim habet efficaciam ex abundantia meritorum Eccleſiæ: ſed non eſt aliqua congregatio, in qua non ſit meritorũ abundantia, ergo quilibet ſacerdos poteſt facere indulgentiam, ſi habet plebem ſubiectam, & ſimiliter quilibet prælatus.

¶ 2. Præt. Prælatus quilibet gerit pſonã totius multitudinis, ſicut vnus homo gerit perſonam ſuã, ſed quilibet poteſt alteri communicare bona ſua pro altero ſatisfaciendo, ergo, & prælatus poteſt communicare bona multitudinis ſibi commiſſæ: & ſic videtur ꝙ poſſit indulgentias facere.

SED CONTRA. Minus eſt excommunicare, quàm indulgentias facere, ſed hoc non poteſt ſacerdos parochialis, ergo nec illud.

RESPONDEO, dicendum, quòd indulgentiæ effectum habent ſecundum quòd opera ſatisfactoria vnius alteri computantur, non ſolum ex vi charitatis, ſed ex intentione operantis aliquo modo directa ad ipſum. Sed intentio alicuius poteſt ad alterum dirigi tripliciter, aut in ſpeciali, aut in generali, aut in ſingulari. In ſingulari quidẽ, ſicut cum quis pro alio ſatisfacit determinate, & ſic quilibet poteſt alteri ſua opera communicare. In ſpeciali autem, ſicut cum quis orat pro congregatione ſua, & familiaribus, & benefactoribus, & ad hoc etiam ordinat ſua opera ſatisfactoria: & ſic ille, qui congregationi præeſt, poteſt opera illa aliquando communicare, applicando intentionem illorum, qui ſunt de congregatione ſua ad hunc determinate: Sed in generali, ſicut cum quis opera ſua ordinat ad bonum commune in generali, & ſic ille q præeſt Eccleſiæ generaliter, poteſt opera illa communicare, applicando intentionem ſuam ad hunc, vel ad illum: & quia homo eſt pars congregationis, & congregatio eſt pars Eccleſiæ, ideo in intentione priuati boni intẽtio boni communis congregationis includitur, & boni totius eccleſiæ: & ideo ille, qui præeſt eccleſiæ, poteſt communicare ea, quæ ſunt congregationis & huius hominis: & ille, qui præeſt congregationi poteſt communicare ea, quæ ſunt huius hominis, ſed non conuertitur. Sed neque prima communicatio, neque ſecunda indulgentia dicitur, ſed ſolum tertia propter duo. Primo, quia per illas cõmunicationes quãuis homo ſoluatur a reatu pœnæ quantum ad Deum, tamen non ſoluitur a debito faciendi ſatisfactionem iniunctam ad quã obligatus eſt ex præcepto eccleſiæ. Sed per tertiam communicationem homo etiam ab hoc debito ſol-

---

SVP. Q. LVII. Aliàs 26. Art. 1.

CONCL. 1. Cõicatio bonorum ſuorũ facta per intentionem in ſingulari aut ẽt in ſpãli non dr̃ indulgentia; ſed tm̃ cõicatio per intentionem in generali.

¶ EXAMEN. Ly p intentionem in ſingulari, in ſpeciali, in gñali. Hoc eſt, ſicut cũ qs pro &c. ſicut cum qs orat, &c. ſicut cũ quis opera, &c. vt in textu illos terminos declarante.

¶ PROB. 1. Quia per illas duas primas cõicationes homo non ſoluitur a reatu pœnæ iniunctæ ſibi ab Eccleſia, ſed per hãc tertiam ſic. Secundo. Quia in primis duab. cõicationib. non eſt indeficientia meritorum, ſed in tertia ſic.

100 *Th. 4. diſ. 20. q 1. ar. 4. qũ. 2. & ſeq.

¶ COROLL. Ergo pbationis litera inſinuat: ad quod qui eſt, ſeu ad eſſentiam, indulgentię proprie dictę requiri illum inexhauribilẽ theſaurum ſatisfactionum (de quo in q. 25. art. 1. & 2.) vigorẽq;, pro tollenda pœna quo ad forum Dei & eccleſię (de quo q. 25. ar. 1.)

¶ CONCL. 2. Solus ille poteſt indulgẽtias facere, qui ꝓprie prælatus Eccleſiæ dr̃: & hic eſt ſolum epiſcopus.

¶ EXAMEN. Ly ſolũ. Hoc non excludit Papam, neque archiepiſcopos, neque patriarchas: quia & iſti ſunt epi, licet aliqd plus habeãt.

¶ PROB. 1. Quia tertia ſolum cõicatio bonorum (.i. cõicatio per intentionẽ in generali facta) habet indeficientiam meritorum ac tollit pœnã quoad forum etiã eccleſiæ (ut pbatũ eſt prius;) & ſolũ ꝓpriè Prælatus eccleſiæ põt cõicationẽ illã tertiã facere (ut patet:) Secũdo. Quia ſolus Epiſcopus, in ſignũ huius recipit annulum quaſi ſpõſus eccleſiæ, ſolusq; ipſe habet poteſtatem plenã ſacrorum (.i. omnia ſacramenta diſpenſare poteſt,) ac iuriſdictionem in foro cauſarum quaſi perſona ſecundum ſe publica.

¶ NOT. Signãter aduerte ly quaſi ſponſus eccleſiæ: & ly quaſi pſona ſm ſe publica. Ex primo dices; ꝙ non oẽs clerici deferentes annulum ſunt Epi: qm̃ non accipiunt illum omnes quaſi ſponſi eccleſiæ; ſed quaſi per ſignũ tale denotantes, aliquã aliã dignitatem præ alijs ſe habere in eccleſia. Ex ſecũdo dices: quòd nõ publicam ſecundum ſe perſonam præſeferunt illi, qui ex commiſſione facta diſpenſant; licet publicam ex commiſſione.

¶ CONCL. 3. Sacerdotes parochiales, vel Abbates, aut alij huiuſmodi prælati, non poſſunt indulgentias facere.

¶ EXAMEN. Ly non pſſt. Scilicet ex ꝓpria authoritate hoc eſt, ut ſacerdotes præciſè ſũt. Nã ptãs faciendi indulgẽtias nõ ſeqt̃ formaliter (i quo ſẽſu accipit terminos D Tho.) clauẽ ordinis. Ac ſi ergo dixiſſet i tertia cõcl. ſacerdotes parochianos, rõne qua ſunt tales ſacerdotes, & abbates rõne qua abbates, nõ vẽdicãt ſibi; ꝙ poſſint facere indulgentias publicas.

tas. Sic n. loquitur de indulgentijs articulus: propter quod signandum introduxit, quòd episcopus est persona publica. Quòd si aliquando poterunt illas facere: hoc erit aliunde. Vide art. seq.

¶ Prob. Quia sacerdotes parochiales, &c. non sunt propriè Prælati ecclesiæ (ut patet ex concl. secunda.)

uitur. Secundo, quia in vna persona, vel in vna congregatione nõ est indeficiẽtia meritorum, vt sibi & omnibus aliis valere possint: vnde iste non absoluit a pęna debita pro toto, nisi tantum determinate pro eo fiat, quantum debebatur. Sed in ecclesia tota est indeficientia meritorũ, pręcipue pp meritũ Christi, & ideo solus ille, qui præficitur ecclesiæ, potest indulgentias facere. Sed cũ ecclesia sit congregatio fidelium, congregatio autem hominum sit duplex, scilicet œconomica, vt illi qui de vna familia sunt: & politica, sicut illi, qui sunt de vno populo: Ecclesia assimilatur congregationi politicæ, quia ipse populus ecclesia dicitur: sed conuentus diuersi, vel parochia in vna diœcesi assimilantur congregationi in diuersis familiis, vel in diuersis officiis, * & ideo solus Episcopus propriè prælatus ecclesiæ dicitur, & ideo ipse solus quasi sponsus annulum ecclesiæ recipit, * & iõ ipse solus habet potestatẽ plenã in dispensatione sacrorũ, & iurisdõnẽ in foro causarũ quasi persona publica. Alii autem secundum quod ab eis committitur. Sed sacerdotes qui plebibus præficiuntur, non sunt simpliciter prælati, sed quasi coadiutores: vnde in consecratione sacerdotum Episcopus dicit, Quanto fragiliores sumus, tanto magis auxiliis his indigemus, & propter hoc etiam nõ omnia sacramenta dispensant, vnde sacerdotes parochiales, vel Abbates, aut alii huiusmodi prælati, non possunt indulgentias facere.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

1ᵐ de maiori. Ex abundãtia. ℞. Indeficiente: non aliter. §. Tunc &c. Licet enim in qualibet congregatione huic specialiter parochiali sacerdoti subiecta sit abũdantia meritorum (ut arguitur:) tamen illa abundantia non est indeficiẽs, idest inexhauribilis (ut sup. in corollario, & prob. post concl. 1.)

2ᵐ de conclusione. Et sic videtur: quòd possit indulgentias facere. ℞. Si communicaret bona indeficientia: non aliter. §. Tunc &c Non enim bona indeficiẽtia hẽt multitudo sibi commissa (ut ex supradictis patet:) licet bona illius communicare possit (vt arguitur.)

* Concl. 2. decl. Solus eps est ecclesiæ prælatus simpliciter.

* Alias causas.

## APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò ab Innoc. III. in Concilio generali esse insinuatum, quòd indulgentias facere possunt Episcopi, non autem Abbates, uel parochiales sacerdotes. Insinuatum vero tunc est illud per suum tale in generali Concilio dictũ. Accedentibus ad nos de diuersis mundi partibus Episcoporum querelis, intelleximus graues, & grandes quorundam Abbatum excessus, qui suis finibus non contenti manus ad ea, quæ sunt episcopalis dignitatis extendunt, de causis matrimonialibus cognoscendo, iniungendo publicas pœnitentias, concedendo etiam indulgentiarum literas, & similia præsumendo. Vnde contingit interdum, quòd uilescit auctoritas apud multos. Volentes igitur in his & episcoporum dignitati, & Abbatum prouidere saluti, præsenti decreto firmiter prohibemus: ne quis Abbatũ ad talia se plumat extẽdere, si proprium uoluerit periculum euitare; nisi forsan quisquã eorum speciali concessione, uel alia legitima causa super huiusmodi valeat se tueri. Hæc ille: & recitãtur, de excessibus prælat. Nota ly indulgentiarum literas, designare: quòd dare indulgentias publicas est episcopalis tantum dignitatis. Nota in ly Abbatum prouidere saluti: quòd non est tutum in conscientia dicere, illos posse dare indulgentias tales: quod etiam, a fortiori, dic de sacerdotibus parochialibus. Nota in ly nisi speciali cõcessione, vel alia legitima causa: quòd ex commissione speciali, si eis daretur a superioribus, uel etiam ex consuetudine pręscripta, quæ dat iurisditionem (de offic. archidiac. dilecto. & de præscr. auditis & de for. competen. cum contingat) possent tales dare indulgentias. Nec sunt ista contra determinata in articulo: ut considerãti ibi dicta cum eluc. patet. Secundò habes: quomodo per rationem decretum Innocentij, pro quanto indulgentiarum concedendarum facultatem solis episcopis asserit conuenire, & intelligas, & defendas. Terriò uides quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. LVII. Aliàs 26. Art. II.

# ARTICVLVS II.

*Vtrum diaconus possit indulgentias facere.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd diaconus non possit indulgentias facere, vel alius non sacerdos, quia remissio peccatorum est effectus clauium: sed non habet claues nisi solus sacerdos, ergo ipse solus, potest indulgentias facere.

¶ 2 Præt. Plenior remissio pœnę est in indulgentiis, quàm in foro pœnitentiali, sed hoc non potest nisi sacerdos, ergo nec illud.

SED CONTRA. Eidem confertur dispensatio thesauri ecclesiæ, cui committitur regimen ecclesiæ, sed hoc committitur quandoque non sacerdoti, ergo potest indulgentias facere. Nam ex dispensatione, thesauri ecclesiæ efficaciam habent.

RESPONDEO, Dicendum, quòd potestas faciendi indulgentias sequitur iurisditionem, vt supra dictum * est: & quia diaconi, & alii non sacerdotes possunt habere iurisditionem, vel commissam, sicut legati: vel ordinariam, sicut electi; ideo possunt indulgentias facere etiã non sacerdotes, quàmuis non possint absoluere in pœnitentiali foro, quod est ordinis.

Et per hoc patet solutio ad obiecta. Indulgentias enim facere, pertinet ad clauem iurisditionis: & non ad clauem ordinis.

* q. præc. artic. 1. corp. & ad 1.

COncl. Possunt indulgentias facere et non sacerdotes.

¶ Prob. Quia non sacerdotes possunt habere iurisditionem in foro exteriori (ut de legatis, ac electis, patet:) & potestas faciendi indulgentias sequitur talem iurisditionem (artic primo.)

¶ Coroll. Ergo & sacerdotes tum parochiales, tum non parochiales possunt facere indulgentias, non inquantum tales (art. 1.) sicut nec isti non sacerdotes possunt inquantum tales; sed illi inquantum possunt habere iurisditionem exteriorem, sicut & isti. Et nota: quòd sermo est de posse facere indulgentias publicè (sicut tactum est artic. primo,) non de posse facere illas in foro pœnitentiali. Nam sic possunt eas facere parochiales inquantum tales. Possunt enim immo & debent, post absolutionem & pœnitentiam iniunctam peccatoribus confessis adiungere illam indulgentiam communiter solitam fieri ab aliquibus (puta fratribus ordinis prædicatorum,) s. Passio domini nostri Iesu Christi, & merita B. Mariæ semper Virginis, & B. N. & omnium sanctorum, & sanctarum Dei, & quicquid boni feceris, & intendis facere, & mala, quæ sustines & patienter sustinebis, sint tibi in remissionem peccatorum tuorum, in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen. Quæ indulgentia in foro pœnitentiali a Confessario data quantæ virtutis sit, iam dictum est supra q. 6. artic. primo, ad quartum, vel q. 8. art. 2. ad tertium.

1ᵐ de maiori. Clauium. ℞. Ordinis: non tantum, iurisditionis. §. Tunc &c. Licet. n. solus sacerdos habeat claues ordinis & etiam iurisditionis in foro pęnitentiali, si est Curatus, cõmissarius, uel priuilegiatus ad hoc: tamẽ non sacerdotes possunt habere claues iurisditionis ĩ foro exteriori.

2ᵐ de maiori. Plenior remissio ℞. Vi clauiũ iurisditionis habita: non, vi ordinis. §. Tunc &c. ut patet ex supradictis.

¶ Not. Cum in articulo primo dicitur, q̃ solus Episcopus potest facere indulgentias; & nunc dicitur, quòd non sacerdos potest facere illas; non dicuntur contraria: quoniam illud de primo articulo intelligitur formaliter, idest quòd Episcopus ut Episcopus; hoc autem nunc dictum non formaliter, sed cum aliqua additione, accipitur, idest quòd non sacerdos addita sibi iurisditione exteriori non autem ut non sacerdos.

A R-

## APPENDIX.

Vtilitas p S. Ecclesia &c.

EX articulo habes primo: quomodo per S. Doctorem a fortiori interimas errorem Antidiaphoristarum dicentium: Episcopi nullam esse iurisditionem. Cum enim articulus præsens tanquam pro fundamẽto conclusionis supponat, q̃ Diaconus põt iurisditionem habere, utiq; contra errorem illum a fortiori militat. Secundò habes, q̃uo per S. Doct. ostendas a fortiori errorem prædictum

meritò damnari à &c. vt q. 22. art. 1. & 2. app. Item a &c. ut art. seq. appen. Tertiò habes, quomodo per S. Doctorem ostendas; meritò insinuatum esse ab Innoc. III. quòd Diaconus est capax iurisdõnis in foro exteriori, & ex consequenti ab eodem Papa meritò, tanq̃ in radice insinuatum, quòd diaconus potest facere indulgentias. Hæc autem ab ipso insinuata sunt: quando scribens Archidiacono Mediolanensi ait. Dilectus filius noster G. Sanctæ Mariæ in porticu Diaconus Cardinalis, dum legationis fungeretur officio in partibus Lombardiæ, instituit: ut de cætero hæretici ad consilia & dignitates Lombardiæ nullatenus admittantur, nec eligendi alios eis arbitrium conferatur, nec in eligendis personis ad eas vocẽ aliquam debeant obtinere. Nos igitur, quod ab eodem Cardinali statutum est, ratum habentes, iniungimus &c. Hæc ibi. Idipsum, quòd scilicet legati (hi quandoque sunt tantum diaconi) habeant iurisditionem, & ex consequenti, &c. patet extra de offic. leg. Quartò habes, quomodo per S. Docto. prædicta, pro quanto &c. intelligas, & defendas. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim S. Tho. declaretur, & confirmetur.

3

4

5

S V P. Q. L V I I.
Aliàs 26. Art. III.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum Episcopus possit indulgentias facere.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod etiam Episcopus non possit indulgentias facere, quia thesaurus ecclesiæ est communis toti ecclesiæ, sed id, quod est cõmune toti Ecclesiæ nõ potest dispensari, nisi per illum, qui toti Ecclesiæ præest, ergo solus Papa potest indulgentias facere.

¶ 2 Præterea. Nullus potest remittere pœnas a iure determinatas, nisi ille, qui habet potestatem ius concedendi, sed pœnæ satisfactoriæ sunt pro peccatis determinatę in iure ergo remittere huiusmodi pœnas potest solus Papa.

SED CONTRA est consuetudo Ecclesiæ, secundum quam Episcopi dant indulgentias.

RESPONDEO Dicendum, quòd Papa habet plenitudinem pontificialis potestatis, quasi Rex in regno. Sed Episcopi assumuntur in partem solicitudinis, quasi iudicis singulis ciuitatibus præpositi, propter quod eos in suis literis Papa fratres vocat. Reliquos autem omnes vocat filios: & ideo potestas faciendi indulgentias plene residet in Papa, quia potest facere prout vult, causa tamen existente legitima. Sed in episcopis est taxata secundum ordinationem Papæ, & ideo possunt facere secundum quòd eis est taxatum, & non amplius & per hoc patet solutio ad obiecta.

A R-

102

* Cap. quod autẽ de pœnit. remiss.

NOT. Licet conclusum sit in articulo primo, quòd eṗs indulgẽtias facere potest, tamen ibi non fuit distinctum de eṗo (multis. n. modis dicebatur Episcopis) neq; obiectis emergentib. respõsum: ideoq; in præsenti mouetur iste articulus, vt de vtroque fiat satis. Ex hoc ergo sumpto regulam uniuersalem: quòd quando Diuus Tho. de aliquo iã conclusio, siue in quæstione eadẽ, siue alibi, mouet nouum articulum: tunc non superflue agit, sed propter aliquod recenter insurgens atque considerandum; quodcumque sit illud. Ad vitandam. n. nugationem sufficit aliquod nouum motiuum: & tunc non superflua, sed vtilis indicatur repetitio; etiam si esset verbalis.

¶CONCL. 1. Potestas faciẽdi indulgẽtias, plene residet in Papa.

¶PROB. 1. Quia Papa habet plenitudinẽ põtificialis ptãtis. Quia Papa potest facere quod vult, causa tamen legitima existente.

¶CONCL. 2. Episcopi speciales possunt facere indulgentias, secundum quòd est eis taxatum, & non amplius.

¶PROB. Quia Episcopi assumuntur in partem solicitudinis Papæ: & eis taxatur talis authoritas secundum ordinationem eius.

1^m de minori. Dispensari. &. Plene: non partialiter. §. Tunc &c. Licet. n. non possit plene dispensare indulgentias, nisi qui præest toti ecclesiæ (ut arguitur) tamen partialiter potest has dispensare Episcopus.

2^m de maiori. Remittere. &. Plene: non, partialiter. §. Tunc &c. vt patet ex prædictis.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per S. Thomam excludas errorem Valdensium (Direct. Inquisit. 2. par, q. 14.) dicentium; quòd Papa nullam prorsus habet authoritatem concedendi indulgentias. Item Io. Vuelsphali dicentis; thesaurum meritorum sanctorum non posse per Papam distribui, nec etiam pensationem pęnarum pro peccatis debitarum posse fieri per pœnas quas sustulit Christus. Item eiusdem Ioan. dicentis, quod vnus Episcopus sit super alios, & Papa super omnes non a Christo, sed hominum electione constitutum est. Et propterea concludentis (ubi supra,) Episcopos omnes & presbiteros dignitate & authoritate ęquales. Itẽ cuiusdam (Cardinali Tur. Crem. referente de eccle. lib. 2. cap. 62.) dicentis; Episcopum quemlibet esse summum & sublimissimum iurisditionis potestate. Secundo habes quomodo per sanctũ Thomam ostendas; hos meritò damnatos à &c. ut supra q. 25. art. 1. appen. de Valdensium damnatione. Item ab Innoc. III. in Conc. generali. Cum ex eo, &c. Rom. Pontifex obtinet plenitudinem potestatis. Hæc ibi, & recitantur de pœn. & remiss. & loquitur de indulgentijs dispensandis. Item a Concil. Triden. sess. 23. cap. 4. & cano. 6. vbi concilium ipsum loquitur de hierarchia ecclesiastica: ut q. 20. art. 6. appen. verbaliter adductum est. Et quia Io. Vuelt. Papæ authoritatem esse ab hominum electione; quod quidem clarius (ut sup. quæst. 24. art. 1. dictum est) asserunt ab Imperatore; ideo quid de hoc dicat Imperatorum maximus Constantinus audiendum: vt vel sic, ab ijs etiam, quibus fauent confusi ignominia suffundãtur.

2

Aureũ Magni Cõstãtini edictũ.

Dicit ergo in edicto suo prædictus Constantinus. In Nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritussancti, &cæt. Quantam potestatem saluator noster suo Apostolo B. Petro contulerit in cœlo, ac terra, lucidissime nobis B. Siluester Papa, Venerabilis pater edixit, dum fidelem eum in sua interrogatione inueniens ait, Tu es Petrus, & super hanc, &cæt. Aduertite potentes, & aure cordis intendite, quid bonus magister & dominus suo discipulo adiunxit inquiẽs. Qd-cumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cęlis. Mirum est hoc & valde gloriosum, in terra ligare & soluere, & in cęlo ligatum & solutum esse, &c. Sicut in terris sãctus Petrus Vicarius filij Dei esse videtur cõstitutus, etiam & Pontifices, qui successores sũt, ipsius principis Apostolorum potestatẽ principatus amplius, quàm terrena imperialis nostræ serenitatis mansuetudo habere videtur concessam, a nobis nostroq; Imperio obtineant, &c. Et sicut nostram terrenam imperialem potentiam, sic eius sacrosanctam Rom. Ecclesiam decreuimus venerãter honorari, & amplius quam nostrum Imperium, & terrenum thronum, sedem sacratissimam B. Petri gloriose exaltari, &c. Decernentes sancimus: vt principatum teneat tam super quatuor præcipuas sedes Antiochenam, Alexandrinam, Hierosolimitanam, & Constantinopolitanam, quàm etiam super omnes in vniuerso orbe terrarum Dei Ecclesias. Et Pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ extiterit, celsior & Princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existat, & c. iustum quippe est: ut ibi lex sancta caput teneat principatus, ubi sanctarum legum institutor saluator noster B. Petrum Apostolatus obtinere præcepit Cathedram: ubi & crucis patibulum, &c. Hæc ille. Vbi nota: quòd ly videtur, accipitur pro ly patet, uel manifeste constat (ut consideranti contextus demonstrat.) Vigilanter etiam nota ly iustum quippe est, ut ibi lex sancta caput, &c. quia inde manifestum fit, q̃ Imperator Constantinus ideò se honorare, tanquàm primam sedem B. Petri fatetur: eo quòd a Saluatore nostro ipsam tanquàm caput omnium institutam esse agnoscit. Non ergo quia ipse Imperator uoluit esse primã, prima est, sed ideo Imperator primam esse uoluit, quia primatum ipsam a Christo prius obtinuisse manifeste cognoscit. Non ergo (& hoc contra errores prædictorum, & similium) primatus Papæ est a Cęsare institutus: sed tanquàm a Christo domino institutus veraciter a Cesare agnitus, & reuerenter pro tali habitus & honoratus. Id quod adhuc etiam idem Imperator satis declarat post multa subinferens. Vnde, ut Pontificalis apex non uilescat, sed amplius etiam quàm terreni Imperij dignitas & gloriæ potentia decoretur: ecce tam palatium nostrum (ut prædictum est) quàm urbem Romam, & omnes totius Italię, & occidentalium regionum prouincias, loca, & ciuitates præfato Pontifici nostro Siluestro uniuersali Papæ, & successorum ipsius Pontificũ ditioni, & potestati concedimus, atque relinquimus &c. Vnde congruum prospeximus nostrum Imperium non orientalibus transferri, & transmutari regionibus, &c. quoniam ubi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cœlesti constitutum est, iustum non est; ut illic Imperator terrenus habeat potestatem. Hæc uero omnia &cæt. Hæc ille. Vbi nota ly quoniam ubi principatus sacerdotum ab Imperatore cœlesti, &cæt. & c are perspicies Constantinum magnum fateri per hoc, se non constituere Papam caput totius ecclesiæ; sed Christo, qui iam a principio ipsum sic instituit libenter per hæc sua decreta adherere. Ne uerò errantes prædicti subterfugere possint dicendo, quòd tempore Constantini magni sic (ut prædictum est) tenendum fuit, sed non postea audiamus eundem ita subinferentem. Hæc vero omnia, & per alia diualia decreta, statuimus atque confirmauimus; vsque in finem mundi illibata & inconcussa permansura decernimus. Vnde coram Deo uiuo, & coram terribili iudicio eius obtestamur omnes nostros successores, Imperatores,

Quare Imperator romanã sedẽ pro prima habeat, & ab alijs habendã decernat: attende uigilanter per totum.

res, vel cunctos optimates, satrapas, etiam amplissimum Senatum, & vniuersum populum in toto orbe terrarum, nũc & in posterum cunctis retrò temporibus imperio nostro subiacẽtem: nulli eorum quoquomodo licere hæc, quæ a nobis Imperiali sanctione sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, vel eius omnibus Pontificibus concessa sunt confringere, aut in quoquam conuellere. Si quis autem (qđ non credimus) in hoc temerator, aut contemptor extiterit; æternis condemnationibus subiaceat innodatus, & sanctos Dei principes Apost. Petrum & Paulum sibi in præsenti & futura vita sentiat contrarios, atq; in inferno inferiori concrematus cum Diabolo & omnibus deficiat impijs. Huius vero Imperialis decreti nostri paginam propriis manibus roborantes super venerandum corpus B. Petri principis Apost. posuimus, &c. Beato p̃ri nostro Siluestro summo Pontifici, eiusq; cunctis successorib. Dño Deo, & Saluatore nostro Iesu Chr̃o annuente, tradimus perenniter, atq; feliciter possidenda. Hæc ille, cum supradictis omnibus, in primo tomo Conciliorum ante Concil. Nicenum. Vbi nota ly annuente Dño Deo: ex quo, vt supra, cõclude cõtra errantes. Ex his memento ẽt confundi vanam Erasmi diligentiam, seu potius longam somnolentiam, sup. q. 24. art. 1. recitatã, qua dicebat: q Romani Pontificis monarchia post Hieronymi seculum exorta est; & q ætate Diui Hieronymi non soleret quemquã excõicare, &c. Nam (vt vidisti in hoc edicto Constantini) monarchia hæc iam a Christo præinstituta, & ab ipso Imper. agnita, fuit. Et quia Constantino non minor fuit B. Aug. in hac ueritate indaganda, atque capescenda: ideo ex eodem edicto constat, q̃ derisibilis sit Erasmus eadem somnolentia dicens; Augustinũ non agnouisse Romanæ sedis authoritatem, quam illi nũc tribuimus. Constantinus. n. (vt ex cronicis patet) circa annum dñi 317. claruit Hier. vero & Aug. certum est non præcessisse. Rursus. Idem Constantinus cum ex omnib. penè locis Epi cõuenissent ad Concil. Nicenum primũ, eumq; tanquã iudicẽ de diuersis iurgijs inter se inuicem hře uellent, ait ad eosdem Epõs. Deus vos constituit sacerdotes & p̃tãtẽ nobis dedit de nobis quoq; iudicandi: ideo nos a vobis rectè iudicamur, vos autẽ nõ potestis ab hominib. iudicari. Propter qđ Dei solius inter vos expectate iuditium: vt & vestra iurgia, quæcunq; sunt ad illud diuinum reseruentur examen. Vos. n. nobis a Deo dati estis Dij. Conueniens non est, ut homo iudicet Deos, sed ille solus de quo scriptum est, Deus stetit in sinagoga Deorũ, in medio autẽ Deos discernit. Mihi quidẽ homini e.ro. ri obnoxio nefas esse videtur, ecclesiasticorum virorum accusationes recipere & audire. Quapropter agite, Christum emulati, per mutuam ueniam alius alij cõmissa remittamus. Hæc ille, in præambulis Niceni synodi. Fatetur igitur a fortiori summũ Pontificem, super imperatorem esse constitutum a Deo, & habere p̃tatẽ de Imperatore quoq; iudicandi: & consequenter ipsum Pontificẽ ab Imperatore non hře dependentiam (contra supradictos errãtes, & huiusmodi.) Rursus. Narrato Romani Concilij sub eodem Siluestro. c. 20. ubi dr̃, Nemo iudicabit primã sedem: qm̃ omnes sedes a prima sede iustitiam desiderant temperari. Neq; ab Augusto, neq; ab omni clero, neq; a Regibus, neq; a populo iudex iudicabitur. Narrato, inquam, hoc; subiungitur immediate sic. Et subscripserũt 284. Epi, & 45. presbyteri, & 5. Diacones, & Augustus Constantinus, & mater eius Helena. Hæc ibi post Concil. Nicenum. Ecce quòd constantinus magnus se inferiorem esse Romano Pontifice, manu propria subscribendo, testatur. Nemo autem, dum hæc legit, putet Imperatorem de fidei negotijs ferre sententiam (contrarium. n. supra Constantinus docuit.) Subscribit uerò ille determinationi Patrũ, nõ ut iudex: sed ut Patronus, & executor eorum, quæ Patres in fidei negotio statuissent. Item vide sup. q. 19. art. 4. app. de Imperatoris Basilij verbis notabilibus, & q. 17. art. 1. app. de primatu Petri, & q. 20. art. 1. Tertiò habes: quomodo per Diuum Th. ostendas; meritò dictum esse ab Innocen. Tertio, in Concilio generali. Cum ex eo, &c. decernimus, ut cum dedicatur Basilica, non extendatur indulgentia vltra annum, siue ab unò solo, siue a pluribus Episcopis dedicetur: ac deinde in anniuersario dedicationis tẽpore 40. dies de iniunctis pœnitentijs indulta remissio non excedat, &cæt. Hæc ille, de pœnit. & remiss. Item ab Honorio Tertio, ibidem. Nostro postulasti, &c. per prouinciam tuam liberè potes remissionis concedere literas: ita tamen quòd statutum generalis concilij non excedas. Hæc ille, cuidam Archiepiscopo. Item a Bonifacio Octauo. Indulgentiæ, quæ ab uno, uel pluribus Episcopis in ecclesiarum dedicationibus, uel alijs quibuscumque casibus, conceduntur, uires non obtinent: si statutum excesserint concilij generalis. Hæc ille, de pœniten. & remiss. in 6. Ecce insinuatum: quòd Episcopi secundum taxatum sibi terminum possunt facere indulgentias, & non plus. Quartò habes: quomodo per Diuum Thom. prædicta Patrum, ac Imperatorum, declares, atque communias, & pro (quanto opus fuerit) defendas. Quintò vides, quomodo ex ijs vicissim doctrina hæc Angelica declaretur, & consolidetur.

Vt supra.

Opt. exemplum Constantini, qđ alij principes imitentur.

Cauetur ab errore.

3

4

5

---

SVP. Q. LVII. Aliàs 26. Art. IIII.

COncl. Indulgẽtiæ æquiualent, si fiant ab eo, qui est in peccato mortali; sicut si fierent ab eo, qui est sanctissimus.

203

¶EXAMEN. Ly i peccato mortali. Scilicet tm̃: ad differentiã excõmunicationis, hęresis, schismatis, degradationis. Nam cum huiusmodi amittãt iurisdõnem q. 19. ar. 6. clarum est, ipsos non posse facere indulgentias: & cõsequenter non compræhẽduntur nunc sub ly esse in peccato mortali.

¶PROB. 1. Quia posse facere indulgentias consequitur iurisdõnẽ: & hęc nõ amittitur per peccatum mortale. Secunda autẽ pars. s. sicut si &c. probatur. Quia dans indulgentias remittit pœnam non ex vi meritorum suorum, sed meritorum reconditorum in thesauris ecclesiæ.

¶NOT. Omnia patent ex supradictis articulis. Vide tamen pro pleniori notitia, de non amissa potestate prælatorum malorum. q. 19. ar. 5. not. 1. 2. post respons. ad primum: & de thesauro ecclesię nunc dicto q. 25. art. 2. app.

1^m de maiori. Nihil. R. De suo: non, de alieno. §. Tũc &c. Iam. n dictum est; q de suo non influit dãs indulgentias (quod est idem cum ly non ex ui meritorum suorũ,) sed quòd de alieno (quod est idem cum ly ex ui meritorum reconditorum in thesauris ecclesiæ.)

¶NOT. Sic intelligitur illa authoritas Eccles. 34. Ab immundo quis mundabitur? & illa, nemo dat qđ non hẽt; & aliæ similes. Vt dicamus. Ab immũdo, virtute immundi, non virtute alteri⁹ ministrata ab immundo, &c. Et nemo dat. s. de suo, non de alieno, &cæt. Sic de alijs similib. dicito.

2^m de maiori. Maius est. R. Quantum ad potestatem nõ, quãtũ ad utilitatem. §. Tũo nih. &c. Vt patet in lr̃a applicando ut decet.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum ille qui est in peccato, possit indulgentias facere.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ille, qui est in peccato mortali; non possit facere indulgentias, quia riuus, cui fons non influit, nihil profluere potest, sed prælato in peccato mortali existenti, non influit fons gratiæ, s. spiritussancti, ergo non potest in alios profluere faciendo indulgentias.

¶ 2 Præt. Maius est facere indulgentiam, quàm recipere, sed ille, qui est in peccato mortali, non recipit (vt dicetur) ergo nec facere potest.

SED CONTRA. Indulgentiæ fiũt per potestatem prelatis ecclesiæ traditã, sed peccatũ mortale non tollit potestatem, sed bonitatem, ergo potest aliquis in peccato mortali existens indulgentias facere.

RESPONDEO, dicendum, quòd facere indulgentias pertinet ad iurisditionem, sed per peccatum homo non amittit iurisditionem: & ideo indulgentiæ æquiualent, si fiant ab eo, qui est in peccato mortali, sicut si fierent ab eo, qui est sanctissimus: cum non remittat pœnam ex vi meritorum suorum, sed ex vi meritorum reconditorum in thesauris ecclesiæ.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q iste prælatus in peccato mortali indulgentias faciens non profluit de suo aliquid, & ideo non requiritur q influxus recipiat a fonte ad hoc q eius indulgentiæ valeant.

AD SECVNDVM dicendum, q maius est facere indulgentias q̃ recipere, quantum ad p̃tãtem; sed est minus quantum ad propriã vtilitatem.

QVAE-

### APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem dissipes hæresim Io. Huss. (ut habetur ex Conc. Constantiẽsi sess. 15.) dicentis: quod potestatem a Deo nemo recipit, qui non sequitur Christũ in moribus. Item omnes alios errores supra recitatos q. 19. art. 5 appen. Item Valdensium (ut refert Alfonsus de Castro) dicentium; peccatoribus, & sceleratis potestatem, & dona sua Deum non præstare. Item dicentium, quod peccati mortalis reus non potitur authoritate vlla tam ecclesiastica, quàm laicali: sed peccati mortalis causa amitti omnem potestatem. Item errorem Iacobi præpositi dicentis: qui manet in peccato mortali non manet in baptismo, in sacerdotio, in episcopatu, in Papatu. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas; errores prædictos meritò damnari à &c. vt supra quæst. 19. artic. quinto, in tex. & no. primo, & secũdo, post ad primum, & app. Item a Domino Hierem. 27. Ego nunc dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor Regis Babilonis, serui mei. Insuper & bestias agri dedi ei, ut seruiant illi: & seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, &c. Gens, & regnum, quod non seruierit Nabuchodonosor Regi Babilonis, & quæcumque non curuauerit

2

collum suum sub iugo Regis Babilonis, in gladio, & fame, & peste visitabo super gentem illam, &c. Porrò gens, quæ subiecerit ceruicem suam sub iugo Regis Babilonis, & seruierit ei; dimittam eam in terra sua, & colet eam, & habitabit in ea, &c. Subijcite colla vestra sub iugo Regis Babilonis, & seruite ei, & populo eius: & viuetis. Hæc ibi. Quibus sane verbis ostenditur, q̀ Reges aliàs legitimi quantumcunque mali, retinent potestatem, & quòd subditi eis obedire tenentur in his, quæ contra Deum non sunt; & sic obediendo, gratam rem Deo faciunt. A fortiori, vel saltem a simili, habes ex hac ipsa authoritate: quid de potestate sacerdotali, etiam in peccato mortali existentium, dicas. Et nota hinc: quantæ damnationis sint rei supradicti errantes: quando Deus tantum zelat, & pro infideli Rege, & contra non obedientes ipsi Regi. Item manifestius ad literam damnari a Principe Apostolorum 1. Petr. 2. Serui obedite in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis; sed etiam discolis. Item Marc. 6. Et vocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituum immundorum &cæt. Et exeuntes prædicabant, ut pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eijciebant. Ecce: q̀ dæmones Iudæ, qui vnus ex duodecim diabolus erat Io. 6. potestatem a Christo habenti etiã nolentes subijciuntur, & obediunt. Negantes igitur prælatorum malorum potestatem remanere in eis, & ob hoc nolentes eis obedire, videnť dęmonijs peiores. Ne auté aliquis ipsorum errantium subterfugiat dicens, q̀ tunc Iudas nondum erat Diabolus (quicquid sit de hoc; ẽt q̀ sine rõne dici, & consequenter improbabile, videať) constringendus est per authoritatem Matt. 7. Multi dicent mihi in illa die, dñe dñe nonne in noĩe tuo dęmonia eiecimus? Et tunc confitebor illis, quia numq̃ noui vos. Vbi nota tu ly numq̃, & ly noui. De notitia siquidem approbationis, qua quis est in gratia Dei, loquitur: & dicit eos numq̃ fuisse in gratia sua, etiam quãdo dæmonia in nomine suo eijciebant. Erant ergo in peccato mortali proculdubio tales ptãtem habentes: & tñ ptãtem per illud nõ amiserant, in cuius signum manifestum est, q̀ dęmonia coactiuè per potestatem illam de corporibus eijciebantur. Negãtes igitur prælatorum malorum potestatem remanere in eis, &c. vt supra. Tertiò habes, quomodo per rationem prædicta scripturarum, & patrum, pro quanto iurisdictionem in malis remanere, & consequenter malos aliàs iurisditionem prius habentes posse indulgentias facere insinuant, & intelligas, & declares, & defendas. Quartò vides, quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc declaretur, & consolidetur.

3

4

---

## QVAEST. LVIII. Aliàs 27.

*De his quibus valent indulgentiæ, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de his, quibus valet indulgentia.

Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum indulgentia valeat existentibus in mortali peccato.

¶ Secundò, Vtrum valeat religiosis.

¶ Tertiò, Vtrum valeat non facienti illud, pro quo indulgẽtia datur.

¶ Quartò, Vtrum valeat ei, qui indulgentiam facit.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum indulgentiæ valeant existentibus in peccato mortali.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd indulgentia valeat existentibus in peccato mortali. Quia aliquis potest alteri mereri etiam in peccato mortali existenti, gratiam, & multa alia bona; sed indulgentiæ habent efficaciam ex hoc q̀ merita sanctorum applicantur ad istum, ergo habent effectum in illis, qui sunt in peccato mortali.

¶ 2 Præt. Vbi est maior indigentia, magis habet locum misericordia, sed ille, qui est in peccato mortali, maxime indiget; ergo ei maxime debet fieri misericordia per indulgentiam.

SED CONTRA, Membrũ mortuum non suscipit influentiã ab aliis viuis: sed ille, qui est in peccato mortali, est quasi membrum mortuum, ergo per indulgentias non suscipit influentiam ex meritis viuorũ membrorum.

RESP. Dicendum, quod quidam dicunt indulgentias valere etiã existentibus in mortali peccato, non quidem ad dimissionem pœnę, quia nulli potest dimitti pœna, nisi cum dimissa est culpa: qui enim non est consecutus operationem Dei in remissionem culpæ, non potest consequi remissionem pœnæ a ministro Ecclesię, neque in indulgentiis, neq; in foro pœnitentiali; valent tamẽ eis ad acquirendum gratiam. Sed hoc non videtur verum; quia quàmuis merita illa, quæ per indulgentiam communicantur, possint valere ad merendum gratiam, nõ tamen propter hoc dispensantur, sed determinantur ad remissioné pœnæ, & ideo non valent existentibus in peccato mortali, & ideo in omnibus indulgentiis fit mentio de vere contritis, & confessis. Si autem fieret communicatio per hunc modum: Facio te participem meritorum totius Ecclesiæ, vel vnius congregationis, vel vnius specialis personæ, sic posset valere ad merendum aliquid illi, qui est in peccato mortali, vt * prædicta opinio dicit.

*Hoc eod. corp.

Et

---

SVP. Q. LVIII. Aliàs 27. Art. 1.

CONCL. 1. Indulgentię nõ ualẽt existẽtib. in peccato mortali.

¶ PROB. Quia indulgentiæ determinantur ad remissionem pœnæ (patet ex intentione dispensantium illas, ) & nulli potest dimitti pœna, nisi cui dimissa est culpa (cum qui non est consequutus operationem Dei in remissione culpæ, non possit cõsequi a ministro ecclesiæ remissionem pœnæ.)

¶ NOT. Tantò clarior est probatio, intentumq; apertius concludit quanto bonorũ cõicatio per indulgentias facta trahit vim ab intentione facientis. Vt* q. 25. ar. 2. ad quintum. Quòd autem pœna nõ possit dimitti ei, q manet ĩ culpa; patet exemplo damnatorum. Quia eñ in eis semper manet culpa in æternum, ideo ab eis numquã in ęternum tolletur pęna. Patet idem per dictum vulgatissimum Philosophi. s. posita causa ponitur effectus, & remota, remouetur. Causa eñ pęnę est culpa, vnde remanente culpa necessario manet & pęna. Adde, quòd pęna, de qua loquitur ꝓbatio est temporalis, & hæc præsupponit non tantum culpam esse dimissam, sed etiam pœnam æternam (ut patet ex Concil. Trid. sess. sexta, c. 14. & sess. 14. cap. 8. cuius literæ aliàs adductæ sunt.) Modo pœna eterna existenti in peccato mortali non est dimissa, quãdoquidem hæc duo incompatibilia sunt, ergo nec pœna temporalis dimitti vmquam poterit.

104

*Th. ubi supra artic. 5. q. 1. & seq.

¶ CONCL. 2. Si communicatio bonorum non fiat per indulgentias, sed per hunc modum (. s. facio te participem meritorium totius ecclesiæ, uel unius congregationis, vel unius specialis personæ, ) sic posset valere ad merendum aliquid ei, qui est in peccato mortali.

Modestia & ingeniũ.

¶ NOT. Vide modestiam, & ingenium S. Doct. Modestiã in hoc; quòd quamuis falsam opinionem impugnet, & expugnet, tñ vtitur hoc uerbo, vř. Ingenium autem in hoc, quòd falsam opinionem ad bonum sensum, secũdum quòd potest fieri, reducit. Hæc uero duo non solum hic, sed & ubique fermè notato.

¶ EXAMEN. Ly ad merẽdum. Scilicet merito congrui, nõ autem condigni. Meritũ. n. condigni nõ extẽditur, nisi in Chřo, ultra personã illam, quæ gratiã hẽt. Meritum vero cõgrui, ẽt ad alias ꝑsonas extẽditur. Quia. n. homo cõstitutus in gratia voluntatẽ Dei adimplet, cõgruum est ſm proportionẽ amicitiæ, ut De⁹ impleat hominis illius amici sui voluntatem in saluatione alterius, maxime cum Deus sit liberalior homine exaudiente amicũ suum in hoc, quòd inimicũ q̃sq; intuitu ipsius amici recipit in gratiã. Ad hoc cõfirmandũ valere põt illud ecclesiæ: quòd Sãcta Monicha B. Aug. mř deuotiss. multo semine lachrymarũ charitatis visceribus ipsum genuit Chřo. De hoc merito duplici, & q̀ cõgruè possit mereri q̃s alteri, vide 1. 2. q. 114. art. 6. Ly posset. Hoc dicit ad denotandum, q̀ non semper sequiť effectus merendi gratiã de cõgruo alicui alteri. Potest enim effectus iste impediri ex parte eius: cui Sanctus aliquis iustificationẽ desiderat. In huius signum diciť Hierem. 15. Si steteri Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istũ. Et tamen norunt omnes, quòd Moyses & Samuel erant amicissimi Dei, sicut & hi, de quibus ad idem significandum legitur Ezech. Si fuerint tres viri isti in medio eius Noe, Daniel, & Iob, viuo ego dicit dominus, non liberabunt filios, & filias, sed ipsi soli liberabuntur.

¶ Ly aliquid. Scilicet, uel gratiam, uel aliquod temporale, seu bonum, seu mali euitationem. Licet. n. principaliter per ly aliquid, intelligat gratiam, ut primæ opinioni, quam ad bonum sensum reducit, conformetur, tamen potest intelligere etiam aliquid temporale, de quo loquitur Ezechielis authoritas adducta secundum plenum sensum (ut contextus edocet) loquitur.

¶ PROB. Quia, tanquàm clarum, hoc præsupponitur.

¶ NOT. Quòd meritò id, ueluti clarũ, præsupponatur, potes videre in 1. 2. loco supra in exam. nunc citato, & conijcere ex dicto Papæ Innoc. III. in Cõc. gñali Later. circa fi. in app. seq. adducẽdo. Hinc ex 2. concl. interim cõsideres, quãtũ iuuet cõicatio bonorũ, q̃ in aliquib. societatib. (puta, Sanctiss. Rosarij) solet fieri inter contra tres; & receptio ad gratias ordinis alicuius (puta prædicatorum,)

De cõicatione bonorum prãcticali.

quæ

quæ nonnullis personis benefactricibus solet aliquando specialiter donari, & acceptatio ad participationem omnium bonorum in aliquo collegio fiendorum, & similia.

1m de minori. Applicantur. ℞. Propter remissionem pœnæ habendam: non: propter gratiam merendam. §. Vt patet supra, & maximè q. 25. arti. 1. & 2. Tunc &c. ut ex no. post prob. concl. pri. apparet. Quòd autem aliquis possit mereri gratiam existens in peccato mortali (ut in maiori propositione dicitur,) est extra propositum.

Et per hoc patet solutio ad primum.

Ad secundum dicendum, quod quàmuis sit magis indigens, qui est in peccato mortali, tamen est minus capax.

2m de maiori. Maior indigentia. ℞. Et maior capacitas. §. Tunc &c. vt patet in textu. Propositio ergo maior erat insufficiẽs. Nõ. n. misericordia magis hẽt locũ, vbi est maior indigentia nisi etiam ibi, sit maior misericordiæ capacitas.

¶ Not. Misericordia habet pro obiecto, non miseriam præcisè, (ut trahitur ex hoc responso) sed miseriam misericordiæ capacem. Tunc autem miseria est capax misericordiæ, qñ est capax subleuationis, cum misericordiæ sit subleuare miseriam. Tunc vero subleuationis est capax, quando non habet secum impedimentũ ad hoc; vt subleuari nõ possit: quod est esse in peccato mortali formaliter, maximè si adiungatur obstinatio in voluntate. Dixi ly formaliter, ad differentiam illius, qui peccauit mortaliter quidem: sed tamen est saltem attritus de præterito, habens propositum cauendi de futuro. Hinc habes resoluta multa dubia, stante nihilominus infinitate misericordiæ Dei quoniam ipsi misericordiæ non assignatur obiectum proprium, quod est miseria subleuabilis. i. misericordiæ capax (ut textualibus literis vtar.) Patet ergo ex dictis considerati; quare damnati, licet miserrimi sint, numquàm subleuabuntur a miseria: & quòd propter hoc nihil potest obijci misericordiæ diuinæ, quasi quòd infinita non sit. Discurre tu de scelestis multis tum fidelibus, tum infidelibus in præsenti vita, quare numquàm è peccati miseria releuentur, licet misericordia diuina infinita sit. Hæc dicta sint pro responso ad maiorem intelligentiam tantum.

Obiectum misericordiæ.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum fuisse a summis Pontificibus & Concilijs, quòd indulgentiæ non prosunt existenti in peccato mortali. Insinuatum verò est hoc ab Innocen. III. in Concil. Later. sess. vlt. quando dabatur indulgentia pro expeditione ad terram sanctam: ubi dicit indulgentiam dare contritis, & cõfessis. Item a Papa Bonif VIII. de pœnit. & remiss. in extrauag. comm. Antiquorum. Ibi. n. dicitur, pro consecuturis indulgentias Iubilei ly vere pœnitentibus & confessis. Item a Clem VI. ibi, cap. Dudum. ubi dicit ly omnibus vere pœnitentibus & confessis: & circa finem capituli ly qui pro ea prosequenda ad easdem Basilicas, &c. vere pœnitentes (ut præmittitur) & confessi eandem indulgentiam consequantur. Item a Leone X. in Concil. Later. sess. 9. vbi idem habetur, qñ dat indulgentias orantibus pro pace. Item (ut summariè dicatur) a Conc. Constãtiensi sess. 17. ubi dans indulgentias orantibus pro Sigismundo Imperatore dicit ly in forma consueta ecclesiæ (intellige tu, vere contritis, & confessis.) Quo vtique verbo satis demonstrat: quòd consueta est ecclesia non dare indulgentias, nisi vere contritis, insinuans per hoc, quòd indulgentiæ non prosunt existentibus in peccato mortali. Vnde etiam habetur: quòd dato per impossibile, quòd possent tali in peccato mortali existenti prodesse quantum est ex parte ipsius peccatoris, non tamen prodessent de facto, quoniam indulgentiæ habent vim ex intentione dispensantis, & dispensans non habet intentionem dandi illas, nisi vere pœnitentibus. Secundò habes, quomodo per S. Thomam ostendas, meritò insinuatum ab Innocen. III. in Concil. generali Later. sess vlt. quòd communicatio bonorum potest mereri gratiam alijs, & hanc communicationem non esse per modum indulgentiæ. Ibi. n. datis indulgentijs euntibus, vel aliàs subuenientibus, ad terram sanctam, subiungitur, per modum communicationis. Omnibus etiam piè proficiscentib. in hoc opere cõi vniuersalis synodus omnium beneficiorum suorum suffragium impartitur, ut eis dignè proficiat ad saluté. Hæc ibi. Tertiò habes; quomodo per rõnem prædicta Patrum, pro quanto existentibus in mortali indulgentias nõ prodesse, communicationemq; bonorum, factam per alium modum prodesse, insinuant, & intelligas, & declares, & tuearis. Quartò vides, quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc consolidetur, & declaretur.

2

3

4

---

## ARTICVLVS II.

*Vtrum indulgentiæ valeant religiosis.*

AD SECVNDVM sic pceditur. Vr quòd indulgentiæ non valeant religiosis. Non enim cõpetit eis suppleri, ex quorum abundantia aliis suppletur; sed ex superabundantia operum satisfactionis, quæ sunt in religiosis aliis suppletur per indulgentias, ergo eis non competit per indulgentiam suppleri.

¶ Præt. In ecclesia non debet aliqd fieri quod inducat religionis dissolutionem: sed si religiosis indulgentiæ prodessent, esset occasio dissolutionis disciplinæ regularis, quia religiosi nimis vagarentur per huiusmodi indulgentias, & pœnas impositas in capitulo sibi, negligerent: ergo religiosis non prosunt.

Sed contra, Nullus ex bono reportat damnum, sed religio bonum est, ergo religiosi non consequuntur hoc damnum, vt eis indulgentiæ non valeant.

Resp. Dicendum, quòd tam sæcularib. quàm religiosis valent indulgentiæ, dummodo sint in charitate, & seruẽt ea, quæ pro indulgentiis indicũtur, non. n. religiosi sunt minus adiuuabiles meritis aliorũ, quam sçculares.

Ad primum ergo dicendum, quòd quãuis religiosus sit in statu perfectionis, tamen ipse sine peccato viuere non potest: & ideo aliquando propter peccatum aliquod commissum fit reus pœna, potest tamen per indulgentias ab hoc expiari. Non. n. est inconueniens, si ille, qui est simpliciter superabundans aliquo tempore indigeat, & quantum ad aliqd, & sic indiget supplemẽto, quo subleuetur. Vnde dicitur Galat. 6. Alter alterius onera portare.

Ad secundum dicendũ, quòd propter indulgentias non debet dissolui regularis obseruantia, quia religiosi magis merentur religioné suã seruando, quantum ad præmium vitæ æternæ, quàm indulgẽtias exquirendo, quàmuis minus quantum ad dimissionem pœnæ, quod est minus bonum; nec iterum per indulgentias dimittuntur pœnæ iniunctæ in capitulo, quia in capitulo agitur quasi forum iudiciale, magis quàm pœnitentiale. Vnde etiam non sacerdotes capitulum tenent; sed absoluitur a pœna iniuncta, vel debita pro peccato in foro pœnitentiali.

AR-

SVP. Q. LVIII. Aliàs 27. Art. II.

COncl. Tam sæcularibus, quam religiosis valent indulgentiæ; dummodo sint in charitate, & seruent ea, quæ pro indulgentijs indicuntur.

105

¶ Prob. Quia religiosi nõ sũt minus adiuuabiles, &c. ut in textu.

¶ Not. Pro notitia melioti pbõnis prædictæ, vide responsionem ad primum. & argumẽtum ly sed contra.

1m maior. Nõ cõpetit eis suppleri, ex quorum abundantia alijs suppletur. ℞. Si ij aliquãdo, & quãtum ad aliquid, nõ indigeant, non aliter. §. Tunc &c. Licet enĩ ex abundantia religiosorũ spirituali suppleatur ordinariè alijs (ut arguitur,) tñ non fit ex hoc, quòd religiosi ipsi aliquando, & quo ad aliquid non indigeant auxilio aliorum.

¶ Examen. Ly aliquando, seu ly aliquo tpe. Scilicet iuxta fragilitatem humanam cõsiderando, non iuxta pfectionis statum. Nam religiosus ex hoc, quòd est in statu perfectionis, non desinit esse homo labilis naturæ. Argumentum ergo loquens de religioso non deberet considerare solummodo illũ iuxta statum perfectionis (ut facit,) sed recordari, quòd etiam est homo, Et ideo respõsio vtrũq; considerans, tanq̃ corrigens argumẽti defectũ dicit, quòd religiosus habet abundãtiam ad supplendum pro alijs, & quòd nihilominus hẽt potest inopiam, vt suppleatur sibi ab alijs. Quasi dicat abundantia religiosi ex statu perfectionis, inopia vero eiusdẽ ex fragilitate humana, pendet. Quod autẽ religiosi sint in statu pfectionis (ut litera supponit,) vide 2. 2. q. 184. artic. 5. Ly quantũ ad aliquid. Scilicet, saltẽ reatus pœnæ: uel a multis annis tñ, uel quotidianis casib. debitæ. Dato enĩ casu per impossibile, quòd religiosus, postq̃ multos annos in religione mansit, non peccaret etiã uenialiter, potest adhuc indigere proptẽ isto auxilio aliorũ ad hoc, ut subleuaretur, non a culpa quidẽ, cum per casum datum non amplius peccaret, sed à pœna quam propter pcedentia sua peccata meruerat. Nũc autem quia venialiter peccat, quàmuis forsan nõ peccaret mortaliter; indiget subleuari quantum ad aliquid pœnæ, & quam per peccata præterita meruit, & quam per peccata quotidiana.

2m de maiori. Quod inducat. ℞. De se, non, de malo intellectu aliquorum. §. Tunc nih. &c. Neque enim

enim dās indulgentias, neq; ipse indulgentiæ de se, inducunt ad dissolutionem regularis obseruantiæ, quamuis inuitent ad aliquod bonum. Nam inuitare ad bonum quantum est de se (vt patet) non inducit ad malum: quod tunc esset, si indulgentiæ inducerent de se ad dissolutionem religionis, (ut innuit litera.)

¶ Coroll. Restat ergo vt ex mala intelligentia aliquorum religiosorum proueniat: quòd occasione indulgentiarum frigescunt in obseruantia regularis vitæ ordinis sui. Quæ quidem intelligentia ideo mala dicitur; quia minus bonum præferunt maiori bono. Minus enim bonum est, quod affertur per indulgentias, cum sit remissio pœnæ temporalis: maius autem est, quod affertur per obseruantiam canonicæ religionis, cum sit adeptio præmij essentialis. Mala quoque ipsorum intelligentia in hoc est: quia credunt, per indulgentias pœnas omnes quomodocumque iniunctas relaxari: quod sane falsum est. Nam indulgentiarum est; remittere pœnas in foro pœnitentiali debitas (vel quia dimissa culpa relictæ sunt, vel iniunctæ:) non autem pœnas in capitulo religiosorum, quod est quasi forus iudicialis.

## APPENDIX.

Vtilitas p S. Ecclesia &c.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem reijcias errorem Lutheri (ut refert Leo X. in bulla contra errores eius) qui, quasi reuersus ad semetipsum, & pœnitens de negatione totali indulgentiarum, tandem dixit; quòd indulgentiæ necessariæ sunt solum publicis criminibus, & propriè conceduntur duris solummodo & impatientibus. Vnde addit ille: indulgentiæ non sunt necessariæ, nec vtiles mortuis, seu morituris, infirmis, legitimè impeditis; his qui non commiserunt crimina; his qui crimina commiserunt, sed non publica; his, qui meliora operātur. 2 Secundò habes: quomodo per rationem errorem eius (quatenus religiosos eximit ab vtilitate indulgentiarum) ostendas meritò damnari a Bonifacio VIII. immo & a suis prædecessoribus. Antiquorum habet relatio: quòd accidentibus ad honorabilē Basilicam principis Apost. de vrbe concessæ sunt magnæ indulgentiæ peccatorum. Nos igitur &c. huiusmodi indulgentias omnes approbamus authoritate Apostolica: & Apostolicæ plenitudine potestatis omnibus accedentibus, &c. Hæc ille; de pœnit. & remiss. extrauag. com. Vbi religiosos non excludit, sed includit per ly omnibus (ut patet.) Item a Clem. VI. ad Archiepiscopum Terraconen. eiusq; suffraganeos. Dudum de fratrum nostrorum consilio & plenitudine Apost. potestatis indulgentiam, &c. cunctis Christi fidelibus, &c. Statuentes, vt vniuersi fideles, &c. qui visitauerint, &c. Plenissimam suorum omnium peccatorum veniam consequantur. Hæc ille, & recitantur ibidem. Vbi religiosos, &c. vt supra. Item a quotidianis bullis indulgentiarum, quę ab Apost. sede emanant pro tempore: in quibus (ut patet) includuntur etiam religiosi per ly Christi fidelibus, vel ly omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus & huiusmodi. Item meritò damnari ab eodem Leone in eadem bulla cuius damnationis particulam, vide supra q. 1. ar. 1. app. addendo etiam q. 14. ar. 1. app. De Luthero superius dixi ly quasi reuersus ad se, &c. & quia tanquàm q indulgentias per hoc aliquatenus admiserit excruciās se, idipsum reuocauit. Vnde ait. Has propositiones (ut dixi) reuocaui antea rogauiq;, & adhuc rogo omnes tum bibliopolas, tum lectores, vt ea, quæ indulgentijs disputata & scripta a me sunt, exurant. Nesciebam. n. tum, cum ea laborarem, Papam esse antichristum: qui his & similibus operationibus erroris, (Sathana imperante) orbem perderet Christianum. Hucusque verba vomitus Lutheri. Verum quicquid sit de sua reuocatione tantis maledictis vallata Deus videat, & iudicet. Catholicis interim nobis scire sufficiat: & quòd honor est homini, qui separat se a contentionibus; & quòd omnes stulti miscentur contumelijs. Prouer. 20. Porrò quòd Romanus Pontifex non sit antichristus, quinimò & quòd sit antichristo totaliter contrarius, ostensum est manifestè supra q. 21. ar. 1. appen. ostensus est & valor indulgentiarum & quod (Christo domino imperante) orbem saluant Christianum indulgentiæ ipsæ. declaratum quæst. 25. artic. primo, & secundo, & consequenter, q non erroris, sed ueritatis, opera sunt. Vide Roffensem contra articulos erroneos 21 & 22. Lutheri. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta Leonis, Clementis, & aliorum Pontificum, pro quanto vtilitatem indulgentiarum ostendunt ad religiosos extendi, & probes, & declares, & defendas. 4 Quartò vides: quomodo ijs vicissim Angelica doctrina hæc declaretur, & consolidetur.

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum ei qui non facit id, pro quo indulgentia datur, possit quandoq; indulgentia dari.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod ei, qui non facit pro quo indulgentia datur, possit quandoque indulgentia dari, quia ei, qui non potest operari, voluntas pro facto, reputatur, * sed aliquando fit indulgentia pro aliqua eleemosyna facienda, quam aliquis pauper facere non potest, & tamen libenter faceret, ergo indulgentia ei valet.

¶ 2 Præt. * Vnus potest pro alio satisfacere: sed indulgentia ad remissionem pœnæ operatur sicut, & satisfactio, ergo vnus pro alio potest indulgentiam accipere, & sic ille cōsequeretur indulgentiam, qui non facit hoc, pro quo indulgētia datur.

SED CONTRA. Remota causa remouetur effectus, si ergo aliquis non facit hoc, pro quo indulgentia datur, quod est indulgentiæ causa, indulgentiam non consequitur.

RESP. Dicendum, quòd non existente conditione, non consequitur illud, quod sub conditione datur, vñ cum indulgentia detur sub hac conditione, quòd aliquis aliquid faciat, vel det, si illud non exerceat, indulgentiam non consequitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc intelligitur quātum ad premiū essentiale: sed non quantum ad accidentalia aliqua pręmia, sicut est dimissio pœnæ: vel aliquid huiusmodi.

AD SECVNDVM dicendum, q opus proprium potest quis applicare per intentionem cuicumque voluerit, & ideo potest pro quocumq; vult satisfacere: sed indulgentia non potest applicari ad alterum nisi ex intentione eius, qui dat indulgentiam, & ideo cum ipse applicet ad facientem, vel dantem hoc, aut illud, ille non potest, qui hoc facit ad alterum, hanc intentionem transferre. Si tamen sic fieret indulgentia ille, qui facit, vel pro quo fit, habeat tantam indulgentiam, valeret ei pro quo fit; nec tamen iste, qui facit hoc opus, daret alteri indulgentiam, sed ille, qui indulgentiam sub tali forma facit.

---

SVP. Q. LVIII. Aliàs 27. Art. III.

106, CONCL. Cum indulgētia datur sub hac condōne, q aliquis aliquid faciat, vel det, si illud nō exerceat, indulgentiā non cōsequitur.

¶ Not. Per hoc, q Papa dat indulgentias cum antedicta cōdōne, dat intelligere: q licet sit Christi vicarius gñalis, non hēt ptātē excellentiæ in condonando peccata solo iussu. Sibi eñ Christus hanc propriam reseruauit 3. par. q. 64. ar. 3. & 4.

*Casus super Ps. 31. sup illud, dixi cōfitebor, & Gl. Ord. ibid.

*q. 13. ar. 2.

¶ Prob. Quia nō existente conditione, non consequitur illud, qđ sub conditione datur.

1m de maiori. Reputatur. ℞. Quātum ad premium essentiale: nō quantum ad quoddā accidentale. §. Tunc nih. &c. Nā cōsequi indulgentiæ effectū, q. est remissio pœnæ temporalis, computatur inter præmia accidentalia.

¶ Not. Videnda est forma indulgētiarum: quia quandoque pro non valentib. eleemosinam facere aliquid aliud ponit, in quod commutari possit.

2m de maiori. Satisfacere. ℞. Per intētionem propriam: non, alterius. §. Tunc nihil &c. Nam indulgentia non potest applicari ad alterum per intentionem propriam, nisi ex intentione eius, qui dat indulgentiam; & ideo cum ipse applicet, &c. vt in litera.

¶ Not. Ex uerbis illis textus ly si tamen fieret indulgentia, &c. elici vniuersaliter: q (iuxta mentem S. Th.) vidēdæ sunt formæ bullarum, & considerādæ, antequā de valore indulgentiarum taliū sic, vel sic iudicetur.

## APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

EX articu. habes primò, quō per rōnem ostēdas merito esse insinuatum a Sisto IIII. & a Clem. VI. & a Bonifatio VIII. q indulgentiæ non participantur ab ijs, qui non faciunt, qđ inibi mandatur. Insinuatū autē est a Sixto, de pœn. & remis. extrauag. commu. Quemadmodū operosi, &c. qui beatorum Apost. Petri & Pauli Basilicas, Lateranensem quoq; & sanctæ Mariæ maioris almæ vrbis deuote visitarent omnes & singulas indulgentias consequerentur quas anno Iubilæo prædecessores concesserant, &c. Verū qa animarū saluti fideliū intenti diuersas indulgentias plenarias nonnullis ecclesijs, Monasterijs, & pijs locis duximus concedēdas, pp quas populorū forsan concursus ad Basilicas antedictas retardari, aut ipsius Iubilæi celebritas minui, uel intermitti posset cum animarum non modico detrimento. Nos (nè propter aliarum indulgentiarum hactenus concessarum effusionem annus Iubilæus intermittatur; aut fideles ipsi a tanto munere reddanī expertes) oēs & singulas plenarias etiam ad instar Iubilæi authoritate Apostolica tenore præsentium vsque ad eiusdem sedis beneplacitum suspendimus; indulgentijs tamen

Basilicarum & ecclesiarum dictę vrbis in suo plenario robore durãtibus. Hæc ibi. Ecce; ꝙ summus Pontifex ideo aliorũ locorum omnium ab vrbe indulgentias suspendit pro tẽpore Iubilæi: ne cócursus populorum ad vrbem pro indulgentia iubilęi consequenda retardetur: quod non esset, si voluntate sola iubilæi Romæ existentis possent esse participes, absque hoc quòd illius vsque de facto homines proficiscerentur. Pro quo significando nota ly cum animarum non modico detrimento, & ly aut fideles ipsi à tanto munere reddantur expertes. Item à Bonifacio supradicto ibidem sic. Antiquorum &c. statuentes, vt qui voluerint huiusmodi indulgentiæ à nobis concessæ fieri participes; si fuerint Romani, ad minus 30. diebus continuis, seu interpollatis, & saltem semel in die; si verò peregrini fuerint, aut forenses, simili modo diebus 15. ad Basilicas easdem accedant. Hæc ibi. Vbi, quia de facto accedere necessarium esse ducit volentibus indulgentiam: ideo inter Romanos, & ab extrà venientes, spatium dierum prædictum cum differentia assignat. Dat ergo per hoc intelligere Papa: ꝙ indulgentiæ non valent ijs, qui conditionem positam in forma illarum non seruant. Item à Clemente supradicto ibidem. Dudum de fratrum &c. quicumque voluerint indulgentiam huiusmodi assequi, si Romani, ad minus 30. si verò peregrini, aut forenses modo simili 15. diebus ad prædictas Basilicas accedere teneantur. Hęc ibi. Ex quo dic, vt suprà. Et quia condiciones & formæ indulgentiarum variari quandoque tangebatur, in responsione ad secundum, iuxta quarum tamen tenorẽ quo ad consecutionem remissionis oportere nos regulari, connotabatur: ideo pro hoc notanda sunt, quæ subduntur ab ipso Clemente sic. Adijcientes: vt hi etiam, qui pro ea prosequenda ad easdem Basilicas accedent, post iter arreptum impediti legitime, quo minus ad vrbem illo anno valeant peruenire, aut in via, vel dierum prætaxato numero non completo, in dicta vrbe decesserint vere pęnitentes (vt pręmittitur) & confessi, eandem indulgentiam consequantur. Hæc ibi. Et est rarum hoc in bullis additum: ideo speciatum ipsum adducere placuit. Tu ergo singulas verbatim (vt ar. textus innuit) diligenter vbique considera formas. Secundo habes: quomodo per rationem supradicta Pontificum, pro quanto indulgentias tantum prodesse dicunt facientibus illa, quæ iniungunt, & intelligas, & declares, & tuearis. Tertiò vides, quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens declaretur, & consolidetur.

2

3

---

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum indulgentia valeat ei qui facit.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd indulgentia non valeat ei, qui facit, quia facere indulgentias est iurisditionis, sed huius in seipsum potest exercere ea, quæ sunt * iurisditionis. * ergo nullus potest indulgentiæ à se factę particeps esse.

¶ 2 Præterea. Secundum hoc, ille qui facit indulgentiam, posset pro aliquo modico facto, sibi pœnam remittere omnium peccatorum, & ita impunè peccaret, quod videtur absonum.

¶ 3 Præterea. Eiusdem potestatis est facere indulgentias, & excommunicare, sed aliquis non potest excommunicare seipsum. ergo nec indulgentiæ quã facit particeps esse põt.

SED CONTRA est, quia tunc esset ipse peioris conditionis, quàm alii, si ipse non posset vti thesauro ecclesiæ, quem aliis dispensat.

RESPOND. Dicendum, quòd indulgentia debet ex aliqua causa dari, ad hoc quod aliquis per indulgentiam ad actum aliquem prouocetur, qui in vtilitatem Ecclesiæ, & honorem Dei vergat. Prælatus autem, cui cura Ecclesiæ vtilitatis propagandæ, & honoris diuini propagandi est commissa, non habet causam, vt seipsum ad hoc prouocet, & ideo, non potest facere sibi indulgentiam, sed potest vti indulgentia quã pro aliis facit, quia aliis subest causa faciendi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actus iurisditionis non potest in seipsum exercere, sed eis, quę authoritate iurisditionis dantur aliis, potest etiam prælatus vti, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus: sicut etiam sacerdos sibi Eucharistiam accipit quam aliis dat: * & ita etiam Episcopus potest accipere sibi suffragia ecclesiæ, quæ aliis dispensat: quorum effectus immediatus est remissio

*In 3. par. q. 82.

---

SVPER Q. LVIII. Aliàs 27. Art. IIII.

107

CONCL. Qui facit indulgentiam, non põt sibi eã directè facere, sed põt vti indulgentia, quã pro alijs facit.

¶NOT. Quemadmodum oculus non põt seipsum videre: nisi reflexè, puta inspiciẽdo speculum. Sicut ergo per hoc, ꝙ relucet in alio, videt seipsum: ita p hoc, ꝙ authoritas prẹlati relucet in indulgẽtijs à se datis alijs, põt prælatus ipse participare fructum illius authoritatis suæ. Videtur ergo facere indirectè indulgentiã sibi: ad cuius rei differentiã concło dixit ly directè.

*Sup. q. 22 ar. 4. in arg. sed contra. *Vt ibidẽ dictum est.

¶PROB. 1. Quia faciendi sibi indulgẽtiam non subest causa (cũ prẹlatus ipse nõ habeat causam, vt prouocet se ad hoc, propter qđ indulgentiæ dari debent), & indulgentia debet fieri ex aliqua causa (q. 25. art. 2. in fi. corp.). Secunda autem pars, s. sed potest &c. probatur: Quia præsupponitur hoc, tanquàm patens (vt manifestat responsio ad primum.)

¶EXAM. Ly quia alijs subest causa faciendi. Quasi dicat textus. Non est eadem ratio de facere indulgẽtias alijs, & facere sibi. Nam, ꝙ quis faciat eã sibi, non subest causa; quòd verò faciat alijs subest causa. Patet ergo: ꝙ ly quia alijs subest causa faciendi, non sunt verba probantia, quod aliquis possit vti indulgentia data alijs (vt prima facie videtur): sed sunt verba ostendentia, non esse simile de facere indulgentiam alijs & sibi.

¶Ly Prælatus non habet causam, vt prouocet se ad hoc &c. Lege totum textum: & caue, nè sensum falsum pro vero inde accipias. Loquitur siquidem tex. hic de habere causam prouocandi ad aliquẽ actum &c. per aliquid iurisditionis ecclesiasticæ: non autem per aliquid ad personã suam priuatam pertinens. Sciendum igitur, ꝙ vltimo modo habet causam maxime prælatus (cũ quanto in gradu superiori, tanto in periculo maiori, versetur) semetipsum excitandi, seu prouocandi ad actus illos bonos. Patet quoque id ab exemplo: quoniam prælati doctissimi simul & sanctissimi (vt Greg. primus, & Aug.) per actus proprios ad priuatam suam personam pertinentes prouocarunt se, & non semel, ad actus in honorem Dei, vtilitatẽq; Ecclesię vergentes, puta per orationes, prædicationes, lectiones, &c. Quòd si dicatur; Prælato commissa est cura ecclesiæ vtilitatis propagandæ & honoris diuini propagandi, & ideo non habet causam vt prouocet se ad huiuscemodi actus: aduerte, ꝙ nimis erratur, cum oppositum concludendũ sit. Nam ex eo, ꝙ prælato commissa est cura illa, sequitur: ꝙ ipse prouocandi se sic ad tales actus habet causam; & maiorem sane, quàm subditi: tum quia debet dare bonum exemplum illis, tum quia debet esse sanctior vniuersis. Nisi verò se in talibus actibus exerceat, neutrum horum efficient, quoniã homo est, & natura hominis. nisi semper prouocetur ad bonũ, profluit in malum. Cæterum prælatus non habet causam prouocãdi se ad actum bonũ per aliquid iurisditionis ecclesiasticæ à se in semetipsum. Nõ.n. prælatus seipsum potest vel à peccatis, vel à censuris absoluere; aut aliã iurisditionem in se exercere (vt suprà q. 22. articu. 4. patet), & consequenter non potest per hanc viã prouocare semetipsum ad actus bonos in honorem Dei & Ecclesiæ vtilitatem vergentes: ad quos tñ põt per eandẽ viam prouocare alios. Et quare? Rñdet ex tex. quia prælato cura Ecclesiæ propagãdæ per iurisditionẽ commissa est, & non sui. Et ideo dicitur & habere causam ad hoc, vt pouocet subditos per iurisditionẽ sibi collatã ad aliquem actũ in Ecclesiæ vtilitatẽ, honorẽq; Dei vergentẽ: & non habere causam, vt prouocet se ad hoc, i. ad talẽ actũ per iurisditionẽ illam suam. Sic ergo ẽm planissimã cõsequentiam concludendũ restat (vt concludit) ꝙ, cũ facere indulgentiã sit actus iurisdõnis, prælatus non potest sibimet facere indulgentiam.

¶COROLL. Ergo potest prælatus, imò & debet prouocare seipsum ad hoc opus bonũ, s. ad quærendam remissionem suorũ delictorum (vt patet): sed non potest prouocare se ad hoc, ex suæ iurisdõnis vsu in seipsum. Et sic intendit tex. per ly non habet causam, vt seipsum prouocet ad hoc. Adeo ꝙ per ly hoc (vbi tota difficultas consistit) non intelligit S. Thom. opus bonũ præcisè (vt superficietenus vr̃): sed opus bonũ proueniens ex vsu iurisditionis suæ in seipsum. Ad cuius intelligentiã aperiendam prædixerat in maiori textus, ꝙ aliquis per indulgentiã prouocatur ad actum bonũ; & non dixit absolute, ꝙ indulgentia debet ex aliqua causa dari ad hoc, ꝙ aliquis prouocetur ad actum bonum. Quare apposuit expresse ly per indulgentiam? Certè poterat facillime (vt patet) ex contextu subintelligi: & D. Tho. magnæ, pro more suo, studebat breuitati. Dicendum ergo, ꝙ apposuit vigilanter expresè ly per indulgentiam: vt scires, quid postea referendum in minori esset per ly ad hoc. Quasi per appositionem talem tibi tacitè dixerit. Cum veneris ad minorem, & ibi videris ly ad hoc, tu referes illud ad actum aliquem per indulgentiam (quod est iurisditio prælati) factum in honorem Dei & vtilitatem Ecclesiæ: non autem referes illud ad actum aliquem factum in honorem Dei, & vtilitatem Ecclesiæ, dimittendo ly per indulgentiam (id est iurisditionem prælati). Sic enim & diceres omnino falsum (vt suprà in exam. patuit): & non referres totum medium in propositione maiori positum.

I^m maior. Nullus in seipsum potest exercere ea, quę sunt iurisditionis. ℞. Potest tamen vti eis, quæ authoritate iurisditionis dat alijs. §. Vt patet in textu ab exemplo de sacerdote

dote Eucharistiam administrante. Tunc nihil &c. Nam, quando indulgentijs datis alijs vtitur, non exercet iurisditionem in seipsum: sed accipit effectum indulgentiæ datæ, qui effectus est remissio pœnæ.

¶Corell. Negare ergo, quòd prælatus possit vti indulgentijs à se datis esset negare ipsum posse recipere effectum indulgentiarum illarum: quod clarè apparet falsum per hoc, ꝙ dare indulgētiam, & recipere effectum indulgentiæ est valde differens. Ex eo.n. quòd nullus habet iurisditionem super se, prouenit; quòd non potest sibiipsi dare indulgentiam: ex eo autem, ꝙ indiget remissione pœnæ, fit, quòd potest recipere effectum indulgentiæ. Ex diuersis verò causis eundem effectum velle producere, non est bene consonum. Et ideo stat; ꝙ ex ista causa, qua nullus habet iurisditionem super se, non sequatur, quòd non possit vti indulgentijs à se datis; sicut ex ea sequebatur, quòd non poterat sibiipsi facere indulgentias. Rursus. Eadem ratione stat: ꝙ ex illa causa, qua est indigens remissione pœnæ, non sequitur, quòd possit sibi facere indulgentias, sicut ex eadem sequebatur, quòd poterat vti indulgentijs ipsis.

* In corp. art.

missio pœnæ per indulgentiam, & non iurisditionis.

Ad secvndvm patet solutio ex dictis.*

Ad tertivm dicendum, ꝙ excōicatio profertur per modū sententiæ, quam nullus in seipsum ferre potest, eo ꝙ in iudicio non potest idē esse iudex, & reus. Indulgētia autem non per modum sententiæ; sed per modū dispensationis cuiusdā, quam homo potest facere ad seipsum.

## 2^m de antecedente.

Secundum hoc ille, qui facit indulgentiā, posset pro aliquo modico facto sibi pœnam remittere omnium peccatorum. ℞. Negatur hæc. §. Dictum est enim hic, quòd requiritur causa, ad dandum indulgentias: & ar. 2. quòd requiritur tum esse in charitate (quod nullus scit pro certo), tum seruare ea, quæ pro indulgentijs indicuntur, ad recipiendum illas. Ex consequenti igitur non pro modico facto pęna remittitur prælato: etiam si (vt verum est) possit vti indulgentijs à se datis alijs.

¶Not. Adde; ꝙ si quis, nedum prælatus, sciens indulgentias fore largiendas, siue à se, siue ab alijs prælatis, peccaret sub spe recipiendi postmodum veniam per illas, sæpenumero falleretur: tum quia intentio dantium indulgentias non est, vt aliquis sic abutatur illis, tum quia spes illa sua fieret quodammodo illi in peccatum, inquantum liberius peccandi fomentum subministraret. Quòd autem intentio dantium indulgentias non sit, vt quis sub spe illarum delinquat, patet: quia in multis indulgentijs (quasi per has detur forma intelligendi sic omnes alias) exprimitur manifestè, ꝙ si quis sub spe veniæ illarum peccauerint, tunc ei indultum tale non proderit. Id quod à simili videtur innuere voluisse Concil. Cabilon. 2. cap. 36. vbi dicit. Quidam ex industria peccantes propter eleemosynarum largitionē, quandam sibi promittunt impunitatem. Eleemosyna extinguit peccata; sed ea q̄ aut necessitate, aut casu, aut qualibet fiunt fragilitate: ea verò, quæ ex industria, aut cuiuslibet libidinis explendæ causa iccirco fiunt, vt eleemosynis redimantur, nequaquam eis redimi possunt: quia, qui hoc perpetrant, videntur Deum mercede conducere, vt eis impunè peccare liceat. Non ergo quis iccirco peccare debet, vt eleemosynā faciat: sed ideo eleemosynā facere debet, quia peccauit. Hæc ibi. Dic ergo tu ex illo Concilio ad propositū: & ꝙ peccans sub spe indulgentiarum, vř Deum mercede conducere velle, vt impunè peccet. (Quapropter illi non proderunt indulgentiæ ipsæ): & quòd quis peccare non debet, vt indulgentias recipiat, sed ideo indulgentias debet recipere, quia peccauit.

Memoranda, pro venia, vel nō venia peccatorū, verba Concilij.

* Suprà q. 22. art. 4.

## 3^m de maiori.

Eiusdem potestatis. ℞. Diuerso modo exercitæ: non, eodem modo. §. Tunc &c. vt patet in tex. Nam vnus & idē potest & dispēsare aliquid alijs, & ipsa re dispēsata vti; sed vnus & idē non pōt esse iudex & reus: & consequenter, ꝙ fit per modum dispensationis, potest venire in vsum illius qui dispensat, quod verò fit per modū sententiæ iurisditionalis, non potest cadere super ipsum ferentem sententiam.

### APPENDIX.

Ex art. habes primò: quomodo per S. Th. ostendas, meritò insinuatū esse à Papa Bonifacio VIII. ꝙ superior & non pōt sibi indulgentiā facere, & pōt vti indulgentia à seipso alijs cōcessa. Hoc autē tunc ab eo insinuatū est, quando de reg. iur. in 6. 45. reg. dixit. Inspicimus in obscuris, quod est verisimilius: vel, quod plerūq; fieri consueuit. Hæc ibi. Quis autē nesciat; esse verisimilius, ꝙ quis non possit sibiipsi facere indulgentias, quando in semetipsum non habet iurisditionē? Vide q. 22. art. 4. Quis etiā nesciat: id (ꝙ. s. quis sibiipsi fecerit indulgentias) nec plerūque factum, imò nec vnq̄ fieri consuetum? Quòd verò indulgentijs à se datis alijs possit quis vti: scimus esse consuetū, nostrisq; tēporibus & a Romanis & ab alienigenis sæpe visum; quod sanctæ memoriæ Pius V. ordinis Prædicatorū indulgentijs à seipso collatis ecclesias visitando vtebatur, quibus & alijs, suis orationibus Rempub. Christianam è faucibus Turcarum 1571. (Deo duce) mirabiliter liberauit: ac de hoste prostrato mirabilius triūphauit. Nec debet ex eo, ꝙ non possunt sibi indulgentias prælati facere, inferri, quod eis à se datis nō possint vti, quoniā huic deductioni obstare se innuit Bonifacius idem: quando per 37. regulam iuris inquit: Vtile, non debet per inutile vitiari. Hæc ibi suprà. Vtilitas ergo, quæ ex indulgentijs prouenit, non debet in dispendiū negatiuū prælatorum vitiari per hoc, ꝙ ipsi sibi inutiliter. i. nequaquam, possunt facere indulgentias. Secundò habes, quomodo per S. Thomam antedicta Bonifacij, pro quanto prælatos sibi negat posse facere indulgentias, ijsque datis alijs posse vti affirmat, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides, quomodo vicissim ex ijs Thomistica doctrina præsens, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Pius V. Pōt. Max.

2

3

---

## QVÆST. LIX. Aliàs 28.

*De solemni ritu pęnitentiæ, in tres articulos diuisa.*

Consequenter considerandum est de solemni ritu pœnitentiæ.

Circa quod tria quæruntur.

¶ Primò, Vtrum aliqua pœnitentia possit publicari, vel solemnizari.

¶ Secundò, Vtrum solemnis pœnitentia possit iterari.

¶ Tertiò, Vtrum publica sit pœnitentia imponenda.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum aliqua pœnitentia debeat publicari vel solemnizari.*

Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd non debeat aliqua pœnitentia publicari vel solemnizari,* quia non licet sacerdoti etiā metu peccatum alicuius confiteri, quantumcūque publicū: sed per pęnitentiā solemnem publicatur peccatum. ergo non debet solemnizari.

¶ 2 Præterea. Iudicium esse secundum conditionem fori: sed pęnitentia est quoddam iudicium quod in foro occultè agitur. ergo non debet publicari vel solemnizari.

¶ 3 Præt. Omnes defectus pęnitentiæ reuocat ad perfectū, vt Ambr.* dicit, sed solēnizatio facit contrariū: quia pœnitentem multis defectibus innectit, non enim laicus potest post solemnem pœnitentiam ad clericatum promoueri, nec clericus ad superiores ordines. ergo pœnitentia non est solemnizanda.

Sed contra. Pœnitentia est quoddam sacramentum: sed in quolibet sacramento solēnitas quædam adhibetur. ergo & in pœnitentia adhiberi debet.

¶ Præt. Medicina debet respondere morbo, sed peccatum quandoque est publi-

### SVPER Q. LIX. Aliàs 28. Art. 1.

Conci. Aliqua pœnitentia debet esse publica, & solemnis.

¶ Prob. Quia 1. publicum, & 2. grauissimū scelus, & 3. terror alijs incutiendus, & 4 leuamen a desperatione grauium peccatorum, hoc requirit (vt de his omnibus per ordinem in textu patet).

¶ Not. Ex primo medio probationis dicas; peccatū esse morbum, ex quo pœnitentia est medicina: & pęnitentiā esse aliquid s̄m se amarum, ex quo illa est medicina. Ex secundo medio dicas, ꝙ multa misericordia simul, & iustitia fit peccatori; dum confusione in præsenti sęculo punitur. Iustitia quidem, quia redditur ei quod meretur: Misericordia verò, quia pœna minori (hæc est sęculi præsentis) recompensatur maior (hæc est purgatorij pœna). Ex tertio medio dicas; ꝙ si publicę pęnitentiæ canonum peccatorib. assignatæ infligeretur pro diuersitate criminū; tūc non tot à multis passim tantæque blasphemiæ, homicidia, omnis ferè generis impudicitiæ, ac cætera huiusmodi absq; fręno, & (quod peius est) quasi per risum cōmitterentur, & tandem ex his veluti vijs ad tantum malū proportionatis non caderetur in hęresim. Rursus. Ex multiplicatione tot criminū propter totalem publicæ pęnitentię absentiā commissorum, agnosce ceu ab oppositis: verum sit illud tertiū medium, scilicet ꝙ talis pœnitentia sit alijs ad terrorem. Cōfirmatur à Papa Gelasio vniuersaliter hoc in Decretis, 2. q. 7. quapropter. Transgressionis altio fiat cæteris interdictio delinquendi. Hæc ibi. Ex quo patet, ꝙ pœna vnius debet esse emendatio alterius: vt insinuatur in litera præsenti. Ex quo etiam discurre in contrarium: vt suprà.

108

*S. Tho. in 4. d. 14. q. 1. art. 5. q. 1. & seq.

*q. 11. ara.

* Id habēt Aug. lib. 3. hypogno. amendi illius, to. 7.

vt suprà. Ex quarto demum medio dicas; q videntes pœnitentiam fieri de magnis peccatis inferunt intra se, q de huiusmodi peccatis potest esse spes veniæ. Et hinc rursus dicas; q nulli quantumcúque magno peccatori, denegatur pęnitentia, quia de nullo est desperandum. Si.n.de illo desperaretur, q.f. posset peruenire ad remissionē tantorum suorum scelerum: tunc pœnitentia ei pro remedio non taxaretur.

* De pęn. dis.1. c.86. post med. & li.5. decre.tit.38. c.1.

1[m] minor. Per pęnitentiam solẽnem publicat peccatum. ℞. Negat illa. §. Loquendo s.de publicatione peccati cōtra sigillum cōfessionis, q. 1. art. 1. dictum existente. Non.n.sacerdos reuelat confessionē talem pęnitentiā iniungendo, quãuis &c. vt in tex. Dixi ly loquendo de reuelatione contra sigillum, quia si publicatur specialiter peccatum, publicatur ab eo qui talem pœnitentiam agit: ex eo q peccatum illius antea fuit publicè factum.

¶Coroll. Ex responsione ergo elicias; q peccatū siue fit antea secrete factum, siue publice, nunq̃ à sacerdote talē pęnitētiam iniungente manifestat specialiter. Non primum, tum quia suspicio nō est sufficiens causa ad manifestãdum illud; tū quia ex effectu viso, qui à diuersis causis procedere pōt, non licet pro certo inferre vnā illarū causarū determinate. Modò, pęnitentia à causis diuersis procedere pōt: puta à voluntaria ex se solo assumptione; & hoc vel propter expiandū peccatū commissum aut à se aut ab alio factū; vel propter excitandum cor proximorum, aut ad fugiendū peccata tanq̃ pęnam grandem secum trahētia, aut ad diligendū magis Deum; proq; eius amore honores mundi, seu vilipensiones contemnendū, (sicut in seipso publice pęnitente vident); vel propter maius meritū ob suam illam humiliationē apud Deum acquirendū; vel propter configurandū se practicaliter Christo Domino, qui tantas ob nostri amorē sępenumero libentissimè pertulit ignominias, contumelias, variją; generis confusiones. Cum igitur pęnitentia huius hominis publica, q̃ video, (etiam q esset illa cum omnib. suis exteriorib. conditionibus, quæ à sacris canonib. pro tali vel tali crimine statuta est) ex causis prædictis, atq; alijs multis procedere possit: non possum ego iure dicere, q per hanc pęnitentiam etiā millies visam reuelata sit mihi huius hominis confessio, vel peccatum à confessario illius. Quod si dixero, nescio quid dicam: quoniam scire est rem per causam cognoscere (.i.secundùm Philos. Poster. ) & huius pœnitentiæ quæ nam sit causa, determinata nescio (vt ex dictis nunc cuilibet, vel mediocriter, intelligenti patet).

2[m] de maiori. Iudicium. ℞. Quantū ad iniunctionem: non semper, quãtum ad executionem. §. Tunc nihil &c. Nam pęnitentia solemnis quantum ad &c. vt in textu.

3[m] ex Ambrosio. Reuocat ad perfectū. ℞. Restituendo in pristinā gratiā: non semper, in pristinā dignitatem. §. Tunc &c. Nam q laicus post pęnitentiā solemnem non possit ad clericatū promoueri, nec clericus ad superiores ordines pertinet ad dignitatē ecclesiasticā: & consequenter non infringit propositū Ambrosij; quod est de restitutione in gratiā Dei.

¶Not. Laicū post pęnitentiā solẽnẽ non posse promoueri ad ordines etiā minores: dicit Concil. Nicęnum, & Siricius Papa: vt recitat in Decr. dist. 50. canones, & c. illud. Quòd aūt dispensatiuè possit ad minores tm̃; dicit Concil. Toletanū ibi. c. placuit. Quòd clericus nō ad superiores; Concil. Hilerdēse, ibi. ca. hi qui altario. Quòd Eps tales ordinans priuetur, (vt in tex.) dicit Concil. Carthag. ibi c. ex pęnitentib. Quòd post pęnitentiā de fornicatione non velentur; dicit (à fortiori) Papa Leo, vt recitatur ibi 32. quæst. 5. c. illæ.

publicum, quod multos ad exemplū peccandi trahit. ergo & * pœnitentia, quę est medicina eius, debet esse publica, & solemnis, qua multi ædificentur.

Resp. Dicendum, quòd aliqua pœnitentia debet esse publica, & solemnis propter quatuor. Primo, vt peccatum publicum publicam habeat medicinam. Secundo, quia maxima confusione in hoc mundo etiā est dignus, qui grauissimum scelus commisit. Tertio, vt aliis sit ad terrorem. Quarto, vt sit ad exemplum pęnitendis, ne desperent, qui in grauibus peccatis detinentur.

Ad primum ergo dicendum, q sacerdos non reuelat confessionē talem pœnitentiam iniungendo, q̃uis suspicio oriatur illum aliquod enorme peccatum commisisse. Non enim culpa pro certo scitur ex pœna, * quia quandoque aliquis pęnitentiam pro alio facit, sicut legitur in Vitis Patrum de quodam, qui vt socium suum ad pęnitentiam prouocaret, ipse cum eo pęnitentiam egit: Si autem sit peccatum publicum, ipse pęnitens exequendo pœnitentiam, cōfessionem à se factam manifestat.

* Suprà q. 13. art. 2.

Ad secundum dicendum, q pœnitentia solemnis, quantū ad iniunctionem, non exit forum occultum, quia sicut occultè quis confitetur, ita occultè ei pœnitentia iniungitur, sed executio exit forum occultum, & hoc non est inconueniens.

Ad tertium dicendū, quòd pœnitentia quamuis reuocet omnes defectus restituendo in pristinā gratiam, non tamen restituit in pristinam dignitatem: & ideo etiam mulieres post peractam pœnitentiam de fornicatione non velantur, quia dignitatem virginitatis non recuperant. Et similiter post publicam pęnitentiam peccator non redit ad hãc dignitatem, vt possit ad clericatum assumi, & Episcopus talem ordinãs potestate ordinandi priuari debet, * nisi forte necessitas Ecclesiæ id exposcat, aut consuetudo, tunc enim dispensatiuè recipitur ad minores, non autem ad sacros. Primo, propter dignitatem ordinum istorum. Secundo, propter timorem recidiui. Tertio, propter scandalum vitandum, quod posset in populo oriri ex memoria præcedentium peccatorum. Quarto, quia non haberet frontem alios corrigendi, cum peccatum eius fuerit publicum.

* Aug. ep. 50. ad Bonifac. & hr in decr. d. 50. ca. 59. 26. & ibi. c. 56. & 61. & in Cōc. Cartha. 4. c. 68. & in Cōc. Agathen. c. 29. Habet in Cōc. Tol. 2. c. 2. & in decr. d. 50. c. 70.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. habes primò: quomodo per rationē interimas à fortiori errorem Catharorum (vt refert Card. Turrecrem. de Ecclesia lib. 4. c. 35.) dicentium, q non est pęnitendū de peccatis. Adeo enim est de peccatis pęnitendum: vt etiā (si opus sit) pęnitentia solemnis & publica non recusetur de illis, secundum articulum præsentem. Secundò habes: quomodo per rationē ostendas; ipsum meritò dam nari à &c. vt suprà q. 15. art. 2. & q. 16. art. 1. append. Item à Concilijs omnibus, qui de pęnitentia publica tractarunt illam approbando: vt sunt sequentia. Scilicet Concil. Rhemense ca. 31. vt discretio seruãda sit inter pœnitentes, qui publice, & qui absconse pœnitere debent. Hæc ibi. Itē Concil. Maguntinum secundum, ca. 31. Modus tem pusq; pęnitētię peccata sua confitentibus, &cęt. Qui publice peccat, oportet, vt publica mulctetur pęnitentia; & sm ordinem canonum pro merito suo, & excōmunicetur, & recōcilietur. Pęnitentes vero non tā expletionem constituti temporis, quam facinoris remissionem desiderent; nec eis sufficiat si à quorundam rerū perceptionibus abstineant, nisi se etiā à noxijs delectationibus subtrahant; declinantes autē à malo faciant bonum, inquirant pacem, ac sequãtur illam. Hæc ibi. Itē Concil. Toletanum primū, qui sint pęnitentes huiusmodi, ostendens c. 2. dicit. Eum verò pœnitentē dicimus, qui post baptismum, aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, grauissimisque peccatis publicam pœnitentiam gerens, sub concilio diuino fuerit reconciliatus altario. Hæc ibi. Item à Clemente primo lib. secundo Constitutionum Apostolicarum cap. 42. Pœnitentes, quousque pœnitentiæ fructum non ostenderint permittimus ecclesiam ingredi, quo verbum audientes funditus non intereant; non habeant autem communionem orationis, sed discedant post lectionem legis Prophetarum & Euangelij, vt per discessum meliores euadant in vitæ consuetudine, studentes ad conuentus quotidie venire, & precibus operam dare, quò & ipsi recipi valeant, & ij qui vident compungantur, cautioresque fiant verentes, ne in similia incidant. Hæc ibi. Ecce: quòd à tempore Apostolorum incœpit ritus pœnitentiæ publicæ, & ad sui met peccatoris recognitionem, & ad aliorum terrorem. Item Concilium Turonicum primum cap. 8. Si quis verò post acceptam pœnitentiam, sicut canis ad vomitum, ita ad sęculares illecebras, derelicta pœnitentia, fuerit reuersus, à communione Ecclesiæ, vel à contuitu fidelium extraneus habeatur: quò facilius & ipse compunctionem per hanc confusionem accipiat, & alij eius terreantur exemplo. Hæc ibi. Ecce: quòd duplex bonum operatur pęnitentia publica. Item Concilium Cabilonense secundum, volens publicam pœnitentiam iam obliteratam renouare, cap. 25. ait: Pœnitentiam agere iuxta antiquam canonum constitutionem in plerisque locis ab vsu recessit; & neque excommunicandi, neque reconciliandi antiqui moris ordo seruatur: impetretur adiutorium à Domino Imperatore, qualiter si quis; publicè peccat, publica mulctetur pœnitentia; & secundum ordinem canonum pro merito suo excommunicetur, & reconcilietur. Hæc ibi. Item Concilium Tridentinum eandem volens in vsum reducere, sess. 24. cap. de reformat. 8. ait: Apostolus monet, publicè peccantes palàm esse corripiendos. Quando igitur ab aliquo publice, & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, vnde alios scandalo offensos, commotosq; fuisse non sit dubitandum; huic condignam pro modo culpę pœnitentiam publicè iniungi oportet: vt quos exemplo suo ad malos mores prouocauit, suæ emendationis testimonio ad rectam reuocet vitam. Hæc ibi. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas, prędicta Patrum, ac Apostoli dicta, pro quanto pœnitentiam publicam approbant dari, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

De pœnitentia publica, eiusque maxima vtilitate.

SVPER

## ARTICVLVS II.

*Vtrum solemnis pœnitentia iterari possit.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd solemnis pœnitentia iterari possit. Sacramenta enim, quæ characterem non imprimunt, cum sua solemnitate iterantur, * sicut Eucharistia, & extrema vnctio, & huiusmodi, sed pœnitentia non imprimit characterem. ergo cum solemnitate iterari debet.

* 3.p.q.80. a r.10.

¶ 2 Præterea. Pœnitentia solemnizatur propter grauitatem, & manifestationem peccati, sed post peractã pœnitentiam contingit similia peccata committere, vel etiam grauiora. ergo solemnis pœnitentia iterum debet adhiberi.

SED CONTRA. Solemnis pœnitentia significat eiectionem primi hominis de Paradiso, sed hæc tãtum semel est facta. ergo & pœnitentia solemnis tantum semel debet fieri.

RESP. Dicendum, quod solẽnis pœnitentia iterari non debet propter tria. * Primo, ne ex iteratione vilescat. Secũdo, propter significationẽ,* quia est figura expulsionis hominis de paradiso, quæ semel est tantũ facta. Tertio, quia solẽnizatio est quasi quædã professio perpetuo pœnitentiam conseruandi, & iteratio solemnitati resistit. Si tamen postmodum peccauerit, non clauditur ei locus pœnitentiæ, sed pœnitentia solemnis iterum ei iniungenda non est.

* Aug. ep. 54. ad Maced. to. 2. & hr̃ de pœn. dis. 3. c. 22. & 4. sent. d. 14. §. B. & in Decr. d. 50. c. 63.

* Decr. d. 50. cap. 65. 109.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in illis sacramentis, in quibus solemnitas operatur, iteratio solemnitati non repugnat, vt est in proposito, & ideo non est simile.

AD SECVNDVM dicendum, quod quamuis ratione criminis deberetur sibi eadem pœnitentia, tamen solemnitatis iteratio non competit propter prædictas * causas.

* In corpo. huius art.

SVPER QVAEST. LIX. Aliàs 28. ART. II.

CONCL. Solemnis pœnitentia iterari non debet.

¶ PROB. Quia & timor 1. ne vilescat, & 2. figura expulsionis de paradiso, & 3. solemnizationis significatio; id ostendit (vt de his tribus per ordinem patet in textu).

¶ NOT. Quòd solemnizatio, significat quandam perpetuitatẽ conseruandi id, quod solẽnizatur, patet per hoc: quod votum solẽne nec in ordine sacro; nec in monachatu iteratur. In ordine. n. sacro emittitur votum castitatis, sicut & in professione monachorum: & vtrumque quia perpetuũ est, modo dicto, nũquàm reiteratur. Licet. n. aliquis clericus vel monachus post votũ huiusmodi peccet aliquã, non tamen ab hoc solẽne illud votũ reiterat: quãuis de fractione voti doleat, & votum ipsum aliquando solitarie confirmet.

109

¶ CONCL. 2. Ei qui pœnitentiam solemnem egit, si aliquando peccet peccato, cui pœnitentia solemnis debeatur, non clauditur locus pœnitẽtiæ: sed pœnitentia solemnis iterum ei iniungenda non est.

¶ NOT. Vide; quam sit simile, quod dicitur nunc de pœnitentia solemni ad id, quod in not. præmissa dicebatur de voto solemni. Sicut enim illi transgredienti votum castitatis non iniungebatur iterum necessitas ad emittendum votum solemne, sed sufficiebat pœnitentia priuatim facta: ita huic, qui iam pœnitẽtiam solemnem egit propter peccatum nouum eiusdem ponderis non denuo imponitur solemnitas pœnitentiæ, sed sufficit priuata.

¶ PROB. Quia hoc, tanquàm clarum, supponitur.

¶ NOT. Quod merito præsupponatur pars anterior conclusionis patuit multotiens ex supradictis; vbi ostensum est; quod quãdiu homo viuit, potest agere pœnitentiam de peccato suo; nec de vllo peccatore vnquàm desperandum. Et hoc est; quod in tex. dicitur ly non clauditur ei locus pœnitentiæ. Quod autem posterior pars merito supponatur, patet ex probatione conclusionis primæ.

1m de maiori. Cum sua solẽnitate iterantur. ℞. Iteratione non repugnante solẽnitati: non aũt iteratione repugnante solẽnitati §. Tunc &c. Nam licet pœnitentia non imprimat characterẽ, & consequenter rõne characteris nõ possit impediri, quin solẽnis pœnitentia iteretur: tñ iteratio repugnat eius solẽnitati, & ideo ratione hac impeditur, ne possit iterari. Peccat ergo argũ. fallacia s̃m non causam vt causam: qĩn arbitrari se ostendit, causam non reiterationis pœnitentiæ cum solemnitate sua esse characterem aliquem impressum; & tamen vera huius causa non ille, sed repugnantia talis iterationis ad solẽnitatem, est. Talis, inquàm, iterationis: quoniã non omnis iteratio repugnat solẽnitati. Nam (vt in textu dr̃) in sacramentis illis, in quibus solẽnitas operat̃, i. in quibus nos operamur solemnitatem, iteratio solẽnitati non repugnat.

¶ NOT. Quid sit solemnitas, quæ iterationi repugnat, & quę iterationi non repugnat; accipere potes ex corpore articuli, vbi dr̃ ly tertiò, quia solẽnizatio &c. & vtrãque diffinire sic. Solemnizatio iterationi repugnans est illa; quæ est quasi quædã professio conseruãdi perpetuò aliquid. Item solemnizatio iterationi nõ repugnãs est illa; quæ non adhibetur ad significandum professionem conseruandi perpetuò aliquid, sed ad aliquem alium finem. Hinc votum in professione religionis emissum dicis esse solemne, ita quod non debet reiterari: & processionem trium millium concursu populorum, cũ totidem luminarib. accensis, maximo clero, diuinis laudibus modulatissimè resonantibus, in associando supremum omnium sacramentorum factam dicis esse solẽnem; ita quod reiterari debeat, si inspiciatur ad extrinsecam solemnizationem; vtiq; maior est hæc secũda; ratione numeri tùm populorum, tùm luminũ, tùm clericorũ, tùm laudũ diuinarum: & ideo minus iterabilis videbit̃ ex hoc, quàm illa prima. Si verò inspiciatur ad diffinitionem præmissam solẽnitatis, totũ oppositum dicet̃. Quare? Quia solẽnitas, quæ in voto religionis attenditur, est quædam professio cõseruãdi perpetuò aliquid... illud; quod tunc seruandum promittitur, solẽnitas verò illa, quæ diuinissimo altaris sacramento adhibet̃, est quoddã protestatiuũ magnitudinis incomprehẽsibilis rei, quę ibi realiter existit, nostręq; reuerentiæ ac deuotionis erga tantam rem excitatiuum; Et ad hunc duplicem finem subordinatur, quorũ neuter iterationi repugnat; immo vterque laudabiliter iteratur. Nec obstat; quod fides nostra de realissima Christi existentia in hoc sacramento, nostraque deuotio ac reuerentia ad ipsum debeãt perpetuò conseruari: qm̃ in diffinitionibus solemnitatis iam dictis, formaliter & præcisè sistendum est, si differentiam vnius solemnitatis ad aliam cognoscere volumus.

2m conclusio. Ergo solemnis pœnitentia iterũ debet adhiberi. ℞. Nisi iteratio repugnaret solemnitati eius. §. Tunc nihil &c. Nam iteratio repugnat solemnitati pœnitentiæ, licet non repugnet pœnitentiæ: vide ad primum, & no. seq.

### APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationẽ ostendas meritò insinuatũ esse à Decretis dist. 50. quod pœnitentia solẽnis non est iterabilis, non solẽnis autem est. Insinuatũ est autem vtrũq; sic. Quãuis caute & subtiliter & salubriter prouisum sit; vt locus humillimę pœnitentiæ semel tantũ in ecclesia concedatur, ne medicina nimis vtilis, vilis habeatur: tñ quotidie peccantib. nunquam per pœnitentiam venia negatur. Hæc ibi. Cui dicto inferius, de pœnit. distin. 3. cap. Quãuis, adiungitur. Quis audeat dicere Deo, quare huic homini, qui post primã pœnitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterũ parcis? Hæc ibi. Ecce: quod & solẽnitas pœnitentiæ reiterabilis negatur: & pœnitentia ipsa reiterabilis affirmatur. Item insinuatũ ab eisdem, de pœnit. dist. 3. Reperiuntur, qui sæpius agendam pœnitentiã putant &c. Si vere in Christo pœnitentiam agerent, iterandã postea non putarent: quia sicut vnũ baptisma, ita & vnica pœnitentia. Verum præteriti semper nos debet pœniten. peccati. Hæc ibi. Vbi prius loquitur de solemni pœnitentia, quã iterandam negat, & à ly verũ præteriti &c. loquitur de pœnitentia sine solẽnitate, ad cuius reiterationẽ nos hortatur. Secundò habes: quomodo per rationem supradicta Decretorum, pro quanto solemnẽ pœnitentiã nolunt iterari, & declares, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hęc doctrina & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum pœnitentia solemnis sit imponenda mulieribus clericis, à quocumque simplici sacerdote.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod mulieribus non sit solemnis pœnitentia imponenda. * Quia vir, cui imponitur solemnis pœnitentia, debet comam abiicere: sed hoc non competit mulieri, vt patet ad Corinth. 2. ergo non debet agere solemnem pœnitentiam.

* Vt patet ex Concil. Agat. c. 11. & in Decr. d. 50. c. 64.

¶ 2 Item. Videtur quòd clericis sit imponenda; quia imponitur propter grauitatem delicti: sed idem peccatum grauius est in clerico, quàm in laico. ergo magis debet imponi clerico, quàm laico.

¶ 3 Item. Videtur quòd à quolibet

SVPER Q. LIX. Aliàs 28. Art. III.

CONCL. 1. Pœnitentia solemnis ab Episcopo solo imponi potest, & viris & mulieribus, sed non clericis.

110

¶ EXAM. Ly pœnitentia solẽnis. Proprie sumpta. Iste terminus sic acceptus declarat̃ à principio corporis articuli vsque inclusiuè ad ly vltima autem recõciliatio reseruatur ei. Hoc modo, s. propriè sumebatur supra art. 2. quando dicebatur, quod non poterat reiterari, & ar. 1. quando dictũ fuit, quòd aliqua pœnitentia non tantum poterat publicari, sed etiam solemnizari.

¶ Ly

sacerdote possit imponi: Quia absoluere in foro pœnitentiali est eius, qui habet claues: sed simplex sacerdos habet claues. ergo potest esse minister huiusmodi pœnitentiæ.

RESPOND. Dicendum, quòd omnis solemnis pœnitentia est publica, sed non conuertitur. Pœnitentia enim solemnis hoc modo fit.* In capite Quadragesimæ præsentant se cum presbyteris suis Episcopis ciuitatum ante fores ecclesiæ saccho induti, nudis pedibus, vultibus dimissis, coma deposita, & eis in Ecclesia introductis, Episcopus cum omni clero septem Psalmos Pęnitentiales dicit, & postmodum eis manum imponit aqua benedicta aspersa, & cinerem capitibus ponit, * cilicio colla eorum operit, & denunciat eis lachrymabiliter, quòd sicut Adam eiectus est de paradiso, ita ipsi de Ecclesia eiiciuntur, & iubet ministris vt eos ab Ecclesia pellant, clero eos prosequente cum hoc Responsorio, In sudore vultus tui, &c. In cęna autem Domini quolibet anno à suis presbyteris in Ecclesia reducuntur, & erunt ibi vsque ad octauas Paschæ, ita tamen quòd non communicabunt, nec pacem accipient, & sic fiet quolibet anno quousque aditus Ecclesiæ est eis interdictus. Vltima autem reconciliatio reseruatur Episcopo, ad quem solum spectat solemnis pœnitentiæ impositio. * Potest autem imponi viris, & mulieribus, sed non clericis, propter scandalum. Non autem talis pœnitentia debet imponi nisi pro peccato quod totam commouerit vrbem. Publica autem, & non solemnis, quæ in facie ecclesiæ fit, sed non cum solemnitate prædicta, * sicut peregrinatio per mundum cum baculo cubitali hæc potest iterari, & à simplici sacerdote iniungi, & potest etiam clerico imponi, tamen quandoque solemnis ponitur pro publica, & secundum hoc authoritates quædam variè loquuntur de solemni.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd mulier habet comam in signum subiectionis, non autem vir, & ideo non competit vt in pœnitentia mulieri comæ deponantur, sicut viro.

AD SECVNDVM dicendum, quòd quamuis in eodem genere peccati clericus plus peccet quàm laicus, tamen non iniungitur ei pœnitentia solemnis, ne ordo veniat in contemptum, vnde defertur non personæ, sed ordini.

AD TERTIVM dicendum, quòd magna peccata indigent magna cautela ad sui curationem, & ideo iniunctio pœnitentiæ solemnis, quæ non nisi pro grauissimis peccatis fit, soli Episcopo reseruatur.

QVÆ-

¶Ly viris, & mulieribus. Scilicet nec iuuenibus, nec senibus, si possibile est. Vnde in Concilio Agathensi statutum est sic. Iuuenibus pœnitentia non facile committenda est, propter ætatis fragilitatem. Hæc ibi. Et à Leone Papa: Tempora pœnitudinis &c. Pariter etiam habentes ætatis senilis intuitum. Hæc ibi, & recitantur 26. quæst. 7. ætatis. ergo in pœnitentiæ solēnis impositione habenda est ratio.

¶PROB. Quia tanquàm clarum supponitur (vide Decret. distin. 50. in capite). Secunda autē pars, scilicet sed non &c. probatur: Quia ordo clericalis veniret in contemptum.

¶CONCL. 2. Pœnitentia publica, sed non solemnis, potest iterari, & à simplici sacerdote iniungi, & potest etiam clerico imponi.

¶PROB. Quia omnia clara sunt ex differentia ad pœnitentiam solemnem (vt patet suprà).

¶NOT. Quòd pœnitentia publica sumatur quandoque pro solemni, (vt ait tex. in fi.) patet ex cap. accedentibus, de excess. prælat. Ibi enim repręhenduntur Abbates quidam à Papa: eò quòd pręsumebant iniungere pęnitentias publicas, i. solēnes. Nam munus huiusmodi, inquit, est episcopalis dignitatis.

*Al. cap.

## 1m conclusio.

Ergo non debet agere solemnem pœnitētiam. ℞. Abiecta coma: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam cum pœnitentia dicat subiectionē in pęnitente, & comæ sint datæ mulieri in signum subiectionis: meritò non debent tolli à muliere pœnitente.

¶NOT. Ante peccatum etiam mulier subiecta erat viro, cum hoc ordo naturalis importet: & ideo etiam ante peccatum comata fuit. Post peccatum verò maior subiectio ei indicta est Genes. 3. vnde conuenienter non tantum coma, quæ est velamen quoddam inhærens debetur mulieri in signum prædictæ subiectionis, sed etiā velamen extrinsecum capiti suo impositum. Et quia hanc subiectionem maximè decet mulierem confiteri ante conspectum Domini: ideo Linus ex præcepto B Petri Apostoli constituit, vt mulier velato capite in ecclesiam introiret: vt habetur ex libro Pontificali Damasi Papæ, & in 1. tomo Conciliorum.

## 2m de maiori.

Imponitur propter grauitatem debiti. ℞. Si non deferatur ordinis. §. Tunc nihil &cæt. Nam licet clerico, vt persona est priuata imponenda esset pęnitentia solemnis propter grauitatem delicti (vt arguitur): tamen ei, vt clerico, propter honorem, s. clericalis ordinis, non imponitur. Ratio huius dicitur & hic, & in probatione primæ conclusionis, quo ad secundam partem.

¶NOT. Docuit Deus talem honorem deferri debere ordini sacerdotali: quando Exo. 32. ipsum Aaron sacerdotem maximo peccato idolatrarum consentientem, & (quod plus est) vitulum conflatilem eis facientem, non puniuit punitione extrinseca (quod legatur) quali punitione castigauit sibi populum. Non enim fecit hoc Deus cum sit iustus, vt peccatum aliquod ipsius Aaron remaneret impunitum: sed vt doceret nos, quanto honore prosequi debeamus ordinem clericalem, etiam in peccatoribus magnis.

## 3m conclusio.

Ergo potest esse minister huiusmodi pęnitentiæ. ℞. Nisi propter grauissima peccata, & propter magnam cautelam ad sui curationem reseruaretur Episcopo. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu.

¶COROLL. Ergo videtur simile iudicium esse dandū, quo ad hoc de casib. reseruatis, & de pęnitentia solemni: Quis solēnis pęnitentia nunquàm soleat concedi, vt imponatur solemniter à simplici sacerdote. Imponit quidem simplex sacerdos pœnitentiam: sed solemnitas postea fit à solo Episcopo. Vnde distin. 50. dicitur ly in capite Quadragesimæ omnes pœnitentes, qui publicam suscipiunt, aut susceperunt pœnitentiam, ante fores ecclesiæ se repræsentent Episcopo. Ergo videtū hinc, quod prius à simplici sacerdote susceperint pęnitentiam, quę postmodum ab Episcopo solēnizatur.

* Vt df in Decr. dist. 50. c. 66.

### APPENDIX.

Velitas pro Eccle. S. Dei.

*In hoc & corp.

EX art. habes primò, quomodo per Sanctum Thomam à fortiori explodas errorem Pauperum de Lugduno (vt refert Summa Fratris Yconeti in Bibliotheca Vaticana manuscripta) dicentium; clericos & religiosos ecclesiæ esse Scribas, & Pharisæos Apostolorū persecutores. Hic error pro quanto clericalem ordinem inhonorat adducitur hic: & à fortiori (vt dictū est) per articulum præsentem exploditur. Adeò namque articulus præsens honorē defert clericali ordini: vt personis illius, quamquàm aliàs discolis, pœnitentiam solemnem non dari, & bonum esse dicat, & ædificatorium populi esse diffiniat. Secundò habes: quomodo per sanctum Thomam ostēdas: prędictum errorem pro quanto diximus, damnari meritò ab Exo. 32. vt suprà in not. post ad secundum. Item à Concil. Carthaginēsi. s. Confirmandū est: vt si quando presbyteri, vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos necesse sit à ministerio remoueri ad tempus, non eis manus tanquàm pœnitentibus imponatur. Hæc illud, & recitantur distin. 50. Item à Leone Papa sic. Alienum est à consuetudine Ecclesiastica: vt qui in presbyterali honore, aut diaconi gradu fuerint consecrati, hi pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi; quod sine dubio ex Apostolica traditione descendit. Hæc ille, & recitatur distinct. 17. Per manus autem impositionem tam Leo quàm Concilium intelligit pœnitentiam solemnem, iuxta quod Concilium Agathense de pœnitentia solemni cap. 11. statuit sic. Pœnitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum, & cilicium super capita sua, sicut vbique statutum est, consequantur. Hæc illud, & recitantur distinc. 50. Tertiò habes: quomodo per sanctum Thomam ostendas; meritò insinuatum esse à Concilio Neocęsariensi, quòd clericus potest agere pœnitentiam publicam, vt scilicet distinguitur contra solemnem. Insinuatum est autem hoc ab eo quando dixit, Presbyter, si vxorem duxerit, ab ordine illum deponi debere: quòd si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra ecclesiam abijci, & ad pœnitentiam inter laicos redigi oportet. Hæc illud, & recitantur distinct. 28. Item insinuatum à Concilio Martini Papæ sic. Si quis presbyter, vel diaconus propter publicam pœnitentiam à sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate die Dominica pro quadam religione ieiunauerit, sicut Manichæi: anathema sit. Hæc illud, & recitantur distinct. 30. Idem etiam insinuatum fuerat ex canone Apostolorum: vt legitur distinct. 81. cap. Si quis Episcopus. Quartò habes: quomodo per sanctum Thomam prædicta pro quanto pœnitentiam solemnem clericis dandam negant, & publicam illis infligendam pro culpis determinant, & declares, atque defendas. Quinto vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Decret. d. 52. c. 65. in fine.

SVPER

SVPER Q. LX.

Aliàs 29. Art. 1.

* Concilii Trid. sess. 14. de sacram. extr. vnct. c. 2.

COncl. Constat, quod extrema vnctio nō est sacramentale, sed sacramentum.

¶ Prob. Quia extrema vnctio non ordinatur ad aliud sacramentum, quasi ei annexum (vt patet): & sacramentale ordinatur ad aliud sacramentū, quasi ei annexū (vt exorcismus). Secunda autem pars, s. sed &c. probatur: Quia extrema vnctio pertingit ad effectum principaliter intentum in administratione sacramentorum, i. ad curationem morbi peccati (patet Iacobi 5.) & sacramentum Ecclesiæ dicitur illa actio, quæ pertingit ad curationem morbi peccati, (vt baptismus).

¶ Not. Diffinitionē vniuersaliter de quocūque sacramentali habes ex corpore. Dices ergo: quòd sacramētale est illud, quod annectitur ad sacramentum, tanquàm ordinatum ad illud.

1^m^ de maiori.

Ita. R. Quantum ad unctionem; vt unctio est: non quantum ad vnctionem attingentem ad curationē peccati. §. Tunc nihil &c. Nam oleum quo catechumeni inunguntur sua vnctione &c. vt in tex.

¶ Coroll. Ergo ex responsione hac magis confirmeris in diffinitione rerum sacramentalium; illam facilius capiendo.

2^m^ de maiori.

Sacramentorū. R. Non immediate tamē ad gloriam disponentiū. §. per eorum. s. collationē exituris mox è corpore. Tunc nihil &c. Nam extrema vnctio immediate hominem ad gloriam disponit, cum exeuntib. à corpore &c. vt in tex.

Itē de minori.

Figuram. R. Eiusdē generis: non, remotam. §. Tunc nihil &c. vt patet in tex. Vide ibi etiam responsum secundum ly quamuis per figuras remotas &c.

* Ex c. 3. eccles. hierarch.

3^m^ de maiori.

Omne sacramentum. R. Per quod innotescit dispositio hierarchiæ ecclesiasticæ: non autem, omne sacramentū absolute. §. Nam Dionysius non intendit determinare de sacris, nisi &c. vt in

* c. 2. eccl. hierarc.

Conc. Florent. super

QVÆST. LX. Aliàs 29.

*De sacramento extremæ vnctionis, * in nouem articulos diuisa.*

POST hoc considerandum est de sacramento extremæ vnctionis, quo ad essentialia, de quo quinque videnda sunt.

¶ Primò, de essentialibus ipsius, & de eius institutione.

¶ Secundò, De effectu ipsius.

¶ Tertiò, De ministro ipsius.

¶ Quartò, De eo cui conferri debet, & in qua parte.

¶ Quintò, De eius iteratione.

CIRCA primum quæruntur nouem.

¶ Primò, Vtrum extrema vnctio sit sacramentum.

¶ Secundò, Vtrum sit vnum sacramentum.

¶ Tertiò, Vtrum hoc sacramentum fuerit à Christo institutum.

¶ Quartò, Vtrum oleū oliuę sit conueniens materia huius sacramēti.

¶ Quintò, Vtrum oporteat oleum esse consecratum.

¶ Sextò, Vtrum huius sacramenti materia debeat per Episcopum consecrari.

¶ Septimò, Vtrum hoc sacramētum habeat aliquam formam.

¶ Octauò, Vtrum forma huius sacramenti debeat proferri per orationem deprecatiuam.

¶ Nonò, Vtrum prædicta oratio sit competens forma huius sacri.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum extrema vnctio sit sacramentum.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod extrema vnctio nō sit sacramentū, quia sicut oleum assumitur ad infirmos, ita ad catechumenos, sed vnctio, quæ fit oleo ad catechumenos non est sacramētum. ergo nec extrema vnctio, quę fit oleo ad infirmos.

¶ 2 Præterea. Sacramenta veteris legis fuerunt signa sacramentorum nouæ legis, sed extrema vnctio non habuit aliquam figuram in veteri lege. ergo non est sacramentum nouæ legis.

¶ 3 Præterea. Secundum Dionysium, * omne sacramentum, vel ad purgandum est, vel ad illuminandum, vel ad perficiendum, sed extrema vnctio non ponitur nec ad purgandum, nec ad illuminandum, quia hoc soli baptismo attribuitur, nec ad perficiendum, quia hoc secundùm ipsum Dionys. * pertinet ad Chrisma & Eucharistiam. ergo extrema vnctio non est sacramentum.

SED CONTRA. Sacramenta Ecclesiæ, sufficienter subueniunt defectibus hominum secundum quemlibet statum: sed exeūtibus non subuenit aliud quàm extrema vnctio. ergo ipsa est sacramentum.

¶ Pręt. Sacramenta nihil aliud sunt, quàm quædam spirituales medicinæ, sed extrema vnctio est quædam spiritualis medicina, quia valet ad remissionē peccatorum, vt habetur Iacobi 5. ergo est sacramentum.

RESP. Dicendum, quòd in his, quę Ecclesia visibiliter operatur, quędam sunt sacramenta, vt baptismus, quædam sacramentalia, vt exorcismus, quorum est hæc differentia, quia sacramentum dicitur illa actio Ecclesiæ, quæ attingit ad effectum principaliter intentum in administratione sacramentorum, sed sacramentale dicitur illa actio, quæ quāuis non pertingat ad illū effectum, tamen ordinatur aliquo modo ad illam actionem principalem: effectus autem intentus in administratione sacramentorū est curatio morbi peccati, Isa. 27. Hic est omnis fructus vt tollatur peccatum. Et ideo cum ad hunc prędictum effectum pertingat extrema vnctio, vt ex verbis Iacobi patet, nec ordinetur ad aliud sacramentum quasi ei annexum, constat quòd extrema vnctio non est sacramentale, sed sacramentum. *

AD PRIMVM ergo dicendū, quod oleū quo catechumeni inunguntur sua vnctione, nō perducit ad peccati remissionem, quia hoc ad baptismū pertinet, sed aliquo modo ad baptismū disponitur: ideo nō est sacramen tum illa vnctio sicut vnctio extrema.

AD SECVNDVM dicendum, quod hoc sacramentum immediatè hominem ad gloriā disponit, cum exeuntibus à corpore detur: & quia in veteri lege nō erat tempus adhuc perueniendi ad gloriam, quia neminem ad perfectum adduxit lex: * ideo illud sacramentum præfigurari nō debuit per aliquod sacramentum sibi respondens, sicut per figuram eiusdem generis: quamuis per figuras remotas aliquo modo figuratum sit in omnibus curationibus, quæ leguntur in veteri lege. *

AD TERTIVM dicēdum, quòd Dionysius non facit aliquam mentionem de extrema vnctione, sicut nec de pœnitentia, nec de matrimonio, quia ipse non intendit determinare de sacramentis, nisi quatenus per ea innotescere potest Ecclesiasticæ hierarchiæ ordinata dispositio, quantum ad ministros, & actiones ministrorum, & recipientes: tamen cum per extremam vnctionem aliquis consequatur gratiam, & remissionem peccatorum, nō est dubium quòd habet vim illuminatiuam, & purgatiuam, sicut Baptismus, quamuis non ita plenam.

in tex. Tūc &c. vt patet.

Item pars minoris.

Extrema vnctio non ponitur nec ad purgādum, nec ad illuminandū. R. Ita plenè sicut baptismus: non autem absolute. §. Tunc nihil &c. Nō enim intendit conclusio innuere, quòd extrema vnctio ex eo, quod est sacramentū purget, & illuminet ita plenè sicut baptismus: sed sufficit illi quòd ex eo quod est sacramentū, purget, & illuminet absolute; conferendo scilicet gratiam, qua peccati morbus tollitur.

vnione Iacobinorum & Armenorum in doct. de sacram. & in Decr. d. 95 c. 3.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Albanensiū dicentium; vnctionis extremæ sacramentum nihil esse. Si enim nihil est secundum istos, vtiq; nec sacramentū verum est. Item hæresim Heraclitarum, Ruthenorum, Vualdensium, Ioā. Vuiclef, Lutheri (vt refert Ioan. Bunderius) dicentium: vnctionem extremam non esse connumerandam inter sacramenta; quoniam à Patribus, non à Christo dimanauit pro sacramento. i. à Christo non est instituta). Contra hos autem artic. præsens pugnat: dum, sacramentum verum esse extremam vnctionem, probat ab effectu vero, s. à remissione peccati: cōtra illos, quò ad institutionem est artic. 3. quem vide. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas: prædictam hæresim meritò esse damnatam à Concilio Trid. sess. 14. cap. 1. de extrema vnctio. sic: Redemptor noster clementissimus extremę vnctionis sacramento finē vitæ (seruorum. s. suorū) tāquàm firmissimo quodam præsidio muniuit. Hæc ibi. Item de extrema vnctio. canone 1. Si quis dixerit: extremam vnctionem non esse verè, & propriè sacramentum &c. sed figmentum humanū: anathema sit. Et cano. 2. Si quis dixerit sacram infirmorum vnctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos &c. anathema sit. Hæc ibi. Quòd si esset nihil (vt Albanenses mentiunt) quomodo posset esse pręsidium,

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Iacob. 5.

* Inno. I. in ep. ad Decenniū Eugubinū Episcop. c. 8.

* Simile qd hr in 2. q. 102. art. 5. dist. 3. & 3. par. q. 65. ar. 1. ad 4.

Hebr. 7.

* loco citato in ar. 3.

ſidium, & quidem firmiſſimum circa finem vitæ? Vel quomodo eſſet tunc verè & propriè ſacramentum? Quomodo conferret gratiam tunc, vel remitteret peccata, vel alleuiaret infirmos? Item à Concil. Colonienſi cap. 49. Extrema vnctio, quæ (quoniam in morte extrema lucta eſt) adhibetur: vt vel conualeſcat ægrotus, ſi Deo ita viſum fuerit, vel fide bonaq; ſpe obdormiat in domino. Hęc ibi. Quòd ſi nihil eſſet, ſecundum Albanenſes: quomodo ægroti conualeſcentiam, ſpem bonam, atque fidem cauſare poſſet? Item à Concilio Senonenſi in Decretis fidei Decret. 10. cap. de extrema vnctione. Si quis infirmatur (inquit Iacobus) in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum vngentes eum oleo in nomine Domini &c. & ſi in peccatis ſit remittentur ei. Quibus liquidò conſtat extremam vnctionem, cæterorum ſacramentorum inſtar, remiſſionem peccatorum efficaciter operari. Hæc ibi. Et quomodo efficaciter operaret, ſi (vt impij homunciones euomunt) eſſet nihil? Item ab Eugenio IIII. in decreto Armenis dato, ſacro approbante Concilio Florent. Quintum ſacramentum eſt extrema vnctio &c. cuius effectus eſt mentis ſanatio, & (inquantum expedit) ipſius etiam corporis. Hæc ibi. Per hoc ergo: quòd mentem ſanare dicit, & corpus: damnat Albanenſes ipſam nihil eſſe dicentes. Item à Papa Innocentio I. in epiſtola prima ad Decennium Eugubinum Epiſcopum cap. 8. Illud quod in B. Apoſtoli Iacobi epiſtola conſcriptum eſt, ſi infirmus aliquis in vobis eſt, vocet presbyteros, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, &c. non eſt dubium de fidelibus ægrotantibus intelligi debere, qui ſancto oleo perungi poſſunt &c. Non pœnitentibus autem iſtud infundi non poteſt: quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus reliqua ſacramenta negantur; quomodo vnum genus putatur poſſe concedi? Hæc ibi. Ecce; quòd extrema vnctio eſt ſacramentum, & alijs connumeratum: & conſequenter eſt aliquid. Tertiò habes: quomodo per rationes dicta Patrum ſuprà, pro quanto extremam vnctionem dicunt eſſe ſacramentum verum, & probes, & declares, & defendas. Quartò vides: quomodo ex ijs viciſſim Thomiſtica doctrina præſens declaretur, & conſolidetur.

3 4

## ARTICVLVS II.

*Vtrum extrema vnctio ſit vnum ſacramentum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ extrema vnctio non ſit vnum ſacramentũ, quia vnitas rei eſt ex ſua materia, & ex ſua forma, cum ex eodē habeat res eſſe, & vnitatem: ſed forma huius ſacramenti frequenter iteratur etiā in eadem vice, & materia pluries, cũ inunctio adhibeatur ſecundũ diuerſas partes. ergo non eſt vnũ ſacramentũ.

¶ 2 Præterea. Ipſa vnctio eſt ſacramentum: ridiculum enim eſt dicere quòd oleum ſit ſacramentũ: ſed ſunt plures vnctiones. ergo ſunt plura ſacramenta.

¶ 3 Præterea. Vnum ſacramentum ab vno miniſtro perfici debet, ſed in aliquo caſu extrema vnctio non poteſt perfici ab vno miniſtro: ſicut ſi poſt primam vnctionem factam ſacerdos moriatur, tunc enim alius ſacerdos debet vlterius procedere. ergo extrema vnctio non eſt ſacramentum.

SED CONTRA. Sicut ſe habet immerſio ad baptiſmũ, ita ſe habet vnctio ad hoc ſacramentum,* ſed plures immerſiones ſunt vnũ ſacramentum baptiſmi. ergo & plures vnctiones ſunt vnum ſacramentum.

¶ 2 Præt. Si non eſſet vnum ſacramentum, tunc facta prima vnctione non oporteret ad perfectionem ſacramenti quòd fieret ſecunda: quia quodlibet ſacramētum per ſe habet eſſe perfectum: ſed hoc falſum eſt. ergo eſt vnum ſacramentum.

RESPON. Dicendum, ꝙ vnum numero, per ſe loquendo dicitur tripliciter. Vno modo ſicut indiuiſibile, quod nec actu nec potētia eſt plura, vt punctus, & vnitas. Alio modo ſicut continuum, quod quidem actu eſt vnum, ſed plura potētia, vt linea. Tertio modo ſicut perfectum aliqd, quod ex partibus pluribus conſtituitur, vt domus, quę eſt multa quodammodo in actu, ſed illa multa conueniunt in aliquo vno: & hoc modo quodlibet ſacramentum dicitur vnum, inquantum multa, quæ ſunt in vno ſacramento, adunantur ad vnũ ſignificādum, vel cauſandum,* quia ſacramentum ſignificādo cauſat. Et ideo quando vna actio ſufficit ad ſignificationem vnius ſacramenti, conſiſtit in illa actione tantum, ſicut patet in confirmatione. Quando autē ſignificatio ſacramenti poteſt eſſe, & in vna, & in multis actionibus, tunc ſacramentum perfici poteſt, & vna actione, & pluribus, ſicut Baptiſmus vna immerſione, & tribus: quia ablutio, quæ ſignificatur in Baptiſmo, poteſt eſſe per vnam immerſionem, & per multas. Quando autem perfecta ſignificatio non poteſt eſſe niſi per plures actiones, tũc plures actiones ſunt de perfectione ſacramēti, ſicut patet in Eucharistia, quia refectio corporalis, quæ ſignificat ſpiritualē, non poteſt eſſe niſi per cibũ, & potum, & ſimiliter eſt in hoc ſacramento. Quia curatio interiorum vulnerum nō poteſt perfectè ſignificari, niſi per appoſitionē medicinæ ad diuerſas vulnerũ radices, & ideo plures actiones ſunt de perfectione huius ſacramenti.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ vnitas totius perfecta nō tollitur per diuerſitatem materię, aut formę, quę ſunt in partibus totius. Sicut cōſtat, ꝙ non eſt eadem materia carnis, & oſſis, ex quibus conſtituitur vnus homo, nec eadē forma, & ſimiliter in ſacramento Euchariſtiæ, & in hoc ſacramento pluralitas materiæ, & formæ vnitatem ſacramenti non tollit.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quamuis illæ actiones ſint plures ſimpliciter, tamen vniuntur in vna perfecta actione, quæ eſt vnctio omnium exteriorum ſenſuum, quibus hauritur morbus interior.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ quàmuis in Euchariſtia ſi poſt conſecrationem panis moriatur ſacerdos, alius ſacerdos poſſit procedere ad conſecrationem vini, incipiens vbi ille dimiſit, vel etiam incipere à capite ſupra aliam materiā, tamen in extrema vnctione non poteſt à capite incipere, ſed debet ſemper procedere: quia vnctio in eadem parte perfecta tantum valet, ac ſi cōſecraretur bis eadem hoſtia,* quod nullo modo faciendum eſt. Nec tamen miniſtrorum pluralitas tollit vnitatem huius ſacramenti, quia inſtrumentaliter tantum operantur, mutatio autem martellorum non tollit vnitatem operationis fabri.

* 3. p. q. 66. art. 8.

* 3. p. q. 92. art. 23.

* 3. par. q. 82. art. 2.

### SVPER Q. LX. Aliàs 29. Art. II.

112

CONCL. 1. Quodlibet ſacramentũ dicitur vnum, vnitate perfectionis, i. ſicut perfectum aliquod, quod ex partibus pluribus conſtituitur.

¶ EXAM. Ly vnum, vnitate pfectionis. Dicitur hoc ad differentiā illius, quod eſt vnũ vnitate, & indiuiſibilitatis, & continuitatis.

¶ Ly vnitate perfectionis. Quid ſit vnitas perfectionis, ſicut & aliæ duę in examine primo dictæ, declaratur in textu.

¶ PROB. Quia multa quæ ſunt in vno ſacramento, adunantur ad vnum ſignificandum, vel cauſandum (vt patet).

¶ NOT. Significandum, vel cauſandum: quia ſacramentum nouæ legis ſignificādo cauſat: licet antiquæ tantũ ſignificare.

¶ CONCL. 2. Plures actiones ſunt de perfectione ſacramenti extremæ vnctionis.

¶ PROB. Quia curatio interiorum vulnerũ nō poteſt perfectè ſignificari, niſi per appoſitionem medicinæ ad diuerſas vulnerum radices: & ſacramentum extremæ vnctionis curat perfecte (omnia patent, maxime coniungēdo arg. 1. ad ſecundum).

1ᵐ de maiori.

* 3. p. q. 73. art. 1. corp.

Ex ſua materia, & ex ſua forma. ℞. Totius: nō autem, partis. §. Stando in propoſito, ſcilicet. Tũc nihil &c. Nam licet forma & materia extremę vnctionis pluries iteretur ſecundum plures partes corporis humani (vt arguitur & patet in 2. concluſ.) tamen materię & formę totius vnitas perfecta, ſ. perfectionis vnitate dicta, nō tollitur per hoc (vt patet ex declaratione terminorum in exam. & probatione concluſionis).

2ᵐ de minori.

Vnctiones. ℞. Partiales: non, aliter. §. Nam vnctio eſt tantum vna, ſi de vnctione perfecta loquamur, vt loquit̃ concluſio prima. Licet ergo actiones illę ſint plures ſimpliciter &c. vt in textu.

3ᵐ de maiori.

Ab vno miniſtro. ℞. Vel pluribus ſucceſſiue inſtrumentaliter operantibus. §. Nam pluralitas inſtrumentorũ non tollit unitatem ſacramenti: ſicut nec multitudo martellorum tollit vnitatē operationis fabri. Tunc nihil &c. vt patet.

¶ NOT. Fundamentũ huius reſponſi eſt unitas Chriſti principaliter operātis per iſtos ſecundarios miniſtros. Manet enim Chriſtus ſemper idem: licet miniſtri varientur, & conſequenter operatio illa dicitur una, etiam quòd mutatio miniſtrorum interueniat.

### APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationem interimas hęreſim Vualdēſium (Prat. Caluiniſtæ, Pauperes de Lugduno, Sectarij) & Lutheri,

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

ARTI-

Lutheri, postea (vt refert Aeneas Syluius) dicentium: vnctionem extremam non esse inter sacramenta Ecclesię computandam. Articulus enim præsens per hoc: quod determinat illam esse sacramentum vnum, virtualiter concludit contra istos. Non enim sacramenta Ecclesiæ essent septem tantum, si hoc sacramentum esset plura. Ex hoc igitur, quòd dicitur hic esse vnum, statuitur implicitè: quod est annumerandum inter sacramenta Ecclesiæ. 2 Secundo habes: quomodo per rationem virtualiter ostendas; hæresim prædictam damnari meritò à Papa Eugenio IIII. in Decr. Armenis dato, sacro approbante Concilio Florentino. Quinto ecclesiasticorum sacramentorum veritatem pro ipsorum Armenorum tam præsentiũ quàm futurorum faciliori doctrina sub hac formula breuissima redegimus. Nouæ legis septem sunt sacramenta, videlicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & matrimonium. Hæc ibi. Quod si extrema vnctio non esset vnum sacramentum; sed vel nihil (vt garriebant Albanenses art. 1. append.) vel plura: tunc non essent septem solum (vt intendit Eugenius ex declaratione sequenti à Concil. Trid. facta). Item à Concil. Trid. sess. 7. de sacramentis in communi, cano. 1. Si quis dixerit sacramenta nouæ legis esse plura vel pauciora quàm septem, videlicet, Baptismũ, Confirmationem, Eucharistiam, Pęnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, &c. anathema sit. Hæc ibi. Item à &c. vt art. 1. appen. Ex dictis.n. ibi potes probare aliquo modo intentũ præsens: sicut & ex dictis hic vicissim. Item à Papa Lucio III. de hæretic. Ad abolendam &c. Vniuersos qui de sacramento corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, vel de baptismate, seu de peccatorum confessione, matrimonio, vel reliquis ecclesiasticis sacramentis aliter sentire, aut docere non metuunt quàm sacrosancta Romana Ecclesia prædicat, & obseruat, &c. vinculo perpetui anathematis innodamus. Hæc ibi. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem dicta Patrum, pro quanto sacramentum extremæ vnctionis implicitè saltem dicũt esse vnum, & intelligas, & probes, & tuearis. 4 Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum hoc sacramentum fuerit à Christo institutum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum non fuerit institutum à Christo. Quia de institutione sacramentorũ, quæ Christus instituit, fit mentio in Euangelio, sicut de Eucharistia, & baptismo: sed nulla fit mentio de extrema vnctione. ergo non est à Christo instituta.

¶ 2 Præterea. Magister* expresè dicit in 4. 23. dist. quòd est institutum ab Apostolis. ergo ipse Christus per se non instituit.

*li. 4. sent. d. 23. §. B.

¶ 3 Præterea. Sacramentum Eucharistiæ quod Christus instituit, etiam ipse per se exhibuit: sed hoc sacramẽtum ipse nulli exhibuit. ergo per se non instituit.

SED CONTRA. Sacramenta nouæ legis sunt digniora quàm sacramenta veteris legis: sed omnia sacramenta veteris legis sunt à Deo instituta. ergo multo fortius omnia sacramenta nouæ legis habent institutionem ab ipso Christo.

¶ Præterea. Eiusdem est instituere, & statutum remouere, sed Ecclesia, quę in successoribus Apostolorũ habet eandẽ authoritatem, quam Apostoli habuerunt, non potest auferre sacramentum extremæ vnctionis. ergo Apostoli non instituerunt, sed ipse Christus.

RESPOND. Dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio, quidam dicunt, quod sacramentum istud, & confirmationis, Christus non instituit per se, sed Apostolis instituendum dimisit, quia hæc duo propter plenitudinem gratiæ, quæ est in eis, conferri non potuerunt ante Spiritus sancti missionem plenissimã, nec institui: vnde sunt ita sacramenta nouæ legis, quòd in veteri figuram non habuerunt: sed hoc non multum cogit: quia sicut Christus ante passionem promisit plenam Spiritus sancti missionem, ita potuit instituere huiusmodi sacramentum. Et ideo alii dicunt, quòd omnia sacramenta Christus instituit per seipsum, sed quædam per seipsum promulgauit, quæ sunt maioris difficultatis ad credendum. Quędam autem Apostolis promulganda reseruauit, sicut extremam vnctionem, & confirmationem. Et hæc opinio pro tanto videtur probabilior: quia sacramenta ad fundamenta legis pertinent, & ideo ad legislatorem pertinent eorum institutio. Et iterum, quia ex institutione efficaciam habent, quæ eis non nisi diuinitus inest.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd multa Dominus fecit, & dixit, quæ in Euangeliis non continentur; Illa enim præcipuè curauerunt Euangelistæ tradere, quæ ad necessitatem salutis, & ecclesiæ dispositionem pertinent: & ideo potius institutionem Baptismi, Pœnitentiæ, & Eucharistię, & Ordinis factam à Christo narrauerunt, quàm sacramentum extremæ vnctionis, quæ neque ex necessitate salutis, neque ad dispositionem siue distinctionem Ecclesiæ pertinet: tamen etiam de olei vnctione fit mentio in Euangelio, Marci sexto. vbi dicitur, quòd Apostoli oleo vngebant infirmos.

AD

---

SVPER Q. LX. Aliàs 29. Art. III.

113 CONCL. 1. Omnia sacramenta Christus instituit per seipsum.

¶ EXAM. Ly per seipsum. Hoc est: immediatè, & solùm per seipsum, 3. de sacram. q. 5. art. 2.

¶ PROB. primò: Quia ad legislatorem pertinet institutio fundamentorum legis (patet ex se): & sacramenta ad fundamenta legis pertinent: (vt patet). Secundò, quia sacramenta habent efficaciam ex institutione; & illa efficacia eis non; nisi diuinitus, inest (omnia patent).

¶ NOT. Non tantùm conclusio, sed & secunda eius probatio confirmatur verbis clarissimis à Concilio Senonẽsi infrà circa finem appendicis citato. Vbi etiã perspicaciter est attendendum; quod idem Conciliũ ex B. Apostoli Iacobi literis trahit (& bene, ac iuste) dictum suum, s. quod à Christo, nõ à Iacobo, nec ab vllo puro homine, sacramentum extremæ vnctionis institutũ est. Ex quo loco inferas tu meritò: quod conclusio sancti Thomæ, hæc quò ad extremam vnctionẽ est uirtualiter B. Iacobi Apostoli.

¶ CONCL. 2. Christus per seipsum promulgauit quædã sacramenta, & quædã Apostolis promulganda reseruauit.

¶ PROB. seu potius declaratio. 1. Quia quędam sunt maioris difficultatis ad credendum. Secunda autem pars, s. & quædam Apostolis &cæt. probatur: Quia extrema unctio, atque confirmatio id ostendunt.

¶ EXAM. Ly probabilior. Scilicet antequàm per Concilium diffiniretur. Loquitur enim suo tempore sanctus Doctor. Nunc autem post diffinitionem Concilij generalis (ut in appen. seq.) non tantum probabilior est: sed etiam necessaria, et de fide tenenda.

¶ Ly opinio. Pro tunc. Nã hodie est hęresis opinio illa, quę dicit, quod extrema unctio nõ est instituta immediatè à Christo: sicut et illa quæ dicit oppositũ, non amplius est opinio, sed fides catholica. Idem penitus, quò ad hoc, dicas de confirmationis sacramento: quod de extremæ unctionis opinionib. dictum est in examinibus præmissis.

Non tamẽ ob hoc omnes illos, qui ante determinationem Ecclesię dixerunt oppositum, dicas esse hęreticos: sed in hoc casu, alijsque similibus, regulare te debes secundum dicta in 1. parte, q. 32. art. 4. & in tex. & in elucidat.

### 1m de maiori.

De institutione sacramentorum. B. Ad necessitatem salutis, & ecclesiæ dispositionẽ pręcipue pertinentiũ: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nã extrema vnctio non pertinet ad necessitatem salutis, & dispositionem siue distinctionem ecclesię eo modo: quo sacramenta, & de quibus maior propositio argumenti pertinẽt. Intelligitur textus sic: non autem absolutè. Comparatiuè enim loquitur, vt diligenter considerãti patet.

### Item minor.

Nulla fit mentio de extrema vnctione. Negatur ista. §. vt enim patet Marc. 6. secũdum quod narratur in textu, falsa est; absolute loquendo. 2. Resp. Vide responsum secundum ly tamen etiam de olei vnctione &c.

¶ NOT. In primo responso notabis pulchram illam de Euãgelistis regulã in textu datã. Responsi secũdi ab illo primo differentiam cognosce in hoc; quòd primum loquitur de mentione quadam cum magno apparatu facta (vt patet in Euangelijs de Baptismo, & Eucharistia); secundum autem de mentione aliquali. Ideo vtraque responsio, sine alterutrius offensa, veritatem dicit. Notabis & ly præcipuè, quod in textu responsi primi dicitur. Hoc enim declarat duo. Primò illud quod nunc dictum est de mentione cum apparatu, & sine. Secundò istud aliud (licet non sit expresè textualiter) quòd extrema vnctio non est in tanto gradu ad dispositionẽ ecclesiæ pertinens, sicut Eucharistia, & baptismus. Non enim voluit negare S. Thomas (vt tactum iam est): quod unctionis extremæ sacramentum sit ad aliqualem dispositionem ecclesiæ pertinens: sed, quòd non in tanto gradu: sicut & de mentione ab Euangelistis facta, dictum est. Correspondeant ergo singula singulis: & omnia sine errore, secundum uerum sensum intelliges. Illud de

Non

Marc. 6.

Marci 6. dictum à sancto Doctore, confirmatur ex Concil. Triden. infrà appen. adducendo per ipsa eius verba, Apud Marcum quidem insinuatum. Hæc ibi.

2m ex Magistro. Est instituta. B. i. promulgatum, fuisse institutum; non aliter. §. vt patet in textu. Tunc nihil &c. vt docent conclusiones.

¶ Not. Quàm benè conformiter ad Ecclesiam glosset B. Iacobum D. Thomas (nam per Apostolos Magister intelligit illum) patebit ex Concil. Trid. in appen. sequen.

* Loco citato in argum. 2.

Ad secundum dicendum, quòd Magister * dicit ab Apostolis institutum, quia per doctrinam Apostolorum nobis promulgata est eius institutio.

Ad tertium dicẽdum, quòd Christus non exhibuit aliquod sacramentum, nisi quod ipse accepit in exemplum: accipere autem pœnitentiam, & extremam vnctionem sibi non competebat, quia sine peccato erat, ideo ipse non exhibuit.

3m illatio conclusionis. Ergo per se &c. B. Negatur illatio. §. Nam Christus instituit plura sacramenta, quàm per se exhibuerit; vt patet in tex. Quia ergo non conuertuntur in Christo ly per se instituit, & ly per se exhibuit: ideo non valet consequentia sic; Christus extremam vnctionem per se non exhibuit, ergo ipsam per se non instituit.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationem interimas hæresim Herarchitarum dicentium; vnctionis extremæ sacramentum non fuisse à Deo institutum. Item errorem quorundam scholasticorum nõ vulgaris nomenclaturæ (quos honoris gratia non nomino) dicentium, vnctionem extremam fuisse à B. Iacobo institutam. Videat, qui voluerit super 4. sentent. distin. 23. vel circa, & librum de sacramentis cuiusdam part. 15. cap. 2. vel alios de hoc sacramento tractantes: & quos inuenerit præmissum errorem dicentes expurget, seu corrigat. Intentio namque catholicorum Doctorum, de quorum numero illi habentur, non fuit defendere sua dicta contra sanctam Romanam Ecclesiam. Hinc arguendi sunt illi; qui vel incuria, vel affectione nimia decepti, postquàm Concilium aliquod sanctam Ecclesiam repræsentans determinauerit oppositum alicuius eorum Doctoris, relinquunt Doctorem illum incorrectum, & penitus immutatum: ac si vel Concilium nullum factũ fuisset, vel Doctores illi sui non subessent Concilio. Ex qua re profectò & contra suorum Doctorum piam intentionem supradictam faciunt: & alijs secuturis, qui forsan Conciliorum decreta de tali re non viderunt magni scandali occasio fiunt; tantoque magis, quanto Doctores illi sui maius inter catholicos nomen habuerint. Pro generalissima igitur regula tenendum, atque diligenter seruandum est id: quod sequitur. Quando Concilium aliquod celebratum fuisse de recenti, vel aliàs per summum Pontificem determinationem, vt de fide factam; nouerint aliqui; præsertim maiores: tunc sumpto concilio vel determinatione illa tanquàm speculo, ante oculos suos mente recta conspiciant; vtrum dicta singula Doctorum suorum ad normã determinationis illius correspondeant. Et si quidem in singulis ei concordauerint, bene: si verò non, illos emẽdent, vel ad bonum sensum aliquo bono modo reducant: ita, vt legentibus appareat, vt non possint errare. Non enim concilia illorum, sed illi Conciliorum sensui, verbisque coaptari debent. Nec expectandum; quòd Concilia quotidie fiant ad prohibendum hos, vel illos, horum vel illorum dicta in particulari: quoniam sat est Ecclesiæ semel proposuisse sua decreta, tãquàm regulam secũdum quam omnia aliorum (quicumque sint illi) corrigantur. Et quoniam satisfactum est ab ipsa in communi ad hunc finem: ideo non est tutum in conscientia (vt suprà dictum est) dimittere post Conciliorum celebrationem in suis libris incorrecta, si quæ corrigenda sunt; quoniam nulla in oppositum sufficit excusatio. Honori naque Doctorum suorum, honori necnon conscientiæ proprijs, consulant omnes: ne quando irascatur pia mater Ecclesia, & tantum animarum damnum vel scandalum (quod suprà tactũ est) de manu negligentium iustissime requirat. Dãnum, inquàm tantum, & scandalum: quia si non esset à Christo institutum, quomodo responderemus contra hæreticos? Horum. n. qui negant, extremam vnctionem esse sacramentum, hoc pro suo fundamento assumunt, quòd à Patribus (inquiunt) non à Christo instituta est. Vide suprà artic. 1. append. circa principium. Cæterum, quia parum quasi coactè digressi, ad propositi filum reuertentes dicamus.

Intẽtio catholicorũ Doctorum vbique.

Regula vtilissima & saluberrima filijs sanctæ Ecclesiæ.

2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, errores in principio dictos meritò damnari à Concilio Tridentino sessio. 7. de sacramentis in communi, can. 1. Si quis dixerit: sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino instituta, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: anathema sit. Hæc ibi. Item sessione 14. de extrema vnctione, c. 1. Circa illius institutionem declarat, & docet sancta Synodus: quod clementissimus Redemptor noster, qui seruis suis quouis tempore voluit de salutaribus remedijs aduersus omnia omnium hostium tela esse prospectum: quemadmodum in sacramentis alijs auxilia maxima præparauit, quibus Christiani conseruare se integros, dum viuerent, ab omni grauiore spiritus incommodo possint; ita extremæ vnctionis sacramento finem vitæ, tanquàm firmissimo quodam præsidio muniuit. Nam, etsi aduersarius noster occasionem per omnem vitam quærat, & captet, vt deuorare animas nostras quoquomodo possit: nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes suæ versutiæ neruos intendat ad perdendos nos penitus; & à fiducia, si possit, diuinæ misericordiæ deturbandos; quam cum impendere nobis exitum vitæ prospicit. Instituta est autem hæc sacra vnctio infirmorum, tanquam vere, & proprie sacramentũ noui testamenti, à Christo Domino nostro: apud Marcum quidem insinuatum; per Iacobum autem Apostolum ac Domini fratrem fidelib. commendatum ac promulgatum. Infirmatur, inquit, quis in vobis &c. Hæc ibi: & de extrema vnct. can. 1. Si quis dixerit: extremam vnctionem non esse vere & proprie sacramentum à Christo Domino nostro institutum; & à B. Iacobo Apostolo promulgatum &c. anathema sit. Item à Concilio Senonensi, in decretis fidei, decreto 4. 10. cap. de extrema vnctione. Si quis infirmatur (inquit Iacob.) in vobis &c. Quibus liquidò constat, extremam vnctionem remissionem peccatorum efficaciter operari: ac proindè nec ab Iacobo quidem fuisse institutum, sed ab eo tantum, cui peculiare est, vt gratiam & gloriam conferre possit. Hæc ibi.

Magnũ est motiuũ ad instituẽdũ extremã vnctionẽ, Nã etsi aduersarius &c. Marci 6. Iacobi 5.

3 Tertiò habes: quomodo per rationem dicta Patrum, pro quãto vnctionem extremam dicunt à Christo institutam, & intelligas, & probes, & defendas.

4 Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. LX. Aliàs 29. Art. III.

Concl. 1. Oleum est conueniens materia extremę vnctionis.

114 S. Tho. vbi suprà ar. 3. q. 1. & seq.

¶ Prob. Quia oleum est lenitiuum, ac penetratiuum vsque ad intima (vt patet): & ratione lenitatis importat spem quæ exeuntibus est maxime necessaria, ac ratione penetrationis significat spiritualis sanationis perfectionẽ, quæ in fine adhibetur.

¶ Not. Illa sanatio finalis dicitur significari ab oleo ratione penetrationis suæ: quia, sicut penetratio fit vsque ad intima, ita ut nullus sit liquor sit penetrabilior; sic sanatio illa adeò perfecta est, vt post illam nulla alia per aliquod sacramentum expectetur. Vnde vnctio hæc, dicitur extrema. Hinc patet, quòd ly perfecta, in textu accipitur pro vltima: eo modo quo dicimus aliquod vltimũ esse perfectũ: Sicuti tunc dicitur artifex quispiam apposuisse ad opus suum manum perfectã, quando ipsum vltimo compleuit. Vt dicamus manum perfectam, i. vltimam. Rursus. Præposuit D. Thomas de oleo tres conditiones, s. esse lenitiuum, penetratiuũ, & effusiuum: quibus tamẽ præpositis subintulit in textu ly quantum ad vtrum-

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum oleum oliuę sit conueniens materia huius sacramenti.*

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd oleum oliuę nõ sit conueniens materia huius sacramenti, quia hoc sacramentum immediatè ad incorruptionẽ ordinat: sed incorruptio significatur per balsamum quod est in chrismate. ponitur ergo chrisma esse conuenientior materia huius sacramenti.

¶ 2 Præterea. Hoc sacramentum est spiritualis medicatio: sed spiritualis medicatio per vini appositionem significatur, sicut patet Luc. 10. in parabola de sauciato. ergo vinũ etiam conuenientior materia fuisset huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Vbi est maius periculum, ibi debet * esse cõmune remedium: sed oleum non est commune remedium, quia nõ inuenitur in qualibet terra. ergo cum hoc sacramentum detur exeuntibus, qui sunt in maximo periculo, videtur quòd oleum oliuæ non sit materia conueniens.

* Aliàs cõmuniusadhibẽs remed.

Sed contra est, quod dicitur Iacobi 5. Oleum materia huius sacramenti determinatur, sed oleum propriè non dicitur nisi oleum oliuæ. ergo hoc est materia huius sacramenti.

¶ 4 Præterea. Spiritualis sanatio per olei * inunctionem significatur, vt patet Isa. 1. vbi dicitur, Plaga tumens non est curata medicamine, neque fota oleo. ergo conueniens materia huius sacramenti est oleum.

* Aliàs vnctionem.

vtrumque prædictorum. Ex quo patet; quòd duæ illarum conditionum tandem referuntur in vnam. Et quia esse lenitiuum clarè distinguitur ab alijs duabus: ideo dicendum est, quòd alia duo se inuicem includunt tanquàm pro vna conditione seruientia. Et reuera sic est. Nam videmus, quod ideo oleum penetrat, quia ad intima diffunditur; & ad intima diffunditur, quia penetrat illuc vsque.

¶Concl. 2. Oleum oliuæ debet esse illud, quod assumitur pro materia sacramenti extremæ vnctionis.

¶Prob. Quia oleum oliuæ, proprie dicitur oleum, alia autem per similitudinem ad illud.

¶Not. Subintelligitur à Diuo Thoma in probatione: quòd apposita in sacramẽtis debent esse res propriæ dictæ tales, & non metaphoricè. Exemplum habes in alijs sacramentis de hoc. Nam in baptismo aqua proprie dicta, quæ tantum est naturalis, & non similitudinaria, quæ sunt rosacea, & aliæ per artificium lambicatæ, est materia eius: quod & de vino pro materia Eucharistiæ, sentiendum est.

* Concilii Florent. in doctr. de sacram.

Respon. Dicendum, quòd spiritualis sanatio, quæ in fine adhibetur, debet esse perfecta, quia post eã alia non relinquitur, & lenis, vt spes, quæ exeuntibus est maximè necessaria, non frangatur, sed foueatur. Oleum autem lenitiuum est, & penetratiuũ vsque ad intima, & etiam effusiuum: & ideo quantum ad vtrũque prædictorũ est conueniens materia huius sacramenti. Et quia oleũ principaliter nominatur oliuæ liquor, alij autem liquores ex similitudine ad ipsum olei nomen accipiunt, ideo oleum oliuæ etiam debet esse, quod assumunt in materia huius sacramenti. *

Ad primum ergo dicendum, quòd incorruptio gloriæ est res non cõtenta in hoc sacramento, nec oportet quod tali rei significatio materiæ respondeat. Vnde non oportet, quòd balsamum ponatur materia sacramenti huius, * quia balsamum propter odorem pertinet ad bonitatem famæ, qua de cætero non indigent propter se exeuntes: sed indigent tantum nitore conscientiæ, qui in oleo significatur.

Ad secundum dicendum, quod vinum sanat mordendo, sed oleum leniendo: & ideo curatio per vinum magis pertinet ad pœnitẽtiam quàm ad hoc sacramentum.

Ad tertium dicẽdum, quod oleum oliuæ quãuis non vbique crescat, tamen de facili potest ad quemlibet locum transferri. Et prætерea, hoc sacramentum * non est tantæ necessitatis, quòd exeuntes sine hoc sacramento non possint salutem consequi.

* Vt dictũ est ar. præced. ad primum.

1^m^ de maiori. Ad incorruptionem. ℞. Quæ est res nõ contenta in hoc sacramento: non autẽ, quæ sit res contenta. §. Tunc nihil &c. Nam materia sacramenti correspondere debet rei contentæ in ipso sacramento; non autem rei non contentæ ibi. Cætera vide in textu. Et quæ sit res sacramenti alicuius contenta, vel non contenta, vide 3. par. q. de sacramentis.

2^m^ de maiori. Est spiritualis medicatio. ℞. Lenitiua: non, mordax. §. i. aspera, seu grauis. Tũc nihil &c. Nam spiritualis illa medicatio sauciati Lucæ 10. cum sit facta per vinum, quod est mordax, non attingit propositum conclusionis; tantum abest, vt infringat illud. Nam conclusio prima, vt eius probatio docet, de medicina lenitiua intendit solum.

3^m^ de maiori. Commune. ℞. Vel per terrenascentiam, vel per facilem delationem. §. Tunc &c. Nam oleum oliuæ est remedium commune secundo modo: licet non primo. Quamuis enim non vbique crescat; tamen &c. vt in textu.

¶ Not. Simile argumentum ac responsum habes de vino vitis pro materia sacramenti altaris, 3. par. quæst. 74. art. 5. ad primum.

Item illatio conclusionis. Ergo cum hoc sacramentum &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam licet periculũ ibi sit maximum (vt arguitur): non tamen sequitur inde, quod hoc sacramentum vnctionis sit tantæ necessitatis; quòd exeuntes sine &c. vt in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas merito dictũ fuisse à Concilio Florentino in Decreto de sacramẽtis, sic. Quintum sacramẽtum est extrema vnctio, cuius materia est oleum oliuæ. Hæc ibi. Item à Concilio Trident. sessio. 14. de extrema vnctione, cap. 1. Quibus Iacobi verbis, vt ex Apostolica traditione per manus accepta intellexit ecclesia, huius salutaris sacramenti materiam esse oleum &c. Nam vnctio aptissimè Spiritus sancti gratiam, qua inuisibiliter anima ægrotantis inungitur, repræsentat. Hæc ibi. Item ab eodem de sacramen. extremæ vnct. cano. 3. Si quis dixerit: extremæ vnctionis ritum, & vsum quẽ obseruat sancta Romana Ecclesia repugnare sententiæ B. Iacobi Apostoli &c. anathema sit. Hæc ibi. Cum ergo sancta Romana Ecclesia in hoc vtatur oleo oliuæ; dicendum est, quòd B. Iacobi intentio cap. 5. est loqui de oleo oliuæ, assignando ipsum pro materia sacramenti huius. Item merito id ipsum insinuatum fuisse à Concilio Cabilonensi 2. cap. 48. Secundum Beati Apostoli Iacobi documentum, cui etiam decreta Patrum consonant infirmi oleo vngi debent. Hæc ibi. Vbi nota ly cui etiam decreta Patrum consonant: & hoc pro multis probationibus ad idem. Item à Concilio Senonensi decreto fidei 10. ca. de extrem. vnctio. Ad vnctionis autem sacramentum Christus manuduxisse primum videtur; cùm Apostoli vngerent multos infirmos, & sanarentur. Neque enim id suo sensu, sed præceptoris institutor, fecisse putandi sunt. Hæc ibi. Facit hoc dictum Concilij etiam pro art. 3. ad primum, respons. secunda. Secundò habes: quomodo per rationem antedicta Patrum, pro quanto oleum oliuæ statuunt esse materiam extremæ vnctionis, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

* It. 1 decr. art. 15. c. 1.

Respon. 2.

2

3

---

SVPER Q. LX. Aliàs 29. Art. v.

Concl. Materia extremæ vnctionis est oleum sanctificatum.

115

¶Exam. Ly sanctificatũ. Hoc dicitur ad remouendam occasionem opinionis falsæ: quæ posset oriri si diceretur ly consecratum. Posset. n. quis, occasione huius verbi, credere quod sacramentum hoc consisteret in consecratione materiæ, quod tamen reuera soli Eucharistiæ conuenit. Remota nihilominus occasione prædicta, potest dici consecratum; sicut & sanctificatum.

¶Prob. 1. Quia Christus, à quo omnis efficacia sacrorum descendit, non est vsus hoc sacramento (sicut nec aliqua corporali): 2. Quia plenitudo gratiæ conferendæ in hoc sacramẽto id requirit. 3 Quia sanatio corporalis non causatur ex materia illa, non sanctificata, naturali proprietate.

¶Not. Non vult negare tertia probatio, quod oleũ naturali proprietate sanet aliquas infirmitates corporales, quibus applicatur (negaret. n. sensum, artẽq; medicinæ); sed negare vult, quod oleũ applicatum sic, puta auribus, &c. (vt fit in extrema vnctione) faciat ex proprietate naturali; quod febricitans tenetur, vel alia graui infirmitate laborãs. Rursus. In secunda probatione tex. sanatio infirmitatũ corporis attribuit plenitudini gratiæ, & in tertia probatione attribuit sanctificationi materiæ. Nõ pugnãt hæc ad inuicem: quia materiæ dispositiue, gratiæ

## ARTICVLVS V.

*Vtrum oporteat oleum esse consecratum.*

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur quod non oporteat oleũ esse consecratũ, quia hoc sacramentum habet vnam sanctificationem in vsu per formam verborum. ergo superfluit alia sanctificatio, si ad materiam ipsius fiat.

¶ 2 Præt. Sacramenta habent efficaciam, & significationẽ in ipsa materia: sed significatio effectus huius sacramenti competit oleo ex naturali proprietate, efficacia autem ex institutione diuina. ergo non est necessaria aliqua sanctificatio materiæ.

¶ 3 Præt. Baptismus est perfectius sacramentum quàm extrema vnctio, sed in baptismo non præexigitur materiæ sanctificatio quãtum est de necessitate sacramenti. ergo nec in extrema vnctione.

Sed contra est: quia in omnibus alijs vnctionibus est materia consecrata prius. ergo cum hoc sacramentum sit quædam vnctio, requiret materiam consecratam.

Resp. Dicendum, quod quidam dicunt, quod oleũ simplex est materia huius sacr̃i, & in ipsa sanctificatione olei, quæ est per Episcopũ, perficitur sacr̃m. Sed hoc patet esse falsum ex his, quæ de Eucharistia dicta * sunt, vbi ostẽsum est, quod solum illud sacr̃m consistit in consecratione materiæ.

Et ideò dicendum est, quòd hoc sacramentũ consistit in ipsa vnctione sicut Baptismus in ablutione, & materia huius sacramenti est oleum sanctificatum. Potest autem triplex ratio assignari, quare exigitur materiæ sanctificatio in hoc sacramento, & in quibusdam alijs. Prima est, quia omnis efficacia sacramentorum à Christo descendit; & ideo sacramenta illa, quibus ipse est vsus,

* Beda in 5 c. Iaco. & super 6. c. Marci. sup illud, Demonia multa eijciebant.

*In 4 d. 8. q. 2. art. 1. q. 1. ad 2. & q. seq.

dæ

gratiæ verò completiuè, conuenit prædictus sanitatis effectus.

1^m conclusionis illatio. Ergo superfluit &c. R. Negatur illatio. §. Ratio est, quia duorum, quæ secundum diuersa considerantur neutrum superfluit, si eidem rei adhibeantur: & sic est in proposito. Nam prima materiæ sanctificatio est secundum se, sed secunda &c. vt in textu.

2^m de maiori. In ipsa materia. R. Cui applicatur: non autem, cui non applicantur. §. Scilicet efficacia, & significatio. Tunc nihil &c. Licet.n. significatio effectus huius sacri competat oleo ex naturali proprietate, artic. 4. corp. & efficacia ex institutione diuina, ar. 3. corp. tamen oportet, ꝙ hæc duo applicentur materiæ ipsi, s. oleo si debeat exire in istum actum significãdi, & efficaciter operandi. Alioquin materia ipsa nunquam exibit in hunc actum, vt videbitur in notat. seq. Efficacia autem prædicta applicatur per sanctificationem: & consequenter oportet, quòd sanctificetur oleum ipsum, si debeat efficaciter operari. Quomodo autem applicetur eidem prædicta significatio, vide in not. seq.

habent efficaciam ex ipso vsu suo, sicut tactu suæ carnis vim regeneratiuam cõtulit aquis: sed hoc sacramentum non est vsus, nec aliqua corporali vnctione: & ideo in omnib. vnctionibus requiritur sanctificatio materiæ. Secunda causa est propter plenitudinem gratiæ, quę confertur non solum vt tollat culpam, sed etiã reliquias, & infirmitates corporis. Tertia est ex hoc, quòd effectus eius corporalis, scilicet sanatio non causatur ex materia naturali proprietate: & ideo oportet quòd hæc efficacia sibi per sanctificationem detur.

¶ Not. Significatio illa, quãuis ex naturali proprietate oleo cõpetat applicatione indiget; hoc est oleũ, quãuis ex naturali proprietate habeat, ꝙ significet supradicta art. 4. corp. tamen indiget applicari ad taliter significandum. Non.n. ex naturali proprietate significaret, nisi naturalis illa proprietas sibi applicata fuisset. Quomodo aũt applicata ei fuit illa proprietas: Per creationem: sicut & omnes aliæ rerum quarumcumque proprietates ipsis per creationẽ applicatæ fuerunt. Alioquin proprietates illas non haberent; & consequenter ex illis nihil omnino operari possent. Requiritur ergo applicatio ad hoc; quòd res aliqua significare, aut alio modo operari possit. Cæterum si ex naturali proprietate, vel aliquo sibi essentiali operatur, applicatio fit per creationem; inquantum videlicet talis proprietas tali rei creatæ concreatur, seu (quod idem est) inquantũ talis res cum tali proprietate creatur. Sin autem res illa iam existẽs non ex sibi naturaliter insitis operetur, vel operari debeat, aliquid: tunc applicatio sequitur ad illã rem, inquantũ illa res iam per creationẽ existens accipitur & applicatur ad operandum, significãdum, vel faciendum aliquid. Naturalis ergo illa proprietas per creationẽ applicata fuit oleo non præexistenti, sed coexistenti vt significaret ex ipsa effectum extremæ vnctionis: & efficacia causandi effectum promissum quẽ significat, applicatur per sanctificationem oleo iam præexistenti. Sunt ergo tria hic, s. significatio, efficacia, vtriusq; applicatio: quæ non debent adinuicem confundi, vt clarior fiat intelligentia. Dicatur itaque. Significatio illa olei, vnde illi est? Ex natura. Efficacia causandi, vnde? Ex institutione diuina. Applicatio ad significandum quomodo fit? Per olei creationem. Applicatio efficaciæ prædictę, quomodo? Per olei sanctificationem. Vel clarius. Per quid applicatur oleũ ad sic significandum? Per hoc: quod cũ tali naturali proprietate creatur. Per quid applicatur oleũ ad efficaciter causandũ significatũ illud? Per hoc: ꝙ taliter (vt art. 6.) sanctificatur.

Ad primum ergo dicendum, quòd materiæ primæ sanctificatio est secundum se, sed secunda magis pertinet ad vsum ipsius, secundum quòd est actus conferens effectum: & ideo neuter superfluit, quia etiam instrumenta accipiuntur ab artifice, & dum fiunt, & dum ad actũ applicantur.

Ad secundum dicendum, ꝙ illa efficacia, quæ est ex ipsa institutione sacramẽti, applicatur huic materiæ per sanctificationem.

Ad tertium patet solutio ex dictis. *

3^m illatio conclusionis. Ergo nec &c. R. Negatur illatio. §. Non.n. est eadẽ ratio sanctificandi materiã baptismi, & extremæ vnctionis: qm per tactum sanctissimæ carnis Christi aqua est sanctificata, non autem oleum: vt in corp. artic.

¶ Coroll. Ergo per ly quantũ est de necessitate sacri, patet discurrentibus: ꝙ sanctificatio olei est de necessitate sacramẽti extremę vnctionis. si ergo oleũ non sanctificatum (sanctificatũ, inquam, vt art. 6.) adhiberetur pro extrema vnctione, illo videlicet inungendo infirmum, nõ fieret sacrm, etiam ꝙ coadhiberentur verba, Per istam vnctionem &c. quia non ex forma sola fit sacramentum, sicut nec ex anima sola fit homo; sed ex forma actualiter cadente super debitã materiam: sicut & ex anima informante actualiter materiam debitam hominis fit homo.

* In corp. art.

## APPENDIX.

Ex art. habes primò, quomodo per rationẽ ostendas, meritò esse dictum à Concil. Trid. sess. 14. de extrema vnct. cap. 1. Ex Apostolica traditione per manus accepta intellexit Ecclesia huius salutaris sacramenti materiã esse oleum ab Episcopo benedictum. Hęc ibi. Item à Papa Eugenio IIII. in Decr. Armen. dato, sacro approbante Concil. Florent. Quintum sacramentum est extrema vnctio; cuius materia est oleum oliuæ per Episcopum benedictũ. Hæc ibi. Item à Cabilonensi Concilio 2. cap. 48. secundum B. Iacobi documentum, cui etiam decreta Patrum consonant, Infirmi, oleo quoad ab Episcopis benedicitur, à presbyteris vngi debent. Hæc ibi. Vbi vides: ꝙ secundùm Concilium, Beatus Iacobus, quem sequuti sunt Patres, oleum ab Episcopis benedicendum sanxit. Item ab Innocen. I. in epist. ad Decennium Eugub. Episc. cap. 8. In B. Iacobi epistola conscriptum est, Si infirmus aliquis &c. vngentes eũ oleo &c. Quod non est dubium: de fidelibus ægrotantibus intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt, ab Episcopo confecto. Hæc ibi. vbi per ly confecto, intelligitur consecrato. Secundò habes: quomodo prædicta Patrum pro quãto oleum extremę vnctionis volunt præexistere consecratum & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica hęc doctrina & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

---

SVPER Q. LX. Aliàs 29. Art. VI.

Concl. In omnibus sacramẽtis, quę indigent materia sanctificata, prius sanctificatio materiæ fit per Episcopum.

116

¶ Coroll. Ergo & materia extremę vnctionis, cum non sit sanctificata prius artic. 5. corp. indiget sanctificari per Episcopum.

¶ Exam. Ly materia sanctificata. Sacramenta, quæ huiusmodi materiã sanctificatã à Christo per tactum suum nõ habent, sunt Confirmatio, & extrema vnctio, & ordo propter vnctionem ibi adhibitam, de qua vnctione Cõcilium Tridentinum sessio. 23. cap. 5.

¶ Prob.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum oporteat materiam huius sacramenti esse consecratam per Episcopum.*

Ad sextum sic proceditur. Videtur quòd non oporteat materiam huius sacramenti esse consecratam per Episcopũ, quia digniori est consecratio materiæ in sacramento Eucharistiæ, quàm in hoc sacramento, sed in Eucharistia materiam sacerdos potest consecrare. ergo & in hoc sacramento.

¶ 2 Præterea. In operibus * corporalibus ars dignior nunquàm præparat materiã inferiori: quia dignior est quæ vtitur, ea, quæ præparat, vt dicitur 2. Physic. * sed Episcopus est supra sacerdotem: ergo non præparat materiã in hoc sacramento quo sacerdos vtitur, sed sacerdos dispensat hoc sacramentum, vt dicetur. * ergo consecratio materiæ ad Episcopum non pertinet.

Sed contra est, quia in aliis vnctionibus etiam materia per Episcopum consecratur. ergo ita debet esse in ista.

Respond. Dicendum, quòd minister sacramenti non inducit effectum sacramenti propria virtute vt principale agens, sed per efficaciam sacramẽti quod dispensat. quæ quidem efficacia primo est à Christo, & ab ipso in alios descendit ordinatè, scilicet in populum mediantibus ministris, qui sacramenta dispensant, & in ministros inferiores mediantibus superioribus, qui materiam sanctificant: & ideo in omnibus sacramentis, quæ indigent materia sanctificata, prius sanctificatio materiæ fit per Episcopum, & vsus

*Aliàs operationib.

* Li. 2. tex. 25.

* Infrà q. 11. art. 1.

¶ Prob. Quia efficacia sacramẽtorũ à Christo primò descendẽs deriuatur in alios ordinatè (patet: cum quęcumque à Deo sunt ordinata sint): & illa ordinatio attenditur, secundum ꝙ descensus eius fit in populum mediantibus ministris sacramentorũ dispensatoribus, in ministrosque inferiores mediantib. superioribus materiam sanctificantibus.

¶ Not. Ex eo, quod materia illa sanctificata per Episcopum sacerdos vtitur, elicit Sanctus Doctor (& bene): quòd sacerdotalis potestas ab Episcopali deriuatur. Addit autem ly quãdoq;, quia sacerdos non semper vtitur illa materia. Non.n. cõfirmationis dat sacramẽtum.

Ista doctrina potestatis sacerdotalis ab episcopali deriuatę cõfirmari potest ex Concil. Trid. sess. 23. c. 4. & cano. 6. vbi ponit hierarchiã in Ecclesia catholica reperiri, & à diuina ordinatione institutam: & hierarchiam hanc consistere inter alia declarat in hoc, q Episcopi ministros ecclesiæ ordinant, tanquam presbyteris superiores.

## 1m de minori.

Materiam. ℞. Quæ post consecrationem est in se sacramentum: non, quæ post consecrationem est sacramẽtale quoddam. §. Tunc nihil &c. Nam licet consecratio materiæ in sacramento Eucharistiæ sit dignior, q̃ in sacramento extremæ vnctionis (vt arguitur): tamen materia Eucharistiæ cõsecrata in se est sacramentum, & extremæ vnctionis est sacramentale solum ordinatum ad sacramentum, quod est ipsa vnctio extrema. Argumentum igitur peccat in fallacia secundum non causam vt causam. Ratione. n. dignitatis minoris sacramenti extremæ vnctionis respectu Eucharistię credit, q simplex sacerdos, cum possit consecrare Eucharistiam, consecrare possit oleum vnctionis: & tamen non ratione huius dignitatis (sic enim optimè sequeretur argumentum): sed ratione relationis, & non relationis, ad vsum fidelium inesse sacramentum. Vera enim causa, qua sacerdos non potest super oleum sanctificando ipsum, est quia hoc sacramentũ consistit in vsu fidelium. Nam oleum consecratum antequam actualiter applicetur ad vsum fidelium, i. ad inungendum fideles, non est sacramentum: cum tamen materia Eucharistiæ consecrata, antequàm actualiter applicetur ad vsum fideliũ, i. sumatur à fidelibus, sit sacramentum. Quoniam verò quantum ad corpus mysticum Christi (hi sunt prædicti fideles) Episcopus est maior sacerdote: ideo oleum ipsum à sacerdote non potest consecrari, sed ab Episcopo.

Aug super cũ locum Psal.

Ex c. 3. eccles. hierar.

quandoque per sacerdotem: vt ostendatur sacerdotalis potestas ab episcopali deriuata, secundùm illud Psalmi: Sicut vnguẽtum in capite, quod prius descendit in barbam, deinde vsque ad oram vestimenti.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sacramentum Eucharistię consistit in ipsa materiæ sanctificatione, non autem in vsu, & ideo propriè loquendo, illud quod est materia sacramenti, nõ est quid consecratum: vnde non præexigitur aliqua sanctificatio circa materiam per Episcopum facta, sed exigitur sanctificatio altaris, & huiusmodi, & etiam ipsius sacerdotis, quæ non nisi per Episcopum fieri potest. Vnde in illo etiã sacramento ostenditur potestas sacerdotalis ab Episcopo deriuata, vt Dionysius dicit, ideo illam consecrationẽ materię potest facere sacerdos, quæ est in se sacramentum, & non illam, quæ vt sacramẽtale quoddam ordinatur ad sacramentũ, quod consistit in vsu fidelium, quia quantum ad corpus Christi verum, nullus ordo est supra sacerdotium, sed quantum ad corpus Christi mysticum episcopalis ordo est supra sacerdotalẽ, vt infrà * dicetur.

Ad secvndvm dicendum, q materia sacramenti non est talis materia, vt in qua fiat aliquid per eum, qui ea vtitur, sicut est in artibus mechanicis, sed vt eius virtute aliquid fiat, & sic percipiat aliquid de ratione causæ agentis, inquantũm est instrumentum diuinæ operationis, & ideo oportet quòd à superiori arte, vel potestate, talis virtus materię acquiratur. Quia in causis agentibus, quanto aliquod agens est prius, tanto est perfectius. In causis autem purè materialib. quanto materia prior, tanto imperfectior.

*q. 40. ar. 4

## 2m de maiori.

Præparat materiam. ℞. In qua fit aliquid per eum, qui illa vtitur: non, cuius virtute aliquid fit per modum causæ agentis. §. Tunc nihil &c. Nam materia sacramenti non est talis materia, vt in qua fiat aliquid &c. vt in textu.

¶ Exam. Ly in causis agentibus. Hoc dicitur propter materiam sacramenti. Ex hoc habere vult: quod oleum benedici tantum ab Episcopo debere, & sacerdotem posse ipso oleo inungere, non est mirum. Quare? Quia oleum, cum sit materia sacramenti, operatur per modum agentis; & præsupponitur actioni prædictæ sacerdotis: agens autem quanto est prius, tanto est perfectius.

¶ Ly in causis pure materialibus. Hoc dicitur propter materiam, in qua fit aliquid per eum, qui ea vtitur. Ex quo vult habere; quòd præparare talem materiam, cum ipsa sit prior vsu & imperfectior, nunquàm pertinet ad artificem superiorem (vt ex Philosopho dicit argumentum).

### APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem interimas errorem Ioan. Vuiclef (vt refert Concil. Constantiense sess. 8.) dicentis; q confirmatio iuuenum, ordinatio clericorum, consecratio locorum, (ex hoc intellige tu: istum voluisse addere & olei sacramentorum) reseruantur Papæ & Episcopis, propter cupiditatẽ lucri temporalis, & honoris. Articulus enim pñs apertissimè declarat: q huiusmodi fiunt à summis sacerdotib. propter ordinatissimam Dei dispositionẽ, & cõsequenter è diametro pugnat contra Vuiclefum. Secundò habes: quomodo per rationẽ ostendas, errorem prædictum meritò damnari à Concilio Constantiensi, vbi suprà: quam damnationem vniuersaliter factam vide q. 20. art. 3. append. & q. 1. artic. 1. appen. Itẽ à Concil. Trid. sess. 23. cap. 4. Proinde sacrosancta Synodus declarat: Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem præcipue pertinere: & positos (sicut Apostolus ait) à Spiritusancto regere Ecclesiam Dei, eosque presbyteris superiores esse, ac sacramentum confirmationis conferre, ministros Ecclesiæ ordinare, atque alia pleraque peragere ipsos posse; quarum functionũ potestate reliqui inferioris ordinis nullam habent. Hæc ibi. Et canone 7. Si quis dixerit: Episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, & ordinandi; vel eã, quam habent, illis esse cum presbyteris cõmunem &c. anathema sit. Hęc ibi. Ecce, q secundum planas literas Concilij reseruantur huiusmodi officia Episcopis, tum quia sunt presbyteris superiores, tum quia sic à Spiritu sancto ad regendam Ecclesiam positi sunt, tum quia presbyteri non possunt huiusmodi facere. Item à Gelasio Papa, dist. 95. Presbyteros &c. prohibemus: episcopali fastigio debita sibimet audacter assumere; non conficiendi chrismatis, non consignationis Pontificalis adhibendæ, sibimet arripere facultatem. Hæc ibi. Vbi monstrat; quod consecrare oleum pro vnctione extrema est, Episcoporum tantum, & non solum confirmationis sacramentum conferre. Nam dicit ibi glossa: quod chrisma ibi stat pro oleo. Tertio habes: quomodo per rationem ostendas, meritò esse dictũ à &c. (vt art. 5. appen.) quod oleum vnctionis extremæ oportet esse benedictum per Episcopum. Quartò habes: quomodo per rationem dicta Patrum in art. 5. append pro quanto de Episcopo loquuntur quo ad olei benedictionem, & intelligas, & probes, & tuearis. Quinto vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2 3 4 5

---

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum hoc sacramentum habeat aliquam formam.*

Ad septimvm sic proceditur. Videtur q hoc sacramentum non habeat aliquam formam. Cum enim efficacia sacramentorum sit ab institutione, & item à forma, oportet quòd forma tradatur ab ipso qui sacramentum instituit: sed forma huius sacramenti non inuenitur tradita neque à Christo, neque ab Apostolis. ergo hoc sacramentum non habet aliquam formam.

¶ 2 Præt. Ea, quæ sunt de necessitate sacramenti, obseruantur eodẽ modo apud omnes: sed nihil magis est de necessitate sacramenti habentis formam, q̃ ipsa forma. Ergo cum nõ sit aliqua forma communiter obseruata ab omnibus in hoc sacramento, quia diuersi diuersis verbis vtuntur, videtur quòd hoc sacramentum non habeat aliquam formam.

¶ 3 Præt. In baptismo non requiritur forma nisi ad sanctificationem materiæ, quæ est aqua verbo vitæ diluẽdis criminibus sanctificata, sed hoc sacramentum habet materiam prius sanctificatam: non ergo indiget aliqua forma verborum.

Sed

### SVPER Q. LX. Aliàs 29. Art. VII.

Concl. Extrema vnctio habet formam determinatam.

¶ Prob. Quia inunctio oleo facta non determinatur ad certum effectum, nisi per formã verborũ (cum, sine ista, vnctio se possit habere ad multa): Secũdò, quia B. Iacobus principalem vim huius sacramẽti cõstituere videt̃ in oratione (vt sua authoritas insinuat): & forma est illa, vbi cõstituit̃ vis principalis alicu[9] rei (vt patet).

¶ Not. Pro clariori notitia ahcedẽtis primæ pb. sciendũ, q forma naturalis, cui assimilat̃ forma verborũ, restringit materiã ad standũ p tali determinatẽ. Alioqn, cũ materia de se sit cõis (est. n. vna oium, s̃m Philos) nunq̃ tale quid determinatũ fieret i rerũ natura; nisi forma aduenirer ei, q̃ p suũ aduẽtũ ipsius amplitudinẽ restringẽdo faceret eam stare determinatẽ p ista re, nõ p illa. Verbi gr̃a. Materia, ex qua fit hõ, pót de se p factione bouis, capræ, aut alterius aĩalis seruire, rõne cõitatis suæ prędictę; in signũ huius mille trãsmutationib. subiacuit, antequã deueniret ad esse materiã hominis (vt patet cõsideranti): sed ad standum

117 S. Tho. vbi supra ar. 4. q. 1. & seq.

standum determinatè pro factione hominis, ita ꝙ non pro alterius rei, cōstringitur a forma humana. Ideo.n.dicis, hoc est corpus humanum, & non bouinū, neque caprinum, neque &c. quia habet formā humanam. Remoueatur illa forma statim desinit stare pro homine determinatè. Mox nàque fit corpus cadauerū, inde corpus cinereū, eandē in præiacentem materiā resoluitur. Ecce, ꝙ à forma habet determinationem, vt tale quid actu dicatur: & sine illa remanet quid indeterminatū. Hoc denotauit Philos. primo Physicorum, cum dixit; ꝙ materia nō est actu, nec quid, nec quale, nec quātum, sed omnia hæc in potentia. Modo ad propositū nostrum: oleum stat pro materia, inunctio pro vsu materiæ: vtrūque ad plura se habere potest secundū sensus ab aliquo determinatur. Potest.n.inūctio per oleum fieri ad tollendum dolores iliacos, ad leniendum podagrā, ad præparandū milites in prælium (olim.n. ad ineunda aliqua certamina vngebantur) ad fętorem carnis, sudoris &c. abigendum, ad consolandum, ad consolidādum, ad exhilarādum, ad &c. cuius igitur erit tam vagam olei vnctionē determinare ad standum pro aliqua certa re, & non pro alia forma (vt natura nunc docuit). Quòd si vel nulla talis vnctionis vagæ, vel indeterminata, reperiatur forma: necesse erit talē vnctionem remanere indeterminatam; ita ꝙ non poterit dici ista vnctio fit ad hunc, vel ad illum finem. Si.n. ad hunc vel illum finem fieri eam, vis dicere: oportet, ꝙ per formā saltem in mente à medico, vel ab aliquo aliꝗ præconceptā informetur; hoc est, ꝙ secundum illam formam fiat. Ab his ergo naturalibus instructus intellige nunc & probationis antecedens illud; & textum dicentem, quod significatio materiæ sacramenti cuiuscumque non determinatur ad effectum determinatum, cum ad multa se possit habere, nisi per formam verborum.

* Hugo de S Vict. lib. Sūmę sen ten. trac. 5. c. 4. & citat S. Tho. in 4 dist. 3. q. vnica, ar. 1. art. 1.

Iacob. 5.

* In respō. ad 1. huius ar. & q. pręsen. art. 8. & 9.

**1m de maiori.** Tradatur. ℞. Vel scripto, vel verbo, vel aliquo modo: non autē scripto tantū. §. Tunc nihil &c. Licet enim forma huius sacramenti, nō inueniatur à Christo tradita scripto.i. in sacra scriptura (vt arguitur): tamen inuenitur ab ipso tradita verbo, vel alio modo. Inuenimus enim eam haberi ab Ecclesia Apostolica, quam certum est habuisse ab Apostolis (vt ex Concil. Tridenc. patebit in appen. seq.) & Apostoli pro certo nec formam illam sicut nec aliquam, sibimet fabricauerunt, cum non essent sacramentorum institutores; sed à Domino illam sicut & alias acceperunt.

¶ Not. Cum forma det esse rei, oportet dicere: ꝙ incompatibilia sunt hæc duo, s. aliquem constituere rem; & non dare ei formā; vel aliquem dare formam rei, & non constituere rem, omnia hęc in philosophia exercitatis clarissima sunt. Si ergo Christus instituit (vt verissime instituit, artic. 3. append.) omnia sacramenta: oportet fateri, Christum instituisse formas omnium sacramētorum: & si Apostoli (quod non est verum) instituerunt formam alicuius sacramēti, necessario dicendum erit, quòd instituerunt aliquod sacramentum; & consequenter ꝙ Christus non instituit omnia, quod est cōtra Concilium. Concludendum est igitur, ne ignoremus propriam vocem: ꝙ idem est dicere, Christus est institutor omnium sacramentorum, & dicere, Christus est institutor omnium formarum sacramentorum; & hoc est de fide tenendum. Similiter idem est dicere, Christus non est institutor formarum omnium sacramentorum, & dicere Christus non est institutor omnium sacramentorum: & hoc est tanquàm hæreticum prorsus abijciendum. Ex his facillime intelliges textum argumenti huius primi, & respōsi: si hæc bene applicaueris.

Sed contra est, quod Magister * dicit, ꝙ omne sacramentū nouæ legis videtur ꝙ habeat formam.

¶ Pręt. Ad hoc est ritus vniuersalis Ecclesiæ, quæ quibusdam verbis vtitur in collatione huius sacramenti.

Resp. Dicendum, ꝙ quidam dixerunt, ꝙ nulla est forma de necessitate huius sacramenti. Sed hoc videtur derogare effectui huius sacramenti. Quia omne sacramentū efficit significando: significatio autem materiæ non determinatur ad effectum determinatum; cum ad multa se possit habere, nisi per formā verborum: & ideo in omnibus sacramentis nouæ legis quæ efficiunt quod figurant, oportet esse, & res, & verba: & præterea Iacobus totam vim sacramenti huius videtur constituere in oratione, quæ est forma huius sacramenti, vt dicetur. * & ideo prædicta opinio præsumptuosa videtur, & erronea. Et propter hoc dicendū, sicut communiter dicitur, quòd habet formam determinatam, sicut & alia sacramenta.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ sacra scriptura omnibus communiter proponitur: & ideo forma Baptismi, qui ab omnibus dari potest, debet in sacra scriptura exprimi: & similiter forma Eucharistię, quę exprimit sacramenti illius fidē, quæ est de necessitate salutis: sed formę aliorum sacramentorū non inueniuntur in scriptura traditæ, sed Ecclesia ex traditione Apostolorum habet, qui à Domino acceperunt, vt dicit Apostolus 1. Corin. 11. Ego accepi à Domino, quod tradidi vobis.

Ad secundum dicendum, ꝙ illa verba, quæ sunt de essentia formæ, scilicet oratio deprecatiua ab omnibus dicitur: sed alia, quæ sunt de bene esse, non obseruantur ab omnibus.

Ad tertium dicendū, ꝙ materia baptismi habet quandā sanctificationem per se ex ipso tactu carnis Saluatoris, sed ex forma verborū accipit sanctificationē actu sanctificantem: & similiter post sanctificationem materię huius sacramēti secundum se requiritur sanctificatio in vsu, per quam actu sanctificet.

**2m de conclusione.** Cum non sit forma aliqua cōmuniter obseruata ab omnibus. ℞. Negatur illa. §. Loquendo. s. (vt debet fieri) de forma substantiali; seu quo ad substantialia sua Nā, si qua variantur apud aliquos, illa sunt tantum de bene esse, nō de substantia, formę. Alioquin nihil agerent conferendo hoc sacramentum: quoniam forma substantialis est quæ dat esse rei; & consistit in indiuisibili, sicut numeri (secundum Philosophum loquendo à simili) id est non potest ab ea minimum quid auferri, si effectum suum facere debeat.

**3m de maiori.** Nisi ad satisfactionem. ℞. Actu sanctificantem alios: non, in se existentem. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu. Immo argumentum illud stat pro declaratione propositi de extrema vnctione.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò, quomodo per rationem, dissipes illum errorem, qui nunc est hæresis, narratum in textu. Secundò habes: quomodo per rationē ostendas, ipsum meritò damnari à Concilio Trident. sess. 14. de extrema vnctione, cap. 1. Infirmatur (inquit Iacobus) quis in vobis, inducat presbyteros &c. Quibus verbis, vt ex Apostolica traditione per manus accepta, Ecclesia didicit; docet materiam, formam, proprium ministrum, & effectum huius salutaris sacramenti. Intellexit enim Ecclesia &c. formam esse illa verba, Per istam vnctionem &c. Hæc ibi. Forma igitur determinata hęc ex Apostolica traditione per manus accepta est: & consequenter ex Concilio confirmatur dictum à sancto Doctore in responsione ad primum. Item à Concilio Florentino, siue ab Eugenio IIII. eodem Concil. approb. in Decreto Armenis dato. Quintum sacramentum est extrema vnctio &c. Forma huius sacramenti est hæc: Per istam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quicquid deliquisti per visum. Et similiter in alijs mēbris. Hæc ibi. Vbi per ly similiter in alijs membris, intellige per auditum, gustum, &c. sm ꝙ successiue fit vnctio: vt correspondeant singula singulis: & hoc trahitur ad literam ex contextu ipsius decreti. Item à Concil. Trid. can. 3. Si quis dixerit: extremæ vnctionis ritū, & vsum, quem obseruat sancta Romana Ecclesia repugnare sententiæ B. Iacobi Apostoli: ideoq; eum mutandum, posseq; à Christianis absque peccato contemni; anathema sit. Hæc ibi. Ecclesia autem Romana (vt patet) vtitur prædicta forma in collatione extremæ vnctionis. Tertiò habes: quomodo per rationem dicta Patrum, pro quanto sacramentum hoc insinuant habere aliquam formam & intelligas, & probes, & defendas. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

SVPER Q. LX. Aliàs 29. Art. VIII.

Conci. Oratio deprecatiua est forma huius sacramenti.

118 ¶ Prob. 1. Quia id patet per verba Iacobi. Secundò, quia id habet ex vsu Romanæ Ecclesiæ.

¶ Coroll. Ergo ex cōclusione & probatione intelligas negatiuā in fine deductam (.s. in hoc facto non potest esse forma indicatiui modi; & eā probes ab oppositis. Quæ & tribus rationib. mox secuturis poterit (vt decet) confirmari.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum forma huius sacramenti debeat proferri per orationem indicatiuam, & non deprecatiuam.*

Ad octavvm sic proceditur. Videtur ꝙ forma huius sacramēti debeat proferri per orationem indicatiuā, & non deprecatiuā: quia sacramenta nouæ legis habent certū effectum: sed certitudo effectus non exprimitur in formis sacramentorū nisi per orationem indicatiuā, cum dicitur, Hoc est corpus meū, vel ego te baptizo: ergo debet esse forma huius sacramenti oratio indicatiua.

¶ 2 Præterea. In formis sacramentorum debet exprimi intẽtio ministri, quæ requiritur ad sacramẽtum: quæ non exprimitur nisi per orationem indicatiuam. ergo, &c.

¶ 3 Præterea. In quibusdam Ecclesiis dicuntur huiusmodi verba in collatione huius sacramenti. Vngo hos oculos oleo sanctificato in nomine Patris, &c. & hoc est conforme aliis formis sacramentorum. ergo in hoc videtur quòd consistat forma huius sacramenti.

SED CONTRA. Illud, quod est forma sacramenti, ab omnibus oportet quòd seruetur, sed verba prædicta * non dicuntur secundum consuetudinem omnium Ecclesiarum, sed tantum verba deprecatiua, scilicet: Per istam vnctionem, & piissimam suã misericordiam, indulgeat tibi Dominus quicquid deliquisti per visum, &c. ergo forma huius sacramenti est oratio deprecatiua.

¶ Præterea. Hoc videtur ex verbis Iacobi, qui attribuit efficaciam huius sacramenti orationi. Oratio fidei, inquit, sanabit infirmum: ergo cum efficacia sacramenti sit ex forma, videtur quòd forma huius sacramenti sit deprecatiua.

RESPOND. Dicendum, quòd oratio deprecatiua est forma huius sacramenti, vt patet per verba Iacobi, & ex vsu Romanæ Ecclesiæ, quæ solum verbis deprecatiuis vtitur in collatione huius sacramenti, cuius ratio multiplex assignatur. Primo, quia suscipiens sacramentum hoc, est viribus propriis destitutus, vnde indiget orationibus subleuari. Secundo, quia datur exeuntibus, qui iam desinunt esse de foro Ecclesiæ, & in solius Dei manu requiescunt: vnde ei per orationem committuntur. Tertio, quia hoc sacramentum non habet aliquem effectum qui semper ex oratione ministri consequatur; omnibus, quæ sunt de essentia sacramenti etiam ritè peractis, sicut character in Baptismo, & Confirmatione, & transsubstantiatio in Eucharistia, & remissio peccati in pœnitentia existente contritione, quæ est de essentia sacramenti pœnitentiæ: non autem de essentia huius sacramenti: & ideo in hoc sacramento non potest esse forma indicatiui modi, sicut in prædictis sacramentis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc sacramentum, sicut & prædicta, * quantum est de se, habet certitudinem, sed potest ex fictione impediri recipientis, etiam si sacramento se subiiciat per intentionem, ita quòd nullum effectum consequatur, & propter hoc non est simile de hoc, & de aliis sacramentis, in quibus semper aliquis effectus consequitur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd per ipsum actum; qui ponitur in forma, scilicet per istam sanctam vnctionem, satis exprimitur intentio.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd verba illa indicatiui modi, quæ secundum morem quorundam præmittuntur orationi, non sunt formæ huius sacramenti, sed sunt dispositio ad formam, inquantum intentio ministri determinatur ad actum illum per illa verba.

¶ NOT. 1. Tribus rationib. ostendit in residuo corporis art. Diui Tho. q Ecclesia vtiť rationabiliter verbis deprecatiuis in collatione extremæ vnctionis: & consequenter ijsdẽ rationib. tribus probat iterum conclusionem prædictam. Prima ratio innititur tanquã medio destitutioni virium propriarum: secunda desinentiæ essendi de foro ecclesię, & inchoationi requiescẽdi in manu solius Dei; tertia cõtingentiæ alicuius effectus: quæ omnia, secundum q textus demonstrat, intellige. In tertia illa ratione de cõtingentia alicuius effectus non intelligit D. Thomas de effectu, qui est remissio peccatorum: sed de effectu illo, qui est sanitas corporalis: & hoc significat in textu ly aliquem. Remissio enim peccatorum semper sequiť ex collatione huius sacramenti, si dignè sumatur (quod & in alijs subintelligendum est:) nõ autem sanitas corporalis, vt patebit q. 3. ar. 2.

*Art. 3. huius art.*

¶ NOT. 2. Quando dicitur in textu ly non autem de essentia huius sacramenti, intelligiť sic: quòd contritio non est tãquàm pars materialis huius sacramenti; sicuti est pars pęnitentiæ, ex Concil. Triden. sess. 14. c. 3. & cano. 4. Non ergo intelligitur, q contritio non debeat necessariò præsupponi in recipiente extremã vnctionem: quasi q recipienti eam incontritè remitti possint peccata. Falsus. n. hic sensus esset: vt Christianis omnibus p Concil. Triden. sess. 7. de sacramentis in communi, cano. 6. & in Concil. Floren. in Decret. de sacramẽtis, innotuit. & q. 30. art 1 ad secundũ, p eundem Doctorẽ sanctum. Vide & Papã Innocentium sup. art. 1. append. qui sacrã vnctionẽ dandam negat nõ pęnitentibus. Vel etiam textus potest alium sensum rectũ habere, vt ly non autem de essentia huius sacramenti, referatur non ad remissionem peccatorũ inuncti, sed ad eius sanitatẽ corporalem; de qua diximus intelligi contextũ in ly aliquem effectum. Sanitas n corporalis per orationẽ aliorum potest obtineri alicui etiã indigno. Vide ar 9 ad 3. vbi de sanitate corporis loquens dicit ly vt ex dictis patet; quod non melius, quàm ad hunc locum refertur, ipsum confirmando.

*Iacobi 5.*

**1^m de maiori.** Certum. ℞. Quantum est de se non semper, quantum est ex parte recipientis. § Tunc nihil &c. Nam oratio deprecatiua non facit, q effectus non sit certus de se: sed ostendit, quòd quandoque nullus sequitur effectus in recipiente propter indispositionem eius.

¶ NOT. In alijs sacramentis forma indicatiua poniť (puta ego baptizo); quoniã aliquis effectus semper ibi sequitur, dũmodo recipiens intendat se subijcere sacramento, quod exhibet ecclesia. Recipit. n. characterẽ baptizatus, confirmatus, ordinatus; veniam peccati cum contritione confessus: & transubstantiatur panis in Eucharistia, licet ab indigno conficiatur atque sumatur; similiter animorũ consensus facit verum matrimonium inter aliquos, quamuis in mortali peccato existẽtes. Verum in sacramento extremæ vnctionis nullum consequitur effectũ fictus, i. in mortali recipiens illud, (loquendo de effectu, q est remissio peccatorũ). Non. n. imprimit characterem: nec aliquem effectũ dictũ in sacramentis alijs. Licet autem quãdoquè in ficto possit corporalis sanitas consequi: tamen hoc non est ad propositum præsens, neq; intẽtũ hic à D. Thoma. Propter antedictum igiť discrimen inter sacramentum hoc, & alia vtimur in hoc oratione deprecatiua, in alijs verò indicatiua: quàuis vtrobiq; fictus adesse possit.

**2^m de antecedente.** Quę nõ exprimiť nisi per orationẽ indicatiuã. ℞. Negať hoc. §. Nam & intẽtio ministri aliter exprimi potest: vt in textu patet ad propositum huius sacramenti.

*Subest corp.*

**3^m de antecedente.** Huiusmodi verba. ℞. Tanquàm dispositio ad formam: non, tanquàm forma huius sacramẽti. §. Tunc nihil &c. Loquitur. n. conclusio de forma essẽtiali extremę vnctionis: non de aliquo alio dispositori ad formã, vel quomodolibet aliter se habente. Vide art. 7. ad 2. In seq. primo argumento in contrariũ adducto ly prædicta, refertur ad ista verba narrata in arg. isto ter.

*Concil. Floren do ctri. de sacram.*

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas: meritò esse insinuatum à B. Iacobo Apostolo, q forma debet fieri hic per orationem deprecatiuam. Insinuatur autẽ cap. 5. eius epistolæ, sic. Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eũ oleo. Ecce: quòd per ly orent, denotat orationem deprecatiuam formæ: sicut per ly vngentes eum oleo, denotat applicationem materiæ. Secundò habes: quomodo per rationẽ idem ostendas esse meritò insinuatũ à Concilijs suprà art 7. appen. adductis. Quæ ibi vide tu. Tertiò habes: quomodo per rationẽ prædicta scripturarum & Patrum, pro quanto deprecatiuam statuunt formam debere esse hic, & non indicatiuam, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

ARTICVLVS IX.

*Vtrum prædicta oratio sit competens forma huius sacramenti.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur q prædicta oratio nõ sit cõpetens forma huius sacramẽti. Quia in formis aliorum sacramentorum fit mentio de materia, sicut patet in confirmatione, quæ non fit in prædictis verbis. ergo non est conueniens forma.

¶ 2 Præterea. Sicut effectus huius sacramenti prouenit in nos per misericordiam diuinam, ita & aliorũ sacramentorum, sed in formis aliorum

SVPER Q. LX. Aliàs 29. Art. IX.

CONCL. Prædicta oratio est cõpetens forma huius sacramẽti.

119

¶ EXAM. Ly prædicta oratio. Exprimitur hæc ar. 8. in arg. 1. in contrarium facto: id quod textus refert per ly prædicta.

¶ PROB. Quia exprimit sacramentum, operans in sacramento, & effectum sacramenti (vt patet in textu).

¶ Ly diuinã misericordiam. s. Dei principaliter; & Christi secundum humanitatẽ, secundariò.

A Deo

A Deo enim est operatio in sacramentis mediante passione Christi; quocirca Deus est causa efficiens operationem illam, causando gratiam per creationem, Christus verò secundum humanitatem est causa meritoria ipsius iustificationis nostræ per gratiam (vt ex Concilio Tridentino sess. 6. cap. 7. habetur).

1m de antecedente. Non fit in prædictis verbis. R. Fit tamen per actum vnctionis. §. Tūc nihil &c. Sufficit enim quòd de materia sacramentorum fiat mentio in suis formis. Siue modo fiat in verbis illius formæ, siue per actum applicationis, seu vsus materiæ, nihil refert.

¶Not. Ideo de materia dicitur fieri mentio per actum vnctionis, quia vnctio fit per oleum. In actu vero cōfirmationis in forma expresso non importari dicitur materia, quia in ly consigno & ly confirmo non importatur chrisma, quod est materia confirmationis. Clarum est enim quòd dicere ly consigno vel ly cōfirmo non includit secundum ordinarium vsum materiam hanc determinatam, s. chrisma. formæ igitur confirmationis actus, qui est vtique. ly consigno, & ly confirmo (3. par. q. 72. art. 4.) non dat intelligere materiā suam: sicut actus vnctionis suam materiam nobis significat.

*lib. 4. sentēn. d. 23. §. B.

* In arg. 2. præc. ar. 4.

sacramentorum non fit mentio de misericordia diuina, sed magis de Trinitate, & passione. ergo similiter debet esse hic.

¶ 3 Præterea. Duplex effectus huius sacramenti in litera * ponitur: sed in verbis prædictis non fit mentio, nisi de vno, s. de remissione peccatorum: non autem de corporali sanatione ad quam Iacobus ordinat orationem fidei, dicens. Oratio fidei saluabit infirmum. ergo forma prædicta est incompetens.

Resp. Dicendum, quòd prædicta * oratio est competens forma huius sacramenti, quia tangit sacramentum in hoc quod dicitur: per istam sanctam vnctionem, & illud quod operatur in sacramento, s. diuinam misericordiam, & effectum, scilicet remissionem peccatorum.

2m Illatio conclusionis. Ergo similiter &c. R. Negatur illatio. §. Illatio est: quia in hoc sacramento importatur aliquis status, qui non importatur in alijs. Datur enim hoc sacramentum semper existentibus in statu miseriæ etiam corporalis, cum tamen alia sacramenta non dentur semper in tali statu existentibus, sed solum quandoq; in statu miseriæ spiritualis. Cum igitur misericordia respiciat miseriam, & miseria (vt præfertur) magis inueniatur in recipientibus extremam vnctionem quàm alia sacramenta; hinc est, quòd de misericordia fit mentio magis in forma extremę vnctionis, quàm aliorum sacramentorum. Non ergo fit potius mentio in hoc de misericordia, quàm in alijs, quia effectus aliorum non detur nobis ex misericordia diuina (vt argumentum credit), sed propter rationem dictam.

¶Not. Dixi, ꝙ magis in hoc sacramento fit mentio de misericordia: quia etiam in alijs sacramentis, sed non tam expresse de illa fit mentio. Cum enim de Trinitate & passione Christi in formis aliorum fiat mentio (vt minor argumenti dicit): consequens est, ꝙ & de misericordia diuina in sensu fiat. Omnes namque norunt: ꝙ à sanctissima Trinitate mediante passione Christi diuina in nos misericordia descēdit. Vnde propter illa significādā quę nunc dicta sunt; vtitur textus ly magis, & ly potius: non autem absolute loquitur.

Ad primum ergo dicendum, quòd materia huius sacramenti potest intelligi per actum vnctionis, non autem materia confirmationis, per actum in forma expressum, & ideo non est simile.

Ad secundum dicendum, ꝙ misericordia respicit miseriam, & quia hoc sacramentum datur in statu miseriæ, scilicet infirmitatis, ideo potius hic, quàm in alijs fit mentio de misericordia.

Ad tertium dicendum, ꝙ in forma debet exprimi effectus principalis, & qui semper inducitur ex facto, nisi sit defectus ex parte recipiētis, non autē talis effectus est corporalis sanitas, * vt ex dictis patet, q̄uis quādoq; sequatur, ratione cuius Iacobus hunc effectū attribuit orationi, quæ est forma huius sacramenti.

*q. seq. art. 1. a.

3m de maiori. Duplex effectus. R. Inæqualis est. §. Nam alius illorum est principalis, & semper de se proueniens: alius asit secundarius, & quandoque contingens. Tunc nihil &c. Nam in verbis prędictis ideò fit mentio tantum de vno, s. de remissione peccatorum, cum dicitur, quicquid per aures &c. deliquisti: quoniā in forma debet exprimi tantum effectus principalis &c. vt in textu.

¶Not. Quoniam in hoc textu loquendo de corporali sanitate dicitur ly vt ex dictis patet: ideo vide artic. 8 in corp. circa fin. vbi dicitur ly hoc sacramentum non habet aliquem effectum, qui semper ex oratione ministri consequatur. Rursus. Nota: sanitatem corporalem esse positam à Diuo Iacobo pro effectu quidem formæ extremæ vnctionis: sed non pro effectu, qui debeat exprimi in ipsa forma.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò; quomodo per rationem ostendas; meritò insinuatum esse à scripturis & Concilijs; quòd forma prædicta est competens. Hoc autem insinuatum est Iacobi 5. & in Concilio Floren. &c. vt suprà art. 7. appen. Nihil enim in scripturis incompetens est, neque in legitimis Concilijs: cum vtrumque Spiritus sancti opus sit. Secundò habes, quomodo per rationem præmissa scripturarum, & Patrum, pro quanto orationem prædictam dicunt esse competentem formam extremæ vnctionis (hoc autem dicunt quando ipsam pro forma assignant), & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. LXI. Aliàs 30. Art. 1.

COncl. Principalis effectus huius sacramenti est remissio peccatorū, quo ad reliquias peccati: & ex cōsequenti etiam quo ad culpā si eam inueniat.

* Concil. Trid. sess. 14 de sacr. extr. vnct. c. 2.

¶Exam. Ly reliquias peccati. Huiusmodi reliquiæ sunt defectus (i. debilitas quædā, & ineptitudo ad exequēdum actus vitæ gratiæ): qui in nobis relinquūtur ex peccato actuali vel originali. De originali tamē intellige reliquias, secūdum quòd declarat in tex. infrà q. 32. art. 4. ad secundum. Contra ergo hanc debilitatē, quæ est quidam spiritus torpor, roborat homo per extremam vnctionem. De huiusmodi reliquijs peccati originalis videt esse declaratio quędā à Cōcil. Trid. sess. 5. Decret. de peccato origin. circa finem. Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc sancta Synodus fatetur & sentit. Hanc concupiscentiā quam aliquan do Apostolus peccatum appellat, sancta Synodus declarat Ecclesiam catholicam numquàm intellexisse peccatum appellari, quòd vere & propriè in renatis peccatum sit; sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Hæc ibi. Nota ly ex peccato est, & ly ad peccatum inclinat. Ergo reliquię peccati & sunt ex peccato, & inclinant ad peccatum. Item reliquiæ huiusmo di attenuant liberi arbitrij vires, & infirmas red dunt: quamuis ipsum arbitrium nō extinguant: vt ex Concilio Triden. sess. 6. cap. 1. fin. patet.

110 S. Th. 4. d. 23. q. 1. ar. 2. q. 1. & seq.

Rom. 7.

## QVÆST. LXI. Aliàs 30.

*De effectu huius sacramenti, in tres articulos diuisa.*

DEinde considerandum est de effectu huius sacramenti.

Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum extrema vnctio valeat ad remissionem omnium peccatorum.

¶ Secundò, Vtrum sanitas corporalis sit effectus huius sacramenti.

¶ Tertiò, Vtrum hoc sacramentum characterem imprimat.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum extrema vnctio valeat ad remissionem omnium peccatorum.*

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ extrema unctio nō valeat ad remissionē omnium peccatorum. Ad hoc. n. quod per vnū potest effici, aliud nō exigitur, sed in eo, qui extremā vnctionem accipit, requiritur pœnitentia ad peccatorum remissionem. ergo per extremam vnctionem non dimittuntur peccata.

¶ 2 Præt. In peccato non sunt nisi tria, macula, reatus pœnę, & reliquię peccati, sed per extremam vnctionē non remittitur peccatum quo ad maculam sine contritione, quę etiam sine vnctione remittitur, nec iterum quo ad pęnam, quia adhuc si conualescat, tenetur perficere satisfactionē iniunctam, nec quo ad reliquias culpæ, quia adhuc remanent dispositiones ex actibus præcedentib. relictæ, vt patet post conualescentiam. ergo nullo modo per extremam vnctionem fit peccatorum remissio.

¶ 3 Præterea. Remissio peccatorum non fit successiuè, sed in instanti: sed extrema vnctio non fit tota simul, quia plures vnctiones requiruntur. ergo eius effectus non est remissio peccatorum.

Melius etiam, hoc est distinctius, huiusmodi reliquias intelligas ex eodem Concilio sess. 14. in appen. citando: nunc sufficiat exemplum de corporalibus, tanquàm à notioribus nobis procedendo. Curatur quis à febre: post curationem est ne febricitans? non. Remanet tamē debilis ex infirmitate præcedente, quamuis curata sit; qua debilitate efficitur, vt nisi prudenter se habeat in victu, & alijs huiusmodi, facile reinfirmetur. Sic est in spiritu. Ablato .n. peccato, quò ad culpā, remanet peccatum quò ad reliquias suas, i. remanet debilitas à peccato causata ad faciendum bonū, & ad vitandum malum: ob quam debilitatem, nisi cautius ambulemus, facile relabimur in peccatum. Restat igitur: quòd per ly reliquias peccati, nō intelligatur peccatū propriè, sed infirmitas spiritus prædicta. Vnde sanctus Doctor dicit in tex. ly semper remittit quò ad debilitatem prædictā, quam quidam reliquias peccati dicūt. Hęc ille, parum suprà cōclusionem à se in corp. positā: quàm nos indè (vt mos est) extraximus.

¶ Prob. Quia principalis effectus sacramenti debet accipi ex ipsa significatione sacramenti (cum sacramentum efficiat quod figurat): & huius sacramenti significatio est ad repellendum spiritualē infirmitatem) cum detur per modum cuiusdā medicationis). Secūda autem pars, s. & ex consequenti &c. probatur: Quia hoc sacramentū præsupponit spiritualem vitam, (cum sit medicatio), supra quam addit robur per gratiæ collationē: & gratia non compatitur secum peccatum aliquod mortale. Tertia autem pars, s. si eam &c. probatur: Quia hoc significauit B. Iacobus conditionaliter dicens, si in peccatis sit dimittentur ei (quasi dicat; quòd non semper dimittit peccata ex eo, q illa in subiecto non inuenit).

¶ Not. Differentiam remissionis peccati, & reliquiarum nota: quoniā reliquias semper spirituales dimittit extrema vnctio, peccata verò nō semper: sed tantū, quando ea inuenit. Intellige vtrūq; horum cum ista limitatione, nisi ex parte recipientis extremā vnctionē ponatur obex: id quod est cōe & alijs sacramētis. Hanc differentiā insinuauit B. Iacobus, qm̄ de peccatis loquens dicit ly si in peccatis sit dimittentur ei: de reliquijs autem dicit ly oratio fidei saluabit infirmum. Vbi vides: q conditionalem apponit super peccatorum remissionem, non super reliquiarum.

* Iacob. 5. Beda in 5. ca. Iacobi, & in cap. 8. Lucæ.

* In hoc artic. 3. p. q. 65. artic. 1. corp.

Item

Sed contra est, quod dicitur Iacobi 5. Si in peccatis est, dimittentur ei.

¶ Præterea. Omne sacramentum nouæ legis gratiam confert, sed per gratiam fit remissio peccatorum. ergo extrema vnctio cum sit sacramentum nouæ legis, operatur ad remissionem peccati.

Respon. Dicēdum, quòd quodlibet sacramentū est institutum principaliter ad vnum effectum, quamuis etiam alios ex consequenti inducere possit, & quia sacramentum efficit quod figurat, ideo ex ipsa significatione sacraméti debet accipi eius principalis effectus. Adhibetur autem hoc sacramentum secundū modum cuiusdam medicationis, sicut Baptismus per modum ablutionis, medicina autem est ad pellēdum infirmitatem, vnde principaliter hoc sacramentum est institutum ad sanandū infirmitatem peccati: vt sicut Baptismus est quædam spiritualis regeneratio, & pęnitentia quędam spiritualis suscitatio, ita & extrema vnctio est quædam spiritualis sanatio, vel medicatio. Sicut autem corporalis medicatio præsupponit corporalem vitam in medicato, ita spiritualis spiritualem, & ideo hoc sacramentum non datur contra defectus quibus spiritualis vita tollitur, scilicet contra peccatum originale & mortale; sed contra illos defectus, quibus homo spiritualiter infirmatur, vt nō habeat perfectum vigorem ad actus vitæ, † gratiæ, vel glorię: & hic defectus nihil est aliud quàm quædā debilitas, & ineptitudo, quæ in nobis relinquitur ex peccato actuali, vel originali, & cōtra hanc debilitatem homo roboratur per hoc sacramentum. Sed quia hoc robur gratia facit, quæ secum non compatitur peccatum: ideo ex consequenti, si inuenit peccatum aliquod, vel mortale, vel veniale, quo ad culpam tollit ipsum, dummodo nō ponatur obex ex parte recipientis, sicut & de Eucharistia, & confirmatione s. dictū est,* & ideo etiam Iacobus de remissione peccati conditionaliter loquitur dicens. Si in peccatis sit, dimittentur ei quo ad culpam, non enim semper delet peccatū, quia non semper inuenit: sed semper remittit quo ad debilitatē prædictam, quam quidā reliquias peccati dicunt. * Quidam verò dicunt, quòd principaliter est institutum contra veniale, quod quidem non potest dum hic vita agitur, perfectè curari; & ideo sacramentum exeuntium specialiter contra veniale ordinatur. Sed hoc non videtur verum, quia pœnitentia sufficienter etiam in vita delet venialia quò ad culpam, quod autem non potest euitari post peractam pœnitentiam, non aufert pœnitentiæ præcedenti suum effectum, & iterum hoc pertinet ad debilitatem prædictam. Vnde dicendum, quòd principalis effectus huius sacramenti est remissio peccatorum, quo ad reliquias peccati, & ex consequenti etiam quo ad culpam, si eam inueniat.

Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis effectus principalis alicuius sacraméti possint haberi sine actuali perceptione illius sacramenti, vel sine sacramento, vel per aliud sacramentum ex consequenti, nunquam tamen haberi potest sine proposito illius sacramenti: & ideo quia pęnitentia est principaliter instituta contra actualem culpā, quodcūque aliud sacramentum actualem culpam deleat ex consequenti, non excludit necessitatem pœnitentię.

Ad secundum dicendum, q extrema vnctio aliquo modo quantum ad illa tria remittit peccatum, quamuis enim illa culpa quo ad maculam sine contritione non dimittatur, tamen hoc sacramentū per gratiam quā infundit, facit quòd ille motus liberi arbitrii in peccatum sit contritio, sicut etiam in Eucharistia, & Confirmatione potest accidere. Similiter etiam, & reatum pœnæ temporalis dimittit: sed ex consequenti, inquantum debilitatē tollit: quia eandem pęnā leuius portat fortis, quàm debilis; vnde non oportebit q propter hoc minuat satisfactionis mensura. Reliquiæ autem peccati non dicuntur hic dispositiones ex actibus relictæ, quę sunt quidam habitus inchoati, sed quædam spiritualis debilitas in ipsa mente existens, qua sublata, & eisdem habitibus, vel dispositionibus manentibus, non ita potest inclinari mens ad peccatum.

Ad tertium dicendū, quòd quando sunt multæ actiones ordinatæ ad effectum vnum, vltima est formalis respectu omniū præcedentiū, & agit in virtute earum, & ideo in vltima vnctione gratia infunditur, quæ effectum sacramento præbet.

ARTI-

Item nota: q ablationem reliquiarum attribuit formæ, tanquàm principalem effectum: peccatorū autem, tanquàm quoddam ex cōsequenti se habens. Nam sic verbaliter, & per ordinem, dicit: oratio fidei saluabit infirmum; & si in peccatis sit, dimittentur ei. Ex B. igitur Iacobo optime confirmatur quicquid in conclusione præmissa dictum est.

1m maior. Ad hoc, qđ per vnū potest effici, aliud non exigitur. ℞. Si vtrūque ad illud efficiēdum concurrat de pari: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam ad deletionē peccati, quo ad culpā, licet ordinet pœnitentia principaliter (vt arguitur): tamen extrema vnctio ad illā culpę remissionē potest ordinari ex consequenti: & conclusio præmissa de remissione culpæ ex consequenti, non principaliter, efficiendam per vnctionem hanc, loquuta est.

2m minor. Per extremā vnctionē nō remittitur peccatū quo ad maculam, nec quò ad pœnā, nec quò ad reliqas culpæ. ℞. Negatur tota minor hæc. §. Nam remittitur per illam, adiuncta contritione, peccati macula, sed ex consequenti (vt dictū est): remittit, & ex consequenti, pęna peccati: remittuntur &, principaliter tamē, reliquiæ peccati. Ad rationē argumēti contra primam partem, & contra secundā, sufficit respondere per ly ex cōsequēti: ad rationem vero contra tertiam respondeas, q reliquiæ ablatæ non sunt dispositiones illæ, de quibus argumētum loquitur, sed sunt spiritualis debilitas. Pro huius debilitatis notitia, vide Examen suprà.

3m illatio conclusionis. Ergo eius &c. ℞. Negatur illatio. §. Ratio est: quia quādo sunt multæ actiones ordinatæ &c. vt in tex. Vide q. 2. art. 6. corp. fin. & ibi elucid. de guttis cauantibus lapidem.

APPENDIX.

Ex art. habes primò; quomodo per rationem interimas hæresim suprà q. 29. art. 1. appen. narratorū dicentiū: extremam vnctionem esse nihil: & non esse tanquā verum sacramentū alijs connumerandū. Si enim peccatorum remissionē causat: (vt verè præsenti articulo monstratur) vtique & aliquid, & verum sacrm̄ est. Item quomodo &c. hæresim quorundam (vt in Concil. Trid. infrà citando tangitur) dicentium; extremam vnctionem fuisse olim tantum gratiam curationum, &

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

nunc

nunc iam cessasse. Nam gratia curationũ tñ, cũ se ad corporum sanitatem solum extendat (ut patet per doct. sup 1. Cor. 12. ly gratia sanitatũ, ly gratia curationum) non remittit ex se peccata: multoq; minus si iam cessasset: cuius oppositum articulus præsens, ceu contra tales turbinum errores motus, lucidissimè demonstrat. Secundò habes: quõ per ratioñe ostēdas, tales hæreses meritò damn. a Conc. Trid. sess. 14. de extr. unct. c. 2. Res porrò, & effectus huius sacri illis verbis explicatur: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dñs, & si in peccatis sit, dimittentur ei. Res etenim hęc gratia est Spiritussancti, cuius vnctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, & ægroti animã alleuiat, & cõfirmat, magnam in eo diuinæ misericordiæ excitãdo; qua infirmus subleuatus, & morbi incõmoda, ac labores leuius fert, & tentationib. dęmonis calcaneo insidiantis facilius resistit; & sanitatē corporis interdũ, ubi saluti animæ expedierit, consequitur. Hæc ibi. Et de ext. vnct. canon. 2. si quis dixerit: sacram infirmorum vnctionē non conferre gratiam, nec remittere peccata, &c. sed iam cessasse, quasi olim tñ fuerit gratia curationum. Anathema sit. Hęc ibi. Et sess. 7. de sacramentis in communi, cano. 6. Si quis dixerit: sacramenta nouæ legis gratiam non ponentibus obicem non conferre: quasi signa tantum externa sint accepta per fidem gratiæ, vel iustitiæ: & notæ quædam Christianæ professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus. Anathema sit. Hæc ibi. Ergo a fortiori damnatur ex his error ille, qui extremam vnctionem dicit tantum fuisse gratiam curationum: & illum ēt, qui dicit eam iam cessasse. Item ab Eugenio IIII. sacro approbante Conc. Flor. in Decret. Armenis dato. Effectus vero eius est mentis sanatio. Hæc ibi. Vbi per ly eius, intelligit extremam vnctionem; cum textualiter de ipsa loquatur. Item a & c. ut sup. q. 29. ar. 1. app. 3 Tertiò habes: quomodo per rõnem dicta patrum, & scripturarũ (nam scripturæ Iacobi V. idem quod supra dictum est, importãt: ut patet,) pro quanto extremam vnctionem delere dicunt peccata, & intelligas, & probes, & tuearis. 4 Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. LX. Aliàs 30. Art. II.

121 CONCL. Ex sacro extremę vnctionis nõ sequitur corporalis sanatio semper, sed quando expedit ad spiritualem sanationem: & tũc semp eã inducit: dũmodo nõ sit impedimētũ ex parte recipientis.

¶ Not. 1. Addit S. Th. in cõclusione cõditionē hanc ly dũmodo non sit impedimentum ex parte recipientis: non q2 sanitas corporalis non possit a largitate diuina donari alicui indigno (hoc. n. esset contra experientiã qua multorum sceleratorum corpora sana videmus,) sed quia sanitas illa non dependeret ex ordinata vi sacramēti (sic. n. loq̄ D. Tho. de sanitate corporali in psentiarũ.) Sanitas eñ ordinate procedit ex vi sacramenti primò i animã, secundò in corpus. Vnde, si in corpus fiat absq; hoc, q̃ fiat in anima: nõ procedit ſm ordinem vis sacri: licet p̄cedat a bonitate diuina, suo quodam occulto iudicio, quo etiã facit oriri solē suũ super malos. Hoc autem nõ est contra D. Thomam loquentem formaliter (more suo) in præsenti conclusione.

* Aug. de trinit. Ist morum li. 2. ca. 4. t. 9.

¶ Not. 2. Quamuis sanitas corporalis sequatur qñq; in infirmo post exhibitionē huius sacramenti; tñ non licet inferre pro certo, ipsum infirmum consecutum esse gratiam Dei in anima, nisi cum hac limitatione, quantum. s. est ex parte sacramenti. Alioquin scire posset aliquis pro certo, se esse in gratia Dei absq; speciali reuelatione: contra Conc. Trid. sess. 6. c. 9. Ratio q̃ non liceat (ut dictum est) inferre, est; quia sanitas corporalis potest prouenire ipsi infirmo, uel per vim ordinariam sacri, uel p occultũ illud iudiciũ diuinæ bonitatis: de quo in prima Not. vide ibi.

¶ Prob. 1. Quia corporalem sanationem extrema vnctio nõ facit ex proprietate naturali materiæ, sed uirtute diuina; quæ rationabiliter operatur, non necessario. Secunda autem pars. s. sed quando &c probatur. Quia ratio diuina operans inducit secundarium effectum qñ omnibus consideratis videt expedire ad principalem. Tertia autē pars. s. dũmodo non sit, &c. relinquit clara consideráti.

¶ Not. Receptũ recipitur p modũ recipientis: & forma non solet recipi in materia indisposita: ideo tertia pars cõclusionis meritò præsupponitur clara. Vide notationes duas præmissas, post cõclus.

Pri-

## ARTICVLVS II.

*Vtrum sanitas corporalis sit effectus huius sacramenti.*

AD SECVNDVM sic procedit. Vr qd sanitas corporali nõ sit effectus huius sacri. Omne. n. sacrm est medicina spiritualis: sed spiritualis medicina ad spiritualem sanitatē ordinatur, sicut corporalis ad corporalem ergo sanitas corporalis nõ est effectus huius sacramenti.

¶ 2 Pręt. Sacrm semp habet effectũ suum in eo, qui non fictus accedit, sed qñq; nõ sanatur corporaliter suscipiens hoc sacramentũ, quantumcumq; deuotus accipiat, ergo sanitas corporalis non est effectus eius.

¶ 3 Præt. Efficacia huius sacri nobis ostenditur Iaco. 5. sed ibi non attribuitur sanatio effectus vnctioni, sed orationi, dicit. n. Oratio fidei sanabit infirmum, ergo corporalis sanatio non est effectus huius sacramenti.

SED CONTRA. Operatio Ecclesiæ habet maiorē efficaciã post Christi passionem, q̃ ante, sed ante oleo iniuncti per Apostolos sanabantur, vt patet Matt. 6. ergo, & nunc habet effectum in corporali sanatione.

¶ Præt. Sacramenta significãdo efficiũt, sed Baptismus per ablutionem corporalem, quam exterius facit, significat, & efficit spiritualem, *ergo, & extrema vnctio per sanationem corporalem, quam exterius significat, efficit, & causat spiritualem.

RESP. Dicendum, q̃ sicut Baptismus per ablutionē corporalē facit spiritualem emundationē, a maculis spiritualibus, ita hoc sacramentum per medicationem sacramētalem exteriorem facit sanationē interiorem: & sicut ablutio baptismi habet effectum corporalis ablutionis, quia etiam corporalem mundationem habet, ita extrema vnctio habet effectum corporalis medicationis, scilicet corporalem sanationem. Sed hæc differentia est, quia corporalis ablutio ex. ipsa naturali pprietate elementi facit corporalē mundationem, & ideo semper eam facit; sed extrema vnctio non facit corporalem sanationem ex proprietate naturali materiæ, sed virtute diuina, quæ rationabiliter operatur: & quia ratio operans numquàm inducit secundarium effectum, nisi secũdum quòd expedit ad principalem, ideo ex hoc sacramento non sequitur corporalis sanatio semper, sed quando expedit ad spiritualem sanationem, & tunc semper eam inducit, dummodo nõ sit impedimentum ex parte recipientis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd argumētatio illa probat, quòd corporalis sanitas non sit effectus principalis huius sacramenti, & hoc verum est.

AD SECVNDVM patet solutio ex dictis.

AD TERTIVM dicendum, q̃ oratio illa est forma huius sacri, vt dicetur; & ideo hoc sacrm, ex sua forma, habet efficaciam quantum est de se, ad sanationem corporalem.

A R-

### 1m de maiori.

Est. R. principaliter: nõ, solum. §. Tunc &c. Ex hoc enim q̃ sacramenta sũt principaliter instituta ad sanitatem spiritualem introducendam, nõ sequitur, q̃ ex consequenti non possint secundario corporalem sanitatem etiam afferre. Exemplum sit de Cõstantino magno, qui baptizatus recepit vtrãq; salutem: ut infra & 3. p. q. 69. ar. 8.

¶ Not. Quod nunc dictum est, narrat pro gratitudine, & ueritate magnus Constantinus ille, in hæc uerba. Deinde per manus impositionem clericorũ vsq; ad ipsum Præsulem venι. Ibique renunciãs Sathanæ pompis, & operibus ei⁹, uniuersis idolis manufactis, credere In Deum patrem omnipotentem, &c. & in Iesum Christum, &c. spõtanea uoluntate coram omni populo professus sũ. Benedictoq; fonte illic me trina mersione vnda salutis purificauit. Positoq́ue me in fontis gremio, manũ de cœlo me contingētem proprijs oculis vidi. De qua mũdus exurgens ab omni me lepræ squalore mundatũ agnoscite: leuatoq́ue me de uenerabili fonte, induto uestibus candidis septiformis gratiæ sancti spiritus consignationem adhibuit, &c. Cunctusq; clerus respondit. Amen. Prima itaque die post perceptum sacri baptismatis mysterium, & post curationem corporis mei à lepræ squalore, agnoui, &c. Hæc ille in edicto suo oĩbus catholicis, Episcopis, &c. scripto: quod in primo tomo Concil. recensetur. Hinc, a fortiori, dicas; quod extrema unctio sanitatē corporis afferre potest: cum ex se ordinetur etiam ad salutem corporalem potius quàm baptismus. Ideo dixi ly a fortiori.

Præsulis nomine intelligit S. Siluestrũ Papam.

### 2m de maiori.

Effectum. R. Principalem: non, secundarium. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusione.

### 3m illatio conclusionis.

Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Nam attribuere corporalem salutem orationi, redit in idem ac si attribueretur vnctioni: non quia oratio sit unctio, sed quia oratio est forma vnctionis ipsius.

¶ Not. Forma est, quæ dat esse rei simpliciter: & consequenter

ad, quod

id, quod attribuitur formæ, attribuitur & rei, cuius est forma quatenus ex illa forma dependet. Hinc dicimus: quòd & anima humana intelligit, & q homo intelligit: non quòd homo sit anima, sed quia anima illa est forma hominis. Sic in proposito dicendum.

## APPENDIX.

Vtilitas p S. Ecclesia &c.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem elidas errorem Græcorum dicentiũ: quòd unctionis extremæ sacramentum non prodest infirmis ad salutem corporis. Item propositionẽ suspectam, seu scandalosam Erasmi (ut refertur pro tali a Iacobo Lop. stun. post suum itinerarium inter propositiones Erasmi) dicentis: hodie oleo sacro vnguntur laborantes, non vt conualescant, sed ut tutius migrent. Secundò habes: quomodo per rationẽ ostendas, prædictos meritò damnari a Conc. Trid. sess. 14. cap. 1. de extr. vnct. ut supra art. 1. app. & canon. 2. Si quis dixerit: sacram infirmorum vnctionem nõ alleuiare infirmos: sed iam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum. Anathema sit. Hæc ibi. Item a Concil. Floren. de sacram. in Decr. sæpius adducto. Effectus verò eius est mentis sanatio: & inquantum animæ, expedit ipsius etiam corporis. Hæc ibi. Item a Conc. Senonensi in Decretis fidei, Decret. 10. c. de extr. vnct. Si quis infirmat (inqt Iacob.) in vobis &c. oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit, &c. Quibus liquidò constat: extremam vnctionem non ægritudinis tantum corporalis medicamentum esse, sed etiam remissionem peccatorum efficaciter operari. Hæc ibi. Item a Conc. Coloniensi, par. 7. c. 49. Restat extrema vnctio, quæ (quoniam in morte extrema lucta est) adhibetur: ut uel conualescat ęgrotus, si Deo ita visum; uel fide, bonaq; spe, obdormiat in domino. Hæc ibi. Ecce; literaliter, contra Erasmũ. Item a Cabilonensi Conc. 2. c. 48. Secundum B. Apost. Iacobi documentum, infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros, &c. oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei. Non est itaque paruipẽdenda huiusmodi medicina, quæ animæ, corporisq; medetur languoribus. Hæc ibi. Item a scripturis sacris. Iacobi, 5. vt sæpius visum est. Quòd si (ut impudenter pleriq; solent) dicerẽt, illã epistolã Iacobi nõ esse de canone scripturarum sacrarũ, ideoq; ipsam reijcere vellent: expugnes illos per Conc. Trid. sess. 4. Decr. de canonic. scrip. ubi connumerat ipsam epistolam in canone. Sed & a multis Concilijs, ac Pontificibus summis idem prius factum fuerat: ut diffuse videre potes prima par. quæst. 1. ar. 1. app. Item a Matt. 6. ubi dr, q inuncti ab Apostolis oleo infirmi sanabantur. Intellige tu: corporaliter. Illa autem inunctio est quædam mentio de hoc sacramento supra q. 19. art. 3. ad primum. Tertio habes: quõ per rationem prædicta patrum, & scripturarum, pro quanto effectum salutis corporalis dicunt esse ab extrema vnctione, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides, quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Canonicè scripturæ. 3 4

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum hoc sacramentum imprimat characterem.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum imprimat characterem. Character enim signum distinctiuum est, sed sicut baptizatus distinguitur a nõ baptizato, ita vnctus a nõ vncto: ergo sicut Baptismus imprimit characterem, ita & extrema vnctio.

¶ 2 Præt. In ordinis & confirmationis sacramentis est vnctio, sicut in hoc sacramento, sed in illis imprimitur character ergo & in isto.

¶ 3 Præt. In omni sacramento est aliquid, quod est res tantum, & aliquid quod est sacrm tantum, & aliquid quod est res, & sacramentum, sed non potest aliquid assignari in hoc sacramento quod sit res & sacramentum nisi character, ergo & in hoc imprimitur character.

SED CONTRA. Nullum sacramentum imprimens characterem iteratur, hoc autem iteratur, vt dicetur ergo nõ imprimit characterem.

¶ 4 Præt. Distinctio, quæ fit secundum characterem sacramentalem, est distinctio eorum, qui sunt in præsẽti Ecclesia, sed extrema vnctio confertur ei qui exit de præsenti Ecclesia, ergo non decet, quod in eo character conferatur.

RESPON. Dicendum, quod character non imprimitur nisi in illis sacramentis, quibus homo ad aliquod sacrum deputatur, sed hoc sacramentum est solum in remedium, & non deputatur per ipsum homo ad aliquod sacrum agendum, vel suscipiendum, & ideo non imprimitur in eo character.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod character facit distinctionem statuum quantum ad ea, quæ in Ecclesia sunt agenda, & talem distinctionem homo non habet ab aliis per hoc quod ipse est inunctus.

AD SECVNDVM dicendum, * qđ vnctio, quæ fit in ordine, & cõfirmatione, est vnctio consecrationis, qua homo deputatur ad aliquod sacrum, sed hęc vnctio est vnctio medicationis, & ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendum, q in hoc sacrõ res, & sacramentũ non est character, sed quædam interior deuotio, quæ est spiritualis vnctio.

QVAE-

SVPER Q. LXI. Aliàs 30. Art. III.

COncl. Extrema vnctio non imprimit characterem.

122 ¶ PROB. Quia per extremam vnctionem non deputatur homo ad aliquod sacrũ agendum, vel suscipiendum (quod tamen fit in sacramentis imprimentibus characterem,) sed solum ipsum in remedium est.

¶ NOT. Omnia, vt patentia supponuntur. De charactere itaque multa, quę ad declarationem præsentis negotij facient, vide 3. parte q 63. per totum, & q. 72. ar. 5. & 6.

1^a de maiori. Distinctiuum. R. statuũ, quantum ad agenda in ecclesia: nõ, distinctiuũ quantum ad quælibet alia. §. Tunc &c. Nam per hoc, quòd aliquis est unctus nõ distinguitur ab alio, quãtum ad statum agendorum in ecclesia: licet distinguatur ab eo quantum ad hoc, quòd ipse est vnctus, & alius nõ vnctus.

¶ NOT. Si argumentum præcedens ualeret, sine glosia respõsi; tunc omnia sacramenta characterem imprimerent. Nam vxoratus distinguitur a non uxorato, pœnitens a non pœnitente, eucharistiam sumens a non sumente sicut unctus a non vncto. Si ergo baptizatus non haberet aliquod magis distinctiuum a non baptizato, quàm unctus a non vncto: omnia profecto sacramenta imprimerent characterem, sicut & baptismus. Cum autem hoc sit falsum: patet, quòd glossa responsi ad illud argumentum est conueniens. Illa siquidem ad illud data, cessat inconueniens prædictum: & signum ueritatis rei alicuius est (secundum Phil. in physicis) quando ex ea data excluduntur inconuenientia.

2^m de maiori. Sicut. R. Quantum ad unctionem: nõ quantum ad finem, seu qualitatem, vnctionis. §. Nam unctio quæ fit in ordine & confirmatione, &c. ut in textu. Tunc nihil &c. Nam vnctio medicationis non imprimit characterem, sicut vnctio consecrationis ad aliquem statum, ut dicitur in responsione ad primum.

3^m minor. Non potest aliquid assignari in hoc sacramento, quòd sit res & sacramẽtum, nisi character. R. Negatur ista. §. Nam vnctio spiritualis interior est res & sacramentum hic: ut dicitur in textu.

¶ NOT. Vnctio interior, de qua textus, est gratia Spiritussancti: vt ex Conc. Trid. sess. 14. de extr. vnct. c. 2. habetur: & ex 1. Io. 2. Vos vnctionem, quam accepistis ab eo, maneat in uobis; & unctio eius docet uos de omnibus: & ex Psal. 44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitiæ, præ consortibus tuis. Hinc, qa plus gratiæ habet Saluator noster, quàm alij, & oleum Græce dicitur Chrisma di 95. presbyteros, ideo anthonomaticè dicitur Christus. i. vnctus. Gratia autem Spiritussancti hac de causa dicitur vnctio (vt a notioribus nobis veniamus in cognitionẽ spiritualium) quia sicut res etiã ferrea, si vngatur oleo oliuarum, currit faciliter pro officio suo exequendo (ut patet in seris, & clauibus, ostiorum:) ita mẽs hominis quantumcumq; dura, si ungatur gratia Spiritussancti, fit facilè mobilis ad ea exequenda, quæ Dei sunt. Consequenter igitur per hoc, quòd gratia spiritualis in textu dicitur unctio, denotare uoluit Sanctus Th. hunc effectum prædictum. Et quia ab effectu fit, uenitur, secundum quòd potest, in cognitionem causæ: ideo uoluit & per hoc denotare, quòd ab illo effectu possumus deuenire aliqualiter in cognitionem coniecturalem saltem (non. n. certam habere possumus:) quòd aliquis est in gratia Dei. Dicemus igitur, quòd ex eo, quòd aliquis libenter obedit mandantis diuinis, magnum coniecturæ signum habemus: q talis habet gratiam Dei, hoc est vnctionem illam, quæ facit eum facile mobilem ad huiuscemodi obedientiam. Cæterum; quantum spectat ad maiorem propositionem argumenti, vide 3. par. q. de sacramentis in communi.

*Th. 4. dis. 4. q. 1. a. 4. q. 2. cor. & 3. p. q. 63. ar. 1. & 6.

Quare gratia spiritus sancti dicatur vnctio.

## APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas; meritò fuisse insinuatum a concilijs, quòd extrema unctio non imprimit characterem. Hoc autem insinuatum est in decr. Euge-

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Eugenio IIII. Armenis dato, sacro Flor. approb. Concilio. Inter hæc sacramenta baptismus, confirmatio, ordo, characterem. i. spirituale quoddam signum a cæteris distinctiuum imprimunt in anima indelebile. Vnde in eadem persona non reiterantur. Reliqua uerò quatuor characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt. Hæc ibi. Item a Concilio Tridentino, sess. 14. de extrema vnctione cap. 3. Si infirmi post susceptam hanc vnctionem conualuerint: iterum huius sacramenti subsidio iuuari poterunt, cum in aliud simile vitæ discrimen inciderint. Hæc ibi. Adde his can. 9. de sacram. in commun. sess. 7. Si quis dixerit; in baptismo, confirmatione, & ordine non imprimi characterẽ in anima, hoc est, signum quoddã spirituale & indelebile, unde ea iterari non pñt: anathema sit. Si, inquàm, addas hoc, tunc ad literam videbis: quòd Cõcilium Tridentinum (sicut & Floren.) dicit, extremam unctionem non imprimere characterem. Illa namq;, quæ imprimunt ipsum, ait: q ob hoc non possunt iterari, & hanc unctionem fatetur posse iterari. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrũ, pro quanto extremam vnctionem statuunt non imprimere characterem, & intelligas, & defendas. Tertiò vides, quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina; declaretur, & consolidetur.

## QVAEST. LXII. Aliàs 31.

*De ministro huius sacramenti, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de administratione huius sacramenti.

Circa qd tria quærũtur.

¶ Primò, Vtrum laicus possit hoc sacramentum conferre.

¶ Secundò, Vtrum diaconus.

¶ Tertiò, Vtrum solus Episcopus.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum laicus possit hoc sacramentum conferre.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd etiam laicus possit hoc sacramentum conferre, quia hoc sacramentum habet efficaciam ex oratione, ut Iacobus dicit: sed oratio laici quandoque est a Deo accepta, sicut sacerdotis, ergo potest hoc sacramentum conferre.

¶ Præt. De quibusdam presbyteris in Aegypto legitur, quòd oleum ad infirmos transmittebant, & sanabantur, & similiter de beata Genouesa, quòd oleo infirmos vngebat, ergo hoc sacramentum potest conferri a laicis.

SED CONTRA est, quia in hoc sacramẽto fit remissio peccatorum, sed laici non habent potestatem dimittendi peccata, ergo &c.

RESP. Dicendum, quod secundum Dionysiũ in Ecclesiastica Hierarchia, * sunt quidam exercentes actiones hierarchicas, & quidam recipientes tantum, qui sunt laici: & ideo nullius sacramenti dispensatio laico ex officio * competit, sed quod baptizare possint in causa necessitatis, est diuina dispensatione factum, vt nulli regenerationis spiritualis facultas desit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod oratio illa non fit a sacerdote in persona sua, quia cum sit quandoque peccator, non esset exaudibilis, sed fit in persona totius Ecclesię, in cuius persona orare potest quasi persona publica, non autem laicus, qui persona priuata est.

AD SECVNDVM dicendum, quod illæ vnctiones non erant sacramentales, sed ex quadam deuotione recipientium talem unctionem, & meritis ungentium, uel oleum mittentium, consequebatur effectus sanitatis corporalis per gratiam sanitatum, non per gratiam sacramentalem.

AR-

SVP. Q. LXII. Aliàs 31. Art. 1.

CONCL. Nullius sacramenti dispensatio laico ex officio cõpetit.

¶ EXAMEN. Ly ex officio. Hoc dicit ad differentiam casus necessitatis: tunc enim casu hoc dato licet laico dispensatio sacramenti puta baptizare, quàuis etiã in tali casũ nõ baptizet ex officio, ut a fortiori habetur. ar. 2. ad secundum responsione secũda. In casu etiam necessitatis confessionẽ audire potest: quamuis non absoluere, ut patet quęstione 8. art. 2.

Conc. Triden. sessio. 14. de sacr. extr. unct. c. 3.

123 *S. Th. ubi sup. q. 2. artic. 1. q. 1. & seq.

¶ PROB. Quia in hierarchia ecclesiastica Dion. laicos annumerat inter recipiẽtes tantũ actiones hierarchicas.

¶ COROLL. Ergo attribuere laicis collationem sacramentorũ, vel extremę vnctionis (ut sistamus in proposito) esset cõfundere totum ordinem hierarchicum ecclesiæ. Quod quàm sit absurdum auriumq; catholicarum offensiuũ necnon Apostolicarum scripturarum impugnatiuum ab eisque condemnatum patet ex Concil. Triden. sessio. 23. cap. quarto. Quod ad literam alibi supra adductum est.

1^m de maiori. Ex oratione. ℞. Publica: non priuata. §. Tũc nihil &c. Licet enim laicus etiam Sanctus orationem faciat Deo acceptam, tamen illa sua oratio non computatur inter publicas ut sic, sed inter priuatas; non enim orat, ut laicus est in persona totius Ecclesiæ: quod utique facit sacerdos, vt sic cum sit Ecclesiæ minister.

¶ NOT. Beatus Iacobus in auctoritate sua de extrema unctione, non orationem quamcumque pro forma unctionis annotauit, sed orationem publicam eo modo, quo nunc dictum est. Sic enim sua uerba iacent, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum vngentes eum oleo in Nomine Domini, & oratio saluabit infirmum. Vide quod non sine causa orationi præmisit ly Ecclesiæ. In hoc enim uoluit annotasse quod oratio de qua locuturus erat immediatè, non priuata, sed publica, hoc est in persona Ecclesię facienda foret.

¶ EXAMEN. Ly cum sit quandoque peccator, non esset exaudibilis. Scilicet ut peccator, uel ut peccatoris oratio. Peccator enim ut sic nõ est dignus pane quo vescitur, ut per Aug. patet: non ergo voluit dicere D. Tho. quod peccator ex bonitate Dei non exaudiatur, quandoque sed quod non meretur exaudiri, aliud etiam intendere uoluit quod scilicet peccator orans, ut peccator numq̃ exaudietur immo nec exaudiri poterit a diuina bonitate: is enim orat ut peccator cuius oratio tendit ad finem peccandi: puta quando peteret prosperari in furto, uel committere quodcunque peccatum. Hanc enim orationem numquàm Deus exaudiret: cuius iustitia tanta est, ut nesciat patrocinium dare criminibus, cuius & fidelitas tanta, ut seipsum negare non possit, taceo quod oratio talis hominis fieret sibi in peccatum & hæc oĩa uoluit dixisse textus. Secun-

2^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Alterius enim generis fuerunt illæ unctiones, de quibus loquitur argumentum: & alterius est unctio, de qua intelligit ꝑmissa conclusio.

* Ca. 5. nõ procul a prin.

¶ EXAMEN. Ly per gratiam sanitatum. Scilicet corporalium. De his enim sermo est in argumento. Patet ergo quòd gratia curationũ non remittebat peccata, ut ordinata ad ipsorum remissionem: & consequenter quòd error est dicere, extremã vnctionem esse tãtum, uel olim fuisse gratiam curationum. Facit pro q. 40. art. 1. appen.

* 3. p. q. 67. artũ. 3. 4. & 5.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hęresim Manus impositoriorum (Prat. Manus impositorij) dicẽtium, laicalem impositionem manuum sacramẽtum esse. Si enim laicorum manus impositio est sacramẽtum (secundum istos) secundũ eosdem uidetur utique, quòd laici possint sacramenta ministrare: contra quod pugnat iste articulus, & ex consequenti etiam contra illud primum. Item hęresim Lutheri (ut supra refertur q. 8. art. 1. & 2. & 4. & q. 19. art. 3.) dicentis: sacerdotes oẽs Christianos esse, & æqualem habere potestatem, nulla status, aut sexus discretione facta. Item hæresim Hussitarũ (ut refertur q. 20. ar. 1.) dicentium: sacerdotem potiorem efficit non dignitas, sed vitæ meritum. Per huius enim articuli rationem omnes prædictæ hæreses debellari possunt. 2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas: illas merito damnari à &c. ut supra locis nunc citatis in appen. Item à &c. ut supra, q. 19. art. 3. & 4. appen. Item a Concil. Trid. ut supra in præsenti articulo Coroll. post prob. allegatur. Cuius uerba, quia aliàs recitata sunt superius, ideo hoc sat est. Vide tu illic. Item ab eodem sess. 14. de extrem. vnct. cap. 3. Iam uerò, quod attinet ad præscriptionem, eorum qui & suscipere, & ministrare hoc sacramentum debent, haud obscure fuit illud etiam in uerbis prædictis (à Beato Iacobo scilicet) traditum Nam & ostenditur illic, proprios huius sacramenti ministros esse ecclesię presbyteros, quo nomine eo loco non ætate seniores, aut primores in populo intelligendi ueniunt; sed aut Episcopi, aut sacerdotes ab ipsis rite ordinati per impositionem manuum presbyteri. Hæc ibi. Et canon. 4. Si quis dixerit: presbyteros ecclesiæ, quos B. Iacobus adducendos esse ad infirmos inungendum hortatur, nõ esse sacerdotes ab Episcopo ordinatos; sed ætate seniores in quauis communitate. Anathema sit. Hæc ibi. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem dicta patrum, pro quanto uel sacramentum nullum, a laico conferri ex officio, uel extremam unctionem ab eodem absolute conferri, non posse dicunt, & intelligas, & probes, & defendas. 4 Quartò vides: quomodo ex ijs uicissim Angelica hæc doctrina & declaretur, & consolidetur.

SVPER QVAEST. LXII. Aliàs 31. Art. II.

CONCL. Nullum sacramentum, in quo gratia confertur, Diaconus potest dare ex officio.

¶COROLL. Ergo nec extremam vnctionem.

¶EXAMEN. Ly ex officio. Hoc ut intelligas, vide sup. arti. 1. in examine post conclus.

¶Ly in quo gratia confertur. Hoc dicitur, non quia in aliquo sacramentorum nouæ legis non conferatur gratia (nam in singulis confertur:) sed quia hoc est tanquàm circumscriptiuum illius obiecti sacramenti ibi dicti. Ac si dixisset. Nullum sacramentum nouæ legis Diaconus potest dare ex officio. Ergo per ly in quo gratia cōfertur, ostēdit etiam, quod nō loquitur de sacramentis antiquæ legis.

124

*Cap. 5. eccles. Hier. par. 1. circa med.

* Vt ēt dictum est 3. par. q. 67. ar. 1. ad 3.

¶PROB. Quia in sacramentis quibuslibet fit illuminatio per gratiam, & Diaconus non habet vim illuminatiuam.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum Diaconi possint hoc sacramentum conferre.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr quòd diaconi possint hoc sacramentum conferre. Quia secundum Dionysium* diaconi habēt virtutem purgatiuā, sed hoc sacramentum est institutum ad purgandū tantum ab infirmitate mentis, & corporis, ergo diaconi possunt conferre.

¶ 2 Præt. Dignius sacr̄m est Baptismus, quàm hoc, de quo hic agimus, sed diaconi possunt baptizare, ut patet de beato Laurētio,* ergo possunt hoc sacramentum conferre.

SED CONTRA est qd dr̄ Iac. 5. Inducat presbyteros Ecclesiæ.

RESPON. Dicendum, quòd diaconus habet vim purgatiuam tantum, non illuminatiuam: vnde illuminatio cum fiat per gratiā, nullum sacr̄m in quo gratia confertur, diaconus potest dare ex officio, & ideo nec hoc, cum in eo gratia cōfertur.

AD PRIMVM dicendum, quòd hoc sacramentum illuminando per gratiæ collationem purgat, & ideo diacono eius collatio non competit.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ hoc sacr̄m non est necessitatis, sicut Baptismus, vn̄ non ita cōmittitur dispensatio eius omnibus in articulo necessitatis, sed solum illis quibus ex officio competit. Diaconis etiam baptizare non competit ex officio.

1^m ex Dionisio. Purgatiuam. R. Tantum: non illuminatiuam simul per gratiæ collationem. §. Tunc &c. Nam sacramentum hoc institutum quidem ad purgandum, sed tamen mediante collatione gratiæ.

¶NOT. Illud purgare de quo loquitur responsum simul cum corpore articuli, quod videlicet conuenit Diacono absque hoc, q̄ conferat gratiam, est officium Diacono conueniens, de quo in cōstitutionibus Apostolicis lib. 2. Authore Clem. 1. Papa & martyre. N Episcopi, cum ad orationem prouenietis post lectionem, post psalmodiam, post scripturarum doctrinam Diaconus astans prope vos alta uoce dicat. Ne quis contra aliquem, ne quis in hypocrisi. Vt, si inter aliquos dissensio fuerit, conscientia perculsi rogent Deum; concilienturque confratribus. Hæc ibi c. 58. Ecce, quòd Diaconus purgat tantum, hoc est hortatur ad pacem populum, & consequenter ab odio & dissensionibus purgat proximos. Dicitur etiam purgare, quia ad ipsum pertinet legere Euangelium, cui sane Euangelio attribuitur purgare mundum a tenebris, cum ueritatem apertam omnibus palam faciat.

2^m illatio conclusionis. Ergo possunt, &c. R. Negatur illatio. §. Nam est dissimile inter baptismum, & extremam vnctionem in hoc, quòd baptismus est sacramentum maxime necessarium, non autem sacramentum hoc.

Item de minori. Baptizare. R. In articulo necessitatis, non, ex officio. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusione.

APPENDIX.

Vtilitas p̄ S. Ecclesia &c.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Iacobi Præpositi dicentis, Laicos omnes esse sacerdotes, & posse consecrare, si non sint in peccato mortali. Contra hanc siquidem pugnat articulus præsens, a fortiori. Si enim Diaconus non est sacerdos, & hac ratione, non posset extremam vnctionem conferre, hic concluditur: profectò per hoc idem manifeste ostensum relinquitur, quòd laici non sunt sacerdotes, nec sacramenta cōferre possunt. Secundò habes, quomodo per rationem ostendas: prædictam hæresim meritò damnari a Concilio Triden. sessio 23. cap. 4. Et canon. sexto. Vide quæst. 19. artic. tertio, quarto, appen. Item a &c. usque quæst. octaua, articu. primo, secundo, & quarto. Item meritò damnari ab Apost. Hebr. 5. ubi diffiniens quid sit sacerdos, inqt. Omnis Pōtifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, q̄ sunt ad Deū; ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Ecce: quòd secundum Apost. adeò non omnes sunt sacerdotes, ut positio ista seipsam confodiat. Omnis (inquit) Pontifex ex hominibus, &c. Quasi diceret. Si aliquis non assumatur ex hominibus, & constituatur pro hominibus in his, quæ sunt ad Deum, non est sacerdos: sicut si quis non habet animam rationalem, utique non est homo. Ex his patet: q̄ positio illa hæreticalis contradictionem implicat. Nam si omnes sunt sacerdotes, profectò nullus erit sacerdos. Non enim sacerdotes illi, nec aliquis illorum, assumetur ex hominibus, i. altius sumetur, quàm alij, cum omnes sint sacerdotes, & similiter nec omnes, nec aliquis eorum constituetur tanquàm superior pro alijs hominibus in his, quæ sunt ad Deum. Sicut ergo non habens diffinitionem alicuius rei non est illa res, cum diffinitio, & diffinitum sint idem, ita non habens diffinitionem ueram sacerdotis (hæc præmissa est) non est uerus sacerdos. Oportet igitur secundum Apostolum, quòd sint aliqui homines nō sacerdotes ad hoc, quòd aliqui alij possint vere dici, & esse sacerdotes. Item à &c. ut art. 1. appen. Tertio habes: quomodo per rationem ostendas, meritò ab Apostolo Iacobo, & a Concilijs ipsum citantibus, ipsique consentientibus (ut est Conc. Cabilonense secundum. Senonense, Florent. &c. de quibus supra alibi) fuisse insinuatum, quòd Diaconi hoc sacramentum conferre non possunt. Insinuatum autem est hoc ab eo per ly presbyteros: cum dicit, infirmatur quis in uobis inducat presbyteros, &c. Diaconi enim non sunt presbyteri ut patet; & habetur ex multis Concilijs supra alibi ad simile propositum citatis. Quartò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto Diaconum insinuant sacramentum hoc dare non posse, & intelligas, & declares, & tuearis. Quinto vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

*Cōc. Tridentin. sess. 14 de sacr. ext. vnct. c. 3. & can. 4.

Diffinitio sacerdotis.

SVP. Q. LXII. Aliàs 31. Art. III.

CONCL. Per simplices sacerdotes* potest etiam administrari extrema vnctio.

125

¶COROLL. Ergo ex ly etiam, & Episcopi, & sacerdotes possunt sic inungere. Et licet in textu conclusioni non addatur ly etiam subintelligitur tamen secundum sensum discursus. Nam quod potest inferior, potest & superior, in similibus.

¶PROB. Quia hoc sacramentum non constituit aliquē in statu pfectionis super alios (cū omnibus detur:) & sacra-

## ARTICVLVS III.

*Vtrum solus Episcopus possit hoc sacramentum conferre.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd solus Episcopus possit hoc sacramentum conferre. Quia hoc sacramentum vnctione perficitur sicut, & confirmatio, sed solus Episcopus potest confirmare, ergo solus potest hoc sacramentum conferre.

¶ 2 Præt. Qui non potest quod minus est, non potest quod est maius, sed maior est vsus materiæ sanctificatæ quàm sanctificatio eius, quia est finis ipsius, ergo cum non possit sanctificare materiam, non potest materia sanctificata uti.

SED CONTRA. Huius sacramenti minister inducendus est ad eum, qui suscipit sacramentum, ut patet Iac. 5. sed Episcopus non posset accedere ad omnes infirmos suæ diœcesis, ergo non solus Episcopus potest hoc sacramentum conferre.

RESP. Dicendum, quòd secundum Dionysium, Episcopus proprie habet perficiendi officium, sicut sacerdos illuminandi, vnde illa sacramenta dispensanda solis Episcopis reseruantur, quæ suscipientem in aliquo statu perfectionis super alios ponunt, hoc autem non est in sacramēto, cum omnibus detur: & ideo per simplices sacerdotes potest administrari.

cramenta illa solis Episcopis dispensanda reseruātur, quæ suscipientem ponunt in aliquo statu perfectionis* super alios (cum Episcopus, proprie habeat officiū perficiendi.

¶NOT. Hic non sumitur status perfectionis pro esse in gr̄a Dei, sed pro ascribi a Principe militiæ spiritualis ad tale vel tale officiū, singularem aliquam dignitatem continens. Ideo solus Episcopus dispensat sacramētum confirmationis, & ordinis. Nam, sicut per ordinē statuitur quis sup alios fideles (ut habitum est art. 2. appen. ex diffi-

*C. 5. eccl. Hierar. p. 3. a med. & in tit. contempl.

diffinitione ſacerdotis data ab Apoſt.) ita per cõfirmationem aſcribitur quis militiæ ſpirituali tanquàm fortior alijs iam ei per baptiſmum aſcriptis.

¶ EXAMEN. Ly omnibus. Scilicet abſolutè. Nam vnctio extrema datur & Epiſcopis,& ſacerdotibus: quibus tamen non ſolet dari confirmationis ſacramentum poſt ſacerdotium & Epiſcopatum; ſed antea. Ex eo igitur, quòd extrema vnctio datur omnibus abſolute, ad differentiam confirmationis, quæ quidẽ datur omnibus hominibus, ſed non omnib. abſolute. ſ. in quacũq; etiam dignitate conſtitutis, concludit rectè litera: quòd extrema vnctio non ponit in ſtatu perfectionis ſuper alios. Nam tota difficultas, qua videbatur, quòd non haberet iſta conſequentia (ſcilicet datur omnibus, ergo non ponit in ſtatu perfectionis ſup alios, & tamen apparet, quòd detur omnibus. Vel aliter: ly omnibus datur. Scilicet characterem imprimendo. Nam licet dari omnibus ſine limitatione prædicta uideatur nõ concludere, quòd tale quid ſic datum non conſtituat in ſtatu perfectionis ſuper alios: tamen dari omnibus, iuncta præmiſſa limitatione, ponit manifeſte illum cui datur in ſtatu perfectionis ſuper alios. Et aduerte: quòd hic loquimur de charactere, qui eſt poteſtas ad agendum; non de charactere, qui eſt poteſtas ad recipiendum: & hoc liberabit te ab inſtantia quæ in contrarium poſſet fieri de baptiſmo.

* In 4. diſ. 7. ar. 1. q. 3. ex.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd confirmatio imprimit characterem, quo collocatur homo in ſtatu perfectionis, vt ſupra dictum eſt,* non autem hoc eſt in hoc ſacramento, & ideo non eſt ſimile.

AD SECVNDVM dicendum, quòd quãuis in genere cauſæ finalis vſus materiæ sãctificatæ ſit potior quàm ſanctificatio materiæ, eſt potior, quia ab eodem pendet uſus ſicut ab actiua cauſa, & ideo ſanctificatio requirit altiorem virtutem actiuã, quàm vſus.

1m de maiori. Sicut. R. Quantum ad vnctionem: nõ quantum ad concomitantia ipſam. §. Tunc &c. Nam ſolus Epiſcopus ideo poteſt confirmare, quia concomitantia vnctionem in confirmatione tũc conſiderantur: non autem unctio ipſius tantum. Porrò concomitantia illa, de qua reſponſum formale loquitur, eſt character; quo collocatur homo confirmatus in ſtatu perfectionis.

¶ EXAMEN. Ly characterem, quo collocatur &c. Limitatio hæc, quo collocatur, &c. apponitur in textu ad ly characterem: ut faciat differentiam a charactere baptiſmali. Baptiſmus enim imprimit characterem: ſed non illum, quo collocatur homo in ſtatu perfectionis ſuper alios fideles. Nam ſi ſic eſſet: tunc Epiſcopus ſolus poſſet baptizare, ſicut & confirmare. Saluaretur enim tunc eadem ratio utrobique: qua ideo ſolus confirmat, quia confirmatio imprimit characterem, quo collocatur homo in ſtatu perfectionis ſuper alios fideles, & non tantum ſuper infideles (ut facit baptiſmus.)

2m de minori. Sed maior. R. In genere cauſæ finalis, nõ, in genere cauſæ efficientis. §. Tunc nihil &cæt. Nam uſus materiæ ſanctificatæ adhibitus in hoc ſacramento extremæ unctionis eſt in genere cauſæ efficientis; non finalis. Pro quo vide ſupra q. 19. arti. 6. ad ſecundum cum elucid.

APPENDIX:

Vtilitas p Eccleſia S. Dei.

EX articu habes primò: quomodo per rationem oſtendas: meritò inſinuatum a ſcripturis, & Concilijs, Summiſque Pontificibus, quòd extrema vnctio poteſt adminiſtrari non tantum per epiſcopos, ſed etiam per ſacerdotes ſimplices. A ſcriptura quidem Iacobi 5. Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros, &c. Nomini autem presbyterorum intelligit Epiſcopos, uel ſacerdotes, ut ſup. ead. quæſt. per Concil. Triden. ſeſſ. 14. cap. 3. declaratum eſt. A Concilijs uerò, Florentino de Sacram. quinto loco. Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos. Hæc ibi in Decret. Armenis dato. Vbi attribuendo miniſterium huius ſacerdoti, non intendit excludere epiſcopos, immo a fortiori includere: ut ex Concilio Triden. loco nunc citato, & ex alijs infra patet. Item a Concil. Triden. ubi ſupra nunc, & Canon. quarto, ibi. Si quis dixerit; presbyteros eccleſiæ, quos B. Iacobus &c. ob idq́ue proprium extremæ unctionis miniſtrum non eſſe ſolum ſacerdotem. Anathema ſit. Hæc ibi. Vbi ly ſolum, ut patet ex contextu, excludit laicos de quauis communitate. Item ab Innocentio Primo ſic. Illud ſuperfluum uidetur eſſe adiectum, ut de epiſcopo ambigatur, quod presbyteris licere non dubium eſt. Nam iccirco de presbyteris dictum eſt: quia epiſcopi occupationib. alijs impediti ad omnes languidos ire non poſſunt. Cæterum ſi epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit aliquem a ſe viſitandum, & benedicere, & tangere chriſmate, ſine cunctatione poteſt; cuius eſt ipſum chriſma conficere. Hæc ille, & recitantur in Decret. diſt. 95. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta ſcripturarum, & patrum, pro quanto ſacerdotem dicunt ex officio miniſtrum eſſe extremæ unctionis, & intelligas, & tuearis. Tertiò uides: quomodo ex ijs viciſſim Angelica doctrina præſens & declaretur, & conſolidetur.

2

3

---

SVP. Q. LXIII. Aliàs 32. Art. 1.

COncl. Illis quibus corporalis curatio non competit, ſ. ſanis, * nõ debet hoc ſacramentum conferri.

¶ EXAMEN. Ly ſanis. Hoc & huiuſmodi in cõcluſione dicta, declarabuntur a Sancto Doctore per articulos ſequentes.

¶ PROB. Quia ſpiritualis curatio, qualis datur p hoc ſacramentum, ſignificatur exterius per modum curationis corporalis.

¶ NOT. Inuiſibiles effectus ſacramẽtorum notificari ſolent homini per aliquod exterius cadens ſub ſenſu: ut patet tertia par. quæſt. 60. arti. quarto. Super hoc ergo fundatur præmiſſa probatio. vide tu ibi.

1m concluſio. Ergo eis, &c. R. Si illi, qui indigent ſanatione mentis, ſint infirmi: nõ aliter. §. Tunc nih. &c. vt patet in textu. Vbi pro notitia clariori notato diligenter exemplum de baptiſmo. Adde: quòd hic habes maniſeſtiſſimè ſolutam illam quæſtionẽ, an puer in uentre matris exiſtẽs poſſit baptizari, de qua re eſt in tertia par. quæſtione 68. articu. 11. Inferes etiam ex hoc exẽplo: quòd ſi puer exiſtens in uentre matris baptizari poſſet; tunc & ſanis poſſet dari extrema unctio.

126 S. Tho. 4. di. 23. q. 2. ar. 1. q. 1. & ſeq.

In uentre matris nõ baptizatur quis.

## QVAEST. LXIII. Aliàs 32.

*Quibus hoc ſacramentum conferri debet, & in qua parte, in ſeptem artic. diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de his, quibus hoc ſacramentum conferri debet, & in qua parte corporis.

Circa quod quæruntur ſeptem.

¶ Primò, Vtrum ſanis debeat hoc ſacramentum conferri.

¶ Secundò, Vtrum debeat conferri in qualibet infirmitate.

¶ Tertiò, Vtrum debeat conferri furioſis, & amentibus.

¶ Quartò, Vtrum pueris.

¶ Quintò, Vtrum totũ corpus hoc ſacramento inungi debeat.

¶ Sextò, Vtrũ cõuenienter determinentur partes in quib. inungitur.

¶ Septimò, Vtrum mutilati in prædictis partibus inungi debeant.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum hoc ſacramentum ſanis conferri debeat.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd etiam ſanis conferri debeat hoc ſacramentum, quia principalior effectus huius ſacramenti eſt ſanatio mentis, quàm ſanatio corporis, ut dictum* eſt, ſed etiam ſani corpore indigent ſanatione mentis, ergo eis etiam debet conferri.

* q. 30. art. 2. co. & ad 1.

¶ 2 Præter. Hoc ſacramentum eſt exeuntium, ſicut Baptiſmus intrantium, ſed omnibus intrantibus baptiſmus datur, ergo omnibus exeuntibus debet dari hoc ſacramentum, ſed quandoque illi, qui ſunt in propinquo exitu, ſunt ſani, ſicut illi, qui decapitandi ſunt, ergo talibus debet hoc ſacramentũ dari.

SED CONTRA eſt quod dicitur Iacobi 5. Infirmatur quis in vobis, &c. ergo ſolum infirmis competit.

RESP. Dicendum, quòd hoc ſacramẽtum eſt quædam ſpiritualis curatio, vt dictum* eſt, quæ quidem per quendam corporalis curationis modum ſignificatur, & ideo illis, quibus corporalis curatio non competit, ſ. ſanis, non debet hoc ſacramentum conferri.

* q. 30. art. 1. & 2. & q. 29. ar. 1. corp.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis ſpiritualis ſanitas ſit principalis effectus huius ſacramenti, tamen oportet quòd per curationem corporalem ſignificetur curatio huius ſacramenti ſpiritualis, etiam ſi corporalis ſanatio non ſequatur, & ideo ſolum illis hoc ſacramento ſanitas ſpiritualis dari poteſt, quibus corporalis curatio competit, ſcilicet infirmis, ſicut ille ſolus poteſt baptiſmum ſuſcipere, qui poteſt corporalis ablutionis eſſe particeps, non autem puer

2m de maiori. Exeuntium. ℞. Quibus corporalis curatio competit: non aliter. §. Tunc &c. Baptismus.n.etiam non est nisi illorum intrantium qui corporali, &c. ut in textu.

A P P E N D I X.

Vtilitas S. Ecclesia &c.

* Vt dictū est in 3. p. q. 65. a. 11.

EX artic. habes primò: quomodo per rationē ostendens, meritò insinuatum fuisse a scripturis, & Concilijs; quod extrema unctio sanis dari non debet. A scripturis quidem Marc. 6. ubi dicitur, quòd Apostoli oleo vngebant infirmos. Nam illa vnctio erat mentio quædam huius sacramenti: ut dicitur q. 29. art. 3. ad primum, in responsione secunda. Et in Conc. Senonensi in Decretis fidei, Decret. 10. c. de Extrema vnctione, ubi dicitur. Ad unctionis extremæ sacramentū, Christus manuduxisse primum videtur, cum Apostoli oleo ungerent multos infirmos, & sanarentur. Neque.n. id suo sensu, sed præceptoris instituto, fecisse putandi sunt. Sed ne hic noster vngendi infirmos ritus Christi præceptum, non tamen sacramentum, esse videretur: si quis infirmatur (inquit Iacobus) in uobis, &c. Hæc ibi. Item a Iacob. 5. Infirmatur quis, &c. vngentes oleo, &c. prout sæpius adductum est.) A concilijs autem. Vt a Conc. Floren. de sacramentis, loco quinto. Hoc sacramentum, nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet. Hæc ibi. Item a Concil. Tridentin. sess. 14. cap. 3. de extrem. unct. Declaratur etiam, esse hanc vnctionem infirmis adhibendam, illis verò præsertim, qui tam periculosè decumbunt, ut in exitu uitæ constituti uideantur. Vnde & sacrm exeuntium nuncupatur. Hæc ibi. Vbi uides; quòd ex ethymologia quadam nominis desinit, non nisi infirmis dandū, & per ly exeuntium, etiam confirmat, simul & declarat dictū in responsione ad secūdum argu. a T. Thom.

puer in ventre matris existens.*

AD SECVNDVM ergo patet, quòd baptismus etiam non est nisi illorum intrantium, qui corporali ablutioni subiici possunt; & ideo hoc sacramentum illorum tantum exeuntium est, quibus corporalis curatio competit.

Item ab eodem ibidem cap. 1. Clementissimus Redemptor noster, qui seruis suis quouis tempore, quemadmodum auxilia maxima in sacramentis alijs præparauit, quibus Christiani conseruare se integros, dum uiuerent, ab omni grauiore spiritus incommodo possint: ita extremæ vnctionis sacramento finem uitæ, tanquàm firmissimo quodam præsidio, muniuit. Hæc ibi. Item a Concil. Cabilonēsi 2. & alijs supra nominatis in appendicibus a q. 29. usque huc: siq; illæ sint illa sint, in quib. fit mentio de B. Iacobi authoritate toties dicta, infirmatur &c. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, & scripturarum, pro quanto extremam unctionem dicunt sanis non esse dandam, & intelligas, & declares, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

---

## ARTICVLVS II.

*Vtrum hoc sacramentum debeat dari in qualibet infirmitate.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr quòd hoc sacrm dari debeat in qualibet infirmitate. Quia Iacobi 5. ubi hoc sacramentū traditur, nulla infirmitas determinatur, ergo omnibus infirmantibus debet hoc sacramentum conferri.

¶ 2 Præt. Quanto remedium est dignius, tanto debet esse generalius, sed hoc sacramentum est dignius quàm medicina corporalis. Cū ergo medicina corporalis omnibus infirmis detur, videtur etiam quòd hoc sacramentum similiter conferri debeat.

SED CONTRA. Hoc sacrm dicitur ab omnibus extremæ unctionis, sed nō omnis infirmitas ad extremum vitæ perducit, cum quædam ægritudines sint causa longioris vitæ, ut dicit Philosophus,* ergo in omnibus infirmitatibus non debet hoc sacramentum dari.

* In lib. de longit. & breu. uitæ parum a prin. libelli.

RESP. Dicendum, hoc sacramentum est vltimum remedium, quod Ecclesia potest conferre immediate, quasi disponens ad gloriam, & ideo illis tantum infirmātibus debet exhiberi, qui sunt in statu exeuntium, propter hoc, quòd ægritudo nata est inducere mortem, & de periculo timetur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quælibet infirmitas augmentata potest mortem inducere, & ideo si genera infirmitatum pensentur, in qualibet ægritudine potest dari hoc sacramentum, quia Apostolus non determinat infirmitatem aliquam, sed si pensetur infirmitatis modus, & status, non semper debet infirmantibus hoc sacramentum dari.

AD SECVNDVM dicendum, quòd medicina corporalis habet pro principali effectu sanitatem corporalē, qua omnes infirmi in quolibet statu indigent, sed hoc sacramentum habet pro principali effectu illam sospitatem, quæ exeuntibus, & iter ad gloriam agentibus est necessaria, & ideo non est simile.

AR-

---

SVP. Q. LXIII. Aliàs 32. Art. II. *

127

COncl. Extrema vnctio illis tantum infirmantib. debet exhiberi, qui sunt in statu exeuntiū, propter hoc; quòd ęgritudo nata est inducere mortem, & de periculo timetur.

¶ EXAMEN. Ly propter hoc; quòd ægritudo, &cæt. Hoc ponitur tanquàm limita. de ly qui sunt in statu exeuntium. Nam alijs q. sunt in statu exeūtium, non propter hoc, quòd ęgritudo nata est, &c. sed propter aliquid aliud (puta suspendendi, decapitādi, nauigaturi ad mortē usque, idest inter maxima pericula, & huiusmodi) non exhibet hoc sacramentum ecclesia.

Ly & de periculo timetur. Hoc dicitur ad supplendum perfectam causam, quæ mouet, ad dandam extremam unctionem. Quasi dicat, etiam quod ægritudo infirmi illius sit nata inducere mortem (ut phtisis, febris hectica, & huiusmodi; si tamen de periculo præsenti, seu imminenti non timetur: tunc non est danda extrema vnctio.

¶ PROB. Quia extrema vnctio est ultimum remedium, quod ecclesia potest conferre.

¶ NOT. Antecedens probationis tanto magis uerum est, quanto a Conc. Trid. sess. 14. c. 1. de extrem. vnctio. & confirmatur, & sic. Extremæ unctionis sacramento Clementissimus Redemptor noster finem vitæ (Christianorum. s.) tanquàm firmissimo quodam præsidio, muniuit. Hæc ibi. Vltimum ergo remedium est.

¶ EXAMEN. Ly remedium. Scilicet, quod sit sacramentum, Loquitur enim in subiecta materia D. Thomas. Vnde non obstat huic dicto, quòd ecclesia post extremam unctionem conferat alia remedia magis ultima, puta animæ recommendationem, & huiusmodi pia quædam alia officia: quoniam hæc non sunt sacramenta, neque immediate disponunt ad gloriam tanquam sacramenta; sed in genere suo.

1m de conclusione. Omnibus infirmantibus. ℞. Pro statu periculoso de morte: nō pro quocumque statu. §. Tunc &c. ut patet per conclusionem.

¶ COROLL. Ergo D. Iacobus in ly infirmatur, intendebat quidem loqui de quacūq; infirmitate: sed nō pro quocumq; statu ipsius. Quasi dixisset. In qualibet infirmitate possunt induci presbyteri ad inungendum infirmos: in quo autem statu illius īfirmitatis inducendi sint, non determino; quoniam ex seipso patet, cū ista vnctio dicatur extrema, idest illorū qui sunt in extremis vitæ suæ. Nō ergo tenet cōsequentia hæc (ut intēdebat argumētum) unctio a B. Iacobo dicta, potest dari in qualibet infirmitate, quoniam ab illo nulla infirmitas determinatur; ergo potest dari in quolibet statu illius infirmitatis. Non tenet, inquam; quia D. Iacob. nō dicit hoc secūdum, licet dicat primum. Vñ non potest fundari consequentia illa, (ut intēdebat) in B. Iacobo. Quare autem de statu infirmitatis, i quo danda esset vnctio, non fecerit mentionem idem Apostolus: iam dictum est. Superfluum.n. hoc uidebatur: cum nomen ipsum extremæ vnctionis de se loqueretur.

Quare de statu infirmitatis taceat Iacobus Apostolus.

2m maior. Quanto remedium est dignius, tanto debet esse generalius. ℞. Si tamen aliud non obstet. §. Puta, principalis effectus. Tunc nih. &c. Licet enim hoc sacramentum sit dignius, quàm medicina corporalis, quæ omnibus infirmis pro quocumq; statu datur; & cōsequenter hoc sacramentum videatur similiter dandum (ut arguitur:) tamen effectus principalis huius sacramenti non compatitur prædictam generalitatem. Nam effectus principalis huius est curatio spiritualis data exeuntibus, & immediate disponens ad gloriam, quasi quòd inter ipsam vnctionem, & gloriam, parua sit distantia: qui utique effectus, si bene consideretur, reclamat prædictæ generalitati, dum vult, quod infirmantibus tantum pro statu exeundi conferatur sacramentum præsens.

¶ NOT. Quamuis medicina corporalis (ut argumentabatur) detur infirmis omnibus pro quocumque statu infirmitatis: non tamen qualiscumque, uel quantacumque medicina (ut patet.) Diuersis.n. & infirmatibus, & eiusdem infirmitatis statibus dantur medicinæ diuersæ corporales a peritis medicis. Vnde ex hac parte etiam argumentum nihil concludit aduersus conclusionem (ut uolebat:) immo etiam pro illa. Sicut.n. infirmis quibuscumq;, & pro quo-

quocumque statu datur medicina corporalis: ita quibuscumq; infirmis, & pro quocumque statu datur medicina spiritualis, puta sacramentum aliquod. Et sicut pro varietate infirmitatum, & eiusdem infirmitatis statuum variantur medicinæ corporales a medicis peritis: ita pro uarietate infirmitatum & statuum variantur hæc, uel illa sacramenta, a Christo & ab ecclesia. Stant ergo simul: & quòd infirmis pro quocumque statu debeat succurri de remedio, & quòd non pro quocumque statu debeat ei succurri de rem dio tali. Fiebat igitur fallacia ab arguente in hoc: quòd ab vniuersali volebat concludere hoc speciale, indebito modo.

AP-

APPENDIX.

EX artic habes primò: qūo per rōnem ostēdas: meritò fuisse dictum a Conc. Flor. & Triden. ꝙ sacr̄m hoc conferendum est in extremis, & non in quocunq; statu (puta leui) ipsius infirmi. Hoc autē dictū fuisse ab ijsdem: vide literaliter supra ar. 1. appen. Secūdò habes: qūo per rationem prædicta patrum, pro quanto extremam vnctionem infirmis tantum periculosis iudicant esse dandam, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens, & declaretur, & consolidetur.

Vtil. 2 pro Ecc. S. Dei.

1 2 3

---

SVP. Q. LXIII. Aliàs 32. Art. III.

COncl. 1 Illis, qui non possunt recognoscere, & cum deuotione suscipere hoc sacramentum, dari non debet; & præcipue furiosis, & amentibus.

¶ Not. Plus exhibuit D. Thomas (more suo) in conclusione responsiua, quàm proposuerit in titulo. Nā in tit. quæsiuit; an furiosis, & amentibus (ut i principio articuli explicatur) debeat dari hoc sacramentum: & nunc respōdendo & de illis quæsitis, & de alijs non quæsitis, satisfacit. Et ideo semper bonū est conclusiones Sancti Doctoris (ut iacent) recensere: quoniam & affluētiam doctrinarum prædictam melius videre, & proprietates verborum eius (quæ magnæ sunt: ut in examinibus sæpè visum est) considerare, valemus.

Largus est S. Tho. in donis.

*Thom. 4. sent. dist. 4. par. 3. ar. 1. q. 3. cor. & arg. 2. & in 3. p. q. 68. art. 12.

Conclusiones textuales seruandæ.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum hoc sacramentum dari debeat furiosis.*

AD TERTIVM sic procedit. Videtur ꝙ furiosis, & amentibus hoc sacramentum dari debeat. Quia tales ęgritudines sunt periculosissimæ, & cito ad mortem disponūt: sed periculo debet adhiberi remedium: ergo hoc sacramentum quod est remedium sanitatis humanę, debet talibus conferri.

¶ 2 Præt. Dignius sacramentum est baptismus, quàm istud, sed baptismus datur furiosis, vt supra dictum est,* ergo, & hoc sacr̄m eis dēt dari.

SED CONTRA. Hoc sacr̄m non est nisi recognoscentibus ipsum dandum: sed tales non sunt furiosi, & amentes. ergo eis dari non debet.

RESP. Dicendum, quod ad effectum huius sacramenti percipiendum plurimum valet deuotio suscipienus, & personale meritum conferentium, & generale totius Ecclesię: quod patet ex hoc, quod per modū deprecationis forma huius sacramenti confertur, & ideo illis, * qui non possunt recognoscere, & cum deuotione suscipere hoc sacramentum, dari non debet, & præcipue furiosis & amentibus, qui possent irreuerentiam sacramento per aliquam immunditiam facere: nisi haberent lucida interualla, quibus sacramentum recognoscerent, & sic eis conferri in statu illo posset.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis in periculo mortis tales quandoq; sint, tamen remedium per deuotionem propriam non potest eis applicari, & ideo non debet eis conferri.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ baptismus non requirit motum liberi arbitrii, & ideo non est simile, & præterea baptismus est sacramentum necessitatis, non extrema vnctio.

AR-

riga virtutum: id quod pro fundamento ꝓsupponitur in responsione ista. Et ideo ubi Christiana prudentia in casu aliquo præmissorū, vel similium aliqd suggerit: non est tunc ad pauca respiciēdum, sed maturius secundū prudentiam ipsam in tali re procedēdum. Exemplum sit hoc respōsum ad omnia reliqua similis tenoris.

*vt dictum est q. 29. artic. 8.

2ᵐ illatio conclusionis. Ergo &c.

R. Negatur illatio. §. Ratio est: quia extrema vnctio requirit motum liberi arbitrij præ dictum. & reuerentiæ & deuotionis inungendo: secus autem de baptismo, ut in litera.

Item de maiori. Dignius. R. Et magis necessarium. §. Tunc nih. &c.

¶ Prob. 1. Quia deuotio suscipientis plurimum ualet ad præcipiendum effectū huius sacramenti. Secunda pars. i. & præcipue &c. probatur. Quia amentes, & furiosi, ultra quòd deuotione rationali carent, possent irreuerentiam sacramento per aliquam immunditiam facere.

¶ Not. Antedicta probatio, & similes, fundantur in dictis Apostoli: qui non tantum uult sacerdotes esse ministros, seu dispensatores mysteriorum Dei (qualia sunt sacramenta;) sed etiam vult, eos esse fideles in ministrando. 1. Cor. 4. Ille autem non videretur fidelis dispensator, qui indeuote accedenti ad aliquod sacramentum ministraret illud. Dixit ly videretur; vt excludam casum bonę fidei in sacerdote. Alioquin, si ipse sciret indeuotionem accedentis (ut in proposito articuli huius supponitur) peccaret proculdubio ministrans, tanquàm non fidelis dispensator mysteriorum Dei. Hoc autem bene notabis: quoniam ad omnia mysteria rite dispensanda ualebunt.

¶ Coroll. Ergo, cum deuotio & recognitio requirantur in suscipiente extremam unctionem: non debet expectari, quòd inungendus perdat cognitionem hanc debitam; sed antea (seruatis dictis art. 2) debet hoc sacramento muniri.

¶ Concl. 2. Amentibus, & furiosis in statu lucidi interualli (si aliquando habent illud) sacramentum hoc conferri potest.

¶ Prob. Quia id, tanquam clarum ab oppositis, relinquitur.

¶ Not. Et meritò. Nam sicut negatio est causa negationis, ita affirmatio est causa affirmationis: secundum Philosop. 1. Perhier. Quia igitur & possunt pro statu lucido cum deuotione suscipere extremam vnctionem & ab irreuerentia abstinere: ideo secunda concl. affirmata est.

1ᵐ de minori. Periculo debet adhiberi remediū. R. Qū potest periclitanti remedium illud applicari: non aliter. §. Tunc &c. Nam quamuis periculosissimæ sint tales ægritudines. s. amentia, & furia, & cito ad mortem disponant (ut arguitur:) tamen remedium hoc extremæ unctionis eis applicari non potest, propter rationem in prima conclus. dictam.

¶ Not. Glossam illam ad propositionem argumenti formaliter allatam diligentissimè notato: quoniam hinc multos casus cōsciētiæ solues. Puta, de correctione fraterna; de doctrina aliquib. auditoribus proponenda; & de alijs huiusmodi. Nam prudentia est auriga

Prudentia auriga virtutū &c.

vt patet in textu. Ex quo dic: quòd argumentum committit fallaciam, secundum non causam ut causam. Credit enim quòd in dando baptismum attendatur dignitas maior, & in hoc facit uim: cum tamen non dignitas illa maior, sed necessitas maior, in collatione ipsius consideretur. Vide secundum responsum literæ ly, & præterea baptismus, &c.

¶ Not. Differunt prædicta duo responsa in hoc, quòd primum de pueris loquitur, secundum autem, & de illis, & de adultis. Scimus enim ex Innocen. III. ad Arelatensem Archiepiscopum scribente, in cap. Maiores. ext. de baptis. & eius effect. quòd in adultis requiritur motus liberi arbitrij aliquo modo vt baptizari possint: id quod & docuit D. Th. 3. par. q. 68. art. 12. ubi ex professo loquitur de amentibus & furiosis. Quod autem respectu tam adultorū, quàm puerorum sit necessarius baptismus, norunt omnes, qui viderunt Concil. Trid. sess. 7. de baptis. can. 5. & 13. & 14. & sess. 5. decret. de pecc. origin.

APPENDIX.

EX articu habes primò: quomodò per S. Doctor. interimas impiam hæresim Donati & Caluini dicentium: chrisma sacrum conspuendum, & conculcandum, esse. Chrismatis autem nomine accipi, quandoque oleum, dixit glos. super decret. Gelasij Papæ adducta superius q. 29. ar. 6. appen. & pro tanto hic recensetur hæresis prædicta illorum. Ex articulo. n. præsenti patet quanta reuerentia exhibenda sit oleo sacro: & consequenter contra similes hereticos militat, & a fortiori sanè. Secundò habes: quomodo per S. Doct. ostendas; hæresim prædictam meritò damnari, & quidem a fortiori, per Papam Vrban. IIII. Ariminensi Episcopo scribentem. Ad hæc &c. Si locus ad hospitalitatis vsum, & pauperum prouisionem (sicut moris est) authoritate Pontificis fuerit destinatus, cum sit religiosus, non debet mundanis usibus deputari; sicut de uestibus & ligneis vasis, & alijs utensilibus ad cultum religionis per Pontificem deputatis antiqua consuetudo indubitanter obseruat, & uenerabilium patrum edocent sanctiones. Hæc ille; & recitantur de relig. domib. Item per Stephanum Papam, in 7. reg. iu. Quicquid in sacratis Deo rebus iniuste agitur, pro sacrilegio reputatur: quia sacra sunt, & a quoque violari non debent. Hæc ibi. Item per Papam Sixtum de consecr. dist. 1. In Sancta Apostolica sede statu-

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

1 2

statutum est: ut sacra vasa non ab alijs, quàm a sacratis dominoq; dicatis hominibus contrectentur; ne pro talibus præsumptionibus dominus iratus plagas imponat populo suo; & hi etiam, qui non peccauerunt, pereant: quia perit iustus sæpissime pro impio. Hæc ibi. Pro vltimo dicto hic a Sixto habes exemplum in li. Iosuè c. 7. de Achan præuaricatore anathematis, propter cuius peccatum pu nita est plebs Israelitica; licet ipsa non sumpserit de ipso anathema te. Item per Stephanum amico familiari scribentem. Vestimenta ecclesiæ, in quibus domino ministratur, & sacrata debent esse, & honesta: quibus alijs usibus, non debent frui, quam ecclesiasticis, & Deo dignis officijs; quæ nec ab alijs debent contingi, aut offerri, nisi a sacratis hominibus, nè vltio, quæ Balthasar Regem percussit, super hoc transgredientes veniat, & corruere eos faciat ad ima. Hæc ille: & recitantur de consecr. dist. 1. De isto Balthasar, quantum supplicium, & in se, & in alijs, & in regno suo, & in præsenti, & in inferno iustissime a Deo receperit pro tam sacrilega insolentia, quam circa res sacras exhibuit; vide in seq. & inde conijcies, quantam vltionem exercuerit, exerceat, & in æternum exerciturus sit, dominus contra prædictos similesq; hæreticos olei sacri nefandissimos osores. Tantum igitur scelus, condignamq; eius pœnam. Daniel cap. 5. ad cæterorum exemplū, prædictorum quòd damnationem narraturus, sic ait: Balthasar Rex fecit grande conuiuiū optimatibus suis mille: & unusquisque secundum suam bibebat ætaté. Præcepit ergo iam temulentus, ut afferrentur vasa aurea, & argentea: quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo, qđ fuit in Ierusalem; ut biberēt in eis Rex & optimates eius, vxoresq; eius, & concubinæ. Tunc allata sunt vasa aurea, quæ asportauerat de templo, quod fuerat in Ierusalem, & biberunt in eis Rex & optimates eius, vxoresq; eius, & concubinæ illius, &c. In eadé hora apparuerant digiti, quasi manus hominis scribētis contra candelabrū in superficie parietis aulæ regiæ: & Rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies Regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renum eius soluebantur: & genua eius ad se inuicem collidebantur. Exclamauit itaque Rex fortiter, &c. Igitur introductus est Daniel coram Rege, &c. & ait. Tu Balthasar non humiliasti cor tuum, sed aduersus dominatorem cęli eleuatus es; & uasa domus eius allata sunt coram te; & tu, & optimates tui, & uxores tuæ, & cōcubinæ tuæ vinum bibistis in eis, &c. Iccirco ab eo missus est articulus manus; quæ scripsit hoc, qđ exaratum est. Hæc est autem scriptura, quæ digesta est. Mane, Thetel, Phares. Et hæc est interpretatio sermonis Mane: Numerauit Deus Regnum tuum, & compleuit illud. Thetel: Appensus est in statera, & inuentus es minus habens. Phares: Diuisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis. Eadem nocte interfectus est Balthasar Rex Chaldeus: & Darius Medus successit in Regnum. Hæc ibi. Porrò si de vasis templi veteris testamēti adeò zelauit Deus: quantum putas zelaturum eum esse pro sacramentis noui testamenti a seipso personaliter, ac immediatè institutis? Zelabit utique magis. Hinc & nota, quòd illa uasa non conculcauit, neque conspuit Balthasar ipse. Quid ergo supplicij pertulisset, si illa consputcasset, pedibusque conculcasset? Nota & maiorem consecrationem circa oleum sanctum; ut quod sit materia huius sacramenti intrinseca; quam sit consecratio uasorum prædictorum. Pensato igitur hinc, & culparum, & pœnarum quantitatem Donati, atque Caluini sacrilegorum quando Balthasar minoris culpæ patrator tanta iustissime luit. Item &c. quomodo ostendas; hæresim prædictam damnari per Lucium III. Papam sic. Vniuersos, qui de sacramēto corporis & sanguinis Domini N. Iesu Christi, vel de baptismate, uel reliquis ecclesiasticis sacramentis aliter sentire, aut docere non metuunt, quam sacrosancta Rom. ecclesia prædicat, & obseruat; & generaliter quoscumque eadem Rom. ecclesia, vel singuli Episcopi per dioceses suas cum concilio clericorum, uel clerici ipsi (sede vacante) cum concilio (si oportuerit) vicinorum Episcoporum, hæreticos iudicauerit, perpetui anathematis vinculo innodamus. Hęc ibi de hæreticis. Vbi nota: prædictos, ac similes de oleo sancto taliter sentientes, inter hæreticos computari: ut contextū Papæ cōsideranti patet. Item per Alexand. IIII. de hæret. in 6. c. Accusatus. Is. n. ibi damnat ea, quæ sapiunt, hæresim manifeste, & expositionibus iuris peritorum adiunctis, dicit; quòd illa sapiunt hæresim manifesté, in quib. admiscentur non tantum ecclesiæ sacramenta, sed etiam res sacramentales. Cum ergo oleum sanctum sit plusquā res sacramentalis inquantum materia intranea huius sacramenti est: iam videre est, quòd abutens oleo sancto per cōspuitionem, & conculcationem, opus hæreticale facit, & sub illa decretali pro tali cōpræhenditur. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas; merito Innoc. III. de bapt. & eius effect. maiores insinuasse a fortiori; extremam vnctionem non debere conferri furiosis, & amentibus. Id autem sic insinuauit. Dormientes, & Amentes, si priusquàm incurrerent, amentiam, aut dormirent, in contritione persisterent (quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare,) si sic fuerint immersi, characterem non suscipiunt sacramenti: secus autem, si prius cathecumini extitissent, & habuissent propositū baptizandi: vnde tales in necessitatis articulo cōsueuit ecclesia baptizare. Hæc ibi. Vnde patet quòd furiosis, & amentibus, ut sic, nō est baptismus conferendus, nisi pro quanto propositū affuit, vel adest. Ex his reliquit Papa tanquam manifestum, quòd multo minus furiosis, ut sic, non sunt danda sacramenta non tantæ necessitatis, (ut baptismus) existentia: nisi deuotionem ad illa habeant; id quod in statu lucidi interualli contingere potest, ut conclus. secunda innuit. Quartò habes: quomodo per rationem prædicta Innocentij, pro quanto extremam unctionem monstrat furiosis non esse dandam, & intelligas, & probes, & defendas. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens, & declaretur, & consolidetur.

Punitur iustus, tēporaliter tamen, p impio, &c.

3

4

5

---

# ARTICVLVS IIII.

*Vtrum hoc sacramentum dari debeat pueris.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod hoc sacramentum debeat dari pueris. Quia eisdem infirmitatibus quādoque laborant pueri, & adulti, sed eidé morbo debet adhiberi idem remedium, ergo sicut adultis, ita, & pueris debet hoc sacramentum dari.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum datur ad purgandum reliquias peccati, vt supra dictum est, tā originalis quàm actualis: sed in pueris sunt reliquiæ originalis peccati, ergo eis debet hoc sacramentum dari.

SED CONTRA est, quod nulli debet dari hoc sacramentum, cui non competit forma sacramēti, sed forma sacramenti nō competit pueris, quia nō peccauerunt per visum, & auditum, vt in forma exprimitur: ergo eis dari non debet hoc sacramentum.

RESP. Dicendum, quòd hoc sacramentū exigit actualem deuotionem in suscipiente, sicut, & Eucharistia, unde sicut Eucharistia non debet dari pueris, ita nec hoc sacr̄m.

AD PRIMVM dicendum, quòd infirmitates in pueris nō sunt ex peccato actuali causatæ, sicut in adultis; & contra illas præcipue infirmitates hoc sacramentum datur, quæ sunt ex peccato causatæ, quasi peccati reliquiæ.

AD

SVP. Q. LXIII. Aliàs 32. Art. IIII.

CONCL. Hoc sacramentum non debet dari pueris.

129 *Quęst. 30. ar. 1. cor.

¶PROB. Quia requirit actualem deuotionem in suscipiēte, quā non habent pueri.

¶COROLL. Ergo qñ deuotionem actualem pueros habere contingat, poterit hoc sacramentum illis exhiberi. Vnde quia dolus supplet ætatem, ut plurimum: ideo non tātum ad annorum numerū, sed etiam ad ipsius ętatis præmissam supplectionem inspiciendū est: si in particulari videre velimus, an huic, vel illi puero danda sit unctio extrema. Et nota: quòd per puerum hic intelligitur non solum qui septennis, sed etiam qui pluris ætatis est. Ad quod denotandum sermonem de Eucharistia coniunxit S. Doctor serm. de extr. unctio. Quasi dixerit per hoc, non de pueritia tam strictè loquor, ut solet in septennio terminari; sed fusiori modo. Magna igitur prudentia opus est in Medico practicali ad discernendum: quando tali puero danda sit, uel non danda, extrema unctio. Quòd vero dicitur de Eucharistia non danda pueris, vide 3. par. q. 80. artic. 9. conclus. 2. corp. In utroque tamen sacramento proportionaliter nè a conclusione illa deuies, obserua cōtinué formalitatem medij, seu probationes eius: scrutando, uidelicet quantitaté deuotionis actualis puerorum. Sic enim facilior aperietur tibi via cognoscendi practicaliter: quibusnam conferenda sit extrema unctio, & quibus nō. Nam tota vis præmissæ conclusionis consistit in illo medio: si formaliter incedendum sit.

## Iᵐ de minori.

Eidem. R. Nascenti ex eadem causa: nō aliter. §. Tunc nihil &c. Licet enim eisdem infirmitatibus laborent quādoq; pueri & adulti (ut arguitur:) tamen non ex eisdem causis infirmitates utrorumq; proueniunt. Nam infirmitates in pueris non sunt ex peccato actuali, &c. ut in textu.

¶NOT. Etiam in corporalibus medicinis apparet hoc idē, quod minori propositioni, nunc responsum est. Duobus namque eadem febre laborantibus, ex diuersis tamen causis originata, peritus medicus non eandem, sed diuersam medicinam propinabit: secus autem, si & eadem, & ex eadem causa. Sic in proposito. Applica tu quoque simile responsum, & confitentibus tibi peccata sua, & occasiones illorum explicantibus, ut scias iuxta causas, vnde proueniunt, huiusmodi mala, in medicinis salubriter adhibendis te ipsum

Prudentia medici spiritualis.

ipsum moderari; diuersas conditiones, seu inclinationes ipsorum confitentium, etiam connotando. Quod autem dico de confessione, hoc dicito tu similiter de consilijs dandis pro diuersitate personarum, locorum, & similium: & de alijs huiusmodi. Hæc omnia ex illo responso.

2^m de maiori.

Reliquias peccati originalis. §. Secundũ quod sunt quodammodo confortatæ p actualia peccata: non, secundum q ex originali præcise natæ sunt. §. Tunc nih.&c. Nam reliquæ peccati non sunt primo modo in pueris, sed secundo.

AD SECVNDVM ergo dicendum, quòd non datur contra reliquias originalis peccati, nisi secundum, quod sunt per actualia peccata quodammodo confortatæ; vnde principaliter contra actualia peccata datur (vt ex ipsa forma patet) quæ non sunt in pueris.

¶ COROLL. Ergo ex ista responsione. S. Doctor videtur loqui de pueris, qui adhuc nõ possunt peccare actualiter. Videtur inquam; quia hoc non est necessarium. Nam ex eo, quòd in prima responsione ly confortatæ, innuens reliquias peccati ex actualibus peccatis frequenter factis causari, dicere possumus: quòd loquitur etiam de pueris actualiter peccantibus, sed non frequenter, quasi ex habitu. Quomodocumq; autem sit, recurrendũ est firmiter ad inspiciendum illam formalitatem medij, de qua supradictum est. s. actualem deuotionem, seu actualis deuotionis quantitatem in pueris: ut sine errore iudicare quis possit, an sacramento illo debeant inungi. Pro intelligentia tamen pleniori, quid nomine puerorum & quomodo in præsenti sumas, vide de delictis puerorum c. 1. & 2. item 15. quæst. prima, per totum, & 4. quæst. 3. c. 1. & 22. q. 6. paruuli, & cap. duobus sequentibus.

Noĩe puerorum qd intelligat.

APPENDIX.

EX articu. habes primo: quomodò per rationem ostendas meritò esse insinuatum ab Eugen. IIII. sacro app. prob. Côc. Flor. in decreto Armenis dato, q pueris non dẽt conferri hoc sacrm. Insinuatũ autẽ est hoc tunc; q ß inungendas esse has partes. s. visum, auditũ, renes, gustũ, &c. statuẽdo dixit; p istã unctionem, & suã pijssimã misericordiã indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum, & similiter in alijs mẽbris; intelligens auditũ, odoratũ, gustum, tactum, gressum, renes (ut in contextu ibi patet.) Cum igitur pueris non conueniat peccare, vt plurimum his artibus: & sacrm conferri non debeat ijs, de quibus forma non verificatur; sequitur q Eugenius Papa per hmõi suum dictum innuerit, extremam vnctionem non esse dandam pueris. Secundò habes: quomodo per rationem præmissam decretum Eugenij, pro quanto pueros negat esse inungendos, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas p S. Eccle sia &c.

2

3

---

SVP. Q. LXIII. Aliàs 32. Art. v.

# ARTICVLVS V.

*Vtrum in hoc sacramento totum corpus debeat inungi.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod hoc sacramentum totum corpus inũgi debeat. Quia secundum August. tota anima est in toto corpore: * sed præcipue datur hoc sacramentum ad sanandum animam, ergo in corpore toto debet inunctio fieri.

* libr. 6. de Trin. ca. 6. non procul à fi to 3.

¶ 2 Præt. Vbi est morbus, ibi debet apponi medicina: sed quandoque morbus est vniuersalis, & in toto corpore, sicut febris, ergo totum corpus debet inungi.

¶ 3 Præt. In baptismo totum corpus immergitur, ergo, & hic totum debet inungi.

SED CONTRA est vniuersalis Ecclesiæ ritus, secundum quem non inungitur infirmus, nisi in determinatis partibus corporis.

RESPON. Dicendum, quod hoc sacramentum per modum curationis exhibetur, curatio autem corporalis non oportet, quod fiat per medicinam toti corpori appositam, sed illis partibus ubi est radix morbi: & ideo etiam vnctio sacramentalis debet fieri in illis partibus tantum, in quibus est radix spiritualis infirmitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod anima quæuis sit tota in qualibet parte corporis quantum ad essentiam, non tamen quantum ad potentias, quæ sunt radices actuum peccati, & ideo oportet, quod in determinatis partibus fiant, in quibus illæ potentiæ habent esse.

AD

CONCL. Vnctio sacramentalis debet fieri in illis partib. tantum, in quibus est radix spiritualis infirmitatis.

130 S.Tho. ubi sup ar. 2. q. 1. & seq.

¶ COROLL. Ergo per totum corpus fieri non debet. At si hoc, quod videbatur promptius, respondisse D. Thom. relinquebatur inquirendum in quibusdam partibus corporeis inũctio fieri deberet. Vt ergo, & breuius, & copiosius utpote tum negatiuã, tum affirmatiuam cõplectẽs ad interrogata responderet, elegit conclusionem præmissam verbaliter. Breuitatem similem copiositati iunctam in omnibus fere seruatam cõspicies a S. Doctore: si penetrare studueris doctrinam suam, & bene pro diuersis occurrentijs applicare.

Breuis est & copiosus in responsib. cõclusionib. &c.

¶ EXAMEN. Ly radix. Scilicet per executionem, nõ per primam intentionem. Nam prima radix peccati est una tantum. s. voluntas creata, cum peccatum non sit peccatum nisi sit uoluntariũ. Quia verò uoluntas mouet alias vires, tum animæ, tum corporis ad exequendum peccatum volitum; ideo aliæ vires, tum animæ, tum corporis dicuntur radix secundaria, seu executoria peccati. Vnde in proposito sit exemplum. Volũtas appetijt aliquid inordinatè assequendum per uisum, per auditum, per gustum, &c. ipsa, postquàm sic appetijt, mouit visum ad videndum, auditum ad &cæt. obediuit visus inordinatæ uolitioni, similiter auditus, gustus, &c. Ecce: quomodo partes corporis, de quibus conclusio loquitur, sunt radix spiritualis infirmitatis. Vide, pro huius notitia ampliori, ar. 6. not. post ad primum.

¶ EXAMEN. Ly spiritualis infirmitatis. Scilicet peccati. Diceret quispiam quomodo istis partibus potest iure imputari spiritualis infirmitas. i. peccatum; cũ motioni voluntatis prædictæ in exam. 1. contrauenire non possint? Non enim potest visus (cæteris naturaliter requisitis concurrentibus ad visionem) non videre, quando voluntas impellit ipsum ad videndum. similiter, & auditus non audire, & sic de cæteris. Vnde ergo habent: quod iure dici possint radix peccati? Respondendum est: quòd secundum voluntatem totius suppositi iudicantur velle, vel nolle; & tanto magis, quanto verum est illud, quod nunc objiciebatur. Ideo enim visus meus, auditus, &c. non possunt contrauenire voluntati illas partes sic uel sic mouenti: quia visus meus, auditus, &c. non habent aliam voluntatem distinctam a uoluntate totius suppositi. Hinc est: quòd uolitum voluntate totius, & executum per visum ducitur (& iure quidem) esse uolitum a uisu, ab auditu, &cæt. Quo fit: ut istæ partes iure dicantur, & sint radix peccati; sicuti ab, oppositis iure dicũtur & sunt radices quædã secundariæ virtutis & meriti, qñcumq; voluntati eas ordinatè mouenti obediunt. Objectio autem, quæ in principio examinis huius tangebatur, procedebat ex hoc; quod objiciens illæ quispiam opinari se innuebat, quòd potentiæ illæ, s. visus, auditus, &c. careret voluntate, quam nunc ostendimus ipsas habere. In signum huius determinationis, q uera sit, est hoc: qd non uoluntas tñ, sed & corporeæ partes a iusto iudice, p meritis, vel præmiabũtur, uel castigabuntur. Id quod semel innuebat Apost. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum; & Galat. 6. unusquisque onus suum portabit.

Voluntas suppositi est etiam omnium partium.

* Vt dici in cor. ar. seq.

¶ PROB. Quia hoc sacramentum exhibetur per modum curationis (quæst. 30. art. 1.) & curatio non toti corpori apponitur, sed illis partibus ubi est radix morbi (patet a corporali curatione, tanquam a notioribus nobis.)

1^m illatio conclusionis. Ergo in corpore, &cæt. R. Negatur illatio. §. Quæ tamen esset vera, si tota anima in toto corpore esset non tantum secundum essentiam suam, sed etiam secundum potentias peccatorum radices. Ratio ergo negationis prædictæ est; quia anima, ad quam sanandam exhibetur extrema, vnctio, non est tota secundum potentias peccandi in toto corpore, sed determinatè in aliquibus partibus.

¶ NOT. Tractatur hic de sanatione animæ, quatenus peccata contrahit ex actibus inordinatè factis, non autem de sanatione animæ, quatenus præcisè in sua essentia consideratur. Vnde profundius formalitatem, videlicet secundum quam nunc loquimur attendendo, data est a Diuo Thoma responsio præsens; quàm si superficialiter animam attendisset.

¶ Hinc est etiam: quòd dictum Augustini in argumento allatum, optime glossatum est, sistendo in proposito animæ inquantum peccat modo dicto articulo quarto. Vnde loqui nunc de anima præcise secundum essentiam, ut arguens intendebat, est extra propositum. Hinc quoque fit: vt intelligas formaliter, quomodo ordinetur hoc sacramentum ad sanandum animam. Licet enim ad eius essentiam pertingat sanatio, non

non tamen sanaretur neque per extremam vnctionem curaretur, nisi peccasset. Et hanc formalitatem, tanquàm fundamentum omnium hic dictorum, intendit textus. Quòd verò, & quomodo, anima tota sit in qualibet parte corporis (ut hic dicitur:) vide diffusius. 1. par. quæst. 76. art. 8.

Quare autem ex hac dissimilitudine modi vtriusque negãda veniat apertissime iure consequentia prædicta: vide in textu.

¶COROLL. Ergo quando de sacramentis loquimur, & volumus ex obseruatis in uno inferre obseruantiam eandem in alio, non est solum inspiciendũ ad hoc, quòd omnia sunt sacramenta; sed etiam ad modos ipsorum sacramẽtorum diuersos, vel eosdem. Quandoq; enim tota difficultas diuersitatis obseruationis pendebit a modo sacramentorum illorum (ut in proposito fit:) licet in eo, quòd sunt sacramenta, conueniant. Sis ergo cautus: & semper memineris, q̃ de similibus idem esse iudicium verificatur tantum pro eo, in quo similia sunt; non aliter.

2^m de maiori. Debet apponi. R. Non tamen semper, & congruentius. §. Tunc &c. Nam licet morbus sit quãdoque vniuersalis, vt febris: tamen medicina congruentius apponitur ibi, vbi est radix febris; quàm apponatur in capite, pedibus, manibus, &c. in quibus omnibus est febris. A sapienti medico namque illis partibus omnibus & singulis, in quibus viget febris medicina non infunditur: sed soli stomacho, tanquàm radici, vel existenti propinquius radici febris: ut per ipsum ad alias postmodum partes, & tandem ad essentiam morbi, sanatio transeat. Et reuera sic est proportionaliter in subiecta materia.

AD SECVNDVM Dicendum, quòd non semper apponitur medicina vbi est morbus, sed congruentius vbi est radix morbi.

AD TERTIVM dicẽdum, quod Baptismus fit per modum ablutionis, ablutio autem corporalis non purgat maculam * ab aliqua parte, nisi cui apponitur: & ideo Baptismus toti corpori adhibetur: secus autem est de extrema vnctione ratione iam dicta.

* Aliàs in

* In corpore huius ar. & resp. ad 2. & 2.

¶NOT. Non negauit S. Thomas respondendo: quòd ubi est morbus debeat apponi medicina (ut maior argumenti dicebat;) sic uigilantissimè addidit, quòd non semper, & congruentius. Sciebat enim quòd infirmitatum sunt diuersa genera, puta ulcera, vulnera, dolor capitis, stomachi, &c. febris. Si dixisset: quòd ubi est morbus, non debet poni medicina cirurgicos Medicos condemnasse videretur, qui vulneribus, vlceribus, & huiusmodi medentes emplastrum pro medicina apponunt, ubi est morbus. Si autem dixisset; quòd absolute, id est semper, apponenda est medicina vbi est morbus, physicos febricitantibus medẽtes reprobasset; qui non vbicumque est morbus, sed eius radici medicinam apponunt. Ne ergo quẽquam illorum taxaret; & cum hoc, ut in proposito extremæ vnctionis consisteret; respondere elegit modo illo: quo dictum est.

3^m conclusionis illatio. Ergo & hic, &c. R. Negatur illatio. §. Non enim est simile inter baptismum, & extremam vnctionem in hoc; in quo adducitur. Datur enim baptismus per modum ablutionis; extrema autem vnctio per modum curationis corporali medicinæ similis. Quare

## APPENDIX.

EX art. habes primò: quomodo per rationem ostendas; meritò insinuatum fuisse a Concilijs, quòd totum corpus inungi non debet. Hoc autem insinuatum est a Conc. Flor. in Decreto illo toties dicto Armenorum, vbi quinto loco de sacramentis loquens nũquam de toto inungendo, sed tantum de aliquibus partibus specialiter, facit mentionem: ut quisque videre potest, & in ar. seq. app. dicetur ad literam. Item a Conc. Triden. sess. 14. de extr. vnct. can. 3. Si quis dixerit: extremæ unctionis ritum & vsum, quẽ obseruat sancta Rom. ecclesia repugnare sententiæ B. Iacobi; ideoq; eum mutandum, posseq; a Christianis absq; peccato contemni. Anathema sit. Hæc ibi. Quæ etiam prædixerat sine anathemate cap. 3. addens. Hæc enim omnia manifestissime pugnant cum perspicuis tanti Apostoli uerbis. Nec profectò ecclesia Romana aliarũ omnium mater, & magistra, aliud in hac administranda unctione quam tum ad ea, quæ huius sacramẽti substantiam perficiunt) obseruati quam quod B. Iaco. præscripsit. Hæc ibi. Modo, quis nesciat; ecclesiam Romanam non inungere totum corpus. Secundò habes: q̃to per rationem prædicta patrum, pro quanto negant totum corpus inungi debere, & intelligas, & pbes, & defendas. Tertiò vides: q̃to ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina & declaretur, & cõsolidetur.

Vtiliter Ecclesiæ S. Dei.

2

3

SVP. Q. LXIII. Aliàs 32. Art. VI.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum conuenienter determinentur istæ partes vngendæ.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter determinentur istæ partes, vt scilicet infirmus inungatur in oculis, in naribus, & auribus, & labiis, & manibus, & pedibus, & renibus. Quia sapiens medicus curat morbum in radice: sed de corde exeunt cogitationes, quæ coinquinant hominem, ut dicitur Matth. 9. ergo in pectore debet fieri inunctio.

¶ 2 Præt. Puritas non minus est necessaria exeuntibus, quàm intrantibus: sed intrantes vnguntur Chrismate in vertice a sacerdote, ad significandum mentis puritatem, ergo, & exeuntes hoc sacramento vngi debent in vertice.

¶ 3 Præterea, ibi debet adhiberi remedium, vbi est maior vis morbi, sed spiritualis morbus præcipue viget in viris in renibus, & mulieribus in vmbilico, vt dicitur Iob 40. Potestas eius in lumbis eius, secundum expositionem Gregor. ergo ibi debet fieri.

¶ 4 Præterea. Sicut per pedes peccatur, ita & per alia membra corporis, ergo sicut inunguntur pedes, ita, & alia corporis membra inungi debent.

RESPONDEO dicendum, q̃ principia peccandi in nobis sunt eadem, quæ & principia agendi, quia peccatum consistit in actu. Principia autem agendi in nobis sunt tria. Primum est dirigens, scilicet vis cognoscitiua. Secundum imperans, scilicet vis appetitiua. Tertium est exequens, scilicet vis motiua. Omnis autem nostra cognitio a sensu ortum habet; & quia vbi est in nobis prima origo peccati, ibi debet vnctio adhiberi, * ideo inunguntur loca quinque sensuum, scilicet oculi propter visum, aures propter auditum, nares propter odoratum, os propter gustum, manus propter tactum, qui in pulpis digitorum præcipue viget, & propter appetitiuam vnguntur aliquibus, renes, & pedes vnguntur propter motiuam, qui sunt principalius eius instrumentum, & quia principium primum est cognoscitiua, ideo illa vnctio ab omnibus obseruatur, quæ fit ad quinque sensus, quasi de necessitate sacramenti; sed quidam non seruant alias, quidam vero seruant illam, quæ ad pedes, & non quæ ad renes, quia appetitiua, & motiua sunt secundaria principia.

131

CONCL. 1. Inunguntur loca quinq; sensuum; pedes, & renes.

¶PROB. Quia huiusmodi partes sunt principia peccandi, vel tanquã dirigentia ad actũ peccati (hæc sũt quinque loca sensuum) uel tanquam imperãtia ipsum (ut renes,) uel tãquam per motum exequentia (ut pedes.)

¶CONCL. 2. Illa vnctio, quæ fit ad quinq; sensus, ab omnib. obseruatur, quasi de necessitate sacramenti: sed quidam non seruant alias, quorum tamen alij seruant illam, quæ est ad pedes.

¶EXAMEN. Ly quasi de necessitate. s. euidentiori. Non. n. per hoc negat, quòd aliæ duæ vnctiones sint de necessitate: Licet intendat statuere, q̃ istę quinq; manifestius existunt de necessitate. In his nãq; quæ de necessitate requiruntur ad aliquid; quædam plus de necessitate, quædam minus dicuntur. Vt. De necessitate domus sunt hæc tria, fundamẽtum paries & tectũ: sed fundamẽtum magis. Nam fundamentum sustentat alia duo: & consequenter est causa, quòd necessitas illa ipsorum respectu domus ponatur in actu. sic in proposito. Vis cognoscitiua, appetitiua, motiua, sũt tria principia agendi: sed cognoscitiua magis: quoniam ab ea dependent alia duo (ut in no. post ad primum:) Consequenter ergo cognoscitiua magis de necessitate debet inungi, ad auferendã reliquias actualium peccatorũ; etiam si de necessitate alia duo inũgenda sint. Vel aliter. Potest forsan accidere in proposito, sicut de trina immersione: & si sic est, uoluit * Diuus Thom. per hunc modum prædictum loquendi hoc ipsum designare. Ac si stantibus his, dixisset. Sicut in baptismo ab omnibus iudicatur, quòd immersio sit de necessitate sacramenti, non autem quòd trina.

* aliàs medicina. Conc. Flo. super vnione Iacobinorũ & Armenorum in doctrina de sacr.

AD

trina. ita in proposito contingit, quòd omnes judicant vnctionem ad loca quinque sensuum esse de necessitate sacramenti huius, non autem sic iudicant de alijs duabus vnctionibus. Ideo dixit ly ab omnibus obseruatur, &cæt. & ly sed quidam non seruant, &c. & ly quidam vero seruant illam, &c. Quomodo autem maxime in practica non procedédum sit: vide seq. appen.

¶ Prob. Quia principium primam agendi, & consequenter peccandi est vis cognoscitiua; & omnis cognitio nostra ortum habet a sensu. Secũda autem pars, scilicet sed quidã non &c. probatur. Quia vis motiua, & appetitiua sunt principia secundaria peccandi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cogitatio a corde non exit nisi per aliquam imagitationem, quę est motus a sensu factus, vt dicitur in secundo de anima,* & ideo cor non est prima radix cogitationis, sed organa sensuum; nisi quatenus cor est principium.

*Lib. 2. to. 160.

AD SECVNDVM dicendum, quod intrantes debent acquirere puritatem, sed exeuntes debent eam purgare, & ideo exeuntes debent inungi in illis partibus, quibus contingit puritatem mentis inquinari.

1m de maiori. In radice. R. Proxima magis, quã remota. §. Tunc nihil &c. Licet enim cor sit radix remota cogitationum malarum (ut arguitur ex Matt. 9.) tamen sensus illi quinque sunt radix proxima illarum. Hoc tamen responsum ex textu sumptum intelligitur de corde, &c. secundum rationem mouendi, non aliter. vide sequentia.

¶ Not. Potest considerari cor, seu voluntas nostra (sic enim accipitur hic Matth. nono,) dupliciter; in ratione mouendi scilicet, & in ratione finis. Si in ratione mouendi consideretur: tunc est prima, remota tamen, radix peccandi; quoniam voluntas ipsa est regina omnium potentiarum, inquantum mouet omnes ad actus suos: ut intellectum ad intelligendum, memoriam ad memorandum, oculos ad videndum, pedes ad ambulandum, manus ad tangendum, &cæt. Vnde secundum hanc considerationem, aliæ uires præter uoluntatem sunt radices secundariæ, proximæ tamen, peccando. Si verò in ratione finis consideretur voluntas; tunc est proxima radix, sed non prima, peccandi: quoniam aliæ præcedunt actum uoluntatis, & consequenter sunt primæ, sed remotæ, modo nunc declarando. Sciendum igitur: quòd voluntatis obiectum non est nisi bonum cognitum, & cognitum esse non potest, nisi per vim cognoscitiuam, uel intellectualem, uel sensualem, quarum semper cognitio sensualis pręcedit: quia (ut nunc diximus) omnis nostra cognitio ortum habet a sensu. Sit ergo exemplum de tali processu. Visus exterior cognoscit aliquod esse bonum, hanc cognitionem transmittit ad sensus interiores, hanc ipsam interiores ad intellectum, (inquantum intellectus speculatur phantasmata ad intelligendum) tunc intellectus hoc bonum a se cognitum repræsentat voluntati; & voluntas ex hoc repræsentato mota finaliter, incipit mouere efficienter prædictas vires ad assequendum actualiter (si fieri potest) illud bonum sibi repræsentatum. Sic ergo fit inter has vires quasi quidam circulus, partim in ratione finaliter, partim in ratione effectiue mouentis, compositus, & consequenter esse primam, vel non primam radicem potest secundum diuersa conuenire diuersis. Absolutè tamen prima radix non est uoluntas, etiam quando est prima; quia, cum finis sit causa causarum, sensitiua cognitio est absolutè prima radix, quoniam inde incipit obiectum repræsentandum voluntati; licet prima formaliter absolutè, qua peccatum est peccatum, sit in uoluntate, & a uoluntate. Hac ratione dicitur, q̄ id, quod aliàs de se est peccatum, non est peccatum nisi sit uoluntarium. Vide sup. art. 5. corp. & per dicta hic in illorum intelligentia te regulabis.

2m maior. Puritas non minus necessaria est exeuntibus, quàm intrantibus. R. Diuersimode tamen. §. Nam intrantibus necessaria est ad acquirendum; exeuntibus autem ad expurgandum ipsam, si aliquo modo maculas contraxerit. Tunc nihil &cæt. Ex eo enim, quòd ad puritatem diuersimode ordinantur intrantes & exeuntes, fit: quòd intrantibus adhibetur vnctio in vertice, exeuntibus uero in locis illis, per quæ potuit esse uia ad contrahendum maculas. Non ergo, quia puritas non sit necessaria exeuntibus, non vnguntur in uertice: sed quia puritas ipsis necessaria alio modo consideratur in eis.

¶ Coroll. Ergo labor uanus argumenti est causatus ex ignorantia huius, quare scilicet unctio fiat in vertice. Nam credit, ipsam ibi fieri hac ratione, ut significet mẽtis puritatem (nihil aliud addendo) & tamen ideo ibi fit, ut significetur acquisitio puritatis mentalis. Hoc notato, faciliter & apertè solutio præmissa clarescit: & argumenti defectus comprehenditur.

3m maior. Ibi debet adhiberi remedium, ubi est maior uis morbi. R. Si illa vis morbi non est prima radix; verificatur propositio ista cum limitatione. §. Tunc nih. &c. Nam limitatio, quæ in proposito est consuetudo ecclesiarum aliquarum, hoc monstrat. Secundum enim quorundam consuetudinem, &c. vt in textu.

¶ Not. De umbilico vngendo, uel non ungendo D. Thomas nihil respondet expresse: quamuis ab argumento mentio facta de illo fuerit. Ratio est: quia ad responsionem sequẽtis argumẽti vult nos remittere ob istã suam taciturnitatem; secundũ illam nos proportionaliter regulando. Vel aliter dicendũ: quia implicite ad hoc de umbilico in corpore* & hic, fuit responsum. Ibi enim loquendo de vnctione partiũ omniũ uis appetitiuæ, & hic speciatim de vnctione renum adducitur consuetudo aliquarum ecclesiarum. Cum ergo inungere umbilicum non sit consuetum apud aliquas ecclesias, ideo uidetur ex dictis in corpore & hic, satisfactum esse pro responsione ad istam partem. Vnde recolenda uenit regula illa D. Thomæ familiaris; qua (ut alibi diximus) solet tacere aliquid postulatum ab argumento, q̃n aliunde in illo articulo per dicta sua satisfieri potest. Huiusmodi enim replicationem, seu non necessariam uerbositatem abhorret; proprię breuitati studendo.

*In corp. art.

Regula pro more sancti doctoris intelligendo.

AD TERTIVM dicẽdum, quod secundum quorundam consuetudinem fit in renibus, propter hoc, quod ibi maxime viget concupiscibilis; sed appetitiua non est prima radix, vt dictum est.

AD QVARTVM dicendum, q̄ organa corporis quibus actus peccati exercentur, sunt pedes, manus, & lingua, quibus etiam exhibetur vnctio, & membra genitalia, quibus propter immunditiam illarum partium, & honestatem sacramenti, non debet vnctio adhiberi.

QVAE-

4m conclusionis illatio. Ergo sicut &c. R. Negatur illatio. §. Nam licet omnia membra corporis in argumento nominata sint radices peccati, non tamen omnium conueniunt in simili munditia, & honestate.

¶ Coroll. Ergo quando dicitur supra, quod radices peccati sunt inungendæ, & intelligitur cum limitatione hac, si, scilicet non obstet immunditia & inhonestas; sicut & cum illa, ex articulo sequenti elicita, scilicet si adsint illæ partes. In dando enim sacramenta habenda est ratio reuerentiæ ad sacramenta: vnde & in confessione explicando species, circunstantiasque necessarias peccatorum carnalium, debet quilibet decentiori modo loqui, quo sibi possibile sit; dum tamen a confessario prudenti suo intelligatur quantum ad illa necessaria.

¶ Examen. Ly pedes, manus, & lingua. Sub his nominatis cointelliguntur & alia in corpore articuli dicta, puta nares, oculi, &c. Hæc tria enim in præsenti data sunt pro exemplo; non curando interim enumerare omnia.

## APPENDIX.

Ex articu. habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum fuisse a Concil. Floren. quòd conuenienter partes prædictæ inungendæ sunt. Insinuatum uerò est hoc ab illo Decret. Armenis dato, quinto loco de sacramentis, sic. Infirmus in his locis ungendus est; in oculis propter uisum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum, uel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem. Hæc ibi. Modo sciunt Catholici omnes; quòd ecclesia in sacramentis dandis errare non potest. Et nota; quòd quia Concil. Floren. non determinat an sit de tanta necessitate vnctio pedum, & renum, sicuti est unctio aliarum partium; ideo videtur in hoc remittere nos determinationi S. Thomæ. Nam ex eo, quòd in omnibus alijs doctrinam eiusdem secutum est non tantum in uerbis, sed etiam quandoque in ordine uerborum (ut illud legenti patet, maxime de sacramentis) non mirum est: si uideatur in hoc remittere nos, &c. ut supra. Quicquid tamen sit de hoc, & de varia seruatione quarundam ecclesiarum tempore. D. Th. inungendæ sunt singulæ partes illæ a Concil. Floren. nominatæ, & a S. Thom. de mente propria in 1. conclus. prædictæ.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, prout iacent, & intelligas, & probes, & defendas. 2

¶ Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc, & declaretur, & consolidetur. 3

QVAEST. LXIII. Aliàs 32. Art. VII.

CONCL. Mutilati etiam inungi debent, quanto propinquius esse potest ad partes illius, in quibus vnctio fieri debuerat.

¶PROB. Quia mutilati habent potentias animæ, quæ illis partibus debentur, saltem in radice (patet:) Secundo, Quia mutilati per ea, quæ ad partes illas pertinent, possunt peccare interius, quãuis non exterius.

132 ¶NOT. Anima continet omnes potentias sensitiuas i essentia sua, inquantum ab essentia sua omnes illæ pfluũt. prima par. q. 77. art. 6. & ideo quicumque habet animam, siue cæcus, siue surdus, siue mutilatus, dicitur reuera habere potẽtias omnes illas in radice: quãuis organa illarum potentiarum, siue exercitium earundem, actualiter non habeat. Probatio igitur prima in hoc fundatur. Rursus. Potest quis in voluntate sua exercere actus quarumcumque potentiarum, etiam non habitarum, immo impossibiliter habendarum: & consequenter si ordinatè illos actus exercet, bonum facit; si autem inordinatè, peccat. Verbi gratia. Existens cæcus a natiuitate potest desiderare visum, & exercitium visus; similiter & surdus respectu surditatis, mutus respectu loquelę, & sic de alijs. Vnde cæcus potest peccare videndo mulierem in uoluntate sua, surdus audiendo profana contra legem diuinam in uoluntate sua, mutus loquendo nociua in uoluntate sua: & è contrario potest mereri cæcus videndo diuina, surdus audiendo, mutus loquendo, in voluntate tamen sua. Eo videlicet modo, quo de inimicis ecclesiæ catholicæ dicitur. Genes. 49. In uoluntate sua suffoderunt murum. Quamuis enim impossibile sit suffodere realiter murum, seu domum Dei viui, hoc est ecclesiam sanctam (nam portæ inferi non præualebunt aduersus eam Matth. 16.) tamen possibile est murum ipsum suffodere intentionaliter, idest per malam voluntatem, ut quotidie faciunt hostes illius. Sic ergo in proposito: potest cæcus, uel quilibet quomodolibet mutilatus, peccare interius per exercitium organorum non habitorum; licet hoc sit impossibile exterius. Hoc ipsum dicere uoluit 2. probatio.

*Qđo cęcus possit peccare uidendo; & mereri, sic de alijs.*

*Qđo non psit aliqui præualere contra ecclesiam.*

1^m de maiori. Ita. ℞. Quantum ad partem determinatã, vel in se, vel in suo propinquo: non semper quantum ad partem determinatam in se tantum. §. Tunc nih. &c. Licet enim mutilatus (uerbi gratia) auribus, partem illam, in qua debet fieri unctio, non habeat in seipsa (ut arguitur:) habet tamen eam in suo propinquo. Non enim inuncturus aures vnget oculos, seu labia, sed partem propinquam auribus abscissis; & hæc est ungere aures, seu habere aures, in suo propinquo.

2^m de maiori. Non deliquit. ℞. Exterius: non interius. §. Scilicet saltem de possibili. Tunc ni. &c. Nam in unctione, quæ fit ad oculos cæci, licet quicquid per visum deliquisti, intelligitur de delicto interius facto. Vide notation. post prob. sed & q. 16. articu. 2. exam. 3. Dato enim casu, quòd nec iterius deliquerit, indultum est sibi hoc per diuinam misericordiam: quoniam alias potuit, quantum est de se, peccare, & de facto peccasset. Ex litera breuiter dic: quòd ly quicquid per &c. deliquisti, intelligitur sic. s. si deliquisti.

*Sensus formæ sacri huius.*

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum mutilati debeant inungi illis vnctionibus.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod mutilati nõ sint vngendi illis vnctionibus, quæ partibus illis competunt. Quia sicut hoc sacrm exigit determinatam dispositionem in suscipiente, vt scilicet sit infirmus, ita, & determinatam partem: sed ille, qui non habet infirmitatem, non potest inungi. ergo nec ille, qui non habet partem illam, in qua debet fieri vnctio.

¶ 2 Præt. Ille, qui est cæcus a natiuitate, non deliquit per visum, sed in vnctione, quæ fit ad oculos, fit mentio de delicto per visum, ergo talis vnctio cæco non debet fieri, & sic de aliis.

SED CONTRA est, quod defectus corporis non impedit aliquod aliud sacramentum, ergo nec istud impedire debet: sed de necessitate istius sacramenti est quælibet vnctionum, ergo omnes debent fieri mutilatis.

RESP. Dicendum, quod mutilati etiam inungi debent, quanto propinquius esse potest ad partes illas, in quibus unctio fieri debuerat: quia quamuis non habeant membra, habent tamen potentias animę, quæ illis membris debentur, saltem in radice: & interius peccare possunt per ea, quæ ad partes illas pertinent, quamuis non exterius.

Et p hoc patet solutio ad obiecta.

## APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas; merito fuisse a Papa Bonifacio VIII. insinuatum, quòd mutilatis potest unctio extrema dari. Insinuatum autem est hoc; quando de reg. iur. in sexto, regu. 66. dixit; Cum non stat per eum, ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur; haberi debet, perinde ac si impleta fuisset. Hæc ibi. Quasi ad propositum præsentis quæsiti dicat. Cum non stat per inungendum (puta quia mutilatus est,) quò minus in locis debitis Deo sacro iungatur: tunc si circum illa eo modo, quo potest fieri, inunctus fuerit; haberi debet pro sufficienter ad susceptionem huius sacramenti inuncto. Nemo enim potest ad impossibile obligari, ut dicitur ibi regul. 6. & multo minus Deus præcipit impossibilia, contra Lutherum (vide prima parte quæst. sexta, articu. quinto, appen.) & iuxta versus antiquorum, recitatos a gloss. supra regulam illam, vltra posse meum non lex me iusta coegit. Nec putat esse reum, qui totum posse peregit. De possibilitate diuinorum mandatorum, cum anathematizatione contrarij, vide Conc. Trid. sess. 6. cap. 11. & canon. 18. & 1. Ioan. 5. & Rom. 1. Item a simili, insinuatum esse hoc meritò (supra quæst. nona, artic. 3. maxime in appen.) ostendere per rationem potes: ubi dicitur, quod quis potest per scriptum, vel interpretem, in casu necessitatis confiteri. In casu ergo, quo in locis debitis propter mutilationem non pôt fieri unctio, poterit adhiberi circa loca propinqua, & satisfactum erit. Vide ibi q. 9. indeq; tibi pro præsenti articulo deseruias. Secundò habes: quomodo per rationem dicta Bonifacij, inquantum mutilatis unctionis extremæ sacramentum insinuant dari posse, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc declaretur, & consolidetur.

*Vtilitas p S. Ecclesia &c.*

*Notãdi versus antiquorum.*

2

3

---

SVP. Q. LXIIII. Aliàs 33. Art. 1.

CONCL. Hoc sacramentũ sine sui iniuria potest iterari.

¶ EXAMEN. Ly sine sui iniuria. Hoc dicitur ad differẽtiam illorum sacramentorum, quæ cum sui iniuria iterantur, & cõsequenter quę licet de facto possint iterari, non tamen de iure, id est sine peccato. Huiusmodi autem sacramenta, quæ iterationem non admittũt, producunt effectũ perpetuum (ut in textu dicitur;) & hoc est ratio non reiterationis. Si. n. effectum perpetuum semel data producunt: profectò frustra iterum adhiberentur. Et cum in ecclesia nihil debeat fieri in vanũ, quęstione 25. articu. primo, clarè patet, quòd postquàm data sunt semel, non debẽt iterum dari. Impium enim, & hoc esset: quoniam tunc ostenderetur, sacramentum illud non fuisse primò efficax ad producẽdum effectum sibi debitum, idest perpetuum.

133 S. Tho. ubi sup. arti. 4. q. 1. & 2.

¶COROLL. Ergo videtur hæc ratio etiam deseruire illi proposito; Cur scilicet consecrationes ecclesiarum, calicum, altarium, & huiusmodi, non reiterentur, subiecti ipsis rema-

*Quare aliqua sacra cũ sui iniuria iterantur, aliqua sine.*

## QVAEST. LXIIII. Aliàs 33.

*De iteratione huius sacramenti, in duos articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de iteratione huius sacramenti.

Circa quod duo quæruntur.

¶ Primò, Vtrum hoc sacramentum debeat iterari.

¶ Secundò, Vtrum in eadem infirmitate debeat iterari.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum hoc sacramentum debeat iterari.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd hoc sacramentum non debeat iterari, quia dignior est unctio, quæ fit homini, quàm quæ fit lapidi: sed vnctio altaris non iteratur, nisi altare illud fractum fuerit, ergo nec vnctio extrema, quæ adhibetur homini, debet iterari.

¶ 2 Præt. Post vltimum nihil est: sed hęc vnctio dicitur extrema, ergo non debet iterari.

SED CONTRA. Hoc sacramentum est quædam spiritualis curatio corporaliter exhibita, sed curatio corporis iteratur, ergo, & hoc sacramentum iterari debet.

RESP. Dicendum, quòd nullum sacramentum quod habet effectum perpetuum, debet iterari, quia ostenderetur sacramentum non fuisse efficax ad faciendum illum effectum, & sic fieret iniuria illi sa-

remanentibus: ut ex responsione quoque ad primum habetur.

¶Prob. Quia hoc sacramentũ non habet effectum perpetuum (cum sanitas mentis, vel etiam corporis effecta per hoc sacramentum possint amitti:) & sacramentum non habens effectum perpetuum potest iterari sine sui iniuria (cum iniuria non fiat sacramento, si effectus deperditus iterato recuperetur.)

*Aug. ser. 215. de tẽpo. to. 10.

¶Not. In reiteratione sacramenti nõ habentis effectum perpetuum nihil fit frustra: ut accidebat i sacramẽto habente effectũ perpetuum. Et licet quandoq; fictus accedat ad sacramentum reiterabile, puta ad confessionẽ, & consequenter frustra accedat, inquantũ non suscipit effectum sacramenti; tamen nihil fit frustra ex parte sacramenti, quomodo antea de sacramento non iterabili intelligebatur.

cramento: sacr̃m autem quod nõ habet effectum perpetuum, potest iterari sine iniuria, vt effectus deperditus iterato recuperetur, & quia sanitas corporis & mentis, quæ sunt effectus huiusmodi sacri, possunt amitti postquam fuerint per sacramenta effecta, ideo hoc sacramentum sine sui iniuria potest iterari.

Ad primum ergo dicendũ, q̃ vnctio lapidis fit ad ipsius altaris cõsecrationem, quę est perpetuo in lapide quamdiu altare manet, & ideo non potest iterari: sed hæc vnctio nõ fit ad consecrationem hominis, cum non imprimatur character, & ideo non est simile.

Ad secundum dicendum, quod illud, quod secundum æstimationem hominum est extremum, quandoque secundum rei veritatem non est extremum, & sic dicitur hoc sacramentum extrema vnctio, quia non debet dari, nisi illis, quorum mors est propinqua secũdum existimationem hominum.

1m maior. Dignior est vnctio, quæ fit homini, quàm quæ fit lapidi. ℞. Sed non diuturnior. §. Tunc &cæt. Nam diuturnitas (ut diximus,) seu perpetuitas effectus non reiterationis est causa: non autem dignitas. Vnde argumentum laborat in fallacia secundum non causam, ut causam.

¶Not. Vnctio collata infirmo non est ad cõsecrationem infirmi, nisi pro quanto per illam vnctionem confertur gratia sanctificans animam infirmi. Vnctio verò data lapidi altaris, seu ecclesiæ, vel data calici, & huiusmodi vasis est ad consecrationem lapidis altaris, ecclesiæ, calicis, & huiusmodi uasorum. Vnde assimilatur ista vnctio vnctioni datæ in sacerdotio conferendo, cum & ipsa fiat ad consecrationem hominis illius, & non tantum ad conferendum gratiam in animam eius. Sicut ergo sacerdos, quamdiu manet homo, non opus habet, immo nec debet, aut potest iterum consecrari per illam vnctionem; ita lapis altaris, &c. non possunt iterato consecrari. De extrema ergo vnctione secus est: cum non fiat (ut dictum est) ad consecrationem hominis. Pro ampliori horum notitia vide q. 28. art. 2. cuius etiam declarationi potes ex hoc loco afferre suppetias. Quod autem consecratio prædictæ lapidis, vasorum, &c. fit uera, & non figmentum humanum (ut impij blasphemant:) patet ex ipsis q. 32. artic. 3. appen. & ex punitione sequenti narrata a Nicephoro in historia ecclesiastica. Iulianus vasa sacra ecclesiæ cuiusdam diripienda mandauit. Hic Iulianus fuit Iuliani Imperatoris auunculus. Hic morbo correptus ad dies quadraginta ita distentus iacuit, ut neque loqueretur, neq; sentiret quicquã: quia sacris vasis, quæ terræ illiserat, pro sedili vsus fuerat. Hæc ille ibi, lib. 10. cap. 25. Contra Caluini, Donatique errorem impijssimum sup. q. 32. ar. 3. appen. narratum facient etiam hæc: & ibi contra eos dicta vicissim quoque iuuabunt intentum præsens.

2m de maiori. Vltimum. ℞. Secũdum rei ueritatem: nõ semper, secundum ęstimationem hominum. §. Tunc nih. &c. Nam vnctio hæc dicitur extrema secundũ existimationem hominum (ut declaratur in textu) nõ semper secundum rei veritatem.

¶Coroll. Ergo post vltimum, secũdum quod est vltimum, nihil est: secundum uero, quod nõ est ultimum, aliquid esse potest. Vnde in his, & in huiusmodi locutionibus attendendum est ad formalitatem, qua aliquid dicitur tale, uel tale; potius quàm ad ipsam rem, quæ dicitur talis, uel talis.

## APPENDIX.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

Ex articu. habes primo: quomodo per rationem, tanquam in radice, interimas errorem Græcorum (sup. q. 30. art. 2.) dicentiũ; vnctionis extremę sacramentum non prodesse infirmis ad salutem corporis. Non. n. (ut patet) moueretur iste articulus a D. Tho. & sic determinaretur, nisi præsupponeretur manifeste, quòd vnctio extrema prima vice collata fuit ad salutem corporis. Quò contra secundum erroneum dictum Græcorum præsens articulus nõ mouendus fuisset; vel saltem non sic determinandus. Secundò habes: 2 quomodo per rationem, tanquam in radice, ostendas; errorẽ hunc meritò damnatum fuisse à &c. ut sup. q. 30. arti. 11. appen. Tertiò 3 habes: quo per rationem ostendas meritò fuisse dictum a Concil. Flor. in Decr. Arm. dato, de sacris, in princ. Reliqua uerò quatuor characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt. Hęc ibi. Vbi per ly quatuor intelligit (ut contextus edocet) extremam vnctionem, confessionem, Eucharistiam, matrimoniũ. Item a Conc. Trid. sess. 14. de extr. unct. c. 3. Quòd si infirmi post susceptam hãc vnctionẽ conualuerint, iterũ huius sacri subsidio iuuari poterũt cũ in aliud simile vitæ discrimen inciderint. Hæc ibi. Quartò uides? 4 quo ex ijs vicissim Ang. doct. præsens, & decl. & consolidetur.

---

SVP. Q. LXIIII. Aliàs 33. Art. II.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum in eadem infirmitate debeat iterari.*

AD secundum sic proceditur. Videtur quod in eadem infirmitate non debeat iterari, quia uni morbo non debetur nisi una medicina, sed hoc sacramentum est quædam spiritualis medicina, ergo contra vnum morbum non debet iterari.

¶ 2 Præt. Secundum hoc posset aliquis infirmus tota die inungi, si in eodem morbo posset iterari vnctio, quod est absurdum.

Sed contra est, quod aliqñ morbus diu durat post sacramenti perceptionem, & sic reliquię peccatorum contrahuntur, contra quas principaliter hoc sacramentum datur, ergo iterato debet inungi.

Resp. dicendum, q̃ hoc sacramentum non respicit tantum infirmitatem, sed etiam infirmitatis statum, quia non debet dari, nisi infirmis, qui sm̃ humanam æstimationem videntur morti appropinquare. Quæ-

134 Conci. 1. Si infirmis infirmitate nõ diuturna daĩ tunc hoc sacramentum, cum ad statum illum perueniunt, quòd sint in periculo mortis; non iterum debet dari eisdẽ, eadem infirmitate durante.

¶ Prob. Quia tales non recedunt a statu illo (ut patet ex ly non diuturna) nisi infirmitate curata.

¶ Not. Recedere a statu illo periculoso mortis, intelligitur non punctaliter; sed iuxta latitudinem infirmitatis eiusdem. Ideo enim in textu additum est ly nisi infirmitate curata, ad ostendendum illud, quod nunc diximus; quasi dixerit per additionem illã. Tales infirmi non dicuntur nunc recedere a statu illo periculoso, nisi ab infirmitate tali releuentur: & consequenter, nisi curati fuerint ab ipsa infirmitate iudicantur esse in eodem statu, etiam quòd non semper reuera in eodem sint. Pro quo sciendum est; quòd aliud est loqui de statu illo in se, aliud est loqui de statu illo respectiue ad extremam vnctionem. Si de illo in se loquamur; clarum est, quòd febricitans, qui fuit in statu periculoso mortis, non semper est in eodem statu, etiam febre durante; sed aliquando melioratur, & ita; ut spe insanitatis de illo concipiant medici, qui de illius vita prius desperabãt. Si autẽ de illo respectiuè ad extremam vnctionem loquamur; tales semper in eodem statu remanere dñt, quousq; ex illa infirmitate febris conualuerint. Sic ergo tales inũ gendi amplius nõ sunt: qui tamen, si primo modo loqueremur, iterũ inungendi essent; si febre nondum curata, ad talẽ periculum, in quo prius fuerant, reducerentur. Socrates igitur (ut sub exemplo dicatur) ex infirmitate febris veniens ad vitę discrimen, & in eo discrimine inunctus, post 24. horas remissa febre, nõ tamen curata, melius se habet; & ita in ista melioratione febricitans adhuc remisse perseuerat per mensem: postea pedetentim adaucta eadem febre redit ad eundem statum in quo erat prius: debet ne iterum inungi? Non propter rationem dictam.

*Periculum idem mortis dupliciter consideratur.*

¶Concl. 2. Ille, qui ex infirmitate surrexit, si recidiuam patiatur; poterit iterum inungi, si ponatur in periculo mortis.

¶Prob. Quia tunc erit alia infirmitas a prima.

¶Coroll. Ergo in eadem infirmitate dummodo non sit de diuturnis (ut iuxta conclus. præmissas ad titulum respondeatur,) non debet extrema vnctio iterari.

*Ad titulũ literalis responsio.*

¶Concl. 3. Si homo infirmitate diuturna (qualis est hydropisis, &c.) laborans, iterum, post euasionem periculi mortis, ad simile periculum per illam infirmitatem reducatur, poterit denuò inũ 1.

¶Prob. Quia tunc est quasi alius status infirmitatis; quamuis non sit alia simpliciter infirmitas.

¶Coroll. Ergo in ægritudinibus huiusmodi diuturnis non requiritur, quòd infirmitas sit alia; sed sufficit; quòd status periculi sit alius. Et in hoc discordat hæc tertia conclusio a præmissis conclusionibus. Nam in eis requirebatur, & alietas status periculosi, & alietas infirmitatis: ut declaratum est. Ergo (ut ad titulum iuxta hanc tertiam conclusionem, respondeatur) extrema vnctio debet iterari in eadem infirmitate, dummodo sit de diuturnis.

Ad titulũ hic.resp.

1^m de maiori.

Vni morbo. ℞. In eodẽ statu permanenti: non in diuerso. §. Habet.n. diuersos status infirmitas una, seu morbus. Tunc nihil &c. vt patet ex præmissis concl. omnibus. Concordant.n. uniuersæ in hoc, quòd istud sacramentum non debet bis dari uni morbo, nisi pro reiterato statu periculoso mortis; licet discordent in hoc alio, quod scilicet reiteratus status compatitur secum eandem infirmitatem diuturnam; & non compatitur secum eandem non diuturnam (ut declaratum est.)

In quo cõcordent, & discordent conclus.

2^m Antecedens hypotheticum. Secundum hoc posset aliquis infirmus tota die inungi, si in eodem morbo posset iterari vnctio. ℞. Verum solummodo est; si in eodem morbo pro quocũq; statu numerali. §. Quod numquam somniauimus.

Quædam.n. infirmitates nõ sunt diuturnæ, vnde si in eis datur hoc sacramẽtum tunc, cum homo ad statum illum perueniat, quòd sit in periculo mortis, non recedit a statu illo, nisi infirmitate curata, & ita iterum non debet inungi, sed si recidiuum patiatur, erat alia infirmitas, & poterit alia fieri inunctio. Quædam vero sunt ęgritudines diuturnæ, ut hecticam, hydropisis, & huiusmodi, & in talibus non debet fieri vnctio, nisi quando videntur perducere ad periculum mortis: & si homo illum articulum euadat eadem infirmitate durante, & iterum ad similem statum per illam ægritudinem reducatur, iterum potest inungi, quia iam quasi est alius status infirmitatis, quamuis non sit alia infirmitas simpliciter.

Et per hoc patet solutio ad obiecta.

AP-

APPENDIX.

Ex artic habes primo: quomodo per rationem, tanq̃ in radice, reijcias propositionẽ suspectam, seu scandalosam Erasmi (sup. q. 30. ar. 2) dicentis; q hodie oleo sacro unguntur laborantes, non ut conualescant, sed ut tutius migrent. Ex eo.n. q præsens artic. sic inquit de unctione infirmorum, dat intelligere oib. q infirmi & post vnctionem sæpe conualescunt, & vt conualescant unguntur: immo hoc ipsum presupponit (ut patet considerãti) & consequẽter militat radicaliter cõtra Eras. Secundo hẽs: quo per rõnẽ radicaliter ostendas; hanc meritò dãnari à &c. ut q. 30. artic. 2. appen. Tertio hẽs: quo p rõnẽ ostẽdas, meritò esse dictũ, & cõsequenter illũ Eras. errorem cõdẽnatũ, a Conc. Trid. sess. 14. de ext. vn. c. 3. Qđ si infirmi post susceptã hanc unctiõnẽ cõualuerint, huius sacri subsidio iterũ iuuari poterũt, cũ in aliud simile uitæ discrimẽ inciderint. Hęc ibi. Vbi nota ly si cõualuerint, & ly cũ in aliud simile inciderint. Pro tanto.n. adducitũ nunc conciliũ, non p quãto statuit unctiõnẽ reiterandam simplr. (sic nãq; adductũ est sup.) sed p quanto reiterandã ipsam in eadẽ infirmitate dicit, & quo. Quarto habes: quo per rõnem p dicta patrum pro sensu quem diximus, & intelligas, & pbes, & defendas. Quinto vides: quo ex ijs vicissim Ang. doctr. hæc & decl. &c.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

---

SVP. Q. LXV. Aliàs 34. Art. 1.

Conci. Deus posuit ordinem in ecclesia.

¶Coroll. Ergo (ut titulo uerbaliter respõdeatur) ordo debet esse in ecclesia. Nam illa, quæ Deus fecit conuenienter fecit: nec ab aliquo, nisi maxime præsumptuoso, reprehendi possunt.

¶Examen. Ly ordinem. Vt s. quidam aliis sacramenta dent.

¶Ly posuit. Hoc est disposuit, seu ordinatẽ posuit. Adeo quòd ita dixit in textu secũdum sensum; videlicet, quòd Deus ordinem posuit ordinate. Et hoc ad differentiam imprudẽtis; qui attendit (si tamen attẽdat) tantummodo ad rem, non ad modum rei. Vnde aliquando bonum facit, sed non bene ordinem in aliqua re ponit, sed non ordinate.

¶Prob. 1. Quia De^9 uoluit assimilare sibi ecclesiam. Secundo, Quia Deus uoluit ecclesiam esse perfectam. Tertio, Quia Deus volnit posse cognosci per ea, quæ sunt in ecclesia. Quarto, Quia aliter pulchritudo legis naturalis omnibus datæ (hæc est ordo, qui ponitur a Dionisio: ut in textu) deesset ecclesiæ. Quinto, Quia aliter ecclesia nõ assimilaretur corpori naturali (in hoc.n. quædam membra alijs influunt: quod est ordinis.)

135

¶Not.

## QVAEST. LXV. Aliàs 34.

*De sacramento ordinis quo ad eius essentiam, & eius partes, in quinque artic. diuisa.*

Post hoc cõsiderandum est de sacramento ordinis. Et primo, de ordine in communi. Secundo, de distinctione ordinum. Tertio de conferentibus ordinem. Quarto, de impedimentis ordinandorum. Quinto, de his, quæ sunt ordinib. annexa. De ipso autem ordine in communi tria videnda sunt. Primo, de eius entitate, & quidditate, & partib. eius. Secundo, de eius effectu. Tertio, de suscipientibus ipsum.

Circa primum quærũtur quinq;.

¶ Primò, Vtrum in ecclesia esse debeat.

¶ Secundò, Vtrum conuenienter definiatur.

¶ Tertiò, Vtrum sit sacramentum.

¶ Quartò, Vtrum eius forma exprimatur conuenienter.

¶ Quintò, Vtrum hoc sacramẽtum materiam habeat.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum ordo in Ecclesia esse debeat.*

Ad primum sic proceditur. Videtur quod ordo in ecclesia esse non debeat. Ordo enim requirit subiectionem, & prælationẽ, sed subiectio videtur repugnare libertati, in quam vocati sumus per Christum, ergo ordo in ecclesia esse non debet.

¶ 2 Præt. Ille, qui in ordine constituitur, alio superior fit, sed in ecclesia quilibet debet se altero inferiorẽ reputare. Philip. 2. superiores inuicem arbitrantes, ergo non debet in ecclesia esse ordo.

¶ 3 Præt. Ordo inuenitur in Angelis propter distinctionem eorum in naturalibus, & gratuitis: sed omnes homines sunt in natura vnum, gratiarum etiam dona quis eminentius habeat ignotum est, ergo ordo in ecclesia esse non potest.

Sed contra. Rom. 13. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt: sed ecclesia a Deo est, quia ipse eam ædificauit sanguine suo, ergo ordo in ecclesia esse debet.

¶ Præt. Status Ecclesiæ est medius inter statum naturæ, & gloriæ, sed in natura inuenitur ordo, quo quædam aliis superiora sunt, & similiter in gloria, vt patet in Angelis, ergo in ecclesia debet esse ordo.

Resp. Dicendum, quòd Deus sua opera in sui similitudinem * producere voluit quantum possibile fuit, vt perfecta essent: & per ea cognosci posset, & ideo vt in suis operibus repræsentaretur, non solum secundum quòd in se est, sed etiam secundum quòd in alios influit, hanc legem naturalem imposuit omnibus, vt vltima per media reducerentur, & perficerẽtur, & media per prima, vt Dionysius * dicit, & ideo, ut ista pulchritudo ecclesiæ non deesset posuit ordinem in ea, vt quidam aliis sacramenta traderent, suo modo Deo in hoc assimilati, quasi Deo cooperantes, sicut & in corpore naturali quędam membra aliis influunt.

AD

¶Not. Per hoc vltimum medium vult cõcludere. S. Doct. quòd tunc Ecclesia non esset corpus mysticum; qđ est manifeste falsum, & contra Apostolum maxime Rom. 12. 1. Cor. 12. Eph. 1. 4. Coloss. 1. 3. Nam corpus mysticum dicitur aliquid: quod, & quia, assimilatur corpori naturali.

¶Coroll. Ergo vides; in quot inconuenientia, & ea maxima, turpiter cadant omnes ij; qui negant, ordinem debere esse in ecclesia. Primo, Quid cum inconuenientius; quàm dicere Christũ nolle sibi assimilatam esse ecclesiam sponsam suam dilectissimam? Reclamat namque huic dicto scri pturæ omnes, & inter alias specialiter Cantica canticorum. Secundo, Et si Deus uoluit opera sua etiam minima, esse perfecta: cur non magis ecclesiam perfectam esse uoluerit? Et hoc attestantur scriptura præmissæ. Tertio, Quod si per ea, quæ facta sunt inuisibilia cognoscuntur. Ro. 1. quare non magis per ecclesiã innotescet multiformis sapientia Dei? Ephes. 3. De duobus tandẽ incõuenientibus vltimis potius tacendum in aduersariorum confusionem, quàm aliquid loquendum: quandoquidem lippis etiam videre est, quod lex gratiæ legi naturali, & corpus Christi mysticum naturali corpori, præstat.

* Al. perducere.

* c. 5. ecclesiast. hierarc. in tr. de sacerdotum perfectionib. a princ.

Pri-

1m de maiori. Sed subiectio. ℞. Seruitutis tirannicæ: non seruitutis salutiferæ. §. Tunc nihil &c. Licet enim ordo dicat subiectionem aliquorum salutiferam ad prælatos suos (vt arguitur:) tamen non dicit subiectionem, quæ est ad tirannos (vt in litera.)

¶ Not. Tirannica seruitus dicit illa; qua subditur quis domino suo in dispendium verum propriæ salutis, & in domini ipsius vtilitatem. Vnde & dominiũ tirannicum est: quo dominus vtitur subditis ad propriam sui vtilitatem, non curans quod sit de vtilitate subditorum; immo (ut de consummata tirannide loquamur) procurãs pniciem subditorum, & discordias iter illos amãs & nutriens: vt exinde maior vtilitas sibi ipsi aliquo modo; siue per fas, siue per nefas afferatur. Econtrario igitur dicendum est de seruitute saluberrima; & de dominio legitimo.

Seruitus, & dũsiũ duplex.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd subiecto seruitutis repugnat libertati; quæ seruitus est cum aliquis dominatur, ad sui vtilitatem subiectis vtens, talis autem subiectio non requiritur in ordine, per quem, qui præsunt, salutem subditorum quærere debent, non propriam vtilitatem.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ quilibet debet se reputare inferiorẽ merito, sed non officio, ordines autem officia quædam sunt.

AD TERTIVM dicendum, q̃ ordo in Angelis nõ attenditur secundum distinctionem naturæ nisi per accidens, inquantum ad distinctionẽ naturæ sequitur in eis distinctio gratiæ, attenditur autem per se s̃m distinctionem in gratia, qui eorum ordines respiciunt participationem diuinorum, & communicationẽ in statu gloriæ quæ est secundum mensuram gratiæ quasi gratiæ finis, & effectus quodammodo: sed ordines ecclesiæ militantis respiciunt participationem sacramentorum, & communicationem, quæ sunt causa gratiæ, & quodammodo gratiam præcedunt, & sic non est de necessitate nostrorum ordinum gratia gratum faciens, sed solum potestas dispensandi sacramenta; & propter hoc ordo non attenditur per distinctionẽ gratiæ gratum facientis, sed per distinctionem potestatis.

ARTICVLVS

An subiectio repugnet libertati.

De omnibus his habes in textu: breuiori quamuis modo, & sub alijs uerbis. Hæc bene nota contra hostes ecclesiæ sanctæ; qui, ut suo de capite viuant nulli obedientes, numquam non suis in conuenticulis resonant illud, quod in argumento textus adducitur, scilicet nos in libertatem uocati sumus, per Christum & subiectio repugnat libertati. De subiectione enim distinguere eos, oportuisset: quod tamen facere cum recusant, ab ipsa natura etiam confunduntur. Subiectionem namque corporis ad animam videmus esse salutem corporis; subiectionem aeris ad solem esse purgationem aeris: & tanto magis corpus meliorari, aeremque clare fieri, quanto magis & illud corporis, & iste Solis, actuali dominio subijcitur. Natura ergo docente discant: quòd non omnis subiectio repugnat, libertati idest perfectioni eius qui subijcitur; immo quòd aliqua subiectio libertatem ipsam causat, fouet, atque ad perfectum adducit (ut textus paucis eloquitur.)

2m de maiori. Superior. ℞. Officio: non semper merito. §. Tunc nihil &c. Licet enim vnusquisque debeat alterum arbitrari seipso superiorem merito (ut arguitur ex Apostolo:) non tamen debet se quisque reputare altero inferiorem officio.

¶ Coroll. Ergo Apostolus ibi Philippensium, secundò non intendit negare, neque negat ordinem in ecclesia esse; sed vnumquemque ad humilitatem, & profectum inuitat. Non enim loquitur de gradu ministrorum altaris; sed de moribus Christianorum.

¶ Not. 1. Quòd constitutus in ordine fiat superior (ut argumentum in maiori dicebat) fundatur in Apost Hebr. 5. ubi dicit: Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum. Vbi vides aperte: quòd ordo Pontificalis, & per consequens proportionaliter alij inferiores (nam loquitur hic Apostolus analogice: hoc est faciendo denominationem a primo quasi analogato intelligit sic de reliquis) dicunt gradum superiorem ad cæteros homines. Alioquin non assumerentur ex illis eo modo quo significatur per ly ex hominibus assumptus. Faciunt hæc aliqualiter quæstione 31. articu. primo, vel secundo, appen. & vice uersa. Etiam vide art. seq. ad quartum, fin. de hoc: quòd ordo hic sumitur non quomodocumque, sed pro gradu: & consequenter exinde confirma propositionem argumenti maiorem.

¶ Not. Quòd non debeat proportionaliter aliquis existens in ordine ecclesiastico reputare se alio inferiorem officio (ut dixit responsum:) immo nec proportionaliter ostendere se talem reputare, etiam quòd reuera similem reputationem non haberet: confirmare potes ex Concil. Triden. sess. 25. cap. 17. de refor. Ibi enim iustissimè excandescit contra Episcopos talem reputationem præ seferentes, in hæc uerba. Non potest sancta Synodus non grauiter dolere audiens Episcopos aliquos sui status oblitos, pontificiam dignitatem non leuiter dehonestare, qui cum Regum ministris, Regulis & Baronibus in ecclesia, & extra, indecenti quadam demissione se gerunt, & veluti inferiores ministri altaris, nimis indignè non solum loco cedunt, sed etiam personaliter inseruiunt. Quare hæc, & similia detestans sancta Synodus, sacros canones omnes conciliaque generalia, atque alias Apostolicas sanctiones ad dignitatis episcopalis decorem, & grauitatem pertinentes renouando, præcipit: ut ab huiusmodi in posterum Episcopi se abstineant, mandans eisdem; ut tam in ecclesia, quàm foris suum gradum, & ordinem præoculis habentes ubique se patres, & pastores esse meminerint: reliquis verò, tam principibus, quàm cæteris omnibus, ut eos paterno honore ac debita reuerentia prosequantur. Hæc ibi.

Clerici dignitatem suã agnoscant semper, & vbique seruent.

3m illatio conclusionis. Ergo ordo, &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam fit transitus ab ordine, qui attenditur per distinctionem gratiæ gratum facientis, cuiusmodi est ordo in Angelis, ad ordinẽ qui attenditur per distinctionem potestatis, de quo loquitur cõclusio.

¶ Not. Quòd non sit de necessitate nostrorum ordinum gratia gratum faciens (ut dicitur in textu isto,) vide q. 19. art. 5. not. 1. & secundo, post ad primũ, & appen. ubi ostenditur; quod mali prælati non amittunt potestatem. Vide etiam quæst. 24. ar. 1. appen. ubi ex Pro secundo patet. quòd dignitatis est authoritas. Quod autem Angelis gratia detur secundum capacitatem naturalium (quod in textu responsi tangitur) vide primam par. q. 62. art. 6. & inde melius penetrabis dicta in hoc loco, & ex hoc vicissim illa.

## APPENDIX.

Ex articu. habes primo: quomodo per rationem excludas errorem Pseudo Apostolorum (ut refert Card. Turrecremata, de Ecclesia lib. 4. par. 2. cap. 37.) dicentium; omnes ordines religiosorum sacerdotum, Diaconorum, subdiaconorum, & prælatorũ, sunt ad fidei ecclesiæ detrimentum. Ex art. n. præsenti probatur multipliciter; quòd ordo ecclesiasticus, qualis est omnis prædictus, est ad magnum decorem, perfectionemq́; ecclesiæ: & cõsequenter illum errorem, satis superque expugnat. Nam error ille pro tanto hic adducitur; pro quanto negat, ordinem debere esse, uel conueniẽter esse, in ecclesia. Hunc enim inconuenienter, immo & inconuenientissimè, in ecclesia esse dicit, per hoc: quòd affirmat, ordines tales esse ad fidei ecclesiæ detrimentum. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illum merito damnari ab Apostolo 1. Thim. 3. Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, &c. Vbi per totum capitulum uides, approbari ordinem in ecclesia; & etiam declarari, quid nomine ordinis importetur. Vnde quo ad primum dicit ly Diacones similiter pudicos, &c. quo ad secundum, inquit ly gradum bonum, &c. Item ab eodem Apostolo 1. ad Titũ, Huius rei gratia reliqui te Cretæ: ut ea, quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros; sicut & ego disposui tibi. Ecce, q̃ Apostolus vult ordinem esse in ecclesia, & propagari. Item ab eodem 1. Thim. 5. Qui bene, præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur. Ex quo Apostoli dicto infer, ut supra. Item a multis Pontificibus, & Concilijs: de quibus vide in Decret. distin. 21. usque ad distin. 49. Inde enim sæpissime colliges ordinem dari, & approbari, in ecclesia. Item a Clemente Primo Papa & martire, in epist. secunda, ad Iacobum fratrem domini. Quoniam sicut a Beato Petro Apostolo accipimus, omnium Apostolorum patre, qui claues regni cœlestis accepit; qualiter tenere debemus de sacramentis, quæ geruntur in sanctis, te ex ordine nos decet instruere. Tribus enim gradibus commissa sunt sacramenta diuinorum secretorum. i. presbytero, Diacono, & ministro. i. hyppodiacono, &c. Hæc ibi. Lege epistolam totam, cum tertia sequenti: & diuinum esse munus conspicies, ordinem esse in ecclesia. Item a Papa Anacleto, qui fuit Græcus, & Tertius uel Quartus Papa post Petrum, in epistola prima. Omnis ecclesiæ status naui magnæ similis est, quæ per vndosum pelagus, diuersis è locis, & regionibus uiros portat, ad unam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo nauis author huius, dominus ipse omnipotẽs Deus: gubernator vero sit Christus: tum deinde Prouetæ officium Episcopus impleat. Presbyteri nautarum, Diaconi dispensatorum locum teneant, &c. Hæc ibi. Vbi approbatum ordinem esse, & consequenter damnatum errorem prædictum: patet sub ista pulcherrima similitudine nauis: quam similitudinem & prædixerat B. Petrus Apostolus, ut ait Papa Clemẽs supradictus in epistola prima ad B. Iacobum. Si vis, lege totam illam similitudinem, quia pulcherrima est, & ad multa ualet. Item ab eodem Anacleto in epistola secunda, de ordinatione Episcoporum, & omnium clericorum. In nouo testamento post Christũ dominum

Vtilitas p S. Ecclesiã &c.

Ecclesia similis naui magnæ.

Sacerdotalis ordo vñ incepit.

minum a Petro sacerdotalis ordo cœpit: quia ipsi primò Pontificatus in ecclesia, Christi datus est, dicente domino ad eum, Tu es Petrus, & super hanc petram &c. Porrò quòd episcopus non ab uno sed a cunctis consensu aut præsentia comprouincialium est ordinandus: & nullatenus minus, quam a tribus cæteris consentientibus cunctis, iccirco instituente domino fieri iubetur; ne aliquid cōtra fidem ecclesiæ unius tirannica authoritas molliretur, & regula vel fides confunderetur credentium. Hæc ibi. Nota ly instituente domino, & ly ne contra fidem, & ly regula uel fides. Per hæc enim ad literam monstrat contra errorem prædictum, quòd ordo in ecclesia datur pro tutela fidei, tantum abest, ut sit in detrimentum eius. Item a Conc. Trid sess. 23. c. 17. de refor. Vt sanctorum ordinum a Diaconatu ad ostiariatum functiones, ab Apostolorum temporibus in ecclesia laudabiliter receptæ, in vsum iuxta sacros canones reuocentur, sancta synodus decernit. Hæc ibi. In qua sessione etiam, per omnes canones de sacramento ordinis promulgatos, potes damnatos uidere Pseudo Apostolos prędictos. Item ab eodem ibi capitulo primo, Sacrificium, & sacerdotium ita Dei ordinatione coniuncta sunt: ut utrumque in omni lege extiterit. Cum igitur in nouo testamento sanctæ Eucharistiæ sacrificium visibile ex domini institutione catholica ecclesia acceperit: fateri etiam oportet, in ea nouum esse uisibile, & externum sacerdotium, in quod uetus translatum est. Hæc ibi. De hac translatione habes in Hebr. 7. & in epistola secunda Anacleti Papæ, Decret. 2. Item a Conc. Senonēsi, in Decretis fidei, Decre. 10. cap. de sacram. ordin. Porrò sacramentum ordinis, &c. Si totum corpus oculus ubi auditus? Si totum auditus, ubi odoratus? Denique si omnia essent unum membrum, nec esset aliquis, qui non sit sacerdotali ordine insignitus; ubi corpus? Aut quid denique confusius, quid perturbatius esse queat? Quosdam itaque Christus sacerdotes instituit, quibus sui corporis potestatem commisit. Veri quidem, dum instituto sui corporis, & sanguinis sacramento; hoc facite, inquit, in meam commemorationem: mystici uero, dum posteaquam in discipulos insufflasset, Accipite, inquit Spiritumsanctum, quorum remiseritis, &c. Hæc ibi. Item a Decret. distinct. 93. c. iuxta sanctorum, & c. A subdiacono, & c. Diaconi ecclesiæ, & c. Diaconi qui quasi. Vide tu ibi Papam Anacletum, & Zachariam, & Euaristum, & Clementem, & synodum sancti, Syluestri approbantes ordinem in ecclesia. Vide & apostolicas constitutiones authore Clemente Papa, & martire, lib. 8. c. 24. 25. 27. 28. Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, & tantorum patrum, pro quanto ordinem statuunt debere esse in ecclesia, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina, & declaretur, & consolidetur.

Ordines oēs ecclesia habet a ipso etiam Apostolorum.

---

SVP. Q. LXV. Aliàs 34. Art. II.

CONCL. Diffinitio, quam magister de ordine ponit, conuenit ordini, secūdum quòd est ecclesiæ sacramentum.

136

*Li. 4. dist. 24. §. R.

¶PROB. Quia sacramentum ordinis est signum exterius significans causando effectū interiorem (cum sacramētum sit sacræ rei signū. 3. par. q. 60 art. 2.) & si signaculum quoddam, dicit signum exterius, atque ly spiritualis potestas, dicit effectum interiorem causatum ab illo signo.

*Loco iam citato.

1^m de minori.

Character. R. Interior: non, exterior. §. Tunc nihil &c. Nam hic loquimur de charactere exteriori; quando dicimus, quod exponitur per ly signaculum, quod ponitur in diffinitione ordinis a magistro: & probatio argumētis est de charactere interiori; q est & res & sacramentum simul. Vnde æquiuocatur de charactere.

* Posita in 4. Sent. dist. 3. §. A. in princ.

Character interior, exterior. 4. Sen dist. 24. §. 10.

¶ NOT. Character interior est ille, qui inuisibiliter imprimit in anima: exterior uerò est signum illud, quod cadit sub sensibus corporeis, puta, calix, uel patena porrecta ab episcopo, liber Euangeliorum, urceoli, & similia. Ideo character interior dicitur res, quia est significatus & causatus a sacramento exteriori: dicitur uero sacramentum, quia significat vltimum effectum, scilicet, gratiam. Vnde est quoddam in medio consistēs ipse character, quod respectu vnius dicitur res, & respectu alterius extremi dicitur sacramentum. Rursus. Dicitur in responso, quòd character exterior non est pars ordinis: id quod non est intelligendū absolute, sed sic, uidelicet, quòd non est pars ordinis, de qua loquitur probatio argumenti. Scit enim quilibet, quòd character exterior, cum sit illud bonum visibile, est pars ordinis; sed tamen nō est illa pars, quæ dicitur res & sacramentum simul, ut character interior. Dicet ergo aliquis, si character exterior est pars ordinis, restat eadē difficultas, quæ tangebatur, quòd scilicet pars non debet poni genus totius. Nam ly signaculum, quod exponitur a responso per characterem exteriorem, ponitur in diffinitione ordinis tanquam genus. Ad hanc instantiā respondetur, quòd si de parte ordinis quomodocumque sumpta loquamur; eadem difficultas, quæ tāgebatur, remanet. Et ideo secundum responsum, quod erit sequens additur ad ipsam difficultatem maioris propositionis argumenti tollendam omninò. Dico ly omninò: quia primum responsum abstulit aliquo modo illam, inquantum videlicet declarauit, in quo sēsu acciperetur character, qui poni dicebatur pars.

Responsio secunda.

# ARTICVLVS II.

*Vtrum conuenienter ordo definiatur.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr quòd inconuenienter ordo a Magistro Sententiarum. 24.* distinc. definiatur, vbi dicitur, ordo est signaculum quoddam ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur ordinato. Pars enim non debet poni genus totius, sed character, qui per signaculum exponitur in sequenti * Distinctione, est pars ordinis, quia diuiditur contra id quod est res tantum, vel sacramentum tantum, cum sit res & sacramentum: ergo signaculum non debet poni quasi genus ordinis.

¶ 2 Præt. Sicut in sacramento ordinis imprimitur character ita in sacramento baptismi, sed in definitione baptismi non ponebatur character, ergo nec in definitione ordinis debet poni.

¶ 3 Præt. In baptismo etiam quædam spiritualis datur potestas accedendi ad sacramenta, & iterum est quoddam signaculum, cum sit sacramentum, ergo hæc definitio conuenit baptismo, & sic inconuenienter assignatur de ordine.

¶ 4 Præt. Ordo relatio quædam est, quæ in vtroq; extremorum saluatur, extrema autem huiusmodi relationis sunt superior, & inferior, ergo inferiores habent ordinem sicut, & superiores: sed in eis non est aliqua potestas præeminentiæ, qualis ponitur hic in definitione ordinis, vt patet per expositionem sequētem, vbi ponitur * promotio potestatis, ergo inconuenienter definitur hic ordo.

* Loco iam cit. L. citato.

RESPOND. Dicendum, quòd definitio, quam Magister * de ordine ponit conuenit ordini, secundum quòd est ecclesiæ sacramentum, & ideo duo ponit, signum exterius ibi (signaculum quoddam &c.) idest signum quoddam, & effectus interior, ibi (in quo spiritualis potestas &c.)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd signaculum non ponitur hic pro charactere interiori, sed pro eo, quod exterius geritur, qd est signum interioris potestatis, & causa; & sic etiam sumitur character in illa definitione: si tamen pro interiori charactere sumeretur, non esset inconueniens; quia diuisio sacramenti in illa tria non est in partes integrales proprie loquendo, quia illud, quod est res tantum, non est de essentia sacramenti, quod est etiam sacramentum tantum, transit, & sacramētum manere dicitur. Vnde relinquitur quod ipse character interior sit essentialiter, & principaliter ipsum sacramentum ordinis.

AD

Item de maiori. Pars. R. Integralis propriè: non semper aliter. §. Tunc nihil &c. Diuisio namque ista sacramenti, uidelicet in sacramētum tantum, rem tantum, & rem simul & sacramentum, non est diuisio in partes integrales propriè, propter rationem dictam in texto. Quæ autem diuisio sit; conijce & ex ultimis uerbis textus ly vnde relinquitur, quòd ipse character interior sit essentialiter &c. & ex q. 27. art. 1. ad secūdum. Vide literæ huius secūdum respōsum ly si tamen pro interiori &c.

¶ NOT. Quòd character interior sit illa pars quæ est res & sacramentum; & quare sit huiusmodi: iam dictum est in not præcedenti. Pars autem illa, quæ dicitur sacramentum tantum, est signum visibile exterius adhibitum, quod & dicebatur character exterior in not. ead. Pars uerò, quæ dicitur res tantum, est gratia inuisibilis infusa animæ recipientis sacramentum. Ex his ergo cognosce, quod quando dicebatur in not ead. characterē interiorem habere respectum ad duo extrema, intelligebatur per illa extrema sacrum exterius, & gratia inuisibilis: & q respectu sacri exterioris idem character erat res, & respectu gratiæ erat sacramētum. Inde etiam cognosce; quod illud, quod est res tantum, non est de essentia sacramenti (ut dicitur in textu): quia licet gratia detur omnibus per sacramenta, quantum est ex parte sacramentorum, & semper (secundum Concil. Trid sess 7. de sacramentis canon. 7.) tamen adhuc non est de essentia sacramenti. In signum huius, si quis accedens ad sacramenta non recipit inde gratiam non fit propter hoc; q sacrm ei collatum non sit essentialiter perfectum. Nam Concil. Flor. de sacramentis in illo decr. Eu-

pus

pius adducto, assignat solùm: quòd tribus, scilicet materia, forma, ministro, intentione faciendi quod facit Ecclesia, vestito, perficiuntur omnia sacramenta.

2^m de maiori. Ita. ℞. Quantum ad impressionem characteris: non quátum ad esse principale quid.

§. Tunc nihil &c. Licet enim baptismus imprimat characterem, sicut & ordo (vt arguitur): tamen character habet rationem principalis in ordine, non autem in baptismo: & in diffinitione rerum ponitur potius id, quod principalitatem dicit, quàm aliud (vt patet exercitatis in logicalibus).

Ad secundum dicendum, quòd baptismus quamuis in eo conferatur aliqua spiritualis potestas recipiendi alia sacramenta, ratione cuius characterem imprimit, non tamen hic est principalis effectus eius, sed ablutio interior, propter quam baptismus fieret etiam priori causa nó existente: sed ordo potestatem principaliter importat; & ideo character, qui est spiritualis potestas, in definitione ordinis ponitur, * non autem in definitione Baptismi.

Ad tertium dicendú, quòd in Baptismo datur quædam potentia spiritualis ad recipiendum, & ita quodammodo passiua, potestas antem propriè nominat potentiam actiuam cum aliqua præeminentia, & ideo hæc desinitio Baptismo non competit.

Ad quartum dicendum, quòd nomen ordinis dupliciter accipitur, quandoq; enim significat ipsam relationem, & sic est tam in inferiori quàm in superiori, vt obiectio tangit, & sic non accipitur hic. Aliquando autem accipitur pro ipso gradu, qui ordinem primo modo acceptú facit; & quia ratio ordinis, prout est relatio, inuenitur vbi aliquid superius altero occurrit, ideo hic gradus eminens per potestatem spiritualem ordo nominatur.

* Posita in arg. 1.

3^m de maiori. Potestas. ℞. Passiua: nó, actiua. §. Tunc nihil &c. Potestas. n. in diffinitione ordinis posita, tanq̃ differentia, non est potestas passiua, sed actiua: & nó actiua tantú quomodolibet, sed cú præeminentia quadam; quæ ideò dicitur gradus: & consequenter ista diffinitio ordinis non conuenit baptismo.

4^m de maiori. Ordo relatio quædam est. ℞. Sed non tantum. §. Tunc nihil &c. immo nec attingit propositum. In præsenti enim tractatu de ordine sumitur ordo nó prout est relatio, sed prout est gradus cum quadam præeminentia (vt stabitur ex ad tertium. & ad Hebr. 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus &c.)

¶ Coroll. Ergo ordo dicit primò superioritatem quandam: vnde & superiorem facit illum in quo est: quoniam de primaria sua significatione est gradus præeminens secundum potestatem actiuam. Hæc enim est ordinis diffinitio, quæ colligitur ex textu finali. Dixi ly primò, & ly primaria, ad differentiam ordinis prout relatio est inter superiorem & inferiorem. Nam relatio ista originatur ex hoc; quòd quis ponitur in gradu præmisso. Per hoc enim talis fit superior, & consequenter, quasi naturali resultantia quadam, consequitur relatio ad inferiorem; seu (& in idem redit) quòd ipse referatur ad inferiorem. Ordo ergo, quod est sacramentum Ecclesiæ principalitatem quandam in suo proprio significatu semper importat. Et ideo suprà artic. 1. argum. 2. dixit sanctus Thomas, quòd ille, qui in ordine constituitur, alio superior fit: & in responsione ad tertium, quod ordo noster attenditur per distinctionem potestatis. Hinc fit: quòd & inferior, ad quem superior ille per relationem refertur, habeat etiam potestatem; & consequenter quòd iste inferior fit etiam superior, respectu non superioris sui prædicti, sed aliorum hominum non in ordine constitutorum. i. laicorum. Ergo ignorarunt propriam vocem, vel malitiosè ignorantiam hanc prætulerunt ij: qui laicos sacerdotes esse dogmatizarunt, (vt patet ex præmissis). Vide q. 19. art. 4. appen. & alibi suprà.

Laici non sunt sacerdotes.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Lutheri dicentis, quòd omnes Christiani in eodem sunt ordinis gradu. Per hunc enim articulum patet à diffinitione ordinis; quòd ordo est in quo confertur potestas actiua & præeminens, & consequenter quod existentes in ordine necessariò præeminent. Cui (rogo) præeminent: si omnes de Ecclesia, hoc est omnes Christiani sunt in eodem ordine? Diceret forsan Lutherus; quòd præminent infidelibus. Cæterum huic obstat propositum articuli, in quo concluditur quòd ordo est in Ecclesia. i. inter eos, qui sunt de Ecclesia, alij alijs præeminent isto gradu. Quod vt melius videas, lege sequentia. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas hæresim prædictam merito damnari à Concilio Tridentino sess. 14. cap. 6. Declarat sancta Synodus falsas esse, & à veritate Euangelij penitus alienas doctrinas omnes, quæ ad alios quosuis homines, præter Episcopos & sacerdotes, clauium ministerium perniciosè extendunt. Hæc ibi. Vbi quid intelligat per ly quosuis homines, declarat subsequenter dicens ly ad omnes Christi fideles indifferenter & promiscue. Hæc ibi. Ecce quàm apertè alios Christi fideles distinguit à sacerdotibus, & sacerdotes ab Episcopis: & per hoc quàm apertè damnet Lutherum. Item ab eodem sessio. 23. cap. 4. Si quis omnes Christianos promiscue noui testamenti sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet, nihil aliud facere videt, quàm ecclesiasticá hierarchiá, quæ est vt castrorum acies ordinata, confundere: perinde ac si contra Beati Pauli doctrinam, omnes Apostoli, omnes Prophetæ, omnes Euangelistæ, omnes Pastores, omnes sint Doctores. Hæc ibi. Et canone 6. Si quis dixerit: in Ecclesia catholica non esse hierarchiam, diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, presbyteris, & ministris: anathema sit. Hæc ibi. Item à &c. vt suprà quæst. 17. art. 3. append. & quæst. 19. art. 3. 4. appen. & quæst. 20. art. 1. & quæst. 31. art. 1. appen. Item à &c. vt suprà quæst. 8. art. 1. 2. 4. append. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum esse ab Apostolo, quòd ordo est signaculum quoddam Ecclesiæ: siue exhibetur cum aliquo signo exteriori. Insinuatum autem est hoc, quando dixit 1. Timoth. 4. Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Ecce, quòd Apostolus docet, ordinem dari per aliquod signaculum Ecclesiæ, quod ipse vocat impositionem manuum presbyterij. Quòd vero authoritas hæc intelligenda sit dicta ad propositum ordinis; patet ex eo, quòd allegatur à Concilio Tridentino sess. 14. de extrema vnctio. cap. 3. ad propositum ordinis ecclesiastici: & sic, sed aut Episcopi, aut sacerdotes ab ipsis ritè ordinati per impositionem manuum presbyterij. Hæc ibi. Item ab eodem Apostolo insinuatur idem 2. Tim. 1. Resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Quam Apostoli authoritatem ad propositum ordinis debere intelligi, patet ex eo, quòd allegatur ad hoc à Concil. Tridentino sess. 23. cap. 3. sic. Ordinem esse verè & propriè vnum ex septem sacramentis &c. Inquit. n. Apostolus: Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te, per impositionem manuum mearum. Hæc ibi. Item insinuatur idem ab eod. Apost. quando Timotheum hortando ad non ordinandú indignos, 1. Tim. 5. dicit, manus citò nemini imposueris. Hoc est neminem absque ratione ordinaueris. Item à Concil. Trid. sess. 23. c. 3. Per sacram ordinationé, quæ verbis & signis exterioribus perficitur. Hæc ibi. Ecce ergo, signaculum quoddam, poni conuenienter in definitione ordinis. Quod autem potestas spiritualis tradatur in ordine (quod erat pars diffinitionis) secundum Concilia; patebit q. 35. ar. 2. appen. vbi agetur de charactere, qui est spiritualis potestas. Et tunc ex huius articuli ratione, tanquàm per locum à diffinitione ordinis ostendere poteris, quòd illa Concilia meritò ponent characterem imprimi in ordine. Quartò habes, quomodo per rationem prædicta Patrum pro quanto insinuant ordinem esse gradum per signaculum exterius dantem spiritualem potestatem, & intelligas, & defendas. Quinto vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

2 3 4 5

---

137 Conc. Triden. sessio. 23. c. 3.
* Lib. 1. de sacram. p. 9. q. 1. & S. Tho. 4. d. 1. q. 1. ar. 1. q. 5. arg. 1. & in corp. & ad 2.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum ordo sit sacramentum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ordo non sit sacramentum. Sacramentum enim, vt dicit Hugo * de Sancto Vict. est materiale elementum, sed ordo non nominat aliquid huiusmodi, sed magis relationem vel potestatem, quia ordo est pars potestatis secundum Prisci. ergo non est sacramentum.

¶ 2 Præt. Sacramenta non sunt de Ecclesia triumphante, sed ordo est ibi, vt patet de Angelis. ergo ordo non est sacramentum.

¶ 3 Præt. Sicut prælatio spiritualis, quæ est ordo, datur cum quadam consecratione, ita & prælatio sæcularis, quia & Reges inunguntur, vt

SVPER Q. LXV. Aliàs 35. Art. III.

COncl. Constat ordiné esse sacramentum.

¶ Prob. Quia in ordine quædam consecratio homini suscipienti exhibetur per visibilia signa (vt patet ex ar. 2.) & sacramétum est quędam sanctificatio homini exhibita cum aliquo signo visibili (3. par. quæstio. 60.)

¶ Not. Antecedétis huius hypothetici pars prima fundatur in hoc, quòd illa spiritualis potestas, quæ dicta est articulo secundo, dari ordinato, est quædá dedicatio, qua homo consecrat Deo

Character pro dedicatione.

Deo per ordinem susceptum. Est enim character interior (vt diximus) & character est signum, quo quis cognoscitur esse consecratus, seu dedicatus, vel deputatus ad seruitium alicuius principis, aut alterius cuiuslis. Exemplum fit de militibus, qui charactere suorum principum in signũ suæ dedicationis ad illos vtuntur: item de sclauis qui charactere quodam dignoscuntur esse talis vel talis domini. Cum igitur potestas illa spiritualis tradita ordinato, sit character, non mirũ est: ac si per hoc diceatur ordinatus ille esse consecratus Deo, cuius characterẽ portat. Ordo. n. sicut & omne sacramentum, à Deo humanato institutum est. Rursus. Ex secunda parte illius antecedẽtis hypothetici, breuiter, & clare omniũ. patet diffinitio sacri. Vt dicamus. Quid est sacrm? Est sanctificatio homini exhibita, cum aliquo signo visibili. Dixi ly breuiter, & clare, ad differentiã illius vulgatissimæ diffinitionis, sacrm est sacræ rei signum. Hæc. n. diffinitio breuis quidẽ est, sed non adeo clara.

† Suprà q. 19. ar. 3. argu 2 & ci* fol. & Aug. lib. 83. qst. q. 61. to. 4. & lib. 1. retrac. c. 26. circa med. to. 1. & in tit. Ps. 26. & sup illud Psal. 149. Exultẽt in rege suo, tom. 9.

* q. 29. ar. 1. corp. & S. Tho. in 4. dist. 1. q. 1. art. 1.

Diffinitio sacraméti.

lud Rom. 13. minister enim Dei tibi est in bonum): non autem in esse dispensatores mysteriorum Dei: & per consequens, quòd illa benedictio, seu consecratio non est sacramentum. Quò contrà, consecratio in proposito nostro, cùm constituat in vtroque esse, est sacramentum: non quia formaliter constituat in primo esse, sed quia in secundo.

dictum est, † sed regia dignitas non est sacramentum. ergo nec ordo de quo loquimur.

Sed contra est, quia ab omnibus enumeratur inter septem Ecclesiæ sacramenta.

¶ Præt. Propter quod vnũquodque, & illud magis, sed propter ordinem fit homo dispensator aliorum sacramentorum. ergo ordo habet magis rationem quòd sit sacramentum, quàm etiam alia.

Resp. Dicendum, ꝙ sacramentum, (vt ex dictis* patet) nihil est aliud quàm quędam sanctificatio homini exhibita cum aliquo signo visibili, vnde cum in susceptione ordinis quædam consecratio homini exhibebatur per visibilia signa, constat ordinem esse sacramentum.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ quamuis ordo non exprimat aliquod materiale elementum, tamen ordo non confertur sine aliquo elemento materiali.

Ad secundum dicendũ, ꝙ potestates proportionari debent illis, ad quæ sunt: communicatio autem diuinorũ, ad quam datur spiritualis potestas, non fit Angelis per aliqua sensibilia signa, sicut in hominib. cõtingit: & ideo potestas spiritualis, q̃ est ordo, nõ adhibetur Angelis cum aliquibus signis visibilibus sicut hominibus; & ideo in hominib. est ordo sacramentum, sed non in angelis.

Ad tertium dicendũ, ꝙ non omnis benedictio, quæ hoibus adhibetur, vel cõsecratio, est sacrm, quia & monachi, & Abbates benedicuntur, tñ illæ benedictiones non sunt sacra, & similiter nec regalis vnctio; quia per huiusmodi benedictiones non ordinantur aliqui ad dispensationem diuinorum sacramentorum, sicut per benedictiones ordinis.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. habes primò; quomodo per ratio nem interimas hęresim Lutheri dicentis: ordo sacer non est Ecclesię sacramentum. Itẽ Vualdensium (vt refert Guido) forsitan & Lutheri, dicentium: ordinis sacramentum nihil aliud esse, quàm ritum quendã eligendi concionatorem in Ecclesia. Et, ordinis sacramentũ quid sit Ecclesiam ignorare. Et ordinis sacramentum figmentum esse ex hominibus natum, nihil de re ecclesiastica, & de sacramento intelligentibus. Vt enim patet cõtra hos omnes errores pugnat articulus præsens, ipsosque expugnat. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas meritò prædictos errores damnari à Concilio Floren. in Decreto Eugenij IIII. Armen. dato. Ecclesiasticorum sacramentorum veritatem pro ipsorum Armenorum, tàm præsentium, quàm futurorum, doctrina faciliori sub hac breuissima redigimus formula. Nouæ legis septem sunt sacramenta, videlicet, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium. Hæc ibi. Quantæ autem laudis, honorisque & libertatis pro veritate dicenda (vt interim sileã de infallibilitate decretorum eius, alijs Concilijs legitimis generalibus cõi) Concilium illud Florentinum dignum sit: vnde Cardinalem Bessarionem Græcum, qui fuit præsens, suprà q. 17. artic. 1. appen. Item à Papa Leone X. dum in sua Bulla contra errores Lutheri damnat illum: vide suprà q. 1. art. 1. appen. addendo pro complemento maiori q. 24. art. 1. appen. Item à Gregorio IX. dum vniuersaliter condemnat totam phalangam Vualdensium, seu Pauperum de Lugduno, seu Inzabbatatorum, de qua damnatione habuisti suprà. Item à Concilio Triden. sess. 7. de sacramentis, cano. 1. Si quis dixerit: sacramenta nouæ legis esse plura vel pauciora, quàm septem, videlicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: aut etiam aliquod horum septem non esse uere & propriè sacramentum: anathema sit. Hæc ibi. Item sess. 23. canõ. 3. Si quis dixerit: ordinem, siue sacram ordinationem non esse verè & propriè sacramentum à Christo institutum; vel esse figmentum quoddam humanum excogitatum à viris rerum ecclesiasticarum imperitis: aut esse tantum ritum quendam eligendi ministros verbi Dei, & sacramentorum: anathema sit. Hæc ibi. Item à &c. vt suprà q. 19. artic. 3. append. vbi diffuse tractatur canonicè de Romana Ecclesia, & eius fide. Item à &c. vt quæst. 17. artic. 1. appen. & q. 20. artic. 1. Coroll. post ad primum. Item alibi passim suprà, vt quæst. 19 art. 4. appen. q. 26. art. 3. appen. q. 24. art. 1. appen. & multis alijs locis. Item à Papa Lucio III. de hæret. cap. ad abolendam. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas prædicta Patrum, pro quanto ordinem decernunt esse sacramentum, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

1^m ex Hugone. Sacramentum est materiale elementum. ℞. Vel non sine materiali elemento traditum. §. Tunc nihil &c. Nam quamuis ordo non exprimat aliquod &c. vt in textu.

¶ Not. Quòd in quolibet ordine conferendo reperiatur materiale elementum, patet à diffinitione suprà art. 2. per ly signaculum quoddam. Per hoc enim significatur signum exterius visibile: quod hic elementum vocatur. Patebit & infrà art. 5. vbi assignabitur, materiam inueniri in quolibet ordine. Talis enim materia pro elemento accipitur.

2^m de conclusione. Ergo ordo. ℞. In Angelis repertus: non, in hominibus ecclesiasticis. §. Tunc nihil &c. Nam de ratione sacramenti est, ꝙ detur cum signo visibili, secundum conformitatem, scilicet ad hominem, cuius modus est per visibilia manu duci in cognitionem inuisibiliũ, 3. par. q. 60. art. 4. talis autem visibilis manuductio non attenditur in ordine reperto in Angelis.

¶ Not. Pro pleniori notitia dictorum in responso, vide de cognitione Angelorum 1. par. q. 54. vsque inclusiue ad q. 58. & de ordine in Angelis inuento 1. par. q. 108. & 109.

3^m de maiori. Ita. ℞. Quantum ad benedictionem, seu aliquam consecrationem: non, quantum ad finem benedictionis, seu consecrationis. § Tunc nihil &c. Consecratio. n. seu benedictio præcisè, hoc est, sine alia consideratione addita, non constituit ordinem ecclesiasticum (& in hoc decipitur arguens credendo contrarium): sed consecratio, seu benedictio, qua ordinantur aliqui ad dispensationem sacramentorum.

¶ Not. Confirmatur hoc ex Apostolo 1. Corinth. 4. qui volens ostendere se, & alios coapostolos veros esse constitutos in ordine, dixit; Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Non enim suffecit ad suum propositum dicere ly ministros Dei, nisi addidisset ly & dispensatores mysteriorũ Dei. Vnde patet: quòd consecratio, qua quis constituitur minister Dei, est in plus, quàm sit consecratio, qua quis constituitur dispensator mysteriorum Dei. Hinc non est mirum, quòd benedictio, seu consecratio Regum, constituit illos in esse ministros Christi (iuxta illud

---

SVPER Q. LXV. Aliâs 34. Art. III.

Concl. In forma ordinis exprimitur vsus ordinis per actum, qui imperatur: & exprimitur traductio potestatis per imperatiuũ modum.

¶ Coroll. Quasi ergo ad articuli titulum correspõdenter dicitur ꝙ forma huius sacramenti cõuenienter exprimitur. Hoc autẽ sequi ex conclusione textus, melius patebit inspicienti, consideranti, ac intelligenti eiusdẽ conclusionis probationem sequentem.

¶ Prob. Quia potentię notificant per actus; & potestas à potestate traducitur.

¶ Not.

138

* Dist. 24. lib. 4. sent.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum forma huius sacramenti conuenienter exprimatur.*

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd forma huius sacramenti inconuenienter in litera* exprimatur, quia sacramenta efficaciam habent ex forma, sed efficacia sacramentorum est ex virtute diuina, quæ in eis secretius operatur salutem. ergo in forma huius sacramẽti deberet fieri mentio de virtute diuina per inuocationem Trinitatis, sicut in aliis sacramentis.

¶ 2 Præt. Imperare est eius, qui habet authoritatem, sed authoritas nõ residet apud eum, qui sacramenta dispensat, sed ministerium tantum. ergo nõ deberet vti imperatiuo mo-

do, vt diceret sic, Agite, vel accipite hoc, vel illud, vel aliquid huiusmodi.

¶ 3 Præterea. In forma sacramenti non debet fieri mentio nisi de illis, quæ sunt de essentia sacramenti, sed vsus potestatis receptæ non est de essentia sacramenti huius, sed consequitur ad ipsum. ergo non debet de eo fieri mentio in forma huius sacramenti.

¶ 4 Præterea. Omnia sacramenta ordinant ad æternam remunerationem, sed in formis aliorũ sacramentorum non fit mentio de remuneratione. ergo nec in forma huius sacramenti deberet de ea fieri mentio, sicut cum dicitur, Habiturus parté, si fideliter &c.

Respon. Dicendum, quòd hoc sacramentum principaliter consistit in potestate tradita: potestas autem à potestate traducitur, sicut simile ex simili, & iterum potestas per vsum innotescit, quia potentiæ notificantur per actus, & ideo in forma ordinis exprimitur vsus ordinis per actum qui imperatur; & exprimitur traductio potestatis per imperatiuũ modum.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ alia sacr̃a non ordinantur principaliter ad effectus similes potestati, per quam sacramenta dispensantur, sicut hoc sacr̃m, & ideo in hoc sacr̃o est quasi quædam cõicatio vniuoca: vnde in aliis sacramẽtis exprimitur aliquid ex parte diuinæ virtutis, cui effectus sacramenti assimilatur, non autem in hoc sacramento: quamuis enim in Episcopo, qui est minister huius sacramenti, non sit authoritas respectu constitutionis huius sacramenti, tamen habet aliquam authoritatem respectu potestatis ordinis, quæ confertur per ipsum, inquãtum à sua potestate deriuatur. Et per hoc patet solutio ad Secundum.

Ad tertivm dicẽdũ, quòd vsus potestatis est effectus potestatis à genere causæ efficientis, & sic non habet quòd in definitione ordinis ponatur, sed est quodammodo causa in genere causæ finalis, & ideo secundum hanc rationem poni potest in definitione ordinis.

ARTI-

¶Not. Quasi dicat probatio, ordo dicit potentiam, seu potestatem; cum hoc sacramentum principaliter consistat in potestate. Conuenienter igitur forma ordinis exprimitur per potentiam, quę quo ad causam sui, vel efficientem, vel finalem consideranda est. Si quantum ad primum consideretur, tunc dicemus, ꝙ potestas traducitur ex potestate: si quantum ad secũdum, tunc dicemus, quòd potestas illa facit hunc, vel hunc actum, (puta potestas ostiarij est ad claudendum ostia ecclesiæ; lectoris ad legendũ prophetias; & sic de cæteris; vt exprimiť in suis formis ordinum). Ad designandum primum, dicitur in probatione ly potestas à potestate traducitur: ad designãdum secundum dicitur ibi ly potentię notificãtur per actus. Dices ergo ex his correspondenter ad titulum articuli: forma illa huic sacramento est conueniens, in qua exprimitur traductio potestatis à potestate, ac eius vsus: & in forma ista posita in litera exprimitur traductio potestatis à potestate, necnõ ptãtis vsus, siue actus. Vnde propter exprimẽdum primum in forma dicitur ly accipe, vel huiusmodi: & propter secundũ, dicitur ly imponẽdi manus super energumenũ; & huiusmodi.

1^m de minori. Ex virtute, diuina. ℞. Tãquàm ex causa analoga: non, vniuoca. §. Tunc nihil &c. Nam in forma huius sacramenti posita in litera Magistri, attenditur causa vniuoca, vt exprimatur. Sciunt enim omnes illam causam analogam, scilicet virtutem diuinam esse efficacem super sacramenta, sed non sciunt omnes istam vniuocam (scilicet potestatem conferentis ordinem) esse inibi efficacem suo modo, id est, actiue ministerialiter. Et ideo magis quodammodo propter hominum notitiam necessarium fuit exprimere in illis literæ formis potestatem, quàm virtutem diuinam.

¶Not. 1. Aduerte: quòd licet duo exprimantur in forma, quæ duo in conclusione præmissa habentur: tamen forma principaliter stat in vno, i. in traductione potestatis: quæ quidem traductio importatur in illo imperatiuo modo, accipe, & huiusmodi. Cum igitur dicit responsum de causa vniuoca expressa intendit principaliter de prædicta traductione. Vnde in omnibus formis mentio fit de traductione illa per ly accipe, & huiusmodi.

¶Not. 2. Aduerte, quòd non sine causa D. Thom. mouens articulum dicit ly in litera. Non enim de forma huius sacramenti quacumque vult inquirere, an conuenienter exprimatur: sed de forma huius, quæ solummodo exprimitur in litera Magistri. Et hoc congruenter intendit: quoniam vt expositor Magistri se habet, & ad expositorem, textum considerare, pertinet. Modò in formis expressis à Magistro non fit mentio aperta de virtute Trinitatis: sed tantum de traductione potestatis, & eius vsu. Non enim exprimit Magister, nisi formas ostiarij, lectoris, & exorcistę. Id annotauerim, vt præseruem textum ab instantijs superfluis, quibus posset impeti ab aliquo minus intelligente sensum S. Doctoris. Diceret enim, quòd in forma sacerdotij fit mentio expressa de inuocatione Trinitatis, vt in append. & in multis de ly in nomine Domini. Sed neque iste, neque alter similis, attingeret propositum S. Thomæ.

Notãdum diligenter.

¶Not. 3. Cùm dicitur in textu responsali, quòd in alijs sacramentis exprimitur aliquid ex parte diuinæ virtutis, intelligitur vt plurimum, non autem absolute. Nam licet in baptismo, confirmatione, extrema vnctione exprimatur aliquid ex parte diuinæ virtutis, & in eucharistia etiam, inquantum verba consecratiua sunt verba Christi: tamen in pœnitentia non exprimitur, cum forma pœnitentiæ sacramenti sit, Ego absoluo te. Vbi patet, quòd virtus diuina non exprimitur, sed tantum persona ministri in ly ego, & pœnitentis in ly te, & actus ministri in ly absoluo. Si tamen loquamur de sensu formæ huius implicito, dicemus, quòd etiam hac in forma fit mentio de virtute diuina. Nam minister vt minister, causam principalem, cuius minister est, importat: & consequenter in ly ego absoluo, subintelligitur Deus & actus Dei: cum Deus sit causa principaliter absoluens. Vnde in hoc sensu verificaretur vniuersaliter illa propositio textualis, scilicet ly in alijs sacramentis &c. Quod dico de confessione, intellige etiam de matrimonio, eo s. modo, quo Apostolus Ephes. 5. de matrimonio loquens, dixit ly Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia, & Christus Matt. 19. et Mar. 10. dixit ly quod Deus cõiunxit, homo non separet.

Mẽtio diuinę virtutis qũo in sacramẽtis.

¶Exam. Ly non autem in hoc sacramento. Scilicet exprimitur aliquid ex parte virtutis diuinæ. In hoc sacramẽto, inquàm, secundum formas in litera à Magistro narratas: vel comparatiuè loquendo ad alia sacramenta. Non enim sic vniuersaliter in hoc sacramento pro omnib. ordinibus fit mentio de diuina virtute, sicut in alijs (vt diximus). Hæc patebunt melius, cùm in appen. seq. recensentur formæ singulorum ordinum.

¶Ly in hoc sacramẽto, est quasi quædã communicatio vniuoca. Verbi gratia. Ordinatus ab Episcopo habet potestatem celebrandi missam, & pari virtute cõsecrãdi corpus Christi, sicut Episcopus: non tamen potest ex hoc conferre ordines, nec confirmationem. Ergo potestas deriuata in ipso ordinato est similis, quasi vniuocę, potestati ordinantis. Dicitur ly vniuocè, quia pari ratione (hæc est diffinitio vniuocorum, vt patet in Prædicamentis) potest facere quædam, quæ dicta sunt: et dicitur ly quasi, quia non potest quædam facere, quæ etiam dicta sunt. Hinc est: ꝙ in artic. sequenti corp. dicetur, ly spiritualis potestas deriuatur ab eo, qui sacramentum dat, sicut potestas imperfecta à perfecta. Per quod dictum significatur id, quod nunc diximus.

¶Not. Quò ad illam propositionem maiorem argumenti huius primi, s. sacramenta efficaciam habent ex forma, et dicito, quòd huiusmodi efficaciam habent ex forma quantum ad sensum, etiam implicatum sumpta (vt trahitur ex præmissa not. 3.) & videto diligenter articulum seq. in corp. vt efficaciam ex forma haberi cognoscas (vt hic dicitur). Sed non ex ista solum.

2^m de maiori. Authoritatem. ℞. Vel excellentiæ, vel ministerialem. §. Tunc nihil &c. Nam licet authoritas excellentiæ non resideat apud eum, qui sacramenta dispensat (vt arguitur; & dicitur 3. par. q. 64. art. 4.) tamen authoritas ministerialis apud eum residet. Et sic imperat tanquàm habens authoritatem, vt minister: non, vt primus agens.

¶Not. Authoritas excellentiæ in textu, dicitur authoritas respectu constitutionis huius sacramenti: & authoritas ministerialis dicitur ibi authoritas Episcopi respectu potestatis ordinis, quę confertur per ipsum. Huiusmodi verba textus ponuntur in fine responsi primi à ly quamuis &c. quæ etiam deseruiunt pro solutione ad hoc secundum. Vnde in textu post omnia pertinentia ad responsum primum dicendum est. Et per hoc patet solutio ad secundum. Id quod ab impressoribus, vel à nescio quo, et qua incuria relictum est.

Pro textu (vt erat) corrigẽdo.

3^m de maiori. Vsus potestatis. ℞. Vt effectus potestatis agentis: non, vt causa aliqualis in genere finis. §. Tunc nihil &c. Cum enim finis sit de essentia eorum, quæ sunt ad finem, inquantum illa respiciunt finem ab eo regulantur dependent, & ad illum ordinantur (in signum huius ista non essent ad finem, si tolleretur finis) sequitur patenter: quòd vsus potestatis receptæ, vt est causa quodammodo finalis, sit de essentia sacramenti huius.

¶Not. Vsus potestatis receptæ est id, ad quod ordinatur quodammodo potestas residẽs in Episcopo dante: eo s. modo, quo vnaquæque res est propter suam operationem. Et ideo in textu dicitur, quòd est quandoque quodammodo causa in genere causæ finalis. Rursum. Vsus potestatis receptæ (vt patet naturali sequela) post dantis potestatem subsequitur. Inquantum ergo potestas recepta actualiter

Vsus potestatis receptæ in duplici genere est.

actualiter producitur à potestate dantis, sic est effectus ipsius consequens: inquantum verò potestas recepta mouet intentionem dantis potestatem, ad hoc ut actualiter producat seipsam, sic est causa finalis. Ita quòd primò mouetur intentio ipsius dantis ad producendum potestatem receptam: & postea dans potestatẽ actualiter producit eandem, à qua prius mouebatur sua intentio ad id. Est ergo potestas recepta prius in genere causæ finalis; quàm sit in genere effectus. Assimilatur ergo argumentum hoc, & responsum argumento illi: & responso super dictum Arist. Ly potentiæ distinguuntur, seu diffiniũtur per actus, & hi per obiecta: vt habes prima par. q. 77. art. 3. Vide tu ibi; & per applicationem vicissitudinariam vtrumque locum melius penetrabis.

**4$^{m}$ illatio conclusionis.** Ergo nec &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam maior ratio est: quòd ponatur aliquid pertinens ad æternam remunerationem in formam sacramenti ordinis, quàm in formis aliorum sacramentorum.

¶Not. 1. Diximus; ꝙ ordo sacramentum est gradus eminens; & consequenter, ꝙ ponit ordinatum in aliquo eminenti gradu. Vnde fit: ꝙ ordinatus quanto in altiori gradu ponitur, tanto in periculo maiori versetur (iuxta B. August. in Regula). Et ideo talis indiget grandiori motiuo ad hoc; vt se præseruet à casu, in cuius periculo stat; id quod & annotauit Psalm. 85. ibi: Custodi Domine animam meam, quoniam sanctus sum. Grandius verò motiuum, magisque ad hoc accommodatum, non est: quàm rememoratio cordialis vitæ æternæ. Hinc est illa ratio maior, ꝙ de vita æterna mentio potius debet fieri in sacramento ordinis, quàm in alijs in tam eminenti gradu non constituentibus. Ad hæc nota aliud, quod Apost. 1. Timot. 5. de hominibus ordinatis dicit, Qui bene præsunt duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo, & doctrina; & 3. Qui bene ministrauerint gradum bonum sibi acquirẽt, & multam fiduciam in Christo. Hæc nunquam dixit de habentibus alia sacramenta. Quis est ille bonus gradus? & ille duplex honor? Aureola specialis quæ datur bonis ministris verbi Dei. Et ideo, cum huic sacramento, secundum quod attenditur magna scientia (iuxta illud Oseæ 4. quia tu scientiam repulisti; & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi) debeatur aureola specialis modo prędicto; non mirum, quòd in forma eius fiat mentio de æterna retributione potius quàm in aliorum formis.

Sciẽtia clericis valde necessaria.

¶Not. 2. Ly habiturus partẽ si fideliter &c. (id quod est mentio æternæ retributionis) ponitur in forma lectorũ: & ex hoc intelligis melius; ꝙ ministrantib. verbum Dei honor specialis debetur, vt in not. 1. Quid autẽ sit fideliter dispensare verbum Dei; vide diffusius in scholijs nostris super Compendium Theologicæ veritatis B. Alberti Magni lib. 5. cap. 43. Pro nunc breuiter scito; quòd dispensare fideliter verbum Dei, seu scripturam sacram, est dispensare illud secundum sensum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ est mater, & magistra omnium catholicorum. Ad hanc enim solam pertinet iudicare de vero sensu, & interpretatione scripturarum sanctarum; & decidere ea, quæ sunt fidei. 2. 2. q. 1. art. 10. Concil. Trid. sess. 4. Decret. de edit. & vsu sacr. lib.

Fideliter dispensare verbũ Dei.

¶Not. 3. Responsum hoc ad 4. arg. ex magna, detestabilique negligentia quorundam, deciderat e libro: quod etiam vsque ibi non comparet. Vnde non est pro textu D. Thomæ sumendum illud, quod nos respondimus: sed quandocumque inuentum fuerit, apponendum. Hæc paucula pro cautela lectoris dicta sint, ne ceruix equina pro humano capite sumatur; quod maximæ insipientię meæ ac præsumptionis esset, si idipsum intrudere voluissem.

4. sent. d. 2. §. D.

## APPENDIX.

EX art. habes primò: quomodo per rationẽ ostendas meritò esse insinuatũ à Concil. Floren. ꝙ forma huius sacramenti est conueniens. Hoc autẽ insinuatũ fuit in Decr. Armen. dato, quãdo sexto loco de sacram. dixit, Forma sacerdotij est talis. Accipe potestatem offerendi sacrificiũ in ecclesia pro viuis & mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et sic de aliorum ordinum formis, prout in Pontificali Romano latè continetur. Hæc ibi. Pro cuius vltimo dicto sciendum: ꝙ in quodam Pontificali antiquo Romano sic iacent formæ. Ostiariorum. Sic agite: quasi redituri Deo rationem pro his rebus, quæ in his clauibus recluduntur. Lectorum. Accipite: & estote verbi Dei relatores, habituri, si fideliter, & vtiliter impleueritis officium vestrum, partem cũ his, qui verbum Dei ministrauerunt ab initio. Exorcistarum. Accipite, & commendate memoriæ, & habete potestatem imponẽdi manus super energumenos, siue baptizatos, siue catechumenos. Accolytorum. Accipite ceroferrarium, cum cereo, & sciatis vos ad accendenda ecclesiæ luminaria mancipatos: in nomine Domini. Item. Accipite vrceolum; ad suggerendũ vinum, & aquam, in Eucharistiã sanguinis Christi: in nomine Domini. Subdiaconorum. Videte; cuiusmodi ministeriũ vobis traditur: ideo vos ammoneo; vt ita vos exhibeatis, ꝙ Deo placere possitis. Diaconorum. Accipite potestatẽ legendi Euangelium in Ecclesia Dei, tam pro viuis, q̃ pro defunctis: in nomine Domini. Hæc ibi. Item insinuatum à Concil. Carthag. 4. c. 7. de forma Exorcistæ, c. 8. de forma Lectoris, c. 9. de forma Ostiarij: & recitantur huiusmodi in Decr. dist. 23. c. exorcista. c. lector. c. ostiarius. Secundò habes: quomodo prædicta Patrum, pro quanto in forma ordinis ponũt, & traductionem potestatis à potestate (hęc traductio semper intelligitur in ly Accipe, ly Accipite, ly Age, ly agite, ly vobis traditur), & vsum potestatis receptæ (vt ibi patet), & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

Ve[illegible] pro [illegible] — Formæ ordinum. — 2 — 3

## ARTICVLVS V.

*Vtrum hoc sacramentum habeat materiam.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum non habeat materiam: quia in omni sacramento quod habet materiam, virtus operans in sacramento est in materia, sed in rebus materialibus, quę hic adhibentur, sicut sunt claues, & candelabra, & huiusmodi, non videtur esse aliqua virtus sanctificandi. ergo non habet materiam.

¶ 2 Præt. In isto sacramento confertur plenitudo gratiæ septiformis, vt in litera * dicitur, sicut in Confirmatione, sed materia confirmationis præexigit sanctificationem. cum ergo ea quæ in hoc sacramento videntur esse materialia, non sint præsanctificata, videtur quòd non sint materia sacramenti huius.

¶ 3 Præt. In quolibet sacramento habente materiam requiritur contactus materiæ ad eum, qui suscipit sacramentum, sed vt à quibusdam dicitur, contactus dictorum materialium ab eo * qui suscipit sacramentum, non est de necessitate sacramẽti, sed solum porrectio. ergo prædictæ res materiales non sunt materia huiusmodi sacramenti.

SED CONTRA est, quia omne sacramentum consistit in rebus & in verbis, sed res in quolibet sacramento sunt materia ipsius. ergo & res, quæ in hoc sacramento adhibentur, sunt materia huius sacramenti.

¶ Præt. Plus requiritur ad dispensandum sacramenta quàm ad suscipiendum sacramenta, sed Baptismus in quo datur potestas ad suscipiendum sacramenta, indiget materia. ergo & ordo, in quo datur potestas ad ea dispensanda,

RESP. Dicendum, quòd materia in sacramentis exterius adhibita, significat virtutem in sacramentis agentem ex extrinseco omnino aduenire; vnde cum effectus proprius huiusmodi sacramenti, scilicet character, nõ percipiatur ex aliqua operatione ipsius, qui ad sacramentum accedit, sicut in pœnitentia, sed omnino ex extrinseco aduenit, competit ei materiam habere, tamen diuersimodè ab aliis sacramentis, quę materiã habent, quia hoc quod in hoc sacramento confertur, in aliis sacra-

SVPER Q. LXV. Aliàs 34. Art. v.

COncl. 1. Competit huic sacramento habere materiam.

139

¶ Prob. Quia effectus proprius huius sacramenti; scilicet character, ex extrinseco omnino aduenit: & materia in sacramentis exterius adhibita est signum; ꝙ virtus in sacramentis agens, ex extrinseco omninò adueniat.

¶Concl. 2. Materia huius sacramenti adhibetur magis ad determinãdum potestatem, quę traditur particulariter ab habente eam complete; quàm ad potestatem causandam.

*distin. 24. §. A. & B.

¶Coroll. Ergo materia ordinis diuersimodè se habet in hoc sacramento, & in alijs. Nam in alijs materia ad causandum effectum ipsorum sacramentorũ adhibetur (puta aqua baptismi ad causãdũ mũditiã exteriorem & interiorem, & sic de alijs); hic autem ad determinandum illud, qđ causatur ab alio, puta à potestate existente in Episcopo. Determinat nãq; ad quem vsum dat̃ potestas ab Episcopo ei, ꝙ ordinatur: vt patet ex formis in præcedẽti append. narratis. Quando enim Episcopus porrigit istam materiam, scilicet vrceolum Accolyto, dicens; ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi: tunc manifestè demonstrat, ad quẽ vsum ordinetur illa materia, quam tradit; & sic de cæteris.

* al. ad eũ

¶ Not. Quando in textu dicitur ly diuersimodè ab alijs sacramentis, quæ materiã habẽt; hoc intelligit̃ per modũ declarationis dictũ esse, non per modum limitationis exclusiuè. Non enim per ly quę habent materiã, intendit dicere quod aliqua habẽt materiam excludẽdo quędam alia, quasi non habentia illam: sed intendit declarare se loqui de sacramentis, quatenus habent

Sẽsus textuales qui vera.

mentis deriuatur tantū à Deo, non à ministro, qui sacramentū dispensat, sed illud, quod in sacraméto traditur, s. spiritualis potestas, deriuatur etiam ab eo, qui sacramentum dat, sicut potestas imperfecta à perfecta, & ideo efficacia aliorum sacramentorū principaliter consistit in materia, quæ virtutem diuinam habet, & significat, & continet, ex sanctificatione per ministeria adhibita: sed efficacia huiusmodi sacramenti principaliter residet penes eum, qui sacramentum dispensat, materia autē adhibetur magis ad determinandū potestatē, quę traditur particulariter ab habente eam cōpletè, quàm ad potestatē causandum, quod patet ex hoc, q materia competit vsui potestatis.

Et per hoc patet solutio ad Primū.

Ad secvndvm dicendū, quòd materiā in aliis sacramentis oportet sanctificari propter virtutem quam continet, sed nō est ita in proposito.

Ad tertivm dicendū, q sustinendo illud dictū, ex dictis * apparet causa eius; quia. n. potestas ordinis accipitur à ministro, sed nō à materia, ideo porrectio materiæ magis est de essentia sacramenti quàm tactus, tamen ipsa verba formę videntur ostendere, quòd tactus materiæ sit de essentia sacramenti, quia dicitur, Accipite hoc, vel illud.

habent materiam. Rursus, Quando dicit ly efficacia aliorum sacramentorum principaliter consistit in materia, non intendit absolute; sed cōparatiuè ad materiā ordinis. Absolutè. n. efficacia sacramentorum principaliter consistit, non in materia, sed in forma, art. 4 argum. 1. Cæterum comparando materiā ordinis ad materiam aliorū sacramentorū penes causalitatem, dicimus q efficacia aliorū consistit principaliter in sua materia, quod nō sic est de materia ordinis; cū adhibeatur nō ad causandū, sed ad determinandum (vt habet concl'o).

¶ Prob. Quia materia cōpetit vsui ptātis.

¶ Not. Puta claues traditæ ostiario competunt huic vsui, s. clausioni ostiorum, vrceolus huic vsui, s. delationi aquæ, & vini: & sic de cęteris. Cum ergo vsus potestatis sequatur eā, tāquàm effectus eius, sequitur: q si materia cōpetit vsui potestatis, non causet, sed magis determinet receptam potestatem. Dixi ly tanquàm effectus eius; ad differentiam alterius sensus, in quo vsus potestatis est quodammodo causa finalis (vt artic. 4. ad tertium declaratur): in quo sensu non loquimur nunc.

1^m de maiori. In omni sacramento. ℞. Alio ab ordine. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusione prę- missa, & declaratis.

2^m illatio conclusionis. Cum ergo ea quæ &c. ℞. Negatur illatio. §. Loquēdo s. de materia determinante; non causante: vt conclusio 2. docuit. Tunc nihil &c. Nam diuersimodè in alijs sacramentis se habet materia, & hic (vt in corp.) & propter hoc materia aliorum sanctificationem requirit, non autem huius. Vide textum.

3^m de maiori. Materiam. ℞. In qua consistit efficacia ad causandum: non, quæ adhibetur ad determinandum potius, quàm ad causandum. §. Tunc nihil &c. Quia enim potestas ordinis accipitur à ministro, & non à materia, &c. vt in tex. vsque exclusiue ad ly tamen.

An tactus rei porrectę ab Epo sit necessarios pro ordine.

¶ Not. Per hanc primam responsionem non affirmat S. Thomas, q tactus materię sit de essentia sacramenti; quāuis dicat, quòd porrectio materiæ sit magis de essentia eius. Alioquin, si affirmaret nunc absolutè, q tactus esset necessarius ad sacramentū hoc suscipiendū, non adderet secundum responsum; de quo mox. Vnde illa locutio cōparatiua textus accipienda est quantū ad iudicium hominū aliquorum: non quantū ad veritatem præcisè s̄m se. Quasi aperte dicat. Porrectio materiæ ab hominib. pluribus tanq̄ euidentius quid, indicatur esse de essentia sacr̄i, q̄ tactus. Quid autē iuxta opinionem propriam sentiat S. Doctor de tactu porrectorum: Ecce.

Item de minori. A quibusdā dicitur. ℞. Sed minus probabiliter. §. Probabilius. n. est; q tactus rerum porrectarum ab Episcopo sit de essentia sacramenti: quæ maior probabilitas in verbis formæ fundatur. Vide in textu responsum secundum, ly tamen ipsa verba &c.

Respon. 2.

¶ Not. 1. Vide modestiam auctoris: qui licet per hoc secundum responsum insinuet propriā opinionem suam esse, q contactus materiæ sit necessarius, seu de essentia sacramenti: tamen vtitur ly videntur ostendere: quasi dicat, non præfero meam opinionem opinioni dictorum in argumento; sed ad verba ipsa formæ me refero quæ opinionem hanc prædictorū opinioni ante ferre se, innuunt. Et reuera ly Accipite hoc; vel illud, denotare videtur, necessariū esse contactum; præsertim cū Ecclesia nihil agat frustra; quod tamen videret, si dicendo ly accipite, non intenderet contactū recipientis tāquàm necessariū; iuxta conformitatē ad materię grauitatē de qua agitur: cuius grauitas est imprimere characterē, in cuius impssione principalis cardo huius sacr̄i versatur. Vnde grauitas materiæ. i. character tūc imprimendus, non videtur pati: q intentio Ecclesię de tactu sit ceu de re nō necessaria. Quòd si tanta grauitas non esset in materia, de qua tunc agitur; posset facilius de intentione solūmodo vtiliori quippiā affirmari. Accedit ad hæc Concil. Flor. quod satis fauere videtur opinioni S Doctoris, q scilicet tactus materiæ porrectæ ab Episcopo sit necessarius; dum in loco allegando in appen. sequen. vtitur nomine porrectionis, dationis, traditionis, assignationis, materialium rerum. Ad consummatam enim porrectionem, dationem, traditionem, assignationem, requiri videtur actualis receptio rei porrectæ, datæ, traditæ, assignatæ, sicut & ad consummatos alios contractus; & actio tunc dicitur consummata, quando recipitur in patiente. Non videtur autem negandum, immo nec dubitandum: quòd verba Conciliorum sint accipienda in potiori, & consummato significatu.

* In corp. art.

¶ Not. 2. Memento semper veniendo ad practicā, tangere; quæ porriguntur: vt à scrupulis superuenturis de possibilitate præserues. In practica ■ non est sistendum in opinionibus huius, vel illius Doctoris: sed tutiori uia, tanquàm regia, procedendum est. Quòd si forsan non tetigeris; non audeo affirmare irritā esse consecrationem illam tui, vel non impressum esse characterem; ex quò nec Conciliū, nec S. Doctorem video, opinionem contrariam aperte damnare. In hoc ergo, & in alijs huiusmodi, sequaris regulam vniuersalem, maxime in practica: quæ est, Tene certum, & dimitte incertum.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse à Concilio Florentino, quòd ordo habet materiam. Insinuatum autem est hoc, quando in decreto Armenis dato Eugenius IIII. ipso Concilio approbante, dixit: Sextum est sacramentum ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur ordo. Hæc ibi. Item à Concilio Tridentino sess. 23. c. 3. Per sacram ordinationem, quæ verbis & signis exterioribus perficitur. Hæc ibi. Signa autem illa exteriora esse materiam vidimus nunc ex Concilio Florent. Puta calicis porrectionem, vrceoli, &c. Vide art. 4. append. Nam in formis illis importatur etiam materia.

2 Secundò habes: quomodo per rationem dicta Patrum, pro quanto ordinem insinuant habere materiam, & intelligas, & probes, & defendas.

3 Tertiò habes: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

## QVÆST. LXVI. Aliàs 35.

*De effectu huius sacramenti, in quinque articulos diuisa.*

Deinde considerandum est de effectu huius sacramenti.

Circa quod quęruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum in sacramento gratia conferatur.

¶ Secdò, Vtrū imprimatr character.

¶ Tertiò, Vtrum character ordinis pręsupponat characterem baptismalem.

¶ Quartò, Vtrum pręsupponat characterem confirmationis.

¶ Quintò, Vtrum character vnius ordinis, præsupponat characterem alterius.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum in sacramento ordinis conferatur gratia gratum faciens.*

Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd in sacraméto ordinis non conferatur gratia gratū faciens, quia cōiter dicitur, quòd sacramētum ordinis ordinatur contra

SVPER Q. LXVI. Aliàs 35. Art. 1.

Concl. In sacramento ordinis, per quod homo ordinatur ad aliorum sacramentorū dispensationē, datur gratia gratum faciens.

¶ Exam. Ly per qd̄ homo ordinatr ad aliorum sacramētorum dispensationem. Istud est, & quædam declaratio sacramenti ordinis, & quædam probatio conclusionis huius, scilicet, quod in tali sacramento datur gratia gratum faciens. Quasi dicatur pro primo: quid est sacramētum ordinis? Et declaretur sic; Est sacramentū illud, per quod homo ordinatr ad aliorum sacramētorum dispensationem. Quasi & dicatr pro secundo: quare gratia gratum faciēs confertur in sacramento ordinis? Et respondeatur sic; quia sacramentum est, per quod homo ordinatur ad aliorum sacramētorum dispensationem. Tamen, quo-

Descriptio ordinis.

140 S. Tho. vbi suprà ar. 2. q. 1. & seq.

quoniam restat difficultas, quomodo de necessitate ad hoc dictum (scilicet per sacramentum ordinis homo ordinatur ad aliorum sacramentorum dispensationem) sequatur, quòd per hoc sacramentum detur homini gratia gratum faciens: ideo probatio sequens additur, quæ quidem probabit consequentiam hanc, dictum illud tanquàm manifestũ præsupponendo.

¶Prob. 1. Quia cuicumque datur potentia aliqua diuinitus, dantur etiam illa, per quæ executio illius potentię potest congruè fieri (vt patet, tum ex Deuter. 32. Dei perfecta, &c. tùm à fortiori ex naturalibus: vt in textu); & per sacramentum ordinis datur homini potentia ad dispensandum alia sacramenta (hoc fuit in conclusione dictum); quam dispensationem sine gratia gratum faciente congrue facere non potest. Secũdò, quia gratia gratum faciens datur in baptismo ad hoc, vt homo digne fiat susceptiuus sacramentorum: à fortiori ergo (supple tu) datur in ordine; vt digne fiat dispensator illorum.

† 3.p.q.62. art.1. ad 1. Magist. lib. 4 Sent. dist. 24. §.A.

¶Not. Primam partem illius primi antecedentis hypothetici (scilicet cuicumque datur potentia aliqua diuinitus, dantur etiã illa per quæ executio illius potentiæ potest congruè fieri) demonstrant esse vera multa loca scripturarum, & speciatim authoritas Apostoli 2. Corinth. 3. Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Quasi dicat, Deus nos elegit ad ministrationem noui testamenti: & propter hoc fecit nos idoneos, i. dedit nobis idoneitatem, qua congrue possemus exequi tale ministeriũ. Illius antecedentis declaratio quædã est, etiã factum circa B. Petrum Apostolum. Quia enim Petro Christus conferebat potentiam ad dirigendum omnes alios in fide recta: ideo in subsidium eius, vt scilicet digne exequeretur regimen prędictum, addidit orationẽ suam dicens: Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua; ad hoc scilicet, vt alios congrue confirmare possis. Hanc intentionem insinuauit ibi textus quando post ly Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: statim subdidit ly tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.

* Magist. 4. Sent. dist. 1. §.B.

defectũ ignorantiæ, sed contra ignorantiam non datur gratia gratum faciens, sed gratia gratis data, qui gratia gratum faciens magis respicit affectum. ergo in hoc sacramẽto ordinis nõ datur gratia gratum faciens.

¶ 2 Præterea. Ordo distinctionem importat: sed membra Ecclesię non distinguuntur per gratiam gratum facientem, sed secundum gratiam gratis datam, de qua dicitur 1. Corint. 12. Diuisiones gratiarum sunt. ergo in ordine non datur gratia gratum faciens.

¶ 3 Præt. Nulla causa præsupponit effectum suum, sed in eo, qui accedit ad ordines, pręsupponitur gratia, per quam fit idoneus ad executionem ordinis. ergo talis gratia non confertur in collatione ordinis.

Sed contra. † Sacramenta nouæ legis efficiunt, quod figurant, sed ordo per numerum septenarium significat septẽ dona Spiritussancti, vt in litera dicitur. ergo dona Spiritussancti, quæ non sunt sine gratia gratum faciente, in ordine dantur.

¶ Præterea. Ordo est sacramentum nouæ legis, sed in definitione talis sacramenti ponitur,* vt causa gratię existat. ergo causat gratiam in suscipiente.

Respon. Dicendum, quòd Dei perfecta sunt opera, vt dicitur Deuteron. 32. & ideo cuicumque datur potentia aliqua diuinitus, dantur ea, per quæ executio illius potentię potest congruè fieri, & hoc etiam in naturalibus patet: quia animalibus dantur membra, quibus potentiæ animæ possunt exire in actus suos, nisi sit defectus ex parte materiæ: sicut autem gratia gratum faciens est necessaria ad hoc, quòd homo dignè sacramenta recipiat: ita etiam ad hoc, quòd homo dignè sacramenta dispenset, & ideo sicut in baptismo per quem fit homo susceptiuus aliorum sacramentorum datur gratia gratum faciens, ita in sacramento ordinis, * per quod homo ordinatur ad aliorum sacramentorum dispensationem.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ ordo datur non in remediũ vnius personæ, sed totius ecclesiæ: vnde quod dicitur contra ignorantiã dari, non est intelligendum ita, quòd per susceptionem ordinis pellatur ignorantia in suscipiente, sed quia suscipiens ordinem præficitur ad pellendam ignorantiam in plebe.

Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis dona gratiæ gratum facientis cõmunia sint omnib. membris ecclesiæ, tamen illorum actus donorũ, secundum quę attenditur distinctio in membris ecclesiæ, idoneus susceptor aliquis esse non potest, nisi charitas adsit, quæ quidem sine gratia gratum faciente esse non potest.

Ad tertium dicendum, ꝙ ad idoneam executionẽ ordinum, non sufficit bonitas qualiscũque, sed requiritur bonitas excellẽs, vt sicut illi, qui ordinem suscipiunt super plebem † constituuntur gradu ordinis, ita † & superiores sint merito sanctitatis; & ideo præexigitur gratia, quæ sufficiebat ad hoc, quòd dignè connumerẽtur in plebe Christi, sed confertur in ipsa susceptione ordinis amplius gratiæ munus, per quod ad maiora reddantur idonei.

ARTI-

**1m de maiori.** Ignorantiæ. ℞. Plebis: non, ordinem suscipientis. §. vt patet in textu. Tunc nihil &c. Nam de plebe nunc non quærimus, an scilicet ei detur gratia gratum faciens per hoc, quòd aliquis singularis homo ordinatur: sed quærimus, an gratia ipsa detur suscipienti ordinem. Vnde argumentum non solum non infringit, sed nec attingit, conclusionis intentũ: immo digreditur extra propositum, quia procedit ex ignorãtia sensus veri maioris propositionis illius in argumento adductæ.

¶Not. Ex dictis potes videre, quàm verior sit illa opinio secunda, quæst. 17. art. 3. ad secundum, narrata contra primam. Et nota: quòd illud dictum in principio responsi (scilicet ordo datur non in remedium vnius personæ, sed totius Ecclesiæ) est confirmatum à Concilio Florent. in decr. Armenis dato, sic. Horum duo vltima ad totius Ecclesiæ regimen, multiplicationemque ordinata sunt. Hæc ib. Per ly horum, intelligit sacramentorum; per ly duo vltima, ordinem & matrimonium.

**2m de minori.** Secundum gratiam gratis datam. ℞. Cuius actus nõ potest idoneé fieri sine gratia gratum faciente. §. Tunc nihil &c. Immo, stante hac glossa verissima, sequitur oppositum conclusionis argumenti, videlicet, quòd in ordine detur gratia gratum faciens.

¶Not. Quòd actus donorum gratiæ gratis datę non possint idoneé fieri sine gratia gratũ faciente, confirmatur ex 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum; charitatẽ autem non habeam, factus sum &c. i. nihil mihi ad vitam ęternã prodest. Quia videlicet illud linguarũ donũ tunc idoneé, non exequor. Nota etiam, ꝙ per ly dona gratiæ gratum facientis communia sunt omnib. membris ecclesiæ, non vult dicere Diuus Thomas illud, qđ sæpius negat, quòd vide licet soli in gratia Dei existentes sint membra Ecclesiæ: sed vult affirmare id, quod prædixerat argumentum; quòd scilicet mẽbra Ecclesiæ nõ distinguũtur per gratiam gratum faciẽtem. Vnde, quasi concedendo hoc dictum arguentis, præponit ly quàuis. Opponet forte quis dicens: membrorũ Ecclesiæ aliqua sunt in gratia, aliqua nõ; ergo mẽbra Ecclesiæ distinguũtur per gratiam gratum facientem. Sed huic, negando consequentiam, respondebitur: quòd sua oppositio procedit ex eo, quòd nõ intelligit textum. Non enim sensus eius est, quòd membra Ecclesiæ non distinguantur in occulto per gratiam gratum facientem (quem sensum accipit sic opponens): sed verus sensus est, quòd per gratiam prædictam non distinguuntur apertè; sicut distinguuntur per gratiam gratis datam. In cuius signum euidens est in textu, aduersatiua coniunctio ly, Sed.

* Au... 2. Cre. 11. tom. 8.

**3m maior.** Nulla causa præsupponit effectũ suum. ℞. Secundum gradum illum quo causat ipsum: non, secundum gradũ alium. §. Tunc &c. Licet. n. in illo, qui accedit ad sacrũ ordinis, præsupponatũ gratia gratum faciens secundũ modum, quo possit dignè ordinẽ suscipere: tamen non præsupponitur secundum gradũ illum, quo causatũ ab ordine suscepto. Accedenti. n. sufficit esse in gratia; sed iam eidem suscipienti ordinem augetur gratia illa.

¶Not. 1. Quoniã gratia non est idem, quod augmentũ gratiæ: sed prius est, deinde augetur: ideò gratia iam existens in aliquo antequã ordinetur: non facit; ꝙ sacramentum ordinis ampliorem gratiam, seu augmentum gratiæ præexistentis non causet. Ergo sensus tituli, quando quæsitum est, an ordo conferret gratiam, erat non de gratia quomodocumque, sed de magno gradu gratiæ, seu de gratia ampliori: & sic etiam conclusio respondens intelligitur.

¶Not. 2. Argumentum præsens simile est illi dicto Ioan. 14. Si diligitis me, mandata mea seruate: & ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis. Vbi vides, ꝙ non promittit alium paraclitum discipulis, nisi prædiligentibus seipsum. Clarum est, quòd non poterant eum diligere sine Spiritusancto habito. Quomodo igitur ipsis iam habẽtibus Spiritumsanctum promittit alium paraclitum, qui est idem, quod Spiritussanctus? Intelligitur: quòd habentibus in vno gradu Spiritumsanctum, promittit eundem in alio gradu, hoc est in maiori. Quasi dixerit: alium paraclitum, i. paraclitum in alio gradu, vel (quod in idem redit) alium gradum parācliti. Sic ergo in proposito nostro. Accedenti ad ordinem in gratia, ordo ipse confert aliam gratiam, i. alium gradum gratiæ.

AP-

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Lutheri dicentis; quòd ordo non confert gratiam. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas hanc hæresim meritò condemnari à scripturis 1. Timoth. 4. Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Hanc Apostoli authoritatem Concilium Tridentinum sessione 14. de extrema vnctio. allegat ad propositum eorum qui suscipiunt ordinem. Ex quo maximè confirmatur; quod Apostolus ibi intelligat, quòd gratia confertur per sacramentum ordinis. Item 2. Timoth. 1. Admoneo te; vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Item à Concilio Tridentino sessione 7. de sacramen. cano. 6. Si quis dixerit: sacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam significant; aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre &c. anathema sit. Et canone 7. Si quis dixerit: non dari gratiam per huiusmodi sacramenta semper, & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiam si ritè ea suscipiant, sed aliquando & aliquibus: anathema sit. Et canone 8. Si quis dixerit: per ipsa nouæ legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, &c. anathema sit. Hæc ibi. Modo ab eodem ibi canone 1. inter alia sacramenta nouæ legis enumerabatur ordo. Item ab eodem sess. 23. cap. 3. Cum scripturæ testimonio, Apostolica traditione, & Patrum vnanimi consensu, perspicuum sit; per sacram ordinationem, quæ verbis & signis exterioribus perficitur gratiam conferri: dubitare nemo debet, ordinem esse verè & propriè vnum ex septem sanctæ Ecclesiæ sacramentis. Hæc ibi. Ecce: quòd & scripturæ testimonium, & Apostolica traditio, & Patrum vnanimis consensus stant pro veritate ista: quòd scilicet sacra ordinatio confert gratiam: & consequenter omnia tria hæc damnant Lutheranam hæresim illam. Item sessio. ead. cano. 4. Si quis dixerit: per sacram ordinationem non dari Spiritum sanctum, &c. anathema sit. Hæc ibi. Item ab Eugenio IIII. sacro approbante Concilio Florent. in Decreto Armenis dato. Sextum est sacramentum ordinis &c. Effectus huius est augmentum gratiæ: vt quis sit idoneus Christi minister. Item à Concilio Senonensi in Decretis fidei, Decreto 10. cap. de sacramento ordinis. Quosdam itaq; Christus sacerdotes instituit, quibus sui corporis potestatem commisit: veri quidem cum instituto sui corporis & sanguinis sacramēto, hoc facite, inquit, in meam commemorationem, mystici vero cū postea quàm in discipulos insufflasset, Accipite, inquit, Spiritumsanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Quibus palàm euadit: in susceptione ordinis conferri gratiam. Rectè igitur Timotheum Paulus admonet: vt non negligat gratiam, quæ data est ei, cum impositione manuum presbyterij, sed eam resuscitet potius. Hæc ibi. Item ab eodem Eugenio in decreto eodem. Nouæ legis septem sunt sacramenta, scilicet; Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium. Quæ multum à sacramentis differunt antiquæ legis. Illa enim non causabant gratiam: sed eam solum per passionem Christi dandam figurabant. Hæc vero nostra & continent gratiam, & ipsam dignè suscipientibus conferunt. Hæc ibi. 3 Tertio habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto ordinem dicunt conferre gratiam, & intelligas, & probes, & defendas. 4 Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. LXVI. Aliàs 35. Art. II.

CONCL. Oportet: quòd in omnib. character imprimatur.

141 ¶ NOT. Prædicta conclusio multum iuuatur à Concilio Florentino in Decreto suprà toties nominato, de sacramentis: vt in appen. sequen. tertio loco patebit. Ex consequenti igitur opiniones in textu reprobatæ non videntur dici posse amplius opiniones, sed errores; & nunc post Concilium prorsus insustentabiles. Talem sanctæ Ecclesiæ sententiā forsan à Spiritusancto specialiter actus præcognoscens Angelicus Doctor, ob hoc in ista conclusione non (vt aliquando solet) simpliciter verum expressit, nec cum ly videtur, sed cum ly oportet.

Conc. Tridē. sess. 23. ca. 4. sess. 7. de sacram. in genere, can. 9.

¶ PROB. Quia per quemlibet ordinem aliquis constituitur supra plebem in aliquo gradu potestatis ordinatæ ad sacramentorum dispensationem (vt patebit q. 37. artic. 2.) & character est signum distinctiuum ab alijs. 2. Quia nunquàm iteratur aliquis ordo (siue maior, siue minor).

Greg. li. 2. epist. 22. & in Decr. dis. 68. c. sicut semel.

¶ COROLL. Ergo ex probatione cum prima, cum secunda reijcitur falsitas duarum opinionum (si tamen hodie dicendæ sint opiniones) in textu narratarum. Dixi ly si tamen hodie dicendæ sint opiniones: propterea quòd Concil. Florent. videtur sentire contrarium, vt in appen. sequen. adducetur.

1^m de maiori. Spiritualis potestas. ℞. Vel immediatè circa sacramenta existens, vel mediatè. §. Tunc nihil &c. Nam licet ordines ostiariatus, & acolytatus ordinentur immediatè ad quosdā actus corporales; vt ad claudendū ostia, & ferendum

## ARTICVLVS II.

*Vtrum in sacramento ordinis character imprimatur quantum ad omnes ordines.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in sacramento ordinis non imprimatur character quantum ad omnes ordines: quia ordinis character est quædam spiritualis potestas, sed quidam ordines non ordinantur nisi ad quosdam actus corporales, scilicet ostiarii vel acolyti. ergo in eis non imprimitur character.

¶ 2 Præterea. Omnis character est indelebilis, ergo per characterem homo ponitur in tali statu à quo nō possit recedere; sed illi, qui habent aliquos ordines possunt licitè redire ad laicatum. ergo non imprimitur character in omnibus ordinibus.

¶ 3 Præterea. Per characterem homo ascribitur ad aliquid sacrum dandum, vel ad suscipiendum: sed ad susceptionem sacramentorum homo sufficienter ordinatur per characterem baptismalem, dispensator autem sacramentorum non constituitur aliquis, nisi in ordine sacerdotali. ergo in aliis ordinibus non imprimitur character.

SED CONTRA. Omne sacramentū, in quo non imprimitur character, est iterabile, sed nullus ordo est iterabilis. ergo in quolibet ordine imprimitur character.

¶ Præt. Character est signum distinctiuum, sed in quolibet ordine est aliqua distinctio. ergo quilibet ordo imprimit characterem.

RESPON. Dicendum, quòd circa hoc est triplex opinio, vel fuit. Quidam enim dixerunt, quòd in solo ordine sacerdotali character imprimitur, sed hoc non est verum, quia actū diaconi nullus potest exercere licitè, nisi diaconus, & ita patet, quòd habet aliquam specialem potestatem in dispensatione sacramentorum, quam alii non habent. Et propter hoc alii dixerunt, quòd in sacris ordinib. imprimitur character, non autem in minoribus. Sed hoc nihil est, quia per quemlibet ordinem aliquis constituitur supra plebem in aliquo gradu potestatis ordinatæ ad sacramentorum dispēsationem. Vnde cum character sit signum distinctiuum ab aliis, oportet quòd in omnibus character imprimatur, cuius etiam signum est, quod perpetuo manent, & nunquam iterantur. Et hæc est tertia opinio, quæ communior est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quilibet ordo, vel habet actum circa ipsum sacramentum, vel ordinat ad sacramentorum dispensationem, sicut ostiarii habent actum admit-

dum vrceolos: tamē mediantibus his corporeis actibus ad sacramentorum dispensationem respectum quendam habent. Vt enim dicitur quæst. 37. artic. 2. corp. si ostiarius per clausionem excludit infideles ab inspectione diuinorū sacramentorum: & acolytus mediante vrceolo præparat materiam ad conficiendum sacramentum altaris.

¶ NOT. Ex hoc loco patet; quòd res secundum se corporalis, vt considerata in ordine ad finem spiritualem, potest dici spiritualis. Hinc ergo patet quomodo oratio vocalis possit meritò dici quoddam spirituale; similiter & ritus corporei, ac ceremoniæ ecclesiasticæ, & huiusmodi alia. Quando ergo adoramus patrem talibus rebus, vt ad spiritum ordinatis, tunc adoramus eum in spiritu & veritate Ioan. 4. Nam reuera, secundum talem relationem, sunt spirituales res: quoniā à fine denominatur maximè vnumquodque; ita vt furans, vt mœchetur potius (secundum Philosophum etiam) dicendus sit mœchus, quàm fur. Ob hoc, Apostolus, tāquàm dicta & responsum præmissum confirmans, orationes vocales aliquando vocauit spirituales Ephes. 5. dicens, Loquentes vobismetipsis in hymnis & canticis spiritualibus. Simili ergo modo te regulabis, secundum præmissum responsum, in prædictis alijsque huiusmodi; puta adorandis imaginibus, altaribus adornandis, pulsatione campanarum, portatione crucum, accensione candelarum, &c. & obstrues os loquentium iniqua dicentium, quòd ista non sunt spiritualia. Vide quantam vtilitatem afferat Angelicus Doctor dogmatibus ecclesiasticis, & quantam perniciem Ecclesiæ sanctæ aduersarijs, solummodo hoc

Contra calumniatores rituum ecclesiasticorum.

Vtilissima Ecclesię est particula doctrinę S. Thomæ.

hoc vnico responso. Quòd tibi, pro exemplo sit, ad similem exuberantiam vtilitatis vbique hauriendam ex dictis eiusdem. Nam tibi semel, quasi pro semper, aperuisse viam ad hoc, sat mihi est.

2^m conclusionis primæ illatio. Ergo per characterem &c.

℞. Negatur illatio. §. Nam aliud est redire ad laicatum post susceptos minores ordines: aliud est characterem illorum minorum ordinum non perpetuo durare. Quorum primum concedimus, & aliquando est factum: secundum vero negamus omnino, & nunquam fuit, nec est, nec erit factibile. In signum huius quando illi laici volunt redire ad clericatum (puta mortua illorum prima vxore) & ordinari; nunquam reiterantur super eos ordines minores præhabiti, sed cum dispensatione promouentur ad maiores.

mittendi homines ad diuinorum sacramentorum inspectionem, & sic de aliis, & ideo in omnibus requiritur spiritualis potestas.

AD SECVNDVM dicendum, quòd quantumcúq; homo ad laicatum se transferat, semper tamé manet in eo character, * quod patet ex hoc, quòd si ad clericatum reuertatur, nó iterum ordinem, quem habuerat, suscipit.

AD TERTIVM dicendum, sicut ad Primum.

ARTI-

¶ NOT. Ostenderunt summi Pontifices, quòd præeminentia ordinum minorum remanet in clericis illis ad laicatum, etiam cum coniugio reuersis; quando illis (dummodò seruentur ea, quæ supra quæstio. 24. artic. 1. ex ipsis Pontificibus annotata sunt) priuilegium personale clericorum, quod est de non iniiciendis violentis manibus in illos, conseruatum esse voluerunt. Vide tu ibi suprà loco citato: & priuilegiū aliud, scilicet reale. i. rerum à gabellis &c. reseruatarum etiam quandoque conseruari eisdem ab ipsis Pontificibus conspicies. Ex his ergo Pontificum dictis confirmatur responsum.

3^m de maiori. Aliquid sacrum dandum. ℞. Vel mediatè, vel immediatè. §. Tunc nihil &c. vt patet ex ad primum.

¶ NOT. Dare immediatè aliquod sacrum, id est sacramentum, conuenit sacerdotibus: mediatè autem cæteris ordinatis, inquantum alij ordinantibus ad aliquo modo ministrandum sacerdotibus. De hoc vide pulchram declarationem textualem & diffusam quæstio. 37. artic. 2.

## APPENDIX.

*Vtilitas pro Eccle S. Dei.*

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ex abundanti interimas hæresim Lutheri dicentis: characterem in nullo imprimi sacramento. Item, cum iniuria Doctorum, addentis: characterem sacramentalem esse meram nouorum Theologistarum fictionem. Vt enim patet, articulus iste à sancto Doctore motus nullitat plusquàm sufficienter contra prædictos errores, & præualet.

2 Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hos merito damnatos à Concilio Florentino in illo decreto Armen. in principio de sacramentis. Inter hæc sacramenta tria sunt, Baptismus, Confirmatio, & Ordo, quæ characterem, idest spirituale quoddam signum à cæteris distinctiuum, imprimunt in anima indelebile: vnde in eadem persona non reiterantur. Hæc ibi. Item à Concilio Tridentino sessio. 7. de sacramentis, cano. 9. Si quis dixerit: in tribus sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, & Ordine non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale & indelebile; vnde ea iterari non possunt: anathema sit. Hæc ibi. Item ab eodem sessione 23. cap. 4. Quoniam vero in sacramento ordinis, sicut in baptismo, & confirmatione, character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri potest; merito sancta Synodus damnat eorum sententiam, qui asserunt; noui testamenti sacerdotes temporariam tantummodo potestatem habere; & semel rite ordinatos iterum laicos effici posse, si verbi Dei ministerium non exerceant. Hæc ibi. Et canone 4. Si quis dixerit: per sacram vnctionem non imprimi characterem, vel eum qui sacerdos semel fuit laicum rursus fieri posse: anathema sit. Hæc ibi, vbi & cano. 3. præmiserat; Si quis dixerit: ordinem, siue sacram ordinationem esse figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris rerum ecclesiasticarum imperitis: anathema sit. Hæc ibi. Ecce quod ordo imprimit characterem, & quod dicere sic, non est figmentum humanum: vt ex connexione canonum duorum postremorum patet. Item à Papa Gregorio IX ad Archiepiscopum Barah. scribente. Eos, qui extra tempora statuta sacros ordines receperunt, characterem non est dubium recepisse; quos pro transgressione huiusmodi primo eis pœnitentia imposita competenti, sustinere poteris in susceptis ordinibus ministrare. Hæc ibi: & recitantur de tempo. ordin. Consultationi. Vide: quòd character non imprimitur ex figmento nouorum, sed neque veterum Theologistarum (vt verbis Lutheri ipsummet confodiamus); immo quod neque ex statuto Ecclesiæ. Aliòquin iste transgrediens Ecclesiæ statuta tempora, quo ad ordinationem, non recepisset characterem: quod est contra Gregorium ibi. Et si character esset figmentum: quomodo virtute eius, etiam contra statutum Ecclesiæ recepti, veraciter executio ordinum administraretur? Hoc tamen dicit Gregorius. Ex vi ergo sacramenti procedit character ipse: & consequenter ex instituto diuino; & consequenter aliquod verum est, ipsumque dicere figmentum, est summa blasphemia. Item ab Apostolo Ephes. 4. Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Non est. In die quo baptizati estis. Ecce; quòd secundum Apostolum, qui nouus vtique non est, character res aliqua est, & in sacramento aliquo datur. Nam ly signati, characteré Latinè dicit: quoniam secundùm Concilia superius adducta, character est signum per aliquod sacramétum datum. Græcè namque dicitur character, quod Latinè sonat signum. De re igitur cum habeamus ex Apostolo testimonium, non est quòd circa quæstiones & pugnas verborum (contra doctrinam eiusdem 1. Timoth. 6. langueamus. Quinimmo & verbum characteris habemus ex Apostolo: sed Latinè. Quòd si de Doctorib. præter Apostolos, loquatur Lutherus: ecce Augustinus, qui plus mille annis præcesserat Lutherum scribens Donatistæ presbytero epist. 204. vtitur nomine characteris sic. Et vos oues Christi estis, characterem dominicum portatis in sacramento, quod accepistis. Hæc ibi: & recitàtur 23. q. 4. Displicet. Item ille ipse de baptis. lib. 5. c. 20. Habere, & dare, & accipere baptismi sacramentum satis Ecclesiæ catholicæ pastoribus eluxit: & ouem, quæ foris errabat, & dominicum characterem foris accipiebat, venientem ad Christianæ vnitatis salutem corrigi ab errore; characterem tamen dominicum in ea cognosci potius, quàm improbari, quandoquidem ipsum characterem multi lupi, & lupis infigunt; verumtamen ad illam ouem, quæ ex multis vna est, non pertinent. Hæc ibi: & recitantur de consecrat. distin. 4. Quomodo. Ecce; quot vicibus in tam breui spatio B. Augustinus plusquàm millenarius characterem verbis expressissimis nominat. Item damnari à quibuscumque iteratio sacramentorum non admittitur. Ob hoc enim non iteranda sunt, quia characterem imprimunt: ita vt se inuicem consequantur ista duo, scilicet, non iterari posse sacramentum, & imprimere characterem. A Concilio igitur Carthaginensi 3. cap. 38. damnatur Lutherus, dum ait: Placuit quod etiam in Capuen. plenaria Synodo videtur statutum; quòd non liceat, fieri rebaptizationes, neque reordinationes. Hæc ibi: & recitantur parum de consecrat. distinc. 4. Non licet. Item à Concilio Tarraconensi. Dictum est nobis; quod quidam de plebe, bis, vel ter, vel eò amplius (Episcopis ignorantibus tamen) confirmentur ab eisdem: vnde visum est nobis eandem confirmationem, sicut nec baptismа iterari minime debere. Hæc illud; & recitantur de consecr. distin. 4. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas,

3 merito esse insinuatum à Concilio Florentino in decreto Armenis dato, quòd singuli ordines characteres singulos imprimunt. Insinuatum autem, hoc tunc: quando de sacramentis in principio ait: quòd ordo characterem imprimit. Et sexto loco subdit: Sextum sacramentum est ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur ordo. Sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino & patenæ cum pane porrectionem: diaconatus verò per libri Euangeliorum dationem: subdiaconatus per calicis vacui, cum patena vacua superposita traditionem, & similiter de alijs per rerum ad ministeria sua pertinentium. Hæc ibi. Vbi prudens lector, connectendo principium illud sexto loco, ad literam conspiciet; quòd de mente Concilij innuitur, quòd quilibet ordo singillatim characterem causat. Si enim ordo characterem imprimit (vt dicitur in principio) & presbyteratus ordo traditur per &c. ergo ordo presbyteratus imprimit characterem. Item si diaconatus ordo per libri &c. ergo diaconatus alium characterem numero, cum sit alius ordo numero, imprimit. Alioquin vel ordo non imprimeret characterem; vel presbyteratus ordo esset idem cum ordine diaconatus; aut Concilium diminute, & quasi frustrà locutum fuisset dicendo ly ordo characterem imprimit. Nesciremus enim tunc, de quo ordine loqueretur; cum sint plures numeraliter, & non singuli (secundum contrarias opiniones) imprimant. Debuisset ergo non dicere ly ordo imprimit; sed ly ordo talis imprimit. Quo quid absurdius in Ecclesia sancta Dei, quàm priuatos homines velle corrigere plenarium Concilium, aut illud diminutionis, vel quasi frustratoriæ locutionis arguere: præsertim quando de pertinentibus ad fidem decreta statuit, atque promulgat? Standum igitur ad literam in Synodo. Quòd verò dixi de presbyteratu, & diaconatus ordine: de reliquis etiam omnibus idem sentiendum est: quoniam Synodus ipsa simili modo locutionis vtitur (vt patet ibi suprà).

4 Quartò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto characterem ordinis imprimi à singulis ordinibus proprium innuunt, & intelligas, & probes, & defendas. Quintò vides: quo-

5 modo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens, & declaretur, & consolidetur.

*Character impressio est ex vi sacramenti de iure diuino.*

**Aug. li. 2. cótra epist. Par. 13. & de baptis. cót. Dona. lib. 1. c. 1.*

*Singuli ordines singulos imprimunt characteres.*

SVPER QVAEST. LXVI. Aliàs 35. Art. III.

CONC. Character ordinis baptiſmalem characterem præſupponit.

¶ Exam. Ly præſupponit. Scilicet de neceſſitate ſacramenti, & non tantum præcepti. Hoc eſt: nihil reciperet à ſacramento ordinis is, qui non baptizatus ordinaretur: vltra quod etiam, ſi ſcienter hoc faceret, peccaret mortaliter. Vbi reſponſionem ad ſecundum, cum corollar. & art. ſequen. corp.

¶ Exam. Ly characterẽ baptiſmalem. Hoc eſt; quòd ille talis baptizatus ſecundũ formam Euangelij. Vnde dicendo ly characterem baptiſmalem, plus dixit; quàm ſi dixiſſet, quòd ſit baptizatus. Poteſt enim quis eſſe baptizatus, & non erit presbyter ſi ordinetur: quia tunc prius non fuerat baptizatus ſecundũ formam Euangelij, & conſequenter characterem baptiſmalem non fuerat conſecutus. Vide circa hoc append. ſequẽ. cap. Veniens. Ibi enim comperies, quendam baptizatum, ſed non ſecundum formam Euangelij, fuiſſe iubente Innocentio Papa, baptizatum nouiter, & ordinatum.

¶ Prob. Quia per baptiſmalem characterem ſit homo receptiuus aliorum ſacramẽtorum: & nullus recipere poteſt aliquid, niſi habeat potentiam paſſiuam ad recipiendum illud (omnia patent).

## ARTICVLVS III.

*Vtrum character ordinis præſupponat characterem baptiſmalem.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd character ordinis non præſupponat characterem baptiſmalem: quia per characterem ordinis homo efficitur diſpenſator ſacramentorum, per characterem baptiſmalem ſuſceptiuus eorũdem, ſed poteſtas actiua non præſupponit de neceſſitate paſſiuam, quia poteſt eſſe ſine ea, ſicut patet in Deo. ergo character ordinis non præſupponit de neceſſitate characterem baptiſmalem.

¶ 2 Præt. Poteſt contingere, ꝙ aliquis non ſit baptizatus, qui ſe baptizatum exiſtimat probabiliter. ſi ergo talis ad ordines accedat, non conſequetur characterem ordinis, ſi character ordinis præſupponit characterem baptiſmalem, & ſic ea quæ facies, vel in conſecratione, vel in abſolutione, nihil erunt, & in hoc Eccleſia decipietur, quod eſt inconueniens.

SED CONTRA. Baptiſmus eſt ianua ſacramentorum. ergo cum ordo ſit quoddam ſacramentum, præſupponit baptiſmum.

RESP. Dicendum, ꝙ nihil poteſt aliquis accipere, cuius receptiuam potentiam non habet, per characterem autem baptiſmalem efficitur homo receptiuus aliorum ſacramentorum, vnde qui characterem baptiſmalem non habet, nullum aliud ſacramentum recipere poteſt, & ſic character ordinis baptiſmalẽ characterem præſupponit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in eo, qui habet potentiam actiuam à ſe, potentia actiua non præſupponit paſſiuam, ſed in eo, qui habet potentiam actiuã ab altero, præexigitur ad potentiam actiuam potentia paſſiua, quæ recipere poſſit potentiam actiuam.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ talis ſi ad ſacerdotium promoueatur, non eſt ſacerdos, nec conficere poteſt, nec abſoluere in foro pœnitentiali. Vnde ſecundùm Canones debet iteratò baptizari, & ordinari, & ſi etiã in Epiſcopum promoueatur, illi, quos ordinat, non habent ordinem: ſed tamen piè credi poteſt, ꝙ quantum ad vltimos effectus ſacramentorum, ſummus Sacerdos ſuppleret defectum, & quòd nõ permitteret hoc ita latere, Eccleſiæ poſſet periculum imminere.

ARTI-

1^m^ de minori. Poteſtas actiua. ℞. Exiſtens in aliquo à ſeipſo: non exiſtens in aliquo ab altero. §. Tunc nihil &c. Nam licet character ordinis dicat potentiam actiuam (vt arguitur): tamen illa poteſtas non ineſt homini ordinato à ſemetipſo; ſed ab altero. Non enim poteſt quis ordinare ſeipſum, cum nullus in ſe habeat iuriſdictionem q. 20. art. 3. & q. 22. artic. 4. neque aliquis ordinatus, in ordine eccleſiaſtico conſtitutus, naſcitur. Oportet ergo, ſi iſte velit habere ordinem, qui eſt potentia actiua; vt recipiat illum ab alio: & conſequenter quòd habeat potentiam paſſiuam. i. potentiam ad recipiendum illum. Hæc vero potentia paſſiua character baptiſmalis eſt.

¶ Coroll. Ergo, cum huiuſmodi character baptiſmalis ſit potentia paſſiua, & ille ordinis ſit actiua, aſſimilatur, & per hoc quaſi naturaliter apprehenditur, hæc doctrina philoſophico dicto, ſ. potentia eſt prior, quàm actus in vno & eodem, (licet nõ in diuerſis). Vt putà; prius lignum poteſt igniri, quàm actualiter igniatur: & vniuerſaliter materia poteſt recipere formam hanc prius, quàm actualiter recipiat. Sic in propoſito igitur; vt facile patet conſideranti, & benè applicanti, ſecundum prædicta.

2^m^ de concluſione. Nihil erũt, & in hoc Eccleſia decipietur. ℞. Niſi ſuppleatur aliunde §. Tunc nihil &c. Concedimus enim ſecundum textum ea, quæ dicuntur: ſed cum hoc dicimus, quòd piè credi poteſt, ꝙ ſummus Sacerdos quantum ad vtrumque, ne diſpendium ſalutis contingat, ſuppleat. Vide literam.

¶ Coroll. Ex vi ergo ſacramenti, cum in hoc nullum ſit, neque in talem non baptizatum imprimitur character, neque gratia ei datur. Ergo ſi talis fieret Epiſcopus, & ordinaret alios: hi non eſſent ordinati: ſiue ignoranter, ſiue ſcienter hoc contingeret. Si tamen ignoranter per ignorantiam inuincibilem non peccaret ille, qui ſic ignoraret: ſecus autem ſi ſcienter, vel per ignorantiam craſſam, aut affectatam.

¶ Exam. Ly quantum ad vltimos effectus. Scilicet gratiam gratum facientem, & conſequenter meritum in operibus in gratia illa factis, & ſalutem æternam; ſi tamen perſeueraret ſemper in illa gratia, & in illa ignorantia inuincibili de ſuo baptiſmate. Ergo per ly quantum ad vltimos innuit: quòd primus effectus, ſcilicet character, non ſuppleretur à ſummo ſacerdote: non quia non poſſit, ſed quia regulas ſuas de ſacramentis (ſecundum quòd decet) ordinatè ſeruari vult.

Vltimi effectus, ordinis.

¶ Not. Diligenter aduertas: quòd in textu non dicitur ſimpliciter, ſummum ſacerdotem non permiſſurum hoc latere: ſed dicitur non permiſſurum, ita ꝙ Eccleſiæ poſſet periculum imminere. Ad tempus enim permiſiſſe ipſum, tale quid, expertũ eſt (vt in appen. ſeq. dicetur, ex cap. Veniens.) ſed nunquàm credendum eſt ipſum in diſpẽdium eccleſiæ ſuæ, vniuerſalis maxime pmiſſurum: & hoc propter bonitatem ſuam, & orationis, quatenus homo eſt, pro ea factę Luc. 22. reuerentiam. Piè enim tenendum eſt: quòd illa oratio, ſcilicet rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, intelligatur etiam proportionaliter de quocumque alio, pręſertum magno periculo ſpirituali: ne videlicet eccleſiæ contingat.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem vt in radice, interimas hæreſim Albigenſium (Alfonſ. Caſtrus aduer. hær.) dicentium: baptiſmũ omninò reſpuendum eſſe. Si enim reſpuendũ eſſet: & ordo in Eccleſia eſſe non poſſet contra ſuperius dicta q. 34. art. 1. in tex. & appen. Vnde & ille & articulus ille pugnant contra hæreſim prædictam, eamq; viriliter explodunt tùm ratione, tùm canonica ſanctione ſi iungas appendicem. Secundò habes: quomodo per rationem oſtendas meritò hæreſim illam damnari à ſcripturis Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Albigenſes ergo dum baptiſmum reſpuendum eſſe docent, homines ab introitu regni cœleſtis abigunt. Item à Concilio Tridentino ſeſſ. 7. de baptiſ. can. 5. Si quis dixerit, baptiſmum liberum eſſe, hoc eſt, non neceſſarium ad ſalutem: anathema ſit. Item cano. 2. Si quis dixerit: aquam veram & naturalem non eſſe de neceſſitate baptiſmi, atque ideò verba illa Domini noſtri, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto, ad metaphoram aliquam detorſerit: anathema ſit. Hæc ibi. Vide 3. par. quæſt. 68. art. 1. & 2. appen. Tertiò habes: quomodo per rationem oſtendas meritò eſſe dictum à ſummis Pontificibus, & à Concilijs, quòd character ordinis de neceſſitate præſupponit characterem baptiſmalem; & conſequẽter quòd prædictam hæreſim Albigenſium, quaſi ex altiori loco tela proijciendo, condemnant. A ſummis Pontificibus inſinuatum fuit illud: quando ab Eugenio IIII. ſacro approbante Concilio Florentino in decreto Armenis dato, fuit dictum. Primum omnium ſacramentorum locum tenet baptiſmus, quod vitæ ſpiritualis ianua eſt: per ipſum enim membra Chriſti, & de corpore efficimur Eccleſiæ. Hæc ibi. Quomodo ergo characterem ordinis Chriſti recipere poterant: ſi membra Chriſti adhuc non ſunt? Et quomodo miniſtri Eccleſiæ eſſe poſſunt non baptizati: ſi adhuc non ſunt de corpore Eccleſiæ? Item; quando à Siricio Papa in epiſto. 1. ad Himerium Tarracoñ. Epiſcopum, cap. 9. ait: Quicumque itaque ſe Eccleſiæ vouit obſequijs à ſua infantia ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet miniſterio ſociari, &c. & cap. 10. Qui verò iam grandæuus melioris propoſiti conuerſatione prouocatus, ex laico ad ſacram militiam peruenire feſtinat, deſiderij ſui fructum non aliter obtinebit: niſi eo, quo baptizatur, tempore ſtatim lectorum, aut Exorciſtarum numero societur. Hæc ibi: & recitatur diſtin. 77. Quicumque itaque. Vide: quòd de baptiſmo præmittendo ante ſacram militiam. i. ordinationem ſemper meminit Siricius. Simile ſtatutum habes ab Innocentio I. in epiſt. 24. ad Synodum Toletanam c. 5. Item; quando à Concilio Tridentino ſeſſ. 6. cap. 14.

2

3

dictum fuit, quòd pœnitentia aptè nuncupata est secunda tabula post naufragium. Cuius rationem assignans subdit. Etenim pro ijs qui post baptismum in peccata labuntur, Christus sacramentum instituit pœnitentiæ. Hæc ibi. Vbi patet ex ratione reddita: quòd baptismus aptè dicitur prima tabula. Quod clarius iuncta glossa habetur de pœnit. dist. 1. secunda post naufragium item; Quando à Concilio Niceno statutum est, sic. Si quis confugerit ad Ecclesiam catholicam de Paulianistis, & Cataphrygis; statutum est rebaptizari eos omninò debere. Si qui verò clerici erant apud eos: siquidem inculpati fuerint, & irreprehensibiles rebaptizandi sunt; & rursus ab Episcopo Ecclesiæ catholicæ ordinentur. Hæc illud; & recitantur 1. quæst. 1. Vnde patent duo: et ꝙ ordinati ante baptismum ritè collatum non recipiunt ordinis characterem; & quòd Episcopi non baptizati ordinantes alios non tradunt eis ordinem; per quod S. Thomæ tale dictum, in resp. ad secũdum, confirmatur. Item, quando à Concilio apud Compẽdium celebrato sic sancitum est. Si quis presbyter ordinatus deprehenderit, se non esse baptizatum; baptizetur, & iterum ordinetur. Hæc illud: & recitantur, de presb. non bapt. c. 1. Item, quando ab Innoc. III. ad Episcopum Ferrar. dictum est. Veniens ad Apostolicam Sedem, I. lator præsentium nobis exposuit; ꝙ cum ad gradum sacerdotij ascendisset, comperit tandem, ꝙ non fuerit secundũ formam Euangelij baptizatus. Vnde nos eum ritè fecimus baptizari, &c. Mãdamus, quatenus ipsum per singulos ordines vsque ad sacerdotium promouere procures. Hæc ille. Et recitantur, de presb. non bapt. c. 3. Ex hoc nota: ꝙ non sufficit esse baptizatum (nam iste lator fuit, vt innuitur, baptizatus aliquo modo) sed oportet esse baptizatum secundum formam Euangelij, ad hoc, vt ordo teneat. Quartò habes: quomodo per rationẽ antedicta Patrum, pro quanto characterem baptismi statuunt charactери ordinis presupponendum, & intelligas, & probes, & tuearis. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens, & declaretur, & consolidetur.

4

5

---

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum character ordinis præsupponat characterem confirmationis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd præsupponat de necessitate characterem confirmationis: quia in his, quæ sunt ordinata ad inuicem, sicut medium presupponit primum, ita vltimum præsupponit medium, sed character confirmationis presupponit baptismalem quasi primum. ergo character ordinis præsupponit characterem confirmationis quasi medium.

¶ 2 Præterea. Qui ad alios confirmandos ponuntur, maximè debent esse firmi: sed illi, qui sacramentum ordinis suscipiunt, sunt aliorum confirmatores. ergo ipsi maximè debent habere sacramentum confirmationis.

SED CONTRA, Apostoli receperunt potestatẽ ordinis ante Ascensionem, Ioan. 28. vbi dictum est: Accipite Spiritumsanctum: sed confirmati sunt post Ascẽsionem per aduentum Spiritussancti. ergo non presupponit confirmationem.

RESP. Dicendum, quòd ad susceptionem ordinis, præexigitur aliquid quasi de necessitate sacramenti, & aliquid de congruitate. De necessitate enim sacramenti exigitur, ꝙ ille, qui accedit ad ordines, sit susceptiuus, quod competit ei per baptismum, & ideo character baptismalis præsupponitur de necessitate sacramenti, ita quòd sine eo sacramẽtum ordinis conferri non potest: sed de congruitate requiritur omnis perfectio per quam aliquis reddatur idoneus ad executionem ordinis, & vnũ de istis est, vt sit confirmatus, & ideo de cõgruitate character ordinis characterem confirmationis præsupponit, & non de necessitate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est similis habitudo huius medii ad vltimum, & primi ad medium, quia per characterem baptismalem fit homo susceptiuus sacramenti confirmationis, non autem per sacramentum confirmationis fit susceptiuus sacramenti ordinis, & ideo non est similis ratio.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ illa ratio procedit de idoneitate quãtum ad congruitatem.

SVPER Q. LXVI. Aliàs 35. Art. IIII.

143 CONCL. De congruitate character ordinis characterẽ confirmationis præsupponit, & non de necessitate.

¶ NOT. Cum ista conclusio habeat duas partes, vt patet; probabitur primò secunda: secundò prima; vt textui conformemur.

¶ PROB. Quia omnis perfectio, per quam aliquis reddit idoneus ad executionem ordinis, de congruitate requiritur ante: & vnum de istis est, vt accedens ad ordines sit confirmatus. Secunda autem pars, s. & non de &cæt. probatur: Quia confirmationis non est: quòd faciat, accedentem ad ordines esse illorum susceptiuum (cùm hoc sit baptismi, art. 3.)

1^m^ de maiori. Sicut medium præsupponit primum, ita vltimum præsupponit medium. ℞. Sed non eodem modo. §. Aliud est enim loqui de præsupponere simili modo: aliud est de præsup. eodem. Tunc nihil &c. Licet enim character confirmationis præsupponat baptismalem modo necessario, vt arguitur: tamen iste ordinis non necessario, sed congruenti, solum præsupponit illum confirmationis. Ratio fundamentalis horum in textu dicitur: quia scilicet diuersa est habitudo primi ad medium, i. baptismi ad confirmationem, & medij ad vltimum, i. confirmationis ad ordinem. Baptismalis enim concurrit in ratione susceptiua respectu confirmationis: confirmatio autem non in ratione hac.

2^m^ de maiori. Debent. ℞. De congruo: non de necessitate. §. Tunc nihil &c. vt patet ex dictis in conclusione cum probatione sua.

¶ NOTATIO. Ex eo, quòd conferentes sacramentum ordinis in virtute alterius, scilicet Christi, cuius ministri sunt, operantur: consequens est, vt ipsi etiam si non sint confirmati, possint confirmare alios: sicut & non baptizati possunt alios baptizare. Similiter tanquàm per quandam proportionem adaptando, quia illi, qui suscipiunt ordines, constituuntur super alios tanquàm eruditores aliorum, & administratores sacramentorum: ideò non est necesse; quòd sint confirmati. Ad communicandum enim eruditionem, & sacramenta non requiritur necessariò, quòd quis habeat sacramentum confirmationis in se: sed sufficit, quòd habeat scientiam, & potestatem. Tale quid docetur suprà quæst. 19. art. 6. not. 1. & 2. post ad primum, & in append. vbi statuitur quòd Prelati etiam mali non amittunt potestatem. Vide ibi: vnde etiam non confirmatos posse confirmare alios, tanquàm à simili, inferre poteris.

APPENDIX.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à Concilio Florentino, & à scripturis, quòd character confirmationis non requiritur de necessitate pro susceptione ordinum; & insinuatum à Concilio Tridentino, ꝙ character confirmationis de congruitate præexigitur charactери ordinis. Insinuatum autem est illud primum, tanquàm ab oppositis, quando baptismum dixit esse ianuam sacramentorum, non confirmationem. Ex eo enim quod confirmatio non est ianua, sequitur apertè: quòd sine illa potest quis ingredi ad susceptionem sacramentorum, & consequenter ordinis. Vide Concilium prædictum circa hoc, articu. præcedenti append. Quod autem dixi de Concilio Florentino, quòd scilicet per tale dictum suum insinuauit characterem confirmationis non necessario præexigi ad characterem ordinis: dicas tu etiam consimiliter de alijs tum Concilijs, tùm Pontificibus maximis in append. illa adductis quando in eandem sententiam de baptismo, licet non ijsdem verbis, cum Synodo Florentina conueniunt. Item à serie Euangeliorum. Nam ordinantur Apostoli, non tantum super corpus Christi verum, sed etiam super corpus Christi mysticum, priusquàm confirmentur. Ordinem enim quò ad primum receperunt à Christo tempore vltimæ cœnæ. Lucæ 22. per ly hoc facite in meam commemorationem: quò ad secundum verò, post resurrectionem Ioan. vigesimo, per ly quorum remiseritis peccata, remittuntur &c. Et confirmationem receperunt post Ascensionem Christi, in die Pentecostes; quando scilicet induti sunt virtute ex alto Lucæ 24. Monstratur ergo ex ipsa textura Euangelij: quòd ordo conferri potest etiam non confirmatis. Insinuatum verò est id secundum, videlicet, quòd character de congruitate, &c. à Concilio Tridentino sessione 23. cap. 4. de reformat. Prima tonsura non initientur qui sacramentum confirmationis non susceperint. Hæc ibi. Prima autem tonsura datur ante collationem ordinum. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum: ac Euangeliorum, pro quanto characterem confirmationis non necessario, sed de congruo præexigi insinuant susceptioni ordinis, & intelligas, & probes, atq; defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim, Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

ARTI-

AP-

SVPER

## ARTICVLVS V.

*Vtrum character vnius ordinis de necessitate præsupponat characterem alterius ordinis.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd character vnius ordinis præsupponat de necessitate characterem alterius ordinis: quia maior est conuenientia ordinis ad ordinem, quàm ordinis ad aliud sacramentum, sed character ordinis præsupponit characterem alterius sacramenti, scilicet baptismi. ergo multo fortius character vnius ordinis, præsupponit characterem alterius.

¶ 2 Præterea. Ordines sunt quidam gradus: sed nullus potest peruenire ad posteriorem gradum nisi priorem ascenderit. ergo nullus potest accipere characterē ordinis sequentis, nisi prius accipiat ordinem præcedentem.

SED CONTRA. Si omittatur aliquid in sacramēto quod sit de necessitate sacramenti, oportet φ sacramentum iteretur, sed si aliquis accipiat sequentē ordinem, prætermisso primo, non reordinabitur, sed confertur sibi quod deerat secundū statuta Canonum. † ergo præcedēs ordo non est de necessitate sequentis.

† In Decr. li.5.tit.29. c.Tuæ literæ.

RESP. Dicendum, quòd non est de necessitate superiorum ordinum, quòd aliquis minores ordines prius habeat, quia potestates sunt distinctæ, & vna quantum est de sui ratione non requirit aliam in eodem subiecto: & ideo etiam in primitiua Ecclesia, aliqui ordinabantur in presbyteros, qui prius inferiores ordines non susceperant, & tamen poterant omnia, quæ inferiores ordines possunt, quia inferior potestas comprehenditur in superiori virtute, sicut sensus in intellectu, & ducatus in regno: sed posteà per constitutionem Ecclesiæ determinatum est, φ ad maiores ordines se non ingerat, qui prius minoribus officiis se nō humiliauit, & inde est, quòd qui ordinantur per saltum secundum canones, * non reordinantur, sed id, quod omissum fuerat de præcedentibus ordinibus, eis confertur.

† In Decr. D.52.

AD PRIMVM ergo dicendum, φ magis conueniunt ordines adinuicem secundum similitudinem speciei, quàm ordo cum baptismo, sed secundum proportionem potentiæ ad actum magis conuenit baptismus cum ordine, quia per baptismū acquirit homo potentiam passiuam recipiendi ordines, non autem per ordinem inferiorem datur potētia passiua recipiendi maiores ordines.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ordines non sunt gradus, qui occurrant in actione vna, vel in vno motu, vt oporteat ad vltimum per primum deuenire, sed sunt sicut gradus in diuersis rebus constituti, sicut est gradus inter hominem, & Angelum, nec oportet quòd ille, qui sit Angelus, prius fuerit homo, similiter etiam est gradus inter caput, & omnia membra corporis, nec oportet quòd illud, quod est caput, prius fuerit pes, & similiter est in proposito.

QVAE-

### SVPER Q. LXVI. Aliás 35. ART. V.

CONCL. 1. Non est de necessitate superiorum ordinum, quòd aliquis minores ordines prius habeat.

¶ EXAM. Ly non de necessitate. Scilicet sacramenti; non præcepti. Peccaret siquidē suscipiens aliquem ordinem superiorem anteq̄ susciperet inferiorē (q̄d dicunt, ordinari per saltum): sed tamen consequeretur characterem superioris.

144

¶ Ly superiorum ordinum. Scilicet, siue sacrorum, siue non sacrorum. Non enim solus is dicitur ordinari per saltum qui suscipit aliquē sacrorum non seruato ordine, puta sacerdotiū ante diaconatum, vel diaconatum ante subdiaconatum; sed etiam qui suscipit aliquem nō sacrum prætermisso ordine, puta acolytatum ante lectoratum: & de omnibus his casibus intendit textus per ly superiorū ordinum. Consequenter igitur per ly minores ordines, nō intēdit ordines nō sacros tantū, qui communiter dicuntur quatuor minores: sed etiam ordines sacros dēpto sacerdotio.

¶ PROB. 1. Quia potestates ipsorum ordinum sunt distinctæ; & vna, quantum est de sui ratione, non requirit dē necessitate aliā in eodē subiecto: 2. Quia primitiua Ecclesia per suū factū id monstrauit (cum tunc aliqui ordinarent in presbyteros inferiorib. ordinibus nō passū prius): 3. Quia canones Romanorū Pontificū id ostēdunt (cū ordinatos per saltum nō statuunt reordinari, sed tantū ordinē omissū suppleri).

¶ EXAM. Ly in primitiua Ecclesia aliqui ordinabantur in presbyteros, qui prius &c. Tunc id fiebat quasi ex necessitate; propter scilicet paucitatem ministrorū, iuncto quòd quotidie celebrabatur Missa. Nec tamen sic vniuersaliter factum fuit in primitiua Ecclesia; quod textus designauit per ly aliqui. Quasi dicat: non omnes, neque in omni loco; neque omn. tempore, primitiuæ Ecclesiæ sic ordinabantur. Hic sensus D. Thomæ, confirmatur ex Concil. Trid. sess. 23. c. 17. de reform.

¶ CONCL. 2. Per constitutionem Ecclesiæ determinatum est, φ ad maiores ordines se non ingerat, qui prius in minoribus officijs se non humiliauit.

¶ NOT. Et ideo diximus in exam. primo, esse de necessitate præcepti seruare ordinem in suscipiendis ordinibus.

¶ EXAM. Ly minoribus officijs. Scilicet ex officio, seu ex potestate sua exercitatis. Potest enim quis legere epistolam, & nō ex officio, acolytatus officium exequi, & non ex officio: vt subdiaconi quandoque præ inopia ministrorum legentes epistolam sine manipulo, quasi ostendentes per carentiam manipuli, quòd officium talo exequuntur non ex officio; &, vt nondum minoribus ordinibus initiati pro acolyto officium exercentes. De his igitur non intendit conclusio: sed (vt diximus) de talia officia exequentibus ex officio suo, i. ordinem talibus officijs correspondentem habentibus.

¶ NOT. Quòd verò sic intelligatur (vt dixit hoc exam.) cōstitutio Ecclesiæ; & per cōsequens ista secunda conclusio, patet ex Concil. Trid. sess. 23. c. 17. de reform. Vt sanctorū ordinum à diaconatu ad ostiariatum functiones ab Apostolorum tēporibus in Ecclesia laudabiliter receptæ, & pluribus in locis aliquādiu intermissę, in vsum iuxta sacros canones reuocentur; ne ab hæreticis, tanquàm otiosæ, traducantur, illius pristini moris restituendi desiderio flagrans sancta Synodus, decernit; vt in posterū huiusmodi ministeria non, nisi per constitutos in dictis ordinibus exerceantur; omnesque & singulos Prælatos ecclesiarum in Domino hortatur, & illis præcipit; vt quantum fieri commodè poterit in ecclesijs cathedralibus, collegiatis, & parochialibus suæ diœcesis, si populus frequens, & Ecclesiæ prouentus id ferre queant, huiusmodi functiones curent restituēdas; & ex aliqua parte redditimum aliquorū simpliciū beneficiorum, vel fabricæ Ecclesiæ si prouētus suppetant, aut vtriusque illorum, eas functiones exercentib. stipendia assignent: quibus, si negligentes fuerint, ordinarij iudicio, aut ex parte mulctari, aut in totū priuari possint. Quòd si in ministerijs quatuor minorum ordinū exercendis clerici cęlibes presto non erūt suffici possint etiā coniugati, vitæ probatę, dummodo non bigami ad ea munia obeunda idonei, & qui tonsuram, & habitum clericalem in Ecclesia gestent. Hæc ibi. Vbi & vides: confirmari sensum sancti Doctoris, φ non omnes, neq; in omni loco, neque omni tēpore, primitiuæ Ecclesię sic ordinabātur &c. explicatum in exam. mox post prob. concl. 1. Vide tu.

Ordinū singulorū vsus a tpe Apostolorū in S.Ecclesia.

† In decretali in arg. Sed cōtra citata.

¶ PROB. Quia, vt clara, præsupponitur.

¶ NOT. De hac claritate, vide appen. seq.

1^m de minori. Conuenientia. ℞. Secundum similitudinem speciei: non secundum proportionem potentiæ ad actum. §. Tūc nihil &c. Non enim vnus ordo respectu alterius dicit potentiam passiuam necessariam, cum vnus possit recipi sine altero: qualem tamen potentiam dicit baptismus respectu ordinis; vt in articulo tertio.

2^m de minori. Gradum. ℞. In eodem motu, seu in eadem actione, occurrente: non autem in diuersis rebus. §. Tūc nihil &c. Licet enim ordines sint gradus (vt arguitur): non sunt tamen similes gradibus existentibus in vno motu, sed in diuersis rebus. Exempla literæ notato.

## APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò à summis Pontificibus & Concilijs insinuatum esse; & φ quis non ordinetur per saltum, & quòd hoc non sit de necessitate sacramenti. Insinuatum autem est id à Concilio Sardicensi can. 10. Osius Episcopus dixit. Hoc quoque necessarium existimo, vt cum omni cura & diligentia examinetur; vt si quis diues, vel ex foro scholasticus, Episcopus fieri dignus habeatur, non prius constituatur; quàm lectoris, & diaconi, & presbyteri ministerium peregerit: vt in vnoquoque gradu si dignus existimatus fuerit, ad Episcopatus fastigium per progressionem possit ascendere &c. Omnia dixerunt ipsis placere, & omnino nō oportere ea subuertere. Hęc ibi. Vbi Osius per ly lectoris omnes minores ordines, sicut & per ly diaconi, subdiaconū etiā cointelligit. In cuius signū vniuersaliter subdit ly in vnoquoq; gradu, ordinū aut gradus est septiformis, etiam à tēpore Apostolorum. Item à Zosimo Papa in ep. 1. ad Hesychiū Salonitanū Episcopum. Hoc autem specialiter & sub prædecessoribus nostris, & nuper à nobis interdictum constat &c. quis penitus

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

contra Patrum præcepta, qui ecclesiasticis disciplinis imbutus per ordinem non fuisset, nequaquam ad summum Ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumeret: & non solum in eo ambitio inefficax haberetur, verum etiam in ordinatores eius vt carerent eo ordine, quem sine ordine contra præcepta Patrum crediderant præsumendum. Hæc ibi. Item à Beato Gregorio Magno in epist. 110. Etherio Lugdunensi Episcopo can. 2. Ordinatè ergo ad ordines accedendum est. Nam casum appetit qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum. Hæc ibi. Item à Synodo apud D. Medardum. Ostensum est in eodem ex Concilio Sardicensi cap. 9. & ex alijs Concilijs, ac decretis, damnationis scripto; secundum canonicam formam eundem Episcopum nihil de illius ordinatione attigisse: sed qui saltu, sine gradu diaconi, ad sacerdotium prosilierat, in degradationem debitam resilire debere. Hæc ibi. Quæ intelligas de rigore iuris. Nam de dispensatione ex clementia, dic, vt in sequentibus. Item ab Alexandro II. ad Grimaldum Constantiensem Episcopum. Solicitudo dilectionis tuæ studuit consulere: vtrum portator istarũ literarum diaconatus, & presbyteratus officiũ idoneus sit peragere, necne: cum ad id præpostero cursu, subdiaconatus ordine postposito, negligentia potius q̃ superbia, cognoscatur ascendisse. Vnde nos consulendo charitati tuæ mãdamus; vt ab officio sacerdotali eum prohibeas, donec proximo quatuor temporũ ieiunio subdiaconatus ministeriũ ritè imponas; & sic deinceps ad maiora officia eũ redire concedas. Hæc ibi; & recitantur dist. 52. Itẽ ab Innocentio III. ad Bononiensem Episcopũ. Tuæ literæ &c. P. presbyter, diaconatus ordine prætermisso, se fecit ad sacerdotij ordinem promoueri. Ipse tibi quoque secreto confessus est; se pro certo nescire, si res taliter se haberet. Sed ex quo boni viri hoc asserebant, inter quos fuerat conuersatus, credebat assertioni eorum: eo q tempore, quo ordines inferiores susceperat, infra annos discretionis fuerat constitutus &c. Mandamus: quatenus condignã pœnitentiam pro huiusmodi negligentia iniungas eidem: qua peracta, quia nõ intelligitur iteratũ quod factum esse nescitur, ipsum in diaconum ordinari procures; & sic ex misericordia eundem ministrare permittas in ordine sacerdotis. Hæc ibi: & recitantur, de cler. per salt. prom. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Patrũ, pro quanto ordinem superiorẽ non de necessitate sacramẽti, sed præcepti præsupponere inferiorem indicãt, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

Gregorius de saltu saltẽ inclusiue loquit: cum saltus huiusmodi sit cõtra mores, nunc.

Ignorantia crassa, seu supina, non excusat.

---

## QVÆST. LXVII. Aliàs 36.

*De qualitate suscipiẽtium, in quinque articulos diuisa.*

DEINDE considerandũ est de qualitate suscipiẽtium hoc sacramentum.

CIRCA quod quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum in suscipientibus hoc sacramentum requiratur bonitas vitæ.

¶ Secundò, Vtrum requiratur scientia totius sacræ Scripturæ.

¶ Tertiò, Vtrum ex ipso merito vitæ aliquis ordinis gradus consequatur.

¶ Quartò, Vtrum promouens indignos ad ordinem peccet.

¶ Quintò, Vtrum aliquis peccator existens possit sine peccato ordine suscepto vti.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum in suscipientibus ordinem requiratur bonitas vitæ.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in suscipientibus ordines non requiratur bonitas vitæ, * quia per ordinem aliquis ordinatur ad dispẽsationem sacramentorum, sed sacramenta possunt dispensari à bonis, & malis. ergo non requiritur bona vita.

¶ 2 Præt. Non est maius ministeriũ quod Deo in sacramẽtis exhibetur, quàm quod ipsi corporaliter adhibeatur, sed à ministerio ipsius corporali non repulit Dominus mulierem peccatricem, & infamem, vt patet Luc. 7. ergo nec à ministerio eius in sacramentis tales sunt amouendi.

¶ 3 Præt. Per omnem gratiam datur aliquod remediũ contra peccatum, sed illis, qui habent peccatum, non debet aliquod remedium denegari, quod eis valere posset. cũ ergo in sacramento ordinis gratia conferatur, videtur * q debeat etiam peccatoribus hoc sacramentum dari.

SED CONTRA. Leu. 21. Homo de semine Aaron, qui habuerit maculã, non offerat panes corã Domino, nec accedat ad ministerium eius; sed per maculã, (vt dicit Glos.) omne vitium intelligitur. ergo ille, qui est aliquo vitio irretitus, non debet ad ministerium ordinis adhiberi.

¶ Præt. Hieronymus * dicit, q non solum Episcopi, presbyteri, & diaconi, debent magnopere prouidere, vt cunctum populum cui præsident, sermone, & conuersatione præcedant, verum etiã inferiores gradus, & omnes, qui diuino oraculo deseruiunt, & quia vehementer Ecclesiam Dei destruit meliores esse laicos, quàm clericos. ergo in omnibus ordinibus requiritur sanctitas vitæ.

RESP. Dicendum, q sicut Dionys. dicit 1. c. Eccles. Hierar. vt subtiliores, & clariores essentiæ repletæ influxu solarium splẽdorum, lumen in eis supereminẽs ad similitudinem Solis ad alia corpora inuehunt, sic in omni diuino non est audẽdum alijs dux esse, nisi secundum omnem habitum suũ factus Dei formissimus, & Deo simillimus. Vnde cũ in quolibet ordine aliquis cõstituatur dux alijs in rebus diuinis, quasi præsumptuosus, mortaliter peccat, qui cum conscientia peccati mortalis ad ordines accedit, & ideo sanctitas vitæ requiritur ad ordinem de necessitate præcepti, sed non de necessitate sacramenti. Vnde si malus ordinatur, nihilominus ordinẽ habet, * tamen cum peccato.

AD

---

SVPER Q. LXVII. Aliàs 36. Art. 1.

CONCL. 1. Mortaliter peccat qui cũ conscientia peccati mortalis ad ordines accedit.

¶ PROB. Quia in quolibet ordine aliquis constituitur dux alijs in rebus diuinis (patet ex suprà, cum ordo sit gradus præeminens): & nõ est audendum alijs dux esse in aliquo diuino, nisi & qui secundũ omnem habitum suum sit factus Dei formissimus & Deo simillimus (vt patet ex Dionysio).

¶ COROLL. Ergo, à fortiori, probatio hæc concludit; quòd non est audendũ &c. ei, qui existit in peccato mortali.

¶ NOT. Ex visibilibus ad inuisibilia nosmetipsos manducare debere, monstrat Dionysius in exemplo posito in textu: quod totius probationis huius fundamentum est. Dicit ergo, quòd corpora superiora, nisi fuerint lucidiora inferioribus non transmittunt lumẽ à Sole participatum ad inferiora. Applica ad propositum: & hinc discas in alijs similibus procedere ad tui, & aliorum eruditionem.

¶ EXAM. Ly in quolibet ordine, i. etiam de minoribus. Ergo patet hinc quod suprà dicebamus, videlicet q quilibet ordo etiã minor dicit gradum, & facit consequenter hominem talem, vt sic, superiorem ad omnes laicos.

¶ EXAM. Ly constituitur dux. Scilicet vt in potẽtia saltem ducat alios. Non. n. est necesse per hoc, q quilibet ordinatus sit parochus, seu curatus: sed sufficit, quòd, quantum est ex ordine suscepto, possit ducere alios, i. dirigere in rebus diuinis.

¶ EXAM. Ly quasi præsumptuosus. Hoc est de facto, quamuis quandoque non de intentione, præsumptuosus. Accedens enim ad sacramentum cum conscientia peccati mortalis potest habere intentionem non præsumendi, i. non faciendi hoc ex præsumptione: sed vel ex verecundia confitẽdi suum peccatũ mortale; vel ex solita negligentia examinandi cõscientiam propriam, contritionemq́ue de peccatis suis habendi, vel ex aliquo alio accidenti: sed tamen semper in facto suo iste præsumptuosus est. Aggreditur. n. opus excedens suam facultatem, & sibi non cõmensuratum: quod quidem licet absolutè excederet adhuc, etiã si esset absq; peccato mortali: tamen, iuxta regulas obligationis ad diuina præcepta, in hoc non excederet.

¶ EXAM. Ly nisi sit Dei formissimus, & Deo simillimus. Hoc est saltẽ in intẽtione & desiderio suo: vltra quòd tenetur de facto esse Deiformis, & Deo similis in hoc, quòd sit actualiter sine peccato mortali. Non. n. dicere vult per illud, q accedens ad esse dux aliorum ratione ordinis teneatur esse in statu perfectissimo charitatis: sed solummodo id, quod dictum est. Loquitur Dionysius eo modo, quo & Psalmus 150. Laudate eum secundum multitudinẽ magnitudinis eius. Nam ad impossibile nos hortari nõ vult per hoc, cum tamen impossibile sit absolutè, creaturarum laudationes æquiparari magnitudini diuinæ: sed ad talem laudationem nos in desiderio tantum aspirare vult (vt quis dicat; ego laudare vellem Deum, secundum q conuenit tantæ maiestati eius): & postea in facto, quantum nobis possibile est exhibere. Applica tu ad Dionysij dictum.

¶ CONCL. 2. Sanctitas vitæ requiritur ad suscipiendum ordinem de necessitate præcepti, sed non de necessitate sacramenti.

¶ PROB. Quia vt clara ex præmissis, supponitur.

¶ NOT. Necessitas præcepti est, quãdo ex præcepto tenetur quis ad sa-

145 S. Tho. vbi suprà ar. 3. q. 1. & seq. Cõc. Trid. sess. 23. de refor. c. 5.

* Aug. li. 3. cõtra Pet. c. 54. & 55. to. 7. & in Cõc Cart. 4. c. 33.

Quid sit esse præsumptuosum, & qd præsũptio hinc colligitur.

* Vt dictũ est q. 35. t. 1. q ex nouo Testã, q. 93. to. 4. & cont. lit. Petil. lib. 2. c. 106. to. 7.

Glos. ord. ibid.

* Refert in Decr. can. 8. q. 1. c. 31. Icipit, Qualis. n. & dẽ esse ex cõmen. super 1. ca. epist. ad Titum. † al. domui Dei.

* c 3. circa finem.

* Aug. li. 2. cõtra epist. Par. c. 11. lib. 2. cõtra litas Petil. c. 48. to. 7.

ad faciendum aliquid, vel ad abstinendum ab aliquo, & faciẽdo contrarium peccat mortaliter. Necessitas sacramenti est, quando non possum sine tali re adhibita suscipere reuera sacramentum: quamuis de facto suscipiam illud exterius. Verbi gratia. Ordinatur quis in mortali existens, omnibus ex parte sacramenti requisitis concurrentibus; iste recipit characterem ordinis, sed peccat mortaliter. Ordinatur quis vita sanctissimus, deficiente aliquo ex parte sacramenti necessario (puta forma, vel materia, vel debita ministri, aut sui, intentione): iste non recipit characterem; & si aliquod horũ ipso consentiente deest, peccat mortaliter.

*Necessitas sacramenti præcepti.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut vera sacramẽta sunt, quæ peccator dispensat, ita verum sacramentum ordinis recepit; & sicut indignè dispensat, ita indignè recipit.

AD SECVNDVM dicendum, quod illud ministerium erat tantũ in executione corporalis obsequii, quod etiã licitè peccatores facere possunt. Secus autẽ de ministerio spirituali ad quod applicãtur ordinati, quia per ipsum efficiũtur medii inter Deum, & plebem,* & ideo debent de bona conscientia nitere quo ad Deum, & bona fama quo ad homines.

AD TERTIVM dicendũ, quod aliquæ medicinæ sunt, quæ exigunt robur naturæ, aliàs cũ periculo mortis assumuntur; & aliæ sunt, quę debilibus dari possunt: ita etiã in spiritualibus, quædã sacramenta sunt ordinata ad remediũ peccati & talia peccatorib. sunt exhibenda, sicut baptismus, & pęnitentia, illa verò, quæ perfectionem gratiæ cõferunt, requirunt hominem per gratiam confortatum.

*Decr. li. 1. tit. 15. c. 1.

1^m illatio conclusionis. Ergo non &c. R. Negatur illatio. §. Nam aliud est, quod requiratur bona vita ad susceptionem ordinum: aliud est, immo extra propositum, quòd sacramenta, ad quorum dispensationem iste ordinatur, possint dispensari à bonis & malis.

2^m maior. Non est maius ministerium, quod Deo in sacramentis exhibetur, quàm quod ipsi corporaliter adhibetur. R. Est tamen illud in genere obsequij melioris quàm istud. §. Nam corporale obsequium tantum quod Christo corporaliter exhibetur, non excludebat peccatores, quin & ipsi licite ei possent taliter seruire: cum tamen de spirituali ministerio, de quo sermo est, secus dicendum sit; vt in textu. Tunc nihil &c. vt patet.

¶ NOT. Potuisset D. Tho. etiã respondere, illa peccatrix narrata Luc. 7. quæ ad Christi obsequium corporale accessit, non erat illo tunc peccatrix (vt alibi declarat idẽ Sanctus): sed sic dicens non resoluisset vniuersaliter instantiam ab argumento intentam. Facilè. n. insurrexisset denuò argumentator quis instans: quod multi Pharisæi (puta qui dolo eum inuitabant ad manducandum), existentes formaliter peccatores, Christo ministerio corporali inseruiebãt. Ideo, vt vniuersaliter quascũque similis tenoris instantias breui responsione excluderet: præelegit, secundum rationem differentiæ inter corporale & spirituale obsequium, argumento huic respondere.

3^m de minori. Non debet aliquod remedium. R. Ordinatum ad remedium peccati: non autẽ, præsupponens innocentiã in remedium recepturum. §. Tunc nihil &c. Licet enim per omnem gratiam detur aliquod remedium contra peccatum (vt arguitur): tamen sicut in corporalibus aliquæ medicinæ sunt quæ exigunt, &c. vt in textu.

¶ COROLL. Ex his ergo patet ratio huiusmodi differentię, quare s. peccatores etiam magni, laudabiliter accedunt ad confessionem; & ad Eucharistiæ sacramentum non laudabiliter; nisi innocentiam ad altare portantes.

## APPENDIX.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum, quòd requiritur bonitas vitæ in accedente ad ordinem, tum à scripturis, tum à Pontificib. summis. A scripturis quidem ad Tit. 1. Constituas per ciuitates presbyteros, sicut disposui tibi; si quis sine crimine est, &c. Ecce, quod Apostolus inter alias conditiones ordinandorum, hanc vult esse primam, quod s. sint sine crimine, i. sine mortali peccato. Item Ioan. 13. vbi lauantur pedes Apostolorum antequàm sacerdotium conferatur eis. Item Leuit. 21. Homo qui habuerit maculam non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius. Si cęcus, si claudus, si vel paruo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem in oculo; si iugem scabiem habuerit, si impetiginem in corpore, vel herniosus. Ex Leuit. igitur dic, vt suprà. Nam in figura omnia contingebant illis. 1. Cor. 10. & consequenter habens maculam intelligebatur ille, qui alicui peccato mortali subiacebat. Prohibebantur ergo à ministerio. i. ab ordine (loquendo in proposito) cæcus. i. ignorans (de quo art. seq.) claudus. i. instabilis in proposito non peccandi; naso paruo, grandi, vel torto. i. indiscretus plus vel minus, aut praua contra legẽ exercens; fracto pede, vel manu. i. nolens bene operari, vel procedere in virtute; gibbus ante, vel retrò. i. amator superfluus terrenorũ; lippus. i. ingeniũ obscuratum habens per carnalẽ affectionem (nam lippitudo contingit ex fluxu humoris); habens albuginẽ in oculo: i. præsumptionẽ candoris iustitiæ in sua cogitatione, vel iugẽ scabiem, i. petulantiã carnis; vel impetiginẽ (hæc sine dolore corpus occupat, & membrorũ decorem fędat). i. auaritiam; herniosus, vel ponderosus. i. gestans pódus turpitudinis in corde, licet non exerceat in opere. Hæc ex 1. 2. q. 102. ar. 5. ad 10. Item à Conc. Carthag. 3. c. 22. vt nullus ordinetur clericus, nisi probatus, vel episcoporũ examine, vel populi testimonio. Hæc ibi: & recitant dist. 24. Nullus clericorum. De illa verò probatione loquens simul & declarans Concil. Trid. sess. 23. c. 5. de reform. sic ait. Ad minores ordines promouendi bonũ à parocho, & à magistro scholæ, in qua educantur testimoniũ habeant. Hi verò, qui ad singulos maiores erunt assumendi per mensem ante ordinationẽ episcopum adeant; qui parocho aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat: vt nominib. ac desiderio eorum, qui volunt promoueri, publicè in Ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorũ natalibus, ætate, moribus, & vita, à fide dignis diligenter inquirat; & literas testimoniales, ipsamq; inquisitionem factam continentes, ad ipsum Episcopum, quàm primum transmittat. Hæc ibi. & c. 7. Eps autem sacerdotibus, & alijs prudẽtib. viris, peritis diuinæ legis, ac in ecclesiasticis sanctionib. exercitatis, sibi ascitis, ordinandorũ genus, personã, ætatem, institutionem, mores, doctrinam, & fidem, diligenter inuestiget, & examinet. Hæc ibi. Quæ etiã pro art. 2. & 4. aliqualiter faciant. & c. 8. Vnusquisque à proprio Epo ordinetur. Quòd si quis ab alio promoueri petat; nullatenus id ei, etiam cuiusuis generalis, aut specialis rescripti, vel priuilegij prætextu, etiam statutis temporibus, permittatur: nisi eius probitas, ac mores, ordinarij sui testimonio commendentur. Si secus fiat: ordinans à collatione ordinum per annum, & ordinatus à susceptorum ordinum executione, quamdiu proprio ordinario videbitur expedire, sit suspensus. Hæc ibi. Item à Stephano I. Papa epist. 1. ad Hilariũ Episcopum. Quòd verò consuluistis Sedem Apostolicam, qui ad gradus ecclesiasticos non sunt admittendi: pro authoritate Sedis Apostolicæ te informare non denegamus. Infames, & fures, sacrilegos, omnes capitalibus criminibus irretitos, sepulchrorum violatores, Apostolorum, atque successorum eorum, reliquorumq; Patrum statuta libenter violantes; omnes qui aduersus patres suos armantur, qui in omni mundo infamia notantur; incestuosos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis fugientes, & qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates ecclesiæ abstrahunt iniustè, & qui fratres calumniantur, aut accusant & non probant; vel qui contra innocentes Principum animos ad iracundiam prouocant, & omnes anathematizatos, vel pro suis sceleribus ab Ecclesia pulsos; & omnes quos ecclesiasticæ vel sęculi leges infames pronunciant: hos omnes ad sacros ordines non licet promouere; nec seruos ante legitimam libertatem, nec pęnitentes, nec bigamos, nec eos qui curię deseruiũt, vel qui non sunt integri corpore; aut sanam non habent mentem, vel intellectum; aut inobedientes Sanctorum decretis existunt; aut furiosi manifestantur. Hæc ibi. Quæ etiã pro q. 30. 2. 3. 4. & 6. aliqualiter faciunt.

*Probitas maior ad maiores requiritur, quàm ad minores.*

2 Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum & scripturarum, pro quanto bonitatem vitæ prærequiri ad ordines de necessitate præcepti decernunt, & intelligas, & probes, & tuearis.

3 Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens, & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. LXVII. Aliàs 36. Art. II.

146

CONCLVSIO I. Ad hoc, quòd ordinatus officiũ ordinis conuenienter exequatur, oporteat, quòd habeat tantum de scientia, quæ sufficiat ad hoc, quòd dirigatur in actum ordinis illius.

¶ NOT. Officiũ ordinis, de quo loquit conclus. esse multiplex, declaratur in ad primum: & consequenter ex lectione eius in maiorem cognitionẽ et perueniet tur, quãta sit necessaria scien-

## ARTICVLVS II.

*Vtrum ex merito vitæ aliquis gradus ordinis consequatur.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd requiratur scientia totius sacræ scripturæ: quia ille debet habere legis scientiam à cuius ore lex requiritur, sed legem requirunt de ore sacerdotis, vt patet Malach. 2. ergo ipse debet legis totius habere scientiam.

¶ 2 Præterea. Primæ Petri 1. Parati omni poscenti vos ad satisfaciẽdum de ea, quæ in vobis est, fide, & spe: sed reddere de his rationem, quæ

ſcientia; quæ proportionari debet illi officio. Vide tu ibi.

¶ Prob. Quia in quolibet actu hominis, ſi debet eſſe ordinatus, oportet quòd adſit directio rationis (ſubſume tu, ſic); & ratio dirigere non poteſt congruè actum, niſi habeat ſcientiam conuenientem de illo actu ſic, vel ſic fiendo.

¶ Concl. 2. Scientia ſufficiens ad dirigendum actum ordinis mox habẽdi requiritur in eo, qui debet ad ordines promoueri: & nõ, quòd vniuerſaliter in tota ſcriptura ſit inſtructus; ſed plus vel minus ſecundum quòd ad plura, vel pauciora, ſe eius officiũ extendit.

¶ Prob. Quia hoc, tanquàm clarum ex prima concluſione, præſupponitur.

* Mag. lib. 4. ſent. diſt. 24 §. D. & hr in Decr. diſ. 25. c. 2. ex Iſido. in ep. ad Ludif. Qui nõ debent ordinari.

1^m de maiori. Legis ſcientiam. R. Secundũ, quòd ex ore eius lex requiretur: non abſolutè totam. §. Tunc nihil &c. Non enim abſque cauſa poſt ly labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiam additum eſt Malach. 2. ly & legẽ requirent ex ore eius. Nam ex hoc addito inſinuatũ eſt; quod tantam ſcientiam ſufficit habere ſacerdotẽ, quanta eſt neceſſaria ad officium docendi populos, quibus præficit, quantum ad ea, quæ ab eis requirentur ex ore eius. Non ergo Mal. de tota ſcientia loquitur.

¶ Coroll. Ergo Malachias intelligitur propriè de ſacerdotibus parochialibus, id eſt qui habent curam animarum. Oſtendere nãque vult: quod præſumptionis peccatum eſt, velle medicare animas illum ſacerdotem, qui neſcius eſt ſacrarum literarum, quãtum ad ea, quæ populus ſibi ſubiectus debet credere, & obſeruare de lege. Sicut & præſumptionis peccatũ eſſet in illo, qui ignorans medicinam vellet medicare corpora. Præſumptio enim eſt; qua homo interiore, vel exteriore actu aggreditur opus ſuã facultatẽ excedẽs, quaſi non excedat; ſed ſit ſibi commenſuratum. Maior tamen præſumptio, quàm medici corporalis: eſſet illa quæ contra authoritatem Malachiæ militaret: cum ars artium ſit regimen animarum.

Præſumptio qd ſit.

¶ Not. Docet S. Thom. in doctrina iſta ad primum; qualiter, ſeu quomodo examinandi ſunt accedentes ad ordinẽ ſacerdotij: ſimiliter & accedentes ad recipiendum curam animarum; necnon & accedentes ad ſuſcipiendum Epiſcopatum. In omnibus his, & alijs ordinibus, vel ſimilibus, habendum eſſe innuit, pro fine officium, ad quod tales tunc mancipantur; & ſecundum illud examen eſt dirigendum: quandoquidem à fine diriguntur, & ordinantur, ſeu regulantur ea, quæ ſunt ad finem.

Modus examinandi quoſcumque &c.

2^m ex 1. Pet. 1. Ad ſatisfaciendum. R. Oſtendendo in communi probabilitatem credibilium & ſperandorum: non autem probando ſufficienter. §. Tunc nihil &c. Nam reddere rationem de his, quæ ſunt fidei, & ſpei, oſtendendo in communi probabilitatem vtriuſque non requirit valde magnam ſcripturarum ſcientiam: vt in textu.

¶ Not. Quòd non poſſit, neque debeat attẽtari redde ratio ſufficienter probans ea, quæ ſunt fidei, docet D. Tho. 1. par. q. 32. art. 1. corp. vbi loquens de Trinitate perſonarũ diuinarũ, et conſequenter per quandã proportionem etiam de alijs credibilib. ſimilia intendens, inquit: Qui autẽ probare nititur Trinitatem perſonarũ naturali ratione, fidei dupliciter derogat. Primò quidem, quantũ ad dignitatẽ ipſius fidei; quæ eſt vt ſit de rebus inuiſibilibus, quæ rationẽ humanam excedunt: vnde Apoſt. dicit ad Heb. 11. quod fides eſt de non apparentibus; et 1. Cor. 2. quod ſapientia, quã loquitur inter perfectos in myſterio eſt abſcõdita. Secundo quantum ad vtilitatem trahẽdi alios ad fidem: cum. n. aliquis ad probandã fidem inducit rationes, quæ non ſunt cogentes, cędit in irriſionem infidelium. Credũt enim quod huiuſmodi rõnibus innitamur, & propter eas credamus. Quæ igitur ſunt fidei, non ſunt tentanda probare, niſi per authoritates (.ſ. ſacræ ſcripturæ. 1. par. q. 1. artic. 8. corp.) his, qui authoritates ſuſcipiunt. Apud alios verò ſufficit defendere: non eſſe impoſſibile, quod fides prędicat. Vnde Dionyſ. ait 2. cap. de diui. nominib. Si aliquis eſt, qui totaliter eloquijs (.ſ. ſacrę ſcripturæ) reſiſtit; lõge erit à noſtra philoſophia. Si autem ad veritatem eloquiorũ ſacrorũ reſpicit: hoc & nos canone vtimur. Et 1. par. q. 1. ar. 8. dicitur. Sacra ſcriptura, cũ nõ habeat ſuperiorẽ, diſputat contra negantẽ ſua principia; ſi aduerſarius aliquid cõcedat eorum, quæ per diuinã reuelationẽ habẽtur: ſicut per authoritates ſacræ ſcripturæ diſputamus cõtra hęreticos, et per vnũ articulũ contra negãtes alium. Si verò aduerſarius nihil credat eorum, quę diuinitus reuelant; nõ remanet amplius via ad probandum articulos fidei, per rationem, ſed ad ſoluendum rationes, ſi quas inducit cõtra fidem. Cum. n. fides infallibili veritati innitatur; impoſſibile autẽ ſit, de vero demonſtrari contrarium: manifeſtum eſt; probationes, quæ contra fidem inducuntur non eſſe demonſtrationes, ſed ſolubilia argumenta. Hæc ibi. Hoc vltimum dictum de ſolubilitate argumẽtorum omnium contra fidem, confirmatur à Leone X. ſacro Concilio Lateranenſi approbante, ſeſſione 8.

Modus probãdi, & diſputãdi, circa credibilia à Prędicatorib. & Doctorib. veritatis ſẽper & vbique prudẽtiſſime ſeruandus.

3^m de maiori. Congruè legit. R. Sic, vt intellectum rei lectæ tradat alteri: non, vt ſolum rectè pronunciare ſciat. §. Tunc nihil &c. Licet enim illius legere, & non intelligere ſit negligere, qui vult intelligentiam lectionis alteri tradere (vt arguitur ex Catone): tamen illius legere non eſt negligere, qui rectè ſcit tantum pronunciare lectionem; ſi non ordinat eam, ad explicandum eius intelligentiam alteri (vt eſt in propoſito de lectoribus).

¶ Coroll. Ergo lectura veteris teſtamenti, quę pertinet ad ordinem lectorũ, non coincidit cum illa, de qua dicit Apoſt. ad Timot. attẽde tibi & lectioni. Ergo ſi ſacerdos, vel Epiſcopus, vel ẽt aliquis in ſacris cõſtitutus, ſciret legere eo modo tantum, quo conuenit lectoribus ordinis: non ſatisfaceret officio ſuo, nec eſſet quis dignus ad ordi-

Legere dicitur multipliciter.

ſunt fidei, & ſpei, eſt illorum, qui perfectam ſcientiam ſacrarum ſcripturarum habent. ergo talem ſcientiam debent habere illi, qui ponuntur in ordinibus, quibus verba prædicta dicuntur.

¶ 3 Præterea. Nullus congruè legit quod non intelligit, quia legere, & non intelligere negligere eſt, vt dicit Cato. Sed ad lectores, qui eſt quaſi infimus ordo, pertinet legere vetus Teſtamentum, vt in litera dicitur.* ergo ad eos pertinet habere totius veteris Teſtamenti intellectum, & multo fortius ad alios ſuperiores ordines.

Sed contra eſt, quod multi promouentur ad ſacerdotium, qui penitus de talibus nihil ſciunt, etiam in religionibus multis. ergo videtur quod talis ſcientia nõ requiratur.

¶ Præterea. In vitis Patrum legitur, aliquos ſimplices monachos ad ſacerdotiũ promotos, qui erant ſanctiſſimæ vitæ. ergo non requiritur prædicta ſcientia in ordinandis.

Respon. Dicendum, quòd in quolibet actu hominis, ſi debet eſſe ordinatus, oportet quòd adſit directio rationis, vnde ad hoc quod ordinis officium exequatur, oportet quod habeat tantum de ſcientia, quæ ſufficiat ad hoc quod dirigatur in actum ordinis illius, & ideo etiã talis ſcientia requiritur in eo, qui debet ad ordines promoueri, & non quod vniuerſaliter in tota ſcriptura ſit inſtructus, ſed plus, vel minus ſecundum quod ad plura, vel pauciora ſe eius officium extendit, vt ſcilicet illi, qui alijs præponuntur, curam animarũ ſuſcipientes, ſciant, quæ ad executionem ſui ordinis ſpectant.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſacerdos habet duos actus, vnum principalẽ ſupra corpus Chriſti verum, & alium ſecundarium ſupra corpus Chriſti myſticum, ſecundus autem actus dependet à primo, ſed non conuertitur, & ideo aliqui ad ſacerdotium promouentur, quibus committitur primus actus tantum, ſicut religioſi, quibus cura animarum non committitur, & à talium ore lex non requiritur, ſed ſolùm quod ſacramenta conficiant, & ideo talibus ſufficit ſi tantũ de ſcientia habeant, quod ea, quæ ad ſacramentum perficiendum ſpectant, ritè ſeruare poſſint. Alij autem promouentur ad alium actum, qui eſt ſupra corpus myſticum, & à talium ore populus legem requirit, vnde ſcientia legis in eis debet eſſe, non quidẽ vt ſciant omnes difficiles quæſtiones, quia in his debet ad ſuperiores recurſus haberi, ſed vt ſciant, ea, quæ populus debet credere, & obſeruare de lege. Sed ad ſuperiores ſacerdotes, ſcilicet Epiſcopos pertinet vt etiam ea, quæ difficultatem in lege facere poſſunt, ſciant, & tanto magis quanto in maiori gradu collocantur.

Ad secundum dicendum, quòd ratio reddenda de fide, & ſpe, non eſt intelligenda talis, quæ ſufficiat ad probandum, quæ fidei, vel ſpei ſunt, cum vtrumque de inuiſibilibus ſit; ſed vt ſciant in communi probabilitatem, vtriuſque oſtendere, ad quod non requiritur multum magna ſcientia.

Ad tertium dicẽdum, quòd ad lectorem non pertinet tradere intellectum ſacræ Scripturæ populo, quia hoc eſt ſuperiorum ordinum, ſed ſolùm pronunciare, & ideo ab eo non exigitur, quod habeat tantum de ſcientia, qua ſacram Scripturam intelligat, ſed ſolũ quod rectè pronunciare ſciat, & quia tali ſcientia de facili addiſcitur à multis, ideo probabiliter æſtimari poteſt, quod ordinatus talem ſcientiam acquirat, ſi etiam tunc eam non habeat, maximè ſi in via ad hoc eſſe videatur.

AR-

ad ordines, vel sacerdotij, vel etiam maiores, propter huiusmodi scientiæ defectum.

¶ Exam. Ly probabiliter æstimari potest, &c. Scilicet loquendo de scientia, quæ de facili addiscitur, & à multis. Ad differētiam illius scientiæ, quæ vel non de facili addiscitur, vel non à multis; sed solum ab aliquibus perspicacioris ingenij. Hęc examinasse iuuat; ne aliquis minus exactè ponderans verba sancti Doctoris, indignos ex defectu scientiæ ordini, quem petit, non correspondentis admittat ad ordinationem; grossam conscientiam faciendo prætextu verborum horum D. Thom. se quasi palliando. Talis generis, de quo intendit litera, est adeptio grammaticæ, ita vt sciat quis expedite legere. Non autem omnis scientia, quæ ad ordines requiritur est tantæ facilitatis: vt de facili addiscatur à multis; licet a studiosis aliquibus, & bene otio literario vacantibus. His etiam adijcias, nè fallaris: ꝙ multi, qui ad ordines accedunt, deficientes in literis sibi proportionaliter ad ordines necessarijs, recurrūt ad hoc, dicentes, se esse in via ad addiscendum; montes & maria (vt aiunt) promittentes, dummodo possint ordines consequi: qui tamen postea (vt expertum est) non stant promissis. Litera itaque D. Thomæ sana est; &, si rectè intelligatur, practicabilis.

## APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem tanquàm in radice, excludas errorem Licinij dicentis; literæ appellandæ sunt virus ac pestis. Nec mirum cum illorum esset tam inscius omninò, vt nè decretis quidem subscribere posset. Item errorem Quintini dicentis, literas esse abijciendas, & spiritum viuificantē sequendum. Sub prætextu enim huius secundi boni (si tamen per hoc ipse bonum intendebat) illum errorem primum de literis abijciendis amplectebatur. Item errorem Iuliani Imperatoris apostatæ (vt habetur ex Nicephoro historię Ecclesiasticæ lib. 10. cap. 32. & Ruffin. ibidem cap. 38. & 39.) dicentis; studia liberalia iuuentuti Christianæ interdicenda. Hoc instituit Iulianus ipse apostata (quem quidam, proh dolor, vtinam non sequerentur): nè Christiani, sacra sua ratione fulti amplificando, vanam eius religionem refellerent. Sic & Pharao mares interfici iussit; nè quando oppugnaretur, & expugnaretur ab illis. Secundò habes: quomodo per rationē ostendas hos meritò damnari à Concilio Toletano, vt recitatur distinct. 38. cano. 1. dicente: Ignorantia mater cunctorum errorum, maximè sacerdotibus Dei, euitanda est; qui docendi officium in populo Dei susceperunt. Sacerdotes legere sanctas scripturas admonētur scripturas Paulo Apostolo dicente ad Timotheum. Attende lectioni, & exhortationi doctrinæ, & semper permane in his. Sciant ergo sacerdotes sanctas scripturas, et canones: & omne opus eorum in prædicatione, & doctrina consistat; atque ędificent cunctos, tam fidei scientia, quàm operum disciplina. Hæc ibi. Item Leo Papa Episcopis Constantinopolis. Si in laicis videtur intolerabilis inscitia: quantò magis in ijs, qui præsunt, nec excusatione est digna, nec venia? Hæc ille: & recitantur dist. 38. Item à scripturis 1. Cor. 14. Ignorans, ignorabitur. Hoc est, exponente B. Greg. Papa in moralib. Qui ea, quæ Dei sunt, sapiunt, à Domino sapiuntur, et qui ea quæ Dei sunt nesciunt, à Domino nesciunt: & qui ea, stante qui ait; Si quis ignorat, ignorabitur. Hæc ille & recitātur dist. 38. Item 1. Cor. 1. Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Hoc est, exponente B. Hieronymo in Esaia: vt recitatur dist. 38. Si, iuxta Apostolum Paulum, Christus Dei virtus est, et Dei sapientia, & qui nescit scripturas, nescit Dei virtutem, eiusque sapientiam, scripturarum ignorantia, Christi est ignorantia. Hæc ibi. Item à Daniele 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Ergo, (vt Zeferinus Papa ait: & recitatur distinct. 38.) sicut stellas cœli non extinguit nox: sic mentes fidelium, & inhærentes firmamento sanctæ scripturæ non obscurat mundana iniquitas. Hæc ibi. Item à &c. vt 1. par. q. 117. ar. 1. app. & q. 1. art. 5. appen. et q. 32. ar. 2. q. 40. art. 1. et q. 95. art. 1. appen. vide; & bene applica. Item à Conc. Lateran. Quoniam Ecclesia Dei, sicut pia mater, prouidere tenetur; ne pauperibus, qui parentum opibus iuuari non possunt, legendi et perficiendi opportunitas subtrahatur: per vnamquāmque cathedralem ecclesiā magistro, qui clericos eiusdem, et scholares pauperes, gratis doceat cōpetens aliquod beneficium præbeatur. Hæc illud: & recitatur, de magistris &c. Item ab Alexandro III. ad Viton. Episcopum scribente. Sanè si quis distulerit magistros in locis congruis instituere; tibi liceat, ibi alios instructioni præficere viros prouidos, honestos, et discretos. Hæc ille, de magistris, etc Prohibeas. Item ab eodem ibidem cap. Quanto Gallicana &c. Districtè præcipimus: vt quicūque viri idonei, et literati voluerint, regere studia literarum; sine molestia et exactione qualibet scholas regere permittātur. Hęc ille. Item à diuersis, etc. vt videre est in distin. 37. & 86. per totum; & dist. 62. statuimus, et cap. miserum, et 8. q. 1. oportet; & distinc. 93. quis dubitet; & extrà, de elect. magistr. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas meritò esse dictum à Concil. Trid. sess. 23. cap. 4. de reform. Prima tonsura non initientur, qui sacramentum confirmationis non susceperint; et fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere, et scribere nesciant. Hæc ibi. Faciunt etiam hæc ad quæst. 35. art. 4. Item ibidem ca. 11. Minores ordines ijs, qui saltem Latinam linguam intelligant, conferantur. Hæc ibi et c. 13. Subdiaconi, et diaconi ordinentur habentes bonum testimonium, et in minoribus ordinibus iam probati; ac literis, et ijs, quæ ad ordinem exercendum pertinent instructi. Hæc ibi. Vide suprà art. 2. append. et in Concilio Tridentino ibi cap. 14. et 18. Item ab eodem sessio. 5. cap. primo, de reform. vbi de eligendo magistro etiam grammaticæ, vt deinceps ad theologiam transiri possit, decernit. Item ab Innocentio III. in Concilio generali. Si de cætero Episcopi ordinare præsumpserint rudes ignaros (quod quidem facile poterit deprehendi) et ordinatores & ordinatos vltioni graui decernimus subiacere. Satius enim est, maximè in ordinatione sacerdotum; paucos bonos, quàm multos malos, habere ministros. Hæc ibi. et recitantur, de æta. et qualit. et ord. pręf. Cùm sit ars artium. Item ab Honorio III. titu. eodem facto suo damnantur errores illi: dum ex defectu scientiæ deijcit iam promotum; et sic. Quāuis etc. Quia episcopus. ca. confessus est coram nobis, se nūquam de grammatica didicisse, nec etiam legisse Donatum; et per euidentiam facti de illiteratura, et insufficientia sua constat; quod contra Deum esset & canonicas sanctiones, tantum in Episcopo tolerare defectum: ipsum à Pontificalis officij executione: et ab administratione Calinen. Ecclesiæ penitus duximus amouendum. Hæc ibi. Item à Papa Leone X. sacro approbante Concilio Lateranen. sessio. 8. de studijs generalibus, pro clericis. et sessione nona, de liberalibus artib. pro pueris. Quartò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, et scripturarum, pro quanto scientiam debitam requiri dicunt in suscipientibus ordines, et intelligas, et probes, et defendas. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens, et declaretur, et consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Vafrities hæreticorū studia scholastica damnantium.

2

Mater cunctorū errorū fugiēda, eiusq. contrarium est amplectendum.

3

Notandū.

4

5

---

SVPER Q. LXVII. Aliàs 38. Art. III.

147

Conci. In ministris ecclesię, quorū non est dare gratiā, sed gratiæ sacramenta, non constituitur gradus ordinis ex hoc; quod habēt gratiam; sed ex hoc, ꝙ participant aliquod gratiæ sacramentum.

¶ Prob. Quia causa debet esse proportionata suo effectui, et è contra (sicut patet in Christo, vt in litera).

¶ Not. Circa hanc materiam vide suprà q. 19. ar. 4. textu, & elucid.

1^m ex Chrys.^mo Sed omnis sanctus sacerdos. &. Si ly sacerdos sumatur quantū ad interpretationē nominis: nō, quantum ad significationem eius. §. Tunc &c. Nos enim tractamus de sacerdote, quantum ad significationē nominis, non præcisè, quantum ad interpretationē eius. Hoc est; consideramus hic sacerdotem quatenus sacra dat, non quomodocumque, puta spiritualiter merendo: sed hoc modo specificato, videlicet, sacramenta ecclesiæ dispensando.

¶ Not. Pro captu faciliori aduerte, quod de ly sacerdos est simile iudicium, sicut de ly ecclesia, vel de ly vitis. Quemadmodū. n. quātū ad interpretationē nominis

*Hom. 43. in Matt. in opere imperf. nō procul à prin. tom. 2.

* c. 4. p. 3. in tit. contemplatio. circa med. illius.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrum ex merito uitæ aliquis gradus ordinis consequatur.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quòd ex ipso merito vitæ aliquis ordinis gradus consequatur. Quia sicut dicit Chrysostomus,* non omnis sacerdos sanctus est, sed omnis sanctus sacerdos est, sed ex merito vitæ aliquis efficitur sanctus. ergo & sacerdos, & multo fortius alios ordines habens.

¶ 2 Præterea. In rebus naturalibus ex hoc ipso aliqua in gradu superiori collocantur, quòd Deo appropinquant, & magis de eius bonitatibus participant, vt dicit Dionys. 4. cap. Ecclesi. Hierarch.* sed ex merito sanctitatis, & scientiæ aliquis efficitur Deo propinquior, & plus de eius bonitatibus recipiens. ergo ex hoc ipso in gradu ordinis collocatur.

Sed contra. Sanctitas semel habita potest amitti: sed ordo semel habitus, nunquam amittitur. ergo ordo non consistit in ipso merito sanctitatis.

Resp. Dicendum, ꝙ causa debet esse proportionata suo effectui: & ideo sicut in Christo, à quo descēdit gratia in omnes homines, oportet quod sit gratiæ plenitudo, ita in ministris Ecclesiæ, quorum non est dare gratiam, sed gratię sacramenta, non constituitur gradus ordinis ex hoc ꝙ habent gratiam, sed ex hoc ꝙ participant aliquod gratiæ sacrām.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ Chrysostomus accipit Sacerdotis

nomen quantum ad rationem interpretationis,* secundum quòd sacerdos idem est quod sacra dans. Sic enim quilibet iustus, inquantum sacra merita alicui in auxilium dat, sacerdotis interpretationem habet, nõ autem loquitur secundum nominis significationem. Est enim hoc nomen sacerdos institutum ad significandum eum, qui sacra dat in sacramentorum dispensatione.

Ad secvndvm dicendum, quòd res naturales efficiũtur in gradu super alia, secundum quòd in ea agere possunt ex forma sua, & ideo ex hoc ipso quod formam nobiliorem habent, in altiori gradu constituuntur, sed ministri Ecclesiæ non præponuntur aliis, vt eis ex propriæ sanctitatis virtute aliquid attribuãt, quia hoc solius Dei est, sed sicut ministri, & quodammodo instrumenta illius effluxus qui fit à capite in mẽbra: & ideo non est simile quantum ad dignitatem ordinis, quamuis sit simile quantum ad congruitatem.

* Vide totam q. 62. in 3. par. & q. 64. ar. 1. corp.

minis ly Ecclesia est tantum congregatio (quæcumque illa sit, non curando): & ly vsura est vsus cuiuscumque rei (an bona sit, vel mala, non curando); ita ly sacerdos quantum ad interpretationem est dans sacra (quæcumque illa sint, non determinando). Similiter quemadmodum ly Ecclesia, quantum ad significationem, est congregatio non quorumcumque, sed fidelium: & ly vsura est vsus rei non cuiuscumque, sed fructificantis contra naturam suam secundum voluntatem mutuantis: ita ly sacerdos quãtum ad significationem, est dãs sacra, non quæcũq; sed sacramenta (intellige tu ex officio suo). Ergo sicut ly Ecclesia, & ly vsura, quantum ad interpretationem sunt magis vniuersalia, quàm sint quantum ad significationem: ita ly sacerdos quantum ad interpretationem, est magis vniuersale seipso, quãtum ad significationem, accepto. Non mirum ergo: quòd Beatus Chrysostomus interpretationem nominis attendens dixerit, quòd omnis Sanctus est sacerdos. Ex consequenti ergo differenter accepit illam suam primam propositionem, in qua dixerat; quòd non omnis sacerdos sanctus est: quoniam tunc primo accepit ly sacerdos quantum ad significationem.

¶Not. Textus euidenter manifestat: quòd hoc nomen sacerdos dupliciter sumitur, videlicet, secundum proprietatem (hoc dicit litera, quantum ad significationem); & secundum similitudinem (hoc dicit litera, quantum ad interpretationem). Sacerdos primo modo, id est propriè est, qui ad Hebr. quinto, diffinitur sic. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, vt offerat Deo dona & sacrificia pro peccatis. Ex qua diffinitione clarum est: & per ly ex hominibus assumptus, quòd sacerdos propriè est nomen gradus, seu ordinis. & per ly pro hominibus constitutus, quòd sacerdos propriè vtilitatem publicam concernit, inquantum scilicet est mediator inter Deum & homines in ijs, quæ sunt ad Deum, & per ly vt offerat sacrificia, quòd sacerdos propriè habet facultatem, oblationem supremam (hoc est sacrificium) offerendi Deo. Nunquam igitur intelligere debes sacerdotem propriè, nisi illum, in quo has tres conditiones propriè inueneris. Sacerdos autem secundo modo, id est secundum similitudinem, seu secundum participationem quandam, est nomen virtutis, videlicet religionis, seu sanctitatis afficientis animum ad diuinum cultum. Vnde & iste offert Deo, non quidem sacrificia propriè dicta (puta sacramentum altaris), sed opera virtutum; & ex officio, non quidem publico sacerdotis, sed vnicuique debito (inquantum tenetur quilibet seruire Deo). De oblatione istius sacerdotis similitudinariè dicti, & quantum ad actum pœnitentiæ interioris dicit Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus; & quantum ad actum pœnitentiæ exterioris, puta abstinentiæ Rom. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem; & quantum ad actum diuinæ laudis Hebr. 13. Offeramus hostiam laudis semper Deo, i. fructum labiorum confitentium nomini eius; & quantum ad actum martyrij. Sap. 3. Tanquàm aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos; & quantum ad actum beneficentiæ. Hebr. 13. Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus; ac tandem vniuersaliter de quibuscũque actibus iustitiæ Psal. 4. Sacrificate sacrificiũ iustitiæ. Hæc namque, cęteraque huiusmodi opera dicuntur hostia, holocaustum, & sacrificium per similitudinẽ, inquantum scilicet habent rationem oblatorum Deo ad honorem eius. Pariter ergo & is, qui hæc similiaque in honorem Dei facit, est sacerdos per similitudinem pro quanto actus tales virtutum offert Deo ad honorem eius: quãuis nec iste sacerdos propriè sit, nec illa sint propriè sacrificia, nec ex officio sacerdoti proprio offerantur; eo modo s. quo Apostolus suprà Hebr. 5. in definitione intellexit.

Diffinitio sacerdotis propriè dicti.

Tres cõditiones sacerdotẽ propriũ à similitudinario secernunt.

**2m illatio conclusionis.** Ergo ex hoc, &c. R. Negatur illatio. §. Aliud est enim loqui de influxu rerum naturalium super alia, aliud est de ministris ecclesiæ; quoniam non simili modo se habent: licet argumentum ab ipsis rebus naturalibus, tanquàm à similibus in hoc, arguat. Nam res naturales efficiuntur in gradu super alia secundum q &c. vt in textu.

¶Coroll. Standum ergo semper est, formaliter, in hoc nomine, minister; vt de ministris, quatenus ministri sunt, loquamur, & non amplius. Sic enim omnia similia huic secundo argumento obiecta faciliter dissoluentur. Vide suprà, vbi locuti sumus de instrumento, vt instrumentum, q. 19. artic. 5. & alibi. Nam minister est instrumentum.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæreses Hussitarum (vt refertur suprà quæst. 20. ar. 1. & quæst. 31. artic. 1. dicentium; quòd sacerdotem potiorem efficit non dignitas, sed vitæ meritum. Item Pauperum de Lugduno, seu Vualdensium (vt recitatur quæst. 8. art. 1. 2. & 3.) dicentium; quòd quilibet laicus bonus & sciens absoluere potest, & pœnitentiam imponere. Item dicentium: laicos tam viros, quàm mulieres, qui sunt de secta ipsorum, posse consecrare & confessiones audire. Hos enim omnes, pro quanto sacerdotem effici aliquem per meritum vitæ statuunt oppugnat, & expugnat præsens articulus. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hos meritò esse damnatos à &c. vt locis allegatis in appen. secundo loco. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas prædicta Patrum, in illis locis, pro quanto gradum ordinis per meritum vitæ solum non acquiri dicunt, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens, et declaretur, & consolidetur.

Velitat. pro Eccle. S. Dei.

2

3

4

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum promouens ad ordines indignos peccet.*

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd promouens indignos ad ordines, non peccet, quia Episcopus indiget coadiutoribus in minoribus officiis constitutis, sed non posset eos inuenire in sufficienti numero, si talem idoneitatem requirerent in eis, qualis à Sanctis describitur. ergo si aliquos non idoneos promouet, videtur quòd sit excusabilis.

¶ 2 Præt. Ecclesia non solum indiget ministris ad dispensationem spiritualium, sed etiam ad gubernationem temporaliũ, sed quandoque illi, qui non habent sciẽtiam, vel sanctitatẽ vitæ, possunt esse vtiles ad gubernationem temporalium, vel propter potentiã sęcularem, vel propter industriam naturalem. ergo videtur, q tales sine peccato possent promoueri.

¶ 3 Præterea. Quilibet tenetur vitare peccatum quantum potest: si ergo Episcopus peccat indignos promouẽs, deberet adhibere maximam diligentiam ad sciendum, an illi, qui accedunt ad ordines, sint digni, vt fieret diligens inquisitio de moribus, & scientia eorum, quod non videtur alicubi obseruari.

Sed contra. Peius est promouere malos ad sacra * mysteria, quàm iam promotos non corrigere: sed Hely mortaliter peccauit, nõ corrigens filios suos de malitia sua, vnde cadens retrorsum mortuus est, vt

*Al. ministeria.

SVPER Q. LXVII. Aliàs 36. Art. IIII.

148

Exam. Ly indignos, s. aliquo dictorũ modorum artic. 1. & 2. hoc est, deficientes vel in bonitate vitæ, vel in scientia sufficienti. Ly promouens, s. scienter; vel etiam ex ignorãtia crassa; puta, quia non fecit, quod debuit ad habendam certitudinẽ de sufficientia promouendorum: (vel quod peius est) ex ignorantia affectata. Pro quo vide coroll. seq. & in respon. ad tertium.

¶Concl. Quicumque indignos promouet, crimen mortale cõmittit, quasi summo Domino infidelis; & præcipue cum hoc in detrimentum Ecclesiæ vergat, et honoris diuini.

¶Coroll. Ergo cum agentes, et consentientes par pęna constringat Rom. 1. mortaliter peccant omnes, qui tali promotioni consentiũt modo dicto in exam. a. i. vel scienter, vel ẽt ex ignorantia crassa, & multo magis si est affectata: vt est illorũ, qui non curãt scire, immo quęrũt nescire ea, quæ scire tenẽtur ad hoc, vt liberius, i. sine tot scrupulis peragant, qđ volunt. Per cõsentiẽtes intellige repręsentantes (vt faciunt religiosi, vel plebani, vel ad quos pertinet offerre Episco-

Episcopis hos, vel illos, vt promoueantur ad ordines) dantes auxilium, consilium, uel fauorem ad huiusmodi. Intellige semper cum limitationibus illis prædictis, videlicet, si ad hæc consentiunt dant auxilium, &c. uel scienter, vel ex ignorantia crassa, vel affectata. Sic ergo tex. per ly promouet, omnes prædictos cointelligit.

dicitur 1. Reg. 4. ergo non sine peccato euadit si indignos promouet.

¶ Præt. Spiritualia tpalibus sunt pręponenda in ecclesia: sed moraliter peccaret qui res ecclesiæ temporales scienter sub periculo poneret, ergo multo fortius, qui poneret res spirituales sub periculo, sed sub periculo ponit res spirituales quicumque indignos promouet, quia, cuius vita despicitur, vt dicit Gregorius, * restat vt eius prędicatio contemnatur, & eadem ratione omnia spiritualia ab eis exhibita. ergo indignos promouens mortaliter peccat.

*Homil. 2. in Euang. paulo a princ.

Resp. Dicendum, quòd a domino describitur fidelis seruus qui est constitutus supra familiam, vt det illi tritici mensuram, & ideo infidelitatis reus est, qui alicui supra mensuram eius diuina tradit, hoc autem facit quicumque indignos promouet, & ideo crimen mortale committit quasi summo domino infidelis, & præcipue cum hoc in detrimentum ecclesiæ vergat, & honoris diuini, qui per bonos ministros promouetur. Esset enim infidelis terreno domino, qui in eius officio aliquos inutiles poneret.

Ad primum ergo dicendum, quod Deus numquam ita deserit ecclesiam suam, quin inueniatur ideo ministri sufficientes ad necessitatem plebis, si digni promouerentur, & indigni repellerentur: & si non pñt tot ministri inueniri, quot modo sunt, melius esset habere paucos ministros bonos, quam multos malos, vt dicit Beatus Clemens. *

*In epis. 2. ad Iacobũ fratrem domini, post med.

Ad secundum dicendum, q̃ temporalia non sunt quærenda, nisi propter spiritualia; vnde omne incommodum temporale deberet eligi; & omne dispendium, propter spirituale bonum promouendum.

Ad tertium dicẽdum, quòd ad minus hoc requiritur quod nesciat ordinans aliquid contrariũ sanctitati in ordinando esse, sed etiam exigitur amplius, vt secundum mensuram ordinis, vel officii iniungendi diligentior cura apponatur, vt habeatur certitudo de qualitate promouendorum saltem ex testimonio aliorum, & hoc est quod Apostolus dicit 1. Timot. 5. Nemini cito manum imposueris.

A R.

¶ Examen. Ly quasi. Hoc dicit textus, nõ ad denotandum: quòd iste sic promouens sit de facto infidelis summo domino, sed ad significandum, quòd intẽtio eius non fertur directè ad istã infidelitatem. Non enim (communiter loquendo) indignos ordinãs intẽdit facere hoc, ut sit infidelis Deo: sed ad talem promotionẽ ex alia causa illicita mouetur, ad quam tamen sequitur quòd sit infidelis Deo. Nec talis intentio sua, qua hoc non intendebat, excusat eum a peccato mortali; si talis promotio de tam indignis sit, vt mortalis sit. Alioquin nec adulter peccaret: quia non intendit per suum factum offendere Deum: sed proprio desiderio satisfacere. Quod tamen ipsum nõ excusat.

¶ Prob. Quia talis tradit diuina alicui supra mensuram eius (cũ ordinati illi sint tali diuino munere indigni;) & fidelis seruus est, q tradit mensuram familiæ suæ proportionatam (patet ex Euangelio Luc. 12.) Secundo, Quia ille esset infidelis terreno domino, qui in eius officio aliquos inutiles poneret. Tertio, Quia (ly & præcipue cum, &c.) bonum ecclesiæ ac honor diuinus promouetur per bonos ministros (patet. Ergo, ab oppositis quod per ministros malos deterioratur.)

1^m minor. Non posset Episcopus eos inuenire in sufficienti numero, si talem idoneitatẽ requireret in eis, quæ a sanctis describitur. ℞. Negatur ista. §. Nam Deus numquam ita deserit ecclesiam suam, quin inueniantur idonei ministri sufficientes ad necessitatem plebis: si digni promouerentur, & indigni repellerentur.

¶ Not. Aduerte diligenter ly numquam. Et hoc est ad tollendum excusationes in peccatis. Addit ly si digni promouerẽtur, &c. quasi dicat. Ex defectu hominum est, quòd non inueniantur idonei ministri in numero sufficienti; quia multotiens nolunt eos inuenire: qualibus autem respectibus, Deus scit. Reuera igitur secundum se inueniuntur tales ministri sufficientes pro necessitate plebium: & hoc sufficit ad saluandam prouidentiam Dei specialẽ prędictam. Exponitur quoq; ly si digni promouerentur, &c. sic: ut dicatur. Etiam si solum digni promouerentur: adhuc inuenirentur semper idonei ministri ad necessitatem plebis sufficientes: & hoc propter magnam prouidentiam Dei erga ecclesiam suam. Caue autem, ne exponas in hoc malo sensu, qui forsan superficiem literæ attendentibus occurret: quòd scilicet Deus numquam ita deserit, &c. si digni, &c. quasi quòd si nõ digni promoueantur, Deus tunc ita deserat, &c.

Mirãda p̃uidẽtia Dei circa ecclesiam.

Item de maiori. Coadiutoribus. ℞. Bonis: non malis. § Tunc nihil &c. Nam mali potius afferunt detrimentũ bonæ intentioni Episcoporum, quæ est de promotione honoris diuini, & vtilitatis ecclesiæ: & consequenter non sunt principaliter, & propriè, coadiutores episcoporum dicendi. Vide secundum responsum literæ ly & si non possunt, &c.

¶ Not. Non tamen ex hac responsione inferas: quòd mali iam ordinati non possint uera sacramenta administrare. Nam hoc esset contra ueritatem, & præmissa q. 19. art. 5. Aliud est enim de nondum ordinatis loqui, an coadiutores Episcoporum iudicandi sint; aliud est de iam ordinatis inquirere, an coadiuuent illos in administratione sacramentorum.

2^m de conclusione. Tales sine peccato possent sine peccato promoueri. ℞. Si temporalia propter seipsa essent quærenda: non, si propter spiritualia. § Tunc nihil &c. Nam temporalia non sunt quærenda nisi &c.

3^m de conclusione. Maximam diligentiam. ℞. Secundum mensuram ordinis, uel officij, iniungendi: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam apud timbratos talis diligentia circa ordinandos adhibetur (ut in appen. sequen. vide bitur,) & consequenter est falsum in argumento illud ly q̃ non videtur alicubi obseruari.

¶ Examen. Ly ad minus hoc requiritur, quòd &c. Hoc intelligitur, post diligentiam factam de habenda certitudine qualitatis promouendorum: non aliter. Neque enim timoratus quisque tutum se in conscientia verè crederet: si nulla adhibita diligentia inquisitionis prædictæ, admitteret promouẽdos dicendo: ego nescio, aliquid contrarium idoneitati esse in illis ordinãdis. Nam seipsum deciperet tanquam cõniuens, seu nolens videre, quod debet, seu ignorantia affectata laborãs: quæ tria in idem redeunt. Caute igitur legas textum, nè a superficiaria tantũ lectione fallaris.

¶ Ly sanctitati. Hoc est idoneitati ad ordines suscipiendos requisitæ. Non enim sanctitas tantum vitę requiritur, sed etiam sanctitas (ut ita dicam) scientiæ. De quo vide art. 1. & 2.

¶ Ly exigitur amplius, ut &c. Vide: quòd hoc est correctio quędam illius primæ sententiæ textualis: ad denotãdum. s. illud, quod diximus in exam. 1 post ad tertium. Vnde textus videtur mutilus ex in curia aliquorum: ut ly sed etiam præsefert. Videtur ergo legendum in litera sic. Ad tertium dicendum, quòd non solum ad minus hoc requiritur, &c. ita quod textui addatur ly non solum. Vel constructio ita ordinanda est, ut illa sententia, quæ dicit, quod exigitur amplius, ut secundum, &c. prius construatur; & postea sequatur constructio illius, quæ dicit quòd ad minus hoc requiritur, quòd nesciat, &c. Quasi dicatur. Exigitur ut secundum mensuram ordinis cura apponatur ad habendum certitudinem, saltem ex testimonio aliorum de qualitate promouendorum: & tunc si non potest aliquid certi haberi, hoc ad minus requiritur quòd ordinans nesciat aliquid contrarium de ipso ordinando.

Ordinata structura textus.

A P P E N D I X.

Ex articu. habes primo: quomodo per rationem ostendas; meritò insinuatum esse ab omnibus Summis Pontificib. & Concilijs de hac materia tractantibus, quòd promouens ad ordines indignos peccat. Hoc autem insinuatum ab illis est: quando de examine præmittendo circa ordinandos districtè mandauerunt. De quo vide tu de ætа. & qualit. & ordin. præfic. Item de temporibus ordin. & qualit. ordinan. tum extr. tum in 6. Item specialiter ab Innocentio Primo, in epist. quarta ad fęlicem Nucerianum Episcopum. Nec cito quilibet lector. citò Acolytus, citò diaconus, citò sacerdos fiat, &c. ut emensis stipendiorum meritis ueniant. Quoniam ergo certa diffinitione monstratum est, qui debeant admitti, quive reprobari: ex his omnibus quos videt dignatio tua non posse reprobari, eligere debebis, quos clericos facies. Si enim nullam gratiam hominibus, aut beneficium præstare uelimus; tales inuenire possumus de quorum assumptione, nec incurrere scandalum, nec erubescere valeamus. Hæc ibi. Nota ly emensis meritis, & ly si. n. nullam gratiam hominibus aut &c. Per primum siquidem desig natur dignitas, quod. s. non ordinentur nisi secundum mensuram meritorum: per secundum uerò notatur origo, vnde uenit q̃ digni non promoueantur, & indigni nõ repellantur; & aliquo modo confirmatur dictum S. Thomæ in prima responsione ad primum, ut considerantι patet. Item a Concilio Bracharensi 2. canon. 3. Non aliquo pretio, &c. De ecclesiasticis ordinationibus antiqua diffinitio Patrum ita statuit, dicens: anathema sit danti & accipienti, propterea

Vtilitas p̃ Ecclesia S. Dei.

præterea quia aliquanti multis sceleribus obnoxij sancto indignè ministrantes altari non hoc testimonio bonorum actuum, sed professione munerum obtinent. Oportet ergo non per gratiam munerum: sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonia clericos ordinare. Hæc ibi. Item a Concil. Trid. sess. 7. cap. 11. de reform. Non ordinentur, nisi ab episcopo in sua diœcesi residente, aut pro eo pontificali exercente; & diligenti præuio examine. Hæc ibi. Ecce quod non contentatur de examine, sed addit quòd sit diligens: ex quo, quanti momenti res ista existat, innuit. Item ab eodem sess. 23. cap. 3. de reform. Episcopi impediti subditos suos non aliter, quam iam probatos & examinatos, ad aliū episcopos ordinandos dimittant. Hæc ibi. Faciunt etiam hæc pro confirmatione supradictorum in coro post conclus. Item ab eod. sess. ead. cap. 12. de reform. Sciant episcopi non singulos in ea ętate constitutos debere ad hos ordines assumi: sed dignos dumtaxat, & quorum probata vita senectus sit. Regulares quoque nec in minori ętate, nec sine diligenti episcopi examine ordinentur, priuilegijs quibuscumque quoad hoc, penitus exclusis. Hæc ibi. Item ab eo. ibi. c. 16. Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui episcopi non sit vtilis aut necessarius suis ecclesijs. Hæc ibi. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas prædicta patrum, pro quanto ordinantes indignos peccare insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens, & declaretur, & consolidetur.

2

3

# ARTICVLVS V.

*Vtrum quis in peccato existens, possit sine peccato ordine suscepto vti.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod aliquis in peccato existens, possit sine peccato ordine suscepto vti, quia peccat si non vtatur, cum ex officio teneatur, si ergo vtendo peccat, non pōt peccatum vitare, quod est inconueniens.

¶ 2 Præt. Dispensatio iuris relaxatio, ergo quamuis de iure esset ei illicitum vti ordine suscepto, tamen ex dispensatione ei liceret.

¶ 3 Præt. Quicumque communicat alicui in peccato mortali, peccat mortaliter: si ergo peccator in vsu ordinis peccat mortaliter, tunc etiam peccat mortaliter, qui ab eo aliquid diuinorum accipit, vel ab eo exigit, quod videtur absurdum.

¶ 4 Præt. Si vtendo ordine suo peccat, ergo quilibet actus ordinis quē fecit, est peccatū mortale, & ita cum in vna executione ordinis multi actus concurrant, videtur qd multa peccata mortalia committat, quod valde durum videtur.

SED CONTRA est quod Dionisius in Epist.* ad Demophilum dicit. Talis, scilicet qui non est illuminatus, audax videtur, sacerdotalibus manum apponens, & non timet neque verecundatur diuina præter dignitatem exequēs, & putans Deum ignorare, quæ ipse in seipso cognouit & decipere existimat falso nomine patrem ab ipso appellatum, & audet ipsius muneris immundas infamias, non. n. dicam orationes, super diuina signa Chri firmiter enuntiare, ergo sacerdos est quasi blasphemus, & deceptor, qui indigne suum ordinem exequitur, & sic mortaliter peccat, & eadem ratione quilibet alius ordinatus.

¶ Præterea. Sanctitas requiritur in susceptione ordinis, vt sit idoneus ad exequendum, sed peccat mortaliter, qui cum peccato mortali ad ordines accedit, ergo multo fortius peccat mortaliter in qualibet exequutione sui ordinis.

RESPON. Dicendum, quod lex præcipit* ut homo iuste ea, quę sunt iusta exequatur, & ideo quicumque hoc quod sibi competit ex ordine, facit indigne, quòd iustum est iniuste exequitur, & contra præceptum legis facit, ac per hoc mortaliter peccat. Quicumque autem cum peccato mortali aliquod sacrum officium pertractat, non est dubium quin indigne illud facit, vnde patet quod mortaliter peccat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non est perplexus, vt necessitatem peccandi habeat, quia potest peccatum dimittere, vel officio resignare, ex quo obligabatur ad ordinis exequutionem.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ ius naturale est indispensabile, hoc autem est de iure naturali, vt homo sancta sancte pertractet, & contra hoc nullus potest dispensare.

AD TERTIVM dicendum, q̄ quamdiu ministret Ecclesiæ, qui est in peccato mortali ab Ecclesia sustinetur, ab eo sacramenta eius subditus recipere debet, quia ad hoc ei obligatur; sed tamen præter necessitatis articulum non esset tutum, q̄ cum induceret ad aliquid sui ordinis exequendum durante tali conscientia, quòd ille in peccato mortali esset, quam tamen deponere posset,

* Deut. 6.

## SVP. Q. LXVII. Aliàs 36. Art. v.

148

COncl. Quicūque cum peccato mortali aliquod sacrum officium pertractat, mortaliter proculdubio peccat.

¶ Prob. Quia ille talis indigne facit, sine dubio, illud officium (cum iniuste exequat̄ quod iustum est:) & indignè faciens ea, quæ iusta sunt, facit cōtra legem præcipientem contrarium (ut Deut. 6.)

1m conclusionis illatio. Si ergo vtendo, &c. Negatur illatio. §. Nam talis necessitatem peccandi ēt in tali casu non habet propter duo: quæ explicantur in textu.

¶ Not. Duo apponuntur in textu pro refugio ad euitandū peccatum: ut si secundum non potest bene fieri, fiat primum. Resignare namque officio quandoque non potest bene fieri, vel propter scandalum aliorum, quod eueniret, si resignatio talis fieret: uel propter inopiam clerici resignaturi, qui. s. non habet vnde viuat, nisi ex officio illo. Propterea dixi; quòd ad tollendum omnem viam necessitatis peccandi apposuit textus primum illud ly potest peccatum dimittere Hoc enim semper potest fieri & sine scandalo, & sine incōuenienti alio. Verbi gratia: existēs q̄s in peccato mortali tenet̄ ad celebrandum, cum sit parochus in die Natiuitatis Domini. Iste si celebrabit, incurret peccatum mortale: si non celebrabit, incurret etiam propter maximū scandalum parochianorum suorum; vltra quòd etiam erit illis causa non audiendi missam in tanto die. Quid faciet? Si non vult renunciare dignitatem officij sui, faciat id; quod expeditius est, Hoc est, dimittat voluntatem peccandi, & conteratur, confitendo si potest; & postea sine peccato celebret.

*paulo ante med. illius ep.

Contra allegatum ex euitatione i peccatis de perplexitate aliquorum.

2m de antecedente. Iuris. R. Dispensabilis: non indispensabilis. §. Tunc nih. &c. Nam præcepta iuris naturalis indispensabilia sunt; & hoc est de iure naturali, &c. vt in tex.

¶ Coroll. Ergo ad hoc, quòd dispensetur de aliquo, oportet primum videre; an illud dispensabile sit; ut dispensatio non sit dissipatio, & consequenter peccatum. Ergo ex responso isto in litera surgit alia probatio cōclusionis clara: & hæc est. De iure naturali tenetur homo sancta sancte pertractare: ergo quicumque cum peccato mortali aliquod sacrū ex ordine suo pertractat, cum faciat contra ius naturale prædictum, peccat mortaliter.

Probatio alia concl.

3m de conclusione. Exigit. R. Inducendo contra cōsciētiam: non recipiendo ab eo ex io parato. §: Tūc nih. &c: Nam iste subditus non dicitur propriè cōmunicare curato suo ī peccato mortali ex eo, q̄ recipit in casu necessitatis sacramenta ab eo tanquàm ministro ecclesiæ ad hoc præparato, sed propriè communicare dicitur, quando inducit eum ad ministrandū sacramenta credendo, quòd sit in peccato mortali, & tunc inducit eum etiā contra conscientiam suam.

¶ Not. Fundat̄ hoc responsum in illo vulgatissimo dicto: quòd aliud est inducere aliquem ad aliquod exequendum quod pbabiliter exequetur ī peccato mortali, & aliud est redimere vexationem propriā. i. vti actione illius mala ad utilitatem propriam. Sic iste subditus videns, suum parochum audientem confessionem aliorum, dum accedit ad illum pro confessione nō peccat; quàmuis sciat ipsū peccasse mortaliter. Non enim inducit (ut patet) illum ad audiendum confessionem, sed vtitur illius audientia iam præparata ad vtilitatem propriam. Et tanto magis potest subditus hoc facere; quanto vltima uerba textus emendationem probabiliter credendam iudicant de parocho illo.

De inductione ad peccatum, quando vera sit, & qū apparēs tātum.

¶ Coroll. Ergo videtur, quòd subditus parochum facinorosum possit inducere ad audiendum confessionem, maxime in casu necessitatis: quia, quando postulat audientiam pro confessione non postulat aliquid, quod parochus ille non possit licite facere, si vult. Postulat. n. bonum opus: & ille parochus potest illud opus postulatum reddere sine peccato: sed ex malitia sua adiungit malum illi actui. Vnde simile videtur hic, & in casu de vsurario: a quo quis postulat mutuum in casu necessitatis. Nam opus charitatis, quod est

est mutuum, solummodo postulat. Nec obstat, quòd postulās probabiliter scit vsurarium non sibi mutuaturum gratis: quia probabiliter etiam scit, quòd potest remouere malitiam istam ab opere postulato. Tamen quicquid sit de hoc, non inducas eum administrationem alicuius sacramenti extra casum necessitatis (ut innuit litera:) & tunc solum non ut inducens, sed vt redimens vexationem tuam.

## 4^m conclusionis illatio.

Ergo quilibet actus, &c. ℞. côceditur illatio. §. Nā quandocumque homo exhibet se, &c. vt i text. Ex quo negabis illud vltimum dictum argumenti, quòd scilicet hoc ualde durum videatur, idest reuera sit: quàmuis ad pauca respicientibus forsan durum valde appareat.

...set, quia in instanti homo a diuina gratia emundatur.

AD QVARTVM Dicendum, ꝙ qñcumq; homo exhibet se in aliquo actu vt minister ecclesiæ, mortaliter peccât, & toties, quoties hmôi actū facit, quia ut Dionysius dicit, primo capite Ecclesiasticæ hierarchiæ, * immundis, nec simbola, i. sacr̄alia signa tāgere fas est. Vñ qñ tangunt res sacras, quasi suo officio vtentes, peccant mortaliter. Secus autem esset, si in aliqua necessitate aliquod sacrum contingerent, vel exequerentur in illo casu, in quo, & laicis, licet, sicut qui baptizaret in aliquo articulo necessitatis, vel si corpus Christi in terram proiectum colligeret.

### A P P E N D I X.

Vtilitas p S. Ecclesia &c.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem tanquam in radice a fortiori interimas hæresim Lutheri pestifere dicentis: magnus error est eorum, qui accedunt ad hoc sacramentum eucharistiæ huic innixi, quòd sint confessi, quòd non sint sibi conscij alicuius peccati mortalis, quòd præmiserint orationes suas ac præparatoria, omnes hi iudicium sibi manducant & bibunt, sed confidât, & credant, se gratiam ibi consecuturos; hæc sola fides facit eos puros, & dignos. Nam cum præsens ar. demonstret illud, quod est minus, puta exequi officium diaconi, vel subdiaconi non posse fieri absque peccato mortali nouo (quod sacrilegium vocatur) ab eo, qui sibi conscius est de peccato mortali, apertissimum est: quòd multò magis per hoc demonstrat, quòd non licet accedere ad eucharistiam sumendam ei, qui sibi conscius est de peccato mortali; absque incursu sacrilegij maioris. 2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas illam hæresim meritò damnari a Leo X. in bulla conterrores Lutheri: cuius damnationem legas q. 1. art. 1. appen. addendo q. 24. artic. 1. appen. Item a Concil. Trid. sess. 13. c. 7. quod vide sup. q. 5. art. 1. Item à, de consec. dist. 2. cap. Quid ergo, cap. Sancta, cap. sicut Iudas, & cap. Timorem. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas; meritò esse insinuatū à sacris literis, ꝙ existens in peccato mortali illicite exequitur officium ordinis sui. Insinuatū autem est hoc, 1. Timot. 3. Diacones, &c. & sic ministrēt nullū crimen habentes. Item Esa. 52. Lauamini & mundi estote, qui fertis vasa domini. Vide supra q. 32. art. 3 app. de vindicta contra Balthasar, & q. 33. ar. 1. not. post ad primum de vindicta contra Iulianum. Item Heb. 12. Si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Item Exo. 30. In aqua lauabunt Aaron, & filij eius, manus ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quādo accessuri sunt ad altare; vt offerrant thymiama Dño: ne forte moriantur: Nota tu, quòd ly forte hic sumitur, ut dicit assertionem, non dubitationem: & ex his infer, a fortiori, intentum tuum. 4 Quartò habes: quomodo per rationem prędicta scripturarum, & patrum, pro quanto vel directe, vel in radice a fortiori insinuant indignè ministrantes peccare, & intelligas, & probes, & defendas. 5 Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

---

## QVAESTIO LXVIII. Aliàs 37.

*De distinctione Ordinum, in quinque articulos diuisa.*

S. Tho. 4. dis. 24. q. 2. ar. 1. q. 1. & seq. ar. 2. 3. eiusd. q.

CONSEQVENTER agendum est de distinctione Ordinum, & eorum actibus, & characteris impressione.

Circa quod quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum Ordo debeat in plures distingui.
¶ Secundò, Quot sint.
¶ Tertiò, Vtrum debeāt distingui per sacros, & non sacros.
¶ Quartò, Vtrum actus ordinum côueniētes assignentur.
¶ Quintò, Quando Ordinum characteres imprimuntur.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum debeant plures ordines distingui.*

150 AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod non debeant plures ordines distingui. Quanto. n. aliqua virtus est maior, tāto minus est multiplicata, sed hoc sacr̄m est dignius aliis sacramentis, inquantum constituit suscipientes in aliquo gradu super alios, cum ergo alia sacr̄a non distinguantur in plura, quæ recipiat prædicationes totius, nec hoc sacramentum debet in plures ordines distingui.

¶ 2 Præt. Si diuiditur, aut est diuisio totius in partes integrales, aut in partes subiectiuas: non autem in partes integrales, quia sic non reciperent prædicationes totius, ergo est diuisio in partes subiectiuas, sed partes subiectiuæ recipiunt in plurali prædicationem generis remoti, sicut generis proximi, sicut homo, & asinus sunt plura animalia, & plura corpora animata, ergo, & sacerdotium, & diaconatus, sicut sunt plures ordines, ita sunt plura sacramenta, cum sacramentum sit, quasi genus ad ordines.

¶ 3 Præt. Secundū Philosophum.* 8. Eth. Regimen in quo vnus tm̄ principatur, est nobilius regimen côitatis, quā aristocratia, qua diuersi in diuersis officiis côstituuntur: sed regimē ecclesiæ debet esse nobilissimū, ergo non dēt esse in ecclesia distīo ordinū ad diuersos actus, sed tota potestas deberet apud vnū residere, & sic deberet esse tantum vnus ordo.

* li. 8. c. 10. non procul a prin.

SED CONTRA Ecclesia, est corpus Christi mysticum simile corpori naturali secundum Apostolū,* sed in corpore naturali sunt diuersa membrorum officia ergo & in ecclesia debent esse diuersi ordines.

¶ Præt. Mysteriū noui Testamenti est dignius, quàm veteris, vt patet 2. Cor. 3. sed in veteri Testamento nō solum sacerdotes, sed etiam ministri eorum Leuitæ sanctificabantur, ergo & in nouo Testamenro debent consecrari per ordinis sacramentū non solum sacerdotes, sed ministri eorum, & ita oportet quòd sint plures ordines.

RESPONDEO. Dicendum, quòd ordinum multitudo est inducta in ecclesia propter tria. Primo quidem propter Dei sapientiam cômendandam, quę in distinctione rerum ordinata maxime relucet tàm in naturalibus, quàm in spiritualib. quod significatur in hoc, quòd Regina Saba uidens ordinem ministrātium Salomoni, non habebat ultra spiritum, deficiens in administratione sapientiæ illius.* Secūdo, ad subueniendum humanæ infirmitati, qa per vnum non poterant omnia, quę ad diuina mysteria pertinebant, expleri sine magno grauamine, & ideo distinguuntur ordines diuersi ad diuersa officia, & hoc patet per hoc quòd dominus Num. 9. dedit Moysi septuaginta senes populi in adiutorium. Tertio, vt uia proficiendi hominibus amplior detur, dum plures in diuersis officiis distribuuntur, vt omnes sint Dei cooperatores, quo nihil est diuinius, vt Dionysius * dicit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnia sacramenta

*partim ad Ephes. 1. & Colos. 1. partim ad Rom. 12. & 1. Cor. 12.

* 3. Reg. 10. 2. Paral. 9.

* cap. 3. cęlest. hier. cir. med.

SVP. Q. LXVIII. Aliàs 37. Art. 1.

CONCL. Ordinum multitudo est inducta in ecclesia propter tria.

¶ COROLL. Includit ergo, tanquam prætupositum conclul. hæc; quòd ordines plures debeāt distingui: & consequenter responsionē ad titulum implicat.

¶ EXAM Ly inducta in ecclesia. Non tamen ab ecclesia instituta: ut dicamus. Inducta. s. a Christo instituente illam ordinum multitudinem, vide ar. 2. ad secundum.

¶ PROB. 1. Quia & propter Dei sapiētiam cômendandam: 2 & ꝓpter subuentionem infirmitatis humanæ: 3 & propter dandum viam proficiendi ampliorem hominibus (ut in textu per singula.)

## 1^m illatio conclusionis.

Cum ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam

§. Nam alia sacramenta dantur principaliter ad aliquem finem ad qué non dantur ordines (ut in litera.) Hinc est: quod non est dandum idem iudicium de alijs, & de sacramento ordinis, quoad multiplicationem.

¶COROLL. Ex textuali ergo responsione illa argumenti maior. (Quanto aliqua virtus est maior, tanto minus est multiplicata,) limitanda est sic; nisi illa virtus ordinetur ad alios fines, secundum quorum diuersitatem distinguatur & ipsa.

2$^{m}$ maior. Si diuidit, aut est diuisio totius in partes integrales, aut in partes subiectiuas. R. Aut in partes potestatiuas. §. Tunc nihil &c. Nam ordinis diuisio in plures est, tanquàm totius potentialis in partes potestatiuas; nó aliter, ut in tex. ideo argumentum deficiebat in diuisione completa.

méta dantur ad effectus aliquos pciendos, sed hoc sacramétum datur principaliter ad actus aliquos agendos, & ideo secundum diuersitatem actuum oportet quod ordinis sacramentum distinguatur, sicut potentiæ distinguuntur per actus.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ distinctio ordinis non est totius integralis in partes, neque totius vniuersalis, sed totius potentialis, cuius hęc est natura, quod totum secundũ completam rationem est in vno, in alijs autem est aliqua participatio ipsius, & ita est hic, tota. n. plenitudo sacramenti huius est in vno ordine. s. sacerdotio, sed in alijs est quædam participatio ordinis, & hoc significatum est in hoc, quod dominus dixit Numeri 11. Moysi, Auferam de spiritu tuo, & tradam eis, vt sustentent tecum onus populi, & ideo omnes ordines sunt vnum sacramentum.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ in regno quáuis tota potestatis plenitudo resideat penes Regem, non tamen excludũtur ministrorum potestates, quæ sunt participationes quædam Regiæ potestatis, & similiter est in ordine. In Aristocratia autem apud nullum residet plenitudo potestatis, sed apud omnes.

¶COROLL. Relinquitur ergo ex responso textuali: quòd septem ordines sunt quidem ordines, sed non sunt sacramenta; ita quòd possint dici septem sacramenta, sicut septem ordines. Confirmatur doctrina hęc S. Thom. ex Concil. Florent. in decr. de sacramentis Arm. dato; & Triden. sess. 7. de sacr. ubi vtrumque conciliũ declarat, in vniuersum sacraméta ecclesiæ septem esse, dicẽdo tamen sess. 23. c. 2. sacramétum ordinis distingui in septem ordines. Quòd si ordines hi per se singuli dicerentur sacramétum, tunc non essent tantum septem sacramenta ecclesiæ in uniuersum, quòd est contra illa, præcipuè Triden. dicens ibi canon. 1. quòd sacramenta nõ sunt plura, quàm septem.

3$^{m}$ ex Philosopho. Vnus tantum principatur. R. Principatu plenario: non principatu participatiuo. §. Tunc nih. & c. Nam regimen ecclesiæ, stando in sacramẽtis, plenarie saluatur in uno ordine, s. sacerdotio: & per quandam participationem saluatur in alijs multis ordinibus vide in ad secundum.

Notãdum vniuersaliter.

¶NOT. Quamuis formales responsiones alia verba contineant, & hic alibi, a verbis textualibus: tamen eundem sensum continẽt. Hoc autem factum est, fit, & fiet, ut formaliores. i. breuiores dari possint, responsione:, hoc est ut multa uerba textus ad vnum verbum si fieri posset, reducantur: & hoc pro memoria faciliori legentium, & excitatione ingenij illorum. Hæc pericula dixerim pro semper, vt lectores æqui boniq; consulant q̃ dicuntur. Aduerte igitur (ad textum redeundo) quòd principatus plenarius ibi dicitur tota potestatis plenitudo; & principatus non excludens participationes sumet dicit ibi ministrorum potestates, quæ sunt participationes quædam regiæ potestatis.

APPENDIX.

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas; merito insinuatum esse a scripturis, & a summis Pontificibus, quòd ordines debent distingui in plures. Insinuatum verò est hoc 1. Tim. 3. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, &c. diacones similiter pudicos, &c. & ad Titum primo. Constituas per ciuitates presbyteros, &c.

¶ Ecce: quòd plures ordines statuit, videlicet, diaconatum, & presbyteratum, seu episcopatum. Nam utitur nomine episcopi prout etiam significat presbyterum. distin 93. cap. legimus: licet a temporibus quoq; Apostolorum essent distinctę dignitates. Item a Concil. Triden. sessio. 23. cap. 2. Cum autem diuina res sit tam sancti sacerdotij ministerium, consentaneum fuit, quò dignius & maiori cum veneratione exerceri posset, ut in ecclesiæ ordinatissima dispositione plures, & diuersi essent ministrorum ordines, qui sacerdotio ex officio deseruirent. Hæc ibi. Item ab Innocen. III. A multis multotiens, &c. erubescant impij, & intelligant iudicio spiritus sancti eos; qui in sacris ordinibus presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu, sunt positi, si caste non vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. hæc ille, de æta. & qual. & ordin. præfic. Faciunt etiam hæc ad q. 36. art. 1. & 4. item a &c. vt videbis in appen. seq. 2. art. Secundo habes: quomodo per rationem 2 prædicta scripturarum, & patrum, pro quanto plures: dicunt ordines distingui, & intelligas & probes, & defendas. Tertiò vides: 3 quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina, & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. LXVIII. Aliàs 37. Art. II.

151 *idẽ Concil. Trid. se. 23. c. 2.

CONCL. 1. Distinctio ordinis est accipienda secundum relationem ad eucharistiam.

¶NOT. Ista conclusio cõfirmatur ex Concilio Triden. vt sup. artic. 1. appen. in ly ecclesiæ ordinatissima dispositione plures, & diuersi essent ministrorum ordines, qui sacerdotio ex officio deseruirent. Nã (ut patet) homo, rõne sacerdotij in se existentis, conficit eucharistiã: & cõsequenter in idem redit alios ordines deseruire sacerdotio, & relationem habere ad eucharistiam.

*cap. 5. parte 1.

¶PROB. 1. Quia sacramentum ordinis ordinatur ad sacramentum eucharistiæ.

¶NOT. Præcedens probatio fundatur in hoc; quòd distinctio eorum quæ sunt ad finẽ, sumi debet secundũ relationẽ ad ipsum finẽ: vt discurrenti etiam in rebus naturalib. patet. Aduerte etiam; quòd præmissa probatio est tanquam vniuersalis, seu uniuersaliter data; sequens uerò, quę mox ponetur est magis specialis, seu specialiter data.

¶PROB. 2. Quia potestas ordinis, aut est ad consecrationem eucharistiæ, aut ad aliquod ministerium ordinatũ ad sacramétum eucharistiæ.

¶COROLL. Cũ ergo potestas ordinis existens ad consecrationẽ eucharistię dicatur vno modo, & potestas ordinis existens ad aliquod ministerium ordinatũ ad sacramentum eucharistiæ dicatur sextupliciter: (ut in litera diffusè patet:) sequitur ꝙ distinctio ordinis sit septiformis. Videlicet sacerdo-

## ARTICVLVS II.

*Vtrum sint septem ordines.*

AD SECVNDVM sic proceditꝰ. Videtur, quod non sint septem ordines. Ordines ecclesiæ ordinantur ad actus hierarchicos, sed tres sunt actus hierarchici, scilicet purgare, illuminare, & perficere, secundum quos Dionysius distinguit tres ordines in 5. ca. Eccles. hierar. * ergo non sunt septem.

¶ 2 Præt. Omnia sacramenta habent efficaciam, & authoritatem ex institutione Christi, vel saltem Apostolorum eius: sed in doctrina Christi, & Apostolorum non fit mentio nisi de presbyteris & diaconibus, ergo videtur qd non sint alij ordines.

¶ 3 Prçt. Per sacramentum ordinis constituitur aliquis dispẽsator aliorum sacramentorum: sed alia sacramenta sunt sex, ergo debent esse tantum sex ordines.

SED CONTRA. Videtur quòd debeant esse plures, quia quanto aliqua virtus est altior, tanto est minus multiplicabilis, sed potestas hierarchica est altiori modo in Angelis q̃ in nobis, ut Dionysius * dicit, cum ergo in hierarchia angelica sint nouem ordines, totidem deberent esse in Ecclesia, vel plures.

* ex cap. 1. eccl. hier. a med. & capit. 9.

¶ Præter. Prophetia * psalmorum est nobilior inter omnes alias prophetias, sed ad pronunciandum in ecclesia alias ꝓphetias, est vnus ordo, s. lectorum, ergo & ad pronunciandum psalmos deberet esse alius ordo, & præcipue cum in Decr. dist. 21. Psal. secundus ab ostiario inter ordines ponatur.

* in Decr. dist. 25. ca. per lectis, ex Isid. in ep. ad Lu. dif. & li. 7. Ety. c. 12.

RESPON. Dicendum, quòd quidam sufficientiã ordinum assumunt per quandam adaptationem ad gratias gratis datas, de quibus habetur. 1. Cor. 12. dicunt enim quod sermo sapientiæ competit Episcopo, quia ipse aliorium ordinator est, quod ad sapientiam pertinet: sermo scientiæ sacerdoti, quia debet habere clauem scientiæ: fides Diacono, qui prædicat Euangelium: opera virtutum Subdiacono, qui se ad opera perfectionis extendit per votum cõtinentiæ: interpretatio sermonum Acolyto, quòd significatur in lumine,

cerdotium, diaconatus, subdiaconatus, acolitatus, exorcistatus, lectoratus, ostiariatus.

*Isid. lib. 7. Ety. li. 12.

¶Concl. 2. Ordines rationabiliter sunt septem, & graduantur ad inuicem, idest vnus est dignior altero, secũdum quòd magis vel minus appropinquant ad eucharistiam.

¶Not. In textu explicatur conclusio ista his verbis in fine. Sic patet ratio numeri, & gradus, ordinum. Quæ in sensu est eadem cum ista secũda a nobis descripta.

*Vi. Theophil. in ca. 19. Luc.

¶Prob. Quia, ex præmissis clara relinquitur.

¶Not. Pro huiusmodi graduatione tamen aduerte: quod S. Th. primos quatuor ordines graduat ĩ textu descendendo a nobiliori ad minus nobilem; vltimos verò tres graduat ascendẽdo a minus nobili ad nobiliorem. Hos autem tres ita, variando ordinem graduandi inceptum, graduat: quia de immundis consideratio, quæ nunc vltimo se obtulit, sic requirebat. Quòd si vis semp descendendo septem illos graduare: dic, vt in cor. post secundum probationem, & vt ar. 4. per tot. Ibi enim illos non secundum considerationem de immũdis, sed secundum eorũ nobilitatem graduat.

*De his 7. ordinib. vide Amb. in c. 4. epis. ad Ephe. i verba, & ipse dedit &c. & Cõ. Asquigrã. c. 6. 7. & 8. & Isi. li. de os. ecclef. c. 7. 8. & 10. Cõcil. Ro. sub Siluest. cã. 1. 2. & 3. †c. 3. eccle. hier. p. 1. a me. & in ti. contemplatio.

## 1^m de maiori.

Ordines. R. Secundum quod ad hierarchias actiones ordinantur: non, secundum quòd sunt sacramenta. §. Tunc &c. Nam concl. 2. prędicta loquitur de ordinibus secundum quòd sacramenta sunt.

## 2^m de minori.

Mentio. R. Explicita; non implicita. §. Tunc nihil &c. Nam sacramenta etiam implicitè nominata in scripturis habẽt efficaciam ex institutione Christi.

¶Not. 1. In sacerdotio reliqua sacramenta continentur virtute (ut ex ar. 1. ad 2. colligit.) Vnde nominato sacerdotio reliqui ordines implicite nominantur. Quare autẽ minus distinctè, hoc est per ministros distinctos, in primitiua ecclesia cæteri ordines a presbyteratu & diaconatu exercerentur: habes in textu. Ex quo etiam patet ratio

*ca. 3. eccl. hier. circa prin.

lumine quòd defert: gratia sanitatum exorcistæ: gratia linguarũ Psalmistæ: prophetia Lectori: discretio spirituũ Ostiario,* qui quosdam repellit, & quosdam admittit. Sed hoc nihil est, quia gratiæ gratis datæ nõ dantur eidem, sicut ordines dantur eidem. Dicitur enim 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt. Et iterum ponuntur quædam, quæ Ordines non dicuntur. s. episcopatus, & psalmistatus. & ideo alii* assignãt secundum quandam assimilationem ad cœlestem hierarchiam, in quibus ordines distinguuntur secundum purgationem, illuminationem, & perfectionem. Dicunt enim, quòd ostiarius purgat exterius segregando bonos a malis etiam corporaliter, interius uero acolytus, quia per lumen, quod portat significat se interiores tenebras pellere, sed utroque modo exorcista, quia diabolum, quem expellit, utroque modo perturbat: sed illuminatio, quæ fit per doctrinam quantum ad doctrinam propheticam, fit per lectores, quantum ad Apostolicam fit per Subdiaconos, quantum ad euangelicam per Diaconos fit: sed perfectio communionis, vtpote, quæ est pœnitentiæ, & baptismi, & huiusmodi, fit per Sacerdotem excellens uero per episcopum, ut consecratio sacerdotum, & virginum, sed excellentissima per summum Pontificem, in quo est plenitudo authoritatis. Sed hoc nihil est, tum quia ordines hierarchiæ nõ distinguuntur per prædictas actiones hierarchicas, tum quia quælibet cuilibet ordinum conuenit, tum quia secundum Dionys.* solis episcopis conuenit perficere, illuminare autem sacerdotibus, purgare autem ministris omnibus; & ideo alii appropriant ordines septem donis, ut sacerdotio respondeat donum sapientiæ, qua nos pane uitæ, & intellectus cibat, sicut sacerdos nos pane cœlesti reficit, sed timor ostiario, quia nos separat a malis, & sic intermedii ordines respondent mediis donis. Sed hoc iterum nihil est, quia in quolibet ordine septiformis gratia datur.

Et ideo aliter dicendum, quòd ordinis sacramentum ad sacramentum eucharistiæ ordinatur, quòd est sacramentum sacramentorum, ut Dionysius dicit.* Sicut enim templum, & altare, & vasa, & vestes, ita & ministeria, quę ad eucharistiam ordinantur consecratione indigent, & hæc consecratio est ordinis sacramentum, & ideo distinctio ordinis est accipienda secundum relationem ad eucharistiã, quia potestas ordinis, aut est ad consecrationem eucharistiæ ipsius, aut ad aliquod ministeriũ ordinatum ad hoc sacramentum eucharistiæ. Si primo modo, sic est ordo sacerdotum, & ideo cum ordinantur accipiunt calicem cum vino, & pane, nam cũ panem potestatem accipiunt consecrandi corpus, & sanguinem Christi. Cooperatio autem ministrorum est vel in ordine ad ipsum sacramentũ, vel in ordine ad suscipientes. Si primo modo, sic tripliciter. Primo enim est ministerium quo minister cooperatur sacerdoti in ipso sacramento, quantum ad dispensationem, sed non quantum ad consecrationẽ, qui solus sacerdos facit, & hoc pertinet ad diaconum. Vnde in litera* dicitur, quòd ad diaconum pertinet ministrare sacerdotibus in omnib. quæ agunt in sacramentis Christi, vnde, & Christi sanguinem dispensat. Secundo est ministerium ordinatũ ad materiam sacramenti ordinandam in sacris vasis ipsius sacramenti, & hoc pertinet ad subdiaconum. vnde dicitur in litera,* quòd corporis, & sanguinis domini vasa portant, & oblationes in altari ponunt, & ideo accipiunt calicem de manu episcopi, sed vacuum, cum ordinantur. Tertio, est ministerium ordinatum ad præsentandum materiam sacramenti, & hoc competit Acolyto: Ipse. n. vt in litera* dicitur, vrceolum cum vino, & aqua præparat, vnde accipiunt vrceolum vacuum. Sed ministerium ad præparationem recipientium ordinatum non potest esse nisi super immundos, quia qui mundi sunt, iam sunt ad sacramenta percipienda idonei. Triplex autem est genus immundorum, secundũ Dion.* Quidam. n. sunt omnino infideles credere nolentes, & hi totaliter a visione diuinorum, & a cœtu fidelium arcendi sunt, & hoc pertinet ad ostiarios. Quidam autem sunt volentes credere, sed non instructi. s. cathecumeni, & ad horum instructionẽ ordinatur ordo lectorum,* & ideo prima rudimenta doctrinæ fidei. s. vetus Testamentum eis legẽdum committitur. Quidam uero sunt fideles, & instructi, sed impedimentum habentes ex dęmonis potestate. s. energumeni: & ad hoc ministeriũ est ordo exorcistarum, & sic patet ratio numeri, & gradus ordinum.

Ad primum ergo dicendum, quod Dionysius loquitur de ordinibus, non secundum quod sunt sacramenta, sed secundum quod ad hierarchicas actiones ordinantur, & ideo secundum actiones illas tres ordines distinguit, quorum primus habet omnes tres. s. episcopus. Secundus habet duas. s. sacerdos, sed tertius habet vnam. s. diaconus. s. purgare, qui minister dicitur, & sub hoc omnes inferiores ordines comprehenduntur, sed ordines habent quod sint sacramenta ex relatione ad maximum sacramẽtorum, & secundum hoc debet numerus ordinum accipi.

Ad secundum dicendum, quod in primitiua ecclesia propter

tio illius dicti. q. 35. artic. 5. quòd. s. in primitiua ecclesia aliqui ordinabantur in presbyteros, qui prius inferiores ordines non susceperant. Hoc. n. tunc fiebat propter paucitatem ministrorum: cũ tamen esset maxima necessitas celebrandi missas; quò tribulationib. maximè ingruentibus, tirannorumque persecutionibus posset melius resisti.

¶Not. 2. Quòd oẽs ordines primitiua ecclesia a Christo institutos cognouerit; & consequenter, quòd non propter hoc, quòd instituti nõ fuerint a Christo, sed propter paucitatem ministrorum (vt dictum est) illos per ministeria diuersorum nõ exercuerit: patet, quia Christus per semetipsum personaliter actus ordinum eorundẽ exequi dignatus est. Actũ quidem ostiariatus: quando funiculis eiecit de templo immundo venditores & emptores. Io. 2. Lectoratus verò: quando ĩ synagoga Capharnaum accipiens librum legit; spiritus domini super me, propter quod vnxit me annunciandũ mãsuetis misit me &c. Luc. 4. Exorcistatus autem: quando plures a dęmonibus liberauit. Matth. Mar. Luc. ult. ca. Acolytatus etiam: quando dixit, ego sum lux mundi. Io. 8. Subdiaconatus quoque: quando misit aquam in peluim, & accepto lintheo præcinxit se, lauans pedes discipulorum suorum. Io. 13. Diaconatus postea: quando dispensauit Eucharistiam pro vsu fidelium dicẽs, Accipite, & comedite. Matth. 26 Sacerdotis tandem: quando consecrauit eucharistiam dicens. Hoc est corpus meum, & hic est, &cæt. Matth. 26. Prædictas enim practicales institutiones Christi ecclesiam, maximè primitiuam, ignorasse nullo modo dicendum est; eo quòd Christo præ nũc uiuentibus proximior erat.

*Li. 4. sent. dist. 24. para. H.

*Li. 4. sent. dist. 24. para. G.

*in 4. Concil. Carth. c. 4.

Quõ ecclesia primitiua circa ordines se habebat: & quare sic.

*tit. 4. dist. 24. par. F.

*Cõc. Can. 4. c. 6.

*C. 3. eccl. hier. par. 3. inc. prin. & med.

*Su. q. 36. art. 2. i arg. Sed con. & loco ibi. notato.

*Cõ. Car. 4. c. 7.

¶Co-

¶ Coroll. Ex omnibus prædictis satis æstimare potest prudens quisque: & quòd Christus quando in suprema cœna discipulis contulit ordinem sacerdotij, tunc etiam simul intendit conferre, contulitque eisdem omnes alios ordines distinctos, & quòd ecclesia non instituit sibi alios ordines, nisi inquantum eos explicite, non simul sed successiue, dandos decreuit, ut in tex. sententialiter S. Thom. dicit.

3^m maior. Per sacramentum ordinis constituitur aliquis dispensator aliorum sacramentorum. ℞. Quod tamē ordinis sacramētum non distinguitur secundum distinctionem aliorum sacramentorum. §. Tūc nihil &c. Immo, quod aliquis per hoc, constituatur dispensator aliorum sacramentorū, est extra propositum de distinctione ordinis (ut consideranti patet.)

* C. 3. p. 2. nō procul a prin.

d Di. 4 sent. dist. 24. pa. 1 in fi.

4^m maior. Quanto aliqua virtus est altior, tāto est minus multiplicabilis. ℞. Nisi obstet diuersus modus subiectorum illius virtutis. §. Tunc nihil &c. Nam licet virtus angelorū sit altior, quàm hominum (ut arguitur:) tamē diuersus modus subiectorum horum. s. Angelorum & hominum, quo ad recipiendum diuina obstat (ut in textu declaratur:) ne sequatur intentum argumenti.

¶ Not. Quòd Angeli differant specie, vt in tex vide par. p. q. 50. articu. quarto. Nota hinc etiam: vnde distinctio ordinum in Angelis nascatur.

5^m de conclusione. Ad pronunciandum psalmos deberet esse alius ordo. ℞. Largo modo dictus: non, propriè. §. Tunc nihil &c. Nam conclus. est de ordinibus propriè dictis; & psalmi status non est talis ordo, sed officium ordini annexum. Quia enim psalmi cum cantu pronunciantur &c. vt in litera.

¶ Not. Prima trium rationum, in tex. ad negandum ordinem a psalmistatu, adductarum demonstrat; quòd non est specialis: cum toti communiter choro simul conueniat. Secunda vero propriè probat, quòd non est ordo: cum ad eucharistiam relationem specialem, eo modo. s. quo in corpore per secundam conclus. probationem declaratur, non habeat. Tertia autem directè ostendit, quòd est ordini per quandam extensionem annexum: cum sit officium quasi extrinsecus adueniēs, & melodia quadam actus ordinum circunstanter adornans; ut decor iuuentutem. Tres ergo non solum numero, sed etiam formaliter distinctæ sunt rationes: quoniam vnaquęq; aliquid sibi proprium dicit, licet in commune simul omnes concurrant ad trifariam probandum, quòd psalmistatus non est ordo propriè.

A P P E N D I X.

Vtilitas p S. Ecclesia &c.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæreses Lutheri dicentis: quòd ordo non est alter altero maior dignitate & potestate. Item Valdensium (ut refert Guido) dicentium: ordines tres tantum in Ecclesia esse, Diaconum, Presbyterū, & Episcopum. Item Græcorum (teste Guidone) dicentium: ordinem lectoratus tantum ex minoribus esse; Ostiarium verò, Exorcistam, & Acolytum, non debere inter ordines computari. Contra omnes enim hos mouetur articulus: & de singulis, ut patet studiose legenti, inuictissimis rationibus triumphat. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illas meritò damnari a scripturis. Exo. 29. ubi Aaron super alios sacerdotes & Leuitas late describitur esse; etiam quantum ad ornamenta. Vide tu, & coniūge hoc authoritati Hebr. 10. dicenti, quòd lex habet vmbram futurorum bonorum, & 1. Cor. 11. quòd omnia in figura contingebant patribus antiquis. Hinc igitur ab umbra & figura Aaronis sacerdotum, leuitarumq; antiquorum argumētare ad veritatem & figuratū episcoporum, sacerdotum simplicium, aliorumq; ministrorū altaris, quo ad dignitatem & potestatem, qm̄ argm̄ a figura ad figuratum demōstrandi habet magnam vim; ut ostendit Apost. q̄nq; in illationib. suis. Item a Conc. Carth. 4. Nam de epi presbyteri, diaconi, subdiaconi, acolyti, exorcistæ, lectoris, & ostiarij, ordinationibus ca. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. mentionem facit. Item a Conc. Trid. sess. 23. c. 2. Non solum de sacerdotibus, sed & de diaconis sacræ literæ apertam mētionem faciunt: & quę maximè in illorum ordinatione attendenda sunt, grauissimis uerbis docent: & ab ipso ecclesiæ initio sequentium ordinū nomina, atque uniuscuiusq; eorū propria ministeria, subdiaconi. s. acolyti, exorcistæ lectoris, & ostiarij, in usu fuisse cognoscuntur; quamuis non pari gradu. Nam subdiaconatus ad maiores ordines a patribus, & sacris concilijs, refertur; in quibus & de alijs inferioribus frequentissimè legimus. Hæc ibi Et cano. 2. Si quis dixerit preter sacerdotium non esse in ecclesia catholica alios ordines & maiores, & minores; per quos, velut per gradus quosdā, in sacerdotium tendatur, anathema sit. Hæc ibi. Item à di. 77. c. in singulis. cum seq Vide tu. Item a Concil. Aquisgranensi: quod facit mentionem, longamq; declarationem, de singulis ordinibus. Nam inquit c. 2. ostiarij sunt, qui in ueteri testamento ianitores templi vocabantur, &c. & c. 3. lectorum ordo formam & initium a prophetis accepit. Sunt igitur lectores, qui verbum Dei prædicant, &cæt. lectorem scire oportet accentuum vim: ut nouerit, in qua syllaba uox protendatur pronunciantis. Plerumq;. n. imperiti lectores in uerborum accentibus errant, & solent nos irridere imperitiæ hi, qui uidentur hēe notitiam, detrahentes, & iurantes; penitus nos nescire, quod dicimus, &c. & c. 4. In ordine & ministerio ecclesiæ decet esse exorcistas s̄m officia, quæ in Templo Salomonis erant disposita, quæq; posterius sunt ab Esdra dispertita, &c. & c. 5. Acolyti Græce, Latine ceroferarij dicuntur a deportantis cereis quando legendum est Euangelium, aut sacrificium offerendum, &c. & c. 6. Subdiaconi, hi apud Græcos Hypodiaconi vocantur in Esdr. inueniuntur, appellanturq; ibi Nathinnæi. i. in humilitate dn̄o seruientes; ex eorum ordine facit Nathanael, qui in Euang. Io. &c. Et c. 7. Diaconorum ordo a tribu Leui accepit exordium, &c. In Euangelio autem primordia eorū, & in Act. Apostolorum, &c. Et c. 8. Presbyterorum ordo exordium sumpsit a filijs Aaron. Qui. n. sacerdotes uocabantur in ueteri testō, hi sunt qui nunc appellantur presbyteri, &c. Hæc ibi. Vbi nota: quòd Conc. hoc Aquisgranense præcessit Lutherum multis temporibus: cum celebratum fuerit circa annum dn̄i 816. Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta patrū, pro quanto septem ordines in ecclesia statuūt, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præluceat, & declaretur, & consolidetur.

1. Par. 23. 2. Par. 23. 1. Esdr. 2. 1. Esd. 2. 8. Io. 1. Act. 6.

---

propter paucitatem ministrorum, omnia inferiora ministeria diaconibus committebantur, vt patet per Dionysium 3. capite ecclesiast. hierarchiæ * vt dicit. Ministrorum alii stant ad portas templi clausas, alii aliud proprii ordinis operantur, alii autem sacerdotibus proponūt super altare sacrum panem & benedictionis calicē, nihilominus erant omnes prędictæ potestates: sed implicitè in vna diaconi potestate: sed postea ampliatus est cultus diuinus, & ecclesia quod implicite habebat in uno ordine, explicite tradidit in diuersis, & secundum hoc dicit Magister * in litera, quod ecclesia alios ordines sibi instituit.

Ad tertium dicendum; quòd ordines ordinantur principaliter ad sacramentum Eucharistiæ, ad alia autem per consequens; quia etiam alia sacramenta ab eo, quòd in sacro continetur, deriuantur. Vnde non oportet, quòd distinguantur ordines secundum sacramenta.

Ad quartum dicendum, quòd Angeli differunt specie, & propter hoc in eis potest esse modus diuersus recipiendi diuina, & ideo diuersæ hierarchiæ in eis distinguuntur; sed in hominibus tātum est vna hierarchia propter vnum modum accipiendi diuina, quæ consequitur humanam speciem, scilicet per similitudinem rerū sensibilium; & ideo distinctio ordinum in Angelis, non potest esse per comparationem ad aliquod sacramentum, sicut est apud nos, sed solum per comparationem ad hierarchicas actiones, quas in inferioribus exercet quilibet ordo in eis; & secundum hoc ordines eis respondent, quia in nostra hierarchia sunt tres ordines secundum hierarchicas actiones distincti, sicut in qualibet hierarchia Angelorum.

Ad quintum dicendum, quòd Psalmistatus non est ordo, sed officium ordini annexum; quia enī psalmi cum cantu pronunciantur, ideo dicitur Psalmista cantor. Cantor autem non est nomen ordinis specialis, tum quia cantare pertinet ad totum chorum, quia non habet aliquam specialem relationē ad eucharistiæ sacramentum, tum quia officium quoddam est, quod inter ordines largo modo accepto computatur quandoque.

---

SVP. Q. LXVIII. Aliàs 37. Art. III.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum ordines debeant distingui per sacros, & non sacros.*

AD tertium sic procedit. Videtur, quod ordines non debeant distingui per sacros, & non sacros. Omnes enim ordines sacramenta quædam sunt, sed omnia sacramenta sunt sacra, ergo omnes ordines sunt sacri.

152

¶ Conc. 1. Si hoc nomen, sacer, attendatur secundum se, ordo quilibet est sacer.

¶ Pro. Quia omnis ordo est sacramentum quoddam, & sacramentum est sacrum.

¶ Exam. Ly quoddā. Non

Non dixit S. Tho. absolutè, quòd quilibet ordo sit sacramentũ per seipsum, ita quòd. s. sint septem sacramenta sicut sunt septem ordines: sed signanter, quasi aliquod particulare determinando, apposuit ly quoddam, ad denotandum; quòd quilibet ordo est sacramentum non secundum totam plenitudinem sacramenti, sed per quandam participationem plenitudinis; inquantum omnes ordines sunt vnũ sacramentum. Pro quo melius intelligẽdo. vide sup. ar. 1. ad secundum.

*Inf. q. 53. ar. 3. & 4.

¶ CONCL. 2. Si hoc nomen, sacer, attendatur secundum materiã tractatam tres sunt ordines sacri.

¶ EXAM. Ly sunt. Subintelligitur tm̃. Quod tamen explicare necessarium nõ fuit: quoniã ex comparationis natura intelligebatur. Comparabatur enim prima conclusio & secunda, quoad esse sacrum, vel non.

¶ 2 Præt. Secundum ordines ecclesiæ non deputatur aliquis nisi ad diuina officia, sed omnia talia sunt sacramenta, ergo ordines sunt sacri.

SED CONTRA est, quod * ordines sacri impediunt matrimonium contrahendũ, & dirimunt iam contractum, sed quatuor inferiores ordines non impediunt contrahendũ, nec dirimunt contractum, ergo non sunt sacri ordines.

RESPON. Dicendum, quòd ordo sacer dicitur dupliciter. Vno modo secundum se, & sic quilibet ordo est sacer, cum sit sacramentum quoddam. Alio modo ratione materiæ, circa quam habet aliquem actum, & sic ordo sacer dicitur qui habet aliquem actum circa rem aliquã consecratam, & sic sunt tres ordines sacri, scilicet sacerdos, & diaconum, qui habet actum circa corpus Christi, & sanguinem consecratum, & subdiaconus, qui habet actum circa vasa consecrata, & ideo eis continentia indicitur, vt mundi sint, qui sancta tractant. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

¶ PROB. Quia tres tantum. s. sacerdotium, diaconatus, & subdiaconatus sunt immediate circa res consecratas (cum tangendi illas recipiant potestatem: vt patet ex formis dictis ab episcopo. q. 35. art. 2. appen.)

¶ NOT. Quando dicitur, quòd sacerdos & diaconus actum circa corpus Christi, & sanguinem consecratum habent, intelligitur diuersimode. Nam sacerdos consecrat illa, diaconus uerò non: vt patet ex formis supra. Item sacerdos offert, diaconus uerò non. Vnde Conc. Arelatense c. 15. ait. Diaconib. quos cognouimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere. Item sacerdos ex proprio officio eucharistiam populo erogat, diaconus autem non, nisi iussus: de quo Cõc. Carthag. 4. ca. 38. Vt diaconus præsente presbytero eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, iussus eroget. Hæc ibi. Diaconus ergo dat populo, non ueluti sacerdos, sed veluti ministrans sacerdoti: vt dicitur in constitutionibus Apostolicis Authore Clem. Papa & mar. lib. octauo, cap. 34. quia nec baptizat, nisi hoc modo. Vt ibi. & lib. 3. c. 11. vide & inf. q. 37. art. 5. ad quintum.

1^m de conclusione. Sacri. ℞. Secundum se considerati: non secundum materiam tractatam. §. Tunc nihil &c. ut patet ex conclus.

2^m illatio conclusionis. Ergo ordines, &c. ℞. Negatur illatio. §. loquendo de ordinibus sacris, quò ad materiam tractatam. Tunc nih. &c. vt patet ex dictis.

Votum castitatis.

¶ NOT. Adeo ordines illi tres sunt sacri, vt personam sacram requirant: quæ quidem requisita sanctitas personæ est uotum castitatis ex institutione ecclesiæ tam validum, vt impediat matrimonium ne fiat, & factum tollat; ut q. 53. ar. 2. & 3.

## APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò esse insinuatum ab Honorio III. quòd nõ omnes, sed tres ordines sunt sacri, & sic. Ecclesiæ suæ uiduato pastore suo canonicũ ipsum Gu. vnanimiter elegerunt. Qui, cum esset citra sacros ordines constitutus, Archiepiscopus episcopo mandauit; ut eum uno & eodem die ad tres sacros ordines promoueret. Hæc ille: de tẽp. ordin. dilectus. Ecce; quòd tres sunt sacri: & ille iam ordinatus erat citra sacros. i. ordinib. non sacris: & hi sunt quatuor ordines minores Ergo sacri illi tres vocantur, & sunt idem, quod maiores. Vnde de æta. & qual. Quæris a nob's, quid agendum sit de clericis tuæ iurisditioni commissis, qui cum beneficijs ecclesiasticis multũ abundent a te commoniti nolunt ad maiores ordines promoueri, se tale quid secreto commisisse dicentes, quod eos (salua conscientia) ordinare non sinit & cæt. Præsenti pagina statuẽ tes: ut, si prædicti clerici, perceptione maiorũ ordinum propter occulta sua peccata se indignos esse fateantur; inferiores in ecclesia quorũ sit uita probabilis præferantur eisdem. Hæc ibi Alexand. III. Item ibi. ca. 3. Præterea licet ad regimen parochialis ecclesiæ, non debeat aliquis, nisi subdiaconus sit ad minus, admitti: dispensatiuè tamen in minoribus ordinibus constituti consueuerũt admitti; dumtamen tales sint, quod infra breue tempus possint in presbyteros ordinari. Hæc ibi. Alex. III. item ab Innoc. III. insinuatum idem. A multis multotiens, &c. Vrban. Papa Primus decreuit; ut nullus in episcopum, nisi in sacris ordinib. religiose uiuẽs inuentus fuerit, eligatur. Sacros, inquit, ordines diaconatum dicimus, & presbyteratum: hos siquidem solos primitiua ecclesia legitur habuisse, &c. in quibus uerbis innuitur, quòd Vrban. ad statum primitiuæ ecclesiæ se referens in quo subdiaconatus ordo sacer minime dicebatur. Verum hodie subdiaconatus inter sacros ordines computatur: sicut Vrba. Papa II. expressit. Hæc ibi. de æta. & qual. item ab Vrba. II. Grandensi Patriarchæ Dominico scribente. Erubescant impij, & aperte intelligant iudicio sancti spiritus eos, qui modo in sacris trib. gradibus. s. presbyteratu, diaconatu, & subdiaconatu, positi mulierculas non abiecerint, & caste non uixerint excludendos ab eorundem graduum dignitate. Hæc ille: & recitãtur dist. 32. item a Cõc. Carthag. Placuit epos, diaconos, subdiaconos, secundũ priora constituta ẽt, abstinere ab uxoribus. Quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur officio. Cæteros vero clericos ad hoc non cogi. Hęc illud: & recitantur dist. 32. item a Papa Leone contra epist. Nicetæ Abbatis. S. Rom. ecclesia de gradib. clericorũ ait. Ostiarios, lectores, exorcistas. Acolytos, (si extra uotũ & habitũ monachi inueniantur, & continentiã profiteri noluerint) uxorem ducere uirginẽ cum benedictione sacerdotali permittuntur, &c. Si quis ex præfatis ordinib. desiderat ad subdiaconatũ ascendere, non põt sine consensu uxoris suę; neque permittitur postea uxor iungi eidẽ marito suo carnaliter. Hæc ille: & recitantur dist. 32. seriatim.

Error Lutheri contra cœlibatum dãnatus.

2 Secundò igitur habes: quomodo per supradictos Rom. Pont. & Concilia damnari errorẽ Lutheri (Pra. Lutherani) irridentis cælibatum, atq; dicentis: sacerdotes nõ debere esse cælibes. Qui error & a Cõc. Neocæsariensi a 6. synod. in Trullo celebrata confirmato damnatus fuerat c. 1. sic. Presbyter, si uxorem duxerit, ab ordine suo illum deponi debere. Quòd si fornicatus fuerit, uel adulteriũ cõmiserit; extra ecclesiam abijci, & ad pœnitentiã inter laicos redigi. Hæc ibi: & recitantur dist. 28.

Olim ordo subdiaconatus nõ reputabat sacer.

3 Tertiò habes: quomodo per D. Thom. rationem, & prædictum Lutheri errorem excludas & meritò a prædictis patribus damnatum esse ostendas. 4 Quartò habes: quomodo per rationem eiusdem D. Tho. prædicta patrum. de sacris uel non sacris ordinibus, & intelligas, & probes, & tuearis. 5 Quintò quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. LXVIII. Aliàs 37. Art. IIII.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum actus ordinum conuenienter assignentur.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod actus ordinum inconuenienter in litera * assignentur. Quia per absolutionẽ preparatur aliquis ad corpus Christi sumendum, sed præparatio suscipientium sacramentum pertinet ad inferiores ordines, ergo inconuenienter absolutio a peccatis inter actus ponitur sacerdotis.

¶ 2 Præt. Homo per baptismum est immediate Deo configuratus, characterem cõfigurantem suscipiens, sed orare, & offerre oblationes sunt actus immediate ad Deum ordinati, ergo quilibet baptizatus potest hos actus facere, & non soli sacerdotes.

¶ 3 Præt. Diuersorum ordinum diuersi sunt actus, sed oblationes in altari ponere, & epistolam legere, ad subdiaconum pertinet, crucẽ etiam ferunt subdiaconi coram Papa, ergo hi non debent poni actus diaconi. *

¶ 4 Præt. Eadem veritas cõtinetur in nouo, & in veteri Testamento, *

153 S. Th. in 4. sen. dist. 24. q. 2. arti. 2. q. uni.

* Li. 4. sent. dist. 24. per totũ dist.

CONCL. I. Ille est principalis actus vniuscuiusq; ordinis secundum quem homo magis proxime ordinatur ad eucharistiæ sacramentum.

¶ NOT. Ista, sicut & sequens conclusio, est dispositio quædam ad respondendum titulo. Assignat. n. radicẽ conuenientię ordinis actuũ, quæ est finis omnium ordinum, uidelicet eucharistiam.

¶ PROB.

¶ PROB. Quia consecratio, quæ fit in ordinis sacramento, ordinatur ad eucharistiæ sacramentum.

¶ CONCL. 2. Vnus ordo est alio eminentior, secundum ꝙ unus actus magis de pximo ad eucharistiæ sacramentum ordinatur.

¶ COROLL. Ergo & actuum adinuicem, & ordinum adinuicẽ, maioritas, uel minoritas iudicanda est secũdum ꝙ magis, uel minus appropinquãt ad fontem om-

omnium sacramentorum. Nam sic etiam in omnibus ordinatis ad finem, vel ad aliquod principale intentum. Magis.n.calefit (cæteris paribus) qui magis appropinquat ad ignem, quam qui minus: & digniores sunt beati in cœlo, quam viatores.

A propinquitate ad finē sumit graduatio effectuum ad fi.

¶ Prop. Quia ex prima concl. præsupponitur clara.

¶ Concl. 3. Non est inconueniens: vt præter principalem actum, etiā multos actus vnus ordo habeat: & tantò plures, quanto est eminentior.

¶ Prob. Quia ad sacramētum Eucharistiæ, cum sit dignissimū, multa ordinātur. Secunda autē pars. s. & tāto &c. probatur. Quia virtus quāto est superior, tanto ad plura se extendit.

* Ca. 5. eccles. hier.

Secūdo de anima.

¶ Not. Secundæ partis probationis antecedens ab omnibus animasticis declaratur, & confirmatur, super diffinitione de anima, q; s. ipsa est actus corporis organici. Ibi.n. post multa concludunt; q; ideo anima requirit corpus organi cum magis, quā forma inanimatorum: quoniam anima est superior ad illas formas, & consequenter ad plura opera, proter quæ requiruntur diuersa corporis organa, se extendit. Quo etiam medio concludunt; plura organa, requiri, in corpore informato anima sensitiua, quā negatiua: & intellectiua, quā sensitiua. Vide ibi tu, & ex ibi dictis ī Philosophia; tāquam ancillas vocando ad arcem, applica ad hoc Theologiæ negocium. Hinc quoque intelliges propositionem hanc (.s. quanto virtus est superior, tanto ad plura se extendit) non inferre necessariò multiplicationem ipsius virtutis in seipsa: sed tantum in extensione ad plures act^9. Ex qua demum recta intelligentia cōcludes; quòd prædicta propositio nō est contraria huic (.s. quantò virtus est maior, tanto minus est multiplicata) quæ refertur supra artic. 1. argum. 1. & artic. 2. argu. sed contra primo.

* In Decr. di. 25. c. 1.

* Art. præc. cor. & a. 2. huius q. ad 1.

## 1^m de minori.

Præparatio. R. Remota. non, proxima. §. qua statim, &c. ut in textu. Tunc nih. &c. Nam absolutio, qua præparat quis ad corpus Christi suscipiendum, est præparatio proxima pertinens ad sacerdotes tantum.

¶ Not. 1. Per ly ministros, dictum in textu intelliguntur alij a sacerdote. Nam quandoque minister refertur mediate, & immediatè ad Deum, & tunc per ministrum intelligitur etiam sacerdos: cæteri quidem a sacerdote, quia referuntur mediante ad Deum; sacerdos autem, quia immediatè: quandoque autem refertur mediatè tantum. i. medio sacerdote, ad Deum & tunc sacerdos non significatur per ministrum; sed coincidit minister Dei, & minister sacerdotis.

¶ Not. 2. Quoniam purgatio a peccato ministerialiter est actus sacerdotis: ideo ex hoc cognoscimus, cuiusnam sacramenti sacerdos sit proprius minister. Hinc habet textus in fi. quòd sacerdos est

legere autem vetus Testamentū est Lectorum, ergo eadem ratione, & legere nouum, & non diaconorum.

¶ 5 Præt. Apostoli nihil aliud prędicauerunt quam Euangelium Christi, ut patet Rom. 1. sed doctrina Apostolorum committitur subdiaconibus enuncianda, ergo & doctrina Euangelii.

¶ 6 Præt. Secundum Dionysium, quod est superioris ordinis, non debet inferiori conuenire, sed ministrare cum vrceolo est actus subdiaconorum, ergo non debet acolytis attribui.

¶ 7 Præt. Actus spirituales debent corporalibus præeminere, sed acolytus non habet nisi actum corporalem, ergo exorcista non hēt actum spiritualem, pellendi dęmones, cum sit inferior.

¶ 8 Præt. Quæ magis conueniunt, iuxta se ponenda sunt, sed legere vetus Testamētum maxime debet conuenire cum lectore noui Testamenti, quod competit superioribus ministris, ergo * legere vetus testamentum non debet poni actus lectoris, sed magis acolyti, & præcipue cum lumen corporale, quod acolyti deferunt, significet lumen spiritualis doctrinæ.

¶ 9 Præt. In quolibet actu ordinis spiritualis debet esse aliqua vis spiritualis, quā habent ordinati præ aliis, sed in apertione, & clausione ostiorum non habent aliam potestatem ostiarii, quam alii homines, ergo nō debet poni actus ipsorum.

Resp. dicendum, q; cum consecratio, quæ fit in ordinis sacramento, ordinetur ad sacramētum eucharistiæ, ut dictum * est ille est principalis actus vniuscuiusq; ordinis sm quem magis proxime ordinatur ad eucharistiæ sacrm, & sm hoc etiam vnus ordo est alio eminentior, secundum quod vnus actus magis de proximo ad prædictum sacrm ordinat, sed quia ad eucharistiæ sacramentū, quasi dignissimum multa ordinantur, ideo non est incōueniens, vt præter principalem actum etiam multos actus vnus ordo habeat; & tanto plures quanto est eminentior, quia virtus quanto est superior, tanto ad plura se extendit.

Ad primum ergo dicendum, q; duplex est præparatio suscipientium sacramentum, quædam remota, & hæc per ministros: efficitur, quædam proxima, qua statim efficiuntur idonei ad sacramentorū dispensationem, & hæc pertinet ad sacerdotes, quia etiam in naturalibus ab eodem agente fit materia in vltima dispositione ad formam, & recipit formam: & quia in proxima dispositione ad eucharistiam fit aliqs per hoc, quòd a peccatis purgatur, ideo omnium sacramentorum, quæ sunt instituta principaliter ad purgationem peccatorum, est minister ꝓprius sacerdos. s. baptismi, pœnitentiæ, & extremæ vnctionis.

Ad secundum dicendum, q; actus aliqui immediatè ad Deum ordinentur dupliciter. Vno modo ex parte vnius personæ tantum, sicut facere orationes singulares, & vouere, & huiusmodi, & talis actus competit cuilibet baptizato. Alio modo ex parte totius ecclesiæ, & sic solus sacerdos hēt actus immediate ad Deū ordinatos, quia ipse solus potest gerere personam totius ecclesiæ, qui consecrat Eucharistiam, quæ est sacramentum vniuersalis ecclesiæ.

Ad tertium dicendum, q; oblationes a populo oblatæ per sacerdotem offeruntur, & ideo duplex ministerium circa oblationes est necessarium. Vnum ex parte populi, & hoc est subdiaconi, qui accipit oblationes a populo, & alteri imponit, vel offert diacono. Aliud ex parte sacerdotis, & * hoc diaconi est, q obligationes ministrat ipsi sacerdoti, & in hoc est actus principalis vtriusq; ordinis, & propter hoc ordo diaconi est superior: legere autem epistolam non est actus diaconi, nisi secūdum quòd actus inferiorum ordinum superioribus attribuuntur. Similiter etiam crucem ferre, & hoc secundū consuetudinem aliquarum ecclesiarum, quia in actibus secundariis nō est inconueniens diuersas consuetudines esse.

Ad quartum dicendum, q; doctrina est remota præparatio ad sacramentum suscipiēdum, & ideo pronunciatio doctrinæ ministris cōmittitur. Sed doctrina veteris Testamenti

proprius minister horū trium sacramentorum, scilicet baptismi, pœnitentiæ, & extremæ vnctionis; quandoquidem tria hæc ordinanē principaliter ad purgationē peccatorum. Et nota: q; dictum tex. non excludit per hoc, quòd sacerdos sit proprius minister aliquorum aliorū, puta eucharistiæ.

## 2^m de conclusione.

Potest hos actus facere. R. Tanquam persona priuata: non, tanquā persona communis totius ecclesiæ. §. Tunc nihil &c. Nam soli sacerdotes habent, hoc secundo modo, actus immediate ordinatos ad Deum.

¶ Not. Sic, uidelicet modo 2. i. in persona totius ecclesiæ, intelligito illo ad Heb. 5. quando Apostolus in diffinitione sacerdotū dicit; quòd Pontifex cōstituitur in his, quæ sūt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Nam diffinitio nō debet cōuenire alijs a diffinito; ut patet in logica. Not. in tex. fi. radicem; quare sacerdos gerat personam totius ecclesiæ: ut erubescant aduersarij videntes, q; hoc. s. sacerdotē in suis orationibus, & sacrificijs gerere personā nō est chimericum, vel figmentum humanum.

* Decr. dist. 21. c. 2.

## 3^m de maiori.

Diuersi sunt actus. R. Principales: non semp secundarij. §. Tunc nihil &c. Nam diaconorum, & subdiaconorum sicut sunt diuersi ordines: ita sunt diuersi formaliter actus principales. Et hoc sufficit: licet in actibus secundarijs quandoque iuxta diuersas consuetudines ecclesiarum conuenirent.

* Decr. dis. 25. ca. 1. & Isid. lib. 7. Ety. li. 12. & in epist. ad Ludif.

¶ Not. Dixit ly formaliter: quia materialiter. i. quantum ad rem oblatā nō sunt diuersi. Eadem. n. res, q̃ subdiaconus accipit a populo tradens diacono est illa quā diaconus acceptam a subdiacono tradit sacerdoti. Diuersitas autem formalis ibi reperta est eiusdem rei distincta relatio hæc: q; scilicet oblatio subdiaconi refertur ad populum, velut ad dantem, & ad diaconum uelut accipientem; oblatio autem diaconi refertur ad subdiaconum tanquam dantem, & ad sacerdotem tanquam accipientem.

## 4^m de maiori.

Eadem. R. Sed non eodem modo se habēt. §. Tunc nih. &c. Non. n. inconuenit: q; legere

gere eandem veritatem in figura. i. testamentum vetus, pertineat ad lectores; & quòd legere eandem in veritate aperta. i. testamentum nouum, non ad lectores, sed ad diaconos pertineat.

¶Not. Ad diaconos, inquam (vt argumenti verbis vtar) non quia ad subdiaconos non pertineat legere quandoque nouum testamentum, puta epistolam D Pauli; sed quia semper, & non tantum quandoque legere nouum testamentum, puta Euangelium ptinet ad diaconos. Non enim quandoq; Euangelium lectũ a diaconis est de veteri testamento: sicut epistola lecta a subdiaconis.

*Isi. in epi. ad Ludif. & habet in decr. d. 25. cap. 2. ante med.

5^m illatio conclusionis. Ergo &c.

R. Negatur illatio. §. Nam doctrina Euangelij est nobilior q̃ eiusdem manifestatio per Apostolos; propter rationem in tex. allatam. Ideo nõ mirum: quòd legere Euangelium requirat nobiliorem ministrum ipso subdiacono.

*Cõ. Car. 4. c. 6.

*Isi. in epi. ad Ludif. & Concil. Cart. 4. ca. 5. & decr. d. 23. c. 16.

6^m ex Dionysio. Non debet inferiori conuenire. R. Eodem modo: non, alio. §. Tunc nih. &c. Licet enim ministrare cũ vrceolo veniat subdiacono. & acolitis: vtrisq; tamen conuenit diuersimode, ut in tex.

*Ibidem.

* Ibid. in Côc. Cart. c. 6.

*Ibi. c. 5.

7^m de maiori. Corporalibus. R. Vt corporalia sunt: non, vt connectuntur ad aliqđ nobilius. §. Tunc ni. &c. Nam de actibus acolyti loquimur nũc, ut ordinãtur ad aliquod nobilius. s. ad actum sacrorum ordinum, & magis de proximo, quã actus spiritualis exorcistarũ: non autem de actibus acolyti, vt corporales præcisè sunt.

8^m minor. Lege- re vetus testamentum maximè debet conuenire cum lectore noui testamenti. R. Si vetus testamentum luminosum visibiliter esset: non, si sub figuris veritatem contineret. §. Tunc nihil &c. Nam vetus testamentum est figurale, & vmbraticum. Ideo conuenit quidem cum lectore noui, sed non maxime: quia acolytus, ratione portati luminis noui testamenti claritate uisibiliter figurantis, conuenit magis cum ipso lectore noui.

¶Not. Vide quòd actus acolytorum tum principalis, tũ secundarius præeminet actibus aliorum ordinum minorum: & hoc, vt ordinatur ad actum sacrorum ordinum hoc est, vt relationem habet ad sacros ordines. De actu principali patet in ad septimum, in secundario autem hic autem hic ad octauum.

¶Exam. Ly ordinatissimus ordinis progressus. s. & in succedendo adinuicem, vt hic dicitur, & in habendo connexionem inter se, vt in ad sextum. Hic ordinatissimus progressus in tex. dictus confirmatur ex Conc. Trid. sess. 23. c. 2. Contentaneum fuit: vt in ecclesiæ ordinatissima dispóne plures, & diuersi essent ministrorum ordines: qui sacerdotio, ex officio deseruirent. Hæc ibi: vbi nota ly ordinatissima dispositione, & ly deseruirent sacerdotio, & ly ex officio. Per hæc enim confirmantur multa, & dicta, & dicenda, vt studioso per se patebit.

9^m de maiori. Aliqua uis spiritualis. R. Qua quis possit agere aliquid ex officio: nõ, qua possit agere aliquid simpliciter. §. i. non addendo ly ex officio. Tunc nih. &c. Nam licet non ordinatus ordine ostiariatus possit claudere ostia; non tamen id potest ex officio sibi collato per ordinem talem.

menti adhuc est magis remota q̃ doctrina noui, quia non instruit de hoc sacramento nisi in figuris * & ideo nouum Testamentum superioribus ministris pronunciandam committitur. Vetus autem inferioribus, & doctrina noui Testamenti perfectior est (quàm Dominus per seipsum tradidit) quàm ipsius manifestatio per Apostolos, & ideo Euangelium diaconis, epistola subdiaconis committuntur.

Et secundum hoc patet solutio ad quintum.

Ad sextum dicendum, *quòd acolyti habent actum super vrceolum tantum, non super ea, quæ in vrceolo continentur, sed subdiaconus habet actum super contentis in vrceolo, quia * vtitur aqua, & vino ad ponendum in calice, & aquam iterum manibus sacerdotis præbet, & diaconus sicut, & subdiaconus solum actũ habet super calicem, non super contenta, sed sacerdos super cõtenta, & ideo sicut subdiaconus * in sui ordinatione accipit calicem vacuum, sacerdos plenum, ita * acolytus vrceolum vacuum, * sed subdiaconus plenum, & sic est quædam connexio in ordinibus.

Ad septimum dicendum, q̃ corporales actus acolyti magis de proximo ordinãtur ad actum sacrorum ordinum, quam ad actus exorcistarum, quamuis sit aliquo modo spiritualis, quia acolyti habent ministerium super uasa, in quibus materia sacramenti cõtinetur, quantum ad vinum quod vase continente indiget propter sui humiditaté, & ideo inter ordines minores ordo acolytorum superior est.

Ad octavum dicendum, q̃ actus acolytorum non se habet pro-

## APPENDIX.

pinquius ad actus principales superiorum ministrorum, quàm actus aliorum minorum ordinum, ut per se patet, similiter etiam quantum ad actus secundarios, quibus populum per doctrinam disponunt quia * acolytus doctrinam noui Testamenti visibiliter figurat lumen portans, sed lector recitando figurat alias, ideo acolytus est superior. Similiter etiam exorcista, quia sicut se habet lector ad actum secundarium diaconi, & subdiaconi, ita se habet actus exorcistæ, ad secundarium actum sacerdotis, scilicet ligare, & absoluere, per quem * corporaliter homo a seruitute diaboli liberatur, & in hoc patet ordinatissimus ordinis progressus, quia sacerdoti quantum ad actum eius principalé, scilicet, consecrare corpus Christi, cooperantur tantum tres superiores ordines, sed quantum ad actũ eius secundarium, qui est absoluere, & ligare, cooperantur inferiores, & superiores.

Ad nonum dicendum, quòd quidam dicunt, quòd in susceptione ordinis, ostiario datur quædam vis diuina, vt arcere possit, aliquos ab introitu templi, sicut in Christo fuit quando eiecit vendentes de templo, sed hoc magis pertinet ad gratiam gratis datam, quàm ad gratiam sacramenti.

Et ideo dicendum, quòd suscipit potestaté, vt ex officio agere possit, quãuis etiam & hoc ab aliis fieri possit, sed non ex officio; & ita est in omnibus actibus minorum ordinum, q̃ possunt per alios fieri, quamuis illi ad hoc non habeát aliqđ officium, sicut ét in domo nõ consecrata pót dici Missa, quãuis cõsecratio ecclesiæ ad hoc ordinet, vt in ea missa dicat.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationé interimas hæresim Lutheri dicétis: quòd unus ordo nõ est altero maior dignitate, & potestate. Ex his enim in artic. præsenti dictis totum oppositum directe monstratur. Et licet hæresis hæc sup. art. 2. recitata etiam, & confutata sit; tamen hoc in loco, non superfluè, iterum adducitur. Nam multis in locis pro diuersitate, uel articulorum, uel modi directè magis, aut indirecte tractandi eandem materiam, vel propter aliqđ aliud circunstans, vtile valde est recẽsere eosdem errores; ut multiplicius confundantur, & consequenter nõ est id uitio dandum, tanquàm sit replicatio vana, & hoc per se uidebit, qui studiosè leget occurrentes materias. Secundò habes: quomodo p rationé ostendas; prædictã hæresim meritò damnati à &c. ut art. 2. appen. Item ab Anacleto Papa in ep. 2. ad uniuersos episcopos in Italia cõstitutos. Vt a B. Pet. Pricipe Apost. sumus instructi, scribere uobis non denegaui mus. Non minus quàm a trib episcopis ordinetur Episcopus; reliqui verò sacerdotes a proprio ordinentur episcopo; similiter & diaconi, & cęterorum graduum distributio. Item ab eo. in ep. 3. Sacerdotũ ordo bipartitus est: & sicut Dominus illũ constituit, a nullo dét perturbari. Scitis: a Domino Apostolos esse electos; ad eorum verò adiunctos septuaginta duos discipulos. Episcopi Apostolorũ presbyteri septuaginta duorum discipulorum locum tenent. Hæc ibi. Item a Conc. Trid. sess. 23. can. 6. Si quis dixerit: in ecclesia catholica non esse hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat ex episcopis, presbyteris & ministris: Anathema sit. Hæc ibi. Quod autem intelligat per hierarchiam maiorem, & minorem dignitatem, ac potestatem ordinatorum declarauerat sup. c. 4. sic. Si quis omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet: nihil aliud facere videtur, quã ecclesiasticam hierarchiam, quæ est ut castrorum acies ordinata confundere, &c. Hæc ibi. Item can. 2. Si quis dixerit: non esse præter sacerdotium in ecclesia catholica ordines & maiores, & minores; per quos, uelut per gradus quosdam, in sacerdotium tendatur. Anathema sit. Hæc ibi. Ecce quòd hi ordines sunt dispares, & quia sunt tum maiores, tum minores: & quia sunt gradus ad sacerdotium. Quantò ergo appropinquant magis, vel minus ad sacerdotium, tanto magis, uel minus sunt digni. Tertiò habes: quomodo prædicta patrum, pro quanto actus ordinum conuenienter graduari, assignarique insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quarto uides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

*Isid. lib. 7. Ety. c. 12.

*Aliàs, totaliter.

Regula uniuersalis p vtilitate repetitionũ.

SVP. Q. LXVIII.
Aliàs 37. Art. v.

CONCL. In ipsa datione calicis, sub forma verborum determinata, character sacerdotalis imprimitur.

154 S. Tho. ubi sup. ar. 3. q. vnic.

¶COROLL. Ergo character ipse: non imprimitur sacerdoti in impositione manus, neq; in vnctione, neque in benedictione: de q bus in corpore singillatim declaratur.

¶EXAMEN. Ly calicis, scilicet cum vino, & patena superposita cum pane.

¶EXAM. Ly sub. Per hoc denotatur, quòd simultaneè debet dari calix, & proferri forma verborum. Nam sicut anima iuncta corpori, non disiuncta facit hominem: ita materia simul cum forma est sacramentum: nō autem secus.

¶Ly forma. Scilicet prout in Pōtificali Romano: secundum quod habetur ex Conc. Florent. de sacramentis. De huiusmodi formis vide supra.

¶Ly determinata. Hoc significat, quòd forma verborū non potest mutari. Quod confirmatur, a fortiori, ex Conc. Trid. sess. 7. can. 13. Si quis dixerit, receptos, & approbatos ecclesiæ catholicæ ritus in solemni sacramētorū administratione adhiberi cōsuetos, aut cōtemni, aut sine peccato a ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcumq; ecclesiarū pastorē mutari posse. Anathema sit. Hæc ibi. Dixi ly a fortiori: quia forma est admodum maioris momenti, quàm ritus tales. Vnde, si ritus mutari non possunt, multò minus forma. Ad differentiam quorum rituū vlterius aduerte: quòd forma a nullo prælato ecclesiæ mutari potest: qm̄ est de substantia sacramentorū. Hoc autē patet ex Concil. eo. sess. 21. ca. 2. Declarat hanc potestatem in ecclesia perpetuo fuisse, ut in sacramentorum dispensatione (salua illorū substantia) ea statueret, vel mutaret, quæ suscipientium vtilitati seu ipsorum sacramētorum venerationi pro rerū temporum, & locorum varietate magis expedire iudicaret. Hæc ibi. Vbi synodus ipsa signanter

*Art. prec. ad 6. Isid. lib. 7. c. 12. & in ep. ad Ludi. & hī 4. sent. dist. 24.

Ecclesia potestas in sacramētis.

*Art. prec. ad 1.

*Isid lib. 7. & Mar. 2.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum sacerdoti character imprimatur in ipsa calicis porrectione.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdoti character non imprimatur in ipsa calicis porrectione, quia consecratio sacerdotis fit cum quadam vnctione, sicut, & confirmatio, sed in confirmatione in ipsa vnctione imprimitur character, ergo in sacerdotio, & non in calicis porrectione.

¶ 2 Præt. Dominus dedit discipulis sacerdotalem potestatem qn̄ dixit, Accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata, &c. Io. 20. Sed spiritus datur per manus impositionem, ergo in ipsa manus impositione imprimitur character ordinis.

¶ 3 Præt. Sicut consecrantur ministri, ita, & vestes ministrorum, sed vestes sola benedictio consecrat, ergo in ipsa benedictione episcopi cōsecratio sacerdotis efficitur.

¶ 4 Præt. Sicut sacerdoti datur calix, ita, & vestis sacerdotalis, ergo si in datione calicis imprimitur character, eadem ratione, & in datione casulæ, & sic haberet duos characteres, quod falsum est.

¶ 5 Præt. Ordo diaconi conformior est ordini sacerdotis, quā ordo subdiaconi, sed si character imprimeretur sacerdoti in ipsa calicis porrectione, subdiaconus conformior esset sacerdoti quam diaconus, quia subdiaconus characterem recipit in ipsa calicis porrectione, non autem diaconus, ergo character sacerdotalis non imprimitur in ipsa calicis porrectione.

¶ 6 Præt. Acolitorum ordo magis appropinquat ad actum sacerdotis per hoc quòd habet actum super vrceolum, quam per hoc, quòd habet actum super candelabrum, sed magis imprimitur character in acolytatu, quando accipiunt candelabrū, quàm quando accipiunt vrceolum, quia nomen acolyti cerei portationem significat, ergo in sacerdotio nō imprimitur character quando calicem accipit.

SED CONTRA, principalis actus ordinis sacerdotis est consecrare corpus Christi, sed ad hoc datur sibi potestas in acceptione calicis, ergo tūc imprimitur character.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut dictū * est) eiusdem est formam aliquam inducere, & materiam de proximo præparare ad formā. Vnde * episcopus in collatione ordinum duo facit, præparat enim ordinandos ad ordinis susceptionem, & ordinis potestatem tradit. Præparat quidem, & instruendo eos de proprio officio, & aliquid circa eos operando, vt idonei sint potestatem accipiendi, quę quidem operatio in tribus consistit, in benedictione, manus impositione, & vnctione. Per benedictionē diuinis obsequiis mancipantur, & ideo benedictio datur. Sed per manus impositionem datur plenitudo gratiæ, per quam ad magna officia sunt idonei, & ideo solis diaconibus, & sacerdotibus fit manus impositio, quia eis competit dispensatio sacramentorum, quamuis vni sicut principali, alteri sicut ministro. Sed vnctione ad aliquod sacramentum tractandum consecrantur, & ideo solis sacerdotibus fit, qui propriis manib. corpus Christi tangunt, sicut etiam calix inungitur, qui tenet sanguinem, & patena, quæ continet corpus, sed potestatis collatio fit per hoc, quod datur eis aliquid quod ad proprium actum pertinet, & quia principalis actus sacerdotis est consecrare corpus, & sanguinem Christi, ideo in ipsa datione calicis sub forma verborum determinata character sacerdotalis imprimitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in confirmatione non datur officium operandi super aliquam materiam exteriorem, & ideo character ibi non imprimitur in aliqua exhibitione alicuius rei, sed in sola manus impositione, & vnctione, sed in ordine sacerdotali aliter est, & ideo nō est simile.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ Dominus discipulis dedit potestatē sacerdotalem, quantum ad principalem actum ante passionem in cœna, quando dixit, Accipite, & manducate. Vnde subiunxit. Hoc facite in meam commemorationem. Et post resurrectionem dedit eis potestatem sacerdotalem, quantum ad actum secundarium, qui est ligare, & soluere.

AD TERTIVM dicēdum, quòd in vestibus non requiritur alia consecratio, nisi quòd diuino cultui mācipentur: & ideo sufficit eis pro consecratione benedictio, sed aliter est de ordinatis, vt ex dictis * patet.

AD QVARTVM dicendum, q̄ vestis sacerdotalis non significat potestatem sacerdoti datam, sed idoneitatē, quæ in eo requiritur ad actū in vim potestatis exequendū, & ideo nec sacerdoti, nec alicui alii imprimitur character in alicuius vestis donatione.

AD QVINTVM dicendum, q̄ potestas diaconi est media inter potestatem subdiaconi, & sacerdotis, sacerdos enim habet potestatem super corpus Christi, subdiaconus autem super vasa tantum, diaconus super corpus in vase contentum, vnde eius non est tange-

annotauit ly salua illorum substantia.

¶PROB. Quia collatio potestatis fit p hoc, quod sacerdoti datur aliquid qđ ad propriū actum pertinet, & principalis actus sacerdotis, qui est consecrare corpus & sanguinem Christi per dationem calicis importatur.

### 1m illatio conclusionis. Ergo &c.

℞. Negatur illatio. §. Non enim est simile de confirmatione & sacerdotio; licet unctio interueniat utrobiq; Nā in confirmatione non datur officium operandi, &c. vt in textu. Vide & in corp.

### 2m de maiori.

Sacerdotalem potestatem. ℞. Quantū ad actū secundarium: nō, quantum ad principalem. §. Seu super corpus mysticum Christi, non super corpus verū. Tunc nihil &c. Nam in actu principali, non in secundario, imprimitur character.

¶ COROLL. Ergo a simili dicas de alijs ordinib. Vnde videndum est quīnā sit actus principalis cuiuūq; vt de impressione characteris recte iudicari possit circa illos. Principalē actum cuiusq; ordinis inde cognoscas, quando ad sacerdotium magis accedit: pro quo videas diffuse arti. 4 Quid faciat manus impositio vide in corp.

Vnde noticia act⁹ prīcipalis ordinum singulorum.

### 3m de maiori.

Ita. ℞. Quantum ad consecrationem: non quantum ad id per qđ consecrantur. §. Tunc nihil &c. Nam quæstio est in præsenti de sacerdotibus non verum cōsecrentur; sed p quod consecrentur.

* In corp. art.

### 4m de antecedente.

Ita. ℞. quantum ad dationem: non, quantum ad significationem rei datę. §. Tunc nih. &c. Nam characterem imprimi in datione calicis dixit conclusio, non quia calix præcisè datur, sed quia datio calicis significat potestatem sacerdoti collatam: hoc est quia & calix datur, & calix datus significat potestatem illam.

### 5m minor.

Si character im-

re corpus Christi, sed portare corpus in patena, & dispensare sanguinem cum calice, & ideo eius potestas ad actum principalem non potuit exprimi, nec per dationem vasis tantum, nec per dationem materiæ, sed exprimitur potestas eius ad actum secundarium tantum in hoc quòd datur ei liber Euangeliorum, & in hac potestate intelligitur alia, & ideo ipsa libri datione imprimitur character.

Ad sextum dicendum, quòd principalior actus acolyti est, quo ministrat in vrceolo, quam quo ministrat in candelabro, quamuis denominetur ab actu secundario, propter hoc quod est magis notus, & magis proprius ei, & ideo in datione vrceoli imprimitur acolyto, character virtute verborum ab episcopo prolatorum.

imprimeretur sacerdoti in ipsa calicis porrectione, subdiaconus conformior esset sacerdoti, quàm diaconus. ℞. Negatur ista. §. Ad probationem dicitur: quòd ex hoc, quòd in porrectione calicis vacui imprimitur character subdiacono non sequitur, quod subdiaconus sit conformior sacerdoti. Nam diacono imprimitur character in aliquo actu principali conformiori sacerdoti; qui quidé actus subintelligitur in datione libri Euágeliorũ. Vnde non ratione libri Euangeliorum præcisè diaconus dicitur conformior sacerdoti: sed ratione actus principalis, subintellecti in datione libri Euágeliorum.

¶Not. Quid sit ille actus principalis, ratione cuius côformior est diaconus sacerdoti, quam subdiaconus: vide in litera. Rursus. Non negatur in textu, quód character imprimatur diacono in datione libri prædicti, sed dicitur quòd non præcisè ratione dationis illius libri, sed ratione potius principalis actus ibi subintellecti, imprimitur character. Vnde non contrariatur textus Concilio Florentino dicenti, quód diacono confertur per dationé libri Euangeliorum: sed sensus concilij magis aperitur per textum hunc.

6^m minor. Magis imprimitur character in acolytatu quando accipiunt candelabrum, quam quando accipiunt vrceolum. ℞. Negatur ista. §. Ad probationem dicitur; quòd ex eo, quòd acolytus denominatur a portatione cærei, non sequitur; ipsum candelabrum esse actum principalem acolyti. Nam denominatio non semper fit a principaliori absolute: sed quandoque a nobis notiori; vt in præsenti.

¶Not. Quoniam cãdelabrum, seu portare cæreũ est quoddam magis patent cum altius & visibilius coram populo frequentiori fiat, portare verò vrceolum non sic appareat: ideo denominationem acolyti factam a notiori nobis, i. a portatione cærei, seu candelabri, dictum est in textu. Quòd verò actus acolyti principalis sit circa vrceolum: & quare sit principalis: patet art. 4.

APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Ex art. habes primò: quomodo per rationem excludas errorem cuiusdam Petri Canonistę (ut refert Magister Io. de Tabia in Talliena sua tit. ordo 1. nume. 7. dicentis: q character sacerdotalis imprimitur in impositione manuum: quod & dicit de charactere diaconi. Item cuiusdam Petri, & Abbatis (ut refert idem ibi nume. 10.) dicentium: q character imprimitur acolyto in porrectione candelabri. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas errores illos meritò damnari ab Eugenio IIII. sacro approbante Concilio Florent. in decret. Armen. dat. de sacris. Sextum est sacramentum ordinis, &c. presbyteratus traditur per calicis cum uino & patene cum pane porrectioné: & similiter de alijs per rerum administeria sua pertinentiá assignationem. Hæc ibi. Vbi per res pertinentes ad ministeria intelligit, a simili, de pertinentibus ad ministeria, non quæcumque, sed principalia. A simili, inquam: quoniá & de presbytero non quodcumque sed principali ministerium assignat, vt nunc uisum est; similiter & de subdiacono subdens, quod per calicis vacui cum patena vacua superpositá traditionem subdiaconatus ordo traditur. Et licet dicat, quòd per libri Euangeliorum dationem ordo diaconatus conferatur (sicut verum est.) tamen per hoc non intendit ministerium illud sacrũ secunda præcise: sed in ipso secundario subintelligit ministerium principale inclusum (ut in responsione ad quintum, & no. declaratum est.) Item a Pontificali Romano in quo characterem presbyteratus in porrectione calicis prædicti, & characterem acolyti in porrectione vrceoli imprimi annotatur. Pontificale autem Romanum tantæ authoritatis est: ut ad illud nos remittat Concil. Flor. in tractatu de ordine dicens: & sic de aliorum formis, prout in Pótificali Romano laté continetur. Hæc illud concilium in decreto prædicto. Memento diligenter hic & alibi (ubicumque opus fuerit) illius regulæ vniuersalissimæ de conformando, seu aptando uerba aliquorũ doctorum dictis conciliorum sequentium: vt ibi explicatur in regula posita quæst. 29. art. 3. appen. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta patrum pro quanto in calicis porrectione & rerum actus principales importantium insinuant characterem imprimi: & intelligas, & probes, & tuearis. 4 Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur

---

SVPER Q. LXIX. Aliàs 38. Art. 1.

Examen. Ly conferat. Scilicet ex officio suo. Et sic etiá conclusiones respõsiuę intelligendæ erunt. Vnde quòd aliquis possit ex dispensatione, aut commissione, vel priuilegio, aliquos ordines cóferre, virgines benedicere, & huiusmodi, non erit contra conclusiones responsiuas ad húc titulum.

¶Concl. 1. Ad Episcopum pertinet in omnibus diuinis mysterijs aliquos collocare.

¶Examen. Ly ad Episcopum. Scilicet q non renunciauit loco, & officio. Talis. n. non potest conferre, nisi minores: & si confert maiores, non dat executionem, extra de ord. ab ep. qui ren.

155. S. Tho. 4. di. 25. q. 1. ar. 1. Cóc. Trid. sess. 23. de sacram. ord. cano. 7.

¶Ly Episcopum. Subaudi solum.

¶Ly misterijs. Scilicet dispensandis. Is. n. ministros ad mysteria dispensanda collocat.

¶Prob. Quia potestas Epalis se habet ad prátem ordinũ inferiorũ sicut polyticã ad artes inferiores: & polyticã ponit légẽ inferioribus, quam scilicet quis debeat exercere, quantum, ac qualiter.

¶Concl. 2. Episcopus solus confirmat, virgines benedicit; & ordinandos in ministerijs ordinum consecrat, vasaque quibus debét vti eis determinat sua consecratione.

* Vt hř in Cóc. Cart. 4. c. 5. & 6. 2. 2. q. 187. artic. 1. sub fin. corp.

¶Prob. 1. Quia confirmati cóstituuntur in quodam officio confitendi fidem: Secundo, quia (ly virgines bñdicit) gerunt figurã ecclesiæ, cuius cura Episcopo principaliter cõmittitur: Tertio, Quia (ly & ordinandos in ministerijs, &c.) etiá officia sæcularia in ciuitatibus distribuũtur ab eo, qui habet ibi potestaté excellentiorem.

¶Not. Præmissę pbationes sunt partiales (vt patet.) Quòd si vis vnam totalem, idest omnium partium conclusionum simul: dicito

QVAEST. LXIX. Aliàs 38.

*De conferentibus hoc sacramentum, in duos articulos diuisa.*

Deinde considerandum est de conferentibus hoc sacramentum.

Circa quod quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum solus Episcopus possit hoc sacramétum conferre.

¶ Secundò, Vtrum hæreticus, vel quicumque ab ecclesia præcisus, possit hoc sacramentum cóferre.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum tantum Episcopus Ordinis sacramentum conferat.*

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd non tantum Episcopus ordinis sacramentũ conferat, quia manus impositio ad consecrationem aliquid facit, sed sacerdotibus, qui ordinantur, non solum Episcopus manus imponit, sed etiam sacerdotes adstantes, ergo nó solum Episcopus confert ordinis sacramentum.

¶ 2 Præterea. Tunc vnicuique datur potestas ordinis, quando ei exhibetur, quod ad actum sui ordinis pertinet, sed subdiacono datur vrceolus cum aqua, & manutergio ab archidiacono, similiter acolitis candelabrum cum cereo, & vrceolus vacuus, ergo non solum Episcopus confert ordinis sacramentum.

¶ 3 Præterea. Illa, quæ ordinis sunt, non possunt alicui committi, qui non habet ordinem, sed conferre ordines minores committitur aliquib. qui non sunt Episcopi, sicut presbyteris, Cardinalibus, ergo conferre ordines, non est Episcopalis ordinis.

¶ 4 Præterea, Cuicumque committitur principale, committitur & accessorium, sed ordinis sacramentum ordinatur ad Eucharistiam, sicut accessorium ad principale, cum ergo sacerdos cósecret Eucharistiá, ipse etiam poterit ordines conferre.

¶ 5 Præt. Plus distat diaconus ab Episcopo quam a sacerdote, sed Episcopus potest diaconos facere, ergo, & simplex sacerdos.

Sed contra. Nobiliori modo applicantur ad diuinum cultum

sic. Proba. Quia ex prima conclusione sequitur hæc. secunda quò ad omnes suas partes; tanquàm corrollaria. Propter hoc, in textu mox post primam conclusionem dicitur ly vnde.

## 1m de maiori.

Aliquid facit. ℞. Non tamen characterem confert. §. Tunc nihil &cæt. Non enim est quæstio de hoc, an impositio manuum aliqd faciat in cōsecratione: sed an faciat hoc speciale, quod scilicet in ipsa detur character sacerdotalis ordinis.

## 2m de maiori.

Exhibetur. ℞. Ab Episcopo vel mediate, vel immediate. §. Immediate: dico, quando Episcopus proprijs manibus porrigit res illas. Mediate verò, quando iussu Episcopi Archidiaconus porrigit. Tunc nihil &c. Nam ille dicitur facere aliqd cuius mandato fit; & consequēter Archidiaconus dās res illas, minus dat, quàm Episcopus. Vnde Archidiaconus nō confert ordinem, etiam ꝙ manu sua porrigat vrceolum vacuum acolyto: sed solus Episcopus, cuius ipse in hoc instrumentum est. Adde: ꝙ formam verborum, ex virtute cuius principaliter characterem imprimi cōstat, solus Episcopus ore ꝓprio dicit.

†li. 2. c. 2.

¶Coroll. Ergo quatuor ordines minores differunt a tribus maioribus, non solum in esse sacro & non sacro, quęstio. 37. art. 3. in esse magis, vel minus propinquo ad Eucharistiam. quæst. 37. art. 4. sed etiā in hoc quòd maiores a solo Episcopo proprijs manibus conferuntur: minores autem ab eo mediantibus manibus Archidiaconi.

## 3m de maiori.

Illa, quæ ordinis sunt. ℞. Et relationē immediatam ad verum Christi corpus habent: non aliter. §. Tunc nih. &c. Nam ordines minores quāquam relationē habeant ad uerum Christi corpus. i. eucharistiā quæstio. 37. artic. quarto, non tamen illā immediatam habent, sed mediatam (ut ex ibi dictis colligitur:) & consequēter possunt ex cōmissione summi Pontificis conferri a simplici sacerdote. Peccat ergo argumentum in propositionis maioris sufficientia: quoniam non ideo aliqua non possunt committi simplici sacerdoti ex eo, ꝙ ordinis sunt præcisè: sed quia cum hoc relationem immediatam ad verum Christi corpus habent.

* A. ꝑoor.

* vt dicitur in Concil. Cartag. 4. cap. 3.

* Ibid. ca. 4.

## 4m maior.

Cuicumque committitur principale, & accessorium. ℞. Si sint eiusdem conditionis: non, si sint diuersæ. §. vltra hoc scilicet; quòd unum est principale, & aliud accessorium. Tunc nihil &cæt. Nam conficere eucharistiam vltra hoc, quod est principale, habet diuersam conditionem a collatione ordinum.

¶Co-

¶Coroll. Peccat ergo argumentum in fallacia, secundum non causam ut causam. Non enim esse accessorium, vel esse principale est causa, quod simplex sacerdos possit, vel non possit, conferre ordines (ut arguens credit;) sed uera causa huius est constitui in aliquo officio communitatis dicendum ergo: quòd ideo sacerdos simplex ordines conferre non potest, quia ordines collocāt hominem in aliquo officio cōmuni, (vt ex supradictis sępe clarum est:) licet possit aliquod maius in se consideratum. i. conficere eucharistiam; ad quam veluti principale, subordinatur collatio ordinum, veluti accessorium.

* In Decr. lib. 1. ti. 13.

## 5m illatio conclusionis.

Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam ad communicandum alteri, quod quis habet, non exigitur, &c. vt in textu. Ex quo dicas: quòd argumentum peccat secundum non causam vt causam; vt facile ex eodem textu patere potest.

---

ministri per ordines, quam per vasa sacra, sed consecratio vasorum pertinet ad solum Episcopum, ergo multo fortius consecratio ministrorum.

¶ Præt. Sacramentum ordinis est excellentius, quam confirmationis, sed solus Episcopus confirmat, ergo multo magis confert ordinis sacramentum.

¶ Præterea. Virgines per benedictionem non constituuntur in aliquo gradu spiritualis potestatis, sicut ordinati constituuntur: sed virgines benedicere est solius Episcopi, ergo multo magis solus ipse potest aliquos ordinare.

Respondeo, Dicendum, quòd potestas episcopalis habet se ad potestatem ordinum inferiorum, sicut politica, quæ communicat bonum commune ad inferiores artes, & virtutes, quæ communicant aliquod bonum speciale, vt ex dictis patet; Politica autem ponit, ut dicitur in 1. Ethicor. legem inferioribus, scilicet quis, quam debeat exercere, & quantum, & qualiter, & ideo ad Episcopum pertinet in omnibus diuinis mysteriis aliquos collocare, vnde ipse solus confirmat, quia confirmati in quodam officio confitendi idem cōstituuntur, & ideo ipse etiam solus virgines benedicit, quæ figuram gerunt Ecclesiæ, Christo desponsatæ, cuius cura ipsi principaliter committitur, ipse etiam in ministeriis ordinum ordinandos consecrat, & vasa quibus, debent uti eis determinat sua consecratione, sicut & officia sęcularia in ciuitatibus distribuuntur ab eo, qui habet excellentiorem potestatem, sicut a Rege.

Ad primum ergo dicendum, quòd in impositione manuum non datur character sacerdotalis ordinis, vt ex dictis * patet, sed gratia secundum quam ad exequendum ordinem sint idonei, & quia indigent amplissima gratia, * ideo sacerdotes manus cum Epo imponunt eis, qui in sacerdotes promouentur, * sed Diaconis solus Episcopus.

Ad secundum dicendū, quòd quia * archidiaconus est quasi princeps ministerii, ideo omnia, quæ ad ministerium pertinent ipse tradit, sicut cereum, quo acolytus diacono seruit ante Euangelium, ipsum portando, & vrceum quo seruit subdiacono, & similiter dat subdiacono ea, quibus superioribus ordinibus seruit, sed tamen in illis, non consistit principalis actus subdiaconi, sed in hoc, ꝙ cooperatur circa materiam sacramenti, & ideo characterem accipit in eo, quòd datur ei calix ab Episcopo, sed acolitus accipit characterem ex verbis Episcopi in hoc, quòd accipit prædicta ab archidiacono, & magis in acceptione vrceoli, quàm candelabri. Vnde non sequitur quòd archidiaconus ordinē conferat.

Ad tertium dicendum, ꝙ Papa, qui habet plenitudinem potestatis Pontificalis, * potest committere non Episcopo ea, quæ ad episcopalem dignitatem pertinent, dummodo illa non habeant immediatam relationem ad uerum corpus: & ideo ex eius commissione aliquis sacerdos simplex potest conferre minores ordines, & confirmare, non * autem aliquis non sacerdos, nec iterum sacerdos maiores ordines, qui habent immediatam relationem ad corpus Christi, supra quod consecrandum Papa non habet maiorem potestatem, quàm simplex sacerdos.

Ad quartum dicandum, ꝙ quamuis sacramentum Eucharistiæ sit * maximum sacramentum in se, tamen non collocat in aliquo officio, sicut ordinis sacramentum, & ideo non est similis ratio.

Ad quintum dicendū, quòd ad communicandum alteri qd quis habet, non exigitur solum propinquitas, sed completio potestatis, & quia sacerdos nō habet completam potestatem in hierarchicis officiis, sicut Episcopus, ideo non sequitur ꝙ possit diaconos facere, quamuis ille ordo sit sibi propinquus.

AR-

## APPENDIX.

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

* Hęc eadē latius Th. in 4. dist. 7. q. 3. arti. 1. q. 3.

* Hiero. in Dial. cōtra Lucifer.

* Aliàs maximum & principali sacramēto ordini, in se.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem tanquam in radice interimas hæresim Io. Vuestphali, dicentis: Episcopos oēs, & presbyteros dignitate, & authoritate ęquales esse. Item Io. Vuiclef errorem (ut ex Cōcilio Constantiensi infra citando refertur) dicentis: ordinationē clericorum reseruari Papæ, & Episcopis ꝓpter cupiditatēm lucri temporalis, & honoris. Patet siquidem ex ratione fundatissima articuli ꝑsentis: secundum ordinatissimam dispositionem ordini naturali, quem superat, conformem reseruari Episcopis ordinum collationē hanc. Si vero aliqui forsan (quod nescio) propter cupiditatem lucri, vel honoris ordinum talium collationes exerceant: hoc est omnino extra propositum nostrum. Vnde nec ꝓpter huiusmodi particularia (si qua sint) debuit mouere Vuiclef ad sic perniciosē detrahendū dignitati Episcopali & Papali. Secundò habes: qūo per rationem ostendas: errorem Vuiclef prædictum meritò damnari a Concil. Constantiensi sess. 8. cuius damnationis uerba vide quæst. 20. artic. 3. appen. Item errores illos damnari a &c. ut q. 37. art. 2. appen. & q. 24. art. 1. appen. Vide aliquid etiam q. 29. art. 6. in textu, & elucid. Item a Concil. Trid. sess. 23. cap. 4. Proinde sacrosancta synodus declarat, præter cæteros ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem pręcipue pertinere, & positos (sicut idē Apostolus ait) a Spiritusancto regere ecclesiā Dei: eosq; presbyteris superiores esse, ac sacramentū confirmationis conferre, ministros ecclesiæ ordinare, atque alia pleraq; peragere ipsos

posse;

posse; quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent. Hæc ibi. Ecce: quòd secundum concilium, a Spiritusancto positi sunt Episcopi regere ecclesiam Dei in his officijs peragendis, in esse superiori ad presbyteros dignitate & authoritate: & consequenter non a cupiditate lucri temporalis, vel honoris. Item ab eod. can. 7. Si quis dixerit: Episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, & ordinandi, vel eam quam habent illis esse cum presbyteris communẽ. Anathema sit. Hæc ibi. Et vniuersaliter de cunctis ordinibus canon. 6. Si quis dixerit: in ecclesia catholica non esse hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ cõstat ex Epis, presbyteris, & ministris: Anathema sit. Hæc ibi. Per hierarchiam verò intelligere se declarauit. c. 4. non omnes pari inter se potestate spirituali pditos esse. Item ab Anacleto Papa. Sacerdotes a proprio ordinẽtur epo. Hæc ille: dist. 67. reliqui. Itẽ a Conc. Hispalensi. Eps sacerdotib. ac ministris solus honorem dare potest. Hæc illud. dist. 67. Tertiò habes: q̃o per rationem prædicta scripturarum q. 37. & patrum, pro quanto Epm solum ordinis sacramentũ conferre dicunt, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

SVP. Q. LXIX. Aliàs 38. Art. II.

Concl. Hæretici, & ab ecclesia præcisi, vera sacramẽta conferunt, sed cum eis gratiam non dant, nõ propter inefficatiam sacramentorum, sed propter peccata recipiẽtium ab eis sacramenta contra prohibitionẽ ecclesiæ.

156 S. Tho. 4. dist. 25. q. 1. ar. 2. & Magi. 4. sent. dist. 25.

*Sup. q. 19. ar. 6.

¶Not. Si alicubi sic scripserim; quòd hæretici, schismatici, & ab ecclesia aliàs præcisi, cõferre non possent ordines, intellige quò ad gratiam: quoniam non soli, vt hic dicitur per omnia intelligi, ac intelligere volo; & si scripta fortè aliter sonarent, omnia talia retractata esse intendo.

¶Prob. Quia omnis potestas data cũ aliqua cõsecratione i nullo casu tolli potest, sicut nec ipsa cõsecratio (sicut etiam altare, vel chrisma semel cõsecrata ꝑpetuò consecrata manent;) & potestas Episcopalis data est illis hominibus cũ quadam consecratione (ut patet:) Secunda autem pars. I. sed cum eis, &c. probatur. Quia ex terminis manifesta est hæc pars.

* 3. p. q. 6. art. 3.

¶Coroll. Ergo rationabiliter aliæ tres opiniones in textu recitatæ, atq; reiectę, excluduntur per illam conclusionem.

*lib. 4. Ser. dist. 13. parum ante finem, & in decretis causa 1. q. per multa capita.

I[m] illatio conclusionis. Ergo nec &c. R. Negatur illatio. §. Nam iam dictum est: quòd aliud est sacramentum ordinis, quò ad characteris impressionem conferri ab illis, & aliud est, sacramẽtum illud ab eisdẽ conferri, quò ad gratiam: & consequẽter clarum remanet, quòd non valet ista consequentia. Hæretici, & ab ecclesia præcisi, non possunt effectum absolutionis, idest gratiã dare: ergo nõ possunt ordines conferre, quò ad characteris impressionem. Et quamuis valeat hæc, ergo non possunt ordines cõferre, quò ad gratiam: tamen est extra propositum, ut patet ex conclusione.

* lib. 4. de bap. cont. Donatist. c. 4.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum hæretici & ab Ecclesia præcisi, possint ordines conferre.*

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd hęretici, & ab Ecclesia præcisi, nõ possint ordines conferre. Maius est. n. conferre ordines, quam aliquem absoluere, vel ligare * sed hæreticus non potest absoluere, aut ligare, ergo nec ordines conferre.

¶ 2 Præt. Sacerdos ab Ecclesia separatus cõficere potest, quia in eo character indelebiliter manet, per quẽ hoc potest, sed Episcopus non accipit aliquem characterem in sui promotione. ergo non est necesse quod Episcopalis potestas remaneat in eo, post separationẽ eius ab Ecclesia.

¶ 3 Præt. In nulla communitate ille, qui a ciuitate expellitur, potest officia communitatis disponere, sed ordines sunt, quædam officia Ecclesiæ, ergo ille, qui extra Ecclesiam ponitur, non potest ordines conferre.

¶ 4 Præt. Sacramenta habent efficaciam ex passione Christi, sed hæreticus nõ cõtinuatur passioni Christi, neque per propriam fidem, cum sit infidelis, neque per fidem Ecclesiæ, cum sit ab Ecclesia separatus, ergo non potest sacramentum ordinis conferre.

¶ 5 Præt. In ordinis collatione exigitur benedictio, sed hæreticus non potest benedicere, quinimò benedictio sua in maledictionem conuertitur, vt patet per authoritates in litera inductas * ergo non potest ordines conferre.

Sed contra est, quòd aliquis Episcopus in hæresim lapsus qñ reconciliatur, non iterum reconsecratur, ergo non amisit potestatẽ quam habebat ordines conferendi.

¶ Præt. Maior est potestas conferendi ordines, quàm potestas ordinum, sed potestas ordinum nõ amittitur propter hæresim, vel aliquod huiusmodi, ergo nec potestas conferendi ordines.

¶ Præt. Sicut baptizans exhibet tantum ministeriũ exterius, ita & conferens ordines, Deo interius operantes, * sed nulla ratione aliquis ab Ecclesia præcisus amittit baptizandi potestatem, ergo nec ordines conferendi.

Respon. Dicendum, quòd circa hoc ponuntur in litera quatuor opiniones. Quidam enim dixerunt, ꝙ hæretici quamdiu ab ecclesia tolerantur, habent potestatem ordines conferendi, non autem postquã fuerunt præcisi, similiter nec degradati, & alii huiusmodi, & hæc est prima opinio. Sed hoc non potest esse, quia omnis potestas, quę datur cum aliqua de consecratione, nullo casu contingente tolli potest, sicut nec ipsa consecratio annullari, quia etiã altare, vel chrisma semel consecrata perpetuo consecrata manent. Vnde cum episcopalis potestas cum quadam consecratione detur, oportet quòd perpetuo maneat quantumcumque aliquis peccet, vel ab Ecclesia præcidatur. Et ideo alii dixerunt quòd præcisi ab Ecclesia, qui in Ecclesia episcopalem potestatẽ habuerunt retinent potestatem aliquos ordinandi, sed promoti ab eis hoc non habent, & hæc est quarta opinio. Sed hoc non potest esse, quia si illi, qui fuerunt in ecclesia promoti, retinent potestatem, quam acceperũt, patet quòd exequendo suam potestatem, veram cõsecrationem faciunt, & ideo vere tribuunt omnem potestatem quæ cum consecratione datur, & sic ordinati ab eis, vel promoti habent eandem potestatem quam, & ipsi. Et ideo alii dixerunt, quòd etiam præcisi ab ecclesia possunt ordines conferre, & alia sacramenta, dummodo formam * debitam, & intentionem seruent, & quantum ad primum effectum, qui est collatio sacramenti, & quantum ad vltimum, qui est collatio gratiæ, & hæc est secunda opinio. Sed hoc etiam non potest stare, quia ex hoc ipso, quòd aliquis hæretico præciso ab ecclesia in sacramentis communicat peccat, & ita fictus accedit, & gratiam consequi non potest, nisi fortè in baptismo in articulo necessitatis. Et ideo alii * dicunt, quòd vera sacramenta conferunt; sed cum eis gratiam non dant, non propter inefficaciam sacramentorum, sed propter peccata recipientium ab eis sacramenta contra prohibitionem Ecclesiæ, & hæc est tertia opinio quæ vera est.

*In Conc. Niceno c. 19. & 4. sẽ. d. 29. §. C.

* Ambr. de ijs q myst. initiant. c. 4. Aug. lib. 6. de bapt. c. 1. & li. 4. ca. 1. & 25. & li. 3. c. 13. & 15. & li. 1. cap. 2. & Cõc. Cres. lib. 2. c. 10. tom. 7.

Item de minori. Non põt absoluere. R. Ex defectu iurisdictionis: non, ex defectu ordinis §. Tunc nihil &cæt. Nam ad dandos ordines quò ad characteris impressionem non requritur iurisdictio, quę ad absolutionem a peccatis ex natura sua requiritur (vt sup. q. 19. art. 6. & alibi dictum fuit.) Vide responsum secundum literæ ly & iterum, &c.

¶Not. Vide quòd præcisis ab ecclesia ipso iure tollitur iurisditio super subditos, quã habebant: non autẽ potestas per consecrationem tradita. Et hoc rationabiliter. Nam iurisdictio illis data fuit ab ecclesia; & ideo eam cum uoluerit ab eis tollere potest: Potestas verò a sacramento Christi illis data est; & Christo, eiusq; sacramento, ecclesia maior non est, vt dicitur quæst. 6. artic. 6.

Ad primvm ergo dicendum, quòd effectus absolutionis non est aliud quàm remissio peccatorum, quæ per gratiam fit, & ideo hæreticus non potest absoluere, sicut nec gratiam in sacramentis conferre, & iterum ad absolutionem requiritur iurisdictio, quam non habet ab Ecclesia præcisus.

2^m^ de minori. Non accipit aliquem characterem. R. Accipit tamen aliquid characteri simile in perpetuitate. §. Tunc nihil &c. Nam principalis cardo huius quæstionis non versatur circa habere, vel non habere, characterem (formaliter loquẽdo:) sed circa habere aliquid perpetuò durans. Modo in promotione ipsius Episcopi dat sibi potestas, &c. vt i texto.

*Quid nominis characteris.*

¶Not. Aduerte ꝓ semp ex pſenti textu; quid nomine characteri importetur. Importatur siquidem habere relationem directe ad Deum. Vnde illa potestas, qua homo directe ordinatur ad corpus Christi mysticum, non est character. Ergo in plus est habere potestatem perpetuò manentem; quam habere characterem. Episcopus.n. ratione Episcopatus potestatem semper manentem habet, non autem characterem: vt in litera dicitur.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ in promotione ipsius Episcopi, dat sibi potestas, quę perpetuò manet in eo quãuis dici non possit character, quia per eam non ordinatur homo directe ad Deũ, sed ad corpus Christi mysticum, & tamen indelebiliter manet sicut character, & per consecrationem datur.

Ad tertivm dicendum, ꝙ illi, qui promouentur ab hæreticis, quamuis accipiant ordinem non tamen recipiunt executionem, vt licite possint in suis ordinibus ministrare, ratione illa, quam obiectio tangit.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ per fidem Ecclesiæ continuatur passioni Christi, quia quamuis in ea non sint secundum se, sunt tamen in ea secundum formam Ecclesiæ quam seruant.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ hoc est referendum ad vltimum effectum sacramentorum, vt tertia opinio dicit.

QVAE-

¶Coroll. Ergo de charactere hactenus habuimus, & quid sit in se, & quid sit in relatione ad aliud. Vt dicamus. Character quid est secũdum se? est signum indelebile in anima. Character quid est secundum relationem ad aliud? Est illud, per quem homo directe ordinatur ad Deum.

3^m^ de conclusione. Non potest ordines conferre. R. Ita quòd ordinatus ab eo recipiat executionem licitam ordinis. §. Tunc nihil &c. Nam & a communitate ciuili exclusus posset tunc officia communitatis disponere, si potestas disponendi sibi relinqueretur, (vt fit in proposito nostro;) licet tunc, quia exclusus est, talis dispositio non daret executionem.

¶Coroll. Ergo maior illa propositio, quæ apud arguentem est fundamentum totius argumenti (.s. in nulla communitate ille, qui a ciuitate expellitur, potest officia communitatis disponere:) ista, inquam, maior non adducitur tota; ut sufficiat pro simili ad ea, quæ dicuntur de exclusis a communitate ordinis ecclesiastici. Deficit enim ibi ly si potestas disponendi officia, illi excluso remaneat: vt dicatur; In nulla communitate ille, qui a ciuitate expellitur, potest officia communicatis disponere, etiam si potestas disponendi talia officia excluso illi remaneat. Sic namque solum pro simili se habet. Nam ob hoc, quia character, idest potestas disponendi spiritualiter, remanet in excluso, de quo conclusio loquitur: ideo ille exclusus potest disponere officia, quod est conferre ordines. Non enim quia exclusus est, ideo confert: sed quia characterem retinet. Dicatur ergo illa maior tota: & sic correspondebunt singula singulis. Nam tunc erit aperte falsa: vt patet.

4^m^ de minori. Hæreticus. R. Secundum se consideratus: non, secundum formam ecclesiæ ab ipso seruatam. §. Tunc nih. &c. Sufficit enim ad collationem sacramenti talis ab hæretico; ut ipse conferat illud cum intentione faciendi, quod facit ecclesia (ut colligitur ex Concilio Triden. sessio. 7. de baptismo can. 4.

¶Coroll. Hæreticus ergo separatus est a fide ecclesiæ, si consideretur quò ad habitum, fidei: sed quandoque (ut in proposito) est coniunctus ecclesiæ, quantum ad intentionem faciendi hoc speciale, quod facit ecclesia. Illa namque forma, qua vtitur hæreticus in conferendo ordines, est forma ecclesiæ: & hæreticus consentit; vt ista forma. Cæterum ista præcise coniunctio hæretici cum ecclesia non facit, quòd hæreticus non sit hæreticus: sed facit, quod hæreticus possit cõferre sacramenta ecclesiæ. Non quatenus ergo hæreticus, uel ab ecclesia præcisus, confert sacramentum ecclesię: sed quatenus aliquo modo continuatus, seu coniunctus, ecclesiæ. Quod audis de hæretico intellige etiam, a fortiori, de quocumq; alio Episcopo quomodolibet ab ecclesia separato: quoniam hæretico nihil est peius, & consequenter ab ecclesia magis diuisum. Vnde sicubi dicatur, quòd ordines hæretici, &c. conferre non possunt etiam quò ad characterem; intelligitur, si non seruant formam Ecclesiæ.

5^m^ de minori. Non potest benedicere. R. Quantum ad vltimum effectũ sacramentorum. §. Tunc nihil &c. ut ex conclusione patet dicente, quòd gratiam non dant. Nam gratia est effectus vltimus sacramenti.

*Qũo benedictiones hæreticorũ vertãtur in maledictiones.*

¶Not. Quoniam in textu additur ly quinimò benedictio sua. i. hæreticorum, in maledictionem conuertitur: ideo aliquid plus significatur, quàm per benedictionem illorum non conferri gratiã. Sciendum ergo: quòd si quis volens & sciens, ab hæretico benediceretur: tunc in maledictionem benedictio illa fieret etiam in hoc sensu, quòd recipiens talem benedictionem peccaret mortaliter, Secus autem de illo, qui benediceretur ab hæretico Episcopo nesciẽs per ignorantiam inuincibilem, quòd ille sit hæreticus: quoniã ignorantia talis ipsum excusat. Cur ergo, inquies, respondit sanctus Doctor; quòd benedictio illa hæreticorum dicitur maledictio, ex eo quòd non confert sacramenti vltimum effectum: & non addidit, quòd interueniat mortale peccatum; cum in ordinis receptione tali interueniat modo prędicto? Quia sat fuit (ut vere erat) Doctori sancto formaliter (ut solet) stare in satisfactione ad argumentum, & in materia de qua tractabatur. De uirtute.n. sacramenti ordinis arguebatur, & non de malitia cõsequente ad malam dispositionem recipientis. Dare autem gratiam, vel non dare, ex parte sacramenti se tenet: incurrere uerò, uel non incurrere peccatum mortale, se tenet ex parte recipientis. Ad plenum igitur argumẽto satisfecit Diuus Thomas licet aliquod uerum, cuius expressionem arguens non postulabat, prudenter omiserit. Potest & responderi: quòd sanctus sic (ut in litera) respondendo cointellexit peccatum recipientis, tanquam obicem gratiæ per sacramentum: illud aliàs dandæ. In huius signum est: quòd in conclusione loquens de non datione gratiæ expresserat ly propter peccata recipientium ab &c. Ex qua expressione dedit intelligere; quòd ubicumque diceret, gratiam non dari in tali collatione, subintelligi debebat pctm mortale recipientiũ contra prohibitionẽ Ecclesiæ. Et tantò magis hoc uideri potest; quanto non est moris diui Thomæ replicare semel dicta in aliquo uno articulo, sed relinquere subintelligenda lectoribus.

*An qsque gratia det ordinato ab excõicatis &c.*

¶Coroll. Ergo vt ex dictis; ꝙ recipienti ignoranter sacrm tale ab huiusmodi Episcopis, daretur etiã gratia. Et hoc sanè verum est: si accedens ad recipiendum laboret ignorantia inuincibili, ambulans in bona fide in eaq; perdurans vsque in finem ordinationis sui, credendo firmiter: quod ille Episcopus ordinator sit vere catholicus, & ecclesiæ sanctæ filius coniunctus. Hoc autem esse uerũ; colligitur, & quidem a fortiori, ex q. 35. art. 3. ad secundum: ubi tractatur de recipiẽte simpliciter. i. ambulãdo in bona fide modo ꝑdicto, ordines ab Epõ non baptizato. Huic.n. credenti, ꝙ Episcopus suus sit baptizatus, suppletur a summo sacerdote, &c. Ergo & de casu præsenti simile dicendum. Vide ibi, cum elucid.

## APPENDIX.

*Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.*

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse a summis Põtificibus, excommunicatos &c. posse ordines conferre, sed nõ executionem. Hoc autẽ a Greg. IX. insinuatum est sic; vt recitatur, de ordin. ab Episcop. qui renunc. Cum clericis, qui ab excõicato Epõ ignoranter ordines receperũt; per suos poterit episcopos dispensari. Hæc ibi. Item ab Vrbano; vt recitatur 9. q. 1. Ordinationes, quæ ab hæresiarchis nominatim excommunicatis factæ sunt irritas esse iudicamus, nisi probare valuerint se, cum ordinarentur, eos nescisse damnatos. Hæc ibi. Nota ly irritas, scilicet quò ad executionem. Nota ly nisi probare valuerint, &c. Hoc est, si probauerint, &c. illæ ordinationes habebunt executionem. Ex quo monstrat utique Papa, quòd ordinationes illæ characterem impresserunt: alioquin per probationem ignorantiæ suscipientium illas, non possent ualidæ fieri: cum tamen fiant, vt in textu. Item ab eod. Vrbano ibid. Ab excommunicatis quondam ordinatos, siquidem non simoniace, & si eorum religiosior vita & doctrinæ prærogatiua visa fuerit promereri, pœnitentia indicta, in ipsis, quos acceperunt ordinibus permanere permittas. Hæc ibi. Item ab eod. ibid. c. eod. ordinationes. Qui ab Episcopis quondam catholice ordinatis, sed in schismate a Romana ecclesia separatis, consecrati sunt; eos, cum ad Ecclesiæ unitatem redierint, seruatis proprijs ordinibus misericorditer suscipi iubemus, si uita, & scientia, eos commendant. Amodò vero quicumque a prædictis schismaticis, sanctæque Romanæ ecclesiæ aduersarijs, se ordinari permiserit, nullatenus hac uenia dignus habeatur. Hæc ibi. Vbi de executione facit semper vim, & differentiam prædictam: sed numquam de charactere, quem a talibus episcopis ordinatos recepisse declarat.

2. Secundò habes: quomodo per rationem supradicta Pontificum, pro quanto hæreticos, &c. insinuant conferre posse ordines, & intelligas, & tuearis.

3. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim doctrina hæc Angelica & declaretur, & consolidetur.

SVPER

## QVAEST. LXX. Aliàs 39.

*De impedimentis huius sacramenti in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de impedimentis huius sacramenti.

Circa quod quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum sexus fœmineus impediat huius sacramenti susceptionem.

¶ Secundò, Vtrum carentia vsus rationis.

¶ Tertiò, Vtrum seruitus.

¶ Quartò, Vtrum homicidium.

¶ Quintò, Vtrum illegitima natiuitas.

¶ Sextò, Vtrum defectus membrorum.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum sexus fœmineus ordinis susceptionem impediat.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd sexus fœmineus non impediat ordinis susceptionem, quia officium Prophetæ est maius quàm officium sacerdotis, quia Propheta est medius inter Deum, & sacerdotes, sicut sacerdos est inter Deũ, & populum, sed prophetæ officium aliquando mulieribus est concessum, vt patet 4. Regum, ergo & sacerdotii officium eis competere potest.

¶ 2 Præterea, Sicut ordo ad quandam eminentiam pertinet, ita & prælationis officium, & martyrium, & religionis status, sed prælatio committitur mulieribus de nouo Testamento, ut patet de Abbatissis, & in veteri, vt patet de Delbora, quæ iudicauit Israel, & Iudith quarto, Competit etiam eis martyrium, & religionis status, ergo, & ordo ecclesię.

¶ 3 Præt. Ordinum potestas in anima fundatur, sed sexus non est in anima, ergo diuersitas sexus non facit distinctionem in receptione ordinum.

SED CONTRA est quod dicitur 2. Timoth. 2. Mulierem in ecclesia docere non permitto, nec dominari in virum.

¶ Præt. In ordinandis præexigitur corona, quamuis non de necessitate sacri, sed corona, & tonsura nõ cõpetunt mulieribus, vt patet 1. ad Corinthios 2. ergo nec ordinũ susceptio.

RESPON. dicendum, quòd quædam requiruntur in recipiente sacramentum, quasi de necessitate sacramenti, quæ si desint, non potest aliquis suscipere, neque sacramentum, neque rem sacramenti: quædam uero requiruntur non de necessitate sacramenti, sed de necessitate præcepti, propter congruitatem ad sacramentum: & sine talibus aliquis suscipit sacramentum, non rem sacramenti. Dicendum ergo, quòd sexus virilis requiritur ad susceptionem ordinum, non solum secundo modo, sed etiam primo, vnde & si mulieri exhibeantur omnia quæ in ordinibus fiunt, ordinem non suscipit: quia * cum sacramentum sit signum in his, quæ in sacramento aguntur, requiritur non solum res, sed signum rei, sicut dictum est: * quia in extrema vnctione exigitur, quòd sit infirmus, vt significetur curatione indigens: cum igitur in sexu fœmineo nõ possit significari aliqua eminentia gradus, * quia mulier statum subiectionis habet, ideo non potest ordinis sacramentum suscipere. Quidam autem dixerunt, quòd sexus virilis est de necessitate præcepti, sed non de necessitate sacramenti, quia etiam in Decretis * fit mentio de diaconissa, & presbytera. Sed diaconissa dicitur, quæ in aliquo actu diaconi participat, sicut, quæ legit homilias in ecclesia, presbytera autem dicitur vidua, quia presbyter idem est quod senior.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd prophetia non est sacramentum, sed Dei donum, unde ibi non exigitur significatio, sed solum res; & quia secundum rem in his, quæ sunt animæ, mulier non differt a viro, cum quandoq; mulier inueniatur melior quantum ad animam viris multis, ideo donum prophetiæ, & alia huiusmodi potest recipere, sed non ordinis sacramentum.

Et per hoc patet solutio ad secundum & tertium. De * Abbatissis tamen dicitur, quòd non habent prælationem ordinariam, sed ex commissione propter periculum cohabitationis virorũ ad mulieres. Delbora autem in temporalibus præfuit, non in sacerdotalibus, sicut, & nunc possunt mulieres temporaliter dominari.

AR-

SVPER QVAEST. LXX. Aliàs 39. Art. 1.

CONCL. Quamuis mulieri exhiberentur omnia, quæ in ordinibus fiunt, ordinem non susciperet.

¶EXAMEN. Ly ordinem. Hoc est, ordinis characterem. Licet.n. neque gratiam susciperet, imo & ipsa, & ordinator eius, mortaliter peccaret: tamen de charactere pricipaliter intendit per ly ordinem. Nam intentum literæ est, ostendere: ꝙ sexus virilis est de necessitate sacramenti.

¶COROLL. Ergo qñ in decretis, vel alibi, mulier aliqua dicitur diaconissa, vel presbytera, non significatur ꝑ hoc; ꝙ illa habeat aliquem ordinem ecclesiasticũ: sed quòd in aliquo participet similitudinẽ cũ diacono, & presbytero, puta diaconissa, quia legit Homil. sup Euang. & presbytera, quia est senior iter cęteras. Nec idest incõueniens: quandoquidem & laicus in aliquo actu quãdoque assimilatur cõfessario, puta quando in casu audit confessiones. q. 8 artic. 2. & quæst. 1 1. ar. 3. licet ipse laicus numquam, nec etiam tunc, sit sacerdos.

157 S. Tho. vbi sup. q. 2. arti. 1. & 2.

¶PROB. Quia in sacramentis requirit correspondentia significati ad signum (patet tum vniuersaliter cum sacramentum sit signũ, tum specialiter de extrema vnctione): & ĩ sexu muliebri non potest reperiri ista correspondẽtia (cũ ordo significet aliquam eminentiam gradus, mulier autẽ statũ subiectionis dicat.)

¶NOT. Quòd mulier subiectionis statum dicat: vide etiam quæstio. 19. art. 3. ad quartum & in elucid.

1m illatio conclusionis. Ergo &c.

℞. Negatur illatio. §. Nõ enim est simile de prophetia, & de sacramento ordinis. Nam in prophetia non requiritur necessario. correspondentia illa significati & signi, quæ dicta est in probatione de ordine. Fundamentum huius est, quia prophetia non est sacramentũ, licet sit Dei donũ. Vide literam.

2m de maiori.

Ita. ℞. Quantũ ad eminentiam: non, quãtum ad qualitatem eminentiæ. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio loquitur de eminentia non quacumque, sed tali. i. ordinaria, & sacramentali: ita ꝙ ordo de quo ibi: eminentiam includentem prædicta duo (. s. esse ordinarium, & sacramentale) dicit. Patet autem: quòd neque religionis status, neque prælatio, neque martirium, in argumento dicta dicunt eminentiam talem; licet quandam eminentiam importent.

¶NOT. Illa, quæ dicuntur hic de eminentia ordinis, memento vt applices ad diffinitionem sacerdotis toties dictam, quæ ponitur ab Apostolo Hebr. 5. omnis Pontifex &c. Dices ergo: ꝙ ly assumptus, importat gradum seu eminentiam ordinariam & sacramẽtalem.

Pro diffinitione sacerdotis. q. 3. ar. 3. ad primũ elucid.

3m de maiori.

Fundatur. ℞. Mediante signo exteriori: non autem, sine illo. §. Tunc nihil &c. Nam signum illud non potest habere correspondentiam significati in muliere, sicut habet in viro. Diximus enim: quòd signũ hoc, est sacramentum significans præeminentiam iam declaratam: præeminentia uero talis, cum non possit esse in muliere, non correspõdet signo in illa. Argumentum igitur peccat in digressione a proposito; faciendo. s. vim in esse in anima, & non habendo mẽtionem de eo, per quod est in anima: cum tamen tota vis stet in hoc vltimo (ut uisum est.)

*August. de hæresibus ad Quoduuldeum, hęresi. 27. tomo 7. & Epipha. hæresi. 42. cõtra marciõ. & hær. 49. * Inf. q. 32. art. 2.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quõ ꝑ rationẽ interimas hęresim Cataphrygarum dicentiũ: ordinib. sacris mulierẽ posse initiari. Hi Cataphrygæ et Pepuziani, seu Pepuzitæ dicũtur; (teste Aug. de hæresib. c. 27. Et quia ijdẽ comminiscuntur, Christum specie fœminæ fuisse reuelatum, tantã mulierib. tribuunt dignitatẽ, authoritatẽ, & principatũ, ut inter cæteros errores mulieres ipsæ sacerdotio quoque apud eos honorentur. Nota de hac alijsq; similibus apud illos reuelationibus id; quod ait Apostolus, ꝙ Angelus Sathanæ trãsfigurat se in Angelum lucis: & maxime, cum tales reuelationes mendacium exprimãt, videlicet, ꝙ Christus in spẽ fœminæ appareat. Cæterũ error vnus (ut solet; nisi citò prouideatur) alterum parturiuit, quòd. s. mulier ordinis capax existat; & ꝙ ad sacerdotium iustè ꝓmoueri possit. Secũdò habes: quomodo per rationem ostendas: hæresim prædictam, & a fortiori, & directe, damnatam esse ab Innoc. III. sic. Noua quædam nostris sunt aurib. intimata: quòd Abbatissæ moniales proprias benedicunt, ipsarum quoq; cõfessiones in criminibus audiunt, & legẽtes Euangeliũ ꝓsumunt publicè ꝓdicare. Cũ igitur id absonũ sit, pariter

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

*Decr. dist. 32. cap. 10. inci. mulieres & dist. 88. ca. 1. Et causa 27. q. 1. c. 23.

*Sup. q. 19. ar. 3. arg. 4. & eius solut.

ter & absurdum: mandamus, quatenus, nè id de cætero fiat, curetis firmiter inhibere. Quòd licet beatissima virgo Maria dignior & excellentior fuerit Apostolis vniuersis; non tamen illi, sed illis, dominus claues regni cælorũ commisit. Hæc ille: de pœnit. & remiss. Item a Papa Sother scribente omnibus Italiæ Episcopis. Sacratas Deo fœminas, vel monachas, sacra vasa, uel sacratas pallas, penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre, perlatum est ad Apostolicam sedem. Quæ omni repræhensione plena esse, & vituperatione, nulli rectè sapientium dubium est. Qua propter huius sanctæ sedis authoritate, hæc omnia vobis resecare funditus, quam citius poteritis, censemus. Et ne pestis hæc latius diuulgetur; per omnes prouincias abstergi citissimè mandamus. Hæc ibi; & recitantur dist. 23. Vbi nota; quòd iuxta prædictum Papam iudicio omnium sapientum, omni reprehensione, & vituperio, plena est hæresis recitata Populitarum; & tanto magis quantò peius est, ordinem sacrum attribuere fœminis, quàm eas uasa Deo dicata contingere, uel incensum deferre. Insipientiæ igitur maximè taxatur illos hæresis huius patronos ipse Sother. Item a Concil. Carthaginensi, vt recitatur dist. ead. Mulier quamuis docta & sancta, viros in conuentu docere non præsumat. Hæc ibi. Ecce: quòd etiam prohibetur mulieribus docere in ecclesia; id quod officium est sacerdotale: secundum Leonem Papam, ut recitatur 16. q. 1. Adijcimus, &c. Hoc specialiter statuentes, vt præter domini sacerdotes nullus audeat prædicare: siue monachus, siue laicus ille sit, qui cuiuscumque scientiæ nomine glorietur. Hæc ibi. Item à &c. ut q. 19. art. 3. & q. 20. art. 1. & q. 17. artic. 3. appen. Vide contra hanc pestem, & q. 8. art. 1. 2. 4. & q. 31. art. 1 appen. & quæst. 36. art. 3. & bene applica. Item a Concilio Laodiceno canon. 44. quòd non oportecat mulieres ingredi ad altare, nec ea contingere, quæ virorum officijs deputata sunt. Hæc ibi. Maxime autem virorum officij deputatum est esse constitutum in ordine: ut patet Luc. 22. Ibi enim dicitur quòd Christus dixit discipulis suis ly hoc facite in meã commemorationem. Per quæ uerba instituit eos sacerdotes; ut inquit Concilium Triden. sess. 22. c. 1. & can. 2. Patet autem: quòd ad nullas mulieres talia dixit: ex consequenti, quòd sacerdotiũ illis attribuere est contra Euangelium. A nullo namque institutum est sacramentum ordinis nisi a Christo: & Christus (ut dictum est) solis viris hoc iniunxit. Vnde per Concilium Triden. veritas hæc maxime declaratur: quando sess. 23. cap. primo, ait. In ecclesia catholica fateri oportet; nouum esse visibile & externum sacerdotium, in quod uetus translatum est. Hoc autem ab eodem domino saluatore nostro institutum esse, atque Apostolis eorumque successoribus in sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi, & ministrandi corpus & sanguinem eius; necnon & peccata dimittendi, & retinendi sacræ literæ ostendunt; & catholicæ ecclesiæ traditio semper docuit. Hæc ibi. Ecce quòd loquens de huiusmodi potestate concilium, & quidem sufficienter, namque (immo nec in toto tractatu de ordine, ut videre est) facit, uel minimam, mentionem de aliqua muliere: quod tamen fecisset, si & illi potestas talis a Christo fuisset collata. Item a 33. quæst quinta. Mulierem constat subiectam dominio viri, & nullam authoritatem habere: nec docere potest, nec testis esse, nec fidem dare, nec iudicare. Hæc ibi. Item a Concilio Nannetensi. Sed & hoc, secundum authoritatem canonum, modis omnibus prohibendum: ut nulla fœmina ad altare præsumat accedere, aut presbytero ministrare, aut infra cancellos stare, aut sedere. Hæc ibi. Item à 1. Cor. 14. Mulieres in ecclesia taceant. Non enim permittitur eis loqui. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. Cum igitur ea quæ sunt sacerdotum, scilicet consecrare eucharistiam, absoluere a peccatis, prædicare in ecclesijs, prohibeantur mulieribus immo etiam & aliquod plus, vt visum est, patentissime constat, quòd vanitate plenum est, ac impietate; sacerdotium eis, uel aliquẽ ordinem ad sacerdotium relatum attribuere. Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta patrũ, ac scripturarum, pro quanto ordinem ecclesiasticum dicunt mulieribus non conuenire, & intelligas, & probes, & declares. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens, &c.

3

4

---

SVPER Q. LXX. Aliàs 39. Art. II.

CONCL. 1. Omnia illa sacramenta, quæ actum requirunt suscipientis sacramentum, carentibus usu rationis non competunt.

158

¶ PROB. Quia per defectum quo tollit usus rationis, præstatur impedimentum actui.

¶ CONCL. 2. Omnia sacramenta, in quibus non requiritur actus suscipientis de necessitate sacramnnti, sed potestas aliqua spiritualis diuinitus datur, & pueri, & alij vsu rationis carentes, possunt suscipere.

¶ EXAMEN. Ly actus suscipientis. Scilicet vel expressio peccatorum suorum (ut in pœnitentia,) uel consensus animi expressus (ut in matrimonio,) uel deuotio (ut i eucharistia, & extrema unctione.)

¶ Non damnatur tamẽ antiquitas communicãs olim pueros. Cõcil. Trid. sess. 21. c. 4.

¶ Ly potestas aliqua spiritualis. Hoc est character impressus in anima.

¶ PROB. Quia potestates infusæ sũt priores actibus: & remoto posteriori, non tollitur prius.

¶ CONCL. 3. Aliqui (si necessitas adsit, & spes profectus) ad minores ordines possunt ante annos discretionis promoueri sine peccato; & suscipiunt ordinem.

¶ NOT. Dicitur ly promoueri sine peccato: ad differentiam ordinũ maiorum. Nam ad ordines maiores non possunt hi discretionis vsu carentes promoueri sine peccato; quamuis si promouerẽtur susciperent ordines illos. Et ideo dixit duo textus & quòd promouentur in minores sine peccato, & quòd suscipiunt ordinem.

¶ PROB. Quia, ut clara ex terminis, præsupponitur.

¶ EXAMEN. Ly quia, quamuis tunc non sint idonei ad officia, &c.

¶ Hoc dictũ textus non est probatio cõclusionis, sed est responsio ad obiectionẽ: quæ posset fieri de inhabilitate puerorum, & aliorum huiusmodi, ad exequẽdum officia sibi per ordines minores commissa. Respondet namque: quòd sufficit ipsos esse idoneos in uia, inquantum scilicet per assuefactionem de facili fient; licet non sint idonei in actu tunc, qñ suscipiunt ordines. Simile quid dixit sup. q. 36. art. secũdo, ad secũdum quan-

* lib. 4. sen. dist. 25. §. 1.

* Ca. 1. ante med.

* In decr. li. 5. ti. 29.

* Greg. lib. 2. Epistola-rũ epi. 42.

ARTICVLVS II.

*Vtrum pueri carentes vsu rationis ordines possint suscipere.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd pueri, & qui carent vsu rationis, non possint ordines suscipere, quia (ut in litera* dicitur) sacri Canones in suscipientibus ordines certum, & determinatum tempus statuerunt ætatis, sed hoc non esset si pueri recipere possent ordinis sacramentum, ergo &cæt.

¶ 2 Præt. Ordinis sacramentum est dignius quam matrimoniũ, sed pueri, & alii carentes usu rationis non possunt contrahere matrimonium, ergo nec ordines suscipere.

¶ 3 Præt. Cuius est potentia, eius est actus secũdum Philosophum in lib. de Somno & vigil.* sed actus ordinis requirit vsum rationis, ergo, & ordinum, potestas.

SED CONTRA, Ille, qui est ante annos, discretionis promotus ad ordines, sine iteratione ipsorum quandoque in eis conceditur ministrare, vt patet extra, de Cle.* per saltũ promo. hoc autem non esset si ordinem non suscepisset, ergo puer potest ordines suscipere.

¶ Præt. Alia sacramenta, in quibus character imprimitur, possunt pueri suscipere, vt baptismum, & confirmationem, ergo pari ratione & ordines.

RESP. Dicendum, quòd per pueritiam, & alios defectus quibus tollitur vsus rationis, præstatur impedimentum actui, & ideo omnia illa sacramenta, quæ actum requirũt suscipientis sacramentum, talibus non competunt, sicut pœnitentia, matrimonium, & huiusmodi, sed quia potestates infusæ sunt priores actibus, sicut, & naturales, quamuis acquisitæ sint posteriores: remoto autem posteriori non tollitur prius; ideo omnia sacramenta in quibus non requiritur actus suscipientis de necessitate sacramenti, sed potestas aliqua spiritualis diuinitus datur, possunt pueri suscipere, & alii, qui vsu rationis carent: hac tamen distinctione habita, quòd in maioribus ordinib. requiritur discretionis tempus de honestate, propter dignitatem præcepti, non propter necessitatem sacramenti. Vnde aliqui (si necessitas adsit, & spes profectus) ad minores ordines possunt ante annos discretionis promoueri sine peccato, & suscipiunt ordinem: quia quamuis tunc non sint idonei ad officia, quæ eis committuntur, tamen per assuefactionem idonei reddentur; sed ad maiores ordines requiritur usus rationis, & de honestate, & necessitate* præcepti, propter uotum continentiæ, quod habent annexum; & quia etiam eis sacramenta tractanda committuntur; sed ad episcopatum, vbi etiam in corpus mysticum accipitur potestas, requiritur actus suscipientis curam animarum pastoralem, & ideo est etiam de necessitate consecrationis episcopalis,

quando* de ſcientia loquens reſpectu promouendorum ad ordines inferiores, dixit; quòd ſufficiebat, ipſos eſſe probabiliter in via ad acquirendū ſcientiam requiſitam de facili acquiſibilem. Vtrunique rationabiliter tùm hic, tùm ibi dixit ſanctus Doctor: quoniam ſicut differentia eſt inter ordines maiores & minores, ita correſpondenter conuenit fieri differentiam inter idoneitatem promouendorū ad illos. Differentiam dico, non tantum quia maior in actu requiritur idoneitas in clerico promouēdo ad maiores, quàm ſit idoneitas in actu promouendi ad minores: ſed etiam quia idoneitas quandoque de propinquo habenda ſufficit in promouendo ad minores, licet eam non habeat actu; quæ non ſufficeret in promouēdo ad maiores. Voluit igitur textus per reſponſionem prædictam innuere: & quòd debent correſpondere ſingula ſingulis; & quòd obiectio tacita cauſabatur ex hoc, quòd non attendebatur ad iſtam correſpondentiam.

* In corp. art.

palis, quòd vſum rationis habeat. Quidam autem dicunt, ꝙ ad omnes ordines requiritur vſus rationis de neceſſitate ſacramenti, ſed eorum dictum ratione, vel authoritate non confirmatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non omne, quod eſt de neceſſitate præcepti, eſt de neceſſitate ſacramenti, vt dictum * eſt.

AD SECVNDVM dicendum, quòd matrimonium cauſat conſenſus, qui ſine vſu rationis eſſe non poteſt, ſed in receptione ordinis non requiritur aliquis actus ex parte recipientis, quod patet ex hoc, quòd nullus actus ex parte eorum exprimitur in eorum conſecratione, & ideo non eſt ſimile.

AD TERTIVM dicēdum, quòd eiuſdem eſt actus, & potētia, ſed tamen aliquando potentia præcedit, ſicut liberum arbitriū vſum ſuum, & ſic eſt in propoſito.

¶CONCL. 4. Ad maiores ordines requiritur vſus rationis, & de honeſtate, & de neceſſitate præcepti.

¶PROB. primò: Quia maiores ordines habent votum continentiæ annexum: & ſecundò, quia promouendis ad eos ſacramenta tractanda committuntur.

¶NOT. Vtraque iſtarum duarum probationū etiam per ſe concludit intentum. Quòd autem votum continentiæ annectatur maioribus ordinibus, vide q. 40. art. 7. ad primum, & q. 17. art. 3. in tex. & elucid. appen. vbi etiam patet, ꝙ ijs ordinibus initiatis ſacramenta tractanda committuntur. Quòd quomodo verum ſit, plenius declaratur in eiuſdem quæſtionis art. 4. ad tertium & ſextum quò ad ſubdiaconū, & art. 5. ad quintum quò ad diaconum & ſacerdotem.

¶CONCL. 5. De neceſſitate Epiſcopalis conſecrationis eſt; quòd vſum rationis habeat promouendus.

¶ EXAM. Ly conſecrationis Epiſcopalis. Non dicit, ordinis: quia Epiſcopatus non eſt ordo proprie q. 40. art. 5.

¶ PROB. Quia Epiſcopus accipit poteſtatem in corpus Chriſti myſticū: & vſus rationis requiritur in ſuſcipiente curā animarum.

¶ EXAM. Ly curam animarum. Hoc eſt, quod prius dixerat poteſtas in corpus Chriſti myſticum: adeò ꝙ illa poteſtas eſt cura, & corpus myſticum ſunt animæ. Corpus ergo Chriſti myſticum ſunt animæ rationales: in actu quidem ſi ſint fideles in actu; in potentia verò ſi ſunt infideles viatrices: neque in actu autem, neque in potentia ſi ſint animæ damnatorum, 3. q. 8 art. 3.

¶NOT. Ex vltimis verbis in corpore ly quidam autē dicunt &c. Diſce: ꝙ non eſt curandum de his, quæ dicuntur ſine ratione, vel authoritate prudenti. Vides enim ꝙ ſanctus Doctor recitans opinionem illam, & non reſpondet: quoniam in nullo prædictorū fundatur. Hoc & Philoſophus monuit quandoque ſic dicens. In diſciplinati eſt ſollicitum eſſe contra proferentem improbabilia. Vel ſecundum aliam tranſlationem. Quolibet proferente contraria opinionibus ſapientis, ſolicitum eſſe; ſtultum eſt. 1. Topic. 9.

Non omnibus reſpondendum.

1^m minor. Hoc non eſſet, ſi pueri recipere poſſent ordinis ſacramentum. ℞. Negatur hæc. §. Nam poſito etiā, ꝙ huiuſmodi canonum ſtatuta eſſent intelligenda de pueris: tamen adhuc poſſent pueri recipere ſacr͂m ordinis, quamuis non ſine peccato. Non. n. omne, quod eſt de neceſſitate præcepti &c. vt in textu.

¶ NOT. Statuta illa canonum, de quibus maior argumenti loquitur, intelligenda ſunt de adultis: & ſi de pueris, non niſi quò ad maiores ordines. Vltra hoc etiam ſtatuta illa non faciunt: quod accedens ad ordines contra prohibitionem illorum non ſuſcipiat characterem; ſed faciunt, ꝙ ſuſcipiendo peccat.

2^m illatio conclusionis. Ergo &cęt. ℞. Negat illatio. §. Non enim eſt ſimile de matrimonio, & ordine. Nam in matrimonio requiritur conſenſus, cum cauſet illud; qui ſine vſu rationis eſſe nō poteſt &c. vt in textu.

3^m ex Philoſ. Cuius eſt potentia, eius eſt actus. ℞. Sed tamen aliquando potentia præcedit actum. § Tunc nihil &c. Nam potentia, ſeu poteſtas ordinis præcedit ſeipſam in actu; inquantum ſcilicet prius recipitur potentia, id eſt character illius, & deinde exequimur actum eiuſdem; & per conſequens potentia ipſa non requirit neceſſariò tantam ætatem recipientis, quantam requirit exequentis.

## APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem oſtendas; meritò inſinuatum à ſummis Pontificibus, quòd annus diſcretionis non eſt de neceſſitate ſacramenti ordinis. Inſinuatum autem eſt hoc ab Innocentio III. ad Epiſcopum Bononienſem ſic. Presbyter P. diaconatus ordine prætermiſſo, ſe fecit ad ſacerdotij ordinem promoueri &c. Credebat aſſertioni eorum, eo quòd tempore, quo ordines inferiores ſuſceperat, infra annos diſcretionis fuerat conſtitutus &c. Mandamus: quatenus poſt condignam pœnitentiam ipſum in diaconum ordinare procures; & ſic de miſericordia eūdem miniſtrare permittas in ordine ſacerdotis. Hæc ille, de clericis per ſaltum promot. tuæ literæ continebant, vide quæſt 35. ar. 5. append. Ecce quod Innocentius ordinem receptum ante annos diſcretionis dum non facit reiterare, manifeſtat per hoc; ꝙ annus diſcretionis non eſt de neceſſitate ſacramenti ordinis. Item ab Innocentio, vt recitatur de baptiſ. & eius eff. Maiores. Vbi in fine dicitur ſic, Tūc ergo characterem ſacramentalis imprimit operatio cum obicē voluntatis contrariæ non inuenerit obſiſtentem. Hæc ibi: Ex quibus cum pueri, & alij carentes vſu rationis obicem talem habere non poſſint, ſequitur ꝙ Innocentij mens in illis verbis fuerit virtualiter, ꝙ ſi ordines dentur carentibus vſu rationis imprimant characterem. Virtualiter dixi: quia ad literam de alijs ſimilibus (puta baptiſmo) loquitur. Item ab Alexandro III. & ab alijs in de ætate & qualita. & ordin. præficien. Per hoc enim quòd repræhendunt illos qui dabant eccleſias pueris regendas, nulla facta repræhenſione de hoc ꝙ ad clericatum promoti ſint inſinuare videntur quod ordines præſertim minores pueris dari poſſunt. Vide ibi c. Indecorum eſt. Et alia ad hoc facientia. Item à Concilijs quandocumq; tractāt de ætate ordinandorum. Ex hoc. n. ꝙ non præfigunt terminum ætatis, ad minores ordines promouendis, videntur inſinuare idem. Secundò vides: quomodo ex ijs viciſſim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & conſolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum ſeruitus impediat aliquem à ſuſceptione ordinis.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd ſeruitus non impediat aliquem à ſuſceptione ordinum. Subiectio enim corporalis nō repugnat prælationi ſpirituali: ſed in ſeruo eſt ſubiectio corporalis. ergo non impeditur quin debeat ſuſcipere prælationem ſpiritualem, quæ in ordine datur.

¶ 2 Præterea. Illud, quod eſt occaſio humilitatis, non debet impedire ſuſceptionem alicuius ſacramēti, ſed ſeruitus eſt huiuſmodi. Vnde Apoſtolus conſuluit, quòd ſi aliquis poſſit, magis vtatur ſeruitute 1. Corinth. 7. ergo non habet impedire à promotione ordinis.

¶ 3 Præterea. Magis eſt turpe clericum in ſeruum vendi, quàm ſeruum in clericum promoueri, ſed clericus in ſeruum vēdi poteſt, quia Epiſcopus Nolanus, ſcilicet Paulinus, ſeipſum in ſeruum vendidit, vt in Dialogo * legitur. ergo multo fortius poteſt ſeruus in clericū promoueri.

SED

*Greg. lib. 3. Dalogo. cap. 1.

SVPER Q. LXX. Aliàs 39. Art. III.

159

CONCL. Seruus, qui non habet poteſtatem ſui, non poteſt ad ordines promoueri: ſi tamen promouetur ordinem ſuſcipit.

¶EXAM. Ly non poteſt. Scilicet licite, non autē quaſi non ſuſcipiat characterem; vt ex reſiduo concluſionis patet.

¶ Ly qui non habet poteſtatem ſui. Quaſi dicat; ſeruus vt ſeruus, ſeruitute durante. Nam ſi ſeruus manumittatur plenè (vt in append.) à domino ſuo, vel aliàs liber fiat, non eſt ille ſeruus, de quo loquitur concluſio.

¶PROB. 1. Quia ſeruus non poteſt dare, q̄d ſuū non eſt; & per conſequens nō poteſt mancipare ſeipſum diuinis officijs ſecūdum ꝙ promotio ad ordines requirit. Secunda autē pars, ſ. ſi tamen &c. probatur: Quia libertas nō eſt de neceſſitate ſacramenti.

¶NOT. Ex probatione prima, ſcilicet nullus poteſt dare, quod ſuum non eſt, aduerte perſpicaciter, quid intendat probare; alioquin decipitur. Non enim intendit probare, quia ſeruus non poſſit abſolute promo-

promoueri ad ordines: sed quòd non possit sine peccato: ita quòd peccatum ipsum non impedit receptionem ordinis, sed executionem. Ad hanc intelligentiam dandam dixit ly dare: non autem ly recipere. Quasi diceret, Suscepturus ordinem, debet seipsum dare in executionem ordinis suscepti; & qui sic non potest se dare, non potest ad ordines promoueri sine peccato. Simile igitur est ac si quis fictus accederet ad sacramentum; quia sicut iste peccaret ex eo, quòd accedit cum duplici animo ad faciendum rem, quæ de natura sua exigit simplicem intentionem: ita seruus peccat accedens ad ordinē, qui de natura sua requirit obsequium ad sui executionem; quod tamen seruus ipse dare nō potest. Ex eo igitur quòd accedit ad ordinem, mōstrat facto suo, quòd mancipat se in diuinis obsequijs secundū quòd ordo requirit: ex eo autem, ꝙ est seruus; non potest se hoc modo mancipare. Sic ergo vides, ꝙ semper fictus accedit: & hoc est peccatum, sine quo nō potest seruus ad ordines; accedere illud, qđ probatio permissa intendebat monstrare. Rursus. Si vltima verba in corpore ly similis ratio est de omnibus &c. attēdas: vniuersalem doctrinam multorum casuum decisiuam habebis. Quorum omnium solutio ad hoc medium, tanquàm fundamentum, demum reducetur; scilicet ꝙ nullus potest dare, qđ suum non est. Confirmatur autē præsens doctrina de ratiocinijs ex Concilio Carthaginensi. Magnus Episcopus A. dicit procuratores, actores, executores pupillorum, si debent ordinari? Gratus Episcopus dixit, si post deposita onera, & reddita ratiocinia, actus vitæ ipsorū fuerint comprobati in omnibus, debent cum laude Dei, si postulati fuerint, honore munerari. Si enim ante libertatem negociorum, vel officiorum fuerint ordinati; Ecclesia infamatur. Vniuersi dixerunt: Rectè statuit sanctitas vestra; ideoque illa est nostra sententia. Hæc illud: vt recitatur, de oblig. ad ratiocin. ordin. vel non.

*Decretal. 1. tit. 19.

SED CONTRA. Videtur quòd impediat quantum ad necessitatem sacramenti. Quia mulier non potest suscipere sacramentum ratione subiectionis, sed maior subiectio est in seruo, quia mulier non datur viro in ancillam, propter quod non est de pedibus sumpta. ergo & seruus sacramentum non suscipit.

¶ Præt. Aliquis ex quo suscipit ordinem tenetur in ordine ministrare, sed non potest simul ministrare domino suo carnali, & in spirituali ministerio. ergo videtur quòd non possit ordinem suscipere, quia dominus debet seruari indemnis.

RESPON. Dicendum, quòd in susceptione ordinis mancipatur homo diuinis officiis, & quia nullus potest dare, quod suum non est; ideo seruus, qui nō habet potestatem sui, non potest ad ordines promoueri; si tamen promouetur ordinem suscipit: quia libertas non est de sacramenti necessitate, sed de necessitate præcepti, cum non impediat potestatem, sed actum tantum, & similis ratio est de omnibus, qui sunt aliis obligati vt ratiociniis detenti,* & huiusmodi personæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in susceptione spiritualis potestatis, est aliquis obligatus ad aliqua

## 1^m de maiori.

Prælationi spirituali. ℞. Vt sic; præcisè: non, vt includit aliqua obsequia corporaliter agenda. §. Tunc nihil &c. Nam (vt vidimus in not. præced.) seruitus impedit propriè executionem ordinis, i. impedit, ꝙ seruus nō possit se obligare ad officia illa corporaliter exhibenda, quæ requiruntur post ordinem susceptum. Consequenter ergo non impedit absolute, quin seruus suscipiat prælationem spiritualem: sed quòd non possit prælationis spiritualis officia consequentia exercere, vide not. illam.

## 2^m maior.

Illud, quod est occasio humilitatis, non debet impedire susceptionem alicuius sacramenti. ℞. Nisi aliunde posset haberi alia occasio humilitatis. §. Tunc nihil &cæt. Non enim est necesse: ꝙ omnis occasio humilitatis pro recipiendis sacramentis faciat: licet humilitas ad receptionem omnium sacramentorum requiratur.

## 3^m de minori.

Licitè. ℞. In casu speciali: non ordinariè. §. Tunc nihil &c. Licet enim magis sit turpe clericum in seruum vendi ordinariè, quàm seruum in clericum promoueri (vt arguitur): tamen non est magis turpe, immo nec turpe, immo & laudabile, clericum in seruum vendi in casu speciali, s. inspirationis diuinæ specialis, de quo vide in textu.

¶ NOT. Simile quid facto charitatiuo Episcopi Nolani; & ex simili causa, contigit de B. Dominico Patre ordinis Prædicatorum: quando vendendum se tradidit cuidam ad hoc; vt quidam captiuus amicus eius de captiuitate barbarorum illo medio, tanquàm precio, redimeretur (vt dicitur in sua legenda). Ex textu quoque nota benè pro alijs etiā huiusmodi, ꝙ non omnia facta sanctorum trahenda sunt in ordinariam cōsequentiam; id quod & de eorum scriptis intelligendum S. Thomas 1. par. quæst. 31. art. 4. & alibi maximè in opusc. contra error. Græcor. docuit: sed piè (quantum licet) exponenda.

## 4^m illatio conclusionis.

Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam mulier dicit naturalem subiectionē, seruus autem non naturalem, sed ciuilē, & consequenter mulieribus sexus contraponitur directè ordini dicenti quasi naturalem prælationē, inquantum signa sacramentalia ipsius ex naturali similitudine repræsentant; non autem seruilis conditio.

etiam corporaliter agenda, & ideo per corporalem subiectionem impeditur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ex multis aliis, quæ non præstant impedimentum executioni ordinum, potest aliquis occasionem humilitatis accipere, & ideo non sequitur.

AD TERTIVM dicēdum, quòd beatus Paulinus* ex abundātia charitatis spiritu Dei ductus hoc fecit, quod rei euentus probauit, quia per eius seruitutem multi de grege suo sunt de seruitute liberati, & ideo non est ad consequentiam trahendum, quia vbi spiritus domini, ibi libertas. 1. Cor. 3.

*Loco citato in arg.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ signa sacramentalia ex naturali similitudine repræsentant, mulier autem habet subiectionem à natura, sed nō seruus, & ideo non est simile.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ si est promotus sciēte domino, & non reclamante, ex hoc ipso efficitur ingenuus; si autē eo nesciente, Episcopus, & ille, qui præsentauit, tenentur domino in duplū, quàm sit pretium serui, si sciuerunt ipsum esse seruum, aliàs si seruus habeat peculiū, debet seipsum redimere, alioquin reduceretur in seruitutē domini sui, nō obstante ꝙ ordinē exequi non potest.

## 5^m de maiori.

Tenetur. ℞. Inquantum potest: non autē, inquantum non potest. §. Tunc nihil &c. Nam quando seruus non potest simul ministrare domino suo carnali, & in ministerio spirituali, non tenetur ad executionē ministerij spiritualis: vt in lfa.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò esse dictum à Stephano I. Papa, ꝙ serui non debent ordinari: vt refertur suprà q. 36. artic. 1. appen. Item à canone Apostolorum 81. Seruos in clerū proueheri sine voluntate dominorum nō permittimus ad eorum qui possidēt, molestiam. Horum. n. euersionem talia efficiunt. Si quando autem etiam dignus seruus visus sit, qui ad gradum eligatur (qualis noster quoque Onesimus visus est), & domini cōcesserint, ac liberauerint, & ædibus emiserint; fiat. Hæc ibi secundum vnam translationem. Secundum verò aliam, nonnihil addendo, sic. Serui, si in clerum promoueantur citra dominorum voluntatē, hoc ipsum operatur redhibitionem. Si quando verò seruus quoque gradus ordinatione dignus videatur (qualis & noster Onesimus apparuit) & domini consenserint, manuque emiserint, & domo sua ablegauerint; efficiatur. Hæc ibi. Item à Gelasio I. Papa in epist. ad vniuersos Episcopos per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam constitutos scribente c. 16. Generalis querelæ vitanda præsumptio est, qua propemodum causantur vniuersi, passim seruos & originarios dominorum iura fugientes, vel ad monasteria sese conferre, vel ad ecclesiasticum famulatum admitti: quæ modis omnibus est amouēda pernicies; nè per Christiani nominis institutum, aut aliena peruadi, aut publica videatur disciplina subuerti præcipuè, cum nec ipsam ministerij clericalis hac obligatione fuscari conueniat dignitatem, &c. Quib. solicita interdictione prohibitis: quisquis Episcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorum, qui monasterijs præesse noscuntur huiusmodi personas, deinceps vel ecclesiasticæ seruituti, vel religiosis congregationib. putauerint applicandas; nisi voluntate forsitan dominorum sub scripturæ testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione concessas: periculum se honoris proprij non ambigant, communionisque subituros; si super hac re cuiusque verax nos querela pulsauerit. Magnis quippe studijs, secundum B. Apostolum præcauendum est; nè fides, & disciplina, domini blasphemetur. Hæc ibi: & recitantur dist. 54. Ecce, quòd adeò inardescit Gelasius contra hoc absurdum de seruis ordinandis: quòd non solum Episcopos eorum ordinatores: sed etiam coadiutores, siue ad hoc consulentes, puta presbyteros, atque diaconos priuare & gradu, & communione minatur. Item à Concilio Toletano 4. Quicumque libertatē à dominis suis ita recipiunt; vt sibi in eis nullum obsequium patronus retentet; si isti sine crimine sunt, ad clericatus ordinem liberi suscipiantur: quia directa manumissione absoluti noscuntur. Qui verò retento obsequio manumissi sunt, pro eo quòd adhuc patroni seruituti tenentur obnoxij, nullatenus sunt ad clericatus ordinē promouendi: ne, quando voluerint eorum domini, fiant ex clericis serui.

1. Tim. 6.

Hæc

Hæc illud: & recitantur distin. 54. Nota ly directa manumissione; vt hinc discas quinã serui manumissi ordinari possint. Non enim possunt omnes secundum Concilium hoc. Item ab ead. dist. 54. capitulis multis: quæ per te videre potes. Item ab Alexandro III. ad Archiepiscopum Turonensem scribente. Consuluit &c. Respondemus q neque spurios, neque seruos, ordinare debes. Et, si memores, in consecratione tibi dictũ fuit: vide, nè quemlibet seruilis conditionis ad ordines promouere præsumas. Hæc ibi: & recitantur de ser. non ordinan. & eorum manumiss. Item à Concilio Toletano. De famulis Ecclesiæ constituere presbyteros, & diaconos per parochias liceat: ita tamen vt antea manumissi statũ recipiant libertatis. Hæc illud ibidem. Ecce quòd etiam de seruis Ecclesiæ intelligitur denegata promotio ad ordines: nisi cum conditione, vt ibi. Item à Gregorio IX. ad Archiepiscopum Neapolitanum. Dilectus filius G. diaconus proposuit, q I. miles, ea occasione, quod patrem ipsius hominem seruum esse proponit (licet mater sua, cuius debet imitari conditionem, libera esse noscatur) ne promoueatur in presbyterum impedire præsumit. Quocircà mandamus, quatenus, si tibi constiterit de præmissis, eundem militem ab huiusmodi impedimento cessare compescas. Hæc ille: & recitantur ibidem. Vbi nota: q filius patris serui tantùm, & matris liberæ, non iudicatur seruus respectu ordinum suscipiendorum. Vide ibidem per multa capitula de materia hac. Secundò habes: quomodo prędicta Patrũ, pro quãto seruos non posse ad clericatum promoueri insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

2

3

SVPER Q. LXX. Aliàs 39. Art. IIII.

CONCL. De necessitate præcepti est, quod non sit homicida, qui ad ordines promouetur; quãuis non sit de necessitate sacramenti.

160

¶PROB primò: Quia eius minister debet conformari Christo passo (cùm omnia sacramenta referantur ad Eucharistiam): & homicida magis assimilatur occisoribus Christi, quàm Christo occiso. Secundò, quia homicida maximè contrariatur paci, quæ per Christum passum facta est. Tertiò, quia (ly quamuis &c) relinquitur tãquàm clarum.

1^m illatio conclusionis. Ergo &c. &ext.

℞. Negatur illatio. §. Nã lex noua & vetus nõ assimilantur in hoc: vt habes in textu.

2^m de maiori. Propter actum virtutis. ℞. Vt actus virtutis est: non vt concernit effusionẽ sanguinis. §. Tunc nihil &c. Licet enim iudex decollando malefactorem cõmittat actum virtutis (vt arguitur) & propter hoc præcise nõ fiat irregularis: tamen decollando illum, effundit sanguinem; & propter hoc irregularitatẽ incurrit.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrum propter homicidium aliquis debeat ab ordinibus prohiberi.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd propter homicidium aliquis non debet prohiberi à sacris ordinibus. Quia ordines nostri sumpserunt initiũ à Leuitarum officio, vt in præcedenti distinctione dictum est, sed Leuitæ consecrauerunt manus suas in sanguinis effusione fratrum suorũ, vt patet Exodi 2. ergo & in nouo testamento non debent aliqui ab assumptione ordinum prohiberi propter sanguinis effusionem.

¶ 2 Pręt. Propter actum virtutis nullus debet impediri ab aliquo sacramento, sed aliquando sanguis effunditur per iustitiam sicut à iudice, & peccaret habens officium, si non effunderet. ergo non impeditur propter hoc à sacramenti susceptione.

¶ 3 Præterea. Pęna non debetur nisi culpæ, sed aliquis sine culpa quandoque homicidium committit, sicut se defendendo, vel etiam casualiter. ergo non debet incurrere irregularitatis pœnam.

SED CONTRA hoc sunt plura Canonum * statuta, & Ecclesiæ consuetudo.

* In Decretalib. lib. 5. tit. 12. de homicidio volũtario, c. 1. 8. 12.

RESP. Dicendum, quòd omnes ordines referuntur ad Eucharistię sacramentum, quod est sacramentum pacis nobis factæ per effusionem sanguinis Christi, & quia homicidium maximè contrariatur paci, & homicida magis conformatur occidentibus, quàm ipsi Christo occiso; qui omnes prædicti ministri debent conformari, ideo de necessitate præcepti est, quod non sit homicida, qui ad ordines promouetur, quamuis non sit de necessitate sacramenti.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd vetus lex inferebat pęnam sanguinis, non autem noua lex, & ideo non est simile de ministris veteris, & nouæ legis, quæ est iugum suaue, & onus leue.

AD SECVNDVM dicendum, q irregularitas non incurritur propter peccatum tantum, sed principaliter propter ineptitudinem personæ ad sacramẽtum Eucharistiæ ministrandum, & ideo iudex, & omnes, qui in causa sanguinis ei participant, sunt irregulares, propter hoc quòd effusio sanguinis non decet ministros dicti sacramenti.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd nullus facit nisi illud, cuius est causa, quod est voluntarium in homine, & ideo ille, qui ignorans hominẽ occidit homicidio casuali, non dicitur homicida, nec irregularitatẽ incurrit, nisi operã dederit illicitæ rei, vel nisi omiserit debitam diligentiam, quia iam quoddam efficitur volũtarium, nec hoc est propter hoc quòd culpa careat, quia etiam sine culpa incurritur irregularitas, & ideo etiam ille, qui se defendẽdo in aliquo casu non peccat, homicidium committendo, nihilominus irregularis est.

ARTI-

dicit effusionem sanguinis humani. Et q̃a causa hæc (vt nũc diximus) dicta est i corpore: ideo S. Thomas, præsupponendo ex dictis patere glossam ad illam propositionem maiorẽ in qua consistit vis totius argumenti, transtulit se, illa dimissa, ad declarationẽ minoris in argumento positæ. Hanc vero consuetudinẽ eiusdem Doctoris breuitatis studeus annotauimus alibi; velut regulam à seipso frequenter seruatam in similibus casibus, puta quando ex dictis ibi in articulo potest cõsideranti occurrere solutio.

Mos sancti Doctoris consíderandus.

¶NOT. 1. Quòd maior illa propositio sit ꝑ formale responsiui benè glossata, confirmatur ex regula iuris 23. in 6. dicente: Sine culpa (nisi subsit causa) non est aliquis puniendus. Vnde patet etiam: quòd infligere irregularitatis pœnam ei, qui non commisit culpam in effundendo sanguinem, non est res iniusta, quoniã subest causa, vt dictum est: Verum est tamẽ. quod, sicut iudex ecclesiasticus pęnam illam infert pro effusione sanguinis, ita (quando sibi conueniẽs videtur) reseruare potest aliquem ab illa pœna, quæ aliàs cursu ordinario incurreretur. Ac si dicamus pro exẽplo. Beata virgo ordinario cursu cõmissura erat peccatum veniale; & ab eo incurrendo præseruata est semper speciali Dei priuilegio, Concil. Trid. sess. 6. can. 23. Propterea conclusio ad id significandum dixit ly quamuis non sit de necessitate sacramenti. Quasi apertè dixisset: irregularitas incurritur ex sanguinis effusione iuncta prohibitione Ecclesiæ; & consequenter ab eius incursione (etiam data effusione sanguinis) potest præseruare Ecclesia, declarando scilicet quòd talis effusio sanguinis in casu non est contra talem prohibitionem suam: & hoc facere non posset Ecclesia, si irregularitas huiusmodi impediret ordinem de natura sacramenti. Quia enim de natura sacramenti fœmineus sexus ad clericatum non admittitur: ideo non potest in casu aliquo declarari, quòd mulier ordines recipere possit.

Pęna iusta, etiam sine culpa.

¶NOT. Aduerte pro intelligentia termini textualis: quòd irregularitas est inhabilitas ad ordines recipiendos, vel ad ordinũ iam susceptorum executionem, ita quòd non potest irregularis nondum ordinatus, sine dispensatione promoueri ad illos; nec iam ordinatus potest sine dispensatione exequi officia ordinum suorum. Hæc autem inhabilitas trahitur formaliter ex effusione sanguinis; siue illa effusio sit iusta, & consequenter actus virtutis; siue iniusta, & consequenter actus uitij. Vnde patet: quòd irregularitas est pœna, quæ non semper incurritur propter culpã, licet semper incurratur iustè. Vbi autem consistat ista iustitia quando infligitur pœna sine culpa; in sequenti responsione cum suis annexis dicetur.

Irregularitas q̃d sit.

3^m maior. Pœna non debetur nisi culpæ. ℞. Vel nisi causæ. §. Tunc nihil &c. Licet. n. homicidiũ casuale quandoque sit sine culpa (vt arguitur): semper tamen fert secum causam, ob quam infligi potest illa pœna, quæ est irregularitas.

¶NOT. 1. Causam hanc dicimus illam, quæ est contraria ministrorum conformitati passioni Christi, eiusq́; effectui, i. paci; de qua conformitate patet in probatione conclusionis, seu in corpore art. huius. Hinc clarum est: quòd illa causa neque dicit (formaliter loquendo) culpam, neque non culpam: sed, abstrahendo ab vtroque, dicit

¶COROLL. Ergo non mirum: q irregularitas non incurratur in casibus dictis in textu, etiam q effusio sanguinis interueniat. Ratio est: quia Ecclesia, cuius præcepto accedente ad effusionẽ sanguinis incurritur irregularitas, declarauit quasi præseruando; quòd in illis casibus effusor sanguinis pœnam illam non incurrit.

¶EXAM. Ly qui se defendendo in aliquo casu non peccat homicidium committendo; nihilominus irregularis est. Hoc dictum exponitur à nonnullis sic, quòd de mente D. Thomæ fuerit; quòd defendens

fendens se sine peccato in quocumque casu; occidendo inuasorem non fiat irregularis. Et quando adducitur in contrarium Clementina tit. de homicid. volunt. vel casua. respondent; quòd hoc non diminuit vllo modo bonitatem doctrinæ huius attendentis effusionem sanguinis secundum se tantum, vel etiam secundum iura positiua priora: quoniam incursus irregularitatis cùm pendeat etiam ex declaratione summorum Pontificum pro tempore, & post Diuum Thomam Clementina illa facta sit: ideò quamuis præualeat huic dicto, non tamen diminuit famam doctrinæ eius. Expositio hæc licet verum dicat pro aliqua parte, scilicet & quòd aliquis defendendo se modo, quo Clementina dicit, non fit irregularis, & quòd per hoc non minuitur excellentia doctrinæ D. Thomæ: tamen videtur minus perspicaciter verum dicere pro ista parte, quòd scilicet dictum Sancti Thomæ discrepet à Clementina. Pro cuius intellectu notes Clementinæ verba, eiusque ordinariam glossam. Ecce Clementina. Si furiosus, aut infans, aut dormiens hominem mutilet, vel occidat: nullam ex hoc irregularitatem incurrit. Et idem de illo censemus, qui mortem aliter vitare non valens suum occidit, vel mutilat, inuasorem. Hæc ibi. Glossa autem eius ordinaria ibidem est hæc. Nota: quòd licet sit licitum alicui vim illatam repellere, ita quòd non teneatur fugere, cùm sit honesta persona, cui non esset honestum fugere: tamen, si resistendo occidat, incurrit irregularitatem; licet non veniat puniendus in foro sęculari. Ex glossa ista super illam Clementinam sic notante patet: q. Clementina intendit (vt etiam expressit) de illo, qui mortem aliter vitare non valet; non de illo, qui fugiendo (licet videatur sibi verecundum) vel clamando, vel alio modo mortẽ euadere potest: sanctus Thomas ergo, cum dicat ly in aliquo casu, & non dicat absolutè, in casu quo mortem aliter vitare non potest, videtur loqui in sensu glossæ illius, non Clementinæ: & consequenter non discordare à Clementina.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse à scripturis, & summis Pontificibus, quòd homicidium ab ordine impedit, & effusio sanguinis. Insinuatum autem est hoc ab Exod. 21. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum: vt moriatur. Hæc ibi. Vnde argue, à fortiori, pro clericatu noui testamenti: quoniam in moralibus sic licet inferre à veteri ad nouum. Item ab Alexandro III. ad Episcopum Exoniensem, sic. Presbyterum, qui puerum intuitu disciplinæ percussit in capite, cùm post paucos dies expirasset, tàm ab omni altaris ministerio debes perpetuò remouere, quàm ab officio sacerdotali deponere: si ex ipsa percussione interijt, vel aliam infirmitatem incurrerit de qua noscitur expirasse. Hæc ille: de homicid. volunt. vel casua. Ecce: quòd homicidium casuale imputatur ei, qui dabat operam rei licitæ: si non adhibuit diligentiam, quam debuit. Item ab Innocentio III. ad Episcopum Lugdunensem. Dilectus filius A. capellanus proposuit: quòd cum quadam corporis molestia grauaretur, vt comedendi appetitum aliquantulum excitaret, equum ascendit; qui cum bene non pareret habenis, sed præter sessoris arbitrium saltibus lasciuiret, ipse, vt eius refręnaret impetum, fręno vim intulit, equumque calcaribus stimulauit; cumque, fracto fręno, equus proprio arbitrio relictus curreret festinanter, quædam mulier veniens ex obliquo infantulum baiulans obuiauit; in quam equus irruens (procul abiecto sessore) puerum prædictum oppressit. Mandamus, quatenus si est ita, cum idem capellanus nec voluntate, nec actu homicidium perpetrauit, nec dedit operam illicitæ rei; non impedias, quo minus diuina possit officia celebrare. Hæc ille ibidem: Ecce: quòd dans operam rei licitæ, nec existens in culpa, non fit irregularis; si homicidium sequatur. Quod clariùs ab eodem habes ibidem cap. Ex literis tuæ fraternitatis accepimus: quòd quidam monachus &c. Vbi de quodam in campanili existente pro campana deponenda, & casu ligni fortuitò interficiente puerum, dicitur: quòd si ipse rem necessariam agebat, & vtilem, & in loco per quem aliquem transire non crederet, vel ibidem existere, vel etiam illuc de consuetudine venire, quando lignum mouit, poterit ad altiores ordines promoueri. Vide ibidem per multa capitula de materia hac: & quòd etiam homicidium casuale imputatur ei, qui dabat operam rei illicitæ; vt dicitur in hoc responso ad tertium.

2 Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, & Patrum, pro quanto homicidium impedire à clericatu insinuant, & intelligas, & probes, & defendas.

3 Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. LXX. Aliàs 39. Art. v.

161 Cap. 1. & multis seq. extrà, de filijs presbyt.

CONCL. 1. In his, qui ordinandi sunt, ex quadã honestate requiritur claritas quædam; non de necessitate sacramenti, sed de necessitate præcepti.

¶ EXAM. Ly claritas: Scilicet respectu sui, & aliorum. Ratione primi debent esse bonis moribus; ratione secũdi debent esse bonæ famæ, & non publicè pęnitentes. Remaneret enim quædam recordatio in mentibus hominum de pœnitentia transacta ab huiusmodi: & sic obfuscaretur quodammodo apud illos fama taliũ clericorum nõ ratione, qua pœnituerunt; sed ratione qua ante grauiter peccauerunt.

¶ PROB. Quia ordinati constituũtur in quadam dignitate præ alijs (patet ex supradictis). Secunda autem pars, s. non de &c. probatur: Quia hoc clarum est. Tertia autem pars, s. sed de &c. patet ex Deuter. 23. in argum. sed contra.

¶ NOT. Vide appen. seq. pro meliori captu vltimæ partis concl.

¶ CONCL. 2. Ex illegitimo thoro nati à susceptione ordinum repelluntur; nisi cum eis dispensetur.

¶ PROB. 1. Quia hominis claritas obscuratur ex vitiosa origine (patet experientia): & claritas pulchra requiritur in ordinatis (patet ex prima conclusione). Secunda autem pars, s. nisi cum &c. clara relinquitur.

1m minor. Portaret autẽ, si propter hoc impediretur ab ordinibus suscipiendis. ℞. Negatur ista. §. Nam irregularitas non est pœna iniquitati debita &c. vt in textu. Vide art. 4. ad secũdum & tertium, cũ annexis, quare irregularitas sit pœna, & cuius.

2m maior. Magis impedit aliquis propter defectum proprium, quàm alienum. ℞. Nisi defectui actus proprij possit prouideri, non autẽ defectui actus alieni. §. Tunc nihil &c. Nã, stante glossa, clarum est; q magis impedit quis per actum alienum, quàm per actum proprium: licet cæteris parib. (id est si vtrisque possit æquè bene prouideri), magis impediatur, homo per defectum proprium, q̃ per alienum.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum illegitimè nati debeant ab ordinibus suscipiendis impediri.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q illegitimè nati non debeant impediri à sumptione ordinum, quia filius non debet portare iniquitatem patris: portaret autem si propter hoc impediretur ab ordinibus suscipiendis: ergo &c.

¶ 2 Præterea. Magis impeditur aliquis propter defectum proprium, quàm alienum: sed à susceptione ordinum propter illicitum cõcubitum suum nõ semper aliquis impeditur. ergo nec propter illicitum concubitum patris sui.

SED CONTRA est, quod dicitur Deuter. 23. Non ingredietur Mamzer (hoc est de scorto natus) Ecclesiam Dei, vsque in quartam generationẽ. ergo multo minus debet promoueri ad ordines.

RESPON. Dicendum, quòd ordinati, in quadam dignitate præ aliis constituuntur, ideo ex quadam honestate requirit in eis claritas quædam non de necessitate sacramenti, sed de necessitate præcepti, vt scilicet sint bonæ famæ, bonis moribus ornati, non publicè pœnitentes; & quia obscuratur hominis claritas ex vitiosa origine, ideo etiam ex illegitimo thoro nati à susceptione ordinum repelluntur, nisi cum eis dispensetur, & tanto est difficilior eorum dispensatio, quanto eorum origo est turpior.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd irregularitas non est pęna iniquitati debita, & ideo patet, quòd illegitimè nati, non portant iniquitatẽ patris, ex hoc q irregulares sunt.

AD SECVNDVM dicendum, q ea, quæ per actum proprium committuntur, possunt per pœnitentiam ad actum contrarium aboleri; non autem ea, quæ ex natura sunt, & ideo non est simile de vitioso actu, & de vitiosa origine.

AR-

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas; meritò insinuatum à Stephano Papa primo, q illegitimè nati à clericatu prohibentur: vt habes suprà q. 36. art. 1. appen. Item à &c. q. 37. art. 2. appen. Item à Concilio Pictauiensi, sic. Vt filij presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati ad sacros ordines non promoueantur; nisi aut monachi fiant, vel in congregatione canonica regulariter viuentes; prælationem verò nullatenus habeant. Hæc illud: de filijs presbyt. ordin. vel non. Item à Gregorio IX. ad Archiepiscopum Turonensem. Nimis in tua prouincia Ecclesiæ deformatur honestas; ex eo quòd filij sacerdotum, & alij non legitimè nati promouentur ad dignitates & personatus, & alia beneficia curam animarum habentia. Hæc ille ibidem. Ecce: q contra honestatem est, illegitime natos admittere ad clericatum (vt habet

habet conclusio):ex quo nimis deformatur illa honestas,si ad dignitates in Ecclesia assumantur. Item, ꝙ possint admitti cum dispensatione,insinuatū esse meritò ab Alexandro II. potes ostendere per D. Thomam & consequenter illegitimos ordinari non posse,nō esse de necessitate sacri Dicit ergo Alexander sic,vt recitatur distin. 56. Apostolica authoritate præcipimus vobis;vt si eum,qui ab Ecclesia electus est, altero digniorem esse, canonicamq; eius electionē probaueritis,fulti nostra authoritate consecretis. Nam pro eo,ꝙ filius sacerdotis dicitur:si cæteræ virtutes in eum conueniant,non reijcimus;sed suffragantibus meritis conueniendo recipimus. Hæc ille. Hoc idem scribit Vrbanus Papa Bartholomeo Turonensi Archiepiscopo,ibid. c. Cenomanensem. Vide tu ibi,& in ead. dist.per capitula multa. Item de pœnitentibus publicis à Concil. Aurelianensi. Vt pœnitentes ad sacerdotiū non ascendant. Hæc illud:vt recitatur de bigam.non ordin.c.1. Item quo ad dispensationē illegitimorum inquit Bonifacius VIII. His,qui defectū patitur natalium ex dispensatione potest licitè (si ei aliud canonicum non obstat) ad ordines promoueri minores,& obtinere beneficium, cui cura non imminet animarū;dummodò sit tale,super quo per ipsum Episcopum valeat dispensari. Ad ordines autem maiores,vel beneficia, super quibus nequit Episcopus dispensare, fine dispensatione Sedis Apostolicæ promoueri non potest. Hæc ille;de fil.presbyt.in 6. Secundò habes: 2 quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto illegitimos & publicè pęnitentes ad ordinē promouendos non esse insinuant, & intelligas,& probes,& tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vi- 3 cissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum propter defectum membrorum debeas aliquis impediri.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd propter defectum membrorum non debeat aliquis impediri, quia afflictio non debet addi afflicto. ergo non debet priuari ordinis gradu propter pœnam corporalis defectus.

¶ 2 Præt. Plus exigitur ad actum ordinis integritas discretionis, quàm integritas corporis, sed aliqui possūt promoueri ante annos discretionis. ergo & cum corporis defectu.

SED CONTRA. Tales prohibebantur à ministerio veteris legis; ergo multo fortius debent in noua prohiberi. De bigamia verò dicetur * in tractatu de matrimonio.

RESP. Dicendum, ꝙ (sicut ex dictis patet) aliquis efficitur ineptus ad susceptionem ordinum, vel propter impedimentum actus, vel propter impedimentum claritatis personæ, & ideo patientes defectum in membris, impediuntur à susceptione ordinis,si sit talis defectus,qui maculam notabilem inferat per quem obscuretur personæ claritas, vt abscissio nasi, vel periculum in executione facere possit, aliàs non impeditur. Hæc autem integritas exigitur de necessitate præcepti. Et per hæc patet solutio ad obiecta.

SVPER Q. LXX. Aliàs 39. Art. VI.

162 CONCL: Patientes defectum in membris, impediuntur à susceptione ordinis; si sit talis defectus,qui vel maculam notabilem inferat, per quē obscuretur personę claritas, vel periculum in executione facere possit.

¶PROB. Quia aliquis efficitur ineptus ad susceptionem ordinū, vel propter impedimētum claritatis personæ, vel propter impedimētum actus executionis.

1^m^ antecedēs. Afflictio non debet addi afflicto. R. Nisi de iure sit illa secunda afflictio addita. §. Tunc nihil &c. Nam afflictio hæc priuatiua,scilicet non promoueri posse ad ordines,est de iure præcepti: quod quidem factum est non ad afflictionem afflicto addendam; sed ad dignitatem ordinis, & honestatem conseruandam.

Nè addas afflictionē afflicto.

¶NOT. Videretur durum nimis, si afflictio adderetur afflicto sine causa: & propter hoc dictum est in scriptura, quòd non debet talis afflictio addi. Videretur etiam iniustum, si causa exigente non adderetur afflictio afflicto (vt fit quotidie in foro iudiciali respectu malefactorum: quibus afflictis iterum, exigente iudicio, renouantur afflictiones): & ideo Ecclesia sancta ordinauit circa huiusmodi corpore vitiatos fieri, vt in conclusione.

2^m^ maior. Plus exigitur ad actum ordinis integritas discretionis, quàm integritas corporis. R. Cæteris paribus: non autem, si cætera sint disparia. §. Tunc nihil &cæt. Nam discretio in pueris, & defectus membrorum in hominibus mutilis dispares habent successus. Procedente enim tempore indiscretio puerorum transit, & discretio aduenit: quod non est sic de defectibus membrorum (vt patet): quoniam, nec per mille annos reddetur manus naturaliter ei, qui defectum manus habebat.

¶COROLLARIVM. Pueris ergo,& huiusmodi (vt articu. 2.) ideo licite dantur ordines minores, quia speratur de eis status discretionis, qui status quodammodo etiam interim præuenitur per instructionem, & assuefactionem puerorum ad ministeria clericalia. Hoc autem de corpore vitiatis, cum non possit dici, facit disparitatem conditionis horum & illorum ad ordinum susceptionem. Aliàs (vt tactum est in responso formali) plus exigeretur ad ordines suscipiendos integritas discretionis, quàm corporis: & consequenter susceptionem ordinum magis impediret indiscretio puerorum, quàm defectus membrorum siue per naturam, siue modo alio mutilatorum.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationē ostēdas, meritò esse dictum ab Innocentio III. ad Episcopum Militen. Exposuisti nobis; ꝙ prædecessor tuus N. in Abbatē promouit nesciens,ꝙ ipse esset manu altera mutilatus,&c. Respondemus:quòd cū pro tā enormi defectu ad sacros nō possit ordines promoueri:& in ꝓmotione sua id tacuerit fraudulēter,ab Abbatię officio est non immeritò amouendus. Hęc ille: de corp.vitiat.nō ordin. Item ab Honorio III. ad Episcopum Engolismen. Thomas monachus proposuit:ꝙ cum in annis puerilibus esset constitutus,quædam barra ferrea super dexterę suæ policē fortuito casu cadens,vngulam auulsit ab eo: quocircà mandamus,quatenus si ad frangendū eucharistiam sit in police ipso potens,& aliud canonicū non obsistat, propter deformitatem huiusmodi non dimittas, quin eum ad ordinem sacerdotis promoueas. Hæc ille ibid. Vide etiam eodem tit.per totum. Item ab Innocentio ad Fęlicem Macerianum Episcopum. Qui partem cuiuslibet digiti sibiipsi volens abscidit; hunc ad clerum canones non admittunt. Cui verò casu aliquid contigerit, dum operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens se non spontè percutit, hos canones præcipiunt, & clericos fieri, & si in clero reperti fuerint, non abijci. Hæc ille; distinctio. 55. Item à Concilio Martini Papæ. Si quis pro ægritudine naturalia à medicis secta habuerit, similiter & qui à Barbaris, aut qui à dominis suis castrati fuerint, & moribus digni inueniuntur, hos canon admittit ad clerum promoueri. Si quis autem sanus, non per disciplinam religionis & abstinentiæ, sed per abscissionem à Deo plasmati corporis existimat posse à se carnales concupiscentias amputari, & ideo se castrauerit: non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quòd si iam fuerit ante promotus ad clerum, prohibitus à suo ministerio deponatur. Hæc illud. distinctio. 55. Item ab Hilario Papa. Pœnitentes, vel inscij literarum, aut aliqua damna membrorum perpessi, ad sacros ordines aspirare non audeant. Quisquis autem talium consecrator extiterit: factum suum ipse dissoluet. Hæc ille; distinctio. 55. Faciunt hæc etiam pro quæstione 36. articulo secundo, & quæstio. huius artic. 5. Vide distinctionem 55. per totum. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, 2 pro quanto patientes defectum membrorum à clericatu prohibent, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs Angelica doctrina præsens, & declaretur, & consolidetur. 3

* Infrà q. 66. & deijs in Decret. li. 1. tit. 21.

* art. ꝓced. corp. vide in Decret. li. 1. tit. 20.

Castrati ꝑ disciplinā religionis, est seruare cœlibatum: de quo Matt. 19.

AP-

---

## QVÆST. LXXI. Aliàs 39.

*De his quæ annexa sunt sacramento ordinis, in septem articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de his, quæ sunt annexa sacramento ordinis.

ET circa hoc quæruntur septem.

¶ Primò, Vtrum ordinati debeant habere coronæ rasuram, & tonsuram.

¶ Secundò, Vtrum corona sit ordo.

¶ Tertiò, Vtrum per acceptionem coronæ aliquis abrenunciet corporalibus bonis.

¶ Quartò, Vtrum supra sacerdotalē debet esse potestas episcopalis.

¶ Quintò, Vtrū episcopatus sit ordo.

SVPER Q. LXXI. Aliàs 40. Art. 1.

CONCL. Eis, qui ad diuina ministeria applicantur, competit rasura; & tonsura, in modum coronę.

¶PROB. 1. Quia mēs eorum,qui ad diuina ministeria applicantur non debet retardari à contemplatione diuinorum occupationibus temporalibus:& subtractio capillorum ex parte superiori per rasuram significat hoc ipsum. Secunda autem pars, s. tonsura, probatur: Quia sensus eorum, qui ad diuina ministeria applicantur,non debent obuolui rebus temporalibus, & sub-

¶ Sextò, Vtrū supra Episcopos possit esse aliqua potestas superior.

¶ Septimò, Vtrum vestes ministrorum conuenienter sint institutæ.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum ordinati debeant tonsuram deferre.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ordinati nō debeant coronæ rasuram habere. Quia Dominus comminatur captiuitatē, & dispersionem his qui sic attondentur, vt patet Deuter. 33. de captiuitate inimicorum denudati capitis. Hierem. 49. Dispergam in omnem ventum eos, qui attonsi sunt in comam: sed ministris Christi nō debetur captiuitas, sed libertas. ergo coronę rasura, & tonsura eis non competit.

¶ 2 Præt. Veritas debet respondere figuræ: sed figura coronæ præcessit in veteri lege in tonsura Nazaręorū, sicut in litera * dicitur. ergo cùm Nazaræi non essent ordinati ad ministeriū diuinum, videtur ꝙ ministris Ecclesiæ non debeatur tonsura, vel rasura coronæ, & hoc etiam videtur per hoc, quòd Conuersi, qui nō sunt ministri Ecclesiæ, tondentur in religionibus.

¶ 3 Præt. Per capillos superflua signātur, quia capilli ex superfluis generātur: sed ministri altaris omnem superfluitatem à se debent expellere. ergo totaliter debent caput radere, & non in modum coronæ.

SED CONTRA: Quia secundùm Greg. * seruire Deo regnare est, sed corona est signum regni. ergo illis, qui ad diuinum ministerium applicantur, corona * competit.

¶ Præterea. Capilli in velamen dati sunt, vt patet 1. Cor. 11. sed ministri altaris debent habere mentē reuelatam. ergo cōpetit eis rasura coronæ.

RESP. Dicendum, quòd eis qui ad diuina ministeria applicant, competit rasura, & tonsura in modum coronæ, ratione figuræ, quia corona est signum regni, & perfectionis, cum sit circularis: illi autem, qui diuinis ministeriis applicantur, adipiscuntur regiam dignitatem, & perfecti in virtute esse debent, competit etiam ratione subtractionis capillorum, & ex parte superiori per rasuram, ne mens eorum temporalibus occupationibus à contemplatione diuinorū retardetur, & ex parte inferiori per tonsuram, ne eorum sensus temporalibus obuoluantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Dominus cōminatur illis, qui hoc ad cultum dæmonum faciebant.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ea, quæ fiebāt in veteri Testamento, imperfectè repręsentāt ea, quæ sunt in nouo, & ideo ea, quę pertinent ad ministros noui Testamenti, non solū significabantur per officia Leuitarū, sed etiā per omnes illos, qui aliquam perfectioné profitebantur. Nazaræi autem profitebantur perfectionem quandā in depositione comæ † significantes temporalium contemptum, quamuis non in modum coronę deponerent, sed omnino totum, quia nondum erat tempus regalis, & perfecti sacerdotii, & similiter etiā conuersi tondentur propter renūciationem temporalium, sed non radūtur, quia non occupantur diuinis ministeriis, in quibus diuina oporteat eos mente contemplari.

AD TERTIVM dicēdum, quòd non solum debet significari temporalium abiectio, sed etiam regalis dignitas in forma coronę, & ideo non debet totaliter coma tolli, & etiam ne indecens videatur.

ARTI-

---

subtractio capillorū ex parte inferiori per tonsuram, significat hoc ipsum. Tertia autem pars, s. in modum &c. probatur: Quia corona est signum regni, perfectionisque (cùm sit circularis): & illi qui ad diuina ministeria applicantur, adipiscuntur regiam dignitatem, perfectique in virtute esse debent.

¶ COROLL. Ergo corona, quæ mediante rasura fit, est aliquid dignius, quam tonsura; sicut finis est nobilior his, quæ sunt ad finem. Pro fine enim habet homo contemplari diuina, ad quod manuducitur per contemptum, paucasq; occupationes, rerum inferiorum. Hinc est: ꝙ corona non cōuenit cōuersis; sed solum clericis, tanquàm dignioribus illis.

163 S. Tho. 4. di. 24. q. 3. ar. 1. 2. & 3.

1m de maiori. Sic attendentur. ℞. Ad cultum dæmonū: non, ad cultum diuinum. §. Tunc nihil &c. Nam clerici sic attondent in honoré diuinum, vt s. etiā exterius ad instructionem populorum faciant ea, quæ sanctitatem redolent sibi cōpetentem: vt de hac sanctitate in corp. art. declaratur.

¶ EXAM. Ly dæmonum. Scilicet re vera; nōn autem secundū opinionem illorum idolatrarum, de quibus Deuter. 33. & Hierem. 49. vt in argumento. Nam Gentiles idola sua, in quibus secundū rei veritatem colebant dæmones, opinabantur esse Deos: vt habes 1. par. quæst. 13. art. 10. Quia tamen ignorantia talis illorum Gentilium non eos excusabat, quin tanquàm dæmonum cultores re uera haberentur, & essent: ideo in textu dicitur, quod illi hoc ad cultum dæmonum faciebant.

* li. 4. sent. d. 24. §. B. à med. ex Isid. lib. de off. eccl. 4.

* Citatur à Magist. 4. Sent. d. 24. §. B. ante med. & tale quid habe: Chrysost. in illud dictum Ioan. Vos qui amici mei, to. 3.

2m de maiori. Respondere. ℞. Superabundanter: non, æqualiter tantum. §. Scilicet ad figuram, seu respectu figuræ suæ. Tunc nihil &c. Nam clerici nouæ legis quò ad tonsuram figurabantur quidem à Nazaręis tonsuram; sed tamen deficienter: ita quòd clerici nouæ legis in correspondentia ad illam figuram superant in corona, vt in textu.

Figura & figuratum.

¶ NOT. Veritas figurata, quòd debeat respondere figuræ superabundanter, id est, quod à figura non secundum omnem sui perfectionem repræsentetur, patet & ratione vniuersali, & ratione speciali. Vniuersali quidem; quia finis vnus existens est nobilior multis rebus, quæ sunt ad ipsum finem: speciali verò, quia testamentū nouum, in quo reperitur veritas figurata, est nobilius testamento veteri, in quo reperiuntur figuræ huius. Item. Quòd res perfecta vna, repræsentetur ab imperfectis pluribus, & deficienter adhuc (vt in textu colligitur) patet in vno Sole, cuius lumen repræsentatur à pluribus, puta à lucernis, candelis, laternis, faculis, accensis, ignibus & stellis; & tamen adhuc valde admodum imperfecte, & deficienter. Sic & splendor, & verbum, & filius, patris vnigenitum repræsentant: & tamen deficienter adhuc 1. par. quæst. 42. artic. 2. ad primum. Ideò autem multa imperfecta ad repræsentandum vnum perfectum inducuntur à sacris literis (puta, Leuitæ, & Nazaręi ad repræsentandum clericorum nostrorum perfectionem): vt ex multis illis possimus colligere similitudinem, quantum fieri potest; conformem isti vni perfecto; ita vt quod deest ex vno suppleatur æqualiter ex altero.

Cōcil. Tolet. c. 40.

3m minor. Ministri altaris omnē superfluitatem à se debent expellere. ℞. Ita, vt & dignitas regalis in eis appareat; & indecentia in eis non videatur. §. Tunc nihil &c. Nam licet per capillos superflua significentur, inquātum ex superfluis generant; tamen non sunt omnes superflui, per respectū ad coronam, & decentiam: quia si capilli omnes tollerētur omninò; & forma coronæ dignitatē regalem repræsentans non appareret, & quędam indecētia capitis denudati videretur.

¶ NOT. Per tonsurā & rasuram subtracti capilli sufficienter significant, ministros altaris debere à se expellere omnem temporaliū superfluitatem, inquātum superfluitas est (pro quo vide art. 3. seq.) non inquātum quodammodo necessaria est: ideo sanctus Thomas, ex quo respōdit iam in corp. quò ad superfluitatē ipsam, nō fuit sollicitus (& hoc ex industria non repetendi) respondere ad ly omnem; sed tantū dixit ly abiectio tēporalium debet significari.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostēdas, meritò insinuatū esse à Concilio Agathensi, ꝙ clerici tonsuram ferre debent. Hoc autem insinuatum est cap. 20. Clerici, qui comā nutriunt, ab Archidiacono (etiā si noluérint) inuiti detondeantur. Hęc illud: & recitantur distin. 23. Item à Gregorio IX. Si quis ex clericis comam relaxauerit: anathema sit. Hæc ille: distinc. 23. Item ab Innocētio III. in Cōcilio generali. Clerici officia &c. Coronā, & tonsurā, habeant congruentem. Hæc ille: de vita & honest. cler. Item ab Anicęto Papa & martyre in Epist. ad Episcopos Galliæ c. 4. vbi de tonsura & rasura in modum coronæ, inquit: Prohibete fratres per vniuersas regionum vestrarum ecclesias, vt clerici, qui laicis & simplicibus, virtutis, honestatis, pudicitię, & grauitatis exemplar esse debent; ac seipsos, tanquàm signum purioris vitæ, rudioribus ad imitationem prudenter exhibere, iuxta Apostolum, comam non nutriant: sed desuper caput in modū sphęræ radant: quia sicut discreti debent esse in conuersatione, ita & in tonsura, & omni habitu discreti debent apparere. Hæc ibi. Vbi nota ly iuxta Apostolum. Nam ex eo, quòd 1. Cor. 11. dicit, quòd nutrire comam viro est ignominia, insinuat Anicętus, se inferre à fortiori: quòd clericis multò plus est ignorantia nutrire comam. Item à 12. q. 1. Duo sunt genera Christianorum, &c. Genus, quod mancipatur diuino officio & deditum est contemplationi, & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare conuenit: vt sunt clerici, i. sorte electi; cleros enim Græce, Latinè sors. Omnes enim Deus in suos elegit. Hi namque sunt Reges, i. se & alios in virtutibus regentes: & ita in Deo regnum habent: & hoc designat corona in capite. Hanc coronam habent ab institutione Romanæ Ecclesiæ in signum regni quod in Christo expectatur. Rasio vero capitis est temporalium omniū depositio. Hæc ibi. Quæ maximè conueniunt cū dicto B. Petri Apostoli,

† Vt exponit Magist. loco notato in arg. 2.

Clericalis Corona vnde.

Apostoli,

Apostoli, ipsumque exponunt 1. Pet. 2. Vbi sacerdotium nouæ legis ipse vocat regale sacerdotium. Per quod vocabulũ & ipse insinuat de clericis quò ad rasuram in modum sphæræ id ipsum, quod suprà dictum est ab alijs summis Pontificibus. Ex his prædictis, maximè à 12. quæst. 1. Duo sunt, patet: meritò damnari pestiferum illum errorem Pauperum de Lugduno dicentium, clericos omnes, & eis obedientes, à tempore Beati Syluestri Papæ, esse damnatos. Ex ipsa enim interpretatione nominis clericorum patet reprobari temerarium hunc errorem: & per consequens etiam ostendi, quòd isti Pauperes de Lugduno sunt maximè depauperati in intelligẽtia propriæ vocis: quoniam ipsam non intelligunt. Et nota: quod talis corona per rasuram facta à B. Petro incępisse monstratur in edicto Constantini Magni Imperatoris, vbi legitur. Decreuimus itaque & hoc: vt idem venerabilis pater noster Syluester summus Pontifex, & omnes eius successores Pontifices, diademate (videlicet corona quã ex capite nostro illi concessimus) ex auro purissimo & gemmis pretiosis vti debeant; & in capite ad laudẽ Dei, & pro honore B. Petri gestare. Ipse verò Beatissimus Papa, super coronã clericatus, quã gerit ad gloriam B. Petri, omninò ipsa ex auro nõ est passus vti corona. Hæc ibi, 1. tomo Conciliorum. Ecce: ꝙ reputauit B. Syluester maioris dignitatis coronã clericalem, quam coronam Imperatoris auro & margaritis intextã; & per hoc, ipsos Pauperes de Lugduno in errore suo clericos persequentes, validè condemnauit: dictaq; à S. Thoma in artic. præsenti maximè confirmauit. Secundò habes: quomodo prædicta Patrum & scripturarum, pro quanto ordinatos statuunt tonsuram, atque rasuram debere portare, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim doctrina hæc Angelica, & declaretur, & consolidetur.

Error Insabbatatorũ damnatus multipliciter.

Corona clericalis quã incępit.

Quanti facienda est corona clericalis.

---

## ARTICVLVS II.

*Vtrum corona sit ordo.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd corona sit ordo. Quia in actibus Ecclesiæ spiritualia corporalibus respondẽt: sed corona est quoddam corporale signũ quod Ecclesia adhibet. ergo videtur ꝙ signatum interius ei respondeat, & ita in coronatione imprimitur character, & erit ordo.

¶ 2 Præterea. Sicut ab Episcopo solum datur confirmatio, & alij ordines, ita & corona, sed in confirmatione, & alijs ordinibus imprimitur character. ergo & in corona, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præterea. Ordo importat quendam dignitatis gradum: sed clericus hoc ipso quòd clericus est, in gradu supra populum constituitur. ergo corona per quam efficitur clericus aliquis, est ordo.

SED CONTRA. Nullus ordo datur, nisi in Missæ celebratione: sed corona datur etiã absque officio Missæ. ergo non est ordo.

¶ Præt. In collatione cuiuslibet ordinis fit mentio de aliqua potestate data, non autem in collatione coronæ; ergo non est ordo.

RESPON. Dicendum, ꝙ ministri Ecclesiæ à populo separantur ad vacandũ diuino cultui: in cultu autẽ diuino quædã sunt, quæ per potentias determinatas sunt exercenda, & ad hoc dat spiritualis potestas ordinis, quædam autẽ sunt, quę cõiter à toto ministrorũ collegio fiunt, sicut dicere diuinas laudes, & ad hoc nõ exigitur aliqua potestas ordinis, sed solũ deputatio ad tale officium, & hoc fit per coronam, & ideo non est ordo, sed præambulum ad ordinem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corona habet interius aliquod spirituale quod ei respondet, sicut signatum signo: sed hæc non est aliqua spiritualis potestas; & ideo in corona non imprimitur character, nec est ordo.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quamuis per coronam non imprimatur character, tamen deputatur homo ad diuinum cultum, & ideo talis deputatio debet fieri per summum ministrorum, scilicet per Episcopum, qui etiam vestes benedicit, & vasa omnia, quæ ad diuinum cultum applicantur.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd ex hoc ꝙ aliquis est clericus, est in altiori statu, quàm laicus, non tamen habet ampliorẽ potestatis gradum, qui ad ordinem requiritur.

AR-

---

SVPER Q. LXXI. Aliàs 40. Art. II.

164 CONCL. Corona nõ est ordo: sed præambulum ad ordinem.

¶ PROB. 1. Quia per coronam homo nõ deputatur ad exercẽda diuini cultus ministeria p potentiam aliquam determinatam. Secũda autem pars, s. sed &c. probatur: Quia homo per coronam extra populũ separatur deputatus ad ea, quæ à toto collegio ministrorum Ecclesiæ fiunt. i. ad dicendum laudes diuinas.

cap. cleros, 21. dist. c. cũ contingat, de ęta. & qualit. cap. vlt. de temp. ord. lib. 6.

¶ COROLL. Ergo alij clerici etiam ordinum minorũ separantur extra populũ dupliciter; videlicet & ad diuinas laudes persoluendas, & ad ministeria aliqua diuini cultus per potẽtias determinatas exequenda: tonsurati verò tantũ extra illum separantur ad primum, non ad secundũ exercendum. Ratione primi clericus est in via dispositiua de propinquo ad ordinẽ. (Hoc dicit textus ly esse præambulum): ratione secũdi est in ordine. Nam rõne secundi habet characterem ordinis: quoniam potentiæ illæ determinatæ sunt ipsi characteres. Vnde & sic ordinatus, puta ostiarius, dicitur claudere ostia ex potestate spirituali, siue (quod in idem redit) ex officio.

1m de maiori. Spiritualia. ℞. Aliqua: non, ista vel illa in particulari. §. Tunc nihil &c. Nam coronæ exteriori correspondet aliquid spirituale intus in anima, licet non correspondeat spirituale, hoc scilicet character.

¶ COROLL. Argumentum ergo ab vniuersali ad particulare procedebat affirmatiue; & ideo errabat. Non enim licitum est dicere; illud est animal, ergo est homo. Sufficit enim ad verificandum antecedens, quòd sit bos, capra, leo, vel &c. Sic in proposito, ad verificandum illam maiorem, scilicet in actibus Ecclesiæ spiritualia corporalibus respõdent, sufficit; quòd aliquo modo spiritualia sint, quæ correspondent: & non requiritur necessariò, quòd sint hoc, vel illo, modo singulari spiritualia.

¶ NOT. Illud spirituale interius, de quo in textu responsali est quædam pronitas diuinitus collata ei, qui corona hac insignitur, & hæc pronitas respicit diuinas laudes dicendas: Adeo quòd, sicut iste per receptionem coronæ exterioris ab Episcopo, deputatur ad dicendum diuinas laudes, ita huic eidem infunditur à Deo quædam pronitas, seu aptitudo, præ laicis, ad exequendum delectabiliter illud, ad quod deputatur. Et hoc est; illud interius spirituale respondere corporali sicut signatum signo: vt tex. dicit.

2m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim omnia, quæ dantur ab Episcopo, imprimũt characterem; nec sunt ordines: in cuius signum euidẽs est, quòd Episcopus benedicit vestes, & vasa sacra; quæ tamen benedictio nec characterem, nec ordinem, infert in rebus benedictis.

¶ NOT. In hierarchia ecclesiastica (vt habetur ex Concilio Tridentino sess. 23. c. 4. & cano. 6.) Episcopus tenet primũ locum. Vnde ad ipsum, velut ad principẽ, pertinet disponere ea, quæ ad Ecclesiam à se rectã vniuersaliter pertinent. Et hoc est quod dicit textus per ly deputatur homo ad diuinum cultum, & ideo talis deputatio debet fieri p Episcopum. Pro quo fusius intelligendo vide q. 38. art. 1. corp. Hinc est; ꝙ & nomen Episcopi hoc idem confirmat: quoniã ly Episcopus, interpretatur superintẽdens; ab Epi, quod est super, & scopos, qđ est intentio. Quòd verò sic per coronam deputari ad diuinũ cultũ sit aliquid ad communitatem pertinẽs (vt in textu insinuatur) & per consequens conuenienter fiat per Episcopum; patet hac ratione dicta in conclusione, ꝙ scilicet est præambulum ad ordinem. Quia cum quilibet ordo ordinatur tandem ad eucharistiã, & eucharistia est sacramentum vniuersitatis, seu vniuersalis Ecclesiæ, quæst. 37. art. 4. ad secundum. ideo etiam corona, quę tanquàm dispositio, ordinatur remote ad eucharistiam, est aliquid communitatis rationem habens.

3m de minori. Gradu. ℞. Dignitatis: non semper, potestatis. §. Tunc nihil &c. Nam clericus ordinatus, licet sit in gradu & dignitatis & potestatis, altiori, quàm laicus: tamen clericali tantum corona insignitus est in altiori quidem gradu dignitatis, sed non potestatis: quoniam per ipsam coronam non consequitur characterem.

### APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à Concil. Florent. & Trident. immo & ab omnibus huiusmodi tractantibus de ordine, quòd corona non est ordo. Hoc autem insinuatur à Florent. in decreto Armenis dato de sacramentis, quando nos remittit ad Pontificale Romanum de formis ordinum latè continens. Nam vt patet quęst. 34. art. 4. vel etiam quæst. 37. art. 5. appen. per singulas formas ordinum nunquã mentio fit de corona: Immo, quando de corona agitur, nunquã forma similis formis ordinum exprimitur: quoniam de nulla potestate data memoratur. Non enim Episcopus coronãdo dicit, Accipe hanc, vel illam potestatem; sicut dicit ordinando. Cum ergo in singulis ordinibus imprimatur character quæst. 25. art. 2. qui est potestas aliqua, cuius meminit Episcopus per formam patet secundum Concilium illud Florent. quòd corona non est ordo. A Concilio etiam

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Trid.

Trid. seß. 23. c. 2. Ordines, qui sacerdotio ex officio deseruirent, ita distributi: vt qui iam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad maiores, ascenderent. Hæc ibi. Mox verò, facit de singulis ordinib. mentionẽ expressam, nominans sacerdotes, diaconos, subdiaconos, acolytos, exorcistas, lectores, ostiarios; & nihil prorsus de tonsura clericali dicens. Vnde colligitur apertè: ꝙ clericalis tonsura non est ordo, neque maior, neque minor: sed est illa res, per quam insigniti ascendunt per ordines minores ad maiores. Hoc autẽ est esse præambulum & dispositionem, ad ordinem. Secundò habes: quomodo prædicta Patrum, pro quanto coronam insinuãt non esse ordinem, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum per receptionem coronę, renuncietur temporalibus bonis.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ per receptionẽ coronæ aliquis renunciet temporalib. bonis. Ipsi. n. dicunt, cũ coronantur, Dominus pars hæreditatis meæ: sed sicut dicit Hieron. * Dominus in his temporibus fieri dedignatur pars. ergo abrenunciant temporalibus.

¶ 2 Præterea. Iustitia ministrorum noui Testamenti debet abundare super ministros veteris Testamenti, vt patet Matth. 5. sed ministri veteris Testamenti, s. Leuitæ, non acceperũt partem hæreditatis cum fratrib. suis. ergo nec ministri noui Testamenti habere debent.

¶ 3 Pręt. Hugo * dicit, quòd postquã aliquis est factus clericus, debet deinceps stipendiis Ecclesiæ sustẽtari, sed hoc non esset si patrimonium suum retineret. ergo videtur ꝙ abrenunciet in hoc quod clericus fit.

SED CONTRA est, quod Hieremias fuit de ordine sacerdotali, vt patet Hierem. 1. sed, ipse habuit possessionem hæreditatis, vt patet Hierem. 32. ergo clerici possunt habere patrimonialia bona.

¶ Præterea. Si hoc non possent; non videretur tunc differentia inter religiosos, & clericos sæculares.

RESPON. Dicendum, ꝙ clerici in hoc, ꝙ coronam accipiunt, non renunciant patrimonio, nec alijs rebus temporalibus, quia terrenorum possessio non cõtrariatur diuino cultui, ad quem clerici deputantur, sed nimia eorũ solicitudo. Quia, vt dicit Gregorius, affectus in crimine est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dominus dedignatur pars fieri eorum, qui res mundi ita possidẽt, vt ex æquo cum alijs diligatur, ita scilicet quod aliquis ponat finem suum in Deo, & in rebus mundi: non tamen dedignatur fieri pars eorũ, qui res mundi ita possident, quod per eas à cultu diuino non retrahuntur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ Leuitæ in veteri Testamento habebant ius in hæreditate paterna: sed ideo non acceperunt partem cũ alijs tribubus, quia erant per omnes tribus dispergendi, & fieri non potuisset si vnam determinatam partem cœpissent, sicut aliæ tribus.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ si sint indigẽtes clerici, & ad sacros ordines promoti, Episcopus qui eos, ꝑmouit, tenetur eis prouidere, aliàs eis non tenetur, ipsi autẽ ex ordine suscepto tenẽtur ecclesię ministrare. Verbum autem Hug. intelligitur de illis, qui non habent vnde sustententur.

SVPER Q. LXXI. Aliàs 40. Art. III.

165 CONCL. Clerici per hoc, quòd coronam accipiunt, non renunciant patrimonio; nec alijs rebus tẽporalibus.

¶PROB. Quia possessio terrenorum non cõtrariatur diuino cultui, ad quem clerici deputantur.

**1m ex Hieronymo.** Pars. R. s. eorũ, qui res mundi habent pro fine: nõ, eorum qui res mundi non habent pro fine. §. Tũc nihil &c. Non enim omnes possidentes terrena ponunt finem suum in eis; cum sint multi, qui per eorum possessionẽ à Dei amore & cultu non retrahantur.

* Epist. ad Nepotianũ inter prin. & mediũ, tom. 1.

* Deut. 10. & 18.

* Lib. 2. de sacra. p. 3. c. 1. circa fi.

¶NOT. Patet hoc ꝑ exemplum de Abraam, Dauid, imò & de Christo, q habebat loculos, Ioan. 12 & 13. Cùm igitur ad coronandos episcopos dicit illud Ps. 15. Dominus pars hæreditatis meæ, &c. intendit; quòd ipsi per hoc, quòd deputantur ad diuinas laudes, debent præ laicis diligere Deum tanquã hæreditatem suam, ita ꝙ nullam aliam hęreditatem, puta terrenam diligant æqualiter cũ illo: non autẽ intendit; ꝙ per hoc nullã aliam hæreditatem, tãquàm subordinatam ad illius hæreditatis primæ acquisitionẽ, admittant. Quasi dicat Eps. Hæreditati tuæ, quæ est Deus, nullam aliã hęreditatẽ antepones, neque adæquabis, in dilectione tua: & quamuis ad hoc etiã laici teneantur, tamẽ tu magis specialiter teneberis per hoc, ꝙ coronæ clericali donaris à me. Ex non recta igitur intelligentia illius dicti ad coronandum ab Episcopo processit error præsentis argumẽti. Aliàs enim dixisset sic. Dominus pars hæreditatis meæ, dicitur ad coronandos: ergo coronandi hæreditati huic diuinæ nullam temporalem in affectu suo præponere, vel etiam adæquare debent.

**2m de minori.** Non acceperunt partem. R. Ex impossibilitate: non, ex illicito iure possidendi terrena. §. Tunc nihil &c. vt patet.

¶NOT.; Si non licuisset Leuitis in veteri testamẽto possidere terrena, non habuissent ius in paterna hæreditate: quod tñ habuerũt, vt in textu. Quòd ergo non acceperint partem hæreditatis cõmunis cum fratribus processit ex impossibilitate accipiendi illam: secũdum ꝙ textus declarat. Non ergo per hoc concludi potest, ꝙ ministri noui testamenti possidendi terrena ius non habeant: sed, quod ad impossibiliter possidenda se extendere non debent; quod cum omnino sit extra conclusionis propositum, patet: ꝙ sic argumẽtans non tantum non infringit, sed nec attingit intentum articuli.

**3m ex Hugone.** Postquã aliquis est factus clericus. R. Et non habet vnde sustentet. §. Tunc &c. Nam ex hoc, ꝙ aliquis clericus est indigẽs, patet: nõ posse concludi, quòd hæc indigẽtia proueniat hinc, quod in clericatus assumptione renunciauerit temporalibus. Potest enim aliundè prouenire: sicut de facto prouenit.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas errorem pessimum Ioan. Vuiclef (vt refert Conc. Constã. sess. 8.) dicentis: Papa cum omnib. clericis suis possessionem habentibus sunt hæretici, eo quòd possessionem habent. Item addentis, quòd contra scripturam sacram est, ꝙ ecclesiastici habeant possessiones. Item dicentis; quòd ditare clerum est contra regulã Christi. Item dicentis; quòd Syluester Papa, & Constantinus Imperator Ecclesiam dotando errauerunt: & quòd (vt refert Prateolus, titu. Ioannes Vuiclef) ipse Constantinus, cæteriq; domini temporales seducti sunt à diabolo; vt Ecclesiam bonis temporalibus dotarent. Secundò habes: quomodo per rationem ostẽdas hos errores meritò dãnatos esse à Concil. Constantien. sess. 8. vt narratur suprà q. 20. art. 3. appen. de Vuiclef. Item ab Vrbano I. qui fuit 16. Papa post Petrum, Tiburtij cognati, & Valeriani sponsi Beatæ Ceciliæ baptizator, & Sanctus anno Domini 222. Hic in ep. 1. Decre. ad vniuersos Episcopos, inquit: Scimus, vos non ignorare, quia hactenus vita cõmunis inter omnes bonos Christianos viguit, & adhuc (gratia Dei) viget, & maximè inter eos, qui in sortem domini sunt electi. i. clericos, sicut in Act. legitur Apostolorum, Quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorũ. Diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat, &c. Videntes ergo sacerdotes summi, & alij, atque Leuitæ, & reliqui fideles, plus vtilitatis posse afferre, si hæreditates & agros quos vendebant, ecclesijs quibus præsidebant Episcopi traderent; eo quòd ex sumptibus eorum tam præsentibus, quàm futuris temporibus, plurima & elegantiora possent ministrare fidelibus communem fidem ducentibus, quàm ex pretio eorum: cœperunt prædia, & agros, quos vendere solebant, matricibus ecclesijs tradere, & ex sumptibus eorum viuere. Ipsæ verò res in ditione singularum parochiarum, episcoporum, qui locum tenent Apostolorum, erant, & sunt vsque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus, &c. Vnde attendendum est omnibus, & fideliter custodiendum: nè prædia vsibus sacrorum cœlestium dedicata à quibusdam irruentibus vexentur. Quòd si quis fecerit, post debitæ vltionis acrimoniam, quæ erga sacrilegos iure promenda est, perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis vratur. Quoniam, iuxta Apostolum, tradere oportet huiusmodi hominem Sathanę: vt spiritus saluus sit in die Domini. Hæc ibi; & sparsim leguntur per decretum 12. q. 1. Scimus vos. & 12. q. 1. Videntes autem sacerd. & 17. quæst. 4. Attendendum est. Ecce; quòd Vrbanus docuit, & huiusmodi possessiones ecclesiæ à fidelib. esse datas instinctu Spiritus sancti; & ipsum Vuiclef, cum similibus, tanquàm sacrilegum perpetuò infamia, & dominatu Sathanico (quia iam impœnitens mortuus est) iure esse damnandum. Item à Concilio Aquensi, lib. 1. ca. 4. 5. & 6. Qualiter Ecclesia Christi ab exordio natiuitatis suæ cęperit crescere, dilatari, ac propagari, & fidelium oblationibus munerari, in ipso capite nostro Christo intueamur; qui oblationes fidelium suscipere non ambigitur; vnde erant nummi; quos miser Iudas, & non miserabilis, furabatur: & iccircò, qui aliquid de Ecclesia furatur, Iudæ perdito comparatur, &c. Item cap. 7. Quare loculos habuit, cui Angeli ministra-

nistrauerunt: nisi quod Ecclesia eius loculos suos habitura erat? Esto. Erat futurum, vt Ecclesia Christi nūmos haberet? ēt nummos; vtq; & prædia, & mancipia, & diuersarum specierum innumera ornamenta. Porrò Christum, & Ecclesiam, vnam personam esse, non nescimus: & ideo quæ Ecclesiæ sunt, Christi sunt, & quæ Ecclesiæ offeruntur, Christo offeruntur; & quæ ab Ecclesia eius tolluntur, proculdubio Christo tollūtur, &c. Item c. 9. Multi sunt hodie, qui Christiano censentur nomine; qui, ad instar Iudæ, dicere solēt super his, quæ Domino, aut consecrata sunt, aut consecrantur, aut consecrari decernuntur, Vt quid perditio hæc? putantes perditionem esse; quæ Ecclesiæ, ministrisq; eius, ob amorē Dei sunt accommodata, &c. & c. 11. Dominum nostrū Christum vota offerentium respexisse, & viduam duo minuta, i. omnia, quæ habebat; in Gazophilatium mittētem laudasse; & quo animo quis quid mitteret ineffabili discretione; significabat, Ecclesiam suam à fidelibus multiplices oblationes accepturam: & si tunc respiciendo vota offerentium certo examine discreuit, atque approbauit, dubitandum non est; quin factū volentiū ea de Ecclesia sua auferre vituperet. Item c. 13. Gesta singulorū Imperatorum (&, vt de multis vnum ponamus, Constantini) ac Regum, Principumque erga cultum diuinum amplificandum, & cæterorum Christianorum frequētissimam deuotionem manifestant: qualiter memoratam Ecclesiam vsque in præsens tempus honorando exaltauerint, & exaltando honorauerint, atque multifarijs donarijs diuitem effecerint. Hæc ibi. Item à Concil. Trid. sess. 21. c. 2. de reform. Cum non deceat eos, qui diuino ministerio ascripti sunt cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere, statuit sancta Synodus; nè quis deinceps clericus sæcularis, quamuis aliàs sit idoneus, ad sacros ordines promoueatur; nisi prius legitime constet, eum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficiat, pacificè possidere. Patrimonium verò vel pensionem obtinentes ordinari post hac non possint, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum. Eo quoque prius perspecto; patrimonium illud, vel pensionē, verè ab eis obtineri: taliaq; esse, quæ eis ad vitā sustentandā satis sint: atque illa deinceps sine licentia Epi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint: donec beneficium ecclesiasticum sufficiens sint adepti; vel aliunde habeant, vnde viuere possint; antiquorum canonum pœnas super his innouando. Hęc ibi. Item à &c. extrà, de præben. & dignit. c. Episcopus: immo per totum. & eod. tit. in 6. c. cum secundum, & c. si Episcopus: & 70. distin. c. Neminem, cum seq. Item à tota sancta catholica Ecclesia facto suo solemni quotannis dānari meritò Viiclefistas, & similes, ostendere potes: dum S. Thomam Cantuariensem Archiepiscopum, eo quod pro defensandis iuribus & redditibus ecclesiæ suæ gladijs impiorum occubuit, tanquàm vere gloriosum martyrem colit: cuius gloriam manifestarunt & Angeli, dum canonicis pro defuncto ipso ad canendam Missam, de Requiem æternam paratis, ipsi de cœlo venientes more cantorum præcinuerunt, Lætabitur iustus in Domino; quod est, Missa de martyre: quam & canonici illi prosecuti sunt: vt narrat S. Antoninus Archiepisc. Flor. 2. par. hist. tit. 17. c. 3. Item damnari ab eadem tota Ecclesia, dum celebriter B. Dominici ordinis Prædicatorum fundatoris ordinē tertiarium confirmauit, multisq; priuilegijs cōmuniuit: qui ordo tertij habitus vsq; hodie perseuerat. Hic. n. contra hæreticos quosdā dirripientes bona & iura ecclesiarū ab eodem Patre, instinctu Spiritussancti olim institutus fuerat: quapropter & eos fratres de militia Iesu Christi appellauit. Ministerio autem completo, cum armis ipsorum militum, orationibusque vxorum suarum hæretici prædicti fuissent quàmplurimum debellati, & destructi: visum est tam Patribus ordinis, quàm ipsis confratribus mutare nomen militiæ in nomen pœnitentiæ, & ad honorem institutoris sui appellari voluerunt fratres & sorores de pœnitentia B. Dominici. De qua re 3. tom. Conciliorum in gestis Innocentij Papæ III. sic, quasi digitis summis monstrando factum, dicitur: Huius tēporibus oborta apud Tholosam hæresis est; quā, eodem procurāte, B. Dominicus (qui postea in Sanctos relatus est) mira celeritate cōpescuit; adiuuante etiam Simone Monforti. Non enim disceptationib. verborum tantum, verum etiam armis opus fuit: adeò inoleuerat tanta hæresis. Hæc ibi. Tertio habes: quomodo prædicta Patrum, pro quanto per receptionem coronæ clericalis insinuant non renunciari patrimonio, ac bonis temporalibus, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina & declaretur, & consolidetur.

3

4

---

SVPER Q. LXXI. Aliàs 40. Art. IIII.

CONCL. Oportet: potestatē episcopalē esse supra sacerdotalem, quantum ad actū secundarium sacerdotis; non quantum ad primum.

266

¶ PROB. 1. Quia sacerdos nō pōt soluere, nec ligare, nisi præsupposita iurisditione data ab Episcopo, qua sibi subdātur illi, quos absoluit, vel ligat: & omnis potestas, quæ non pōt exire in actum, nisi præsuppositis qbusdā ordinationib. dependet ab illa potestate, quæ illas ordinationes facit. Secunda aūt pars, s. non quantum &c probatur: Quia sacerdos pōt per se consecrare quālibet materiā à Christo determinatam; nec aliud requiritur, quātum est de necessitate sacramenti.

*lib. 4. sent. dist. 24 § 1. & Rab. lib. 1. de instit. cler. c. 6. & Isid. li. 2. de off. eccles. c. 7.

¶ NOT. Omnia clara sunt ex supradictis in diuersis quæst. & artic. & termini conclusionis in corpore declarantur.

*c. 5. eccl. hierar. p. 3. tit. cōtemplatio.

1m de maiori.

Ab Aaron. R. Inquantū fuit sacerdos: nō, inquantū fuit Pontifex. § Tūc nihil &c. Licet. n. supra Aaron, inquantū Pontifex, nullus alius esset (vt arguitur): tn̄ ipsemet, inquantū Pontifex, erat supra seipsum inquantū sacerdos. Et hoc sufficit ad demonstrandū aperte; quod sacerdotalis potestas est infra epalem.

¶ NOT. Pro captu faciliori dictorum in rñso: recole dictū Porphyrij lib. de prædicab. c. de differ. q. s. Sorcates puer differt à seipso sene.

2m de concl. e

Supra sacerdotalē potestatem. R. Quantum ad actum

*Cōc. Triden. ses. 23. de sac. ord. can. 7.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum supra sacerdotalem ordinem debeat esse potestas episcopalis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod supra sacerdotalem ordinem non debet esse aliqua potestas episcopalis. Sicut enim in litera dicitur,* ordo sacerdotalis ab Aaron sumpsit exordium, sed in veteri lege nullus erat supra Aaron. ergo nec in noua lege debet aliqua potestas esse supra sacerdotalem.

¶ 2 Præt. Potestas ordinatur secundum actus: sed nullus actus sacerdotalis potest esse maior, quàm consecrare corpus Christi, ad hoc est. n. potestas sacerdotalis. ergo supra sacerdotalē potestatē non debet esse episcopalis.

¶ 3 Præt. Sacerdos in offerendo gerit figuram Christi in Ecclesia, qui se patri pro nobis obtulit, sed in Ecclesia nullus est maior Christo, quia ipse est caput Ecclesiæ: ergo vt prius.

SED CONTRA. Potestas tanto est altior, quanto ad plura se extendit, sed potestas sacerdotalis (vt Dionysius* dicit) extendit se ad purgandum, & illuminandum tantum, Episcopalis autem ad hoc, & ad perficiendum. ergo supra sacerdotalem potestatem debet esse episcopalis.

¶ Præt. Diuina ministeria debēt esse magis ordinata quàm humana, sed humanorum officiorū ordo exigit, vt in quolibet officio præponatur vnus, qui sit princeps illius officii, sicut præponitur militibus Dux, sic sacerdotibus debet aliquis præponi, qui sit sacerdotum princeps, & hic est Episcopus. ergo episcopalis potestas debet esse supra sacerdotalem.

RESPON. Dicendum, quòd sacerdos habet duos actus: principalem scilicet, consecrare corpus Christi, & secundarium, scilicet præparare populum ad susceptionem huius sacramenti, vt prius dictum est. Quātum autem ad primum actum, potestas sacerdotis non dependet ab aliqua superiori potestate, nisi diuina, sed quantum ad secundum, dependet ab aliqua superiori potestate, scilicet humana. Omnis enim potestas, quæ non habet exire in actum, nisi præsuppositis quibusdam ordinationibus, dependet ab illa potestate, quæ illas ordinationes facit, sacerdos autem non potest absoluere, & ligare, nisi præsupposita iurisditione, qua sibi subdantur illi, quos absoluit. Potest autem consecrare quamlibet materiam à Christo determinatam, nec aliud requiritur quantum est de necessitate sacramenti, quamuis ex quadam congruitate, præsupponatur actus episcopalis in consecratione altaris, vel vestium, & huiusmodi, & ita patet,* quod oportet esse supra sacerdotalem potestatem episcopalem, quantum ad actum secundarium sacerdotis, non quantum ad primum.

*Epiph. heresi 75. contra Aer. & Aug. de heresibus, ad Quoduultdeum, her. 53. to. 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aaron sacerdos fuit, & Pontifex, id est sacerdotum Princeps: sumpsit ergo sacerdotalis potestas ab ipso exordium, inquantum fuit sacerdos sacrificia offerens, quod etiam minoribus sacerdotibus licebat: sed non ab eo inquantum fuit Pontifex, per quam potestatem poterat aliqua facere, vt ingredi semel in anno Sancta sanctorum, quod alijs non licebat.

AD SECVNDVM dicendum, quòd quantum ad illum actum non est aliqua potestas superior, sed quantum ad alium, vt dictum* est.

* In corp. art.

actum primum, consideratam: non autem, consideratam quò ad secundarium. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusione.

3^m de minori. Nullus est maior Christo. ℞. Est tamen aliquis maior repræsentante Christo modo tali §. s. perfectione, quo ad actum minoris perfectionis; vt in textu. Tunc nihil &c. vt patet.

Ad tertium dicendū, ꝙ sicut omnium rerū naturalium perfectiones præexistunt exēplariter in Deo, ita Christus fuit exemplar omnium officiorum ecclesiasticorum, vnde vnusquisq; minister ecclesiæ, quantum ad aliquid, gerit typum Christi, vt ex litera patet: * & tamen ille est superior, qui s'm maiorem perfectionem Christum repręsentat: sacerdos autē repræsentat Christum in hoc, quod per seipsum aliquod ministerium impleuit, sed Episcopus in hoc, quod alios ministros instituit, & ecclesiā fundauit. Vnde ad Episcopum pertinet mācipare aliquid diuinis officiis, quasi cultū diuinum ad similitudinem Christi statuens, & propter hoc episcopus etiā specialiter spōsus dicitur Ecclesiæ, sicut & Christus.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem intermas hęresim Aerij dicētis; inter quosuis sacerdotes nullum discrimē esse & Episcopos, i. Episcopum non esse simplici sacerdote superiorem. Huic concordat in malū Ioannes Vuesphal. dicēs; Episcopos omnes, & presbyteros dignitate & authoritate æquales esse; potentia diuitiarum, vel humilitate paupertatis inferiorem, vel sublimiorem Episcopum fieri. Item Tandemi dicentis; episcopalem gradum, ac sacerdotalem ordinem, cæterosque sacri ordinis ministros nihil esse. Item errorem Ioan. de Poliaco (vt refert Cardinalis Turrecrem. de Ecclesia lib. 2. cap. 65. fin.) dicentis; quòd Episcopus non potest audire confessiones parochianorum; neque dare generalem potestatem audiendi illas. Itē Pauperum de Lugduno (vt refert Summa Fratris Yconeti 5. p. cap. 2. in Bibliotheca Vaticana manuscripta) dicentiū, Episcopos esse Scribas & Pharisęos Apostolorum persecutores. Contra hos omnes, vt patere potest recte applicanti, præsens articulus victoriosè pugnat.

*dist. 24. li. 4. sent. per totam dist.

2 Secundò habes: quomodo per rationē ostendas meritò errores prædictos damnari à &c. vt q. 20. art. 1. & 2. app. & q. 24. art. 1. appen. & q. 38. art. 1. app. & q. 8. art. 5. app. & q. 37. art. 4. app. item à Damaso Papa I. in epist. 4. Prospero, Leoni, Reparato, Alexandro, & omnib. Episcopis orthodoxis: vt narratur infrà art. 7. app. Item ab Anacleto in epist. 3. omnibus Episcopis, & sacerdotibus. Sacerdotū ordo bipartitus est, & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet pturbari: Scitis autem: à Domino Apostolos esse electos, & postea per diuersas prouincias ad prædicandū dispersos. Cùm vero messis cœpisset crescere, videns paucos esse operarios; ad eorū adiumentū 70. duos eligi pręcepit discipulos. Episcopi verò Domini Apostolorum presbyteri 70. duorum discipulorū locum tenent. Episcopi autem, non in castellis, aut modicis ciuitatib. debent constitui: sed presbyteri p castella, & modicas ciuitates, atque villas, debent ab Episcopis ordinari & poni: singuli tñ per singulos titulos suos. Eps, non ab vno, sed à plurib. debet Eps ordinari; & (vt dictū est) non ad modicā ciuitatē; ne vilescat nomen Epi: sed ad honorabilē vrbē titulādus, & denominādus est. Presbyter verò ad quemcūq; locū vel ecclesiā in eo constitutā est pficiendus. Hęc ibi Anaclet. qui & Apostolis fuit contpaneus, & à S. Petro eorū principe pbyter ordinatus. Cū igitur Epi in Apostolorū, & presbyteri in 72. discipulorum locum succedant; consequens est proportionaliter: ꝙ æquiparare presbyteros Epis, sit æquiparare 70. duos discipulos Apostolis; ꝙ indubitanter absurdissimū est Quamobrem prædictis obstare nullo modo credendū est illa, quæ B. Hieron. (vt recitatur dist. 93. legimus.) ad Euandrum Epm dicit. Licet n. Episcopū, & presbyterum, videatur modo pari existimare; non tamen verū est: qm de nominib. loquit, non de rebus. Nam ad loquendū de re ipsa se transferens, monstrat apertè, & Episcopū à presbytero differre: & hanc eorū differentiā à tēpore B. Petri Apostoli factā fuisse. Nam (inquit) & Alexandriæ à Marco Euangelista vsque ad Heraclam & Dion. Episcopos, presbyteri semper vnum ex se electum in excelsiori gradu collocatum, Episcopum nominabant. Hæc ille ibi. Cum igitur Marcus Petri fuerit tempore, sicut Heracla & Dion. tempore Hieron. patet, ꝙ hæc prælatio etiam tunc erat; & à B. Hieronymo cognita. Vnde verba eius diligenter examinata prælationem illam nō negant reuera; sed ponunt. & dato, sed non concesso, ꝙ B. Hieron. aliter sentiret de hoc, quàm sentiant Concilia generalia Triden. &c. adhuc non Ecclesia ad Hieron. sed Hieron. ad Ecclesiam, velut ad regulam fidei infallibilem inflecti deberet. vide q. 29. art. 3. app. quomodo in talibus circa doctrinam procedēdum nobis sit.

3 Tertiò habes: quomodo per rationem pręedicta Patrum, pro quanto episcopalē potestatē dicunt præesse sacerdotali, & intelligas, & probes, & defendas.

4 Quartò vides: quō ex ijs vicissim Angelica doctrina & declaret, & consolidet.

---

## ARTICVLVS V.

*Vtrum Episcopatus sit ordo.*

Ad quintum sic procedit. Videtur, ꝙ episcopatus sit ordo. Primo, p hoc, quod * Dionys. assignat hos tres ordines ecclesiasticæ hierarchię Episcopū, sacerdotem, & ministrum. * In litera etiā dicit, ꝙ est ordo Episcoporum quadripartitus.

*c. 5. eccl. hier. p. 1.

*li. 4. sent. 24. par. M. cap. cleros, dist. 21.

¶ 2 Præt. Ordo nihil aliud est quàm quidam potestatis gradus in spiritualibus dispensandis, sed Episcopi possunt dispensare aliqua sacramenta, quæ nō possunt sacerdotes, sicut confirmationem, & ordinem. ergo episcopatus est ordo.

¶ 3 Præt. In Ecclesia non est aliqua spiritualis potestas nisi ordinis, vel iurisditionis: sed ea, quæ pertinent ad spiritualem potestatem, non sunt iurisditionis, aliàs possent committi non Episcopo, quod falsum est. ergo sunt potestatis ordinis, ergo Episcopus habet aliquem ordinem, quem non habet sacerdos simplex, & sic episcopatus est ordo.

Sed contra est, ꝙ vnus ordo non dependet à præcedenti quātum ad necessitatem sacramenti: sed episcopalis potestas dependet à sacerdotali, quia nullus potest recipere episcopalem potestatem, nisi prius habeat sacerdotalem. ergo episcopatus non est ordo.

¶ Præt. Maiores ordines non conferuntur nisi in sabbatis, sed episcopalis potestas traditur in Dominicis. ergo non est ordo.

Respon. Dicendum, quòd ordo potest accipi dupliciter. Vno modo secundum quod est sacramentum, & sicut prius dictum est, ordinatur omnis ordo ad eucharistiæ sacramentum, vnde cum Episcopus non habeat potestatem superiorem sacerdote, quantum ad hoc episcopatus non erit ordo. Alio modo potest considerari ordo secundum quod est officium quoddam respectu quarundam actionum sacrarum, & sic cum Episcopus habeat potestatē in actionibus hierarchicis, respectu corporis mystici supra sacerdotem, episcopatus erit ordo, & secundum hoc loquuntur authoritates inductæ. Vnde patet solutio ad Primum.

Ad secundum dicendū, quòd ordo

SVP. Q. LXXI.

Aliàs 40. Art. v.

167 Concl. 1. Si ordo accipiatur, secundū ꝙ est sacramentū; episcopatus non est ordo.

¶ Prob. Quia omnis ordo sacramentum, ordinatur ad Eucharistiā; & Episcopus non habet maiorem potestatē ad conficiendum eucharistiam, quàm simplex sacerdos.

¶ Not. Omnia clara sunt ex prædictis in multis quæstionibus, & articulis.

¶ Concl. 2. Si ordo accipiatur, secundum ꝙ est officium quoddā respectu quarundā actionum sacrarum; episcopatus est ordo.

¶ Prob. Quia Episcopus habet maiorem potestatem, quàm simplex sacerdos, in actionib. hierarchicis respectu corporis mystici.

¶ Not. Pro notitia antecedentis huius, vide articulum 4. in tex. & appen. item artic. 7. & appen.

1^m ex Dionysio, & ex Magistro. Ordines ordo. ℞. Vt dicunt officium prædictum: non, vt sacramentum. §. Tunc nihil &c. vt pa- vt patet ex cōclusionib. Licet autem sacerdos & minister, de quibus Dionysius, dicant ordinem sacramentum: tamen Episcopus dicit tantum ordinem officium. Cætera patent.

¶ Not. Pro intellectu de ly ordo Episcoporū est quadripartitus, aduerte: ꝙ non quantū ad essentialia Epi officia, quadripartitus est; sed quò ad quædā alia, puta iurisditionalia magis. In cuius signū Anaclet. Papa in ep. 3. omnibus Epis ac sacerdotib. c. 3. ait: Episcoporum ordo vnus est: licet sint primates illi, qui primas ciuitates tenent; qui & in quibusdā locis Patriarchę à nōnullis vocātur. Illæ vrbes, quæ priscis tēporibus primatum tenuere, Patriarcharū, aut Primatū nomine seruātur, reliquæ verò Metropoles Archiepiscoporū, aut Metropolitanorū, & non Patriarcharum, aut Primatū vtantur nominibus, quia hæc eadē & leges sęculi in suis cōtinēt principib⁹. Hæc ibi.

* q. 37. art. 2. cor. ad 1. & art. 4. ad corp.

* in arg. 1.

2^m de maiori. Quidam potestatis gradus. ℞. Habēs rationem characteris: non aliter. §. Tūc nihil &c. Nam licet detur aliqua potestas spiritualis Episcopo in sui promotione

tione respectu aliquorum sacramẽtorum: non tamen &c. vt in tex. Concordat quæst. 38. artic. 2. ad secundum.

3[m] de secunda conclusione. Et sic episcopatus est ordo. R. Vt ly ordo communiter sumitur tantum. §. i. vt est officium quoddã: non, vt sacramentum imprimens characterem. Tũc nihil &c. vt patet ex cõclus. iam probatis.

¶ Coroll. Ergo in Episcopo est potestas, & iurisditionis, & ordinis. Illa, quę est ordinis, non potest alicui nõ Episcopo committi: secus autẽ de illa, quæ est iurisditionis. Iurisditionis est iudicare, excommunicare, corrigere, electos ad aliquam dignitatem confirmare, iuramenta à vasallis accipere, inuestire, beneficia conferre, cognoscere de causis, & consimilia, quæ consistunt in iurisditione. Hæc omnia committere potest Episcopus, & delegare vnicuique, siue maiori, siue minori. Episcopalis ordinis est, clericos ordinare, clericos deponere, ecclesias & altaria consecrare, virgines benedicere, chrisma cõficere, sacramentum confirmationis dare, solemnem pœnitentiam imponere, & : finita ipsa, pœnitentem reconciliare, & similia, quę in consecratione episcopali conferuntur. Ratio autem, quare possit delegare etiam inferioribus iurisdictionalia, & non pontificalem ordinem importantia, est: quia iurisdictio solo verbo, & voluntate, committitur; ordo autem episcopalis per quandam consecrationem. Consequenter ergo pertinentia ad ipsum ordinem, puta collatio sacramentorum, non confertur sola voluntate, aut verbo, immo opus est facto: quoniam necessaria est visibilis, & exterior vnctio; quæ est signum interioris, per quam vnctionem potestas data non potest amitti, licet quandoque executio suspendatur. Et ista potestas per vnctionem consecrationis Episcopo data vocatur in textu in responsione ad secundum, promotio. Hæc dicta sint pro intelligentia terminorum ad primum, & ad secundum.

Ordinis, & iurisditionis epalis, quæ sint.

ordo prout est sacramentum imprimens characterem, ordinatur specialiter ad sacramentũ Eucharistiæ, in quo ipse Christus continetur, quia per characterem ipsi Christo configuramur, & ideo licet detur aliqua potestas spiritualis Episcopo in sui promotione respectu aliquorum sacramentorum, non tamen illa potestas habet rationem characteris, & propter hoc episcopatus non est ordo, secundum quòd ordo est sacramentum quoddam.

Ad tertium dicẽdum, quòd potestas episcopalis non est tantum iurisditionis, sed etiam ordinis, vt ex dictis * patet, secundùm q̃ ordo communiter accipitur.

* In corp. art. & art. pced. corp.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatũ fuisse à summis Pontificibus, & Concilijs epatũ esse, & non esse ordinem pro vario sensu. A summis quidem Pontificibus, vt à Papa Leone, sic. Subdiaconibus carnale connubium non conceditur. Quòd si in hoc ordo, qui quartus extat à capite, dignum est continentiam custodiri: quantò magis in primo, secundo, & tertio sic seruandum est? Ne aut Leuitico, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia, quisquam idoneus existimet: qui se à voluptate luxurię necdum refrenasse, detegitur. Hæc ille. & recitantur distin. 32. omnium. Ecce, quòd episcopatus insinuatur esse ordo. Item à Papa Pelagio, qui loquens de diaconis dicit. Absque Episcopo, vel presbytero baptizari non audeant; nisi, prædictis ordinibus fortassis longius cõstitutis, necessitas extrema compellat. Hæc ille: & recitantur dist. 93. Diaconos propriam. Item à Nicolao Papa ad Mediolanẽses scribente. Omnes siue Patriarchæ cuiuslibet apicem, siue Metropoles primatus, aut episcopatuum cathedras, vel ecclesiarum, siue cuiuscumque ordinis dignitatem instituit Romana Ecclesia. Hæc ille: & recitantur dist. 22. Item à dist. 21. Cleros. Ordo Episcoporum quadripartitus est, id est in Patriarchis, Metropolitis, Archiepiscopis, atqu Episcopis. Hæc ibi, A Concilio verò Trid. sess. 23. cap. 2. insinuatur quòd non sit ordo, & sic. Cum diuina res sit tam tanti sacerdotij ministerium, consentaneum fuit; quò dignius exerceri posset; vt plures essent ministrorum ordines, qui sacerdotis ex officio deseruirent. Nam de sacerdotibus, & diaconis sacræ literæ apertam mentionem faciunt; & ab ipso Ecclesię initio sequentium ordinum nomina subdiaconatus, acolyti, exorcistæ, lectores, & ostiarij in vsu fuisse cognoscuntur. Hæc ibi. Vbi vides: quòd ordines tam maiores, quàm minores, volens exprimere, nullam de episcopatu facit mentionem. Nec mirum, quoniam de ordine inquantum est sacramentum, seu ad sacerdotium deseruiens tractabat: vt in tex. euidentissime patet. 2 Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Patrũ, pro quanto episcopatum ordinem, & non ordinem esse sine alterutrius sententiæ præiudicio dicunt, & intelligas, & probes, & tuearis. 3 Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum supra Episcopos possit esse aliquis superior in Ecclesia.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd supra Episcopos non possit esse aliquis superior in Ecclesia. Quia omnes Episcopi sunt Apostolorum successores: sed potestas, quę est data vni Apostolorum, scilicet Petro, Matth. 16. est data omnibus Apostolis, Ioan. 20. ergo Episcopi sunt pares, & vnus non est supra alium.

¶ 2 Preterea. Ritus Ecclesiæ magis debet esse conformis ritui Iudæorũ, quàm ritui Gentilium: sed distinctio Episcopalis dignitas, & ordinatio vnius super alium, vt in litera dicitur, * est à Gentilibus introducta. In veteri autem lege non erat, ergo nec in Ecclesia Episcopus vnus super alium esse debet.

¶ 3 Præt. * Superior potestas non potest conferri, per inferiorem, neque æqualis per æqualem, quia sine vlla conditione quod minus est, à maiori benedicitur. Hebr. 7. Vnde etiam sacerdos non promouet Episcopum, neque sacerdotem, sed Eps potest quemlibet Episcopũ promouere, q̃a etiam Hostiensis Episcopus consecrat Papam. ergo episcopalis dignitas in omnib. est æqualis, & sic vnus Episcopus non debet alio subesse, vt in litera dicitur. *

Sed contra est, quod legitur in Concilio Constantinopolitano. * Veneramur secũdum Scripturas, & secundum Canonum statuta, & definitiones, sanctissimum antiquę Romæ Episcopum primũ esse, & maximum Episcoporum, & post ipsum Constantinopolitanum Episcopum. ergo vnus Episcopus est super aliũ.

¶ Pręterea. Beatus Cyrillus Episcopus Alexandrinus dicit. Vt membra maneamus in capite nostro Apostolico throno Romanorum Pontificũ, à quo nostrum est quærere, quid credere, & quid tenere debeamus, ipsum venerantes, ipsum rogantes pro omnibus, quoniã ipsius solius est reprehendere, corripere, statuere, disponere, soluere, & ligare, loco illius, qui ipsum ædificauit, & nulli alii q̃d suum est plenum, sed ipsi soli dedit, cui omnes iure diuino caput inclinãt, & primates mundi tãquàm ipsi Do-

* li. 4. sent. dist. 24.

* Decr. dis. 21. c. 7.

* li. 4. sent. dist. 24.

* Conc. 8. Constant. can. 21. & refertur in Decr. dist. 21. c. Definimus.

SVP. Q. LXXI. Aliàs 40. Art. VI.

168 Concl. 1. Vbicumque sunt multa ordinata in vnum; oportet esse aliquid vniuersale super particularia regimina.

¶ Prob. Quia secundum ordinem finiũ debet esse ordo in omnibus, tum actibus, tum virtutibus (ex 1. Ethic.) & bonum commune, quod considerat regimẽ vniuersale, est diuinius, quàm bonum speciale, quod considerat regimẽ particulare.

¶ Coroll. Colligatio ergo ad vnum fiet tunc; quando supra potestatem cõsideratiuam boni specialis cuiuscumque erit potestas consideratiua boni cõis: aliàs non posset fieri multorum, & diuersorum colligatio in vnum. Exemplum sit de exercitibus. Quia. n. colligatur totus exercitus cũ suis specialib. Capitaneis, Centurionib. &c. ad vnum generale caput totius: ideò ipsa hominum millia, etiam si plura, & nationis diuersæ magis essent, vocantur, & sunt vnus exercitus.

¶ Concl. 2. Cum tota Ecclesia sit vnũ corpus; oportet, si ista vnitas debet conseruari, q̃ sit aliqua potestas regitiua respectu totius ecclesiæ supra potestatem episcopalem: qua vnoquæque specialis ecclesia regitur.

¶ Prob. Quia patet ex prima conclus. iam probata; & ex termino proprio ly tota ecclesia est vnum corpus.

¶ Coroll. Ergo cum fundamentũ conclusionis sit hoc, q̃ Ecclesia est vnum corpus (nã ex ipso tota pendet conclusio; vt patet): & hoc fundamentum sit ab Apostolo sæpius positũ: manifestissimè sequit̃ conclusionem esse ab Apostolo in suo fundamento dictam. Et cum hæc potestas regitiua respectu totius Ecclesiæ, sit potestas Papæ (vt textus dicit): eodem modo sequitur, quòd potestas Papalis ab Apostolo sępius in suo illo fundamento explicata fuerit; & quod talis potestas (etiã solum in Apostoli verbis sistendo) sit de iure diuino. Quę omnia cum vel mediocriter prudenti, & in bonis literis experto clara sint: patet; q̃ inexcusabiles sunt, qui eã impugnant, nolendo ẽipsam pro capite recognoscere; & quod huiusmodi homines meritò schismatici vocantur.

De schismaticis, pro meliori intelligentia textus, vide Veritates aureas super legem veterem, Leuit. 21. conclus. 2. per totum.

¶ Not. Si aduerteris texturam illam in conclus. s. ly si ista vnitas debet conseruari, oportet, quòd sit aliqua potestas regitiua respectu totius Ecclesiæ, tunc agnosces; quòd schismatici prędicti ad destructioné Ecclesiæ tendunt per hoc: ꝙ schismatici sunt, i. per hoc, ꝙ vnitatem illam Ecclesiæ diuidunt. Quibus si addideris; & quòd multi schismatici, & maximè de Papatu olim contendentes in inuicé, fuerũt; & quòd Ecclesię vnitas conseruatur adhuc, immo ꝙ gloriosior magisque quàm tépore præterito, clarescit: tunc manifestè conspicies, ꝙ conseruatio ista vnitatis Ecclesiæ diuina est, & non humana. Adeo quòd illud quod à secundo argumento in contrarium facto concluditur, s. ly ergo Episcopi alicui sub sunt, etiam de iure diuino, intelligitur multipliciter; & semper verè. Primò; ꝙ illa subiectio est de iure diuino, i. à Deo in sacris literis pręcepta. Secundò; ꝙ est de iure diuino, i. ab ipsomet Deo, qui eam pręcepit, conseruata; quibuscumque, & qualitercumque, & quomodocumque, & quantumcũque, & vbicumque, & quandocũque, & sic de alijs, faciétib. in contrarium, non obstantibus.

¶ Concl. 3. Inter Episcopum simplicem, & Papam, sunt alij gradus dignitatũ correspõdétes gradibus vnionis; secundũ quos vna congregatio, vel communitas, includit aliam.

¶ Examen. Ly sunt alij gradus dignitatum. Vt Metropolitani, Primates, Archiepiscopi, Patriarchæ, Cardinales; de quibus Concilium Lateranense sub Leone X. sessione 9. cap. 6. De hoc vide artic. præcedentem, nota. post ad primum, & append. & distin. 21. Cleros; & de Cardinalibus, extrà de offic. Archipresbyt. Ministerium (iuncta glossa) De horum dignitate, & Leo IX. in episto. aduer. Michaelis, & Leonis, Archiepiscoporum pręsumptiones, cap. 32. summæ Sedis clerici Cardinales dicuntur; cardini vtique illi, quo cætera mouentur, vicinius adhærentes. Hæc ibi.

¶ Prob. Quia relinquitur clara, accedente exemplo communitatis ciuilis, maioris & minoris (vt in tex.)

## 1m illatio conclusionis.

Ergo Episcopi, &c. ℞. Negatur illatio. § Nam quãuis omnibus Apostolis data sit communiter potestas &c. vt in tex:

¶ Not. Quod hic dicitur de potestate data primò ipsi Petro antequàm daretur communiter omnibus, dictum fuit, & declaratum quæst. 20. artic. ad primum: ideo vide illic. Et nota: quòd promissio illa Matth. 16. facta Petro, æstimatur hic à sancto Thoma, quasi exhibitio potestatis, & iure quidem: quoniam promissio Dei tam vera est, & firma: vt exhibitio, comparatiue præsertim ad humanas promissiones, possit dici & æstimari à viris prudentibus, non quòd isti non sciant, promissionem aliud esse ab actuali exhibitione; sed propter illa duo, quæ dicta sunt, scilicet & propter firmitatem diuinæ promissionis, & propter comparationem ad humanas. Adde: quòd & promissio, vt consideratur secundum continuationem quandam ad ipsius exhibitionem, potest veraciter dici datio: sicut & proportionaliter scientia subalternata, vt consideratur secundum quòd continuatur subalternanti, meretur nomen verę scientiæ. Accedit ad hæc: quòd tam in promissione, quàm in exhibitione facta Petro, maior dignitas, potestasque manifestè designatur. Nam ad literam, & in promissione dicitur ly claues regni cęlorum, & in exhibitione Ioan. 21. ly Pasce oues meas: per hæc vtique dénotando, quòd præ alijs & claues habet, & pastor est, quod etiam tex. subtiliter ex Chrysost. notat. Sic igitur ly primo, non solum dicit prius tempore, sed & prius dignitate. Quòd hoc vltimo modo dicatur etiam, Prius, ponit Philosophus in Postprædicamentis.

Domino Iesu Christo obediunt. ergo Episcopi alicui subsunt etiam de iure diuino.

Respon. Dicendum, quòd vbicumque sunt multa ordinata in vnũ, oportet esse aliquid vniuersale super particularia regimina, quia in omnibus virtutibus, & actibus, vt dicitur in primo Ethic.* est ordo secundum ordinem finium, bonum autem commune est diuinius quàm bonum speciale: & ideo supra potestatem regitiuam, quæ* coniectat bonũ speciale, oportet esse potestaté vniuersalem* respectu boni cõmunis, aliàs non posset esse colligatio ad vnum: & ideo cum tota Ecclesia sit vnum corpus, oportet si ista vnitas debet conseruari, ꝙ sit aliqua potestas regitiua respectu totius ecclesiæ supra potestatem episcopalem, qua vnaquæque specialis ecclesia regitur, & hæc est potestas Papę, & ideo illi, qui hanc potestaté negant, schismatici dicuntur, quasi diuisores ecclesiæ vnitatis: & inter Episcopum simplicé, & Papam sunt alii gradus dignitatum, correspondentes gradibus vnionis, secundũ quos vna congregatio, vel communitas includit aliam, sicut communitas prouinciæ includit communitatem ciuitatis, & communitas totius mundi includit communitatem vnius regni.

* lib. 1. c. 1. & 2.

* Al. communicat.

* Al. quæ cõicat bonum vniuersale.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ quamuis omnibus Apostolis data sit communiter potestas ligandi, & soluendi; tamen vt in hac potestate ordo aliquis signaretur, primò soli Petro data est, vt ostendatur ꝙ ab eo in alios istac potestas debeat descendere, propter quod etiam ei dixit singulariter. Confirma fratres tuos, & Pasce oues meas, id est, loco mei, vt dicit Chrysost. prępositus, & caput esto fratrum, vt ipsi te in loco meo assumentes vbique terrarum te in throno tuo sedentem prædicent, & confirment.

Ad secundum dicendum, ꝙ ritus Iudæorum non erat diffusus in diuersis regnis, & prouinciis, sed tantum in vna gente, & ideo non oportebat quod sub eo, qui habet potestatem principalem alii Pontifices distinguerentur: sed Ecclesiæ ritus, sicut & Gentilium ritus per diuersas nationes diffunditur, & ideo oportet ꝙ quantum ad hoc magis Gentilium ritui quàm Iudæorum Ecclesiæ status conformetur.

Ad tertium dicendũ, ꝙ potestas sacerdotis exceditur à potestate Episcopi quasi à potestate alterius generis: sed potestas Episcopi exceditur à potestate Papę quasi à potestate eiusdé generis, & ideo omné actũ hierarchicũ, quem potest facere Papa in ministratione sacramentorũ, potest facere Episcopus, non autem actũ, quem potest facere Episcopus, potest facere sacerdos in sacramẽtorum collatione. Et ideo quantum ad ea, q̃ sunt episcopalis ordinis, omnes Episcopi sunt æquales: & propter hoc quilibet aliũ potest consecrare.

## 2m maior.

Ritus Ecclesię magis debet esse cõformis ritui Iudęorum, quàm ritu Gentilium. ℞. Si materia patiatur. §. Hoc est, si potest fieri in proposito, de quo secundum occurrétes casus sermo est. Tunc nihil &c. Nam ritus Iudæorum nõ requirebat illam multiplicationem potestatum: quam requirebat ritus Gentiliũ. Ritus n Iudæorum non erat diffusus in diuersis Regnis, &c. vt in tex.

¶ Coroll. Ex hoc, ꝙ Ecclesię ritus Gentilium ritui quodammodo (vt in textu) conformatur, ne putes, Ecclesiam minus prudétem, immo ex hoc eam prudentissimã iudices; quoniam ex malo, tãquàm Dei sapiens imitatrix, nouit reprobata malitia elicere bonum. De ipso namque Deo humanato dicitur, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum, Esa. 11.

## 3m de maiori.

Per inferiorem, per æqualem. ℞ Alterius generis non, eiusdé. § Tũc nihil &c. Nam potestas Episcopi exceditur à potestate Papæ, quasi à potestate eiusdem generis, &c. vt in textu.

¶ Not. Nõ dixit absolutè textus, quòd Episcopus alius possit facere quæcũque potest Roman. 1. Papa: sed cum limitatione ad actum hierarchicum, in administratione sacramentorum De his autem actibus hierarchicis, vide q. 37. art. 2. arg. 1. & ad primum, & in corp. item Conc. Trid. sess. 23. cap. 4. & can. 6. Et nota: quòd in illo sexto canone dicit Concilium: hierarchiã in Ecclesia catholicam esse institutã ordinatione diuina. Per quod dictum confirma etiam conclusionem illam S. Tho. prędictam, s. ꝙ, Episcopos alicui potestati vniuersali subesse, est de iure diuino. Nam hierarchia ipsa (vt inquit Concil. ibi) constat ex Episcopis, presbyteris, & ministris: in numero quorum Episcoporum proculdubio est Romanus tanquàm re vera Maximus omnium. Nota quoque ly quantum ad ea, quę sunt episcopali ordinis, omnes Episcopi sunt æquales. Non. n. dixit absolute; sed addidit ly episcopalis ordinis, ad differentiam iurisdictionis. Quæ sint autem iurisdictionis, vel ordinis episcopalis, vide art. 5. corp. post ad tertium.

ARTI-

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò: quomodo per rationem interimas hęreses Græcorum (vt refert Archiepisc. Florent. p. 3. histor. titu. 22. cap. 1. §. 1.) dicentium; Patriarcham Constantinopolitanũ non esse inferiorem Romano Pontifici, vel non ei subiectum. Item dicentiũ (vt refert Melchior Cano de locis theolog. lib. 4 cap. vlt. ad arg. 12.) quòd pastor vnus totius Ecclesiæ non est à Christo in B. Petro institutus. Item dicentium (vt habetur ex D. Thoma contra errores Græcorum cap. 63.) Pontificem Romanum non habere vniuersalis Ecclesiæ primatum. Item Marsil cuiusdam (vt refert Cardin. Turrecremata de Ecclesia lib. 4. cap. 37) dicentis; quòd Papa, Archiepiscopus, Episcopus, ac simplex sacerdos, sunt omnes æqualis authoritatis, & iurisdictionis ex institutione Christi. Item (vt refert Cardin. Turrecr. de Ecclesia lib. 2. c. 48.) errorem Basileensiũ dicentium: ꝙ Pontifici Romano parere nõ tenentur prælati, & clerici, in Synodo congre-

congregati. item quorundam (vt refert idem Cardinalis de Ecclesia lib. 2. cap. 52.) dicentium: quòd Pontifex Romanus non habet plenitudinem potestatis in Ecclesia. Item Ioan. Huss (vt refertur in Concilio Constātien. sess. 15.) dicentis; non oportere credere; quòd ille (quicumque est) particularis Romanus Pontifex sit caput cuiuscumque particularis Ecclesiæ, nisi Deus eum prædestinauerit. Item addentis; quòd Papa, vel prælatus malus & præscitus, est æquiuocè pastor; & verè fur & latro. Item addentis; quòd non est scintilla apparentiæ; quòd oporteat esse vnum caput in spiritualibus regens Ecclesiam, quod semper cum illa militante Ecclesia conuersetur. Item: quòd nullus sine reuelatione assereret rationabiliter de se, vel de alio; quòd esset caput Ecclesiæ particularis; vel quòd Romanus Pontifex esset caput Romanæ Ecclesiæ. Item Ioan. Vuiclef (vt in eodem Concil. sess. 8.) dicentis; quòd post Vrbanum VI. non est aliquis recipiendus in Papam; sed viuendū est more Græcorum sub legibus proprijs. Contra enim hos, & alios similes, militat articulus præsens; eosq; rationib. inuictissimis (vt patet consideranti) expugnat. Secundò habes: quomodo per rationē ostendas; hos errores meritò dānari à Concil. Constantiensi, vbi suprà. Eorum damnationem ad literam vide suprà q. 20. art. 3. append. vbi Vuiclef: & q. 19. art. 5. appen. de Huss. Item meritò damnari, quam exactissimè à Concilio Florent. suprà q. 17. art. 1. append. Vbi videre est à Spiritusancto actos Græcos (& quidem laudabiliter) damnare proprios errores. Item à &c. vt 1. p. q. 32. art. 4. Item à &c. suprà q. 24. ar. 1. appen. & q. 6. art. 6. appen. & q. 20. ar. 1. appen. Vide & hos damnari à &c. vt q. 26. art. 3. appen. & q. 8. ar. 6. appen. De primatu Petri instituti à Christo abunde leges q. 17. ar. 1. appen. & q. 20. ar. 1. ad primū, in coroll. Vide contra Basileensium errorē specialiter Concil. Lateran. sub Leone X. sess. 11. in Bulla incipiente, Pastor æternus: vbi, & ob hoc, Basileense conciliū meritò vocatur non concilium, sed conciliabulum & conuenticulum. Et nota; quòd Basileenses de indubitato Papa loquebantur: quoniam contra Eugenium IIII. qui profectò re uera indubitatus erat, talia schismatice (factis peioribus ea comprobantes) euomuerunt. Item de Romana Ecclesia contra prædictos, & similes, vide q. 39. art. 3. append. item à Damaso I. Papa, in epist. 3. ad Stephanum Archiepiscopum, & Concilia Aphricæ. Scitis, fratres charissimi, firmamentum à Deo fixum, & immobile, atque titulū lucidissimum, suorum sacerdotum. i. omnium Episcoporum, Apostolicam Sedem esse constitutam; & verticem ecclesiarum. Tu es. n. (sicut diuinum pronunciat verbū ueraciter) Petrus, & super firmamentum tuum Ecclesiæ columnæ, qui & Episcopi intelliguntur, confirmatæ sunt: & tibi claues regni cęlorū commisi, atque ligare & soluere potestatem, quæ in cœlis sunt, & quæ in terris, promulgaui. Tu prophanatorum hominum, & membrorum meorum, maximeq; discipulorū meorum, existis, vt Princeps, & Doctor orthodoxæ, & immaculatæ fidei: cuius vice hodie (gratia Dei) legatione pro Christo fungimur: & omnes huius sanctæ Sedis Præsules eius vicem gesserūt, gerunt, & gerent. Hæc ibi. Item à &c. vt in argumentis in contrarium factis in tex. maximè in primo. Item à Nicolao Papa: vt recitatur dist. 22. Omnes &c. Non quælibet terrena sententia, sed illud Verbum, quo constructum est cęlum, & terra, per quod deniq; omnia condita sunt elementa, Romanam fundauit Ecclesiam: & supra petram fidei mox nascentis erexit solus ipse: qui B. Petro æternæ vitæ clauigero, terreni simul, & cęlestis Imperij, iura commisit. Vnde non dubium est: quia qui Romanæ Ecclesiæ priuilegiū ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur; hic proculdubio in hæresim labitur, & est dicendus hæreticus. Fidem quippe violat, qui aduersus illam agit, quæ est mater fidei: & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis ecclesiis prætulisse cognoscitū, &c. vnde ipse Sanctus Ambrosius, se in omnibus sequi magistram sanctam Romanam Ecclesiam, profitetur. Hæc ibi. Vbi & in sequen. cap. de hac re, legitur. Vide Veritates aureas super legem veterem, Exod. 32. conclusio. 1. & Leuitic. 8. conclusione 8. & Numer. 17. conclusio. 3. & Deuteronom. 17. conclusione septima. Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, atque scripturarum, pro quanto vnum superiorem dicunt esse in Ecclesia super omnes alios Episcopos, ac vniuersaliter quoicumque, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

---

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum vestes ministrorum conuenienter sint institutæ.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd vestes ministrorum non conuenienter sint in Ecclesia institutæ. Ministri enim noui Testamenti magis tenentur ad castitatem, quàm ministri veteris, sed inter alias vestes ministrorū veteris Testamenti, erant fęmoralia in signum castitatis. ergo multo fortius esse debent inter vestes ministrorum ecclesiæ.

¶ 2 Præt. Sacerdotium noui Testamenti est dignius quàm sacerdotiū veteris, sed veteres sacerdotes habebant mitras, quod est signum dignitatis. ergo sacerdotes nouæ legis eas debent habere.

¶ 3 Præt. Sacerdos est propinquior ordinib. ministrorū, quàm ordo episcopalis, sed Episcopi vtuntur vestibus ministrorum,* Dalmatica. s. quę est vestis diaconi, & tunica, quæ est vestis subdiaconi. ergo multo fortius debent vti eis simplices sacerdotes.

¶ 4 Præt. In veteri lege Pontifex deferebat superhumerale, quod significabat onus Euangelij, vt dicit Beda.* Hoc autem maximè Pontificibus nostris incumbit. ergo debent habere superhumerale.

¶ 5 Præt. In Rationali, quo † vtebantur Pontifices veteris legis, scribebatur doctrina, & ueritas: sed veritas maximè in noua lege declarata est. ergo Pontificibus nouæ legis competit.

¶ 6 Preterea. Lamina aurea, in qua scriptum erat dignissimum nomen Dei, erat dignissimum ornamentum legis veteris. ergo illud maximè debuit transferri in nouam legem.

¶ 7 Præt. Ea quæ exterius geruntur in ministris Ecclesię, sunt signa interioris potestatis: sed Archiepiscopus non habet alterius generis potestatem, quàm Episcopus, vt dictum est. ergo nō debet habere pallium, quod non habent Episcopi.

¶ 8 Pręt. Potestatis plenitudo residet penes Romanum Pōtificem: sed ipse non habet baculum. ergo nec alii Episcopi debent habere.

RESPON. Dicendum, quòd vestes ministrorum designant idoneitatem, quæ in eis requiritur ad tractādum diuina, & quia quædā sunt, quæ in omnib. requiruntur, & quędam requirūtur in superioribus, quę non exiguntur ita in inferiorib. ideo quædam vestes sunt omnibus ministris communes, quædam autem superioribus tantum, & ideo omnibus ministris competit amictus humeros tegens, quo significatur fortitudo ad diuina officia exequenda, quibus mancipatur, & similiter alba, quę significat puritatem vitę, & cingulum quod significat repressionem carnis. Sed subdiaconus vlterius habet manipulum, quo significatur extersio minimarū macularum, quia manipulus est quasi sudariū ad extergendum vultū, ipsi. n. ad sacra tractanda admittuntur, habent etiam tunicam

SVP. Q. LXXI.
Aliàs 40. Art. VII.

169
Exo. 28. & Leuit. 6. & 16.

CONCL. I. Vestes omnes ministrorū designant eorum idoneitatem: sed quædam sunt omnibus ministris communes, quędam autem superioribus tantum.

¶ EXAM. Ly idoneitatem. s. requisitam in illis, vt dignè ministrent. Hæc autē idoneitas est, quę summatim tacta est q. 36. ar. 1. eam nominando bonitatem vitæ: & speciatim ad singulas vestes, tangitur per textū totius corp. huius.

¶ Ly ministris. s. ab ostiario vsq; ad Archiepiscopum inclusiuè: vt patet discurrenti tex.

¶ Ly superioribus. Per hoc intelligit diaconum, subdiaconum, & sacerdotem. Nam conclo immediatè post hanc sequens erit de episcopo quasi de ministro altiori ad istum superiorem, scilicet sacerdotem, de quo præsens conclusio.

*Greg. lib. 7. ep. 111.

¶ PROB. Quia vestes ministrorum significant ea, quæ debent esse in ministris, ad hoc ut dignè tractent diuina. Secunda autē pars, scilicet sed &c. probatū: Quia aliqua sunt, quæ pro digna tractatione diuinorum, requirūtur in omnibus. Tertia autē pars, s. quędam autē &c. probatur: Quia aliqua sunt, quæ pro digna tractatione diuinorum requirūtur in ministris superioribus, quæ non exiguntur ita in inferioribus.

* In tract. de tabern. & vestibus sacerd.

¶ COROLL. Ergo ex 1. par. conclus. reliquit D. Thom. nobis respondendum literaliter ad titulum art. Vt dicamus sic. Vestes ministrorum sunt conuenienter institutæ. Ratio est: quia ipsę designāt illorum idoneitatem ad tractādum diuina.

¶ CONCL. 2. Episcopis adduntur nouem ornamēta super sacerdotes.

¶ NOT. Adeo quod & omnia sacerdotū vestimenta, & super illa nouem alia, conueniunt Episcopis.

¶ PROB. Quia inductio per singula, quæ in litera ponitur, hoc monstrat.

¶ CONCL. 3. Vlteriùs habent Archiepiscopi pallium, signum priuilegiatæ potestatis.

¶ COROLL. Ergo ministri, quantò superiores, tantò plura ornamenta hāt: ita vt in plurib. superiores vestimēta inferiorum includant, & non è contra. Nec mirū, quoniā idoneitas maior requiritur in maioribus; quæ scilicet & illam idoneitatem, quæ est in inferioribus contineat, &

aliquam aliam, quæ non est in eis. Sufficit enim ad tractandum diuina minoris dignitatis minor idoneitas: quæ proculdubio non sufficiet ad tractandum diuina maioris dignitatis. Nam singula singulis correspódere oportet, & sicut locus ad locatum proportionatur: ita idoneitas pro correspondẽtia ad res tractatas debet proportionari in ministris. Hæc omnia virtualr insinuauit textus: vt penetrãti subtiliter patere potest.

¶ PROB. Quia Archiepiscopis, tanquàm legitime certãtibus præ cæteris, torques aurea debetur (patet ex antiqua consuetudine taliter legitime certãtium corporaliter) & pallium significat illã torquem auream.

## 1m de minori.

Castitatis votum pro ordine.

Castitatis. ℞. Temporariæ: non, perpetuæ. §. Tunc nihil &c. Nã ministri noui Testamenti non temporariam, sed perpetuam continentiã habere debent.

¶NOT. De castitate dicta in tex. quam & q. 37. ar. 3. & q. 39. ar. 2. ꝓdixerat S. Doctor. magna habetur cõfirmatio a Summis Pontificib. & Concilijs, ꝑ multa cap. di. 32. & speciatim à B. Greg. ad Petrũ subdiaconũ, vt recitaẽ dist. 28. Nullũ facere subdiaconum præsumant Epi; nisi, qui se castè victurũ promiserit: quia nullus ad ministeriũ altaris accedere debet, nisi cuius castitas ante susceptum ministeriũ fuerit approbata. Hæc ibi.

## 2m de minori.

Quod est signũ dignitatis. ℞. Negatur hoc. §. Nam mitra non erat signum alicuius dignitatis, &c. vt in textu.

¶COROLL. Ergo nũc mitra, quæ datur Pontificib. non correspondet illi mitræ sacerdotũ antiquorum, sed cydari illius temporis: quoniam mitra Pontificũ nostrorum est signum dignitatis; non autem antiquorum nisi cydaris.

## 3m de maiori.

Propinquior. ℞. Secundum ordinẽ receptum: non ſm originem ordinum. §. Tunc &c. Nam hic cõsideratur propinquitas ſm originẽ, à qua fluunt ordines: non autem propinquitas ordinum susceptorum. Eps enim in suo vestitu se superiorem Hierarcham repræsentat: & consequenter etiam illum, à quo originaliter conferuntur ordines omnes.

stricłam, per quam doctrina Christi significatur, vnde & in veteri lege in ipsa tintinabula pendebant. Subdiaconi enim primo admittuntur ad doctrinam nouę legis annunciandam: sed diaconus habet amplius stolam in sinistro humero in signum, quòd applicantur ad ministerium in ipsis sacramentis. & Dalmaticam, quæ est vestis larga sic dicta, quia in Dalmaticis partibus primò vsus eius fuit, ad designandum quòd ipse primo dispensator sacramentorum ponitur. Ipse enim sanguinem dispensat, in dispensatione autem largitas requiritur. Sed sacerdoti in vtroque humero ponitur stola, vt ostendatur quod ei plena potestas dispensandi sacramenta datur, non vt ministro alterius, & ideo stola descendit vsque ad inferiora. Habet etiam casulam, quæ significat charitatem, quia ipse sacramentum conficit charitatis, scilicet eucharistiam: sed episcopis adduntur nouem ornamenta super sacerdotes, quæ sunt caligæ, sandalia, succinctorium, tunica, dalmatica, mitra, chirothecæ, annulus, & baculus, quia nouem sunt, quæ ipsi supra sacerdotes possunt, scilicet clericos ordinare, virgines benedicere, basilicas dedicare, clericos deponere, synodos celebrare, chrisma conficere, vestes, & vasa consecrare. Vel ꝑ caligas significatur rectitudo gressuum. Per sandalia, quæ pedes tegunt, contemptus terrenorum. Per succinctoriũ, quò stola ligatur cum alba, amor honestatis. Per tunicam, perseuerantia, quia Ioseph tunicam talarem dicitur habuisse quasi descendentem vsque ad talos, per quos significatur extremitas vitæ. Per dalmaticam, largitas in operibus misericordiæ. Per chirothecas cautela. Per mitram, scientia vtriusque Testamenti, vnde & duo cornua habet. Per baculum cura pastoralis, qua debet colligere vagos, quos significat curuitas in capite baculi, sustentare infirmos, quod ipse stipes signat baculi. Sed pungere lentos, quod significat stimulus in pede baculi, vnde versus.

*Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta.*

¶NOT. Per hoc ꝙ sacerdos in vestimentis suis non vtitur tunica subdiaconi, neque dalmatica diaconi; vide ꝙ non sine causa in corp. post tertiam concl. appositum fuit ly vt in pluribus.

## 4m de conclusione.

Debent habere superhumerale. ℞. Vel aliquid ad idem significandum relatum. §. Tunc nihil &c. Nam habent stolam.

. Quin-

## 5m de conclusione.

Rationale cõpetit. ℞. Vel aliquid æquiualens rationali. §. Tunc &c. Nam Archiepis competit pallium: quod succedit &c. vt in textu.

## 6m de conclusione.

Illud. ℞. Vel aliquid pro illo. §. Tunc &c. Nam pro illa lamina habet Pontifex noster crucem, &c. vt in tex.

Per annulum sacramenta fidei, qua Ecclesia desponsatur Christo. Episcopi. n. sunt in Ecclesia loco Christi. Sed vlterius Archiepiscopi pallium habent, signũ priuilegiatæ potestatis, significat. n. torquem auream, quam solebant legitimè certãtes accipere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacerdotibus veteris legis indicebatur continentia, illo tantum tempore, quo ad suum ministerium accedebãt, & ideo in signum castitatis tunc seruãdę in sacrificiorũ oblatione fęmoralib. vtebant. Sed ministris noui Testamẽti indicitur perpetua continentia, & ideo nõ est simile.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd mitra non erat signũ alicuius dignitatis; fuit. n. sicut quidam Galerus, vt Hieron.* dicit, sed cydaris, quæ erat signum dignitatis, solum Pontificibus dabatur, sicut & nunc mitra.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd potestas ministrorũ est in Episcopo, sicut in origine, non autem in sacerdote, quia ipse non confert illos ordines, & ideo magis Episcopus, quàm sacerdos vestibus ministrorũ vtitur.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ loco superhumeralis vtitur stola, quæ ad idem significandum est, ad quod erat superhumerale.

AD QVINTVM dicẽdum, quòd pallium succedit loco rationalis.

AD SEXTVM dicendum, ꝙ pro illa lamina habet Põtifex noster crucẽ, vt Innoc. dicit, sicut pro fęmoralibus habet sandalia, pro linea albam, pro balteo cingulũ, pro podere tunicam, & pro ephod amictum, pro rationali pallium, pro cydari mitram.

AD SEPTIMVM dicendum, ꝙ quamuis non habeat* alterius generis potestatem, tamen eãdem habet ampliorem, & ideo ad hanc perfectionem designandam sibi pallium datur, quo vndique circundatur.

AD OCTAVVM dicendum, ꝙ Romanus Pontifex nõ vtitur baculo, quia Petrus misit ipsum ad suscitandum quẽdam discipulum suum, qui postea factus est Episcopus Treuerensis; & ideo in diœcesi Treueren. Papa baculum portat, & non in aliis locis, vel etiam in signum quod non habet coarctatam potestatem, quòd curuatio baculi significat.

QVÆ-

¶NOT. Quamuis in tex. dicatur, ꝙ pro lamina aurea succedat crux, & cõsequenter paris dignitatis videaẽ vtrũque, tamen hoc falsum est. Nam, sicut nouũ Testamentũ dignius est veteri, cui succedit, ita crux, quę succedit loco laminæ dignior est: & hunc sẽsum habet tex. De cuius crucis dignitate Cõcil. Constantinop. 6. can. 73. dicit: Cũ crux viuifica illud salutare nobis ostẽderit: nos, omne studiũ adhibere oportet: vt ei, per quam ex antiquo lapsu saluati sumus, eũ, qui par est, honorẽ habeamus. Vnde & mẽte, & sermone, & sensu adorationẽ ei tribuẽtes crucis figuras, quæ à nõnullis in solo ac pauimẽto sunt, omninò deleri iubemus: ne incedentium conculcatione victoriæ nobis trophęum iniuria afficiatur. Qui secus fecerit, excõmunicari decernimus. Hęc ibi.

De cruce dignitate.

* In ep. ad Fabiol. de vest. sacer. par. ab medium, to. 3.

## 7m minor.

Archiepiscopus non haber alterius generis potestatẽ, quam Episcopus. ℞. Habet tamen eam ampliorem. §. Tunc &c. Nam, quæ exterius geruntur in ministris Ecclesiæ, non tantũ sunt signa potestatis interioris ministrorum (vt arguitur) sed etiã modi potestatis, puta amplioris, vel minus amplæ. Quod pallium sit signũ peculiare Archiepõ, vt hic, & in 3. cõcl. dicitur, confirmatur ex. de elec. vel elec. pot. quod sicut.

* Al. alium genere

## 8m de minori.

Non habet. ℞. In locis extra Treuerensem diœcesim: non, in illa. §. Tũc nihil &c. vt patet. Talis ergo varietas Papæ in vsu baculi fit ad significandam gratiam illam factam mediante baculo Papæ primi, i. Beati Petri. Quod si consideretur in baculo non illa gratia, sed coarctatio potestatis: nunquàm Papa vtitur baculo; vt in ℞. seq.

## Item illatio conclusionis.

Ergo nec &c. ℞. Negatur illatio. §. Ratio est: quoniam alij Episcopi præter Romanum habent potestatem coarctatam. vide 2. respon. tex. ly vel etiam in signum, &c.

¶COROLL. Ergo ex maiori propositione debebat concludi totũ oppositum: ita vt diceretur. Potestatis plenitudo residet tantum penes Romanum Pontificem: ergo alij Episcopi debent habere baculum, quamuis Romanus ipsum non habeat.

AP-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò: quomodo per rationem consodias errorem impijssimum Fausti Manichæi dicentis: vestes sacras spernẽdas esse. Ex hoc.n. ꝙ illas incõuenienter fuisse institutas, à Diabolo deceptus, vel ex propria malitia, credebat; processit error prædictus. Si ergo eas rectè institutas probaueris ex D. Th. errorẽ eius vtrũq; 2 rationabiliter explodes. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas; errorem ipsum, tanq̃ in radice meritò damnatum fuisse à Damaso I. Papa in epist. 4. Episcopis orthodoxis omnibus scripta. Quod verò eis non liceat sacerdotes consecrare, nec diaconos, aut subdiaconos; nec virgines; nec altare erigere; nec vngere, aut sacrare; nec ecclesias dedicare; nec chrisma conficere; nec chrismate baptizatorũ frontes signare; nec publicè quidem quẽquam pœnitentẽ reconciliare; nec populũ benedicere; nec ante episcopum in baptisterio, aut in sacrario introire; nec præsente episcopo infantẽ tingere, aut signare; nec pœnitentẽ sine præceptione episcopi sui recõciliare; nec eo præsente (nisi illo iubente) sacramentum corporis & sanguinis Christi conficere; nec, eo coram posito, populum docere, aut salutare: nec plebem exhortari; quæ omnia solis Pontificib. deberi, tam ex superioribus quàm ex alijs Patrum constitutis, aut sacris canonib. edocti estis: vt per hoc & discretio graduum, & dignitatis fastigium Pontificum demonstretur. Similiter & de presbyteris hæc habeantur: quia, si nomen vilescit Pontificum, omnis status perturbatur Ecclesiæ. Hæc ibi. Vbi cũ dicat presbyteris non licere ea, quæ suprà memorauit de Chorepiscopis, patet: ꝙ hæc authoritas facit directè pro ar. 4. damnans errores contrarios positos ibi in app. item cũ consecrare diaconos, &c. quæ Pontificib. conuenire dicit, sint vestium harum in corp. ar. narratorũ significata vt plurimũ: patet, ꝙ Damas. ille per eandẽ authoritatem tãquàm in radice demonstrat vestes Episcoporũ conuenienter esse institutas. Itẽ à Concil. Trid. sess. 22. c. 5. Pia mater Ecclesia cæremonias in missa adhibuit; vt mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliaque id genus multa, ex Apostolica disciplina & traditione; quò & maiestas tanti sacrificij commendaretur, & mentes fidelium per hæc visibilia religionis, & pietatis signa, ad rerum altissimarum, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur. Hæc ibi. Et cano. 7. Si quis dixerit: cæremonias, vestes, & externa signa, quibus in missarum celebratione Ecclesia catholica vtitur, irritabula impietatis esse, magis quàm officia pietatis: anathema sit. Hæc ibi. Et sess. 7. de sacram. cano. 13. quem per te videas. Item à Clemente I. Papa & mart. in epist. 2. ad Iacobum fratrem Domini. Postquam.n. de sacratis vestibus vel vasis tractauit, circa finem subiungit. Hæc igitur frater Iacobe, de ore S. Petri iubentis audiui. Si quis præcepta hæc non integra custodierit, sit anathema vsque ad aduentum Domini nostri. Hæc præcepta à S. Petro Apostolo accepi; & tibi, frater charissime, insinuare curaui: vt seruari omnia præcipias sine macula. Si quis verò audierit te, vtilis erit minister Christi: qui autem non audierit te, immo Dominum loquentem per te, ipse sibi damnationem accipiet. Hæc ibi. Vide q. 32. art. 3. appen. de Balthasar. & q. 33. artic. 1. de Iuliano Imperatoris Iuliani auunculo: quorum pœnas iustissimas contra Faustum applica bene in proposito. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto vestes ministrorum dicunt conuenienter institutas esse, & intelligas, & probes, & defendas. 4 Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. LXXII. Aliàs 41. Art. 1.

COncl. 1. Si naturale sumatur pro eo, quòd ex principijs naturæ ex necessitate causatur: sic matrimoniũ non est naturale: nec aliquid eorum, quæ libero arbitrio mouente complentur.

Cõc. Trid. sess. 24. de sacr. matr.

¶ Prob. Quia patet ex terminis.

¶ Not. Iure relinquitur, vt patẽs est ex terminis: quoniam moueri ex necessitate, & moueri ex libero arbitrio, vt sic, non simul conueniunt: ita quòd vtrumque sit necessarium.

¶ Concl. 2. Si naturale sumitur pro eo, ad quod natura inclinat, & mediãte libero arbitrio completur: sic matrimonium est naturale. i. de iure naturali.

170

S. Tho. 4. dist. 6. q. 1. art. 1.

¶ Prob. Quia ratio naturalis, & quãtum ad finẽ matrimonij principalem, & quantũ ad secundarium, inclinat ad matrimonium (vt distincte patet in tex.)

¶ Not. Quantum ad primã rationem, s. de fine principali, allatam in tex. aduerte: ꝙ D. Tho. loquitur per se, & non per accidens, in ly filius autẽ à patre educari, & instrui non posset, nisi determinatos, & certos parentes haberet, quòd nõ esset, nisi esset aliqua obligatio viri ad mulierem determinatã, quæ matrimoniũ facit. Intellige ly per se, pro eo, ꝙ communiter accidit; & ly per accidens, pro eo, ꝙ raro. Vnde his consideratis, non obstat si aliquis fornicando aliquã cognoscens prouideat sufficiẽter proli tam de nutrimento, q̃ de disciplina; quia id, est per accidens, & non per se. Quod autem cadit sub lege, sicuti est matrimonium, iudicandum est secundum id, ꝙ communiter accidit; & non secundum id, quod in aliquo casu accidere põt. His bene annotatis, & rationem pro matrimonio illam in bono sensu intelliges, & fornicationẽ tali ratione se in malo sensu palliantem, tãquàm inexcusabilem a peccato mortali, iudicabis. vide 2. 2. q. 154. art. 2.

Casus per accidens.

* lib. 1. de inuẽt. circa princ.

QVÆST. LXXII. Aliàs 41.

*De sacramento matrimonii, quod est in officium naturæ, in quatuor articulos diuisa.*

POst hoc, considerandum est de matrimonio. Et primò agẽdum est de eo, inquantum est in officium naturæ. Secundò, inquantũ est sacramentum. Tertiò, inquantum absolutè, & secundum se consideretur.

Circa quod quęruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum sit de iure naturali.

¶ Secundò, Vtrum cadat sub præcepto.

¶ Tertiò, Vtrũ eius actus sit licitus.

¶ Quartò, Vtrum possit esse meritorius.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum matrimonium sit de iure naturali.*

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd matrimonium non sit naturale. Quia ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit: sed in alijs animalibus est coniũctio sexuum absque matrimonio. ergo matrimonium non est de iure naturali.

¶ 2 Præterea. Id, quod est de iure naturali, inuenitur in hominibus secundum quemlibet statum eorum, sed matrimonium non fuit in quolibet statu hominum, quia sicut dicit Tullius in 1. Rhetor. * Homines à principio syluestres erant, & tunc nemo sciuit proprios liberos, nec certas nuptias, in quibus matrimonium consistit. ergo non est naturale.

¶ 3 Præt. Naturalia sunt eadẽ apud omnes, sed non eodem modo est matrimoniũ apud omnes, cũ pro diuersis legib. diuersimodè matrimonium celebretur. ergo non est naturale.

¶ 4 Præt. Illa, sine quibus potest saluari naturæ intentio, non videntur esse naturalia, sed natura intẽdit conseruationem speciei per generationem, quæ potest esse sine matrimonio, vt patet in fornicariis. ergo matrimonium non est naturale.

Sed contra est, quod in principio Digestorũ dicitur: * ius naturale est maris, & fœminæ coniunctio, quam nos matrimoniũ appellamus.

¶ Præt. Philos. 8. Ethic. dicit, * ꝙ homo est magis naturaliter coniugale animal, quàm politicum: sed homo est naturaliter animal politicum, & gregale, vt ipse dicit: * ergo est naturaliter coniugale, & sic coniugium, siue matrimonium est naturale.

* In Digesto vet. li. 1. tit. 1. leg. 2.

* Li. 8. c. 12. à med.

* Arist. 8. Eth. c. 12. à medio.

Respon. Dicendum, ꝙ aliquid dicit̃ esse naturaliter dupliciter. Vno modo sicut ex principiis naturæ ex necessitate causatum, vt moueri sursum est naturale igni: & sic matrimoniũ non est naturale, nec aliquid eorũ, quæ mouente libero arbitrio cõplentur. Alio modo dr̃ naturale, ad quod natura inclinat, sed mediante libero arbitrio cõpletur, sicut * actus virtutũ dicũtur naturales, & hoc modo matrimoniũ est naturale, quia ratio naturalis ad ipsum inclinat dupliciter. Primo quantũ ad principalẽ eius finem, qui est bonum prolis. Non.n. intendit natura solũ generationem prolis, sed traductionẽ, & promotionẽ vsque ad perfectum statũ hominis, inquantum homo est, qui est virtutis status. Vnde s̃m Philos. * tria à parentibus habemus, s. esse, nutrimentum, & disciplinam. Filius autem à patre educari, & instrui nõ posset, nisi determinatos, & certos parentes haberet, quod nõ esset nisi esset aliqua obligatio viri ad mulierem determinatã, quæ matrimoniũ facit. Secundo, quantum ad secundarium finẽ matrimonii, qui est mutuum obsequium sibi à coniugibus in rebus domesticis impẽsum. Sicut.n. naturalis ratio dictat, vt homines simul cohabitent, quia vnus non sufficit sibi in omnibus, quæ ad vitam pertinent, ratione cuius dicitur homo naturaliter politicus: ita etiã eorum, quibus indigemus ad humanã vitam, quędã opera sunt cõpetentia viris, quædã mulieribus. vnde natura monet vt sit quędã associatio viri ad mulierem, in qua est matrimonium, & has duas causas ponit Philos. * in 8. Ethic.

* Al. virtutes.

* li. 8. Eth. c. 12. à medio. & c. 11. circa prin.

* li. 8. Eth. c. 12. à medio illius.

1^m de maiori. Omnia animalia docuit. R. Secundū conuenientiam naturæ, vel generis, vel speciei. §. Tunc nihil &c. Nam per glossam datam patet: quòd non eodē modo ius naturale omnia animalia docet: & consequenter, quòd in aliquibus animalibus esse coniunctionem naturalem sexuum absque matrimonio, non facit: quòd in alijs animalibus, puta in hominibus commixtio sexuū, absq; matrimonio, sit naturalis: & per consequēs nec facit, quòd matrimoniū non sit naturale, id est de iure naturali.

2^m de maiori. Inuenitur. R. Vniuersaliter: non semper, in singulis. §. Tunc nihil &c. Nam id, quod dicit Tullius de illa gente particulari syluestri, non facit; quòd vniuersaliter natura non inclinet ad prolem habendā ex matrimonio; licet ostendat in aliquib. singularibus contrarium, cooperante libero arbitrio.

*lib. 8. Eth. c. 12. à medio. & li. 1. Polit. c. 1. circa med.

¶ Not. Memento: in conclusione secunda accipi ly naturale non pro eo, quod ex principijs naturæ de necessitate causat, sed pro eo, quod natura inclinans mediāte libero arbitrio complet. Hinc videbis: quòd & responsum loquitur in sensu secundæ conclusionis de ly naturale: & argumentum in sensu primæ. Vnde patet, quòd argumentum non infringit, immo nec attingit, conclus. 2. contra quam fit. Hinc quoque apparet: quòd illa propositio argumenti maior, s. id quod est de iure naturali, inuenitur in omnibus hominib. verificatur tantum loquendo de naturali in sensu primæ conclus. sic enim ex necessitate causaretur. Loquendo autem de naturali in sensu 2. conclus. hoc est, quando liberum arbitrium inclinationem naturæ moderatur, tunc maior illa non est in singulis hominibus vera.

3^m de maiori. Apud omnes. R. Eiusdem status, & conditionis: non, diuersorum. §. Tunc nihil &c. Vt enim patet; natura humana non est immobilis, &c. vt in tex.

¶ Not. Quasi dicat responsum: Nos loquimur de naturalib. in sensu concl. 2. tu verò arguens, velles inflectere sermonem ad sensum primæ.

4^m de minori. Conseruationem speciei. R. Non tantum in esse; sed etiam in nutrimēto & disciplina præfectis. §. Tunc nihil &c. Nam huiusmodi sine matrimonio non possunt esse per se. Quod vero quandoque possint esse per accidens, non obstat proposito: vt visum est in not. post probationem conclus. 2.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ natura hominis ad aliquid inclinat dupliciter. Vno modo, quia est cōueniens naturæ generis, & hoc est cōe omnib. animalibus. Alio modo quod est cōueniens naturæ differentiæ: quia species humana abundat à genere, inquantū est rationalis, sicut est prudentiæ actus, vel tēperantiæ; & sicut natura generis, q̄uis sit vna in omnib. animalibus, non tamē eodem modo est in omnibus, ita ēt non inclinat eodē modo in omnibus, sed s̄m ꝙ vnicuique competit ad matrimoniū: ergo inclinat natura hominis ex parte differentiæ, quantum ad rationē secundam assignatam. Vnde Philos.* hanc rationem assignat homini supra animalia, sed quātum ad rationem primam inclinat ex parte generis. Vnde dicit, ꝙ filiorum procreatio cōis est omnib. animalibus, tamen ad hoc non inclinat eodē modo in omnibus, quia quædā animalia sunt, quorū filii nati statim possunt sufficienter sibi victū quærere, vel ad quorū sustentationem mater sufficit, & in his nō est aliqua maris ad fœminā determinatio. In illis autem, quorum filii indigent vtriusque sustentatione, sed ad paruum tempus inuenitur aliqua determinatio quantum ad tempus illud, sicut in auibus quibusdā patet: sed in homine, quia indiget filius cura parentū vsque ad magnum tempus, est maxima determinatio masculi ad fœminam, ad quam etiam natura generis inclinat.

Ad secundum dicendum, ꝙ verbum Tullii* potest esse verum quantū ad aliquam gentem, si tamē accipiatur principium proximum illius gentis, per quod ab aliis gentib. est distincta, quia nō in omnib. perducitur ad effectum per id, ad quod naturalis ratio inclinat: non autem est verum vniuersaliter, quia à principio humani generis sacra Scriptura recitat fuisse coniugia.

Ad tertium dicendum, ꝙ secundū Philos. in 3. Ethic. Natura humana nō est immobilis, sicut diuina, & ideo diuersificantur ea, quæ sunt de iure naturali secundū diuersos status, & conditiones hominum, quāuis ea, quæ sunt in rebus diuinis, naturaliter nullo modo varientur.

Ad quartum dicendum, quòd natura non tātum intendit esse in prole, sed etiam perfectum, ad quod exigitur matrimonium, vt ex dictis patet.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. habes primò: quomodo per rationem tanquàm in radice conteras hæresim Albanensiū dicētium: matrimonium nullum esse. Item Sectariorum dicentiū: matrimonium esse inuentū quodda humanum. Itē Adamianorum dicentium: matrimoniū, quasi per se malū, esse damnandum. Per hoc. n. ꝙ matrimoniū est de iure naturali, patet ꝙ est aliquid, & ꝙ non est inuētum humanū, neque per se malum. Secundò habes: quomodo per rationē, tanq̄ in radice ostendas, prædictos errores meritò dānari à Conc. Trid. sess. 24. can. 1. Si q̄s dixerit mrīmoniū, &c. sed ab hominib. in Ecclesia inuentum sit. Hæc ibi. Itē à Conc. Gangr. ca. 1. Si quis nuptias in accusatione duxerit, aut abominandas, anathema sit. Hęc ibi. Item à Conc. Tolet. 1. ca. 21. Si quis crediderit cōiugia hominum, quæ s̄m Dei legē sunt, esse execrabilia: anathema sit. Hæc ibi. Nota ly s̄m legem Dei. Nam ius naturale est quodāmodo lex Dei, inquantum de iure naturali existentia sunt à Deo, cum natura ipsa à Deo sit. Quo & modo dr̄ Rom. 2. Gētes, quę legē non habēt (. s. exterius scriptā) naturalr ea, quę legis sunt, faciunt, eiusmodi legem nō habētes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt, opus Dei scriptū in cordibus suis. Item à Conc. Bracha. ca. 1. Si quis vituperat nuptias: anathema sit. Hæc ibi: & recitantur dist. 31. Itē à scripturis. 1. Tim. 4. Discedēt quidē à fide, attendentes doctrinis dęmoniorū loquentium mendacium, & prohibentiū nubere. Ecce ꝙ Apost. huiusmodi errores prędictos vocat doctrinas dæmoniorum. Ille. n. prohibet nubere (teste Aug. cont. Faust. lib. 30. c. 6.) qui, hoc malum esse, dicit: non qui huic bono, s. matrimonio, aliud melius anteponit (. s. virginitatem, vt facit Ecclesia). Item Heb. 13. Honorabile connubiū & thorus immaculatus. Per hoc ergo damnat dicentes connubiū per se damnabile esse, tanquàm nihil, vel tanquàm malum. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas, meritò institutum fuisse matrimonium in lege naturali. Gen. 2. & Philosophum meritò dicere 8. Ethic. quòd homo est naturaliter coniugale animal; & meritò in principio Digestorum dici, quòd ius naturale est maris & fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus. Quartò vides: quomodo per rationem prædicta Patrum & scripturarum, ac Philosophorum pro quanto matrimoniū de iure naturali implicitè, vel explicitè insinuāt esse, & intelligas, & probes, & tuearis. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina & declaretur, & consolidetur.

* li. 7. Eth. non procul à fine lib.

AP-

---

SVP. Q. LXXII. Aliàs 41. Art. 11.

Concl. 1. Inclinatio naturalis ad aliquid, quod est necessarium ad perfectionem vnius, quēlibet obligat.

171 S. Tho. vbi suprà ar. 2.

¶ Prob. Quia naturales perfectiones sunt omnibus communes.

¶ Concl. 2. Inclinatio naturalis ad aliquid, quod est necessariū multitudini, non obligat quēlibet hominem per modum præcepti.

* in 4. sent. lib. 26.

¶ Prob. 1. Quia multa sunt necessaria multitudini, quorū vnum impedit aliud. 2. Quia asr homo quilibet obligaretur ad agriculturam, & huiusmodi officia, quæ sunt necessaria humanæ multitudini. 3. Quia inclinationi naturę tali satisfit, cum per diuersos diuersa de prędictis necessarijs complentur.

*lib. 1. c. 2. circa fi. diuus.

¶ Coroll. Ergo matrimoniū cadit sub præcepto respectu multitudinis: quoniā est necessarium multitudini: ita ꝙ sufficit ad illud implen-

## ARTICVLVS II.

*Vtrum matrimonium cadat sub præcepto.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd matrimoniū adhuc maneat sub præcepto. Quia præceptum obligat, quamdiu non reuocatur, sed prima institutio matrimonii fuit sub præcepto, vt in litera* dicitur, nec vnquam hoc pręceptum legitur reuocatū, imò confirmatum, Matth. 19. Quod Deus coniunxit, homo nō separet. ergo adhuc est matrimonium sub præcepto.

¶ 2 Pręt. Pręcepta iuris naturalis secundum omne tempus obligant, sed matrimonium est de iure naturali, vt dictum* est: ergo &c.

¶ Præterea. Bonū speciei est melius, quàm bonū indiuidui, quia bonum gētis est diuinius quàm bonū vnius hominis, vt dicitur 1. Ethicor.* Sed præceptum, primo homini datum, est ad conseruationem indiuidui per actum nutritiuæ, quòd adhuc obligat. ergo multo magis pręceptum de matrimonio, quod pertinet ad conseruationem speciei.

plendum, vt aliqui de multitudine matrimonio vtantur.

¶Concl. 3. Inclinatio ad matrimonium non obligat singulos, per modum præcepti etiam secundum Philosop.

¶Exam. Ly per modum præcepti. Hoc est; illi, qui matrimonio non iunguntur, nec mortaliter peccant, nec venialiter. Vnde ly præcepti, accipitur largè. i. ut præceptũ extenditur etiam ad cõciliũ, & ad ea sine quorũ obseruatione adhuc salus haberi potest. Non eñ matrimonium consulitur sicut virginitas. primo Cor. 7. neque uita celebs est, prẹter præceptum, vt uerbũ otiosum.

¶4 Prẹt. Vbi manet eadẽ ratio obligans, eadem obligatio manere debet, sed propter hoc obligabãtur homines ad matrimoniũ antiquo tempore ne multiplicatio humani generis cessaret, cum ergo hoc idem sequatur, si quilibet libere potest a matrimonio abstinere, videtur ꝙ matrimonium sit in præcepto.

Sed contra est, quòd dicitur 1. Cor. 7. Qui non iungit matrimonio virginem suam, melius facit, scilicet quàm, qui coniungit, ergo contractus matrimonii non est sub præcepto.

¶ Præterea. Nulli debetur præmiũ pro transgressione præcepti, sed virginibus debetur speciale præmium, scilicet aureola, ergo matrimonium non est sub præcepto.

Resp. Dicendum, quod natura inclinat ad aliqd dupliciter. Vno modo, sicut ad id, quod est necessarium ad perfectionem vnius, & talis inclinatio quemlibet obligat, quia naturales perfectiones omnib. sunt communes. Alio modo inclinat ad aliquid, quod est necessarium multitudini, & cum multa sint huiusmodi, quorum vnum impedit aliud: ex tali obligatione non obligatur quilibet homo per modũ præcepti aliàs quilibet homo obligaretur ad agriculturam, & ad ædificatoriam, & ad huiusmodi officia, quæ sunt neces-

¶Prob. 1. Quia relinquitur clara ex conclus. Secunda autẽ pars scilicet etiam, &c. probatur. Quia Theophrastus probat, ꝙ sapienti non expedit nubere.

¶Coroll. Ergo etiã per Philosophos cõfunduntur a fortiori vitam carnalem ducẽtes, eãq; ꝑsuadẽtes: de quibus, prout occasio dabitur, aliquos in appẽdicibus sequentibus cognoscere per teipsum poteris. A fortiori, inquã: quoniam si matrimonium sapienti non expedire dicũt, multo magis per hoc fatentur, voluptates extra matrimoniũ sapientibus non conducere.

1^m maior. Præceptũ obligat, quamdiu non reuocatur. ℞. Sed non plus; quam antea per se, obligabat. §. Tunc nihil &c. Nam, sicut tunc non obligabat, per se quemlibet ad matrimonium, ita nunc nõ obligat: & sicut nũc obligabat per se multitudinem hominum ad matrimonium, ita & nũc.

¶ Exam. Ly per se dicitur ad differentiam illius, quod est per accidens. Quamuis vero tex. non utatur hoc uerbo literaliter: tamen utitur in sensu: per hoc quod dicit ly nisi illo tempore, quo paucitas hominum exigebat, vt quilibet generationi vacaret. Hoc est enim illud per accidens, contra quod dicitur in responso ly per se. Quasi aperte dixerit S. Doct. Quod præceptum de matrimonio vnumquemque antiquo tempore obligauerit: hoc non fuit prẹcisè ex ratione præcepti per se, sed ex ratione præcepti coniunctũ cum alio. i. cum paucitate hominũ tanta; ut necessaria esset, quemlibet vacare generationi si multiplicandum erat genus humanum igitur, quia hoc accidens de paucitate, in tempore illo remouetur (ut patet;) manifestè constat quòd præceptum de matrimonio non obligat nunc quemlibet; nec etiam per accidens.

Quare antiquus obligabant incũidua ad matrimonium plus, ꝙ nunc.

2^m de maiori. Obligant. ℞. Vel indiuiduum quodlibet; vel multitudinem. §. Tunc nihil, &c. vt patet ex præmissis.

3^m illatio conclusionis. Ergo multo magis, &c. ℞. Negatur illatio. §. tũ quo ad ly multo magis, tum simpliciter. i. nõ addendo ly multo magis. Ratio est, quia præceptum de conseruatione indiuidui erat necessarium ad perfectionem uniuscuiusque: præceptum uerò de cõseruatione speciei dicit necessitatem respectu multitudinis. Et sic patet: quòd a concl. prima textus transitur ad concl. secundam, uel tertiam. Nam præceptũ de conseruatione indiuidui pertinet ad primam; & de speciei ad alias. Vnde nihil concluditur.

¶Not. Pro meliori captu horum vide 2. 2. quæst. 152. articu. 2. maxime ad primum.

4^m conclusionis pars. Cum ergo hoc idem sequatur, si quilibet libere potest a matrimonio abstinere. ℞. Negatur, quòd hoc idem sequatur. §. Ratio huius est, diuina prouidentia tali multiplicationi hominum astans continuè, & consequenter ad talem multiplicationem aliquos magis, quàm alios inclinans: quæ quidem prouidentia in sua dispositione nec fallitur, nec falli potest.

Diuina ꝓuidẽtia ꝑseuerat hominũ ghatio tanta.

¶Not. Memento eorum, quæ dicta sunt de paucitate antiquorum hominum in respon. ad 1. ut videas, minorem huius 4. arg. non esse vsquequaque sufficientem: & consequenter non manere nunc eandem omnino obligationem, quæ antiquitus erat. Rursum aduerte, quòd præsens arg. fuit cuiusdam hẹretici, quem Dormitantium potius vocari debere sanxit quidam doctor, & ipse magnus. Qui etiam arg. eius respondens dixit; cum timere, vbi non erat timor: & si, inquit, omnes essent stulti, ut tu: quis esset sapiens? Volẽs innuere ex hoc, ꝙ plusquàm satis meticulosus est, qui generationem hominum cessaturam arbitratur ex eo, quòd singulos seruaturos virginitatem putat. Rara. n. auis est uirtus hæc; inquit ille. Prædicta uero omnia conclusit D. Thom. in uerbo vnico. i. in diuina prouidentia. Vt enim patet: hac ipsa considerata, & tollitur timor de cessatione multiplicationis hominum; & statuitur termin⁹ de numero virginum: adeo quòd nec multiplicatio sufficiens vmquã deerit, nec prẹceptum de matrimonio singulos obligabit.

saria communitati humanæ, sed inclinationi naturæ satisfit, cum per diuersos diuersa cõplentur de ꝑdictis Cũ ergo ad ꝑfectionẽ humanæ multitudinis sit necessarium aliquos cõtemplatiuæ vitæ inseruire, quæ maxime per matrimonium impeditur, inclinatio ad matrimonium nõ obligat omnes per modum præcepti, etiam secũdum Philosophos. Vnde Theophrastus * probat, quod sapienti non expedit nubere.

Ad primum ergo dicendum, quòd præceptum illud non est reuocatum, nec obligat vnumquemque ratione iam dicta, * nisi illo tempore, quo paucitas hominũ exigebat, vt quilibet generationi vacaret.

Ad secundum & tertium, patet responsio ex dictis.*

Ad quartum dicendum, qđ natura humana cõiter ad diuersa officia, & actus inclinat, vt dictũ est,* sed quia est diuersimode in diuersis, secũdum quòd indiuiduatur in hoc, vel in illo, vnum magis inclinat ad vnum illorum officiorum, aliud ad aliud, & ex hac diuersitate simul cũ diuina prouidentia, quæ omnia moderatur, * conuenit, quòd vnus eligat vnum officium, vt agriculturã, alius aliud; & sic etiã quòd quidam eligant matrimonialem vitam, & quidam contemplatiuam: vnde nullum periculum imminet.

* Id ex illo refert Hie. li. 1. con. Ioui. in fo. 2. ante fi. lib. to. 2.

*In hoc ar.

*In cor. ar.

*Al. contingit.

## APPENDIX.

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem extermines hæresim Caluini dicẽtis: quòd ad nuptias cõtrahendas omnes obligantur, & est præceptum uniuersale. Secundò habes: quomodo per rationem, ostendas merito eam damnari a scripturis. 1. Cor. 7. Bonum est homini mulierem non tangere. Item ibi. Volo omnes homines esse, sicut meipsum. Hoc est (secundum Doct. præcipuos) viuere in cælibatu. Item. Dico autem non nuptis bonum est illis, si sic permanserint. Quod si non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quàm uri. Ecce quòd Apost. matrimonium concedit quasi coactus, ab incontinentia. s. hominum. Vnde cum limitatione dicit, si non se continent, nubant. Et rationem assignat huius dicti, statim subdens: melius est. n. nubere, quàm uri. Vbi apertissime intelligenti patet: quòd ly uri, sumitur pro non se continere. Ac si dixerit; melius est enim nubere, quàm non se continere. Ex quo tam manifesto contextuali sensu euidentissime damnatur error simul & crassa nimis ignorantia, pauperum de Lugduno, (Pra. Basilian. paupe. de Lugd.) qui, vt creditur, hac auctoritate partim perperam tamen intellecta, innixi euomebant; quòd libidini satisfacere in quolibet actu turpi melius est, quam intus in corde tentari. Non. n. ly uri, sumitur pro tentari: ut litera docet. His incidenter explosis: redeamus ad rem. Quod si matrimonium esset in præcepto, dixisset absolute, dico ut nubant: non autem cum ista conditione, si nõ se continent. Ratio in promptu est; quia præceptum adimplere, melius est. quam non adimplere. Per hoc igitur: quod absolutè præfert celibatum nuptijs, manifeste demonstrat; quòd nuptiæ non sunt de præcepto contrahendæ huic, vel illi. Item ibi. Solutus es ab uxore, noli quærere vxorem. item: qui matrimonio non iungit uirginem suam melius facit. Item: cui vult nubat in domino: beatior autem erit. si sic permanserit secundum meum consilium Hoc est: beatior erit, si non nupserit (ut patet, per tot. ca. de consilio Apost.) Totũ igitur capitulum illud condemnat hæresim prædictam. Item a Conc. Trid. sess. 24. can. 10. Si quis dixerit: non esse melius, ac beatius manere in virginitate, aut cælibatu, quam iungi matrimonio. Anathema sit. Hæc ibi. Quod utique numquam dixisset Conc. si nuptiæ, seu matrimonium esset cuilibet de præcepto. Item a Mat. 19. ubi discipulis audita obligatione coniugum, dicentibus Christo, quòd nõ expedit nubere: respondit ipse,

quòd

quòd non omnes capiunt verbum istud (notans per hoc utique Caluin.) mox addens: sed quibus datum est. Et quibus datum sit, capere uerbum istud discipulorum, quòd s. nõ expedit nubere, declarauit subinferens; sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt pp regnũ cœlorũ. Hæc ibi. Per eunuchos autem hmõi, sancti patres semper intellexerunt virgines, aut cœlibes castos. Tertiò habes quomodo per rationem prædicta patrum & scripturarũ, ac Philoso. pro quanto matrimonium dicunt non esse quoad omnes, de præcepto, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina, & declaretur, & consolidetur.

SVP. Q. LXXII. Aliàs 41. Art. III.

CONCL. Impossibile est dicere, q actus, quo procreatur proles sit uniuersaliter illicitus; ut in eo mediũ virtutis inueniri non possit: nisi ponatur secundum quorundam insaniam, quòd res corruptibiles creatæ sunt a malo Deo.

172

¶ NOT. Quòd malus Deus. i. Diabolus non creauerit res corporales. vide 1. p. q. 44. art. 1. & q. 39. ar. 3. item q. 65. art. 1. & q. 92. artic. 4. tum in text. tum in elucid. & contrarias hæreses damnatas esse etiam canonice in arti. appendicibus.

¶ PROB. Quia impossibile est dicere, quòd ea, quæ pertinẽt ad cõseruationẽ naturæ corporalis, & ad quæ natura inclinat, sint vniuersaliter mala (cum natura corporalis instituta sit bona a Deo.)

1m ex Apost.

Tanquam. ℞. i. quasi: non autem sicut. §. Nã Apostolus in uerbis illis non prohibuit matrimonij actum, sicut nec prohibuit eorum possessionem cum dixit, q vtuntur hoc mũdo, &c. vt in tex. Tunc nih. &c. Nam quando actus ille non est peccatum, tunc ipsi nubẽtes sunt quasi non nubentes, idest nõ fruuntur actu illo. i. nõ ponunt finem ibi; quãuis vtantur illo.

¶ NOT. Ly Apost. 1. Cor. 7. secundũ vulgatam editionẽ, quam semper honorando secutus est D. Tho. vtatur ly tanquam: tamen tex. dicit ly non. n. dixit, sicut non vtentes, vel non habentes, sed quasi non vtentes, vel non habentes. Nõ ergo intendit S. Tho. adducere uerbum text. vt ibi in Apost. iacet; sed exponere verbũ illud: quamuis aliter quibusdam prima facie videatur. Ac si apertè dixerit. Illud verbum, tanquam, non sumitur pro sicut: sed pro quasi, vt dicamus Apost. in sententia dixisse, quasi non vtentes, vel non habentes: nõ autem, sicut non vtentes, uel non habentes. Quòd autem sic intelligat D. Tho. & nolit uerba translationis vulgatæ ad literam mutare: patet (vt diximus) ex honore præcipuo, quo semper talem editionem prosecutus est.

*in epi. de monoga. a med. illius, to. 1.

*Li. 4. sent. dist. 31.

*Lib. 7. Eth. c. 11. ci. fi.

*Al. fieri.

Aeditionis latinæ vulgatę S. Th. semp fuit propugnator.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum actus matrimonii sit licitus.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q actus matrimonialis semper sit peccatum primo Cor. 7. Qui nubunt, sint tãquam non nubentes sed non nubentes nõ habet actum matrimonialem, ergo etiam nubentes peccant in actu illo.

¶ 2 Præt. Isa. 59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, sed actus matrimonialis diuidit hominem a Deo, vnde Exo. 16. precipitur populo, qui debebat Deũ videre, quòd non accederent ad vxores suas. Et Hier.* dicit, quod in actu matrimoniali Spiritussanctus Prophetarum corda non tangit, ergo est iniquitas.

¶ 3 Præt. Illud, quod secundum se est turpe, nullo modo potest bene fieri, sed actus matrimonialis habet concupiscentiam adiunctam, quæ semper est turpis, ergo semper est peccatum.

¶ 4 Præt. Nihil excusatur nisi peccatum, sed actus matrimonialis indiget excusari per bona matrimonii, vt Magister dicit,* ergo est peccatum.

¶ 5 Pręt. De similibus semper idem est indicium, sed concubitus matrimonialis est eiusdem speciei cũ actu adulterii, quia ad idem terminatur, scilicet speciem humanã, ergo cum actus adulterii sit peccatum, & actus matrimonii similiter.

¶ 6 Præt. Superfluitas in passionib. corrumpit virtutem, sed semper in actu matrimoniali est superfluitas delectationis, adeo quòd absorbet rationem, quæ est principale hominis bonum. vnde Philos. dicit in 6. Eth.* Quod impossibile est hominem aliquem in ipsa intelligere, ergo actus matrimonialis semper est peccatũ.

SED CONTRA. Primæ Corint. 7. dicitur. Virgo si nubat, non peccat, & 1. Tim. 5. volo iuuenculas nubere, & procreare filios: sed procreatio filiorum nõ potest esse* sine carnali coniunctione, ergo actus matrimonialis non est peccatum alias Apost. non voluisset illud.

¶ Præt. Nullum peccatũ est in præcepto, sed actus matrimonialis est in præcepto. 1. Cor. 7. Vxori vir debitum reddat, ergo non est peccatum.

RESP. Dicendum, quòd supposito, q natura corporalis sit a Deo bona instituta, impossibile est dicere, quòd ea, quæ pertinent ad conseruationẽ naturę corporalis, & ad q̃ natura ĩclinat, sint uniuersaliter mala, & ideo cum inclinatio sit naturæ ad prolis procreationem, per quam natura speciei conseruatur, impossibile est dicere, quòd actus, quo procreatur proles sit vniuersaliter illicitus, ut in eo medium virtutis inueniri nõ possit: nisi ponatur secũdum quorundam insaniam, quòd res corruptibiles createę sunt a malo Deo ex quo forte deriuatur quòd in litera tangitur, & ideo est pessima hæresis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Apost. in verbis illis non prohibuit matrimonii actum, sicut eorum possessionem, cum dixit, qui vtuntur hoc mundo, sint quasi non vtentes: sed in utroque fruitionem prohibuit, quòd patet ex ipso modo loquendi. Non enim dixit, sicut non vtentes, vel non habentes, sed quasi non vtentes, vel non habentes.

AD SECVNDVM dicendum, q Deo coniungimur, & secundum habitum gratiæ, & secundum actum contemplationis, & amoris. Quod ergo primam coniunctionem separat, semper est peccatum, nõ autem quod secundam: quia aliqua occupatio licita circa res inferiores, animũ distrahit, ut actu Deo coniungi non sit idoneus: & hoc pręcipue accidit in carnali coniunctione, in qua detinetur mẽs propter delectationem intensam. Et propter hoc, illis, quibus competit diuina contemplari, aut sacra tractare, indicitur pro tempore illo abstinentia ab vxoribus, & secundum hoc etiam dicitur, quod Spiritussanctus quantum ad actum reuelationis secretorum, non tangebat mentes Prophetarum in vsu matrimonii.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd turpitudo illa concupiscentiæ, quæ actum matrimonialem semper comitatur, nõ est turpitudo culpæ, sed pœnæ, ex peccato primo pueniẽs, vt s. inferiores vires, & membra corporis rationi non obediant. Et propter hoc, ratio non sequitur.

AD QVARTVM dicendum, q illud proprie excusari dicitur, quod aliquam similitudinem mali habet, & non est malum, vel tantum, quantum apparet: quia quędam excusantur a toto, quædam a tanto; & quia actus matrimonialis propter corruptionem concupiscentiæ habet similitudinem actus inordinati, ideo per bona matrimonii excusatur, vt non sit peccatum.

AD QVINTVM dicendum, q quamuis sint specie naturæ

2m ex Isaia. Diuiserunt. ℞. Secundum habitum gratiæ: non tantum, secundum actum contẽplationis, & amoris. §. Tunc nih. &c. nã actus matrimonialis nõ semper diuidit hominẽ a Deo secundum habitum gratiæ, quàmuis ſm actum contemplationis, & amoris. Ex quo dic B. Hier. & Exo. locutos fuisse modo illo, quo arguens dicit, attendentes actum contemplationis & amoris erga Deum, nõ autem solum habitum gratię.

3m de maiori.

Turpe. ℞. Turpitudine culpæ: non, pœnæ solũ. §. Tunc nihil &c. Nam turpitudo illa concupiscẽtiæ, quæ actum, &c. vt in tex.

¶ NOT. Actus venerei maxime dñt actus brutales, ex eo q turpitudinem illam, quàm text. dicit, semper habent; licet qñque sine peccato fiant. Vnde ex eo, q brutis animalib. hominem, quodammodo, vt sic efficiunt similem: ideo & diuisionẽ illam, quam dixit resp. secundum, secum deferunt semper, videlicet quòd hominem tunc diuidunt ab actu contempl. & amoris erga Deum.

4m de maiori.

Nisi peccatum. ℞. Vel habens similitudinem alicuius mali. §. Tunc nihil &c. Licet. n. matrimonij actus nõ sit semper peccatum: tñ excusatione semper indiget ratione illius similitudinis ad peccatum in ad tertium dictæ, non ratione peccati (ut in litera.)

5m de maiori.

De similib. ℞. In eo, q similia sunt: non aliter. §. Tunc

§ Tunc nihil &c. Nam actus fornicationis & matrimonij non sunt similes in genere moris, quemadmodum nunc sermo fit: licet sint similes in specie naturæ, quod nunc est extra propositum.

6m de maiori. Superfluitas. R. Tollens, & rationis actum, & rationis ordinem. §. Tūc nihil &c. Nam

superfluitas. i. intensio delectationis i actu matrimoniali licet tollat actum rationis (ut dixerit resp. ad secundū) non tamen tollit ipsius ordinem (ut ex resp. ad primum colligitur.)

¶ Not. Pro faciliori captu dictorum in præsenti vi. 1. par. quęst. 98. art. 3. & maxime in respon. ad tertium.

turę idem tamen differunt in specie moris, quam vna circunstantia variat, scilicet accedere ad suam, vel non suam, sicut etiam occidere hominem per violentiam, vel per iustitiā, facit diuersam, speciem moris, quāuis sit vna species naturæ, & iō vnum est licitum, aliud illicitum.

ad idem significandum Matt. 19. & Mar. 10. dicitur: qui fecit hominem ab initio Deus dixit, dimittet homo patrem & matrem & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna. Cum ergo non fiat duo in carne vna, nisi quia prolem generant mediante actu matrimoniali; constat: quòd Deus in quo nulla est iniquitas, & cui sunt odio impius, & impietas eius, mādat de actu matrimoniali consummando. Per hoc igitur, actum hunc secundum se non esse culpam diffiniuit Deus: & consequenter per hoc idem damnauit prædictas hęreses. item à &c. ut art. 1. app. si recte applicatio fiat. item a 1. Cor. 7.

Ad sextum dicendum, quòd superfluitas passionis, quæ virtutem corrumpit, non solum impedit rationis actum: sed tollit rationis ordinem; quod non facit delectationis intensio in actu matrimoniali; quia etsi tunc non ordinetur homo, tamen a ratione est præordinatus.

## APPENDIX.

Vtilitas Ecclesia S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem extermines hæresim Catharorum (ut refert Card. Turrecr. de ecclesia lib. 4. c. 35.) dicētium: matrimonium carnale est peccatum mortale. Itē pauperum de Lugduno: (ut refert summ. fratris Iconeti. 5. p. ca. 2. in bibliotheca Vatica. manu scripta) dicentium: matrimonium esse fornicationem iuratam, nisi continenter coniugati viuant. Item eorum. ibi dicentium: quaslibet alias immunditias esse licitas magis; quam copulam carnalem. Item Tatiani (Prat. Tatiani Durand. de Vuandach.) dicentis: matrimonium nihil differre a scortatione, sed idem esse: hoc est, matrimonium nil aliud esse, nisi occultum meretricium. 2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas; merito illas damnari a Gen. 2. Hoc nunc os, de ossib. meis, &c. homo adhærebit vxori suæ & erunt duo in carne vna. Hæc autem verba spirituisancto tanquàm principali Conc. Trid. sess. 24. in doctri. de sacr. matr. attribuit dominus; humani generis parens diuini spiritus instinctu pronunciauit cum dixit: hoc nunc os &c. immo & ad

Si autem uxorem acceperis non peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit. Quid clarius? Applica etiam hoc ad ar. 1. app. contra errores ibi dictos. item a 1. Tim. 5. uolo autem iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse; nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Ecce: quòd non tantum potest esse sine culpa actus coniugalis (alioquin Apost. ad procreationem filiorū coniuges non hortaretur; sed etiam nullam præbet occasionem maledicti. Quamuis prædicti errantes, ex propria malitia, actui tali maledicant. Item 1. Cor. 7. Vxori vir debitum reddat, similiter & vxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir: similiter & vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier. Ecce: quòd ad literam loquitur de actu carnali coniugum; & non tantum dicit, eum secundum se esse sine culpa, sed etiam esse in præcepto per ly uir vxori debitum reddat, & vxor uiro. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta patrum & scripturarum, pro quanto manifestant actum matrimonialem secundum se non esse peccatum, & intelligas, & probes, & defendas. 4 Quartò uides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc & declaretur & consolidetur.

---

SVP. Q. LXXII. Aliàs 41. Art. IIII.

173

Concl. Actus matrimonialis semp est uel peccatum, uel meritorius in eo, qui gratiam habet.

* Ho. 1. in ope. imper fec. sup illud. Cum esset despōsata. to. 2.

¶ Coroll. Intellige ergo, quòd actus matrimonialis in eo, q gratiam non habet, siue sit fidelis, siue infidelis sēper est aut peccatū, aut bonum morale. Nā licet secundū se actus ille nō sit pctm, (ut ar. 3. dictū est:) tñ considerando illum, secūdū q exit ab indiuiduo operante; sic uerificatur illud, qđ concl. & in cor. isto dictum est, & in ꝓbatione dicetur.

¶ Prob. Quia ad actum matrimonialem, aut libido inducit aut virtus (siue sit iustitiæ, siue sit religionis.)

¶ Not. 1. In coro. deducebatur, q in eo qui gratiam nō habet, actus matrimonialis, aut est peccatum, aut est bonū morale, id quod S. Doctor, tanquā a se in concl. subintellectum, probat. Sed, ut distinctius omnia intelligantur, dicatur sic. Quare in eo, qui gratiam non habet act' matrimonialis semper est aut pctm, aut bonum morale? Quia eīn eo, qui gratiam nō habet nam indiuidualiter mouet ad actum, vel ordinata

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum actus matrimonii sit meritorius.*

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod actus matrimonialis non sit meritorius. Chrysost.* enim dicit super Matt. Matrimoniū etsi vtentibus se pœnam non inferat, mercede tamen non præstat: sed meritum respectu mercedis dicitur, ergo actus matrimonialis non est meritorius.

¶ 2 Præt. Illud, quòd est meritoriū dimittere, non est laudabile: sed laudabilis est virginitas, per quam matrimonium dimittitur, ergo matrimonialis actus non est meritorius.

¶ 3 Præt. Qui vtitur indulgētia sibi facta, beneficio recepto utitur: sed ex hoc quòd alicui præstatur beneficium, non meretur, ergo &c.

¶ 4 Præt. Meritum in difficultate cōsistit sicut & virtus: sed actus matrimonialis nō habet difficultatem, sed delectationem, ergo non est meritorius.

¶ 5 Pręt. Illud, quod non potest fieri sine peccato veniali, non est meritorium, quia nō pōt homo simul mereri, & demereri: sed in actu matrimoniali semper est peccatū ueniale, quia etiā primus motus in huiusmodi delectatione est peccatum veniale. ergo actus prædictus non potest esse meritorius.

Sed contra Omnis actus, quo impletur præceptum est meritorius si ex charitate fiat: sed actus matrimonialis est huiusmodi, quia dicitur 1. Cor. 7. Vxori vir debitum reddat, ergo &c.

¶ Præt. Omnis actus virtutis est meritorius: sed actus pdictus est actus iustitiæ, quia redditio debiti, ergo meritorius est.

Respon. Dicendum, quod cum nullus actus ex deliberata voluntate procedens sit indifferens, vt in secundo lib. dictum est, actus matrimonialis semper est peccatum, vel meritorius in eo, qui gratiā habet. Si enim ad actum matrimonialem virtus inducat, vel iustitiæ, vt debitum reddat, vel religionis, vt proles ad cultum Dei procreetur est meritorius. Si autem moueat libido sistēs inter bona matrimonii, vt scilicet nullo modo ad aliam accedere vellet, est peccatum veniale: si autem extra bona matrimonii offere, ut s. cum quacumque muliere idem facere proponeret est peccatum mortale; natura autem mouere non potest, quin vel ordinetur ratione, & sic erit motus virtutis, vel non ordinetur, & sic erit motus libidinis.

Ad primum ergo dicendum, quòd radix merendi quantum ad præmium substantiale est ipsa charitas;

ordinata per rationem (sic erit motus virtutis, seu boni moralis;) uel non ordinata per illam sic erit motus libidinis, seu peccatum.)

¶ Not. 2. Fundātr ambarū ꝓbationū, quę dictæ sunt (ut consideranti patere pōt,) est illa propositio textualis, videlicet q nullus act' ex deliberata voluntate procedens est indifferens. Hoc fundm intelligitur de actu secundum indiuiduum, non secundum speciem: id quod innuit D. Th. per ly, ut in 2. li. dictum est. Nam ibi. s. 1. 2. q6. 18. art. 9. determinatur de actu secundum indiuiduum, quòd nō potest esse indifferēs: licet ibi art. 8. de actu secūdum speciem q potest esse indifferens. Hinc patet, meritò fuisse damnatū a Conc. Constan. se. 15. errorem Io. Huss dicentem: q opera nulla sint indifferentia, sed quòd hęc sit diuisio immediata humanorū operū, uidelicet q sint uel uirtuosa, uel uitiosa. Loqt enim Hus. de actib. humanis sm speciem, & propterea a Concilio damnatur, cui concordat S. Doct. ibi sup. ar. 8.

* Vi. Aug. de bo. con. ca. 6. & 17. to. 7.

Error Io. Huss. damnatur.

1m ex Chris. mq

Mercedem. R. Præmij accidentalis: non, substantialis. §. Tunc nihil

nihil &c. Nam concl. intelligitur de substantiali præmio.

**2^m de maiori.** Dimittere. ℞. Vt sic, simpliciter: non, cum additione maioris boni. §. Tūc ni. &c. Nam virgo non ideo principaliter laudatur, quia actum matrimonialem meritorium dimittat simpliciter. i. nihil addendo: sed quia illud dimittit, vt maius bonū meritorium faciat, qđ est seruare virginitatē.

**3^m de minori.** Ex hoc, quòd alicui præstatur beneficium. ℞. nul aliud addendo: non autem bonū usum beneficij præstiti addendo. §. Tunc nihil &c. Nā ideo actu matrimoniali aliquis meretur, quia bonum usum addit super illū actum: de quo indulgentia sibi facta fuerat ab Apostolo.

*De hac indulgentia. Apost. 1. corint. 7.

¶Not. Argumentū hoc tertium supponit literā magistri in 3. ca. vbi magister ipse de ista indulgentia matrimonialis actus ex Apost. mētionem facit: & ideo non mirum: ꝙ D. Tho. non meminerit in argu. a quo facta sit ista indulgentia, & super quod cadat.

ritas: sed quantū ad accidentale præmium rō meriti existit in difficultate actus, & sic actus matrimonii nō est meritorius, sed primo modo.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ homo potest mereri, & in minoribus bonis, & in maiorib. Vnde quādo aliquis minora bona dimittit, vt maiora faciat, laudandus est a minus meritorio actu discedens.

Ad tertivm dicendum, ꝙ indulgentia quandoque est de minoribus malis, & sic indulgetur actus matrimonii prout ad ipsum mouet libido infra terminos matrimonii consistēs, sic. n. est ueniale peccatū: sed prout ad ipsum mouet virtus, tūc est meritorius, & non hēt indulgentiam, nisi ſm quod est indulgentia de minorib. bonis, quæ idem est, quod concessio. Nec est incōueniēs, quod ille, qui tali cōcessione vtitur, mereatur, quia bonus vsus beneficiorum Dei meritorius est.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ difficultas laboris reqritur ad meritū præmii accidentalis: sed ad meritum essentiale requiritur difficultas consistens in ordinatione medii, & hoc est etiā ī actu matrimoniali.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ primus motus secundum quòd dicitur peccatum veniale, est motus appetitus in aliquod inordinatum delectabile, ꝙ non est in actu matrimoniali, & ideo ratio non sequitur.

**4^m de maiori.** In difficultate. ℞. Vel laboris, uel ordinationis medij. § Tunc nih. &c. Ad hoc. n. ꝙ actus matrimonialis sit meritorius præmij substantialis, de quo intendit concl. sufficit: ꝙ ibi sit difficultas, quæ consistit in ordinatione medij a ratione, licet desit difficultas laboris.

¶Not. Difficultas maior, quamuis non appareat ita sensibiliter, est in ordinando medium per rationem, quam in sufferendo laborem etiam graue exterius. Nihil. n. est adeo durum sicut volūtas in aliquo suo proposito fixa: in signum huius, nemo voluntatem mouere potest efficaciter nisi omnipotentia diuina. 1. par. q. 105. ar. 4. Hinc fit congrue: vt præmium correspondens difficultati prædictę ordinationis medij vocetur præmium substantiale, & aliud difficultati laboris, dicatur præmium accidentale.

**5^m minor.** In actu matrimoniali semper est peccatum veniale. ℞. Negatur hæc. §. vt patet ex art. 3. & hoc vt vitetꝰ totaliter hæresis illa, de qua ibi. Tunc &c. Ad rōnē. n. illam de primo motu, dr: ꝙ falsa est. Non n. primus motus in delectatione quacumq; est pc̄tm̄ veniale: nisi ille motus feratur super aliqđ delectabile inordinatum, qđ non est in proposito, vt a illo 5. patet.

¶Not. Maiorem delectationem admodum habuisset Adam in cognoscendo carnaliter suam coniugem in statu innocentiæ, quam habeat homo nunc in statu peccati. 1. par. q. 98. artic. 2. ad tertium. Vnde manifeste patet: quòd primus motus in huiusmodi delectatione, nisi addatur inordinatio rationis, nullum peccatum est: cuius oppositum dicebat arguens.

## APPENDIX.

Vtilitas Eccles. & S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem tanquam in radice explodas hæresim Paternianorum, & Venustianorum dicentium: corporis humani inferiores partes non a Deo, sed a Diabolo esse factas. Qua. n. rationem in usu debito illarum ostēdis esse, meritum eadem, & a fortiori ostendis illas non esse factas a Diabolo.

2 Secundò habes: quomodo per rationem, tanquā radicaliter ostendas; meritò illam damnari a scripturis. Gen. 1. Creauit Deus hominem, masculum & fœminam creauit eos. Item a Christo approbante factum hoc, qui tamen utiq; non approbasset, si fuisset factū Diaboli; cui semp contrarius iustissime fuit. Mat. 19. Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos, & Mar. 10. Ab initio autem creaturæ masculum & fœmina fecit Deus. Ecce: quòd partes inferiores hominum sunt opus Dei; quæ explicantur ibi per sexuum differentiam masculini & fœminini. Item à &c. ut 1. par. q. 44. art. 1. appen. & quæst. 65. artic. 1. appen. & quæst. 32. artic. 4. app. Ibi enim videbis concilia, & alia canonice dicta.

3 Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse a 33. q. 5. ꝙ actus matrimonialis est quādoque meritorius: & sic. Secundum uerba Apost. etiam si vir continere voluisset, & tu noluisses; tibi debitum reddere cogeretur; & illi Deus imputaret ad continentiā, si non suę, sed tuæ cæderet infirmitati; nè in adulteriū caderes. Hæc ibi Ecce: quàm manifestè ostenditur a Decreto illo, ꝙ actus matrimonialis est quādoque meritorius: immo quòd & ad continētiam imputatur ei, qui debitum, quasi nolens reddit. Itē a Conc. Arelaten. Si dicat vir continere volo, nolo autem uxor, non potest. Quod enim tu vis, non vult illa. Numquid per continentiam tuam debet illa fieri fornicaria? Si alij nupserit te uiuo, adultera erit. Nō vult Deus, tale damnum tali lucro compensari. Redde debitum; & si non exigis, redde. Pro satisfactione perfecta Deus tibi computabit: si non, quod tibi debetur, exigis; sed reddis, quod debetur vxori. Hæc illud: ut recitatur 33. q. 5. Nota ly Deus tibi computabit: per quod ostendit manifeste, reddere debitum, esse meritoriū. Itē a scripturis Ose. 1. Sume tibi uxorem fornicariam, & fac tibi filios fornicationum. Vide: quàm expresse innuitur actum matrimonialem esse meritorium. Non. n. facere filios ex seipso potuisset propheta, ut dicitur in seq. contex. per ly, quæ concepit, & peperit ei filium, nisi actu matrimoniali superueniente: neque negandū est, quòd obedire Deo, sicut fecit Propheta in facto illo, sit meritoriū. Laudandus est ergo Propheta ex obedientia, & quò ad primum. i. quò ad ducendum meretricem in uxorem; & quò ad secundum. i. quò ad cognoscendum illam matrimonialiter. item a Gen. 1. & 9. Crescite, & multiplicamini. Hoc enim fit nisi per cognitionem carnalem. Et nota, ad propositum art. loquentis de matrimoniali actu, quòd uerba illa non dixit Deus, nisi ad coniuges. Nam primò ea dixit ad illos: postquàm Eua ex costa Adæ fuit educta. Alioqn quomodo ad Euam loqueretur? Mox autem ut educta est, decreta fuit uxori ipsius Adæ per ly adhærebit uxori suæ. Vnde intelligimus; illis iam coniugibus factis Deum dixisse ly crescite, & multiplicamini. Quod uero in 1. c. legantur ista uerba, hoc est per anticipationem factum (ut testatur S. Doctor) summarie. s. recitando, quod postea in 2. c. diffusius, distinctiusq; narratur. De vltimo autem dictis uerbis ly crescite, &c. non est dubium aliquod, quin dixerit ad coniuges solum iam manifeste factos: quoniam huiusmodi uerba dixit ad Noë, & filios cum uxoribus eorundem. Hinc hæresim illam condormientium (Prat. Condormientes,) optimè exclusam uides, eosque pessime abuti authoritate prædicta, scilicet crescite, & multiplicamini. Dicunt enim hi Condormientes: in communi debere uiros, ac fœminas, iuuenes & virgines in uno loco, & conclaui uiuere: & in eodem cubiculo dormire; ubi extinctis luminaribus ad omnes promiscuè dicendum, crescite, & multiplicamini. Contra hos vide etiam 1. par. quæst. 117. art. tertio.

Error damnatus p uerum sensū textus, adducti in falso a cōdormientibus.

4 Quartò vides: quomodo per rationem prædicta patrum & scripturarum pro quanto actum matrimonialem dicunt esse meritorium, & intelligas, & probes, & defendas.

5 Quintò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina, & declaretur, & consolidetur.

---

# QVAEST. LXXIII. Aliàs 42.

*De matrimonio inquantum est sacramentum in quatuor articulos diuisa.*

Deinde cōsiderandum est de matrimonio inquā tum est sacramentum.

Circa quod quæruntur quatuor.

¶Primò, Vtrum sit sacramentum.

¶Secundò, Vtrum debuerit institui ante peccatum.

¶Tertiò, Vtrum conferat gratiam.

¶Quartò, Vtrum carnalis cōmixtio sit de integritate matrimonii.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum matrimoniū sit sacramentū.*

Ad primvm sic proceditur. Videtur, quod matrimonium non sit sacramentum.

Omne

SVP. Q. LXXIII. Aliàs 42. Art. 1.

Concl. Matrimonium inter sacramenta computatur.

¶Prob. Quia sacramentum importat sanctitatis remedium homini contra peccatum exhibitū per sensibilia signa. 3. p. q. 60. & hoc inuenitꝰ in matrimonio.

¶Not. Descriptionē hanc sacri, quę ponitur pro antecedentis parte prima, diligenter notato: quoniam clarissima est, & multa cōplectēs: ut legenti 3. par. loco citato patere potest.

Pri-

1^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam verba, quibus consensus exprimitur matrimonialis, sunt, &c. vt in tex.

¶ Not. quòd illa benedictio, quæ fit per sacerdotes nuptijs, non sit forma essentialis matrimonij: confirmatur ex Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de refor. ubi postquam tradidit ea, quæ de necessitate sunt matrimonij, dicit. Præterea eadē S. Syno. hortatur, vt coniuges ante benedictionē suscipiendam in eadē domo non cohabitent. hæc ibi. Qd̄ si per benedictionē intelligat text. respondit il la uerba, quæ dicit parochus, dum matrimonium in facie ecclesiæ a sponsis contrahitur; adhuc, hanc de essentia matrimonij non esse, innuitur ex Conc. eod. ibi. dicente. Parochus viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat ego vos in matrimonium coniungo. In nomine patris, & filij, & spiritussancti, vel alijs vtatur verbis iuxta receptum vniuscuiusque prouinciæ ritum.

*lib. 1. de sacr. p. 9. c. 1. non lōge a prin.

Omne enim sacramentum nouæ legis habet aliquam formam, quæ est de essentia sacramenti: sed benedictio, quæ fit per sacerdotes in nuptiis, non est de essentia matrimonii ergo non est sacramentum.

¶ 2 Præt. Sacramentum secundum Hugo. * est materiale elementum: sed matrimoniū non habet pro materia aliquod materiale elementum, ergo non est sacramentum.

¶ 3 Præt. Sacramenta habent efficaciam ex passione Christi: sed per matrimonium non conformatur homo passioni, quæ fuit pœnalis, cum habeat delectationem adiunctam, ergo non est sacramentum.

¶ 4 Præt. Omne sacramentum nouæ legis efficit, quod figurat, sed matrimonium non efficit coniunctionem Christi, & ecclesiæ quòd significat, ergo matrimonium non est sacramentum.

¶ 5 Præt. In aliis sacramentis est aliquid, quod est res, & sacramentum: sed hoc non potest inueniri in matrimonio cum non imprimat characterem, alias non iteraretur, ergo non est sacramentum.

Sed contra est quod dicitur Ephes. 5. Sacramentum hoc est magnum, ergo &c.

¶ 5 Præt. Sacramentum est sacræ rei signum: sed matrimoniū est huiusmodi, ergo &c.

Resp. Dicendum, quod sacramentum * importat aliquod remedium sanctitatis homini contra peccatum exhibitum per sensibilia signa: vnde cum hoc inueniatur in matrimonio, inter sacramenta computatur.

2^m ex Hugo. Materiale elementum. ℞. Vel aliquid æquiualens. §. Tunc nihil &c. Nam actus ipsi coniugum sensui subiecti sūt loco materialis elementi in matrimonio, vt ratio literæ monstrat.

¶ Not. Quod in sacramento pœnitentiæ actus pœnitentis stent pro materia, & consequenter, quòd a simili actus prædicti sponsorū in matrimonio stent ꝓ materia, vt dicit tex. confirmatur a Concil. Trid. sess. 14. cap. 3. sunt autē quasi materia huius sacramēti ipsius pœnitentis actus, nempe contritio, confessio, & satisfactio. Hæc ibi.

*S. Th. 1 4. dist. 1. q. 1. art. 1.

3^m minor. Per matrimonium nō conformatur homo passioni Christi. ℞. Quantum ad pœnam eius: non quantum ad charitatem. §. Tunc nihil &c. Sufficit enim quòd aliquo modo per sacramentum conformetur homo passioni Christi ad hoc, ut sacramentum ipsum ex eadem ipsius passione habeat efficaciam.

¶ Not. Passioni Christi, quantum ad charitatem ibi ostensam, conformari matrimonium (secundum quod dicitur in textu) habetur ex Eph. 5. ubi dicitur: Viri diligite uxores uestras, sicut Christus dilexit ecclesiam; & seipsum tradidit pro ea, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi.

4^m de maiori. Efficit. ℞. Contentum: non, autem nō contentum. § Tunc nihil &c. Nam vnio Christi ad ecclesiam nō est res contenta in hoc sacramento: sed res, &c. vt in textu.

¶ Not. Ly magister licet (ut dicit tex.) opinatus fuerit, ꝙ matrimonium non habeat rem contentam: tamen in hoc sequendus non est, quàmuis alioqui doctissimus. Quandoque enim & bonus dormitat Homer. Nam matrimonium ipsum rem habere contentam infra ostendetur.

5^m minor. Hoc non potest inueniri in matrimonio. ℞. Negatur ista Nam, ut patet in tex. contrarium uerū est. Ad rationem uero in argumento adductā dicitur, quòd non est necesse imprimi characterem in omnib. sacramentis, in quibus est aliquid, ꝙ est res, & sacramentum. Licet. n. character, ubi imprimitur, sit res & sacramentum, tamen præter characterem aliquid aliud potest esse res & sacramentum in illis, in quibus non imprimitur.

APPENDIX.

Ad primum ergo dicendum, quod verba quibus consensus exprimitur matrimonialis, sunt forma huius sacramenti, non autem benedictio sacerdotis, quæ est quoddam sacramentale.

Ad secundum dicendum, ꝙ sacramentum matrimonii perficitur per actum eius, qui sacramento illo vtitur, sicut pœnitentia; & ideo sicut pœnitentia non habet aliam materiam nisi ipsos actus sensui subiectos, qui sunt loco materialis elementi, ita est de matrimonio.

Ad tertium dicēdum, quòd quamuis matrimonium non conformetur passioni Christi quantum ad pœnam, conformatur tamē ei quantum ad charitatem, per quam pro ecclesia sibi in sponsa coniungenda passus est.

Ad quartum dicendum, ꝙ vnio Christi ad ecclesiam, non est res contenta in hoc sacramento, sed res significata non contenta, & talem rem nullum sacramentum efficit, sed habet aliam contentam, & significatam, quam efficit, vt dicetur. Magister * autem ponit rem non contentam, quia erat huius opinionis, quod non haberet rem contentam.

Ad quintum dicendum, ꝙ in hoc sacramento illa tria, quia sacramenta tantum sunt actus exterius apparentes: sed res, & sacramentum est obligatio, quæ innascitur, viri ad mulierem ex talibus: sed res vltima contenta est effectus huius sacramenti: non contenta autem, est res, quam Magister * determinat.

*In se so. lib. 4. sent. dist. 26.

*Li. 4. sent. dist. 26.

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem confodias hæresim Caluini sentientis, quòd matrimoniū non est sacramentū in ecclesia Dei, per hoc, ꝙ tanquam erroneum imponit Papistis art. hunc videlicet matrimoniū est sacramentum in ecclesia Dei (ut uidere est in tabula articulorū quos Caluinistæ abiurant: & Papistis imponunt. Ex Caluini libello contra acta Concil. Triden.) item hæresim Lutheri (Alfonsus, Nuptiæ) aperte dicentis; Matrimonium nō esse sacramentum. Item hæresim Manichæorū dicentium: cōiugium esse legem, & constitutionē Diaboli. Ex art. n. præsentis ꝓbatione patet, quòd sanctitatis remedium confert: quod est contra Diabolum. 2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hæreses prædictas merito dānari ab Apostolo Ephes. 5. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam; & adhęrebit uxori suę, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnū est, item a Côc. Flor. siue ab Eugenio Quarto eod. Conc. approbante in decre. Armen. dato. Septimū est sacramētum matrimonij: quòd est signū coniunctionis Christi & ecclesiæ, secūdum Apost. dicentem: sacramētum hoc magnum est, ergo autem dico in Christo, & in ecclesia. Hæc ibi. Item a Conc. Trid. sess. 24. c. de sac. mat. Cū matrimonium in lege Euāgelica ueteribus connubijs per Christū gratia præstet: meritò inter nouæ legis sacra annumerādū S. Patres nostri, concilia, & uniuersalis ecclesię traditio, semꝑ docuerunt: aduersus quam impij homines huius sęculi insaniētes, non solū perperam de hoc uenerabili sacro senserunt: sed (de more suo) ꝓtextu Euangelij libertatē carnis introducētes, multa ab ecclesiæ catholicæ sensu, & ab Apostolorū temporibus probata consuetudine, aliena scripto & uerbo asseruerunt, non sine magna Christi fidelium iactura. Hæc ibi. Et canon. 1. Si quis dixerit: matrimonium non esse uere & proprie unum ex septem legis euangelicę sacramentis: Anathema sit. Hæc ibi. Item a Papa Lucio Tertio, extra de hæret. ad abolendam: Vniuersos, qui de sacramento corporis, & sanguinis Christi, uel de baptismate, seu de peccatorum confessione, matrimonio, uel reliquis ecclesiasticis sacramentis, aliter sentire, aut docere non metuunt, quam sacrosancta Romana Ecclesia prædicat, & obseruat, uinculo perpetui anathematis innodamus. Hæc ibi Item nota, Manichæos prædictos damnari a Christo, dum matrimoniū approbat, atque confirmat Matth. 19. & Marc. 10. Vide etiam articulos præcedentis quæstionis appendic. quoniam ad hoc propositum iuuabunt, specialiter uerò ad Caluini fallacias uigilantius pro damnatis atque damnandis agnoscendas, ac firmissime habendas: vide uitam eius ob hunc finem fusius descriptam q. 9. art. 4. append. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, & scripturarum, pro quanto matrimoniū dicunt esse sacrm, & intelligas, & probes, & tuearis. 4 Quartò vides: qūo ex iis vicissim Ang. do. &c.

AR- SVPER

SVPER QVAEST. LXXIII. Aliàs 42. Art. II.

CONCL. I. Matrimonium, secundũ quòd ordinatur ad procreationem prolis, institutum fuit ante peccatum. secundum autem quòd remedium præbet cõtra vulnus peccati, institutum fuit post peccatum tempore legis naturæ: secundum verò quasdam determinationes personarũ, institutũ fuit in lege Moysi: sed secundum quòd repræsentat mysterium coniunctionis Christi, & ecclesiæ, institutum fuit in noua lege (vnde secundum hoc est sacramentum nouæ legis:) & secundum quòd vtilitates habet cõsequentes, (puta amicitiam, & mutuum obsequiũ sibi inuicem a coniugib. impensum) institutum est in lege ciuili.

¶COROLL. Quinq; ergo modis consideratur matrimoniũ: & singulis eorum correspondet aliqua eius institutio. Vnde ad interrogationem de tempore, & de lege, institutionis matrimonij, ne respõdeas vnquam simpliciter. i. vnica responsione simplici; quoniam, cum matrimonium multipliciter dicatur, deciperetis cadendo in fallaciã secundum plures interrogationes, vt unam. Ad interrogationem ergo illã de matrimonio respondeas, edoctus ab isto textu, per diuisionẽ considerationis multiplicis de illo; & iuxta singulas cõsiderationes singillatim accõmodando dicenda. Vt; si quis dicat. Matrimoniũ quònam tempore, & qua in lege, institutum fuit? ℞. De matrimonio, secundum quam considerationem, loqueris? Si enim loquaris de illo, secundum quòd est in officium naturæ, vnum respondendum est: si de illo, secũdum quòd est in remedium peccati, aliud: si autem vt secũdum determinationem quandam personarum attenditur, aliud: & secundũ quòd repræsentat cõiunctionem Christi ad ecclesiam, adhuc alíud, & demum, secundum quòd importat vtilitates quasdã consequentes, respondendum est aliud.

175

* q. 92. artic. 2.

* li. 4. sent. d. 26. §. B. & C.

*Gen. I.

*Conc. Florent. in doctr. 2. de sacramen.

¶PROB. Quia bonum intentum a natura inclinante ad matrimonium variatur ẽm diuersos status hominum; & consequenter diuersimode in diuersis statibus hominum diuersimode instituitur.

¶NOT. Præmissa prob. datur vniuersaliter de tota conclusione simul, ut patet. Quòd si partialiter i. pro singulis partibus seorsum, probationem vis: ecce. Matrimonium, pro prima parte sumptum. i. vt ordinatur ad procreationem prolis, instituitur ante peccatum. Gen I. per ly Crescite, & multiplicamini: pro secũda parte. i. ut est in remedium contra uulnus peccati, instituitur Gen. 9. per ly Crescite, & multiplicamini: pro tertia parte. i. secundum ꝙ determinationem quandam personarũ dicit, instituitur Leuit. 18. per ly Turpitudinem uxoris patris tui non discooperies; turpitudinem sororis tuæ, ex patre, siue ex matre non reuelabis, &c. per totum c. pro quarta parte, i. ut coniunctionem Christi ad ecclesiam importat, instituitur Matt. 19. & Mar. 10. per ly Quod Deus coniunxit, homo non separet: pro quinta tandem parte. i. vt secundum consequentes vtilitates quasdam attenditur, instituitur in libris continentibus leges Cæsareas.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum matrimonium debuerit institui ante peccatum.*

AD SECVNDVM sic proceditur, Videtur ꝙ matrimoniũ non debuit institui ante peccatum. Quia illud, quod est de iure naturali, non indiget institutione: sed matrimonium est huiusmodi, vt ex dictis *patet, ergo non debuit institui.

¶ 2 Præt. Sacramenta sunt quædam medicinæ contra morbum peccati: sed medicina non præparatur nisi morbo, ergo ante peccatum non debuit institui.

¶ 3 Præt. Ad idẽ institutio una sufficit: sed matrimonium fuit institutum etiam post peccatum, vt in litera dicitur * ergo ante peccatum non fuit institutum.

¶ 4 Præt. Institutio sacramenti debet esse a Deo: sed ante peccatũ verba, quę ad matrimonium pertinent, non sunt determinatè dicta a Deo, sed ab Adam: illa autem verba, quæ Deus dixit * Crescite, & multiplicamini, dicta sunt brutis, etiam in quibus non est matrimonium, ergo matrimonium non fuit institutum ante peccatum.

¶ 5 Præt. Matrimonium est sacramentum nouæ legis: sed sacramenta nouæ legis a Christo initium sumpserunt, ergo non debuit ante peccatum institui.

SED CONTRA est quod dicitur Matt. 19. Non legistis, quòd ab initio, qui fecit homines, masculum & fœminam fecit eos?

¶ Pręt. Matrimonium est institutũ ad procreationẽ prolis, sed ante peccatum erat necessaria homini procreatio prolis, ergo ante peccatum debet matrimonium institui.

RESP. dicendum quòd natura inclinat ad matrimonium intẽdens aliquod bonum, quod quidem variatur secundum diuersos hominum status, & ideo oportet quòd illud bonum diuersimode in diuersis statib. hominum instituatur, & ideo matrimonium, secũdum quòd ordinatur ad procreationẽm prolis, quæ erat necessaria etiã peccato non existente, institutum fuit ante peccatum: secundum autem, quòd remedium præbet contra vulnus peccati, institutum fuit post peccatum tempore legis naturæ, secundum autem determinationem personarum, institutionem habuit in lege Moysi, sed secundum quòd repræsentat mysteriũ coniunctionis Christi, & Ecclesiæ, institutionem habuit in noua lege, & secundum hoc est sacramentum nouæ legis. Quantum ad alias vtilitates, quæ ex matrimonio consequuntur, sicut est amicitia, & mutuum obsequium sibi a coniugibus impensum, habet institutionem in lege ciuili, sed quia de ui sacramenti est, quòd est signum & remedium, ideo quantum ad medias institutiones competit ratio sacramenti, sed quantum ad primam institutionem competit ei, quòd sit in officium naturæ, quantum vero ad vltimam, ꝙ sit in officium ciuilitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa, quæ in communi sunt de iure naturali, indigent institutione quantum ad eorum determinationem, quæ diuersimodè competit secundum diuersos status, sicut de iure naturali est ꝙ maleficia puniantur, sed talis pœna tali culpæ apponitur per determinationem iuris positiui.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ matrimonium non est tantum in remedium contra peccatum, sed principaliter est in officium naturę, & sic institutum fuit ante peccatum, non autem prout est in remedium.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ secundum diuersa, quæ oportet in matrimonio determinari, non est inconueniens, quòd habuerit diuersas institutiones, & sic illa diuersa institutio nõ est eiusdem secundum idem.

AD

¶CONCL. 2. Matrimonio competit, ꝙ sit in officium naturæ; si consideretur quantum ad primam institutionem dictã in priori conclusione: & cõpetit ei, quòd sit in officiũ ciuilitatis; si consideretur quãtum ad ultimã ibidem: & competit ei, ꝙ habeat rationem sacramenti. i. ꝙ sit sacramentum, si considereẽ quãtũ ad inter medias institutiones ibidem (hæ sunt tres.)

¶PROB. I. Quia primæ duę partes ex se patent. Secũda autẽ pars, scilicet & competit ei, ꝙ habeat, &c. probatur. Quia de ui sacr̃i est esse in signum ac remediũ; & matrimoniũ quò ad vltimam partem cõclusionis sumptũ est in remedium (cum sit cõtra vulnus peccati) ac signum (cum significet coniunctionem Christi ad ecclesiam.)

¶COROLL. Ergo matrimonium institutum (ut supra diximus) Genes. 9. & Leuit. 18. & Matt. 19. est sacramẽtũ.

1^m de maiori.

Institutione. ℞. In cõi sumpta: nõ, spãliter determinatiua. §. Tũc &c. Nã matrimoniũ quantum ad determinationem iuris naturalis, institutione indiget, ꝑ rationem dictam in ꝓbatione primæ conclusionis: licet absolutè loquendo, in cõi institutione non egeat, cũ sit de iure naturali. Vt puniendos esse maleficos, natura docet. Sed quõ puniẽdi sint, iuxta diuersos status hominũ, ritus promunciarũ, & modos criminũ, docet institutio noua iuris positiui.

2^m conclusio.

Ante peccatum nõ debuit institui. ℞. Vt matrimonium est in remedium contra peccatum: non, ut est in officium naturæ. §. Tunc &c. ut patet. Ex hoc ad illam maiorem. s. sacramenta sunt quædam medicinæ contra morbum peccati, dicas; ꝙ si intelligitur formaliter, i. prout sacramenta sunt, uera est uniuersaliter: si uerò intelligitur materialiter. i. de aliquo quod est sacramẽtum non tñ, ut sacramentum, sed ut aliquam aliam rationem innuent (prout in proposito est matrimonium,) tunc non est uera uniuersaliter sine additione hac, uidelicet sacramentum matrimonij est quædã medicina contra peccatum, uel in officium naturæ.

¶NOT. Ex eo, quòd in textu dicitur, quòd matrimoniũ principaliter est in officium naturæ, colligitur: quòd etiam si primi parentes non peccassent, adhuc generatio prolis per actum matrimonialem fuisset 2. par. q. 118.

3^m de maiori. Ad idem. ℞. Secundum idem: non, secundum diuersa. §. Tunc nihil &c. Nam matrimo-

trimonium fuit secundum diuersas considerationes,& ante,& post peccatum, institutum: vt in conclusione prima, & responsione ad secundum patuit.

4[m] illatio conclusionis. Ergo matrimonium, &c. ℞. Negatur illatio. §. Nã matrimonium ante peccatum institutum fuit a Deo: & ad hoc homini,&c. ut in textu. Ad ea, quæ pro ratione dicuntur in contrarium tam de ly Crescite,&c. quàm de ly adhærebit vxori suæ,&c. quid respondendum sit: docetur etiam ibi.

AD QVARTVM dicendũ, ꝙ matrimoniũ ante pctm̃ institutum fuit a Deo, & ad hoc homini mulieré de costa formauit in adiutorium, & dixit eis, *Crescite, & multiplicamini: qd quamuis aliis animalibus dixerit, non tamen per ea eodem modo implendum sicut per homines. Adã vero verba illa ꝓtulit à Deo inspiratus, vt intelligeret matrimonii institutionem a Deo factam.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ quantum ad hoc, quòd matrimonium est sacramentum nouæ legis, non fuit ante Christum institutum, vt ex dictis patet.*

*Gen. 1.

¶NOT. Quòd Adã primus humani generis parens diuini spiritus instinctu dixerit (ut textus ait) relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una, confirmatur ex Concil. Trid. sess. 24. in prin. & ex Matth. 19. & Marc. 10. Item. Quòd per ly Crescite & multiplicamini, non eodem modo implendum intellexerit Deus, sed diuersimodè ab hominibus & brutis; confirmari potest ex q. 41. ar. 1. corp. & ad primum. Cum enim natura inclinet ad hoc diuersimodè implendum ab homine, & ab alijs, & natura instituta sit a Deo; fatendum est: quòd Deus intenderit illam diuersitatem adimpletionis per ly Crescite & multiplicamini.

5[m] conclusio. Non debuit ante peccatum institui. ℞. Vt est sacramentum nouæ legis: non, vt est in officium naturæ tantum. §. Tunc nihil & cæt. ut patet ex prædictis. Quod Christus (ut in tex. dicitur) instituerit matrimonium, vide appen.

## APPENDIX.

EX artic. habes primò: quõ per rationẽ interimas hæresim Manichæorum (sup. ar. 1. appen.) dicentium: coniugium esse constitutionem Diaboli. Item Eraclitarum (Prat. Eraclitæ) dicẽtiũ: coniugia, siue matrimonium; esse respuenda. Per hoc. n. ꝙ a Deo institutum est, radicitus destruitur: quòd matrimonium ẽm se sit uel respuendum, uel cõstitutio Diaboli. Secundò habes: quõ per rationẽ ostẽdas meritò damnari prædictas hæreses à &c. ut artic. 1. appen. Item à &c. ut q. 41. ar. 1. appen. cui & addere potes artic. 2. 3. & 4. Item à &c. ut 1. par. q. 72. Item a decre. 24. q. 3. quidam. Vide ibi de Eraclitis. Item a Concil. Trid. sess. 24. in princ. Matrimonij perpetuũ, indissolubilemq; nexum primus humani generis parens diuini spiritus instinctu pronunciauit, &c. Hoc aut vinculo duos tantũmodo copulari, & coniungi, Christus dominus apertius docuit, cum postrema illa uerba, tanquàm a Deo probata, referens dixit; Itaque iam non sunt duo, sed una caro; statimq; eiusdem nexus firmitatem, ab Adamo tanto ante pronunciatam, his verbis confirmauit. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Hæc ibi. & can. 1. Si quis dixerit: matrimonium non esse a Christo domino institutum: anathema sit. Item à &c. ut supra not. post prub. concl. 1. Tertiò habes: quomodo dicta patrum & scripturarum, pro quanto matrimonium dicunt institutum fuisse ante peccatum, & intelligas, & probes, tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas ꝓ Eccles. S. Dei.

2 Lib. 3. non multum remote a fine libri.

*In corp.

3

4

AP-

SVP. Q. LXXIII. Aliàs 42. Art. III.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum matrimonium conferat gratiam.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium non conferat gratiam. Quia secundum Hug. * sacramenta ex sanctificatione inuisibilem gratiam conferunt: sed matrimonium non habet aliquam sanctificationem, quæ sit de essentia eius, ergo non confertur gratia in ipso.

¶ 2 Præt. Omne sacramentum conferens gratiam, confert ipsam ex materia, & forma sua: sed actus, q sunt materia in hoc sacramento, nõ sunt causa gratiæ, quia hoc esset Pelagiana hæresis, scilicet quòd actus nostri sint causa gratiæ, verba etiam exprimentia consensum non sunt causa gratiæ, nam ex eis non fit aliqua sanctificatio, ergo in matrimonio nullo modo gratia datur.

¶ 3 Præt. Gratia ordinata contra vulnus peccati est necessaria omnibus habentibus vulnus illud: sed in omnibus inuenitur concupiscentiæ vulnus, & sic deberent omnes homines: * matrimonium contrahere, essétque stultum valde, a matrimonio abstinere.

¶ 4 Præt. Infirmitas non accipit medicamentum ab eo, a quo accipit intensionem: sed per matrimoniũ concupiscentia accipit intensioné, quia sicut dicit Philosophus in 3. Ethic. insatiabilis est concupiscentiæ appetitus, & per operationem congruam augetur, ergo videtur quòd in matrimonio non conferatur remedium gratiæ contra concupiscentiam.

SED CONTRA, Definitio, & definitum debent conuerti: sed in definitione sacramenti ponitur causalitas gratiæ, ergo cum matrimonium sit sacramentum, erit gratiæ causa.

¶ Præt. Aug. † dicit, quòd matrimonium est ęgrotis in remedium: sed non est in remedium nisi inquãtum aliquam efficaciam habet, ergo habet aliquid efficaciæ ad reprimendũ concupiscentiam: sed concupiscentia non reprimitur nisi per gratiam, ergo in ipso confertur gratia.

RESP. Dicẽdum, quòd circa hoc fuit triplex opinio. Quidam enim dixerunt, quòd matrimonium nullo modo est causa gratiæ, sed est tantũ signum. Sed hoc non potest stare, quia secundum hoc in nullo abundaret a sacramentis veteris legis: vñ non essét aliqua ratio, quare sacramentis nouæ legis annumeraretur, quòd enim remedium præbeat satis faciendo concupiscentiæ * ne deinceps ruat, dum nimis arctatur, habuit etiam in veteri lege ex ipsa natura actus. Et ideo alii dixerunt, ꝙ confertur ibi gratia in ordine ad recessum a malo, quia excusatur actus a peccato, qui sine matrimonio peccatum esset. Sed hoc esset nimis parum, quia hoc etiam in veteri lege habuit, & ideo dicunt, quòd facit recedere a malo inquantum constringit concupiscentiam, ne extra bona matrimonii feratur, non autem per gratiam illam fit aliquod auxilium ad bene operandum. Sed hoc nõ potest stare, quia eadem gratia est, quæ

*lib. 1. de sacr. par. 9. cap. 2.

† In libro de bono viduitatis. c. 8. circa finem to. 4. & de Genesi ad liter. lib. 9. c. 7. to. 3.

*Al. in præceps.

176

CONCL. Matrimonium, inquantum in fide Christi contrahitur, habet; ut conferat gratiam adiuuãtem ad illa operanda, quæ in matrimonio requiruntur.

¶COROLL. Ergo ex conclusione hac excluduntur omnes tres opiniones prædictæ circa hanc materiam. Immo, quia ecclesia iam determinauit (ut uidebitur in appen. seq.) quòd matrimonium confert gratiam: ideo opinio illa prima, cum diceret oppositum, non amplius opinio, sed hæresis dicenda est; sicut & conclusio S. Tho. non amplius probabilior tantũ, sed catholica fides. Pro cõfutatione etiam pleniori secundæ & tertiæ opinionis; vide 3. p. q. 70. art. 4. & q. 69. articu. 6. ubi tractatur de valore gratiæ.

¶NOT. Aliquando, priusquã scilicet ab ecclesia determinaretur quippiam, licebat citra hæresim, tenere cõtrarium eius, quod postea aliter determinatũ est, 1. par. q. 32. ar. 4. in tex. & elucid. & consequenter id, quod postea determinatum est, licuit appellare opinionẽ ꝓbabiliorem. Sic in proposito facit D. Thom. cum & alias uocat opiniones, quamuis falsas, & suam dicit probabiliorem. Nã textus post conclusionẽ immediate habet ly & hoc probabilius est. Quòd si post concilij generalis determinationem contigisset loqui, dixisset ly & hoc catholicum est: innuendo oppositũ esse hæreticum. Hæc annotata sint etiam pro regula uniuersali ad intelligendum uerba sancti Thomæ. Nam uidendum est ubique an loquatur in suis dictis de aliqua re, antequàm determinetur ab ecclesia, uel non: & sic postea de illis dictis iudicandum: recolendum tamé semper est: quod sup. q. 29. ar. 3. appen. dictum fuit in casu, quo doctores aliqui dixissent quippiã minus cõsonum ei, qđ ab ecclesia post modũ sancitur: & ibi videndũ, quomodo tunc procedendum sit circa dicta doctorum eorundem.

*S. Tho. in 4. dist. 1. q. 1. ar. 1. q. 3. & seq.

Regula vniuersalis ꝓ intelligendo D. Th.

¶PROB. Quia in matrimonio, in fide Christi contracto, datur homini ex diuina institutione facultas vtendi vxore sua ad procreationem prolis (patet ex supra:) & ubicumque datur diuinitus aliqua facultas, dantur etiam auxilia, quib. homo conuenienter uti possit facultate illa (patet ex supra q. 33. ar. 1. corp.)

¶NOT. Auxilia illa, sine quibus homo conuenienter non põt uti uxore sua, ꝓ sunt gratia

gra-

gratum faciens: ut habetur ex textu circa fin. Rursus. Nunc patet, per dictum in corp. fin. quid intelligebat Diuus Thomas supra articu. primo, ad quartum, quando dixit, quod matrimonium habet rem contentam & significatam. Hæc enim res contenta est gratia.

impedit peccatum, & quæ ad bonũ inclinat, sicut idem calor, qui aufert frigus, & qui calefacit. Vnde alii dicunt, quòd matrimonium inquantum in fide Christi contrahitur, habet vt conferat gratiam adiuuantem ad illa operãda, quæ in matrimonio requiruntur, & hoc probabilius est. Quia vbicumq; datur diuinitus aliqua facultas, dantur etiam auxilia, quibus homo conuenienter vti possit facultate illa, sicut patet, quòd omnibus potentiis animæ respondent aliqua membra corporis, quibus in actum exire possint, vnde cũ in matrimonio det* homini ex diuina institutione facultas vtendi vxore sua ad procreatione prolis, datur etiam gratia sine qua id conuenienter facere non possit, sicut etiam de potestate ordinis supra dictum est, & sic ista gratia data, est vltima res contenta in hoc sacramento.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut habet aqua baptismi, ꝙ corpus tangat & cor abluat ex tactu carnis Christi, ita matrimoniũ hoc habet ex hoc quòd Christus sua passione illud repræsentauit, & nõ principaliter ex aliqua sanctificatione sacerdotis.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ sicut aqua baptismi cum forma verborum non operatur immediate ad gratiam, sed ad characterem, ita actus exteriores, & verba exprimentia consensum, directè faciunt, nexum quendam, qui est sacramẽtum matrimonii, & huiusmodi nexus ex virtute diuinæ institutionis dispositiuè operatur ad gratiam.

Ad tertivm dicendum, ꝙ ratio illa procederet, nisi contra concupiscentiæ morbum posset aliquod efficacius remedium adhiberi, adhibetur autem maius remedium per opera spiritualia, & carnis mortificationem ab illis, qui matrimonio, non vtuntur.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ contra concupiscentiam potest præstari remedium dupliciter. Vno modo ex parte ipsius concupiscentię, vt reprimatur in sua radice, & sic remedium præstat matrimonium per gratiam, quæ in eo datur. Alio modo ex parte actus eius, & hoc dupliciter. Vno modo vt actus, ad quem concupiscentia inclinat, exterius turpitudine careat, & hoc fit per bona matrimonii, quæ* honestant carnalẽ concupiscentiã. Alio modo, vt actus turpitudinem habens impediatur, quod fit ex ipsa natura actus, quia dum concupiscentiæ satisfit in actu coniugali, ad alias corruptelas non ita incitat. Propter quod dicit Apostolus. Melius est nubere quàm vri: quàmuis enim opera concupiscentiæ congregata, secundum se nata sint concupiscentiam augere, tamen secundum, quòd ratione ordinantur, ipsam reprimunt, quia ex similibus actibus similes relinquuntur dispositiones, & habitus.

A R-

* Q. 25. ar. 1. corp.

* De quib. q. 49.

**1m ex Hugone.** Ex sanctificatione. ℞. Facta per Christum: non principaliter, facta per ministrum. §. Tunc nih. &c. Nam licet matrimoniũ non habet aliquam sanctificationem principaliter a sacerdote ministro factam; (ut arguitur:) illam tamen habet ex hoc, quòd Christus sua passione illud repræsentauit.

¶ Not. Quomodo Christus sua passione matrimoniũ repræsentauerit, collige ex ar. 1. ad tertium, vbi dicitur, quòd matrimoniũ conformatur Christi passioni quantum ad charitatem, per quam pro ecclesia sibi coniungendo in sponsam, passus est. Repræsentauit ergo matrimonium, inquãtum charitate ductus passionem sufferre voluit, ꝓ ecclesia sibi iungẽda in sponsam.

**2m de maiori.** Confert. ℞. Mediatè ex virtute diuinæ institutionis: non immediatè, neq; ex natura sua præcisè. §. Tunc nihil &c. vt patet ex textu. Nam sicut aqua baptismi cũ forma verborũ nõ &c. vt ibi in litera.

¶ Not. Ex responso textuali addiscas duo. Primum; quid sit sacramentum matrimonij, videlicet quòd est nexus quidam. Quid autem sit ly quidam; patebit ex eius diffinitione q. 44. art. 3. Secundum, quid sit hæresis Pelagiana; quòd scilicet est hæc, quæ attribuit actibus nostris secundum naturam actuum seu inquantũ pendent a libero arbitrio nostro præcisè, esse causam gratię. Alioquin non esset hæresis, si non loqueretur in sensu prædicto: quoniam actus ipsi, secundũ quòd ex institutione diuina fiunt, & a gratia pendent, sunt causa gratiæ augmentandæ, & dispositio ad ipsam primo habendam. Pro quo vide 1. 2. quæst. 109. articu. 4. & quæst. 112. artic. tertio, & memento, quòd præmium datum talibus operibus vocatur corona iustitiæ. 1 Tim. 4.

**3m illatio conclusionis.** Et sic deberent omnes homines, &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam contra concupiscentiæ morbum est aliud remedium & quidem maius, quàm sit matrimonium: ut habetur in textu.

¶ Not. Argumentum simile, simileque responsum habetur quæst. 39. artic. 3. ad secundum, ex quo loco iuuatur intelligentia huius, & ex hoc vicissim illius.

**4m maior.** Infirmitas non accipit medicamentum ab eo, à quo accipit intensionem. ℞. Secundum quòd ab eo accipit intensionem: non secundum quòd aliter consideratur. §. Tunc nihil &c. Nam remedium sumitur a matrimonio, secundum quòd ratione ordinatur: & intensio sumitur ab eodem secundum quòd opera concupiscentiæ exercita secundum se nata sunt augere concupiscentiam: ut in textu fin.

A P P E N D I X.

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Lutheri (Alphonsus Castr. Nuptiæ) dicentis: quòd matrimonium non est signum, neque confert gratiam. Ad hoc reducitur & hæresis Catharorum dicentium: matrimonium carnale esse peccatum mortale. Et Tatianorum dicentium: matrimonium nihil differre a scortatione, sed idem esse. De quibus duabus vltimis vide quæst. 4 1. artic. tertio, appen. Si enim carnale matrimonium vel peccatum mortale esset, vel a scortatione non differens, proculdubio nõ conferret gratiam: quoniam neque peccatum mortale, neque scortatio, confert gratiam. Cõtra has igitur etiam ratio articuli militat. Item hæreticorũ qui matrimoniũ carnale sacramentũ ecclesiæ dissoluũt, & cõsequẽter per hoc ab ipso gratiam dari negãt. Nẽ autem matrimoniũ totaliter è mundo tollere videãtur fingũt quẽdam matrimonium spirituale: asserentes esse illud, in quo promiscui fiunt concubitus; modo alter altero sit contentus. Ex quo etiam reuera patet: quòd conferri gratiam per matrimonium illud non potest: cum fictitium, & Diabolicum, inuentum tale sit. Hæresis hæc postrema recenseri potest etiam artic. primo, appen. & damnari ibid.

2 Secũdò habes quomodo per rationem ostendas, meritò hæreses ꝓdictas damnari a Papa Leone Decimo, in bulla cõtra errores Lutheri: cuius damnationem vide quæst. prima, ar. 1. appen. iungendo q. 24. art. primo, appen. Item a Conc. Flor. in Decr. Armen. dat. ab Eugenio IIII. de sacramentis. Nouæ legis sunt septem sacramenta, &c. Matrimoniũ. Hæc continẽt gratiam, & ipsam dignè suscipientibus conferunt. Hæc ibi. Item a Concil. Trid. sessio. septima, de sacramen. canon. 1. Si quis dixerit: sacramenta nouæ legis esse pauciora, quàm septem &cæt. matrimonium: iungendo canon. 6. Si quis dixerit: sacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre. Et canon. 7. Si quis dixerit: non dare gratiam per huiusmodi sacramenta semper, & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiam si ritè ea suscipiunt; sed aliquando, & aliquibus: Anathema sit. Et can. 8. Si quis dixerit: per ipsa nouæ legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam. Anathema sit. Hæc ibi. Item ab eod. sessio. 24. in princip. Gratiam uero, quæ naturalem illum amorem & indissolubilem vnitatem confirmaret, coniugesque sanctificaret, ipse Christus uenerabilium sacramentorum institutor, atque perfector sua nobis passione promeruit; quod Paulus Apostolus innuit dicens, Viri diligite uxores uestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, mox subiungens sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Hæc ibi. Et cano. 1. Si quis dixerit: matrimonium non esse uerè & propriè unum ex septem legis Euangelicæ sacramentis, &c. neque gratiam conferre. Anathema sit. Hæc ibi. Item à &c. ut 1. par. quæst. 72. appen.

3 Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto matrimonium dicunt conferre gratiam, & intelligas, & probes, & defendas.

4 Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

SVPER

SVPER QVAEST. LXXIII. Aliàs 42. Art. IIII.

CONCL. Carnalis commixtio eſt de ſecunda perfectione matrimonij; non de prima.

¶PROB. I. Quia carnalis commixtio eſt quædam operatio, ſiue uſus matrimonij: Secũda autem pars. ſ. non de &c. probatur. Quia prima perfectio matrimonij conſiſtit in ipſo eſſe eius; & carnalis cõmixtio non eſt ipſum eſſe matrimonij.

177

Eſſe rei aliud ſubſtãtiale, aliud accidentale.

¶NOT. Hanc diuiſionem de ipſo eſſe rei, ſiue de actu primo & ſecundo, habemus ſępe a Philoſopho, in libris de anima præſertim, dicẽte; q anima eſt actus primus, non ſecundus, & intelligere eſt actus ſecundus non primus; itẽ quòd uiuere uiuentibus eſſe, & quòd uiuentium aliud eſt progreſſiuum, aliud intellectiuum, aliud &c. Et ut facilius pcipias quæ dicuntur ſcito, quòd ipſum eſſe rei eſt ſubſtantia rei; & ipſa operatio rei eſt accidẽs ipſius ab ipſa procedens. Vnde & dicitur in lib. prædicabil. Porphy. quòd forma. ſ. ſubſtantialis eſt, quæ dat eſſe rei. Et in prædicament. Ariſtoteles collocat rerum operationes in genere qualitatis.

* q.39.ar.1. corp.& artic.2.huius quæſt.

† Al. matrimonii.

* li.4. ſent. e. diſt.26. §.F.

1m de concluſione. De integritate. ℞. De integritate ſecũda, nõ prima. §. Tunc nih. &c. ut patet ex cõcluſione. Ad authoritatem allatam dr̃; quòd non concludit propoſitum contra prædicta: quia Adã expoſuit itegritaté &c. vt in textu.

* Sum. ar. eſt in Aug. de conſenſu Euang. lib.2.c.1.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum carnalis commixtio ſit de integritate matrimonii.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur q carnalis commixtio ſit de integritate matrimonii. In ipſa enim inſtitutione matrimonii dictum eſt: Erunt duo in carne vna; ſed hoc non fit niſi per carnalem commixtionem, ergo eſt de integritate matrimonii.

¶ 2 Præterea. Illud, quod pertinet ad ſacramenti ſignificationem, eſt de neceſſitate ſacramenti, ut prædictum * eſt: ſed carnalis commixtio pertinet ad ſignificationem † ſacramenti, ut in litera * dicitur, ergo eſt de integritate ſacramenti.

¶ 3 Præt. Hoc ſacramentum ordinatur ad conſeruationem ſpeciei, ſed conſeruatio ſpeciei non poteſt fieri ſine carnali commixtione, ergo eſt de integritate ſacramenti.

¶ 4 Præterea. Matrimonium eſt ſacramentum, ſecundum quod remedium contra concupiſcentiam præſtat, de quo dicit Apoſtolus 1. Corinth. ſexto. Quòd melius eſt nubere, quàm vri: ſed hoc remedium non præſtat his, qui carnaliter non commiſcentur, ergo idem quod prius.

SED CONTRA. In Paradiſo fuit matrimonium: ſed ibi non fuit carnalis copula, ergo commixtio carnalis non eſt de integritate matrimonii.

¶ Præt. Sacramentum ex ſuo nomine ſanctificationem importat: ſed ſine carnali commixtione eſt matrimonium ſanctius, vt in litera † dicitur, ergo carnalis commixtio non eſt de neceſſitate ſacramenti.

RESP. Dicendum, quòd duplex eſt integritas: vna, attenditur ſecundum perfectionem primã, quæ conſiſtit in ipſo eſſe rei. Alia, quæ attenditur ſecũdum perfectionem ſecundam, quæ conſiſtit in operatione: quia ergo carnalis commixtio eſt quædam operatio, ſiue vſus matrimonii, per quod facultas ad hoc datur: ideo erit carnalis commixtio de ſecunda perfectione matrimonii, & non de prima.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Adam expoſuit integritatem matrimonii quantum ad vtramque perfectionem, quia res ex ſuo actu innoteſcit.

AD SECVNDVM dicendum, q ſignificatio rei contentæ eſt de neceſſitate ſacramenti, & ad hanc ſignificationem non pertinet carnalis commixtio, ſed ad rem non contentam, ut ex dictis patet.*

AD TERTIVM dicendum, q res non peruenit ad finem ſuum niſi per actum proprium: vnde ex hoc quod finis matrimonii non habetur ſine carnali commixtione * oportet quòd ſit de integritate ſecunda, & non de prima.

AD QVARTVM dicendum, quòd ante cõmixtionem carnalem eſt matrimonium in remedium ex gratia, quæ in eo datur, quamuis non ex actu; quod pertinet ad integritatem ſecundam.

QVAE-

¶COROLL. Ergo per ly hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, & ly adhærebit (per conſenſum mutuum animorum) vxori ſuæ, ipſe Adam expreſſit matrimoniũ; quò ad integritatem primam i. eſſentialem: ſed per ly erunt duo in carne una, expreſſit idem, quò ad integritatem ſecundam. i. accidentalem.

2m de maiori. Quòd pertinet ad ſacramenti ſignificationem. ℞. Tanquam res contenta in ipſo ſacramento: non auté tanquam non contenta. §. Tunc nih. &c. Nam carnalis commixtio pertinet ad ſignificationem ſacramenti tanquam res non contenta.

¶NOT. Matrimonium eſſentialiter eſt ſacramentum, etiam q commixtio carnalis non ſequatur: & ideo dicitur ipſam eſſe rem non contentam in hoc ſacraméto. Nec obſtat, q gratia, quæ eſt res contenta ar. 3. corp. non datur ſemper in ſacramento: qm̃ hoc falſum eſt ex parte ſacramenti, licet uerum ſit ex parte hominum indiſpoſitorum. Ideo hoc non facit quin gratia dicatur res contenta: vt dicitur a Conc. Trid. ſeſſ. 7. de ſacram. can. 6. Cæterum, quãtum eſt ex parte ſacramenti, matrimonium eſſentialiter non dicit commixtionem carnalem: & propter hoc (ut tetigimus) commixtio ipſa eſt res non contenta. Quomodo autem pertineat ad ſignificationem ſacramenti huius ipſa commixtio: dicetur infra.

Res contẽta & nõ cõtenta.

3m de minori. Sine carnali commixtione. ℞. Tanquam exiſtente de integritate ſecunda, non de prima. §. Tunc nihil &c. ut patet ex prædictis.

¶COROLL. Ergo ad maiorem, ſcilicet hoc ſacramentum ordinatur ad conſeruationem ſpeciei, dicitur: quòd ordinatur ad hoc per operationem ſuam, non quia non poſſit ſubſtantialiter ſine tali operatione conſiſtere perfectum. Vel clarius. Matrimonium ordinatur ad conſeruationem ſpeciei in actu ſignato: & ſecundum hoc poteſt exiſtere ſine commixtione carnali: ſine quâ tamen non poteſt conſiſtere, dum ordinatur ad ipſam in actu exercito. Ac ſi diceretur. Domus ordinatur ad hoc, ut habitetur. Clarum autem eſt, quòd domus eſt adhuc in ſe perfecta exiſtens, etiam qđ actualiter non habitetur.

¶NOT. Si tamẽ matrimonium ad copulã carnalem actu exercito numquam perueniret non poſſet adhuc dici fruſtra: quia licet unũ, ad quod ordinatur, nõ attingat; nihilominus, quia habet aliud, puta fidem, & ſignificationẽ, ad quod tanquam bona matrimonij ordinantur; ideo nõ poteſt dici eſſe fruſtra. Vide q. 16. art. 2. ad tertium, de ly fruſtra; & in elucid.

† Li.4. ſenten. diſ.26. parag. C.

* Vide Auguſt. li. 23. contra Fauſtũ, ca. 8. to. 6. Et in lib. de nuptiis, & concep. c. 1. & li. 5. contra Iul. cap. 9. & de bono cõiugali, cap. 8. to. 7.

4m de maiori. Remedium. ℞. Vel ex gratia tantum: uel ex gratia ſimul & actu matrimoniali. §. Tunc nihil &c. Nam his, qui carnaliter non commiſcentur, matrimonium eſt in remedium ex gratia tantum ſibi per ſacramentum illud collata. Quomodo autem ex actu matrimoniali remedium dupliciter afferat matrimonium: vide art. 3. ad quartum.

* q.42.ar.2. ad 4.& 5.

### APPENDIX.

Vtilitas p Eccleſ. S. Dei.

* Al. oſtenditur.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem interimas errorem ſceleſtum hæreticum Euangelicorum aſſerentium: matrimonium Euangelicum eſſe illud, cum Chriſto deuotas nefario polluunt adulterio error enim eſt hic inquãtum de ratione matrimonij volunt eſſe carnalem copulam: ſcelus auté, inquantum ſic ſpurciſſimè commiſcentur: hæreſis uerò, inquantum hanc ſpurciſſimam commixtionem dicunt eſſe matrimonium. Secundò habes: quomodo per rationem oſtendas; illos meritò damnari per Apoſtolum, qui Hebr. vlt. quaſi diffiniens matrimonium legis Euangelicæ etiam quò ad ſecũdam perfectionem prædictam dicit, honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Item 1. Theſſal. 4. vt ſciat unuſquiſq; ueſtrum, poſſidere uas ſuum in honore, & ſanctificatione: non in paſſione deſiderij. Itẽ Thob. 6. Qui coniugium ita ſuſcipiunt, ut Deum a ſua mente excludant: & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus; habet poteſtatem dæmonium ſuper eos. Vidiſti prædictos Euangelicos? Hi ſunt; qui a Raphaele Angelo his uerbis acu tanguntur; & ad uiuum deſcribuntur. Cæterum, de matrimonio uerè ſancto ſubiungit ibi. Tu autem, &cæt. Tranſacta tertia nocte accipies Virginem cũ timore domini, amore filiorum magis, quam libidinis ductus; ut benedictionem in filijs conſequaris. Tertiò habes: quomodo per rationem oſtendas meritò inſinuatum fuiſſe a Nicolao Papa, quòd carnalis commixtio non eſt de integritate eſſentiali matrimonij. Sufficiat ſolus ſecundum leges conſenſus eorum de quorum quarumque conſenſu, & coniunctionibus agitur: qui ſolus ſi defuerit, cætera etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur. Cum ergo inter iſtos conſenſus interceſſerit, qui ſolus matrimonium facit; patet, hos coniuges fuiſſe. Nam, ſi conſenſus copulæ carnalis facit matrimonium, inter Mariam & Ioſeph non fuit coniugium. Conſenſus ergo cohabitandi, & indiuiduam uitæ conſuetudinem tenendi interueniens, eos coniuges fecit. Hæc ille, 27. quæſt. ſecunda. Beata Maria. Item a cap. coniuges. tit. eod. Coniuges uerius appellantur a prima deſponſationis fide: quàmuis adhuc ignoretur inter eos coniugalis concubitus.

Hæc ibi. Item à tit. eod. Cum initiatur coniugium, coniugij nomen nanciſcitur. Nam deſloratio virginitatis non facit matrimonium, ſed pactio coniugalis. Denique cum mulier coniungitur viro coniugium eſt: non, cum viri admixtione cognoſcitur. Hæc ibi. Item à tit. eod. Matrimonium non facit coitus, ſed voluntas. Hæc ibi. Ecce; quod per omnia, hæc verum fuit coniugium inter B. Virginem & Ioſeph, & conſequenter, quòd copula carnalis non eſt de eſſentia matrimonij veri. Quartò habes: quomodo prædicta patrum pro quanto dicunt copulam carnalem non eſſe de eſſentiali integritate matrimonij, & intelligas, & probes, & tuearis. Quintò vides: quomodo ex ijs uiciſſim Angelica doctrina præteus, & declaretur, & conſolidetur.

4

5

---

SVP. Q. LXXIIII. Aliàs 43. Art. 1.

CONCL. Conſenſus in coniugalem copulam per verba de futuro nō facit matrimonium, ſed matrimonij promiſſionem: & hæc promiſſio dicitur ſponſalia, a ſpondendo.

¶ EXAMEN. Ly coniugalem copulam. Non dicit carnalem, ſed coniugalem; ut deſignet ſe loqui de eſſentiali integritate mr̄monij, quam facit conſenſus animorū de præſenti, non copula carnalis q. 42. ar. 4. Quid autem importet copula coiugalis, ſi vis ſcire: vide q. 42. ar. 4. appen. de Nicolao Papa, circa fin. ſuæ authoritatis, ly conſenſus ergo cohabitandi &c.

¶ Ly promiſſio. Siue ſit abſoluta, ſiue conditionata: conditione tamen honeſta idest non contraria boni matrimonij.

178

S. Tho. 4. diſ. 27. q. 2. art. 2. & ſequen.

¶ PROB. Quia patet per deriuationem a verbo, ſ. ly a ſpondendo, quod eſt promitto.

1^m illatio concluſionis. Ergo &cęt.

*Li. 9. Etymol. cap. vltimo.

℞. Negatur illatio. §. Ad rationem dr̄ quòd Iſidorus non intendit negare promiſſionē dici ſponſalia: ſed intēdit facere denominationē a cōfirmatione promiſſionis. Quaſi dixerit. Aliquis dicitur, principaliter ſponſus, quia ſponſores dat ad confirmandam, promiſſionē antea factam. Adeo q, ex eo, quòd ſponpōdit, dicebatur quidem ſponſus: ſed tamen ex eo, q ſponſioni illi addit ſponſores, idest fideiuſſores, dicitur magis ſponſus. Et hoc nō eſt inconueniens, neque tollit primum q ſcilicet ſponſus dicatur, quia promittit. Intelligenda eſt authoritas Iſidori per comparationem vnius ad alterum, non per negationem alterius. Vt dicamus ex illo. Sponſus eſt aliquis, quia promittit; ſed quia ultra promiſſionē ſponſores dat, eſt magis ſponſus. Hinc ergo non concluditur, quòd promiſſio futurarum nuptiarum nō ſint ſponſalia: ſed concluditur, quòd non ſint ſponſalia per aliquid annexum confirmata.

## QVAEST. LXXIIII. Aliàs 43.

*De matrimonio quantum ad ſponſalia in tres artic. diuiſa.*

CONSEQVENTER conſiderandū eſt de matrimonio abſolute conſiderato. Vbi primo agendum eſt de ſponſalibus. Secundo de matrimonii ratione. Tertio, de eius cauſa efficiente, ſ. de conſenſu. Quarto, de eius bonis. Quinto de impedimentis ipſius. Sexto, de ſecundis nuptiis, Septimo de quibuſdam matrimonio annexis.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, Quid ſint ſponſalia.

¶ Secundò, Qui poſſunt contrahere ſponſalia.

¶ Tertiò, Vtrum ſponſalia dirimi poſſint.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum ſponſalia ſint futurarum nuptiarum promiſsio.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd ſponſalia non conuenienter dicantur futurarū nuptiarum promiſſio, vt habetur ex verbis Nicolai Papæ. Quia ſicut dicit Iſidorus,* eſt aliquis ſponſus, non quia promittit, ſed quia ſpondet, & ſponſores dat, ſed a ſponſalibus dicitur aliquis ſponſus, ergo male dicitur promiſſio.

¶ 2 Præt. Quicumque promittit aliquid, debet compelli ad ſoluendum: ſed ille, qui ſponſalia contraxerunt, non compelluntur per Eccleſiam ad matrimonium complendum, ergo ſponſalia non ſunt promiſſio.

¶ 3 Præt. In ſponſalibus nō eſt quandoque ſola promiſſio, ſed adiicitur iuramentum, & aliquæ arrhæ, ergo videtur quòd nō debuerit ſolum per promiſſionem definiri.

¶ 4 Præt. Matrimonia debent eſſe libera, & abſoluta: ſed ſpōſalia quandoque fiunt ſub aliqua conditione etiam accipiēdæ pecuniæ, ergo non conuenienter dicūtur promiſſio nuptiarum.

¶ 5 Præt. Promiſſio, quæ eſt de rebus futuris, vituperatur Iac. 4. ſed circa ſacramenta nō debet aliquid eſſe vituperabile, non ergo debet fieri futurarum nuptiarum promiſſio.

¶ 6 Præt. Nullus dicitur ſponſus, niſi a ſponſalibus: ſed aliquis dicitur ſponſus ex præſentibus nuptiis, ut in litera dicitur * ergo ſponſalia non ſemper ſunt futurarum nuptiarum promiſſio.

RESP. Dicendum, quòd conſenſus in coniugalem copulam per verba de futuro, non facit matrimoniū, ſed matrimonii promiſſionem, & hæc p̄miſſio dicitur ſpōſalia a ſpondendo, ut dicit Iſidorus.* Nam ante vſum tabularum matrimonii cautiones dabant, quibus ſpondebant ſe inuicem conſentire in iure matrimonii, & fideiuſſores dabant. Fit autem p̄miſſio dupliciter, ſcilicet abſolute, & ſub conditione. Abſolute quatuor modis. Primo nuda promiſſione, ut cum dicitur. Accipiam te in meam, & econuerſo. Secundo datis arrhis ſponſalitiis, ut pecunia, vel aliquid huiuſmodi. Tertio, annuli ſubarrhatione. Quarto interueniente iuramento. Si autem fiat dicta promiſſio ſub conditione, diſtinguendum eſt, aut eſt conditio honeſta, vt cum dicitur. Accipiam te ſi parentibus placeat, & tunc ſtante conditione, ſtat promiſſio, & non ſtante non ſtat: aut eſt inhoneſta, & hoc dupliciter: quia aut eſt contraria bonis matrimonii, vt ſi dicam, Accipiam te, ſi venena ſterilitatis procures, & tunc non contrahuntur ſponſalia. Aut non eſt contraria bonis matrimonii, ut Accipiam te ſi furtis meis conſentias, & tunc ſtat promiſſio, ſed tollenda eſt conditio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ipſa ſponſalia, & ſponſorū datio eſt promiſſionis confirmatio, & ideo ad hoc denominat̄ quaſi a perfectiori.

AD SECVNDVM dicendum, q ex tali promiſſione obligatur vnus alteri ad matrimonium contrahendum, & peccat mortaliter non ſoluens promiſſum, niſi legitimum impedimentum interueniat, & ſecundum hoc, Eccleſia cogit iniungendo pœnitentiam pro peccato, tamen in foro contentioſo non compellitur quia matrimonia coacta conſueuerunt malos exitus habere, niſi forte iuramentum interuenerit, quia tunc cogendus eſt, vt quidam dicunt, quamuis aliis non videatur propter cauſam prædictam, præcipue ſi de, vxoricidio timeretur.

AD TERTIVM dicendū, q illa addita non ſunt niſi ad confirmandam promiſſionem, vnde non ſunt aliud, quàm promiſſio.

2^m maior. Quęcūque promittit aliquid, debet compelli ad ſoluendum. ℞. Niſi de maiori malo timeat. §. Tunc nihil &c. Nam quando huiuſmodi ab eccleſia in foro contentioſo ad implendum promiſſum non compelluntur: hoc eſt quia timetur de vxoricidio, uel adulterio, vel alijs huiuſmodi malis: quoniam (ut dicitur in textu) matrimonia coacta conſueuerūt maiores exitus habere.

* Li. 9. Etymol. ca. vlt. paulò a prin.

¶ NOT. De hoc iudicio eccleſiæ prædicto non eſt mirandum, tanquam de re illicita, ſed commendādum potius tale iudicium eſt: quoniam ex Euangelio exēplum proportionaliter habet. Dicitur enim Matth. 13. quòd paterfamilias ſeruis volentib^s reſecare zizania inhibuit hoc dicens. Non ne forte colligentes zizaniam eradicantis ſimul cum eis, & triticum. Ecce quòd licet hęretici cōpellendi ſint ad ſeruandā fidē quam in baptiſmo promiſerunt; & multo magis quam ſponſi ad ſeruanda ſponſalia pro matrimonio: tamen in caſu, quo de peiori malo timetur non compelluntur per ſui ipſorum eradicationē. A ſimili ergo, immo & a fortiori, in caſu quando de peiori malo, quam ſit frangere promiſſionē ſponſorum, timetur, tunc non ſunt huiuſmodi cōpellendi ad ſoluendum ſponſalia (ut dicitur in textu.) Vide circa materiā de hæreticis prędictam ſecunda ſecundæ quæſt. 10. arti. octauo, ad primum, & quæſtio. 11. artic. 3. ad 5.

3^m illatio concluſionis. Ergo &cęt.

℞. Negatur illatio. §. Nam illa addita, de quibus

AD

quibus argumentum, non sunt nisi ad &c. vt in textu.

4m de minori. Sub aliqua conditione accipiendæ pecuniæ. ℞ Nomine dotis promissæ non, per modum pœnæ. §. Tunc nihil &c. Nam conditiones legitimæ non tollunt libertatem matrimonij (vt in text.)

5m ex Iacobo. Promissio, quæ est de rebus futuris. ℞. Non intellecta cōditione debita: non autem, intellecta illa. §. Tunc &c. Nam in sacramēto matrimonij sponsalia, subintellecta condōne debita, idest si Deus uoluerit, interueniunt: nō autem sine tali subintellectione.

¶ Not. Quando in textu dicitur ly quasi fiduciam habens de vita sua, intelligitur de fiducia absoluta. i. non habendo respectum ad diuinum velle, nec explicite, nec implicite. Tales nāque fiduciam de uita sua habētes more brutorum mortem non præuidentium, neque Dei timorem habentium procedunt in suis promissionibus: & ideo non mirum, quod ab Apostolo Iacobo vituperantur.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ conditio illa, quæ apponitur, non tollit matrimonii libertatem, quia si est inhonesta, debet abiici: si autem honesta, aut de bonis simpliciter, vt si dicatur, Accipiam te si placet parentibus, & hæc conditio non tollit libertatem sponsalium, sed auget ei honestatem: aut est de vtilibus, vt si dicat: Contraham tecū si dabis mihi centum, & tunc hoc non ponitur quasi ad vēdendum consensum matrimonii, sed intelligitur, vt promissio dotis, vnde matrimonium libertatem non perdit. Quandoque autem apponitur cōditio pecuniæ per modum pœnæ: & tunc quia matrimonia debent esse libera, talis conditio non stat, nec potest exigi pœna illa ab eo, qui nō vult matrimonium complere.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ Iacobus non intendit prohibere, ꝙ omnino aliquis nullam promissionē faciat de futuris, sed quòd non promittat quasi fiduciam habens de vita sua, vnde docet, quòd debet apponi conditio, si Deus voluerit, quæ etiam si verbis nō exprimatur, corde tamen debet intelligi.

Ad sextvm dicendū, ꝙ in matrimonio potest considerari ipsa coniūctio matrimonialis, & actus eius: & a sponsione primi in futurum dicitur sponsus a sponsalibus contractis p verba de futuro: & a sponsione secundi dicitur aliquis spōsus etiam quando contractum est matrimonium per verba de præsenti: quia ex hoc ipso spōdet matrimonii actum: tamen a prima sponsione dicuntur sponsalia proprie, quæ sunt quędam sacramētalia matrimonii, sicut exorcismus Baptismi.

6m de minori. Sponsus. ℞. Propriè: non, largè. §. Tunc nihil &c. Quòd enim aliquis ex præsentibus nuptijs dicatur sponsus; hoc est large loqui de sponso, Propriè namque sponsus dicitur a sponsione ante matrimonium facta.

## APPENDIX.

Vtilitas Ecclef. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per D. Thomam ostendas recte dictum fuisse a Nicolao Papa, vt recitatur 30. q. 5. Nostrates, &c. Post sponsalia fœdera, quæ futurarum sunt nuptiarum promissio, fędera quoque eorum, qui hæc contrahunt, & horum, in quorum potestate sunt celebrantur. Hæc ibi. Item ab Alexandro Tertio, ad Panormit. Episcopum. De illis autem, qui promittunt se aliquas mulieres ducturos præstito iuramento: & postea eis incognitis, dimittunt terram se ad partes alias transferentes. Hoc tibi volumus innotescere, quod liberum erit mulieribus ipsis, (si non amplius in facto est processum) ad alia se vota transferre. Hęc ille: de sponsal. & matrim. Ecce: quòd sponsalia etiam iurata non faciunt matrimonium, & consequenter; quod (secūdum Alexandrū) sunt tātum futurarum nuptiarum promissio. Item a Greg. IX. titu. eod. Gēma mulier, &c. Cum sponsalia contracta fuerunt, pœnam soluendam a parte, quæ contraueniret, in stipulatione appositā ab ipsa nititur extorquere. Cū itaque libera matrimonia esse debeant, & ideo talis stipulatio propter pœnæ interpositionem sit meritò improbāda: mandamus; quatenus, si ita est, eundem B. vt ab extorsione prædictę pœnæ desistat, ecclesiastica cēsura compellas. Hæc ibi. Ecce ꝙ conditio pecuniæ, tāquam pœna, reijcitur. Item a Lucio III. ad Episcopum Rappalen. tit. eod. Requisiuit a nobis tua fraternitas, qua censura mulier compelli debeat, quæ iurisiurandi religione neglecta nubere renuit, cui se nupturam interposito iuramento firmauit. Ad quod breuiter respondemus; quòd cum libera debeant esse matrimonia, monēda est potius quam cogenda: cum coactiones soleant difficiles exitus frequenter habere. Hæc ibi. De hac compulsione prudenti, præ timore mali exitus sponsorum, uide ibi Innocentium III. cap. Præterea hi qui: & Alexandrum III. cap. Præterea de muliere.

¶ Secundò habes: quomodo per D. Th. prædicta statuta Pontificum, pro quanto & sponsalia promissionem, & pœnam a sponsalibus reijciendam, & prudentiam in compulsione pro seruanda fide adhibendam, dicunt, intelligas atque defendas.

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum tempus septennii sit legitimè assignatum sponsalibus contrahendis.*

179

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd tempus septennii non sit competenter assignatum sponsalibus contrahendis. Contractus enim, qui per alios fieri potest, non requirit discretionem in illis, ad quos pertinet: sed sponsalia fieri possunt per parentes vtroque illorum ignorante, quorum sunt sponsalia, ergo ita possunt fieri ante septennium, sicut post.

¶ 2 Præterea. Sicut ad contractus sponsalium requiritur aliquis rationis vsus, ita ad consentiendum in peccatum mortale: sed sicut Greg. narrat in 4. Dialo. quidam puer propter blasphemiæ peccatum extinctus est, ergo ante septennium possunt contrahi sponsalia.

*lib. 4. dialog. c. 18.

¶ 3 Præterea, Sponsalia ad matrimonium ordinantur, sed in matrimonio non assignatur vnum tempus puellæ, & puero, ergo in sponsalibus septennium vtrique assignari non debet.

¶ 4 Præterea, Ex tunc aliqui possunt sponsalia contrahere, ex quo eis possunt futuræ nuptiæ placere: sed signa talis placentiæ frequenter apparent in pueris ante septennium, ergo ante illud tempus possunt contrahi sponsalia.

¶ 5 Præterea, Si aliqui ante septimum annum contrahunt sponsalia, & postea post septēnium ante tempus pubertatis contrahunt per verba de præsenti, reputantur inter eos esse sponsalia: sed hoc non est ex secundo contractu, quia tunc non intendunt sponsalia, sed matrimonium contrahere, ergo ex primo, & sic ante septennium possunt sponsalia contrahi.

¶ 6 Præterea, In his, quæ communiter fiunt a pluribus, quod deest vni, suppletur ab altero, sicut patet in trahentibus nauem: sed contractus sponsalium est quædā actio communis inter contrahentes, ergo si vnus sit pubes, potest contrahere cum puella, quæ non habet septem annos sponsalia, quia quod vni deficit de tempore, alteri superabundat.

¶ 7 Præterea, Si aliqui iuxta ætatē pubertatis, quamuis ante eam contrahunt per verba de præsenti, reputatur inter eos matrimonium, ergo pari ratione si ante septenniū, dūmodo sint propinqui: contrahunt per verba de futuro, reputabuntur inter eos esse sponsalia.

SVP. Q. LXXIIII. Aliàs 43. Art. II.

Concl. Septēnium est tempus determinatum sponsalib. a iure contrahendis, satis rationabiliter.

¶ Prob. Quia sponsalia sunt promissiones futurorum (patet artic. 1.) & illi nō possunt promittere futura, quī non habent aliquā prudentiam de futuris. i. qui non sunt in fine primi septennij (vt declaratur in textu.)

¶ Not. Illam diuersitatem graduum ætatis hominis respectu vsus rationis, quæ in textu adducitur, diligenter notabis p semper: vt scias diiudicare multos casus conscientiæ, puta de confessionis puerorum tempore, de communionis, & huiusmodi.

Pri-

RESP. Dicendum, quòd septennium est tempus determinatum * sponsalibus a iure contrahendi, satis rationabiliter: quia cum sponsalia sint quædam promissiones futurorum, vt dictum † est, oportet quòd illorum sint, si aliquo modo promittere possint, quod non est nisi illorum, qui habent aliquam prudentiam de futuris, * quæ vsum rationis requirit; respectu cuius triplex gradus notatur secundum Philosophum in 11. animalium. † Primus est cum quis neque ipse intelligit per se, neque ab alio capere potest. Secundus est status, quo homo ab aliis capere potest, sed ipse per se non sufficit ad intelligendum. Tertius est, cum homo, & ab alio iam capere potest, & per seipsum considerare, & quia ratio paulatim in homine conualescit, secundum quòd quietantur motus, & fluxibilitates humorum sensualitatis, ideo primum statum hominis obtinet homo ante primum septennium, & propter hoc illo tempore nulli contractui aptus est, & ita nec sponsalibus, sed ad secundum statum incipit peruenire in fine primi septennii, vnde etiam tunc temporis pueri ad scholas ponuntur. Sed ad tertium statum incipit homo peruenire in fine secundi septennii, quantum ad ea, quæ ad personam ipsius pertinét, in quo ratio naturalis eius conualescit, sed quantum ad ea, quę extra ipsum sunt, in fine tertii septennii, & ideo ante primum septénium nulli contractui homo aptus est. Sed in fine primi septennii incipit esse aptus ad aliqua promittendum in futurum, præcipue de his, ad quæ ratio naturalis inclinat magis, non autem ad obligandum se perpetuo vinculo, quia ad hoc non firmam voluntatem habet, & ideo tali tempore possunt contrahere sponsalia. Sed in fine secundi septennii, iam potest obligare se de his, quæ ad personam ipsius pertinent, vel ad religionem, vel ad coniugium; sed post tertium septennium etiam potest de aliis se obligare, & secundum leges constituitur ei potestas de rebus suis disponendi post * vigesimumsecundum annum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd si ante annos pubertatis fiunt contractus sponsalium per alium, ambo, vel alter reclamare possunt; vnde nihil túc actum est, adeo quòd nec aliqua affinitas contrahitur ex hoc, & ideo sponsalia, quæ inter aliquos per personas alias contrahuntur, robur habent, inquantum illi, inter quos contrahuntur ad ætatem debitam venientes, non reclamant, ex quo intelliguntur consentire de his, quæ per alios facta sunt.

AD SECVNDVM dicendum, quòd quidam dicunt, quòd ille puer, de quo Gregor. * narrat, non fuit damnatus, nec mortaliter peccauit, sed visio illa fuit ad patrem contristandum, qui in puero illo peccauerit non corrigens eum: sed hoc est expresse contra intentionem Greg. dicentis, † quòd pater pueri animam filii negligens, non paruum peccatorem gehennæ ignibus nutriuit. Et ideo dicendum, quòd ad peccatum mortale sufficit etiam consensus præsens. Sed in sponsalibus est consensus in futurum, maior autem discretio rationis requiritur ad prouidendum in futurum, quàm ad consentiendum in actum vnum pręsentem, & ideo ante potest homo peccare mortaliter, quàm possit se obligare ad aliquid in futurum.

AD TERTIVM dicendum, quòd in tempore contractus matrimonii, non solum requiritur dispositio ex parte vsus rationis, sed etiam ex parte corporis, vt sit tempus generationi aptum: & quia puella in 12. anno ad hoc venit vt possit esse actui generationis apta, puer autem in finem secundi septenni, vt Philosophus ait in 9. animalium: simul autem vsum discretionis accipiunt, qui tantum in sponsalibus requiritur: ideo in sponsalibus determinatur vnum tempus vtrique, non autem in matrimonio.

AD QVARTVM dicendum, quòd illa placentia, quæ est in pueris ante septennium, non procedit ex perfecto vsu rationis, cum nondum susceptibiles sint plenæ disciplinæ, sed magis contingit ex motu naturæ quàm ex aliqua ratione, & ideo non sufficit talis placentia ad sponsalia contrahendum.

AD QVINTVM dicendum, quòd quamuis per secundum contractum in casu illo non faciunt matrimonium, tamen ostendunt se ratam habere priorem promissionem, & ideo prioris contractus accipit firmitatem.

AD SEXTVM dicendum, quòd trahentes nauem, agunt per modum vnius causæ, & ideo quòd deest vni, potest suppleri ex altero, sed sponsalia contrahentes agunt, vt distinctæ personæ, quia sponsalia non nisi inter duos esse possunt, vnde in vtroque requiritur quòd sit sufficiens ad contrahendum, & ideo defectus vnius sponsalia impedit, nec ex altero potest suppleri.

AD

---

1^m de maiori. Non requirit. & Tunc: non autem, post. §. Túc nihil &c. Nam quamuis sponsalia quandoq; fieri possint per parentes sine requisitione tunc actuali consensus puerorum suorú, pro quibus intelliguntur fieri sponsalia: tamen non possunt valida esse, nisi postea per ipsos pueros acceptentur. Requiritur ergo postea discretio in illis, nomine quorum facta fuerunt sponsalia: licet antea, ipsis nó requisitis potuerint fieri, ut dicitur in tex.

¶ NOT. Ex hac tamé responsione, caue; ne inferas; quod paruuli baptizati, si in annis discretiõis cõstituti postmodú reclamauerint, iudicandi sint nó baptizati: & consequenter arbitrio proprio relinquendi, nec ad fidé pro eis a patrinis promissa seruandum cogédi. Nó enim eadem ratio est de promissione aliorú pro pueris in reb. omnino necessariis ad salutem: sacramentisq; imprimentibus characterem, non inuento obice: & de promissione in rebus ad salutem nó sic necessariis. Et ideo propositio illa de paruulis, quæ fuisse videtur Erasmi in prologo sup Matthæum, tanquam error pestilens* est; Christianitatisq; facile destructiuus a sapientibus vere reputatur. Hinc meritò videas eã damnatam a Concil. Trid. sessio. 7. de baptis. cano. 4. ubi dicit, Si quis dixerit: huiusmodi paruulos baptizatos, cú adoleuerint interrogandos esse, an ratum habere uelint, quod patrini eorum nomine, dú baptizarentur, polliciti sunt: & ubi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos; nec alia interim pœna ad Christianam vitam cogendos; nisi ut ab Eucharistiæ, aliorumq; sacramentorum perceptione arceãtur donec resipiscant: Anathema sit. Hæc ibi.

2^m de maiori. Ita. ℞. Quãtum ad consensum simpliciter non quantum ad cõsensum pro tali, vel tali tempore. §. Tunc nihil &cet. Nam ad peccatú mortale agendú sufficit cõsensus pro tempore præsenti, qualem intelligitur habuisse puer ille a Gregorio narratus: ad sponsalia verò contrahenda non sufficit talis consensus, sed requiritur præuisio in futurum, & consensus pro tempore futuro.

3^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam alia ratio est de requisito tẽpore ad matrimonium, & alia ad sponsalia contrahenda. Non enim in cõtractu matrimonii attenditur solummodo id, in quo conueniunt mas & fœmina, sicut attenditur in contractu sponsaliorum: sed vltra id, consideratur aliud in quo non conueniunt: ut habetur in textu.

4^m de maiori. Placere. ℞. Placentia procedente ex vsu perfecto rationis: non autem placẽtia procedens tantum ex motu naturæ. §. Tunc nihil &c. Nam illa placentia, quæ est in pueris ante septennium, vt in textu.

5^m de maiori. Reputantur. ℞. Per ratihabitionem primi cõtractus: non per directum valorem secundi. §. Tunc nihil &c. Vt patet in textu.

¶ NOT. Cõfirmatur doctrina huius respõsi per Bonifacium VIII. de regul. iur. in 6. regula 10. Ratihabitionem retro trahi, & mandato non est dubium comparari. Hæc ibi Verb. gratia. Titius nomine Sempronij, ipso tamé ignorante, percussit clericum; qui tamé ipsi Sempronio contumeliã irrogauerat. Hactenus Sempronius nó est excommunicatus. Verú, si postquam audiuit percussionem illam nomine suo factam, eam acceptauit, & approbauit; tunc primum fit excõmunicatus per regulam dictam. Nam ratihabitio superueniẽs retrotrahitur, ac si Sempronius mandasset Titio, vt percuteret clericum ipsum. Sic accidit in proposito.

6^m de maiori. Communiter fiunt a pluribus. ℞. Agentibus per modum vnius causæ: non, per modum distinctarum. §. Tunc nihil &cet. Nam contrahentes sponsalia agunt, vt distinctæ personæ; quia sponsalia non, nisi inter duos, &c. vt in textu.

---

* In decretal. li. 4. tit. 2. cap. 5. & Grati. n. in decr. 20. q. 2. in initio.
† Ar. præc.
* 2. 2. q. 189. arti. 5. corp.
† lib. 1. c. 4.
* Al. vigesimumquintum.
* In decretal. li. 4. tit. 2. ca. 1.
* Loco in argu. 2. notato.
† lib. 4. dialo. c. 18.
* li. 7. de historia anima. i prin.
* In decretal. li. 4. tit. 2. cap. 2.

7^m illatio conclusionis. Ergo pari &c. ℞. Conceditur illatio. §. propter rationem in textu adductam, In quo propinquitatem ipsam ad tempus a iure determinatum, ad pleniorem doctrinam responsi, habes.

APPENDIX.

Vtilitas Eccles. S. Dei.

EX articu. habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum fuisse ab Alexandro III. quod sponsalia ante septennium nullius sunt roboris. Intelligi (ut ex contextu Alexandri colligitur) quòd vterque sponsorum prædictum tempus habere debet. Insinuatum autem fuit par. 6. cap. 7. quando Archiepiscopo Eboracensi scripsit dicens. Si tibi constiterit: quòd puella præfata non esset septennis, quando præmemorato Vuilhelmo desponsata fuit, & postea in eum non consenserit; matrimonium inter eundem Vuilhelmum, & matrem puellæ celebratum præcipias immobiliter obseruari, & eorundem proles denuncies esse legitimas. Quia desponsationes ante septimum annum fieri non possunt: si consensus postea non interueniat. Hæc ibi. Item ab Innocentio Tertio. Inter iuuenem & puellam sponsalia non fuisse contracta pronunciauimus: cum constet puellam nondum ad septennium peruenisse. Hæc ille: de desponsation. impuber. Ad dissoluendum. Item ab Alexandro eodem ad Episcopum Erfordiensem. Quidam perfectæ ætatis quandam puellam in cunabulis desponsauit: procedente uerò tempore matrem puellæ cognouit, & eam in vxorem accepit. Si præfatus uir matrē puellæ antequam septimum annum complesset, in vxorem accepit: matrimonium non dissoluas, cum desponsationes huiusmodi nullæ sint, quæ in iucunabulis fiunt. Verum si postquàm puella septimum annum compleuit, prædictus vir matrem eius accepit uxorem, cum sponsalia ex tunc placere consueuerint: inter eos sententiam diuortij non differas promulgare: nec ipsum filiam, seu matrem habere permittas. Hæc ille tit. eod.

AD SEPTIMVM dicendum, quod in sponsalibus etiam similiter si appropinquant contrahentes ad tempus septennii, contractus sponsalium habet robur, quia secundum Philosophum in 2. Physic. * quod parum deest, quasi nihil deesse videtur. Hæc autem propinquitas a quibusdam determinatur tempus sex mensium: sed melius est quod determinetur secundum conditionem contrahentium, quia in quibusdam magis accelerat vsus rationis, quàm in aliis.

* lib. 2. tex. 56.

¶ Secundò habes: quomodo per Diuum Thomam ostendas multa meritò esse dicta, in multis capitulis, extra de sponsal. & matrimo. item de desponsat. impuber. item in Concilio Lateranensi sub Alexandro Tertio, titu. de sponsal.

¶ Tertiò habes: quomodo per Diuum Thomam illa iura, pro quanto pertinent ad hunc locum, defendas.

¶ Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens, & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. LXXIIII. Aliàs 43. Art. III.

180

CONCL. Sponsalia contracta dirimuntur in octo casibus, sed diuersimode, &c.

¶ PROB. Quia i duobus (scilicet religionis, contractusq; matrimonij cum secunda) sponsalia ipso iure dirimuntur; & in alijs sex (ut in textu) dirimi debēt secundum iudicium ecclesiæ.

1^m illatio conclusionis. Ergo non, &c. ℞. Negatur illatio. §. Nā per mortem spiritualem, qualis est ingressus religionis, soluitur promissio sponsalium quæ & ipsa dicitur spiritualis, inquantum nōdum potestatem corporalē sui ipsorum sibi inuicem tradunt sponsi per illa.

¶ NOT. Non est autem simile de pecunia illa argumenti: quoniam ingressus religionis non se habet ad illā de pecunia promissionē, sicut mors. Obligatio enim ad religionē stat cum obligatione rei, mex non autem cum obligatione suppositi mei, ad alterum (ut patet consideranti formā professionis religiosorum.

2^m de maiori. In dubijs. ℞. Quando verè sunt dubia. §. Tūc nihil &cæt. Nam quando alter statuto tempore, in casu proposito, non adest vere dubium: vt declaratur in textu.

3^m maior. Pro pœna nullos debet puniri. ℞. Non tamen inconueniens est, ipsum ex pœna reportare damnum. §. Tunc nihil &c. vt in textu.

¶ NOT. Simile argumentum habes supra quæst. 39. articu. sexto, primum ibi afflictio nō debet addi afflicto. Idē enim est illud, quod ly pro pœna, nullus debet puniri. Ideo ex illo loco huic claritatem addas; & ex hoc vicissim illi.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum sponsalia dirimi possint altero religionem intrante.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sponsalia dirimi non possint, altero religionem intrāte. Quia de pecunia quam alteri promitto, non possum alteri licite obligationem facere: sed ille, qui sponsalia cōtrahit, corpus suum promittit mulieri, ergo non potest se offerre Deo vlterius in religionem.

¶ 2 ITEM, Videtur quòd non debeat dirimi, quando alter coniugum ad longinquam regionem se transfert, quia in dubiis semper tutior pars est eligenda: sed tutius esset, quòd cum expectaret, ergo tenetur eum expectare.

¶ 3 Item, Videtur quòd nec dirimantur per ęgritudinem, quàm aliquis incurrit post contracta sponsalia, quia pro pœna nullus debet puniri: sed vir qui infirmitatem incurrit, punitur in eo, quod ei ius aufertur, quod in illa habebat, quæ sibi fuerat desponsata, ergo propter corporalem infirmitatem non debent sponsalia dirimi.

¶ 4 Item, Videtur quòd nec propter affinitatem interuenientē vtpote si sponsus consanguineam sponsæ fornicariò concubitu cognoscat, quia secundum hoc sponsa puniretur pro peccato sponsi, quod non est conueniens.

¶ 5 Item, Videtur quòd non possint se inuicem absoluere, quia hoc est maximæ leuitatis, vt primo contrahant, & postmodum se absoluant: sed talia non debent ab Ecclesia sustineri, ergo.

¶ 6 Item, Videtur quòd nec propter alterius fornicationem, quia adhuc per sponsalia vnus non accipit potestatem in corpus alterius; & sic videtur quòd in nullo contra inuicem peccent, si interim fornicantur, & sic sponsalia dirimi non debent per hoc.

¶ 7 Item, Videtur quod nec per contractū cum aliqua per uerba de præsenti, quia venditio secunda nō derogat venditioni primæ, ergo nec secundus contractus potest derogare primo.

¶ 8 Item, Videtur quòd nec per defectum ætatis possint dirimi, quia quod non est, non potest dissolui: sed ante ætatem determinatam nulla fuerunt spōsalia, ergo dirimi non possunt.

RESP. Dicendum, quòd in omnibus prædictis * casibus, sponsalia contracta dirimuntur: sed diuersimode: quia in duobus, scilicet cum quis ad religionem cōfugit, & cum alter coniugum cum altero per verba de præsenti cōtrahit, ipso iure sponsalia dirimuntur, sed in alis casibus dirimi debent secundum iudicium Ecclesiæ.

* In argumentis omnibus huius articuli citatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd talis promissio soluitur per mortem spiritualem, cum sit spiritualis tantum, vt dictum est. *

* q. 61. ar. 1.

AD SECVNDVM dicendum, quod dubiū determinatur ex hoc quod alter nō comparet tempore statuto ad matrimonium conficiendum. Vnde si ex parte eius non defuit, quin matrimonium compleret, potest licite alteri nubere sine peccato aliquo. Si autem per eam stetit quod matrimoniū non est completum, debet agere pœnitentiam de peccato fractæ promissionis, aut iuramenti, si iuramentum interuenit, & contrahere cum alia, si vult, iudicio Ecclesiæ. *

* In decr. lib. 4. tit. 1. c. 5.

AD TERTIVM dicendum, quòd si ante contractum matrimonium aliquam grauem infirmitatem incurrat alter eorum, inter quos sunt contracta sponsalia, quæ ipsum debilitet nimis, aut eum deformet, vt abscissio nasi, vel orbitas oculorum, aut aliquid huiusmodi, aut, quæ sunt contra bonum prolis, vtpote lepra, quæ solet prolem inficere, possunt sponsalia dirimere, ne sibi inuicem displiceāt, cum matrimonium sit contractum, & malum exitum sortiatur: nec pro pœna punitur aliquis, sed ex pœna damnum reportat, quod non est inconueniens.

& non consequitur tanquam effectus, sed praecedit tanquam causa efficiens, matrimonium.q.45. art.1.

¶ PROB. Quia per matrimonium aliqui ordinantur ad aliquid vnum (.i. vnam cognationem, unius prolis educationem, vnam vitam domesticam) & coniunctio adunationem importat.i.ordinationem aliquorũ ad aliquid vnum (ut patet de multis hominib. in una militia, vel negociatione:) Secunda autẽ pars .f.& talis cõiunctio,&c. supponit vt clara. Tertia verò pars. f.coniunctio autem &c. praesupponitur ex dictis. q.43. art.4.

Gopula cõiugalis q̃ & dr coniũctio maritalis.

¶ NOT. Ex probatione primę partis conclusionis patere potest, q.d sit copula coniugalis: ut a carnali copula distinguatur. Est enim illa; quae ordinatur p se ad vnam cognationem, & vnius prolis educationem, & ad unam uitam domesticam. Ergo uita coniugalis est conuersatio ad talem communicationem pertinens. artic. tertio, ad tertium. De hac vide quaest. 48. art.1.corp.

1^m de maiori. Ligantur. R. Effectiuè; non formaliter. §. Tũc, nihil &c. Nã matrimonium est vinculum; quo formaliter ligantur coniuges.

¶ NOT. Causa formalis est illa, quę se ipsa aliquid facit: effectiua uero facit aliquid actione media. Et ideo formalis non distinguitur a suo effectu formali, tanquam vna res ab alia; secus autem de efficiente. Vt. Albedo, & dealbator, faciunt albũ parietẽ: sed albedo formaliter, dealbator effectiuè. Albedo enim ꝓpterea dealbat parietẽ, quia ipsa semetipsa facit hoc: in cuius signũ si albedo cadat a pariete, paries non remanet albus. Quia autem, dealbatore remoto a pariete, post dealbationem, remanet adhuc paries albus; ideo clarum est, quòd ipse non formaliter i.seipso, sed mediante actione sua. i.dealbatione, fecit album parietem. Sic in proposito applica tu vinculum quo ligatur matrimonium formaliter: quia facilis est applicatio.

Causa formalis, efficiens.

2^m de minori. Nulla relatio. R. Considerata secundum se: non, secundum causam. §. Tunc ni. &c. Nam relatio, inquantum sensibilitatem dicit, consideratur hic secundum causas suas: hoc est sufficit praesenti considerationi, quòd causae coniunctionis, quae est ipsa relatio, sint quaedam sensibilia.

Item de maiori. Sacramentum. R. Tantum: non, sacramentum & res simul. §. Tunc nih. &c. Nam praedicta coniunctio, quae est in matrimonio, est res simul & sacramentum: ut plenius dicitur. q.42. art.1. ad quintum. Vide responsum literae secundum ly nec in sacramento requiritur, &c.

¶ COROLL. Coniunctio ergo neque ratione, qua relatio (ut dicit prima responsio) neque ratione, qua in sacramento est (ut secunda responsio) sensibilitatem importat: sed ratione, qua causas suas connotat.

3^m maior. Coniũctio est relatio aequiparantiae, sicut aequalitas. R. Negatur, quòd sit sicut aequalitas. §. Ratio est: quia aequalitatis relatio non est una numero in utroq; extremorum, neque ratione causae, neque ratione subiecti; sed relatio, quae est matrimonium, habet vnitatem numeralẽ ex parte causae, licet diuersitatem dicat ex parte subiecti; (ut declaratur in textu.) Matrimoniũ autem denominatur ab illa vnitate, non ab ista diuersitate: & ideo diuersitas ista non facit, quòd matrimoniũ non sit numero unum inter duos coniuges.

* Respõsio secunda.

* In corp. art.

est sensibile: sed nulla relatio est accidens sensibile, ergo matrimonium cum sit sacramentum, non erit in genere relationis, & ita nec in genere coniunctionis.

¶ 3 Praet. Coniũctio est relatio ęquiparantiae sicut aequalitas: sed non est vna numero aequalitatis relatio in vtroque extremorum, vt Auic. dicit, ergo nec vna coniunctio: & sic si matrimonium est in genere cõiunctionis, non est vnum tantum matrimonium inter duos coniuges.

SED CONTRA, Relatio est, secundum quòd aliqua ad inuicem referuntur, dicitͬ enim maritus vir vxoris, & vxor mariti vxor, ergo matrimoniũ est in genere relationis, nec est aliud quàm coniunctio.

¶ Praeterea, Vnio duorum ad aliquid vnum non fit, nisi secundũ coniunctionem, hoc autem fit per matrimonium, vt Gen. 1. Erunt duo in carne vna, ergo matrimonium est in genere coniunctionis.

RESP. Dicendum, quòd coniunctio adunationem importat, vnde vbicumque est adunatio aliquorũ, ibi est aliqua coniunctio. Ea autem, quae ordinantur ad aliquid vnum, dicuntur in ordine ad illud adunari, sicut multi homines adunantur ad vnam militiam, vel negotiationem exequendam, ex qua dicuntur commilitones adinuicem, vel socii negociationis, & ideo cum per matrimonium ordinentur aliqui ad vnam cognationem, & educationem prolis, & iterum ad vnam vitam domesticam, constat quòd in matrimonio est aliqua coniunctio, secundum quam dicitur maritus, & vxor; & talis coniunctio ex hoc quod ordinatur ad aliquod unum, est matrimonium, coniunctio autem corporum, vel animorum ad matrimonium, consequitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd matrimonium est vinculum, quo ligantur formaliter, non effectiue, ideo non oportet, quòd sit aliud a coniunctione.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quamuis ipsa relatio non sit sensibile accidens, tamen causae eius possunt esse sensibiles, * nec in sacramento requiritur quòd sit sensibile illud, qd est res, & sacramentum. Hoc enim modo se habet hoc sacramento, praedicta * coniunctio, sed verba exprimentia consensum sunt sacramentum tantum, & causa prędictae coniunctionis sunt sensibilia.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ relatio fundatur in aliquo sicut in causa, vt similitudo in qualitate, in aliquo sicut in subiecto, in ipsis similibus; & ex vtraque parte potest attẽdi vnitas, & diuersitas ipsius: quia ergo in similitudine non est eadem qualitas numero, sed specie in vtroque simili, & iterum subiecta similitudinis sunt duo numero, & similiter de aequalitate: ideo aequalitas, & similitudo omnibus modis est alia in vtroque similium, & aequalium, sed relatio, quae est matrimonium, ex vna parte habet vnitatẽ in vtroq; extremorũ, s.ex parte causae, quia ad eandem numero gñationẽ ordinatͬ: sed ex parte subiecti hẽt diuersitatẽ secundum numerũ, & ideo haec relatio est vna, ex parte causae & multiplex ex parte subiecti, & secundũ ꝙ est multiplex ex parte subiecti, significatur his nominibus vxor, & maritus, fm autem quòd est vna, significatur hoc nomine matrimonii.

APPENDIX.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas; insinuatum merito fuisse a sacris literis, & papa &c. quòd in genere cõiunctionis est matrimoniũ. A sacris quidem literis Matth. 19 Quòd Deus coniunxit, homo non separet. Item 1. Cor. 7. Alligatus est uxori. Itẽ Rom. 6. Lex in homine dominatur, quanto tẽpore uiuit. Nam, quae sub uiro est mulier, uiuente uiro alligata est legi. Ecce; quòd nupti dicuntur coniungi, alligari, & matrimonium dicitur lex: ex quo manifeste datur intelligi, quòd matrimoniũ est coniunctio, uinculum, & ligamen. A Papa autem Alexandro III. de praesumpt. Illud &c. Cum matrimonium sit maris & foeminae coniunctio. Haec ibi. Item a Concil. Trid. sess. 24. ubi in principio matrimonium vocat nexum, uinculum; copulatio, coniunctio, duorum. Matrimonij (inquit) perpetuum indissolubilemq; nexũ &c. Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari & coniungi, &c. Item a 27. quaestione secunda, in princip. & cap. cum initiatur.

Vtilitas ꝓ Eccles. S. Dei.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem praedicta patrum & scripturarum, pro quanto matrimonium dicunt esse coniunctionem, & intelligas, & probes, & tuearis. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina praesens & declaretur, & consolidetur. 3

---

SVP. Q. LXXV. Aliàs 44. Art. II.

182

CONCL. Matrimonium congrue uocatur & cõiugiũ; cõsiderata eius essẽtia, & nuptiae, cõsiderata ei⁹ cau[s]a: & matrimonium, cõsiderato eius effectu, quadrupliciter.

¶ PROB. 1. Quia essentia mrimonij est cõiunctio (ar.1.). 2 Quia cã eius est desponsatio (q.43.) 3. Quia effectus eius est proles, respectu cui⁹ mr & matre[m]...

## ARTICVLVS II.

*Vtrum matrimonium congrue nominetur &c.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ matrimonium incongrue nominetur, quia denominatio debet fieri a digniori. Sed pater dignior est matre, ergo magis debet denominari a patre, quam a matre coniunctio vtriusque.

¶ 2 Praet. Res debet denominari ab eo quod est de essentia sua, quia ratio quàm significat nomen, est defi-

riam inducit, & generat, & educat, & mater nominatur.

¶Not. Ratione probationis primæ partis aduertas; quòd ex eo, quòd coniugium dicitur à coniunctione, tanquam à causa sua; ideo vbicumque matrimonium vocatur coniugium, ibi per hoc confirmatur, quòd matrimonium est coniunctio: & consequenter per hoc idem confirmatur semper cõclusio articuli primi, scilicet quòd matrimonium sit in genere coniunctionis, seu coniunctio. Occasione autẽ probationis secũdæ partis aduerte literam ly quia in ipsa solemnitate desponsationis, &c. Non enim per ly quia, intẽdit D.Th. probare conclusionem hanc, videlicet quòd matrimonium vocet nuptiæ: sed intendit probare, quòd conuenienter nuptiæ, in quibus fit desponsatio, conuenienter deriuantur a nubo. Nã quædam, veluti, nubes superponitur sponsis nupturis: quãdo velantur capita eorum. Occasione uerò probationis tertiæ partis nota: quòd licet Diuus Tho. sextupliciter interpretetur matrimoniũ in textu: tamen, quoniam quatuor tantum interpretationes eius referũtur ad prolem de qua tanquam eius effectu agebatur i tertia parte cõclusionis; ideo ibi dictũ est ly quadrupliciter.

*li.4.c.28.

*Amb.l.2. de Abraham c.9. & ß. lib.2. de Eccl. officii ca.9.

*li.19.c.26 a me. to.6.

1^m^ de maiori. Digniori. ℞. Vel ad propositum accommodatiori. § Tunc nihil &c. Nam quamuis pater sit dignior, quàm mater: tamen circa prolẽ &c. vt in textu.

¶Not. Argumentum hoc primum impetit tertiam partem conclusionis; & ideo de propria fit mentio in textu.

nitio, ut dicitur in 4. Metaph.* sed nuptiæ non sunt de essentia matrimonii, ergo non debet matrimoniũ nuptiæ appellari.

¶ 3 Præterea, Species non potest proprio nomine nominari ab eo, quod est generis: sed coniunctio est genus ad matrimonium, ergo non potest proprie coniugium nominari.

Sed in contrarium est cõmunis vsus loquentium.

Resp. dicendum, quòd in matrimonio est tria considerare. Primo, essentiam ipsius, quæ est coniunctio, & secundum hoc vocatur coniugium. Secundo, causam eius, quæ est desponsatio, & secundum hoc vocantur nuptiæ, a nubo, quia in ipsa solemnitate desponsationis qua matrimonium perficitur, capita nubentium velantur. Tertio, effectum, qui est proles, & dicitur sic matrimonium, ut Aug.* dicit contra Faustum ob hoc, quòd mulier non debet ob aliud nubere, nisi ut sit mater. Potest autem matrimonium quasi matris munium, idest officium dici, quia fœminis incumbit maxime educandæ, prolis officium: uel dicitur matrimoniũ, quasi matrem muniens, quia iam habet, quo defendatur, & muniatur, scilicet virũ: vel dicitur matrimonium quasi matrem monens, ne virum relinquat, alteri adhærens: uel dicitur matrimonium quasi materia vnius, quia in eo fit coniunctio ad vnam prolem materialiter inducendam, vt dicatur matrimonium a monos,

& materia, vel dicitur matrimoniũ, vt Isidorus dicit, a matre, & nato, quia per matrimonium efficitur aliqua mater nati.

Ad primum ergo dicendum, quòd quãuis pater sit dignior quàm mater, tamen circa prolem mater magis est officiosa quàm pater: vel ideo quia mulier ad hoc principaliter facta est, vt sit homini in adiutorium prolis, non autem uir propter hoc factus est, vñ magis pertinet ad rationẽ matrimonii mater q̃ pater.

Ad secundum dicendum, quòd aliquando essentialia cognoscuntur per accidentalia, & ideo etiam per accidentalia aliqua nominari possunt: cum nomen detur causa rei innotescendæ.

Ad tertium dicendum, quòd aliquando species nominatur ab eo, quod est generis propter imperfectionẽm speciei quando. s. complete habet generis rationem, nec tamen aliquid addit quod ad dignitatẽ pertineat, sicut proprium accidentale retinet nomen proprii communis, aliquando autem propter perfectionem, quando in vna specie complete inuenitur ratio generis, & non in alia; sicut animal denominatur ab anima quę competit animato corpori, quod est genus animalis, sed animatio non inuenitur perfecte in animatis, quæ non sunt animalia, & similiter est in proposito, quia coniunctio viri ad mulierem per matrimonium est maxima, cum sit animarũ: & corporum: ideo coniugium nominatur.

trimonium quandoque nuptiæ appellatur. Nam aliquando essentialia cognoscuntur per accidentalia, & ideo &c. ut in textu.

3^m^ maior. Species non potest proprio nomine nominari ab eo, quod est generis. ℞. Nisi quandoque vel propter imperfectionẽ speciei, uel propter perfectionem. § Tunc &c. Matrimonium. n. quod est species coniunctionis, habet completã pfectionem cõiunctionis, quæ est genus suum: & ideo congrue nominatur nomine generis sui coniugium.

¶Not. Propter imperfectionẽ speciei (sicut declaratur i textu) fit denominatio per genus suum: quando reprobati nominantur præsciti. Quia enim aliquid ad dignitatem pertinẽs non addunt supra præscientiam: ideo retinẽt nomen commune; quo cõtra prædestinati, quoniam aliquid addũt supra præscientiam ad dignitatem pertinẽs, ideo sortiuntur nomen speciale.

APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas; matrimonium merito uocari matrimoniũ a scripturis 1. Cor. 7. Igitur qui matrimonio iungit virginem suam, &c. Itẽ, his q matrimonio iuncti sunt precipio, & cæt. Item 1. Esdr. 9. neque matrimonia iungeremus &c. Itẽ Prouerb. cum in matrimonio fuerit, &c. Itẽ Eccle. 23. ex alieno matrimonio &c. Et uocari coniugiũ Genes. 26. sibi esset sociata coniugio. Item 36. deditq; illi in coniugium. Item Deuter. 7. nec sociabis cum eis cõiugia. Item Tob. 6. cõiugium ita suscipiunt. Item, erimus in coniugio nostro. Et uocari nuptiæ Gen. Optatis potitus nuptijs. Item Tob. 9 nuptiarum cõuiuium exerce. Item Hester. 2 pro coniunctione & nuptijs. Item Sap. 14. neque nuptias mundas. Itẽm 1. Machab. 9. Filij Iambri faciunt nuptias 2. Machab. 14. nuptias fecit, quiete egit. Marc. 2. non possunt filij nuptiarum. Item Luc. 17. dabantur ad nuptias. Meritò etiam uocari coniugium a summis Pontificibus, de conuer. coniugator. capitulis multis. Item uocari matrimonium; de consangui. & affinit. de spon. de eo qui duxit matrimon. qu. poll. de sponsal. & matrim. capitulis multis. Meritò etiam uocari nuptiæ 35. quæst. 8. c. 1. Item a Concilijs passim: quando de hac materia tractant.

¶Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, Pontificum, Conciliorum, pro quanto sic nominant, & intelligas & defendas.

¶Tertiò uides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc declaretur, & consolidetur.

Vult autem denotare textus: quòd mater est aptior, seu accommodatior, ad educationem prolis (puta ponendo in cunabulis, lactando, fouendo, & multis huiusmodi officijs demulcendo;) in cuius signum principaliter facta est, ut sit homini in adiutorium ipsius prolis tum generandæ, tum educandæ. Rursus. Maiorem illam sic glossatam in responso formali diligenter memoriæ mandato, quoniam multipliciter ad plurima intelligenda valebit. Et quod de ista propositione glossata dico nũc, intellige etiam de omnibus alijs propositionibus, præsertim maioribus, per totam summam Theologiæ formaliter glossatis: quoniam hinc uniuersalissimã utilitatem ex particulari aliquo proposito hauries; eas postmodum ad similia sæpius applicando.

Maiorum, &c. propositionũ vbiq; glossatarũ uniuersalis vtilitas.

2^m^ de maiori. Quod est de essentia sua. ℞. Vel quod est faciens ad cognitionẽm de essentia. § Tũc nihil &c. licet enim nuptiæ non sint de essentia matrimonij; faciunt tamen aliquã notitiam de matrimonio, & ratione huius matrimo-

---

SVP. Q. LXXV. Aliàs 44. Art. II.

183

Concl. Tres inueniuntur diffinitiones de matrimonio datæ: una secundum causam, alia secundum essentiam, tertia secundũ effectum eius.

* In 2. dist. 27. §. B. & Gratianus in Decret. ca. 27. q. 2. in princ.

¶Prob.

ARTICVLVS III.

*Vtrum matrimonium conuenienter definiatur.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter definiatur* in litera. Quia in mariti definitione oportet quòd matrimonium ponatur, quia maritus est, qui est mulieris iunctus matrimonio: sed maritalis coniunctio ponitur in definitione matrimonii, ergo videtur quòd sit circulatio in definitionibus istis.

¶ 2 Præt. Per matrimonium sicut efficitur vir maritus mulieris, ita

¶Prob. Quia diffinitio ab Vgone, scilicet matrimonium est duarum idonearum personarũ legitimus de consensu iunctione consensus; est diffinitio secundũ causam: & illa a magistro, scilicet, mřimoniũ est viri, mulierisq;, maritalis con-

vxor viri, mulier. ergo non debet magis dici coniunctio maritalis, quàm vxoria.

¶ 3 Præt. Consuetudo ad genus moris pertinet, sed frequenter matrimonio iuncti sunt valde morib. diuersi. ergo non debet poni in definitione matrimonii, indiuiduam vitę consuetudinem retinens.

¶ 4 Præt. Inueniuntur aliæ definitiones de matrimonio datę. Quia secundùm † Hugo. matrimonium est duarum idonearum personarum legitimus de coniunctione consensus: secúdum quosdam autem matrimonium est consortium communis vitæ, & communicatio diuini, & humani iuris. Et quæritur qualiter hæ definitiones differant.

Resp. Dicendum, ꝙ sicut dictũ est, * in matrimonio tria considerantur, s. causa ipsius: & essentia eius, & effectus, & secundum hoc tres definitiones inueniũtur de matrimonio datæ. Nam definitio Hug. † tangit causam, s. consensum; & personas, quarum est. Definitio autem in litera posita tangit essentiam matrimonii, s. coniunctionem, & addit determinatum subiectum, in hoc quòd dicit inter legitimas personas, ponit etiam differẽtiam contrahentem ad speciem in hoc quòd dicit maritalis: quia dum matrimonium sit coniunctio in ordine ad aliquid vnum, talis coniunctio in speciem trahitur per illud, ad quod ordinatur, & hoc est id, quod ad maritum pertinet: ponit etiam virtutem huius cõiunctionis, quia indissolubilis est, in hoc quòd dicit indiuiduam, &c. Sed alia definitio * tangit effectum, ad quem ordinatur matrimonium, s. vita communis in rebus domesticis, & quia communis communicatio aliqua lege ordinatur, ideo ponitur ordinarium istius cõmunis, s. ius diuinum, & humanum: aliæ autem communicationes, vt negociatorũ, & militantiũ solo iure humano institutæ sunt.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ aliquando priora, ex quibus debet dari definitio, non sunt nominata, & ideo in definitione aliquorũ ponuntur aliqua posteriora simpliciter, quę sunt priora quo ad nos, sicut in definitione qualitatis ponit quale à Philosopho, * cum dicit: Qualitas est secundum quam quales esse dicimur; ita etiam hic in definitione matrimonii ponitur maritalis, vt sit sensus: ꝙ matrimonium est coniunctio ad ea, quæ mariti officiũ requirit, quæ non poterant vno nomine exprimi.

Ad secundum dicendũ, quòd per hanc differentiam tangitur finis coniunctionis, vt dictum * est: & quia vt dicit Apostolus: † Vir nõ est propter mulierem, sed mulier propter virum: ideo hæc differẽtia potius debet sumi à viro, quàm à muliere.

Ad tertium dicendũ, quòd sicut vita ciuilis nõ importat actum singularem huius, vel illius, sed ea, quæ ad communicationem ciuilem pertinent, ita vita coniugalis nihil aliud est, quàm conuersatio ad communicationem talem pertinens: & ideo quantum ad hanc vitam semper consuetudo est indiuidua, quamuis sit diuisa quantum ad actus singulares vtriusque.

Ad quartum patet solutio ex dictis. *

QVAE-

coniunctio inter legitimas personas indiuiduã vitæ consuetudinem retinens, est s̃m essentiam: & illa à quibusdam alijs, s. matrimonium est consortium cõis vitæ & communicatio diuini & humani iuris, est secundum effectum data (vt in tex. omnia satis clarè patent).

1m de concl. e Circulatio. ℞. Difformis: non autem, vniformis. §. Tunc &c. Nõ diffinitionem esse circularem difformiter non est inconueniens: sed ipsam dari vniformiter.

¶ Not. Quoniam demonstratio est diffinitio sola positione differens (1. post.) hinc est, quòd sicut non incõuenit demonstrationem fieri circularem difformiter, ita nec inconuenit hoc de diffinitione: & sicut inconuenit, demonstrationem dari circularẽ vniformiter, ita & diffinitionem. Circulatio autem vniformis est; quando vterque processus fit per eandem causam eodem modo penitus consideratam. Difformis verò; quãdo vnus processuum illorũ est per vnã causam vno modo consideratã & secũdus processus est per aliam, vel per eandem alio modo consideratam. Vt si dicamus. Homo est rationalis, ergo risibilis: & est risibilis, ergo rationalis. En circularis demõstratio difformis: quoniam primus processus fit à causa in essendo ad effectum, & secundus fit à causa in inferẽdo ad causam in essendo. Idem ergo est iudicium de diffinitionibus his circularibus, s. animal risibile est rationale; & animal rationale est risibile: quoniã prima diffinitio datur per priora secũdum se (cũ rationale sit prius saltem natura ipso risibili); & secunda p priora quò ad nos tantum (cùm risibilitas sit illa, mediante qua innotescit nobis rationabilitas.) Sic in proposito. Maritus cadit in diffinitioné matrimonij (vt visum est in diffinitione nunc à Magistro data per ly maritalis): & matrimoniũ cadit in diffinitione mariti (vt in argumento adducitur). Verùm difformiter; quoniã quando maritus diffinitur per matrimonium, diffinitio datur per priora simpliciter (cùm matrimonium sit uera causa quòd aliquis fiat maritus); & quando matrimonium diffinitur per maritum, diffinitio datur per priora tantum, quò ad nos (cùm ex eo, quòd aliquis dicitur maritus, veniamus in cognitionem, quòd matrimonio vxori coniunctus est). De ly maritus, ly maritalis, vide in ad tertium, & loca ibi allegata.

† lib. 2. de sacrament. par. 11. c. 4.

De circulatione diffinitionum.

* art. præc. corp.

† lib. 2. de sacrament. p. 11. c. 4.

* in 4. dist. 27. §. B.

* Posita in 3. arg.

Maritus: maritalis.

2m de maiori. Ita. ℞. Quantum ad coniunctionem: non quantum ad finem coniunctionis. §. Tunc nihil &c. Nam per ly maritalis intendit diffinitio in conclusionis probatione posita exprimere finem coniunctionis. Nam de coniunctione iam dixerat ly coniunctio.

¶ Not. Qñ adducuntur huiusmodi, similia per ly sicut, ita, vel huiusmodi; attendendũ est illud, in quo ipsa similia comparantur, siue assimilantur. Non. n. in omnibus concordant; sed neque in omnib. discordant. Vnde arguens sumit apparentiã ab eo, quod facit pro se, & dicit verũ: nihil tamen concludendo contra propositũ determinatum à conclusione articuli: in cuius signum respondens cõcedendo id, quod dixit arguens, asserit, ꝙ licet verum dicat, non infringit propositum; quoniam in vno sensu ipse loquitur de ly sicut, ita &c. & in alio sensu articuli conclusio. Hæc dicta sint etiam pro alijs similibus locis intelligendis vbique; tanquàm vniuersalis regula.

Regula vniuersalis de ly sicut, ita &c.

Tertium

3m de maiori. Consuetudo. ℞. Quantum ad actus singulares hominum considerata: non, quãtum ad communicationem quandam in vita coniugali. §. Tunc &c. Quamuis. n. coniuncti matrimonio sint frequenter moribus diuersi, si considerentur quò ad actus singulares vtriusque: sunt tamen semper vniti, si considerentur quãtum ad statum vitæ coniugalis. Et hoc secũdo modo tantum, diffinitio Magistri loquitur de consuetudine. Vide suprà ar. 1. not. prob. conclus. Vnde etiam cognosces, quid sit coniunctio maritalis: & quid sit maritus, & vxor. Nam omnia hæc se inuicem, parũ à longe, consequuntur in notitia.

4m de antecedente. Aliæ diffinitiones. ℞. Datæ per causam, aut p effectum. § vt patet in prob. conclusionis. Tunc ex ijs dicitur: ꝙ magna est inter illas diffinitiones differẽtia: sicuti differunt essentia, causa, & effectus alicuius rei.

* In Prędicamento, qualitatis.

¶ Not. Quia tamen ex pluribus diffinitionibus, diuersa in eadem re considerãtibus, laudabiliter conflari solet vnica (exemplo Philosophi in 1. Post. de diffinitionib. demõstrationis: & libris Physicorum, de diffinitionibus domus; & 2. de Anima, de diffinitionibus animæ): ideo ex omnibus his tribus conficiamus vnam, dicendo: Matrimonium est viri, mulierisq́; legitimarum personarũ, maritalis coniunctio; ex consensu mutuo animorum causata; ad communẽ vitam coniugalem secundũ ius humanum, diuinumq́; pariter tenendã ordinata. In qua diffinitione, prima pars vsque ad ly coniunctio, est Magistri explicans essentiã; secunda à ly ex consensu vsq; ad ly causata, est Vgonis causam exprimens; tertia à ly ad cõem, vsque in finem, est aliorum effectum narrans.

* art. pręce. corp.

† ad Cor. 11.

Diffinitio vnica matrimonij ex multis.

* In corp. art.

A P P E N D I X.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas meritò esse dictum ab Alexandro Papa III. ad Genuensem Episcopum: vt recitatur de præsumptionib. Illud quoque & c. Verùm, quia in huiusmodi dubietate fama viciniæ magis debet attendi, si fama loci habet, quòd vir ipsam in lecto & in mensa, sicut vxorem, tenuerit (cùm matrimonium sit maris & fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem, retinens): cogenda est mulier vt eidem viro affectu seruiat coniugali. Hæc ibi. Ex quo patet & diffinitio; & quòd coniunctio maritalis dicta à Magistro vocatur à Papa coniunctio & affectus coniugalis. Ex quo etiam videre datur; quòd Papa non omnem coniunctionem approbat pro matrimonio. Hinc damnatas vides, & à diffinitionibus in articulo positis damnatas meritò ostendere potes, hæreses omnes illas enarratas suprà quæst. 41. art. 3 & quæst. 42 art. 3. 4. & quæst. 40. art. 2. append. Vide & in locis ibi allegatis; & maxime contra spurcitias Libertinorum, & falsorum Euangelicorum. Secundò habes: quomodo per rationem de ly maritalis, & interimas prædictas hæreses, & dicta Alexandri, pro quanto essentialem diffinitionem matrimonij afferunt, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Hęreses damnatæ à Papa, & S. Doctore.

2

3

SVPER

## QVÆST. LXXVI. Aliàs 45.

*De consensu matrimonii, in quinque articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandum est de consensu. Vbi primo agendum est de consensu secũdum se considerato. Secundo, de consensu iuramento, vel carnali copula firmato. Tertio, de consensu coacto, & conditionato. Quarto, de obiecto consensus.

CIRCA primum quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum consensus sit causa efficiens matrimonii.

¶ Secundò, Vtrum consensum oporteat per verba exprimi.

¶ Tertiò, Vtrum consensus expressus per verba de futuro, faciat matrimonium.

¶ Quartò Vtrum consensus per verba expressus, si desit interior consensus, exterius faciat verum matrimonium.

¶ Quinto, Vtrum consensus in occulto factus per verba de præsenti, faciat matrimonium.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum consensus sit causa efficiens matrimonii.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q consensus non sit causa efficiens matrimonii. Sacramenta. n. non sunt à voluntate humana; sed ab institutione diuina: sed consensus ad voluntatem pertinet. ergo non est causa matrimonii, sicut nec aliorum sacramentorum.

¶ 2 Præt. Idem non est causa suiipsius, sed matrimoniũ nihil aliud videtur esse quàm cõsensus: quia consensus ipse significat coniunctionẽ Christi ad Ecclesiam. ergo consensus non est causa matrimonii.

¶ 3 Præt. Vnius debet esse vna causa: sed matrimonium inter duos est vnum, vt dictum * est: consensus autem duorũ sunt diuersi, quia diuersorum sunt, & in diuersa; ab vna enim parte est consensus in virum, ex alia in vxorem. ergo mutuus consensus non est causa matrimonii.

SED CONTRA est quod Chrysost. † dicit: Matrimonium non facit coitus, sed voluntas.

¶ Præterea. Vnus non accipit potestatem in eo, quod est liberè alterius, nisi per eius consensum: sed per matrimonium accipit vterque coniugum potestatem in corpus alterius, vt patet 1. Corint. 7. Cum prius vterque liberam potestatem sui corporis haberet. ergo consensus facit matrimonium.

RESPON. Dicendum, q in omnibus sacramentis est aliqua spiritualis operatio, mediante operatione, quæ eam significat, sicut per ablutionem corporalẽ in baptismo fit ablutio interior spiritualis: vnde cum in matrimonio sit quædam spiritualis coniunctio, inquantum matrimonium est sacramentum, & aliqua materialis, secundum quòd est in officium naturæ, & ciuilis vitæ, oportet quòd mediante materiali fiat spiritualis virtute diuina: vnde, cum coniunctiones materialium contractuũ fiant per mutuum consensum, oportet quòd hoc modo etiam fiat matrimonialis coniunctio.

AD PRIMVM ergo dicendum, q sacramentorum prima causa est diuina virtus, quæ in eis operatur salutem: sed causæ secundæ, sicut instrumentales, sunt materiales operationes ex diuina institutione habentes efficaciam, & sic consensus in matrimonio est causa.

AD SECVNDVM dicendũ, q matrimonium nõ est ipse consensus, sed quædam vnio ordinatorũ ad vnum, vt dictum * est, quam cõsensus facit: nec cõsensus propriè loquendo coniunctionẽ Christi ad Ecclesiá significat, sed voluntatem eius; qua factũ est, vt Ecclesiæ coniungeretur.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd sicut matrimonium est vnum ex parte eius in quod fit coniunctio: quãuis sit multiplex ex parte coniunctorum; ita etiam consensus est vnus ex parte eius, in quod consentitur, scilicet prædictæ coniunctionis, quamuis multiplex ex parte consentientium, nec est directè consensus in virum, sed in cõiunctione ad virum ex parte vxoris: & similiter ex parte viri consensus in coniunctionem ad vxorem.

ARTI-

† Hom. 32. in Mat. in opere imperfec. parũ ant med. to. 2. & in Decre. 27. q. 2. cap. 2. & 5. Vide l. Nuptias, ff. de regu. iur.

* Decr. li. 4. tit. 1. c. 25.

* q. præce. ar. 1. & Gratianus cau. 27. q. 2.

* De qua in corp. & q. præced. art. 1.

### SVPER Q. LXXVI. Aliàs 45. ART. 1.

CONCL. 1. Oportet: quòd mediante materiali coniunctione, fiat spiritualis virtute diuina.

¶ COROLL. Ergo in matrimonio sunt duæ coniunctiones, seu operationes, vna materialis, quam faciunt homines, alia spiritualis, quam facit virtus diuina: id quod melius intelligetur per responsionem ad primum.

¶ PROB. Quia in omnibus sacramentis spiritualis operatio fit mediante operatione materiali (vt patet de ablutione in baptismo) & matrimonium est sacramentũ habens duas operationes, seu coniũctiones, scilicet materialem ac spiritualem.

¶ CONCL. 2. Oportet: quòd cõiunctio matrimonialis fiat per mutuum consensum.

¶ COROLL. Ergo, cum solus legitimarum personarum consensus faciat matrimonium (vt etiam patet per Papam 27. q. 2. sufficiat dicendum: quòd, si qua videntur in contrarium, vt 30. q. 5. c. aliter; & c. nostrates), intelliguntur quò ad solemnitatem: etiam secundum glosã de sponsal. & matrim. c. cum locum. Intellige tamen consensum solum sufficere non vt excludit verba, sed vt includens illa, excludit alia. Vide & D. Thomam in q. 45. art. 5. corp.

184 S. Tho. vbi suprà ar. 2. q. 1. & seq. Cõc. Trid. sess. 24. de reform. matrim. c. 9.

¶ EXAM. Ly consensum. Scilicet liberum eo modo, quo declarabitur in appendice per Papam.

¶ Item ly cõsensum. Scilicet verum, non fictum: vt declaratur, de spon. & matr. tua nos.

¶ Ly mutuum. Hoc est, quòd nõ debet claudicare matrimonium. Si enim vno coniugum liberè consentiente alter vel non consentiret veraciter, vel coacte; tunc non esset verum matrimonium.

¶ Ly per. Vt ly per, dicit causam efficientem. Aliàs enim illa propositio per, multipliciter accipitur. 1. par. q. 36. art. 3.

* q. præce. art. 1.

¶ NOT. Subintelligitur: quòd iste consensus sit aliquibus signis adinuicem notificatus, vt artic. seq. pro abundantiori cautela monstrabitur. Alioquin, quomodo esset mutuus? Item, q fit à personis non inhabilitatis ad matrimonium contrahẽdum. Et hoc meritò subintellexit D. Thom. quia superius q. 44. artic. 3. in diffinitione matrimonij de huiusmodi idoneitate personarum mentionem fecit: & mos eiusdem Doctoris est semper superiora præsupponere in dictis posteriorib. nisi aliud exprimat. Quæ verò sint illegitimæ personæ ad contrahendum, etiã si mutuo consentiant, declarauit Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de reform. dicens: Qui aliter, quam præsente parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi, seu ordinarij licentia, & duobus vel tribus testib. matrimonium contrahere attentabunt: eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit: & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit, & annullat. Hæc ibi. Item masculus ante 14. annum, & fœmina ante 12. prohibentur contrahere. Vide de hac materia in de sponsalib. c. illud; & de desponsat. impub. capitulis multis.

Mos sancti Thomę.

Illegitimæ personę ad matrimoniũ.

¶ PROB. Quia coniunctiones materialium, siue humanorum cõtractuum fiunt per mutuũ consensum: & coniunctio matrimonialis est cõtractus materialis, siue humanus.

1^m de maiori.

A voluntate humana. R. Tanquàm à prima causa: non, tanquàm ab instrumentali. §. Tunc nihil &c. Nam consensus coniugum est instrumentalis causa in matrimonio: & sic conclusio intellexit.

2^m minor. Matrimonium nihil aliud videtur esse, quàm consensus. R. Negatur hæc. §. Si accipiatur ly videtur pro est. Ad rationem in contrarium dicitur; q consensus (propriè loquendo) cõiunctionem Christi ad Ecclesiã non significat: sed &c. vt in textu. Vnde nec sequitur, ex eo, quòd consensus est causa matrimonij, quòd idem sit causa suiipsius.

3^m de minori.

Diuersi. R. Ex parte consentientium personarũ: non, ex parte eius, in qđ cõsentitur. §. Nam consensus directe fit in coniunctionem: siue loquamur de cõsensu viri, siue vxoris. Tũc nihil &c. Nam ad hoc, quòd una causa sit vnius, sufficit, quòd sit vnitas causę in obiecto: etiam si personæ cõcausantes sint plures quandoque.

¶ NOT. Vide q. 44. artic. 1. ad tertium. pro vtriusque loci meliori intelligentia.

#### APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum fuisse à Cõcilijs, & summis Põtificibus, quòd consensus est causa efficiens matrimonij. Insinuatum autem est hoc à Concil. Florent. in decr. Eugenij IIII. Armenis dato, quando ait de sacramentis loquens. Septimum est sacramentum matrimonij, &c. Causa efficiens matrimonij regulariter est mutuus consensus per verba de præsenti expressus. Hæc ibi. Vbi ly regulariter, non cadit super consensum; sed super expressionem consensus per verba. Quasi dicat. Consensus est semper causa efficiens matrimonij: sed quòd exprimatur per verba, hoc non semper est; sed

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

sed regulariter tantum. Potest enim exprimi quãdoque per aliquod æquiualens verbis, vt infrà artic. 2. ad secundum, & tertium. Item à Concilio Tridentino sess. 24. cap. 1. de reformat. Dubitandum non est matrimonia clandestina, libero contrahentium consensu facta, rata & vera esse matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit, & proinde iure damnandi sunt illi, vt eos sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera, ac rata esse negant. Hæc ibi. Et infra. Parochus viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, dicat; Ego vos in matrimonium coniungo &c. Hæc ibi. Vbi nota ly mutuo, pro confirmatione quæst. 47. artic. 4. quòd scilicet consensus in matrimonium non debet claudicare, facit etiam ad appen. ibi positam. Item à Papa Alexandro III. ad Papiensem Episcopum. Cum locum non habeat consensus, vbi metus, vel coactio intercedit, necesse est, vt vbi assensus cuiusque requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur: & vbi de ipso quæritur, plena debet securitate ille gaudere, cuius est animus indagandus: nè per timorem dicat sibi placere, quod odit; & sequatur exitus, qui de inuitis solet nuptijs prouenire. Hæc ille de sponsal. & matrimon. Item ab Innocentio III. ad Episcopum Brixiensem titu. eodem. Tuæ fraternitati, &c. Respondemus: quòd matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri & mulieris consensum. Hæc ibi. Vbi per ly in veritate; intellige quòd consensus est de substantia matrimonij. Item ab eodem ibidem: Tua nos duxit &c. Non debet ex illo facto coniugiũ iudicare: quoniam ex altera parte defuit omninò, consensus: sine quo cætera nequeunt fœdus perficere coniugale. Hæc ibi. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto, consensum mutuum dicunt esse causam matrimonij, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

2

3

## ARTICVLVS II.

*Vtrum oporteat consensum per verba de præsenti exprimi.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd nõ oportet consensum per verba de præsenti exprimi, quia sicut per matrimonium redigitur homo in potestatẽ alterius, ita per votum: sed votũ obligat quo ad Deum, etiam si non exprimatur verbis. ergo & consensus facit matrimonii obligationem, etiam sine expressione verborum.

¶ 2 Præt. Matrimonium potest esse inter aliquos, qui suum consensum sibi mutuo verbis exprimere nõ possunt; quia vel sunt muti, vel diuersarum linguarum. ergo expressio consensus per verba non requiritur ad matrimonium.

¶ 3 Præterea. Si omittatur illud, qđ est de necessitate sacramenti quacumque ex causa, non est sacramentum, sed in aliquo casu est matrimonium sine expressione verborum, sicut quãdo puella tacet præ verecundia parentibus eam viro tradẽtibus. ergo expressio verborum non est de necessitate matrimonii.

SED CONTRA. Matrimonium est sacramentum quoddam: sed in omni sacramẽto requiritur aliquod sensibile signum, ergo & in matrimonio; & ita oportet ibi esse saltem verba exprimentia consensum sensibiliter.

¶ Præt. In matrimonio fit contractus inter virum, & mulierem: sed in quolibet contractu oportet esse expressionem verborum, * quibus se inuicem homines obligent. ergo & in matrimonio oportet esse consensum per verba expressum.

*lib. 4. Decret. tit. 1. c. 25.

RESPON. Dicendum, quòd sicut ex dictis * patet, coniunctio matrimonialis fit ad modum obligationis in cõtractibus materialibus: & quia materiales contractus non possunt fieri nisi sibi inuicẽ voluntatem suã verbis promant, quibus contrahũt: ideo etiam oportet, quòd consensus matrimonium faciens verbis exprimatur, vt expressio verborum se habeat ad matrimonium, sicut ablutio exterior ad baptismum.

* art. præced corp.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in voto non est aliqua sacramentalis obligatio, sed spiritualis tãtum, & ideo non oportet quod fiat ad modum materialium contractuum ad hoc quod obliget, sicut est de matrimonio.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quamuis nõ possint vota sua mutuo verbis tales exprimere, possunt tamen exprimere nutibus, & tales nutus pro verbis computantur.

AD TERTIVM dicendum, sicut dicit Hugo * de sancto Victore, eos qui coniunguntur, sic oportet consentire, vt inuicem se spontaneè recipiant, quod iudicatur fieri si in desponsatione non contradicant: vnde verba parentum computantur in casu illo, ac si essent puellæ: sunt enim sufficiens signum quod sunt eius, ex quo non contradicit.

* In suis sent. tract. 7. c. 6. paulò à princ.

ARTI-

SVP. Q. LXXVI. Aliàs 45. Art. 1.

185

COncl. Oportet quòd consensus matrimonium faciens verbis exprimatur.

¶ Exam. Ly verbis. Scilicet formaliter sumptis, vel æquiualenter inquã, vel positiuè, vel negatiuè, id est per taciturnitatem ex verecundia prouenientem. Vide ad secundum, & ad tertium.

¶ Prob. Quia materialis cõtractus nõ possunt fieri, nisi p expressionem voluntatis suæ verbis: & matrimonium fit ad modum obligationis in contractibus materialibus.

* Vt dicit in Decret. li. 4. tit. 1. c. 23. & 25.

1^m de maiori. Ita. ℞. Quantũ ad obligationem: non quãtum ad obligationis modũ. §. Tũc nihil &c. Votum enim quamuis obliget, tamen eius obligatio nõ fit ad modum obligationis in contractibus materialibus.

¶ Not. Vide quæst. 44. art. 3. not. post ad secundum. de ly sicut, ita, & huiusmodi: & cognosce arguentem etiã hic accipere pro similitudine id tantum, quod facit pro se; & non considerare id, quod ibi dicit dissimilitudinem: quo contra respondens considerat hoc vltimum, & sic argumentum dissoluit.

Ly sicut, ly ita.

2^m de antecedente. Verbis. ℞. Formaliter sumptis: non, æquiualenter. §. Puta per nutus. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusione examinata.

¶ Not. Philosophus 1. Periherm. dicit, verba tenere primum locum in ratione annunciandi dispositionem nostram interiorem; voces (inquit) sunt earum, quæ existunt in animam passionum notæ. Hinc est: quòd nutus & alia exprimentia voluntatem nostram succedunt in locum verborum; & quodammodo verba dicuntur, non quia sint, sed quia eorum locum supplent in significando; quamuis non ita perfectè. Sicut nec Vicerex est tam perfectè in omnibus valens, quemadmodum Rex. Ex hoc loco nota etiam quomodo intelligatur Innoc. III. in ly surdi, & muti possunt contrahere matrimonium per consensum mutuum sine verbis. Hæc, de sponsal. & matrim. ca. tuæ.

3^m de maiori. Si omittatur illud, quòd est de necessitate sacramenti ex quacumque causa. ℞. Ita ꝙ non suppleatur aliquid sufficiẽs loco illius omissi. §. Tunc nihil &c. Nam in casu, quo puella tacet præ verecundia, parentib. eam præsente viro tradentibus: verba parentum computantur, ac si essent puellæ: quia sunt sufficiens signum, quòd sint eius, ex quo non contradicit.

¶ Not. Confirmatur respon. præsens vniuersaliter, de reg. iur. in 6. per reg. 44. dicentem: Qui tacet, consentire videtur. Et quamuis huic regulæ, & consequenter respon. huic, videatũ contradicere reg. 45. s. is qui tacet non fatetur, sed nec vtique negare videtur: tamen non contradicit. Nam diuersos sensus habent huiusmodi duæ regulæ: id quod ẽt ex hoc S. Tho. tex. colligitur ab intelligẽte pspicaci. Prima enim regula loquitur de actib. qui non possunt explicari sine consensu meo (vt accidit in casu præsentis respon.) & tunc, si taceã, habeor pro consentiente. Secunda verò loquitur de actibus, qui explicari posũt sine cõsensu meo: immo contra voluntatẽ meam (vt quis potest vẽdere agrũ meum contra meam voluntatem): & tũc, si ego taceo in venditione agri mei, non præiudicat tacitus consensus, i. mea taciturnitas non iudicatur cõsensus. Vel aliter. Prima regula est intelligenda in casu, quo de honore & commodo tacentis agiẽ (vt fit in proposito præsentis rñsi): quoniã tunc tacens consentire videtur. Secunda autem intelligenda est, in casu, quando agitur de incommodo tacentis (vt si quis ad sustinendam aliquam pœnam sit obligandus); quoniã tacens tunc non habetur pro consentiente. Quia ergo (siue priorem, siue posteriorem, regularũ harũ expositionẽ sequaris) sumus in casu regulæ primæ: ideo dictum est, ꝙ doctrina huius tertij responsi confirmatur ab illa, qui tacet, &c.

Reg. iuris duæ de taciturnitate.

## APPENDIX.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem reijcias errorem Ioan. Vuiclef, & Abbatis Panorm. (vt refert Ioseph Angles lib. Flores quæst. Theologic. tit. de essentialib. matr. dist. 27. artic. 2.) dicentium: ad matrimonium, siue nuptias contrahendas sufficere consensum solum internum. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas; errorem hunc meritò reprobari à Concil. Florent. quod ad literam ponitur ar. 1. appen. Item à Concil. Trident. sess. vt ibid. item & clarius ab Innocentio III. ad Episcopum Brixiensem scribente, sic. Necessaria sunt quantum ad Ecclesiam verba consen-

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

consensum exprimentia de præsenti. Hæc ille; de spons. & matrimon. ca. tuæ. Vide in his sensum Innocent. infrà ar. 5. exam. immediatè ante ad primum. Item ab eod. ibid. Cum apud, &c. Consuluisti nos, vtrum mutus, & surdus, alicui possint matrimonialiter copulari. Respondemus: quod si talis velit contrahere, sibi non possit, vel debeat denegari: cum, quod verbis non potest, signis valeat declarare. Hæc ibi. Vnde patere potest: quod vltra consensum requiruntur verba, siue aliquid verbis æquiualens. Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto verba esse necessaria pro consensu exprimendo ad matrimonium insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

3 4

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum consensus expressus per verba de futuro faciat matrimonium.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd consensus expressus per verba de futuro matrimonium faciat: quia sicut se habet præsens ad præsens, ita futurum ad futurum: sed * consensus per verba de præsenti expressus facit matrimonium in præsenti. ergo consensus expressus per verba de futuro, facit matrimonium in futuro.

¶ 2 Præterea. Sicut in matrimonio fit quædam obligatio per verba exprimentia, consensum, ita & in alijs ciuilibus cõtractibus: sed in aliis contractibus non differt, vtrum per verba de præsenti, vel de futuro obligatio fiat. ergo nec in matrimonio differt.

¶ 3 Præt. Per votum religionis homo contrahit matrimonium spirituale: sed votum religionis fit per verba de futuro, & obligat. ergo & similiter potest fieri matrimonium per verba de futuro.

SED CONTRA est, quia ille, qui consentit in aliquam per verba de futuro, & postea cum alia per verba de præsenti, secundum iura debet habere secundam vxorem: sed hoc non esset si consensus per verba de futuro faceret matrimonium, quia ex quo initiatum est matrimonium cum vna, ea viuente non potest contrahi cum alia. ergo consensus per verba de futuro non facit matrimonium.

¶ Præterea. Qui promittit aliquid se facturum, nondum facit illud: sed qui consentit per verba de futuro, promittit se cum aliqua contracturum matrimonium. ergo non cõtrahit adhuc cum illa.

RESP. Dicendum, quòd causæ sacramentales significãdo efficiunt: vnde hoc efficiunt, quod significant, quia cum aliquis consensum suum per verba de futuro exprimit, non significat se facere matrimonium, sed promittit se facturum: ideo talis expressio consensus non facit matrimonium, sed sponsionem eius, quæ sponsalia nominantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cum consensus exprimitur per verba de præsenti, & verba sunt præsentia, & in præsens consentitur pro eodem tempore: sed quando consensus fit per verba de futuro, verba sunt præsentia, sed consentitur in futurum, & ideo non pro eodem tempore: & propter hoc non est simile.

AD SECVNDVM dicendum, quod etiam in aliis contractib. qui verbis futuris vtitur, non transfert potestatem rei suæ in alterum: vt si dicat, Dabo tibi: sed solum quando verbis præsentibus vtitur.

AD TERTIVM dicendum, quod in voto professionis, actus spiritualis matrimonii per verba de futuro exprimitur: scilicet obedientia, vel obseruantia regulæ, & non ipsum matrimonium spirituale: si autem spirituale matrimonium in futurum voueatur, non est votum spirituale, quia nondum ex hoc aliquis est mõnachus, sed se futurum monachum pollicetur.

ARTI-

SVP. Q. LXXVI. Aliàs 45. Art. III.

CONCL. Expressio consensus per verba de futuro non facit matrimonium: sed sponsionem eius; quæ sponsalia nominantur.

186

¶ PROB. Quia causæ sacramentales efficiunt, quod significant (cum significando efficiant): & verba de futuro non significant fieri tunc matrimonium, sed sponsionem eius (vt patet).

* Vt dr in Decr. li. 4. tit. 1. c. 31. & ibi. tit. 4. c. 5.

¶ NOT. Consensus dictus est artic. 1. esse causa efficiens matrimonij, & proportionaliter etiã sponsalium: vnde ob hoc fit mentio in præsenti de causis sacramentalibus, quando ad propositum consensus textus dicit ly causæ sacramentales, &c.

1^m maior. Sicut se habet præsens ad præsens, ita futurum ad futurũ. ℞. Quando & verba, & consensus, tenentur pro eodem tempore, siue præsenti, siue futuro. Tunc nihil & cęt. Nam in casu nostro non tenentur pro eodem tempore vtrunque: sed tantum, quando de præsenti loquimur. Cùm enim consensus exprimitur per verba de præsenti, & verba sunt, &c. vt in textu.

* lib. 4. Decre. tit. 1. c. 22.

2^m minor. In alijs contractibus nõ differt, vtrum per verba de præsenti, vel de futuro obligatio fiat. ℞. Quantum ad obligationem præcise: non quantum ad translationem potestatis suæ in alterum. §. Tunc nihil &c. Nam matrimonij contractus non dicit obligationem tantum: sed etiam translationem actualem potestatis rei suæ, puta corporis sui, in alterum coniugum.

· ¶ NOT. Hoc dictum, est differentia inter contrahentes matrimonium, & contrahentes sponsalia. Nam licet obligatio vtrobique sit, non tamen translatio præmissa. Confirmatur hoc 1. Cor. 7. quando in casu matrimonij dicitur: Mulier potestatem sui corporis non habet, sed vir; & vir non habet sui, sed mulier. Et in casu sponsalium confirmatur suprà q. 43. art. 3. ad textum. vbi habetur; quod non dederunt sibi mutuò potestatem corporis sponsalia contrahentes.

* Obligatio in sponsalib. differt valde ab illa in matrimonio facta.

3^m de minori. Per verba de futuro. ℞. Cadentia super actũ spiritualis matrimonii: non, super spirituale matrimonium. §. vt declaratur in tex. Tunc nihil &c. Nam verba de futuro cadunt super matrimonium corporale; & non super actũ solummodo talis matrimonij. Hinc est: quòd causant sponsalia ad matrimonium contrahendum; sed ex hoc nondum contrahunt ipsum; sicuti de monacho dicitur in tex. fin.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò; quomodo per rationem ostendas; meritò insinuatum fuisse à summis Pontificibus, quòd verba de futuro exprimentia consensum non faciunt matrimonium: sed tantum verba de præsenti. Insinuatum autem est hoc à Gregorio IX. de sponsalib. & matrimon. Si inter virum & mulierem legitimus consensus interueniat de præsenti; ita quòd vnus alterum mutuo consensu verbis expresso recipiat, siue sit iuramentum interpositum, siue non: non licet alteri ad alia vota transire. Quod si fecerit: secundum matrimonium de facto cõtractum, etiam si sit carnalis copula subsecuta, separari debet; & primum in sua firmitate manere. Verum, si inter ipsos accessit tantummodo promissio de futuro, id est ego te recipiam in meam, & ego te in meum, siue similia verba: si alius mulierem illam per verba de pręsenti desponsauerit, etiam si inter ipsam, & primum, interuenerit iuramentum de futuro, secundum matrimonium non poterit separari; sed eis est de violatione fidei pœnitentia iniungenda. Hæc ibi. Ecce: quòd cõsensus expressus per verba de futuro non faciunt matrimonium, sed tantum sponsalia (secundum Papam). Alioquin tales cõsensum sic exprimentes non separarentur per sequẽs matrimonium. Faciunt etiam antedicta Pontificis verba pro appendice articuli præcedentis. Item ibidem ab eo. Adolescens, qui desponsatam sibi per verba de futuro (licèt sæpè nisus fuerit) carnaliter non cognoscens, cum alia postmodum per verba de præsenti contraxit: non primam, cum qua non fuit verum matrimonium, sed secundam debet habere vxorem. Hæc ibi. Item ab Innocentio III. in titu. eodem, cap. sicut ex literis. Ibi enim dicit idipsum, quod Gregorius. Item à Papa Vrbano ad Eberardum Paduanum. Si primus vir, & mulier pari consensu de præsenti sese receperint, ipsa debet primo restitui; cum nec potuerit, nec debuerit, post talem consensum alij nubere. Si verò consensus talis inter eos non intercesserit sub verbis illis, quæ diximus; nec carnalis copula: secundo viro, qui eam postea traduxit, atque cognouit, mulier ipsa debet relinqui. Hæc ille. par. 6. cap. 22. post Concilium Lateranense sub Alexandro III. Faciunt etiam hæc, pro verbis necessariò exprimendis, articu. 2. append. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto verba de futuro insinuant, non facere matrimonium, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

2 3

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum consensus expressio etiam per verba, si desit interior consensus, faciat matrimonium.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd consensus expressio etiam per verba, si desit interior cõsensus, faciat matrimonium: quia fraus, & dolus nemini patrocinari debet secundum iura: sed ille, qui verbis exprimit consensum, quẽ in corde non habet, dolum committit. ergo non debet sibi patrocinari, vt ab obligatione matrimonii liber reddatur.

¶ 2 Præt. Consensus mentalis alterius, non potest esse alicui notus nisi quatenus per verba exprimitur: si ergo expressio verborum non sufficit, sed consensus interior requiritur in vtroque coniugum, tunc neuter poterit scire de altero an sit ei verus coniux, & ita erit fornicator quandocumque matrimonio vtetur.

¶ 3 Preterea. Si aliquis probatur per verba de pręsenti in aliquam consensisse, cogitur per excõmunicationis sententiã, vt eam habeat in vxorem, quamuis dicat consensum mẽtalem defuisse, etiam si postea cum alia contraxerit consensu mentali verbis expresso: sed non esset si requireretur consensus mentalis ad matrimoniũ. ergo non requiritur.

SED CONTRA est, quod Innocentius III.* dicit in Decret. quædam in casu isto loquens. Sine consensu nequeunt cætera fœdus perficere coniugale.

¶ Præterea. Intentio requiritur in omnibus sacramẽtis, sed ille, qui corde non consentit, non habet intentionem matrimonii contrahendi. ergo non fit matrimonium.

RESPON. Dicendum, quòd sicut se habet ablutio exterior ad baptismum, ita se habet expressio verborũ ad hoc sacramentum, vt dictum est; vnde sicut si aliquis ablutionem exteriorẽ reciperet, non intendens recipere sacramentũ, sed ludum, & dolũ facere, non esset baptizatus: ita expressio verborum sine interiori consensu, matrimonium non facit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ibi sunt duo, s. defectus consensus, qui sibi patrocinatur in foro conscientiæ vt non astringatur vinculo matrimonii, quamuis non in foro Ecclesiæ, in quo iudicatur secundum allegata: & dolus verborum, & hoc nõ patrocinatur nec in foro pęnitentiæ, nec * in foro Ecclesiæ, quia in vtróq; pro hoc punitur.

* Al. conscientiæ

AD SECVNDVM dicendũ, quòd si desit consensus mentalis ex parte vnius, ex neutra parte est matrimonium, quia matrimoniũ consistit in mutua cõiunctione, vt dictum * est: tamẽ probabiliter potest credi dolus nõ esse, nisi euidentia doli appareat, quia de quolibet pręsumendũ est bonum nisi probetur contrariũ: vnde ille, ex cuius parte dolus nõ est, à peccato excusatur per ignorantiam.

* q. præce. art. 1.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd in tali casu Ecclesia compellit eum ad standum cum prima vxore, quia secundum ea iudicat quę foris apparens, nec decipitur in iustitia, quamuis decipiatur in facto: sed ille debet prius excommunicationem sustinere, quàm ad primam vxorem accedat, vel debet in alias regiones remotius fugere.

### SVPER Q. LXXVI. Aliàs 45. ART. IIII.

CONCL. Expressio verborum sine interiori consensu, matrimonium non facit.

¶ PROB. Quia sicut se habet ablutio exterior ad baptismum: ita se habet expressio verborum ad hoc sacramẽtum (vt dictũ est q. 42. art. 1. ad secundum).

¶ NOT. Dubitatio oritur magna ex hoc, quod hic dicitur: quòd expressio verborum ad matrimonium se habet, sicut ablutio exterior ad baptismum. Cũ. n. ablutio exterior non sit tanquàm forma baptismi, sed potius se teneat ex parte materiæ; videtur, quòd expressio verborum non sit forma matrimonij; quod est cõtra q. 42. art. 1. ad primum. vbi dicitur sic ad literam: Verba, quibus cõsensus exprimit matrimonialis, sunt forma huius sacramenti. Ad hoc dubium dicitur: quòd in expressione verborũ possunt considerari duo, s. ipsa verba significantia, & ipse actus exprimendi procedens à cõiugibus. Si considerentur verba significantia, tunc sunt forma: si autem cõsideretur actus exprimẽdi illa procedens à cõiugibus, tũc habent modũ materiæ. Vnde loco citato q. 42. ad secundũ dicitur; sicut pœnitentia non habet aliam materiam nisi ipsos actus sensui subiectos, qui sunt loco materialis elementi; ita est de matrimonio. Hęc ibi. Propterea in pñsenti loco quando dicit: quòd se habet expressio verborum ad matrimonium, sicut ablutio ad baptismum; quasi se referendo ad illum locum iam allegatum, addit ly vt dictum est. Quasi dicat: Illud quod à me dicitur nũc, intelligendum est in sensu recto ex superius dictis. Nec mirandum est; si in expressione verborum prædicta duo distinctè considerãda esse dictũ sit: quoniam dum in ly dolus, consideranda esse duo hic in respon. ad primum dicit S. Tho. per hoc, à simili, docet talem subtilẽ diuisionem de expressione verborum posse fieri.

187

Cõcordat tex. seu potius cõcordatus ostẽditur.

* Hf lib. 4. Decr. tit. 1. de sponsal. & matr. c. 26. incip. Tua nos, in fine.

1m de conclusione. Vt ab obligatione matrimonij. ℞. Vel à punitione legitima. §. Tunc &c. Licet. n. ille, qui verbis exprimit consensum, quem in corde non habet, dolum cõmittat; & dolus nemini debeat patrocinari: tamen quia in dolo sunt duo (vt in tex.) ideo nihil sequitur, neque contra conclus. neque contra iura. Vide tex. de his omnibus.

¶ EXAM. Ly secundum allegata, s. & probata. Nam S. Tho. loquitur formaliter, in quo sensu allegata, quando non probantur, sunt quasi non allegata. Cui dicto suffragatur q. 39. artic. 2. vbi colligitur ex corp. fin. quod parum vel nihil debemus esse soliciti ad aliquorũ dictum, quando nec ratione, nec authoritate confirmatur. Quod autem Ecclesia in talibus iudicet secundum allegata; patet in de spons. & matr. item de præsump. in cap. multis.

2m de conclusione. Scire. ℞. Certitudinaliter: non autẽ, probabiliter. §. Tunc nihil &c. Nam quando consensus mentalis alterius exprimitur per verba: tũc & præsumendum est, ipsum dicere verum, nisi contrarium appareat (puta loquendo per iocum): & ille, ex cuius parte dolus non est, à peccato excusatur per inuincibilem ignorantiam: ita ut non sit fornicator, cum carnaliter cognitio interuenerit.

¶ NOT. Contra de nihilo suspiciosos memento semper istius regulæ iuris, quæ exprimitur in textu, videlicet, de quolibet præsumendum est bonum, nisi probetur contrarium. Hac enim notata; & multa mala vitabis, & multa bona acquires, & pacem (quod maxime desiderabile est) tum in conscientia propria, tum cũ proximo conseruabis. Regula hęc colligitur, & cõsequenter dictum hoc S. Doct. confirmatur ex Innoc. III. de seru. in ord. fac. & de præsump. dudum.

Reg. iuris.

3m de minori. Si requireretur consensus mẽtalis ad matrimonium. ℞. Vel si Ecclesia in tali casu non deciperetur in facto. §. Tunc nihil &c. Nam hoc vltimum, s. quòd Ecclesia decipiatur, tunc in facto, quamuis non in iustitia, verificatur: non aũt primum.

¶ NOT. De excommunicatione ex parte Ecclesiæ iusta, & ex parte excommunicati iniusta. vide etiam quæst. 21. art. 4. Rursum. Quando dicitur in argumento hoc 3. in maiori propositione ly cogitur, intellige quantum est ex parte Ecclesiæ tantum. Nam quantũ est ex parte illius taliter excommunicati, seruãdum est quod dicitur, & in resp. & suprà loco nunc allegato, vbi etiam per Papam idem demõstratur. Rursum. De consensu necessario interiori in sacramentis. vide 3. par. q. 64. art. 8.

Nota casum conscientię.

### APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas; meritò esse dictum ab Innocentio III. de spõsal. & matrim. tua nos, &c. Cum quandam mulierem quidam aliter inducere nequiuisset vt sibi commisceretur carnaliter, nisi desponsasset eãdem: nulla solemnitate adhibita, vel alicuius præsentia dixit illi, te Ioannes desponsat; cum ipse Ioannes non vocaretur, sed finxit se vocari Ioan. non credens esse coniugium, eo quòd ipse non vocaretur hoc nomine, nec haberet propositum cõtrahendi, sed copulam tantum exequendi carnalem. Vtrum inter prædictos sit matrimonium celebratum: cum mulier consenserit in eundem, & ille dissenserit, & dissentiat. Dicimus: quòd si ille eam non proposuit ducere in vxorem, nec vnquàm consensit in prædictam personam, non debet ex illo facto coniugium iudicari: cum in eo nec substantia coniugalis contractus, nec forma contrahendi coniugium, valeat inueniri; quoniam ex altera parte dolus solummodo afficit, & defuit omnino consensus, sine quo cætera nequeunt fœdus perficere coniugale. Hæc ibi. Item à Concilio Florentino &c. vt artic. 1. append. de consensu. Item à Concilio Tridentino &c. vt ibi, & sessio. 7. de sacramen. cano. 11. Si quis dixerit: in ministris, dum sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem saltem faciẽdi, quod facit Ecclesia: anathema sit. Hæc ibi. Dic tu etiam, à simili, tale quid circa requisitionem intentionis recipientium, vt patet per eundem Innocentium, quando loquitur de adultis in, de baptis. & eius effec. maiores. Secundò habes, quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto consensum exteriorem sine interiori insinuant non facere matrimonium, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

3

a

SVPER

'ARTICVLVS V.

*Vtrum consensus in occulto factus per verba de præsenti, faciat matrimonium.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd cõsensus in occulto factus per verba de præsenti, non faciat matrimonium. Res enim in potestate alterius existens, nõ trãsfertur in potestatẽ alterius, nisi consentiente illo in cuius potestate erat: sed puella erat in potestate patris. ergo non potest per matrimoniũ transire in potestatem viri, nisi patre consentiente, & ita si stat in occulto consensus, etiam per verba de præsenti expressus, non erit matrimonium.

¶ 2 Præte. Sicut in matrimonio est actus noster quasi de essentia sacramenti, ita etiam in pęnitentia: sed sacramentũ pœnitentiæ nõ perficitur, nisi mediantibus ecclesiæ ministris, qui sunt sacramentorum dispensatores. ergo nec matrimonium perfici potest in occulto, absque sacerdotali benedictione.

¶ 3 Præterea. Baptismus, qui potest in occulto, & in aperto fieri, non prohibetur ab Ecclesia fieri in occulto, sed Ecclesia prohibet clandestina * fieri matrimonia. ergo non possunt fieri in occulto.

¶ 4 Præt. Inter eos, qui in secundo gradu sibi attinent, matrimonium contrahi non potest, quia Ecclesia prohibuit, sed similiter Ecclesia prohibuit clãdestina matrimonia. ergo non possunt esse vera matrimonia.

SED CONTRA, Posita causa, ponitur effectus: sed causa sufficiens matrimonii est consensus per verba de præsenti expressus. ergo siue fiat in publico, siue in occulto matrimonium sequetur.

¶ Pręt. Vbi est debita materia, & debita forma, ibi est sacramentum, sed in occulto matrimonio seruatur debita forma; quia sunt ibi verba de præsenti consensum exprimentia, & debita materia, quia sunt legitimæ personæ ad contrahendum. ergo est ibi verum matrimonium.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut in aliis sacramẽtis, quædam sunt de essentia sacramenti, quibus omissis nõ est sacramentum: quædam autem ad solemnitatem sacramenti pertinent, quibus omissis verum perficitur sacramentũ, quamuis peccet qui omittit, ita etiam consensus expressus per verba de præsenti inter personas legitimas, ad cõtrahendum, matrimoniũ facit, quia hæc duo sunt de essentia sacramenti: alia autẽ omnia sunt de solemnitate sacramenti, quia ad hoc adhibentur, vt matrimoniũ conuenientius fiat: vnde si omittantur, verum est matrimonium, quamuis peccent sic cõtrahentes, nisi per aliquam legitimã causam excusentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ puella non est in potestate patris quasi ancilla, vt sui corporis potestatẽ non habeat, sed quasi filia ad educandum: & ideo secundum hoc, ꝙ libera

SVPER Q. LXXVI. Aliàs 45. ART. V.

CONCL. 1. Consensus expressus per verba de præsenti, inter personas legitimas, ad contrahendum matrimonium facit.

¶ EXAM. Ly consensus. Scilicet interior.

¶ Ly expressus p verba de præsenti. Ecce consensus exterior.

¶ Ly personas legitimas. s. non pro illo, vel illo tẽpore; sed pro tũc, vel quando cõtrahunt, vel quãdo sic, vel sic contrahunt. Hoc dixerim, quia aliquando ꝙ sunt legitimæ ad cõtrahendum, sed sunt illegitimæ ad sic, i. in occulto, &c. contrahendum: vt ex Concil. Trid. patebit in append.

183

¶ NOT. Per hæc examina patere potest. Primò, ꝙ quando absolutè dicitur, ꝙ consensus solus sufficit ad contrahẽdum nõ excluditur consensus aliquis illorũ duorum exam. 1. & 2. dictorum. Secundò, ꝙ in suis conclus. de matrimonio valido semper S. Doctor intendit (etiã quòd non exprimeret) de personis legitimis: quoniã quod semel exprimit, hoc semper in similib. subintelligendum pro regula generali habet. Tertiò, ꝙ concl. suæ non sunt contrariæ Conc. Trid. allegando in appẽ. seq. quoniã loquitur semper de legitimis personis respectu matrimonij contrahẽdi sic, vel sic exam. 3. & quoniã nunc à Concil. ipso nouissimo sunt illegitimatæ personę ad sic contrahendũ: ideo, quamuis tempore Diui Thomæ non essent adhuc illegitimatę, verum dicit. Non n. absolutè conclus. intelligit, sed semper faciendo vim in ly legitimis. Clarum igitur est: quòd siue legitimę essent tempore suo, siue non sint hodie; hoc non facit, quin conclusio sua, inquantum legitimas personas cointelligit, verificetur. Neque enim Concil. negat illam conclus. (vt videbitur): sed tantum personas antea legitimas illegitimat, ad contrahendum clàm.

*Decr. lib. 4. in tit. 3.

* In Decr. li. 4 tit. 14.

¶ PROB. Quia hæc duo sunt de essentia matrimonij.

¶ CONCL. 2. Excepto consensu tam interiori, quàm exteriori; alia omnia sunt de solemnitate matrimonij.

¶ NOT. Intellige conclus. loqui de rebus, quo ad naturã earum præcisè. Quod. n. vltra consensus illos, hodie requirantur alia, quædam non de solemnitate tantum, sed etiam de necessitate: hoc est solum de institutione Ecclesiæ. Nec obstat, ꝙ ipsa non possit mutare substantialia sacramentorum Conc. Trid. sess. 21. c. 2. quoniam in sua illa institutione Ecclesia non mutat substantialia matrimonij, quia nec materiam ipsius variat, nec formam. Et licet statuat; quòd nunc, ac deinceps aliqua sint necessaria ad contractum matrimonij, quæ prius non erant; tamen hoc non facit addendo ad substantialia sacramenti huius, sed declarando modum necessarium perueniendi ad illa substantialia. Et hoc est, non variare sacramentum (vt sapienti constat): sed legitimas, vel illegitimas diiudicare personas, quæ sic, vel sic accessuræ sunt ad hoc sacramentum. & hoc proculdubio Ecclesia potest (Concil. Trid. sess. 21. c. 2.)

¶ PROB. Quia ad hoc adhibentur: vt matrimonium conuenientius fiat.

¶ COROLL. Ergo habes vnde rectè intelligas cap. aliter, & c. nostrates, 30. q. 5. ꝙ s. intelligenda sunt quo ad solemnitatem matrimonij. Vnde Nico. in eod. c. Nostrates, dicit: peccatum autem esse, si hæc cũcta in nuptiali fœdere non interueniant, non dicimus. Hęc ibi. A simili, dic tu de aliis similibus.

¶ CONCL. 3. Si solemnitates matrimonij omittantur, verum est matrimonium; quamuis peccent sic contrahentes, nisi per aliquam legitimam causam excusentur.

¶ NOT. Ex hac respondeas directè ad titulũ art. de mente S. Doctor. ꝙ consensus factus in occulto per verba de præsenti, stando ꝙ hoc sit contra solẽnitatem tantũ, facit matrimonium. In qua respon. nota vigilãter ly stãdo, ꝙ hoc sit contra solẽnitatem tantũ: quoniã nisi addatũ illa limitatio, non respondetur de mente S. Doct. Loquitur siquidè (more suo) formalr: & propterea cũ ea, quæ de solẽnitate tm̃ sunt, adducit dicens ad propositũ tituli, ꝙ omittere illa non tollit matrimoniũ, dat aperte intelligere formaliter suam hanc texturã penetrãti, ꝙ responsio sua non debet intelligi de occulto, nisi cũ hac limitatione, s. stando in genere solẽnitatis tantum, i. stando ꝙ fieri in occulto sit solum contra solẽnitatem matrimonij. Quãdo igitur dicetur; ꝙ nunc, per statutũ Ecclesię contrahere in occulto est contra necessariò requisita ad matrimoniũ, & consequenter ꝙ non facit illud; nihil dicitur contra præsentem doctrinã D. Thomæ. Non. n. absolutè inquit, ꝙ factus in occulto valeat; sed cautissime addẽdo limitationem prædictam ex contextu aperto formaliter deductam.

¶ EXAM. Ly cõtrahentes, i. simul trahentes. Vnde & non tractus, sed contractus matrimonij vocatur ipsa copula coniugalis. Hoc examine penetrato; & faciendo vim in ly contractus, seu in ly contrahentes: cõuincitur manifestè id, quod art. 2. concludebatur esse ex natura matrimonij verum. Quomodo enim poterunt vnquàm aliqui duo simul trahere. i. simul ex condicto participare matrimonium; nisi suam vtriusque voluntatem mutuo intelligant? & quomodo hanc poterunt intelligere, nisi sibi inuicem hanc manifestent? Destruit ergo naturam contractus; quòd manifestationem mutuam voluntatis alterutrius partis necessario requiri ad illum conficiendum, negat: vltra quod ignorat propriam vocem de ly contractus. Posset quidem tunc esse forsan matrimonium concurrente interiori consensu Titij in Bertam & Bertæ in Titium, neutro penitus id sciente de altero, si matrimonium non esset contractus; vel, si esset contractus, esset contractus casualis. Verum, quia de iure tum diuino tum humano, q 44. ar. 3. est contractus non casualis, sed humanus, i. rationabiliter factus, oportet ꝙ consensus illi interiores Titij & Bertæ, vtrique vicissim sibi innotescant, si ad matrimonium conficiendum valere debeant. His ita, vt sunt, intellectis, habes quomodo glosses, & glossando verum sensum percipias, Innoc. III. in de sponsal. & matr. ca. tuæ, dicentis: quòd necessaria sunt quantum ad Ecclesiam verba consensum exprimentia de præsenti. Glossabis. n. sic: quòd non dicit quantum ad Ecclesiã solum; & consequenter ꝙ ille consensus verbalis est necessarius (secundũ Innoc. ibi), & quantum ad essentiam matrimonij, & quantum ad Ecclesiam: &, quòd ista sit mens Innoc. patet ibid. per eundem cap. tua nos: vbi manifestè docet, quòd ad valorem coniugalis contractus requiritur forma. i. (secundum glos. ibi) verba ad exprimendum consensum deputata. Quis modo tam inscius, vt formam rei neget esse necessariam ad consistere ipsius rei? Faciunt hæc etiam pro maiori intelligentia art. 2. Applica tu.

Expressio interioris cõsensus est oino necessaria ad &c.

¶ PROB. Quia patet ex terminis.

1m de maiori. Non transfert. ℞. Secundũ ꝙ est in potestate alterius: non aũt, sm ꝙ non est in ptãte alterius. §. Tunc &c. Nã puella non est in ptãte patris, &c. vt in tex.

¶ Not.

Concil. de matr. & filiorum.

¶ Not. Confirmatur doctrina responsi per Conc. Trid. sess. 24. de c. 1. de reform. dicens: eos sancta Synodus anathemate damnat, qui falsò affirmant; matrimonia à filijsfamilias sine consensu parentum contracta irrita esse; & parentes ea rata, vel irrita facere posse. Hęc ibi. vide de libert. ten. quæst. 43. art. 2. corp.

2^m^ de maiori.

Ita. R. Quãtum ad esse actũ nostrum de essẽtia vtriusque: nõ quantum ad esse sufficientẽ ꝑ effectu inducẽdo in vtroque. §. Tunc &c. Nam actus noster in pœnitentia quãuis, &c. vt in tex.

¶ Not. Quod benedictio sacerdotalis non requirat tanq̃ de essentia mãtrimonij, confirmat ꝑ Cõc. Trid. sess. 24. c. 1. de reform. vbi tractatis his, q̃ necessaria sunt ad mãtrimoniũ, subdit. Præterea eadẽ sancta Synodus hortat; vt coniuges, ante benedictionẽ sacerdotalẽ in templo suscipiendã, in eadem domo nõ cohabitent. Hæc ibi.

3^m^ illatio conclusionis. Ergo &c.

libera est, potest se in potestatem alterius absque consensu patris dare, sicut etiam potest aliquis, vel aliqua intrare religionem absque consensu parentum, cum sit persona libera.

Ad secvndvm dicendum, ꝗ actus noster in pœnitentia quamuis sit de essentia sacramenti, non est sufficiens ad inducẽdum proximum effectum, scilicet absolutionẽ à peccatis, & ideo oportet quod ad perfectionem sacramenti interueniat actus sacerdotis: sed in matrimonio actus nostri sunt causa sufficiens ad inducendum proximum effectum, qui est obligatio, quia quicumque est sui iuris, potest se alteri obligare: & ideo sacerdotis benedictio nõ requiritur in matrimonio, quasi de essentia sacramenti.

Ad tertivm dicendum, quòd

R. Negatur illatio §. Nam Ecclesia prohibet clandestina matrimonia, non quia nõ possint fieri (vt dictum est, i. stando ꝗ personę sint legitimæ ad sic contrahendum); sed quia indè multa mala, & speciatim tria, vt in textu eueniunt, vel etiam euenire possunt.

Illegitima tio persona rũ possibilis & laudabilis.

¶ Coroll. Debuit itaque ex hoc, quòd Ecclesia prohibet matrimonia clandestina, inferri disiunctiuè sic; ergo vel non possunt fieri in occulto, vel periculosè fiunt in occulto. Et tunc vltima pars tantum illatæ concl. concederetur. Quantum verò ad illud, quod de baptismo, tanquàm in simili argumentando tangitur: vide in princ. tex. responsalis.

¶ Not. Mala tot, in tex. vel dicta vel sapientibus subindicata, breuibus innuit, & per hoc D. Thom. doctrinam confirmat, Concil. Trid. sess. 24. c. 1. de reform. vt in appen. videbitur. & notandum, quòd tanto magis præmissa in hac litera confirmat; quãto propter illa mala omnino matrimonia clandestina tollit, inquantum inhabilitat personas ad sic contrahendum.

4^m^ de maiori. Quia Ecclesia prohibuit. R. Probibitione illegitimationis personarum: non, prohibitione contractus tantum §. Tunc nihil &c. Nam Ecclesia, licet clandestina matrimonia prohibuerit prohibitione contractus, inhibendo s. quòd matrimonia in occulto non contraherentur (vt arguitur): tamen nondum prohibuit illa prohibitione illegitimationis personarum.

¶ Coroll. Innuit ergo D Thomas per hoc respon. quòd Ecclesia potest illegitimare personas, ita quod matrimonium contrahere non possunt; & si contrahant vel absolutè, vel sic (iuxta formam prohibitionis suæ) nihil faciunt. Maius autem est illegitimare personas ad contrahendum absolutè cum talibus, i. cum attinentibus in gradu vsque ad quartum, quam illegitimare easdem tantum ad contrahendum sic. i. modo occulto: quoniam maius est tractare de re, quàm de modo. Per hoc ergo, ꝗ S. Thom. approbat, quòd Ecclesia illegitimauerit personas ad contrahendum absolutè, id est pro semper siue in occulto, siue in manifesto cum attinentibus vsque ad gradum quartum: multo magis approbat, quòd Ecclesia illegitimaret

ret personas ad contrahendum modo occulto (vt fecit in Concilio Trident. in appen. adducendo). Hinc aduerte, quod in responso loquitur S. Doctor pro tempore suo tantum, quando innuit, quòd prohibitio clandestinorum matrimoniorum nondum illegitimauit personas, sed solum contractum.

etiam prohibitum est, quod baptismum nullus accipiat nisi à sacerdote, nisi in articulo necessitatis: matrimonium autem non est sacramentum necessitatis, & ideo non est simi lis ratio. Prohibentur * autem clandestina matrimonia, propter pericula, quæ inde euenire solent, quia frequenter in talibus est aliqua fraus ex altera parte; frequenter etiam ad alia coniugia transeunt, * dum pœnitent de his, quæ subito facta sunt: & multa alia mala inde accidũt, & speciem turpitudinis præter hoc habent.

Ad qvartvm dicendum, ꝗ nõ sunt prohibita clandestina matrimonia quasi cõtra essentialia matrimonij existẽtia: sicut sunt prohibita matrimonia illegitimarum personarum, quæ sunt materia indebita huic sacramento, & ideo non est simile.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem internimas errorem aliquorũ (vt ex Conc. Trid. patebit) dicentium, ꝗ matrimonia in occulto facta nõ sunt valida. Intellige semper anteq̃ illegitimẽtur ꝑsonæ ab Ecclesia. Putabant siquidẽ illi errãtes (vt credi põt probabiliter); ꝗ cõsensum fieri in manifesto, esset de necessario requisitis ad matrimoniũ: ꝗ tamen est falsum, iuxta Cõcil. etiã Flor. & in Decr. de sacr. dicẽs: ꝗ sacrã trib. perficiuntur, videlicet materia, forma, & persona ad sacrũ concurrẽte & vestita intẽtione Ecclę. De hac intẽtione Ecclesiæ, vide q. 48. ar. 2. ad 3.

* In Decr. l. 4. tit 3. & in Decret. Causa 20. q. 5. c. aliter legitimum est. c. 1.

* Vt dicit Grat. Causa 30. q. 5. c. 11. in fi. Ambr. li. 1. de Abraham, c. 9.

2 Secundo habes: qũ per rationẽ ostendas errorẽ prædictũ meritò damnari ab Alex. III. de spõs. & matr. ex parte &c. Andr. iuẽm præstitit; ꝗ C. mulierem ab eo tempore pro coniuge teneret, & ei sicut vxori suæ fidẽ seruaret. Ipsa quoque eidẽ Andr. iurauit; se illum pro marito habituram, & fidem ei tanq̃ proprio viro seruaturam. Quo facto prænominatus Andr. reliquit eãdem. Mandamus: quatenus eundẽ Andr. vt (superinducta dimissa) ad vxorem suam redeat, & eam maritali affectione pertractet, monitione præmissa per ecclesiasticã censuram cogatis. Hæc ibi. vbi no. ly superinducta dimissa; ꝗ iste Andr. aliã in aperto vxorẽ superinduxerat, quisi ꝗ consensus in occulto cũ prima non causasset verũ matrimoniũ, cuius contrariũ ostendit Pontifex. Item à 32. q. 1. dixit item de dinor. ex literis. Item à Conc. Trid. sess. 24 c. 1. de refor. Tametsi dubitandem non est; clandestina matrimonia libero contrahentium consensu facta rata, & vera esse matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit; & proinde iure damnandi sunt illi, vt eos sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata esse negant: nihilominus S. Dei Ecclesia ex iustissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit. Hæc ibi. Et, ad plurima tollenda incommoda huiusmodi clandestinorũ matrimoniorũ, subdit: Cum sancta Synodus animaduertat; prohibitiones illas propter hominũ inobedientiam iam non prodesse; & grauia peccata perpendat, quæ ex eisdẽ clandestinis cõiugijs ortũ habent: præsertim verò eorum, qui in statu damnationis permanent, dum priore vxore, cum qua clam contraxerant relicta cũ alia palàm contrahunt; & cum ea in perpetuo adulterio viuunt; præcipit, vt in posterum anteq̃ matrimonium contrahatur, &c. Qui aliter, q̃ præsente parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi, seu ordinarij licentia, & duobus vel tribus testib. matrimoniũ contrahere attentabunt; eos sancta Synodus ad sic contrahendũ omnino inhabiles reddit: & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit, & annullat. Hæc ibi.

De mãtrimonij clãdestinis notabilissimade creta.

3 Tertiò habes; quomodo per rationẽ prædicta Patrum, pro quanto consensum in occulto factũ per verba de præsenti dicunt facere matrimonium, & intelligas, & probes, & defendas. 4 Quartò vides: quo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

## QVÆSTIO LXXVII. Aliàs 46.

*De consensu, cui aduenit iuramentum, vel copula carnalis, in duos articulos diuisa.*

DEinde considerandum est de consensu, cui aduenit iuramentum, vel copula carnalis.

Circa quod, quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro expresso, faciat matrimonium.

¶ Secundò, Vtrum copula carnalis eidem consensui adueniens faciat matrimonium.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro expresso, faciat matrimonium.*

AD primvm sic proceditur. Videtur, ꝗ iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro expresso, faciat matrimonium. Nullus enim potest se obligare, vt faciat contra ius diuinum: sed implere iuramentum est de iure diuino, vt

SVP. Q. LXXVII. Aliàs 46. Art. 1.

COncl. Verba de futuro, etiam si iuramentum adueniat, non faciunt matrimonium.

189

¶ Prob. Quia iusm confirmat tantum id, qđ in dictis significatur.; & in verbis de futuro ex sua significatione nõ significat matrimonium fieri, sed solũ promittit fiendũ (omnia patent).

Primum

**1^m de minori.** Iuramentum. ℞. Licitum: non autem illicitum. §. Tunc nihil &c. Nam licet sacramentum ante contractum secundum per verba de præsenti fuerit licitum, vt impleretur: tamen post illud contractū redditur illicitum, ita quòd non possit, neque debeat adimpleri (vt patet in textu).

**2^m de concl.^e** Videtur, ꝙ multò amplius id efficere possint verba de futuro iuramēto firmata. ℞. Si iuramentum mutaret significatum verborum: non, si firmaret tātum illud, cui adhibetur, §. Tunc nihil, &c. vt patet consideranti.

¶ NOT. Quando adhibetur iuramentum ad verba de futuro, nō intendunt per hoc iurantes facere, quòd verba sua de futuro sint verba de præsenti: sed tantum intendunt confirmare, quod prius dixerunt, per attestationem diuinam: & ita patet, ꝙ nec etiam, si ad intentionem iurantium recurratur, verba de futuro iuramento firmata faciūt matrimonium. De natura ergo iuramenti, & de intentione iurantis, apertè constat: quòd verba de futuro non causant coniugium.

Natura iuramenti.

**3^m de conclusione prima.** Standum est iuramēto. ℞. Secūdum quòd cadit super rem iuratam; non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam quando aliquis iurat per verba de futuro, tunc iuramento magis statur; quando cointelligitur id, super quod illud cadit, quàm si non cointelligatur. Vnde quādo iudicatur, secundùm quòd verba de futuro significant, etiam cum ijs adhibitum est iuramentum, tunc rectè de iuramento iudicatur. Alioquin, si ex eo quòd iurata sunt verba de futuro, vellemus interpretari verba ipsa fieri de præsenti: iam peruerteremus naturam iuramenti, & non eam seruaremus.

* Vt dictū est quæst. 43. art. 1.

**4^m minor.** Vltra spōsalia nō est nisi matrimoniū. ℞. Vel confirmatio spōsalium. §. Tunc &c. Qui. n. sponsalia iurat, confirmat ipsa: vnde non est necesse, ꝙ p hoc mřimoniū tunc faciat.

## A P P E N D I X.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas; rectè insinuatū fuisse à summis Pontificibus, quòd sponsalia de futuro iurata non faciunt matrimonium. Insinuatum est autem hoc à Papa Lucio III. ad Episcopum Rappalensem. Requisiuit à nobis tua fraternitas; qua censura debeat compelli mulier, q̄ nubere renuit, cui se nupturam interposito iuramento firmauit. Ad quod rñdemus: ꝙ, cum libera debeant esse matrimonia monenda est potius, q̄ cogenda. Hæc ille: de spons. & matrim. Nota, ly potius q̄ cogēda; qm̄, per hoc ostendit, quod suprà diximus. Nam si iurm tunc causaret matrimonium; nō tantum cogenda esset qualitercumque, sed etiā ecclesiastica censura: vt patet ibi à simili per Alexandrum III. c. ad audientiam, & c. ex parte. Item ab Innocen. III. ibid. sicut ex literis, &c. Respōdemus: ꝙ si tibi constiterit, quod idē Laurentius, per uerba de futuro, E. verò despōsauerit per verba de p̄senti (imposita ei pœnitentia cōpetenti, quia primā fidē irritā fecit) matrimoniū secundo contractū legitimum iudices, & ad illud seruandum compellas eundem. Hæc ibi. Vbi præmiserat Innocentius, quòd in desponsatione prima, s. P. mulieris, interuenerat iuramentum firmans sponsalia. Secundo habes: quomodo per rationem præmissa Pontificū, pro quanto iuramentum dicunt non facere, ꝙ sponsalia de futuro faciant matrimonium, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* Decr. lib. 4. tit. 1. ca. 31.

* lib. 4. sen. dist. 28.

2

3

patet Matthæi 5. Reddes autem Domino vota tua. ergo per nullam obligationem sequentem potest euenire, quod homo non debeat tenere iuramentum prius factum. Si ergo post consensum in aliquam per verba de futuro iuramento firmatum, aliquis alteri se obligat per verba de præsenti, videtur quod nihilominus debeat iuramentum primum seruare: sed hoc non esset nisi iuramento illo esset matrimonium illud perfectum. ergo iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro, facit matrimonium.

¶ Præterea. Veritas diuina fortior est, quàm veritas humana, sed per iuramentum veritate diuina firmatur aliquid; cum ergo verba exprimentia consensum de p̄senti, in quibus est sola veritas humana, matrimoniū perficiant, videtur quòd multo amplius id efficere possint verba de futuro iuramento firmata.

¶ 3 Præterea. Secundum Apostolum Hebr. 6. Omnis controuersiæ finis est iuramentum, ergo in iudicio saltem plus standum est iuramento, quàm simplici verbo: si ergo aliquis simplici verbo consentiat in aliquam per verba de præsenti, postquā consentit in aliquam cum iuramēto per verba de futuro, videtur quòd iudicio Ecclesiæ debeat cōpelli stare cum prima, & non cum secunda.

¶ 4 Præterea. Verba de futuro simpliciter prolata, faciunt sponsalia: sed iuramentum ibi aliquid * operatur, ergo facit plus quàm sponsalia, sed vltra sponsalia non est nisi matrimonium: ergo faciunt matrimonium.

SED CONTRA quod futurum est, non est: sed iuramentum additum non facit quin verba de futuro significent consensum de futuro. ergo adhuc matrimonium non est.

¶ Præterea, Post quam perfectum est matrimonium, non oportet quòd alius consensus interueniat * ad matrimonium, sed post iuramētum aduenit alius consensus, qui matrimonium facit, aliàs frustra iuraretur illud esse futurum. ergo non facit matrimonium.

RESPON. Dicendum est, quòd iuramentum adhibetur ad confirmationem dictorum, vnde illud tantum confirmat, quod in dictis significatur, nec significatum mutat; ideo cum verba de futuro ex ipsa sui significatione habeant, quod matrimonium non faciant; quia, quod futurum promittitur, nondum fit, etiam si iuramentum adueniat, nondum est matrimonium factum, sicut Magister in litera * dicit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd implere iuramentum est licitum, vnde si aliqua obligatio sequēs iuramentum, faciat illud illicitum, cum prius fuisset licitum nō derogat iuri diuino, qui iuramentum prius factum non seruat, & ita est in proposito, illicitè enim iurat, qui illicitè promittit, promissio autem de alieno est illicita: vnde consensus sequēs per verba de præsenti, quo quis trāsfert dominiū sui corporis in aliam, facit præcedens iuramentum esse illicitum, quod prius licitum erat.

AD SECVNDVM dicendū, quòd veritas diuina efficacissima est ad firmandum illud, cui adhibetur. Vnde patet solutio ad tertium.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ iuramentum aliquid operatur non nouam obligationem faciens, sed factam confirmans: & sic grauius peccat, qui eam violat.

Quar-

SVP. Q. LXXVII. Aliàs 46. Art. 2.

CONCL. 1. In rei veritate carnalis copula non habet, ꝙ perficiat matrimoniū, cuius sponsalia præcesserunt per verba de futuro; si cōsensus interior desit.

190

¶ NOT. Examen ly si cons. inter. desit. Scilicet, ad faciendum matrimonium tunc per illam actualem copulam.

¶ PROB. Quia verba de præsenti etiam consensum exprimētia non facerent matrimonium, si consensus deesset, q. 45. art. 4.

¶ CONCL. 2. Secundum iudicium Ecclesiæ carnalis copula consequens sponsalia matrimonium facere iudicatur: nisi aliqua signa expressè doli, vel fraudis appareant.

¶ EXAM. Ly iudicium ecclesiæ. Scilicet iuxta antiqua iura procedens. Nam iura noua, quæ post tēpora S. Doctoris aduenerunt, mutarunt iustissimis de causis antiqua

* Aug. epi 54. & est ad ad Maced. to. 2. & hī in Decret. Causa 14. q. 6. c. 1.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum carnalis copula post verba de futuro consensum exprimentia, faciat matrimonium.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ carnalis copula post verba de futuro consensum exprimentia, faciat matrimoniū, quia maius est consentire facto, quàm verbo, sed ille, qui carnaliter commiscetur, consentit promissioni, quā prius fecit. ergo videtur ꝙ multo magis per hoc fiat matrimonium, quàm si solis verbis de præsenti consensus fieret.

¶ 2 Præt. Consensus non solum expressus, sed etiam interpretatiuus facit matrimonium: sed nulla potest esse maior interpretatio consensus, quàm carnalis copula. ergo perficitur matrimonium per hoc.

¶ 3 Præterea. Omnis coniunctio carnalis præter matrimonium facta, est peccatum, sed mulier non videtur peccare admittens sponsum ad carnalem copulam. ergo per hoc fit matrimonium.

¶ 4 Præterea. * Non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum: sed aliquis non potest mulieri, quam de-

tiqua iura. itaque conclusio 2. præsens non est hodie vera (vt patet per Conc. Triden. suprà, q. 45. art. 5. allegatum, ibi, qui aliter quàm præsente parocho &c.) : sine præiudicio tamen S. Tho. iura priora sequentis. Vide q. 45. art. 5. appen.

¶ Ly secundum iudicium Ecclesiæ copula carnalis, &c. Hoc demonstrat : quia Nicolaus Papa, de quo primum argumentum factum in cõtrarium loquitur suam illam sententiam pronunciauit attẽdendo naturam matrimonij realem: & non iudiciũ Ecclesiæ secundum exteriora de matrimonio loquentis. Vnde prima concl. D. Thomæ est de mente Nicolai: secunda verò de mente iudicantium ea, quæ sunt in matrimonio exterius. Neque ergo Nicolaus istis contrariabitur, neque isti Nicolao, quamuis vterque diuersam conclus. proferat: quoniam loquuntur de eodem secundum diuersa, & non secundum idem.

Sensus Nicolai, & aliorum.

* 27. q. 2. c. sufficiat. idem hr in Decr. li. 4. tit. 4. & est de sponsa duorũ, c. 5. in c. tuas dudum.

*Vide Decre. dist. 27. 62.

¶ Prob. Quia Ecclesia in exteriori iudicio iudicat secundũ ea, quæ foris patent : & nihil expressius significare potest consensum, quàm carnalis copula.

¶ Exam. Ly nihil expressius significare, &c. Hoc intelligitur secundum ea, quæ foris patent; vel secundum rei probabilem apparentiã. Intellige hoc, si loquamur de consensu cadente super matrimonium; non super aliud. Vide ad primum.

* q. præcen. art. 4.

1^m^ maior. Maius est cõsentire facto, quàm verbo. ℞. Si consensus feratur super eodẽ. §. Alioquin maius est consentire verbo de præsenti, cum hoc facit matrimonium, quàm consentire facto ad intuitum alium, quàm matrimonij. Tunc nihil &c. Nam ille qui carnaliter commiscetur facto consentit in &c. vt in tex.

2^m^ de minori. Interpretatiuus. ℞. Non mutans rei veritatem: non aliter. §. Tunc nihil &c. Interpretatio enim consensus de præsenti facientis matrimoniũ potest esse, & est maior secundum quòd rei veritatem quàm carnalis copula: licet non videatur posse esse maior, secundum quòd de rebus iudicatur secundum exteriorem.

¶ Not. De hac interpretatione non mutante rei veritatem, habes declarationem suprà, q. 45. art. 1. ad secundum & tertium.

floruit sub specie matrimonii restituere ablatum, nisi eam cõiugio ducat: ergo videtur quòd si etiam post carnalem copulam cum alia contraxerit per verba de præsenti, quod teneatur ad primã redire: quod non esset nisi inter eos esset matrimonium. ergo carnalis copula post consensum de futuro facit matrimonium.

Sed contra est, quod dicit Nicolaus Papa, Si * consensus in nuptiis defuerit, etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur.

¶ Præt. Quod cõsequitur ad aliquid non facit ipsum, sed carnalis copula sequitur ipsum matrimonium, sicut effectus causam. ergo non potest facere matrimonium.

Resp. Dicendum, quòd de * matrimonio possumus loqui dupliciter, vno modo quantũ ad forum conscientiæ, & sic in rei veritate carnalis copula non habet quod perficiat matrimonium, cuius sponsalia præcesserunt per verba de futuro, si consensus interior desit, quia verba de præsenti etiã consensum exprimentia, si consensus mẽtalis deesset, non facerent matrimonium. Alio modo quantum ad iudicium Ecclesiæ, & quia in exteriori iudicio secundum ea, quæ foris patent iudicatur, cũ nihil possit expressius significare consensum, quàm carnalis copula secundum iudiciũ Ecclesiæ, carnalis copula cõsequens spõsalia matrimoniũ facere iudicatur, nisi aliqua signa expressè doli, vel fraudis appareant.

Ad primum ergo dicendum, quòd ille, qui carnaliter commiscetur, facto consentit in carnalem copulam, secundum rei veritatem; sed in matrimonium non consentit ex hoc ipso, nisi secundum interpretationem iuris.

Ad secundum dicendum, quòd interpretatio illa non mutat rei veritatem, sed iudicium, quod de rebus exterioribus fit.

Ad tertium dicendum, quòd si sponsa sponsum admittens, credat eum velle matrimonium cõsumare, excusatur à peccato, nisi aliqua signa expressa fraudis appareant: sicut si sunt multũ distantis conditionis, vel quantum ad nobilitatem, vel quantum ad fortunam, vel aliud signum euidens appareat; sed tamen sponsus peccat, & fornicando, & quòd plus est, fraude quam facit.

Ad quartum dicendum, quòd in tali casu sponsus antequàm aliam cognouerit, tenetur eam ducere in vxorem si sint æqualis conditionis, vel si sponsa sit melioris conditionis: sed si aliam duxerit, factus est iam impotens ad soluendum illud, ad quod tenebatur; & ideo sufficit si ei de nuptiis prouideat, & ad hoc etiam non tenetur, vt quidam dicunt, si sponsus sit multo melioris conditionis, aut aliquod signum fraudis euidens fuerit: quia præsumi probabiliter potest, quòd sponsa non fuerit decepta, sed decipi finxerit.

3^m^ de minori. Mulier. ℞. Credẽs probabiliter, secundũ conscientiam rectam sponsum velle cõsumare matrimonium : non aliter. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu. Nam peccatum ex parte sponsi in casu illo continget tantum.

4^m^ de maiori. Nisi eam coniugio ducat. ℞. Si decet, & potest fieri. §. Tunc nihil &c. In casu enim quo non deceat; vel non possit fieri, quod ille sponsus sponsam in matrimoniũ ducat, videtur excusatus; maximè si de nuptijs cũ alio ei prouideat : vt ex textu conijci potest.

## APPENDIX.

Ex art. habes primò, quomodo per rationem ostẽdas meritò insinuatum esse à Pontificib. & quòd carnalis copula subsequens sponsalia facit matrimonium, & quòd non facit. A Gregorio enim IX. in de sponsal. & matrim. dicitur. Is qui fidem dedit M. mulieri super matrimonio contrahendo, carnali copula subsequuta: &, si in facie Ecclesiæ ducat aliam, & cognoscat, ad primã redire tenetur; quia nec verum, nec aliquid censetur matrimoniũ, quod de facto est postmodum subsequutũ. Hæc ibi. A Nicolao autem insinuatum &c. vt in arg. 1. facto in contrarium, vide 27. q. 2. sufficiat. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Pontificum, pro quanto sponsalia transire & non transire in matrimonium sentiunt per carnalem copulam subsequutam, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

1 2 3

---

SVP. Q. LXXVIII. Aliàs 47. Art. 1.

Concl. Coactio mixta potest esse de consensu, qui est actus voluntatis, non autem pura.

¶ Coroll. Ergo ad literam applicãdo ad titulum respõde sic. Consensus voluntatis potest esse coactus coactione conditionata, nõ autem coactione absoluta.

¶ Exam. Ly mixta.i. cõditionata. Nam quia hæc facit voluntarium mixtum, ideo potest dici mixta.

¶ Ly pura.i. absoluta.

¶ Prob. primò: Quia proijciẽs merces in mare, ne pericitetur monstrat hoc esse verũ. Secunda aũt pars, scilicet non &c. probatur: Quia coactio absoluta nõ cadit super consensum interiorem, sed contra illum diuiditur.

# QVÆST. LXXVIII. Aliàs 47.

*De consensu coacto, in sex articulos diuisa.*

Deinde considerandum est de consensu coacto, & & conditionato.

Circa qd quęrunt̃ sex.

¶ Primò, Vtrum aliquis consensus possit esse coactus.

¶ Secundò, Vtrum aliqua coactio cadat in constantem virum.

¶ Tertiò, Vtrum consensus coactus faciat matrimonium.

¶ Quartò, Vtrum cõsensus coactus faciat matrimonium ex parte cogentis.

¶ Quintò, Vtrum consensus conditionatus, matrimonium faciat.

¶ Sextò, Vtrũ aliquis possit cogi à patre ad matrimoniũ contrahendũ.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum aliquis consensus possit esse coactus.*

Ad primum sic proceditur. Videtur, quòd nullus consensus possit esse coactus. Coactio.n. in libero arbitrio cadere non potest secundum aliquem statum eius: vt in 2. lib. dist. 25. dictũ est, * sed consensus est liberi arbitrii. ergo non potest esse coactus.

¶ 2 Præt. Violentia idem est, quod coactio; sed violentum secundùm Philos. * est, cuius principium est extra, nihil conferente vim passo : sed omnis consensus principium est intra. ergo nullus consensus potest esse coactus.

¶ 3 Præte. Omne peccatum consensu perficitur, sed illud, quo perficitur peccatum, cogi non potest : quia secundum Primum August.

191 S.Th. 4. di. 29. q. vnic. ar. 1. & seq. * S. Tho in 2. sent. dist. 25. q. 1. artic. 2. *li. 3. Ethi. c. 3. in medio.

1m de maiori. Coactio. ℞. Absoluta, non mixta. §. Tunc nihil &c. vt patet per conclus.

Côtra hęreticorum pessimã libertatem.

¶ Not. Habetur hic: quòd libero arbitrio non contrariatur quælibet coactio, seu necessitas, ad aliquid faciendum astringens (& hoc contra hæreticos: qui præ libertate arbitrij negant posse fieri præcepta à superiorib. erga subditos); sed tantum coactio, seu necessitas absoluta. Sed hæc non facit ad propositum hęreticorum palliãdum: vt patet in tex. allegante lib. 2. dist. 25. vide illam distin. & append. seq. maximè vbi meminit Concil. Trid. contra Lutherum.

2m ex Philosopho. Violentum. ℞. Simpliciter: non, conditionatum. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclus.

3m de minori. Cogi. ℞. Simpliciter: non, mixte. §. Tunc &c. vt ex conclus. patet.

*li. 4. Sent. dist. 19.

4m de maiori. Dominium. ℞. Simpliciter necessitans: non autem, mixtę. §. Tunc &c. vt patet per concl.

5m maior. Illud quod esse non potest, non potest aliquid impedire. ℞. Secũdum quod esse non potest: non autem ſm quod esse potest. §. Tunc &c. Nam consensus esse potest coactus, ſm quod ly coactus dĩ cõditionaliter: nõ secundum quod simpliciter.

6m de minori. Voluntas coacta. ℞. Coactione mixta: non autem, absoluta. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusione.

August. nullus peccat in eo, quod vitare non potest; cum ergo vis à Iuristis definiatur esse maioris rei impetus, qui repelli non potest, videtur quòd consensus nõ possit esse coactus, vel violentus.

¶ 4 Pręt. Dominium libertati opponitur, sed coactio ad dominium pertinet, vt patet in quadam Tullii definitione: dicit enim quòd vis est impetus dominantis, retinens rem intra terminos alienos. ergo vis in libero arbitrio non cadit, & ita nec in consensum qui est actus eius.

Sed contra. Illud, quod esse non potest, non potest aliquid impedire, sed coactio consensus impedit matrimonium, vt in litera * dicitur. ergo consensus cogi potest.

¶ Præt. In matrimonio est quidam contractus: sed in contractib. potest esse voluntas coacta: vnde legislator in integrũ restitutionem adiudicat, ratum non habens quod vi, metusve causa factũ est. ergo & in matrimonio potest esse consensus coactus.

Respon. Dicendum, quòd duplex est coactio, vel violentia, vna quę facit necessitatem absolutam, & tale violentum dicitur à Philosopho violentum simpliciter: vt cũ quis aliquem corporaliter impellit ad motum: alia, quę facit necessitatem conditionatam, & hanc vocat Philosophus * violẽtum mixtum, sicut cum quis proiicit merces in mare ne periclitetur: in isto violento quamuis hoc quod fit, non sit per se voluntarium, † & tamen consideratis circunstantiis hic, & nunc volũtarium est: & quia actus in particularibus sunt; ideo simpliciter voluntarium est, sed secundum quid inuoluntarium, vnde hæc violentia, vel coactio potest esse de consensu, qui est actus voluntatis; non autem pura: & quia hæc coactio fit ex hoc, quòd timetur aliquod periculum imminens, ideo ista vis idem est quòd metus, qui voluntatem cogit quodammodo, sed pura vis cadit, etiam in corporalibus actibus. Et quia legislator considerat nõ solum interiores actus, sed magis exteriores: ideo per vim intelligit coactionem simpliciter, propter quod vim contra metum diuidit: sed nunc agitur de cõsensu interiori, in quem non cadit coactio, seu vis, quæ à metu distinguitur: & ideo quantum ad propositũ pertinet: idem est coactio quod metus: est autem metus secundum Iurisperitos, instantis, vel futuri periculi causa, mentis trepidatio, & per hoc patet solutio ad obiecta: nã primæ rationes procedunt de coactione prima, secundæ de secunda.

*3. Ethic. c. 1.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccles. S.Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò à scripturis insinuatum esse, quòd consensus voluntatis potest esse coactus; quamuis sit, & remaneat liber. Insinuatum autem est hoc Gen. 2. Quacumque die comederis ex eo, morte morieris. ecce: quòd astringitur voluntas hominis tunc liberi facti, & astrictione quidem maxima; per comminationem mortis; tum animæ, tum corporis. Quòd autem liber factus esset homo, nemini dubium est. Monstratur ergo per hoc: quòd astrictio preceptorũ, quibus videlicet astringuntur subditorũ voluntates ad faciendum, vel omittendum aliquid, non tollit libertatẽ hominis; & consequenter, quòd nec consensum liberum. Coactionem verò, timorem, seu astrictionẽ, huiusmodi nõ excludere consensus libertatem, i. non facere, quòd consensus inde coactus, nõ sit liberę confirmatur ex Conc. Trid. per hoc, quòd declarat sess. 14. c. 4. contritionem ex gehennæ, & pœnarum metu conceptam esse liberam & voluntariã, non extortam & coactam. & can. 5. anathematizat dicentes, illum dolorem esse inutilem, coactum, & non liberum ac voluntariũ. vide suprà q. 1. ar. 1. & c. huiusmodi Concil. locum contra errores Lutheri adductum. Est. n. error Lutheri, quòd talis consensus sit non voluntarius, neque liber. Quẽ etiã Philos. damnat in corp. art. Item insinuatum Luc. 14. Compelle intrare. Manifestum est enim quòd illi, qui intrabant, voluntariè intrabant (neminem. n. Deus cogit ad iustitiã, secundum Damasc. Coactione s. pura) & consequenter, quòd compulsio hæc erat mixta, non excludens voluntarium consensum. Item insinuatũ ab Apost. 1. Cor. 15. Deinde tanquàm abortiuo, visus est & mihi, vbi secundùm D. Thomam sumitur ly abortiuo non tantũ pro fętu, qui extra tempus nascitur, & qui ad mẽsuram aliorum non peruenit; sed etiã pro fętu illo, qui cũ violentia extrahitur. In cuius signum dicit Aug. volens ipsum Paulum tanquam abortiuũ ostendere; quòd alij Apostoli voluntarie venerunt ad Christum, Paulus verò coactus. Intellige ly voluntarie, i. sine quacũq; coactione timorosa; & ly coactus, i. coactione mixta. Quam coactionẽ expressit & ipse Christus Act. 9. Dominus: Durum est contra stimulũ calcitrare. Per quod ostendit: ipsum Paulum esse abortiuum, i. per violentiã quandam à se vtero matris Synagogæ eductum. Vide supra nunc Conc. Trid. Secundo habes quomodo per rationem prędicta scripturarum, pro quanto aliquem consensum voluntarium innuunt, posse esse simul, atque coactum, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. LXXVIII. Aliàs 47. Art. 11.

Conc. 1. Constans ad minus malũ sustinẽdum cogitur metu maioris mali: nõ autem cogĩ ad maius malum, vt vitet minus malum.

192

¶ Exam. Ly cogĩ ad sustinendũ minus malũ, s. coactione non excludente meritum, si est in gratia; vel bonũ morale tantũ, si extra gratiam. Illa. n. coactio laudabilis est: & sic coactus alio vocabulo dicĩ, facere de necessitate virtutem, q. 13. ar. 2. ad 2. & q. 15. ar. 2. ad primũ. Exemplum de martyribus sanctis.

*li. 3. Ethi. c. 6.

¶ Prob. Quia constans sequitur rationem rectam; per quam scit, quid pro quo dimittendum sit, vel faciendum: & semper minus malũ, vel maius bonum, eligendum est.

¶ Exam. Ly minus malum eligendũ, s. electione quadam comparatiua. Hoc dixerim; quia malum, vt malum, nunquam est eligibile: sed semper fugibile. Quod autẽ eligatur, est; quia in cõparatione ad aliqđ maius malum æstimatur à recta ratione minus bonũ pro aliquo bono; eo videlicet sensu, quo melius est non manducare carnem,

## ARTICVLVS II.

*Vtrum aliqua coactio cadat in constantem virum.*

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd coactus metus non cadat in constantem virum: Quia de ratione constantis est, quod non trepidet in periculis: cum ergo metus sit trepidatio mentis ratione periculi imminentis, videtur quòd non cogatur metu.

¶ 2 Præterea. Omnium terribilium finis est mors, secundum Philosophũ in 3. Ethic. * quasi perfectissimũ inter terribilia, sed constantes non coguntur morte, quia fortis etiam pericula mortis sustinet. ergo nullus metus cadit in constantem virum.

¶ 3 Præt. Inter alia pericula, præcipuè à bonis timetur periculũ famæ: sed timor infamię non reputatur timor cadens in constantẽ virum, quia vt dicit lex, timor infamiæ non continetur illo edicto, quod metus causa factũ est. ergo nec aliquis alius metus cadit in constantem virum.

¶ 4 Præterea. Metus in eo qui metu cogitur, peccatum relinquit: quia facit eum promittere, quòd non vult soluere, & sic facit eum mentiri: sed non est cõstantis aliquod peccatum etiam minimum pro aliquo timore facere. ergo nullus metus cadit in constantem virum.

Sed contra. Abrahã, & Isaac

carnem, aut non bibere vinum in æternum, vel etiã suspensa mola asinaria in collo aliquem demergi in profundum maris, quàm fratrem suum scandalizare, Rom. 14. & 1. Cor. 8. Matt. 18.

¶ Concl. 2. Inconstans cogitur ad maius malum propter metum minoris mali.

¶ Coroll. Hinc ergo patet: quòd inconstans non sumitur hic secundum quod communiter dicitur ille inconstans, qui in proposito non manet; sed modò vult, modò nõ vult. Verum sumitur pro eo, qui non sequitur rationem rectam in eligendo fugam malorum. Vide in ad primum, etiam hoc esse de mente Philosophi.

* Id habetur in Decret. lib. 4. tit. 1. c. 28. & ca. 15.

¶ Prob. Quia inconstans non sequitur rationem rectam; per quã sciat, quid pro quo dimittendum sit, vel faciendum.

¶ Concl. 3. Pertinax non potest cogi, etiam ad minus malum sustinendum, vel faciendum; vt euitet maius malum.

* Quis dicatur metus cadẽs in virũ cõstantẽ, vide l. qui in aliena. §. 6. ff. de acq. hæred.

¶ Exam. Ly sustinendum, vel faciendum, s. voluntariè saltem per consensum mixtum.

¶ Coroll. Ergo pertinax non sequitur rationem rectam, cum ipso constanti, nec tamen est inconstans, (vt dicetur). Licet autem magis assimuletur cõstanti in voluntate sua, tamen reuera constans nõ est: quoniã voluntas cõstantis rationem rectam sequitur: voluntas autem pertinacis sequitur rationem erranté & peruersam. Ergo (vt in tex. dicitur) constans est medius inter inconstantem & pertinacem.

Constans, incõstans, pertinax.

constantes fuerunt: sed in eis cecidit metus; quia ratione metus dixerunt vxores suas sibi esse sorores. ergo metus potest cadere in cõstantem virũ.

¶ Præt. Vbicumque est violentum * mixtum, est aliquis metus cogens: sed aliquis quantumcũque constans potest pati tale violentum, quia si sit in mari, merces proiiciet tempore naufragij. ergo metus potest cadere in constantem virum.

Respon. Dicendum, quòd cadere metum in constantem, & metu cogi sumitur multipliciter; cogitur autem aliquis metu, quando aliquid facit quod aliàs non vellet ad euitandum id, quod timet; in * hoc autem constans ab inconstanti distinguitur, quantum ad duo. Primo, quantum ad qualitatem periculi, quod timetur, quia constans sequitur rationem rectam, per quam scit quid pro quo dimittẽdum sit, vel faciendum: semper autem minus malum, vel maius bonum eligendum est: & ideo constans ad minus malum sustinendum cogitur metu maioris mali; non autem cogitur ad maius malum, vt vitet minus malum, sed inconstans cogitur ad maius malum, propter metum minoris mali, scilicet ad peccatum propter metum corporalis pœnæ: sed pertinax econtra, non potest cogi ad minus malum sustinendum, vel faciendum, vt euitet maius malum, vnde constans est medius inter inconstantem, & pertinacem. Secundo differunt quantum ad æstimationem periculi imminentis, quia fortis non nisi ex forti æstimatione, & probabili cogitur, sed inconstans ex Leui. Prouerb. 27. Fugit impius nemine persequente.

Ad primum ergo dicendum, quòd constans, sicut & de forti dicit Philosophus, * est intrepidus, non quod omnino non timeat, sed quia non timet, quę non oportet, vel nisi quando oportet.

Ad secundum dicendum, quòd peccata sunt maxima maiorum, & ideo ad hæc nullo modo potest homo constans cogi, immo magis debet homo mori, quàm talia sustinere, vt etiam Philosophus 3. Ethicorum dicit. Sed quædam damna corporalia sunt minora quibusdã aliis, inter quæ sunt pręcipua, quę ad personam pertinent, sicut mors, verbera, dehonestatio per stuprum, & seruitus, & ideo ex istis constans cogitur ad alia damna corporalia, & hæc continentur hoc versu.

*Stupri, siue status, verberis, atque necis.*

Nec differt, vtrum hæc pertineant ad personam propriam vxoris, vel filiorum, vel aliorum huiusmodi.

Ad tertium dicendum, quòd infamia quamuis sit maius damnũ, tamen ei de facili occurri potest, & ideo non reputatur cadere in constantem virum metus infamię secundum iura.

Et quia nullus amat errorem, vt sic; ideo pertinax (vt diximus) illos errores pro veritate habet. & quia reuera non sunt veritas, nisi secundum quòd à propria sententia pertinacis dependent: ideo est resolutè dicendum, quòd pertinax non refugit mortem, quia nimis amat propriã sententiam: hoc est, quia nimis complacet sibi in suis fantasijs. Et quia fantasijs ipsis eligit inhærere magis, quàm fugere mortem: ideo inquit tex. quòd non pôt cogi ad minus malum, vt euitet maius, i. per hanc viam, (cõminando s. illi maius malum) non pôt induci ad minus malum sustinendum, i. ad frangendum propriã voluntatẽ, quatenus præcise frangere illam pœna est. Hoc.n. vt sic facilius est secundum se.

*li. 6. Ethi. c. 6.

¶ Prob. Quia pertinax est vnũ extremum ad inconstantem, tanquàm ad alterum extremum; & ad constantem, tanquàm ad medium.

1m de antecedente. Non trepidet. R. Ad non timenda: non autẽ ad rationabiliter timenda. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclus. 1. & in tex. præsenti.

¶ Coroll. Non ergo damnandi sunt, nec etiã secũdùm Philos. qui timent, quæ oportet timere, & quãdo oportet: & cõsequenter, nec Christi fuga in Aegyptũ, nec Chrysost. Athan. & similium Sanctorũ in varias regiones: sed illi, qui trepidauerũt, & trepidant vbi non est, nec erat timor. Psal. 13. Ergo non mirum: si Apostolus de sanctis dicit: nolumus expoliari. 2. Cor. 5.

Timor laudabilis, & vituperabilis, etiã per Philos.

Inquantum enim pertinax sequitur rationem errantem, assimilatur inconstanti: inquantum vero voluntati propriæ firmiter adhæret, assimilatur constanti: & consequenter constans in medio vtriusque remanet.

¶ Not. Aduerte: quòd pertinax (vt ex concl. colligitur) eligit consistere in malo maiori, quod & eligit inconstans: sed non mouetur ad hanc electionem à metu minoris mali, quod facit inconstans: quoniam pertinax ipse non refugit hoc minus malum, vt facit inconstãs. Quid ergo mouet pertinacem ad firmiter consistendum in maiori malo? Complacentia propriæ voluntatis. Ex hac etiam totum malum oritur, quoniam ab ista sui complacẽtia absorptus animus, atq; cęcatus æstimat errorem suæ rationis esse veritatem, ad tantumq; malum res progreditur, vt non solum errorem suum dicat pro certo esse veritatem, sed & veritatem infallibilem ac inuictissimam. Nec hic ruina sistit: sed in huius suæ æstimatæ veritatis comparatione omnia alia, si contraria sint, dicit errores, & sanè maximos; si autem non contraria sint, dicit esse minus perspicaciter dicta. Adeo quod pertinax propriè in sui comparatione quantumlibet doctos, quantumcumque sanctos, quantumuis omni exceptione maiores, paruipendit, & floccifacit, quòd nihilo ducit. Hæc omnia ex sui illa pessima complacentia causantur. De his omnibus exemplum videre datur in hæreticis, hæresiarchis maximè, speciatim in Caluino suprà q. 9. art. 4. append. & in Aetio quodam Syro, qui præ sui complacentia in hanc tandem superbissimam prorupit vocem, scilicet quæ Deus hactenus Apostolos celasset, sibi reuelata fuisse, vide Augustinum lib. de hær. & hist. tripar. lib. 5. c. 42.

Malũ præ alijs grande ptinax elit.

Complacẽtia proprię volũtatis, vt volũtas est multorum radix, causaq́, malorum.

¶ Exam. Ly vt euitet maius malũ. Puta mortẽ corporalem. Ergo pertinax, & constans, conueniunt in hoc, quòd neuter illorũ fugit mortem: sed disconueniunt in hoc alio, quòd pertinax non refugit mortẽ, quia nimis amat errores à se apprehẽsos, & ipsos tueri intẽdit testimonio mortis suæ: constans autem propter hoc non refugit illam, quia amat veritatẽ, ipsamq; testamento mortis suæ tueri intendit.

Et

Ad

2m de minori. Non coguntur. R. Ad maiora mala facienda, quàm sit mors corporalis; non ad minora. §. Tunc nihil &c. vt patet in tex.

¶ Coroll. Ergo cum Philos. in 3. Ethic. dicat verumque, s. quod omnium terribilium finis est mors, & quòd homo debet magis mori, quàm peccata sustinere, i. quàm peccare: patet, quod secundum illum etiam, glossanda est illa maior argumenti sic. Omnium terribilium maximum (dempto peccato) est mors.

Peccare est peius, etiam sm Philos. q̃ mori.

3m illatio conclusionis. Ergo nec &c. R. Negatur illatio. §. Nam infamia quis valde teneatur à bonis, id est quamuis valde refugiant illam: tamen metus eius non computatur secundum iura inter metus cadentes in virum constantem propter rationem allatam in textu.

¶ Exam. Ly ei de facili occurri potest, s. comparatiuè ad illa quatuor cadentia in virum constantem: non absolute. Nam aut infamatur quis vere, aut falsè, id est diffamando de illo quæ fecit, vel quæ non fecit. Et rursus. Aut apud malignos hæc infamia eius est; aut apud alios. Si verè fecit ea de quibus infamatur, toleret patienter, & emendet, & quia duo hæc sunt in ipso (coadiuuante Deo, qui semper præsto est); ideo dicit tex. quòd infamiæ tali de facili occurri potest. Sin autem falsò infamatur, & apud malignos; per patientiam adhuc occurrat ei. Nam si voluerit, se iuxta veritatem excusare, non poterit malignos compescere: quoniam nullum adeò bonum est, quod malitia humana peruertere non possit, atque laboret, dummodo malitia propriè sit, 3. p. q. 3. art. 8. ad primum. Melius ergo per patientiam occurret malignis, quàm per rationes. Si verò infamatur apud alios, qui maligni non sunt: potest rationibus adductis suam innocentiam tranquillitatem quidam animi illis exponere; eosque de facili à tali falsa infamatione, sic procedendo, remouebit. Hæc omnia insinuauit tex. per ly ei de facili occurri potest: & ob hæc eadem, infamiam non cõputarunt iura inter metus quatuor prædictos in ad secundum.

Quomodo defendenda sit fama.

4^m de maiori. Qui metu. R. Inordinato: non autem, ordinato. §. Tunc nihil &c. Nam cõstans non mouetur metu inordinato ad faciendum aliquid: vt patet ex dictis.

¶ Exam. Ly sed cum postea vult petere restitutionem. Hoc est, si postea vellet petere restitutionem, cogeretur ad mentiendum, id est non posset eam petere, nisi mentiretur, faciendo s. contra id, quod promiserat prius. Verbi gratia. Incidit cõstans in latrones, qui petunt ab eo pecuniam, volentes etiam sibi promitti, quòd nunquam repostulabit pecuniam, hanc à seipsis. Constans iste & dat pecuniam, & promittit animo veraci: vnde patet, quòd non mentitur, neque cogitur ad mentiendum: quoniam aliud est cogi ad dandum pecuniam, & cogi ad promittendum, & aliud est cogi ad mentiendum. Adde: quòd nec latrones cogunt, immo nec vellent ipsum mentiri, sed animo libero promittere; nec constans intendit mendacium. Si verò postmodum, elapso periculo, constans iste vellet postulare pecuniam sibi restituendam à latronibus; tunc proculdubio non posset hoc facere absque mendacio, & desineret esse constans, quoniam non seruaret promissum. Et sic intendit tex.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ constans nõ cogitur ad mentiendũ, quia tunc vult dare, sed cum postea vult petere restitutionem, vel saltem iudici denunciare, si se promisit non

Obligatio ad denunciandum quanta.

¶ Not. Circa denunciationem nota diligenter, quæ dicit tex. fin. Hinc.n. tibi manifestum fiet; ꝙ in tantum quis obligatus est ad denunciandum ea, quæ sunt contra rempublicam & bonũ iustitię: vt nec etiam propter pœnam mortis corporalis debeat quis, vel possit sine peccato promittere contrarium, i. se non denunciaturum: quoniam contra iustitiã faceret. Et ideo dicitur in tex. ꝙ ille constans cogeretur quidem ad dandum, s. pecuniam, & ad promittendum, non petere restitutionem: sed non posset cogi, remanendo constans, ad promittendum se non denunciaturum, huiusmodi insultus latronum contra bonum iustitiæ existentes.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas recte insinuatum ab Innocentio III. quòd aliquis metus cadit in constantem virum. Insinuatum autem est sic. Cum dilectus filius, &c. Non obstante violẽtia, quę proponebatur illata; cum neque metum mortis, neque cruciatum corporis contineret; & ideo non debuerat cadere in constantes: super restitutione petita silentium eis duximus sententialiter imponendum. Hæc ille, de his quæ vi, metusve cau. si. Præsupponit ergo manifestè Innocentius, quòd aliquis metus possit cadere in virum constantem, & exprimit metum mortis, & cruciatum corporis esse huiusmodi. Vbi per metum mortis, etiam verbera intelligere possumus; sicut & per cruciatum corporis stuprum, cum cruciatus honoris sit maior. Id quod expressit, ff. l. neque timorem, in tit. eod. Idem insinuauit Innocent. ibi, Ad audientiam nostram, &c. Si constiterit vobis per talem metum fuisse coactum, qui potuerit & debuerit cadere in virum constantem, præfatam ecclesiam ei restitui faciatis. Hęc ille. Ad hunc locum facient & dicenda in append. artic. sequen. vbi de isto metu tractabitur. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta, pro quanto metum aliquem innuunt cadere posse in virum constantem, & intelligas, & probes, & tueatis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

petiturum restitutionem: non potest autem promittere se non denunciaturum, quia cum hoc sit contra bonum iustitiæ, ad hoc cogi non potest, vt s. contra iustitiam faciat.

---

SVP. Q. LXXVIII. Aliàs 47. Art. III.

193 Cõc. Trid. sess. 24. de refor. mat. c. 9.

Concl. Coactione cadente in virum constantem factus consensus tollit matrimonium: & non alia.

¶ Prob. Quia metus cadens in constantem virum repugnat perpetuitati (cum restitutio repeti possit in integrũ) & matrimonii vinculũ est perpetuum. Secunda autem pars, scilicet & non &c. præsupponitur clara secũdum iura (vide app: & extrà, de spons. & matr. & de despon. impub.)

* li. 3. Eth. cap. 1. non remotè à princ.

In Decre. lib. 4. tit. 1. c. cum locum nõ habeat.

¶ Exam. Ly constantem virum, i. virtuosum virũ, qui sit mensura in omnibus operib. humanis. hæc. n. est eius diffinitio 3. Ethic. Dicitur autem mẽsura, eo ꝙ ad ipsam tanquam exemplar inspicere debent, qui volunt se dirigere, vel alios in operib. humanis: sicuti artifices ad regulam, quam sibi statuerunt filio quodã dirigunt artificia sua (vt patet de ædificantibus, nè ædificium distortum in aliquam partem faciant.

¶ Ly potest repeti restitutio in integrũ. Hoc est. Si aliquis metu mortis astrictus monasteriũ ingrediatur, nisi postmodum libera voluntate consentiat, potest reclamare pro exitu, & nubere, prout poterat prius, antequàm ingrederetur illud. De quo casu habes ab Alex. III. de his quæ vi, met. cau. fi. c. Perlatum. Et si quis metu cruciatuum corporis daret cẽtũ aureos alicui, cui aliàs nõ teneret, põt non tantũ octoginta, sed & omnes centum ab eodẽ repetere in iudicio, & audietur.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrum consensus coactus tollat matrimonium.*

Ad tertivm sic proceditur. Videtur, ꝙ consensus coactus non tollat matrimoniũ, quia sicut ad matrimonium requiritur cõsensus, ita ad baptismum requiritur intẽtio: sed coactus timore ad recipiendum baptismum recipit sacramẽtum. ergo coactus ad cõsentiendum aliquo timore, matrimonio obligatur.

¶ 2 Prę. Violentum mixtum, secundum Philos.* plus habet de voluntario, quàm non voluntario, sed nõ potest aliter consensus esse coactus nisi per violentum mixtum. ergo non omnino excluditur voluntarium, & ita adhuc est matrimonium.

¶ 3 Præt. Ei, qui consentit in matrimonium coactus, cõsulendum videtur, ꝙ in matrimonio illo stet, quia speciem mali habet promittere, & non soluere, à quo Apost. vult nos abstinere: hoc autem non esset, si consensus coactus omnino matrimonium tolleret: ergo &c.

Sed contra est, quod Decr. dicit, Cum consensus locum non habet, vbi metus vel coactio intercidit, necesse est, vt vbi communis consensus requiritur, coactionis materia repellatur: sed in matrimonio requiritur communis consensus: ergo &c.

¶ Præterea. Matrimonium significat coniunctioné Christi ad Ecclesiam, quæ fit secundum libertatem amoris. ergo non potest fieri per consensum coactum.

Resp. Dicendum, ꝙ vinculum matrimonii est perpetuum; vnde illud, quod perpetuitati repugnat, matrimonium tollit, metus autem, qui cadit in constantem virũ perpetuitatem contractus tollit, quia potest repeti restitutio in integrum, & ideo hæc coactio tollit matrimonium, & non alia: constans autem vir iudicatur virtuosus, qui est mẽsura in omnib. operibus humanis, vt Philos. dicit in 3. Ethic.* quidam autẽ dicunt, ꝙ si adsit consensus interior, quamuis coactus, est matrimonium quantum ad Deum, sed non quantum ad statum Ecclesiæ, quæ præsumit ibi non fuisse consensum interiorẽ propter metum: sed hoc nihil est, quia Ecclesia non debet præsumere de aliquo peccatum, quousque non probetur, peccauit autem si dixit se consentire, & non consensit: vnde Ecclesia præsumit eum consensisse sed iudicat consensum illum extortũ non esse sufficientem ad faciendum matrimonium.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ intentio non est causa efficiens sacramenti in baptismo, sed solum eliciens actionem agentis: sed consensus est causa efficiẽs in matrimonio, & ideo non est simile.

Ad secvndvm dicendũ, ꝙ ad matrimoniũ non sufficit quodcũque voluntariũ, sed voluntariũ complete: quia debet esse perpetuũ, & ideo per volitum mixtum impeditur.

Ad tertivm dicendum, ꝙ non semper debet induci ad hoc qd, in matrimonio illo stet, sed solũ quando timetur periculum de dissolutione: aliàs autem non peccat: quia non soluere promissa, quæ nolens facit, non est species mali.

* lib. 3. c. 4. non longè à fine.

¶ Not. Quòd Ecclesia nõ debeat præsumere de aliquo peccatum, antequàm probetur: vide supra q. 45. art. 4. ad secundum. Nam ibi confirmatur, & declaratur, vt regula iuris.

1^m de maiori.

Ita. R. Quantum ad requisitionem consensus, & intẽtionis: non, quantum ad completam libertatem vtriusque. §. Tunc nihil &cæt. Nam intentio non est causa efficiens, vt in textu. Potest ergo intentio, etiam coacta mixte, sufficere ad baptismi receptionem: cum tamen libertas completa in consensu solum sufficiat ad matrimonium.

¶ Coroll. Ergo plus requiritur ad efficere, ꝙ ad recipere. Nã hic sufficit non ponere obicem, de baptis. & eius eff. Maiores. ibi autem non.

2^m de concl.^e

Et ita adhuc est matrimonium. R. Nisi matrimonium esset vinculum perpetuum. §. Tunc &c. vt patet in textu.

3^m de maiori.

Consulendũ. R. Quandoque:

doque: non, semper. §. Tunc &c. Nam si consensus coactus coactione cadente in constantem virũ non impediret matrimonium: tunc semper consulendum esset illud ei, &c. vt in maiori propo. dicitur.

¶ EXAM. Ly quando timetur periculũ de dissolutione. Hoc est. Quando si dissolueretur apud Ecclesiã. i. dissolutũ pronunciaretur illud matrimonium, timeretur de periculo, puta vel magni scãdali, vel magnæ discordiæ, vel belli, vel alicuius similium. Et hic est ille casus; ad quem significandũ fuit in respons. formali dictum ly quandoque. Ob hoc tamen, quòd in casu illo consulendum esset, &c. vt in maiori propos. non sequitur ad hoc; quòd consensus coactus ille faciat matrimonium: sed sequitur, quòd ratione scandali, ille qui prius coactitie dedit consensum, deberet renouare illum liberè, vt fieret matrimonium.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX art. habes primò, quomodo per rationẽ ostendas: meritò insinuatũ fuisse ab Alex. III. ꝙ consensu per metum cadentem in constantem virũ non facit matrimonium. & hoc, quãdo ait; Veniẽs ad nos &c Si inueneris, ꝙ primã post fidem præstitam cognouerit; ipsum cum ea facias remanere. Alioquin secundæ, nisi metu coactus, qui posset in virum constantem cadere eam desponsauerit, adhærere facias vt vxori. Hæc ille, de spons. & matr. itẽ ab Hono. III. ibid Consultationi, &c. illis, quæ benedictione accepta, mox à sponsis aufugiunt ante carnis copulam subsecutam asserentes, se nunquam in illos veraciter consensisse, sed metu illato compulsas verba contulisse consensus: licet animo dissentirent, non statim est audientia deneganda: sed de illato metu est diligentius inquirendum. Et, si talis metus inueniatur illatus, qui potuit cadere in constantẽ virum, erunt non immeritò audiendæ. Hæc ibi. Item meritò insinuatum ab eo. Alex. III. ibi, quòd non omnis violentia, seu coactio, impedit matrimonium: & sic De muliere, quæ est inuita tradita viro, & detenta, cum inter vim & vim sit differentia, vtrum postea consensus intercesserit: certum nobis nihil postea expressisti, nihil certum inde tibi possumus respondere. Hæc ibi. Ecce, ꝙ consensus per metũ alium, à cadente in virum constantem non sic impedit matrimonium, sicut ipse cadens. Alioquin Alexander non faceret differentiam inter vim, & vim; sed responderet de isto alio metu, sicut de cadente in constantem responderat, in c. veniens ad nos. Secundò habes: quomodo per rationẽ prædicta Pontificum, pro quanto consensum per metum cadentem in virum constantem non facere matrimonium; aliumq́ue facere innuunt, & intelligas, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. LXXVIII. Aliàs 47. Art. IIII.

CONCL. Quicquid impedit matrimonium in vno, impedit ipsum in altero.

¶ PROB primò: Quia matrimonium est relatio quædam mutua. Secundò, quia non potest esse, quòd aliquis sit vir nõ vxoris, vel aliqua sit vxor nõ habens virum.

¶ EXAM. Ly non potest innasci relatio in uno &c. Hoc fundatur in diffinitione relatiui. Huius enim natura est, esse ad aliud: non posset autem vnum esse ad aliud, ita quod aliud denominaret ipsum, nisi & illud reciproce (etsi non semper eadem relatione reali) diceretur ad ipsum.

1m minor. Spiritualis coniunctio, quæ est per charitatem, potest esse ad eum, qui non habet charitatem. ℞. Si per ly coniunctio intelligatur amor; non autem propriè coniunctio, id est vnio amantium. §. Tunc nihil &c. Nam matrimonium est propriè coniunctio duorum se inuicem amantium: non autem impropriè, id est non vnius tantum amantis alterum.

2m de maiori. Si illa, quæ fuit coacta postmodum consentiat. ℞. Et consensus alterius præcedẽs perseueret adhuc. §. Tunc &c. Nam si adhuc, ille præcedens perseuerabit, quando illius coactæ consensus nouus liberè fiet, tunc erit matrimonium ex parte vtriusque: non aliter.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum consensus coactus ex parte cogentis faciat matrimonium.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ consensus coactus saltem ex parte cogentis faciat matrimonium, quia matrimoniũ est signũ spiritualis coniunctionis, sed spiritualis coniunctio, quæ est per charitatem, potest esse ad eum qui non habet charitatem. ergo matrimonium est ad eum, qui non vult.

¶ 2 Præte. Si illa, quæ fuit coacta, postmodum consentiat, erit matrimonium verum: sed iste, qui coegit primo ex consensu illius, non ligatur. ergo ex primo consensu ligabatur matrimonio.

SED CONTRA. Matrimoniũ est relatio æquiparãtiæ: sed talis relatio æqualiter est in vtroque. ergo si sit impedimentũ ex parte vnius, nõ erit matrimonium ex parte alterius.

RESP. Dicendum, ꝙ cum matrimonium sit quædam relatio, & non possit innasci relatio in vno extremorum sine hoc, quòd fiat in alio, ideo quicquid impedit matrimonium in vno, impedit ipsum in altero, quia non potest esse, ꝙ aliquis sit vir non vxoris, vel aliqua sit vxor nõ habens virũ, sicut mater non habens filium, & ideo dicitur communiter, quòd matrimonium non claudicat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis actus amantis possit transire in non amantem, tamẽ vnio inter eos non potest esse, nisi sit mutua amatio, & ideo dicit Philosophus 8. Ethic. quòd ad amicitiam, quæ in quadam vnione consistit, requiritur redamatio.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ex consensu libero illius, qui prius coactus est, non fit matrimonium, nisi inquantum cõsensus præcedens in altero, adhuc manet in suo vigore, vnde si dissentiret, non fieret matrimonium.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX art. habes primò: quomodo per rationem ostẽdas meritò esse insinuatũ à Nicolao Papa, ꝙ matrimonium claudicare nõ debet. Insinuatũ autem est hoc 30. q. 2. vbi nõ est consensus vtriusque, ibi nõ est coniugiũ. Hæc ille. Item à Conc. Trid. vt annot. est de ly mutuo suprà, q. 45. art. 1. app. vide ibi. connotando ꝙ mutuum vtrimque dr; ꝙ vtrãq; partem cõcurrere ad aliquid significat. Ad has autẽ difficultates à præcedentib. ar. tactas remouẽdas Conc. Trid. sess. 24. c. 19. de refor. statuit libertatẽ mrimonij nullo modo impediẽdã esse ab aliquo, & sic. Ita plerúque tẽporaliũ dñorum mẽtis oculos terrent affectus excęcant; vt viros & mulieres mins, & pęnis adigant cũ ijs matrimoniũ inuitos cõtrahere; quos ipsi dñi illis præscripserint. Quare, cum maximi nefariũ sit matrimonij libertatẽ violare, & ab eis iniurias nasci, à quibus iure expectãtur; præcipit sancta Synodus omnib. cuiuscũq; gradus, dignitatis, & cõditionis existant sub anathematis pęna, quam ipso facto incurrãt: nẽ quouis modo directè, vel indirectè subditos suos, vel quoscũque alios cogant, quo minus liberè matrimonia contrahant. Hæc ibi. Secundo habes: quomodo per rationẽ prædicta Patrum, pro quanto matrimonium non debere claudicare insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

AP-

---

SVP. Q. LXXVIII. Aliàs 47. Art. V.

CONCL. 1. Si conditio apposita sit de præsenti, & nõ contraria matrimonio (sit honesta, siue non honesta) stat matrimonium stante conditione, & ea non stante, non stat.

¶ PROB. Quia patet.

¶ NOT. Ideo patere iure præsupponit, quia cõditio de presenti non tollit certitudinem contractus; cum sit conditio præsens.

¶ CONCL. 2. Si sit cõditio de futuro, & necessaria; stat mrimoniũ.

¶ PROB. Quia conditio necessaria de futuro iam est præsens in causa sua (vt ortus Solis crastinus est hodie presens, non quidem in seipso, sed in causa sua).

¶ NOT. Nec ista conditio tollit certitudinẽ contractus pp rationem dictam. Est.n. præsens; sed

## ARTICVLVS V.

*Vtrum per consensum conditionatum fiat matrimonium.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ nec per consensum conditionatum fiat matrimonium, quia ꝙ sub conditione ponitur, non simpliciter enunciatur, sed in matrimonio oportet esse verba simpliciter exprimentia cõsensum. ergo conditio alicuius consensus, non facit matrimonium.

¶ 2 Præt. Matrimonium debet esse certum: sed vbi dicitur aliquid sub conditione, ponitur illud sub dubio. ergo & talis consensus non facit matrimonium.

SED CONTRA. In aliis cõtractibus fit obligatio sub conditione, & stat, stante conditione. ergo cum matrimonium sit contractus quidam, videtur quòd possit fieri per conditionatum consensum.

RESPON. Dicendum, quòd conditio apposita, aut est de præsenti, aut

1^m^ ex Apostolo. Per omnia. R. Exceptis his, in quibus filij sunt liberi, sicut parentes. §. Tunc nihil &c. Non libertas talis in matrimonio verificatur; in cuius signum filius per matrimonium fit pater.

2^m^ de concl.^e^ In hoc tenentur obedire patri. R. Si aliàs tenebantur ad hoc, etiã sine mãdato patris: non aliter. § Tunc nihil &c. vt patet ex concl. 3.

¶ Not. Ex textu fin. propter ly ideo; aduertæ haberi regulam hãc, s. quòd obligatio filiorum ad obediendum patri tunc est, quando patest potest præcipere, & è contra: hoc est, quando nõ potest præcipere, non obligantur filij. Et simile dicas etiã de alijs subditis respectu maiorum suorum.

3^m^ maior. Nullus debet promittere, þcipuè per iusiurandum, pro illo, quem nõ potest cogere ad seruandum. R. Nisi conditione subintellecta. §. Tunc nihil &c. Nam quando parentes promittunt pro filiis: non, nisi cum illa conditione subintellecta, promittunt, id est si filijs placuerit.

¶ Not. Ly conditioné præmissã non intenderent parëtes explicitè, nec in verbis, nec in mente: tñ sufficit ꝙ de natura contractus talis promissionis, seu iuri subintelligatur. & hoc innuit tex. qñ impersonalr dicit ly non iuratur, nisi &c. vide. Præmiserat argm explicite loquens de parentib. & in resp. non explicat parëtes, sed absolutè dicit ly nõ iuratur. Tunc autè in casu quocũque siue intenderint, siue nõ intenderint illã conditioné, ipsi parentes obligant non ad filios constringendos ad suæ ipsorum parentũ promotionis impletionem: sed ad inducendum eos rationib. quibus possunt, ad hoc.

4^m^ illatio conclusionis. Ergo potest, &c. R. Negatur illatio. §. Nam simile non est in hoc de matrimonio corporali, & spirituali: quia non est aliqua corporalis seruitus, &c. vt in tex.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ verbum Apostoli non intelligitur in aliis, in quibus est liber sui, sicut pater: & huiusmodi est matrimoniũ, per quod etiam filius fit pater.

Ad secundum dicendum, ꝙ Iacob aliàs tenebatur ad faciendum hoc, quod mandabat Isaac, tum propter malitiam illarum mulierũ, tum quia semen Chanaam de terra pellendum erat, quæ semini Patriarcharum promittebatur; & ideo Isaac præcipere poterat.

Ad tertium dicendũ, ꝙ non iuratur, nisi illa cõditione subintellecta, si illis placuerit, & ipsi obligantur ad eos bona fide inducendum.

Ad quartum dicunt quidã, ꝙ Papa * non põt præcipere alicui quod accipiat epatum, quia consensus debet liber esse. Sed hoc posito, periret ecclesiasticus ordo: nisi.n. aliquis posset cogi ad suscipiendũ regimen Ecclesię, Ecclesia cõseruari non posset: quia quandoque illi, qui sunt idonei ad hoc, nolunt suscipere, nisi coacti. Et ideo dicendum, ꝙ non est simile hinc inde, quia non est aliqua corporalis seruitus in matrimonio spirituali sicut in corporali: est enim spirituale matrimonium, sicut quodammodo officium dispensandę reipublicæ, primæ Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros, &c.

*Pôt Papa cogere vt quis epatum suscipiat.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas; merito insinuatum esse ab Honorio Papa, quòd parentes nõ possunt astringere filios ad matrimoniũ contrahendum: & consequenter (quòd in idem redit) filium non teneri præcepto patris ad matrimonium cõtrahendum. Insinuatum autem est sic. Tua nos requisiuit fraternitas de filio adulto, quem pater matrimonium vult contrahere si sine voluntate filij adulti facere potest. Ad qđ dicimus: si aliquo modo non consentit filius, fieri non posse. Hæc ille: de despon. impub. vbi vides, quòd contra voluntatem filij non potest pater eum astringere ad hoc. vbi & dicit glos. sic ad literam. Si coactione paterna ductus consentiret in aliquam, quam aliàs non esset ducturus, eam voluisse videtur, & est matrimonium: cogi tamen non debet. ff. cod. non cogitur. & C. de nuptijs, nec filium. nec potest eum compellere eum inuitum, ff. de sponsal. filiofamil. hæc illa. Quòd si de filio non adulto fiat instãtia, respondet idem Honorius dicens: Potest autem filium nondum adultum, voluntas cuius discerni non potest, pater cui vult matrimonio tradere. Et postquàm filius peruenerit ad perfectam ætatem, omninò debet hoc adimplere. Hæc ibi. Vbi ly debet, dicit debitum honestatis, non necessitatis, secundum glos. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta pro quanto filium non posse compelli præcepto patris ad matrimonium contrahendum, & intelligas, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

---

SVP. Q. LXXIX. Aliàs 48. Art. 1.

Concl. 1. Consensus, qui matrimonium facit, est cõsensus in matrimonium.

¶ Exam. Ly est consensus in matrimoniũ. s. directè, & explicitè.

¶ Prob. Quia effectus proprius voluntatis est ipsum volitum.

¶ Not. Matrimonium, ex eo quòd fit à consensu, est effectus voluntatis; & ex eo ꝙ voluntas vult illud, dicitur volitũ: ita quòd est hic idem re, effectus, & volitum, licet aliqua ratione differat.

¶ Concl. 2. Consentire in matrimoniũ, est consentire in carnalem copulam implicitè: non explicitè.

¶ Prob. primò: Quia hoc non est consentire in carnalem copulã, nisi sicut implicitè continetur carnalis copula in causa sua, i. in potestate matrimonij. Secundò, quia matrimonium non est essentialiter ipsa cõiunctio carnalis.

¶ Not. Matrimoniũ dicitur potestas carnalis copulæ; quia in matrimonio transfertur potestas vnius consortis in alium, iuxta 1. Cor. 7. Vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier: & mulier potestatẽ sui corporis non habet, sed vir. Cum igitur matrimonium sit translatio potestatis mutuæ in alterius corpus; patet, ꝙ matrimonium est potestas quædam vtendi carnali copula; & consequenter, quòd carnalis copula in matrimonio continetur tãquam effectus in causa. Vnde etiam patet: ꝙ consentiens absolutè in matrimoniũ, consentit in copulam carnalem ex consequenti implicitè, non autẽ explicitè. Sicut nec vsus rei est potestas exercendi vsum, nec potestas ipsa est talis vsus: sed tamen qui habet potestatem, habet vsum in causa sua: & qui habuit vsum, habuit potestatẽ. Sicut ergo potestas non est vsus, ita matrimoniũ non est carnalis copula; & consentiens in illud, non consentit directè in copulam carnalem, licet indirectè, inquantũ associatio coniugalis ordinem habet ad ipsam.

197 S. Tho. 4. dist. 8 ar. 4. refert 17. q. 1. c vouentib. & dis. 27. c. 5. vouentib*.

* Grat. 27. q. 2. c. 34.

QVÆST. LXXIX. Aliàs 48.

*De obiecto consensus, in duos articulos diuisa.*

Deinde considerãdum est de obiecto consensus.

Circa quod quęruntur duo.

¶ Primò, Vtrum consensus, qui facit matrimonium, sit consensus in carnalem copulam.

¶ Secundò, Vtrum consensus in aliquem propter causam inhonestã faciat matrimonium.

ARTICVLVS I.

*Vtrum consensus, qui facit matrimonium, sit consensus in carnalem copulam.*

Ad primum sic proceditur. Videtur, quòd consensus qui facit matrimonium, sit consensus in carnalem copulam. Dicit.n. Hieronymus, quòd vouentibus virginitatem, non solum nubere, sed velle nubere dãnabile est; sed non esset damnabile nisi esset virginitati contrarium, cui nuptiæ non contrariantur, nisi ratione carnalis copulæ. ergo consensus voluntatis qui est in nuptiis, est in carnalem copulam.

¶ 2 Præterea. Omnia, quæ sunt in matrimonio inter virum & vxorem, possunt esse licita inter fratrem, & sororem, excepta carnali copula: sed non potest fieri licitè inter eos consensus matrimonialis. ergo consensus matrimonialis est consensus in carnalem copulam.

¶ 3 Præt. Si mulier dicat viro: Consentio in te, vt non cognoscas me, nõ est consensus matrimonialis, quia est ibi aliquid contra substantiã prędicti consensus, sed non esset nisi dictus consensus esset in carnalem copulam: ergo &c.

¶ Præt. In qualibet re initium consummationi respondet, * sed matrimonium consummatur per carnalẽ copulam. ergo cum initietur per cõsensum, videtur quòd consensus sit in carnalem copulam.

Sed contra. Nullus consentiens in carnalem copulam est virgo mente, & carne. Sed B. Ioãnes Euangelista post consensum nuptialẽ fuit virgo mente, & carne. ergo non consensit in carnalem copulam.

¶ Præt. Effectus respondet causæ: sed consensus est causa matrimonii; cum ergo de essentia matrimonii nõ sit carnalis copula, videtur quòd nec cõsensus, qui matrimonium causat, sit in carnalem copulam.

Respon. Dicendum, ꝙ consensus qui matrimonium facit, est con-

**1^m de minori.** Nisi ratione carnalis copulæ. ℞. Vel potestatis vtendi carnali copula. §. Tunc &c. Nam sufficit ad consensum verum, quòd feratur super potestatem vtendi illa copula, vt in textu. Vide coroll. seq.

¶Coroll. Ergo quando B. Hieronymus dicit, quòd vouẽtibus virginitatem velle nubere damnabile est, idẽ est, ac si dixisset: quod ipsis damnabile est, velle dare potestatem sui corporis cõiugi pro suo carnali copula. Hoc autem (vt patet intelligentib.) peccatũ mortale est ipsis; qui non tantum corpore, sed & mente, virginitatem seruare vouerunt, de quibus ibi Hieronymus. Nota quoque dictum suum intelligi de virginitate vouentibus absolutè, & de volentibus nubere absolutè: non autem de facientibus vtrumque cũ aliqua conditione puta diuinæ iussionis. Quod autem intelligatur sic, patet ex eodem; qui & beatam Virginem nupsisse Ioseph sciuit post votũ de virginitate, & tamen ipsam nihil damnabile commisisse, testatum reliquit. Quare? Quia fecerat & votum, & nuptias, cum conditione diuinę dispositionis, seu iussionis: vt confirmatur in appen. sequen. per Nicolaum Papam, maximè in ly sed diuinæ inspirationi in vtroque obediendo: & declaratur à sancto Doctore in 4. Sententiarum nunc allegando. Vnde sine præiudicio vel minimo puritatis virginalis veritas illa matrimonij fuit, atque consensus. Cætera de matrimonio & consensu beatæ Virginis, vide in D.Thom. 4.distinct.30. quæst.2. artic. 1. & 3.par. quæst.29. artic. 2.

*q.44.ar.1. corp. & q. 45. artic. 1. ad 1.

sensus in matrimonium, quia effectus proprius voluntatis est ipsum volitum, vnde sicut carnalis copula se habet ad matrimonium, ita consensus, qui matrimonium causat, est in carnalem copulam: matrimoniũ autem (vt * dictum est) non est essentialiter ipsa coniunctio carnalis, sed quædam associatio viri, & vxoris in ordine ad carnalem copulã, & alia, quæ ex consequenti ad virũ, & vxorem pertinent, secundũ quod eis datur potestas inuicem respectu carnalis copulæ, & hæc associatio, coniugalis copula dicitur: vnde patet quod bene dixerunt illi, qui dixerũt, quòd consentire in matrimonium est consentire in carnalem copulam implicitè, non explicitè: non enim debet intelligi nisi sicut implicitè continetur effectus in causa, quia potestas carnalis copulæ in qua consentitur, est causa carnalis copulæ, sicut potestas vtendi re sua, est causa vsus.

Ad primum ergo dicendum, quòd consensus in matrimoniũ, ideo est damnabilis post votũ virginitatis, quia per talem consensum datur potestas ad id, quod non licet: sicut peccaret qui daret potestatem accipiendi illud alteri, quod ipse in deposito habet, non solum in hoc, quod ei actualiter traderet, de consensu autem * beatæ Virginis infrà dicetur.

Ad secundum dicendum, quòd inter fratrem, & sororem, non potest esse potestas inuicem ad carnalẽ copulam, sicut nec licitè carnalis copula, & ideo ratio non sequitur.

Ad tertium dicẽdum, quòd illa conditio explicata non solum actui, sed potestati contrariatur copulæ carnalis, & ideo est contraria matrimonio.

Ad quartum dicendum, quòd initiatum matrimoniũ respondet consumato, sicut habitus, vel potestas actui, qui est operatio. Rationes autem in contrarium ostendunt, quòd non fit consensus in carnalem copulam explicitè, & hoc est verum.

**2^m de maiori.** Excepta carnali copula. ℞. Et potestate mutua ad carnalem copulam. §. Tũc nihil &c. Nam inter fratrem, & sororem, non potest &c. vt in tex.

**3^m de minori.** Nisi dictus consensus esset in carnalem copulam. ℞. Vel in potestatem ad illam. §. Tunc &c. Nam consensus matrimonialis est in potestatẽ ad carnalem copulam, & illa conditio explicata non solum, &c. vt in tex.

**4^m de maiori.** Initium consummationi respondet. ℞. Proportionaliter: non autem pariformiter. §. Tunc nihil &c. Nam initiatum matrimonium proportionaliter correspondet consummato, quoniam se habet sicut potestas ad actum: & consequenter carnalis copula est modo suo in initiato, quando est ibi secundum potestatem; & est modo suo in consummato quando est ibi secundum actum.

**5^m de maiori.** Consentiens. ℞. Explicitè. §. vt in tex. hu. §. Tunc nihil &c.

**6^m de concl.^e** Sit in carnalẽ copulam. ℞. Explicitè. §. Tũc &c. vt patet ex dictis.

*Vide Decret. causa 27.q.2.ca. 42.

### APPENDIX.

Ex art. habes primò: quomodo per rationem ostẽdas meritò insinuatũ à summo Pontifice, quòd cõsensus fertur in copulã coniugalem, & non explicitè in carnalem. Insinuatum autẽ est hoc à Papa Nicolao 27.q.2. sufficit &c. Quæritur, quis consensus facit matrimoniũ? An cõsensus cohabitationis, an carnalis copulæ, an vterque? Si cohabitationis consensus matrimoniũ facit: tunc frater cũ sorore matrimoniũ potest cõtrahere. Si carnalis copulæ: inter Mariam & Ioseph non fuit coniugium. Vouerat.n. Maria se virginem perseueraturam. Si ergo contra suũ propositum postea consensit in carnalẽ copulam: rea facta est voti virginalis mente, etsi nõ corpore, violati; quod de ea sentire nefas est &c. Et infrà de mente Aug. idẽ Papa, cap. seq. B. Maria proposuit, se seruaturã votum virginitatis, in corde: sed ipsum votum virginitatis nõ expressit ore. Subiecit se diuinæ dispositioni; dũ proposuit se perseueraturã virginem, nisi Deus aliter ei reuelaret. Committens ergo virginitatẽ suam diuinæ dispositioni, consensit in carnalem copulam; non illam appetendo, sed diuinæ inspirationi in vtroque obediendo. Consensus ergo cohabitandi, & indiuiduã vitæ consuetudinem retinendi interueniens eos coniuges facit. Hæc ibi. Vide S. Tho. 4. sent. vbi sup. corol. post ad primũ. & sine errore apertius dicta huiusmodi intelligere potes. Secundo habes: quò per rationem prædicta Papæ, pro quãto consensum nõ ferri directè in carnalem copulam dicunt, & intelligas, & defendas. Tertiò vides: quò ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

---

SVP. Q. LXXIX. Aliàs 48. Art. II.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum matrimoniũ possit esse ex consensu alicuius in aliquam propter causam inhonestam.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quòd matrimonium non possit esse ex consensu alicuius in aliquam propter causam inhonestam. Vnius causę vnica est ratio, sed matrimonium est vnum sacr̃m. ergo non potest fieri ex alterius finis intentione, q̃ illius ad quẽ à Deo institutum est, s. ad procreationem prolis.

¶ 2 Præt. Coniunctio matrimonii est à Deo, vt patet Matth. 19. Quod Deus coniunxit, homo non separet: sed coniunctio quæ fit propter turpes causas, non est à Deo. ergo non est matrimonium.

¶ 3 Præterea. In aliis sacramentis si non seruetur intentio Ecclesię non est verum sacramentum, sed intentio Ecclesiæ in sacramento matrimonii non est ad aliquam turpem causam. ergo si ex aliqua turpi causa matrimonium contrahatur, non erit verum matrimonium.

¶ 4 Præt. Secundum Boetium, * cuius finis est bonus, ipsum quoque bonum est, sed matrimonium semper est bonum. ergo non est matrimonium, si propter malum finem fiat.

¶ 5 Præte. Matrimonium significat coniunctionem Christi & Ecclesiæ: sed ibi nõ cadit aliqua turpitudo. ergo non potest matrimonium cõtrahi propter aliquam turpem causam.

Sed contra est, quòd qui baptizat alium intentione lucrandi, verè baptizat: ergo & qui contrahit cũ aliqua intentione lucri, verum est matrimonium.

¶ Præterea. Hoc idẽ probant exem-

* Boet. in Top. in loc. à causa fin.

198 S. Tho. 4. dis.30.q.1. ar.3.q.vnica.

Concl. 1. Ex causa finali per accidens, matrimonium non recipit bonitatem, vel malitiam.

¶Exam. Ly Causa finali per accidens. Dicitur, per accidẽs, illa causa: quia matrimonium de natura sua non ordinatur ad illã; sed quòd habeat illum finem procedit aliunde. Et ideo glossatur ly per accidẽs, i. per aliud. Et hæc causa finalis potest esse omne illud, quod cõtrahentes intendunt ex matrimonio habere; exceptis procreatione prolis, & vitatione fornicationis. Tale ergo quod intendunt, est causa per se respectu contrahentium: licet sit per accidens respectu matrimonij.

¶Coroll. Ergo matrimoniũ (vt respondeat ad literã tit.) potest esse ex consensu alicuius in aliquẽ pp causam inhonestã per accidens, i. matrimonium tale tenet, i. est verum. Ergo relinquitur, ab oppositis, quòd matrimoniũ, si interueniat causa finalis per se inhonesta (puta, si apponatur conditio non generandi, vel adulterandi) non tenet.

¶Concl. 2. Causæ finales per accidẽs possunt esse in matrimonio infinitæ: quarum sunt quædã honestæ, & quædam inhonestæ.

¶Prob. Quia causæ per accidens sunt infinitæ (id est potest quis infinita intendere).

Primum

**1^m maior.** Vnius causæ vnica est ratio. ℞. Si loquamur de causa per se, & ratione per se; non autem, si de per accidens. §. Tunc nihil &c. vt patet ex concl. 2.

¶NOT. Licet causa per se matrimonij sit duplex numeraliter (vt dictum est). s. procreatio prolis, & vitatio fornicationis: tamen ex hoc non falsificatur respon. de causa & fine per se, datum ad illam propositioné argumenti maiorem, videlicet vnius causæ vnica est ratio. Nam in text. per ly principalé, omnia concordantur. Non enim vitatio fornicationis est causa principalis matrimonij, quamuis sit causa per se, & sic unius matrimonij remanet tantum vna causa seu finis principalis. Matrimonium itaque duas finales causas per se habet, quas iam diximus, sed solum vnam principalem.

*lib. 4. sent. dist. 28.

**2^m de maiori.** Coniunctio matrimonij. ℞. i. relatio; quæ est matrimonium: non autem semper, actus contrahentium matrimonium. §. vt in text. Tūc nihil &c. Nam coniunctio, quæ fit ppter causas turpes, attenditur secundum actus eorum, qui contrahunt matrimonium: & non præcise secundum relationem prædictam.

¶NOT. Diligenter aduerte doctrinam istá catholicam in respon. textuali positá, (Huic pro abūdantiori captu addas. 1. 2. q. 79. artic. 1. & 2.) ut obiectiones diabolicas soluere possit, & hęreses ex eadem officina prodeuntes efficaciter interimere. Tales hæreses fuerunt Melāchtonis & Caluinistarū (Prat. Caluinistæ: & vt de Melanchtone refert Melchior Cano de locis Theol. lib. 2. c. 4. in ad sextū.) Hic enim dicebat: quòd Dei opus ita est adulterium Dauidis, & proditio Iudæ, æque ac conuersio Pauli. Illi uerò dicebant: quòd omnia peccata, quæ fiunt ab hominibus, sunt simpliciter omnino opera Dei. Item: quòd Deus non modo permittit fieri peccata, quæ homines faciunt; sed etiam fiunt Deo volente, & impellente. Item: quòd nullum furtum, nulla scortatio, nullum adulterium fit ab homine, quod Deus non efficiat in homine. Item: quod Deo volente, & iubente, Diabolus mentitur in cordibus hominum. Itē: quòd Deus est non solum causa omnis mali; sed etiam hominibus, vt mala operentur, malas cogitationes in cordibus illorum inspirat; adeoque: vt non homines peccent, sed Deus fit efficiens, & volens, peccatū. Contra has omnes blasphemias, horrendissimasq;. hæreses, non tantum militat legitime hic D. Thomas: sed & 1. 2. q. 79. art. 1. ubi efficacissimè demōstrat; quòd Deum esse causam peccati directè uel indirectè, impossibile est, & 1. par. quæst. 19. art. 9. & quæst. 49. articu. 2. & quæst. 105. artic. quarto. Vbi in horum locorum appendicibus, vide etiam tum conciliorum, tum summorum Pontificum, tum scripturarum inuictissimas authoritates perenitus

Hæreses etiā ad solū auditum importabiles; q damnant à &c.

pla, & authoritates, & quæ ponuntur in litera.

RESP. Dicendum, quod causa finalis matrimonii potest accipi dupliciter. s. per se, & per accidens: per se quidem causa matrimonii est, ad quam matrimonium est de se ordinatum, & hæc semper bona est. s. pcreatio prolis, & vitatio fornicationis: sed per accidens causa finalis ipsius est hoc quod cōtrahentes intendunt ex matrimonio: & quia hoc, quod ex matrimonio intenditur consequitur ad matrimonium, & priora non variantur ex posterioribus, sed econtra: ideo ex illa causa non recipit matrimonium bonitatem, vel malitiam, sed ipsi contrahentes, quorum est finis p se: & quia causæ per accidens sunt infinitæ, ideo infinitæ tales causæ possunt esse in matrimonio, quarum sunt quædam honestæ, & quædam inhonestæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod verum est de causa per se, & principali; sed quod habet unum finem per se, & principalem, potest habere plures secundarios per se, & infinitos per accidens.

AD SECVNDVM dicendum, φ coniunctio potest accipi pro ipsa relatione, quæ est matrimonium, & talis semper est a Deo, & bona est a quacunque fit causa; vel pro actu eorum, qui coniunguntur, & sic quandoque mala, & non est a Deo, simpliciter loquendo, nec est inconueniēs, quòd aliquis effectus sit a Deo cuius causa est mala, sicut proles, quæ ex adulterio * suscipitur, non. n. est ex illa causa, inquantum est mala, sed inquantum habet aliquid de bono, secundum quod est a Deo, quamuis non simpliciter sit a Deo.

*Aliàs accipitur.

AD TERTIVM dicendū, φ intentio Ecclesiæ, qua intendit sacramentum tradere, est de necessitate cuiuslibet sacramenti, ita quòd ea non obseruata, nihil in sacramentis agitur, sed intentio ecclesiæ, qua intendit vtilitatem ex sacramento prouenientē, est de bene esse sacramenti, & non de necessitate eius, vnde si non obseruetur, nihilominus est verum sacramentum, sed tamen prætermittens hanc intentionem peccat; sicut si in Baptismo non intendatur sanitas mentis, quam Ecclesia intendit: & similiter ille, qui intendit matrimonium contrahere, quāuis * matrimonium non ordinet ad illum finem, quem Ecclesia intendit, nihilominus verum matrimonium contrahit.

*Alias eius intentio ordinetura.

AD QVARTVM dicendum, φ illud malum intentum non est finis matrimonii, sed contrahentium.

AD QVINTVM dicendum, quòd ipsa vnio est signum coniunctionis Christi, & Ecclesiæ, & non operatio vnitorum, & ideo ratio non sequitur.

tus obstruentes os prædictorum loquentium iniqua.

**3^m de maiori.** Seruetur intentio ecclesiæ. ℞. Cadens super sacramentum: non, super vtilitatem tantum ex sacramento prouenientē. §. vt declaratur in textu. Tunc nihil &c. ut patet in textu a ly & similiter ille qui intendit matrimonium contrahere quāuis &c. vsq; in finem.

**4^m ex Boetio.** Finis. ℞. Per se: non semper, per accidens. §. Tunc nihil &c. Nam illud malū intētū, &c. vt in textu. Quasi dicat. Tale intentum non est finis per se: sed per accidens.

**5^m de maiori.** Matrimonium. ℞ i. ipsa vnio coniugatorū: non autem operatio. §. Tūc nihil &c. Nam ipsa turpis causa apposita matrimonio est operatio coniugatorum: & non est ipsa vnio coniugij.

APPENDIX.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas; merito insinuatum esse a Gregorio IX. quòd cōsensus in matrimoniū propter aliquam inhonestam causam non tollit ipsum. Insinuatum autem est sic. Conditiones appositæ in matrimonio, si turpes, aut impossibiles fuerint, debent propter fauorem eius pro nō adiectis haberi. Hæc ille: unde conditio. apposi. Si conditiones. Vbi est idem ly pro non adiectis haberi, quòd matrimonium tenet; etiam secundum glossam. Item a Concil. Africano ibid. Quicumque sub conditionis nomine aliquam desponsauerit, & eam relinquere voluerit: dicimus: quòd frangatur conditio, & desponsatio irrefragabiliter teneatur. Hæc ibi. Vbi loquitur de conditionibus turpibus, aliàs non contrarijs substantiæ coniugij. Puta; si quis contrahat matrimonium intendens, quòd consors furtum faciat, uel hominem interficiat. Quòd intentum si exprimatur ad extra (cōtraho tecum si furtum, uel homicidium feceris;) tunc vocatur conditio: si autem in mente solummodo pro fine vltra matrimonium habeatur, tunc vocatur causa inhonesta propter quam matrimonio consensus datur: siue autem hoc, siue illo modo accipiatur; non tollit matrimonium secundum Papam, & Concilium. Et nota: quòd prout dicit conditionem ex Papa allegatur supra q. 47. artic. 5. appen. & ut dicit intentionem consensus propter causam finalem inhonestam, allegatur in hoc loco: quemadmodum & eadem authoritas sæpius idem in diuersis locis pro varietate materierum, quibus deseruiūt allegari solent. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrum pro quanto matrimonium dicunt posse esse ex consensu alicuius in aliquam propter causam inhonestam, & intelligas, & probes, & defendas. Tertio vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

2

3

---

SVP. Q. LXXX. Aliàs 49. Art. 1.

CONCL. Matrimonialis cōiunctionis electio non potest esse ordinata, nisi per recōpensationem aliquorū; ex quibus dicta coniunctio honestetur: & hæc sunt

## QVAEST. LXXX. Aliàs 49.

*De bonis matrimonii, in sex articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandum est de bonis matrimonii.

CIRCA quod quæruntur sex.

¶Primò, Vtrum debeant haberi aliqua bona ad excusandum matrimonium.

¶Secundò, Vtrum sufficienter assignentur.

¶Tertio, Vtrum bonum sacramēti sit principalius inter alia bona.

sunt bona, quæ matrimonium excusant, & honestum reddunt.

¶COROLL. Ergo ad titulum dic literaliter: quòd haberi debent aliqua bona ad excusandum matrimonium.

¶PROB. 1. Quia in coniūctione viri ac mulieris

¶ Quartò, Vtrum actus matrimonii per prædicta bona a peccato excusetur.

¶ Quintò, Vtrum sine eis aliquando a peccatis excusari possit.

¶ Sextò, Vtrum quando est sine eis, sit semper peccatum mortale.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum haberi debeãt aliqua bona ad excusandum matrimonium.*

AD PRIMVM sic proceditur. Vr ꝙ matrimoniũ non debeat hr̃e aliqua bona quib. excuset. Sicut em̃ cõseruatio indiuidui, quæ fit per ea, quæ ad nutritiuam pertinent, est de intentione naturæ, ita cõseruatio speciei, quę fit per matrimonium, & multo magis, quanto melius, & * dignius est bonum speciei, quàm bonũ vnius indiuidui: sed ad actũ nutritiuæ excusandum non indiget quis aliquibus bonis, ergo nec etiam ad excusandum matrimonium.

¶ 2 Præterea, Secundum Philos. in 8. Ethic. * amicitia, quæ est inter virum, & vxorem, est naturalis, & claudit in se honestum, vtile, & delectabile, sed illud, quod de se est honestũ, non indiget aliqua excusatione, ergo nec matrimonio deberent attribui aliqua excusantia.

¶ 3 Præterea, Matrimonium est institutum in remediũ, & in officiũ, * sed ſm ꝙ est in officium, non indiget excusatione, qa sic etiã in Paradiso excusatione indiguisset, qđ falsum est: ibi. n. fuissẽt honorabiles nuptiæ, & thorus immaculatus, vt August.* dicit. Similiter nec secundum ꝙ est in remediũ, sicut nec alia sacramenta, quæ in remediũ peccati sunt instituta, ergo matrimonium huiusmodi excusantia habere non debet.

¶ 4 Præt. Ad omnia, quæ honeste fieri possunt, virtutes dirigũt, si ergo matrimonium aliquib. bonis põt honestari, non indiget aliis honestãtibus, quã animi virtutibus, & sic non debent matrimonio aliqua bona assignari, quibus honestetur, sicut nec aliis, in quibus virtutes dirigunt.

SED CONTRA, Vbicumque est indulgentia, ibi est necessaria aliqua excusationis ratio: sed matrimoniũ conceditur in statu infirmitatis, secundum indulgẽtiam, vt patet 1. Corinth. 7. Ergo indiget per aliqua bona excusari.

¶ 2 Præt. Concubitus fornicarius, & matrimonialis sunt eiusdem speciei quantum ad speciem naturæ: sed concubitus fornicarius de se est turpis ergo, ad hoc quòd matrimonialis non sit turpis, oportet ei, aliquid addi, quod ad honestatem eius pertineat, & in aliam speciem moris trahat.

RESP. Dicendum, quòd nullus sapiens debet iacturam aliquam sustinere, nisi pro aliqua recompensatione alicuius ęqualis, vel melioris boni: unde electio alicuius, quod aliquam iacturam habet annexam, indiget alicuius boni adiunctione, per cuius recompẽsationem ordinetur, & honestetur, in coniunctione autẽ viri, & mulieris rationis iactura accidit tum quia propter vehementiã delectationis absorbetur ratio, ut nõ possit aliquid intelligere ipsa ut Philosophus * dicit, tum etiam propter tribulationem carnis, quam oportet tales sustinere ex solicitudine tẽporalium, vt patet primo Corinth. septimo, & ideo talis coniunctionis electio non potest esse ordinata nisi per recompensationem aliquorum ex quibus dicta coniunctio honestetur & hæc sunt bona, quæ matrimonium excusant, & honestum reddunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in actu comestionis non est tam vehemens delectatio rationem absorbens, sicut est in prædicta delectatione: tum quia vis generatiua per quam originale traducitur, est infecta & corrupta: nutritiua autem per quam non traducitur, est corrupta, & infecta tum etiam quia defectum indiuidui quilibet magis sentit in seipso, quàm defectum speciei: vnde ad excitandum ad comestionem, secundum quam defectui indiuidui subuenitur sufficit sensus ipsius defectus, sed ad excitandum ad actum, quo defectui speciei subuenitur, diuina prouidentia delectationem apposuit in illo actu, quæ etiam animalia bruta mouet, in quibus non est infectio originalis peccati: & ideo non est simile.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ista bona, quæ matrimonium honestant, sunt de ratione matrimonii: & ideo non indiget eis quasi exterioribus quibusdam ad honestandum, sed quasi causantibus in ipso honestatem, quæ ei secundum se competit.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ matrimonium ex hoc ipso, quòd est in officium, uel in remedium, habet rationẽ vtilis, & honesti, sed vtrũq; horum ei competit, ex hoc quòd huiusmodi bona habet, quibus fit, & * officium, & remedium concupiscentiæ adhibens.

AD QVARTVM dicendum, quòd aliquis actus virtutis honestatur virtute, quasi principio elicitiuo, circunstantiis quasi formalibus principiis ipsius, hoc autem modo se habent bona ad matrimonium, sicut circunstantiæ ad actus virtutis, ex quibus habet quod virtutis actus esse possit.

---

lieris iactura rõnis accidit (ut patet ex duob* in textu:) & nullus sapiens debet aliquã iacturam sustinere, nisi ꝑ aliqua recompensatione alicuius æqualis, vel melioris boni. Secunda autem pars scilicet, & hæc sunt &c. præsupponitur clara.

### 1^m de maiori.

Ita. ℞. Quantum ad esse de intentione naturæ: non, quantũ ad excitare ad actũ, per quem impletur intentio naturæ §. Tunc &c. Non. n. est necessarium tantam delectationem apponere in nutritiua, sicut in generatiua ad excitandum actum, per quem impleatur intentio naturæ: & consequenter non est opus ad actum nutritiuæ excusandum hmõi bonis, qualibus opus est ad excusandũ actum generatiuæ. Ob hoc dr̃ in textu: ꝙ in actu comestionis nõ est tam &c. vsque in finẽ.

¶ EXAMEN. Ly nutritiua, per quam non traducitur nõ est infecta. Hoc est, non est contagiosa. Et ratio est; quia originalis culpa per nutritiuam non traducitur. Ille. n. morbus dicitur infectus seu contagiosus, qui inficit alios (sicut & phtisis, lepra, pestis:) vltra hoc, quòd in seipso est corruptus idest, corruptionẽ quãdam humorum dicit. Sic in proposito Generatiua & nutritiua, sunt corruptę; quia post peccatum Adæ originali iustitia destitutæ sunt, & in malum sunt pronæ: sed generatiua vltra hoc est infecta, idest aliorum infectiua, cum per eam traducatur originale in alios; nutritiua uerò non. Pro quo vide 1.2. q. 83. art. 4.

### 2^m de minori.

Excusatione. ℞. Exteriori: non ab interioribus procedente. §. Tũc nihil &c. Immo Philosophi authoritas, stante glossa, est potius in fauorem conclusionis, ut ex textu per te colligere potes.

### 3^m minor.

Secundũ ꝙ est in officium, non indiget excusatione. Similiter nec ſm qđ est in remedium. ℞. Negatur tota minor. §. vt patet in textu. Vñ datur intelligi ῥsio ad rationẽ primæ partis illius minoris in argumento allatam, quòd. s. etiam in Paradiso matrimoniũ indiguisset excusatione tali; non quia aliquis defectus ĩ illo matrimonio fuisset: sed qa hmõi bona quæ dicuntur excusantia matrimonium competũt matrimonio ſm se. Item ex eodem textu ad rationem alteram illius minoris in argumento allatam dicitur: quòd non est eadem ratio de aliis sacramentis in remedium peccatorũ institutis, & de matrimonio. Ad quod melius intelligendũ. vide q. 41. arti. 3. ad tertium, & ad quartum, & art. 4.

¶ NOT. Aliquod dr̃ indigere aliqua re, uel quia non habet eã, vel quia si eam non haberet, non esset tale. Vt homo indiget anima, non quia nõ habeat ex seipso illam; sed quia si non haberet eam, non esset homo. Sic in proposito. Matrimonium etiam in Paradiso indiguisset his bonis: non quia ex se non habuisset illa, sed quia si non habuisset, non esset pfectum matrimoniũ: Rursus. Aliquid excusatur, uel quia habet defectũ, vel quia a defectu contrahendo per talẽ excusationem præseruatur: modo simili, quo dicimus, & Petro esse dimissum peccatum negationis, & etiam innocentibus; sed tñ aliter, & aliter. Petro namq; dimissum est, quia ipsum iam commiserat: innocentibus uero, qa ab ipso incurrendo prę seruati sunt per misericordiam diuinam. Pro quo uide q. 16. art. 1. & 2. in textu, & elucid. maxime ubi Augustinus dicit se recognoscere a Deo dimissa peccata, quæ fecit, & etiã quæ non fecit. Sic in proposito. Bona prædicta matrimonij fuissent in Paradiso excusantia matrimonium; quia erant quædam præseruationes a quocumq; defectu, qui posset matrimonio imputari. Nunc autem post peccatum dicuntur excusantia matrimonium; quia defectus illius cooperiunt saltem pœnales. Vide supra locis citatis.

### 4^m de antecedente.

Virtutes. ℞. Tanquã pricipia elicitiua actuum: non tanquam circunstantiæ ad actus illos.

---

199 S. Th. 4. di. 31. q. 1. ar. 1. & seq.

* Aliàs dignius.

* li. 8. Ethi. cap. 12. a med.

* q. 41. arti. 2. corp. & 2. & Aug. li. 9. de Genes. ad literam. cap. 7. tom. 3.

* lib. 9. sup. Genes. c. 3. ante med. to. 3.

* Al honestantibus.

* lib. 7. Eth. ca. 11. circa finem.

Excusari, & indigere excusari.

* Al. officiosum.

lo.§. Tunc nihil &cæt. vt patet in textu.

¶Examen. Ly circunstantiæ. Non tamen extrinsecæ: ut supra in ad secundum. De circunstantijs, huc pro quanto sufficit, vel etiam expedit applicandis. vide 1.2.q.7.ar.3.& 4.

## APPENDIX.

Vtilitas Eccles. & Dei.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem tanquam in radice reijcias hæresim Liberorum dicentium: coniugia inter fratres esse spiritualia: vnde & vxores habent communes, nec patiuntur eas suis maritis non suæ sectæ reddere debitum. Primum ergo, scilicet coniugia inter &c. dicunt verbo: secundum s. uxores habent communes &c. dicunt facto. Cum enim per hunc articulum D.Thomas demonstret, quòd aliqua bona, quæ sunt fides, sacramentum, proles art. seq. requiri ad matrimonium honestandū: profectò (ut patet considerati) monstrat ex hoc, quòd uxores non debent esse communes, & quòd suis maritis solis reddere debitum debent; & consequenter, quòd falsa est illa expositio Liberorum, coniugia inter fratres sunt spiritualia. i. vxores sint communes, & eædem non reddant debitum maritis extra sectam nostram. Secundò habes: quomodo radicaliter per rationē ostendas, merito damnari prædictam hæresim à &c. q 49. ar. 6. appen. & q. 54 ar. 3. appen. Item à 1. Cor. 7. Propter fornicationem. Vnusquisque suam vxorem habeat, & unaquæque suum uirum. Vxori uir debitum reddat, similiter uxor uiro. Ecce: quòd secundum Apostolum solis maritis suis uxores debent reddere debitum, & e conuerso; alioquin fornicatio non euitatur ab eis. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas merito insinuari à 1. Cor. 7. Hoc dico secundum indulgentiam. & a Concil. Flor. art seq. appen. quòd aliqua bona haberi debent ad excusandum matrimonium. Quartò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & patrum pro quanto insinuant id, quod diximus nunc, & intelligas, & probes, & defendas. Quintò habes: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur & consolidetur.

---

# ARTICVLVS II.

*Vtrum bona matrimonii sufficienter assignentur.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd insufficienter bona matrimonii assignentur a Magistro Sententiarum,* scilicet fides, proles, & sacramētum, quia matrimonium non solum fit in hominibus ad prolem procreandam, & nutriendam, sed ad consortium cōmunis uitæ, propter operum cōmunicationem, vt dicitur in 8. Ethic.* ergo sicut ponitur proles bonū matrimonii, ita debet poni communicatio operis.

¶ 2 Præt. Coniunctio Christi ad Ecclesiam, quam matrimonium significat, perficitur per charitatem, ergo inter bona matrimonii magis debet poni charitas, quàm fides.

¶ 3 Præt. In matrimonio sicut exigitur quòd neuter coniugum ad alterius thorum accedat, ita exigitur quòd vnus alteri debitum reddat, sed primū pertinet ad finem: ut Magister* dicit, ergo deberet etiam iustitia propter redditionem debiti inter bona matrimonii computari.

¶ 4 Præt. Sicut in matrimonio inquantum significat coniunctionem Christi, & ecclesiæ, requiritur indissolubilitas, ita & vnitas, ut sit vna vnius: sed sacramentum quod inter tria bona matrimonii computatur, pertinet ad indiuisionem: ergo deberet esse aliquid aliud, quod pertineret ad vnitatem.

SED CONTRA, Videtur quòd superfluant, quia unica virtus sufficit ad vnum actum honestandum, sed fides est vna virtus, ergo nō oportuit alia duo addere ad honestādum matrimonium.

¶ Præterea. Non ex eodem aliquid accipit rationem vtilis, & honesti, cum vtile, & honestum ex opposito bonum diuidant: sed ex prole matrimonium accipit rationē vtilis, ergo proles, non debet computari inter bona, quibus matrimonium honestatur.

¶ Præt. Nihil debet poni, vt proprietas, vel conditio suipsius: sed hæc bona ponuntur, vt quædam conditiones matrimonii, ergo cum matrimonium sit sacr̄m, non debet poni sacramentum inter bona matrimonii.

RESP. Dicendum, quòd matrimonium est in officium naturæ* & est sacramentum Ecclesiæ, inquantum ergo est in officiū naturæ, duobus ordinatur, sicut, & quilibet alius virtutis actus, quorum vnum exigitur ex parte ipsius agentis, & hęc est intentio finis debiti, & sic ponitur bonū matrimonii proles, aliud exigitur ex parte ipsius actus, qui est bonus in genere † ex hoc, quòd cadit supra debitam materiam, & sic est fides, per quam homo ad suam accedit, & non ad aliam; & vlterius habet aliquam bonitatem inquantum est sacramentū, & hoc signatur ipso nomine sacramenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in prole nō solum intelligitur procreatio prolis: sed etiam educatio ipsius, ad quam sicut ad finem ordinatur tota communicatio operum, quæ est inter virum, & vxorē, inquantum sunt matrimonio coniuncti: quia patres naturaliter thesaurizāt filiis, vt patet 2. Cor. 2. & sic in prole quasi in principali fine alius quasi secundarius includitur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ fides non accipitur hic prout est virtus Theologica, sed prout est pars iustitiæ, secundum quòd fides dicitur ex hoc quòd fiunt dicta in conseruatione promissorum; quia in matrimonio, cum sit quidam contractus, est quædam promissio, per quam talis vir tali mulieri determinatur.

AD TERTIVM dicendum, quòd sicut in promissione matrimonii continetur, vt neuter ad alium thorum accedat, ita etiam quòd sibi inuicem debitum reddant, & hoc etiam est principalius, cum sequatur ex ipsa mutua potestate inuicem data, & ideo vtrumque ad fidem pertinet. Sed in litera ponitur* quod est minus manifestum.

AD QVARTVM dicendum, quòd in sacramentū non solum intelligenda est indiuisio: sed omnia illa, quæ consequuntur matrimonium ex hoc quod est signum coniunctionis Christi, & Ecclesiæ,* vel dicendum, quòd vnitas, quam obiectio tangit pertinet ad fidem, sicut & indiuisio ad sacramentum.

AD QVINTVM dicendum, quòd fides non accipitur hic

Marginal notes: * Lib. 4. Sēten. dist. 28. §. A. — * lib. 8. cap. 12. a med. — * li. 4. Sent. dist. 28. parag. A. — * Aug. li. 1. de nup. & concup. 4. to. 7. & de bono cōiugali. ca. 7. to. 6. — † Augu de Gen. ad liter. li. 9. ca. 7. tom. 3. & contra Iulianū, lib. 5. c 9. to. 7. — * Loco citato in arg. — * Rñsio secunda.

SVP. Q. LXXX. Aliàs 49. Art. II.

200 CONCL. Matrimonium, inquantum est in officium naturæ, ordinatur duobus; & inquantū est sacramentum, ordinatur uno.

¶PROB. Seu potius declaratio. Illa duo sūt proles, & fides: istud vnum est sacramētum.

1^m de conclusione. Ita debet poni communicatio operis. ℞. Nisi ista, tanquā finis secundarius, contineretur in prole tanquā in principali. §. Nam in prole nō solum intelligit &c. vt in textu. Tunc &c. vt patet.

Proles. ¶COROLL. Ergo q̄ñ dicitur in corpore, ꝙ proles est bonum matrimonij, intelliguntur tria per prolem: s. generatio prolis, educatio eius, & communicatio operum viri & vxoris in coniugali vita.

2^m de conclusione. Fides. ℞. Theologa. §. Tunc nihil &c. Imò argumentum est extra propositum Nam fides (vt putat arguens) non accipitur hic prout est virtus theologica, &c. vt in textu.

3^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam sicut in promissione matrimonij continetur: vt neuter &c. vt in textu.

¶COROLL. Ergo q̄ñ dicitur supra in corpore fides est bonum matrimonij, intelliguntur per fidem duo: & quòd scilicet neuter coniugum accedat ad alium thorum, & quòd sibi inuicem debitum reddāt; quæ duo ad unum reducātur quòd uideli cet seruentur promissa in contractu matrimonij.

4^m de minori. Pertinet ad indiuisionem ℞. Et ad omnia illa, quæ consequuntur m̄rimoniū ex hoc &c. vt in textu. §. Tunc &c. vt patet.

Itē illatio cōclusionis. Ergo debe ret, &c. ℞ Negatur illatio. §. quòd uidelicet aliquid aliud a prædictis deberet poni pertinere ad unitatem. Nā fides, de qua dictum est in corpore, est illa; ad quam pertinet unitas in argumēto tacta. Vide responsum secundū literæ ly vel dicendum quòd unitas, &c.

5^m maior. Vnica virtus sufficit ad unum actum honestandum. ℞. Illud est extra propositum. §. Nam fides non accipitur hic p aliqua, &c. ut i text. Et ideo maior illa non facit ad argumentum de fide, quæ hic traditur, concludendum.

Sextum

6^m de maiori. Non ex eodem. R. Cōsiderato secundum eundem modum: nō secundum diuersum.

§. Tunc nihil &c. Nam matrimonium ex prole, ut proles est, accipit rationem vtilis; & ex prole, ut matrimoniū ipsum ad eam debite per rationem ordinatur, accipit honestatem. Vide literam.

Sacramen

7^m illatio conclusionis. Ergo &c.

R. Negatur illatio. §. Nam sacramentum nō dicitur hic ipsum matrimonium, sed &c. ut in textu. Consequenter igitur ad illam maiorē dicas: quòd quando sacramētum ponitur inter bona matrimonij, non assignatur proprietas, vel conditio suppositi: sed proprietas, seu cōditio alia a matrimonio ipso.

Item de conclusione. Nō debet poni sacramentum. R. Si aliud non esset matrimonio esse matrimonium, & aliud esset ei esse sacramentum. §. Tunc nihil &c. ut patet. Nam licet matrimonium sit sacramentum: formalitas tamen matrimonij non est formalitas sacramenti. Vide secundum responsum literæ ly, vel dicendum, &c.

* lib.4.dist. 8. in fi.3 1. parag.

hic pro aliqua virtute, sed pro quadam conditione virtutis, ex qua fides nominatur, quæ ponitur pars iustitiæ.

AD SEXTVM dicendum, quòd sicut debitus vsus boni vtilis accipit rationem honesti, non quidem ex vtili, sed ex ratione, quæ rectum vsum facit, ita etiam ordinatio ad aliquod bonum vtile potest facere bonitatem honestatis ex vi rationis debitam ordinationem facientis: & hoc modo matrimonium ex hoc qd ordinatur ad prolem, vtile est, & nihilominus honestum, inquantum debite ordinatur.

AD SEPTIMVM dicendum, quòd sicut Magister dicit 3. distin. 4. Sententiarum, * sacramentum non dicitur hic ipsum matrimonium, sed inseparabilitas eius, quæ eiusdem est rei signum, cuius † & matrimoniū. Vel dicendum, quòd quàmuis matrimonium sit sacramentum, tamen aliud est matrimonio esse matrimonium, & aliud est ei esse sacramentum; quia non solum ad hoc est institutum, ut sit in signum rei sacræ, sed & ut sit in officium naturæ: & ideo ratio sacramenti est quædā conditio adueniens matrimonio secundum se considerato, ex quo honestatem, etiam habet: & ideo sacramentalitas eius vt ita dicam ponitur inter honestantia matrimonium; & secundum hoc in tertio boni matrimonii, scilicet sacramento, non solum intelligitur inseparabilitas, sed etiā omnia, quæ ad significationem ipsius pertinent.

Sacramentum.

¶EXAMEN. Ly secundum hoc in tertio bono matrimonij scilicet sacramento, non solum intelligitur inseparabilitas, sed etiam omnia &c. Per ly omnia intellige illa; quæ supra q. 42. art. 1. & 3. dicuntur. Vt remedium sanctitatis, materiam, formam, actus exteriores coniugum, obligationem, gratiam.

Ly matrimonio secundum se considerato. Ad hoc intelligendū, ad differentiam vsus matrimonij, vide art. seq. in corp.

praeceptum istud, &c. quod ergo Deus coniunxit, homo non separet, &c. Quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam: et si uxor dimiserit uirum suum, & alij nupserit: mœchatur. Hæc ibi. Vbi nota ly ad duritiam cordis vestri; quia per hoc innuitur, quòd illi erant tam corde indomabili, ut potius quā vxores exosas iam factas retinerent, occiderēt eas. Et ideo ad vitandū hoc maius malum, vxoricidium scilicet. Moyses permiserat eis scribere libellum repudij, & dimittere: Deut. 24. Nota ly quicumque dimiserit. s. extra causam fornicationis: quod expressit Matt. 19. Quicūque dimiserit uxorem suā, nisi ob fornicationem. Item Rom. 7. Herodianos dānari meritò ostēdas per ly lex in homine dominatur, quanto tempore viuit. Nā quæ sub uiro est mulier, viuente uiro, alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius: soluta est a lege uiri. Igitur viuente uiro vocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri. Item 1 Cor. 7. ubi idem refert in fin. & Priscianistas damnans in prin. dicit. Vxori vir debitum reddat: similiter autem & uxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir: similiter autem & uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicē nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi: & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos Sathanas propter incontinentiam vestram. Hæc ibi. Vbi nota ly fraudare: quod scilicet iniustitiæ fraudulenti ascribitur; nolle reddere debitum sibi inuicem coniugatos. Et ly nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi monstrat; quòd neque ex consensu possunt se alteri tradere: quoniam tempus orationis tantum excipitur. Et ly ne tentet uos Sathanas, idest ne tentando decipiat: quoniam, nonnullos coniugatorum sub prætextu continentiæ ad huiusmodi fraudes in inuicem conduci a Sathana, demonstrat. Hæc omnia contra Priscilianistas; & partim etiam a fortiori. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas, meritò esse dictum ab Eugenio Quarto, in decret. Armen. dat. sacro approbante Concilio Florentino. Septimum est sacramentum matrimonij, &cæt. Assignatur autem triplex bonum matrimonij. Primum est: proles suscipienda & educanda ad cultum Dei. Secundum est fides: quam unus coniugum alteri seruare debet. Tertium est indiuisibilitas matrimonij: propter hoc quòd significat indiuisibilem coniunctionem Christi & ecclesiæ. Hæc ibi. Quartò habes: quomodo prædicta scripturarum & patrum, pro quanto bona matrimonij, uel fidem, uel sacramentum, uel etiam prolem insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quintò vides quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

* Responsio secunda.

## APPENDIX.

Vtilitas Ecclesia

EX articu habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim Pharisæorum (Direct. Inquisit. par. 2. q. 4. & Marc. 10.) dicentium: licitum esse uxorem dimittere, etiam non fornicationis ratione, & libellum repudij ei dare. Item Herodianorum (Direct. Inquisit. ibid.) dicentium, quòd licitum est, vxorem alterius, etiam marito viuente, sibi in vxorem accipere. Item Priscianistarum (Alfonsus Cast. Nuptiæ) facto suo dicentium, nuptijs coniugatos esse separandos. Facto suo, inquam: quia Priscianistæ hoc seruarunt; quòd fœminas a nolentibus viris, & viros a nolentibus fœminis, quātum poterant disiungebant. Contra hos omnes. n. militat articulus presens, eosque expugnat; dum fidem, & sacramentum, bona esse matrimonij dicit. Quod ut clarius, intelligas; vide supra declarationem de ly fides, & ly sacramentum. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas; meritò Pharisæorum hæresim damnari a Christo Marc 10. Ad duritiam cordis vestri scripsit Moyses uobis præ-

3

4

5

---

SVP. Q. LXXX. Aliàs 49. Art. III.

CONCL. 1. Si accipiatur ly principalius pro digniori, sacramentum est omnib. modis principalius inter tria bona coniugij.

201

¶PROB. Quia sacramentum, prout est bonum matrimonij, pertinet ad matrimoniū in quantum est sacramentum gratiæ; alia uero duo pertinent ad ipsū, inquātum est officium naturæ: & perfectio gratiæ est dignior q̄ naturæ; (omnia patent.)

¶CONCL. 2. Sacramentum, quod est bonum matrimonij, est essentialius ei, q̄ fides & proles; si illa duo considerentur in seipsis.

¶PROB. Quia fides ac proles, ut considerantur in seipsis, pertinent ad usum matrimonij; sacramentū verò. i. indiuisibilitas pertinet ad ipsum matrimoniū secundum se (cum proles per vsum matrimonij pducatur: pactioq; coniugalis seruetur, vt patet in textu.)

¶CONCL. 3. Si considerenī fides, & proles, sm q̄ sunt in suis principijs, ples est essentialissimum in matrimonio, & secundò fides, & tertiò sacramentum.

¶PROB.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum sacramentum sit principalius inter bona matrimonii.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod sacramentum non sit principalius inter bona matrimonii, quia finis est potissimum in vnoquoque: sed proles est matrimonii finis. ergo proles est principalius matrimonii bonum.

¶ 2 Præt. Principalius in ratione speciei est differentia, quæ complet speciem, quàm genus, sicut forma, quàm materia in cōstitutione rei naturalis, sed sacramentum competit matrimonio ex ratione sui generis, proles autem, & fides ex ratione differentiæ, inquantum est tale sacramentum, ergo alia duo sunt magis principalia in matrimonio, quam sacramentum.

¶ 3 Præt. Sicut inuenitur matrimonium sine prole, & fide, ita inuenitur sine inseparabilitate, sicut patet quando alter coniugum ante matrimonium consummatum ad religionem transit, ergo nec ex hac ratione sacramentū est in matrimonio principalius.

¶ 4 Præt. Effectus non potest esse principalior sua causa: sed cōsensus, qui est causa matrimonii frequenter immutatur, ergo & matrimonium solui potest, & sic inseparabilitas nō semper comitatur matrimonium.

¶PROB. Quia in homine est essentialius esse naturæ, quam esse gratiæ (patet.)

**1m de maiori.**

Finis. R. Secundum intentionē consideratus: non secundum consequutionem. §. Tunc nihil &cæt. ut patet in textu.

¶COROLL. Ergo secundum hoc responsum, proles inter bona matrimonij est vltimū: quod consequitur quis in matrimonio. Nec mirum quia accipitur proles hic, ut consideratur in seipsa, & consequenter vt conclusio ni secundæ correspondet: secundum quam fides, i. pactio coniugalis, etiam prius seruatur antequam generetur proles.

* q. 44. artic. 3.

**2m de minori.**

Sacramentum competit matrimonio ex ratione sui generis. R. Negatur ista. §. ut patet in textu cum ratione ibi allata.

Aug. lib. 1. de nupt. & concup. ca. 17. to. 7.

**3m de antecedente.**

Inuenitur matrimonium sine inseparabilitate. R. Extra uitam, in qua contrahitur: non in illa uita. §. Tunc nihil &c. vt patet in text. Ex quo dic: ꝙ mors, siue corporalis, siue spiritualis, ponit extra vitam correspondenter, idest corporalis extra vitā corporalem, & spiritualis ex spiritualem.

¶NOT. Vita spiritualis accipitur hic pro vita ciuili. i. secūdū actiones, & negociationes, in mundo fieri solitas. Huic enim opponitur religionis status; & consequēter vocatur mors spiritualis; idest transitus ab illa vita ciuili: licet ipsa religio in se considerata sit uita spiritualis.

**4m de minori.**

Consensus. R. Materialiter sumptus: non autem formaliter. §. Tūc nihil &cæt. ut patet in textu Vbi in fi. ly secundum hoc, idem est ac si dicatur, secūdum quòd formaliter cōsensus dicitur. Vltra inualiditatem matrimonij ad tēpus cōtracti. quæst. 47. art. 5. appen. interuenit ibi adulterium semper animo, & quando actu se cognoscūt, facto. 32. q. 2. solet.

† Gratian. 27. q. 2. ca. 41.

¶ 5 Præt. Sacramenta, quæ habent effectum perpetuum, imprimunt characterem, sed in matrimonio nō imprimitur character, ergo non adest ei inseparabilitas perpetua: & ideo sicut est matrimonium sine pro le, ita potest esse sine sacramento, & sic idem quod prius.

SED CONTRA, Illud, quod ponitur in definitione rei est sibi maxime essentiale, sed indiuisio, quæ pertinet ad sacramentum, ponitur in definitione * de matrimonio data, non autem proles, vel fides, ergo sacramentum inter alia est in matrimonio essentialius.

¶Præterea, Virtus diuina, quæ in sacramentis operatur, est efficacior, quàm virtus humana, sed proles, & fides: pertinent ad matrimonium, secundum quòd est in officium naturæ humanæ, sacramentum autem secundum, quod est ex institutione diuina, ergo sacramentū est principalius in matrimonio, quàm alia duo.

RESP. Dicendum, quòd aliquid dicitur in re aliqua principalius duobus modis, aut quia essentialius, aut quia dignius. Si quia dignius, sic omnibus modis sacramētum est principalius inter tria bona coniugii: quia pertinet ad matrimonium, inquantum est sacramentum gratiæ: alia vero duo pertinent ad ipsum inquantum est quoddam naturæ officium, perfectio autem gratiæ est dignior perfectione naturæ. Si autem dicatur principalius, quod est essentialius, sic distinguendum est: quia fides, & proles possunt dupliciter considerari. Vno modo in seipsis, & sic pertinent ad vsum matrimonii, per quem, & proles producitur, & pactio coniugalis seruatur: sed indiuisibilitas, quam sacramentum importat, pertinet ad ipsum secundum se matrimonium, qua ex hoc quod per pactionē coniugalem sui potestatem sibi inuicem in perpetuum coniuges tradunt, sequitur; quòd separari non possint, & inde est, quòd matrimoniū numquam inuenitur, sine inseparabilitate; inuenitur autem sine fide, & prole, quia esse rei non dependet ab vsu suo, & secundum hoc sacramentum est essentialius matrimonio, quàm fides, & proles. Alio modo potest considerari fides, & proles, secundum quòd sunt in suis principiis, vt pro prole accipiatur intentio prolis, & pro fide debitum seruandi fidem: sine quibus etiam matrimonium esse, non potest: quia hæc in matrimonio ex ipsa pactione coniugali causantur: ita quòd si aliquid contrarium huius exprimeretur in consensu, qui† matrimonium facit, non esset verum matrimonium: & sic accipiendo fidem, & prolem; proles est essentialissimum in matrimonio, & secundo fides, & tertio sacramentum; sicut etiam homini est essentialius esse naturæ, quàm esse gratiæ, quamuis esse gratiæ sit dignius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd finis secundum intentionem est primum in re, sed secundum consecutionem est vltimum, & similiter proles se habet inter matrimonii bona, & ideo quodammodo est principalius, & quodammodo non.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sacramentum prout ponitur tertium matrimonii bonum, pertinet ad matrimonium ratione suæ differentiæ, dicitur enim sacramentum ex significatione huius rei sacræ determinatæ, quam matrimonium significat.

AD TERTIVM dicendum, quòd nuptiæ secundum August. * sunt bona mortalium, vnde in resurrectione neque nubent, neque nubentur, vt dicitur Matth. 22. Et ideo vinculum matrimonii non se extendit vltra vitam, in qua contrahitur, & ideo * dicitur inseparabile, quia non potest in hac vita separari, sed per mortem siue corporalem post carnalem coniunctionem, siue spiritualem post spiritualem tantum.

AD QVARTVM dicendum, quamuis consensus, qui facit matrimonium, non sit perpetuus materialiter, idest quantum ad substantiam actus, quia ille actus cessat, & potest contrarius accedere, tamen formaliter loquendo, est perpetuus, quia est de perpetuitate vinculi, aliàs non faceret matrimoniū: non enim consensus ad tempus in aliquam, matrimonium facit: & dico formaliter, secundum quòd actus accipit speciem ab obiecto; & secundum hoc matrimonium ex consensu inseparabilitatem habet.

AD QVINTVM dicendum, quòd in sacramentis, in quibus imprimitur character, traditur potestas ad actus spirituales, sed in matrimonio ad actus corporales: vnde matrimonium ratione potestatis, quam in se inuicem coniuges accipiunt, conuenit cum sacramento, in quo character imprimitur, & ex hoc habet inseparabilitatem, vt Magister * dicit, sed differt ab eis, inquantum potestas illa est ad actus corporales, & propter hoc non imprimit characterem spiritualem.

* li. 4. Sent. dist. 30. para. D.

**5m de maiori.**

Effectum perpetuum. R. Ad actus spirituales: non, ad actus corporales. §. Tunc nih. &cæt. Omnia patēt in textu.

APPENDIX.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem reijcias errorem Armenorum, quē postmodum docuit Lutherus dicentium: nuptiis non inesse sacramentū, idest illam maris & fœminæ indissolubilem coniunctionem, neque per eam conferri gratiam. Item hæresim Libertinorum dicentium: matrimonia posse dissolui, ubi uxor mariti sui tædium cœperit. Ostēdendo namque D. Thomas, quòd inter bona matrimonij sacramentū est principalius secundum rationem gratiæ: proculdubio militat cōtra Libertinos, & Armenos, vtrosque confodiens. Secundò habes: quomodo ꝓ rationē ostendas; errores præmissos merito damnari à &c. vt q. 42. art. 1. & 3. append. Item a Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. Matrimonij perpetuū indissolubilem, quòd nexum, &c. Et cano. 5. Si quis dixerit: propter molestam cohabitationem dissolui posse matrimonij vinculū, Anathema sit. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas, & meritò esse, & in quo sensu sit, dictum ab Eugenio IIII. Quòd bonū matrimonij primū est proles, secundum est fides, tertium est indiuisibilitas. Hoc recitatur supra articu. secundo, appen. Quartò habes: quomodo per rationem prædicta, & allegata patrum, ꝓ quan to ad hunc locum pertinent, & intelligas, & probes, & defendas. Quintò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas ꝓ Eccles. S. Dei

* De bono cōiugali ex ca. 24. to. 6.

* Augus. de bono coniug. ca. 7. & 15. & de adulterinis cōiug. li. 2. capit. 5. & Amb. in c. 16. Luc.

SVPER QVAEST. LXXX. Aliàs 49. Art. IIII.

CONCL. 1. Bona prædicta dicũtur excusare matrimonij actum ex parte sui.

¶PROB. Quia faciunt actum illum non esse malum.

¶CONCL. 2. Fides & proles faciunt, quod act* matrimonij sit bonus: & sacramentum. i. indiuisibilitas coniunctionis matrimonialis, facit vltra hoc, quòd ipse actus sit sanctus.

¶COROLL. Ex hoc melius intellige dicta super q. 49. arti. primo, ad tertium, sic enim clarius intelliges; in Paradiso fuisse prædicta bona excusantia matrimonium.

¶PROB. 1. Quia ex eodem habet actus, quòd non sit malus in genere moris, quòd sit bonus (ut probatur in tex.) 2. Quia fides ac proles ponũt ipsum actum in medium secundum rationem. Secũda autem pars, scilicet & sacramentum &c. probatur. Quia vltra hoc actus matrimonij significat cõiunctionem Christi ad ecclesiam.

¶EXAMEN. Ly non est aliquis actus indifferens. Scilicet, secundum indiuiduum: non secũdum speciem Hoc fuit declaratum etiam de mente Conc. Constantiensis supra quæst. 41. artic. quarto. Vide ibi.

1^m de maiori.

Damnum. R. Quãtum ad habitum non semp, quantum ad actum. §. vt declaratur in textu a ly nec est inconueniens, &cæt. Tunc nihil &c. vt patet in principio textus.

¶NOT. Si semper esset peccatum dimittere meliorem pro aliquo minus bono actu non esset licitum exercere actum coniugalem alicui nuptæ virgini, quoniam actus virginitatis melior est, & tunc dimittitur.

2^m de maiori.

Malo R. Culpæ: non pœnę. §. Tunc nih. &c. Nam malum quod inseparabiliter actui coniugali inest est malum pœnæ, non culpæ.

¶NOT. De hoc vide quæst. 41. artic. tertio, ad tertium, & quartum.

3^m de maiori.

Immoderatio. R. Sumpta secundum proportionem ad rationem: non secundum quantitatem ad intensionẽ. §. vt declaratur in tex. Tunc &c. vt patet in eod. a ly delectatio autem quæ fit in actu, &c.

¶NOT. De hoc vide q. 41. art. 3. ad secundum, & sextum.

4^m ex Damasceno. Nisi de turpi. R. Ratione vel pœnæ, vel culpæ. §. Tunc nih. &c. vt patet in textu.

¶NOT. Vide q. sup. loco citato ad 3. & 4. & ibi art. quarto, ad tertium. Vbi dicitur quòd videas in text. intellige etiam de elucid. & hic, & supra.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum actus matrimonii excusetur per bona prædicta.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd actus matrimonii non possit excusari per bona prædicta, vt non sit omnino peccatum: quia quicumq; sustinet damnum maioris boni propter minus bonum, peccat, quia inordinate sustinet: sed bonum rationis, quod læditur in ipso actu coniugali, est maius quam hæc tria coniugii bona, ergo prædicta bona non sufficiunt ad excusandum coniugalem concubitum.

¶ 2 Præt. Si bonum malo additur in genere moris, totum efficitur malum, non autem totum bonum: quia vna circunstantia mala facit actum malum, non autem vna bona facit ipsum bonum, sed actus coniugalis secundum se est malus, aliàs excusatione non indigeret: ergo bona matrimonii adiuncta non possunt ipsum bonum facere.

¶ 3 Præt. Vbicumque est immoderatio passionis, ibi est vitium in moribus: sed bona matrimonii non possunt efficere quin delectatio illius actus sit immoderata, ergo non possunt excusare quin sit peccatum.

¶ 4 Præterea. Verecundia non est nisi de turpi actu secundum Damascenum:* sed bona matrimonii non tollunt erubescentiam ab illo actu, ergo non possunt excusare quin sit peccatum.

SED CONTRA. Concubitus coniugalis non differt a fornicario, nisi per bona matrimonii, si ergo non sufficerent excusare ipsum, tũc matrimonium semper illicitum remaneret.*

¶ Præterea. Bona matrimonii se habent ad actum eius, sicut circunstantiæ debitæ, sicut dictum est: † sed circunstantiæ tales sufficienter faciunt, quòd actus aliquis non sit malus, ergo, & hæc bona possunt excusare matrimonium, vt nullo modo sit peccatum.

RESPON. Dicendum, quòd actus dicitur excusari dupliciter. Vno modo ex parte facientis, ita quòd non imputetur facienti in culpam, quãuis sit malus, vel saltem non in tantam culpã, sicut ignorantia dicitur excusare peccatum in toto, vel in parte. Alio modo potest excusari actus ex parte sui, ita scilicet, quòd non sit malus, & hoc modo prædicta bona, dicuntur excusare actum matrimonii, ex eodem autem habet actus aliquis, quòd non sit malus in genere moris, & quòd sit bonus, quia non est aliquis actus indifferens, vt in 2. libro dictum est, * dicitur autẽ aliquis humanus actus bonus dupliciter. Vno modo bonitate virtutis, & sic habet actus, quòd sit bonus ex his, quæ ipsum in medio ponunt, & hoc faciunt in actu matrimonii fides, & proles, vt dictum est. † Alio modo bonitate sacramenti, secundum, quòd actus non solum bonus, sed etiam sanctus dicitur, & hanc bonitatem habet actus matrimonii ex indiuisibilitate coniunctionis, secundum quam significat coniunctionem Christi ad Ecclesiam, & sic patet, quòd prædicta bona sufficienter actum matrimonii excusant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per matrimonii actum nõ incurrit homo in damnum rationis quantum ad habitum, sed solũ quantum ad actum, nec est inconueniẽs, quòd quandoque aliquis actus, qui est melior secundum genus suum, interrumpatur pro aliquo minus bono actu: hoc enim sine peccato fieri potest, sicut patet in eo, qui ab actu contemplationis cessat, vt interdum actioni vacet.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ratio illa procederet, si malum, quod inseparabiliter comitatur concubitum, esset malum culpæ: nunc autem non est malum culpæ, sed pœna tantum, * quæ est inobedientia concupiscẽtiæ ad rationem, & ideo non sequitur.

AD TERTIVM dicendum, quòd superabundantia passionis, quæ facit vitium, non attenditur secũdum quantitatem ipsius ad intensionem, sed secundum proportionem ad rationem: vnde tunc solum passio reputatur immoderata, quando limites rationis excedit. Delectatio autem quæ fit in actu matrimoniali, quamuis sit intensiua secundũ quantitatem, non tamen excedit limites sibi a ratione præfixos ante principium suum, quàmuis ex pdicta delectatione rõ eos ordinare non possit.

AD QVARTVM dicendum, quòd turpitudo, quæ semper est in actu matrimoniali, & erubescentia facit, est turpitudo pœnæ, & non culpæ: quia de quolibet defectu homo naturaliter erubescit.

## APPENDIX.

EX artic habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Aginensium Manicheorum, & Tatiano rum dicentium: nuptiã rũ fœdera inter se iungentes peccare. Item nuptias execrabiles, & spurcas esse. Si n. actus matrimonialis carnalis, bonus & sãctus est: patet a fortiori ex hoc, quòd fœdus contractus nuptiarum neque execrabilis, neque spurcus, neque peccatum est. Secũdo habes: quomodo per rationem ostendas; meritò damnatas fuisse illas hæreses à &c. vt q. 41. art. 1. appen. & artic. 3. 4 appen. Itẽ à &c. vt 1 par. q 72. art. 1 appen. Item à &c. vt supra in multis locis. Itẽ a Concil. Gangrensi. Si quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem, ac religiosa detestatur, aut culpabilem æstimat, velut quæ in regnũ Dei introire non possit: Anathema sit. Item a Concil. Bracharensi primo, can. 11. Si quis coniugia humana dãnat, & procreationem nascẽtium perhorrescit, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt: Anathema sit. Tertiò habes: quo p rationem ostendas; meritò esse dictum ab Eugenio IIII. quòd prædicta sunt bona matrimonij. Si enim bona sunt eius; reddunt illud bonum & sanctum. Vide Eugenium ar. 2. appẽ. Quartò habes: quomodo per rationẽ prędicta patrũ, ac scripturarum, pro quanto matrimonium innuũt siue diuisim, siue coniũctim excusari per illa tria bona, & intelligas, & probes, & defendas. Quintò uides; quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur & consolidetur.

Marginal notes:

202

* lib. 2. ortho fidei. cap. 15.

* In 4. dist. 41. artic. 3. præsertim in resp. ad 4. & 5.

† art. 1. huius q. ad 4.

* Idem supra q. 41. artic 4 corp.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei.

† ar. 2. huius q. corp. & hoc præsenti.

2

*artic. 3. q. 41. ad 3.

3

4

*artic. 3. q. 41. ad 6.

5

SVP. Q. LXXX. Aliàs 49. Art. v.

CONCL. Duobus solis modis coniuges absque omni peccato cōueniunt, scilicet causa procreandæ prolis, & debiti reddēdi aliàs autem semper est ibi peccatum, ad minus veniale.

¶ COROLL. Ergo ex hoc ad titulum literaliter respondendo applica; quòd actus matrimonialis non pôt excusari sine bonis matrimonij. Hoc enim insinuatur a ly aliàs autem &c.

¶ NOT. Principium corporis articuli huius aperit tibi viam ad clarius intelligendū conclusiones articuli quarti: & ideo bene considera vsq; ad ly vñ quando coniuges, &c. Rursum. Cōclusio pręsens habet duas partes: scilicet affirmatiuam hanc, ꝙ duobus modis coniuges absque omni peccato conueniunt, & negatiuam hanc, quòd solis. i. nullo alio modo. Et quoniam præter illos duos modos, prolē videlicet & debitum, restabat alius, videlicet indiuisibilitas; quæ nomine sacramētī impor tatur: ideo per ly solis, excluditur indiuisibilitas illa. Ac si diceretur: Indiuisibilitas non facit, quòd coniuges se inuicē cognoscāt absq; omni peccato. Hoc est. Quando cōueniunt ratione idiuisibilitatis illius sigāificandæ tantū (remoto scilicet, quòd simul vel ratione prolis, vel ratione debiti, conueniant;) illa conuentio non est propter hoc absque omni peccato. Probabitur itaq; primò pars affirmatiua illa, & postmodum negatiua.

¶ PROB. 1. Quia procreatio prolis, ac debiti redditio pertinēt ad usum matrimonij; & ad finem eius secūdum rationem rectam ordinātur. Secunda autem pars. f. solis, probatur. Quia sacramentum, i. indiuisibilitas, nō pertinet ad vsum matrimonij; ut per hoc actus eius absq; peccato reddatur (omnia patēt ex supra dictis.) Tertia verò pars, scilicet aliàs autem &c. patet.

¶ NOT. Conclusio probata, est etiam tanquam declaratio. quæst. 41. artic. tertio, & quarto. Nam de habentibus gratiam, & de non habentibus, monstrat, & monstrando declarat;

103

*Cap. 4. de diuinis. no. mi. aliquātulum ante finem.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum actus matrimonialis excusari possit sine bonis matrimonii.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd actus matrimonialis excusari possit etiam sine bonis matrimonii. Qui enim a natura tantum mouetur ad actum matrimonii, non videtur aliquod bonum matrimonii intendere, quia bona matrimonii pertinent ad gratiā, vel virtutem: sed quando aliquid solo appetitu naturali mouet ad actū prædictum, non videtur esse peccatum, quia nullum naturale est malum, cum malum sit præter naturam, & præter ordinem, vt Dionys. * dicit: ergo actus matrimonii excusari potest etiam sine bonis matrimonii.

¶ 2 Præterea, Ille, qui vtitur coniuge ad fornicationem vitandam, non videtur aliquod bonum matrimonii intendere: sed talis non peccat, vt videtur, quia ad hoc est matrimonium concessum humanæ infirmitati, vt fornicatio vitetur: ut patet primæ Corinth. 7. ergo etiam sine bonis matrimonii potest actus eius excusari.

¶ 3 Præt. Ille, qui vtitur re sua ad libitum, non facit contra iustitiam; & sic non peccat (vt videtur) sed per matrimonium vxor efficitur res viri, & econtrario, ergo si se inuicem ad libitum vtuntur libidine mouente, non videtur esse peccatum, & sic idem quod prius.

¶ 4 Præterea, Illud, quod est bonum ex genere, non efficitur malū, nisi ex mala intentione fiat: sed potest bona intentione fieri etiam si nō intendat aliquod bonum matrimonii, puta cum quis salutem corporalem per hoc intendit seruare, aut consequi, ergo videtur, quòd etiam sine matrimonii bonis actus ille possit excusari.

SED CONTRA, Remota causa remouetur effectus: sed causa honestatis actus matrimonialis sunt matrimonii bona, ergo sine eis non potest actus matrimonialis excusari.

¶ Præterea, Non differt actus prædictus ab actu fornicario, nisi in prædictis bonis: sed concubitus fornicarius semper est malus, ergo si non excusatur prædictis bonis, etiam matrimonialis actus semper erit malus.

RESP. Dicendum, quòd sicut bona matrimonii secundum quod sunt in habitu, faciunt matrimonium honestum, & sanctum, ita etiam secūdum quòd sunt in actuali intentione, faciunt actum matrimonii honestum, quantum ad illa duo bona matrimonii, quæ ipsius actum respiciunt. Vnde quando coniuges conueniunt causa prolis procreandæ, vel vt sibi inuicem debitum reddant, quæ ad fidem pertinent, totaliter excusantur a peccato, sed tertium * bonum non pertinet ad vsum matrimonii, sed ad essentiam ipsius, vt dictum * est. Vnde facit ipsum matrimoniū honestum, non autem actum eius, vt per hoc actus eius absque peccato reddatur, quia causa alicuius significationis cōueniunt: & ideo duobus solis modis coniuges absque omni peccato conueniunt, scilicet causa procreandæ prolis, & debiti reddendi, aliàs autem semper est ibi peccatum ad minus veniale.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd proles prout est bonum sacramenti, addit supra prolem, prout est bonum intentum a natura. Natura enim intendit prolem prout in ipsa saluatur bonum speciei: sed in prole, secundum quod est bonum sacramenti matrimonii, vltra hoc intelligitur, vt proles suscepta vlterius ordinetur in Deū, & ideo oportet quòd intentio naturæ, qua prolem intendit, referatur actu, vel habitu ad intentionem prolis, prout est bonum sacramenti, aliàs staretur in creatura, quod sine peccato esse non potest: & ideo quando natura tātum mouet ad actum matrimonii, non excusatur a peccato omnino, nisi inquantum motus naturæ ordinatur actu, vel habitu vlterius ad prolem, secundum quòd est bonum sacramenti, nec tamen sequitur quòd motus naturæ sit malus; sed quòd sit imperfectus; nisi ad aliquod bonum matrimonii vlterius ordinetur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ si aliquis per actum matrimonii intendit vitare fornicationem in coniuge, non est aliquod peccatum, quia hæc est quædam redditio debiti, quæ ad bonum fidei pertinet: sed si intendit vitare fornicationem in se, sic est ibi aliqua superfluitas, & secundum hoc est peccatum veniale, nec ad hoc est matrimonium institutum, nisi secundum indulgentiam, quæ est de peccatis venialibus.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ vna debita circunstantia non sufficit ad hoc quod actus sit bonus, & ideo non oportet quòd qualitercūq; quis re sua vtatur vsus sit bonus: sed quando vtitur re sua vt debet, secundum omnes circunstantias.

AD

clarat; quomodo in matrimonio non semper peccent, & quandoque mereantur, ac quandoque bonum morale faciant.

1^m minor. Quando aliquis solo appetitu naturali mouetur ad actū prædictum, non uidetur esse peccatum. ℞. Si appetitus ille ordinet actu, uel habitu, i Deū. ℣. Tunc nihil concluditur contra: ut patet in textu.

*art. 3. huius q. co.

¶ EXAMEN. Ly imperfectus. Scilicet secundum se; ita quòd licet non sit secundum se malus, possit tamen fieri, si non reguletur a ratione. Ex quo enim est in homine ille motus naturæ deberet ordinari saltē habitu per rationē hominis; vnde si nec habitu ordinatur ab ipsa, tunc est peccatum; quia ratio in illo motu non facit officium suum, quod debet: sicut & nautæ imputatur iactura nauis, quia debet eam regere. Motus ergo ille est malus, non quia sit naturalis præcisē (sic enim tantū est imperfectus:) sed quia non est ordinatus ratione ut debet.

¶ Ly habitu. Idest voluntate præuia. Tūc enim habitu ordinat motum illum: quando ante actum vult, illum esse ordinatum. Pro quo uide. quæst. 41. articu. tertio, ad sextum, vbi ad literam dicitur: si tunc non ordinetur, tamē a ratione est pręordinatus. Esse ergo actum illum præordinatum a ratione, est esse ordinatum habitu.

2^m de maiori. Fornicationem uitandam. ℞. In seipso: non, in coniuge. ℣. Tunc nihil &cæt. Nam quando aliquis per actum matrimonialem intendit vitare fornicationem &cæt. ut in textu.

3^m maior. Ille, ꝙ vtitur re sua adhibitum, non facit contra iustitiam, & sic non peccat. ℞. Negatur ista. ℣. sed dicendum. Ille, qui vtitur re sua, ut debet secundum omnes circunstantias, non facit, &c.

¶ NOTATIO. Prævalde dilimissam glossam propositionis illius diligenter notāda, notato: quoniam hinc & prægēter glossactica, ad multos errores compescendos iuuaberis, & in multiplici materia.

Quar-

4^m maior. Illud, quod est bonum in genere, non efficitur malum, nisi ex mala intentione fiat. ℞. Quando intenditur aliquid bonum ex aliquo, quod de se est ordinatum ad illud: non aliter. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu.

APPENDIX.

Vtilitas Eccles. S. Dei.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem excludas errorem Libertinorũ, & Quintinistarum dicentium: quòd uitium est uirtus, & virtus est vitium. Sic. n. non differet: si quis cognosceret vxorem suam intendens bona matrimonij, & non intendens; & si actus matrimonialis excusari potest per bona matrimonij, etiam excusari posset sine illis. Quorum oppositum tamen articulus præsens, tanquã contra illos militãs, ratione validissima probat; simul etiam pro probationibus addendo duo argumenta dicta in ly sed contra. Secundò habes: quò per rationes ostendas; errorem illum meritò damnari ab Isa. 5. Veh; qui dicitis, bonum malum, & malum bonum. Et quia, contra omnino improbabilia proferentem solicitum esse, non decet (secundum Philosophum in top.) ideo sufficiat hactenus ista dixisse contra huiusmodi. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas: meritò insinuatum fuisse a Concil. Flor. (supra art. 2. appen.) quod matrimonium sine bonis suis nõ potest excusari in suo actu. Insinuatum autẽ est ab oppositis, ubi dixit: quòd triplex est bonum matrimonij. Cũ igitur nihil sit bonum, nisi per bonitatem; & remota causa remoueatur effectus: sequitur, Concilium per hoc innuisse, quòd remotis illis bonis non excusabitur. Quartò vides: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto insinuant, quod diximus, & intelligas, & probes, & defendas. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consoletur.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ quamuis intendere sanitatis conseruationem non sit per se malum, tñ hæc intentio efficitur mala, si ex aliquo sanitas intẽdatur, quod non est ad hoc de se ordinatum, sicut, qui ex sacramento baptismi tantum salutem corporalem quæreret, & similiter etiam est in ꝓposito in actu matrimonii.

---

SVP. Q. LXXX. Aliàs 49. Art. vi.

NOT. Supra articulo quinto partim quæsiuit titulum hũc, pro quanto ibi quæsitum est; an aliquis non intendens bona matrimonij possit excusari i actu matrimoniali. Vñ non formaliter loquendo intendit facere vim in quærẽdo de delectatione. Quasi diceret per modum expositionis. Vtrum non intendens cognoscendo vxorem suam bona matrimonij; 1. vtrum intendens aliquid aliud, & (in proposito loquendo) solam delectationem, &c. Ita quòd uides: ꝙ principale intentum quæsiti consistit i sola delectatione.

¶ CONCL. 1. Si delectatio quæratur vltra honestatem matrimonij, est peccatum mortale.

¶ EXAMEN. Ly vltra honestatem matrimonij. Expone hoc, vt in textu ly, vt scilicet aliquis in coniuge non attendat, quòd coniux est, sed &c.

¶ PROB. Quia operatio vltra honestatem matrimonij, modo in textu declarato, est peccatum mortale: & idem iudicium est de delectatione, ac operatione (10. Eth.)

¶ CONCL. 2. Si quęratur delectatio intra limites matrimonij; est veniale peccatum.

¶ PROB. Quia operatio infra limites matrimonij, modo i textu declarato, est veniale peccatum: & idem iudicium est de delectatione ac operatione. (10. Eth.)

¶ NOT. Per istam conclusionem secundã sic probatam excluditur

204

* Refertur Decr. 32. q. 4. c. Liberorum.

* Li. 4. Sẽt. dist. 31. parag. H. & l. ex Greg. in fi. 11. in epist.

† Id habet Beda sup illud 1. Co rint. 7. Melius est em̃ & dr̃ esse Aug. i serm̃ d bono nu ptiarũ. Sed nr̃ in sent. l. 3. contra Iu lianũ Pe lag. ca. 16. & lib. 2. cõ tra eũdem prum ante fi.

* li. 4. Sent. dist. 31. parag. F.

ARTICVLVS VI.

*Vtrum cognoscens vxorem non intendens aliquod bonum matrimonii, sed solam delectationem, mortaliter peccet.*

AD SEXTVM sic proceditur. Vr̃ ꝙ qñcumq; aliquis vxorẽ cognoscit, non intendens aliqđ bonum matrimonii, sed solã delectationẽ, mortaliter peccet. Quia sicut Hieron. * dicit, & hr̃ in litera, † voluptates, quæ de meretricũ amplexibus capiuntur, in vxore damnandæ sunt: sed non dr̃ esse damnabile, nisi peccatum mortale, ergo cognoscere vxorem propter voluptatem solam est semper peccatum mortale.

¶ 2 Præt. Consensus in delectatione est peccatum mortale, vt in 2. lib. dictum est: sed quicumque cognoscit vxorem suam causa delectationis, cõsentit in delectationem, ergo mortaliter peccat.

¶ 3 Præt. Quicumq; vsum creaturę nõ refert in Deum, creatura fruitur, quod est peccatum mortale, sed quicumq; vxore propter solam delectationem vtitur, hunc vsum nõ refert in Deum, ergo mortaliter peccat.

¶ 4 Præt. Nullus debet excommunicari, nisi pro peccato mortali, sed aliquis vxorem sola libidine cognoscens ab introitu Ecclesiæ arcetur, vt in litera * dr̃, quasi sit excõicatus, ergo omnis talis peccat mortaliter.

SED CONTRA. Quia secũdum August. † talis concubitus ponitur inter peccata quotidiana, pro quibus dicitur: Pater noster, &c. vt habetur in litera * sed talia non sunt peccata mortalia, ergo &c.

¶ Præt. Qui cibo vtitur ad delectationem tm̃, non peccat mortaliter, ergo pari ratione, qui vtitur vxore tantum causa libidinis satiandæ.

RESPON. Dicendum, quòd quidam dicunt, quod qñcumq; ad actũ coniugalem libido principaliter mouet, est peccatum mortale, sed quando mouet ex latere, tunc est peccatũ veniale. Qñ autẽ omnino delectationem † despicit, & displicet ei, tũc est oĩno sine veniali peccato. Vt sic; delectationẽ in illo actu quærere sit peccatum mortale, delectationẽ oblatã acceptare sit peccatum veniale, sed eam odire sit perfectionis. Sed hoc non potest esse, quia secundum Philosophum in 10. † Ethic. idem iudiciũ est de delectatione, & operatione, quia operationis bonę est delectatio bona, & malę mala. Vnde, cum actus matrimonialis non sit per se malus, nec quærere delectationem esset peccatum mortale semper.

Et ideo dicendum, ꝙ si delectatio quæratur vltra honestatẽ matrimonii; vt * scilicet aliquis in coniuge nõ attendat, quòd coniux est, sed solũ, quod mulier, paratus idem facere cũ ea, si non esset coniunx, est peccatũ mortale, & iõ talis dr̃ † ardentior amator vxoris, quia ardor ille extra bona matrimonii fertur. Si autẽ quęratur delectatio infra limites matrimonii, vt s. talis delectatio in alia nõ quæreretur, quàm in coniuge, sic est veniale peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ tunc voluptates meretricias vir in vxore quærit, quando nihil aliud in ea attendit quàm quòd in meretrice attenderet.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ consensus in delectatione concubitus, qui est pctm̃ mortale, est peccatum mortale, non autem talis delectatio est matrimonialis actus.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ quàmuis delectationem nõ referat actu in Deum, non tamen ponit in ea vltimum delectationis finem, aut voluptatis, aliàs eam vbicũque indifferenter quæreret, & ideo non oportet, quòd creatura fruatur, sed vtatur creatura propter se, se autem habitualiter propter Deum, quàmuis non actu.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ hoc non dicitur propter hoc ꝙ ex hoc peccato homo excõicationem mereatur, sed quia spiritualibus se reddit inhabilem propter hoc, quod efficitur, in actu illo, totus caro.

tur illa opinio quorundam narratorum & reprobatorum in corpore: tum quia illa opinio erat acerbior, tũ quia habebat zelum, sed sm scientiam. Vnde, pro quanto non secundum scientiam mouetur reprobatur, admittendo zelum. Ex quo patet: quòd conclusio illa secunda habet zelum & scientiam simul.

1^m de conclusione. Vxorem. ℞. Vt meretricem: non, ut uxorem. §. Tunc nih. &c. Nam Hieronymus damnandos dicit amplexus in vxore, quos etiam meretricios uocat, quando quis utitur uxore tanquam meretrice: vt in textu.

2^m de maiori. In delectatione. ℞. operationis, quæ est peccatum mortale non aliter. §. Tunc ni. &c. Non enim quicumque delectat uoluntarie in actu matrimoniali, delectatur de operatione mortaliter mala. Vide q. 41. artic. 3.

3^m de maiori. Non refert. ℞. Habitu: non autem, actu tantũ. §. Tunc nih. &c. Nam quàuis cognoscẽs vxorem delectatione sola ductus delectationem nõ referat actu in Deum: non tamen, &c. ut in textu.

4^m minor. Aliquis uxorem sola libidine cognoscens ab introitu eccle-

† Al. respuit. Zelus secũdũ scientiam.

† lib. 10. c. 3. & 4.

* Al. si.

† Hier. epi. 1. cõtra Iouinia. fi. ex hr̃ 4. Sent. dis. 31. par. F. ante fi.

ecclesiæ arcetur. & non propter hoc præcisè; sed propter in habilitatem ad diuina. §. Tunc nihil, &c.

¶ Not. Digna administratio siue actiua, siue passiua, diuinorũ, requirit duo scilicet, quòd quis sine peccato mortali existat, & ꝙ habilitatem quandam deuotionis conformem illis habeat. Primi defectum, scilicet peccatum mortale, non incurrit cognoscens vxorem sola delectatione infra limites matrimonii ductus: vt efficaciter probatum est supra in corp. Secundi verò defectum, i. inhabilitatem prædictam, incurrit, illo modo etiam cognoscens vxorem. Stat igitur, ꝙ talis arcendus iudicetur ab ecclesia ratione secundi, non autem primi, & sic intendit litera. Quod si replices, nullum debere excommunicari nisi pro peccato mortali reliquit D. Thomas tanquàm clarum, quid responderi debeat: quod & subintellexisse illum in litera præsenti dicendum est. Illud autem est: quòd cognoscens, vxorem ob delectatione solam, peccat quandoque mortaliter (vt prima conclusio dixit.) Consequenter igitur habemus: quòd excommunicatio ferretur tunc pro mortali, si talis excommunicaretur.

## APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Nicolaitarum & Simonis Magi, dicentium: coitum promiscuum fœminarum licere, vt quilibet qualibet sine peccato vti possit. Si enim coniux vltra honestatem delectationem quærés in cognoscendo vxorem propriam peccat mortaliter, vt prima con clusio dixit: ostéditur profectò per hoc a fortiori, quòd promiscue vti fœminis non licet absque peccato mortali. Secundò habes: quo modo per rationem ostendas hanc meritò damnari ab Apocal. 2. Habeo aduersus te pauca; quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, quia docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel edere & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Hæc ibi. Ex quo patet: quòd doctrina Nicolaitarum prædicta, ceu quæ assimilatur doctrinæ Balaam ad Balac est scandalosa Populo Christiano: & per hoc damnabilis omnino, & ibi damnata. Item a Leuit. 20. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius; morte moriantur, & mœchus, & adultera. Item a Matth. 15. de corde exeunt cogitationes malæ, adulteria, fornicationes. Ecce: ꝙ nec solutus cum soluta absque peccato mortali conuenire potest. Vnde & damnatur 1. Cor 6. Neque fornicarii, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas meritò & insinuatum esse a 32. q. 2 quicquid &c. quòd sola delectatione con iuges se cognoscentes non peccant mortaliter. Etsi eos praui mores ad talem concubitum impellunt, nuptiæ tamen ab adulterio, seu fornicatione defendunt: neque illud propter nuptias admittitur, sed propter nuptias ignoscitur. Hæc ibi. Et insinuatum esse à 32. q. 4. Origo &c. quòd sola delectatione coniuges se cognoscentes peccant mortaliter. In aliena vxore omnis amor turpis est: in sua nimius. Non regnet in eo voluptatis impetus; nec præceps feratur ad coitum. Nihil est fœdius: quam vxorem amare, quasi adul teram. Hæc ibi. Quartò habes: quomodo per rationem prædicta patrum & scripturarum, pro quanto cõsensum coniugum adinuicem propter delectationem solam, & insinuant mortale, & non, & intelligas, & probes, & defendas. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. LXXXI. Aliàs 50. Art. I.

†Cõc. Trident. sess. 24. de sacram. matri. cap. 4.

Concl. 1. Impedimenta, quæ cõtrariantur his, quę sunt de solemnitate sacramenti, non efficiunt; quia sit uerum sacramentũ.

¶ Prob. Quia remotis his, quæ sunt de solemnitate sacramentorum, adhuc manet verum sacramentum (patet.)

¶ Examen Ly tempus feriarum. Idest, in quo nõ debent nuptiæ celebrari. Talia tempora fuerunt iustis de causis multotiens variata, vel pro conditione locorum, vel temporum, vel &cæt. sed hoc nihil obstat textui (ut patet) Nouissime de tempore feriato sic statuit Cõcil. Trid. sess. 24. c. 10. de refor. 1. Ab aduẽtu domini nostri Iesu Christi vsque in diem Epiphaniæ, & a feria quarta Cinerum vsque ad octauam Paschatis inclusiue antiquę solemnium nuptiarum prohibitiones diligẽter ab omnibus obseruari sancta Synodus præcipit: in alijs verò temporibus nuptias solemniter celebrari pmittit; quas Episcopi, ut ea, qua decet modestia & honestate fiant, curabũt. Sancta enim res est matrimonium, & sancte tractandum. Hæc ibi.

205 S. Tho. 4. di. 34. q. vnica ar. 1.

* Al. indultum.

¶ Ly ecclesiæ vetitum. Hoc est contra interdictum ecclesiæ; ne matrimonium contrahatur ab isto, vel ab illo. De qua re Alexander III. in de matrim. contract. contra interdict. eccl. per totum. Vbi matrimonia ipsa non dirimuntur post contractionem: sed pro grauitate peccati transgressionis præcepti ecclesiastici pœna imponitur. Nam hoc uetitum, nõ est inhabilitãs.

¶ Concl. 2. Impedimenta, quæ contrariantur his, quæ sunt de essentia matrimonij, faciunt; vt non sit verum matrimonium.

¶ Prob. Quia patet ex terminis; (cum res non possit cõsistere sine his, quæ sunt de essentia sua.)

¶ Not. Vniuersaliter aduertendum est; quòd quãdo cõclusionibus apponit rationes Sanctus Doctor, idẽ est; ac si diceret, illud in cõclusione expressum cõuenienter fieri. Hoc dixerim, quia multotiens apponit in titulis ly cõuenienter (puta, vtrum in matrimonio conuenienter &cæt.) & in cõclusionibus postmodum responsiuis non exprimit ly conuenienter, uel inconuenienter: ex quo posset videri alicui minus esse satisfactum titulis. Sed (ut dictum est) satisfacit illis in sensu; quotiescumq; rationes adducit ad conclusiones eis responsiuas. Rursum. Quia particulatim his impedimentis in subsequentibus tractabitur a sancto: ideo nunc supersedendũ est horum declarationi.

¶ Examen. Ly pòt SI aliquis

## QVAEST. LXXXI. Aliàs 50.

*De impedimentis † matrimonii in generali, vnico articulo absoluta.*

Deinde considerandum est de impedimentis matrimonii.

Et primo in generali.

Secundo in speciali.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrùm in matrimonium conuenienter impedimenta assignentur.*

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd in matrimonio inconuenienter impedimenta assignentur. Matrimoniũ enim quoddam sacramentum est contra alia di uisum, sed aliis non assignantur impedimenta, ergo in matrimonio assignari non debent.

¶ 2 Præterea. Quanto aliquid est minus perfectum, tanto paucioribus modis impediri potest, sed matrimonium inter alia sacramenta est minus perfectum, ergo nulla, vel paucissima impedimenta ei assignari debent.

¶ 3 Præterea. Vbicumque est morbus, est necessarium remedium morbi, sed concupiscentia in cuius remedium matrimonium est * indultũ, est in omnibus, ergo non debet esse aliquod impedimentum, quod aliquam personam illegitimam faciat penitus ad contrahendum.

¶ 4 Præterea. Illegitimum dicitur quod est contra legem, sed huiusmodi impedimenta, quæ in matrimonio assignantur, non sunt contra legem naturæ, quia non, similiter inueniuntur in quolibet statu humani generis, plures enim gradus consanguinitatis inueniuntur esse prohibiti uno tempore, quàm alio. Lex autem humana non potest (vt dicitur) matrimonio impediméta pstare, qa matrimonium nõ est ex institutione humana, sed diuina, sicut, & alia sacramenta ergo matrimonio non debent aliqua impedimenta assignari, quæ faciant personas illegitimas ad contrahendum.

¶ 5 Præterea. Legitimum, & illegitimum, per hoc quòd est contra legem vel non contra legem, differũt, inter quæ non cadit medium, cum sint opposita secundum affirmationem, & negationem, ergo non possunt esse aliqua matrimonii impedimenta, quibus personæ mediæ inter legitimas, & illegitimas constituantur.

¶ 6 Præterea. Coniunctio viri, & mulieris non est licita, nisi in matrimonio, sed omnis coniunctio illicita dirimi debet, ergo si aliquid matrimonium contrahendum impediat, hoc dirimet contractum de facto, & sic. non debent aliqua impedimenta matrimonio assignari, quæ impediant contrahendum, & non dirimant contractum.

¶ 7 Præterea. Nullo impedimento potest à re aliqua remoueri quod in definitione ipsius cadit sed indiuisibilitas cadit in definitione matrimonii, ergo non possunt esse aliqua impedimenta, quę matrimonium contractum dirimant.

Sed contra, Videtur quòd debeant esse infinita matrimonii impedimenta, quia matrimoniũ quoddam bonum est, sed infinitis modis est defectus boni, vt dicit Dio. 4. cap. de Diuin. no. * ergo infinita sunt matrimonii impedimenta.

¶ Præterea. Impedimenta matrimonii accipiuntur secundum condi

tiones particularium personarum, sed conditiones huiusmodi sunt infinitæ ergo & matrimonii impedimenta.

RESPON. Dicendum, quòd sunt quædam, quæ sunt de essentia matrimonii, & quædam, quæ sunt de solemnitate eius, sicut, & in aliis sacramentis, & quia remotis his, quæ sunt de solemnitate eius in aliis sacramentis, adhuc manet uerum sacramentum: ideò impedimenta, quæ contrariantur his, quæ sunt de solemnitate sacramenti, non efficiũt quin sit uerum sacramentum, & talia dicuntur impedire contrahendũ, sed non dirimunt contractũ sicut prohibitio Ecclesiæ, & tempus feriatum, vnde uersus.

*Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriatum.*
*Impediunt fieri, permittunt facta teneri.*

Impedimenta autem, quæ contrariantur his quæ sunt de essentia matrimonii, faciunt vt non sit verum matrimonium: & ideò dicuntur non solum impedire contrahendum, sed dirimere iam contractum, quæ his versibus continentur.

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen.*
*Cultus disparitas, vis ordo, ligamen, honestas.*
*Si sis affinis, si forte coire nequibis.*
*Hæc socianda vetant, connubia facta retractant.*

Horum autem numerus sic accipi potest. Potest enim matrimoniũ impediri aut ex parte cõtractus matrimonii, aut ex parte contrahentium. Si primo modo, cum contractus matrimonii fiat per voluntariũ consensum, qui tollitur per ignorantiam, & per violentiam, erunt duo impedimenta matrimonii, scilicet uis, id est coactio, & error ex parte ignorantiæ. Et ideò de istis duobus impedimentis. Magister † determinauit, vbi agebatur de causa matrimonii, nunc autem agit de impedimentis, quæ accipiuntur ex parte personarum contrahentium, quæ sic distinguuntur. Potest enim aliquis impediri à matrimonio contrahendo, vel simpliciter, vel respectu alicuius personę. Si simpliciter, vt cum nulla possit matrimonium contrahere, hoc non potest nisi quia impeditur à matrimoniali actu, quod quidem contingit dupliciter. Primo, quia non potest de facto, siue quia omnino non possit, & sic ponitur impedimentum, impotentia coeundi: siue quia non libere possit, & sic ponitur impedimentum seruitutis conditio. Secundo, quia non licite potest, & hoc secundum quòd ad continentiam obligatur, quod contingit dupliciter. Vel quia obligatur ex officio suscepto, & sic est impedimentum ordinis: vel ex voto emisso, & sic impedit votum. Si autẽ aliquis impeditur a matrimonio nõ simpliciter, sed respectu alicuius psonæ, vel propter obligationem ad alteram personam: sicut qui vni matrimonio iunctus est, non potest alteri coniungi, & sic est ligamen matrimonii, uel quia deficit proportio ad alteram personam: & hoc propter tria. Primo quidem propter nimiam distantiam ad ipsam, & sic est disparitas cultus. Secundo, propter nimiam propinquitatem, & sic ponitur triplex impedimentum, scilicet cognatio, quæ importat propinquitatem duarum personarum ratione tertiæ matrimonio coniunctę, & publicę honestatis iustitia, in qua est propinquitas duarum personarum * respectu tertiæ per sponsalia iunctæ. Tertio, propter indebitam coniunctionem ad ipsam primo factam, & sic impedit crimen adulterii prius cum ipsa commissi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod etiam alia sacramenta impediri possunt, si aliquid quod sit de essentia, vel solemnitate sacramenti, subtrahitur, ut dictum * est. Sed tamen magis matrimonio, quã aliis sacramentis impedimenta assignantur, propter tres rationes. Primo, quia matrimonium consistit in duobus: & ideo pluribus modis potest impediri, quàm alia sacramẽta, quæ vni personæ competunt singulariter. Secundo, quia matrimoniũ habet in nobis causam, & in Deo, sed alia quædam sacramenta solum in Deo. Vnde, & pœnitentiæ, quæ hẽt causam in nobis aliquo modo, Magister * supra quędam impedimenta assignauit, vt hypocrisim, ludos, & huiusmodi. Tertio, quia de aliis sacramentis est præceptum, vel consilium sicut de bonis perfectioribus: sed de matrimonio est indulgentia, sicut de bono minus perfecto, & ideo, vt detur occasio proficiendi in melius, plura impedimenta assignantur matrimonio, quàm aliis sacramentis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd perfectiora pluribus modis impediri possunt, inquantum ad ea plura requiruntur. Si autem sit aliquod imperfectum ad quod plura requiruntur, illud etiam habebit plura impedimenta, & sic est de matrimonio.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ratio illa procederet, si non essent alia remedia, quibus etiam posset efficacius morbo concupiscentiæ subueniri, quod falsum est.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ personæ illegitimæ ad matrimonium contrahendum dicuntur ex eo quod sunt contra legem, qua matrimonium statuitur. Matrimonium autem, inquantum est in officium naturæ, statuitur lege naturæ: inquantum est sacramentum, statuitur iure diuino: inquantum est in officium communitatis, statuitur lege ciuili. Et ideo ex qualibet dictarum legum potest aliqua persona effici ad matrimonium illegitima. Nec est simile de aliis sacramentis, quæ sunt sacramenta tantum: & quia lex naturalis secundum diuersos status respicit determina-

---

aliquis impediri a matrimonio contrahendo vel simpliciter, vel respectu alicuius personæ. Hoc intelligitur dictũ iuxta declarata ab ecclesia vsque ad tempus sancti Doctoris. Quòd si post Conciliũ Trid. loqueretur, diceret ly potest aliqs &c. vel simpliciter, vel respectu alicuius psonę, vel respectu loci occulti. Licet enim nondum ecclesia inhabilitasset personas ad matrimonium sic, idest in loco occulto, contrahẽdum: tamen post inhabilitauit illas taliter, vt patet in Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de refor. adducto supra quæst. 45. artic. 5. appen.

## 1^m de minori.

Impedimenta. ℞. Toti non, aliqua. §. Tunc nihil &c. vt patet. Quare autem in matrimonio plura impedimenta assignentur: vide in tex.

## 2^m de maiori.

Quanto aliquid est minus perfectum. ℞. Et ad ipsum pauciora requiruntur: non, quando ad ipsum plura requiruntur. §. Tunc ni. &c. Nam ad matrimoniũ requiruntur plura; ut ex in ad primum.

¶ COROLL. Ergo nõ ex hoc, quòd aliquid est magis vel minus pfectum sit; quòd plura, vel pauciora, impedimẽta possit habere (vt arguens credit;) sed ex eo, quòd plura uel pauciora ad ipsum requiruntur; ut patet ex litera. Ergo argumentum hoc peccabat in fallacia secundum non causam, ut causam.

## 3^m maior.

Vbicũque est morbus, est necessariũ remedium. ℞. Aliquod in genere: non, tale qd signatum. §. Tunc &c. Licet enim cõcupiscentia sit in omnibus: tamen quia ipsi concupiscentiæ aliter, quam per matrimonium potest remedium adhiberi: ideo non est necessarium, quòd pro remedio matrimonium adhibeatur.

## 4^m de maiori.

Cõtra legem. ℞. Secũdum quam matrimonium instituitur. §. Tũc nihil &cæt. vt patet in textu.

¶ NOT. Quoniam textus uariationem statutorum iuris positiui tangit: ideo aduertendum, quòd huiusmodi variatio non est scandalosa, neque imprudentiam sapiens, nisi forte apud ignaros. Vnde ab Innocentio Tertio, in Concilio generali, ad hoc propositum dicitur. Non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatẽ temporum statuta quandoque uarientur humana; præsertim cum vrgens necessitas, uel euidens vtilitas id exposcit: quoniam ipse De⁹ ex his, quæ in veteri testamento statuerat, nõnulla mutauit in nouo. Hæc ibi: vt recitatur de consanguinit. & affinita. Vnde in Conc. Toletano habetur sic. Incommutabilis Deus, idemque semper existens, sæpè sua in sacris literis legitur mutasse promissa; & pro misericordia temperasse sententiam. Vnde licet sit impassibilis atq; incommutabilis: crebrò tamen eius & iuramenta leguntur, & pœnitentia; quæ sacris extãt misteriis adoperta. Iurare namque Dei est a seipso ordinata nullatenus conuellere: pœnitere verò eadem ordinata, cum voluerit, immutare. Hæc illud: & recitantur 22 quæstione quarta. Itẽ Honorius Tertius, de senten. excom. sup eo &c. Interdum, consideratis locorum, & temporum qualitatibus, seueritati est aliquid detrahendum. Hæc ibi.

Quin-

† 4. Sent. dist. 29. & 30.

* Al. [illegible]

* In corp. huius art. in initio.

* li. 4. Sent. di. 16.

5m de antecedente. Per hoc, quòd est contra legem, vel non cōtra legem. ℞. Non: sed per hoc, quòd est totaliter secundum legem, & quòd est totaliter contra legem. §. Tunc nihil &c. Nam inter illa datur medium, cum sint contrariè opposita: vt patet in textu.

6m de minori. Illicita. ℞. Vt non fiat: non autem, vt non licite fiat. §. Tūc nihil &c. Nam impedimēta denotata per primam cōclusionem statuūtur ad hoc, vt matrimonium non fiat licite; non autem, vt non fiat: ita q̇ si fit, tenet; tamē contrahentes peccant.

7m de minori. Matrimonij. ℞. Veri: non de facto tantum contracti. §. Tunc nihil &c. vt in textu.

8m ex Dionisio. Defectus. ℞. Per accidens: non autem, per se. §. ut patet in textu. Tunc &c. Nā conclusiones loquūtur de impedimentis per se impedientibus matrimonium.

9m de maiori. Particulariū. ℞. In singulari consideratarum non in generali. §. Tūc nihil &c. Nam conclusiones accipiunt impedimenta secundū conditiones personarū particularium in generali consideratarum, non in singulari.

minationes diuersas, ius positiuum variatur etiam ſm diuersas hominū conditiones in diuersis temporibus, ideo Magister * ponit in diuersis tēporibus diuersas personas illegitimas fuisse.

Ad qvintvm dicendū, q̇ lex potest aliquid prohibere, vel vniuersaliter, vel in parte quantum ad aliquos casus, & ideo inter esse totaliter ſm legem, & esse totaliter cōtra legem, quę sunt contrariæ opposita, & non secundum affirmationem, & negationem, cadit medium aliqualiter secundum legem, & aliqualiter contra legem: & propter hoc ponuntur quædam personæ medię inter simpliciter legitimas, & inter simpliciter illegitimas.

Ad sextvm dicendum, quòd illa impedimenta, quæ non dirimūt matrimonium contractum, impediunt quandoque contrahendum, non vt non fiat, sed vt non licite fiat: & tamen si fiat, matrimonium contractum est, quamuis contrahens peccet: sicut si aliquis consecraret post cummestionem, peccaret contra statutum ecclesiæ faciēs, nihilominus verum sacr̄m perficeret, quia ieiunium consecrantis non est de necessitate sacramenti.

Ad septimvm dicendum, quòd impedimenta prædicta * non dicuntur dirimere matrimonium contractum, quasi soluentia verum matrimonium, quod rite contractum est, sed quia soluunt matrimonium, quod contractum est de facto, & non de iure. Vnde si impedimentorum aliquod matrimonio rite facto superueniat, matrimonium soluere non vallet.

*In corp. art.

Ad octavvm dicendum, quod impedimenta quibus aliquod bonum per accidēs impeditur, sunt infinita; sicut & omnes causæ per accidens: sed causæ corrumpentes aliquod bonum per se, sunt determinatæ, sicut etiam causæ constituentes, quia causæ destructionis, & constructionis alicuius rei sunt oppositæ, vel eædem contrario modo sumptæ.

Ad nonvm dicendum, quòd cōditiones particularium personarum in singulari sunt infinitæ, sed in generali possunt reduci ad certum numerum, sicut in medicina patet, & in omnibus artibus operatiuis, quæ sunt particularium, in quibus, & actus considerantur, & conditiones.

¶Examen. Ly particularium in singulari. Hoc est in indiuiduorum signatorum.

¶ Ly particularium in generali. Idest indiuiduorum vagorum. Pro vtriusq; examinis notitia maiori, vide in libro Prædicabilium Porphirij, de indiuiduo; vbi Doctores de vago, & signato, tractabunt: & in principio. cap. de substantia in Prædicamentis.

APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationē explodas errorem Erasmi dicentis: quòd matrimonij conditio commodior est Iudæis, quàm nobis. Hanc eius propositionem inter conclusiones suspectas, & scandalosas Erasmi recenset Iacobus Lop. Stunica post suum Itinerarium. Item errores quorundam (vt habetur ex Concil. Trid sess. 24.) dicentium ecclesiam non potuisse constituere aut inconuenienter constituisse impedimēta matrimonij. Itē quorundam ibid. dicentium: affinitatis, & consanguinitatis gradus solum in Leuitico expressos; posse impedire & dirimere. Item quorundam ibid. dicentium: q̇ ꝓhibitio solemnitatis nuptiarum certis anni tēporibus est tirannica superstitio. Hoc videtur subindicasse, vel subindicare voluisse Erasm* cum quasi ordinata ab Ecclesia stomachando propositionem illā suspectam euomuit. 2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illos merito damnari à &c. vt q 41. ar. 3. tex. & appen. Quin eſn mōstrat matrimonium in noua lege conferre gratiam: profecto & ipsius conditionem esse commodiorē nobis, quàm Iudæis commonstrāt. Item a Concil. Triden. vbi supra can. 3. Si quis dixerit: eos tantum consanguinitatis & affinitatis gradus, qui in Leuitico exprimuntur posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractū, nec posse ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere, ut plures impediant & dirimant: Anathema sit. Hæc ibi. Et can. 4. Si quis dixerit: ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in ijs constituendis errasse: Anathema sit. Hæc ibi. Et can. 11. Si quis dixerit prohibitionem solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam, ab Ethnicorum superstitione profectam: Anathema sit. Hæc ibi.

3 ¶ Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto impedimenta conuenienter assignari dicunt in matrimonio & intelligas, & probes, & defendas.

4 ¶ Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens, & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. LXXXI. Aliàs 50. Art. 1.

Not. Ab hinc incipit tractare singillatim de illis impedimentis, quæ etiam dirimunt contractum; quæ scilicet q. 50. numerantur illis versibus: error, conditio, &cæt. Vnde per ly impedimentum in titulis huiusmodi positum atque ponēdum, semper intellige de impedimento, etiam dirimente.

¶Conc. Error de iure naturali habet, q̇ euacuet matrimoniū.

206 S. Tho. 4. dis. 30. q. 1. ar. 1. 2.

¶Examen. Ly error, scilicet infra ar. 2. declarandus. Vide ibi.

¶Prob. Quia error impedit cognitionem atq; consensum (ut patet in textu:) & consensus est ille; sine quo nō fit matrimoniū (q. 45. art. 1. 2. & 4.)

*q. 45. a. 5. † lib. 3. c. 1.

Pri-

# QVAEST. LXXXI. Aliàs 50.

*De impedimento erroris, in duos articulos diuisa.*

Deinde considerādum est de impedimentis matrimonii ī spāli. Et primo de impedimento erroris.

Circa quod quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum de sui natura matrimonium impediat.

¶ Secundò, Quis error.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum error conuenienter ponatur impedimentum matrimonii.*

Ad primvm sic proceditur. Vr quòd error non debeat poni matrimonii impedimentum per se. Consensus. n. qui est causa matrimoni * impeditur, sicut † & voluntariū: sed voluntarium ſm Philos. in † 2. Ethi. pōt impediri ꝑ ignorantiā, quæ non est idem quod error, quia ignorantia nullam cognitionem ponit, sed error ponit, eo q̇ approbare falsa pro veris sit error, ſm Aug. * ergo non debuit hic poni impedimentum matrimonii error, sed magis ignorantia.

*lib. 9. de Trinit. c. 1. to. 3.

¶ 2 Præt. Illud pōt impedire matrimoniū de sui natura, qđ habet contrarietatem ad bona matrimonii: sed error nō est hmōi, ergo error de sui natura non impedit matrimonium.

Leuit. 18.

¶ 3 Præt. Sicut consensus requiritur ad matrimonium, ita intentio requiritur ad baptismum. Sed si aliquis baptizat Ioannem, & credit baptizare Petrum, nihilominus verè baptizatus est, ergo error non excludit matrimonium.

Hoc argu. hēt Gratia. cau. 29. q. 11.

¶ 4 Præt. Inter Liam, & Iacob fuit verum matrimonium, sed ibi fuit error, ergo non excludit matrimonium.

Sed contra est quod in Digestis * dicitur. Quid tam contrarium est consensui, quàm error? sed consensus requiritur ad matrimonium. ergo error matrimonium impedit.

*In Dige. de iurisdi. omn. iud. l. si per errorem.

¶ Pręt. Cōsensus aliqđ volūtariū nominat: sed error impedit volun-

1m ex Philosopho. Per ignorantiam. R. Quæ habet errorem adiunctum: non per omnem. §. Tunc nihil &c. vt patet ex textu.

¶Not. Videndus Philosophus est. 1. posteriorum c. de ignorantia &c. ad hoc: vt diffusius intelligantur, & ignorantia simplex, & ignorantiæ prauæ dispositionis: quę breuib. tanguntur in textu.

† Arist. li. 3. Ethic. c. 1. Greg. l. 5. ca pit. 3. † Damasc. li. 2. c. 24.

2m de maiori. Quod habet contrarietatem. R. Vel ad matrimonium secundum se sumptum: vel ad causã matrimonij. §. quod est cõtrariari matrimonio, quantũ ad causam suã. Tunc nihil &c. Nam error contrariatur causæ matrimonij, quia tollit consensum (vt dictum est.)

* q. 45. ar. 1.

¶Not. Quid importet matrimonium secũdum se uid. q. 49. ar. 3. in cor.

3m de maiori. Ita. R. Quantum ad requisitionem: non, quantum ad necessitatem requisitioni. §. vt declaratur in textu. Tunc &c. Nam consensus de necessitate requiritur, vt visum est. De baptismo ꝓ hoc loco vide 3. parte quæst. 68. articu. 7. & 8.

4m de maiori. Fuit verum. R. Ex consensu postea accedẽte: non, ex consensu præcedente. §. hic. n. nullus fuit. Tunc nihil &cæt. vt patet.

¶Not. Quando dicit in fi. ly cum vterque a peccato excusetur, intellige & ante, & post. Ante. n. vterq; excusatus est, quia ꝑ errorem contingit concubitus. Nam vterq; credebat; coniungi suo consorti in matrimoniali actu. Et de Iacob quidem non dubium est, qm̃ quasi in tenebris, & dolose introducta fuit ad eum. Lya pro Rachel a Laban. De Lya vero credibile est, quod Laban ei dixerat, ꝙ Iacob in eam consenserat tanquam in vxorem. Quod autem post primam illam noctem excusetur vterque in actu concubitus est: qa vterque de nouo in inuicem cõtensit tanquã in cõiugem suum, quasi faciendo de necessitate virtutem. Quòd dico; quia Iacob prius nõ intendebat sumere coniugem nisi Rachelem.

voluntarium: quia voluntarium, secundum Philoso. † & Gregorium Nissenum, & Damascenum † est, cuius principium est in aliquo sciente singularia, in quibus est actus, qđ erranti non competit, ergo error matrimonium impedit.

Respon. Dicendum, quòd quicumque impedit causam, de sui natura impedit & effectum similiter: consensus autem est causa matrimonii, ut dictum * est, & ideo quod euacuat consensum, euacuat matrimonium. Consensus autem voluntatis est actus, qui præsupponit actũ intellectus: deficiente autem primo, necesse est defectum contingere in secundo, & ideo quando error cognitionem impedit, sequitur etiam in ipso consensu defectus, & per cõsequens in matrimonio, & sic error de iure naturali habet, quòd euacuet matrimonium.

Ad primum ergo dicendum, quòd ignorantia differt simpliciter loquendo ab errore, quia ignorantia de sui ratione non importat aliquem cognitionis actum, sed error ponit iudicium rationis peruersum de aliquo, tamen quantum ad hoc quod est impedire voluntariũ, non differt vtrum dicatur ignorãtia, vel error; quia nulla ignorantia potest impedire voluntarium, nisi quæ habet errorem adiunctum, eo ꝙ actus voluntatis præsupponit æstimationem, siue iudicium de aliquo in qđ fertur: vnde si est ibi ignorantia, oportet ibi esse errorem, & ideo etiã ponitur error quasi causa proxima.

Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis nõ contrarietur secundum se matrimonio, cõtrariatur ei tamen quantum ad causam suam.

Ad tertium dicendum, ꝙ character baptismi non causatur ex intentione baptizantis directe: sed ex elemento materiali exterius adhibito. Intentio autem operatur solum vt dirigens elementum materiale ad effectum proprium: sed vinculum cõiugale ex ipso consensu causatur * directe, & ideo non est simile.

Ad quartum dicendum, ꝙ sicut Magister 30. dist. 4. sententiarũ dicit: † matrimonium quod fuit inter Lyam, & Iacob, non fuit perfectum ex ipso concubitu, qui ex errore contingit, sed ex consensu, qui postmodum accessit, cum vterque a peccato excusetur, vt patet in eadem distinctione. *

## APPENDIX.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum fuisse à &c. ut q. 45. art. 1. 2. & quarto, appen. ꝙ error impedit matrimoniũ. Quòd autem hoc fit ibi insinuatum, patet ex eo: quòd consensum ad matrimoniũ requirũt dicunt. Quicumque enim dicit hoc, ostendit vtique, quòd error impedit matrimonium ex eo, quòd tollit consensum. Vide ibi dicta patrum hoc ipsum insinuantia. Secundò habes: quomodo per rationem illorum dicta, pro quanto errorẽ matrimonium insinuant impedire, & intelligas, & probes, & defendas.

Vtilitas ꝑ Eccles. S. Dei.

* vt dictum est. q. 45. ar tic. 1.

† li. 4. Sent. d. 30. para. A. in med.

2

* li. 4. Sent. d. 30. eodẽ §. A.

¶Tertiò uides quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

3

---

SVP. Q. LXXXII. Aliàs 52. Art. II.

Concl. 1. Oportet: quòd error q. matrimoniũ impedit, sit alicuius eorum, quæ sunt de essentia matrimonij.

207

¶Prob. Quia error ex hoc habet, quòd matrimonium impediat, quod inuoluntarium, quod excusat a peccato, causat: & inuoluntarium tale non causat, nisi sit illius circunstantiæ; cuius appositio, vel remotio facit differentiam liciti, ac illiciti in actu (ut declaratur in textu.)

* li. 4. Sent. dist. 30. para. A. Art. præc. lib. 3. c. 1.

¶Concl. Secunda. Error personæ, & conditionis seruilis, impedit matrimonium: & non alius.

Simile argu. proponit Gratia. 29. q. 1. post med.

¶Prob. Quia matrimonium includit essentialiter ꝑsonas duas, quæ coniunguntur, ac mutuam potestatem, quæ vicissim vtiq; datur ( patet ex supra.) & error personæ tollit primum (ut patet,) error verò cõditionis tollit secundum (cum seruus non possit potestatem sui corporis liberè alteri tradere sine consensu domini sui.)

¶Not. Tota ratio, qua seruitus impedit matrimonium; est non posse ipsum seruũ tradere libere alteri sui potestatem sine consensu domini sui. Sequitur ergo quòd si dominus suus consentiat, vt matrimonio seruus cõ iungatur alteri, tunc conditio seruitutis non impediet matrimoniũ. Remota enim causa, remouebitur effectus. Et intellige h̃c de seruo quo ad executionẽ matrimonialis actus, vt q. 52. articu. 1. & secundo, licet error persone tollat

* lib. 3. c. 1.

* Al. dignitas ratus.

* q. 52. art. 2. & q. 58. art. 1. & q. 59. ar. 1.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum omnis error matrimonium impediat.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd omnis error matrimonium impediat, & non solum error conditionis, aut personæ, vt in litera dicitur. * Quia quòd conuenit alicui secundum se, conuenit ei secundum totum suum ambitum. Sed error de sui natura habet, quòd matrimonium impediat, vt dictum est, ergo omnis error matrimonium impedit.

¶ 2 Præt. Si error inquantum huiusmodi matrimonium impedit, maior error magis debet impedire, sed maior est error fidei, qui est in hæreticis non credentibus hoc sacramentum, quam error persone, ergo magis debet impedire, quam error personæ.

¶ 3 Præt. Error non euacuat matrimonium, nisi inquantum tollit voluntarium; sed ignorantia cuiuslibet circunstantiæ voluntarium tollit, vt patet in 3. Eth. * ergo non solum error conditionis, & personæ matrimonium impediunt.

¶ 4 Præt. Sicut conditio seruitutis aliquid est annexum accidens personæ, ita qualitas corporis, aut animi: sed error cõditionis impedit matrimonium, ergo eadem ratione error qualitatis, aut fortunæ.

¶ 5 Præt. Sicut ad conditionem personę pertinet seruitus, & libertas, ita nobilitas, vel ignobilitas, aut * status dignitatis, & priuatio eius: sed error conditionis libertatis, vel seruitutis impedit matrimonium, ergo, & error aliorum dictorum.

¶ 6 Præterea, Sicut conditio seruitutis impedit, ita etiam disparitas cultus, & impotentia coeundi, vt infra dicetur, * ergo sicut error conditionis ponitur matrimonii impedimentũ, ita error circa alia hmõi deberet impedimẽtũ mr̃imonii poni.

Sed contra. Videtur quòd nec error personæ matrimoniũ impediat. Quia sicut emptio est quidã contractus, ita ẽt matrimonium, sed in emptione, & venditione si detur aurũ ęquiualens

tollat matrimoniũ,quo ad ſubſtantiam eius.

**1m de maiori.** Secundum ſe. ℞. Ex natura generis:non ex natura differentiæ. §. Tũc nihil &cæt. Nam error nõ habet ex natura generis,&c. vt in tex.

¶ Not. Res quælibet ex genere conſtat, & differẽtia. Vñ quodcumq; conuenit ei ex natura ſua cõuenit ipſi ratione alicuius iſtorũ. Sed quia genus extenſioris ambitus eſt, quã differentia: ideo quòd conuenit ei ratione differentiæ,non conuenit ei ſecũdum totum ambitum ſuum. Nam res illa, ſecundum genus conſiderata, maiorem ambitum adhuc habet, quam conueniens ſibi ratione differentiæ dicat.

**2m maior.** Si error in quantũ huiuſmodi matrimoniũ impedit, maior error magis debet impedire. ℞. Vera eſt, ſed non eſt ad propoſitum. §. Nam inquantũ huiuſmodi, non impedit: ſed inquantum cadit ſuper aliquid,quod eſt de eſſentia matrimoniali; ut in ad primum. Error ergo infidelis, non eſt talis. Nã error infidelis de matrimonio eſt circa ea, quæ ſunt matrimonij conſequentia &c. vt in textu.

**3m ex Philoſopho.** Ignorantia cuiuslibet circũſtantiæ uoluntariũ tollit. ℞. Non tamen quælibet ignorantia cuiuslibet circũſtantiæ cauſat inuoluntarium, quod excuſat peccatum. §. vt dictum eſt in corpore. Tunc nihil &cæt. vt patet.

**4m de maiori.** Ita. ℞. Quantum ad eſſe accidẽs perſonæ ſimpliciter: non, quantum ad eſſe accidens perſonæ varians eſſentiã matrimonij. §. vt declaratur in textu. Tunc nihil &cæt. vt patet. Intellige ly ſimpliciter.i. nihil aliud addẽdo. Puta de variatione eſſentiæ matrimonij.

*In corp.

†3.p.q.67. art.3. cor.

**5m de concluſione.** Error aliorum dictorum. ℞. Inquantum redundat in errorẽ perſonæ: non aliter. §. vt ad plenum declaratur in textu. Tunc nihil &cæt.

ualens pro alio auro, non impeditur vẽditio, ergo nec matrimonium impeditur ſi pro vna muliere alia accipiatur.

¶ 2 Præt. Poteſt contingere, quòd per multos annos iſte error detineatur, & filios, & filias generent ſimul: ſed graue eſſet dicere, quòd tunc eſſent diuidendi, ergo primus error non fruſtrauit matrimonium.

¶ 3 Præterea. Poteſt contingere ꝙ frater viri in quem conſentire credit mulier offeratur ei, & cum eo commiſceatur carnaliter: & tunc videtur, quòd non poſſit redire ad illum, in quem conſentire ſe credidit, ſed debeat ſtare cum fratre eius, & ſic error perſonæ non impedit matrimonium.

Resp. Dicendum, quòd ſicut error ex hoc quod inuoluntarium cauſat, habet excuſare peccatum, ita habet quòd matrimoniũ impediat ex eodem: error autem non excuſat a peccato, niſi ſit illius circunſtantię, cuius appoſitio, vel remotio facit differentiam liciti, & illiciti in actu. Si enim aliquis percutiat patrem baculo ferreo, quem credit ligneum eſſe, non excuſatur a toto, quàmuis forte a tanto; ſed ſi credat quis percutere filium cauſa diſciplinæ, & percutiat patrem, excuſatur a toto, adhibita debita diligentia: vñ oportet quòd error qui matrimoniũ impedit, ſit alicuius eorum, quæ ſunt de eſſentia matrimonii. Duo autem includit ipſum matrimonium, ſcilicet perſonas duas, quæ coniunguntur, & mutuam poteſtatem ad inuicem in qua matrimonium conſiſtit. Primum autem tollitur per errorem perſonæ. Secundum per errorẽ conditionis, quia ſeruus non poteſt poteſtatẽ ſui corporis libere alteri tradere ſine cõſenſu ſui domini, & propter hoc hi duo errores matrimonium impediunt, & non alii.

Ad primvm ergo dicendum, quòd error non habet ex natura generis quod impediat matrimoniũ, ſed ex natura differentiæ adiunctæ, prout ſcilicet eſt error alicuius eorum quæ ſunt de eſſentia matrimoniali.*

Ad secvndvm dicendum, ꝙ error infidelis de matrimonio eſt circa ea, quæ ſunt matrimonii conſequentia, ſcilicet an ſit ſacramentum, an licitum, & ideo error talis matrimonium non impedit: † ſicut nec error circa baptiſmum impedit acceptionẽ characteris, dummodo intendat facere, vel recipere quod Eccleſia dat, quamuis credat nihil eſſe.

Ad tertivm dicendum, ꝙ non quælibet circũſtantiæ ignorantia cauſat inuoluntarium, qđ excuſat peccatum, vt dictum eſt * & propter hoc ratio non ſequitur.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ diuerſitas † fortunæ non variat aliquid eorum, quę ſunt de eſſentia matrimonii, nec diuerſitas qualitatis, ſicut facit conditio ſeruitutis, & ideo ratio non ſequitur.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ error* nobilitatis, inquantum hmõi, non euacuet matrimonium eadẽ ratione, qua, nec error qualitatis. Sed ſi error nobilitatis, uel dignitatis redundat in errorem perſonæ, tunc impedit matrimonium; vnde ſi conſenſus mulieris feratur in iſtã perſonam directe, error nobilitatis ipſius nõ impedit matrimonium: ſi autem directe intendit conſentire in filium Regis quicumq; ſit ille, tunc ſi alius præſentetur ei quàm filius Regis eſt error perſonæ, & impedietur matrimonium.

Ad sextvm dicendum, error etiã aliorum impedimentorum matrimonii, quantum ad ea, quæ faciũt perſonas illegitimas, impedit matrimoniũ: ſed ideo de errore illorũ non facit mentionem, quia illa impediũt matrimonium, ſiue cum errore ſint, ſiue ſine errore, ut ſi aliqua contrahat cum Subdiacono ſiue ſciat, ſiue neſciat: non eſt matrimonium, * ſed conditio ſeruitutis non impedit ſi ſeruitus ſciatur, & ideo non eſt ſimile.

Ad septimvm dicendum, ꝙ pecunia in cõtractibus accipitͬ quaſi menſura aliarum rerum, vt patet in 5. Eth. * & non quaſi pp ſe quæſita, & ideo ſi non detur illa pecunia, quę creditur, ſed alia æquiualens, nihil obeſt contractui: ſed ſi iure quęſita propter ſe eſſet error, impediretur contractus, ſicut ſi alicui venderetur aſinus pro equo, & ſimiliter eſt in propoſito.

Ad octavvm dicendum, ꝙ quantumcunque fuerit cum ea, niſi de nouo conſentire velit, non eſt matrimonium.

Ad nonvm dicendũ, ꝙ ſi ante non conſenſerat in fratrem eius, poteſt eum, quem per errorem accipit retinere, nec poteſt ad fratrem eius redire, præcipue ſi ſit cognita carnaliter ab eo, quem accepit. Si autem conſenſerit in primum per verba de præſenti, non poteſt ſecundum habere primo viuẽte, ſed poteſt, ſecundum relinquere, & ad primum redire: & ignorãtia facti excuſat, ſicut excuſaretur ſi poſt conſummatum matrimonium a conſanguineo viri ſui fraudulenter cognoſceretur, quia fraus alterius non debet ſibi præiudicare.

**6m de concluſione.** Error circa alia huiuſmodi deberet impedimẽtum matrimonij poni. ℞. Niſi illa alia impedirent matrimonium, ſiue cum errore fierẽt, ſiue non. §. Tũc ni.&c. Nam conditio ſeruitutis non impedit ſi ſit ſine errore, idest ſi ſeruitus ſciatur.

* art. præc. & in corp. huius art.

† Gratia. in Decre. cau. 29. q. 2.

* Gratian. ibid. & Magiſter 4. Sẽten. diſ. 30. para. A.

**7m de maiori.** Ita. ℞. Quantum ad eſſe contractum quendã: non quantum ad eſſe propter ſe quæſitum. §. in concurrentibus. ſ. ad ipſum contractum. Nã pecunia in emptionum contractibus accipitͬ quaſi menſura, &c. vt in tex. Tunc nih. &c. vt patet.

**8m de minori.** Graue. ℞. Sed tamen debitum. §. Deberet enim fieri illa diuiſio tunc, quantumcumque &c. ut in tex. Tunc nihil &c. ut patet.

¶ Coroll. Ergo ſi vellet in caſu propoſito ille, qui errauit in perſona euadere illud graue ab argumẽto adductum; deberet conſentire de nouo in perſonam illam, quoniam ſic fieret matrimoniũ.

* Gratia. ibi. q. 2. capit. 3.

**9m de maiori.** Et tunc. ℞. Quando mulier nõ conſenſit in primum illum fratrem per verba de præſenti: non autem quando cõſenſit. §. ut in tex. Tunc nihil &c. ut patet.

* lib. 5. c. 5.

¶ Examen. Ly ignorantia facti excuſat &c. Hoc adducit ſanctꝰ Doctor, poſtquam ſatisfecit argumẽto; vt ſit tanquam reſponſio tacitæ obiectionis. Poſſet enĩ quis accuſare mulierẽ de peccato, ſi cognita à fratre rediret ad primũ fratrem, cum quo prius per verba de præſenti contraxerat: vnde ad hanc obiectionem dicit; quod talis mulier excuſatur a peccato ꝓpter ignorantiam facti, quantum præſupponitur fuiſſe ex parte ſua.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem oſtendas, meritò inſinuatũ fuiſſe a Gregorio Nono, ꝙ error perſonæ impedit matrimonium. Inſinuatum eſt autem ſic. Ex parte abbatis, &c. Oeconomus monaſterij memorat quædam per

Vtilitas ꝓ Eccleſia S. Dei.

errorem facti fuit in iure confessus, ex quibus timet sibi præiudicium generari. Cum igitur nemini noceat error facti, mandamus quatenus si de huiusmodi potuerit errore docere: prouideas, ut nullum sibi super hocpræiudicium generetur. Hæc ille; de confess. Ecce: quòd error facti nemini præiudicare debet: & cõsequenter, cum error personæ error sit facti, excusat, & per consequẽs nõ obligat talem errantem ad matrimonium. Error facti est; quando quis credit tractare cum aliqua persona (puta in proposito: consentire in Ioannem, & supponitur Petrus, in quem credens quòd sit Ioannes, consentit) & tractat cum alia; uel facere aliquid, & facit aliud nesciens. Talis error, ut supra per Gregorium, excusat, quod etiam & quidem a fortiori, patet de Iacob sic errante in cognitione Lyæ Genes. 29. Idipsum quoque insinuatum est à &c. ve art. 1. appen. Item à &c. q. 24. artic. primo, in elucid. Quicumque enim Pontifices determinant, quòd percutiens clericum nesciens esse clericum per ignorantiam facti (puta quia incedit, vt laicus in omnibus) non incurrit excommunicationem, determinant etiam per hoc, a simili: quòd contrahens matrimonium cum aliquo, deceptus errore personæ, excusatur a contractu; ita quod non obligatur ad matrimonium, tanquàm nullum. Secundo habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto errorem personæ impedire matrimonium insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc declaretur, & consolidetur.

2

3

## QVAEST. LXXXIII. Aliàs 52.

*De impedimento conditionis seruitutis, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de impedimento conditionis.

Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum conditio seruitutis matrimonium impediat.

¶ Secundò, Vtrum seruus sine cõnsensu domini possit matrimoniũ contrahere.

¶ Tertiò, Vtrum aliquis postquam vxoratus est, possit se seruum facere sine consensu vxoris.

¶ Quartò, Vtrum filii debeãt sequi conditionem patris, vel matris.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum conditio seruitutis impediat matrimonium.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd conditio seruitutis non impediat matrimonium. Nihil enim impedit matrimonium nisi quod habet aliquam contrarietatem ad ipsum: sed seruitus non habet aliquam contrarietatem ad matrimonium, aliàs autem inter seruos non possent esse coniugia, ergo seruitus non impedit matrimonium.

¶ 2 Præt. Illud, quod est contra naturam, non potest impedire illud, quod est secundum naturam: sed seruitus est contra naturam, quia sicut dicit Greg.* Contra naturã est, hominem homini velle dominari, quod etiã patet ex hoc quod homini dictum est, vt præsit piscibus maris, &c. non autem vt pręsit homini, ergo non potest impedire matrimonium, quod est naturale.

¶ 3 Præt. Si impediat, aut hoc est de iure naturali, aut de iure positiuo, sed nõ de iure naturali, qa secundum ius naturale omnes homines sunt æquales, vt Greg.* & Boetius dicunt: & in principio Digestorum dicitur,† ꝙ seruitus non est de iure naturali, positiuum etiam ius descẽdit a naturali vt Tullius dicit, ergo secundum ius nullum matrimonium seruitus impedire potest.

¶ 4 Præt. Illud, quod impedit matrimonium, æqualiter impedit, siue sciatur, siue ignoretur, ut patet de consanguinitate, sed seruitus vnius cognita ab altero non impedit matrimonium, ergo seruitus quantum in se est, non habet quòd impediat matrimonium, & ita non deberet poni per se matrimonii impedimentum ab aliis distinctum.

¶ 5 Præt. Sicut contingit esse errorem circa seruitutem, ut putetur liber, qui seruus est, ita potest esse error de libertate, vt putetur seruus, qui est liber, sed libertas non ponitur matrimonii impedimentũ, ergo nec seruitus deberet poni.

¶ 6 Præt. Magis facit grauem societatem matrimonii, & plus impedit prolis bonum morbus lepræ, quàm seruitus; sed* lepra non ponitur impedimentum matrimonii, ergo nec seruitus debet poni.

SED CONTRA est, quod Decre.† dicit de coniugio seruorum, quia error conditionis impedit contrahendum matrimonium, & dirimit contractum.

¶ Præt. Matrimonium est de bonis per se expetendis, inquantum habet honestatem: sed seruitus est per se de fugiendis, ergo matrimonium, & seruitus sunt contraria, & seruitus matrimonium impedit.

RESPON. Dicendum,† quòd in matrimonii contractu obligat vnus coniugum alteri ad debitum reddẽdum, & ideo si ille, qui se obligat, est impotens ad soluendũ, ignorantia hmõi impotentiæ in eo, cui fit obligatio, tollit contractum:* sicut autem per impotentiam coeundi efficitur aliquis impotens ad soluendum debitum, vt omnino nõ possit soluere, ita per seruitutem, ut liberè debitum reddere nõ possit, † & ideo sicut impotentia coeundi ignorata impedit matrimonium, non autem si sciatur, ita* conditio seruitutis ignorata impedit matrimonium, non autem seruitus nota.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd seruitus contrariatur matrimonio quantum ad actum, ad quem quis per matrimonium alteri obligatur, quem non potest libere exequi, & quantum ad bonum prolis, quæ peioris conditionis efficitur ex seruitute parentis: sed quia quilibet potest in eo, quòd sibi debetur, sponte detrimẽtum aliquod subire, ideo si alter coniugum scit alterius seruitutem, nihilominus tenet matrimoniũ. Similiter ẽt, quia in matrimonio est ęqualis obligatio ex vtraq; parte ad debitum reddẽdũ, non põt aliquis requirere maiorem obligationẽ ex parte alterius quam

* In Pastorali par. 2. cap. 6.

* In Pastorali par. 2. cap. 6.

† In Digesto veteri lib. 1. tit. 1. lege 4.

* Decret. li. 4. tit. 8. c. 2.

† in Decre. li. 4. tit. 9. c. 2. & 4.

† Aug. lib. 32. contra Faustũ, & i lib. de bono coniugali. c. 6. to. 6.

* In Decr. lib. 4. ti. 15. c. 2.

† Eod. c.

* ut dicit in decret. li. 4. tit. 9. c. 4.

SVP. Q. LXXXIII. Aliàs 52. Art. 1.

NOT. De conditione seruili quamuis tetigerit in q. 51. art. 2. corp. tamen, quia nec ex professo, sed incidenter ibi de hoc tractauerat, nec obiectiones cõtrarias peculiares contra hoc ipsum nec mouerat, nec soluerat: iõ de ipsa conditione seruili nunc sine aliqua superfluitatis nota ptractat. Quod quia & in nonnullis alijs locis occurret considerandum ratione simili ideo notabile hoc sit nunc pro omnibus similibus locis dictum, quibus (ut oportebit) pro qualitate materierum id applicabis.

¶ CONCL. Sicut impotentia coeundi ignorata impedit matrimonium, non autem si sciatur; ita conditio seruitutis ignorata impedit matrimonium non autem seruitus scita.

208 S. Th. 4. di. 36. q. vnica, art. 1. & seq.

¶ PROB. Quia in matrimonij contractu fit obligatio ab vtroq; cõiugum ad debitum sibi mutuò reddendum: & conditio seruitutis facit, ut debitum liberè reddere seruus nõ possit; sicut per impotentiam coeundi fit, ut omnino reddere debitum aliquis non possit.

¶ NOT. Principalis intentio D. Thomæ in cõclusione hac est ostẽdere: quòd seruitus impedit matrimonium. Qm̃ autem, vt scita, nõ impedit; ideo id, tanquam incidenter quodammodo. i. per modũ declarationis dictum, non probat in corpore. Verum, nè desit probatio aliqua etiam huius modo declaratiuo inserti; probationem eius adducit in ad primum. Et sic omnia ordinatè fiunt. Quod. n. principale est, in principali parte. i. in corpore; & quod est minus principale, in loco minus principali, idest extra corpus probas. Sic ergo probabis ly non autem si sciatur, & ly non autem seruitus scita. Adducenda. n. probatio seruit vtrique parti. i. tam de impotentia coeũdi dictę, quàm de seruitute.

¶ PROB. Secundarij. Quia quilibet potest in eo, quod sibi debetur, sponte detrimentũ aliquod subire (patet.)

1m de maiori.

Contrarietatem ad ipsum. R. Secundum se sumptum: non, quãtum ad actum, & quantũ ad bonum prolis. §. Tunc nihil &c. Nam seruitus ad matrimonium contrarietatem secũdo modo habet. i. & quantum ad actum, & quantũ ad bonum prolis: licet nõ primo. Quare autẽ con iugia seruorum valere possint, & quando vide in tex.

¶ NOT. Argumẽtum præcedens, sicut & sequentia sunt solũ contra partem illam conclus. quæ de seruitute loquitur. Nam primam partem. s. de impotentia coeundi, introduxit D. Thom. tanquam aliquod a simili: & nõ tanquam principale intentum. Sicuti & sup. q. 51. art. 2. licet de conditione seruili mentionem fecisset in cõclu. illa de errore personæ: tamen argumenta omnia duexit solum contra partẽ loquentem de errore personæ, quia illa sola erat pars principaliter intenta. Sic in alijs similib. locis dic.

**2^m de maiori.** Quod est contra naturam. ℞. Quantum ad primam intentionem: non, quantum ad secundam. §. Tunc nihil &c. Licet enim seruitus sit contra naturam quantum ad primam intentionẽ: tamen non est contra illã quantum ad secundam: ut declaratur in tex. etiam a simili.

nem: & ibi inuenies aliquid, intuitu cuius illud adiunctum in sua respon. fuit.

**5^m illatio conclusionis.** Ergo nec, &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam libertas non impedit; sicut impedit seruitus, matrimonij actũ &c. ut in tex.

**3^m minor.** Nõ de iure naturali, neq; (supple tu) de iure positiuo. ℞. Negatur ista. §. ad probationem dr; q̃ oẽs homines ẽm ius naturale sũt æquales; si omnes sint inculpabiles: & q̃ seruitus non est de iure naturali q̃ñ non adest culpa. Similiter dic ad ius positiuum: ut in tex. de vtroque habetur.

¶Not. Ius naturale ad positiuum (ut dicitur in tex.) se habet vt indeterminata ad determinatam. Ratio est q̃a quod natura dictat in communi ius positiuum circũstantijs quibusdam accommodatis ornat. verbi gratia. Natura dictat ieiuniũ, tanquam defensoram cõtra tela inimici, sed nõ determinat modũ quo ieiunandum sit: & hoc est ipsam dictare aliq̃d in communi: aduenit ius positiuum & modũ ieiunandi determinat, puta comestionem vnicam in die, horam nonam comedendi, abstinentiam a latrocinijs & carnibus. Applica ad propositum seruitutis, vt in tex.

* Li.2.tex. 37.

**4^m de maiori.** Quod impedit matrimonium. ℞. Tanquam faciens matrimoniũ illicitum: non, tanquam faciens illud ad solutionem debiti. §. Tunc nihil &c. Nam seruitus non primo, sed secundo modo impedit.

¶Not. A ly & quia etiam de se habent aliquam rationem impedimenti, &c. respondet ad illam vltimam argu. particulam, scilicet & ita non deberet poni per se matrimonij impedimentum ab alijs distinctum. Hinc disce; quòd mos S. Doct. est non relinquere aliquid intactum in argu. factis; cui. s. non respondeat, vel id in responsionibus non declaret; nisi forsan præ magna alicuius dicti notorietate sub silentio transeat, vnde, quia nec est in respondendo superfluus, quando videris aliqua vltra principalem argumentorum solutionem, adiungi in resp. (ut hic fit:) tunc reuertere ad argum. cui respondetur, diligentiorem considerationem:

Mos Diui Th. in rñ. neque diminutus, neque superfluus.

quam ipse possit facere, & propter hoc si seruus contrahit cum ancilla, quam credit liberam, non propter hoc impeditur matrimonium, & sic patet, quod seruitus nõ impedit matrimonium, nisi quando est ignorata ab alio coniuge, & ille sit liberæ conditionis: & ideo nihil prohibet circa seruos esse coniugia, vel inter liberum, & ancillam.

Ad secvndvm dicendum, q̃ nihil prohibet aliquid esse cõtra naturam quantum ad primam intentionem ipsius, quod non est contra naturam quantum ad secũdam intentionem eius: sicut omnis corruptio, & defectus, & senium est contra naturam, vt dicitur in secũdo de Cœl. * quia natura intendit esse, & perfectionem, non tamen est cõtra secundam intẽtionem naturæ: quia ex quo natura non potest conseruari in uno esse, conseruatur in altero, quòd generatur ex corruptione alterius, & quando natura non põt perducere ad maiorem perfectionem, inducit ad minorem, sicut quando non potest facere masculum, facit fœminam, quæ est mas occasionatus, vt dicitur in 16. de Animalibus. Similiter etiam dico, quòd seruitus est contra primam intentionem naturæ, sed non est contra secundam; quia naturalis ratio ad hoc inclinat, & hoc appetit natura, vt quilibet sit bonus. Sed ex quo aliquis peccat, natura etiam inclinat, vt ex peccato pœnam reportet: & sic seruitus in pœnam peccati introducta est: nec est inconueniens aliquod naturale per hoc q̃ est cõtra naturam hoc modo impediri: sic. n. & in matrimoniũ impeditur per impotentiã coeũdi, quæ est contra naturam modo prædicto.

Ad tertivm dicendum, q̃ ius naturale dictat, quòd pœna sit p̃ culpa infligenda, quòd nullus sine culpa puniri debeat: sed determinare pœnam secundum conditionem personæ, & culpæ est iuris positiui: & ideo seruitus, quæ est pœna determinata a iure positiuo, sicut a naturali proficiscitur, determinatum ab indeterminato: & eodem iure positiuo determinante est factum, quòd seruitus ignorata matrimonium impediat, ne aliq̃s sine culpa puniatur: est. n. quædam pœna vxoris, quòd habeat virũ seruum, & econtrario.

Ad qvartvm dicendum, q̃ aliqua impedimenta sunt, quæ faciunt matrimonium illicitum: sed quia voluntas nostra non facit licitũ aliquid, vel illicitum, sed lex, cui voluntas subdi debet: ideo ignorantia talis impedimẽti, quæ voluntarium tollit, vel scientia, nihil facit ad hoc quòd matrimonium teneat, & tale impedimentum est affinitas, vel votum, & huiusmodi. Quædam autem impedimenta sunt, quæ faciunt matrimonium inefficax ad solutionem debiti, & quia in voluntate nostra consistit debitum vobis relaxare, ideo talia impedimenta si sint cognita, matrimonium non tollunt, sed solum quando ignorantia voluntarium excludit, & tale impedimentũ est seruitus, & impotentia coeundi: & qui etiam de se habent aliquam rationem impedimenti, ideo ponuntur specialia impedimẽta præter errorem: non autem personæ variatio ponitur speciale impedimentũ præter errorem, quia persona alia subintroducta non habet rationem impedimenti, nisi ex intentione contrahentis.

Ad qvintvm dicendum, q̃ libertas non impedit matrimonii actum: vnde libertas * ignorata, non impedit matrimonium.

Ad sextvm dicendum, quòd lepra non impedit matrimonium quantum ad primum actum suum, quia leprosi debitum reddere possunt libere, quamuis aliqua grauamina matrimonii inferant quãtum ad secundos effectus, & ideò nõ impedit matrimonium sicut seruitus.

* In hac ead. solu.

**6^m de maiori.** Grauem. ℞. Quantum ad effectus secundũ: nõ quantum ad primum actum. §. Tunc nih. &c. Non enim est idem de vtroque, scilicet seruo & leproso, iudicium, vt per glossam datam patet.

¶Not. Per actũ primum, cum intelligant D. Thom. redditionem debiti (ut exponit) relinquitur: quòd per effectus secundos intelligi debeant quæcumq; consequentia, puta proles, eius educatio, conuictus ad inuicem, & similia. Doctrina responsionis confirmatur a Papa, de coniug. lepros. cap. 1. & 2.

APPENDIX.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas; meritò insinuatum fuisse a Sum. Põtificib. quòd seruitus impedit matrimonium; & sic. Mandamus: quatenus si constiterit; q̃ idem vir præfatam mulierem, postq̃ audiuit illam esse ancillam, carnaliter cognouit; ipsum monitione præmissa compellas, vt eam sicut vxorem maritali affectione pertractet. Si vero aliter fuerit, & sententiam diuortij proferre contingat: mulieri pecuniam, quã præfato viro pro dote concessit, restitui faciatis. Hæc Alex. III. de coniug. seru. c. p̃posuit. Item ab Inno. III. ibid. c. ad nostram. Si constiterit: q̃ miles ignoranter contraxit cum ancilla; ita quòd postquã intellexit conditionem ipsius, nec facto, nec verbo consenserit in eandem contrahendi cum alia liberam ipsi concedas authoritate Apostol. facultatem. Hæc ibi. Vide de hac re. 29. quæstio. secunda, in plur. cap. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Põtificum pro quanto seruitutem impedire matrimonium decernunt, & intelligas, & tuearis.

Vtilitas p̃ Ecclesia S. Dei.

2

¶Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

3

---

SVP. Q. LXXXIII. Aliàs 52. Art. II.

Conct. Sicut seruus non subditur domino, quin liberè possit comedere, & dormire, & alia huiusmodi facere, quæ ad necessitatem corporis pertinent, sine quibus natura conseruari non potest: ita non subditur ei quantũ ad hoc, quòd non possit libere matrimonium contrahere

209

## ARTICVLVS II.

*Vtrum seruus posit contrahere matrimoniũ sine consensu domini.*

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur, quod seruus matrimonium contrahere nõ possit sine consensu domini. Nullus enim potest alicui dare, quòd est alterius, sine consensu ipsius, sed seruus est res domini, ergo non potest contrahendo matrimoniũ dare potestatem

re etiam domino nesciente, aut contradicente.

¶Examen. Ly liberè.i.quatenus cum necessitate coexistit. Hoc est non liberè quandocumque vult, sed tantum pro quanto necessitas corporis, sine qua natura conseruari non potest, exigit: ut in textu habetur. Ergo multiplex est necessitas; nec de omni loquitur hic text. (ut uidere est:) & consequenter non accipit ly liberè pro quocumque modo libertatis.

¶Prob. Quia, quæ sunt de iure positiuo non possunt præiudicare his, quæ sunt de iure naturali (cum ius positiuum progrediatur a naturali) & seruitus est de iure positiuo, appetitus autem naturæ est ad cōseruationem, tum indiuidui, tum speciei.

¶Exam. Ly ius positiuum pgreditur a naturali: & iō &c. Quasi dicat. Priora non variantur ex posteriorib. vt dicitur sup. quæst. 48. art. 2. cor.

1^m de maiori.

Nullus potest dare alicui, quod est alterius. R. Secundum quòd est alterius: non aliter. §. Tunc nihil &cæt. Nam seruus est res domini quantum ad ea &c. ut in tex.

Nō omnis vs[*] rei suæ est licitus.

¶Examen. Ly quæ naturalib. superadduntur. Hæc sunt, quæ nō concernunt necessario conseruationem indiuidui, aut speciei, ut ex corpore colligitur.

2^m de maiori.

Domino suo obedire. R. In his, quæ dominus suus potest licite præcipere. §. Tunc nih. &c. Nam sicut dominus sicut licitè non pōt præcipere seruo, &c. vt in text.

¶Exam. Ly interest ad legislatorem; qualiter quilibet re sua vtatur. Hoc est legislator præfigit terminos vnicuique: secundū quos debet vnusquisque regi in vtendo re sua. Quasi p hoc uelit aperte dicere text. quòd nō potest quis licitè uti re sua quocumque modo. Concordat, simul & declarat dictum hoc quæst. 49. art. 5. ad tertium, item quòd præfixi sint termini in similibus quæst. 47. articulo sexto.

* art. præc. ad tertiū, & in eius arg.

¶Not. Quod non possit cogi quis ad matrimoniū (ut ex textu habetur) confirmatur ex Concil. Trid. relato sup. quæst. 47. art. 3. appen.

3^m de conclusione. Sine culpa. R. Sed non sine causa. §. Tunc &c. Sufficit enim; q detur causa legitima ad hoc, ut priuetur quis aliqua re. Et hoc tangitur in textu (ut patet bene consideranti) a ly sed tamen in his multa pericula considerari debent, &c. ut in textu.

¶Not.

corporis sui vxori sine consensu domini.

¶ 2 Præterea. Seruus tenetur domino suo obedire: sed dominus potest ei præcipere, quòd in matrimonium non consentiat, ergo sine consensu eius non potest matrimonium contrahere.

¶ 3 Præt. Post contractum matrimonium seruus tenetur reddere debitum vxori, etiam præcepto iuris diuini: sed eo tēpore quo vxor debitū petit, potest dominus aliquod seruitiū seruo imponere, q facere non poterit si carnali copulæ vacare velit, ergo si sine consensu domini posset seruus contrahere matrimoniū, priuaretur dominus seruitio sibi debito sine culpa, q esse non debet.

¶ 4 Præt. Dominus potest vendere seruum suū in extraneas regiones, quò vxor sua non potest eum sequi, vel propter infirmitatem corporis, vel propter fidei periculum imminens, (puta si vendatur infidelibus) vel etiam dño vxoris non permittente, si sit ancilla, & sic matrimonium dissoluetur, q est incōueniēs, ergo non pōt seruus sine consensu domini, matrimonium contrahere.

¶ 5 Præt. Fauorabilior est obligatio, qua homo diuinis obsequiis se mancipat, quam illa, qua homo se vxori subiicit: sed seruus sine consensu domini non potest religionem intrare, vel ad ordines promoueri, ergo multo minus potest sine eius cōsensu matrimonio iungi.

Sed contra Gala. 4. in Christo Iesu non est seruus, neque liber, ergo ad matrimonium contrahendum in fide Christi Iesu, eadem est libertas liberis, & seruis.

¶Præt. Seruitus est de iure positiuo: sed matrimonium de iure naturali, & diuino: cum ergo ius positiuum non præiudicet iure naturali aut diuino, videtur quod seruus absq; domini consensu matrimonium contrahere possit.

Respon. Dicendum, quod ius positiuum (ut dictum * est progreditur a iure naturali, & ideo seruitus, quæ est de iure positiuo non pōt præiudicare his, quæ sunt de iure naturali: sicut autem appetitus naturæ est ad conseruationem indiuidui, ita est ad conseruationē speciei per generationem; unde sicut seruus non subditur domino, quin libere possit comedere, & dormire, & alia huiusmodi facere, quæ ad necessitatem corporis pertinent, sine quibus natura conseruari non potest; ita non subditur ei quantum ad hoc, quod non possit libere matrimonium contrahere, etiam domino nesciente, aut contradicente.

Ad primum ergo dicendum, q seruus est res dñi, quantum ad ea, quę naturalibus superadduntur, sed quantum ad naturalia omnes sunt pares: vnde in his, quæ ad actus naturales pertinent, seruus pōt alteri inuito domino, sui corporis potestatem per matrimonium præbere.

Ad secundum dicendum, qđ seruus dño suo tenet obedire in his, quæ dñs licite potest pcipere: sicut autē licite non potest dominus pręcipere seruo, quod non comedat, vel dormiat, ita etiam, nec quod a matrimonio contrahendo abstineat. Interest enim ad legislatorem qualiter quilibet re sua vtatur; & ideo si dominus præcipiat seruo, quod non cōtrahat matrimonium, seruus non tenetur domino obedire.

Ad tertium dicendum, q si seruus, uolente domino, matrimonium contraxerit, tunc debet prætermittere seruitium domini imperantis, & reddere debitum vxori, q per hoc, quod dominus concessit, vt matrimonium seruus contraheret, intelligitur ei cōcessisse omnia, quæ matrimonium requirit. Si autem matrimonium, ignorante, vel contradicente domino, est contractum, non tenetur reddere debitum, sed potius domino obedire, si vtrumq; esse non possit: sed tamen in his multa pericula considerari debent, sicut, & in omnibus humanis actibus, scilicet periculum castitatis imminēs vxori, & impedimentum quod ex redditione debiti seruitio imperato generatur, & aliis huiusmodi: quibus omnibus rite pensatis iudicari poterit, cui magis seruus obedire teneatur, domino, vel vxori.

Ad quartum dicendum, q in tali casu dicitur, quod dominus cogendus est, ne seruum vendat taliter, quod faciat onera matrimonii grauiora; præcipue cum non desit facultas vbicumque seruum suum vendendi iusto pretio.

¶Not. Quòd sine culpa, dummodo subsit legitima causa, puniri possit quis licite; habes sup. quæst. 39. art. 4. ad tertium. Vbi [illegible] per regulam iuris 23. in 6. dictum huiusmodi confirmatur, vide ergo ibi: ex quo etiam intellige dictum quæsit. o. huius articu. secundo, ad tertium, scilicet ius naturale dictat, quod nullus sine culpa puniri debeat.

¶ Quo ex prædictis intellige, sic; nullus sine culpa puniri debet regulariter. Dico ly regulariter, quia quandoque, & quidem pluribus modis, sine culpa licet non sine causa, punit aliquis. De quo versus.

Paupertas, odium, vitium, fauor, & scelus, ordo.
Personas spoliant, & loca iure suo.

Nam propter paupertatem duæ ecclesiæ vniuntur, ut unus sit sacerdos utriusque 10. q. tertia, vnio; cum tamen vtraque consueuisset suum sacerdotem habere proprium. Propter odium, ut 70. dist. nemi nem. 16. quæstio. 7. decernimus. Propter vitium, de cle. ægrotan. tua. Propter fauorem 23. dist. renouantes: & de priu. & exce. priuile. antiqua. propter fauorem consecrationis. 13. quæst. sexta, comperimus propter fauorem religionis, de eccl. ędific. ad audientiam: propter scelus puniuntur etiam quandoque illi qui non peccauerunt. 25. quæstio. 2. ita nos, propter ordinem priuat dominus seruo suo quandoque 54. dist. ex antiquis, & c. frequens. vltra hæc punitur & irregularitate sanguinē effundens, quamuis licite sup. quæst. 39. arti. quarto, ad tertiū, item quandoq; propter defectum sacramenti 34. distin si cuius. & c. lector.

Qñ puniatur qs data causa, quāuis nō culpa.

¶Exam Ly si vtrūq; esse non possit, sed tamen, &cæt. Quasi dicat: quòd dictum supra ly potius, intelligitur in casu, quando de pari concurrunt, & seruitium domini, & debitum uxoris. Aliàs serua ri debent prudentiæ illæ, quæ tanguntur in tex. diffuse a ly, sed tamen in his multa pericula, &c. vsque in fi.

4^m maior. Dominus potest uendere seruum suū in extraneas regiones, quo vxor sua non potest eum sequi. A[illegible] R. In tali casu tamen dominus cogendus est, ne seruum uendat taliter. §. vt in tex. Tunc nihil &c. vt patet.

¶Not. Quod, in fauorem matrimonij cogendus sit dñs, ut in tex. est arg. 54. di. fraternitatem; item de Iud. Sarrac. Nulli Iudæo. Interest.n. reipublicę: ne quis re sua male vtatur. Institu. de his, qui sui, vel alterius iuris sunt. §. pen. & ff. titu. eod. si dominus.

Quin-

3m illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negat illatio. §. Nam propter religionē, & ordinis susceptionem, &c. vt in tex. vsque ad ly & præterea.

Item de maiori. Fauorabilior. R. In comparatione rerum, quæ sunt eiusdem generis. §. Tūc nihil &c. Nam aliàs si fiat cōparatio rerum naturaliū, ad res naturalibus superadditas, obligatio talis poterit non esse in casu præsenti fauorabilior: sicut in proposito. Ille enim, qui intrat religionem, & suscipit ordinem, obligat se, &c. vt in textu. vide ibi 2. respons. ly & præterea ille, qui &cæt.

AD QVINTVM dicendū, ꝙ ꝓp religionem, & ordinis susceptionem aliquis obligatur diuinis obsequiis quantū ad totū tempus, sed vir tenetᶜ debitum reddere vxori non semper, sed congruis tēporibus, & ideo non est simile. Et præterea ille, qui intrat religionē, & suscipit ordinem, obligat se ad aliqua opera, quę sunt naturalibus superaddita, in quibus dominus potestatem eius habet; & non in naturalibus, ad quę obligat se per matrimonium: vnde posset continentiam vouere sine consensu domini.

¶COROLL. Non ergo est propter religionē vel ordinē, ꝙ in proposito nō sit fauorabilior obligatio ad illa: sed propter rerū, ad quas obligatio fit, disparitatem. Semper. n. attenta formaliter religione fauorabilior est: & consequenter aliunde prouenit, si quandoq; non sit fauorabilior. Igitur argumentum peccabat in fallacia secundum non causam vt causam.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem explodas errorem quorundam dicentium: quòd seruus non potest contrahere matrimonium sine consensu domini. Videtur enim simile iudicium fieri debere, de his, qui hoc dicebant de filijs: & de seruis. Vnde per hoc, ꝙ de vno dixerunt, de alio etiam simile sensisse videntur. Secundò habes: quomodo per rationē ostendas illū à simili meritò damnari per Conc. Trid. sess. 24. c. 1. de refor. eos sancta Synodus anathematе dānat, qui falsò affirmāt; matrimonia à filijs, familiās sine consensu parētū contracta irrita esse; & parentes ea rata, vel irrita, facere posse. Hæc ibi. Neque ergo domini possunt irritare mrimonia à seruis absque consensu ipsorū dominorū contracta. Itē per Adrianū Papam, Dignum &c. Iuxta verbū Apostoli, sicut neque seruus est à sacramentis Ecclesiæ remouendus; ita nec inter seruos matrimonia debent vllatenus prohiberi. Et, si contradicentib. dominis, & inuitis, contracta fuerint: nulla ratione sunt propter hoc dissoluenda. Debita tamen, & consueta seruitia non debent minus proprijs dominis exhiberi. Hæc ille; de coniug. seru. Tertiò habes: quomodo per rationē prædicta Patrum, pro quanto seruos sine consensu dominorū innuunt posse matrimonio iungi, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. LXXXIII. Aliàs 52. Art. III.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum seruitus matrimonio possit superuenire.*

210

COncl. Vir, nolente vxore, potest se alteri in seruū dare, non tamen ex hoc matrimonium dissoluetur.

¶PROB. primò: Quia vir non subditur vxori nisi in his, quę ad actum naturæ pertinent: & ad hæc subiectio seruitutis non se extendit (patet art. 2. ad primū, ad 2.) Secunda autem pars, scilicet tamē &c. probatur: Quia nullum impedimentum superueniens potest soluere matrimoniū ratum (q. 50. art. 1.)

1m de maiori. Ratum non debet esse. R. Ita vt in præiudiciū alterius veniat: nō quatenus in præiudiciū illius facientis venit. §. Hoc est. Pro quanto in præiudiciū alterius venit: non autē pro quanto venit in suum ipsius faciētis. Tunc nihil &c. Nam si vir in fraudem vxoris alteri det se i seruum, ipse &c. vt in tex.

¶EXAM. Ly inæstimabile bonum libertatis, scilicet quæ vera est libertas. Ab oppositis itaque dicas: ꝙ inæstimabile est malum verę seruitutis, & cōsequenter falsæ libertatis. Libertas enim falsa, & vera seruitus, est non obedire mandantis Dei: sicut vera libertas est ipsis obedire. Hæc dicta sint, nō quia D.Th. de libertate spirituali hic loquatur: sed vt à ciuili, de qua ad literam loquitur, ad spiritualem cognoscendam ascendendi via aperitur.

Libertas seruitus, q̄ tæ sint.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ seruitus matrimonio non possit superuenire, vt vir se alteri in seruum vendat. Quia quod in fraudē, & præiudiciū alterius factum est, ratum non debet esse, sed vir, qui se in seruum vendit facit hoc quandoque in fraudem matrimonii, & ad minus in detrimentum vxoris. ergo non debet valere talis vēditio ad seruitutem inducendam.

¶2 Præt. Duo fauorabiliora præiudicant vni non fauorabili: sed matrimonium, & libertas sunt fauorabiliora, & repugnāt seruituti, quæ non est fauorabilis in iure. ergo talis seruitus debet penitus annullari.

¶3 Præterea. In matrimonio vir, & vxor ad paria iudicantur, sed vxor non potest se in ancillā dare nolente marito. ergo nec vir nolente vxore.

¶4 Præterea. Illud quod impedit rei generationē in naturalibus, destruit etiam rem generatam: sed seruitus viri nesciente vxore impedit matrimonium cōtractum antequàm fiat. ergo si posset matrimonio superuenire destrueret matrimonium, quod est inconueniens.

SED CONTRA, Quilibet potest dare alteri quòd suum est: sed vir est sui iuris, cum sit liber. ergo potest dare ius suum alteri.

¶Prę. Seruus potest nolente domino vxorem ducere, vt dictum est. ergo eadem ratione vir potest domino se subiicere nolente vxore.

RESPON. Dicendum, quòd vir subditur vxori solum in his, quæ ad actum naturæ pertinent, in quibus sunt æquales: ad quę seruitutis subiectio se non extendit, & ideo vir nolente vxore, potest se alteri in seruū dare: non tamen ex hoc matrimoniū dissoluetur, quia nullum impedimentum matrimonio superueniens potest dissoluere ipsum, vt dictum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fraus bene potest nocere ei, qui fraudem fecit, sed non potest alteri præiudicium generare, & ideo si vir in fraudem vxoris alteri det se in seruum, ipse reportat damnum inæstimabile bonum libertatis amittens: sed vxori nullum potest ex hoc præiudiciū generari, quin teneatur reddere debitum petenti, & ad omnia, quæ matrimonium requirit: non. n. pōt ab his retrahi dñi sui præcepto.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quantum ad hoc, quòd seruitus matrimonio repugnat, matrimonium seruituti pręiudicat: quia tunc seruus tenetur vxori debitum reddere, etiā nolente domino.

AD TERTIVM dicendum, quòd quamuis in actu matrimoniali, & in his, quæ ad naturam spectant, ad paria vir, & vxor iudicētur ad quę conditio seruitutis se non extendit: tamen quantum ad dispēsationem domus, & alia huiusmodi superaddita, vir est caput vxoris, & debet corrigere eam, non autem econtrario: & ideo vxor non potest se dare in ancillam nolente viro.

AD

¶NOT. De rebus iudicandū est secundū se; & non secundū ꝙ aliud de aliqua accidunt ei. Vnde, si libertas & seruitus secundū seipsa cōsiderarētur fauorabilior vtique libertas esset; & consequenter in omnibus seruituti præponderaret. Quòd si seruituti, & libertati adiungeretur spontaneitas alicuius hominis: pro quanto aliquis sponte seruituti subijceretur libertati renūcians, tunc non mirum esset; si seruitus libertati prępōderaret. Hoc enim esset, nō quia seruitus fauorabilior esset libertate; sed quia seruitus pro se haberet spontaneam volūtatem hominis, & libertas contra. Sic accidet in proposito. Nam vir iste, de quo argumentū loquitur sponte, & renunciat suæ libertati, & amplectitur seruitutem. vnde fit; ꝙ seruitus præponderat libertati, i. superuenit ei, illamq; tollit: quòd quidem posse fieri monstrauit artic. 1. ad primum. vbi dicit; quòd quilibet potest in eo, ꝙ sibi debetur spōte detrimētum aliquod subire. Vide simile argum. de fauorabilitate ar. 2. quintum. & respon. Rursum D.Tho. ideo nō respondit de libertate, quamuis argumentum ipsum adduxerit: quoniam responderat iam in superiorib. (vt nunc citatum est). i. ex superiorib. faciliter responsio habebatur. Hunc autem morem suum, breuitatis causa, seruatum sine diminutione aliqua, alibi annotauimus.

De fauorabilitate libertatis, quo modo &c.

2m de maiori. Præiudicant. R. Quantū est ex se: non semper quantū est ex aliunde venientib. §. In signum huius: quātum ad hoc, quòd seruitus matrimonio repugnat matrimonium, vt in tex. Tunc nihil &c. vt patet.

¶Not.

3m de maiori. Ad paria. R. In actu matrimoniali, & in naturalibus: non, in dispensatione domus, & alijs huiusmodi. §. Tunc nihil &c. Nam dare se in seruum, vel ancillam non est de genere naturalium, vt in textu.

Quartum

§. Tunc nihil &c. Nam seruitus ad conditionē materialē declinat.

3^m de maiori. Cui magis assimilatur. ℞. Secundum quod ei magis assimilatur. §. Tunc nihil &c. Nam filius assimilatur patri ratione formæ, &c. vt in tex.

¶ Not. Dicit tex. ly non est ad propositum; quia iam manifestarat in responsione ad secundum, se loqui nūc de assimilari in conditionibus materialibus, seu de assimilari in his, quę seruituti magis proxima sunt.

Ad tertium dicendum, quod filius similatur patri ratione formæ, quā habet in suo cōplemento, sicut & pater, & ideo non est ad propositum.

Ad quartum dicendum, quod honor magis est ex patre, quàm ex matre, ideo in genealogiis, in scripturis, & secundum communē consuetudinem magis nominantur filii à patre, quàm à matre: tamen in his, quæ ad seruitutem spectant, magis matrem sequitur.

4^m de concl.^e Sequitur ℞. in honorabilibus: non, in seruitutem concernentibus. §. Nam honor magis est ex patre, quàm ex matre: ideo &c. vt in tex. Tunc nihil &c. vt patet.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas; merito insinuatum à Gregorio IX. & ab Vrbano III. quòd filius sequitur cōditionem matris quo ad seruitutem, & libertatem. A Gregorio quidem sic. Indecens esse credimus; vt progeniti ex liberta, seu libera, filij ad seruitium retrahantur. Hæc ille; de natis ex libe. ventre. Verbi gratia. Est seruus habens liberam in matrimonio: libera gignit filios. Isti filij, si sequerentur conditionem patris, iudicarentur serui: sed quia sequuntur matris, iudicantur liberi. Sic loquitur Gregorius. Ab Vrbano autem, de coniug. seru. Licet &c. Fuit propositum; an mulier possit diuortiū postulare, pro eo quod vir, cum quo suæ conditionis ignara contraxit seruus monasterij proponatur: cum econtrà idē vir patrem suum, cuius conditionē secundum leges prouinciæ sequeretur tēpore mortis pro libero se gessisse constāter affirmet. Videt nobis fauore libertatis pro parte viri securius iudicandū. Hęc ibi. Nota ly secundum leges prouinciæ. Hic. n. duo innuit Vrban. & quod secundum leges cōmunes, de quibus S. Thom. in prin. corp. mentionē facit, filius debet sequi quo ad seruilitatē, vel libertatem conditionem matris, & quod secundum leges particulares alicuius prouinciæ debet in his sequi conditionem patris. Vnde & idem Vrban. secundum leges prouinciæ, in qua proponebatur casus, determinationē fecit, vt suprà. Quòd si secundum leges communes determinare voluisset: concorditer ad Greg. suprà adductum dixisset. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Pontificum pro quanto filios sequi conditiones matris quo ad libertatem & seruitutem insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs viciſſim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur. 2 3

---

## QVÆSTIO LXXXIIII. Aliàs 53.

*De impedimento voti, & ordinis, in quatuor articulos diuisa.*

Deinde considerandum est, de impedimento voti, & ordinis.

Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum votum simplex matrimonium dirimat.

¶ Secundò, Vtrum votum solenne.

¶ Tertiò, Vtrum ordo matrimonium impediat.

¶ Quartò, Vtrum aliquis post matrimonium, sacrum ordinem suscipere possit.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum per obligationem voti simplicis matrimonium contractum dirimi debeat.*

212 S. Th. 4. di. 38. q. 1. ar. 3. q. 2. & 3. ca. rursus, extrà, qui cler. vel vouen.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quòd per obligationem voti simplicis matrimonium contractum dirimi debeat. Fortius enim vinculum debiliori præiudicat, sed vinculum voti est fortius, quàm vinculum matrimonii, quia hoc fit homini, illud autem Deo. ergo vinculum voti præiudicat vinculo matrimonii.

¶ 2 Præterea. Præceptum Dei non est minus, quàm præceptum Ecclesiæ: sed præceptum Ecclesiæ adeo obligat, quòd si contra ipsum matrimonium contrahatur, dirimitur sicut patet de illis, qui contrahunt in aliquo gradu consanguinitatis ab Ecclesia prohibito. ergo cum seruare votum sit præceptum diuinum, videtur quòd qui contra votum diuinum matrimonium contrahit, quod ex hoc matrimonium sit dirimendum.

¶ 3 Præterea. In matrimonio potest homo vti carnali copula sine peccato: sed ille qui facit votum simplex, nūquam potest carnaliter vxori commisceri sine peccato; ergo votum simplex matrimonium dirimit. Probatio mediæ: constat quòd ille, qui post votum simplex continentiæ matrimonium contrahit, peccat mortaliter, quia secundùm Hieronymum * virginitatem vouentibus, non solum nubere, sed velle nubere damnabile est: sed cōtractus matrimonii non est contra votum continentiæ nisi ratione carnalis copulæ. ergo quando primo carnaliter commiscetur vxori, mortaliter peccat, & eadem ratione omnibus aliis vicibus: quia per peccatum primo commissum † non potest excusari quis à peccato sequenti.

* Refert in Decr. dist. 27. cap. vouentib. & id hēt Augus. de bo. vidu. c. 9. tom. 4.

¶ 4 Præterea. Vir, & mulier in matrimonio debent esse pares, præcipuè quātum ad carnalem copulam: sed ille, qui votum simplex continentiæ facit, nunquam potest petere debitum sine peccato; quia hoc est manifestè contra votum continentiæ, ad quam ex voto tenetur. ergo nec reddere potest sine peccato.

Sed contra est, quòd Papa Clemens dicit, * quòd votum simplex impedit matrimonium contrahendū, sed non dirimit contractum, vt ex dictis patet.

* In Decr. li. 4. in tit. quod cler. vel vouē. c. consuluit.

Respon. Dicendum, quòd per hoc res aliqua desinit esse in potestate alicuius, per quod transit in dominium alterius. Promissio autem alicuius rei non transfert eam in dominium eius, cui promittitur. Et ideo non ex hoc ipso quod aliquis rem promittit aliquam, desinit res illa esse in potestate sua: cum ergo in voto simplici non sit nisi simplex promissio proprii corporis ad continentiam Deo seruandā factam post votum simplex, adhuc remanet homo dominus sui corporis, & ideo potest ipsum alteri dare, in qua datione sacramentum matrimonii consistit, qd indissolubile est, & propter hoc votum simplex, quamuis impediat contrahendum, quia peccat contrahens matrimonium post votum simplex continentiæ, tamen quia verus contractus est, non potest matrimonium propter hoc dirimi.

Ad primum ergo dicendum, quòd votum est fortius vinculum, quàm matrimonium, quantum ad id, cui, & ad quod obligat, quia per matrimonium homo ligatur vxori ad redditionem debiti, sed per votum Deo ad continentiam; tamen quantum ad modum ligandi, matrimonium est fortius vinculum, quàm votum simplex; quia per matrimonium traditur actualiter vir in potestatem mulieris, vel vxoris, nō autem per votum simplex, vt dictum * est. Potior autem est semper conditio possidentis: sed quantum ad hoc simili modo obligat votum simplex sicut sponsalia, vnde propter votum

* In corp. art.

SVP. Q. LXXXIIII. Aliàs 53. Art. 1.

Conc. Votum simplex quamuis impediat contrahendum, tamen non potest matrimonium contractum dirimere.

¶ Prob. 1. Quia, contrahens matrimonium post votum simplex continentiæ, peccat. Secunda autē pars, s. tamē &c. probatur: Quia illud matrimonium est verus contractus.

1^m de maiori.

Fortius vinculum. ℞. Quantum ad modum ligandi: non, quantum ad id cui, & ad quod obligat. §. Tūc nihil &c. Non. n. votum simplex est fortius vinculū quantum ad modum ligandi, quàm matrimonium. Ad rationem in argumento allatam dicitur; quòd cōcludit de voto, quod est fortius quantum ad id, & cui, & ad quod fit obligatio. Cui fit? Deo. Ad quod fit? Ad continentiā seruandam.

Secun-

2^m de minori. Sed præceptum. ℞. Inquantum illegitimans personas: non, inquantum præceptum prohibens tantum, ne aliquid fiat. §. Tunc nihil &c. Nam votum simplex assimilatur præcepto Ecclesiæ prohibenti tantum, ne aliquid fiat; non autem præcepto illegitimanti; cui votum solemne, de quo artic. 2. simile est.

¶Not. De præcepti ecclesiastici differentia præmissa fusiorè declarationem, aliàs fecimus suprà: & illa sufficiat.

3^m de concl.^e Et eadem ratione omnib. alijs vicibus. ℞. Negatur ista. §. Loquendo scilicet de redditione debiti. Ad rationem illatam dicitur: quòd hoc non est ex eo, quòd per peccatum primò commissum possit excusari quis à peccato sequenti (vt putat arguens): sed ex eo, quòd postquàm matrimonium consummatum est, sibi iam factum est illicitum non reddere debitum vxori exigenti (vt ex textu habetur).

4^m maior. Vir & mulier in matrimonio debent esse pares quàtum ad carnalem copulam. ℞. Nisi aliquis illorum id, quod suum est abrenunciet. §. Tunc &cæt. Nam qui fecit votum simplex, abrenunciauit illi iuri suo. Vnde quantum ad ea, in quibus non est factus impotens votum continentiæ seruare, adhuc post &c. vt in textu.

votum simplex sunt sponsalia dirimenda.

Ad secundum dicendum, quòd præceptum prohibés matrimonium inter consanguineos non habet, inquantum est præceptum Dei, vel Ecclesiæ quod dirimat matrimonium contrahendum; sed inquantum facit quod consanguineæ corpus nō possit transire in potestatem consanguinei: hoc autem non facit præceptum prohibés matrimonium post votum simplex, vt ex dictis patet; & ideo ratio non sequitur, ponitur enim pro causa, quod non est causa.

Ad tertium dicédum, quòd ille, qui contrahit matrimonium per verba de præsenti post votum simplex, non potest cognoscere vxorem suam sine peccato mortali, quia adhuc restat sibi facultas implendi votum continentiæ ante matrimonium consummatum: sed postquàm matrimonium consummatum est, est sibi iam factum illicitum nō reddere debitum vxori exigenti ex culpa sua, & ideo ad hoc obligatio voti non se extendit, vt ex prædictis patet, tamen debet lamentū pœnitentię recōpensare pro continentia non seruata.

Ad quartum dicendum, quòd quantum ad ea, in quibus non est factus impotens votū continentiæ seruare, adhuc post contractum matrimonium obligatur ad seruandū, propter quod mortua vxore tenetur totaliter cōtinere, & quia ex matrimonii vinculo nō obligatur ad debitum petendum, ideo nō potest petere debitum sine peccato, quáuis possit sine peccato reddere debitū exigenti, postquam obligatus est ad hoc per carnalem copulā præcedentem: hoc autē intelligendum est, siue mulier expresè petat, siue interpretatiuè, vt quando mulier verecunda est, & vir sentit eius voluntatem de redditione debiti, tunc enim sine peccato reddere potest, & præcipuè si ei timet de periculo castitatis. Nec obstat, quòd non sunt pares in matrimonii actu, quia quilibet potest hoc, quod suum est abrenunciare. Quidam tamen dicunt, quòd potest petere, & reddere, nè nimis onerosum reddatur matrimonium vxori semper exigenti, sed (si rectè inspiciatur) hoc est exigere interpretatiuè.

## A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Lutheri dicentis: vota hodie non valere, nisi ad operum iactantiam, & præsumptionem. Si enim impediunt matrimonium contrahendum: vtique aliquid valent; & sanctus Doctor, contra errorem similem, articulum istum etiam mouit. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas prædictam hæresim meritò damnari à scripturis Deuteron. 23. Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere; quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et, si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Hæc ibi. Ecce ergo ab appositis: quòd reddere vota reputabitur reddenti in bonum. Item Ecclesiast. 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere; displicet enim ei infidelis & stulta promissio: multoque melius est, non vouere, quàm post votum promissa non reddere. Hæc ibi. Ergo promissio fidelis & sapiens, id est quæ postea impletur, placet Deo, & est bona. Item 1. Reg. 1. Cùm esset Anna amaro animo votum vouit dicens: Domine Deus, si dederis seruæ tuæ sexum virilem; dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius. Ecce votum. Audis quòd aliquid & multum quidem, apud Deum, cui omnis iactantia displicet atque præsumptio, valet. Ibi enim subditur: Recordatus est eius Dominus. Et post circulum dierum concepit Anna, & peperit filium; vocauitq; nomen eius Samuel, eo quòd à Domino postulasset eum. Hæc ibi. Hoc ergo nomen Samuel, sit testimoniū validissimū cōtra Lutherum. Item à Conc. Tolet. 4. c. 49. Clerici, qui monachorū propositū appetūt; quia meliorem vitam sequi cupiunt; liberos eis ab Episcopo i monasterijs largiri oportet ingressus; nec interdici proposità eorum, qui ad contéplationis desiderium transire nituntur. Hęc ibi. Ecce: quòd vota monachorum, ratione quorū votorū sic loquitur Synodus nō tantum valoris magni, sed fere inæstimabilis sunt; ex quo vitam monachorū cui talia sunt essentialia supra omnium sæculariū etiam clericorum simplicium vitam ponunt. Item à Conc. Trident. sess. 25. c. 1. de reformat. Præcipit; vt omnes regulares suę professionis vota fideliter obseruēt. Si. n. illa, quæ bases sunt & fundamēta totius regularis disciplinæ, exactè nō fuerint cōseruata, totum corruat ædificiū necesse est. Hæc ibi.

Vota sunt fundamentū regularium.

3 Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas; meritò fuisse à summis Pontificibus dictum sic. A Cęlestino quidem III. Rursus quidam, &c. si post simplex votū ad nuptias conuolasset; cū votum simplex matrimonium impediat contrahendum, non tamen dirimat iam contractum, nihil ambiguitatis quæstio tua continere videtur. Hæc ille; qui cler. vel vouen. matrim. vbi per ly nihil ambiguitatis, &c. intellige; ac si dixisset, quòd ille sic vouens remanebit cū illa, ad cuius nuptias cōuolauit, etiam secundum glo. ibi. ab Alex. autem III. ibid. cōsuluit &c. Respondemus, quòd sicut simplex votū matrimonium impedit contrahendū, & non dirimit iam contractum: ita habitus sine professione susceptus, ne cōtrahatur, impedit, sed contractū nequaquā dissoluit. Hæc ibi. A Bonifacio demum VIII. de vot. & vot. redemp. in 6. Quod votum, &c. Reliqua verò vota etsi matrimonium impediant contrahendum; & pęnitentia transgressoribus debeatur: non tamen rescindere possunt matrimonia post contracta. Hæc ibi. Vbi per ly reliqua vota, intelligit simplicia: vt patet in contextu.

4 Quartò habes; quomodo per ratioē prædicta Patrum, pro quanto de voto simplici respectu matrimonij taliter, s. quòd impediat contrahendum, sed non dirimat contractum decernunt, & intelligas, & probes, & defendas.

5 Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. LXXXIIII. Aliàs 53. Art. 11.

213 Concl. Votum solemne ex sui natura habet: quòd dirimat matrimonium cōtractum.

¶ Exam. Ly votum solemne. i. votum actualiter tradens Deo illud, quod tunc promittit. Et in proposito, ly votum solemne, scilicet castitatis. Hocigitur votum actualem exhibitionem proprij corporis ad perpetuam continentiam Deo affert.

* c. rursus, q. cler. vel vou. c. verū, c. ex publico, de cōuer. coniug.

¶Ly

## ARTICVLVS II.

*Vtrum votum solenne dirimat matrimonium iam contractum.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quòd nec votum soléne matrimonium dirimat iam contractum, quia sicut Decret.* dicit, apud Deum non minus obligat votum simplex, quàm solenne, sed matrimonium acceptatione diuina stat, & dirimitur. ergo cum votum simplex non dirimat matrimonium, nec votum solenne dirimere poterit.

¶ 2 Præt. Votum solenne non addit ita validum robur super votum simplex sicut iuramentum, sed votū simplex etiam iurameto superueniente non dirimit matrimonium contractum; ergo nec votum solenne.

¶ 3 Præterea. Votum solenne nihil habet quod nō possit votum simplex habere; quia votum simplex potest habere scandalum, cum possit esse in publico, sicut & solenne: similiter & Ecclesia posset, & debet statuere, quòd votum simplex dirimat matrimoniū iam contractum, vt multa peccata vitentur. ergo qua ratione votum simplex non dirimit matrimonium,

¶Ly ex sui natura. i. ex propria diffinitione. Vnde idē est dicere, votum solemne ex sui natura dirimit matrimonium; ac si diceret: votum solemne, inquantū solemne. Hinc fit: quòd si votum solemne, vt solemne, dirimit; non sit solemne, si nō dirimat. Negare igitur, solemne votum dirimere, est negare solemne esse solémne; quod vtrique implicat contradictionem.

¶Prob. Quia per votum solēne homo amisit sui

nec votum ſolenne dirimere debet.

Sed contra eſt, quod ille, qui facit votum ſolenne, contrahit matrimonium ſpirituale cum Deo, quod eſt multo dignius, quàm materiale matrimoniū: ſed materiale matrimonium prius contractum dirimit matrimonium poſt cōtractum. ergo & votum ſolenne.

¶ Præterea, etiam probari poteſt per multas authoritates, quæ ponuntur in litera.*

Respon. Dicendum, ꝙ omnes dicunt, quòd ſicut votum ſolēne impedit contrahēdum, ita dirimit iam contractum. Quidam autē aſſignant pro cauſa ſcandalum, ſed hoc nihil eſt, quia & ſimplex votum quandoque habet ſcandalum, cum ſit quandoque quodammodo publicum. Et prima inſolubilitas matrimonii eſt de veritate vitæ, quæ non eſt propter ſcandalum dimittenda. Et ideo alii dicunt, quòd hoc eſt propter ſtatutū Eccleſiæ. Sed hoc etiam non ſufficit, quia ſecundum hoc Eccleſia poſſet etiam cōtrarium ſtatuere, quòd non videtur verum. Et ideo dicendum eſt cum aliis, quod votum ſolēne ex ſui natura habet, quòd dirimat matrimonium contractum, inquantū per ipſum homo ſui corporis amiſit poteſtatem, ſe Deo ad perpetuam continentiam tradens, vt ex dictis patet, & ideo non poteſt ſeipſum tradere in poteſtatem vxoris matrimonium cōtrahendo. Et quia matrimonium, quod ſequitur tale votum, nullū eſt; ideo tale votum dirimere dicitur matrimonium contractum.

Ad primum ergo dicēdum, ꝙ votū ſimplex quo ad Deum dicitur non minus obligare, quàm ſolenne in his, quæ ad Deum ſpectant, ſicut eſt ſeparatio à Deo per peccatū mortale, quia mortaliter peccat frāgens votum ſimplex, ſicut ſolēne, quamuis grauius ſit peccatum frangere votum ſolēne, ſi comparatio in genere accipiatur, non in determinata quantitate reatus; ſed quantum ad matrimonium per quòd homo homini obligatur, non oportet quòd ſit æqualis generis obligationis etiam in genere, quia ad quædam obligat votum ſolenne, & non ſimplex.

Ad secundum dicendum, ꝙ iuramentum plus obligat ex parte eius, ex quo fit obligatio quàm votū: ſed votū ſolenne plus obligat quantum ad modum obligandi, inquantum actualiter tradit hoc, quod promittitur, ꝙ non fit per iuramentum, & ideo non ſequitur ratio.

Ad tertium dicendū, quòd votum ſolenne habet actualem exhibitionē proprii corporis, quàm non habet votum ſimplex, vt ex dictis* patet, & ideo ratio ex inſufficienti procedit.

---

ſit ſui corporis poteſtatem (cum corpus ſuum tradiderit actualiter Deo ad perpetuā continentiam): & ille qui corporis ſui poteſtatem amiſit, non poteſt ipſum tradere in poteſtatem vxoris (patet ex ſe).

¶ Exam. Ly ſimplex votum eſt quandoque quodammodo publicum. Hoc eſt ex conſequenti non diſtinguitur à voto ſolemni per eſſe publicum, & non publicum. Cæterum quomodo diſtinguatur ab ipſo, iam tactum eſt in primis examinibus. Ex illis n. virtualiter habetur; ꝙ votum ſimplex caſtitatis in eo ꝙ ſimplex, non tradit actualiter Deo poteſtatem corporis ſui, ad perpetuā continentiam ſeruādam; ſed tantum promittit, & hoc ad differentiam ſolemnis.

*li. 4. Sent. diſt. 38.

¶ Ly votum ſimplex quodammodo quandoque eſt publicum. Hoc ipſum confirmat à Papa Bonifacio VIII. qui de votis ſimplicibus loquens, de vot. & vot. redempt. in 6. dicit: Reliqua vota quantò manifeſtiùs ſunt emiſſa, tanto propter pluriū ſcandalum & exempla durior pœnitentia tranſgreſſoribus debet. Hæc ibi. cap. quod votum.

1ᵐ de maiori. Non minus obligat. ℞. In his, quæ ad Deum ſpectant: non, in his, per quæ homo homini obligatur. §. Tunc nihil &c. Nam matrimonium eſt de numero eorum, per quæ homo homini obligatur.

¶ Coroll. Ergo quādo Decretalis dicit, ꝙ votum ſimplex non minus obligat apud Deū, ꝗ ſolēne, intendit ꝙ ita peccat mortaliter frāgens votum ſimplex, ſicut ſolēne: non autem ꝙ ſm iudicium Dei votum ſimplex dirimat matrimoniū, ſicut ſolēne, vel quòd ſolēne non dirimat, ſicut nec ſimplex. In cuius ſignū ipſemet Cęleſtinus III. vt refert art. 1. appen. in illa Decretali dicit; ꝙ is, qui votum ſimplex caſtitatis emiſerat, & poſtea iurauit ſe quandam mulierem ducturum, debet de iuramento tali pœnitentiam agere, & votum caſtitatis obſeruare: quia (inquit) votum ſimplex non minus obligat apud Deum, &c. id eſt quia mortaliter peccaretur, ſi votum non ſeruaretur. Quòd ſi matrimonium contraxiſſet, votum ſimplex (ſecundum eundem Papam ibi) non dirimeret illud. Quaſi dicat hoc ad differentiam ſolēnnis.

2ᵐ de maiori. Validum robur. ℞. Ex parte eius, ex quo fit obligatio: non, quantum ad modum obligandi. §. Tunc nihil &c. Nam quòd matrimonium dirimatur per votum, vel non dirimatur, dependet ex robore conſiderato ſolum quantum ad modum obligandi. Vnde remanet, quòd votum ſolenne dirimat matrimonium: votum autem ſimplex, etiam iuratum, non dirimat.

3ᵐ minor. Votum ſolēne nihil habet quod non poſſit votum ſimplex habere. ℞. Negatur iſta. §. Ad rationem allatam dicitur; quòd Eccleſia poſſet quidem ſtatuere, quòd votum ſimplex dirimeret; ſed tunc etiam votum ſimplex non haberet quod votum ſolemne. Dirimeret ſiquidem, ſed ex ſtatuto Eccleſiæ, non ex ſui natura. Voti enim ſimplicis natura non eſt actualiter exhibere, quod promittit; hoc eſt in propoſito non habet actualem exhibitionem proprij corporis, pro continentia ſeruāda votum ſimplex ſecundum diffinitionem ſuam; ſicut habet ſolemne.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. habes primò, quomodo per rationem oſtendatur; meritò eſſe dictum à Bonifacio VIII. quòd votum ſolemne dirimit; & ſic. Quod votum, &c. Illud ſolum votum declarādum duximus debere dici ſolemne, quantum ad poſt cōtractum matrimonium dirimendum, quod ſolemnizatum fuerit per ſuſceptionem ſacri ordinis: aut per profeſſionē expreſſam, vel tacitam factam alicui de religionibus per Sedem Apoſtolicam approbatis. Hæc ille: de vot. & vot. redemp. in 6. Vbi Bonifacius duo dixit, ſcilicet quid ſit votum ſolemne; & quod matrimonium contractum dirimat. Item à Conc. Trident. ſeſſ. 24. can. 9. Si quis dixerit: clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, vel regulares caſtitatem ſolemniter profeſſos, poſſe matrimonium contrahere, contractumque validum eſſe; non obſtante lege eccleſiaſtica, vel uoto; & oppoſitum nil aliud eſſe quàm damnare matrimonium, &c. anathema ſit. Hæc ibi. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto votum ſolēne ſentiunt dirimere matrimonium cōtractum, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs uiciſſim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & conſolidetur.

*art. 1. huius q.

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum ordo impediat matrimonium.*

Ad tertium ſic proceditur. Videtur, quòd ordo non impediat matrimonium: Quia nihil impeditur niſi à ſuo contrario: ſed ordo non eſt contrarius matrimonio, cum verum ſit ſacramentum; ergo non impedit ipſum.

¶ 2 Præt. Idem ordo eſt apud nos, & apud Eccleſiā Orientalem: ſed apud Eccleſiā Orientalem non impeditur matrimonium: ergo &c.

¶ 3 Præterea. Matrimonium ſignificat coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ: ſed hoc præcipuè congruit ſignificari in his, qui ſunt miniſtri Chriſti, ſcilicet ordinatis. ergo ordo matrimonium non impedit.

¶ 4 Præt. Omnes ordines ad ſpiritualia ordinantur: ſed ordo non poteſt impedire matrimonium niſi ratione ſpiritualitatis. ergo ſi ordo impedit matrimonium, quilibet ordo impediet, quod falſum eſt.

¶ 5 Præt. Omnes ordinati poſſunt eccleſiaſtica beneficia habere, & priuilegio clericali gaudere æqualiter.

SVP. Q. LXXXIIII. Aliàs 53. Art. III.

214

Concl. 1. Ordo ſacer de ſui ratione habet, ex quadam congruentia, quòd matrimonium impedire debeat.

¶ Exam. Ly ſacer. ſ. vt circa materiā ſacram tangendam verſatur: nō vt ad ſacramentum tantum euchariſtiæ ordinatur. Ergo ſubdiaconatus, diaconatus, & ſacerdotium, hic tantum intelliguntur per ly ſacer ad differentiam minorū. Pro quo uide q. 37. art. 3. & circa votū continentiæ taliter ordinatorum, q. 39. art. 2. & in tex. & elucid.

¶ Prob. Quia ordinati in ſacris tractant ſacra.

¶ Concl. 2. Quod ordo ſacer impediat matrimonium, ex conſtitutione Eccleſiæ habet: tamen aliter apud Latinos, ꝗ apud Gręcos.

¶ Exam. Ly impediat. Vt differat à prima concluſ. quæ dicit ly impedire

dire debeat. Ergo debitum impediendi, i. illam condecentiam, ordo ſacer habet de ſui ratione: quod autem de facto impediat, habet ex conſtitutione Eccleſiæ.

¶ Ly matrimonium. Non dicit matrimonij vſum: Nam de vſu aliter ſentiendum eſt, quàm de matrimonio: vt in contex. corporis ſequenti habetur.

Si ergo propter hoc ordo matrimoniũ impediat, quia vxorati non poſſunt habere beneficiũ eccleſiaſticũ, nec gaudere priuilegio clericali, vt Iuriſtę dicunt, tunc quilibet ordo impedire deberet, quod falſum eſt, vt patet per Decret. Alexand. * de cler. coniugatis, & ſic nullus ordo (vt videtur) matrimonium impediet.

Sed contra eſt quod Decr.* dicit, quòd qui in ſubdiaconatu, & alijs ſuperioribus ordinibus, vxores accepiſſe noſcuntur, eos vxores dimittere compellatis, quod non eſſet ſi eſſet verum matrimonium.

¶ Præt. Nullus vouens continentiã poteſt matrimonium cõtrahere, ſed quidam ordines ſunt, qui habent votum continentiæ annexum, vt ex litera patet. ergo talis ordo matrimonium impedit.

Respon. Dicendum, quòd ordo ſacer de ſui ratione habet ex quadam congruentia, quod matrimonium impedire debeat, quia in ſacris ordinibus conſtituti ſacra vaſa, & ſacramenta tractans, & ideo decens eſt vt munditiam corporalem per continentiam ſeruent. Sed quod impediat matrimonium, ex cõſtitutione Eccleſię habet: tamen aliter apud Latinos, q̃ apud Græcos, quia apud Græcos impedit matrimonium contrahendum, ſolum ex vi ordinis, ſed apud Latinos impedit ex vi ordinis, & vlterius, ex voto continentiæ, ꝙ eſt ordinibus ſacris annexũ, ꝙ etiam ſi quis verbotenus nõ emittat ex hoc ipſo ꝙ ordinem ſuſcipit, ſecundũ ritũ Occidentalis Eccleſię intelligitur emiſiſſe, & ideo apud Gręcos, & alios Orientales, ſacer ordo impedit matrimoniũ contrahendum, non tamẽ matrimonii prius contracti vſum, poſſunt. n. matrimonio prius contracto vti, quãuis non poſſint matrimoniũ denuo contrahere, ſed apud * Occidentalem Eccleſiam impedit matrimonium, & matrimonii vſum; niſi forte ignorante, aut contradicente vxore vir ordinem ſacrum ſuſceperit, quia ex hoc nõ poteſt ei aliquod præiudicium generari. Quomodo autem ordines ſacri diſtinguuntur à non ſacris nunc, & in primitiua Eccleſia, dictum eſt.

Ad primvm ergo dicendum, quòd quamuis ordo ſacer non habeat contrarietatem ad matrimonium, inquantum ſacramentum, habet tamen repugnantiam quandam ad ipſum ratione actus ſui, qui ſpirituales actus impedit.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ obiectio procedit ex falſis. Ordo. n. vbique non habet votum annexum.

Ad tertivm dicẽdum, quòd illi, qui ſunt in ſacris ordinibus ſignificant Chriſtum nobiliorib. actibus, prout ex dictis in tractatu de ordine patet: quàm illi, qui ſunt matrimonio cõiuncti, & ideo ratio non ſequitur.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ illi, qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti, ex vi ordinis, non prohibẽtur matrimoniũ contrahere, quia quamuis ordines illi deputent ad aliqua ſpiritualia, non tamen immediatè habent acceſſum ad tractandum ſacra, ſicut illi, qui ſunt in ſacris ordinibus: ſed ſecundum ſtatum Occidentalis Eccleſiæ, matrimonii vſus executionem ordinis ſacri impedit, propter ſeruandam maiorem honeſtatem in officiis Eccleſiæ; & quia aliquis ex beneficio eccleſiaſtico tenetur ad executionem ordinis, & ex hoc ipſo priuilegio clericali gaudet, ideo hoc apud Latinos clericis vxoratis aufertur. Et per hoc patet ſolutio ad vltimum.

ARTI-

*c. quod latè. & c. ex parte, de cle. cõiug. * in d. cap. de coniug. * In Decr. diſt. 32. c. 18.

¶ Ly Græcos. Hoc eſt, & proprie dictos, & large, i. Orientales, etiã ꝙ non proprie ſint Gręci. Vnde habet cõtextus ſequens, ly & ideo apud Græcos, & alios Orientales, ſacer ordo, &c.

¶ Prob. 1. Quia præſupponitur clara. Secunda autem pars, ſ. tamen aliter &c. probatꝰ: Quia apud Græcos ordo ſacer ex vi ordinis tãtum impedit matrimonium contrahendũ: apud Latinos verò tum ex vi ordinis, tum ex voto continentiæ ſacris ordinib. apud ipſos annexo.

¶ Concl. 3. Sacer ordo apud Occidentalem Eccleſiã impedit matrimonij vſum; niſi fortè ignorante, aut contradicente vxore, vir ordinẽ ſacrum ſuſceperit.

De Eccleſię vnitate.

¶ Not. Quamuis Eccleſiã Orientalem & occidentalem audias: non tamẽ duas eſſentialiter diuiſas, intelligere debes: ſed eas & ratione partiũ mundi, vbi ſunt; & ratione accidentium quorundam ſpecialium citra præiudicium vnitatis eſſentialis eccleſiaſticę diuerſorũ, ſic nominari noueris. Non enim niſi vna Eccleſia, tanquã vnius Chriſti vnica ſpõſa, in toto mundo eſt, immo nec eſſe poteſt. Accidentia illa, de quibus hic ſuprà, exprimũtur à Conc. Floren. ſeſſ. vlt. in literis ſanctę vnionis. Vbi illa per te videre potes: & ſic Eccleſiã vnã eſſentialiter ex ambabus agnoſcere. Alioquin, ſi ab vnione Romanę Eccleſię eſſentialiter, i. in his, quæ ſunt fidei, diſſideret, vel ipſa Orientalis, vel quæcũque alia iam non Eccleſiæ: ſed ſynagogæ Sathanæ, & conuenticuli ſchiſmatici, pro tanto mereretur nomen habere: vt ex Papa Anacleto Græco Apoſtolis prius contemporaneo, plano ſenſu colligitur in epiſt. 3. cui iungas diſt. 22. omnes Apoſt. & Concil. Lateran. ſub Leone X. ſeſſ. 11. Paſtor æternus.

¶ Prob. 1. Quia patet. Secunda autem pars, ſ. niſi fortè &c. probatur: Quia ex hoc nõ poteſt vxori aliquod præiudicium generari (patet etiam q. 52. art. 3. ad primum).

1m de minori. Matrimonio. ℞. Ratione ſacramenti: non, ratione actus ſui. §. Impedientis, ſ. actus ſpirituales. Tunc nihil &c. Nam hoc vltimũ ſufficit ad impeditionem illam faciendam, quæ in concluſ. exprimitur.

2m de maiori. Idem ordo. ℞. Vt præciſè ordo: non, vt cum annexo voto caſtitatis conſideratus. §. Tunc nihil &c. vt patet ex corp.

¶ Coroll. Ergo, quia ordo, vt ordo pręciſè eſt vtrobique idem; vtrobique etiam, contrahere poſtea matrimonium, impedit. Ergo, quia ordo, vt uoto caſtitatis veſtitus, non eſt vtrobique idem; matrimonij antea contracti vſum non utrobique impedit.

3m de minori. Significari. ℞. Nobiliorib. actibus: non, actibus matrimonij. §. Tunc &c. vt de ſe patet.

Quartum

4m de maiori. Ordinantur. ℞. Inæqualiter: non æqualiter. §. vt in tex. Tunc nihil &c. vt patet ex terminis.

5m de maiori. Ordinati. ℞. Executionẽ ordinis ſacri exercere valentes: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam clerici in minoribus, de qbus Alex. vxorati non poſſunt executionem ordinis ſacri habere; & ideo tum beneficio eccleſiaſtico, tum priuilegio clericali, priuantur: ſicq; intelliguntur Iuriſtæ.

¶ Not. Quibus confertur beneficium eccleſiaſticum, confertur ad hoc principaliter, tanq̃ ad finem, intendendo vt pro ordinibus ſacris, horumque executionibus, ſuo tempore ſuſcipiendis nutriãtur. Vnde remota cauſa, remouetur effectus: id eſt (in propoſito) remota ſpe, ꝙ ad ordines ſacros propter nuptias vlterius ꝓmoueantur, remouetur ab ipſis beneficium eccleſiaſticum. Et hoc intendit textus, quãdo dicit ly matrimonij vſus executionem ordinis ſacri impedit, & quia aliquis ex beneficio eccleſiaſtico tenetur ad executionem ordinis, ideo hoc apud Latinos clericis vxoratis aufertur. Vide ergo tu ex ipſius textus plano ſenſu: ꝙ non negat ordinatos in minoribus poſſe habere beneficium eccleſiaſticũ (vt quibuſdam ſuperficialiter videtur); ſed dicit, quòd ipſis ordinatis, & iam beneficium eccleſiaſticũ habẽtibus, poſtquàm de eis ratione matrimonij ablata eſt ſpes veniendi ad executionẽ ordinum ſacrorum, beneficium ipſum eccleſiaſticum aufertur. Neque enim ab eis auferri poſſet, niſi ipſi in minoribus tantum ordinib. cõſtituti, beneficium illud habuiſſent: vt patet. Qđ verò de priuilegio clericali dicitur, intellige de priuilegio in rebus; vt ab Honorio III. ad Reginam Anglorum ſcribente declaratũ ſic. Ex parte tua &c. Quidam, accepta prima tonſura, contrahunt; & eãdem tonſuram deferunt: vt eo prætextu excuſari ualeant à conſuetis iuſtitijs, & debitis obſequijs. Cum igitur reddenda ſint quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo; æquanimiter duximus tolerandum; vt à talibus iuſtitias debitas, volut ab alijs uxoratis, exigas, & ſeruitia conſueta. Hæc ille; de cler. coniug. Intellige & dictum articuli de priuilegio in perſona, nẽ ſ. quis poſſit manus uiolentas inijcere in perſonam clericalem; ſed tamen cum declaratione ſuprà q. 24. art. 1. in elucid.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem excludas errorem Ioan. Vueſtphali dicentis; quòd continentiæ clericorum legem inſtituendi nulla eſt rationabilis cauſa. Huius enim rationabilitatem dum affert præſens articulus, monſtrat per hoc ſe contra prædictum errorem militare. Vide & ſuprà q. 37. art. 3. & q. 39. artic. 2. & in tex. & elucid. Secundò habes: quomodo per rationem oſtendas; ipſum damnari meritò à Papa Clemente V. in Concil. Viennen. ſic. Religioſos, & moniales ac clericos in ſacris ordinibus

conſtitutos

constitutos matrimonia contrahentes,& inter eos scienter eadē celebrantes metu pęnæ ab huiusmodi eorum temeritatis audacia refrenare cupientes, ipsos excommunicationis sentētiæ ipso facto decernimus subiacere. Hæc ille; Clem. de consang. & affin. cap. eos. Ecce; ꝙ adeò rationabilis causa est, vt clericis matrimoniū interdicatur; ꝙ cōtrafacientes excōmunicationem, quæ proculdubio mortale crimē præsupponit, incurrunt. Item à Leone Papa dist. 32. Omnium sacerdotū tam excellens est electio, vt hæc, quę in alijs membris Ecclesiæ vacant à culpa, in illis tamen habeantur illicita. Cum enim extra clericorū ordinem constitutis nuptiarū societati, & procreationi filiorū studere sit liberum; ad exhibendā tamen perfectæ continentiæ puritatē, nec subdiaconibus carnale connubiū quidem conceditur. Hæc ibi. Item à Concil. Tolet. 11. vt recitatur dist. 13. Quāquam omnes &c. Placuit huic sancto Concilio: vt vnusquisque, qui ad ecclesiasticos gradus est ascensurus, non ante honoris consecrationē accipiat; quam placiti sui annotationē promittat. Hæc ibi. istud autem placitum erat votum continentiæ. Item à Conc. Trid. sess. 24. can. 9. Si qs dixerit: clericos in sacris ordinib. cōstitutos, &c. vt suprà ar. 2. appen. & postea Concil. idem subsequitur. Posseque omnes contrahere matrimoniū; qui non sentiunt se castitatis, etiā si eam vouerint, habere donum: anathema sit: cum Deus id rectè petentib. non deneget, nec patiatur nos supra id, qđ possumus, tentari. Hæc ibi. Irrationabile autem valde est: ꝙ tot, tantaq; Cōcilia, ac summi Pontifices credantur absque rationabili causa moueri ad huiuscemodi statuta facienda de castitate clericorum. Tertiò habes: quomodo per rationē ostēdas: meritò dictum lib. 6. Apost. cōst. c. 17. Non licere iis, (.s. episcopo, presbytero, ac diacono) si post ordinationem sine vxore fuerint, ad nuptias transire. Hæc ibi. Quartò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto ordinem sacrum dicunt impedire matrimonium, & intelligas, & probes, & defendas. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina, & declaretur, & consolidetur.

3 4 5

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum ordo sacer matrimonio possit superuenire.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd matrimonio ordo sacer superuenire nō possit: Quia fortius præiudicat minus forti: sed fortius est vinculū spirituale, quàm corporale. ergo si matrimonio iunctus ordinem suscipiat, pręiudicium generabitur vxori, vt non possit debitum exigere, cum ordo sit vinculum spirituale, & matrimonium corporale; & sic videtur, ꝙ non possit aliquis ordinē sacrum suscipere post matrimonium consummatum.

¶ 2 Præt. Post matrimonium consummatum vnus cōiugum, sine consensu alterius non potest continentiam vouere, sed ordo sacer habet continentiam annexam, ergo si vir ordinem sacrum inuita vxore acceperit, cogetur vxor inuita continentiam seruare, quia non posset alteri nubere viuente viro.

¶ 3 Præterea. Etiam ad tempus non potest vir vacare orationi sine consensu vxoris, vt habetur 1. ad Cor. 7. sed apud Orientales illi, qui sunt in sacris cōstituti tenentur ad continentiam tpe quo exequuntur officiū. ergo nec ipsi possunt ordinari sine consensu vxoris, & multo minus Latini.

¶ 4 Præt.* Vir, & vxor ad paria iudicantur, sed sacerdos Græcus defuncta vxore sua, non potest alterā ducere, ergo nec vxor defuncto viro; sed nō potest sibi auferri facultas nubendi post mortem per viri actum. ergo vir non potest suscipere ordines post matrimonium.

¶ 5 Præt. Matrimonium quantum opponitur ordini, tantum econtrario, sed ordo præcedens impedit matrimonium sequens: ergo &c.

SED CONTRA. Religiosi tenentur ad continentiā, sicut illi, qui sunt in sacris ordinibus: sed post matrimonium potest aliquis religionem intrare, defuncta, vel consentiente vxore; ergo & ordinem suscipere.

¶ Præt. Aliquis potest fieri seruus hominum post matrimonium; ergo & seruus Dei per susceptionē ordinis.

RESPON. Dicendum, quòd matrimonium non impedit ordinis susceptionem, quia si matrimonio iunctus ad sacros ordines accedat, etiam reclamante vxore, nihilominus characterem ordinis suscipit, sed executione ordinis caret. Si autem volente vxore, vel ipsa defuncta, recipit ordinem, & executionem.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ vinculum ordinis soluit vinculum matrimonii ratione redditionis debiti, ex qua parte habet repugnantiam ad matrimoniū ex parte eius, qui suscipit ordinem, quia nō potest petere debitum, nec vxor ei tenetur reddere, non tamen soluit ex parte alterius, quia ipse tenetur vxori debitum reddere, si non posset eam inducere ad continentiam.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ si vxor sciat, & de eius consensu vir ordinem sacrum susceperit, tenetur perpetuam continentiam vouere, non tamen tenetur religionem intrare, si sibi non timeat de periculo castitatis, propter hoc quod vir eius solemne votum emisit. Secus autem esset, si emisisset votum simplex. Si autem sine eius consensu suscepit, non tenetur, quia ex hoc sibi nullum præiudicium generatur.

AD TERTIVM dicēdum, (sicut probabilius videtur, quamuis quidā contrarium dixerunt) quod etiam Gręci non debent accedere ad sacros ordines sine consensu vxorum; quia ad minus tēpore ministerii sui fraudarētur debiti redditione: quo fraudari non possunt secūdum ordinem iuris, si eis contradicentibus, aut ignorantibus, viri ordines susceperunt.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ (sicut dicitur) eo ipso qđ mulier consentit apud Græcos, quòd vir suus ordinem suscipiat, obligat se ad hoc quod ipsa in perpetuum alteri non nubat, quia significatio matrimonii non seruaretur, quæ in matrimonio sacerdotis præcipuè exigitur: si autem sine consensu eius ordinatur, non videtur ab hoc teneri.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ matrimonium habet pro causa nostrum consensum, non autem ordo, sed habet causam sacramentalem determinatam à Deo: & ideo matrimonium potest impediri ex ordine præcepti, quod non sit verum matrimonium, non autem ordo ex matrimonio, quòd non sit verus ordo: quia sacramentorum virtus est immutabilis, sed actus humani possunt impediri.

SVP. Q. LXXXIIII. Aliàs 53. Art. IIII.

215

COncl. Matrimonium non impedit ordinis susceptionem.

¶ Prob. Quia si matrimonio iunctus ad sacros ordines accedat, characterem ordinis suscipit.

¶ Not. Antecedens hoc probationis pręsupponitur clarum, ex eo quòd character habet pro causa Deum, cuius virtus est immutabilis, vt diffusius patet in ad quintum.

1m de concl.e Si matrimonio iunctus ordinem suscipiat, præiudiciū generabit vxori, vt non possit debitū exigere. R. Vel præiudicium generabitur sibiipsi, vt non possit debitum exigere, nec vxor ei teneatur reddere. §. Tunc nihil &c. Nam postremū hoc verum est, non aut primum illud: vt patet in textu.

2m de maiori. Continentiam vouere. R. Voto simplici: non, voto solemni ordinis. §. Tunc nihil &c. vt patet.

3m de concl.e Nec ipsi possunt. R. Nō: sed dicēdum, nec ipsi debent. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu.

* Simile quid habet Hier. epist. 30. & est in Epitaph. Fabiol æ.

4m de minori post primam conclusionē. Per viri actum. R. Cui actui ipsa vxor non consensit: non autem, cui actui consensit. §. vt in tex. Tūc nihil &c. Non enim sequitur, quòd vir non possit suscipere ordines post matrimoniū (vt concluditur): sed sequitur inde, ꝙ si vir Græcus suscipiat ordines post matrimoniū sine cōsensu vxoris, vxor non teneatur ad hoc, ꝙ post mortem eius non nubat alteri.

5m maior. Matrimonium quantum opponitur ordini tantū e contrario. R. Si vtrumque eādem causam haberet. §. i. si vtrumque haberet causam immutabilem. Tūc nihil &c. Nam matrimonium habet pro causa nostrum, &c. vt in textu.

### APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationem ostendas rectè insinuatum esse à Concil. Arelat. 3. quòd matrimonij ordo superuenire potest. Assumi aliquē ad sacerdotium in coniugij vinculo constitutum non oportet; nisi fuerit promissa conuersio, hæc illud. dist. 28. i. nisi promissa castitate secundum glos. Illa ergo promissa, potest. Itē ab Alexand. III. Coniugatus, &c. Nullus coniugatorum est ad sacros ordines promouēdus: nisi ab vxore continentiam profitente fuerit absolutus. Hæc ille; de conuer. coniug. Ecce: quòd consentiente vxore ad ordines sacros admittitū coniugatus: & consequenter, quia vxoris consensus non tradit characterem, dicendum est; ꝙ secun-

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

secundum eundem Papam coniugatus etiam reclamante vxore sacros ordines de facto recipiat, si ordinatus fuerit. Quod.n.de consensu uxoris nō admittendus dicitur; hoc est de iure dictū.i.vt omnia cum prudentia & ordinate fiant. Item ab eod. Sanè &c. fraternitati uestræ authoritate Apost. prohibemus: ne vxoratū præsumatis in Epm ordinare, nisi vxor prius professa continentiā, sacrum sibi velamē imponat, & religiosam ueste vel uitam assumat. hęc ille. ibi. Non impedit ergo matrimoniū, q̄ ordo superueniat: licet reclamet vel non reclamet, aut consentiet uxor; & licet optimè factū sit, non nisi consentiente vxore, virū ad ordines sacros promoueri. Secūdò habes: qūo per rationem prædicta Pontificis, & Concilij pro quāto ordinem matrimonio superuenire posse, insinuans, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò uides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

# QVÆST. LXXXV. Aliàs 54.

*De impedimento consanguinitatis, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerādum est de impedimento consanguinitatis.

CIRCA quod quæruntur quatuor.

¶Et primò, Vtrum consanguinitas conuenienter à quibusdam definiatur.

¶Secundò, Vtrum cōuenienter distinguatur per gradus, & lineas.

¶Tertiò, Vtrū de iure naturali matrimonium impediatur secūdum aliquos gradus.

¶Quartò, Vtrum gradus impedientes matrimonium, possint per statutum Ecclesiæ determinari.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum definitio consanguinitatis sit competens.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd definitio consanguinitatis quam quidam ponūt, sit incompetens, scilicet: Consanguinitas est vinculum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Omnes enim homines ab eodem stipite carnali propagatione descendunt, s. ab Adam: si ergo recta esset prædicta definitio consanguinitatis, omnes homines essent adinuicem cōsanguinei, quod falsum est.

¶2 Præt. Vinculum non potest esse nisi aliquorū adinuicem conuenientium, quia vinculum vnit, sed eorū, qui descendunt ab vno stipite, non est maior conuenientia ad inuicem, quàm aliorum hominum, cum conueniant specie, & differant numero, sicut & alii homines. ergo consanguinitas non est aliquod vinculum.

¶3 Præt. Carnalis propagatio fit de superfluo alimēti: sed tale superfluū magis habet conuenientiam cum rebus comestis, cum quibus in substātia conuenit, quàm cum eo, qui comedit. cum ergo non nascatur aliquod vinculū consanguinitatis eius, qui ex semine nascitur ad res comestas, nec ad generantem ex carnali propagatione nascetur aliquod propinquitatis vinculum.

¶4 Præt. Genes. 18. Laban dixit ad Iacob, Os meum & caro mea es, ratione cognationis, quę erat inter eos. ergo talis propinquitas magis debet dici carnalitas quàm cōsanguinitas.

¶5 Prætetea. Carnalis propagatio est communis hominibus & animalibus, sed in animalibus non contrahitur ex carnali propagatione consanguinitatis vinculum; ergo nec in hominibus.

RESPON. Dicendum, quòd secundum Philosophum * 8. Ethicorum. Omnis amicitia in aliqua communicatione cōsistit, quia amicitia, ligatio, siue vnio quędam est, & ideo communicatio, quę est amicitiæ causa, vinculum dicitur, & ideo secundum quamlibet communicationem denominantur aliqui quasi colligati ad inuicem, sicut dicuntur conciues, qui habent politicam communicationem adinuicem, & cōmilitones, qui conueniunt in militari negocio, & eodem modo, qui conueniunt in naturali communicatione dicuntur consanguinei, & ideo in prædicta definitione ponitur, quasi consanguinitatis genus, vinculum; quasi subiectum, personæ descendentes ab vno stipite, quarum est huiusmodi † vinculum; quasi principium, carnalis propagatio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtus actiua non recipitur secundum eandem perfectionem in instrumento secundum quam est in principali agente, & quia omne mouens motum est instrumentum, inde est, quòd virtus primi motoris in aliquo genere per multa media deducta, tandem deficit, & peruenit ad aliquid, quòd est motum, & nō mouens. Virtus autem generantis mouet non solum quantum ad id, quod est speciei, sed etiam quantum ad id, q̄ est indiuidui, ratione cuius filius assimilatur patri etiā in accidentalibus, & non solum in natura speciei; nec tamen indiuidualis virtus patris ita perfectè in filio est, sicut erat in patre, & adhuc in nepote minus, & sic deinceps debilitatur, & inde est, q̄ virtus illa quandoque deficit, vt vltra procedere nō possit: & quia consanguinitas est inquantū multi communicant in tali virtute † ex vno in multos per propagationem inducta, paulatim se consanguinitas dirimit, vt Isid. dicit; & ideo non oportet accipere stipitem remotum in distinctione consanguinitatis, sed propinquum, cuius virtus adhuc maneat in illis, qui ex eo propagantur.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ iam patet ex prædictis, q̄ non solum conueniunt cōsanguinei in natura speciei, sed etiā in virtute propria ipsius indiuidui ex vno in multos traducta; ex qua contingit q̄nque, q̄ filius assimilatur non solū patri, sed auo, vel remotis parentibus, vt dr lib. 8. de animal.

AD TERTIVM dicendum, q̄ conuenientia magis attēditur fm formam, secundum quam aliquid est actu, † quàm fm materiam, secundum quam est in potentia, quod patet in hoc, q̄ carbo magis cōuenit cum igne, quàm cum arbore vnde

Marginalia: * li. 8. c. 12. & 12. — Exēplum sensibile. — * Refertur 33. q. 4. ca. consanguinitas. — 216 S. Th. 4. di. 40. q. vni. ar... & seq. — Notandū.

---

SVP. Q. LXXXV. Aliàs 54. Art. 1.

CONCL. In diffinitione consanguinitatis (hæc est. Consanguinitas est vinculū ab eodē stipite descendentium carnali propagatione contractum) ponitur uinculum quasi consanguitatis genus; & personæ descendentes ab uno stipite, quasi subiectum; & carnalis propagatio, quasi principiū.

¶COROLL. Ergo (ad titulum literaliter dic) diffinitio consanguinitatis est cōpetens. Nam in diffinitione competenti ponitur diffiniti genus, & sua differētia: & in hoc ponitur ly uinculū pro genere, & reliqua loco differentiæ.

¶EXAM. Ly quasi principium, s. efficiens. Nam carnalis propagatio efficit, q̄ personæ descendentes in eodem stipite colligentur.

¶Ly quasi.i. ad modū se habendo, vel generis, vel &c. Nam ad diffinitiones sufficit: quòd ibi ponatur aliquid loco generis, & aliquid loco differentiæ.

¶PROB. Quia consanguinitas dicit quandam conuenientiam in naturali cōmunicatione (cum sit quædam amicitia): & in communicatione naturali exigitur vinculum personę, necnon propagatio naturalis (vt patet).

¶NOT. Quod uinculum ponatur pro genere; personæ, pro subiecto; propagatio carnalis pro principio; præsuponitur tam clarum, ut probatione nō indigeat: sed tantum probatur, q̄ illa diffinitio sit diffinitio consanguinitatis. & nota q̄ licet vltima pars antecedētis, s. & in cōicatione naturali, &c. nō sit expressè in tex. tamē subintelligit, & ob hoc expssa fuit in probatione illa. Hoc autē similiter in quibusdam alijs locis obseruatū est: secundum q̄ magis, vel minus, pro legentibus vtile iudicatum fuit.

1^m de antecedente. Stipite. R. remoto: nō, propinquo. §. Tunc nihil &c. Nam stipitis remoti multum (sicuti est Adam) virtus non manet in illis; qui ex eo propagantur: vt declaratur in tex.

¶EXAM. Ly virtus primi motoris per multa media deducta, & c. quod est motum, & non mouens. Huius exemplum fit de aqua commota ab aliquo proijciente saxum in illam. Hęc enim (vt videmus) multas circumgirationes facit, quarum una ab alia causatur, ita q̄ vnaquæque sit mouens & mota, excepta ultima: in qua uirtus motoris adeò deficit, vt ipsa remaneat tantum mota, & non mouens.

2^m minor. Eorū, q̄ descendunt ab uno stipite, nō est maior conuenientia adinuicē quàm aliorum hominum. R. Negatur ista. §. Ad rationē dicitur. q̄ non est maior cōuenientia ratione speciei, vel differentiæ numeralis (vt adducitur): sed rōne uirtutis eiusdem stipitis indiuidualis traducta in multos vt in textu.

3^m de maiori. Alimenti. R. Iam conuersi in speciem nutritis non, illius rei vnde sumptum est. §. verbi gratia. Bouis; si carnes illius pro alimēto sumptæ sunt. Tunc nihil &cęt. Nam

Nam conuenientia magis attenditur secundum formam, secundum quam &c. vt in tex.

4m ex Genesi. Os meũ, & caro mea es. R. Inquantum sanguis, quo iungimur, fuit potẽtia, caro & os: non aliter. §. Tunc &c. Nam talis conuersio cũ sit sanguinis, sanguinitas rectè vocatur; & iunctos per eã rectè cõsanguineos appellari facit.

5m illatio conclusionis. Ergo &c.

R. Negaẽ illatio. §. Nã animalia, licet ab eodẽ propagentur, quãdoque non coniunguntur ad amicitiæ vnitatem propter, &c. vt in tex. fin.

¶ Not. Ratio huius respõsi est, quia animalia bruta nõ sunt capacia amicitiæ propriè loquendo, & consanguinitas est quædã amicitia, vt dictum est.

vnde abscissus est. Et similiter alimẽtum iam conuersum in speciẽ nutriti, per virtutem nutritiuã magis conuenit cum ipso nutrito, quàm cum illa re, vnde sumptum est nutrimentum. Ratio autem procederet secundum opinionem illorum, qui dicebant, quòd tota natura rei est materia, & quod formæ omnes sunt accidentia, quod falsum est.

AD QVARTVM dicendũ, ꝙ illud, quod proximè conuertitur in semen, est sanguis, vt probatur 15. de animalib. & pp hoc vinculũ, ꝙ propagatione cõtrahitur carnaliter, conuenientius dicitur consanguinitas, q̃ carnalitas; & quòd aliquãdo vnus consanguineus dicitur esse caro alterius, hoc est inquantum sanguis, qui in semen viri, aut in menstruum conuertitur, est potentia caro, & os.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ quidã dicunt, ꝙ ideo consanguinitatis vinculum contrahitur inter homines ex carnali propagatione, & tamẽ non inter alia animalia, quia quicquid est de veritate humanæ naturæ in omnib. hominibus, fuit in primo parente, quod nõ est de aliis animalibus: sed secundũ hoc consanguinitas matrimonii nunq̃ dirimi potest. Prædicta autẽ positio in secundo lib. dist. 20. improbata est. Vnde dicendum, quòd hoc ideo contingit, quia animalia nõ coniunguntur ad amicitiæ vnitatẽ, propter propagationẽ multorum ex vno parente proximo, sicut est de hominibus, vt dictũ est.*

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo per rationem ostendas; rectè dictum 35. q. 5. à Canonist. de consan. & affi. sic. Cõsanguinitas est vinculũ personarũ ab eodẽ stipite descendentiũ carnali propagatione cõtractum. Vel (ꝙ idẽ est) consanguinitas est attinentia personarum ex eo prouenients, quod vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadẽ. 2 Secũdò habes: quo per rationẽ ostendas; consanguinitatẽ iure diffiniri sic, vt prædictũ est. Nam ethimologia, seu interpretatio huius nominis, cõsanguinitas, id declarat. Ab ethimologia verò argumentari ad rem de qua tractatur, licitũ esse ostendit & Eugen. Papa, & Conc. Nicenum, Eugen. quidẽ 16. q. 1. placuit 2. loquẽs de monacho ait: Sicut piscis sine aqua caret vita, ita sine monasterio monachus. Agnoscat nomẽ suũ, Monos. n. Græcè, Latinè est vnus: achos Græcè, Latinè est tristis. Vnde dr monachus. i. vnus tristis. Sedeat itaque solitarius, & taceat, & officio suo vacet; qa mundo mortuus est, Deo aũt viuit. Hæc ibi. Conc. verò Nicæ. ibid. placuit. 1. sic ait. Placuit oib' residẽtib. in S. Nic. Synodo; vt monachorũ cõuersatio & vita, ẽm ethimologiã nominis ab oibus discrepet. Monachus. n. Græcè, Latinè singularis dr. Vñ, monachũ per oĩa singulr, (.i. non seculariter, ẽm gl. ibi) agere oportet. Hæc ibi. Cõc. ergo cum Papa vult: res ex ethimologia cognosci, easq; ẽm illã regulari. Cũ itaq; cõsanguinitas ẽm ethimologiã dicat sanguinis vnitas (deriuat. n. à con, i. simul, siue vnũ & sanguine): & sanguinis vnitas nõ possit haberi à multis psonis, nisi per propagationẽ modo illo in diffinitione declarato: patet ꝙ in pdictis Cõc. Papa insinuat à simili, ꝙ cõsanguinitas tunc rectè diffinitur, qñ diffinitio est cõcors nomini (vt in pposito fit). 3 Tertiò habes: quo per rationẽ prædicta Patrũ, pro quãto diffinitionẽ istã consanguinitatis vel directè, vel à simili dicũt esse cõpetentẽ, & intelligas, & pbes, & defendas. 4 Quartò vides: quo ex ijs vicissim doctr. hæc Ang. & declaret, & cõsolidetur.

Cella monacho, sicut aqua pisci, necessaria.

* In corp. art.

---

SVP. Q. LXXXV. Aliàs 54. Art. II.

217 CONCL. 1. Secundũ tres habitudines tres lineæ consanguinitatis sumuntur.

¶ PROB. Quia secundum habitudinẽ principij ad principiatũ sumitẽ linea descẽdentium; ẽm habitudinem principiati ad principiũ sumitur linea ascendentiũ, & secundum habitudinẽ existentium ab vno principio ad inuicem sumitur linea trãsuersalium (cum punctus motus faciat lineam).

¶ EXAM. Ly punctus motus, s per motionem propagationis, vel relationis prædictæ. Sic. n. pater ad filium, & è conuerso, & fratres adinuicem motum habent.

¶ Ly lineam, s. modo declarãdo in respon. ad tertium. Nam lineæ cõsanguinitatis nõ sumuntur geometricè.

*ar. 11. huius q. ar. 1.

¶ CONCL. 2. Idẽtitas & nimia distantia, gradũ cõsanguinitatis tollunt.

¶ EXAM. Ly gradũ, s. similitudinariè dictum, ad similitudinẽ, videlicet graduum scalarũ, in quibus de proximo in proximũ gradimur. Hic gradus est habitudo ad distãtiã personarũ, qua cognoscitur quota cognationis distantia personæ duæ differunt inter se. Quemadmodum & in scalis gradum hũc dicimus quartum, aliũ quintum, alium septimum, &c. & existentem in quinto gradu scalarũ dicimus differre ab existente in primo distãtia tanta, vel tanta. Circa talem distantiã obserua quæ dicuntur in exam. ante arg. 1. Quæ ibi dicta intellige sic: quãdo s. non interuenit dispensatio in gradibus. Tunc enim non verificantur totaliter: sed limitanda sunt secũdum Decretalẽ Papę Cęlestini III positam in de consang. & affin. c. quod dilectio.

¶ PROB. 1. Quia nullus est sibiipsi propinquus. Secunda autem pars, s. & nimia distantia &c. patet ex dictis art. 1. in ad primum.

¶ CONCL. 3. Secundum cõputationem canonicam, & legalem, psona in progressu primò occurrens vel ascendendo, vel descendendo distat ab aliquo (puta à Petro) in primo gradu; occurrens autẽ secũdo vtrimque distat in secundo gradu: sed consanguinitas trãsuersalium contrahitur non ex hoc, quòd vnus ex alio propagatur, sed qa vterque propagatur ex vno.

¶ PROB.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum conuenienter consanguinitas designetur per gradus, vel lineas.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ consanguinitas inconueniẽter distinguatur per lineas, & gradus. Dicitur. n. linea consanguinitatis esse ordinata collectio personarũ consanguinitate coniũctarum ab eodem stipite descendentiũ, diuersos continens gradus: sed nihil est aliud consanguinitas quàm collectio taliũ personarum. ergo linea consanguinitatis est idem, ꝙ consanguinitas: nihil autẽ debet distingui per seipsum. ergo consanguinitas non conuenienter per lineas distinguitur.

¶ 2 Præt. Illud, secundum quod diuiditur aliquid cõmune, non potest poni in definitione communis, sed descensus ponitur in definitione prędicta * consanguinitatis: consanguinitas ergo non potest diuidi per lineam ascendẽtium, descendentium, & transuersalium.

¶ 3 Præt. Definitio lineæ est, quod sit inter duo puncta, sed duo puncta non faciunt nisi vnum gradum. ergo vna linea habet tantũ vnum gradũ, & ita eadem ratione videtur ꝙ non debeat fieri diuisio consanguinitatis per lineas, & per gradus.

¶ 4 Præt. Gradus definitur, esse habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quanta distantia personæ inter se differunt: sed cum consanguinitas sit propinquitas quædã, distantia personarum consanguinitati opponitur magis quàm sit eius pars. ergo per gradus consanguinitas distingui non potest.

¶ 9 Præt. Si consanguinitas per gradus distinguitur, & cognoscitẽ, oportet ꝙ illi qui sunt in eodem gradu, sint æqualiter consanguinei: sed hoc falsum est, quia propatruus, & eiusdẽ pronepos sunt in eodem gradu, non tamen sunt æqualiter consanguinei, vt Decret. dicit. ergo consanguinitas non rectè distinguitur per gradus.

¶ 6 Præt. In rebus ordinatis quodlibet additum alteri facit alium gradum, sicut quęlibet vnitas addita facit aliam speciem numeri: sed persona addita personæ non semper facit gradũ alium consanguinitatis, quia in eodem gradu consanguinitatis est pater, & patruus, qui adiungitur. ergo non rectè per gradus consanguinitas distinguitur.

¶ 7 Pręt. Inter duos propinquos semper est eadẽ consanguinitatis propinquitas, quia æqualiter distat vnũ extremorũ ab alio, & econtra, sed gradus consanguinitatis non inuenitur semper idẽ ex vtraque parte, cũ quandoque vnus propinquus sit in tertio, & alius in quarto gradu. ergo consanguinitatis propinquitas non potest sufficienter per gradus cognosci.

RESPON. Dicendum, ꝙ consanguinitas est quædã propinquitas in naturali cõicatione fundata secun-

dum actum generationis, qua natura propagatur. Vnde secundum Philosophum 8. Ethicor. ista communicatio est triplex. Vna secundum habitudinem principii ad principiatum, & hæc est consanguinitas patris ad filium. Vnde dicit, ꝙ parentes diligunt filios vt suiipsius aliquid existentes. Alia est secundum habitudinem principiati ad principium, & hæc est filii ad patrem, vnde dicit, quòd filii diligunt parentes vt ab illis existentes. Tertia est secundum habitudinẽ eorum, quæ sunt ab vno principio adinuicem, sicut fratres dicuntur ex eisdem nasci, vt ipse ibidem dicit; & quia punctus motus lineam facit, & propagatione quodãmodo pater descendit in filium; ideo secundũ tres dictas habitudines, tres lineæ consanguinitatis sumuntur, scilicet, linea descendentium secũdum primam habitudinem, linea ascendentium secundum secundam, linea transuersalis secundum tertiam. Sed quia propagationis motus nõ quiescit in vno termino, sed vltra progreditur, ideo contingit quòd patris est accipere patrem, & filii filium, & sic deinceps, & secundum hos diuersos progressus diuersi gradus in linea inueniuntur; & quia gradus cuiuslibet rei, est pars aliqua illius rei, gradus propinquitatis nõ potest esse vbi non est propinquitas; & ideo identitas, & nimia distantia gradum consanguinitatis tollunt, quia nullus est sibiipsi propinquus, sicut nec aliquis similis, & propter hoc nulla persona per seipsam facit aliquẽ gradum, sed comparata alicui personæ, gradum facit ad ipsam. Sed tamen diuersa est ratio computandi gradus in diuersis lineis. Gradus enim consanguinitatis in linea ascẽdentium, & descendentiũ contrahitur ex hoc quòd vna persona ex alia propagatur eorum, inter quos gradus consideratur, & ideo secundum computationem canonicam, & legalem, persona, quæ primo in progressu occurrit, vel ascendendo, vel descendendo distat ab aliquo, puta à Petro in primo gradu, vt pater, & filius, quæ autem secundo vtrimque occurrit, distat in secundo gradu, vt auus, & nepos, & sic deinceps. Sed consanguinitas, quæ est eorum, qui sunt in linea transuersali, contrahitur nõ ex hoc quod vnus ex alio propagatur, sed quia vterq; propagatur ex vno, & ideo debet gradus consanguinitatis in hac linea computari per comparationem ad vnum principium ex quo propagatur, & secundum hoc est diuersa computatio canonica, & legalis, quia legalis cõputatio attẽdit descensum à communi radice ex vtraque parte, sed canonica tantum ex altera, ex illa scilicet, ex qua maior numerus graduum inuenitur. Vnde secundum legalem computationem, frater, & soror, vel duo fratres attinent sibi in secundo gradu, quia vterque à radice communi distat per vnum gradum: & similiter filii duorum fratrum distant à se inuicem in quarto. Sed secundum computationem canonicam duo fratres attinent sibi in primo gradu, quia neuter eorum distat à radice communi nisi per vnum gradum, sed filius vnus fratrum distat ab altero fratre in secundo gradu, quia tantum distant à communi radice, & ideo † secundum computationem canonicam quoto gradu, distat quis ab aliquo gradu superiori, toto distat à quolibet descẽdentium ab ipso, & nunquam minus, quia propter quod vnumquodque, & illud magis. Vnde, † si alii descendentes à communi principio cõueniunt cum aliquo ratione principii cõmunis, non possunt propinquiores esse descendenti ex alia parte quam sit primum principiũ ei propinquum. Aliquando tamẽ plus distat aliquis ab aliquo descẽdente à communi principio, q̃ distet ipse à principio; quia ille fortè plus distat a communi principio, quàm ipse, & secundum remotiorem distantiam oportet consanguinitatem computari.

Ad primvm ergo dicendum, obiectio illa procedit ex falsis. Consanguinitas.n. non est collectio, sed relatio quædam aliquarum personarum, quarum collectio lineam consanguinitatis adinuicem facit.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ descensus cõmuniter sumptus attenditur secundum quamlibet consanguinitatis lineam, quia carnalis propagatio, ex qua vinculum consanguinitatis trahitur, descensus quidã est: sed descensus talis, s. à persona, cuius consanguinitas quęritur, lineam descendentium facit.

Ad tertivm dicẽdum, quòd linea dupliciter accipi potest. Aliquãdo propriè pro ipsa dimensione, q̃ est prima pars quantitatis cõtinuę, & sic linea recta continet tantũ duo puncta in actu, quę determinant ipsam, sed in potentia infinita, quorum quolibet signato in actu, linea diuiditur, & fiunt duæ lineæ. Aliquãdo verò linea sumitur pro his, quæ linealiter disponuntur, & secũdm hoc assignatur in numeris linea, & figura, prout vnitas post vnitatem ponitur in aliquo numero, & sic quælibet vnitas adiuncta, gradum facit in tali linea, & similiter est de linea consanguinitatis, vnde vna linea continet plures gradus.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ sicut similitudo non potest esse vbi non est aliqua diuersitas, ita propinquitas non est, vbi non est aliqua distantia; & ideo distantia quęlibet non opponitur consanguinitati, sed talis distantia, quæ consanguinitatis propinquitatem excludit.

¶ a.c.11.

¶ Prob. seu potius declaratio 1. Quia pater & filius, ascendendo, & descendendo distant in primo gradu. Secunda autem pars, s. occurrens autem secũdo &c. probatur: Quia auus, & nepos ascendendo, & descẽdẽdo accepti distãt in secundo gradu. Tertia autẽ pars, s. sed consanguinitas &cæt. ex se patet.

Vtilissimũ notãdum.

¶ Not. Ad prædicta, & in tex. corp. sequentia multum iuuabit videre arborẽ consanguinitatis positam à Canonist. 35. q. 5. fi. item de consang. & affin. quę arbor à Papa Alex. approbatur; vt in appen. seq. Ideo pro hac materia faciliter intelligenda, ex cuius notitia melius etiam tex. D. Tho. præsentẽ totũ intelliges, ad illam arborem te remitto: ne vel tempus quodammodo in vacuum conteratur, vel de charta in papyrum (vt aiunt) transferre aliquid videamur.

¶ Exam. Secundum remotiorem distantiam oportet consanguinitatem computari. Hoc dictum tex. fin. intelligas; secundum ꝙ Papa Gregor. IX. in de consang. & affin. declarat, & declarando confirmat, inquiens. Vir, qui à stipite quarto gradu, & mulier, quę ex alio latere distat quinto (secundum regulam approbatam, qua dicitur; quarto gradu remotiori differt à stipite; & à quolibet per aliã lineam descendentium ex eodem) licitè possũt matrimonialiter copulari. Hæc ibi. Vbi propter ly approbatam, dices: ꝙ istud dictũ S. Thomæ nunc debet obseruari pro iure. Vult ergo dicere textus articuli, ꝙ quoto gradu persona remotior distat à stipite communi, toto distat à quolibet alio per aliam lineam descendẽte. Vt: stipes communis sit Petrus: ipsius filij sint Socrates, & Ioanna, (hi sunt in primo gradu): de Socrate descẽdit Plato, de Ioanna ex alia parte descendit Titius (hi scilicet Plato & Titius sunt in secũdo gradu descendentes æqualiter à Petro): de Platone descendit Hippolytus, de Titio nascitur Claudius (hi scilicet Hippolytus & Claudius sunt in tertio gradu descendentes æqualiter à Petro): de Hippolyto descendit Alexius, de Claudio nascitur Andreas (hi scilicet Alexius & Andreas sũt in quarto gradu distantes à Petro æqualiter). Alexi' ergo & Andręas sunt vltimæ personæ in Petri cõsanguinitate, prohibita à matrimonio, inter se inuicem: & Alexius est vltima ex vna linea, Andreas est vltima ex alia. De Andrea nascitur Berta: quæ profectò à communi stipite illo Petro distat quinto gradu, & sic extra cõsanguinitatem illam Petri inuenit. Ergo à quolibet descẽdente à Petro, per aliam lineam distabit quinto gradu.

## 1m minor.

Nihil est aliud consanguinitas, q̃ collectio, &c. R. Negatur ista. §. Consanguinitas enim non est collectio, sed &c. vt in tex.

## 2m de maiori.

Nõ potest poni. R. Vno & eodem modo non autem, alio, & alio. §. Tũc nihil &c. Nam descensus cõmuniter sumptus attenditur secundũ q̃libet &c. vt in tex. Ex quo dicas ad argumentũ: ꝙ descensus cõmunis non ponitur in diffinitione consanguinitatis, & lineæ: neq; descensus talis, i. determinatus ponitur in diffinitione vtriusq;: sed descensus aliter, & aliter, sumptus vt ibi.

## 3m de maiori.

Lineæ. R. Sumptæ pro dimẽsione cõtinua: nõ, pro ijs quæ linealiter disponunt. §. Tunc &c. Nam linea in proposito sumitur pro ijs, quæ linealiter disponuntur. Propterea diximus suprà circa concl. primã, quòd linea non sumitur hic geometrice.

## 4m de minori.

Distantia personarum. R. Nimia, vel nulla: non quælibet. §. Tunc nihil &c. Nam sicut similitudo non potest esse vbi non est, &c. vt in tex.

¶ Not. Vide conclusio. 2. vt melius intelligas terminos responsi formales.

Quin-

Ad

5^m^ de maiori. Distinguitur. R. Intensiuè: non autem extēsiuè, seu dimensiuè. §. Tunc &c. Nam hoc secundo modo gradus consanguinitatis distinguitur, &c. vt in tex.

6^m^ minor. Persona addita personæ non semper facit gradum alium consanguinitatis. R. Respectu radicis à qua descendunt: nō autem respectu descendentium. §. Tunc nihil &c. Nam quamuis pater & patruus sint in eodem gradu respectu, &c. vt in tex.

7^m^ de minori. Eadem. R. Inter se inuicem: non semper, relatiuè ad cōmune principiū suum. §. vt in tex. declaratur. Tunc nihil &c. vt patet.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ sicut albedo dicitꝰ maior dupliciter: Vno modo ex intēsione ipsius qualitatis: alio modo ex quātitate superficiei; ita consanguinitas dicitur maior, vel minor, vno modo intēsiuè ex ipsa natura cōsanguinitatis, alio modo quasi dimensiuè, & sic quantitas consanguinitatis mēsuratur ex personis, inter quas consanguinitatis propagatio procedit; & hoc secundo modo gradus cōsanguinitatis distinguitur: & ideo contingit, ꝙ aliquorū duorū, qui sunt in eodem gradu consanguinitatis respectu alicuius personæ, vnus est sibi magis consanguineus, q̄ alius, considerando primam quantitatē consanguinitatis: sicut pater, & frater attinent alicui in primo gradu cōsanguinitatis, quia ex neutra parte incidit aliqua persona media. Sed tamen intensiuè loquendo, magis attinet alicui personæ pater suus, quàm frater, quia frater nō attinet ei, nisi quantū est ex eodem patre, & ideo quanto est aliquis propinquior communi principio, à quo consanguinitas descendit, tanto est magis consanguineus, quamuis non sit in propinquiori gradu, & secundum hoc propatruus est magis consanguineus alicui, quàm pronepos eius, quamuis sint in eodem gradu.

AD SEXTVM dicendum, quòd quamuis pater, & patruus sint in eodem gradu respectu radicis consanguinitatis, quia vterque distat vno gradu ab auo, tamen respectu eius, cuius consanguinitas quæritur, non sunt in eodem gradu, quia pater est in primo gradu, patruus autem non potest esse propinquior, quàm in secundo, in quo est auus.

AD SEPTIMVM dicendū, ꝙ semper personæ in æquali numero graduū distant à seinuicem, q̄uis quǽque non æquali numero graduū distent à cōi principio, vt ex dictis * patet.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. & Dei.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem ostendas; gradus cōsanguinitatis cōuenienter numerari à Zacharia, & Alexādro summis Pontificibus. A Zacharia quidē sic. Parentelæ gradus taliter computamus. Siquidē ego, & frater meus, vna generatio sumus; primūq́; gradum efficimus; nullo gradu distamus. Rursus: filius meus, fratrique mei filius, secunda generatio sunt; ac gradum secundum faciunt; nec à se aliquo gradu separantur. Atque ad hunc modum cæteræ successiones sunt habendæ. Hæc ille; 35. quæst. 5. Ab Alexandro autem sic. Non terminatur consanguinitas in huiusmodi sexto gradu: sed terminantur in septimo gradu secūdum canones, &c. Duo gradus legales vnum canonicum constituunt. Fratres itaque, qui secundum seculares leges dicuntur in secundo gradu, iuxta canones numerantur in primo gradu: filij fratrum, qui illic numerantur in quarto, hic computantur in secundo: nepotes verò qui in sexto ibi, isthic numerantur in tertio: sic deinceps, qui legibus inscribuntur in octauo & decimo, in canonibus definiuntur in quarto & quinto. Atque hoc modo de reliquis sentiendum est, vt qui secundum canones dicuntur in sexto vel septimo, secundum leges accipiuntur in duodecimo, vel in decimoquarto. Hæc ibid. cap. ad Sedem Apostolicam. Patet ergo, quòd Zacharias suprà numerat gradus secundum canones: non autem secundum leges seculares. Nam collocat fratres in primo gradu, eosq́; ab inuicem nullo gradu distare dicit, quòd non faciunt leges; vt patet per Alexandrum. Nam iuxta leges persona vna facit gradū vnum: non autem secundū canones. Secundò habes: quomodo per rationē ostendas eundem Alexandrum II. Papam insinuasse merito, tres esse lineas consanguinitatis, & in vnaquaque linea distingui multos gradus. Hoc est quòd consanguinitas per lineas & gradus modo prædicto distinguitur. Insinuauit autem ibidem sic. Quia omnes, qui in pictura prædictæ arboris continentur, ex vna parentela consistunt, nunquam sine diminutione cōsanguinitatis vt à se poterunt separari: veluti non sine damno cuiusq; personæ valēt a proprio corpore manus, brachia, & pedes truncari. Hęc ibi. Ecce: ꝙ arborem cōsanguinitatis approbat: & consequēter per hoc lineas tres, videlicet ascēdentium, descendentiū, & lateralium; gradus verò plures (vt in arbore fatetur): adeoque, vt contra negantes hæc ab ipso approbata subdens dicat ibid. Taliter igitur determinatis gradib. consanguinitatis, Apostolica authoritate admonemus vos fratres, & filij: vt omnibus, sic seriem genealogiæ cōputandam esse, intimetis; quemadmodū sancti Patres numerandā esse sanxerunt. Nam si quis obstinata mente à recto tramite Apostolicæ Sedis deuiare voluerit; & aliter, quàm nos in nuptijs celebrandis gradus parentelæ numerare contenderit; primum pro sua temeritate cœlesti pœna plectetur, postmodū verò gladio perpetui anathematis nouerit se iugulandum. Hæc ibi. Tertiò habes: quomodo per rationē prædicta Patrum, pro quanto consanguinitatem per gradus, & lineas designari insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelicā doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

* In corp. art.

---

SVP. Q. LXXXV. Aliàs 54. Art. III.

218 CONCL. Consanguinitas quantū ad aliquas personas impedit matrimoniū de iure naturali, quātū ad aliquas de iure diuino; & quantum ad aliquas de iure per homines instituto.

¶ PROB. primò: Quia per aliquam consanguinitatem personarum impeditur bonū prolis (vt scilicet non conuenienti modo fiat); & in matrimonio aliquid contra legem naturæ esse dicitur, per quod matrimonium redditur incompetens respectu finis primò intenti (hoc est bonum prolis). Secundò, quia (ly quantum ad aliquas de iure &c.) per consanguinitatē aliquarum personarū impeditur repressio cōcupiscentiæ (cum ipsæ personæ in eadem domo conuersēt ordinarie), & ius diuinū finem per se matrimonij secundariū intendit (vt patet Leuit. 18. Ne reueles turpitudinē, &c.) Tertiò, quia per cōsanguinitatē aliquarū personarum noua amicitia multiplicatꝰ (vt patet ꝑ hoc; ꝙ vir ad cōsanguineos vxoris sicut ad suos se habet); & ius ꝑ hoīes institutū finem per accidēs matrimonij intēdit (hic finis est confœderatio hominū prędicta).

¶ NOT. Personæ, de quibus intēdit probationis prima pars sunt pater, & filia; mater, & filius. Probationis autem secundæ personæ sunt duodecim quæ Leuit. 18. exprimuntur s. mater nouerca, id est vxor patris, soror neptis, i. filia fratris, amita, i. soror pr̄is, matertera, i. soror matris, vxor patrui, s. fratris patris, vxor fratris, nurus,

## ARTICVLVS III.

*Vtrum consanguinitas de iure naturali impediat matrimonium.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ consanguinitas de iure naturali non impediat matrimonium. Nulla enim mulier potest esse propinquior viro, quàm Eua fuit Adæ, de qua dixit Genes. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea: sed Eua fuit mulier coniuncta Adę. ergo cōsanguinitas nulla, quantum est de lege naturæ, matrimonium impedit.

¶ 2 Prꝗ. Lex naturalis eadē est apud omnes: sed apud barbaras nationes nulla persona cōiuncta cōsanguinitate à matrimonio excluditur. ergo consanguinitas, quantum est de lege naturæ, matrimonium non impedit.

¶ 3 Præt. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit, vt dicitur in principio Digestorum, sed animalia bruta etiā cum matre coeunt. ergo non est de lege naturæ, quòd aliqua persona à matrimonio propter consanguinitatem repellatur.

¶ 4 Præt. Nihil impedit matrimonium, ꝙ non contrariatur alicui bono matrimonii: sed consanguinitas non contrariatur alicui bono matrimonii; ergo non impedit ipsum.

¶ 5 Præterea. Eorum, quæ sunt magis propinqua, & similia, melior, & firmior est coniunctio: sed matrimonium quædam coniunctio est. cum ergo consanguinitas sit propinquitas quædam, matrimonium non impedit, sed * magis vnit.

SED CONTRA. Illud, quod impedit bonum prolis, etiam matrimonium impedit secundum legem naturæ: sed consanguinitas impedit bonum prolis, quia vt ex verbis Gregorij * habetur, experimento didicimus, ex tali coniugio sobolem nō posse succrescere. ergo consanguinitas secundum legem naturæ matrimonium impedit.

¶ Præt. Illud, quod habet natura humana in prima sui conditione, est

* Mag li. 4. sent. di. 44.

* Greg. in 6. sui Regist. ad inter. x. August. Angl. Episc. c. 6.

nurus, id est vxor filij, priuigna, id est filiastra filia priuigni, & priuignæ, id est filiastri, & filiastræ, & soror vxoris. Tertię verò probationis personæ sunt olim vsque ad septimum gradum inclusiuè; nunc vsque ad quartum inclusiuè, art. 4.

**1^m maior.** Nulla* mulier potest esse propinquior viro, quàm Eua fuit Adæ. R. Negatur, de propinquitate naturalis conuenientiæ. §. Nam filiæ ad patrem naturalis conuenientia est maior. Tunc nihil &c. Nam de hac, scilicet conuenientia naturali, loquitur articulus.

**2^m maior.** Lex naturalis eadē est apud omnes. R. Tamen apud aliquos offuscatur ex concupiscentiæ ardore. §. Vel etiam alijs peccatis. Tunc nihil &c. Non enim procedit ex lege naturali, ꝙ aliqui Barbari &c. vt in tex.

* Al. concipere

Vnde lex naturalis obtenebretur.

¶Not. Quòd lex naturalis in aliquibus obtenebretur ex peccatis, patet Roman. 1. vbi ex tali multiplicatione peccatorum ibi narratorū venitur ad hoc, quòd homines ij dati sunt in reprobum sensum, idest in sensum dicentem bonum malum, & malum bonum: cuiusmodi nunc sunt hæretici, & quandoque alij pessimi peccatores. Patet & hoc idem dictum in textu Genesis 6. vbi ex multiplicatione peccatorū ratio naturalis tam validè offuscata legitur: vt indiscriminatim, sola pulchritudine attenta, vxores acciperēt ex omnibus, quæ sibi placebant. Multum ergo clara & in moribus, & literis, lex ipsa in Diuo Thoma perdurauit: quā doquidem ipse nunquā peccauit mortaliter; iuxta Ecclesiam de Sancto ipso dicentem: O MVNVS DEI GRATIÆ VINCENS QVODVIS MIRACVLVM, PESTIFERAS SVPERBIAE NVNQVAM PERSENSIT STIMVLVM. Ideò tenebricosas errorū, hæresumq́; latebras tā clarè detexit; easq́; tā validissimè expugnauit; eadē Eccl'a teste (vt 1. par. ante prin. in de Altitud. doctr. Thomist. patet).

* In pſenti corp.

**3^m ex Digestis.** Docuit animalia. R. Diuersimodè iuxta diuersas animalium conditiones: non, vniformiter. §. Nam animaliū nulli generi natura indidit solicitudinem filiorū, aut reuerentiam parentum pro semper, nisi homini: alijs autem animalibus ad tempus plus & minus, secundum quòd necessarij sunt; vel filij parentibus, vel parentes filijs. Tunc nihil &c. Nā bruta, quamdiu manet apud ipsa suę matris cognitio, non coeunt cum illa: vt per Philosophū patet in textu.

de lege naturæ, sed à prima sui conditione hoc habuit humana natura, quòd pater, & mater à matrimonio excluderentur, quod patet per hoc ꝙ dicitur Gen. 2. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, quòd non potest intelligi quantum ad cohabitationē, & sic oportet quòd intelligatur quantum ad matrimonii coniunctionem. ergo consanguinitas impedit matrimonium secūdum legem naturæ.

RESPON. Dicendum, ꝙ in matrimonio aliquid contra legem naturæ esse dicitur, per quod matrimonium redditur incompetēs respectu finis, ad quem est ordinatum, finis autem matrimonii per se, & primo est bonum prolis, ꝙ quidem per aliquā consanguinitatem, s. inter patrem, & filiam, vel filium, & matrem impeditur, * non quidem totaliter, quia filia ex semine patris potest prolem suscipere, & simul cum patre nutrire, & instruere, in quibus bonū prolis consistit, sed vt non conuenienti modo fiat. Inordinatum. n. est, ꝙ filia patri per matrimonium iungatur in sociam, causa generandæ prolis, & educandæ, quam oportet per omnia patri esse subiectā, velut ex eo procedentem, & ideo de lege naturali est, vt pater & mater à matrimonio repellantur, & magis etiā mater quàm pater, quia magis reuerentię, quę debetur parētib. derogatur, si filius matrē, quàm si pater filiā duxerit in vxorem, cū vxor viro aliqualiter debeat esse subiecta. Sed finis matrimonii secundarius per se, est concupiscentiæ repressio, qui deperiret si q̄libet consanguinea posset in matrimoniū duci, quia magnus concupiscentię aditus præberetur, nisi inter personas, quas oportet in eadē domo conuersari, esset carnalis copula interdicta, & ideo lex diuina non solū patrem, & matrē excludit à matrimonio, sed etiā alias coniunctas personas, quas oportet simul conuersari, & quæ debent inuicē alterius altera pudicitiā custodire, & hanc causam assignat diuina lex dicens: Ne reueles turpitudinē talis, vel talis, quia turpitudo tua est. Sed per accidens finis matrimonii est confœderatio hominum, & amicitiæ multiplicatio, dum homo ad cōsanguineos vxoris sicut ad suos se habet, & ideo huic multiplicationi amicitiæ preiudicium fieret, si aliquis consanguinitate coniunctā vxorem duceret, quia ex hoc noua amicitia per matrimonium nulla accresceret, & ideo secundū leges humanas, & statuta Ecclesię, plures consanguinitatis gradus sunt à matrimonio separati. Sic ergo ex dictis * patet, ꝙ consanguinitas quantum ad aliquas personas impedit matrimonium de iure naturali; quantum ad aliquas de iure diuino; quantum ad aliquas, de iure per homines instituto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Eua quāuis ex Adam prodiit, non tamen fuit filia Adæ, quia non prodiit ex eo per modum illum, quo vir natus est generare sibi simile in specie, sed operatione diuina qua ità potuisset ex costa Adæ fieri vnus equus sicut facta est Eua. Et ideo non est tanta naturalis conueniētia Euæ ad Adam sicut filiæ ad patrem, nec Adam est naturale principium Euæ, sicut pater filiæ.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ non procedit ex lege naturali, quòd aliqui barbari parentibus carnaliter commisceantur, sed ex concupiscentiæ ardore, qui legem naturæ in eis offuscauit.

AD TERTIVM dicendū, quòd coniunctio maris, & fœminæ dicitur esse de iure naturali, quia natura hoc animalia docuit; sed hanc cōiunctionem diuersa animalia diuersimodè docuit secundum diuersas earum conditiones, commixtio autem carnalis ad parentes derogat reuerentiæ, quæ eis debetur. Sicut enim parentibus indidit natura solicitudinem filiis prouidendi, ita indidit reuerentiam filiis ad parentes, nulli autem generi animalium indidit solicitudinem filiorum, aut reuerentiam parētum in omne tempus, nisi homini; aliis autem animalibus plus & minus secundum quòd necessarii sunt † vel filii parentibus, vel parentes filiis. Vnde etiam in quibusdam animalibus abhorret filius cognoscere matrem carnaliter, quamdiu manet apud ipsam, (quod est cognitio matris, & reuerentia, quædam ad ipsam) vt recitat Philosophus 9. * de animalibus, de camelo, & equo. & quia omnes honesti mores animalium in hominibus congregati sunt naturaliter, & perfectius quàm in aliis, propter hoc homo naturaliter abhorret cognoscere non solum matrem, sed etiam filiam, quod est adhuc minus contra naturam, vt dictum * est: & iterum in aliis animalib. ex propagatione carnis non contrahitur consanguinitas sicut in hominibus, * & ideo non est similis ratio.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ iam patet ex dictis quomodo consanguinitas coniugum bono matrimonii contrarietur, vnde ratio procedit ex falsis.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ non est inconueniens, duarum vnionum, vnam ab altera impediri, sicut vbi est identitas, non est similitudo, & similiter consanguinitatis vinculū potest impedire matrimonii coniunctionem.

¶Not. Pro declaratione textus de Camelo, & equo, aduerte verba Philosophi lib. de histor. animal. c. 46. & 47. quæ sunt hæc. Cameli matres nunquàm superuenerunt suas. Item. Cum aliquando Camelus admissarius nō haberetur, curator, matri opertæ pullū admisit; qui dum coiret, delapso operimēto agnouit matrem, & quamuis coitum absoluerit, memor tamen commissi sceleris paulò post Camelarium illum morsu defixo interemit. Item. Ferunt, Regi Scytharum fuisse equam egregiam, ex qua mares generosi omnes gignerentur, quorum vnus, qui præstātior habebatur, cùm, vt ex matre procrearet, placeret, admissum omnino recusasset; opertā deinde latuisse matrē, vt imprudens superuenirer. Verùm, vbi à concubitu faciē matris detectā agnouit, in fugā properasse, atq; seipsum actum præcipitē interemisse. Hæc ibi. Ecce ꝙ bruta magnam reuerentiā matribus suis deferunt naturaliter, quamdiu in eis perseuerat cognitio matris: vt in textu dicitur.

Erubescāt carnales.

**Itē illatio cōclusionis.** Ergo non est &c. R. Negatā illatio. §. Nā in alijs animalib. ex propagatione &c. vt in tex. Vide ibi responsum secundum. Ly & iterum in alijs &c.

* lib. 9. hist. ani. c. 47.

Cap. 47.

* In corp. art.

Resp. 2.

**4^m maior.** Cōsanguinitas nō contrariatā alicui bono mātrimonij. R. Negatā ista. §. Cōtrariatā. n. matrimonio ratione & finis p se primi, & finis p se secundarij, & finis per accidens: vt in corp.

* art. 1. huius q. ad 5.

* In corp. huius art.

**5^m maior.** Eorū, q̄ sunt magis propinqua, & similia, melior & firmior est con-

est coniunctio. R. Nisi illorum vnio vna impediat alteram. §. vt in textu. Tunc nihil &c. vt patet.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem excludas errorem cuiusdam Picardi ex Gallia Belgica (vt refert Aeneas Syluius) dicentis: connubia permixta, seu promiscua, vrente carnis libidine esse permittenda. Item Christophori Scapleri, dicentis: communes debere esse vxores. Iam. n. patet: articulum hunc contra insaniam istam de promiscuis connubijs, & communibus militare. 2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hunc meritò damnari à scripturis Genes. 2. Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ. Hoc namque intelligitur non de cohabitatione, sed de matrimonio. Laudabiliter. n. cohabitant filij cum parentibus suis, etiam post coniugium, sed nunquam matrimonio coniunguntur eisdem. Vnde ly quamobrẽ refert matrimonium: vt etiam colligitur ex Concil. Trid. sess. 24. princ. Item à Leuit. 18. Locutus est Dominus ad Moysen dicens; Iuxta consuetudinem terræ Aegypti, & iuxta morem regionis Chanaan non agetis; nec in legitimis eorum ambulabitis. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius &c. Hæc ibi. Vbi numerantur illæ duodecim personæ dictæ suprà notat. post probationem conclus. Ecce: quòd connubia promiscua Aegyptijs & Chananeis gentibus idolatris sunt consueta, ac pro legitimis habita: fidelibus autem vetita diuinitus. Ergo Picardus ille idolatra sapit & Aegyptios, in errore præmisso. Nec obstat; huiusmodi connubia fuisse legitima apud gentes illas: quoniam propter hoc non infertur, quòd reuera secundum se legitima fuerint. Item à 1. Corinth. 7. Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquæque suum virum. Ecce: quòd nec ad fornicationem vitandam permittuntur ab Apostolo communia aut promiscua, connubia: sed vna vnius in matrimonio iuncta. Item à &c. vt q. 40. art. 2. appen. & quæst. 42. art. 3. appen. & quæst. 49. art. 6. appen. Item ab Innocentio III. &c. q. 41. art. 2. appen. Vide & 1. par. q. 81. artic. 2. appen. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum esse ab Innocentio III. de restitut. spol. Literas tuas &c. In gradibus consanguinitatis diuina lege prohibitis restitutioni aditus præcludatur: sed constitutione interdictis humana restitutio locum habeat. Hæc ibi. Quod vltimum intelligitur, accedente dispensatione Papæ. Item à &c. vt artic. 4. appen. 4 Quartò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto consanguinitatem de iure triplici, vel aliquo illorum matrimonium impedire insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. 5 Quintò vides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina præsens, & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. LXXXV. Aliàs 54. Art. IIII.

Concl. 1. In lege noua plures consanguinitatis gradus sunt prohibiti.

219 Cap. non debet, de consang. & affinit. c. 1. & sequen. 35. q. 5.

¶ Exam. Ly plures gradus. Comparatiuè scilicet ad gradus iure naturali & diuino prohibitos: vt art. 3. dictum est. Ergo articulus ille dubitat super tertiã partem conclusionis prędicti articuli: hoc est, dubitat circa ly de iure per homines instituto.

¶ Prob. Quia iam per spiritualem gratiã potius, quàm per carnis originem, cultus Dei multiplicatur.

¶ Exam. Ly multiplicatur, ly deriuatur. Si accipiatur multiplicatio illa; fit & per spiritualem gratiam, & per originẽ carnis (vt patet); sed potius per gratiam spiritualem. Et hoc modo probatio præscripta loquitur. Si verò loquamur de deriuatione, tunc non per carnis originem (ad differentiam sacerdotij Leuitici,) sed per gratiam spiritualem deriuatur, (vt patet de ministris ordinatis ab Episcopo, suprà). Vnde quia textus vtrumque, s. deriuari & multiplicari ponit: ideo dicit negatiuam scilicet ly non per carnis originẽ: vt si de multiplicatione loquaris cõparatiuè intelligas, hoc modo scilicet, quòd in tantum per gratiam spiritualem multiplicatio facta attenditur, vt origo carnis ferè nihil sit in consideratione; si autem de deriuatione loquaris secundum planã literam ex prædictis intelligere possis.

¶ Con-

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum consanguinitatis gradus matrimonium impedientes, potuerunt taxari ab Ecclesia.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd consanguinitatis gradus matrimonium impedientes, non potuerũt taxari ab Ecclesia vsq; ad quartum gradum, Matth. 19. dicitur, Quos Deus coniunxit, homo non separet. sed illos, qui coniunguntur infra quartum consanguinitatis gradum, Deus coniungit, non enim diuina lege eis coniunctio prohibetur. ergo nec debent humano statuto separari.

¶ 2 Præterea. Matrimonium est sacramẽtum, sicut Baptismus, sed non posset ex statuto Ecclesiæ fieri, quòd ille, qui ad baptismum accedit, non acciperet characterẽ baptismalem, si ex iure diuino eius capax sit. ergo nec Ecclesiæ statutum facere potest, quòd matrimoniũ non sit inter illos, qui per ius diuinum matrimonialiter coniungi non prohibentur.

¶ 3 Pręterea. Ius positiuum non potest ea, quæ sunt naturalia remouere, vel ampliare: sed consanguinitas est naturale vinculum, quod quantum est de se, natum est matrimoniũ impedire. ergo Ecclesia non potest aliquo statuto facere, quod aliqui possint matrimonialiter coniungi, vel non coniungi, sicut non potest facere quòd sint consanguinei, vel non consanguinei.

¶ 4 Præterea. Statutum iuris positiui debet aliquã rationalem causam assignare, vel habere, quia secundum causam rationalem, quam habet, à iure naturali procedit, sed causæ, quæ assignantur de matrimonio graduum, omnino videntur irrationabiles, cum nullam habeant habitudinem ad causata, sicut ꝙ consanguinitas prohibeatur vsque ad quartum gradũ propter quatuor elementa: vsque ad sextum, propter sex ætates mundi: vsque ad septimũ propter septem dies, quibus tempus omne agitur. ergo videtur quòd talis prohibitio nullum vigorem habeat.

¶ 5 Præterea. Vbi est eadem causa, debet esse idem effectus: sed causa quare consanguinitas impedit matrimonium, est bonũ prolis, repressio concupiscentiæ, & multiplicatio amicitiæ, vt ex dictis * patet, quæ omni tẽpore necessaria æqualiter sunt: ergo debuissent æqualiter omni tempore gradus consanguinitatis matrimonium impedire, quod non est verum, cum modo vsque ad quartũ, antiquitus vsque ad septimum gradum matrimonium consanguinitas impedierit.

¶ 6 Præterea. Vna, & eadem coniunctio non potest esse in genere sacramenti, & in genere stupri, sed hoc contingeret, si Ecclesia haberet potestatem statuendi diuersum numerum in gradibus impedientibus consanguinitatem, sicut si aliqui in quinto gradu, quando prohibitus fuit, coniuncti fuissent, talis coniunctio stuprum esset, sed postmodum eandem coniunctionẽ ecclesiastica prohibitione reuocante, matrimonium esset. Et econuerso posset accidere, si aliqui gradus cõcessi, possent postmodum ab Ecclesia interdici. ergo videtur quòd potestas Ecclesiæ non se extendat ad hoc.

¶ 7 Præterea. Ius humanum debet imitari ius diuinum, sed secundum ius diuinum, quod in lege veteri continetur, non æqualiter currit prohibitio graduum in sursum, & deorsum, quia in veteri lege, aliquis prohibebatur accipere in vxorem sororem patris sui, non tamen filiam fratris. ergo nec modò debet prohibitio de nepotibus, & patruis manere.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit discipulis, Qui vos audit, me audit. ergo præceptum Ecclesiæ

¶ Concl. 2. Antiquitus vsque ad septimum gradum consanguinitatis rationabiliter fiebat prohibitio matrimonij.

¶ Exam. Ly antiquitus. Scilicet respectiuè ad ista tempora: non respectiuè ad totum tempus Euangelicæ legis. Non enim de lege ueteri intendit per ly antiquitus: sed de primis tẽporibus, vel circumcirca, nascentis Ecclesiæ.

* Ar. præc. corp.

¶ Prob. Quia & 1. vltra septimum gradũ, non remanebat de facili memoria communis radicis: 2. & hoc Spiritus sancti gratia septiformi congruebat: 3. & ꝑ hoc ad plures consanguinitatem ac affinitatem amicitia promanabat.

¶ Exam. Ly communis radicis. i. stipitis illius, seu capitis primi, à quo omnes de parentela descendebant.

¶ Concl. 3. Circa hęc vltima tempora restrictum est Ecclesię interdictũ vsque ad quartum gradum inclusiuè.

¶ Prob. 1. Quia vltra quartum gradũ inutile, ac periculosum erat genus consanguinitatis prohibere (patet in tex. per singula): 2. Quia ad quartam generationem, cum homines uiuere consueuissent, non poterat consanguinitatis memoria faciliter aboleri (cùm vita hominum solita id probet): 3. Quia in qualibet generatione fit noua mixtio sanguinis; ac per hoc quanto miscetur alteri, tantum receditur à primo (patet à simili de quatuor elementorum generatione).

¶ Not. Prima probatio inter istas magis vrget,

habet firmitatem, sicut præceptum Dei: sed Ecclesia quandoque prohibuit, & quandoque concessit aliquos gradus, quos lex vetus non prohibuit. ergo illi gradus matrimoniū impediunt.

¶ Præterea, Sicut olim matrimonia Gentilium dispensabantur per leges ciuiles, ita nunc per statuta Ecclesię, sed olim lex ciuilis determinabat gradus consanguinitatis, qui matrimonium impediunt, & qui non. ergo & modo potest hoc fieri per Ecclesiæ statutum.

Respon. Dicendum, quòd secundum diuersa tempora inuenitur consanguinitas secundum gradus diuersos matrimoniū impedisse. * In principio enim humani generis solus pater, & mater à matrimonio repellebantur, eo quòd tunc temporis erat paucitas hominum, & oportebat propagationi humani generis maximam curam impendere, vnde non erant remouendæ nisi illæ personæ, quæ matrimonio incompetentes erant, etiam quantum ad finem matrimonii principalem, qui est bonum prolis, vt dictum * est. Postmodum autem multiplicato genere humano, per legem Moysi, plures personæ sunt exceptæ, quæ iam concupiscentiam reprimere incipiebat: vnde vt dicit Rabbi Moyses, Omnes illæ personæ exceptæ sunt à matrimonio, quę in vna familia cohabitare solent, quia si inter eos carnalis copula esse posset, maximum incendium libidini præstaretur, sed alios consanguinitatis gradus lex vetus permisit, immo quodammodo præcepit, vt scilicet de cognatione sua vnusquisq; vxorem acciperet, ne successionum confusio esset, quia tunc temporis cultus diuinus per successioné generis propagabatur. Sed postmodum in lege noua, quæ est lex spiritus, & amoris, plures gradus consanguinitatis sunt prohibiti, quia iam per spiritualem gratiam non per carnis originem cultus Dei deriuatur, & multiplicatur: vnde oportet vt homines etiam magis à carnalib. retrahantur spiritualibus vacantes, vt amor amplius diffundatur, ideo antiquitus vsque ad remotiores gradus consanguinitatis matrimonium impediebatur, vt ad plures per consanguinitatem, & affinitatem naturalis amicitia * promanaret, & rationabiliter vsque ad septimū gradum, tum quia vltra hoc non de facili, remanebat cōmunis radicis memorię, tum quia septiformis † Spiritus sancti gratiæ congruebat. Sed postmodum circa hæc vltima tempora restrictum est Ecclesiæ interdictum vsque ad quartum gradum, quia vltra inutile, & periculosum erat genus consanguinitatis prohibere: Inutile quidē, quia ad remotiores consanguineos, quasi nullū fœdus maioris amicitiæ, quàm ad extraneos habebatur, charitate in multorum cordibus frigescente. Periculosum autem, quia concupiscentia, & negligentia præualente, numerosam consanguineorum multitudinem homines non satis obseruabant: & sic laqueus damnationis multis iniiciebatur ex remotorum graduum prohibitione. Satis etiam conuenienter vsque ad quartum gradum dicta prohibitio est restricta, tum quia vsque ad quartam generationem homines viuere consueuerant, vt sic non possit consanguinitatis memoria aboleri. Vnde Deus in tertiam, & quartam generationem peccata parentum visitaturus in filiis comminatur, * quia in qualibet generatione, noua mixtio sanguinis, cuius identitas consanguinitatem facit, fit cum sanguine alieno, & quantum miscetur alteri, tantum receditur à primo; & quia elementa sunt quatuor, quorum quodlibet tanto facilius est miscibile, quanto est magis subtile: ideo in prima commixtione euanescit sanguinis identitas, quantum ad primum elementum, quod est subtilissimum, in secunda quantum ad secundum, in tertia quantum ad tertium, in quarta quantum ad quartum, & sic conuenienter post quartam generationem potest reiterari carnalis coniunctio.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut Deus nō coniungit illos, qui coniunguntur contra diuinum præceptum, ita nec coniungit illos, qui coniunguntur contra Ecclesiæ præceptum, quod habet tantā obligationem, sicut & diuinū præceptum.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ matrimonium non tantum est sacramentum, sed etiam est in officium, & ideo magis subiacet ordinationi ministrorum Ecclesię, quàm baptismus, qui est sacramentum tantum, quia sicut contractus, & officia humana determinantur legibus humanis, ita contractus, & officia spiritualia lege Ecclesiæ.

Ad tertivm dicendum, ꝙ quamuis cōsanguinitatis vinculum sit naturale, tamen non est naturale, quòd consanguinitas carnalem copulam impediat nisi secundum aliquem gradum, vt dictum * est: & ideo Ecclesia suo statuto non facit, quòd aliqui sint consanguinei, sed facit quòd carnalis copula sit licita, vel illicita secundum diuersa tempora in diuersis gradibus consanguinitatis.

Ad qvartvm dicendum, quòd tales rationes assignatæ, magis datur per modum adaptationis, & congruentiæ, quàm per modum causæ, & necessitatis.

Ad qvintvm dicendum, quòd non est eadem causa secundum diuersa tempora gradus consanguinitatis prohibendi, vnde quod alio tempore vtiliter conceditur, alio salubriter prohibetur.

Ad sex-

---

vrget, & est principalis ratio propter quam Ecclesia istos gradus ad quartum reduxit, vt patebit in appen. sequen. per Papam in Concilio generali. Aliæ probationes sequentes sunt plus vel minus adaptationes quædam, & congruentiæ ad restrictionem prædictam; vt etiā ex responsione ad quartum colligitur.

**1m minor.** Illos, qui coniungunt infra quartū consanguinitatis gradum, Deus coniungit. ℞. Negatur ista. §. Nam sicut Deus non coniungit illos; qui coniunguntur cōtra diuinum &c. vt in tex. Ad rationem argumenti allatam dicitur: ꝙ licet eis quarto gradu coniunctis non prohibeatur coniunctio Lege diuina immediatē; prohibetur tamen lege diuina mediate, i. mediante Ecclesia, quæ in pręcipiēdo vices Dei gerit.

¶ Not. Quòd Ecclesia in præceptis suis uices Dei gerat, patet per Christū ipsum in Euangelio, Qui vos audit, me audit: quod & annotatur in primo argumento, sed contra. Præceptum ergo Ecclesię tantam habet obligationē sicut & præceptū Dei: vt dicitur hic ad primum. Quod quidem non intelligitur ratione personæ, cum attenta persona diuina immensæ maiestatis, maior sit obligatio præceptorum suorum, quam attenta persona creata Ecclesiæ: sed intelligit quantum ad necessitatem obediēdi nostram. Nam vtrobiq; obediendi est eadē formalitas, id est diuinus intuitus.

**2m maior.** Matrimonium est sacramentum. ℞. Et officium naturæ. §. Tunc nihil &c. Nam ratio de baptismo, & de statutis circa baptismū non est eadem (vt putat arguēs in minori): quoniam baptismus est sacramentum solum.

**3m maior.** Ius positiuū non potest ea, quæ sunt naturalia remouere, vel ampliare. ℞. Potest tamen circa illorum vsum aliquid statuere. §. Tūc nihil &c. Nam Ecclesia iure suo positiuo non facit, quòd aliqui sint consanguinei, vel non; & per consequens nec remouet, nec ampliat naturalia: sed facit, ꝙ carnalis copula sit &c. vt in tex fin.

**4m minor.** Causæ, quæ assignantur de matrimonio graduum, videntur omnino irrationabiles. ℞. Negatur illa. §. Ad rationem triplicē illam argumenti dicitur: ꝙ tales rationes assignatæ magis dantur per modum adaptationis &c. vt in textu.

¶ Not. Ex quo tex. dic; quòd aliud est, rationes illas esse irrationabiles (quod non sunt); aliud est dicere, quod non sint necessariæ, seu causæ totaliter. Ex hoc tamen nihil deperit rationi necessitatis talium Ecclesiæ præceptorum: quia sufficit prima, quæ adducta fuit in probatione tertiæ conclusionis. Et dato, quod nulla appareret ratio sufficiens pro necessitate talia statuendi: adhuc sola Ecclesiæ authoritas pro omnibus rationib. supplet ad ostendendū, quod statuta sua sunt rationabilia. Id quod annotauit quandoq; Apostolus cùm 1. Corinth. 11. dixit: Si quis contentiosus videtur esse, nos talem consuetudinem non habemus, sed neq; Ecclesia Dei. Quasi dicat, Ad proteruos & ignaros, qui loquacitatem plerumque pro facundia habent, satis superque sufficit respondere de tali vel tali re, sic vel sic statuta; quod Ecclesia Dei sic fecit. Maxima enim ratio est cū à Spiritusancto quo ad regimen ouium suarum dirigi semper Ecclesiam constet.

**5m de minori.** Quæ omni tempore necessaria æqualiter sunt. ℞. Negatur ly æqualiter. § Non est enim eadem causa secundū diuersa tempora &c. vt in textu.

Sextum

---

* Vide August. li. 15. de Ciuita. Dei, c. t. 5.

De pręceptis Ecclesiæ.

* Ar. præc. cor. & August. de ciuit. Dei, c. 26. & li. 15. con. Faust. c. 7. t. 6. ibidem li. 19. c. 26. to. 7. de bono cōiug. c. 6. & 17. t. 6. t. 7. de nuptijs & concup. concupisc. lib. 5. c. 14. & 15.

* Al. pertingeret

* Exo. 20.

De præceptis eiusdem.

* Art. præced. corp.

Ad sextum dicendum, quòd statutum non imponit modum præteritis, sed futuris. Vnde si modo prohiberetur vnus gradus qui nunc est concessus, illi, qui sunt in quinto gradu coniuncti, non essent separandi. Nullum enim impedimentum matrimonio superueniens, ipsum potest dirimere, & sic coniunctio, quę prius fuit matrimonium, non efficeretur, per statutũ Ecclesiæ stuprum. Et similiter si aliquis gradus concederetur, qui nunc est prohibitus, illa coniunctio non efficeretur matrimonialis ex statuto Ecclesię ratione primi contractus; quia possent separari si vellent, sed tamen possent de nouo contrahere, & alia coniunctio esset.

Ad septimum dicendum, ꝙ in gradibus consanguinitatis prohibendis, Ecclesia præcipuè obseruat rationem amoris, & quia non est minor ratio amoris ad nepotem, quàm ad patruum, sed etiam maior, quanto propinquior est patri filius, quàm filio pater, vt dicitur in 8. Ethicor. * propter hoc æqualiter prohibuit gradus consanguinitatis in patruis, & nepotibus. Sed lex vetus in personis prohibendis, attendit præcipuè cohabitationem contra concupiscẽtiam, prohibens illas personas, ad quas facilior pateret accessus propter mutuã cohabitationem. Magis autem consueuit cohabitare neptis patruo, quàm amita nepoti, quia filia est idem quasi cum patre, cum sit aliquid eius: sed soror non est hoc modo idem cum fratre, cum non sit aliquid eius, sed magis ex eodem nascitur, & ideo non erat eadem ratio prohibendi * neptem, & amitam.

6m minor. Hoc contingeret; si Ecclesia haberet potestatem statuendi diuersum numerum in gradibus impedientibus consanguinitatẽm. ℞. Negatur quòd hoc contingeret. §. Ad rationem allatam dicitur: quòd statutum non imponit modum præteritis, sed futuris. Vnde, si prohiberetur vnus gradus, qui nunc est cõcessus: illi qui sunt in quinto gradu &c. vt in textu.

7m maior. Ius humanũ debet imitari diuinum. ℞. Sic tamen; vt, alia ratione attenta, possit citra præiudicium imitationis illius statuere aliquid iuxta rationem illam. §. Tunc nihil &c. Nam in prohibitione graduum diuersas rationes attendunt ius diuinum & humanum. In gradibus enim consanguinitatis prohibendis, Ecclesia præcipuè obseruat rationem amoris, & quia &c. vt in textu.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. Dei.

Ex artic. habes primò, quomodo per rationem interimas errores quorundam (hi tanguntur à Concil. Trident. sess. 24. vt infrà) dicentium; quòd Ecclesia non potuit constituere sine errore, impedimenta matrimonium dirimentia; plusquã in Leuitico exprimuntur de consanguinitate. Directè enim articulus præsens (vt patet) militat contra huiusmodi insaniam. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas; errorem illum meritò damnari à Concil. Trid. sess. 24. can. 3. Si quis dixerit: eos tãtum consanguinitatis & affinitatis gradus, qui in Leuitico exprimuntur, posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum; nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere, vt plures impediant, & dirimant: anathema sit. Et cano. 4. Si quis dixerit: Ecclesiã non potuisse cõstituere impedimẽta matrimonii dirimentia; vel in ijs cõstituendis errasse: anathema sit. Hęc ibi. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas; meritò dictum esse à Gregorio Papa in Concilio Meldensi sic. De affinitate consanguinitatis per gradus cognationis placuit vsque ad septimam generationem obseruare. Hæc ille: 33. q. 2. & 3. Item à Iulio Papa ibid. Nullum in vtroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis, vel vxoris, vsque in septimũ generis gradum vxorem ducere. Hæc ibi. Idem dicit & Nicolaus, & Concilium Lugdunense & Cabilonense: vt patet ibidem. Quartò habes: quomodo per rationem ostendas; rectè circa hãc materiam fuisse dictum ab Innocentio III. in Concilio generali. Non debet reprehensibile iudicari; si secundum varietatem temporum, statuta quandoque varięntur humana, præsertim cum vrgens necessitas, vel euidens vtilitas id exposcit: quoniam ipse Deus ex his, quæ in veteri testamento statuerat, nonnulla mutauit in nouo &c. Prohibitio copulæ coniugalis quartum consanguinitatis, & affinitatis, gradum de cætero nõ excedat: quoniam in vlteriorib. gradibus iam non potest absque graui dispendio huiusmodi prohibitio generaliter obseruari &c. Cùm ergo iam vsque ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ sit restricta: eam ita volumus esse perpetuam (non obstantibus constitutionibus super hoc dudum editis, vel ab alijs, vel à nobis): vt si quis contra prohibitionem huiusmodi præsumpserit copulari, nulla longinquitate defendatur annorum. Hæc ille; de consanguin. & affin. Quintò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quãto Ecclesiã potuisse taxare huiusmodi consanguinitatis gradus matrimonium impedientes dicunt, & intelligas, & probes, & defendas. Sextò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens, & declaretur, & consolidetur.

* Lib. 8. ca. 12. circa princ.

* Al. nepotem.

QVÆST. LXXXVI. Aliàs 55.

*De impedimento affinitatis, in vndecim articulos diuisa.*

Deinde considerandum est de impedimento affinitatis.

Circa quod quæruntur vndecim.

¶ Primò, Vtrum affinitas ex matrimonio causetur.

¶ Secundò, Vtrum maneat post mortem viri, aut vxoris.

¶ Tertiò, Vtrum causetur ex illicito concubitu.

¶ Quartò, Vtrum ex sponsalibus.

¶ Quintò, Vtrum affinitas sit causa affinitatis.

¶ Sextò, Vtrum affinitas matrimonium impediat.

¶ Septimò, Vtrum affinitas habeat per seipsam gradus.

¶ Octauò, Vtrũ gradus eius extẽdatur sicut gradus consanguinitatis.

¶ Nonò, Vtrum matrimoniũ, quod est inter cõsanguineos & affines, semper sit dirimendũ p diuortiũ.

¶ Decimò, Vtrum ad dirimendum tale matrimonium sit procedendum per viam accusationis.

¶ Vndecimò, Vtrum in tali causa sit procedendum per testes.

ARTICVLVS I.

*Vtrum ex matrimonio consanguinei, affinitas causetur.*

220

Ad primvm sic proceditur. Videtur ꝙ ex matrimonio cõsanguinei, affinitas non causetur; quia propter quod vnumquodque, & illud magis: sed mulier ducta in matrimonium non coniungitur alicui de consanguinitate viri: cum ergo non fiat viro affinis, nec alicui consanguineorum affinis erit.

¶ 2 Præt. Eorum, quę sunt abinuicem separata, si vni aliquid cõiungitur, non oportet propter hoc ꝙ sit alteri coniunctũ, sed consanguinei iam sunt abinuicem separati; ergo non oportet ꝙ si aliqua mulier coniũgatur alicui viro, ꝙ propter hoc coniungatur consanguineis eius omnibus.

¶ 3 Præt. Relationes ex aliquibus mutationibus innascuntur, sed nulla † fit in consanguineis viri per hoc, ꝙ ille duxit vxorem; ergo non accrescit eis affinitatis relatio.

Sed contra. Vir, & vxor efficiuntur vna caro: si ergo vir secundum carnem omnibus suis consanguineis attinet, & mulier eadem ratione attinebit eisdem.

¶ Præt. Hoc patet per auctoritatẽs in litera * adductas.

Respon. Dicendum, quòd amicitia naturalis in communicatione naturali fundatur, naturalis autem communicatio est duobus modis secundùm Philosophum 8. Ethic. * Vno modo per carnis propagationem; alio modo per coniunctionem ad carnis propagationem ordinatam. Vnde ipse † ibidem dicit, quòd amicitia viri ad vxorem est naturalis:

S. Tho. 4. dist. 41. q. vnic. art.... q. 1. & seq. c. spõsa, de spons. c. extraordinaria, 33. q. 3.

* Al. vnionibus.
† Al. vnio.

* li. 4. sent. d. 41. §. A.

* Lib. 8. Ethic. c. 12. à medio.
† Loco citato.

SVP. Q. LXXXVI. Aliàs 55. Art. 1.

Conc. Persona cõiuncta per carnalẽ copulã nõ fit particeps eiusdẽ radicis: sed quasi extrinsecus adiuncta: & ideo ex hoc efficitur aliud genus vinculi, quod affinitas dicitur.

¶ Exam. Ly eiusdem radicis. Scilicet communis sibi cum persona, cui coniungitur per carnalem copulam.

¶ Ly quasi extrinsecus. Scilicet extra sanguinis lineam personæ eiusdem. Dicit ly quasi; quoniam, licet sit absolute extra lineam sanguinis continuatã eius, tamen non est totaliter extra sanguinem personæ illius. Nam per copulam carnalem fit commixtio sanguinis illarũ duarum personarum. Hinc orta cognatio rectè dicit affinitas quasi iuxta fines posita.

¶ Prob. Quia relinquitur clara (cũ à persona cõiuncta alicui per carnis propagationem per hoc differat: vt in tex.): Secunda autem pars, s. & ideò &c. patet ex Philosopho 8. Ethicor. (vt in textu circa princ.)



Primum

**1^m de maiori.** Et illud magis. ℞. Secundum rei ueritatem: non autem semper secundum idem nomé, & eandem rationem. §. Hoc est. Quamuis causa sit potior effectu: non tamen oportet semper, ꝙ nomen idem effectui &c. vt in tex. vsque ad ly æquiuocè agẽtibus. Tunc nihil &c. Nam coniunctio viri & vxoris, in proposito, se habet secundum modum prædictũ. Licet enim coniunctio viri & vxoris sit potior, q̃ coniunctio vxoris ad cõsanguineos &c. vt in textu.

**2^m maior.** Eorũ, q̃ sunt ab inuicem separata, si vni aliquid cõiungitur, nõ oportet ꝓpter hoc, ꝙ sit alteri coniũctum. ℞. Si illud aliquid coniungitur eorum vni, secundum ꝙ ab inuicem separata sunt: non secundum ꝙ adinuicem coniuncta sunt. §. Tunc nihil &c. Nam consanguinei sunt quodammodo separati, & quodammodo &c. vt in textu.

¶ Exam. Ly quodammodo separati. Videlicet secundum numeralem differentiam, vt patet.

¶ Ly quodammodo coniuncti. Videlicet per amicitiam naturalem in propagatione sanguinis eiusdem fundatam: vt ex principio corp. colligitur.

**3^m de maiori.** Mutationibus. ℞. Vel vtriusque extremi, vel alterius tantum omninò, vel alterius tantum, sed non omninò. §. Vt declarat in tex. à principio vsque exclusiuè ad ly & similiter est de cõsanguinitate & affinitate. Tunc nihil &c. Nam licet nulla mutatio fiat in cõsanguineis viri per hoc, quòd ille duxit vxorem (vt arguitur); si loquamur de mutatione primo vel secundo modo prædicto: tamen aliqua mutatio fit in eis, quamuis non noua; si loquamur de mutatione tertio modo (vt declaratur in textu à ly & similiter est de consanguinitate & affinitate, &c. vsque in finem).

¶ Not. Id, quod textus dicit, relationem innascentem ex motu vnius sine motu alterius, vel præcedente, vel concomitante, responsum formale notauit per ly alterius tantum omninò. Item id, quod textus vocauit relationem innascentem ex motu unius sine motu alterius tunc existente, non tamen sine motu præcedente, responsum formale notauit per ly alterius tantum, sed non omninò.

Vnde sicut persona coniuncta alteri per carnis propagationé, quoddam vinculum naturalis amicitiæ facit, ita si coniungatur per carnalem copulã, sed in hoc differt, quod persona coniuncta alicui per carnis propagationem, sicut filius patri, fit particeps eiusdem radicis cõmunis, & sanguinis, vnde eodem genere vinculi colligatur filius consanguineus patris, quo pater coniungebatur, s. consanguinitate, quamuis secũdum alium gradum propter maiorem distantiá à radice; sed persona coniuncta per carnalem copulam † non fit particeps eiusdem radicis, sed quasi extrinsecus adiuncta; & ideo ex hoc efficitur aliud genus vinculi, quod affinitas dicitur, & hoc est, quod in versu dicitur.

*Mutat nupta genus, sed generata gradum.*

Quia persona scilicet generata, fit in eodem genere attinentiæ, sed alio gradu; per carnalem verò copulam fit in alio genere.

Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis causa sit potior effectu, non tamé oportet semper quod nomen idem effectui, & causæ conueniat; quia quandoque illud, quod est in effectu, inuenitur in causa non eodem modo, sed altiori, & ideo non conuenit causæ, & effectui per idem nomen, neque per eandem rationem, sicut patet in omnibus causis æquiuocè agentibus: & hoc modo coniunctio viri, & vxoris est potior, quàm coniunctio vxoris ad consanguineos viri, non tamen debet dici affinitas, sed matrimonium, quod est vnitas quædam, sicut homo est sibi ipsi idem, non consanguineus.

Ad secundum dicendum, ꝙ consanguinei sunt quodammodo separati, & quodammodo coniuncti, & ratione coniunctionis accidit, ꝙ persona, quæ vni coniungitur, aliquo modo omnibus coniungatur: sed propter separationem, & distantiam accidit, quòd persona, quæ vni coniungitur vno modo, alii coniungatur alio modo, vel secundum genus, vel secundum alium gradum.

Ad tertium dicẽdum, quòd relatio quandoque innascitur ex motu vtriusque extremi, sicut paternitas, & filiatio, & talis relatio est realiter in vtroque, quandoque verò innascitur ex motu alterius tantum, sed hoc contingit dupliciter. Vno modo, quando relatio innascitur ex motu vnius sine motu alterius, vel præcedenti, vel concomitante, sicut in creatore, & creatura patet, & sensibili, & sensu, & scientia, & scibili, & tunc relatio est in vno secundum rem, & in altero secundum rationem tantum. Alio modo quando innascitur ex motu vnius sine motu alterius tunc existente, non tamen sine motu præcedente, sicut æqualitas fit inter duos homines, per augmentum vnius, sine hoc quòd alius tunc augeatur, sed tamen prius ad hanc quantitatem, quam habet per aliquem motum, vel mutationem peruenit: & ideo in vtroque extremorum talis relatio realiter fundatur: & similiter est de consanguinitate, & affinitate, quia relatio fraternitatis, quæ innascitur aliquo puero nato alicui iam prouecto, causatur quidem sine motu tunc existente, sed ex motu ipsius, præcedente scilicet, generationis eius. Hoc enim ei accidit, ꝙ ex motu alterius sibi tunc talis relatio innascatur. Similiter ex hoc ꝙ iste descendit per generationem propriam ab eadem radice cum viro, prouenit affinitas in ipso ad vxorem, sine aliqua noua mutatione ipsius.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò à Gregorio Papa esse insinuatum; ꝙ ex consanguinei matrimonio affinitas causatur: & sic. Porrò de affinitate, quam dicis parentelam esse, quæ ad virum ex parte uxoris, seu quæ ex parte viri ad uxorem pertinet: manifestissima ratio est, quia si secundum diuinam sententiam ego, & vxor mea sumus vna caro, profectò mihi, & illi mea suaque parentela propinquitas vna efficitur; quocircà ego, & soror uxoris meę, in vno, & primo gradu erimus: filius verò eius, in secũdo erit gradu à me; nepos uerò tertiò; idque vtrimque in cęteris agendum est successionibus. Hæc ille; 35. q. 5. Item ab Innocẽtio III. ad Archiepiscopũ Rossañ. Super eo, quòd pater & filius cum matre & filia, & duo cognati cum duabus cognatis, auunculus & nepos cum duabus sororibus, contrahunt matrimonia: taliter tibi duximus respondendũ: quòd licet omnes consanguinei viri sint affines vxoris, & omnes consanguinei vxoris sint viri affines, inter consanguineos tamen vxoris & viri, sex eorum scilicet uiri & uxoris coniugio, nulla prorsus affinitas est contracta; propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. Hæc ille; de consanguinitate & affinitas. Quod super his. Ecce; quòd cõsanguinei matrimonium causat affinitatem: licet affinitas contracta inter consanguineos viri & uxorem ipsius non transeat ad consanguineos uxoris, nec è conuerso. Vnde (si nihil aliud obstet) possunt hi legitimè copulari. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum,

2 pro quanto ex consanguinei matrimonio causari affinitatem dicunt, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò uides: quo-

3 modo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

SVP. Q. LXXXVI. Aliàs 55. Art. II.

Concl. Affinitas inter aliquas personas contracta non dirimitur manentibus illis personis; quamuis moriatur persona, ratione cuius contracta fuit.

¶ Prob. Quia affinitas causatur non ex hoc, quòd aliqui cõiunguntur; sed ex hoc ꝙ aliqui cõiuncti fuerunt (patet a simili de patre & filio: vt in tex.)

Primum

## ARTICVLVS II.

*Vtrum affinitas maneat post mortem viri, aut vxoris.*

121

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd affinitas nõ maneat post mortem viri, aut vxoris inter consanguineos viri, & vxoris, quia cessante causa cessat effectus: sed causa affinitatis fuit matrimonium, quod cessat in morte viri, quia tunc soluitur mulier à lege viri, vt dicitur Roman. 7. ergo nec affinitas prædicta manet.

¶ 2 Præterea. Consanguinitas causat affinitatem: sed consanguinitas viri cessat per mortem ad consanguineos suos; ergo & affinitas vxoris ad eos.

Sed contra, Affinitas ex consanguinitate causatur: sed consanguinitas est perpetuum vinculum, quamdiu personæ viuunt, ergo & affinitas; & ita non soluitur affinitas soluto matrimonio per mortem personæ.

Respon.

1^m de maiori. Cessante causa. ℞. Secundum quòd causa. §. Tunc nihil &c. Nam causa affinitatis, secundum quòd est eius causa, numquam cessat: etiam quòd moriatur persona illa. Coniunctio enim matrimonij causat affinitatem non solum ex hoc, &c. vt in textu.

¶ Not. Ex responsione ista textuali intelligas probationis prædictæ sensum: propter ly non solum. Quando igitur in probatione dictum fuit; quòd affinitas nõ causatur ex hoc, quòd aliqui coniunguntur, intelligitur sic: quod non est necessarium illam coniunctionẽ perpetuò manere ad hoc, vt affinitas ꝑpetuò duret: sed ad hoc sufficit: quòd aliquando fuerit illa coniunctio. Non igitur negauit, quòd cõiunctio illa actualis sit in principio necessaria: sed affirmare intendit (stando in formalitate quæsiti,) quòd ad perpetuitaté affinitatis causandam principalis erat ratio, quòd illi aliquando coniuncti fuerint: hoc est, erat causa non ipsum coniungi, sed ipsum coniunctum fuisse. Vnde inter probationem, & hunc textum responsi, nulla est contrarietas, immo alterutrius vicissim declaratio.

*lib. 5. Metaph. 20.

Respon. Dicendum, quòd relatio aliqua esse desinit dupliciter. Vno modo ex corruptione subiecti: alio modo ex subtractione causæ, sicut similitudo desinit, quando alter similium moritur, vel quando qualitas, quæ erat causa similitudinis, subtrahitur. Sunt autem quædã relationes, quæ habent ꝓ causa actionem, vel passionem, aut motum, vt in 5.* Meta. dicitur, quarum quædã causantur ex motu, inquantum aliquid mouetur actu, sicut ipsa relatio, quæ est mouentis, & moti, quædam autem inquantum habent aptitudinem ad motum, sicut motiuum, & mobile, dominus, & seruus, quædã auté ex hoc quòd aliquid prius motum est sicut pater, & filius, non ex hoc qđ est generari † tunc, adinuicẽ dicuntur, sed ex hoc quod est generatum esse, Aptitudo autem ad motũ, & ipsum moueri transit: sed motum esse, perpetuum est, quia quod factũ est, nũquam desinit esse factum. Et ideo paternitas, & filiatio nũquàm destruuntur per subtractionem causæ, sed solum per corruptionem subiecti per alterutrum extremorum. Et similiter dicendum est de affinitate, quæ causatur ex hoc quòd aliqui coniuncti sunt, non ex hoc quòd cõiunguntur, vnde non dirimitur manentibus illis personis, inter quas affinitas est contracta, quamuis moriatur persona, ratione cuius contracta fuit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd coniunctio matrimonij causat affinitatem non solum ex hoc quod est actu coniungi, sed secundũ hoc, quod est prius coniunctum esse.

Ad secvndvm dicendum, quod consanguinitas non est proxima causa affinitatis: sed coniunctio ad consanguineum, non solum quæ est, sed quæ fuit, & propter hoc ratio non sequitur.

2^m de maiori. Causat. ℞. Remotè: non propinquè. §. ut declaratur in textu. Tunc nihil &cæt. Licet enim consanguinitas viri cesset per mortem ad cõsanguineos suos (vt arguitur;) tamen numquam cessabit hoc, quòd scilicet coniunctio fuerit istius vxoris ad consanguineum illum.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationẽ ostendas; meritò insinuatum esse a summis Pontificibus, quòd affinitas manet post mortem uiri aut vxoris. Insinuatum autem est 35. q. 10. a Gregorio Papa ad Venereum Episcopum Calaritanum cap. Fraternitatis, &c. Sedé Apostolicam consulere decreuisti, si mulier copula nuptiali extraneo viro coniuncta, &c. si eo defuncto cognatio remaneat, &c. Porrò, vno defuncto, in superstite affinitas non deletur: nec alia copula coniugalis affinitatem copulæ prioris soluere valet. Hæc ibi Item ab Innocentio Papa. Si cuius patruus uxoratus obierit: & illa virũ aliũ postea duxerit, & filios ex illo genuerit, filiasve cum his cõmisceri omnibus modis prohibemus, quia vir & mulier una caro sunt. Hæc ille ibid. Item a Synodo Romana ibid. Si qua mulier ad secundas nuptias transierit, & ex eis sobolem genuerit: nullo modo potest ad consortium cognationis viri prioris pertingere. Hæc illa. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto consanguinitatem perseuerare post mortem personæ cuius causa contracta est, insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Tertio vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas ꝓ Eccles. S. Dei.

AP-

---

SVP. Q. LXXXVI. Aliàs 55. Art. III.

# ARTICVLVS III.

*Vtrùm illicitus concubitus affinitatem causet.*

Concl. Fornicarius concubitus affinitatem causat, inquantum habet aliquid de carnali coniunctione.

222 Ca. extraordinaria. 35. q. 3.

¶ Examen. Ly fornicarius. Scilicet largo modo. Per fornicationem enim nunc intelliguntur quæcunq; species luxuriæ puta adulterium, &cæt. exceptis contra naturam existẽtibus.

¶ Ly de carnali coniunctione. Scilicet habente seminum commixtionem, ex qua posset de natura sua sequi generatio.

¶ Prob. Quia matrimonium causabat affinitatem, secundum quod erat quædam carnalis commixtio; non secundũ quòd erat societas quædam ad uitam cõmunem coniugij (patet ergo a simili. Vide art. 2.)

1^m de minori. Ex inhonestis. ℞. ut inhonesta sunt: non ut aliquid honestatis habet. §. Tunc nihil &c. Licet enim concubitus fornicarius sit inhonestus & affinitas sit res honesta: non tamen ex illo tanquam inhonesto causatur ista, sed ex illo tanquã aliqualiter honesto, inquantum scilicet aliquid naturale dicit. In fornicario siquidem concubitu est aliquid naturale: quod est commune fornicationi, & mrimonio &c. vt in textu.

¶ Not. Quando dicitur, quòd res honestæ nõ causantur ex inhonestis, intelligitur (uniuersaliter loquendo) attenta natura honestorum, & inhonestorum: non autem attenta virtute alicuius superioris, puta Dei, &c. Ex malo enim elicere bonum familiare est.

*li. 8. Ethi. c. 12. a medio.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd illicitus concubitus affinitatem non causet. Quia affinitas est quędam res honesta: sed res honestæ non causantur ex inhonestis, ergo ex inhonesto concubitu, non potest affinitas causari.

¶ 2 Præterea, Vbi est consanguinitas, non potest esse affinitas, quia affinitas est proximitas personarum ex carnali copula prouenientes, omni carens parantela sed contingeret ad consanguineos, & ad seipsum esse affinitatem, si illicitus cõcubitus affinitatem causaret, sicut quando homo carnaliter consanguineam suam incestuosè cognoscit, ergo affinitas non causatur ex illicito concubitu.

¶ 3 Præterea, Illicitus concubitus est secundum naturam, & contra naturam, sed in illicito concubitu contra naturam non causatur affinitas, vt iura determinant, ergo non ex illicito concubitu secundum naturam tantum.

Sed contra est, quod adhærens meretrici vnum corpus efficitur, vt patet primæ Corin. sexto: sed ex hac causa matrimonium affinitaté causabat, ergo pari ratione illicitus concubitus.

¶ Præterea. Carnalis copula est causa affinitatis, vt patet per diffinitionẽ affinitatis quæ est talis, affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens, omni carens parentela, sed carnalis copula est etiam in illicito concubitu, ergo illicitus concubitus affinitatem causat.

Respon. Dicendum, quòd secundum Philosophum octauo Ethicor.* coniunctio viri, & vxoris dicitur naturalis principaliter propter prolis productionem, & secundario propter operum cõmunicationem, quorum primum pertinet ad matrimonium, ratione carnalis copulæ, sed secundum, inquantum est quædam societas, ad communem uitam. Primum autem horum est inuenire in qualibet carnali copula, vbi est commixtio seminum, quia ex tali copula, potest proles produci, quãuis secunda desit, & ideò quia matrimonium affinitatem causabat secũdum quòd erat quædam carnalis cõmixtio, etiam fornicarius concubitus affinitatem causat, inquantum habet aliquid de carnali coniunctione.

Ad primvm ergo dicendum, quòd in fornicario concubitu est aliquid naturale: quod est commune fornicationi, & matrimonio, & ex hac parte affinitaté causat, aliud est ibi

Secun-

2m de maiori. Non potest esse. R. Secundũ eandem consi derationem: non autem, ratione diuersorum. §. Tunc nihil &cæt. Nam inconueniens non est ratione diuersorum hunc esse affinem alicui, & simul esse consanguineum: vt declaratur in text.

3m illatio conclusionis. Ergo &c.

R. Negatur illatio. §. Cõcubitus enim secundum naturam habet cõmixtionem seminum, ex qua tanquam causa possibili generationis affinitas causatur: concubitus vero contra naturam non habet, &c. vt in tex.

¶Not. Quòd in cõcubitu illicito requiratur necessario commixtio illa ad causandam affinitatem: vide articu. 4. not. post ad secundum.

ibi inordinatum, per quod à matrimonio diuiditur, & ex hac parte affinitas non causatur, vnde affinitas, semper honesta remanet, quamuis causa aliquo modo sit inhonesta.

Ad secundum dicendum, ꝙ non est inconueniens relationes ex opposito diuersas, eidem inesse ratione diuersorum, & ideò potest inter aliquas duas personas esse affinitas, & consanguinitas non solum per illicitum concubitum, sed etiam per licitum, sicut consanguineus, meus ex parte patris, duxit in vxorem consanguineam meam ex parte matris. Vnde cum dicitur in diffinitione affinitatis, omni carens parentela, intelligẽdum est inquantum huiusmodi, nec tamen sequitur, quòd aliquis consanguineam suam, cognoscens, sibi ipsi sit affinis, quia affinitas, sicut consanguinitas, diuersitatem requirit, sicut & similitudo.

Ad tertium dicendũ, quòd concubitus contra naturam, nõ habet commixtionem seminum, quæ possit esse causa generationis, & ideò ex tali cõcubitu nõ causat affinitas.

## APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas; meritò esse insinuatum a summis Pontificibus, quòd consanguinitas ex illicito concubitu causatur. Veputa ab Innocentio III. de probation. per tuas, &c. T. Tibertinus ciuis quandã per septennium habuit concubinam, &c. Mulier illa de dicto T. suscepisse R. primitus constanter asseruit: & idem T. præfatæ mulieris deuictus instantia ipsum suum filium publice recognouit, & filius eius nominatus communiter fuit, & habitus ab ambobus. Vnde apparet per consequens, quòd prædictus R. Sophiam neptem memorati T. cuius præsumitur consobrinus, non potest habere aliquatenus in vxorem. Hæc ibi. Vbi patet, quòd illicitus cõcubitus Tiberij cum illa concubina causauit affinitatem: ita quòd filius illorum Robertus tanquam affinis repellitur omnino a coniugio Sophiæ neptis patris sui Tiberij. Item ab eod. de eo qui cogno. consang. vxo. suę. Tuæ fraternitatis deuotio postulauit vtrum is, qui cum sorore legitimæ coniugis fornicatur, cum vxore possit postmodum commorari; & exigere debitum ac soluere requisitus. Nos igitur respondemus: quòd uxor ut a commixtione viri abstineat propter publicam honestatem, & in cõtinentia maneat, donec vir viam vniuersæ carnis ingressus fuerit, diligentius est monenda. Quòd si fortè commonitioni parere recusans talis fuerit, vt de lapsu timeat ipsius: vir eius poterit, & debebit, cum Dei timore debitum ei soluere cõiugale: cum affinitas post matrimonium iniquè contracta, illi nocere non debeat, quæ iniqtatis particeps non extitit. Hæc ibi. Vbi per ly publicam honestatem, intellige affinitatem: sicut & idem Papa in contextu nominauit inferius, & glossa ibi exponit. Item ab eo. ibid. Discretionem tuam, &c. Nec affinitas, quæ post contractum legitime matrimonium inter utrum & vxorem inique contrahitur, ei debet officere; quæ huiusmodi iniquitatis particeps non extitit: cum suo iure non debeat sine sua culpa priuari. Hæc ibi. Item ibid. a Gregorio IX. Iordanæ mulieris, &c. Ea propter mandamus, quatenus vtrumq; ipsorum ad vouendam perpetuam continentiam attente moneas. Et si ad eam induci nequiuerint. Memoratum. t. iniuncta ei primitus pro commisso incestu pœnitentia competenti; vt eidem cohabitet, & coniugale debitũ reddat exactus, ecclesiastica censura compellas. Hæc ibi. Vbi ex tanta difficultate de coniungendis ipsis facta monstrat aperte Papa, quòd affinitas ex concubitu incestuoso causata fuerat. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Pontificum, pro quanto affinitatem ex iniquo concubitu causari dicunt; & intelligas, & defendas.

* Argu. huius art.

¶Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc declaretur & consolidetur.

---

SVP. Q. LXXXVI. Aliàs 55. Art. IIII.

Conci. Ex sponsalibus non causatur affinitas, sicut ex matrimonio; sed aliquid affinitati simile, quod dicitur publicæ honestatis iustitia: quę impedit matrimonium, sicut & affinitas, secũdum eosdem gradus.

223 c. sponsam. de sponsa. & matri.

¶Prob. 1. Quia spõsalia non habent perfectam rationem matrimonij, sed sunt quædã præparatio ad matrimonium. Secunda autem pars. s. quæ impedit, &cæt. relinquitur clara.

¶Not. Meritò secunda pars probationis vt patens supponitur: quia iura Pontificia ante tempus sancti Doctoris instituta & secundum quæ loquebatur, hoc determinarũt. Quid autem tenẽdum sit hodie post iura noua; dicetur in appen. sequen.

1m illatio conclusionis. Ergo &c.

R. Conceditur illatio: loquendo de sponsalibus ratione sui tantum: nõ autem ratione eius, ad quod ordinantur. §. Tunc nihil &c. Nã conclusio loquitur de sponsalibus ratione eius, ad quod ordinantur, quando dicit, quod ex ipsis causatur aliquid affinitati simile.

* cap. 1. de matri. contrac. cõtra interdi. ecclesia.

2m de minori.

Magis propinquus carnali copulæ. R. Non autem pactioni coniugalis societatis. §. Tunc nihil &c. Nam ex pactione illa societatis cõtrahitur affinitas, i. aliquid affinitati simile: vt patet a simili de matrimonio. Nam matrimonium affinitatem causat non solum, &c. ut in textu.

¶Not. Ex primis verbis textualis respõsi, s. vir & mulier efficiuntur

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum ex sponsalibus causetur affinitas.*

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd ex sponsalibus nulla affinitas causari possit, quia affinitas est perpetuum vinculum, sed sponsalia quandoque separantur, ergo non possunt esse causa affinitatis.

¶ 2 Præt. Si aliquis claustrum pudoris alicuius mulieris inuasit, & aperuit, sed non peruenit ad operis consummationem, non contrahitur ex hoc affinitas, sed talis est magis propinquus carnali copulæ, quàm ille, qui sponsalia contrahit, ergo affinitas non causatur.

¶ 3 Præt. In sponsalibus non fit nisi quædam sponsio futurarum nuptiarum, sed aliquando fit sponsio futurarum nuptiarum, & ex hoc nõ contrahitur aliqua affinitas, sicut si fiat ante septennium, vel si aliquis habens perpetuum impedimentũ tollens potentiam coeundi, alicui mulieri spondeat futuras nuptias, aut si talis sponsio fiat inter personas, quibus nuptiæ per votum reddantur illicitę, vel alio quocumque modo, ergo sponsalia non possunt esse causa affinitatis.

Sed contra est, quòd Alex. Papa * prohibuit mulierem quandã cuidam viro matrimonio coniungi, quia fratri suo fuerat desponsata, qd non esset, nisi per sponsalia affinitas contraheretur, ergo &c.

Resp. Dicendũ, quòd sicut sponsalia non habẽt perfectam rationem matrimonii, sed sunt quædam præparatio ad matrimoniũ, ita ex sponsalibus non causatur affinitas, sicut ex matrimonio: sed aliquid affinitari simile quod dicitur publicæ honestatis iustitia, quæ impedit matrimonium, sicut & affinitas, secundum eosdem gradus, & definitur sic. Publicæ honestatis iustitia est propinquitas ex sponsalibus proueniens, robur trahens ex ecclesię institutione propter eius honestatem ex quo patet ratio nominis, & causa, quia scilicet talis propinquitas ab ecclesia instituta est propter honestatem.

Ad primum ergo dicendum, quòd sponsalia non ratione sui, sed ratione eius, ad quod ordinantur causant hoc genus affinitatis, quod dicitur publicę honestatis iustitia, & ideo sicut matrimonium est perpetuum vinculum, ita, & prædictus affinitatis modus.

Ad secundum dicendum, ꝙ vir, & mulier efficiuntur in carnali copula vna caro per commixtionem seminum, vnde quantumcumque claustrum pudoris inuadat, vel frangat, nisi commixtio seminum sequatur, non contrahitur

ciuntur in carnali copula, &c. aduerte quòd loquitur non de coniugatis, sed de illicito concubitu se cognoscentibus: & consequenter loquitur in proposito articuli tertij, vbi affinitas ex tali copula causari dicitur. Habes ergo, vltra ibi dicta, quomodo intelligas affinitatem ex illo causari: & consequenter, quòd non tot modis ibi causatur, sicut in matrimonio; nec eo modo quo in sponsalib. Verba huiusmodi textualia confirmantur a fortiori per Vrbanum Papã 35.q.2.& 3 Extraordinaria pollutio nõ nisi in naturalib. admissa, vel sepius reiterata, citra maritalem affectũ, non videtur matrimonium impedire: quãuis ipsa sit criminosa & dãnabilis. Hæc ibi. Vbi per pollutionem extraordinariam intelligitur pollutio extra claustrũ pudoris, & (breuiter) quomodocumq; facta dũmodo ibi non interueniat commixtio seminum. Propter ly citra maritalem affectum: aduerte quòd Vrbanus confirmat textum hunc Diui Thomæ de matrimonio, pro quanto affinitatem causat. Nam, secundum Papam etiam, remota commixtione seminum causatur affinitas per matrimonium.

3^m de minori. Fit sponsio. ℞ Inualida: non autem valida. § Tunc &cæt. Nam conclusio loquitur de sponsalibus, quando valent; non autem quando sunt nulla.

¶Not. Circa validitatem, vel nullitatem sponsalium de quibus in responso formali, distinctius intelligendam, vide textum. Non.n. impedimenta omnia sponsalium nullitatem ipsorum causant.

trahitur ex hoc affinitas, sed matrimonium affinitatem causat, non solum ratione carnalis copulę, sed etiã ratione societatis coniugalis, secundum quam etiam matrimonium naturale est. Vnde, & affinitas contrahitur ex ipso contractu matrimonii, per verba de præsenti ante carnalem copulam, & similiter ex sponsalibus, in quibus fit quædam pactio coniugalis societatis, contrahitur aliquid affinitati simile, vt publicæ honestatis iustitia.

Ad tertium dicendum, quòd omnia impedimenta, quæ faciunt sponsalia non esse sponsalia, nõ permittunt ex pactione nuptiarum affinitatem fieri, vnde, siue habens defectum ætatis, siue habens votum solemne continentiæ, aut aliqđ hmôi impedimentum, sponsalia de facto contrahat, ex hoc non sequitur aliqua affinitas, quia sponsalia nulla sunt, nec aliqs affinitatis modus. Si tñ aliquis minor, frigidus, vel maleficiatus, habens impedimentum, ante annos pubertatis post septennium contrahat sponsalia cum adulta, ex tali contractu contrahitur publicæ honestatis iustitia, quia adhuc non erat in actu impediendi, cum in tali ætate puer frigidus, & non frigidus quantum ad actum illum, sit æqualiter impotens.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationẽ ostendas; merito insinuatum ab Alexandro III. quod ex sponsalibus causatur publicæ honestatis iustitia: & sic. Si puella infra nubiles annos alicui desponsata fuerit, non licet alicui de consanguinitate ipsius, cui desponsata fuerit, eam ducere in vxorem: nec fas est idem sponso de consanguinitate sponsæ sibi aliquam copulare. Hæc ille: de despon impuber. Continebatur. Item ab eod. lib. Literas &c. Cum quidam esset perfectæ ætatis, quandam puellam in cunabulis desponsauit; procedente vero tempore matrem puellæ cognouit, & eã in vxorem accepit. Si præfatus vir matrem puellę, antequam septimum annum complesset, in vxorem accepit, matrimonium non dissoluas: cum desponsationes huiusmodi nullæ sunt, quæ in cunabulis fiunt. Verum, si postquam puella septimum annum compleuit, prædictus vir matrem eius accepit vxorem; cum sponsalia ex tunc placere consueuerint, inter eos sententiam diuortij non differas promulgare: nec ipsum filiã, seu matrem habere permittas. Hæc ibi. Vbi nota, quòd filiam habere non potest, propter affinitatem superuenientem ex illicito concubitu. artic. 3. nec matrem, propter publicæ honestatis iustitiã. Et quoniam ista iustitia publicæ honestatis in primo gradu est (ut patet,) ideo etiam hodie impediret a matrimonio. De qua re sic ius nouum statuit. Iustitia publicæ honestatis impediret. Secus de alijs gradibus: etiam quòd per hæc antiqua iura impedimentum, vbi sponsalia quacumque ratione valida non erunt, sancta Synodus prorsus tollit; vbi autem valida fuerint, primum gradum non excedat: quia in vlterioribus gradibus iã non potest huiusmodi prohibitio absq; dispendio obseruari. Hæc Concil. Trid. sess. 24. cap. 3. de refor.

Publicæ honestatis iustitia; quo nunc impediat, vel non.

¶Secundo habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto ex sponsalibus causari iustitiam publicæ honestatis insinuant, & intelligas, & defendas. 2

¶Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur. 3

---

SVP. Q. LXXXVI. Aliàs 55. Art. v.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum affinitas sit causa affinitatis.*

224

COncl. 1. Affinitas non causat affinitatem, sed aliud attinentiæ genus.

¶Prob. 1. Quia affinitas non causatur per carnis propagationem; sed per matrimonialẽ coniunctionem (ut patet.) Secunda autem pars. ¶ sed aliud, &cæt. præsupponitur clara.

¶Examen. Ly per carnis propagationem. Scilicet in linea eiusdẽ cõsanguinitatis existentem. Non enim accipitur nunc carnis propagatio pro eo, quòd ex viro & vxore fit vna caro: alioquin non distingueretur carnis propagatio a cõiunctione matrimoniali, vt fit in tex.

¶Ly non fit consanguinea, sed affinis. Scilicet consanguineis viri sui: non autem ipsi viro. Nam (ut habetur ex artic. 1. ad primum, fin. & in articuli huius responsione ad quartum,) mulier carnaliter cognita, non fit affinis viro ex hoc.

¶Not.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur etiam quòd affinitas sit causa affinitatis, quia Iulius Papa dicit, † Consanguineam relictam vxoris suæ nullus ducat vxorem, & in seq cap. dicitur, quòd duæ consanguineorum vxores, vni viro altera post alterã nubere prohibentur: sed hoc non est nisi ratione affinitatis, quæ contrahitur ex coniunctione ad finem, ergo affinitas est causa affinitatis.

† 35. q. 3. c. Et hoc quoq; statutum.

¶ 3 Præt. Carnalis commixtio coniungit, sicut & carnalis propagatio, quia ęqualiter computantur gradus affinitatis, & consanguinitatis, sed consanguinitas est causa affinitatis, ergo, & affinitas.

¶ 3 Præt. Quæcumque vni, & eidẽ sunt eadem, sibi inuicem sunt eadẽ, sed vxor viri alicuius efficitur eiusdem attinentiæ cum omnibus consanguineis viri, ergo, & omnes consanguinei viri sui, efficiuntur vnum per affinitatem, cum omnibus qui attinent mulieri & sic affinitas est causa affinitatis.

Sed contra, Si affinitas ex affinitate causatur, aliquis, qui cognouisset duas mulieres, neutram earum posset ducere in vxorẽ, quia secundum hoc altera efficeretur alteri affinis, sed hoc est falsum, ergo affinitas non causat affinitatem.

¶ Præt. Si affinitas ex affinitate nasceretur, aliquis contrahens cũ vxore defuncti, fieret affinis omnib. consanguineis prioris viri, ad quos mulier habet affinitatem, sed hoc non potest esse, quia maxime fieret affinis viro defuncto, ergo &c.

¶ Præt. Consanguinitas est fortius vinculum, quàm affinitas, sed consanguinei vxoris non efficiũtur affines consanguineis viri, ergo multo minus affines vxoris efficientur eis affines, & sic idem quod prius.

Respon. Dicendum, quòd duplex est modus, quo aliquid ex alio procedit. Vnus secundum quem aliquid procedit in similitudinem speciei, sicut ex homine generatur homo. Alius secundum quem nõ procedit simile in specie, & hic processus semper est in inferiorem speciẽ, vt patet in omnibus agentibus ęquiuoce. Primus autem modus processionis quotiescumque iteratur, semper manet eadem species, sicut ex

¶Not. A ly hæc duo genera, olim erant prohibita, &c. respondet tacitæ obiectioni, (ut discurrenti patet.) Huius occasione in similibus, quæ a iure positiuo dependent, notabis pro semper: variationem statutorum ecclesiæ successu temporis factorum non inferre, vel minimam ignorantiam in doctoribus: qui ante statuta posterius facta aliter locuti sunt, tanquam priora sequentes.

Not. vniuersalis pro doctorib.

¶Concl. 2. Primũ genus affinitatis solum remanet nunc sub prohibitione.

¶Examen. Ly primum genus. Exemplũ fit tam de isto primo, quàm de secundo, & tertio genere. Titius, & Berta, iuncti matrimonio habent vicissim pro affinibus omnes alterius consanguineos. Vt puta. Albertus frater Bertæ est affinis Titio. Iste Albertus matrimonialiter cõiũgitur Margaretæ. Ista Margareta non erit propter hoc affinis Titio in primo gene-

genere (vt sunt consanguinei Bertæ: sed erit in secundo. Mortua Margareta Albertus ducit vxorem Nicolluciam: quæ Titio attinebit in tertio genere. Nunc ergo Titius poterit, & Nicolluciam habere vxorem, & Margaretam si viueret: sed consanguineos Bertæ vsque ad quartum gradum, non.

¶Prob. Quia patet ex iuribus.

1^m^ de minori. Affinitatis. R. Largo modo dictæ. §. i. publicæ honestatis. Sic enim loquitur Papa Iulius. Pro quo sciendum, quod alicui viro consanguineus vxoris suæ efficitur affinis in primo genere, & vxor eius in secundo, &c. vt in textu. Tunc nihil &cæt. Nam de affinitate propriè dicta, quæ solum consanguineos vxoris suæ importat, loquitur conclusio prima.

2^m^ de maiori. Sicut. R. Quantum ad coniunctionem: non quantum ad genus coniunctionis. §. Tunc nihil &cæt. vt patet ex dictis.

3^m^ de maiori. Eidem sunt eadem. R. Secundum omnia: nô, secundum aliquid tantum. §. Tunc nihil &c. Nam vxor viri efficitur eiusdem attinentię, &c. vt in textu. Sic ergo nô secundum omnia.

¶Not. A ly sed quia in oppositum ex rationibus &c. nota reuerentiam, quam semper detulit S. Thomas ecclesiæ Romanæ. Rursus. Ex eodem discas, quòd statuta ecclesiæ antiqua, etiam quod per noua limitentur (siue aliter ordinando, siue &c.) non sunt pro irrationabilibus pro tempore illo, in quo facta sunt, habenda.

† art. 1. huius quæst. corp.

4^m^ maior. Si affinitas ex affinitate causatur: aliquis, qui cognouisset duas mulieres, neutram earum posset ducere in uxorem. R. Negatur ista. §. nā præsupponit falsum: scilicet quòd mulier fiat affinis ei, cui coniungitur carnaliter. Mulier enim non efficitur affinis in primo genere viro &c. ut in textu.

5^m^ maior. Si affinitas ex affinitate nascetur; aliquis côtrahens cum vxore defuncti fieret affinis omnibus consanguineis priori viri, ad quos mulier habet affinitatem. R. Negatur ista. §. vt declaratur in textu. Tunc nihil &cæt. vt patet.

* 32. q. 3. c. Porro duorum.

homine generatur homo per actum generatiuæ virtutis, & ex hoc generabitur homo, & sic deinceps. Secundus autem modus sicut in primo facit aliam speciem, ita quotiescumq; iteratur, aliam speciem facit, vt ex puncto per motum procedit linea non punctus, quia punctus motus facit lineam, & ex linea linealiter mota non procedit linea, sed superficies, & ex superficie corpus, & vlterius per talem modum processus aliquis esse non potest. Inuenimus autem in processu attinentiæ duos modos, quibus vinculum huiusmodi causatur. Vnus per carnis propagationem, & hic semper facit eandem speciem attinentiæ. Alius per matrimonialem coniunctionem, & hæc facit aliam speciem in principio, sicut patet, quòd coniuncta matrimonialiter consanguineo, non fit consanguinea, sed affinis. Vnde si & ille modus procedendi iteratur, non erit affinitas, sed aliud attinentiæ genus. Vnde persona, quæ matrimonialiter affini côiungitur, non est affinis, sed est aliud genus affinitatis, quod dicitur secundum genus. Et rursus, si affini in secundo genere aliquis per matrimonium coniungatur, non erit affinis in secundo genere, sed in tertio, vt hoc versu supra posito † ostenditur.

Et hæc duo genera olim erant prohibita propter publicæ honestatis iustitiam, magis quàm propter affinitatem, quia deficiunt a vera affinitate, sicut illa, quæ ex sponsalibus contrahitur. Sed modo illa prohibitio cessauit, & remanet sub prohibitione solum primum genus affinitatis in quo est vera affinitas.

Ad primum ergo dicendum, quod alicui viro consanguineus vxoris suæ, efficitur affinis in primo genere, & vxor eius in secundo, vnde mortuo viro, qui erat affinis, non poterit eam ducere in vxorem propter secundum affinitatis genus. Similiter autem si aliquis viduam in vxorem ducat consanguineus prioris viri, qui est affinis vxori in primo genere, efficitur affinis secundo viro in secundo genere, & vxor illius consanguinei, quæ est affinis vxori viri huius in secundo genere, efficitur affinis viro in tertio genere. Et quia tertium genus erat prohibitum propter honestatem quandam, magis quàm propter affinitatem, ideo Canon. * dicit: Duas consanguineorum vxores vni viro alteram post alteram nubere, publicæ honestatis iustitiæ contradicit, sed talis prohibitio nunc cessauit.

Ad secundum dicendum, quod quamuis carnalis coniunctio côiungat, non tamen eodem genere coniunctionis.

Ad tertium dicendum, quod uxor viri efficitur eiusdem attinentiæ cum consanguineis viri quātum ad gradum eundem, sed non quantum ad idem attinentiæ genus. Sed quia in oppositum ex rationib. quæ inducuntur, videtur ostendi, quod nullum vinculum ex affinitate causetur; ad alias rationes respondendum est, ne antiqua ecclesiæ prohibitio irrationalis videatur.

Ad quartum dicendum, quod mulier non efficitur affinis in primo genere viro, cui coniungitur carnaliter, vt ex prædictis patet. Vnde consequenter alii mulieri a viro eodem cognitæ, non efficitur affinis in secundo genere, vnde nec ducenti in vxorem vnam earum, efficitur affinis alii in tertio genere affinitatis: & ita duas mulieres cognitas ab eodem viro, nec antiqua iura eidem successiue copulari prohibebant.

Ad quintum dicendum, quod sicut vir non est affinis vxori suæ in primo genere, ita nec efficitur affinis secundo viro eiusdem vxoris in secundo genere, & sic ratio non procedit.

Ad sextum dicendum, quòd mediante vna persona non coniungitur mihi alia, nisi ex hoc quòd ei adiungitur. Vnde mediante muliere, quæ mihi est affinis, nulla persona fit mihi attinens, nisi, quæ illi mulieri adiungitur, quod non potest esse nisi per carnis propagationem ex ipsa, vel propter coniunctionem matrimonialem ad eā, & vtroque modo aliqua attinentia mediante prædicta muliere secundum antiqua iura, mihi proueniebat, quia filius eius etiam ex alio viro efficitur mihi affinis in eodem genere, sed in alio gradu, vt regula prius data patet: & iterum secundus vir eius efficitur mihi affinis in secundo genere. Sed alii consanguinei illius mulieris non adiunguntur ei. Sed ipsa, vel adiungitur eis, sicut patri, & matri inquantum procedit ab eis, vel existentibus ex principio eodem, sicut fratribus, vnde frater affinis * mei, vel pater, non efficitur mihi affinis in aliquo genere.

* Al. mei.

6^m^ de conclusione. Efficientur eis affines. R. Propriè: non aliter. §. Tunc nih. &c. Sufficit enim conclusioni, quòd aliquod vinculum, quamuis non sit propriè affinitas, causetur ex affinitate, & hoc, quòd scilicet causetur verum est; aliqua limitatione adiuncta. Nam mediante vna persona non coniungitur mihi alia; nisi ex hoc, quòd ei, &c. vt in textu.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, me rito insinuatum fuisse supra art. 1. appen. per Papam, quòd affinitas non causat affinitatem; & maximè ab Innocentio III. sic. Licet omnes côsanguinei vxoris sint viri affines, & omnes consanguinei viri sint affines vxoris: tamen inter consanguineos vxoris & viri, ex eorundem scilicet viri & vxoris coniugio, nulla prorsus affinitas est contracta. Hæc ille: de consanguin. & affin. quō super his. Ex quib. patet, quòd Titius, qui est affinis Bertæ ex coniugio sui fratris Petrucij cum Berta, si duceret vxorem Antoniā: Berta non fieret affinis Antoniæ affinitate propriè dicta. Idem insinuat Innocentius, & simul attinentiam causatam idem tollit ab impeditione matrimonij (ut inquit D. Tho. in corp.) sic enim habet Innocentius ibid. non debet &c. Cum prohibitiones de côiugio in secundo & tertio affinitatis genere minimè contrahendo, & de sobole suscepta ex secundis nuptijs cognationi prioris viri non copulanda, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculū pariant animarum; cum cessante prohibitione cesset effectus, constitutiones super hoc æditas sacri approbatione Côcilij reuocantes presenti constitutione decernimus, vt sic côtrahentes de cætero libere copulētur. Hæc ibi.

Vtilitas pro Ecclesia S. Dei.

¶ Secundò habes: quomodo per Sāctum Thomā prædicta Pontif. pro quanto affinitatem causare affinitatē negant, & intelligas, & tuearis. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs uicissim Thomistica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur. 3

Sextum

SVPER

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum affinitas impediat matrimonium.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd affinitas matrimonium non impediat. Nihil enim impedit matrimonium, nisi quod est illi contrarium: sed affinitas nõ contrariatur matrimonio, cum sit effectus eius, ergo non impedit matrimonium.

¶ 2 Præt. Vxor per matrimoniũ efficitur res quædam viri, sed cõsanguinei defuncti viri succedunt in rebus eius, ergo possunt succedere in vxore, ad quam tantum manet affinitas, vt ostensum * est, ergo affinitas non impedit matrimonium.

* Ar. præc.

SED CONTRA est, quod dicitur Leuit. 18. Turpitudinem vxoris patris tui non reuelabis, sed illa est tantum affinis, ergo affinitas impedit matrimonium.

RESP. Dicendum, ꝙ affinitas præcedens matrimonium impedit contrahendum, & dirimit contractum, eadem rõne, qua, & consanguinitas. Sicut enim inest necessitas quædam cohabitandi consanguineis adinuicem, ita, & affinibus, & sicut est qđdam amicitiæ vinculum inter consanguineos, ita inter affines, sed si affinitas matrimonio superueniat, non potest ipsum dirimere; vt supra dictum * est.

* q. 50. arti. uni. ad 7.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd affinitas non contrariatur matrimonio, ex quo causatur, sed contrariatur matrimonio quod cum affine contrahendum esset, inquantum impediret multiplicationem amicitiæ, & concupiscentiæ repressionem, quæ per matrimoniũ quæruntur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ res possessæ a viro, non efficiuntur aliquid vnum cum ipso viro, sicut vxor efficitur vna caro cum ipso. Vnde sicut consanguinitas impedit matrimonium, vel coniunctionem ad virum, ita, & ad vxorem viri.

SVPER QVAEST. LXXXVI. Aliàs 55. Art. VI.

CONCL. 1. Affinitas præcedens matrimonium impedit contrahendum, & dirimit contractum.

¶ PROB. Quia consanguinitas impedit sic illud (q. 54. art. 3.) & eadem ratio, in proposito est de affinitate atq; consanguinitate.

¶ EXAMEN. Ly eadẽ ratione. Scilicet ꝓportionaliter. Licet enim consanguinitas sit maius vinculum absolute, quàm affinitas: tamen vtrumque in suo genere impedit matrimonium vsque ad quartũ gradum, & propter eandem rationem cohabitandi simul; vt in textu. Item non est tanta reuerentia nobis indicta erga affines, sicuti erga consanguineos: propterea licet vtraq; de iure naturali, vel diuino impediat matrimoniũ (vt supra de consanguin. q. 54. dictum est:) tamen magis de iure naturali consanguinitas impedit, quàm affinitas.

215 Conc. Tridẽ. sess. 24. de refor. mat. c. 4. & c. quædam cum multis seq. 35. q. 2.

¶ CONCL. 2. Si affinitas matrimonio superueniat, non potest ipsum dirimere.

¶ PROB. Quia patet ex supra.

¶ NOT. Vide etiam art. 3. appen. vbi per Papam designatur, hanc non dirimere matrimonium, dum post illicitum concubitum viri cum consanguinea vxoris determinat; virum adhuc debere debitum coniugi suæ reddere; si exigatur. Vnde, & per hæc Pontificum dicta præsentem Sancti doctoris conclusionem confirmari agnosce.

1m de minori. Matrimonio. ℞. Contrahendo cum affine: non ex quo causatur. §. vt patet in textu. Tunc nihil &c. Nam conclusio prima, contra quam fit argumentum de matrimonio contrahendo loquitur.

2m de maiori. Res quædam viri. ℞. Effecta aliquid vnum cum ipso viro: non autem possessa tantum ab ipso. §. Tunc nihil &c. Licet in consanguinei defuncti viri succedant in rebus ab ipso possessis (ut arguitur,) tamen succedere non possunt in rebus factis iam vna caro cum defuncto.

### APPENDIX.

Vtilitas ꝓ Eccles. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum fuisse, quòd affinitas impedit matrimoniũ sicut consanguinitas, a Papa Alexandro III. Inquisita diligentius veritate, si per testes circũspectos omni exceptione maiores inueneris, quòd primus vir superstitẽ quarto gradu consanguinitatis attingit, non differas diuortij sentẽtiam ꝓmulgare. Aequè enim (ut canones dicunt) abstinendum est a consanguineis vxoris; ut proprijs. Hæc ille: de consanguin. ex literis. Item ab Vrbano III. ibid. Super eo &c. Si manifestum est, iuuenem cognouisse propinquã prædictæ puellæ, vel si non est manifestum, fama tamen loci hoc habet, cum esset sponsa tãtummodo de futuro, idem ab eius impetitione debet absolui. Hæc ibi. Itẽ a Papa Iulio 35. q. 3. Aequaliter vir coiungit cõsanguineis ꝓprijs, & cõsanguineis vxoris suę. Hęc ibi. Itẽ ab Alexãdro ꝓdicto. Sponsam alterius, maxime si est nubili ætati proxima, nullus cõsanguineorũ aliquo modo sibi potest matrimonio copulare. Hæc ille: de sponsal. & matrimon. Si ergo affinitas impropria (de qua ibi,) quæ aliàs dr̃ publicæ honestatis iustitia, causata ex sponsalibus impedit matrimoniũ: multò magis ſm eundem Papã, affinitas propria, quæ s. causatur ex matrimonio consanguinei, impediet ipsum. Secundò habes: qũo per rationem prædicta patrum, pro quanto affinitatem impedire insinuant matrimonium, & intelligas, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum affinitas habeat per se gradus.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd affinitas habeat etiam per seipsam gradus. Cuiuslibet enim propinquitatis est accipere aliquos per se gradus, sed affinitas, propinquitas quædam est, ergo habet gradus per se sine gradibus consanguinitatis, ex quibus causatur.

¶ 2 Præt. In litera * dicitur, quòd soboles secundæ coniunctionis non potest transire ad consortium affinitatis prioris viri: sed hoc non esset, nisi filius affinis, etiam esset affinis, ergo affinitas habet per se gradus sicut consanguinitas.

* Li. 4. Sẽt. dist. 41. parag. B. a medio.

SED CONTRA. Affinitas ex consanguinitate causatur, ergo & omnes gradus affinitatis causantur ex gradibus consanguinitatis, & sic non habet per se aliquos gradus.

RESPON. Dicendum, quòd res non diuiditur diuisione per se, nisi ratione illius, quod competit sibi secundum genus suum, sicut animal per rationale, & irrationale, non autem per album, & nigrum: carnis autem propagatio per se comparatur ad consanguinitatem, quia ex ea immediate consanguinitatis vinculum contrahitur, sed ad affinitatem non comparatur nisi mediante consanguinitate, quæ est causa eius: vnde cum gradus attinentiæ per propagationem carnis distinguantur, distinctio graduum per se, & immediate competit consanguinitati, sed affinitati mediante consanguinitate. Et ideo ad inueniendum gradus affinitatis est regula generalis, quòd quoto gradu cõsanguinitatis attinet mihi vir, toto gradu affinitatis attinet mihi vxor.

AD

SVP. Q. LXXXVI. Aliàs 55. Art. VII.

CONCL. Distinctio graduum per se, & immediate, competit consanguinitati, sed affinitati, mediante consanguinitate.

216

¶ EXAMEN. Ly per se. Idest ratione sui: Puta; si consanguinitas, vt consanguinitas: habet gradus, tunc dicitur habere per se illos. Item, si affinitas, vt affinitas, habet vel nõ habet gradus, tunc dicitur habere, vel non habere, per se illos.

¶ Ly immediatè. Quamuis non vbique ly immediatè, sit idem, quod ly per se: tamen uidetur, accipi hic ly immediatè, prout coincidit cum ly per se: vt habetur ex textu dicente ly carnis propagatio comparatur ad consanguinitatem, quia ex ea immediatè consanguinitatis vinculum contrahitur. Non tamẽ per hoc est superfluitas in conclusione textus, quoniam ad maiorem declarationem utrũq; ponitur simul: tunc autem esset superfluitas, si absque ratione utilitatis alicuius apponeretur utrumque.

¶ PROB. 1. Quia gradus attinentiæ per ꝓpagationem carnis distinguuntur; & propagatio carnis per se comparatur ad consanguinitatem (ut patet in textu:) Secunda autem pars. s. sed affinitati &c. probatur. Quia gradus attinentiæ per propagationem carnis distinguuntur, & carnis propagatio non comparatur ad affinitatem nisi mediante consanguinitate.

¶ COROLL. Ergo quicumque ostenderit, affinitatem ex consanguinitate pendere, & consequenter non posse respicere ad propagationem, nisi per medium hoc. i. per consanguinitatem, ostendet per hoc affinitatem non habere gradus per se. Si enim illos per se haberet,

beret, respiceret propagationem per se.i.immediatè, & medio con sanguinitatis non indigeret ad hoc. Nam ex propagatione carnis per se attenduntur. Hæc dixerim ad aperiendã viam intelligendi, quæ dicentur in appen. sequen.

1^m de maiori. Propinquitatis. R. Comparatæ per se ad propagationem: nõ aliter. § Tunc nihil &c. Affinitas enim non est talis ꝓpinquitati, quæ per se respiciat propagationem.

2^m de minori. Nisi filius affinis esset etiam affinis. R. Per accidens: non, per se. §. Tunc nihil &c. vt patet ex dictis in textu.

Ad primum ergo dicendum, quòd gradus in propinguitate attinentiæ, nõ possunt accipi nisi secundum ascensum, & descensum propagationis, ad quam non comparatur affinitas, nisi mediante consanguinitate; & ideo nõ habet affinitas gradus per se, sed sumpto iuxta gradus consanguinitatis.

Ad secundum dicendum, ꝙ filius affinis meæ ex alio matrimonio non per se loquendo, sed quasi per accidens, dicebatur antiquitus affinis, vnde prohibebatur a matrimonio magis propter publicæ honestatis iustitiam, quàm propter affinitatem, & propter hoc etiam prohibitio nunc est reuocata.

## APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a Concilio Marcien. quod affinitas non habeat per se gradus: & sic. Sanè consanguinitas, quæ in proprio viro seruanda est, hæc nimirum in vxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est: quia constat eos duos fuisse in carne vna. Hæc illud: ut recitatur 35. quæstione 3. Cum enim demonstrat Concilium, quòd parentela affinitatis ex consanguinitate causatur: per hoc ostendisse dicendum est, quòd affinitas non habet per se gradus. Nam si ex consanguinitate causatur, iuxta Concilium, etiam iuxta illud, propagationem carnis respicit mediante consanguinitate: & consequenter mediante consanguinitate habet gradus, & consequenter non habet illos per se. Item a canonibus Pontificijs: vt de consanguin. & affinit. circa declarationem arboris ponitur. Nam affinitas, secundum canones, est personarum proximitas ex coitu proueniens omni carens parentela (scilicet sanguinis.) Ex hac enim diffinitione patet, quòd canones statuũt affinitatem ex consanguinitate, mediante copula carnali, causari. Consequenter ergo dic secundum canones, vt prius, secundum Concilium dicebatur. Item ab eisdem ibid. per regulam istã, quæ datur ad agnoscendam affinitatem, & est hæc. Quotiescumque inter vnam personarũ, de quibus quæritur, & coniugem alterius non est, vel non fuit consanguinitas intra quartum gradum inclusiuè, nulla est prohibitio. Verbi gratia. Inter me, & coniugem nepotis mei, non potest esse matrimonium; quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradum. Item. Soror mea habuit maritum: ea mortua, maritus eius aliam accepit: quo defuncto potero contrahere cum eius relicta: quia inter me & illam relictam nulla est, nec fuit consanguinitas. Hæc ibi. Ex quibus patet; quòd ad inueniendam affinitatem vtimur pro medio consanguinitate, & ad inueniendos affinitatis gradus vtimur pro medio gradibus consanguinitatis. Dicendum ergo ex his: vt supra circa Concilium Macien.

§. affinitatis. insti. de nuptijs.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto affinitatem non habere gradus per se, sed media consanguinitate insinuant, & intelligas, & defendas.

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

# ARTICVLVS VIII.

*Vtrum gradus affinitatis extendantur sicut gradus consanguinitatis.*

227

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd gradus affinitatis non extendantur sicut gradus consanguinitatis: quia vinculũ affinitatis est minus forte quàm consanguinitatis, cum affinitas ex consanguinitate causetur in diuersitate speciei, sicut a causa æquiuoca: sed quanto fortius est vinculum, tanto diutius durat, ergo vinculum affinitatis non durat vsq; ad tot gradus, ad quot durat consanguinitas.

¶ 2 Præt. Ius humanum debet imitari ius diuinum: sed secundum ius diuinum aliqui gradus consanguinitatis erant prohibiti, in quib. gradibus affinitas matrimonium nõ impediebat, sicut * patet de vxore fratris, quam aliquis poterat ducere in vxorem ipso defuncto, non tñ propriam sororem, ergo, & nunc non debet esse prohibitio æqualis de affinitate, & consanguinitate.

* Deut. 25. & Ruth. 4.

Sed contra, Ex hoc ipso est mihi aliqua affinis, ꝙ meo cõsanguineo est coniuncta, ergo in quocũq; gradu sit vir mihi consanguineus, in illo gradu est mihi affinis, & sic gradus affinitatis computari debent in eodem numero, sicut gradus consanguinitatis.

Resp. Dicendum, quòd ex quo gradus affinitatis sumũtur iuxta gradus consanguinitatis, oportet quòd tot sint gradus affinitatis, quot sunt gradus consanguinitatis, sed tamen quia affinitas est minus vinculum, quàm consanguinitas, facilius, & olim, & nunc dispensatio fit in remotis gradibus affinitatis, quàm in remotis gradibus consanguinitatis.

Ad primum ergo dicendum, quòd illa minoritas vinculi affinitatis respectu consanguinitatis, facit varietatem in genere attinentiæ, nõ in gradibus, & ideo illa ratio non est ad propositum.

Ad secundum dicendum, quòd frater non poterat accipere vxorem fratris sui, nisi in casu, scilicet quando moriebatur sine prole, vt suscitaret semen fratri suo, qđ tunc requirebatur, quando per propagationem carnis cultus religionis multiplicabatur, quod nunc locum non habet; & sic patet quòd non ducebat eam uxorem, quasi generis proximam personam, sed quasi supplens defectum fratris sui.

AR-

SVP. Q. LXXXVI. Aliàs 55. Art. VIII.

Conc. Oportet; quòd tot sint gradus affinitatis, quot sũt gradus consanguinitatis.

¶ Prob. Quia gradus affinitatis sumuntur iuxta gradus consanguinitatis (patet ex supra.)

1^m de minori. Tanto diutius durat. R. Vel tanto nobiliorẽ attinentiã facit. § Tũc nihil &c. Nam secundum in proposito verũ est; non autem primũ: vt in textu.

2^m maior. Ius humanũ debet imitari ius diuinum. R. Habita consideratione temporum, variationis legum, & casuum. §. Vt ex textu habetur. Tunc nihil &c. Nam uariantur nunc lex, tempus, & casus, a lege, tempore, & casu antiquis. Et ideo tunc licebat aliquid qđ nũc non licet: vt patet in textu.

¶ Not. Quòd cõsanguineus posset ducere vxorem fratris defuncti, non infert formaliter, affinẽ potuisse ducere affinem; & consequenter affinitatem in primo gradu non fuisse prohibitam antiquitus; quoniam consanguineus ille (ut patet in textu fin.) non ducebat eam vxorẽ, quasi generis proximam personam, sed quasi supplens defectum fratris sui. Hæc autem suppletio nunc necessaria non est propter rationem allatam in textu. & q. 54. art. 4. corp. Affines ergo, ut affines, nunquam potuerunt coniungi: sed, ut in casu: & consequenter materialis locutio est dicere, uel inferre, ꝙ affinitas primi gradus non impediret tũc matrimonium. Articulo igitur formaliter loquẽti de affinitate nihil officit argumentum.

## APPENDIX.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum fuisse, ab Innocentio in Concil. generali, quòd affinitatis gradus extẽdantur sicut gradus consanguinitatis: & sic. Prohibitio coniugalis copulę consanguinitatis & affinitatis quartum gradũ de cætero nõ excedat: quoniam in ulterioribus gradibus iam non potest &c. Hæc ille: de consang. & affin. Vbi vides: quòd gradus affinitatis extendit secundum gradus consanguinitatis. Item ab Alexandro 35. q. 5. Ad sedem Apostolicam &c. Dum enim ibi arborẽ consanguinitatis approbat, & a gradibus consanguinitatis gradus affinitatis causentur (ut patet de consangum. & affin.) sequitur, quòd idem Alexander, tanquam in radice approbat per hoc, quòd gradus utriusque similiter extendantur. Item ab omnibus canonistis 35. quæst. 5. & de consang. & affinit. ubi arborem affinitatis secundum gradus ad arborem consanguinitatis respondentes designant. Vbi & addunt regulam hanc ex canonibus extractam. Per carnalem copulam uiri, & mulieris inter consanguineos mulieris & uirum, & inter consanguineos uiri & mulierem, cõtrahitur affinitas

nitas primi generis eiusdem gradus, cuius est cōsanguinitas. Vnde, si consanguineus tuus cognoscat mulierem, si uis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus: & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis; & semper in primo genere. Hęc ibi. Vnde patet intentū.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prędicta patrum, pro quanto gradus affinitatis ad cōsanguinitatis correspōdenter extendi insinuant, & intelligas, & defendas. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc, & declaretur, & consolidetur. 3

---

**SVP. Q. LXXXVI. Aliàs 55. Art. ix.**

CONCL. Ad ecclesiam pertinet eos, inter quos non potest esse verum matrimonium, separare, & præcipuè consanguineos & affinēs.

228 S. Th. 4. di. 41. artic. 5. Matt. 19.

¶ PROB. 1. Quia ecclesia omnibus modis conatur impedire peccatum mortale, & omnis concubitus præter licitum matrimonium est peccatum mortale. Secunda autem pars. s. & præcipuè &c. probatur. Quia cōsanguinei, atque affines contrahere non possunt carnaliter sine peccato mortali grauiori, idest sine incestu.

Cōtra hereticos de Antichristo loquentes falsò.

¶ NOT. Super ly ecclesia omnibus modis impedire conatur peccatum mortale, recolendo aduertas, quæ supra prędicta sunt q. 21. artic. 1. appen. contra hæreticos falsò dicentes, Romanum Pontificem esse Antichristum: & illis rationib. hanc, tanquam uniuersaliter omnes cōplectētem, adiungito. Si enim ecclesia, & consequenter ecclesiæ caput Romanus Pōtifex, vt sic, peccatum mortale impedire conatur omnibus modis; & Antichristus peccatum mortale promouere conabitur omnibus modis (ut patet ex supra ibi:) liquidissimè constat, quod è diametro contra Antichristū opponitur Papa; tantum abest, vt uterum sit q̄d hostes ecclesiæ blaterant.

* Aug. lib. de decem chordis. ca. 10. de tēp. ser. 164. & 51. & de verbis Apost. ser. 8. 10.10.

1^m^ de conclusione. Quod facit. ℞. Ex authoritate diuina: non, ex errore facti humano. §. Tunc nihil &c. Nam illa coniunctio, quæ fit in facie ecclesiæ impedimentis ignoratis, non habet, &c. vt in textu.

2^m^ illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam illa, quæ sine peccato esse non possunt cuiusmodi est matrimonium inter consanguineos, vel affines contractum, nullo fauore iuuantur, vt subsistere possint: ut in textu.

3^m^ maior. De similibus simile est iudicium. ℞. Apud eos, qui illa esse similia reputant. §. quando scilicet in iure positiuo loquimur: nec aliundè, puta ex conscientia, venit obligatio diuersa. Tunc nihil &c. Nam res inter alios acta alijs non præiudicat in foro contentioso: vnde quamuis &c. ut in textu. Sed nec in foro conscientiæ oportet: quòd semper obligetur propter hoc alius frater ad dimittendum, &c. vt in textu.

¶ NOT. 1. Quando duo fratres duas sorores accipiunt, quorum vnus per depositionem testium separatur ab vxore propter cōsanguini-

## ARTICVLVS IX.

*Vtrum coniugium contractum inter affines vel consanguineos, semper sit dirimendum.*

AD NONVM sic proceditur. Vr q̄ coniugium quod inter affines, vel consanguineos est contractum, non semper sit per diuortium dirimendum, quia quod Deus coniunxit, homo non separat, cum ergo Deus facere intelligatur quod facit ecclesia, quæ quandoque tales ignoranter coniungit, videtur quòd si postmodum in notitiam veniat, non sunt separandi.

¶ 2 Præt. Fauorabilius est vinculum matrimonii quàm dominii, sed homo per longi temporis præscriptionem acquirit dñium in re, cuius nō erat dñs, ergo per diuturnitaté temporis matrimoniū ratificatur, etiam si prius natum non fuit.

¶ 3 Præt. De similibus simile est iudicium: sed si matrimonium esset dirimendum propter consanguinitatem, tūc in casu illo quando duo fratres habent duas sorores in vxores, si vnus separatur propter consanguinitatem, & alius pari ratione separari deberet, quod non videtur, ergo matrimonium non ex separandum propter affinitatem, & consanguinitatem.

SED CONTRA, Consanguinitas, & affinitas impediunt cōtrahendum, & dirimunt contractum, ergo si probatur affinitas, vel consanguinitas, separandi sunt, etiam si de facto contraxerunt.

RESPON. Dicendum, quòd cum omnis * concubitus præter licitum matrimonium sit peccatum mortale, quod ecclesia omnibus modis impedire conatur, ad ipsam pertinet eos, inter quos non potest esse verum matrimonium, separare, & præcipue consanguineos, & affines, qui sine incestu contrahere non possunt carnaliter.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ ecclesia quamuis dono, & authoritate diuina fulciatur, tamé inquantum est hominum congregatio, aliquid de defectu humano in actibus eius * prouenit quod nō est diuinū, & illa coniunctio, quæ fit in faciæ ecclesiæ impedimentis ignoratis, nō habet inseparabilitatem ex authoritate diuina, sed est contra authoritatem diuinam errore hominum inducta, qui excusat a peccato, cum sit error facti, quamdiu manet, & propter hoc quando impedimētum ad notitiam peruenit ecclesiæ, debet prædictam coniunctionem separare.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ illa, quæ sine peccato esse non pñt, nulla præscriptione firmantur, quia vt Innoc. * dicit, Diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed auget, nec ad hoc facit aliquid fauor matrimonii, quod inter illegitimas personas esse non poterat.

AD TERTIVM dicendum, q̄ res inter alios acta, aliis non præiudicat in foro contentioso, vnde quāuis frater repellatur a matrimonio vnius sororum ex causa consanguinitatis, non propter hoc separat ecclesia aliud matrimonium, quod nō accusatur, sed nec in foro conscientiæ oportet, quòd semper obligetur ab hoc alius frater ad dimittendum vxorem suam, quia frequenter tales accusationes ex maleuolentia p̄cedunt, & per falsos testes probantur. Vnde non oportet, quòd conscientiam suam informet ex his, quæ circa aliud matrimonium sunt facta. Sed distinguendum videtur in hoc, quia aut habet certam * cognitionem de impedimento matrimonii, aut opinionem, aut neutrū. Si primo modo, nec exigere, nec reddere debitum debet: si secundo modo, debet reddere, sed non exigere: si tertio, potest reddere, & exigere.

AR-

guinitatem dirimētem matrimonium, & alter non; potest hoc contingere ex depositione testiū falsorum: licet probēt id, quod proponūt. Et hinc est: quòd alter frater non obligatur ex hac depositione ad credēdum, quòd vxor sua sit sibi consanguinea. Quòd si nullo modo falsitas i testibus interuenire posset: tūc obligaretur, & consequēter teneretur in conscientia dirimere matrimonium inter se & vxorē illam suam, tanquam non ualidum. Propterea textus volēs ostendere, quòd non obligetur, dixit ly quia frequenter tales accusationes ex maleuolentia procedūt, & per falsos testes probātur. Vbi nota; quòd cōiunctiuē accipitur hæc ratio. Licet enim ex maleuolentia procederent testes ad accusandum: tamen si non essent falsi; obligaretur, quantum est ex facto illo, alter ad dimittendum: Falsitas enim testium est illud, in quo sit tota vis huius casus.

* Al. prouenit.

Cōc. Trid. sess. 24. de reform. matri. c. 4.

* lib. 4. decre. tit. 14. c. 8. in fi.

¶ NOT. 2. Simile, q̄d dicit textus pręsens circa testes matrimonium aliquorum accusantes, dicit Cęlestinus III. & consequenter per hoc confirmat præsentē doctrinā, & quidem a fortiori, sic. Super eo, q̄d postulas; utrum contagatus, qui ante contractum matrimonij suæ vxoris consanguineam carnali cōmixtione cognouit (cum id fateatur uterque, & aliqua pars viciniæ hoc acclamare dicat) sit ab vxore sua iudicio ecclesiæ separandus. Respondemus; quòd propter eorum confessionem tantum, uel rumorem viciniæ, separari non debent: cum quandoque nonnulli inter se contra matrimonium velint colludere. Rumor autem viciniæ non adeò est iudicandus validus, quòd nisi rationabiles, & fide dignæ probationes accedant, possit bene contractum matrimonium irritari. Hæc ille: de eo qui cogno. consang. vxo. suæ.

* Al. scientiam.

## APPENDIX.

Vtilitas Eccles. S. Dei.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas; merito insinuatum ab Innocentio III. quod coniugiū contractum inter affines, vel consanguineos (si de dignis probationibus accedentibus) semper est dirimendum, & sic. Ne autem infra gradus prohibitos matrimonium contrahatur debes publicè inhibere, & præsumptores ecclesiastica districtione punire: non obstante consuetudine, quæ dicenda est potius corruptela. Hæc ille: de consang. & affin. quod super his. Dixi ly fide dignis probationibus acceden-

cedentibus; tum propter dicta superius not. secunda, post ad tertium, tum propter Alexandrum III. sic scribentem Pictauensi Episcopo. De illo, qui vxorem fratris, antequàm ei matrimonio iungeretur, se proposuit cognouisse; respondemus: quòd nisi hoc publicum & notorium fuerit, aut idoneis testibus comprobatum, prædictum matrimonium occasione illa ipsum impetere, non permittas. Hæc ille: de eo qui cogno. consanguin. vxo. suæ. Aliàs semper dirimitur matrimonium huiusmodi, datis his. Item a Gregorio: 35. q. 8. hæc salubriter. Qui, & quæ, in quarto gradu coniuncti inuenti fuerint, separentur. Hæc ibi. Item a Concilio Aurelianensi. Incæstuosi, si suis sacerdotibus inobedientes extiterint, & a tam nefario scelere segregari noluerint, inter eos habeantur de quibus veritas ait, si Ecclesiam nō audierit; sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Hæc illud ibid. Item ab Innocentio Tertio, in Concilio generali: de consanguin. & affin. non debet, &c. Si quis contra prohibitionem coniugalis copulæ huiusmodi præsumpserit copulari; nulla longinquitate defendatur annorum: cum diuturnitas temporum non minuat peccatum, sed augeat; tantoque sint grauiora crimina, quanto diutius infœlicem animam detinent alligatam. Hæc ibi. Item ab eodem Innocentio Tertio a fortiori insinuatur. Diuortij sententiam approbamus, quam in eum canonicè promulgasti; qui illam sibi postea copulare præsumpsit, cuius antea sororem adhuc septennem contractis sponsalibus extraordinaria libidinē noscitur polluisse. Hæc ille: de eo qui cogno. consanguin. vxo. suæ. Dixi igitur ly a fortiori: quia si matrimonium sequens dirimit affinitati simile. i. publicæ honestatis iustitia secundum Innocentium sic; tanto magis, secundum eundem, affinitas propriè dicta, & consanguinitas. Facit hoc etiam ad art. 4. confirmandum. Quoniam uero affinitatem ex concubitu illicito etiam contrahi, & matrimonium dirimere insinuat Papa ille; & nunc iuxta gradus aliter dirimit, quam antè: ideo de hoc notanda sunt uerba Concilij Trid. sess. 24. c. 4. de reform. quæ sunt hæc Sancta Synodus grauissimis de causis adducta impedimentum, quod propter affinitatē ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo, & secundo gradu coniunguntur, restringit: in vlterioribus vero gradibus, statuit huiusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere. Hæc ibi. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto coniugum affinium, vel consanguineorum semper esse dirimendum insinuant, & intelligas, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Affin. ex illicito concubitu qñ dirimat.

2

3

---

SVP. Q. LXXXVI. Aliàs 55. Art. x.

CONCL. Matrimonium accusatur, quādo propter ignorātiam impedimenti æstimatur legitimum, quod est illegitimum.

229

¶ PROB. Quia sicut homo quandoque accusatur; ne reputetur innocēs, qui in culpa est; ita & factum ipsum hominis accusari potest, ne reputetur licitum quod est illicitum.

¶ NOT. Adde ex supradictis ar. 9. quòd accusare huiusmodi matrimoniū est opus charitatis: quoniam est impedire peccatum mortale, immo & statum in peccato mortali, & tanto magis charitatis op* est, quanto ipse status in tali matrimonio reputabat bonus ex ignorantia alicuius circunstantiæ, quæ ipsum illicitum reddit.

Charitatis opus.

*Li. 4. Sēt. d. 41. §. G. ex Decre. 35. q. 6. capit. 1.

1ᵐ de maiori.

Accusatione. ℞. Personæ de crimine: non autem facti. §. Tunc &c. Nam in proposito accusatur factum: licet persona quandoque a crimine libera credat, puta quando ex ignorantia inuincibili taliter cōiugata est Ideo obligatio ad pœnam talionis in tali accusatione non habet locum: ut patet in textu.

* in Decretal. lib. 4. titu. 18. c. 1.

2ᵐ illatio conclusionis. Ergo &c.

* Calixtus I. epist. 2. c. 4 & Augusti. lib. 5. de Ciuit. Dei. c. 10.

℞. Negatur illatio. §. Nam de causa matrimonij accusanda, & de accusationibus aliarum rerum non est eadē ratio. Alias. n. res possunt scire, & forsan melius, extranei: & ideo ad accusa-

## ARTICVLVS X.

*Vtrum ad separationem matrimonii contracti inter affines, & consanguineos sit procedendum per viam accusationis.*

AD DECIMVM sic procedit. Videtur quòd ad separationē matrimonii quod est inter affines, & consanguineos contractum, non sit procedendum per viam accusationis quia accusationem præcedit inscripto, quia aliquis se ad talionem obligat, si in probatione defecerit, sed hæc nō requiruntur quando de matrimonii separatione agitur, ergo ibi locum non habet accusatio.

¶ 2 Præt. In causa matrimonii audiuntur solum propinqui, vt in litera * dicitur: sed in accusationibus audiuntur etiam extranei, ergo in causa separationis matrimonii non agitur per viam accusationis.

¶ 3 Præt. Si matrimonium accusari deberet, tunc præcipue hoc esset faciendum, quādo minus difficile est, quod separetur, sed hoc est quando sunt sponsalia tantū contracta, non autem tunc accusatur matrimoniū, ergo numquam de cætero debet fieri accusatio.

¶ 4 Præt. Ad accusandum non præcluditur via alicui per hoc, quod nō statim accusat, sed hoc fit in matrimonio, quia * si primo taceat quando matrimonium contrahebatur, non potest postea matrimoniū accusare quasi suspectus, ergo &c.

SED CONTRA. Omne illicitum potest accusari: sed matrimonium affinium, vel consanguineorum est illicitum ergo de eo potest esse accusatio.

RESPON. Dicendum, quod accusatio ad hoc est instituta, ne aliquis sustineatur innocens, qui culpam habet: sicut autem ex ignorantia facti contingit quòd aliquis homo reputatur innocens, qui in culpa est, ita ex ignorantia alicuius circunstantiæ contingit, quòd aliquod factum reputatur licitum quod est illicitum; & ideo sicut homo accusatur quandoque, ita & factum ipsum accusari potest, & sic matrimonium accusatur quando propter ignorantiam impedimenti æstimatur legitimum, quod est illegitimum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obligatio ad pœnam talionis habet locum, quādo accusatur persona de crimine: quia tunc agitur ad punitionem eius sed quando accusatur factum, tunc non agitur ad pœnam facientis, sed ad impediendum quod est illicitum: & ideo in matrimonio accusator non se obligat ad aliquam pœnam, sed talis accusatio potest, & verbis, & scripto fieri, ita quòd exprimatur, & persona accusans matrimoniū quod accusatur, & impedimentum propter quod accusatur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd * extranei non possunt scire consanguinitatem, nisi per consanguineos, de quibus probabilius est quòd sciant. Vnde quando ipsi tacent, suspitio habetur contra extraneum, quod ex maleuolentia procedat, nisi per consanguineos probare voluerit, vnde repellitur ab accusatione quando sunt cōsanguinei, qui tacent, & per quos probare non potest, sed consanguinei quantūcunq; sint propinqui, non repelluntur ab accusatione, quando accusatur matrimonium propter aliquod impedimentum, quod impedit contrahendum, & dirimit contractū, sed quando accusatur ex hoc, quòd dicitur non fuisse contractum, tunc parentes tanquam suspecti sunt repellendi, nisi ex parte illius, qui est inferior dignitate, & diuitiis, de quibus probabiliter æstimari potest, quòd libenter vellet, quòd matrimonium staret.

AD TERTIVM dicendum, q

cusationem admittuntur. Sed circa matrimoniū hoc speciale extranei nō possunt scire cōsanguinitatem, nisi per consanguineos; de q b. probabilius est, q sciāt. Vnde quando ipsi, &c. vt in textu.

¶ NOT. Aduerte diligenter diuersitatē casuum, in quibus admittuntur propinqui, vel repelluntur ab accusatione matrimonij, nè decipiaris. Et scito, Celestinū III. fauere huic dicto literæ, quòd scilicet parentes tanquam suspecti repelluntur qñ accusatur matrimoniū ex hoc, quod dicitur non fuisse contractum. Tūc autem fauere videtur huic, quando ait. Propter eorum confessionem tantū separari non debent: cum & quandoque nonnulli inter se contra matrimoniū velint colludere, & ad confessionem incestus facile prosilirent, si suo iudicio crederent per iudicium ecclesiæ concurrendum. Hæc ille; de eo qui cogno. cōsanguin. vxor. suæ. Sup eo. Vbi per ly eorum cōfessionem intelligit confessionem, vtriusq; coniugis accusantis, matrimonium inter se non fuisse contractum. Ex consequenti ergo, cum propinquissimi repellantur in tali casu a Papa, vt a simili: q & parentes in tali casu, secūdum eundem, repelli debeant; ut in textu.

*Decr. 35. q. 6. c. 2.

3ᵐ de maiori.

Tunc pcipuè hoc esset faciendum. ℞. Si fieri posset. §. Tunc &c. Nā si matrimoniū nondum est contractū, sed sponsalia tantum, non potest &c. ut in textu.

¶ Not.

¶Not. Confirmatur hæc doctrina textus responsionis, scilicet quod non est non potest accusari, &c. per Papam Innocentiũ III. de desponsation. impuber. ad dissoluendum, &c. Pronunciauimus inter iuuenem, & puellam nec matrimonium nec sponsalia fuisse contracta. Quocirca nec accusatio locum habebat; cum non esset, quod posset legitime accusari. Denunciari tamen poterat cõsanguinitas: vt interdiceretur matrimonium contrahendum. Hæc ille.

4^m maior. Ad accusandum non præcluditur via alicui per hoc, quòd non statim accusat. ℞. Si ipsum non statim accusare non reddat eum suspectum: non autem, si reddat. §. Tunc &c. Nã ille, qui tacuit primo, quandoque auditur postea, si uelit matrimonium accusare, quandoque &c. vt in textu.

* li. 4. decr. tit. 18. c. cũ in tua.

* Al. distinguendum. c. præterea c. cũ in tua ext. de spõsalib. li. & c. de eo qui cognouit con. sang. vxoris suæ.

si matrimonium nõdum est contractum, sed sponsalia tantum, non potest accusari, quia non accusatur, quod non est, sed potest denunciari impedimẽtum, ne matrimonium contrahatur.

Ad quartum dicendum, quòd ille, qui tacuit primo, quandoque auditur postea, si velit matrimoniũ accusare, quandoque repellitur, quod patet ex Decret.* quæ sic dicit. Si post contractum aliquis accusator appareat, cum non prodierit in publicum, quando secundum consuetudinem in ecclesia debebatur, vtrum vox suæ accusationis debeat admitti, meritò quæri potest. Super quo* respondemus, quòd si tempore denunciationis præmissæ, is, qui iam cõiunctos impedit, extra diœcesim existebat, vel aliàs denunciatio non potuit ad eius deuenire notitiam, vt puta, si nimiæ infirmitatis feruore laborabat, seu sanæ mentis patiebatur exiliũ, vel in annis erat tam teneris constitutus, quòd ad comprehensionem talium eius ætas sufficere non valebat, seu alia causa legitima fuerit impeditus, eius accusatio debet audiri, alioquin tãquam suspectus, est proculdubio repellendus, nisi firmauerit iuramentum quod post didicerit ea, quæ obiecerit, & ad hoc ex malitia non procedat.

## APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum ab Alexandro Papa, quòd ad separationem matrimonij inter affines & consanguineos est procedẽdum per viam accusationis: & sic. Multorum relatione cognouimus te propriam velle abijcere uxorem prætendentem consanguinitatis occasionẽ. Vnde Apostolica authoritate interdicendum mandamus tibi: ut hanc, quam nunc habes vxorem nullatenus præsumas dimittere; donec apud Episcoporum religiosorum concilium causam iustam examinaueris. Hæc ille. 35. q. 6. Item ab Innocentio Secundo. In huiusmodi casibus summopere consideranda est qualitas personarum, quæ aliquid contra quoslibet astruere uelint; quæ etiã iusiurandum præstare debent, quòd neque gratia, neque precio, uel timore, vel odio alicuius hoc dicunt contra eos, de quibus agitur, sed potius quia credant ita uerum esse, & ita se a suis antecessoribus audiuisse; in quibus omnibus non debet aliqua varietas, vel contrarietas, inueniri. Hæc ille ibid. ca. de parentela illa vnde. Itẽ a Fabiano Papa. Consanguineos extraneorum nullus accuset, uel consanguinitatem in Synodo computet: sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, i. pater, mater, soror, frater, patruus, auunculus, amita, matertera, & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus, & veracioribus, quibus eadẽ propinquitas nota sit Episcopus canonice pquirat; & si inuenta fuerit propinquitas, separentur. Hæc ille ibid. Item a Concilio Vrbani Papæ. Si duo uiri, uel tres consanguinitatem iure iurando firmauerint, uel ipsi forte confessi fuerint coniugia dissoluantur. Si uerò neutrum contigerit: Episcopi eos per baptismũ, per fidem Christi, per Christi iudicium in uera obedientia obtestentur; quatenus palam faciant, utrum se (sicut est fama) recognoscant esse consanguineos; si negauerint, sibupsis, relinquendi sunt. Hæc illud ibid. Item a Clemente III. A nobis est quæsitũ: utrum aliqui super accusatione matrimonij, nihil uoce propria depromentes, debeant per solam chartulæ conscriptionem admitti. Ad hæc respondemus; quòd in talibus, nisi quantum ad præsumptionem, nullius momenti est conscriptio quò ad sententiam proferendam: nisi alia legitima adminicula suffragentur. Hæc ille: qui matrimon. accusar. poss.

Vtilitas Ecclesiæ Dei.

¶Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto per accusationem matrimonium consanguineorum, ac affinium, separandum insinuant, & intelligas, & defendas.

¶Tertiò uides: quomodo ex is vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. LXXXVI. Aliàs 55. Art. XI.

Concl. 1. In hac causa matrimonij dirimendi oportet quòd per testes veritas pateat?

¶Prob. Quia sic fit in alijs causis.

¶Concl. 2. In causa hac matrimonij dirimendi multa specialia inueniuntur.

¶Prob. Quia iuristæ hoc dicunt.

¶Not. Quæ sint illa specialia patet i tex. Hoc dictum iuristarũ, de quo probatio, recitatur 35. quæst. sexta, in glo. c. Consanguineos: vbi & allegantur diuersa iura Põtificia per singula ferè; ideo sufficiat uidere ibi. Item. Ad iuramentum calumniæ, de quo in tex. quinque requiruntur, scilicet quòd iuret, se credere, bonã causam habere; Secundo quòd interrogatus non negabit, quod uerum esse credit; Tertio quòd non utetur scienter falsa probatione; Quarto quòd dilationem non petat in fraudem; Quinto quòd non dedit, nec dabit, nec promisit, nec promittet, aliquid pro hac causa, nisi illis personis, quibus leges date permittunt ex glo. c. 1. de iura. cal.

## ARTICVLVS XI.

*Vtrum ad separationem matrimonii contracti inter affines & consanguineos procedi debeat per testes.*

Ad vndecimvm sic proceditur. Videtur quòd in tali causa non sit procedendum per testes, sicut in aliis causis, quia in aliis causis adducuntur ad testificãdum quicumque sunt omni exceptione maiores, ergo &c.

¶ 2 Præt. Testes suspecti de priuato odio, vel amore, a testimonio repelluntur, sed maxime possunt propinqui esse suspecti de amore respectu vnius partis, & odio ad partem alteram, ergo non est audiendum eorum testimonium.

¶ 3 Præt. Matrimonium est fauorabilius, quàm aliæ causæ, in quibus de rebus pure corporalibus agitur: sed in illis non potest idem esse testis, & accusator, ergo in matrimonio videtur quòd non cõuenienter in causa ista per testes procedatur.

Sed contra. Testes inducuntur causis, ut sup his, de quib. dubitatur fiat iudici fides, sed ita facienda est iudici fides in causa ista, sicut in aliis causis, quia non debet præcipitare sententiam de eo, quod nõ constat, ergo procedendum est hic ex testibus, sicut in aliis causis.

Respon. Dicendum, quòd in hac causa oportet quòd per testes veritas pateat, sicut & in aliis, tamen vt iuristæ dicunt in hac causa multa specialia inueniuntur, scilicet quòd idem potest esse accusator, & testis, & quòd non iuratur de calumnia cum sit causa quasi spiritualis, & quòd consanguinei admittuntur ad testificandum, & quòd non obseruatur omnino ordo iudiciarius, quia denunciatione facta, contumax potest excommunicari lite non contestata, & valet hoc testimonium de auditu, & post publicationem testium testes possunt induci; & hoc totum est vt peccatum impediatur, quod in tali coniunctione esse potest.

Et per hoc patet solutio ad obiecta.

1^m conclusionis illatio. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. si scilicet ly quicumque, quòd ponitur in antecedente, sumatur uniuersaliter: non autem, si sumatur in genere propinquorum, aut ab eis scientium. Non enim omnes absolutè admittuntur, qui sunt exceptione omni maiores, sed tantum illi omni exceptione maiores, de quibus articu. decimo, in ad secũdum, & quartum, & app.

2^m de minori. Possunt propinqui esse suspecti. ℞. Et tunc non admittuntur, quando de suspectione probabiliter constat. § pro quo vide articu. decimo, in ad secundũ, & ad quartum, & in appen. notando, quòd cum iuramento potest huic suspicioni prouideri.

3^m de maiori. Fauorabilius. ℞. Immo quia fauorabilius est: ideo argumen. confirmat propositum nostrum. §. ut ex tex. corp. colligitur.

QVAEST.

## APPENDIX.

Vtilitas Eccles. Dei.

EX art. habes primò: quomodo per rationem ostendas merito insinuari ab Eugen. III. quòd in dirimendis matrimonijs inter affines & consanguineos cōtractis procedi debeat per testes: & sic. Quotiens aliqui propter cognationem propinquitatis separari petuntur; duobus vel tribus testibus adhibitis, qui de eadem consanguinitate superfint; vel totidem senioribus, & melioribus loci eiusdem, id debet legitimè comprobari. Hæc ille: de testibus, & attestationibus. Item ab Alexand. III. ibid. super eo, &c. An mulier coniungenda non sit viro pro eo, quòd sola mater alterutrius eos esse consanguineos confitetur. Respondemus, quòd si non est formatum matrimonium inter eos, matre asseuerante ipsos esse consanguineos, non debent coniungi; quia præsumptio est non modica, quòd se linea consanguinitatis attingant. Si verò matrimonium est firmatum: non debet sine plurium iuramento dissolui. Hæc ibi, item specialiter de iuramento calumniæ ab Honor. III. sic insinuatum. Literas, &c. Roman. ecclesia in his casib. in quibus de ecclesijs, decimis, & rebus spiritualibus, tantum agitur iusm calumniæ nec dare, nec recipere consueuit: eo quòd tales causæ non ex legum districtione, sed ex canonum æquitate finem debitum sortiuntur. Canones autem iusm calumniæ in hmôi causis nulli prorsus indicunt. Hæc ille de iura. cal. Quod verò matrimonii sit causa quasi spiritualis (ut hic Honor. de talibus loquitur) patet, quia ad ecclesiasticos iudices pertinet. Pro qua re vide ar. 10. not. post ad secundum, & ar 9. no. secunda, post ad tertium, ibi per Cœlestin. Papam hoc ipsum edocetur ex ly suo iudicio crederent per iudicium ecclesiæ concurrendum, & ex ly sit ab vxore sua iudicio ecclesiæ separandus. Quæ, & consequenter S. Thom. dictum præmissum, confirmantur a Concil. Trid. sess. 24. cano. 12. Si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad iudices ecclesiasticos, Anathema sit. Hæc ibi. Item ex ar. 10. appen. multa ad hunc locum facientia mutuare potes. Secundo habes: quo per rōnem prædicta patrum, pro quanto testes adhibendos pro dissolutione talis illiciti matrimonij insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quo ex ijs vicissim doctrina præsens hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

### SVP. Q. LXXXVII. Aliàs 56. Art. 1.

CONCL. 1. Sicut carnalis cognatio impedit matrimoniū: ita spiritualis ex ecclesiæ statuto.

¶ EXAMEN. Ly ex ecclesiæ statuto. Hoc cadit super cognationem spiritualem magis, quā cognationem carnalē: si ecclesiæ statutū præcisè accipiatur. Nā consanguinitas de iure naturali impedit; & affinitas cognatio carnalis, vltra statutum ecclesiæ, de iure naturali & diuino est quæst. 54. artic. 3.

¶ PROB. Quia sicut vinculum, quod ex carnis propagatione contrahitur, est homini naturale, inquantum est res quędam naturæ; ita vinculum quod cōtrahitur ex sacramentorū susceptione, est aliquo modo naturale alicui, inquantum est membrum ecclesiæ.

231 S. Th. 4. di. 42. q. 1. a. 1. & se. Cōc. Tri. ses. 24. de refor. mat. c. 2.

¶ CONCL. 2. Spiritualis cognatio si præcessit, impedit matrimonium contrahendū, & dirimit contractum: si sequitur, tunc non dirimit vinculum matrimonij.

¶ EXAMEN. Ly vinculum matrimonij. Hoc dicitur ad differentiam matrimonialis actus: de quo in sequentib. conclusionibus immediate satisfiet.

¶ PROB. Quia relinquitur clara, quò ad vtrāque partē, ex prædictis de suo simili, i. cognatione carnali. q. 54. art. 3. & 4. & q. 55. ar. 6.

¶ CONCL. 3. Spiritualis cognatio sequēs post matrimonium, si inducitur causa necessitatis non impedit actum matrimonij, neque ex parte uiri, neque ex parte mulieris.

¶ PROB. Quia, ut clara, præsupponitur.

¶ NOT. Ratio huius esse videtur; quia necessitas eiusmodi, sicut accipit textus, non habet legem.

¶ CONCL. 4. Si cognatio spūalis sequens post matrimonium inducitur ex ignorantia extra casum necessitatis; tunc, si ille ex cuius actu inducitur diligentiam debitā adhibuit, ex neutra parte impedit actum matrimonij.

¶ PROB. Quia præsupponitur clara.

¶ COROL. Ergo ignorantia post debitam diligentiam ad aliquid sciendum, uel inueniendum, uel &c. excusat a peccato. De quo vide 1. 2. q. 76. ar. 3. & 4.

¶ CONCL. 5. Si cognatio spiritualis ex industria contingat extra casum necessitatis; tunc ille, ex cuius actu inducitur, amittit ius petendi debitū: sed tñ debet reddere, si petatur.

¶ PROB. 1. Quia patet. Secunda autē pars, s. sed tñ &c. probatur. Quia ex culpa vnius cōiugis non debet alius innocens aliquod huiusmodi impedimētum reportare.

¶ NOT Pars prima meritò patere dicitur: quia dolus & fraus nemini debent patrocinari.

1^m de maiori.

Alicui bono. ß. Saltem secundario. §. Tunc nihil &c. Nam quamuis spiritualis cognatio nō impediat aliqđ de principalibus bonis, &c. ut in textu.

---

# QVAEST. LXXXVII. Aliàs 56.

*De impedimento cognationis spiritualis, in quinque articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de impedimento cognationis spiritualis.

Circa quod quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum spiritualis cognatio matrimonium impediat.

¶ Secundò, Ex qua causa cōtrahať.

¶ Tertiò, Inter quos.

¶ Quartò, Vtrum transeat a viro in vxorem.

¶ Quintò, Vtrum transeat ad filios carnalis patris.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum spiritualis cognatio impediat matrimonium.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod spiritualis cognatio, matrimonium non impediat. Matrimonium enim non impedit, nisi quod contrariatur alicui bono matrimonii, sed spiritualis cognatio non cōtrariať alicui bono matrimonii, ergo non impedit matrimoniū.

¶ 2 Præt. Impedimentum perpetuum matrimonii, non potest stare simul cum matrimonio, sed cognatio spiritualis stat simul aliquando cum matrimonio, vt in litera dicitur, sicut cum aliquis in casu necessitatis filium baptizat, quia tunc fit vxori suę spirituali cognatione coniunctus, nec tamen matrimonium separatur, ergo spiritualis cognatio matrimonium non impedit.

¶ 3 Præt. Vnius spiritus, non transit in carnem, sed matrimonium est carnalis coniunctio, ergo cum cognatio spiritualis sit vnio spiritus, non potest transire ad matrimonium impediendum.

¶ 4 Præt. Contrariorum non sunt iidem effectus, sed spiritualis cognatio videtur esse contraria disparitati cultus, cum spiritualis cognatio sit propinquitas proueniens ex datione sacraméti, vel intentione ad idē, disparitas autē cultus consistit in sacramenti carētia, vt prius dictū est, cū ergo disparitas cultus matrimoniū impediat, vř quod spiritualis cognatio, non habeat hunc effectum.

SED CONTRA, Quanto aliqđ vinculum sanctius est, tanto magis est custodiendum, sed vinculum spirituale est sanctius, quam corporale: cum ergo vinculum propinquitatis corporalis matrimonium impediat, videtur etiam quod cognatio spiritualis idem faciat.

¶ Præt. in matrimonio coniunctio animarum est principalior, quam coniunctio corporum, quia præcedit ipsam, ergo multo fortius spiritualis cognatio matrimonium impedire potest, quam carnalis.

RESPON. Dicendum, quod sicut per carnalem propagationē homo accipit esse naturæ, ita per sacramenta accipit esse spiritualis gratiæ, vnde sicut vinculum, quòd ex carnis propagatione contrahitur, est homini naturale inquantū est res quędam naturæ, ita vinculum quod cōtrahitur ex sacramentorū susceptione, est aliquo modo naturale alicui, inquantum est membrum ecclesiæ; & ideo sicut carnalis cognatio impedit matrimonium, ita spiritualis ex ecclesiæ statuto. Tamen distinguendum est de spirituali cognatione, qa aut præcessit matrimonium: vt sequitur: si præcessit impedit contrahendum, & dirimit contractum: si sequitur, tunc nō dirimit vinculum matrimonii. Sed quātum ad actum matrimonii est distinguendū, quia aut spiritualis cognatio inducit cau sa necessitatis, sicut př baptizat filiū in articulo mortis: & tunc non impedit actū matrimonii ex neutra parte, aut inducit extra casum necessitatis ex ignorantia, & tunc si ille, ex cuius actu inducitur, diligentiā adhibuit, est eadem ratio sicut, & de primo, aut ex industria extra casum necessitatis, & tunc ille, ex cuius actu inducitur, amittit ius petendi debitum, sed tamen debet reddere si petatur, quia ex culpa eius non debet aliquod incommodum alius reportare.

AD PRIMVM ergo dđm, q quāuis spūalis cognatio nō impe-

impediat aliquod de principalibus bonis matrimonii, tamen impedit aliquod de secundariis bonis, quod amicitiæ multiplicatio, quia spiritualis cognatio, est sufficiens ratio amicitiæ per se: vnde oportet, quod ad alios per matrimonium familiaritas, & amicitia quæratur.

Ad secvndvm dicendum, quod matrimonium est vinculum perpetuum, & ideo nullum impedimentum superueniens potest ipsum dirimere, & sic quandoq; contingit, quòd matrimonium, & matrimonii impedimentum stant simul; non autem si impedimentum præcedit.

Ad tertivm dicendum, quòd in matrimonio nō est tantum coniunctio corporalis, sed etiam spiritualis: & ideo propinquitas spiritus ei impedimentum præstat, sine hoc quod propinquitas spiritualis transire debeat in carnalem.

Ad qvartvm dicendum, quòd non est inconueniens, quod duo contraria adinuicem cōtrarientur eidē, sicut magnum, & paruum æquali: & sic disparitas cultus, & spiritualis cognatio matrimonio repugnant, quia in vno est maior distantia, in altero maior propinquitas, quàm matrimonium requirat: & ideo ex vtraq; parte matrimonium impeditur.

2m de maiori. Impedimentum. ℞. Præcedens: non, subsequens. §. Tunc &c. Nam quādo aliquis coniugum in casu necessitatis filium baptizat, tunc impedimentum subsequitur matrimonio.

¶Examen. Ly impedimentum matrimonij. Quando impedimentum hoc sequens est: dicitur proprie impedire, quādo impedit, actum matrimonij: nō autem ipsum vinculū. Non enim dirimit vinculum eius, vt dicitur in secūda conclusione: sed circa actū eius versatur, vt in tribus conclusionibus vltimis.

Vnde ly matrimonij, accipitur pro actu eius. Quasi dicatur in textu; quandoque contingit; quod matrimonium, & impedimentū actus matrimonij, stant simul.

3m de minori. Carnalis. ℞. Et spiritualis. §. Tunc &c. Nam ex eo, quòd matrimonium est spiritualis coniunctio, fit: quòd propinquitas spiritus, & impedimentum præstat, sine hoc, &c. vt in textu.

4m maior. Contrariorum non sunt ijdem effectus. ℞. Secundum idem sumptorum: non, secundum diuersa. §. Tunc nihil &c. Licet enim disparitas cultus, & spiritualis cognatio, sint contraria (ut arguitur:) tamen vtræque faciunt eundem effectum secundum diuersas considerationes, idest, vtræque repugnant matrimonio, vna ratione maioris distantiæ, altera ratione maioris propinquitatis, quam matrimonium requirat.

## APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei.

Ex articu. habes primò, quomodo per rationem ostendas: meritò dictum fuisse a Bonifacio VIII. sic. Cognationem spiritualem in baptismo contrahi iure constat; quæ cognatio & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit post contractum. Hæc ille de cognation. spiritual. in sexto. Nedum inter. Item ab Alex. III. Si vir, vel mulier scienter, vel ignoranter filium suum de sacro fonte susceperit: an propter hoc separari debeant? Nobis videtur: qđ siue ex ignorantia, siue ex malitia id fecerint, non sunt ab inuicem separandi: nec alter alteri debitum debet subtrahere; nisi ad continentiam seruandā possint induci. Quia, si ex ignorantia id factū est, eos ignorantia excusare videtur: si ex malitia, eis sua fraus nō debet patrocinari, uel dolus. Hæc ille de cognation. spiritual.

Vbi vides; quod faciat illa cognatio superueniens. Item a Concil. Magontiēsi 30. q. 1. de eo quod. Si filiam, aut commatrem suam aliquis in coniugiū duxerit, separandos esse iudicamus, & graui pœnitentia plectendos. Si autem coniuges legitimi, unus, aut ambo ex industria fecerint, ut filium suum de fonte susciperent: grauius pœnitentia insidiatori iniungatur, & simul maneant; & si præuaricator coniugij superuixerit, sine spe coniugij maneat. Hæc ibi. Illa autem grauis pœnitentia præter cætera, est non posse exigere debitum.

Item a Ioanne Papa ibidem. Ad limina &c. Si supradictus genitor filium suum corpore morientem in extremo vitæ suæ positum, nec dum baptismatis vnda lotum, absentia scilicet sacerdotum, nimia necessitate cogente baptizauit.

Nos inculpabile, quod necessitas intulit, iudicamus: & idcirco suæ uxori sibi iam olim legitimè sociatæ impunè quamdiu vixerit, iudicamus manere coniunctum. Hæc ibi. Secundò habes: 2 quomodo per rationem prædicta patrum pro quanto, de cognatione spirituali talia sentiunt, & intelligas, & defendas. Tertiò 3 vides quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc & declaretus, & consolidetur.

---

## ARTICVLVS II.

*Vtrum per solum baptismum spiritualis propinquitas contrahitur.*

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur, quod per solum baptismū spiritualis propinquitas contrahatur. Sicut. n. sed habet corporalis cognatio ad corporalem generationē, ita spiritualis ad spiritualem: sed solus baptismus dr spiritualis generatio, ergo per solum baptismum, contrahitur spiritualis cognatio, sicut & per solam generationem carnalem carnalis cognatio.

¶ 2 Præt. Sicut in confirmatione imprimitur character, ita in ordine, sed in susceptione ordinis non sequitur spiritualis cognatio, ergo nec ex cōfirmatione, & sic solū ex baptismo.

¶ 3 Præt. Sacramenta sunt digniora sacramentalib. sed ex quibusdam sacramētis spiritualis cognatio non sequitur, sicut patet in extrema vnctione, ergo multo minus ex catechismo, vt quidam dicunt.

¶ 4 Præt. Inter sacramentalia baptismi multa alia præter catechismum numerantur, ergo ex catechismo non magis contrahitur spiritualis cognatio, quam ex aliis.

¶ 5 Præt. Oratio non est minus efficax ad promouendum in bonum, quam instructio, vel catechizatio, sed ex oratione non contrahitur spiritualis cognatio, ergo nec ex catechismo.

¶ 6 Præt. Instructio, quæ fit baptizatis per prędicationem, non minus valet quam illa, quæ fit nondum baptizatis, sed ex prædicatione nō contrahitur aliqua cognatio spiritualis, ergo nec ex catechismo.

Sed contra, Primæ Cor. 13. in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui, sed spiritualis generatio causat spiritualem cognationē, ergo ex prædicatione Euangelii, & instructione fit spiritualis cognatio, & non solum ex baptismo.

¶ Præterea. Sicut per baptismum tollitur peccatum originale, ita per pœnitentiam actuale, ergo sicut baptismus causat spiritualem cognationem, ita & pęnitentia.

¶ Præterea, Pater nomen cognationis est, sed per pœnitentiam, & doctrinam, & curam pastoralem, & multa huiusmodi, aliquis dicitur alteri spiritualis pater; ergo ex multis aliis præter baptismum, & confirmationem spiritualis cognatio contrahitur.

Resp. Dicendum, quòd circa hoc est multiplex opin. quidam dicunt, quòd spiritualis regeneratio sicut p septiformem Spiritussancti gratiam datur, ita per septē efficitur;

SVP. Q. LXXXVII. Aliàs 56. Art. II.

232 Concl. 1. Spiritualis cognatio, per baptismum, & confirmationem tantum cōtrahitur: ita quod & impediat contrahendum, & dirimat contractum.

¶Prob. 1. Quia hæc opinio est cōmunior.

1 Quia sicut cognatio carnalis nō contrahitur, nisi per actum generationis completū: ita spiritualis cognatio nō contrahitur nisi per spiritualem generationem, (patet ex ad primum.)

¶Not. Licet confirmatio non dicatur proprie spiritualis generatio, sed solum baptismus: tamē, inquantum assimilatē natiuitati ex vtero, (ut i ad primū,) sub spirituali generatione cointelligit, quasi per quandam extensionem, in immediatè pręmissis verbis.

¶ Præcedens probatio licet tempore sancti Thomæ opinio fuerit: tamen post a sede Apostolica firmata est, tanquam veritas determinata, ut in appen. sequent.

¶Concl. 2. De catechismo quidā dicūt, quod est debile impedimentum.

¶Examen. Ly quidam dicunt. Videlicet bene. Post sanctū Thomam dictum illorū (vt in appen.) a sede Apostolica firmatum est. Vnde cōclusio hæc nō amplius tenetur, ut quidam dicunt, idest opinatiue: sed determinatē, tanquam veritas absoluta.

¶Prob. Quia catechismus impedit contrahendum, sed non dirimit matrimoniū contractum.

Pri-

incipiendo a primo pabulo salis sacrati vsq; ad confirmationem p episcopum factam, & per quodlibet horum septẽ spiritualis cognatio contrahitur. Sed illud non vr̃ rationabile, quia cognatio carnalis non contrahitur nisi per actum generationis cõpletum, vnde etiã affinitas nõ contrahitur, nisi facta commixtione seminum, ex qua põt sequi generatio carnalis: spiritualis autem generatio non perficitur nisi p aliquod sacr̃m, vnde non videtur conueniens, quòd spiritualis cognatio cõtrahatur, nisi per aliquod sacr̃m. Et ideo alii dicũt, quòd per tria tantum sacraméta spiritualis cognatio contrahitur. s. per catechismum, baptismum, & confirmationem. Sed isti propriam vocem vidétur ignorare, quia catechismus non est sacramentum, sed sacramentale. Et ideo alii dicunt, quòd tantum per duo sacramenta contrahitur. s. per confirmationem, & baptismum, & hæc est opinio communior, tamẽ de catechismo horum quidam dicunt, quòd est debile impedimentũ, quia impedit cõtrahendum, sed non dirimit contractum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd duplex est carnalis natiuitas. Prima in utero, in qua adhuc, quod natum est, est adeo debile, quòd non possit extra exponi sine periculo, & huic natiuitati assimilatur regeneratio per baptismum, in quo regeneratur aliquis adhuc quasi fouendus intra vterum ecclesiæ. Secũda est natiuitas ex vtero, quando iam qđ natum erat in vtero, tãtum roboratum est, quod potest sine periculo exponi exterioribus quæ nata sunt corrumpere, & huic assimilatur confirmatio, per quam homo roboratus exponitur in publicum ad confessionẽ nominis Christi: & ideo cõgruẽ per vtrumq; istorũ sacramentorum contrahitur spiritualis cognatio.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ per ordinis sacramentum nõ fit alia regeneratio, sed quædam promotio potestatis, & propterea mulier non suscipit ordinem, & sic non potest aliquod impedimentũ præstari matrimonio: & ideo talis cognatio non computatur.

AD TERTIVM dicendum, quòd in catechismo fit quædam professio futuri baptismi, sicut in sponsalib. contrahitur quidam sponsio futurarum nuptiarũ; vñ sicut in sponsalibus contrahitur quidam modus propinquitatis, ita in catechismo ad minus impediens cõtrahẽdũ, vt qdã dicunt, non tñ in sacramentis aliis.

AD QVARTVM dicendũ, ꝙ talis professio fidei nõ fit in aliis sacramentalibus baptismi, sicut in catechismo, & ideo non est similis ratio.

Et similiter dicendum ad quintum de oratione, & ad sextum de prædicatione.

AD SEPTIMVM dicendum, ꝙ Apostolus eos ad fidem instruxerat per modum catechismi, & sic illo modo talis instructio habebat ordinem ad spiritualem.

AD OCTAVVM dicẽdum, quod per sacramentum pœnitentiæ non contrahitur, proprie loquendo spiritualis cognatio: vnde filius sacerdotis potest contrahere cum illa, quam sacerdos in confessione audiuit, aliàs filius sacerdotis non inueniret in tota parochia mulierem, cum qua contrahere posset; nec obstat quod per pœnitentiam tollitur peccatũ actuale, quia hoc non est per modum regenerationis, sed magis per modum sanationis. Sed tamen per pœnitentiam contrahitur quoddam fœdus inter mulierem, & sacerdotem confitentem, spirituali cognationi simile: vt tantum peccet eam carnaliter cognoscens, ac si esset spiritualis filia, & hoc ideo quia maxima familiaritas est inter sacerdotem, & confitentem; & ob hoc ista prohibitio est inducta, vt tollatur peccandi occasio.

AD NONVM dicendum, quòd pater spiritualis dicitur ad similitudinem patris carnalis: pater autẽ carnalis, vt Philosoph. dicit in 8. Ethicor.* tria dat filio, esse, nutrimentum, & instructionem: & ideo spiritualis pater aliquis alicuius dicitur ratione aliquorum horum trium: tamen ex hoc quod est spiritualis pater, non habet spiritualem cognationem, nisi conueniat cum patre, quantum ad generationem, p quam est esse: & sic etiam potest solui octauum, quod præcessit.

AR-

* li. 8. c. 11. & 12.

**1m de maiori.** Corporalem generationem. ℞. Nõ tantum in utero: sed etiã ex utero. §. Tunc nihil &c. Nam licet solus baptismus sit spiritualis regeneratio, tanquam correspondens generationi corporali in utero: tamen confirmatio assimilatur generationi corporali ex vtero, vt in textu.

**2m de maiori.** Ita. ℞. Quantum ad impressionem characteris: non quantũ ad regenerationem quandam. §. Tunc &c. Nam ideo in susceptione ordinis nõ fit spiritualis cognatio, & in baptismo fit; propterea quòd baptismus est regeneratio (ordo autẽ non. In susceptione. n. ordinis nõ fit alia generatio, sed quædam ꝓmotio potestatis, &c. vt in tex.

**3m illatio conclusionis.** Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nã in extrema vnctione non fit professio futuri baptismi; in catechismo autẽ fit ista professio, sicut in spontalibus qdam sponsio, &c. vt in tex.

¶ COROLL. Ergo spiritualis cognatio nõ fit in catechismo, eo quia ipse sit sacramẽtum, vel sacramentale quomodocumque: sed quia est sacramentale tale. i. ꝓfessio existens futuri baptismi. Ergo uis causandi spiritualem cognationem non stat in esse digniori, puta in esse sacramentum (demptis duobus in 1. conclusione positis) sed stat in esse profitendi prædicto. Ergo argm̃ cõmittebat fallaciam secundũ non causam, ut causam.

**4m de antecedente.** Multa alia. ℞. In quib. non fit talis professio fidei, sicut in catechismo. §. Tunc nihil, &c. vt patet.

**5m de maiori.** Oratio non est minus efficax. ℞. Et cum hoc nõ est professio quædã futuri baptismi. §. Tũc nihil &c. vt patet ex ad tertium, & corollario.

**6m illatio conclusionis.** Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam instructio, quę fit baptizatis per prædicationẽ, nõ dicit quãdã ꝓfessionẽ futuri baptismi: sicut catechismus.

**7m contr. de conclusione.** Ex ꝓdicatione Euangelij, & instructione. ℞. Factis per modum catechismi: non aliter. §. Tunc nihil & cæt. ut patet in text.

**8m de maiori.** Ita. ℞. Quantum ad tollendum peccatum: non, quantũ ad modũ tollendi. §. Tunc &c. Nam (propriè loquendo) spiritualis cognatio contrahenda attenditur iuxta modum tollendi peccatum, qui modus sit regeneratio. Hinc ergo est, quòd per sacramentum pœnitentiæ nõ contrahitur proprie, &c. ut in tex. vide etiam corollarium post ad tertium.

¶ NOT. Signanter dicit ly proprie loquendo; quia per sacramentum pœnitentiæ spiritualis cognatio per quandam similitudinem contrahitur: ut subinfert tex. Ergo determinatio Bonif. VIII. recẽsenda in app. seq. intelligenda est proprie, quando. s. sacramẽtum pœnitentiæ insinuabit nõ causare spiritualem cognationem.

**9m de maiori.** Pater. ℞. Dans generationem filio: non autẽ, dans aliqua alia sine generatione. §. ut in tex. Tunc nihil &c. nam alij spirituales patres, de quib. minor propositio loquitur, non dant esse filijs suis; licet dent instructionem, & qñque etiam nutrimentum.

¶ NOT. Propter ly sic etiam põt solui octauum, quod præcessit; responde ad illud octauũ, vltra ꝓmissam solutionem ibi positam, quòd sicut baptismus causat spiritualem cognationem, ita & pœnitentia causaret; si pater sacerdos absolutus pœnitentem daret per hoc illi generationem. Scito tamẽ quòd ista respon. tandem redit in idem cum respons. prædicta: licet secũdum se illa sit faciens vim super hoc nomen, Pœnitentia, & ista super hoc nomẽ Pater.

**APPENDIX.**

EX artic. habes primò quomodo per rationem ostendas merito dictũ de baptismo confirmatione, & de catechismo, a Bonif. Octauo, sic. Cognationẽ spiritualẽ i baptismo, &c. vt ar. 1. app. item ex cõfirmatione quoque seu frõtis chrismatione spiritualis cognatio contrahitur matrimonia similiter impediens contrahenda, & dirimens post contracta. Itẽ. Per catechismum, qui præcedit baptismum, cognatio spiritualis contrahitur, per quam contrahendum matrimonium impeditur: per illam tamen cognationẽ matrimoniũ post eam contractum minimè separatur. Item. Ex datione uerò aliorum sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam oritur, quę matrimonium impediat, vel dissoluat. Hæc ille: de cogn. spiritual. in 6. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Pontificis, pro quanto cognationem spiritualem causari ex illis tribus tantum insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas ꝓ Ecclesi. S. Dei. — 1 — 2 — 3

SV-

SVPER QVAEST. LXXXVII. Aliâs 56. Art. III.

Concl. Qui baptizatur cognationem spiritualem contrahit ad baptizantem,& ad leuantem se de sacro fonte: similiter qui cõfirmatur ad confirmantem, & ad tenentem se.

¶ Prob. Quia in baptismo aliquis renascitur filius Dei, sicut patris, atque ecclesiæ, sicut matris; & baptizãs Dei, cuius minister est, personam gerit, atque suscipiens de sacro fonte, gerit personam ecclesiæ. Secunda autem pars.s. similiter &c. probatur. Quia in confirmatione confirmans Dei, tenẽs autem, personam gerit ecclesiæ.

233 e.1.& 3. de cogna. spiri.li.6. Cõcil Tri. ses. 24. de ref. c.2.

¶ Not. Ly (ut tactũ est ar.2. ad primum, & not. post prob. cõcl. 1.) qui confirmatur nõ ꝓprie renascatur: tamen quia cõfirmatio assimilatur natiuitati ex vtero, ideo proportionaliter probatio præmissa currit de vtrisque.

1ᵐ de maiori. In generatione carnali contrahitur propinquitas solũ ex parte eius, cuius semine generatur proles. R. Et ex parte matris materiã subministrantis. §. Tunc nihil &cęt. Nam Anadechus gerit vices matris: vt in tex.

2ᵐ de conclusione. Nulla cognatio cõtrahitur. R. Ratione instructionis debitæ: non ratione cooperationis ad generationem spiritualem. §. Tunc ni.&c. vt de se patet.

¶ Examen. Ly debitæ.i. quæ non exit officium Anadechi. Et hoc dicitur ad differentiam instructionis in catechismo factæ. Posset enim quis catechizare puerum, & postea leuare de sacro fonte. Vnde non tantum ratione huius operationis, leuando de fonte contraheret cognationem spiritualem; sed etiam ratione instructionis catechismatis. Verum (ut dictum est) illa instructio excedit debitam instructionem Anadechi. Debita huic instructio est post baptismum: ut.s. baptizatum instruat, uel sit sollicitus, ut instruatur circa ea addiscenda & seruanda; quæ ipse pro illo in baptismo promisit: puta melius addiscere ea, quæ sunt fidei; ea quæ ad mandata Dei, quibus renunciatur diabolo & pompis eius, pertinent, & (breuiter) ea quæ ad bonum Christianum faciunt.

¶ Coroll. Ergo, propter ly debitæ, concludas: quòd Anadechus (hunc nos patrinum, Latinè dicimus) tenetur in conscientia esse sollicitus de prædictis circa filium suum spiritualem exhibendis uel a seipso, uel ab eius parentib. carnalibus, uel a quolibet meliori pro tali negotio. Vnde quando ex negligentia, uel alia causa illegitima in prædictis delinquit, non est bene tutus in conscientia, quia non exequitur officium debitum circa filium suum spiritualem quod exequi promisit, seu promisisse intelligitur tunc ex hoc ipso, quòd illũ de sacro fonte leuauit. Vide de simili promissione.q.53. art.3.corp.

3ᵐ de maiori. Potest contingere. R. De facto, non de iure. §. de iure. n. non baptizatus nõ potest aliquẽ leuare de sacro fonte,&c. ut in tex. Tunc nihil &c. Nam licet ille non baptizatus etiã ꝗ de facto leuaret de sacro fonte, non cõtraheret cognationem spiritualem: non tamen sequitur; quod leuare ex ipso de iure, non sufficiat ad illã contrahẽdã.

¶ Coroll. Ergo requiritur ad hoc leuamen de necessitate, qđ homo leuans sit baptizatus: & hoc intelligitur per ly de iure.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum cognatio spiritualis contrahitur inter suscipientem sacramentum baptismi, & leuantem de sacro fonte.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod cognatio spiritualis non contrahatur inter suscipientem sacr̃m baptismi, & leuantem de sacro fonte. Quia in generatione carnali cõtrahitur propinquitas, solum ex parte eius, cuius semine generatur proles, non autem ex parte eius, qui filium natum suscipit, ergo nec spiritualis cognatio cõtrahitur inter eum, qui suscipit de sacro fonte, & eum, qui suscipitur.

¶ 2 Præt. Ille, qui de sacro fonte leuat, Anadechus a Dionysio dicitur, & ad eius officium spectat puerum instruere: sed instructio non est sufficiẽs causa spiritualis cognationis, vt dictum est, ergo nulla cognatio contrahitur inter eum, & illum, qui de sacro fonte leuatur.

¶ 3 Præt. Potest contingere, quòd aliquis leuet aliquem de sacro fonte antequam ipse sit baptizatus, sed ex hoc non contrahitur aliqua spiritualis cognatio, qa ille qui nõ est baptizatus, non est capax alicuius spiritualitatis, ergo aliquem leuare de sacro fonte, non sufficit ad spiritualem cognationem contrahendam.

Sed contra est definitio spiritualis cognationis supra inducta, & authoritates, quę ponunt̃ in litera.*

Respon. Dicendum, qđ sicut in generatione carnali aliquis nascitur ex matre, & patre, ita in generatione spirituali aliquis renascitur filius Dei, sicut patris, & ecclesiæ, sicut matris: sicut autem ille, qui sacramentum confert, gerit personam Dei, cuius instrumentum, & minister est, ita ille, qui baptizatum suscipit de sacro fonte, aut confirmãdum tenet, gerit personam ecclesiæ, vnde ad vtrumque, spiritualis cognatio contrahitur.

Ad primum ergo dicendum, quod non tantum pater, ex cuius semine generatur proles, habet cognationem carnalem ad natum, sed etiã mater, quæ materiam subministrat, & in cuius vtero generatur; & ita etiam Anadechus, qui baptizãdum vice totius ecclesię offert, & suscipit, & confirmandum tenet, spiritualem cognationem contrahit.

Ad secundum dicendum, ꝙ non ratione instructionis debitę, sed ratione generationis spiritualis, ad quam operatur, cognationem spiritualem contrahit.

Ad tertium dicendum, quod non baptizatus non potest aliquem leuare de sacro fonte, cũ non sit membrum ecclesiæ, cuius typum gerit in Baptismo suscipiens; quãuis possit baptizare, quia est creatura Dei, cuius typum gerit baptizans: nec tamen aliquam cognationem spiritualem contrahere potest, quia ipse est expers spiritualis vitæ, in quam homo primo per Baptismum nascitur.

*Li.4.sent. dist.42.

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito dictũ a Bonifacio Octauo, sic. Inter baptizatum, & illum, q̃ eum suscepit de baptismo, cognationem spiritualem contrahi iure constat. Et eadem, quæ de suscipiente sunt dicta, sunt etiam de baptizãte censenda. Ex confirmatione quoq; cognatio eisdem modis contrahitur. Hæc ille: de cogna.spirit.in 6. Nedum. & inf. circa eandem materiam in ca.eo. Quamuis non plures, quam vnus vir, vel una mulier, accedere debeant ad suscipiendum de baptismo infantem, iuxta sacrorum canonem instituta: si tamen plures accesserint spiritualis cognatio inde contrahitur. De confirmatione insuper quantum ad hoc idẽ iudicium est habendum. Hæc ibi. Quõ autem hoc ultimum nunc verificetur, uel non, qm̃ iura noua iustissimis de causis prodierunt: ideo uidendum est hoc in ap.ar. 5. Secundò habes: qũo per rationem pdicta Pontificis, pro quãto de baptizati, & confirmati cognatio ne ad baptizantem, atq; leuantem; ad confirmantem, atque tenentem sic statuunt, & intelligas, & defendas. Tertio vides: qũo ex ijs vicissim doctrina præsens hæc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

2

3

SVP. Q. LXXXVII. Aliâs 56. Art. IIII.

Concl. I. Quando vir fit compater ꝑ actum alterius, qui uel baptizat, uel in baptismo suscipit filium eius; tunc cognatio spiritualis nõ transit a uiro in uxorem, nisi fortè ille sit filius uxoris.

234

¶ Exam. Ly quando vir, &c. Verbi gr. D. Anton. baptizat filium Titij, & Sẽpronius leuat eũdẽ filiũ de sacro fonte, & postea Titius accipit Bertam in uxorem: tunc Berta non efficitur commater D. Ant. nec Sempronij. Quòd si filius ille Titij fuisset simul fili⁹ Bertæ antea ꝑ Titiũ i vxorẽ ductę; tũc Berta quoq; fit cõmater & D. Ant. & Sẽpronij. sic ergo Berta mortuo Titio si poterit in secũo casu cõtrahere ma-

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum cognatio spiritualis transeat a viro in vxorem.*

Ad quartum sic procedit̃. Vr̃, ꝙ cognatio spiritualis nõ transeat a viro in vxorem, quia spiritualis vnio, & corporalis sunt disparatæ, & diuersorum generum, ergo mediante carnali cõiunctione, quæ inter virum, & vxorem est, nõ transitur ad spiritualem cognationem.

¶ 2 Præt. Magis conueniunt in spirituali generatione, quæ est causa spiritualis cognationis, pater, & mater spiritualis, quam vir, qui est spiritualis pater, & vxor, sed pater, & mater spiritualis nullam ex hoc spiritualem cognationem contrahunt, ergo nec vxor contrahit aliquam spiritualem cognationẽ ex hoc, quod vir eius sit pater alicuius spiritualis.

¶ 3 Præterea. Potest contingere, quod est baptizatus vir, & vxor non est baptizata, sicut quando est ab

matrimonium cum aliquo illorum: quæ tamen in primo casu posset. Ratio est illa Philosoph. sicut propositum in proposito, ita oppositum in opposito. Applica tu dictũ Philosoph. ad cognationem spiritualem Bertæ.

¶Prob.1. Quia patet. Secunda autem pars. s. nisi, &c. probatur. Quia tunc uxor directe contrahit cognationem spiritualem.

¶Concl.2. Quando vir fit compater per actum proprium: tunc cognatio spiritualis trãsit ad uxorem, quam iam carnaliter cognouit: non autem, si nondum sit matrimonium consummatum.

* Li.4.Sẽt. dist.42.

¶Prob.1. Quia sũt effecti una caro vir & vxor. Secũda vero pars, s. non autem &c. probatur. Quia nondum effecti sunt vna caro.

¶Coroll. Ergo dictũ illius Gen.2. Erunt duo in carne una, intelligitur dupliciter. s. & ratione prolis in cuius carne generata vterq; coniugum conuenit; & ratione commixtionis seminum, etiam quod ex eis nũquam proles nasceretur. Primam intelligẽtiam habuisti supra multotiens: secundam verò nunc.

¶Concl.3. Quãdo homo fit compater per actum proprium: tunc cognatio spiritualis uidetur transire ad mulierem, quæ est carnaliter ab eo cognita; quamuis non sit uxor.

¶Examen. Ly videtur. Hoc stat pro assertione, non pro (ut sæpius modestię causa fit:) quod utique monstrat probatio adducta, quæ est sequens.

¶Prob. Quia iam ille homo, & mulier effecti sunt vna caro.

¶Coroll. Ergo pręmissa in coroll. præcedenti intelligũtur etiã de cognitione carnali illicita: quamuis ad literam de vxoria cogni. Genes. loquatur.

1^m^ conclusionis illatio. Ergo, &cęt. ℞ Negatur. §. Nam ex hoc, quod unio spiritualis, & corporalis sunt diuersorum generum potest concludi, quòd vna, &c. ut in tex.

¶Coroll. Ergo fuisset valida consequentia, si dixisset: ergo carnalis coniunctio non est spiritualis, neque econtra. Nunc autem, quia infert, quod carnalis non est causa spiritualis, ideo inualida est.

2^m^ minor. Magis conueniunt in spirituali generatione, quę est causa spiritualis cognationis, pater & mater spiritualis; quam uir qui est spiritualis pater, & vxor. ℞. Negatur ista. §. Nam pater spiritualis & mater spiritualis eiusdem non coniunguntur in &c. ut in tex.

3^m^ de conclusione. Ad uxorem. ℞. Incapacem. §. immo numquam transit in talem. Tunc nihil &c. Nam ex hoc non fit, quòd cognatio spiritualis non possit quantum est ex se per matrimonium traduci a uiro in uxorem, licet ex capacitate vxoris (ut in tex.) hoc proueniet.

4^m^ de conclusione. Bis. ℞. Ex causis diuersis: non, ex ijsdem. §. Tunc &c. Nam incõueniens non est, quod vxor ex diuersis causis efficiatur bis mater, &c. ut in tex. Ex quo etiam dic a simili: non esse inconueniens, quòd vir ex diuersis causis efficiatur bis pater spiritualis eiusdem.

¶Not. Ex tex. argu. huius ubi dr̃ ly bis pr̃, intellige, quod hoc põt fieri duob. modis vno modo qñ pr̃ ipse leuat aliquẽ de sacro fonte: ut est in proposito. Alio modo qñ vxor eius post matrimonium consummatũ, vel ẽt mulier ab ipso carnaliter cognita leuat aliquẽ de sacro fonte; ẽt quod ipse vir manib. pprijs non leuet illum. Sed tñ in hoc est dĩa, quod qñ ipse simul cum uxore, vel alia muliere carnaliter cognita leuat: tunc efficitur bis pr̃ spiritualis: semel quidẽ ex actu proprio leuandi, & iterũ semel ex actu vnius illarum mulierũ. Quando autem vna illarum tñ leuat: tunc efficiẽ semel pater spiritualis. Et hoc apparet clarum ex conclus. secunda, artic. huius; quę ly ad literam dicat cognationem spiritualem transire a viro in uxorem, uel ẽt (ut tertia dicit) in aliam mulierẽ: tamen intelligitur quoque ẽ cõuerso. i. cognationem ipsam transire ab aliqua illarum mulierum in virum. Nam ratio ibi pro conclusionibus adducta, si applicetur, æqualiter concludit vtrumque.

APPENDIX.

Vtilitas p Eccles. S.Dei.

EX artic. habes primò quomodo per rationem ostendas merito insinuatum a Clemente III. quòd spiritualis cognatio transit a uiro in uxorem. Martinus Bertã duxit uxorem, Tebergam sibi copulauit Lotharius, qui Bertæ, & Martini filiũ de sacro fonte suscepit. Lothario, & Berta sublatis de medio Martin⁹ cum Teberga præfata contraxit. Rñdendũ duximus: quod cum s̃m domini uerbum uir & mulier efficiantur per cõnubium una caro, liquidum est; Tebergã non posse matrimonialiter copulari Martino; qui compater eius fuerat, cum quo una caro Teberga noscitur extitisse. Hæc ille: de cognatio. spirit. Vbi per ly cõnubium intelligit copulam carnalem: ut & ex A R-glo. ibi, & ex Adriano Papa patet. 27. q. 2. Agathosa. Item a Concil. Triburiensi: quòd prædicta cognatio nõ transit, nisi copula carnali posita: & sic. Qui spiritualem habet compatrem, cuius filium de lauacro sacri fontis accepit, & eius uxor commater non est: liceat ei, defuncto compatre suo, eius uiduam ducere in uxorem si nullam habet propinquitatem cõsanguinitatis. Quid. n. Numquid non possunt coniungi, quos nulla propinquitas carnalis, uel nulla generatio secernit spiritualis? Hæc illud, 30. q. 4. item ab Vrban. merito esse dictum sic. Quod autem uxor cum marito in baptismate simul non debeat suscipere puerum, nulla authoritate reperitur prohibitum. Sed ut puritas spiritualis paternitatis ab omni labe, & infamia, conseruetur immunis, dignum esse decernimus: ut vtrique insimul ad hoc aspirare minimè pręsumant. Hæc ille: ibid. Vbi ly infamia, sumitur respectu stultorum. Crederent. n. (inquit glos.) stulti aliquam proximitatem, inter eos contrahi; si simul suscipierent. Sed etiam superfluum esset (inquit) ut uterque susciperet: cum ex susceptione alterius vterque compater efficiatur: de consuetudine tamen est in quibusdam locis, quod uterque simul suscipit.

2 ¶Secundò habes quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto cognationem spiritualem transire, uel non transire a uiro ad uxorem insinuant, & intelligas, & tuearis.

3 ¶Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctri. hæc & declaretur, & consolidetur.

---

infidelitate conuersus sine alterius coniugis conuersione, sed spiritualis cognatio nõ potest peruenire ad non baptizatum, ergo non transit semper a uiro ad vxorem.

¶ 4 Præt. Vir, * & vxor possunt aliquem simul de fonte leuare, si ergo spiritualis cognatio a viro transiret in uxorem, sequeretur quod vterq; coniugum esset bis pater, & mater spiritualis eiusdem, quod est inconueniens.

Sed contra, Bona spiritualia magis multiplicabilia sunt, quã corporalia, sed cõsanguinitas corporalis viri trãsit ad vxorẽ per affinitatem, ergo multo magis spiritualis.

Resp. Dicendum, quod aliquis potest fieri alicuius compater dupliciter. Vno modo per actum alterius, qui baptizat, vel in baptismo suscipit filium eius, & sic cognatio spiritualis non transit a uiro in vxorem; nisi forte ille sit filius vxoris, qa tunc directe vxor cõtrahit cognationem spiritualem, sicut, & vir. Alio modo per actum proprium, sicut cũ leuat filiũ alterius de sacro fonte, & sic cognatio spiritualis transit ad uxorem, quam iam carnaliter cognouit, non autẽ si nondum sit matrimoniũ consummatũ, quia nondum effecti sunt vna caro: & hoc est per modum cuiusdam affinitatis, vnde etiam pari ratione videtur transire ad mulierẽ, quæ est carnaliter cognita, quamuis non sit vxor: vnde versus.

*Quæ mihi, vel cuius natum mea*
*fonte leuauit,*
*Hæc mea commater, fieri mea non*
*valet uxor.*
*Si qua meæ natum non ex me fonte leuauit,*
*Hanc post fata mea non inde vetabor habere.*

Ad primum ergò dicendum, quod ex hoc quod sunt diuersorum generum vnio corporalis, & spiritualis, potest cõcludi, quod non vna est altera: non autem, quod vna non possit esse causa alterius, vel per se, vel per accidens.

Ad secundum dicendum, quod pater spiritualis, & mater spiritualis eiusdem non coniunguntur in cognatione spirituali nisi per accidẽs, quia ad hoc vnus per se sufficeret. Vnde non oportet quòd ex hoc aliqua cognatio spiritualis inter eos nascatur, quin possit esse inter eos matrimonium, vnde versus.

*Vnus semper erit compatrum spiritualis.*
*Alter carnalis, non fallit regula talis.*

Sed per matrimonium fit, & vir, & vxor vna caro per se loquendo, & ideo non est simile.

Ad tertium dicendum, quod si uxor non sit baptizata, non perueniet ad eam spiritualis cognatio propter hoc quòd non est capax, non ex hoc, quòd non possit per matrimoniũ traduci spiritualis cognatio a viro in vxorem.

Ad quartum ergo dicendũ, quod ex quo inter patrem spiritualem, & matrem, non contrahitur aliqua cognatio spiritualis, nihil prohibet quin vir & vxor simul aliquem de sacro fonte leuent: nec est inconueniens, quòd vxor ex diuersis causis efficiatur bis mater spiritualis eiusdem; sicut etiam potest esse, quòd est affinis, & cõsanguinea eiusdem per carnalem propinquitatem.

SVPER QVAEST. LXXXVII. Art. v.

CONCL. 1. Spiritualis cognatio transit a patre in filium, & non è conuerso.

¶ PROB. Quia filius est aliquid patris: & non è conuerso. (3. Ethic.

¶ NOT. ijs, in quem transire habet cognatio, debet esse aliquid eius, a quo transitus fit; iam ar. quarto, cum sua appendice, demonstrauit. Ibi namq; ideo dictum est, cognationem a uiro in vxorem, vel etiam aliam in mulierem, & è conuerso, transire uel non transire; quia vtrinque iam alter alterius erat, vel non erat, aliquid mediante carnali copula per commixtionem seminum. Hinc est: quod posito antecedente propagationis, tanquam clara præsupponitur consequentia; hoc est non probatur, quòd conclusio præmissa inde necessario sequatur.

¶ CONCL. 2. Spiritualis & paternitas, & compaternitas, & fraternitas impedit matrimonium contrahendũ, ac dirimit contractum.

¶ PROB. Quia, ut patens ex iuribus antiqs, supponitur.

¶ NOT. Sup. artic. 1. conclusione prima de impeditione ista dupliciter loquens: Doctor sanctus apposuerat ly ex statuto ecclesiæ. Vnde per id insinuauit etiam: se in omnibus suis dicendis circa huiusmodi impeditionem, & intelligere & intelligi debere iuxta statuta ipsius ecclesiæ. Quamobrem conclusiones, quæ sine nouis probationibus adducuntur de tali materia, meritò dicuntur supponi ab ipso tanquam claræ ex iuribus ecclesiæ antiquis. Dico, antiquis, idest tempore Sancti huius factis & validis: quoniam de statutis nouiter editis text. intelligi non potest (ut consideranti patet;) cum post tempora eius emerserint.

¶ Quo fit: ut dicta sua de tali; aliaque simili materia secundum iura antiqua in ueritate mensurari debeant solum, & quòd si quis illa secundum iura noua in ueritate mensurare velit, extorqueat ipsa contra intentionem authoris, ac in tali redictorum tanti doctoris tanquam falsarius habeatur.

*Pro intellectu sano D. Tho. sine præiudicio nouorum iuriũ.*

1ᵐ minor. Esset autem gradus, si transiret de patre in filium. R. Negatur ista. §. Ad rationem dicitur, quod persona addita per carnis propagationem, idest persona generata, facit gradum respectu illius personæ, quæ, &cæt. ut in textu.

2ᵐ conclusionis illatio. Si ergo, &c. R. Negatur illatio. §. Ratio est, quia frater non est aliquid fratris, sicut filius, &c. ut in text.

¶ NOT. Mentionem facit de uxore responsum hoc textuale, licet argumentum huius non meminerit: ut respondeat tacitæ obiectioni, quæ (soluto argumento ad literam) poterat fieri de vxore: quasi quòd illa non esset aliquid uiri, cum non descenderet ab eo, sicut filius a patre. Et nota: quòd illud idem, quod dicitur de vxore respectu viri, cointelligitur vicissim de uiro respectu uxoris, ut supra not. post probat. conclusion. primæ, tactum fuit.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum cognatio spiritualis transeat ad filios carnales patris spiritualis.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod non transeat ad filios carnales patris spiritualis, quia spirituali cognationi non assignatur gradus: esset autem gradus, si transiret a patre in filium, quia persona generata mutat gradum, ut supra dictum est, ergo non transit ad filios carnales patris spiritualis.

¶ 2. Præt. Pater eodem gradu attinet filio, & frater fratri: si ergo cognatio spiritualis transit a patre in filiũ, eadem ratione transibit a fratre in fratrem, quod falsum est.

SED CONTRA est, quod in litera probatur per authoritatem.

RESP. Dicendum, quod filius est aliquid patris, & non econuerso, vt dicitur in 8. Ethicor. * & ideo spiritualis cognatio transit a patre in filium; & non econuerso, & sic patet, quod tres sunt cognationes spirituales. Vna, quæ dicitur spiritualis paternitas, quæ est inter patrem, & filium spiritualem. Alia, quæ dicitur compaternitas, quæ est inter patrem spiritualem, & carnalem eiusdem. Tertia autem dicitur spiritualis fraternitas, quæ est inter filium spiritualem, & filios carnales eiusdem patris, & quælibet harum impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum.

** li. 8. c. 12. non procul à fi.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod persona addita per carnis propagationem facit gradum respectu illius personæ, quæ eodem genere attinet, non autem respectu eius, quæ attinet in alio genere, sicut filius attinet in eodem gradu uxori patris in quo & pater, quamuis alio genere attinentiæ: spiritualis autem cognatio est alterius generis, quam carnalis; & ideo non in eodem gradu attinet filius spiritualis filio naturali patris sui spiritualis, in quo attinet ei pater eius, quo mediante cognatio spiritualis transit, & ita non oportet quod spiritualis cognatio habeat gradum.

AD SECVNDVM dicẽdum, quòd frater non est aliquid fratris sicut filius est aliquid patris, sed vxor est aliquid viri, cum quo effecta est vnum corpus: & ideo a fratre in fratrẽ non transit, siue sit ante genitus, siue post fraternitatem spiritualem.

QVAE-

## APPENDIX.

*Vtilitas Eccles. S. Dei.*

EX articu. habes primò. quomodo per rationem ostendas: meritò insinuatum esse ab Innocentio III. quòd a patre in filium carnalem transit cognatio spiritualis: & sic. Tua nos duxit discretio consulendos, an natus ante compaternitatem filiam compatris sui, uel commatris sibi possit matrimonialiter copulare: & si contraxit, an debeat separari.

¶ Super quo respondemus: quòd huiusmodi personæ non possunt matrimonium contrahere; & si contraxerint, possunt abinuicem separari. Hæc ille: de cognation. spiritual. Vbi accipitur ly possunt, pro debent de iure: ut ibi patet per glos. & per Papæ Alexand. decret. nunc sequen. Item ab Alexandro III. ibid. Super eo &c. Si tales fuerint filij, per quorum alterum, uel utrumque parentes ad compaternitatem uenerunt: eos coniungi nulla ratione sustineas, & coniũctos Pontificali authoritate non differas separare. Cæterum, si per neutrum eorum ad compaternitatem uẽtum fuerit, de his te volumus cõsuetudinem tuæ metropolitanæ ecclesiæ, vel aliarum circũpositarum inquirere, & diligentius imitari. Hæc ibi. Item a Bonifacio Octauo, insinuatum de illis tribus cognationibus spiritualibus: & sic. Nedũm inter baptizatum, & illum qui eum suscepit de baptismo; ac inter eundem baptizatum, & suscipientis filios, & uxorem ante susceptionem carnaliter cognitam ab eodẽ, immo etiam inter suscipientem, patremq; baptizati & matrem, cognationem spiritualem contrahi iure constat: quæ cognatio & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit post contractum. Et eadem quæ de suscipiente sunt dicta, sũt etiam de baptizante censenda. Ex confirmatione quoque spiritualis cognatio eisdem modis contrahitur; matrimonia similiter impediens contrahenda, & dirimens contracta. Hæc ille: de cognat. spir. in 6. Faciunt hæc etiam ad artic. tertio, & quarto, pro illorum portione. Item a Concil. Triden. sessio vigesimaquarta, capit. secundo, de ref. prædicta partim confirmantur, partim limitantur, & sic. Docet experientia: propter multitudinem prohibitionum multoties in casibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia; in quibus uel non sine magno peccato perseueratur, uel ea non sine magno scandalo dirimuntur. Volens itaque sancta synodus huic incommodo prouidere, & a cognationis spiritualis impedimento incipiens, statuit: vt unus tantum siue vir, siue mulier, uel ad summum vnus & una, baptizatum de baptismo suscipiant; inter quos ac baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem necnon inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur. Parochus diligenter ab ijs, ad quos spectabit sciscitetur; quem uel quos elegerint, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eum, vel eos tantum ad illum suscipiendum admittat. Quod si alij ultra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant: constitutionibus in contrarium facientibus non obstantibus. Cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem & matrem, ac tenentem, non egrediatur omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis. Hæc ibi. Vbi vides: lineam fraternitatis spiritualis esse sublatam.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto de spiritualis cognationis transitu a patre ad filios, & de multiplicibus cognationibus spiritualibus sic (ut diximus) insinuant, & intelligas, & tuearis.

¶ Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc & declaretur, & consolidetur.

SVP. Q. LXXXVIII. Aliàs 57. Art. 1.

CONCL. 1. Per ius positiuum, quòd est ars boni & æqui, potest aliquis alium sibi assumere in filium ad similitudinem filij naturalis ad supplendum filiorum deperditorum defectum.

¶ PROB. Quia adoptio est introducta ad supplendum defectum filiorum deperditorũ.

¶ EXAMEN. Ly deperditorum. Vel quia habiti sunt, & amissi postea, vel quia potuerunt haberi, licet quandoq; impedimento accidentali non sint habiti. Ergo per ly deperditorum, ostẽditur: quòd habentes impedimentũ perpetuum ad generandum non psit adoptare. Vide ad quartum.

236 S.Th. 4. di. 42. q. 2. ar. tu. 1. & seq.

¶ CONCL. 2. Ista diffinitio. s. (adoptio est extraneæ personæ in filium, vel nepotem, vel deinceps, legitima assumptio) comprǽhendit genus adoptionis p ly assumptio legitima, & terminum a quo per ly extraneę personæ, & terminum ad quẽ per ly in filium, vel nepotẽ.

¶ EXAMEN. Ly legitima. Idest quòd adoptans sit sui iuris, nõ sit minor vigintiquinq; annorum, neque mulier: & quòd adoptatus sit adoptante ita iunior, vt eius filius naturalis esse possit, & quòd adoptio fiat authoritate Principis, vel saltẽ magistratus. Hæc omnia importat ly legitima. i. secundum leges: seruata nihilominus differẽtia inter adoptionẽ pfectam & imperfectam (ut in ad primum) intelligito ista.

¶ Ly extraneã. Extraneitate. s. non qualibet: sed dicenda in ad septimum, & suo coroll.

¶ COROLL. Ergo conclusio secunda responsionem directam ad titulum virtute cõtinet: quoniam assignat illa, per quę bona diffinitio datur, puta genus & differentiam. Vt dicamus ad quæsitum literaliter. Illa diffinitio. s. adoptio est extraneę personæ, &c. est conuenieńter data de adoptione. Et probemus per istam secundam conclusionem sic. Quia diffinitio illa datur per genus suum, & differentiam, ut ibi patet.

¶ PROB.

## QVAEST. LXXXVIII. Aliàs 57.

*De cognatione legali, quæ est per adoptionem, in três articulos diuisa.*

DEINDE considerãdum est de cognatione legali, quæ est per adoptionem.

Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, Quid sit adoptio.

¶ Secundò, Vtrum ex ea aliquod vinculum contrahatur matrimonium impediens.

¶ Tertiò, Inter quas personas contrahatur.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum adoptio conuenienter definiatur.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, qd inconuenienter adoptio definiatur. Adoptio enĩ est extraneæ personæ in filium, vel nepotem, vel deinceps, legitima assumptio, filius. n. debet esse subditus patri, sed aliquando ille, qui adoptatur, non transit in potestatem patris adoptantis, ergo nõ semper per adoptionem aliquis in filium assumitur.

¶ 2 Præt. Parentes debent filiis thesaurizare 2. Cor. 12. Sed pater adoptans non oportet, quòd semper adoptato thesaurizet, quia quandoque adoptatus nõ succedit in bonis adoptatis, ergo adoptio non est assumptio alicuius in filium.

¶ 3 Præterea, Adoptio, per quam aliquis in filium assumitur, similatur generationi naturali, per quam naturaliter producitur filius: ergo cui competit naturalis generatio filii, competit adoptio, sed hoc est falsum, quia ille qui non est sui iuris, & qui est minor 25. annis, & mulier nõ possunt adoptare, qui tamen possunt filium naturaliter generare, ergo adoptio non dicitur proprie assumptio alicuius in filium.

¶ 4 Præterea, Assumptio extraneæ personæ in filium videtur esse necessaria ad supplendum defectum naturalium filiorum, sed ille, qui nõ potest generare vt spado, uel frigidus, maxime patitur defectum in filiis naturalibus, ergo ei maxime competit assumere aliquem in filium, sed non competit ei adoptare, ergo adoptio non est assumptio alicuius in filium.

¶ 5 Præt. In spirituali cognatione, vbi aliquis in filium assumitur, sinę carnis propagatione, potest indifferenter maior ætate effici pater minoris, & econuerso, quia iuuenis potest senem baptizare, & econuerso. Si ergo per adoptionem aliquis assumitur in filium sine carnis propagatione, similiter posset indifferenter senior iuniorem, vel minor seniorem adoptare, quod non est verum, & sic idem quod prius.

¶ 6 Præterea, Adoptatus non differt, secundum aliquem gradum ab adoptante, ergo quilibet adoptatus adoptatur in filium, & sic inconuenienter dicitur, quod adoptatur in nepotem.

¶ 7 Præterea, Adoptio ex dilectione procedit, vnde, & Deus dicitur nos per charitatem in filios adoptasse: sed charitas maior habenda est ad proximos, quam ad extraneos, ergo nõ debet esse adoptio extraneæ personæ, sed magis propinquæ.

RESP. Dicendum, quod ars imitatur naturam, & supplet defectum naturæ in illis, in quibus natura deficit, vnde sicut per naturalem generationem aliquis filium producit, ita per ius positiuum, quod est ars boni, & æqui, potest aliquis alium sibi assumere in filium ad similitudinem filii naturalis, ad supplendum filiorum deperditorum defectum, propter quod præcipue adoptio est introducta: & quia assumptio importat terminum a quo propter qd assumens non est assumptum, oportet quod ille, qui assumitur in filium, sit persona extranea, ergo sicut naturalis generatio habet terminum ad quem. s. formam, quæ est finis generationis, & terminum a quo. s. formam contrariam; ita generatio legalis habet terminum ad quem. s. filiũ vel nepotem: terminum a quo personam extraneam: & sic patet, quòd prædicta * assignatio comprehendit genus adoptionis, quia dicitur legitima assumptio, & terminũ a quo; quia dicitur extraneæ personæ: & terminum ad quem: quia dicitur in filium vel nepotem.

* In arg. 1. huius art.

¶ PROB. Quia patet ex terminis.

Responsio literalis ad titulum.

¶ NOT. Ille terminus a quo, & terminus ad quem in conclusione dicti, tenent locum differentiæ sufficiẽtis.

### 1^m de maiori.

Adoptat. R. Adoptione imperfecta: non autem, perfecta. §. Illa dicitur simplex adoptio tãtum: ista autem arrogatio. Tunc nihil &c. Nam principaliter intelligit cõclusio de adoptione perfecta.

### 2^m de minori.

Adoptans. R. Adoptione imperfecta: non autem perfecta. §. Tunc nihil &c. Non enim requiritur, quòd adoptãs imperfectè assimiletur patri carnali in thesaurizando filijs: licet hoc requiratur in adoptante perfecte.

### 3^m de antecedente.

Similatur. R. In aliquibus non, in omnibus. §. Tunc nihil &cæt. Non enĩ assimilãtur in hoc, quòd cuicumque cõpetit naturalis generatio filij cõpetat & adoptio. Et hoc propter diuersitatẽ finiũ vtriusq;. Generatio enim naturalis ordinatur ad speciem, vt in textu.

¶ NOT. Aduerte, ꝙ responsio prædicta loquitur de adoptione arrogatiua, nõ autem de simplici. Ex hoc enim quòd

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ filiatio adoptionis: est quædam imitatio filiationis naturalis, & ideo duplex est filiationis species. Vna quæ perfectè naturalem filiationem imitatur: & hæc vocatur arrogatio per quã traducitur adoptatus in potestatẽ adoptantis: & sic adoptatus succedit patri adoptanti ex intestato: nec potest cũ pater sine culpa priuare quarta parte hæreditatis sic autem adoptari non potest: nisi ille qui est sui iuris: qui. s. non habet patrem: aut si habet est emancipatus: & hæc adoptio nõ fit nisi auctoritate principis. Alia adoptio est quæ imitatur naturalem filiationem imperfectè: quæ vocatur simplex adoptio, per quam adoptatus non transit in potestatem adoptantis. Vnde magis est dispositio quædam ad perfectam adoptionem quàm adoptio perfecta, & ſm hanc potest adoptari etiam ille qui non est sui iuris: & sine auctoritate principis ex auctoritate magistratus: & sic adoptatus non succedit in bonis adoptãtis: nec tenetur ei adoptans aliquid de bonis suis in testamento dimittere nisi velit: & per hoc patet solutio ad secundum.

AD TERTIVM dicendum, quòd generatio naturalis ordinatur ad speciem consequendam: & ideo omnib. competit posse naturaliter generare, in quibus natura speciei nõ est impedita: sed adoptio ordinatur ad hereditatis successionem: & ideo illis solis competit qui habent potestatem disponendi de hæreditate sua. Vnde qui non est sui iuris, vel est minor 25. annorum, aut mulier, non potest adoptare aliquem nisi ex speciali concessione principis.

AD

quòd adoptionē ordinari ad successionē hæreditatis dicit; & in ad primum dixerat, ꝙ adoptati simpliciter nō succedunt in bonis adoptantium: relinquitur clarum, ꝙ de arrogatiua tantū hic sermo fit.

4^m illatio conclusionis secundæ. Ergo adoptio &c.

℞. Negatur illatio. ℞. Ratio est, quia licet solatio filiorum indigeant, non tamen possunt hæreditatem transmittere in filios. Vnde quia cum dicitur in diffinitione, ꝙ adoptio est assumptio alicuius in filium, intelligitur de filio cui possit de iure hereditas relinqui: ideo tales adoptare non possunt.

* Resp. 2.

¶Not. Simile videtur annotādum pro isto in ad quartum, quod & annotatum est in ad tertium.

Item de maiori. Naturalium filiorum. ℞. Habitorum saltem in potētia reducibili ad actū. §. vt in tex. §. Tunc &c. Nam Spado & huiusmodi, perpetuum impedimentū habent ad generandū filios. Propterea lex attendens, ꝙ dolor de priuatione filiorum non est tam intensus in illis, sicut in generare valentibus; ideo solatium adoptandi spadonibus, ac huiusmodi non tribuit. Vide secundum responsum literæ ly & præterea maior est dolor de filijs amissis &c.

* Vt dicit ad Gala. 3. & ad Coloss. 3.

¶Not. Aliud est indigere solatio filiorum absolutè, aliud est indigere illo ad depellendā tristitiam carentiæ ipsorum. Primū esse potest, & æqualiter in spadonibus sicut in alijs, & quandoque etiam plus: secundū non potest esse æqualiter in spadonibus, sicut in alijs. Et ideo ad hanc differentiam annotandam textus de spadonibus signanter dixit ly non indigent solatio contra carentiam filiorum, & non dixit absolutè, quòd non indigeant solatio filiorum.

5^m conclusionis illatio. Si ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Ratio est; quia spiritualis cognatio contrahitur per sacramentum &c. vt in textu.

¶Coroll. Ergo, ꝙ hoc, vel illud (de quibus in argumento) fiat sine carnis propagatione, adducebatur extra propositum.

6^m maior. Adoptatus non differt secundum aliquem gradum ab adoptante. ℞. Est extra propositum illa maior. §. Nam adoptio non inducta est ad faciendam differentiam graduum: sed in solatium filiorum amissorum, & à simili aliorum suorum; puta nepotum, & deinceps. Sicut autem contingit amitti filios, ita & nepotes, &c. vt experientia docet.

7^m maior. Adoptio ex dilectione procedit. ℞. Et ex intentione relinquendi hæreditatem ei, qui adoptatur. §. f. perfectè. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu.

¶Coroll. Formalitas ergo in adoptatione perfecta est posse hfe aliquem, qui solū de iure legali succedat in hæreditatē. Hoc autem, vt patet, requirit in adoptata persona, ꝙ sit extranea, i. ꝙ nullo alio iure succedere possit. Siue ergo sit propinquus carne, siue non; hoc est per accidens: cum ly extranea, non dicat exemptionē à propinquitate carnis, nisi pro quanto ista exemptio concernit hoc, s. non habere potestatem de iure propinquitatis succedendi in bonis.

Ad quartum dicendum, ꝙ per eum qui habet impedimentum perpetuū ad generandum nō potest hæreditas transire in posterum. Vnde ex hoc ipso iam non debetur illis qui succedere ei debent iure propinquitatis: & ideo non ei cōpetit adoptare, sicut nec naturaliter generare, & * preterea maior est dolor de filiis amissis, quàm de illis qui nunquam sunt habiti, & ideo habentes impedimentum generationis non indigēt solatio contra carentiā filiorum sicut illi qui habuerunt & amiserunt; vel etiā qui habere potuerūt, sed aliquo impedimento accidentali carent.

Ad quintum dicendum, ꝙ spiritualis cognatio contrahitur per sacramentum quo fideles renascuntur in Christo in quo non differt masculus & fœmina, seruus & liber, iuuenis & senex, * & ideo indifferenter quilibet potest effici pater spiritualis alterius, sed adoptio fit ad hæreditatis successionem, & quandam subiectionem adoptantis ad adoptatum, non autem est conueniens, ꝙ antiquior iuueni in cura rei familiaris subdatur: & ideo iunior non potest adoptare seniorem, sed omnem secundum leges, quòd adoptatus sit in tantum adoptante iunior, quòd possit eius esse filius naturalis.

Ad sextum dicendum, ꝙ sicut conuenit amitti filios, ita & nepotes, & deinceps: & ideo cū adoptatio sit inducta in solatium filiorum amissorum, sicut aliquis per adoptionem potest subrogari in locum filii, ita in locum nepotis, & deinceps.

Ad septimum dicendum, ꝙ propinquus iure propinquitatis debet succedere, & ideo non competit ei, quod per adoptionem ad successionem deducatur: & si aliquis propinquus, cui non competat successio hæreditatis adoptetur, non adoptatur in quantum est propinquus, sed inquantum est extraneus à iure successionis in bonis adoptantis.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò, quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum fuisse à iure Cæsareo. ff. de adoptio. l. adoptiones: quod adoptio legalis est quędam propinquitas, per quā efficitur quis filius, vel nepos, vel deinceps, qui non est naturā imitans. Item meritò insinuatum esse hoc ipsum à Nicolao Papa, sic. Si qua per adoptionē mihi soror esse cęperit, quādiu durat adoptio, inter me & ipsam nuptię consistere nō possunt. Hæc ille; & recitantur de cognatione legali. Extraneā ergo denotat personam adoptatam Nicol. quando dicit ly cęperit esse mihi soror, & ly quādiu durat adoptio. Mihi enim iam in rerum natura existenti nō inciperet illa esse soror, sed neque nobis vtrisq; viuentibus, desineret esse cognatio illa impediens matrimonium: si cognatio, vel consanguinitatis, vel affinitatis, vel spiritualitatis inter nos esset. Relinquitur ergo: quod hic interueniat extraneitas, idest, quod ego adoptatus ab eius patre in filium fuerim extraneus ab illius parentela; modo præmisso. Rursus. Ex verbis Nicolai patet: quòd quis in filium, vel filiam, adoptari potest. Consequenter ergo eadem ratione de adoptari in nepotem, & deinceps. ergo definitionem prædictam; licet non sub illa forma innuit Pontifex: vt penetranti manifestum est. Item à lib. Digestorum titu. de ritu nuptiar. vt recitatur 30. q. 3. & super adoptionem quæsita fraternitas eousque impedit nuptias; donec manet adoptio. ideóque eam, quam pater meus adoptauit, & emancipauit; potero vxorē ducere; Aeque & si, me emancipato, illam in potestate retinuerit:, poterimus iungi matrimonio. Itaque volenti generū adoptare, suadetur vt filiam emancipet. similiter suadetur ei qui vult nurum adoptare; vt emancipet filiū. Hæc ibi. Ex quibus dic, vt suprà ex Nicolao. Secundò habes: quomodo prædicta iura, pro quanto definitionem adoptionis præmissam conuenienter esse datam insinuant, & intelligas, & tuearis. Neque enim huc adduximus iura ipsa ciuilia, vt ciuilia, cum hoc esset quasi totaliter extra propositum sacræ Theologiæ & sacramenti: sed illa adducta sunt solum pro quanto in legem ecclesiasticam quodam modo, i. per acceptationem summorum Pontificum, transierunt. Quo etiam modo sanctus Doctor de talibus Cæsareis legibus in loco isto loquitur: vt ipse innuit artic. 2. corp. & ad quartum. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim doctrina præsens hæc, & declaretur, & consolidetur.

2

3

---

SVP. Q. LXXXVIII. Aliàs 57. Art. II.

237 c. 1. extrà, de cogna. lega. §. ergo.

Concl. Legalis cognatio matrimonium impedit: & hoc habet ex prohibitione Ecclesiæ.

¶ Exam. Ly ex prohibitione Ecclesiæ. Scilicet formaliter loquēdo in huiusmodi. Nam prohibitio radicaliter incepit à legibus Cæsareis, & propter hoc cognatio ista de qua loquitur, dicitur legalis. Sed quia matrimonij sacramentum pertinet ad res ecclesiasticas, super quas non habet imperiū lex ciuilis: ideo ad hoc, vt huiusmodi leges etiam in sacramento matrimonij seruarentur, cum essent æquæ & bonę, Ecclesia eas acceptauit, & approbauit, & eas tanꝙ ex proprio præcepto à Christianis seruari voluit.

¶Ly cognatio legalis: Hæc est illa, quæ causatur ex adoptione. Vnde idem erit probare, legalem cognationē impedire:

* li. 8. Ethi. c. 11. & 12.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum ex adoptione contrahatur aliquod vinculum impediens matrimonium.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur ꝙ ex adoptione non contrahatur aliquod vinculum impediens matrimonium, quia cura spiritualis est dignior, quàm cura corporalis: sed ex hoc quòd aliquis curę alicuius subiicitur spiritualiter, non contrahit aliquod propinquitatis vinculum, aliàs omnes, qui habitant in parochia, essent propinqui sacerdotis, & cum filio eius non possent contrahere. ergo nec adoptio, quæ trahit adoptatum in curam adoptantis, hoc facere potest.

¶ 2 Præt. Ex hoc, quod aliquis alicuius sit beneficus, non contrahitur aliquod propinquitatis vinculum: sed nihil aliud est adoptio, quàm collatio cuiusdam beneficii. ergo ex adoptione non fit aliquod propinquitatis vinculum.

¶ 3 Præt. Pater naturalis principaliter filio prouidet in tribus, vt Philosophus * dicit, quia s. ab ipso habet esse, nutrimentum, & disciplinam:

dire : & probare adopetatos matrimonium contrahere non posse. Hinc duo habentur. Primum : quod ad titulum literaliter conclusio, tanquàm in radice, respondet, dicens ; quòd ex adoptione contrahitur uinculum impediens matrimonium. Secundum est: quòd, his annotatis, facilius intelligetur probatio sequens.

¶Prob. 1. Quia illas personas à matrimonio conuenit excludi, quas necesse est cohabitare (patet ex lege diuina; & filius adoptatus conuersatur in domo adoptantis, sicut filius naturalis (patet ex art. 1. ad primum). Secunda autem pars, s. & hoc &c. probatur: Quia prohibitio facta à legibus humanis de hac materia est p ecclam approbata.

¶Not. Quod Ecclesia approbauerit leges illas humanas patet ar. 1. append. & sequen. item probationé primæ huic similé, quæ hanc ipsam confirmet habes q. 54. art. 3. corp. pro intellectu probationis secundæ, vide examen post conclusionem.

1^m maior. Cura spiritualis est dignior, q̃ cura corporalis. R. Non tamé est inducens talem cohabitationem, quę possit fomentum &c. vt in textu. §. Tunc nihil &c. vt patet ex dictis in corp.

2^m de minori. Beneficij. R. Inducentis talem cohabitationem, quæ possit fomentũ concupiscentiæ præstare: non autem, non inducentis illam. §. Tunc nihil &c. Non enim ex hoc, quòd aliquis alicui sit beneficus, inducitur semper cohabitatio talis, quæ dicta est: cum tamen propter hanc solam matrimonium impediri in proposito litera corp. dixerit.

3^m illatio conclusionis. Ergo nec &cæt. R. Negatur illatio. §. Nam per adoptionem inducitur cohabitatio præstans concupiscentiæ fomentum : per alia uerò in argumento dicta non item.

4^m de maiori. Non subduntur humanis legibus. R. Subduntur tamen legibus Ecclesiæ. §. Tunc nihil &c. Nam Ecclesia leges illas acceptauit, eisque robur ad prohibendum talia Christianis adiunxit : vt ex textu colligitur.

¶Not. De prædictis vide exam. post conclus. & art. 1. appen. inde enim cognosces : q formalitas in his seruanda est præceptũ Ecclesię. Quomodo auté Ecclesia circa sacramenta Ecclesiæ possit leges in ædificationem condere alibi suprà dictum est, & allegatum Conc. Triden. sess. 21. c. 2.

hæreditatis autem successio est posterius ad ista, sed per hoc quod aliquis alicui prouidet in nutrimento, & disciplina, non contrahitur aliud propinquitatis vinculum, aliàs nutrientes, & pędagogi, & magistri essent propinqui, quod falsum est. ergo nec per adoptionem, per quam aliquis succedit in hæreditate alterius, contrahitur aliqua propinquitas.

¶ 4 Præt. Sacramenta ecclesiæ non subduntur humanis legibus: sed matrimonium est sacramentũ Ecclesiæ. cum ergo adoptio sit inducta per legem humanam, videtur q non possit impedire matrimoniũ aliquod vinculum ex adoptione contractum.

Sed contra. Cognatio matrimonium impedit: sed ex adoptione quædam cognatio causatur, s. legalis, vt patet per eius definitionem: est. n. legalis cognatio, quædã proximitas proueniẽs ex adoptione. ergo ex adoptione causatur vinculum, per quod matrimonium impeditur.

¶ Prę t. Hoc idem habetur ex authoritatibus in litera positis.

Respon. Dicendum, quòd lex diuina illas pręcipuè personas à matrimonio excludit, quas necesse erat cohabitare, nè vt Rabbi Moyses dicit, si ad eas liceret carnalis copula, facilis pateret concupiscentię locus, ad quam reprimendam matrimonium est ordinatum : & quia filius adoptatus conuersatur in domo patris adoptantis, sicut filius naturalis, ideo legibus humanis prohibitum est inter tales matrimoniũ contrahi, & talis prohibitio est per Ecclesiam approbata, & inde habet quod legalis cognatio matrimonium impediat. Et per hoc fit solutio ad prima tria, quia per omnia illa non inducitur talis cohabitatio, quæ possit fomentum concupiscentiæ præstare; & ideo in eis non causatur propinquitas, quæ matrimonium impediat.

Ad qvartvm dicendum, q prohibitio legis humanæ, non sufficeret ad impedimentum matrimonii, nisi interueniret Ecclesiæ authoritas, quæ idem etiam interdicit.

APPENDIX.

Ex art. habes primò, quomodo per rationem ostendas : meritò insinuatum à Nicolao Papa, q ex adoptione contrahitur vinculũ impediens matrimonium & sic. Quandoquidem nec inter eos, qui adoptione filij sunt, venerãdæ Romanæ leges matrimonia contrahi permittunt. Si inter eos nõ contrahitur matrimoniũ, quos adoptio iungit: quanto potius à carnali oportet iter se cõtubernio cessare illos, quos per cęleste sacramentum regeneratio sancti spiritus iungit? Hæc ille. 30. q. 3. ita dilĩgere. Faciunt etiã hæc ad q. 56. ar. 1. & 2. Iteẽ à &c art. 1. appen. Licet. n. illa ibi adducãtur alia ratione, pro quanto s. ad illũ locum faciunt: tamen eadẽ alia ratione huc applicantur, pro quanto s. matrimonij impedimentum dicunt ex adoptione causari. vide tu. Secundò habes: quomodo per rationẽ prædicta Pontificũ, & Imperatorũ pro quanto ex adoptione impedimentũ ad matrimonium insinuant fieri, & intelligas, & tuearis. Tertiò uides : quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

---

SVP. Q. LXXXVIII. Aliàs 57. Art. III.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum cognatio legalis contrahatur solum inter adoptantem patrem & filium adoptatum.*

Ad tertivm sic proceditur. Videtur, quòd talis cognatio non contrahatur, nisi inter patrem adoptantem, & filium adoptatum. Maximè enim videretur quòd deberet contrahi inter patrem adoptantem, & matrem naturalem adoptati, sicut accidit in cognatione spirituali : sed inter tales nulla cognatio est legalis. ergo nec inter alias aliquas personas præter adoptantem, & adoptatum.

¶ 2 Præterea. Cognatio impediens matrimonium, est perpetuum impedimentum, sed inter filium adoptatum, & filiam adoptantis non est perpetuum impedimentum, quia soluta adoptione per mortem adoptantis, vel emancipationem adoptati, potest contrahere cum ea. ergo cum ea non habuit aliquam propinquitatem, quæ matrimonium impediret.

¶ 3 Pręt. Cognatio spiritualis in nullam personam transit, quæ non possit ad aliquod sacramentum tenere, vel suscipere : vnde in non baptizatum non transit : sed mulier non potest adoptare, vt ex dictis * patet, ergo cognatio legalis non transit à viro in vxorem.

* art. 1. huius q. ad 3.

¶ 4 Pręt. Cognatio spiritualis est fortior, quàm legalis: sed spiritualis non transit in nepotem; ergo nec legalis.

Sed contra, Plus concordat cognatio legalis cum coniunctione carnis, vel propagatione, quàm spiritualis: sed spiritualis transit in alteram personam, ergo & legalis.

¶ Præte. Ad hoc sunt authoritates, quæ in litera ponuntur.

Respon. Dicendum, quòd triplex est legalis cognatio. Prima quasi descendentium, quæ contrahitur inter patrem adoptantem, & filium adoptatum, & filium filii adoptiui, & nepotem, & sic deinceps. Secunda, quæ est inter filium adoptiuum, & filium naturalem. Tertia, per modum cuiusdam affinitatis, quæ est inter patrem adoptantem, & vxorem filii adoptiui, vel econtrario inter filium adoptatum, & vxorem patris adoptantis. Prima ergo cognatio, & tertia, perpetuo matrimonium impediunt. Secunda autem non; nisi quãdiu manet

238

Concl. 1. Cognatio legalis est triplex.

¶Prob. Quia alia est inter patrem adoptantem, filiumque adoptatum, ac filium filij adoptiui: & alia est inter filium adoptiuũ, filiumq; naturalem: & alia inter patrem adoptantẽ, vxoremque filij adoptiui, necnon è conuerso.

¶Not. Prima istarũ cognationum est quasi descendentium: 2. collateral. 3. quasi affinium.

¶ Concl. 2. Prima cognatio & tertia perpetuo matrimonium impediunt: secunda autem non, nisi quamdiu adoptatus manet in potestate patris adoptantis.

¶ Not. Vide exam. post ad secundũ, vt melius intelligas ly nisi q̃diu filius adoptatus, &c. Nam hic tacite subaudit S. Doctor etiam aliquid aliud.

¶ Prob. Quia ipsa pro vtraque parte, tanquàm patens, præsupponitur.

¶Not. Meritò prima pars concl. tãquàm clara supponitur, & quò ad cognationem descendentium, ex assimilatione ad arborem consanguinitatis in linea descendentium; & quo ad cognationem quodammodo affinium, ex assimilatione ad arborem affinitatis: & quo ad collaterales, ex determinatione iurium. Pro quo vide art. 1. & 2. & huius appen.

1^m de maiori. Videretur. ℞. Falsò: non auté, verè. §. Nam per generationem spiritualem non trahitur filius, &c. vt in tex. Tunc nihil &c. vt patet.

2^m de maiori. Est perpetuum impedimentum. ℞. Stante causa impeditionis, non autem mutata. §. Nam cognatio legalis impedit matrimonium propter &c. vt in textu. Tunc nihil &c. Licet enim inter filium adoptatum & filium adoptantis non sit perpetuũ impedimentum mutata causa impeditionis (vt arguitur), quæ mutatio fit, vel per mortem adoptantis, vel per emancipationem adoptati: tamen est semper perpetuum, stante eadé causa, vt patet.

¶Exam. Ly emancipatione adoptati. Non facit métioné de emancipatione naturalis filię adoptantis: quia formaliter stabat in adoptione tex. locatio, & filia naturalis non est adoptiua. Non tamen ex hoc negat: quin p emancipationem filiæ naturalis, etiam ꝙ filius adoptatus non emancipetur, tollatur impedimétum hoc matrimonij: imò hoc ipsum subintelligit. Nam tota ratio prohibitionis (vt in corp.) est necessitas cohabitandi in eadem domo: quæ profectò tollitur per emancipationé alterutrius cuiusuis. Potest ergo tripliciter solui (absolute loquendo) illud impedimentum: vel per mortem adoptantis, vel per emancipationem adoptati, vel per emancipationem filiæ naturalis; & horum omnium vna est ratio, vt tactum est: quia videlicet, singulis horum datis, tollitur necessitas cohabitandi. vide art. 1. appen.

3^m de minori. Mulier non potest adoptare. ℞. Nisi ex speciali cócessione principis. §. Tunc nihil &c. vt patet.

Item de minori. Quæ non possit ad aliquod sacramentum tenere, vel suscipere. ℞. Vel quæ non sit alicuius spiritualitatis capax. §. vt est nó baptizatus. §. Tunc nihil &c. Nam primum, quod arguens adducit, non est uera causa illius rei, pro qua adducitur: sed secundum, quod responsum apposuit. Vide respon. secundum. tex. ly & præterea non est causa.

4^m maior. Cognatio spiritualis est fortior, quã legalis. ℞. Non tamen est ponens filiũ sub potestate patris spiritualis, sicut in cognatione legali. §. vt in tex. Tunc nihil &c. vt patet.

manet in potestate patris adoptantis. vnde mortuo patre, vel filio emancipato, potest contrahi inter eos matrimonium.

Ad primvm ergo dicendum, quòd per generationem spiritualem non trahitur filius extra potestatem patris, sicut fit per adoptionem, & sic filius spiritualis remanet filius vtriusque simul, non autem filius adoptionis: & ideo non contrahitur aliqua propinquitas inter patré adoptantem, & matrem, vel patrem naturalem, sicut erat in cognatione spirituali.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ cognatio legalis impedit matrimonium propter cohabitationé; & ideo quando soluitur necessitas cohabitationis, non est inconueniens, si prædictum vinculum non maneat: sicut quãdo fuerit extra potestatem eiusdem patris: sed pater adoptans, & vxor eius semper quandam authoritatem retinent super filium adoptatum, & vxorem eius, & propter hoc manet vinculum inter eos.

Ad tertivm dicendum, ꝙ etiam mulier ex concessione Principis adoptare potest, vnde & in ipsam transit cognatio legalis. Et præterea non est causa, quare cognatio spiritualis non transit in non baptizatum: quia non potest tenere ad sacramentum, sed quia non est alicuius spiritualitatis capax.

Ad qvartvm dicendum, quòd per cognationem spiritualem filius non ponitur in potestate, & cura patris spiritualis; sicut in cognatione legali: oportet enim quòd quicquid est in potestate filii, transeat in potestatem adoptantis patris. Vnde adoptato patre, adoptantur filii, & nepotes, qui sunt in potestate adoptati.

APPENDIX.

Ex art. habes primò; quomodo per ratione ostendas: meritò insinuatum à legib. humanis, quòd inter adoptantem, & adoptatum semper impeditur matrimoniũ. & hoc habetur ff. de ri. nup. adoptiuus. Dato etiam, ꝙ soluatur adoptio: vt habet̃ ff. tit. eo. quinetiã. item meritò insinuatum, ꝙ inter fratres adoptiuos & naturales impeditur matrimonium; quãdiu durat adoptio. Et hoc recensetur ff. de ri. nup. per adoptioné. & 30. q. 3. ita diligere. Vt habetur suprà ar. 1. app. & partim ar. 2. Et aduerte pro semper; ꝙ aliqua multis in locis adducunt̃ sæpius pro necessitate diuersorũ. Vnde in hoc postea relinquitur iudicio lectoris, vt sciat applicare fm ꝙ applicanda sunt; certus ꝙ nulla est in allegatio nib. illis superfluitas. & hoc accidit in proposito horũ trium artic. de cognat. legal. in suis appen. vt & intuẽti, & bené singulis applicanti, patere potest. Secundò habes: quõ prædicta iuriũ tum Pontificum, tum Cæsarum, pro quanto de cognatione legali sicut allatum est) dicunt, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Not. vniuersalis.

2

3

Item

---

SVP. Q. LXXXIX. Aliàs 58. Art. 1.

Concl. 1. Non est conueniens in matrimonio contractus: si fiat ab aliquo, qui debitum carnale soluere nõ possit.

¶Prob. Quia in alijs contractib. similiter nõ est cóueniens obligatio ad hoc quod quis præstare non possit: & in matrimonio vnus alteri obligatur ad debitum carnale soluendum.

¶Concl. 2. Si frigiditas, i. impotentia coeundi sit téporalis; non soluit matrimonium: si autem sit perpetua soluit illud.

¶Exam. Ly temporalis. Hoc est, vel p excessum ætatis, vel per remedium medicinæ. Excessus enim ætatis, vt quando duo senes contrahunt matrimonium, dicitur temporalis frigiditas, quia successu temporis statuti causatur. Non enim talis frigiditas in iuuenibus diceretur téporalis; quia tempore illi naturaliter ordinariè non conuenit. Duo ergo senes, quamuis frigidi non iudicantur inepti ad contrahendum matrimonium: secus de iunioribus, si in eis esset frigiditas; cui subueniri nó posset per remedium medicinæ. Frigiditas ergo in senibus, quamuis à remedio medicinę expelli nó possit, iudicatur temporalis; in iunioribus verò non sic.

¶Prob. Quia, vt clara, supponitur pro vtraque parte.

¶Concl. 3. Si post triennium, in quo fideliter ex vtraq; parte dederunt operam copulæ carnali implendæ, inuenitur matrimonium nó esse consummatum, iudicio Ecclesiæ dissoluitur: & th in hoc quandoque Ecclesia errat.

¶Prob. primò: Quia, vt clara, relinquit̃. Scda auté pars, s. & tamé &c. probatur: Quia p triennium quandoq; non sufficienter experiri potest perpetuitas impotétiæ.

¶Not.

239 S.Th.4.di. 34. q. vnic. a. 2. & seq.

# QVÆST. LXXXIX. Aliàs 58.

*De impedimentis frigiditatis, maleficii, furiæ, & amentiæ, in quinque articulos diuisa.*

Deinde considerãdum est de quinque impedimentis matrimonii, s. de impedimento frigiditatis, maleficii, furiæ, vel amentiæ, incestus, & defectus ætatis.

Et circa hoc quęruntur quinque.

¶Primò, Vtrum frigiditas matrimonium impediat.

¶Secundò, Vtrum maleficium.

¶Tertiò, Vtrum furia, vel amentia.

¶Quartò, Vtrum incestus.

¶Quintò, Vtrum defectus ætatis.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum frigiditas matrimonium impediat.*

Ad primvm sic proceditur. Videtur, quòd frigiditas matrimonium contrahendum non impediat. Copula enim carnalis non est de essentia matrimonii, quia perfectiora sunt matrimonia hominum pari voto continentium, sed frigiditas nihil tollit de matrimonio nisi carnalem copulam. ergo non est impedimentũ dirimens matrimonium contractum.

¶2 Præterea. Sicut nimia frigiditas impedit carnalem copulam, ita nimia caliditas, quæ hominem exsiccat: sed caliditas non ponitur matrimonii impedimentum, ergo nec frigiditas debet poni.

¶3 Præt. Omnes senes sunt frigidi: sed senes possunt matrimonium contrahere: ergo &c.

¶4 Præt. Si scit mulier virum esse frigidum, quando cum eo contrahit, verum est matrimonium. ergo frigiditas, quantum est de se, non impedit matrimonium.

¶5 Præterea. Contingit in aliquo esse siccitatem sufficienter mouentem ad carnalem copulam cum aliqua corrupta, non autem cum aliqua virgine, quia citò calidum euaporat ratione suæ debilitatis, vt ad corrumpendum virginem non sufficiat, & similiter est in aliquo sufficiens caliditas ad pulchram, quæ magis concupiscétiam inflammat, quæ non sufficienter ad turpem mouet. ergo videtur quòd frigiditas, & si im-

¶ Not. Prima pars huius probationis, sicut & probatio secundæ cóclusionis antecedentis, meritò supponitur clara ex iuribus, vt patebit in appen. seq.

¶ Nota quoque super ly errat, quod de errore facti intelligitur. Et hic error debita diligentia pro fragilitate humana accedente, nō est peccatum: sed aliquid de defectu humano dicitur suprà q. 55. artic. 8. ad primum.

## 1^m de maiori.

Non est de essentia. ℞. Tamē sequitur ad hoc, quod est de essentia. §. Quia per matrimoniū datur vtrique, &c. vt in tex. Tunc nihil &c. vt patet. De matrimonijs pari voto cōtinentium, de quibus in argum. tangitur, vide ad quartum.

## 2^m de maiori.

Ita. ℞. Quantum ad impeditionem: non, quantum ad frequentiam impeditionis. §. Caliditas enim superflua vix potest, &c. vt in tex. Tunc nihil &c. vt patet.

¶ Not. In tex. notato vltima verba pro occurrentia multorum casuū; quæ sunt ly omnis defectus naturalis ad frigiditatem reducitur.

## 3^m de maiori.

Frigidi. ℞. Quantum ad caliditatem sufficiētem ad generandum: non, quātum ad caliditatem sufficientē ad carnalem copulam. §. Tunc &cęt. Possunt enim cōtrahere matrimonium, dato isto secundo, quamuis non habeat primum.

¶ Not. Pro maiori propositionis arg. intelligentia, & etiā pro simil., & alijs similib. penè infinitis, semper memento: in his locutionibus subintelligi exceptā cōplexionem aliquorum particularium. Nā propositiones intelliguntur s*m* ordinarium cursum: vnde nec eis obstat, ꝙ in aliquo particulari, seu plurib. quandoque, non verificentur. Hinc cū veritate similiū propositionum inueniūtur senes aliqui quandoque genuisse; sicut & aliqui ante 14. annum: quāuis vera sit ordinarie illa propositio dicēs, ꝙ masculus quatuordecim annorum tātum habilis est ad generationem. Quin & aliqui plurium quandoq; annorum, puta 15. vel sexdecim, inhabiles ad

pediat respectu vnius, non tamen impediat simpliciter.

¶ 6 Præterea. Mulier est vniuersaliter frigidior viro: sed mulieres non impediuntur à matrimonio, ergo nec frigidi.

Sed contra est, quod dicitur extrà de frigidis, & maleficiatis. Sicut puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus coniugio, sic qui impotentes sunt, minimè apti ad contrahenda matrimonia reputātur: tales autem sunt frigidi, ergo &c.

¶ Præt. Nullus potest se obligare ad impossibile: sed in matrimonio homo se obligat ad carnalem copulam, quia ad hoc dat alteri sui corporis potestatem: ergo frigidus, qui non potest carnaliter copulari, non potest matrimonium contrahere.

Respon. Dicendum, ꝙ in matrimonio est cōtractus quidam, quo vnus alteri obligatur ad debitum carnale soluendum. Vnde sicut in alijs contractibus non est cōueniens obligatio, si aliquis se obliget ad hoc, ꝙ non potest dare, vel facere, ita non est conueniens in matrimonio contractus, si fiat ab aliquo qui debitum carnale soluere non possit: & hoc impedimentum vocatur impotētia coeundi nomine generali, quæ quidem potest esse, vel ex causa intrinseca, & naturali; vel extrinseca, & accidentali, sicut per maleficium, de qua post dicetur. Si autem sit ex causa naturali, hoc potest esse dupliciter: Quia vel est temporalis, cui potest * subueniri remedio medicinæ; vel per excessū ætatis; & tunc non soluit matrimoniū, vel est perpetua, & tunc soluit matrimonium, ita ꝙ ille ex parte cuius allegatur impedimentum perpetuo maneat absque spe coniugii, alius nubat, cui vult in domino.* Ad hoc autem cognoscendum vtrum sit impedimentū perpetuum, vel non; Ecclesia tp̄s determinatum adhibuit, in quo huius rei posset esse experimentum, s. triennium. Quòd si post trienniū in quo fideliter ex vtraque parte dederunt operā copulæ carnali implendæ, inueniatur matrimonium non esse consummatum: iudicio Ecclesiæ dissoluit; & tamē in hoc quandoque Ecclesia errat, quia per triennium quandoque non sufficiēter experiri potest perpetuitas impotētiæ. Vnde Ecclesia si se deceptā inueniat per hoc, quod ille in quo erat impedimentum, inuenitur carnalem copulam cum alia, vel cum eadē perfecisse, reintegrat matrimonium præcedens, & dirimit secundum, quamuis de eius licentia sit factum.

*Al. beneficio.*

*1. Cor. 7.*

Ad primum ergo dicendum, ꝙ quāuis actus carnalis copulæ non sit de essentia matrimonii, tamen sequitur ad hoc qd est de eius essētia: quia per matrimoniū datur vtrique coniugum potestas in corpus alterius respectu carnalis copulæ.

Ad secundum dicendum, ꝙ caliditas superflua vix potest esse impedimentū, si tamen inueniretur, ꝙ per trienniū impediret carnalem copulam, iudicaretur perpetuum: tamen quia frigiditas magis, & frequētius impedit (tollit enim non solum commixtionem seminum, sed etiam rigorem membrorum, quo fit cōiunctio corporum) ideo frigiditas magis hic ponitur impedimentum, quàm caliditas, cum omnis defectus naturalis ad frigiditatem reducatur.

Ad tertium dicendum, ꝙ senes quamuis non habeant caliditatē sufficientem ad generandum, tamen habent caliditatem sufficientem ad carnalem copulam, & ideo conceditur eis matrimonium, secundum quòd est in remedium, quamuis nō competat eis secundum quod est in officium naturæ.

Ad quartum dicendum, ꝙ in quolibet contractu hoc vniuersaliter tenetur, quòd ille, qui est impotens ad soluendum aliquid, non reputatur idoneus ad contractū illum, quo se obligat ad eius solutionem. Tamen potest impotens esse tripliciter. Vno modo, quia non potest soluere de iure; & sic talis impotētia omnibus modis facit contractum esse nullum, siue sciat ille, cum quo facit talem contractū hanc impotentiam, siue non. Alio modo, quia scit sibi nō soluendum de facto, & tunc si sciat ille, cum quo contrahit hanc impotentiā, nihilominus contrahit: ostenditur, ꝙ alium finem ex contractu quærit, & ideo contractus stat. Si autem nescit, tunc cōtractus nullus est. Et ideo frigiditas, quæ causat talem impotentiam, vt homo non possit de facto soluere debitum, & conditio seruitutis, per quam nō potest homo de facto liberè reddere impediunt matrimonium, quando alter coniugum ignorat hoc, quod alius non potest reddere debitum: impedimētum autem per quod quis non potest de iure reddere debitum, vt consanguinitas, annullat contractum matrimoniū, siue sciat alter coniugum, siue non; & propter hoc Magister * ponit, quòd hæc duo faciunt personas non omnino illegitimatas.

*li. 4. sent. dist. 34.*

Ad quintum dicendum, ꝙ non potest esse perpetuū impedimentū naturale viro respectu vnius personæ, & non respectu alterius: sed si non possit implere carnalē actum cū virgine, & possit cū corrupta, tunc medicinaliter aliquo instrumēto possunt claustra pudoris frangi, & ei coniungi: nec esset hoc contra naturam, quia non fieret ad delectationem, sed ad medicamentum: abominatio autem mulieris non est causa naturalis, sed causa accidentalis extrinseca, & ideo de ea est iudicium idem, quod de maleficio, quod post dicetur.*

*art. seq.*

Ad sextum dicendum, ꝙ mas est agens in generatione, sed fęmina est patiens, & ideo maior caliditas requiritur in mari, quàm in fęmina ad opus generationis. vnde frigiditas facit impedimentum in viro; sed in muliere potest esse impedimentū naturale ex alia causa, s. arctatione: & tunc idem est iudicium de arctatione mulieris, & frigiditate viri.

ad id reperiuntur; absq; præiudicio tñ veritatis propositionis prædictæ. Et sic de alijs applica tu pro occurrentia similiū problematum.

## 4^m illatio conclusionis. Ergo frigiditas, &c.

℞. Negatur illatio. §. Sed erit vera illatio si dicatur sic: ergo frigiditas, vt scito ab altero contrahente, nō impedit matrimoniū. Ratio negationis prędictæ illationis est, q̄a in quolibet cōtractu hoc vniuersaliter tenetur; ꝙ ille, qui est impotēs ad soluendum &c. vt in tex.

## 5^m de concl.*

Frigiditas. ℞. Accidentalis extrinseca: non autē naturalis. §. Non. n. potest esse perpetuū impedimentū naturale viro respectu vnius personæ, & non respectu alterius: vt dicitur in tex. & cōfirmat ab Innoc. III. app. seq. per ly ipsa cognoscibilis erat illi, cuius simili commiscetur. Tūc nihil &c. Nam conclus. præsentis art. intelliguntur de frigiditate naturali: non autem de proueniēte ex causa extrinseca accidētali. Hęc enim pertinet ad sequētem artic. veluti quæ ex maleficio procedat.

## 6^m illatio conclusionis. Ergo nec &c.

℞. Negatur illatio. §. Non enim est eadem ratio de vtrisque. Nam mas est agens in generatione, sed fœmina, &c. vt in tex.

¶ Not. Cum in tex. dicatur; quòd arctatio mulieris idem subit iudicium, quod frigiditas viri, sequitur per hoc, quòd

ARTI-

quòd iste artic. explicitè loquatur de vno, & implicitè de altero, tam in conclusionibus suis, quàm in respons. Verbi gratia; de arctatione mulieris sit prima conclusio. Non est conueniens in matrimonio contractus, si fiat ab aliqua, quæ debitum carnale &c. & sit secunda concl. sequens. Si arctatio est temporalis non soluit &c. Sit & tertia, si post triennium, in quo fideliter ex vtraque parte, &c. Residuum corporis, argumentorum, & responsionum, mutata frigiditate in arctationem, similiter applicetur.

## APPENDIX.

Veilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas: merito insinuatum ab Alexandro III. quòd frigiditas matrimoniū impedit. Sicut puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus coniugio: sic qui impotentes sunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur | Hæc ille; de frig. & malefic. quod sedem. item de arctatione, vel huiusmodi ab eod. ibid. ex literis &c. Mulier grauem infirmitatem contraxit, vt omnino viro sit facta inutilis: & instrumentum eius impeditum: ita quòd vir ei commisceri nō potest. Respondemus, q̃ si vitium illud mulier à natura contraxit, nec ope medicorum poterit adiuuari: viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem. Hæc ibi. Vbi loquitur de impedimento antecedēte matrimonium: & consequenter ly contraxit, primo loco dictum intelligitur sic, i. contraxisse apparuit. Vel in veritate contraxit magis. Potuit enim hoc secundum contingere ex eo; quòd cum prius arcta fuerit, sit per violētum contactum viri ad commixtionem magis inhabilis, reddita. Item à Lucio III. ibid. Consultationi, &c. Vtrum fęminæ clausæ impotentes commisceri maribus matrimoniū possint contrahere; &, si contraxerint, an debeat rescindi. Respondemus: quòd, licet incredibile videatur, quòd aliquis cum talibus contrahat matrimonium; Romana tamen Ecclesia consueuit in consimilibus iudicare: vt, quas tanquàm vxores habere non possunt, habeant vt sorores. Hæc ille. Cuius dictum intellige de contrahentibus scienter cum impotenti ad copulam carnalem: alioquin separarentur, vt immediatè suprà habes per Alexandrum. Item à Cęlestino ibidem. Laudabilem, &c. Si frigiditas prius probari non posset, cohabitent per triennium à tempore celebrati coniugij: quo lapso, si nec tunc cohabitare voluerint, & mulier per iustum iudicium de viro probare potuerit, quòd cum ea coire non possit, accipiat alium: si autem ille aliam acceperit, separentur. Quòd si ambo consentiant simul esse; vir eam, etsi non vt vxorem, saltem habeat vt sororem. Hæc ille. Item ab Innocentio III. Altisiodorensi Episcopo, ibi, Fraternitatis, &c. Mulier O. cuidam viro matrimonialiter nupsit: cum quo per multos annos morata non potuit carnaliter ab ipso cognosci. Tu volens habere certitudinem pleniorem quasdam matronas prouidas, & honestas ad tuam præsentiam euocasti districtè illis iniungens sub periculo animarum, vt mulierem ipsam inspicerent, & perquirerent diligenter; vtrum idonea esset ad viriles amplexus. Quæ tandem in fide sua tibi asseruere constanter, quòd eadem nunquàm poterat esse mater, aut coniunx, tanquàm cui naturale deerat instrumentum. Vnde inter ipsam, & virum, diuortium celebrasti. Contigit autem postea; quòd mulier inuenit, qui seras huiusmodi reserauit, & Gui. supernupsit. Nos perspicaciter attendentes, q̃ impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter diuinum miraculum per opus humanum absque corporali periculo potuit remoueri sententiam diuortij per errorem, licet probabilem, nouimus esse prolatam: cum pateat ex postfacto, q̃ ipsa cognoscibilis erat illi, cuius simili commiscetur. Et ideo inter ipsam, & primum virum, dicimus matrimonium extitisse. Quare inter eam & præfatum Gui. matrimonium non esse censemus, eosque præcipimus ab inuicem separari, &c. Quamdiu artic. iste dubitabilis erat, præsumi non debet, q̃ fornicaretur cum illo Gui. sed amodo non debet cum illo aliquatenus remanere. Hæc ille. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas prædicta Pontificum pro quanto de frigiditate & arctatione sentiunt quæ dicta sunt, & intelligas, & tuearis. Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

2

3

---

## ARTICVLVS II.

*Vtrum maleficium possit impedire matrimonium.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd maleficium non possit matrimonium impedire. Huiusmodi enim maleficia fiūt operatione dæmonum: sed dęmones nō habent potestatem ad impediendum matrimonii actum magis quàm corporales alios actus, quos impedire * non possunt, quia sic totum mūdum perimerent, si comestionem, & gressum, & alia huiusmodi impedirent. ergo per maleficia non potest impediri matrimonium.

¶ 2 Pręt. Opus Dei est fortius quàm opus diaboli: sed maleficiū est opus diaboli. ergo non potest impedire matrimonium, quod est opus Dei.

¶ 3 Præt. Nullum impedimentum dirimit contractum matrimonium, nisi sit perpetuum: sed maleficium non potest esse impedimentum perpetuum, quia cum diabolus non habeat potestatem, nisi super peccatores, expulso peccato tolletur maleficium, vel per aliud maleficium, vel etiam per exorcismos Ecclesiæ, qui sunt ordinati ad reprimendam vim dæmonum. ergo maleficium non potest impedire matrimonium.

¶ 4 Pręt. Carnalis copula non potest impediri, nisi impediatur potentia generandi, quæ est principium eius: sed vnius viri generatiua potentia se habet ad omnes mulieres æqualiter. ergo per maleficium non potest esse impedimentum respectu vnius, nisi sit respectu omnium.

SED CONTRA est, quod dicitur in Decret. 33. q. 1. si per fornicarias, vel maleficas, & infrà. Si sanari non poterunt, separari valebunt.

¶ Præt. Potestas dæmonum est maior, quàm potestas hominis, Iob 1. Non est potestas super terram, &c. sed opere humano potest aliquis fieri impotens ad carnalem copulam per aliquam potestatem vel castraturam, & ex hoc matrimonium impeditur. ergo multo fortius virtute dæmonis hoc fieri potest.

RESPON. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quod maleficiū nihil aliud erat in mundo, nisi in æstimatione hominum, qui effectus naturales, quorum causæ sunt occultæ, maleficiis imputabant. Sed hoc est cōtra authoritatem Sanctorum, qui dicunt, quòd dæmones habent potestatem supra corpora & supra imaginationem hominum, quando à Deo permittuntur. Vnde per eos malefici aliqua signa facere possunt. Procedit autem hæc opinio ex radice infidelitatis, quia non credunt esse dæmones nisi in æstimatione vulgi tātum, vt terrores, quos sibi facit homo ex sua æstimatione imputet dæmoni, & quod etiam ex imaginatione aliquæ figuræ apparent in sensu tales quales homo cogitat, & tunc creduntur dæmones videri. Sed hæc verba fides repudiat, per quam angelos, de cœlo cecidisse & dæmones esse credimus, & ex subtilitate suæ naturæ multa posse, quę nos non possumus, & illi qui eos ad faciendum talia in-

SVP. Q. LXXXIX. Aliàs 58. Art. II.

240

CONCL. 1. Impotentia coeundi ex maleficio perpetua dirimit matrimonium; nō perpetua autem, non dirimit: & ad hoc experiēdum eodem modo Ecclesia tempus triennij præfixit, sicut & de frigiditate dictum est.

¶ PROB. Quia similiter de impotentia coeundi ex maleficio, & ex causa naturali, iudicandum est, cum id colligatur ex tex.

*Al. puertetur.

¶ COROLL. Videnda ergo, q̃ supra dicta sunt de frigiditate: & huc applicanda, pro quāto sufficit: nam impotentia coeundi ex causa naturali est frigiditas.

¶ CONCL. 2. Qui propter frigiditatem est impotens, ita est impotens ad vnam, sicut ad aliam.

¶ PROB. Quia patet à signo dato ab Ecclesia (hoc est; quando matrimonium propter frigiditatem dirimitur, non datur &c. vt in tex.)

¶ CONCL. 3. Ex maleficio homo potest esse impotens ad vnam, & non ad aliam.

¶ PROB. Quia patet à signo dato ab Ecclesia (hoc est; quando iudicio Ecclesiæ matrimonium propter maleficiū dirimitur, vtrique datur, &c. vt in tex.)

¶ NOT. Quæ naturalia sunt, vno modo se habent: quæ autem ex libero arbitrio pēdent, variari possunt. Quoniam igitur frigiditas secundum causam naturalem attenditur: ideo fuit dictum in 2. conclusion. & confirmatum art. 1. ad quintum. princip. quòd talis impotentia, respectu diuersarum mulierum, manet. Quia verò impotentia ex maleficio secundum liberum arbitrium attenditur, vt in præsenti passim ostenditur: ideo in 3. conclusio. dictum est; quòd talis impotentia respectu diuersarū mulierum variatur, seu non manet. Rursus. Ex conclusionibus his reijciuntur præmissæ opiniones in corp. recitatæ de maleficijs. Vide tu: Et nota: quòd error, imò & hęresis, illud primorum opinantium est: pro quanto dæmones negat reperiri, maleficiaq; per eos concitari. Huiusmodi autem uocati sunt Antidæmoniaci à Gabriele Prateolo titul. Antidæmoniaci. Hi enim sunt ex rigidorum confessionistarum huius sæculi familia sic nuncupati: quòd negēt diabolum, & malos spiritus, vllasque esse per eos maleficia, aut incantationes. Hæc Staphilus. Pro huius hæresis damnatione, vide 1. par. q. 111. art. 4. appen.

Primum

ducunt, malefici vocantur. Et ideo alii dixerunt, quòd per maleficia pręstari potest impedimentum carnali copulæ, sed nullum tale est perpetuum, vnde non dirimit matrimoniũ contractum, & dicunt iura esse reuocata, quæ hoc dicebant. Sed hoc est contra experimentum, & contra noua iura, quæ antiquis concordant, & ideo distinguendum est, quia impotentia coeundi ex maleficio, aut est perpetua, & tunc matrimonium dirimit: aut non est perpetua, & tunc non dirimit; & ad hoc experiendum eodem modo Ecclesia tempus triennii præfixit, sicut & de frigiditate dictum[b] est, tamen hæc differentia est inter maleficium, & frigiditatē, quia qui propter frigiditatem est impotens, ita est impotens ad vnam, sicut ad aliam, & ideo quando matrimonium dirimitur, non datur licentia ei, vt coniugatur alteri, sed ex maleficio homo potest esse impotens ad vnam, & non ad aliam, & ideo quando iudicio Ecclesiæ matrimonium dirimitur, vtrique datur licentia, vt alteram copulam quærat.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ quia corruptio peccati prima, per quam homo factus est seruus diaboli, in nos per actum generatiuæ deuenit, ideo maleficii potestas permittitur diabolo à Deo in hoc actu magis quàm in aliis: sicut in serpentibus magis ostenditur virtus maleficiorum, quàm in aliis animalibus, vt dicitur, quia per serpentem diabolus mulierem tentauit.

Ad secvndvm dicendũ, quòd opus Dei potest opere diaboli impediri diuina permissione: non quod diabolus sit Deo fortior, vt per violentiam opera eius destruat.

Ad tertivm dicēdum, quòd maleficium est ita perpetuum, quòd non potest habere remedium humanum: quamuis Deus posset remediũ præstare, dæmonem cogendo, vel etiam dæmon desistendo. Non enim semper oportet, vt id, quod per maleficium factum est, possit per maleficium aliud destrui, vt ipsi malefici confitentur: & tamen si posset per maleficium remedium adhiberi, nihilominus perpetuum reputaretur, quia nullo modo debet aliquis dęmonis auxilium per maleficiũ inuocare. Similiter non oportet, quòd si per peccatum aliquod diabolo data est potestas in aliquē, quod cessante peccato cesset potestas, quia pœna interdum remanet, culpa transeunte. Similiter etiam exorcismi Ecclesiæ non valent ad reprimendũ dęmones semper, quantũ ad omnes molestias corporales, iudicio diuino hoc exigente: sed semper tamen valent contra illas infestationes dęmonum, cōtra quas instituti sunt.

Ad qvartvm dicendũ, ꝙ maleficiũ quandoque potest pręstare ad omnes impedimentũ, quandoq; ad vnam tantũ, quia diabolus volũtaria causa est, non ex necessitate naturæ agens. Et pręterea impedimentũ maleficii potest esse ex impressione dęmonis, & imaginatione hominis; ex qua tollit̃ viro cōcupiscentia mouēs ad talē mulierem, & non ad aliam.

**3m minor.** Dæmones non habent potestatem ad impediendum matrimonij actum, magis quàm corporales alios actus. ℞. Negatur ista. §. Nam quia corruptio peccati prima, per quam homo, &c. vt in textu. Tunc nihil &c. vt patet.

**2m de concl.**[c] Non potest impediri. ℞. Per violentiã contra volũtatem Dei: non autem permissione diuina. §. vt patet in textu. Tũc nihil &c. Nam conclusiones articuli pręsupponunt diuinã permissionē in hoc; quòd diabolum posse impedire ex maleficio matrimonium, dicunt.

¶Not. Doctrina responsi textualis de impotentia diaboli, confirmatur plenissimè Iob 1. vbi quamuis nocēdi auidissimus, nunquã offendere potuit ipsum Iob, nec etiam in rebus, nisi quando Deus permisit; & tunc tantummodo secundũ quod permissum sibi fuerat, & non plus. Item Matth. 8. vbi monstratur; diabolũ, nec porcos quidem offendere posse, nisi Christo permittente.

[b] ar. præce. cor. sub fi. & ad 2.

¶Coroll. Ergo diabolus à nemine timendus est, sed solus Deus: cuius nutu, vel permissione solũmodo diabolus nocere potest. Hinc deridēdi valde sunt merito Sathanistæ, qui (vt refert Prat. tit. Sathanistæ) dixerunt: Sathanæ esse sacrificādum, ne sit nobis infestus sacrificijs placatus. Credebant. n. hi: Sathanam esse velut quendam magnũ, & fortem, & qui ex se multa mala hominibus inferre posset: ideoq; ipsum placare studebāt sacrificijs; vt sibimet, vel suis parceret. Hunc errorē forsan & imbiberant Dæmoniaci: qui (teste Hosio, & Prat. tit. Dæmoni.) adorabant dæmonem, & quidem decies in die, ipsumque adorandum esse, prædicabant. Horum damnationem, vide 1. par. q. 12. art. 10.

**3m minor.** Malefiũ non potest esse impedimentum perpetuum. ℞. Negatur ista. §. Nam perpetuum est, in proposito, maleficiũ illud: quod non potest habere remedium humanum: & ita est de multis. Ad rationem illam argumenti triplicem allatam dicitur; ꝙ non concludit intentum. Non. n. semper oportet, vt id quod per maleficium, &c. similiter non oportet, ꝙ si per peccatum &c. similiter etiam exorcismi Ecclesiæ, &c. vt in tex.

**4m illatio conclusionis.** Ergo p &c. ℞. Negat̃ illatio. §. Nam maleficium habet causam voluntariã, diabolum s. & ideo qñque pōt præstare, &c. vt in tex. vsque ad ly & præterea. Vide not. post prob. tertię concl.

**Itē minor.** Vnius viri generatiua potentia se habet ad omnes mulieres æqualiter. ℞. Nisi ex impressione dæmonis, & imaginatione hominis aliter accidat. §. Nam ex hac tollitur viro concupiscentia &c. vt in textu. Tunc nihil &c. vt patet. Vide rhsum ſm lr̃æ ly, & p̃terea impedimentũ maleficij potest &c.

¶Not. In confirmationē illius minoris argumēti adductæ, ꝙ si vnius viri generatiua potentia, quantũ est ex seipsa, ad omnes mulieres æqualr̃ se habet, est art. 1. ad 5. vbi dicit̃: nō potest esse perpetuũ impedimētum naturale viro respectu vnius personæ, & nō respectu alterius. Vide notat. post prob. conclus. tertiæ.

## APPENDIX.

Ex art. habes primò, quomodo per rationē ostendas, meritò insinuatũ à 33. q. 1. quòd maleficiũ impedit mr̃imoniũ: & ꝙ à diabolo Dei permissione fit: & ꝙ post solutũ matrimoniũ possunt ij nubere aliis: & sic Si p sortiarias, atq; maleficas artes occulto, sed nunq̃ iniusto Dei iudicio pmittente, & diabolo pparāte, concubitus nō sequit̃: hortādi sunt qb. ista eueniũt, vt corde cõtrito, & spiritu humiliato, Deo & sacerdoti de oibꝰ peccatis suis purā confessionē faciāt, & pfusis lachrymis, & largiorib. eleemosynis, & orōnib. atq; ieiunijs dño satisfaciāt, &c. Quod si fortè sanari nō potuerint, separari valebũt. Hęc ibi. Quod verò possint alijs nubere; patet per Greg. Pap. ibid. ꝙ aũt interrogasti, &c. vir & mulier si se cōiunxerint; & dixerit postea mulier de viro, ꝙ coire nō possit cum ea: si pōt pbare, ꝙ verũ sit, p iustũ iudiciũ, accipiat aliũ. Hæc ille. Quãuis. n. loquat̃ ad lr̃am de frigidis: tñ, quia est sicut iudiciũ de frigidis & maleficiatis in hoc (vt ex corp. ar. huius hr̃): ideo facit ēt ad propositũ pręsens. Itē meritò insinuatũ, ꝙ diuisi pp frigiditatē non debent cōiungi alteri; secus pp maleficiũ. De frigidis aũt insinuat̃ hoc ab eod. Greg. ibid. Reqsisti de his &c. Si mulier dicit, volo esse mr̃, & filios procreare: vterq; eorũ, septima manu propinquorũ, tactis sacrosanctis reliquijs iureiurādo dicat: ꝙ nunq̃ per cōmixtionē carnis coniuncti, vna caro effecti fuerint: tũc vr̃, mulierē secundas nuptias contrahere posse. Vir autē qui frigidæ naturæ est, maneat sine cōiuge. Hęc ille. De maleficiatis verò loquit̃ c. vlt. ibid. dicens: Separari valebunt: sed postq̃ alias nuptias expetierint, &c. Hæc ibi. Ecce, ꝙ maleficiati post diuisionem possunt cōtrahere ambo cum alijs, pp ly expetierint pluraliter dictum: ad dr̃iam separatorũ, propter frigiditatē. Vide art. 1. app. qm̃ dicta ibi faciunt etiam ad hunc locum. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto circa maleficium dicunt vt suprà, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina præsens, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Pro maleficiatis consiliũ bonum.

2

3

---

SVP. Q. LXXXIX. Aliàs 58. Art. III.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum furia impediat matrimonium.*

Ad tertivm sic proceditur. Videtur, quòd furia non impedit matrimonium. Matrimonium enim spirituale, quòd in baptismo contrahitur, dignius est quàm carnale; sed furiosi possunt baptizari: ergo & matrimonium contrahere.

¶ 2 Præt. Frigiditas impedit matrimonium, inquantum impedit carnalem copulam, quæ nō impeditur per furiam, ergo nec matrimonium.

¶ 3 Præt. Matrimonium nō dirimi-

Concl. 1. Si furia sequitur matrimonium, nullo modo dirimit ipsam.

241 C. 2. hi qui. & c. neq; 32. q. 7. & c. dilectus, ext. de spō.

¶Prob. Quia patet ex suprà (cùm multotiens dictum sit; matrimonium verũ nunquam dirimi).

¶Concl. 2. Si furia præcedit matrimoniũ, & furiosus, dum habet lucida interualla, cōtrahit, matrimoniũ tenet: non est tamen tutum, quòd matrimoniũ contrahat etiam tunc.

¶Prob.

¶Prob. 1. Quia furiosus habens lucida interualla, pōt dare consensum contractus matrimonij (patet ex terminis). Secunda autem pars, s. non est tamen &c. probatur: Quia furiosus ille nesciret prolem educare (vt patet).

¶Concl. 3. Si furiosus, quando non habet lucida interualla, contrahit; non erit verum matrimonium.

¶Prob. Quia nō potest esse consensus, vbi deest rationis vsus (patet ex terminis).

1m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negat illatio. §. Nā ratio de baptismo furiosorum, & eorum matrimonio non est similis. Vsus enim rationis non exigitur ad baptismum furiosi quasi ipsius sicut &c. vt in tex.

¶Not. Non negat absolutè textus, quòd ad furiosi baptismū requiratur vsus rationis; sed addit ly quasi ipsius. Sufficit enim vsus rationis Ecclesiæ offerentis furiosum ad baptismū: quando aliter consensus furiosi haberi non potest. Et hoc denotat ly quasi ipsius. Confirmatur hoc literæ dictū per Innocentium III. de baptis. & eius effect. Maiores, &c. Vide ibi tu circa finem. Item de baptismo furiosorum, vide 3. par. quæst. 68. artic. 12.

tur nisi per aliquod impedimentum perpetuum, sed de furia non potest sciri ꝙ sit impedimentū perpetuum; ergo non dirimit matrimonium.

¶ 4 Prę. In versibus supradictis sufficienter continentur impedimenta impedientia matrimonium: sed ibi non fit mentio de furia: ergo &c.

Sed contra, Plus tollit vsum rationis furia, quàm error: sed error impedit matrimoniū, ergo & furia.

¶ Præterea. Furiosi non sunt idonei ad aliquem contractum faciendum: sed matrimoniū est contractus quidam: ergo &c.

Respon. Dicendum, ꝙ furia, aut præcedit matrimonium, aut sequitur: si sequitur, nullo modo dirimit ipsum: si autem præcedit, tunc aut furiosus habet lucida interualla, aut non: si habet, tunc quāuis dum est in illo interuallo non sit tutum, ꝙ matrimonium contrahat, quia nesciret prolem educare, tamen si contrahit est matrimonium: si autem non habet, vel si quando non habet, contrahit, tunc quia non potest esse consensus vbi deest rationis vsus, non erit verum matrimonium.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ vsus rationis non exigitur ad baptismum quasi ipsius, sicut exigitur ad matrimonium, & ideo non est similis ratio, * tamen de baptismo furiosorum dictum est suprà. *

Ad secvndvm dicendum, ꝙ furia impedit matrimonium ratione suæ causę, quæ est consensus, quamuis non ratione actus vt frigiditas: sed simul Magister * de ea determinat, cum frigiditate, quia vtrumque est quidam naturę defectus.

Ad tertivm dicendum, ꝙ momentaneū impedimentum, quod causam matrimonii, scilicet consensum, impedit, matrimonium totaliter tollit; sed impedimentum, quòd impedit actum, oportet esse perpetuum ad hoc, quòd matrimonium tollat.

Ad qvartvm dicendū, quòd hoc impedimentum reducitur ad errorem; quia vtrobique est defectus consensus ex parte rationis.

2m de conclusione. Nec matrimonium. ℞. Ratione sui actus: non, ratione suæ causæ. §. Tunc &c. Nam de frigiditate, & furia, non est similis ratio impeditionis quò ad hoc. Furia enim impedit matrimonium ratione suæ &c. vt in tex. Vbi per ly actus, intellige actum carnalis copulæ.

3m maior. Matrimoniū non dirimitur, nisi per aliquod impedimentum perpetuum. ℞. Si dirimendum sit ratione sui actus: non autem, ratione suæ causæ. §. Momentaneum enim impedimentum, quod causam &c. vt in textu. Tunc nihil &c. Nam furia impedit matrimoniū ratione &c. vt in tex. ad secūdum.

4m de minori. Ibi non fit mentio. ℞. Explicita: non autē, implicita. §. Nam hoc furiæ impedimentum reducitur &c. vt in textu.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostēdas; meritò insinuatum esse ab Innocentio III. ꝙ furia matrimonium impedit contrahēdum, & dirimit cōtractum: & sic. Dilectus filius R. proposuit: quòd filiam suam cuidā matrimonialiter copulauit, &c. Cùm autem eadem mulier cum ipso viro, qui continuo furore laborat, morari non possit; & propter alienationem furoris legitimus nō potuerit interuenire cōsensus: mandamus quatenus, si rem noueris ita esse, præfatas psonas cures ab inuicem separare. Hęc ille; de sponsal. & matrimo. Item à Fabiano Papa. Neque furiosus, neque furiosa matrimoniū cōtrahere possunt. Sed, si contractū fuerit non separētur. Hæc ille; 32. q. 7. Vbi à ly sed si contractū &c. loquitur Papa in casu, quo ipsi tempore interualli lucidi ratificarēt matrimonium præcedens, de nouo scilicet cōsentiendo. Alioquin standum est in dicto Innocentij præmisso. Item à simili. Sicut tenor &c. Si eo tempore, quo P. sacerdos positus extra mentem asseritur, indutus fuit habitu monachali, cùm alienatus non valeat consentire, cum denunciētis ab obseruatione monastici ordinis absolutum: nisi, postquàm mentis suæ factus est compos, spontanea voluntate professionem fecerit monachalem. Hæc Innocentius III. de regula. & transeunt. ad relig. Ecce: quòd diximus super ly sed si contractum &c. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Pontificum, pro quanto furiam sic vel sic impedire matrimonium insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* Al. tamē

* S. Tho. in 4. dist. 4. q. 3. ar. 1. q. 3.

* li. 4. sent. d. 34. §. C.

a

3

Quar-

---

SVP. Q. LXXXIX. Aliàs 58. Art. IIII.

Concl. 1. Si aliquis cognoscit consanguineam aliquā vxoris suæ ante matrimonium contractū, etiam post sponsalia; oportet matrimonium separari.

¶ Prob. Quia contracta affinitas hoc requirit (cum ex illicito concubitu etiam contrahatur q. 55. art. 3.)

¶Concl. 2. Si post matrimonium contractum & cōsummatum, vir cognoscat consanguineam vxoris; matrimonium non debet totaliter separari: sed vir amittit ius petendi debitū, nec potest sine peccato petere; sed tamen debet reddere vxori petenti.

¶ Exam. Ly consummatum. Hoc additur: quia affinitas causatur ex commixtione seminum: vt q. 55.

¶ Not. Quoniam vir ille petere debitum sine peccato non potest, consequens videtur: quòd uxor ad petitionem eius, vt petitio eius præcise & simpliciter est, reddens debitum, peccet. Nam non tan-

242 Toto titu. de eo, qui cogno. consang. vxoris suæ.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum incestus, quo cognoscit quis sororem vxoris suæ matrimonium dirimat.*

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur ꝙ incestus, quo quis cognoscit sororem vxoris suæ, matrimonium non dirimat, quia mulier non debet puniri pro peccato viri: sed puniretur, si matrimonium solueretur: ergo &c.

¶ 2 Præterea. Plus peccat, qui propriam consanguineam cognoscit, quàm qui cognoscit cōsanguineam vxoris, sed primum peccatum non impedit matrimonium, ergo nec secundum.

¶ 3 Præterea. Si in pœnam peccati hoc infligitur, videtur etiam si mortua vxore cum alia contrahat incestuosus, quòd separari debeāt, quod non est verum.

¶ 4 Præt. Hoc etiam impedimētum non connumeratur inter alia suprà † enumerata; ergo non dirimit contractum matrimonium.

Sed contra est, Quia per hoc quòd cognoscit sororem vxoris, contrahitur affinitas ad vxorem: sed affinitas dirimit matrimonium contractum; ergo & incestus prædictus.

¶ Præterea, In quo quis peccat, in hoc punitur: sed talis peccauit contra matrimonium. ergo debet puniri per hoc quòd matrimonio priuetur.

Resp.

tantum agentes aliquod illicitum: sed etiam consentientes, & participantes de actu illo illicito, inquantum huiusmodi, peccatum incurrunt.

¶Prob. primò: Quia patet ex supradictis. Secunda autem pars, s. sed vir &c. probatur: Quia in quo quis peccat, in hoc punitur (vt patet argumento sed contra). Tertia autem pars, s. sed tamen &c. probatur: Quia vxor non debet puniri propter peccatum viri.

¶Concl. 3. Post mortem vxoris vir ille debet oīnò manere absque spe coniugij; nisi cum eo dispensetur.

¶Coroll. Ergo, quantum est de se, verificatur semper illa prima pars, scilicet quòd maneat absque spe coniugij.

¶ Prob. Quia patet.

¶ Not. Peccauit iste contra coniugium: & ideo iure punitur per hoc, quòd priuatur coniugio. Viuente quidem vxore priuatur eo, quò ad actum ex parte sui; vt secunda conclusio dicit: mor-

† q. 50.

cit: mortua verò vxorē, priuatur eodem totaliter.

¶ CONCL. 4. Si vir ille præter dispensationem contrahat, peccat contra statuta Ecclesiæ faciens: non tamen matrimonium dirimitur.

¶ PROB. Quia patet, ex similibus supradictis alibi.

1^m minor. Punitur, si matrimonium solueretur. ℞. Negatur illa. §.

¶ NOT. Immo muneretur, vt patet quæstio. 43. artic. 3. ad quartum, & sextum. Inde enim, à simili, habetur: quòd mulier ex peccato viri præcedente matrimonium, reportaret hoc commodum; quòd scilicet non teneretur contrahere cum illo, & qui factus est odiosus Deo propter peccatum ipsum, & qui factus est suspectus de non seruanda fide matrimonij sequentis. Adde & hoc commodum mulieris: quòd non à quomodocumque peccare, sed ab infamissimo, seu grauissimo, i. incestuoso, liberatur: & vltra hoc omnem scrupulum conscientiæ, qui inde propter affinitatem posset accidere in actu matrimoniali præseruatur omninò.

*li. 4. sent. d. 34. §. E.

Cōmodū multiplex.

RESPON. Dicendum, quòd si aliquis cognoscit sororem, aut aliam consanguineam vxoris suæ ante matrimonium contractum, etiam post sponsalia, oportet matrimonium separari, ratione affinitatis contractæ: si autem post matrimonium contractum, & consummatum, non debet totaliter matrimonium separari: sed vir amittit ius petendi debitum, nec potest sine peccato petere: sed tamen debet reddere petēti, quia vxor non debet puniri de peccato viri, sed post mortem vxoris debet omnino manere absque spe coniugii, nisi cum eo dispensetur propter fragilitatem suam, cum timetur de illicito coitu, si tamen præter dispensationem contrahat, peccat contra statuta Ecclesiæ faciens: non tamen matrimonium dirimitur, nec propter hoc separatur.

ET per hoc patet solutio ad obiecta, quia incestus ponitur matrimonii impedimentum, non tam ratione culpæ, quàm ratione affinitatis quam causat; & ideo etiam non connumeratur aliis impedimentis, sed impedimento affinitatis includitur.

2^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Ratio est: quia hoc secundum causat affinitatem, primum verò non; & incestus ponitur matrimonij &c. vt in textu exclusiuè ad ly & ideo.

3^m de maiori. Quòd separari debeant. ℞. Negatur maior ratione huius particulæ. §. vt patet ex conclusione vltima.

4^m de antecedente. Non connumeratur. ℞. Explicite: non autem, implicite. §. subintelligitur enim in impedimento affinitatis. §. Tunc &c. vt patet.

APPENDIX.

EX artic. habes primò; quomodo per rationem ostendas; meritò insinuatū a Concil. apud Metiam; q̀ incestus superueniens matrimonio nō dirimit ipsum totaliter, sed aliquo modo: & sic. Si quis cū filiastra sua scienter fornicatus fuerit: nec à matre debitū petere, nec filiam vnquā habere potest vxorē: nec filiastra, nec ille, vllo vnquam tempore se alijs poterunt matrimonio copulare. Hæc illud: de eo qui cogno. consang. vxo. suæ. Item à Cœlestino III. ibid. Transmissæ nobis literæ demonstrāt; q̀ C. vxore sua defuncta filiam eius priuignā, videlicet propriam copula carnali cognouit: postmodum aliam accipiēs in vxorem cum priuigna illicitam rem cōmittere non expauit. Respondemus: q̀ legitimæ vxori cohabitans, & necessaria subministrans, non cognoscat eam, quādiu vixerit; nisi ab ea fuerit requisitus: & tunc ad ipsam, non sine graui cordis dolore, accedat: postmodū, si superuixerit ei, perpetuò sine spe cōiugij permanebit. Hæc ille. Itē de præcedente incestu meritò insinuatum ab Innocentio III. ibid. Ex literis, &c. G. matrem puellæ, quam infra nubiles annos in vxorē desponsauerat, carnaliter sæpe cognouit: & post carnali cōmixtione puellā tractauit adultam. Nos cōsultationi tuæ rñdentes dicimus; q̀ eis ab inuicē separatis, mulier alteri viro nō nubat; si, postq̀ nouit viri & matris delictum, ei non erubuit commisceri. Vir etiam, & mater mulieris, nunq̄ debent ad alias nuptias conuolare: sed semper continentiam seruare tenentur. Hæc ille. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Pontificum, pro quanto de incestu præcedente, vel superueniente sic vel sic insinuant, & intelligas, & defendas. Tertio vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

---

SVP. Q. LXXXIX. Aliàs 58. Art. v.

CONCL. 1. Ante illud tempus discretionis quo mas & fœmina possit sufficienter de matrimonio deliberare, & debitum sibi inuicem reddere, matrimonium contrahere nō possunt: & si nō ita facta fuerint, dirimuntur.

243 S. Th. 4. di. 36. q. vnic. art. 5.

¶ EXAM. Ly tempus discretionis. Limitatur hoc per verba sequentia: quoniā tempus discretionis, absolutè loquendo primo septennio completo, habetur; vt in pluribus. Loquitur ergo textus de tempore discretionis comparatiuè ad matrimonium; non autem absolute, neq; comparatiuè ad sponsalia ad quæ contrahēda septenniū sufficit; vt docent iura, de desponsation. impuber. cap. Literas, cap. Accessit, & cap. Duo.

¶ Ly debitum sibi inuicem reddere. Cautissime (vt etiam alibi) loquitur sanctus Thomas. Non enim se arctat ad quartumdecimum, vel duodecimum annum, nec ad pubertatē quamcumque; quo tempore, cum aliqui generare non possint, dubitant nonnulli an verum contrahant matrimonium: ex quorum numero est glossa, de desponsation. impuber. cap. Puberes. Ratio eorum est: quia (inquiunt) proles computatur inter bona matrimonij; & isti, de quibus suprà, non possunt habere prolem. Ab horum itaque opinione angustā abstrahens Diuus Thomas tutissimā conclusionem, communissimamque iaciendo vtitur verbis prædictis, scilicet ly debitum sibi inuicem reddere.

*art. 2. huius quæst.

*q. 50. ca.

† In Decr. li. 4. tit. 15. & est de frigidis, c. 2.

† lib. 7. de histo. Animalis, circa princ.

¶ Ly si non ita. Hoc includit cōiunctim duo prædicta; scilicet sufficientem consensum deliberatum & potentiam reddendi debiti. Vel, si diuisim etiam duo hæc sumantur; tunc ly non ita, refert consensum. Clarum enim est, quòd matrimonium sine sufficienti consensu contractum dirimitur. Quod si ly non ita, referat potentiam reddendi debitum solam, tunc (vt suprà dictū est exam. 2.) nō est totaliter clarum. Si quis enim deliberatē sufficienter assensum præberet matrimonio, & tamen non posset tūc gene-

* li. 4. decr. B. Grego. tit. 2. c. 3. & sup. q. 43. art. 2.

* Paulò ante in hoc corp.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum defectus ætatis impediat matrimonium.*

AD QVINTVM sic procedit. Videtur quòd defectus ætatis non impedit matrimonium. Secundum enim leges pueri accipiunt tutorem vsque ad vigesimumquintum annum: ergo videtur quòd vsque ad tempus illud non sit confortata ratio ad consensum, & ita videtur q̀ illud debeat esse tempus statutū matrimonium ineundi: sed ante tempus illud matrimonium potest contrahi, ergo defectus statutæ ætatis non impedit matrimonium.

¶ 2 Præterea. Sicut vinculum religionis est perpetuum, ita & vinculum matrimonii: sed ante decimum quartum annum non potest facere professionem, secundum nouam constitutionem. ergo nec matrimonium contrahere, si defectus ætatis matrimonium impediret.

¶ 3 Præt. Sicut consensus ad matrimonium requiritur ex parte viri, ita ex parte vxoris: sed mulier ante decimumquartum annum potest contrahere matrimonium, ergo & vir.

¶ 4 Præt. * Impotentia coeundi nisi sit perpetua, & ignorata, non impedit matrimoniū, sed defectus ætatis non est perpetuus, nec ignoratus. ergo non impedit matrimonium.

¶ 5 Præt. Non continetur in aliquo prædictorum * impedimentorum, & ita non videtur esse matrimonii impedimentum.

SED CONTRA, Decret. † dicit quòd puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus matrimonio: sed ante decimumquartum annum (vt in pluribus) non potest reddere debitum, vt in 9. † Animalium dicitur: ergo &c.

¶ Præt. Omnium natura constantiū positus est terminus magnitudinis, & augmenti, & ita videtur cum matrimonium sit naturale, quòd debeat habere determinatum tempus, per cuius defectum impediatur.

RESP. Dicendum, quòd matrimonium per modum contractus cū iusdā ordinationi legis positiuę subiacet, sicut & alii cōtractus, vnde secundum iura * determinatum est, q̀ ante illud tempus discretionis quo vterque possit sufficienter de matrimonio deliberare, & debitum sibi inuicem reddere, matrimonia non cōtrahantur, & si non ita facta fuerint, dirimuntur: hoc autem tempus, vt in pluribus est, in masculis in quartodecimo anno: in fœmina autem in duodecimo anno. Quia tamen præcepta iuris positiui sequuntur id, quod in pluribus est, si aliquid ad perfectionem debitam ante tempus prædictum * perueniat, ita quòd vi-

generare prolem: matrimonium illud non esset verum secundum aliquos; quod tamen secundum alios verum esset. Vide glossam ibidem (vt suprà exam. 2.) recitantem vtrosque hos opinantes. Vt igitur tutius, more sancti Doctoris, procedamus; dicendum iuxta duas primas huius examinis expositiones: & vltima prima tertia, valeat quantum valere potest.

¶Prob. Quia patet secundum iura.

¶Concl. 2. Si contrahentes ante tempus pubertatis carnaliter ante tempus prædictum fuerint copulati, matrimonium perpetuò stat indissolubile.

¶Not. Memento hic, & in similibus, vbique Concilij Trident. sess. 24. cap. 1. de reformat. dicentis, Qui aliter, quàm præsente parocho &c. Vide alibi suprà, q. 45. art. 5. append.

¶Prob. Quia per illam carnalem copulationem ostéditur: quòd vigor naturæ, & rationis, defectum ætatis suppleat.

gor naturæ, & rationis, defectum ætatis suppleat, matrimonium non dissoluitur; & ideò sic contrahentes ante annos pubertatis, ante tempus prædictum carnaliter fuerunt copulati, nihilominus matrimonium perpetuò stat indissolubile.

Ad primum ergo dicendum, quòd in illis, ad quę natura inclinat, non exigitur tantus vigor rationis ad deliberandum sicut in aliis, & ideo ante potest † in matrimonium, sufficienter deliberans consentire, quàm possit in contractibus aliis res suas sine tutore pertractare.

Et similiter est dicendum ad Secundum, quia votum religionis est eorum, quæ sunt sine inclinatione naturæ, quæ maiorem difficultatem habent, quàm matrimonium.

Ad tertium dicendum, quòd mulier citius ad tempus pubertatis peruenit, quàm vir, vt dr in 9. * de Animal. & ideo nō est simile de vtroque.

Ad quartum dicendum, quòd ex parte ista non solùm est impedimentum propter impotentiam coeundi, sed etiam propter defectum rationis, quæ adhuc non sufficit ad consensum illum ritè faciendum, qui perpetuò durare debet.

Ad quintum dicendum, quòd * sicut impedimentum, quod est ex furia, reducitur ad impedimentum erroris, ita etiam impedimentum, quòd est ex defectu ætatis, quia homo nondum habet plenum vsum liberi arbitrii.

*Sup. q. 43 art. 2.

*art. 5. huius q.

1m de conclusione prima. Ad consensum. R. In illas res, ad quas natura non ita inclinat: non ad illas ad quas ita inclinat. §. vt scilicet ad matrimonium. Tunc nihil &c. Nam tutor datur pueris vsque ad vigesimumquintum propter contractus alios à matrimonio; vt ex textu colligitur: ad quos vtique non sic inclinantur naturaliter, vt ad istud.

2m illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Non enim est eadē ratio de illis vtrisque respectu ad consensum puerorum. Nam votum religionis est eorum, quæ &c. vt in textu.

3m de maiori. Ita. R. Quantum ad consensum: non, quantum ad pubertatem. §. Nam mulier citius ad tempus &c. vt in tex. Tunc nihil &c. Quoniam, principaliter attenditur ad consensum, in proposito.

4m de conclusione. Ergo non impedit. R. Ratione impotentiæ coeundi: non, ratione defectus consensus. §. vt in tex. Tunc nihil &c. vt patet.

¶Coroll. Ergo videtur iuxta sanctum Thomam: quòd consentiens in matrimonium sufficienter, etiam quòd non possit generare, contrahat verū matrimonium. Tamen vide supradicta in exam. vlt. & bene considera.

5m de antecedente. Non continetur. R. Formaliter: non reductiuè. §. Sicut enim impedimentum, quod est ex furia &c. vt in tex. Tunc &c. vt patet.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum à Papa Vrbano III. quòd defectus ætatis impedit, & dirimit matrimonium: & sic. Attestationes &c. Prædictus iuuenis nondum duodecimum annum attigerat, cum præfatam G. accepit vxorem; & licet vtius fuisset (sic vterque confessus est) ipsam corrumpere: mulier tamen credit se virginem euasisse. Verum ipse, antequàm ad annum quartumdecimum peruenisset, à memorata muliere recessit; quem, cum septemdecim annos habeat, eadem pro viro sibi vendicare contendit. Respondemus: quòd si mulier per idoneos testes probare nequiuerit, quòd post quartumdecimum annum ætatis suæ, vel circa finem quartidecimi anni prædictus iuuenis consensisset in eam: ab ipso, iuramento recepto, quòd postquàm ad legitimam ætatem peruenit, ipsam habere nō consensit in vxorem, ab impetitione mulieris eū potes, & debes absoluere, & ad alia vota vtrique dare licentiam transeundi. Hæc ille: de desponsation. impuber. Ecce: quòd, à fortiori, ostendit intentum. A fortiori, inquàm: quia non tantum dicit, quòd defectus ætatis impedit, sed & quòd defectus, accedente etiam nisu ad copulam carnalem. Item ab Alexandro III. ibidem. Continebatur &c. Puella, si fuerit ætati proxima, & in vndecimo, vel circa duodecimum annum, & cum suo assensu desponsata, & cognita à viro; cui tradita fuerit in vxorem, separari non debet. Hæc ille. Vbi vides; quòd parum distare à pubertate cum vigore sensus ad actum matrimonialem non impedit: sed tanquàm supplens ætatem accipitur. Item ab Vrbano eodem ibidem. Ex literis &c. Puella quædam annorum duodecim iurata fuit, & desponsata cuidam puero nouem, vel decem annorum, & tempore procedente de voluntate parentum potius, quàm de sua ad domum patris pueri adducta, vbi nolens & inuitamentis parentum impulsa, moram fecit per annum, & amplius: & tamen inde recedens, ad domum propriam est regressa. Cùm autem dictus puer nondum ad quartumdecimum annum peruenit: nec ad eandem carnaliter accessum habuerit, respondemus: quòd si puella commonita, vt donec compleat idem per annum quartumdecimum expectet, non duxerit expectandum, ei secundum ea, quę proposita sunt, alium virum accipiendi liberam tribuas facultatem. Hæc ille. Item ab Alexandro eodem. Pro eo, quòd ante nubiles annos coniugalem consensum non habent, vsque ad legitimam ætatem expectare tenentur: & tunc aut confirmetur matrimonium, aut si simul esse noluerint, separentur, nisi carnalis commixtio ante interuenerit, cum interdum illa tempus anticipare soleat pubertatis. Hæc ille ibidem à nobis. Item ab eodem. Qui in minori ætate desponsantur, si ita fuerint proximi ætati, quòd potuerint copula carnali coniungi, minoris ætatis intuitu separari non debent, si vnus in alium visus fuerit consensisse: cum in eis ætatem suppleuisse malitia videatur. Hæc ille ibidem de illis.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto defectum ætatis impedire, vel non, matrimonium insinuant, & intelligas, & tuearis. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc, & declaretur, & consolidetur. 3

---

SVPER Q. XC. Aliàs 59. Art. 1.

Concl. Disparitas cultus præcedens impedit, nè matrimonium contrahi possit.

¶Prob. Quia, si pater & mater sint diuersę fidei, impeditur educatio prolis ad cultum Dei (cū vterque intendat cōtraria intentione ad cultum sui Dei educare prolem), & tamen principalius matrimonii bonū est proles ad cultum veri Dei educāda.

¶Exam. Ly principalius matrimonij bonū est proles. Hoc est essentialius secundum quòd intenduntur in matrimonio bona sua. Pro quo melius capiendo, vide q. 49. art. 3. corp.

¶ Ly vterque secundum fidem. s. suam. Non enim secundum fidem catholicā vterque, tunc intendit. Similiter & in ly ad cultum Dei, subintelligitur, sui. Non enim tunc ad cultū Dei veri prolē educare intendit vterque, sed ad cultum sui Dei

## QVÆST. XC. Aliàs 59.

*De disparitate cultus, quæ matrimonium impediat, in sex articulos diuisa.*

Deinde considerandum est de disparitate cultus, quæ matrimonium impediat.

Circa quod quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum fidelis possit cōtrahere matrimonium cum infideli.

¶ Secundò, Vtrum inter infideles sit matrimonium.

¶ Tertiò, Vtrum coniunx conuersus ad fidem, possit commanere cum infideli nolente conuerti.

¶ Quartò, Vtrum possit vxorem infidelem relinquere.

¶ Quintò, Vtrum ea dimissa, possit aliam ducere.

¶ Sextò, Vtrum propter alia peccata vir possit dimittere vxorem, sicut propter infidelitatem.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum fidelis possit contrahere cum infideli.*

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd fidelis possit ma-

244 S.Th. 4. d. 39. q. 1. ar. 1. q. 1. &c seq.

Dei sui, i. quem pro vero Deo æstimat: id qđ sanctus Thomas formaliter intellectus isinuat, quãdo dicit, quòd vterque secũdum fidem intendit ad cultũ Dei &c. vt construatur ly secundum fidem post ly ad cultum Dei. Videlicet sic. Vterq; intendit prolem educare ad cultum Dei secundum fidem: hoc est Dei secundum fidem vtriusq; ipsis repræsentati. Si ergo fides erit diuersa illorũ: consequens est, vt & Deus apud vtrosque diuersus sit.

## 1m de maiori.

Contraxit. ℞. Ex permissione diuina: nõ aliter. §. vt in textu. Tunc nihil &c. In noua enim lege non fit illa dispensatio à Deo, vt illi, qui sunt dispares cultu, matrimonio iungantur.

## 2m de concl.e

Et in noua lege licet. ℞. Quando infidelis vellet prius conuerti ad veram fidem: vel esset ex diuina dispẽsatione permissum: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam & in veteri lege, Deuteron. 21. Si egressus &c. sic intelligebatur. Lex enim illa, vel loquitur de alijs nationib. cũ &c. vt in textu.

## 3m illatio conclusionis. Ergo &c.

℞. Negatur illatio. §. Nam sicut variatur habitudo matrimonij ad sponsalia: ita debet variari conditio: vt scilicet in matrimonio fiat conditio de conuersione ꝓsenti infidelis ad fidem, & non de futuro. Eadem enim est habitudo ꝓsentis ad præsens &c. vt in textu.

## 4m minor. Infidelitas

nõ est contraria matrimonio. ℞. Negatur ista. §. Si per infidelitatem scilicet intelligatur disparitas cultus. Alioquin non esset ad propositum, si non intelligeretur sic. Ratio negationis illius minoris est expressa in corp. ad qđ & textus responsi te remittit.

## 5m illatio conclusionis. Ergo &c.

℞. Negatur illatio. §. Non enim eadem totaliter est ratio de disparitate fidei, & disparitate cultus. Nam matrimonium

trimonium cum infideli contrahere. Quia Ioseph contraxit cum Aegyptia, & Hester cum Assuero, in vtroque autem matrimonio fuit disparitas cultus, quia alter erat infidelis, & alter fidelis. ergo disparitas cultus præcedens matrimonium, ipsum non impedit.

¶ 2 Præterea. Eadem est fides, quam docet vetus, & noua lex, sed secundum veterem legem poterat esse matrimonium inter fidelem, & infidelem, vt patet Deuteronom. 21. Si egressus ad pugnam videris mulierem pulchram in medio captiuorum, & adamaueris eam, introeas ad eam, dormies cum ea, & erit tibi vxor. ergò & in noua lege licet.

¶ 3 Præterea. Sponsalia ad matrimonium ordinantur: sed inter fidelem, & infidelem possunt in aliquo casu contrahi sponsalia cum conditione futuræ conuersionis. ergo sub eadem conditione matrimoniũ potest contrahi inter eos.

¶ 4 Præterea. Omne impedimentũ matrimonii est aliquo modo contrarium matrimonio: sed infidelitas non est contraria matrimonio, quia matrimonium est in officium naturæ, cuius dictamen fides excedit. ergo disparitas fidei non impedit matrimonium.

¶ 5 Præterea. Disparitas fidei etiam quandoque est inter duos baptizatos, sicut quando aliquis post baptismum in hæresi labitur, sed si talis cum aliqua fideli contrahat, nihilominus est verum matrimonium. ergo disparitas cultus matrimonium non impedit.

SED CONTRA est, quod dicitur 2. Corinth. 6. Quæ conuentio lucis ad tenebras? sed maxima conuentio est inter virum, & vxorem. ergo ille, qui est in luce fidei, non potest contrahere matrimonium cum illa, quæ est in tenebris infidelitatis.

¶ Præterea. Malachiæ 2. dicitur, Contaminauit Iudas sanctificationem Domini, quoniam dilexit, & habuit filiam Dei alieni: sed hoc non esset, si inter eos posset verum matrimonium contrahi. ergo disparitas cultus matrimonium impedit.

RESPON. Dicendum, quòd principalius matrimonii bonum, est proles ad cultũ Dei educanda, cum autem educatio fiat communiter inter patrem, & matrem, vterque secundum fidem intendit ad cultum Dei prolem educare; & ideo si sint diuersæ fidei, intentio vnius, alterius intentioni contraria erit, & ita inter eos non potest esse conueniens matrimonium, & propter hoc disparitas cultus præcedens † impedit, ne contrahi possit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in Veteri lege de aliquibus infidelibus erat permissum, quòd cum eis possent inire coniugia, & de aliquibus prohibitum. Specialiter tamen erat prohibitum de infidelibus habitantibus in terra Chanaan, tum quia Dominus præceperat eos occidi propter eorum obstinationem, tum quia maius periculum imminebat, ne coniuges filios Israel ad idolatriam peruerterent, quia filii Israel ad ritus, & mores eorum proniores erant, propter conuersationem cum eis; sed aliis Gentilibus permisit, præcipuè quia non poterat esse timor pertrahendi ad idolatriam: & sic Ioseph, & Moyses, & Hester, cum infidelibus matrimonia contraxerunt. Sed in noua lege etiam, quæ per totum orbem diffunditur, similis ratio est prohibendi de omnibus infidelibus, & ideo disparitas cultus præcedens matrimonium, impedit contrahendum, & dirimit contractum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ lex illa, vel loquitur de aliis nationibus, cum quibus poterant inire coniugia, vel loquitur quando illa captiua ad fidem, & cultum Dei conuerti volebat.

AD TERTIVM dicendũ, quòd eadem est habitudo præsentis ad præsens, & futuri ad futurum: vnde sicut quando matrimonium in præsenti contrahitur, requiritur vnicus cultus in vtroque contrahentium, ita ad sponsalia, quibus fit responsio futuri matrimonii, sufficit conditio apposita, de vnitate cultus futuri.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ iam ex dictis* patet, quòd disparitas cultus contraria est matrimonio ratione principalioris boni ipsius, qđ est bonum prolis.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ matrimonium est sacramentum, & ideo quantum pertinet ad necessitatem sacramenti, requirit paritatem, quantum ad sacramentum fidei, scilicet baptismum, magis quàm quantum ad interiorem fidem, vnde etiam hoc impedimentum non dicitur disparitas fidei, sed cultus disparitas, qui respicit vlterius seruitium, vt in 3. lib.* dictum est. Et propter hoc, si aliquis fidelis cum hęretica baptizata matrimonium contrahat, verum est matrimonium, quàmuis peccet contrahendo, si scit eam hæreticam; sicut peccaret, si cum excommunicata contraheret; non tamen propterea hoc matrimonium dirimeretur, & econtrario si aliquis catechumenus habens rectã fidem, sed nondum baptizatus, cum aliqua fideli baptizata contraheret, non esset verum matrimonium.

nium est sacramentum, & ideo quantum pertinet ad necessitatem &c. vt in textu.

### APPENDIX.

Ex art. habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum à Concilio Calcedonensi action. 15. can. 14. quòd disparitas cultus impedit matrimonium: & sic. Quia in quibusdam prouincijs conceditur Psalmistis, & Lectoribus vxores accipere, statuit sancta Synodus; non licere prorsus cuiquam ex his alterius sectę, accipere vxorem &c. Sed neque copulari debet nuptura hęretico, aut Iudæo, vel pagano, nisi fortè spopondit se venire ad orthodoxam fidem, dum coniungitur personę orthodoxæ. Si quis verò hanc diffinitionem sanctæ Synodi præterierit, regularũ condemnationibus subiacet. Hæc ibi. Nota ly se venire. Non enim absq; causa dixit in pręsenti: non in futuro ly se venturum esse: pro quo vide supra ad tertium. Per ly regularũ, intellige canonum: vnde secundum alias translationes habetur & ly canonicis pœnis, & ly correptioni canonicæ. Item à Concil. Aurelianensi secundo, can. 19. Placuit vt nullus Christianus Iudæam, neque Iudæus Christianam in matrimonio ducat vxorem: qa inter huiusmodi ꝑsonas nuptias illicitas esse censemus. Qui, si commoniti, à consortio hoc separare se distulerint, à communionis gratia sunt sine dubio submouendi. Hæc ibi. Item ab Aurelianensi tertio, canon. 11. Christianis omnibus interdicimus: ne Iudæorum cõiugijs misceantur. Quòd si fecerint: vsque ad sequestrationem, quicumque ille est, communione pellatur. Hæc ibi. Item à Concil. Toletano 4. vt recitatur 28. q. 1. Iudęi, qui Christianas mulieres in coniugio habent, si cũ eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur. Quod si admoniti fuerint, & noluerint, separentur: quia non potest infidelis in eius ꝑmanere coniunctione, quæ iam in Christianã translata est fidem. Item à Concil. Agathensi: vt recitatur 28. q. 1. Non oportet cum hominibus hæreticis miscere connubia;

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* In corp. art.

* S. Tho. in 3. Sent. di. 9. q. 1. ar. 1. q. 1. corp.

nubia; & vel filios, vel filias eis dare: sed potiùs accipere; si tamen se profiteantur Christianos esse futuros, & catholicos. Hæc ibi. Item ibid. c. 15. Caue Christiane, Gentili, aut Iudæo filiam tuam tradere. Caue Gentilem, vel Iudæam, atq; alienigenam, hoc est omnē hæreticam, & alienam à fide tua, accipere tibi vxorem. Si Christiana sit, non est satis, nisi ambo initiati sint sacramēto baptismi. Hæc ibi. Vbi sumitur ly si Christiana, pro ly si catechumena: vt inquit glossa, & facit ad arg. huius responsionis ad quintum confirmandum. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Patrū, pro quanto disparem cultum impedire matrimonium insinuāt, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. XC. Aliàs 59. Art. II.

CONCL. Inter infideles est quidē matrimonium, sed non perfectū vltima perfectione, sicut est inter fideles.

245 cap. quārto. §. Si uerò alter, extrà de diuort.

¶ PROB. Quia perfectio prima matrimonij communis esse potest infidelibus, atque fidelibus: sed secunda tantum est fidelium.

1^m de conclusione. Matrimoniū contrahere. ℞. Vt est sacramentum actualiter dispensatum ab Ecclesia: non, vt est officiū naturæ, vel etiā sacramentū aliquo modo habitualiter. §. Tunc nihil &c. vt patet. Vide artic. 5. ad primum.

¶ NOT. Infideles dum actu in præsenti viuunt, sunt in potentia Christiani, inquantum s. possunt conuerti, & suscipiendo baptismum effici Christiani: ratione cuius Christus dicitur caput etiam illorum infidelium 3. par. q. 8. art. 3. Et ideo matrimonium inter eos cōtractum licet non sit sacramētum actualiter, dicitur tamē esse aliquo modo habitualiter, vt in textu. Quasi dixerit, Matrimonium illud factum est inter eos; qui licet actu non contraxerint in fide Ecclesiæ; tamē possunt conuerti ipsimet, & matrimonium idem ratificare in fide Ecclesiæ.

* art. præc. huius q.

† lib. 1. de adul. cōiugijs, ca. 12. 13.

* li. 4. sent. d. 39. § B. & in Decret. 28. q. 1. c. 1.

* Glo. ord. super illud 14. Oē qđ non est ex fide, &c. & Beda ibi ex lib. Sēt. Prosperi.

2^m de minori. Sed infidelitas. ℞. Ratione disparitatis cultus: non, ratione infidelitatis præcise. §. vt in textu: & articulo primo ad quintum. Tunc nihil &c. Nam licet duo mala sint magis impeditiua boni, quam vnum, (vt arguitur) cæteris paribus, id est quando vnum est omninò eiusdem vigoris præcise cū alio: tamen propositio illa non tenet, quando cętera sunt disparia. Nā potest fieri aliquando, quòd vnum sit fortius ad destruendum, vel faciendum aliquid, quàm duo: vt apparet etiam quotidie in hominibus.

* Aug. de sancta virginit. c. 12. tom. 6.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum inter infideles possit esse matrimonium.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ inter infideles non possit esse matrimonium. Matrimonium enim est sacramentum Ecclesię: sed Baptismus est ianua sacramētorum. ergo infideles, qui non sunt baptizati, matrimonium contrahere non possunt, sicut nec alia sacramenta suscipere.

¶ 2 Præterea. Duo mala sunt magis impeditiua boni, quàm vnum; sed infidelitas vnius tantum impedit bonum matrimonii; ergo multo fortius infidelitas vtriusque: & ita inter infideles non potest esse matrimonium.

¶ 3 Præterea. Sicut inter infideles, & fideles est disparitas cultus, ita inter duos infideles, vt si vnus Gentilis, & alter Iudæus: sed disparitas cultus impedit matrimonium, vt dictum * est. ergo ad minus inter infideles, qui habent cultum disparem, non potest esse verū matrimonium.

¶ 4 Præterea. In matrimonio est vera pudicitia, sed sicut dicit Augustinus, † & habetur in litera, * non est vera pudicitia infidelis cum vxore sua; ergo nec verum matrimonium.

¶ 5 Præterea. Matrimonium verum excusat carnalem copulam à peccato: sed hoc non potest facere matrimonium inter infideles cōtractum, quia omnis vita infidelium peccatum est, vt dicit glossa * Rom. 9. ergo inter infideles non est verum matrimonium.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Cor. 7. *Si quis frater vxorē habeat infidelem, &c.* sed vxor non dicitur nisi propter matrimonium; ergo matrimonium, quod est inter infideles, est verum matrimonium.

¶ Præterea, Remoto posteriori, non remouetur prius: sed matrimonium pertinet ad officium naturæ, quæ præcedit statum gratiæ, cuius principium est fides; ergo infidelitas non facit quin sit inter infideles matrimonium.

RESPON. Dicendum, quòd matrimonium principaliter est institutum ad bonum prolis non tātum generandæ, sed etiam promouendæ ad perfectum statum, quia quęlibet res intendit effectum suum naturaliter perducere ad perfectum: est autem in prole duplex perfectio naturæ, nō solum quantum ad corpus, sed etiam quantum ad animā, per ea, quæ sunt de lege naturæ, & perfectio gratię: & prima perfectio est materialis, & imperfecta respectu secundæ: & ideo cū res, quæ sunt propter finem, sint proportionatæ fini, matrimonium, quod tendit in primam perfectionem est imperfectum, & materiale respectu illius, quod tendit in perfectionem secundam, & quia perfectio prima cōmunis esse potest infidelibus, & fidelibus, secunda autem tantum est fidelium: ideo inter infideles est quidem matrimonium; sed non perfectum vltima perfectione, sicut est inter fideles.

AD PRIMVM ergo dicendum, matrimonium non est tantum institutum in sacramentum, sed in officium naturæ, & ideo quamuis infidelibus non competat matrimonium secundum quòd est sacramentum in dispensatione sacramentorum Ecclesiæ consistens, competit tamen eis, inquantum est in officium naturæ: & tamen etiam matrimonium tale est aliquo modo sacramentum habitualiter, quamuis non actualiter, eo quòd actu non contrahunt in fide Ecclesiæ.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ disparitas cultus non impedit matrimonium ratione infidelitatis, sed ratione disparitatis in fide. Disparitas enim cultus non solum secundā perfectionem prolis impedit: sed etiam primam, dum parentes ad diuersa trahere intendunt, quod non est quando vterque est infidelis.

AD TERTIVM dicendum, quòd inter infideles est matrimonium, * prout matrimonium est in officium naturæ. Ea autem, quæ pertinent ad legem naturæ, sunt determinabilia per ius positiuum: & ideo si prohibentur ab aliquo iure positiuo apud eos, infideles contrahere matrimonium cum infidelibus alterius ritus, disparitas cultus impedit matrimonium inter eos. Ex iure enim diuino non prohibentur, quia apud Deum non differt qualitercūque aliquis à fide deuiet, quantum ad hoc, quòd est à gratia alienum esset similiter nec aliquo Ecclesiæ statuto, quæ non habet de his, quæ foris sunt iudicare.

* In respō. ad primū, & in corp.

AD QVARTVM dicendum, quòd pudicitiæ, & aliæ virtutes infidelium non dicuntur esse veræ, quia non possunt attingere finem veræ virtutis, qui est vera fœlicitas, sicut non dicitur esse verum vinum, quod non habet effectum vini.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ infidelis cognoscens vxorem suam non peccat, si propter bonum prolis, aut fidei, qua tenetur vxori debitum reddat, cum hic sit actus iustitiæ, & temperantiæ, quæ in delectabilibus tactus debitas circunstantias seruat, sicut non peccat faciens alios actus polyticarum virtutum: nec dicitur omnis vita infidelium peccatum, quia quolibet actu peccent, sed quia per id, quod agunt, à seruitute peccati non possunt liberari.

3^m de conclusione. Inter infideles, qui habent cultum disparem, non potest esse verum matrimoniū. ℞. Si prohibeatur hoc ab aliquo iure positiuo apud eos: non aliter. § Nam ea, quę pertinent ad legem naturæ, sunt determinabilia &c. vt in tex. Tunc nihil &c. vt patet.

4^m de maiori. In matrimonio est vera. ℞. Secundum realitatem: non secundum consecutionem veræ fęlicitatis. §. Tunc nihil &c. Nam vera pudicitia secundum veritatem rei est infidelis cum vxore sua: licet non secundum veritatem consecutionis fęlicitatis veræ; vt intelligit Augustinus, secundum quod in tex.

5^m minor. Sed hoc non potest facere matrimonium inter infideles contractum. ℞. Negatur ista. §. Nam infidelis cognoscens vxorem suam non peccat, si propter &c. vt in tex. Ad authoritatem glossæ allatam, respondetur; quòd non dicitur omnis vita infidelium peccatum, quia &c. vt in textu.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas: meritò insinuatum ab Innocentio III. ꝙ inter infideles potest esse verum matrimonium: & sic. De infidelibus ad fidem conuersis, vtrum si ante conuersionem suam, secundum legis veteris instituta circa gradus consanguinitatis à canone denotatos côiuncti fuerint, separari debeant post baptismum. Consultationi tuæ, duximus respondendum; ꝙ matrimonium sic contractum non est post baptismi lauacrum separandum: cû à Iudęis Dominus requisitus, si liceret vxorê ex quacumq; causa dimittere, ipsis responderit; Quos Deus coniunxit, homo non separet; per hoc innuens esse matrimoniû inter eos. Hæc ille; de consang. & affin. Vbi, ex ly quos Deus coniunxit, nota; ꝙ matrimonia Iudæorum infidelium, dummodo non sint contracta inter personas illegitimatas à lege diuina Gen. 2. & Leuit. 18. sunt à Deo facta: vt qui eos taliter côiungat. Itê ab eod. Innoc. Vtrû pagani vxores accipientes in secundo, vel tertio, vel vlteriore gradu sibi côiunctas, sic coniuncti debeant post conuersionem suâ insimul remanere, vel abinuicem separari. Respôdemus: ꝙ cùm sacramentum coniugij apud fideles & infideles existat (quemadmodum ostendit Apostolus dicens; Si quis frater infidelem habet vxorem; & hæc consentit habitare cum eo, non illam dimittat). Et in præmissis gradibus à paganis quò ad eos matrimoniû licitè sit contractû, qui constitutionibus canonicis non arctantur; in fauorê præsertim Christianæ religionis & fidei, à cuius perceptione, per vxores se deseri timêtes, viri possint facilè reuocari, fideles huiusmodi matrimonialiter copulati possunt liberè & licitè remanere coniuncti: cum per sacramentû baptismi non soluantur côiugia, sed crimina dimittantur. Hæc ille; de diuort. gaudemus. Ecce: ꝙ Papa, tanquàm confirmans dictû D. Thomæ ad primum dicit, ꝙ sacramentû coniugij existit etiâ apud infideles: quod, propter ly sacrm quomodo sine errore intelligendû sit; vide in hoc eod. art. ad primû cû sua not. Ly in secundo, vel tertio gradu, intelligas, nô prohibito à lege diuina: vt de Iudæis dictû est. Faciunt etiâ hæc vltima Innocentij ad art. seq. Item ab Innoc. loquente de infideliû coniugio ad baptismû postea conuersorû: & sic. Nuptiarum copula, quia Dei mandato perficitur, nô potest dici peccatum; & quod peccatum non est, solui per baptismû inter peccata non potest. Eritq; integrû & salutare; existimare aboleri nô posse prioris nomê vxoris: cû non sit dimissum pro peccato, quod ex Dei est voluntate côpletum. Hęc ille; dist. 26. deinde. Secundo habes: quomodo per rationem prædicta Pontif. pro quanto verû matrimonium inter infideles posse fieri insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertio vides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

## SVPER Q. XC. Aliàs 59. Art. III.

246 c. vxor, & c. si infidelis, 28. q. 2.

COncl. 1. Per hoc, quòd alter infidelium conuertitur ad fidem, non ex hoc ipso vinculum matrimonij soluitur.

¶ Prob. Quia fides eius, qui est in matrimonio, non polluit; sed perficit matrimonium (patet): & inter infideles est verum matrimonium (art. 2.)

¶ Concl. 2. Fidelis coniunx conuersus potest cû infideli commanere, cum spe conuersionis, si eam in infidelitate obstinatam non viderit: & bene facit cômanendo; tamen non tenetur.

¶ Coroll. Ergo ab oppositis, coniunx conuersus si viderit alium coniugem in infidelitate obstinatum, non debet commanere cû illo.

*cap. Iudęi qui.

¶ Prob. primò: Quia potest vir innocens liberè manere cum adultera spe correctionis; non autem si in adulterij peccato fuerit obstinata: & in hoc casu infidelitas, atque adulterium pari passu currunt (cùm vtrumq; sit contra bonum prolis). Secundo, quia hoc est consilium Apostoli (1. Corint. 7.)

*ar. præce. corp. fin.

¶ Not. Licet Apostoli consilium probet totam conclusionem: tamen adducitur maximè propter probâdum ly & bene facit commanendo. Et nota: quòd Apostolus propriè intelligit suum dictum pro tempore primitiuæ Ecclesiæ, vt in ad secundum, & spem conuersionis denotat per ly & hæc, vel & hic, consentit habitare cum illo, vel cum illa. Vide textum Apostoli. Denotat etiam: quod non tenetur ad hoc (vt conclusionis vltimum verbum dicit) per ly si infidelis discedit, discedat: non enim subiectus est frater vel soror in eiusmodi; & per ly dico ego, non dominus. Nam (vt à simili dicatur) infrà inquit idem Apostolus ly consilium autem do.

1^m maior. Vbi est idem periculum. ℞. Et eadem ratio omnino. §. Tunc nihil &c. Nam eadem ratio omninò non est de conuersatione fidelis cum infideli ante matrimonium côtractum, & postquàm contractû est. Facilius enim impeditur aliquid fiendû, quàm &c. vt in textu.

¶ Coroll. Ergo ex hoc responso textuali dicas: quod si præcisè periculum attenderetur, & nihil aliud: tunc in vigore maioris argumentum concluderet. Nunc verò, quia principalius attenditur aliquid aliud, puta vinculum matrimonij, & magis spes probabilis conuersionis alterius, quàm periculum subuersionis propriæ: ideò non concluditur ab arguête intentum. Et quoniam illa duo patebant ex corpore: ideo D. Thomas non curauit expressius respondere ad illam maiorem.

*Chrysost. homil. 26. in Matth.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum coniunx conuersus ad fidem, possit commanere cum vxore nolente conuerti.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd coniunx conuersus ad fidem, non possit commanere cum vxore nolente conuerti, cum qua in infidelitate contraxerat, vbi enim est idem periculum, oportet eandem cautelam adhiberi: sed propter periculum subuersionis fidei prohibetur ne fidelis cum infideli contrahat. Cùm ergo periculum sit si fidelis commaneat cum infideli, cum qua prius contraxerat, & adhuc maius, quia neophyti facilius peruertûtur, quàm illi, qui sunt nutriti in fide, videtur quòd fidelis post conuersionem non possit commanere cum vxore infideli.

¶ 2 Præterea, 28. quæst. 1.* dicitur: Non potest infidelis in eius coniunctione commanere, quę iam in Christianam translata est fidem. ergo fidelis habet necesse vxorê infidelem dimittere.

¶ 3 Præterea,* Matrimonium, quod inter fideles contrahitur, est perfectius quàm illud, quod contrahitur inter infideles, sed si fideles contrahant in gradu prohibito † ab Ecclesia dissoluitur eorum matrimonium; ergo & infidelium, & ita vir fidelis non potest commanere cum vxore infideli, ad minus quando cum ea in infidelitate contraxit in gradu prohibito.

¶ 4 Præterea. Aliquis infidelis habet quandoque plures vxores secundum ritum suæ legis: si ergo potest commanere cum illis cum quibus in infidelitate contraxit, videtur ꝙ possit etiam post conuersionem plures vxores retinere.

¶ 5 Præterea. Potest côtingere quòd repudiata vna vxore, aliam duxerit, & in illo matrimonio existens conuertatur: videtur ergo quòd saltem in hoc casu non possit cum vxore, quam de nouo habet, commanere.

SED CONTRA est, quòd Apostolus 1. Corinth. 7. consulit quòd commaneant.

¶ Præterea. Nullum impedimentum superueniens vero matrimonio, tollit ipsum: sed matrimonium erat verum quando vterque infidelis erat: ergo quando alter conuertitur, non dirimitur per hoc matrimonium, & ita videtur quòd possit licitè commanere.

*ar. præce.

RESPON. Dicendum quòd fides eius, qui est in matrimonio non polluit, sed perficit matrimonium, vnde cum inter infideles sit verum matrimonium, vt ex dictis* patet, per hoc quòd alter eorum conuertitur ad fidem, non ex hoc ipso vinculum matrimonii soluitur. Sed aliquando vinculo matrimonii manente, soluitur matrimonium quantum ad cohabitationem, & debiti solutionem, in quo pari passu currunt infidelitas, & adulterium, quia vtrumque est contra bonum prolis. Vnde sicut se habet in potestate dimittendi adulteram, vel commanendi cum ea, ita se habet in potestate dimittendi infidelem, vel commanendi cum ea, potest enim vir innocens liberè manere cum adultera spe correctionis, non autem si in adulterii peccato fuerit obstinata, ne videatur patronus turpitudinis, quamuis etiam cum spe correptionis possit eam liberè dimittere: similiter fidelis côuersus potest cum infideli commanere cum spe côuersionis, si eam in infidelitate obstinatam non viderit: & bene facit commanendo, tamen non tenetur, & de hoc est consilium Apostoli.*

* 1. Cor. 7.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd facilius impeditur aliquid fiendum, quàm destruatur, quòd ritè factum est: & ideo multa sunt, quæ impediunt matrimonium contrahendum, si præcedant, quæ tamen ipsum non possunt dissoluere, si sequantur, sicut de affinitate patet, & * similiter dicendum

* q. 55. ar. 6.

Secun-

**2m ex Decreto.** Infidelis. ℞. Obstinatus infidelitate. §. In cuiusmodi pdurarũt Iudæi, ẽt Constantini Imperatoris tpibus: vt in textu. Tunc &c. vt patet ex concl. 2.

**3m illatio conclusionis.** Ergo &c ℞. Negat illatio. §. Quando s. non baptizati contraxerunt in gradibus prohibitis solúmodo per statutũ Ecclesię. Quod dico, quia infideles nõ baptizati nõ sunt astricti &c. vt in textu.

¶Not. Non sine causa post ly infideles, ponitur ly non baptizati. Denotatur enim quòd infideles baptizati, vt hæretici, vel etiã schismatici, sunt astricti statutis Ecclesiæ: & consequenter, quòd ob hoc, matrimoniũ ab eis contractum in gradu prohibito per statutum Ecclesiæ, nullum est.

**4m de antecedente.** Secundum ritum suæ legis. ℞. Existentem contra legem naturæ. §. Habere nãque plures vxores est contra legem hanc, cui etiam infideles sunt &c. vt in textu. Tunc nihil &c. vt ibid. à ly si ipse cum omnibus suis conuertatur, potest &c. vsque in finẽ.

* In arg. 2. citatum.

**5m de antecedente.** Repudiata. ℞. Contra legẽ naturæ: non aliter. §. Repudium. n. vxoris est contra &c. vt in tex. vsque exclusiue ad ly & ideo si. Tũc nihil &c. Nã si conuertatur; postquàm, vna repudiata, alteram duxerit: vt in tex.

¶Coroll. Ergo Deus libellũ repudij in veteri lege nõ concessit, vt bonum; sed permisit, vt minus malum. Et hoc est; quod dixit Dñs Iudæis Matt. 19. Moyses ad duritiã cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras; ab initio autẽ non fuit sic. Vnde Iudæi interrogãdo vtuntur hoc verbo, mãdauit, dicẽtes: Quid ergo Moyses mãdauit dari libellũ repudij? Quasi volentes culpã à semetipsis abigere, & in auctorẽ legis proijcere. Dñs uerò ẽ contra & illos accusat dicens ly Ad duritiã cordis vestri; & auctorem legis excusat vtens verbo, permisit. Ac si aperte dicat. Hoc malũ permisit vobis Moyses; qđ ẽt non permisisset, si ad duritiã cordis vestri non respexisset: adeo ꝙ duritia cordis vestri fuit causa motiua ad hãc permissionem. Nullo ergo modo accusandus est auctor legis de pmissione huius mali, videlicet repudij; sed pro tpe illo, attentis s. morib vestris, laudãdus, q a permissione huius minoris mali impediuit maius malũ à duritia cordis vestri venturũ, s. vxoricidiũ: vos aũt plurimũ incusandi; quia tñ malũ, s. vxoricidiũ, alio modo euitare prę indomabili corde vestro nullatenus volebatis. Permissio itaq; ex parte Dei bona fuit: q̃uis id, qđ permittebat, malũ esset. Rursus. Pro cõfirmatione textualis rñsi nota: ꝙ Dñs ibidẽ monstrat, ꝙ repudiare vxorẽ propriã est cõtra legẽ naturæ, dicendo ly ab initio aũt non fuit sic. Hoc est: qñ vigebat lex naturæ, nec pp tantã duritiam cordis quasi obliterata erat (id qđ fuit ab initio); tũc vir non repudiabat vxorẽ, edoctus vtiq; à lege naturali. Quia ergo sicut propositũ in ꝓposito, ita oppositũ in opposito (iuxta Philosophũ) si non repudiare vxorẽ suã erat de iure naturæ, sequitur manifeste; quòd repudiare illam sit contra ius naturæ.

De libello repudij.

cendum est de disparitate cultus.

Ad secundum dicendum, ꝙ in primitiua Ecclesia tempore Apostolorum passim conuertebantur ad fidem, & Iudæi, & Gentiles, & ideo tunc fidelis vir poterat habere probabilem spem de uxoris conuersione, etiam si conuersionem non promitteret. Postmodum autem tempore procedente, Iudęi sunt magis obstinati, quàm Gentiles, quia Gentiles adhuc intrabant ad fidem, sicut tempore martyrum, & tẽporibus Constantini Imperatoris, & circa tempora illa, & ideo tunc non erat tutum fideli cum vxore infideli Iudæa cohabitare, nec erat spes de conuersione eius, sicut erat de conuersione uxoris Gentilis, & ideo tũc fidelis cõuersus poterat cohabitare cum Gentili, sed non cum Iudæa, nisi conuersionem promitteret, & secundum hoc loquitur Decret. illud. * Sed nunc pari passu ambulant vtrique, scilicet Gentiles, & Iudæi, quia vtrique obstinati sunt, & ideo nisi vxor infidelis cõuerti velit, non permittetur ei cohabitare, siue sit Gentilis, siue Iudæa.

Ad tertium dicẽdum, quòd infideles non baptizati nõ sunt astricti statutis Ecclesiæ, sed sunt astricti statutis iuris diuini, & ideo si contraxerunt aliqui infideles in gradibus prohibitis secundum legẽ diuinam, Leuit. 18. siue vterque, siue alter ad fidem conuertatur, non possunt in tali matrimonio commanere: si autem contraxerunt in gradibus prohibitis per statutum Ecclesiæ, possunt commanere, si vterque conuertatur, vel si vno conuerso, sit spes de conuersione alterius.

Ad quartum dicendum, ꝙ habere plures vxores est contra legem naturæ, cui etiam infideles sunt astricti, & ideo non est verum matrimonium infidelis, nisi cum illa, cum qua primo cõtraxit; vnde si ipse cum omnibus suis conuertatur, potest cum prima commanere, & aliàs debet abiicere. Si autem prima conuerti noluerit, & aliqua aliarum conuertatur, idem ius habet contrahendi cum illa de nouo, quòd cum alia habet: de quo post dicetur. *

* art 5. huius quæst.

Ad quintum dicendum, ꝙ repudium vxoris est contra legem naturæ, vnde infideli non licet vxorem repudiare, & ideo si conuertatur postquàm vna repudiata alterã duxerit, idem iudicium est de hoc & illo, qui plures vxores habebat, quia tenetur primam, quàm repudiauerat, accipere, si conuerti voluerit, & aliam abiicere.

APPENDIX.

Ex art. habes primò, quomodo per ratione ostendas, meritò insinuatum à Papa Innocentio III. quod conuersus ad fidem coniux potest commanere cum vxore sua infideli. & sic. Verũ pagani &c. vt artic. 2. appen. Et nota: ꝙ ibi adducitur dictũ Pontificis, pro quanto matrimonium verum esse inter infideles dicit; hic autẽ pro quanto, cohabitationem vtriusq; altero cõuerso ad fidem, insinuat. Item à 28. q. 1. Sic. n. neq; recedere ab vxoribus infidelibus, vel à maritis fideles viri, vel fœminæ non prohibentur à domino; vt neque iubentur. Nam, si dimittere tales coniuges iuberentur, nullus locus esset consilio Apostoli monẽtis, ne hoc fieret. Sic ergo possumus dicere melius esse infidelem coniugem non dimittere, quamuis liceat & dimittere: quemadmodũ recte dicimus, melius esse, quod & licet, & expedit, quàm id qđ licet, & nõ expedit. Hęc ibi. Item ab Apostolo 1. Cor. 7. Quomodo scis mulier, si virũ saluum facies? Aut vnde scis vir, si saluã facies mulierem? Hæc ibi. Et nota, ꝙ omnes authoritates hæ intelliguntur de vxore prima, non de secunda, vel alia viuente prima: quoniam non licere plures vxores habere sanxit idem Innocentius sic. Quia verò pagani circa plures insimul fœminas affectũ diuidunt coniugalem; vtrum post conuersionem omnes, vel quam ex omnibus retinere valeant; non immeritò dubitatur, &c. Verùm absonũ hoc videtur, & inimicũ fidei Christianæ: cum ab initio vna costa in vnam fęminam sit conuersa; & scriptura testetur, ꝙ propter hoc relinquet homo patrẽ suum & matrẽ, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Nõ dixit tres, vel plures, sed duo: nec dixit adhærebit vxoribus, sed vxori. Et in Euangelio: Quicũque dimiserit vxorem suã ob fornicationẽ, & aliã duxerit, męchatur. Si ergo, vxore dimissa, duci alia de iure nõ potest: fortius, & ipsa retenta. Per quod euidenter apparet, pluralitatẽ in vtroq; sexu (cũ non ad imparia iudicentur) circa matrimoniũ reprobatam. Nec illi vnq̃ licuit insimul plures vxores hẽre: nisi cui fuit diuina reuelatione concessum. Hæc ille, de diuort. Gaudemus. Secundò habes: qũo per rationem prædicta Patrum, & scripturarũ, pro quanto de cohabitatione cõiugis cõuersi ad fidem cũ infideli coniuge suadent, & intelligas, & defendas. Tertio vides: qũo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc, & declaret, & cõsolidet.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

De pluralitate vxorũ.

---

SVPER Q. XC. Aliàs 59. Art. IIII.

Concl. 1. Qui moritur priori vitæ nõ tenetur ad illa, ad quæ in priori vita tenebaẽ.

¶Prob. Quia homini secundũ aliam, atque aliã vitam diuersa competunt, & expediunt.

¶Concl. 2. Ad baptismum accedens liberatur ab obligatione, qua vxori infideli tenebatur reddere debitum; & ei cohabitare non tenetur, quando conuerti non vult: quãuis in aliquo casu libere id posset facere.

¶Exam. Ly in aliquo casu. Hoc est quãdo habet probabilẽ spem de conuersione vxoris: vt art. 3. ad secundum.

247 Cap. idololatria, 28. q. 1.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum fidelis conuersus possit vxorem infidelem dimittere, volentem cohabitare sine contumelia Creatoris.*

Ad quartum sic proceditur. Videtur ꝙ infidelis conuersus, non possit vxorem infidelem dimittere, volentem cohabitare sine contumelia Creatoris. Maius enim est vinculũ viri ad mulierem, quàm serui ad dominum, sed seruus conuersus non absoluitur à seruitutis vinculo, vt patet 1. Corin. 7. & 1. Tim. 6. ergo & vir non potest vxorem infidelem dimittere.

¶ 2 Præterea. Nullus potest alteri præiudicium facere sine consensu ipsius: sed vxor infidelis habebat ius in corpore viri infidelis: si ergo per hoc, quòd vir ad fidem conuertitur,

¶ Ly liberè. Hoc est: etiam tunc potest & cohabitare, & non cohabitare vxori ipsi. Quamuis in illo casu magis expediat cohabitare: iuxta 28.q.1.cap. Sic enim. Ibi.n. ad longum tractatur: q ab infidelibus coniugib. licet recedere, sed non expedit (quod intellige solū in casu proposito): vt etiā partim cap. illud adductū fuit ar. 3. appen.

¶ Prob. Quia accedens ad baptismū priori uitæ moritur.

## 1^m maior.

Maius est vinculum viri ad mulierē, quàm serui ad dominū. ℞. Non tamē est magis, nec æqualiter, competens perfectioni Christianæ. §. Quinimò derogat aliquid ipsi perfectioni: vt in textu. Tunc nihil &c. Nam seruire non est aliquid incompetens perfectioni Christianæ, quæ maximè humilitatem profitetur.

## Itē illatio cōclusionis.

Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nā vnus coniugū non obligatur alteri, quasi possessio eius; sicut domino &c. vt in textu. Vide secūdum responsum literæ ly & preterea vnus coniugum &c.

Vide Decre. 32.q.6

## 2^m de minori.

Habebat. ℞. Quamdiu vir suus manebat in vita infideli. §. In qua vide licet contraxerant: quia etiam &c. vt in textu. Tunc nihil &c. vt patet ex dictis hic, & in corp.

* art. præc. corp.

¶ Exam. Ly morte spirituali. Scilicet respectiue ad vitam priorem sæculi. Alioquin secundum se religio est vita spiritualis: non autem mori: vt q.43.ar.3.ad 1.

¶ Ly copula spiritualis. Ad differentiam carnalis: non autem ad differentiam cohabitationis realis in domo. & hoc modo matrimoniū nondum cōsummatum dicitur copula spiritualis: differenter tamen à sponsalibus. Hæc enim dicūtur copula spiritualis in alio sensu: vt q.43. art.3. ad primum.

## Item de maiori.

Sine consensu ipsius. ℞. Vel sine culpa. §. Tunc dicitur, q hoc vltimum solummodò verum est in proposito: vt patet in secundo responso textus à ly vel dicendum, quòd ex culpa &c.

† art. præc. corp.

* Al. licitè.

¶ Exam. Ly nec pōt ordinari. Vt videlicet cum charitate ordinis suscipiat executionē: nō aliter: vt ex q.53.ar.4. colligit.

mulier præiudicium pati posset, vt liberè dimitteretur, non posset vir conuerti ad fidem sine consensu vxoris, sicut nec potest ordinari, nec vouere continentiam sine consensu eius.

¶ 3 Præt. Si aliquis contrahat cum ancilla scienter, siue sit seruus, siue liber, non propter diuersam conditionem potest ipsam dimittere: cum ergo vir, † quando contraxit cum infideli, sciuerit eam esse infidelem, videtur à simili, quòd non possit eam dimittere propter infidelitatem.

¶ 4 Pręt. Pater tenetur ex debito procurare salutem prolis, sed si discederet ab infideli vxore, filii communes matri remanerent, quia partus sequitur ventrem, & sic essent in periculo salutis. ergo non potest vxorem infidelem dimittere licitè.

¶ 5 Præterea. Adulter non potest adulteram dimittere, etiam postquam de adulterio pœnitentiam egit. ergo si sit * idem iudicium de adulterio, & infideli, nec infidelis infidelem potest relinquere, etiam postquam ad fidem est conuersus.

Sed contra est, quod Apost. dicit primæ Corinth. 7.

¶ Præterea. Adulterium spirituale est grauius, quàm carnale: sed propter carnale adulterium vir potest dimittere vxorem, quantum ad cohabitationem; ergo multo fortius propter infidelitatem, quæ est adulterium spirituale.

Respon. Dicendum, quòd homini secundum aliam, & aliam vitam diuersa competunt, & expediunt, & ideo, qui moritur priori vitæ, non tenetur ad illa, ad quæ in priori vita tenebatur, & inde est, quòd ille, qui in vita sæculari existens, aliqua vouit, non tenetur † illa quando mundo moritur, † vitam religiosam assumens, perficere. Ille autem, qui ad baptismum accedit, regeneratur in Christo, & priori vitę moritur, cum generatio vnius sit corruptio alterius: & ideo liberatur ab obligatione, qua vxori tenebatur reddere debitum, & ei cohabitare non tenetur, quando conuerti non vult; quamuis † in aliquo casu liberè id posset facere, sicut dictū est, † sicut & religiosus potest * liberè perficere vota, quæ fecit in sęculo, si non sunt cōtra religionem suam, quamuis ad ea non teneatur, vt dictum est.

¶ Ly nec vouere continentiam. Ita scilicet, vt sit in præiudicium consortis; non aliter: vt q.53. artic. 1. ad quartum. & aduerte, q ista duo vltima examina sunt de verbis argumenti secundi.

¶ Coroll. Ergo cum vir possit absolutè & ordinari & vouere continentiā sine consensu vxoris, vt locis suprà allegatis patet: sequitur, q in hoc sensu nō sumatur ly ordinari, & ly continentiā vouere, in tex. argumenti: sed tantum, vt in examinib. his dictum est.

## 3^m de conclusione.

Videtur à simili. ℞. Negatur; q sit simile. § Et sicut assimilari dicitur. Nam disparitas cultus facit personam simpliciter &c. vt in tex.

Ad primum ergo dicendum, quòd seruire non est aliquid incompetens Christianæ religionis perfectioni, quæ maximè humilitatem profitetur, sed obligatio † matrimonii aliquid derogat perfectioni vitæ Christianæ, cuius summum statum continentes possident, & ideo non est simile de vtroque. Et præterea vnus coniugum non obligatur alteri quasi possessio eius, sicut domino seruus, sed per modum societatis cuiusdam, quæ non congruè est infidelis ad fidelem, vt patet secundæ Corinth. 6. & ideo non est simile de seruo & coniuge.

Ad secundum dicēdum, quòd vxor non habebat ius in corpore viri nisi quamdiu in vita illa manebat, in qua contraxerant, quia etiam mortuo viro vxor soluta est à lege viri, vt patet Roman. septimo. & ideo si postquam vir mutat vitam moriens priori vitæ ab ea discedat, nullum fit ei præiudicium. Transiens autem ad religionem, moritur tantum spirituali morte, non autem corporali, & ideo si matrimonium sit consummatum, non potest vir sine consensu vxoris ad religionem transire. Potest autem ante carnalem copulam, quando est tantum copula spiritualis, sed ille, qui ad baptismum accedit, corporaliter etiam cōsepelitur Christo in morte, & ideo à debito reddendo soluitur, etiā post matrimonium consummatum. Vel dicendum, quòd ex culpa sua vxor præiudicium patitur, quæ conuerti contemnit.

Ad tertium dicendum, quòd disparitas cultus facit personam simpliciter illegitimam, non autem conditio seruitutis, sed solùm quando ignorata est, & ideo non est similis ratio de infideli, & ancilla.

Ad quartum dicendum, q proles, aut peruenit ad perfectam ætatem, & tunc poterit liberè sequi patrem fidelem, aut matrem infidelem, vel est in minori ætate constitutus, & tunc debet dari fideli, non obstante, quòd indiget matris obsequio ad educationem.

Ad quintum dicendum, quòd adulter per pœnitentiam non transit ad aliam vitam, sicut infidelis per baptismum, & ideo non est similis ratio.

ARTI-

## 4^m minor.

Si pf discederet ab infideli vxore, filij cōes matri remanerent. ℞. Negatur ista. §. Ad rationem allatam dicitur, q partus sequitur ventrem: nisi aliud fauorabilius præualeat. Et hoc, in proposito, est fides catholica. Vnde in casu isto dicendum; q proles aut peruenit ad pfectam ætatem, & tunc poterit &c. vt in textu.

Respon. 1.

¶ Not. Vltima in responso textuali sententia dicta confirmatur à Conc. Tolet. 4. vt recitat 28.q.1. Iudæi. Illi, qui procreati sunt de infidelib. mulieribus, & fidelibus viris, Christianā sequantur religionē, non Iudaicā superstitionem. Hæc illud. Itē à Greg. IX. de cōuer. infidel. Ex litis &c. Quidā de Iudaicæ cęcitatis errore adductus ad Christū verū lumen, vxore sua in Iudaismo relicta, in iudicio postulauit instanter, vt eorū filius assignaretur eidem ad fidē catholicā perducendus. Ad qđ illa rñdet; q cum puer adhuc infans existat &c. apud eā debet cōuenientius remanere. Cū autē mater pueri, si eū remanere contingeret apud eā, posset illū adducere ad infidelitatis errorē; in fauorē fidei Chrianæ rñdemus; patri eūdem puerū assignādum. Hæc ille. Ex quibus etiā patet intellectus dicti in q. 52. art. 4. Nam & ad literam ibi clarum est: q in alio sensu ab hoc loquit illa determinatio.

Respon. 2.

## 5^m illatio conclusionis.

Ergo &c. Negatur illatio. §. Non est.n. eadē rō de pœnitentia & baptismo, in pposito adducto. Nam adulter per pęnitentiā non &c. vt in textu.

APPENDIX.

Ex art. habes primò, quomodo per rōnē ostendas, meritò insinuatū, q conuersus pōt infidelē vxorē cohabitare volentē sine cōtumelia creatoris dimittere; & hoc à summis Pontificibus, vt sup. ar. 3. appen. Itē à 28. q. 1. Idolatria, quā sequuntur infideles, & quęlibet noxia superstitio, fornicatio est. Dominus autē permisit causa fornicationis vxorem dimitti. Sed quia permisit, & nō iussit, dedit Apostolo locū monendo vt, qui voluerit,

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

lierit, non dimittat vxorē infidelem, cum quo fit fortassis possit fidelis fieri. Hæc ibi. Itē ibid. Si infidelis (dicit Apost.) discedit, discedat: nō est seruituti subiectus frater, aut soror in huiusmodi, i. si infidelis noluerit esse cū coniuge sua fideli. Hic cognoscat fidelis suam libertatem: nec ita se subiectū putet seruituti; vt ipsam dimittat fidem, nē coniugem amittat infidelem. Hæc ibi. Vbi per ly noluerit, intellige ipsam nolle cōuerti; etiā ꝙ velit cohabitare sine cōtumelia Creatoris. Itē ibid. Iam nūc &c. Quia cōiunx fidelis relinquere coniugem infidelē licitē potest: ideo hoc fieri non Dns, sed Apostolus prohibet. Quod. n. Dns prohibet fieri, omninò non licet. Monet ergo Apls, ꝙ possit esse occasio multorū lucrandorum. Hæc ibi. Vbi ly prohibet, sumit impropriē, i. sub forma prohibitionis dissuadet. Fidelis ergo cōuersus liber est ad vtrūque faciendū, ex Domini non prohibitione: quid verò determinatē facere debeat ex lucro animarū probabiliter sperato mensuret, iuxta monitū Apostoli, & art. 3. præcipue ad 2. Secundò habes: quomodo per rationē prædicta Patrum, pro quanto conuersum fidelem non teneri ad cohabitandum cum vxore infideli, etiam sine contumelia Creatoris commanerē volente insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & cōsolidetur.

SVPER Q. XC. Aliàs 59. Art. v.

CONCL. 1. Si infidelis vult cohabitare sine cōtumelia Creatoris, potest fidelis liberè discedere; sed discedens non pōt alteri nubere.

248 Cap. si qs gētilis, 28. q. 1.

¶ EXAM. Ly liberè. Hoc est & discedere, & nō discedere: vt declaratū art. 3. & 4. Non ergo ly liberè, sumitur pro facere aliquid vnū solum determinatē, puta discedere, absque scrupulo cōscientiæ. Presupponitur. n. ꝙ vtrūq; possit facere sine tali scrupulo.

¶ Ly cōtumelia Creatoris. Vide textus declarationem super hoc.

¶ PROB. Quia supponitur clara (tū ex prędictis quò ad primam partem, tum ex iurib. quò ad secundam).

¶ CONCL. 2. Si infidelis ad infidelitatē pertrahere nitatur, (ꝙ est non velle cohabitare sine cōtumelia Creatoris); tūc vir fidelis discedens potest alteri per matrimonium copulari.

¶ PROB. Quia, tanꝗ patens relinquitur.

¶ NOT. Et reuera patet ex iuribus, quemadmodū, & præcedēs conclusio: vt in appen. seq.

1^m^ maior. Indissolubilitas est de rōne matrimonij. R. Secundum tñ quod est matrimonium, ita est indissolubilitas: non aliter. §. Tunc &c. Nam matrimonium infideliū est imperfectum, sed &c. vt in textu.

2^m^ maior. Crimē superueniens matrimonio nō soluit matrimonium. R. Sed tamen ratum matrimonium superueniens matrimonio imperfecto soluit illud. §. Tunc &c. vt patet in textu.

3^m^ de maiori. In vinculo. R. Nō semp, in effectu. §. Tūc &c. Nā in penā vxoris infidelis magis, ꝗ ex virtute mrīmonij pręcedentis indicitur ei, ꝙ non possit cū alio cōtrahere, vt in tex.

4^m^ de minori. Non licet. R. Si est spes de vxoris conuersione, non aliter. §. Tunc nihil &c. vt patet in tex.

5^m^ illatio conclus. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Propter dissimilitudinē vtriusque. Nam vinculum paternitatis non &c. vt in textu.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum fidelis discedens ab uxore infideli, possit aliam ducere.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ fidelis discedens ab vxore infideli, non possit aliā ducere in vxorem. Quia indissolubilitas est de ratione matrimonii, cum repudium vxoris sit contra legem naturæ: sed inter infideles erat verum matrimonium; ergo nullo modo potest matrimonium solui: sed manēte vinculo matrimonii ad vnam, non potest aliquis cum alia contrahere. ergo fidelis discedēs ab vxore infideli, non potest cum alia contrahere.

¶ 2 Præt. Crimen superueniens matrimonio non soluit matrimonium, sed si mulier velit cohabitare sine contumelia Creatoris, non soluitur vinculum matrimonii, quia vir non potest aliam ducere. ergo peccatum vxoris, quæ non vult cohabitare sine contumelia Creatoris, non soluit matrimonium, vt liberè possit vir aliam vxorem ducere.

¶ 3 Præterea. Vir, & vxor sunt pares in vinculo matrimonii: cum ergo vxori infideli non liceat viuente viro alium virum ducere, videtur ꝙ nec fideli licet.

¶ 4 Præt. Fauorabilius est continentiæ votum, quàm matrimonii contractus, sed viro fideli vxoris infidelis non licet, (vt videtur) votum continentiæ emittere, quia tūc vxor fraudaretur matrimonio, si postmodum cōuerteretur. ergo multo minus licet matrimonium contrahere cum alia.

¶ 5 Præt. Filius, qui remanet in infidelitate patre cōuerso, amittit ius paternæ hæreditatis, & tamen si postea cōuertitur, redditur ei hęreditas sua, etiā si alius in possessionē eius intrauit: ergo videtur à simili, ꝙ si vxor infidelis post conuertatur, ꝙ sit sibi reddendus vir suus, etiam si cum alia contraxerit, quod nō posset esse si secundū matrimonium verū esset. ergo non potest contrahere cum alia.

SED CONTRA. Matrimonium non est ratum sine sacramento baptismi, sed quod non est ratum, potest dissolui. ergo matrimonium in infidelitate contractū potest dissolui, & ita soluto matrimoniali vinculo, licet viro aliam ducere in vxorem.

¶ Præte. Vir non debet cohabitare vxori infideli nolenti cohabitare sine contumelia Creatoris. si ergo non liceret ei aliā ducere, cogeretur continentiā seruare, quod videtur inconueniens, quia sic ex conuersione sua incommodum reportaret.

RESPON. Dicendum, ꝙ quando alter coniugum ad fidem cōuertitur, altero in infidelitate manente, distinguendum est, quia si infidelis † vult cohabitare sine cōtumelia Creatoris, id est, sine hoc ꝙ ad infidelitatem inducat, potest fidelis liberè discedere: sed discedens nō potest alteri nubere. Si autem infidelis non velit cohabitare sine contumelia Creatoris in verba blasphemiæ prorumpens, & nomen Christi audire nolens, tunc si ad infidelitatem pertrahere nitatur, vir fidelis discedens potest alteri per matrimonium copulari.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ matrimonium infideliū est imperfectum: * sed matrimoniū fidelium est perfectum, & ita est firmius, semper autē firmius vinculum soluit minus firmū, si sit ei contrarium; & ideo matrimoniū, quod post in fide Christi contrahitur, soluit matrimonium, quod prius in infidelitate cōtractum fuerat, vnde matrimoniū infidelium non est omninò firmū, & ratum, sed ratificatꝰ postmodū per fidē Christi.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ crimen vxoris nolentis cohabitare sine contumelia Creatoris absoluit virum à seruitute, qua tenebatur vxori, vt non posset ea viuente aliam ducere, sed nondum soluit matrimonium, quia si in blasphemia illa conuerteretur antequàm ille aliud matrimonium contraheret, redderetur ei vir suus: sed soluitur per matrimonium sequens, ad quod peruenire non posset vir fidelis, nisi solutus à seruitute vxoris per culpam.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ postꝗ fidelis contraxit, solutū est vinculū matrimonii ex vtraq; parte, quia matrimoniū, non claudicat quantum ad vinculum: sed qñque claudicat quantū ad effectum, vnde in pęnam vxoris infidelis magis, ꝗ ex virtute matrimonii pręcedentis, ei indicitur, ꝙ non possit cū alio contrahere: sed si postea conuertatur, potest ei concedi dispensatiuè, vt alteri nubat, si vir eius aliam duxit.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ post conuersionem viri si aliqua probabilis spes de conuersione vxoris sit, non debet votum continētiæ vir emittere, nec ad aliud matrimonium transire, quia difficilius conuerteretur, vxor viro † sciens se esse priuatam. Si autem non sit spes de conuersione, potest ad sacros ordines, vel ad religionem accedere, prius requisita vxore quòd conuertatur: & tunc si postquàm vir sacros ordines suscepit, vxor conuertatur, non est sibi vir suus reddendus, sed debet imputare sibi in pœnam tardæ conuersionis, quòd viro suo priuatur.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ vinculum paternitatis non soluitur per disparem cultum, sicut vinculum matrimonii, & ideo non est simile de hæreditate, & vxore.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo per rationē ostendas, meritò insinuatū à Conc. Meldēsi c. 1. ꝙ fidelis discedēs ab infideli vxore nō potest aliā ducere, & sic. Si qs habuerit vxorē virginē ante baptismum viuēte illa, post baptismū alteram habere non potest. Crimina. n. in baptismo soluūtur, non coniugia. Hæc illud, 28. q. 2. Vbi per ly viuente illa, intellige siue conuersa sit, siue non conuersa cum viro; secū tamen habitare volēte. Item ibid. à Gregorio Papa insinuatum; ꝙ fidelis conuersus potest aliā ducere. Si infidelis discedit odio Christianæ fidei, discedat. Non

Non enim est frater, aut soror fidelis subiectus seruituti in huiusmodi. Non est enim propter Deum dimissum peccati; si alij se copulauerit. Contumelia quippè creatoris soluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur. Infidelis autem discedens, & in Deum peccat, & in matrimonium. Nec est ei fides seruanda coniugij: quia propterea discedit; nè audiret Christum Deum esse Christianorum coniugiorum. Hæc ille. Item ab Innocentio III. Si alter infidelium coniugum ad fidem catholicam conuertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia diuini nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente; qui relinquitur ad secunda si voluerit vota transibit, & in hoc casu intelligimus quod ait Apostolus, si infidelis discedit, discedat; frater enim vel soror non est seruituti subiectus in huiusmodi; & canonem etiam, in quo dicitur; Contumelia Creatoris soluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur. Hæc ille; de diuort. quanto. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum pro quanto sic vel statuunt: de fideli conuerso respectu matrimonij contrahendi, & intelligas, & defendas. Terriò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

2

3

---

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum alia vitia soluant matrimonium.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd alia vitia soluant matrimonium, sicut & infidelitas. Adulterium enim videtur esse directius contra matrimoniū, quàm infidelitas, sed infidelitas soluit matrimonium in aliquo casu, vt liceat ad aliud matrimonium transire: ergo & adulterium idem facit.

¶ 2 Præterea. Sicut infidelitas est fornicatio spiritualis, ita & quodlibet peccatum: si ergo propter hoc infidelitas matrimonium soluit, quia est fornicatio spiritualis, pari ratione quodlibet peccatum matrimonium soluet.

¶ 3 Præterea, Matthæi 18. dicitur, Si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te, dicit Glossa,* quòd in manu, & dextro oculo possunt accipi fratres, & vxor, propinqui, & filii: sed per qdlibet peccatum efficiuntur nobis impedimento; ergo propter quodlibet peccatum potest matrimonium dissolui.

* Ex Hieronymo in hoc loco, tom. 9.

¶ 4 Præt. Auaritia idolatria est, vt dicitur Ephes. 5. sed propter idolatriam potest mulier dimitti; ergo pari ratione propter auaritiam, & propter alia peccata, quæ sunt maiora, quàm auaritia.

¶ 5 Præt. Hoc expressè Magister dicit in litera.*

* li. 4. sent. distinc. 39. §. D.

SED CONTRA est, quod dicitur Matt. 5. Qui dimiserit vxorem excepta causa fornicationis, mœchatur.

¶ Præt. Secundum hoc tota die fierent diuortia, cum raro inueniatur matrimonium, in quo alter coniugum in peccatum non labatur.

RESP. Dicendum, quòd fornicatio corporalis, & infidelitas specialem habent contrarietatem ad bona matrimonii, vt ex dictis* patet: vnde specialem habent vim separandi matrimonia. Sed tamen intelligēdum est, quòd matrimonium dupliciter soluitur. Vno modo quantum ad vinculum, & sic non potest solui postquam matrimonium est ratificatum, neq; per infidelitatem, neque per matrimonium; sed si non est ratificatum, soluitur vinculum permanēte infidelitate in altero coniugum, si alter conuersus ad fidem ad aliud coniugium transeat, non autem soluitur vinculum prędictum per adulterium, aliàs infidelis liberè posset dare libellum repudii vxori adulteræ, & ea dimissa, aliam ducere, quod falsum est. Alio modo soluitur matrimonium quantum ad actum, & sic solui potest tam per infidelitatem, quàm per fornicationem corporalem, sed propter alia peccata non potest solui matrimonium, etiam quantum ad actum, nisi forte ad tempus se velit vir subtrahere à consortio vxoris ad castigationem eius subtrahendo ei præsentiæ suæ solatium.

* art. 3. huius quæst. corp.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis adulterium magis directè opponatur matrimonio, inquantum est in officium naturæ, quàm infidelitas, tamen econtrario est, inquantum matrimonium est sacramentum Ecclesiæ, ex quo habet perfectam firmitatem, inquantum significat indiuisibilem coniunctionem Christi, & Ecclesiæ, & ideo matrimonium, quod non est ratum, magis potest solui quantum ad vinculum per infidelitatem, quàm per adulterium.

AD SECVNDVM dicēdum, quòd coniunctio prima animæ ad Deum est

---

### SVPER Q. XC. Aliàs 59. Art. vi.

249

COncl. 1. Fornicatio corporalis, & infidelitas, specialem habent contrarietatem ad bona matrimonij.

¶ Prob. Quia patet ex dictis.

¶ Concl. 2. Matrimoniū ratificatum neque per infidelitatem, neque per adulterium potest solui quò ad vinculum.

¶ Exam., Ly ratificatum. Scilicet vt declaratur art. 5. ad primum.

¶ Prob. Quia præsupponitur clara.

¶ Concl. 3. Si non est ratificatum matrimoniū soluitur quo ad vinculum permanente infidelitate in altero cōiugum, si alter conuersus ad fidem transeat ad aliud coniugium: non autem soluitur vinculum prædictum per adulterium.

¶ Examen. Ly permanente infidelitate. Scilicet tali; vt nisi eum contumelia creatoris cohabitare velit, ar. 5. corp.

¶ Ly si alter conuersus &c. Scilicet vt declaratur art. 5. ad secūdum & tertium.

¶ Prob. primò: Quia patet ex dictis, artic. 5. Secundò, quia (ly non autē soluitur &c.) aliàs infidelis liberè (id est tuta conscientia) posset dare libellum repudij vxori adulteræ, eaque dimissa aliam ducere, quod est falsum.

¶ Not. De libello repudij non dando liberè, cùm sit contra legem naturæ, vide artic. tertium, ad quintum. De hoc autē, quòd dimissa vxore propter fornicationem, non possit aliam quis ducere: patet rectè intelligentibus Matth. 19. Quicūque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem; & aliam duxerit: mœchatur. Vbi vides, ꝙ non męchatur propter dimissionem ob fornicationem (hoc enim concedit Dominus ibi): sed propter hoc, ꝙ illa sic dimissa, ducit aliam, exceptio illa fornicationis cadit tantum super dimissionem vxoris. Non. n. vult dicere Dominus (vt falsò æstimant quidam, de quibus in appen.) ꝙ dimittens & aliā ducens, sine causa fornicationis, męchatur, quasi ꝙ data causa fornicationis, possit vtrūq; facere: sed vult dicere, ꝙ dimittens vxorē, sine causa fornicationis, męchatur, i. occasionē per hoc męchandi vxori dat, cuius męchię peccatū sic illicitè dimittēti imputabit; & vltra hoc, si aliā duxerit, propriè męchatur. Et hoc ob vinculum matrimonij remanens cum prima. Quòd & clarius patet per dictū sequens ibi: & qui dimissā duxerit, męchatur. Quare Titius solutus ducens Bertam à Sēpronio, causa fornicationis, dimissam, męchatur? Quia inter Titium, & Bertā remāsit matrimoniū, quò ad vinculum. Et nota, ꝙ nō dicit, si dimissa nupserit, męchatur (quamuis hoc verū sit) sed dicit ly qui dimissam duxerit: vt amputet omnē occasionem excusantiū contrarium dicendo, ꝙ innocens potest contrahere. Nam (à simili arguendo) clarum est; ꝙ Titius (vt supponitur) est innocens quantū attinet ad fornicationē prędictam Bertæ, propter quàm à Sempronio suo viro dimissa fuerat. Et dimissa igit, si nupserit, mœchatur; & qui duxerit eam, męchat: non rōne quacūque principaliter, sed ratione remanentis vinculi prioris mrimonij.

¶ Concl. 4. Matrimonium etiam ratificatum quantū ad actum, potest solui tam per infidelitatē, quàm per fornicationē corporalem: sed propter alia peccata non, nisi forte ad tēpus velit vir subtrahere se à consortio vxoris ad castigationem eius.

¶ Exam. Ly ad castigationem eius. Hoc est non propriè faciendo diuortium: sed corrigendo ipsam de suis defectibus; quo & modo solent patres aliquando corripere filios; dando eis per hoc occasionē cognoscendi errores suos. Nam diuortiū propriè plus dicit quàm castigationem hanc ad tempus secundum prudentiam viri factam.

¶ Prob. Quia præsupponitur clara.

¶ Not. Et prima pars clara est ex Matth. 19. & secunda ex hoc, quòd ad officium viri pertinet castigare prudenter defectuosam vxorem, q. 60. art. 1. ad quartum.

1m de maiori. Contra matrimonium. ℞. Inquantū est officium naturæ: non, inquantum sacramētum Ecclesiæ. §. vt in textu. Tunc nihil &c. Nam matrimonium non ratum magis potest solui quantum &c. vt in textu fin. Vide artic. 5. ad secundum & tertium.

Matrimoniū ratum, nō ratum.

2m de antecedente. Ita. ℞. Quantum ad esse fornicationem spiritualem: non autem, quantum ad modum essendi. §. Putà principaliter, & propriè. Nam infidelitas modo principali, & proprio, dicitur fornicatio spiritualis: alia verò peccata modo minus principali minusque proprio; propter rationem allatam in tex. Tunc nihil &c. Patet enim; quòd si aliquid principale potest facere aliquid; non sequitur, quòd aliud minus principale tantam habeat potentiam.

Fornicatio spiritualis.

Tertium

3m de conclusione. Poteſt matrimonium diſſolui. ℞. Vel poteſt vir ſe ſubtrahere a conuerſatione vxoris. §. vt dixit quarta concluſio. Tunc nihil &c. vt patet.

¶Not. Propter authoritatem illam Matth. 18. non debet quis aliquod malum perpetrare: quoniam tunc, verba tenendo, verborum ſenſui contradiceret, & ſic contra ipſum dictum Euangelij peccaret. Sicut ergo propter authoritatem illã non debet ſibi quis oculum, uel manum materialiter abſcindere, ſed ſpiritualiter (ut docent ibi ſancti:) ita propter eandem non debet qs vxoratus a matrimonio reſilire quò ad vinculũ, uel quò ad actũ; ſed ſibiipſi, & etiã conſorti proſpicere prudẽter, pro quanto ad vitationem ſcandali conuenienter expedit. Et hoc eſt, in propoſito, quod dicitur in textu; quòd videlicet quando mulier præſtat magnam, &c. Vide tu ibi: & inde ad alia conſimilia quomodo procedendum ſit, addiſce.

Abſcindere pedem, eruere oculum qd ſit.

* Ar. præc. cor.

eſt per fidem, & ideo per eam anima quaſi deſponſatur Deo, vt patet Oſeæ 2. Sponſabo te mihi in fide. Vnde in ſacra Scriptura ſpecialiter per fornicationem, idolatria, & infidelitas deſignantur, ſed alia peccata magis remota ſignificatione dicunt̃ ſpirituales fornicationes.

Ad tertium dicendum, quòd hoc intelligendum eſt quando mulier præſtat magnam occaſionem peccati viro ſuo, vt vir probabiliter ſibi de periculo timeat: tunc enĩ vir poteſt ſe ſubtrahere ab eius conuerſatione, vt dictum eſt. *

Ad quartum dicendum, quòd auaritia dicitur idolatria per quandam ſimilitudinem ſeruituris, quia tam auarus, quàm idolatra potius ſeruit creaturæ, quàm Creatori, non autem per ſimilitudinem infidelitatis, quia corruptio infidelitatis eſt in intellectu, ſed auaritiæ in affectu.

Ad quintum dicendum, ꝙ verba Magiſtri * ſunt accipienda de ſponſalibus, quia propter crimen ſuperueniens ſpõſalia ſolui poſſunt: vel ſi loquitur de matrimonio, intelligendum eſt de ſeparatione a cõmuni conuerſatione ad tempus, vt dictum eſt, * vel quando vxor non vult cohabitare niſi ſub conditione peccandi, vt cum dicit, Non ero vxor tua, niſi mihi de latrocinio diuitias congreges, tunc enim potius eam debet dimittere, quàm latrocinia exercere.

QVAE-

* Loco in argu. 3. citato.

* In corp. art.

4m ex Epheſ. 5. Idolatria. ℞. Per ſimilitudinem quandam ſeruitutis: non, per ſimilitudinem infidelitatis. §. vt in textu. Tunc nihil &c. Nam, ſi idolatria infidelitas ſoluit matrimonium, non ſequitur: quòd idolatria ſeruitus pecuniæ, quæ eſt multo minor, tantam habeat potentiam ad diſſoluendum illud.

5m de antecedente. Dicit. ℞. Loquendo uel de ſponſalibus, vel de matrimonio aut quò ad ſeparationem a communi conuerſatione ad tempus, aut in caſu quo uxor non vult cohabitare niſi &c. non quò ad vinculum, neque quò ad actum. §. Vide textum, vt intelligas, quæ ſcripta ſunt. Tunc nihil &c. ut patet.

## APPENDIX.

Vtilitas Eccleſ. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem & D. Thomam interimas errorem Melanctonis (Prat. Iudæorum hæreſes, & in examine ordinãdorum eiuſdem Melanchton. an. 1552.) dicentis; quòd matrimonium propter adulterium, ut faciunt Iudæi, deberet diſſolui. Item Phariſæorum (Direct. Inquiſit. parte ſecunda, quæſt. quarta,) dicentium; quod licitum eſt vxorem dimittere etiam fornicationis ratione, & libellum repudij ei dare. Item Herodianorum (ibid. in Direct.) dicentium; quòd licitum eſt uxorem alterius, etiam marito viuente in uxorem accipere. Item Græcorum, Montaniſtarum. Armenorum (Prat. in eorum tit.) peſtifere dicentium; quòd nuptiarum fœdus & vinculum poteſt pro coniugum arbitrio diſſolui. Item Eraſmi (in Matt. 19. & in Paraphraſi 1. Corinth. ſeptimo,) Thomæ de Vio (eodem loco Matth.) dicentium: licitum eſſe Chriſtiano dimittere uxorem ob fornicationem carnalem ipſius, & poſſe ducere aliam. Verum eſt tamen: quòd Thomas iſte de Vio dixit illud, limitando ſic; ſalua (inquit) eccleſiæ diffinitione.

2 ¶Secundò habes: quomodo per rationem & Diuum Thomam oſtendas, errores prædictos merito damnari ab Eugenio Quarto in Decret. Armen. dãt. ſacro approbante Concil. Florent. Septimum eſt ſacramentum matrimonij, &c. Quamuis autem ex cauſa fornicationis liceat thori ſeparationem facere: non inde aliud matrimonium contrahere fas eſt: cum matrimonij vinculum legitimè contracti perpetuum ſit. Hæc ibi. Item a Concil. Triden. ſeſſio. vigeſimaquarta, cano. ſeptimo. Si quis dixerit: eccleſiam errare, cum docuit, & docet iuxta Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam propter adulterium alterius coniugum, matrimonij vinculum non poſſe diſſolui; & vtrumque uel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe, altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere, mœcharique eum, qui dimiſſa adultera, aliam duxerit, & eam, quæ dimiſſo adultero, alij nupſerit: anathema ſit. Hæc ibi. Item ab eodem ibid. can. 5. Si quis dixerit: propter hæreſim, aut moleſtam cohabitationem, aut affectatam abſentiam a coniuge diſſolui poſſe matrimonij vinculum: anathema ſit. Hæc ibi. Item a Concil. Mileuitano. cap. 17. Placuit, vt ſecundum Euangelicam & Apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab uxore, neque dimiſſa a marito, alteri coniungantur: ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur. Hæc ibi: & recitantur. 32. quæſt. ſeptima. Item a Concil. Africano, cap. 69. totidem uerbis. Item ab Innocentio Tertio, de diuor. Gaudemus, &cæt. Si ergo vxore dimiſſa duci alia de iure non poteſt, fortius, & ipſa retenta. Qui autem ſecundum ritum ſuum repudiauerit vxorem legitimam, cum tale repudium ueritas in Euangelio reprobauerit, numquàm ea viuente poterit licitè aliam habere. Hæc ibi.

3 ¶Tertiò habes: quo modo p̃ rationẽ oſtendas merito inſinuatum a Matth. 5. quod adulterium ſoluit matrimonium quò ad thorum, ſed non quò ad vinculum: & ſic. Qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta cauſa fornicationis facit eam mechari: & qui duxerit eam, adulterat. Hæc ibi. Vbi nota ly vxorem. Quo annotato, ſi uerum ſenſum huius termini pes pis: uidebis illos, qui dicunt, per fornicationem ſolui uinculum matrimonij inter uxorem, & uirum ignorare propriam vocem. Nam uxor dicitur, quæ legitimè eſt coniuncta viro. Cum ergo Chriſtus dimiſſam a marito ob fornicationem uocet adhuc uxorem: relinquit manifeſtè ex ipſo termino intelligẽdum, quòd inter dimiſſam ob fornicationem, & dimittentem, adhuc perſeuerat uinculum matrimonij. Ex illa authoritate Matth. 5. patet quàm bene eſſe gloſſatum ly mœchatur primo loco dictum ab eodem 19. in ſupra not. poſt prob. concluſ. tertiæ. Item a 1. Cor. 7. His qui matrimonio iuncti ſunt præcipio non ego, ſed dominus, uxorem a viro non diſcedere: quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut uiro ſuo reconciliari. Et uir uxorem non dimittat. Hæc ibi. Ex quo patet, cum ſeparatos coniuges, ex mandato domini oporteat manere innuptos, quòd vinculum matrimonij adhuc perdurat inter illos. Nec dicendum (ſecundum quòd Ambroſium dixiſſe aiunt quidam minus perſpicaces) quòd ideo non ſubdit de uiro id, quod de uxore præmiſit, quia viro licet ducere aliam. Ille enim Ambroſius authoritatem non habet: quoniam, non eſt magnus ille Mediolanenſis Epiſcopus; & ſi forte in eius ſcriptis hoc inueniatur, dicendum cum ſancto Thoma ſuper 1. Corinth. 7. uerbis Apoſtoli præmiſſis: quòd a falſarijs additum eſt. Non enim vir & vxor circa matrimonium iudicantur ad imparia: ſed ad paria, ut inquit Papa Innocentius Tertius, de diuor. Gaudemus. Vnde hoc ipſum oſtendit Dominus dicens Mar. 10. quicunque dimiſerit uxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam: & ſi uxor dimiſerit uirum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur. Ecce; quòd ad paria iudicantur a Domino, contra illos Ambroſij falſatores. Item a Concil. Triden. ſeſſ. vigeſimaquarta, canon. octaua. Si quis dixerit: eccleſiam errare cum ob multas cauſas ſeparationem inter coniuges, quò ad thorum, ſeu quò ad cohabitationem ad certum, incertumue tempus fieri poſſe decernit: anathema ſit. Hæc ibi. Item ab Innocentio eod. ibid. Qui legitimam repudiauit uxorem, numquam ea viuente licitè poterit aliam etiam ad fidem Chriſti conuerſus habere, niſi poſt conuerſionem ipſius illa renuat cohabitare cum ipſo, aut etiam ſi conſentiat, non tamen abſque contumelia creatoris, uel ut eum pertrahat ad mortale peccatum. Quòd ſi conuerſum ad fidem, & illa conuerſa ſequatur, antequam propter cauſas prædictas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compelletur. Hæc ibi. Quæ etiam faciunt ad arti. tertiũ, pro ad quintum, & arti. quinto, pro ad ſecundum, & tertium, iuxta quod diuerſa in ipſis authoritatibus conſiderantur, ut aliàs annotatum eſt.

4 ¶Quartò habes: quomodo prædicta patrum, pro quanto propter vitia circa matrimonium accidentia ex defectu coniugum ſic, vel ſic pro eius ſolutione, aut permanentia ſtatuunt, & intelligas, & probes, & defendas.

5 ¶Quintò vides: quomodo ex ijs viciſſim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & conſolidetur.

SVPER

**SVPER Q. XCI.**
Aliàs 60. Art. 1.

CONCL. 1. Sine peccato potest vir zelo iustitiæ, non liuore vindictæ, aut odij motus vxorem adulteram in iudicio sęculari accusare criminaliter de adulterio, & pœnam mortis a lege statutam petere.

¶COROLL. Ergo accusans aliquem malefactorem non zelo iustitiæ, sed liuore vindictę, aut odio motus, incurrit peccatum: ad quod euadendum rectificandus est animus.

¶PROB. Quia licet accusare aliquē de homicidio, aut de alio crimine, propter zelum iustitiæ.

2 S. Tho. 4. dist. 37. q. 2. ar. 1. & seq. c. admonere. 33. q. 2.

¶CONCL. 2. Extra actū adulterij vxorē interficere, quantumcumque sciat eam adulteram, neque secundum leges ciuiles, neque secundū legem conscientiæ licet.

¶PROB. Quia vt patens præsupponitur.

¶CONCL. 3. Lex ciuilis quasi licitum putat, quòd in ipso actu vir vxorem adulteram interficiat.

¶EXAMEN. Ly lex ciuilis. Hoc dicitur ad differentiam legis ecclesiasticæ: & conscientiæ. Secundum enim has leges ponetur conclusio quarta sequens.

¶Ly quasi. Hoc dicitur ad denotandum: quòd absolutè loquendo, lex ipsa ciuilis non putat hoc esse licitum. Cur autem si absolutè non putat licitum, putat hoc quasi licitum, declaratur in textu. Ex eo enim quòd neque præcipit, neque prohibet, neque castigat hoc factum, elicitur; quòd quasi licitū putet. Hoc ergo quasi licitum putare, est quodammodo permittere.

* Li. 4. Sēt. dist. 37. circa finem illius.

¶PROB. Quia præsupponitur clara ex iure ciuili.

¶CONCL. 4. In nullo casu licet viro occidere vxorem propria authoritate.

¶EXAMEN. Ly propria. Idest non mutuata neque a Deo immediatè (ut Sanson seipsum cum Philistæis occidit, Iudic. 16.) neque a principibus Dei ministris (ut quotidie carnifices mandato Principum, ordine iustitiæ seruato, malefactores occidunt.)

¶PROB.

## QVAEST. XCI. Aliàs 60.

*De vxoricidio, in duos articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de vxoricidio.

Circa qđ quęruntur duo.

¶ Primò, Vtrum in aliquo casu liceat vxorem occidere.

¶ Secundò, Vtrum vxoricidium matrimonium impediat.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum liceat vxorem interficere inuentam in actu adulterii.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd liceat viro vxorem interficere in actu adulterii deprehensam. Lex enim diuina præcipit adulteras lapidari: sed ille, qui legem diuinam exequitur, nō peccat, ergo nec occidere propriam vxorem, si sit adultera.

¶ 2 Præt. Illud, quod licet legi, licet ei, cui lex hoc committit, sed legi licet interficere adulteram, aut quālibet personam ream mortis. cū ergo lex commiserit viro interfectionem vxoris in actu adulterii deprehensę, videtur quòd ei liceat.

¶ 3 Præt. Vir habet potestatem maiorem super vxorem adulterā quàm super eum, qui cum ea adulterium committit: sed si vir percutiat clericum, quem cum propria vxore inuenit, non est excommunicatus, ergo videtur quòd etiam liceat interficere propriam vxorem in adulterio deprehensam.

¶ 4 Præt. Vir tenetur vxorem suam corrigere: sed correctio fit per inflictionem iustę pœnæ, cum ergo iusta pœna adulterii sit mors, quia est capitale crimen, videtur quòd liceat viro vxorem adulteram occidere.

SED CONTRA, In litera * dicitur, quòd Ecclesia Dei nunquàm constringitur legibus humanis, vel mundanis, gladium enim non habet nisi spiritualem; ergo videtur ꝙ ei, qui vult esse de Ecclesia, non sit licitus actus legis illius, quæ vxoricidium permittit.

¶ Præt. Vir, & vxor ad paria iudicantur: sed vxori non licet interficere virum in adulterio deprehēsum, ergo nec viro vxorem.

RESP. Dicendum, quòd uirum interficere vxorem contingit dupliciter. Vno modo per iudicium ciuile, & sic non est dubium, quòd sine peccato potest vir, zelo iustitiæ, non liuore vindictæ, aut odii motus, vxorem adulteram in iudicio sęculari accusare criminaliter de adulterio, & pœnam mortis a lege statutam petere: sicut etiam licet aliquem accusare de homicidio, aut de alio crimine: non tamen talis accusatio potest fieri in iudicio Ecclesiastico, quia Ecclesia non habet gladium materialem, vt in litera dicitur. Alio modo contingit eam per seipsum occidere, non in iudicio conuictam, & sic extra actum adulterii eam interficere, quantumcumque sciat eam adulteram, neque secundum leges ciuiles, neque secundum legem conscientiæ licet. Sed lex ciuilis quasi licitum putat, quòd in ipso actu eam interficiat, non quasi præcipiens, vel prohibens, sed quasi pœnam homicidii ei non infligens propter maximum incitamentum, quod habet vir in tali facto ad occasionem vxoris. Sed Ecclesia in hoc non est astricta legibus humanis, vt iudicet eum sine reatu pœnę æternæ, vel pœnæ Ecclesiastico iudicio infligendæ ex hoc quòd est sine reatu pœnæ infligēdæ per iudicium sęculare: & ideo in nullo casu licet viro occidere vxorem propria authoritate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pœnam illam infligendam nō commisit personis priuatis, sed personis publicis, quæ habent officium ad hoc deputatum. Vir autem non est iudex vxoris, & ideo non potest eam interficere, sed coram iudice accusare.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ lex ciuilis non commisit viro occisionem vxoris, quasi præcipiens, quia sic non peccaret, sicut non peccat minister iudicis latronem occidens condemnatum ad mortem, sed permisit pœnam non adhibens: vnde etiā difficultates quasdam opposuit, quibus retraherentur viri ab vxoricidio.

AD TERTIVM dicendum, quòd ex hoc non probatur quòd sit licitum simpliciter, sed quantum ad immunitatem ad aliquam pœnā, quia etiam excōmunicatio quædam pœna est.

AD QVARTVM dicendum, quòd duplex est congregatio, quędam œconomica, sicut familia aliqua, & quædam politica, sicut ciuitas, & regnum. Ille igitur, qui præest secundæ congregationi, vt Rex, potest infligere pœnam, & corrigentem personam, & exterminantem ad purgationem communitatis, cuius curam gerit; sed ille, qui præest in prima congregatione, ut paterfamilias, non potest infligere nisi pœnam corrigentem, quæ se non extendit vltra terminos emendationis, quam trascendit pœna mortis: & ideo vir, qui sic præest vxori, non potest ipsam interficere, sed aliàs castigare.

¶PROB. Quia pate re præsupponitur.

¶NOT. Vt in app. seq. monstrabitur.

### 1m de maiori.

Præcipit. R. Personis publicis: non, priuatis. §. Tunc &c. ut patet applicanti textum.

### 2m de conclusione.

Commiserit. R. Non: sed permiserit. §. ut in textu. Tunc nihil &c. Nam ex eo, quòd alicui permittitur aliquid fieri, non sequitur necessario; quòd facere illud, sit bonum. Permittūtur enim a Deo peccata; quæ tamen homines facere, non est bonum.

¶ NOT. Difficultates appositæ a lege ciuili ad hoc ut quis caueat ab occisione uxoris, de quibus in textu, vidēdæ sunt in lege ciuili. C. ad leg. Iul. de adult. l. Gracchus. & ff. de adulte. marito.

### 3m de conclusione.

Quòd etiā liceat. R. Quantum ad aliquam immunitatem pœnæ, non autem simpliciter. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu.

¶COROLL. Ergo ex hoc, quòd quis percutiens clericum cū propria vxore inuētum nō est excommunicatus, nō sequitur; quòd non peccet: si alias percussio sit notabilis.

### 4m de maiori.

Corrigere. R. Correctione emendationis: non, correctione exterminationis. §. Nam duplex est congregatio ꝗdam œconomica, sicut familia aliqua; quædam &c. ut in text. Tūc nihil &c. ut patet.

## APPENDIX.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a Nicolao Papa, quòd secundum leges ecclesiasticas non licet viro uxorem adulteram occidere: & sic. Si cuius vxor adulterium perpetrauerit, vtrum liceat marito illius secundū mūdanam legē eā interficere. Sed sancta Dei ecclesia mundanis nunquam constringitur legibus; gladiū habet spiritualem, quo non occidit, sed uiuificat. Hæc ille.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

illo. 33.q.2. inter hæc. Inter insinuatum & illud præcedens, & aliud de accusatione vxoris adulteræ a Stephano Papa ibid. Admonere &c. Nec illa uxor tua uita debuit condemnari, nec a te post eius mortem accusari. Prius enim causa criminis subtiliter inuestiganda: & si ita fuisset inuenta, secundum legis tramitem debuit accipere vltionis vindictam. Nam si uerum (quod absit) fuisset, sicut ille adulter mentitus est: post septem annos pœnitentia peracta dimittere eam per approbatam causam poteras, si voluisses; occidere tamen eam, nullatenus debuisti. Hæc ibi. Item a 23.q.1.

23.q.1. Si non licet &c. His exceptis, quos vel lex iusta generaliter, vel ipse fons iustitiæ Deus specialiter, iubet occidi; quisquis hominem, vel seipsum, uel quemlibet, occiderit, homicidij crimine innectitur. Hæc ibi.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem & diuum Thomam prædicta patrum, pro quanto circa occisionem præmissam sic vel sic statuunt, & intelligas, & tuearis. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc, & declaretur, & consolideiur. 3

---

SVPER Q. XCI. Aliàs 60. Art. II.

CONCL. 1. Vxoricidium ex statuto ecclesiæ impedit quandoq; matrimoniũ contrahendum, & non dirimit contractum.

¶ PROB. Quia præsupponitur clara ex iuribus.

¶ CONCL. 2. Vxoricidium quãdoq; etiam dirimit contractum.

¶ PROB. Quia tunc ille efficitur illegitima persona ad contrahendum cum illa.

¶ CONCL. 3. Vxoricidium factum cũ intentione a viro, vt ducat eam, cum qua mœchatur, non dirimit matrimonium cum alijs mulieribus contractum: licet impediat cõtrahendum.

¶ PROB. 1. Quia ex illo vxoricidio non fit psona illegitima respectu aliarum mulierũ. Secunda autem pars. s. licet impediat, &c. probatur. Quia contrahere etiam cum alijs est contra statutum ecclesiæ.

1^m minor. Adulterium non impedit matrimonium. ℞. Negatur ista. §. si coniungatur scilicet homicidio. ut patet in textu.

¶ NOT. Quoniã de adulterio, & homicidio, loquitur responsum hoc; ideo notandi sunt duo casus. Primus est de puro homicidio: quando videlicet unus coniugum procurat alterum occidi. Tunc. n. inter coniugem remanentem, & illam tertiam personam, qua mediante occidit alterum, nõ potest esse matrimonium in perpetuũ, vt patet per Celestinum III. Papam dicentem. Interrogasti de Saracenis, qui dum in captiuitate essent quarundam Christianarum viros earum insidijs & machinationibus occiderunt: vtrum quia postea per ipsas ad fidem Christianã conuersi sunt eas de iure possint accipere in vxores, uel si duxerint coniugium teneat earundem. Hic Triburiensis Concilij regula contenti sumus asserẽtes, quod si in mortem ipsorum malitiose fuerint machinatæ, licet earum studio ad fidem accesserint, nec eis adhærere debent, nec sunt etiam, si adhæserint, tolerandi, cum tale damnum tali lucro ecclesia compensare non velit. Hæc ille: de conuersion. infidel. laudabilem. Secundus casus in tali materia est de homicidio mixto adulterio: quando videlicet alter coniugum adulteratur, & per se, vel alium interficit alterum cõiugum. Nam inter coniugem superstitem, & personam illam adulteram, non potest esse coniugium in perpetuum: ut pater per Alexandrum III dicentem. An liceat alicui eã cõtrahere matrimonium; quam. vxore sua viuẽte, sibi de facto matrimonio copulauit. Taliter respondemus, q si adultera est in mortem vxoris aliquid machinata (siue fidẽ dedit: siue non: quòd ea defuncta, hanc esset ducturus) secundũ canones ab eius consortio prohibetur: & hęc prohibitio perpetuo est seruanda. Hæc ille: de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult. Super hoc. Ex quo videtur idem iudicium de adultero, si machinatus fuerit in mortem uxoris.

Item maior. Directius opponit̃ adulterium matrimonio, quàm homicidium. ℞. Negatur ista. §. si uidelicet per ly directius, intelligatur magis; & per ly homicidium, intelligatur vxoricidium.

¶ NOT. Qm̃ textus, adulterium contrariari matrimonio in ratione contrahendi, uel etiam contracti, insinuat: ideo notandus est uigilanter sequens casus de adulterio mixto contractui matrimonij de præsenti, uel promissioni iuratæ; quod cum alter moritur coniunx accipiet ipsum uel ipsam in coniugem: siue promissio talis antecedat, siue sequatur, adulteriũ. Inter illos. n. adulteros cum tali promissione, non potest esse coniugium in perpetuum; ut patet per Gregorium III. dicentem. Si quis vxore viuente, fide data promisit aliam se ducturum, uel cum ipsa de facto contraxit: si nec ante nec post, legitima eius uxore superstite, cognouit eandẽ; non est matrimonium, quod cum ea contraxit post uxoris obitum, dirimendum. Cæterum tolerari non debet; si prius uel postea, dum viueret uxor ipsius, illam adulterio polluisset. Hæc ille: de eo qui dux. in matrimon quam poll. per adul.

2^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam vxoricidium ideo magis impedire matrimoniũ statutum est ab ecclesia, q̃ matricidium: quia pronior est quis ad vxoricidium, q̃ ad matricidium.

¶ COROLL. Non ergo ratione grauitatis peccati (ut opinabatur arguens,) sed ratione pronitatis maioris impedimentum huiusmodi factum est quemadmodum & in alijs criminibus quotidie fit a confessarijs; qui secundum rectum iudicium maiorem pœnitentiam iniungunt quandoque confitentibus pro minori delicto, quàm

## ARTICVLVS II.

*Vtrum vxoricidium impediat matrimonium.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q vxoricidium non impediat matrimonium. Directius enim opponitur adulteriũ matrimonio quàm homicidium: sed adulterium non impedit matrimonium, ergo nec vxoricidium.

¶ 2 Præt. Grauius est peccatum occidere matrem, quàm vxorem, quia numquam licet verberare matrem, licet autem verberare vxorem: sed occisio matris nõ impedit matrimonium, ergo nec vxoris occisio.

¶ 3 Præterea, Magis peccat, qui vxorem alterius propter adulterium interficit, quàm vxorem propriam, inquantum minus habet de motiuo, & minus ad eum spectat eius correctio: sed quia alienam vxorem occidit non impeditur a matrimonio, ergo nec ille, qui propriam vxorem interficit.

¶ 4 Præterea, Remota causa, remouetur effectus: sed peccatum homicidii potest per pœnitentiam remoueri, ergo & impedimentum matrimonii, quòd ex eo causatur, & ita videtur quòd post peractam pœnitentiam non prohibeatur matrimonium contrahere.

SED CONTRA est quod Canon † dicit: Interfectores suarum coniugum, ad pœnitentiam redigendi sunt, quibus * penitus denegatur coniugium.

¶ Præt. In eo, in quo quis peccat, debet puniri: sed peccat contra matrimonium, qui vxorem occidit ergo debet puniri, vt matrimonio priuetur.

RESPON. Dicendum, quòd vxoricidium ex statuto Ecclesiæ * matrimonium impedit, sed quandoque impedit contrahendum, & non dirimit contractum: quando. s. propter adulterium vir occidit vxorem, aut etiam propter odium: tamen si timetur de incontinentia ipsius, potest cũ eo dispensari per Ecclesiam, vt licite matrimonium contrahat: quandoque etiam dirimit contractum, vt quando aliquis interficit uxorẽ suã, vt ducat eam cum qua mœchatur, tunc enim efficitur illegitima persona simpliciter ad contrahendum cũ illa, ita quòd si de facto cum ea contraxerit matrimonium, dirimitur. Sed per hoc non efficitur simpliciter persona illegitima respectu aliarum mulierum. Vnde si cum alia contraxerit, quamuis peccet, contra statutum Ecclesiæ faciens, tamen matrimonium contractum non dirimitur propter hoc.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homicidium, & adulterium in aliquo casu impediunt matrimoniũ contrahendum, & dirimunt contractum, sicut de vxoricidio dicitur hic, etiam de adulterio infra dicetur. Vel dicendum, quòd vxoricidium est contra substantiam coniugii, sed adulterium contra bonum fidei ei debitæ, & sic adulterium non est magis contra matrimonium, q̃ vxoricidium, & ita ratio procedit ex falsis.

AD SECVNDVM dicendum, q simpliciter loquendo, grauius peccatũ est occidere matrẽ, q̃ vxorem, & magis contra naturã, qa naturaliter homo matrem reueretur, & ideo minus inclinatur ad interfectionẽ matris, & pronior est ad interfectionẽ vxoris, ad cuius pronitatis repressionem vxoricidis est matrimonium ab Ecclesia interdictum.

AD

251

† In decr. 33. quæst. 2. can. inter fectores.
* Ibid. c. 12. & 4. Sent. dist. 37. §. B. Responsio secunda.

Priuatur quis aliqñ in ppetuũ matrimonio.

* Decr. 33. q. 2. ca. Interfectores.

quàm pro maiori ex eo, quòd magis pronum ad minus mortale vident peccatorem, quàm ad maius q.8.art.7. corp.

¶ Ergo argumentum peccabat in fallacia secundum non causam, vt causam.

3^m de maiori. Magis peccat. ℞. Non tamen contra matrimonium. §. Tūc ni. &c. Nam in matrimonio nō sic punitur ille, qui contra matrimoniū nō peccat iuxta illud (ab oppositis) per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.

Ad tertium dicendum, ꝙ talis non peccat contra matrimonium, sicut ille, qui propriā vxorem interficit, & ideo non est simile.

Ad quartum dicēdum, quòd non est necessarium, quòd deleta culpa, deleatur omnis pœna, sicut de irregularitate patet. Non enim pœnitentia restituit in pristinam dignitatem, quamuis possit restituere in pristinum statum gratiæ, vt dictum * est.

4^m maior. Remota causa remouetur effectus. ℞. Proprius: non autem omnis. §. Tunc nihil &c. Non enim est necessarium, quòd deleta culpa deleatur &c. vt in textu.

APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas; merito insinuatum ab Innocentio III. quòd vxoricidium impedit matrimonium: & sic. Veniens ad præsentiam, &c. G. laicus quandam sibi. M. mulierem insciam, quòd aliam haberet uxorem sibi solemniter copulauit, &c. Vxore defuncta, vtpote a lege ipsius solutus in eandem M. de nouo potuit matrimonialiter cōsentire; dummodo non præstiterit fidē adulteræ, vel machinatus fuerit in mortem vxoris. Hæc ille: de eo, qui dux. in matri. quam poll. per adul. Item a Concil. Triburicensi. 31. q. 1. Si quis viuente, &c. Nisi forte idem vir, aut mulier virum, qui mortuus fuerat occidisse notetur; quod si probatum fuerit, sine ulla spe coniugij maneant perpetuò cum pœnitentia. Hæc ibi. Item a Concil. Elibertino ibid. Si qua mulier in mortem mariti sui, &c. Ipsa autem insidiatrix pœnitentiæ subiecta, absq; spe coniugij, maneat. Hæc ibi. Quod autem dicit de muliere respectu viri quo ad occisionem, intelligendum est etiam de uiro respectu uxoris vt allatum est nunc supra ex Conc. Triburiensi. Item a Nicolao Papa. Interfectores suarum coniugum quid aliud habendi sunt quàm homicidæ? Ac per hoc ad pœnitentiam redigendi; quibus penitus coniugium denegatur. Hæc ille. 33. q. 2. Item à &c. ut sup. not. post ad primum. Secundò habes: quomodo per rationem & Diuum Thomam præmissa patrum, pro quanto de uxoricidio priuante spe coniugij maritum insinuant, & intelligas, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. XCII. Aliàs 61. Art. 1.

CONCL. Nullus cōiugum potest sine consensu alterius post carnalem copulā Deo offerre corpus propriū per continentiæ uotū.

¶ Examen. Ly continentiæ uotum. Scilicet ita; ut priuetur coniux redditione debiti. Alioquin quantum est ex parte uouentis, sine præiudicio tamen alterius, potest emittere uotum continentiæ: quoniam non promittit in casu isto nisi illud, quod ipsemet præstare potest.

252 S.Th.4.di. 27. q. 1. ar. 3. q. 1. & sequen.

¶ Prob. Quia nullus potest facere oblationē Deo de alieno, sine consensu eius.

¶ Not. Offerre Deo alienum sine eius consensu, est species furti, seu rapinæ; tantū abest, vt placeat Deo huiusce modi oblatio. Et cum de ratione uoti sit, ꝙ Deo promittantur placita: ideo uotum huiusmodi, quatenus peccatum dicit, non esset votum, neque obligaret. Non enim uotū est vinculum iniquitatis. Et ideo Cœlestinus III. ut habetur de cōuers. coniugat. cap. Carissimus, inquit. Si inueneritis vxorem regis Sueuiæ graui īfirmitate depressam, continentiam vouisse, & uirum eius ad tempus præbuisse consensum, maxime si non idem vir continentiam uouit perpetuam, eandem uiro cohabitare faciatis; & vtrumque inuicem maritali affectione tractare. Hæc ille. Quæ intelligas iuxta præmissa. s. quòd quantum est ex ipso uouente suum, teneatur seruare quod promisit; aliàs non.

1^m de maiori. Magis. ℞. Secundum quòd materia patitur. §. Tunc nihil &c. Nam materia non patitur in proposito, quòd lex diuina seu canonica soluat matrimonium: quoniam considerat ipsum, non tantum, ut est in officium naturæ (secundum quòd lex humana facit:) sed etiam ut est sacramentum.

¶ Not. Doctrina responsi huius confirmatur a Papa Gregorio sic. Sunt qui dicunt religionis gratia coniugia debere dissolui. Verum sciendum est, etsi hoc lex humana concessit, lex tamen diuina prohibuit. Scimus; quia scriptum est, erunt duo in carne una. Si ergo vir & uxor una caro sunt & unum corpus, & religionis causa dimittit vir uxorem, uel mulier uirum, in hoc mundo remanentem, uel ēt fortasse ad licita uota migrātem: quæ est ista conuersio in qua una & eadem caro ex parte transit ad continētiam, & ex parte remanet in pollutione? Hæc ille. 27. q. 2.

2^m maior. Min^s bonū non impedit maius bonum. ℞. Nisi habeat cōtrarietatem ad ipsum. §. Tunc nihil &c. Nam status matrimonij habet contrarietatem ad statū religionis; inquantum religio continentiam uouet, matrimonium verò non.

¶ Not. Bonum, ut sic, non impedit bonū: & ideo ad hoc, ꝙ impediat requiritur (inquit textus) ut habeat contrarietatem ad ipsum, idest, ut circa materiam concernentem contrarium versetur. Bonum enim quodlibet secundum rectam rationem est: & consequenter de eo non est iudicandum, sicut de malo: quoniam malum, ut malum, etiam contrariatur malo, cum sit extra medium rationis. Nam varijs modis contingit non attingere medium: cum tamen uno modo tantum ipsum attingere contingat. Concludendum igitur: quod malum, ut malum, potest contra-

Quō bonū contrariari possit bono.

QVAEST. XCII. Aliàs 61.

*De impedimento matrimonii, quod est votum solemne, in tres articulos diuisa.*

DEinde considerandum est de impedimentis, quæ superueniūt matrimonio, Et primo, de impedimento quod prouenit matrimonio, scilicet de uoto solemni. Secundo, de impedimento quod prouenit matrimonio consummato, scilicet de fornicatione.

Circa primum quęruntur tria.

¶ Primò, Vtrum alter coniugum, altero inuito post carnalem copulam possit religionem intrare.

¶ Secundò, Vtrum ante carnalem copulam possit intrare.

¶ Tertiò, Vtrum altero intrante, alter possit alteri nubere.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum alter coniugum altero inuito post carnalem copulam possit religionem intrare.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd alter cōiugum, etiam post carnalem copulam possit altero inuito ad religionem transire. Quia lex diuina magis debet spiritualibus fauere quàm lex humana sed lex humana hoc pmisit, ergo multo fortius lex diuina pmittere debuit.

¶ 2 Præt. Minus bonum non impedit maius bonum, sed matrimonii status est minus bonum, quàm status religionis, ut patet 1. Corint. 7. ergo per matrimonium non debet homo impediri, quin possit ad religionem transire.

¶ 3 Præt. In qualibet religione fit quoddam spirituale matrimonium: sed licet de leui religione ad arctiorem transire, ergo licet de matrimonio leuiori, s. carnali, ad arctius, scilicet matrimonium religionis transire, etiam inuita uxore.

Sed contra, est ꝙ dicitur 1. Cor. 7. vt nec etiam ad tempus vacent orationi coniuges, sine mutuo consensu a matrimonio abstinētes.

¶ Præt. Nullus potest facere licite quod est in præiudiciū alterius sine eius voluntate: sed votum religionis emissum ab vno coniugū est in præiudicium alterius, quia vnus habet potestatem corporis alterius, ergo vnus sine consensu alterius non potest votum religionis emittere.

Resp. Dicendum, quòd nullus potest facere * oblationem Deo de alieno: vnde cum per matrimonium iam consummatum sit corpus viri factum vxoris, non potest sine consensu eius Deo ipsum offerre per continentiæ votum.

* Al. oblationem.

Ad primum ergo dicendum, quòd lex humana considerat matrimonium solum, inquantum est in officium naturę, sed lex diuina secundum quòd est sacramentum, ex quo habet omnimodam indiuisibilitatē, & ideo non est simile.

Ad secundum dicendum, ꝙ non est incōueniens, maius bonum impediri per minus bonum, qd habet

contrariari malo vt sic: bonum uerò, ut bonum, non item; sed vt dictum est.

3^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negaẽ illatio. §. Non enim est simile qđ affertur ut simile. Nam in qualibet religione contrahitur matrimoniũ &c. ut in textu.

bet contrarietatem ad ipsum; sicut etiam per malum bonũ impeditur.

Ad tertium dicendum, ꝙ in qualibet religione cõtrahitur matrimonium ad vnam personam, scilicet ad Christum, cui ad plura obligatur aliquis ĩ vna religione, quàm in alia; sed matrimonium carnale & religionis non fiunt ad vnam personam; & ideo non est simile.

APPENDIX.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas, me ritò insinuatum ab Alexandro III. quòd non liceat uni coniugum, altero inuito, religionem profiteri: & sic. Quidam intrauit monasterium inuita vxore: qua ipsum repetente, coactus est ad eam redire. Ea mortua, quæritur: an ipse cogatur reuerti ad monasterium, an aliam possit ducere in uxorem. Respondemus; quòd uotum non tenuit. Vnde, ratione uoti, ad monasterium non tenetur redire. Vlterius verò nõ poterit uxorem accipere. Promisit enim se non exigere debitum, quod in eius potestate erat: & ideo quò ad hoc uotum tenuit. Non reddere autem non erat in eius, sed mulieris, potestate. Hæc ille: de conuersion. coniugat. Et quòd non sine causa appositum fuerit in conclusione ly sine consensu eius, confirmatur simul & declaratur ab eod. Alexandro dum inquit ibid. Præterea &c. Vxoratus de licentia & permissione uxoris monasteriũ ingressus professionem fecit, vxore in sęculi habitu remanente, nec perpetuam continentiam vouente. Dicimus, quòd nisi uxor ad religionem transierit, aut perpetuò castitatem seruare promiserit; uir potest, & debet de monasterio reuocari. Hæc ibi. Ex quo patet quomodo licentia uxoris sufficit, uel non sufficiat, ad hoc: ut vir possit intrare monasterium. Nota ly nisi vxor: quoniam de illa quæ non est senex, & sterilis, & sine suspicione, loquitur; ut patet per eundem ibid. cap. cum sis prædictus. Sufficere enim insinuat ibi: ꝙ talis vxor senex remanens in sæculo promittat castitatem. Item ab Innocentio III. ibid. Ad Apostolicam &c. Cum vir & uxor una caro sint per copulam cõiugalem effecti, nec una pars conuerti possit ad dominum, & altera in sęculo remanere: profecto non est alter coniugum recipiendus ad obseruantiam regularem: nisi reliquus perpetuam cõtinentiam repromittat: sed & uitam debet mutare, nisi forte sit eius ætatis, ut sine suspicione incontinentiæ ualeat in sęculo remanere. Hæc ibi. Ex quibus quidẽ, & aliud, a fortiori, patet, quòd ipsi coniuges ex mutuo consensu possunt continentiam vouere remanendo in sæculo. Videant tamẽ hi sibi ipsis iuxta prudentiam Christianam: ne tententur a Sathana 1. Coristh. 7. idest, ne tentationi contrariæ succumbant.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto coniugem alterum, posse, vel non posse religionem intrare altero inuito statuunt, & intelligas, & tuearis. 2

¶ Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc, & declaretur, & consolidetur. 3

---

SVP. Q. XCII. Aliàs 61. Art. II.

# ARTICVLVS II.

*Vtrum alter coniugum possit altero inuito ante carnalem copulam religionem intrare.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur ꝙ nec etiam ante carnalem copulam. Indiuisibilem enim matrimonii pertinet ad matrimonii sacramentum, inquantum. s. significat perpetuam cõiunctionem Christi ad Ecclesiam: sed ante carnalem copulam post consensum per verba de præsenti expressum est verum matrimonii sacramentũ, ergo non potest fieri diuisio per hoc quòd alter ad religionem intrat.

¶ 2 Præt. In ipso consensu per verba de præsenti expressio: vnus coniugum in alterũ potestatem sui corporis transfert: ergo statim debet exigere debitum, & alter tenetur reddere, & ita non potest vnus, inuito altero, ad religionem transire.

¶ 3 Præt. Matt. 19. Quos Deus coniunxit homo non separet: sed cõiunctio, quæ est ante carnalem copulã diuinitus facta est, ergo non potest separari humana voluntate.

Sed contra est, quòd secundum Hier. Dominus vocauit Ioannem de nuptiis.

Resp. Dicendum, * quòd ante carnalem copulam est inter coniuges tantum vinculum spirituale, sed postea etiam est inter eos vinculum carnale; & ideo sicut post carnalem copulam matrimoniũ soluitur per mortem carnalẽ, ita per ingressum religionis ante carnalem copulã soluitur, quia religio est quædam mors spiritualis, qua aliquis sęculo moriens viuit Deo.

Ad primum ergo dicendum, quòd matrimonium ante carnalem copulam significat illam coniunctionem, quæ est ad animam, quæ quidem soluitur per contrarium, scilicet per peccatum, sed per carnalem copulam significat coniunctionem ad Ecclesiam, quantum ad assumptionem humanæ naturæ in vnitate personæ, quæ omnino est indiuisibilis.

Ad secundum dicendum, ꝙ ante carnalem copulam, non est omnino translatum corpus vnius sub potestate alterius; sed sub conditione, nisi inter ea alter ad frugem melioris vitæ conuolet; sed per carnalem copulam completur dicta translatio, quia tunc intrat vterque in corporalem possessionem sibi traditæ potestatis. Vnde etiam ante carnalem copulã non statim tenetur reddere debitum post matrimonium contractum per verba de præsenti; sed datur ei tempus duorum mensium propter tria. Primo, vt interim possit deliberare de transeundo ad religionem, Secundo, vt præparentur, quæ sunt necessaria ad solẽnitatem nuptiarum. Tertio, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspirauit dilatam.

Ad

Conc. Sicut post carnalem copulam matrimonium soluitur per mortem carnalem: ita per ingressum religionis ante carnalẽ copulam soluitur.

253 Cap. ex publico, & c. ex parte, ext. de conuers. coniug.

¶ Coroll. Ergo relinquit dicendum literaliter ad titulum affirmatiuè, i. quòd potest altero inuito unus ad religionem transire. Et licet ab oppositis corporis articuli primi sufficeret ratio dicens, quia nondum sunt una caro effecti: tamen nouam rationem adducit, quæ est sequens.

¶ Prob. Quia religio est quædam mors spiritualis (ut patet in textu) matrimoniumq́; sine carnali copula est vinculum spirituale: & sic mors vtraque ad vinculum sibi proportionatum singillatim correspondet (patet ex terminis.)

1^m de maiori. Indiuisibilitas matrimonij. ℞. Consummati per carnalem copulam: nõ autem, ante ipsam consummationem. §. Tunc ni. &c. Nam matrimoniũ ante carnalem copulã significat illã, &c. ut in textu.

*In præfatione sup Euangeliũ Ioannis.

¶ Coroll. Ergo Christus numquam dimittet humanitatem nostram, quam personaliter sibi uniuit: quibuscumque in contrarium facientibus, non obstantibus. Ergo hoc idem de coniunctione animæ per gratiam ad Christum dicendum non est: ut nonnulli hæretici dicunt contendentes, quòd quãtumcumque impurè uiuat homo, numquàm tamen amittet gratiam Christi absolutè loquendo, uel nisi fidem perdiderit. Ad quarum hæresum damnationem, vide supra q. 14. art. 3. & 2. par. q. 23. ar. 1. & q. 81. & q. 81. ar. 4. Vide specialiter contra huiusmodi hæreses cap. 15. Conc. Trid. sess. 6.

¶ Not. Doctrina hæc responsi textualis confirmatur ab Innocen. III. de bigamo nõ ordinand. debitum, &c. Cum duo sint in coniugio, videlicet consensus animorum, & cõmixtio corporum, quorum alterum significat charitatem, quæ consistit in spiritu inter Deum & iustam animam, ad qđ pertinet illud, quod dicit Apostolus, q adhæret Deo, unus spiritus est cum eo; reliquum vero designat conformitatem, quæ consistit in carne inter Christũ & ecclesiam, ad quod pertinet illud, Verbum caro factum est & habitauit in nobis, profectò coniugium, quod non est commixtione corporum consummatum non pertinet ad illud coniugium designãdũ, quod inter Christum & Ecclesiam per incarnationis mysterium est cõtractum: iuxta, quòd Paulus exponens: Hoc nunc os &c. subiungit, sacramentum hoc dico magnum in Christo & in ecclesia. Hæc ibi.

2^m de antecedente. Transfert. ℞. Sub conditione quadam: non absolutè statim §. ut in textu. Tunc nihil &c. Nam neuter coniugum tenetur statim reddere debitum post matrimonium contractum per uerba de præsenti, sed &c. vt in textu. Et hoc est signum: quòd non absolutè statim transfert corporis sui potestatem in alterum.

¶ Not. Hoc non est contrarium ei, quod dicitur communiter, quòd per uerba de præsenti transfertur potestas corporis unius in alterum

alterum coniugum: sed est declaratio sensus illius, ut intelligenti patet. Confirmatur doctrina hæc textus per 1. Cor. 7. ubi Apostolus non prius negauit mulierem habere sui corporis potestatem uel uirum; quàm de redditione debiti adinuicem mentionem fecisset. Sic enim ordinat textum suum. Vxori uir debitum reddat: similiter autem & uxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir: similiter vir, sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Quasi dixerit ex ordine contextus; cõpleta possessio corporalis alterutrius coniugum tunc primum fit, quando reddunt sibi debitum mutuo.

*q. 41 arti. 4 corp.

AD TERTIVM dicendum, quod coniunctio matrimonialis ante carnalem copulã est quidem perfecta quantum ad esse primũ, sed nõ consummata, quantum ad actum, secundũ qđ est operatio, & similatur possessioni corporali; & ideo non omnimodam indiuisibilitatem habet.

3^m ex Matth. 19. Coniunxit. ℞. Coniunctione profecta quantum ad actum secundum: non tantum, quantum ad primum §. Tunc nihil &c. Nam licet cõiunctio, quæ est ante carnalem copulam fiat a Deo, vt arguitur nõ tamen illo coniunctionis vinculo, quo post carnalem copulam.

¶COROLL. Est ergo a Deo vtraque coniunctio: sed tamen vna maior, q̃ altera. Quemadmodũ & homo a Deo est, & formica: tñ ob hoc non tollitur; quin formica sit quid minus, quàm homo, licet autem perfecta sit formica in genere suo: non tamen adeò pfecta est, veluti homo. Non valet igitur consequẽtia hæc: opus illud, uel illud, est factum a Deo, & vtrumq; est perfectum: ergo unum non est perfectius, seu maius, altero. Applica ad propositum.

¶NOT. Pro ista doctrina textuali aduertas, quòd dñs Matt. 19. antequàm dicat, quod Deus coniunxit, homo non separet, prius dixerat ly erunt duo in carne una; itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Ex contextu igitur Matth. habetur apertissime, quod authoritas illa in argumento allata, loquitur in plano sensu de cõiunctis non tantum per copulam coniugalem, sed etiam per carnalem, & consequenter quod accipitur ly coniunxit, secũdum Euangelium, pro coniunctione vtraque simul & tanto magis hoc uerum manifeste apparet, quanto per coniunctionem illatiuam inducitur sic dicendo: iam non sunt duo, sed una caro, quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Vide igitur quam apte ad literam ex Euangelio confirmatur responsum præsens Diui Thomæ. Ex quo etiam patet, quòd intelligitur de matrimonio consummato similis sententia ibidem subsequens. s. q̃ non licet nisi ob fornicationem dimittere vxorem suam. Nam (ut dictum est) prius fecerat dominus mentionem, quòd iam non erant duo: sed una caro. Id quod etiã annotatur per Alexandrũ I. I. de conuersion. coniug. ex publico, &c. Sane quòd dominus in Euangelio dicit non licere uiro nisi ob causam fornicationis vxorem suam dimittere, intelligendum est secundum interpretationem sacri eloquij de his, quorum matrimoniũ carnali copula est cõsummatũ. Hæc ibi. Ex cuius Pontificis dicto apertissime confirmatur doctoris sancti litera præsens.

## APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem, tanquàm in radice, interimas hæresim Io. Vuiclef dicentis: quod nemo monachus saluari potest in religione priuata, nisi apostatauerit. Item blasphemiam Ioan. de Roccesana dicentis: monachos esse nouos dęmones. Ex eo enim, quòd per rationem D. Tho. ostendit, quòd vxoratus ante carnalem copulam potest transire ad religionem tanquàm ad meliorem, frugem, radicitus euellitur hæresis, atq; blasphemia; prædicta. Hoc idem & fecisse cõtra errores prædictos dicendi sunt Pontifices & concilia per hoc, q̃ transitũ huiusmodi approbarũt. Secundò habes, quomodo per rationem ostendas; merito errores illos damnari a Concil. Constantiensi sess. 8. ubi damnat omnes hæreses Ioan. Vuiclef 45. inter quas & præmissa cõtinetur. Huius damnationem factam a Concil. vide supra q. 20. art. 3. appen. & quoniam Io. Huss. ipsi Vuiclef consentiebat in hoc dicens; talem damnationem esse iniquam & irrationabilem: ideo & damnationem Huss. ab eodem factam sess. 15. uide supra q. 19. art. 5. appen. Ex his quoque damnatus est implicitè vt patet error Io. de Roccesana: quoniam dum cõcilium ipsum sanxit, monachatum seu religionem esse statum salutis, proculdubio per hoc negauit, religiosos esse nouos dæmones. Item ab Alexandro III. de conuers. coniug. Verum post consensum legitimum de præsenti licitum est alteri, altero etiam repugnante eligere monasterium (sicut sancti quidam de nuptijs nocati fuerunt) dummodo carnalis commixtio non interuenerit inter eos: quia, cum non fuissent vna caro simul effecti, satis põt unus ad Deum transire, & alter in sęculo remanere. Hæc ibi. Pro ly sicut sancti quidam, &c. nota dictum B. Hieronymi recitatũ. 27. q. 2. Scripsit nobis. B Macharius (inquit) præcipuus inter Christi hæremitas, celebrato nuptiarum cõuiuio, cum uespere thalamũ esset ingressurus, ex urbe egrediens transmarina petijt, & heremi solitudinem sibi elegit. Item B. Alexius Epiphanij clarissimi filius, similiter ex nuptijs diuina gratia uocatus, sponsam deseruit; & nudus Christo famulari cępit. Hæc ibi. Itẽ ab Eusebio Papa 27. q. 2. desponsatam puellam non licet parentibus alij uiro tradere: licet tamen illi monasterium sibi eligere. Hæc ibi. Vbi de uiro idem dictũ, puta. Item & ex hoc abũdantissime damnari, quod monachorum statum, tãquàm rediuiuum Ecclesiæ primitiuæ specimen admiratur Sanctus Hieronymus, ipsumq; pro tali iudicat; dum hæc verba in libro de uiris illustribus profert. Philo Iudæus, natione Alexãdrinus, de genere sacerdotum, de prima Marci Euangelistæ apud Alexandriam scribens Ecclesia, in nostrorum laude uersatus est: non solum eos ibi, sed in multis quoque prouincijs, esse memorans; & habitacula eorum dicens monasteria. Ex quo apparet: talem primum Christo credentium fuisse Ecclesiam, quales nũc monachi esse nituntur, & cupiunt; ut nihil cuiusquàm proprium sit, nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonia egentibus diuidantur; orationi vacetur, & psalmis, doctrinæ quoque & continentiæ. Quales & Lucas refert, primum Hierosolymæ fuisse credentes. Hæc Beatus Hieronymus ibi. Tertiò habes: quomodo prædicta patrum, pro quanto coniugem, altero etiam reclamante, posse religionem intrare insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis.

3

Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

4

## ARTICVLVS III.

*Vtrum mulier possit nubere alteri viro ante carnalem copulam, viro suo religionem ingresso.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd mulier non possit nubere alteri viro, ante carnalem copulam viro suo religionem ingresso. Quia illud quod cum matrimonio stare potest, non soluit matrimoniale vinculum: sed adhuc manet vinculum matrimoniale inter eos, qui pari voto religionem intrant, ergo ex hoc quòd vnus intrat religionem, alter non absoluitur a vinculo matrimoniali, sed quamdiu manet vinculum matrimoniale ad vnum, non potest nubere alteri, ergo &c.

¶ 2 Præt. Vir post ingressum religionis * potest ante professionem redire ad sæculum: si ergo mulier posset alteri nubere viro intrante religionem, & ipse posset alteram ducere, rediens ad sęculum quod videtur absurdum.

¶ 3 Præt. Per Decretalem nouam, professio ante annum emissa, p nulla reputatur, ergo si post talem professionem ad vxorem redeat, tenetur eum recipere, ergo neque per introitum viri in religionem, neque per votum datur mulieri potestas alteri nubendi.

SED CONTRA, Nullus potest alterum obligare ad ea, quæ sunt pfectionis, sed continentia est de his, quæ ad perfectionem pertinẽt, ergo mulier non arctatur ad continentiã, ex hoc quòd vir religionem ingreditur, & sic potest nubere.

RESPON. Dicendum, quòd sicut mors corporalis viri hoc modo vin-

* In Decr. li. 3. tit. 31. & est de Regularib. & transeũtibus ad religioné, cap. ad Apost. & est c. 16.

SVPER Q. XCII. Aliàs 61. Art. III.

254

CONCL. Post mortem spiritualem viri per religionis ingressum ante copulam carnalem, potest mulier, cui uoluerit nubere.

¶EXAMEN. Ly religionis ingressum. Scilicet cõsummatum. Hoc est: quãdo ingressus est professiones uestitus. Alioquin ingressus ille religionis, tanquàm dispositio quædã ad mortem illam spiritualem, & non mors spiritualis iudicatur: quoniam nota ipsa, qua mundo moritur, nõ nisi in professione emittitur; ad quã præcedente tempore p delationẽ habitus monachalis, & exercitia quædam proportionata, disponitur. Compertissimum sané est: quòd solus habitus non facit monachum.

¶ Ly ante carnalem copulam. Hoc dicitur ad differentiam articuli primi. Ibi enim determinatur: quòd uxor ingresso uiro religionem, ad perpetuam cõtinentiã tenetur, & consequẽter, quòd post carnalem copulam illius non põt nubere alteri.

¶ Ly cui uoluerit. Scilicet nisi aliud obstet: puta consanguinitas, uel affinitas, uel huiusmodi: de quibus impedimentis, aliàs dictũ est. Formaliter ergo loquitur (ut sui moris est) Sanctus Doctor in his terminis ly cui uoluerit, ly per religionis ingressum.

¶PROB.

¶Prob. Quia ſicut matrimoniale vinculum carnis ſoluitur per mortem corporalem: ita in matrimoniali, vinculum ſpirituale ſoluitur per mortem ſpiritualem.

¶Not. Quantum differat matrimonium quò ad vinculi diſſolubilitatem ante, uel poſt, copulam carnalem videas. 1. & 2. maximè ad primum & ſecundũ.

1m illatio concluſionis primæ. Ergo ex hoc &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim eſt ſimile de uoto continentiæ ab vtroque coniugum pariter emiſſo, & de voto vnius tãtum religionem intrãtis: propter rationem allatam in textu.

¶Coroll. Ergo ex ly ab renunciat, &c. qđ dicitur in textu patet, quòd iuri ſuo põt quis renuntiare. Intellige tu quando illud ius poſitum eſt in ſua poteſtate, non quando a ſuperiori dependet. Hinc non poteſt renunciare quis priuatus alicui dono: puta priuilegio dato communitati: neque poteſt renuntiare vitæ ſuæ, inferendo videlicet ſibi mortem: quia hæc a ſuperiori dependent, & non ſunt ſibi propriè data, ut de illis facere poſſit quodcumque vult.

culũ matrimoniale ſoluit, ut mulier nubat, cui vult ſecundum Apoſtoli ſententiam, ita etiam poſt mortem ſpiritualem viri, per religionis ingreſſũ, poterit cui voluerit nubere.

Ad primum ergo dicendum, quòd quando vterque pari voto continentiam vouet, tunc neuter coniugali vinculo abrenunciat, & ideo adhuc manet: ſed quando vnus tantum vouet, tunc, quantum eſt in ſe, abrenuntiat vinculo coniugali, & ideo alter abſoluitur a vinculo illo.

Ad secundum dicendum, ꝙ non intelligitur mortuus ſeculo per religionis ingreſſum, quouſque profeſſionem emiſerit, & ideo vſque ad tempus illud, tenetur eum vxor ſua expectare.

Ad tertium dicendum, ꝙ de profeſſione ſic emiſſa ante tempus determinatum a iure, eſt idem iudicium qđ de voto ſimplici. Vnde ſicut poſt votum ſimplex viri, mulier ei debitum reddere nõ tenetur, tamen ipſa non habet poteſtatem alteri nubere: ita & hic.

2m de concluſione. Intrante. ℞. Perfectè: non, imperfectè. §. Tunc nihil &c. Nam intrans religionem perfectè .i. per profeſſionem eius, non poteſt redire ad ſeculum (ut arguens dicebat,) & conſequenter abſurdum illud ibi adductum non ſequitur. Et hoc eſt: quod implicitè innuit textus dicens, non intelligitur mortuus ſeculo per religionis &c. Vide ſupra exam. 1.

3m concluſionis ſecundæ illatio. Ergo neque &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim idem eſt iudicium de profeſſione ante annum emiſſa & de eadem poſt completionem anni: quoniam de profeſſione emiſſa ante annum eſt idem iudicium, quod de uoto ſimplici; & de emiſſa poſt annum idem eſt quod de uoto ſolẽni. Vnde per profeſſionem illam anticipatam, licet non detur vxori poteſtas nubendi alteri, non ſequitur, quòd per profeſſionem iſtam ſolemnem poteſtas ipſa non detur eidem.

¶Not. Loquitur Sanctus Doctor (ut alibi in ſimilibus) ſecundum iura antiqua, & ideo ly ante annum, ſumit pro anno quintodecimo; & de profeſſione ſic emiſſa loquitur, ſtãte ignorantia præſidentis, in cuius manu ante tempus profitetur. Nam ſi Petrucius quaterdenis ante annum profeſſionem feciſſet in manu Abbatis ex conſenſu monachorum ſcientium tempus legitimum profeſſionis nondum eſſe completum: in tali caſu profeſſio ualuiſſet; quoniam vtrique .i. & profitens, & monachi, videntur per hoc renunciaſſe iuri illi de anno completo, quod in fauorem vtriuſque illorum inductum fuit. Quamuis .n. multa fieri prohibeantur, tamen facta tenẽt: vt inquit Papa Innocentius III. præmiſſum caſum confirmans, de regular. & tranſeun. ad religion. ad Apoſtolicam. Loquitur ergo textus D. Thomæ de profeſſione anticipata in caſu non renunciationis ab vtriſque iuri ſuo: non autem tunc, quando non renũciant vtrique ei. Cæterum vt multa, quæ ſuboriri poſſent incõmoda, ſeu difficultates circa huiuſmodi euadamus: ſanxit Concil. Triden. ſeſſ. 25. cap. 15. de refor. regul. & circa tempus, & circa profeſſionem, & circa eius obligationem; ſic. In quacumque religione tã virorũ, quàm mulierum profeſſio nõ fiat ante ſextumdecimum annum expletũ; nec qui minore tempore, quam per annũ poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit; ad profeſſionem admittatur. Profeſſio autem antea facta, ſit nulla, nullamq; obligationem inducat ad alicuius regulæ, uel religionis, vel ordinis obſeruationem, aut ad alios quoſcumque effectus.

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodò per rationem oſtendas, meritò inſinuatum ab Alexandro III. quòd uxor, viro ingreſſo monaſterium ante carnalem copulam, poteſt alteri nubere (quod autem dicitur de uxore, intelligitur etiam de uiro, ſi uxor ſola tranſierit ad monaſterium) & ſic. Licitum eſt alteri eligere monaſterium: & alteri remanenti, ſi commonitus continentiam ſeruare noluerit, licitum eſt ad ſecunda uota tranſire. Hæc ille: de conuerſ. coniug. verum. Vbi loquitur de coniugibus ante conſummationem matrimonij: ut latius patet ſupra art. 2. appen. Item ab Innocentio III. ibid. Ex parte tua, &c. Nos nolentes a prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs declinare: qui reſpondere conſulti, antequam matrimonium ſit per carnalem copulam conſummatum, licere alteri coniugum; reliquo inconſulto, ad religionẽ tranſire; ita quòd reliquus ex tunc legitime poterit alteri copulari: hoc ipſum tibi cõſulimus obſeruandum. Hæc ibi. Item a Concil. Triden. ſeſſio. 24. can. 6. Si quis dixerit, matrimonium ratum, non conſummatum, per ſolemnem religionis profeſſionem alterius coniugum non dirimi; anathema ſit. hæc ibi. Soluto autem vinculo illo: quis non videat, remanentem poſſe, quantum eſt ex hoc, licite nubere?

Vtilitas p Eccleſ. S. Dei.

¶ Secundò habes, quomodo per rationem præmiſſa pontificum, pro quanto remanentem in ſeculo poſſe nubere, altero coniugum monaſterium ingreſſo, inſinuant, & intelligas, & defendas. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs viciſſim Angelica doctrina hæc & declaretur, & conſolidetur. 3

---

SVP. Q. XCIII. Aliàs 62. Art. 1.

Concl. 1. Dimittere vxorem propter fornicationẽ, conceſſit Dominus.

¶Prob. Quia Dominus per hoc & punire uoluit pſonam, quæ fidem matrimonij fregit & fauere ei, quæ fidem ſeruauit (ut non ſit aſtrictus, &cæt. ut in textu.)

¶Coroll. Ergo dicere cõtrarium eſt nolle punire malos, & nolle fauere bonis: p quanto dictum hoc importat.

¶ Concl. 2. Excipiuntur ſeptem caſus; in quibus non licet viro vxorẽ dimittere fornicantem.

¶Prob. Quia præſupponitur patere ex iuribus (ut de primo habes in 32. q. 6. nihil iniquius. De ſecundo in de eo qui cog. conſang. vxo. ſu. diſcretionem. De tertio in 34. q. 2. cum per bellicam. De quarto in 34. q. 2. in lectum. De quinto in 32. quæſt. 5. ita ne. De ſexto in 32. q. 1. ſi quis uxorem. De ſeptimo in, de diuor. gaudemus.)

Caſus 7. circa nõ dimiſſionem coniugis.

¶ Not. Circa primum, & ſecundum caſum nota id, quod dixit dominus phariſæis uolentibus lapidare adulteram, quòd videlicet ſi eſſent ſine peccato lapidarent. Inſinuauit .n. p hoc: quòd vir in cõſimili peccato, uel per actum proprium fornicarium, uel per conſenſum

## QVAEST. XCIII. Aliàs 62.

*De impedimento quod ſuperuenit matrimonio conſummato, quod eſt fornicatio, in ſex articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt de impedimento quod ſuperuenit matrimonio cõſummato, ſcilicet de fornicatione, quæ impedit matrimonium præcedens, quo ad actum remanente vinculo matrimoniali.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶ Primò, Vtrum liceat viro dimittere vxorem cauſa fornicationis.

¶ Secundò, Vtrum ad hoc teneatur.

¶ Tertiò, Vtrum proprio iudicio eam dimittere poſſit.

¶ Quartò, Vtrum vir, & vxor quantũ ad hoc ſint æqualis cõditionis.

¶ Quintò, Vtrum poſt diuortium debeant manere innupti.

¶ Sextò, Vtrum poſt diuortium poſſint reconciliari.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum propter fornicationem liceat viro vxorem dimittere.*

Ad primum ſic proceditur. Videtur quòd propter fornicationem non liceat viro vxorem dimittere. Non enim eſt malum pro malo reddendum, ſed vir dimittendo vxorem propter fornicationem, videtur malum pro malo reddere, ergo hoc non licet.

¶ 2 Præt. Maius peccatũ eſt, ſi vterque fornicetur, q̄ ſi alter tantũ, ſed ſi vterque fornicetur, non poterit propter hoc fieri diuortium, ergo nec ſi vnus tantum fornicatus fuerit.

255 S. Tho. 4. diſt. 35. q. vnica, ar. 1. & ſeq.

¶ 3 Præt. Fornicatio spiritualis, & quædam alia peccata sunt grauiora, quàm fornicatio carnalis, sed propter illa non potest fieri separatio a toro, ergo nec propter fornicationem carnalem.

¶ 4 Præt. Vitium contra naturā magis remotum est a bonis matrimonii, q̄ fornicatio, quæ modo naturæ fit, ergo magis debuit poni causa separationis, quam fornicatio.

SED CONTRA est quod dicitur Matth. 5.

¶ Præterea, Illi, qui frangit fidem, non tenetur aliquis seruare fidem: sed coniunx fornicando fidem frangit, quam alteri coniugi debet, ergo alter potest alterum causa fornicationis dimittere.

RESP. Dicendum, quòd Dominus dimittere vxorem concessit propter fornicationem in pœnam illius, qui fidem fregit, & in fauorē illius, qui fidem seruauit, non sit astrictus ad reddendum ei debitum, qui non seruauit fidem, & propter hoc excipiuntur septem casus in quibus non licet viro vxorem dimittere fornicantem in quibus vel vxor a culpa immunis est, vel vtrique æqualiter culpabiles sunt. Primus est, si ipse vir similiter fornicatus fuerit. Secundus, si ipse uxorem prostituerit. Tertius, si vxor virum probabiliter mortuum credens propter longam eius absentiam alteri nupserit. Quartus, si latenter cognita est ab aliquo sub specie viri lectum subintrante. Quintus, si fuerit vi oppressa. Sextus, si reconciliauit eam sibi post adulterium perpetratum, carnaliter eam cognoscens. Septimus, si in matrimonio in infidelitate vtriusque contracto vir dederit vxori libellum repudii, & vxor alteri nupserit: tunc enim si vterque conuertatur tenetur eam vir recipere.

AD PRIMVM. ergo dicendum, quòd vir si dimittat vxorem fornicantem liuore vindictæ, peccat; si autem ad infamiam propriā cauendā, ne videatur particeps criminis, vel ad vitium vxoris corrigendum, vel ad vitandum prolis incertitudinem, non peccat.

AD SECVNDVM dicendum, quòd diuortium ex causa fornicationis fit vno accusante alium, & quia nullus potest accusare, qui in simili crimine existit, quando vterque fornicatur diuortium celebrari non potest; quamuis magis peccetur contra matrimonium vtroque fornicante, quàm altero tantum.

AD TERTIVM dicendum, quòd fornicatio directe est contra bonum matrimonii, quia tollitur per eā certitudo prolis, & fides frāgitur, & significatio non seruatur, dum vnus coniugum pluribus carnem suam diuidit, & ideo alia crimina quamuis forte sint maiora fornicatione, non tñ causant diuortium. Sed quia infidelitas, quæ dicitur spiritualis fornicatio etiā est contra bonum matrimonii, quod est proles educanda ad cultum Dei, etiam ipsa facit diuortium; sed tñ aliter, quàm corporalis fornicatio, quia non propter unum actum infidelitatis, sed propter consuetudinem, quæ pertinaciam ostendit, in qua infidelitas perficitur.

AD QVARTVM dicendum, quòd etiam propter vitium contra naturā potest procedi ad diuortium, sed tñ non fit ita mentio de ipso, tum quia est passio innominabilis, tum quia rarius accidit, tum quia nō ita causat incertitudinem prolis.

AD

sum & fornicationem vxoris, non potest licitè ipsam lapidare.i. (in proposito) per quandam infamiam dimittere. Item circa 3. 4. & quintum casum aduerte: quòd nō est ordinariè puniendus quis sine culpa. Cum igitur in tribus prædictis casibus sit probabiliter vxor sine culpa (ut patet;) meritò excipiuntur ab hoc, ut licitè dimitti possit. Simile dicas circa septimū. Non enim potest vir obijcere vxori culpam fornicationis, sub prætextu coniugij factæ cum altero; ex quo prius dederat eidem libellum repudij, quamuis hunc ei dare fuerit illicitum secundum se. q. 19. artic. 3. ad quintum. Circa sextum uerò casum aduerte regulam illam; quod semel placuit, amplius displicere non potest; scilicet rationabiliter & ijsdem terminis manentibus. Hinc eñ iure dictum videbis: quòd post reconciliationem vxoris factam a uiro, non potest ipse uir rationabiliter eam dimittere propter fornicationem præcedentem; nisi nouum emerserit huiusmodi delictum.

## 1m de maiori.

Reddendum ℞. Liuore vindictæ: non, amore iustitiæ. §. Tunc nih. &c. Nā vir dimittendo vxorem nō reddit malum pro malo, quasi vindicando se de iniuria sibi facta ab uxore: sed facit hoc amore iustitiæ, quæ est triplex, scilicet ad infamiam propriam cauendam, ne videatur, &c. vt in textu.

¶ COROLL. Ergo illa redditio mali ꝓ malo, quando videlicet vir dimittit uxorem fornicariam, est tantum materialiter intelligenda; respectu intentionis. s. viri dimittentis. Licet enim realiter res malā, quæ est dimissio, reddatur pro re mala, quæ est fornicatio: non tamen intenditur sistendo in malo, immo ipsum malum recta intentione vestitur. Cum igitur non a materia, sed a forma præcipue denominatio alicuius rei fieri debeat; & in proposito materia.i. res sit quoddam malum, & forma.i. quod intenditur fit bonum: relinquitur dicēdum, quòd dimissio uxoris ex fornicatione est bonum, & quòd dimissio illa non est reddere malum pro malo, sed est reddere bonum pro malo. Hoc totum subindicauit formalis, & formaliter intelligenda locutio domini dicentis, licere dimittere uxorem causa fornicationis, seu (quod idem est) ob fornicationem. Non enim dixit causa liuoris vindictæ, uel ob vindictam, uel aliquid huiusmodi malum intentum, sed malam rem.i. fornicationem, ex amore iustitiæ puniendam adduxit.

## 2m illatio conclusionis.

Ergo nec &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam quāuis magis peccetur contra matrimonium utroque fornicante quàm altero tantum (ut arguitur:) tamen utroque fornicante deest accusatio unius contra alterum efficax ad diuortium causandum, quæ non deest fornicatione tantum alterius data.

¶ COROLL. Ergo matrimonij diuortium nō celebratur propter maiorem offensam contra matrimonium, nisi mediante efficaci accusatione vnius coniugum contra alterum. Efficaci, inquam; quia & Felix Papa, ex quo etiam confirmatur locus præsens, dicit. Si legitimus non fuerit accusator, non fatigetur accusatus. Hæc ille: de accusatio. inquisition. & denunciation. Ceterum si plura de hac materia vis, vide de accusatione. 2. 2. q 68. per totum, & titulo nōc decret. adducto. s. de accus. inquis. denunc.

## 3m illatio conclusionis.

Ergo nec propter &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam licet quædam alia peccata sint grauiora, quam fornicatio corporalis (ut arguitur:) tñ non sunt ita directè contra bonum triplex, s. prolis, fidei, & sacramenti, sicut fornicatio ipsa.

¶ COROLL. Ergo in diuortio celebrādo nō attenditur principaliter grauitas criminum: sed offensa matrimonialium bonorum. Quæ offensa per diuortium & punitur de præterito, & cauetur de futuro.

¶ NOT. Circa fornicationem spiritualem, quæ est infidelitas, diligenter notato dicta in textu; & scito: ipsum loqui de ea tantum, pro quanto post matrimoniū aduenit. Vide quoque supra q. 59. ar. 6. vt melius intelligas minorem propositionem argumenti de alijs vitijs.

## 4m de conclusione.

Magis debuit poni causa separationis vitiū contra naturam, quàm fornicatio. ℞. Si esset passio ita nominabilis, & crebra, & contra certitudinē prolis. §. Tunc nihil &c. Nam ibi subintelligitur a fortiori: quòd propter vitium contra naturam potest ad diuortium procedi.

## APPENDIX.

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem a fortiori interimas hæresim Anabaptistarum dicētium: quòd coire tenetur mulier cum quolibet uiro eam petente: & cōtra. Si enim uxor potest dimitti a uiro propter fornicationem ita quòd non sit astrictus reddere illi debitum: profectò a fortiori patet per hoc, quòd multò minus respectu alterius mulieris astringitur ad illud, & similiter ęcontra, i. de muliere respectu uiri. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hanc merito damnari per Hiere. 5. Equi amatores in fœminas & emissarij facti sunt; vnusquisque ad uxorē proximi sui hinniebat. Numquid super his non uisitabo, dicit Dominus; & in gente tali nō ulciscetur anima mea? Hæc ibi. Vbi similes Anabaptistis prædictis tractat ad instar equorum, emissariorum, & a simili, aliorum brutorum. Item per Ezech. 22. Vnusquisque in uxorem proximi sui operatus est abominationem, & socer nurum suam polluit nefarie, frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te. Ego dominus dispergam te in nationes, & uentilabo te in terras, & deficere faciam immunditiam tuam a tē. Hæc ibi. Item per Apostolum 1. Cor. 7. Propter fornicationem vnusquisq; vxorem suam habeat. Hæc ibi. Propter fornicationem, s. uitandā. Item per illud Exod. 20. Non desiderabis uxorem proximi tui. Item per Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendū eam; iam mechatus est eam in corde suo. Item per 1. Cor. 10. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt una die uiginti tria millia. Item per Concil. Trid. sess. 24. cap. 8. de refor. matrim. Graue peccatum est homines solutos concubinas habere: grauissimum uerò, & in huius magni sacramenti singularem

Contra cōcubinarios.

con-

contemptum admissum, vxoratos quoque in hoc damnationis statu viuere. Quare statuit sancta Synodus huiusmodi concubinarios tam solutos quàm vxoratos, si ter admoniti concubinas non eiecerint, seque ab earum consuetudine non seiunxerint, excommunicatione feriendos esse. Mulieres, siue coniugatæ, siue solutæ, quæ cum adulteris, siue concubinarijs, &c. grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum, vel diœcesim (si ordinarijs videbitur) eijciantur. Hæc ibi.

¶Tertiò habes: quò per rationem ostendas, merito esse dictum Matt. 5. Qui dimiserit uxorem, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari. & 19. & Marc. 10. & Luc. 16. simile quid.

3

¶Quartò habes: quò per rationẽ prædicta scripturarũ, & patrũ, pro quanto directè, uel virtualiter, virum posse dimittere vxorem ob fornicationem insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis.

4

¶Quintò vides quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

5

SVP. Q. XCIII. Aliàs 62. Art. II.

Concl. Si mulier de peccato pœniteat, vir non tenetur eã dimittere: si autem non pœniteat, tenetur.

256

¶Prob. 1. Quia vir non tenetur corrigere vxorem tali modo, quia emendatio iam præcessit. Secunda autẽ pars, s. si autem &c. probatur. Quia videretur peccato cõsentire, si hãc debitam correctionẽ non apponeret.

¶Coroll. Ergo cũ teneatur quisq; de præcepto non consentire peccato, ex Rom. 1. fin. Liquido cõstat (respondendo ad literam tituli:) quod vir uxorem si de fornicatione nõ pœnituerit, dimittere de præcepto tenetur.

*lib. 4. Sēt. d. 35. §. 3.

# ARTICVLVS II.

*Vtrum vir teneatur ex præcepto uxorem fornicantem dimittere.*

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quod vir teneatur ex præcepto vxorem fornicantem dimittere. vir enim cum sit caput uxoris, tenetur vxorem corrigere: sed separatio a thoro est inducta ad correctionem vxoris fornicantis, ergo tenetur eam a se separare.

¶2 Præterea, Qui consentit peccanti mortaliter, ipse etiam mortaliter peccat: sed vir retinens vxorem fornicantem, consentire ei videtur, vt in litera dicitur * ergo peccat nisi eã a se eiiciat.

¶3 Præterea, Primæ ad Cor. 6. dicitur, qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur: sed non potest aliquis simul esse membrum meretricis, & Christi, ut ibidem dicitur, ergo vir uxori fornicanti adhærens, membrum Christi esse desinit, mortaliter peccans.

¶4 Præt. Sicut cognatio tollit vinculum matrimonii, ita fornicatio separat a thoro: sed postquam uir nouerit consanguinitatem sui ad vxorem, mortaliter peccat, eam agnoscens carnaliter, ergo, & si cognoscit vxorem, postquam scit ipsam esse fornicatam, mortaliter peccat.

Sed contra est, quod dicit Glossa. 1. * Corin. 7. Quòd Dñs pmisit causa fornicationis vxorem dimittere: ergo non ex præcepto.

*Glo. interlinearis sup illud, Vir uxorẽ non dimittat.

¶Præterea, Quilibet potest dimittere alteri quod in se peccauit, sed vxor fornicando peccauit in virũ, ergo vir potest ei parcere, vt non dimittat eam.

Resp. Dicendum, quòd dimissio uxoris fornicantis introducta est ad corrigendum uxoris crimen per talem pœnam, pœna autem corrigens non requiritur ubi emendatio iam præcessit, & ideo, si mulier de peccato pœniteat, vir non tenetur eam dimittere: si autem non pœniteat, tenetur, ne peccato consentire videatur, dum correptionem debitam non apponit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd peccatũ fornicationis in vxore potest corrigi non tantum tali pœna, sed etiam verbis, & verbere, & ideo si aliàs ad correctionem sit parata, non tenetur vir prædictam pœnã ad eius correctionem adhibere.

Ad secvndvm dicendum, quod tunc uir uxori consentire videtur, quando eam tenet non cessantem a peccato præterito, si autem emendata fuerit, non ei consentit.

Ad tertivm dicendum, quod ex quo de peccato fornicationis pœnituit, meretrix dici non potest: & ideo vir ei se coniungendo, membrum meretricis non fit. Vel dicendum, quòd nõ coniungitur ei quasi meretrici, sed quasi uxori.

Ad qvartvm dicendum, quod non est simile, quia consanguinitas facit, vt non sit inter eos vinculum matrimoniale, & ideo carnalis copula sit illicita; sed fornicatio nõ tollit vinculum prædictũ, & ideo actus remanet quantum est de se licitus, nisi per accidẽs illicitus fiat, in quantum uir consentire turpitudini vxoris videtur.

Ad qvintvm dicendum, quòd permissio illa est intelligenda per prohibitionis priuationem, & sic contra præceptum nõ diuiditur, quia etiã quod cadit sub præcepto, non est prohibitum.

misericordem indicem nec ille fallax habebitur, qui ad veritatem reuertitur; etiam postquam mentitur. Quia omnipotens Deus dum libẽter nostram pœnitentiam suscipit, ipse suo iudicio hoc quod errauimus abscondit. Hæc ibi.

¶Examen. Ly quasi. Hoc accipitur in textu per modum expressibonis, non per modum similitudinis, aut diminutionis. Non enim semper, licet quandoque, accipitur ly quasi, dubitatiue, uel diminutiuẽ: quemadmodũ nec ly tanquam, nec ly sicut. Dicimus enim ambulabat tanquam Rex, uel quasi: ut exprimamus correspondentiam ambulationis ad maiestatem Regiam. Item facti sumus sicut consolati. Psal. 125. Resplenduit facies ei* sicut sol, & uestimẽta eius facta sunt alba sicut nix Mat. 17. & huiusmodi multa, & hoc ad exprimendum eo modo, quo possumus ex notiorib. nobis ea, quæ minus nota sunt.

¶Not. Doctrina harum trium responsionum, & præsertim tertiæ, confirmatur a scripturis, & Pontificibus summis; dum accedere ad meretrices, uel iam conuersas, vel pro earũ conuersione, ab ijs non uituperatur, sed potius laudatur. Vt est illud Oseæ Prophetæ accipientis uxorem fornicariam: super cuius factum sic legitur in Decret. 32. quæstione prima. Non est culpandus Osias Propheta; si meretricem, quam duxit, ad pudicitiam conuertit. sed potius laudandus, quòd ex mala bonam fecit. Hæc ibi. Item illud Clemen. III. de sponsal. & matrimo. Inter opera charitatis non minimum est errantem ab erroris suis semita reuocare &c. Statuimus ut omnibus, qui publicas mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in uxores: quod agũt, in remissionem proficiat peccatorum. Hæc ibi. Applica tu ad propositum prædictarum responsionum, pro quanto sufficit; & a fortiori quidem.

1^m de maiori. Corrigere. ℞. Per aliquam pœnam adhibitã; non semper, per talem specialiter. §. ut in text. Tunc nihil &c. Nam separatio est inducta ad correctionẽ uxoris fornicantis: quando iã correcta non est. Sicut medicina corporalis propter sanitatem corporis introducendam est ordinata, ita & separatio ista propter sanitatẽ animæ introducendam taxata fuit: quãdoquidem pœnæ præsentis vitæ medicinales sunt. Sicut ergo medicina non datur nisi indigenti Matth. 9. ita & separatio hæc non debet in executione poni, nisi quãdo indiget vxor ad sanitatem recuperandam tali medicina. Sicut ergo medicina corporalis non est frustra, quando non datur sanis: ita separatio hæc non est frustratoriè a dño posita, quando non affertur super uxorem iam sanatam: quoniam nec illa corporalis, nec illa euangelica propter sanos ordinata est, sed propter infirmos.

2^m de maiori. Peccanti mortaliter. ℞. Et non pœnitenti: non autem, pœnitenti. §. Tunc nih. &c. vt in textu. Vide ad primum & etiam not. ibi.

3^m illatio conclusionis. Ergo uir &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam ex quo de peccato fornicationis, &c. ut in textu, usque ad ly non fit.

Item ex Apostolo. Meretrici. ℞ Dum manet meretrix: non aliter. §. Tunc nih. &c. Nam uxor post adulterium pœnitens non est habenda meretrix: secus si esset impœnitens: & consequenter uir non coniungitur ei iam pœnitenti, quasi meretrici; sed quasi uxori. Vide responsum secundum literæ ly uel dicendum.

¶Not. Tex. hic, quòd scilicet non sit meretrix iudicanda post pœnitentiam confirmatur per Papam Gregorium 32. q. 1. Apud mise-

4^m de maiori. Ita. ℞. Quantum ad impeditionem matrimonij: non autem, quantum ad impeditionem talem. §. de quo in textu. Tunc nihil &c. ut patet ibi: per ly ideo carnalis copula sit illicita, & ly ideo actus remanet, quantum est de se, &c.

5^m conclusionis illatio. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam permissio illa est intelligenda per prohibitionis priuationem, &c. ut in textu.

¶Corollarivm. Ergo non omnis permissio est eiusdem generis dicenda. Aliqua enim contra præceptum diuiditur; sicuti quan-

Permissio multiplex.

quando permittitur aliquod bonum fieri, quod tamen non est de necessitate salutis. Aliqua verò diuiditur etiam contra consilium, vt quãdo dicitur permisisse dñs libellum repudij in antiqua lege. Et hæc permissio est semper respectu malorum; quemadmodũ pri ma respectu bonorum. Alia tandem est, quæ in aliquo casu æquiualet præcepto: ut qñ permittitur aliquod bonum necessarium ad salutẽ vt est in proposito isto. In aliquo casu, dixi: quia non semper est necessarium seruare illud, quod sic permittitur: ut quando rõ permissionis non subest, propter quam. s. illud permittebatur. Verbi gratia. Permittitur dimissio uxoris ob fornicationem, hac ratione videlicet subintellecta, nisi pœniteat. Vnde quando subest ratio, puta quòd nõ pœniteat, tunc permissio talis iudicatur præceptum (vt in conclusione:) qñ autem non subest, puta quia pęnituit, tunc desinit esse præceptum (ut ibidem.) Dicit ergo tex. de permissione ultima, q̃ intelligendũ est per prohibitionis priuationẽ. Et meritò. Nam prohibitum erat (ut patet Matth. 19.) q̃ homo separaret, quod Deus coniunxerat: & permissio illa, quòd s. dimittat quis vxorem causa fornicationis, priuat prædictam prohibitionem. i. facit, seu ostendit, quòd illa prohibitio non tenet in præsenti casu.

Ad sextum dicendum, quòd vxor non tantum peccat in virum, sed etiam in seipsam, & in Deum, & ideo vir non totaliter potest pœnam dimittere, nisi emendatio sequatur.

6^m^ de maiori. In se. R. Tantum: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam fornicans uxor non tantum peccat in &c. ut in textu.

¶ Coroll. Ergo vr̃: q̃ si aliquis peccat contra aliquem tãtum, puta Titium, Titius possit dimittere illi; etiã si non sequatur emendatio offendentis, uel non præcedat. Et hoc uerum est, quantum est de posse Titij, (abstrahendo a iustitia: cum Titius non sit ipsa iustitia) licet non quantum est in vtilitatem offendentis.

## APPENDIX.

Vtilitas Eccles. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas: merito insinuatum ab Apostolis, quòd ex præcepto tenetur vir dimittere fornicariam uxorem: & sic. Mulier est uitæ consors, ac socia, in unũ corpus a Deo conflata. Qui verò contra scindit in duo id, quod est in unum a Deo concretum, rationẽ rerum a Deo conditarum euertit; & illius prouidentiæ aduersatur. Eodem modo retinens eam, quæ naturæ legem uiolat, iniuste facit qm̃ qui adulteram retinet, insanus, atque impius est. Abicinde. n. eam (inquit) a ediitus tuis: non. n. est adiutrix, sed insidiatrix, ad alium deflectẽs amorem. Hæc ibi, li. 6. constitution. Apostolicar. ca. 14. authore Clemente Papa & martyre. Cum igitur de præcepto teneatur quilibet ad hoc, ut non sit iniustus, uel impius, & secundum prædictam authoritatem iniustus sit; & impius, tenẽs adulteram: patet quòd secundum eandem, uir tenetur de præcepto uxorem fornicariam dimittere. Vbi etiam notabis: quòd adulterium est contra legem naturalem. Item a Concil. Eliberino cap. 65. Si cuius clerici vxor fuerit mœchata, & sciat eam maritus suus mœchari, & eam non statim proiecerit: nec in fine accipiet communionem. Hæc ibi. Est autem idem iudicium, in proposito, de clerico tunc uxorato, & de alio quolibet. Item ab eod. cap 70. Si conscio marito fuerit mœchata uxor; placuit, nec in fine dandam ei esse communionem. Si uerò eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem, si eam cum scierit adulteram, aliquo tempore in domo sua retinuit. Hæc ibi. Vbi ex magnitudine pœnæ patet: quòd non tantum de præcepto tenetur uir dimittere ipsam, sed etiam statim. Item a Gregorio Papa 32. quæst. prima. Apud &c. Si in adulterio perseuerare elegerit, patronus turpitudinis, & lenocinii reus, maritus habebitur, nisi eam adulterij ream facere uoluerit. Vnde in 9. lib. C. de adult. & stup. Crimen lenocinij contrahunt qui depræhensam in adulterio uxorem in matrimonio detinuerunt. Hæc Papa. Item a regul. iur. in 6. regula quinta: peccati uenia non datur, nisi correcto. Hæc ibi.

¶ Secundò habes, quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto ad dimissionem uxoris ex præcepto teneri uirum insinuant, & intelligas, & tuearis. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hęc & declaretur, & consolidetur. 3

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum vir proprio iudicio possit uxorem fornicantem dimittere.*

257

AD TERTIVM sic proceditur. Vr̃ q̃ proprio iudicio vir vxorẽ fornicantem possit dimittere. Sẽtentiam enim a iudice latam, absq; alio iudicio exequi licet, sed Deus iudex iustus dedit hanc sententiam, ut propter fornicationem vir vxorem dimittere possit, non ergo requiritur ad hoc aliud iudicium.

¶ 2 Præt. Matt. 1. dr̃, q̃ Ioseph cum esset iustus, cogitauit occulte dimittere Mariam, ergo videtur, quod occulte uir possit diuortium celebrare absque iudicio Ecclesiæ.

¶ 3 Præt. Si uir post fornicationem vxoris cognitam debitum ei reddit, amittit actionem, quam contra fornicariam habebat: ergo denegatio debiti, quæ ad diuortiũ pertinet, debet Ecclesiæ iudicium præcedere.

¶ 4 Præt. Illud, quod nõ potest probari, nõ debet ad Ecclesiæ iudicium adduci: sed fornicationis crimẽ non potest probari, quia oculus adulteri obseruat caliginẽ, vt dicitur Iob 24. ergo non debet iudicio Ecclesię prædictum diuortium fieri.

¶ 5 Præt. Accusationem debet inscriptio præcedere, qua aliquis se ad talionem obliget, si in probatione deficiat: sed hoc nõ potest esse in ista materia, quia qualitercũq; res iret, vir consequeretur intentum suum, siue ipse vxorẽ dimittere, siue uxor eum, ergo non debet ad iudicium ecclesiæ per accusationem adduci.

¶ 6 Præt. Plus tenetur homo uxori, quàm extraneo, sed homo crimen alterius, etiam extranei, non debet Ecclesiæ deferre, nisi monitione præmissa in secreto, vt patet Matth. 19. ergo multo minus potest crimẽ uxoris ad Ecclesiam deferre; si eã priũs occulte non corripuerit.

SED CONTRA. Nullus debet seipsum vindicare, sed si uir vxorem fornicantem proprio arbitrio dimitteret, ipse se vindicaret, ergo hoc non debet fieri.

¶ Præt. Nullus ĩ eadẽ causa est actor & iudex: sed vir est actor impetens vxorẽ de offensa in se cõmissa, ergo ipse non potest esse iudex, & sic non debet proprio arbitrio dimittere.

RESPON. Dicẽdum, q̃ vir potest vxorẽ dimittere dupliciter. Vno modo quantum ad thorum tm̃, & sic potest eam dimittere, q̃ cito sibi cõstat de fornicatione uxoris proprio arbitrio, nec tenetur reddere debitũ exigenti, nisi per Ecclesiam compellatur, & taliter reddens nullum præiudicium sibi facit. Alio modo quantum ad thorum, & cohabitationẽ, & hoc modo nõ potest dimitti nisi iudicio Ecclesiæ, & si aliàs dimissa fuerit, debet cogi ad cohabitandum, nisi posset ei vir incontinenti fornicationem probare, hæc autem dimissio diuortium dicitur: & ideo concedendum est, quòd diuortium non potest celebrari nisi iudicio Ecclesiæ.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ sentẽtia est applicatio iuris com-

SVP. Q. XCIII. Aliàs 62. Art. III.

CONCL. 1. Vir potest dimittere, quò ad thorum, uxorem proprio arbitrio, quàm primũ sibi constat de eius fornicatione.

¶ Prob. Quia patet ex dictis (art. primo, & secundo.)

¶ Not. Ex redditione debiti præiudicaret sibi uir, ex consequenti ergo, cum non debeat sibi pręiudicare in hoc, debet illam subito dimittere quò ad thorũ. Talis enim dimissio est non reddere debitum exigenti.

¶ Concl. 2. Vir uxorem fornicantem dimittere quantum ad thorum & cohabitationẽ simul non potest, nisi iudicio ecclesiæ, & si aliàs uxor dimissa fuerit, debet cogi ad cohabitandum, nisi posset vir ei in continenti fornicationem probare.

¶ Examen. Ly in cõtinenti. Hoc est subitò, & apertè, seu in promptu.

¶ Prob. Quia, ut clara, supponitur.

¶ Not. Et meritò: tũ quia ex iuribus (ut in appen. seq.) tũ quia ex ratione, quasi per correspondentiam terminorum; patet. Termini sunt matrimoniũ, & cohabitatio: de quibus conclusio hæc. Sicut ergo matrimoniũ probatum in facie ecclesiæ contrahitur: ità consentaneum est, ut non nisi iudicio ecclesiæ cohabitatio taliter coniugatorum separetur.

¶ Concl. 3. Diuortium non potest celebrari, nisi iudicio ecclesiæ.

¶ Prob. Quia diuortiũ significat dimissionem & quò ad thorum simul & cohabitationem,

1^m^ de maiori. Latam. R. Formaliter: non tantum, originaliter. §. Tunc nihil &cęt. Nam Deus originaliter tantum sententiam illam dedit; de qua in minori.

Decr. 32. q. 1. c. 4.

¶ Notatio. Sententia formaliter dicta est applicatio iuris communis ad particulare factum: sententia uerò originaliter est ius ipsum,

ipſum, ſecundum quod ſententia formatur. Hinc patet reſpōſum, & applicatio ſi penetretur.

**2ᵐ ex Matth.** Dimittere. ℞. Ob reuerentiam ſanctitatis coniugis: non ob ſuſpicionem fornicationis eius. §. Tunc nihil &c. ut patet de ſe.

**3ᵐ Item concluſionis illatio.** Ergo &c. ℞. Negatur. §. Nō enī eſt ſimile. Nam tūc pp adulterium non ſolum procedebatur, &c. ut in tex. Hoc eſt, & infamia & damnum vitæ imminebat ex adulterij manifeſtatione: & ideo motiuum maius erat ipſi Ioſeph ad occultè faciendum id, quod ex Matthæo inducitur. Vide reſponſum ſm literæ ly nec tamen eſt ſimile, quia tunc &c.

*In corp. art.

¶Not. Reſpon. hæc ſecunda differt a prima in hac, ꝙ illa negabat ſuſpicionem de fornicatione in Ioſeph reſpectu B. Virg. & ideo illā occultationē dimiſſionis dicebat non obeſſe propoſito huic, quod loquit de dimiſſione vxoris pp fornicationē. Et quia fuerunt quidā, qui hmōi dimiſſionem a Ioſeph uolitam dixerunt cauſatam fuiſſe ob ſuſpicionem non quidem vrgentem nec probabilē,

ris cōmunis ad particulare factum: vnde Deus ius promulgauit, ſecundum quod ſententia in iudicio formari debet.

Ad secundum dicendum, ꝙ Ioſeph voluit Beatam Virginem dimittere, non quaſi ſuſpectam de fornicatione, ſed ob reuerentiam ſanctitatis eius, timens cohabitare ei; nec tamen eſt ſimile, quia tunc ex adulterio non ſolum procedebatur ad diuortium, ſed vlterius ad lapidationem, non autem nunc, quando agitur iudicio Eccleſiæ.

Ad tertium patet ſolutio ex dictis.*

Ad quartum dicendum, ꝙ quandoq; vir vxorem ſuſpectam habens, ei inſidiatur, vt deprehendere poſſit eam cum teſtibus in crimine fornicationis, & ſic poteſt ad accuſationem procedere. Et præterea, ſi de facto ipſo non conſtat, poſſunt eſſe violētæ ſuſpicationes fornicationis, quibus probatis, videtur fornicatio probata eſſe, vt ſi inueniatur ſolus cum ſola horis, & locis ſuſpectis, & nudus cum nuda.

Ad quintum dicendum, ꝙ

ſed quaſi ex humanis aliquo modo opinabilem: ideo ſanctus Doctor ſecundam apponit reſponſionem. Quaſi dicat per hanc. Dato, ſed non conceſſo, quòd ſuſpicio præmiſſa fuiſſet cauſa dimiſſionis intentæ a Ioſeph: tamen, cum non adeſſent ſufficientia indicia ad oſtendendum id, de quo ſuſpicabatur (ut aiunt ſupradicti:) ideo non debuit manifeſte dimittere uelle, ſed occultè, coniugē ſuam: & maxime cum de periculo mortis tunc antiquitus ageretur in caſu adulterij. Plus ergo debuit circumſpectione uti Ioſeph in propalando ſuam ſuſpicionem prædictam, quàm ſi periculum lapidationis non interueniſſet etiam cōcludendum igitur ſecundū textū vtriuſque reſponſi, ꝙ non eſt ſimile illud, quod affertur pro ſimili: & quidem iuxta primum, quia non aderat ſuſpicio in dimiſſione illa uolita a Ioſeph; iuxta ſecundum uerò, quia etiam data (licet non conceſſa) tali ſuſpicione diſſimilitudo erat in caſu euentus adulterantis uxoris.

**3ᵐ de conſequente.** Denegatio debiti. ℞. Quò ad thorum tm̄: non, quò ad cohabitationem ſimul. §. Tunc nih. &c. ut patet ex concluſione prima.

¶Coroll. Ergo a thoro ſolum dimittens vxorem non eſt proprie dicendus facere diuortium.

**4ᵐ minor.** Fornicationis crimen non poteſt probari. ℞. Negatur iſta. §. Quod. ſ. probari non poſſit qñque. Puta cum vir habens ſuſpectam coniugem adhibet tantam vigilantiam circa hoc factum detegendum, ut & teſtes inducat ad cōuenendum idem. Ad probationem ergo in argumento allatam; quod licet oculus adulteri obſeruet caliginē: tamen quandoque ars deluditur arte (ut ait Cato:) & videtur quandoq; male operans, etiam a quibus ſe uideri non arbitratur (ut ait Aug. in regula.)

**Item de minori.** Probari. ℞. Secundum quod materia patitur. §. Tunc &c. Licet. n. ꝓbōnes omnino certæ non poſſint qñq; haberi, in iſta materia fornicationis, quò ad factum ipſum: tñ pñt violentæ ſuſpiciones fornicationis haberi, ita ut præſumatur probata fornicatio: ut in textu. Vide eius ſecundum reſponſum ly & præterea ſi de facto, &c.

¶Not. Quemadmodum Philoſophus inquit, ꝙ non debemus in quacumque ſcientia ſpeculatiua ſummam certitudinē, puta mathematicam, inquirere; ſed contenti eſſe de certitudine correſpondente ſcientiæ, de qua tractatur: ita in practicis hoc idem ſeruandum eſt. Et ideo formale rñſum ad ly probari, dixit ly ſecundum quod materia patitur. Non enim de diuerſis ſentiendum eſt idem: ſed ſimile iuxta illarum materiarum proportionem.

Quin-

**5ᵐ de maiori.** Accuſationem. ℞. Ordinatam ad punitionem criminis: non, ad ſeparationem thori. §. Tunc &c. ut patet ex dictis. Nam præſupponitur hic, quod vir vxorem adulteram accuſet, ut ſeparationem thori & cohabitationis impetret a iudice ſpirituali, non autem ut ad punitionem criminis adulterij procedatur in ſeculari iudicio.

maritus poteſt accuſare uxorem de adulterio dupliciter. Vno modo ad thori ſeparationem coram iudice ſpirituali, & tunc inſcriptio non debet fieri cum obligatione ad legem talionis, quia ſic uir conſequeretur intentum ſuum, vt probat obiectio. Alio modo ad punitionē criminis in iudicio ſeculari, & ſic oportet quòd præcedat inſcriptio, per quam ad pœnam talionis ſe obliget, ſi in probatione deficiat.

Ad sextum dicendum, ꝙ ſicut Decret. dicit, tribus modis in criminibus ꝓcedi pōt. Primo per inquiſitionem, quam debet præcedere clamoſa inſinuatio, quæ locum accuſationis tenet. Secundo, per accuſationem quam debet præcedere legitima inſcriptio. Tertio, per denunciationem, quam debet præcedere trina correctio. Verbum ergo dñi intelligitur, quando agitur per viā denunciationis, nō quando agitur per viam accuſationis: quia tunc non agit ſolum ad correctionem delinquentis, ſed ad punitionem propter bonum commune conſeruandum, quòd iuſtitia deficiente periret.

A R-

**6ᵐ de minori.** Deferre. ℞. Per viam denunciationis: non accuſationis. § Tunc &c. vt patet in textu.

¶Not. Duæ rationes, in ly ſed cōtra, intelliguntur quò ad cohabitationem ſimul, & non aliter, ut ex prima concluſione corp. colligitur.

APPENDIX.

Vtilitas p Eccleſia S. Dei.

Ex articu. habes primò: qūo per rōnem oſtēdas; merito inſinuatum, & quidē a fortiori per Alexandrum III. quòd proprio arbitrio vir non debet dimittere adulteram coniugē: & ſic. Porrò de comite pontini, qui B. uxorem ſuam abſque iudicio eccleſiæ dimiſit, quia eā cognatam fuiſſe uxoris defunctæ proponit: prudentia tua cognoſcat, ꝙ ſi etiam parentela eſſet publica & notoria abſque iudicio eccleſiæ ab ea ſeparari non potuit. Hæc ille: de diuor. Vnde patet: quòd ſi propter conſanguinitatem nouiter cognitam non poteſt abſq; iudicio eccleſiæ ab vxore ſeparari, multo magis hoc non poterit propter uxoris fornicationem: qm̄ conſanguinitas maius quid importat reſpectu matrimonij: ut ar. 2. ad quartum. Item ab eod. ibid. Significaſti, ꝙ quidā, uxore ſua ſine iudicio eccleſiæ dimiſſa, pro eo, quòd ſuggeſtū ſibi fuerat, ipſam inceſtum cum quodam conſanguineo ſuo cōmiſiſſe, uinculo fuit pp hoc excommunicationis aſtrictus. Verum mulier poſtulat uiro reſtitui, aſſerens: ſe ab ipſo iniuſtè dimiſſam & eūdem ſibi materiam adulterādi dediſſe. Reſpondemus: quòd ſi notorium eſt, mulierem ipſam adulterium commiſiſſe, ad eam recipiendam præfatus uir cogi non debet niſi conſtaret, ipſum cum alia adulterium commiſiſſe. Hæc ille. Vnde inferas tu; ut ſupra. Et ulterius notabis: quòd uir ſine iudicio eccleſiæ uxorem adulteram dimittēs poteſt per excommunicationem cogi ad cohabitandum cum illa: quouſque per eccleſiam uideatur quid iure faciendum ſit. Notabis inſuper inde: quòd nō excuſatur a peccato, neque a pœna eius, is qui committit illud: etiam quòd data ſit ſibi materia peccandi ab alio quocumque: id quod monſtrauit Papa, quando adulterium prædictæ uxoris reſpondit eſſe puniendum per non redditionem viri, etiam quòd uxor illa ratione dimiſſionis ab eodem habuiſſet materiam adulterandi. Item per Vrbanum III. ibid. De illa, quæ viro ſuo labente in hæreſim, ipſius conſortium ſine iudicio eccleſiæ declinauit, videtur nobis: quòd mulier ei, cum reuerſus fuerit, eſt reddenda: quæ etiam ſi reuerti noluerit, compellatur. Si uerò iudicio eccleſiæ ab eo receſſit: ad recipiendum eum nullatenus dicimus compellendum. Hæc ille. Vnde etiam a fortiori patet intentum: quoniam fornicatio ſpiritualis, i. hæreſis, maior eſt, quàm corporalis. Item à &c. ut in ar. 2. appen. de Concil. Elibertino. Cuius dicta & in cap. 65. & 70. ſi quantum ad cohabitationem gloſſentur, intellige prout in iuribus nunc dictis: quòd ſcilicet ſeruatis ſeruandis, ideſt non niſi iudicio eccleſiæ, debent huiuſmodi ſeparationes fieri. Secus autem ſi quantum ad ſeparationem thori ſolummodo gloſſentur: quia tunc faciunt pro concluſione prima huius corp.

Nullus debet peccare, et occaſione data.

2 ¶Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto a uiro vxorem ex iudicio tantum eccleſiæ ex cauſa fornicationis dimittendam inſinuant, & intelligas, & defendas.

3 ¶Tertiò vides: quomodo ex ijs viciſſim Angelica doctrina hæc, & declaretur & conſolidetur.

SVPER QVAEST. XCIII. Aliàs 62. Art. IIII.

CONCL. In causa diuortij vir & uxor ad paria iudicantur, vt idem sit licitum & illicitum vni, quod alteri: non tamen pariter iudicantur ad illa.

¶COROLL. Sicut ergo potest vir uxorem adulterantem dimittere, ita & uxor uirum: & (breuiter) dicta in tribus articulis prioribus de viro respectu uxoris, intelliguntur etiam de uxore respectu uiri. Cęterum, quoniam ex graniori causa mulier dimitti a uiro meretur: ideo de eius ab hoc dimissione potius sit in scripturis mētio, quàm de uiri dimissione ab uxore.

¶PROB. I. Quia quātum ad bonū fidei matrimonialis cōiuges ęqualiter sibi inuicem tenentur, adeò quòd tantum peccat unus adulterans contra matrimonium quantū alter (patet,) & diuortium est pœna adulterij, inquantum est contra fidei matrimonij bonum (patet ex supra:) Secunda autem pars, s. non tñ &c. probatur. Quia maior causa est diuortij i uxore, quàm in uiro (cum plus peccet, quantum ad bonum prolis, adulteriū vxoris, quā uiri.)

*Art. 5. huius q. in fi.

¶NOT. Aduerte diligēter illud, qđ textus insinuat; videlicet quòd iniustitia non est quando duobus, qui merentur vnam pœnam, licet unus illorum ex grauiori culpa illam mereatur, quàm alter, ipsa eadem pœna. Ex hoc ergo dicas: quòd iustitia principaliter attēditur in reddendo illud, quod quis meretur: & non in hoc quòd ex grauiori, uel minus graui causa id mereatur. Et hæc dicta textus intelligi debent, quantum ad præsentem uitam & iudicium humanum; non quantum ad futurum & diuinum: quoniam humanæ iustitiæ non possunt sic exactè undiq; reddere flagitiosis pœnas pro eorum demeritis, ut potest, & facit, iustitia diuina; quæ etiā nostras (idest nobis quādoque visas) iustitias iudicabit. Psalmus 74.

Magna distantia inter hominū, Deiq; iustitiam. *Hom. 16. s Ioan. circ. fi. to. 3. Et Hom. 40. in Mat. opere imperfecto. to. 2. * li. 7. Eth. c. 5.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrum vir & vxor in causa diuortii debeant ad paria iudicari.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd vir, & vxor non debeant in causa diuortii ad paria iudicari. Diuortium. n. tenetur in lege noua loco repudii, quod erat in lege veteri, ut patet Matt. 5. sed in repudio vir, & vxor non iudicabantur ad paria, quia vir poterat repudiare vxorem, & non è cōuerso, ergo non debent ad paria iudicari.

¶ 2 Præt. Plus est contra legem naturę, quòd vxor plures viros habeat, quàm ꝙ vir plures mulieres, vnde hoc quādoque licuit, illud vero nūquam; ergo plus peccat mulier in adulterio quàm vir, & ita non debent ad paria iudicari.

¶ 3 Præterea, Vbi est maius nocumentum proximi, ibi est maius peccatum: sed plus nocet vxor adultera viro, quàm vir adulter vxori, quia adulterium * vxoris facit incertitudinem prolis, non autem adulterium viri, ergo maius est peccatum vxoris, & sic non debent ad paria iudicari.

¶ 4 Præt. Diuortium inducitur ad crimen adulterii corrigendum: sed magis pertinet ad virum, qui est caput mulieris, ut dicitur, primæ Corint. 11. corrigere uxorē quàm econuerso, ergo non debent in diuortio ad paria iudicari, sed vir debet esse melioris conditionis.

SED CONTRA, Videtur quòd in hoc vxor debeat esse melioris cōditionis Quia quanto est maior fragilitas in peccante, tanto magis est peccatum venia dignum: sed in mulieribus est maior fragilitas, quàm in viris, ratione cuius dicit Chrysostomus. Quòd * propria passio mulierum est luxuria, & Philosophus * dicit in 7. Ethic. Quòd mulieres non dicuntur cōtinentes, propriè loquendo, propter facilem inclinationem ad concupiscentias, quia nec bruta animalia possunt continere propter hoc, quòd non habent aliquid quod concupiscentiis obuiare possit, ergo mulieribus in pœna diuortii debet magis parci.

1^m de maiori Tenetur loco repudij. ℞. Quantū ad dimissionem alterius coniugum: nō, quantum ad causam dimissionis. §. Nā repudium non permittebatur, nisi ad &c. vt in textu. Tunc nihil &c. Vxorem enim ideo æqualiter dimittere posse uirum sicut è contra, determinatur in noua lege: quia nūc pro causa dimissionis attenditur adulterium; de quo æquale est & periculum, & contra fidem matrimonij peccatū tam in viro, quàm in uxore (ut ex dictis, & experientia constat.)

¶NOT. Ex textuali dicto, quòd scilicet diuortium succedit loco repudij, non inferas; quòd diuortium sit illicitum, sicut repudium illud. Nam similitudo non tenet in omnibus, sed sufficit, ꝙ in aliquibus, quæ faciunt ad propositum. Sicut accidit nunc. Nam assimilatur diuortium repudio in hoc solum, quòd utrobique dimittebatur vxor; non autem in eo, quòd repudium erat peccatum & a parte uiri tantum procedere poterat. Vnde in primo sensu intelligitur textus præsens, non autem in secundo.

Aug. de bono coniuga li. c. 7. to. 6.

¶Præterea, Ponitur vir caput mulieris vt ipsam corrigat, ergo magis peccat quàm mulier, & sic debet magis puniri.

RESP. Dicendum, quòd in causa diuortii, vir, & uxor ad paria iudicantur, ut idem sit licitum & illicitū vni quod alteri; non tamen pariter iudicantur ad illa, quia causa diuortii est maior in uno quàm in alio, cum tamen in utroque sit sufficiens causa ad diuortium. Diuortium em̄ pœna est adulterii, inquantum est contra matrimonii bona, quantum ad bonum fidei, ad quam coniuges æqualiter sibi inuicem tenentur. Tantum enim peccat contra matrimonium adulteriū vnius, sicut adulterium alterius, & hæc causa in vtroque sufficit ad diuortium. Sed quantum ad bonum prolis, plus peccat adulterium vxoris quàm uiri, & ideo maior est causa diuortii in vxore, q̄ in viro: & sic ad æqualia, sed non ex æquali causa obligantur, nec iuste; quia in vtroque est causa sufficiens ad hanc pœnam: sicut est etiam de duobus, qui damnantur ad eiusdem mortis pœnam, quamuis alius altero grauius peccauerit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ repudium nō permittebatur, nisi ad euitandum homicidium. Et quia in viris magis erat de hoc periculū q̄ in mulieribus, ideo viro permittebatur dimittere vxorem, non autem econuerso, per legem repudii.

AD SECVNDVM & tertium dicendum, quòd rationes illæ procedunt secundum quòd in comparatione ad bonum prolis maior sit causa diuortii in uxore adultera, quam in viro; non tamen sequitur quòd non iudicentur ad paria, ut ex dictis patet. *

AD QVARTVM dicendum, ꝙ quamuis vir sit caput mulieris quasi gubernator, non tamen quasi iudex ipsius, sicut nec econuerso; & ideo in eis, quæ per iudicium facienda sunt, non plus potest vir in vxorem, quàm econuerso.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ in adulterio inuenitur de rōne peccati idem, quod est in fornicatione simplici; & adhuc plus, quod magis grauat,

2^m de antecedente. Plus est cōtra legem naturæ. ℞. Si habeatur respectus ad bonū prolis: non quocumq; modo. §. ut in ad quintū. Tunc nihil &c. vt patet in text.

3^m de conclusione. Maius est. ℞. In comparatione ad bonū prolis: non, quocumq; modo. §. ut in corp. & in ad quintum. Tunc ni. &c. vt in textu.

4^m de maiori. Corrigēdum. ℞. Quasi a iudice: nō, quasi a particulari gubernatore. §. Tunc nihil &c. Nam quamuis vir sit caput mulieris, quasi gubernator non &cæt. ut in textu.

* Inf. q. 67. art. 6.

¶NOT. Dictum est in art. 3. quòd ad dimissionem alterutrius fornicantis interuenire debet iudicium ecclesiæ: & ideo nunc dicitur, ꝙ diuortium ad crimen a iudice corrigendū inducitur. Et licet inibi artic. 3. dicatur, ꝙ quantum ad thorum solum possit fieri talis separatio absque iudicio ecclesiæ: tamen ab ipsis particularibus, viro. s. vel uxore, præsupponitur tūc fieri quasi a iudicibus; ne scilicet (ut tangitur articu. primo, & articu. secundo, in argumento tertio,) sibi ipsis pręiudicent. Vnde tunc non fit contra sententiam illam, videlicet nemo debet esse iudex in causa propria: maximè quando crimē adulterii est clarū apud sic dimittentem personam adulteram. Rursum. Diligenter notato in fi. text. ly cæteris paribus. Nam per hoc concordare potes multa, quæ uidentur in contrarium secundum quasdam alias considerationes imparitatem causantes. Sufficiat admonuisse.

* In corp. art.

5^m maior. Quanto est maior fragilitas in peccante, tanto magis est peccatum venia dignum. Respon. Nisi nocumentum ex peccato proueniens aliud expostulet. §. Tunc nihil &cæt. Licet enim in muliere sit maior fragilitas,

litas, quàm in viris (ut arguitur) tamẽ mulieris adulterium propter nocumentum sequens præponderat adulterio uiri, ut in tex. In quo & multa alia notatu digna, quæ & proportionaliter ad diuersas materias applicari possunt, (ut faciliter penetranti patebit) notare debes.

6^m conclusionis illatio. Ergo &c.

R. Negatur illatio. §. Quamuis. n. regimen, quod datur uiro in mulierem sit quædam &c. vt in textu.

APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas; merito insinuatũ ab Apostolo. 1. Cor. 7. q coniuges in causa diuortij ad paria iudicantur: & sic. His, qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed Dominus uxorem a uiro non discedere: & vir vxorem non dimittat. Hæc ibi. Vbi patet: quòd Apostolus suppleuit, id, quod dominus implicitè tantum posuit Matth. 5. & 19. Nam ibi dominus de solo viro respectu uxoris dimittendæ, facit mentionẽ: id quod Apostolus, qui spiritum Christi habet (ut ibid. ait) exponit etiam de uxore respectu uiri ob fornicationem dimittendi. Et sic eos ad paria in hoc iudicari, demonstrat; tum ex sua expositione, tum ex sensu domini in Euangelio supra allegato. Item à &c. vt ar. 3. aliqualiter in appen. Item ab Innocen. III. de diuor. Gaudemus. Ibi enim postquam allegauit Euangelium dicens, quicũq; dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, mæchatur, subinfert uerbaliter: quòd non ad imparia iudicantur circa matrimonium. Item a 32. q. 5. Præcepit dominus uxorem non debere dimitti, excepta causa fornicationis. Quicquid uiris præcipitur hoc consequenter redundat ad fœminas. Neque enim adultera uxor dimittenda est: & uir mæchus retinẽdus est. Hæc ibi. Et ibid. Apud nos quod non licet fœminis, æque non licet uiris, & eadem seruitus pari conditione censetur. Hæc ibi. Itẽ ibid. q. 1. Si quis vxorẽ suã inuenerit adulteram, abstineat se a matrimonio eius. Similiter si virum suum uxor inuenerit adulterum: non ad imparia iudicabit. Hæc ibi. Item ab Innocen. Papa ibidem q. 5. Christiana religio adulterium in utroq; sexu pari ratione condemnat, sed uiros suos mulieres non facile de adulterio accusant: viri autem liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt. Cum par causa sit; interdum probatione cessante uindictæ ratio conquiescit. Hæc ibi. Vbi per ly sacerdotes intellige quod art. 3. dicebatur, quòd .s. adulterantiũ coniugum diuortium est iudicandum ab ecclesia.

*In corp. art.

Aug. lib. 2. de adult. cõiug. c. 5. 9. 2. 1. 22. & lib. 1. c. 11. 12. & 22.

Vide decr. 32. q. 7.

grauat, scilicet matrimonii læsio. Si autem consideretur id, quod est commune adulterio, & fornicationi, peccatum viri, & mulieris se habent, vt excedentia, & excessa, quia in muliere est plus de humore, & ideo sũt magis ducibiles a concupiscentiis, sed in uiro est plus de calore, qui cõcupiscentiam excitat; sed tamen simpliciter loquendo, cæteris paribus, vir in simplici fornicatione plus peccat quàm mulier, quia plus habet de rationis bono, quod præualet quibuslibet motibus corporalium passionum. Sed quantum ad læsionem matrimonii, quam adulterium fornicationi addit, ex qua diuortium causat, plus peccat mulier quàm vir, vt ex dictis* patet, & quia hoc est grauius quàm simplex fornicatio, ideo simpliciter loquendo, plus peccat mulier adultera, quàm vir adulter, cæteris paribus.

Ad sextum dicendum, quòd quamuis regimen, qđ datur viro in mulierem, sit quædam circunstãtia aggrauans; tamen ex illa circunstantia, quæ in aliam speciem trahit, magis aggrauatur peccatum, s. ex læsione matrimonii, quòd trahit ad speciem iniustitiæ in hoc, quòd furtiue aliena proles submittitur.

2 ¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto coniuges in causa diuortij ad paria iudicari insinuant, & intelligas, & tuearis.

3 ¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc, & declaretur & consolidetur.

---

SVP. Q. XCIII. Aliàs 62. Art. v.

Concl. Non licet alicui coniugũ per diuortium separato ad aliam copulam transire, uiuente alio.

159

¶Not. Hæc materia tacta est, tñ mixtim cum alijs vitijs, supra q. 59. art. 6.

¶Prob. Quia nihil adueniens supra matrimonium ratum potest ipsum dissoluere, quo ad uinculum (patet per Augustinum.)

*Ar. 2. huius quęst.

1^m de maiori.

Tenetur. R. Per se: non semper per accidens. §. Tunc nih. &c. Quãuis enim vir in casu separationis perpetuæ a cõiuge sua non teneatur per se ad perpetuã continentiã (ut arguitur:) tamen tenetur per accidens ad illam: ut in tex. Et hoc accidens (in proposito) est dimissio vxoris adulteræ necessaria.

¶Not. Cõfirmatur dictum hoc, de obligatione per accidens ad continẽtiam perpetuã, ab Innoc. III. sic. Nec obstat, quod a quibusdam forsan objicitur, q fidelis relictus non debeat iure suo sine culpa priuari: cum in multis casibus hoc contingat; ut si alter coniugũ incidatur. Hæc ille; de diuort. quanto te. Vide supra 39. artic. quarto, ad tertium, & elucid. de hoc, quòd quandoque sine culpa licet non sine causa, &c.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum post diuortium vir alteri nubere possit.*

Ad quintvm sic proceditur. Videtur quòd post diuortium vir alteri nubere possit. Nullus enim tenetur ad perpetuam continẽtiam: sed uir tenetur in aliquo casu uxorem fornicantem a se in perpetuum separare, ut patet ex dictis* ergo videtur quòd ad minus in tali casu alteram ducere possit.

¶ 2 Præterea, Peccanti non est danda maior occasio peccandi, sed si ei, qui propter culpam fornicationis dimittitur nõ licet aliam copulã quærere, datur sibi maior occasio peccandi: non enim est probabile, quòd qui in matrimonio non continuit, quòd postea continere possit. ergo videtur quòd liceat ei ad aliam copulam transire.

¶ 3 Præt. Vxor nõ tenetur viro nisi ad debitum reddendum & cohabitationem: sed per diuortium ab vtroq; absoluitur, ergo soluta est a lege viri, ergo potest alteri nubere: & eadem ratio est de uiro.

¶ 4 Præterea, Matt. 19. dicitur, Qui dimiserit vxorem, & aliam duxerit, excepta causa fornicationis, męchatur, ergo videtur quòd si causa fornicationis dimissa uxore aliam duxerit, non mechetur, & ita est verum matrimonium.

Sed contra. Primæ Cor. 7. Præcipio non ego, sed Dñs uxorem a viro non discedere, quòd si discesserit, manere innuptam.

¶Præt. Nullus ex peccato debet reportare cõmodum; sed reportaret, si liceret adulteræ ad aliud magis desideratum connubium transire, & esset occasio adulterandi volentibus alia matrimonia quærere, ergo non licet aliam copulam quærere neque viro,* neque uxori.

Respon. Dicendum, quòd nihil adueniens supra matrimonium, potest ipsum dissoluere, & ideo adulterium non facit quin sit verum matrimonium. Manet enim, ut* Aug. dicit inter uiuentes coniugale uinculum, quod nec separatio, nec cum aliquo iũctio potest auferre, & ideo nõ licet vni altero viuente, ad aliam copulam transire.

Ad primvm ergo dicendum, quòd quamuis per se nullus obligetur ad continentiam, tamen per accidens potest esse quòd obligetur, sicut si uxor sua ægritudinem incurabilem incurrat, & talem, quæ carnalem copulam non patiatur, & similiter etiam est, si incorrigibiliter spirituali infirmitate, scilicet fornicatione, laboret.

Ad secvndvm dicendum, q ipsa confusio quam reportat a diuortio, debet eam cohibere a peccato: q si cohibere nõ potest, minus malum est, q ipsa sola peccet, quàm q peccati vir eius sit particeps,

2^m de minori.

Datur. R. Non: sed accipitur. § scilicet a persona illa quæ dimittitur. Nam per diuortium a dimittente datur occasio boni personæ dimissæ: quoniam ipsa confusio, quam reportat ex diuortio debet eã cohibere, &c ut in textu.

*Conc. Mileuit. c. 17.

¶Coroll. Ergo immunis est a peccato ipse dimittens talẽ; quoniam scandalũ sequens, quæ est occasio peccandi tacta in argumento, nõ est actiuum, sed passiuum solummodo. Itẽ dimissio illa secundum se non iudicãda est mala, propter talem occasionem sic sequentem: quoniam iudicium de re aliqua debet dari secundum illa, quæ sunt per se tantum; ad separationem uerò illã per se sequitur bonum, i. cõfusio illa a malo secundum se retrahens, quæ tangitur in responso textus. Quòd si p accidens. i. malam dispositionem

*Lib. 1. de nuptijs & cõcupiscẽtia. c. 7 to. 15. & 21. a med. to. 7.

tionem personæ dimissæ, non sequatur bonus effectus: adhuc dimissio illa non est uituperanda, immo laudanda: ut in textu.

3m maior. Vxor non tenetur viro: nisi ad debitum reddendum, & cohabitationem. ℞. Ex vinculo matrimonij. §. Tunc nihil &c. Nam vinculum matrimonij adhuc stat: licet ex eodem remanente, vxor per accidens hoc interpositum (.i. per adulteriũ supueniens) non teneatur amplius ad illa duo: vt in textu.

AD TERTIVM dicendum, q̃d quamuis vxor post diuortium nõ teneatur viro adultero ad debitũ reddendũ, & cohabitandum, tñ adhuc manet vinculũ matrimonii, ex quo ad hoc tenebatur, & ideo nõ potest ad aliã copulam transire viro viuente; põt tñ continentiam uouere viro inuito, nisi videatur Ecclesia deceptã fuisse per falsos testes sentẽtiando de diuortio: quia in tali casu, etiã si votum professionis emisisset, restitueretur viro, & teneret̃ reddere debitum, sed non liceret ei exigere.

AD QVARTVM dicẽdũ, q̃ exceptio illa q̃ est in verbo dñi, refertur ad dimissionem vxoris; & ideo obiectio ex falso intellectu procedit.

¶ EXAMEN. Ly potest tamen continentiã vouere viro inuito nisi &c. Non intelligas, quòd hoc dictũ textus velit iferre, quòd uxor dimissa per diuortium iudicio ecclesię non possit uouere continentiam uiro inuito, etiam quòd ecclesia post inueniatur fuisse decepta (ut in textu:) sed intelligas, quòd in tali casu deceptionis uxor ipsa ad continentiam non teneretur ex parte redditionis debiti uiro suo; (ut in eodem textu subiungitur.) Quòd si diuortium illud celebrans ecclesia, non fuisset decepta: tunc teneretur prædicta uxor seruare uotum illud etiam in hoc, quòd reddere debitum non deberet. Stat ergo modus textualis constructionis non in vouendo continentiam: sed in seruando continentiam illam uotiuam.

Ca. gaudemus. extra de conuer. coniugat.

4m conclusionis illatio. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam exceptio illa, quæ est in uerbis domini, &c. ut in textu.

¶ EXAMEN. Ly refertur ad dimissionem uxoris, scilicet tantum. Hoc est; non refertur ad ductionem alterius vxoris.

¶ NOT. Euidentissimus est Matth. 19. textus stans pro ista responsione, & expositione, sancti Doctoris. Dicit enim sic ad literam Matthæus. Quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Vbi patet, etiam grammaticè construentibus, quod ly nisi ob fornicationem cadit super dimittere vxorem: & non potest cadere super ducere aliam, nisi extorquendo incompactè literam. Ratio est: quia inter ly ob fornicationem, & ductionem alterius ponitur distinctio quædam, scilicet ly, & sine replicatione fornicationis. Quòd si uoluisset dominus, quòd ly nisi ob fornicationem, caderet super utrumque, dixisset; quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, nisi ob fornicationem; mœchatur. Simile quid, immo & clarius pro præsenti intento, habetur Matth. 5 ubi sic dicit litera: omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit mœchari. Vbi patet id, quod diximus ex eo; quòd non adiungit ly & aliam duxerit. Quasi apertè dicat. Exceptio fornicationis sicut nunc cadit (nullo discrepante) super dimissionem vxoris tantum: ita quando Matth. 19. post ly ob fornicationem, dicetur ly & aliam duxerit; intelligendum est ab omnibus, tanquàm ex præsenti loco edoctis, quòd illa exceptio fornicationis cadit solummodo super dimittere uxorem. Vide quàm clara sint omnia, & sibi inuicem consona: maximè uerò, si iunxeris etiam huius loci expositionem factam per Concilium Foroiuliense: ut in appen. seq. Hinc igitur meritò videas Concilium Mileuitanum, & Triden. dixisse, ut supra quæstione 59 artic. sexto, appen. quòd uidelicet iuxta Euangelicam doctrinam.

APPENDIX.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem interimas errores recitatos supra q. 59. artic. 6. appen. inquantum matrimonium dissolui quò ad uinculum dicunt ratione adulterij. Hi enim per hoc uolunt, quòd post diuortium possint coniuges alteri nubere. Vnde cum articulus præsens doceat, istud nubere non posse fieri, clarum est, q̃ per hoc illos errores & impedit & expugnat.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

2 ¶ Secũdò habes: quomodo p ratione ostendas, eosdẽ errores merito damnatos à &c. ut supra ibid. Et aduertas diligenter: quòd in pluribus iuuantur vicissim ille articulus, & iste. Item a 32. q 7. Licitè dimittitur uxor ob causam fornicationis; sed manet vinculum prioris matrimonij: propter quod fit reus adulterij, quicumque duxerit dimissam ob causam fornicationis. Hæc ibi. Item ibid. Interueniente diuortio non aboletur confœderatio nuptialis: ita ut sibi coniuges sint etiam separati; cum illis etiam committitur adulterium; quibus fuerint post suum repudium copulati. Item a Concil. Libertano ibid. fidelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum maritum duxit, prohibeatur; ne ducat. Si autem duxerit; nõ prius accipiet communionem, quàm is quem reliquerit, de sæculo exierit. Item a Papa Gregorio ibidẽ. Ijs uerò, qui vxores suas in adulterio deprehendunt; non licebit, nec eum, nec eam, aliam vxorem accipere, uel alium virum, quamdiu ambo uiuunt. Si autem adultera mortua fuerit, vir eius, si vult, nubat, tantum in domino: adultera uerò numquàm, etiam si mortuus fuerit vir eius. Hæc ibi. Ecce: quare sanctus Doctor quæsiuit tantum de viro, utrum possit nubere alteri: & non de uxore: quasi quòd in suo titulo per hoc innuerit illud, quod nunc dixit Pontifex. Vide glos. ibid. Item a Concil. Foroiuliensi cap. 10. Placuit, &c. Non liceat uiro, quamdiu adultera viuit, aliam uxorem ducere: sed nec adulteræ alium accipere uirum, nec uiuente nec mortuo marito, quem non erubuit defraudare. Nam etsi legatur, sola fornicationis causa, dixisse dominum, dimittere uirum uxorem suam: non tamen legitur concessisse aliam, uiuẽte illa, in coniugio sibi sociare: prohibuisse quidem modis omnibus non ambigitur. Ait enim. Quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit; mœchatur. Qua de re diffinire prospeximus: ut iuxta eiusdem domini mellifluam uocem, nemo hæc interdicta violator inculcare præsumat. Sic priorem dimittere iubetur uxorem: ut secundam prima uiuente, non habeat. Vnde quamdiu uiuit adultera: non licet uiro, nec potest impune, secundas contrahere nuptias. Hæc ibi. Ecce: quòd, secundum concilium, non sunt inculcanda illa Euangelij interdicta i. illa, quæ dicuntur in medio, hoc est ly, nisi ob fornicationem, non sunt referenda ad utramque sententiam: quoniam tunc inculcarentur i. confunderentur, ad inuicem; & non distinctè ponerentur sententiæ illæ, prout Euangelij series requirit.

2 ¶ Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta patrum pro quanto virum post diuortium non posse alteri nubere insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis.

¶ ¶ Quartò uides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

AP-

---

SVP. Q. XCIII. Aliàs 62. Art. VI.

CONCL. Si vxor post diuortium de peccato pœnitentiam agẽs emendata fuerit, potest eam sibi uir reconciliare.

260

¶ NOT. Non sufficit pœnitẽtiam agere; sed emendationem delicti adiungere, hoc est, cessare a delicto ad hoc, ut reconciliationem adipisci quis possit cum illo, qui offensus est. Et ideo duo dixit textus de reconciliatione tractans: primò ly pœnitentiam agens: secundo ly emendata fuerit. Et hoc notabis a fortiori contra Lutherum, qui (vt aliàs diximus) pœnitentiam optimam esse dicit cessare a peccato; & contra illos, qui semper ferè pœnitentiam agũt & etiam sacramentaliter confitentur, & tamen numquam, uel raro, emendationem faciunt de cõfessis. A fortiori dixi, quoniam si ad reconciliationem cum minori, puta cum homine, & de re minori, puta de offensa facta eidem requiruntur ambo illa, & non suffi-

*Al. exemptione.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum post diuortium vir & vxor possint reconciliari.*

AD SEXTVM sic proceditur. Vr q̃ post diuortium vir, & vxor non possint reconciliari. Regula em̃ est in iure. Quod semel bene definitum est, nulla debet iteratione retractari: sed iudicio Ecclesiæ definitum est, quòd debent separari, ergo non possunt vlterius reconciliari.

¶ 2 Præt. Si posset esse reconciliatio, præcipue videret̃ q̃ post pœnitentiã vxoris vir teneatur eã recipere, sed non tenetur, quia etiam vxor nõ põt pro* exceptione proponere in iudicio suam pœnitentiam contra virum accusantem de fornicatione; ergo nullo modo potest fieri reconciliatio.

¶ 3 Præt. Si posset esse recõciliatio, videretur q̃ vxor adultera teneretur redire ad virum ipsam reuocantem: sed non tenetur, quia iam separati sunt iudicio ecclesiæ, ergo &c.

¶ 4 Præterea, Si liceret reconciliare vxorem adulteram, in illo casu præcipue deberet fieri, quando vir post diuortiũ inuenitur adulterium committere: sed in hoc casu vxor non potest exigere eum ad reconciliationem, cum iuste sit diuortium celebratum, ergo nullo modo potest reconciliari.

5 Pr. Si vir adulter occultè dimittat vxorẽ cõuictã d adulterio per

sufficit vnum tantum: multo magis admodum fateri oportet, quòd ad reconciliationem cum Deo & de offensa facta eidem non sufficit vtrumuis illorum sed requiritur necessario vtrumque.

¶Prob. Quia patet ex se.

¶Examen. Ly qua non licebat, &c. Ex hoc vide: quòd vir tenetur de præcepto, vxorem adulteram dimittere ex quo etiam confirma dictum ar. 2.

1^m de conclusione. Reconciliari. R. Cum retractatione sententię præcedentis ecclesiæ: non autem, sine retractatione illa. §. Tunc nihil &c. Nam reconciliatio huiusmodi absq; retractatione sententię ecclesiæ fieri potest, propter rationem dictam in textu.

¶Not. Poterat Sanctus Doctor stando in responsione sua afferre rationem hanc; quòd scilicet, etiam si illa sententia ecclesiæ fuisset cogens, potuisset fieri recôciliatio talis absq; retractatione eius: quoniam in sententia ipsa subintelligebatur conditio hæc, scilicet si nô pœnituisset veraciter persona adultera de adulterio. Non enim intelligi debet sententia ecclesiæ, etiam si cogeret ad diuortium, nisi cum illa limitatione: quandoquidem per sententiam suam non intendit pcludere viá pacificationis boná. i. reconciliationis côiugum post correctionem (Absit) sed castigare delictum, quod impediuit illam boná pacem, quæ prius inter ipsos coniuges erat. Remoto ergo delicto per pœnitentiam sufficientem non intendit, astrictos remanere coniuges; ne possint pacificari adinuicem. Poterat, inquam, rationem talem afferre sanctus Doctor pro responso suo: tamen elegit ad conuincendos proteruos manifestiori vti ratione, quæ iã dicta est in textu. Sciunt namque etiam proterui; quód sententiæ ecclesiæ celebrantis diuortium datur in fauorem coniugis innocentis: cum quo & sciunt, quod illud, quod inducitur in fauorem alicuius, non facit ei præiudicium (ut dicitur in ad tertium.)

2^m minor. Sed non tenetur. R. De necessitate: non, de quadam equitate. §. Pœnitentia enim vxoris debet inducere virum, &c. ut in textu vsque inclusiue ad ly non potest ad hoc cogi. Tunc nihil &c. Nam ideo vxor non potest pro exceptione proponere in iudicio suam pœnitentiam contra virum accusantem se de fornicatione, idest non potest uirum ratione suæ pœnitentiæ repellere ab accusatione sui; non quia vir non teneatur de quadam æquitate cessare ab accusatione, eamque sibi reconciliare: sed quia cessante culpa, & quantum ad actum, & quantum ad maculam, adhuc &c. ut in textu.

3^m maior. Si posset esse reconciliatio videtur, quód uxor adultera teneretur redire ad virum ipsam reuocantem. R. Conceditur: sed negatur minor. §. quòd scilicet vxor ad hoc non teneatur. Ad rationem ibi in contrarium allatam dicitur; quòd sententia data per iudicium ecclesiæ de separatione ipsorum non concludit intentum, idest non facit, quòd non teneatur uxor ad hoc. Nam illud quod inducitur in fauorem alicuius, non facit &c. vt in textu.

¶Examen. Ly in fauorem viri. Intellige & uxoris: quando videlicet non vxor, sed uir, adulterum commisit. Nam vterque in causa diuortij ad paria iudicantur ar. 5. [illegible]

¶Ly non facit ei præiudicium. Scilicet apud ecclesiam; quæ induxit tale diuortium in fauorem eius. Ratio fundamentalis est: quia intentio ecclesiæ fuisse uidetur, per hoc suum factum ei fauere uelle, & non præiudicare.

¶Coroll. Ergo a simili videtur, quòd uir adulter, si reuocetur ab vxore innocente, teneatur redire ad eam. Intellige semper in casu illo, quando persona adultera iam sufficienter emendata est de adulterio: quoniam alter innocẽs coniunx non posset illum adulterum coniugem tuta conscientia reuocare: ut in corp. a fortiori. Si enim talem impœnitentem retinere licitè non potuit: multo minus nunc post dimissionem iuridicam potest reuocare.

4^m minor. In hoc casu uxor non potest cogere eum ad reconciliationem. R. Si procedatur secundum rigorem iuris: non secundum quandam æquitatem. § ut in textu. Tũc nihil &c. Nam diuortium iustè celebratum non tollit hanc æquitatem, si vir adulterium commiserit: ut patet faciliter arbitrio boni viri.

5^m minor. Sed tamẽ vir non tenetur vxorem sibi reconciliare. R. Negatur ista. §. ut in text. Ad rationem argumenti allatam patet responsio, in eodem.

per Ecclesiæ iudicium, non videtur iustè factum diuortium; sed tamen vir non tenetur vxorem sibi reconciliare, quia vxor probare in iudicio adulterium viri nõ potest, ergo multo minus qñ diuortium iuste est celebratum, reconciliatio fieri potest.

Sed contra est q dr 1. Cor. 7. Quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari.

¶ Pręt. Vir poterit eam non dimittere post fornicationẽ, ergo eadem ratione eam reconciliare sibi.

Resp. Dicendum, quòd si vxor post diuortium de peccato pœnitentiam agens emendata fuerit, potest eam sibi vir reconciliare; si autem in peccato incorrigibilis maneat nõ debet assumere eam eadem ratione, qua non licebat eam nolentem a peccato desistere, retinere.

Ad primum ergo dicendum, quòd sententia Ecclesiæ, diuortium celebrantis, non fuit cogens ad separationem, sed licentiam præbens: & ideo absque retractatione præcedentis sententiæ potest reconciliatio fieri, vel sequi.

Ad secundum dicendum, q pœnitentia vxoris debet inducere virum, vt vxorem fornicantem non accuset, aut dimittat, sed tamẽ non potest ad hoc cogi, nec potest per pœnitentiam eum vxor ab accusatione repellere: quia cessante culpa, & quantum ad actum, & quantum ad maculam, adhuc manet aliquid de reatu, & cessante reatu, etiam quantum ad Deum, adhuc manet reatus quo ad pœnam, humano iudicio inferendam, quia homo non videt cor, sicut Deus.

Ad tertium dicẽdum, quòd illud, quod inducitur in fauorem alicuius, nõ facit ei præiudicium, vnde cum diuortium sit, inductum in fauorem viri, non aufert ei ius petendi debitum, vel reuocandi vxorem. Vnde vxor tenetur reddere, & ad eum redire, si fuerit reuocata, nisi de licentia votum continentiæ emiserit.

Ad quartum dicendum, q propter adulterium quod vir prius innocens post diuortium committit, secundum rigorem iuris nõ debet cogi ad recipiendum vxorẽ adulteram prius: tamen secundum æquitatem iuris iudex ex officio suo debet eum * cogere, vt caueat periculo animæ eius, & scandalo maiorũ, quamuis vxor non possit reconciliationem petere.

* Al. monere.

Ad quintum dicendum, q si adulterium viri sit occultum, per hoc non aufertur ius excipiẽdi contra accusationẽ viri, vxori adulteræ, quamuis desit sibi probatio, & ideo peccat vir diuortiũ petens: & si post sententiam de diuortio vxor petat debitum, aut reconciliationem, vir tenetur ad vtrumque.

QVAE-

## APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem, tanquam a fortiori, excludas errorem Nouatianorum dicentium: quòd in peccatum prolapsi non ad pœnitentiam, sed ad Diaboli prædam, admittendi sunt. Dixi ly a fortiori: quia si post pœnitentiam, ut ostendit præsens articulus, potest reconciliare sibi uxorem, immo & laudabiliter reconciliat: multo magis post sufficientem pœnitentiam Deus poterit reconciliare sibi peccatorem, & de hoc ab ipso peccatore sperãdum, atque ab alijs pijs uiris. Deus enim ad misericordiam pronior est in immensum; quam homo.

2 ¶Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, pestiferum hunc errorem meritò damnari à &c. ut prima par. quæst. 48 artic. quarto, appen. Item, & a fortiori ipsummet damnari a quibuscũq; admittitur reconciliatio vxoris adulterę post pœnitentiam a uiro. 1. Cor. 7. quòd si discesserit manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. Super quo dicit Aug. ut recitatur. 32. quæst. septima, Apostol. &c. Si fœminæ licet dimittere virum suum propter fornicationis causam: quid respondebimus, de hoc, quòd dicit posterius, & vir vxorem suam non dimittatur? Quare non addidit excepta causa fornicationis, nisi quòd similem formam vult intelligi: ut si dimiserit (qđ causa fornicationis permittitur) maneat sine vxore, aut reconcilietur vxori; Hæc ibi. Item a Concil. Mileuitano ibid. Placuit: ut neque dimissus ab vxore, neque dimissa a marito alteri coniungantur: sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur. Quòd si contempserint; ad pœnitentiam redigantur. Hæc ibi.

3 ¶Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto reconciliationem coniugum post pœnitentiam approbant, & intelligas, & probes, & tuearis.

4 ¶Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim angelica doctrina hæc & declaretur & consolidetur.

# QVAEST. XCIIII. Aliàs 63.

*De secundis nuptiis, in duos articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandum est de secundis nuptiis.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum sint licitæ.

¶ Secundò, Vtrum sint sacramentales.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum secundæ nuptiæ sint licitæ.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd secũdæ nuptiæ non sint licitæ, quia iudicium de re debet esse secundum veritatem, dicit autem Chrysost.* ꝙ secundum uirum accipere est fornicatio secundum veritatem, quæ non est licita, ergo nec secundum matrimonium.

¶ 2 Præt. Omne, quod non est bonum, non est licitũ, sed Ambr. † dicit quòd duplex matrimonium non est bonum, ergo non est licitum.

¶ 3 Præt. Nullus arceri debet ne intersit illis, quæ sunt honesta, & licita: sed sacerdotes arcentur ne intersint secundis nuptiis, ut in litera patet, ergo non sunt licitæ.

¶ 4 Præt. Nullus reportat pœnam nisi pro culpa: sed pro secundis nuptiis aliquis reportat irregularitatis pœnam, ergo non sunt licitæ.

SED CONTRA est, quòd Abraham legitur secundas nuptias contraxisse, Gen. 25.

¶ Præt. Primæ Tim. 5. dicit Apostolus, Volo autem iuniores, scilicet, viduas nubere, filios procreare, ergo secundæ nuptiæ sunt licitæ.

RESPON. Dicendum, quòd vinculum matrimoniale non datur nisi vsq; ad mortem, ut patet Roman. 7. & ideo moriente altero coniugum, vinculũ matrimoniale cessat, vnde propter præcedens matrimonium non impeditur aliquis a secundo, mortuo coniuge, & sic non * solum secundæ: sed tertiæ, & sic deinceps nuptiæ sunt licitæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chrysost. loquitur quantum ad causam, quæ aliquando solet ad secundas nuptias incitare, † scilicet concupiscentiam, quæ etiam ad fornicationem incitat.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ secundum matrimoniũ dicitur non esse bonum, non quia non sit licitum: sed quia caret illo honore significationis, qui est in primis nuptiis, vt sit vna vnius, sicut est in Christo, & Ecclesia.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ homines diuinis dediti, non solum ab illicitis, sed etiam ab illis, quæ habent aliquam turpitudinis speciem, arcentur; & ideo arcentur a secundis nuptiis, quæ carent honestate, quæ est in primis.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ irregularitas non semper inducitur propter culpam, sed propter defectum sacramenti: & ideo ratio non est ad propositum.

---

SVPER QVAEST. XCIIII. Aliàs 63. Art. 1.

CONCL. Non solum secundæ: sed tertiæ: & sic deinceps nuptiæ sunt licitæ.

¶ PROB. Quia propter præcedens matrimonium non impeditur á 2. vel 3. & deinceps aliquis; mortuo coniuge (cum vinculũ matrimonij non duret, nisi vsque ad mortem Rom. 7.)

1ᵐ ex Chrysostomo. Est fornicatio. ℞. Quantum ad causam: non, quantum ad essentiam rei. §. Tunc ni. &c. Nam quantũ ad rei essentiam matrimonium secundum est verum, & licitum, tantũ abest, vt sit fornicatio: & in hoc sensu conclusio loquitur. Quomodo autem Chrysostomi locutio secundum causam tantum sumenda sit: vide in textu.

¶ COROLL. Ergo ex textu exponente Chrysostomum dicas: quòd nihil aliud ĩtẽdit Chrysostomus per illam authoritatem, nisi quòd aliquando ad secundas nuptias mouetur persona non principaliter a desiderio procreationis liberorum, quod esset laudabile, nullamq; speciẽ turpitudinis præseferens: sed a concupiscentia propria, quam desiderat explere, quãuis non extra cõiugiũ, id quod turpitudinis cũ eiusdam speciem habet, quamuis non omnino illicitum sit. Vnde etiã secundum causam istã, qua mouetur quis ad secundas nuptias, nuptiæ ipsæ non sunt fornicatio, nisi secundum quandam apparentiam veritatis: non autem secundum existentiam. Dices ergo quòd in authoritate Chrysostomi ly secundum veritatem, accipitur cum ista limitatione, apparentem: & hoc propter concupiscentiæ motum prædictũ. Quasi dixerit Doctor ille. Secundum virum accipere est fornicatio secundum veritatem apparentem superficietenus.

2ᵐ de maiori. Quod non est bonum. ℞. Bonitate rei, & moris: nõ semper bonitate honorabilis significationis. §. Tunc nihil &c. Nam matrimonium secundum est bonum bonitate rei, & moris; & cõsequenter est licitum, licet non sit bonum illa bonitate significationis honorabilis, quæ est in primis nuptijs: ut in textu. Et de hac bonitate vltima cum loquatur solum Ambrosius: sua hæc authoritas non infringit propositum.

¶ NOT. In responso formali dicitur ly bonitate rei, & moris: qa non sufficeret bonitas rei tantum ad faciendum aliquod de se licitum moraliter: ut nunc loquimur: sed vltra hoc requiritur, quòd illud sit bonum moris seu morale.

3ᵐ maior. Nullus arceri debet, ne intersit illis, quæ sunt honesta & licita. ℞. Nisi illa habeant aliquam speciẽ turpitudinis. §. Tunc nihil &c. Nam sacerdotes ideo arcentur; ne intersit secundis nuptijs, non quia non sint quædam secundum se honesta & licita: sed quia quandam speciem turpitudinis habent; vt in textu.

¶ NOT. Illa maior glossa propriè intelligitur de hominibus qui sunt dediti diuinis; vt sunt clerici, & sacerdotes, & huiusmodi. Rursus. Secundæ nuptiæ dicuntur habere speciem turpitudinis & priuatiue, & positiuè. Priuatiue quidem, quia carent honestate illa in primis nuptijs inuenta; ut in ad secundum, positiue autè, quia plerumque a motiuo turpi i. concupiscentia causantur, ut in ad primum. De specie autem illa primitiua facit tantũ mentionem præsens textus: quia huiusmodi species in omni matrimonio, citra primum reperitur & etiam secundum seipsum: cum tamen species illa turpitudinis positiua non reperiatur in omni citra primum, neque secundum se. Ex vitio enim hominum contrahentium procedit ista turpitudo positiua; neq; etiam semper, sed quandoque tantum, procedere solet a matrimonium autẽ secundum, tertium, & deinceps, consideratum secũdum se, idest secundum ꝙ matrimonium secundum, tertium &c. turpitudinis speciem illam priuatiuam habet. Quia uerò sacerdotem ab omni matrimonio citra primum præsentia arceri dicebatur in textu propter turpitudinis speciẽ: ideo oportebat turpitudinẽ, quæ semper, & secũdum se, adest illis matrimonijs afferre tantum: & non illam; quæ quandoque solum, & ex hominum vitio, aderat.

4ᵐ de maiori. Nisi pro culpa. ℞. Vel pro aliqua causa. §. Tũc nihil &c. Nam irregularitatem, reportat quis ex secũdis nuptijs, non propter culpam suam, quasi quod matrimonium secundum cõtrahere sit culpa: sed pro aliqua causa; & hæc est defectus significationis sacramenti.

¶ NOT. De isto defectu significationis sacramenti; uide art. secundo, ad secundum, & quæst. 66. articu. 1. De hoc, quòd sine culpa, dummodo adsit causa, infligitur iuste pęna alicui; uide q. 39. art. 4. ad tertium, & ibi iuris regulam ad propositum hoc, & aliud huiusmodi, apprimè facientẽ; pluraque alia scitu digna comperies.

261 S. Tho. dis. 41. q. 3. ar. 1. & 2.

* Hom. 32. in Matth. in opere imperfecto, to. 2. & decret. 32. q. 1. c. 9.

† Ambr. in 6. com. ad 7. cap. 1. ad Cor. aliqd de hoc habet to. 5.

* lib. 4. Senten. dis. 42. § vlt.

† Vide Augu. lib. 16. de ciu. Dei, c. 34. to. 5. & in lib. de bono vidui tatis. ca. 12.

* Aug. li. 2. cõ. aduers. leg. & proph. c. 12.

† Loco citato in arg. 1. vide Aug. de hæresibus ad qd vult Deũ, hæresi 26. 38. & 86 tomo 6. & in lib. de fide ad Pet. ca. 42. to. 3.

## APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Nouatianorum Montanistarum, & Græcorum (Prat. Ablabius: Græci, Montanistæ,) dicentium; nuptias quidem primas admittendas, sed secundas damnandas. Bene dicunt in priori sententia, sed in secunda erroneè. Item Cataphrygum (Prat. Cataphryges.) qui nuptias secundas loco fornicationis habent. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, prædictos meritò damnari a facto Abrahæ Genes. 25. vbi post mortem Sarræ primæ vxoris duxit aliam nomine Cethuram: de cuius facto sic recitatur. 32. q. 4. Iste Abrahæ etiam usque ad decrepitam ætatem senectutis fornicationis obiecit crimen: profectò quia & post mortem Saræ alteram duxit. Vbi, etsi nullum intelligeretur rei, abditæ sacramentum, uel propter hoc solum id facere debuit Abraham; ne putarent hæretici aduersus populum Dei (quibus etiam Tertulianus astipulator assistit) post uxoris mortem crimen esse ducere uxorem. Hæc ibi. Vbi per ly iste intelligitur aduersarius legis, & prophetarum contra quem ibi recensetur Augustinus loquens. Item a facto Ruth. cap. quarto, ubi secundum maritum duxit ipsum Booz. Item a facto Annæ uxoris Thobiæ iunioris, ca. sexto, octauo, decimoquarto, ubi post septem viros quos habuerat mortuos nupsit ipsi Thobiæ, & quidem interueniente suffragio Raphaelis Archangeli, qui profectò nuptijs his octonarijs non præstitisset assensum, nisi licitas esse diuinitus cognouisset. Non tantum ergo secundæ & tertiæ, aut quartæ, sed & deinceps (vt inquit

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

a

sequit conclusio articuli declarantur licitę per factum Raphaelis contra prædictos errores. Item à facto B. Annæ genitricis Deiparæ Virginis: quæ tres maritos successiuè habuit, vt in Ecclesia legitur. Quod autem huiusmodi facta matrimonia post primum esse licita verissimè conuincant, patet per illam regulam ex Decretis sumptã 9. quæst. 2. Lugdunensis, & 7. q. 1. omnis, & distin. 17. qui de mensa. Quæ regula hæc est, quod aliud, quod est à viro sancto factum, præsumitur sanctum. Item à Concil. Niceno c. 8. Si qui voluerint venire ad Ecclesiam catholicam ex Nouatianis; placuit sancto Concilio vt ante omnia hanc habeant ab eis cõfessionem, quàm per scripturam exigi oportet, vt fateantur se cum omni consensu catholicæ Ecclesiæ statuta obseruaturos, id est communicaturos se & his qui fortè secundas nuptias experti sunt. Hæc ibi. Item ab Eugenio IIII. in Decret. super vnione Græcorum, vbi sacro approbãte Concil. Flor. ait: Quoniã nonnullos asseritur quartas nuptias, tanquàm condemnatas, respuere; ne peccatum, vbi non est, esse putetur: cum secundum Apostolum, mortuo viro mulier sit ab eius lege soluta, & nubendi cui vult in domino habeat facultatem, nec distinguat mortuo primo, secundo, vel tertio; declaramus non solum secundas, ac tertias, sed & quartas, atque vlteriores (si aliquod canonicum impedimẽtum non obstet) licitè contrahi posse. Commendatiores tamẽ dicimus, si vlterius à cõiugio abstinentes in castitate permanserint. Hæc ibi. Et 1. Tim. 5. Adolescentiores viduas &c. Volo autẽ iuniores nubere, filios procreare, matresfamiliàs esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Ecce, quod Apostolus volendo viduas iuniores nubere approbat secundas nuptias: & hoc dicit esse nullam occasionem dare aduersario maledicendi. In quo omnes maledicos in frontispicio appendicis positos, apertè damnat. Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto nuptias secundas, & deinceps licitas esse insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quarto vides: quomodo ex ijs vtcuilim Thomistica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Regula quod sancto rum factis. | 3 | 4

---

SVP. Q. XCIIII. Aliàs 63. Art. II.

CONCL. Secundum matrimoniũ est sacramentum, sicut & primum.

¶ PROB. Quia in secundis nuptijs inueniuntur omnia, quæ sunt de esse sacramenti, s. debita materia & forma (patet in textu).

¶ NOT. Diligenter aduerte, quid sit materia matrimonij, & à quo causetur: quæ duo textus innuit. Causat enim à persona legitima ad matrimoniũ contrahendum; & consequenter materiã ipsa sunt actus illarum personarum subiecti sensui. Vide suprà quæst. 42. art. 1. & ad secundum.

*lib. 4. Sẽt. dis. 42. §. 1. in fin. ex Ambr. cõ. c. 39. sup illud 1. Corin. 7. Beatior autem &c. & glos. interlinearis ibi.

262

1^m^ de maiori.

Qui iterat sacramentũ. R. Quod inducit perpetuum effectum: non tẽporalem. § vt in textu. Tunc nihil &c. Nam vinculum matrimoniale, est effectus mãtrimonij, qui tollitur per mortem: ideo nulla fit iniuria &c.

† Vide Decret. distin. 33.

2^m^ de maiori.

In omni sacramento. R. Vt est sacramentum: non, vt habet aliquid de defectu sacramenti. §. Tunc nihil &c. Nam ratione defectus dicti in textu benedictio à secundis nuptijs subtrahitur, & non ratione sacramenti.

3^m^ de minori.

In secũdo matrimonio. R. Considerato in ordine ad præcedens matrimonium: non, in seipso. §. Nam significatio inuenitur &c. vt in textu. Tunc nihil &c. Nam qñ dicit cõclusio, quòd secundum matrimonium est verum sacramentũ, considerat illud secundum seipsum, non autem in ordine præcedens; respectu cuius habet defectum sacramenti (vt arguitur).

## ARTICVLVS II.

*Vtrum secundum matrimonium sit sacramentum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd secundum matrimonium non sit sacramẽtum. Qui enim iterat sacramentum, facit ei iniuriam, sed nulli sacramento facienda est iniuria. ergo si secundum matrimonium esset sacramentum, nullo modo esset iterandum.

¶ 2 Præt. In omni sacramento adhibetur aliqua benedictio: sed in secundis nuptijs non adhibetur benedictio, vt in litera dicitur. ergo non fit ibi aliquod sacramentum.

¶ 3 Præte. Significatio est de essentia sacramenti; sed in secundo matrimonio nõ saluatur significatio matrimonij, quia non est vna vnius, sicut Christus & Ecclesia; ergo non est sacramentum.

¶ 4 Præterea. Vnum sacramentum non impedit à susceptione alterius; sed † secundum matrimonium impedit à susceptione ordinum; ergo non est sacramentum.

SED CONTRA. Coitus in secundis nuptiis excusat à peccato, sicut & in primis, sed per tria bona matrimonii excusatur coitus matrimonialis, quæ sunt fides, proles, & sacramentum; ergo secundum matrimonium est sacramentum.

¶ Præt. Ex secunda coniunctione viri ad mulierem non sacramentali non contrahitur irregularitas, sicut patet ex fornicatione, sed in secundis nuptiis contrahitur irregularitas; ergo sunt sacramentales.

RESP. Dicendum, quod vbicumque inueniuntur illa, quæ sunt de esse sacramenti, ibi est verum sacramẽtum. Vnde cum in secundis nuptiis inueniantur omnia, quæ sunt de esse sacramenti, quia debita materia quam facit persona legitima, & debita forma, s. expressio consensus interioris per verba de præsenti, constat quòd etiam secundum matrimonium est sacramentum, sicut & primum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc intelligitur de sacramentó quod inducit perpetuũ effectum, tunc enim si iteratur sacramentum, datur intelligi, quòd primum nõ fuit efficax, & sic fit primo iniuria, sicut patet in omnibus sacramentis, quæ imprimunt characterem; sed illa sacramenta, quę habent effectum non perpetuum, possunt iterari sine iniuria sacramenti, sicut patet de pœnitentia, & quia vinculum matrimoniale tollitur per mortem, nulla fit iniuria sacramento, si mulier post mortem viri iterato nubat.

AD SECVNDVM dicendum, quod secundum matrimonium quamuis in se consideratum sit perfectum sacramentum, tamen in ordine ad primum consideratum habet aliquid de defectu sacramenti, quia non habet plenam significationem, cum non sit vna vnius, sicut est in matrimonio Christi, & Ecclesiæ, & ratione huius defectus benedictio à secundis nuptiis subtrahitur: sed hoc est intelligendũ, quando secundæ nuptiæ sunt secundæ, & ex parte viri, & ex parte mulieris tantum: si enim virgo contrahat cum viro † qui † habuit aliã vxorem, nihilominus nuptiæ benedicuntur, saluatur enim aliquo modo significatio etiã in ordine ad primas nuptias. Quia Christus, etsi vnam Ecclesiam sponsam habeat, habet tamen plures personas desponsatas in vna Ecclesia: sed anima non potest esse sponsa alterius, quàm Christi, quia aliàs cum dæmone fornicatur, nec est ibi matrimonium spirituale, & propter hoc quando mulier secundò nubit, nuptiæ non benedicuntur propter defectum sacramenti.

AD TERTIVM dicendum, quod significatio perfecta inuenitur in secundo matrimonio sm se consideratò, non autem si consideretur in ordine ad præcedens matrimonium, & sic habet defectum sacramenti.

AD QVARTVM dicendũ, quòd secundũ matrimonium impedit sacramentum ordinis quantum ad id, quod habet de defectu sacramẽti, & non inquantum est sacramentum.

¶ NOT. De isto defectu sacramenti tacto in tex. fin. vide perspicaciter in ad secundum, ibiq; considera ex parte cuius coniugum attendatur iste defectus.

4^m^ de maiori.

Sacramentum non impedit. R. Inquantum sacramentum: nõ inquantum habens aliquid de defectu sacramenti. §. Tunc nihil &c. Loquitur enim conclusio de secundo matrimonio, vt sacramentum, non aliter.

APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationem ostendas: meritò insinuatum à Concilijs & scripturis, secundum matrimonium esse sacramẽtum. Et à Concilio quidem Flor. sic. Reliqua verò quatuor reiterationẽ admittunt. Hæc illud, de sacram. Inter quæ quatuor matrimonium intelligit, vt ibi patet. Cum itaque sacramentum hoc matrimonij reiterari posse dicat; intelligẽdum relinquit, quod matrimonium reiteratũ erit sacramentum. Alioquin sacramentum hoc non reiteraretur, vt patet & mediocriter instructis. Item à Concil. Triden. sess. 7. idipsum insinuatur per hoc; quòd reiterationem sacramẽti huius admittit. Vide tu; & infer vt suprà ex Florentino. A scripturis autẽ 1. Cor. 7. & Rom. 7. vbi licentiã nubendi plures Apostolus cõcedit; vt legenti constat. Cum ergo de matrimonij sacramẽto loquatur, & in ipso reiterationem admittat, nulla diminutione quò ad sacramẽtum facta; restat clarum, ipsum sentire sacramentũ esse etiã matrimonium sequẽs. Ex his reijcitur (& quidem, à fortiori) multiplex error Erasmi (vt refert Iacobus

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Lop. Stunica post suum itinerarium inter Erasmi propositiones suspectas, vel scandalosas) dicentis; haud scio an hoc sacramẽtum septimum, i. matrimonium, veteribus fuit cognitum. Item dicentis: nullus est locus; vnde liqueat, Græcos, & Latinos cõnumerare coniugium inter septem sacramenta. Item dicentis : haud scio; an ætate Diui Hieronymi Ecclesia numerarit matrimonium inter septem sacramenta. Item quasi per vilipensionem quandam dicentis: Theologi faciunt matrimonium vnum ex septem sacramentis. Dixi suprà ly à fortiori: quoniam si secundum matrimonium, de quo aliqui forsan propter defectum significationis sacramenti aliquando dubitarunt esse sacramentum, reuera sacramentum est (vt & ratione articuli, & authoritatibus præmissis patet), multo magis matrimonium absolutè sumptum in sua nobilissima significatione (& hoc est primum) erit sacramentum, & de hoc vel minimum dubitare nefas est. Ad abundantiorem tamen doctrinam pro damnatione contra huiusmodi suspectas Erasmi propositiones, vide suprà eius damnationem, quæst. 42. artic. 1. append. & artic. 3. append. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, & scripturarum pro quanto insinuant matrimonium sequens primum esse sacramentum, & intelligas, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. XCV. Aliàs 64. Art. 1.

CONCL. Vir tenetur vxori debitum reddere in his, quæ ad generationem prolis spectant; salua tamen prius personæ incolumitate.

¶ EXAM. Ly vir &c. etiam è cõuerso. Quod enim de viro respectu vxoris dicitur, etiam de vxore respectu viri co-intelligendum est.

¶ Ly in his, quæ &c. Hoc est in his, ad quæ naturaliter sequi potest generatio. Si enim vir vel vxor debitũ petant non propter prolis generationẽ, sed propter vitãdam fornicationem (vt in senibus, & sterilibus): non est putandum propter hoc, q non teneantur sibi inuicẽ debitum reddere. Et qui aliter D. Thomę cõclusionem hãc intelligeret sensum extorqueret cõtra authoris intentionẽ. Non tenetur ergo vir reddere debitum in his, quæ non spectãt ad generationẽ prolis, i. non tenetur pollutionem emittere extra vas naturale, neque huic periculo se exponere, quamuis forsan à coniuge inuitaretur; imò sic agẽdo peccarent ambo. Hic est sensus literæ.

163 S. Tho. 4. d. 32. q. vnica, art. 1. & seq.

¶ PROB. primò: Quia vnus coniugũ habet potestatẽ super corpus alterius in his, quæ ad virtutem generatiuam spectant (patet ex suprà, atque in præsenti tex.). Secunda autẽ pars, (salua tamen &c. probatur: Quia vxor nõ habet potestatem in viro, nec è contra, quantum ad ea, quæ sunt de indiuidui conseruatione ordinata (patet à simili de subministratione nutritiuę ad generatiuam secundum cuius motum regula seruanda est in actu matrimonij).

† Hiero. in serm. quodam, cuius titulus est, De esu Agni Paschalis, incipit, Hodie fratres charissimi, populus Israel. & refertur in Decret. 33. q. 4. ca. Sciatis.

1m maior. Nullus prohibetur à sumptione Eucharistiæ propter hoc, quod præceptũ implet. R. Prohibetur tamen ab ipsa propter hoc, quod redditur ineptus ad diuina. §. Tunc nihil &c. Licet enim qui debitũ reddit præceptum impleat: tamen ex hoc redditur ineptus ad diuina contemplanda. Et hoc non quia ille actus sit peccatum, sed quia est maxime distrahẽs, q. 41. art. 3. & 4.

* lib. 4. Senten. dis. 32. §. D. in princ.

2m conclusio. Videtur q licite possit debitum poscenti negari. R. Quãdo poscit debitum vltra saluam consistentiam personæ debentis. §. Tunc nihil &c. Nam non habet potestatem vxor in corpus viri, nec è contra, nisi salua consistentia personę, à qua petit debitum: vt conclusio docet.

3m conclusionis illatio. Si ergo &c. R. Negatur illatio: nisi aliàs illa impotẽtia caussaretur vel ex causa non licita.

## QVÆST. XCV. Aliàs 64

*De annexis matrimonio, et debiti redditione, in septem articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandum est de annexis matrimonio. Et primò, de debiti redditione. Secundò, de pluralitate vxorum. Tertiò de bigamia. Quartò de libello repudii. Quintò, de filiis illegitimè natis.

CIRCA primum quæruntur septem.

¶ Primò, Vtrum alter coniugum teneatur alteri debitum reddere.

¶ Secundò, Vtrum debeat aliquando reddere non poscenti.

¶ Tertiò, Vtrum vir, & vxor in hoc sint æquales.

¶ Quartò, Vtrum vnus sine consensu alterius possit votũ emittere, per quod redditio debiti impediatur.

¶ Quintò, Vtrum tempus impediat debiti petitionem.

¶ Sextò, Vtrum petens tempore sacro peccet mortaliter.

¶ Septimò, Vtrum reddere teneatur tempore festiuo.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum alter cõiugum teneatur alteri ad redditionem debiti.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd alter cõiugum non teneatur alteri ad redditionem debiti ex necessitate præcepti. Nullus enim prohibetur à sumptione Eucharistiæ propter hoc quòd præceptum implet, sed ille, qui vxori debitũ reddit, non potest carnes Agni edere, vt Hieronymus † in litera * dicit. ergo reddere debitum non est de necessitate præcepti.

¶ 2 Pręt. Quilibet potest licitè abstinere ab his, quæ sunt sibi nociua in persona, sed aliquando reddere debitum poscenti, esset personæ nociuum, vel ratione infirmitatis, vel ratione solutionis iam factæ. ergo videtur quòd licitè possit debitum poscenti negari.

¶ 3 Præt. Quicũque facit se impotentem ad faciendum id, ad quod ex pręcepto tenetur, peccat. Si ergo aliquis ex necessitate præcepti tenetur ad reddendum debitum, videtur q peccet, si ieiunando, vel aliàs corpus suum attenuando, impotentẽ se reddat ad debiti solutionem, quod non videtur verum.

¶ 4 Præt. Matrimonium secundum Philosophum ordinatur ad procreationem prolis, & educationem, & iterum ad communicationem vitæ, sed lepra est contra vtrumque matrimonii finem, quia cum sit morbus contagiosus, mulier leproso non tenetur cohabitare viro, similiter etiam morbus frequenter transmittitur ad prolem. ergo viro leproso vxor debitum reddere non tenetur, vt videtur.

SED CONTRA. Sicut seruus est in potestate domini sui, ita & vnus cõiugum in potestate alterius, vt patet 1. Cor. 7. sed seruus tenetur ex necessitate præcepti domino suo debitum seruitutis reddere, vt patet Roman. 13. Reddite omnibus debita, cui tributum &c. ergo & vnus coniugum ex necessitate præcepti tenetur alteri debitum reddere.

¶ Pręt. Matrimonium est ordinatum ad fornicationem vitandam, vt patet 1. Cor. 7. sed hoc non posset per matrimonium fieri, si vnus alteri non teneretur debitum reddere, quando concupiscentia infestatur. ergo reddere debitum est de necessitate præcepti.

RESPON. Dicendum, q matrimonium principaliter est institutum in officium naturæ, & ideo in actu ipsius seruandus est naturæ motus, secundum quem nutritiua non ministrat generatiuæ, nisi illud, quod superfluit ad conseruationẽ indiuidui; quia hic est ordo naturalis, vt prius aliquid in seipso perficiatur, & postmodum alteri de perfectione sua cõmunicet, & hic est etiam ordo charitatis, quæ naturam perficit: & ideo cũ vxor in viro potestatẽ non habeat, nisi quantum ad generatiuã virtutem, non autẽ quantum ad ea, quę sunt de conseruatione indiuidui ordinata, vir tenetur vxori debitum reddere in his, quæ ad generationem prolis spectant, salua tamen prius personæ incolumitate.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q aliquis implens aliquod præceptum potest reddi inhabilis ad aliquod sacrũ officium prosequendum, sicut iudex, qui hominem ad mortem condemnans præceptum implens, irregularis efficitur, similiter etiam ille, qui præceptum implens debitum soluit, redditur ineptus ad diuina officia exequenda, non q ille actus sit peccatum, sed ratione carnalitatis illius actus. Et sic (secundum quòd Magister * dicit) Hieronymus loquitur tantum de ministris Ecclesiæ: non autem de aliis, qui sunt suo iudicio relinquendi, quia possunt † & ex deuotione dimittere, & sumere corpus Christi absque peccato.

* lib. 4. Sẽt. distinc. 32. §. D.

AD SECVNDVM dicendum, q vxor non habet potestatem in corpus viri, nisi salua cõsistentia personæ ipsius, vt dictum * est. Vnde si vltra exigit, non est petitio debiti, sed iniusta exactio, & propter hoc vir non tenetur ei satisfacere.

* In corp. art.

AD TERTIVM dicendum, q si aliquis redditur impotens ad debitum soluendũ ex causa ex matrimonio sequuta, puta

pota cum prius debitum reddidit, & est impotens ad debitum soluẽdum, vlterius mulier non habet ius petendi, & in petendo vlterius se magis meretricem, quàm coniugem exhibet: si autem reddatur impotens ex alia causa, si illa est licita, sic iterum non tenetur, nec potest mulier exigere, si non est licita, tunc peccat, & peccatum vxoris, si propter hoc in fornicationem labatur aliquo modo, sibi imputatur: & ideo debet, quantum potest, dare operam, vt vxor contineat.

AD QVARTVM dicendũ, q; lepra † soluit spõsalia, sed nõ matrimonium: vnde * etiã vxor viro leproso tenetur reddere debitũ, non tamen tenetur ei cohabitare, quia nõ ita citò inficitur ex coitu, sicut ex frequẽti cohabitatione, & quãuis generetur infirma proles, tamen melius est ei sic esse, quàm penitus non esse.

† cap. literas, de coniug. lepros.

* Ibid. c. 2. icipit, Quoniam.

licita, vel ex matrimonio. §. vt in textu. Tunc nihil &c. vt patere facilè potest.

¶ COROLL. Ergo secũdum textum hunc, non tenetur vir ad non ieiunandum; maxime quando est de præcepto Ecclesiæ; vt seruet se potentem ad reddendum debitum. Ergo nec tenetur ad prætermittendum penitentias discretas, vel pro peccatis suis assumptas, vel ad alium licitũ finem: vt seruet se potentem ad reddendum debitum. Et sic de alijs licitis exercitijs. Cæterũ vigilanter pensare debet: an illa licita sint, & alias circumstantias bonas habeant; ne ex hoc & seipsũ, & vxorẽ laqueo inuoluat: maxime cum per talia forsitan minus discretè assumpta seipsum redderet impotentem ad redditionem debiti, & in huiusmodi, præsertim quando sunt de præcepto, consulere peritos, timoratosq́; & proprio iudicio non fidere. Ergo ex responsione ad hoc tertium, ad secundum & primũ patet: quàm rectè insinuarit Decretum. 17. q. 2. nos nouimus &c. q; vir vxoratus est in periculis nauigantium. Vnde ibi ad hoc monendũ dicitur cuidã: qui vxorem duxit, cum tamen prius monachalẽ vitam ducere proposuisset. Cum ergo (inquit) te esse in hoc proposito gauderemus: nauigasti i. vxorẽ duxisti. Super quib. verbis inquit glos. ibid. sicut nauigãs subijcit se varijs periculis, nec proprio motu regitur, sed vẽtis; sic habens vxorem. Hęc ibi.

Coniuges sunt in periculis nauigãtium.

4[m] illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Licet enim non teneatur cohabitare vxor viro leproso: tenetur tamen ei debitum reddere propter rationem dictam in textu.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

APPENDIX.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem excludas errorem Libertinorum; qui nolunt, quòd vxores reddant debitum maritis, non suæ sectæ. Item Pauperum de Lugduno (vt habetur in Summa Fratris Yconeti, 5. p. c. 2. in Bibliotheca Vaticana manuscripta) dicentiũ: matrimonium esse fornicationẽ iuratam, nisi continẽter coniugati viuant. Secundo habes: quomodo per rationẽ ostẽdas; hos errores meritò damnari 1. Cor. 7. Vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquęque suum virum. Vxori vir debitum reddat, similiter & vxor viro. Hæc ibi. Vbi non facit Apostolus exceptionem de secta Libertinorum, vel alterius. Non enim dicit vxori suæ talis, vel talis sectæ; nec dicit viro suæ vel alterius sectæ: tanquàm denotans, quòd post matrimoniũ verum contractum tenentur coniuges, quicumque sint illi, ratione coniugij reddere sibi inuicẽ debitum. Item à Papa Alexandro III. de secun. nupt. Dominus ac redemptor &c. Nullus ad secũdas nuptias migrare præsumat; donec ei constet, q; ab hac vita migrauerit coniunx eius. Si verò aliquis, vel aliqua id hactenus non seruauit; & de morte prioris coniugis adhuc sibi existimat dubitandum: ei, cui nupsit, debitum non deneget postulanti; quod à se tamen nouerit nullatenus exigendum. Quòd si post de prioris cõiugis vita constiterit: relictis adulterinis complexibus ad priorem coniugem reuertatur. Hæc ibi. Vnde à fortiori demonstrat: q; coniugi certo, & indubitato, debet reddere debitum alter coniunx. Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, & scripturarum, pro quanto teneri alterum coniugum alteri ad redditionem debiti insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

## ARTICVLVS II.

*Vtrum vir teneatur reddere debitum vxori non petenti.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd non tenetur vir debitum reddere vxori non petenti. Pręceptum. n. affirmatiuum nõ obligat nisi ad tempus determinatũ, sed tempus determinatum solutionis debiti non potest esse, nisi quando petitur; ergo aliàs soluere non tenetur.

¶ 2 Præt. De quolibet debemus pręsumere meliora: sed melius etiam est coniugibus continere, quàm matrimonio vti: ergo nisi expressè debitũ petat, debet præsumere, quòd ei placet continere, & sic non tenetur debitum ei reddere.

¶ 3 Pręterea. Sicut vxor habet potestatem in virum, ita dominus in seruum: sed domino non tenetur seruus seruire, nisi quando sibi ab ipso imperatur; nec ergo vir tenetur vxori reddere debitum, nisi quando ab ea exigitur.

¶ 4 Præt. Vir potest aliquando vxorem exigẽtem precibus auertere, ne exigat: ergo multo magis potest non reddere, si non * exigat.

*Al. exigatur.

SED CONTRA. In redditione debiti medicamentum præstatur contra vxoris cõcupiscentiam, sed medicus, cui infirmus est commissus, tenetur morbo eius subuenire, etiã si ipse non petat. ergo vir vxori non petenti tenetur debitum reddere.

¶ Præt. Prælatus tenetur correctionis remedium circa peccatis subditorum adhibere, etiam eis contradicentibus, sed redditio debiti est in viro ordinata contra peccata vxoris: ergo tenetur vir debitum reddere quandoque etiam non petenti.

RESP. Dicendum, q; petere debitum est dupliciter. Vno modo expressè, vt quando verbis inuicem petunt. Alio modo est petitio debiti interpretata, quando scilicet vir percipit per aliqua signa, quòd vxor vellet sibi debitum reddi: sed propter verecundiam tacet, & ita etiam si nõ expresse petat verbis debitum, tamen vir tenetur reddere, quando expressa signa in vxore apparent voluntatis reddendi debiti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tempus determinatum non est quando petitur, sed quando timetur ex aliquibus signis periculũ, ad quod vitandum ordinatur debiti redditio, nisi tunc reddatur.

AD SECVNDVM dicendum, q; vir potest talem præsumptionem habere de vxore, quando in ea contraria signa non videt: sed quando videt, esset stulta præsumptio.

AD TERTIVM dicendum, q; dominus non ita verecundatur à seruo petere debitum seruitutis, sicut vxor à viro debitum coniugii. Si tamen dominus non peteret, vel propter ignorantiam, vel alia de causa, nihilominus seruus teneret implere,

### SVPER Q. XCV. Aliàs 64. Art. II.

264

COncl. Vxori, etiã si non expresse petit verbis debitum, vir tenetur reddere; quando expressa signa in vxore apparent voluntatis reddendi debiti.

¶ PROB. Quia illa expressio signorum locum petitionis tenet, etiam si vxor propter verecundiam taceat.

¶ NOT. Intellige semper hæc iuxta moderamen multiplex positum articulo primo: quoniã hic articulus illum præsupponit, sicut in ordine, ita & in dictorum veritate. Quod etiam obserues in ordine aliorũ articulorum: etiã quòd nil aliud de hoc tibi diceretur.

1[m] de minori. Nisi quando petitur. ℞. Vel quando timetur periculum de incõuenienti, nisi tunc reddatur. §. vt patet in textu. Tunc nihil &c. vt ex dictis clarum est: & maxime etiã in ad tertium.

2[m] maior. De quolibet debemus præsumere meliora. ℞. Nisi videatur contrarium. §. Tunc nihil &c. Nam licet vir possit talem pręsumptionem, qualis in argumento dicitur, habere de vxore quando non apparet aliquid in contrarium; tamẽ quando videt &c. vt in textu.

¶ NOT. Præsumptio, de qua loquitur argumentum consistit in cognitione intellectiua, & signa illa, de quibus responsum, consistunt in sensu. Quia igitur cognitio nostra omnis intellectiua originatur à sensu, ideo optime dicit textus, q; quando videret signa contraria præsumptionis talis, esset stultũ præsumere voluntatem continentiæ in coniuge talia signa monstrante.

3[m] de maiori. Ita. ℞. Quantum ad habere potestatẽ: nõ quantum ad exequendum libere illam. §. Tunc nihil &c. Nam vxor à verecundia tenetur quandoq;, nè libere exequatur prędictã potestatem in virum: quod non est de domino respectu serui: vt in textu.

Item de minori. Nisi quãdo ab ipso imperaĩ. ℞. Vel quando periculũ immineret de inconuenienti prauitio. §. Etiam scilicet, quòd non imperaretur seruitiũ seruo. Tũc nihil &c. Nam iam dictũ est, quòd maritus viso

Respon. 2.

si periculum immineret; hoc enim est non ad oculum seruire, quod Apostolus seruis mandat. *

Ad qvartvm dicendum, quòd non debet vir vxorem auertere ne petat debitum, nisi propter aliquam rationabilem causam; & tunc etiam non debet cum magna instantia auerti propter pericula imminentia.

viso periculo per signa sibi occurrente tenetur soluere debitum, etiam quòd expresse ab vxore non exigatur. Vide secundum responsum literæ ly si tamen dominus non peteret, &c.

¶Exam. Ly hoc enim est non ad &c. Hoc est quædam confirmatio, qua confirmat Apostolus responsionem hanc secundam. Cum enim dicit seruis, q non seruiāt ad oculum, vult dicere: quòd non seruiant solummodo in his, quæ imperantur dominis suis; sed etiā in his, quę non imperātur, quando s. vident periculum imminere dominis ipsis, nisi tale seruitium adimpleant, etiam tacentibus illis. Sanctus Doctor igitur & responsum dedit bonum, & tantò melius, quantò ipsum ex scripturis confirmauit.

* Ad Eph. 6. & Colos. 3.

4^m de antecedente. Potest. ℞. Propter aliquam rationabilem causam, & sine magna instantia: non autem absque causa rationabili, & cum magna instantia. §. vt in textu. Tunc nihil &c. vt patet ex dictis.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationem interimas errores recitatos artic. 1. appen. & quidem à fortiori. Si enim coniuges tenentur reddere debitum sibi inuicem plus vel minus interpretatiuè exigentibus: multò magis illud sibi inuicem expresè postulantibus reddere tenentur, (vt patet). Dixi ly sibi inuicem plus vel minus &c. quia non tantum de marito respectu vxoris, sed etiam de vxore respectu mariti conclusio intelligenda est, cùm ad paria iudicentur in matrimonio, art. 3. sed tamen plus verecundatur vxor, & minus maritus ex quo fit, vt talis interpretatiua requisitio magis attendatur ex parte vxoris, quàm mariti.

2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas errores illos meritò damnari à &c. vt inibi artic. 1. append. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem authoritates easdem ibi recensitas demonstres intelligi etiam in hoc alio sensu, videlicet de redditione debiti ad petitionem interpretatiuam. Verbi gratia; quando dicitur vxori vir debitum reddat, sumitur ly vxori, interpretatiuè etiam requirenti. 4 Quartò habes: quomodo per rationem prædicta ibi scripturarum, & Patrum, pro quanto vxori, etiam interpretatiuè postulanti, teneri virum reddere debitū insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. 5 Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum vir & mulier sint in actu matrimoniali æquales.*

Ad tertivm sic proceditur. Videtur, quòd vir, & mulier non sint in actu matrimonii æquales. Agens enim est nobilius patiente, vt August. * dicit 12. super Genes. ad literam: sed in actu coniugali vir se habet vt agēs, & fęmina vt patiēs; ergo non sunt in actu illo æquales.

* Lib. 12. c. 16. to. 3.

¶ 2 Præt. Vxor non tenetur viro debitum reddere nisi petat, vir autem tenetur, vt dictum * est: ergo non sunt pares in actu matrimonii.

* ar. 1. & 2. huius q.

¶ 3 Præterea. In matrimonio mulier propter virum facta est, vt patet Genes. 2. Faciamus ei adiutorium simile illi: sed illud propter quod est alterum semper est principale: ergo &c.

¶ 4 Præterea. Matrimonium principaliter ordinatur ad actum coniugalem, sed in matrimonio † vir est caput mulieris, vt patet 1. Corinth. 7. ergo non sunt æquales in actu prædicto.

Sed contra est, quod dicitur 1. Corinth. 7. Vir non habet potestatem sui corporis, & similiter dicit de vxore: ergo sunt æquales in actu matrimonii.

¶ Præt. Matrimonium est relatio æquiparantiæ, cum sit coniunctio, vt dictum * est: ergo vir, & vxor sunt æquales in actu matrimonii.

* q. 44. art. 2. & 3.

Resp. Dicendum, quòd duplex est æqualitas, scilicet quantitatis, & proportionis. Æqualitas quidem quantitatis est, quæ attenditur inter duas quantitates eiusdem mensuræ, sicut bicubiti in bicubitum. Sed æqualitas proportionis est, quæ attenditur inter duas proportiones eiusdem speciei, sicut dupli ad duplum. Loquendo ergo de prima æqualitate, vir & vxor non sunt æquales in matrimonio, neque quantum ad actum coniugalem, in quo id, quod nobilius est, viro debetur, neque quantum ad dispensationem domus, in qua vxor regitur, & vir regit; sed quantum ad secundam æqualitatem sunt æquales in vtroque, quia sicut tenetur vir uxori in actu coniugali, & dispensatione domus ad id, quod viri est, ita uxor uiro ad id, quod uxoris est, & secundum hoc dicitur in litera, * quòd sunt æquales in reddendo debitum.

* li. 4. Sent. dist. 32. in prima.

Ad primvm ergo dicendum, quòd quamuis agere sit nobilius, quàm pati, tamen eadem est proportio patientis ad patiendum, & agentis ad agendum, & secundum hoc est ibi æqualitas proportionis.

Ad secvndvm dicendum, quòd hoc est per accidens. Vir enim, qui nobiliorem partē habet in actu coniugali, naturaliter habet, quòd non ita erubescat petere debitum sicut vxor: & inde est, quòd non ita vxor tenetur reddere debitum non petenti viro, sicut vir vxori.

Ad

SVPER Q. XCV. Aliàs 64. Art. III.

265. S. Tho. 4. d. 32. art. 3. & seq.

Concl. Secundum æqualitatem quantitatis vir & vxor non sunt æquales in matrimonio, neque quātum ad actum coniugalem, neque quantū ad dispensationem domus.

¶ Not. Dictum est suprà etiam per Philosophū; quòd vir & vxor habent duplicem communicationem; vnā respectu prolis generandæ, alteram respectu domus dispensandæ. Et ideo nunc in conclusione fit mētio de vtraque communicatione. De prima quidē p ly quantum ad actum coniugalem: de secūda verò per ly quantum ad dispensationem domus.

¶ Prob. primò: Quia in actu coniugali id qđ nobilius est, viro debetur (cùm sit agens vt ad primum) & vxor sit patiens (ibid.) Secundò, quia in gubernatione domus vxor regitur, & vir regit.

¶ Concl. 2. Secundum æqualitatem proportionis, vir & vxor sunt æquales in matrimonio, quantū ad vtrūque prædictorū in conclusione prima.

¶ Prob. Quia sicut vir tenetur vxori ad id quod viri est, tū in actu cōiugali, tum in dispensatione domus: ita vxor tenetur viro ad id quod uxoris est in vtroque.

¶ Coroll. Ergo tunc aliqua dicuntur æqualia secundum proportionem, quando pariformiter se habent non ad inuicem, sed respectu officiorum suorum pertinentium ad vnumquemque singulariter. Verbi gratia: In proposito uir & uxor sunt æquales secundum proportionem, non in comparatione adinuicem (sic enim sunt dispares, cùm uir sit nobilior) sed in comparatione ad officia singulorum: quia sicut se habet uir ad officia uiri uxori præstanda, ita se habet uxor ad officia uxoris uiro præstanda. Quæ enim pertineat ad uxorem ita exequitur uxor in genere suo, hoc est quantum spectat ad statum vxoris: sicuti exequitur vir officia viri i genere suo, hoc est quātum spectat ad statum viri. Aequalitas ergo proportionis attenditur non secundū æquiparantiam absolutè, sed secundum æquiparantiam in executione officiorum vniuscuiusq; propriorum. Quo nos modo dicimus, quòd & oculus, & auris, & omnes partes corporis, sunt æquales secundum proportionem: quia scilicet quæuis pars huius facit officia sua ita diligenter in genere suo, sicut quælibet alia, licet sint dispares absolutè loquendo. Quæ absoluta comparatio dicitur in textu æqualitas quantitatis; & ista fit rerum ad inuicem.

¶ Exam. Ly reddendo debitum. Hoc dictū textus fin. non accipitur tantum pro debito coniugali (vt cōmuniter nomine debiti intelligi solet), sed etiam pro debito dispensationis domus. Vnde sanctus Doctor introducens hoc, postquam cōclusionem posuit secundā de vtroque actu, coniugali scilicet & dispensatiuo domus, dixit, ly & secundū hoc dicitur in litera, q sunt æquales in reddendo debitum. Vbi notandum est, q ly secundum hoc respicit nō tantum æqualitatem proportionis, de qua prius mentionem fecerat: sed etiam debitum, cuius tunc meminerat.

1^m de conclusione. Aequales. ℞. Aequalitate proportionis: non æqualitate quātitatis. §. Tunc nihil &c. Quamuis enim agere sit nobilius quàm pati &c. vt in textu.

2^m de antecedente. Non tenetur. ℞. Per accidēs: non autem, per se. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio secunda intelligitur de his, quæ sunt per se; non autem per accidens.

¶ Not. Accidens prædictum in textu dicitur esse erubescentia petendi

petendi debitum. Et hæc dicitur accidens; quia non semper adest, sed accidit quandoque & in aliquibus, plus vel minus. Et dicitur accidere non tantum respectu fœminarum; sed etiam respectu virorum, quamuis minus. Reperiuntur enim quandoque & vxores, quæ nullam de huiusmodi erubescentiam habent, vel minorem, quàm viri: reperiuntur, & quandoque viri aliqui è contrario se habentes. Adeo quòd accidens istud nō potest determinatè concludi neque in genere vxorum, neque in genere virorum, pro singulis indiuiduis. Cum hoc tamen vera est textura literæ: quòd scilicet in fœminis ordinariè magis reperitur, quàm in uiris; propter rationem ibi allatam.

Ad tertium dicendum, ꝙ ex hoc ostenditur, ꝙ non sunt æquales absolutè, non autem, quòd non sint æquales secundum proportionem.

Ad quartum dicendum, ꝙ quamuis caput sit principalius membrum, tamen sicut membrum tenetur capiti in officio suo; ita caput membris † in suo: & sic est ibi ęqualitas proportionis.

¶ Exam. Ly inde est, quòd non ita vxor &c. Comparatiuè loquitur, non absolute; id quod denotat ly ita, & ly sicut. Quasi dixerit: Tenetur etiam vxor reddere debitum viro non petenti expressè, iuxta prædicta in articulo secundo de viro respectu vxoris; sed tamen non accidit iste casus ita ordinariè in vxore respectu viri, sicut in viro respectu vxoris. Ex his patet negatum esse virtualiter illud antecedens, videlicet vxor non tenetur viro debitum reddere, nisi petat; si tamen intelligatur solum de petitione verbis expressa. Pro quo & vide in elucid. illius artic. 2.

3m de minori. Principali. ℞. Absolutè: non proportionaliter. §. vt in textu. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusionibus.

¶ Coroll. Ergo ex responso prædicto elice: quòd illa authoritas Genes. 2. accipit ly simile, pro æquali secundum proportionem tantum.

4m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Conceditur illatio de æqualitate quantitatis: & negatur de æqualitate proportionis. §. Tunc nihil &c. vt patet.

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum à scripturis, ꝙ vir & vxor in matrimonio sunt æqualis: & sic. Relinquet homo patrem suū & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, Gen. 2. Ecce, ꝙ etiā ante peccatū, quantū ad actum generationis, coniuges erant æquales. Nam ibi matrimoniū instituitur in paradiso, & in statu innocentiæ existentib. parentibus illis: vt habetur ex Papa Bonifacio VIII. de vot. & vot. redemp. in 6. quod uotū. Peccatum aūt postea factum non tollit illam ipsorū æqualitatem; sicut nec matrimonialē actum generationis. Itē ab eisdē scripturis meritò insinuatū: ꝙ sint dispares, & quantū ad actū generationis, & quantū ad gubernationē domus. Quò ad actū quidem generationis Gen. 2. Faciamus ei adiutoriū simile sibi. Cùm ergo pp quod vnūquodq; & illud magis (primo Poster.) sequitur; ꝙ velit dicere per hoc scriptura illa, ꝙ quantum ad actū generationis, de quo intelligitur ibi, vir sit nobilior ꝙ vxor. Quò ad actum aūt gubernationis domus. 1. Tim. 2. Mulier in silentio discat cū omni subiectione. Mulieri non permitto dominari in virū; sed esse in silentio. Adam. n. non est seductus: mulier autē seducta in præuaricatione fuit. Ecce, ꝙ Apls in gubernatione domus vult vxorē esse inferiorē viro: & rationē huius affert cōuenientem, quia s. mulier seducta fuit, Adam verò non, in prima vtriusque pûaricatione. Quasi dicat apertè: Mulier nō habet tam magnū vigorē rōnis, quantū habet vir, quod patet à signo, quia illa seducta fuit, iste uerò non: vnde & cum gubernatio domus vigenti magis ratione debeatur, ꝙ alteri; viro talis gubernatio debetur, non autem vxori. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto pares, vel dispares in matrimonio coniuges insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. 2 3

A P-

---

SVPER Q. XCV. Aliàs 64. Art. IIII.

Concl. Non potest vnus absque cōsensu alterius continentiā vouere, & si uouerit peccat, & non debet seruare votum, sed agere pœnitentiam de uoto male facto.

266

¶ Exam. Ly non potest uouere absque consensu &c. Et ly non debet seruare uotum. Inquantum scilicet de alieno, non inquantum est de suo emissum. Nam formaliter hoc est secūdum contextus requisitionē, loquitur sanctus Doctor. Vnde probabit conclusionem per hoc, quòd quis non potest promittere id, quod est alienum. Quando igitur nō est alienum, puta exigere, non cadit sub conclusione.

*art præc. corp.

¶ Ly de voto malè facto. Inquantum scilicet de alieno factum est. Sic enim est male factū secūdum omnes; licet secundum quosdam sit et male factum quantum est ex parte ipsius uouentis. Vnde secundum primos non est male factum, si vir uoueat continentiam, quantum est ex parte sui tantum: licet secundum vltimos neque quantum est ex parte sui, neque absolutè possit vouere continētiam. Vide in ad tertium.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum vir & vxor possint emittere votum contra debitum matrimonii sine mutuo consensu.*

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd vir, & vxor possint votum emittere contra debitum mřimonii sine mutuo cōsensu. Vir enim, & vxor ęqualiter obligantur ad debiti solutionem, vt dictum * est, sed licitum est viro etiam vxore prohibente accipere crucem in subsidium Terræ sanctę; ergo etiam hoc licitum est vxori: & ideo cum per votum redditio debiti impediatur, potest alter coniugum sine cōsensu alterius votum prædictum emittere.

¶ 2 Præterea. Non est expectandus in aliquo voto cōsensus alicuius, qui non potest sine peccato dissentire, quin alter coniugum continentiam voueat, vel simpliciter, vel ad tēpus, quia impedire profectum spiritualem, est peccatum in Spiritumsanctum: ergo vnus potest votum continentiæ simpliciter, vel ad tempus sine consensu alterius vouere.

¶ 3 Præterea. Sicut in actu matrimoniali requiritur debiti redditio, ita debiti petitio: sed vnus potest sine consensu alterius vouere, ut debitum non petat, cum in hoc sit suæ potestatis: ergo pari ratione quòd debitum non reddat.

¶ 4 Præte. Nullus potest ex præcepto superioris cogi ad id, quod non liceret sibi simpliciter vouere, & facere, quia in illicitis nō est obedientium: sed prælatus superior posset præcipere viro, vt vxori ad tempus debitum non redderet, occupando eum in aliquo * seruitio: ergo hoc etiam ipse posset facere, & vouere, per quod ad debiti redditionem impediretur.

Sed contra est, quod dicitur primæ Corin. 7. Ne fraudetis vos inuicem, nisi ex communi consensu ad tempus, vt vacetis orationi.

¶ Præte. † Nullus potest facere votum de alieno; sed vir non habet potestatem sui corporis, sed vxor: * ergo sine eius consensu non potest votum continentiæ facere, vel uouere simpliciter, vel ad tempus.

Respon. Dicendum, quòd * vouere voluntatis est, vt etiam ipsum nomen ostendit, vnde de illis tātum bonis potest esse votum, quæ nostræ subiacent voluntati, qualia non sunt ea, in quibus vnus alteri tenetur; & ideo in talibus non potest aliquis votum emittere sine consensu eius, cui tenetur; vnde, cum coniuges sibi inuicem teneātur in redditione debiti, per quam continentia impeditur, non potest vnus absque consensu alterius continentiam vouere, & si uouerit peccat, & non debet seruare votum, sed agere pęnitentiam de uoto male facto.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ satis probabile est, quòd uxor * debeat velle continere ad tēpus subueniendo necessitati Ecclesiæ generalis, & ideo in fauorem negotii pro quo crux sibi datur, institutum est, tium. Tamen ad primorum magis opinionem declinat sāctus Doctor, tanquàm absolutè probabiliorem: vt patet ex Alexand. III. de cōuer. coniug. quidā intrauit. Promisit (inquit) se nō exigere debitum, quod in eius potestate erat; & ideo, quò ad hoc, votum tenuit. Non reddere autem non erat in eius, sed mulieris potestate. Vnde intelligas; quòd quātum ad hoc, votum non tenuit.

* Al. officio.

† August. episto. 45. in fine.

* 1. Cor. 7.

¶ Prob. Quia de illis tantum bonis potest esse votum, quæ nostræ subiacēt voluntati, non autem de his, in quibus vnus alteri tenetur, absque cōsensu eius: & continentia coniugum annumeratur inter ea, in quibus vnus alteri tenetur.

* 2. 2. q. 88. art. 1.

¶ Coroll. Absolutè ergo loquendo continere non subiacet voluntati cuiusuis coniugum, puta vxoris non est ista facultas, neque iterum viri. Intellige, quo ad reddere debitum, non quo ad exigere, quod confirma ex Alexandro suprà.

1m minor. Licitū est uiro, etiam vxore prohibente, accipere crucem in subsidium Terrę sanctæ. ℞. Si intentio viri sit subuenire necessitati Ecclesiæ ĝnalis. §. Tunc nihil

* Al. velit.

nihil &c. Nam illa prohibitio vxoris habetur pro irrationabili in casu illo; vt patet in principio textus: & debitum coniugale non omninò subtrahitur per hoc uxori, vt ibid.

¶ COROLL. Irrationabilis ergo habetur prohibitio illa vxoris, & ex parte hac, magis negotijs fidei fauere deberet, q̃ sibiipsi, & ex parte etiā suupsius, q̄a posset sequi virum. Adde, q̄ vxor in corpore viri potestatē habitam limitando declarare potes: non tñ per exemplum hic datū de feudo, sed ēt per dicta in ad quartū.

¶ NOT. Confirmatur hæc doctrina de uoto ex Innocentij III. decreto sic. In sancta necessitate populi Chr̄iani, ne Terræ sanctæ impediatur subsidium; viri præter uxorum assensum, huius peregrinationis propositū vouere liberè ualent, & quod nouerint, liberè adimplere: vt autem assentiant, sunt attentius admonendæ. Hæc ibi, cap. ex multa.

Itē illatio cōclusionis. Ergo &c. ℟. Negatur illatio. §. Non enim est simile de vxore ad virum in hoc propter multiplicem rationem sicut de viro, quia cum vir debeat regere &c. vt in tex. respon. secundi ly nec est simile de vxore.

2^m de antecedente. Non potest sine peccato dissentire. ℟. Negatur hoc. §. Nam alter coniugum dissentiens non dissentit, vt bonum continentiæ impediat, quod esset peccatum (vt arguitur), sed &c. vt in textu.

3^m de maiori. Ita. ℟. Quantum ad requisitionē vtriusq; : non, quantum ad ius proprium in illis, requisitis habitū. §. Tunc nihil &c. Nam circa hoc est duplex opinio, vt in textu: & primam opinionem in prædicto responso sequimur.

¶ NOT. Quod S. Thomas secundam opinionem in tex. recitatam probabiliorē dicat, est: quia nunc considerat illam abstrahendo ab hoc, quod teneatur re uera vterq; coniugū sibi inuicem ēt interpretatiue solum petenti reddere debitum. Loquitur. n. s̄m opinionem istorum: quorū credulitas erat, q̄ coniuges ad alterutrū non tenebantur, nisi debitū peteretur verbis expresse: cæterum quia iuxta propriā opinionem ad istud onus alleuiandum, de quo in textu præsenti instantia affertur, dixi suprà q. 53. ar. 1. ad quartum. q̄ etiā interpretatiue petenti debitū reddere debet coniunx, ideo instantia hic allata de illo onere cū ista limitatione non tenet, & consequēter prima opinio redditur probabilior iuncta (vt dixi) limitatione eiusdem Doctoris prædicta. Si verò absq; limitatione illa sumatur hæc secunda opinio, probabilior restat propter rationem hic annexam: & in hoc sensu loquitur author. Absolute igitur prima opinio, & est probabilior, & ad ipsam magis declinat S. Tho. vt ex qōnis citatæ loco patet; maximè quia ibi in fi. soluit rationē opinionis huius secundæ per ly sed si rectè inspiciatur, hoc est exigere interpretatiue.

4^m minor. Prælatus superior posset præcipere viro, vt vxori ad tempus debitum non redderet. ℟. Negatur ista. §. Non enim prælati imperium fertur super hoc, sed super obligationem obedientiæ debitæ sibi à viro ad exequendum aliquid, vt ex textu colligatur. Tunc nihil &c. vt patet.

¶ NOT. Nec potest mulier ex hoc iuste lamentari, neque virum de iniustitia accusare: quoniam ab ipsa tunc non tollitur: quod suum est. Nā sicut mulier accipit potestatē in corpore viri, saluo hoc &c. vt in principio responsi huius quarti. Ex quo vides: quot limitationibus circumcingitur potestas coniugalis data ipsis cōiugibus in alterutrius corpore. Pro hoc & vide artic. 1. & 2.

q̄ vir possit absque consensu vxoris crucem accipere, sicut etiā posset domino suo terreno, à quo feudū tenet, absque eius consensu militare: nec tamē omnino subtrahitur vxori ius suum, quia vxor potest eum sequi: nec est simile de uxore ad uirū, quia cum uir debeat regere uxorē, & non econuerso, magis tenetur uxor sequi virum quàm econuerso, & præterea uxor cum maiori periculo castitatis discurreret per terras quàm vir, & cū minori Ecclesiæ vtilitate: & ideo uxor non potest hoc uotum facere sine viri consensu.

AD SECVNDVM dicendum, quòd alter coniugum dissentiens uoto continentiæ alterius non peccat; quia non dissentit ut bonum illius impediat, sed ne sibi iudicium generetur.

AD TERTIVM dicēdum, quòd circa hoc est duplex opinio, quidam enim dicunt, quòd unus absque consensu alterius potest uouere, q̄ non petat debitū, non autem quòd non reddat, quia in primo vterque est sui iuris, sed non in secundo. Sed quia si alter nunquam peteret debitum, ex hoc alteri matrimonium onerosum redderetur, dum oporteret vnū onus semper debitum petendi subire. Et ideo alii probabilius dicunt, quòd neutrum potest unus sine consensu alterius uouere.

AD QVARTVM dicendum, q̄ sicut mulier accipit potestatem in corpore uiri, saluo hoc, in quo vir tenetur corpori suo, ita etiam saluo hoc in quo tenetur alii domino: & ideo sicut uxor non potest debitum petere à uiro contra salutem sui corporis, ita nec ad impediendum hoc in quo domino tenetur; sed * propter hoc non potest dominus prohibere quin debitum reddat.

* q. 51. art. 2. ad 3.

A P-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccl. S. Dei.

EX art. habes primò; quomodo per rationem interimas errorē Abelloniorū dicentium: q̄ coniugia sunt contemnēda sub prætextu superstitiosæ continentiæ. Ratione. n. demonstratur: q̄ propter continentiā seruandam, etiā votiuam, non debent se inuicem fraudare coniuges à debito reddendo: id quod esset contemnere coniugium iam contractū propter votum. Vnde si prætextu veri, non superstitiosi voti, contemnendū non est coniugiū: à fortiori, i. multò magis, vtique non est contemnendum prætextu superstitioso. Item errorē Vigilantij, qui continentiam damnabat. Tantum. n. distat ab eo, quòd possit damnari continentia; vt etiā cōiuges ex mutuo consensu continentiam laudabiliter vouere possint, vel vnus ex cōsensu alterius, secundū q̄ præsens art. ratione demōstrat. Item errorē Caluinistarum dicentium: vouere nihil posse Deo, nisi quod ab eo præceptū est. Ecce. n. articuli ratio contra directè militat per hoc; q̄ vouere continentiā posse coniuges ex consensu dicit. Nam hoc, de quo tunc vouent coniuges, neq; absolutè, neque coniugib. ipsis, præceptum est. Secundò habes, q̄uo per rationē ostendas errores prædictos damnari à 1. Cor. 7. vbi coniuges de debito sibi inuicē reddendo alloquens Ap̄ls inquit: Nolite fraudare inuicē, nisi forte ex consensu ad tempus, & iterū reuertimini in idipsum; ne tentet vos Sathanas p̄p incontinentiā vestrā. Hæc ibi contra Abellonios. Itē ibid. Bonū est homini mulierē non tangere. Itē: Volo aūt vos sine solicitudine esse. Qui sine uxore est, solicitus est, quæ d̄ni sunt. Et mulier innupta & virgo cogitat, vt sit sancta corpore & spiritu. Porrò hoc ad utilitatē uestram dico. Itē: Qui matrimonio iungit uirginem suā, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Hæc ibi omnia cōtra Vigilantium. Itē contra eundem Matt. 19. Vbi discipulis dicētibus, q̄ si sic est causa cū uxore, nō expedit nubere, monstrauit D̄ns id, quod absolutè expedit magis subdens: Sunt eunuchi, qui se castrauerunt p̄p regnū cęlorum. Vbi sumit ly castrauerūt quò ad actū ipsorum genitaliū, non quò ad membra ipsa, vt exponūt sancti. Quasi dixerit: Sunt, qui continentiā seruare proposuerunt; vt regnū cęlorū expeditius adipiscantur. Item à Papa Innoc. III. Licet uniuersis liberū sit arbitrium in vouendo; vsqueadeo tñ solutio necessaria est post votū, ut sine proprio salutis dispēdio alicui non liceat resilire &c. Hæc ille: de uot. & uot. redēp. Ecce ergo: q̄ per ly liberum sit arbitriū contra Caluinistas votum posse fieri etiā de rebus non præceptis approbat, & per consequens eodē tenore illos condemnat. Tertiò habes: q̄uo per rationē ostendas: meritò insinuatū à Conc. apud Cōpendium, q̄ ex consensu tm̄ possunt vouere coniuges cōtinentiam. Mulier, si sine licentia mariti sui uelū in capite miserit; si uiro placuerit, recipiet eā iterum ad cōiugium. Item illud 33. q. 5. Item à Conc. Rhemensi ibid. Qui uxorē suā uelare permiserit, aliam non accipiat; sed similiter conuertatur. Hæc ibi. Item à Papa Alexandro II. ibid. Notificasti &c. Non uiolenta, sed ex pari voluntate & consensu (sicut sancti Patres dicunt) hoc fieri debet, neque uir monasterium eligere, aut professa continentia habitum cum festinatione debet mutare. Hæc ille. Vbi loquitur de coniugatis quo ad uouere: vt patet in contex. Quartò habes: quomodo per rationē prædicta Patrum, & scripturarum, pro quanto cōiuges vouere continentiam posse ex mutuo tantum consensu insinuāt, & intelligas, & probes, & tuearis. Quintò uides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc, & declarēt, & consolidetur.

(Marginal numbers: 2. 3. 4. 5.)

---

SVPER Q. XCV. Aliàs 64. Art. v.

267

COncl. In diebus, in quibus spiritualib. præcipue est uacādum, nō licet petere debitū.

¶ PROB. Quia actus matrimonialis hominē reddit ineptum ad spiritualia (cum rationem deprimat propter carnalem delectationem).

¶ NOT. Confirmatur dictum probationis ex Apostolo 1. Cor. 7. dicente; q̄ suum consiliū, quo eos hortatur ad urgen-

Impedimētū ad diuina licitum aliqđ etiā præstat.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum in diebus sacris impediatur petitio debiti.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd temporibus sacris nō debeat aliquis impediri, quin debitum petat. Tunc enim est subueniendum morbo, quando inualescit: sed possibile est, quòd in die festo inualescat concupiscentia: ergo tūc debet ei subueniri per debiti petitionem.

¶ 2 Præterea. Non est alia ratio qua-

uendum sine coniugio, est inductio ad id; quod facultatem præbet sine impedimento Dominum obsecrandi. Manifeste enim per hoc innuit; quòd viuere cum vxore, & multò magis de recenti ab actu carnali vxorio venire, præbet impedimentũ obsecrationi, idest (vniuersaliter loquendo) reddit hominem ineptũ ad diuina exequenda. Vide hinc: sapientissimè statutũ fuisse ab Ecclesia: vt clerici Latini continentiam seruent; & vt hoc securius, diligẽtius, vtiliusq́; adimpleãt, de continentia seruãda votum emittant. Consequenter ergo perpendas hinc: quanta ratione condemnentur meritò & Ioannes Vuestphalus dicens, quòd cõtinentiæ clericorum legem instituẽdi nulla est rationabilis causa; & Vigilantius, qui continentiam damnat. Contra Vuestphalum vide etiam quæst. 53. artic. 3. appen. contra Vigilantium, quæst. huius artic. 4. append.

*Errores multipliciter dãnati.*

re non sit petendum debitum in diebus festiuis, nisi quia sunt orationi deputati: sed in illis diebus sunt horæ determinatæ orationi: ergo aliis horis licebit debitum petere.

SED CONTRA. Sicut aliqua loca sunt sacra, quia deputata sunt sacris, ita aliqua tempora sunt sacra propter eandem rationem: sed in loco sacro, non licet petere debitum: ergo nec in tempore sacro.

RESPON. Dicendum, quòd actus matrimonialis quãuis culpa careat, tamen quia rationem deprimit propter carnalem delectationẽ, hominem reddit ineptum ad spiritualia, & ideo in diebus, in quibus spiritualibus præcipuè est vacandum, non licet petere debitum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tempore illo possunt alia adhiberi ad concupiscentiam reprimendam; sicut oratio, & multa huiusmodi, quæ adhibentur etiam illis, qui perpetuò continent.

AD SECVNDVM dicendum, quòd quamuis non teneatur omnibus horis orare, tamen tenetur tota die se conseruare idoneum ad orandum.

AR-

1m de maiori. Tunc est subueniendum. ℞. Cõuenienti, pro illo tunc, subuentione: non, pro illo tunc inconuenienti. §. Tunc nihil &c. Nam pro tempore illo petere debitum non est subuentio conueniens: sed conuenienter possunt alia adhiberi ad &c. vt in textu.

¶ NOT. Etiam in scientia medica determinantur tempora quidam ad hoc, vt medicinæ tunc conuenienter, & sine periculo dentur: quas si alio tempore prohibito dare quis voluerit, incompetens medicus iudicabitur, & in artem illam peccare dicetur, & minus proficiet ad infirmi salutem. Applica tu hoc non ad redditionem; sed ad petitionem debiti, qua quis coniugum subuenire sibi, tanquàm infirmo pro remedio vult.

*Exemplũ ꝑ facili capcu huius.*

2m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Quãuis enim sint in diebus festiuis horæ determinatæ orationi (vt arguitur), & consequenter homo non teneatur omnibus horis orare &c. vt in textu.

¶ COROLL. Ergo ex tex. isto ad literam elicias intellectum illius præcepti, Exo. 20. Memento, vt diẽ sabbati sanctifices (per sabbatũ th in noua lege, Dominicos dies, omnesq́; alios festiuos intellige): inquantũ ly sanctifices, dicit vacationem ad diuina. Ad hoc. n. tanquàm ad finem, ordinatur cessatio ab operibus seruilibus; nõ vt maneamus ociosi (absit), sed vt vacemus liberius diuinis. Dices igitur, eliciẽdo, sic. Sabbata sanctifices. Hoc est. Ita uacare diuinis in die festiua debes: vt etiam teneri te scias, & re uera tenearis, conseruare te tota illa die idoneum ad orandum. Ecce intellectus ad literam.

*Quomodo intelligatur ly sabbata sanctifices,*

¶ NOT. Argumentum factum in contrarium intellige non ẽm paritatem, sed ẽm similitudinem quandam, concludere, i. inferre quidem ꝙ peccatum sit vtrobique, s. & loco, & in tempore sacro postulare debitum; sed non inferre, ꝙ tam magnum peccatũ sit in tempore sicut in loco, sicut nec tam paruum in loco quemadmodũ in tempore illo. Non. n. intendit nunc (vt patet ex textu) concludere aliud. D. Thomas, nisi ꝙ petitio debiti in tempore sacro sit peccatum: & hoc concludit optimè ex eo, ꝙ locus & tempus conueniunt in esse sacro, & in loco ipso exigere non licet sine peccato. Quale autem peccatum sit hoc respectu temporis, an videlicet ueniale, aut mortale; non nunc, sed art. 6. determinare vult. Non licet igitur ex tex. hoc deducere uelle, tanquàm uerum, ꝙ exigere debitũ in loco sacro sit veniale peccatũ solũmodo, sicuti est de exigere in tẽpore, quoniã & contra intentionẽ authoris extorqueres nimis suæ literæ sensum, & falsissimum diceres. Nam actus locum sacrum polluens non põt ibi fieri sine peccato magno. Cùm ergo omnis voluntaria effusio seminis humani polluat locũ sacrum (vt ex iuribus, & Doctoribus, & ipsamet iniuria sacri loci constat), sicut & omnis effusio sanguinis ibi facta, etiã si iusta sit, atque à iudice, sequitur apertissimè, ꝙ talis exactio non potest ibi fieri sine peccato magno, quod iure sacrilegiũ dicitur. Hoc autem adeo uerum est: vt etiam obsidionis tẽpore committeretur sacrilegium utendo matrimonio in Ecclesia non solum in exigendo, sed & in reddendo; quoniam potestatem in corpora sua vicissim non habent coniuges, nisi salua debita honestate, quæ in talibus rebus exigitur, art. 7. corp. Nec est inconueniens, nec tanquã de absurdo mirandum, ꝙ coniuges teneantur ad castitatem ex penuria loci: cùm in multis casibus hoc contingat, puta, si alter incidatur, si alter ve sit iustis de causis absens per multos annos (vt in ad primum & quartum hic tangitur; & à Papa Innoc. III. de diuor. quanto te). Si ergo ex aliquo euentu, puta ex incisione alterius, tenentur ad castitatem perpetuam coniuges, sub pęna peccati mortalis, si contra hanc obligationem faciant: quid mirum, si ex penuria loci teneantur ad temporariam? Vide q. 62. art. 5. ad primum.

*Coniuges qñque ad cõtinentiã perpetuam tenentur.*

AP-

APPENDIX.

EX art. habes primò; quomodo per rationẽ interimas, à fortiori, errorem Nicolaitarum, & Monasterien. (Prat. Communia habentes) ad inuicem promiscuè indiscriminatim dicentium; concupiscit spiritus meus carnẽ tuam, veni itaque faciamus mirabilia. Si. n. nec coniugatis licitum est, quãuis concupiscentia stimulet, petere debitum tpe festiuo aliàs honestum, (vt pñsens ar. mõstrat): multò vtique minus licebit cõmuniter quamcũque, & quocũque tempore, ad rem venereã inuitare, vt prædicti verbis illis faciũt; etiã si ad id cõcupiscentia stimulet. Itẽ errorẽ Pseudoapostolorum (vt refert Card. Turrecre. de Eccl. lib. 4. p. 2. c. 37.) dicentium: ꝙ quilibet vir & mulier nudi possunt absq; peccato iacere in eodẽ lecto, tãgere se mutuò in omni sui parte, & osculari se inuicem, & coniungere ventrem ventri, si sit carnis stimulus; vt cesset tentatio. Si enim ad stimulũ carnis refrenandum, non licere coniugatis petere debitum tempore sacro, monstrat articulus præsens: per hoc idem utique multò magis declarat, quòd non coniugatis ad carnis stimulum tollendum non licet illa brutalia facere. Item errorem Begardorum & Beguinarum & Pauperum de Lugduno, (vt refertur in prima par. q. 81. art. 2. appen. vbi & damnatur) dicentium: Coitum carnalem, vrente carnis libidine, quemcumque non esse peccatum. Si. n. ad &c. vt nunc suprà. Item errorem ipsorummet Pauperũ (vt refertur suprà q. 41. art. 2. vbi & damnatur) dicentium; quòd libidini satisfacere in quolibet actu turpi melius est, quàm intus in corde tentari. Si enim ad stimulum &c. vt nunc suprà. Item errorem cuiusdam Picardi (vt refertur suprà q. 54. art. 3. vbi & damnatur) dicentis: connubia permixta, seu promiscua urente carnis libidine, esse permittenda. Si enim ad stimulum carnis &c. vt nunc suprà.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas prædictos errores merito damnari Roman. 3. Non sunt facienda mala, vt ueniant bona. Siue, Sicut aiunt quidam nos dicere, faciamus mala, vt ueniãt bona: quorum damnatio iusta est. Hæc ibi. Vbi aperte monstratur: quòd ad tentationem propulsandam non sunt facienda mala; contra supradictos. Item à Matth. 5. Omnis, qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Vbi nota quòd ly viderit, accipitur communiter pro omni sensu, & etiam cogitatione; ita quòd & uidens, & audiens, & cogitans, mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est &c. Hinc damnantur cogitationes morosæ, & à fortiori supradicta errorum brutalia. Item à Papa Honorio IIII. in extrauag. Olim fœlicis recordationis, in qua damnat sectam Pseudoapostolorum; & consequenter omnes eorum errores. Nam teste Augustino (vt alibi annotatum est) quorum damnantur authores, quomodo eorũ possunt capitula recipi? Extrauagans illa Honorij ponitur in Director. Inquisit. 2. par. q. 12. Nota: quòd principales Pseudoapostolorũ tẽpore Bonifacij VIII. combusti fuerunt, scilicet Gherardus, Dulcinus, & Margarita, tanquàm hæretici: & finaliter pro maiori parte cum magna diligentia Prælatorum Lombardiæ, & Inquisitorum ordinis Prædicatorũ contra hæreticã prauitatem secta Pseudoapostolorũ ipsorum fuit extirpata ex Lombardia, etiã congregato exercitu magno insignito crucis signaculo, & indulgentia generali collata per Papam Clementem V.

*Ordo Fratrum Prędicatorum cõtra hæreticos, & pro S. Ecclesia plurimum vigil.*

3 Tertiò habes; quomodo per rationẽ ostendas; meritò insinuatũ fuisse à 33. q. 4. ꝙ tempore festiuo impeditur petitio debiti: & sic. Quotiescũque dies Natalis Domini, aut reliquæ festiuitates aduenerint, à proprijs etiam uxoribus abstinere debemus. Hæc ibi. Item ibid. Si causa procreandorũ filiorum ducitur vxor, non multũ tempus concessum videtur ad ipsum vsum: quia & dies festi, & dies processionis, & ipsa ratio conceptus, & partus, cessare vsum carnis debere his temporibus demonstrant. Hæc ibi. Item ibidem. Christiano cum uxore sua aliquando conuenire licet, aliquando non licet. Propter processionis enim dies, & ieiunorum, aliquando non licet conuenire: quia à licitis etiam abstinendum est ad tempus, vt facilius impetrari possit, quod postulatur. Vnde Apostolus ait, Ex consensu abstinendum est ad tempus: vt expeditius uacetis orationi. Hæc ibi. Vbi ex ratione huius decreti reddita ostẽditur, quòd multò magis tempore festiuo abstinendum est.

4 Quartò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & Patrum, pro quanto sacros dies impedire petitionem debiti insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis.

5 Quintò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina & declaretur, & consolidetur.

SVPER

SVPER QVAEST. XCV. Aliàs 64. Art. vi.

Conc. Non peccat mortaliter vxor vel vir, si in die festo debitum petat: sed tamen grauius est peccatum, si sola delectationis causa petatur, quàm si propter timorem, quo quis sibi cauet de lubrico carnis, debitum petat.

¶ Prob. Quia debitum petere in die festiuo, non potest aggrauare in infinitum (cum non trahat in aliam speciem).

268 * lib. 1. c. 9. nó procul à princ.

¶ Exam. Ly in speciem. Scilicet moris. De specie enim tali loquimur; non de specie naturæ: eo modo, quo fornicatio trahit in aliam speciem ab adulterio; quia licet eiusdem speciei naturalis, sint ut patet, tamen aliam speciem moris constituit, quę vocatur fornicatio.

¶ Ly in infinitum. Hæc grauatio fit per auersionem à bono infinito. Adeò quòd; vbi non est ista auersio, licet sit conuersio ad bonum finitum, non potest esse aggrauatio in infinitum. Tãtum enim aggrauatur peccatum, quanta est offensa, & tanta offensa, quanta est dignitas personæ, à qua per offensam receditur. Vnde aggrauatio in infinitum, offensa infinita, auersio à Deo, & peccatum mortale idem sunt: sicuti e contra aggrauatio non in infinitum, offensa finita, non auersio à Deo cum inordinata conuersione ad creaturam, & peccatum veniale, sunt idem.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum petens debitum in tempore sacro, mortaliter peccet.*

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd petens in tempore sacro mortaliter peccet. Gregorius * enim dicit in primo Dialog. quòd mulier, quæ in nocte cognita est à viro, mane ad processionem veniens, à diabolo est arrepta: sed hoc non esset nisi mortaliter peccasset: ergo &c.

¶ 2 Prçterea. Quicumque facit contra præceptum diuinum, mortaliter peccat. sed Dominus præcipit Exodi 19. Nolite appropinquare vxoribus uestris, quando scilicet erant legẽ accepturi: ergo multo magis peccant mortaliter, si tempore quo sacris * nouæ legis intendendum est, cum vxoribus viri commisceantur.

* Al sacramentis.

Sed contra. Nulla circunstantia aggrauat in infinitum: sed indebitum tempus est circunstantia quædam: ergo non aggrauat in infinitum, vt faciat mortale, quòd aliàs esset veniale.

Respon. Dicendum, quòd debitum petere in die festiuo, non est circunstantia trahens in aliam speciem peccati, vnde non potest in infinitum aggrauare, & ideo non peccat mortaliter vxor, vel vir, si in die festo debitum petat; sed tamen grauius est peccatum, si sola delectationis causa petatur, quàm si propter timorem, quo quis sibi * cauet de lubrico carnis debitum petat.

Ad primum ergo dicendum, quòd non fuit punita mulier illa pro pter hoc quòd debitum reddidit: sed quia postmodum se temerè ad diuina ingessit contra conscientiam.

Ad secundum dicendum, quòd ex authoritate illa non potest probari, quòd sit peccatum mortale, sed quòd sit incongruum. Multa enim ad * munditiam carnis pertinentia exigebantur de necessitate præcepti in veteri lege, quæ carnalibus dabatur, quæ in noua lege non exiguntur, quæ est lex spiritus.

* Al timet.

* Al. émundationem. Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

1^m de maiori. Nisi mortaliter peccasset. ℞. Vel nisi contra conscientiam fecisset §. Tunc &c. Nam, primum est falsum, secundum autem verum: & consequenter peccatũ mortale illius mulieris non consistebat in hoc, quod cognita est à viro; sed in hoc, quod contra conscientiam fecit, vt in textu.

¶ Not. Contra conscientiam agere, peccatum mortale dicitur esse in tex. Et meritò. Nam fundamentũ huius est; ꝙ peccatum est voluntarium. Quando igitur ratio, quæ præcedit voluntatẽ apprehendit aliquod esse contra legem Dei, licet aliquando non esset, & voluntas amplectitur illud sic intellectum: tunc formaliter loquendo facit contra legẽ Dei, licet non materialiter; & e contra. Dato enim ꝙ aliquid reuera sit contra legẽ Dei, si tamen intellectus per ignorantiã totaliter excusantem appręhendat illud non esse contra legẽ Dei: tunc volũtas amplectens illud sic apprehẽsum formaliter nõ peccat, licet materialiter sit peccatum. Vnde dicebat B. August. ꝙ peccatum non est peccatum nisi sit voluntarium. Ita ꝙ, secundũ illud, aliquod est fm se peccatum, quod alicui non imputatur in peccatũ: vt suprà. Exemplum primi: vt colligens festucam de terra perseuerante conscientia, ꝙ talis actus sit peccatũ mortale. Exemplum secundi: vt Iacob cognouit Liam non suam; quam inuincibili ignorantia credebat esse Rachelem vxorem suam. Credidit itaque mulier adducta in textu: ꝙ cognitam se fuisse à viro tempore illo sacro, fuisset peccatũ mortale, & tali conscientia perseuerãte ingessit se diuinis, i. processioni illi: & ideò dr in litera, ꝙ fecit contra conscientiam & temere, idest contra conscientiam quamuis erroneam. Non enim peccatum mortale euadit qui sequitur conscientiam erroneam ad mortale ligantem. Pro quo vide 1. 2. q. 19. art. 5. & 6.

Conscientia ẽt erronea ligat.

2^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negat illatio. §. Non enim ex illa auctoritate Exodi potest probari, ꝙ appropinquare vxoribus suis sit nunc peccatum mortale, sed &c. vt in textu.

¶ Not. Iuxta capacitatem salutarem recipientium moderari conuenit Doctorem verba, & leges suas; ideoque dicitur in textu, quod carnalibus populis conuenienter multa necessario exigebantur ad munditiam carnis pertinentia, quæ nunc non sic exiguntur pro viris spiritualibus, quibus datus lex noua.

### APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per ratio nẽ à fortiori interimas hæresim Catharorũ (vt refert Card. Turrecremata de Ecclesia, lib. 4. cap. 35.) dicentiũ; quòd matrimonium carnale est peccatum mortale. Per hoc enim, quòd articulus monstrat, non esse mortale reddere debitum coniugibus in festo, patet, quòd multo magis non est peccatum mortale ipsum coniugium, neque vti actu coniugali absolute, i. in alio tempore.

2 Secundò habes, quomodo per rationem à fortiori demonstres, illam meritò damnari à 1. Timot. 5. Volo autem iuniores nubere, filios procreare, matresfamiliàs esse. Ecce ab Apostolo persuasus & contractus matrimonij, & actus eius carnalis, sine quo vtique non possunt procreari filij: quem tamen Apostolum constat, nunquam suasurum fuisse, si esset mortale peccatum. Per hoc ergo, quòd matrimonium, eiusque carnalem actum probat, Catharorum hęresim apertissimè damnat. Item à &c. vt quæst. 41. art. 3. & q. 42. artic. 3. Item à &c. vt in 1. par. q. 72. Item à Gen. 1. Crescite, & multiplicamini. Scimus autem, Deum non posse negare seipsum, 2. Timot. 2. quod esset si approbaret, vel etiã (quod peius est) iuberet peccatũ.

3 Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas, meritò à locis 33. q. 4. in appendice articuli quinti citatis insinuatum fuisse, ꝙ huiusmodi petitio non est mortale peccatum. Vt enim ibi patet illa decreta non adducunt pro ratione talis abstinentiæ, nisi ly expeditius vacare orationi, & ly vt facilius impetrari possit, quod postulatur: quæ non inferunt, vt patet, peccatum mortale in non abstinente tunc à secundum se licitis, i. à petitione debiti.

4 Quartò habes: quomodo per rationem prædicta ibi Patrum, pro quanto talem tunc petitionem non esse mortalem insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis.

5 Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. XCV. Aliàs 64. Art. vii.

Conc. Tenetur vnus alteri debitũ reddere quocũque tempore, & quacũque hora, salua debita honestate, quæ in talibus exigitur.

269

¶ Exam. Ly quocũque tempore. Non dicit quocumque loco. Nam multum interest inter hæc duo, cùm locus sacer semper dicat directam contrarietatem ad actum venereum, ita ꝙ mortale peccatũ incurratur ab vtroque coniugum tam petẽte quàm reddente: vt notatũ est suprà art. 5. not. post ad secundum. Adde, ꝙ hoc in dicto Papæ Gregorij IX. fundatur, de con secr. eccl. vel alta. si ecclesia non cõsecrata, cuiuscũque fuerit semine polluta, aqua protinus exorcizata lauetur: nè diuinæ laudis organa sic spendantur. Hæc ibi. Vbi

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum unus coniunx teneatur alteri debitum reddere in tempore festiuo.*

AD septimum sic proceditur. Videtur quòd etiam non tenetur tempore festiuo reddere; Quia peccantes, & consentientes pariter puniuntur, vt patet Rom. primo: sed ille, qui reddit debitum, consentit petenti, q. peccat: ergo & ipse peccat.

¶ 3 Præterea. Ex præcepto affirmatiuo obligamur ad orandum, & ita ad aliquod tempus determinatum: ergo pro tempore illo, in quo quis orare tenetur, reddere debitum non debet, sicut nec eo tempore, quo tenetur temporali domino ad speciale obsequium.

Sed contra est, quod dicitur 1. Corinth. 7. Nolite fraudare inuicem, nisi communi consensu ad tempus &c. ergo quando petit, reddendum est ei.

Resp. Dicendum, quòd cum mu-

Vbi nota ly cuinſcumque ſemine,& ly non conſecrata: & vide Papam in primo comprehendere etiam cōiuges, in ſecundo Eccleſias etiam non conſecratas. Nota quoque gloſſam ibi dicere: quod tales ſunt ſacrilegi, licet locus adhuc conſecratus non ſit. Vide ibi loca citata ab ea Ergo abſque dubio ſacrilegi magis habendi ſunt; ſi locus ſit conſecratus.

lier habeat poteſtatē in corpore viri, quantū ad actum generationis ſpectat, tenetur vnus alteri † debitū reddere quocūq; tempore, & quacūque hora, ſalua debita honeſtate, quæ in talibus exigitur, quia non oportet ꝙ ſtatim in publico reddat debitum.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ iſte quantum in ſe, non conſentit: ſed ad id, quod ab eo exigitur inuitus,& cum dolore reddit,& ideo non peccat. Hoc enim eſt propter lubricum carnis diuinitus ordinatum, vt ſemper petenti debitum reddatur; ne aliqua occaſio peccandi detur.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ non eſt aliqua hora determinata ad orandum, quin poſſit recompenſari in aliis horis; & ideo obiectio non cogit.

¶ Ly ſalua debita honeſtate &c. Hæc honeſtas comprehendit etiā honeſtatem loci, quamuis nō ſacri: vt ex probatione textuali colligit.

¶ Prob. primò: Quia vnuſquiſque coniugum habet poteſtatē mutuā in corpore alterius quātum ad actū generationis ſpectat (patet ex ſuprà): Secunda autem pars, ſ. ſalua &c. probatur: Quia non oportet, quòd in publico reddat debitum (patet ex dictamine rationis).

* Decret. 33.q.5.ca. Si dicat vir.

¶ Exam. Ly cum mulier habeat poteſtatem &c. Illud quod de muliere dicit, intelligit viciſſim de uiro. Et ideo in antecedente formalis probationis primæ partis hoc non expreſſum eſt.

¶ Ly quantum ad actum generationis. Ad ſignificandum: ꝙ coniuges non habent mutuam poteſtatem in corpore extra illud, quod ſpectat ad actum generationis. Non ergo poteſt vir abuti vxore ſua neque extra vas naturale, neque extra modū à natura ordinatum, quicumque ſit ille modus. Et quod de viro dicitur reſpectu vxoris, cointellige de vxore reſpectu viri. Adeò quòd vterque peccat, ſi extra illud, quod ad actum generationis ſpectat, poteſtatem exerceat in alterum, vel conſentiat exerceri. Per hoc etiam intellige à ſancto Thoma damnari omnes pollutiones coniugum, & pericula volita, vel quaſi volita (quod eſt, quando non curant ſi eueniat pollutio ſæpè experta euenire ex talibus occaſionibus, puta oſculis, tactibus &c) quæ extra actum generationis fiunt.

¶ Ly non oportet. Hoc minus dicit ſignificans plus Quaſi dixerit, Oportet, quòd non reddat debitum in publico. Si enim hoc verum eſt (ſicuti eſt), etiam vtique verum illud minus, ſcilicet ꝙ non oportet &c. Cæterum elegit ſanctus Doctor exprimere potius ly non oportet, quàm ly oportet quòd non: quia in textu agebatur de obligatione reddendi debitum. Quaſi dixiſſet ad literam propoſitæ concluſionis. Dictum eſt, quòd oportet vnum alteri debitum reddere quocumque &c. ſed tamen aduertendum, quòd non oportet reddere in publico.

¶ Ly ſtatim. Non inferas ex hoc, quòd aliquando liceat reddere debitum in publico, quamuis non ſtatim: quia D. Thomas appoſuit hoc aduerbium per modum cuiuſdam phraſis loquendi, etiam vulgariter. Quando. n. aliquod maxime indecens non eſſe faciendū exprimere volunt homines; vti ſolent, quaſi ad maiorem exprobrationem facti, aduerbio ſtatim, vel ſimili: vt non oportet, te modo ſtatim tuis tantis iracundijs deſtruere mundum. Per ly ſtatim, ergo appoſitum in textu, ſignificatur: quòd reddere in publico non tantum eſt inconueniens, ſed etiam maxime inconueniens.

1^m ex Apoſtolo. Conſentientes. ℞. Quantum in ſe eſt. §. Tunc nihil &c. Nam iſte qui debitum reddit in tempore feſtiuo, non conſentit quantum in ſe eſt: ſed ad id, quod ab eo &c. vt in textu.

¶ Not. Per dicta in textu colligitur: ꝙ reddens taliter, vt ibi deſcribitur non tantū non conſentit in peccatum, ſed etiam bonū iuſtitiæ facit, & charitatis. Iuſtitiæ quidem; quia reddit alteri quod ſuū eſt. Charitatis verò; quia tollit proximo ſuo occaſionē peccandi mortaliter, puta eundi ſaltē deſiderio ad alios viros vel fœminas, vel ſeipſum polluendi. Aliud eſt ergo conſentire in peccatū, de quo loquitur Apoſtolus: aliud eſt conſentire in aliquod bonum. Primum iſte reddens non facit: ſecundum autem ſic. Nec obſtat; ſi dicatur ꝙ petens peccat in eo, ꝙ petit; quoniam reddens non conſentit huic rei, i. ꝙ ipſe petat, ſed conſentit huic tantum: quòd ſ. ipſe habeat à ſemetipſo reddente illud, quod eius eſt. Vnde conſenſus reddentis tendit ſolummodo ad iuſtitiā: & per cōſequens non facit cōtra concluſionem argumentum adductum.

2^m de antecedente. Determinatum. ℞. Sic tamen, vt poſſit alio tēpore recompenſari: non aliter. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem interimas brutalem errorem Cynicorum dicentium: quòd coire cum fœminis licet cuique inſtar canum omni pudore ſublato, publicitus. Præſens enim articulus per hoc, quòd honeſtatem debitam loci, etiam non ſacri, defendit, aperte militat contra iſtos. Item errorem Fraticellorum dicentium: coitum promiſcuum miſcendo cum qualibet muliere licere congregatis in Eccleſia, extinctis luminibus poſt Solis occaſum. Nota: quod propter ly in Eccleſia, adducitur hic error in præſenti; pro quanto ſic excluditur per hunc articulum debitam honeſtatem loci Eccleſiæ tuentis. Cæterū propter ly promiſcuum & ly cū qualibet muliere pertinet ad articulos quoſdā ſupradictos, à quibus & cōuincitur: vt facile per ſe quiſque prudens uidere poteſt. Secundò habes: quomodo per rationem oſtendas, prædictos errores meritò damnari à 1. Corinth. 14. Omnia honeſte, & ſecundum ordinem fiant in vobis. Vbi Apoſtolus, ſi de omnibus hoc dicit, etiam de honeſtate carnalis cognitionis: imò tantò magis de hac quanto abundantiorem honorem circundamus naturaliter circa ea, quæ in nobis verecundiora ſunt. 1. Corinth. 12. Item à 1. Theſſalon. 4. Hæc eſt voluntas Dei: vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrum ſuum vas poſſidere in ſanctificatione & honore, non in paſſione deſiderij; ſicut gentes, quæ ignorant Deū. Ecce: quòd directè, quaſi tangens, imò confodiens Cynicos in paſſione deſiderij ambulantes, loquitur. Item à Matth. 21. & Ioan. 2. per hoc; quòd Dominus pro inconuenienti habens, mercatum in ſacris locis fieri, eiecit inde vendentes & ementes proprijs manibus eos flagellando; latroneſque iure vocando, tanquàm eos, qui honorem diuinum, qui in talibus locis maximè exigitur, furari contendebant. Per hoc igitur factum, tanquàm à fortiori, damnauit Fraticellos prædictos: quantò magis ſacrilegium per emiſſionem humani ſeminis, vel contrectationem veneream exercitam, eſt peius, quàm negociationes illas in ſacro exercuiſſe. Item à Papa Gregorio IX. vt ſuprà exam. primo poſt concluſ. Tertiò habes: quomodo per rationem oſtendas; meritò inſinuatum à 1. Corinth. 7. quòd ſemper tenetur coniunx reddere debitum, ſeruatis ſeruandis: & ſic. Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi. Ecce: quòd inter iniuſtitiæ opera connumerat negare debitum per hoc; quòd eos facere fraudem ſibi inuicem, illud negando, dicit. Item à 33. quæſt. 4. Apoſtolus, nec ad tempus vt vacent orationi, niſi ex conſenſu communi voluit; coniuges carnali inuicem fraudari debito. Hæc ibi. Quartò habes: quomodo per rationem prædicta ſcripturarū & Patrum, pro quanto coniuges teneri ſibi inuicem reddere debitum etiam tempore feſtiuo, inſinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quintò uides: quomodo ex ijs viciſſim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & conſolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2 3 4 5

---

SVPER Q. XCVI. Aliàs 65. Art. 1.

Concl. 1. Pluralitas vxorū neque totaliter tollit, neq; aliqualiter impedit, finē principalem matrimonij, i. bonum prolis.

¶ Prob. Quia vnus vir ſufficit plurib. vxoribus fœcundandis, & educādis filijs ex eis natis.

¶ Not. Non tamen ex hoc inferas: ꝙ hoc ſ. habere plures vxores, etiā ꝙ vnus uir ſufficiat pluribus vxoribus &c. non ſit peccatum mortale. Sed de hoc aliàs à D. Thoma. Pro nunc tantū ſcito: ꝙ dictis ſimilib. huic probationi; tanquàm extorquendo ipſam, Turcæ ſimileſq; Pagani excuſant excuſationes in peccatis ſuis dum pluralitatem vxorum habitarum defendere contendunt ꝑ hoc: non intelligentes, neq; quę loquuntur, neque de quibus affirmant. Nam probatio hęc non tendit ad excuſandum peccatum in ijs factis: ſed

## QVÆST. XCVI. Aliàs 65.

*De bigamia, in quinque articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt de pluralitate vxorum.

Circa quod quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum habere plures vxores ſit contra legem naturæ.

¶ Secundò, Vtrum aliquando fuerit licitum.

¶ Tertiò, Vtrum habere concubinas ſit contra legem naturæ.

¶ Quartò, Vtrum accedere ad concubinam ſit peccatum mortale.

¶ Quintò, Vtrum aliquādo licitum fuerit habere concubinam.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum habere plures vxores ſit contra legem naturæ.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur ꝙ habere plures vxores nō ſit contra legem naturæ. Conſuetudo enim legi naturali non præiudicat: ſed habere plures vxores peccatum non erat, quando mos erat, vt ab Auguſt.* habetur in litera: † ergo

270 S.Th. 4.d. 33.q.1.ar. 1.& ſeq.

* In lib. de bono coniug. ca. 15. tom. 6.

† li. 4. Sent. d. 33. §. A.

sed tantum ad ostendendum conclusionem, vt iacet, esse ueram.

¶ Concl. 2. Pluralitas uxorum multum impedit secūdarium finem matrimonij, i. bonum fidei: quamuis non totaliter tollat.

* In lib. de bono coniug. ca. 15. tom. 6.

¶ Prob. Quia unus vir non potest bene sufficere ad satisfaciēdum pluribus vxoribus ad votum (cùm plurium cōmunicatio in vno officio causet litem: vt de figulis patet): & sic non facile potest esse pax in familia. Secunda autem pars, s. quamuis &c. relinquitur, vt clara.

¶ Not. Prouerbium est: quòd quot capita tot sententiæ. Id quod maxime verificari solet in fœminis in eodem officio circa familiam uersantibus, & inter seipsas ad inuicem, & per respectum ad vnum virum, à quo vna vnum, alia aliud, vult. Hac ratione dixit probatio: vt audisti.

† l. 1 de iusti. & iure, § 1. Instit. de iu. nat.

¶ Concl. 3. Pluralitas vxorum totaliter tollit tertium finem, i. bonum sacramenti.

¶ Prob. Quia totaliter tollit significationem Christi sponsi ad suam sponsam Ecclesiam (cùm Christus sit tantum vnus, & Ecclesia una tantum).

¶ Coroll. Intelligitur ergo tertia conclusio hæc de totali ablatione, secundùm quòd vnitas ex parte utriusque, scilicet Christi & Ecclesiæ, consideratur: non autē absolutè quocumque modo. De quo vide articulum secundum, ad quintum.

¶ Concl. 4. Pluralitas uxorum quodammodo est contra legem naturæ; & quodammodo non.

¶ Prob. Quia illud, quod actionem inconuenientem reddit fini, quem natura ex opere aliquo intendit, est contra legem naturæ (patet ex terminis): & pluralitas uxorum actionē inconuenientem reddit fini, iuxta secundam ac tertiam conclusionem, non autem iuxta primā (patet applicanti).

## I^m de maiori.

Non præiudicat. R. Quantum ad prima præcepta: non quantū ad secunda. § Tunc nihil &c. vt patet ex cōclusione 4. Inde enim colligitur: quòd habere

habere plures vxores non est contra legem naturæ.

¶ 2 Præt. Quicūque facit contra legē naturæ, facit contra præceptū: quia sicut lex scripta habet sua præcepta, ita & lex naturæ: sed Augustinus * dicit, quòd habere plures uxores non erat contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum; ergo habere plures vxores non est contra legem naturæ.

¶ 3 Præt. Matrimonium principaliter ordinatur ad prolis procreationem: sed vnus potest ex plurib. prolem accipere, plures fęcundando: ergo non est contra legem naturæ habere plures vxores.

¶ 4 Præt. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit, vt in principio Digestorum † dicitur: sed natura nō docuit hoc omnia animalia, quòd sit vna vnius, cum vnus mas in multis animalib. pluribus fœminis coniungatur: ergo non est contra legem naturæ habere plures vxores.

¶ 5 Præt. Secundum Philosophum 15. de Animalibus, in generatione prolis mas se habet ad fœminam, sicut agens ad patiens, & artifex ad materiam: sed non est contra ordinem naturæ, quòd vnum agens in plura patientia agat, aut artifex ex diuersis materiis operetur: ergo nec est contra legem naturæ, quòd unus mas plures vxores habeat.

Sed contra. Illud præcipuè videtur esse de iure naturali, quod homini in sua institutione inditum est: sed quòd sit vna unius in ipsa institutione humanæ naturæ, est ei inditum, vt patet Gen. 2. Erunt duo in carne vna; ergo est de lege naturæ.

¶ Præt. Contra legem naturæ est, quòd homo se ad impossibile obliget, & vt quod vni datum est, alteri detur: sed homo contrahens cum vna vxore, sui corporis potestatem sibi tradit, vt necesse sit reddere debitum, cum petierit: ergo contra legem est, si postea alteri potestatem sui corporis tradat, quia nemo posset simul vtrique reddere debitum, si simul peterent.

¶ Præterea. De lege naturæ est, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris; sed vir nullo modo vellet, quòd vxor alium virum haberet: ergo contra legem faceret naturæ, si vxorem aliam superduceret.

¶ Præterea. Quicquid est contra naturale desiderium est contra legem naturæ: sed zelus viri ad uxorem, & vxoris ad virum naturalis est, quia in omnibus inuenitur: ergo cum zelus sit amor non patiens consortium in amato, videtur quòd contra legem naturæ sit, quòd plures vxores habeant vnum virum.

Respon. Dicendum, quòd omnibus rebus naturalibus insunt quędam principia, quibus non solum operationes proprias efficere possunt, sed quibus etiā eas conuenientes fini suo reddant, siue sint actiones, quæ consequantur rem aliquā ex natura sui generis, siue consequantur ex natura speciei, vt magneti cōpetit ferri deorsum ex natura sui generis, trahere ferrum ex natura suæ speciei. Sicut autē in rebus agentibus ex necessitate naturæ sunt principia actionū ipsę formæ, à quibus operationes propriæ prodeūt conueniētes fini; ita in his, quæ cognitionē participant, principia sunt agendi cognitio, & appetitus; vnde oportet, quòd in vi cognitiua sit naturalis conceptio, & in vi † appetitiua naturalis inclinatio, quibus operatio conueniens generi, siue speciei reddatur cōpetens fini. Sed quia homo inter cętera animalia rōnem finis cognoscit, & proportionē operationis ad finem, ideo naturalis conceptio est ei indita, qua dirigitur ad operandū conuenienter, quæ lex naturalis, vel ius naturale dicitur, in cæteris autem æstimatio naturalis vocatur. Bruta.n. ex vi naturæ impelluntur ad agendum conuenientes actiones magis quàm regulentur quasi proprio arbitrio agētia. Lex.n. naturalis nihil aliud est quàm conceptio homini naturaliter indita, qua dirigitur ad conuenienter agendū in actionib. propriis, siue competant ei ex natura generis, vt generare, comedere, & huiusmodi, siue ex natura speciei, vt ratiocinari, & huiusmodi. Omne autem illud quod actionem incōuenientem reddit fini, quem natura * ex opere aliquo intendit, contra legem naturæ esse dicitur. Potest autem actio esse non conueniens fini, vel principali, vel secundario: & siue sic, siue sic, hoc contingit dupliciter. Vno modo ex aliquo, quod omnino impedit finem, vt nimia superfluitas, aut defectus comestionis, impedit salutem corporis, quasi principalem finem comestionis, & bonam habitudinem in negotiis exercendis, qui est finis secundarius. Alio modo ex aliquo, quod facit difficilem, aut minus decentem peruentionem ad finem principalem, vel secundarium, sicut inordinata comestio, quantum ad tempus indebitum. Si ergo actio sit inconueniens fini, quasi omnino prohibens finem principalem; directè per legem naturæ prohibetur primis pręceptis legis naturæ; quę sunt in operabilibus, sicut communes conceptiones in speculatiuis. Si autem sit incompetens fini secundario quocumque modo, aut etiam principali, vt faciens difficilem vel minus congruam peruentionem ad ipsum, prohibetur non quidē primis præceptis legis naturæ, sed secundis, quæ ex primis deriuantur, sicut conclusiones in speculatiuis ex principiis per se notis fidem habent, & sic dicta actio contra legem naturæ esse dicitur. Matrimonium ergo habet pro fine principali prolis procreationem, & educationem, qui quidem finis cōpetit homini secundum naturam sui generis, vnde & aliis animalibus est conueniens, vt dicitur in 8. Ethicorum, * & sic bonum matrimonii assignatur proles: sed pro fine secundario, vt dicit Philosophus, † habet in hominibus solū communicationem operum, quæ sunt necessaria in vita, & secundum hoc fidem sibi inuicem debent, quæ est vnum de bonis matrimonii. Habet vlterius alium finem, inquantum in fidelibus est, scilicet significationem Christi, & Ecclesiæ, & sic bonum matrimonii dicitur sacramentum. Vnde primus finis respondet matrimonio hominis, inquantum est animal, secundus inquantum est homo, tertius inquantum est fidelis. Pluralitas ergo vxorum, neque totaliter tollit, neque aliqualiter impedit primum finem, cum unus vir sufficiat pluribus vxoribus fœcundandis, & educandis filiis ex eis natis. Sed secundum finem, & si non totaliter tollit, tamen multum impedit, eo quòd non facile potest esse pax in familia, vbi uni viro plures vxores iunguntur, cum non possit vnus vir sufficere ad satisfaciendum pluribus vxoribus ad votum, quia communicatio plurium in vno officio causat litem, sicut figuli contixantur adinuicem, & similiter plures vxores vnius viri. Tertium autem finem totaliter tollit, eo quòd sicut Christus est unus, & Ecclesia una: & ideo patet ex * dictis, quòd pluralitas vxorum quodammodo est contra legem naturæ, & quodammodo non.

* Al. operatione aliqua.

* Hoc eodem corp.

* li. 8. c. 12. à medio.

† li. 8. Ethico. cap. 12. à med.

* q. 41. artic. 1. corp.

Ad primum ergo dicendū, quòd consuetudo non præiudicat

habere plures vxores est contra secunda si præcepta legis naturæ, non autem prima. Vide etiam hoc patere ex corpore; per ly si autem sit incõpetens fini secundario quocumque modò aut etiam principali, vt faciens difficilem &c.

†Cic. lib. 3. ad Hereniũ à med. innuit.

¶Not. Prima præcepta naturæ assimilantur in textu primis principijs speculatiuis; secũda autem conclusionib. deductis ex ipsis primis. Clarum autem est, quod omnes homines conueniunt in cõceptione primorum principiorũ (vt patet 4. Metaphys.) sed non secundariorum, seu conclusionum deductarum ex illis primis (vt patet ex varietate tot opinionum in scientijs speculatiuis). Non mirum ergo, quòd consuetudo augeat, vel etiam minuat ea, quæ sunt de secũdarijs præceptis naturæ (vt dicitur in textu); cuiusmodi est præceptum de unitate vxoris. Cæterum quò ad illa, quæ sunt de primis præceptis naturæ, consuetudo nõ variat: quoniam omnes homines in talibus principijs cõcordant, & se esse obligatos ad sic concordandum cognoscunt. Ideo in responso data est illa glossa formalis ad maiorem propositionem, ex qua fuit adductum ly non præiudicat; & ab Augustino dictũ est in minori, quòd aliquando fuit mos habendi plures diuinitus scilicet inspiratus, vt declaratur 32. q. 4. obijciuntur. Vbi adducitur illa eius authoritas.

* lib. 2. de Inuen. aliquãtulum ante finẽ.

* In lib. de bono coniugali, c. 15. tom. 6.

* In corp. artic.

† lib. 2. de Inuen. aliquãtulum ante finẽ.

*li. 5. Ethymol. c. 3.

### 2m maior. Quicũq;

facit contra legẽ naturæ, facit contra præceptum. ℞. Postquã lege diuina & humana huiusmodi de lege naturæ existentia, sancta sunt. §. Loquendo scilicet de illis, quæ lex naturalis dictat secundariò, i. quæ non sunt prima principia legis naturæ, sed ex ipsis quasi deducuntur. Tunc nihil &c. vt patet in textu.

¶Not. In tex. ly nulla lege erat prohibitũ, loquitur de præcepto quantum ad explicationem, non quantũ ad sensum solummodo. Nam licet secundũ explicationem verborum istorũ, scilicet nõ habebitis plures vxores, nõ fuerit scriptum præceptũ hoc in lege: tamen quantum ad sen-

Augustin. de nupt. & cõcup. lib. 1. c. 9. tõ. 7.

* In corp.

dicat legi naturæ, quantũ ad prima pcepta, quæ sunt ipsius, quasi cõmunes animi conceptiones in speculatiuis: sed ea, quæ ex istis trahuntur, vt conclusiones consuetudo auget, vt Tullius † dicit in tertio Rhetoricorum, & similiter etiam minuit, & huiusmodi est præceptum legis naturæ de vnitate vxoris.

Ad secundum dicendũ, quòd sicut Tullius * dicit, res à natura profectas, & à cõsuetudine approbatas, legum virtus, & religio sanxit; vnde patet, quod illa, quæ lex naturalis dictat quasi ex principiis primis legis naturæ deriuata, non habent vim coactiuam per modum præcepti absolutè, nisi postquam lege diuina, & humana sancita sunt; & hoc est quod dicit Augustinus, * quod non faciebant contra legis præcepta, quia nulla lege erat prohibitum.

Ad tertium patet solutio ex dictis. *

Ad quartum dicendum, quod ius naturale multipliciter accipitur. Primo enim aliquod ius dicitur naturale ex principio, quia à natura est inditum, & sic definit Tullius † in 2. Rhet. dicens: Ius naturale est quod non opinio genuit, sed quòd lex quædam innata inseruit. Et quia in rebus naturalib. dicuntur aliqui motus naturales, non quia sint ex principio extrinseco: sed quia sunt à principio superiori mouente, sicut motus, qui sunt in elemẽtis ex impressione corporũ cælestium, naturales dicũtur, vt Commentator dicit in 3. de Cœlo, & Mundo, ideo ea, quæ sunt de iure diuino, dicuntur esse de iure naturali, cũ sint ex impressione, & infusione superioris principii, s. Dei: & sic accipitur ab Isidoro, * qui dicit, quòd ius naturale est, quod in lege, & in Euangelio continetur. Tertio, dicitur ius naturale non solum à principio, sed à natura, quia de naturalibus est, & quia natura cõtra rationẽ diuiditur, à quo homo est homo. Ideo strictissimo modo accipiẽdo, Ius naturale est illud, quod ad homines tantũ pertinet. & si sit de dictamine naturalis rationis, nõ dicitur esse de iure naturali, sed illud tantũ, qd naturalis ratio dictat de his, quæ sunt homini, aliisq; communia. & sic datur dicta definitio, s. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Pluralitas ergo vxorum quamuis non sit contra ius naturale, tertio modo acceptum, est tamen contra ius naturale secundo modo acceptum: quia iure diuino prohibetur, & etiam contra ius naturale primo modo acceptum, vt ex dictis * patet: quia natura dictat hoc cuilibet animali secundum modum conuenientem speciei suæ. Vnde etiam quædam animalia, in quibus ad educationem prolis requiritur solicitudo vtriusque, scilicet maris, & fœminæ, naturali instinctu seruant coniunctionem unius ad vnum, sicut patet in turture, & columba.

Ad quintum patet solutio ex dictis.

Sed quia rationes inductæ in contrarium videntur ostendere quod pluralitas vxorum sit contra prima principia legis naturæ, ideo ad eas respondeo, & dico ad sextum, quod natura humana absque omni defectu instituta est, & ideo non solum sunt indita ei illa sine qbus matrimonii finis principalis esse non potest: sed etiam illa, sine quibus secundarius finis matrimonii sine difficultate haberi non posset, & hoc modo sufficit homini in ipsa sui institutione habere vnam vxorem, vt dictum * est.

Ad septimum dicendum, quod vir propter matrimonium non dat sui corporis potestatem vxori quantum ad omnia, sed solum ad illa, quæ matrimonium requirit, non autem requirit matrimonium, vt quolibet tempore vxori petenti vir debitum reddat quantum ad id, ad quod matrimonium principaliter est institutum, scilicet bonum prolis. & hoc est quantum sufficit ad imprægnationem. Requirit autem hoc matrimonium, inquantum est ad remedium institutum, quod est secundarius ipsius finis vt quolibet tempore debitũ petenti reddatur. & sic patet quod accipiens vxores non se obligat ad impossibile, considerato principali fine matrimonii, & ideo pluralitas vxorum non est contra prima præcepta legis naturæ.

Ad octauum dicendum, quod illud præceptum legis naturæ, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, debet intelligi eadem proportione seruata. Non enim si prælatus non vult sibi resisti à subdito, ipse subdito resistere non debet. Et ideo non oportet quòd ex vi illius præcepti, quod sicut vir non vult quòd vxor sua habeat plures viros, vel alium virum, quòd ipse nõ habeat aliam vxorem, quia vnum virũ habere plures, non est contra prima præcepta legis naturæ, vt dictum * est, sed vnam vxorem habere plures viros, est contra præcepta prima legis naturæ, eo quòd per hoc quantum ad aliquid totaliter tollitur, & quantum ad aliquid impeditur bonum prolis, quod est principalis matrimonii finis. In bono enim prolis intelligitur non solum procreatio, sed etiam educatio. Ipsa enim procreatio prolis, & si non totaliter tollatur, quia contingit, post imprægnationem primam, iterum mulierem imprægnari, vt dicitur in nono de Animalibus, * tamẽ multum impeditur, quia vix potest accidere quin corruptio accidat, quantum ad vtrumque fœtum, vel quantum ad alterum: sed educatio totaliter tollitur, quia ex hoc quòd una mulier plures maritos haberet, sequeretur incertitudo prolis respectu patris, cuius cura necessaria est in educando, & ideo nulla lege, vel consuetudine est permissum, vnam mulierem habere plures viros, sicut econuerso.

* In proxima responsione.

* lib. 7. de hist. animalium, c. 4. declinando ad finem. Ia Decret. 33. q. 4.

sensum fuit præceptũ, vt in ly adhærebit vxori suæ Genes. 2. & in ly qui aliam duxerit, mœchatur Matth. 19. secundum quòd ab Innocentio III. de diuort. dicitur, & allegabatur in appen. seq.

### 3m illatio conclusionis. Ergo &c.

℞. Conceditur illatio quò ad in argumento explicata pcise. §. Aliàs enim negatur. Vt patet de utroque ex conclusionibus prædictis.

### 4m de concl.e

Non est contra legẽ naturæ. ℞. Tertio modo accepta: non autem primo, nec secundo. §. vt in textu ly pluralitas ergo vxorum quãuis non sit contra &c. Tunc nihil &c. vt patet.

* In corp. art.

### 5m de concl.e

Nec est contra legẽ naturæ. ℞. Tertio modo accepta, non autem primo, nec secundo. §. vt in tex. ly pluralitas &c. Vide in ad quartum: & etiam ad tertium. Tunc nihil &c. vt inde patet.

### 6m de concl.e

De lege naturæ. ℞. Vt absque omni defectu est instituta. §. Tunc &c. vt facilè patet.

### 7m illatio conclusionis. Ergo &c.

℞. Negatur illatio. §. Nam vir propter matrimoniũ non dat sui corporis potestatem vxori &c. vt in textu.

### 8m maior. Quod tibi

non vis fieri, alteri ne feceris. ℞. Eadem proportione seruata: non absolutè. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu à ly ideo non oportet, quòd ex vi illius præcepti, quod sicut vir non vult &c.

Nouum

9^m maior. Quicquid est contra naturale desiderium, est contra legem naturæ. 8. Secundum q est contra naturale desiderium. 5. Tunc nihil &c. Nam licet zelus viri ad vxorem, & vxoris ad virum sit naturalis ( vt arguitur) tamen non est æqualis, quoniam naturalis inclinatio &c. vt in textu.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo per rationem excludas errorem Polygastimarum dicentium: q vnus vir licitè potest habere eodẽ tpe plures vxores. Secundò habes: quõ per rationẽ ostendas, prædictum errorem meritò damnari à Concilio Martini Papæ, vt recitatur 33.q.7. Si quis fuerit multis nuptijs copulatus pœnitentiam agat. Hæc ibi. Vbi loquitur de copulatione tali eodem tempore; vt etiam annotat glossa. Nota super ly pęnitentiam agat, quòd pœnitentia non datur nisi pro peccato; & consequenter, quod per hoc insinuat manifestè, non esse licitum plures vxores habere eodem tempore, id quod intellexit per ly multis nuptijs copulatus. Item ab Innocentio III. de diuortijs, gaudemus &c. Quia pagani circa plures insimul fœminas affectum diuidunt coniugalem, vtrum post conuersionem omnes, vel aliquam ex omnibus retinere valeant, non immeritò dubitasti. Verùm absonum videtur hoc, & inimicum fidei Christianæ: cum ab initio vna costa in vnam fœminam sit conuersa; & scriptura diuina testetur, quòd propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: non dixit tres, vel plures, sed duo; nec dixit adhærebit vxoribus, sed vxori. Veridica hæc sententia probatur etiam de testimonio veritatis testantis in Euangelio: Quicumque dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Si ergo vxore dimissa duci alia de iure non potest, fortius & ipsa retenta: per quod euidenter apparet pluralitatem in vtroque sexu, cum non ad imparia iudicentur circa matrimonium, reprobandam. Hæc ibi. Vbi nota super ly cũ ab initio vna costa &c. & super ly pp hoc relinquet homo &c. q Pontifex nõ tantum ostendit, quòd habere plures vxores est illicitum, sed etiam q est contra legem naturæ. Tunc enim nulla lex adhuc scripta reperiebatur nisi in cordibus nostris: de qua Roman. 2. Rursum super ly quicumque dimiserit vxorem &c. Nota: quòd per hoc monstrat Papa, talem vxorum pluralitatem esse contra legem Euangelicam, vt patet. Quomodo autem cum hoc stet, quod nulla lege esset prohibitum tale coniugium cum pluribus; dictum est in notat. post ad secundum. Item à 31.quæst.1. quomodo &c. Primus Lamech sanguinarius, atque homicida vnam carnem in duas diuisit vxores. Fratricidium & bigamiam eadem pęna cataclysmo deleuit. Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & Patrum, pro quanto bigamiam talem esse contra legem naturæ aliqualiter insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc & declaretur, & consolidetur.

AD NONVM dicendum, q naturalis inclinatio in appetitiua sequitur naturalem conceptionem in cognitione; & quia non ita est contra conceptionem naturalem, quòd vir habeat plures vxores, sicut q vxor habeat plures viros, ideo affectus vxoris non tantum refugit consortium in viro, sicut econuerso, & ideo tam in hominibus, quàm in alijs animalibus, inuenitur maior zelus maris ad fœminam, quàm econuerso.

---

SVPER Q. XCVI. Aliàs 65. Art. II.

CONCL. 1. Lex de vnitate vxoris non est humanitus, sed diuinitus instituta: nec vnquam verbis, aut literis tradita, sed cordi impressa.

¶NOT. Vide: quàm apte concordent omnia huic loco suprà artic. 1. not. post ad secundum, & appen. de Papa Innocentio III.

¶PROB. Quia præsupponitur clara; & etiam probatur à simili de alijs pertinentibus ad legem naturæ, in tex.

¶CONCL. 2. In hoc, quod vnus vir plures vxores simul haberet, à solo Deo dispensatio fieri potuit, per inspirationem internam: quæ quidem principaliter Patribus sanctis facta est; & per eorũ exemplum ad alios deriuata est eo tẽpore, quo oportebat prædictum naturæ præceptum prætermitti; vt maior esset multiplicatio prolis ad cultũ Dei educandæ.

¶EXAM. Ly eo tempore &c. Scilicet Testamenti veteris. Tunc n. multiplicandus erat cultus diuinus propagatione carnali vt in ad quartum.

¶Ly prędictum. Scilicet articulo primo, & hic in princip. corp. teplicatum.

¶PROB. primò: Quia præ supponitur (cùm naturæ lex talis diuinitus solùm fuerit instituta, vt in conclus. primã). Secunda autem pars, scilicet quæ quidẽ &c. patet ex scripturis. Tertia autem pars, scilicet quo oportebat &c. probatur: Quia multiplicatio prolis est finis principalis matrimonij; & principalior finis semper est magis obseruandus, quàm secundarius.

Primum

ARTICVLVS V.

*Vtrum aliquando licitum fuerit habere plures vxores.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q habere plures vxores non potuerit esse aliquando licitum. Quia secũdum Philosophum, in † secundo Ethic. Ius naturale semper, & vbique habet naturalem potentiã eandem: sed iure naturali prohibetur pluralitas vxorum, vt ex dictis * patet; ergo sicut modò non licet, ita nunquam licuit.

¶ 2 Præterea. Si aliquando licuit, hoc non fuit, nisi quia per se licitum erat, vel per aliquam dispensatiõnem licebat. Si primo modo, sic etiã nunc licitum esset. Si autem secundo modo, hoc esse non potest, quia secũdùm Augustinum, † Deus cum sit naturæ conditor, nõ facit aliquid contra rationes, quas naturæ inseruit: cum ergo naturæ nostræ Deus inseruerit, quòd sit vna vnius, * videtur q ipse contra hoc nunquam dispensauerit.

¶ 3 Præterea. Si aliquid est licitum ex dispensatione, hoc non licet, nisi illis in quibus dispensatio fit: non autem legitur aliqua dispẽsatio communis in lege cum omnibus facta: cum ergo omnes communiter, qui volebant, plures vxores acciperent in veteri Testamento, nec ex hoc reprehẽdantur à lege, vel à Prophetis, non videtur quòd fuerit ex dispensatione licitum.

¶ 4 Præt. Vbi est eadem causa dispẽsationis, debet eadem dispensatio fieri: sed causa dispẽsationis non potest alia poni, nisi multiplicatio prolis ad cultum Dei, quæ etiam nunc necessaria est: ergo adhuc dicta dispensatio duraret, pręcipuè cum non legatur reuocata.

¶ 5 Præterea. In dispensatione non debet prætermitti maius bonũ propter minus bonum: sed fides, & sacramentum, quæ non videntur posse seruari in matrimonio, quo vnus pluribus vxoribus coniungitur, sunt meliora quàm prolis multiplicatio: ergo intuitu huius multiplicationis, dispẽsatio prædicta fieri non debuisset.

SED CONTRA. Ad Galatas 3. dicitur, quòd lex propter præuaricatores posita est, vt scilicet eos prohiberet: sed lex vetus fecit mentionem de pluralitate vxorum sine aliqua eius prohibitione, vt patet Deuteron. 20. Si habuerit homo duas vxores &c. ergo habendo duas vxores, non erant præuaricatores, & ita erat licitum.

¶ Præterea. Hoc idem videtur exemplo ex sanctis Patribus, qui plures leguntur habuisse vxores, cum Deo essent acceptissimi, sicut Iacob, & Dauid, & plures alij; ergo aliquando fuit licitum.

RESPON. Dicendum, quòd sicut ex dictis * patet, pluralitas vxorum esse dicitur contra legem naturæ, non quãtum ad prima præcepta eius, sed quantum ad secunda, quæ quasi conclusiones à primis præceptis deriuantur. Sed quia & actus humanos variari oportet secundum diuersas conditiones personarum, & temporum, & aliarum circunstantiarum, ideo conditiones prædictæ à primis legis naturæ præceptis non procedunt, vt semper efficaciam habentes, sed in maiori parte: talis est enim tota materia moralis, vt patet per Philosophum * in lib. Ethicor. & ideo vbi eorum efficacia deficit, licitè ea prætermitti possunt. Sed quia non est facilè determinare huiusmodi varietates, ideo illi, ex cuius auctoritate lex efficaciã habet, reseruantur, vt licentiã præbeãt legem prætermittendi in illis casibus, ad quos legis efficacia non extendere se debet, & talis licentia dispensatio dicitur: * lex autem de vnitate vxoris non est humanitus, sed diuinitus instituta; nec vnquam verbis, aut literis tradita, sed cordi impressa, sicut & alia, quæ ad legem naturæ qualitercumque pertinent, & ideo, in hoc à solo Deo dispensatio fieri potuit per inspirationem internam, quæ quidem principaliter Patribus sanctis facta est, & per eorum exemplum ad alios deriuata

Marginalia: 271 · † li. 5. Eth. cap. 7. in princ. · * ar. præc. · † li. 26. cõtra Faustũ cap. 3. ante med to. 6. · * art præc. ad 4. & 6. · * Aliàs, in · * q. præsenti ar. præc. in respon. ad 7. & 8. · * Decre. d. 29. & causa 32. q. 4. cap. 2. · * lib. 1. c. 3. in princ. & ca. 7. circa finem. · * Id patet ex Innoc. III. in Decretal. lib. 4. tit. 19. & ex August. de bono cõiug. c. 7. tom. 6.

1^m ex Philosopho. Ius naturale. ℞. Quantum est de se: non semper, per accidens. §. Tunc nihil &c. Nam habere plures vxores quandoque fuit per accidens licitum, vt ex conclusione secunda patet: quod quidem accidens fuit multiplicatio prolis necessaria tunc.

2^m de minori. Si autẽ secundo modo, hoc esse non pôt. ℞. Negatur ista. §. Ad probationẽ dr; ꝙ Deus non cõtra, sed præter rõnes naturæ insertas fecit.

3^m de concl.* Non vr: ꝙ fuerit ex dispensatione. ℞. Scripta exterius: non cordi impressa. § Qualis. n. est lex, talis debet esse dispensatio legis &c. vt in tex. Tũc nihil &c. Nam dispensatio talis omnibus, de quibus in argumento, fiebat interne.

4^m de minori. Multiplicatio. ℞. Fiẽda per carnalem propagationẽ: non, per spiritualem. §. Tunc nihil &c. Non.n. est eadem rõ de multiplicationis modo antiquitus & in lege noua. Nã veniẽte Christo fuit tẽpus plenitudinis gratiæ &c. vt in textu.

¶ Not. Propagatio antiquitus facta esse dr carnalis, licet postmodũ ad Dei cultũ ordinaretur: qm cultus Dei in vno populo cantũ scilicet Iudæorũ cõiter reperiebatur; & cõsequenter, vt ille cultus diuinus ampliaretur, necessaria erat propagatio ꝑ carnem in illo populo. Et hoc significat tex. dicendo, ꝙ cultus diuinus carnali ꝑpagatione multiplicabatur. Nunc autẽ post Christi aduentum diffusa est cognitio Dei in totum orbem terrarum; & consequenter non est necessariũ huic, vel illi nationi particulari; quòd propagatione carnali multiplicetur ad hoc, vt cultus Dei non deficiat: quoniam si hæc, vel illa ratio non multiplicabitur per carnem, adhuc diuinus cultus non minuetur, ex eo quòd in aliqua alia ratione talis multiplicatio fiet absque dispensatione hac; quòd vnus vir plures habeat vxores. Nam rara aui est virginitas.

5^m de minori. Quã ꝑlis multiplicatio. ℞. Vt ꝑlis ꝑcisẽ, nõ vt ꝑlis includẽtis fidẽ ad Deũ seruãdã. §. vt patet in tex. Tunc &c. Nã qñ sic dispensat, non ꝑtermittit maius bonũ ꝑꝑ minus bonũ, sed e contra: vt patet applicanti textum.

Item de minori. Seruari. ℞. Totaliter: non autẽ, aliquo modo. §. vt in tex. Tunc &c. vt patet ibid. Vide secundũ respons. literæ ly nec tñ omninò tolluntur &c.

*Aliàs debebat. *In corp. art. prae. *li. 5. Ethi. c. 7. in medio. *Eodem. † c. gaudemus, extra de diuort. 1. Respon. 2. Respon.

...riuata est eo tempore, quo oportebat prædictum naturæ præceptum prætermitti, vt maior esset multiplicatio prolis ad cultum Dei educandæ. Semper enim principalior finis magis obseruandus est, quàm secundarius. Vnde cum bonũ prolis sit principalis matrimonii finis, vbi prolis multiplicatio necessaria erat,* debet negligi ad tẽpus impedimentum qđ posset in secundariis finibus euenire, ad quod remouendum præceptum prohibens pluralitatẽ vxorum ordinatur, vt ex dictis* patet.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ius naturale semper, & vbique quantum est de se, habet eandem potentiam: sed per accidens propter aliquod impedimentum quãdoque, & alicubi potest variari, sicut ibi Philosophus* exemplum ponit de aliis rebus naturalibus. Semper enim, & vbique dextra est melior, quàm sinistra secundum naturam, sed per aliquod accidens contingit aliquem esse ambidextrum, quia natura nostra variabilis est; & similiter etiam de naturali iusto, vt ibidem Philosophus dicit.*

Ad secvndvm dicẽdum, quòd in Decret. † quadam de diuortiis dicitur, quòd nunquam licuit plures habere vxores sine dispẽsatione per diuinam inspirationem habita, nec tamen talis dispensatio datur contra rationes, quas Deus naturę inseruit: sed præter eas, quia rationes illę non sunt ordinatæ ad semper: sed vt in pluribus, vt dictum est, sicut etiam non est contra naturam, quando aliqua accidunt in rebus naturalibus miraculosè, præter ea, quæ frequenter solent euenire.

Ad tertivm dicẽdum, quòd qualis est lex, talis debet esse dispensatio legis, & quia lex naturæ est cordibus impressa, nõ oportuit dispensationem eorum, quæ ad legem naturæ pertinent, lege scripta dari: sed per internam dispensationem fieri.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ veniente Christo fuit tempus plenitudinis gratiæ Christi, per quam cultus Dei in omnes gẽtes spirituali propagatione diffusus est, & ideo nõ est eadem ratio dispensationis, quæ erat ante Christi aduentum, quando cultus † carnali propagatione multiplicabatur.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ proles secundum quòd est bonũ matrimonii, includit fidem ad Deum seruandam, quia secundum ꝙ proles expectatur ad cultum Dei educanda, ponitur matrimonii bonum. Fides autem ad Deum seruanda est potior quàm fides vxori, quæ ponitur bonũ matrimonii, & quã significatio, quę pertinet ad sacramentum, quia significatio ad fidei cognitionẽ ordinatur: & ideo non est inconueniens si propter bonum prolis, aliquid detrahitur aliis duobus bonis: nec tamen omnino tolluntur; quia & fides manet ad plures, & sacramentum aliquo modo, quia quamuis non significetur cõiunctio Christi ad Ecclesiam inquantum est vna, significatur tamen distinctio graduũ in Ecclesia per pluralitatem vxorum, quæ quidem non solum est in Ecclesia militante, sed etiam triumphante. Et ideo illorum matrimonia aliquo modo significant* coniunctionem Christi ad Ecclesiam, non solum militãtem, vt quidam dicunt: sed etiam triumphãtem, in qua sunt diuersæ mansiones.

*In corp. art. *Al. significabit.

A P P E N D I X.

EX art. habes primò: quomodo per rationem interimas errorem Dauidicorũ dicentium: vxori vni non debere viũ astringi, sed alias plures posse simul habere vxores ad augendã prolem. Per articulum. n. hunc aperte conuincitur, maxime cũ de dispẽsatione aliqua nullã faciat mẽtionẽ. Consequẽter cũ hæc sit contra legem naturæ huiusmodi error potest per art. primũ excludi. Secũdò habes: qũo per rõnem ostendas, ꝑdictũ errorẽ meritò damnari &c. vt art. 1. appẽ. Itẽ à 32. q. 4. Sicut satius est fame mori, q̃ idolothytis vesci: ita satius est defungi sine liberis, q̃ illicito concubitu stirpẽ quærere. Hęc ibi. Illicitũ autẽ cõcubitum esse plurib. vxoribus, sine dispẽsatione diuina; monstratũ est suprà, & hic. Item à 32. q. 4. Sic non sunt facienda adulteria, et volũtate filios ghandi: quemadmodum nec furta sunt faciẽda, et voluntate pascẽdi pauperes sanctos; qđ tñ faciẽdum est, nõ perpetrãdo furta, sed bñ vtẽdo mãmona iniqtatis. Tertiò habes: qũo per rationẽ ostendas; meritò dictũ fuisse ab Innoc. III. de diuort. Gaudemus &c. Nec vlli vnq̃ licuit insimul plures vxores hẽre; nisi cui fuit diuina reuelatione concessũ: q mos ghq;, interdũ ẽt fas censetur. Per quẽ sicut Iacob à mẽdacio, Israelitæ à furto, Sãson ab homicidio: sic & Patriarchæ, & alij viri iusti, quĩ plures simul legunt habuisse vxores ab adulterio excusãtur. Hæc ibi. Vbi nota ly iusti, pro intelligẽtia meliori responsionis ad argum. 3. Item meritò dictũ 32. q. 4. objiciuntur Iacob quatuor uxores, quod quando mos erat, crimen non erat. Sicut Patriarchę coniugibus excipientibus semen suum miscebantur, non concupiscentia perficiendæ voluptatis, sed prouidentia propagãdæ successionis: sic Apostoli auditoribus admirantibus doctrinam suam condelectabantur non auiditate consequendæ laudis, sed charitate seminandæ veritatis. Hæc ibi. Vbi nota ly prouidentia propagandæ successionis; ꝙ illa intentio non sufficiebat, nisi adiuncta diuina dispensatione de pluralitate vxorum quæ dispensatio vocabatur mos: vt annotauit Innocentius nunc adductus in cap. Gaudemus. Quartò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum pro quanto nunquam licuerit virum plures vxores habere nisi dispensatione diuina, insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. 2 3 4 5

*Canonistæ in c. is qui. 34. distinc. c. meretrices, 32. q. 2.

A P-

---

SVPER Q. XCVI. Aliàs 65. Art. III.

Conc. Accedere ad mulierẽ non iunctam sibi matrimonio, quæ cõcubina vocatur, est contra legẽ naturæ.

¶ Prob. Quia illa actio est contra legẽ naturæ, quæ non est conueniens fini debito, vnde que hoc veniat (vt declaratur in textu); & coniunctio cõcubinę est actio nõ conueniens fini debito concubitus, i. bono prolis (vt declaratur ibid.)

¶ Not. Diligẽter aduerte

271

## ARTICVLVS III.

*Vtrum habere concubinam sit contra legem naturæ.*

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd habere concubinam non sit contra legem naturæ. Legis enim cæremonialia non sunt de lege naturæ: sed fornicatio prohibetur Actorũ 15. inter alia cæremonialia legis, quæ ad tempus credentibus ex Gentibus imponebantur: ergo fornicatio simplex, quæ est accessus ad concubinam, non est contra legem naturæ.

¶ 2 Præterea. Ius positiuũ à naturali

uerte propositionem illam textus, scilicet, quicumque concubina vtitur propter delectationem, quæ in ipso est, non referendo in finem à natura intentum, contra naturam facit. Et scias hinc: quòd omnis concubitus extra matrimonium potest dici contra naturam: vt fornicatio, adulterium, & huiusmodi. Nam quamuis nõ sint contra naturã genericam,

*Cõcubitus propter delectationẽ solam.*

quia ex his sequi potest generatio: est tamẽ contra naturam, modo hic declarato. Licet namque adulteri, fornicatores, &c. intendãt aliquãdo generationem: nõ tamen eo modo, quo natura intendit. Nec dicas propter præmissam propositionem coniuges facere contra naturam, quãdo coniungunt propter delectationem solam, non referendo concubitum in bonum prolis: quoniam ne hoc ex prædictis inferres, subiunxit S. Doctor propositionem istam, scilicet similiter etiam nisi sit talis concubitus, qui ad illum finem conuenienter ordinari possit. Rursus. Quid nominis concubinæ, i. quid significat hoc nomen, notabis in ly concubinę nomen illam coniunctionem exprimit &c. vt in textu.

*† Lib. 2. de Inuẽt. aliquãtulum ante finẽ.*

¶ EXAM. Ly vt plurimum. Addit tex. hoc: quia non semper fit denominatio rei à fine, sed à multis alijs, vt suprà aliàs annotatum est.

¶ Ly tãquàm ab optimo. s. in genere extrinseco. Nam quando fit denominatio ab optimo, vt intrinseco, tunc fit à forma essentiali: quam velut aliqd optimũ esse, expressit Porphyrius lib. Prædicab. dicens, forma dat esse rei: & Philosophus magis expresè 1. Physic. dicens Endelechiam esse quid diuinum & optimum.

** Sup. dist. 41. art. 1.*

¶ Ly coniunctio matrimonij à prolis bono nomen accepit. Hoc dicitur, pro quanto proles ex matre nascitur, à qua matre ideo matrimonium denominatur. Et si quis obijciat, quòd etiã à patre nascitur: negãdum est in sensu, quo S. Thomas nunc loquitur. Accipit enim hic nasci; pro in ventre portari, ex ipsoque emitti, ac postea conuenienti cibo lactari, alijsque similibus. Consequenter ergo sumit nasci eo modo quo Gregorius IX. Papa, tanquàm confirmans istud propositum, dixit: Puer indiget materno solatio, sibiq; ante partum onerosus, in partu dolorosus, post partum laboriosus, esse noscitur: ac ex hoc, legitima coniunctio maris & fœminę, magis matrimonium, quàm patrimonium nuncupatur. Hæc ille: de conuers. infidel. Ex literis.

** Ar. 1. huius q. corp.*

*Al. à potiori.*

iure profectum est, vt † Tullius dicit: sed secundum ius positiuum fornicatio simplex non prohibebatur, imò potius in pœnam secundum antiquas leges mulieres lupanaribus tradendæ condemnabantur; ergo habere concubinam, non est contra legem naturæ.

¶ 3 Præterea. Naturalis lex non prohibet quin illud, quod datur simpliciter, possit dari ad tempus, & secundũ quid: sed vna mulier soluta potest dare viro soluto in perpetuũ sui corporis potestatẽ, vt ea vtatur licitè cum voluerit: ergo non esset contra legem naturæ, si dederit ei potestatem sui corporis ad horam.

¶ 4 Præt. Quicumque re sua vtitur vt vult, nemini facit iniuriam: sed ancilla est res domini: ergo si dominus ea vtitur ad libitum, nulli facit iniuriam, & ita habere cõcubinam, non est contra legem naturæ.

¶ 5 Præterea. Quilibet potest alteri dare, quod suum est: sed vxor habet potestatem in corpore viri, vt patet primæ Corinth. 7. ergo si vxor velit, vir potest alteri mulieri coniungi sine peccato.

SED CONTRA. Secundum omnes leges, filii, qui de concubina nascuntur, sunt vituperabiles: sed hoc non esset nisi concubitus ex quo oriuntur, esset naturaliter turpis: ergo habere concubinam, est contra legem naturæ.

¶ Præterea. Matrimonium est naturale: * sed hoc non esset si sine pręiudicio legis naturæ homo posset coniungi mulieri pręter matrimonium: ergo contra legem naturę est concubinam habere.

RESPON. Dicendum, q illa actio videtur * esse contra legem naturæ, quæ non est conueniens fini debito, siue quia nõ ordinatur in ipsum per actionem agentis, siue quia de se est improportionata illi fini: finis autem, quem natura ex tali concubitu intendit, est proles procreanda, & educanda, & vt hoc bonum quæreretur, posuit delectationem in concubitu, vt Constantinus dicit: quicumque ergo concubitu vtitur propter delectationem, quæ in ipso est, non referendo in finem à natura intentum, contra naturam facit; & similiter etiam nisi sit talis concubitus, qui ad illum finem conuenienter ordinari possit: & quia res à fine vt plurimum nominatur, tanquàm * ab optimo, sicut coniunctio matrimonii à prolis bono nomen accepit, quod per matrimonium principaliter quæritur, ita concubinæ nomen illam coniunctionem exprimit, qua solus concubitus propter seipsum quæritur. Etsi etiam aliquis quandoque ex tali concubitu prolem quærat, non tamen est conueniens ad prolis bonum, in quo non solum intelligitur ipsius procreatio, per quam proles esse accipit, sed etiam educatio, & instructio, per quam accipit nutrimentum, & disciplinam à parentibus, in quibus tribus parentes proli tenentur, secundum Philosophum 8. Ethic. * Cum autem educatio, & instructio proli à parẽtibus debeantur per longum tempus, exigit lex naturæ, vt pater, & mater commaneãt ad subueniendum proli. Vnde aues quę cõmuniter pullos nutriunt, ante cõpletam nutritionem, non separantur à mutua societate, quæ incipit à concubitu, vel in concumbendo. Hæc autem obligatio ad commanendum fœminam cũ marito matrimonium facit; & ideo patet, quòd accedere ad mulierem non iunctam sibi matrimonio, quæ concubina vocatur, est contra legem naturæ.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q in Gentilibus quantum ad multa lex naturæ offuscata erat. Vnde accedere ad concubinam, malum non fore putabant, sed passim fornicatione quasi re licita vtebantur, sicut & alijs, quæ erant contra cęremonias Iudęorum, quamuis non essent cõtra legem naturæ. Et ideo Apostoli immiscuerunt prohibitionem fornicationis cęremonialibus propter discretionem, quæ erat in vtroque inter Iudæos, & Gentiles.

AD SECVNDVM dicendum, q ex prædicta * obscuritate, scilicet in quam cęciderunt Gentiles, Deo debitam gloriam non reddentes, vt dicitur Roman. 1. Lex illa processit, & non ex instinctu legis naturæ, vnde præualente Christiana religione, lex illa extirpata est.

** De qua ad 1.*

AD TERTIVM dicendum, q in aliquibus, sicut nullum inconueniẽs sequitur, si rem aliquam quam quis in potestate habet alteri simpliciter tradat, ita etiam nec si tradat ad tempus, & sic neutrum est contra legem naturæ: ita autem in proposito, ideo ratio non sequitur.

AD

Vult ergo dicere tex. articuli: q denominatio ista attenditur secundum rem: non autem secundum nomen. Si enim secundum nõmen fieret, non diceretur matrimonium, à prole; sed prolificatorium.

## 1^m illatio conclusionis.

Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam Apostoli non prohibuerunt fornicationem, tanquàm cęremoniale quoddã per hoc, q eam posuerunt Actu. 15. inter alia cęremonialia: sed ideo prohibitionem eius immiscuerunt cęremonialib. &c. vt in textu fin.

¶ EXAM. Ly offuscata erat. Scilicet propter peccata: vt tangitur ad secundum; non autẽ totaliter ablata. Nam lex naturæ, etiam in dęmonibus, non est totaliter obliterata: in cuius signũ syndęresis, i. naturale iudicatorium inter supplicia infernalia adhuc in eis perseuerabit: de qua eorũ syndęresi suppliciosa Esaias dicit, Vermis eorum non morietur. Rursus. Ex textu præsenti agnoscito: q ex mala consuetudine sæpius fit, vt peccatum nõ reputetur peccatũ; aut si qñque reputatur, non tam magnũ æstimetur, sicut prius æstimabatur, antequàm corruptela illa, dicta cõsuetudo, pręualuisset (vt experiẽtia, & iudicium Gentilium dicens fornicationẽ simplicem non esse peccatum mortale testatur). Hoc & virtualiter insinuauit Philosophus 2. Metaphys. dicens: quòd difficulter credimus illis, quorum oppositis assueti sumus.

*Malæ co[n]suetudinis, & delictorũ effectus est obscuratio ratio[nis].*

*11. & 12.*

** Lib. 8. c[...]*

¶ Ly discretionẽ &c. Hoc est. Vt ablatis ijs, q inter Iudęos & Gentiles cõuersos discretionem, i. dissidium, faciebant, sequeretur cõcordia totalis inter ipsos.

## 2^m ex Tullio.

Ius positiuum. ℞. Conueniens: non vitiosum. §. Tunc nihil &c. Nam illud ius positiuum de quo minor propositio loquitur nomine solum dicebatur ius; cùm tamen reuera esset contrarium iuri. Vnde ex obscuritate, in ad primum prædicta, in quam cęciderunt &c. vt in textu.

## 3^m de maiori.

Datur. ℞. Licitè: non autem illicitè. §. Tunc nihil &c. Nam sicut mulier soluta põt dare licite, puta per matrimoniũ, viro soluto sui corporis potestatẽ in perpetuum, ita potest eidem potestatem eandẽ per matrimoniũ actualiter dare ad horã: non autẽ extra matrimonium. Et ideo in fine tex. dicit ly ideo ratio nõ sequitur. Id est, quia fit transitus, vel fieri intenditur trãsitus à matrimonio

monio ad concubinatum : ideo ratio est extra propositum.

4m de maiori. Vt vult. ℞. Secundum iustitiá : non contra, vel prætet. §. Tunc nihil &c. vt patet ex se.

Item de minori. Res domini. ℞. Quantum ad obsequium: non quantum ad concubitum. §. Tunc nihil &c. vt ex se patet. Vide secũdum responsum literæ, ly & præterea ancilla &c.

Itẽ de conclusione. Nulli facit iniuriã. ℞. Negatur ista. § Facit. n. talis iniuriam proli &c. vt in textu. Vide tertiũ responsum literæ ly & iterum interest &c.

Respon. 2.

Aug. serm. 164. de tẽp. rãsio 3.

5m de maiori. Quod suum est. ℞. Quantum ad omnia: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam mulier habet potestatem in corpore &c. vt in textu.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ iniuria iustitiæ opponitur, lex autem naturalis non solum prohibet iniustitiam: sed etiam opposita omniũ virtutum. Sicut contra legem naturę est vt aliquis immoderatè comedat, q̃uis talis rebus vtens suis, nulli iniuriã faciat: & præterea ancilla quamuis sit res domini ad obsequium, nõ est tamen res sua ad concubitum, & iterum interest qualiter quisque re sua vtatur. Facit enim talis iniuriam proli procreandæ, ad cuius bonum non sufficienter talis coniunctio ordinatur, vt dictum * est.

* In corp. art.

AD QVINTVM dicẽdum, quòd mulier habet potestatem in corpore viri non simpliciter quantum ad omnia: sed solum quantum ad matrimonium, & ideo non potest contra * bonum matrimonii, corpus viri alteri tradere.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationẽ tanquàm in radice: interimas hæresim Gulhermi Cornelij dicentis: ꝙ meretrix publica pauper melior est continente, quæ sibi retineat aliquid in sui subsidium: quia paupertate sola omnia consumuntur peccata. Cùm enim hic ostendatur: ꝙ accedere ad concubinam est contra legem naturæ, monstratur per hoc à fortiori, ꝙ meretrix illa non est melior continente, imò ꝙ ipsa contra naturam agit, quod nõ facit continens. De hoc enim dicitur 1. Cor. 7. Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permanserint, sicut & ego, ꝙ si non se continent, nubant. Vbi clare monstratur intelligenti: ꝙ continere melius est, quàm nubere; & consequenter à fortiori, quòd melius est, quàm meretricari; quamuis hæc sit comparatio abusiua, cum meretricari sit peccatum; & continere sit magnum bonum. Nec obstat prætextus paupertatis à Gulhermo adductus: quoniam paupertas iniquitati iuncta saluare non potest, testãte scriptura Ecclesiast. 25. Tres species odiuit anima mea, pauperem superbum, &c. Cùm ergo in omni peccato reperiatur superbia, patet per hoc: ꝙ pauper iniquus, vt sic, paupertate sola non saluatur. Vnde & dixit aliquando Dominus Exod. 23. Pauperis in iudicio non misereberis. Vult ergo per hoc iustitiam anteponi pauptati, Gulhermũq; damnare, ostendens: ꝙ paupertate sola nõ consumuntur peccata.

2

Secundò habes: quomodo per rationẽ ostendas, meritò insinuatum esse à 32. q 4. ꝙ accedere ad concubinã est contra legem naturæ, & sic. Meretrices esse, & ad meretrices accedere, prohibet Dominus, quarũ publicè venalis turpitudo est. Si furti nomine, bene intelligitur omnis vsurpatio illicita rei alienę (non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit: sed vtique à parte totum intelligere voluit quicquid illicite rerũ proximi aufertur): profectò nomine męchiæ omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vsus prohibitus debet intelligi. Hæc ibi. Vnde patet: quòd per ly non męchaberis Exodi 20. prohibita est etiam simplex fornicatio. Cum autem ly non męchaberis sit præceptum morale, & mores sint de dictamine naturalis rationis, Rom. 2. ipsi sibi sunt lex: patet, quòd męchia omnis est contra legem naturæ.

3

Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis.

4

Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc & declaretur, & consolidetur.

---

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum accedere ad concubinam sit peccatum mortale.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd accedere ad concubinam non sit peccatum mortale. Maius enim peccatum est mendacium, quàm fornicatio simplex, quod patet ex hoc, quòd Iudas, qui fornicationẽ non horruit cum Thamar committere, recusauit mendacium dicens: Certè mendacii arguere non poterit: sed mendacium non est semper peccatum mortale: ergo neque fornicatio simplex.

Gen. 38.

¶ Pręt. Peccatum mortale morte puniri debet: sed lex vetus nõ puniebat concubitum concubinæ morte, nisi in aliquo casu, vt patet Deuter. 24. ergo non est peccatum mortale.

¶ 3 Præterea, secundum Gregorium peccata carnalia sunt minoris culpę, quàm spiritualia: sed non omnis superbia, aut auaritia est peccatũ mortale, quæ sunt spiritualia peccata: ergo non omnis fornicatio, quę est peccatum carnale, est mortale.

¶ 4 Præterea. Vbi est maius incitamentum, ibi est minus peccatum, quia magis peccat, qui minori tentatione vincitur: sed concupiscentia maximè instigat ad venerea; ergo cũ actus gulæ non semper sit peccatum mortale, nec fornicatio simplex erit mortale.

SED CONTRA. Nihil excludit à regno Dei nisi peccatum mortale: sed fornicatores excluduntur à regno Dei, vt patet primæ ad Corin. 6. ergo fornicatio simplex est peccatũ mortale.

¶ Præterea. Sola peccata mortalia crimina dicuntur: sed fornicatio dicitur crimen, vt patet Thob. 4. Attende tibi ab omni fornicatione, & pręter vxorem tuam nunquam patiaris crimen scire.

S.Th. in 4. dist. 16. q. 3. art. 2. q. 2. corp.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut in secunda parte dictum est) illi actus ex suo genere sũt peccata mortalia, per quos fœdus amicitię hominis ad Deum, & hominis ad hominẽ uiolatur, hæc enim sunt contra duo præcepta charitatis, quæ est animæ vita; & ideo cum concubitus fornicarius tollat debitam ordinationem parentis ad prolem, quá natura ex concubitu intendit, non est dubium, ꝙ fornicatio simplex de sui ratione est peccatum mortale, etiam si lex scripta non esset.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ frequenter homo, qui non vitat peccatũ mortale, vitat aliquod peccatum veniale, ad quod non habet incitamentũ, & ita etiã Iudas mendaciũ vitauit, fornicationem non vitans, quamuis illud mẽdacium perniciosum fuisset iniuriam habens annexam, si promissum non reddidisset.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ peccatum non dicitur mortale, quia morte temporali puniatur, sed quia punitur ęterna, vnde etiã furtum, qđ est peccatum mortale interdum non

SVPER Q. XCVI. Aliàs 65. Art. IIII.

COncl. Non est dubium, ꝙ fornicatio simplex de sui ratione est peccatũ mortale: etsi lex scripta non esset.

273 Cap. meretrices, 32. q. 2.

¶ EXAM. Ly etiã si &c. Hoc est, etiam remota lege Mosayca & Euangelica. Nam est contra legem naturæ, quę solũ cordi impressa est art. 2. & 3. ergo ly scripta; intelligitur exterius.

¶ PROB. Quia cõcubitus fornicarius tollit ordinationẽ debitam parentis ad prolem (art. 3. corp.) & illi actus ex suo gñe sunt peccata mortalia p quos fędus amicitiæ hominis ad Deũ ac hominis ad hominem violatur (cùm sint de se contra charitatem).

1m maior. Maius peccatum est mendacium, q̃ fornicatio simplex. ℞. Negatur ista. §. Ad rationem de Iuda dicitur; quòd frequenter homo qui non vitat peccatum mortale, vitat aliqđ &c. vt in textu.

¶ NOT. Mendacium & fornicatio simplex, secundum genus suũ considerata ita se habent; quòd fornicatio est mortale, mendacium verò non: nisi adiuncto ꝙ sit perniciosum. Rursus mendacium consideratum vt perniciosum nõ semper tantum aggrauat, licet sit mortale, quantum fornicatio: sed quàndoque magis (vt si per mendaciũ Titij fiat homicidium à Sempronio), quãdoque minus, vt in tex. Adeo ꝙ textus dicendo ly quamuis illud mendacium perniciosum &c. intendit negasse illam maiorem adductam etiam, ꝙ de mendacio pernicioso Iudæ intelligeretur. Ad propositum enim Iudæ adducta, & negata recte fuit, licet quandoq; (vniuersaliter loquendo) mendacium perniciosum sit peius, quàm fornicatio. Rursus. Nota; quòd illa commixtio Iudæ cum Thamar non fuit secundum rei veritatẽ fornicatio simplex, sed incestus, vt patet ex Genes. 38. secundum tamen opinionem Iudæ fornicatio credita est, ex ibidem & in hoc sensu vltimo loquitur textus. Rursus: Super ly perniciosum fuisset iniuriam habes &c. elice: ꝙ dare mercedẽ promissam etiam pro actu nefario, puta meretricio, tenetur promittens: licet ex mala causa, quæ est actus turpis, originata sit illa promissio.

S. Tho. in 2. Sent. d. 42. q. 1. art.

2m de maiori. Morte. ℞. Aeterna: non

semper temporali. §. Tunc nihil &c. Nam Deuter. 24. loquitur de temporali morte solum.

¶Coroll. Ergo ex textu responsi multa loca scripturarum recte intelligere potes tractantia de morte peccatoribus debita. Vt est illud Gen. 2. In quacũque die comederis ex eo morte morieris. Principaliter siquidem de morte aeterna intelligitur, q̃a peccato mortali debetur aeterna: licet & secundario de tẽporali ex peccato illo causata. Vnde & subitò aeterna mortu[us] est Adã, cum tamen non sic temporali; vt intelligentiae scripturae corresponderet euẽtus. Item Matt. 26. Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. De aeterna siquidem semper intelligitur propter rationem textus: de temporali quãdoque non verificatur, quoniam nec eius sensus de tali est. Applica per te ad alia similia.

punitur per leges temporali morte: & similiter, etiã est de fornicatione.

Ad tertium dicẽdum, quòd sicut non quilibet motus superbiae est peccatum mortale: ita nec quilibet motus luxuriae, quia primi motus luxuriae, & huiusmodi sunt peccata venialia, & etiam concubitus matrimonialis, interdum tamen aliqui luxuriae actus sunt peccata mortalia, aliquibus motibus superbię venialibus existentibus: quia in verbis Greg. * inductis intelligitur comparatio vitiorũ secundum genus quantum ad singulos actus.

* In arg. 3.

Ad quartum dicendum, q̃ illa circũstantia efficacior est ad aggrauandũ, quae magis appropinquat ad speciem peccati. Vnde quãuis fornicatio ex magnitudine incitamenti diminuatur, tamen ex materia, circa quam est, grauitatẽ habet maiorem, quàm inordinata comestio, cũ sit circa ea, quae pertinent ad soluendum fœdus societatis humanae, vt dictum est, & ideo ratio non sequitur.

3m de maiori. Peccata carnalia. ℞. Secũdum genus suum: non quantum ad singulos actus. §. Sicut enim non quilibet motus superbiae est peccatum mortale: ita nec quilibet motus luxuriae: quia primi motus luxuriae, & huiusmodi &c. vt in textu. Tunc nihil &c. Fornicatio enim non computatur inter primos motus, vt patet.

¶Exam. Ly & etiam concubitus matrimonialis interdum. Hoc aduerbium, interdum, refertur ad hoc, quòd actus matrimonialis sit peccatum ueniale. Non enim semper est: immo quandoque est meritorius q. 41. art. 3. & 4.

4m maior. Vbi est maius incitamentum, ibi est minus peccatum. ℞. Caeteris paribus: non aliter. §. Nam illa circunstantia, efficacior est ad aggrauandũ &c. vt in tex. vsque exclusiuè ad ly vnde. Tunc nihil &c. Licet. n. fornicatio ex magnitudine incitamenti diminuatur, tamen &c. vt in textu. Remanet ergo his non obstantibus, quòd fornicatio simplex sit mortale.

¶Not. Per hunc tex. responsi catholici damnatur illa Fraticellorũ (vt ait Prat. suo tit.) haeresis, quae dicit: quod coitus carnalis quicũque, vrente carnis libidine, non est peccatũ, sed osculum; quia ad hoc non inclinat natura, sed ad coitũ est inclinatio naturalis. Similiter & per eundem tex. ostenditur: q̃ haeresis praedicta meritò damnatur à Clemente inter haereses Beguinorum & Begardorũ in Clementin. de haeret. ad nostrum. Applica textus responsum per te ad effugandum hanc, & ad sustinendum Clem. quoniam facile est.

Damnatur haer.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem interimas haeresim Graecorum (vt refert Guido) dicentium: quòd coitus soluti cum soluta, quod simplex dicitur fornicatio, non est peccatum. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, praedictam haeresim damnari 1. Corinth. 6. Nolite errare, neque fornicarij, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt. Haec ibi. Ecce, quòd fornicatio species luxuriae singularis distincta cõtra alias species, etsi non omnes exprimantur, est peccatum mortale, vtpotè à regno Dei excludens. Item à Domino Matthaei 15. De corde exeũt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes. Haec ibi. Vbi patet: quòd fornicatio, cùm distinguatur contra adulterium, significat coniunctionem soluti cum soluta. Item à Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. quae praedico vobis: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Hęc ibi. Vbi expresso genere per ly luxuria exprimi intelliguntur species per ly fornicatio &c. & consequenter sumitur ly fornicatio, vt est soluti cum soluta. Item à Concilio Tridentino sess. 24. cap. 8. de reformat. matrim. Graue peccatum est homines solutos concubinas habere. Quare vt huic tanto malo sancta Synodus prouideat, statuit huiusmodi concubinarios cuiuscumque status & conditionis existant, si postquam ab ordinario ter admoniti ea de re fuerint, & concubinas non eiecerint, seque ab earum consuetu. ne: non seiunxerint, excommunicatione feriendos esse; à qua non absoluantur, donec reipsa admonitioni factae paruerint. Quòd si in concubinatu per annum, censuris neglectis, permanserint; contra eos ab ordinario seuerè pro qualitate criminis procedatur. Mulieres solutae, quae cum concubinarijs publicè viuunt, si ter admonitae non paruerint, ab ordinarijs locorum pro modo culpae puniantur, & extra oppidum vel dioecesim (si id eisdem ordinarijs videbitur) inuocato, si opus fuerit, saeculari brachio eijciantur: alijs poenis contra concubinarios inflictis in suo robore permanentibus. Haec ibi. Ex quibus omnibus patet apertissimè, rationabiliter damnari propositionem erroneam Martini cuiusdam de magistris (vt refert Alfonsus Castr.) dicentis: quòd ille, qui credit, fornicationem simplicem non esse peccatum, non est haereticus. Manifestum enim est illum esse haereticum, qui sententiam contra scripturam apertam tuetur: & (vt patuit) aperta sententia est scripturae, quòd fornicatio simplex est peccatum mortale. Tertiò habes, quomodo per rationem praedicta Patrum, pro quanto concubinam habere esse peccatum mortale insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò uides: quomodo ex ijs vacalim Angelica doctrina haec & declaretur, & consolidetur.

Notet con cubinarij Cõcilium.

---

SVPER Q. XCVI. Aliàs 65. Art. v.

Concl. 1. Habere concubinã non matrimonio iunctã est contra legẽ naturae: & nullo tempore secundum se licitũ fuit, nec etiam ex dispensatione.

274 Cap. meretrices, & c. in eo. 32. q. 2.

¶Exam. Ly non matrimonio iunctam. Ad differentiam concubinae iunctae in matrimonio. Pro qua re consule conclusionem secũdam sequentem.

¶Ly cõtra legem naturae. Vt declaratum est artic. 3.

¶Ly secũdum se. Ad differentiam opinionis antiquorum Gẽtilium, vel etiam Gręcorum illorum, quos recensuit art. 4. appen. Ea propter non dicit tex. ly secundum opinionẽ aliquorum, sed ly secundũ se.

¶Prob primò: Quia concubitus cũ ea, quae nõ est matrimonio iuncta, non est conueniens actus ad bonum prolis, (art. 4.) Secunda autẽ pars, s. & nullo &c. probatur: Quia prima praecepta legis naturae, contra quę est habere concubinã, dispensationem non recipiunt (patet in ad primum seq.)

* In li. 1. & est de Abraham, ca. 4. parũ ante med. to. 4.

¶Concl. 2. Vbicũq; legitur in veteri Testamento, aliquos concubinas habuisse, quos necesse sit à peccato excusari; oportet eas esse matrimonio iunctas, & tamen concubinas dici.

¶Exam. Ly quos necesse sit à peccato excusari. Ad differentiam eorum de quibus excusandis à peccato nõ incumbit nobis necessitas. Huius-

## ARTICVLVS V.

*Vtrum aliquando licitum fuerit concubinam habere.*

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur q̃ aliquando licitum fuerit concubinam habere. Sicut. n. habere vnam vxorem est de lege naturae, ita etiã habere concubinam, sed aliquãdo licuit plures vxores habere: ergo & habere concubinam.

¶ 2 Praeterea. Non potest aliqua simul esse ancilla, & vxor; vnde secundum legem ex hoc ipso, quòd ancilla in matrimonium ducebatur, libera reddebatur: sed aliqui amicissimi Deo, leguntur ad suas accessisse ancillas, sicut Abraham, & Iacob: ergo non illae erant vxores, & sic aliquando licuit concubinas habere.

¶ 3 Praeterea. Illa, quae in matrimonium ducitur, non potest eiici, & filius eius debet esse haereditatis particeps: sed Abraham eiecit, Agar, & filius eius non fuit haeres; ergo non fuit vxor Abrahae.

Sed contra. Ea, quę sunt contra praecepta Decalogi, nunquam licuerunt: sed habere concubinam est contra praeceptum Decalogi, scilicet, Non moechaberis: ergo nunquam fuit licitum.

¶ Praet. Ambrosius * dicit in lib de Patriarchis. Viro non licet quod mulieri non licet: sed nunquã licuit mulieri ad aliũ virum accedere, dimisso viro proprio: ergo nec viro vnquã licuit concubinam habere.

Respon. Dicendum, quòd Rabbi Moyses dicit, quòd ante tẽpus legis fornicatio non erat peccatum, quod probat ex hoc, q̃ * Iudas cum Thamar cõcubuit. Sed ista ratio non cogit. Non enim necesse est filios Iacob à peccato excusari, cũ * accusati fuerint apud patrẽ crimine pessimo,

* Gen. 38.

* Gen. 37.

& in Ioseph necem, & venditionem consenserint. Et ideo dicendum est, quòd habere concubinam non matrimonio iunctam sit contra legem naturæ: & * nullo tempore secundum se licitum fuit, nec etiam ex dispensatione. Sicut enim ex dictis patet, concubitus cum ea, quæ non est matrimonio iuncta, non est conueniens actus ad bonum prolis, quod est principalis finis matrimonii, & ideo est contra præcepta legis naturæ, quæ dispensationem non recipiunt. Vnde vbicumque legitur in veteri Testamento, aliquos concubinas habuisse quos necesse sit a peccato excusari, oportet eas esse matrimonio iunctas, & tamen concubinas dici, quia aliquid habebant de ratione vxoris, & aliquid de ratione concubinæ. Secundum enim, quòd matrimonium ordinatur ad suum principalem finem, qui est bonum prolis, vxor viro coniungitur insolubili coniunctione, vel saltem diuturna, ut ex dictis patet: * & circa hoc non est aliqua dispensatio: sed quantum ad finem, qui est dispensatio familiæ, & communicatio operum, vxor coniungitur viro, ut socia. Et hoc deerat in his, quæ concubinæ nominabantur. In hoc enim poterat esse dispensatio, cum sit secundarius matrimonii finis: & ex hac etiã parte habebant aliquid simile concubinis, ratione cuius concubinæ nominabantur.

Ad primum ergo dicendum, quòd habere plures vxores non est contra prima præcepta legis naturæ, sicut habere concubinam, * & ideo ratio non sequitur.

Ad secundum Dicendum, q̃ antiqui Patres ea dispensatione qua plures habebant, ad ancillas accedebant uxorio affectu, sed non erant vxores, quantum ad illam coniunctionem, quæ respicit secundarium finem, cui conditio seruitutis opponitur, cum non possit simul esse socia, & ancilla.

Ad tertium dicendum, q̃ sicut in lege Moysi per dispensationem licebat dare libellum repudii, ad euitandum vxoricidium, ut dictum est, * ita ex eadem dispensatione licuit Abrahæ eiicere Agar, ad significandum mysterium, q̃d Apostolus explicat Gala. 4. quòd etiam ille filius hæres non fuerit, ad mysterium pertinet, & quod Esau filius liberæ hæres non fuit, ut patet Romanorum nono. Similiter etiam propter mysterium factum fuit, ut filii Iacob ex ancillis, & liberis nati hæredes essent, ut Augustinus dicit: * quia Christo nascuntur in baptismo filii, tã per bonos, quos libera significat, quàm per malos ministros, qui per ancillas significantur.

QVAE-

* Art. 3. huius q.
* Art. 3. huius q. cor.
* Art. 3.
* Art. 1. huius q. ad 7. & 8. ar. præsenti corp.
* q. 67. art. 6. cop.
* Trac. 11. in Ioan. in med. illius to. 9.

Huiusmodi autem excusandi sunt ij, quos scriptura nobis proponit ceu exemplar fidei, siue morum. ut est Abraham, Iacob, Isaac. Ex his intellige melius dicta ar. 2. arg. 3.

¶ Prob. Quia nisi fuissent concubinæ illæ matrimonio iunctæ, ipsi homines non excusarentur a peccato (patet:) Secunda autem pars. s. & tamen &c. probatur. Quia illæ habebant aliquid de ratione concubinæ (patet per ly secundum enim q̃d matrimonium ordinatur &c. vt in textu.)

¶ Examen. Ly ex hac etiam parte habebant aliquid simile concubinis, &c. Idest vltra hoc, q̃ pro concubinatu matrimoniali deseruiebant, dicebant quoque ex hoc concubinæ; quia in dispẽsatione domus non concurrebãt, tanquam dominæ, quę tantum uxorum, non autem concubinarum; nomine uocabantur; sicuti Sara. Hoc totum virtualiter significauit ille textus fin. per ly etiam.

¶ Not. Quòd talis sanctorum Patrum cõcubinæ essent etiam re uera uxores confirmatur patenter ex scripturis ipsis, quæ ideo tales vocant uxores. Vnde Gen. 16. de Sara dicitur; tulit Agar ægyptiam ancillam suam, & dedit eam viro suo vxorem: & 30. de Rachel, habeo inquit) famulam Balan, &c. deditque illi, Balan in cõiugium, & postquam ibi de Lya narrauit, quòd tradidit Zelpham ancillam suam marito, subintulit post generationem filij quinti Lyę uerba hæc ad literam: dedit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meam uiro meo. Cum ergo Deus non det mercedem salutiferam pro peccatis, dicendum est: quòd opus illud, quo Lya dedit ancillam suam uiro pro carnali copula, fuit bonum. Non fuisset autem bonum, sed peccatum (ut patet si eam illi sic dedisset sine contractu matrimonij; ita ut ancilla ipsa remanens ancilla fieret eius uxor. Ex dictis, tanquàm a simili, sentias idem de omnibus alijs similibus, idest de ijs, quos necesse est a peccato excusari, ut inquit conclusio. Ex quibus etiam intelligi datur, quòd patres antiqui ex dispensatione diuina plures uxores licite habuerunt, vt dicitur artic. secundo.

**1^m de maiori.** Ita. ℞. Quantum ad esse contra legem naturæ: non, quantum ad esse prima, vel secunda præcepta eius. §. Tunc nih. &c. Nam secunda præcepta recipiunt dispensationem, prima non. Vide art. 1. & 3.

**2^m de maiori.** Vxor. ℞. Quantum ad cognitionem respicientem secundarium finem: non, primũ. §. Tunc nihil &c. Nam ancillæ antiquorum patrum fuerunt vxores quantum ad coniunctionem respicientem finem primum tantum) ut in corp.

**3^m maior.** Illa, quæ in matrimonium ducitur non potest eijci, & filius eius debet esse hæreditatis particeps. ℞. Nisi in contrarium fiat dispensatio, & significatio alicuius misterij. §. Nam sicut in lege Moysi per dispẽsationem licebat &c. ut in textu. Tunc nihil &c. ut patet.

¶ Not. Non accipias uniformiter ly licebat dare libellum repudij, & ly licuit Abrahæ eijcere Agar. Nam illa dispensatio repudij fuit ad duritiam cordis facta, tanquam minoris mali permissio, ut q. 67. art. 3. ista uerò Abrahæ non item: & consequenter illud licitum fuit tanquam quoddam malum toleratum: istud uero, tanquam quoddam bonum per dispensationem approbatum, licet aliàs esset illicitum.

Vtilitas Ecclesiæ Dei.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem interimas spurcissimum dogma Lutheri dicentis: uxor si nolit, ancilla uenito: Vbi de dispensatione nullam mentionem faciens, monstrat per hoc: uiros licite posse aliquando habere concubinas. Vnde inquit, uxor si nolit &c. Quasi dicat apertius. Si uir habeat uxorem, & ancillam in domo, & uxor nolit cognosci carnaliter, potest ad ancillam accedere cognoscendam. Cum ergo articulus monstret; numquam nisi ex dispensatione diuina fuisse licitum habere concubinã & matrimonio quidem iunctam, patet; quòd contra dogma illud militat, ipsũq; expugnat. Item errorem Almarici (Direct. Inquisit. 2. par. q. 7.) dicentis: quoscumque actus carnales stuprum, adulterium, &c. si fiant ex charitate non esse peccatum. Cui errori adiunxit alium, quasi pro signo quòd huiusmodi non sint peccata, dicẽs; adulteria, stupra &cæt. Deus ut bonus non punit (ut ibid.) Contra hunc enim. Almaricũ, cum non faciat mẽtionem de dispensatione, sed tantum de charitate quam fingit, concludit præsens articulus. Secundò habes: quomodo p̃ rationẽ ostendas meritò damnari errores prædictos a lege diuina. Exod. 20. Non mœchaberis. Vbi per mæchiam intelligitur prohiberi qlibet actus luxuriosus extra matrimonium. Quod confirmatur. 32. q. 4. Meretrices esse &c. Si furti nomine bene intelli . ur omnis illicita vsurpatio rei alienæ (non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit: sed vtique a parte totum intelligere uoluit, quicquid illicite rerũ proximi aufertur.) profectò nomine męchiæ omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus usus prohibitus, debet intelligi. Hæc ibi. Item a Concil. Lateranensi sub Leone X. sess. 11. Cum omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum sit, & sub pœna peccati mortalis necessario euitandum; monemus omnes laicos tam uxoratos, quam solutos, ut similiter a concubinatu abstineant. Pro huiusmodi autem diuini obseruantia præcepti hi, ad quos pertinet tam salutaribus monitis, quàm alijs canonicis remedijs omni studio laborent. Hæc ibi. Item a constitutionibus Apostolicis lib. 6. cap. 28. Praua actio adulterium, & fornicatio: quorum factorum aliud est iniustitia, ultimum est peccatum: Nullum uero impunitum relinquitur pro suo genere. Hæc ibi. Item a Deuteron. 23. Non erit, qui fornicetur in filijs Israel. Non erit, qui fornicetur de filiabus Israel. Non offeres mercedem meretricis domino Deo tuo ad altare. Hæc ibi. Vbi uides Deũ loqui pro tempore testamenti ueteris, & consequenter per hoc ipsum attestari, quòd nec tunc erat licitum habere concubinam. Intellige semper, non matrimonio iunctam: & hanc ex dispensatione diuina tunc, quando alia habebatur uxór. Item a 32. quæst. secũda. Concubinæ ad tempus adhibitæ, nec etiam si causa filiorum concumbant, iustum faciunt concubinatũ suum. Hæc ibi. Item a Concil. Lateran. vbi Innocen. III. de summ. Trin. & fid. cathol. Damnamus &cæt. Reprobamus etiam, & condemnamus, peruersissimum dogma impij Almarici cuius mentem sic pater mendacij excæcauit, ut eius doctrina non tam hæretica censenda sit, quàm insana: Hæc ibi. Et uere patet in proposito esse insana: quandoquidem charitatem fingebat esse posse ubi, & dum mortale peccatum actualiter est: & Deum bonum non punire talia peccata: quod prorsus insanissimum hominem sonat. Nec obstat, quòd concilium dicit in singulari ly dogma: quoniam nomen dogmatis generale est, & totam eius doctrinam complectens. Ac si dixisset; se omnem Almarici doctrinam damnare. Hoc autem satis indicant illa sequentia uerba. Cut eius doctrina non tam hæretica, &c. Damnarunt, &

facto

& facto catholici prælati Almaricum tanquàm hæreticum, & con sequenter doctrinam eius, quando ipsum combusserunt Lutetiæ de anno 1208.)ut refert Dominus Franciscus Pegna super Direct. Inquisit.) Vide art.4.appen.& 1.par. q.39.art.3.

¶Tertiò habes q̃to per rõnem prædicta patrũ,pro quãto nulli licuisse habere concubinam insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò uides quomodo ijs vicissim Thomistica doctrina hæc & declaretur & consolidetur. 3 4

SVP. Q. XCVII. Aliàs 66. Art.1.

CONCL. Bigamia irregularitatem induc cit.

¶EXAMEN. Ly irregularitatem. Hæc communiter sic diffinitur. Irregularitas est impedimentum canonicum ex facto,seu defectu proueniens; quo quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, vel in eisdem ministrare. Vnde irregularitas,quo ad quid nominis, dicit quandam indecentiam, quæ ponit extra regulam, i.reddit indecentem, siue non idoneum ad spiritualia. (Irregularitatis quid rei,& quid nominis.)

¶ Ly bigamia. Ista est defectus prouenientes ex secundis nuptijs,qui est defectus significationis sacramenti, ut colligitur ex textu. (Bigamia quid.)

¶PROB.1.Quia bigamia tollit perfectam significationem sacramẽti matrimonij (cũ non sit unius tantum vir, vel vxor:)& ille qui minister sacramentorum esse debet,nullum defectum in sacramẽtis debet habere. Secundo, quia bigamia spiritualitatem minorem ex se indicit, quàm administratio sacramentorum requirat (ut patet in tex. a ly alia autem causa consequens &c. (275 S.Tho. 4. dist.27 q.3. art.1.& 1. ad Tim. 3.)

1^m de antecedente. Multitudo. R. Siue simpliciter, siue secundum quid § Tunc nihil &c. Nam multitudo simpliciter consequitur ens simpliciter,idest actualiter existens;& multitudo secundũ qd consequitur ens,quod iam fuit. Et sic correspondent singula singulis & diuersos effectus faciũt, ut patet in textu.

2^m de maiori. Maius. R. Sed non magis adhærens.§.quãuis enim sit in fornicarijs maioris concupiscentiæ &c.ut in text. Tunc nihil &c ut patet. (* Cap.debitum extra de big.)

Itẽ illatio cõclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Ratio est quia in fornicatione non est sacramentum, & consequenter nec defectus talis sacramenti, qualem bigamia habet. Vide responsum secũdum literæ ly & iterum non &c. (* Cap.acutius & seq. 26. dist.)

3^m de maiori. Aut hoc est ratione sacramenti, aut ratione carnalis copulæ. R. Aut ratione vtriusq; §. Tũc nihil &c. Nam bigamia causat irregularitatem ratione vtriusq;, vt declaratur in textu.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas merito insinuatum a Concil. Aurelian. quòd bigamiæ irregularitas est annexa: & sic. Vt bigami ad sacerdotium non attendant. Hæc illud: de bigam.non ordinan. Item a Cælestino III. De bigamis, presbyteris, & viduarum maritis,idem sancimus omnino,ut nec viuentibus uxorib., nec defunctis, ad diuinorum debeant celebrationem admitti, maximè cum a doctrina sit Apostoli,& institutionibus ecclesiæ,alienum. Hæc ibid. Item a dist.26.vna tantum &c. Bigami dicuntur, non solum qui post baptisma coniugia frequentãt, sed etiam qui ante baptismum unũ,& post baptismum alteram habuisse probantur.Bigamus uerò in sacerdotẽ ordinari non debet, nõ quia deliquerit secundam accipiendo uxorẽ, sed quia prærogatiua exutus est sacerdotij. Hæc ibi. Item a distin. ead. acutius &c. Sicut fœmina cathechumina vitiata non potest post baptisma inter Dei virgines cõsecrari: ita non absurde visum est, bigamium non peccasse,sed nor- (Vtilitas p Eccles. S.Dei.)

QVAEST. XCVII. Aliàs 66.

*De bigamia & irregularitate ex pluralitate vxorum contracta, in quinque articulos diuisa.*

DEINDE considerandum de bigamia, & irregularitate ex ea contracta.

Circa quod quæruntur quinque.

¶Primò, Vtrum illi bigamiæ, quæ est ex hoc quòd aliquis duas vxores successiue habuerit, sit irregularitas annexa.

¶Secundò, Vtrum irregularitatem contrahat, qui simul, vel successiue duas vxores habuit.

¶Tertiò, Vtrum irregularitas contrahatur ex hoc, quòd quis vxorem virginem non accipit.

¶Quartò, Vtrum bigamia per baptismum soluatur.

¶Quintò, Vtrum cum bigamo liceat dispensare.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum bigamiæ irregularitas sit annexa.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd illi bigamiæ,quæ ex hoc quòd aliquis duas uxores successiue habuit, non sit irregularitas annexa: quia multitudo, & vnitas consequuntur ens, ergo ens, & non ens non faciunt multitudinem aliquam: sed ille, qui habet successiue duas vxores,tunc quando una est in esse,alia est in non esse, ergo ex hoc non efficitur vir non vnius vxoris, qui secundum Apostolum ab Episcopatu prohibetur.

¶ 2 Præt.Maius signum incontinentiæ apparet in eo, qui plures fornicarie cognoscit, quàm qui plures vxores successiue habet:sed ex primo nõ efficitur aliquis irregularis, ergo nec ex secundo.

¶ 3 Præt. Si bigamia irregularitatem causat, aut hoc est ratione sacramenti, aut ratione carnalis copulæ: sed non ratione primi,quia sic si aliquis cum una contraxisset per uerba de præsenti, & ea mortua ante carnalem copulam subsecutam duceret aliam efficeretur irregularis, quod est contra Decretale Innocentii Tertii. Nec iterum ratione secundi: quia secundum hoc etiam, qui plures fornicario concubitu cognosceret,irregularis esset, quod falsum est,ergo nullo modo bigamia irregularitatem causat.

RESPON. Dicendum, quòd aliquis per sacramentum ordinis minister sacramentorum constituitur,& ille, qui aliis sacramenta ministrare debet, nullũ defectum in sacramentis pati debet. Defectus autem in sacramento est, quando sacramenti significatio integra non inuenitur, sacramentũ autem matrimonii significat coniunctionem Christi ad Ecclesiam,quę est unius ad unam. Et ideo requiritur ad perfectam significationem sacramenti quòd uir sit tãtum vnius vir, & vxor sit tantum unius vxor, & ideo bigamia, quæ hoc tollit, irregularitatem inducit. Et sunt quatuor modi bigamiæ.Primus est, cum quis plures habet vxores de iure successiue. Secundus cum simul habet plures, unam de iure, aliam de facto. Tertius, cum habet plures successiue, vnam de iure, aliam de facto. Quartus,quando viduam ducit vxorem,& in omnibus his est irregularitas adiuncta. Alia autẽ causa consequens assignatur, quia in illis, qui accipiunt sacramentum ordinis, maxima spiritualitas debet apparere; tum quia spiritualia ministrant,scilicet sacramenta,tum quia spiritualia docẽt, & in spiritualibus occupari debent. Vnde cum concupiscentia maxime spiritualitati repugnet, per quam totus homo caro efficitur, non debet aliquod signum concupiscentiæ permanentis in eis apparere, quod quidem apparet in bigamis, qui una uxore contenti esse noluerunt: tamen prima ratio est melior.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod multitudo plurium uxorum simul existentium est multitudo simpliciter, & ideo talis multitudo totaliter significationi sacramenti repugnat,& propter hoc tollitur sacramentum.Sed multitudo uxorum successiue est multitudo secundum qd, & ideo non tollit significationem sacramenti totaliter, nec sacramẽtum euacuat quantum ad sui essentiam: sed quantum ad sui perfectionem, quæ requiritur in illis, qui sunt sacramentorum dispensatores.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quamuis sit in fornicariis maioris cõcupiscentiæ significatio,non tñ concupiscentiæ ita adhærentis,quia per fornicationem vnus alteri nõ in perpetuo obligatur, & iterum non est defectus sacramenti.

AD TERTIVM dicẽdũ,ꝙ sicut dictũ * est, bigamia causat irregularitatẽ, inquantũ tollit perfectã significationem sacrĩ,quę quidem consistit,& in coniunctione animorum, quæ fit per consensum,& in coniunctione corporũ:& ideo ratione vtriusque simul oportet esse bigamiam,quæ irregularitatem faciat. Vnde per Decret. Innoc. Tertii,* obuiatur ei,qd Magister * in litera dicit, s.ꝙ solus consensus per uerba de præsenti sufficit ad irregularitatem inducendam. (* In corp. & ad 2. * Al.matrimonii. * Loco cita to in arg.3.)

ARTI-

normam sacramenti amisisse, non ad vitæ meritum, sed ordinationis signaculum. Vnius uxoris vir Episcopus significat ex omnibus gentibus vnitatem vni viro Christo subditam. Hæc ibi. Item ab Innocentio Tertio, de bigam. non ordinan. debitum, &c. Cum propter sacramenti defectum inhibitum sit, ne bigamus, aut maritus viduæ præsumat ad sacros ordines promoueri: quoniam nec illa est vnica vnici, nec ille unus vnius: profectò vbi deficit inter huiusmodi huiusmodi coniuges commixtio corporum, non deest huiusmodi signaculum sacramenti. Hæc ibi.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto bigamiæ irregularitatem annexam esse insinuant, & intelligas, & tuearis. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur. 3

---

SVP. Q. XCVII. Aliàs 66. Art. II.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum irregularitas sit annexa bigamiæ quæ contingit ex hoc quòd homo habet duas vxores, vnam de iure, & alteram de facto.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd irregularitas non sit annexa bigamiæ, quæ contingit ex hoc quòd homo habet duas vxores, vnam de iure, aliam de facto. Quia vbi nullum est, sacramentum, non potest esse defectus sacramenti: sed quando aliquis contrahit de facto cum aliqua, & non de iure, non est ibi aliquod sacramentum, quia talis coniunctio non significat coniunctionem Christi ad Ecclesiam, ergo cum irregularitas non consequatur bigamiam nisi propter defectum sacramenti, videtur quòd talem bigamiam irregularitas non consequatur.

¶ 2 Præt. Aliquis accedens ad illam, cum qua contraxit de facto, & non de iure, committit fornicationem, si non habeat aliquam vxorem legitimam, vel adulterium, si habeat aliam: sed diuidere carnem suam in plures per fornicationem, vel adulterium non causat irregularitatem, ergo nec dictus bigamiæ modus.

¶ 3 Præt. Contingit quòd aliquis antequam cognoscat carnaliter illam, cum qua de iure contraxit, cum alia contrahit de facto non de iure, & eam carnaliter cognoscit (siue prima mortua, siue viuente, talis contraxit cum pluribus, vel de iure, vel de facto) & tamen non est irregularis, quia carnem suam non diuisit in plures, ergo ex prædicto * modo bigamiæ non contrahitur irregularitas.

RESP. Dicendum, quòd in duobus secundis modis bigamiæ contrahitur irregularitas, quia quamuis in altero non sit sacramentum, est tamen quædam sacramenti similitudo. Vnde isti duo modi sunt secundarii, & primus est principalis in irregularitate causanda.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis ibi non sit sacramentum, est tamen ibi aliqua similitudo sacramenti, quæ non est in fornicatione, vel adulterino concubitu, & ideo non est simile.

Et per hoc patet solutio ad secundum.

AD TERTIVM dicendū, quòd in tali casu non reputatur bigamus, quia primum matrimonium non habuit perfectam significationē suam; tamen si per iudicium Ecclesiæ compellatur ad primam redire, & eam cognoscere, statim efficitur irregularis: quia irregularitatem non facit peccatum, sed imperfectio significationis.

AR-

---

276

CONCL. Irregularitas bigamiæ cótrahitur ex hoc, quòd homo habet, uel simul, uel successiuè duas vxores, vnā de iure, aliam de facto.

¶ EXAMEN. Text. ly in duobus secundis modis. Hoc dictum textus intelligitur de illis modis, qui expressi sunt articulo primo, corpo. qui & in conclusione præscripta sunt explicati.

¶ PROB. Quia ī hoc, quòd homo habet duas unam de iure alteram de facto, inuenitur defectus significationis sacramenti; saltem secundum sacramenti similitudinem.

¶ NOT. Per hoc: quòd de facto uxor habetur, & non de iure ibi dicitur esse similitudo sacramenti ex eo: quòd interuenerunt nuptiæ, & nomen uxoris; & cótractus matrimonij apparentis. Adeò quòd deficit ibi sola ueritas sacramenti. Non sunt enim in ueritate coniuges, sed habentur, & esse videntur propter ea, quæ dicta sunt. Et ideo probatio dixit, quòd ibi est similitudo sacramenti. Et hoc ad differentiam fornicationis, adulterij, incestus, &c. quoniam cum his non interuenit matrimonij contractus, nec etiam apparenter.

* In arg. 1. huius ar.

¶ COROLL. Ergo irregularitas non principaliter, ut in habente plures vxores de iure successiuè; sed secundario, quasi diminutè reperitur in habente plures, de facto unam, aliam de iure, siue simul, siue successiuè: & hæc differentia irregularitatum annotata est ab Innocen. Tertio, ut intelligere poteris in appen. sequen. Ergo in fornicatione adulterio, incestu, & similibus neque primò, neque secundario contrahitur irregularitas, ut intelligitur ex Innocentio eod. de bigam. non ordinan. cap. Quia circa.

1^m maior. Vbi nullum est sacramentum, non potest esse defectus sacramenti. ℞. Vbi tamen est similitudo sacramenti, potest esse defectus similitudinariè sacramenti. §. ut habes supra exam. & coroll. Tunc nihil &cæt. Licet enim quando aliquis de facto contrahit cum aliqua non sit ibi sacramentum (ut arguitur:) est tamen ibi similitudo sacramenti, & consequenter defectus similitudinarius saltem, idest similis defectui, sacramenti. Et hic defectus similitudinarius sufficit ad irregularitatem secundariò causandam. Vide ibi exam & corol.

2^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim est idē iudicium de fornicatione, & adulterio, & de contractu matrimonij de facto, ut patet, sup. exam. & coroll.) quo ad irregularitatem causandam.

3^m conclusio. Ex prædicto modo bigamiæ non contrahitur irregularitas. ℞. Nisi utramque carnaliter cognouerit uir. §. Tunc nihil &c. Nam casus adductus in argumento non tangit sensum conclusionis. In tali enim casu non reputatur bigamus, quia &c. ut in textu.

* In arg. 1.

¶ COROLL. Ergo sensus conclusionis fuit; quòd ad irregularitatem illā causandam requirebatur, quòd utraque mulier a uiro illo fuisset cognita. Quod deficit in casu argumenti, & hoc significat responsiō textuale per ly primū matrimonium non habuit perfectam significationem suam. Hoc est prima uxor illa, cū qua de iure contraxerat, non fuit cognita carnaliter. Per cognitionem ergo carnalem coniugatorum significatur mysterium incarnationis, per quod Christus coniunctus est humanitati nostræ indissolubiliter, vt habetur ex Innocentio Tertio, de bigam. non ordin. debitum pastoralis. Vide supra quæst. 63. ar. 2. not. post ad primum.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Ecclesia S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum ab Innocen. Tertio, quòd matrimonialiter iūctis de facto pluribus uxoribus irregularitatē cōtrahunt, & sic. Cum in matrimonijs cōtrahendis non iuris effectus, sed animi destinatio attendatur. vnde illum comitatur infamia, qui duas simul uxores habet, quod partim ad factum conuenit retorqueri. Eadem censura tales videntur inter bigamos reputandi, qui quantum, in ipsis fuit, secundas mulieres sibi matrimonialiter coniunxerunt licet in ueritate bigami nō existant, non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto. Hæc ille: de bigam. non ordinan. Nuper. Vbi per ly affectum intentionis cum opere subsequuto datur intelligi similitudo sacramenti illa, de qua in textu loquutus est D. Thomas. Denotat ergo Pontifex, quòd propter similitudinem facti aliquis numeratur inter eos quandoque, de quorum numero non est: ut habes exemplum. 27. quæst. 1. quotquot. Et uniuersaliter nota hic, & in pluribus locis adduci literas Pontificū, Conciliorum, & canonum, non totas, sed plerumque pro partibus tantum illis, quæ faciunt ad propositum, fideliter tamen literas ipsas sic referendo. Hoc dixerim, ne quando erres, putando casu quodam intermissa fuisse plura ipsarum literarum: sicut & quidam in D. Thoma allegante plurima doctorum, consulto quædam plus uel minus relinquente, errauerunt.

¶ Secundo habes: quomodo per rationem prædicta Pontificis, pro quanto bigamiam contrahi ex pluralitate uxorum habitarum de facto partim insinuant, & intelligas, & tuearis.

¶ Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

SVP. Q. CXVII.
Aliàs 66. art. III.

CONCL. I. Siue diuisio carnis inueniatur ex parte uiri, siue ex parte uxoris est defectus sacramenti, sed tamen diuersimode.

277 Cap. debitū extra de bigam.

¶PROB. I. Quia in coniunctione Christi atq; ecclesiæ unitas ex utraque parte inuenitur (patet). Secunda autē pars. s. sed tamē &c. probatur. Quia ex parte uiri requiritur, quòd aliam duxerit in uxorem, non quòd sit virgo; ex parte autem uxoris requiritur, ꝙ etiam sit uirgo (patet in textu a ly & ideo aliter dicēdum, quòd &c.)

¶CONCL. 2. Defectus in ipso sacramento causat irregularitatem: corruptio autem extra matrimonium contingens, quæ præcessit matrimonium nullum defectum facit in sacramēto, ex parte illius, i quo est corruptio, sed facit defectum ex parte alterius.

¶PROB. I. Quia patet ex dictis. Secunda vero pars. s. corruptio autem &cæt. probatur. Quia actus contrahentis matrimonium non cadit supra seipsum, sed supra alterum.

¶CONCL. 3. Si mulier esset ordinis susceptiua: sicut efficitur uir irregularis ex hoc, quòd ducit uxorem corruptam, non autē ex hoc, quòd corruptus cōtrahit: ita fieret mulier irregularis, si contraheret cum corrupto, non autem si contraheret corrupta: nisi in alio matrimonio prius corrupta fuisset.

*In Regist. lib. 2. c. 35. in med. & refertur di stin. 34. ca. Præcipimus.

¶PROB Quia supponitur clara ex prędicta.

1^m maior. Plus impeditur aliquis defectu ꝓprio, quàm alieno. ℞. Cęteris paribus. §. Tūc nihil &c. Nam cætera sunt imparia: quoniam vir, & mulier, non se habent uniformiter ad irregularitatem, ut patet ex conclusionibus. Vide q. 39. ar. 5. ad secundum argumentum simile, & applica.

¶COROLL. Potest ergo vir ex defectu mulieris irregularitatem contrahere.

2^m de conclusione. Talis mod'. ℞. Secūdum probabiliorem opinionem acceptus, nō secundum

## ARTICVLVS III.

*Vtrum contrahatur irregularitas ex hoc quòd aliquis ducit vxorem non virginem.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non contrahatur irregularitas ex hoc quòd aliquis ducit vxorem non virginē. Quia plus impeditur aliquis defectu ꝓprio, quàm alieno: sed si ipse contrahens non sit uirgo, non fit irregularis, ergo multo minus fit vxor eius virgo non sit.

¶ 2 Præt. Potest esse, quòd aliquis deflorauit aliquam, & postea ducat eam in uxorem, talis non videtur esse irregularis, quia non diuisit carnem in plures, nec etiam uxor eius, sed tamen ducit corruptam in vxorem, ergo talis modus bigamiæ non causat irregularitatem.

¶ 3 Præt. Nullus potest contrahere irregularitatem, nisi voluntarius: sed aliquis quandoque ducit uxorē non virginem inuolūtarius, vt quando credit eam virginem esse, & postea inuenit eam corruptam fuisse cognoscens eam, ergo talis modus non causat irregularitatem.

¶Præterea. Corruptio sequens matrimonium est vituperabilior, quàm præcedens, sed si uxor postquam est consummatum matrimonium, ab aliquo cognoscatur, non efficitur vir irregularis, aliàs puniretur pro peccato uxoris, & potest etiam esse postquàm hoc sciat, quòd reddat ei debitum poscenti, antequā de adulterio condemnetur accusata, ergo videtur, quòd ille modus bigamię non causet irregularitatem.

SED CONTRA est quod Greg.* dicit, Præcipimus ne vnquam illicitas ordinationes facias, ne bigamum, aut qui virginem non est sortitus in vxorēm, aut ignorantem literas, aut habentem quamlibet partem corporis vitiatam, vel pœnitentiæ, vel curæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, ad sacros ordines permittas accedere.

RESPON. Dicendum, ꝙ in coniunctione Christi, & ecclesiæ veritas ex utrâque parte inuenitur. Et ideo, siue diuisio carnis inueniatur ex parte uiri, siue ex parte uxoris, est defectus sacramenti. Sed, tamen diuersimode quia ex parte viri requiritur, quòd aliam duxerit in uxorē, non quòd sit virgo, sed ex parte vxoris requiritur quod etiam sit uirgo, cūius ratio a Decretistis assignatur. Quia Episcopus significat ecclesiam militātem, cuius curam gerit, in qua sunt multæ corruptiones: sed sponsa significat Christū, qui virgo fuit, & ideo ex parte sponsæ requiritur virginitas: sed non ex parte sponsi, ad hoc, quòd aliquis Episcopus fieri possit. Sed hæc ratio est expresse contra Apostolum, Ephesiorū quinto, Viri diligite vxores sicut & Christus ecclesiam. Ex quo apparet, ꝙ vxor significat Ecclesiam, & sponsus Christum, & iterum: Quia vir est caput mulieris, sicut Christus Ecclesiæ. Et ideo aliqui dicunt, quòd per sponsum significatur Christus, per sponsam Ecclesia triumphās in qua non est aliqua macula. Christus autem habuit primo synagogam quasi concubinam, & sic non tollitur aliquid de perfectione significationis sacramenti, si sponsus habuit prius. Sed hoc est valde absurdum; quia sicut est vna fides antiquorum, & modernorum, ita una Ecclesia. Vnde illi, qui tempore synagogæ Deo seruiebāt, ad vnitatem ecclesiæ, in qua Deo seruimus, pertinebant. Et præterea, hoc est expresse contra illud, quod habetur Ezech. 16. & Oseæ 2. vbi expresse fit mentio de desponsatione synagogæ, vnde non fuit sicut concubina, sed sicut vxor. Et præterea, secundum hoc fornicatio esset sacramentum illius coniunctionis; quod est absurdum. Et ideo Gentilitas, priusquam despōsaretur a Christo in fide Ecclesiæ, corrupta fuit a diabolo per idolatriam. Et ideo aliter dicendum, quòd defectus in ipso sacramento causat irregularitatem, corruptio autē extra matrimonium contingens, quæ præcessit matrimoniam, nullum defectum facit in sacramento, ex parte illius, in quo est corruptio, sed facit defectum ex parte alterius, quia actus contrahentis matrimonium non cadit supra seipsum, sed supra alterum, & ideo ex termino specificatur, qui etiam est respectu illius actus quasi materia sacramenti. Vnde si mulier esset ordinis susceptiua, sicut efficitur vir irregularis ex hoc, quòd ducit uxorem corruptam, non autem ex hoc quòd corruptus contrahit: ita fieret mulier irregularis si contraheret cū corrupto, non autem si contraheret corrupta; nisi in alio matrimonio prius corrupta fuisset.

dum opinionem minus probabilem. §. Tunc nihil &c. ut patet.

¶NOT. Probabilior dicitur illa opinio, quæ huiusmodi uirū dictū in argumēto sanxit nō esse irregularem: quoniam per matrimoniū sequens legitimari videntur omnia præcedentia. Vnde & videtur talis mulier in hoc casu desponsata in virginitate secundum præsumptionem illam, iuris; qua filij concubinæ legitimātur per sequēs matrimonium: ut dicit Decret. qui filij sunt legit. cap tanta.

3^m maior. Nullꝰ potest contrahere irregularitatem, nisi iuoluntarius. ℞. Negatur ista. §. §. Nā irregularitas non est pœna inflicta, sed defectus, &c. ut in text.

¶EXAMEN. Ly inflicta. Scilicet per quandā positionem non ꝑ priuationem. Priuatur. n. irregularis honore ecclesiastico (ut dictum est.) Non igitur negat, quòd non sit pœna, sed quòd non sit pœna taliter inflicta. Vide q. 39. art. 4.

4^m minor. Si vxor, postquàm ex consummatum matrimonium ab aliquo cognoscatur, non efficitur vir irregularis. ℞. Nisi post corruptionem adulterij, ipsam iterato cognoscat. §. Tunc nihil &c. ut patet in textu. Ad rationem allatam respondetur, quòd nō est inconueniens aliquem puniri. i. priuari aliqua re ꝓpter peccatū alterius: quando ad punitionem talem non requirit̄ peccatum in ipso punito, sed significatio tātum.

¶COROLL. Ergo ex his patet, quòd irregularitas

AD SECVNDVM dicendum, quòd in tali casu sunt diuersæ opiniones, tamen probabilius est, quòd non sit irregularis, quia carnem suam non diuisit in plures.

AD TERTIVM dicendum, quòd irregularitas non est pœna inflicta, sed defectus quidam sacramētorum, & ideò non oportet ꝙ semper sit voluntaria bigamia ad hoc, ꝙ irregularitatem causet: & ideo ille, qui uxorem ducit corruptā, quam virginem credit, irregularis est eam cognoscens.

AD QVARTVM dicendum, quòd si mulier fornicetur post matrimonium contractum, non efficitur ex hoc vir irregularis, nisi post corruptionem* adulterii eam iterato cognoscat, quia alias corruptio uxoris nullo modo cadit sub actu matrimoniali viri: sed si etiam per ius compellatur ei reddere debitum ante condemnationem adulterii, irregularis efficitur; quamuis de hoc sint opiniones, sed hoc, quod dictum est, est* probabilius; quia hic non requiritur* ꝙ sit peccatum, sed significatio tantum.

*Al. Adulterinam.
*Hoc eodē loco.
*Al. quid.
*art. 2. huius q. ad 3.

AR-

laritas quamuis sine culpa propria incurri possit, non tamen sine causa: de quo videas quæst. 39. articu. quarto, ad tertium, cum sequentibus in elucid.

¶ NOT. Confirmatur opinio, quæ dicitur in textu hoc probabilior a Concilio Neocesariensi dist. 34. Si cuius vxorem adulterium commisisse, cum esset laicus, euidenter fuerit probatum: hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Hæc ibi. Item a Concil. Martini Papæ ibid. Si laici uxor in adulterio fuerit deprehensa: hic talis ad ministerium ecclesiasticum nullo modo adducatur. Hæc ibi. Quæ intelligas (ut in textu) cum illa conditione; si scilicet laicus vir eam iterum cognouit post adulterium, siue scitum, siue non scitum. Non.n. scientia talis requiritur ad hoc: vt colligitur ex ad tertium.

A P P E N D I X.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum a Papa Hilario, vt recitatur dist. 34. quòd irregularis sit aliquis ducens non virginem, & sic. Curandum in primis est: ne ad sacros ordines (sicut gestis prioribus ante scriptum est) quisquam, qui vxorem non duxit virginem, aspiret. Hæc ibi. Item a Papa Syricio. Qui ex laico ad sacram militiam peruenire festinat, desiderij sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo &c. si tamen eum vnam habuisse, & hanc virginem accepisse, constet vxorem. Hæc ille. dist. 77 Quicumque. Intellige ly si tamen &c. de illo, qui habuit vxorem. Nam etiam si nullam habuerit, potest liberius ordinari. Item a Leone Papa. Qualis debeat uxor esse, quæ habenda est secundum legem; virgo casta, & desponsata in virginitate; & si fornicata fuerit, dimittenda, sed illa viuente, altera conducenda. Hæc ille. 30. q. 5. Intellige ly secundum legem, scilicet promotionis ad ordines. Et nota quòd sufficit illam esse virginem, quamuis aliquando fuerit alterius coniunx. In signum huius D. Thomas in titulo non dixit de vidua, sed de virgine meminit, & Innocentius Papa de bigam. non ordinan. cap. Debitum, dicit. Is qui mulierem ab alio viro ductam, sed minime cognitam, duxit uxorem: quia nec illa, nec ipse carnem suam diuisit in plures, propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoueri. Hæc ille. Vnde ex ly nec illa, nec ipse carnẽ suã diuisit in plures, cõfirmari põt illa opinio; quæ a Sancto Doctore probabilior dicta est in ad secundũ.

¶ Secundo habes quomodo prædicta patrum, pro quanto irregularitatem causari ex contractu cum non virgine insinuant, & intelligas, & tuearis. 2

¶ Tertiò vides quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur, 3

---

# ARTICVLVS IIII.

## *Vtrum bigamia soluatur per baptismum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd bigamia p baptismum soluatur. Dicit.n. Hier.* in epistola ad Titum, quòd si quis ante baptismum plures vxores habuit, vel vnam ante & aliam post, non est bigamus, ergo bigamia per baptismum soluitur.

¶ 2 Præt. Qui facit, quod maius est, facit quod minus est: sed baptismus tollit omne peccatum, quod est grauius quàm irregularitas, ergo tollit bigamiæ irregularitatem.

¶ 3 Præt. Baptismus tollit oẽm pœnam ex actu prouenientem: sed irregularitas est huiusmodi, ergo &c.

¶ 4 Præt. Bigamus est irregularis, inquantum deficit à repræsentatione Christi; sed per baptismum plenè Christo* conformamur, ergo soluitur irregularitas.

¶ 5 Præt. Sacra nouæ legis sunt magis efficacia, quàm sacramenta veteris legis: sed sacramenta veteris legis soluebant irregularitates, ut in primo libro dictum est à Magistro, ergo, & baptismus, q est efficacissimũ sacrm in noua lege; soluit irregularitatem ex bigamia contractam.

SED CONTRA est, quod Augustinus* dicit: Acutius intelligũt, qui nec eum, qui catechumenus, aut paganus habuit alteram, ordinandum censuerunt, quia de sacramento agitur, non de peccato.

¶ Præterea. Sicut idem* dicit: Fœmina si cathecumena, vel pagana vitiata est, non potest inter Dei virgines, vel post baptismum velari, ergo eadem ratione, nec bigamus ante baptismum ordinari.

RESP. Dicendum, q baptismus soluit culpas, & non soluit coniugia, vnde cum ex ipso cõiugio sequatur irregularitas, per baptismum tolli non potest, vt August. dicit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in casu isto non tenetur Hieronymi opinio; nisi forte velimus eũ exponere quòd loquitur quantum ad faciliorem dispensationem.

AD SECVNDVM dicendum, q non oportet, quòd illud, quod facit maius, faciat minus, nisi sit ad illud ordinatum, & hoc deficit in proposito, quia baptismus ad irregularitatem tollendam non ordinatur.

AD TERTIVM dicendũ, q hoc intelligendũ est de pœnis, quæ cõsequunt ex actuali peccato quasi inflictæ, non infligendæ. non.n. aliquis per baptismũ virginitatẽ recuperat, nec similiter carnis indiuisionem.

AD QVARTVM dicendũ, q baptismus cõformat † Chro quantum ad virtutẽ mentis, sed non quantum ad statũ carnis, qui consideratur in virginitate, vel in diuisione carnis.

AD QVINTVM dicendũ, q illæ irregularitates ex leuib. causis nõ perpetuis erãt cõtractæ, & ideo etiã per illa sacramenta auferri poterant, & iterum erant ad hoc ordinata, non autem baptismus ad hoc ordinatur.

A R-

278

* Cap. 1. super illud: vnius vxoris virum, to. 9. Vide etiã in epist. ad Oceanum parum ante med. to. 3. & in Decret. 16. & causa 8. q. 1.

* Alias conformatur.

* Li. 4 Sẽt. d. 1. §. B.

* De bono coniugali. ca. 18. ante med. 8. & refertur in ca. acutius. 26. dist.

* Loco iam citato.

* Innoc. 3. Epi. 22. ca. 12.

* In lib. de bono cõiugali ca. 18. to. 6.

* Al. baptismus cõformat.

---

SVP. Q. XCVII. Aliàs 66. Art. IIII.

CONCL. Bigamia p baptismum tolli nõ potest.

¶ EXAMEN. Ly bigamia. Idest id, quod sequitur ad bigamiam. Nominatur enim hic effectus per causã suã. Non intendit.n. Sanctus Doctor quærere, an per baptismum fiat hoc, q quis non habuerit duas vxores, si duas habuit (hoc.n. est impossibile apud omnes, & ad quærendum superfluum nimis:) sed intendit quærere, an irregularitas cõsequens ad duplicẽ coniugium, fauore baptismi tollatur. Hoc est: an quis, postquam baptizatus est, etiam quòd plures vxores habuerit ante baptismum, vel unã ante, & alteram post, possit ordines sacros recipere absque dispẽsatione superiorum, quasi quòd baptismus faciat non absolutè, sed quò ad irregularitatem, quòd illa uxor ante baptismũ habita sit tanquam nõ habita. Et in hoc sensu quoq; potest ad literã quæri; an bigamia soluatur. Hoc est: an quò ad irregularitatem causandam, non autẽ quò ad existentiam. Illud.n. vltimum (ut annotatũ est) nimis est superfluũ inuestigare: tum tamen primum remaneat dubitabile. Textus ergo in ly bigamia, dupliciter intelligi potest.

¶ PROB. Quia baptismus soluit culpas, & non coniugia (scilicet etiam quò ad pœnas ecclesiasticas incurrendas, puta irregularitatem.)

1[m] conclusionis illatio. Ergo & cæt. R. Negatur. §. Nam in casu illo opinio Hieron. non tenetur.

Item ex Hieronymo. Non est bigamus. R. Difficulter dispensandus: non, absolutè. §. Tunc nihil &c. Nam quærimus nunc, an talis sit bigamus absolutè: non an sit ab irregularitate contracta per bigamiam faciliter dispensandus.

¶ NOT. Non intendit, iuxta hoc respõsum secundum Hieronymũ dicere: quod talis non habuerit plures vxores, postquàm illas habuit; neque intendit, q ex pluralitate illa non contraxerit irregularitatẽ: sed quòd talis ab irregularitate cõtracta facilius per superiores dispensabilis est fauore baptismi nouiter accepti; quia si iam baptizatus i pueritia post multos annos, acciperet primam uxorem, & secundam. Vide responsum secundũ literæ nisi forte &c.

2[m] maior. Qui facit, quod maius est, facit & quod minus est. R. Si ad illud faciendum sit ordinatum non aliter. §. Tunc nihil &c. Deficit enim ordinatio talis in proposito, ut in textu.

3[m] de maiori. Pœnam. R. Quæ consequitur ex actuali peccato. §. Tunc nih &c. Nã irregularitatis pœna nõ consequitur necessario ex actuali peccato, sed ex defectu significationis, sup. ar. 3.

¶ NOT. Pœnæ consequẽtes peccatũ actuale, si sunt iam inflictæ, non tolluntur per baptismum; ut patet in textu de irrecuperabilitate virginitatis amissæ: secus autem si sunt infligendæ.

4[m] de maiori. A repræsentatione. R. Considerata quantum ad statum carnis. §. Tunc ni. &c. Nam per baptismum aliquis conformatur Christo quantum ad virtutem mentis, sed non &c. ut in textu.

5[m] illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. quia non est simile de irregularitatibus antiquis, & nouis: & hoc propter duas rationes in textu allatas.

A P P E N D I X.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum ab Innocentio, vt recitatur dist. 16. quòd per baptis-

¶ NOT.

baptiſmum non tollitur irregularitas contracta per bigamiam: & ſic. Deinde &c. Crimina tantum dimittuntur in baptiſmo: an & illa quæ ſecundum Dei inſtituta complentur? Vxorem ducere crimen eſt; an non eſt crimen? Si crimen eſt, ergo erit author in culpa, qui, ut crimina committerentur, in Paradiſo præcepit: cum ipſe eos benedixit. Si uerò non eſt crimen (quia quod Deus inſtituit, nephas eſt crimen appellare & Salomon addidit: a Deo præparatur viro vxor:) quomodo creditur inter crimina eſſe dimiſſum, qđ Deo authore legitur cóſummatum? Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non poteſt dici peccatum, & quod peccatum non eſt, ſolui inter peccata credi non debet. Eritq; integrum & ſalutare exiſtimare aboleri nō poſſe prioris nomen uxoris: cum non ſit dimiſſum pro peccato, quod ex Dei eſt uoluntate completum. Hæc ibi. Vbi diſputat Papa contra illos, qui nolebant pro bigamo haberi eum: qui vnam uxorem ante baptiſmum habuiſſet, & alteram poſt baptiſmum. Item ibid. Acutius intelligunt, qui nec eum, qui cathecuminus, vel paganus habuerit unā ante baptiſmū, & poſt baptiſmum habuerit alteram, ordinari cenſuerunt: quia de ſacramento agitur, non de peccato. Hæc ibi.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto bigamiam non tolli per baptiſmum inſinuant, & intelligas, & defendas. 2

¶ Tertiò vides quomodo ex ijs viciſſim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & conſolidetur. 3

---

## ARTICVLVS V.

*Vtrum cum bigamo liceat diſpenſare.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd cum bigamo non liceat diſpenſare. Quia extra de bigamis * dicitur, cum clericis, qui inquantum in ipſis fuit, ſecūdas ſibi mulieres coniunxerunt matrimonialiter, tāquam cum bigamis, non licet diſpenſare.

(* ex nuper. extra de bigam.)

¶ 2 Præt. Contra ius diuinum non licet diſpenſare, ſed omnia, quæ in Canone dicuntur, ad ius diuinum pertinent, cum ergo Apoſtolus in ſcriptura Canonica dicat, * oportet Epiſcopum vnius vxoris virum eſſe, vř ꝙ in hoc nō poſſit diſpenſari.

(* 1. Tim. 3.)

¶ 3 Præt. Nullus poteſt diſpenſare in his, quæ ſunt de neceſſitate ſacramenti: ſed non eſſe irregularem eſt de neceſſitate ſacramenti ordinis, cum ſignificatio, quæ eſt ſacramento eſſentialis, deſit, ergo non poteſt in hoc diſpenſari.

¶ 4 Præterea. Hoc, quod rationabiliter factum eſt, non poteſt irrationabiliter mutari, ſi ergo poteſt rationabiliter diſpéſari cum bigamo, irrationabiliter eſt ei adiuncta irregularitas, quod eſt inconueniens.

SED CONTRA eſt, quòd Lucius Papa *diſpenſauit cum Epiſcopo Panormitano, qui erat bigamus.

(* Ita refert glo. in decret. di. 34. c. Lector.)

¶ Præt. Martinus * Papa dicit, lector ſi viduam vxorem accipiat, in lectoratu permaneat, aut ſi neceſſitas fuerit, ſubdiaconus fiat, nihil autem ſupra, ſimiliter ſi bigamus fuerit, ergo ad minus vſque ad ſubdiaconatum cum eo diſpenſari poteſt.

(* Refertur in Decret. di. 34. c. Lector.)

RESP. Dicendum, ꝙ bigamiæ nō eſt adiuncta irregularitas de iure naturali, ſed de iure poſitiuo, nec iterū eſt de eſſentialibus ordinis, ꝙ nō ſit bigamus, quod patet ex hoc, quòd ſi aliquis bigamus ad ordines accedit, characterem accipit. Et ideo, Papa poteſt diſpenſare in tali irregularitate totaliter, ſed Epiſcopus, quantū ad minores ordines: Et quidam dicunt, quòd etiam quantum ad maiores, in illis, qui volunt Deo in religione ſeruire propter vitādum religioſorum diſcurſum.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ per illam Decret. oſtenditur eadem eſſe difficultas diſpenſandi in illis, q de facto cum pluribus contraxerūt, ac ſi de iure contraxiſſent: non quod ſubtrahatur ſimpliciter poteſtas Papæ diſpenſandi in talibus.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ hoc eſt verum quantum ad ea, quæ ſunt de iure naturali, & quantum ad ea, quæ ſunt de neceſſitate ſacramentorum, & fidei, ſed in aliis, quæ ſunt de inſtitutione Apoſtolorum, cū Eccleſia habeat nunc eandem poteſtatem ſtatuendi, & deſtituendi, quam tunc habuerit, poteſt per eum, q primatum tenet in eccleſia diſpenſari.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ non quælibet ſignificatio eſt de eſſentia ſacrī, ſed tantum illa, quæ pertinet ad *officium ſacramenti, & talis non tollitur per irregularitatem.

(* Aliàs effectum.)

AD QVARTVM dicendum, ꝙ in particularib. non poteſt inueniri ratio, quæ omnibus competat æqualiter propter eorū diuerſitaté, & ideo ꝙ vniuerſaliter ſtatutū eſt, rationabiliter conſideratis his, quæ in pluribus accidunt, poteſt etiam per diſpenſationem rationabiliter remoueri in aliquo caſu determinato.

---

SVP. Q. XCVII. Aliàs 66. Art. v.

279

CONCL. Papa poteſt diſpenſare in irregularitate contracta ex bigamia totaliter, ſed epiſcopus quantum ad minores ordines, & (ſecundum quoſdam, etiam quantum ad maiores, in illis, qui volunt Deo in religione ſeruire ꝑpter vitandum religioſorum diſcurſum.

¶ EXAMEN. Ly totaliter. Scilicet quantum ad ordines & uſque ad ſacerdotium, & ad epiſcopatum etiam incluſiue. Ad differentiam Epiſcopi, qui etiam ſecundū opinionem dicētium, cum poſſe diſpenſare in maiorib. quo ad religioſos, non poteſt diſpenſare in Epiſcopatu, ut uidelicet poſſit talis bigamus ad Epiſcopatum aſcendere.

¶ PROB. Quia Papa poteſt ſuper ius poſitiuum, ac illa, quæ non ſunt eſſentialia ordini (ut ex ſupradictis patet:) & bigamiæ iſta irregularitas eſt de iure poſitiuo non autem de eſſentialib. ordini.

¶ NOT. Pro ampliori notitia concluſionis de Papa, vide S. Thomā in quolib. 4. ar. 13.

1^m extra de bigam. Non licet diſpenſare. ℞. Faciliter. §. quaſi, quòd non ſit eadem difficultas diſpēſandi in illis, q de facto &c ut in text.

¶ NOT. Non eſt credibile Innocentium Papam cuius eſt illa Decret. in c. nuper. uoluiſſe ſibi, aut ſucceſſorib. ſuis ligare manus. Et propterea ſubtiliter intentionem Pontificis penetrando, Sanctus Thomas verba ipſius ad ſenſum in reſponſo dictum aptiſſime accommodauit.

2^m de minori. Quæ in canone dicuntur. ℞. Exiſtentia de iure naturali, aut de neceſſitate ſacramentorum, & fidei: non, de inſtitutione pura Apoſtolorum. §. Tunc nihil &c. Nam eccleſia habet nunc eandem poteſtatem, quam tempore Apoſtolorum habebat, & bigamiæ irregularitas eſt de ipſorum inſtitutione pura.

¶ EXAMEN. Ly de iure naturali. Ergo naturale ius eſt etiam diuinum, inquantum ſcilicet a Deo eſt nobis inſertū. Non tñ cōuertitur: qm̄ aliquid eſt de iure diuino, quod non eſt de iure naturali.

¶ Ly fidei. Scilicet ut includit etiam bonos mores. Nā Papa per legem ſuam nōn poteſt deſtruere bonos mores, ſicut nec fidem.

3^m minor. Non eſſe irregularé eſt de neceſſitate ſacrī ordinis. ℞. Negatur illa. §. Ad probationem reſpondetur, ꝙ non quælibet ſignificatio eſt de eſſentia, &c. ut in textu.

4^m illatio concluſionis. Si ergo poteſt, &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam fit tranſitus ab uniuerſali ad particulare, & in particularibus non poteſt inueniri ratio quæ &c. ut in textu.

### APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem oſtendas, merito inſinuatum eſſe a Pontificibus ꝙ poteſt diſpēſari cum bigamo: & ſic. Si ſubdiaconus ſecundam uxorem duxerit iter lectores & oſtiarios habeat, ita ut epiſtolam non legat. Neceſſitate tamen exigente, bigamus uſque ad ſubdiaconatum poteſt promoueri. Hæc Martinus Papa: ut recitatur di. 34. Item a facto Papæ Lucij, qui diſpenſauit cum Panormitano Epiſcopo, qui fuerat, bigamus. Quod & adducitur ibid. a gloſſa c. lector. At ſi dicatur, ꝙ non iure hoc factū ſit, temerarium vř: qm̄ nemo iudicabit primā ſedem. 9. q. 3. Adde ꝙ & in Gangrenſi Concilio monſtratur illius temerarij dicti oppoſitū ſic. Presbiter ſi fornicationem fecerit, q̄q̄ ſecundum canones Apoſtolorum debeat deponi: tamen iuxta authoritatem B. Silueſtri, ſi in vitio non perſeuerauerit, ſi ſua ſponte confeſſus adiecit vt reſurgat, decem annis in hunc modum pœniteat: Deinde epiſcopus in priſtinum honorem, iuxta B Calixti Papæ authoritatem, eum reuocare poterit. Hæc illud diſt. 82. Vbi patet ex facto duorum beatorum Pontificum Silueſtri & Calixti poſſe diſpenſari (legitima cauſa accedente) in pœnis a canonibus etiam Apoſtolorum taxatis. Quod hic ad ſecundum annotauit S. Doctor. Ex quibus dictis ad Innocentium Papam de bigam. non ord. cap. nuper. & ca. nobis, & ad Lucium ibid. cap. ſuper eo, dicendum eſt: quòd ibi regulariter loquuntur, non autem in caſu legitimæ cauſæ in contrarium accedentis, ut hic. Quod & inſinuauit Martinus Papa nūc ſupra per ly neceſſitate exigente.

(Vtilitas ꝓ Eccleſia S. Dei.)

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Pontificum pro quanto poſſe diſpenſari cum bigamo inſinuant & intelligas, & & tuearis. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs viciſſim Angelica doctrina hæc & declaretur, & conſolidetur. 3

QVAE-

SV-

SVPER QVAEST. XCVIII. Aliàs 67. Art. 1.

CONCL. De lege naturæ est; quòd societas viri & vxoris permaneat indiuisa perpetuò.

¶ PROB. Quia matrimonium ex intentione naturæ ordinatur ad educationem prolis per totam uitam; quæ proles est cõmune bonum viri ac vxoris.

¶ EXAMEN. Ly per totam uitam. Scilicet secundum naturalem cursum. Nam sic proles diutius uiuit, q̃ parentes: licet per accidens quandoque sit è contrario. Quod autẽ sic intelligatur, patet: quia aliter conclusio efficaciter non probaretur. Nam si coniugum societas extendatur ad uitam prolis tantum quocunque modo accepiam: cum uita prolis quandoque ad aliquod tempus breuius duret, sequetur; quod societas coniugum ad aliquod tempus durabit solummodo, quod est absurdum.

1^m de maiori.

Lex naturæ. R. Quantum ad aliquid: non, quantum ad perfectũ esse suum. §. Tunc nihil &c. Nam matrimonij indiuisibilitatem esse de lege naturæ, quo ad suum perfectum esse consideratæ, intendit conclusio, & sola lex Christi ad perfectum adduxit id, quod est de lege naturæ.

280 S. Tho. 4. dist. 33. q. 1. art. 1. & sequen. Côc. Trid. sess. 24. de sacramento. Matri capo. 4.

2^m de minori.

Ad sacramenti. R. Vt est in officium naturæ ad bonum prolis ordinatum. §. Tunc ni. &c. Nam licet inseparabilitas conueniat matrimonio, vt est sacramentum significans perpetuam coniunctionem Christi & Ecclesiæ: nõ tamen ut sic est de lege naturæ, sed ut dictum est: secundum ꝙ patet in textu fin.

3^m de minori.

Hæc omnia aliquo certo tẽpore consummantur. R. Per accidens: non, per se. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio cum probatione sua loquuntur per se de huiusmodi coniunctione sic ordinata, ut dicitur in maiori. Propterea textus hæc omnia significando dicit, quòd solutio patet ex dictis.

4^m maior. Ex matrimonio principaliter quæritur bonum prolis. R. præsupposito bono communi: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam licet in aliquibus particularibus proles posset haberi magis extra matrimonium, quàm in matrimonio: tamen communiter loquendo est è conuerso. Nam bonum prolis non sic promouetur per se ab iis, qui societatem perpetuam matrimonialem non habent, licet quandoq; in aliquo particulari hoc accidat. Vide ar. 1. corpo. fin. & ad primum.

## QVAEST. XCVIII. Aliàs 67.

*De libello repudii, in septem articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de libello repudii. Circa quod quæruntur septem.

¶ Primò, Vtrum inseparabilitas matrimonii sit de lege naturæ.

¶ Secundò, Vtrum repudiare vxorem possit esse licitum per dispensationem.

¶ Tertiò, Vtrum sub lege Moysi fuerit licitum.

¶ Quartò, Vtrum liceat vxori repudiatæ alium virum accipere.

¶ Quintò, Vtrum liceat viro repudiatam a se iterum ducere.

¶ Sextò, Vtrum causa repudii fuerit odium vxoris.

¶ Septimò, Vtrum causæ repudii deberent in libello scribi.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum inseparabilitas vxoris sit de lege naturæ.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd inseparabilitas vxoris non sit de lege naturæ. Lex. n. naturæ communis est apud omnes, sed nulla lege præter legem Christi fuit prohibitum vxorem dimittere, ergo inseparabilitas vxoris non est de lege naturæ.

¶ 2 Præt. Sacramenta non sunt de lege naturæ, sed inseparabilitas matrimonii ad sacramenti bonum pertinet, ergo non est de lege naturæ.

¶ 3 Præt. Coniunctio viri, & fœminæ in matrimonio ordinantur principaliter ad prolis generationem, & educationem, & instructionem, sed hæc omnia aliquo certo tẽpore consummantur, ergo post illud tempus licet uxorem dimittere sine aliquo præiudicio legis naturæ.

¶ 4 Præt. Ex matrimonio principaliter quæritur bonum prolis, sed inseparabilitas est contra bonum prolis; quia vt dicunt Philosophi, aliquis vir non potest ex aliqua fœmina ꝓlem accipere, qui tñ ex alia accipere posset, & quæ etiam ab alio viro impregnaretur, ergo inseparabilitas matrimonii magis est contra legem naturæ, quàm de lege naturæ.

SED CONTRA. Illud præcipue est de lege naturæ, quod natura bene instituta accepit in sui principio, sed inseparabilitas matrimonii est huiusmodi, ut patet Matth. 19. ergo est de lege naturæ.

¶ Præt. De lege naturæ est, quòd homo Deo non contrarietur, sed homo quodammodo contrarius esset Deo, si separet, quos Deus cõiunxit, cum ergo ex hoc instituta sit inseparabilitas matrimonii, Matth. 19. videtur, quòd sit de lege naturæ.

RESP. Dicendum, quòd matrimonium ex intentione naturæ ordinatur ad educationem prolis, non solum ad aliquod tempus, sed per totam vitam prolis. Vnde de lege naturæ est, quòd parentes filiis thesaurizent, & filii parentũ hæredes sint. Et ideo cum proles sit commune bonum viri, & vxoris, oportet eorum societatem perpetuo permanere indiuisam, secundum legis naturæ dictamen, & sic inseparabilitas matrimonii est de lege naturæ.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ sola lex Christi ad perfectum humanũ genus adduxit, reducens in statũ nouitatis naturæ. Vnde, & in lege Moysi, & in legibus humanis nõ potuit totũ auferri, quod contra legem naturæ erat, hoc enim soli legi spiritus, & vitæ reseruatum est.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ inseparabilitas competit matrimonio secundum ꝙ est signum perpetuæ coniunctionis Christi, & Ecclesiæ & secundum quòd est in officiũ naturæ ad bonum prolis ordinatũ, vt dictũ est,* sed quia separatio matrimonii magis directe repugnat significationi q̃ prolis bono, cui cõsequenter repugnat, vt dictum est, inseparabilitas matrimonii magis in bono sacramenti intelligitur quàm in bono prolis, quamuis in vtroque intelligi possit, & secundum quòd pertinet ad bonum prolis, est de lege naturæ, non autem secundum ꝙ pertinet ad bonum sacramenti.

Ad tertiũ patet solutio ex dictis.*

AD QVARTVM dicendum, ꝙ matrimonium principaliter ordinatur ad bonum cõe, ratione principalis finis, qui est bonũ prolis, quãuis etiam ratione finis secundarii ordinetur ad bonum matrimonium contrahentis, prout per se est in remedium concupiscentiæ. Et ideo in legibus matrimonii magis attenditur quod omnibus expediat, quàm qđ vni cõpetere possit, quãuis ergo matrimonii iseparabilitas impediat bonum in aliquo homine, tamen non est conueniens ad bonũ prolis simpliciter, & propter hoc ratio non sequitur.

In cor. art.

*In cor. ar. & in solut. præc.

¶ NOT. Responsum istud facit uim in ly bonum, magis quàm in ly prolis. Vnde in fine dicit textus ly tamen non est conueniẽs ad bonum prolis simpliciter. Quando ergo circa minorem dicitur iuxta opinionem philosophorum; quòd aliquis vir possit accipere prolem ex aliqua fœmina, qui non potest ex sua, conceditur: sed respondetur, quòd hoc non esset bonum prolis simpliciter, propter rationem dictã. Aliud ergo est posse habere prolem quocunq; modo; aliud est posse habere prolem ad bonũ prolis simpliciter. Et de hoc ultimo tantum intelligitur maior illa, scilicet ex matrimonio principaliter quæritur bonum prolis. Ecce, quod non dicit quæritur proles: sed bonum prolis, quod sit ad bonum simpliciter prolis conueniens: id quod profectò per se solum in matrimonio est. Rursus. Aduerte diligenter in textu illam mentionem, quæ fit de fine matrimonij secundario, i de remedio concupiscentiæ. Ex hoc. n. facile respondebis ad argumenta, quæ possent fieri contra matrimonia senum, & sterilium dicendo; ꝙ possent separari; quia generare prolẽ nequeũt. Tunc enim respondetur, quòd quamuis ex matrimonio non possint habere prolem; habere tamen possunt remedium concupiscentiæ. Et ideo inseparabilitas etiam conuenit ipsorum matrimonio. Ad hoc denotandum dictum fuerat in maiori arguente ly principaliter, & responsum etiam in princ. dixit ly principaliter: quasi aperte per id ostendere tur, quòd ex matrimonio ultra prolem aliquid etiam quæritur, quo dato, sine prole inseparabilitas adhuc matrimonij perseuerat.

APPENDIX.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem interimas errorem Libertinorum (Prat. Libertini) dicentium: matrimonia posse

AR-

posse dissolui, vbi uxor mariti sui tædium ceperit. Demonstrat.n. articulus præsens, quod huiusmodi separabilitas est contra legem naturæ per hoc, quòd ostendit inseparabilitatem matrimonij esse de lege naturæ.

a ¶ Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, prædictum errorem meritò damnari a Concil. Trid. sess. 24. can. 5. Si quis dixerit: propter hæresim, aut molestam cohabitationem, aut affectatam absentiam a coniuge, dissolui posse matrimonij vinculum; anathema sit. Hæc ibi. Ecce quòd a fortiori conuincit, & damnat Libertinos, cum nec propter hæresim, quæ profectò peior est quam tędium mariti, dissolui matrimonia sanxit. Ex quo etiam, a fortiori, damnatur Melanthon; qui propter adulterium voluit matrimonia dissolui vt supra q. 59. ar. 6 appen. Et Caluinus, qui facto suo Melanthoni ipsi subscripsit. Vt enim refert Prateolus titu. Iudæorum hæreses: quidam intra semi annum tres duxit Geneuæ vxores, eo ꝙ secundum Euangelium duas probaret adulteras; Caluino iudice. En quanta mala profluunt ex ignorantia, vel etiam extorsione, recti sensus Euangeliorum & (vniuersaliter a simili) aliarum scripturarum sanctarum. Item a Matth. 19. Quod Deus coniunxit homo non separet. Item a Rom. 7. Mulier alligata est legi, quamdiu vir eius viuit. Item à 1. Cor. 7. per verba similia.

3 ¶ Tertiò habes: quo per rationem prædicta patrũ & scripturarum, pro quanto virtualiter insinuant inseparabilitatẽ matrimonij esse de lege naturæ, & intelligas, & probes, & defendas. Dixi ly virtualiter: quia id, quod ab initio creaturæ institutum fuit, videtur esse de lege naturæ, & hoc ipsum per prædicta insinuatur.

4 ¶ Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. CXVIII. Aliàs 67. Art. II.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum potuerit esse licitum per dispensationem vxorem dimittere.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd vxorem dimittere per dispensationem esse licitum non potuerit. Illud enim, quod est in matrimonio contra bonũ prolis, est contra præcepta legis naturæ, quæ indissolubilia sunt: sed dimissio uxoris est huiusmodi, ut ex dictis patet * ergo &c.

¶ 2 Præt. Concubina differt ab vxore præcipue in hoc, quòd nõ est inseparabiliter iuncta: sed habere concubinas fuit indispensabile, ergo, & dimittere uxorem.

¶ 3 Præt. Homines ita sunt modo receptibiles dispensationis, sicut fuerunt olim: sed modo non potest dispensari cum aliquo, ut uxorem dimittat, ergo nec olim.

SED CONTRA. Agar cognita est ab Abraham vxorio affectu, ut dictum * est, sed ipse eam præcepto diuino eiecit, & nõ peccauit, ergo potuit per dispẽsationem fieri licitum, quòd homo vxorem dimitteret.

RESP. Dicendum, ꝙ dispensatio in præceptis præcipue, quæ sunt aliquo modo legis naturæ, est sicut mutatio cursus naturalis rei, quæ quidem mutari dupliciter potest. Vno modo ex aliqua causa naturali, per quam alia causa naturalis impeditur a cursu suo, sicut est in omnibus, quę in minori parte casualiter accidunt in natura: sed per hunc modũ non variatur cursus rerum naturalium, quæ sunt semper, sed quæ frequenter. Alio modo per causam penitus supernaturalem, sicut in miraculis accidit. Sed hoc modo potest mutari cursus naturalis, non solum, qui est ordinatus, vt sit frequenter, sed qui est ordinatus etiã, ut sit semper, ut patet in statione Solis tẽpore Iosue, & reditu eius tempore Ezechiæ, & de eclypsi miraculosa tempore passionis Christi. Hæc etiã est ratio dispensationis in præceptis legis naturæ, quando est in causis inferioribus, & sic dispẽsatio cadere põt supra secunda præcepta legis naturæ, non autem supra prima, quia illa sunt quasi semper existentia, ut dictum est de pluralitate uxorum, & huiusmodi. Aliquãdo autem est tñ in causis superioribus, & tunc potest dispensatio esse diuinitus, etiam contra prima præcepta legis naturę ratione alicuius mysterii diuini significandi, uel ostendendi: sicut patet in dispẽsatiuo præcepto Abrahæ facto de occisione filii innocentis. Tales autem dispensationes nõ fiunt communiter ad omnes, sed ad alias singulares personas, sicut etiam in miraculis accidit. Si ergo inseparabilitas matrimonii inter prima præcepta legis naturæ contineatur, solum hoc secundo modo sub dispensatione cadere potuit. Si autem sit inter secunda pręcepta legis naturę, etiã primo modo cadere potuit sub dispensatione. Videtur autem magis inter secunda præcepta legis naturę contineri. Inseparabilitas enim matrimonii non ordinatur ad prolis bonum, quod est principalis matrimonii finis, nisi quantum ad hoc, quòd per parentes fillis prouideri debet in totam vitam, per debitam pręparationem eorum, quæ sunt necessaria in uita: huiusmodi autem præparatio non est de prima intẽtione naturæ, secundum quam omnia sunt communia. Et ideo non videtur esse contra primam intentionem naturæ dimissio vxoris, & per consequẽs, nec contra prima præcepta, sed contra secũda legis naturæ: vnde etiam primo modo sub dispensatione videtur posse cadere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in bono prolis, secundum ꝙ est de prima intentione naturæ, intelligitur procreatio, & nutritio, quousque proles ad perfectam ætatem ducatur, sed quòd ei prouideatur in posterum per hæreditatis, & aliorum bonorum dimissionem, videtur pertinere ad secundum legis naturæ pręceptum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ habere concubinam est contra bonum

281 CONCL. 1. Dispensatio, quæ est in causis inferioribus, potest cadere supra secunda præcepta legis naturæ nõ autem supra prima.

¶ PROB. Quia huiusmodi dispensatio est, sicut mutatio cursus naturalis rei ex causa naturali, secundum quem modum non variatur cursus rerũ, quæ sunt semper (patet; ) & prima præcepta legis naturæ sunt quasi semper existentia, non sic autem secunda (ut patet ex iã praedictis.)

* Art. prę.

¶ CONCL. 2. Dispensatio facta diuinitus cadere potest etiam supra prima præcepta legis naturæ.

¶ PROB. Quia talis dispensatio ad aliquod mysterium diuinum significandum vel ostendendum ordinatur (patet de præcepto Abrahæ dato dispensatiuè.)

* ex arti. 5. q. 65. præced.

¶ NOT. Misteria diuina significanda, vel ostendenda, sunt nobiliora rebus naturalib.: & ideo non est mirum, quòd in seruitium illorum mysteriorum cursus naturalium aliquę varietur diuinitus, imò est maxime conueniẽs. Nam & inferiora in rebus naturalibus subordinantur ad superiora ẽt secundũ Philosophos: & superioribus rationibus gubernantur. Vnde cursus aquæ ex principijs ipsius prodiẽs, qui est ferri deorsum, mutatur ad motum superioris. s. Lunæ, ita ut fluat, & refluat.

¶ CONCL. 3. Dimissio vxoris non videtur esse contra primam intentionem naturæ.

¶ PROB. Quia debita præparatio a parentibus fienda eorũ, quę sunt necessaria in tota vita filiorum, nõ est de prima intentione naturæ (cum secundũ hanc intentionẽ omnia fiet communia: ) & inseparabilitas matrimonij non ordinatur ad bonũ prolis, nisi quantum ad hoc, quod per parentes filijs per totam vitam debet prouideri.

¶ NOT. Vide in ad primum, vt intelligas prouisionem prædictã pro filijs a parentibus esse in posterum; ita ꝙ nõ tñ durante vita parẽtum fieri debeat, sed etiam ꝙ post mortem illorum possint inde viuere filij.

¶ CONCL. 4. Dimissio uxoris vĩ posse cadere sub dispensatione, ẽt primo modo.

¶ NOT. Non intelligas hic ly dimissio vxoris, nisi limitando quò ad cohabitationem, uel thorum. Non põt rumpi vinculum matrimonij per dispensationem alterius a Deo quãuis possit diuidi thorus & cohabitatio legitima causa accedente. Vnde dicit ly primo modo; q supra declaratus fuit dicere uariationem nõ in his, quæ sunt semp (hoc, in proposito est vinculum matrimonij: sed tantum aliquando vel frequenter. (Hoc, in proposito est thorus, seu cohabitatio.)

¶ PROB. Quia talis dimissio non contra prima præcepta legis naturæ, sed contra secunda esse uidetur (ut ex dictis patet.)

1m de maiori. Præcepta accepta, uel quantum ad primã intentionem naturæ, vel quãtum ad secundam. §. ut declarañ in textu. Tunc nihil &c. Nam dimissio uxoris est contra præcepta quò ad secundam intentionem, quæ recipiunt dispẽsationem, ut in corp.

2m illatio conclusionis. Ergo &c. D. Negañ illatio. §. Nã habere concubinam est contra bonũ plus quam rũ ad id &c. ut in textu, & tñ etiã illud fuit dispensabile ſm aliquã consideratione ut ibid.

¶ Co-

¶Coroll. Ergo argumentum deficit in duobus. Primò: quia non est simile de concubinæ habitione, & de dimissione uxoris: quoniam illud est contra primam intentionem naturæ, hoc contra secundam (ut in corp. fin.) secundò quia habere concubinam fuit etiam (ut in textu) aliquo modo dispensabile. Adeo quòd & maior argumēti deficit in veritate, & etiā minor. Cōcubina enim differt ab uxore non tantū in hoc, quòd non est inseparabiliter iuncta; sed & in hoc, quòd nō diuturno tēpore (loquendo per se, vt intelligit tex.) Et cum ratione secundi huius sit contra primam intentionem, vt declaratur in textu, videtur hoc præcipuè considerandum in differentia concubinæ ab uxore.

num prolis, quantum ad id, quod natura in eo de prima intētione intendit, s. educationem, & instructionem, quæ requirit diuturnam commansionem parentum, quod nō est in concubina, quæ ad tēpus assumitur, & ideo non est simile; tñ quantū ad secundā intentionem etiam habere cōcubinam sub dispensatione cadere potest: ut patet Oseæ 1.

3.^m maior. Homines ita sunt modo receptibiles dispēsationis sicut fuerunt olim. R. Nisi aliqd addatur nūc, supra rem dispensabilem olim; quod tunc non aderat. §. Tunc nihil &c. Nunc enim additur ad matrimonium, quod sit ecclesiæ sacramentum: quod olim non erat.

¶Examen. Ly nisi fortè secundo modo dispensationis. Idest nisi fiat dispensatio diuinitus. Hic enim erat secundus modus dispensandi quoniam erat secunda conclusio corp. Non potest ergo nunc ab aliquo hominum dispensari super dimissione vxoris veræ, & hoc intendit textus per ly manente tali institutione non potest sub dispensatione cadere. Potest tamen remota tali institutione. i. remoto quòd ista sit uxor vera illius, sub dispensatione cadere. i. declarari pro dimissione.

Ad tertium dicendū, quòd inseparabilitas, quamuis sit de secūda intentione matrimonii, prout est in officiū naturæ, est tñ de prima intentione ipsius, prout est sacramentum ecclesiæ: & ideo ex quo institutū est vt sit ecclesiæ sacramentum, manente tali institutione non potest sub tali dispensatione cadere, nisi fortè secundo modo dispensationis.

APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo p rationem ostendas, meritò insinuatum ab Apostolo Gal. 4. quòd p dispensationem licitū fuit dimittere uxorem, & sic. Abrahā duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam. Itē Genes. 21. Non tibi videatur asperū super puero, & super ancilla tua. Omnia, quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius. Hæc ibi. Licet ergo ly eijce ancillam sit uerbum Saræ, tamen a Deo est confirmatū & consequenter per dispensationem diuinam factum licitum.

¶Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarū, pro quanto insinuant licitam esse dimissionem uxoris per dispensationem diuinam, & intelligas, & tuearis.

¶Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. XCVIII. Aliàs 67. Art. III.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum sub lege Moysis licitum fuerit vxorem dimittere.*

Ad tertium sic proceditur. Vr quòd sub lege Moysis fuerit licitum vxorē dimittere. Vnus enim modus consentiendi est non prohibere, cum possit: consentire autē illicito est illicitum, cum ergo Moyses non prohibuerit vxoris repudium, nec peccauerit, quia lex sancta est, vt dicitur Rom. 7. videtur quòd repudium fuerit aliquando licitum.

¶ 2 Præt. Prophetæ locuti sunt Spiritusancto inspirāte, vt patet. 2. Pet. 1. sed Mala. 3. dicitur: Si odio habueris eam, dimitte: ergo cum illud, quod Spiritussanctus inspirat, non sit illicitum, videtur quòd repudium vxoris non semper fuerit illicitum.

¶ 3 Præt. Chrysost. * dicit, quòd sicut Apostoli permiserunt secundas nuptias, ita Moyses permisit libellū repudii, sed secundæ nuptiæ non sunt peccatum, ergo nec repudium vxoris sub lege Moysis.

4 Sed contra est, quod Dominus dicit, quòd libellus repudii datus est Iudæis propter duritiā cordis * eorū, sed duritia cordis eorum non excusabat eos a peccato, ergo nec lex de libello repudii.

¶ 5 Præt. Chrys. * dicit super Mat. 1. quòd Moyses dando libellum repudii, non iustitiam Dei monstrauit, vt quasi per legem agētibus, peccatum non videatur esse peccatum.

Resp. Dicēdum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam dicunt, quòd illi, qui sub lege vxorem, dato libello repudii, dimittebant, non excusabantur a peccato, quamuis excusarentur a pœna sm legem infligenda, & per hoc dicitur Moyses libellum repudii permisisse, & sic ponūt quatuor modos permissionis. Vnus per priuationem præceptionis, ut quando maius bonum non præcipitur, minus bonum permitti dicitur: sicut Apostolus nō præcipiendo virginitatem, matrimonium permisit. 1. Cor. 7. Secundus per priuationem prohibitionis, sicut uenialia dicuntur permissa, quia non sunt prohibita. Tertius per priuationem cohibitionis, & sic peccata omnia dicūtur permitti a Deo, inquantum non impedit, cum impedire possit. Quartus per priuationem punitionis, & sic libellus repudii in lege permissus fuit, non quidem propter aliquod maius bonum consequendum, sicut fuit dispensatio de plurib. vxoribus habendis, sed pp malum cohibendū, s. vxoricidium, ad quod Iudæi proni erāt propter corruptionem irascibilis, sicut permissum est eis extraneis fœnerari propter corruptionem aliquam in concupiscibili, ne scilicet fratribus fœnerarentur, & sic propter corruptionem suspitionis in rationali, fuit permissum sacrificium zelotipiæ, ne sola suspicio apud eos iudiciū corrumperet. Sed quia lex vetus quāuis gratiam non conferret, tñ ad hoc data erat, vt peccatū ostēderet, ut communiter sancti dicunt. Ideo alis vr quòd si repudiando uxorem peccassent, hoc saltem eis per legem, ac prophetas indicari debuisset. Isa. 58. Annuntia populo meo scelera eorum: alias uiderentur nimis esse neglecti, si ea, quæ necessaria sunt ad salutem, quæ non cognoscebant, numquam eis nunciata fuissent, quod non potest dici, cum iustitia legis tempore suo obseruata, vitam mereretur æternam. Et propter hoc dicunt, quòd quāmuis repudiare uxorem per se sit malum; tamen ex permissione diuina licitum fiebat, & hoc confirmant authoritate Chrysostomi, * qui dicit, quòd a peccato abstulit culpam legislator quando permisit repudium, & quamuis hoc probabiliter dicatur, tamen primum communius sustinetur, ideo ad vtrasque rationes respondendum est.

Ad primum ergo dicendum, quòd aliquis, q̃ pōt prohibere

* Hom. 32. in Euang. Matth. in opere imperf. parū ante med. to. 2.

Matt. 19.

* Hom. 32. in Matt. in opere imperfecto parum ante med. to. 2.

* Hom. 32. in Matt. in opere imperfecto. to. 2.

282

Concl. 1. Illi, q sub lege uxorem, dato libello repudij, dimittebant, non excusabātur a peccato, quāuis excusarentur a pœna secundum legem infligenda.

¶Prob. Quia ista est opinio communior & probabilior.

¶Concl. 2. Quāuis repudiare vxorem sit p se malum: tamen ex pmissione diuina fiebat licitum.

¶Prob. Quia si repudiando uxorem peccassent, hoc eis per legem atque prophetas indicari debuisset, quod nūquam indicatū fuit. Secundo, Quia Chrysostomus id sentire videtur.

¶Not. Ista rō probabilis est, ut apparet ex tertia cōclusione dicenda, & ex solutione argumētorum contrariorum. Nec facit hanc esse necessariam Chrysostomi authoritas: quoniam ex doctoribus argumenta sumunt probabiliter concludentia, licet tanquàm ex proprijs, ut 1. par. q. 1. ar. 8. ad secundum.

¶Concl. 3. Quāuis hoc quod dicitur in secunda conclusione probabiliter dicatur: tamen illud quod dictum est in conclusione prima, communius sustinetur.

¶Prob. Quia præsupponitur clarum.

1.^m de maiori. Non prohibere. R. Qñ speratur correctio: non, quando de maiori malo pbabiliter timetur. §. Tunc nihil &c. Nam Moyses si prohibuisset dare libellum, timebat magis de malo, quàm de correctione.

¶Not. Prohibitiones fiūnt ad hunc finē, vt consulatur per eas saluti proximorum, sicuti charitas exigit. Quādo igitur non salus speratur, sed contrarium saluti de proximo timetur: tunc charitas suadet, ut cessetur a prohibitionibus: nisi forsan bonum communitatis aliud requirat. Bonum siquidem gentis melius est, quàm partis: secundum Philosophum. Et propterea textus innuit, quòd Moyses, quantum ex se fuit, bene fecit abstinendo a prohibitione libelli repudij.

2^m de conclusione. Non semper fuerit illicitum. R. vel quãdoque fuerit permissum. §. Tunc nihil &c. Nam illud arguentis non est uerum, sed hoc respondentis. Prophetæ. n. spiritu sancto inspirati non dicebant &c. vt in textu.

¶Not. Cõfirmatur respõsum hoc ex Mat. 19. ubi dominus legis antiquę optimus explanator per hoc, ꝙ de libello repudii dicit fuisse permissioné, nõ præceptum, glossata esse voluit omnia dicta de libello tali: siue a lege, siue a prophetis dicerentur. Propter hoc enim inter cæteras doctorũ expositiones, dicitur Matth. 5. venisse adimplere legem, quia uerũ sensum scripturarũ antiquarũ nobis aperuit.

* Almaini

3^m ex Chrysostomo. Ita. R. quãtũ ad causam permittendi: non aliter. §. vt in text. Tũc nihil &c. Stat enim simul authoritate Chrysostomi sic intellecta, ꝙ dare libellum repudij sit illicitum, etiã si nuptiæ secũdæ sint licitæ.

4^m de minori. Duritia cordis eorum nõ excusabat eos a peccato. R. tamen permissio facta ex illa duritia, excusabat. §. Tunc nihil &c. Nunc. n. quæstio est, non de duritia, sed de permissione, ut patet penetranti.

bere non peccat, si a prohibitione abstineat, non sperans correctioné, sed magis * malum æstimans ex tali prohibitione occasionem sumere, & sic accidit Moysi, vnde diuina authoritate fretus libellum repudii non prohibuit.

Ad secundum dicendũ, ꝙ Prophetæ Spiritusancto inspirati, nõ dicebant dimittendã esse vxoré, quasi Spiritussancti pceptum sit, sed quasi permissum; ne aliqua peiora fierent.

Ad tertium dicẽdum, quòd illa permissionis similitudo non est intelligenda quãtum ad omnia, sed solum quãtum ad causam eandem: quia vtraq; permissio ad vitandam turpitudinem facta est.

Ad quartum dicendum, ꝙ quamuis duritia cordis non excusaret a peccato, tamen permissio ex duritie facta excusabat. Quædã enim prohibentur sanis, quæ non prohibentur infirmis corporaliter, nec tamen infirmi peccãt permissione sibi facta vtentes.

Ad quintum dicendum, ꝙ aliquod bonum potest intermitti du-

¶Examen. Ly tamen permissio. Scilicet ista particularis. In cuius signum uocatur dispẽsatio in ad quintũ. Hoc dixerim ad excludendum permissionem uniuersalem; quæ est de malis, quæ fiunt quotidie. Nam huiusmodi permissio non excusat a peccato; alioquin omnes excusarentur.

Quin-

5^m ex Chrysostomo. Peccatum non videatur esse peccatum. R. 1. inordinatio, seu illicitum, non videatur habere reatum pœnæ neque temporalis, neque perpetuæ. §. accedente, scilicet diuina dispensatione. Tũc nihil &c. Nam dictum est in corp. fin. quòd Christus fauet secundæ opinioni.

pliciter. Vno modo propter aliquod maius bonum cõsequendum, & tũc intermissio illius boni ex ordine ad maius bonum accipit honestatem; sicut intermittebatur singularitas, vxoris honestè a Iacob propter bonum prolis. Alio modo bonum aliquod intermittitur ad vitãdũ maius malum, & tunc si authoritate eius, qui dispẽsare potest, hoc fiat, reatum talis boni intermissio non habet, sed honestatem aliam nõ acquirit, & sic indiuisibilitas matrimonii in lege Moysi intermittebatur propter malum maius vitandum, f. vxoricidiũ. Et ideo Chrysostomus * dicit, quòd a peccato abstulit culpam: quamuis ẽm inordinatio maneret in repudio, ex quo peccatum dr̃, tñ reatum pœnæ non habebat, neque temporalis, neque perpetuæ, inquantum diuina dispensatione fiebat, & sic erat ab eo culpa ablata, & ideo etiam ipse ibidem dicit, quòd permissum est repudium non malum quidem, tamen illicitum, qui sunt de prima opinione, * referunt ad hoc tantum, ꝙ non habeat reatum temporalis pœnæ.

* Hom. 32. in Matt. in opere imperfecto, ante med. to. 2.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationé dupliciter intelligas dictum Matth. 19. Moyses ad duritiã cordis vestri pmisit vobis dimittere vxores vestras. Ité illud Mar. 10. Ad duritiam cordis vestri Moyses scripsit vobis præceptum istud. Vbi ly præceptum, sumitur largè. Item Deuteron. 24. Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquã fęditatem, scribat libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Hæc ibi. Hæc enim omnia & singula, & si quæ similia sunt, possunt intelligi ita, ut ibi non interuenirет peccatum, & ita ut interuenirет.

Veritas Eccles. S. Dei.

¶ Secundo habes: quomodo per rationem vtrumque sensum scripturarum illarum, & probes, & in aduersis defendas. Quoniam autem sensus vterius sanctos Doctores sibi fauentes habet: quos prædictis modis sustentando scripturam per articulum hunc, simul sustentas: ideo.

* Posita initio cor.

¶ Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim sustentati sustentant, idest quomodo ex ijs Angelica hæc doctrina declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. XCVIII. Aliàs 67. Art. IIII.

Concl. 1. Secũdum primam opinionem art. 1. in corp. princip. recitatam uxor post repudium peccabat alteri viro coniuncta.

283

¶Coroll. Ergo (ad titulum literaliter) uxori repudiatæ nõ licebat alium virum habere, secundum hanc primam opinionẽ: quemadmodum e contrario secundum aliam opinionem dicendam licebat.

* In lib. de bono coniug. c. 18.

¶Prob. Quia primũ matrimoniũ adhuc nõ erat solutum (quò ad vinculum. s.)

¶Concl. 2. Sicut licebat, iuxta secundam opin. art. 1. ex dispensatione diuina viro uxorem repudiare: ita uxori alium virum ducere.

¶Prob. Quia inseparabilitas matrimonij ex causa diuinæ dispensationis tollebatur.

¶Coroll. Ergo iuxta

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum liceat vxori repudiatæ alium virum habere.*

Ad quartum sic proceditur. Videtur ꝙ liceret vxori repudiatæ alium virum habere. Quia in repudio magis erat iniquitas viri repudiantis, quàm vxoris repudiatæ, sed uir poterat sine peccato aliã ducere uxorem, ergo vxor sine peccato alium virum ducere poterat.

¶ 2 Præt. Aug. * dicit de duab. vxoribus quòd (quando mos erat) peccatum non erat, sed tempore legis veteris erat talis consuetudo, quòd repudiata alium virum ducebat, vt patet Deut. 24. Cum egressa virum alterum duxerit, &c. ergo non peccabat alteri viro se iungendo.

¶ 3 Præt. Matth. 5. Dominus iustitiã noui testamenti ostendit superabundantem esse respectu iustitiæ veteris Testamenti: hoc autem dicit ad iustitiæ noui Testamenti superabundantiam pertinere quòd vxor repudiata non ducit alterum virum, ergo in veteri lege licebat.

Sed contra est, quod dicitur Matth. 5. Qui dimissam vxorem duxerit, mœchatur, sed mœchia numquam fuit in veteri lege licita, ergo vxori repudiatæ non licuit alium virum habere.

¶ 5 Pręt. Deut. 24. dicitur, quòd mulier repudiata, quæ alium virum duceret, polluta erat, & abominabilis facta coram Domino, ergo peccabat alium virum ducendo.

Resp. Dicendum, quòd secundum primam opinionem * peccabat post repudiũ vxor alteri viro cõiuncta, quia adhuc primum matrimonium non erat solutum. Mulier enim quanto tempore viuit, alligata est legi viri, vt patet Roman. 7. non autem poterat simul plures viros habere. Sed secundum aliam opinionem, sicut licebat ex dispensatione diuina viro vxorem repudiare, ita vxori alium virum ducere, quia inseparabilitas matrimonii ex causa diuinæ dispensationis tollebatur: qua inseparabilitate manente, intelligitur verbum Apostoli. Vt ergo ad vtrasque rationes respondeamus.

Ad primum dicendũ est, ꝙ viro licebat plures vxores simul

iuxta hanc secundã opinionem dispensatio diuina cadebat sup vtrũque. s. virum ad repudiandum, & uxorem ad nubendum; & ratio huius est: quia dispensatio tollebat vinculum matrimonij secundũ istos; quo allato, clarum est, sequi vtrumque prædictorum.

1^m illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negat illatio. §. Nã simile nõ est de uiro & uxore in hoc. Viro em̃ licebat plures uxores simul &c. ut in textu.

¶Co-

* Positã ar. 3. huius q. in corp. ca. placuit. cũ multis seq. 32. q. 7. ca. gaudemus. de diuor.

simul habere ſm diſpenſationem diuinam. & ideo vna dimiſſa in matrimonio nõ ſoluto, poterat aliam ducere, ſed nũquam vxori licuit habere plures viros, & ideo non eſt ſimile.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ in illo verbo Auguſt. mos non ponitur pro conſuetudine, ſed pro actu honeſto, ſecundum quod a more aliquis dicitur morigeratus, qa eſt bonorum morum, & ſic a more Philoſophia moralis nominatur.

Ad tertivm dicendũ, quòd Dominus Matth. 5. oſtendit nouam legem abundare per conſilia ad veterem, non ſolum quantum ad ea, quæ lex vetus licita faciebat, ſed etiã quantum ad ea, quę in veteri lege illicita erant, ſed a multis licita putabantur per non rectã præceptorum expoſitionem, ſicut patet de odio inimici, & ita eſt etiam de repudio.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ verbum dñi intelligitur quãtum ad tempus nouæ legis, in quo dicta permiſſio eſt ſublata, & ſic etiã intelligitur quoddam verbũ, Chryſoſt.* q dicit, ꝙ qui ſecundum legẽ dimittit vxorem quatuor facit iniquitates, qa quoad Deũ exiſtit homicida, inquantũ hẽt propoſitũ occidẽdi vxorem, niſi eam dimitteret, & quia dimittit non fornicantem, in quo caſu lex Eũágelii vxorem dimittere permittit, & ſimiliter quia facit eã adulteram, & illum cui copulatur.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ quædã Gloſ. interlinearis dicit, polluta eſt & abominabilis ſed illius iudicio qui quaſi pollutam eã prius dimiſit, & ſic non oportet, ꝙ ſit polluta ſimpliciter. Vel dicitur polluta eo modo quo immũdus dicebatur, qui mortuum tangebat, vel leproſum, non immunditia culpæ, ſed cuiuſdã irregularitatis legalis: vnde, & ſacerdoti non licebat viduam, aut repudiatam ducere in vxorem.

* Hom. 12. in Matth. ſ opere imperfecto non multum remote ante med. to. 2.

¶Coroll. Ergo videtur iuxta reſponſum; quòd diſpenſatio diuina circa virum faceret duo: primum eſt de repudiare uxorem, ſecundum eſt de poſſe ducere aliam.

¶Examen. Ly in repudio magis erat &c. Hæc maior argumenti loquitur de repudio formaliter. i. vt repudium præcise erat non autem de cauſa, quæ quandoque præcedere poterat ipſum repudiũ. Poterat. n. vxor fornicari, & ſic ex fornicatione illa motus vir repudiare ipſam. in quo caſu iniquitas vxoris maior erat aliqualiter quò ad repudium, quàm viri. Nam & meruerat repudiari, & occaſionem magnam viro dederat hoc malum faciẽdi, qđ eſt repudiare vxorem ſuam. Cæterum, hoc non obſtãte, maior erat iniqtas viri, quàm vxoris in repudio formaliter ſumpto; quando ſcilicet vir repudiabat eã ex hoc ſolum quòd uolebat eã repudiare puta propter tędium.

¶Ly nunquã vxori licuit habere plures viros. Scilicet ſimul & ꝑpter rationem dictam q. 65. art. 1. ad ſeptimũ.

2m ex Auguſtino. Mos. ℞. i. actus honeſtus: non. i. conſuetudo quælibet. §. Tunc nihil &c. Nam minor argumenti loquitur de conſuetudine, quæ non erat actus ſecundum ſe honeſtus, iuxta primam concluſionem, quam ſuſtinemus nunc.

¶Not. Pro Deuteronomij authoritate in argumento adducta melius intelligenda vide ar. 5. corp. princip. Erat enim permiſſio. Propter hoc in textu præſenti virtualiter ad illã authoritatem reſponſum eſt; quando dictum fuit, quòd Auguſt loquitur de actu honeſto, non de conſuetudine: quaſi dixerit applicando ad Deuteronomium, quòd vxorem dimiſſam ducere alium virum erat conſuetudo in lege permiſſa, ſed non actus ſecundum ſe honeſtus. De ly mos, vide etiam q. 65. art. 1. ad primum, in elucid. & textu.

3m ex Matth. Superabundantem. ℞. Non tantum quò ad licita in lege veteri, ſed etiam quantum ad illicita. §. illa ſcilicet magis proſequendo, iſta autem repellendo. Tunc nihil &c. ut patet in textu fin.

4m ex Matth. Duxerit. ℞. Tempore nouæ legis, non aliter. §. Tunc nihil &c. Antiquitus enim erat permiſſio illa: quæ nunc tempore legis nouæ ſublata eſt.

5m ex Deut. Polluta erat & abominabilis coram domino. ℞. Secundum iudicium illius, qui repudiauerat eam: non ſimpliciter. §. vel ſecundum immunditiam quandam legalem, non ſecundum immunditiam culpæ. Tunc nihil &c. Nam quæſtio eſt in præſenti articulo de immunditia culpæ, & abominatione ſimpliciter; non alio modo.

A P P E N D I X.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem a fortiori interimas hæreſim Montaniſtarũ, Armenorũ, (Præt. eorum ti.) dicẽtium: nuptiarũ fœdus, & vinculum poſſe pro coniugum arbitrio diſſolui. Si enim diſpenſatione, ſeu permiſſione diuina accedente, vix poterat vinculum hoc diſſolui; in cuius ſignũ repudiata uxor alteri viro nubere vix ſine peccato poterat: multò magis abſque diſpenſatione tali diſſolui non poteſt; & conſequenter nec pro coniugum arbitrio. Dixi ly vix: quoniã duplex opinio circa hãc repudiatã fuit, an. ſ. vinculum matrimonij diſſolueretur, nec ne ut in corp. artic. patet.

Vtilitas ꝓ Eccleſia S. Dei.

¶Secũdò habes: qũo per rationem a fortiori oſtendas prædictam hęreſim meritò damnari a Concil. Flor. in decret. Armen. dato. Tertium bonum matrimonij eſt eius indiuiſibilitas propter hoc, quòd ſignificat indiuiſibilem coniunctionem Chriſti & eccleſiæ. Quamuis autem ex cauſa fornicationis, liceat thori ſeparationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas eſt, cum matrimonij vinculum legitime contractum perpetuum ſit. Hæc ibi. Item à &c. ut ſup. q. 59. art. 6. appen. & q. 49 art. 2. 3. appen. 2

¶Tertiò habes: quomodo per rationem oſtẽdas meritò inſinuatum ab Innocen. III. de diuor. gaudemus, quòd indiuiſibilitas matrimonij non tollebatur per dationem libelli repudij: & ſic. Qui ſecundum ritum ſuum legitimam repudiauit uxorem, cum tale repudium veritas in Euangelio reprobauerit, numquam ea viuente licitè poterit aliam etiam ad fidem Chriſti conuerſus habere. Hæc ibi. Vbi licet ad literam loquatur de tempore nouæ legis, in quo numquàm diſpenſatur de dimiſſione vxoris ar. 2. ad tertium, & hoc 4. ad quartum, tamen per illa verba multum fauere videtur etiam inſeparabilitati antiquorum cõiugum per dationẽ libelli prędicti. 3

¶Quartò habes: quomodo per rationem ſcripturas a doctoribus circa hoc dupliciter expoſitas ſimul & doctores ipſos, & intelligas, & tuearis. 4

¶Quintò vides: quomodo ex ijs ſic ſuſtentatis viciſſim doctrina hæc Angelica & declaretur, & conſolidetur. 5

---

## ARTICVLVS V.

*Vtrum liceat viro repudiatam a ſe, accipere.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur ꝙ licebat viro repudiatam a ſe accipere. Licet enim corrigere quod male factum eſt, ſed male factum erat, quòd vir vxorem repudiabat, ergo licebat hoc corrigere reducendo vxorem ad ſe.

¶ 2 Præterea. Semper licuit peccanti indulgere, cum ſit morale præceptum, quod in omni lege manet, ſed vir accipiendo repudiatam, ei peccanti indulgebat, ergo, & hoc licitum erat.

¶ 3 Præt. Deut. 24. ponitur pro cauſa quare non poſſit accipi iterũ, quia polluta eſt, ſed repudiata non polluitur, niſi alterum virum ducendo, ergo ſaltem antequàm alium virũ duceret, licebat eam accipere.

Sed contra eſt, quod dicitur Deut. 24. quòd nõ poterat prior maritus accipere eam &c.

Resp. Dicendum, quòd in lege de libello repudii duo erant permiſſa, ſcilicet dimittere uxorem, & uxorem dimiſſam alteri iungi, & duo præcepta, ſcilicet ſcriptura libelli repudii, & quod iterum maritus repudians eam accipere non poſſit: quod quidem ſecundum eos, qui primam opinionem * tenent, factum fuit in pœnam mulieris, quæ alteri nupſit, & in hoc peccato polluta eſt. Sed ſecundum alios, vt vir non de facili vxorem repudiaret, quam poſtea nullo modo * recuperare poſſet.

* Poſitam art. 3. huius q. cor.

* Al. reuocare.

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ ad illius mali impedimentum,

SVP. Q. XCVIII. Aliàs 67. Art. v.

284

Concl. Maritus repudians non poterat iterum uxorem repudiatam accipere.

¶ Prob. Quia hoc erat præceptum in lege de libello repudij, vt patet in textu.

1m de maiori. Corrigere. ℞. Vel ante factum, uel poſt. §. Tũc nih. &c. Nam ſufficit, ꝙ ante factum, ordinaret talis correctio, ne videlicet maritus tale factũ committeret, uxorem, ſ. repudiando, ut declaratur in textu.

¶Not. Eligit Deus multotiens apponere aliquid obſtaculum ne aliquod inconueniens fiat. Hoc enim melius eſt, quàm poſt illud inconueniens factũ apponere correctionẽ ſubſequentem, cæteris paribus. Et ideo non mirũ, quòd tale remediũ diuinitus ordinatũ ad impe-

impediendum dimissionem vxoris vocatum sit in responso formalis correctio, seu corrigere quoddam.

2^m de maiori. Indulgere. ℞. Quantum ad rancorem cordis: non quantum ad pœnam diuinitus taxatam. §. Tunc nihil &c. ut patet. Ad rationem respondetur, quòd illud præceptum morale intelligendum est de rancore cordis.

3^m minor. Repudiata non polluitur, nisi alterum virum ducêdo. ℞. Negatur illa. §. Rô est, quia pollutio non intelligitur ibi Deuter. 24. quantû ad culpam, sed vt ar. 4. ad quintum, declaratum est.

¶Not. Præmissa responsio data est secundum communiorem opinionem: licet secundum aliam posset concedi illa minor, vt habes in textu.

tum, quod committebat aliquis, repudiando vxorem, ordinabatur, ꝙ vir vxorê repudiatam assumere iterato non posset, ut patet ex dictis, & ideo diuinitus ordinatum fuit.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ semp licuit indulgere peccanti, quãtum ad rancorem cordis, sed non quantum ad pœnã diuinitus taxatã.

Ad tertivm dicendũ, ꝙ in hoc duplex est opinio. Quidam.n.dicût, ꝙ licuit repudiatã viro reconciliari, nisi in matrimonio alteri viro esset iũcta. Tûc.n. pp adulteriũ, cui se mulier volũtarie subdit, in pęnã dabat᷑ ei, ꝙ ad priorê virũ non rediret, sed quia lex vniuersaliter prohibet* ideo dicunt alii ꝙ etiã antequã alteri nuberet, non poterat reuocari, ex quo repudiata erat, quia pollutio nõ intelligitur quantum ad culpam, sed secundum quod dictum est.

tis: connubia permixta, seu promiscua ob carnis libidinẽ esse permittenda Ecce n. quod vir uxorem a se repudiatam iterum accipere non potest, quãmuis libidine carnis ad hoc moueatur quandoq; nec tale connubium a Deo permissum est. Item hæresim Almarici (Direct. Inquisit. 2. par. q. 7.) dicentis, quoscunq; actus carnales siue prum adulterium, &c. commissos ex charitate non esse peccatũ. Ecce enĩ quod propter adulterium commissum ab vxore repudiata cũ altero viro, quamuis in matrimonio iuncto secundũ opinionê vnam, punit ipsa uxor a Deo iuste: per hoc, quòd ad priorem virum redire non potest. Vnde a fortiori patet, quòd adulteria sine prætextu matrimonij, etiam ꝙ ex charitate illa ficta cômittantur peccata sunt. Secundò habes: quo per rõnem ostendas prædictos errores meritò damnari à &c. ut q. 54. ar. 3. appen. & q. 60. art. 2. appen. Itê à &c. vt q. 64. art. 5. app. & q. 65. ar. 5. appen. Tertiò habes: quomodo per rationem Deut. 24. scripturam de hac re loquentem (ut in textu) & intelligas, & defendas. Quarto vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

*Art. præc. in respon. ad 5.

## APPENDIX.

Vtilitas p. Eccles. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationê reijcias legem cuiusdam Picardi infamem. (Prat. Picardi, Adamiani,) statuentis:

---

SVP. Q. XCVIII. Aliàs 67. Art. VI.

Concl. 1. Causa permissionis repudiandi uxorem, fuit vitatio vxoricidij.

¶Not. Hoc intellige de causa ex parte legis sic permittentis.

¶Prob. Quia sancti id communiter dicunt.

¶Concl. 2. Proxima causa repudij est odium.

¶Not. Hãc causam intellige ex parte viri repudiantis.

¶Prob. Quia odiũ est proxima causa homicidij, & ratione homicidij vitandi permissum est repudium (ut in prima conclusione.

¶Concl. 3. Multæ erant in lege causæ dimittendi uxorem.

¶Not. Has causas intellige non ex parte legis secundum intentionem suam considerátæ (ut in not. primæ conclusionis intelligitur, sed ex parte uxoris sic descriptę in lege, seu ex parte legis vxorê sic considerantis (quod in idem redit.)

¶Prob. Quia patet in textu diffuse.

1^m ex Malachia. Si odio. ℞. Tã quã causa ꝓxima dimittendi. Tunc nihil &c. ut ex conclusione secunda patet.

2^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Côceditur. §. loquendo scilicet de causa proxima repudij. Tunc nihil &c. ut patet in secunda conclusione.

3^m de conclusione. Causa. ℞. Remota: non, proxima. §. Tunc &c. ut patet ex dictis.

*Al. Alias
*Alias. n.
*Lib. 1. de serm. dñi in mõte. c. 25. parũ a princip. to. 4.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum causa repudii sit odium vxoris.*

Ad sextvm sic proceditur. Videtur quòd causa repudii fuerit odium vxoris, secundum hoc quòd dicitur Mala. 3. Si odio habueris eam, dimitte illam.

¶ 2 Præt. Deut. 24. dicitur. Cũ non inuenerit gratiam in oculis eius ꝓpter aliquam fęditatem, &cæt. ergo idem quòd prius.

Sed contra. Sterilitas, & fornicatio magis contrariantur matrimonio quàm odium, ergo illa potius debuerunt esse causa repudii, quàm odium.

¶ Præt. Odium potest causari ex virtute eius, qui odio habetur, si ergo odium est sufficiens causa, tunc mulier posset repudiari propter virtutem eius, quod est absurdum.

¶ Præterea, Deut. 21. dicitur. Si dimiserit uir vxorem suam, & postea odio habuerit, & obiecerit ei stuprum ante coniugium, si in probatione defecerit, verberabitur, & centum siclis argenti condemnabitur, & non poterit eam dimittere omni tempore vitæ suæ, ergo odium non est sufficiens causa repudii.

Resp. Dicendum, quòd causa permissionis repudiãdi uxorem fuit vitatio vxoricidii, ut sancti communiter dicunt. Proxima autem causa homicidii est odium, & ideo proxima causa repudii est odium, sed odiũ ex alia causa causatur, sicut, & amor, & ideo oportet etiam *aliquas causas repudii ponere remotas, q̃ erant causa odii. Dicit * autem August. *in glo. Deut. 24. Multæ erant in lege causæ dimittendi uxorem, solam Christus fornicationem excipit, cæteras molestias iubet pro fide, & castitate coniugii sustinere. Hæ autem causæ intelliguntur fœditates in corpore, puta infirmitas, uel aliqua notabilis macula, uel in anima sicut fornicatio, uel aliqua huiusmodi, quod in moribus inhonestatem facit. Sed quidam has causas magis coarctant satis probabiliter dicêtes, quòd non licebat repudiare nisi propter aliquã causam post matrimonium superuenientem, nec propter quamlibet talem, sed propter illas solum, quæ possunt bonum prolis impedire, uel in corpore, ut sterilitas, aut lepra, aut aliquid huiusmodi, vel in anima, ut si esset malorum morum, quos filii ex conuersatione ad ipsam imitarentur. Sed quædam glos. * super illud Deut. 22. Cum non inuenerit gratiam &c. Videtur magis arctare, scilicet ad peccatum, cum dicit ibi, per fęditatem peccatum intelligitur, sed peccatum Glossa nominat non solum in moribus animæ, sed etiam in natura corporis.

Si ergo prima duo concedimus.

Ad tertivm dicêdum, quòd sterilitas, & alia huiusmodi, sunt causa odii, & sic sunt causæ remotæ.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ propter uirtuté non est aliquis odibilis, per se loquêdo, quia bonitas est causa amoris, & ideo ratio nõ tenet.

Ad qvintvm dicendũ, quòd dabatur in pœnam uiri, quòd non posset in perpetuum repudiare uxorem in casu illo, sicut etiam in alio casu, quando puellam deflorauit.

4^m de antecedente. Causari. ℞. Per accidens: non, per se. §. Tũc nihil &c. Nam qñ dicitur, ꝙ odium causatur ex aliqua causa intelligitur de causa per se.

¶Coroll. Ergo tristissimum illud, scilicet ueritas odium parit, intelligitur per accidens. Nam ueritas per se loquendo, cum sit bonitas quædam, est causa amoris. Illud uero accidens est indispositio subiecti, cui ueritas dicitur: sicuti quando quis redarguitur. Similiter & in proposito, accidês, ratione cuius odium ex uirtute causatur, est indispositio subiecti videntis ipsam uirtutem in alio, quæ indispositio malitia eius est.

*Glo. interlinearis ibi.

5^m conclusio. Odium non est sufficiens causa repudij. ℞. In casu aliquo non aliter. §. vt in textu. Tunc nihil &c. ut patet.

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem reijcias errorem quorundam Gentilium (ut colligitur ex Genes. cap. 20.) dicentium, quod adulterium erat maius peccatum, quàm homicidium. Ex Genesis inquã cap. illo colligitur error talis illorũ per hoc, ꝙ si sciuissent, Saram esse uxorê Abrahę occidissent ipsum Abrahã, ut postea fornicarentur cum Sara. Non. n. adulterium committere audebant, sed ad eius, tanq̃ maioris mali, vitationê homicidiũ coniugis eligebant. Hac de re Abraham persuasit Saræ, vt diceret,

A R-

Quar-

diceret, se esse sororem suam. Cogitaui (inquit Abraham) mecum dicens: forsitan non est timor Dei in loco isto; & interficient me propter vxorem meam. Hic ergo error, vt dixi, reijcitur per articulum præsentem. Hic n. ostendit, quòd causa repudij uxoris ex parte legis fuit intentio vitandi vxoricidium tanquàm permissio minoris mali ad vitandum maius. Sciebat autem Deus, quòd uxor repudiata nuptura erat alteri, cum quo manens adulterium (secundum aliquos supra) committebat. Cum ergo adulterium tale permiserit Deus ad uxoricidium vitandum iuxta dicta in articulo, patet: & quod iudicauit, adulterium esse minus malum, quàm homicidium, & quòd per articulum præsentem, ostenditur falsitas erroris illorum Gentilium. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas prædictum errorem meritò damnari ab Exod. 20. Non occides, non mœchaberis. Hæc ibi. Pro quo sciendum, quòd à maioribus præceptis incœpit ibi Deus descendendo ad minora in genere illo, puta affirmatiuorum seu negatiuorum præceptorum. Vnde prima præcepta fuerunt de seipso, scilicet non habebis Deos alienos coram me; & sic descendendo. Per hoc igitur; quòd anteponit ly occides ad ly non mœchaberis, ostendere vult: quod homicidium est maius peccatum, quàm adulterium. Item a Matt. 5. vbi idem ordo seruatur.

¶Tertiò habes: quomodo per rationem multa dicta scripturarum puta Malach. 3. Deut. 21. & 24. de causa repudij loquentia in sensu vero, & intelligas, & probes, & defendas.

¶Quartò vides quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. XCVIII. Aliàs 67. Art. VII.

COncl. Causæ repudij in speciali non scribebantur in libello, sed in generali.

¶Prob. Quia aliter non ostenderetur iustũ repudium, cum hoc, ꝙ & mulier alteri nubere posset, & vir a proposito repudiandi desisteret.

1^m^ de minori. Causis sufficientibus. R. In generali saltem. §. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusione.

¶Not. Causæ in generali erãt tales ut sine impedimento nubendi alteri ostenderẽt repudium esse iustum. Cum enim repudiare uxorẽ esset permissum marito, etiã propter odium habitum ad eam (ut patet ex dictis art. 6.) poterat qui uidisset libellum credere & mulierem repudiatam esse sine culpa notabili, & tamen repudium non esse iniustum, ex quo aliquis sine causa quandoque sufficiente poterit moueri ad odium contra alium. Sic ergo & mulier nubere poterat, ex quo de culpa notabili speciatim non taxabatur, & vir absque nota iniustitiæ apud homines saluari, ex quo in uoluntate sua positum erat odire, uel non. Quòd si in speciali causas scripsisset repudians; præstitum fuisset impedimentum faciliter repudiatæ, ne alteri nubere posset. Et ideo rationabiliter pro utraque parte institutum est, ut causæ iudicarentur sufficienter adductæ, si in generali tantum scribebantur in libello repudij.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum causa repudii debeant in libello scribi.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd causæ repudii debebant in libello scribi. Quia per libellum repudii scriptũ a pœna legis absoluebatur, sed hoc omnino videtur iniustum, nisi causis sufficiẽtibus repudii assignatis, ergo illas oportebat scribere in libello.

¶ 2 Præt. Ad nihil aliud illa scriptura valere videbatur, nisi vt causæ repudii ostenderentur, ergo si non inscribebantur, frustra libellus ille tradebatur sibi.

¶ 3 Præt. Hoc Magister dicit in litera. *

SED CONTRA. Quia causæ repudii aut erant sufficientes, aut non: si sufficientes, præcludebatur mulieri via ad secundas nuptias, quæ ei secũdum legem concedebantur: si insufficientes ostendebatur iniustũ repudium, & sic repudium fieri nõ poterat, ergo nullo modo causæ repudii ibi in speciali inscribebantur.

RESP. Dicendum, ꝙ causæ repudii ibi in speciali non scribebantur in libello, sed in generali, vt ostenderetur iustũ repudiũ, sed s̃m Iosephũ, vt * mulier habens libellum cõscriptum de repudio, alteri nubere posset, aliàs n. ei traditum non fuisset. Vnde secundum eum erat scriptura talis. Promitto tibi quòd nũquam tecum conueniam, sed secundum Aug. * ideo libellus scribebatur, vt mora interueniente, & consilio Scribarum dissuadente, vir a proposito repudiandi desisteret.

Et propter hoc patet solutio ad obiecta.

2^m^ de conclusione. Si nõ inscribebãtur. R. Saltem in generali. §. Tunc. &c. ut patet.

3^m^ antecedẽs. Hoc magister dicit in litere. R. Intendens de causis in generali: nõ in speciali. §. Tunc ni. &c.

4^m^ illatio conclusionis. Ergo &c. R. Conceditur. §. Tũc nihil &c. imò argumentum hoc supplet ꝓ nõ ua ꝓbatione primæ partis conclusionis.

### APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse virtualiter insinuatum a Bonifacio VIII. quòd ad puniendum uxorem requirebatur aliqua causa: & sic. Sine culpa (nisi subsit causa) non est aliquis puniendus. Hæc ille: de regul iur. in 6. regula 23. Quasi dicat in proposito. Si punienda est uxor manifestè per repudiũ, etiam manifestè debet explicari causa, & maxime quando non apparet notoriè culpa uxoris. Tunc autem manifestè causa explicatur absentibus, quando in scriptis fit: quoniam scriptura & publica est, & ad absentes loquitur. Secundò habes: quomodo per rationem prædictam regulam Pontificis, pro quanto in generali saltem causas repudij scribendas esse virtualiter innuit, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Margin: 186; *Li. 4. sent. d. 33. §. C.; *Li. 4. Antiquitatũ. cap. 6. circa med.; *Li. 19. contra Faustũ c. 26. circa prin. to. 6.; Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.; 2; 3

Se-

---

SVP. Q. XCIX. Aliàs 68. Art. I.

COncl. Quadruplex est status filiorum.

¶Not. Licet in titulo tantum de nascentibus quærat: tamen ad abundatiorem doctrinam (ut sępè solet) vniuersalius respondet, puta de filiis absolutè. In cuius signũ inducit adoptiuos, qui non nascuntur ex adoptante.

¶Prob. Quia aliqui sunt naturales, & legitimi simul, aliqui naturales tantum; quidam legitimi tantũ, alij nec legitimi, nec naturales (ut patet in textu.)

¶Examen. Ly adoptiui. Scilicet perfectè vt q. 57. artic. 1. ad primũ. Cum enim loquatur de legitimis quibus conuenit hæreditas, vt articu. 2. & imperfectè adoptiuis non conueniat hæreditas, ut ibid. q. 57. patet, ꝙ de adoptiuis perfectè intelligit hic. Põt tñ secũdario extẽdi textus ẽt ad imperfectè adoptiuos.

¶ Ly de adulterio, & de stupro. Nomine stupri largo modo vtitur; vt scilicet etiã incęstum contineat. Sacrilegium nõ nominat quasi distinctum: quia semper coincidit cum aliqua istarum specierum, scilicet vel fornicatione, uel adulterio, vel stupro, vel incæstu. Si enim dicata Deo [illegible] lier cognoscitur [illegible] mittitur sacrile[illegible] illa autem, vel est [illegible] luta & sic est fornicatio sacri-

## QVAEST. XCIX. Aliàs 68.

*De filiis illegitime natis, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de filiis illegitime natis.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶Primò, Vtrũ qui nascuntur extra verũ matrimoniũ, sint illegitimi.

¶Secũdò, Vtrum illegitimi filii debeant ex hoc damnũ reportare.

¶Tertiò, Vtrum possint legitimari.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum filii, qui nascuntur extra verum matrimonium, sint legitimi.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ filii, qui nascũtur extra uerum matrimoniũ, sint legitimi. Quia secundum legem natus legitimus filius dicitur, sed quilibet nascitur secundum legem ad minus naturæ, quæ fortissima est, ergo quilibet filius dicitur legitimus.

¶ 2 Præt. Communiter dicitur, ꝙ legitimus filius est, qui est de legitimo matrimonio, vel de eo, quod in facie ecclesiæ legitimum reputatur, sed contingit quandoque quòd aliquod matrimonium legitimum reputatur in facie ecclesię, quod habet impedimentum, ne sit verum matrimonium, & tamen a contrahentibus in facie ecclesiæ scitur: & si occulte nubant, & impedimentum nesciant, legitimum videtur in facie Ecclesiæ, ex quo per ecclesiam non prohibetur, ergo filii extra uerum matrimonium nati, non sunt illegitimi.

SED CONTRA, Illegitimum dr,

Margin: 287; S. Tho. 4. d. 41. q. vnica art. 3. q. 3. & seq.; Sacrilegiũ multiplex in genere luxuriæ.

sacrilegia, aut uir est coniugatus, & sic est adulterium sacrilegium; aut illa uirgo, & sic est stuprum sacrilegium: aut consanguinea, uel affinis, & sic incæstus sacrilegus. Quod autem dicitur de muliere dicata Deo, intellige etiam de uiro absque hoc, quòd mulier esset dicata. Sufficit enim, quòd unus illorum Deo dicatus sit ad hoc, ut sacrilegium luxuriando fiat.

quod est cōtra legē, sed illi, q nascuntur extra matrimonium, nascuntur contra legem, ergo sunt illegitimi.

Resp. Dicendum, quòd quadruplex status est filiorum. Quidam. n. sunt naturales, & legitimi, sicut illi, qui nascuntur ex vero, & legitimo matrimonio. Quidam naturales & non legitimi, vt filii, qui nascuntur de simplici fornicatione. Quidam legitimi, & non naturales, sicut filii adoptiui. Quidam nec legitimi, nec naturales, sicut spurii nati de adulterio, & de stupro. Tales enim nascuntur, & contra legem positiuam, & contra legem naturæ expresse.

Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis illi, qui nascuntur ex illicito coitu, nascuntur secundum naturam, quæ communis est homini, & omnibus animalibus, tamen nascuntur contra legem naturæ, quæ est propria hominibus, quia fornicatio, & adulterium, & huiusmodi sunt contra legem naturæ, & ideo tales secundum nullam legem sunt legitimi.

Ad secundum dicendum, quòd ignorantia excusat illicitum coitum a peccato: nisi sit affectata. Vnde illi, qui conueniunt bona fide in facie Ecclesiæ, quamuis sit impedimentum, dum tamen ignorent, non peccant, nec filii sunt illegitimi. Si autem sciant, quamuis ecclesia sustineat, quæ ignorat impedimentum, non excusantur a peccato, nec filii ab illegitimitate. Si autem nesciant, & in occulto contrahant nō excusantur; quia talis ignorantia videtur affectata.

Nati ex fornicatione, quō naturales & non naturales dicuntur.

¶Ly expressè. Hoc ad differentiam simplicis fornicationis dicitur. Quamuis enim illa non sit contra legē naturæ expressè (in cuius signum apud Gentiles, vt supra dictum est. q. 67. art. 6. appen. non reputabātur peccatum;) est tamen reuera cōtra illam. Adeo quòd ly expresse, sumitur pro esse cōmuniter apud omnes; secūdum ipsorum conceptionem, & non tantū secundum rei ueritatem. Alioquin si pro rei ueritate tantum sumeretur: tunc & fornicatio esset cōtra legem naturæ expresse. Quando igitur dicit, quòd ex fornicatione nati sunt naturales, accipit ly naturales; non prout nomen hoc distinguitur contra legem naturæ præcisè, sed prout contra legem naturæ expresse. Secundum enim rei ueritatem tantum, tales filij non essent naturales dicendi: quoniam fornicatio est contra legem naturæ secundum veritatem rei.

¶Not. Ex conclusione textuali præposita vult sanctus Thomas virtualiter esse responsum ad tituli literam. Eliciatur ergo conclusio sequens de mente eius ex conclusione illa: quæ & secundum eundem probabitur.

¶Concl. 1. Filij qui nascuntur extra uerum matrimonium, non sunt legitimi.

¶Examen. Ly uerum matrimonium. Scilicet uel veritate rei, vel ueritate legis ecclesiæ. Vt quando contrahitur matrimonium in facie ecclesiæ durante bona fide tam ex parte eiusdem ecclesiæ, quàm ex parte contrahentium. Hæc ex in ad secundum.

¶Prob. Quia nati ex fornicatione, adulterio, stupro, & incestu, non sunt legitimi (cum nascantur contra legem saltem positiuam).

1^m minor. Quilibet nascitur secundum legem ad minus naturæ. ℞. Negatur ista. §. Aliud est. n. nasci secundum naturam, alium s̄m legem. Vnde quilibet nascitur secundum naturam, sed non secundum legem naturæ, ut in textu.

2^m de maiori. Quod in facie ecclesiæ legitimum reputatur. ℞. Et in eiusdem facie cōtrahitur, cum bona fide contrahentium. §. Adeo, quòd etiam duo ista in responso dicta necessario requiruntur simul. Tunc nihil &cæt. ut patet ex tex. & exam. conclus. super ly verum.

¶Coroll. Stat ergo tandem responsum in hoc, quòd solum bona fides in tali casu excusare potest, & a peccato, & ab illegitimitate. Bona autem fides exigit simul duo in contrahentibus, videlicet quòd re uera post debitam in his contractibus diligentiam factam nesciant impedimentum, & quòd in facie ecclesiæ contrahāt. Si ergo, non adhibita diligentia in his requisita, ignorent impedimentum illud, non excusantur; etiam si in facie ecclesiæ cōtrahāt. Vnde in tex. ly ignorent, sumitur hoc modo: quoniam aliter videntur aliquid de affectata ignorantia habere, contra quam distinguit S. Doctor ly ignoret; ut patet consideranti textum. Diligentia verò in his hodie requisita declaratur ex Concil. Trid. sess. 24. c. 1. de refor. matri. & sunt denunciationes de his, inter quos est matrimonium contrahendum, ad uidendum de impedimēto an aliquid opponatur, quæ denunciationes ter a proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festiuis in ecclesia inter missarum solemnia publicè sunt fiendæ. Quomodo autem intelligendum sit nunc textus præsens, quando dicit ly in facie ecclesiæ, declaratur etiam ex eod. Concil. ibid. quòd hoc est contrahere matrimonium præsente parocho, uel alio sacerdote de ipsius parochi, seu ordinarij licentia, & duobus uel tribus testibus. Ex eod. quoque Concil. ibid. confirmatur a fortiori dictum textus huius, quòd scilicet cōtrahentes in occulto non excusantur a peccato, neque faciūt filios legitimos, etiā si nesciant impedimentū: dum clandestina matrimonia prorsus tollit, & nulla declarat.

Diligentia pro matrimonijs: & quid facies ecclesię sit, in qua contrahuntur.

¶Not. Quanti ualeant scientia, & ignorantia, de quib. textus, in matrimoniorū contractibus conijcere potes, pariter & videre rectissime Diuum Thomam ponere differentiam inter illas, ex Cōcil. Trid. sess. 24. c. 5. de refor. matrim. dicente. Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium cōtrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat. idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Quòd si ignoranter id fecerit, si quidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subijciatur pœnis. Non enim dignus est, ut ecclesiæ benignitatem facilè experiatur, cuius salubria præcepta temere contempsit. Si uerò solemnitatibus adhibitis impedimentū aliquod postea subesse cognoscatur; cuius ille probabilem ignorantiam habuit: tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit. Hæc ibi. Non absque causa dicit ly probabilem, & ly solemnitatibus adhibitis. Ex his vide confirmari in corollario proximo dicta de diligentia & bona fide, si bene applices.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quō per rationem, tāquàm ab effectu, interimas hæresim Tatianorum dicentium, q matrimonium nil aliud est, nisi occultum meretricium, siue, quòd matrimonium nihil differt a scortatione, sed idem est. Cum enim illegitimos filios sciamus differre a legitimis: per hoc, quòd articulus probat illegitimos esse, qui extra matrimonium nascuntur, non qui intra: ostendit simul, quòd matrimonium differt a meretricio quocumque. Vnde non solum contra legem diuinam esse prædictam hæresim per hoc ostenditur, sed etiam contra legem naturalem & positiuā, tum pontificiam, tum Cæsaream: quoniam sic sentiūt & illę leges. Secundò habes: quomodo per rationem, tanquàm ab effectu, eandem meritò damnari à &c. vt q 41. ar. 1. appen. & q. 42. ar. 3. appen. Item 1. par. q 72. appen. Tertiò habes: quomodo per sanctū Thomam ostendas, meritò insinuatū ab Alex. III. quòd nati extra matrimonium uerum, sunt illegitimi: & sic. Causam, quæ &c. Eā non fuisse legitimam eiusdem. R. filiam iudicetis: quia non potuit esse vxor, quæ viri sui thorum maculans alij dum ille uiueret, copulari præsumpsit. Hæc ille: qui fil. sint legit. Ecce quòd Papa iudicat filiam natam ex adulterio, esse illegitimam. Item a Celestino III. & vniuersalius quidem, ibid Referente, &c. Publicę honestatis iustitia prohibente matrimoniū inter eos contrahi non potuit, & contractum debuit separari: ac per hoc, cum filij nec per ecclesiæ permissionem, nec per paternam ignorantiam excusentur, ad successionem bonorum paternorum non videntur aliquatenus admittendi. Hæc ibi. Vnde patet quare dixi ly vniuersalius: quia scilicet Papa ex matrimonio contracto, sed non uero, nec per ignorātiam contrahentium excusabili, iudicat filios esse illegitimos. Quartò vides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

2

3

4

SVP. Q. XCIX. Aliàs 68. Art. II.

# ARTICVLVS II.

*Vtrum filii illegitimi debeant aliquod damnum reportare.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd illegitimi filii non debeant aliquod damnū reportare. Quia filius non debet puniri pro peccato patris, vt patet per sententiam Domini, Ezechiel. 18. sed quòd iste nascatur ex illicito coitu, non est peccatum proprium, sed

288

...ncl. 1. Si damnū ...icat subtractio alicuius rei debitæ dānificato, filius illegitimus nullū damnū incurrit.

¶Prob. Quia præsupponitur clara.

¶Not. Pro conclusionis præmissæ probatione potes aptare responsionem ad primū, & ar. 3.

art. 3. similiter ad primum, vbi dicitur, quod non potest aliquis damnificari, nisi pro culpa.

¶ Concl. 2. Si damnum dicatur aliquid non debitum alicui, quod aliàs poterat ei esse debitum, filius illegitimus, damnum incurrit duplex.

¶ Prob. Quia neq; admittitur ad actus legitimos, neque ad paternam hæreditatem.

¶ Concl. 3. Filij naturales succedere possunt in septima parte tantum hæreditatis paternæ; spurij autem in nulla parte, quamuis ex iure naturali parentes eis in necessarijs prouidere teneantur.

¶ Examen. Ly naturales. Idest ex simplici fornicatione nati. ar. 1.

¶ Ly spurij. Idest ex quocumque alio illicito concubitu nati. art. eod.

¶ Not. Ex eo, quòd non est tam nefandus (cæteris paribus) concubitus fornicatorum, sicut adulterorum incęstuosorum, stupratorũ: ideo naturales filij minus damni reportant, quàm spurij. Dixi ly cæteris paribus, vt intelligaĩ formaliter cõparatio fornicationis ad adulterium, &c. hoc est fornicatio, vt sic præcise, adulterium ut sic præcise &c. Alioquin stat, quòd aliqua fornicatio sit maior, quàm adulterium ratione adiuncti, non ratione fornicationis: ut quando solutus cum soluta conueniunt sacrilege, & adulteri incæstuosi &c non habent sacrilegium annexum.

¶ Examen Ly prouidere teneantur. Scilicet non tantum in uita, sed etiam post mortem suam. Parentes enim debent prouidere, ne spurij filij moriantur fame; etiam postquam ipsi obierint. Nec possunt ijdem parentes eosdem filios priuare prouisione tali necessariorum ad vitam, ut ex conclusione prima manifeste patet consideranti, & etiam ex nunc dicto ly iure naturali. Quod.n. naturali iure debemus, nõ possumus negare sine peccato: nec licitè inferre alicui dãnũ, .i. subtrahere illi, quod ei est debitum.

¶ Prob Quia tanquam ex se clara præsupponitur.

1^m de conclusione. Aliquod damnum. ℞. Quod sit pęna: non quod quædam negatio boni. §. Hoc est, quòd non sit pœna positiua, licet sit negatiua. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusionibus duabus primis.

2^m de conclusione. Aequiparari. ℞. In naturalibus; non, in uoluntarijs. §. Tunc Nihil &cæt. Nam iura humana non afferunt illegitimis damnum in his, quæ acquiruntur per naturalem originem, sed in his, quæ per uoluntatem fiunt uel possidentur. Dixit enim prima conclusio: quòd eis non subtrahitur quicquam, quod sit eis debitum, & secunda quòd eis subtrahitur aliquid non debitum eis, quod aliàs eisdem poterat esse debitum. Vide ibi suas declarationes.

peccatũ patris, ergo ex hoc non debet aliquod damnum incurrere.

¶ 2 Præt. Iustitia humana est extracta a diuina: sed Deus æqualiter largitur bona naturalia legitimis, & illegitimis filiis, ergo & secundum iura humana filii illegitimi debent legitimis ęquiparari.

Sed contra est, quod dicitur Genes. 25. quòd Abraham dedit omnia bona Isaac, & filius concubinarum largitus est munera: & tamen illi non erant ex illicito coitu nati; ergo multo magis debent illi, qui ex illicito coitu nascũtur hoc damnum reportare, quòd non succedant in bonis paternis.

Resp. Dicendum, quòd aliquis dicitur damnum ex aliquo incurrere dupliciter. Vno modo per hoc, q̃ ei subtrahitur, quod ei erat debitũ, & sic filius illegitimus nullum damnum incurrit. Alio modo per hoc, quòd ei aliquid non est debitum, q̃ aliàs poterat esse ei debitum, & sic filius illegitimus damnũ incurrit duplex, vnum, quia non admittitur ad actus legitimos, sicut ad officia, & dignitates, quæ requirunt aliquam honestatem in illis, qui hoc exercẽt, aliud damnum incurrit, quia nõ succedit in hæreditate paterna. Sed naturales filii succedere possunt* in septima parte tantum; spurii autem in nulla parte, quamuis ex iure naturali parentes eis in necessariis prouidere teneantur. Vnde pertinet ad solicitudinem Episcopi vt vtrumq; parentem cogat ad hoc, quòd eis prouideant.

* Al. septima.

Ad primum ergo dicendũ, q̃ incurrere damnũ hoc secundo modo,* non est pœna: & ideo non dicimus quòd sit pœna, quòd aliquis nõ succedit in regno aliquo per hoc, q̃ non est filius Regis; & similiter non est pœna, quòd alicui, qui non est legitimus, non debeantur ea, quæ sunt legitimorum filiorum.

* Citat in corp.

Ad secundum dicendum, q̃ coitus illegitimus non est contra legem, inquantum est actus generatiuæ virtutis, sed inquantum ex praua voluntate procedit, & ideo filius illegitimus non incurrit damnum in his, quæ acquiruntur per naturalem originem; sed in his, quæ per voluntatem fiunt vel possidentur.

A P P E N D I X.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem, tanquam a simili seu fortiori, interimas errorem quorundam (ut ex Concil. Triden. sess. 5.) dicentium, quòd sine baptismo potest quis saluari. Cũ enim habeat articulus pręsens, quòd illegitimi non succedũt in hæreditate patris, & oẽs sine baptismo sint illegitimi quò ad Deũ, seu quò ad uitam spiritus: patet, quòd præsẽs articulus per hoc ipsorum errorem condemnat. Quasi diceret apertius. Illegitimi per iura humana nõ possunt succedere in paterna hæreditate: ergo multo fortius non baptizati ad hęreditatem paternam cœlestem, tanquam illegitimi in ordine spiritus, peruenire non poterunt iure diuino.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

¶ Secũdò habes: quomodo per rõnem ostendas, merito damnari errorem prædictum a regulis fidei Catholicę positis ab Augustino in lib de fid. ad Petr. ut recitatur de consec. di. 4. Firmissime tene, & nullatenus dubites: omnẽ hominem, qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum originali peccato nasci: & ob hoc naturaliter iræ nasci filium; de quo dicit Apostolus, Eramus filii iræ, sicut & cæteri: a qua ira nullus liberabitur, nisi per fidem mediatoris hominis Iesu Christi (.i. subdit) sine sacramento baptismi quod datur in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Hæc ibi. Item a Concil. Triden. sess 6. cap. 4. Quibus uerbis iustificationis impij descriptio insinuaĩ, ut sit translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ in statu gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Iesum Christum Saluatorem nostrum, quæ quidem translatio post Euangelium promulgatum sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non potest: sicut scriptum est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Hæc ibi. Vnde patet, quòd & filijs iræ non debetur hæreditas Dei: nisi nascantur legitimi.

2

¶ Tertiò habes: quõ per sanctum Thomam ostendas meritò insinuatum a Decret. quĩ fil. sint legit. quòd illegitimi reportant damnum. Vide tu ibi passim. Item insinuatum meritò a fortiori hoc idem Gen. 25. Dedit Abraham cuncta, quæ possederat Isaac: filijs autem concubinarum largitur munera. Hæc ibi. Et tamen, quãuis hæreditatem non habuerint ab eo, non erant illegitimi.

3

¶ Quarto habes: quomodo per rationem pędicta scripturarum & patrum, pro quanto illegitimos reportare damnum insinuant, & intelligas, & tuearis.

4

¶ Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc & declaretur, & consolidetur.

5

A P-

## ARTICVLVS III.

*Vtrum filius illegitimus possit legitimari.*

189

Cap. 1. qui filij sint legit. § vlt. in fi. de nup.

AD tertium sic proceditur. Videtur q̃ filius illegitimus non possit legitimari. Quantum enim distat legitimus ab illegitimo, tantum econuerso illegitimus a legitimo, sed legitimus numquam fit illegitimus, ergo illegitimus numquam fit legitimus.

¶ 2 Præt. Coitus illegitimus creat illegitimum filium: sed coitus illegitimus numquam fit legitimus, ergo nec filius illegitimus legitimari potest.

Sed contra est, Quod per legem inducitur, per legem reuocari potest, sed illegitimitas filiorũ est per legem positiuam inducta, ergo potest filius illegitimus legitimari ab eo, qui habet authoritatem legis.

Resp. Dicendum, quòd filius illegitimus potest legitimari, non vt fiat de legitimo coitu natus, quia coitus ille transiuit, & numquam potest fieri legitimus, ex quo semel fuit illegitimus. Sed dicitur legitimari, inquantum damna, quæ illegitimus filius incurrit, subtrahuntur per legis authoritatem. Et sunt sex modi legitimandi.

SVP. Q. XCIX. Aliàs 68. Art. III.

Concl. Illegitimus põt legitimari: vno sex modorum legitimandi.

¶ Prob. 1. Quia per legis authoritatem põt filio illegitimo subtrahi damnum, quod incurreret (ut arg. sed cõtra, & ar. 2. concl. 2.) Secũda autem par[illegible] sex &c probatũ[illegible] sunt sex modi [illegible] mandi (ut in tex[illegible])

1m illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. propter rationem in textu. Tunc ad maiorem argumenti dicitur, quòd legitimus ab illegitimo tantum distat, quantum e conuerso, si fiat sermo de distantia quantitatis geometricę, quo modo tanta est via ab Athenis ad Thebas, quanta a Thebis ad Athenas, nō autem si sermo fiat de distantia qualitatis iustitiæ, (ut i tex.) quo modo non est eadem relatio terminorum a quo & ad quē, ab Athenis ad Thebas quæ à Thebis ad Athenas.

† Cap. 1. c. tanta. & c. per venerabilem ext. q. filij sint leg.

* Ibid. c. 13.

Duo secundum Canones, † scilicet cum quis ducit uxorem illā, ex qua filium illegitimum generauit, si non fuit adulterium,* & per specialem indulgētiam, & dispensationem domini Papæ. Quatuor autem modi sunt secundum leges. Primus est, si pater filium naturalem curiæ Imperatoris offerat: ex hoc enim ipso legitimatur propter curiæ honestatem. Secundus, si pater in testamento nominat eum legitimum hæredem, & filius postmodum testamentum Imperatori offerat. Tertius est, si filius nullus sit legitimus, & ipsemet filius se principi offerat. Quartus si pater in publico instrumento; vel cum trium testium subscriptione eum legitimū nominet, nec adiiciat naturalem.

Ad primum ergo dicendum, quòd alicui potest sine iniustitia gratia fieri, sed non potest aliquis damnificari nisi pro culpa: & ideo magis potest illegitimus fieri legitimus, quàm econuerso. Etsi enim legitimus aliquando hæreditate priuetur pro culpa; non tamen dicitur illegitimus filius, quia generationem legitimam habuit.

Ad secundum dicendum, q̃ coitus illegitimus hēt defectū intra se inseparabilē, qui legi opponitur, & ideo non pōt fieri legitimus, nec est simile de filio illegitimo qui non habet huiusmodi defectum.

¶ Examen. Ly non potest aliquis damnificari sine culpa. Intellige hoc ut supra quæst. 59. artic. 4. ad tertium, textu, & elucid.

¶ Ly etsi enim legitimus aliquando &c. Hoc totum inducitur tanquam responsio ad declarationem de ly q̃ è conuerso. Ostenditur siquidem per hoc: q̃ licet legitimus possit quantum ad rem conuenire cum illegitimo, inquantum hæreditate priuatur quandoque tamen non potest conuenire cum illo illegitimo, quantum ad nomen. Loquendum enim est, ut plures (secundum Philosophum): & secundum hos legitimus non appellatur vnquam illegitimus, licet hæreditate priuatus sit.

* Al. testamento.

2m illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Non enim est simile de coitu illegitimo, & illegitimo filio.

¶ Examen. Ly defectum inseparabilem. Idest esse extra matrimonium cum transitu, hoc est, irreuocabiliter transire, ut in corp. princip. Et iste defectus non est in filio legitimo, ut dicitur in fine huius. Non enim filius transit, sed permanet; licet sit extra matrimonium natus. Quo fit, ut possit legitimari filius, non autem coitus ille. Vel huiusmodi defectus est, esse incapax habendi: quod ex coitu non potest haberi. Et hæc incapacitas inseparabiliter actui illi inest, non autem filio. Non enim ille actus potest legitimari, seu fieri, quod sit sine culpa; & filius legitimari potest. i. fieri, quòd sit capax hæreditatis, cuius non erat. Aduerte tamen, quòd ista filij incapacitas pendebat a coitu, & a lege simul: capacitas uerò dependet a lege tantum, inquantum scilicet per legis authoritatem illegitimus adit hæreditatem ac si esset legitimus. Et hoc intendit textus dicens ly nec est simile de filio illegitimo, qui non habet huiusmodi defectum.

Aliqd nūquam legitimatur; licet aliquādo procedens per illud legitimetur.

## APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, Alexandrum III. meritò insinuare illegitimos posse legitimari, & sic. Tanta est uis matrimonij, ut qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeātur. Si autem vir uiuente uxore sua aliam cognouerit, & ex ea prolem susceperit; licet post mortem uxoris eandem duxerit, nihilominus spurius erit filius, & ab hæreditate repellendus. Hæc ille; qui filij sunt legitim. ex quo uides legitimationem ab articulo intentam uerificari de alijs spurijs. Quod annotauit & sanctus Doctor art. 2. corp. quando dixit: quòd spurij in hæreditatis nulla parte succedere possunt. Item ab eod. Alexandro ibid. cap. conquestus, habetur idem de genitis ex soluto, & soluta; antequam postmodum contraherent. Item per Innocentium III. ibid. Ex tenore, &c. Cum vidua G. hæreditatem quondam R. mariti sui sibi, & pupillo filio restitui postularet; pars aduersa petitionem eius nitebatur excludere, pro eo quòd maritum ipsius viduę de adulterio genitum asserebat. Intelligentes quòd pater prædicti R. matrem ipsius in facie ecclesiæ ignotam, quòd ipse alteram sibi matrimonialiter copulasset, duxerit in vxorem; & dum ipsa coniunx ipsius legitima putaretur, dictum R. suscepit ex eadem; in fauorem prolis potius declinamus, memoratum. R. legitimum reputantes. Hæc ibi. Ecce: quòd si coniugatus viuente prima uxore contrahit in facie ecclesiæ cum secunda hoc ignorante, legitima erit eorum proles. Item per eundem ibid. Gaudemus, &c. Prolem de infidelium coniunctionibus secundo, tertio, vel ulteriori gradu secundum opinionem illorum natam, post fidem receptam, legitimam volumus reputari. Hæc ibi.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

¶ Secundò habes: quo per rōnē prædicta Pontificū pro quanto illegitimum posse legitimari insinuant, & intelligas, & tuearis. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur. 3

---

SVP. QVAEST. C. Aliàs 69. Art. 1.

Concl. Quāuis animabus post mortē non assignentur aliqua corpora, quorum sint formæ, uel determinati motores; determinantur tamen eis quędam corporalia loca p congruentiam quandā secundum gradum dignitatis earum; in quibus sint quasi in loco, eo modo, quo incorporalia esse pñt in loco.

¶ Examen. Ly congruentiam quandā. Scilicet loci ad locatum. Vtputa, si animæ locatæ sint lucidæ virtutibus spiritualibus, & loca sint lucida corporaliter; & e conuerso, si illæ tenebrosæ uitijs, & ista corporaliter obscura.

¶ Prob. Quia præ[illegible]tur. Secunda pars. s. determi[illegible] tamen &c. probatur. Quia secundum Augustinum, Gregorium ac Philosophos conuenientia quædam est spiritualium substantiarum ad corporales.

¶ Not. Merito prima cōclusionis pars psupponitur: quoniā ex dictis. 1. par. q. 75. art. 6. & hic in articulo, & dicendis nunc in ar. 2. habetur id, ut per se prudens, ac intelligens, colligere potest.

Pri-

# QVAEST. C. Aliàs 69.

*De his quæ spectant ad resurrectionem, & primo de loco animarum post mortem, in septem articulos diuisa.*

Post hoc agēdum est de his, quæ spectant ad tractatum resurrectionis. Postquam enim dictum est de sacramentis, quibus homo liberatur a morte culpæ, consequenter dicēdū est de resurrectione, per quā homo liberatur a morte pœnæ.

Circa tractatum autem resurrectionis tria consideranda sunt, scilicet præcedentia resurrectionē, concomitantia, & sequentia. Et ideo primo dicendum est de his, quæ ꝑ parte, quamuis non ex toto, resurrectionem præcedunt. Secundo, de ipsa resurrectione, & circunstantibus eam. Tertio, de his, quæ eam sequuntur. Præcedentium autem resurrectionem prima consideratio, est de receptaculis animarum post mortē eis assignatis. Secundo, de qualitate, & pęna animarum separatarum eis ab igne inflicta. Tertio, de suffragiis, quibus animæ defunctorum a viuis adiuuantur. Quarto, de orationibus Sanctorum in patria existentium. Quinto, de signis iudicium generale pręcedentibus. Sexto, de igne vltimæ conflagrationis mundi, qui faciem iudicis præcedet.

Circa primū quæruntur septem.

¶ Primò, Vtrum animab. post mortem receptacula assignentur.

¶ Secundò, Vtrum statim post mortem ad ipsa animę deducantur.

¶ Tertiò, Vtrum de ipsis locis egredi ualeant.

¶ Quartò, Vtrum lymb. inferni sit idem, qd sinus Abrahę.

¶ Quintò, Vtrū lymbus sit idem, q̃ infernus damnatorum.

¶ Sextò, Vtrum lymbus patrū sit idē, qd lymbus puerorū.

¶ Septimò, Vtrum tot receptacula debeant distingui.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum assignentur receptacula animabus post mortem.*

290 S. Tho. 4. dis. 45. q. 1. ar. 1. & seq.

Ad primum sic proceditur. Videtur, q̃ animabus post mortem receptacula nō assignentur. Sicut. n. dicit

1^m ex Boetio. Incorporalia in loco non esse. ℞. Modo corporalium: non spiritualium substantiarum. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusione.

¶ Not. Ea propter fit distinctio in philosophia de esse in loco circumscriptiuè, & esse in loco diffinitiuè tantum. Prius.n. conuenit corporib*, posterius verò spiritibus.

† Id habet Boet. i lib. An omne qd est bonũ sit circa principiũ. * lib. 12. c. 32. circa prin. to. 3.

2^m minor. Animæ separatæ, sicut & quælibet aliæ spirituales substãtiæ, indifferẽter se habent ad omnia loca. ℞. Si fiat sermo de indifferentia qualitatis eiusdẽ: non autẽ, proportionalitatis. §. Tunc nihil &c. Nam in articuli conclusione intenditur de conuenientia proportionalitatis animarũ ad corporalia loca, non autem de eiusdem qualitatis: & consequenter sufficit cõclusioni, ꝙ animę separatæ ad omnia loca non se habeant indifferenter secundum proportionalitatis indifferentiam, vt declaratur in textu. Ad rationem igitur in contrariũ dic; quòd concludit tantùm de indifferenter se habere secundum indifferentiam eiusdem qualitatis, quod cõcedimus.

† lib. 12. super Genes. c. 32. to. 3.

¶ Not. In textu responsi non adest hoc nomen indifferentia, sed hoc nomen conuenientia: quæ tamen nomina faciliter in idem reduci possunt. Hæc dicta sint: vt literas textuales non discordare in sensu à literis formalis responsi agnoscas, & sine errore applices adinuicem. Quod etiam factum esse quandoque alibi reperies plus vel minus, seruando tantum sensum. Vnde tu, etiam ibi, obserua monitum hoc.

† Habetur in Gl. ord. Gen. 1. super illud, In principio creauit Deus, &c. idem refert tur lib. 2. Sent. dis. 2. §. F.

3^m minor. Corporalis locus non potest eis esse in pœnam, vel præmium. ℞. Per modum, quo corpora recipiunt ab ipso loco: non per modum quo spiritus. §. vt declaratur in textu. Tunc nihil &c. Nam cum loquamur de spiritibus, intelligenda est receptio præmij, vel pœnæ, secundum modum spirituum: vt singula singulis correspondeant.

* lib. 4. dialo. c. 25. 28. 30. & 40.

† Aug. li. 3. de Tri. c. 4. & 5. to. 3. * lib. 4. dialog. c. 5.

AP.

cit Boetius † in lib. de Hebdomadib. Cõmunis animi conceptio est apud sapientes, incorporalia in loco non esse, cui concordat quod August. * dicit 12. super Gen. ad literã: Cito quidem responderi potest, ad corporalia loca animam non ferri, nisi cum aliquo corpore, sed separata à corpore, non habet aliquod corpus, sicut ibidem August. † dicit: ergo ridiculum est animabus separatis aliqua receptacula assignare.

¶ 2 Præt. Omne, quod habet locum determinatum, magis conuenit cum illo loco, quàm cum alio, sed animæ separatæ, sicut etiã quælibet aliæ spirituales substantiæ, indifferenter se habent ad omnia loca: non.n. potest dici, ꝙ cum aliquibus corporib. conueniant, & cũ aliis differant, cum ab omnibus cõditiónibus corporalibus penitus sint remotæ. ergo eis receptacula determinata nõ sunt assignãda.

¶ 3 Præt. Animabus separatis nõ assignatur aliquid post mortem, nisi qđ cedat in pęnam vel in præmium: sed corporalis locus non potest eis esse in pœnã, vel in præmium, cũ à corporib. nihil recipiant: ergo non sunt eis assignanda certa receptacula.

Sed contra. Celum empyreum est locus corporalis, & tamen ipsum factum mox sanctis Angelis est repletum, vt Beda † dicit. Cum ergo angeli sint incorporei, sicut & animæ separatę, videtur etiam quòd animabus separatis sint certa receptacula assignanda: ergo &c.

¶ Præt. Hoc patet per id quod Gregor. * dicit in 4. Dialo. s. animas post mortem ad diuersa loca corporalia esse deductas, vt patet de Paschasio, quẽ Germanus Capuanus Episcopus in balneis inuenit, & de anima Theodorici Regis, quam dicit ad gehennã esse deductam: ergo animæ post mortem habent certa receptacula.

Resp. Dicendum, ꝙ quãuis substantię spirituales secundũ esse suum à corpore non dependeant, corporalia tamen à Deo mediantibus spiritualibus gubernantur, vt dicit † Aug. in 3. de Trin. & Greg. * in 4. Dialog. & ideo est quædã conuenientia spiritualiũ substantiarum ad corporales substantias per congruentiam quandam, vt s. dignioribus substantiis digniora corpora adaptentur. Vnde & Philosophi s̃m ordinem mobilium posuerunt ordinem substantiarũ separatarũ. Quamuis autẽ animabus post mortem non assignentur aliqua corpora, quorũ sint formæ, vel determinati motores, determinãtur tñ eis quædã corporalia loca per congruentiam quandam s̃m gradũ dignitatis earũ, in quibus sint quasi in loco, eo modo quo incorporalia esse possunt in loco, s̃m ꝙ magis vel minus accedunt ad primã substãtiam, cui locus superior per congruentiã deputat, s. Deum, cuius sedẽ cęlũ Scriptura esse denũciat: & ideo animas, quę sunt in participatione perfecta deitatis, in cęlo esse ponimus, animas uerò, quæ à participatione huiusmodi impediũtur, loco cõtrario dicimus deputari.

Ad primvm ergo dicendum, quòd incorporalia non sunt in loco modo aliquo nobis noto, & consueto, secundum quòd dicimus corpora propriè in loco esse, sunt tamen in loco modo substantiis spiritualibus conuenienti, qui nobis plenè manifestus esse non potest.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ duplex est conuenientia, vel similitudo. Vna est, quæ est per participationem eiusdem qualitatis, sicut calida adinuicem conueniunt. Et talis conuenientia incorporalium ad loca corporalia esse non potest. Alia per quandam proportionalitatem, per quam in scripturis metaphoricè Deus dicitur esse Sol, quia est principium vitæ spiritualis, sicut Sol vitæ corporalis, & secundum hanc conuenientiãm, quędam animę quibusdam locis magis conueniunt, sicut animæ spiritualiter illuminatæ, cum corporibus luminosis, animæ verò obtenebratæ per culpam, cum locis tenebrosis.

Ad tertivm dicendum, quòd anima separata directè nihil recipit à locis corporalib. per modum quo corpora recipiunt, quæ conseruantur à suis locis, sed ipsę animę ex hoc quòd cognoscunt se talibus locis deputari, sibi gaudium ingerunt, vel mœrorem, & sic locus cedit eis in pœnam, vel præmium.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem reijcias errorem Albigensium (Prat. Albigenses) dicentium: animam hominis secundum eius meritum per diuersa transire corpora, etiam animalium, & serpentum si male uixisset; si verò probè in alicuius principis, vel alterius illustris personæ corpus. Cum.n. animabus receptacula post mortẽ corporis assignentur ab articulo præsenti, negando simul per hoc, quòd animæ ipsæ sint corporum formæ, vel determinati motores: patet, ꝙ contra illorum errorem militat. Item errorem Libertinorũ (Prat. Gnostici, in calce) simili ratione interimas dicentium; animam omnem morientem ad Deum redire, illicque reduniri.

Aug. tract. 49. in Ioã. tom. 9.

2 Secundò habes: quomodo per ratiõné ostẽdas, meritò damnari Albigenses prędictos à regulis fidei catholicæ (has recitat B. Athanasius in lib. 6. de beatitudine filij Dei) dicentibus: Si quis confitetur animas hominum in reuolutionem rursus in mundo, aut in hominibus, aut in pecudibus, aut in serpentibus uertì, anathema illi. Hæc ibi. Item ab Eccles. 11. In quocũque loco cęciderit lignum, ibi erit. Clarum autem est in scripturis 2. Machab. 9. & Luc. 16. & alibi, ꝙ nõnulli extra gratiam Dei cadunt, i. moriunt: quorũ vtique animas redire ad Deũ, illicque reduniri, constat per hoc esse falsum.

Psal. 102. & Isa. 66.

3 Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatũ Lucæ 16. quod animab. post hanc uitam assignantur receptacula diuersa; & sic. Factum est, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahę. Mortuus est autem diues, & sepultus est in inferno.

4 Quartò habes: quomodo per ratioñé prędicta Patrum & scripturarũ, pro quanto directè, vel indirectè assignari receptacula animabus insinuant, & intelligas, & pbes, & defendas.

Aug. lib. 13. de ciu. Dei, cap. 8. tom. 5.

5 Quintò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

SVPER Q. C. Aliàs 69. Art. II.

Concl. 1. Sicut corpus per grauitatẽ, vel leuitatem statim fertur in locum suum, nisi prohibeatur, ita animæ statim, soluto vinculo, carnis præmium consequuntur, vel pęnam: nisi aliquid purgandum sit causa dilationis pmij.

291

¶ Prob. Quia sicut in corporibus est grauitas, vel leuitas, qua feruntur ad suum locum, qui est tanq̃ finem: ita in animabus

* Gl. ordin. in eũ locũ Psal. 36. ex Aug. super eum Psal. concil. 1. to mo 2.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum statim post mortem animæ deducantur ad cœlum, vel ad infernum.*

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur ꝙ statim post mortẽ nullæ animę deducantur ad cœlos, vel ad infernũ, quia super illud Psalmi, Adhuc pusillum, & non erit peccator, dicit Glossa, * quòd Sancti liberabuntur in fine mundi, post hanc tamen vitam nõ ibi erunt; vbi erunt Sancti, quibus dicetur: Venite bene-

mabus est meritum, vel demeritum, quibus perueniunt ad præmiū, vel pęnam, tanquam fines actionum suarum.

† In Enchi. cap 109. in princ. to. 3. refertur in c. tempus, 13. q. 2.

¶ Coroll. Ergo simile officium proportionaliter, quod habent grauitas & leuitas corporum, habent meritū & demeritū animarum. Ergo cum meritum & demeritum procedāt ex amore ipsarum animarum, patet: quòd amor est onus, quo anima fertur ad locum suum, vt etiam dixit B. Augustinus.

¶ Concl. 2. Statim, vt anima absoluit à corpore, vel in infernū immergitur, vel ad cœlos euolat: nisi impediatur aliquo reatu, quo oporteat, euolationem differri, vt prius anima purgetur.

* Gl. interlin. ibidem.

¶ Prob. primò: Quia patet ex cōclusione prima, (cùm locus inferni, vel cęli, deputetur congruenter pro pœna, vel præmio). Secundò, quia tum scripturæ tum Sanctorum dicta hoc manifestè attestantur (patet in textu).

1m de concl.e

Non statim ascendūt ad cœlum. ℞. Geminā stolam accepturi: non vnā. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio sentit, quòd in cęlū nunc post mortē ferantur ad accipiēdum vnam stolam, i. beatitudinem ipsius animæ: nō autem geminam, id est beatitudinem etiā corporis.

2m minor. Hæc abdita receptacula non possunt intelligi cœlum, & infernus. ℞. Negat ista. §. Imo & purgatorium ibi cointelligitur. Ad rationem in contrarium respondetur; quòd distinguitur tempus ante resurrectionem & post, non quia ibi nunc non sint animæ ante resurrectionem, vbi erunt post (loquendo de cœlo, & inferno): sed propter duas rationes dictas in tex. ly quia ante resurrectionem sunt &c.

* lib. 4. dialo. cap. 25. ante med.

¶ Not. Per illa verba dicta in fine tex. intelligitur purgatorium. In ipso enim nunc sunt animæ, & post resurrectionem non erunt.

Extat constitutio Benedicti XI. de visione beatorū, in c. Bñdictus Deus, vbi hæc materia definit.

3m illatio conclusionis. Ergo multò fortius &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim idem est iudiciū de animabus

dicti patris mei: sed illi Sancti erunt in cœlo. ergo sancti post hanc vitam non statim ascendunt ad cœlum.

¶ 2 Præt. Augustinus † dicit in Enchir. quod tempus inter hominis mortem, & vltimam resurrectionem interpositum animas abditis receptaculis continet, sicut vnaquæq; digna est requie, vel ærumna, sed hæc abdita receptacula non possunt intelligi cœlum, & infernus, quia in illis etiam post resurrectionem cum corporibus erunt. Vnde pro nihilo distingueret tempus ante resurrectionem, & post resurrectionē; ergo non erunt nec in inferno, nec in paradiso vsque ad diem iudicii.

¶ 3 Præt. Maior est gloria animæ, quàm corporum, sed simul omnibus redditur gloria corporum, vt sit maior lætitia singulorum ex cōmuni gaudio, vt patet Hebræ 11. super illud, Deo pro nobis aliquid melius prouidente &c. dicit Glossa. * Vt in communi gaudio omnium, maius fieret gaudiū singulorū: ergo multo fortius gloria animarū debet differri vsque ad finem, vt simul omnib. reddatur.

¶ 4 Præt. Pęna, & præmiū, quæ per sententiā iudicis redduntur, iudiciū præcedere non debent, sed ignis inferni, & gaudium paradisi dabuntur omnibus per sententiam iudicantis Christi, s. in vltimo iudicio, vt patet Matthæi 25. ergo ante diem iudicii nullus ascendit in cęlum, vel descendit ad inferos.

Sed contra est, quod dicitur 2. Corinth. 5. Si terrena nostra habitatio dissoluatur, domum habemus non manu factam, sed conseruatam in cœlis: ergo dissoluta carne, anima habet mansionem quæ ei in cœlis fuerat conseruata.

¶ Præt. Philipp. 1. dicit Apostolus, Cupio dissolui, & esse cum Christo. ex quo sic arguit Greg. * in 4. Dialogo. Qui ergo Christum in cęlo esse non dubitat, nec Pauli animam in cœlo esse negat, sed non est negandū Christum esse in cœlo, cum sit articulus fidei; ergo non est dubitandum animas sanctorum ad cœlos ferri. Quod etiā aliquæ animæ ad infernū descendunt statim post mortem, patet Lucæ 16 Mortuus est autem diues, & sepultus est in inferno.

Resp. Dicendum, quòd sicut in corporibus est grauitas, vel leuitas, qua feruntur ad suum locum, qui est finis motus ipsorum, ita etiam est in animabus meritum, vel demeritum, quibus perueniunt animæ ad præmiū, vel pęnam, quę sunt fines actionum ipsarum. Vnde sicut corpus per grauitatem, vel leuitatem statim fertur in locum suum, nisi prohibeatur, ita animæ soluto vinculo carnis, per quod in statu viæ detinebantur, statim præmium consequūtur, vel pœnam, nisi aliquid impediat, sicut interdum impedit consecutionem præmii veniale peccatum, quod primū purgari oportet, ex quo sequitur quod præmium differatur. Et quia locus deputatur animabus secundum congruentiam præmii, vel pœnæ statim, vt anima absoluitur à corpore, vel in infernum immergitur, vel ad ad cœlos euolat, nisi impediatur aliquo reatu, quo oporteat euolationē differri, vt prius anima purgetur. Et huic veritati authoritates Scripturæ canonicæ manifestè attestantur, & documenta sanctorum Patrum. Vnde contrarium pro hæresi est habendum, vt patet 4. Dialog. * & in libro de Ecclesiasticis dogmatibus. †

Ad primum ergo dicendum, quòd Glos. * seipsam exponit. Quod enim dicit, Nondum erūt vbi erunt sancti &c. statim exponit subdens, id est, non habebunt geminam stolam, quam habebunt sancti in resurrectione.

Ad secundum dicendum, quod inter illa abdita receptacula, de quibus Augustinus loquitur, † etiā sunt computanda, & infernus, & paradisus, in quibus animæ aliquę ante resurrectionem continentur. Sed ideo distinguitur tēpus ante resurrectionē, & post, quia ante resurrectionem sunt ibi sine corpore, post autē erunt cum corpore, & quia in aliquibus receptaculis nūc sunt animæ, in quibus post resurrectionem non erunt.

Ad tertium dicendū, quòd hominum corpora habent quādam continuationem adinuicem, quia secundum ea est verum, quod dicitur Actuum 17. Quòd Deus ex vno fecit omnium hominū genus, sed animas sigillatim finxit; vnde non est tanta congruentia vt omnes homines simul glorificentur in anima, sicut quod glorificentur in corpore. Et pręterea gloria corporis non est ita essentialis sicut gloria animæ, vnde maius detrimentum esset sanctis, si gloria animæ differretur, quàm de hoc, quod gloria corporis differatur, nec posset hoc detrimentum glorię recompensari propter ampliationem gaudii singulorum de gaudio communi.

Ad quartum dicendum, quod eandem obiectionem Gregor. * in 4. Dialog. proponit, & soluit: Si, inquit, nunc in cœlo sunt animæ sanctorum, quid est quòd in die iudicii pro iustitiæ retributione recipiunt? & respondet: Hoc eis nimirum crescit in iudicio, quod nunc animę sola sui singulari retributione lætantur, postmodum verò etiam corporum beatitudine perfruuntur, vt in ipsa quoque carne gaudeant, in qua dolores pro Domino, cruciatusque pertulerunt: & eodem modo dicendum est de damnatis.

mabus simul, & corporibus: & hoc propter duas rationes. Nam hominum corpora habent quandam continuationem &c. vt in textu.

¶ Coroll. Negatur ergo, vt patet ex textu illatio, non tantum propter ly multo fortius, sed etiā absolutè. Neq; enim absolutè loquendo animæ gloria differri debet vsque ad finem mundi, ex eo quòd illuc usque differenda est gloria corporum; neque multò fortius.

4m de maiori. Iudiciū præcedere non debent. ℞. Secundum quod per sententiam iudicij generalis redduntur: non secundum quòd per sententiam iudicij singularis. §. Tunc nihil &c. vt patet.

* Greg. lib. 4. dialog. c. 25. 28. & 39.

† Aug. in lib. de eccl. dog. c. 79. tom. 3.

* loco citato in arg.

¶ Not. Iudicium singulare fit in morte cuiusque, quo redditur soli animæ præmiū, vel pęna: iudicium autem generale in fine mūdi, quo animæ cum corporibus simul pœnis, vel præmijs, addicuntur.

† loco citato in arg. & est Enchir. c. 10.

APPENDIX.

Utilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. habes primò, quomodo per rationem interimas hæreses Armenorum, & Græcorum (Directo. Inquisit. 2. par. quæst. 8.) dicentium: quod animæ iustorum decedentium secundum communē Dei ordinationem nec sunt, nec erunt in cœlorum regno, sanctorum Angelorum consortio aggregatæ ante resumptionē suorum corporū & iudicium generale. Idem dicunt de ijs, quæ purgationem peccatorū ex toto peregerunt: & de morientibus statim post baptisma: adeò quòd secundum istos, nec ante, nec post baptismi tempus sunt aliqui iusti recepti in Paradisum. Idē dicunt de animabus decedentium in mortali peccato: quod scilicet mox post mortem suā, secundum communem Dei ordinationem, non descendūt ad inferna, nec pœnis infernalibus cruciantur. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas; has omnes meritò dānari à Benedicto Papa XI. in extrauag. Hac in perpetuū valitura cōstitutione authoritate Apostolica diffinimus: quòd secundū communem Dei ordinationem, animæ Sanctorum

* lib. 4. dialo. c. 25. in medio.

rum omnium, in quibus nihil purgabile fuit, quando decesserunt, nec erit quando decedent etiam in futurum; vel si tunc erit, tamen post mortẽ suam purgauerint; atque animæ puerorũ renatorum, & baptizandorũ; mox post mortem suã, etiam ante resumptionẽ suorum corporũ, & iudicium generale, post ascensionẽ Saluatoris nostri fuerunt, sunt, & erunt in cęlorũ regno cum Christo, sanctorum Angelorum consortio aggregatæ. Diffinimus insuper: ꝙ secundum Dei ordinationem cõmunem, animæ decedentiũ in actuali peccato mortali mox post mortem suam ad inferna descendunt; vbi pœnis infernalibus cruciantur. Hæc ibi. Item à Concil. Flor. sess. vltima. Diffinimus illorum animas, qui post baptisma susceptum nullã omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post cõtractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus sunt purgatæ, in cœlum mox recipi. Illorum autem animas, qui in actuali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere. Hæc ibi. Tertiò habes: quomodo per rationem prędicta Patrum, pro quanto animas separatas statim in locum suis meritis conuenientem recipi insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

[margin: Descẽdũt, vel ascendunt mox omnesq; &c.] [margin: 3] [margin: 4]

---

## ARTICVLVS III.

### *Vtrum animæ existentes in paradiso vel in inferno, egredi valeant.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd animæ in paradiso, vel in inferno existentes, egredi non ualeant. Augustinus enim dicit in libro de cura pro mortuis agenda. Si rebus viuentium vterentur animæ mortuorum, vt de alijs taceam, meipsum pia mater nulla nocte desereret, quæ terra, mariq; secuta est, vt mecum viueret, & ex hoc cõcludit, quòd animæ defunctorum rebus viuentium non intersunt: sed interesse possent, si de suis receptaculis exirent; ergo de suis receptaculis non exeunt.

¶ 2 Præterea. In Psalmo dicitur: Vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. & Iob 13. Qui descendit ad inferos, non ascendet; ergo tam boni, quàm mali à suis receptaculis non exeunt.

¶ 3 Præterea. Receptacula, vt dictum * est, animabus post mortem dantur in præmium, vel in pœnam: sed post mortem neque pręmia sanctorũ minuuntur, neque pœnæ damnatorum: ergo non exeunt de suis receptaculis.

SED CONTRA est, quod dicit Hieronymus * contra Vigilantium, sic eum alloquens. Ais enim: in sinu Abrahæ, vel in loco refrigerii, vel subter aram Dei animas Apostolorum, & Martyrum consedisse, nec posse suis tumulis cum voluerint adesse præsentes, & ita tu Deo leges ponis, tu Apostolis vincula inijcis, vt vsque ad diem iudicii teneantur in custodia, nec sint cum Domino suo, de quibus scriptum est: Sequuntur agnum quocumque ierit, & si agnus vbique est; ergo & hi, qui cum eo sunt, vbique esse credendi sunt; ridiculum ergo est dicere, quòd animæ mortuorum à suis receptaculis non recedant.

¶ 2 Præterea. Hieron. ibidem * arguit sic, Cum diabolus, & dæmones vbique vagentur orbe toto, & celeritate nimia vbique præsentes sint, quare martyres post effusionem sanguinis ara operientur inclusi, & inde exire non poterunt? Ex quo potest concludi non solum de bonis, sed etiam de malis, quòd sua receptacula quandoque exeant, cum non habeant maiorem damnationẽ, quàm dæmones, qui vbique discurrunt.

¶ 3 Pręterea. Hoc idem probari potest per Gregorium in quarto Dialogo. * vbi narrat de multis mortuis, qui viuis apparuerunt.

RESPON. Dicendum, quòd aliquem exire de inferno, vel de paradiso, potest intelligi dupliciter. Vno modo ita ꝙ simpliciter inde exeat, vt iam locus eius non sit paradisus, vel infernus, & sic nullus inferno, vel paradiso deputatus finaliter, inde exire potest, vt infrà * dicetur. Alio modo potest intelligi, vt exeat ad tempus, & in hoc distinguendum est, quid eis conueniat secundum legem naturæ, & quid eis conueniat secundum ordinem diuinæ prouidentiæ: quia, vt dicit Augustinus * in libro de cura pro mortuis agenda, Alii sunt humanarum limites rerum, alia diuinarum signa virtutũ, alia sunt, quæ naturaliter, alia, quæ inuisibiliter fiunt. Secundum ergo naturalem cursum, animæ separatæ, proprijs receptaculis deputatæ, à conuersatione viuentium penitus segregantur. Non enim secundũ cursum naturæ homines in mortali carne viuentes substantiis separatis immediatè iunguntur, cum omnis eorum cognitio à sensu oriatur: nec propter aliud à suis receptaculis eas exire * conueniret, nisi ut rebus viuentium interessent. Sed secũdum dispositionẽ diuinæ prouidentiæ aliquando animæ separatæ à suis receptaculis egressæ, conspectibus hominum præsentantur, sicut * Augustinus in libro prædicto narrat de Fęlice martyre, qui ciuibus Nolanis visibiliter apparuit, cum à Barbaris oppugnarentur. Et hoc etiam credi potest, quòd aliquando damnatis contingat, quòd ad eruditionem hominum, & terrorem, permittuntur viuentibus apparere, aut etiam ad suffragia expetenda, quantum ad illos, qui in purgatorio detinentur, vt per multa, quę in 4. Dialog. * narrantur, patet. Sed hoc interest inter sanctos, & damnatos, quòd sancti cum voluerint apparere possint viuẽtibus, non autem damnati. Sicut enim sancti viuentes in carne, per donum gratiæ gratis datæ accipiunt, vt sanitates, & signa perficiant, quæ non nisi diuina virtute mirabiliter fiunt, quæ quidem signa ab aliis hoc dono carentibus perfici non possunt: ita etiam non est

---

### SVPER Q. C. Aliàs 69. Art. III.

COncl. 1. Nullus inferno, vel Paradiso deputatus finaliter, egredi inde potest simpliciter.

¶ Exam. Ly finaliter. Id est per determinatiuam sententiam ad manendũ ibi perpetuo.

¶ Prob. Quia hoc clarum præsupponitur.

¶ Not. Clarum quidem hoc est quo ad infernum; cum scriptum sit, In inferno nulla est redemptio: quo ad paradisum, cũ à Papa Gregorio dicatur: Quisquis illuc semel intrauerit, nunquam exib.t.

¶ Concl. 2. Secundum naturalẽ cursum, animæ separatæ proprijs receptaculis deputatæ, à conuersatione viuentium penitus segregantẽ.

¶ Prob. Quia homines in carne viuentes non immediate iunguntur substantijs separatis; secundum communem cursum naturæ.

¶ Not. Anima humana, quando est separata, sortitur statũ substantijs separatis conuenientem: & ideo, cum status ille à statu viatorum secernatur, oportet & conuersationem communem vtrorũque statuum secerni abinuicem: vt singula singulis correspondeant. Quod verò Angeli, vel dæmones, qui sunt substantiæ separatæ sæpius appareant uiuis; hoc est non ratione status separatorum, sed ratione officij; de quo in responsione ad secundum argumentum contra.

¶ Concl. 3. Secundum dispositionem diuinæ prouidentię aliquãdo animæ separatæ à suis receptaculis egressæ, conspectibus hominum præsentantur.

¶ Prob. Quia patet ex Augustino.

¶ Not. Huic concordat & apparitio facta Constantino Magno, de qua in ipsius edicto sic dicit. Eadem translacta die nocturno nobis facto silentio, dum somni tempus aduenisset, adsunt Apostoli sanctus Petrus, & Paulus dicentes mihi: Quoniam flagitijs posuisti terminũ, & effusionem sanguinis innocẽtis horruisti: missi sumus à Christo Domino Deo nostro dare tibi sanitatis recuperandæ consilium. Hæc ibi. 1. tom. Concil.

¶ Concl. 4. Hoc etiã credi potest, quòd aliquãdo damnatis contingat; quòd ad eruditionem hominum, & terrorem, permittuntur viuentibus apparere, aut etiam ad suffragia expetenda, quantum ad illos, qui in purgatorio detinentur.

¶ Prob. Quia patet ex 4. Dialog.

¶ Concl. 5. Sancti cum voluerint apparere, possunt viuentibus: non autem damnati.

¶ Prob. Quia sicut sanctis diuinitus donatur, vt signa perficiant, quæ ab alijs hoc dono carentibus perfici non possunt: ita non est inconueniens, vt animabus sanctorum potestas detur ad apparendũ viuentibus, cum volunt; quæ damnatis negatur.

¶ Not. Beatis adest facultas faciendi quodcumque volunt, & nihil nisi bene facere possunt; alioquin beati non essent (vt patet per Augustinũ): & ideo quandocumque volunt, & quomodocumque, apparere possunt hominibus; sed hoc nolunt, nisi secundum diuinam dispositionem. Vnde in tertia conclusione ly secundum dispositionem diuinæ prouidentiæ, si referatur ad sanctos, cadit simul super volitionem illam sanctorum; & non tantum super voluntatem diuinam. Apparent enim sancti & quando Deus vult, & quando ipsi volunt; sed nolunt, nisi secundum quòd Deus vult.

Primum

---

Marginal notes:

292 Cap. 13. nõ procul à prin. to. 4.

* ar. præcc. corp.

* Incipit hæc epist. Multa in orbe mõstra, inter prin. & medium to. 3.

* Cõtra Vigilantiũ in ep. quę incipit, Multa in orbe monstra, tom. 3.

* li. 4. c. 36. & 40.

* q. 71. art. 5. ad 5. & ar. 6. ad 1.

* c. 16. inter prin. & medium to. 4.

* Al. contingeret.

* In lib. de cura pro mortuis gerẽda, c. 16. tom. 4.

* Gregor. lib. 4. c. 36. 40. & 55.

**1^m de conclusione.** Non exeunt. ℞. Secundum communem cursum naturæ. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusione secunda.

**Item de maiori.** Ex hoc concludit, quod animæ defunctorum rebus viuentium non intersunt. ℞. Toties, quoties apparent viuentes in carne. §. Ratio adducitur in tex. ly quia separati à carne &c. Tunc nihil &c. vt patet ex vltimis tribus conclusionibus. Non. n. concluditur ex hoc, quod nunquàm intersint; sed quòd non tam frequenter vt uiuentes.

*loco notato in arg. tisso 2.

**2^m conclusionis illatio.** Ergo tâ boni &c. ℞. Conceditur. §. Quia authoritates antecedentis loquuntur de egressione tantum simpliciter.

**3^m illatio conclusionis.** Ergo nō &c. ℞. Negatur ista. §. Nam ex hac apparitione non sumitur præmium, vel pęna animę, vt declaratur in tex. Pro quo vide q. 70. art. 3. quô anima afficiatur ex loco: vt dicitur hic in princ. responsi.

*art. 1. huius quæst. ad 5.

**1^m cōtr. ex Hieronymo.** Vbique esse. ℞. i. posse esse, vbi volunt. §. Et hoc ex potestate gloriæ, nō ex debito naturæ. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusione 5.

**2^m ex Hieronymo.** Et inde exire nō poterunt. ℞. secundum potestatem gloriæ. §. Dic vt ad primū immediatè: notādo tamen sensum cōparationis animarum & Angelorum, vt in litera.

**3^m ex Gregorio.** Apparuerunt. ℞. Quandoque verè. §. Tunc nihil &c. vt patet ex dictis.

¶ Not. Propter ly quandoque quod in responso formali est, nota residuum textus, & de huiusmodi deceptione dæmonum, vide 26. q. 5. Episcopi, & c. Nec mirum.

non est inconueniens vt ex virtute gloriæ aliqua potestas animabus sanctorum detur, per quam possint mirabiliter apparere viuentib. cum volunt: quod alii non possunt, nisi interdum permissi.

Ad primum ergo dicendum, quòd Augustinus * (vt per sequentia patet) loquitur secundum communem cursum naturæ, nec tamen sequitur quòd etiam si mortui possunt, vt volunt, viuentibus apparere, toties appareant quoties apparent in carne viuentes; quia separati à carne, vel omnino conformantur diuinæ voluntatis, ita quòd non liceat eis nisi quod secundum diuinam dispositionem congruere intuentur, vel ita sunt pęnis oppressi, vt de sua miseria magis doleant, quàm curent aliis apparere.

Ad secundum dicendum, quod authoritates illæ loquuntur, quantū ad hoc, quòd nullus de paradiso vel inferno egreditur simpliciter, & non quòd egrediatur ad tempus.

Ad tertium dicendum, quod * secundum hoc locus animæ cedit in pœnam vel præmium, quod anima afficitur ex hoc, quòd tali loco deputatur, vel gaudendo, vel dolendo. Hoc autē gaudium, siue hic dolor de hoc quòd talibus locis deputatur, manet in anima, etiam quando extra loca prædicta fuerit: sicut Pontifici, cui datur pro honore vt in cathedra sedeat in Ecclesia, nō minuitur gloria eius quando à cathedra recedit, quia etsi actu ibi non sedeat, locus tamen ille sibi deputatus est.

Ad ea etiam, quæ contra obiiciuntur, respondere oportet. Ad quorum primum dicendum, quod Hieron. * loquitur de Apostolis, & Martyribus, secundum quod eis accrescit ex potestate gloriæ, & non secundū quod eis congruit ex debito naturæ. Quòd autem dicit eos vbique esse, non est intelligendum quasi simul sint in pluribus locis, aut vbique, sed quia esse possunt vbi volunt.

*loco notato 1 arg. 4. quod est 1. Sed cōtra.

Ad secundum dicendū, quòd non est simile de dæmonibus, & angelis, & animabus sanctorum & dānatorum. Angeli enim boni, vel mali hoc officium sortiuntur, vt hominibus præsint, vel ad custodiam, vel ad exercitium, quod de animabus hominum non potest dici. Sed tantum secundum potestatem gloriæ animabus sanctorum hoc congruit, & quòd possunt esse ibi vbi voluerint, & hoc est, quod Hieronymus intendit.

Ad tertium dicēdum, quòd quamuis aliquando animæ sanctorum, vel damnatorum præsentialiter adsint, vt apparet, non tamen credendum est hoc semper accidere. Aliquando. n. huiusmodi apparitiones fiunt, vel in dormiendo, vel in vigilando, operatione bonorū, vel malorum spirituum, ad instructionem vel destructionē, vel deceptionem viuentium. Sicut etiam viui homines aliquando aliis apparent, & eis multa dicunt in somnis, cum constet eos non esse præsentes, sicut Augustinus per multa exempla probat in libro * de cura pro mortuis agenda.

*cap. 11. & 12. tom. 4.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem reijcias errorem Philosophorum (Direct. Inquisit. 2. par. q. 4) dicentium: quòd animæ defunctorum post multorum annorum curricula, circulariter in diuersa corpora reuertantur. Item hæresim Arabicorum, Saduceorum, & cuiusdam Hermani dicentium: animam hominis simul cum corpore in ipsius morte corrumpi. Per hoc enim quòd ostenditur per articulum & authoritates ar. 2. nunquàm illas exire simpliciter ex suis receptaculis, reijciuntur Philosophi: per hoc verò, quod apparere viuentibus probatur, interimuntur alij animarum immortalitatē negātes. 2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas primos meritò damnari à regulis fidei &c. vt art. 1. appen. Item merito damnari reliquos à &c. vt 1. p. quæst. 75. art. 2. append. & q. 117. artic. 4. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem ostēdas, meritò insinuari à scripturis animas defunctorū quandoque ad tēpus exire de locis suis. Vt Matth. 17 Apparuerunt Moyses, & Elyas. Ecce, quod anima Moysi exiuit ad tempus à lymbo sanctorum patrum. Et 2. Machab. 15. Apparitio. Erat autem huiusmodi visus Oniam, qui fuerat summus sacerdos virum bonum & benignum, verecundum visu, modestum moribus, & eloquio decorum, vt qui à puero in virtutib. exercitatus sit, manus protendentē orare pro omni populo Iudæorum. Post hoc apparuisse & alium virum, ætate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudinē circa illum. Hæc ibi. En duo mortui apparentes de locis suis. 4 Quartò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quāto defunctos exire quandoque e locis suis insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. 5 Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

**SVPER Q. C. Alias 69. Art. IIII.**

Concl. 1. Requies illa, quæ hominib. post mortem datur, sinus Abrahæ dicitur.

293 S. Th. 4. d. 45. q. 1. ar. 2. q. 1. & sequen.

¶ Prob. Quia ad requiem illam peruenire non potest nisi meritò fidei: & Abraham fuit exemplum credēdi hominibus (patent omnia in textu): Secundò, quia Augustinus sic dicit.

† lib. 12. de Genesi ad literam, ca. 35. circa finem, to. 3.

* In lib. 12. sup Gen. ad literam, c. 22. in fi. tom. 3.

¶ Concl. 2. Animæ sanctorum post mortem non omni tempore eandem quietē habuerunt.

¶ Prob. Quia ante Christi aduentum quietem non plenam, post verò plenam habuerunt (vt declaratur in tex.)

¶ Concl. 3. Lymbus inferni & sinus Abrahæ fuerūt ante Christi aduentum, vnum per accidens; sed non per se.

¶ Exam. Ly vnum per accidens, & non per se. Id est, vnum materialiter, & nō formaliter; vel (quod idem est) vnum re, & non ratione.

† li. 9. Confess. ca. 3. à med. illius tom. 1.

¶ Prob. 1. Quia præsupponitur clarū, quòd fuerit vnū per accidēs. Secunda autem pars, scilicet sed non &c. probatur: Quia ille locus secundum id, quod

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum lymbus inferni sit idem quod sinus Abrahæ.*

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd lymbus inferni non sit idem quod sinus Abrahæ: sicut enim dicit August. 12. super Genes. ad literam: † Nondū inueni inferos alicubi in bono posuisse scripturam, sed sinus Abrahæ in bono accipitur, vt ibidem subiungit Augustinus * sic dicens: Non in bonum accipiendo sinum Abrahæ, & illam requiem, quo ab angelis pius pauper allatus est, nescio vtrum quisquā possit audire: ergo sinus Abrahę non est idem, quod lymbus inferni.

¶ 2 Præt. In inferno existentes non vident Deum: sed in sinu Abrahæ videtur Deus, vt patet per August. lib. 9. confessionum, qui loquens de Nebridio dicit: Quicquid illic est, quod sinus Abrahæ vocatur, ibi Nebridius meus viuit, & ita † iam non ponit aurem ad os meum, sed spiritale os ad fontem tamen, & bibit quam potest sapientiam pro auiditate sua, sine fine fœlix: ergo sinus Abrahæ non est idem, quod lymbus inferni.

¶ 3 Præterea. Ecclesia non orat pro aliquo, vt ad infernum deducatur: orat autem, vt Angeli animam de-

quod habebat de requie dicebatur sinus Abrahæ; & secundum id, quod ibi deerat de requie, dicebatur lymbus inferni.

¶ Concl. 4. Post Christi aduentum nihil probibet sinum Abrahæ esse omnino diuersum à lymbo.

¶ Prob. Quia ea, quæ sunt per accidens, separari contingit.

¶ Coroll. Ergo hodie sinus Abrahæ est, & secundum rem, & secundum rationem diuersus à lymbo inferni. Non enim sinus Abrahæ habet nunc dilationẽ desiderij finis nõdum acquisiturationе cuius dicebatur lymbus inferni. Nunc enim sancti illi patres vident clarè diuinam essentiam: vnde sinus Abrahæ hodie dicitur locus paradisi cœlestis. Et ideo inquit textus; quòd post Christi aduentum est omnino diuersus à lymbo. Illud namque accidens, scilicet non habere plenam consequutionẽ desiderij, faciebat tunc locum sanctorũ Patrum esse infra nos; & consequẽter dici inferni lymbum. Ergo concludendum est, quòd nunc sinus Abrahæ est idem, quod vita æterna, & regnum cœlorum.

*Glo. ord. ibidem.

## 1m de concl.

Non est idem. ℞. Per se: non per accidens. §. in tex. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusione 3.

## 2m de minori.

In sinu Abrahæ. ℞. Vt dicit requiem plenam, nõ incompletã. §. Tunc nihil &c. Nam existentes in lymbo ante Christi aduentum habebant requiem incompletã, vt in conclusionibus, & cõsequenter in alio sensu sumitur sinus Abrahæ ab Augustino ibi, quàm accipiatur in maiori.

*lib. 12. c. 34. ant medium.

## 3m de minori.

In sinum Abrahæ. ℞. Vt dicit requiem plenam, non incompletam. §. Tunc nihil &c. vt in ad secundum.

functi in sinum Abrahæ ferant: ergo videtur quòd sinus Abrahæ non sit idem, quod lymbus.

Sed contra. Sinus Abrahæ dicitur, vbi mendicus Lazarus ductus est ad infernum, quia vt dicit Glos. * Iob 30. super illud, Vbi constituta est domus omni viuenti. Infernus domus erat omnium uiuentium ante Christi aduentum: ergo sinus Abrahæ est idem, quod lymbus.

¶ Præt. Genes. 20. dicit Iacob filiis suis: Deduceτis canos meos cum dolore ad inferos; ergo Iacob sciebat se ante mortem ad inferos transferendum: ergo & eadem ratione Abraham ad inferos translatus fuit post mortem, & ita sinus Abrahæ videtur esse aliqua pars inferni.

Respon. Dicendum, quòd animæ hominum post mortem ad quietem peruenire non possunt, nisi merito fidei, quia accedentem ad Deum oportet credere. Hebr. 2. Primum autem exemplum credendi hominibus in Abraham datur, qui primo se à cętu infidelium segregauit, & speciale signum fidei accepit, & ideo requies illa, quæ hominibus post mortem datur, sinus Abrahæ dicitur, vt patet per Augustinum * 12. super Gen. ad literam. Sed animę sanctorum post mortem non omni tempore eãdem quietem habuerunt, quia post Christi aduentum habent plenam quietem diuina visione perfruentes, sed ante Christi aduentũ habebant quietem per immunitatem pęnę, sed non habebant quietẽ desiderii per consecutionem finis: & ideo status sanctorum ante Christi aduentũ potest considerari, & secundũ id, quod habebat de requie, & sic dicit̃ sinus Abrahæ, potest etiã considerari quantũ ad id, quod eis deerat de requie, & sic dicitur lymbus inferni. Lymbus ergo inferni, & sinus Abrahæ fuerunt ante Christi aduentum vnũ per accidens, & non per se, & ideo nihil prohibet post Christi aduentum esse sinum Abrahæ, & esse omnino diuersum à lymbo, quia ea, quæ sunt per accidens, separari contingit.

Ad primum ergo dicendum, quòd quantum ad id, quod habebat de bono status sanctorum Patrum, sinus Abrahæ dicebatur, sed quantum ad id, quod habebat de defectu, dicebatur infernus, & sic nec sinus Abrahæ in malum accipitur, nec infernus in bonum, quamuis quodammodo sint vnum.

Ad secundum dicendum, ꝙ sicut requies sanctorum Patrum ante Christi aduentum dicebatur sinus Abrahæ, ita & post Christi aduentum, sed diuersimodè. Quia enim ante Christi aduentum, sanctorum requies habebat defectum requiei adiunctum, dicebatur idem infernus, & sinus Abrahæ, tantũ enim ibi non videbatur Deus. Sed quia post Christi aduentum sanctorum requies est completa, cum Deum uideant, talis requies dicitur sinus Abrahę, & nullo modo infernus, & ad hunc sinum Abrahę Ecclesia orat fideles perduci. Vnde patet responsio ad tertium. Et sic etiã intelligenda est quædã glossa * Lucæ 16. super illud, Factum est vt moreretur mendicus &c. quæ sic dicit, Sinus Abrahæ est requies beatorum pauperum, quorum est regnum cœlorum.

### APPENDIX.

EX art. habes primò: quomodo per rationẽ ostendas, meritò dictum à Zacharię 9. Tu autẽ in sanguine testamenti eduxisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Vbi loquitur Propheta de descensu Christi ad inferos, vnde sanctos Patres liberauit, vt colligitur ex 3. par. q. 52. ar. 5. Appellat igitur lymbũ sanctorũ lacum; in quo non est aqua. Inquantũ locus dr̃, est infernus: inquantum ibi non est aqua, est sinus Abrahæ. Aqua.n. in scripturis dr̃ multotiens afflictiones pœnales, vt in Psal. 68. Saluũ me fac Deus, qm̃ intrauerunt aquę vsque ad animã meam. Et 87. Circundederunt me, sicut aqua. Zacharias itaque per hoc mõstrat sinum Abrahæ, & infernum seu lymbũ sanctorũ Patrum, ante Christi descẽsum ad inferos, fuisse vnum & eundem locum. Item quõ meritò insinuatũ ab Ecclesia sancta, ꝙ post Christi aduentum inquantum etiã descensum ad inferos cõpręhendit (sic & textus intelligit) sinus Abrahæ est oĩno diuersus à lymbo: & sic. Creator omniũ rerũ Deus, ꝙ me de limo terrę &c. exaudi, exaudi me; vt animã meã in sinu Abrahæ Patriarchæ tui iubeas collocari. Hęc illa, in vltimo v̾siculo officij matutinalis defunctorũ. Ibi.n. p ly in sinu Abrahæ, non intelligit lymbũ, sed regnũ cęlorum. Quo & modo dixit Beatus Martinus Diabolo, (vt legit Ecclesia in vita eius) Quid hic astas cruenta bellua? Nihil in me funestum reperies: sed sinus Abrahæ me suscipiet. Secundò habes: quomodo per rationem prædictã scripturarum & Patrum, pro quanto quæ diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. — *Glo. ord. ibidem. — 2 — 3

AP-

---

SVPER Q. C. Aliàs 69. Art. v.

COncl. 1. Si considerent lymbus Patrum, & infernus, secundum locorum qualitatem prædictam, sic non est dubium, quòd distinguuntur.

294

¶ Prob. Quia in inferno est pœna sensibilis, & æterna; quorum neutrum erat in lymbo patrum.

¶ Not. Patres sancti nulla culpa personali tenebantur (vt artic. 6.) ideoq; probatio de patrib. rectè dixit vt nunc suprà.

¶ Concl. 2. Si considereτur quantum ad situm loci, sic probabile est, quòd idem locus, vel quasi continuus sit infernus, & lymbus; ita tamen, quòd quædã superior pars inferni lymbus patrum dicatur.

¶ Prob. Quia secundum diuersitatem culpę est diuersitas tũ pœnæ, tum obscuritatis, atque profunditatis loci: & sancti patres minimum culpę habebant (art. 6.) cuius contrariũ erat in dãnatis (patet).

Primum

## ARTICVLVS V.

*Vtrum lymbus idem sit quod infernus damnatorum.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ lymbus sit idem, ꝙ infernus damnatorum. Christus.n. dicitur infernum momordisse, non absorbuisse, quia aliquos inde extraxit, non autem omnes, non autem diceretur momordisse infernum, si illi, quos liberauit, nõ fuissent pars multitudinis in inferno contentæ. Ergo cum illi, quos liberauit in lymbo inferni continerentur, iidem continebantur in lymbo, & inferno: ergo lymbus, vel est idem, quod infernus, vel pars inferni.

¶ 2 Præte. Christus dicitur in Symbolo descendisse ad infernum, sed descendit ad lymbum Patrum; ergo lymbus Patrum est idem, quod infernus.

¶ 3 Præterea. Iob 17. dicitur, In profundissimum infernum descendet anima mea, sed Iob cum esset sanctus, & iustus ad lymbum descendit; ergo lymbus est idem quod profundissimus infernus.

Sed contra. In inferno nulla est redemptio, sed à lymbo Sancti fuerunt redempti; ergo lymbus non est idem, quod infernus.

¶ Præt. Augustinus * dicit super Genesim ad literam: Quomodo illam requiem quam Lazarus accepit apud inferos esse credamus, non video: sed anima

*lib. 12. c. 33. in fine, tom. 3.

Lazari

Lazari ad lymbum descendit; ergo lymbus non est idem quod infernus.

Respon. Dicendum, quòd receptacula animarum post mortem dupliciter distingui possunt, aut secundum situm, aut secundum locorum qualitatem, prout scilicet in aliquibus locis pœnas, vel præmia recipiunt animæ. Si ergo consideretur lymbus Patrum & infernus secundum locorum qualitatem prædictã, sic non est dubium quòd distinguuntur, tum quia in inferno est pœna sensibilis, quæ non erat in lymbo Patrum, tum etiam, quia in inferno est pœna æterna, sed in lymbo Patrum detinebantur sancti temporaliter tantum. Sed si considerentur quantum ad situm loci, sic probabile est, quòd idem locus, vel quasi continuus sit infernus, & lymbus, ita tamen quòd quædam superior pars inferni lymbus Patrum dicatur. existentes enim in inferno secundum diuersitatem culpæ diuersam sortiuntur & pœnam. Et ideo secundum quòd grauioribus peccatis etiam irretiuntur damnati, secundum hoc obscuriorem locum, & profundiorem obtinent in inferno; vnde & sancti Patres, in quibus minimum erat de ratione culpæ, supremum, & minus tenebrosum locum habuerunt omnibus puniendis.

Ad primum ergo dicendum, quòd secundum hoc quòd infernus, & lymbus sunt idem quantum ad situm dicitur Christus infernum momordisse, & in infernum descendisse, quando Patres à lymbo eripuit suo descensu.

Et per hoc patet solutio ad secundum.

Ad tertium dicẽdum, quòd Iob non descendit in infernum damnatorum, sed in lymbum Patrum, qui quidem dicitur profundissimus locus, nõ quidem respectu locorum pœnalium, sed in comparatione ad alia loca, secundum quòd sub eodem includitur omnis locus pœnarum. Vel dicẽdum, sicut Augustinus * soluit 12. super Genes. ad literam, de Iacob, sic dicens: Iacob illud quod dicit ad filios suos, deducetis senectutem meam cum tristitia ad inferos, videtur hoc magis timuisse, ne nimia tristitia sic perturbaretur, vt ad requiem bonorum non iret, sed ad inferos peccatorum: & sic potest exponi, quòd est potius verbum timentis, quàm asserentis.

1^m de maiori. Infernum. ℞. Sumptum quantum ad situm: non, quantum ad qualitatem prædictam. §. art. 4. corp. Tunc nihil &c. Momordit enim Christus infernũ quantum ad situ, inquantum aliquos ex situ illo liberauit (hi fuerũt omnes sancti Patres, & aliquos dimisit (hi fuerunt omnes dãnati): licet nõ momorderit infernum, vt sumitur pro qualitatẽ prædictam habẽtes cõtinente; sed ipsum totalr̃ euacuauit.

¶ Not. Confirmant responsum scripturæ; dum per Oseam 13. dicit Christus: Ero morsus tuus inferne; & per Zachariam 9. dicunt ad Christum, Eduxisti vinctos de lacu. Ecce, quòd non dixit momordisti, aut saltem eduxisti vinctos hos vel illos: sed eduxisti vinctos proculdubio absolutè omnes. Nam Zacharias de inferno, quo ad qualitatẽ prædictam sumpto locutus est; sicut Oseas de ipso, quantum ad situm.

2^m de concl.^e Est idem. ℞. Quantum ad situm: non aliter. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusionibus.

¶ Coroll. Ergo videtur S. Thomas sentire, ꝙ Christus descendit ad infernum etiam damnatorũ: si consideretur infernus ꝓ situ loci. Vnde glossabis eundem Sanctum in 3. par. q. 52. art. 2. ꝙ loquitur ibi de inferno damnatorum, quò ad qualitates pœnales: quando dicit, ꝙ Christus illuc non descendit nisi per effectum. Ex hoc rectè intelligas in Symbolo ly descendit ad inferos.

3^m ex Iob. Profundissimum. ℞. Respectu locorum superiorum: non, respectu locorum pœnalium. §. Tunc nihil &c. Nam lymbus, in quem descendit Iob vtrãque denominationem habere potest: quòd scilicet sit infernus & profundissimus, & non profundissimus, respectu tamen diuersorum.

¶ Not. Loca superiora, de quibus responsum, sunt loca nostræ habitationis, scilicet superficies terræ: loca autem pęnalia sunt lymbus puerorum, purgatorium, & infernus damnatorum. Lymbum ergo Patrum ad hæc duo extrema relatum denominationem illam diuersam habere non est inconueniens.

Item minor. Iob, cùm esset sanctus & iustus, ad lymbum descendit. ℞. Timebat tamẽ in verbis prædictis descendere ad infernum peccatorum §. Tunc nihil &c. vt patet.

¶ Not. Non est mirum, ꝙ Iob talem timorem habuerit: qui dicebat, Verebar omnia opera mea. Cum & dicatur, Prouerb. 28. Beatus homo; qui semper est pauidus. & Psal. 54. Descendant in infernum viuentes gloriæ descẽdant illuc morientes. Sufficiebat quoq; ad prædictũ timorem causandũ in Iob, illud Eccl. 9. Nemo scit; an amore, vel odio, dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. habes primò, quomodo ꝑ rationẽ euertas hæresim Seleucianorũ dicentiũ: infernum esse mundũ istum, & nullum alium superesse. Per hoc enim, ꝙ ostenditur hic infernum quò ad situm conuenire cum lymbo, imò esse profundiorem partem, patet: ꝙ articulus militat contra Seleucianos.

2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hanc meritò dãnari à Io. 1. In mundo erat. Clarum. n. est: ꝙ verbũ incarnatũ non habitauit in inferno damnatorũ, cum tamen conuersatũ fuerit in mundo. Item à Matth. 25. Ibunt hi in suppliciũ æternum. Qui tamẽ discedent è mũdo isto nunc habitabili. Itẽ à Iob 17. vt in 3. arg. Itẽ à Symbolo fidei, per ly descẽdit ad inferos. Ergo per hoc apertè monstratur: ꝙ infernus est non mũdus iste, sed aliqd aliud infrà mundũ.

Respon. 2. * lib. 12. c. 33. nõ procul à fine, tom. 3.

3 Tertiò habes; quomodo per rationẽ ostendas, meritò insinuatũ ab Ecclesia infernũ esse quid differens à lymbo patrũ: & sic. In inferno nulla est redemptio, in offic. mortu. Et de Christo domino postq̃ lymbum spoliauerat, ascendẽte in cęlũ ait: Redit turmis cũ duabus angelis, & animabus. Hic est fortis, qui de mortis victor portis introit cũ gloria. Hęc illa; in seq. Ascẽsion. Itẽ à Psal. 67. Ascendisti in altũ, cępisti captiuitatẽ. Quod exponit Apl̃s Ephes. 4. de Christo dño dicens, Ascendens in altũ, captiuam duxit captiuitatẽ. Hæc ibi. Hæc aũt captiuitas ducta captiua, fuerũt illæ animæ Patrum; de quibus nunc dixit Ecclesia: quas vtiq; ipse descendens primũ in inferiores partes terræ (vt ibi subdit Apost.) eduxerat de lacu in sanguine, i. virtute sanguinis testamenti sui.

4 Quartò habes: quomodo per rationẽ prædicta scriptu rarũ & Patrum, pro quanto infernũ esse quid aliud à lymbo Patrũ insinuant, & intelligas, & probes, & defendas.

5 Quintò vides: quo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

ARTICVLVS VI.

*Vtrum lymbus puerorum sit idem quod lymbus Patrum.*

AD sextvm sic proceditur. Videtur quòd lymbus puerorum sit idem quod lymbus Patrum. Pęna enim debet respondere culpæ, sed pro eadẽ culpa detinebantur in lymbo Patres, & pueri, scilicet pro culpa originali; ergo idem debet esse vtrorumque locus pœnæ.

¶ 2 Præt. August. dicit in Enchir. * Mitissima est pœna puerorum, qui cum solo originali decedunt, sed nulla est pœna mitior ea, quã sancti Patres habebant: ergo idem est locus pœnæ vtrorumque.

* Enchir. c. 93. in med. tom. 3.

Sed contra, Sicut actuali peccato debetur pęna temporalis in purgatorio, & æterna in inferno, ita & originali peccato debebatur pęna temporalis in lymbo Patrum, & æterna in lymbo puerorum. Si ergo infernus, & purgatorium non sunt idem, videtur ꝙ nec lymbus puerorum, & lymbus Patrum sint idem.

Resp. Dicendum, ꝙ lymbus Patrum, & lymbus puerorum absque dubio differunt secundum qualitatem præmii, vel pœnæ. Pueris enim non adest spes beatæ vitæ, quæ Patribus in lymbo aderat, in quibus etiam lumen fidei, & gratiæ refulgebat, sed quãtum ad situm probabiliter creditur vtrorumque locus idem fuisse, nisi quòd lymbus Patrum erat in superiori loco, quàm lymbus puerorum, sicut de lymbo, & inferno dictum * est.

* art. præc.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ad culpam originalem non

SVPER Q. C. Aliàs 69. Art. VI.

295

Concl. 1. Lymbus patrum & lymbus puerorum, absque dubio differunt secundum qualitatem præmij, vel pœnæ.

¶ Prob. Quia pueri non habent fidem, neque gratiam, neque spem beatæ vitæ: quæ omnia patres habẽt (patet).

¶ Concl. 2. Quantum ad situm probabiliter creditur vtrorũq; locũ idem fuisse nisi ꝙ lymbus patrum erat in superiori loco, quàm lymbus puerorum.

¶ Prob. Quia proportionalr̃ de his duobus dicendum; sicut de lymbo, & inferno ar. 5.)

1^m maior. Pœna debet respõdere culpæ. ℞. Secũdum modum culpæ. §. Adeò ꝙ sicut est conditio

ditio culpæ, ita sit & pœnæ. Tunc nihil &c. Licet enim pro eadem culpa, scilicet originali tenerentur Patres, & pueri in lymbo (vt arguitur): tamen culpa illa diuersimodè considerabatur in vtrisque, vt in textu.

¶ Not. Originali, quò ad maculam, erat in pueris: secus autem in patribus. Hinc patres ratione personæ suę singularis non detinebantur in lymbo: secus verò de pueris. Hinc pueris aderat impedimentum perpetuum, & ad gratiam, & ad vitam æternam: patribus autem aderat gratia, & impedimentum ad vitã æternam erat temporale; vsque ad mortem scilicet actualem summi Sacerdotis, i. Christi. Et hæc significat textus per ly in patribus culpa expiata est secundùm quod erat infectiua personæ, non ex parte naturæ. Ad tollendum enim impedimentum ex parte naturæ requirebatur mors actualis conditoris totius naturæ: quæ tamen mors secundum quòd præuisa sufficiebat ad salutem personæ. Ratio est, quia appręhendebatur per fidem mors Christi futura; & sic fideles antiquos iunctis bonis operibus saluabat. Hæc est autem differentia inter personam, & naturam, quo ad hoc ꝙ persona, vtpotè per se existens, potest appręhendere per intellectum mortem Christi salutiferam, & sic per eam saluari. natura verò, cùm per se non subsistat absque persona, non potest appręhendere sic. Vnde ad hoc, vt saluetur natura vt sic, oportuit: quod mors Christi actualiter prius exhibita fuisset. Hunc sensum denotauit textus per ly pro qua nondum erat satisfactum plenariè.

Persona, & natura, respectu originalis dicendi.

non eodem modo se habebãt Patres, & pueri. In patribus enim originalis culpa expiata est, secundum ꝙ erat infectiua personæ, remanebat tamẽ impedimentum ex parte naturę, pro qua nondum erat satisfactum plenariè, sed in pueris est impedimentum, & ex parte personæ, & ex parte naturæ, & ideo pueris, & patribus receptacula assignantur.

2^m ex Augustino. Mitissima est pęna. ℞. Debita ratione personæ: non absolutè. §. Sic enim sentit Augustinus, vt in textu. Tunc nihil &c. vt ibi patet.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem, tanquàm in radice, interimas hæresim Pelagij (Alphon. Castr.) dicentis: paruulos sine baptismo decedentes fore nihilominus beatos, extra tamen regnum Dei; non enim baptizantur ob peccatum originale delendum, sed vt recipiantur in gratiam filiorum Dei. Radicitus namque destruit hunc errorem articulus, dum lymbum puerorum in originali decedẽtium monstrat differre à lymbo patrum, secundum qualitatem præmij, vel pœnæ: quod vtique Pelagius non concederet: cùm ipse per illam hæresim lymbum istum puerorum destruat. Secundo habes: quomodo per rationẽ, tanq̃ in radice, ostendas meritò damnari Pelagium à Concil. Trid. sess. 5. Decr. de origi. Si quis Adæ pręuaricationẽ sibi soli, & non eius propagini, asserit nocuisse; acceptã à Deo sanctitatẽ & iustitiam, quã perdidit, sibi soli, & nõ nobis etiã, eum perdidisse; aut inquinatum illum per inobedientię peccatũ, mortẽ & pœnas corporis tm̃, in omne genus humanũ trãsfudisse, non autẽ & peccatũ, quod mors est animæ: anathema sit. Cùm cõtradicat Apostolo dicenti, Per vnũ hominẽ peccatũ intrauit in mundum, & per peccatũ mors; & ita in omnes homines mors pertrãsijt, in quo omnes peccauerunt. Hæc ibi. Nec intelligas ly in quo omnes peccauerunt, vt docuit Erasmus in annotationib. suis super nouũ Testamentum declarans ista verba; f. ideo Paulum dixisse omnes in Adam peccasse, quia peccando omnes illum imitantur. Est.n hoc dictũ Erasmi contra Concilium idẽ ibid. vbi subdit: Si quis hoc Adæ peccatũ, quod origine vnum est; & propagatione, non imitatione, transfusum omnibus inest vnicuique, proprium &c. Hæc ibi. Item meritò dãnari hæresim illam Pelagij à Conc. Mileuitano c. 2. Placuit, vt quicũque paruulos recentes ab vteris matrũ baptizandos negat, aut quidem in remissionẽ peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, qđ regenerationis lauacro expietur; vnde fit cõsequens vt in eis forma baptismatis in remissionẽ peccatorum non vera, sed falsa intelligãt: anathema sit. Hæc ibi. Tertiò habes: quomodo per rationẽ meritò insinuatũ ostendas à scripturis, ꝙ lymbus puerorũ in originali decedentiũ differt ab illo patrum: & sic. Non est homo, qui non peccet, 3. Reg. 8. Et clarius Iob 25. neque infans vnius diei. Hoc autem de peccato tantum originali intelligi potest (vt consideranti patet). In requiem autem beatam nihil coinquinatum intrabit Apocal. 21. Per hæc igitur monstrat scriptura, quod locus beatitudinis non est locus puerorum; qui tamen cùm esset quodammodo Patrum, fatendum est, quòd per hoc etiam illum à loco patrum secernit. Quartò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quæ diximus insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ Augustinus * loquitur de pœnis, quę debentur alicui ratione personę suæ, inter quos mitissimam pęnã habent, qui solo originali peccato grauãtur; sed adhuc est mitior pœna eorum, quos nõ impedit à perceptione gloriæ defectus personæ, sed solum defectus naturæ; vt ipsa dilatio gloriæ, quædam pœna dicatur.

*loco notato in arg.

Error Erasmi damnatus.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum debeant tot receptacula distingui.*

196 S. Tho. 4. d. 45. ar. 3.

AD septimvm sic proceditur. Videtur quòd non debeant tot receptacula distingui; sicut enim receptacula debentur animabus pro peccato post mortem, ita & pro merito, sed ratione meriti non debetur nisi vnum receptaculum, scilicet paradisus; ergo nec ratione peccatorum debetur nisi vnum receptaculum.

¶ 2 Præterea. Receptacula assignantur animabus post mortem ratione meritorum, sed vnus est locus in quo merentur, vel demerentur; ergo vnum tantum receptaculum deberet eis assignari post mortem.

¶ 3 Præterea. Loca pœnarum debent respondere ipsis culpis, sed non sunt nisi tria genera culparum, scilicet originalis, venialis, & mortalis; ergo non debent esse nisi tria receptacula pœnalia.

Sed contra, Videtur quòd debeant esse multò plura quàm assignentur. Aer enim iste caliginosus est dæmonum carcer, vt patet 2. Petri 3. nec tamen computatur inter quinque receptacula, quæ à quibusdam assignantur; ergo sunt plura receptacula quàm quinque.

¶ Præt. Alius est paradisus terrestris, & alius paradisus cœlestis, sed quidam post statum vitæ huius ad paradisum terrestrem sunt translati, sicut de Enoch, & de Helia dicitur: cum ergo paradisus terrestris inter quinque receptacula computetur, videtur quòd sint plura quàm quinque.

¶ Præt. Cuilibet statui peccantium debet aliquis locus respondere pœnalis, sed si ponatur aliquis in originali decedere cum solo veniali peccato, nullum receptaculum assignatorum ei competeret. Constat enim quòd in paradiso nõ esset, cum gratia careret, & eadem ratione nec in lymbo patrum. Similiter etiam, nec in lymbo puerorum, cum in ipso non sit pœna sensibilis, quæ tali debetur ratione venialis peccati. Similiter nec in purgatorio, quia ibi non est nisi pœna temporalis, huic autem debetur pęna perpetua. Similiter autem nec in inferno damnatorum, quia mortali peccato actuali caret; ergo oportet sextum receptaculum assignare.

¶ Præterea. Diuersæ sunt quantitates præmiorum, & pęnarum secundum differentias culparum, & meritorum, sed infiniti sunt gradus meritorum, & culparum; ergo infinita debent distingui receptacula, in quibus puniuntur, vel præmiantur post mortem.

¶ Præt. Animæ quandoque puniuntur in locis, in quibus peccauerunt, vt per Gregorium * patet 4. Dialog. sed peccauerunt in loco vbi habitamus; ergo hic locus debet computari inter receptacula, & præcipuè cum aliqui in hoc mundo pro peccatis suis puniantur, vt suprà Magister dixit.

¶ Præterea. Sicut aliqui in gratia decedentes habent aliqua venialia,

*li. 4. dialo. cap. 30. 31. 32. & 40.

### SVPER Q. C. Aliàs 69. Art. VII.

COncl. Receptacula animarum sunt paradisus, infernus, lymbus puerorum, purgatorium, & lymbus patrum.

¶ Not. Loquitur ante Christi aduentum de istis receptaculis. Nam post eius aduentũ sunt tantum quatuor; quoniam lymbus patrũ amplius non est, vt trahitur ex art. 4.

¶ Prob. Quia receptacula animarum distinguuntur secundum diuersos status earum; & status earum diuersificabatur in vniuersum quintupliciter (vt patet).

¶ Exam. Ly quintupliciter. Scilicet ante Christi aduentum. Nunc enim post quadrupliciter tantum remanet variatus.

Primum

1^m de maiori. Ita. R. Quantũ ad debere: non quantũ ad numerum locorũ. §. Propter ratioñe dictam in tex. Tunc nihil &c. vt patet.

2^m illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Non enim est eadẽ ratio de loco merendi, & recipiendi pro meritis: quoniam ille nõ variat statum, iste verò sic.

¶ Not. In corpore artic. tota vis probationis consistebat in statu: & ideo ad statũ semper oportet intendere oculos in hac materia. Si enim status variabitur, & receptacula: si non, nec receptacula.

3^m de maiori. Rñdere. R. Secundum qualitatem: non semp, scd̃m numerum. §. Tunc nihil &c. Licet n. culpæ originali correspondeat pęna vna scd̃m qualitaté, carentia s. diuinæ visiones: non tamen scd̃m numerum, qm̃ uni culpæ originali rñdet duplex lymbus, propter rationem allatam in tex.

¶ Not. Carẽtia diuinæ visionis est ppetua, si infligatur ratione personæ; quia ibi non adest gratia: est verò solũ temporalis, si infligatur ratione tm̃ naturę: qm̃ ibi est gratia. Vide ad sextum, & bene applica.

4^m conclusio. Sunt plura receptacula q̃ quinque. R. Si aer caliginosus esset receptaculum: non si sit tantum in officium. §. Tunc nihil &c vt patet.

¶ Not. Ex tex. sumito diffinitioné receptaculi: & sic. Receptaculum est locus in quo quis recipit pro meritis retributionem. Hinc dicito, ꝙ non sufficit aliquid esse locum dæmonum, vel animarum ad hoc, vt dicatur receptaculũ. Hinc bene intellige dicta in ad octauum: & ex inde viciffim hic.

5^m de concl.^e Paradisus terrestris inter quinque receptacula computetur. R. Negatur ista. §. Nam paradisus terrestris pertinet &c. vt in textu.

6^m minor. Si ponatur aliquis in originali decedere cũ solo veniali peccato, nullũ receptaculũ assignatorũ ei competeret.

* Aug. in lib. 50. Homi. homil. 20. to. 10.

† Dionys. c. 4. p. 4. à medio.

* Lib. 2. Ethicor. c. 6. à medio.

* ar. præce. præsertim ad 1. & in corp. huius art.

venialia, pro quibus digni sunt pęna, ita aliqui in peccato mortali decedentes, habent aliqua bona pro quibus essent digni pręmio, sed decedẽtibus in gratia cum peccatis venialibus assignatur aliquod * receptaculum, in quo puniuntur antequã præmia consequantur, s. purgatorium; ergo eadem ratione econtrario debet esse de illis, qui in mortali decedunt cum aliquibus bonis operibus.

¶ Præt. Sicut patres retardabantur à plena gloria animæ, ita & nunc à gloria corporis: ergo sicut distinguitur receptaculum sanctorum ante Christi aduẽtum ab eo, in quo nunc recipiuntur, ita debet nunc receptaculum distingui ab eo, in quo recipientur post resurrectionem.

Resp. Dicendum, ꝙ receptacula animarũ distinguuntur secundũ diuersos status earum. Anima autem iuncta mortali corpori habet statum merendi, sed exuta corpore, est in statu recipiendi pro merito bonum, vel malum; ergo post mortem, vel est in statu recipiendi finale præmium, vel est in statu in quo impeditur ab illo. Si autem est in statu recipiendi finalem retributioné, hoc est dupliciter. Vel quantum ad bonum, & sic est paradisus. Vel quantũ ad malum, & sic ratione actualis culpæ est infernus, ratione autem originalis est lymbus puerorum. Si verò est in statu quo impeditur à finali retributione cõsequenda, vel est propter defectũ personæ, & sic est purgatorium in quo detinentur animæ, ne statim pręmia consequantur propter peccata, quæ commiserunt; vel propter defectum naturæ, & sic est lymbus patrum, in quo detinebantur patres à consecutione gloriæ propter reatũ humanæ naturę, quæ nondũ poterat expiari.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ bonum contingit vno modo, sed malum multifariè, vt patet per Dionys.† 4. cap. de diui. nom. & per Philosophum in 2.* Ethicor. Et propter hoc non est inconueniens, si locus beatę retributionis est vnus, loca verò pœnarum sunt plura.

Ad secundum dicendum, ꝙ status merendi, & demerẽdi est vnus status, cum eiusdem sit posse mereri, & demereri, & ideo cõuenienter debetur omnib. vnus locus: sed eorum, qui recipiuntur pro meritis, sunt status diuersi, & ideo non est simile.

Ad tertium dicendũ, quòd pro culpa originali potest aliquis puniri dupliciter, vt ex dictis * patet, vel ratione personæ, vel ratione naturæ tantum, & ideo illi culpæ respondet duplex lymbus.

Ad quartum dicendũ, ꝙ aer iste caliginosus nõ assignatur dęmonib. quasi locus in quo recipiat retributioné pro meritis, sed quasi cõpetens officio eorũ inquantũ deputantur nobis ad exercitiũ, & ideo inter receptacula, de quibus nunc agitur, non cõputatur. primo. n. eis deputaẽ ignis inferni, vt patet Matthæi 25.

Ad quintum dicendum, ꝙ paradisus terrestris pertinet magis ad statum uiatoris, quàm ad statum recipientis pro meritis, & ideo inter receptacula, de quibus nunc agitur, non computatur.

Ad sextum dicendum, quòd illa positio est impossibilis, si tamen esset possibilis, talis in inferno puniretur in æternum: ꝙ enim veniale peccatum in purgatorio temporaliter puniatur, accidit ei inquantũ gratiam habet adiunctam: vnde si adiungatur mortali, quod est sine gratia, pœna æterna in inferno punitetur, & quia iste, qui cum originali peccato decedit, habet veniale sine gratia, non est inconueniens si ponitur æternaliter puniri.

Ad septimum dicendũ, quòd diuersitas graduum in pęnis, vel pręmiis, non diuersificat statũ, secundũ cuius diuersitatem receptacula distinguuntur, & ideo non sequitur.

Ad octavum dicendũ, quòd licet animæ separatæ aliquando in loco nostræ habitationis puniantur, non est propter hoc quòd locus iste proprius sit locus pœnarum, sed hoc fit ad nostrã instructionem, vt eorũ pœnas uidẽtes, retrahamur à culpis. Quòd auté animæ existentes in carne hic puniuntur pro peccatis, non pertinet ad propositum, quia talis pœna non trahit hominem extra statum merentis, vel demerentis. Nunc autem agimus de receptaculis, quæ debentur animę post statum meriti, vel demeriti.

Ad nonum dicendum, quòd malum non potest esse purum absque cõmixtione boni, sicut bonum summum est absque omni commixtione mali. Et ideo illi, qui ad beatitudinem, quæ summum bonum est, transferendi sunt, debent etiam ab omni malo purgari, & propter hoc oportet esse locum, in quo tales purgentur, si hinc non omnino purgati exeant. Sed illi, qui in inferno detruduntur, non erunt immunes ab omni bono, & ideo non est simile, quia ibi in inferno existentes, præmium bonorum suorum recipere possunt, inquantum bona præterita eis valent ad mitigationem pœnę.

terret. R. Negatur ista. §. Nam cõpeteret ei infernus. Ad rõnem rñdet, ꝙ infernus non dat pro actuali mortali nisi quia est sine gratia. Vnde qa veniale actuale est sine gratia per casum datũ, quia est cum originali; ideo pęna æterna ei debetur. Tũc &c. vt patet.

¶ Not. Quod positio dicta in argumento sit impossibilis, vide 1. 2. q. 89. art. 6. Rursus formalitas, seu principalitas essẽdi in inferno est esse sine gr̃a cum actu peccati etiã venialis solũ. Vnde ad hoc semp intuendũ est, vt capiatur responsum, & intelligantur dicta in textu.

7^m illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negaẽ illatio. §. Rñ est, quia illa diuersitas graduũ in pęnis, vel &c. vt in tex. Vide in corp. & not. post in ad scd̃m.

8^m de concl.^e Hic locus debet computari inter receptacula. R. Si esset per se, pprius locus pęnarũ pro meritis. §. Tunc &c. Quia nõ est per se, sed per accidens, talis. Hoc autem per accidens est instructio nostri, vt videlicet nos instruamur.

Item ex Magistro. Aliqui p peccatis suis in hoc mundo puniuntur. R. Sed illa punitio non est extra statũ merendi. Tũc nihil &c. Nam ad esse receptaculũ de quo loquimur, requiritur quod sit locus extra statum merendi. Vide responsum hoc in textu à ly quod autem animę existentes in carne &c.

9^m de concl.^e Eadem ratione. R. Negatur ꝙ sit eadem ratio de vtroque. §. Nam malum non potest esse purum &c. vt in tex.

10^m de antecedente. Ita. R. Quãtũ ad retardationẽ: non quantum ad glo-

Ad decimum dicendum, quòd in gloria animæ consistit præmium essentiale, sed gloria corporis, cum redundet ex anima, tota consistit in anima quasi originaliter, & ideo carentia gloria animæ diuersificat statum, non carentia gloria corporis, & propter hoc etiam idem locus, scilicet cęlum empyreum, debetur animab. sanctis exutis à corpore, & coniunctis corporibus gloriosis, non autem idem locus debetur animabus Patrum ante præceptionem gloriæ animę, & post perceptionem ipsius.

QVAE-

ad gloriam post retardationem. §. Nam gloria animæ consistit &c. vt in textu. Tunc nihil &c.

¶ Exam. Ly quasi originaliter. Id est originaliter eminenter. Vnde ly quasi non dicit diminutionem, sed expressionem, cum eminentia tamen.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle S.Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Hermani Rissuich dicentis: Infernum prorsus, vel nullum esse, vel nihil esse. Item Abbatis Ioachim, & Petri Ioannis (vt refert Alphonsus Castr.) dicentium: nullũ hominem ab Adam vsque ad Christum placuisse Deo, sed omnes fuisse damnatos. Per hoc enim tollunt lymbum Patrum. Item Græcorum, & Vualdensium (vt refert Alphon. Castr. Apostoli) dicentium: purgatorium nullum esse locum, in quo animæ secundum culparum exigentiam ab hac luce migrantes à sordibus purgentur, antequàm recipiantur in æterna tabernacula. Item Almarici (vt refert Cæsarius lib. dialog. dist. 5.) dicentis: paradisum non esse. Secundum enim istorum quemlibet tollitur vnum receptaculum animarum: & ideo militat articulus contra omnes. 2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas: prædictas meritò damnari à Luc. 16. Vt portaretur mendicus in sinum Abrahæ. Et diues sepultus est in inferno. Vbi nota ly inferno, distingui à sinu Abrahæ, i. lymbo sanctorum Patrum, & stare pro inferno propriè damnatorum. Item à Matth. 2. Ibunt iusti in uitam æternam. Et Luc. 23. Hodie mecũ eris in paradiso. Item à Concil. Floren. sess. vlt. In liter. sanct. vnion. Diffinimus, vt hæc fidei ueritas ab omnibus Christianis credatur, & suscipiatur; quia si uere pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequàm dignis pœnitentiæ fructibus de cõmissis satisfecerint & omissis, eorum animas pœnis purgatorijs post mortem purgari. Hęc ibi. Item à Concil. Triden. sess. 25. decret. de purga. Cùm catholica Ecclesia à Spiritu sancto edocta ex sacris literis, & antiqua Patrum traditione, in sacris Concilijs, & nouissimè in hac œcumenica Synodo docuerit purgatorium esse præcipit sancta Synodus Episcopis: vt sanam de purgatorio doctrinam à sanctis Patribus, & sacris Concilijs traditam à Christi fidelibus credi, teneri, doceri, & vbiq; prædicari diligenter studeant. Hęc ibi. Et sess. 6. can. 30. Si quis cuilibet peccatori pœnitenti reatum æternæ pœnæ deleri dixerit ita; vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exsoluẽdæ, vel in hoc sæculo, vel in futuro in purgatorio, antequam ad regna cœlorum aditus patere possit: anathema sit. Item ab Heb. 11. Fide plurimam hostiam Abel obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus. Fide Enoch translatus est, & ante translationem testimonium habuit placuisse Deo. Fide Noe &c. Fide qui vocatur Abraham. Fide Iacob &c. Deficiet me tempus enarrantem de Gedeon, Barach, Samson, Ieptè, Dauid, Samuel, & Prophetis, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Hæc ibi. Vide totum cap. vbi plurimis sanctis enarratis antiquis tãdem concludit: & hi omnes testimonio fidei probati, non acceperũt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consumerentur. Ergo, secundum hanc conclusionẽ Apostoli, sancti prænarrati omnes iam animę glorificationem repromissam acceperunt, per hoc quod supra dixit, adepti sunt repromissiones; & in fine sæculorum cum alijs repromissionem consummatam quò ad gloriam corporis simul accipient. Ergo secundum conclusionem hanc Patres supradicti omnes placuerunt Deo: & damnati non sunt, nec damnabuntur. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & Patrum, (Adde pro lymbo puerorum illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto; non potest introire in regnum Dei), pro quanto receptacula illa insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. 4 Quarto uides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

### SVPER Q. CI. Aliàs 70. Art. 1.

COncl. Necesse est: illas potentias, quæ in suis actionibus non vtuntur organo corporali, remanere in anima separatas: illas aũt, quæ vtuntur organo corporali corrumpi corpore corrupto; & consequenter non remanere in illa, nisi secundum quid, scilicet ut in radice.

¶ Prob. primò: Quia manente proprio subiecto, oportet manere ꝓprias potentias: & illæ potentiæ, quæ exercent operationes suas sine organo corporali, sunt propriæ animæ tanquã subiecti (patent omnia): Secunda uero pars, s. illas autem &c. probatur: Quia subiecto corrupto oportet corrũpi potentias eius proprias; & illę potentię, quæ exercent operationes cum organo corporali, sunt propriè coniuncti tãquàm subiecti patent omnia): Quia (ly & consequenter &c.) hæ potentiæ vtentes organo sunt animę tanquã principij influentis (cùm sit forma proprietatũ cõpositi); & in anima separata secundum essentiam suã manet efficacia influendi iterũ huiusmodi potentias, si corpori vniat.

197 S. Tho. 4. d. 44. q. 3. ar. 3. q. 1. & seq. & idẽ tract. in 1. par. q. 77. art. 8.

† cap. 15. circa med. tom. 3.

* cap. 16. in princ. to. 3.

¶ Not. De his potentijs, & de alijs circa has in probationi dictis; vide 1. par. q. 77. art. 5. 6. & 8. Item. Passiones, & proprietates, & potẽtię, sumuntur pro eodẽ q̃nque, vt in tex. Intelligere, considerare, & uelle, sunt operationes sine organo corporeo exercitæ. hæ dicuntur intellectiuæ. Potentiæ sensitiuæ, tùm interiores, tùm exteriores, de quibus in prima par q. 78. art. 3. 4. & vegetatiuæ, vt nutriri, crescere & generare vtuntur organo.

Primum

## QVÆST. CI. Aliàs 70.

*De qualitate animæ exeuntis à corpore & pœna ei inflicta ab igne corporeo, in tres articulos diuisa.*

DEinde considerãdum est de qualitate animę exeuntis à corpore, & pęna ei ab igne corporeo inflicta.

Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum in anima separata remaneant potentiæ sensitiuæ.

¶ Secundò, Vtrum remaneant in ea actus dictarum potentiarum.

¶ Tertiò, Vtrũ anima separata possit pati ab igne corporeo.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum in anima separata remaneant potentiæ sensitiuæ.*

AD primvm sic proceditur. Videtur ꝙ in anima separata remaneant potentię sensitiuæ. Aug. enim † in lib. de Spiritu, & Anima sic dicit, Recedit anima à corpore, secũ trahens sensum, & imaginationem, rationẽ, & intellectum, intelligentiã, concupiscibilitatem, irascibilitatem: sed sensus, & imaginatio, & vis irascibilis, & concupiscibilis sunt vires sensitiuæ; ergo in anima separata vires sensitiuæ remanent.

¶ 2 Præterea. Augustinus * dicit in libr. de Ecclesiasticis Dogmatibus, Solum hominem credimus animam habere substantificam, quæ exuta à corpore uiuit, & sensus suos atque ingenia viuaciter tenet; ergo anima exuta à corpore uiuit, & habet potentias sensitiuas.

¶ 3 Præt. Potentiæ animæ, vel essentialiter ei insunt, vt quidam dicunt, vel ad minus sunt naturales proprietates ipsius: sed id, quod essentialiter inest alicui, non potest ab eo separari, neque subiectum aliquod deseritur à naturalib. proprietatibus; ergo impossibile est, ꝙ anima separata à corpore, aliquas potentias amittat.

¶ 4 Præterea. Non est totum integrum, cui aliqua partium deest, sed potentiæ animæ dicuntur partes ipsius; si ergo potentias aliquas post mortem suam anima amittit, non erit anima integra post mortem, quod est inconueniens.

¶ 5 Præterea. Potentiæ animæ magis cooperantur ad meritum, quàm corpus, cum corpus sit solum instrumentum actus, potentiæ verò principia agendi: sed necesse est, quòd simul corpus præmietur cum anima, propter hoc quòd cooperabatur in merito; ergo multo fortius est necesse, quòd potentię animæ simul pręmientur cum ipsa; ergo anima separata eas non amittit.

¶ 6 Præterea. Si anima cum separatur à corpore, potentiam sensitiuam amittit, oportet quòd illa potentia in nihilum * cadat, non enim potest dici quòd in materia aliqua resoluatur, cum non habeat materiam partem sui, sed id, quod omnino in nihilum * cadit, non reiteratur idem numero: ergo anima non habebit in resurrectione eandem numero potentiam sensitiuam. Sed secundum Philosophum, * sicut se habet anima ad corpus, ita se habent potentiæ animę ad partes corporis, vt visus ad oculum; si autem non est eadem anima, quę redibit ad corpus, non esset idem homo; ergo eadem ratione non esset idem oculus numero, si non sit eadem numero potentia visiua, & simili ratione nec aliqua eadem pars numero resurgeret, & per consequens nec totius homo idem numero erit; non ergo potest esse quòd anima separata potentias amittat sensitiuas.

* Al. cedat.

* Al. cedit.

* Lib. 2. de anima.

¶ 7 Præterea. Si potentias sensitiuę corrumperentur corrupto corpore, oporteret quòd debilitato corpore debilitarentur: hoc autem non contingit; quia vt dicitur in primo

**1^m ex Augustino.** Trahens. ℞. Vel actualiter, vel radicaliter. §. vt in conclusione. Tunc nihil &c. vt patet ibidem.

*Lib. 1. ca. statim à med. in vulgata textus editione.
†cap. 19. in princ. to. 3.

**2^m ex Augustino.** Sensus. ℞. Ad partem intellectiuam pertinentes: nõ, ad sensitiuam. §. Sic enim quandoq; sumitur sensus. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusione.

* Arist. lib. 12. tex. 17.

**Item de conclusione.** Habet potentias sensitiuas. ℞. Radicaliter: non actualiter. §. Tunc nihil &c. vt supra. Vide responsum secundum literæ ly vel si intelligit &c.

**3^m de maiori.** Ad minus sunt naturales proprietates ipsius. ℞. Vel ut subiecti, vel ut originis. §. i. principij. Tunc &c. Nam primæ actu remanent, secundæ virtute tantum: vt ex conclusione patet.

* Lib. 2. tex. 21.

**4^m de maiori.** Partium. ℞. Integraliũ: non potẽtialium. §. Tota .n. virtus totius consistit in una parte potentiali perfecte. Tunc nihil &c. Nam potentiæ animæ non dicũtur &c. vt in textu.

**5^m maior.** Potentiæ animæ magis cooperantur ad meritum, quàm corpus. ℞. Negatur ista. §. Ad rationem dicitur, quòd ly potentiæ sint principia agendi, tamen non sunt tanquã pars essentialis hominis concurrentes ad cooperationem, sicuti corpus. Et ideo remanet, quòd corpus magis cooperetur.

* c. 1. ante med.

¶ Not. Aduerte in argumento, ꝙ ly simul, si referatur ad corpus denotat conditionẽ post iudicium generale: si referatur ad potẽtias animæ, denotat tempus ante iudicium. Nam clarũ est, ꝙ post iudicium potentiæ animæ simul cũ corpore pręmiabũtur: sed dubitatur an ante potentiæ simul cum anima sine corpore remunerentur.

**6^m de minori ex Philosopho.** Ita. ℞. Quantum ad esse actum aliquo modo perficientem: non, quãtum ad esse actum essentialem. §. Anima enim sola est

de Anima, * Si senex accipiat oculũ iuuenis, videbit vtique sicut iuuenis, ergo nec corrupto corpore, sensitiuæ potentiæ corrumpentur.

Sed contra est, quod Augustinus † in libro de Ecclesiast. dogmatibus dicit. Duabus substãtiis homo constat, anima tantum, & carne, anima cũ ratione sua, & carne cum sensibus suis, potentiæ ergo sensitiuę ad carnem pertinent; ergo corrupta carne, non manent potentiæ sensitiuæ in anima.

¶ Præt. Philosophus * in 12. Metaph. de separatione animæ loquens, sic dicit. Si autem aliquid remanet in postremo, quærendum est de hoc. In quibusdam enim nõ est impossibile. Verbi gratia, si anima est talis dispositionis non tota, sed intellectus, tota enim, forte impossibile. ex hoc videtur, quòd anima tota à corpore non separetur, sed solum potentię animæ intellectiuæ, non enim sensitiuæ, vel vegetatiuæ.

¶ Præterea. In 2. de Anima Philosophus * dicit de intellectu loquens. Hoc solum cõuenit separari, vt perpetuum à corruptibili, reliquæ autẽ partes animę manifestum est ex his, ꝙ non separabiles sunt, vt quidam dicunt; ergo potentię sensitiuę non manent in anima separata.

Respon. Dicendum, quòd circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim æstimantes potẽtias omnes esse in anima ad modum, quo color est in corpore, dicunt quòd anima à corpore separata, omnes potentias suas secum trahit. Si enim aliqua deesset, oporteret animam transmutatam esse secundum naturales proprietates, quæ subiecto manente variari non possunt. Sed dicta existimatio falsa est. Cùm enim potentia sit secũdum quam potentes dicimur aliquid agere, vel pati; eiusdem autem sit agere, & posse agere, oportet quod eiusdem sit potentia sicut subiecti, quod est agens, vel patiens. Vnde Philosophus * in principio de Somno, & vigilia, dicit, quòd cuius est potentia, eius est actio; videmus autem manifestè quasdã operationes, quarum potentiæ animæ sunt principia, nõ esse animæ, propriè loquẽdo, sed coniuncti: quia explẽtur mediante corpore, vt est videre, audire, & huiusmodi. Vnde oportet, ꝙ istæ potentiæ sint cõiuncti, sicut subiecti, animę autem sicut principii influentis, sicut forma est principium proprietatum compositi. Quædam verò operationes exercentur ab anima sine organo corporali, vt intelligere, & considerare, & velle, vnde cum hæ actiones sint animæ propriæ, & potentiæ, quæ sunt horum principia, non solum sunt animæ ut principii, sed ut subiecti. Quia ergo manẽte proprio subiecto manere oportet & proprias passiones, necesse est illas potentias, quę in suis actionibus non vtuntur organo corporali, remanere in aĩa separata: illas autem, quæ vtuntur organo corporali, corrumpi corpore corrupto, & huiusmodi sunt potentiæ omnes, quæ pertinent ad animam sensibilem, & vegetabilem, & propter hoc quidam in potentiis animæ sensibilibus distinguunt. Dicunt enim has esse duplices, quasdam, quæ sunt actus organorum, quæ sunt ab anima effluxæ in corpus, & hæ cum corpore corrumpuntur, quasdam verò originales harum, quæ sunt in anima, quia per eas anima corpus sensificat ad videndum, & audiendum, & huiusmodi, & hæ originales potentiæ manent in anima separata. Sed hoc non videtur conuenienter dici. Anima enim per suam essentiam non mediantibus aliquibus aliis potentiis est origo illarum potẽtiarum, quę sunt actus organorum, sicut & forma quęlibet ex hoc ipso quòd per essentiam suam materiam informat, est origo proprietatum, quæ compositum naturaliter consequuntur. Si enim oporteret in anima ponere alias potentias, quibus mediantib. potentiæ, quæ organa perficiunt, ab essentia animæ effluerent, eadem ratione oporteret ponere alias potentias, quibus mediantibus ab essentia animæ effluerent illæ mediæ potentiæ, & sic in infinitum. Si enim status alicubi, melius est vt in primo stetur. Vnde alii dicunt, ꝙ potentiæ sensitiuæ, & aliæ similes, non manent in anima separata, nisi secundum quid, s. vt in radice, per modum s. quo principata sunt in principiis suis. In anima enim separata manet efficacia influendi iterum huiusmodi potentias, si corpori vniatur, nec oportet hanc efficaciam esse aliquid superadditum essentiæ animæ, vt dictum * est, & hæc opinio videtur magis rationabilis.

* In corp. huius arti. post med.

Ad primum ergo dicendum, quòd verbum illud intelligendum † est, quòd anima secum trahit aliquas illarum potentiarum in actu, scilicet intelligentiam, & intellectum, quasdam verò radicabiliter, vt dictum * est.

† Citatum in arg. 1.
* Sub finẽ corp.

Ad secundum dicendum, quòd sensus, quos anima secum trahit, non sunt isti exteriores, sed interiores, qui scilicet ad partem intellectiuam pertinent, quia intellectus interdum sensus appellatur, vt patet per Basilium † super Prouerbia, & Philosophum * in sexto Ethicorum. vel si intelligit de sensibus exterioribus, dicendum est sicut ad Primum.

†Basilius in principium Prouerb. à medio.
Rñsio 2.
* Lib. 6. Ethic. c. 11.

Ad tertium dicendum, quòd sicut patet ex * dictis, potentiæ sensitiuæ non comparantur ad animam, sicut naturales passiones ad subiectum, sed sicut ad originem, vnde ratio non procedit.

* In corp.

Ad quartum dicendum, quòd potentiæ animæ non dicuntur partes eius integrales, sed potentiales. Talium autem totorum ista est natura, quia tota uirtus totius consistit in una parte partium perfectè: in aliis autem partialiter: sicut in anima virtus animæ perfectè consistit in parte intellectiua, in aliis autem partialiter. Vnde cum in anima separata remaneant vires intellectiuæ partis, integra remanebit, non * dimidiata; quamuis sensitiuæ potentiæ actu non remaneãt: sicut nec potentia Regis manet * dimidiata mortuo Præposito, qui eius potentiam participabat.

* Aliàs diminuta.
* Al. diminuta.

Ad quintum dicendum, quòd corpus cooperatur ad meritum quasi pars essentialis hominis, qui meretur; sic autem non cooperantur potentiæ sensitiuæ, cum sint de genere accidentium, & ideo non est simile.

Ad sextum dicendum, quòd potentiæ animæ sensitiuæ non dicuntur esse actus organorum, quasi formæ essentiales ipsorum, nisi ratione animæ cuius sunt, sed sunt actus ipsorum sicut perficientes ea ad proprias operationes ipsorum, sicut calor est actus ignis perficiens ipsum ad calefaciendum. Vnde sicut ignis idem numero remaneret, etiã si alius numero in eo calor esset, sicut patet de frigore aquæ, quæ non redit idem numero postquã fuerit calefacta aqua, nihilominus eadem manente, ita & organa erunt idem numero,

est forma essentialis secundum se tum corporis, tum omnium partium eius. Tunc nihil &c. vt patet in textu ly vnde sicut ignis idem numero remaneret &c.

7m de maiori. Si potentiae sensitiuae corrumperētur corrupto corpore. R. Ita vt non consisterēt radicaliter in anima. §. Tunc nihil &c. Quoniā ex eo, quòd sic in anima cōsistunt, sequitur; quòd non debilitentur, corpore debilitato; vt adducitur de sene; in authoritate Philosophi.

*loco citato in ar. 7.

mero, quamuis potentiae eaedem non sunt numero.

Ad septimum dicendum, quòd Philosophus * ibi loquitur de huiusmodi potentiis, secundū quòd radicaliter in anima cōsistunt; quod patet ex hoc quod dicit, * quòd sensus non est in patiendo ad animam secundum id, in quo est, scilicet corpus; sic enim propter corpus, neque debilitantur, nec corrumpuntur animae uirtutes.

*In consequentibus verbis.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum à Philosopho 2. Metaphys. ꝙ potentiae animae sensitiuae corrumpuntur: & sic. Si autem aliquid remanet post, quęrendū est de hoc. In quibusdam. n. non est impossibile. Verbi gratia &c. vt in 2. arg. in contrarium facto. Item ab eod. 2. de Anima. Hoc solum conuenit separari, vt perpetuū à corruptibili: reliquę autem partes animae nō separabiles sunt. Haec ibi. Ergo pars intellectiua, quā denotat per ly hoc, est tantū incorruptibilis. Ergo secundum illū pars sensitiua, & per consequens suae potentiae corrūpuntur in morte: ideoq; in anima separata non sunt. Quod aūt intellectiua anima, & sola, sit incorruptibilis (vt nunc ipse ait); vide 1. par. q. 75. art. & 6. 2. & 3. Item ibi q. 76. ar. 1. & 2. Item ibid. q. 117. art. 4. appen. Per haec. n. conspicies; ꝙ indubitanter Philosophus tenuit intellectiuam animā esse incorruptibilem, & ipsam solam: & per consequens potentias sensitiuas in anima separata non remanere. Secundò habes: quomodo per rationem praedicta Philosophi, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina haec & declaretur, & confirmetur.

2

3

---

SVPER Q. CI. Aliàs 70. Art. II.

298

COncl. Oportet dicere, quòd actus sensitiuarum potentiarum nullo modo maneant in anima separata; nisi fortè sicut in radice remota.

*c. 15. circa med. illius, tom. 3.

¶Not. Ex art. primo quamuis praesens conclusio tam clara inferri posset, vt non necesse esset mouere praesentē articulū: tamen propter instantiā Platonis & argumentorū directe impugnantium veritatem hūc mouetur articulus. Simile quid alibi in nōnullis articulis obseruādum annotauimus: ne superfluitatis aliquid videatur (cùm non sit) in sancto Doctore.

Pro articulorū necessitate.

*Lib. 12. c. 24. in med. tom. 3.

¶Exam. Ly fortè. Hoc non est hic aduerbium dubitandi: sed potius quidam modus asserendi. Simili &t modo dictum fuit aliquando Iudaeis Ioan. 8. Si me sciretis, forsitan & patrem meū sciretis. Vbi ly forsitā est assertio firma, non aliqua dubitatio. Applica.

¶Ly in radice remota. Hoc dicitur ad differentiam simul, & declarationem conclusionis art. 1. quò ad potentias sensitiuas. Nam potentiae ipsae remanent in anima, sicut in radice ꝓpinqua: actus verò illarum, sicut in remota, id est mediantibus ipsis potentijs.

*lib. 12. c. 32. ah medio, tom. 3.

¶Prob. 1. Quia anima non mouet seipsam secundum actus potentiarū sensitiuarū, (cùm sint motus cōiuncti tantum, vt in tex. ex Philosopho). Secunda autem pars, s. nisi &c. praesupponitur clara ex artic. 1.

¶Coroll. Ergo ex antecedente probationis primae habes quid dicas contra Platonem: vt diffusius videre potes in textu corp.

Primum

## ARTICVLVS II.

*Vtrum in anima separata remaneant actus sensitiuarum potentiarum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ in anima separata remanent etiam actus sensitiuarū potentiarum. Dicit enim August. * in lib. de Spiritu, & anima. Anima recedens ex corpore ex his, scilicet imaginatione, concupiscibilitate, irascibilitate, secundum merita afficitur ad delectationem, siue dolorem, sed imaginatio, & concupiscibilis & irascibilis sunt potentiae sensitiuae; ergo secundum sensitiuas potentias anima separata afficietur, & ita secundū eas in aliquo actu erit.

¶2 Praeterea. August. * super Gen. ad literam lib. 12. dicit, ꝙ corpus non sentit, sed anima per corpus, & infrà. Quaedam anima non per corpus, sed sine corpore sentit, vt est timor, & huiusmodi: sed id, quod animae sine corpore contingit, potest inesse animae à corpore separatae; ergo tunc actu anima sentire poterit.

¶3 Pręterea. Inspicere similitudines corporum, sicut in somno accidit, ad visionem imaginariam pertinet, quae est in parte sensitiua, sed huiusmodi similitudines corporum inspicere, sicut in somnis accidit, cōtingit animae separatę. Vnde Augustinus * 12. super Genes. ad literam sic dicit. Neque enim uideo cur habeat anima similitudinem corporis sui, cum iacente sine sensu corpore, nondum tamen penitus mortuo, videt talia qualia multi ex illis viuis redditi narrauerunt, & non habeat cum perfecta morte penitus de corpore exierit. Non enim potest hoc intelligi, quòd anima similitudinem corporis habeat, nisi secundum quòd eam inspicit, vnde praemisit de iacentibus sine sensu, quòd gerunt quandam similitudinem corporis sui, per quam possunt ad locum corporalia ferri, & talia qualia vidēt similitudinibus sensuum experiri; ergo anima separata potest exire in actum potentiarum sensitiuarum.

¶4 Praeterea. Memoria est potentia sensitiuae partis, vt probatur in libro de Memoria, & reminiscentia: * sed animae separatae actu memorabuntur eorum, quae in hoc mundo gesserunt, vnde & diuiti Epuloni dicitur Lucae 16. Recordare, quia recepisti bona in vita tua; ergo anima separata exibit in actum potentiae sensitiuae.

* Arist. in lib. de Memoria Reminiscētia c. 1.

¶5 Praet. Secundum Philos. * in 3. de Anima, Irascibilis, & concupiscibilis sunt in parte sensitiua, sed in irascibili, & concupiscibili sunt gaudium & tristitia, amor & odium, timor & spes, huiusmodi autē affectiones aliquas secundum fidem nostram ponimus in animabus separatis; ergo animae separatae non carebunt actibus potentiarum sensitiuarum.

* Lib. 3. tex. 41.

Sed contra est id, quod est commune animae, & corpori, non potest remanere in anima separata: sed omnes operationes potentiarum sensitiuarum sunt communes animae, & corpori, quod patet ex hoc quòd nulla potentia sensitiua aliquem actum habet nisi per organum corporale; ergo anima separata carebit actibus sensitiuarum potentiarum.

¶ Praeterea, Philosophus * dicit in primo de Anima, Quòd corrupto corpore, anima non reminiscitur, neque amat, & eadem ratio est de omnibus aliis actibus sensitiuarum potentiarum; ergo non procedit anima separata in aliquem actum alicuius potentiae sensitiuae.

* Lib. 1. de Aīa tex. 4. post med.

Respon. Dicendum, quòd quidam distinguunt duplices actus sensitiuarum potentiarum, quosdam exteriores, quos per corpus exercet, & hi, non remanent in anima separata, quosdam verò intrinsecos, quos anima per seipsam exercet, & hi erunt in anima separata. Haec autem positio descendere videtur ab opinione Platonis, * qui posuit animam corpori coniungi, sicut quādam substātiam perfectam in nullo à corpore dependentem, sed solum sicut motorem mobili, quod patet ex transcorporatione quam ponebat. Quia autem secundum ipsum nihil mouebat nisi motum, & ne abiret in infinitum, dicebat ꝙ primum mouens mouet seipsum, & posuit quòd anima erat seipsam mouens, & secundum hoc erat duplex motus animae, vnus quo mouebat seipsam, alius quo mouebatur corpus ab ea, & sic anima habebat actum, qui est uidere primo in seipsa, secundum q mouebat seipsam, & secūdo in organo corporali, secundum quòd mouebat corpus. Hanc positionem Philos. destruit * in 1. de Anima, ostendens ꝙ anima non mouet seipsam, & ꝙ nullo modo mouetur secundum istas operationes, quae sunt videre, sentire, & huiusmodi: sed quòd istae operationes sunt motus coniuncti tantum. Vnde oportet dicere, ꝙ actus sensitiuarum potentiarum, nullo modo maneant in anima separata, nisi fortè sicut in radice remota.

* Hāc opinionē refert Arist. lib. 1. de Anima, c. 3. & 4.

* Arist. lib. 1. de Anima, c. 4.

**1^m de maiori.** August. in lib. de spiritu & anima. R. Ille liber non constat esse August. §. Tunc &c. Nam pro authoritate habendum non est, quod ibi dicitur.

**Item de maiori.** Afficitur. R. Secundum antecedentem affectionem in corpore habitam: non secundum præsentem nunc sine corpore elicitam. §. vt in textu, responsi secundi ly si tamen authoritas debeat sustineri dicendum &c. Tunc nihil &c. vt patet.

Rñsio 2.

**2^m ex Augustino.** Sine corpore. R. id est, sine corporis exterioris motu: non absolutè. §. Tunc nihil &c. vt patet.

**Item de maiori.** Augustinus. R. Loquens secundum opinionem Platonicorum, non secundum propriam. §. Tunc nihil &c. Non enim intendimus nunc quid Platonici sentiant; sed quid veritas habeat. Vide responsum secundum literæ ly vel potest dici.

**3^m minor.** Huiusmodi similitudines corporum inspicere, sicut in somnis accidit, contingat animæ separatæ. R. Negatur. §. Ad probationem ex Augustino dicitur: quòd nihil concludit contrà. Augustinus enim illud dixit inquirendo, non determinando. Nos autem intendimus nunc, quid determinatè sit tenendum: non quomodo circa hoc sit disputandum.

Rñsio 2.
* Loco in arg. citato.
* In corp.
* Loco in arg. citato.

**Item ex Augustino.** Non habeat. R. Intellectualiter, non, imaginabiliter. §. vt declaratur in secundo responso literæ ly vel dicendum, quòd similitudine, &c. Tunc nihil &c. Nam ex eo, quòd anima separata habet intellectualiter similitudinem corporis alicuius, non sequitur, quòd habeat actum sensitiuarum partium.

Rñsio 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd liber ille negatur à quibusdã fuisse August. Dicitur.n. fuisse cuiusdã Cisterciẽsis, qui cum ex dictis August. cõpilauit, & quædam de suo addidit. Vnde quod ibi scribitur, pro auctoritate habendũ non est. Si tamen auctoritas debeat sustineri, dicendũ est, quòd non debet intelligi, quòd anima separata ex imaginatione, & aliis huiusmodi potentiis afficiatur, quasi ipsa affectio sit actus potentiarum prædictarum, sed quia ex his, quæ anima per imaginationem, & alias huiusmodi potentias commisit in corpore, in futurum afficietur, vel in bonum, vel in malũ, vt sic imaginatio, & huiusmodi potentiæ non intelligãtur elicere illã affectionem, sed elicuisse in corpore meritum affectionis illius.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd anima dr̃ sentire per corpus, non quasi actus sentiendi sit animæ fm̃ se, sed quia est totius cõiuncti ratione animæ, eo modo loquendi, quo dicimus quòd calor calefacit. Quod autẽ subiungitur, quòd quædã anima sentit sine corpore, vt timorẽ, & huiusmodi, intelligendũ est sine exterioris corporis motu, qui accidit in actib. sensuum propriorum: non.n. timor, & huiusmodi passiones sine motu corporali cõtingunt. Vel potest dici, quòd Aug.* loquitur fm̃ opinionem Platonicorum, qui hoc ponebant, vt dictum * est.

AD TERTIVM dicendũ, quòd August. * ibi inquirendo loquitur, non determinando, sicut ferè per totũ illũ librum patet. Patet.n. quòd non est similis ratio de anima dormientis, & de anima separata. Anima.n. dormiẽtis vtitur organo imaginationis, in qua corporales similitudines imprimuntur, quod de anima separata dici nõ potest. Vel dicendũ, quòd similitudines rerum sunt in anima, & quantum ad potentiã sensitiuam, imaginatiuam, & quantum intellectiuam, secũdum maiorem, & minorẽ abstractionem à materia, & à materialibus conditionibus. Tenet ergo similitudo August. quantum ad hoc, quòd sicut similitudines rerum corporalium sunt in anima somniantis, secundum excessum mentis patiẽtis imaginabiliter, ita sunt in anima separata intellectualiter, non autem quòd in anima separata sint imaginabiliter.

AD QVARTVM dicẽdum, quòd sicut in libro prædicto dictum * est, memoria dupliciter sumitur. Quandoque prout est potentia sensitiuæ partis secundum quòd cõcernit preteritum tempus, & hoc modo actus memoriæ in anima separata nõ erit. Vnde dicit Philosophus * in primo de Anima, quòd hoc corrupto, s. corpore, anima non reminiscitur. Alio modo accipitur memoria prout est pars imaginationis ad intellectiuam pertinens, secundum scilicet, quòd ab omni differentia temporis abstrahit, cum non sit tantorum præteritorum, sed etiam præsentium, & futurorum, vt Augustinus * dicit, & secundum hanc memoriam, anima separata memorabitur.

AD QVINTVM dicẽdum, quòd amor, & gaudium, & tristitia, & huiusmodi dupliciter accipiũtur, quandoque quidem secundum quòd sunt passiones appetitus sensibilis, & sic non erunt in anima separata. Hoc.n. modo non explentur sine determinato motu cordis. Alio modo secundum quod sunt actus volũtatis, quæ est in parte intellectiua, & hoc modo erunt in anima separata, sicut etiam & delectationem, quæ quodammodo est passio partis sensitiuæ, secundum alium modum accipiẽdi ponit Philosophus in Deo, dicens in septimo Ethic. * Quòd Deus vna simplici delectatione gaudet.

**4^m ex Philosopho.** Potentia sensitiuæ partis. R. Vel pars rationis. §. i pertinens ad intellectiuã. Tunc &c. Nam primũ nõ est verũ in proposito, sed scd̃m.

**5^m de minori.** Gaudium, tristitia, amor, odium, timor, & spes. R. Vt passiones sunt appetitus sensibilis: non, vt actus voluntatis. Tunc nihil &c. vt patet.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum à Philosopho primo de Anima, quòd actus sensitiuarum potentiarum nõ remanent in anima separata: & sic. Hoc corrupto corpore, anima non reminiscitur. Loquitur enim de reminiscentia: quæ est passio partis sensitiuæ, non actus intellectiuæ. Nam sic reminiscitur, etiam secundum eundem Philosophum; cùm anima rationalis sit separabilis & immortalis de mẽte eius 1. par. quæst. 75. articu. 2. & 6. & quæstio. 76. articu. 2. tex. & elucidat. & nulla res sit in rerum natura sine operatione, iam natura abhorreat otiosum. Cum ergo sit eadem ratio de omnibus alijs actibus sensitiuarum potentiarum, sicut de reminiscentia, patet: quòd per id Philosophus dat intelligere, quòd nullus actus sensitiuæ partis remanet in anima separata. Item ab eodem ibidem, quando dicit, quod timere, irasci, gaudere, & similia, sunt passiones coniuncti. Nam con iuncto destructo; necesse est secundum ipsum ibi, passiones, & actus eius destrui.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prędicta Philosophi pro quanto id, quod diximus insinuant, & intelligas, & defendas.

¶ Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens confirmetur.

* S. Tho. in 1. li. Sẽt. d. 3. q. 4. ar. 1.
* Habetur lib. 1. de ani ma, cap. 4. post med. & citat in 3. arg. Sed cont. huius art.
* Li. 14. de Trin. c. 11. tom. 3.
* Li. 7. Eth. circa fi. lib.

Quar-

---

SVPER Q. CI. Aliàs 70. Art. III.

COncl. 1. Oportet dicere; quod anima ab igne corporeo patiatur.

¶ Exam. Ly oportet. Scilicet de necessitate fidei catholicæ. Vt ex multis scripturæ locis probation. sequen. & appen patet.

¶ Ly dicere. Scilicet & ore, & corde. Nam de omnibus his, quæ sunt fidei, sic sentiendum est: nec sufficit, ad euadẽdum crimẽ infidelitatis, ore solum dicere.

¶ Ly dicere. s. firmiter tenendo, & nullatenus dubitando. Nam de omnib. quæ sunt fidei, ambabus his conditionibus iunctim concomitantibus sentiẽdum esse per Ecclesiã constat: & hoc ipsum facto suo docet Augustinus, dum in libro de fid. ad Pet. scribendo regulas catholicæ

199

* Lib. 12. c. 32. à med. tom. 3.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum anima separata pati possit ab igne corporeo.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd anima separata pati non possit ab igneo corporeo. August. enim super Genes. ad literam dicit: * Non sunt corporalia, sed corporalibus similia, quibus animæ corporibus exutæ afficiuntur, seu bene, seu male; ergo anima separata igne corporeo non punitur.

¶ 2 Præterea. August. in eodem lib. * dicit, quòd agens est nobilius patiente, sed impossibile est aliquod corpus esse nobilius anima separata; ergo non potest ab aliquo corpore pati.

¶ 3 Pręt. Secundum Philosophum * in 1. de Generatione, & secundum Boetium * in lib. de duab. naturis, Illa solum agunt, & patiuntur adinuicem, quæ in materia conueniunt: sed spiritualium, & corporalium non est materia communis, vnde non pos-

* Lib. 12. super Genes. cap. 16. in med. to. 3.
* Lib. 1. tex. 87.
* Aliquantulũ à medio libri.

tholicæ fidei semp vitur hac maiestate verbo tuum, firmissimè tene & nullatenus dubites. At si apertè dicat. Ea, quæ sunt fidei, firmius tenenda sunt, quàm ea, quæ humanitus certò sciuntur, quæcumque sint illa: nec de ijs propter quotcumque, & quantacumque aduersa (siue fuerint argumentationes, siue quælibet aliæ quorumuis illusiones, siue &c.) est vnquam aliqualiter, vel minimũ dubitandum.

* In lib. de duabus naturis, circa med.

¶ Ly ab igne corporeo. Quòd ignis inferni sit corporeus, tractabitur quæst. 97. articu. 5. Ex quo loco, tanquàm supposito quodam verissimo, (vt in textu, vnde conclusio hæc prima sumpta est, dicitur) pendet huius rei veritas.

* Li. 4. Dialo. cap. 29. paulò à princ.

¶ Prob. Quia Dominus Matt. 25. ignem illum paratum diabolo & angelis eius, qui sunt incorporei, sicut etiam anima, dicit esse supplicium (proculdubio illorum spirituũ atque animarum).

* Lib. 1. Topic. c. 13.

¶ Concl. 2. Ignis inferni ex natura sua habet, quòd spiritus incorporeus ei coniungi possit, vt loco locatum; sed inquantũ est instrumentũ diuinę iustitiæ habet, vt ipsum spiritum quodãmodo retineat alligatũ: & in hoc veraciter ignis ille est spiritui nociuus, & sic anima ignem vt sibi nociuum videns ab igne cruciatur.

* In hoc eod. arg.

¶ Exam. Ly ex natura sua &c. Hoc patet supra in textu isto: sicuti & quòd aliquid ad hoc, quòd sit instrumentum, oportet; quòd propriã actionem cõnaturalem circa rẽ habeat, cui adhibetur vt instrumentũ alterius.

¶ Ly quodammodo. Hic modus est; vt ad æ..., sm quòd vult, nullatenus diuertere possit. Nec tamen per hoc est totaliter explicabilis, sicut nec excogitabilis, in omnibus.

¶ Prob. Quia omnia ista per ordinem patent in textu.

¶ Not. Inter alias authoritates notabis diligenter illam Augustini 21. de ciuit. Dei. Hinc enim videbis quòd sicut anima humana ex alligatione ista vitali ad corpus concipit amorẽ tantum, ad ipsum, vt ob hoc mors, quæ est separatio eius à corpore, sit supremum omnium terribilium: ita ex coniunctione illa infernali ad ignem corporeum tantum cõcipit supplicium & horrorem, vt hoc inexplicabile sit. Nec mirum: quoniam primam coniunctionẽ omnipotentia diuina, vt misericors; secundam coniunctionem eadem, vt iuste vindicans, facit.

sunt adinuicem transmutari, vt Boetius * in eodem lib. dicit; ergo anima separata ab igne non patitur.

¶ 4 Præt. Omne, quod patitur, recipit aliquid ab agente: si ergo anima patiatur ab igne corporeo, aliquid ab eo recipiet, sed omne, quod recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis, ergo quod recipitur ab igne in anima, non est in eo materialiter, sed spiritualiter: sed formæ rerum in anima spiritualiter existentes sunt perfectiones ipsius; ergo si patiatur ab igne corporeo, hoc non erit in eius pœnam, sed magis in eius perfectionem.

¶ 5 Si dicatur quod hoc ipso anima punitur ab igne, quòd ignem uidet, vt videtur dicere Gregorius * 4. Dialogo. Contra, si videt anima ignem inferni, non potest uidere nisi visione intellectuali, cum non habeat organa, quibus uisio sensitiua, vel imaginaria perficitur: sed uisio intellectualis non uidetur, quòd possit esse causa tristitię: delectationi enim, quę est in considerando, non est tristitia contraria, secundum * Philosophum; ergo ex tali visione anima non punitur.

¶ 6 Si dicatur quòd anima patitur ab igne corporeo, eo quòd tenetur ab eo sicut nunc tenetur à corpore, dum viuit in corpore. Contra, Anima dum in corpore viuit, tenetur à corpore, inquantum ex ea, & corpore fit vnum, sicut ex materia, & forma fit vnum, sed anima non erit forma illius ignis corporei; ergo supradicto * modo non poterit ab illo igne teneri.

¶ 7 Præterea. Omne agens corporeum agit per contactum, sed non potest esse aliquis cõtactus ignis corporei, & animæ, cum contactus solum sit inter corpora, quæ habẽt vltima simul; ergo anima ab illo igne non patitur, &c.

¶ 8 Præterea. Agens non agit in remota, nisi per hoc quod agit in media, vnde per determinatã distantiam agere potest proportionatam suæ virtuti, sed animæ, vel ad minus dæmones, de quibus etiã eadem est ratio, quãdoque sunt extra locum inferni, cum quandoque etiã in hoc mundo hominib. appareant, nec tamen tunc sunt à pęna immunes: sicut enim gloria sanctorum nũquam interrumpitur, ita nec pęna damnatorũ, nec tamen videmus quòd omnia intermedia ab igne inferni patiantur, nec iterũ est credibile aliquid corporeum de natura elementi esse tantæ virtutis, vt ad tantã distantiam actionẽ suam diffundat; ergo non videtur quòd pęnas, quas animæ damnatorum sustinent, ab igne corporeo patiantur.

Sed contra, Eadem ratio est in animab. separatis, & dęmonibus, quòd ab igne corporeo pati possunt: sed dæmones ab eo patiuntur, cũ puniuntur ab illo igne, in quẽ corpora damnatorũ proiicientur post resurrectionem, quem oportet esse corporeum, & hoc patet per sententiam Domini Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, &c. ergo & animæ separatę ab igne corporeo pati possunt.

¶ Præterea. Pœna debet respondere culpæ: sed anima per culpam se corpori * subiicit per prauam cõcupiscentiam; ergo iustum est, vt in pœnam rei corporeæ subiiciatur per passionem.

* Al. subiecit.

¶ Præt. Maior est unio formæ ad materiam, quàm agentis ad patiens: sed diuersitas naturę spiritualis, & corporalis non impedit quin anima sit forma corporis; ergo nec impedit quin possit à corpore pati.

Respon. Dicendum, quòd supposito quòd ignis inferni non sit metaphoricè dictus, nec ignis imaginarius, sed uerus ignis corporeus, oportet dicere, quòd anima ab igne corporeo patiatur, cum Dominus ignem illum diabolo, & angelis eius paratum esse dicat, Matth. 25. qui sunt incorporei sicut illa. Sed quomodo pati possit multipliciter assignatur. Quidam enim dixerunt, quòd hoc ipsum, quod est ignem uidere, sit ab igne pati. Vnde Gregorius in 4. Dialog. * dicit: Igne eo ipso patitur anima, quo uidet. Sed illud non uidetur sufficere, quia quodlibet uisum ex hoc quòd uidetur, est perfectio uidentis, vnde non potest in eius pœnam cedere, inquantum est visum, sed quandoque est punitiuum, vel contristans per accidens, inquantũ scilicet appręhenditur ut nociuum, Vnde oportet, quòd præter hoc quòd anima ignem illum uidet, sit aliqua comparatio animæ ad ignem secundum quam animę ignis noceat. Vnde alii dixerunt, quòd quamuis ignis corporeus non possit animam exurere, tamen anima appręhendit ipsum ut nociuũ sibi, & ad talem appręhensionem afficitur timore, & dolore, vt in eis impleatur id, quod dicitur. * Trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Vnde Greg. * in 4. Dialo. dicit, quòd quia anima cremari se conspicit, crematur. Sed hoc iterum non uidetur sufficere, quia secundum hoc passio animæ ab igne non esset secundũ rei ueritatem, sed secundum apparentiam tantum. Quamuis enim possit esse uera passio tristitiæ, vel doloris ex aliqua falsa meditatione, vt August. dicit 12. * super Gen. ad literam, tamen non potest dici, quòd secundũ illam passionẽ uerè patiatur à re, sed à similitudine rei, quam conspicit, & iterum iste modus passionis magis recederet à reali passione, quàm ille, qui ponitur per imaginarias uisiones, cum ille dicatur per ueras imagines rerum esse, quas anima secum defert, iste autem per falsas conceptiones, quas anima errans fingit, & iterum non est probabile, quòd animæ separatæ, vel dæmones, qui subtilitate ingenii pollent, putarent ignem corporeum sibi nocere posse, si ab eo nullatenus grauarentur. Vnde alii dicunt, quòd oportet ponere animam etiam realiter ab igne corporeo pati. Vnde & Gregorius in 4. Dialo. * dicit, Colligere ex dictis Euangelicis possumus, quòd incendium non solum anima uidendo, sed etiã experiendo patiatur. Sed hoc tali modo fieri ponunt. dicunt enim, quòd ignis ille corporeus considerari potest dupliciter. Vno modo, secundum quòd est quædam res corporea, & hoc modo non habet quòd in animam agere possit. Alio modo, secundum quòd est instrumentum, diuinæ iustitiæ ordo exigit, vt anima, quæ peccando se rebus corporalibus subdidit, eis etiam in pęna subdatur. Instrumentum autem non solum agit uirtute propria, sed etiã in uirtute principalis agentis, & ita non est inconueniens, si ignis ille, cum agat in uirtute spiritualis agentis, in spiritum agat hominis, vel dæmonis, per modum etiam quo de sacramentis dictum est, * quòd animam sanctificant. Sed id nõ videtur sufficere, quia omne instrumẽtum in id, circa quod instrumentaliter operatur, habet propriam actionem connaturalem, & non solum

* lib. 4. dialo. c. 29. parũ à princ.

* Psal. 13.

* lib. 4. dialo. c. 29. parũ à princ.

* lib. 12. c. 19. & 32. tom. 3.

* li. 4. c. 29. post med. illius.

* S. Tho. in 4. distin. 1. art. 4.

### 1^m de maiori.

Augustinus dicit. ℞. Inquirendo: non, determinando. §. Tũc nihil &c. vt patet.

### Itẽ ex Augustino.

Afficiuntur. ℞. Proximè: non, remotè. §. declaratur in textu. Tunc nihil &c. Nam conclusio prima intendit, quòd patiantur ab igne corporeo extrà existente remotè: & ab illo, vt intra appręhenso, immediatè & proximè. Vide secundum responsum literæ ly vel dicendum quòd &c.

¶Not. Aliud est finis, aliud est modus finalizandi: sicut de balneo patet. Nam balneum ad extra existens tãquàm finis mouet ad hoc, vt lauetur quis in eo: sed ipsum, vt ad intra appręhensum, habet modum, seu virtutem mouendi. Non enim moueret, nisi appręhenderetur: licet non lauetur aliquis in balneo apprę henso, sed ad extra existente. Similiter dicendum est de agente hoc in anima: videlicet, ꝙ aliud est agens, aliud modus agendi. Agens est ignis ad extra, modus agendi est eius appręhensio. Non enim affligeret, nisi appręhenderetur. Et tamen si appręhensio illa tantũ, hoc est sublata realitate nocumenti ignis, affligeret: tunc anima non verè pateretur à rẽ; sed à similitudine rei, quam conspicit; vt habes suprà in corp. in reprobatione secundæ opinionis. Cum autem hoc sit inconueniens, vt mihi patet: fatendum est sine dubio, quod ignis ad extra realiter est nociuus animæ.

Ignis corpore* quomodo agit in animam.

* lib. 4. cap. 28. & 29. post med.

### 2^m de minori.

Corpus. ℞. Vt corpus: non, vt instrumentum diuinæ iustitiæ. §. Tunc nihil &c. Nam quamuis anima simpliciter, &c. vt in textu.

¶Exam. Ly simpliciter. Id est, vt anima comparata ad ignẽ, vt ignẽ: siue (quod idem est) vt ignis, quatenus præcise ignis naturaliter agens comparatus ad animam.

* Iul. Toletanæ Ecclesiæ Episc. lib. 2. prognosticorũ de futuro sæculo, ca. 17.

* Mag. lib. 4. Sent. d. 44. §. G.

* Aug. lib. 21. cap. 10. ante med. tom. 5.

### 3^m ex Philosopho, & Boetio.

Agunt, & patiuntur. ℞. Actione illa,

solum illam actionem, secundum quã agit in virtute principalis agentis, immo exercendo propriã actionem, oportet quòd efficiat hanc secundam, sicut aqua lauando corpus in baptismo sanctificat animam, & serra secando lignum, perducit illud ad formam domus. Vnde oportet da re igni aliquam actionem in anima, quæ sit ei connaturalis, ad hoc quod sit instrumentum diuinæ iustitię, pec cata vindicantis. Et ideo dicendum, quòd corpus in spiritum naturaliter agere non potest, nec ei aliquo modo obesse, vel ipsum grauare, nisi secundum quòd aliquo modo corpori vnitur, sic enim inuenimus quòd corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Sapient. 9. Spiritus autem corpori vnitur dupliciter. Vno modo, vt forma materiæ, vt ex eis fiat vnum simpliciter, & sic spiritus vnitus corpori, & viuificat corpus, & à corpore aliqualiter aggrauatur, sic autem spiritus hominis, uel dæmonis igni corporeo non vnitur. Alio modo sicut mouens mobili, vel sicut locatum loco, eo modo quo incorporalia sunt in loco, & secundum hoc spiritus incorporei creati loco definiuntur, ita in vno loco existentes, quòd non in alio. Quamuis autẽ res corporea ex sua natura habeat, quòd spiritum incorporeum loco definiat, non tamen ex sua natura habet, quòd spiritum incorporeum loco definitum detineat, vt ita alligetur illi loco, quòd ad alia diuertere non possit, cum spiritus non sit ita in loco naturaliter, ꝙ loco subdatur, sed hoc superadditur igni corporeo, inquantum instrumentum diuinæ iustitiæ vindicantis, quòd sic detinet spiritum, & ita efficitur ei pœnalis, retardans eum ab executione propriæ voluntatis, ne scilicet possit operari, vbi vult, & secũdum quòd vult, & hunc modum ponit Gregorius 4.* Dialogo: exponens enim quomodo anima incendium experiendo patiatur, sic dicit. Cum veritas peccatorem diuitem damnatũ in ignẽ perhibeat, quisnam sapiens reproborum animas teneri ignibus neget? & hoc etiam Iulianus* dicit, vt in litera* Magister dicit. Si viuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corporeo, cur etiã non tenetur post mortem corporeo igne? Aug.* etiam 21. de ciu. Dei dicit, ꝙ sicut anima in hominis cõditione iungitur corpori vt dans ei uitã, quãuis illud sit spirituale, & hoc corporale, & ex illa coniunctione vehementer cõcipit amorem ad corpus; sic ligatur igni, vt accipiẽs ab eo pęnam, & ex illa coniunctione cõcipit horrorem. Oportet ergo omnes prædictos modos in vnũ colligere, vt pfectè videatur quomodo anima ab igne corporeo patiatur, vt s. dicamus, ꝙ ignis ex natura sua habet, quòd spiritus incorporeus ei cõiungi possit, vt loco locatum. Sed inquantum est instrumentum diuinæ iustitiæ habet, vt ipsum quodammodo retineat alligatum; & in hoc veraciter ignis ille est spiritui nociuus, & sic anima ignem vt sibi nociuum videns ab igne cruciatur. Vnde Gregor.* in 4. Dialogo, omnia ista per ordinem tãgit, vt ex præmissis* eius authoritatibus patet.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ August.* loquitur inquirendo, vnde etiã alium modum ponit determinando libro de ciuit. Dei, vt ex* dictis patet. Vel dicendum, ꝙ Augustinus* intelligit, quòd ea, quibus anima proximè afficitur ad dolorẽ, vel tristitiam, sunt spiritualia. non. n. affligeretur, nisi ignem vt nociuum sibi appręhenderet, ignis ergo apprę hensus, est proximum affligens, sed ignis corporeus extra animam existens, est affligens remotum.

Ad secundum dicendũ, quòd quamuis anima simpliciter sit igne nobilior, ignis tamen est anima nobilior, inquantum est instrumentum diuinæ iustitiæ.

Ad tertium dicẽdum, quòd Philosophus, & Boetius* loquuntur de actione illa, per quã patiens transmutatur in naturam agentis, talis autem non est actio ignis in animam, & propter hoc ratio non concludit.

Ad quartum dicendũ, quòd ignis agit in anima, non per modum influentis, sed per modum detinentis, vt ex dictis* patet, & ideo ratio non est ad propositum.

Ad quintum dicendũ, quòd in visione intellectuali non est tristitia ex hoc ipso ꝙ aliquid videtur, cũ illud quod videtur, nullo modo intellectui possit esse contrarium, inquantum videtur: in sensu autẽ hoc quod videtur, ex ipsa actione, quam agit in visum vt videatur, potest esse corruptiuũ visus per accidens, inquantum corrumpit harmoniam organi. Sed tamen visio intellectualis potest esse contristans, inquantum id, quod uidetur, appręhenditur ut nociuum, non quasi noceat eo ipso ꝙ uidetur, sed alio quocumque modo, & sic anima videndo ignem affligitur.

Ad sextum dicendũ, ꝙ non est simile quantum ad omnia, sed quantum ad aliquid, ut ex dictis* patet.

Ad septimum dicẽdum, quòd quamuis nõ sit tactus corporalis inter animam, & corpus, tamen est inter ea aliquis tactus spiritualis, sicut etiam motor cœli, cum sit spiritualis, spirituali tactu tangit cęlum, ipsum mouens, per modum, quod dicitur contristans tangere, sicut dicitur in primo de generatione, & hic modus sufficit ad actionem.

illa, qua patiens transmutatur in naturam agentis. §. Tunc nihil &c. Nam ignis ille nõ agit, neque anima patitur ab eo, per transmutationẽ talem: sed modo dicto in corp.

¶Not. Actio illa, per quam patiens transmutatur in naturam agentis est; vt actio ignis in ligna. Hac enim mediante ignis conuertit ligna in sui naturam.

* lib. 4. dial. cap. 29.

* In hoc corp.

* Loco citato in arg.

Rñsio 2.

* Aug. de ciuit. Dei, c. 19. ante med. to. 5.

* Loco citato in argum. 1.

### 4^m de antecedente.

Ab agente. ℞. Vel per modũ influentis, vel per modum detinentis. §. Tũc nihil &c. Nam per modũ detinentis tantũ, ignis agit in anima: & cõsequenter anima recipit ab eo detẽtionem inuoluntariam, & per consequens afflictiuam.

¶Coroll. Ergo illa detentio non est tanquàm formæ rerum in anima; de quibus in argumento. Nam illæ recipiuntur spiritualiter tantum, i. sine afflictione: ista autem detentio spiritualiter, & realiter, cum afflictione modo dicto.

* Locis in arg. 3. citatis.

### 5^m de minori.

Visio intellectualis. ℞. Vt uisio præcisè: non vt visio alicuius, tanquã vere nociui. §. Tunc nihil &c. omnia patent in textu.

### 6^m illatio conclusionis.

Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nã illa similitudo adducta, quæ est August. 21. de ciuit. Dei, vt in corp. si. non tenet quantum ad omnia, nec hoc intendebat August. sed vt dictum est.

* In corp. art.

### 7^m de minori.

Contactus. ℞. Corporeus: non, spiritualis. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu ly inter ea est aliquis contactus spiritualis per modũ, quo dicitur contristans tangere, scilicet contristatum.

¶Not. Pro captu faciliori cõtactus spiritualis afflictiui, diligenter ea notabis: quæ quotidie occurrũt magis, vel minus secundum quòd appręhendunt homines nociua, seu nocitura. Et licet multotiens huiusmodi afflictiones aliquorum de entibus rationis (vt aiunt) puta de nihilo sint, tamen quia illa vt plurimum noxia

* Sub finẽ corp.

ætia apprehenduntur, maximè affligunt eos; ita ut ad mortem vsque aliquando eos perducant. Ex his vigilanter annotatis, tanquàm à notioribus nobis procedens penetrabis facilius, & à fortiori dicta in textu circa contactum spiritualem istum.

8m de concl. c Ab igne corporeo patiantur. ℞. Immediatè: non autem, mediatè. §. Tunc nihil &c. Nam ab eo patiuntur mediatè, vt in ad primum.

## APPENDIX.

Veritas pro Eccle. S. Dei.

* In corp. art.

EX art. habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Albanensium dicentium; inferni non esse alias pœnas quàm eas, quas in hoc mundo experimur. Cùm enim articulus hic demonstret animã pati ab igne corporeo: sequitur quòd illam hæresim expugnat. Dolor namque separatæ animæ est maior, quàm quilibet dolor in hoc mundo; quantò anima est sensibilior, quàm corpus. Vnde & 3. par. q. 46. artic. 6. ad tertium, inquit S. Doctor. Dolor animæ separatæ patientis pertinet ad statum futuræ damnationis, qui excedit omne malum huius vitæ: sicut sanctorum gloria excedit omne bonum præsentis vitæ. Vnde, cum dicimus Christi dolorem esse maximum, non comparamus ipsum do lori animæ separatæ. Hæc ibi. Sufficit ergo ad conuincendum hæresim demonstrare; quòd anima patitur ab igne corporeo. Secundo igitur habes: quomodo per rationem ostendas, eam meritò damnari à Matth. 22. Ligatis manibus, & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Vide hic; ignem corporeum ligare, seu tenere alligatam animam, vt dicitur in præsenti articulo. & ligare eam undique, quia manibus & pedibus metaphoricè dictis. Quod autem illæ tenebræ sint corporales, patet: quoniam ideò vocantur exteriores, & quia post iudicium iisdem tenebrosis ignibus corpora cruciabuntur: quando ad literam ibi aderit corporeus etiam fletus, & corporeorum dentium stridor: quæ nunc in anima sola modo spirituali verificantur, vt ex Papa Benedicto nunc adducendo habebitur. Item à Matth. 25. vbi eadem sententiam repetit: in qua idem sensus corporeo igne continetur. Et tantò magis; quanto in eodem cap. 25. Dominus declarando apertius sensum suppsius in prædicta sententia subiungit, post antepositum iudicium, hæc verba, Ibunt hi in supplicium æternum. Quod profectò est ille ignis, de quo prędixerat, Ite maledicti in ignẽ æternum. Cùm ergo damnatorũ corpora tunc mittuntur in ignẽ arsura, & corporeũ ignem pro sui combustione (vt patet quotidie) requirant corpora; manifestè constat ex Euãgelio, quòd ignis ille erit corporeus. Et cùm ipso eodem igne diabolus, atq; angeli eius supplicium pati con textus euãgelij aperiat, clarum per hoc relinquit; quòd spiritus omnino (qualis diabolus est, & consequenter anima separata potest pati, & patitur supplicium ab igne corporeo. Item ab Apocal. 18. sub nomine Babylonis: ly cecidit, cecidit, vsque ad ly illa magna Babylon. Item ibid. cap. 20. à ly diabolus, qui seducebat vsque ad ly sæcula sæculorum. Item à Psal. 10. Pluet super peccatores laqueos ignis, sulfur, spiritus procellarum, pars calicis eorum. Hæc ibi. Ex quibus omnibus efficaciter argue contra prædictos Albanenses. Item à regulis fidei catholicæ, quas tradit Augustinus in lib. de fid. ad Petr. cap. 28. Diabolum verò & angelos eius in ignem æternum à Christo esse mittendos, vbi nunquam carebunt pœna, quàm eis præparauit diuina iustitia. Cum ipso diabolo impios, & iniquos homines, de quibus scriptura dicit &c. resumptis corporibus supplicio æternæ combustionis arsuros. Hæc ibi. Item à Papa Benedicto XI. in Extrauagan. Animæ decedentium in actuali peccato mortali, mox post mortem suam ad inferna descendunt; vbi pœnis infernalibus cruciantur. Hæc ibi. Idem dicit Concil. Florent. sessione vltima. Vide suprà quæst. 69. artic. 2. append. Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & Patrum, pro quãto animas pati ab igne corporeo insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò uides: quomodo ex iis vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur & consolidetur.

* Glo. ord. ibid.

2

3

4

AD OCTAVVM dicendum, quòd spiritus damnati nunq̃ sunt extra infernũ, nisi ex dispensatione diuina, vel ad instructionẽ, vel ad exercitiũ electorum. Vbicumque autem extra infernum sint, semper tñ uident infernum, vt eis in pœnã pręparatum. Vnde cũ ista uisio sit immediatè affligens, vt dictum * est, vbicũque sunt, ab igne inferni affliguntur, sicut & captiui extra carcerẽ existentes, à carcere affliguntur dum uidẽt se ad carcerẽ damnatos. vnde sicut gloria electorum nõ minuitur, nec quãtum ad præmium essentiale, nec quãtum ad accidentale, si aliqñ extra cęlum empyreum sint, sed quodãmodo in eorum gloriam cedit, ita etiam in nullo minuitur pœna dãnatorum, si extra infernum ex diuina dispẽsatione ponantur ad tẽpus. Et hoc est, q̃ Glos. * dicit super illud Iac. 3. Inflãmat rotã natiuitatis nostræ, &c. Diabolus ubicumq; sit, siue sub aere, siue sub terra, secum trahit tormẽta suarum flammarum. obiectio autem procedit, ac si ignis corporeus affligeret immediatè spiritus, sicut affligit corpora.

---

## SVPER Q. CII. Aliàs 71. Art. 1.

COncl. 1. Opus vnius nullo modo potest alteri valere ad statum consequendum per uiam meriti.

¶ Prob. Quia sors gloriæ redditur secundum mensuram recipientis: & vnusquisque ex actu suo disponitur, non ex alieno, ad recipiendum per viam meriti.

Gloria, quare dicatur sors.

¶ Exam. Ly sors gloriæ. Scilicet respectu nostri. Nam gloria non potest esse sors respectu Dei, qui omnia nouit, & iuxta propositum suum firmum, gratiam, & gloriam pro gratia iuste dispensat. Dicitur autem respectu nostri sors: quoniam cum omnes ex eadem massa peccatorum simus, & nascamur filij iræ, non habemus ex nobis vnus magis quàm alter, ius habendi gratiã, vel gloriam: & consequenter sorte quadam, attenta conditione nostra prædicta, gloria ipsa & gratiarum magis quàm alteri contingit. Ob hoc talis gratia, & gloria in scripturis etiam sors vocatur, Sapient. 5. Inter sanctos sors illorum est, Psalm. 77. Sorte diuisit eis terram, (hæc figurabat terram viuentiũ) Ephesios primo. Et nos sorte vocati sumus; Colossens. 1. Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, Actuum 26. Vt accipiant remissionẽ peccatorum, & sortem inter sanctos per fidem, quæ est in me. Vel etiã dicitur ly sors gloriæ, secundum modum loquendi illum; quo homines inuenientes aliquid magni boni exultantes dicunt, mihi contigit talis sors, i. tale eufortunium.

300. S. Tho. 4. d. 35. q. 2. art. 1. q. 2. & seq.

¶ Ly disponitur. Scilicet dispositione: vt in textu. Vbi notandum: quòd alia est dispositio dignitatis ad pręmium, alia est dispositio congruentiæ cuiusdam ad gratiam pro habendo præmio. Prima dicitur aliàs, de condignos & non

Disposi- tio.

## QVÆST. CII. Aliàs 71.

### *De suffragiis mortuorum, in quatuordecim articulos diuisa.*

DEINDE cõsiderandum est de suffragiis mortuorum. ET circà hoc quæruntur quatuordecim.

¶ Primò, Vtrum suffragia, quæ per vnum fiunt, aliis prodesse possint.
¶ Secundò, Vtrum mortui iuuari possint ex operibus viuorum.
¶ Tertiò, Vtrum suffragia per peccatores facta, mortuis prosint.
¶ Quartò, Vtrum suffragia pro mortuis facta, facientibus prosint.
¶ Quintò, Vtrum suffragia existentibus in inferno prosint.
¶ Sexto, Vtrum prosint existentib. in Purgatorio.
¶ Septimò, Vtrum valeant pueris existentibus in Lymbo.
¶ Octauò, Vtrũ aliquo modo prosint existentibus in patria.
¶ Nonò, Vtrum oratio Ecclesiæ, & sacramentum altaris, & eleemosyna prosint defunctis.
¶ Decimò, Vtrum indulgentię, quas Ecclesia facit, eis prosint.
¶ Duodecimò, Vtrum suffragia pro multis facta valeant tantum singulis, ac si pro vnoquoque singulariter fierent.
¶ Decimoquartò, Vtrum valeant tantum communia suffragia illis, pro quibus specialia non fiunt, quantũ illis, pro quibus fiunt valeant specialia, & cõmunia simul.

## ARTICVLVS I.

### *Vtrum suffragia per vnum facta, aliis prodesse possint.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ suffragia per unum facta, aliis prodesse nõ possint, Gal. 7. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet: sed si unus ex suffragiis alterius consequeretur fructũ, meteret ab aliis seminata; ergo ex suffragiis aliorum nullus fructum cõsequitur.

¶ 2 Præterea, Ad iustitiam Dei pertinet, vt unicuique tribuatur pro meritis, vnde Psalm. 61. Tu reddes unicuique secundum opera sua, sed iustitiam Dei deficere est impossibile; ergo impossibile est, quòd vnus ex operibus alterius iuuetur.

¶ Præterea. Secundum eandem rationẽ est aliquod opus meritorium, & laudabile, quia scilicet, inquãtum est uoluntarium: sed ex opere vnius non laudatur alter: ergo nec opus

vnius potest esse alteri meritorium.

¶ 4 Præterea. Ad iustitiam diuinam ptinet simpliciter bona reddere pro bonis, & mala pro malis: sed nullus punitur pro malis alterius, immo vt dicitur Ezech. 18. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur; ergo nec unus iuuatur per bona alterius.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 118. Particeps ego sum omnium timentium te &c.

¶ Præterea. Fideles per charitatem vniti sunt vnius corporis membrorum Ecclesiæ: sed vnum membrum iuuatur per alterum; ergo vnus homo potest ex alterius meritis.

RESPON. Dicendum, quod actus noster ad duo valere potest. Primo, ad aliquem statum acquirendum, sicut per opus meritorium homo acquirit statum beatitudinis. Secundo ad aliquid consequens statum, sicut homo per aliquem actum meretur aliquod præmium accidentale, vel dimissionem pœnæ. Ad vtrumque autem horum actus noster dupliciter valere potest. Vno modo per viam meriti: Alio modo per uiam orationis, & est differentia inter istas duas uias, quia meritum innititur iustitiæ, oratio misericordiæ. Orans.n. impetrat petitũ ex liberalitate eius, qui oratur. Dicendum est ergo, quod opus vnius nullo modo potest alteri valere ad statum consequendum per viam meriti, vt s. ex his, quæ ego facio, aliquis mereatur vitam æternam, quia sors gloriæ redditur secundum mensuram accipientis. Vnusquisque autem ex actu suo disponitur, & non ex alieno; & dico dispositione dignitatis ad præmium: sed per viam orationis, etiam quantũ ad statum consequẽdum opus vnius alteri, dum est in via, ualere potest, sicut quod unus homo* impetret alteri primam gratiam. Cum.n. impetratio orationis fit secundũ liberalitatem Dei, qui oratur; ad omnia illa impetratio orationis se potest extendere, quæ potestati diuinæ subsunt ordinatè. Sed quantum ad aliquid, quod est consequens, vel accessorium ad statum, opus unius potest valere alteri, non solum per uiam orationis, sed etiam per uiam meriti. Quod quidem dupliciter cõtingit, uel propter communicantiã in radice operis, quę est charitas in operibus meritoriis. Et ideo omnes, qui sibi inuicem charitate connectuntur, aliquod emolumentũ ex mutuis operibus reportãt; tamen secundum mensuram status vniuscuiusque, quia in patria vnusquisque gaudebit de bonis alterius, & inde est, quod articulus fidei ponitur Sanctorum communio. Alio modo ex intentione facientis, qui aliqua opera specialiter ad hoc facit, vt talibus prosint. Vnde, ista opera quodãmodo efficiuntur eorum, pro quibus fiunt quasi eis à faciente collata, vnde possunt eis ualere, vel ad impletionem satisfactionis, vel ad aliquid huiusmodi, quod statum non mutat.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quod messio illa est perceptio uitæ æternę, sicut habetur Ioã. 4. Et qui metit, fructum cõgregat in uitã æternam. Sors autẽ uitæ æternæ nõ datur alicui nisi pro propriis operibus; quia etsi aliquis alteri impetraret vt ad uitã perueniat; nunq̃ tamen hoc fit, nisi mediantibus operibus propriis; dum s. precibus alicuius gratia alicui datur, per quam meretur uitam æternam.

AD SECVNDVM dicẽdum, quòd opus, qđ pro aliquo fit, efficitur eius pro quo fit, & similiter opus, quod est eius, qui mecũ est vnũ, quodammodo est & meũ, vnde nõ est contra diuinã iustitiam, si unus fructũ percipit de operibus factis ab eo, qui est unum secũ in charitate, uel ab operibus pro se factis; hoc etiam secũdum humanam iustitiam contingit, ut satisfactio unius pro alio accipiatur.

AD TERTIVM dicendũ, quod laus non datur alicui nisi s'm ordinẽ eius ad actum, vnde laus est ad aliquid, ut dicitur in 1. Ethic.* Et quia ex opere alterius nullus efficitur, uel ostenditur bene dispositus, uel male ad aliquid, inde est, quod nullus laudatur ex operibus alterius, nisi per accidens, s'm quod ipse est aliquo modo operũ illorũ causa, consiliũ, uel auxilium prębendo, seu inducendo, uel quocũque alio modo, sed opus est meritorium alicuius, non solum considerata eius dispositione, sed etiam quantum ad aliquid, consequens dispositionem, uel statum eius, ut ex dictis* patet.

AD QVARTVM dicẽdum, quòd auferre alicui, quod sibi debetur, hoc directè iustitiæ repugnant, sed dare aliquid alicui, quod ei non debetur, hoc non est iustitiæ contrarium, sed metas iustitiæ excedit: est enim liberalitatis: non autem posset aliquis lędi ex malis alterius, nisi aliquid de suo subtraheretur, & ita non conuenit, quod aliquis puniatur pro peccatis alterius; sicut quòd emolumentum accipit ex bonis alterius.

A R-

& non nisi ex actu proprio, gratia mediante habetur: secunda dicitur de cõgruo, & ab vno orãte pro altero potest haberi; ita quod vnus ex alterius actu disponatur in bonum, vt 1. 2. q. 114. artic. 6.

¶ CONCL. 2. Per viam orationis, quantum etiam ad statum consequendum, opus vnius alteri, dum est in via, valere potest.

¶ PROB. Quia impetratio orationis se potest extendere ad omnia illa, quæ potestati diuinæ subsunt ordinatę (cũ talis impetratio innitatur liberalitati Dei).

¶ EXAM. Ly ordinatę. Hoc dicitur, nõ quia potestas Dei possit quãdoq; esse non ordinata (hoc.n. blasphemũ est, vel cogitare): sed quia potestas diuina aliquando absolutè consideratur, eo modo quo Theologi distinguunt potentiam Dei in absolutam, & ordinatam, dicentes; aliquid posse fieri de potentia absoluta, quod non potest de potentia ordinata. Vide pro huius captu 1. par. quæst. 25. art. 5.

¶ CONCL. 3. Quantum ad aliquid, quod est consequens, vel accessorium ad statum, opus vnius potest ualere alteri; non solum per viam orationis, sed etiã per viam meriti: quod quidem dupliciter contingit.

¶ NOT. Hoc est vnus per orationẽ, vel etiam per meritum proprium potest iuuare alterum ad hoc, vt remittatur ei pœna aliqua, vel etiã vt bona temporalia cõsequatur. Sic Daniel Regi Nabuchodonosor meruit (iuxta Doctores ibi cap. 4.) abbreuiari tempus septem annorum pœnæ maximæ ei datæ; & meruit etiam sospitatem regni. Et de similibus multa habes in scripturis.

¶ PROB. 1. Quia supponitur clara. Secunda autem pars, s. quod quidem &c probatur: Quia vel ex radice operis, vel ex speciali intẽtione facientis (vt in tex.)

¶ CONCL. 4. Omnes, qui sibi inuicem charitate connectuntur, aliquod emolumẽtum ex mutuis operibus reportant: tamen secundum mensuram status vniuscuiusque.

¶ EXAM. Ly secundũ mensuram &c. i. secundum conuenit statui uniuscuiusque. De tali emolumento proportionali habes exemplũ in corpore nostro. Quando enim gaudet vnum membrum, congaudent alia membra. 1. Cor. 12. iuxta mensuram suam; puta oculus, secundum quòd conuenit oculo; auris, secundum quòd auri &c.

¶ PROB. Quia & omnes communicant in eadem radice operum, & sancti communionem istam ex mutuis operibus suo modo habent (patet ex symbolo fidei).

¶ NOT. Hoc ipsum habet tritissimum illud dictum, s. charitas omnia communia facit: Intellige tu ly omnia, sic: id est omnia communicabilia, & secundum ordinem communicabilitatis, vbi quando, & sicut oportet: iuxta quod & intelligitur illud 1. Corinth. 13. Charitas omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Non enim credit nisi credibilia, nec sperat nisi sperabilia, nec sustinet nisi sustinenda; cum alijs limitationibus, vt nunc suprà. Hæc annotauerim non tantum pro declaratione textus: sed etiam ad obstruendum os loquentium iniqua, puta, quòd etiam vxores debent esse communes: & quòd adulteria, similiaque facta ex charitate non sunt peccata; & alia huiusmodi de quibus alibi suprà.

1^m de conclusione. Fructum. ℞. Quò ad vitam æternam: non, quò ad aliquid consequens. §. Tunc nihil &c. vt patet in corp. & conclusionibus.

2^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Et hoc: quia duplici ratione, non est contra diuinam iustitiam. Nã opus quod pro aliquo fit, efficitur eius, pro quo fit: & similiter opus &c. vt in textu.

¶ NOT. In conclusione tertia conclusum est dupliciter aliquem posse iuuari, vt ibi. Vnde ly opus, quod pro aliquo fit, &c. referas ad intentionem facientis: & ly similiter opus, quod est eius &c. referas ad radicem illam charitatis (vt in illo textu corp.)

3^m illatio conclusionis. Ergo nec &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim est simile de laudari, & iuuari ex opere alterius, quò ad hoc: de quo loquimur. Nam laus non datur alicui, nisi secundum ordinem &c. vt in textu.

4^m maior. Ad iustitiã diuinam pertinet similiter bona reddere pro bonis, & mala pro malis. ℞. Sic tamen quod alicui reddit bona etiam ex bonis alterius; licet non mala spiritualia pro malis alterius. §. propter rationem allatam in textu. Tunc nihil &c. vt patet.

*22. q. 114. art. 6.

* Arist. lib. 16. cap. 12. ante med.

* In initio corp. huius artic.

¶ PROB.

A P-

## APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Pelagij dicentis: orationem prorsus esse inutilem nullius que virtutis. Item eiusdem ibidem dicentis orationes, quas facit ecclesia pro infidelibus, & alijs peccatoribus, vt conuertantur, siue pro fidelibus ut perseuerent, frustra fieri. Item Io. Vuiclef. dicentis: orandum non esse pro aliqua particulari persona. Cum enim in hoc articulo efficaciter ostendatur, quòd suffragia per vnum facta alijs possunt prodesse, intelligentibus patet, & applicantibus, quòd contra prædictas fœliciter militat. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illas meritò damnari a &c. vt supra q 15. ar. 3. appen. Item à Matth. 6. Sic ergo orabitis: Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, &c. Item Matth. 17. Hoc genus dæmoniorum non eijcitur, nisi per orationem & ieiunium. Item Matth. 26. Orate, ne intretis in tentationem. Procidit in faciem suam orans, & dicens: pater mi, si possibile est, &c. Impijssimum uerò est, dicere Christum fecisse aliquid frustra. Item Iacob 5. Tristatur quis in uobis, oret æquo animo, & psallat. Vide contra tristitiam valere orationem. Item ibidem. Orate pro inuicem, ut saluemini. Multū enim valet deprecatio iusti assidua. Item quoties Paulus Apost licet sanctissimus, postulat in suis epistolis orationes fieri pro semetipso? Item in collecta, Deus cui numquam sine spe misericordiæ supplicatur. Et, Deus, qui abundantia pietatis tuæ, & merita supplicium excedis & uota. Item a Concil. Toletano 4. cap. 9. Delet ergo hæc Dominica quotidiana oratio quotidiana peccata: delet illa, a quibus uita fidelium etiam scelerate gesta pœnitendo in melius discedit, mutata. Ergo sicut Christus præcepit sic Apostolus monuit, & quemadmodum doctores ecclesiastici instituerunt: quia quotidie vel cogitatione, uel uerbo delinquimus, quotidie & hanc orationem effundere in conspectu Dei debemus. Hæc illud. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas merito insinuatum a Deo Iob 42. quòd suffragia per unum facta alijs tum singulis, tùm omnibus prodesse possunt, & sic. Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos: quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Sumite ergo uobis septem tauros, & septem arietes: & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro uobis. Iob autem seruus meus orabit pro uobis: faciem eius suscipiam, ut non imputetur uobis stultitia. Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldach Suites, & Sophar Maamatites; & fecerunt sicut locutus fuerat dominus ad eos; & suscepit dominus faciem Iob. Hæc ibi. Item ab Actu 7. Positis genibus clamabat dicens: domine ne statuas illis hoc peccatum. Hæc ibi. Vbi ly illis intelligitur etiam de aliqua particulari persona. Vnde super hoc verbo B. Aug. in sermone, Ioannes filius, sic inquit. Vt noueritis, fratres quantū ualuerit oratio sancti martiris: securrite nobiscum ad illum adolescentem, qui omnium uestimenta seruabat, & tanquàm manibus omnium lapidabat. Cui dictum est: Saule Saule cur me persequeris? Ob hoc quidem debui perdere te, sed Stephanus meus orauit pro te. Nam, si martyr Stephanus non sic orasset, ecclesia Paulum non haberet. Sed ideo de terra erectus est Paulus: quia in terram inclinatus exauditus est Stephanus. Hæc ille. Item Luc. 4. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri, & dimisit eam. Item a mille locis scripturarum & patrum. Quartò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, ac scripturarum, pro quanto quod diximus insinuāt, & intelligas, & probes, & tucaris. Quinto uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. CII. Aliàs 71. Art. II.

COncl. 1. Suffragia viuorum mortuis dupliciter prosunt, sicut & viuis.

301 Eādē obie. soluit Aug. in Ench. c. 110. to. 3. c. aix. & c. sps. 13. q. 2.

¶ Examen. Ly sicut. Scilicet quātum ad aliqua, non quantum ad omnia. Similitudo em̄ (ut aiūt) claudicat centum pedibus. In quibus autem teneat, nunc explicabit secunda conclusio.

¶ Ly dupliciter. Scilicet & propter charitatis, &c. ut in textu, & art. 1. corp.

¶ Prob. Quia suffragia unius valent alteri tum propter charitatem, tum propter intentionem (patet. artic. 1. corp.) & viui uniuntur mortuis aliquib. in charitate, simulque intentione (patet in tex.)

¶ Coroll. Ergo ex textu uideas: quàm insana sit, & irrationabilis omnino phantasia illorum, qui tanquam hostes defunctorum, pro eis nec ipsi orare, nec alios orare volunt: de quo phantasmate uide in appen. seq. Per hoc siquidem declarant: uel se ignorare radicem virtutis orationis, quæ est charitas, vel eam quandoque decidere p mortem, contra Apostolū. Declarāt & p hoc idē; se negare mortuos viuere adhuc in memorijs viuorum: cuius oppositū apertissimū est.

* Li. 1. c. 10. & 11.

* Cap. 1. in fin. illius & c. 4.

* Al. inchoauit.

¶ Concl. 2. Suffragia uiuorum non sic ualere mortuis credenda sunt; ut status eorū mutetur de miseria ad fœlicitatem, uel de fœlicitate ad miseriam, sed ualent ad diminutionē pœnę, uel aliquid huiusmodi, qđ statū mortui non transmutat.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum mortui possint iuuari ex operibus viuorum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod mortui non possint iuuari ex operibus viuorum. Primo, per hoc quod dicit Apostolus 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis, quę gessit; ergo ex his, quę post mortem hominis geruntur, quādo extra corpus erit nihil ei accrescere poterit ex alicuius operibus.

¶ 2 Præt. Hoc videtur ex hoc, quod habetur Apoc. 13. Beati mortui, qui in Domino moriuntur, opera enim illorum sequuntur illos.

¶ 3 Præterea. Proficere ex opere aliquo est solum in via existentis, sed homines post mortem iam nō sunt uiatores, qa de his hoc intelligitur, quòd legitur Iob 19. Semitā meam circumsepsit, & transire nō possum, ergo mortui de suffragiis alicuius iuuari non possunt.

¶ 4 Præt. Nullus iuuatur ex opere alterius, nisi sit aliqua vitæ communicatio inter eos, sed nulla communicatio est uiuorum, & mortuorum secundum Philosophum * 1. Ethic. ergo suffragia viuorum non prosunt mortuis.

SED CONTRA est, quod habetur 2. Macha. 12. Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur, sed hoc non esset utile, nisi eos iuuaret, ergo suffragia viuorum mortuis prosunt.

¶ Præterea, August. dicit in lib. * de Cura pro mortuis agenda, Non parua est uniuersæ Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret, auctoritas, ut in precibus sacerdotis, quæ Domino Deo ad eius altare fundūtur, locum suum habeat etiam commendatio mortuorum, quæ quidem consuetudo ab ipsis Apostolis * instituta est, vt dicit Dam. in quodam sermone de suffragiis mortuorum, sic dicens, Misteriorum conscii discipuli Saluatoris, & sacri Apostoli in tremendis, & viuificis misteriis memoriā fieri eorum, qui fideliter dormierunt sanxerunt, quod etiam per Dion. patet in vlt. cap. Eccle. Hierar. * ubi ritum commemorat, quo in primitiua Ecclesia pro mortuis orabatur, ubi etiā Diony. asserit, suffragia uiuorū mortuis prodesse, ergo hoc indubitanter credendum est.

RESP. Dicendum, quòd charitas, quæ est uinculum Ecclesiæ mēbra uniens non solum ad uiuos se extendit, sed etiam ad mortuos, qui in charitate decedunt. Charitas em̄ uita corporis non finitur 1. Cor. 13. Charitas numquam excidit. Similiter etiam mortui in memoriis hominum viuentium uiuunt, & ideo intentio uiuentium ad eos dirigi potest: & sic suffragia uiuorum mortuis dupliciter ꝓsunt, sicut & uiuis, & propter charitatis unionē, & ꝓpter intentionem ad eos directam: non tamen sic eis ualere credenda sunt uiuorum suffragia, ut status eorum mutetur de miseria ad fœlicitatem, uel econuerso, sed ualent ad diminutionem pœnæ, uel aliquid huiusmodi quod statum mortui non transmutat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homo dum in corpore uixit, meruit ut hæc ei ualerent post mor-

* In sermone ꝓ mortuis, nō ꝓcul ab initio illius.

* Ca. 7. non multum remote a fi.

* Eodem c. parte 2. & 3.

¶ Examen. Ly uel aliquid huiusmodi. Vt gaudium solum. Puta qſi diminuitur, uel totaliter aufertur pœna vnius; aliæ animæ purgatorij de hoc gaudēt, etiam ꝙ illarum pœna tunc (ut possibile est) non diminueretur, ut artic. 1. concl. 4. Simile de gaudio in patria existentium. Vide & art. 12. 13. & 14.

¶ Prob. Quia præsupponitur clara.

¶ Not. Et merito. Nam de statu dictū est Eccles. 11. vbi ceciderit lignum siue ad austrū, siue ad aquilonem; ibi erit. Et de diminutione pœnæ &c. dicitur in appen. sequen.

1[m] ex Apostolo. Gessit. ℞. Vel in opere actuali, uel in meritō. §. Tunc &c. Licet enim homo mortuus nō faciat in opere actuali orationes istas factas pro se a uiuis: facit tamē in merito eas, inquātum meruit, dum adhuc in corpore uiueret, eas pro se factas ab alijs sibiipsi iuuare.

Item de conclusione. Accrescere. ℞. Quantum ad statum glo-

gloriæ, uel miseriæ æternæ: non, quantum ad diminutionem pœnarum, vel aliquid huiusmodi. §. Tunc nih. &c. vt patet ex conclusione secunda. Vide secundũ responsum textus ly vel dicendũ &c.

¶ Examen. Ly prædicto. Scilicet in secundo argumento sed contra.

## 2^m ex Apocal.

Sequuntur. ℞. Sequela æternæ retributionis: non aliter. §. ut patet ex dictis, & cõtextu authoritatis eiusdem.

*Aliquantulum a præmissis.

¶ Examen. Ly retributionis. Scilicet tam in bonum, quàm in malum acceptæ. Licet eñ secundum literã videatur intelligi planissimo sensu de retributione tãtummodo in bonũ.i. de beatitudine: tamen extẽditur etiam sequela talis ad retributionem in malum scilicet æternæ miseriæ, vt patet ex dictis.

* Ar. præc. circa finẽ corp. & ad 2.

## Item ex Apocal.

Opera illorum. ℞. Aliquo modo non semper, in persona. §. hoc est, opera quæ aliquo modo possint reuera dici esse illorum; quàmuis non sint opera pro tunc facta ab illis personaliter. Tunc nihil &c. Sufficit enim quòd illa opera sint quodammodo illorum. Vide secundum responsum textus ly, vel dicendum quòd &c.

¶ Not. Pro meliori huius captu vide in corp. & art. 1. concl. 3. & 4. & ibi ad secundum. Et nota, quòd quamuis defunctus ille personaliter fecerit in virtute adhuc uiuens opera ista; quæ nunc facit uiuus pro illo: tamen non facit actualiter eadem, sed tantummodo viuus.

## 3^m de maiori.

Via existentis. ℞ Quam tam ad aliquid saltem § Tunc nihil &c. Nam quamuis animæ post mortem non sint simpliciter in statu viæ (ut arguitur) tamen quantum ad &c. ut in text.

¶ Not. Correspondent duo hæc, scilicet modus essendi in via, & profectus ex opere aliquo. Si enim in via sunt simpliciter aliqs possunt proficere simpliciter. i. quantum etiam ad statum retributionis finalis. Si uerò sunt tantum in via quò ad aliquid, possunt solummodo proficere quantum ad aliquod accidentale, puta pœnam &c. Vide art. 1. corp. Quòd autem in purgatorio existentes sint adhuc quodammodo viatores: confirmat Concilium Triden. sess. 6. can. 30. dicens; Vel in futuro in purgatorio, antequam ad regna cœlorum aditus patere possit. Adhuc nota; quòd ly simpliciter, & ly quantum ad aliquid mox declarantur in contextu per ly & ideo simpliciter eorum via, &c. & etiam ex conclusione secunda corp. declarari possunt.

## 4^m ex Philosopho.

Communicatio. ℞. Quantum ad opera ciuilia: non, quantum ad opera vitæ spiritualis. §. Tunc nihil &c. Iuuamen enim de quo est sermo, communicationem operum vitæ spiritualis: non autem ciuilium requirit.

¶ Examen. Ly operum ciuilium. Ista sunt quæ quotidie videmus fieri inter uiuos: puta mercari, nauigare, ædificare, manducare, confabulari, &c.

## A P P E N D I X.

Vtilitas ꝑ Eccles. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæreses Lutheri dicentis: quòd orationes factæ pro defunctis non eis prosunt. Item Publicanorum emersorum anno 1274. dicentiũ: orandum non esse pro mortuis. Item vigilantij dicentis: quòd orare pro nobis mutuò, dum viuimus, possumus, postquam uerò mortui fuerimus, nullius pro alio exaudienda est oratio. In primo dicto sapit: in secundo desipit, & adeò, ut unum dictum coniungendo alteri, se ignorare propriam uocem demonstret. Quare enim exaudiuntur orationes unius pro altero. Ratione charitatis & intentionis, ut in corp. Hæc autem duo in viuis & adinuicem, & ad mortuos usque possunt extendi, ut in corp. Vide & corollariũ post prob. cõclus. primę. Itē Aerij dicentis, ꝙ suffragia, orationes, eleemosinæ, missę, &c. nihil prosunt defunctis a uiuis pro illis facta.

2

¶ Secũdò habes: quomodo per rationẽ ostẽdas, prædictas meritò damnari a 2. Mach. 12. Fortissimus Iudas (collatione facta) duodecim millia dragmas argenti misit Hierosolimam offerri pro peccatis mortuorũ in sacrificium, bene & religiosè de resurrectione cogitans. Nisi eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur, & vanum orare pro mortui. Et quia considerabat, quòd hi, qui cũ pietate dormitionem acceperãt, optimam haberent repositam gratiã. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis soluantur. Hæc ibi. Item a uetustissima consuetudine ecclesię sanctæ, quæ est orare pro mortuis: ut patet. Ad cuius propositum inquit Chrysost. Hom. 69. Non temere ab Apost. hæc sancita fuerunt, ut in tremẽdis mysterijs defunctorum agatur commemoratio. Sciunt. n. illis inde multum contingere lucrũ, vtilitatem multam. Hæc ille. Et ad idem propositum Aug. lib. de cura pro mortuis agenda cap. 1. In Machabeorum libris legimus oblatũ pro mortuis sacrificium. Sed & si numquam in scripturis veteribus omnino legeretur; non parua est uniuersæ ecclesiæ, quæ in hoc consuetudine claret, authoritas: ubi in precibus sacerdotis, quæ dño Deo ad eius altare funduntur locum suum habet, etiam commendatio mortuorum. Hæc ille. Vbi nota ly non parua, i. magna, imò maxima. Quod utiq; monstrauit Apostol. 1. Cor. 11. per hoc, quòd contra quosdam proteruos aiebat: si quis contentiosus videtᷓ esse inter uos; nos talem consuetudinem non habemus, sed neq; ecclesia Dei. Hæc ille. Et D. Thom. 2. 2. q. 10. ar. 12. Maximam habet authoritatem ecclesiæ consuetudo, quæ semper est in omnibus æmulanda: quia & ipsa doctrina catholicorum doctorum ab ecclesia authoritatem habet. Vnde magis standum est authoritati ecclesiæ: q̃ authoritati uel Augustini, uel Hieronymi, uel cuiuscumque doctoris. Hæc ille. Et Athanasius in symbolo super (hoc compendiosa regula fidei uocatur a Conc. Flor. in decret. Armen. dat.) ubi concludens uniuersaliter de omnibus credibilibus fundamentalem rationem inuictissimã ad portas inferorum obstruendas, inquit. Quia sicut singillatim vnamquamq; personam Deum, ad dñm Christiana confiteri ueritate compellimur: ita tres Deos, aut dominos dicere catholica religione prohibentur. Hæc ibi. Ecce: quòd & pro affirmatione credibiliũ, & pro negatione incredibilium, maximam præ omnibus rationem esse demonstrat stabiliri super consuetudine ecclesiæ catholicæ: dũ hanc ꝓ amplectendis credibilibus, & refellendis incredibilibus adducit. Et meritò. Nam hæc est firma petra, saxumq; durissimum: de quo catholici mel sugunt, & oleum, Deut. 32. Item meritò damnari a Conc. Carthag. 4. per hoc, quòd mandat: eos, qui oblationes defunctorum aut negant ecclesijs, aut cum difficultate reddunt, tanq̃ egentium necatores, excõicari, ut recitatur. 13. q. 2. qui oblationes, el primo. Itē a Conc. Valen. dum mortuorũ fraudatores, ut infideles habẽdos magna rõne sanxit, ut recitatur. 13. q. 2. qui oblationes, el secondo.

Quanti sit S. Ecclesiæ consuetudo, & authoritas.

Ratio inuincibilis omnino tanq̃ scutũ inexpugnabile, catholicorum.

3 Tertiò habes: qũo per rationem prædicta scripturarum & patrũ, pro quanto suffragia uiuorũ prodesse defunctis insinuant, & intelligas, & ꝓbes, & tuearis.

4 Quartò vides: qũo ex ijs vicissim Ang. doct. præsens, & declar. &c.

tem, & ideo si post hãc vitam iuuatur, nihilominus ꝓcedit ex his, quæ in corpore gessit. Vel dicendũ secundum Io. Dam. in sermo. prædicto, ꝙ est intelligendum quantum ad retributionem, quæ fiet in finali iudicio, quæ erit æternæ gloriæ, vel æternæ miseriæ: in qua quilibet recipiet solum sm ꝙ in corpore gessit. Interim autẽ iuuari põt viuorum suffragijs.

Ad secundum dicendum, ꝙ auctoritas illa expresse loquitur de sequela æternæ retributionis, quod patet ex hoc, ꝙ præmittitur, Beati mortui, &c. Vel dicẽdum quòd opera pro eis facta sunt etiam quodammodo eorum, ut dictum est.*

Ad tertium dicendũ, ꝙ q̃uis animæ post mortẽ non sint simplr in statu uiæ, tñ quantum ad aliquid adhuc sunt in via, in quantum. s. eorũ progressus adhuc retardatur ab vltima retributione. Et ideo simpliciter eorum via est circũsepta, ut nõ possint vlterius per aliqua opera transmutari secundum statum fœlicitatis, & miseriæ; sed quantum ad hoc non est circumsepta, quin quantum ad hoc quòd detinẽtur ab vltima retributione possint ab alijs iuuari, qa secundum hoc adhuc sunt in via.

Ad quartum dicendum, ꝙ quamuis cõicatio ciuilium operũ, de qua Philosophus loquitur, nõ possit esse mortuorum ad viuos, quia mortui extra uitam ciuilem sunt: potest tamen eorũ cõmunicatio esse quantum ad opera vitæ spiritualis, quæ est per charitatem ad Deũ, cui mortuorum spiritus viuunt.

SVPER Q. CII. Aliàs 71. Art. III.

302

Concl. 1. Quantum ad opus operatum in sacramentis nouæ legis cõsideratum suffragia per malos facta defunctis prosunt.

¶ Prob. Quia sacra nostra ex seipsis, absque opere operãtis, habent efficaciã; q̃ æqualr explẽt ꝑ quoscũq; fiant.

¶ Exa-

## ARTICVLVS III.

*Vtrum suffragia facta per peccatores, mortuis prosint.*

Ad tertium sic proceditᷣ. Videtur quòd suffragia ꝑ peccatores facta, mortuis non prosint. Quia ut dicitur Ioan. 9. peccatores Deus non audit, sed si orationes eorum prodessent illis pro quib. orant, a Deo exaudirentur, ergo suffragia per eos facta, mortuis non prosunt.

¶ 2 Præt. Gregorius * in Pastorali dicit, quòd cum is, qui displicet ad interpellandum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur, sed quilibet peccator Deo displicet, ergo per peccatorum suffragia Deus ad misericordiam non flectitur, & ideo talia suffragia non prosunt.

¶ 3 Præterea. Opus alicuius videtur magis fructuosum faciēti, quàm alteri, sed peccator per opera nihil meretur sibi, ergo multo minus potest alteri mereri.

¶ 4 Præt. Omne opus meritorium oportet esse uiuificatum, idest, charitate informatum, sed opera per peccatores facta sunt mortua, ergo non possunt per ea mortui iuuari, pro quibus fiunt.

SED CONTRA est, quòd nullus potest scire de altero pro certo, vtrū sit in statu culpæ, vel gratiæ, si ergo tantum illa suffragia prodessent, quę fiunt per eos, qui sunt in gratia, non posset homo scire per quæ suffragia subueniret suis defunctis, & ita multi suffragiis procurādis retraherent.

¶ Præt. Sicut * Aug. dicit in litera. * Secundum hoc iuuatur aliquis mortuus ex suffragiis secundum qđ dum uiueret, meruit ut iuuaret post mortem, ergo valor suffragiorum mensuratur secundum conditionē eius, pro quo fiunt, non ergo differt, vtrū per bonos, uel malos fiant.

RESPON. dicendum, quòd in suffragiis, quæ per malos fiunt, duo possunt considerari. Primo, ipsum opus operatum, sicut sacrificium altaris, & quia nostra sacramenta ex seipsis efficaciam habent absq; opere operantis, quam æqualiter explent per quoscumque fiant quantum ad hoc suffragia per malos facta defunctis prosunt. Alio modo quantū ad opus operans, & sic distinguendum est, qa operatio peccatoris suffragia facientis, potest vno modo considerari prout est eius, & sic nullo modo meritoria esse potest, nec sibi nec alii. Alio modo inquantum est alterius, quod dupliciter contingit. Vno modo inquantum peccator suffragia faciens gerit personam totius Ecclesię, sicut sacerdos dum dicit in Ecclesia exequias mortuorum, & quia ille intelligitur facere, cuius nomine, uel uice fit, ut patet per Dionysium in libro Eccles. Hierar. inde est qđ suffragia talis sacerdotis, quamuis sit peccator, defunctis prosunt. Alio modo quando agit, ut instrumentū alterius opus. n. instrumenti est magis principalis agentis: vnde quāuis ille, qui agit ut instrumentum alterius non sit in statu merendi, actio tamen eius potest esse meritoria ratione principalis agentis, sicut si seruus in peccato existens, quodcumq; opus misericordiæ facit ex præcepto domini sui charitatem habentis. Vnde si aliquis in charitate decedēs præcipiat sibi suffragia fieri, uel alius præcipiat charitatem habens, illa suffragia valent defuncto, quāuis illi, per quos fiunt, in peccato existant; magis tamen ualerent si essent in charitate, quia tunc ex duab. partibus opera illa meritoria essent.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd oratio per peccatorem facta quandoque non est peccatoris, sed alterius, & ideo secūdum hoc digna est ut a Deo exaudiatur: tamē etiam quandoque Deus peccatores audit, quando scilicet peccatores petūt aliquid Deo acceptum, non enim solis iustis, sed etiam peccatoribus Deus bona sua prouidet, ut patet Matth. 5. non autem ex eorum meritis, sed ex sua clementia. Et ideo Ioan. 9. super illud, Deus peccatores non audit, Glossa dicit, quòd loquitur vt iunctus, non sicut plene uidens.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quamuis ex parte eius, qui displicet oratio peccatoris non sit accepta, tamen ratione alterius, cuius uice, uel imperio agitur, potest esse Deo accepta.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ hoc, ꝙ peccator faciens huiusmodi suffragia, nullum reportat commodum, contingit ex hoc quòd non est ca-

¶ EXAMEN. Ly absque opere operantis. Idest absque deuotione sacramenta ipsa ministrantis.

¶ COROLL. Ergo sacramenta efficaciam habere ex opere operato, est habere illam ex seipsis, & habere eam absque opere operantis est habere ipsam, etiam quòd deuotio in ministrante sacramenta non inueniatur. Quapropter tā boni quantum mali valet sacrificium missæ, baptismi collatio, & absolutio; pro quanto est ex parte sacramentorum. Ea propter in suscipiente, vel dante baptismū nō requiritur ꝑ charactere imprimendo de necessitate deuotio: ut habes de his 3. par. q 64. ar. 5. & 10. & q. 68. ar. 8.

302 * In parte 3. c. 11. non procul a prin.

¶ NOT. Confirmatur ista probatio ꝑ Cōcil. Trid. sess. 7. de sacramentis can. 8. Si quis dixerit: per ipsa nouæ legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiā, &c. anathema sit. Hæc ibi. Ecce quòd radicem virtutis præmissę cōclusionis affert cōcilium per hoc, quòd sacramenta ex opere operato habere efficaciam insinuat. Consequēter ergo etiam per hoc cōfirmare videtur cōclusionem istam primam.

¶ CONCL. 2. Suffragia peccatoris, si considerentur, vt sunt eius, nullo modo meritoria esse possent, nec sibi, nec alij.

* August. in Enchiridio ca. 109. 110. & 119. to. 3. & l. de cura pro mortuis agēda c. 1. & vlt. & in lib. de 8. Dulcitij q. 2. tom. 4. & Rabanus li. de institu. cleric. c. 44.

* li. 4. Sent. dist. 45. §. B. in initio.

¶ PROB. Quia præsupponitur clara.

¶ NOT. Et meritò. Nam prius debet quis esse acceptus Deo, & postea illa, quæ facit. Hoc denotauit Gen. 4. Respexit dominus ad Abel & ad munera ei*. Vbi non dicitur ad munera eius, & Abel; sed è contra. Hoc denotauit & Gregorius, ut in argumento secundo.

¶ CONCL. 3. Suffragia Sacerdotis gerentis personam totius ecclesiæ, quamuis sit peccator prosunt defunctis.

¶ EXAMEN. Ly gerentis personā &c. Hoc dicitur ad differentiam illorum suffragia; quæ facit quandoque aliqs sacerdos, tanquàm priuata persona. Puta qñ in camera sua exoluit septem psalmos pœnitentiales, tanquàm quoddam priuatum.

¶ PROB. Quia ille intelligitur facere aliquid, cuius nomine, vel vice fit.

¶ NOT. 1. Confirmatur sensus antecedentis in de regu. iur. in sexto, a regula 72. dicente: qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per seipsum.

¶ NOT. 2. Subintellige in prædicta probatione, quòd ecclesia est semper Deo grata. Hinc. n. fit quòd oblatum Deo, nomine ecclesiæ, semper est illi acceptum, defunctisque proficuum, si pro ipsis sic offeratur.

¶ CONCL. 4. Si aliquis in charitate decedens præcipiat sibi suffragia fieri, uel alius præcipiat charitatem habens, illa suffragia valent defuncto: quamuis illi, per quos fiunt in peccato existant, magis tamen valerent, si essent in charitate.

¶ PROB. Quia quando aliquis agit vt instrumentum alterius, opus eius est magis principalis agentis, quàm suum (exemplo de seruo patet in textu:) Secunda autem pars. s. magis tamen &c. probatur. Quia tunc ex duab. partibus suffragia illa meritoria essent.

¶ NOT. 2. Ex ista 4. conclusione, iuncta secunda notabis mirum, quòd. s. peccator a seipso dans eleemosinā pro Antonio existente in purgatorio, non iuuat Antonium: qui tamen ex testamento, seu uoluntate Antonij ipsius dans illam, iuuamen affert eidem. Ratio est, quia, ut per se agit ipse peccator in primo casu: in 2. autem, ut instrumentum. Ideo quia nemo scit pro certo se esse in gratia Dei; bonū est, quando facit aliqđ suffragium pro defunctis, facere illud tanq̄ instrumētum, vel ipsius defuncti olim aliquo modo ad hoc inuitantis, (siue per legatum, siue aliter suam voluntatem exprimēdo,) uel sanctæ ecclesiæ. Ex ijsdem cōclusionibus notabis & aliud mirandū quòd scilicet peccator orando pro se minus proficit ad uitam ęternam, quàm orando pro alio iniungēte sibi hoc, & existente in charitate. Ratio est eadē quia orando pro se, ut principale agens orat, & cū non sit in charitate ad uitam æternam non valet oratio sua, orando autem pro alio (ut prædictum est) orat ut instrumentum eius, & cū iniugens sit in charitate, oratio illius instrumenti ad uitam æternam proficit.

1^m ex Ioan. Peccatores. ℞. In persona sua orantes: non in persona alterius. § quod contingit dupliciter, ut in corpo. post secundū concl. Tunc nih. &c. ut ex conclusionibus patet.

Itē ex Ioan. Deus peccatores nō audit. ℞. Ex eorum meritis: non, ex sua clementia. §. & hoc est quando ipsi peccatores petunt aliquid Deo acceptum. Tunc nih &c. ut patet. Vide secundum responsum textus ly tamen etiam &c.

¶ NOT. Confirmatur responsum hoc ex collecta ecclesiæ dicentis Deo, & ut petentibus desiderata concedas: fac eos quæ tibi sunt placita postulare. Loquitur enim etiam de peccatoribus exaudiendis a Deo.

2^m ex Gregorio. Cum is qui displicet, ad interpellandum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. ℞. Si ille, ad quem mittitur attendat personam, missi secundum se, non autem personam mittentis eum. §. vt ex textu colligitur, & conclusionibus tertia, & quarta. Tunc nihil &c. vt patet.

3^m maior. Opus alicuius videtur magis fructuosum facienti, quàm alteri. ℞. Cæteris paribus. §. Tunc &c.

Nam

Nam in proposito, cætera sunt disparia. Hoc n quòd peccator faciens pro se huiusmodi suffragia, nullum &c. vt in textu.

¶ Not. Vide not. post prob. concl 4. & radicem illius mirandi secundò dicti ex præsenti loco intellige.

4m de maiori. Omne opus meritorium. ℞. Secundum q meritorium: nó aliter. §. Tunc nihil &c. Nam opus peccatoris, ut alterius instrumentū esse potest viui heatum, & consequenter meritorium: licet opus eiusdem, vt sic, sit mortuū, & cósequenter nec meritorium, ut ex secunda, tertia, & quarta, conclusione patet.

*In corp. art.

*In corp. art.

capax talis profectus propter propriam indispositionem & tamē alii, qui est dispositus aliquo modo, valere potest, vt dictum * est.

Ad qvartvm dicendum, quòd quamuis opus peccatoris non sit viuum, inquantum est eius, potest tamen esse uiuum inquātum est alterius, ut dictum * est.

Sed qvia rationes, quæ sunt in oppositū, videntur concludere quòd non differat, vtrū quis suffragia ꝓcuret per bonos, uel per malos, ideo etiam ad eas est respondendum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd quāuis aliquis pro certo scire

1m cótr. ex antecedente. Nullus potest scire de altero pro certo. ℞ Potest tamen aliquis de altero probabiliter æstimare. §. ut in textu. Tunc nih. &c ut patet applicanti prædicta.

2m illatio secunda. Non ergo &cæt. ℞. Conceditur, quantum est ex parte capacitatis defuncti: non, quantum est ex parte suffragia facientis. §. ut in textu. Tunc nihil &c. ut patet.

¶ Coroll. Ergo absolute loquendo suffragia facta per bonos magis prosunt defunctis & alijs, quam per malos: ut etiam apertè colligitur, ante responsiones argumentorum contra factorum per ly, sed quia rationes quæ sunt in oppositum, videntur concludere &c. Nam magis valet opus bene qualificatum tam ex parte sui, quàm ex parte alterius pro quo fit: quàm si operi desit qualitas sua bona. Hæc dicta ex textu collecta intellige de operibus: seruata semper conclusione prima. Nam de sacramentis, quantum pendet ex ipsorum opere operato, sentiendum est, vt ibi.

non possit de altero, an sit in statu salutis, pôt tñ probabiliter æstimare de his, quæ exterius de homine videt, ex fructu enim suo arbor cognoscitur, ut dicitur Matth. 7.

Ad secvndvm dicendū, quòd ad hoc, quòd suffragiū alteri ualeat, requirit' ex parte eius ꝓ quo fit, capacitas hmõi valoris, & hanc homo acquisiuit per opera propria, quæ gessit in uita, & sic Augustinus * loquitur: Requiritur nihilominus qualitas operis, quæ prodesse debet, & hoc non pendet ex eo, pro quo fit, sed magis ex eo, qui facit, uel exequendo, vel imperando.

*Loco citato in arg.

## A P P E N D I X.

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationē a fortiori excludas errorem Algazelis, & Auicennæ (ut refert Direct. Inquis. 2. par. q. 4.) dicentium, quòd precibus, & sacrificijs, Deus non placatur. Item quomodo directè excludas erroneam propositionem deductam ab hæreticis falsò ex Abac. 2. (ut notat, censura generalis in bibliam) dicentem: quòd peccator siue impius vbiq; perfide agit. Item a fortiori illam Lutheri (Alfon. Castr. Peccatum) dicentis: iustum peccare semper in omni opere bono. Item & illum eiusdem (Alphon. Castr. ibid.) dicentis: peccatum esse omne opus, quantumlibet rectè factum. Ex hoc enim quòd articulus præsens monstrat suffragia etiam a peccatoribus exhibita quandoque esse & Deo grata, & proximo tam viuo quàm defuncto proficua, patet vel mediocriter sapienti, quòd sanctus Thomas per hanc doctrinā militat efficaciter satis, superq;, cōtra omnes prædictos, ac similes.

2 Secūdo habes: quomodo per rationem ostendas, prædictos errores merito damnari ab Isa. 19. Reuertentur ad dominum, & placabitur Deus. Item a Bonifacio Papa de reg. iur. in 6. regul. 72. qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per seipsum. Hæc ibi. Vbi monstrat; quòd etiam peccator, vt representat ecclesiā, uel alium existētem in gratia, placat Deū precibus suis. Itē a Ionæ 3. Videns Deus opera eorum, quia conuersi sunt de uia sua mala, misertus est super malitia; quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit. Hæc ibi, de operibus Niniuitarum. Item a Psal. 105. Stetit Phinees, & placauit, & cessauit quassatio. Hæc ibi, de opere ipsius Phinees, quando ex zelo Dei occidit Israelitam coeuntem cum scorto. Deus autem non placatur peccato, sed irritatur, sed neque peccator, ut sic, cum placat: quoniam similiter odio sunt impius Deo, & impietas eius. Sap. 14. Item a Leone X. in bulla contra errores Lutheri; ubi totam eius doctrinam uniuersaliter damnat, ut sup. q. 1. ar. 1. appen. simul cum q. 24. ar. 1. appen. Item a Concil. Trid. sess. 6. cap. 16. Iustificatis hominibus siue acceptam gratiam perpetuo conseruauerint, siue amissam recuperauerint, proponenda sunt Apostoli uerba; abundate in omni opere bono, scientes, quòd labor uester non est inanis in domino. Non enim iniustus est Deus; ut obliuiscatur operis uestri & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius. Nolite amittere confidentiam uestram quę magnam habet remunerationem. Hæc ibi. Et can. 7. Si quis dixerit: opera omnia, quæ ante iustificationem fiunt, quacumque ratione facta sint uere esse peccata, uel odium Dei mereri: Anathema sit. Et can. 21. Si quis in quolibet bono opere iustum saltē uenialiter peccare, dixerit; aut (quod intolerabilius est) mortaliter atque ideò pœnas æternas mereri. Anathema sit. Hæc ibi.

3 Tertiò habes: quomodo per rationem præ dicta scripturarum pro quanto virtualiter saltem peccatores quandoque opera Deo grata facere, ac per hoc defunctis prodesse per suffragia insinuant & intelligas, & probes, & tuearis.

4 Quarto vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. CII. Aliàs 71. Art. IIII.

303

Concl. 1. Opus suffragij, ut expiatiuū pœnæ per modum cuiusdam recompensationis, ita illum pro quo fit, absoluit a debito pœnæ suæ; quòd non absoluit facientem ipsum opus a debito pœnæ.

¶ Prob. Quia in recompēsatione tali cōsideratur æqualitas iustitiæ, & opus unum satisfactorium potest sufficere ad vnius pœnam tollendam, quod non sufficiet ad duorum (patet in text.)

¶ Concl. 2. Opus suffragij, ut est meritorium vitæ æternæ, non solum prodest ei pro quo fit; sed facienti magis.

¶ Prob. Quia opus, ut meritorium, procedit ex charitate.

¶ Not. Præsupponit ista probatio, quòd charitas est ordinata. Ex hoc enim habenti eā magis prodest opus, quàm alteri. Ad huius captum etiam faciliorem sumito exemplum Damasceni de vnguento:

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum suffragia quæ a viuis, pro mortuis fiunt facientibus prosint.*

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd suffragia, quæ a viuis pro mortuis fiunt, facientibus non prosint, quia si aliquis pro altero debitum solueret, secundum humanam iustitiam ipsę a debito proprio non absolueretur, ergo per hoc, quòd aliquis suffragia faciens, debitum soluit pro illo pro quo facit, ex hoc a debito proprio non absoluitur.

¶ 2 Præt. Vnusquisque quod facit, facere debet meliori modo, quo potest, sed melius est iuuare duos, quā unum. Si ergo qui per suffragia debitum mortui soluit, a proprio debito liberatur, uidetur quòd nūquam debet aliquis pro seipso satisfacere, sed semper pro alio.

¶ 3 Præt. Satisfactio alicuius ꝓ alio satisfacientis ęqualiter ꝓdesset sibi, vt ei pro satisfacit eadem ratione æqualiter valebit tertio, si pro eodē satisfaciat, & similiter quarto, & sic deinceps, ergo unus una satisfactione posset pro omnibus satisfacere, quod est absurdum.

Sed contra est quod dicitur in Psal. 34. Oratio mea in sinu meo conuertetur, ergo eadem ratione, & suffragia, quæ pro aliis fiunt, satisfacientibus prosunt.

¶ Præt. Dama: † dicit in sermone de his, qui in fide dormierunt. Quemadmodum unguento, uel alio oleo sancto circumlinire uolens infirmum, primo ille, scilicet liniens, participat unctionem, deinde perungit laborantem, sic & quicumque pro proximi salute agonizat, primum sibi prodest, deinde proximo, & sic habetur propositum.

† In sermone ꝓ mortuis parum a med.

Resp. Dicendum, quòd opus suffragii, quod pro altero fit, potest considerari dupliciter. Vno modo ut est expiatiuū pœnæ per modum cuiusdam recompensationis, quæ in satisfactione attenditur, & hoc modo opus suffragii, qđ computatur quasi eius, pro quo fit, ita absoluit eum a debito pœnæ, quòd non absoluit facientem a debito pœnæ ꝓpriæ, quia

to : ut dicitur in argumen.secundo. Sed contra.

**1^m conclusionis illatio.** Ergo &c. R. Conceditur. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusionibus. Per hoc enim concessum non fit; quòd opus, inquantum meritorium, non prosit etiam facienti.

**2^m illatio conclusionis.** Si ergo. R. Conceditur. §. ut in ad primum.

quia in tali recompensatione consideratur æqualitas iustitiæ. Opus autem illud satisfactorium ita potest adæquari vni reatui, quòd alteri nõ adæquetur, reatus enim duorũ peccatorum maiorem satisfactionem requirunt, quàm reatus vnius. Alio modo potest considerari inquãtum est meritorium vitæ æternæ, quòd

**3^m conclusionis illatio.** Ergo &c. R. Conceditur. §. vt in ad primum.

**4^m ex Psal.** Conuertetur. R. Quantum ad meritum: non, quantum ad satisfactionem §. si uidelicet oratio mea fiat pro satisfaciendo pœnæ tantum alterius.

**5^m ex Damasceno.** Sibi prodest. R. Quantum ad meritum: non, satisfactionem. §. ut in ad primum.

¶ Nor. Intellige prædicta in solutione argumentorum istorum in casu; quo ille, pro quo fit oratio, seu quodlibet suffragium, est capax satisfactionis illius; hoc est capax, quòd illud opus inquantum satisfactorium ad se perueniat. Ad hoc enim, quòd vnus possit satisfacere pro alio requiruntur aliquæ conditiones in recipiente, ut q. 13. ar. 2. Rursus. Aduerte articulum hunc posse aliquo modo deseruire intelligentiæ de indulgentijs, ut facile patere potest discurrenti supra quæstione 25. articu. primo, &c. & ideo non mirum; quòd sanctis ad plenum; superque, satis retributio data sit pro operibus suis, inquantum meritoria fuere, & nobis adhuc prosint, ut ibi dictum fuit.

habet inquantum procedit ex radice charitatis, & secundum hoc non solum prodest ei, pro quo fit, sed facienti magis, & per hoc patet solutio ad obiecta. primæ enim rationes procedebant de opere suffragii secundum quod est satisfactorium, sed aliæ secundum, quod est meritorium.

## APPENDIX.

Vtilitas Eccles. & Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem excludas a fortiori hæresim Amsdorphianorum dicentium: opera bona perniciosa esse ad salutem. Adeò n. perniciosa illa non esse ad salutem, monstrat articulus, ut & facienti, & alteri, proficua esse dicat. Item Pelagij & Mahometis dicentium: opera aliena nihil prodesse, etiam sanctorũ. Vides enim hic, quòd ipsa prosint. Item Lutheri dicentis: opera propria etiam bona, ut a Spiritusancto piorum corda inhabitante, esse peccata. Quòd n. peccata non sint, monstrat articulus: dum hæc & placere Deo tanquam præsuppositiuè, & nobis prodesse tanquam directè probat. Secundo habes: quomodo per rationem a fortiori ostẽdas: illas meritò damnari à &c. ut q. 13. art. 2. & q. 14. art. 5. appen. & 1. par. q. 101. art. 3. appen. Item a Psal. 34. Oratio mea in sinu meo conuertetur. Item à &c. ut ex articu. 1. 2. & 3. elici potest. Item a Matth. 10. Qui dederit calicem, aquæ frigidæ alicui in nomine meo, non perdet mercedem suã. Itẽ a Iacob. 5. Qui cõuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, scire debet, quòd animam eius liberabit a morte, & operit multitudinem peccatorum. Per ly liberabit animam eius, uide ꝙ bona aliena prosunt alteri, & per ly operit multitudinem peccatorum uide ꝙ prosunt sibimet facienti. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas; meritò insinuatũ ab Eccles. 29. quòd suffragia pro altero, siue uiuo; siue mortuo facta etiam facienti prosunt, & sic. Conclude eleemosinam in corde pauperis: & hæc pro te exorabit ab omni malo. Hæc ibi. Vbi nota ly hæc scilicet eleemosina: quoniam per hoc significatur, opus ipsum pro alio factum adeò prodesse facienti; ut etiam si beneficiatus ex illo opere non recordetur benefactoris, opus illud pro benefactore clamet ad Deum. Item a Matth. 10. Dicite pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illam pax vestra: sin autem: reuertetur ad uos. Hæc ibi. Vbi simul ostẽditur, & quòd opus bonum vnius prodest alteri, & quòd ad hoc ut prosit requiritur dispositio in altero; ut dictum est not. post omnia argu. Nota ly sin autem, reuertetur ad uos: quoniam per hoc declaratur, opus ipsum etiam quantum ad id quod ex intentione facientis debuerat peruenire ad alterum, in casu, quo alter esset dispositus ad recipiendum illud, reuerti ad facientem, hoc est, quantum ad esse satisfactorium; quando faciens indiget satisfactione. Quarto habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, & patrum, pro quanto suffragia, seu opera facta pro alijs prodesse etiam facienti insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hęc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. CII. Aliàs 71. Art. v.

CONCL. 1. Non potest esse, ut pœna tollatur, nisi prius culpa expietur.

¶ PROB. Quia culpa nõ potest ordinari, nisi per pœnam, & diuinæ prouidentiæ est, nihil in rebus inordinatũ relinquere (omnia patent.)

¶ COROLL. Ex hoc ergo inferas, ut i textu; quod scilicet cum culpa cõtinuè maneat &c. & id bene semper recolito, contra nimis iudiciorũ Dei scrutatores.

¶ CONCL. 2. Miseria damnatorum non potest diminui; sicut nec gloria sanctorum augeri, quantum ad prẽmiũ essentiale.

¶ PROB. Quia damnati totaliter ad vitæ terminũ peruenerunt; sicut & sancti in patria.

¶ EXAMEN. Ly quantum ad prẽmium essentiale. Istud est uidere Deum, ipsoque frui, facialiter. Comparatiuè igit ad hoc, omne aliud dici potest præmiũ accidentale. Vt gloria corporis, gaudium de peccatore pœnitentiã agente lætitia sanctorum ex profecto aliorum exẽplo suo: puta B. Dominici, atque Francisci de imitatione suarum uirtutum a bonis fratribus suis, B. Thomæ de profectu Ecclesiæ sanctæ per doctrinam ab ipso nobis viatoribus relictam, & omnium sanctorum de aduentu nouo alicuius defuncti in illam patriam.

¶ CONCL. 3. Tutius est simpliciter dicere: ꝙ suffragia non prosunt damnatis: nec pro eis ecclesia orare intendit.

¶ EXAMEN. Ly non ꝓsunt, ly nec ꝓ eis &c. Idest neque prosunt ex parte charitatis, neque prosunt ex parte intentionis (uide articu. 1. Nam charitas ecclesiæ ad eos, ratione defectus illorum, non extenditur, neque intẽtio, cum ecclesia non intendat iustitiæ diuinæ contrafacere, quæ est, ut in damnatis finaliter nulla sit

Marginal notes: *Li. 4. Sen. dist. 35. §. B. in med. † In Enchiridio cap. 110. in fi. to. 3. & in lib. de 8. Dulcitij. q6. q. 2. in fi. tom. 4. & Rabanus in li. de institu. cleri. co. ca. 44. Premiũ essentiale & accidentale. *Ca. 7. circa med. — *Damas. in sermone de defunctis circa med. illius. *In sermone de defun. in medio illius. *Eodẽ loco nũc notato. *Iam loco sępius cita to.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum suffragia prosint existentibus in inferno.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd suffragia prosint existentibus in inferno, per hoc quod habetur. 2. Mach. 12. vbi dicitur, quòd inuenerunt sub tunicis interfectorum donaria idolorũ, a quibus lex prohibebat Iudæos, & tamen post subditur, ꝙ Iudas duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis eorum, constat autem illos peccasse mortaliter, contra legem agentes, & ita in peccato mortali decessisse, & sic ad inferos esse translatos, ergo existentibus in inferno suffragia prosunt.

¶ 2 Præt. In litera *habetur ex verbis Augustini, † quòd quibus valẽt suffragia, vel ad hoc prosunt, ut sint plena remissio, uel ad hoc, quod tolerabilior sit eorum pœna, uel damnatio, sed solum illi, qui in inferno sunt, damnati esse dicuntur, ergo etiam existentibus in inferno suffragia prosunt.

¶ 3 Præt. Dion. * vlt. cap. Eccl. Hierar. dicit, Si iustorum orationes & secundum hanc uitam, quanto magis post mortem in illis, qui digni sunt sacris orationibus operantur ex quo potest accipi quod suffragia magis prosunt mortuis, quàm uiuis, sed viuis prosunt etiam in peccato mortali existentibus, cum quotidie oret Ecclesia pro peccatoribus, ut cõuertantur ad Deum, ergo etiam & mortuis in peccato mortali existentibus suffragia ualent.

¶ 4 Præterea. In vitis patrum legitur, quod etiam Damas. * in sermone supradicto refert, quòd Macharius, inuenta in via caluaria cuiusdã defuncti, oratione præmissa, quæsiuit cuius caput fuisset, & caput respondit, quod fuerat sacerdotis, qui in inferno erat damnatus, & tamẽ confessus est oratione Macharii se, & alios iuuari, ergo suffragia Ecclesiæ etiam in inferno existentib. prosunt.

¶ 5 Præt. Dama. * in eodem sermone narrat, quòd Greg. pro Traiano orationem fundens, audiuit uocem sibi diuinitus dicentem. Vocẽ tuam audiui, & ueniam Traiano do. Cuius rei, ut Dama. dicit in dicto sermone, testis est Oriens omnis, & Occidens, sed constat Traianum in

la sit redemptio.

¶EXAMEN. Ly Totius. Hoc dicitur propter ultimum assertum secundum legem communem, quod ponitur in textu a ly, sed tamen modus, qui a quibusdã ponitur &c. usq; ad conclusionem hanc, nõ autem dicitur ly Totius, comparando conclusionẽ hanc ad primos modos in litera recitatos. Totaliter. n. reprobati sunt omnes ante hoc vltimum assertum in corp. recitati. corp. positi, & præpositiui, & ut ibi patet. Licet. n. vtatur quandoque. S. Thomas verbis illis ly videtur vel similibus: tamen huiusmodi, ratione modestiæ dicta solûmodo, accipienda sunt: ut plenius apparet ex reprobatione cõtra Altissiodorensem, quãuis eius positio esset inter alias prædictas minus absurda.

¶Ly simpliciter. Idest nullo addito, sed absolute. Quasi dicat; hoc in conclusione dictum absq; vlla glossa de præcedentibus & huiusmodi admittendum est.

¶Ly non prosunt. Cum hoc tamen stat: quòd damnatis prosint improprijssime suffragia, modo illo scilicet, quo Albertus Magnus in cõpendio suæ Theologiæ lib. 7. cap. 5. circa finem loquitur. Vult. n. quòd inquantũ ex suffragijs aliquorũ uidentium conuertuntur aliqui alij ad bonam frugem, & tandem in uitã æternam, intantũ damnatis prosit illud suffragium, & hoc per modũ cuiusdã diminutionis. Patet namque, q̃ quanto plures damnabitur, tanto acerbior, accidentaliter saltem, fiet pœna priorum ibi existentium, & consequenter ab oppositis ex eo, q̃ per suffragia prædictorum uiuentium quidam alij iuuantur, ne damnationem incurrãt, sequitur, quod damnatis iam existentibus pœna illa maior, quæ poterat illis contingere ex aduentu illorum, per impeditionem quandam sustollitur, & hoc solũ intellexit Albertus.

¶PROB. Quia tum ex authoritatibus inductis, tũ ex reprobationibus positionũ prædictarum in textu, patet.

Pri-

* Cap. 7. p. 3. in medio. Vide decret. 13. q. 2. c. 20.
* Li. 34. ca. 12. explicans illud Iob 41. æstimabit abyssũ quasi senescentẽ & libr. 4. Dial. c. 44.
* Li. 4. Sẽt. d. 45. §. B.
* In Enchiridio c. 67. 68. & 100. to. 3. in li. de cura p̃ mortuis. c. 1. & vlt. & vide in lib. 8. qq. Dulcitij per totam q. 1. to mo 4. & in lib. de fide & operib*. c. 14. 15. 16. to. 4. & sup Ps. 86. to. 8 & de verbis Apost. ser. 34. vel 32. to. 10.
* lib. 1. de Periachon ca. 6. & refert Greg. lib. 34. moral. cap. 16. Vide infra q. 99. art.

inferno fuisse, quia multorum martyrum necem amaram instituit, ut ibidem Dama. dicit, ergo suffragia Ecclesiæ, valent etiam in inferno existentibus.

SED CONTRA est, quod dicit Diony.* 7. ca. Eccl. Hierar. Summus sacerdos pro immundis non orat, quia in hoc auerteretur a diuino ordine, & communiter ibidem dicit', qd̃ p̃ peccatoribus non orat remissionem, quia non audiretur pro illis, ergo suffragia existentibus in inferno non valent.

¶Præt. Grego.* dicit in 34. lib. Moral. Eadem causa est cur non oretur tũc, scilicet post diem iudici pro hominibus æterno igne damnatis, quę nunc causa est quare nõ oretur pro Diabolo, & Angelis eius, æterno supplicio deputatis. quæ etiam nũc causa est quare Sancti non orent pro hominibus infidelibus, impijsq; defunctis, quia de eis vtique quos æterno damnatos supplicio iam nouerint, ante illũ iudicis iusti conspectũ orationis suæ meritum cassari refugiũt, ergo suffragia in inferno positis non valent.

¶Præt. Multa habentur ex verbis August. qui sine fide operante per dilectionem, eiusque sacramentis de corpore exeunt frustra, vel a suis eiusmodi officia impenduntur, sed omnes dãnati sunt huiusmodi, ergo eis suffragia non prosunt.

RESP. Dicendum, quòd circa damnatos fuit duplex opinio. Quidam dixerunt in hoc distinguẽdum esse dupliciter. Vno modo quantum ad tempus, dicẽtes, quod post diem iudicii nullus in inferno existens aliquo suffragio iuuatur, sed ante diem iudicii aliqui iuuantur suffragiis Ecclesiæ. Alio modo distinguebãt quãtum ad personas in inferno detẽtas, inter quos aliquos dicebant esse valde malos, qui scilicet sine fide, & sacramentis decesserunt, & talibus q̃a de Ecclesia nõ fuerunt, nec merito, nec numero, suffragia Ecclesiæ prodesse non possunt. Alii uero sunt non valde mali, qui scilicet de Ecclesia fuerunt numero, & fidem habentes, & sacramentis abluti, & aliqua opera de genere bonorum facientes, & talibus suffragia Ecclesiæ prodesse debent.

Sed occurrebat eis quædam dubitatio eos perturbans, quia scilicet videbatur ex hoc sequi, cum pœna inferni sit finita secundum intensionem, quãuis duratione infinita existat, quòd multiplicatis suffragiis, pęna illa totaliter auferetur, quod est error Origenis.* Et ideo, hoc inconueniens euadere multipliciter voluerunt. Præpositiuus enim dixit, quòd tantum possunt suffragia pro damnatis multiplicari, quòd a tota pœna redduntur immunes non quidem simpliciter, vt Origenes posuit, sed ad tempus, scilicet usque ad diem iudicii, tunc enim animæ iterato corporibus coniunctæ in pœnas inferni sine spe veniæ detrudentur.

Sed ista opinio uidetur diuinæ prouidentiæ repugnare, quæ nihil in rebus inordinatum relinquit. Culpa autem non potest ordinari, nisi per pœnam, unde non potest esse, vt pœna tollatur nisi prius culpa expietur, & ideo cum culpa continue maneat in damnatis, eorum pœna nullatenus interrumpetur.

Et ideo Porretani alium modum inuenerunt, dicentes, quòd hoc modo proceditur in diminutione pœnarum per suffragia, sicut proceditur in diuisione linearum, quæ cum sint finitæ, tamen in infinitum diuidi possunt, & numquam per diuisionem consumuntur, dum fit subtractio non secundum eandem quantitatem, sed secundum eandem proportionem: Velut si primo auferatur pars quarta totius, & secundo pars quarta illius quartæ, & sic deinceps in infinitũ. Et similiter dicunt, quòd per primum suffragium diminuitur aliqua pars pœnæ, & per secundum pars aliqua remanentis secundum eandem proportionem.

Sed iste modus multipliciter defectiuus est. Primo, quia infinita diuisio, quæ congruit continuæ quantitati, non videtur posse ad quantitatem spiritualem transferri. Secũdo, quia non est aliqua ratio, quare secundum suffragium minus de pœna diminuat quàm primum, si sit ęqualis ualoris. Tertio, quia pœna diminui nõ potest, nisi diminuatur, & culpa, sicut nec auferri nisi ablata. Quarto, quia in diuisione lineæ tandem peruenitur ad hoc, quod non est sensibile corpus. corpus enim sensibile non est in infinitum diuisibile, & sic sequeretur, quòd post multa suffragia pœna remanens propter sui paruitatem non sentiretur, & non esset pœna.

Et ideo alii alium inuenerunt modum. Altisiodorensis* enim dixit, quòd suffragia prosunt damnatis non quidem secundum diminutionem pœnæ, vel per interruptionem, sed per confortationẽ patientis, sicut si homo portaret graue onus, & faciem suam perfunderet aqua, sic enim confortaretur ad melius portandum cum tamẽ onus suum in nullo leuius fieret.

Sed hoc iterum esse non potest, quia aliquis plus, uel minus æterno igne grauatur, ut Greg.* dicit secundum meritum culpæ, & inde est, quòd eodem igne quidam plus, quidam minus cruciantur. Vnde cum culpa damnati immutata remaneat, non potest esse, quòd leuius pœnã ferat. Est nihilóminus, prædicta opinio, & præsumptuosa, utpote Sanctorum dictis contraria; & vana, nulla auctoritate fulta, & nihilominus irrationalis: tum quia damnati in inferno sunt extra vinculum charitatis, secundum quam opera viuorum continuantur defunctis, tum quia totaliter ad vitæ terminum peruenerunt, recipientes vltimam pro meritis retributionem, sicut, & Sancti, qui sunt in patria. Quod enim adhuc restat de pœna, vel gloria corporis, hoc rationem viatoris non præbet; cum gloria essentialiter, & radicaliter existat in anima, & similiter miseria damnatorum, & ideo non potest eorum pœna diminui, sicut, nec gloria Sanctorum augeri quantum ad præmium essentiale. Sed tamen modus qui a quibusdam ponitur, quòd suffragia prosunt damnatis, posset aliquo modo sustineri; ut si dicatur, quòd non prosunt, neque quantum ad diminutionem pœnę, vel interruptionem, vel quantum ad diminutionem sensus pęnæ; sed quia ex huiusmodi suffragiis eis aliqua materia doloris subtrahitur, quæ eis esse posset, si ita se abiectos conspicerent, quòd pro eis nullam curam haberent, quæ materia doloris eis subtrahitur, dum suffragia pro eis fiunt. Sed illud etiam non potest esse secundum legem communem, quia vt August.* dicit in lib. de cura pro mortuis agenda, quòd præcipue de damnatis est verum. Ibi sunt spiritus defunctorum, vbi non vident quæcumque aguntur, aut eueniunt in ista vita hominibus, & ita non cognoscunt quãdo

pro

* Id habet Altisiodorensis li. 4. Sent. tract. 14. q. 1.
* Li. 9. Moral. ca. 47. post med.
* Cap. 13. 14. 15. 16. to. 4.

1m ex Machab. Donaria Idolorum. ℞. Ablata in signum victoriæ: non, ablata in reuerentiã idolorum. §. Tunc nih. &c. Nam ex hoc non fuerunt in inferno damnati.

Item de minori. In peccato mortali decessisse. ℞. nisi pœnituissent. §. Tunc nih. &c. ut patet. Vide secundum responsum literæ ly vel dicendum &c.

2m ex Augustino. Dãnatio. ℞. Large accepta: non autem, propriè. §. Hæc enim solum damnatis conuenit. Tunc ni. &c. Nam etiam existentibus in alio loco pœnali extra infernum conuenit damnatio largè sumpta.

*In argu. 1. 2. & 3. Sed contra, & Aug. in Enchir. c. 110. to. 3. & de ciui. lib. 21. cap. 13. 21. & 24.

3m ex Dionysio. Quanto magis post mortem. ℞. Attento indigẽtia mortuorum in purgatorio existentium: non attento statu culpæ mortalis. § vt in textu. Tunc nihil &c. vt patet applicanti.

Responsio secunda.

* Decr. causa 13. q. 2. c. 20. incip. In præsenti.

4m ex vitis patr. & Dama. Iuuari. ℞. Phantastice: non autem, verè. § ut ibid. dicitur, & in text. Tunc nihil &c. Nã conclusio intelligitur de iuuamine vero; quando dicit, quòd non ꝓsunt suffragia damnatis.

¶ Not. Præsupposito, quòd pagani illius caput dixerit veritatẽ. D. Thomas dictum illud reducit ad bonum sensum: non tamen ob hoc dicit, quòd coacti simus ad credendum, ꝙ caput illius pagani non sit mentitum in dicto suo illo de iuuamine.

5m ex Damasceno. Veniã Traiano do. ℞. Vt suscitetur a mortuis, & penitentiam agat. §. Tunc nih. &c. Nam miraculosè hoc fuisse factum non est inconueniens. Non eñ inde sequitur quòd aliquis in inferno deputatus finaliter secundum superiores causas .i. secundum dispositionem diuini propositi, ab ipso inferno quandoque liberetur, quod erat sensus conclusionis. Intendebat namque tertia conclusio, quòd in inferno sic existentibus nulla datur liberatio, aut suffragiorum participatio. Vnde ꝙ quis, puta Traianus, in inferno secundum meritorum suorum iustitiam præsentem deputatus, ad vitam miraculose reuocetur consecuturus veniam de peccatis: hoc non est contra conclusionem. Et hæc responsio videtur melior.

Item de conclusione. Valent. ℞. De speciali priuilegio, non de lege communi. §. Tunc nihil &c. Non. n. conclusio intelligit de speciali priuilegio, sed de lege communi. Vide secundum responsum literæ ly, vel dicendum secundum quosdam, quòd anima Traiani &c.

¶ Not. Ex his responsis aduerte non derogari dicto communi, quòd scilicet in inferno nulla est redemptio. Nam de reg. iur. in 6. regula 28. dicitur quæ a iure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda. Ex hac ergo regula inferas, quòd non viciatur dictum commune præcedens ex eo, quòd speciali miraculo vel priuilegio circa quempiam puta Traianum aliter a diuina clementia dispositum est. Hæc dicta sint etiam pro artic. 6. ad primum, & alijs similibus.

Regula iuris, de consequentijs.

¶ Not. Per Damascenum non intelligit. D. Thom. illum insignem, qui fuit tempore Theodosij Senioris, eique familiaris; cum hic præcesserit annis fere ducentis Beatum Gregorium, ut patet in historijs temporum: sed intelligit aliquem minoris admodum authoritatis, cui talis liber, & sermo inscribitur. Quòd si alius quispiam, ceu a titulo libri deceptus, aliter de Damasceno isto sentiat: certum est, non conuenire propter illa, quæ dicta sunt.

pro eis suffragia fiũt; nisi supra communem legem hoc remedium diuinitus detur aliquibus damnatorum; quod est verbum omnino incertũ. Vnde tutius est simpliciter dicere, ꝙ suffragia non prosunt damnatis; nec pro eis Ecclesia orare intendit, sicut ex inductis * auctoritatib. apparet.

Ad primum ergo dicendum, quòd donaria idolorum non fuerũt inuenta apud illos mortuos, vt ex eis signum accipi posset, quòd in reuerentiam idolorum ea deferrent; sed ea acceperunt ut victores, quia eis iure belli debebantur, & tamen per auaritiam venialiter peccauerunt. Vnde non fuerunt in inferno damnati, & sic suffragia eis prodesse poterant. Vel dicendum, secundum quosdam, quòd ipsa pugna videntes sibi periculum imminere de peccato pœnituerunt, secundum illud Psal. 77. Cum occideret eos, quærebãt eũ, & hoc probabiliter põt æstimari, & iõ pro eis fuit oblatio facta.

Ad secundum dicendum, ꝙ in verbis illis, damnatio large accipitur pro quacũq; punitione, & sic includit etiam penã purgatorii, quæ quandoque totaliter expiatur, quandoque autem non, sed diminuitur.

Ad tertium dicendum, ꝙ quantum ad hoc magis acceptatur suffragium pro mortuo, quàm pro viuo, quia magis indiget, cum non possit sibi auxiliari, sicut viuis, sed quantum ad hoc, vnius est melioris cõditionis, quia potest transferri de statu culpæ mortalis in statu gratiæ, quod de mortuis dici non potest; & ideo non eadem causa orandi pro mortuis, & pro viuis.

Ad quartum dicendum, ꝙ illud adiutorium non erat, qđ pœna eorum diminueretur, sed in hoc solo; vt ibidem dr̃, qđ eo orante, concedebatur eis, vt mutuo se viderent, & ex hoc aliqđ gaudiũ non verum, sed phantasticũ habebãt, dum impédebatur hoc, qđ desiderabant. Sicut, & dæmones gaudere dicuntur, dũ homines ad peccatũ pertrahũt, quãuis per hoc eorum pœna nullatenus minuatur; sicut non minuitur Angelorum gaudium, per hoc quòd malis nostris compati dicuntur.

Ad quintum dicendum, ꝙ de facto Traiani hoc modo potest probabiliter æstimari, quòd precibus Beati Gregorii ad vitã fuerit reuocatus, & * ita gratiã consequutus sit, per quam remissionem peccatorum habuit, & ꝑ cõsequens immunitatem a pœna; sicut etiam apparet in omnibus illis, qui fuerunt miraculose a mortuis suscitati, quorum plures constat idolatras, & damnatos fuisse. De omnibus enim simpliciter dici oportet, quòd non erant in inferno finaliter deputati, sed secundũ præsentem propriorum meritorum iustitiam. Secundum autem superiores causas, quibus præuidebantur ad vitam reuocandi, erat aliter de eis disponendum. Vel dicendum secundum quosdam, ꝙ anima Traiani non fuit simpliciter a reatu pœnæ absoluta, sed eius pœna fuit suspensa ad tempus, scilicet vsque ad finem iudicii. Nec tamen oportet, ꝙ fiat communiter per suffragia, quia aliqua sunt, quæ lege communi accidunt, & alii sunt humanarum limites rerum, alia diuinarum signa virtutum, ut Augustinus * dicit in libro de Cura pro mortuis agenda.

* Aliàs ibi.

*Ca. 16. inter principi, & med. to. 4.

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò esse a fortiori insinuatum ab Ezech. 14. quòd suffragia viuorũ non prosunt in inferno existentibus, & sic. Si fuerint Daniel, Iob, & Noë in medio eius, viuo ergo dicit domin⁹; quia nec filios, nec filias liberabunt, sed ipsi soli liberabuntur. Vbi propheta ostẽdit, a fortiori, quod damnati in inferno a suffragijs viuorum non iuuantur: ut patet intelligenti. Item a 1. Ioan. vlt. Qui scit fratrem suum peccare peccato ad mortẽ; non pro illo dico, ut rogет quis. Hæc ibi. Quis autẽ magis peccat peccato ad mortem: quam damnatus iam in inferno? Ergo fortiori, pro ipsis rogare nobis non suadetur. Item a Psal. 58. Non mi'earis omnibus operantibus iniquitatem. Hæc ibi. Dãnati uerò præ quibuscumque alijs operantur iniquitatem, & si viuorũ suffragia eis prodessent, Deus per hũc modum illis misereretur. Item a Psal. 68 Neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suũ. Hæc ibi. Tanti valet istud demergi in profundum, & puteum vrgere os suum super aliquem; quanti valet dicere existentes in illo profundo & puteo, non posse a quoquam iuuari. Quòd sane monstrat simul, & addit confirmationem ad prædicta, diues in inferno positus multa instantia guttam solummodo aquæ pro cruciatus sui refrigerio postulans nec tamen ab Abraham misericordia pleno impetrans. Luc. 16. Item ab authoritatibus in argum. sed contra. Ex his nota: opiniones reprobatas in textu non esse tutas. Pro quo & vide supra quæst. decimasexta, articu. tertio, appen. & prima par. quæstio. 62. articu. octauo, & quæst. 64. articu. secundo, quoniam ad origenis errorem in textu narratum declinare quoquo modo videntur. Licet enim & Præpositus, & Gilbertus natione Gallus cognomento autem Porretanus, & quidam alij ab illo errore origenis declinare contendant: tamen non totaliter immunes euadere videntur, vt apparet ex litera.

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & patrum, pro quanto suffragia damnatis in inferno nõ prodesse insinuant, & intelligas, & tuearis. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur. 3

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum suffragia prosint existentibus in purgatorio.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd nec etiam existentibus in Purgatorio. Quia purgatorium pars quædam inferni est: sed in inferno nulla est redemptio. Et Psal. 6. dicit. In inferno autẽ quis confitebitur tibi? ergo suffragia his, qui sunt in Purgatorio non prosunt.

¶ 2 Præt. Pœna Purgatorii est pęna finita, si ergo per suffragia aliqd de pœna dimittitur, tantum poterunt multiplicari suffragia, quod tota tolletur, & ita peccatum remanebit totaliter impunitum, quod videtur diuinæ iustitiæ repugnare.

¶ 3 Præt. Ad hoc animę sunt in Purgatorio, vt ibi purgatæ, puræ ad regnum perueniãt, sed non potest purgari nisi aliqd circa ipsam fiat, ergo suffragia facta per viuos pœnã Purgatorii non diminuunt.

¶ 4 Præt. Suffragia existentibus in Purgatorio valent, maxime ea videntur valere, quæ sunt ad imperiũ corũ facta, sed hæc non semper valent: sicut si aliquis decedens disponat tot suffragia pro se fieri, quæ si facta essent, sufficerent ad totam pœnã abolendã: posito ergo ꝙ huiusmodi suffragia differantur quousque ille pœnam euaserit, illa suffragia nihil ei prodessent, non.n. potest dici quòd prosint antequam fiant, postquam autem sunt facta, eis non indiget, qa iam pœnas euasit, ergo suffragia existentibus in Purgatorio non valent.

SED CONTRA est quod dicitur in litera * ex verbis Aug. † quòd suffragia prosunt his, qui sunt mediocriter boni, uel mali, sed tales sunt, qui in Purgatorio detinentur, ergo, &c.

¶ Præt. Dion. * dicit 7. cap. Eccles. Hier. quòd diuinus sacerdos ꝓ mortuis orans, pro illis orat, qui sanctè vixerunt, & tamen aliquas maculas habuerunt ex infirmitate humana contractas, sed tales in Purgatorio detinentur, ergo, &c.

RESP. Dicendum, quòd pœna Purgatorii est in supplementum satisfactionis, quæ non fuerat plene in corpore consummata, & ideo quia sicut ex dictis † patet, opera vnius possunt valere alteri ad satisfactionem, siue viuus, siue mortuus fuerit, non est dubium quin suffragia per viuos facta existentibus in Purgatorio prosint.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ authoritas illa loquitur de inferno damnatorum in quo nulla est redemptio, quantum ad illos, q̃ sunt * tali pœnæ † addicti. Vel dicendum secundum Damas. † in sermone de dormien. quòd huiusmodi auctoritates sunt exponendæ secundũ causas inferiores, idest, secundum exigentiam meritorum eorum, qui pœnis deputantur, sed secundum diuinam misericordiam, quæ vincit humana merita ad præces iustorum, aliquando aliter disponitur, quàm sententia prædictarum auctoritatũ contineat. Deus autem mutat sententiam, & non consilium, vt dicit Grego. * vnde & Damas. ponit ad hoc exempla de Niniuitis Achab, & Ezechia, in quibus apparet, quòd sententia contra eos lata diuinitus, fuit per diuinam misericordiã commutata.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ non est inconueniens si multiplicatis suffragiis pœna existentium in Purgatorio annihiletur. non tamen sequitur quòd peccata remaneãt impunita, quia pœna vnius pro altero accepta alteri computatur.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ purgatio animæ per pœnas Purgatorii non est aliud quã expiatio reatus impedientis a perceptione gloriæ, & quia per pœnam, quam vnus sustinet pro alio, potest reatus alterius expiari, vt dictum est, non est inconueniens si per unius satisfactionem alius purgetur.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ suffragia ex duobus valeant, scilicet ex opere operante, & ex opere operato, & dico opus operatum non solum Ecclesiæ sacramentum, sed effectum accidentem ex operatione, sicut ex collatione eleemosynarum consequitur pauperum releuatio, & eorum oratio pro defuncto apud Deum. Similiter opus operans potest accipi ex parte principalis agentis, vel ex parte exequentis. Dico ergo, quòd quam cito moriens disponit aliena suffragia sibi fieri, præmium suffragiorum plene consequitur, ante etiam quàm fiant quantum ad efficatiam suffragii, quæ erat ex opere operante principalis agentis, sed quantum ad efficaciam suffragiorum, quæ est ex opere operato, vel ex opere operante exequentis, non consequitur fructum antequam suffragia fiant, & si prius contingat ipsum a pœna purgari, quantum ad hoc fraudabitur fructu suffragiorum quod redundabit in illos quorum culpa defraudatur, non em̃ est inconueniens quod aliquis defraudetur per culpam alterius in tẽporalibus: * (Pœna autem Purgatorii temporalis est) quamuis quantum ad æternam retributionem nullus defraudari possit nisi per propriam culpam.

AR-

---

### SVPER Q. CII. Aliàs 71. Art. VI.

305 Capit. pro obeuntib. 13. q. 2.

CONCL. Non est dubium: quin suffragia per viuos facta existentibus in purgatorio prosint.

¶ EXAMEN Ly non est dubium. Scilicet in fide catholica. Est enim hæc conclusio de fide: vt in appen. seq. clarè patet.

¶ PROB. Quia opera vnius possunt valere alteri ad satisfactionem (q. 13. artic. 2.) & pœna purgatorij est in supplementum satisfactionis illis data, (ut in text.)

¶ EXAMEN. Ly ĩ supplementum satisfactionis, Per hoc ostẽditur, quod satisfactio illarũ animarum est voluntaria Alioquin non satisfacerent. Item per hoc ostenditur, quòd illius pœnæ horror naturalis, quẽ habent illæ animæ, non est peccatum: alioquin illa pœna, cui naturalis hic horror est annexus, non esset satisfactio. Et hoc cõtra Lutherum damnatum in bulla Leonis X. dicentem, quòd in purgatorio animę sine intermissione peccant, quamdiu quærunt requiem, & horrent pœnas.

Contra errores ꝗ existentib. in purgatorio.

### 1m de minori.

In inferno. ℞ Damnatorum: non, purgandorum. §. Tunc nihil &c. Vide art. 5. ad quintũ, pro intelligentia de ly qui sunt tali pœnæ addicti.

### Itẽ illatio cõclusionis. Ergo &c.

℞. Negatur illatio. §. Nã huiusmodi authoritates sunt exponendæ, &c. ut in text. Vide secũdum responsum ly, vel dicendum secundũ Damascenum &c.

¶ NOT. Damascenus hic videẽ habuisse sensum aliquem eorum; quæ tanguntur ar. 5. ad quintum. Sed quicquid sit de hoc, illa in prima responsione præsentis textus, tanquam melior.

¶ NOT. De isto Damasceno sentias, ut supra arti. 5. not. vlt. post ad quintum: quoniã in eodem libro continetur hic sermo. Est autẽ expositio huius a Diu. Thoma hic data, ac si diceretur: quòd diuina misericordia agit, cum existentibus in purgatorio, supra condignum .i. illis concedit a pœnis ipsis releuari plus, cities &c. quàm meruerant, dum in uita præsenti essent. Ly aliquãdo aliter dispon. quàm sentẽtia prædict. auctoritatum cõtineat. Hoc est. Auctoritates prædictæ continebant (puta) quòd illa anima, attentis eius meritis præcise, liberanda erat e pœnis purgatorij solummodo in fine viginti annorum: nũc autem, misericordia diuina supabundanter agẽte, plures iusti, quàm anima illa meruisset, orant pro ipsa, & in fine quinque annorũ liberatur. Hinc patet; quòd sententia prædictarum authoritatum nec in minimo falsificatur ex hoc: quoniam semper est verũ, ꝙ ista anima nõ fuisset liberata nisi in fine 20. annorum, si iuxta eius præcise merita processum fuisset; licet in fine quinque annorum ex eo, quòd alia uia processum est, liberata fuerit.

* Li. 4. Sẽt. dist. 45. §. B ante medium & in fine.
† Ex Aug. in Enchiridio c. 110. tom. 3. & in li. de cura pro mortuis gerenda ca. 1. & vlt. & in 8. q. Dulcitij q. 2. to. 4.
* Cap 7 p. 3. non procul a fine.
† Q. 13. ar. 2. & q. 25. art. 1. & articu. 1. 2. & 5. huius q.
* Al. simpliciter.
† Al. deputati.
* Inter principium & mediũ sermonis sæpius citati.
* li. 20. Moral. c. 23. in
* In sermone pro defunctis paulo ante medium.
Rẽsio 2.

Aug. in Ps. 103. cõcl. 3. & in Ps. 37. circa initiũ to. 8.

### 2m de conclusione.

Et ita peccatum remanebunt totaliter impunitum. ℞. Negatur hoc. §. quia pœna vnius &c. ut in textu. si. Patet autem apertissimè ex eo, quòd pęna vnius ꝓ altero purgando cõputatur ei, quòd peccatum alterius in purgatorio existentis non remanet impunitum.

### 3m minor.

Non potest purgari nisi aliquid circa ipsam fiat. ℞. uel nisi aliquis sustineat pœnã in satisfactionẽ ipsius. §. Tunc nihil &c.

¶ COROLL. Aliquid ergo fit circa ipsam animam, sed non modo illo, quo intendebat arguens. Non enim anima, puta Petri, punitur amplius vsque ad octauum gradum pœnæ; quando suus amicus viuens exoluit pœnas tot graduum pro illa. Et tamẽ circa illam aliquid fit: quia pęna ipsa diminuitur, aut omnino tollitur.

### 4m de minori.

Non semper valent. ℞. Quantum ad efficaciã suffragiorum ex opere operato, uel ex opere operante exequẽtis ꝓcedentem: non, quantũ ad efficaciam suffragiorum ex opere operante principalis agẽtis ꝓ intento præsenti: quod semper

cedentem. §. Tunc nih. &c. Sufficit enim

* Augu. de Ciuit. Dei li. 21. c. 24.

ſemper valeant, ſuppoſitis ſupponendis. Vnde poſito, quòd ex negligentia alicuius defraudetur exiſtens in purgatorio, hoc non eſt contra propoſitum, ut in textu ſin.

¶Examen. Ly ex opere operante principalis agentis. Ideſt ſi charitate informatum ſit illud opus. In ſignum huius dicit textus quòd talis cito moriens plene cõſequitur ſuffragiorum præmium, præmium inquit, non ſatisfactionem; quia præmium reſpondet charitati, ſatisfactio executioni.

## A P P E N D I X.

Vtilitas Eccleſ. S.Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hęreſim Aerij dicentis: ſuffragia, orationes, eleemoſynas, miſſas, &c. nihil prodeſſe defunctis a viuis pro illis facta. Intellige per ly defunctis, exiſtentes in purgatorio: alioquin neque hæreſis, neque error eſſet.

2 ¶Secundò habes: quomodo per rationem oſtendas hanc meritò damnari a Concil. Florent. ſeſſ. vlt. in liter. ſanct. vnion. Diffinimus &c. Si vere pœnitentes in Dei charitate deceſſerint, anteq̃ dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint, & omiſſis; animas eorum pœnis purgatorijs poſt mortem purgari. Et, ut a pęnis huiuſmodi releuentur, prodeſſe eis fidelium viuorum ſuffragia, miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, & eleemoſynas, ac alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro alijs fidelibus fieri conſueuerũt ſecundum eccleſiæ inſtituta. Hæc ibi. Item a Conc. Trid. ſeſſ. 25. decret. de purg. Cum catholica eccleſia Spiritu ſancto edocta ex ſacris literis, & antiqua patrum traditione, in ſacris concilijs, & nouiſſimè in hac Oecumenica ſynodo docuerit, purgatorium eſſe, animasq́. ibi detentas fidelium ſuffragijs, potiſſimum verò acceptabili altaris ſacrificio iuuari: præcipit ſancta ſynodus, &c. Hæc ibi. Item ab eod. ſeſſ. 22. cap. 2. de ſacrificio miſſæ ait. Pro defunctis in Chriſto, nondum ad plenum purgatis, rite iuxta Apoſtolorum traditionem, offeratur. Hæc ibi. Vbi nota ly Apoſtolorum traditionem. Item ab eod. ibid, can. 3. Si quis dixerit: miſſæ ſacrificium ſoli prodeſſe ſumenti, neque pro viuis & defunctis, pro peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & alijs neceſſitatibus offerri debere: Anathema ſit. Hæc ibi. His tamen viſis caue; ne ſenſum Lutheri immiſceas: qui dixit, quod animæ ex purgatorio liberatæ ſuffragijs viuentium minus beantur, quàm ſi per ſe ſatisfeciſſent. Hic enim eius error, poſtquàm recitatus eſt, damnatur a Leone X. in bulla cõtra errores Lutheri: quam vniuerſaliter damnationem vide q. 1. art. 1. adiuncta q. 24. art. 1. appen. Item à &c. ut artic. 3. appen. Vide Roffenſem ar. 40. valide diſputantem contra Luth.

Error damnatus.

3 ¶Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, & ſcripturarum, pro quanto ſuffragia prodeſſe in purgatorio exiſtentibus inſinuant, & intelligas & probes, & defendas.

4 ¶Quartò vides: quomoho ex ijs viciſſim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & conſolidetur.

---

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum ſuffragia valeant pueris in limbo exiſtentibus.*

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Vr̃ q́ ſuffragia valeãt pueris in limbo exiſtentibus, quia illi nõ detinentur niſi pro peccato alieno, ergo maxime decens eſt, vt ipſi iuuentur ſuffragiis aliorum.

¶ 2 Præt. In litera * hr̃ ex verbis Auguſt. q́ ſuffragia pro non valde malis propitiationes ſunt, ſed pueri nõ computãtur inter valde malos, cum ſit mitiſſima eorum pœna, ergo ſuffragia Eccleſiæ eos iuuant.

SED CONTRA eſt quod hr̃ in litera * ab Aug. quia ſuffragia nõ proſunt illis, qui ſine fide operante per dilectionem hinc exierunt, ergo ſuffragia eis non proſunt.

RESP. Dicendum, quòd pueri nõ baptizati non detinentur in limbo niſi quia deficiunt a ſtatu gratiæ, vnde cum per opera viuorum, mortuorum ſtatus mutari non poſſit maxime quantum ad meritum eſſentialis præmii, vel pœnæ, ſuffragia viuorum pueris exiſtentibus in limbo prodeſſe non poſſunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis peccatum originale ſit huiuſmodi, quòd pro eo poſſit aliquis ab alio iuuari † tamen animæ puerorum in limbo exiſtentes ſunt in tali ſtatu, quòd iuuari nõ poſſunt, quia poſt hanc vitam non eſt tempus gratiam acquirendi.

AD SECVNDVM dicendum, q́ Aug. loquitur de non valde malis, q tamen baptizati ſunt, quod patet ex hoc, quod præmittitur, * cum ergo ſacrificia, ſiue altaris, ſiue quarumcumque eleemoſynarum pro baptizatis omnibus offeruntur, &c.

† Augu. lib. 21. de ciuitate Dei c. 24. to. 5.

**SVPER Q. CII. Aliàs 71. Art. VII.**

306 CONCL. Suffragia viuorum pueris exiſtentibus in lymbo prodeſſe non poſſunt.

¶Prob. Quia p̃ opera viuorum ſtatus mortuorum mutari non poteſt (patet art. 1. & 2.) & pueri illi deficiunt a ſtatu gratiæ.

*Li. 4. Sẽt. diſt. 45. §. B. in med.

¶Coroll. Ergo ex hoc, quòd non põt mutari ſtatus cõcludit ſanctus doctor, quòd non poſſunt iuuari per ſuffragia. Et meritò. Nam cum omne finitum ſecundum intenſionẽ auferri poſſit per multiplicationem ſuffragiorum (ut art. 5. corp. & 6. ad ſecundum patet;) & illa pœna, quamuis duratione infinita protẽdatur, ſit finita ſecundum intenſionem, ſequeretur, quòd ſi iuuarentur ſuffragijs viuorum, tunc totaliter aliquando pœna illorum auferretur. Multiplicatis. n. ſuffragijs diminueretur magis, & adhuc magis, ſi magis multiplicarentur, & ſic tandem ad exhauritionem illius pęnæ deueniretur. Ex hoc igitur probationis decurſu, uide quàm optimæ S. Doctor arguerit illos errantes art. 5. circa ſuffragia de inferno tractantia.

*Eiſdẽ locis nũc p̃ximè citatis tam in Aug. quã i Magiſtro, & Aug. in li. de verbis Apoſt. Hom 32. ſuper illud 1. Theſſ. 4. vt de dormien. & alijs locis i aug. Sed cõtra ar. præc. citatis.

1^m^ conclusio. Maximè decens eſt, ut ipſi iuuentur ſuffragijs aliorum. R. Dum ſunt in hac vita: non poſt. §. Nam poſt non eſt tempus gratiam acquirendi. Tunc nihil &c. ut patet.

¶Not. Monſtratur per textuale reſponſum, quòd ad ſuffragia participanda requiritur neceſſario, quòd participaturus ſit in gratia. Alioquin ſicut pars corporis a reſiduo exciſa non participat emolumentum aliquod vitale, aut ciborum aſſumptorum ab ore corporis: ſic extra charitatem defuncti nullum eccleſiæ ſuffragium participare poſſunt. Propter hoc dictum eſt artic. primo, & ſecundo, quòd ad participanda ſuffragia requiritur primò charitatis connexio. Concludendum igitur ex omnibus ſimpliciter eſt, quòd nullus defunctus exiſtens extra gratiam participare poteſt eccleſiaſtici corporis emolumentum.

2^m^ ex Auguſt. Non ualde malis. R. baptizatis: non aliter. §. Tunc &c. ut patet.

¶Coroll. Ergo pueri illi non ſunt valde mali, & tamẽ ſuffragia a non ualde malis percepta percipere nõ poſſunt. Ratio eſt, quia de peccatis actualibus tantum intelligitur dicendo, quòd non ſunt valde mali. Alioquin valde mali ſunt: quia in peccato mortali ſũt; non actuali quidem, ſed originali.

### APPENDIX.

Vtilitas p̃ Eccleſia S.Dei.

EX articu. habes primò: quomodo p̃ rationem oſtendas, meritò inſinuatum a Conc. Sennonenſi in decretis fidei decret. 12. q́ pueri in originali defuncti non iuuantur ſuffragijs viuorum: & ſic. Cum autem pœnæ temporalis, aut uenialis peccati tantum reus repente nonnumquam intereat, nec illi pateat aditus in cœleſtem illam Hieruſalem, inquam nihil intrat coinquinatum, nec item gehennæ ſubiaceat, quippe qui gratiæ ſit particeps: ſit, ut primum purgetur ex ijs, quæ geſſit in corpore: ſaluus tandem aliquando futurus; ſic tamen quaſi per ignem; de ſemper interim ſalute, ex remanentibus in eo fide, ſpe, charitate ſecurus. Hæc ibi. Vbi ab oppoſitis inſinuat (vt patet intelligenti) q́ extra charitatem defuncti exiſtentes non iuuantur ſuffragijs, de quib loquitur in illo decreto, & conſequenter q́ nec pueri exiſtentes in lymbo. Ex eiuſdem etiam concilij verbis vltimis profligatur hæreſis Lutheri dicentis, q́ animæ in purgatorio nõ ſunt ſecuræ de ſua ſalute, ſaltem omnes. Quæ & damnatur, poſt eius recitationem a Leone X. in bulla ſua contra errores Lutheri. Hanc damnationem vide ſupra q. 1. ar. 1. ſimul cum q. 24. art. 1. appen.

*Auguſ. in lib. de prędeſti. Sãct. ca. 12. to. 7. & trac. 44. in Ioãnem ſup illud. Venit nox, quãdo, &c. to. 9.

2 ¶Secundò habes: quomodo per rationem prædicta concilij Senon. pro quanto virtualiter quod diximus inſinuant, & intelligas, & defendas.

3 ¶Tertiò vides: quomodo ex ijs viciſſim Angelica doctrina hæc & declaretur, & conſolidetur.

Se-

---

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum ſuffragia proſint ſanctis exiſtentibus in patria.*

AD OCTAVVM ſic proceditr̃. Vr̃ quòd aliquo modo p̃ſint ſanctis exiſtentibus in patria, per hoc quod habetur in collecta Miſſę. Sicut ſanctis tuis proſunt ad gloriam ſcilicet ſacramenta, ita nobis proficiãt ad medelam, ſed inter alia

**SVPER Q. CII. Aliàs 71. Art. VIII.**

307 CONCL. Sanctis, qui ſunt in patria, iuuari per ſuffragia nõ competit.

¶Prob. Quia per ipſa iuuari non competit ei, qui non eſt indigens.

¶Not. Signãter vtunt hoc vocabulo, iuuari, pro-

probatio & cõclusio, cum tamen titulus visus fuerit isto vocabulo, profint. Iuuari n. præsupponit indigentiam, prodesse uerò non itẽ; si vniuersalissime loquamur, & consequẽter per hanc diuersitatem vocabuli in respondendo, ostendere, velle videtur, quod suffragia sanctos iuuare licet nullo modo possint, tamen possunt illis prodesse aliquo modo etiam quòd impropriissime. Et hoc est; per modum coniunctionis prodesse illis. Verbi gratia. Orat quis pro aliquo peccatore qui per orationẽ eius adiutus conuertitur, & tandem in consortiũ sanctorum moriens ascendit, de cuius associatione gaudent vtique multum alij sancti. Ecce. Ille, qui orauit pro isto peccatore, nõne tibi videtur, quòd per suffragia sanctis in patria profuit, ex quo illis tantum gaudium attulit, coniungendo eis præmissum peccatorẽ? Profuit vtique, sed modo impropriissimo, inquantum scilicet per modum coniunctionis, prędictæ illis gaudium dedit accidentale. Vide in tertium. Hoc modo & Albertus Magnus ponit suffragia prodesse sanctis: licet non proprie. Vide cõpendiũ Theol. Alberti eiusdem lib. 7. cap. 5.

* 3. par. q. 83. ar. 5.

† Inter pri. & medium illius.

¶ Examen. Ly indigens adiũcto simul statu capacitatis. Quod dico propter existẽtes in lymbo, & in inferno: qui proculdubio indigẽtes sunt, sed incapaces auxilij. Non competit igitur eis per suffragia iuuari, sicut nec sanctis, sed illis ex incapacitate tantum, istis ex non indigentia. Ijs autem, qui sunt in purgatorio tanquã medijs prædictorum suffragia participare competit, & ex indigentia, & ex capacitate.

* li. 4. Sent. dist. 45. §. B. in fine.

† Augus. de verbis Apostoli ser. 17. & incipit. Heit. die nen procul a princ. & partim ser. 41. ad fratres in eremo cuius initiũ est, Fratres charis. &c. to. 10.

* Psal. 35.

1^m ex collecta missæ. Prosunt. ℞. Quò ad nos: nõ quò ad sanctos ipsos in se. §. Tunc &c. Aliud est enim suffragia proficere sanctis in seipsis, aliud est proficere sanctis in nobis: quorum prius falsum est, posterius autem uerum vt in textu declaratur.

suffragia præcipuum est sacramentum altaris, ergo suffragia prosunt his, qui sunt in patria.

¶ 2 Præt. Sacramenta efficiunt quod figurant, sed tertia pars hostiæ * scilicet in calicem missa, significat eos, qui beatam vitam in patria ducunt, ergo suffragia Ecclesiæ prosunt existentibus in patria.

¶ 3 Præt. Sancti non solum gaudẽt in patria de proprijs bonis, sed etiã alienis, vnde Lucæ 15. dicitur, Gaudium est Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, ergo ex bonis operibus viuentium sanctorum, qui sunt in patria, gaudium crescit, & ita etiam eis nostra suffragia prosunt.

¶ 4 Præt. Dam.† dicit in Sermone de dormientibus inducens uerba Chrysost. Si n. Gentiles, inquit, cum his, qui abierunt, sua comburunt, quãto magis te fidelem mittere conuenit, cum fideli ipsius propria, non vt fauilla fiant, sed hæc velut illa, & vt maiorem hic circumponas gloriam, & si quidem peccator fuerit, qui mortuus est ut peccamina soluas, si autem iustus, ut appositio fiat mercedis, & retributionis, & sic idẽ quod prius.

Sed contra est quod in litera * habetur ex verbis August.† Iniuria est in Ecclesia pro martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendari.

¶ Præt. Eius est iuuari, cuius est indigere, sed sancti in patria sunt absque omni indigentia, ergo per suffragia Ecclesiæ non iuuantur.

Resp. Dicendum, quòd suffragium Ecclesiæ de sui ratione importat quandam auxiliationem, quæ competit ei, qui defectum non patitur. Nulli enim iuuari competit nisi ei, qui indigens est, vnde cum Sancti, qui sunt in patria, sint ab omni indigentia immunes, inebriati ab vbertate domus Dei, * eis iuuari per suffragia non competit.

Ad primum ergo dicendum, quòd huiusmodi locutiones nõ sunt sic intelligendæ, quasi Sancti in gloria proficiant quantum ad se, quòd eorum facta recolimus, sed quia nobis proficit, qui * de eorum gloria solemnia celebramus: sicut ex hoc, quòd Deum cognoscimus, uel laudamus, & sic quodammodo eius gloria in nobis crescit, nihil Deo, sed nobis accrescit.

Ad secundum dicendum, quòd quamuis sacramenta efficiant, quod figurant, non tamen illum effectum suum ponunt circa omne id, quod figurant, aliàs cum figurent Christum, in ipso Christo aliquid efficerent, quod est absurdum, sed efficiũt circa suscipientem sacramentum ex virtute eius, quod per sacramentum significatur, & sic non sequitur quòd sacrificia pro fidelibus defunctis oblata sanctis prosint, sed quòd ex meritis Sanctorum, quæ recoluntur, vel significantur in sacramento, prosint aliis, pro quibus offeruntur.

Ad tertium dicendum, quòd quamuis Sancti, qui sunt in patria, de bonis nostris omnibus gaudeãt, non tamen sequitur quòd multiplicatis nostris gaudiis, eorum gaudium augmentetur formaliter, sed materialiter tantum: quia omnis passio formaliter augetur secũdum rationem obiecti sui, ratio autẽ gaudendi in Sanctis de quibuscumque gaudent, est ipse Deus, de quo non possunt magis, & minus gaudere: quia sic essentiale eorum præmium variaretur, quod consistit in hoc, quod de Deo gaudent. Vnde ex hoc quòd bona multiplicantur de quibus gaudendi ratio eis Deus est, non sequitur quòd intensius gaudeant, sed quòd de pluribus gaudent, & ideo non sequitur quòd operibus nostris iuuentur.

Ad quartum dicendum, quòd non est intelligendum quòd fiat appositio mercedis, vel retributionis illi bono per suffragia ab aliquo facta, sed facienti. Vel dicendum, quòd ex suffragiis potest appositio mercedis fieri beato defuncto: inquantum de suffragiis sibi faciendis adhuc viuens disposuit.

* Al. eorũ gloriam solemnius celebramus.

Responsio secunda.

¶ Not. Ex missis, alijsque pietatis operibus in honorem sanctorum factis fit; ut sancti illi orent pro nobis, tanquam vicissitudinem nostræ deuotioni dependentes, & ex hoc, quòd in nobis crescat deuotio, & sic honorando sanctos proficimus quidem nobis, non autem sanctis aliquid vtilitatis afferimus. Vnde & ad hoc propositum rectissime applicatur illud Philosophi scilicet, honor est honorantis, inquantum videlicet ex honore sanctis exhibito totum nos commodum reportamus. Applica textum.

2^m maior. Sacramenta efficiunt, quod figurant, ℞. Non tamen illum effectum suum ponunt semper circa omne id, quod figurant. §. Tunc nih. &c. Non enim sequitur inde quòd sacrificia pro fidelibus defunctis oblata sanctis prosint (ut volebat arguens): sed quòd ex meritis sanctorum, quæ &c. vt in textu.

3^m de conclusione. Crescit. ℞. Materialiter: non formaliter. §. Tunc nihil &c. Nam ex hoc, quòd bona multiplicantur de quibus gaudẽdi ratio eis Deus est; non sequitur, quòd intensius gaudeant, sed quòd de pluribus gaudeant, & consequenter non habetur, quòd operibus nostris iuuentur sancti illi.

¶ Not. Gaudiũ sanctorum nõ procedit ex operibus nostris, sed ex visione diuina; adeo ut etiam remotis operibus nostris bonis! Deo visis ita intensè gauderent, sicut gaudent posita uisione illorũ. Vnde accidentale gaudiũ hoc ipsum vocatur, quando de nostris operibus gaudent: quia siue adsit, siue absit remanet semper idẽ vniforme substantiale gaudium ipsorum sanctorum. Et hoc est gaudere de bonis nostris materialiter, non formaliter, vt dicitur in textu. Hoc etiam est illud quod Augustinus in lib. confess. dicebat Deo, infœlix qui te non nouit, & alia nouit, fœlix autem qui te nouit, etiam quòd alia non nouit, qui autem te & alia nouit, nõ propter alia beatior, sed propter te solum beatus. Quod dictum intelligitur de rebus creatis in essentia Dei simul uisis: ut ex D. Thoma colligitur, dum authoritatem hanc ad illud propositum affert prima par. quæstio. 12. articu. octauo, ad quartum. De uno ergo tanquam de sua ratione in omnibus gaudendi sancti gaudent scilicet de Deo: de operibus autem, siue alijs bonis visis tanquam de materia quadam bona gaudent; & propterea ex alijs visis gaudium eorum essentialiter crescere non potest.

4^m ex Damasceno. Vt appositio mercedis, & retributionis fiat. ℞. Facienti: non autem, illi iusto. §. 1. sancto. Tunc nihil &c. vt patet. Vide in ad primum, & sua not.

Item conclusio. Sic idem quod prius. ℞. Negatur hoc. §. Ratio est: quia illa appositio mercedis ad sanctum, dum uiueret refertur: non ad sanctum, dum est defunctus. Ex eo enim quòd ille sanctus mandauit in vita sua de tali bono faciendo, merces ei apposita est: non autem ex eo quòd ipso regnante in cœlo fit illud, quod mandauit. Patet ergo, quòd non iuuatur sanctus in patria existens ex operibus bonis nunc a nobis factis.

APPEN-

APPENDIX.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum ab Innocentio Tertio, quòd suffragia non prosunt sanctis existentibus in patria, & sic. Cum sacræ scripturæ dicat authoritas, quòd iniuriam facit martiri, qui orat pro martire, idem est ratione consimili de alijs sanctis sentiendum: quia orationibus nostris non indigent: pro eo quòd cum sint perfecte beati, omnia eis ad uota succedunt. Vnde quod in plerisque orationibus continetur prosit, uel proficiat huic sancto, uel illi talis oblatio ad gloriam & honorem, ita debet intelligi, vt ad hoc prosit, quòd magis ac magis a fidelibus glorificetur in terris. Hæc ille de celebratione miss. Cum Mtth. Vbi Papa ipse corrigere intendit collectam prius dicentem. Annue nobis domine, ut animæ famuli tui Leonis hæc profit oblatio, ut dicat sic. Annue nobis quęsumus domine, ut intercessione beati Leonis hæc nobis prosit oblatio. Vide & ad primum cum sua not. quoniam illa per Papam hoc in loco firmantur.

¶Secundo habes: quomodo per rationem prædicta Pontif. pro quo quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. 2

¶Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur. 3

---

SVPER Q. CII.
Aliàs 71. Art. ix.

COncl. Illa opera præcipuè nata sunt mortuis suffragari: quæ maxime ad communicationem charitatis pertinent, vel ad directionem intentionis ad alterum. 308

¶Prob. Quia suffragia viuorũ prosunt defunctis ex his duob. pręcipuè, scilicet charitate, & intentione (ut in tex. & art. 2. corp.

¶Concl. 2. Sacrificium ecclesiæ, & eleemosina, ex parte charitatis præcipue mortuis suffragantur.

¶Prob. Quia sacramẽtum eucharistiæ est quædam charitatis origo atque vinculũ (cum sit sacramentum ecclesiasticę vnionis,) & eleemosyna est quid præcipuum charitatis effectus. † ca. animę 13. q. 2.

¶Concl. 3. Oratio præcipue valet suffragari ex parte intentionis directę in mortuos.

¶Prob. Quia oratio secundum se dicit respectum directius ad illud, pro quo oratur.

¶Concl. 3. Sacrificium altaris, orationes, & eleemosinæ operantur quasi pcipua mortuorũ subsidia, quãuis quæcumque alia bona, quæ ex charitate fiunt pro defunctis, eis valere credenda sint.

† In lib. de cura pro mortuis gerenda c. 2. to. 4. Epipha hęresi. 75. & Aug. hæresi 53. to. 6. & Iacobus i sua liturgia.

¶Examen. Ly quasi hoc tenetur tanquam quoddã magis expressiuum rei non tanquã diminutiuum. Ac si dixisset sanctus Doctor: ista tria sunt meritò pcipua, seu vere. Vt si de aliquo Rege maiestatem regiam conuenienter præseferente, dicamus: ambulat, seu facit, loquitur, mandat, &c. quasi Rex. Non enim per hoc intendimus dicere, quòd non sit Rex, vel aliquid minus, quã Rex, sed quòd sicuti re uera est Rex, ita dignè conuenientia opera dignitatis regiæ facit.

*Al. p prodesse dfunctis.

†nõ procul a medio illius. Augu. de cura p mortuis gerẽda, c. 1. & 4. c. 4. & li. 2. de ciuit. Dei. ca. 24. to. 5.

¶Not. Articulus præsens non quæris absolutè, an talia sint pro suffragijs accipienda, (hoc. n. ex præmissis articulis colligitur,) sed facit cum in ly præcipuè. Vnde & conclusiones apponunt ly pręcipuè, & conclusio vltima demonstrat, nõ esse quæsitum absolutè de illis tribus, nisi in sensu prædicto per hoc, q in vltima sui parte dicit ly quamuis quæcũque alia bona &c.

¶Prob. 1. Quia patet ex conclusionibus antedictis (secunda, & tertia.) Secũda autem pars. s. quãuis &c. patet ex dictis art. 1. 2. 3 & 6.

1^m maior. Pęna debet per pœnam recompensari. ℞. Si quis satisfaciat pro se, inquantum pœna est medicina. §. Tunc nihil &c. Nam in eo, qui satisfacit pro altero, magis est, &c. ut in textu.

¶Not. Tam in argumento, quàm in responso semper intelligitur, locutionem fieri comparatiuam. Adeo, quòd maior illa sic intelligitur; pœna debet per pęnam magis recompensari; ita videlicet, quòd quanto maior pęna fuerit in satisfaciente, tãtò magis pęna debita, pro qua satisfacit, deleatur. Quemadmodum & in respõso negatur, quòd in satisfactione pro altero attenditur pœna (cũ & oratio ipsa pœnalis sic. q. 15. artic. 3. ad primũ,) sed q non principaliter. Ratio est; qa satisfactio p altero nõ habet rationem medicinæ, sicut in satisfaciente pro se, sed solum rationem delendi illud quod debebatur de pœna.

2^m ex Grego. Ieiunium. ℞. Inquantum fit ex charitate, seu vt ex charitate factum tanquam ex quodam quasi extrinseco. §. Tunc nihil &c. Nam illa tria, de quibus conclusiones, continent de se rationem iuuandi defuncto, ut in textu: non autem sic ieiunium.

## ARTICVLVS IX.

*Vtrũ orationes Ecclesiæ, sacrificium altaris, & eleemosynæ prosint præcipue, uel solum defunctis.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur q non solum orationibus Ecclesiæ, & sacrificio altaris, & eleemosynis animę defunctorum iuuentur, vel quòd eis iuuentur præcipue. Pœna enim debet per pœnam recõpensari, sed ieiunium magis est pœnale, quàm eleemosyna, vel oratio, ergo ieiunium magis pdest suffragiis, quàm aliquod prædictorum.

¶ 2 Præt. Grego. in istis tribus connumerat ieiunium, vt habetur in Dan. † 13. q. 2. animæ defunctorum quatuor modis soluuntur, aut oblationibus sacerdotum, aut eleemosynis charorum, aut oratione, aut ieiunio cognatorum, ergo insufficiẽter connumerantur hic ab Aug. † tria prædicta.

¶ 3 Præt. Baptismus est potissimum sacramentorum, maximè quantum ad effectũ, ergo baptismus, vel alia sacramenta deberent, vel similiter, vel magis pro defunctis fieri, sicut sacramentum altaris.

¶ 4 Præt. Hoc videtur ex hoc quod habetur 1. Corinth. 16. Si omnino mortui nõ resurgunt, vt quid etiam baptizantur pro illis? ergo etiam baptismus valet ad suffragia defunctorum.

¶ 5 Præterea, In diuersis Missis est idem sacrificium altaris, si ergo sacrificium computatur inter suffragia, & non Missa, videtur quòd tantundem valeat, quæcumque Missa pro defuncto dicatur, siue de beata Virgine, siue de Spiritusancto, uel quæcumque alia, quòd videtur esse contra Ecclesiæ ordinationem, quæ specialem Missam * pro defunctis instituit.

¶ 6 Præterea. Damasc. † in sermone de dormiẽtibus docet ceras, & oleũ, & huiusmodi pro defunctis offerri, ergo non solum oblatio sacramenti, sed etiã aliæ oblationes debent inter suffragia computari mortuorum.

Resp. Dicendum, quòd suffragia viuorum prosunt defunctis, secundum quod viuiuntur viuentibus charitate, & secundum quod intentio viuentis fertur in mortuos, & ideo illa opera præcipue nata sunt mortuis suffragari, quæ maxime ad communicationem charitatis pertinent, vel ad directionem intentionis ad alterum. Ad charitatem autem sacramentum eucharistiæ præcipue pertinet, cum sit sacramentum ecclesiasticæ vnionis, continẽs illum, in quo tota ecclesia vnitur, & consolidatur, s. Christum; vnde Eucharistia est quasi quædam charitatis origo, vel vinculum. Sed inter charitatis effectus est præcipuum eleemosynarum opus, & * ideo ista duo ex parte charitatis pcipue mortuis suffragantur, scilicet sacrificium Ecclesiæ, & eleemosynæ, sed ex parte intentionis directæ in mortuos præcipue valet oratio, quia oratio secundum suam rationem, non solum dicit respectum ad orantem, sicut & cętera opera, sed directius ad illud, pro quo oratur, & ideo ista tria ponuntur quasi præcipua mortuorum † subsidia, quamuis quæcumq; alia bona, quæ ex charitate fiunt pro defunctis, eis valere credenda sint.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in eo, qui satisfacit pro altero, magis est considerandum ad hoc, q effectus satisfactionis ad alterũ perueniat, illud, quo satisfactio vnius transit in alterum, quam etiam satisfactionis pœna: quamuis ipsa pœna magis expiet reatũ satisfacientis, inquantum est quædam medicina, & ideo tria prædicta * magis valẽt defunctis, quàm ieiunium.

AD SECVNDVM dicendum, q etiam ieiunium prodesse potest defunctis ratione charitatis, & intentionis in defunctos directe, sed tamen ieiunium in sui ratione nõ continet aliquid, quod ad charitatem, vel directionem intentionis pertineat, sed ei sunt hæc quasi extrinseca, & ideo August. † non posuit, sed Greg. posuit ieiunium inter suffragia mortuorum.

AD

* Aug. li. 1. confes. c. 9. 12. & 13. & lib. 9. c. 11. 12. & 13. & to. 1. & de verbis Apos. ser. 34. vel 32. & epist. 64. tomo 2. & Cõcil. Cartha. 4. ca. 79. & 95. Dion. de eccl. hierar. c. 7. clemẽs epist. 1. ad Iacobũ fratrem Dom. & li. 6. const. Apost. ca. 30. Cypr. li. 1. epist. 9. Rabanus li. 2. de insti. cleric. c. 44. & Isid. li. 1. de offi. eccles. c. 18.

*Al. suffragia.

†In 1. art.

† Locis in arg. 2. cita.

3^m conclusionis illatio. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Non enim in hoc est eadem ratio de baptismo alijsque sacramentis, & de eucharistia, vt in textu. De ly opere operato, & operante, vide artic. sexto, ad quartum.

¶ Examen. Ly maxime. Hoc, quod ponitur in textu maioris argumenti, idem valet; perinde ac si diceretur, ly in proposito. Dicatur ergo: baptismus est potissimum sacramentorum in proposito scilicet, quantum ad effectum.

4^m ex Apostolo. Vt quid etiam baptizantur pro illis. R. i. pro peccatis dimittendis: non, pro fine baptismo defunctis. §. nisi apud imperitos. Tunc nih. &c. vt patet.

¶ Not. Error recitatus in litera fuit Marcionistarum (Prat. Cathaphrigæ, Marcionistæ, Montanistæ:) cuius reprobationem vide 3. par. quæstione 68. articulo septimo.

* Gl. Ord. ibid.

5^m de conclusione. Tātundem valeant. R. ratione sacrificij: non, orationum. §. Tunc nihil &c. Nam contra ecclesiæ ordinationē non est, ut patet.

Ad tertium dicendum, quod Baptismus est quædam spiritualis regeneratio, vnde sicut per generationem non acquiritur esse nisi generato, ita baptismus non habet efficaciam nisi in eo, qui baptizatur, quantum est ex opere operato: quāuis ex opere operante, vel baptizantis, vel baptizati possit alijs prodesse, sicut & cætera opera meritoria, sed eucharistia est signum Ecclesiasticæ vnionis, & ideo ex ipso opere operato eius efficaciam in alterum, transire potest quod non contingit de alijs sacramentis.

Ad quartum dicendum, quod Gloss.* istam authoritatem dupliciter exponit. Vno modo sic: Si mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit, ut quid etiam baptizantur pro istis? idest, peccatis, cum ipsa non dimittantur, si Christus non resurrexit, quia in baptismo non solum Christi passio, sed resurrectio operatur, quæ est nostræ spiritualis resurrectionis quodammodo causa. Alio modo sic, fuerunt quidam imperiti, qui baptizabantur pro his, qui de hac vita sine baptismo decesserant, putantes illis prodesse, & secundum hoc Apostolus non loquitur nisi secundum errorem aliquorum in verbis illis.

Ad quintum dicendum, quod in officio missæ non solum est sacrificium, sed etiam sunt ibi orationes, & ideo Missæ suffragium continet duo horum, quæ hic Augustinus* enumerat, scilicet orationem, & sacrificium. Ex parte ergo sacrificii oblati, Missa æqualiter prodest defuncto de quocumque dicatur, & hoc est præcipuum quod fit in Missa, sed ex parte orationum magis prodest illa, in qua sunt orationes ad hoc determinatæ, sed tamen iste defectus recompensari potest per maiorem deuotionem vel eius, qui dicit Missam, vel eius, qui iubet dici, vel iterum per intercessionem Sancti, cuius suffragium in Missa imploratur.

Ad sextum dicendum, quòd huiusmodi oblatio candelarum vel olei, potest prodesse defuncto, inquantum sunt eleemosynæ quædā, quæ dantur ad cultum Ecclesiæ, vel etiam in vsum fidelium.

Item de minoris locum tenente post conclusionem. Specialem. R. Ratione orationum secundum se sumptam. §. Tunc nih. &c. Nam defectus talium orationum recompensari potest tripliciter, vt in textu responsi secundi ly, sed tamen iste defectus, &c.

6^m ex Damasceno. Ceras, & oleum, & huiusmodi. R. Inquātum sunt eleemosinæ quędam. §. vt in textu. Tunc nihil &cæt. vt patet ex conclusione vltima.

APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hęresim Lutheri dicentis: missam cantari pro defunctis impium est. Et causam exposuit idem Lutherus dicens: defunctis non prodest missæ sacrificium. Item eiusdem dicentis: defunctis orationes non prosunt. Item Arnoldi (Direct. Inquis. par. secunda, quæstione 11.) dicentis: quòd opus misericordiæ magis placet Deo, quàm sacrificium altaris. Monstrat enim præsens articulus efficaciter totum oppositum: licet & eleemosinam dicat esse gratā Deo. Item Arnoldi dicentis: quòd sacrificio altaris, opus medicinę gratius est Deo. Hæc enim phantasia, a fortiori confutatur hic.

2 ¶ Secūdò habes: quomodo per rationem ostendas, has meritò dānari à &c. ut art. 6. app. & art. 1. appen. Item a Concil. Triden. sess. 25. decret. de purg. Animasque ibi detentas fidelium suffragijs, potissimum verò altaris sacrificio, iuuari. Curent autem Episcopi vt fidelium viuorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes, eleemosynæ, aliaque pietatis opera, quæ a fidelibus pro alijs fidelibus defunctis fieri consueuerūt secundum ecclesiæ instituta piè & deuotè fiant, & quæ pro illis ex testatorum fundationibus, vel alia ratione debentur, non perfunctorie, sed a sacerdotibus & ecclesiæ ministris, & alijs, qui hoc præstare tenentur, diligenter & accurate persoluantur. Hæc ibi. Item ab eodem sessio. 22. c. 4. Cum sancta sancte administrari conueniat; sitque hoc omnium sanctissimum sacrificium, &c. Et c. primo. Hæc illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari potest. Hæc deniq; illa est, quæ per varias sacrificiorum naturæ, & legis tpe similitudines figurabatur, vtpotè quæ bona omnia per illa significata, velut illorum omnium cōsumatio & perfectio complectitur. Hæc ibi. Vnde patet a fortiori, quod sacrificium altaris est Deo gratius, quàm opus misericordiæ, & medicinæ. Item ab eod. sess. 13. passim. Quandocumque enim monstratur, quod Christus est realiter in sacramento altaris, commonstratur etiam per hoc, quod nihil offertur, sed nec offerri potest, Deo sanè gratius, quàm sacrificiū altaris: quicquidem nihil est gratius, imò nec æque gratum infinitum, Deo patri, sicut filius suus vnigenitus.

Deuotè peragātur suffragia pro mortuis.

* In lib. de cura pro mortuis gerenda c. 2. & 18 to. 4 Chryso. Homil. 14. in 1. ad Corint. & Homil. 3. in epist. ad Philippen. & Homil. 69. ad popul. Antioch. & Homil. 21. in Act. Apo.

3 ¶ Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto orationes, sacrificium altaris, & eleemosynas potissimum, cæteraque pietatis opera subinde mortuis prodesse insinuant, intelligas, & probes, & tuearis.

4 ¶ Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

SVPER Q. CII. Aliàs 71. Art. 10.

Concl. 1. Indulgentiæ mortuis nō possunt directè valere.

309

¶ Examen. Ly directè. Hoc ualet idē, quod ly principaliter: sicut & indirecte erit idem, quod secundario.

¶ Prob. Quia mortui non possunt facere aliquid horum, quibus indulgentiæ dantur.

¶ Concl. 2. Si forma indulgentię fiat sic, vt extendatur ad mortuos, (puta quicumq; fecerit hoc, vel illud tantum de indulgentia habebit pro tali detento in purgatorio, siue liberabit animā eius:) talis indulgentia mortuo proderit.

¶ Prob. Quia non est aliqua ratio, quare ecclesia possit per indulgentias iuuare viuos, & non mortuos.

¶ Not.

## ARTICVLVS X.

*Vtrum indulgentiæ Ecclesiæ prosint mortuis.*

Ad decimum sic proceditur. Vr quod indulgentiæ, quas Ecclesia facit, etiam mortuis prosint. Primo, per cōsuetudinem Ecclesiæ, quæ facit prædicari crucem vt aliquis indulgentiam habeat pro se, & duobus, vel tribus, & quandoq; etiā decem animab. tam viuorū, quàm mortuorum, quod esset deceptio nisi mortuis prodessent, ergo indulgentiæ, mortuis prosunt.

¶ 2 Præt. Meritum totius Ecclesiæ est efficacius, quàm meritum vnius personæ, sed meritum personale suffragatur defunctis, vt patet* in largitione eleemosynarum, ergo multo fortius meritum Ecclesiæ, cui indulgentiæ innituntur.

* ar. præc.

¶ 3 Præterea. Indulgentiæ prosunt illis, qui sunt de foro Ecclesiæ, sed illi, qui sunt in purgatorio, sunt de foro Ecclesiæ, aliàs Ecclesiæ suffragia non prodessent illis, ergo videtur quòd indulgentiæ defunctis prosint.

Sed contra est, quòd ad hoc quod indulgentiæ valeant, requiritur causa conueniens, pro qua indulgentiæ dantur, sed talis causa non potest esse ex parte defuncti, quia non potest facere aliquid, quod sit in vtilitatem Ecclesiæ, pro qua causa præcipue indulgentiæ dantur, ergo videtur quòd indulgentiæ defunctis non prosint.

* sup. q. 25. art. 3.

¶ Præt. Indulgentiæ determinantur secundū arbitrium eas facientis, si ergo indulgentia defunctis prodesse possunt, esset in potestate facientis indulgentiam, vt defunctum omnino

¶ Nor. Hanc probationem diligentissimè semper memoriæ teneto: quando disputatio inciderit de tali iuuamine indulgentiarum pro mortuis. Et ad maius robur huic adiungito (prout opus erit) quòd existentes in purgatorio sunt de foro ecclesiæ, vt in arg 3.

Memorandum ꝓ indulgentijs mortuorũ.

1^m de consequente. Prosunt. ℞. Indirectè: (ut secunda conclusio intellexit.) §. Tunc nihil &c. ut patet.

¶ Nor. Hoc iuuamẽ indirectũ pro mortuis ab aliquib. dici solet iuuamen ꝑ modum suffragij: & aptè quidem. Nam alter viuus operatur id, quod indulgentia iubet, puta visitat altaria quinque, &c. & per hoc factum suum suffragatur mortuo ita, vt indulgentia gaudeat.

Iuuamẽ ꝑ modũ suffragij quid sit.

2^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Conceditur, loquendo de suffragari indirectè. §. Tunc nih. &c. ut patet ex conclusione 2. Vide ad primum.

* Supra q. 25. ar. 2.

omnino liberaret a pœna, quod videtur absurdum.

Resp. Dicẽdum, quòd indulgentiam alicui prodesse, potest dici dupliciter. Vno modo principaliter: alio modo secundario. Principaliter quidem prodest ei, qui indulgẽtiam accipit, scilicet, qui facit hoc, ꝓ quo indulgentia datur, vt qui visitat limina alicuius Sancti, vnde cũ mortui non possint facere aliquid horũ, pro quibus indulgentiæ dantur, eis directè indulgentiæ valere non possunt. Secundario autem, & indirectè prosunt ei, pro quo aliquis facit illud, quod est indulgentiæ causa, quod quandoque contingere potest, quandoque autem non potest, secundum diuersam indulgentię formam: * si enim sit talis indulgentiæ forma, quicumque facit hoc, vel illud, habebit tantum de indulgentia ille, qui hoc facit, non potest fructum indulgentiæ in alium transferre, quia eius non est applicare ad aliquid intentionem Ecclesiæ, per quam communicantur communia suffragia, ex quibus indulgentiæ valent. † Si autem indulgentia sub hac forma fiat, quicumque fecerit hoc, vel illud, ipse, & pater eius, vel quicumque alius ei adiunctus, in purgatorio detentus, tantum de indulgentia habebit: talis indulgentia non solum viuo, sed etiam mortuo proderit, non enim est aliqua ratio quare Ecclesia transferre possit communia merita, quibus indulgentiæ innituntur in viuos, & non in mortuos. Nec tamen sequitur quòd prælatus Ecclesiæ possit pro suo arbitrio animas in purgatorio liberare, quia ad hoc vt indulgentiæ valeant, requiritur causa conueniens indulgentias faciendi, vt supra dictum * est.

3^m de maiori. Prosunt. ℞. vel directè, vel indirectè. §. Directè quidem viuentibus, indirectè verò defunctis. Tunc &c. vt patet.

¶ Nor. Illud dictum minoris, quòd scilicet in purgatorio existentes sunt de foro ecclesiæ, colligitur ex Euangelio illo Matth. 16. quando datur Petro authoritas vniuersalis super terram, Sunt enim illæ adhuc super terram, non quidẽ ratione substantiæ suæ, cum sint sub terra in purgatorio, sed ratione meritorum, quæ dum in corpore viuerẽt, gesserunt. Aliter. n. non iuuarentur per suffragia ecclesiæ, nisi prius dum viuerent, hoc meruissent. Cum sint igitur sic super terram, vt requirit indulgentiæ suffragium: non mirum est, quod dicantur, & verè sint, de foro ecclesiæ. Quinimò & alij quidam mortui, qui in purgatorio nõ sunt, de foro sunt ecclesiæ, inquantum opera, ex quibus ecclesia mouetur ad sic uel sic de eis iudicandum, ipsi mortui super terra fecerunt. Propterea iure suo utens ecclesia aliquos mortuos excommunicat, puta de quibus nunc reuelatur, quòd fuerint hæretici prius occulti; aliquos alios absoluit ab excommunicatione, puta de quibus nunc apparet, quòd fuerint pœnitentes ante mortem.

Mortui quõ sint super terrã, & per hoc de foro ecclesiæ.

4^m de conclusione. Non prosunt. ℞. Directè. §. ut ex conclusione prima. Tunc ni. &c. Nam conclusio secunda, quæ valorem indulgentiarum pro mortuis ponit, loquitur de prodesse indirectè.

5^m conclusionis illatio. Si ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. quoniam ad hoc, vt indulgentiæ valeant, requiritur causa conueniens indulgentias faciendi, ut in textu fin.

¶ Nor. A ly nec tamen sequitur quòd prælatus ecclesiæ possit pro suo arbitrio &c. respondet D. Thomas ad argumenta; quæ aliquam difficultatem habere uidebantur. Alia enim, tanquam soluta ex prædictis in conclusionibus, dimittit intacta. Et quia solummodo argumẽtum quintum difficultatẽ, per dicta in corp. non sic facile solubilem continebat; ideo solummodo ipsum quintum dissoluit per ly nec tamen sequitur &cæt. vt dictum est.

* Supra q. 27. artic. 3. præsertim ad 2.

## APPENDIX.

Ex X articu. habes primò: quomodo per rationem a fortiori interimas hæresim Valdensium (Alfon. Castr. Indulgent) dicentium: indulgentias concedendi Papa nullam prorsus authoritatem habet. Si enim authoritatem habet hanc super mortuos (ut decet habet, articulo isto teste) proculdubio magis super viuos, & absolutè illam habebit. Nam si de quo minus videtur inesse, inest; multò magis, de quo plus videoatur, inerit: vt dicit regula logicalis. Minus autem uidetur de mortuis, quòd ad eos indulgentię authoritas extendatur, quàm de viuis: ergo &cæt.

Vtilitas ꝓ Eccles. S. Dei.

* q. 26. art. 3. cor.

¶ Secundò habes: quõ per rationem ostendas prędictam meritò dãnari à &c. vt q. 25. ar. 1. &c. Item ab antiqua, ecclesiæ consuetudine, quæ indulgentias dedit etiam pro mortuis: ut patet legenti vitas & antiquorum, & sanctorum Pontificum, puta B Gregorij Papæ &c. Quantũ autem valeat ecclesiæ consuetudo & authoritas: vide artic. secundo, & sexto. Item à Matth. 16. Quæcumq. solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. Nam in purgatorio mortui existentes adhuc sunt super terram secundum illud, ratione cuius indulgentias participare possunt, idest secundum merita, vt nunc dictum est, not. post ad tertium. Vide, & applica ad damnandum hæreses & errores prædictos, quæstione vigesimaquinta, articu. primo, & cæt. appen. Nam hæc loca vicissim se iuuant. 2

¶ Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta patrum & scripturarum, pro quanto indulgentias mortuis prodesse insinuãt, (insinuant autem quando dicunt indulgentias pro illis dari ab ecclesia: quoniam sentire ipsam aliquid frustra facere, impium est) & intelligas, & probes, & tuearis. 3

¶ Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur & consolidetur. 4

---

SVPER Q. CII. Aliàs 71. Art. 11.

Conc. prima. Sepultura ꝓdest mortuis.

310

¶ Examen. Ly prodest. Non quidem secundum errorem paganorum, sed secundum sensum rectum, quem nunc probatio dicet.

† non procul a me. il lius ca. animæ 13. q. 2.

¶ Prob. Quia sepultura, seu monumentum, monet mentem inspicientium, ut orẽt pro illis defunctis (ut in textu.)

¶ Conc. 2. Sepultura in loco sacrato prodest mortuo ex opere operante.

¶ Examen. Ly opere operante uel operato. Pro hoc vide articu. 6. ad quartum.

¶ Prob.

## ARTICVLVS XI.

*Vtrum cultus exequiarum defuncto prosint.*

Ad vndecimvm sic proceditur. Videtur quòd cultus exequiarum defuncto prosint. Damas. † enim in sermone de dormientibus, inducit verba Athanasii sic dicentis. Licet in aera, qui in pietate consummatus est, dispositus fuerit, ne renuas oleum, & ceras Deum inuocantes in sepulchro accendere; accepta enim ista sunt Deo, & multam ab eo recipientia retributionẽ, sed huiusmodi pertinent ad cultum exequiarũ, ergo cultus exequiarum prodest defunctis.

¶ 2 Præt. Sicut August. * dicit lib. de Ciu. Dei, Antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, & sepulchra

¶ Probatio. Quia disponens corpus mortui in loco sacro tumulari per hoc, committit ipsum defunctum patrocinio sancti illius ecclesiæ, & eorum, qui loco ipsi sancto deseruiunt.

¶ Conc. 3. Quæ ad ornatum sepulturæ adhibentur, possunt etiam defunctis prodesse per accidens.

* li. 1. c. 13. paulo a prin. to. 5.

¶ Examen. Ly ad ornatum sepulturæ. Per hæc intellige & sumptus sepulturæ, & ceras, & oleum, & cruces, & huiusmodi.

¶ Probatio. Quia per talia, & excitantur homines ad orandum pro defuncto; & eleemosinæ pauperibus, seu ecclesiæ proueniunt (eleemosina autem prodest defunctis atque oratio, articu. nono.)

1^m de conclusione. Prodest. ℞. Per accidēs: non per se. §. ut in text. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusione tertia. Ex qua respōsione textuali potes facere ar. 9. ad sextum.

2^m ex August. Ipsique. ℞. ex fide & ꝑuidentiæ diuinæ, & resurrectionis mortuorū & Christi ibidem nasci turi, & morituri, ac resurrecturi: non ex hoc, quòd crederent aliquē sensum mortuis corporibus inesse. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusionibus.

¶ Not. Ex textu responsi reijciuntur errores Valdésium, seu Pauperum de Lugduno (Prat. Pauperes Lugduno) dicentium: sepeliri corpora humana quacumque tellure, siue locus sit sacer, siue non, nihil distare: & nihil prorsus prodesse animæ, quòd corpus in loco sacro sepeliat. Ideo enim sancti patres in terra promissionis sepeliri satagebant: quia eam pro loco sacro ex conuersatione futura ibi Messiæ habebant. Adde & dicta in corp. circa conclus. secundam, & tertiam, pro abundantiori errorum ipsorum reiectione.

3^m de maiori. Proficiat. ℞. aliquo modo: non semper, nobilio ri. §. Tunc nih. &c. Iam enim dictum est, quòd cultus sepulturæ, qui inter opera eleemosinæ, ratione conformitatis viui ad voluntatem mortui, est eleemosina (ut declarat in textu) prodest per accidēs ipsi mortuo.

4^m de conclusione. Prodest. ℞. Ex opere operante. §. Tunc &c. vt patet ex secunda cōclusione.

5^m de minori. Nocet. ℞. Per accidēs, idest ratione vanæ intentionis prius habitæ: non aliter. §. vt declar. in text. Tunc nihil &c. Nam & cultus sepulturæ bonis prodest per accidens.

APPENDIX.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem a fortiori excludas erroneam propositionem ab hæreticis deductam falsò ex Hierem. 7. dicentem, ꝙ cultus templi externus nihil iuuat. Si enim cultus sepulturæ defunctos iuuat (ut hic efficaciter mōstratur) multo magis per hoc ostendi intelligitur, cultum templi viuentes iuuare. Maxime autē hoc, quòd scilicet cultus tēpli iuuet, inde colligitur, ꝙ huiusmodi cultus est, quasi holocaustum; quoniam (ut innuitur in ad primum) in reuerentiam Dei fit. Quòd autem de Hieremia huiusmodi errorē inferant, eorum ignorantiā declarat. Legentibus enim inibi Hieremiam mediocriter que saltem intelligentibus patet.

* li. 1. c. 13. ante med. tom. 5.

* Li. 4. Dialo. ca. 50. & 53. in fine.

† cap. ult. ante med. to. 4.

† Id habet Aug. i lib. de cura ꝓ mortuis gerenda c. 2. to. 4. Refertur i decr. 13. q. 2 ca. 21. incipit, animæ & Au. ser. 32. vel 34. de verbis Apostoli, tomo 10.

* lib. 5. c. 2. a med. illius.

* cap. 4. in med. to. 4.

Aug. in li. de cura ꝓ mort. ca. 1. 4. 5. & 18. to. 4.

chra prouisa, ipsique cum viuerent, de sepeliendis, & transferendis suis corporib. mandauerunt, sed hoc nō fecissent, nisi sepulchra, & hmōi, aliquid mortuis conferrent, ergo huiusmodi aliquid prosunt defunctis.

¶ 3 Præt. Nullus facit eleemosinam circa aliquem, nisi ei proficiat, sed sepelire mortuos computatur inter opera eleemosinarum, vnde Aug. * dicit in primo de Ciuit. Dei, Tobias sepeliendo mortuos apud Deū promeruisse, teste Angelo, commendatur, ergo huiusmodi sepulturæ cultus mortuis prodest.

¶ 4 Præterea, Inconueniens est dicere, quod frustretur deuotio fidelium, sed aliqui ex deuotione in locis aliquibus religiosis sepeliri dispo nunt, ergo sepulturæ cultus prodest defunctis.

¶ 5 Præt. Deus pronior est ad miserandum, quam ad condemnādum, sed aliquibus nocet in aliquibus locis sanctis sepultura, si indigni sunt, vnde dicit Grego. * quos peccata grauia deprimunt, ad maiorem damnationis cumulum potius, quàm ad solutionem, eorum corpora in Ecclesiis ponuntur, ergo multo amplius dicendum est, quòd sepulturæ cultus prosint bonis.

Sed contra est quod Augu. † in lib. de Cura pro mortuis agenda: Corpori humano quicquid impenditur, non est præsidium vitæ æternæ, sed humanitatis officium.

¶ Præt. Grego. † dicit in 4. Dial. Curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis sunt viuorum solatia, quàm subsidia defunctorum.

¶ Præterea, Dominus dicit Matth. 10. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, & post hoc non habent amplius, quid faciant, sed post mortem Sanctorum corpora possunt a sepultura prohiberi, sicut in Ecclesiastica historia * legitur esse factum de quibusdam martyribus Lugduni Galliæ, ergo non nocet defunctis si eorum corpora inhumata remaneāt, ergo nec cultus sepulturæ prodest.

Resp. Dicendum, quòd sepultura adinuenta est, & propter viuos, & propter mortuos: propter viuos quidem, ne eorum oculi ex turpitudine cadauerum offendantur, & corpora fœtoribus inficiantur, & hoc quantum ad corpus, sed spiritualiter etiam prodest viuis inquantum per hoc astruitur resurrectionis fides. Sed mortuis prodest ad hoc, qd inspicientes sepulchra memoriam retinent defunctorum, ut pro defunctis orent, unde & monumentum a memoria nomen accepit. Dicitur enim monumentum, quasi monens mentem, ut dicit August. * in lib. de Ciuit. Dei, & in lib. de cura pro mortuis agenda. Paganorum tamen error fuit, quòd ad hoc sepultura mortuo prosit, vt eius anima quietem accipiat: non enim credebant animas prius quietem, posse accipere, quàm corpus sepulturę daretur; quod omnino ridiculum est, & absurdū. Sed quod vlterius sepultura in loco sacro mortuo prodest, non quidem est ex ipso opere operato, sed magis ex opere operāte dum scilicet, uel ipse defunctus, uel alius corpus tumulari in loco sacro disponēs patrocinio alicuius Sancti eum committit: cuius precibus per hoc credendus est adiuuari; & etiam patrocinio eorū, qui loco sancto deseruiunt, qui pro tumulatis apud se frequentius, & specialius orant. Sed illa, quæ ad ornatum sepulturæ adhibentur, prosunt quidem uiuis inquantum sunt viuorum solatia, sed possunt etiam defunctis prodesse, non quidem per se, sed per accidens, inquantum scilicet, per huiusmodi homines excitantur ad compatiēdum, & per consequens ad orandum, uel inquantum ex sumptibus sepulturæ, vel pauperes fructum capiunt, uel Ecclesia decoratur, sic enim sepultura inter cæteras eleemosinas computatur.

Ad primum ergo dicendum, quòd oleum, & cera ad sepulchrum defunctorum prolata per accidens defuncto prosunt; vel inquantum Ecclesiæ offeruntur, siue pauperibus dantur, vel inquantum huiusmodi in Dei reuerentiam fiunt. Vnde, & verbis præmissis subiungitur. * Oleū enim, & cera holocaustum sunt.

Ad secundum dicendum, quòd ideo Sancti patres de suis corporibus tumulandis curauerunt, ut ostenderent corpora mortuorum ad Dei prouidentiam pertinere, non quòd mortuis corporibus aliquis sensus insit, sed propter fidem resurrectionis astruendam, ut patet per August. * in primo de Ciuit. Dei. Vnde etiam voluerunt in terra promissionis, sepeliri: vbi credebant Christum nasciturum, & moriturum, cuius resurrectio nostræ resurrectionis est causa.

Ad tertium dicendum, quòd quia caro est pars naturæ hominis, naturaliter homo ad carnem suam afficitur, secundum illud Ephes. quinto. Nemo carnem suam vnquam odio habuit. Vnde secundum istum naturalem affectum inest viuenti quædam solicitudo, quid etiam post eius mortem de corpore sit futurum, doleretque si aliquid indignum suo corpori euenire prius sentiret. Et ideo illi, qui hominem diligunt ex hoc quòd affectui eius, quem diligunt, conformantur, circa eius carnem curam humanitatis impendunt, vt enim dicit August. † de Ciuit. Dei. Si paterna vestis, & annullus, ac si quid huiusmodi, tanto charius est posteris, quanto erga parentes maior affectus, nullo modo illa spernenda sunt corpora, quæ multo familiarius, atque coniunctius, quàm quælibet indumenta gestamus. Vnde, & inquantum affectui hominis satisfacit sepeliens eius corpus, cum ipse in hoc sibi satisfacere non possit, eleemosinam ei facere dicitur.

Ad quartum dicendum, quòd fidelium deuotio (vt August. * dicit in lib. de Cura pro mor. agen.) suis charis in locis sacris prouidens sepulturam, in hoc non frustratur quòd defunctum suum suffragio Sanctorum committit, vt dictum * est.

Ad quintum dicendum, quòd sepultura in loco sacro impio defuncto non nocet; nisi quatenus hanc sepulturam sibi indignam propter * humanam gloriam procurauit.

*Non longe a med.

* lib. 1. c. 13. to. 5.

† li. 1. c. 13. circa prin. to. 5.

* capit. 4. & vlt. to. 4.

* In corp. art.

* Al. vanā.

ARTI-

patet, quòd loquitur de ceremonijs comparatiuè ad obseruātiam substantialem diuinorum præceptorum, & sic proculdubio certissimum est, quòd ipse ceremoniæ & cultus exterior minus iuuant, quàm obseruatio ipsa,& tanto minus,quāto magis iuuare credun tur,omissa obseruatione prædicta, cuius opinionis erroneæ erant Iudæi tunc a propheta redarguti. Non ergo ceremonias, seu cultus exteriores templi, tanquam inutiles damnat ibi Dominus,sed eis intendere præfert obseruationem substantialem mandatorum suorum, & declarare simul,quòd confidere principaliter in huiusmodi cultibus, dimissa præceptorum suorum custodia,nō tantum vanum est, sed sibi displicens,iuxta illud Esaiæ increpantis eosdē; populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Hoc autem quantum distet ab erronea illa propositione hæreticorum,& quàm falsam deductionem esse illam ostendat;intelligere faciliter quisque sapiens potest. Item errorem Caluini (ut habetur in libello eiusdem) per irrisionem catholicorum dicentis cultus ab homine excogitatus Deo placere potest. Item eiusdem sic itidem per irrisionem loquentis: cultus imaginum, reliquiarū, signi crucis, canonizatio sanctorum, uita monastica, consignatio, vel gestatio sacrarum rerum super uiros, uel alias creaturas Dei, non sunt vanæ. Per has enim duas propositiones Caluinus intendit dicere totum oppositum. i. quòd cultus ipse utrobique prædictus & est uanus, & Deo placere non potest. Ex articulo igitur isto,sicut dictum est de illa hæreticorū propositione erronea priori,debes a fortiori reijcere rationabiliter Caluini errores Deo cōtumeliosos: Circa quos aduerte imprimis, quòd Caluinus temerauit dictum Catholicorum, in adducendo illud. Non enim sentiunt Catholici sic nude, quòd uidelicet cultus excogitatus ab homine,inquātum huiusmodi, præcise Deo placere possit,sed quòd cultus ab homine excogitatus, qui uel sacra scriptura uel Patrum sanctorum traditione explicita aut implicita, uel alias ex inspiratione diuina, habeatur. Huiusmodi namque sunt omnes illi cultus, qui ibi a Caluino irridentur, & a catholicis ratione magna fultis iamdiu vetustissimo tempore imprętermissè amplectuntur.

2 ¶ Secundò habes: quomodo per rationem ostendas prædictos merito damnari a Gen. 50. ubi Ioseph de exequiarum cultu pro patre suo sollicitus fuit; & de eodem cultu pro ipso Ioseph confratres sui multa fecerunt. Item a 2. Reg. 1. de Dauid cum suis pro cultu exequiarum regis Saul in plorando,ieiunando, carmen lugubre dicendo:& cap.2.laudando uiros Iabes Galaad de hoc, quòd sepelissent Saul. Item à 1 Machab.4.quando post planctum de destructione cultus a gentibus hos hæreticos figurantibus,narratur, quòd in dedicatione templi decantabat populus laudē,& eiusdem templi faciem ornauerit coronis aureis, multaque similia ad eius cultum pertinentia. Item a Ioan. 19. quando Ioseph cum Nicodemo cultum sepulturæ (ut mos erat Iudæis) circa domini corpus celebrauerunt. Item a Luc.24. quando discipuli cognouerunt dominum in fractione panis. Nota ly in fractione,quòd fractio est cerimonia. Per hoc ergo, quòd non dicit, ly in pane fracto, sed ly in fractione panis; multam uirtutis excellentiam ostendit esse ceremoniarum ecclesiasticarum. Pro quo diffusius, meliusque capiendo ad obstruendum os Caluinistarum, & similium ecclesiasticas ceremonias temere irridentium; vide libellum nostrum prætitulatum Sacerdos in æternum,&(in vulgari) dechiaratione della sacra Messa. Ibi namque ualorem multiplicem, firmissimasq; rationes ceremoniarum ecclesiasticarum, præsertim missæ, ad viuum conspicies, unde irrisores huiusmodi a Deo maximè irridendos (ut Sapien.4.) necessario concludes apertè. Item à & c.ut articu.6.appen.ubi monstratur efficaciter. quant. valeat consuetudo ecclesiastica, & argumentari ab eius authoritate, etiam quòd nil aliud haberetur. Hæc præcipuè summatim dicta sint ad Caluinum pro omnibus & singulis ab eo derisorie adductis retundendis vnica ratione efficacissima. Item a Concil. Triden. sess.7.de sacramen.canon.13.& sess.22.can.7.Item a Nume.septimo,ubi tam pręciosas oblationes videbis factas a populo Dei,& ipsius mandato,in dedicatione altaris. Item a Papa Honorio Primo per hoc: quòd magnifica ualde donaria contulit in cultum templorum Dei, ut distinctim habes in uita sua,ex libro pontificali,secundo tomo conciliorum. Item a Sancto Siluestro Papa per hoc; quod persuasit Constantino Magno, ut donaria multa & maxima (quæ si uideris, stupeas) in cultus sacrorum templorum Dei ab eodem Imperatore erectorum conferret, quod et fecit. Vide supra quæst.9.articu.quarto, appen. vitam Caluini: & ipsam prædicta similiaque monstruosa phantasmata tanquam filias proprias genuisse non dubitabis.

3 ¶ Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & patrum, pro quanto cultum exequiarum pro defunctis utilem insinuant, & intelligas, & probes, & defendas.

4 ¶ Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. CII. Aliàs 71. Art. XII.

311 S. Tho. 4. dist. 20.

CONCL. 1. Si ualor suffragiorum pensetur ex uirtute charitatis, tunc suffragia magis ualent ei, qui magis charitate est plenus; quàmuis pro eo specialiter non fiant.

¶ EXAMEN. Ly ex virtute charitatis. Scilicet eius, cui valent suffragia isto modo. Ac si dixisset. Quanto plus de charitate habet defunctus; tanto plus ei suffragia ualent isto modo.

¶ PROB. 1. Quia ualor suffragiorū sic sumptus attenditur secundum quandam interiorem consolationem de bonis alterius, & in maiori charitate existens magis gaudet de bonis alterius, quam in minori: Secunda autem pars scilicet quamuis ꝑ &c. probatur. Quia charitas facit omnia bona communia.

¶ NOT. Ly charitas facit &c. Intellige hoc secundum contextum: hoc est, quòd charitas facit aliquem gaudere de cuiuscumque bonis, ac si essent sua propria. Ra-

* Li.4.Sēt. dist.45.paragr. B. & sumitur ex Aug. in li. ad Dulcitiū q. 2. & de cura ꝓ mortuis gerenda, c.4. tom.4.& in Enchi.cap. 110.to.3.

## ARTICVLVS XII.

*Vtrum suffragia, quæ fiunt pro vno defuncto, magis illi prosint pro quo fiunt, quàm aliis.*

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quòd suffragia, quæ fiunt pro uno defuncto, nō magis proficiant ei pro quo fiunt, quàm aliis. Lumen enim spirituale: magis est communicabile, quàm corporale lumen: sed lumen corporale, scilicet candelæ, quamuis accendatur pro uno tantum, æqualiter omnibus prodest,qui simul commorantur, quamuis pro eis candela non accendatur,ergo cum suffragia sint quędā spiritualia lumina, quāuis pro uno specialiter fiant,nō magis valent ei, quàm aliis existentibus in purgatorio.

¶ 2 Præterea, Sicut in litera dicitur,* secundum hoc suffragia mortuis prosunt, qui dum viuerent hic, sibi ut postea possent prodesse meruerunt, sed aliqui magis meruerūt vt suffragia sibi prodessent, quàm illi pro quibus fiunt, ergo eis magis prosunt, aliàs eorum meritum frustratetur.

¶ 3 Præterea, Pro pauperibus non fiunt tot suffragia, sicut pro diuitibus, si ergo suffragia facta pro aliquibus eis magis quàm aliis ualerent, pauperes essent peioris conditionis, quod est contra sententiam domini, Lucæ 6. Beati pauperes spiritu, qm̄ ipsorum est regnū cœlorū.

SED CONTRA, Iustitia humana exemplatur a iustitia diuina, sed iustitia humana si aliquis debitum pro aliquo soluit, eum solum absoluit, ergo cum ille, qui suffragia facit, quodammodo soluat debitum eius pro quo facit, ei soli proderit.

¶ Præterea. Sicut homo faciens suffragia, quodammodo satisfacit pro mortuo, ita etiam interdum aliquis pro uiuo satisfacere potest, sed quando aliquis satisfecit pro viuo, satisfactio illa non computatur nisi illi, pro quo facta est, ergo, & suffragia faciens ei soli prodest, pro quo facit.

RESP. Dicendum, ꝙ circa hoc fuit duplex opinio: quidam enim, (ut Præpositiuus) dixerunt, quòd suffragia pro uno aliquo facta non magis prosunt ei pro quo fiunt, sed eis,qui sunt magis digni. Et ponebāt exēplū de candela,quæ accenditur pro aliquo diuite, quæ non minus prodest eis, qui cum ipso sunt, quàm ipsi diuiti, & forte magis si habent oculos clariores, & etiam delectione, quæ non magis prodest ei,pro quo legitur, quàm aliis, qui

Ratio est;quia charitas connectit omnes insimul: vnde fit,ut omnes vnum in ipsa.

¶ NOT. Super illud dictū textus ly ad qđ nobis in uita valēt opera aliorum ex virtute charitatis, vide artic. 1. corp.& elucid.& 1.2.q. 114.art.6.

¶ CONCL. 2. Si valor suffragiorum,pensetē ex intentione unius alteri applicantis ipsa, tāquā satisfactionem:tūc non est dubium, quòd suffragia magis ualent ei, pro quo fiunt, imo sic ei soli valent.

¶ PROB. Quia patet ex terminis.

¶ NOT. Iste uiuus suffragia applicare intendit uni, ita quòd tātum ex illis iuuetur, quantum iuuari potest. Clarum autem est, quòd si diuidantur suffragia;ita quòd ualor eorum pro parte diuidatur in remissionem pœnę vnius animæ, & pro parte in remissionem pœnæ alterius animæ, pro qua iste suffragia soluit, tunc (inquam) clarum est; quòd iste, attenta sua intentione, non iuuat illam animam quātum volebat.

Omne finitum per ablationem fit minus.

Valor siquidem suffragiorum istius finitus est, & omne finitum per ablationem fit minus. Vnde totum valorem non participat ista anima pro qua orat; si de valore ipso ad dandum alteri aliquid auferatur. Et ideo tanquam omnia prædicta denotans inquit textus ly sic ei soli valent. Hinc coniice: quid dicendum sit ad quæstionem de ualore vnius Missæ vni promissæ; an possit æque prodesse ei, si dicatur intuitu plurium. Negatiue enim respondendum est: licet sacrificij uirtus in se sit infinita.

1m de conclusione. Suffragia. ℞. vt ex charitate pensantur: non, vt satisfactiones. §. Tūc nihil &cæt. vt patet ex conclusionibus.

* Al. feruentius.

¶ Not. Suffragia, vt ex charitate absque intētione faciētis i textu declarata, non vocātur proprie satisfactiones, sed potius quædam bona acceptata a mortuis, & afferentia illis gaudium, etiam quòd non auferrent pœnas. Quò contra suffragia, ut satisfactiones afferunt & gaudium, & diminutionem pœnæ ei, pro quo fiunt. Vnde meritò inquit textus: quòd suffragia primo modo cōsiderata assimilantur lumini (sicut Præpositiuus exemplificabat) suffragia uero secūdo modo sumpta, solutioni debiti alicuius.

Suffragia considerātur dupliciter.

2m de maiori. Meruerunt. ℞. Merito conditionali: nō aliter. §. vt in textu declaratur. Tunc nih. &c. Non enim meritum eorum tale frustratur, si nō recipiant emolumentum ex suffragijs non pro eis factis. Tunc uerò frustraretur: si suffragia pro eis fierent, & ipsi ex illis remissionem pœnæ non reportarent.

simul cum eo audiunt, sed forte aliis magis, qui sunt sensu capaciores. Et si eis obijceretur, quòd secūdum hoc ordinatio Ecclesiæ esset vana, quæ pro eis specialiter orationes instituit: dicunt, quòd hoc Ecclesia fecit ad excitandam deuotionem fidelium, qui promptiores sunt ad facienda specialia suffragia, quàm communia, & * frequentius etiam pro suis propinquis orant, quàm pro extraneis. Alij econtra dixerunt, quòd suffragia magis valent eis pro quibus fiunt. Vtraque autem opinio secundum aliquid veritatem habet. valor enim suffragiorum pensari potest ex duobus, valent enim vno modo ex virtute charitatis, quæ facit omnia bona communia. & secundum hoc magis valent ei, qui magis charitate est plenus, quamuis pro eo specialiter non fiant, & sic valor suffragiorum attēditur magis secundū quandam interiorem consolationem, secundum quod vnus in charitate existens de bonis alterius delectatur post mortem quantum ad diminutionem pœnæ; post mortem enim non est locus acquirendi gratiam, vel augendi, ad quod nobis in vita valent opera aliorum ex virtute charitatis. Alio modo valent suffragia ex hoc, ꝙ per intentionem vnius, alteri applicantur, & sic satisfactio vnius alteri computatur, & hoc modo non est dubium, ꝙ magis valent ei pro quo fiunt, immo sic ei soli ualent. satisfactio. n. proprie ad remissionē pœnæ ordinatur. Vnde, quantum ad dimissionē pœnæ pcipuè valet ad suffragium ei pro quo fit, & secundum hoc secunda opinio * pius habet de ueritate, quàm prima.

* Posita in hoc co.

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ suffragia prosunt per modum luminis, inquantum a mortuis acceptantur, & ex hoc quandā cōsolationem accipiunt, & tanto maior est, quāto maiori charitate sunt prædicti. Sed inquantum suffragia sunt quædam satisfactio per intentionem facientis, translata in alterum, non sunt similia lumini, sed magis solutioni alicuius debiti: non autem est necesse, vt si debitum pro uno soluitur, quod & debitum aliorum soluatur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ illud meritum est conditionale, quo sibi meruerunt quòd prodessent si pro eis fierent, quod nihil aliud fuit, quàm facere se habiles ad recipiendum. Vnde patet, quòd non directe meruerunt illud iuuamen suffragiorum, sed per merita præcedentia se habilitauerunt ut fructū suffragiorum susciperent, & ideo non sequitur ꝙ meritum eorum frustretur.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ nihil prohibet diuites quantum ad aliquid, esse melioris conditionis, ꝗ pauperes, sicut quantum ad expiationem pœnæ. sed hoc quasi nihil est comparatum possessioni regni cœlorum, in qua pauperes melioris cōditionis esse ostenduntur, per authoritatem inductam.

3m de consequente. Essent peioris conditionis. ℞. Quantum ad expiationem pœnæ: non quantū ad possessionem regni cœlorum. §. de quo Luc. 6. Tunc nihil &c. ut patet.

## APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ Dei.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem a simili, excludas errorem Io. Vuiclef dicentis, quòd oratio, quæ pro vno solo fit, non plus prodest ei quàm alijs. Secūdo habes: quomodo per rationem, a simili, ostendas: hunc merito damnari a Concil. Constantiensi sess. 8 quando damnat errorem istum eiusdem, scilicet. Speciales orationes applicatæ uni personæ per prælatos, vel religiosos, non plus prosunt eidem, quàm generales cæteris paribus. Si enim speciales orationes plus ualent, quàm generales pro aliquo factæ secundum Concilium: sequitur quòd secundum idem, oratio specialiter pro uno facta plus prosit ei, quàm alijs. Alioquin non oporteret: quod speciales vni applicarentur, si uel generales tantundem pro eo valeren., uel speciales non plus ei valerēt quàm alijs (ut patet intelligenti.) Vide damnationē contra Vuiclef præ dictam uniuersaliter a Concilio ipso factam supra quæst. 50 art. 3. appen. Item a Concilio Triden. sess. 25. cap. 4. de refor. Contingit sępe &c. unde depereunt piæ testantium uoluntates. Sancta synodus cupiens ad pios vsus relicta (quò utilius pōt) impleri, facultatem dat Episcopis &c. statuere circa hæc qd magis ad Dei honorem viderint expedire: ita tamen, ut eorum semper defunctorum cōmemoratio fiat, qui pro suarū animarum salute legata ea ad pios usus reliquerunt. Hæc ibi. Vbi nota ly vtilius potest, ita tamen ut eorum defunctorum commemoratio fiat, qui pro &c. Itē a multis locis epistolarum D. Apostoli Pauli, ubi cōmendatis omnibus in generali orationibus suorum, commendat aliquos in speciali, & etiam semetipsum. Quo facto utique orationem vni specialiter applicatam plus ei ualere, quam alijs demonstrat. Alioquin, ut quid, præmissis generalibus, in quibus proculdubio & ipsemet, & alij nominatim postea descripti includebātur, postularet esi tanta instantia pro se fieri, & quibusdam alijs specia les? Monstrauit ergo, ꝙ orationes non tantum ex charitate ꝓsunt ijs, pro quibus fiunt (ut * Vuiclefus credidisse videtur) sed etiam ex intentione sic, uel sic, specialiter directa (ut in articulo præsenti sanctus Thomas edocuit.)

* Arg. tertio.

3 ¶ Tertio habes: quomodo per rationem ostendas; meritò insinuatum fuisse ab ecclesia, quòd suffragia pro vno mortuo facta magis ei prosunt, quàm alijs. Et hoc insinuauit: quando speciales orationum collectas fieri statuit in missis defunctorum; puta pro patre, & matre, pro Episcopo tali, & tali sacerdote, pro vno uel vna, defunctis. Nisi enim specialia suffragia pro hoc, uel illo applicata magis ei prodesse crederet, quam alijs: reliquisset tantum collectas pro defunctis omnibus fidelibus in communi exoluendas. Cum igitur nihil frustra in ecclesia fiat, immo ecclesiam aliquid vanum facere, credere impium sit (ut q. 25. art. 1. corp.) fatendum est ex facto prædicto ecclesiæ, quòd defuncto specialis oratio ad eum directa magis prodest, quam alijs.

4 ¶ Quartò habes: quomodo per rationem prædicta patrum & scripturarum, pro quanto uel a simili, uel directe quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis.

5 ¶ Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. CII. Aliàs 71. Art. XIII.

CONCL. 1. Si valor suffragiorum consideretur, secundum ꝙ ex virtute charitatis vniētis membra ecclesiæ valent; suffragia pro multis facta tantum singulis prosunt, ac si pro vno tantum fierent.

312.

* Al. singulariter.

¶ PROB. Quia charitas non minuitur, si in multos distribuatur affectus eius; immo magis augetur.

¶ NOT.

## ARTICVLVS XIII.

*Vtrum suffragia facta pro multis, tātum valeant singulis, ac si specialiter pro vnoquoque fierent.*

AD DECIMVMTERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ suffragia facta pro multis, tantundem valeant singulis, ac si pro vnoquoque * specialiter fierent. Videmus enim quòd ex lectione, quæ pro vno legitur, nihil ei deperit, si simul, & alii legatur, ergo & eadem ratione nihil deperit ei, pro quo fit suffragiū,

Qđo charitas augeat ex distributione.

¶Not. Sicut effectus candelæ accensæ, id est lumen (vt per experientiam patet) ex mutatione luminis ab vna candela neque tollitur, neque minuitur, sed augetur: sic est de charitatis affectu. Ex bono enim aliquo proueniente ad vnum fit; vt ad omnes existentes in charitate diffundat gaudium de illo bono: & sic affectus charitatis augetur. & hoc intendit probatio textualis. Vnde ista conclusio correspondet proportionaliter cõclusioni primæ art. 12. Nam vtrobique considerãtur suffragia; vt ex charitate tantummodo pendent.

¶Concl. 1. Si consideret valor suffragiorum, inquantum sunt satisfactiones quædam per intentionem facientis trãslatæ in mortuos; tunc magis ualet suffragium alicui, quod pro eo singulariter fit; quàm quod fit pro eo communiter, & multis alijs.

¶Prob. Quia effectus suffragij ex diuina iustitia diuiditur inter eos, pro quibus suffragia fiunt.

¶Not. Supple tu ad probationem pro faciliori tuo intellectu; ꝙ iustitia reddit vnicuique quod suũ est, iuxta portionem suam. Patet autem, quòd magis habet de iure in suffragio ille, pro quo fit specialiter; quàm ille, pro quo fit generaliter. Et nota: ꝙ ista conclusio correspondet ꝓportionaliter conclusioni secundæ, ar. 12. Vtrobique enim sumuntur suffragia prout satisfactiones sũt; hoc est, vt ex intentione facientis illa ad remissionem pœnæ ualent. Vide etiã artic. 12. not. post conclus. secundam.

1^m^ de consequente. Eadem ratione. ℞. Negatur quòd sit eadẽ ratio de vtroque. §. Scilicet de suffragijs, vt sũt satisfactiones; & de eisdem, vt sunt ad modum lectionis.

* Al. diuidatur effectus eius.
*Aliàs q. 51.
* lib. 8. c. 4. tom. 1.

2^m^ de maiori. Orationes. ℞. Specialiter sumptæ, absque præiudicio suffragij principalis. §. Tunc nihil &c. Nam adiunguntur in missa aliter, quam putabat arguens; vt uidere est in textu.

3^m^ illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Et hoc non ratione diuinæ virtutis, (vt credebat arguens) quæ infinita est: sed ratione orantis, qui finitã actionem habet. Vide ar. 12. not. post conclus.

si aliquis ei connumeretur: & ita si pro pluribus fiat, tantum valet singulis, ac si pro vnoquoque fieret.

¶ 2 Præt. Secundum communem vsum Ecclesiæ videmus, ꝙ cum missa pro aliquo defuncto dicitur, simul etiã illic orationes adiunguntur pro aliis defunctis; hoc autem non fieret si ex hoc defunctus pro quo missa dicitur, aliquod detrimentum reportaret; ergo idem quod prius.

¶ 3 Præterea. Suffragia præcipuè orationum innituntur diuinæ virtuti: sed apud Deum sicut non differt iuuare per multos, vel paucos, ita non differt iuuare multos, vel paucos; ergo quantum iuuaretur vnus ex vna oratione si pro eo tantum fieret, tantum iuuabuntur singuli, si eadẽ oratio pro multis fiat.

Sed contra, Melius est plures iuuare, quàm vnum, si ergo suffragiũ pro multis factum valet singulis tantum, ac si pro vno tantum fieret, videtur ꝙ Ecclesia nõ debuit instituisse, vt pro aliquo fieret singulariter missa, vel oratio, sed quòd semper diceretur pro omnib. fidelibus defunctis, quod patet esse falsum.

¶ Præterea. Suffragium habet finitam efficaciam, ergo distributum in multos minus prodest singulis, quàm prodesset, si fieret pro vno tantum.

Respon. Dicendum, ꝙ si valor suffragiorum consideretur secũdum quod valent ex virtute charitatis unientis membra Ecclesiæ, suffragia pro multis facta tantũ singulis prosunt, ac si pro vno tantũ fierent, quia charitas nõ minuitur si distribuatur affectus in multos, immo magis augetur, & similiter etiam gaudium * quanto pluribus est commune, fit maius, vt dicit * August. 8. confess. & sic de vno bono facto non minus lætantur multi in purgatorio, quàm vnus. Si autem consideretur ualor suffragiorum, inquantum sunt satisfactiones quædam per intentionem facientis translatæ in mortuos, tunc magis valet suffragium alicui, quod pro eo singulariter fit, quàm quod fit pro eo communiter, & multis aliis. sic enim effectus suffragii diuiditur ex diuina iustitia inter eos, pro quibus suffragia fiunt. Vnde patet, quòd hæc quæstio dependet ex prima, & ex hoc etiam patet quare institutum sit, vt suffragia specialia in Ecclesia fiant.

Ad primum ergo dicendum, quòd suffragia vt sunt satisfactiones quædam, non prosunt per modum actionis sicut doctrina prodest: quæ sicut & omnis alia actio effectum habet secundum dispositionem recipientis: sed ualet per modum solutionis debiti, vt dictũ * est: & ideo non est simile.

Ad secundum dicendum, quòd suffragia pro vno facta, aliquo modo etiam aliis prosunt, vt ex dictis * patet: ideo cum pro vno Missa dicitur, non est inconueniens, vt pro aliis etiam orationes fiant. Non enim ad hoc dicuntur aliæ orationes vt satisfactio vnius suffragii determinetur ad alios principaliter: sed vt illis etiam oratio pro eis fusa prosit.

Ad tertium dicẽdum, quòd oratio consideratur; & ex parte orantis, & ex parte eius, qui oratur, & ex vtroque eius effectus dependet, & ideo quamuis diuinæ virtuti non sit magis difficile absoluere multos, quã vnum, tamen huiusmodi orantis oratio non ita est satisfactoria pro multis, sicut pro uno.

* art. præc. ad 1.
* art. 1. huius q.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem directè excludas errorem Io. Vuiclef (vt refert Concil. Constantiense sess. 8) dicentis: speciales orationes applicatæ vni personæ per prælatos, vel religiosos, non plus prosunt eidem, quàm generales, cęteris paribus. Per hoc enim, quòd sic determinatur hic à sancto Thoma, vt uides; patet: ꝙ contra ipsum Vuiclef, & similes militat efficaciter præsens articulus. 2 Secundo habes: quomodo per rationem directè ostendas, hunc meritò damnari à Concil. Constãtiensi, ibid. quando damnationem vniuersalem omnium articulorum ipsius Vuiclef pronũciauit. Hanc vide suprà q. 20. ar. 3. appen. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem directè ostendas: meritò insinuatum & ab Apostolo sæpius, & ab Ecclesia in collectis defunctorum: quòd suffragia facta pro multis non ualeãt tantũ singulis, ac si specialiter pro vnoquoque fierent. Vide circa hoc artic. 12. append. & applica huc. Ibi n. dicta, & hic, differunt parũ à se inuicem respectu propositi: quoniam à simili loquuntur pro vno, & directè pro altero (vt patebit per se consideranti). 4 Quartò habes: quomodo per rationem prædicta Patrũ & scripturarũ, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. 5 Quintò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

### SVPER Q. CII. Aliàs 71. Ar. XIIII.

Concl. Si suffragia pro vno specialiter facta indifferenter omnibus valeant; tantũ iuuabitur ille, pro quo nõ fiunt specialia, quantum ille, pro quo fiunt; si sit æqualiter dignus.

313

¶Prob. Quia tunc omnia suffragia sunt cõmunia.

¶Not. Correspõdet proportionaliter cõclusio hæc conclusioni primæ art. 12.

¶Concl. 1. Si suffragia pro vno specialiter facta non indifferenter omnib. prosint; tũc non est dubium, ꝙ communia suffragia & specialia plus valẽt alicui, quàm communia tantùm.

¶Prob. Quia tũc suffragia eis prosunt maximè, pro quibus fiunt.

¶Not. Subsume tu; ꝙ pro isto fiũt suffragia tum cõmuniter, tũ specialiter. Secundæ conclusioni artic. 12. correspondet proportionaliter conclusio præsens.

* art. 9. huius q. corp.

## ARTICVLVS XIIII.

*Vtrum tantum valeant suffragia communia illis, pro quibus specialia non fiunt, quantum illis, pro quibus fiunt specialia, & communia simul.*

Ad decimvmqvartvm sic proceditur. Videtur quòd tantum valeant communia suffragia illis, pro quibus specialia non fiunt quantum illis, pro quibus fiunt specialia, & communia simul. Vnicuique enim secundum propria merita reddetur in futuro, sed ille, pro quo non fiunt suffragia, meruit vt tantum iuuaretur post mortem, quantum ille, pro quo fiunt specialia: ergo tantum iuuabitur per communia, quantum & ille per specialia, & cõmunia.

¶ 2 Præterea. Inter * Ecclesiæ suffragia præcipuum est Eucharistia, sed hæc Eucharistia cum contineat totum Christum, habet quodammodo efficaciam infinitam; ergo vna oblatio Eucharistiæ, quæ communiter pro omnibus fit, valet ad plenam liberationem eorum, qui sunt in purgatorio, & ita tantum iuuant communia suffragia sola, quantũ iuuant

¶Con-

Primum

1m de maiori. Merita. R. Directè & simplr sumpta: non, quasi sub conditione. §. Tunc &c. Nam iuuamē suffragiorū non cadit &c. vt in tex. Pro quo vide ar.12. ad 2.

2m minor. Hæc eucharistia habet efficaciam infinitam. R. Quantum est ex se: habet tamē respectu nostri, determinatū effectū. §. Tūc &c. vt patet in tex.

¶ NOT. Illa efficacia infinita consideratur ex parte eucharistiæ: effectus uerò determinatus cōsideratur ex parte nostri. Nam tantum recipit vnusquisque de efficacia illa infinita, quantum est dispositus, siue quāta est sua capacitas: iuxta illud communiter affertum, vnūquodque recipitur per modū recipiētis. Stat ergo, quòd efficacia infinita sit, & vna: effectus autem sit finitus & multiplex plus vel minus. Ac si ex pelago infinito haurirent aquam singuli non infinitam; sed iuxta commensurationem vasorū, quæ pro aqua inde hauriendo tulerunt.

Ex pelago infinito virtutis Eucharistiæ haurit quisque finitū quid iuxta dispositionem suam.

*li.3. Sent. distinc. 45. §.D.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas; rectè insinuatum ab Apostolo multis in locis, quod suffragia & communia & specialia simul magis prosunt uni, quàm communia tantum. Et hoc quando generalia suffragia pro omnibus fieri mādat, & vltra hęc specialia

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* Sub fine §.D.

specialia, & communia simul.

SED CONTRA est, quod duo bona vno sunt magis eligēda; ergo suffragia specialia, & communia magis prosunt ei, pro quo fiunt, quam communia tantum.

RESPON. Dicendum, quod huiusmodi etiam solutio dependet ex solutione primæ quæstionis. Si enim suffragia pro vno specialiter facta indifferenter omnibus valeant, tunc omnia suffragia sunt communia, & ideo tantum iuuabitur ille, pro quo non fiunt specialia, quantum ille, pro quo fiunt, si sit æqualiter dignus. Si autem suffragia pro aliquo facta, nō indifferenter omnibus prosunt, sed eis maximè, pro quibus fiunt, tunc non est dubium, quod communia suffragia, & specialia plus valent alicui, quàm communia tantum, & ideo etiā Magister * duas opiniones in litera tangit. Vnam, dum dicit, quòd ęqualiter prosunt diuiti cōmunia, & specialia, & pauperi cōmunia tantum: quamuis.n. ex pluribus iuuet vnus, quàm alter, non tamen plus iuuatur: aliam autem tangit cum dicit, * quod ille, pro quo fiunt specialia: consequitur velociorem absolutionem, sed non pleniorem, quia vterque ab omni pęna liberabitur finaliter.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd * iuuamen suffragiorum non cadit directè sub merito, & simpliciter, sed quasi sub cōditione, & ideo non sequitur.

AD SECVNDVM dicendum, quod quamuis virtus Christi, qui continetur sub Sacramento Eucharistiæ, sit infinita: tamen determinatus est effectus, ad quem illud sacramētum ordinatur: vnde non oportet, quòd per vnum altaris sacrificium tota pœna eorum, qui sunt in purgatorio, expietur: sicut etiam nec per vnum sacrificium, quod aliquis offert, liberatur à tota satisfactione debita pro peccatis: vnde & quandoque plures missæ in satisfactione vnius peccati iniunguntur. Credibile tamen est, quòd per diuinam misericordiam, si aliquid de specialibus suffragiis superfit his, pro quibus fiunt (vt si eis non indigeant) aliis dispensetur, pro quibus non fiunt, si eis indigeant, vt patet per Damascenum † in sermone de dormientibus sic dicentem: Deus tanquàm iustus commetietur impotenti possibilitatem, tanquàm suscipiens defectum, & mutationem negotiabitur: quæ quidem negotiato attenditur, si id, quod deest vni, alteri suppleat.

cialia pro seipso. Patet enim, quòd ipsemet in generalibus pro omnibus factis continebatur, & se contineri sciebat; & tamen vlterius pro se specialiter suffragia fieri postulabat. Ex quo apertè intelligendum relinquit, se credere certo; quod orationes communes tantum pro vno factæ minus prosunt, quàm communes & speciales simul pro eodē. Item ab Ecclesia hoc idem insinuatum. Et hoc, quando vltra collectas communes defunctorum apposuit speciales. Sciuit enim Ecclesia (vt patet), quod in collectis communibus includuntur etiā ij; pro quibus speciales quoq; ordinauit. Cum igitur pro ijs, vltra communia, suffragia fieri specialia sanxit; per hoc factum filios suos edocuit: quod specialia & communia simul vni & eidem magis prosunt, quàm communia tantum. Vide dicta in articulo 12. & 13. append & ex ijs, quantum sufficit, ad hunc locum applica: quoniam hi tres articuli vltimi parum, ab inuicem differunt: vt etiam in textu corp. articulo 13. & huius, innuitur.

*ar.12. huius q. ad 2.

2 ¶ Secundò habes: quomodo per rationē prædicta scripturarum & Patrū, pro quāto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis.

† Inter fin. & medium illius.

3 ¶ Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

SVPER Q. CIII. Aliàs 72. Art. 1.

CONCL. 1. Sanctorum animæ non cognoscunt omnia, quæ per diuinam essentiam cognosci possunt.

¶ EXAM. Ly Sanctorum animæ. Scilicet quęcūque sint illę. Vnde & de anima Christi præsens conclusio intelligitur propter rationem in probatione dicendā.

¶ Ly omnia. Absolutè loquēdo: siue in actu, siue in potētia, siue creatoris, siue cuiuscumque creaturæ.

¶ PROB. Quia sanctorum animæ non comprehēdunt diuinam essentiam (alioquin totā virtutem ipsius essentię comprehēderent, quod est impossibile.

¶ NOT. De comprehensione propriè dicta loquitur probatio. Aliter enim cōprehendunt illam comprehensione largo modo sumpta. Vnde in scripturis habetur vtrumque, & quòd non cōprehendatur, vt Hierem.

514 S. Tho. 4. dis. 45. q. 3. ar. 1. & seq.

* Gl. interlin. ibid.

† Cap. 15. tom. 4.

## QVÆST. CIII. Aliàs 72.

*De oratione respectu Sanctorum, qui sunt in patria, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerādum est de oratione respectu sanctorū, qui sunt in patria. ET circa hoc quærunt tria.

¶ Primò, Vtrum Sancti orationes nostras cognoscant.

¶ Secundò, Vtrum eos interpellare debeamus ad orādum pro nobis.

¶ Tertiò, Vtrum orationes eorū pro nobis fusę, semper exaudiantur.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum Sancti orationes nostras cognoscant.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Sācti orationes nostras non cognoscant. Isa. 63. Pater noster es, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Glossa * August. dicit, quòd mortui Sācti nesciunt, quid agant viui, etiam eorum filii, & sumitur ab August. † de Cura pro mort. agen. vbi hanc auctoritatem inducit, & sunt hęc verba Augustini * ibidem. Si tanti Patriarchæ quid erga populum ab eis procreatū ageret ignorauerunt, quomodo mortui viuorum rebus, atque actibus cognoscendis, adiuuandisque miscentur? ergo Sancti orationes nostras cognoscere non possunt.

¶ 2 Præterea. 4. Regum 22. dicitur ad Iosiam Regem, idcirco, scilicet quod fleuisti coram me, colligam te ad patres tuos; vt non videant oculi tui mala omnia, quæ sum inducturus in locum istum: sed in hoc nullo modo per mortem Iosiæ subuētum fuisset, si post mortem quid genti suæ euenire cognosceret; ergo Sancti mortui actus nostros non cognoscunt, & ita non intelligunt nostras orationes.

¶ 3 Præterea. Quanto aliquis est in charitate perfectior, magis proximo in periculis subuenit: sed Sancti in carne uiuentes proximis, & maximè sibi cōiunctis in periculis consulunt, & * manifestè auxiliantur: cum ergo post mortem sint multo maioris charitatis, si facta nostra cognoscerent, multum aut plus suis charis sibi coniunctis consulerent, & auxiliarentur in necessitatibus, quod facere non videntur; ergo non videtur quòd actus

rem. 32. fortissime, magne, potens dominus, incomprehensibilis cogitatu: & quòd comprę hendatur Philip 3. Sequor autem si quomodo comprehendam, & 1. Corinth. 9. Sic currite, vt comprehendatis. Idcirco autem impossibile est Deum propriè comprehendere: quia comprehendens ipsum sic, esset Deus naturaliter; implicat autem contradictionem, quòd aliqua creatura sit naturalis Deus. Ex hoc patet; quòd nec anima Christi propriè comprehendit Deum: Licet Christus, cùm dicat suppositum increatum comprehendat propriè ipsum. Vide circa huiusmodi cōprehensionem, 1. par. q. 12. artic. 7.

* Eodē lib. c. 3. ī med. tom. 4.

Cōprehensio dupliciter sumitur.

¶ CONCL. 2. Necessarium est, vt vnusquisque beatus tantum de alijs rebus in essentia diuina videat quantum perfectio suæ beatitudinis requirit.

* Al. maximè.

¶ PROB. Quia sancti recta voluntate volunt cogno-

cognoscere ea, quæ ad eos pertinent (cùm recta uolũtate quilibet velit cognoscere ad se pertinentia): & de ratione beatitudinis est ut homo habeat quicquid recte velit, nec aliquid inordinatè velit.

¶NOT. Antecedentis huius hypothetici pars prima confirmatur ab oppositis per Bonifaciũ VIII. in de reg. iur. in 6. regula 19. Non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet. Hæc ibi. Ergo qui rem quæ ad se pertinet, cognoscere vult, laudabiliter facit.

*Ex cap. 7. cęlest. hier. à med. Et c. 6. eccles. hierar. declinãdo ad fin.

1. Reg. 16.

¶CONCL. 3. Oportet, ꝙ sancti cognoscant in verbo omnia illa, quę volunt cognoscere.

¶PROB. Quia patet ex dictis, circa secundã conclusionem.

*Li. 12. Moral. c. 13. & lib. 2. c. 3.

¶COROLL. Ergo ex his inferas: quòd sancti non essent sancti glorificati, nisi uiderent in diuina essẽtia omnia, quæ volunt.

¶CONCL. 4. Manifestum est: ꝙ sancti cognoscunt in uerbo vota, & deuotiones, & orationes hominum, qui ad eorũ auxilium confugiunt.

*Greg. lib. 2. Dialog. c. 35.

¶PROB. Quia hoc ꝑtinet ad gloriam eorũ: quòd auxilium præstẽt indigẽtibus ad salutem (cùm per hoc efficiantur Dei cooperatores); & auxilium tale pręstare non possent nisi haberent cognitionem eorũ, quæ ad hoc requiruntur (vt patet).

* In argu. Sed cõtra.

¶COROLL. Ergo gloriæ sanctorum detrahunt, qui hanc cognitionem eis contendunt auferre: de quibus in appen. seq.

*Inter principi. & med. illius; incipit, Multa sorbe mon stra, to. 3.

¶EXAM. Ly in verbo cognoscunt. Scilicet cognitione necessaria. Minus enim dicit conclusio hæc, & plus significat: quoniam præsupponit ex prædictis rectum sensum verborum suorum. In prædictis autẽ dictum fuit: quòd oportet, siue necessarium est. Ergo de necessitate beatitudinis est, vt huiusmodi omnia cognoscant; itaque non essent beati, si orationes nostras, vota, & deuotiones etiam mẽtales pertinentes ad eos non cognoscerẽt in verbo.

*AL necesse.

¶NOT. Ex hoc, quòd illa omnia ad se pertinentia uident in verbo, sequitur; quòd illos absorptos esse in tali gaudiosa visione, non impedit eos ab illorum omnium cognitione; immo quòd talis beata uisio eos iuuat ad cognoscendum, absque vlla vel minima distractione, illa omnia. Ratio est: quia in verbo formaliter, id est per verbum ipsum, non per proprias illorum similitudines illa cognoscunt: vt in prima par. q. 12. artic. 9. Vnde quãto perfectius vident verbum, tanto plus cognoscunt ea: quoniam verbum uisum est ratio cognoscẽdi alia in seipso. Facient hæc ad contuendam & contundendam ignorantiã Pauperum de Lugduno in sua hæresi recitanda in appen. sequen. relucentem: dum dicunt, quòd sancti absorpti gaudio cœlesti, nobis nequeunt intendere; cum tamen totum oppositum debe rent dicere, vt nunc visum est. Cæterum illi Pauperes præ sua ingenij paupertate (hæretici enim omnes indocti sunt; ex 2. Pet. 3.) non attigerunt ad penetrandum; quòd sancti uidẽt hæc nõ per proprias similitudines i verbo: sed de illis iudicarunt, sicut de infirmis uiatoribus, qui ex eo, quòd magno gaudio quandoque absorbentur, redduntur, vel parum, vel multum, vel totalr inhabiles ad attẽdendũ aliqd aliud.

*S. Tho. in 4. dist. 49.

*Cap. 3. in med.

Hæretici oẽs sũt indocti, & instabiles. 2. Pet. 3.

*Citatum in arg.

nostros, & orationes nostras cognoscant.

¶4 Præterea. Sicut Sancti post mortem uident verbum, ita & angeli, de quibus dicitur Matth. 18. Angeli eorum semper vident faciẽ Patris mei: sed angeli verbum videntes non propter hoc omnia cognoscunt, cum à nescientia minores à superiorib. purgentur: vt patet per Dionys.* in 6. c. cęlest. Hierar. ergo nec Sancti, quamuis verbum uideant, in eo nostras orationes cognoscunt, & alia quæ circa nos aguntur.

¶5 Præterea. Solus Deus inspector est cordium: † sed oratio præcipuè in corde consistit, ergo solius Dei est orationes cognoscere; nõ ergo Sancti nostras orationes cognoscunt.

SED CONTRA. Super illud Iob 14. Siue nobiles fuerunt filii eius, siue ignobiles, non intelligent, dicit Greg.* 12. lib. Moral. Hoc de animabus sanctis sentiẽdum non est, quia quæ omnipotentis Dei virtutem, vel charitatem vident, nullo modo credendum est, quòd sit foris aliquid, quod ignorẽt; ergo ipsi orationes nostras cognoscunt.

¶ Præterea, In 2. Dialogo.* Animæ videnti Creatorem angusta est omnis creatura: quantumlibet enim de luce creatoris aspexerit, breue fit ei quod creatum est, sed hoc maximè impedire videtur, quòd animæ Sanctorum orationes, & alia, quæ circa nos aguntur cognoscant, quia à nobis distant; cum ergo distantia non impediat illa, vt prædicta authoritate patet, videtur quòd animæ Sanctorum cognoscãt orationes, & ea, quæ hic aguntur.

¶ Præt. Si ea, quę circa nos aguntur, non cognoscerent, nec pro nobis orarent, quia defectus nostros ignorarent: sed hic est error Vigilantii, vt Hieron.* dicit in epistola contra eũ; ergo Sancti ea, quæ circa nos aguntur, cognoscunt.

RESPON. Dicendum, quòd diuina essentia est sufficiens medium cognoscendi omnia, quod patet ex hoc quòd Deus videndo suam essentiam, omnia intuetur, non tamen sequitur quòd quicumque essentiam Dei vident, omnia cognoscant, sed solum, qui essentiam comprehendunt: sicut nec in principio aliquo cognito, * consequens est omnia cognosci, quæ ex principio consequuntur, nisi tota virtus principii comprehẽdatur; vnde cum animæ Sanctorum diuinam essentiam non comprehendant, non est cõsequens vt omnia cognoscant, quæ per essentiam diuinam cognosci possunt. Vnde etiam de quibusdam inferiores angeli à superioribus edocentur, quamuis essentiam diuinam videant. Sed vnusquisque beatus tantum de aliis rebus, necessariũ est, vt in essentia diuina videat, quantum perfectio suæ beatitudinis requirit. Hoc autem ad perfectionem beatitudinis requiritur, * vt homo habeat quicquid velit, nec aliquid inordinatè velit; hoc autem recta voluntate quilibet vult, vt ea, quę ad ipsum pertinent cognoscant, vnde cum nulla rectitudo Sanctis desit, volunt cognoscere ea, quæ ad ipsos pertinent: & ideo oportet, ꝙ illa in verbo cognoscant, hoc autem ad eorum gloriam pertinet, ꝙ auxilium indigentibus præstẽt ad salutem, sic enim Dei cooperatores efficiuntur, quo nihil est diuinius, vt ait Dion. 3. c. * cęlest. hierarc. vnde patet, ꝙ Sancti habent cognitionem eorum, quæ ad hoc requiruntur, & sic manifestum est, ꝙ in verbo cognoscunt uota, & deuotiones, & orationes hominum, qui ad eorum auxilium confugiunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum August. * intelligendum est de cognitione naturali animarum separatarum, quæ quidem cognitio in sanctis viris non est obtenebrata, sicut est in peccatoribus; nõ autem loquitur de cognitione, quæ est in verbo, quã constat Abraham eo tempore, quo hæc dicta sunt per Isaiam, non habuisse, cũ ante Christi passionem nullus ad visionem Dei peruenerit.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd Sancti, licet post hanc uitam cognoscant ea, quæ hic geruntur, non tamen credendum est, quòd afficiantur doloribus, cognitis aduersitatib. eorum, quos in hoc sæculo dilexerũt, ita enim repleti sunt gaudio beatitudinis, quòd dolor in eis locum non inuenit. Vnde & si cognoscant suorum infortunia post mortem, nihilominus dolori eorum consulitur, si ante eiusmodi infortunia de hoc sæculo subtrahantur. Sed fortè animæ non glorificatæ dolorẽ aliquem sentirent, si incommoda charorum suorum perciperent: & quia anima Iosiæ non statim glorificata fuit à corpore egressa, quantum ad hoc ex hac ratione Augustinus * concludere nititur, quòd animæ mortuorum cognitionem non habeant de factis viuentium.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd animæ Sanctorum habent voluntatem plenariè conformem diuinę voluntati etiam in volito: & ideo quamuis affectum charitatis ad proximũ retineant, non tamen eis aliter auxilium

§. si videlicet sit perfectus plenariè in charitate. Tunc nihil &c. Nam animę sanctorum habent voluntatem plenariè conformẽ &c. vt in textu.

1^m de consequente. Cognouere. ℞. cognitione naturali: nõ, in uerbo. § Tunc &c. vt patet in textu.

¶ NOT. Vide 1 par. q 89. artic. 8. vbi tractatur de hac materia, concordando Gregorium, & Augustinum.

2^m de concl.^e

Non cognoscunt. ℞. Cognitione trahẽte secum dolorem de aduersitatibus cognitis circa suos, non autem cognitione simpliciter. § Tunc nihil &c. Nam iusto consulitur, si ante infortunia suorum de hoc sæculo subtrahatur; etiam quòd postea cogniturus sit infortunia ipsa.

Rñsio 2.

Itẽ de concl.^e

Sancti mortui. ℞. Nondum glorificati: non aliter. §. Tunc nihil &c. vt patet in tex. ly & quia anima Iosiæ &c. Vide secundum responsum litteræ ly sed forte animæ &c.

* In lib. de cura ꝓ mortuis haben da, c. 13. 14. & 15. to. 4.

3^m de maiori.

Subuenit. ℞. Secundum conformitatem diuinæ: non, contra nec præter.

¶EXAM.

¶Exam. Ly conformem in volito. Scilicet non tantum formaliter, sed etiam materialiter. Quid autem sit hoc, colliges faciliter ex 1.2.q.19.art.10. Ergo ly in volito, materialiter & formaliter simul, dicitur ad differentiam viatorum etiam in charitate existentium: vt inde elicere poteris.

4m illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negat illatio. §. Nã transit ab his, q̃ nõ pertinent ad pfectionẽ beatitudinis, ad ea, q̃ pertinẽt ad ipsam. Quamuis autẽ non sit necessariũ, videntes verbũ in verbo omnia &c. ut in tex.

lium ferunt, quàm secundum diuinam iustitiam vident dispositum; & tamen credendum est, quòd multum proximos iuuãt, pro eis apud Deum intercedendo.

Ad qvartvm dicẽdum, quòd quamuis videntes Verbum, non sit necessarium in verbo omnia videre, vident tamen ea, quæ ad perfectionem beatitudinis pertinent eorum, vt dictum * est.

Ad qvintvm dicẽdum, quòd cogitationes cordium solus Deus per seipsum nouit; sed tamen alii cognoscunt quatenus eis reuelatur, vel per visionem verbi, vel quocũq; modo.

5m de maiori. Solus Deus inspector est. R. Per seipsum naturaliter. §. Tunc nihil &c. vt in textu.

Qũo stet simul, ꝙ solus De⁹ nouit corda, & ꝙ ẽt quidam alij.

¶Exam. Ly alij. Scilicet etiam viatores. Vnde adiungitur in tex. ly quocumque modo: ita quòd per ly visionem verbi, importantur sancti in patria; & per ly quocumque modo importantur aliqui existentes in via. Quod patet de sancta Catharina de Senis, de qua legitur in Ecclesia; quòd aliorum corda per Christi reuelationem cognoscebat, peccatoribusque manifestando illorum peccata, quæ ipsi occulta credebant, multos ad dominũ conuertebat. Simile habetur & de beato Dominico ordinis Prædicatorum fundatore: & de alijs quibusdam. Hinc à fortiori argumentare ad confirmandum dictum textus de sanctis in patria cognoscentibus mentes nostras.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationem interimas hæresim Pauperum de Lugduno (vt habetur ex Summa Fratris Yconeti 5. par. c. 2. in Bibliotheca Vaticana manuscripta) dicentiũ: ꝙ sancti in cęlo non audiunt orationes fidelium; nec venerationes, quibus eos veneramur, attendunt. Item eorund. ibid. Sancti absorpti gaudio cœlesti nobis nequeunt intendere, nec in aliquid aliud vacare. 2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, has meritò damnari à &c. vt art. 2. appen. Præsupponunt enim sanctos orationes nostras audire, quæcumque Concilia nos ad orandum ipsos hortantur (vt patet): & consequenter præsumptiuè condemnant hæreses prædictas. Item ab ecclesiastico ritu, quotiescũq; Litanias instituit: & hoc propter eandem, quæ dicta nunc est, rationem. Condemnantur ergo à Pelagio Papa primo per hoc; quòd Litanias cum Hymnis, & canticis spiritualibus instituit dici progrediendo à sancto Pancratio vsque ad sanctum Petrum Apostolum: vt habetur in eius vita ex libro Pontificali tomo 2. Conciliorum. Item à Concilio Lugdunensi primo. Placuit vniuersis fratribus: vt Litaniæ ab omnibus ecclesijs, seu parochijs celebrentur. Hæc ibi. Item à Concilio Gerundensi cap. 3. Lętania facienda est Calendis Nouembris. Hæc ibi. Item à Concilio Bracharensi 2. cap. 9. Placuit; vt conuenientes in vnum vicinæ ecclesię ꝑ triduum, cum Psalmis per sanctorum basilicas ambulãtes celebrẽt Litanias. Hæc ibi. Item à Papa Honorio I. de quo in vita sua ex libro Pontificali, tom. 2. Conciliorũ dicitur sic. Hic fecit constitutũ in ecclesia, & decreuit: vt omni hebdomada Sabbati die exeat Litania à Beato Apollinare, & ad B. Petrum Apostolum cum hymnis & canticis populus omnis occurrere debeat. Hæc ibi. Item à Concil. Constantinopolitano 5. actione prima, dum sic recitat. Cùm graues terræmotus ciuitatem Constantinopolitanam occupassent, magnus & paruus, diues & pauper, seruus & liber, extra ciuitatem in campo secedentes simul concurrerunt. Quibus ubi Deus parcere clementer dignatus est, reuelauit Beato Proclo trissagium acclamare; cum ipsi ad propulsandã iram Litanias facerent. Hæc ibi. Hoc trissagium (vt ibi dr̃) est illud: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nostri. Item à Concil. Toletano 5. ca. 1. Decreto nostro sancimus; vt specialis in cuncto regno hæc religiosa teneatur obseruantia: vt Litania triduo vbique peragatur, & indulgentia delictorum lachrymis impetretur. Item à Concil. Toletano 6. ca. 2. vbi sancitur de Litanijs solemniter persoluendis pro obtinenda indulgentia delictorum. Item à Concil. Maguntino cap. 32. & 33. Item à Papa Zacharia in epistola ad Bonifacium: vbi suasit crebro exsoluendas esse supplicationes, seu Litanias, calamitatibus irruentibus. Item à Papa Gregorio II. per hoc: quòd ipso frequentante Litanias, fluuius Tyberis quasi incredibiliter alueum suum egressus, ad vrbis damna, reuertitur in locum proprium: vt legitur in vita Gregorij eiusdem, ex libro Pontificali, 3. tomo Conciliorum. Quòd sancti cognoscant facta nostra huiusmodi; vide 1. par. quæstio. 89. articu. 8. Quòd ipsos esse absorptos gaudio cœlesti non impediat eos vllo modo à cognoscendis votis nostris: elice efficaciter ex prima par. quæst. 12. artic. 9. 3 Tertiò habes: quomodo prædicta scripturarum & Patrum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. 4 Quartò vides: quomodo ex ijs, vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Letaniæ.

---

## ARTICVLVS II.

*Vtrum debeamus sanctos interpellare ad orandum pro nobis.*

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd non debeamus Sanctos interpellare ad orãdum pro nobis. Nullus enim amicos alicuius interpellat ad orandum pro se, nisi quatenus credit apud eum se facilius gratiam obtinere, sed Deus est in infinitum magis misericors quolibet Sancto, & sic voluntas eius facilius inclinatur ad nos exaudiendũ, quàm voluntas alicuius Sancti; ergo videtur superfluum constituere mediatores inter eos, & Deum, vt ipsi pro nobis intercedant.

¶ 2 Præt. Si eos ad orandum pro nobis interpellare debemus, hoc nõ est, nisi quia scimus eorum orationem Deo esse acceptam; ergo semper debemus superiores pro nobis intercessores constituere ad Deum, & nũquam minores.

¶ 3 Præterea. Christus etiam secundum quod homo, dicitur sanctus sanctorum, & * cum secundum ꝙ homo orare competit: sed nunquam Christum ad orandum pro nobis interpellamus; ergo nec alios sanctos interpellare debemus.

¶ 4 Præterea. Quicũque rogatus ab aliquo, vt pro eo intercedat, preces ipsius ei repræsentat, apud quem pro eo intercedit; sed superfluũ est ei repræsentare aliquid, cui omnia sunt pręsentia; ergo superfluum est, quòd Sanctos intercessores constituamus pro nobis ad Deum.

¶ 5 Præterea. Illud est superfluum, quod fit propter aliquid, quod sine eo fieret, vel non fieret, sed similiter Sancti orarent pro nobis, vel nõ orarent, siue nos oremus eos, siue non oremus, quia si sumus digni, vt pro nobis orent, etiã nobis eos non orantibus pro nobis orarent; si autem simus indigni, etiam si petamus pro nobis, non orant; ergo interpellare eos ad orandum pro nobis, videtur omnino superfluum.

Sed contra est, quod dicitur Iob 5. Voca si est qui tibi respõdeat, & ad aliquẽ sanctorum conuertere. Vocare autẽ nostrum est (vt Greg. * dicit ibidẽ) humili Deum prece deposcere; ergo cum volumus Deum orare, debemus ad Sanctos conuerti, vt pro nobis Deum orent.

SVPER Q. CIII. Aliàs 72. Art. II.

Concl. 1. Hoc diuinæ legis ordo requirit; vt nos, qui manentes in corpore peregrinamur à domino, in eũ, per sanctos medios reducamur.

315 c. cũ Marthæ. §. tertio loco, de celeb. Missarum.

¶Exam. Ly reducamur. Hoc illud est, quando Deus nos ad seipsum conuertit; id quod tangit in tex. per ly quod quidem contingit, dum per eos diuina bonitas in nos suum effectum infundit.

¶Prob. Quia iste est ordo diuinus; vt per media vltima reducãtur in Deum (ex Dionysio).

¶Exam. Ly media. Id est mediantibus aliquibus quæ non sunt Deus, neq; vltima. Nã non oportet, ꝙ solummodò per sanctos medios, idest de media hierarchia, reducamur in Deum, sed sufficit, quòd per sanctos medios, idest mediantibus sanctis, qui non sunt Deus, neque nos. Et hic est sensus tum Dionysij, tum conclusionis. In cuius signum sancti omnes tũ superiores, tùm medij, tùm inferiores, interpellantur ab Ecclesia in Litanijs tanquàm mediatores ad Deum. Vide etiam pro hoc textum respon. ad secundum.

*S. Tho. in 3. dist. 17.

¶Concl. 2. Sicut mediantib. sanctorũ suffragijs Dei beneficia ĩ nos deueniunt: ita oportet, nos in Deum reduci; vt iteratò beneficia eius sumamus mediãtibus sanctis.

¶Coroll. Habetur ergo hinc: & quòd sancti orant pro nobis, etiam si non rogentur à nobis; quòd beneficia ex talibus eorum suffragijs nobis impendũtur. Hoc autem designatur in conclusione vsque ad ly ita: ex quo mox quasi deducitur ibi aliud, scilicet, quòd nos excitari debemus ad inuocandũ fiducialius sanctos tanquàm sic argumentantes. Si sancti ipsi nobis beneficia suffragiis suis contulerunt, nõ rogati multo

* Li. 5. Moral. cap. 40. in med.

multò magis, si à nobis rogabuntur, beneficia conferent.

¶ Prob. Quia reditus noster in Deum respondere debet processui bonitatum ipsius ad nos.

¶ Not. Hoc est illud solitum à Philosopho dici; ꝙ finis debet correspondere principio. Hoc enim philosophicum uocando ad arcem theologiæ, talem propositionem in probatione expressam D. Thomas effecit.

*Vide August. in lib. medit. cap. 14. tom. 9. & Ambr. lib. 1. de viduis, par. 3. tom. 1.

¶ Concl. 3. Dũ nos petimus à sanctis, quòd pro nobis orent, constituimus eos intercessores pro nobis ad Deum, & quasi mediatores.

Mediatores plures, & vnus tñ ex scripturis; & ex Côc. Senonen. in appen. seq.

¶ Examen. Ly quasi. Hoc stat tanquã expressiuum: si sermo fiat de mediatore etiã non primo. Reuera enim sunt mediatores inter nos & Deum. Vel ly quasi tenetur diminutiuè: non quia nõ sint reuera mediatores, sed quia non sunt principales. Principalis enim mediator unus tantum est, s. Christus, de quo 1. Ioan. 2. Si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Et Ephes. 2. Per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Secundarij aũt mediatores sunt sancti alij, de quo Moyses Deuteron. 5. Ego fui sequester & medius inter vos & Deũ. Ex quo dicas à fortiori: quod si Moyses, alijque similes (vt Daniel ꝑ populo orãs, Iudith, Hester, &c.) fuerunt medij inter peccatores & Deum, dum adhuc & ipsi peccatores essent: multo magis nũc ab omni miseria seiuncti, & de se minus solliciti, diuinaque claritate pleni, mediatores erũt. Secundarij sunt ij, quia virtutem hanc mediandi mendicant à primo mediatore: qui solus ꝑ seipsum in sanguine ꝓprio accedit ad Deum; cæteri verò præsupposito ipsius merito: eiusque influentia faciente seipsos idoneos ad hoc.

† Aug. in lib. Medit. c. 11. to. 3. & in serm. 18. de sanctis, & est 2. de Annũc. to. 10.

* c. 5. eccl. hierar. p. 1. parum ante med.

† Al. bonitatis.

August. in lib. de cura pro mort. gerenda, c. 15. & 16. tomo 4. & Hiero. homilia 3. in Cant. canticorũ, inter initiũ & med. tomo 7.

¶ Prob. Quia ex præmissis conclusionib. præsupponitur clara.

1m de maiori. Nisi quatenus credit, apud eum se facilius gratiam obtinere. ℞. Vel nisi quatenus credit, eum velle talem ordinem seruari. §. Tunc nihil &c. Nam credimus, Deum velle seruari talem ordinem; vt per sanctos tanquàm mediatores accedamus ad ipsum: etiam quòd omnibus sanctis ille & sit, & à nobis credatur, magis in infinitum misericors. Sicut enim non est propter defectum diuinæ potentiæ, quòd &c. vt in tex.

2m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Ratio est: quia quãuis sancti superiores sint magis Deo accepti &c. vt in textu.

3m de minori. Christum. ℞. Absolutè sumptum: non, cum additione relata ad humanam naturam. §. Tunc &c. Non. n. est simile de alijs sanctis, & de Christo; quoniam alij sunt puri homines, & consequenter conuenit illis, tanquã suppositis quibusdã, orare, Christus verò non est purus homo, & ideo non competit ei suppositaliter orare, sed tantũ secundum naturam inferiorem in se habitã, i. humanam, eo modo, quo & Hebr. 12. habetur, Christi sanguinẽ pro nobis orare: item Hebr. 7. & Rom. 8. vt ex contextib. ibi patet. Ratio huius adducitur in litera responsi.

¶ Præterea.* Sancti, qui sunt in patria, magis sunt accepti Deo, quàm in statu viæ: sed Sanctos, qui sunt in via, constituere debemus intercessores pro nobis ad Deum exẽplo Apostoli, qui dicebat Rom. 15. Obsecro vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem Spiritus sancti, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Dominum; ergo nos multo fortius petere debemus à Sanctis, qui sunt in patria, vt nos iuuent orationibus ad Deum.

¶ 3 Præte. † Ad hoc est communis consuetudo Ecclesiæ, quæ in litaniis Sanctorum orationem petit.

Respon. Dicendum, ꝙ iste ordo est diuinitus institutus in rebus secundum Dionysium, * vt per media vltima reducantur in Deum, vnde cum Sancti, qui sunt in patria, sint Deo propinquissimi hoc diuinæ legis ordo requirit, vt nos, qui manentes in corpore peregrinamur à Domino, in eum per sanctos medios reducamur, quod quidem contingit dum per eos diuina bonitas in nos suum effectum infundit: & quia reditus noster in Deum respondere debet processui † bonitatum ipsius ad nos, sicut mediantibus Sanctorũ suffragiis Dei beneficia in nos deueniunt; ita oportet nos in Deum reduci, vt iterato beneficia eius sumamus mediantibus Sanctis: & inde est quòd eos intercessores pro nobis ad Deum constituimus, & quasi mediatores, dum ab eis petitur, quod pro nobis orent.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut non est propter defectum diuinæ potentiæ, quòd mediantibus secundis causis agentibus operatur, sed est ad complementũ ordinis vniuersi; & vt eius bonitas multiplicius diffundatur in res, dum res ab eo nõ solum suscipiunt bonitates proprias, sed insuper quòd aliis causa bonitatis existant: ita etiam non est propter defectum misericordiæ ipsius, quòd oporteat eius clementiam per orationes sanctorũ pulsare, sed est ad hoc, vt ordo prædictus seruetur in rebus.

Ad secundum dicẽdum, quòd quamuis sancti superiores sint magis Deo accepti, quã inferiores, vtile tamen est etiã minores sanctos interdum orare, & hoc propter quinque rationes. Primo, ex hoc quòd quandoque aliquis habet maiorem deuotionem ad minorem sanctum, quàm ad sanctum maiorem, ex deuotione autem maximè dependet orationis effectus. Secundo autem, propter fastidium tollendum; quia assiduitas vnius rei fastidium parit, per hoc autem, quòd diuersos sanctos oramus, quasi in singulis nouus feruor deuotionis excitatur. Tertio, quia quibusdam sanctis datum est in aliquibus specialibus causis præcipuè patrocinari, sicut Antonio ad ignem infernalem. Quarto, vt omnibus honor debitus exhibeatur à nobis. Quinto, quia pluriũ orationibus quandoque impetratur quod vnius oratione nõ impetratur.

Ad tertium dicẽdum, quòd oratio est actus quidã, actus autem sunt particularium suppositorum, & ideo si diceremus, Christe ora pro nobis, nisi aliquid adderemus, videtur hoc ad personã Christi referri, & ita videretur esse consonũ illi errori Nestorii, qui distinxit in Christo personam filii hominis à persona filii Dei: vel errori Arrii, qui posuit personam Filii minorem patre. Vnde ad hos errores euitandos Ecclesia non dicit: Christe ora pro nobis: sed Christe audi nos, vel miserere nobis.

Ad quartum dicendum, ꝙ.* non dicuntur sancti preces nostras Deo repræsentare, quasi ei incognita manifestent; sed quia eas exaudiri à Deo petunt, vel diuinam consulunt veritatem de eis, quid scilicet secundum eius prouidentiam fieri debeat.

Ad quintum dicẽdum, ꝙ ex hoc ipso aliquis efficitur dignus, vt sanctus aliquis pro eo oret, quòd ad ipsum in sua necessitate cũ pura deuotione recurrit: & ita non est superfluum, quòd sanctos oremus.

4m de minori. Repræsentare. ℞. Ad notificandum aliquod incognitum: non ad consulendum, vel aliàs postulandũ. §. Tunc nihil &c. Nam sancti non dicuntur preces nostras Deo repræsentare quasi &c. vt in textu.

¶ Examen. Ly quasi. Id est, quia. In signum huius subditur in sentẽtia aduersatiua ly quia: dicẽdo, sed quia eas exaudiri &c. Ac si dictum fuisset. Non dicuntur repræsentare, quia ei incognita manifestẽt; sed quia eas &c. Et nota: quòd multis in locis alibi etiam ly quasi, hoc modo accipitur, vt ex hoc admonitus diiudicare per te facile poteris. Quare autẽ potius utatur ly quasi, quàm ly quia, est: quoniam in similibus locutionib. talis dicendi phrasis meliorem eufoniam, i. sonum videtur generare; sine præiudicio tamen veritatis prædictæ.

5m minor. Similiter sancti orarent, vel non orarẽt; siue nos oremus eos, siue non oremus. ℞. Negatur ista §. Ad rationem respondetur: ꝙ si sumus digni, tunc pro nobis orãt: sed digni efficimur ad hoc ex eo, ꝙ ad sanctos ipsos cum pura deuotione recurrimus: vt in textu.

¶ Corol. Ergo quasi implicationem oppositorum volebat arguẽs, quando optabat nos fore dignos, vt sancti pro nobis orarent: & ex alia parte dissuadebat, nos recurrere ad illos. Quasi diceret; dignos vos volo, & simul indignos: vel sic saltem; dignos vos volo, sed viam veniendi ad hanc dignitatem vobis surripio. Quod autẽ sic vellet arguens, patet ex responso: ex quo habetur, quòd via perueniẽdi ad hanc dignitatem,

ARTI-

quòd sancti orent pro nobis est hæc, quòd scilicet nos deuoto corde ac precibus recurramus ad illos in necessitatibus nostris.

* Art. seq.

Vnde efficimur digni, ꝙ sancti orent ꝑ nobis.

¶ Exam. Ly similiter. Id est tantundem. Verbum hoc dicebatur in argumento: &, vt patet, iuxta sensum arguentis (quandoquidem argumenta hæc hæreticorum personam induunt) significat idem, quod diximus.

## APPENDIX.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationem interimas hæresim Pauperum de Lugduno (vt ex Summa Fratris Yconeti 5. par. cap. 2. manuscripta in Bibliotheca Vaticana) dicẽtium: Sancti non orant pro nobis; ideo non oportet implorare eorum suffragia.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Item

Itém Vigilantij (vt habetur ex D. Hieronymo contra ipsum) dicentis: Sancti non sunt in nostrum auxilium inuocandi. Item Eustathij, Sebast. Husi, Oecolampadij dicentium: Sanctos non honorandos, neque orandos esse. Item Publicanorum dicentium: Sanctorum suffragia in cœlis regnantium non esse expetenda. Item Catharorum (vt refert Card. Turrecremata, de Eccles. lib. 4. cap. 35. dicentium: non esse imploranda auxilia Beatæ Virginis, nec Angelorum, nec Sanctorum. Item Almarici dicentis: Altaria dicata sanctis, & imagines thurificare, ipsorumque inuocationes, idolatriam esse. Hæc omnia sunt quædam nostræ orationes ad sanctos: ideoque afferuntur hic. Item Bezanitarum dicentium: quòd inuocationis sanctorum fundamenta per optimos & sanctos Patres iecit Sathan. Quasi, quòd optimi & sancti Patres potuerint esse optimi & sancti; & tamen, hoc Sathanico spiritu inseruientes, aut ab ipso decepti: cum tamen Apostolus in eorum persona dicat 2. Corint. 2. Non ignoramus cogitationes eius, id est Sathanæ, & Roman 16. Pro eis oret, vt Dominus conterat Sathanam velociter sub pedibus eorũ; & Ephes. 4. Testificetur, patres ipsos nobis à Deo datos, ne simus tãquam paruuli fluctuantes, & circũferamur omni vento doctrinę.

2 Secundo habes: quomodo per rationem ostendas prædictas hæreses meritò damnari à scripturis 2. Pet. 1. Dabo autem operam, & frequenter, habere vos post obitum meum: vt horum omnium memoriam faciatis. Hæc ibi. Vbi aperte promittit se post mortem oraturum pro eis. Item à Concilio Senonensi in suis decret. fidei catholicæ, decreto 13. In eam demum hæreticus incidit insaniam, vt viuos sanctorum, qui in cœlis sunt defraudet auxilijs; quasi vel preces non audiant, vel nostris calamitatibus non tangantur; quasi diuinæ clementiæ deroget; quod qui Christo ministrauerit, hoc honore dignus habeatur, vt pro cæteris intercedat. Sed quàm sit primum horum ueritati dissonum, facile intelligit: qui beatis peruium esse non ignorat omniforme illud diuinitatis speculũ, in quo quicquid eorum interfit, illucescat. Porrò, quod ad secundum attinet quid fieri potest, vt nostris non afficiantur incommodis, quorum nũquam excidit charitas; quibus tantum gaudium super vno peccatore pœnitentiam agente? Abraham, cum hic diuersaretur, pro salute Sodomitarum apud Dominum semel & iterum interpellauit, vt pro certo iustorum numero, qui inter eos reperiretur, toti parceret ciuitati. An nunc, cùm in cœlo gloriosus regnat, vsqueadeò refriguit eius charitas: vt immemor filiorum suorum factus non oret pro ijs, qui in hoc procelloso mari diris iactantur fluctibus? Nihil autem diuinæ bonitati, vel omnipotentiæ deperit: quæ summa & incomprehensibili sapientia infima quæque per intermedia moderatur & regit: neque minus vnus est mediator Dei & hominum Iesus Christus: si iuxta sacram Aurelianensis Concilij, atque aliorum quamplurium institutioné Litanijs ad aliquos sanctorum conuertamur; Christo tamen accepta ferãtur omnia, per quem omne ad genus interueniendi munus, cęteraque in humanum genus beneficia deriuentur. Absit igitur vt tanti sint apud aliquem, hæreticorum præstigiæ; vt cum Manichęis, Catharis, &c. Pluris sit sacrorum Conciliorum authoritas: quibus si quis pertinacius obstiterit, hunc pœnis in hæreticos à iure statutis declaramus coercendum. Hæc ibi. Vbi illud, quod dicit, q sancti afficiuntur nostris incommodis, non intelligas; nisi quantum ad effectum subleuandi miserias nostras; mediantibus orationibus suis: sicut & in scripturis consueuit dici de Deo, Genes. 6. quòd fuit tactus dolore cordis intrinsecus, & Psal. 6. quòd in ipso est furor & ira, & quod misericordiæ Psal. 88. quæ, cum alijs huiusmodi, proculdubio intelliguntur non quantum ad affectum, sed quantum ad similitudinem effectus. 1. par. q. 3. art. 2. Vnde Concilij dictum illud, cum dicto art. 1. ad secũdum, facillimè concordare potes rectum sensum vtrobique tenendo. Item à Concil. Nicęno 2. actio. 2. vbi ex Basilio in epistola ad Iulianum apostatam dicit. Suscipio etiam sanctos Apostolos, Prophetas, & martyres, qui pro me apud Deum supplicant; quo per illorum mediationem propitius mihi sit Deus benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob causam & historias imaginum illorum honoro, & palàm adoro. Hoc enim nobis traditum à sanctis Apostolis, non est prohibendum. Hæc ibi Concilium. Item à Concilio Trid. sess. 25. decret. de inuocatione, & venerat. sanct. Mandat sancta Synodus omnibus docendi munus, curamque sustinentibus: vt diligenter fideles instruant, docentes eos: sanctos vnà cum Christo regnantes orationes suas pro hominibus Deo offerre, bonum atque vtile esse eos suppliciter inuocare; & ob beneficia impetrãda à Deo per filium eius Iesum Christum, qui solus redemptor noster est, ad eorum orationes, opem, auxiliumque confugere. Illos uerò qui negant sanctos æterna fœlicitate in cœlo fruentes inuocandos esse, aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non orare vel eorum, vt pro nobis etiam singulis orent, idolatriam esse, vel pugnare cum verbo Dei, vel aduersari honori vnius mediatoris Iesu Christi; vel stultum esse in cœlo regnantibus voce aut mente supplicare; omninò damnandos esse; prout iam pridem eos damnauit, & nunc etiam damnat Ecclesia. Hæc ibi. Item à Concil. Lateran. maximè sub Innoc. III. cap. Damnamus. Ibi namque in fine damnatur doctrina Almarici. Et à Concil. Trid. sess. ead. Specialiter condemnatur prędicta hæresis Almarici per hoc; quòd mandat, imagines sanctorum in templis habendas, eisq; honorem debitum impertiendum; non vt olim fiebat à gentibus, sed modo, quo honos, qui eis exhibetur, ad prothotypa repræsentata refertur. Hoc ipsum & à S. Tho. habetur 3. par. q. 25. artic. 3. & 4.

3 Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum pro quanto nos debere sanctos interpellare ad orandum pro nobis insinuant, & intelligas, & probes, & defendas.

4 Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Oĩa ad se, pertinẽtia sancti cognoscũt in verbo, sm Conciliũ.

Concil. 1. Aureli. ca. 23. uel 29. de cõsecr. dist. 3. c. rogationes.

A sanctis Aplis traditum est nobis dogma orandi sanctos in cœlo existentes.

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum orationes sanctorum ad Deum pro nobis effusæ, semper exaudiantur.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd orationes Sanctorum pro nobis ad Deum fusæ, non semper exaudiantur: Si enim exaudirentur, maximè exaudirentur sancti de his, quæ ad eos pertinent: sed de his non exaudiuntur. Vnde dicitur Apocal. 6. quòd martyribus petentibus vindictam de his, quæ sunt super terram dictum est, ut requiescerent modicum tempus adhuc, donec impleretur numerus fratrũ suorum: ergo multo minus exaudiuntur de his, quæ ad alios pertinent.

¶ 2 Præt. Hierem. 15. dicitur, Si steterit Moyses, & Samuel coram me, nõ est anima mea ad populum istum: ergo sancti non semper exaudiũtur, cum pro nobis orant ad Deum.

¶ 3 Præterea. Sancti, in patria æquales Angelis Dei dicuntur, vt patet Math. 22. sed Angeli non semper exaudiuntur in suis orationibus, qđ patet ex hoc, quòd habetur Dan. 10. vbi dicitur: Ego veni propter sermones tuos, princeps autem regni Persarum restitit mihi uno, & uiginti diebus. Non autem uenerat in adiutorium Danieli Angelus, qui loquebatur, nisi à Deo liberationem petendo, & tamen est impedita orationis eius impletio, ergo nec etiã alii sancti pro nobis orantes apud Deum, semper exaudiuntur.

¶ 4 Præterea. Quicunque oratione impetrat aliquid, quodammodo meretur illud: sed sancti, qui sunt in patria non sunt in statu merendi; ergo nõ possunt suis orationibus aliquid impetrare nobis apud Deum.

¶ 5 Præterea. Sancti per omnia conformant uoluntatem suam uoluntati Dei, ergo nolunt nisi quod sciunt Deum velle: sed hoc quod uult fieri, fieret etiam eis non orantibus: ergo eorum orationes non sunt efficaces ad aliquid impetrandum.

¶ 6 Præterea. Orationes totius cęlestis Curiæ, si aliquid impetrare possunt, sunt efficaciores, quàm omnia præsentis Ecclesiæ suffragia: sed multiplicatis præsentis Ecclesiæ suffragiis factis pro aliquo in purgatorio existente, totaliter absolueretur à pęna: cum ergo sancti, qui sunt in pa-

SVPER Q. CIII. Aliàs 72. Art. III.

316 CONCL. 1. Orationes, siue expressæ, siue interpretatiuę sanctorum, sunt, quantum in eis est, efficaces ad impetrandum; quod petunt.

¶ EXAM. Ly expresè, ly interpretatiuè. i. &c. vt in textu.

¶ PROB. Quia de se patet.

¶ NOT. Et merito. Alioquin beati non essent beati. Hoc enim ad perfectionem beatitudinis pertinet, vt homo habeat quicquid velit, nec aliquid inordinate velit, art. 1. corp.

¶ CONCL. 2. Ex parte nostra potest esse defectus: quod non consequamur fructum orationum sanctorum interpretatiuarum, i. secundum quod pro nobis orare dicuntur ex hoc, quod merita eorũ nobis proficiunt.

¶ COROLL. Ergo ex parte ipsorum sanctorũ, quando meritis suis pro nobis intercedunt fructum semper consequeremur: nisi nosmetipsi utilitatẽ ipsam inde de se prouenientem impediremus ne usq; ad nos pertingeret.

¶ PROB. Quia patere præsupponitur.

¶ CONCL. 3. Orationes sanctorum expressæ, id est secundũ quòd orant pro nobis uotis suis aliquid nobis postulando, exaudiuntur semper.

¶ PROB. Quia sancti sic postulandò non nolunt, nisi qđ Deus uult; nec petunt, nisi quod volunt fieri.

¶ CONCL. 4. Non est mirum; si orationes sanctorum expressæ p modum uoluntatis antecedentis interdum nõ implentur.

¶ NOT. Huiusmodi orationes sunt, quando sancti postulant pro omnibus & singulis: vt ad vitam æternam perueniant. Voluntas enim antecedẽs est in his tũc considerata: quoniã naturam hominum, vt sit,

atten-

attendunt. Pro quo melius intelligendo vide 1. par. q. 19. art. 6.

¶ Prob. Quia nec voluntas Dei antecedens semper impletur, vt 1. par. q. nunc citata.

1^m minor. De his nō exaudiuntur. R. Negatur ista. §. Nam illa oratio Apocalyp. non infert, ꝙ sancti non sint exauditi: immo totum oppositū. Oratio enim illa martyrum non est aliud, quàm eorum desiderium &c. vt in textu. Ex quo habetur: quòd martyres ipsi orando sic, non intendebant exaudiri aliter, quàm Deus vellet, & hoc factum est.

*Inter principia & med. illius epis. quæ incipit, Multa in orbe monstra, to. 3.

2^m ex Hierem. Moyses & Samuel. R. Viuentes in præsenti vita: nō aliter. §. vt in tex. Tunc nihil &c. vt patet. Nam loquimur de sanctis in patria, nunc.

* Post verba citata, & tale quid habet August. serm. 39. de sanctis, to. 10.

3^m minor. Angeli non semper exaudiūtur in suis orōnibus. R. Negatur ista. §. Ad rationē ex Daniele allatam, respondetur, ꝙ nō concludit propositum ad quod ab arguente adducitur. Pugna enim ista bonos angelos non intelligitur ex hoc, ꝙ apud Deum cōtrarias orationes &c. vt in tex. Pro hoc etiam vide 1. par. quæst. 113. artic. 8.

4^m de minori. Non sunt in statu merendi. R. Sibi: non alijs. §. Tunc nihil &c. vt patet.

Itē illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Nam transitur à nō mereri ad non impetrare; cū tamen multum differant ista duo, vt in tex. patet. Vbi vide secundū responsum ly vel dicendum, ꝙ oratio ex alio meretur &c.

¶ Not. Secundum responsum ad maiorem conuictionem, negantium sanctorum orationes pro nobis exaudiri, additum est primo. Quod quidem summarie dicere vult in proposito. Dato etiam, quod sancti non essent in statu merendi pro nobis, quod tamen non conceditur (vt patet in primo responso): tamen adhuc orationes illorū pro nobis exaudirentur, quoniam sunt in statu impetrandi.

Mereri & impetrare, sancti non fundant̄ sic per diuersa.

* Glo. ord. ibid.

Quintam

trria, eadem ratione orēt pro illis, qui sunt in purgatorio, sicut & pro nobis; si nobis aliquid impetrant, illos, qui sunt in purgatorio, totaliter orationes eorum à pœna absoluerent, quod falsum est, quia sic suffragia Ecclesiæ pro defunctis facta, superflua essent.

Sed contra est, quod habetur 2. Machab. vlt. Hic est, qui multum orat pro populo, & pro vniuersa sancta ciuitate, Hieremias Propheta Dei, & quod eius oratio sit exaudita, patet per hoc quod sequitur, ꝙ extendit Hieremias dexteram, & dedit Iudę gladium dicens: Accipe sanctum gladium munus à Deo, &c.

¶ Præt. Hieron.* in epist. contra Vigilantiū: Dicis in libello tuo ꝙ dum viuimus, mutuo ꝓ nobis orare possumus, & hoc postea improbat dicēs sic: Si Apostoli, & Martyres adhuc in corpore constituti, possunt orare pro cæteris quando pro se adhuc debent esse soliciti, quanto magis post coronas, victorias, & triumphos.

¶ Præte. Ad hoc est consuetudo Ecclesię, quæ frequenter petit, vt sanctorum orationibus adiuuetur.

Respon. Dicendum, ꝙ Sancti dicuntur dupliciter orare pro nobis. Vno modo oratione expressa, dum votis suis aures diuinæ clemētiæ pro nobis pulsant. Alio modo quasi oratione interpretatiua, scilicet per eorum merita, quæ in conspectu eius existentia non solum eis cedunt ad gloriam: sed sunt nobis etiam suffragia, & orationes quædā, sicut etiam sanguis Christi pro nobis dicitur veniam petere. Vtroque autem modo Sanctorum orationes sunt, quātum est in eis, efficaces ad impetrandum quod petunt, † sed ex † parte nostra potest esse defectus, ꝙ non consequamur fructum orationum ipsorum, secundum quod pro nobis orare dicuntur, ex hoc ꝙ merita eorum nobis proficiunt, sed secundum quòd orant pro nobis, votis suis aliquid nobis postulando, semper exaudiuntur, quia non volunt, nisi qd Deus vult, nec petūt, nisi quod volūt fieri; quod autem Deus simpliciter vult, impletur; nisi loquamur de voluntate antecedente, secundū quam vult omnes homines saluos fieri, quæ nō semper impletur. Vnde nec est mirū, si quod sancti volunt per hunc modum voluntatis, interdum non impletur.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ illa oratio martyrum non est aliud, q̄ eorum desideriū de obtinenda stola corporis, & societate sanctorum, qui saluādi sunt, & cōsensu, quo consentiunt diuinæ iustitiæ puniēti malos, vnde Apocaly. 6. super illud: Vsquequo Domine, &c. dicit Glos.* Desiderant gaudium maius, & consortium sanctorū, & iustitiæ Dei cōsentiunt.

Ad secundum dicendum, ꝙ Dominus loquitur ibi de Moyse, & Samuele secundū statum, quo fuerūt in hac vita. Ipsi enim leguntur pro populo orantes iræ Dei restitisse, vt* Glos. interlinearis dicit, & tamē si in illo tempore fuissent, non potuissent orationibus Deum placare ad populum, propter populi illius malitiam, & hic est illius literæ intellectus.

Ad tertium dicēdum, quòd ista pugna bonorum angelorum nō intelligitur ex hoc quòd apud Deum contrarias orationes funderent, sed quia cōtraria merita ex diuersis partibus ad diuinū examen referebant, diuinam sententiam expectantes, & hoc est quod Gregorius* 17. Moralium, exponens prędicta verba Dan. dicit: Sublimes spiritus gētibus principantes nequaquā pro iniustè agentibus decertant, si eorum facta rectè indicantes examinant, cumq; vniuscuiusque gentis, vel culpa, vel iustitia ad supernæ curiæ solum ducitur, eiusdem gentis præpositus, vel obtinuisse in certamine, vel nō obtinuisse perhibetur, quorum tamen omniū vna victoria est super se opificis voluntas summa, quā dum semper aspiciunt quod obtinere non valent, nequaquam volunt nec petunt, ex quo etiam patet, quòd orationes eorum semper exaudiuntur.

Ad quartum dicēdum, quòd licet Sancti non sint in statu merendi sibi, postquam sunt in patria, sunt tamen in statu merendi ab aliis, vel potius ex merito pręcedenti alios iuuandi: hoc enim apud Deum viuentes meruerunt, vt orationes eorū exaudirentur post mortem. Vel dicendum, quòd oratio ex alio meretur, & ex alio impetrat. Meritum enim consistit in quadam adæquatione actus ad finē, propter quem est; qui ei quasi merces redditur: sed orationis impetratio innititur liberalitati eius, qui rogatur, quod tamen ipse nō meruit, & ita quamuis sancti non sint in statu merēdi, tamen non sequitur, quod non sint in statu impetrandi.

Ad quintum dicendū, ꝙ sicut ex authoritate Greg.* inducta patet, Sancti, vel angeli nolunt, nisi quod in diuina voluntate conspiciunt; & etiam nihil aliud petunt, nec tamen oratio eorum est infructuosa, quia etiam sicut dicit Augustinus in libro de Prædestinatione Sanctorū, orationes Sanctorum in prædestinatis prosunt: quia forte præordinatum est, vt intercedentium orationibus saluentur, & ita etiam Deus vult, vt orationibus Sanctorum impleatur illud quod Sancti vident eum velle.

Ad sextum dicendum, quòd suffragia Ecclesię pro defunctis sunt quasi quædā satisfactiones viuentium vice mortuorum, & secundum hoc mortuos à pęna absoluunt, quam non soluerunt: sed Sancti, qui sunt in patria, non sunt in statu satisfaciendi, & ideo non est simile de eorum orationibus, & Ecclesiæ suffragiis.

5^m minor. Hoc, quod vult fieri fieret; etiā eis non orantibus. R. Si vel let, hoc fieri sine medio orationum illorum: nō aliter. §. Tunc nihil &c. Nam multa Deus prævidit certò fienda mediantibus orationib. sanctorū; ita quòd non nisi mediantibus eisdē, prouenirēt unquām. Vnde vult Deus illa fieri, sed non, nisi talibus mediis.

*Gl. interlin. ibid.

¶ Coroll. Oportet ergo vt orōnes huiusmo di fiāt pro volūtate Dei in effectu implenda. Et hinc est: ꝙ tales orantes, vt sic, sunt cooperatores Dei: quo nihil diuinis. Ergo taliter orātes non frustratorie agunt; vt argumentum intendebat.

* lib. 7. Moral. c. 7. nō procul à fine.

¶ Not. Simile quid doctrinæ rāsi huius textualis est disputatio de ꝓdestinatione, & alijs huiusmodi. In his ergo disputationib. memento semper: ꝙ Deus futurū euentū infallibilem præ destinatorū voluit esse mediantib. præuijs operibus ꝓdestinati in gratia vestitis simul & arbitrij eius libertate. Vnde si talis per non possibile nō operaretur modo, quo à Deo præuisum est, ipse non saluaretur. Et licet hoc sit impossibile sicut antecedēs (considerata infallibilitate prædestinationis) tamen cōsequentia illa est omnino necessaria. Sicut ergo irridendi essent ij, qui ad euentum certo futurum, medijs tamen suis orationibus, nollent ꝓ orationes proprias concurrere; nihilominus vellent effectū illum de facto venire (vt colligitur ex ꝑsenti textu): ita deridendi sunt & ij, qui dicūt, si sumus prædestinati, faciamus quicquid velimus, quoniam infallibiliter saluabimur. Pro captu melio ri dictos, vide 1. par. q. 23. artic. 6. 7. & 8.

Multa vult Deus fieri, non tamen absque mediis.

Rāsio 2.

* In solut. arg. 3. huius art.

6^m de concl. e Si nobis aliquid impetrant; illos, qui sunt in purgatorio totalr orationes

* In lib. 2. qui est de bono perseuerātiæ, c. 22. to. 7.

Rāsio 2.

QVAE-

tiones eorum à pœna absoluerent. R. Negatur hoc. 5. Nam aliud est loqui de suffragijs Ecclesiæ pro mortuis; & aliud de orationibus sanctorum pro eisdem. Nam suffragia Ecclesiæ pro defunctis sunt quasi quædam &c. vt in textu.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationem interimas hæresim Hussitarum dicentiū: ꝙ orationes inutiles sunt, quia omnia fiunt necessitate absoluta. Si enim omnia euenirent de necessitate absoluta; non esset, quòd orationes fierent; & per consequens nec exaudirentur. Quod non tantū de viatoribus, sed & de sanctis Hussitę per eandem rationem voluisse videntur. Cum ergo probat hic sanctus Doctor, quòd orationes sanctorum exaudiūtur, per hoc simul ostendit, quòd illorum orationes non sunt inutiles, & consequenter, quòd non omnia de absoluta necessitate fiunt: & per idem aduersus Hussitas militat efficaciter. 2 Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illam meritò damnari à Concilio Constantiensi sess. 15. Hæc sacrosancta Synodus reprobat, atque condemnat libros Ioan. Huss, atque ipsos comburendos publicè & solemniter decernit, & diffinit, adijciens propter præmissa, omnem eius doctrinam meritò esse, & fore suspectam de fide; & ab omnib. Christi fidelibus euitandam. Hæc ibi. Si ergo totam eius doctrinam damnat, vtique & prædictam de orationibus. 3 Tertiò habes, quomodo per rationem ostendas; meritò insinuatam ab Apocalyp. 5. quod orationes Sanctorum exaudiuntur, quando v. dit ibi Ioannes vigintiquatuor seniores habētes singulos cytharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Item Apocalyp. 7. Data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum super altare aureum, quod est ante thronum Dei: & ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo. Hæc ibi. Ecce, quòd per ly odoramentorum insinuat id, quod iam diximus. Nam tunc Deus dicitur odorari aliquam orationem quando exaudit. Genes. 8. Perodoratus est Dominus odorem suauitatis; & Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro nobis hostiam Deo in odorem suauitatis. Hoc est, Deus exaudiuit ipsum Noë orantem, & exaudiuit Christi sanguinem aspersum pro nobis loquentem. Hebr. 12. in oblatione crucis. Item ab Ecclesia in collecta. Quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Ecce. Loquitur Deo de sanctorum orationibus: & illas per talem modum loquendi exaudiri ab ipso designat. Item à Ioh. 9. Si quis cultor Dei est, & voluntatem eius facit, hunc Deus exaudit. Quis autem magis Dei est cultor, voluntatem eius faciens; quàm sancti in patria? Item à Concil. Trident. sess. 25. decret. de inuocat. sanct. Instruant: bonum atque vtile esse inuocare eos: & ob beneficia impetranda à Deo ad eorum orationes confugere: sanctorum quoque corpora à fidelibus veneranda esse; per quæ multa beneficia à Deo hominibus præstantur. Hæc ibi. Vbi nota pro exauditione orationum sanctorum ly vtile est eos inuocare; ly ob beneficia impetranda. Item nota ly per quæ multa beneficia à Deo hominibus præstantur. Per hoc enim, quòd per corpora sanctorum beneficia nobis præstantur, monstratur à fortiori; quòd per orationes animarum illorum beneficia in nos proueniāt: quod non fieret nisi exaudirentur. Item à Machab. vt in argum. 1. Sed contra. Item à tota Ecclesia, vbi in collectis, orationibus sanctorum connectit intercessionem Christi. Nam orationes omnes in quibus suffragia sanctorum postulat, terminat sic, Per Christum Dominum nostrum. Patet autem: quòd Christus exauditus est pro reuerentia sua Hebr. 5. & exauditur eo modo, quo vult exaudiri. Per hoc igitur, ꝙ intercessores secundarios, qui sunt sancti, intercessori primo, qui est Christus, colligat ibi Ecclesia, declarat: ꝙ orationes sanctorum exaudiuntur de his, quæ postulant; vel ad literam concedendo postulata, vel saltem eo modo, quo ipsi volunt siue antecedente, siue consequente voluntate. Et, vltra id, declarat etiam Ecclesia per hoc: quòd mediandi officium, & virtutem habent sancti à principali mediatore Christo: vt docuit Concilium Senonense, suprà art. 2. appen. De quo & vide art. eod. exam. tertiæ conclus. 4 Quartò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum & scripturarum pro quanto directè, vel indirectè insinuant orationes sanctorum exaudiri pro nobis, & intelligas, & probes, & defendas. 5 Quintò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Orationes Ecclesiæ, etiā suffragia sanctorum postulātes, quæ terminantur, per Chrm Dominum nostrum.

---

SVPER Q. CIIII. Aliàs 73. Art. 1.

CONCL. 1. Aduentum Christi ad iudicium venientis multa præcedent.

¶ PROB. primò: Quia ad dignitatem iudiciariæ potestatis pertinet, habere aliqua indicia, quæ ad reuerentiam subiectionemq́ue erga iudicē homines inducant. Secundo, quia hoc requirit præparatio hominū ad iudicium (per huiusmodi scilicet ad præparationem induci).

¶ CONCL. 2. Non potest sciri de facili, quæ sint ista signa.

¶ EXAM. Ly quæ. i. qualia, & quāta, & quanto numero.

317 S. Tho. 4. d. 48. q. 1. ar. 4. q. 1. & seq.

¶ PROB. Quia hoc patet ex Augustino ad Esichiam, & parua probabilitate signorum in annalibus Hebręorū à Hieronymo repertorum.

Primum

## QVÆST. CIIII. Aliàs 73.

*De signis quæ iudicium præcedent, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de signis, quę iudicium præcedent.

CIRCA quod quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum aduentum Domini ad iudicium aliqua signa præcedent.

¶ Secundò, Vtrum secundum veritatem Sol, & Luna obscurari tunc debeant.

¶ Tertiò, Vtrum virtutes cœlorum Domino veniente moueantur.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum aliqua signa præcedent aduentum Domini ad iudicium.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ aduentum Domini ad iudicium, non præcedēt aliqua signa, quia 1. Thess. 5. Cum dixerint pax, & securitas, repētinus ei superueniet interitus: sed nō esset pax, & securitas si hoīes per signa præcedentia terrentur; ergo signa non præcedent illum aduentum.

¶ 2 Præt. Signa ad manifestationem alicuius * requiruntur: sed aduentus eius debet esse occultus: vnde & 1. Thessal. 5. Dies Domini sicut fur ita in nocte veniet; ergo signa non debent ipsum præcedere.

* Al. ordinantur.

¶ 3 Præt. Tempus primi aduentus fuit præcognitum à Prophetis, quod non est de secundo aduentu: sed primum aduentum Christi non præcesserunt aliqua huiusmodi; ergo nec secundum præcedent.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 21. Erunt signa in Sole, Luna, & stellis.

¶ Præt. Hieron. ponit 15. signa præcedentia iudiciū, dicens, quòd primo die maria omnia exaltabuntur 15. cubitis super montes. Secundo, omnia æquora prosternentur in profundum, ꝙ vix videri poterunt. Tertio, redigentur in statum antiquum. Quarto, beluæ omnes, & alia, quæ mouentur in aquis, congregabuntur, & leuabunt capita super pelagus more contentionis inuicem mugientes. Quinto, omnia volatilia cœli congregabuntur in campis inuicem plorantes, non gustantes aliquid nec bibentes. Sexto, flumina ignea surgent contra firmamentum ab Occasu Solis vsque ad Ortum concurrentia. Septimo, omnia sydera errantia, & fixa ex se spargēt igneas comas sicut cometæ. Octauo, erit magnus terrę motus, vt omnia animalia prosternantur. Nono, omnes plantæ sanguineum dabunt rorem. Decimo, omnes lapides parui, & magni diuidentur in quatuor partes, vnaquaque aliam collidente. Vndecimo, omnes colles, & montes, & ædificia in puluerem redigentur. Duodecimo, omnia iumenta venient ad campos de syluis, & montib. rugientia, & nihil gustantia. Decimotertio, omnia sepulchra ab ortu Solis patebunt cadauerib. ad resurgendum. Decimoquarto, omnes homines de habitaculis recedent, non intelligentes, neque loquentes, neque discernentes. Decimoquinto, omnes morientur, & resurgent cum mortuis longe ante defunctis.

RESPON. Dicendum, ꝙ Christus ad iudicandū veniens, in forma gloriosa apparebit propter auctoritatem, quę iudici debetur. Ad dignitatem autem iudiciariæ potestatis pertinet habere aliqua indicia, quæ ad reuerentiam, & subiectionem inducant; & ideo aduentum Christi ad iudiciū venientis multa signa præcedent, vt corda hominum in subiectione venturi iudicis adducantur, & ad iudicium præparentur huiusmodi signis præmoniti: quę autem sint ista signa, de facile sciri non potest. Signa enim, quæ in Euangeliis leguntur (vt Augustinus * dicit ad Esitium de fine mundi) non solū pertinent ad aduentum Christi ad iudicium: sed etiam ad tempus destructionis Hierusalem: & ad aduētum, quo Christus continuè Ecclesiam suam visitat; ita quòd forte, si diligenter aduertatur, nullum eorum inuenitur ad futurum aduentum pertinere (vt ipse dicit †) quia signa, quæ in Euangeliis tanguntur,

* Est in ep. 80. non remotè, ante med. to. 2. † In ea. ep. 80 parū ante med. to. 2. & gl. ordin. sup illud Matt. 24. Videte ne.

1m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negat illatio. § Nā illa pax, & securitas nō arguit, ꝙ nō sint futura signa, sed ꝙ paruipendent ab eis, de qui bus illa pax verificabitur. Non.n. de omnibus verificatur; vt in tex.

¶Not. Sicut ex securitate & pace aliquorum arguebatur, quòd signa non essent futura: ita ex arescentia hominum, idest ex magna timiditate, de qua in Euangel. Lucæ 21. Arescentibus hominib. præ timore, debebant inferri signa futura. Et tantò magis, quantò illa pax non inferebat necessariò non ventura signa; sicut ista timiditas inferre poterat opposi tum. Cæterum mirandum non est de hoc: quoniam argumentans semper assumit, quod pro se apparenter saltē facit: subiciendo alia.

Item ex Apostolo. Cùm dixerint. ℞. Antequàm appareant signa. §. Tunc nihil &c. vt patet. Non enim ex hoc concluditur; quòd signa post istam securitatem nō sint appaiitura. Vide responsum secundū literæ ly vel potest dici.

¶Not. Diligenter aduerte quod dicitur in textu circa duplicem acceptionem diei iudicij. Nam ex hoc multa concordabis.

*Verba eis cantur in 2. arg. Sed contra.
† Aliàs, Iudeorum.
* Epist. 80. à medio il lius, to. 2.

Rāsio 2.

guntur, sicut pugnæ, & terrores, & huiusmodi, à principio humani generis fuerunt, nisi fortè dicatur quòd tunc temporis magis inualescēt, sed secundum quam mensuram crescentia vicinum aduentum denuncient, incertum est. Signa verò quæ Hieronymus * ponit, nō asserit, sed in Annalibus † Hebręorum se ea scripta reperisse dicit, quæ etiam valde parum verisimilitudinis habent.

Ad primum ergo dicendum, quòd secūdum * Augustinum in lib. ad Esitium, circa finem mundi erit persecutio malorum contra bonos; vnde simul aliqui timebunt, scilicet boni, & alii securi erūt, scilicet mali. Quod autem dicitur, cum dixerint pax & securitas, &c. ad malos referendum est, qui signa futuri iudicii paruipendent: ad bonos verò pertinet quod dicitur Lucæ 21. Arescentibus hominibus, &c. Vel potest dici, quòd omnia illa, quæ circa iudicium erunt, infra tempus iudicii cōputantur, vt sic dies iudicii omnia illa contineat. Vnde quamuis ex signis apparentibus circa diem iudicii homines terreantur, ante tamen quam signa illa apparere incipiant, in pace, & securitate impii se esse credent post mortem Antichristi; non statim iudicantes mundum consumari, vt prius existimabant.

Ad secundum dicendum, ꝙ dies * Domini dicitur sicut fur venire, quia ignoratur determinatū tempus, quod per signa illa cognosci nō poterit: quamuis etiam sub die iudicii comprehendi possint omnia illa manifestissima, quæ immediatè præcedent, vt dictum † est.

Ad tertium dicēdum, quòd in primo aduētu, Christus venit occultus, quamuis determinatum tempus esset prius cognitum à Prophetis, & ideo non oportebat huiusmodi signa in primo aduentu apparere: sicut apparebunt in secundo aduentu, in quo manifestus veniet, quamuis determinatum tempus sit occultum.

2m de maiori. Ad manifestationem. ℞. Vel temporis determinati, vel appropinquantis valde. §. Tunc nihil &c. Nam signa illa propinquitatem iudicij manifestabunt, tempus indeterminatum relinquendo: & ideo dies Domini sicut fur veniet, & tamen cum hoc signorum præcedentia stabit.

Item de minori. Aduentus. ℞. Vt illa signa comprehendens. §. Tunc nihil &c. Nam antequàm illa signa manifestissima appareant, nescietur tempus illorum signorum appariturorum: & sic aduentus eius dicitur occultus: non quia signa non debeant præcedere. Vide responsum secundum ly quamuis etiam &c. Et in ad secundum, responsione secunda.

3m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. § Non enim simile de primo, & secundo aduentu in hoc: vt patet in textu.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationem excludas errorem aliquorum (vt refert Alfons. Castr. de iusta hær. punit. lib. 1. cap. 3.) dicētium: quòd dies iudicij erit infra an num. Item Arnoldi dicentis: mundi finis futurus est anno ab incar natione Domini, Millesimo trecentesimo, trigesimoquinto. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas; huiusmodi propositiones temerarias, & similes meritò dānari ab experientia. Itē à 1. Thess. 6. Cùm dixerint pax & securitas, repentinus eis superueniet interitus. Et ibidē. Dies Domini sicut fur, ita veniet. Ergo non potest sciri; maxime ꝙ infrà annum illum veniet. Itē à Concilio Lateran. sub Leone X. sess. 11. Tempus præfixū futurorum malorum, vel Antichristi aduentum, aut certum iudicij prędicare, vel asserere nequaquam præsumant, cū veritas dicat, non esse nostrum nosse tempora, vel momenta, &c. Si quis autem contra præmissorum aliquid committere quicquàm ausi fuerint, excommunicationis sententiam incurrant, à qua non nisi à Romano Pontifice absoluantur. Hæc ibi. Item à Luca 21. Erunt signa in Sole, Luna, & Stellis. Et Iohel 2. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem antequàm veniet dies Domini magnus & manifestus. Hæc enim omnia tempus prolixius anno requirunt: maximè cum in magno numero successiuè, vt futura credantur. Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto signa pręcessura aduentum Domini ad iudicium insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2
*Gl. interli. sup illud 2. Petri 3. Cęli autē. Rāsio 2.

†Art. præsenti ad 1. & in corp.

3

4

Tertium

---

SVPER Q. CIIII. Aliàs 73. Art. II.

Concl. 1. Non est credibile; quòd Sol & Luna in ipso momento aduentus Christi obscurētur sui luminis priuatione.

¶Prob. Quia totus mūdus innouabitur tunc.

¶Coroll. Illa ergo authoritas Esaię 30. adducta in 2. argum. contra intelligi potest de tempore illo punctali, quò veniet Christus ad iudicium. Tunc enim occultabunt cœli luminaria in præsentia iudicis aduenientis (vt colligitur ex Psal. 95. 97.) & per hoc, quòd ex tūc primum radios lucidiores emittent.

¶Concl. 2. Sol & Luna, & alia cœli luminaria tempore propinquo ante iudicium obscurabuntur sui luminis pri-

318

* cap. 2. nō multū remotè.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum Sol & Luna obscurabuntur circa iudicium.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd circa iudicium secundum rei veritatem Sol, & Luna obscurentur: Quia vt dicit Rabanus super Matth. Nihil prohibet intelligere, tūc temporis veraciter Solem, & Lunam, cum syderibus cæteris, suo lumine priuari: quomodo de Sole constat factum esse tempore dominicæ passionis.

¶ 2 Præterea. Lux corporum cœlestium ad generationem inferiorum corporum ordinatur, quia per eam influunt in hæc inferiora: & non solum per motum, sed per lumen, vt dicit Auerr. * in libro de substantia orbis, sed tunc generatio cessabit; ergo nec lux in cœlestibus corporibus remanebit.

¶ 3 Pręterea. Inferiora corpora purgabūtur (vt quibusdā videtur) à qualitatibus, quibus agunt: corpus autem cœleste non solum agit per motum, sed per lumen, vt dictum * est; ergo sicut motus cœli cessabit, ita lumen corporum cœlestium.

Sed contra est, quòd secundum Astrologos Sol, & Luna simul Eclipsim pati non possunt: sed illa obscuratio Solis, & Lunæ simul esse dicitur Domino ad iudicium veniente; ergo non erit obscuratio secundum rei veritatem per modum eclipsis naturalis.

¶Præt. Non congruit idem esse causam defectus alicuius rei, & augmēti: sed veniente Domino lux luminarium augenda erit. Vnde Isa. 30. Erit lux Lunæ sicut lux Solis, & lux Solis septempliciter; ergo non est conueniens, quòd veniente Domino, lux illorum corporum cesset.

Resp. Dicendum, ꝙ si loquamur de Sole, & Luna, quantum ad ipsum momētum aduentus Christi, sic non est credibile, ꝙ obscurentur sui lu-

priuatione, vel diuersis temporibus, vel simul; diuina virtute faciente hoc ad hominum terrorem.

¶Exam. Ly diuina virtute faciēte. Hoc refertur & ad priuationē luminis, & ad simul tēpore priuari. Non videtur autem credibile, ꝙ corpora incorruptibilia, qualia huiusmodi sunt, alterentur ab extrinseco per luminis in seipsis priuationem; neque quòd ipsamet potestatę propria retrahant suos radios, cum non ex electione; sed ex natura radios emittant (teste Dionysio 7. de Diuinis nominibus): sed intelligendum est, ꝙ diuina virtute fiet, vt radij Solis, aliorumque corporum ad terram non perueniant. Similiter non videtur credibile, quòd simul tem-

* In arg. 2. ce. ex Auerroe.





pore

pore Sol & Luna naturaliter obscurentur etiam per ecclipsim: quoniam, vt patet in arg. 1. sed contra, hoc est contra scientiam Astrologiæ: sed tamen diuina virtute hoc fieri poterit.

¶ PROB. Quia præsupponitur clara.

1m ex Rabano. Tunc temporis. R. Præcedentis iudicium. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclus. 1.

q. 74. ar. 7. corp.

¶ NOT. Quoniam in authoritate Rabani fit mentio de obscuratione luminarium tempore dominicæ passionis, & ad eius instar futuram esse illam iudicij, dicitur: ideo pro pleniori huius notitia vide 3. par. q. 44. art. 2. ad secundum.

2m maior. Lux corporum cœlestiũ ad generationem inferiorum corporum ordinatur. R. Et ad perfectionem corporum celestium eorũdem. §. Tunc nihil &c. Licet enim post iudiciũ non habeant lucem ad generationem illam influendam, habebunt tamen ad sui perfectionem, & decorem.

¶ COROLL. Ergo lux illa quò ad effectum dicitur mutari; siue (quod in idem redit) ipsa luminaria immutari quò ad lucem effectualiter. Nam lux illorum nunc duos effectus habet, scilicet decorare ipsa cœlestia, & influere in hæc inferiore; tunc verò primum tantummodò reseruabit.

minis priuatione: quia totus mundus innouabitur Christo veniente, & sanctis resurgentibus. Si autem loquamur de eis secundum tempus propinquum ante iudicium; sic esse poterit, ꝙ Sol, & Luna, & alia cœli luminaria, sui luminis priuatione obscurabuntur, vel diuersis temporibus, vel simul diuina virtute faciente ad hominum terrorem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Rabanus loquitur quantum ad tempus iudicium præcedens.

AD SECVNDVM dicẽdum, quòd lux est in corporibus cœlestibus non solum ad causandum generationem in istis inferioribus, sed etiam ad eorum perfectionem, & decorem; vnde non oportet, quòd cessante generatione, lux corporum cœlestium cesset, sed magis augeatur.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd non videtur esse probabile, ꝙ qualitates elementares ab elementis remoueantur, quamuis quidã non posuerint; si tamen remouerentur, non est simile de eis, & de luce, eo quòd qualitates elementares habent adinuicé contrarietatem, vnde agunt corrumpendo. Lux autem non est principium actionis per viam contrarietatis, sed per viam principii regulantis contraria, & ad concordiam reducentis; nec est simile de motu corporum cœlestium. Motus. n. est actus imperfecti, vnde & tolli debet quando tolletur imperfectio; quòd de luce non potest dici.

3m de maiori. Agunt R. i. corrũpendo: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam lux remanens in cœlestibus corporibus non agit corrumpendo, vt patet in textu.

Item illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Nec enim eadem est ratio (vt dicitur in 2. responso) litteræ ly nec est simile de motu corporum cœlestium, & de luce. Motus enim est actus &c. vt ibidem.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum à scripturis, luminaria cœli esse obscuranda, vt Marci 13. In illis diebus post tribulationem illam Sol contenebrabitur, & Luna non dabit splendoré suum, & stellę cęli erũt decidentes. Hęc ibi. Vbi per ly stellæ cœli erunt decidentes, intellige ꝙ priuabuntur suo lumine: vt in conclusione 2. & Exam. Vide notatio. post ad primum, ex 3. par. Item à Matth. 24. Luc. 21. & Iohel 2. vbi similia dicuntur. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum probanda, quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Ratio 1.

2.

3.

---

SVPER Q. CIIII. Aliàs 73. Art. III.

CONCL. 1. Angeli omnes dicunt moueri tunc, vt veniéte domino ad iudiciũ ꝑpter admirationé nouitatis, quæ in mundo erit.

519

¶ EXAM. Ly propter admirationem. Quæ s. procedit nõ ex ignorantia, vt sæpius apud homines accidit, in quo sensu dixit aliqñ Philosophus propter admirari, cęperunt homines philosophari: sed quæ procedet ex magnitudine rei, seu potius denotat magnitudiné rei, in quo sensu dicit Matthęi 8. ꝙ Dominus miratus est audiens fidem Centurionis (vt S. Thomas ibi exponit).

*Arist. lib. 1. Met. c. 2. circa med. *lib. 4. Dialog. c. 33. in fi. & lib. 12. Moral. c. 13.

¶ Ly moueri. Scilicet etiam localiter, ad veniendum cum iudice Christo. Mouebuntur ergo & mente per admirationem predictam, & loco per associationem ipsam.

¶ PROB. Quia sic dicitur in litera.

¶ CONCL. 2. Ordo virtutum specialis tunc mouebitur præ alijs ratione effectus duplicis.

¶ EXAM. Ly ordo virtutum specialis. Vide 1. par. quæst. 108. art. 6. quòd licet Gregorius & Dionysius discordét in huius ordinis assignatione (vt dicitur hic): tamen discordantia illa non est ferè, nisi in verbis. Dixi ferè, quia iuxta diuersas considerationes diuersa sentiunt, de ipsius assignatione: & ideo quò ad rem non opponunt licet in voce.

*c. 11. cęlest. hierarc.

*Hom. 34. in Euang.

¶ PROB. Quia & maxime tũc miracula, quæ sibi attribuuntur, faciet ille ordo: & à mouendo cœlestia corpora, quod sibi conuenit, cessabunt.

1m de minori. Immutabilitas. R. Status eorum: non effectus nouæ considerationis rerum §. Tũc nihil &c. Nam virtutes cęlorum non mouebuntur primo modo, sed secundo. Hoc est: non mutatione status: Sed vel effectus, vel etiam nouæ considerationis rerum: vt patet in textu, & ex conclusionibus præmissis.

*Hom. 34. in Euang. non multum ante medium.

*c. 6. cęlest. hierar. inter princ. & med.

¶ EXAMEN. Ly quo ad eorum statum. Hic est videre diuinam essentiam semper modo vniformi: Et hic proculdubio, est status essentialis beatitudinis, pp quod significandũ, etiam dicitur, quòd sunt æternitatis participatę, 1. par. quæst. 10. artic. 3. ad primum.

¶ Ly nouam considerationé. s. quã habebunt viden-

ARTICVLVS III.

*Vtrum virtutes cœlorum Domino veniente commoueantur.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd virtutes Domino veniente, non commoueantur. Virtutes enim cœlorum dici nõ possunt nisi angeli beati, sed immutabilitas est de ratione beatitudinis, ergo moueri non poterunt.

¶ 2 Præt. Admirõnis causa est ignorantia, vt patet in 1. * Met. sed sicut angelis longe abest timor, ita & ignorãtia; quia, vt dicit Greg. Quid est qd non uident, qui videntem omnia vident? ergo non poterunt per admirationem moueri, vt in litera dicitur.

¶ 3 Præt. Omnes angeli diuino iudicio astabunt, vnde Apoc. 6. dr̃: Omnes angeli stabãt in circuitu throni, sed virtutes nominant vnum specialem ordinem in angelis; ergo nõ potius de eis dici potuit, nec debuit ꝙ moueantur, quàm de alijs angelis.

SED CONTRA est, quod dicitur Iob 26. Columnæ cęli pauent aduentum eius, sed colũnæ cęli nõ possunt intelligi nisi virtutes cęlorum; ergo virtutes cœlorum commouebuntur.

¶ Præterea. Matth. 24. dicitur, Stellæ cadent de cęlo, & virtutes cœlorum commouebuntur.

RESPON. Dicendum, quòd virtutes in Angelis dicuntur dupliciter, vt patet per Dionys. * 11. cap. Cęlest. hierar. quandoque. n. nomen virtutũ vni ordini appropriatur, qui secundum ipsum est medius medię hierarchiæ, secundũ verò Greg. est supremus infimæ hierarchiæ. Alio modo accipitur pro omnib. cœlestibus spiritibus, & vtroque modo potest accipi in proposito. In litera. n. exponitur, prout accipitur secundo modo pro omnibus angelis, & tunc dicuntur moueri propter admirationem nouitatis, quæ in mundo erit, sicut in litera dicitur. Potest etiam exponi prout virtutes, est proprium nomen ordinis, & tunc ordo ille dicitur moueri præ alijs ratione effectus, quia illi ordini secũdum Greg. * attribuitur miracula facere, quę maximè circa illud tempus fient, vel quia ordo ille cum sit de media hierarchia secundũ Dion. * non habet potentiam limitatam, vnde oportet ꝙ eius ministerium sit circa causas vniuersales. Vnde proprium officium virtutum esse videtur corpora cœlestia mouere, quæ sunt causa eorum, quę in natura inferiori aguntur, & hoc etiam ipsum nomé sonat, quia virtutes cęlorũ dicuntur. Tunc ergo mouebuntur, quia ab effectu suo cessabunt vlterius corpora cœlestia non mouentes, sicut nec angeli, qui sunt ad custodiam hominum deputati, vlterius custodiæ officio vacabunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd mutatio illa nõ variat aliquid, quod ad eorum statum pertineat, sed refertur, vel ad effectus eorũ, qui immutari possunt sine eorum mutatione, vel ad nouam rerum considera-

videndo res per species sibiipsis congenitas ab initio creationis suæ 1.par. q.55.art.2.& 3. non autem vt in verbo. Consideratio.n.hæc vltima est immutabilis, & alia à prima, 1.par.q.12.art.9 & 10.

2m ex Philosopho. Admirationis causa est ignorátia. ℞. Vel excessius supra facultatem nostrā eorum, de quibus miramur. §. vt optimè declaratur in textu. Tunc nihil &c. Licet.n. in Angelo non sit ignorantiæ (vt arguitur) est tñ in eo diuinæ virtutis incomprehensio, & hoc sufficit ad illam admirationem causandam.

3m minor. Virtutes nominant vnum specialē ordinem in Angelis. ℞. Et quandoque pro omnibus cęlestibus Angelis accipiuntur. §. vt in corp. princ. Tunc nihil &c. vt ex conclusionib. patet. Nam prima de omnibus Angelis est. Secunda de illo speciali ordine: & sic prima vtitur nomine virtutum largè, secunda strictè.

tionem, quam prius secundum species cócreatas videre non poterant: hanc autem vicissitudinem cogitationum ab eis beatitudo non tollit. Vnde dicit Aug. * q Deus mouet creaturam spiritualem per tempora.

Ad secvndvm dicendum, q admiratio solet esse de his, quæ nostram conditionem excedunt, vel facultatem: & secundum hoc virtutes cœlorum admirabuntur diuinā virtutem talia facientem, inquātum ab eius imitatione, & comprehensione deficiunt per quem modum dixit Agnes, q eius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur: & sic non ponitur in Angelo ignorantia, sed tollitur Dei comprehensio.

Ad tertivm patet responsio ex dictis. *

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Ex art. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum à scripturis fuisse, quòd virtutes cœlorum commouebantur veniente Domino ad iudicium. Vt Iob. 26. Columnæ cęli pauent aduentū eius. Hæc ibi. Vbi per columnas cęli intelliguntur Angeli tanq̃ ij, qui præbent robur cęlis ad insistendum in hæc inferiora, per hoc, q mouent illos; & vltra hoc columnæ cęli spirituales sunt, quia cadentibus illis, in quibus Deus reperit prauitatem, ipsi permanserunt fortiter in gratia ad seruiēdum Deo viuēti. Nota ly pauēt de pauone admirationis intelligi, nō ex infidelitate quidem procedentis, de qua dr Io.7. mirabantur Iudæi dicētes: Quomodo hic literas scit &c? Sed ex deuotione, de qua Lucę 2. Erāt Ioseph & Maria mirātes sup his &c. Item à Matt.24. Virtutes cęlorū commouebuntur, & Mar. 13. Virtutes, quæ in cęlis sunt, mouebuntur: & Luc.21. Virtutes cęlorū mouebuntur. Et quasi exponens se subdit: Tunc videbunt filium hominis venientē in nube, cū potestate magna & maiestate. i. cum ipsarū virtutum maxima comitiua. Item ab Esa. 3. Dñs ad iudicium veniet, cum senibus populi sui, & principibus eius. Secundò habes: quomodo per rationē prædicta scripturarum, pro quanto virtutes cęlorum tunc commouendas insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Columnæ cęli dupliciter.

* In corp. art.

2

3

---

SVPER Q. CV. Aliàs 74. Art. 1.

Concl. 1. Oportet, quòd quādo homo per corpus glorificabitur, alia etiam mundi corpora ad meliorē statum mutentur.

¶ Prob. primò: Quia mundus aliquo modo factus est propter hominem. Secundo, quia congruit, vt tunc locus sit conuenientior, & aspectus delectabilior.

¶ Exam. Ly aliquo modo: non totaliter. Nā mundus factus est etiā propter esse suū, iuxta illud Sap. 1. Creauit omnia vt essent, & principalius quidem propter Deum, iuxta illud Prouerb. 16. Vniuersa propter semetipsam operatus est Dominus. Dicitur autē factus propter hominem, quia in seruitium eius: iuxta illud Gen. 1. Dominamini piscibus maris, & volatilibus cęli, & vniuersis animātibus, quæ mouētur super terrā. Et Hebr. 1. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatē capiunt salutis. Idest propter homines æternæ salutis capaces.

320 S. Tho. 4. d. 47. q. 2. a. 1. & seq.

¶ Ly locus cōuenientior. Hoc dicit, nō quia post iudiciū sancti sint conuersaturi in mundo, tāquàm in loco suo; sed vt cognoscant inde locū mūdi in seipso pulchriorem, quàm antea: & ex hoc fiat quædam correspondentia ad locum mundi in principio suæ creationis, antequàm impuritates nunc dicendas contraheret.

## QVÆST. CV. Aliàs 74.

*De igne vltimæ conflagrationis, in nouem articulos diuisa.*

Deinde considerādum est de igne vltimæ conflagrationis mundi.

Circa quod quæruntur nouem.

¶ Primò, Vtrum aliqua mundi purgatio sit futura.

¶ Scdò, Vtrum per ignem sit futura.

¶ Tertiò, Vtrum ille ignis sit eiusdē speciei cum igne elementari.

¶ Quartò, Vtrum ignis ille sit cœlos superiores purgaturus.

¶ Quintò, Vtrum ille ignis sit alia elementa consumpturus.

¶ Sextò, Vtrum omnia elementa sit purgaturus.

¶ Septimò, Vtrum ille ignis præcedat iudicium, vel sequatur.

¶ Octauò, Vtrum per illum ignem consumendi sint homines.

¶ Nonò, Vtrum per eum inuoluendi sint reprobi.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum mundi purgatio sit futura.*

Ad primvm sic proceditur. Videtur q nulla mundi purgatio sit futura. Non.n. purgatione indiget, nisi quod est immūdum, sed creaturę Dei non sunt immundę: vnde dicitur Actu. 10. Quod Deus mundauit, vel creauit, tu ne commune dixeris, id est immundum; ergo creaturæ mundi non purgabuntur.

¶ 2 Præt. Purgatio secundum diuinā iustitiam ordinatur ad auferendū immunditiam culpæ, sicut patet de purgatione post mortem, sed in elementis huius mundi nulla potest esse culpę infectio; ergo videtur quòd purgatione non indigeant.

¶ 3 Præt. Vnumquodq; dicitur purgari quando separatur, quod est extraneum ab ipso, inducēs in eo ignobilitatem, separatio enim eius, quod nobilitatē inducit, non dicitur purgatio, sed magis diminutio, sed hoc ad perfectionē, & nobilitatem elementorum pertinet, q aliquid extraneæ naturæ est eis mixtum, quia forma corporis mixti, est nobilior quàm forma simplicis; ergo videtur quòd elementa huius mundi nullo modo conuenienter possint purgari.

Sed contra. Omnis innouatio fit per aliquam purgationem: sed elementa innouabuntur: vnde Apocal. 21. dicitur: Vidi cęlum nouum, & terram nouam. Primum enim cęlum, & prima terra abiit; ergo elementa purgabuntur.

Præterea, 1. ad Corint. 7. super illud, pręterit figura huius mundi, dicit Glo. * Pulchritudo huius mundi, mundanorum ignium conflagratione peribit, & sic idem quod prius.

Respon. Dicendum, quòd quia mundus propter hominem aliquo modo factus est, oportet quòd quando homo per corpus glorificabitur, etiam alia mundi corpora ad meliorem statum mutētur, vt sit locus conueniētior, & aspectus delectabilior. Ad hoc autem quòd homo gloriam corporis consequatur, oportet prius remoueri ea, quæ gloriæ opponuntur, quæ sunt duo, scilicet corruptio, & infectio culpæ: quia, vt dicitur 1. Corinth. 15. Corruptio in corruptelam non possidebit; & à ciuitate gloriæ omnes immūdi foris erunt Apocalyp. vlt. Et similiter etiam oportet eleméta mundi purgari à contrariis dispositionibus; antequàm in nouitate glorię adducātur, proportionaliter ei, quod de homine * dictum est.

¶ Concl. 2. Ad hoc, quòd homo gloriā corporis cōsequatur, oportet prius remoueri ea, quę glorię opponuntur, quæ sunt duo, s. corruptio naturæ, & infectio culpæ.

¶ Prob. Quia ex 1. Cor. 15. patet primum, & ex Apocal. vlt. patet secundum.

¶ Concl. 3. Oportet elementa purgari à corruptionibus, tum quasi naturalibus, tum ex culpa hominum contractis, ad hoc, quòd decenter suscipiant nouitatem gloriæ.

¶ Not. Per corruptiones quasi naturales, intellige illas, de quibus dicitur in textu ly similiter etiam circa mediū locum propter elementorū &c. Per corruptiones verò ex culpa hominum contractas intellige incongruitatē illam, quæ declaratur in tex. ly quamuis autem res corporales subiectū infectionis culpæ, &c. vsq; inclusiuè ad ly mundatione indiget.

¶ Exam. Ly loca in quibus aliqua crimina sunt commissa non reputanē idonea &c. Hoc declaratur simul, & confirmatur à summis Pontificibus, de consecr. eccles. vel altar. cap. 5. Si ecclesia. & cap. Aqua, & c. consuluisti, & c. proposuisti: vbi determinat, quòd ecclesiæ etiā non consecratæ, vel per effusionem seminis, aut sanguinis, vel per sepelitionem corporum ex-com-

* Partim ex gl. ord. partim interlin. ibid. & sumitur ex August. lib. 10. de ciuit. Dei, c. 29. ante med. to. 5.

* Paulò ante in hoc corp.

communicatorum incongruitatem quandam contrahant; à qua per reconciliationem sacerdotum factam tanquàm per purgationem quandam expiari debent, ad hoc vt sint diuinis officijs apta.

¶Ly pars mundi,quæ in vsum nostrum cedit &c. Ergo licet mūdus totus vsque ad mediū locum inclusiuè purgandus sit; tamē ratione diuersa: quia pars prope homines propter duo purgatione indigebit,pars verò media p p vnum. Nam hæc prope homines existens,& rōne alterationis elementorum, & corruptionis quasi naturalis purgabitur,& ratione corruptionis ex culpa hominum cōtractæ:cum th media pars prędicta purgetur ratione tantum corruptionis quasi naturalis.

¶Prob. Quia oportet eleméta mundi, proportionaliter ad hominem, purgari à contrarijs dispositionibus, antequā in nouitate gloriæ adducātur: & huiusmodi dispositiones contrariæ sunt corruptiones illæ duæ, vel quasi naturales,vel ex culpa hominum contractæ.

¶Exam. Ly in nouitatem gloriæ adducantur. Scilicet conuenientia ipsis. Non enim intelligitur de gloria beatorum,ad quam soli homines boni adducūtur, sed de gloria (vt diximus) conuenienti elementis, quę est,vt sint locus cōmenientior, & aspectu delectabilior, vtpotè claritatem quandam, impuritatibus omnib. demissis, adepta.

1^m de minori. Non sunt immundæ. ℞. In substantia sua: non, quantum ad permixtionem quandam naturæ extraneæ. §.vt in tex. declaratur. Tunc nihil &c. vt ex conclusionibus patet. Nam illas corruptiones, à quibus purgabuntur non esse de substantia elementorum, habetur inde.

2^m maior. Purgatio secundum diuinam iustitiam ordinatur ad auferendam immunditiam culpæ ℞. Vel commissæ,vel ex aliorum culpa contractæ. §.Tunc nihil &c. Quamuis enim elementa corporea &c. vt in textu.

3^m minor. Hoc ad perfectionem, & nobilitatem elementorum pertinet, q aliquid extraneæ naturæ est eis mixtū. ℞. Negatur hoc. §. Ad probationē respondetur, q licet forma mixti sit nobilior quantum ad speciem: non tamen quantum ad perpetuitatem (homine dempto), & secundum existentiam per se vt declaratur in tex. per totum.

¶Not. Perpetuitas durationis assimilatur pręcipuè gloriæ beatorum: & ideo magis attenditur ista nobilitas in elementis,& consequenter eorum simplicitas.

Quamuis autem res corporalis subiectum infectionis culpæ propriè esse non possit, tamen ex culpa quædam incōgruitas in rebus corruptis relinquitur ad hoc q spiritualib. dicētur; & inde videmus quod loca, in quibus aliqua crimina sunt cōmissa, nō reputātur idonea ad aliqua sacra exercenda in eis nisi purgatione quadam præmissa: & secundum hoc ex peccatis hominū quandam inidoneitatem ad gloriæ susceptionem pars mundi recipit,quę in vsum nostrum cedit, vnde quantum ad hoc munda tione indiget. Similiter etiam circa mediū locum propter elementorum cōtactum multæ sunt corruptiones, & generationes, & alterationes elementorum,quæ puritati eorum derogant, & ideo ab his oportet elementa purgari ad hoc,quòd decenter suscipiant nouitatem gloriæ.

Ad primum ergo dicendum, q cum dicitur, omnis creatura Dei esse munda, hoc est intelligendum, quia nō habet in substantia sua alicuius malitiæ commixtionē,sicut ponebant Manichęi dicētes, & malum, & bonū esse duas substantias alicubi diuisas,& alicubi cōmixtas:non autem remouetur,quin aliqua creatura habeat pmixtionem naturæ extraneæ, quæ etiam in se natura bona est, sed perfectioni huiusmodi creaturæ repugnat. Similiter non remouetur ex hoc quin malum alicui creaturæ accidat, quamuis non sit permixtum ei quasi pars substantiæ ipsius.

Ad secundum dicendum, q quāuis elementa corporea subiectū culpæ esse non possint,tamen ex culpa commissa in eis aliquam ineptitudinem consequuntur ad perfectionem gloriæ suscipiendam.

Ad tertium dicendū, quòd forma mixti, & forma elementi possunt dupliciter cōsiderari, aut quantum ad perfectionem speciei, & sic corpus mixtū est nobilius: aut quantum ad perpetuitatem durationis,& sic corpus simplex nobilius est, quia non habet in seipso vnde corrumpatur, nisi eius corruptio fiat ab aliquo exteriori:Corpus autē mixtum in seipso habet causam corruptionis suę, scilicet compositionem * contrariorum, & ideo corpus simplex & si sit corruptibile secundum partem; est tamē incorruptibile secundum totū, quod de mixto dici nō potest: & quia incorruptio est de perfectione gloriæ, perfectio † corporis simplicis magis conuenit perfectioni gloriæ, quàm perfectio corporis mixti, nisi etiam corpus mixtum in se habeat aliquod incorruptionis principium: sicut humanum, cuius forma est incorruptibilis. Nihilominus tamen quāuis aliquo modo corpus mixtum sit nobilius,quàm simplex; nobilius tamen esse habet corpus simplex, secundum se existens, quam existens in mixto;quia in mixto sunt corpora simplicia quodammodo in potentia, in seipsis autem existentia sunt in vltima sui perfectione.

* Al. operationem.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum à scripturis, quòd purgatio mundi futura sit, vt 1. Corin.7. Præterit figura huius mundi. Vbi signanter dixit ly figura, quæ est quoddam accidens in genere qualitatis (vt patet per Philosophum in Prædicam.) ad differentiam substantię. Denotauit ergo per hoc: q substantia mundi remanere poterit, sine tamen accidentibus quibusdā nunc habitis. Hæc autem sunt accidentia,de quibus in conclusione. Vnde per hoc insinuare voluit: quod purgabitur mundus aliquando. Item ab Apocalyp.21. Ecce noua facio omnia. Quod autem sub ly omnia contineantur & elementa declarauerat prius ibi dicens, vidi cęlū nouum & terram nouam. Primum enim cęlū: & prima terra abijt, & mare iam nō est. Hæc ibi. Vbi nouitatem hanc intellige vt prius super Apostolum, similiter & præteritionem, siue non existentiam maris. Per hæc enim omnia sola purgatio mundi describitur remanēte substantia. Nouitatē etiā proportionaliter de omnibus fiendam intelligas non æqualiter: adeò quòd suo modo vnumquodque purgabitur: iuxta simile dictum Psal.35. Homines & iumenta saluabis Domine. Hinc ergo tum per articuli rationem tum per scripturas excludere debes hæresim sine authore(vt refert August.de hæres.cap.67.) dicentem: mundum, etiam post resurrectionem vniuersalem mortuorum,in eodem statu, in quo nunc est, permansurum: neque ita esse mutandum, vt sit cœlum nouum, & terra noua. Secundo habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto mundi purgationem futuram insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc & declaretur, & consolidetur.

* In corp. art. Vtilitas pro Eccle. S.Dei

---

SVPER Q. CV. Aliàs 74. Art. II.

Concl. Conuenientissime purgatio fiet per ignem.

¶Prob.primò: Quia ignis est nobilissimum elemētorum similiores habens proprietates proprietatibus glorię(vt patet de luce): & illa purgatio erit dispositio quædam ad glorię perfectionem (art.1.) Secundò, quia ignis nō ita recipit cōmixtionem extranei sicut alia elemēta, (patet ex virtute eius actiua efficacia), & illa purgatio fiet ad remouendum impuritatem commixtionis (art.1.) Tertiò,quia sphęra ignis nō ita ex culpis hominum inficitur (vt patet ex remotione sua à nostra habitatione) & illa purgatio remouebit a mundo infectionem,ex culpa relictam (art.1.) Quartò, quia ignis habet magnā efficaciā ad purgādum, atque ad diuidendum, subtiliando (patet per experientiam).

¶Not.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum mundi purgatio sit futura per ignem.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd hæc purgatio nō sit futura per ignem. Ignis enim cum sit pars mundi, purgatione indiget sicut aliæ partes: sed non debet esse idem purgans, & purgatum; ergo videtur quòd ignis non purgabit.

¶2 Præterea. Sicut ignis habet virtutem purgatiuam,ita & aqua;cum ergo omnia non sint purgabilia per ignem, sed quædam necesse sit aqua purgari, sicut etiam vetus lex distinguit, videtur quòd ignis non purget ad minus vniuersaliter.

¶3 Præterea. Purgatio ad hoc videtur pertinere,vt partes mundi segregatæ puriores reddantur: sed segregatio partium mundi ab inuicem in mundi initio sola virtute diuina facta est, quia ex hac opus distinctionis determinatur:vnde & Anaxagoras *segregationē posuit,per actū intellectus mouentis omnia; ergo videtur q in fine mundi purgatio fiat immediatè à Deo, & non per ignem.

* Refert id Arist. li. 8. Phys. tex. 77.

Sed contra est, quod in

¶Not. De illa similitudine proprietatũ lucis ad res spirituales; vide 1.par.q.67.art.1.

*Al. Aduocauit.

## 1^m de maiori.

Ignis. ℞. Secundũ ꝙ est in materia aliena: non, secundum ꝙ est in materia propria. §. Tunc nihil &c. Nam, ꝙ ignis secundum ꝙ in materia propria est, purget ignẽ in materia aliena existẽtem; prout habet de extraneo adiunctum non est inconueniens. Vide infra art.3.ad primum.

*Ambr. super illud 2. Corint. 7. Præterit figura & gl. ord. ibi.

*Art. præced. corp.

## 2^m de maiori.

Ita. ℞. Quantũ ad habere vim purgatiuam aliqualiter: non quantum ad habere illã vehementer & vniuersaliter, & etiã quantum ad habere vim disgregatiuã. §. Tunc nihil &c. Nã tunc purgatio vehementissima, & vniuersalissima & vis disgregandi requiretur: quod non est sic de illis, quæ purgantur aqua: vt in textu.

¶ Not. Ignis magis actiuus est quam aqua: & ideo illi prę aqua cõuenit purgare modo vehementiori, & vniuersaliori, & etiam disgregare commixtionis impuritatem, vt apparet in conflatione metalli aurei, argentei, &c.

¶Exam. Ly aqua habet vim magis congregandi quàm disgregandi. Vt apparet in calce, & terra sicca tempore æstiuo. Nam talia cum sint disgregata secundum partes, congregantur ad inuicem; si apponatur, vel infundatur aqua.

Psal.49. dicitur, Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida, & postea sequitur de iudicio. * Aduocabit cęlum desursum, & terram discernere populum suum; ergo videtur ꝙ ultima purgatio mundi sit futura per ignem.

¶ Præterea. 2. Pet. vlt. dicitur, Cœli ardentes soluentur, & elemẽta ignis ardore tabescent; ergo illa purgatio per ignem fiet.

Respon. Dicendum, ꝙ illa mundi purgatio remouebit* à mundo infectionem ex culpa relictam, & impuritatẽ commixtionis, & erit dispositio ad gloriæ perfectionem; & ideo quantũ ad hæc tria, cõuenientissimè fiet per ignem purgatio. Primo, quia ignis cũ sit nobilissimum elementorum, habet naturales proprietates similiores proprietatib. gloriæ; vt maximè patet de luce. Secundo, quia ignis non ita recipit commixtionem extranei propter efficaciam virtutis actiuæ, sicut alia elementa. Tertio, quia sphęra ignis est remota à nostra habitatione, nec ita cõmunis est nobis vsus ignis sicut terræ, aquę, & aeris, vnde nõ ita inficit: & pręter hoc habet magnã efficaciam ad purgandum, & ad diuidendum subtiliando.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ ignis non venit in vsum nostrum prout est in materia propria (sic.n. remotus est à nobis) sed solũ prout est materia aliena; & quo ad hoc poterit purgari mũdus per ignẽ in sua puritate existentem, quantũ ad hoc, ꝙ habet de extraneo adiunctum.

Ad secundum dicendũ, ꝙ, prima purgatio mundi, q̃ facta est per diluuiũ, non respiciebat nisi infectionem peccati; præcipuè aũt tunc regnabat peccatũ concupiscentiæ: & ideo cõuenienter per contrariũ purgatio facta fuit, s. per aquã. Sed scda purgatio respicit & infectionem culpæ, & cõmixtionis impuritatem; & quantum ad vtrũque cõuenit magis ꝙ fiat per ignem q̃ per aquam. Aqua enim nõ habet uim disgregandi, sed magis congregãdi; vnde per aquam naturalis impuritas elementorũ tolli non posset sicut per ignem. Similiter etiam circa finem mundi regnabit uitium tepiditatis, quasi mundo iam senescente, quia vt dicit Matth. 24. tunc refrigescet charitas multorũ; vnde tunc cõuenienter purgatio per ignem fiet. Nec est aliquid, quod igne purgari nõ possit aliquo modo: Sed quædam sunt, quæ sine sui corruptione per ignem non possunt purgari, sicut panni, & vasa lignea, & huiusmodi, & talia lex præcipit purgari per aquam, quæ tamen finaliter omnia corrumpentur per ignem.

Ad tertium dicendũ, ꝙ per opus distinctionis sunt rebus diuersę formę collatæ, quibus adinuicem distinguunt, & ideo hoc fieri non potuit nisi per eũ, qui est author naturę; sed ꝑ finalẽ purgationem reducent res ad puritatẽ, in qua cõditę fuerũt, & in hoc poterit natura creata exhibere ministerium creatori, & ꝓp hoc ministerium creaturæ committitur, quia hoc ad eius nobilitatem cedit.

## 3^m illatio conclusionis. Ergo &c.

℞. Negat illatio. §. ꝓp rationem dissimilẽ primæ segregationis & vltimę, vt declaratur in tex. per totum.

### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò: quomodo per rationem ostẽdas, meritò esse insinuatũ ab Ecclesia mundũ purgandum esse per ignẽ: & sic. In die illa tremenda quando cœli mouẽdi sunt & terra, dum veneris iudicare sæculum per ignem. Item à Psal. 49. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Aduocauit cęlum desursum, & terrã discernere populũ suum. Et Psal. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Item 2. Pet. vlt. Cęli ardentes soluẽtur, & elemẽta ignis ardore tabescent. Nouos verò cœlos & nouã terram expectamus. Itẽ ibid. Cęli autem, qui nunc sunt, & terra eodẽ verbo repositi, sunt igni seruati i die iudicij. Itẽ ibid. Adueniet dies Dñi vt fur, in quo cęli magno impetu transient: elemẽta verò calore soluenĩ; terra autẽ, & q̃ in ipsa sunt, opera exurẽtur. Nota & cõtra hæresim ꝑdictũ ar. 1. appen. Scdò habes: qũo 2 per rationẽ ꝑdicta scripturarũ, pro quanto futurã purgationẽ esse per ignẽ insinuant, & intelligas, & defendas. Tertiò uides: quomodo 3 ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declarẽtur, & consolidetur

Ter-

---

### SVPER Q. CV. Aliàs 74. Art. III.

COncl. Simpliciter concedendum est, ꝙ ignis, quo mundus purgabitur, erit eiusdem speciei cum isto elementari.

322

¶ Exam. Ly simpliciter. Hoc non tantũ tenetur hic pro ly absolutè: sed etiam pro ly secũdum omnes opiniones; quæ prędictæ sunt. Ac si dixisset. Et absolutè, & secundum opiniones prædictas omnes, concedendum est &c.

*Glo. ord. super illud 2. Pet. 3. elemẽta vero, & hr̃ ex Beda in eũ locum.

¶Prob. Quia si opiniones ꝑdictę ꝓfundius considerenĩ, inueniũtur non diuersificari quantum ad speciem ignis, licet diuersificenĩ quantum ad causam generationis eius (cum ignis generaturus à Sole, vel ab inferiori sit eiusdem speciei cum igne, qui est in sphæra sua).

¶Exam.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum ignis, quo mundus purgabitur, sit eiusdem speciei cum igne elementari.*

AD tertium sic proceditur. Vr̃ ꝙ ille ignis non sit eiusdẽ speciei cum igne elemẽtari. Nihil.n. seipsum consumit: sed ille ignis quatuor elemẽta consumet, vt dicit Gl. 2. Pet. vlt.* ergo ignis ille non erit eiusdem speciei cum igne elementari.

¶ 2 Præt. Sicut virtus manifestatur per orationem, ita natura per virtutem: sed ille ignis habebit aliam virtutem ab igne, qui est elemẽtum, quia scilicet purgabit vniuersum, ꝙ ignis iste facere non potest; ergo non erit eiusdem speciei cum isto.

¶ 3 Præt. Ea, quæ sunt eiusdem speciei in corporibus naturalibus, habent eundem motum: sed ille ignis habebit alium motum, quàm ignis, qui est elementũ, quia circũquaque mouebitur, vt totum purgare possit; ergo non est eiusdem speciei.

Sed contra est, ꝙ Aug.* dicit 20. de ciu. Dei, & habetur in Glos. 1.* ad Cor. 7. ꝙ figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit; ergo ignis ille erit de natura ignis, qui nunc est in hoc mundo.

¶ Præterea. Sicut erit purgatio futura per ignem, ita præcedens fuit per aquam, & vtraque adinuicẽ comparatur 2. Pet. 3. sed in prima purgatione fuit aqua eiusdem speciei cum aqua elementari; ergo similiter erit in secunda purgatione eiusdem speciei cum igne elementari.

Resp. Dicendũ, ꝙ circa hoc inueniũtur tres opiniones. Quidam.n. dicunt, ꝙ elementũ, quod est in sphęra sua, descendet ad purgationẽ mundi, modum autẽ descensionis ponunt per multiplicationem. Ignis.n. apposito cõbustibili vndique augmentatur; & hoc pręcipuè tunc fiet, qñ virtus ignis exaltabitur super omnia alia elementa. Sed contra hoc esse videtur, ꝙ ignis ille non tantũ descendet, sed etiã à Sanctis ascẽdere perhi-

*Lib. 20. c. 26. añ mediũ, to. 5.

*Glo. ord. & interlin. ibid.

¶Exam Ly ignis generatus à Sole. Hoc refert secundã opinionẽ.

¶ Ly ab inferiori calefaciente. Hoc refert tertiam opinionem.

¶ Ly cum igne, qui est in sua sphæra. Hoc refert primam.

¶Ly si recte considerentur. Idest, si intimius considerentur, & nõ superficialiter tantum.

¶Ly eiusdem speciei cum igne in sphęra, nisi in quãtum admiscetur ei de materia aliena. Idest non differt specie ab illo, & consequenter, nec forma, nec materia intranea, seu essentiali: sed materia tantum extranea, seu quasi accidentaliter pro combustibili apposita. Vnde per se loquendo nulla penitus secundum speciem differentia est inter illos ignes à diuersis causis procedentes, sed tãtum per accidens.

**1^m de maiori.** Seipsum. R. Numero: non, specie tantum. §. Tunc nihil &c. Videmus enim quòd duorũ igniũ eiusdẽ speciei &c. vt in textu. Hinc melius intellige, applicãdo, artic. 1. ad primum.

**2^m de maiori.** Per virtutem. R. Procedentem à principijs essentialibus ipsius naturæ: non, aliunde. §. Puta ex diuina virtute. Vt diffusius declaratur in tex. Tũc nihil &c. Nam virtus illa ignis, quę purgabit vniuersum nõ procedet ex principijs tantum essentialibus ignis. Alioquin & nunc ignis cõbureret vniuersum.

¶ Coroll. Ergo ignis ille aget, vt instrumentũ diuinę iustitię. Vnde actio eius deducet nos magis in notitiam diuinæ virtutis tanquã principalis agẽtis, quàm naturæ ipsius ignis: licet & instrumentum aliquam actionem de se habeat subordinatam ad actionem suam instrumentalem. Exemplum de serra: quæ habet de se actionem secandi, quę dicitur actio sua propria; & habet actionẽ instrumentalem, quæ est facere lectum, vel huiusmodi. Quæ duæ actiones sic se habẽt, ꝙ propria præsupponitur instrumentali: quoniã nisi secaret nunquam faceret lectum. Ita in proposito. Ignis ille mundi purgatiuus de se habet tanquàm propriã actionem quòd comburat: ex diuina autem speciali virtute habet, ꝙ comburat vniuersum: & ad hãc vltimam actionem conuenienter assumitur instrumentaliter, quia de se habet primam.

**3^m de maiori.** Habent eundẽ motum. R.

* Matt. 24. Actuum 1.
* Lib. 20. c. 26. tom. 5.

betur, vt patet 2. Pet. 3. Vbi dicitur, ꝙ tantum ascendet iudicii ignis, quantum aquæ Diluuii, ex quo videtur ꝙ ille ignis sit circa locum medium generationis. Et propter hoc alii dicũt, ꝙ ignis ille generabitur circa locum medium ex congregatione radiorum cœlestium corporum, sicut videmus quòd congregantur in speculo comburente; tunc loco speculorum erunt nubes concauæ, ad quas fiet radiorum reuerberatio. Sed hoc etiã non videtur conueniens, quia cum effectus corporum cœlestium sequantur determinatos situs, & aspectus eorum, si ex virtute corporum cœlestium ignis ille generaretur, notum tempus illius purgationis esset considerantibus motus astrorum: quod authoritati scripturæ repugnat. Et ideo alii dicunt sequentes Augustinum, quòd sicut mundanarum aquarum inundatione factum est Diluuiũ, ita mundanorum ignium conflagratione figura huius mũdi peribit, vt dicitur * 20. de Ciuit. Dei. Ista autem cõflagratio nihil aliud est, quàm congregatio omniũ causarum inferiorũ, & superiorum, quæ ex natura sua habent virtutem igniendi, quæ quidẽ congregatio non naturali cursu rerum, sed virtute diuina fiet; & ex omnib. istis causis sic congregatis generabitur ignis, qui faciẽ huius mundi exuret. Si autem opiniones † hæc rectè considerantur, inueniuntur diuersificari quantum ad causam generationis illius ignis; & non quantum ad speciem eius. Ignis enim generatus à Sole, vel ab inferiori calefaciente est eiusdẽ speciei cum igne, qui est in sua Sphæra, nisi inquantũ admiscetur ei, de materia aliena; quod quidẽ tunc oportebit, quia ignis non potest aliquid purgare, nisi secundum quod aliquid alterũ efficitur materia eius aliquo modo. Vnde simpliciter concedendum est, ꝙ ignis ille erit eiusdem speciei cum illo.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ ignis ille quamuis sit eiusdem speciei cum igne, qui apud nos est, non tamẽ est idẽ numero. Videmus autem quod duorum igniũ eiusdem speciei, vnus alterum destruit, maior s. minorem, consumendo materiam eius; & similiter etiam ille ignis ignem, qui apud nos est, consumere poterit.

Ad secvndvm dicendũ, ꝙ sicut operatio, quæ procedit à virtute, est virtutis indiciũ, ita & virtutis eius quę procedit à principiis essentialib. rei est indicium essentiæ, vel naturæ. operatio autem, quæ non procedit ex virtute rei operantis, nõ indicat virtutẽ ipsius, sicut patet in instrumẽtis. Actio. n. instrumenti magis manifestat virtutem mouentis, q̃ instrumenti virtutem; quia virtutẽ agentis manifestat, vt primum operationis principium, virtutem autem instrumenti non manifestat, nisi quatenus est susceptiuũ influentiæ principalis agentis, secundum quòd mouetur ab eo. Similiter etiam virtus, quæ non procedit ex principiis essentialibus rei, non manifestat naturam eius, nisi quantum ad susceptibilitatem, sicut virtus, qua aqua calefacta potest calefacere, non manifestat naturã eius, nisi quantum ad calefactibilitatem, & ideo nihil prohibet quin aqua habens hanc virtutem, sit eiusdem speciei cum aqua non habẽte virtutem istam. Similiter non est incõueniens, quòd ignis ille, qui habebit vim purgandi faciem mundi, sit eiusdem speciei cum igne, qui est apud nos, cum vis calefactiua non oriatur in ipso ex principiis essentialibus, sed ex diuina virtute, vel operatione, siue dicatur, ꝙ illa virtus sit aliqua qualitas absoluta, sicut calor in aqua calefacta, siue intensio quædam, sicut de instrumentali virtute in prima distinctione dictũ * est: & hoc probabilius est, quia ignis ille non aget, nisi vt instrumentum diuinæ virtutis.

Ad tertivm dicendũ, ꝙ ignis ex propria natura non fertur nisi sursum: sed inquantũ insequitꝰ materiã, quam requirit † extra propriã sphæram existens, sic sequitur materiæ combustibilis situm: & per modum istum non est inconueniens, quòd vel in circuitũ, vel in deorsum moueatur; & præcipuè secundum quòd agit instrumentum diuinæ * virtutis.

* S. Tho. in 4. dist. 1.
* Al. iustitiæ.

R. Secundum ꝙ et natura propria mouentur: non, sed ꝙ aliunde. §. Tunc &c. Nam ignis ille mouebitur circũquaque secundum ꝙ aliunde, puta ex materia cõbustibili materialiter & ex virtute diuina efficienter hoc fiet.

**APPENDIX.**

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatũ à 2. Pet. 3. ꝙ ignis ille cũ isto erit eiusdem speciei: & sic. Cœli erant prius, & terra de aqua, & per aquã consistens Dei verbo, tunc ille mundus aqua inundatus periit. Cœli autem qui nunc sunt & terra igni sũt seruati in die iudicij. Hęc ibi. Ecce, ꝙ apertè comparat ignẽ purgatiuum mundum aquæ diluuij eundẽ inundantis. Patet autẽ, ꝙ cõparata adinuicẽ solent vicissim sensum alterutrius declarare. Sic ergo videtur ex tali cõparatione: ꝙ ignis ille futurus sit eiusdem speciei cũ isto elementari ex quo & aqua inũdans per diluuiũ fuit speciei eiusdem cum aqua elementari, vt colligitur ex Gen. 7. Item à 1. Cor. 7. Præterit figura huius mundi. Vbi exponens sensum Apostoli Augustinus inquit; ꝙ figura huius mundi conflagratione mundanorũ igniũ peribit. Secundò habes: 2 quomodo per rationem prędicta scripturarum, pro quanto insinuate videtur quod diximus, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: 3 quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

**SVPER Q. CV. Aliàs 74. Art. IIII.**

Concl. 1. Dispositio contraria perfectioni gloriæ in omnibus corporibus inuenitur, sed diuersimode in diuersis.

¶ Exam. Ly perfectioni gloriæ. Exponatur hoc secundum dicta in articulo 1. corp. in elucid.

¶ Prob. Quia patet ex art. 4. Secunda autem pars, s. sed diuersimode &c. probatur: Quia in

323

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum ignis ille purgabit etiam cœlos superiores.*

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur ꝙ ignis ille purgabit etiam cœlos superiores, quia in Psalm. 101. dicitur, Opera manuum tuarum sunt cœli: ipsi peribunt, tu autem permanes: sed etiam superiores cœli sunt opera manuum Dei: ergo & ipsi in finali mundi conflagratione peribunt.

¶ 2 Præterea. 2. Pet. 3. dicitur, Cœli ardentes soluentur, & elemẽta ignis ardore tabescent. Cœli autem, qui ab elementis distinguuntur, sunt cœli superiores, quibus infixa sunt sydera; ergo videtur etiam quòd illi per ignem illum purgabuntur.

¶ 3 Præterea, Ignis ille ad hoc erit vt remoueat à corporibus indispositionem ad perfectionem gloriæ: sed in cœlo superiori inuenitur indispositio, & ex parte culpæ, quia diabolus ibi peccauit, & ex parte naturalis defectus: quia Roman. 8. super illud: Scimus quòd omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc: dicit Glos. † Omnia elementa cum labore

in corporibus inferioribus illa indispositio est sm aliquid inhęrẽs substantiæ eorum; in corporibus verò cęlestibus non est sic, sed per motum localem tantum.

¶ Not. Illud inhærens substantiæ corporum inferiorum est impuritas illa per actionẽ & passionem mutuam contracta, de qua art. 1. corp. circa fin. & artic. 5. corp. circa fin. Vnde illud inhæreus substãtiæ non sunt qualitates propriæ elementorum.

† Est glos. Ambr. in illud Pauli ad Rom. 8. tomo 5.

¶ Exam.

¶Exam. Ly corporibus inferioribus. Scilicet respectu cęli, quod est quintum corpus. Et sic per corpora inferiora non intelligit solummodò terrã, aquam, vel aerem, (vt quandoque solet) sed etiam ignem: quæ sunt quatuor elementa.

¶ Ly dispositio cõtraria perfectioni gloriæ. Hoc est, variatio etiã accidentalis: vt colligitur ex hoc, q volẽs probare sanctus Doctor dispositionem talem non esse in corporibus cœlestibus dicit; quòd ibi nõ est aliquid varians rem, nisi motus; & cõsequenter quòd motus tãtum localis est illa dispositio contraria, quæ in textu absolute dr̃ indispositio.

†Glo. ord. ibidem.

¶Coroll. Ergo vltima perfectio vniuersi erit quædam purgatio omnium corporum ab omnib. impuritatibus: & quædam inuariatio consequens illorum.

Vltima perfectio mundi quæ.

¶Concl. 2. A substãtia cœli superioris nõ oportet, quòd aliquid remoueatur, sed oportet, quòd motus eius quietetur.

* Art. 1. huius quæst.

¶Exam. Ly aliquid. Scilicet intrinsecũ substantiæ, seu inhęrens eo modo, quo qualitas, vel quantitas, &c. inhęrent substantiæ. Nec est instantia de motu locali, quia non inhæret propriè, sed adhæret, cum sit extra rem ipsam. Et quãuis accidentia quælibet sint extra rẽ substantialiter; non tamen sunt extra rem accidentaliter. Remota enim albedine ab aliquo homine variatur accidentaliter eius substãntia: sed remoto loco tali ab eodem (puta q qui erat in platea, sit postea non ibi, sed alibi) non variatur eius substantia, nec accidentaliter. Nihil.n. vel minimũ ab eo subtrahitur, sed denominatio quædam extrinseca, puta, quòd erat in tali loco. Quod & magis verum apparet, si consideretur; quòd locus est superficies continentis, & non contenti (Physic. 3.) cuius oppositum esset, si inhæreret substantiæ illius hominis locati, sicut albedo.

¶Prob. Quia in cœlo superiori non est aliquod varians substantiam, nec etiam accidentaliter. Secunda autẽ pars, s. sed oportet &c. probatur: Quia motus localis variat aliquid circa substantiam illam extrinsecus existens.

¶Concl. 3. Cœlestia corpora nec per ignem, nec per alicuius creaturæ actionem purgabuntur: sed ipsa eorum quietatio accidens sola voluntate diuina loco purgationis erit eis.

¶Exam. Ly sola voluntate diuina. Scilicet principaliter. Nam & voluntate Angeli mouentis orbem accidet ista quietatio. Sed quia voluntas tantum motoris hic interuenit, & voluntas motoris applicati, id est Angeli conformis est ad nutum volũtati motoris primi, id est Dei; & vbi vnum propter aliud, ibi vnum tantum esse videtur (secundum Philosophum): ideo de voluntate solum diuina mentionem fecit, non intendendo tamẽ per hoc excludere voluntatem illam Angelicam. De hoc motore duplici & in 8. Physic. & in Metaphys. tractatur à Philosopho.

¶Prob. Quia quietatio motus localis non fit per actionẽ alicuius contrarij agentis; sed per hoc, quòd motor desistit à mouendo.

1^m de concl.^e Et ipsi. ℞. Cœli aerei: non, syderei. §. si per ly peribunt, quod sequitur in conclusione, intelligatur remotio impuritatis inhęrentis. Tunc &c. vt patet ex August.

Item de conclusione. Peribunt. ℞. Quantũ ad motũ localem: non alr. §. Tunc nihil &c. vt patet per secundã respon. literæ ly vel dicendum &c.

2^m ex Petro. Cœli. ℞. Aerei: non, syderei. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusione prima.

¶Not. Ad illud, in quo argumentũ facit vim, dicendo, q Petrus loquitur de cęlis, vt distinguuntur ab elementis; respondendum: q verum est, sed nihil cõcludit. Et ideo sanctus Doctor non fuit superfluè sollicitus ad respondendum huic. Dico ly superfluè, quia non verbis expressis respondit ad id, cui sensu tantum satisfieri potuit, & satisfecit. Distinguendo enim cœlos à terra, & concludendo, quòd illi cœli sunt aerei manifestauit intelligenti, quòd cęli distingui possunt ab elementis, & tamẽ non erunt syderei. Vnde ad clariorem notitiam huius breuissimi responsi textualis sciendũ: quòd elemẽta omnia quatuor vocari possunt elementa, sed non cœli; sed tantum ex illis superiora cœli etiam vocantur. Cum enim hoc nomen cœlum dicat aliquid superius; patet quòd terra, cui finitima est aqua, non potest vocari cœlum: & quòd ignis & aer cœli nomine gaudent. Petrus igitur per cęlos intellexit ignem, & aerem, per elementa verò aquã & terram. Ex quo patet: quòd illa distinctio cęlorum ab elemẽtis nõ arctat nos ad intelligendum cœlos sydereos per ly cœli.

* lib. 20. de Ciui. c. 16. circa med. tom. 5.

Cęli etiã dicunt duo elementa.

3^m minor. In cęlo superiori inuenitur indispositio. ℞. Ratione motus localis tantum: non aliter. §. Ad rationẽ in contrarium quãtum ad laborẽ, & seruitutem, & quantum ad culpã, dic: vt in tex. Tũc nihil &c. vt patet ex cõcl. prima.

*Loco notato in argum.

* Al. consummationis.

Et scito; metaphoricè. i. quantum ad similitudinem effectus, dici laborem in cœlis. Nam nos solemus laborare, quando velociter, continue mouemur. In cœlis ergo labor est motus eorum velox, & à tot annis continuus: non aliqua defatigatio.

explent officia sua, sicut Sol, & Luna, non sine labore statuta implent sibi spatia; ergo purgabuntur per ignem illum.

Sed contra est, quòd corpora cęlestia peregrinę impressionis receptiua non sunt.

¶Præt. Super illud 2 Thess. 1. In flamma ignis dantis vindictã, dicit † Gl. Ignis erit in mundo, qui præcedet eum, tãtum spatium aeris occupans, quãtum occupauit aqua in diluuio, sed aqua diluuii non ascendit vsque ad superiores cęlos: sed solũ quindecim cubitis super altitudinem montiũ, vt habetur Gen. 7. ergo cęli superiores illo igne non purgabuntur.

Respon. Dicendum, quòd purgatio mundi ad hoc erit, vt remoueatur à corporibus dispositio contraria perfectioni gloriæ, quæ quidem perfectio est vltima rerum consummatio, & hæc quidem dispositio in omnibus corporibus inuenitur: sed diuersimodè in diuersis. In quibusdam enim inuenitur indispositio per aliud inhærens substantiæ eorum, sicut in istis corporib. inferioribus, quæ per mutuam mixtionem decidunt à propria puritate. In quibusdam verò corporibus inuenitur indispositio non per aliud substantiæ eorum inhærens, sicut in corporibus cœlestibus, in quibus nihil inuenitur repugnans vltimæ perfectioni vniuersi, nisi motus, qui est via ad perfectionem, nec motus quilibet, sed localis tantũ, qui non variat aliquid, quod sit intrinsecũ rei, vt substantiam, aut quantitatem, aut qualitatem, sed solum locum, qui est extra rem, & ideo à substantia cœli superioris non oportet q aliquid remoueatur: sed oportet quòd motus eius quietetur. Quietatio autem motus localis non fit per actionem alicuius contrarii agentis: sed per hoc, quòd motor desistit à mouendo: & ideo cęlestia corpora nec per ignem, nec per alicuius creaturę actionẽ purgabuntur: sed ipsa eorum quietatio sola voluntate diuina accidens eis, loco purgationis erit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut August.* dicit 20. de ciuitate Dei, verba illa Psal. sunt intelligenda de cęlis aereis, qui purgabuntur per ignẽ vltimæ conflagrationis. Vel dicendum, q si etiam de superioribus cœlis intelligatur, tunc dicuntur perire quantum ad motum, quo nunc continuè mouentur.

Ad secvndvm dicendum, q Petrus se exponit, de quibus cęlis intelligat, pręmiserat.n. ante verba inducta quod cęli prius, & terra per aquam perierant, qui nunc sunt eodẽ modo reposito igni reseruati in diem iudicii: ergo illi cœli per ignem purgabuntur, qui prius per aquam diluuii sunt purgati, scilicet cęli aerei.

Ad tertivm dicẽdum, quòd ille labor, & illa seruitus creaturę, qui corporib. cęlestibus secundum Ambros.* attribuit̃, nihil est aliud quàm vicissitudo motus, ratione cuius tempori subiiciũtur: & defectus vltimæ* consummationis, quæ finaliter in eis erit. Ex culpa etiam dęmonum cœlum empyreum infectionẽ non contraxit, quia statim peccando de cœlo expulsi sunt.

ARTI-

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas; meritò insinuatum 2. Pet. 3. quòd cœli superiores non purgabuntur, actionem illius ignis: & sic. Cœli qui nunc sunt, & terra eodem verbo sunt igni seruati in die iudicij. Hæc ibi. Vbi (vt ex contextu patet) vult dicere: quòd ignis tantum ascendet ad purganda omnia, quantum ascendit aqua tempore diluuij. Facit enim comparationem iudicij illius prioris per diluuiũ facti, & iudicij posterioris per ignem faciendi. Ex quo manifestum relinquitur, quod per ly cœli non intelligit cœlos superiores, hoc est quintum corpus: quoniam tunc non concluderet intentum, sed potius ostenderet contrarium, quòd s. ignis ille multò plus ascenderet, quàm diluuium. Vt ergo intentum habeat (vt par est) oportet: per ly cœli, intelligi superiora elementa, vt not. post ad secundum. Item à Philosopho, adiuncta tamen propositione fidei, dicente, q cęlestia corpora nõ sunt susceptiua peregrinæ impressionis, i. alicuius impressionis nouę variãtis aliquid intrinsecũ eis; puta substantiam, quantitatem, qualitatem, &c. Secundo habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, & similium: pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & defendas. Tertio vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

## ARTICVLVS V.

*Vtrum ignis ille alia elementa consumet.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ignis ille alia elementa consumet. Quia, vt dicit Gl.* Bedæ. 2. Petri vlt. elementa quatuor, quibus mundus consistit, ignis maximus absumet, nec cũcta interim consumentur, vt non sint: sed duo ex toto consumet, duo verò in meliorem restituet faciem: ergo videtur ꝙ ad minus duo eleméta per ignem illum destruenda sint totaliter.

¶ 2 Præterea. Apocal. 12. Primum cœlum, & prima terra abiit, & mare iam non est: sed per cœlum aer intelligitur, vt Augustinus * dicit: Mare autem est aquarum congregatio; ergo videtur quòd illa tria eleméta totaliter destruentur.

¶ 3 Præt. Ignis * non purgat nisi secundum hoc ꝙ alia efficiuntur materia eius: si ergo ignis purgat alia elementa, oportet quòd eius materia efficiantur; ergo videtur quòd in naturam ignis transeant, & sic à natura sua corrumperentur.

¶ 4 Præt. Forma ignis est nobilissima formarũ, ad quam perduci possit elementaris materia: sed per illam purgationem omnia in nobilissimũ statum perducentur, vel mutabuntur; ergo alia elementa in ignem totaliter conuertentur.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Corinth. 7. super illud, Præterit figura huius mundi. Pulchritudo non substantia præterit: sed ipsa substantia elementorum pertinet ad perfectionem mundi; ergo elementa non consumentur secundum suam substantiam.

¶ 5 Præterea. Illa finalis purgatio, quæ fiet per ignem, respondebit primæ purgationi, quæ facta est per aquam: sed illa non corrupit elementorum substãtiam; ergo nec illa, quę fiet per ignem corrumpet.

RESPON. Dicendum, quòd circa hanc quæstionem est multiplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd omnia elementa manebunt quantũ ad materiam, omnia autem mutabuntur quantum ad perfectionem: sed duo eorum retinebunt propriam formam substantialem, scilicet aer, & terra, in duobus verò, scilicet in igne, & aqua, non remanebit forma substantialis eorum: sed mutabuntur ad formam cœli, & sic tria eleméta, aer, s. ignis, & aqua, cęlum dicentur, quamuis aer retineat formã substantialem eandem, quam nunc habet, quia nunc ét cęlum dicitur. Vnde etiã Apocal. 12. non fit mentio nisi de cœlo, & terra. Vidi, inquit, cęlum nouum & terrã nouam. Sed hęc opinio est omnino absurda. Repugnat. n. & Philosophiæ, secundum quam poni non potest, quòd corpora inferiora sint in potentia ad formam cęli, cum nec materiam habeant communem, nec contrarietatem ad inuicem: & etiam Theologię, quia secundũ hanc propositionem, non saluabitur perfectio vniuersi cum integritate suarum partium, duob. elementis sublatis. Vnde per hoc quòd dicitur cœlum, intelligitur quintũ corpus, omnia verò elementa intelliguntur per terram, sicut in Psal. 148. Laudate Dominum de terra: & sequitur, Ignis, grando, nix, glacies, &c. Et ideo alii dicunt, quòd omnia elementa manebunt secundum substantiam: sed qualitates actiuæ, & passiuæ ab eis remouebuntur. Sicut etiam ponunt, quòd in corpore mixto eleméta saluantur secundum suas formas substantiales, sine hoc, quòd proprias qualitates habeant, cum sint in medium reducta: sed medium neutrum extremorum est. Et huic etiam videtur consonare quod Augustinus * dicit 20. de Ciuitate Dei. Illa conflagratione mundana elementorum corruptibilium qualitates, quæ corporibus nostris congruebant, ardendo penitus interibunt, atque ipsa substantia eas qualitates habebit, quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniant. Sed illud non videtur probabile, cum qualitates proprię elementorum sint effectus formarum substantialium, quòd formis substantialibus manẽtibus, qualitates prędictę possunt mutari nisi per actionem violentam ad tempus. Sicut in aqua calefacta videmus, quòd ex vi suæ speciei frigiditatem recuperat, quam per actionem ignis amisit, dummodo species aquæ remaneat. Et præterea ipsæ qualitates elementares sunt de perfectione secunda elementorum, sicut propriæ passiones eorum: nec est probabilẽ, quòd in illa finali consummatione aliquid perfectionis naturalis ab elementis tollatur. Et ideo videtur dicendum, quod manebunt elementa quantum ad substantiam, & qualitates eorum propria: sed purgabuntur ab * infectione, quam ex peccatis hominum contraxerunt, & ab impuritate; quæ per actionem, & passionem mutuam in eis accidit: quia, iam cessante motu primi mobilis, in inferioribus elementis † mutua actio, & passio esse non poterit; & hoc Augustinus * appellat qualitates elemẽtorum, scilicet innaturales dispositiones eorum secundum quas corruptioni appropinquant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ignis ille dicitur quatuor elementa absumere, in quantum ea aliquo modo purgabit: quod autem sequitur, quod duo ex toto consumet, non est intelligendum, quòd duo elementa secundum substantiam destruantur: sed quia duo magis remouebuntur à proprietate, quam nunc habent. Quæ quidem duo à quibusdam esse dicuntur ignis, & aqua, quæ maximè excedunt in qualitatibus actiuis, s. calore, & frigore, quæ sunt maximę corruptionis principia in aliis corporibus: & quia tunc non erit actio ignis, & aquæ, quæ sunt maximè actiuæ, maximè immutare videbuntur à virtute, quam nunc habent. Alii verò dicunt hęc duo, esse aerem, & aquam propter varios motus istorum duorum elementorum, quos consequuntur ex motu corporum cęlestium: & quia isti motus non erunt (sicut fluxus, & refluxus maris, & commotiones vẽtorum, huiusmodi) ideo ista elementa & maximè mutabuntur à proprietate, quam nunc habent.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sicut dicit August. * 20. de Ciuitate Dei, cum dicitur, Et mare iam non est; per mare potest intelligi præsens sæculum, de quo parum suprà ante dixerat,

*Marginal notes:* * lib. 20. de Ciuit. c. 18. tom. 5. — * Art. 3. huius q. in fi. corp. — * Lib. 20. c. 16. in med. tom. 5. — * Al. imperfectione. — * lib. 20. de ciuit. Dei, c. 16. to. 5. — * Lib. 20. c. 16. in fi. tom. 5.

## SVPER Q. CV. Aliàs 74. Art. v.

CONCL. Manebunt elementa oĩa, quantum ad substantiam, & qualitates eorum proprias: sed purgabuntur ab infectione, quam ex peccatis hominum contraxerunt, & ab impuritate, quę per actionem, & passionem mutuã in eis accidit.

*(Margin: 324 Et gl. Bed. in med. cõmẽtarij ad 3. c. 2. epist. Petr. & in glos. ordin. ibid.)*

¶ EXAM. Ly ab infectione &c. vt declaratur art. 1. corp. Non tamen mirãdum propter hoc quasi superfluus sit hic articulus: sed laudanda industria magna sancti Doctoris: qui minutatim vniuersale illud, quod ibi præposuerat postmodum per ordinem examinando procedit. Ordo enim doctrinæ talis est, vt ab vniuersalioribus incipiendum sit, & deinde ad singularia particulatim accedendum. Quod & hic, & alibi, obseruat sanctus. Vnde in primo articulo, declarato quòd purgatio mundi sit futura, tanquàm quodam vniuersali; restabat declarandum per quid sit futura, & quid sit illa purgatio, & quid sit ille mundus: quæ omnia sigillatim, vt patet per illam quæstionis diuisionem, fiunt. Et sic illud quod tunc in articulo primo de infectione huiusmodi dictũ est ad propositum mundi; nunc fuit necessarium dici ad propositum elementorum: ac si dicatur, nunc per ly mundi in proposito intelligebantur elementa.

¶ PROB. primò: Quia patet ex reprobatione duarum prædictarum opinionum. Secunda autem pars, scilicet sed purgabuntur &c. probatur: Quia cessãte motu primi mobilis (vt articu. 4.) actio & passio mutua in elementis esse non poterit.

### 1m ex Beda.

Duo ex toto cõsumet. R. Quantum ad motus illorũ consequentes motum cœli, & quantum ad excessum proprietatum qualitatum actiuarum: non aliter. §. Tunc nihil &c. Licet enim illa duo sic consumat siue sint ignis & aqua, siue aer & aqua: tamen non consumet illorum substantiam, neque proprietates proprias; vt in conclusione patet.

¶ COROLL. Ergo totaliter consumetur excessus qualitatum actiuarũ ignis & aquę, qui nunc reperitur: adeò quòd nec ignis ille per calorem corrumpet alia, nec aqua per frigus; post diem iudicij. Idem dicas de motibus aeris, & aquæ, qui consequuntur motum cœli; adeò quòd post illam purgationem aqua non fluet & refluet, vt in mari, neque commouebũtur venti, & similia. Cum his tamẽ remanebit substantia aeris, ignis, & aquæ cum suis proprietatibus moderatis: vt in corp. fin.

### 2m ex Apocal.

Mare. R. i. præsens sęculum. §. Tunc nihil &c. vt patet. Nam ex hoc, ꝙ status huius sæculi præsens nõ amplius erit (puta, quòd non fient amplius commercia vẽditionis,

tionis, emptionis generationis, & huiusmodi: nec leo manducabis capram, & sic de singulis brutis, &c.) non sequitur, quòd elementum aquæ maris non reperietur.

Item ex Apocal. Non est. R. Quantum ad commotionés fluctuum & salsedinẽ: non, quantum ad substantiam. §. Tunc nihil &c. ut patet. Vide secundum responsum ly si tamẽ mare ad literam &c.

¶Not. Et meritò patet. Cum.n. mare dicatur, quasi amarũ, ꝑpter salsedinem suam; tunc amissa salsedine nõ amplius proprie dicetur mare; licet remaneat congregatio quædam aquarum. Erit ergo, & non erit mare, & in illo sensu quo non erit, accepit ipsum solummodo B. Ioannes in Apocalipsi.

dixerat, mare dedit mortuos suos: si tamen mare ad literam referamus, tunc est dicendum, quòd in mari duo intelliguntur, scilicet substantia aquarum, & earum dispositio quantum ad salsedinem, & commotiones fluctuum, & quantum ad hoc secundum mare non remanebit, remanebit autem quantum ad primum.

Ad tertium dicendum, ꝙ ignis ille non aget nisi vt instrumentum prouidentiæ, & virtutis diuinæ, vnde non agit in alia elementa vsque ad eorum consumptionẽ, sed solum usque ad purgationem, nec oportet quòd illud quod efficit materia ignis, totaliter a specie propria

3^m conclusionis secũdæ illatio. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Ratio est, quia ignis ille nõ aget, nisi ut instrumentum &c. vt in tex. vsque inclusiuè ad ly purgationem.

Item de antecedente. Efficiuntur materia eius. R. Vel ita, vt corrumpantur totaliter ab eo, uel ita ꝙ non. §. Tunc &c. Quamuis.n. alia elementa tunc efficiantur materia ignis non tamen ita ut totaliter ab eo corrumpantur. Vide secundũ rñsum ly nec oportet quòd illud &c.

¶Nor. Materia, quæ totaliter consumitur ab igne, est quæ de se sic est cõsumptibilis, ut patet de lignis aridis, stuppa, & huiusmodi: illa verò, quæ de se non est sic consumptibilis fieri potest materia ignis circa consumptionem totalem, vt patet de auro argento, ferro, & huiusmodi. Quia ergo ignis, terra, & aqua, non sunt de se sic ab igne consumptibilia, ut nunc etiam apparet: ideo tunc in illa conflagratione, licet maxima, non consumentur totaliter. Rursus. Nota, quòd illa duo responsa se inuicem iuuant. Per secundum enim dicitur, quòd non fiet illorum totalis cõsumptio naturaliter attendendo vires elementorum ipsorum per primum autem magis firmatur propositum cointelligendo prouidentiam diuinam specialiter assistere illi actioni ignis, tanquàm instrumento suo. Ex duobus igitur fiet, quòd non corrumpentur per rationem eius, sed ex prouidentia magis, quæ & ideo ponitur tanquam primum responsum.

4^m de minori. Nobilissimum. R. Secundum ordinem ad totum: non, absolute. §. Tunc nih. &c. Elementa

menta enim remanebunt nobilissima secundum ordinem solũmodo ad totum vniuersum, & consequenter non inducent nobilitatem ignis.

¶Coroll. Ergo terra erit nobilissima in genere terræ, aer in genere aeris, & sic de alijs: ita quòd nobilitas terræ erit suprema omnium nobilitatum quas prius habuit, uel habere potuit non autem omnium nobilitatum absolutè. Nobilitas enim aquæ maior, erit quàm terræ, & aeris, ꝗ aquæ & ignis, ꝗ aeris. Omnia ergo erũt nobilia in superlatiuo gradu, sibi tamen singulis conuenienter non aliter.

Responsio secunda. Qũo post iudiciũ oĩa elementa erunt nobĩlissima ĩ superlatiuo gradu.

corrumpatur, sicut patet in ferro ignito, quod a loco ignitionis remotum ex virtute speciei remanẽtis ad proprium statum, & pristinum redit, & ita etiam erit de elementis per ignem purgatis.

Ad quartum dicendum, ꝙ in partibus elementorum non oportet considerari solum, quòd cõgruat alicui parti secũdum se acceptæ, sed etiam quòd congruat secundum ordinem ad totum. Dico ergo quòd quamuis aqua esset nobilior, si haberet formam ignis, similiter terra, & aer, vniuersum tamen esset imperfectius, si tota elementorum materia formam ignis assumeret.

¶Examen. Ly ĩ partibus elementorũ. Idest in elementis, quæ sunt partes totius vniuersi. Adeo quòd partes non referuntur ad elementa, quasi dicamus, pars aeris, pars terræ, &c. sed referuntur ad vniuersũ cõtinens elemẽta. Ipsa ergo tota elementa sunt partes respectu uniuersi, & sic loquitur textus, ut patet consideranti illud, quod subinfertur, scilicet ly quamuis pars aquę esset nobilior &c. Vide quòd inferendo ex pręmissis non dicit ly quàmuis pars aquæ esset nobilior, sed dicit ly quamuis aqua, denotat ergo totam aquam esse partem illam, de qua loquebatur, & sic de alijs.

## APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse ab Ecclesiaſ. quòd ignis non consumet ex toto alia elementa, & sic terra in æternum stat. Hæc ibi. Vnde patet, quòd totaliter non consumetur, alioquin non staret in æternum. A simili autem intelligo dictum de alijs elementis, ꝙ in æternum stent: quoniam de similibus idem est iudicium. Adde, quòd per terram quandoque intelliguntur omnia elementa, ut Gen. 1. vt creauit Deus cœlum, & terram, & in symbolo credo in Deum creatorem cœli & terræ, & Psal. 148. Laudate dominum de terra, & quasi exponendo quid intelligat per terram subdit, ignis, grando, nix glacies, spiritus procellarum.

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

¶Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & defendas.

2

¶Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

3

---

SVPER Q. CV. Aliàs 74. Art. vi.

Concl. Ignis vltimæ conflagrationis elemẽta purgabit, vsq; ad medium aeris interstitium.

325 *Ar. 3. huius q. cor. & art. 4. in 2. arg. Sed contra, & ad 2. idem df hic in corp. * Gl. Ord. ibid.

¶Prob: Quia ignis ille consummet impuritates elementorũ prouenientes, tum ex corũ permixtione, tum ex infectione peccatorum (ar. 1. & 5.) & huiusmodi impuritates præcipue sunt circa terram, vsque ad medium aeris interstitium (patet) Secundo. Quia aquæ diluuij tantum spacium ascẽderunt (ut in tex.) Tertio. Quia patet ex reprobatione cõtrariæ opinionis (ut in tex.)

¶Coroll. Ergo ꝑ illum ignem non purgabitur ignis, qui prædictas

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum omnia elementa per illum ignem purgabuntur.*

Ad sextum sic proceditur. Videtur quòd nec omnia elementa per illum ignem purgabuntur: quia ignis ille, (ut iam dictum * est) non ascendet nisi quantũ ascendit aqua diluuii, sed aqua diluuii nõ peruenit vsque ad sphæram ignis, ergo nec per vltimam purgationem elementum ignis purgabitur.

¶2 Præt. Apoc. 21. dicit Gloſſ. * sup. illud: Vidi cœlum nouum, &c. Immutatio aeris, & terræ dubitabile non est, quin per ignem fiet; sed de aqua dubitatur, nam purgationem in se ipsa habere creditur, ergo ad minus non est certum quòd omnia elementa purgentur.

¶3 Præt. Locus qui est perpetuæ infectionis, numquam purgatur, sed in inferno erit perpetua infectio, cum ergo infernus inter elementa collocetur, videtur quòd elementa non totaliter purgentur.

¶4 Præt. Paradisus terrestris in terra continetur, sed ille non purgabitur per ignem, quia etiam, nec aquę diluuii illuc ascenderunt, vt Beda * dicit, & habetur in secundo Sententiarum. ergo videtur quod non omnia elementa totaliter purgentur.

Sed contra est Gloſſ. * supra inducta, * quæ habetur 2. Pet. vlt. quòd quatuor elementa ignis ille absumet.

Resp. Dicendum, quòd quidam dicunt, quòd ille ignis ascendet vsque ad summitatem spatii continentis quatuor elementa, ut sic elementa totaliter purgẽtur ab infectione peccati, quo etiam superiores partes elemẽtorum sunt infectæ, ut patet per fumum idolatriæ superiora inficientis, & etiam a corruptione, quia elementa secundum omnes partes sui corruptibilia sunt. Sed hæc opinio repugnat auctoritati scripturæ, quia 2. Pet. 3. dicitur, quòd illi cœli repositi sunt igni, qui fuerunt per aquam purgati. Et August. * dicit 20. de Ciuit. Dei, quòd ille mundus, qui diluuio periit, igni

ctas impuritates non contraxit, neque aliud simile. Ergo superfluũ esset, & vanum ponere, quòd ignis ascenderet supra totũ aerem usq; ad sphærã ignis, & multo magis esset uanum ponere, quòd superius: cum nulla prædictarũ impuritatum illucusq; pertigerit.

Pri-

* Habet in Gl. ord. super illud Genes. 2. Plantauerat autem. * Magister lib. 2. Sent. dist. 17. §. E. in fi. * Est gl. Bedæ in medio cõmentarij ad 3. c. Pe. * In ar. pręced. arg. 1.

**1^m^ illatio conclusionis.** Ergo &c. ℞. Conceditur. §. immo & totũ argumentum est pro conclusione loco probationis.

¶Examen. Ly elementum ignis. Idest ignem in propria materia existentem. Et hic est, secundum quòd est in sphera sua. Hic.n. secundum vnã opinionẽ purgabit cætera cũ alijs ignibus existentibus apud nos ar. 3. tantum abest, ut purgetur ipse ab aliquo. Licet autem ignis apud nos existens sit etiam elementum, secundum quòd ignis: tamen quia ly elementum significat propriè aliquod simplex, & ignis apud nos est mixtus, puta in aliena materia existens; ideo nõ propriè, & absolutè, vocatur elementum nisi cum illa limitatione, secundum quod ignis. Ex hac declaratione intelligas art. 3. dictum, scilicet ly cum igne elementari.

*Initio corpo huius.

**2^m^ ex Glossa.** Purgationem. ℞. Aliqualem: non autem futuro statui competentem. §. vt ex artic. 2. ad secundum. Tunc ni. &c. Nam dubitatio illa de aqua est quædam dubitatio apparens, & non tanta, ut excludat hanc certitudinem, quòd etiam illa connumerari debeat inter elementa per ignem purganda.

**3^m^ de conclusione.** Quod elementa. ℞. Prout in loco damnatorum existentia: non aliàs secundum se §. Tunc nihil &c. ut patet in tex.

**4^m^ illatio conclusionis.** Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam conclusio loquitur de elementis & elementorum partibus purgatione indigentibus & terra quæ est Paradisus terrestris non indigent purgatione. Quamuis enim peccatum primi hominis in terrestri Paradiso &c. vt in textu.

¶Not. Licet ex hoc responso uideatur, quòd purgari debeat infernus quia indiget purgatione, non tamen est uerum: quoniam purgationis capax non est, & de indigentib. purgatione taliter ut eius capacia sint, intelligit articulus.

*Loco citato in ar. 2.

igni reseruatur. Cõstat autem quòd aqua diluuii non ascendit vsque ad summitatem spatii elementorum, sed solum vsque ad quindecim cubitos super altitudinem montium. Et præterea notum est, quòd vapores eleuati, vel fumi quicumque non possunt pertransire totam sphæram ignis ut perueniat ad summitatem eius. Et ita infectio peccati non uenit vsque ad spatium prædictum, * A corruptibilitate etiam elementa non possunt purgari per subtractionem alicuius, quod per ignem possit consumi, sed per ignem poterũt consumi impuritates elemẽtorum, quæ ex eorum permixtione proueniunt. Huiusmodi autem impuritates præcique sunt à terra usque ad medium aeris interstitium, unde usque ad illud spatium ignis ultimæ conflagrationis elementa purgabit. Tantum enim aquæ etiam diluuii ascenderunt, quod probabiliter æstimari potest ex montium altitudine, quos determinata mensura trãscenderãt.

Primum ergo concedimus.

Ad secundum dicendũ, q̇ ratio dubitationis in Glos. * exprimit, quia. s. aqua vim purgationis in se habere creditur, non tamen habet vim purgationis talis qualis futuro statui competit, ut ex dictis patet.*

Ad tertium dicendum, q̇ illa purgatio præcipue ad hoc erit, ut quicquid est imperfectionis a sanctorum habitatione remoueatur, & ideo in illa purgatione totum, quod est fœdum, ad locum damnatorum congregabitur, unde infernus non purgabitur, sed ad ipsum deducentur totius mundi purgamenta.

Ad quartum dicendũ, quòd quamuis peccatũ primi hominis in terrestri Paradiso sit cõmissum, non tñ locus ille est locus peccãtium, sicut nec cœlũ empyreũ, ex utroque enim loco hômo, & diabolus statim post peccatum sunt electi, vnde locus ille purgatione non indiget.

## APPENDIX.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse a 2. Pet. 3. quòd omnia elementa, dempto igne in sphera sua, purgabuntur, & sic. Cœli erant prius & terra, & ille tũc mundus aqua inundatus perijt, cœli autem qui nunc sunt, & terra, eodem uerbo sunt igni reseruati in die iudicij. Hæc ibi. Quasi dicat tãtum spacium occupabit ignis in die iudicij venturus, quantum occupauit inundatio illa aquarum. Cum ergo inundatio illa non ad spheram ignis, ascenderit, sed solum vsque ad quindecim cubitos supra montes Gen. 7. q̃d probabiliter existimatur esse medium aeris interstitium, uel circa: patet intentum. Quomodo autem intelligatur, quòd illi cœli, & terra prius per aquam perierint, ut ibi Petrus ait; colligere potes ex art. 2. ad secundum.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

*Art. 2. huius q. ad 2. & ar. præc. cor.

2 ¶Secundò habes: quomodo per rõnem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis.

3 ¶Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

**SVPER Q. CV. Aliàs 74. Art. VII.**

Concl. Illa conflagratio, quò ad purgationem mundi iudicium præcedet, sed quò ad huius actum, qui est inuoluere malos, iudicium sequetur.

326

¶Prob. Quia illa cõflagratio, quò ad purgationem, est dispositio ad renouationem prædictam (art. 1. q. huius:) & renouatio illa erit simul tempore cum glorificatione corporũ sanctorũ (ex Rom. 8.) quæ fit ante iudicium (ex 1. Thess. 4.) Secunda autem pars, scilicet sed quo ad &c. præsupponitur.

* Li. 20. ca. vlt. nõ procul in fin. to. 5.

¶Not. Ex meritò. Vt patet ex responsionibus argumentorum; & patebit magis. artic. 8. & 9.

¶Examen. Ly secundum rei ueritatẽ. Hoc est in principio cor. & dicitur ad differentiam opinionum, siue Augustini, ut ad primum & secundum patet, siue aliorum. Quasi dicat. Multæ sunt opiniones circa hoc, sed tamen ueritas sic se habet.

† Li. 20. de ciuit. Dei ca. 16. ante med. to. 5.

¶Ly quãtum ad suũ initium. Idest quantum ad purgationem mũdi, vt ex fine cor. trahitur. Habebit enim illa conflagratio & initium, & finem initiũ puta purgationem mundi, finẽ, puta, inuoluere reprobos. Vt art. 9.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum ignis vltimæ conflagrationis iudicium debeat sequi.*

Ad septimum sic proceditur. Videtur quòd ignis vltimæ conflagationis iudicium debet sequi. Augustinus *enim 20. de ciuitate Dei, hunc ordinem ponit eorũ, quæ in iudicio sunt futura dicens: Circa iudicium has res dicimus esse venturas: Heliam Thesbitem, Iudæorum conuersionem, & Antichristum persecuturum, Christum uenturum, vel iudicaturum, mortuorũ resurrectionem, bonorum, malorumque diuisionem, mundi conflagrationem, eiusdem renouationem, ergo conflagrationem iudicium sequetur.

¶ 2 Præt. August. dicit in codẽ lib. Iudicatis impiis, * & in æternum ignem missis, figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit, ergo idem quod prius.

¶ 3 Præt. Dominus ad iudicandum veniens, aliquos viuos reperiet, ut patet ex hoc quod habetur 1. Thess. 4. ubi ex persona eorum Apostolus dicit, Deinde nos, qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, &c. sed hoc non esset si conflagratio mundi præcederet, quia per ignem resoluerentur, ergo ignis ille iudicium sequetur.

¶ 4 Præterea. Dominus dicitur iudicaturus orbem per ignem, & ideo conflagratio finalis videtur esse executio sentẽtiæ, vel diuini iudicii: sed executio sequitur iudicium, ergo ille ignis iudicium sequetur.

Sed contra est, quod dicitur in Psal. 69. Ignis ante ipsum præcedet.

¶ Præt. Resurrectio præcedit iudicium, aliàs non videret omnis oculus Christum iudicantem, sed mundi conflagratio resurrectionem præcedet, sancti enim, qui resurgent, corpora spiritualia, & impassibilia habebunt, ita quòd non poterunt purgari per ignem, cùm tamen in litera * dicatur ex verbis Augustini, * quòd per illum ignem purgabitur, si quid in aliquibus sit purgandum, ergo ille ignis iudicium præcedet.

* Li. 4. Sẽt. d. 47. § D. in med.

* Colligit ex lib. 20. de Ciuit. Dei. c. 16. 18. & 19. to. 5.

Resp. Dicendum, quòd illa conflagratio secundum rei veritatem quantum ad sui initium præcedet, quod & hinc manifeste colligi potest, quòd mortuorum resurrectio iudicium præcedet, quod patet. 1. Thess. 4. quòd illi, qui dormierunt rapientur in nubibus in aere obuiam Christo ad iudicium

**1^m de conclusione.** Cõflagratio iudicium sequetur. ℞. secundum quòd ab Augustino dicitur opinatiuè: non determinatiuè. §. Tunc nih. &c. Nam opinari aliquid circa hoc non tollit veritatem rei.

¶Not. Sed neque tollit authoritatem tanti Doctoris Augustini, vt patet. Potest enim quis, quantumcumque magnus, dicere aliquid opinatiuè, quod non diceret determinatiuè: sicut hic de illo accidit. Adde:  homo vnus potest etiam fieri doctior semetipso cum tempore, & propterea aliquid, tanquam verum, dicere aliquando, quod sapientior effectus ex seipso reprobabit.

**2^m de conclusione.** Ergo &c. ℞. Vt ad primum per omnia. §.

**3^m de maiori.** Viuos. ℞. Comparatiue: nõ absolute. §. Tũc nihil &c. Absolute enim resoluẽtur omnes ante aduentum iudicis per illam conflagrationẽ: licet hoc non tollat ab eis, quin possint dici viui comparatiue.

* In hoc cor. & art. 1. & 4. huius q.

† Loco citato in argum. 1.

cium venienti, simul autem erit resurrectio communis*, & corporum sanctorum glorificatio, sancti enim resurgentes corpora gloriosa resument, ut per illud, quod dicitur primę Corinth. 12. Seminantur in ignobilitate, surgent in gloria: similiter & cum corpora sanctorum glorificabuntur, etiam tota creatura suo modo renouabitur, vt patet per illud, quod dicitur Rom. 8. quòd ipsa creatura liberabitur a seruitutẽ corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei: cũ ergo conflagratio mundi sit dispositio ad renouationẽ prædictam, ut ex dictis patet, * manifeste potest colligi, quòd illa conflagratio quo ad purgationem mundi iudicium præcedet, sed quo ad aliquem actum, qui scilicet est inuoluere malos, iudicium sequetur.

Ad primum ergo dicendum, quòd Augustinus †non loquitur determinando, sed opinando, quod patet ex hoc, quod sequitur. † Quæ quidem ventura esse credendũ est, sed quibus modis, & quo ordine veniãt, magis docebit rerum experientia, quàm nunc ad perfectum hominis intelligentia valeat consequi, æstimo tamen eo, quo a me commemorata sunt ordine, esse ventura, ergo patet, quòd hæc dixit opinando.

Et similiter dicendum est ad secundum.

Ad tertium dicendum,  omnes homines morientur, & resurgent, sed tamen illi dicuntur viui reperiri, qui vsque ad tempus conflagrationis viuent in corpore.

Ad quartum dicendum, quòd ille ignis non consequitur sententiam iudicis, nisi quo ad inuolutionem malorum, & quantum ad hoc sequetur iudicium.

¶Not. Etiam in symbolo fidei dicitur, quòd iudicaturus est viuos, & mortuos, & Actu 10. quòd ipse est iudex viuorum & mortuorum. Si enim comparentur illi, qui tunc in illa conflagratione morientur ad eos, qui mortui sunt a centum annis, vel ante uel post, usque ad conflagrationem illam, poterunt dici viui: ex eo  ipsi parum durabunt in morte, & quod parum est, pro nihilo reputatur. Parum, inquam, durabunt; & absolute, quia mox, vel quasi mox, resurgent: & comparatiue ad præcedentes, ut patet. Nam illi per tot annos, vel annum durauerunt in morte.

Iudex viuorum, & mortuorũ, quõo, si oẽs morietur.

**4^m de maiori.** Conflagratio finalis. ℞. Quantum ad inuolutionem malorum. §. Tunc nihil &c. vt ex conclusione patet.

¶Coroll. Ergo dominus dicitur iudicaturus orbem p ignem, quia faciet, quòd iudicij sui sententiam datam contra reprobos exequetur ille ignis. Nec obstat, quòd possit etiam dici iudicare sæculum per ignem, quo ad conflagrationis eius præcedentiam ad purgandum sęculum: quoniam ignis ille erit & purgans & inuoluens, ut habet conclusio. Vnde iudicabit per ignem; dando scilicet virtutem igni illi faciendi vtrumque tempore iudicij sui: vnũ ante, & alterum post.

Iudicabit sæculũ per ignem, dupliciter.

APPENDIX.

Ex art. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò dictum esse a Psal. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit ĩ circuitu inimicos ei⁹. Mõtes sicut cera fluxerunt a facie Dñi: a facie Dñi oĩs terra. Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & q. gloriantur in simulachris suis. Hæc ibi. Vbi loquitur de iudicio: in cuius signum præmiserat nubes & caligo in circuitu eius iustitia & iudicium correctio sedis eius. Ecce nubes: apparebit in iudicio Act. 1. Dicit ergo de illa conflagratione, quãtum ad purgationem mundi,  ante ipsum præcedet, & quòd montes sicut cera fluẽt & omnis terra a facie domini. i.  per illum ignem consumentur montes, & renouabitur terra. De eodem autem igne, quantum ad inuolutionem malorum post datam sententiam, dicit ly inflammabit in circuitu inimicos eius, & qui sint inimici eius declarat per ly confundantur omnes, qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis. Quasi dicat. Inimici eius sunt omnes peccatores, ut sic: quoniam omnes hi adorant sculptilia. i. sua figmenta venerantur, & gloriantur in simulachris suis, hoc est adorant tanquam Deum, quæ sibi ipsis in mente sculpserunt, & gloriantur in phantasmatibus seu adinuentionibus a se factis.

Vtilitas ℘ Ecclesia S. Dei.

† lib. 20. de ciuit. Dei ca. vlt. non procul a fine. to. 5.

¶Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto ignem illum præcedere iudicium, aut subsequi insinuant, & intelligas, & defendas. 2

¶Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur. 3

---

SVPER Q. CV. Aliàs 74. Art. VIII.

Conc. 1. Ignis ille, quantum ad virtutem naturalem suam, aget similiter in bonos, & in malos; qui viui reperientur.

327

¶Prob. Quia vtrorumque corpora virtute naturali resoluet in cinerem.

¶Not. Virtus naturalis rei ex hoc, quòd est naturalis, vno semp modo agit, nec pl⁹ nec minus in hanc, uel illã materiam eodem modo ad recipiendũ actionem dispositam: alioquin non naturaliter, [illegible] ex electione agere videretur. Cum igitur ignis ille præsupponatur in conclusione agere secundum virtutem naturalem, & corpora tũ bonorum, tum malorum, in eo quòd corpora æqualiter disposita sint ad recipiendum actionem illam ignis: congrue cõclusio subintulit ly similiter.

Agens naturaliter quõo differt ab agente per electionem.

*li. 4. Sent. d. 47. §. D. circa med.

¶Conc. 2. Ignis ille, inquantum aget, ut instrumentum diuinæ iustitiæ, diuersimode aget in diuersos, quantum ad sensum pœnæ.

¶Prob. Quia mali per actionem ignis cruciabuntur, & boni aliquid purgabile habentes, secundum proportionalitatem; boni autem nihil purgandum habentes nullum inde sentiunt dolorem, etiã quod in illo igne moriantur.

¶Not. Subintelligitur in probatione illud, quod tanquam clarum ex terminis cõclusionis, subintelligẽdum erat. In cõclusione enim facta fuerat mentio de diuina iustitia, cuius dicebatur instrumentum illa ignis actio. Cum ergo

*li. 4. Sẽt. d. 47. §. D.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum ille ignis habiturus sit talem effectum in hominibus, qualis designatur.*

Ad octavum sic proceditur. Videtur quòd ille ignis non habebit talem effectum in hominibus, qualis designatur. Illud consumi dicitur, quod in nihilum reducitur, sed corpora impiorum non resoluẽtur in nihilum, sed in æternum conseruabuntur, vt æternam pœnam sustineant, ergo ignis non erit malis consumptio, ut in litera * dicitur.

¶ 2 Si dicatur quòd consumet malorum corpora inquantum ea resoluet in cinerem: Contra, Sicut corpora malorum ita & bonorum in cinerem resoluentur, hoc enim est Christi solius priuilegium, vt caro eius non viderit corruptionem, ergo etiã bonis tunc repertis erit cõsumptio.

¶ 3 Præt. Infectio peccati magis abundat in elementis: secundum qđ veniunt ad compositionem humani corporis, in quo est corruptio fomitis, etiam quantum ad bonos, quàm in elemẽtis extra corpus humanum existentibus, sed elementa extra corpus humanum existentia purgabuntur propter peccati infectionẽ, ergo multo fortius oportet per ignẽ purgari elementa in corporibus humanis existentia, siue bonorum, siue malorum, & ita oportet vtraque corpora resolui.

¶ 4 Præt. Quamdiu status viæ durat, elementa similiter agunt in bonos, & in malos, sed adhuc durabit status viæ in illa conflagratione, quia post statum huius viæ non erit mors naturalis, quæ tamen per illam conflagrationem causabitur. ergo ille ignis æqualiter aget in bonos, & malos, & ita non videtur quòd sit aliqua discretio inter eos quantum ad effectum illius ignis suscipiendum, sicut in litera * ponitur.

¶ 5 Præt. Illa conflagratio quasi in momento perficitur, sed multi inue

ergo naturæ insitum sit, quòd diuina iustitia nihil iniustum agere potest; sequitur, quòd omnia illa dicta in probatione ex hoc præsupposito sint verissima. Quare autem in probatione non expresserit sanctus Doctor hanc vim diuinæ iustitiæ, iam dictum est, quia non necesse erat; ex quo in terminis conclusionis fuerat explicata.

¶ EXAMEN. Ly nullum dolorem ex igne sentient. Ex hoc insinuatur a sancto Doctore, quod diuina virtus suspendere potest actũ proprietatis subiecti ab ipso subiecto. Aliud est enim diuidere rem essentialem ab ipsa essentia rei, & aliud est aliquid consequens ad essentialia diuidere, eadem essentia manente. Primum enim implicat cõtradictionem, puta si materia uel forma sublãtialis hominis remoueretur ab homine, volendo quòd homo remaneret homo; secundum verò non, etiam quòd per uirtutem naturalẽ fieri non possit, quoniã proprietates rei sunt quædam accidentia ad essentiam inseparabiliter consequẽtia, & non sunt essentia. Et licet sint inseparabilia; tamẽ hoc intelligitur naturaliter, quòd scilicet per virtutem naturalẽ separari non possint; non autem, quòd per virtutem diuinam Hęc dicta sint ad propositum illorum bonorum tantum: non autẽ vniuersaliter. Nam sicut ignis in camino non habebat actionem super pueros illos tres, habendo tamen illam respectu ministrorũ succendentium ignem: ita ignis ultimus respectu

*li.4. Sent. d.47.§.D.

nientur viui, in quibus erunt multa purgabilia, ergo illa conflagratio nõ sufficiet ad eorum purgationem.

RESP. dicendum, quòd ignis ille finalis conflagrationis quantum ad hoc quòd iudicium præcedet, aget vt instrumentum diuinæ iustitiæ, & iterum per virtutem naturalis ignis. Quantum ergo pertinet ad virtutem naturalem ipsius, similiter aget in malos, & bonos, qui viui reperientur, vtrorumque corpora in cinerem resoluẽdo: inquãtum vero aget, vt instrumentum diuinæ iustitiæ, diuersimode aget in diuersos, quantum ad sensum pœnæ. Mali enim per actionem ignis cruciabuntur. Boni vero, in quibus nihil purgãdum inuenietur, omnino nullum dolorem ex igne sentient, sicut nec pueri senserũt in camino ignis. Dan. 3. quamuis eorum corpora nõ seruentur integra, sicut puerorũ seruata fuerunt, & hoc diuina virtute fieri poterit, ut sine doloris cruciatu, resolutionem corporum patiantur. Boni vero, in quibus aliquid purgandum reperietur, sentient cruciatum doloris ex illo igne plus uel minus pro meritorũ diuersitate, sed quantum ad actum, quem post iudicium ille ignis habebit, in damnatos tantum aget, quia corpora boni omnes habebunt impassibilia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cõsumptio ibi * accipitur non per annihilationem, sed per resolutionem in cinerem.

horum bonorum nõ habebit actionem doloris inflictiuam, quãuis respectu aliorum. Vide aliud valde mirandum, quòd eiusdem ignis suspenditur actio respectu huius in igne existentis, & laxatur simul respectu alterius ibidem coexistentis. Et nota adhuc aliud miraculum maius quàm in camino: quòd ignis idem respectu eiusdem obiecti habebit actionem, & non habebit: quia peractionem resoluet corpora illorum in cineres, & per non actionem dolorem non apportabit eis.

¶ CONCL. 3. Ille ignis, quantum ad actum, quem post iudicium habebit, aget in damnatos tantum.

¶ PROB. Quia patet ex artic. 7. & nono. Secunda autem pars. s. tantum, probatur. Quia boni omnes habebunt corpora impassibilia.

1^m de maiori. Consumi. R. Totaliter: non, secundum aliquid tantum. §. Tunc nihil &c. Non enim loquitur litera de consumptione totali. i. per annihilationem, sed aliquali. i. per resolutionem in cineres.

2^m de antecedente. Ita. R. Quantum ad resolui in cineres: non quantum ad sensum doloris. §. Tunc nihil &c. Mali. n. per illam resolutionem, qua moriuntur simul & in cineres resoluuntur, dolorem intensum iuxta sua mortalia peccata sentient: bonorum uero corpora quamuis in cinerem &c. ut in text. Ex quo dic: quòd illa malorum resolutio dicta in ad 1. intelligebatur cum dolore, & non absolute tantum.

¶ NOT. Loquitur textus comparatiue in ly non tamen ex hoc dolorem sentient, pro quanto intelligendus uenit de bonis, in quibus aliquid purgandum reperietur, ut in cor. Nam licet hi boni dolorem sentient ex igne: tamen ille dolor erit tam paruus respectu doloris malorum, ut nihil reputari possit merito. Non enim iuxta mortalia, sed venialia peccata in his bonis commensurabitur dolor: cuius contrarium in malis erit. Sicut ergo mortale differt a veniali in grauitate: ita dolor ille malorum a dolore bonorum differet in intensione. Quæ profecto vt patet nimis differentia sunt.

3^m de conclusione. Oportet utraque corpora resolui. R. Non tamen vtraque cũ dolore, aut saltem cũ tanto. §. ut patet ex conclusione secunda cum sua probat. Tunc nihil &c. vt patet. Vide ad secundum cum sua not.

AD SECVNDVM dicendum, quòd bonorum corpora quamuis in cinerem resoluentur per ignem, non tamen ex hoc dolorem sentient; sicut nec pueri in fornace existentes, * & quantum ad hoc est dissimile de bonis, & malis.

*Ar. præc. in si cor. & Aug. li. 20. de ciu. Dei c. 18. & 19. to. 5.

4^m de maiori. Similiter agũt. R. actione naturali tãtum: nõ, instrumẽtali simul. Tũc nihil &c. Nam ignis ille non aget &c. ut in texto. Vide not. post prob. concl. primæ.

AD TERTIVM dicendum, quòd elemẽta in corporibus humanis existentia purgabuntur per ignẽ etiam in corporibus electorum, sed hoc per diuinam virtutem fiet sine cruciatũ doloris.

AD QVARTVM dicendum, quòd ignis ille nõ aget tantum secundum naturalem elementorum virtutem, sed etiam vt diuinæ iustitiæ instrumentum.

5^m illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio §. & hoc propter tres rationes adductas in textu.

AD QVINTVM dicendum, quòd tres sunt causæ quare subito illi, qui viui reperientur purgari poterunt. Vna est, quia in eis pauca purganda inuenientur, cum terroribus, & persequutionibus præcedentib. fuerint purgati. Secunda causa est, quia viui voluntarie pœnam sustinebũt, pœna enim in hac vita uoluntarie suscepta, multo plus purgat quàm pœna post mortem inflicta, sicut patet in martyribus, quòd si purgandum quid in eis inuenitur, passionis falce tollitur, vt August. * dicit, cum tamen pœna martyrii sit breuis in comparatione ad pœnam, quę in Purgatorio sustinetur. Tertio est, quia calor ille recuperabit in intensione quantum amittit in temporis * breuitate.

* In lib. de vnico baptismo ad Petilianũ c. 13. to. 7. & Epis. 48. ad Vincentium inter med. & finem to. 2. & refertur lib. 4. Sent. dist. 6. §. A. in fine.

* Al. abreuiatione.

## APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei

EX articu. habes: primò: quomodo per rationem ostendas, merito in suo simili insinuatum a scripturis, quòd ignis vltimæ conflagrationis aget in malos, & in bonos diuersimode: & sic. Isa. 43 Cum transieris per ignem nõ cõbureris, & flamma non ardebit in te. Hæc ibi. Quæ sint, quoad bonos nihil purgandũ habentes. Item ab Apoc. 18. Quantum glorificauit se & in delitijs fuit, tantum date ei tormentũ & luctũ. Hæc ibi. Quæ sint quoad malos, & quoad bonos aliqd de purgabili habentes. Itẽ ab Exod. 14. fugiẽtibus AR-Agyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus, filij autem Israel perrexerunt per medium sicci maris, & aquæ erant eis, quasi pro muro a dextris & a sinistris. Hæc ibi. Quę sint pro differentia bonorum, & malorum in eodem igne conflagrationis; loquendo a simili. Item ab ecclesia in uitis sanctorum, puta Agnetis, de qua legitur. Vicarius Aspasius igne copioso accenso iussit eam iactari in medio. Quod cum fuisset factum, flamma in duas partes diuisa, ipsam in nullo contingebat incendium, sed ministros exurebat. Hæc ibi. Item ab eadem ecclesia, de S. Cecilia. Tunc Almachius iussit, eam in bullienti balneo concremari. Cumque ibi die integro cum nocte, quasi in frigido loco, remansisset, iussit eam in ipso balneo decollari. Hæc ibi. Item ab eadem ecclesia de sancto Dominico fundatore ordinis Prædicatorũ probatur quasi a fortiori, intentum præsens. Cũ eo deuentum esset, vt vtriusque partis, catholicorum scilicet & hæreticorum libelli, quos de suis dogmatibus conscripserant in ignem proijcerentur, & quod in illo qui maneret illęsus, vera contineri fidei assertio ab omnibus crederetur: singulis aduersariorum libellis ad primam proiectionẽ combustis, solus beati Dominici codex pro parte catholica præsentatus secundo, & tertio, igni iniectus statim semper illęsus & integer, resiliuit. Hæc ibi.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, & patrum, pro quanto ignem ultimæ conflagrationis habiturum esse diuersum effectum in electis & reprobis, a simili insinuant, & intelligas, & tuearis.

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs, vicissim Angelica hæc doctrina & declaretur, & consolidetur.

SVPER

SVPER QVAEST. CV. Aliàs 74. Art. 9.

CONCL. 1. Oportet quòd mundi purgatio, & innouatio purgationi, & innouationi hominis congruat.

¶PROB. Quia tota purgatio mundi, & innouatio ad purgationem & innouationem hominis ordinabitur.

¶NOT. Iam dictum est ar. 1. corp. quòd mūdus quodammodo est propter hominē quod & Philosophus habet dicens, in metaph. nos sumus quodammodo finis omnium & ideo conuenientissimum est; q sicut existētia ad finem ordinantur ad ipsum & ei suo modo commensurantur; ita fit de mundi purgatione ac innouatione respectu hominis. Et hic est sensus in probatione textuali inclusus.

¶CONCL. 2. De purgatione mundi ita erit, quod quicquid erit turpe, & fœdum in infernum cum reprobis mittetur, quicqd verò pulchrum, & nobile cōseruabitur in superiorib. ad gloriam electorum.

¶PROB. Quia purgatio mundi erit, sicut segregatio malorum a bonis Luc. 3.

¶CONCL. 3. De illo igne cōflagrationis ita erit, sicut dictum est de purgatione mundi.

¶PROB. Quia patet ex Basilio super Psal. Ly vox domini intercidentis flammam ignis (ut in tex.)

¶COROLL. Ergo (literaliter respondendo ad titulum) dic: quòd ille ignis inuoluet reprobos, & hoc pro quanto in igne est & calidum vitiuum, & aliqd grossum. Ergo ille ignis, quantū ad hæc demergetur in infernum cum reprobis ab eo cruciandis. Ex his intellige conclusionem art. 7. & tertiam, art. 8.

1^m^ ex Glossa. Duos ignes. R. Secundum quid: non autem absolutè. §. i. quantum ad officium, & aliquo modo quātum ad substantiam: nō autem simpliciter. Conuenit em, vt cum homo sit pars mūdi, eodem igne purgetur quo & mundus. Tunc nihil &c. Nam habitum est ex art. 8. de diuersitate officij huius, & art. præsenti corp. & de diuersitate aliquali quantum ad substantiam eiusdem.

2^m^ conclusionis secundæ illatio. Non ergo &c. Negatur illatio. §. In hoc n. ille ignis remunerabit, q illud &c. ut in text.

¶NOT. Ex hoc loco argumentare, a fortiori maxime, de liberalitate Dei ergo seruos suos intellectualis naturæ remuneratione donādos.

3^m^ de conclusione. Nō est ignis inferni R ab initio præparatus damnatis: non recenter additus. § Tūc nih &c. vt patet. Sicut em gloria electorum post iudiciū est maior, quàm ante, ita & pœna damnatorum, vt in tex.

APPENDIX.

EX articu. habes primò: quomodo p rationem ostendas, meritò insinuatū a Daniel 7. q ignis ille inuoluet reprobos, & sic. Fluuius igneus rapidusq; egrediebatur a facie eius. Hæc ibi Vbi loquitur de iudice Deo. Vnde p̄miserat; aspiciebā, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Et sequitur postea: iudicium sedit, & libri aperti sunt. Ille ergo igneus fluuius, de quo mētionem interponit, est impetuosa magnitudo ignis cōflagrationis mundi (teste etiā Glossa ibi dicente, ut malos puniat, & bonos purget,) qui dicitur egredi a facie eius: quia (vt sæpius dictū est) aget, vt instrumentum diuinæ iustitiæ. Ille igitur ignis inuoluet reprobos secundum Danielem adiuncta glossa sensum eius sic exponente, ut trahat peccatores in gehennam. Item a Psal. 96. &c. vt sup. arti. appen.

¶Secūdò habes: quomodo per rationē prædicta scripturarum & patrum, pro quanto illum ignē insinuant demersurum reprobos in infernum, & intelligas, & defendas.

¶Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Marginalia: 528 — †Idē i sententia hēt in Gl. Ordin. super illud 1. Corinth. 3. vniuscuiusque opus. Miracula notandissima pro fide catholicorum. Omnia p̄pter hominem facta sunt. — *Gloss. interl. ibid. — *Gloss. interl. ibid. †Gloss. interl. ibid. sup illud Thronus eius &c. — Remuneratio seruorum Dei indicibilis mōstratur ex creatis insensibilibus. *Gl. interlin. ibid. — Vtilitas p Ecclesia S. Dei. †Basilius s Ps. 28. *Al. mittetur. — *In fine eo. huius art.

## ARTICVLVS IX.

*Vtrum ille ignis inuoluet reprobos.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd ille ignis non inuoluet reprobos, quia super illud Malach. 3. Purgabit filios Leui. dicit Glossa, † duos ignes legimus futuros, vnum, quo purgabit electos, & præcedet iudicium alterum, qui reprobos cruciabit: sed hic est ignis inferni, qui malos inuoluet, primus autem est ignis finalis conflagrationis: ergo ille ignis conflagrationis non erit ille, qui malos inuoluet.

¶2 Præt. Ille ignis Deo obsequitur in purgatione mundi, ergo remunerari debet alijs elementis remuneratis, & præcipue cum ignis sit nobilissimum elementorum, non ergo videtur quòd in infernum debeat deiici ad pœnam damnatorum.

¶3 Præt. Ignis, qui malos inuoluet, erit ignis inferni, sed ignis ille ab initio mundi præparatus est damnatis, vnde Matt. 2. dicitur. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, &c. Isa. 30. Præparata est ab heri Tophet, a Rege præparata, &c. Glossa, * ab heri, idest, ab initio. Tophet, vallis gehennæ, sed ignis ille finalis conflagrationis non fuit ab initio præparatus, sed ex concursu mundanorum ignium generabitur, ergo ille ignis non est ignis inferni, qui reprobos inuoluet.

IN CONTRARIVM est quod in Psalm. 96. de illo igne dicitur, Quòd inflammabit in circuitu inimicos eius.

¶Præt. Dan. 7. dicit: Fluuius igneus rapidusq; egrediebatur a facie eius, Glossa: * ut peccatores traheret in gehennam. Loquitur autem authoritas de illo igne, de quo nunc est mentio, vt patet per quandā Gloss. quæ ibi dicit, ut malos puniat, & bonos purget, ergo ignis finalis conflagrationis in infernum cum reprobis demergetur.

RESPON. Dicendum, quòd tota purgatio mundi, & innouatio ad purgationem, & innouationem hominis ordinabitur, & ideo oportet, q mūdi purgatio, & innouatio, purgationi & innouationi hominis congruat, purgatio autem erit quòd mali segregabūtur, vnde dicitur Luc. 3. Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum suū, i. electos in horreū suum, paleas autem. i. reprobos comburet igne inextinguibili, vnde, & ita erit de purgatione mundi, quòd quicquid erit turpe, & fœdum, in infernum cum reprobis remittetur, quicquid vero pulchrum, & nobile, conseruabitur in superiorib. ad gloriam electorum, & ita etiam erit de illo igne conflagrationis, sicut dicit Basilius super illud Psal. 28. Vox Domini intercidentis flammam ignis, quia quo ad calidum vstiuū, & quantum ad id, quod in igne grossum reperietur, * descendet ad inferos ad pęnam damnatorum, quod uero est ibi subtile, & lucidum, remanebit superius ad gloriam electorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ignis, qui purgabit electos ante iudicium, erit idem cum igne conflagrationis mundi, quamuis quidā contrarium dicant, conuenit enim vt cum homo sit pars mundi, eodem igne purgetur homo, & mundus. Dicuntur autem duo ignes, qui purgabit bonos, & cruciabit malos, & quantum ad officium, & aliquo modo ad substantiam, quia non tota substantia ignis purgantis in infernum detrudetur, vt dictum * est.

AD SECVNDVM dicendum, q in hoc ille ignis remunerabitur q illud, quod est grossum in eo, separabitur ab ipso, & retrudetur in infernum.

AD TERTIVM dicēdum, quòd sicut gloria electorū post iudicium est maior quàm ante, ita & pœna reproborum, & ideo sicut claritas superiori creaturę addetur ad augmētandum gloriam electorū, ita etiam quicquid est turpe in creaturis, retrudetur in infernum ad augmentandam miseriam damnatorum, & ita igni ab initio præparato in inferno, non est inconueniens si alter ignis addatur.

---

SVPER Q. CVI. Aliàs 75. Art. 1.

CONCL. 1. Secūdum diuersas sententias de vltimo fine hominis, diuersificatæ sunt sententiæ ponentium, vel negantium resurrectionem.

¶NOT. Resurrectio hominis ordinatur ad exequendum finem bonum cōgruētem. Vnde sicut

## QVAEST. CVI. Aliàs 75.

*De resurrectione, in tres articulos diuisa.*

POST hoc considerandum est de circunstantibus, & concomitantibus resurrectionem. Quorum prima consideratio est de ipsa resurrectione. Secunda de eius causa. Tertia de eius tempore, & modo. Quarta de ipsius termino a quo. Quinta de conditionibus resurgentium.

sicut ea, quæ sunt ad finem cognoscuntur ex cognitione finis, secundum quem & simpliciter vel multipliciter dicuntur, ita & resurrectionis iudicium dandũ est, secũdum quòd dependet a fine hominis.

¶PROB. Quia ponẽtes, beatitudinem hominis, uel haberi i hac vita, vel i alia vita reddi tantum animæ, vel reddi etiam homini, ita ꝙ hominis natura sit anima tantum, negabãt resurrectionem: ponẽtes vero beatitudinem hominis, tanquàm ex natura composita anima scilicet & corpore coniuncti, a Deoq; creati, in alia vita tantum posse perfecte haberi, ponebãt resurrectionem.

129 S. Th. 4. di. 43. q. unica ar. 1. q. 1. & seq.

¶COROLL. Sic ergo in triplici differentia sunt ij, qui resurrectionem tollunt, & q eam ponunt, cõditiones tres complectuntur, videlicet, quòd homo sit a vero Deo creatus, ꝙ homo sit essentialiter ex anima corporeque cõpositus, & quòd beatitudo perfecta nõ possit haberi i hac vita ab homine.

*Exod. 3.

¶CONCL. Omnes hæreticorũ sectæ, quæ ponunt, a diabolo corporalia esse creata, negant corporum resurrectionem.

¶PROB. Quia secundũ illos anima vtpote spiritualis à Deo creata distrahitur a corpore illo: ne coniungatur suo principio semetipsum beatificanti.

¶CONCL. Si in hac vita homo non põt esse beatus, necesse est resurrectionem ponere.

¶NOT. Hæc conclusio præsupponit naturale desiderium beatitudinis in homine existens non posse frustrari. Et hoc non fuit necessarium explicare ibi: quoniam naturaliter quasi subintelligitur.

¶PROB. Quia patet ex terminis.

De ly si.

¶NOT. Intelligendo scilicet illum terminũ ly homo, secundum ꝙ Philosophus 2. de Anima declarauit, hoc est secundum quòd homo est quid naturaliter per se coniunctum; non autem accidentaliter. i. ita quòd corpus respectu animæ concurrat tantũ ut instrumentum. Rursus. Terminus ly si accipitur pro quia. Ac si diceret: quia in hac uita homo non potest, &c. Quòd si uolueris accipere illum terminum conditionaliter; respondebis ad instantiam tacite, quæ posset fieri instando, quòd conditionalis nihil ponit in esse. Respondebis, inquam, quòd tunc non ponit in esse: quãdo nõ potest probari, uel non præsupponit clara absolute. Ad propositũ ergo. Illa cõditionalis in textu præsupponitur esse clara simpliciter; ex prædictis ab Aug. in fi. de ciu. Dei (ut adducebatur in ipso contextu contra primam positionem.) Et ideo ponit aliquid in esse, scilicet necessitatem resurrectionis; de qua loquitur. Ac si exponatur sic. Si in hac uita homo non potest esse beatus, sicut reuera non potest, tunc necesse est resurrectionem ponere.

Cap. 1. §. & tandem de sum. Trin. & fid. cath. vide Ambrõ. in lib. de fine resurrectionis to. 3. & lib. 5. Hexameron. ca. 23. to. 4. & in li. de bono mortis c. 4. to. 1. & in tractatu de prima interpel. c. 7. tom. 4. & sup 1. Corinth. 15. tom. 5.

1[m] ex Iob. Atterat. &. Quantum ad effectum causandi generationẽ: quantum ad substantiã. §. Tunc &c. Nam circa tempus iudicij cœlum atteretur, quò ad effectum prædictum q. 74. art. 4. Ad rationem respondetur, quòd nõ est ad propositum. Nã ibi terra dicitur in æternum stare, pro quanto substantia sua semper manebit. Quòd si de generatione ab ea plantarum, herbarum &c. loqueremur; tunc terra in æternum non staret: cum

Circa primum quæruntur tria.

¶Primò, Vtrum resurrectio corporum sit futura.

¶Secundò, Vtrum sit omnium generaliter.

¶Tertiò, Vtrum naturalis, vel miraculosa.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum corporum resurrectio sit futura.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd corporum resurrectio non sit futura. Iob 14. Homo cum dormierit non resurget, donec atteratur cœlum: sed cœlũ numquam atteretur, quia terra, de qua minus videtur, in æternum stat, ut patet Ecclesiast. 1. ergo non resurget homo.

¶2 Præt. Dominus Matth. 22. probat resurrectionem per auctoritatẽ illam, * Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, quia nõ est Deus mortuorum, sed viuẽtium, sed constat, quòd quando verba illa dicebantur, Abraham, Isaac, & Iacob, non viuebant corpore, sed solum anima, ergo resurrectio nõ erit corporum, sed solum animarum.

¶3 Præt. Apostolus 1. Corinth. 15. videtur probare resurrectionem ex remuneratione laborũ, quos in hac vita sustinent sancti, qui si in hac vita tantum confidentes essent, miserabiliores essent cęteris hominibus, sed sufficiens remuneratio omnium laborum hominis potest esse in anima tantum, non enim oportet quòd instrumentum simul cum operante remuneretur, corpus eñ instrumentum animæ est, vnde etiam in Purgatorio, vbi animæ puniuntur pro his, quæ gesserunt in corpore, anima sine corpore punitur, ergo non oportet ponere resurrectionem corporum, sed sufficit ponere resurrectionem animarum, quæ est dum transferuntur de morte culpæ, & miseriæ, in uitam gratiæ, & gloriæ.

¶4 Præt. Vltimum rei est perfectissimum in re, quia per illud attingit finem suum, sed perfectissimus status animæ est, ut sit a corpore separata, quia in hoc statu conformis est Deo, & Angelis, & magis pura, quasi separata ab omni extranea natura, ergo separatio a corpore est vltimus status eius, & ita ex hoc statu non redit ad corpus, sicut nec ex viro fit puer.

¶5 Præt. Mors corporalis in pœnam hominis est inducta pro prima præuaricatione, vt patet Gen. 2. sicut, & mors spiritualis, quæ est separatio animæ a Deo, est inflicta homini pro peccato mortali, sed de morte spirituali numquam redeunt ad vitam post sententiam damnationis acceptam, ergo de morte corporali ad vitam corporalem non erit regressus, & sic resurrectio non erit.

SED CONTRA est quod dicitur Iob 19. Scio quòd Redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum & rursus circun. pel. mea &c. ergo resurrectio erit corporum.

¶6 Præt. Donum Christi, est maius, quàm peccatum Adæ, ut patet Rom. 5. Sed mors per peccatum introducta est, quia si peccatum non fuisset, mors nulla esset, ergo per donum Christi a morte reparabitur ad vitam.

¶7 Præt. Membra debent esse corpori conformia, sed caput nostrum viuit, & in æternum viuet in corpore, & anima: Quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, vt patet Rom. 6. ergo, & homines, qui sunt eius membra, viuent in corpore, & anima, & sic oportet carnis resurrectionem esse.

RESP. Dicendum, quòd secundũ diuersas sentẽtias de vltimo fine hominis diuersificatæ sunt sententię ponentium, vel negantium resurrectionem. Vltimus enim finis hominis, quem naturaliter omnes homines desiderant, est beatitudo, ad quã quidem hominem posse pertingere in hac uita quidam posuerunt: vnde non cogebãtur ponere aliam vitam post istam, in qua homo vltimam sui perfectionem consequeretur, & sic resurrectionem negabant, & hãc opinionem satis probabiliter excludit varietas fortunę, & infirmitas humani corporis, scientiæ, & virtutis imperfectio & instabilitas, quibus omnibus beatitudinis perfectio impeditur, ut August. † prosequitur in fine de Ciuit. Dei. Et ideo alii posuerunt aliam uitam esse post hãc, in qua homo tantum secundum animam viuebat post mortem, & hanc vitam ponebant sufficere ad naturale desideriũ implendum de beatitudine consequenda, unde Porphyrius dicebat, vt August. † dicit in lib. de Ciuit. Dei. Quia anima ad hoc ꝙ beata sit, omne corpus fugiendum est, vnde tales resurrectionem non ponebant. Huius autem opinionis apud diuersos diuersa erant falsa fundamenta. * Quidam enim hæretici posuerunt omnia corporalia esse a malo principio, spiritualia uero a bono, & secundum hoc oportebat quòd anima summe perfecta nõ esset nisi a corpore separata, per quod a suo principio distrahitur, cuius participatio ipsam beatam facit, & ideo omnes hæreticorum sectæ, quæ ponunt a Diabolo corporalia esse creata, vel formata, negant corporum resurrectionem. Huius autem fundamenti falsitas in principio 2. lib. ostensa est. Quidam vero posuerunt totã hominis naturam in anima constare, ita ut anima corpore vteretur sicut instrumento, aut sicut nauta naui: vnde secundum opinionem hanc sequitur, quòd sola anima beatificata, homo naturali desiderio beatitudinis non frustratetur, & sic non oportet ponere resurrectionem. Sed hoc fundamentum sufficienter Philoso. 2. de Anima destruit, ostendens animam corpori, sicut formam materiæ vniri, & sic patet quod si in hac vita homo non potest esse beatus, est necesse resurrectionem ponere.

† lib. 22. c. vlt. & lib. 19. ca. 3. tomo 5. vide Ambr. li. 1. de fide Orthod. ca. 3. to. 2:

† lib. 22. ca. 26. to. 5.

* S. Tho. in 2. Sẽt. dist. 1. q. 1. ar. 1. in fine cor.

* Arist. circa prin. lib. 2. de ala.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cœlum numquam auferetur

ctim post ignem conflagrationis aliam nouitatem induat quæst. 74. articu. quinto.

2^m de minori. Non viuebant corpore. ℞. Actualiter: non, potentialiter. §. Tunc nihil &c. Sufficit eñ quòd quando dominus dicebat illa verba, tunc patriarchæ ipsi viuerent potentialiter in corpore. i. quòd illorũ animæ haberent ordinẽ ad hoc, quòd reunirentur corporib. tãquã formæ ꝑpriæ materię.

¶NOT. Pro captu il lius textus, ly dominus per uerba illa subtilissime &c. aduerte intentum domini, quid scilicet uolebat probare, & proprietatem termini ly viuorum, seu uiuentium: tunc dicas, sic. Deus est Deus uiuentium, & viuens propriè non est qui non habet animam coniunctã corpori: ergo oportet, ꝙ Abraham, Isaac, & Iacob ad hoc quòd Deus sit illorum Deus resurgant. i. quòd reuniãtur animæ suæ corporibus proprijs. Quomodo autem illa ꝓpositio Deus non est Deus mortuorum, sed uiuentium, super qua fundatur tota ista demonstratio intelligatur; non est præsentis loci id exponere.

Cæterum tanquam ve rissima præsupponat, sicuti est etiam per testimonium Christi aduersariorum (ut in appen. seq.) & pro studio huius videas doctores sãctos supillud Mat. 22.

†Arist. lib. 2. de anima textu 64. & 66.

3^m minor. Sufficiens remuneratio omnium laborum hominis potest esse in anima tantum. ℞. Negatur ista. §. Ad rationem primam respondetur, quòd anima non comparatur ad corpus solum, &c. ut in textu. Ad secundam uerò respondetur, ꝙ venialia sicut dicuntur peccata quasi &c. vt in text.

¶COROLL. Ergo vult concludere per hoc: quòd rationes illæ duæ non probabant efficaciter propositum, quod probare intendebant. Et illa quidem de corpore, quia non est instrumentum solummodo animæ: illa autem de purgatorio, quia ibi non est retributio simpliciter, de qua intenditur hic.

4^m minor. Perfectissimus status animæ est, ut sit de corpore separata. ℞ Negatur ista. §. Ad rationem dicitur, quod illa, quam adducit est conformitas secundum quid solum: vnde nihil concludit, cum intendatur hic de cõformitate simpliciter. Cæteris enim paribus perfectior est status animæ in corpore, quàm extra &c. ut in text.

¶EXAMEN. Ly cæteris paribus. Hoc est (loquendo in proposito,) quòd anima in corpore sit ita libera ad exercendum operationes intellectuales, sicuti est, quando est spoliata corpore. Tunc enim perfectior est in corpore secundum considerationem quamcumque, hoc est, & secundum speciem, & secundum operationem, vt ab operante procedit. Et talis perfectio, quæ nunc dicta est, erit solummodo beatorum in patria post resurrectionem. Quòd si cętera sint disparia; hoc est quòd extra corpus liberius exequatur opera intellectualia, quam existens in corpore (puta corruptibili; vt nunc:) tunc anima extra corpus adhuc non est perfectior, nisi secundum quid, idest secundum operationem liberiorem. Absolute igitur loquendo anima in corpore est Deo conformior propter rationem allatam in textu, etiam quòd sit in corpore corruptibili: licet tunc non sit perfectior secundum omnem consideratione, quia non est ita libera in operando, sicut extra. Cæteris ergo disparibus anima in corpore est perfectior simpliciter, sed non secundum omnem considerationem: cæteris vero paribus est perfectior & simpliciter, & secundum omnem considerationem.

Aña an sit perfectior separata, vel coniuncta.

5^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim idem est iudicium de morte corporali, & spirituali adducta in argumento: quoniam mors corporalis expiabilis est, spiritualis vero nequaquam: vt colligitur ex textu.

auferetur, quantum ad substantiam, sed quantum ad effectum virtutis, per quem mouet ad generationem, & corruptionem inferiorum, ratione cuius dicit Apostolum 1. Corin. 7. Præterit figura huius mundi.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ anima Abraham, non est proprie loquẽdo, ipse Abraham, sed est pars eius, & sic de alijs. Vnde vita animę Abrahæ non sufficeret ad hoc quod Abraham sit viuens, vel quia Deus Abraham sit Deus viuentis, sed exigitur vita totius coniuncti scilicet animæ, & corporis, quæ quidem vita quamuis non esset actu, quando verba proponebantur, erat tamen in ordine vtriusque partis ad resurrectionem: vnde Dominus per verba illa subtilissime, & efficaciter resurrectionem probat.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd anima non comparatur ad corpus solum vt operans ad instrumentum, quo operatur, sed etiam vt forma ad materiam: vnde operatio est coniuncti, & non tantum animæ, ut patet per Philosophum † in 2. de Anima. Et quia operãti debetur operis merces, oportet quòd ipse homo compositus ex anima, & corpore, operis sui mercedem accipiat. Venialia autem sicut dicuntur peccata, quasi dispositiones ad peccandum, non quòd simpliciter habeant rationem peccati; ita in pœna, quæ eis redditur in Purgatorio, non est simpliciter retributio, sed magis purgatio quædam, quæ seorsum fit in corpore per mortem, & incinerationem, & in animam per purgatorii ignem.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ cæteris paribus perfectior est status animæ in corpore, quàm extra corpus, quia est pars totius compositi, & omnis pars integralis materialis est respectu totius: & quãuis sit Deo conformis secundum quid, non tamen simpliciter: tunc enim, simpliciter loquendo, est aliquid maxime Deo conforme, quando habet quicquid conditio suæ naturæ requirit, quia perfectionem diuinam tũc maxime imitatur: vnde cor animalis magis est Deo conforme in mobili, quando mouetur, quàm quando quiescit, quia perfectio cordis est in moueri, & eius quies est eius destructio.

AD QVINTVM dicendum, quòd mors corporalis est introducta per peccatum Adæ, quod est morte Christi deletum, vnde pœna illa non manet in æternum, sed peccatum, quod mortem æternam per impœnitentiam inducit, vltra non expiabitur, & ideo mors illa æterna erit.

## APPENDIX.

EX articu. habes: primò: quomodo per rationem internas hæresim Saducæorum & Albanẽsium dicentiũ, quòd resurrectio carnis non est futura, vel resurrectionẽ corporũ, siue mortuorũ nõ esse.

¶Secũdo habes: quomodo ꝑ rationẽ ostendas, hanc meritò damnari a Iob 19. In nouissimo die de terra resurrecturus sum & rursũ circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum. Item a Matth. 22. contra saducæos: Ego sum Deus Abraham, Isaac, & Iacob, Deus nõ est Deus mortuorum, sed viuentiũ. Hæc ibi. Per quàm rationem ita confudit Saduceos, quòd de hoc protinus subinfert, Pharisæi audientes, quod silentium imposuisset Saduceis. Item Mar. 12. de hoc eodem facto dicitur. Et accessit unus de scribis; qui audierat illos conquerentes, & videns, quoniam bene illis responderit. Hęc ibi. Ecce quòd illa ratio Christi de Abraham &c. est efficacissima ad probandum resurrectionem cõtra negantes eam, etiam secundum testimonium A R-aduersariorum eius, scilicet pharisęorum, & scribarum. Item a Symbolo fidei Apostolorum ubi dicitur circa finem, Carnis resurrectionem. Item a Symbolo patrum Concilij Constantinopolitani primi: ubi dicitur; Expecto resurrectionem mortuorum. Item ab omnibus alijs concilijs de hac re tractantibus: quoniam in his quæ sunt fidei, nullum concilium Legitimum discrepat. Item a 1. Corinth. 15. Si Christus resurrexit: quomodo quidam dicunt in uobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Hæc ibi. Subsumetur illud Rom. 6. quod Christus resurgens ex mortuis iam nõ moritur, & videbis iustissimam esse querelam Apostoli de hac instãtia quorundam negantium, quod resurrectio mortuorũ non est. Item Rom. 5. Sed non sicut delictum: ita & donum. Si eñ &c. Vbi ostendit Apostolus, per donum Christi esse futuram resurrectionem carnis. Si enim delictum Adæ mortem carnis in omni sua posteritate causauit (ut uere causauit iuxta Conc. Trid. sess. 5. decret. de peccat. origin.) multò magis donum Christi resurrectionẽ carnis causabit. Alioquin delictum maius esset in destruendo, quàm donum in construendo; quod est cõtra intentionẽ Apostoli. Vt ergo donum sit æquale delicto, oportet, quòd resurgant homines: ut autem sit maius, oportet quòd resurgant in melius commutari. Et hoc verum est de omnibus, quantum est ex parte sufficientiæ doni Christi; licet non nisi de aliquibus. i. de bonis, quantum est ex parte doni, & recipientium donum. A fortiori igitur conclusit Apostolus resurrectionem mortuorum esse futuram per donum Christi: quando dixit, quòd donum illud erat maius quam debitum. Sufficiebat enim pro resurrectione tantum præcise concludendo, dicere, quod donum non erat minus quam delictum, sed ipsi æquale.

Pulchra expositio ad probandam resurrectionẽ, ex Rom. 6. non sicut delictũ, ita & donum.

¶Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & patrum, pro quanto resurrectionem carnis futuram dicunt, & intelligas, & probes, & tuearis.

¶Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

SVPER QVAEST. CVI. Aliàs 75. Art. II.

CONCL. Necesse est, sicut unum, ita & omnes resurgere.

¶PROB. Quia ea quorum sumitur ratio ex natura speciei, oportet similiter inueniri in omnibus eiusdem speciei (patet) & resurrectionis ratio sumitur ex natura speciei (art. 1. corp. & ad secundum præcipue.)

¶EXAMEN Ly ex natura speciei. Non indiuidui. Tunc.n.non concluderet, nisi de habentibus eandẽ indiuidualem complexionem; & consequenter non de omnibus hominib. absolute. Quasi dicat text*. Homini secundũ quòd homo, nõ secundum q talis uel talis, resurrectio conuenit. Vñ proportionaliter, sicut si aliquis non esset capax beatitudinis non esset homo: ita si aliquis non resurgeret, nõ esset homo. Impossibile igitur est, quòd aliquis homo resurgat, & non omnes: quoniam tunc resurrectio conueniret homini, secundum quòd sumitur ex ratione indiuidui, in qua non sunt omnes similes, non ex ratione speciei, in qua omnes assimilantur. Textus igitur adducit fundamentum efficacissimum vniuersalitatis resurrectionis. Quod bene nota.

330

Resurrectionis omniũ, efficacissimum fundamentum.

¶Ly talis est resurrectio. Idest non sumitur ex ratione idiuidui, sed speciei. Pro quo sciendum, quòd aliud est resurrectionem hominis posse ex viribus specificis eius fieri, & aliud est rationem resurrectionis eius sumi ex natura speciei. Primum est falsissimum est: quoniá a priuatione ad habitũ non datur regressus, ut habet Philosophus in prædicamentis; secundum autem est uerissimum. Quod ut facilius capias dic. Quare resurrectio fiet? Ad hoc, ut anima sit completa in specie. Nam quamdiu a corpore separata est, tamdiu est incompleta secundum speciẽ. Vult enim Deus reformare hominem in statu completo; sicut erat prius, qñ creatus est: alioquin p Christi donũ non fieret æqualis reparatio ad destructionẽ delicti Adæ; & sic donũ esset minus, q̃ delictũ contra Rom. 5. Quia ergo delictũ destruxit speciẽ p hoc, q animá violenter ex corpore deturbauit: ideo resurrectio fiet ad restaurandã speciẽ apposito modo destructioni ei* a delicto causatæ. Vides igitur apertissime solidissimã esse istam hanc corp. qñ dicit: q talis est resurrectio. i. q resurrectionis ratio sumitur ex natura speciei.

* Habetur eod. c. paulo ante p̃dicta uerba.

Resurrectionis 16 sumitur ex natura speciei.

1^m illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Nam fit transitus a resurrectione fm quid, puta uel discussionis conscientiæ, uel passiuè iudicandi (ut in textu declaratur) ad resurrectionem corporum; ex negatione primæ negando secundum: quod non licet.

¶COROLL. Ergo aliud est resurgere in iudicio, & aliud est resurgere tempore iudicij. De primo loquitur Psal. adductus: de secundo autem ar. conclusio.

2^m ex Daniele. Multi. R. i. omnes: non, aliqui tantum. §. Tunc nihil &c. vt patet.

¶NOT. Si resurgent omnes, ergo & multi; quia illi omnes erunt multi. Non antẽ si multi tantum, ergo omnes: qm ly tm̃ excluderet omnes. Quòd si multi erunt; non sequitur, q non omnes: eo modo, quo & Apostolus accepit ly multi Rom. 5. dicens, vnius delicto multi mortui sunt; qui tñ subdens ait, q p unius delictum in omnes homines in condemnationem. Ibidem quoq; dicit, q per inobedientiã vnius hominis peccatores constituti sunt multi: qui tñ ibidem supradixerat, quòd per unũ hominem mors in oẽs homines pertransijt, in quo oẽs peccauerunt. Ecce: quòd exponit, semetipsum accepisse ly multi pro ly omnes. Sic & de Daniele ĩ presenti loco dicẽdum est. Et tanto magis quanto non apposuit ly tantũ, vt diceret multi tantũ de his, qui dormiunt, &c. sed absolute dixit multi.

*Art. praeced.

*Ex Gloss. Ordin.

* Li. 20. de Ciuit. Dei c. 23. a medio to. 5.

Respon. secunda.

Item de conclusione. Non omnes resurgent. R. Non sic concludendum, sed sic. Non omnes euigillabunt. §. Tunc ni. &c. Nõ enim idem est omnino, resurgere, & euigilare; proprie loquẽdo. Nam resurgere conuenit omnib. euigilare autem ijs tantum, qui sensum pœnæ, uel gloriæ habituri sunt. Pueri ergo in originali decedentes non euigilabũt proprie, sicut loquitur Daniel: licet propriè resurrecturi sint.

3^m de maiori. Conformantur. R. Cõformatione vitę naturalis. §. Tunc ni. &c. Nã tali conformatione ad Christum omnes resurgent: licet quantum ad conformationem vitæ spiritualis, puta gloriæ, solum se purgant illi; qui imaginem Christi portauerunt, idest boni.

Conformitas ad Christũ duplex.

¶ NOT. Distinctionem hanc conformitatis duplicis vigilanter aduerte; dum legis Apostolum. Nã sępius conformitate ad Christum utitur quandoque in uno, quandoque in altero sensu, ut patebit discurrendo per te. Et distinctione etiam illa, ubi inueneris in Apostolo locutionem de conformitate prædicta excitaberis ad videndum contextus eiusdem Apostoli; ex quibus facile elicies sensum distinctioni huic congruum.

4^m illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Propter rationem allatam in textu.

5^m de maiori. Ita. R. Quantum ad gratiæ nomẽ: nõ quantum ad huius nominis sensum. §. Nam diuersimodè

## ARTICVLVS II.

*Vtrum resurrectio erit omnium generaliter.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q resurrectio nõ erit omnium generaliter, in Psal. 1. enim dicitur, Non resurgent impii in iudicio, sed resurrectio non erit hominũ nisi tẽpore iudicii vniuersalis, ergo impii nullo modo resurgent.

¶ 2 Præt. Dan. 12. dicitur: Multi de his, qui dormiunt in puluere euigilabunt, sed hæc locutio quandã particularitatem importat, ergo non omnes resurgent.

¶ 3 Præt. Per resurrectionem homines conformantur Christo resurgenti. Vnde 1. Cor. 15. concludit Apostolus, Quia si Christus resurrexit, & nos resurgemus, sed illi soli debent Christo resurgenti conformari, qui imaginem ipsius portauerunt, quod solum bonorum est, ergo ipsi soli resurgent.

¶ 4 Præt. Pœna non dimittitur nisi ablata culpa, sed mors corporalis est pœna peccati originis, ergo cũ non omnibus sit dimissum originale peccatum, non omnes resurgent.

¶ 5 Præt. Sicut per gratiam Christi renascimur, ita per gratiam eius resurgemus, sed illi, qui in maternis vteris moriuntur numquam poterũt renasci, ergo nec resurgere poterunt, & sic non omnes resurgent.

SED CONTRA est, quod dicitur Io. 5. Omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei,* & qui audierint viuent, ergo omnes mortui resurgent.

¶ Præterea. Primæ Corint. 15. Omnes quidem resurgemus, &c.

¶ Præt. Resurrectio ad hoc necessaria est, vt resurgentes recipiant pro meritis pœnam, vel præmium, sed omnibus debetur vel pœna, vel præmium pro merito ,pprio, sicut adultis, vel alieno, sicut paruulis, ergo omnes resurgent.

RESPON. Dicendum, quòd ea, quorum ratio sumitur ex natura speciei, oportet similiter inueniri in omnibus, quę sunt eiusdem speciei, talis autem est resurrectio. Hęc enim est eius ratio, vt ex dictis* patet, quòd anima in perfectione vltima speciei humanæ esse non potest a corpore separata, unde nulla anima in perpetuum remanebit a corpore separata, & ideo necesse est sicut vnum, ita, & omnes resurgere.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q loquitur de spirituali resurrectione, qua impii non resurgent in iudicio discussionis conscientiæ, ut Gloss.* exponit, uel loquit᷑ de impiis, q sunt animo infideles, qui non resurgent, vt iudicentur, iam.n. iudicati sunt.

AD SECVNDVM dicendum, q Aug.* exponit, idest, omnes, & hic modus loquendi inuenitur in sacra Scriptura, vel particulatio potest intelligi quantũ ad pueros damnatos in limbo, qui quãuis resurgent, non proprie dicuntur euigilare, cum nec sensum pœnæ gloriæ habituri sint, vigilia enim est solutio sensus.

AD TERTIVM dicendum, q omnes tam boni, quàm mali cõformantur Christo, uiuendo in ista uita in his, quæ ad naturã speciei pertinent: non autem in his, quæ pertinent ad gratiam, & ideo omnes ei conformabuntur in reparatione vitæ naturalis, non autem in similitudine gloriæ, sed soli boni.

AD QVARTVM dicendum, q mortẽ, quæ est pœna originalis peccati, qui in originali decesserũt exoluerunt moriendo, vnde nõ obstante originali culpa, pñt a morte resurgere: pœna.n. originalis peccati magis est mori quam morte detineri.

AD QVINTVM dicendum, q renascimur per gratiã Christi nobis datam, sed resurgimus per gratiam Christi, qua factũ est, ut naturã nostrã susciperet, quia ex hoc ei in naturalib. conformamur: vnde illi, qui in maternis vteris decedunt, quamuis renati non fuerint per susceptionem gratiæ, tñ resurgent propter conformitatem naturæ ad ipsum, quã consequuti sunt, ad perfectionem humanæ speciei peruungentes.

AR-

verisimodè accipitur gratia in ly per gratiam Christi renascimur, & in ly per gratiam eius resurgemus (ut ex textu habetur:) licet vtrobique sit idem nomen.

## APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interrimas hæresim Alexãdri Aerarij dicentis: resurrectionem carnis iam factam esse, nec aliam corporum expectandam. Vnde patet, quod secundum istum, resurrectio non erit omnium vniuersaliter. Cum enim iam facta esset; clarum est, quòd Alexander ipse loquens non includebatur in illa; alioquin uel dixisset se fuisse resuscitatum, vel in humanis conuersationibus secundum statum præsentem nõ interfuisset: quoniam in resurrectione corporum non est locus comestioni, aut bibitioni, neque nubunt, neque nubuntur, & corruptibile resurgit incorruptibile. Cum ergo talis non esset Alexander (cõmedebat enim & bibebat ex indigentia,) patet: quòd non resurrexerat resurrectione de qua loquimur, & consequenter, quòd per illam suam positionem negabat, resurrectionem fieri omnium vniuersaliter. Pro quanto igitur hoc ultimum negabat; articulus præsens militat contra illum. Cæterum pro quanto resurrectionem factam, & non fiendam dicit, articulus primus huius quæstionis eundem expugnauit.

2 ¶ Secundò habes: quomodo per rationem pro quanto resurrectionem generaliter fiendam statuit, ostendas; meritò ipsum damnari ab Apostolo 2. Thim. 2. ex quibus est Hymeneus & Philetus, qui a ueritate exciderunt, dicentes; resurrectionem iam factam, & subuerterunt quorundam fidem. Hæc ibi. Item ibid. 4. Alexander Aerarius multa mala mihi ostendit, reddet illi dominus secũdum opera eius quem & tu deuita. Valde enim restitit verbis nostris. Hæc ibi. Item 1. Thim. 1. Bonam conscientiam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Ex quibus est Hymeneus & Alexander, quos tradidi Sathanæ, ut discant, non blasphemare. Hos ergo ratio articuli (ut dictum est) subuertit radicitus per hoc, q̃ ostendit resurrectionem debere esse generalem.

3 ¶ Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas, meritò fuisse dictum a Io. 5. quòd resurrectio erit generalis. Omnes, qui in monumentis sunt, audient uocem filij Dei, & qui audierint, uiuent. Hæc ibi. Vbi per ly in monumentis sunt, intelligit mortuos; etiam si numquam fuissent sepulti. Accipit enim ly in monumentis sunt, tanquam a notioribus nobis loquens, illos; qui ex hac uita migrauerunt. Et reuera in monumentis sunt; ex quo extra conuersationem uiuorum in terra ista, positi sunt. Loquitur ergo uniuersaliter de mortuis, quod patet ex hoc maxime, quia ibi concludere vult: quòd Filius Dei faciet iudicium uniuersale de omnibus. Quod quidem non concluderet, nisi omnes mortuos resurrecturos esse in supradictis suis uerbis intelligeret. Itẽ a 1. Cor. 15. Oẽs quidem resurgemus. Hæc ibi. Et licet secundum Hieronymum in Epistola ad Mineruium, & Alexandrum monachos) in Græcis libris hoc non habeatur expresse, sed tantum ly omnes quidem dormiemus: tamen redit in idem. Mors enim dicitur somnus, seu dormitio ꝓpter spem resurrectionis, secundum omnes catholicos, & morem scripturarum, unde qui dicit omnes dormiemus, dicit etiam illatiue necessariò, ly omnes resurgemus, quàmuis explicitè, tanquàm breuiloquio utens, hoc non dicat. Et nota, quòd licet in Græcis libris non inferretur sic (quod tamen falsum est) tamen id nihil officeret ueritati fidelium. Determinauit.n. Ecclesia in Conc. Trid. quòd secundum translationem ueterem latinam vulgatam (hæc habet ly omnes resurgemus) debent regulari fideles; & sic sess. 4. decret. de usu sacr. lib. Eadem sacrosancta Synodus considerãs non parum utilitatis posse accedere ecclesiæ Dei, si ex omnibus Latinis ęditionibus, quæ circumferuntur, sacrorum librorum, quę nam pro authentica habenda sit, innotescat: statuit, & declarat, ut hæc ipsa uetus & vulgata æditio, quæ longo tot sæculorum usu in ipsa ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, & expositionibus pro authentica habeatur, & ut nemo illam reijcere quouis prætextu audeat, uel præsumat. Hæc ibi. Et supra ibid, decr. de canon. script. Si quis libros ipsos integros cũ omnibus suis partibus, prout in ecclesia catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata Latina ęditione habentur, pro sacris & canonicis non susceperit, & traditiones prædictas sciens & prudẽs contempserit; Anathema sit.

Aeditionẽ sacrorũ librorũ quæ nam præcipue tim acceptetur ab ecclesia.

4 ¶ Quartò habes: quòmodo per rationem prædicta scripturarum & patrum, pro quanto resurrectionem generalem fore insinuant, & intelligas, & probes, & defendas.

5 ¶ Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. CVI. Aliàs 75. Art. III.

CONCL. 1. Motus, siue actio aliqua, se habet ad naturam tripliciter.

331

¶ PROB. Quia aut respicit ipsam naturã tanquam principiũ & terminum, aut tanquam neutrum, aut tanquam terminum (ut exemplis patet in textu.)

¶ NOT. Non autem datur quartum, quòd scilicet actio respiciat naturam tanquam principium, & non terminum: ut patet in textu ly quòd autem principium sit natura, &c.

¶ CONCL. 2. Natura non potest esse principium resurrectionis: quàuis resurrectio terminetur ad uitam naturæ.

¶ COROLL. Ergo resurrectio se habet ad naturam, tertio modo de prædictis in conclusione prima.

¶ PROB. 1. Quia natura est principiũ motus, in eo, in quo est, uel actiuum, uel passiuum (2. Physic.) & resurrectionis nullum põt esse principium actiuum in natura (cum ipsa ad cõiunctionem animæ cũ corpore non agat, nisi per uiam generationis ex semine) neque passiuum sufficiens (cum tali principio semper correspondeat aliqua potentia actiua in natura ex 1. Metaph.) Secunda autẽ pars. [?]quàuis &c. patet.

¶ NOT. Dico ly passiuum sufficiens: q̃a habet, passiuũ insufficiens ad hoc. Et huiusmodi est inclinatio naturalis quædam ad cõiunctionem animæ, ut in corp. & & q. 78. articu. 3. Sed hoc nõ est sufficiens ad causandum motum naturalem (ut patet:) q̃a deest agens naturale, quòd talem cõiunctionem operetur; immo nec tale agens reperibile est in natura; propter quod dixit Philosophus, a priuatione ad habitum non dari regressum. Hinc sequitur aperte, quòd resurrectio neque est naturalis, neque talis esse potest. Quod si quis diceret, naturale desideriũ non posse esse frustra, ipsum quandoque eductum esse ad actum, aduertat: hanc propositionem non uerificari semper in eodẽ genere, licet uel in eodem, uel in diuersis. Sẽper. n. naturale desiderium reducitur ad actũ, sed aliquãdo tantum

## ARTICVLVS III.

*Vtrum resurrectio sit naturalis.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd resurrectio sit naturalis, q̃a sicut dicit Damas. 3. lib. † quod communiter in omnibus inspicitur, naturam characterizat in his, quæ sub ipso sunt atomis, sed resurrectio communiter in omnibus inuenitur, ergo est naturalis.

¶ 2 Præt. Gregorius * dicit 14. Moralium, qui resurrectionis fidem ex obedientia non tenet, certe hanc ex ratione tenere debuerat. Quid enim quotidie mundus in elementis suis nisi resurrectionem nostram imitatur, & ponit exemplum de luce, quę quasi moriendo oculis subtrahitur, & rursus quasi viuendo reuocatur, uel resurgendo, & de arbustis, quæ viriditatem amittũt, & rursus quasi resurgentia reparantur, & de seminibus, quæ putrescentia moriũtur, & rursus germinando quodammodo resurgunt, quod etiam exẽplum Apostolus ponit 1. Cor. 15. sed nihil potest ex naturalib. operibus ratione cognosci nisi naturale, ergo resurrectio erit naturalis.

¶ 3 Præt. Illa, quæ sunt præter naturam, non multo tempore manent, quia sunt quasi violenta, sed vita, quæ per resurrectionem reparatur in æternum manebit, ergo resurrectio erit naturalis.

¶ 4 Præt. Illud, ad quod tota naturæ * expectatio intendit, maxime videtur esse naturale, sed resurrectio, & glorificatio sanctorum est huiusmodi, ut patet Romanorum 8. ergo resurrectio erit naturalis.

¶ 5 Præt. Resurrectio est motus quidam ad perpetuam coniunctionem animæ, & corporis, sed motus est naturalis, qui terminatur ad quietẽ naturalẽ, ut patet 5. † Phy. Perpetua autem coniunctio animæ, & corporis erit naturalis, quia cum anima sit proprius * motor corporis, habet sibi corpus proportionatum, & ita in perpetuum est † similiter viuificabile ab ipsa, sicut ipsa in perpetuum viuit, ergo resurrectio erit naturalis.

SED CONTRA. A priuatione in habitum non erit regressus secundum naturam, sed mors est priuatio vitæ, ergo resurrectio, per quam est reditus de morte ad uitam, non est naturalis.

¶ Præt. Ea, quæ non sunt vnius speciei, non habent determinatum modum originis, vnde animalia, quę generantur ex putrefactione, & ex semine numquam sunt eiusdẽ speciei, ut dicit Commentator in 8. Physic. Sed naturalis motus, quo homo oritur, est generatio ex simili in specie, quod non est in resurrectione, ergo non est naturalis.

† li. 3. c. 14. paulo ante medium.

* li. 14. cap. 30. ante med.

* Alias, propagatio.

† Arist. li. 5. Phisic. tex. 59.

* Al. actus.

† Al. naturaliter.

eum per aliquod reducens non eiusdem generis, puta naturalis: quo & modo naturale desideriũ beatitudinis hominis reducitur ad actũ solummodo mediante gratia diuina. Sic & resurrectio ab agente tantum extra genus naturale. i. Deo fieri potest.

¶CONCL. 3. Resurrectio, simpliciter loquendo est miraculosa: non naturalis, nisi sm quid.

¶PROB. 1. Quia patet ex cõclusione secunda. Secunda auté pars scilicet non naturalis, &c. probatur Quia terminus est naturalis (ut patet de cæco miraculose illuminato.)

1^m ex Damasceno. Quod communiter in omnibus inspicitur. ℞. ex principijs creatis naturæ causatum: non ex principio supernaturali. §. Tunc nihil &c. Nã resurrectio ex pricipio supernaturali, idest diuina operatione, tantũmodo in omnibus reperietur.

¶EXAMEN. Ly ĩ vno loco sicut &c. Non intelligit de ijs, quæ perierűt tempore diluuij, quoniam non necesse fuit, omnes congregari in vno loco ad hoc, ut submergerẽtur, sed intelligit de saluatis tũc, quoniam tales omnes in vno loco. i. in Arca Noë congregati sunt. Et nota, quòd per res tunc ibi cõgregatas intelligit non solum homines, quoniã hoc non esset miraculum, quòd octo congregarentur, sed etiam omnia alia animalia.

*Arist.li.2. tex.5.

2^m ex Gregorio. Ratione. ℞. persuadente: nõ autem, demonstrante. §. Tunc nihil &c. Nã per rationem, ut persuasiua tantum est, possumus aliquo modo cognoscere illa etiam, quæ sunt supra naturam, de quorum numero est resurrectio: licet non per rationem necessario demonstrantem, ut not. seq. fin.

Rõ naturalis quid facit respectu supernaturaliũ.

¶NOT. Omnia, quę sunt a Deo, taliter ordinata sunt, ut sibi inuicẽ subseruiãt. Adeo, quòd licet inferiora maneãt semper in suis terminis i. non fiant superiora: tamen deseruiunt superioribus, & attingunt aliquo modo ad illa. Hinc dicitur in Theologia,

*Arist. li. 9. Meta. c. 10.

RESPON. Dicendum, quòd motus, siue actio aliqua se habet ad naturam tripliciter. Est. n. aliquis motus, siue actio, cuius natura nec est principium, nec terminus, & talis motus quandoque est a principio supra naturam, vt patet de glorificatione corporis, quandoque auté a principio alio quocũque, sicut patet de motu violento lapidis sursum, qui terminatur ad quietem violentam. Est etiam alius motus, cuius principium, & terminus est natura, ut patet in motu lapidis deorsum. Et etiã alius motus, cuius terminus est natura, sed non principium, sed quandoque aliquid supra naturam, sicut patet in illuminatione cœci, quia visus naturalis est, sed illuminationis principium est supra naturã, quandoque autem aliquid aliud ut patet in acceleratione florum, vel fructuũ per artificium facta. Quòd autem principium sit natura, & non terminus, esse non potest, quia principia naturalia sunt ad determinatos effectus, vltra quos se extendere nõ possunt, operatio ergo, vel motus primo modo se habens ad naturã: nullo modo potest esse naturalis, sed uel est miraculosa, si sit a principio supra naturã, uel uiolenta, si sit ab alio quocumque principio. Operatio autem, uel motus secundo modo se habens ad naturam, est simpliciter naturalis, sed operatio, quæ tertio modo se habet ad naturam, non potest dici simpliciter naturalis, sed secundum quid, inquantum scilicet perducit ad id, quod secundũ naturam est, sed uel dicitur miraculosa, uel artificialis, aut violenta. Naturale enĩ proprie dicitur quod secundum naturam est, secundum autem naturam esse dicitur habens naturam, & quæ consequuntur naturam, vt patet in 2. Physi.* Vnde motus, simpliciter loquendo, non potest dici naturalis nisi eius principium sit natura. Resurrectionis auté principium natura esse non potest, quamuis ad uitam naturæ resurrectio terminetur. Natura enim est principium motus in eo, in quo est, uel actiuum, ut patet in motu leuium, & grauium, & alterationibus naturalibus animalium, uel passiuum, ut patet in generatione simplicium corporum. Passiuum autem principium naturalis generationis est potentia passiua naturalis, quæ semper habet aliquam potentiam actiuam, sibi respondentem in natura, ut dicitur in vndecimo* Metaphysi. Nec differt quantum ad hoc, siue respondeat passiuo principio actiuũ principium in natura respectu vltimæ perfectionis, scilicet formæ, siue respectu dispositionis, quæ est necessitas ad formam vltimam, sicut est in generatione hominis secundum positionem fidei, vel etiam de omnibus alijs secũdum opinionem Platonis, & Auicennæ: nullum autem principium actiuum resurrectionis est in natura, neque respectu coniunctionis animæ ad corpus, nec respectu dispositionis, quæ est necessitas ad talem coniunctionem, quia talis dispositio non potest a natura induci, nisi determinato modo per viam generationis ex semine. Vnde, etsi ponatur esse aliqua potentia passiua ex parte corporis, seu etiam inclinatio quęcumque ad animæ coniunctionem, non est talis quòd sufficiat ad rationem motus naturalis: vnde resurrectio simpliciter loquendo, est miraculosa nõ naturalis, nisi secundum quid, vt ex dictis* patet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Damas.† loquitur de illis, quę inueniuntur in omnibus indiuiduis ex principijs naturæ creatis. Non. n. si diuina operatione omnes homines dealbarẽtur, uel in uno loco congregarentur, sicut tempore diluuii factum est, propter hoc albedo esset proprietas naturalis hominis, uel esset in tali loco.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ex rebus naturalibus non cognoscitur aliquid ratione demonstrante non naturale, sed ratione persuadente potest cognosci aliquid supra naturam: quia eorum, quæ supra naturam sunt, ea quæ sunt in natura, aliquam similitudinem repræsentant, sicut unio animæ & corporis repræsentat animæ vnionem ad Deum per gloriam fruitionis, ut Magister dicit, & simili modo exempla, quæ Apostolus, & Gregorius inducunt, fidei resurrectionis persuasiuè adminiculantur.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ illa ratio procedit de operatione illa, quæ terminatur ad illud, quod non est per naturam, sed naturæ contrarium, hoc autem non est in resurrectione, & ideo non est ad propositum.

AD QVARTVM dicendum, quòd tota operatio naturæ est sub operatione diuina, sicut operatio inferioris artis sub operatione superioris. Vnde sicut omnis operatio inferioris artis expectat aliquem finem, ad quem non peruenitur nisi operatione artis superioris inducentis formam, vel vtentis artificio facto; ita ad vltimum finẽ ad quem tota expectatio naturæ intendit, non potest perueniri opere naturæ, & propter hoc consequutio eius non est naturalis.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ quamuis non possit esse motus naturalis, qui terminatur ad quietem violentam, tamen potest esse motus non naturalis, qui terminatur ad quietem naturalem, ut ex dictis* patet.

*In corp. art.

logia, quòd natura subseruit gratiæ, & ꝙ licet sit infra fidem, non tamen est contra illã. De hoc subseruitio vide apud scolasticos Theologos tot rationes naturales: quib. nos manuducunt in cognitionem credibilium supernaturalium.

3^m de maiori. Quæ sunt præter naturam. ℞. Ita ꝙ terminetur ad illud, quod est naturæ contrariũ: non, quod est secundum naturam. §. Tunc nih. &c. Nam resurrectio terminatur ad illud, quod est per naturam: licet procedatur ad hoc per id, quod est pręter. i. supra naturam: vt in corp.

*In corp. art.

†Loco citato in argu.

4^m maior. Illud ad qđ tota naturæ expectatio intendit, maxime videt naturale. ℞. Si possit perueniri ad illud per operationem naturæ: non aliter. §. ut declaratur exemplo artium in textu. Tunc nih. &c. Nam ad resurrectionẽ nõ potest perueniri per operationem naturæ, sed natura tota expectat, hoc fieri a Deo.

5^m ex Physicis. Motus est naturalis, qui terminatur ad quietem naturalem. ℞. Potest tamen esse etiam motus non naturalis. §. 1. non per virtutem naturæ factis. Tunc nihil &c. ut patet hic, & ex dictis.

APPENDIX.

EX articu. habes primo: quomodo per rationem excludas errorem Seleucianorũ dicentium: resurrectionẽ esse tãtum naturalem. Ponebant enim resurrectionem in procreatione filiorum esse, quę quotidie fit in humano genere non illam immortalitatis futuram, atque gloriosam. Licet autem talis resurrectio in procreatione filiorũ consistens sit naturalis: tñ pro errore adducta est illorum positio, pro quanto scilicet nomine resurrectionis vtebatur in huiusmodi quasi ꝙ resurrectionis nomen ca-

Velitas p Ecclesia S. Dei.

QVAE-

a catholicis vsitatum subiret prædicationem rei naturalis. i. naturaliter factæ. Contra hunc igitur tanquam æquiuocè nomen resurrectionis vsurpans, & aliquo modo prædicatum naturalitatis resurrectioni, tanquam propriè dictæ attribuens: militat præsens articulus, si bene applicetur. Item errorem Aristotelis (Direct. Inquisit. 2. par. quæst. 4.) dicentis, quòd resurrectio mortuorum est impossibilis, quia mortuum non potest redire viuum. Per hoc. n. quòd virtute diuina fiendam hanc notat articulus; siue (quod in idem redit) per hoc, quòd hanc dicit esse non naturalem: patet, quòd Aristotelis illam positionem expugnat. Quòd si dicas, Aristotelem loqui naturaliter, non renuo, sed pro cautela quacumq; ne hinc iuniores scandalum patiantur, ex industria adductus est in præsenti loco, ut uideant uniuersi; dictum illud Philosophi, aut non contrauenire catholicæ fidei, vtpote naturaliter solummodo intellectum, aut si cōtraueniat (secundum aliquorum opinionem de supernaturalibus Philosophum fuisse locutum forsan contendentium,) esse falsissimum.

2 ¶ Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, prædictos errores meritò damnari a scripturis Ezech. 37. Ecce ego aperio tumulos vestros, & educam vos ex ipsis, & dabo spiritum meum in vobis, & viuetis, & cognoscetis, quoniā ego dominus locutus sum, & faciam. Hæc ibi. Vbi hanc resurrectionem quibusdam Iudæis non credentibus, ex eo quòd aruerant ossa suorum mortuorum, respondit dominus supradicta. Item ab Isa. 26. Resurgent mortui, & excitabuntur, qui sunt in sepulcris, & lętabuntur quiescentes in terra; quoniam ros tuus medicina ipsis est. Hæc ibi. Ecce quòd vtrobique a superiori uirtute diuina fiendam resurrectionem monstratur; & per consequens nec esse impossibilem, nec naturalem, nec modo Seleucianorum acceptam. Item a constitutionib. Apostolicis lib. 5. c. 8. (authore Clement. Pap. & mart.) Ille, qui prima corpora de nihilo effecit, ex ijsq; uarias naturas composuit; idem mortuos vita reddita excitabit. Qui in vtero hominem de pusillo semine fingit, animamque illi nondum existentem creat; idem ipse omnes homines excitabit. Hæc ibi. Quasi quòd a fortiori argumententur Apostoli dicentes: minus est facere aliquid de aliquo, quàm facere aliquid de nihilo, at Deus fecit corpora nostra de nihilo: ergo multò magis ea ex aliquo, puta vilissimo puluere, resuscitare poterit. Et reuera fortissimum argumentum hoc est pro veritate stans. Item ab ijsdem ibid. Quòd si Græci derident nos; non credentes nostris scripturis: saltem fidem habeant uati suæ Sibyllæ, quæ ad uerbum ita inquit;

*Maius est creare, quā mortuos resuscitare.*

*Græci. i. Gentiles.*

*Atque vbi cuncta cinis fuerint, tenuisq; fauilla,*
*Atque idem Deus extinguet. quem incenderat ignem,*
*Ossaque restituet rursum, cineresq; sepultos.*
*Et genus omne hominum (vt fuerant,) Deus ipse reponet:*
*Tunc graue iudicium veniet, quo iudicet orbem.*
*Ipse iterum Deus, bosq; iterum iam terra recondet,*
*Qui mali vitam agere, fuerint vbicumque reperti,*
*Sed quoscumque pios viuos susceperit orbis,*
*Inspirante Deo flatum, gratumq; fauorem,*
*Mittente inter eos, traducent suauiter æuum,*
*Mutuaq; inter se cumulabunt gaudia læti.*

*Carmina Sibyllina de resurrectione, iudicio generali, cōflagratione mundi, castigatione malorum, remuneratione bonorum.*

Hæc ibi. Non tamen ideo credendum est, resurrectionem taliter fiendam, quia Sybilla dixit, sed quia fides catholica docuit, neq; ad hoc principaliter astruendum adduxerunt Sibyllam Apostoli, sed ad conuincendum infideles. Ad quod significandum, cæteraq; similia; apertè dicitur dist. 37. Si quid ueri de Deo Sibylla, uel Orpheus, alijuè Gentilium uates, aut Philosophi prædixisse perhibentur, ualet quidem ad reuincendam paganorum vanitatem: non tamen ad illorum authoritatem complectendam. Quantum enim distat de Christi aduentu inter prædicationem Angelorū, & confessionem dęmonum; tantum inter authoritatem prophetarum, & curiositatem sacrilegorum. Hæc ibi.

*Q̄ūo Gētilium dicta vera ualeant ad fidē, q̄ūo non.*

3 ¶ Tertiò habes: q̄uo per rationem prædicta scripturarum & patrum, pro quanto resurrectionem non virtute naturali, sed diuina fiendam insinuant, & intelligas, & probes, & defendas.

4 ¶ Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc & declaretur & consolidetur.

---

SVP. Q. CVII. Aliàs 76. Art. 1.

## QVAEST. CVII. Aliàs 76.

*De causa resurrectionis in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerādum est de causa nostræ resurrectionis.

CIRCA quod tria quæruntur.

¶ Primò, Vtrum resurrectio Christi sit causa nostrę resurrectionis.

¶ Secundò, Vtrum vox tubæ.

¶ Tertiò, Vtrum Angeli.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum Christi resurrectio, sit causa nostræ resurrectionis.*

AD PRIMVM sic proceditur. Vĩ ꝙ Christi resurrectio non sit causa nostræ resurrectionis. Posita em̄ causa ponitur effectus, sed posita resurrectione Christi, non est sequuta statim resurrectio aliorū mortuorum, ergo resurrectio eius nō est causa nostræ resurrectionis.

¶ 2 Præterea, Effectus non potest esse nisi causa præcesserit, sed resurrectio mortuorum esset, etiam si Christus nō resurrexisset, erat enim alius modus possibilis Deo, ut hominem liberaret, ergo resurrectio Christi non est causa nostræ resurrectionis.

¶ 3 Præt. Idem est factiuum vnius in tota specie vna, sed resurrectio erit omnibus hominibus cōmunis, cum ergo resurrectio Christi non sit causa suiipsius, non erit causa aliorum resurrectionis.

¶ 4 Prętcrea, In effectu relinquitur aliquid de similitudine causæ, sed resurrectio ad minus quorundam, scilicet, malorum, non habet aliquid simile resurrectioni Christi, ergo resurrectionis illorum non erit causa resurrectio Christi.

SED CONTRA Illud, quod est primum in quolibet genere, est causa eorum, quæ sunt post, ut patet in 2. Metaph.* sed Christus ratione suæ resurrectionis corporalis dicitur primitiæ dormientium. 1. Corinth. 15. & primogenitus mortuorum, Apocalip. 1. ergo sua resurrectio est causa resurrectionis aliorum.

¶ 2 Præt. Resurrectio Christi magis conuenit cum nostra resurrectione corporali quàm cum resurrectione spirituali, quæ est per iustificationem, sed resurrectio Christi est causa iustificationis nostræ, ut patet Rom. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram, ergo resurrectio Christi est causa nostrę resurrectionis corporalis.

RESP. Dicendum, quòd Christus ratione † humanæ naturæ dicitur Dei, & hominum mediator, vnde diuina dona à Deo in homines mediante Christi humanitate proueniunt.* Sicut autem a morte spirituali liberari non possumus, nisi per donum gratiæ diuinitus datum, ita nec a morte corporali nisi per resurrectionem diuina virtute factam, & ideo sicut Christus secundum humanam naturam primitias gratiæ suscepit diuinitus, & eius gratia est causa nostræ gratiæ, causa est nostræ resurrectionis.

*Arist. li. 2. a. Metaph. tex. 4. & vide 1 3. par. q. 56. art. 1.

† li. 3. sent. di. 19. §. G.

* Al. perueniunt.

---

CONCL. 1. Diuina dona a Deo in homines mediāte Christi humanitate proueniunt.

¶ EXAMEN. Ly diuina dona. Scilicet omnia. Nullum enim donum vel minimum ꝓuenit ĩ nos nisi mediante Christi humanitate: ita ut illud Act. 4. Non est aliud nomen sub cęlo datum in quo oportet nos saluos fieri nisi nomen Christi, intelligatur de quacūque salute tum naturali, tum supernaturali.

*Oīa dona Dei, quæcumq; sint dantur nobis median te Christo.*

¶ PROB. Quia Christus, ratione humanæ naturæ, dicitur Dei & hominum mediator.

*332 S. Thom. 4. dist. 43. q. vnica articu. 2. q. 1. & seq.*

¶ COROLL. Ergo ex ista probatione, quæ est Apostoli, adiuncta conclusioni, habes: quem sensum habuerit Petrus in illa lib. actuum propositione. Ergo, cū illud dictum uerificetur de quacumque salute (ut in exam.) habes intellectum eiusdē Apostoli, quando dicit: quòd Christus est Saluator omnium hominum. Dicet ergo, quòd est Saluator vniuersalis, & ratione hominum, & ratione salutis allatæ.

*Aug. li. 13. de Trin. c. 10. to. 3. & li. 3. senten. dist. 20. in prin.*

¶ CONCL. 2. In Christo inchoata est resurrectio, & sua resurrectio causa est nostræ resurrectionis.

¶ PROB. 1. Quia Christus secundum humanam naturam primitias gratiæ suscepit diuinitus (ex Ioan. 1.) & resurrectio corporalis per gratiam diuinā fit (ut patet.) Secunda autem pars. s. & sua &cæt. ꝓbatur. Quia nos omnes accepimus gratiam pro gratia de plenitudine eius (Io. 1.) & resurrectio corporalis nostra per gratiam fit (ut patet.)

¶ CONCL. 3. Resurrectio Christi nostræ resurrectionis est causa exemplaris per modū, quo principia alicuius formæ sunt principia actionis, qua producitur effectus.

¶ EXAMEN. Ly exemplaris: scilicet uniuoca. Hoc dicitur ad differētiam Dei, vt Dei, qui est causa quasi æquiuoca. i. Analoga, & per cōsequens non est exemplaris eo modo, quo nunc loquimur, prout scilicet effectus producitur ĩ similitudine formæ naturalis, suæ causæ; licet sit exemplaris in quodam alio sensu, prima par. quæst. 44. articu. 3.

¶ Ly exemplaris per modū quo &c. Hoc dr̄ ad differentiam primi modi quo aliq̄d est causa exēplaris, ut in text. In quo etiam signāter nota

nota pulchrum exemplum de albedine, pro isto secundo modo melius intelligendo.

¶PROB. Quia illud idem, quod fecit resurrectionem Christi, agit ad resurrectionem nostram (ex Rom. 8.)

¶CONCL. 4. Resurrectio Christi, virtute diuinitatis adiunctæ, est causa quasi instrumentalis resurrectionis nostræ.

¶EXAMEN Ly quasi instrumentalis. Non dicitur ly quasi, ad denotandum quòd non sit vere instrumentalis, sed ad significandum, quòd non est instrumentalis eo modo, quo creaturæ aliæ sunt instrumentum Dei. Ac si dixerit: resurrectio Christi est causa instrumẽtalis cõiuncta diuinitati, non disiuncta.

¶COROLL. Ergo, summando oĩa textus; dicas breuiter, quòd resurrectio Chr̃i est causa uniuoca, efficiens, exemplaris, & instrumentalis, nostræ resurrectionis.

*Resurrectio Christi quæ causa sit nostræ resurrectionis.*

¶PROB. Quia operationes diuinæ huiusmodi aguntur mediãte carne Chr̃i, quasi quodam organo (patet ex Damasceno:) & resurrectio Christi est operatio diuinitus facta.

1^m de maiori. Posita causa. ℞. Quæ immediatè ordinatur ad effectum: non, quæ mediante alio. §. maximè autem, si illud medians sit agens per uoluntatem. Tunc ni. &c. Nam resurrectio Christi dicitur causa nostræ resurrectionis, nõ quia agat &c. ut in textu.

** Al. generatiua.*

¶NOT. Ex hoc loco textus, scilicet resurrectio Christi dicitur causa, usq; ad ly per resurrectionis Christi, intellige ĩ sensu recto illud, quod supradictum est, videlicet quòd resurrectio Christi est causa efficiens nostræ resurrectionis. Dices ergo, ꝙ ipsa est efficiens instrumentaliter; inquantum humanitas, secundum quã resurrexit, est coniunctum instrumẽtum diuinitatis ipsius, & in virtute eius operatur. Ergo quando nunc in textu responsali dicitur ly non quia agat, intelligitur de agendo principaliter. Ad qđ, immo & plura in articulo, melius intelligenda: vide tertia par. q. 56. art. 1.

**Damasc. li. 3. ca. 15.*

2^m minor. Resurrectio mortuorum esset, etiamsi Christus non resurrexisset. ℞. Nisi diuina prouidentia præfixisset ordinem hunc, quòd resurrectio Christi esset causa nostræ resurrectionis. § Tunc nih. &c. vt patet.

¶COROLL. Absolute igitur minor illa uera est, attenta potentia Dei, qui alium modum salutis humanæ præfigere potuit. Nam virtus diuina non alligatur aliquibus causis secundis, quia &cæt. vt in textu.

¶EXAMEN. Ly causis secundis. Videlicet siue sint disiunctæ, siue coniunctæ. Humanitas ergo Christi cointelligitur sub ly causis secundis. Et nota: quòd aliud est loqui de Christo, aliud de humanitate Christi. Licet enim humanitas ipsa personaliter Christo iungatur; non tamen ipsa est Christus: quoniam ly Christus dicit suppositum, humanitas verò nequaquam. Et quoniam illud suppositum est Deus per naturam, ideo Christus est causa prima, nõ secunda: cum tamen humanitas sit secunda, & non prima.

---

quia de plenitudine eius non omnes accepimus, gratiam pro gratia. Ioãnis primo, ita in Christo inchoata est resurrectio, & sua resurrectio causa est nostræ resurrectionis, vt sic Christus, inquantum est Deus, sit prima causa nostræ resurrectionis quasi æquiuoca, sed inquantum est Deus, & homo resurgens est causa proxima, & quasi vniuoca nostrę resurrectionis. Causa autem vniuoca agens, producit effectum in similitudine formæ suæ: vnde non solum est causa efficiens, sed exemplaris respectu istius effectus. Hoc autem contingit dupliciter. Quandoque enim ipsa forma, per quam attenditur similitudo agentis ad effectum, est directe principium actionis, qua producitur ille effectus, sicut calor in igne calefaciente: quãdoque autem illius actionis, qua producitur effectus, non est principium primo per seipsa forma, secundum quam attenditur similitudo, sed principia illius formæ: sicut si homo albus generet hominem album, ipsa albedo generantis non est principium actiuę generationis, & tamen albedo generantis dicitur causa albedinis generati: quia principia albedinis in generante sunt principia * generatiua facientia albedinem in generato, & per hunc modum resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis, quia illud idem, quod fecit resurrectionem Christi, quæ est causa efficiẽs vniuoca nostræ resurrectionis, ad nostram resurrectionem agit, s. virtus diuinitatis ipsius Christi, quæ sibi, & patri communis est. Vnde dr̃ Rom. 8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificauit mortalia corpora nostra, sed ipsa resurrectio Christi virtute diuinitatis adiunctæ est causa, quasi instrumentalis, resurrectionis nostræ. Operationes enim diuinæ agebantur mediante carne Christi quasi quodam organo, sicut ponit exẽplum Damascenus * in tertio libro, de tactu corporali, quo mundauit leprosum Matth. 8.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd causa sufficiens statim producit effectum suum, ad quem immediate ordinatur, nõ autem effectum ad quem ordinatur mediante alio quantumcumque sit sufficiens, sicut calor quantumcumque sit intensus, non statim in primo instanti causat calorem, sed statim incipit mouere ad calorem, quia calor est effectus eius mediante motu: resurrectio autem Christi dicitur causa nostræ resurrectionis, non quia agat resurrectionem nostram, sed mediãte principio suo, scilicet diuina virtute, quę nostram resurrectionem faciet ad similitudinem resurrectionis Christi. Virtus autem diuina operatur mediante voluntate, quę est propinquissima effectui: vnde non oportet, ꝙ statim resurrectione Christi facta, nostra resurrectio sit sequuta, sed tunc sequatur quando voluntas Dei ordinauit.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ virtus diuina non alligatur aliquibus causis secundis, quia effectus illarũ posset immediate, vel aliis causis mediãtibus producere, sicut posset generationem corporum inferiorum causare, etiam motu cœli non existente, & tamen secundum ordinem, quæ rebus instituit, motus cœli est causa generationis inferiorum corporum. Similiter etiam secundum ordinem, quem rebus humanis diuina prouidentia præfixit, resurrectio Christi est causa nostrę resurrectionis, potuit tamen alium modum præfigere, & tunc esset alia causa nostræ resurrectionis, qualẽ Deus ordinaret.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ratio illa procedit quando omnia, quæ sunt in vna specie, habẽt eundem ordinem ad causam primam illius effectus, qui est inducendus in totam illam speciem. Sic autem non est in ꝓposito, qui humanitas Christi propinquior est diuinitati, cuius virtus est prima causa resurrectionis, quàm humanitas aliorũ. Vnde resurrectio Christi causatur a diuinitate immediate, sed resurrectio aliorum mediante Christo homine resurgente.

AD QVARTVM dicendum, quòd resurrectio omniũ hominum habebit aliquid similitudinis de resurrectione Christi, scilicet quãtum ad illud ad quod pertinet ad uitam naturæ, secundũ quod omnes Christo fuerunt conformes, & ideo omnes resurgent in vitam immortalem, sed in sanctis, qui fuerũt Christo conformes per gratiam erit conformitas quantum ad ea, quæ sunt gloriæ.

AR-

---

3^m maior. Idẽ est factiuũ vnius ĩ tota specie una. ℞. Non tamen eodem modo; nisi contenta in illa specie habeãt eundem ordinem ad causam primam illius effectus inducendi. §. Tunc nihil &c. Nam si nõ est in proposito, quia humanitas Christi propinquior est, &cæt. ut in textu.

4^m de minori. Simile. ℞ Quantum ad illud, quod pertinet ad gloriam: non, quantum ad illud, quod pertinet ad uitã naturæ. §. Tũc nihil &c. Sufficit enim quòd similitudo ad uitam naturæ pertinens reperiatur in malis ad hoc: quòd resurrectio Christi uere dicatr̃ causa resurrectionis illorum.

APPENDIX.

*Vtilitas p Ecclesia S. Dei.*

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem tanquam in vere ꝑsupposito, interimas hæresim Theodoti Bizantini (Prat. Bassus.) dicentis: Christum non esse Saluatorem. Cui Theodoto & Bassus subscripsit, dicens: in Christi maiestate, uel eius corporali præsentia non sperandam esse salutem. Quib. & Petrus Abailardus consentit in hæc uerba: Christum Dei filium, non ut hominem liberaret, fuisse incarnatum. Per hoc enim, quòd ostenditur hic, resurrectionẽ Christi esse causam nostræ, patet simul præsupposi tue ostẽdi: quòd Christus per incarnationem suam est Saluator noster; & ratione suæ diuinæ maiestatis principaliter & ratione corporalis suæ præsentiæ instrumentaliter.

¶Secundò habes: quomodo ꝑ rationẽ, tanquã in ueraciter præsuppo-

ſuppoſito oſtendas, prædictas hæreſes meritò damnari a 1. Tim. 4. Speramus in Deum viuum, qui eſt Saluator omnium hominum. Item ab Actu 4 Non eſt aliud nomẽ ſub cœlo datum, in quo oportet nos ſaluos fieri niſi nomen Chriſti. Item a Rom. 3. Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. Itẽ à &c. vt 3. par. q. 1. art. 2. a Symbolo fidei patrum. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem incarnatus eſt, paſſus, & reſurrexit.

3 ¶ Tertiò igitur habes: quomodo per rationem oſtendas, meritò eſſe inſinuatum ab eodem ſymbolo, quòd reſurrectio Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis. Per hoc enim quòd dixit, quòd Chriſtus reſurrexit propter ſalutem noſtram, innuit; quod a reſurrectione Chriſti dependet ſalus noſtra, etiam quò ad reſurrectionem Chriſti dependet ſalus noſtra, etiam quò ad reſurrectionem. i. dependet reſurrectio noſtra. Item 1. Cor. 15. Si Chriſtus reſurrexit primitiæ dormientium. Item Apoc. 1. Primogenitus mortuorum. Patet autem. 2. Metaph. quòd primum in quolibet genere eſt cauſa eorum, quæ ſunt poſt. Vocando igitur dictũ hoc Philoſophum ad arcem. i. ad Theologiam, dicendum eſt, quòd Apoſtolus vterq; per verba nũc dicta ſignificare uo uit, quod reſurrectio Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis. Item a conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 5. cap. 8 authore Clemente Papa & martyre. Credimus: reſurrectionem futuram ex domini reſurrectione. Ipſe enim, qui ſeipſum tertia die excitauit (quod eſt pignus & artha reſurrectionis noſtræ,) is quoque nos poterit a morte excitare. Hæc ibi. Vnde patet, quòd factum hoc, ideſt quòd ſeipſum excitauit, ideo dicitur pignus & artha reſurrectionis noſtræ: quia reſurrectio eius cauſat noſtram.

4 ¶ Quartò habes: quomodo per rationẽ prædicta ſcripturarum & patrum, pro quanto quod diximus inſinuāt, & intelligas, & probes, & defendas.

5 ¶ Quintò uides: quomodo ex ijs viciſſim Angelica doctrina hęc & declaretur, & conſolidetur.

---

SVP. Q. CVII. Aliàs 76. Art. II.

CONCL. 1. Oportet, quòd in reſurrectione corporum, communi aliquo ſigno corporali dato, Chriſtus reſuſcitans operetur.

¶ PROB. Quia oportet cauſam, effectumq; aliquo modo coniungi (ex 8. Phyſic.) & Chriſtus reſurgens eſt cauſa noſtræ reſurrectionis (art. 1.)

¶ NOT. Parum diſtare uidentur, & pro eodẽ fere accipi, illa duo; ſcilicet reſurrectionem Chriſti eſſe cauſam reſurrectionis noſtræ, & Chriſtum reſurgẽtem eſſe cauſam eiuſdem; ſi conferatur textus præſens ad præcedentẽ articulum. Quod quidẽ per ſe ſapiens facilè applicabit.

¶ CONCL. 2. Signum illud corporale, de quo in prima cõcluſione fit mentio, quandoque dicitur uox, quandoque clamor quaſi præconis ad iudicium citantis, aliquãdo dicitur tuba, vel ſonus tubæ, & hoc vel propter euidentiã, vel propter conuenientiam ad uſum tubę, qui erat i veteri teſtamẽto.

¶ EXAMEN. Ly uox. Scilicet filij Dei.

¶ Ly uox. Scilicet uel ad literam ſumpta; uel repræſentatio filij Dei, ut habens uim imperij cuiuſdã. Hinc dicitur, quòd Chriſtus ueniet in iuſſu. 1. Theſſ. 4. ideſt q. ſua apparitio erit quedam iuſſio, ad quam ſicut iubentem, tota naturã obediet ad corporum reparationem.

¶ PROB. 1. Quia patet Io. 5. (per ly vocem audient filij Dei:) Secunda autem pars, ſcilicet quinq; &c. probat. Quia patet Matth. 25. per ly media nocte clamor factus eſt. Tertia autem pars. ſ. aliquando &c. probatur. Quia patet 1. Theſſ. 4. per ly in tuba Dei deſcendet de cœlo, & 1. Cor. 15. p ly canet tuba, & mortui reſurgent. Quarta autem pars. ſ. vel ꝓpter conuenientiã, &c. ꝓbatur. Quia ſicut Tuba in veteri teſtamento congregabantur ad Concilium, commouebantur ad prælium, ac uocabãtur ad feſtum; ita reſurgentes cõgregabuntur &c. ut in textu.

335

* Li. 4. ort. fi. c. ult. nõ longa fine.

*Glo. Ord. ſupra Pſal. 67. ibid. ex Caſſiod.

* q. præc. artic. 3.

* Li. 4. Sẽt. di. 43. §. B.

*Li. 8. text. 32.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum vox tubæ ſit cauſa noſtræ reſurrectionis.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd vox tubæ non ſit cauſa noſtræ reſurrectionis. Dicit enim Dama.* Crede reſurrectionem futuram diuina voluntate, diuina virtute, & nutu, ergo cũ hoc ſit ſufficiens cauſa reſurrectionis noſtræ, nõ oportet ponere cauſam eius vocem tubæ.

¶ 2 Præt. Fruſtra vox emittitur ad eum, qui audire non poteſt, ſed mortui nõ habebunt auditum, ergo non eſt conueniens, quòd vox aliqua formetur ad eos reſuſcitandum.

¶ 3 Præt. Si vox aliqua ſit cauſa reſurrectionis, hoc nõ erit niſi per virtutem voci diuinitus datam. vnde ſuper illud Pſal. 67. Dabit uoci ſuæ vocem virtutis, dicit Gloſſ.* reſuſcitandi corpora, ſed ex quo potentia data eſt alicui, quamuis miraculoſe detur, tamen actus, qui ſequitur, eſt naturalis, ſicut patet in cæcis miraculoſe illuminatis, quia poſtea naturaliter vident, ergo ſi vox illa eſſet cauſa reſurrectionis, reſurrectio, eſſet naturalis, quod falſum eſt.*

SED CONTRA eſt quod dicitur 1. Theſſ. 4. Ipſe Dominus in tuba Dei deſcendet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent.

¶ Præt. Ioan. 5. dicitur, quòd qui in monumentis ſunt, audient vocem filii Dei, & qui audierint viuent, hęc autem vox dicitur tuba, ut in litera * patet ergo, &c.

RESPON. Dicendum, quòd cauſam, & effectum oportet aliquo modo coniungi, quia mouens, & motum, faciens, & factum ſunt ſimul, vt patet in 8. Phyſic.* Chriſtus autẽ reſurgens eſt cauſa uniuoca noſtræ reſurrectionis vt ſupradictum eſt: reſuſcitans vnde oportet, quòd in reſurrectione corporum communi, aliquo ſigno corporali dato Chriſtus operetur, quod quidem ſignum, vt quidam dicunt, erit ad literam vox Chriſti reſurrectionem imperantis, ſicut imperauit mari, & ceſſauit tempeſtas. Matth. 8. Quidam vero dicũt, quòd hoc ſignum nihil aliud erit, quam ipſa repreſentatio euidens filii Dei in mundo, de qua dr̃ Matth. 24. Sicut fulgur uenit ab Oriente, & apparet in Occidente, ſic erit aduentus filiis hominis, & innituntur authoritati Gregorii dicentis, quòd tubam ſonare, nihil aliud eſt quàm mundo, ut iudicem filium demonſtrare. Et ſecundum hoc ipſa apparitio filii Dei uox eius dicitur, quia ei apparenti obediet tota natura ad corporum humanorum reparationem ſicut imperanti, vnde in iuſſu venire dicitur 1. Theſſ. 4. & ſic eius apparitio inquantum habet uim cuiuſdam imperii, uox eius dicitur, & hæc vox, quæcumque ſit, quãdoque dicitur clamor, quaſi præconis ad iudicium citantis, quandoq; autem dicitur ſonus tubæ, uel propter euidentiam, ut in litera † dicitur, uel propter conuenientiam ad uſum tubæ, qui erat in ueteri Teſtamento. Tuba enim congregabantur ad concilium, commouebantur ad præliũ, & vocabantur ad feſtum, reſurgentes autem congregabuntur ad concilium iudicii, ad prælium quo orbis terrarum pugnabit contra inſenſatos, & ad feſtum æternæ ſolemnitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dama.* in verbis illis circa materialem cauſam reſurrectionis tria tetigit, ſcilicet voluntatem diuinam, qua imperat, uirtutem, quæ exequitur, & facilitatem exequẽdi, in hoc, quòd nutum adiunxit ad ſimilitudinem eorum, quæ in nobis ſunt. Illud enim ualde facile eſt nobis facere, quod ad dictum noſtrum fit, ſed multo maior apparet facilitas, ſi ante uerbum prolatum ad primum ſignum uoluntatis, quod nutus dicitur, executio noſtræ voluntatis per miniſtros fiat, & talis nutus eſt quædã cauſa prædictæ executionis, inquantum per ipſum inducuntur alii ad noſtram voluntatem explendam. Nutus autem diuinus, quo fiet reſurrectio, nihil aliud eſt quàm ſignum ab ipſo datum, cui tota natura obediet vt ex dictis * patet.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ſicut formæ ſacramentorum habent virtutem ſanctificandi, non ex hoc quòd audiuntur, ſed ex hoc quòd ita proferuntur, illa uox,

1^m^ ex Damaſceno. Nutu. i. ſigno dato. §. Tunc nihil &c. Nam talis nutus eſt quædam cauſa executionis iudicialis, ut declaretur in textu.

¶ NOT. Cauſa reſurrectionis noſtræ eſt reſurrectio Chriſti p modum exẽplaris, ut declaratum eſt artic. 1. & iſta uox tubæ, ſiue nutus, i. ſignum datum a Chriſto apparente eſt cauſa eiuſdem reſurrectionis per modum illum triplicem in ſecunda cõcluſione huius articuli prędictum. Vnde vnũ non impedit aliud; ſed ſtant ſimul.

2^m^ maior. Fruſtra emittitur ad eum, q audire non poteſt. i. ſi emittatur rõne cognoſcendi: nõ rõne cauſandi. §. Hoc eſt; ſi emittatũ ad hoc, ut ille aliuſ eã audiat, & cognoſcat, quid

† Li. 4. ſent. di. 43. §. B: & uide in Glo. Ord. ſuper illud 1. Theſſ. 4. in tuba Dei &c.

* Loco in argu. notato.

* Art. præſenti, in corp.

quid significare velis ad quem sensum scriptũ est ecclesiastici 32. non effundas sermonem, ubi non est auditus: non autem si emittatur tãtum ad hoc, ut ex prolatione ipsius vocis causetur aliquid in eo, ad quem dirigitur. Tunc nihil &c. ut patet in textu ly illa vox, quicquid fit, habebit efficaciam &c.

3^m de minori. Potentia. R. Existens perfectum ens in natura: non imperfectum. §. hoc est; ens permanens, non autem ens fluidum. Tunc nih. &c. Licet enim actus sequens ad potentiã miraculosè datã quæ est ens perfectum in natura, sit actus naturalis (ut arguitur da cæcis illuminantis:) tamen actus sequens ad potentiam, quæ est ens fluidum. i. per modum fluxus & fieri se habens, non est actus naturalis (ut patet de formis sacramentorum.) Et hoc secundo modo datur potentia illi voci, de qua Psal. 67.

quicquid sit, habebit efficaciam instrumentalem ad resuscitãdum, non ex hoc, quòd sentitur, sed ex hoc quod profertur; sicut etiam vox ex ipsa impulsione aeris excitat dormientem soluendo organum, nõ ex hoc quod cognoscatur, quia iudicium de voce veniente ad aures sequitur excitationem, & non est causa eius.

tui resurgẽm. Item Matth. 25. Clamor factus est, ecce sponsus venit, exire obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ. Hæc ibi. Vbi patet quid dicet ille clamor. Conuocabit enim ad exeundum obuiam Christo. Nec obstat, quòd iudex ille ob iustitiam terribilis vocetur nomine suam. i. sponsus: quoniam a principaliori intento denominatio ibi fit. Veniet quidẽ ad iudicandum, sed finis principaliter intentus per iudicium non erit terrere malos & condemnare; sed sibi associare bonos & ad conuiuium cęleste, tanquã ad nuptias sponsi æternas introducere. Vnde & dicitur in textu, tanquam finis principalis

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa procederet, si virtus illi voci data esset ens perfectum in natura, quia tunc quod ex ea procederet, virtutem iam naturalem factam principium haberet: non est autem talis virtus illa, sed qualis supra dicta * est esse in formis sacramentorum.

S. Tho. 4. di. 1. q. 1. art. 4.

vtendi tuba, quòd per eam vocabantur ad festum, quod quidem ibi exponitur, festum æternæ solemnitatis. Item Ioan. 5. Omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent. Hæc ibi. Vox ergo illa rectè vocari potest tuba; quoniam per totum vniuersum, etiam infra terram audietur, idest sortietur effectum suum.

APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas; meritò insinuatum, quòd vox tubæ erit causa nostræ resurrectionis. 1. Thess. 4. Ipse dominus in tuba Dei discendet de cœlo, & mor-

¶Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarũ, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis.

¶Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. CVII. Aliàs 76. Art. III.

COncl. 1. Omnia corpora reguntur a Deo per spiritum vitæ rationalem.

334

¶Examen. Ly per spiritum rationalem. Idest per Angelos, qui largo modo dicuntur rationales: cum sint propriè intellectuales prima par. quæst. 58. art. 3. & 4.

¶Prob. Quia superiora & inferiora quodam ordine reguntur (ut ex Augustino, & Gregorio.)

¶Concl. 2. Deus vtetur ministerio Angelorum in resurrectione, quantum pertinet ad transmutationẽ corporum.

*Li. 4. Sét. dist. 43. para. A. & B.

¶Examen. Ly transmutationem corporũ. Iste est duplex, scilicet collectio cinerum, & eorundem præparatio ad reparationem corporum humanorum.

¶Prob. Quia in omnibus, quæ corporaliter a Deo fiunt, vtitur Deus ministerio Angelorum.

* Lib. 3. de Trinit. c. 4. ante med. † Al infirmiora.

¶Concl. 3. Anima immediatè a Deo corpori iterato vnietur, sine aliqua operatione Angelorum.

¶Prob. Quia patet a simili (sicut videlicet, anima immediatè a Deo creata est.)

¶Concl. 4. Gloriam corporis Deus immediatè faciet, sine ministerio Angelorum.

¶Prob. Quia patet a simili (sicut, videlicet, Deus immediatè glorificat animam.

¶Not. Quòd anima immediatè a Deo creetur; vide 1. parte quæst. 45. artic. 5. & q. 90. artic. 3. Hinc ergo explodas hæresim seleucianorum dicentium, Angelos esse creatores animarum nostrarum. Quandoquidem nec corporũ sunt creatores, ut Philosophorum nonnulli senserunt: nec mundi, contra Archonticos. Rationes, quibus hos omnes melius retundas, vide prima par. quæst. 65. art. 1. 2. & 4. in text. & elucid.

*Li. 4. cit. §. post med.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum ad resurrectionem Angeli operentur.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd nullo modo ad resurrectionẽ Angeli operentur. Quia maioris virtutis est ostensiua resurrectio mortuorum, quàm generatio hominum, sed quando generantur homines, anima non infunditur corpori mediantibus Angelis, ergo nec resurrectio, quæ est iterata coniunctio animæ, & corporis, fiet ministerio Angelorum.

¶ 2 Præt. Si ad aliquos Angelos hoc ministerium pertineat, maxime videtur pertinere ad virtutes, quarum est miracula facere, sed eis non ascribitur, sed Archangelis, * ergo non fiet ministerio Angelorum.

SED CONTRA est quod dicitur. 1. Thess. 4. quòd Dominus in voce Archangeli descendet de cœlo, & mortui resurgent, ergo resurrectio mortuorum ministerio angelico complebitur.

RESP. Dicendum, quòd sicut August. dicit in 3. de Trin. * quòd sicut corpora grossiora † & infirmiora per subtiliora, & potentiora ordine quodam reguntur, ita omnino corpora reguntur a Deo per spiritum vitæ rationalem, & hoc etiam Gregorius IIII. Dialo. tangit. Vnde in omnibus quæ corporaliter a Deo fiunt, vtitur Deus ministerio Angelorum, in resurrectione autem est aliquid ad transmutationem corporum pertinens, scilicet collectio cinerum, & eorum præparatio ad reparationem humani corporis, vnde quantum ad hoc in resurrectione vtetur Deus ministerio Angelorũ, sed anima sicut immediatè a Deo creata est, ita immediate a Deo corpori iterato vnietur sine aliqua operatione Angelorum. Similiter etiam gloriam corporis ipse faciet non ministerio Angelorũ, sicut & animam immediate glorificat, & illud Angelorum ministerium dicitur vox secundum vnam expositionem. †

AD PRIMVM ergo patet solutio ex dictis. *

AD SECVNDVM dicendum, quod ministerium istud erit principaliter vnius Archangeli, scilicet Michaelis, qui est princeps Ecclesiæ, sicut fuit synagogæ, sicut dicitur Dan. 10. qui tamen agit ex influentia virtutum, & aliorum superiorum ordinum: vnde quod ipse faciet, superiores ordines quodammodo facient. Similiter inferiores Angeli cooperabũtur ei circa resurrectionem singulorum, quorum custodiæ deputati fuerunt, & sic vox illa potest dici vnius & plurium Angelorum.

1^m illatio conclusionis. Ergo &c.

R. Conceditur illatio. §. Non enim nisi amplius extendebatur, qđ conclusum est ibi, militat contra conclusionẽ secundam, sed stat pro conclusione tertia.

†Li. 45. dist. 43. para. E.

2^m de maiori.

Ad virtutes. R. tãquam ad influentes: non tanquam ad plus vel minus particulariter exequentes. §. Tunc ni. &c. Nam quando ministerium hoc ascribitur Archangelis, hoc fit: vt principi ecclesiæ deferatur, qui est Michael, ad ostendendum quòd ipse principalis erit inter executores prædicti ministerij: non, ut influentiam sibi dandã ad id ab ordine virtutum, negetur.

*In corp. art.

¶Not. Ad confirmationem. textus ly. vnde quod ipse faciet, superiores, &c. valet regula 72. Papæ Bonifacij, de regul. iur. in sexto, dicens. Qui facit per alium, perinde est, ac si faciat per seipsum. Hæc ibi. Applica tu sciens; quòd superiores exequuntur per inferiores; siue sint virtutes respectu Michaelis, siue Michael respectu aliorum Archangelorum; & ij omnes, suo modo proportionali seruato respectu Angelorum hominum singularium custodiæ deputatorum.

APPEN-

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, me ritò insinuatum esse a Matth. 27. quòd Angeli operabuntur ad resurrectionem: Mittet Angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summo cœlorum vsque ad terminos eorum. Item a Marc. 13. Tunc mittet Angelos suos, & congregabit electos suos a quatuor ventis, a summo terræ vsque ad summum cœli. Hæc ibi. Vbi denominatio a nobiliori fit, scilicet ab electis: licet omnes etiam mali cógregandi sint, vt patet per Matth. 25. Congregabuntur ante eum omnes gentes. Item 1. Thess. 4. Dominus in voce Archangeli descendet de cœlo & mortui resurgent. Hæc ibi. Vbi per vocem Archangeli intelligit ministerium Angelorum, ut dicitur in corp. si Intellige per ly mortui omnes homines. Vnde in constitutionibus Apostolicis li. 5. cap. 8. dicitur ad propositum Danielis 12. Multi de ijs, qui dormierunt. Non solum martyribus promisit resurrectionem, sed etiam omnibus hominibus, iustis atque iniustis; pijs atq; impijs, vt singuli pro meritis pendeat. Hæc ibi. facit hoc ad quæst. 75. artic. 2. ad secundum princip.

¶ Secundò habes: q̃ io per rationem prædicta scripturarũ, & patrum pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur. 3

---

SVP. Q. CVIII. Aliàs 77. Art. 1.

Concl. 1. Si materia inferiorum corporum ad statũ incorruptionis pduceretur, manente motu superiorum corporum; hoc esset contra ordinem, quem diuina prouidentia statuit rebus.

¶ Prob. Quia diuina prouidentia statuit; vt tota materia corporum inferiorum subiaceat variationi, secundum motũ cœlestium corporum.

¶ Examen. Ly variationi. Scilicet quò ad esse suum; & non tantum quò ad locum. Licet enim varientur tantum cœli secundum locum, tamẽ subiecta cœlo variãtur quò ad plura; quoniam minor variatio in principijs, q̃ in principiatis, requiritur.

¶ Not. Per conclusionẽ præmissam, adiuncta probatione, clare vides: quòd disponit se ad ostendendum principaliter intentum, q̃ scilicet resurrectio mortuorum cum sit ad vitam incorruptibilẽ nõ fiet manente motu corporum cœlestium.

435 S. Tho. 4. dist. 43. q. vni. ar. 3. q. 1. & seq.

¶ Concl. 2. Bonorum corporum resurrectio vsq; ad finẽ mundi differetur.

¶ Prob. Quia patet ex prima conclusione (cum motus cœli in fine mundi tantum quiescet.

¶ Not. Adeo uerũ est, resurrectio talis ad immortalitatẽ nequeat fieri, motu cœli durante, quòd etiam Philosophi ponẽtes, motum cœli semper durare, corpora immortalia inferiora numquam posuerunt: licet animas immortales ponerent, & mortem corporum, & animarum post mortẽ informationem respectu corporum aliquorum: quæ omnia simul saluabant per reditum ipsarum animarũ post mortem, ut in textu. Ex quo dic: quòd etiam a paganis probãtur p̃missæ conclusiones, q̃ scilicet motu cœli durante nullũ corpus inferius potest esse incorruptibile, & per hoc, q̃ vsque ad finem mundi tardabit resurrectio; si resurrectionem ipsi posuissent. Cæterum suffi cit, quòd ex eorum dictis habeamus nos fideles hoc; tanquam scientias inferiores vocando ad arcem.

1m de maiori.

Conuenientia. 2. Proportionis: non, carentiæ causalitatis. §. Tunc nihil

# QVAEST. CVIII. Aliàs 77.

*De tempore, & modo resurrectionis, in quatuor articulos diuisa.*

Deinde considerãdum est de tempore, & modo resurrectionis.

Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum tempus resurrectionis differatur vsque ad finem mundi.

¶ Secundò, Vtrum tempus illud sit occultum.

¶ Tertiò, Vtrum resurrectio fiet in noctis tempore.

¶ Quartò, Vtrum fiet subito.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum tempus nostræ resurrectionis differri debeat vsque ad finem mundi.*

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd tempus resurrectionis non oporteat differri vsq; ad finem mundi, vt omnes simul resurgant, maior est. n. conuenientia capitis ad membra, quàm membrorum adinuicem, sed Christus, qui est caput nostrum, non distulit resurrectionem suam vsque ad finem mundi, ut simul cum omnibus resurgeret, ergo nõ oportet quòd priorum sanctorum resurrectio vsque ad finem mũdi differatur, vt simul cum omnibus resurgant.

¶ 2 Præter. Resurrectio capitis est causa resurrectionis membrorum, sed resurrectio quorundam mẽbrorum nobilium propter vicinitatem ad caput, nõ est dilata vsque ad finẽ mundi, sed statim resurrectionem Christi sequuta est, sicut pie credit de B. Virg. & Ioãne Euãgelista, ergo & aliorum resurrectio tanto propinquior erit resurrectioni Chri, quanto per gratiam, & meritum magis ei fuerunt conformes.

¶ 3 Præt. Status noui Testamẽti est perfectior, & expressius portat imaginem Christi, quàm status veteris Testamenti, sed quidam Patres veteris Testamenti Christo resurgente, resurrexerunt, sicut dicitur. Mat. 27. Quia multa corpora sanctorum, qui dormierant, resurrexerunt, ergo vi q̃ nec sanctorum noui testamẽti resurrectio differri debeat vsque ad finem mundi, vt fiat omnium simul.

¶ 4 Præt. Post finem mundi nõ erit aliquis annorum numerus, sed post resurrectionem mortuorum adhuc computantur multi anni vsque ad resurrectionem aliorum, ut patet Apocal. 20. Dicitur enim ibi: Vidi animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei. Et infra, Et vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis, & cæteri mortuorum non vixerunt donec consummarentur mille anni, ergo resurrectio omnium non differtur vsque ad finem mundi, vt sit simul.

Sed contra est quod Iob 14. dicitur. Homo cum dormierit, non resurget donec atteratur cœlum, nec euigelabit, ut consurgat a somno suo, & loquitur de somno mortis, ergo vsque ad finem mundi, quando cœlum atteretur, resurrectio hominum differetur.

¶ Præt. Hebr. 11. dicitur. Homines Dei testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem, idest, plenam animæ, & corporis beatitudinem, Deo aliquid aliud pro nobis prouidente, ne sine nobis consummarentur, idest, perficerentur. Gloss.* vt in communi gaudio omnium maius fieret gaudiũ singulorum, sed non erit ante resurrectio, quàm corporum glorificatio, quia reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suę. Philip. 3. & resurrectionis filii erũt sicut Angeli in cœlo, ut patet Mat. 22. ergo resurrectio differetur vsque ad finem mundi, in quo omnes simul resurgent.

* Gloss. interlin. ibi.

Respon. Dicendum, quod sicut Augustinus dicit in 3. de Trinit.* diuina prouidentia statuit, ut corpora grossiora, & infirmiora per subtiliora, & potentiora quodam ordine regantur, & ideo tota materia corporum inferiorum subiacet uariationi secundum motum cœlestium corporum, unde esset contra ordinem, quem diuina prouidentia statuit rebus, si materia inferiorum corporum ad statum incorruptionis perduceretur, manente motu superiorum corporum. Quia secundum positionem fidei erit in vitam immortalem conformiter Christo, qui resurgens a mortuis, iam non moritur, ut dicitur Roman. sexto. Et ideo humanorum corporum resurrectio vsque ad finẽ mundi differetur, in quo motus cœli quiescet. Et propter hoc etiam quidam Philosophi, qui posuerunt motũ cœli numquam cessare, posuerunt reditum humanarum animarum ad corpora mortalia, qualia nunc habemus, siue ponerent reditum animæ ad idem corpus in fine magni anni, vt Empedocles, siue ad aliud, ut Pythagoras posuit, quamlibet animam quodlibet corpus ingredi, ut dicitur in 1. de Anima.*

* Li. 3. c. 4. tom. 3.

* Arist. li. 1. tex. 53.

Ad primum ergo dicendum, q̃ quamuis caput ma-

gis conueniat cum membris conuenientia proportionis, quæ exigitur ad hoc quòd in membra fluat, quàm membra adinuicem, tamen caput habet causalitatem quandam super membra, qua membra carent, & in hoc membra differunt a capite, & conueniunt adinuicem. Vnde resurrectio Christi est exemplar nostræ resurrectionis, ex cuius fide spes nobis de nostra resurrectione consurgit, non autem resurrectio alicuius membri Christi est causa cæterorũ membrorum, & ideo Christi resurrectio debuit præcedere resurrectionem aliorum, qui omnes simul resurgere debuerunt in consummatione sæculorum.

AD SECVNDVM dicendum, q quamuis inter membra sint quædam aliis digniora, & magis capiti conformia, non tamen pertingunt ad rationẽ capitis, ut sint causa aliorum, & ideo ex cõformitate ad Christum, non debetur eis, quòd eorum resurrectio præcedat resurrectionẽ aliorum quasi exemplar exemplatum sicut dictum est de resurrectione Christi, sed quòd aliquibus sit hoc concessum, quòd eorum resurrectio nõ sit vsque ad communem resurrectionem dilata, est ex speciali gratiæ priuilegio non ex debito conformitatis ad Christum.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd de illa resurrectione sanctorũ cum Christo, vr̃ dubitare Hieron.* in sermone de assumptione, Vtrũ si peracto resurrectionis testimonio, iterũ mortui sint vt sic eorum fuerit magis resuscitatio quædam, sicut Lazari, q̃ vera resurrectio, qualis erit in fine mundi, an ad immortalẽ vitam vere resurrexerint, vt semper in corpore victuri in cęlum cũ Christo ascendentes corporaliter, ut Gloss.* dicit Matth. 27. & hoc videtur probabilius, quia ad hoc quod verum testimoniũ de uera resurrectione Christi proferrent, congruum fuit, ut uere resurgerent, sicut Hierony. alibi dicit: Nec eorum resurrectio propter ipsos accelerata est, sed propter resurrectionem Christi testificandã, quod quidem testimonium erat ad fundandam fidem noui testamenti. Vnde decentius factum est per Patres veteris Testamenti, quam per eos, qui iam nouo testamento fundato decesserunt. Tamen sciẽdum est, quod, & si de resurrectione eorum in Euangelio mentio fiat ante resurrectionẽ Christi: tamen ut per textũ patet, intelligendum est per anticipationem esse dictum, q frequenter historiographis accidit. Nulli enim vera resurrectione ante Christũ, resurrexerunt, eo quòd ipse est primitiæ dormientium, vt dicitur 1. Corinth. 15. Quamuis fuerint aliqui resuscitati ante Christi resurrectionẽ, vt de Lazaro patet.*

AD QVARTVM dicendum, q occasione illorum uerborum, ut August.* narrat vigesimo de Ciu. Dei, quidam hęretici posuerunt primam resurrectionem futuram esse mortuorum, ut cum Christo mille annis in terra regnẽt, vñ uocati sunt Chiliastæ, quasi millenarii, & ideo Aug. ibidem* dicit, verba illa aliter intelligenda esse, s. de resurrectione spirituali, per quam homines a peccatis dono gratiæ resurgunt. Secunda autem resurrectio corporum est. Regnum autem Christi dr̃ Ecclesia in qua cum Christo non solum martyres, sed etiam alii electi regnãt cum Christo in gloria quantũ ad omnes, & sit specialiter mentio de martyribus, quia ipsi præcipue regnãt mortui, qui vsque ad mortem pro veritate certauerũt: millenarius autẽ annorũ non significat aliquẽ certũ numerũ, sed designat totũ tempus, quod nunc agitur, in quo nũc sancti cum Christo regnant, quia numerus millenarius designat vniuersitatem magis, q̃ centenarius eo q centenarius est quadratum denarii, sed millenarius est numerus solidus ex duplici ductu denarii in seipsũ surgẽs, quia decies decem centũ sunt, & centum decies mille sunt, & similiter in Psalmo dicitur, Verbi, quod mandauit in mille generationes. i. in omnes.

AR-

nihil &c. vt patet in textu ly resurrectio est exemplar nostræ resurrectionis, ex cuius fide spes &c.

## 2m illatio conclusionis.

Ergo &c. ℞. Negatur. §. Nam ex speciali priuilegio concessa est aliquib. talis anticipata resurrectio: non ex debito conformitatis ad Christum. Quòd si ex eo q conformabantur p gratiam & meritum ipsi Christo, debita fuisset eisdem resurrectio talis anticipata, sequeretur vera illatio ab arguẽte facta. Cæterum etiam si resurgerent tales ante alios; nil tamen concluderetur quò ad causalitatem resurrectionis reliquorum; sicut cõcluditur ex anticipata resurrectione Christi, ut elicere potes ex textu hoc, & ad primũ.

¶ Not. Dictum in textu de speciali priuilegio, quòd non debet necessario ad oẽs extendi, confirmat a Bonifacio VIII. de reg. iur. in 6. reg. 28. Quæ a iure cõi exorbitant, nequaquam ad consequentiã sunt trahenda. Hęc ibi. Quasi dicatur in proposito, quòd aliud est loqui de communi iure resurrectionis fiẽdæ, aliud est de aliquo priuilegiato. i. de iure priuato, & quòd ab isto vltimo non licet trahere consequentiam vniuersalem ad illud primũ: sicuti nec ex illo primo licet negare hoc secundum, i. quòd possibile sit priuilegium dari alicui pręter illud ius cõmune.

## 3m de minori.

*Non multum remote a principio icipit: Cogitis me. to. 2.

Christo resurgente resurrexerunt. ℞. propter testificãdam Christi resurrectionem: non, propter causalitatẽ nostræ resurrectionis. §. 1. non quia ipsorum resurrectio sit causa nostræ resurrectionis. Tunc &c. vt patet discurrenti.

* Gl Ord. super illud Matth. 27. Multa corpora sanctorum. Resurrectio aliorũ dempta illa Christi nõ est causa resurrectionis nostræ.

¶ Not. Quando dicitur in textu, quòd eorum resurrectio nõ est accelerata propter ipsos sed propter resurrectionem Christi testificandam, intellige hoc principaliter. Non enim principaliter p̃pter seipsos, tunc resuscitati sunt, sed principaliter ad hoc, ut testificarentur resurrectionem Christi. Et illud quod dictum est in responso de causalitate, videlicet quòd non sunt resuscitati tanquam causa resurrectionis cæterorum, habetur ex responsione ad secundum, & ad primum. Nec mirandum est de hoc, quod D. Thomas responsiones illas non replicauit; quamuis illæ essent vera solutio huius argumenti: quoniam morem suum sequutus est laudabilem, qui est, (ut alibi dictum est): quòd quando solutio iam data est in præmissis, tunc si est aliquid ponderandum ab arguente allatum sanctus doctor circa illud examinandum se occupat; præsupponendo, sine replicatione, quòd ex præmissis lector responsionem sumat. Intelligentibus enim, ac discurrentibus doctrinam suam reliquit principaliter: non autem stupidis & dormientibus, ne margaritas poneret ante porcos.

porcos. Rursus. Illud de resurrectione eorum dictum intelligi debere per anticipationem, patet, inquit sanctus Doctor: quoniam Matth. 27. ubi resurrectio horum narratur dicitur, & exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Quasi ex hoc relinquat nobis dicendum. Vt quid, si surrexissent ante resurrectionem Christi mãsissent viui in monumentis in illo triduo, & non potius de monumẽtis exiissent? Quod ergo dictũ est tempore passionis, quòd surrexerunt, non fuit dictum ad ostẽdendum, quòd tunc surrexerint, sed ad monstrandum, quòd passio Christi, de qua tunc agebatur, fuit causa meritoria huius, quòd inter alia miracula etiã mortui isti resurgerent.

## 4m de minori.

Sed post resurrectionem. ℞. Spiritualẽ: nõ, corporalem. §. 1. p quã homines a peccatis dono gratiæ resurgunt, non per quam corpora ad immortalitatem reuiuiscunt. Tunc ni. &c. ut patet in textu.

* Ioan. 11.

*Li. 20. de ciui. c. 7. circa me. tomo 5.

APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

*Loco nu̅c citato.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum resurrectionem differendam esse usque ad finẽ mundi, & sic. Apoc. 6. Responsum est eis; ut expectarẽt tempus adhuc modicũ donec impleatur numerus fratrum suorum, & datæ sunt illis singulæ stolæ albæ. Ecce quòd simul omnes stolas binas, scilicet glorificationẽ corporis & animę accipiẽt sancti & consequenter eorum resurrectio communis in fine mũdi futura per hoc designat: vnde & resurrectio malorum, a fortiori significatur illuc usque differenda: quandoquidem malorũ resurrectio nõ sic principaliter est intenta sicut bonorum. Item a Hebr. 11. Non accipientes redemptionem, ne sine nobis consummarentur. In quo dicto Apostoli ly nobis accipitur in persona omnium electorum, & ly repromissionem, accipitur pro beatitudine corporis & animæ simul. Ergo, a fortiori malorum resurrectio etiam hic denotatur differenda vsque ad finem mundi: ob eandem rationem. Item a Iob 14. Donec atteratur cœlum, homo non consurget a somno suo. Hæc ibi. Non atteretur autem cœlum nisi in fine mundi. Nota ly consurget. i. simul surget, & ly homo, quod stat communiter pro omnibus iuxta ordinariam regulam.

2 ¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis.

3 ¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

SVPER

## ARTICVLVS II.

*Vtrum tempus resurrectionis nostræ sit occultum.*

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur ꝙ tempus illud non sit occultum: Quia cuius principiũ est determinatè scitũ, & finis potest determinatè sciri, eo quòd omnia mensurantur quadam periodo, vt dicitur in 2. de Generatione: sed principium mundi determinatè scitur; ergo & finis ipsius potest determinatè sciri, tunc autem erit tempus resurrectionis, & iudicii; ergo tempus illud non est occultum.

¶ 2 Præt. Apocal. 12. dicitur, quòd mulier per quam Ecclesia significatur, habet locum paratum à Deo: in quo pascatur diebus mille ducentis sexaginta. Daniel. etiam 12. ponitur quidam determinatus numerus dierum, per quos anni significari videntur, secundum illud Ezech. 4. Diem pro anno: diem inquam pro anno dedi tibi; ergo ex sacra scriptura potest sciri determinatè finis mundi, & resurrectionis tempus.

¶ Præt. Status noui Testaméti præfiguratus fuit in veteri Testamento; sed scimus determinatè tépus in quo vetus Testamentum statum habuit: ergo & potest sciri tempus determinatè, in quo nouũ Testamentum statum habebit: sed nouũ Testamétum habebit statum in fine mundi, vnde dicitur Matth. vlt. Ecce ego vobiscũ sum vsque ad consumationé sæculi; ergo potest sciri determinatè finis mundi, & resurrectionis tempus.

SED CONTRA. Illud, quod est ignoratum ab angelis, etiam hominibus multo magis erit occultum, quia ea, quæ homines naturali ratione pertingere possunt, multo limpidius, & certius angeli naturali cognitione cognoscunt. Similiter etiam reuelationes hominib. non fiunt nisi mediantibus angelis, vt patet per Dionys. * 2. cap. Eccl. hierar. sed angeli nesciũt tempus determinatè, vt patet Matthæi 24. De die illa, & hora nemo scit, neque angeli cęlorum; ergo illud est hominibus occultum.

¶ Præt. Apostoli fuerunt magis conscii secretorũ Dei, quàm alii sequentes, quia vt dicitur Rom. 8. Ipsi primitias spiritus habuerunt. Glossa. * tempore prius, & cæteris abundantius: sed eis de hoc ipso quærentibus dictum est Actu. 1. Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quę posuit pater in potestate sua; ergo multo magis est aliis occultum.

RESPON. Dicendum, quòd sicut August. * dicit in libro 83. Quæstionum, quòd ætas vltima humani generis, quæ incipit ab Aduentu Domini vsque ad finem sæculi, quibus generationib. computetur, incertum est, sicut etiam senectus, quæ est vltima ætas hominis, nõ determinatum habet tempus secundum mensuram aliarum, cum quandoque sola tãtum teneat temporis quantũ omnes aliæ ætates. Huius autem ratio est, quia determinatus numerus futuri temporis sciri non potest, nisi vel per reuelationem, vel per naturalem rationem, tempus autem, quod erit vsque ad resurrectionem, enumerari non potest naturali ratione, quia simul erit resurrectio, & finis motus cœli, vt dictum * est. Ex motu autem accipitur numerus omnium, quæ determinato tempore per naturalé rationem futura præuidentur, ex motu autẽ cęli non potest cognosci finis eius, qui cum sit circularis, ex hoc ipso habet, quòd secundum naturam suam possit in perpetuum durare. Vnde naturali ratione tempus quòd erit vsque ad resurrectionem, numerari non potest. Similiter per reuelationem haberi non potest, ideo ut omnes semper sint soliciti, & parati ad Christo occurrendum: & propter hoc etiam Apostolus de hoc quærentibus respondit Actu. 1. Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in potestate sua. in quo, vt * August. dicit 18. de ciui. Dei, omnium de hac re calculantium digitos resoluit, & quiescere iubet. Quod enim Apostolis quærentibus noluit indicare, nec aliis reuelabit, vnde omnes illi, qui tempus prædictũ numerare voluerunt, hactenus falsiloqui sunt inuenti: Quidam enim, vt August. * dicit ibidem, dixerunt, ab Ascensione Domini vsque ad vltimum eius Aduentum quadringentos annos posse compleri, alii quingentos, alii mille, quorum falsitas patet, & patebit similiter eorum qui adhuc computare non cessant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd eorum, quorum finis cognoscitur principio noto, oportet mensuram esse nobis cognitam; & ideo cognito principio alicuius rei, cuius duratio mensuratur motu cœli, possumus cognoscere eius finem, eo quòd motus cœli est nobis notus: sed mensura durationis † motus cœli est sola diuina dispositio, quæ est nobis occulta; & ideo quantumcumque sciamus principium, finem scire non possumus.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ per mille ducentos sexaginta dies, de quibus fit mentio in Apoc. 12. significatur omne tempus in quo Ecclesia durat, & non determinatus aliquis numerus annorum, & hoc ideo, quia prædicatio Christi, super quam fundatur Ecclesia, durauit tribus annis cum dimidio, quod tempus ferè continet æqualem numerũ dierum numero prædicto. Et similiter etiam numerus eorum, qui in Daniele ponuntur, non est referendus ad numerũ aliquem annorum, qui sunt vsque ad finem mundi, vel vsque ad prædicationem Antichristi: sed debet referri ad tempus quo prædicabit, & quo persequutio eius durabit.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ quamuis status noui Testamenti in generali sit perfiguratus per statum veteris Testamenti, non tamen oportet, quòd singula respondeant singulis, præcipuè cum in Christo omnes figuræ veteris Testamenti fuerint completæ. Et ideo August. 18. de ciuit. Dei, * respondet quibusdã, qui volebant accipere numerũ persecutionum, quas Ecclesia passa est sm numerum plagarũ Ægypti, *dicens: Ego per illas res gestas in Ægypto *† istas persecutiones propheticè significatas esse † non arbitror: quãuis ab eis, qui hoc putãt exquisitè & ingeniosè † illa singula his singulis cõparata videantur, non prophetico spiritu; sed coniectura mentis humanæ, quæ aliquando ad aliquod verum peruenit, aliquando fallitur: & similiter videtur esse de dictis Abbatis Ioachim, qui per tales coniecturas de futuris aliqua vera prædixit, & in aliquibus deceptus fuit.

ARTI-

* Art. præced. corp.
* Aug. lib. 18. de Ciuit. ca. 53. paulò ante med. to. 5.
* Paulò ante locũ iã citatum.
* Aug. 18. de Ciuita. c. 52. to. 5.
* Exo. 7.
* Exo. 14.

---

### SVPER Q. CVIII. Aliàs 77. Art. 2.

COncl. Aetas vltima humani generis, quæ incipit ab aduentu Domini vsq; ad finem sæculi, quot generationibus computetur, incertum est.

¶ Prob. primò: Quia determinatus numerus futuri tẽporis sciri non potest, nisi vel per reuelationem, vel per naturalẽ rationem, & neutro modo scitur: (vt patet in tex.) Secundò, q̃a vltima ætas assimilatur senectuti hominis particularis, & hæc non habet determinatum tempus secundum mensuram aliarum ætatũ hominis (vt ratione patet in textu.)

**1m maior.** Cuius principiũ est determinatè scitum, & finis põt determinatè sciri. ℞. Si eius mensura sit nobis cognita. §. vt in tex. vsq; inclusiue ad ly est nobis notus. Tunc nihil &c. Nam mensura durationis motus cœli est sola &c vt in tex.

¶ Coroll. Ad cognitionem ergo finis rei alicuius præexigitur cognitio duorum, s. principij, à quo incipit illa res, & alicuius quasi formę extrinsecę quo mẽsuratur eadem res.

**2m conclusionis illatio.** Ergo &c. Negatur illatio. §. Nam per illos numeros non significatur aliquis determinatus numerus vsque ad finem mũdi. Per mille enim ducentos sexaginta dies, de quibus fit mentio &c. vt in tex.

¶ Not. Ad authoritatem Ezech. 4. satisfactũ fuisse implicite sanctus Thomas præsupponit per antedicta in tex. respõsali. Nam cùm numerus à Daniele positus nõ referatur ad finẽ mundi (vt expresse dicitur in textu), patet ꝙ non refert, vtrũ dies accipiatur pro anno, vel aliter, in Daniele.

**3m de maiori.** Præfiguratus. ℞. In generali: non ita quòd singula respondeant singulis. §. vt in textu declaratur. Tunc nihil &c. vt patet de se.

APPNEDIX.

EX art. habes primò: quomodo p rationem excludas errorem Arnoldi dicentis: quod mundi finis futurus est anno ab Incarnatione Domini 1335. Cum enim ostendatur hic, ꝙ tempus resurrectionis nostræ est occultũ; per hoc & ostensum intelligitur, quòd finis mundi, ad quem profectò differtur resurrectio nostra art. 1. est occultus. Secundò habes: quomodo per rationem demonstres; illum errorẽ, cum similibus, esse dãnatum meritò ab Act. 1. Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Hæc ibi. In quo

* c. 4. cœlest. hierar. à medio.
* Glos. interlin. ibi.
* Aug. in lib. 83. q. 58. circa med. to. 4.
Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

In quo dicto (vt Augustinus dicit 18. de ciuita. Dei) omnium de hac re calculantium &c. vt in textu corp. tin. Vbi nota illud argumentum à fortiori de Apostolis ad alios ab eodem Augustino. Plusquam enim mirum est; quòd sanctis Apostolis, quibus Deus credidit secreta sapientiæ suæ, & virtutem potentiæ suæ in miraculis & sacramentis, & curam animarum, quibus promisit notitiam omnis veritatis, secreta hæc absconderit, & personis qualibuscumque aliis hæc eadem communicauerit. Vnde omnes huiusmodi Arnoldum secuti decepti sunt. Item à Matth. 24. De die illa, & hora nemo scit, neque Angeli cœlorum, nisi pater solus Hæc ibi. Vbi per ly solus non excluduntur, nisi creaturæ, non autem aliquæ personæ diuinæ: quoniam dictio exclusiua apposita vni personæ non excludit alias in essentialibus, 1. par. quæst. 31. art. 3. & 4. Nec obstat, quòd Marcus addidit ly neque filius: quoniam intelligitur modo scripturarum, quòd scilicet non scit, vt reuelet, eo modo quo Gen. 22. dixit Deus ad Abraham. Nunc cognoui, quòd timeas Dominum, id est cognoscere feci. Vel dicitur filius nescire secundum intentionem discipulorum intendentium quòd ipse reuelaret eis. Ob hoc enim prædixerant illi, dic nobis quando ista fient Mat. 13. eo modo quo respondens ad discipulos de cœco nato, Ioann. 9. interrogantibus, quis peccauit, vt cœcus nasceretur: respondit fine limitatione expressa, eam tamen subintelligens iuxta interrogationem eorum, neque hic peccauit, neque parentes eius. Sicut ergo indubitanter hic subintelligitur limitatio iuxta intentionem quærentium (sapiens enim quærentis respicit intentionem in respondendo); quamuis non exprimatur: ita ibi Marci 13. Neque filius hominis scit, subintelligitur vtique limitatio iuxta intentionem discipulorum prærequirentium, dic nobis, quando hæc erunt. Absolute igitur stat: quòd Christus etiam inquantum homo sciat illam horam. Quis enim dicat iudicem sapientissimum ignorare absolute horam iudicij? Et Christus ut homo est iudex. Item à &c. vt quæst. 73. artic. 1. appen. Tertiò habes, quomodo pro dicta scripturarum, pro quanto tempus resurrectionis occultum fore insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

## SVPER Q. CVIII. Aliàs 77. Art. III.

CONCL. Satis probabiliter à quibusdam dicitur, quod resurrectio erit in crepusculo, Sole existēte in oriēte & Luna in occidēte.

¶ EXAM. Ly satis probabiliter. Per hoc quasi latenter designatur: q̄ pro certo illud sciri nequit, neque alia hora determinata, neque ab illis quibusdam, neq; omnino ab aliquo hominū; vt ex artic. 2. aperte colligitur.

¶ PROB. Quia satis probabiliter creditur, q̄ circulatio luminarium debeat compleri penitus per reditū ad idem punctum tunc, quando sistet motus cœlorum, & luminaria creduntur esse creata in tali dispositione, vt Sol esset in oriente & Luna in occidente. Secundò, quia satis probabiliter creditur, quòd tali hora resurrectio nostra futura sit; quali fuit resurrectio Christi: & ipsius resurrectio dicitur fuisse in crepusculo (3. par. q. 53. art. 2. ad tertium).

1^m de minori. Non erit tēpus. ℞. Erit tamen terminus temporis. §. Tunc nihil &c. Nā secundum hunc terminum dicitur resurrectio futura tali, vel tali hora. Quando. n. sistet motus cœlorum: tunc in eodē puncto reperietur dispositio luminarium prædicta, vt in conclusione.

2^m de maiori. Perfectissimus. ℞. Secundum quòd erit necessariū. §. Tunc nihil &c. Non enim quantum ad indigentiam ciuitatis Dei erit necessarium, quòd finis temporis sit in die, vel meridie, vel in nocte.

¶ NOT. Data est talis responsio de perfectione temporis, non considerando illud in seipso, sed per respectum ad ciuitatem Dei: quoniam hic non tractatur de tempore secundum sei psum absolute, sed relatiue ad resurrectionem futuram (vt in titulo apparet): & futura resurrectio attenditur principaliter respectu bonorum, qui pertinebunt ad ciuitatem Dei supernam.

3^m de maiori. His, quæ geruntur in tempore. ℞. Et cognitioni nostræ de ipsius temporis determinatione. Tunc &c. Nam sicut ratione horum quæ geruntur in tēpore iudicij, dici potest quòd erit in die (vt arguitur) ita ratione cognitionis nostrę cui determinatio ipsius temporis occulta est, dici potest, quòd erit in nocte, sic intelligitur textus.

337

* Hom. 2. in Euang. non remote à fine.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum resurrectio futura sit in noctis tempore.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̄ resurrectio nō erit in noctis tempore. Quia resurrectio non erit donec atteratur cœlum, vt dicitur Iacob. 14. Sed cessante motu cœli, quod dicitur eius attritio, non erit tempus, nec nox, nec dies; ergo resurrectio non erit in nocte.

¶ 2 Pręterea. Finis vniuscuiusq; rei debet esse perfectissimus: sed tūc erit finis perfectissimus temporis: vnde in Apoc. dicitur, q̄ tempus amplius non erit; ergo tūc debet esse tempus in sua optima dispositione, & ita debet esse dies.

¶ 3 Præt. Qualitas temporis debet respondere his, quæ gerūtur in tempore. vnde Ioan. 3. fit mentio de nocte, quando Iudas exiuit à consortio lucis: sed tunc erit perfecta manifestatio omniū, quæ nunc latent, quia cum venerit Dominus, illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, vt dicitur 1. Cor. 4. ergo debet esse in die.

SED CONTRA, Resurrectio Christi est exemplar nostræ resurrectionis: sed resurrectio Christi fuit in nocte, vt Greg.* dicit in Hom. Paschali; ergo & nostra resurrectio erit tempore nocturno.

¶ Præterea. Aduentus Domini comparatur aduentui furis in domum, vt patet Lucæ 12. Sed fur in tempore noctis in domum venit; ergo & Dominus tempore nocturno veniet: sed veniente ipso fiet resurrectio, vt dictum * est; ergo fiet resurrectio in tempore nocturno.

RESPON. Dicendum, quòd determinata hora temporis, qua fiet resurrectio, sciri pro certo non potest, vt in litera * dicitur; tamen satis probabiliter à quibusdam dicitur, quòd resurrectio erit crepusculo, Sole existente in Oriente, & Luna in Occidente, quia in tali dispositione Sol, & Luna creduntur esse creata: vt sic eorum circulatio compleatur penitus per reditum ad idem punctum, vnde de Christo dicitur, q̄ tali hora resurrexit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quando resurrectio erit, non erit tempus, sed terminus temporis; quia in eodem instanti, in quo cessabit motus cœli, erit resurrectio mortuorum, & erit situs syderum secundum dispositionem, qua se habent nunc in aliqua determinata hora; secundum hoc dicitur resurrectio futura tali, vel tali hora.

AD SECVNDVM dicēdum, quòd optima dispositio tēporis dicitur esse in meridie propter illuminationem Solis, sed tunc ciuitas Dei non egebit neque Sole, neq; Luna, quia claritas Dei illuminabit eam, vt dicitur Apocal. vlt. & ideo quantum ad hoc non refert, vtrum in die, vel in nocte resurrectio fiat.

AD TERTIVM dicēdum, quòd tēpori illi cōgruit manifestatio quantum ad ea, quæ tunc gerentur; & occultatio quantum ad determinationem ipsius tēporis; & ideo vtrumque congruè fieri potest, vt scilicet sit resurrectio in die, vel in nocte.

* q. præce. art. 2.

* lib. 4. sen. ten. di. 43. §. C.

## APPENDIX.

Veritas pro Eccle. §. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum à scripturis, quòd resurrectio fiet in noctis tempore, Matth. 25. Media nocte clamor factus est, &c. vt suprà quæst. 76. artic. 2. appen. Item à Luc. 12. Si sciret paterfamiliâs, qua hora fur veniret, vigilaret vtique. Ideo & vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Hæc ibi. Fur autem, cum dicatur à furno, vadit de nocte, iuxta denominationem suam. Et cum furi assimiletur aduentus Domini, designatur per hoc, quòd de nocte fiet, & per consequens resurrectio. Itē 1. Thessal. 5. Dies Domini sicut fur in nocte. Item 2. Petri 3. Dies Domini, vt fur in nocte. Item Apocalyp. 3. Veniam ad te tanquam fur. Item ibidem 16. Ecce venio, sicut fur. Hæc ibi. Secundò habes: quomodo per rationem probabiliter prædicta scripturarum, pro quāto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. Intelliguntur enim, vt patet in ad tertium, secundum aliam considerationem ab ea, qua 1. Corin. 4. subindicari videtur, quod talia fiēt de die: vbi inquit, quòd cum venerit Dominus illuminabit abscondita tenebrarum. Et nota, q̄ ex prędictis non infringitur conclusio, quæ dicit ly in crepusculo: quoniam crepusculum, cum sit medium inter diem & noctem, potest subire denominationem vtriusque iuxta relationes diuersas. Medium enim comparatum alteri extremo videtur aliud, & e conuerso: sicut aqua tepida secundum comparationem ad extreme calidam dicitur frigida, & eadem secundum comparationem ad extremè frigidam dicitur calida. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

SVPER

SVPER QVAEST. CVIII. Aliàs 77. Art. IIII.

CONCL. 1. Resurrectio, quantum ad illud, quod ibi fiet ministerio Angelorum, non fiet in instanti propriè.

¶ EXAM. Ly instanti propriè. Hoc est illud instans, quod est indiuisibile temporis. Ergo dicitur ad differentiam instãtis impropriè, id est accepti pro tempore imperceptibili.

338

¶ PROB. Quia tanquam clara præsupponitur.

¶ NOT. Et meritò. Nam quæst. 76. artic. 3. dictum est, quòd tale Angelorum ministeriũ erit colligere cineres mortuorum, & eorundem præparatio ad reparationem corporum. Patet autem; quòd in huiusmodi faciundis interueniet motus localis, & patet in physicis, quòd motus localis non potest fieri in instanti. Ex consequenti igitur: ex eo quod sanctus Doctor tale ministeriũ Angelorũ præsupponit esse quale prædixerat articulo citato, meritò pręsupponit conclusionem suam hanc esse manifestam.

¶ CONCL. 2. Resurrectio, quantum ad illud quod ibi fiet immediatè à Deo, fiet in instanti propriè.

* q. præce. art. 2.

¶ NOT. Instans hoc declaratur in textu esse terminum temporis &c. Intellige ly Angelorũ opus, illud duplex ministerium, quod intercedet, vt dictum est articulo citato. Mox igitur completa collectione cinerum & præparatione eorundem ad reparationem corporum, animæ reunientur corporibus suis virtute diuina. Et hoc est, quod intendit tex. quandoquidẽ reunitio illa est opus immediatè à Deo, q. 72. ar. 3.

* Arist. in lib. de sensu & sensato, c. 7.

* Lib. 4. ortho. fid. nõ procul à fine lib.

¶ PROB. Quia patere præsupponitur.

¶ NOT. Et meritò. Nam virtutis infinitæ est posse agere in instanti, & agere sic de facto, quando non interuenit motus localis: & ipsa informatio corporis ab anima nõ dicit talem motum. Rursum. Aduerte, quòd vltima verba tex. ly quia virtus superior &c. non est probatio conclusionis præmissæ, sed probatio illius particulæ, quòd illud fiet in termino temporis, quo Angelorum opus complebitur. Ex quo etiam vltimo dicto tex. inferas à simili; quòd Deus supplet, vbi creata, siue humana, siue &c. virtus fecit, quod potuit; & deficit ad faciendum plus.

1^m^ conclusionis illatio. Ergo &c. ℞. Conceditur illatio, secundum accommodationem Ezechielis: non, secundum veritatem absolutam sensus eius. Ezechiel. n. quamuis intenderet; quòd secundum veritatẽ resurrectio fieret subitò: tamen, quia loquebatur populo rudi, quasi in tempore successiuo hæc fienda forent, expressit; tanquàm capacitati illius populi accommodans semetipsum.

Capacitatẽ auditorũ debet respicere doctor & prædicator.

¶ COROLL. Ergo per hoc Ezechiel ipse, sicuti & Moyses, & similes, nullum præiudicium fecit veritati absolutæ: sic loquẽdo. Aliud est. n. non dicere veritatem; aliud est ueritatem ipsam describere modo tali, vel tali; vt capiatur ab auditoribus. Quo & modo Saluator noster sæpiùs in Euangelio spiritualia sub corporalibus similitudinibus ponit ad hoc; vt auditores intelligant: non ut sistant finaliter in ipsis similitudinibus, sed per illas tanquàm magis notas assuefiant ad ascendendum in spiritualia capienda. Puta quando regnum cœlorum vocat granum synapis, & thesaurum absconditum in agro, preciosam margaritam, &c. Sic de Ezechielis dicto applica per teipsum proportionaliter, pro quo multum iuuaberis, si videas 1. par. quæst. 1. art. 9.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum resurrectio futura sit subitò, vel successiuè.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd resurrectio non fiet subitò, sed successiuè. Quia Ezechi. 37. prænũciatur vbi dicitur: Accesserunt ossa ad ossa, & vidi, & ecce super ea nerui, & carnes ascenderũt, & extensa est in eis cutis desuper, & spiritum non habebant; ergo reparatio corporum præcedet tempore coniunctionem animarum, & resurrectio non erit subita.

¶ 2 Præterea. Illud, ad quo exiguntur plures actiones se consequentes, non potest subito fieri: sed ad resurrectionem exiguntur plures actiones se consequẽtes, scilicet collectio cinerum, reformatio corporis, & infusio animæ, ergo resurrectio non fit subito.

¶ 3 Præterea. Omnis sonus tempore mensuratur, sed sonus tubæ erit causa resurrectionis, vt dictum * est; ergo resurrectio fiet in tẽpore, & non subito.

* q. præce. art. 3.

¶ 4 Præterea. Nullus localis motus potest esse subito, vt dicitur in libro de sensu, & sensato, * sed ad resurrectionem exigitur aliquis motus localis in collectione cinerum, ergo non fiet subito.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus in momento, & in ictu oculi; ergo resurrectio erit subito.

¶ 5 Præterea. Virtus infinita subito operatur, sed sicut Damasc. * dicit. Credo resurrectionem futuram diuina virtute, de qua constat quod sit infinita, ergo resurrectio fit subito.

RESPON. Dicendum, quòd in resurrectione aliqua fient ministerio angelorum, & aliqua virtute diuina immediatè, vt dictum est. Illud ergo, quod fiet ministerio angelorum, non erit in instanti, si instans dicatur indiuisibile temporis, erit tamen instans, si instans accipiatur pro tempore imperceptibili. Illud autem, quod fiet virtute diuina immediatè, fiet subitò scilicet in termino temporis, quo angelorum opus complebitur, quia virtus superior inferiorem ad perfectionem adducit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Ezechiel loquebatur populo rudi, vnde sicut & Moyses distinxit opera sex dierum per dies, vt rudis populus capere posset, quamuis omnia simul sint facta, secundum Aug. * ita Ezech. diuersa quæ in resurrectione futura sunt, expressit, quamuis omnia simul sint futura in instanti. *

* Lib. 4. super Genes. c. 34. to. 3. & vide in 2. sent. d. 12 §. B. & C. & cod. lib. d. 15. § E. Instãs dupliciter sumitur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd quamuis illæ operationes sint se inuicem consequentes natura, tamen simul tempore sunt, vel quia sunt simul in eodem instanti, vel una est in instanti, ad quod alia terminatur.

AD TERTIVM dicendum, quòd idem videtur esse dicendum de sono illo, & de formis sacramentorum, scilicet quòd in vltimo instanti * sonus effectum suum habebit.

* Al. prolationis.

AD QVARTVM dicendum, quòd congregatio cinerum, quæ sine motu locali esse non potest, fiet ministerio angelorum: & ideo erit in tempore, scilicet imperceptibili propter facilitatem operandi, quæ competit angelis.

* q. præce. art. 3.

QVAE-

2^m^ de maiori. Se consequentes. ℞. Tempore: non, natura tantum. §. Tunc nihil &c. Nam quamuis illæ operationes tres, s. collectio cinerum, præparatio corporis, & infusio animæ, sint se inuicem consequenter natura &c. vt in textu.

¶ EXAM. Ly reformatio corporis. Scilicet facta per Angelos. Vnde non dicit ly informatio, sed ly reformatio, quæ est quædam præparatio ad reparationẽ humani corporis: vt aperté dixit q. 76. art. 3. corp. Et ideo licet textus argumenti huius secundi dicat, ly reformatio: tamen pro maiori intelligentia sine erroris scrupulo habẽda diximus nos ly præparatio. Et hæc est quædam pura coagulatio cinerũ ad inuicem in modum corporis; in termino cuius actionis infunditur anima, vt dicitur in fine corporis art. huius.

* q. præce. art. 3.

¶ NOT. In textu responsali fit mentio de duobus instantibus, dicendo ly quia vel sunt simul in eodem &c. ratio huius est facilis intellectu ex conclusionibus. Quando ergo dicit ly sunt simul in eodem instanti, loquitur de instanti, impropriè. i. tempore imperceptibili: quoniam in eo sunt simul & collectio cinerum, & reformatio corporis: quando autem dicit ly vel vna est in instãti, loquitur de instanti propriè, in quo est infusio animæ à Deo. Et hoc instans proculdubio est illud, ad quod alia operatio. i. illa duplex Angelorũ terminatur; est illud instans fit terminus temporis illius operis Angelorum, vt in corp. fin.

3^m^ maior. Omnis sonus tempore mensuratur. ℞ Sed non vltimum instans soni. §. Tunc nihil &c. Quoniam in vltimo instanti ipsius tubæ sonantis, effectum suum, id est resurrectionem mortuorum, ipse sonus habebit. Sic igitur resurrectio fiet in instanti.

4^m^ de maiori. Subito. ℞. i. in instanti propriè: non impropriè. §. Hoc est tẽpus imperceptibile. Tunc nihil &c. vt ex dictis patet.

### APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum à 1. Corin. 15. quòd resurrectio erit in instanti. Omnes quidem resurgemus in momento, & in ictu oculi. Hæc ibi. Vbi ly in ictu oculi referas ad instans Angelorum operantium, vt prædictum est: & ly in momento ad instans operationis diuinæ. Nam ictus oculi fit in tempore, vt patet, quamuis imperceptibili; momentum verò correspondet propriè instanti: ita quòd sicut motus tempori: ita momentum, quod est eius terminus, correspondet instanti, quod est terminus temporis. Secundò habes; quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

SVPER

## QVÆST. CIX. Aliàs 78.

*De termino resurrectionis in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de termino à quo resurrectionis.

CIRCA quod quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum mors sit terminus à quo resurrectionis in omnibus.

¶ Secundò, Vtrum cineres, vel pulueres.

¶ Tertiò, Vtrum illi pulueres habeant naturalem inclinationem ad animam.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum mors sit terminus à quo resurrectionibus in omnibus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd mors non erit terminus à quo resurrectionis in omnibus. Quia quidam non morientur, sed immortalitate superuestientur. Dicitur enim in Symbolo, quòd ipse venturus est iudicare viuos, & mortuos: hoc autem non potest intelligi quantũ ad tempus iudicii, quia tunc erunt omnes viui; ergo oportet quòd referatur hæc distinctio ad tempus præcedens, & ita non omnes ante iudicium morientur.

¶ 2 Præterea. Naturale, & commune desiderium * non potest esse vacuum, & inane, quin in aliquibus expleatur, sed secũdum Apostolum 2. Corint. 4. Hoc est commune desiderium quòd nolumus spoliari, sed superuestiri; ergo aliqui erũt qui nunquam expoliabuntur corpore per mortem, sed superuestientur gloria resurrectionis.

¶ 3 Præterea. August. * in Enchirid. dicit, quòd quatuor vltimæ petitiones Dominicæ orationis ad præsentem vitam pertinent, quarum vna est, Dimitte nobis debita nostra; ergo Ecclesia petit in hac vita sibi omnia debita relaxari: sed Ecclesiæ oratio non potest esse cassa, quin exaudiatur, Ioan. 6. Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis, ergo Ecclesia in aliquo huius vitæ tempore omnium debitorum remissionem consequetur: sed vnum de debitis, quo pro peccato primi parentis astringimur, est quòd nascimur in originali peccato; ergo aliquando hoc Ecclesiæ Deus præstabit, quòd homines sine originali peccato nascentur: sed mors est pęna originalis peccati, ergo aliqui homines erunt in fine mundi, qui non morientur, & sic idem, quod prius.

¶ 4 Præterea. Via compendiosior est semper sapienti magis eligenda, sed compendiosior via est quòd homines, qui inuenientur viui in impassibilitatẽ resurrectionis transferantur, quàm quòd prius moriantur, & postea resurgant à morte in immortalitatem; ergo Deus, qui est summè sapiens, hanc viam eliget in his, qui viui inuenientur, & sic idem quod prius.

SED CONTRA, 1. Corinth. 15. Quod seminas, non viuificatur nisi prius moriatur, & loquitur sub similitudine seminis de resurrectione corporum, ergo corpore à morte resurgent.

¶ Præterea, 1. Cor. 15. Sicut in Adã omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur; ergo in Adã omnes morientur, & sic resurrectio omnium erit à morte.

RESPON. Dicendum, quòd super hac quæstione variè loquuntur sancti, vt in litera * patet, tamẽ securior est hæc & communior opinio, quòd omnes morientur, & à morte resurgent, & hoc propter tria. Primò, quia magis cõcordat diuinæ iustitię: quæ humanam naturam pro peccato primi parentis damnauit; vt omnes, qui per actum naturæ ab eo originẽ ducerent, infectionem originalis peccati contraherent, & per cõsequens mortis debitores essent. Secundò, quia magis concordat diuinæ Scripturæ, quæ omnium futuram resurrectionem prædicit. Resurrectio autem propriè non est nisi eius, quod cecidit, & dissolutum est, vt Damasc. dicit. Tertio, quia magis concordat ordini naturæ, in quo inuenimus, quòd id, quod corruptum, & vitiatum est, in suam nouitatẽ non reducitur, nisi corruptione mediante, sicut acetum non fit vinum, nisi aceto corrupto, & in humorem vitis transeunte, vnde cum natura humana in defectũ moriendi deuenerit, non erit reditus ad immortalitatem, nisi mediãte morte. Conuenit etiam ordini naturæ propter aliam rationem, quia vt in 8. * Physicorum dicitur, Vt vita quędam natura existentibus est motus cœli, sic etiam motus cordis totius corporis vita quædam est: Vnde sicut cessante motu cordis, omnia membra mortificantur, ita cessante motu cęli, non potest aliquid viuum remanere illa vita, quæ ex influentia illius motus conseruabatur, talis autem vita, est qua nunc * degimus. Vnde oportet, quòd ex hac vita discedant, qui post motum cœli quiescentem victuri sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd distinctio illa mortuorum, & viuorum non est referenda ad ipsum iudicii tempus, neque ad totum tempus præteritum, quia omnes iudicandi aliquo tempore fuerunt viui, & aliquo tempore mortui; sed ad illud tempus determinatum, quod immediatè iudicium præcedet, quando scilicet iudicii signa incipient apparere.

AD SECVNDVM dicendum, quòd perfectum desideriũ sanctorum non potest esse * vanum, sed nihil prohibet, desiderium conditionatum eorum * vanum esse, & tale desiderium

* li.4. sent. dist.43.
* li. 8. Physicor. apud Aristot. in princ. lib.
* Al. regimur.
* Al. vacuũ.
* Al. vacuũ.

---

**SVPER Q. CIX. Aliàs 78. Art. 1.**

CONCL. 1. Securior & communior est opinio, quòd omnes morientur, & à morte resurgent.

¶ COROLL. Ergo ad titulum literaliter respondendo) mors erit terminus à quo, resurrectionis in omnibus. Hoc est à morte omnes venient ad resurrectionem, siue (quod in idem redit) morientur omnes antequàm resurgant.

¶ PROB. Quia hæc opinio magis concordat & diuinæ iustitiæ, & diuinæ scripturæ, & ordini naturæ (vt de singulis trib. patet in tex.)

339 S. Tho. 4. dist. 43. q. vnic. art. 4. q. 1. & seq.

¶ CONCL. 2. Oportet, quòd ex hac vita discedãt, qui post motum cœli quiescentem victuri sunt.

¶ EXAM. Ly oportet. Scilicet attento ordine naturæ in 8. Physic. descripto. Non igitur discordat conclusio hæc à prima: quoniam prima admittebat etiã in sua consideratione diuinam operationem priuilegiatam possibilẽ respectu aliquorum. Constat autem, quòd hæc duo non discordant, scilicet oportet sic fieri, attento præcisè ordine naturali, & nõ oportet, licet sit securius sic dicere coadmittendo priuilegium de possibili diuinitus alicui fiendum.

* Al. quo.

¶ PROB. Quia sicut cessãte motu cordis omnia membra mortificantur, ita cessante motu cœli non potest aliquid viuum remanere illa vita, quæ ex influentia illius motus conseruabatur, & talis est uita, qua nunc viuimus.

* In Enchi. c. 115. tomo 3.

¶ EXAM. Ly illa vita, quæ ex influentia &c. Hoc dicitur ad differentiam vitæ intellectiuæ. Nam huiusmodi ex motu cęli non dependent, sed vegetatiua, & sensitiua. Cessante enim motu cęli necessario cessat motus elementorum, & consequenter inspiratiõ aeris, & respiratio: quibus cessantib. mox suffocatã cor, ad cuius suffocationem mors in instanti sequitur: & sic tã sensitiua, quàm vegetatiua, statim deficia.

* Art. pręced.

**1^m de maiori.**

Non morientur. R. Antequã iudicij signa incipiant apparere: non, post. §. Ideò dicuntur viui respectu mortuorũ ante illud tempus: non absolute. Vide quæst. 75. artic. 2. in elucidat. Tunc nihil &c. Nam cõclusioni sufficit, quòd omnes moriantur, quãdoque.

**2^m de maiori.**

Desiderium. R. Perfectum: non, conditionatum. §. Tunc nihil &c. Nam sanctorum desiderium illud 2. Corint. 4. est tantummodo conditionatum, hac videlicet conditione, si possibile esset.

¶ COROLL. Ergo per ly perfectum, intelligitur non conditionatum, siue absolutum. Nam partes condistinctæ seinuicem declarant, in quo sensu accipiantur. Quod patet ex hoc, quòd in illo versiculo deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles ly potẽtes sumitur pro superbis: quoniam ly humiles, cõdistinctum demonstrat, sic debere sumi. Alioquin non distinguerentur hæc duo, scilicet potentes & humiles: quoniam multi potentes fuerũt humiles, sicut Dauid, Iosias, & huiusmodi, quos non tantum Deus non deposuit de sede, sed è cõtrario multum exaltauit. Item patet ex eo: quòd ibi (esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes) ly diuites debere accipi pro non esurientibus declarat cõdistinctum illud, esuriẽtes. Alioquin non distinguerent hæc duo: quoniam multi fuerũt diuites, puta Abraham, Iacob, quos non tantum Deus non dimisit inanes, sed e contrario pluribus bonis spiritualib. impleuit. Et hoc quia non erant de istis diuitibus, id est de istis non esurientibus; sed erant esurientes. Patet igitur, quòd cum desiderium conditionatum in textu condistinguatur desiderio perfecto, sequitur quòd ly perfectum debere sumi pro non conditionato, monstrat aliud condistinctũ.

Ter-

3m illatio conclusionis tertiæ. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam à debito absolui non potest, nisi qui debitum iam incurrit: maximè quando id redundaret in restrictionem vniuersalitatis redemptionis factæ per Christum.

rium est, quo nolumus expoliari, sed superueniri, scilicet si possibile sit, & hoc desiderium à quibusdam velleitas dicitur.

Ad tertium dicendũ, quòd hoc est erroneum dicere, quòd aliquis sine peccato originali concipiatur præter Christum, quia illi, qui sine peccato originali conciperentur, non indigerent redemptione, quæ facta est per Christum, & sic Christus non esset redemptor omnium: nec potest dici, quòd hac redẽptione non indiguerunt, quia præstitum fuit eis vt sine peccato conciperentur, quia illa gratia facta est parentibus, vt in eis vitium naturæ sanaretur, quo manente sine originali generare non possent, vel ipsi naturæ, quæ sanata est. Oportet autem ponere, quòd quilibet personaliter redemptione Christi indigeat, non solum ratione naturæ. Liberari autem à malo, vel à debito absolui non potest, nisi qui debitum incurrit, vel in malum deiectus fuit, & ideo nõ possent omnes fructus Dominicæ orationis in seipsis percipere, nisi omnes debitores nascerentur, & malo subiecti. Vnde dimissio debitorum, vel liberatio à malo, non potest intelligi, quòd aliquis sine debito, vel immunis à malo nascatur: sed quia cum debito natus postea per gratiã Christi liberatur. Nec etiam sequitur si potest sine errore poni, quòd aliqui non moriantur, quamuis non sine originali nascantur, licet mors sit pęna peccati originalis, qa Deus potest ex misericordia relaxare alicui pœnam, ad quam obligatur ex culpa præterita, sicut adulteram sine pœna dimisit, Ioan. 8. Et similiter poterit à morte liberare, qui reatum mortis contraxerunt, cum originali nascendo; & sic non sequitur si non morientur; ergo nascuntur sine originali peccato.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ non semper via compendiosior est magis eligenda, sed solum quando est magis, vel æqualiter accommoda finem † consequendum; & sic non est hoc, vt ex dictis * patet.

ARTI-

¶ Exam. Ly erroneũ est dicere, quòd aliquis sine peccato originali cõcipiatur præter Christum. Hoc intelligitur ad literam de concipi, vt distinguitur contra Christum, i. contra conceptionẽ Christi. Alioquin vna conceptio nõ distingueretur ab alia; & sic non fuisset appositum ly præter: quod tamen, ob hoc significandum, apponitur. Pro huius declaratione faciunt dicta in corollario post ad secundum. Cum igitur cõceptio Christi fuerit sine originali & in actu, & in debito simul: quoniam conceptus est de Spiritu sancto; sequitur patenter, quòd ille concipitur conceptione distincta ad Christum, cuius conceptio est cum originali saltem in debito. Quod si & in actu, & in debito conceptio fiat cum originali; tunc adhuc magis distinguitur à conceptione Christi. Voluit ergo sanctus Doctor per illud dictũ denotare, quòd erroneum est dicere, quòd alicuius conceptio sit sine originali eo modo, quo Christi conceptio est. Et hoc proculdubio secundum omnes catholicos est erroneum in fide: & vere intentum à textu isto: vt patebit melius ex exam. seq.

¶ Ly qui sine peccato originali conciperentur non indigerent redemptione per Christum. Hoc itidem sumi debet ad literam pro taliter concipi non tantum in actu, sed etiam in debito proximo: ita quòd ille qui in debito proximo conciperetur in originali, etiam ꝙ cõciperetur sine illo in actu, indigeret adhuc liberari per Christum, & consequenter non sequeretur ex hoc, quod Christus non esset vniuersalis redemptor. Qui enim in debito proximo est, vt cadat in malum, indiget (vt constat) liberari ab aliquo: ne cadat actualiter in illud. Hic est verus sensus sancti Doctoris in præsenti loco. Vnde ad hoc denotandum; disiunctiue, applicando hæc prius vniuersaliter dicta, subintulit ly nisi qui debitum incurrit, vel in malum deiectus fuit, & ly non potest intelligi, quòd aliquis sine debito, vel immunis à malo nascatur. Hæc ibi. Vlterius, quod quis in periculo casus existens, si à cadendo actualiter seruetur, possit vere dici liberari; ex eodem sancto Doctore manifestè confirmatur q. 16. artic. 2. exam. 3. (Hæc expressius in D. Thom. habentur 2. 2. q 106. ar. 2. arg. 2. & 3.) vbi post B. Augustinum asserit; quod non tãtum dimisit nobis Deus peccata, quæ actualiter incurrimus, sed etiam illa, quæ facere potuimus, & tamen auxilio eius adiuti actualiter nõ fecimus: & quòd inde sumus obligati Deo reddere gratias, & de peccatis actualiter dimissis, & de præseruatione à possibilibus committi. Quod si conciperetur quis absque originali tum in actu tum in debito, tunc ille conciperetur de Spiritu sancto; & non indigeret redemptione facta per Christum.

¶ Coroll. Sic ergo cum ista distinctione, de in actu, vel in debito proximo, intellige totum responsum textuale. Non enim probabile est, quòd sanctus Thomas somniauerit vnquam negare quod ibi docuit: videlicet, quòd existens in proximo periculo cadendi indigeat liberari ab actuali casu; & consequenter, quòd liberans talem sic periclitantem possit dici vere Saluator eius. Voluit autem solum per hæc habere: quòd clarius, magisque propriè, ac sine aliqua apparentia in contrarium, dicitur quis esse saluator respectu salutis eius, qui actualiter iam casum incurrit, in cuius periculo erat. Huic modo exponendi omnia correspondent, soliditas sensus tanti Doctoris salua, saluationis vniuersalis per Christum factæ catholica fides, orationum Ecclesiæ possibilis efficacia. Vtrum autem aliquis de facto actualem casum in originale peccatum iuxta mentem suam cuaserit aliquando, alia quæstio est; quam discutere non est præsentis instituti: sed 1. 2. q. 81. art. 3. & 3. par. de Sal. q. 27. art. 2. Huic enim instituto sufficit ostendisse negatiuam hanc: quòd scilicet nullus potest

potest saluari à debito cadendi in originale, ita quòd possit quis non habere debitum istud, ad hoc; vt Christus vere dicatur saluator omnium.

¶ Not. Pro quæstione tamen illa, quæ (vt diximus) directè pertinet ad 3. de Sal. quæst. 27. art. 2. aduerte hoc vnum, s. quòd B. Anselmi authoritas in lib. de conceptu Virginali cap. 18. dicens; quòd decuit, Beatissimam Virginem ea puritate nitere, qua maior sub Deo intelligi nequit: Aduerte, inquam, præsentem authoritatem nihil omninò facere ad quæstionis illius propositum. Ratio clara ex ipsius libri intento patet. Ibi enim de conceptu virginali actiuo, i. quo B. Virgo concepit filium Dei, nõ autem de passiuo, i. quo ipsa concepta est à Beata Anna, loquitur: vt apertissimè constat legenti librum illum. Et licet hęc clariora sint; quàm, vt probari, oporteat: tamen leuando lectorum oneri consulentes, qui forsan librum Anselmi ad manum non habent, adducamus contextum ipsius. Ibi cap. 18. dicit. Decebat: vt illius hominis (.s. Christi) conceptio de matre purissima fieret. Nempe decens erat: vt ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret. (Et infrà). Qualiter autẽ Virgo eadem per fidem ante ipsam conceptionem mundata sit: dixi. Hęc ibi. Item in lib. 2. Cur Deus homo, cap. 16. prædixerat hæc verba. Licet ipsa eiusdem hominis (.s. Christi) conceptio sit munda, & absque carnalis delectationis peccato: Virgo tamen ipsa, vnde assumptus est, in iniquitatibus est concepta, & in peccatis concepit eam mater eius; & cum originali peccato nata est (.s. in vtero), qui & ipsa in Adam peccauit, in quo omnes peccauerunt. Hæc ibi. Ex quibus patet: ꝙ, iuxta planam literam Anselmi, illa sua authoritas de puritate maiori sub Deo, verificatur de B. Virgine pro tempore conceptionis actiuæ, non autem passiuæ. Sic intelligitur ergo & D. Thomas in 1. dist. 44. q. 1. art. 3. ad tertium. Constat. n. quod & responsa mensurari debẽt iuxta sensum interrogationum, & quòd interrogatio ibi fit per argumentum ex Anselmo. Non potest ergo D. Thomas à sapientibus ibi intelligi de puritate B. Virginis, pro tempore conceptionis passiuæ; sed tantum actiuæ.

In corp. art.

4m de maiori. Via compendiosior. ℞. Magis, vel æqualiter accommoda ad finem: non semper, aliter. §. Tunc &c Nam (vt patet in corp.) nõ est magis, nec æqualiter accõmoda ad finem consequendũ qui est, adimpletio diuinę iustitię, & diuinæ scripturæ: ꝙ homines viui non moriantur, anteq̃ ad resurrectionem transferantur: licet contrarium esset via compendiosior.

## APPENDIX.

Ex art. habes primò: quomodo per rationẽ ostendas; rectè insinuatum à 1. Cor. 15. ꝙ omnes morientur, antequam resurgant. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabũtur. Hæc ibi. Vbi loquitur ad literã, vt patet per totum capitulũ, de resurrectione. Vnde videtur concludere velle: ꝙ sicut per Christi meritũ omnes, nullo dempto corporaliter resurgent; ita ex demerito Adam omnes, nullo dempto, morientur corporaliter. Item ibidem. Quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Hæc ibi. Vbi ex similitudine grani seminati, & postea pullulantis, tractat de resurrectione mortuorum. Item ibid. Secundum libros Græcos (vt dicit Hieronymus) omnes quidem dormiemus. Vbi enim translatio nostra habet, omnes quidem resurgemus, libri Græci habent, vt dictũ est. Vide q. 75. art. 1. & 2. appen. & q. 74. art. 7. ad tertium. Non tamẽ ex his alligatur potentia absolute Dei, quin possit hoc debitũ mortis actualis ex priuilegio condonare alicui: vt ex ad tertium colligitur circa finem. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto resurrectionem omnium futuram esse à morte insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides; quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

SVPER

SVPER QVAEST. CIX. Aliàs 78. Art. II.

CONCL. Omnes resurgent à cineribus in communi resurrectione; nisi aliquibus ex speciali priuilegio gratiæ sit indultum contrarium, sicut & resurrectionis acceleratio.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum resurrectio omnium erit à cineribus.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non omniū resurrectio erit à cineribus. Resurrectio enim Christi est exemplar nostræ resurrectionis: sed resurrectio eius non fuit à cineribus, quia caro eius non vidit corruptioné, vt dicitur in Psal. 15. & Act. 2. ergo resurrectio omnium non erit ex cineribus.

¶ 2 Præt. Corpus hominis non semper comburitur: sed in cineres non potest aliquid resolui, nisi per combustionem; ergo non omnes à cineribus resurgent.

¶ 3 Præt. Corpus hominis mortui non statim in cinerem redigitur: sed quidam statim post mortem resurgent, vt in litera * dicitur, s. illi, qui viui inuenientur; ergo non omnes resurgent à cineribus.

¶ 4 Preterea. Termino à quo respōdet terminus ad quem: sed terminus ad qué resurrectionis non est idem in bonis, & malis. 1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur; ergo non est idé terminus à quo, & sic mali resurgent cineribus, boni autem à cineribus non resurgent.

SED CONTRA est, quod dicit Haymo. * Omnes in originali peccato natos tenet hæc senténtia, Terra es, & in terrā ibis: sed omnes, qui in cōmuni resurrectione resurgēt, fuerūt nati in peccato originali, vel natiuitate ex vtero, vel natiuitate in vtero; ergo omnes à cineribus resurgent.

¶ Præt. Multa sunt in corpore humano, quæ non sunt de ueritate humanæ naturæ, sed omnia illa auferentur; ergo oportet omnia corpora in cinerem resolui.

RESPON. Dicendum, quòd eisdem rationibus, quibus ostensum * est, omnes à morte resurgere, est etiā ostendendum, quòd omnes resurgent à cineribus in communi resurrectione; nisi aliquibus ex speciali priuilegio gratiæ sit indultum contrarium, sicut & resurrectionis acceleratio. Scriptura enim sacra, sicut & resurrectionem prænunciat, ita & corporū reformationem. Philippen. 3. & ideo oportet, quòd sicut omnes moriuntur ad hoc, quod omnes verè resurgere possint, ita omnium corpora dissoluentur ad hoc, ꝙ omnium corpora reformari possint; sicut etiam in pœnam hominis mors à diuina iustitia est inflicta, ita & corporis resolutio, vt patet Gen. 3. Terra es, & in terram ibis. Similiter etiam ordo naturæ exigit, vt non solum animæ, & corporis cōiunctio soluatur, sed etiam elementorum commixtio; sicut etiam acetum non potest in vini qualitatem reduci, nisi prius facta resolutione in materiam præiacentem. Ipsa enim elementorum commixtio ex motu cœli causatur, & conseruatur; quo cessante, omnia mixta in plura elementa resoluentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd resurrectio Christi est exemplar nostrę resurrectionis quo ad terminum ad quem, non autem quo ad terminum à quo.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ cineres intelligūtur omnes reliquię, quæ remanent humano corpore resoluto, duplici ratione. Primo, quia communis mos erat apud antiquos, corpora mortuorum comburere, & cineres reseruare. Vnde inoleuit modus loquendi, vt ea, in quæ corpus humanum resoluitur, cineres dicantur. Secundo, propter causam resolutionis, quæ est incendium fomitis, quo corpus humanum radicitus est infectum; vnde ad purgationem huiusmodi infectionis, oportet vsque ad prima componentia corpus humanum resolui, quod autem per incendium resoluitur, dicitur in cineres resolui, & ideo ea, in quæ corpus humanum resoluitur, cineres dicuntur.

AD

340

¶ EXAM. Ly à cineribus. Scilicet eo modo sumptis quo dicetur in ad secundum. Vnde & habebitur, quod huiusmodi incineratio vocatur resolutio corporis. Quod dicitur ad differentiā resolutionis corporis ab anima. Ista n. est mors, quando videlicet à corpore dissoluitur anima: illa est consequens mortem, quando videlicet corpus solum resoluitur in suas partes distinctim actu, & partes ipsæ resoluuntur in elementa successiue, & tandem in materiam primam ex qua originaliter primò sunt. Hæc post mortem dissolutio dicit̄ corruptio, in ad primum, & reuersio in puluerem. Gen. 3.

¶ PROB. Quia & scriptura sacra reformationem corporum prænunciat (Philipp. 3.) & iustitia diuina corporum resolutionem in terrā pro pœna peccati inflixit (Genes. 3.) & ordo naturæ, exigit illam (patet in tex. ly ipsa enim elementorum commixtio ex motu &c.) Secunda autem pars, s. nisi &c. probatur: Quia de se patet.

* li. 4. sent. d. 43. §. E.

¶ NOT. Præsens conclusio subintelligit exponenda quo ad primam sui partem eo modo quo præmissa art. 1. vt accipiatur veluti cōmunior atque securior, sanctorumq; dictis conformior. Clarum enim est: quòd non resoluetur quis in cineres, nisi prius moriatur. Vnde quasi designans hoc ipsum apposuit sanctus Doctor ly nisi aliquibus ex speciali gratiæ priuilegio sit indultum contrarium. Quod tu intellige in sensu duplici; scilicet vel ante, vel post. Ante: vt si ex priuilegio concedatur alicui, quòd non moriatur; quoniam tunc præconcessum, i. in suo illo priori, quod est non mori, intelligitur sibi esse, quòd in cinerem non reuertatur. Post: vt si alicui iam mortuo concedatur, quòd corpus suum vel secundum totum, vel secundum partem corruptionem illam non experiatur (vt etiam hodie patet de corporibus aliquorum sanctorum). Quia igitur priuilegia non tollunt legem communem omnibus datam; nec lex communis ligat manus Deo, quin in hoc non possit (absque læsione iustitiæ) priuilegiare aliquem: ideò concludere breuibus potes: quod omnes de iure communi resoluentur in cineres. Quo & modo pro art. 1. concludes: quod omnes de iure communi morientur.

* In hom. Circūcisionis, q̄ incipit, Mediatoris Dei aliquid tale habet. Can. 11.

* Art. præced.

¶ EXAM. Ly reformationem, Philipp. 3. Hanc videlicet præcisé sumendo. Duorum enim ibi ab Apostolo dictorum, scilicet & ꝙ reformabit corpus, & quod ipsum reformatum configurabit corpori claritatis suæ, primum solummodo facit pro sensu textus: quoniam vt patet, loquitur de omnibus. Reformatio enim erit omnium corporum; finis verò vltimus reformatorum corporum, vidēlicet quòd configurentur claritati corporali Saluatoris nostri, non erit omnium, sed tantum Diuo Paulo similium, i. electorum, in quorum persona hoc vltimum dicebat. Rursus. Intellige; textum, per reformationé, prę-indicatam voluisse nobis resolutioné. Quasi dixisset, Reformatio corporis communiter non datur, nisi eorundē corporum præcedat in cineres resolutio. Ergo per hoc, quod Philip. 3. reformatio omniū promittitur, ostenditur: qđ resolutio omnium communiter erit.

### 1^m de maiori.

Exemplar nostræ resurrectionis. ℞. Quò ad terminum ad quem: non, quantum ad terminum à quo. §. Tūc enim &c. Nam quæstio fit tātum de termino à quo, vt in titulo patet.

¶ EXAM. Ly quò ad terminū ad quem. Pro quanto scilicet concernit tantum illa, quę pertinent ad uitam naturę. Nam pro quanto connotat ea, quæ pertinent ad vitā gloriæ; est exemplar resurrectionis solum bonorum. Vide q. 76. artic. 1. ad quartum, & q. 75. art. 2. ad tertiū. In ijs autem, quæ pertinebunt ad vitam naturæ, continebitur etiam incorruptibilitas. Vnde omnium etiam quantūcumque malorum terminus ad quem resurrectionis erit corporis immortalitas. Vt & in hoc monstretur maius esse Christi donum quàm Adæ delictum Rom. 5. quando non tantū destructorum corporū vitio Adæ iterum constructio fiet dono Christi, sed etiam eis immortalitas, maior quoq; quā in Adam, cōdonabitur. Maior dico, q̄ in Adam: quia corporis eius immortalitas erat solum, quòd poterat non mori, 1. par. quæst. 97. artic. 1. Sed immortalitas corporum istorum erit, & quòd poterunt non mori, & quòd non poterunt mori. Hæc dicta sint pro ly termino ad quem, ly corruptionem, s. quæ sit aliquo modo debita illi. Beata n. Virgo non vidit post obitū suum corruptionem (secundū communiorem sanctorū opinionem), & tamen propter hoc, quia illa corruptio erat sibi debita, non fit; ꝙ hoc dictum, scilicet non videre corruptionem, non sit proprium Christo, vt intendit Psalmista. Nam quia Christus nec in actu nec in debito.

### 2^m illatio conclusionis.

Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam cineres nunc intelliguntur omnes reliquiæ, quæ remanent &c. vt in tex.

¶ COROLL. Siue ergo cōburatur corpus, siue non; resoluitur in cinerem. i. resoluitur in quæ resolui debet. Vide exam. post concl. Si comburitur; in cinerem ad literam resoluitur: sin autem; etsi non ad literam, nihilominus adhuc resoluitur in cineres, & iuxta modum loquendi à consuetudine antiquorum in textu narrata, & iuxta causam resolutionis incendium fomitis appellata.

¶NOT.

¶NOT. Cum ante consuetudinem istam antiquorum dictum homini fuerit Gen. 3. in puluerem reuerteris; aliàs, in cinerem exponente Ecclesia in die primo Quadragesimæ vnicuique dicendo: Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris: patet, quòd vniuersalior est expositio secunda, quàm prima. Cum enim fomes iam per peccatũ causatũ in homine esset; cui Deus tunc reuersionem in cinerem prædicebat: sequitur, q̃ à causa ista resolutionis talis fecerit denominationẽ cinerũ. Rursum. Nota ly radicitus, i. vsq; ad radices: qđ per hoc datur intelligi, fomitis ardorem tanquã ignis maxime in actiuitate vigentis, penetrasse vsque ad intima quæque corporis humani; & consequenter q̃ totũ corpus, nihil omnino dempto, est infectum. Quod sanè confirmatur Rom. 7. Scio, quòd non habitat in me, hoc est in carne mea bonum; & quando ibid. vocatur corpus mortis huius; de qua morte prædixerat per totum capitulũ, q̃ erat concupiscentia (ecce incendium, de quo tex. & quam tandem nominauerat legem in membris repugnantem legi mentis, captiuamque in lege peccati). Ex his patet: quòd meritò ex infectione illa, radicitus vsque facta textus infert ly vnde ad purgationem huiusmodi infectionis &c.

3^m de maiori. Mortui. ℞. Sine combustione: non, per combustionem. §. Præsertim si fuerit magna. Quod addo propter minorem propositionem argumenti diluendam totaliter. Tunc nihil &c. vt patet in textu.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd ille ignis, qui faciem mundi purgabit, poterit statim corpora eorum, qui viui inuenientur vsque ad cineres resoluere, sicut & alia mixta resoluet in materiam præiacentem.

AD QVARTVM dicendũ, q̃ motus non accipit speciem à termino à quo: sed à termino ad quem; & ideo resurrectio sanctorũ, q̃ erit gloriosa, oportet q̃ differat à resurrectione impiorum, quæ non erit gloriosa penes terminũ ad quem, non autem penes terminum à quo. * Contingit. n. frequẽter non esse eundẽ terminum ad quẽ, existente eodem termino à quo; sicut de nigredine potest aliquid moueri in albedinem, & in pallorem.

Quartum

4^m maior. Termino à quo respondet terminus ad quem. ℞. Negatur ista. §. Contingit. n. frequenter: non esse eundem terminum ad quem, existente eodem termino à quo. Vt; si duo homines albi mutentur, propter aliquod accidens, ex albedine. Per experientiam siquidem patet: q̃ vnus illorum mutabitur puta in nigredinẽ, alter in pallorem. Tunc &c. vt patet in textu ly resurrectio sanctorũ, quæ erit gloriosa, &c.

APPENDIX.

EX art. habes primò: quomodo p̃ rationẽ ostendas: meritò insinuatũ à Gen. 3. q̃ resurrectio omniũ erit à cineribus. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Hæc ibi. Pro quo vide not. post ad 2. Itẽ à &c. vt ar. 1. appen. Iam. n. dictũ est: q̃ hi duo articuli sunt finitimi ad inuicem. Vide not. post prob. Vnde & hic allegata scripturarũ debẽt intelligi cũ illo grano salis proportionalr; cum quo ibi. Itẽ à Dan. 12. Multi, qui dormiũt in puluere euigilabũt. Hæc ibi. Multi. i. omnes, q. 75. ar. 2. ad 2. in tex. & eluci. Itẽ à Iob. 7. Ecce nũc in puluere dormiã. Hæc ibi. Et loquitur in persona omniũ: sicut etiam q̃i inquit c. 19. In nouissimo die de terra surrecturus sum. Itẽ ab Eccl. 17. Omnes homines terra & cinis. Hæc ibi. Faciunt ad hunc locum etiã allegata in art. 1. in tex. & elucid. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quãto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* Al. Conuenit autem.

2

3

SVPER Q. CIX.

Aliàs 78. Art. III.

COncl. In cineribus illis, ex quibus humanum corpus reparabitur, nulla est inclinatio naturalis ad resurrectionem; sed solum ex ordine diuinæ prouidentiæ.

341

¶EXAMEN. Ly nunquam resoluitur. Hoc dictum corp. princ. intelligitur de possibili. Ac si diceretur, Nunquam possunt resolui. In cuius signum in reiectione huius opinionis subditur ly possibile est in ea resolui.

* Id habet Aug. li. 12. super Gen. c. 35. to. 3.

¶Ly naturalis. Scilicet vt pendens ex principijs naturalibus, non vt stans sub ordine diuinæ prouidentiæ. In signum autem, q̃ sic accipiat ly naturalis, dicit continuando sine nouo verbo ly, sed solum ex ordine diuinæ prouidẽtiæ: quasi per hoc apertẽ ostendat, contexturam literæ debere ordinari sic: Ad resurrectionem in cineribus nulla est inclinatio naturalis, nisi secundum quòd dependet ab ordine diuinæ prouidentiæ. Pro huius captu faciliori, vide quæst. 75. artic. 3. vbi inter alia videbis corp. fin. q̃ sanctus Doctor non negat inueniri ex parte corporis aliqualem inclinationem ad animæ coniunctionem; licet inclinationẽ istam dicat non sufficere ad hoc, q̃ resurrectio sit naturalis. Ratio huius vltimi iam prædicta ibi fuerat: quia potẽtię passiuæ huic non responde bat aliqua potentia actiua naturalis; cum tamẽ potẽtiæ passiuæ naturali ex suis videlicet principijs correspõdeat sem per aliqua potentia actiua in natura. 11. Metaphys. ad hoc, vt motus inter huiusmodi potentias attentus possit dici naturalis. Non ergo est naturalis ex suis principijs, sine attenta conditione suæ naturæ solum, vt eat sub obedientia superioris agentis Dei. Adhuc facit aliquo modo quæstio. 79. articu. 1. ad tertium. Pro quo & vide 3. par. quæst. 1. artic. 1. ad secundum, & artic. 3. ad tertium; & proportionaliter applica, quoniam vtrobique miraculosæ sunt actiones. Concludi ergo breuiter posse videtur; quòd illa inclinatio non erit naturalis actu, neque potentia ex suis principijs naturalibus, (vt intendebant opiniones reiectæ in textu): sed naturalis potentia obediẽtiali.

* In Ench. c. 88. to. 3.

* In arg. Sed cõtra.

¶PROB. Quia patet ex reprobatione opinionum prædictarum in textu. Secunda autem pars, scilicet sed solum &cæt. probatur: Quia diuina prouidentia statuit, illos cineres iterum animæ coniungi.

Primum

ARTICVLVS III.

*Vtrum pulueres illi, ex quibus humanum corpus reparabitur, aliquã habeant inclinationem naturalem ad animam, quæ eis coniungitur.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd pulueres illi, ex quibus corpus humanum reparabitur, aliquam habeant inclinationem naturalem ad animam, quæ eis coniungetur. Si enim nullam inclinationem habent ad animam, eodem modo se habent ad illam animam, sicut alii pulueres; ergo non esset differentia, vtrum ex illis, vel ex aliis pulueribus reficeretur corpus animæ coniungendum, quod falsum est.

¶2 Præterea. Maior est dependentia corporis ad animam, quàm animæ ad corpus: sed anima separata à corpore; adhuc habet aliquam dependentiam ad corpus, vnde retardatur eius motus in Deum propter appetitũ corporis, vt dicit; ergo multo fortius corpus separatum ab anima † adhuc habet naturalem inclinationem ad animam.

¶3 Præterea. Iob. 20. dicitur, Ossa eius implebuntur vitia adolescentiæ suæ, & cum eo in puluere dormient: sed vitia non sunt nisi in anima; ergo adhuc in illis pulueribus remanebit aliqua naturalis inclinatio ad animam.

SED CONTRA, Corpus humanum potest resolui ad ipsa elementa, vel in carnes aliorum animaliũ conuerti: sed elementa sunt homogenea, & similiter caro leonis, vel alterius animalis: cum ergo in aliis partibus elemẽtorum, vel animalium non sit aliqua inclinatio naturalis ad illã animam, nec in illis partibus, in quas conuersum est corpus humanũ, erit aliqua inclinatio ad animam. Prima per authoritatem Augustini * patet in Enchirid. Corpus humanum, in quamcũque aliorum corporum substantiam, vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcumque hominum, seu animalium cibum cedat, carnemque vertatur, illi animæ humanæ in puncto temporis cedet, quæ vt illud prius fieret, viueret, & cresceret, animauit.

¶ Pręterea. Cuilibet inclinationi respondet aliquod agẽs naturale, aliàs natura deficeret in necessariis: sed nullo agente naturali, possunt prædicti pulueres eidẽ animæ iterato coniungi; ergo in eis non est aliqua naturalis inclinatio ad prędictam coniunctionem.

RESPON. Dicendum, quòd circa hoc est triplex opinio. Quidam dicunt, quòd corpus humanum nunquam resoluitur vsque ad elementa; & ita in cineribus manet aliqua vis addita elementis, quæ facit naturalem inclinationem ad eandem animam. Sed hæc positio contrariatur authoritati August. * inductæ, & sensui, & rationi, quia omnia composita ex contrariis, possibile est ĩn ea resolui, ex quibus componuntur. Et ideo alii dicunt, quòd illæ partes elementorum in quas humanũ corpus resoluitur, retinent plus de luce, ex hoc q̃ fuerunt animę humanæ coniunctæ, & ex hoc habent quandam inclinationem ad animas. Sed hoc iterum friuolum est, quia partes elementorum sunt eiusdem naturæ, &

Primum

1m de antecedente. Nullam inclinationem. R. Nec naturalem in potentia ex suis principijs dependente: nec in potentia obedientiali. §. Tūc nihil &c. Nam illam habent in potentia obedientiali. & consequenter differentia est verum ex illis, vel alijs pulueribus reficiatur corpus animæ tali, vel tali coniungendum.

Hi enim pulueres ex obedientiali potentia taliter sunt destinati ad hoc corpus pro tali anima, quod non ad aliud pro alia: & sic de pulueribus cæteris.

2m illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Non enim est simile in hoc de anima, & cineribus. Nam inclinatio naturalis ad coniunctionem manet actualiter in anima, propter rationem allatam in textu: quę tamen inclinatio non actu manet in cineribus, sed potentia obedientiali tantum.

¶ Exam. Ly retardatur motus eius in Deum propter appetitum corporis. Retardatione, scilicet quadam extensiua, non retardatione essentiali, vel intensiua. Ex eo enim, quòd est sine corpore non fit, vt minus contempletur Deum, & eo fruatur: sed fit, vt beatitudinem suam non possit extendere ad corpus, secundum quòd corpori conuenire potest. Quam communicationem fiendam aliquando, quoniam anima ipsa desiderat: ideo quasi indirecte aliquo modo dicitur retardari motum suum in Deum: quod est largiore modo dictum. De quo vide 1.2. quæst. 4. art. 5. ad quartum; vnde summarie habetur: quòd talis retardatio non repugnat fœlicitati.

æqualiter habent participationem lucis, & obscuritatis. Et ideo aliter dicendum est, quòd in cineribus illis nulla est inclinatio naturalis ad resurrectionem: sed solum ex ordine diuinæ prouidentiæ, quæ statuit illos cineres iterum animæ coniungi: & ex hoc prouenit, quòd illæ partes elementorum iterato coniungentur, & non aliæ.

Vnde patet solutio ad primum.

Ad secundum dicendum, quod anima separata à corpore, manet in eadē natura, quam habebat, cum corpori esset vnita, quod de corpore nō contingit, & ideo non est simile.

Ad tertium dicendū, quòd verbū illud Iob.† non est intelligendum, quòd vita actu maneat in pulueribus mortuorum: sed secundum ordinem diuinæ iustitię sunt sunt deputati cineres illi ad corporis reparationem, & quòd pro peccatis commissis cruciabuntur in æternum.

3m ex Iob. Dormient. R. Potentia obedientiali: non, actuali. §. vt in textu declaratur. Tunc nihil &c. vt patet ex dictis.

¶ Not. Vitia dicuntur in pulueribus manere, seu dormire in potentia obedientiali, ad diuinæ s. iustitiæ ordinem: pro quanto sunt deputati cineres illi &c. vt in textu.

APPNEDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationē ostēdas, meritò insinuatum à Rom. 8. quod in pulueribus remanebit inclinatio secundum ordinē diuinæ prudentiæ tantū ad coniunctionem animæ: & sic expectatio creaturæ reuelationem filiorū Dei expectat. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Hæc ibi. Vbi per expectationē in illis pulueribus, quæ sunt vtique creatura Dei, intendit inclinationem, non quidem naturalem ex proprijs principijs fluentem; quoniam sic potentia actiua naturalis illi inclinationi responderet: sed intendit inclinationem illam ex ordine diuinæ prouidentiæ, à qua talis expectationis adimpletio expectatur à creatura ipsa. Vnde expectatio illa non præsupponit cognitionem in expectante, sed in eo, à quo expectatur, & ideo expectatio illa est ordinatio quædam, qua ordinantur à diuina prouidentia ad talem coniunctionem animæ. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus, insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides; quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

Tertium

---

SVPER Q. CX. Aliàs 79. Art. 1.

Concl. Si non est idem corpus, quod anima resumit, non dicetur resurrectio, sed magis noui corporis assumptio.

¶ Not. Quasi dicat ad titulum, ex abundanti: resurrectio erit ad idem corpus numero, & dicere contrarium est ignorare propriam vocem.

¶ Prob. 1. Quia resurrectio magis respicit corpus, quod post mortem cadit (cum resurrectio sit iterata surrectio, quę est cadentis), quàm animam, quæ post mortem non cadit, sed viuit (patet): Secundò, quia dicere, quod resurrectio nō sit ad idē numero corpus, est veritati resurrectionis præiudicare (vt patet Iob 19.)

¶ Not. Contra errores Philosophorum, & hæreticorum reiectos in textu, vide damnationē quæst. 69. art. 1. & art. 7. appen. Item 1. par. q. 75. artic. 6.

# QVÆST. CX. Aliàs 79.

*De conditionibus resurgentium, & primò de eorum identitate, in tres articulos diuisa.*

Consequenter agēdum est de conditionibus resurgentium. Vbi prima consideratio erit de his, quæ communiter ad bonos, & malos pertinent. Secunda de his, quæ tantum ad bonos pertinent. Tertia de his, quæ spectant tantùm ad malos. Ad bonos autem, & malos communiter tria pertinent, scilicet ipsorum identitas, integritas, & qualitas. Et primo videndum est de resurgentium identitate. Secundò, de corporum integritate. Tertio, de ipsorum qualitate.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum idem numero corpus resurget.

¶ Secundò, Vtrum idem numero homo.

¶ Tertiò, Vtrum oporteat eosdem pulueres ad easdem partes, in quibus ante fuerant, reuerti.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum in resurrectione anima idem corpus numero resumat.*

141 S. Tho. in 4. d. 44. q. 1. art. 1. q. 1. & seq.

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd non idem corpus numero anima resumat in resurrectione, 1. Corin. 15. Non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum: sed Apostolus ibi comparat mortem seminationi, & resurrectionem pullulationi; ergo non idem corpus, quod per mortem deponitur, in resurrectione resumitur.

¶ 2 Præt. Cuilibet formæ aptatur materia secundum suam conditionem, & similiter cuilibet agenti instrumentum: sed corpus comparatur ad animam, sicut materia ad formam, & sicut instrumentum ad agentem; cum ergo anima in resurrectione non sit eiusdem conditionis, sicut modò est, quia vel transfertur totaliter in cœlestem vitam, cui inhæsit viuens in mundo, vel deprimitur in brutalē, si brutaliter in hoc mundo vixit; ergo videtur, quòd non resumet idem corpus, sed vel cęleste, vel brutale.

¶ 3 Præterea. Corpus humanum vsque ad elementa post mortem resoluitur, vt dictum * est supra, sed illæ partes elementorum, in quas corpus humanum resolutum est, non conueniunt cum humano corpore, quod in ea resolutum est, nisi in materia prima, quomodo quęlibet aliæ partes elementorum cum prædicto corpore conueniunt: si autem ex alijs partibus elementorum corpus formaretur, non diceretur idem numero; ergo nec si ex illis partibus reparetur corpus erit numero idem.

*Artic. vlt. præced. q. pſertim ad secundum.

¶ 4 Præt. Impossibile est, esse idem numero illud, cuius partes essentiales sunt aliæ numero: sed forma mixti, quæ est essentialis pars corporis humani, sicut forma eius, non poterit eadem numero resumi, ergo corpus non erit idem numero. Probatio mediæ. Illud enim, quod cedit in non ens, non potest idem numero resumi; quòd patet ex hoc, quod non potest esse idem numero, cuius esse est diuersum; sed esse interruptum, quod est actus entis, est diuersum, † sicut † & quilibet alius actus interruptus; sed forma mixtionis cedit penitus in non ens per mortem, cum sit forma corporalis, & similiter qualitates contrariæ, ex quibus fit mixtio; ergo forma mixtionis non redit eadem numero.

Sed contra est, quod dicitur in Iob. In carne mea videbo Deum saluatorem meum, vbi loquitur de visione post resurrectionem, quod patet ex hoc quod præcedit. In nouissimo die, de terra surrecturus sum; ergo idem numero corpus resurget.

¶ Præt. Sicut Damasc. * dicit in 4. lib. Resurrectio est eius, quod cecidit, sed hoc corpus, quod nunc gerimus, per mortem cecidit; ergo idem numero resurget.

* Lib. 4. ca. 28. circa princ.

Respon.

Resp. Dicendum, ꝙ circa hanc quęſtionem Philoſophi errauerũt, & quidã hæretici moderni errant. Quidam.n. Philoſophi * poſuerunt animas à corpore ſeparatas iterato corporibus coniungi. Sed errauerunt in hoc quantũ ad duo. Primo quidem quantum ad modum coniunctionis: quia quidã ponebant corpori iterum coniungi naturaliter animã ſeparatã per viã generationis. Secũdo, quantũ ad corpus, cui coniungebatur; quia ponebant, quod ſecunda coniunctio nõ erat ad idẽ corpus, quod per mortem depoſitũ eſt, ſed ad aliquid, quandoque idem ſpecie, quandoque autẽ diuerſum: Ad diuerſum quidẽ, quando anima in corpore exiſtens præter rationis ordinem vitã duxerat.* Vnde tranſibat poſt mortẽ de corpore hominis in corpus alterius animalis, cuius morib. viuendo ſe conformauit, ſicut; in corpus canis propter luxuriã, in corpus leonis propter rapinã, & violentiam, & ſic de aliis. Sed in corpore eiuſdem ſpeciei, quando anima bene in corpore viuens poſt mortem aliqua fœlicitate perſuncta poſt aliqua ſęcula incipiebat ad corpus velle redire; & ſic iterũ corpori coniungebatur humano. Sed hęc opinio ex duabus radicibus falſis venit. Quarum prima eſt, quia dicunt, ꝙ anima nõ coniungitur corpori eſſentialiter, ſicut forma materiæ, ſed ſolũ accidẽtaliter, ſicut motor mobili, aut ſicut homo * veſtimento: & ideo ponere poterant, ꝙ anima pręexiſtebat antequã corpori generato infunderetur in generatione naturali, & iterũ ꝙ diuerſis corporibus vniretur. Secunda eſt, quia ponebãt intellectum non differre à ſenſu, niſi accidentaliter, vt ſi homo diceretur intellectum habere præ aliis animalibus, quia in eo propter optimã corporis complexionem vis ſenſitiua amplius viget; vnde poterat ponere, quòd anima hominis in corpus animalis bruti tranſiret, præcipuè facta immutatione aĩæ humanæ ad * effectus brutales. Sed illę duæ prędictæ rõnes deſtruũtur à Philoſ. * in lib. de Anima, quibus deſtructis, patet falſitas prędictæ poſitionis. Et ſimili modo deſtruũtur errores quorundã hæreticorum, quorum quidam in prædictas opiniones Philoſophorum inciderũt. Quidam autẽ poſuerunt animas iterato coniungi corporib. cœleſtibus, vel etiam corporibus in modũ vẽti ſubtilibus, vt Gregorius * de quodam Epiſcopo Conſtantiñ. narrat, exponens illud Iob 19. In carne mea videbo Deum, & cætera: & propter hoc prædicti errores hęreticorum deſtrui poſſunt ex hoc, ꝙ veritati reſurrectionis præiudicant, quam ſacra Scriptura profitetur. Non.n. reſurrectio dici poteſt, niſi anima ad idẽ corpus redeat, quia reſurrectio eſt iterata ſurrectio, eiuſdem autem eſt reſurgere, & cadere. Vnde reſurrectio magis reſpicit corpus, quod poſt mortem cadit, quàm animam, quæ poſt mortem viuit; & ita, ſi non eſt idem corpus, quod anima reſumit, non dicetur reſurrectio; ſed magis noui corporis aſſumptio.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ ſimilitudo nõ currit per omnia, ſed quantum ad aliquid. In ſeminatione enim grani granum ſeminatum, & natum non eſt idem numero, ſed nec eodem modo ſe habet, cũ primo ſeminatũ fuerit abſque ſolliculis, cum quibus naſcitur: corpus autem reſurgens erit idem numero, ſed alio modo ſe habens, quia fuit mortale, & ſurget in immortalitate.

Ad secundum dicendũ, quòd differentia inter animam reſurgentis, & animam in hoc mundo viuentis, ſecundum aliquod eſſentiale non eſt, ſed ſecundum gloriam, & miſeriam, quæ differentiam accidẽtalem faciunt, vnde non oportet, ꝙ aliud corpus numero reſurgat, ſed alio modo ſe habens, vt reſpondeat proportionaliter differentia corporum differentiæ animarum.

Ad tertium dicendum, ꝙ illud, quod intelligitur in materia ante formam, remanet in materia poſt corruptionem, quia remoto poſteriori, adhuc poteſt remanere prius. oportet autem, vt Comment. dicit in 1. Phyſic.* & in lib. de ſubſtantia * orbis, in materia generabilium, & corruptibiliũ, ante formam ſubſtantialem intelligere dimenſiones nõ terminatas, ſecundũ quas attendatur diuiſio materiæ, vt diuerſas formas in diuerſis partib. recipere poſſit: vnde † & poſt ſeparationem ſubſtantialis formæ à materia adhuc dimenſiones illæ manent eædem, & ſic materia ſub illis dimenſionibus exiſtens, quamcũque formam accipiat, habet maiorẽ identitatem ad illud, quod ex ea generatum fuerat, quàm aliqua pars aliæ materiæ ſub quacumque forma exiſtens: & ſic eadem materia ad corpus humanum reparandum reducitur, quæ prius materia eius fuit.

Ad quartum dicendum, quòd ſicut qualitas ſimplex non eſt forma ſubſtantialis elementi, ſed accidens proprium eius, diſpoſitio per quam materia efficitur propria tali formæ, ita forma mixtionis, quæ eſt qualitas reſultans ex qualitatibus ſimplicibus ad medium venientibus, non eſt forma ſubſtantialis corporis mixti, ſed eſt accidens proprium & diſpoſitio, per quam materia fit neceſſaria ad formam. Corpus autem humanum præter hanc formam mixtionis non habet aliam formam ſubſtantialem, niſi animam rationalem, quia ſi haberet aliam formam ſubſtantialem priorem, illa daret ei ſubſtantiale eſſe, & ſic per eam conſtitueretur in genere ſubſtantiæ, vnde anima iam aduenirét corpori conſtituto in genere ſubſtantiæ, & ſic comparatio animæ ad corpus, eſſet ſicut comparatio formarum artificialium ad ſuas materias, quantum ad hoc ꝙ conſtituuntur in genere ſubſtantiæ per ſuam materiã, vnde cõiunctio animæ ad corpus eſſet accidentalis, quod eſt error antiquorum à Philoſopho reprobatus in lib. de Anima. Sequeretur etiam, quòd corpus humanum, & ſingulæ partes eius non æquiuocè retinerent priora nomina, quod eſt contra Philoſ.* in 2. de Anima. Vnde cum anima rationalis remaneat, nulla forma ſubſtãtialis corporis humani cedit penitus in non ens. Formarum autẽ accidentalium variatio non facit diuerſitatem in numero. Vnde idem numero reſurget, cum materia eadem numero reſumatur; vt in præcedenti ſolutione dictum * eſt.

## 1m illatio conclusionis. Ergo &c.

℞. Negatur illatio. §. Nã ſimilitudo illa non currit per omnia, ſed &c. vt in tex. Ex quo dic, quòd currit tantùm in hoc, ꝙ alio modo ſe habebit corpus reſurgens.

¶ Not. Inſpicienti intentionẽ Apoſtoli in c. prædicto patet; ꝙ non intẽdit loqui de ſubſtantia corporis: ſed de modo, ſeu qualitate: & ad hoc inducit illã ſimilitudinem. Vnde inquit literaliter; ſed dicet aliqs. Qũo reſurgunt mortui, quali autem corpore venient? Vbi nota ly quali. Et adducta ſimilitudine de ſeminibus applicat illam ſolum ad qualitatẽ corporis dicens: ſeminatur in corruptione, ſurget in incorruptione, ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria; ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute, ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale.

## 2m de maiori.

Conditionẽ. ℞. Vel ſubſtantialem, vel accidentalem. §. Tunc nihil &c. Nã illa conditio animæ nõ variat conditionem ſubſtãtialem eius, ad accidentalẽ: & conſequenter ad hoc, vt corpus reſpondeat illi, ſufficit; ꝙ varietur accidentaliter, alio ſ. modo ſe habẽdo.

## 3m illatio conclusionis. Ergo &c.

℞. Negaĩ illatio. §. Nam illud quod intelligitur in materia ante formã remanet in materia poſt corruptionem, &c. vt in tex. Ex quo dic pro forma reſponſi, quòd materia ſub illis dimenſionibus exiſtẽs, ſub quibus erat prius anteq̃ corrũperetur, habet maiorem affinitatem ad animam hanc, quàm alia.

## 4m de minori.

Quæ eſt eſſẽtialis pars corporis humani. ℞. Negatur iſta. §. Quoniam eſt accidens proprium. Sicut enim qualitas ſimplex non eſt forma ſubſtantialis &c. vt in tex.

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò; quomodo per rationem cõfundas hæreſim Eutychij dicentis: reſuſcitatum corpus poſt reſurrectionis gloriam futurum aere, & vento ſubtilius, ita vt nec palpari, nec videri poſſit. Si enim idem numero corpus vt hic efficaciter probatur, reſurget; & hoc nunc eſt palpabile & viſibile, patet: quod tunc itidem palpabile, & viſibile erit.

Secundo habes: quomodo per rationem oſtendas, meritò illam damnari à Chriſto Luc. 24. Palpate, & videte, quoniam ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Et Ioan. 20. Infer digitũ tuũ huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum; & noli eſſe icredulus. Hęc ibi. Vnde patet: ꝙ cum Chriſtus ſit cauſa, & exẽplar noſtræ reſurrectionis, q. 76. artic. 1. & ſuũ corpus fuerit palpabile, atque viſibile, immò & realibus cicatricibus adhuc inſignitum, tãquàm idem numero ſe oſtenderet: ꝙ corpora mortuorum in reſurrectione erunt palpabilia

Marginal notes:

* Refertur apud Ariſtot. lib. 2. de anima, tex. 77.
* Vide S. Tho. in 2. ſent. d. 18. q. 2. ar. 1. 2. & præcipuè 3.
* De quo etiã ſuprà, q. 75. art. 1. corp.
* Al. affectus.
* Lib. 2. de anima, tex. 150. vſque ad 154.
* Greg. lib. 14. Moral. c. 35.
* Li. 1. Phyſic tex. 63.
* Cap. 2. 4. & vlt.
* Ariſt. li. 2. tex. 9.
* In præce. ſolutione.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

bilia & inuisibilia, imò & eadem penitus numero. Inde etiã patet ad literam: ꝙ negare non solũ resurrectionem corporum, sed etiã eorundẽ numero, est incredulitas ibi à Domino exclusa. Itẽ à Iob. 19. De terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deum: quem visurus sum ego ipse, & non alius. Hæc ibi. Nota ly non alius, scilicet à me. Hæc authoritas patentissimè propositum concludit. Item à facto Imperatoris Tyberij Constantini: qui cernẽs, beatum Gregorium tunc ad illas partes legatum, postea Pontificem conuicisse Eutychiũ illum de hæresi in positione prædicta, iussit cõburi ipsius libros illa continentes (vt aiunt historiæ). Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum Imperatorij facti, & Pontificis, pro quanto idem numero corpus reassumendum insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

3

4

---

SVPER Q. CX. Aliàs 79. Art. 1.

CONCL. Oportet: ꝙ idẽ homo numero resurgat: & ponere contrarium, est hæreticum.

343

¶ NOT. Poterat quidẽ ista determinatio haberi absolutè ex pdictis sine hoc, ꝙ moueretur nouus articulus: sed tamẽ multis obiectionibus in cõtrariũ nõ poterat satisfieri aptè absq; huius art. declaratione: id qđ alibi etiam à sancto Doctore non semel esse factum, & congruenter; aliàs annotatum est.

Mos laudabilis sancti Doctoris.

¶ PROB. Quia oportet, ꝙ illud idẽ numero ad finẽ perueniat, quod propter finẽ est factum (aliàs in vanũ esse factũ videretur): & homo factus est propter finẽ vltimum consequendum, quẽ non potest totaliter consequi, nisi mediante resurrectione (cum nec in hac vita, nec in vita animæ separatæ id fieri possit). Secunda autem pars, s. & ponere contrariũ &c. probatur: Quia oppositum derogat veritati scripturæ, quę resurrectionem prædicat.

¶ NOT. Quòd homo non possit consequi finem vltimũ in vita pręsenti; videas declaratum 1. 2. q. 5. art. 3. Quòd itẽ in vita animæ separatæ, id est, ꝙ anima separata vidente Deum (sicut fit nunc à beatis in patria) nõ possit dici homo propriè & perfectè consequutus esse vltimum finem: patet quia anima sola nõ est homo. 1. par. quæst. 75. artic. 4.

1m ex Philos.°

Non reiteranť. ß. Mutatione naturali. §. Tunc nihil &c. Nam loquimur de reiteratione ex supnaturali virtute facta. Vnde non est ad propositum illud Philosophi, cũ non attigerit supernaturalia huiusmodi: siue respondeatur iuxta primam expositionem sui, siue iuxta secundam incipientem in textu ly vel dicendum ꝙ aliquorum generabilium &c.

2m minor. Alia est humanitas resurgentis ab ea, q̃ nunc habet. ß. Negatur ista. §. Ratio negationis assignatur in tex. ly qa ergo in resurrectione idẽ numero corpus erit &c. Ad rõnes oẽs per ordinẽ allatas in argumento respõdetur, & per ordinẽ, in textu incipien-

* Arist. li. 2. de Gener. in fi. illius libri.

* Arist. li. 2. tex. 16.

* Arist. li. 1. Phys. c. 2.

* Lib. 2. de Aia tex. 8.

* Ar. pced. Sed cõtra.

* Li. 8. c. 5. nõ procul à fine, to. 3.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum sit idem numero homo qui resurget.*

AD SECVNDVM sic proceditť. Vť, ꝙ non sit idẽ numero homo, qui resurget. Sicut. n. dicit Philos. * in 2. de Generat. Quæcũque habẽt speciem corruptibilem motam, non reiterantur eadẽ numero, sed talis est substãtia hominis secundũ præsentem statũ; ergo non potest mutatione mortis reiterari idem numero.

¶ 2 Præt. Vbi est alia, & alia humanitas, non est idẽ homo numero, vnde Socrates, & Plato sunt duo hoies, & nõ vnus homo, quia alia est humanitas vtriusq;, sed alia est humanitas resurgentis ab ea, quã nunc habet, ergo nõ est idẽ numero. Media probari põt dupĺr. Primo, quia humanitas, q̃ est forma totius, nõ est forma, & substantia, sicut anima, sed est forma tm̃; huiusmodi antẽ formæ cedũt penitus in non ens, & sic nõ possunt iterari. Secũdò, quia humanitas resultat ex cõiunctione partiũ, sed non potest eadẽ numero cõiunctio resumi, quę prius fuit, quia iteratio identitati opponitur, iteratio enim numerum importat, identitas autem vnitatem, quæ se non compatiuntur, in resurrectione aũt coniunctio iteratur; ergo non est eadem coniunctio, & sic non est eadem humanitas, nec idem homo.

¶ 3 Præt. Idẽ homo nõ est plura aïalia, ergo si nõ est idẽ animal, nõ est idẽ vnus homo numero, sed vbi non est idẽ sensus, nõ est idem animal, quia animal definiť per sensum primũ, s. tactum, vt patet in 2. * de Aïa. Sensus aũt cum non maneãt in aïa separata (vt quidã dicunt) non possunt idem numero resumi, ergo in resurrectione nõ erit homo resurgens, idem animal numero, & sic non idem homo.

¶ 4 Pręt. Materia statuę principalior est in statua, q̃ materia hois in hoïe, quia artificialia tota sunt in gñe substãtiæ ex parte materię, sed naturalia ex forma, vt patet per Philos. 2. Physic. * Idem dicit in 2. * de Anima. Sed si statua ex eodem reficiatur, nõ est eadem numero; ergo multo minus si homo ex eisdem pulueribus reficiatur, non erit idem homo numero.

SED CONTRA est, qđ dř Iob. 19. Quẽ visurus sum ego ipse, et nõ alius, & loquiť de visione post resurrectionẽ, ergo idẽ homo numero resurget.

¶ Præt. Aug. * dicit 8. de Tri. ꝙ resurgere nihil est aliud, q̃ reuiuiscere; si autem idem homo numero rediret ad vitam, qui mortuus est, non diceretur reuiuiscere; ergo non resurget, quod est contra fidem.

RESPON. Dicendũ, quòd necessitas ponendi resurrectionẽ est ex hoc, vt homo finem vltimum, pp quem factus est, † consequatur; quod in hac vita fieri nõ potest, nec in vita animæ separatæ, * vt suprà dictũ est: aliàs esset homo vanè constitutus, si ad finẽ, ad quem factus est, venire nõ posset. Et quia oportet, ꝙ illud idẽ numero ad finẽ perueniat qđ pp finẽ est factũ, ne in vanũ esse factũ videať, oportet, ꝙ idẽ homo numero resurgat: & hoc quidẽ fit, dum eadem aïa numero eidẽ corpori numero coniungiť; aliàs. n. nõ esset resurrectio propriè, nisi idẽ homo repararetur, vnde ponere ꝙ idẽ numero nõ sit q † resurgit, est hęreticũ, derogans veritati Scripturę, quæ resurrectionem pręticat. *

* q. 75. art. 1. & 2.

* 2. Mach. 12. Matth. 12. Luc. 14. Ioan. 5. Act. 17. 1. Cor. 15. Ad Phil. 3. Apoc. 20. &c.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Philos. loquitur de reiteratione, quæ fit per motũ, vel mutationẽ naturalem. Ostendit. n. dfiam circulationis, quæ est in generatione, & corruptione, ad circulationẽ, quæ est in motu cęli, quia cęlum per motũ localem redit idẽ numero ad principium motus, quia habet substantiã incorruptibilem motam, sed generabilia, & corruptibilia per gñationẽ redeunt ad idẽ specie, non ad idẽ numero, quia ex hoïe generatur semen, ex quo sanguis, & sic deinceps vsquequo perueniatur ad hoïem non eundẽ numero, sed specie; vnde patet, ꝙ ratio inducta * sm Philosophi intentionẽ non est ad propositum. Vel dicendum, ꝙ aliorum generabiliũ & corruptibiliũ forma non est per se subsistens, vt post cõpositi corruptionẽ remanere valeat, sicut est de anima rationali, quæ esse quod sibi in corpore acquiritur etiam post corpus retinet, & in participationẽ illius esse corpus per resurrectionẽ adducitur, cum non sit aliud esse corporis, & aliud animæ in homine, aliàs esset cõiunctio animę, & corporis accidẽtalis: & sic interruptio nulla facta est in esse substantiali hois, vt nõ possit idẽ numero redire homo pp interruptionẽ essendi: sicut accidit in aliis rebus corruptis, quarũ esse omnino interrũpitur forma non remanente, & materia sub alio esse remanente. Sed tñ nec etiã homo per gñationẽ naturalẽ reiteratur idem numero, quia corpus gñati hominis nõ fit ex tota materia generantis, vnde est corpus diuersum in numero, & per consequens anima, & totus homo.

* In arg. 1. Rõsio 2.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ de humanitate, & qualibet forma totius est duplex opinio. Quidam. n. dicũt, ꝙ idem sm rem est forma totius, & forma partis, dř tamen forma partis, sm ꝙ perficit materiam, totius aũt sm ꝙ ex ea tota ratio speciei consequitur, & sm hanc opinionem humanitas sm rem non est aliud, q̃ anima rationalis, & sic cũ anima rationalis eadẽ numero resumatur, eadem numero erit humanitas, & etiã post mortem manet, quãuis non sub ratione humanitatis, quia ex ea separata cõpositum rationem speciei non consequitur. Alia opinio est Auicẽ. quæ verior videtur, ꝙ forma totius non est forma partis tantũ, nec forma aliqua alia pręter formam partis, sed est totum resultans ex compositione formæ, & materiæ comprehendens in se vtrumque, & forma partis totius essentialis quidditas dicitur. Quia ergò in resurrectione idem numero corpus erit, & eadem numero anima rationalis, erit de necessitate eadem humanitas, ratio autẽ procedebat, ac si humanitas esset quædã alia forma superueniens formæ, & materiæ, quod falsum est. Secunda aũt ratio non põt identitatem humanitatis impedire, quia cõiunctio significat actionem vel passionẽ, quæ quãuis diuersa sit,

non

piendo à ly ratio autẽ procedebat, ac si humanitas esset quædã &c.

**3m conclusio 2.** In resurrectione homo resurgens non erit idem animal numero. ℞. Negatur ista. § Non enim verum est: quòd anima sensibilis, & rationalis sint diuersæ in hõie: & consequenter, ꝙ anima sensitiua s̃m substantiã differat in hõie ab intellectiua. Hinc est: quòd ratio illa argumẽti adducta optimè concludit tantum contra illos, qui ponunt aĩam sensibilẽ &c. vt in tex. vsq; in fin.

**4m illatio conclusionis.** Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Non. n. est similis ratio de statua, & de homine, quæ asserebatur. Nam statua dupliciter potest considerari vel secundum &c. vt in textu.

* Arist. lib. 2. Physic. tex. 3.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Trinitariorum dicentium: ꝙ corpus corruptum non contingit idem numero resurgere. Item hæresim Albanensiũ, & Albigensium dicentium: animas humanas transire de corpore in corpus. Si enim idẽ numero homo resurget, (vt reuera surget) patet: ꝙ non transibunt animę de corpore in corpus; sed vnaquæq; in suum corpus. Secundo habes quõo per rationẽ ostendas, has meritò dãnari à &c. vt q. 69. ar. 2. & 3. Itẽ à &c. vt 1. par. q. 75. art. 6. appen. Item à qõnis huius ar. 1. appẽ. Item

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

non põt identitatem humanitatis impedire; quia actio, & passio, ex quibus erat humanitas, non sunt de essentia humanitatis. Vnde eorum diuersitas non inducit diuersitatẽ humanitatis. Constat enim, ꝙ generatio, & resurrectio non sunt idem motus numero, nec tamen propter hoc identitas resurgentis impeditur. Similiter etiã nec impeditur identitas humanitatis, si accipiatur coniunctio pro ipsa relatione, quia relatio illa non est de essentia humanitatis, sed concomitatur eam, eo ꝙ humanitas non est de illis formis, quæ sunt compositio, & ordo, vt dicitur 2. Physic. * sicut sunt formæ artificiatorum. Vnde existente alia compositione numero, non est eadem numero forma domus.

Ad tertium dicendum, ꝙ ratio illa optimè concludit cõtra illos, qui ponunt animam sensibilem, & rationalem diuersas in homine esse, & secundum hoc anima sensitiua in homine non esset incorruptibilis, sicut nec in aliis animalibus. Vnde in resurrectione non erit eadem anima sensibilis, & per consequens nec idẽ animal, nec idem homo; si autem ponamus, quòd eadem anima secundum substantiam in homine, sit rationalis, & sensibilis, nullas in hoc angustias patiemur, quia animal definitur per sensum, qui est anima sensitiua sicut per formam essentialem, per sensum autem, qui est eius potentia sensitiua, cognoscitur eius definitio, sicut per formam accidentalem, quæ maximam partem confert ad cognoscendum quod quid est, vt in primo * de anima dicitur, post mortem ergo manet anima sensibilis, sicut & anima rationalis secundum substantiam. Sed potentiæ sensitiuæ, secundum quosdam non manent, quæ quidem potentiæ cum sint accidẽtales proprietates eorum, varietates identitatem animalis totius auferre non possunt, nec etiam partium animalis, nec dicuntur potentiæ perfectiones, vel actus organorum, nisi sicut principia agendi, vt calor in igne.

Ad quartum dicendum, ꝙ statua dupliciter potest considerari, vel secundum ꝙ est substantia quædam, vel secundum ꝙ est artificiale quoddã, & quia in genere substantię ponitur ratione suæ materiæ, ideo si consideretur, secundum ꝙ est substantia quædam, est eadem numero statua, quæ ex eadem materia reparatur, sed in genere artificialium ponitur, secũdum quod est forma, quæ accidens quoddã est, & transit statua destructa, & sic non redit, idẽ numero, nec statua eadem numero esse potest, sed forma hominis, s. anima, manet post dissolutionem corporis, & ideo non est similis ratio.

Item à Concil. Toletano 4. loquente sic de Christo. Venturus est ad iudicium viuorum & mortuorum. Cuius morte & sanguine mũdati, remissionem peccatorum consequuti sumus; resuscitandi ab eo in die nouissimo in ea, qua nunc viuimus carne. Hæc est Ecclesiæ catholicæ fides. Hæc ibi. Nota ly cuius sanguine mundati, & remissionem peccatorum consequuti; ꝙ hoc vel ex parte Christi intelligitur tantum, vel etiam ex parte nostri simul. Primo modo mundati sunt mali: secundo autẽ boni. Et quia Conciliũ resuscitandos vtrosque decernit; ideo dictũ illud accipit vtroque modo, diuisim tamen proportionaliter. Itẽ à constitutionibus Apostolicis authore Clemente Papa, & martyre lib. 5. cap 8. Ipse nos excitabit omnipotens Deus, cum omnibus, q à principio dormierãt, tales quales modò sumus præsenti figura, nil mancũ habentes, nec corruptioni obnoxiũ: quoniã immortales resurgemus. Hęc ibi. Vbi per ly tales quales modo sumus, præsenti figura nil mancum habentes describunt identitatem numeralẽ hominis resuscitandi. Item ab eisdẽ ibid. in versib. Sybillę, suprà q. 75. ar. 1. vel 2. appen. Tertiò habes: quõ p̃dicta scripturarũ & Patrũ pro quanto idẽ numero hominẽ resurrecturũ insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: quõ ex ijs vicissim Ang. doctrina hæc, & declaret, & consolidet.

* Arist. li. 1. de anima, tex. 11.

3

4

---

SVPER Q. CX. Aliàs 79. Art. III.

Concl. 1. Si materia vnius partis homogeneæ redeat ad aliam partem homogeneam, nullum præiudicium generabitur identitati totius.

344 Cap. 4. d. 44 q. 1. con clus. 2.

¶ Not. Hoc est, si pulueres, in quos dissoluta est caro vnius brachij quò ad supremã partẽ, redeant ad carnem brachij eiusdem, sed ad inferiorẽ partem: propter hoc non fit, quod brachium illud non sit idẽ numero, quod erat prius (vt patet consideranti).

* Arist. 2. de anima, tex. 9.

¶ Prob. Quia variatio materiæ ex vna parte ad aliam eiusdẽ speciei, i. homogeneam nõ facit, nisi varietatẽ partium in situ: & variatio situs partium non variat speciem in totis homogeneis.

¶ Not. Sicut patet in exemplo adducto de brachio. Ex eo enim ꝙ materia, quæ ante resurrectionem in pulueres erat in superiori parte brachij post reparationem ex pulueribus est in parte inferiori, variatur quidem situs illius materiei, vt de se patet, non tamen variatur identitas totius carnis brachij, quoniã & pars superior & inferior est eadem numeraliter caro & brachium.

¶ Concl. 2. Si materia vnius partis redit ad aliam partem alterius speciei, tunc de necessitate variatur, non solum situs partium, sed etiam identitas carũ; si tamen tota materia, aut aliqd, quod erat de veritate naturæ in vna, transferatur in aliam.

¶ Prob. Quia præsupponitur tãquàm clara ex terminis.

¶ Not. Et meritò. Nam si hic puluis erat os, & postmodum redit caro, patet, ꝙ variatur species rei: ergo à fortiori & numerus. Vlterius deficiet i osse illud, quod

## ARTICVLVS III.

*Vtrum pulueres humani corporis ad eam partem corporis, quæ in eos dissoluta est, per resurrectionem redire oporteat.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ oporteat pulueres humani corporis in eam partem corporis, quæ in eos dissoluta est, per resurrectionem redire. Quia secũdum Philos. * in 2. de Anima, Sicut se habet tota anima ad totum corpus, ita pars animæ ad partẽ corporis, vt visus ad pupillam, sed oportet, ꝙ post resurrectionẽ corpus resumatur ab eadem anima; ergo oportet ꝙ partes etiam corporis resumãtur ad eadem membra, in quibus eisdem partibus animæ perficiantur.

¶ 2 Præterea. Diuersitas materię facit diuersitatẽ in numero, sed si pulueres non redeãt ad easdem partes, singulæ partes non reficiẽtur ex eadẽ materia, ex qua prius constabant; ergo non erunt eædem numero, sed si partes sunt diuersę, & totum erit diuersum, quia partes comparantur ad totum, sicut materia ad formam, vt patet in 2. Physic. * ergo non erit idẽ numero homo, quod est contra veritatem resurrectionis.

* Arist. li. 2 Physic.

¶ 3 Preterea. Resurrectio ad hoc ordinatur, quod homo operum suorum mercedem accipiat, sed diuersis operibus meritoriis, vel demeritoriis diuersę partes corporis deseruiunt; ergo oportet, quòd in resurrectione q̃libet pars ad suum statum redeat, vt pro suo modo præmietur.

Sed contra. Artificialia magis dependent ex sua materia, quàm naturalia, sed in artificialibus ad hoc quòd idem artificiatũ ex eadem materia reparetur, nõ oportet quòd partes reducantur ad eundem situm; ergo nec in homine oportet.

¶ Præt. Variatio accidentis non facit diuersitatem in numero, sed situs partium est accidens quoddam; ergo diuersitas eius in homine non facit diuersitatem in numero.

Respond. Dicendum, quòd in hac quęstione * differt cõsiderare qd fieri possit sine idẽtitatis præiudicio; & quid fiat vt congruentia seruetur.

* Al. refert

1

quod erat de materia ossis: quia quantò plus apponitur de illis pulueribus, qui erant prius de veritate ossis ad carnem, tanto magis deficit de esse illo. Sic ergo duplex inconueniens sequeretur ex opposito conclusionis dato: primum est variatio identitatis partium: secundum est diminutio vnius illarum.

¶ Exam. Ly si tamen tota materia, aut aliqd quod erat &c. Per hoc insinuat D. Thomas; ꝙ ad identitaté huiusmodi partium requiruntur duo simul. Primum: ꝙ ille puluis fuerit os: & secundũ, ꝙ debeat de veritatis naturæ humanæ debito redire os, vel secundum totũ, vel secundum partem. alter.n. variatur illud, quod debet esse de veritate humanæ naturæ. Ergo per hoc consequẽter ab opposito insinuat, ꝙ si illud secundum desit, i. ꝙ de necessitate ueritatis naturæ humanæ nó debeat redire ad os; tunc si redeat ad carnem supplendam nulla est variatio quò ad præiudicandum veritati naturæ humanæ. Aliud enim est aliquid deesse alicui, & aliud est ex aliquo superfluo suppleri aliquid in alio. Poterit ergo, sine offensa integritatis alicuius, pars pulueris, quę prius erat os, poni ad carné pro suppletione; si in resurrectione inueniatur superflua ossi.

*lib 4 sent. d. 44 § B. post med.

Quantum ergo ad primum sciẽdum est, quòd in homine possunt accipi diuersæ partes dupliciter. Vno modo diuersę partes totius homogenei, sicut diuersæ partes carnis, vel diuersæ partes ossis. Alio modo diuersæ partes diuersarum specierum totius heterogenei, sicut os, & caro. Si ergo dicatur, ꝙ pars materiæ redibit ad aliam partem speciei eiusdem, hoc nõ faciet, nisi varietatem in situ partiũ, situs autem partiũ variatus, non variat numerũ in totis homogeneis, & sic si materia vnius partis redeat ad aliá, nullum præiudicium generabitur identitati totius; & ita etiam est in exemplo, quod ponitur in litera, * quia statua nõ redit eadem numero secundum formam, sed secundũ materiam, secundum quam est substantia quędam; sic auté statua est homogenea, quamuis non secundum formam artificialem. Si autem dicatur, ꝙ materia vnius partis redit ad aliá partem alterius speciei, sic de necessitate variatur non solum situs partiũ, sed etiam idoneitas earum; † si tamen tota materia aut in vna quod erat de veritate humanę naturæ aliquid † in

¶ Concl. 3. Ablata identitate partium, aufertur identitas totius; si loquamur de partibus essentialibus: non autem de accidentalibus.

¶ Prob. Quia supponitur clara, pro vtraque parte.

¶ Not. Et meritò. Et quidẽ quò ad primam partem: quia sicut totũ resultat ex partibus: & partibus ablatis aufertur totũ: ita identitas totius est ex identitate partium; & ista ablata, aufertur etiam illa. Quò ad secundam verò partem ly si loquamur &c. patet à simili. Nam, sicut accidens abest, & abest præter subiecti corruptionem (ex prædicabili) ita identitas, seu variatio accidentalis potest adesse, vel abesse absque præiudicio identitatis subiecti.

¶ Concl. 4. Secundum congruentiam, magis probabile est: ꝙ etiã situs partium idem seruabitur in resurrectione, præcipue quantum ad partes essentiales & organicas; quamuis forte non quantum ad accidentales.

¶ Not. Situs partium licet (iuxta conclusiones præmissas) nõ variet identitaté de necessitate: tamen quandam incongruentiã videtur afferre; ex eo ꝙ totaliter non corresponderent singulæ partes pulueris ad singulas partes earũ rerum, quæ resoluta sunt in eos. Vt igitur non tantũ resurrectio numeralis, quæ est de necessitate fiat, sed etiã vt omnis congruentia adsit; singulæ singulis correspondebunt,

Congruentia, quæ in resurrecturis inuenitur.

bunt, non tãtum in specie & numero, sed etiam in situ. Hoc est pars pulueris, quæ erat oculus, non tantum redibit ad esse oculi, sed etiam ad illum situm vbi erat prius: puta si erat in superiori parte oculi, reponetur in superiori, si in inferiori, & sic de cæteris. Si tamen non seruaretur situs prædictus; adhuc nihil deperiret de necessitate identitatis resurgentium.

alia transferatur, non auté si aliqnid, quod erat in vna parte superfluum transferatur in aliam: ablata autem identitate partium, aufertur identitas totius, si loquamur de partib. essentialibus, non auté de accidentalibus, sicut sunt capilli, & vngues, de quibus videtur loqui August.* Et sic patet qualiter translatio materiæ de parte in partem tollit identitatem totius, & qualiter non: sed loquendo secundum congruentiam, magis probabile est, quòd etiam situs partium idẽ seruabitur in resurrectione; præcipuè quantum ad accidentales, & organicas, quamuis fortè non quantum ad accidentales, sicut sunt vngues, & capilli.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ obiectio illa procedit de partib. organicis, & non de partibus similibus.

Ad secundum dicendum, ꝙ situs diuersus partium non facit diuersitatem in numero, quamuis eam faciat diuersitas materiæ.

Ad tertium dicendum, ꝙ operatio propriè loquendo, non est partis, sed totius; vnde præmium nõ debetur parti, sed toti.

¶ Prob. Quia patet ex se, & ex dictis.

1m illatio conclusionis. Ergo &c.

℞ Conceditur, quò ad partes organicas, §. vt ex dictis. Tunc nihil &c. Nam Philosophi authoritas de his tantum procedit, vt patet in eo dicente ly vt visus ad pupillam.

* lib. 22. de ciuit. Dei c. 19. to. 5

2m de maiori.

Diuersitas materiæ. ℞. Non diuersitas situs. §. vt in tex. patet.

¶ Not. Ad intelligẽdum, illam maiorem argumenti, scilicet diuersitas materiæ facit diuersitaté numero recurre ad ea, quæ dicta & annotata sunt circa secundam conclusioné in corp. & secundum quòd opus est, applica hic, ne repetitio fiat.

3m illatio conclusionis. Ergo &c.

℞. Negatur illatio. §. Nam pręmium non propriè debetur parti, sed toti propter rationem allatam in tex.

¶ Coroll. Si ergo totus homo resurgat idem numero, sufficit hoc ad recipiendum præmium pro operibus per quascumque partes factis; licet in reparatis suis partibus per resurrectionem non seruatus esset ordo situs illarum.

### APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas: merito insinuatum à &c. vt art. 2. append. quòd pulueres humani per resurrectionem redibunt ad partem corporis speciei prius habitæ, ita ꝙ pulueres carnium ad carnes, ossium ad ossa, neruorum ad neruos, & sic de alijs. Authoritates enim illæ, quæ probant resurrectionem fieri ad idem numero corpus, & ꝙ homo idem numero resurget, probant etiam præsens institutum. Non enim totum esset idem, nisi & partes (vt dictum est in corp.) & consequenter identitatem partium probat, quodcumque probat identitatem totius. Secundo habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertio vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

---

SVPER Q. CXI. Aliàs 80. Art. 1.

Concl. 1. Oportet hominem perfectũ resurgere.

¶ Prob. Quia oportet in resurrectione, ꝙ corpus hominis secundum proportionem animæ totaliter correspondeat (cum non resurgat nisi secundum ordinem, quem habet ad animam).

¶ Not. Tunc corpus secundum proportionem correspõdet totaliter animæ; quando tot partes habet corpus, quot potentias habet anima ad perficiendum illas. Verbi gratia. Quia anima habet potentias ad videndum, & audiendum, olfaciendum, tangendum, gustandum, &c. ideo corpus hominis, cui deesset pars receptiua visus non esset

## QVÆST. CXI. Aliàs 80.

Deinde considerãdum est de integritate corporum resurgentium.

Circa quod quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum omnia mẽbra corporis humani in ipso resurgant.

¶ Secundò, Vtrum capilli, & vngues.

¶ Tertiò, Vtrum humores.

¶ Quartò, Vtrum totum id, quod fuit in eo de veritate humanę naturæ.

¶ Quintò, Vtrum quicquid in eo materialiter fuerit.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum omnia membra humani corporis resurgant.*

Ad primum sic proceditur. Videtur ꝙ non omnia membra corporis humani resurgent. Remoto enim fine, frustra reparatur id, quod est ad finem, finis autem cuiuslibet membri est eius actus; cum ergo nihil frustra fiat in operib. diuinis, & quorundam membrorũ vsus post resurrectionem non competat homini præcipuè genitalium, quia tunc neque nubẽt, neque nubentur, ergo

145 S. Tho. 4. d. 44. q. 1. art. 2. q. 1. & seq. Cõcil. Latera. sub Innoc. III. c. 1.

esset perfectum. Sic discurre tu de omnibus, & singulis, tum exterioribus, tum interioribus, corporis partibus. Vult ergo dicere illa conclusio illud idem, quod sequens magis explicabit.

¶ CONCL. 2. Oportet, ꝙ omnia membra, quæ nunc sunt in corpore hominis, in resurrectione reparentur.

¶ EXAM. Ly in corpore hominis. Scilicet perfecto. Nam corpus alicuius hominis est nũc imperfectum, puta illud à quo abscissa est manus, vel cui eruti sunt oculi, vel huiusmodi.

¶ PROB. Quia patet ex conclusione prima.

¶ NOT. Vt dicamus sic in forma. Oportet hominem perfectũ resurgere: ergo oportet ꝙ omnia mẽbra, quę nunc sunt in corpore hominis, reparentur.

1^m de maiori.

Remoto fine. ℞. Quocumque: non, aliquo tãtum. §. Tunc nihil &c. Licet.n. in resurrectione remoueatur finis genitalium ad generandum (vt arguitur): tamẽ adhuc remanebit duplex illorum finis, s. vt perfectum esse retineant, & vt sapientiam Dei repræsentent: vt ex textu summarie colligitur.

*Deut. 32.

¶ NOT. Ad hoc ergo vt aliqua res nõ dicatur esse frustra sufficit; ꝙ vnus finis remaneat, & quod omnes alij remoueãtur. Hoc ẽt dictum est superius, & declaratum diffusè quæst. 16.

*Arist. lib. 2. tex. 36.

2^m de minori.

Intestina nõ resurgunt. ℞. Negatur illa. §. Ad probationem dicitur: vt in textu.

3^m minor. Membrum propter furtũ amputatum ei, qui postea pœnitentiã agit & saluatur, non potest in resurrectione remunerari. ℞. Negatur illa. §. Et ratio est, q.a ad remunerationem sufficit, ꝙ homo mereatur. Cum.n. ipse ex toto q̃d habet eligat seruire Deo; meretur præmiari secundũ partes, quæ aliàs sibi deberentur. Vide rationem prædictorum in textu.

¶ NOT. Præmiũ correspõdet merito; & meritum magis pẽsatur ex corde facientis, quàm ex opere secundum se. Vnde & Abraham dicitur tantum meruisse in matrimonium, quantũ Ioannes in virginitate, 2.2.q.152.art.4. ad primum. licet quantum est ex opere ſin se magis multum meruerit Ioannes, quàm Abraham; cum virginitas præponderet matrimonio. Cum itaque seruit Deo aliquis cęcus, seu elinguis intendens seruire ei ẽt per ministeriũ linguæ & oculorũ, si tales partes haberet, & dolet se nõ habere illas ad hoc, vt Deo seruiat plurib. membris: tñ talis, vt patet, seruit Deo etiã oculis & lingua in desiderio suo. Et cũ meritum ex anima magis, vt dictũ est, pẽsetur q̃ ex opere exteriori: patet, ꝙ homo hic meretur remunerari non tantũ in alijs partibus, quibus actualiter extra seruiuit Deo, sed etiam in partibus his, s. de lingua & oculis, quibus Deo seruiuit in voto. Hoc intendit textus sin. dum dicit ly tamen ipse homo meretur, vt totum præmietur, qui ex toto quod habet, Deo seruit.

Quõ meretur quis præmiari à Deo, etiã secundũ illa. quæ nõ habet ad extra.

ergo videtur quòd non omnia membra resurgent.

¶ 2 Præterea. Intestina quędã membra sunt: sed non resurgunt, plena.n. resurgere non possunt, quia immunditias continent, nec vacua, quia nihil est vacuum in natura; ergo non omnia membra resurgent.

¶ 3 Præterea. Ad hoc corpus resurget vt præmietur de opere quod anima per ipsum gessit: sed membrum propter furtum amputatum ei, qui postea pœnitentiam agit, & saluatur, non potest in resurrectione remunerari, nec de bono, quia ad hoc cooperatũ non est, nec de malo, quia pœna membri in pœnam hominis redundaret, ergo non omnia membrã resurgent cum homine.

SED CONTRA. Magis pertinẽt ad veritatem humanæ naturæ alia membra, quàm capilli, & vngues, sed ista restituentur homini in resurrectione, vt in litera dicitur; ergo multo fortius alia membra.

¶ Præterea. Dei perfecta sunt opera: * sed resurrectio opere diuino fiet; ergo homo reparabitur perfectus in omnibus membris.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dicitur in secundo * de anima, Anima se habet ad corpus non solum in habitudine formæ, & finis; sed etiam in habitudine causæ efficientis. Est enim comparatio animæ ad corpus sicut comparatio artis ad artificiatũ, vt dicitur in 3. de animalibus, quicquid autẽ explicitè in artificio ostenditur, hoc totum implicitè, & originaliter in ipsa arte continetur, similiter etiam quicquid in partibus corporis apparet, totum originaliter, & quodãmodo implicitè in anima continetur. Sicut ergo artis opus non esset perfectũ, si artificiato aliquid deesset eorum quæ ars continet, † ita nec homo posset esse perfectus, nisi totum, quod in anima implicitè continetur, exterius in corpore explicaretur, nec etiã corpus animæ ad plenum proportionaliter responderet. cum ergo oporteat in resurrectione corpus hominis esse animæ totaliter correspondens, quia nõ resurget nisi secundum ordinem, quem habet ad animam rationalem, oportet etiam hominem perfectum surgere, vt potè qui ad vltimam perfectionem cõsequendam reparatur; oportet etiam quòd omnia membra, quæ nũc sunt in corpore hominis, in resurrectione reparentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd membra possunt dupliciter considerari in comparatione ad animam, vel secundum habitudinem materiæ ad formam, vel secundum habitudinem instrumenti ad agentem; eadem enim est comparatio totius corporis ad totam animam, & partium ad partes, vt dicitur in * secundo de Anima. Si ergo membrum accipiatur secundum primam comparationem, finis eius non est operatio, sed magis perfectum esse speciei, quod etiam post resurrectionem requiretur. Si autem accipiatur secundum secundam comparationem, sic finis eius est operatio, nec tamen sequitur quòd quando deficit operatio, quòd frustra sit instrumentum, quia instrumentum non solum seruit ad exequendam operationem agentis, sed ad ostendendã virtutem ipsius. Vnde oportebit, quòd virtus potentiarum animæ in instrumentis corporeis demonstretur, et si nunquam in actum prodeant; vt ex hoc commendetur Dei sapientia.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ intestina resurgent in corpore, sicut & † alia membra, & plena erũt non quidem turpibus superfluitatibus, sed nobilibus humiditatibus.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd actus quibus meremur, nõ sunt (propriè loquendo, manus, vel pedis, sed totius hominis: sicut † & operatio artis non attribuitur scientiæ, sed artifici vt principio, quãuis ergo membrum, quod ante pœnitentiam est mutilatum, non sit comperatum homini in statu illo, quo gloriam promeretur; tamen ipse homo meretur, vt totũ præmietur, qui ex toto quod habet Deo seruit.

† Aliàs instrumẽto.

APPENDIX.

EX art. habes primò: quomodo ꝑ rationem ostẽdas, meritò insinuatum esse à fortiori per Luc. 21. quod omnia mẽbra humani corporis resurgent: & sic. Capillus de capite vestro nõ peribit. Hæc ibi. Si.n. tam minimũ quid in resurgente non peribit, patet: ꝙ multò magis per hoc ostẽditur, ꝙ membra nulla corporis peribunt. Itẽ ꝑ Psal. 33. vbi de iustis dicitur. Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnũ ex his non conteretur. Item per 1. Regum 2. Pedes sanctorum suorum seruabit. Hæc ibi. Ex quibus, argumẽtare; vt nũc suprà. Cum autem audis, hæc dici de sanctis quò ad resurrectionẽ, intellige etiam de malis, quò ad illam: Cõformabuntur enim vtriq; Christo, qui in resurrectione reassumpsit omne, quod ad humanæ naturæ integritatẽ pertinebat. 3. par. q. 54. art. 3. quò ad vitã naturæ: licet solum boni quò ad vitã gloriæ suprà q. 75. art. 2. ad 3. & q. 76. ar. 1. ad 4. Item per constitutiones Apostolicas authore Clemẽte Papa & martyre, lib. 5. c. 8. Excitabit nos omnipotens Deus virtute sua, nil mancũ habentes: quoniã mũdus totus manu Dei continet. Capillus, inquit, ex capite vestro non peribit. Hæc ibi.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2 Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & Patrum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. 3 Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina & declaretur, & consolidetur.

SVPER Q. CXI. Aliàs 80. Art. II.

CONCL. 1. Capilli & vngues sunt de secunda perfectione corporis humani, quamuis non de prima.

346

¶ PROB. primò: Quia anima vtitur capillis ac vnguibus ad conseruationem aliarum partiũ (patet ab exẽplo de folijs respectu fructuum). Secunda autem pars, s. quam-

## ARTICVLVS II.

*Vtrum capilli & vngues resurgent in humano corpore.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ capilli, & vngues non resurgẽt in corpore humano, q.a sicut capilli, & vngues ex superfluitatibus cibi generãtur, ita vrina, & sudor, & alię superfluitates, vel fęces, sed hæc non resurgent cum corpore; ergo nec capilli, & vngues.

quamuis &c. probatur: Quia anima non vtitur his ad operationes suas exequendas (sicut corde, hepate, manu, pede, &c.)

¶ COROLLAR. Ergo ex probatione hac facile habetur diffinitio eorum, quæ sunt de prima, & de secunda intentione naturæ: quod perfacilè videbis, maximè adiuncto tex.

¶ CONCL. 2. Oportet: quòd capilli & vngues resurgant in homine.

¶ PROB. Quia homo resurget in omni perfectione suæ naturæ (patet articulo primo).

¶ EXAM. Ly perfectione suæ naturæ. Scilicet indiuiduali habente formam determinatam: vt ex ad secundum, &c. artic. 3. corp. colligitur.

1^m^ de maiori.

Ito. ℞. Quantum ad generari: non quantum ad esse vtile. §. Tunc nihil &c. Non enim omne quod generatur ex superfluitatibus, est superfluum: sed aliquod sic, vt vrina, & aliquod non, vt capilli.

2^m^ illatio conclusionis. Ergo &c.

℞. Negatur illatio. §. Nam aliud est loqui de pertinente ad perfectionem speciei, aliud de pertinente ad perfectionem indiuidui: & conclusio secunda loquitur tantum de pertinentibus ad perfectionem indiuidui, vt in examine ante ad primum.

3^m^ maior. Nihil est perfectum anima rationali, quod non sit perfectum anima sensibili. ℞. Negatur ista. §. Ratio est: quia anima rationalis perficit aliquas partes vsque ad hoc, quòd perfectioné sensus participant, vt sunt manus, pedes, &c. huiusmodi. aliquas verò perficit, sed non vsque ad hoc, quòd sensum habeant, vt sunt ossa. In signum autem huius, quòd capilli & vngues perficiantur ab anima rationali, est; quòd nutriuntur, & augentur.

* Sic & infrà, artic. 5. huius q. ad primum.

¶ 2 Præterea. Inter alias superfluitates, quæ ex cibo generantur, maximè accedit ad naturæ humanæ veritatẽ semen, quod est superfluum, quo indiget, sed semen non resurget in corpore hominis; ergo multo minus capilli, & vngues resurgent.

¶ 3 Præterea. Nihil est perfectũ anima rationali, quod nõ sit perfectum anima sensibili; sed capilli, & vngues nõ sunt perfecti anima sensibili, quia eis nõ sentimus, vt dicitur in 3. de anima; * ergo cum non resurget corpus humanum nisi propter hoc, quod est perfectum ab anima rationali, videtur quòd capilli, & vngues non resurgent.

* Arist. lib. 3. de anima tex. 66.

SED CONTRA est, quod dicitur Lucæ 21. Capillus de capite vestro non peribit.

¶ Pręt. Capilli, & vngues sunt dati in ornamẽtum homini: sed corpora hominum præcipuè electorum debent resurgere cũ omni ornatu; ergo debent resurgere cum capillis.

RESPON. Dicendum, quòd anima se habet ad corpus animatum, sicut ars ad artificiatum, & ad partes eius, sicut ars ad sua instrumẽta: vnde & corpus animatum organicum dicitur: ars autem vtitur instrumentis ad operis intenti executionem, & hæc instrumenta sunt de prima intentione artis. Vtitur etiam aliis instrumentis ad conseruationem principalium instrumentorum, & hæc sunt de secunda intentione artis, sicut ars militaris vtitur gladio ad bellum, & vagina ad gladii conseruationem, & ita in partibus corporis animati, quædam ordinantur ad operationes animæ exequendas, sicut cor, hepar, manus, & pes, quædam autem ad conseruationem aliarum partium, sicut folia sunt ad coopertutam fructuum, ita etiam capilli & vngues sunt in homine ad custodiã aliarum partium, vnde sunt de secunda perfectione corporis humani, q̃uis non de prima, & quia homo resurget in omni perfectione suę naturę, propter hoc oportet, vt capilli, & vngues resurgant in ipso.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illæ superfluitates expelluntur à natura quasi ad nihilum vtiles, vnde non pertinẽt ad perfectionem humani corporis. Secus autem est de illis superfluitatibus, quas natura sibi retinet ad generationẽ capillorum, & vnguium, quibus indiget ad membrorum conseruationem.

AD SECVNDVM dicendum, q; semine non indiget vt ad perfectionem indiuidui, sicut capillis, & vnguibus: sed solum ad perfectionem speciei.

AD TERTIVM dicẽdum, q; capilli, & vngues nutriũtur, & augentur, & sic patet q; aliquam operationem participãt, quod non posset esse nisi essent partes aliquo modo ab anima perfectæ: & quia in homine non est nisi vna anima, scilicet rationalis, cõstat quòd ab anima rationali perfecta sunt; quamuis nõ vsque ad hoc quòd operationẽ sensus participent, sicut nec ossa, de quibus cõstat, quòd resurgent, & quòd sunt de integritate indiuidui.

APPENDIX.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum directè à scripturis, & Patribus, quòd capilli, & vngues resurgent in homine: & sic, vt articu. primo appen. Vide ubi, quoniam authoritates illæ vtrumque propositum concludant, sed illud à fortiori, hoc directè.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2 ¶ Secundò habes: quomodo per rationem prędicta Patrum, & scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis.

3 ¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. CXI. Aliàs 80. Art. III.

347

CONCL. 1. Quicqd pertinet ad integritatem humanæ naturæ in resurgente, hoc totum resurget.

¶ EXAMEN. Ly in resurgente. Hoc dicitur ad differentiam viuentis in præsenti vita. Hic enim pertinent aliqua ad integritatẽ, vel quasi integritatem naturę humanæ; vt semen, vrina, sudor, & aliæ superfluitates, & fæces, quæ ibi in resurgẽte ad eius integritatem non pertinebunt; ex art. 2. ad primũ & ad secundum.

¶ PROB. Quia patet ex prædictis art. 1. & 2.

¶ CONCL. 2. Humiditatum, quæ sunt in recedendo à perfectione huius indiuidui, nulla resurget.

¶ EXAM. Ly quę sunt in recedendo &c. Vt declaratur in tex. Et sunt in duplici differẽtia: ibidem.

¶ Ly huius indiuidui. Ad differẽtiam qualiscũque alterius. Et hoc dicitur propter lac, qđ ordinatur ad nutritionem alterius indiuidui, & non huius lactantis.

¶ PROB. Quia nulla talium humiditatum est de perfectione indiuidui resurgentis (vt ar. 2. ad primum, & ad secundum patet).

¶ CONCL. 3. Sanguis, & alij tres humores, quos natura ordinat ad membra, quæ ex eis generantur resurgent cum alijs partibus corporis.

¶ EXAM. Ly & alij tres humores. Hi sunt pituita, idest phlegma, fel flauum, idest cholera, fel nigrum, i. melancholia.

¶ Ly

## ARTICVLVS III.

*Vtrum humores in corpore resurgent.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q; humores in corpore non resurgent: nam 1. Cor. 15. dicitur: Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt. sed sanguis est principalior humor; ergo non resurget in beatis, qui regnum Dei possidebunt, & multo minus in aliis.

¶ 2 Præterea. Humores sunt ad restaurationem deperditi: sed post restaurationem nulla deperditio fiet; ergo corpus non resurget cum humoribus.

¶ 3 Præterea. Illud, quod est via generationis in corpore humano, nondũ est ab anima rationali perfectũ: sed humores adhuc sunt in via generationis, quia sunt in potentia caro, & os; ergo nondum sunt perfecti anima rationali: sed corpus humanum non habet ordinem ad resurrectionem, nisi secundum quòd est anima rationali perfectum; ergo humores in eo non resurgent.

SED CONTRA est, quia quod est de cõstitutione corporis humani resurget in eo: sed humores sunt huiusmodi, vt patet per Aug. * qui dicit, q; corpus constat ex membris officialibus, officialia ex consimilibus, consimilia ex humoribus; ergo humores resurgent in corpore.

* In lib. de spirit. & anima, c. 15: ante med. tom. 3.

¶ Præterea. Resurrectio nostra erit conformis resurrectioni Christi: sed in Christo resurrexit sanguis, aliàs nunc vinum non transsubstantiaretur in sanguinem eius in sacramento altaris; ergo & in nobis resurget sanguis, & eadem ratione alii humores.

RESPOND. Dicendum, quòd quicquid pertinet ad integritatem humanæ naturæ in resurgente, hoc totum resurget ratione prædicta; * vnde oportet, quòd illa humiditas corporis resurgat in homine, quæ

* ar. 1. & 2. huius qst. corp.

ad integritatem humanę naturę pertinet. Est autẽ in homine triplex humiditas: quædã enim humiditas est in recedẽdo à perfectione huius indiuidui, vel quia in via est corruptionis, & à natura abiicitur, sicut vrina, sudor, & sanies, & huiusmodi, vel quæ à natura ordinatur ad conseruationem speciei in aliquo indiuiduo, siue per actũ generatiuæ, sicut semen, siue per actum nutritiuæ, sicut lac, & nulla talium humiditatum resurget, eo quòd non est de perfectione indiuidui resurgentis. Secunda humiditas est, quæ nondum peruenit ad vltimã perfectionem, quam natura operatur in indiuiduo, sed est ad illam ordinata à natura, & hęc est duplex: quia quædã est, quæ habet aliquam formam determinatam, quæ continetur inter partes corporis, sicut sãguis, & alii tres humores, quos natura ordinat ad membra, quæ ex eis generantur, sed tamen habẽt aliquas formas determinatas, sicut & aliæ partes corporis, & ideo resurgẽt cum aliis partibus corporis, quædã verò humiditas est in via transeundi de forma in formam, s. de forma humoris in formam membri, & talis humiditas non resurget, quia post resurrectionem partes corporis singulæ in suis formis stabilientur, vt una in aliam non transeat, & ideo nõ resurget illa humiditas, quæ est in ipso actu trãseundi de forma in formam. Hæc autẽ humiditas potest in duplici statu accipi: vel secundum quod est in principio transmutationis, & sic vocatur res illa, s. humiditas, quæ est in foraminib. paruarum venarum, vel secundum quod est in progressu transmutationis, & incipit iam dealbari, & sic vocatur * cambium, in neutro autem statu resurget. Tertium autem genus humiditatis est quod iam peruenit ad vltimam perfectionẽ, quam natura intẽdit in corpore indiuidui, quę iam est dealbata, & incorporata membris, & hæc vocatur gluten, & cũ hæc sit de substãtia membrorum, etiam resurget sicut & membra.

* Al. ros.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod caro, & sanguis in verbis illis Apostoli non accipiuntur pro substantia carnis: sed pro operib. carnis, & sanguinis, quæ sunt opera peccati, vel opera animalis vitæ, vel secundum quod dicit Aug. * in Epist. ad Consentium: Caro, & sanguis accipitur ibi pro corruptione, quæ nunc dominatur in carne, & sanguine. Vnde & subditur in verbis Apostoli, Neque corruptio incorruptionem.

* Epi. 146. declinando ad fin. tom. 2.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut membra seruientia generationi erunt post resurrectionem ad integritatem humanæ naturæ, nõ ad operationem, quæ nunc exercetur per membra illa; ita & humores erunt in corpore non ad restaurationem deperditi: sed ad integritatem humanæ naturę reparandam, & ad virtutis naturalis ostensionem.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut elemẽta sunt in via generationis respectu corporum mixtorum, quia sunt eorum materia, non autem ita quod semper sint in transeundo in corpore mixto; ita etiã se habent humores ad membra: & propter hoc sicut elementa in partibus vniuersi habẽt formas determinatas, ratione quarum sunt de perfectione vniuersi, sicut & corpora mixta, ita etiam humores sunt de perfectione corporis humani, sicut & aliæ partes, quamuis non perueniant ad tantam perfectionem, sicut aliæ partes: nec elementa habent ita formas perfectas sicut mixta. Sicut autem partes omnes vniuersi à Deo perfectionem cõsequuntur non æqualiter, sed secundum suum modum vnumquodque; ita etiam humores aliquo modo perficiuntur ab anima rationali, non tamen eodem modo sicut partes perfectiores.

Propter duo requiruntur humores in corpore.

¶Ly quos natura ordinat. Scilicet dupliciter. Ordinat.n. eos ad hoc, vt generent illa: & ordinat ad hoc aliud, vt illa generata cũ reliquo corporis ex eis temperamentum recipiant. His enim quatuor humoribus naturam carnis temperari ars medicinæ testatur.

¶PROB. Quia sanguis, cum alijs tribus, habet formas determinatas, sicut etiam alię partes corporis.

¶COROLL. Aut ergo nullę partes corporis resurgerent, quod est contra articulos præmissos; aut isti humores simul cum eis resurgent. Nam de similibus idẽ est iudicium: & prædicta omnia similia sunt in eo, quod singula habent aliquã formam determinatam.

¶CONCL. 4. Illa humiditas, quæ est in ipso actu trãseũdi de forma in formã, non resurget.

¶PROB. Quia post resurrectionẽ partes corporis singulæ in suis formis stabilientur, vt vna in aliam non transeat.

¶NOT. Et hoc: quia omnia corpora resurgẽtia tam bonorũ, quàm malorum erunt incorruptibilia: & vltra hoc, cessante etiam motu cęli omnes etiam alij motus ex eo dependentes cessabunt, q. 78. artic. 1. corp. & art. 2. corp.

¶CONCL. 5. Gluten resurget, sicut & mẽbra.

¶EXAM. Ly gluten. Quid significet hoc, patet in tex.

¶PROB. Quia gluten est de substantia membrorum.

¶COROLL. Aut ergo membra nõ resurgent, quod est contra art. 1. aut gluten etiam resurget.

1m ex Apostolo. Caro & sanguis. ℞. i. opera vel peccati, vel animalis vitæ: non autẽ, substantia carnis, aut sanguinis. §. Tũc nihil &c. vt patet. Nam cõclusio loquitur de substãtia humorũ illorum.

¶NOT. Ex hoc respõso, per contextum Apostoli ly neque corruptio incorruptionem approbato, reiicitur efficaciter hæresis Cerinthi (Prat. Cerinthiani), dicentis post resurrectionem homines futuros in voluptate mundi cum concupiscentijs, & libidine.

Item illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Conceditur illatio; stando in sensu Apostoli. §. Nam per carnem, & sanguinem intelligit corruptionem, quæ nunc dominatur in eis.

¶NOT. Illa corruptio nunc in eis dominans est transitus, siue transmutatio de vna forma in aliam, puta de forma humorum in formam membrorum, vt in corp. & appellatur quidam fluxus & refluxus materialiter factus art. 4. corp. ibi. Tertia autem opinio quantum ad aliquid differt &c. & talis corruptio, siue humiditas in tali corruptione existens non resurget, vt in 4. concl. corp.

2m maior. Humores sunt ad restauratiõẽ deperditi. ℞. Et ad integritatẽ humanæ naturæ, & ad ostensionẽ virtutis naturalis. §. Tunc &c. Licet. n. non resurgant propter restaurationẽ deperditi (vt arguitur): resurgent tamen, propter alia duo.

¶NOT. Vide art. 1. ad primum, vt melius vicissim ad huiusmodi responsiones intelligendas iuuari possis.

3m de conclusione. Humores non sunt perfecti anima rationali. ℞. Secundum quod ab ea perficiantur partes maiores corporis: non autẽ absolute. §. Sicut. n. partes omnes vniuersi à Deo &c. vt in textu. Tunc nihil &c. Nam ad rationẽ resurrectionis sufficit, quod resurgens ab anima rationali perficiatur, non sm hunc, vel illum modum determinatũ, sed secundum aliquem modum. Vide art. 2. ad tertium.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò quomodo per rationem ostẽdas; meritò insinuatum tanquam à fortiori, per Luc 21. quod humores resurgẽt in corpore: & sic. Capillus de capite vestro non peribit. Hæc ibi. Per hoc enim innuitur, quòd illa, quæ maiorem habent perfectionem ab anima rationali quàm capilli, multò magis non peribunt in resurrectione. Ad hanc enim resurrectionem applicanda est illa authoritas, vt sit à constitutionibus Apostolicis authore Clemente Papa & martyre lib. 5. c. 8. Item à &c. vt art. 1. & 2. append. Authoritates enim ibi allegatę, propositum præsens aliquo modo concludunt; vt videre est applicanti. Ex hoc tamen, quod authoritates illæ ponunt humores resurrecturos in corpore, caue; ne aliquam corruptibilitatẽ corporibus resurgendis immisceas: propterea quòd uides in præsenti alterationes, multasque corruptiones ex humoribus in corpore existentibus generari. Nam sicut virtute diuina resurrectio fiet ipsorum, ita virtute eadem corruptibilitas omnis ab eis auferetur in perpetuũ: sicut & à simili de igne respectu positorum in camino, & bonorum nihil purgabile habẽtium dictum est quæst. 74. artic. 8. Vnde & directius monstrat hoc Augustinus in epist. ad Consentium, inquiens. Fortassis accepta occasione sanguinis vrgebit nos molestior perscrutator, & dicet; Si sanguis in corpore Christi resurgẽtis fuit; cur non & pituita, i. phlegma, cur non & fel flauum, i. cholera, & fel nigrum, i. melancholia? Sed quodlibet quisquis addat, corruptionem addere caueat: ne suæ fidei sanitatẽ, castitatemque corrumpat. Valet enim diuina potentia de ista visibili, atque tractabili natura corporum, quibusdam manentibus auferre; quas voluerit qualitates: vt absit labes, scilicet corruptionis, adsit effigies, adsit motio, absit fatigatio, adsit vescendi potestas, absit esuriendi necessitas. Hæc ibi. Hæc autem, quæ dicit de humoribus in Christo resurgente, dicas & de resurrecturis hominibus; quoniam resurrectio Christi est causa & efficiens & exemplaris resurrectionis nostræ, quæst. 76. artic. 1. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto humores resurrecturos in corpore insinuant, & intelligas, & defendas. Tertiò uides; quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

* Art. 1 huius q. ad 1.

Virtute diuina humorib. in corpore resurrecturo.

2

3

### SVPER Q. CXI. Aliàs 80. Art. IIII.

348

CONCL. 1. Secundum primam circa hoc opinionem, resurget tantum illud, quod fuit de veritate humanæ naturæ indiuidui: & per decisionem, atque multiplicationem ad perfectionem prædictã peruenit in numero & quãtitate indiuiduorum.

¶ EXAM. Ly prædictam. Vt suprà in textu corp.

¶ PROB. primò: Quia in resurrectione oportet naturam humanã in sua perfectione reparari (patet art. 1.) Secunda autem pars, s. tantum, probatur: Quia nihil generatum ex alimento resurget in homine (cum tale quid secundum eãdem opinionẽ non pertineat ad ueritatem humanæ naturæ). Tertia autem pars, s. & per decisionem &c. præsupponitur clara ex dictis circa illam opinionem primam.

¶ CONCL. 2. Iuxta opinionem secundã resurget totum id, quod est de ueritate humanæ naturæ principaliter; nõ autem totum, quod est de veritate humanę naturæ secundario.

¶ NOT. Quid sit de veritate humanæ naturæ primo, vel secundario; vide in textu.

¶ PROB. primò: Quia præsupponitur clara. Secunda autem pars, scilicet non autẽ totum &c. probatur. Quia de hoc tantũ reparabitur, quantum necessarium est ad quantitatem reintegrandam.

¶ CONCL. 3. Idem, quod ponit resurgere in homine secũda opinio, ponit tertia, sed non penitus eadem ratione.

¶ PROB. Quia patet in textu, quò ad vtramque partem.

¶ NOT. 1. Pro declaratione primæ partis seruit textus præpositus huic conclusioni: pro declaratione verò secundæ facit tex. subsequens ly ponit enim totum illud &c.

¶ NOT. 2. Ex præmissis tribus conclusionibus fiat vna resoluta conclusio communis, & ad literam correspondens titulo; quę sit hæc sequens.

¶ CONCL. Totum, qđ est de veritate humanæ naturæ, resurget in homine.

¶ PROB. Quia patet ex dictis (cum illæ tres opiniones conueniãt in hoc).

¶ NOT. Differunt enim illæ opiniones tres, non in hoc, sed in declarando terminum hunc, scilicet quid sit illud, qđ est de veritate humanæ naturæ: vt patet discurrenti & intelligenti illas.

Primum

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum totum quod fuit in corpore de veritate humanæ naturæ surget in ipso.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non totum, quod fuit in corpore de veritate humanæ naturæ, resurget in ipso. Quia cibus conuertitur in veritatem humanę naturæ: sed aliquando carnes bouis sumuntur in cibum. Si ergo resurget quicquid de veritate humanę naturę est, resurget etiam caro bouis, quod est inconueniens.

¶ 2 Præt. Costa Adæ fuit de veritate humanæ naturæ in ipso, sicut & costa nostra in nobis: sed costa Adæ non resurget in eo: sed in Eua, aliàs Eua non resurgeret, quæ de costa illa formata est; ergo non resurget in homine quicquid fuit in eo de veritate humanæ naturæ.

¶ 3 Præterea. Potest esse quòd aliquid fuit de veritate humanæ naturæ in diuersis hominibus, sicut si aliquis carnibus humanis vescatur, quæ in substantiam eius transeant; ergo non resurget in aliquo quicquid fuit de veritate humanæ naturæ in ipso.

¶ 4 Si dicatur quòd non quicquid est in carne comesta, est de veritate humanæ naturæ, & ita aliquid eorum potest resurgere in primo, & aliquid in secundo, Contra. De veritate humanæ naturæ maximè videtur esse illud, quod à parentibus trahitur: sed si aliquis non comedens nisi carnes humanas filiũ generet, oportet quòd illud, quod filius à parente trahit, sit de carnibus aliorum hominum, quas pater suus comedit, quia semen est de superfluo alimenti, vt Philosophus * probat in libro de animalibus; ergo illud, quod est de veritate humanæ naturæ in puero isto, fuit etiam de veritate humanæ naturæ in aliis hominibus, quorum carnes pater comedit.

* lib. 1. de gener. animal c. 18. & 19.

¶ 5 Si dicatur, quòd illud, quod erat de veritate humanæ naturę in carnibus hominum comestorum, nõ transit in semen: sed illud, quod erat ibi de veritate humanæ naturæ, non existens. Contra: Ponatur quòd aliquis cibetur solum embryis, in quibus nihil videtur esse quod non sit de veritate humanæ naturæ, quia totum quod est in eis, à parentibus trahitur; si ergo superfluitas cibi conuertitur in semen, oportet quòd illud, quod fuit de veritate humanæ naturæ in embryis, quæ etiam ad resurrectionem pertinent, postquam animam rationalem perceperunt, sit etiam de veritate humanæ naturę in puero, qui ex tali semine generatur, & sic cum non possit idem resurgere in duobus, non poterit in quolibet resurgere quicquid fuit de veritate humanæ naturæ in ipso.

SED CONTRA. Quicquid fuit de veritate humanę naturæ, fuit perfectum anima rationali: sed èx hoc habet corpus humanum ordinem ad resurrectionem, quia fuit anima rationali perfectum; ergo quicquid fuit de veritate humanæ naturæ, resurget in vnoquoque.

¶ Præterea. Si à corpore hominis subtrahatur aliquid, quod est de veritate humanæ naturæ, in ipso non erit corpus hominis perfectum: sed omnis imperfectio hominis tolletur in resurrectione, præcipuè ab electis, quibus promissum est Luc. 21. quòd capillus de capite eorum non peribit; ergo quicquid fuit de veritate humanæ naturæ, resurget in homine.

RESPON. Dicendum, quòd vnumquodque sicut se habet ad veritatẽ, ita se habet ad esse, vt dicitur in 2. * Metaph. quòd illa res vera est, quæ est ita, vt videtur † cogitari secundum actum, & propter hoc Auicen. dicit, quòd veritas vniuscuiusque rei est proprietas sui esse, quod stabilitum est ei, & secundum hoc aliquid dicitur esse de veritate humanæ naturæ, quia propriè pertinet ad esse humanæ naturæ, & hoc est quod participat formam humanæ naturæ, sicut verum aurum dicitur, quod habet veram formam auri, ex qua est esse proprium auri.

* Arist. lib. 2. tom. 4.
† Al. cognitiori.

Vt ergo videatur quid est illud, quod est de veritate humanæ naturæ, sciendum est, quòd circa hoc est triplex opinio. Quidam enim posuerunt, quòd nihil de nouo esse incipit de veritate humanæ naturæ, sed quicquid ad veritatem humanæ naturæ pertinet, totum fuit in ipsa institutione humanæ naturę de veritate eius, & hoc per seipsum multiplicatur, vt ex eo possit semen decidi à generante, ex quo filius generetur; in quo etiam illa pars decisa multiplicatur, vt ad perfectam quantitatem perueniat per augmentum, & sic deinceps, & ita multiplicatum est totum genus humanum. Vnde secundum opinionem hanc, quicquid ex alimento generatur, quamuis videatur speciem carnis, aut sanguinis habere, non tamen pertinet ad veritatem humanæ naturæ.

Alii autem dixerunt, quòd aliquid de nouo additur ad veritatem humanæ naturæ per transmutationem alimenti in corpus humanum, considerata veritate humanæ naturæ in specie, ad cuius conseruationem ordinatur actus generatiuæ virtutis. Si autem veritas humanæ naturæ in indiuiduo consideretur, ad cuius conseruationem, & perfectionem actus nutritiuæ virtutis ordinatur, non additur aliquid per alimentum quod sit primo de veritate humanę naturæ huius indiuidui: sed solum secundario. Ponunt enim, quòd veritas humanæ naturæ primo, & principaliter consistit in humido radicali, ex quo est prima constitutio humani generis, quod autem conuertitur de alimento in veram carnem, & sanguinem, non est principaliter de necessitate humanæ naturæ illius indiuidui, sed secundariò: sed potest esse principaliter de veritate humanæ naturæ alterius indiuidui, quod ex semine illius generatur. Semen enim ponunt esse superfluum alimenti, vel cum admixtione alicuius, quod est primo de veritate humanæ naturæ in * generatione, vt quidam dicunt, vel sine admixtione eius, vt dicunt alii, & sic quod est humidum nutrimentale in vno, est humidum radicale in alio.

* Al. generante.

Tertia opinio est, quòd aliquid de nouo incipit esse principaliter de veritate humanæ naturę etiam in isto indiuiduo, quia non est distinctio talis in corpore humano, vt reliqua pars materialis signata de necessitate per totam vitam remaneat: sed ad hoc indifferenter se habet quælibet pars significata accepta, quod manet semper quantum ad id, quod est speciei in ea: sed potest fluere quantum ad id, quod est materiæ in ipsa, & sic humidum nutrimentale non distinguitur

à radi-

a radicali ex parte principii, vt dicatur radicale, quod est ex femine generatum, nutrimentale uero, quod generatur ex cibo, & magis distinguitur ex termino quod radicale dicitur, quod ad terminum generationis peruenit per actum generatiuæ, uel etiam nutritiuæ virtutis, sed nutrimentale, quod nondum peruenit ad hunc terminū, sed est adhuc in uia nutriendi, & hæ tres opiniones in secundo lib. Sententiarum distinct. 30. plenius positæ, & inuestigatæ sunt, & ideo non oportet hic repetere, nisi quantum ad propositum pertinet.

Sciendum est ergo, quòd secundum opiniones diuersimode ad hanc quæstionem oportet respondere. Prima opinio per uiam multiplicationis, quam ponit, potest ponere perfectionem humanæ naturæ, & quantum ad numerum indiuiduorum, & quantum ad debitam quantitaté vniuscuiusque indiuidui, absque eo, quod est ex alimento generatum, quod quidem non addit nisi ad resistendum consumptioni, quæ posset induci per actionem caloris naturalis, sicut argento apponitur plumbum, ne ex liquefactione consumatur. Vnde cum in resurrectione oporteat naturam humanam in sua perfectione reparari, nec calor naturalis tūc agat ad consumptionem humidi naturalis, nulla necessitas erit quòd resurgat aliquid in homine, quod ex alimento sit generatum, sed resurget tantum illud, quod fuit de ueritate humanæ naturæ indiuidui, & per decisionem, & multiplicationem ad prædictam perfectionem peruenit in numero, & quantitate.

Secunda autem opinio, quia ponit, quòd eo, quod generatur ex nutrimento, indigetur ad perfectionem quantitatis indiuidui, & ad multiplicationem, quæ fit per generationem, necesse habet ponere aliquid de hoc, quod conuersum est in alimentum resurgere, non tamen totum, sed solum quantum indigetur ad perfectam reintegrationem humanæ naturæ, in omnibus suis indiuiduis. Vnde ponit hæc opinio, quòd totum illud, quod fuit in substantia feminis, resurget in illo homine, qui ex illo femine generatus est, quia hoc est principaliter de veritate humanæ naturæ in ipso, de eo autem, quod postea aduenit per nutrimentum, tantum resurget in eo, quantum est necessarium ad perfectionem quantitatis. Sed quia hoc humidum nutrimentale fluit, & refluit hoc ordine reparabitur, quia illud, quod primo fuit de substantia corporis, totum reparabitur, & de eo, quod secundo, & tertio, & deinceps aduenit, quantum necessarium est ad quantitatem reintegrandam, quod patet duplici ratione. Primo, quia illud, quod super hoc aduenit, inductum fuit, ut illud, quod primo erat deperditum, repararetur, & ita non ita principaliter pertinet ad ueritaté humanæ naturæ sicut præcedens. Secundo, quia adiunctio humidi extranei ad primum humidum radicale facit, quòd totum permixtum non ita perfecte participet uirtutem speciei, sicut primum participabat. Et ponit exemplum Philosophus * in primo de Generatione, de aqua permixta uino, quæ semper uirtutem vini debilitat, ita quòd in fine ipsum aquosum reddit, unde sicut secunda aqua, quàmuis assumatur in speciem uini, nō tamen ita perfecte speciem vini participat, sicut prima, quæ in uinum assumebatur, ita illud, quod de alimento secundo in carnem conuertitur, non ita perfecte attingit ad speciem carnis, sicut, quod primo conuertebatur, & ideo non ita pertinet ad ueritatem humanæ naturæ, nec ad resurrectionem. Sic ergo patet, quòd hæc opinio ponit, resurgere totum id, quod est de veritate humanæ naturæ principaliter, non autem totum, quod est de ueritate humanæ naturæ secundario.

* Li. 1. tex. 88.

Tertia autem opinio, quantum ad aliquid differt a secunda, & quantum ad aliquid conuenit cum ea. Differt quantum ad hoc, quòd ponit totum, quod est sub forma carnis, & ossis eadem ratione ad ueritatem humanæ naturę pertinere, quia non distinguit aliquid materiale signatum permanens in homine toto tempore vitæ eius, quod per se pertinet ad ueritatem humanæ naturę, & aliquid fluens, & refluens, quod pertinet ad ueritatem humanę naturæ solum propter quantitatis perfectionem, non propter primum esse speciei, sicut secunda opinio dicebat, sed ponit omnes partes, quæ non sunt præter intentionem naturę aggeneratę, pertinere ad ueritatem humanę naturę, quantum ad id, quod habet de specie, quia sic manent, non autem quantum ad id, qđ habet de materia, quia sic fluunt, & refluunt indifferéter, ut ita etiam intelligamus contingere in partibus vnius hominis, sicut contingit in tota multitudine ciuitatis, quia singuli subtrahuntur a multitudine per mortem, aliis in loco eorum succedentibus. Vnde partes multitudinis fluunt, & refluunt materialiter, sed formaliter manent, quia ad eadem officia, & ordines substituuntur alii, a quibus priores subtrahuntur, vnde Resp. una numero remanere dicitur. Et similiter etiam dum quibusdam partibus refluentibus aliç reparantur in eadem figura, & in eadem situ, omnes partes fluunt, & refluunt secundum materiam, sed manét secundum speciem, manet nihilominus homo idem numero. Sed conuenit tertia cum secunda opinione, quia ponit quòd partes secūdo aduenientes, non ita perfecte attingunt ad ueritatem speciei, sicut, quę primo aduenerunt, & ideo idem quod ponit resurgere in homine secunda opinio, ponit tertia; sed non penitus eadem ratione. Ponit enim totum illud, quod ex semine generatum est, resurgere, non quia alia ratione pertineat ad ueritatem humanæ naturæ, quam hoc, quod postea aduenit, sed quia perfectius ueritatem speciei participat, quem ordinem ponebat secunda opinio in his, quæ postea adueniunt ex alimento, in quo etiam hæc opinio concordat cum alia.

Ad primum ergo dicendum, quòd res naturalis non est id, qđ est ex sua materia, sed ex sua forma, vñ quamuis illud materiæ, quod quandoque fuit sub forma carnis bouinæ, resurgat in homine sub forma carnis humanæ, non sequitur ꝙ resurgat caro bouis, sed caro hominis, alias enim posset concludi, quòd resurgeret limus, de quo formatū est corpus Adæ: tamen prima opinio concedit hanc rationem.

Ad secundum dicendum, ꝙ costa illa non fuit in Adam de perfectione indiuidui, sed ordinata ad multiplicationem speciei, unde non resurget in Adā, sed in Eua: sicut & semen non resurget in generante, sed in genito.

1m illatio conclusionis. Si ergo &c. R. Negatur illatio. §. Nam res naturalis non est id, qđ est ex sua materia, sed &c. ut in text.

¶Examen. Ly ex sua materia. Scilicet transeunte: nō autem, permanente. Patet enim quòd materia, cum sit per se principium rei naturalis (.1. Physic.) est de essentia ipsius, & cōsequêter quòd ipsa res denominatur a sua materia essentialiter. Cæterū, si de materia transeunte loquamur, non est sic; quoniam illa in aliam rem trāsit, & per consequens illa secundum se non potest denominare rem naturalem, sed illud, in quod illa transit, denominat eam. Exemplum ab artificialibus sumito de ista duplici materia: Panis enim nō est farina, nec ab ea denominaẗ; licet factus sit ex farina. Arma uerò ferrea denominantur, & sunt ferrum: quoniā ex eo, tanquam ex materia, facta sunt. Ratio diuersitatis est iam dicta; quia vna illarum scilicet farina, est materia transiens, altera, scilicet ferrum, est materia permanens. Applica tu modo ad res naturales. Rursus. Illud dictū textus ly res naturales non est id, quod est ex sua materia, sed ex sua forma, intelligi etiam potest hoc modo, quòd scilicet nō principaliter est quid ex sua forma. Prima tamen expositio est magis ad intentionem contextus; licet vtraq; secundum se sit uera.

Materia duplex.

Item maior.

Cibus cōuertitur in ueritatem humanæ naturæ. R. Negatur ista secundum primam opinionem. §. Hæc. n. ponebat, quòd nihil de nouo esse icipit de ueritate humanæ naturæ. Vide ẽm rñsum textus ly tamé prima opinio &c.

¶Not. Quando inquit textus, ꝙ prima opinio concedit hác rationem, non intendit ꝙ concedat, ꝙ caro bouis resurgat, sed intendit, ꝙ concedit, ꝙ nihil de alimēto gñatū resurget, & id pp rōné hanc ab arguente factam.

Respon. 2.

2m de maiori.

Sicut. R. Quantum ad esse

esse de ueritate humanæ naturæ præcisè: non, quantum ad esse de eius ueritate in indiuiduo. §. ut in tex. Tunc nihil &c. Nam conclusio articuli dicens, quòd existens de ueritate humanæ naturæ resurget, intelligit de tali indiuiduo.

¶Not. Illud quod dicitur de semine in textu fin. facit pro declaratione articuli secundi argu. 2. ly semen non resurget in corpore hominis. Hoc. n. dictum, quod & conceditur ibi a responso, intelligitur secundum declarationem factam in præsenti loco.

3^m maior. Potest esse, q aliquid fuit de ueritate humanæ naturæ in diuersis hominibus. ℞. 1. negatur illa. §. secundũ primam opinionem loquendo: vt in textu.

Resp. 2.

Item conclusionis illatio. Ergo &c. Negatur illatio. §. In aliquo enim illorum, de quibus in casu fit sermo, resurget illud, quod fuit de ueritate humanæ naturæ. Et hoc iuxta secundã opinionem & tertiam, ut patet in textus responso secundo, ly sed secundum secundam opinionem & tertiam vnusquisque &c.

¶Not. Diligenter aduerte in fine textus dicta uerba illa, s. nec p hoc aliquid præiudicatur identitati in numero sicut nec &c. Nã his bene notatis, iuuaberis ad melius intelligendũ dicta in q. 79. ar. 3. corp. circa secundam concl. de trãslatione superflui in una parte ad aliam partem. Concludes siquidem hinc, quòd per talem translationẽ non variatur identitas numeralis.

4^m minor. Si aliquis non comedens, nisi carnes humanas, filium generet; oportet, quòd illud, quod filius a parente trahit, sit de carnibus aliorum hominum, quas pater suus comedit. ℞. Negatur ista. §. secundum primã opinionem. Nam hæc ponit, q semen non est ex &c. ut in textu. Ex quo dic; q ista prima opinio negat probationem in argumēto adductam ex Philosopho. s. q semen est de superfluo alimenti.

Resp. 2.

Item maior. De ueritate humanæ naturę maximè uidetur esse illud, quod a parentibus trahitur. ℞. Sic tamen, ut aliquid, unde trahitur, pertineat ad parentes. §. Vt in textu. Tunc nihil &c. ut patet ibidem per secundum responsum ly sed secundum alias duas opiniones &c.

AD TERTIVM dicendum, q secundum primam opinionem faci le est ad hoc respõdere, quia carnes comestæ numquam sunt de ueritate humanæ naturæ in comedente, fuerunt autem de ueritate humanæ naturæ in eo, cuius carnes comeduntur, & ita resurgent in primo, & non in secundo. Sed secundum secũdam opinionem, & tertiam unusquisque in illo resurget, in quo magis accessit ad perfectam participationẽ uirtutis speciei, & si æqualiter in vtroq; accesserit, resurget in illo, in quo primo habuit ordinem ad resurrectionem ex coniunctione ad animam rationalem illius hominis, & ideo si in carnibus comestis fuit aliqua superfluitas, quæ non pertineret ad ueritatem humanæ naturæ in primo, resurgere poterit in secundo, aliàs illud, quod pertinebat ad resurrectionem in primo, resurget in eo, & non in secundo, sed in loco eius sumeretur, uel aliquid de eo quod ex aliis cibis in carnem secundi conuersum est, uel si nullo cibo numquam pastus fuisset, nisi carnibus humanis diuina uirtute aliunde suppleretur, quantum indigeretur ad perfectionem quantitatis, sicut etiam supplet in illis, qui ante perfectam ętatem decedunt, nec per hoc aliquid præiudicatur identitati in numero, sicut nec præiudicatur per hoc quòd partes secundum materiam fluunt, & refluunt.

AD QVARTVM dicendum, q secundum primam opinionem faci le est soluere, q a ponit, quòd semen non est ex superfluo alimenti, unde carnes comestę non transeunt in semen, ex quo puer generatur. Sed secundum alias duas opiniones dicendum est, q nõ est possibile, quòd totũ, qd fuit in carnibus comestis, in semen conuertatur, quia post multam depurationem cibi, peruenitur ad decoctionem seminis, qd est superfluitas vltimi cibi: illud autẽ, qd de carnibus comestis in semen conuertitur, pertinet magis ad ueritatẽ humanæ naturæ in eo, quod ex semine nascitur, quàm in illo, ex cuius carnibus semen est generatum, & ideo secundum regulam prius datã, hoc, quod in semen conuersum est, resurget in eo, qui ex semine nascitur, residuum uero materiæ resurget in illo, ex cuius carnibus comestis semen est generatum.

AD QVINTVM dicendum, q embryones nõ pertinent ad resurrectionem ante animationẽ, per animam rationalem, in quo statu iam multum aduenit supra substantiam seminis de substantia nutrimenti, qua puer in utero matris nutritur, & ideo si aliquis embryo vescatur, & ex superfluo illius cibi generetur aliquis, illud, quod erit in substantia seminis, resurget quidem in eo, qui ex semine generatur; nisi in illo contineretur aliquid, quod fuisset de substantia seminum in illis, ex quorum carnibus comestis semen generatum est: quia resurgeret in primo, & non in secundo, residuum autem carnium comestarum, quòd non est conuersum in semen, constat quòd resurgeret in primo, vtrique diuina potentia implente, quod deest. Prima autem opinio hac obiectione non arctatur cum non ponat semen esse ex superfluo alimenti, sed aliæ multæ rationes sunt contra eam, vt in secundo libro * patuit, distinctione trigesima.

¶Not. Diligenter notato regulam in fine textus appositam, ut scias in materia resurrectionis illa non errare, neque decipi.

5^m de conclusione. Illud quod. ℞. Secundũ diuersa. §. vt in tex. Tũc nihil &c. ut patet ibid.

Regula. * In præc. solu. & ad 1. & cor.

Item de conclusione. Superfluitas cibi conuertitur in semen. ℞. Negatur ista. §. secundum primam opinionem. Vide secũdum responsum ly prima autem opinio hac obiectione &c.

¶Coroll. Ex omnibus ergo in articulo hucusque dictis absolute concludendum est, quòd illud, quod fuit de ueritate humanę naturæ, resurget in eo, in quo fuit de illa; uel magis fuit de illa, uel primo fuit de illa, si ęqualiter in ambobus fuit (ut ad tertium, responsione secunda.)

APPENDIX.

Ex articu. habes primo: quomodo per rationem ostẽdas, a fortiori, insinuatum merito esse a Luc. 21. quòd totum existens in corpore de ueritate humanæ naturæ resurget in ipso, & sic. Capillus de capite uestro non peribit. Hæc ibi. Capilli enim minus uidentur esse de veritate humanæ naturæ, quàm plurima alia, & per consequens ex hoc, quòd illi resurgēt multo magis alia de ueritate huiusmodi existentia. Item 2 &c. vt art. 1. 2. & 3. appen. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & patrum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & defendas. Tertio uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei.

Resp. 2.

* S. Tho. in 2. Sen. dist. 30. q. 1. art. 2.

Item

---

SVP. Q. CXI. Aliàs 80. Art. v.

CONCL. Totum, qđ est in homine, resurget; considerata totalitate speciei: non autem resurget totum, considerata totalitate materiæ.

349

¶Examen. Ly totalitate speciei. Species hæc attenditur secundum quatuor, figuram, quantitatem, situm, & ordinem partiũ. Adeo quòd vult dicere conclusio, q quicquid est in homine resurget, seruata tamen quantitate hominis, figura, situ, & ordine partium. Ergo ratione quantitatis nõ resurget homo grandis ut arbor pinus, ratione figuræ non resurget, vt Leo; ratione situs nõ resurget ut brutum, ratione ordinis partium non resurget, ut monstrum.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum quicquid fuit materialiter in membris hominis, totum resurget.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd quicquid fuit materialiter in membris hominis, totum resurget. Minus enim videntur pertinere ad resurrectionem capilli, quam alia mẽbra, sed quicquid fuit in capillis totum resurget, & si non in capillis, saltem in aliis partibus, corporis ut Aug. * dicit in litera, † ergo multo fortius quicquid in aliis membris materialiter fuit, totum resurget.

¶ 2 Præt. Sicut partes carnis secundum speciem perficiuntur ab anima rationali, ita partes secundum materiam, sed corpus humanum habet ordinem ad resurrectionem ex hoc, quòd fuit anima rationali perfectũ. ergo non solum partes secundũ spe-

* Aug. li. 2. de ciui. Dei c. 16. nõ p cul a princip. to. 5. & in Enchir. cap. 88. 89. & 90. to. 3. † Magister Sent. lib. 4. dis. 44. §. B.

strum. Resurget igitur totum habito respectu ad quantitatẽ, figuram, situm, & partium ordinem, naturæ humanæ conuenientẽ. De quantitate ista, vide aliquid. q.81.ar.2. cor.princ.

*Al. etiam.

¶ Ly totalitate materię. Ista materia sũt illę partes, quæ fluunt & refluunt in corpore humano. Et assimilanẽ hominib. alicuius ciuitatis de die in diẽ morientibus, & nouiter aduenientibus. Vnde hmõi partes non manent eędẽ, sed sibi inuicem succedunt: quĩ ẽm deperditionẽ priorum partium succedũt aliæ ad idem officium in corpore, sicut & de ciuib. in ijsdẽ officijs successiuè post priorum mortẽ intrantibus. Vide art.4.corp. ly tertia autem opinio quantũ ad aliqd differt a secũda, & quantũ &c. circa medium.

*Arist.li.1. de Gener. tex. 35.36. & 37.

¶ Prob. 1. Quia totum, qđ est in homine, pertinet ad ueritatẽ humanæ naturæ quãtum ad id, qđ habet de specie (ut patet,) & totum pertinens ad veritatem humanæ naturæ resurget (art.4.) Secunda autem pars. ſ.nõ autẽ &c. probatur. Quia non totum, quod est in homine materialiter ptinet ad veritatem humanæ naturæ, considerata totalitate materiæ (cum tota materia q̃ fuit in homine a principio vitæ vsque ad finẽ, excedat quantitatem debitam, ut patet.)

## 1m de minori.

Quicquid fuit in capillis. ℞. Faciens augmentum, tanquã alia pars: nõ autem, cedẽs tñ in restaurationẽ deperditi. §. vt declaraẽ in text. Tunc nihil &c. ut patet ibidem consideranti.

*Posita ar. præc.cor.

## 2m maior.

Sicut partes carnis ẽm speciẽ pficiũtur ab aĩa rationali, ita partes ẽm materiã. ℞. Sed non eadẽ rõne. §. secundũ quamcumq; illarũ triũ opinionum, vt declaratur in textu. Tunc nih. &c. Nam ad hoc, q̃ partes resurgãt, exigitur ut perficiantur ab anima rationali, non quolibet modo, sed modo conuenienti speciei humanæ.

† Positæ ibidem.

## 3m de minori.

Sed diuisio. ℞. Accepta secundum dimensiones interminatas: non, secũdum terminatas. §. Tũc nihil

*In hoc eodem cor. & in cor. præced. art.

ciem, sed * omnes partes secundum materiam resurgent.

¶ 3 Præt. Ex parte illa accedit corpori totalitas ex qua parte accedit ei diuisio in partes, sed diuisio ĩ partes accedit corpori secundum materiã, cuius dispositio est quantitas, secundum quam diuiditur, ergo & totalitas corporis attenditur secundũ partes materiæ, si ergo non omnes partes materiæ resurgent, nec totum corpus resurget, quod est inconueniens.

Sed contra. Partes secundum materiam non manent in corpore, sed fluunt, & refluunt, vt patet per illud, quod dicitur in primo de Generatione. Si ergo omnes partes secundum materiam, quæ non manent in corpore, sed fluunt, & refluunt, resurgerent, uel erit corpus resurgentis densissimum, uel erit immoderatæ quantitatis.

¶ Præt. Quicquid est de ueritate humanę naturę in uno homine totum, potest esse pars materiæ in alio homine, qui eius carnibus vescitur, si ergo omnes partes secundum materiam resurgant in aliquo, sequetur q̃ resurget in uno id quod est de veritate humanæ naturæ in alio, quod inconueniens est.

Resp. Dicendum, quòd illud, qđ est in homine materialiter, non habet ordinem ad resurrectionem, nisi secundum quòd pertinet ad veritatem humanæ naturæ, quia secũdum hoc habet ordinem ad animam rationalem, illud autem totum, quod est in homine materialiter pertinet quidem ad veritatem humanæ naturæ, quantũ ad id, quod habet de specie, sed non totum considerata materiæ totalitate, quia tota materia, quæ fuit in homine a principio vitæ vsq; ad finem, excederet quantitatẽ debitam speciei, ut tertia opinio dicit, quæ probabilior inter cæteras mihi videtur. Et ideo totum, quod est in homine, resurget, considerata totalitate speciei, quæ attenditur secundum quantitatem, figuram, situm, & ordinem partium, non autem resurget totum considerata totalitate materiæ. Secunda autem opinio, & prima non vtuntur hac distinctione, sed distinguũt inter partes, quarum vtraque habet speciem, & materiã. Conueniunt autem hæ duæ opiniones in hoc quòd vtraque dicit, quòd illud, quod est ex semine generatũ, totum resurget, etiam totalitate materiæ considerata: differunt autem in hoc quòd de eo, quòd ex alimento generatur, nihil resurgere ponit prima opinio: secunda uero aliquid eius resurgere ponit, & non totum, vt ex dictis * patet.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut quicquid est in aliis partibus corporis, resurget considerata totalitate speciei, non autem considerata totalitate materiæ, ita etiam est de capillis. In aliis autem partibus aduenit aliquid ex nutrimento, quod facit argumentum, & hoc cõputatur, ut alia pars considerata totalitate speciei, quia obtinet alium locum, & sitũ in corpore, & substat aliis partibus demensionis. Aliquid autem aduenit, quod non facit augmentum, sed cedit in restaurationẽ deperditi nutrito, & non computatur, ut alia pars totius considerati secũdum speciem, cum non obtineat alium locum, uel situm in corpore, quàm pars, quæ defluit, tenebat, quamuis possit alia pars computari, considerata totalitate materiæ, & similiter est de capillis. * Augustinus ergo loquitur de incisionibus capillorum, quæ erant partes facientes augmentum, & ideo oportet quòd resurgant, non tamen in quantitate capillorum, ne sit quantitas immoderata, sed in aliis partibus, ut necessarium iudicabit diuina prouidẽtia, vel loquitur in casu illo quando aliis partibus deficiet, tunc enim eorum defectus poterit ex superfluitatibus capillorum reparari.

Ad secundum dicendũ, quòd secũdum tertiã opinionem * eędem sunt partes secundum speciem, & secundum materiam. Non enim illa distinctione vtitur Philosoph. * in primo de Generatione, ad distinguẽdum diuersas partes, sed ad ostendendum, quòd eædem partes possunt cõsiderari secundum speciem, quantum ad illud, quod est formæ, & speciei in ipsis, & secundum materiam quãtum ad illud, quod subest formæ, & speciei: constat autem q̃ materia carnis non habet ordinem ad animam rationalem, nisi inquantum est sub tali forma, ideo ratione eius habet ordinem ad resurrectionem. Sed prima, & secunda opinio, quæ * ponunt alias esse partes, quæ sunt secũdum speciem, & alias quæ sunt secundum materiam, dicunt, quòd anima quamuis vtrasque partes perficiat, tamen perficit partes secundum materiam mediantibus partibus secundum speciem, & ideo non habent ęqualiter ordinem ad resurrectionem.

Ad tertium dicendũ, quòd in materia generabilium, & corruptibilium dimensiones interminatas oportet intelligere ante receptionem formæ substantialis, & ideo diuisio, quæ est secũdum huiusmodi dimensiones, proprie pertinet ad materiam, sed quantitas completa, & terminata aduenit materiæ post formam substantialem, vnde diuisio, quæ est, vel fit secundum dimensiones terminatas, respicit speciem, præcipue quando ad rationẽ speciei pertinet determinatus situs partium, sicut est in corpore humano.

nih. &c. Non n. ex diuisione quæ facit ad propositũ sequitur inconueniẽs illud (ut arguẽs credebat:) secundum q̃ declaratur in textu.

¶ Examen. Ly dimẽsiones interminatas: vide q.79. artic. 1. ad tertium, pro huius captu iuuando.

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quõ per rõnem ostẽdas, meritò insinuatum esse à 1. Cor. 15. quòd totum materialiter in membris hominis existens resurget, & sic. Resurgent mortui incorrupti. Hæc ibi. Ac si dicat, nihil de requisitis illorum naturæ, deficiet in eisdem resurgentibus. Alioquin corruptio interueniret. Vbi nota: q̃ corruptio alicuius rei prius existentis dr̃ ei aduenire; quãdo sibi subtrahitur aliquid, qđ habebat. Item a constitutionibus Apostolicis authore Clemẽte Papa & martyre, li. 5. cap. 8. Omnipotens Deus excitabit nos cũ omnibus, qui a principio dormierunt, tales quales modo sumus, pręsenti figura, nil mancum habentes. Quãuis enĩ in mari moriamur, quamuis in terra discerpamur, quamuis a feris, vel ab auibus laniemur, tamẽ excitabit nos virtute sua, quoniam mundus totus Dei manu cõtinetur. Hęc ibi. Vbi sub ly figura, intellige etiam quantitatẽ, sitũ, & ordinem partium, de quibus in corp. Item à Luc. 21. Capillus de capite vestro non peribit. Et à &c. ut ar. 1. 2. & 3. appen. Inde enim trahitur propositum.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

*Loco citato in argu.

*Positam in cor.

*Arist.li. 1. tex. 35. 36. & 37.

*Ibidẽ positæ.

¶ Secũdò habes: quomodo per rationẽ prædicta scripturarũ & patrum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tucaris.

2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

3

## QVAEST. CXII. Aliàs 81.

*De qualitate resurgentium, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de qualitate resurgentium.

CIRCA quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum resurgent omnes in ætate iuuenili.

¶ Secundò, Vtrum in æquali statura.

¶ Tertiò, Vtrum omnes in eodem sexu.

¶ Quartò, Vtrum in vita animali.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum omnes resurgent in eadem ætate.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non omnes resurgent in eadem ætate, scilicet iuuenili. Quia Deus resurgentibus præcipue beatis nihil subtrahet, quod ad perfectioné hominis pertineat, sed ætas pertinet ad perfectionem hominis, cum senectus sit venerabilis ætas, ergo senes non resurgent in ætate iuuenili.

¶ 2 Præterea. Aetas computatur secundum mensuram temporis præteriti, sed impossibile est tempus, quod fuit præteritum, non præterisse, ergo impossibile est eos, qui maioris ætatis fuerunt, ad ætatem iuuenilem reduci.

¶ 3 Præterea, Illud, quod magis fuit de veritate humanæ naturæ in vnoquoque, maxime resurget in ea, sed quanto aliquid primo fuit in homine, tanto videtur magis ad ueritatem humanæ naturæ pertinuisse, quia in fine propter veritatem speciei debilitatam comparatur vino aquoso corpus humanum, * ut patet per Philosophum † in primo de Generatione, ergo si omnes debent in eadem ætate resurgere, magis decet, quòd resurgant in ætate puerili, quàm iuuenili.

SED CONTRA est, quod dicitur Ephes. quarto. Donec occurramus omnes in perfectum virum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, sed Christus resurrexit in ætate iuuenili, quæ circa 30. annos incipit, vt Aug. * dicit, ergo, & alii in ætate iuuenili resurgent.

¶ Præt. Homo in maxima perfectione naturæ resurget, sed natura humana perfectissimum statum habet in ætate iuuenili, ergo in illa ætate, resurgent omnes.

RESP. Dicendum, quòd homo resurget absque omni defectu humanæ naturæ, quia sicut Deus humanam naturam absque defectu instituit, ita sine defectu reparabit. Deficit auté humana natura dupliciter. Vno modo, quia nondum perfectionem vltimam est consecuta. Alio modo, quia iá ab ultima perfectione recessit. Et primo modo deficit in pueris, secundo modo deficit in senibus. Et ideo in vtrisque reducetur humana natura per resurrectionem ad statum ultimæ perfectionis, qui est in iuuenili ætate, ad quem terminatur motus augmenti, & a quo incipit motus decrementi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ætas senectutis habet reuerentiam non propter conditionem corporis, quod in defectu est, sed propter sapientiam animæ, quæ ibi esse præsumitur, ex temporis antiquitate. Vnde in electis manebit reuerentia senectutis propter plenitudinem diuinæ sapientiæ, quæ in eis erit, sed non manebit senectutis defectus.

AD SECVNDVM dicendum, quòd non loquimur de ætate quantum ad numerum annorum, sed quantum ad statum, qui in corpore humano ex annis relinquitur. Vnde Adam dicitur in ætate iuuenili formatus propter talem corporis códitioné quam primo die formationi suæ habuit, & ideo ratio non est ad propositum.

AD TERTIVM dicendum, quòd virtus speciei dicitur esse perfectior in puero, quàm in iuuene, quantum ad efficaciam agendi, conuersionem alimenti aliquo modo, sicut etiá est perfectior in semine quàm in homine completo, sed in iuuenibus est perfectior, quantum ad terminum complementi. Vnde illud quod maxime ad ueritaté naturæ pertinuit, ad illam perfectionem reducetur, quam habet in ætate iuuenili; nó ad illam, quam habet in ætate puerili, in qua humores adhuc non peruenerunt ad vltimam digestionem.

### SVPER QVAEST. CXII. Aliàs 81. Art. 1.

CONCL. In senibus, & pueris reducetur humana natura per resurrectionem ad statum vltimæ perfectionis, qui est in iuuenili ætate.

¶ EXAMEN. Ly vltimæ. Idest summæ. Eo modo, quo dicitur, quis facere vltimum de potentia. Summæ, inquam: in genere humano.

¶ Ly statum. Scilicet totius ætatis hominis. Ad ipsum enim ætatis antecedentis motus terminatur, & ab ipso incipit motus subsequétis, ut in textu. Ideo ille status potest vocari terminus cómunis totius ętatis hominis.

¶ PROB. Quia homo resurget absque defectu humanę naturæ (ut cóformetur suæ primę institutioni a Deo.)

1^m^ de minori.

Sed ætas. ℞. considerata, secundum quòd continet sapiétiam animæ: non, secundum quòd dicit conditionem corporis. §. Tunc nihil &c. Nó enim senectus, pro quanto dicit sapientiá, auferetur a beatis, sed pro quanto dicit conditionem corporis senectuti conformem, hoc est defectuosam.

350
S. Tho. 4. dis. 44. q. 1. ar. 3. q. 1. & seq.

¶ NOT. Ob hoc legitur in Apocalypsi de senioribus in cœlo repertis. Intellige ergo dictum illud de senioribus, eo modo quo quátum ad sapientiam ibi repertam; secúdum quem modum, & omnes beati possunt dici senes. Cęterum seniores aliqui sunt alijs; secúdum quòd magis appropinquant Deo per fruitionem.

2^m^ de maiori.

Aetas. ℞. Sumpta quantum ad numerum annorum: non, quantum ad statum ex ipsis annis in corpore humano relictum. §. Tunc nih. &c. Non enim cóclusio intelligit de ætate iuuenili in primo sensu, sed in secundo; eo modo, quo & de Adamo dicimus, quòd creatus fuit in ætate iuuenili.

* q. pręc. ar. 4. cor.
† Arist. li. 1. tex. 88.
* lib. 22. de Ciuit. Dei ca. 15. a medio, & rade in glo. Haymonis sup illud ad Ephes. 4. donec occurrá. & in gl. Ord. ibi. & Mag. lib. 4. Sent. dist. 44. §. A.

¶ COROLL. Ergo nó omnes, qui resurgent, erunt annorum triginta trium: quasi quod istud tempus præterierint: alioquin pueri nó resurgerent in hac ætate, sed omnes dicuntur surgere in ætate triginta annorum ratione vigoris & perfectionis repertæ in ætate illa.

3^m^ de maiori. Magis fuit de ueritate humanæ naturæ. ℞. Quantum ad terminum complementi, non quantum ad efficaciam vertendi alimentum aliquo modo. §. Tunc nihil &cæt. Nam in iuuenibus est perfectior veritas humanæ naturæ, quantum ad terminum complementi, ut patet ex reductione illius, quod fuit in præcedenti ætate ad ipsam iuuenilem, secundum quod declaratur in textu. Ex quo dic: quòd illa authoritas Philosophi de uino aquoso, uerificatur de naturæ debilitate quò ad efficaciam conuersionis alimenti aliquo modo, puta in augmentum, meliorem digestionem, & huiusmodi.

### APPENDIX.

EX articu. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a Philip. 3. quòd omnes resurgét in ętate Christo conformi, idest iuuenili, & sic. Saluatorem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Hæc ibi. Vbi per configurationem intelligitur etiam conformitas ætatis prædictæ. Ité ad Ephes. quarto. Donec occurramus oés in perfectum virum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Hæc ibi. Vbi per ly in mensuram ætatis, cú iuxta articuli præsentis declarationem in ad secundum intelligatur principaliter vigor & perfectio per illam ætatem importata, aduerte, quòd Christi amor erga nos tam intensus ostenditur ibi ab Apostolo, ut pro nobis noluerit dare preciú sanguinis sui in summa perfectione, idest in iuuenili ętate existens: quáuis sufficiens fuisset illud pretium, si etiam in alia ætate soluisset illud; licet tunc tantus amor, non sic appareret; nec tantum documentum. Videlicet, quòd quando vult homo aliquid in Dei seruitium dare, debet semper nobiliora exhibere, non minus nobilia & chara.

2 ¶ Secúdò habes: quomodo prædicta scripturarú, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis.

3 ¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum omnes resurgent eiusdem statura.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd omnes resurgent eiusdem staturæ. Sicut enim homo mẽsuratur quantitate dimensiua, ita quantitate durationis, sed quantitas durationis in omnibus reducetur ad eandem, quia omnes in eadem ętate resurgent, ergo quantitas dimensionis reducetur ad eandem mensuram, ut in eadem statura omnes resurgant.

¶ 2 Præt. Philosophus in 2. de Anima † dicit, quòd omnium natura constantium terminus est, & ratio magnitudinis, & augmenti: sed iste terminus non est nisi ex virtute formæ, cui debet congruere quantitas, sicut & alia accidentia, ergo cum omnes homines habeant eandẽ formam specificam in omnibus debet esse secundum materiam eadẽ quantitatis mensura, nisi sit error, sed error naturæ corrigitur in resurrectione, ergo omnes resurgent in eadem statura.

¶ 3 Præt. Quantitas resurgẽtis non poterit esse proportionata virtuti naturali, quæ primo corpus formauit, aliàs, qui non potuerũt ad maiorem quantitatem perduci uirtute naturæ, numquam in maiori quantitate resurget, quod falsum est, ergo oportet quod quantitas illa proportionetur uirtuti reparanti corpus humanum per resurrectionem, & materiæ de qua reparatur, sed virtus reparans omnia corpora est eadẽ numero, scilicet diuina virtus, cineres autem omnes ex quibus reparantur humana corpora, se habent æqualiter ad suscipiendum actionem prędictæ uirtutis, ergo ad eandẽ quantitatẽ terminabitur resurrectio omnium hominum, & sic idem, quòd prius.

SED CONTRA, Quantitas naturalis consequitur naturã vniuscuiusque indiuidui, sed in resurrectione non variabitur natura indiuidui, ergo nec quantitas naturalis eius, sed non est eadem quantitas naturalis omnium, ergo non omnes resurgent in eadem statura.

¶ Præt. Natura humana reparabitur per resurrectionem ad gloriam, vel ad pœnam, sed non erit eadem quantitas gloriæ, vel pœnæ in omnibus resurgẽtibus, ergo nec eadem quantitas naturæ.

RESP. Dicendum, quòd in resurrectione non reparabitur humana natura solum quantum ad idem specie, sed quantum ad idem numero, & ideo in resurrectione non solum attendendum est, quod competit naturæ speciei, sed quod competit naturæ indiuidui. Natura autem speciei habet aliquã quãtitatem, quam nec excedit, nec ab ea deficit absq; errore, quæ tamen quantitas habet aliquos gradus latitudinis, & non est accipienda secundum vnã mensuram determinatam. Vnũquodque autem indiuiduum in specie humana, assequitur infra terminos illius latitudinis aliquem gradum quantitatis, quæ competit naturæ indiuidui, & ad hanc perducitur in termino augmenti, si non fuit aliquis error in opere naturæ, per quem sit aliquid additum, vel subtractũ prædictæ quantitati, cuius quidem mensura accipitur secundum proportionabilitatem caloris extendentis, & humidi extensibilis, quod non est eiusdẽ virtutis in omnibus, & ideo non omnes resurgent in eadẽ quantitate, sed quilibet resurget in illa quantitate, in qua fuisset in termino augmenti, si natura non errasset, vel defecisset, quod autem superest, vel deficit in homine, resecabit, vel supplebit diuina potentia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iam patet ex dictis, * quòd nõ dicuntur omnes in eadem ætate resurgere, quasi in omnibus competat eadem quantitas durationis, sed quia idem status perfectionis erit in omnibus, qui quidem status saluari potest in magna, & in parua quantitate.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quantitas huius indiuidui nõ solum respondet formæ speciei, sed etiam naturæ indiuidui, & ideo ratio non sequitur.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ quantitas resurgentis non proportionatur virtuti reparanti, quia illa non est de natura corporis; neque omnibus secundum illum statum, in quo sunt ante resurrectionem, sed naturæ, quam primo indiuiduum habebat: tñ si virtus formatiua propter aliquem defectum non poterat perducere ad debitam quantitatem, quæ competit speciei, diuina virtus supplebit in resurrectione defectum, sicut patet in nanis, & eadem ratio est in illis, qui immoderatæ magnitudinis fuerunt vltra debitum naturæ.

* art. prgc. ad 2.

SVP. Q. CXII. Aliàs 81. Art. II.

351 Cõc. Lateranen. sub Inn. III. c. 1. ibi: resurgent in corporib. quæ nunc gestant.

CONCL. 1. In resurrectione nõ solum attendendum est illud, quod competit naturæ speciei, sed ẽt qđ competit ratione indiuidui.

¶ PROB. Quia in resurrectione non reparabitur humana natura solum quantum ad idem specie, sed etiam quantum ad idem numero. (q 79. ar. 2.)

¶ CONCL. 2. Nõ omnes resurgẽt in eadem quãtitate, sed quilibet resurget in illa quantitate, in qua fuisset in termino augmenti: si natura non errasset, uel defecisset, quod autem superest, uel deficit in homine, resecabit vel supplebit diuina potentia.

† Arist. li. 2. tex. 41.

¶ NOT. De illis terminis in conclusione, s. de quantitate duplici hoc est, speciei, & indiuidui, vide declarationem hic textualem.

¶ PROB. Quia patere præsupponitur.

1m illatio conclusionis. Ergo &c.

℞. Negaĩ illatio. §. Non enim est eadem ratio de quantitate illa duplici in argumento adducta, ut patet considerãti textum.

2m de minori. Cui. ℞. Et naturę indiuidui. §. Nam quantitas huius indiuidui non solum, &c. vt in textu.

3m maior. Quantitas resurgentis non poterit esse proportionata virtuti naturali, quæ primo corpus formauit. ℞. Negatur ista. §. Ad rationem dicitur, quòd illis, qui non potuerunt virtute naturæ perduci ad debitam quantitatem, diuina virtus supplebit.

### APPENDIX.

EX artic. habes primò: qũo per rõnem ostẽdas, meritò insinuatum ab Ezech. 37. quòd nõ omnes resurgentes erunt eiusdem staturæ, & sic. Erant multa ossa valde super faciẽ cãpi, & accesserũt ossa ad ossa unumquodq; ad iuncturam suam. Et vidi, & ecce super ea nerui & carnes ascenderunt, & extenta est in eis cutis desuper. Hæc ibi, vbi nota ly vnumquodque ad iuncturã suam. Clarum est, quòd illa ossa mortuorum, de quibus ibi loquitur, non erant eiusdem quantitatis dimensiuæ. Vnde cum in resurrectionis præparatione, de qua ibi Prophetat Ezechiel, vnũquodque os ad iuncturam propriam sui corporis commensuretur, patet; & quòd mortui illi resurgentes diuersę staturæ erunt, & quòd Ezechiel, per hunc modum loquendi, variam staturam in resurrecturis generaliter designauit. Item a constitutionibus Apostolicis, vt q. 80. ar. 5. appen. Vbi nota ly tales quales modo sumus, & nota ly præsenti figura. Quo vix aliquid clarius dici potest, pro isto proposito.

2 ¶ Secũdo habes: quomodo per rationem, & interimas, & ostendas esse, per hæc allegata meritò damnatum, errorem Origenistarum (Prat. Origenistæ) dicentium, quòd in resurrectione corpora hominum erunt rotunda, & orbiculari specie excitabuntur.

3 ¶ Tertiò habes: quomodo per rationẽ, per dicta patrum & scripturarum, pro quanto qđ diximus insinuant, & intelligas, & tuearis.

* In cor. ar.

4 ¶ Quartò vides: quomodo ex iis * vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

SV-

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum omnes resurgens in sexu virili.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ omnes resurgent in sexu virili. Quia dr̃ Ephes. 4. quòd omnes occurremus in virum perfectum, & cætera, ergo non erit nisi sexus virilis ibi.

¶ 2 Præt. In futuro omnis prælatio cessabit, ut dicit glo. * 1. Cor. 15. sed

* Gl. Ordi. super illud 1. Cor. 15. Cum euacuauerit oẽm principatum.

SVP. Q. CXII. Aliàs 81. Art. III.

352 CONCL. Sicut resurgẽt homines in diuersis staturis, ita in diuersis sexibus, & quãuis sit differentia sexuum, de

decerit tamen confusio mutuæ visionis.

¶ PROB. Quia talis diuersitas utraque competit perfectioni, tum speciei, tum indiuidui (vt patet): Secunda autem pars, s. & q̃uis &c. pro-

probatur. Quia libido incitans ad turpes actus non aderit.

*Fomes tollitur omnino in corpore beatorum.*

¶ Not. In communi resurrectione auferetur ab electis etiam fomes radicitus: ex consequenti cum ipse sit inclinatio ad malum, præsertim concupiscentiæ (ut colligitur ex Rom. 7. adiuncta declaratione maxime Concilij Trid. sess. 4. decret. de peccat. origin. ibi, Manere &c. si quis vlq; ad 19 si quis cōtrarium senserit, anathema sit:) clare sequitur veritas textus, scilicet ꝙ tunc aberit libido incitās ad turpes actus.

1^m ex Eph. 4.

In uirum. ℞. Prout dicit virtutem animi: non autem, sexum virilem. §. Tunc nih. &c. ut patet ex se.

¶ Not. Vir dicitur a virtute, etiam secūdum Tullium, licet imponatur ad significandū mares: ex eo quod in maribus ordinarie apparet maior virtus, seu vivacitas, & fortitudo animi quàm i mulieribus. Vnde dicendum, quod ly uir, ut à quo, non significat sexum, sed ut ad quod. Hinc est: quòd & mulieres aliquæ propter magnitudinē animi atque gestorum dictę sunt viragines; quasi participantes illud, ꝓ a quo uiri denominātur.

** Lib. 2. de Gener. animalium ca. 3. & Sup. q. 52. artic. 1. ad 1.*

*† Li. 22. de Ciuit. Dei ca. 17. non procul a princ. to. 5.*

2^m illatio conclusionis. Ergo &c.

℞. Negatur illatio. §. Nam post resurrectionem in mulieribus non reperietur imbecillitas naturæ, neque pusillanimitas animorum, aut debilitas corporis, seu infirmitas discursus & rationis; propter quę illis nunc subiectio conuenit (ut arguitur.)

mulier ordine naturali subdita est viro, ergo mulieres non resurgent in sexu muliebri, sed virili.

¶ 3 Præt. Illud, quod est occasionaliter, & præter intentionem naturæ inductum, non resurget, quia in resurrectione omnis error cessabit, vel tolletur, sed sexus muliebris est præter intentionē naturæ inductus ex defectu virtutis formatiuæ in semine, quæ nō potest perduçere materiam conceptus ad formam virilem, vnde dicit Philosophus 16.° de Animalibus, quòd fœmina est mas occasionatus, ergo sexus muliebris non resurget.

Sed contra est, quod dicit August. † 22. de Ciuit. Dei, Melius sapere videntur, qui vtrumq; sexum resurrecturum esse non dubitant.

¶ Præt. Deus reparabit in resurrectione, quod in homine fecit in prima conditione, sed ipse fecit mulierem de costa viri, ut patet Genes. 2. ergo ipse sexum fœmineum in resurrectione reparabit.

Resp. Dicendum, quòd sicut cōsiderata natura indiuidui debetur diuersa quātitas, diuersis hominibus, ita considerata natura indiuidui debetur diuersus sexus diuersis hominibus, & hæc etiam diuersitas competit perfectioni speciei, cuius diuersi gradus implentur per dictam diuersitatem sexus, vel quantitatis, & ideo sicut resurgent homines in diuersis staturis, ita in diuersis sexibus, & quàmuis sit differētia sexuū, deerit tamen confusio mutuæ visionis, quia aberit libido incitans ad turpes actus, ex quibus confusio causatur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd cum dicitur. Omnes Christo occurremus in virum perfectum, non dicitur propter sexum virilem, sed propter virtutem animi, quæ erit in omnibus, & viris, & mulieribus.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ mulier subditur viro propter imbecillitatem naturæ, & quantum ad vigorem animi, & quantum ad robur corporis, sed post resurrectionē non erit differentia in his secūdum diuersitatem sexuum, sed magis secundum diuersitatem meritorum, & ideo ratio non procedit.

Ad tertivm dicendum, ꝙ quamuis fœminæ generatio sit præter intentionem naturæ particularis, est tamen de intentione naturæ vniuersalis, quæ ad perfectionem humanæ speciei vtrumque sexum requirit, nec ex sexu erit ibi aliquis defectus.

¶ Coroll. Ergo (ut ex textu habetur) tunc mulieres erunt æquales viris: immo & aliquæ superiores iuxta diuersitatem meritorum: non obstante diuersitate sexus.

3^m de maiori. Præter intentionem naturæ. ℞. Particularis & vniuersalis. §. Tunc ni. &c. Nā quāuis fœminæ generatio sit præter intentionem, &c. ut in textu.

apud nos septem fratres, &c. In resurrectionē, ergo cuius erit de septem uxor? Respondens ait. In resurrectione non nubent, neq; nubentur, sed erūt sicut Angeli Dei. Hæc ibi. Itēm simile Luc. 20. Patet autem, quòd promptius erat, respondere fœmineum sexum in resurrectione non reperiendum, & sic argumentum Saducæorum apertius corruisset. Hoc autem non dixit dominus, innuens per hanc suam taciturnitatem, quòd illud est error. Hinc patet, quòd Armeni prædicti, cum suis similibus, decepti sunt valde. Videntur autem moti ad ponendum hoc ex eo, quòd impossibile fere iudicarunt, quod resurgentes viri non accenderentur aliquo modo ad concupiscentiam fœminarum, ex ipsarum visione; iudicantes de illo statu, sicut & de isto: cum tamen ualde differat huiusmodi status, ut not. post prob. concl. & manifestum est a simili & a fortiori. Clarum enim est, quòd status gloriæ melior admodum erit, quàm status innocentiæ; de quo Gen. 2. dicitur, Erant autē ambo, s. Adam & Eua, nudi: & nō erubescebant. Idest ad actus turpes libido eos ob hoc nō incitabat, ex quibus confusio causatur (ut i cor. 6.) Multo igitur magis verum erit hoc de statu in gloria existentiū. Nam huiusmodi motio libidinis fit ex fomite, ut iam dictum est, & Gen. 3. habetur, ꝙ post peccatum commissum cognouerunt se esse nudos. Idest, erubuerunt. Propter quod & fecerunt sibi perizomata. Confusionis ergo ætorius, & cuiuslibet motionis ad concupiscentiam fuit peccatum, & remotio originalis iustitiæ. Vnde cum in gloria resurgentium a beatis remota sit omnis radix peccati cuiuscumque, eisq; collatum aliquid multo maius, quam originalis iustitia, tenendum est firmiter, quòd ibi ex mutua uisione nulla penitus erit confusio, aut qualiscumque ad malum titillatio. Erit igitur ac si manus, uel facies uideretur; de quo, ut patet nunc, non erubescimus. Et contrarium horum suspicari prouenit ex commensuratione status huius ad illum; quasi quòd de utroque idem iudicium sit. Et hæc commensuratio procedit ex carnalitate quadam nimia, qua aliqui caro prorsus videntur, adeò immersi sunt in actus carnales assimilati Luthero, in hoc, (ut refert Prat. tit. Sectarij) dicenti, quòd continere nemo potest, & nec minus quidem, quam saliuam non expuere. Qui tamen, etiam quòd pro præsenti statu loquatur, merito damnatur a cathalogo tot milliū sanctarum virginum ab Ecclesia solemniter quotannis celebratarum. Immo & ab antiquis atque paganis Sibyllis, de quibus Hieronymus testatur, quòd prophetandi munus a Deo receperunt in præmium virginitatis suæ.

*Ex maiori state gloriæ, ꝙ status innocentiæ, quid eueniat in beatis.*

## APPENDIX.

*Vtilitas p Ecclesia Dei.*

Ex articulo habes primó: quomodo per rationem interimas errorem Armenorum (ut refert Guido, & meminit B. August. de Ciuit. Dei, lib. 22. c. 17. quem errorem Alfonsius Castrus tit Resurrectio. s. habet pro hæresi) dicentium, quòd resurrecturi sunt omnes homines in sexu virili, nullumq; fore post resurrectionem fœmineum sexum. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas prędictum errorem meritò damnari ab ecclesiasticis dogmatibus loco 70. In resurrectione ex mortuis, sexus forma non mutabitur, sed uir mortuus resurget in forma uiri, & fœmina in forma fœminæ. Hæc ibi. Item a Gen. 1. Masculum & fœminam creauit eos. Hæc ibi. Resurrectio verò erit refectio eiusdem rei pristinæ (ut omnibus constat:) & consequenter fœmina, & non tantum masculus, ibi reperietur. Item Matth. 22. Saducęi, qui dicunt nō esse resurrectionem, interrogauerunt eum dicentes. Magister, erant apud

*Caueas errorem.*

Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & patrum pro quanto non omnes in eodem sexu resurrecturos insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

SVP. Q. CXII. Aliàs 81. Art. IIII.

Concl. Operationes naturales, quæ ordinantur ad vitā animalem, uel causandam, uel conseruandam, non erunt in resurrectione.

¶ Not. Vita animalis dicitur illa, quæ pertinet ad actus nutritiuæ & generatiuæ potētiæ. Et dicit animalis, quoniam in his actibus conuenit homo cum brutis. Consequenter igitur vita spiritualis dicetur, quæ consistit in actibus potētiarum intel-

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum omnes resurgent in vita animali.*

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd resurgent in vita animali, ut scilicet vtantur actu nutritiuæ virtutis, & generatiuæ. Quia resurrectio nostra erit conformis resurrectioni Christi, sed Christus dicitur post resurrectionē comedisse, ut patet Matth. vlt. & Luc. vlt. ergo homines post resurrectionem comedent, & eadem ratione generabunt.

¶ 2 Præt. Distinctio sexuum ad ge-

tellectiuarum, idest intellectus, & voluntatis.

¶Examen. *Ly operationes naturales, &c.* Hæc declarantur in residuo textus.

¶Prob. Quia resurrectio non est necessaria propter primam perfectionem naturæ (cum homo ad hanc peruenire possit nunc per causam naturales.)

### 1m maior.

Resurrectio nostra erit conformis resurrectioni Christi. ℞. Conformitate gloriæ: non, cuiuscumque dispensatiuæ operationis. §. Tunc nihil &c. Nã quòd Christus comederit post resurrectionem, fuit dispensatiuè factum, ad probandam scilicet ueritatem resurrectionis suæ, non autem fuit ad ostendendum, quid conueniat statui resurgentium.

¶Coroll. Ergo factum Christi prædictũ non est de alijs glorificandis affirmandum. Quod & ex Papa Bonifacio VIII. de reg. iur. in 6. regula 28. confirmatur dicente: quæ a iure communi exorbitant, nequaquã ad consequẽtiã sunt trahẽda.

¶Not. Licet autem non sit dicendum propter prędicta, quòd corpora resurgẽtia comedant, uel bibant, tamen ob hoc non negatur ab eis, quòd possint comedere, & bibere. Aliud est enim habere potestatem ad hoc, aliud est exercere hanc potestatem. Et si instetur, ꝙ sit frustra nisi exeat ĩ actũ, negabit hæc deductio, vt a simili colligitur ex respõsione ad secundũ, & q. 80. art. 1. ad primũ, & art. 3. ad secundum. Nam huiusmodi potestatis erunt alij fines, quàm actus manducandi, & cõsequenter etiã quòd numquam exeãt in hunc actum, nõ erũt frustra. Si tamen vellẽt comederent: quoniam de ratione beatitudinis hoc est vt homo habeat quicquid velit, nec aliquid inordinate uelit. q. 72. ar. 1. corp.

### 2m illatio conclusionis.

Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. propter rationẽ dictã in textu: cui iungas. q. 80. art. 1. ad primum, & articu. 2. ad secundum. Ex quibus dicas, quòd illatio debebat fieri sic; ergo utetur actibus virtutis generatiuæ & nutritiuæ, uel ad aliquem alium finem ordinabitur distinctio sexuum. Et tunc cõcederetur illatio pro vltima parte tantum.

Ter-

†li. 1. Ethi. c. 7. a med.

*q. 75. ar. 1. corp. & ar. seq.

nerationem ordinatur, & similiter instrumenta, quæ deseruiunt virtuti nutritiuæ ordinantur ad comestionem, sed homo cum omnibus huiusmodi resurget, ergo vtetur actibus virtutis generatiuæ, & nutritiuæ.

¶ 3 Præterea. Totus homo beatificatur, & secundum animam, & secundum corpus, sed beatitudo secundum Philosophum † in perfecta operatione consistit, ergo oportet quòd omnes potentiæ animæ, & omnia membra sint in suis actibus in beatis post resurrectionem, & sic idem quod prius.

¶ 4 Præt. In beatis post resurrectionem erit perfecta, & beata iucunditas, sed talis iucunditas omnes delectationes includit, quia beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, & perfectum est, cui nihil deest: cum ergo in actu virtutis generatiuæ, & nutritiuæ sit magis delectatio, videtur ꝙ tales actus ad vitam animalem pertinentes in beatis erunt, & multo fortius in alijs, qui minus spiritualia corpora habebunt.

Sed contra est quod dicitur Matth. 22. In resurrectione neque nubent, neque nubentur.

¶Præterea. Generatio ordinatur ad subueniendum defectui, qui p mortem accidit, ad multiplicationem humani generis, & comestio ad restaurationẽ deperditi, & augmẽti quantitatis, sed in statu resurrectionis iã humanum genus habebit totã multitudinem indiuiduorum a Deo præfinitam, quia vsque ad hoc generatio differtur, similiter etiam quilibet homo resurget in debita quantitate, nec erit ultra mors, aut aliqua deperditio fiet a partibus hominis, ergo frustra esset actus generatiuæ, & nutritiuæ virtutis.

Resp. Dicendum, quòd resurrectio non erit necessaria propter primam perfectionem ipsius, quæ consistit in integritate eorum, quæ ad naturam spectant, quia ad hoc homo peruenire potest in statu præsentis vitæ per actionem causarum naturalium, sed necessitas resurrectionis est ad consequendam vltimam perfectionem, quæ consistit in peruentione ad vltimum finem.* Et ideo, illæ operationes naturales quæ ordinantur ad primam perfectionem humanæ naturæ, vel causandam, vel conseruandam, non erunt in resurrectione, & huiusmodi sunt actiones animalis vitæ in homine, & actiones mutuæ in elementis, & motus cœli, & ideo hæc cessabunt in resurrectione. Et quia comedere, bibere, & dormire, & generare ad animalem vitam pertinẽt, cum sint ad primam perfectionem naturæ ordinata, in resurrectione talia non erunt.

Ad primum ergo dicendum, quòd illa * comestio, qua Christus comedit, non fuit necessitatis, quasi cibis indigeret humana natura post resurrectionem, sed fuit potestatis, vt ostenderet se ueram naturã sumpsisse, quam prius habuerat in statu illo, quando cum discipulis comederat, & biberat: hæc autem ostensio non erit in resurrectione cõmuni, quia omnibus notum erit, & ideo dicitur dispensatiue Christus manducasse, eo modo loquendi, quo Iuristæ dicunt, dispensatio est communis iuris relaxatio, quia Christus non intermisit hoc, quod est communiter resurgentium, scilicet non uti cibis propter causam prędictam, & propter hoc ratio non sequitur.

Ad secundum dicendum, ꝙ differentia sexuum & membrorum varietas erit ad naturæ humanæ pfectionem reintegrandam in specie, & etiam in indiuiduo: vnde non sequitur quòd sint frustra, quamuis animales operationes desint.

Ad tertium dicendum, quòd prædictæ operationes nõ sunt hominis, inquantum est homo, vt Philosophus † dicit, & ideo in eis non consistit beatitudo humani corporis, sed corpus humanum * glorificabitur ex redundãtia a ratione, a qua homo est homo, inquantum erit ei subditum.

Ad quartum dicendum, ꝙ delectationes corporales sicut dicit Philosophus † in 7. & 10. Ethic. sunt medicinales, quia adhibentur homini ad tollendum fastidium, vel etiam ęgritudines inquantum eis homo inordinate delectatur, ac si essent veræ delectationes, sicut homo habẽs infirmũ gustum, delectatur in quibusdam, quæ sanis non sunt delectabilia & ideo non oportet quòd tales delectationes sint de pfectione beatitudinis, ut Iudæi, & Saraceni ponunt, & quidam hæretici posuerũt, qui vocantur Ciliarchæ, qui etiam secundum doctrinã Philosophi non videntur sanum habere affectum, solæ enim delectationes spirituales secũdum ipsum sunt simpliciter delectationes, & propter se quærendæ, & ideo ipsæ ad beatitudinem requiruntur.

### 3m ex Philosopho.

Operationẽ. ℞. Hominis, inquantum homo. §. Tunc nihil &c. Nam actus nutritiuæ potentiæ, & generatiuæ non sunt hominis inquantum homo, sed inquantum animal. Vnde & huiusmodi dicuntur in homine opera animalis vitæ.

### 4m de minori.

Omnes delectationes. ℞. Simpliciter dictæ, & propter se quærendæ: non aliter. §. Tunc &c. Delectationes. n. corporales, &c. ut in text.

¶Not. Collige ex respõso textuali, quòd quicquid erit delectationis veræ totum repe rietur in beatis. Nam veræ delectationes sũt illæ, quæ ꝓpter se quęrendæ sunt cuiusmodi corporales ꝓdictæ non sunt, cũ medicinæ sint. Adde, quòd aliquid est delectabile pro aliquo statu, quod non est delectabile ꝓ aliquo alio, vt videmus in statu puerili & virili, quòd scilicet pueri delectãtur in aliquibus, quæ delectationem non afferrent viris: immo quãdoque confusionem. De hãc vniuersali delectatione vera in beatis reperta, vide 1. 2. q. 4. artic. 7. & q. 2. art. 5. 6.

*Vide Th. quolibeto 3. art. 5.

## APPENDIX.

Ex articu. habes primo: quomodo per rationem interimas, hęresim Cerinthi dicentis: beatitudinem consistere in carnis delitijs, & post resurrectionem regnum Christi futurũ esse terrenum, & in eo beatos homines in carnis concupiscentijs, & libidini subiectam vitã, acturos. Item Chiliastarũ, quã & tãgit D. Thomas in ad tertium, dicentium: cum uenerit Christus de cœlo mille anni erunt iterum nobis ad viuendum generandum & manducandum, sicut nunc fit quotidie in hoc sæculo.

¶Secũdò habes: quomodo p rationẽ ostendas; illas meritò damnari a Rom. 4. Regnũ Dei non est esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu sancto. Hæc ibi. Cum delitijs aut carnis nõ stant huiusmodi, vt patet. Itẽ a 1. Cor. 6. Neque adulteri, neque molles, neque masculorum cõcubitores, regnum Dei possidebunt. Hæc ibi. Et Gal. 5. Manifesta sũt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immũditia, impudicitia, luxuria, ebrietates, commessationes, & his similia, q̃

præ-

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

†lib. 10. Ethic. cap. 7. a med.

*Al. beatificabitur.

† Arist. lib. 7. c. 12. parũ a princ. & li. 10. ex c. 5. & vlt. a

prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Hæc ibi. Item ab Apocal 22. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni, vt per portas intrent in ciuitatē. Foris canes, & impudici, & idoli seruientes. Hæc ibi Ex his omnibus patet, quòd non resurgent homines in vita animali. Nam si vita animalis requireretur tunc in resurrectione beatorum, optima esset via ad consecutionem illius viuere in delitijs carnis; tantum abest, vt viuere in talibus immunditijs, esset contra regnum Dei. Per hoc ergo quòd scripturæ præmissæ monstrant, q̄ talia facientes regnum Dei non consequentur, commostrant apertissime, quòd tunc in resurrectione non erit vita animalis ab hæresibus illis descripta. Item a Matth. 22. In resurrectione neq; nubent neque nubentur, sed erūt, sicut Angeli Dei. Hæc ibi. At Angeli Dei non viuunt animali vita secundum illud ab Archangelo Raphaele dictum Thobiæ 12. Videbar quidem vobiscum manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili vtor. Hæc ibi. Quid autem sit ille cibus inuisibilis declarat Papa Benedictus 12. in extrauag. hac in perpetuum ualitura, &c. & Conc. Flor. sess. vlt. in lit. sanct. vnion. quòd est visio Dei facialis, atque fruitio. De illis mille annis, Apoc. 21. vide catholicum sensum ibi in sanctis Doctoribus. Tertio habes, quomodo per rationem prædicta scripturarum, & patrū, pro quanto homines resurrecturos ad vitam animalem degendam negant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quarto vides, quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

3 4

---

SVP. Q. CXIII. Aliàs 82. Art. 1.

CONCL. 1. Corpora gloriosa non dicuntur impassibilia ꝑpter remotionē passionis cōmuniter dictæ.

¶ PROB. Quia passio cōmuniter dicta est receptio etiam perfectiui sui (vt in textu:) & nihil quod est per fectionis, est negandum in sanctis.

¶ CONCL. 2. Proprie accipiendo passionem, non erit in corporibus Sanctorum resurgentiū potentialitas ad passionem, & ideo impassibilia dicuntur.

¶ PROB. 1. Quia passio proprie dicta est motus præter naturam (ex Damasc.) & nihil præter naturam deceat sanctos illos (patet;) Secunda autem pars. 𝔩. & ideo &c. patet ex terminis.

¶ CONCL. 3. Corpora sanctorum erunt impassibilia propter victoriam animæ super corpus.

554 S. Th. 4. dist. 44. q. 2. ar. 1. q. 1. & seq.

¶ PROB. Quia corpus humanum, ac quicquid in eo est, erit perfectè subiectum animæ rationali, ita ut in corpore glorioso non possit esse aliqua mutatio contra illam dispositionem, qua perficietur ab anima.

¶ NOT. Ex probatione prædicta patet, præcitatas opiniones ac reprobatas in textu nō tantum esse falsas, sed etiam non esse ad propositum, ut sapiēs cōsiderando iudicabit. Et confirmatur ex impassibilitate data primo homini in statu innocentiæ, de qua. 1. par. q. 97. artic. 1. & 2. Nam sicut impassibilitas corporis primi hominis ex anima deriuabatur supra corpus: ita, & multo magis ex dominio ipsius animæ deriuabitur impassibilitas ista, de qua loquimur. Hinc patet ratio, cur ipsa corpora dicentur spiritualia: quia scilicet totaliter spiritui (hæc est anima rationalis) subijcietur modo prædicto circa cōclusionem tertiā: non q̄a sint futura vento & aere subtiliora, ut dixit Euthychius errās, supra q. 79. art. 1. app.

Corpora sanctorum qūo sint spiritualia.

## QVAEST. CXIII. Aliàs 82.

*De conditionibus beatorum resurgentium, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de conditionibus beatorum resurgentium. Et primo de eorum corporum impassibilitate. Secundo, de subtilitate. Tertio, de agilitate. Quarto, de claritate.

CIRCA quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum Sancti resurgentes resurgant quo ad corpora impassibiles.

¶ Secundò, Vtrum æqualis impassibilitas omnibus fuerit.

¶ Tertiò, Vtrum illa impassibilitas sensum in actu a corporibus gloriosis excludat.

¶ Quartò, Vtrum sint in eis omnes sensus in actu.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum corpora sanctorum post resurrectionem sint impassibilia.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd corpora Sanctorum post resurrectionem nō sint impassibilia. Omne enim mortale est passibile, sed post resurrectionem erit animal rationale mortale, est hæc enim definitio hominis, quæ ab eo non separabitur, ergo corpus erit passibile.

¶ 2 Præt. Omne quod est in potentia ad formam alterius, passibile est ab illo, quia secundum hoc aliquid est passiuum ab alio, ut dicitur in primo de generatione, sed corpora Sanctorum post resurrectionem erunt in potentia ad aliam formam, ergo erunt passibilia. Probatio mediæ. Quæcumque communicant in materia, unum eorum est in potētia ad formam alterius, materia enim, secundum quòd est sub una forma, non amittit potentiam ad aliam formam, sed corpora sanctorum post resurrectionem communicabunt cum elementis in materia, quia ex eadem materia reparabuntur, ex qua nunc sunt. ergo erunt in potentia ad aliam formam, & sic erunt passibilia.

¶ 3 Præt. Contraria nata sunt agere, & pati adinuicem, ut in primo de Generatione dicit Philosophus, †sed corpora Sanctorum erūt ex contrariis composita, sicut, & nunc sunt, ergo &c.

†Arist. li. 1. cap. 50. & seq.

¶ 4 Præt. In corpore humano resurget sanguis, & alii humores, ut dictum * est, sed ex pugna humorum adinuicem generantur ægritudines, & huiusmodi passiones in corpore, ergo erunt corpora Sanctorum post resurrectionem passibilia.

*q. 80. ar. 3.

¶ 5 Præt. Magis repugnat perfectioni defectus in actu, quàm defectus in potentia, sed passibilitas importat solum defectum in potentia. Cum ergo in corporibus beatorum sint futuri aliqui defectus in actu, sicut cicatrices vulnerū in martyribus, ut in Christo fuerunt: videtur quòd nihil deperibit perfectioni eorum si ponantur habere corpora passibilia.

SED CONTRA. Omne passibile est corruptibile, quia passio magis facta abiicit a substantia, sed corpora sanctorum post resurrectionem erunt incorruptibilia, ut dicitur primæ ad Corinth. 15. Seminatur in corruptione, resurget in incorruptione, ergo erunt impassibilia.

¶ Præterea, Fortius non patitur a debiliori, sed nullum corpus erit fortius corporibus Sanctorum, de quibus dicitur primæ ad Corinth. 15. Seminatur in infirmitate, resurget in uirtute, ergo erunt impassibilia.

RESP. Dicendum, quòd passio dupliciter dicitur. Vno modo communiter, & sic omnis receptio passio dicitur, siue illud, quod recipitur sit conueniens, recipienti, & perfectiuum ipsius, siue contrarium, & corruptiuum, & ab huiusmodi passionis remotione corpora gloriosa impassibilia non dicuntur, cum nihil, quod est perfectionis, eis sit auferendum. Alio modo passio dicitur proprie, quam sic definit. Damasc. * in 2. lib. Passio est motus præter naturam: vnde immoderatus motus cordis, passio eius dicitur, sed moderatus dicitur eius operatio. Cuius ratio est, q̄a omne, quod patitur trahitur ad terminos agentis, quia agens assimilat sibi patiens, & ideo patiens inquantum huiusmodi, trahitur extra terminos proprios, in quibus erat: sic ergo, proprie accipiendo passionem, nō erit in corporibus resurgentium Sanctorum potentialitas ad passionem, & ideo impassibilia dicuntur. Huius autem impassibilitatis ratio a diuersis diuersimode assignatur. Quidam enim eam attribuunt conditioni elementorum, quæ aliter tunc se habebunt in corpore, q̄ nunc. Dicunt. n. q; elementa remanebūt ibi ſm substantiam, sed qualitates actiuæ, & passiuæ ab elementis auferentur. Sed hoc non vr̄ verum, quia qualitates actiuæ, & passiuæ sunt de perfectione elementorum: vnde si sine eis repararentur elementa in corpore resurgentis, essent minoris perfectionis, q̄ modo sint. Et præterea, cum qualitates illæ sint propria accidentia elementorum ex forma, & materia ipsorum causata, * vr̄ ualde absurdum, quòd causa maneat, & effectus tollatur. Et ideo alii dicunt, quòd manebunt qualitates, sed nō habebunt proprias actiones, diuina virtute id faciente ad conseruationem humani corporis. Sed hoc etiam non vr̄ posse stare, quia ad mixtionem requiritur actio, & passio actiuarum & passiuarū qualitatum,

* li. 2. c. 22. non procul a prin.

*q. 74. ar. 5. cor.

tum, & secundum prædominium vnius, vel alterius mixta efficiuntur diuersæ complexionis, quod oportet ponere in corpore resurgentis, quia erunt ibi carnes, & ossa, & huiusmodi partes, quibus omnibus non competit una complexio. Et præterea secundum hoc impassibilitas non posset poni dos in eis, quia non poneret aliquam dispositionem in substantia impassibilis, sed solum prohibitionem passionis ab exteriori, scilicet diuinam uirtutem, quæ etiam posset idem facere de corpore hominis in statu huius uitæ.

Et ideo alii dicunt, quòd in ipso corpore erit aliquid prohibens passioné corporum gloriosorũ, s. materia quinti corporis, quam ponunt venire in compositionem humani corporis, ad conciliandum elementa in harmoniam quandam, per quam possunt esse debita materia animæ rationalis, sed tamen in statu huius uitæ propter dominium elementaris naturæ, corpus humanum patitur ad similitudinem aliorum elementorum: sed in resurrectione dabitur natura quinti corporis, & ideo corpus humanum reddetur impassibile ad similitudinem corporis cœlestis. Sed hoc non potest stare, quia corpus quintum nõ uenit materialiter ad compositionem corporis humani, ut in secundo * libro ostensum est. Et præterea impossibile est dicere, quòd aliqua virtus naturalis, qualis est virtus corporis cœlestis, transferat corpus humanum ad proprietatem gloriæ, qualis est impassibilitas corporis gloriosi, cum immutationem corporis humani Apostolus attribuat uirtuti Christi: quia qualis cœlestis, tales & cœlestes 1. Corinthio. decimoquinto, & Philippens. tertio. Reformabit corpus humilitatis nostræ.

*Tho. in 2. sen. dis. 12. q. 1. ar. 1.

Præterea. Non potest natura cœlestis ita dominari in corpore humano, quin natura elementaris remaneat, cui ex essentialibus suis principiis passibilitas in est. Et ideo aliter dicendum est, quòd omnis passio fit per uictoriam agentis super patiens, aliàs non traheret ipsum ad terminos suos: impossibile est autem, quòd aliquid dominetur supra patiens, nisi inquantum debilitatur dominium formæ propriæ supra materiam patientis, loquendo de passione, quæ est contra naturam, de qua nunc loquimur: non enim materia subiicitur uni contrariorum, sine hoc, quòd tollatur dominium alterius super ipsam, vel saltem diminuatur. Corpus autem humanum, & quicquid in eo est, erit perfecte subiectum animæ rationali, sicut anima perfecte subiecta Deo: & ideo in corpore glorioso non poterit esse aliqua mutatio contra dispositionem illam, qua perficitur ab anima: & ita corpora illa erunt impassibilia.

Ad primum ergo dicendum, quòd, secundum Anselmum, * mortale ponitur in definitione hominis à Philosophis, qui non crediderunt hominem totum aliquando posse esse immortalem, quia non uiderunt homines nisi secundum huius mortalitatis statum. Vel potest dici, quòd secundum Philosophum in octauo Metaphysicorum, quia differentiæ essentiales sunt nobis incognitæ, utimur quandoque differentiis accidentalibus, ad significandum differentias essentiales, quæ sunt accidentalium causæ, unde mortale in definitione hominis non ponitur quasi ipsa mortalitas ad essentiã hominis pertineat, sed quia illud, quod nunc est causa passibilitatis, & mortalitatis, secundum præsentem statum, scilicet compositio ex contrariis, est de essentia hominis: sed tunc non erit causa eius propter uictoriam animæ super corpus.

* In lib. 2. Cur Deus ho, c. 11. parum a pri.

Ad secundum dicendum, quòd duplex est potentia, ligata, & libera, & hoc non solum est verum in potentia actiua, sed etiam passiua. Forma enim ligat potentiam materiæ, determinando ipsam ad unum, secundum quòd dominatur super eam: & quia in rebus corruptibilibus non perfecte dominatur forma supra materiam, non perfecte potest ligare ipsam, quin recipiat interdum per aliquam passionem dispositionem contrariam formæ, sed in sanctis post resurrectionem diuina virtute anima dominabitur supra corpus, nec illud dominium aliquo modo poterit auferri, quia ipsa erit immutabiliter Deo subiecta, quod non fuit in statu innocentiæ, & in corporibus illis manet eadem potentia ad formam aliam, quæ nunc inest quantum ad substantiam potentiæ, sed erit ligata per uictoriam animæ supra corpus, ut nunquam in actum passionis transire possit.

Ad tertium dicendum, quod qualitates elementares sunt instrumenta animæ, ut patet in Secundo de Anima, quòd calor ignis in corpore humano regulatur in actu nutriendi per uirtutem animæ. Quando autem agens principale est perfectum, & non est aliquis defectus in instrumento, nulla actio procedit ab instrumento, nisi secuudum dispositionem principalis agentis, & ideo in corporibus sanctorum post resurrectionem nulla actio, uel passio poterit prouenire a qualitatibus elementaribus, quæ sit contra dispositionem animæ quæ intendit conseruare corpus.

Ad quartum dicendum, quòd secundum Augustinum † in Epist. ad Constantinum, diuina potentia valet in ista visibili, atq; contractabili natura corporũ quibusdã manentibus, auferre quas uoluerit qualitates. Vñ sicut ab igne fornacis Chaldæorũ abstulit virtutem cõburendi, quan-

†Est Epist. 146. inter princip. & med. to. 2.

1^m^ maior. Omne mortale est possibile. ℞. Quãdiu, & pro statu quo est mortale: non, aliter. § Tunc nihil &c. Nam homo est mortalis pro præsenti statu; secundum quem solum cognouerunt Philosophi hominem sic diffinientes (vt arguitur.)

Item minor. Post resurrectioné homo erit animal rationale mortale. ℞. Negatur ista. §. Ad probationem dicitur, quòd ipsa mortalitas separabitur tunc ab homine; quæ non est etiam nũc de diffinitione hominis, quasi sit de essentia eius: sed ideo quia ponitur loco differentiæ cognitæ, quæ est compositio ex contrariis.

¶ Coroll. Ergo essentialis diffinitio hominis est hæc. Homo est animal rationale cõpositum ex contrariis. Vnde illa nunquam separabitur ab homine, etiam in gloria: licet tunc virtute diuina operante, huiusmodi compositio non sit futura vnquam causa mortalitatis. Vnde secundum responsum ly vel potest dici &c.

2^m^ de maiori. Quod est in potentia. ℞. Libera: non autem, ligata. §. Tunc nihil ut patet &c. in textu a ly in sanctis post resurrectionem &c.

¶ Not. Si dicatur, quòd aliquando exibit in actum ista potentia per dissolutionem ligaminis, quia nullum violentum perpetuum: & huiusmodi ligatio uidetur præter naturam talis potentiæ, respondendum est, ut habetur ex quæstione 75. articulo tertio ad tertium. Vnde concludendum est firmiter: quòd talis ligatio non est præter naturam, ex eo quòd non terminatur ad contrarium desiderio naturali; immò quòd est secundum naturam perfectam, eo quòd terminatur ad illud, quod est secundum desiderium naturale. Terminatur enim ad immortalitatem.

3^m^ ex Philosopho. Contraria nata sunt agere, & pati, adinuicem. ℞. nisi principale agẽs ipsorum contrariorum moderatiuum sit perfectum, & in ipsis contrariis, tanquam instrumentis, nullus sit defectus. §. Vt in textu dicitur. Tunc nihil &c. vt patet ibidẽ a ly ideo in corporibus sanctorum post resurrectionem &c.

4^m^ de maiori. Sanguis, & alii humores. ℞. Considerati secundum substantiam: non, secundum passibilitatem. §. & sic intelligit quæstione octuagesima, articulo tertio. Tunc nihil &c. ut patet in textu per totum.

respon. a.

¶ Examen. Ly modus autem, quo hoc dictus est, Scilicet in corp. fin. & responsionibus ad primum secundum & tertium de victoria animæ supra corpus. De remotione autem actus a subiecto, puta ad ignem &c. vide q. 74. art. 8. circa notata in corp.

Quintam.

5^m de maiori. Repugnat perfectioni defectus. R. Inquantum defectus: non inquantum dignitas quædam. §. Tunc nihil &cæt. Nam cicatrices vulnerum non erunt in sanctis, nec in Christo fuerunt inquantũ important &c. ut in textu.

minem in hunc mundum intrauit mors, & ita in omnes homines pertransijt. Ergo iuxta Apostolum ibi ad Corinth. Mors vltra non habebit victoriam supra corpora resurgentium. Item a Roman. sexto. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra nõ dominabitur. Hæc ibi. Vbi per mortem, & dominium mortis intelligit quamcumq; passionem proprie dictam, vt exponunt sancti. Patet autẽ, ꝙ resurrectio Christi est causa exemplaris nostræ q. 76. art. 1. ad cuius corporis claritatem reformabuntur corpora sanctorum Philip. 3. Item a cõstitutionibus Apostolicis lib. 5. cap. 8. Excitabit nos omnipotens Deus, nil mancum habẽtes, nec corruptioni obnoxium: quoniam imortales resurgemus. Hæc ibi. Item ab Apocal. 21. Absterget Deus omnẽ lacrimam ab oculis sanctorum, & mors ultra nõ erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra. Hæc ibi. Item ab Isa. 25. Præcipitabit mortem in sempiternum.

* In corp. huius ar. Vtilitas Eccles. S. Dei.

## APPENDIX.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Origenistarũ dicentium, quod corpora post resurrectionem futura sunt iterũ mortalia, quæ multis transactis sæculis posthmodum sunt in nihilum redigenda.

2 ¶ Secũdò habes: quõ per rationem ostẽdas, hanc merito damnari a 1. Cor. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, & mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo, qui scriptus est. Absorpta est mors in uictoria. Vbi est mors victoriæ tua? Hæc ibi. Vbi per uictoriam primo loco dictam, quã mors dicitur absorpta intellige uictoriam animæ supra corpus datam ei a Deo per dominum nostrum Christum, ut ibi subdit Apostolus. Per uictoriam uerò secundo loco dictam, intellige illam, qua mors vincebat omnes homines: de qua dictum est Rom. 5. Per unum homi-

quantum ad aliquid, quia corpora puerorũ illæsa seruata sunt, sed mansit quantum ad aliquid, quia ignis ille ligna comburebat, ita auferet ab humoribus passibilitatẽ, & dimittet naturam. Modus autẽ quo hoc fiet, dictus est.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ cicatrices vulnerũ non erunt in sanctis, nec in Christo fuerunt, inquantum importat aliquẽ defectum, sed inquantum sunt signa constantissimæ uirtutis, quia passi sunt pro iustitia, & fide, ut ex hoc, & ipsis, & aliis gaudium crescat. Vnde dicit Aug. † 22. de Ciuit. Dei: Nescio quõ sic afficimur amore martyrii beatorum, vt velimus in illo regno in corũ corporibus videre vulnerum cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerunt, & fortasse videbimus, nõ enim deformitas in eis, sed dignitas est quædam, quamuis in corpore sancto, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit. Nec tamen si aliqua martyribus amputata, & ablata sunt membra, sine ipsis membris erunt in resurrectione mortuorum, quibus dictum est, Capillus de capite vestro non peribit.

† lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 20. in prin. to. 5.

Lib. 21.

3 ¶ Tertio habes: quomodo per rationem prædictæ scripturarum & patrum pro quanto corpora sanctorum post resurrectionem fore impassibilia insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis.

4 ¶ Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. CXIII. Aliàs 82. Art. 2.

355 Conc. Impassibilitas, si secundum se consideretũ, erit æqualis in omnibus beatis.

¶ Prob. Quia impassibilitas secundũ se considerata dicit solam negationem, uel priuationem (patet:) & sola negatio, uel priuatio non suscipit magis uel minus.

¶ Examen. Ly negationem vel priuationẽ. Ista duo differũt, & cõueniunt, ſm quid. Negatio enim nõ concernit subiectum, & priuatio concernit: utraq; tamẽ formaliter sumpta in idem demum resoluit. Licet enim priuatio, puta cæcitas, respiciat subiectum aptum natũ ad uisionem tñ formaliter primò cõsiderata in se negat visionem.

¶ Concl. 2. Si consideretũ impassibilitas secundum causam suam, erit maior in vno quam in alio.

¶ Prob. Quia causa impassibilitatis erit maior in uno, quàm in altero (cum hæc sit radicaliter frui Deo.)

Impassibilitas sanctorum vnde oritur.

¶ Not. Quòd quis perfectius alio essentiã diuinam uideat, ipsaque fruatur vide prima par. quæst. 12. articu. 6. Rursus. Quoniam omnis immobilitas deriuatur a primo immobili,

## ARTICVLVS II.

*Vtrum impassibilitas in omnibus erit æqualis.*

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd impassibilitas in omnib. erit æqualis. Quia primæ ad Corinth. 15. dicit Gloss. quod æqualiter omnes habent quòd pati non possunt, qui habent dotem impassibilitatis, ergo impassibilitatis est æqualis in omnibus.

¶ 2 Præt. Negationes non recipiũt magis, & minus, sed impassibilitas est quædã negatio, vel priuatio passibilitatis, ergo non potest esse maior in vno quàm in alio.

¶ 2 Præt. Magis album dicitur qd est nigro impermixtius, sed nulli corporum sanctorum admiscebitur aliquid de passibilitate, ergo omnia erunt æqualiter impassibilia.

Sed contra. Merito debet rẽspondere præmium proportionaliter, sed Sanctorum quidam fuerunt aliis maiores merito, ergo cum impassibilitas sit quoddam præmium, videtur quòd in quibusdam sit maior, quàm in aliis.

¶ Præt. Impassibilitas diuiditur contra dotem claritatis, sed illa non erit æqualis in omnibus, ut patet. 1. Corint. 15. ergo nec impassibilitas.

Resp. Dicendum, quòd impassibilitas potest dupliciter considerari, vel secundum se, vel secundum causam suam. Si secundum se consideretur, quia solam negationem, vel priuationem importat, non suscipit magis, & minus, sed erit æqualis in omnibus. Si autem consideretur secundum suam causam sic erit in vno maior quam in alio. Causa autem eius est dominium animæ super corpus, quod quidem dominium causatur ex hoc, quòd fruitur Deo immobiliter, vnde in illo, qui perfectius fruitur Deo, est maior impassibilitatis causa.

Ad primvm ergo dicendum, quòd glos. illa loquitur de impassibilitate secundum se, & non secũdum causam suam.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ quamuis negationes, & priuationes secundum se non intendantur, nec remittantur, tamen intenduntur, & remittuntur ex causis suis, sicut dicitur esse locus magis tenebrosus, qui habet plura, & maiora obstacula lucis.

Ad tertivm dicendũ, quòd aliqua non solũ intenduntur p recessum a contrario, sed per accessum ad terminũ, sicut lux intenditur. Et propterea etiã impassibilitas est maior in uno quàm in alio, quamuis in nullo aliquid passibilitatis remaneat.

AR-

li, iuxta illud Philosophi 2. Metap. quod est primum in aliquo genere, est causa eorum, quæ sunt post: ideo rectè inquit textus, quòd causa impassibilitatis ĝ est fruitio diuina, & maioris maior fruitio. Nã huiusmodi fructes participant per hoc maiorem influxũ causæ primæ. A quo & dicũtur participatæ æternitates. 1. par. quæst. 10. artic. tertio. Hanc causam impassibilitatis magis, tanquã a notioribus nobis procedens, intelliges: si ad Sanctos martyres respicias, qui inter asperrima tormenta, ac si nihil paterentur, hilares gaudebant, & hoc a præsentia diuinæ gratiæ confortati.

1^m de conclusione. Impassibilitas. R. Secũdum se sumpta: non secundum causam suam. §. Tunc nihil &c. ut patet ex corp. & conclusionibus.

2^m de maiori. Negationes. R. Secũdũ se sumptæ ſm cãm suã. §. Tunc &cæt. patet ex corp. & conclusionib.

3^m illatio conclusionis. Ergo &cæt. R. Negatur illatio. §. & dicitur; ꝙ illa maior

maior argumenti, licet sit uera non est ad propositum. Nam vniuersaliter, secundum quòd intendit arguens, non verificatur, & specialiter nec in proposito nostro. Aliqua enim non solum intenduntur per recessum a contrario (de qua re maior illa loquitur) sed per accessum ad &c. ut in textu,

APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas merito a simili insinuatum a 1. Cor. 15. quòd corpora beatorum non erunt æqualiter impassibilia licet omnia impassibilia sint, & sic. Stella a stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria. seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Hæc ibi. Vbi ex contextu patet, quod per illam differentiam stellarum, i. sanctorum in claritate cointellexit etiam eorū impassibilitatē; subdendo ly in incorruptione, & ly in virtute. Item à Dan. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt, quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Hæc ibi. Vbi postquam de resurrectione corporum locutus est, differētiam hanc inter fulgorem illorū assignat. Sub noīe autē fulgoris taliter differentis intelligit & impassibilitatem, vt deducere potes, quemadmodū nunc ex Apostolo deductū est. Secundo habes: quō per rationē prædicta scripturarum, pro quanto qđ diximus insinuant, & intelligas & defendas. Tertio vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina & declaretur, & consolidetur.

2

3

---

SVP. Q. CXIII. Aliàs 82. Art. III.

CONCL. 1. Necesse est: ponere aliquē sensum, in actu in corporibus beatorum.

556

¶ EXAMEN. Ly aliquem sensum in actu. Idest, quod actualiter sentiant, uel interiori, uel exteriori sensu. Quot autem sensibus eos sentire in actu ponendum sit, hic non determinatur, & propterea dicit ly aliquem, quasi dicat, quòd sufficit præsenti articulo; quòd ostēdat aliquā sensationē actualiter esse in beatis.

¶ PROB. Quia aliàs vita corporalis sanctorum post resurrectionē assimilaretur somno (cū in somno corpus sensibile non sentiat actualiter) quod est inconueniens.

¶ CONCL. 2. Modus sentiendi in corporibus gloriosis erit per receptionem spiritualem a rebus sensatis: non autem per immutationē naturalem.

¶ COROLL. Ergo per ly per receptionē, excludas primam opinionē recitatam in textu circa hoc, & per ly a rebus sensatis, excludas secundam.

¶ PROB. Quia immutatio spiritualis non variat dispositionem naturalē organi recipientis (cum pupilla recipiens speciem albedinis non efficiatur, per hoc alba). Secunda verò pars. s. non autē &c. probatur. Quia immutatio naturalis organū recipiens uariat eadem qualitate naturali, qua res ad extra agēs dispo sita est (ut patet de tactu rei calidæ:) & impassibilitas corporū gloriosorum non compatitur uariationem hanc (ut patet.)

¶ NOT. Nihil tamē deperit de perfectione sentiendi corporib. gloriosis ex hoc, quòd immutatione naturali non sentiunt in tactu & gustu; ut nos: quoniam immutatio naturalis per accidens concurrit ad hoc, quòd faciat sensationem, quia sensus vt sensus est susceptiuus specierum in materia præter materiam. Defectus autē rei per accidens in aliquo non tollit id, quod est per se: neque perfectionē eius diminuit: immo potius perfectionem adauget, ex eo quòd ipsum, per se remanet ibi purum. Consequēter ergo sanctorum corpora nobiliori modo sentiens, sensationemq; percipient, quàm faciunt homines quicumque in præsenti vita.

Sāctorum corpora nobiliori modo sentiēt, quàm nunc.

Pri-

* Arist. li. 2. tex. 128.

* Arist. li. 1. tex. 19.

* Lib. 1. ca. 13. parum a med.

* Li. 2. text. 51. 74. & 121.

ARTICVLVS III.

*Vtrum impassibilitas sensum in actu a corporibus gloriosis excludat.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd impassibilitas sensum in actu a corporibus gloriosis excludat. Quia sicut dicit Philosophus in secūdo de Anima,* sentire est quoddam pati: corpora autem gloriosa erunt impassibilia, ergo non sentient in actu.

¶ 2 Præt. Immutatio naturalis, præcedit immutationem animalem, sicut esse naturale præcedit esse intentionale, sed corpora gloriosa ratione impassibilitatis non immutabuntur immutatione naturali: ergo nec immutatione animali, quæ requiritur ad sentiendum.

¶ 3 Præterea, Quandocumque fit sensus in actu, cum noua receptione, fit nouum iudicium, sed ibi non erit nouum iudicium: quia erūt ibi cogitationes volubiles; ergo non fient ibi sensus in actu.

¶ 4 Præt. Quando anima est in actu vnius potentiæ, remittitur actus alterius potentiæ, sed anima summe erit intenta ad actum virtutis intellectiuæ, qua Deum contemplabitur, ergo non erit aliquo modo in actu virtutis sensitiuæ.

SED CONTRA est, quod dicitur Apoc. 1. Videbit eum omnis oculus, ergo erit ibi sensus in actu.

¶ Præterea. Secūdum Philosophum in primo* de Anima, animatum ab inanimato distinguitur sensu, & motu, sed ibi erit in actu motus, quia tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Sapien. 1. ergo & sensus in actu.

RESPON. Dicendum, quòd aliquem sensum esse in corporibus beatorum omnes ponunt, aliàs corporalis vita Sanctorum post resurrectioné assimilaretur magis somno, quàm vigiliæ, quod non competit illi perfectioni, eo quòd in somno corpus sensibile non est in vltimo actu vitæ, propter quod somnus dicitur vitæ dimidium in 1. Ethic. sed in modo sentiendi diuersi diuersa opinantur. Quidam enim dicunt, quòd corpora gloriosa sunt impassibilia, & propter hoc non receptibilia peregrinæ impressionis, & multo minus quàm corpora cœlestia, quia non erit ibi sensus in actu per receptionem alicuius speciei a sensibilibus, sed magis extra mittendo. Sed hoc non potest esse, quia in resurrectione natura speciei manebit eadem in homine, & omnibus partibus eius, huiusmodi autem est natura sensus, ut sit potentia passiua, ut in secundo de anima probat Philosophus.* Vnde si in resurrectione Sancti sentient extra mittendo, & non recipiendo, non esset sensus in eis virtus passiua, sed actiua, & sic non esset eiusdem speciei cum sensu, qui nūc est, sed esset aliqua virtus eis data: sicut enim materia numquam fit forma, ita potentia passiua numquā fit actiua. Et ideo alii dicūt, quod sensus in actu fiet per susceptionē non quidem ab exterioribus* sensibus, sed per effluxum a superioribus viribus, ut sicut nunc superiores vires accipiūt ab inferioribus, ita econtrario tunc inferiores accipient a superioribus. Sed iste modus receptionis non facit vere sentire, quia omnis potentia passiua secundum suæ speciei rationem determinatur ad aliquid actiuum speciale, quia potentia inquantum huiusmodi, habet ordinem ad illud, respectu cuius dicitur, vnde cum proprium actiuum in sensu sit res existens extra animam, & non intentio eius existet in imaginatione, uel ratione, si organum sentiendi nō moueatur a rebus extra, sed ex imaginatione, uel a superioribus viribus aliis, non erit uere sentire. Vnde non dicimus, quòd phrenitici, & alii mente capti, in quibus propter uictoriam imaginatiuæ virtutis fit huiusmodi defluxus specierum ad organa sentiendi, uere sentiant, sed quia videtur eis quòd sentiant. Et ideo dicendum est cum aliis, quod sensus corporum gloriosorum erit per susceptionem a rebus, quæ sunt extra animam. Sed sciendum est, quòd organa sentiendi immutantur a rebus, quæ sunt extra animam dupliciter. Vno modo immutatione naturali, quando scilicet organum disponitur eadem qualitate naturali, qua disponitur res extra animam, quæ agit in ipsis, sicut cum manus fit calida ex tactu rei calidæ, vel odorifera ex tactu rei odoriferæ. Alio modo immutatione spirituali, quando recipitur qualitas sensibilis in instrumento secundum esse spirituale, idest, species, siue intentio qualitatis, & non ipsa qualitas, sicut pupilla recipit speciem albedinis, & tamen ipsa non efficitur alba. Prima ergo receptio non causat sensum, per se loquendo, quia sensus est susceptiuus specierum in materia præter materiam, idest præter esse materiale, quod habebant extra animam, vt dicitur in 2. de Anima,* & hæc receptio immutat naturam recipientis, quia recipitur hoc modo qualitas secundum esse suū materiale;

* Al. sensibilibus.

* Arist. li. 2 text. 121.

1^m de conclusione. Non sentiunt. ℞. Per immutationem naturalem:nõ, spiritualem, §. Nam impassibilitas, licet non compatiatur immutationem naturalem compatitur tamen spiritualem. Tunc nihil &c. ut patet.

2^m maior. Immutatio naturalis præcedit immutationem animalem. ℞. In his, in q. bus vtraque immutatio reperitur: non aliter §. Tunc nihil &c. Nam in beatis non reperietur vtraque: ut patet ex dictis.

*In corp. arg.

3^m de maiori. Fit nouũ iudicium. ℞. Saltem sensus communis: non semper intellectus. §. Sicut patet in eo, qui videt aliquid, quod prius sciuit. Tunc nihil &c. Quoniam Augustini authoritas illa in argumento adducta non probat minorem, cum minor de iudicio sensus, Augustinus uero de iudicio intellectiuę partis, loquatur.

4^m maior. Quando anima est in actu unius potentię, remittitur actus alterius potẽtiæ. ℞ nisi unum sit ratio alterius. §. i. Nã in tali casu magis iuuatur unus actus ex alio, vt in textus exẽplo de medico patet. Tunc nihil &c. Nam Deus visus a sanctis apprehenditur ut ratio omnium ab eis agendorum, uel cognoscendorum. Ex consequenti ergo magis iuuantur ex hoc ad actus sentiendi & per consequens argumentum magis seruit proposito conclusionis, quàm infringat ipsum.

Potentiam vnam operando non impedire aliã in opere eius: qñ contingit.

vnde ista receptio non erit in corporibus gloriosis, sed secunda, quæ per se facit sensum in actu, & nõ immutat naturam recipientis.

Ad primum ergo dicendũ, (q iam patet ex dictis) *quòd ex hac passione, quæ est in actu sentiendi, quæ non est aliud quàm receptio prædicta, non trahitur corpus extra naturalem suam qualitatem, sed spiritualiter perficitur; vnde impassibilitas gloriosorum corporum hanc passionem non excludit.

Ad secundum dicendum, q omne passiuum recipit actioné agẽtis secundum suum modum, si ergo aliquid sit quod sit natum sic immutari ab actiuo naturali, & spirituali immutatione, immutatio naturalis præcedit immutationem spirituale, sicut esse naturale præcedit esse intentionale; si autem natum sit immutari spiritualiter tantum, non oportet quòd immutetur naturaliter, sicut de aere, qui non est receptiuus coloris secundum esse naturale, sed solum fm esse spirituale, & ideo hoc solummodo immutatur: sicut econtrario corpora inanimata immutantur per qualitates sensibiles solũ naturaliter, in corporibus autem gloriosis non poterit esse aliqua immutatio naturalis, & ideo ibi erit spiritalis immutatio tantum.

Ad tertium dicendũ, quòd sicut erit noua receptio speciei in organo sentiendi, ita erit nouum iudicium sensus communis, non autem nouum iudicium intelligens de hoc, sicut in eo, qui videt aliquid, quod prius sciuit. Quod autem dicit Aug. * non erunt ibi cogitationes uolubiles, intelligitur de cogitationibus intellectiuæ partis: vnde non est ad propositum.

* Lib. vlt. & est 15. de Trin. c. 16. circa fi. t. p.

Ad quartum dicendum, q quando vnum duorum est ratio alterius, occupatio animæ circa vnum non impedit, vel remittit occupationem eius circa aliud. Sicut medicus dum videt urinam, non minus potest considerare artis regulas de coloribus urinarum, sed magis, & quia Deus apprehenditur a Sanctis, ut ratio omnium, quæ ab eis agentur, vel cognoscentur, ideo occupatio eorũ circa sensibilia sentienda, uel quæcumque alia contemplanda, in nullo impedit diuinam contemplationem, nec econtrario. Vel dicendum, quòd ideo vna potẽtia impeditur in actu suo quando alia uehementer cooperatur, quia vna potentia de se non sufficit ad tam diuersam operationem, nisi ei subueniatur per id, quod erat aliis potentiis uel mẽbris influendũ a principio uitæ, & quia in Sanctis erunt oẽs potentiæ perfectissimæ, vna poterit intensè operari, ita q ex hoc nullum impedimentum prẽstabitur actioni alterius potentiæ, sicut, & in Christo fuit.

¶ Not. De huiusmodi non impeditione unius potentiæ ex alia potentia, seu ex alio per ipsam cognito, uide q. 78. artic. 1. contra pauperes de Lugduno.

Item illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Tunc cum potentiæ omnes in sanctis erunt perfectissimæ per secũda quod una intensè operante alia poterit absque ullo impedimẽto opus suum perfectè exequi. In quo sensu illa maior non uerificatur, ut patet in responso secundo ly uel dicendum quòd ideo una &c.

APPENDIX.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

Ex X artic. habes primò: quõ per rõnem excludas errorem Pauperum de Lugduno (vt refert sũma fratris Yconeti. 5. par. cap. 2. in Bibliotheca Vaticana manuscripta) dicentium, quòd sancti absorpti gaudio celesti, nequeũt in aliquid aliud uacare. Secundum ergo illos nõ poterunt sentire in actu, & cõsequenter articulus præsens contra eosdem militat.

¶ Secũdò habes: quomodo per rationẽ ostẽdas, prædictum errorẽ meritò dãnari ab Apocal. 1. Videbit eum omnis oculus. Hęc ibi. Vbi loquitur de iudice uenturo in forma humana, quem resurgentes omnes corporaliter uidebunt Si omnes, ergo & sancti. Item ab Isa. 33. Regem in decore suo videbunt. Hæc ibi. Faciunt etiam contra hũc errorem, quæ dicta sũt. q. 74. art. 6. & 9. quando declaratur quòd ad cõsolationem sanctorum fiet cœlum nouũ & terra noua; ut scilicet ex visu illorum delectationem sensibilẽ recipiant. Itẽ a simili damnatur. Sap. 3. Tanquam scintillæ in arũdineto discurrent. Hæc ibi. Item ab ecclesia de virginibus in hymno laudum canẽte, q sequuntur sponsum laudibus, & hymnos dulces personant. Simile autem est de sensu & motu: cum animatum ab inanimato distinguatur sensu & motu (secundum Philosophum 1. de anima.)

¶ Tertiò habes: quõ per rationem prædicta scripturarum, pro quanto sensationem in actu ponunt in beatis, & intelligas, & probes & tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vtrius Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. CXIII. Aliàs 82. Art. IIII.

Oncl. In beatis post resurrectioné erunt omnes sensus in actu.

357 ¶ Prob. Quia ibi erũt tactus & visus secũdum omnes; odor secũdum ecclesiam; auditus (cũ ibi laus vocalis sit secũdum Psal 149.) gustus (ut patet in corp. fi.)

Pri-

* Arist li. 2. de aia tex. 27. & lib. 3. tex. 32. & seq.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum in beatis post resurrectionem sint omnes sensus in actu.*

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd non sint ibi omnes sensus in actu. Tactus enim est primus inter omnes alios sensus, ut dicitur in lib. de * Anima; sed corpora gloriosa carebunt actu tactus, quia sensus tactus fit in actu per immutationẽ corporis animalis, ab aliquo exteriori corpore prædominante in aliqua qualitate actiuarum, vel passiuarum, quarum est tactus discretiuus, qualis tunc immutatio esse non poterit, ergo non erit ibi omnis sensus in actu.

¶ 2 Præterea. Sensus gustus deseruit actui virtutis nutritiuæ, sed post resurrectionẽ huiusmodi actus non erit, * ergo frustra esset ibi gustus.

*Sup. q. 81. art. vlt.

¶ 3 Præt. Post resurrectionem nihil corrumpetur, quia tota creatura vestietur quadam virtute incorruptionis, sed sensus odoratus in actu suo esse non potest, nisi aliqua corruptione facta, quia odor non sentitur sine aliqua fumali euaporatione, quæ in quadam resolutione consistit, ergo sensus odoratus non erit ibi in suo actu.

¶ 4 Præt. Auditus deseruit disciplinæ, vt dicitur in lib. de sensu, sed non erit post resurrectionem beatis necessaria aliqua disciplina per sensibilia, quia diuina sapientia replebuntur ex ipsius visione, ergo non erit ibi auditus.

¶ 5 Præterea, Visio fit secundũ quòd in pupilla recipitur species rei visæ, sed hoc non poterit esse post resurrectionem in beatis, ergo non erit ibi visus in actu, qui tamen est omnium sensuum nobilior. Probatio mediæ. Illud, quod est lucidum in actu, non est receptiuum speciei visibilis: vnde speculum directè positum sub radio Solis non repræsentat speciem corporis oppositi, sed pupilla sicut,

la ſicut, & totum corpus erit claritate dotata, ergo non recipitur ibi aliqua ſpecies colorati corporis.

¶ 6 Præterea. Secundum perſpectiuos, omne, quod uidetur ſub angulo uidetur, ſed hoc non competit corporibus glorioſis, ergo non habebunt ſenſum in actu. Probatio mediæ. Quandocunque aliquid uidetur ſub angulo, oportet eſſe aliquam proportionem anguli ad diſtantiam rei uiſæ, quia quod a remotiori uidetur, minus uidetur, & ſub minori angulo, vnde poſſet eſſe ita paruus angulus, quòd nihil de re uideretur, ſi ergo oculus glorioſus uidebit ſub angulo, oportet quod uideat ſub determinata diſtantia, & ita quod non uideat aliquid a remotiori, quam modo uidemus quòd uidetur abſurdum, & ſic uidetur quòd ſenſus viſus actu non erit in corporibus glorioſis.

SED CONTRA, Potentia coniuncta actui, eſt perfectior quàm nó coniuncta, ſed natura humana erit in beatis in maxima perfectione, ergo erũt ibi oés ſenſus in ſuo actu.

Præt. Vicinius ſe habent ad animã potentiæ ſenſitiuæ, q̃ corpus, ſed corpus præmiabitur, vel punietur propter merita, vel demerita animæ, ergo, & omnes ſenſus præmiabuntur in beatis, & punientur in malis, ſecundum delectationẽ & dolorem, vel triſtitiã, quæ in operatione ſenſus conſiſtũt.

RESPON. Dicendum, quòd circa hoc eſt duplex opinio. Quidam enim dicunt quòd in corporibus glorioſis erunt omnes potentiæ ſenſuum, non tamen erunt in actu, niſi duo ſenſus, ſ. tactus, & viſus, nec hoc erit ex defectu ſenſuum, ſed ex defectu medii & obiecti, nec tamen erunt fruſtra, quia erunt ad integritatem humanæ naturæ, & ad commendandam ſapientiam Creatoris. Sed hoc non uidetur verum, quia hoc, quod eſt medium in iſtis ſenſibus, eſt etiam in aliis medium. In viſu enim eſt medium aer, qui etiam eſt medium in auditu, & odoratu, ſicut patet in 2. * de Anima. Similiter etiam guſtus habet medium coniunctum ſicut, & tactus, cum guſtus ſit tactus quidam, vt in eodem libro * dicitur. Odor etiam erit ibi, qui eſt obiectum odoratus, cum Eccleſia cantet, quòd odor ſuauiſſimus erunt corpora ſanctorum. Laus vocalis erit in patria. Vnde dicitur ſupra illud † Pſal. Exultationes Dei in gutture eorum, quòd corda, & linguæ non deſinent laudare Deum. Et idem † habetur per Gl. ſup illud Oſ. 14. In canticis, & cymb. &c.

* Ariſt. li. 2. de anima, tex. 76. & 97.
* Ariſt. li. 2. de aĩa tex. 28. & 94.
† Gl. ord. ſuꝑ illud pſ. 149. Exultationes.
† Glo. ordi. ibid.

Et ideo ſecundum alios dicendum, quòd odoratus, & auditus erunt ibi in actu, ſed guſtus non erit ibi, ita ꝙ immutetur ab aliquo cibo, vel potu ſumpto, vt patet ex dictis, † niſi forte dicatur, quòd erit ibi guſtus in actu per immutationem linguæ ab aliqua humiditate adiuncta.

† q. 81. ar. 4

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd qualitates, quas tactus percipit, ſunt illæ ex quib. cõſtituitur animatum corpus, vnde per qualitates tangibiles corpus animalis ſecundum ſtatum præſentem natum eſt immutari immutatione naturali, & ſpirituali ab obiecto tactus. Et ideo tactus dicitur maxime materialis inter alios ſenſus, quia habet plus de materiali immutatione adiunctum, non tamen immutatio materialis ſe habet ad actum ſentiendi qui perficitur ſpirituali immutatione niſi per accidens. Et ideo in corporibus glorioſis, a quibus impaſſibilitas excludit naturalem immutationem, erit immutatio a qualitatibus tangibilibus ſpiritualis tantum, ſicut etiam in corpore Adæ fuit quod nec ignis, nec gladius ſcindere potuiſſet, & tamen huius ſenſum habuiſſet.

AD SECVNDVM dicendum, quod guſtus ſecundum quod eſt ſenſus alimenti, non erit in actu, ſed ſecundum quod eſt † iudicium ſaporum, hoc † eſſe poterit forte per modum prædictum.

† Al. indicatiuus.
† In ſi. cor. huius art.

AD TERTIVM dicendum, quòd quidam poſuerũt quòd odor nihil aliud eſt quam quædam fumalis euaporatio. Sed hæc poſitio non poteſt eſſe vera, quod patet ex hoc quòd vultures currunt ex odore percepto ad cadauera ex locis remotiſſimis, cum tamen non eſſet poſſibile, quod euaporatio aliqua pertingeret a cadauere ad tam remota loca, etiam ſi totum reſolueretur in vaporem, & præcipue, cũ ſenſibilia ĩ æquali diſtantia ad q̃libet partẽ immutent. Vñ odor immutat medium quñque, & inſtrumẽtũ ſentiendi ſpirituali immutatione ſine aliqua euaporatione pertingente ad organum; ſed quòd aliqua euaporatio requiratur, hoc eſt eo, quod odor in corporibus eſt humiditate aſperſis. Vnde oportet reſolutionem fieri ad hoc quòd percipiatur. Sed in corporibus glorioſis erit odor in ſua vltima perfectione nullo modo per humidum ſuppreſſus, vnde immutabit ſpirituali immutatione, ſicut odor fumalis euaporationis facit, & ſenſus odoratus & in ſanctis, quia nulla humiditate impedietur, & cognoſcet non ſolum excellẽtias odoris, ſicut nunc in nobis contingit propter nimiam cerebri humiditatem, ſed etiam minimas odorũ differentias.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ in patria erit laus vocalis (quamuis quidam aliter dicant,) propter quod ſola immutatione ſpirituali organũ auditus immutabitur in beatis: nec erit propter diſciplinam, qua ſcientiam acquirant; ſed propter perfectionem ſenſus, & delectationem. Quomodo autem vox ibi formari poterit, dictum eſt in Secundo lib. † diſtinct. 2.

† Tho. in 2. ſen. d. 2.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ intenſio luminis non impedit receptionem ſpiritualem ſpeciei coloris, dummodo maneat in natura diaphani, ſicut patet quantumcunque illuminetur aer poteſt eſſe mediũ in uiſu, & quanto eſt magis illuminatus tanto per ipſum aliquid clarius videtur, niſi ſit defectus ex debilitate viſus. Quod autem in ſpeculo directe oppoſito radio ſolis nó appareat ſpecies corporis oppoſiti, non eſt propter hoc, quòd impeditur receptio, ſed propter hoc, quod impeditur reuerberatio. Oportet enim ad hoc, quod forma in ſpeculo appareat, quod fiat quædam reuerberatio ad aliquod corpus obſcurũ, & ideo plumbum uitro adiungitur in ſpeculo, hanc autem obſcuritatem radius ſolis repellit, vnde non poteſt apparere ſpecies in aliquo ſpeculo. Claritas autem corporis glorioſi non aufert diaphaneitatem a pupilla, quia gloria non tollit naturam, vnde magnitudo claritatis in pupilla magis facit ad * acumen viſus, quam ad eius defectum.

* Al. actum.

AD SEXTVM dicendum, ꝙ quãto ſenſus eſt perfectior tanto ex minori immutatione facta poteſt obiectum ſuum percipere, quanto autem ſub minori angulo viſus a viſibili immutatur, tanto minor immutatio eſt & inde eſt, quòd viſus fortior magis a remotis aliquid videre poteſt, quã viſus debilior, quia quanto a remotiori videtur, ſub minori angulo videtur, & q̃a viſus corporis glorioſi erit perfectiſſimus, ex paruiſſima immutatione poterit videre, vnde ſub angulo multo minori videre poterit, quàm modo poſſit, & per conſequens multo magis a remotis.

1m minor. Corpora glorioſa carebunt actu tactus. ℞. vt fit per immutationem naturalẽ: nõ per ſpiritualem. §. Tũc nihil &c. vt patet ĩ textu, & ar. 3. ubi etiam vide not. poſt prob. concluſ. 1.

2m maior. Senſus guſtus deſeruit actui uirtutis nutritiuæ. ℞. & iudicio ſaporum. §. Tunc nihil &c. Nam licet propter primum nõ ponatur in beatis (ut arguitur): tamen propter ſecundũ ibi poteſt poni, ut in tex. & corp. fin.

3m minor. Senſus odoratus in actu ſuo eſſe non poteſt, niſi aliqua corruptione facta. ℞. Niſi odor ſit in ultima ſua perfectione. § Tunc nihil &c. Nam in ſanctis erit ſic.

4m ex Philoſopho. Auditus deſeruit diſciplinæ. ℞. Et perfectioni ſenſus, & delectationi. §. Tunc nihil &c. Licet enim propter primum non ſit in eis auditus laudũ vocalium ibi exiſtentium: tamen eſt propter duo ultima, quæ dicta ſunt reſpondendo. Ex his melius intelligis probationem concluſ. de auditu.

5m minor. Hoc non poterit eſſe poſt reſurrectionem in beatis. ℞. Negatur iſte. § Ad probationem dicitur, quod illud, quod eſt lucidum in actu non eſt receptiuum ſpeciei uiſibilis, niſi remaneat in natura diaphani: ut patet in textu. Modo claritas corporis glorioſi nõ aufert diaphaneitatem a pupilla &c. ut ibidẽ. & ideo per illam propoſitionem probare uolentem nihil concluditur contra intentum articuli.

6m minor. Hoc nõ cõpetit corporib. glorioſis. ℞. Ne-

R. Negatur ista. §. Ad rationem dicitur, quòd visus corporis gloriosi videre poterit sub angulo: & etiam multò minori, quam possit nunc: & quòd licet videat sub determinata distantia, tamen videbit multò magis à remotiori. Et hoc totum ratione perfectionis visus glorificati. Vnde negatur illud argumenti; quod scilicet non videat tunc aliquid à remotiori, quam modò videmus. Esset enim hoc absurdum, si contingeret, vt inibi subinfertur.

## APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem à fortiori ex abundantiori excludas errorem Pauperum de Lugduno dicentium, vt articu. 3. append. Per hoc enim quòd sanctorum corpora habebunt omnes sensus in actu (vt monstrat articulus præsens) patet à fortiori, & quidem abundantius, quàm tunc artic. 3. quòd falsum est ipsos ex eo, quòd gaudio cœlesti diuinæ essentiæ repleti sunt, impediri ab operationibus alijs (vt volebant illi Pauperes).

¶ Secundò habes: quomodo per rationem à fortiori ex abundantiori ostendas errorem prædictum meritò damnari à &c. vt articu. 3. append. Item à Luca 24. quando narrat Dominum vidisse euntes in Emaus, eorumque sermones audisse, eisque locutum fuisse. Item à Ioanne 20. narrante Dominum salutasse discipulos dicens pluries, pax vobis. Item sparsim ab Euangelistis narrantibus multas sensationes Domini post resurrectionem (non computetur tamen manducatio & bibitio: quoniam dispensatiuè hæ factæ sunt q. 81. art. 4. ad primum): quoniam resurrectio eius nostræ est exemplar q. 76. art. 1. 2

¶ Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto sensus plures in actu ponunt in resurgentibus, & intelligas, & probes, & tuearis. 3

¶ Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc & declaretur, & consolidetur. 4

---

## QVÆST. CXIIII. Aliàs 83.

*De subtilitate corporum beatorum, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de subtilitate corporũ beatorum.

CIRCA quod quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum subtilitas sit proprietas corporis gloriosi.

¶ Secundò, Vtrum ratione huius subtilitatis possit esse in eodem loco cum alio.

¶ Tertiò, Vtrum per miraculum duo corpora possint simul esse in eodem loco.

¶ Quartò, Vtrũ duo corpora gloriosa possint esse simul in eodẽ loco.

¶ Quintò, Vtrum corpus gloriosum necessario requirat æqualem sibi locum.

¶ Sextò, Vtrum corpus gloriosum sit palpabile.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum subtilitas sit proprietas corporis gloriosi.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q subtilitas non sit proprietas corporis gloriosi. Proprietas.n. gloriæ excedit proprietatẽ naturæ, sicut gloriæ claritas claritatem Solis, quæ est maxima in natura: si ergo subtilitas est proprietas corporis gloriosi, videtur q corpus sit subtilius futurum omni, quod est subtile in natura; & ita erit ventis, aereque subtilius, quod est hæresis à Greg.* in Constantinopolitana vrbe damnata, vt ipse narrat in 4. lib. Moral.

* Lib. 14. Moral. 31. 32. & 33.

¶ 2 Præt. Sicut caliditas, & frigiditas sunt quædam qualitates simplicium corporum, scilicet elementorum, ita & subtilitas; sed calor, & aliæ qualitates elementorum non intendentur in gloriosis corporibus magis q̃ nunc, immo magis ad medium reducentur; ergo neque subtilitas in eis erit maior quàm nunc sit.

¶ 3 Præterea. Subtilitas inuenitur in corporibus propter paucitatẽ materiæ; vnde corpora, quæ habent minus de materia sub æqualib. dimensionibus, dicimus magis subtilia, vt ignem aere, & aerem aqua, & aquam terra: sed tantum de materia erit in corporibus gloriosis, quantum nunc est; ergo tunc non erunt magis subtilia, quàm nunc sunt.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Corinth. 15. Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale, id est spiritui simile, sed subtilitas spiritus excedit omnem subtilitatem corporis; ergo corpora gloriosa erunt subtilissima.

¶ Præt. Corpora quanto sunt subtiliora, tanto nobiliora, sed corpora gloriosa sunt nobilissima, ergo erunt subtilissima.

RESPON. Dicendum, quòd nomen subtilitatis à virtute est assumptum, scilicet penetrandi, vnde dicitur in secundo* de Generatione, quòd subtile est completiuum partibus, & partium partibus, quia propter naturam humidi, quod male terminatur termino proprio, benè autem alieno, sequitur suum tangens, & fluit vndique ad suum capiens, & sua subtilitate quamlibet eius partẽ minimã subintrat. Quod autem aliquod corpus sit penetratiuum cõtingit ex duobus. Primo, ex paruitate quantitatis præcipuè secundũ profunditatem, & latitudinem, non autem secundum longitudinem, quia penetratio fit in profundum, vnde longitudo penetrationi non obstat. Secundo, ex paucitate materiæ, vnde rara subtilia dicimus, & quia in corporibus raris forma prædominatur materiæ magis, ideo translatum est nomen subtilitatis ad illa corpora, quæ optimè substant formæ, & perficiũtur ab ea completissimo modo, sicut dicimus subtilitatem esse in Sole, & Luna, & aliis huiusmodi, sicut etiam aurum, vel aliquid huiusmodi potest dici subtile, quando perfectissimè completur in esse, & virtute suæ speciei. Et quia res incorporeæ quantitate carent, & materia, nomen subtilitatis ad eas transfertur non solum ratione suæ substantiæ, sed etiam ratione suæ virtutis, sicut enim subtile dici-

* Lib. 2. tex. 10.

### SVPER Q. CXIIII. Aliàs 83. Art. 1.

CONCL. 1. Subtilitatis nomen translatũ est ad illa corpora, quæ optimè substant formę, & ab ea perficiũtur modo completissimo.

Corpora & in speciali corpora gloriosa, quare dicuntur spiritualia.

¶ EXAM. Ly substant formæ &c. Idest quibus prædominãtur suæ formæ: ita ut ad nutum ei obediant, & in nullo vel minimo ei recalcitrent, seu aduersentur. Vnde tunc talia corpora possent dici formalia: non quia essent formæ (q̃d est impossibile) sed quia formarum imperium, seu voluntatem in suis operib. omnino repræsentarent, & exequerentur. Hinc est; q si illæ formę essent spiritus (vt est anima intellectiua): tũc corpora possent verè dici spiritualia, in sensu tamẽ prædicto. Tex. ergo p ly optime substãt formæ, loquitur de substare per obedientiã optimam, i. totalem. Et hinc ex discursu textuali habes: quòd esse subtile idem est, quod esse spirituale.

358 S. Tho. 4. d. 44. q. 2. art. 2. q. 1. & seq.

¶ PROB. Quia subtilitas ex paucitate materiæ cõtingit: & vbi forma valde prędominatur materiæ, ibi videtur parũ esse de materia (patet de corporib. raris).

¶ CONCL. 2. Nomen subtilitatis ad res incorporeas transfertur; non solum ratione suæ substantiæ, sed etiam ratione suæ virtutis.

¶ EXAM. Ly non solum ratione suæ substãtię. Scilicet non habentis materiã. Cõtra Auicebron ponentem materiam in rebus incorporeis, vt recitatũ 1. par. q. 70. ar. 2. Et hæc particula conclusionis, quasi præsupponitur (vt patet ex modo loquẽdi): & merito. Nam dictum est, q subtilitas contingit ex paucitate materiæ; & res incorporeæ nullam habẽt materiã. Vnde sequitur, q non tantum subtiles, sed etiã subtilissimæ sint ratione suæ substantiæ. Relinquetur ergo solum probandum; quòd dicantur subtiles ratione suæ virtutis: & sic ab exemplo.

¶ PROB. Quia intellectus dicitur subtilis: quando pertingendi ad aspiciẽda intrinseca principia, & proprietates naturales rei latentis, habet virtutem.

¶ CONCL. 3. Corpora gloriosa dicũtur subtilia propter completissimam corporis perfectionem: & ipsa completio attenditur ex dominio totali animę glorificatæ super corpus ipsum.

¶ EXAM. Ly ipsa completio attenditur ex dominio &c. Hæc est illa obedientia corporis ad animam glorificatã, quę dicta est in exam. cõcl. primæ. Adde quòd ista obedientia est maior q̃ illa; & tantò, quãtò corpus gloriosum est perfectius quolibet non glorioso.

Subtilitas corporis gloriosi vnde ortũ habet: cum aliis dotibus.

¶ COROLL. Ergo vnũ corpus gloriosum erit subtilius altero: sicut & de impassibilitate dictũ est q. 82. artic. 2. Quò enim magis anima fruetur Deo, eò magis subiecta erit ei; & quo magis Deo subiecta est, tanto magis corpus erit animę subiectũ: id quod est eius subtilitas. Hoc de alijs dotibus etiã intelligito, q videlicet inde nascuntur, vnde subtilitas, & secundum magis & minus, vt ista. Hæc vigilãter memorię mandato contra hæreticos illos, atque reliquos pecca-

peccatores, qui libertatem carnis extollunt, talique libertate nos fuisse a Christo donatos ignorantissime mentiuntur, & perfectionem consolationis corporis sui in delitiis, ac uoluptatibus, a sua phantasia decepti, collocant.

Vera libertas ubi consistit, & vbi non contra ignorãtiã multorum.

¶ PROB. 1. Quia patet. Secunda autem pars. Ipsa completio &c. probatur: Quia anima est forma corporis: & subtilia corpora dicuntur illa, quæ optimè substant formę (ut in conclusione prima.)

¶ NOT. Videmus etiam in rebus sensatis, quòd quanto plus aliquid subiicitur suæ formæ, tanto magis ex hoc subtiliatur, purificatur, atque perficitur. Patet hoc in aere, qui magis subtilis, purgatus, atque perfectus est, quo magis lumini solari subiicitur: & contra. Hinc est, quòd in meridie purior est, quàm in mane, aut uespere: & in nocte imperfectior est, multisque impuritatibus aspersus. Probat hoc idem & corpus nostrũ mortale; quod quanto plus animę imperio obedit, ipsique subiicitur; tanto plus de sanitate corporea recipit, atque uigore, & pulchritudine. Sic ergo a subiectione corporis ad animam pendet perfectio uera corporis, & a subiectione animæ ad Deum perfectio totius hominis: & sic proportionaliter. i. quanto maior, uel minor subiectio prædicta, tanto maior & minor perfectio sibi correspondens.

Lib. 13. de Ciui. Dei, c. 22. to. 5.

Exẽpla notabilia pro vera hominum perfectione.

Aliquantulũ a med.

1m de conclusione. Sic ergo subtilitas. R. Dicta per rarefactionem: non, per obedientiam totalem ad formã suam. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclus. 3.

* Lib. 14. Mor. c. 23. non remote a princ. & habetur in arg. 1. huius art.

2m de conclusione. Ergo neq; subtilitas. R. Contingens ex rarefactione materiæ: non, ex subiectione totali, ad spiritũ. §. Tunc &c. ut patet ex conclus. 3.

¶ NOT. Corpora gloriosa habebunt eandem materiam, eandemque formam, & naturalia accidentia, quæ habent nunc, ut patet ar. 2. corp. Et ideo iure nunc est concessum, illud: quod concludebatur in argumento, scilicet quòd subtilitas per rarefactionem materiæ ibi maior non erit, quàm nunc sit.

3m de conclusione. Tunc non erunt magis subtilia. R. Subtilitate iam dicta per rarefactionem. §. Tunc nihil &c. ut patet ex corp. fin. ly & per hoc patet solutio &c. Per quod dictum & huic, & aliis argumentis satisfecisse vult.

le dicitur penetratiuum, quia pertingit vsque ad intima rei, ita etiam dicitur aliquis intellectus subtilis, quia pertingit ad inspicienda intrinseca principia, & proprietates naturales rei latentis. Et similiter dicitur aliquis habere visum subtilem, quia aliquod minimum potest visu pertingere, & similiter est de aliis sensibus, & secundum hoc diuersi diuersimode subtilitatem corporibus gloriosis attribuerunt. Quidam etiã hæretici, vt Augustinus * narrat attribuerunt eis subtilitatem secundum modum, quo spirituales substantiæ subtiles dicuntur dicentes, quòd in resurrectione, corpus vertetur in spiritum, & ratione huius corpora resurgentium Apostolus spiritualia nominat 1. Corinth. 15. Sed non potest stare. Primo, quia corpus in spiritum transire non potest, cum non communicent in materia, quod etiam Boet.* ostendit in libro de Duabus naturis. Secundo, quia si hoc esset possibile, corpore in spiritum conuerso, non resurgeret homo, qui ex anima, & corpore naturaliter constat. Tertio, quia si Apostolus sic intelligeret, sicut nominat corporalia spiritualia, pari ratione nominaret corpora animalia, quæ in animam sunt conuersa, quod patet esse falsum. Vnde quidam hæretici dixerunt, quòd corpus in resurrectione remanebit, sed habebit subtilitatem secundum modum rarefactionis, ita quòd corpora humana in resurrectione erunt aerea, vel vento similia, ut Greg. narrat 14. lib. Moral.* sed hoc etiam non potest stare, quia corpus post resurrectionem palpabile habuit Dominus, vt patet Lucæ vlt. Spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere, quòd præcipue subtile credendum est. Et præterea, corpus humanum cum carnibus, & ossibus resurget, sicut corpus Domini, ut dicitur Lucæ vlt. Spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere, & Iob. 19. dicitur. In carne mea, videbo Deum saluatorẽ meũ, natura autem carnis, & ossis hanc raritatem non potest habere.

Et ideo est assignandus corporibus gloriosis modus subtilitatis, vt dicantur subtilia propter completissimã corporis perfectionẽ, sed hanc completionem quidã eis attribuunt ratione quintæ essentiæ, quæ eis tũc maxime dñabitur, quod esse non potest. Primo, quia nihil de quinta essentia potest venire in compositionem corporis, vt in 3. lib. ostensum est. Secundo, quia dato quod veniret in compositionẽ corporis humani, non põt intelligi, quod dñaretur magis tunc quam nunc supra naturam elementarẽ, nisi ita; quod esset in corporib. humanis plus secundum quantitatem de natura cœlesti, & sic corpora humana non essent eiusdẽ staturæ, nisi forte minueretur natura elementaris in homine, quod repugnat integritati resurgẽtium, vel ita quod natura elementaris indueret proprietates naturæ cœlestis ex eius dominio in corpore, & sic naturalis virtus esset causa proprietatis gloriosæ, quod videtur absurdum.

Et ideo alii dicunt, quod dicta cõpletio, ex quo corpora humana subtilia dñr, erit ex dñio animæ glorificatæ, quæ est forma corporis, super ipsum; ratione cuius corpus gloriosum spũale dr, quasi omnino spiritui subiectum. Prima aũt subiectio, qua corpus animæ subiicitur, est ad participandũ esse specificũ, prout subiicitur sibi ut materia formæ: & deĩde subiicitur ei ad alia opa animæ, prout aĩa est motor. Et ita prima rõ spũalitatis in corpore est ex subtilitate, & deinde ex agilitate, & aliis proprietatibus corporis gloriosi. Et propter hoc Apostolus in spiritualitate tetigit dotem subtilitatis ut Magistri exponunt, vnde Gregorius dicit decimoquarto * Moralium, quòd corpus gloriosum dicitur subtile per effectum spiritualis potentiæ. Et per hoc patet solutio ad obiecta, quæ procedunt de subtilitate, quæ est per rarefactionem.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim Eutychii &c. ut supra q. 79. art. 1. appen. & quæst. 81. ar. 1. append. Per hunc siquidem articulum patet: quòd ideo spiritualia corpora beatorum post resurrectionem nõ dicentur, quia sint vento & aere subtiliora, aut non possint palpari, atque uideri: sed quia spiritui totaliter per obedientiam subiecta erunt. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illam merito damnari a &c. ut supra locis nunc citatis. Item a 1 Corint. 15. Resurget corpus spirituale. Ecce quod Apostolus uocat illud corpus, & non spiritum. Verum corpus hominis erit, & spirituale denominabitur; ita quòd essentia caro erit corpus, & denominatio quędam fiet a spiritu. Quod si non esset corpus hominis, quod erat prius; non gloriaretur Apostol⁹ de hoc, quòd ipsemet substantialiter resurrecturus sit. vt in illo cap pluries facit. Corpus enim substantialiter non esset idem: nisi carnem & ossa, & naturalia accidentia, ut palpari posset, haberet. Tertio hinc habes: quomodo per rationem intelligas illud Matth. 22. In resurrectione erunt, sicut Angeli Dei in cœlo. Non enim significatur per hoc, quòd corpora resuscitata sint futura spiritus, sed quòd cœlibem in summo uitam uiuent in æternum, ut Angeli: secũdum quòd patet consideranti contextum ly non nubent, neque nubentur. Per quod intelligitur uita cœlebs; vnde per illud quod subdit ly, sed sicut Angeli Dei, denotatur uita cœlebs in summo, i. totalis virginitas. Et hoc, quia totaliter animæ glorificatæ obedient. Hinc ergo & patet: quòd nulla erit ibi libido, nec minima qualiscunque, nec quomodocunque, in æternum ex mutua uisione: quoniam nil penitus erit in corpore, quod non fit per omnia secundum uoluntatem animæ glorificatæ. Ex carentia igitur totali fomitis (vt supra 3. 80. ar. 3. & q. 81. ar. 4. appen. dicebatur,) & ex totali obedientia corporis ad spiritum fiet hoc; ut sit omnino impossibile minimum quid huiusmodi, a carnalibus hominibus beatis illis excogitatum, in illa patria reperiri in sempiternum. Hæc ultima dicta sint: & applicantur contra hæreses Cerinthi, & Chiliastarum supra locis nunc citatis narratas & reprobatas. Quartò habes: quomodo per rationem ostendas prædicta scripturarum, pro quanto subtilitatem fore proprietatem corporis gloriosi insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

2 3 4 5

* Lib. 14. c. 31. circa princ.

SVP. Q. CXIIII.
Aliàs 83. Art. II.

359

CONCL. 1. Non potest dici, quòd corpus gloriosum ratione suę subtilitatis habeat, quòd possit esse cũ alio corpore in eodem loco, nisi per subtilitatẽ auferatur, per quod ꝓhibetur nũc, esse simul cum alio corpore in eodem loco.

¶PROB. Quia patet ex terminis.

¶CONCL. 2. illud quod impedit nũc corpus nostrum, ne simul cum alio corpore sit in eodem loco, nullo modo poterit ab eo remoueri per dotem subtilitatis.

¶PROB 1. Quia illud impediens est quãtitas dimensiua (cum nec qualitas, nec materia, nec forma sit, vt in tex.) & à quantitate dimensiua non potest remoueri, quòd habeat situm distinctũ ab alia quantitate (cũ situs cadat in diffinitione eius vt in text.). 2. Quia patet ab oppositis, scilicet ex reiectione primę opinionis (vt ĩ tex. ly dicũt quidam, quòd prohibetur ab, &c.)

¶COROLL. Ex hac ergo conclusionis probatione patet, declarari terminos conclusionis primæ.

¶NOT. Pro captu meliori conclusionum vide ar. 3. cor. principa.

¶CONCL. 3. Corpus gloriosum non habebit ratione subtilitatis, ꝙ possit esse cum alio corpore, sed poterit simul cum alio corpore esse ex operatione virtutis diuinæ.

¶PROB. 1. Quia subtilitas non aufert à corpore glorioso necessitatem distinctionis situs ab alio corpore (cũ ab ipso non auferat dimensionem.) Secunda autem pars, scilicet sed poterit, &c. Patet à simili de umbra Petri sanante infirmos.

¶NOT. Ex prædictis accipe breuem illã distinctionem, qua omnia fere argumenta factibilia contra hoc soluere possit, videlicet ex vi subtilitatis, & ex vi miraculi.

Pri-

## ARTICVLVS II.

*Vtrum ratione huius subtilitatis competat corpori glorioso esse in eodem loco, cum alio non glorioso.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ratione huius subtilitatis competat corpori, ꝙ sit simul in eodem loco cum alio nõ glorioso. Quia vt dicit Philip. 3. reformabit corpus humilitatis nostrę, configuratum corpori claritatis suę, sed corpus Christi potuit simul esse cum alio corpore in eodem loco, vt patet per hoc, quòd post resurrectione intrauit ad discipulos ianuis clausis, vt dicitur Ioan. 20. ergo, & corpora gloriosa ratione subtilitatis poterunt esse cum aliis corporibus nõ gloriosis in eodem loco.

¶ 2 Pręterea, Corpora gloriosa erũt nobiliora omnibus aliis corporibus sed quædam nunc ratione suæ nobilitatis possunt esse simul cum aliis corporibus, scilicet radii solares, ergo multo fortius hoc conuenier corporibus gloriosis.

¶ 3 Præterea, Corpus cœleste non potest diuidi ad minus, quantum ad substantiam sphærarum, vnde dicitur Iob 27. quòd cœli velut ære solidissimo firmati sunt, si ergo corpus gloriosum non potest simul esse cũ alio corpore in eodem loco ratione subtilitatis, nunquam ad cęlum empyreum ascendere poterit, quod est erroneum.

¶ 4 Præterea, Corpus, quod nõ potest simul esse cum alio corpore, potest ex alterius obstaculo impediri in motu suo, vel etiam includi, sed hoc non potest contingere corporibus gloriosis, ergo possunt simul esse in eodem loco cum aliis corporibus.

¶ 5 Præt. Sicut se habet punctus ad punctum, ita linea ad lineam, & superficies ad superficiem, & corpus ad corpus, sed duo puncta possunt esse simul, ut patet quando lineæ se tãgunt, & similiter duæ lineæ in contactu duarum superficierum, & de superficie in contactu duorum corporum, quia cõtigua sunt, quorum vltima sunt simul, ut patet * 6. Physi. ergo non est contra naturam corporis quin possit esse simul cũ alio corpore in eodem loco, sed quicquid nobilitatis natura corporis patitur, totum corpori glorioso præstabitur, ergo corpus gloriosum ex suę subtilitatis proprietate habebit quod possit esse simûl cum alio corpore in eodem loco.

* Arist. li. 6. Physic. in princ. lib.

SED CONTRA est, quod Boet.* dicit in lib. de Trinit. in numero differentiam uarietas accidentium facit. Nam tres homines neque genere, neque specie, sed suis accidentibus distant, nam si omnino cuncta ab his accidentia separamus, tamen locus est cunctis diuersus, quem unum fingere nullo modo possumus, ergo si ponantur duo corpora esse in uno loco, erit vnũ corpus numero.

* Non mul tum remo te a princ. lib.

¶ Præterea. Corpora gloriosa maiorem conuenientiam habebunt cum loco quàm spiritus Angelici, sed spiritus angelici, ut quidam dicunt, non possunt distingui numero, nisi essent in diuersis locis, & propter hoc ponunt, quòd necesse est esse eos in loco, & quòd ante mundum creari nõ potuerunt, ergo multo magis debent dicere, quòd duo corpora qualiacumque non possunt esse in eodem loco.

RESP. Dicendum, quòd non potest dici, quòd corpus gloriosum ratione suæ subtilitatis habeat, quòd possit esse cum alio corpore in eodem loco, nisi per subtilitatem auferatur id, per quod prohibetur nunc esse simul cum alio corpore in eodem loco. Dicunt autem quidam, quòd prohibetur ab hoc in isto statu ratione corpulentiæ, per quam habet quòd replet locum, quæ quidem corpulentia ab eo per subtilitatis dotem tolletur. Sed non potest hoc stare propter duo. Primo quia corpulentia, quam dos subtilitatis aufert, est ad defectum pertinens, puta aliqua inordinatio materiæ non perfecte substantis suæ formæ. Totum enim, quod ad integritatem corporis pertinet, in corpore resurget, tam ex parte formæ quàm ex parte materię, quia quod aliquod corpus sit repletiuum loci, hoc habet per illud, quod est de integritate naturæ eius, & non ex aliquo defectu naturæ. Cum enim plenum opponatur vacuo, illud solum non replet locum, quo posito in loco, nihilominus manet vacuus locus. Vacuum autẽm definitur in 4. Physic. * quòd est locus non plenus sensibili corpore, dicitur autem aliquod corpus esse sensibile ex materia, & forma, & naturalibus accidentibus, quæ omnia ad integritatem naturæ pertinent, constat etiã, quod corpus gloriosum erit sensibile, etiam secundum tactum, ut patet in corpore Domini, Luc. vlt. nec enĩ deerit materia, aut forma, aut naturalia accidentia, scilicet calidũ, & frigidum, & huiusmodi. Vnde patet, quòd corpus gloriosum, non obstante subtilitatis dote, replebit locum. Insania enim uidetur dicere, quòd locus, ubi esset corpus gloriosum, esset uacuus. Secunda ratio eorum prædicta non valet, quia coexistentiam corporis impedire in eodem loco est plus quàm replere locum. Si enim ponamus dimensiones esse separatas sine materia, illæ dimensiones replent locum. Vnde quidam ponentes vacuum, dixerunt, uacuum esse locum, in quo sunt huiusmodi dimensiones sine aliquo sensibili corpore, & tamen istæ dimensiones prohibentur ne sint simul cum alio corpore in eodem loco, ut patet per Phil. * in 4. Physic. & in * 3. Metaphy. ubi habet pro inconuenienti, quòd corpus mathematicum, quod nihil est aliud quàm dimensiones separatæ, sit simul cum alio corpore naturali sensibili. Vnde dato, quòd subtilitas corporis gloriosi auferret ab eo hoc quod est replere locum, non tamen sequitur quod propter hoc posset esse cum alio corpore in eodem loco, quia remoto eo, quod minus est, non propter hoc remouetur quod plus est. Dicendum est ergo, quòd illud, quod impedit corpus nostrum nunc, ne simul cum alio corpore sit in eodem loco, nullo modo poterit ab eo remoueri per dotem subtilitatis. Nihil enim potest prohibere corpus aliquod ne sit simul situatum cum aliquo corpore in eodem loco, nisi in hoc quòd in eo requirit diuersum situm, nihil enim est impedimentum identitatis nisi quod est causa diuersitatis. Hanc autem distinctionem situs non requirit aliqua corporis qualitas, quia corpori nõ debetur aliquis situs ratione suæ qualitatis, unde remoto a corpore sensibili, qđ sit calidum, & frigidum, aut leue, nihilominus in eo remanet necessitas prædictæ * distinctionis, ut patet per Phil. 4. Physic. * & etiam planum est. Similiter etiam materia non potest inducere necessitatem prædictæ distinctionis, quia materiæ non aduenit situs nisi mediante quantitate dimensiua. Similiter etiam neque forma situm habet, nisi ex materia situm habente, restat ergo, quod necessitas distinctionis duorum corporum in situ causatur a natura quantitatis dimensiuæ, cui per se conuenit situs. Cadit enim in definitione eius, quantitas enim dimensiua est quantitas habens situm.

* Arist. 4. Physi. tex. 57. & 58.

* Arist. 4. Physi. tex. 76.
* Li. 3. Meta. tex. 17.

* In hoc eod. cap.
* Li. 4 Physic. tex. 74.

1m de minori. Potuit. ℞ Ex vi miraculi: non, ex vi subtilitatis. §. Tūc nihil &c. vt patet ex cõcl. 3.

2m de minori. Sed quædam. ℞. Quæ non sunt corpora: non autem, quæ sunt corpora. §. Tunc nihil &c. vt patet in tex. & 1. par. quæst. 67. artic. 2.

3m consequentia. Si ergo &c. ℞. Negatur consequentia. §. Et ratio est: quia corpus gloriosum posse ascendere ad cœlum empyreum cõtingit intelligi dupliciter: & consequentia deducitur ac si vno modo tantum intelligi posset. Non enim solum ratione subtilitatis, sed & ratione miraculi, ascensum huiusmodi fieri, imaginari possumus.

¶ Coroll. Hoc ergo defectu argumentationis ostenso, ad veritatem rei dic, quod corpus gloriosum transibit sphæras &c. vt in textu. De isto transitu habes exemplum de corpore Saluatoris nostri ascendentis in cœlum.

4m de maiori. Quod nõ potest. ℞. Neque ex vi subtilitatis, neque ex vi miraculi. §. Maximè quando ad nutum adest hæc vltima potestas, ex fauore diuino. Tunc nihil &c. vt patet in textu.

*Non multum remote à princ. libri.

5m conclusionis illatio. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam circa hoc differētia est inter vltima corporum se contingentiũ, & corpus ipsum, vt declaratur in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem explodas errorem cuiusdam (vt recitatur 3. par. quæst. 45. artic. 2.) virtualr dicentis: quòd ratione subtilitatis cõpetit corpori glorioso esse in eodem loco alio non glorioso. Dicit enim sic: quòd Christus assumpsit quatuor dotes; claritatis in transfiguratione: agilitatis ambulando supra mare: & subtilitatis egrediendo de clauso vtero Virginis: impassibilitatis, in cęna, quando dedit corpus suum ad edendum, licet illud diuideret. Nam cum resurrectionis corporum nostrorum resurrectio Christi sit causa exemplaris q. 76. art. 1. si dotis ratione fuit in eodem loco simul cum corpore non glorioso, sequitur: per hoc eum demõstrasse in suo simili, quod corpus gloriosum aliorũ beatorũ poterit ratione dotis subtilitatis esse simul cũ alio corpore nõ glorioso. Secũdò habes: quomodo per rationē ostendas, prædictum errorē rectè excludi à Papa Gregorio magno homil. 26. Lectionis huius euangelicæ quæstio animum pulsat, quomodo post resurrectionem corpus Dominicum verum fuit, quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciendum nobis est; quòd diuina operatio, si ratione comprę henditur non est admirabilis. Hæc ibi. Ecce: quòd Pontifex non doti, sed diuinæ operationi, i. miraculo, hoc ipsum tribuit: quod Christi corpus gloriosum fuerit simul in eodem loco cũ pariete domus. Item à Dionysio in epist. 4. ad Gaium. Super hominem operatur Christus ea, quæ sunt hominis; & hæc monstrat virgo supernaturaliter concipiens, & aqua instabilis materialium & terrenorum pedũ sustinens grauitatem. Hęc ibi. Vbi à simili mõstrat propositũ; vt patet considerant ly supnaturaliter. Tertio habes: quomodo per rationem prædicta Patrum, pro quanto insinuant, quod corpus gloriosum non nisi per miraculũ potest esse simul cum alio in eodē loco, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

*Hom. 26. in Euang. nõ procul à princ. homil.

situm, & inde est, quòd remotis omnibus alijs, quæ sunt in re, distinctionis necessitas inuenitur in sola quantitate dimensiua. Si enim accipiatur linea separata, oportet, quòd si sint duæ lineæ, vel duæ partes unius lineæ; quòd sint distinctæ in situ, aliàs linea addita lineæ non efficeret maius, quod est contra communem animi conceptionem, & similiter est de superficiebus, & corporibus mathematicis: & quia materiæ debetur situs, inquantum substat dimensioni, ex inde prædicta necessitas ad materiam situatam deriuatur; vt sicut nõ est possibile esse duas lineas, vel duas partes lineæ, nisi sint distinctæ secundum situm, ita impossibile est esse duas materias, vel duas partes materiæ, nisi sit distinctio situs. Et quia distinctio materiæ est principium distinctionis indiuiduorum; inde est, quòd Boet. dicit lib. * de Trinit. quòd duobus corporibus vnum locũ fingere nullo modo possumus; vt hanc saltem accidentium varietatem distinctio indiuiduorum requirat, subtilitas autem à corpore glorioso † dimensionem non aufert: vnde nullo modo aufert sibi prædictam necessitatem distinctionis situs ab alio corpore: & ideo corpus gloriosum non habebit ratione subtilitatis, quod possit esse cum alio corpore: sed poterit simul cum alio corpore esse ex operatione virtutis diuinæ, sicut etiam corpus Petri non habuit ex aliqua proprietate indita, quòd ad vmbram eius sanarētur infirmi; sed hoc fiebat virtute diuina ad ædificationem fidei: ita faciet virtus diuina ut corpus gloriosum possit simul cum alio corpore esse ad perfectionem gloriæ.

Ad primum ergo dicendum, quòd corpus Christi non habuit ex subtilitatis dote, quòd posset esse simul cum alio corpore in eodem loco; sed hoc factum est virtute diuina post resurrectionem sicut in natiuitate: vnde Greg.* in Hom. dicit, illud corpus Domini intrauit ad discipulos ianuis clausis, quod ad humanos oculos per natiuitatem suam clauso exiit vtero Virginis. Vnde non oportet, quòd ratione suæ subtilitatis hoc conueniat corporibus gloriosis.

Ad secundum dicẽdum, quòd lumen non est corpus, vt in prima parte * dictum est, vnde obiectio procedit ex falsis.

*1. p. q. 67. art. 2.

Ad tertium dicẽdum, quòd corpus gloriosum transibit sphæras cœlorum sine eorum diuisione, non ex vi subtilitatis, sed ex diuina virtute, quæ eis ad nutum in omnibus subueniet.

Ad quartum dicendum, quòd ex hoc, quòd Deus eis ad nutum aderit in omnibus, quæ volunt; sequetur quòd non possint includi, vel carcerari.

Ad quintum dicendum, quod sicut dicitur 4. Physicorũ. * Puncti non conuenit esse locum, vnde si dicatur esse in loco, hoc non est nisi per accidens, quia corpus, cuius est terminus, est in loco: sicut autem totus locus respondet toti corpori, ita terminus loci respõdet termino corporis. Contingit autem duorum locorum esse unum terminum, sicut & duas lineas terminari ad vnũ punctum; & ideo quamuis duo corpora non possint esse nisi in diuersis locis, tamen duobus terminis duorum corporũ respondet idem terminus duorum locorum; & secundum hoc dicuntur vltima corporum se contingentium esse simul.

*li. 4. Physic. tex. 9. & libro 3. tex. 23.

---

SVPER Q. CXIIII. Alias 83. Art. III.

Concl. Miraculosè tantum fieri potest; quòd duo corpora sint in eodem loco.

360

¶ Exam. Ly miraculosè tantum, id est virtute diuina; & ea sola.

¶ Ly duo corpora sint in eodẽ loco. Ita quòd vnum remaneat distinctum ab alio corpore. Et hoc est miraculum: quòd scilicet vni corpori remaneat esse distinctum ab alio, & tamen eius materia non sit distincta in situ ab alterius materia. Sunt ergo duæ distinctæ materiæ secundum esse ibi; & indistinctè secundum situm: quod neque natura, neque proprietas gloriæ, quæ dicitur dos, efficere possunt, vt artic. 2. ostensum est.

¶ Ly in eodem loco. Scilicet proprio: nõ cõmuni. Quid autem sit locus proprius & communis, vide in 4. Physic. & infrà art. 5.

¶ Prob. Quia duorum

## ARTICVLVS III.

*Vtrum per miraculum fieri possit, quòd duo corpora sint in eodem loco.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd nec etiam per miraculum fieri possit, quòd duo corpora sint in eodem loco. Non enim potest fieri per miraculũ, quòd duo corpora sint simul duo, & vnũ, quia hoc esset facere contradictoria esse simul, sed si ponãtur duo corpora esse simul, sequeretur, illa duo corpora esse vnum; ergo non est possibile hoc per miraculũ fieri. Probatio mediæ: Sint duo corpora in eodē loco, quorum vnum dicatur A, & aliud B; ergo dimẽsiones A, erunt eædem cum dimensionibus loci, aut aliæ: si aliæ, ergo erunt aliquę dimensiones separatæ, quia non potest poni, quòd dimensiones, quæ sunt inter terminos loci, non sint in aliquo subiecto, nisi sint in corpore locato; si ergo sint eędem, ergo eadem ratione dimensiones B, erunt eædem cum dimensionibus loci, sed quęcunque vni, & eidem sunt eadem, sibi inuicem sunt eadem, ergo dimẽsiones A, & B, sunt

rum corporum esse in situ distinctum dependet à principijs essentialibus rei, sicut à causis proximis, à Deo autem sicut à causa prima: & causa prima potest conseruare rem in esse cessantibus causis secundis (vt patet in libro de causis). Secunda autem pars, s. tátùm, patet ex artic. 2.

1^m minor. Si ponātur duo corpora esse simul, sequeretur; illa duo corpora esse vnum. R. Negatur ista. §. Ad probationē dicitur; quòd aut procedat ex falsis, aut probat intentū nostrū: Ex falsis quidem, quoniā procedit, ac si inter superficies oppositas loci alicuius &c. vt in tex. vsque inclusiuè ad ly de nouo vnum, nisi altero eorum mutato. Probat verò intētum nostrum, si vtatur dimensionibus sicut se rei veritas habet: vt habetur in textu à ly si autem, sicut se rei veritas habet, loco non debentur &c. vsque in finem.

¶ Exam. Ly immutationem, ly immutato. Hoc est mutationem. & mutato. Non enim sem per immuto significat non muto: sed quādoq; significat muto in aliquo, vt hic.

2^m minor. Duo corpora esse in eodem loco est contra cōes animi conceptiones, & contra cōclusiones Geometriæ & contra diffinitionem lineæ. R. Negatur ista. §. Ad probationem dicitur: quòd licet sit vera stādo præcisè: in dimensionibus mathematicis, non tamen, in dimensionibus naturalibus, i. concernentib. subiectū: & cōsequenter dicitur, quòd nihil probat contra propositum. Conclusio enim loquitur de corporibus naturalibus, & non de mathematicis præcisè.

Tertium

eædem, sed duorum corporum non possunt esse eædem dimensiones, sicut nec eadem albedo; ergo A, & B, sunt vnum corpus, & erant duo, ergo sunt simul vnum, & duo.

¶ 2 Præt. Contra communes animi conceptiones, non potest aliquid miraculosè fieri, vt scilicet pars non sit minor toto, quia contraria communibus cōceptionibus directè contradictionem includunt. Similiter nec contra conclusiones Geometriæ, quæ à communib. conceptionibus infallibiliter deducuntur, sicut q triangulus non habeat tres angulos æquales duob. rectis. Similiter nec aliquid potest fieri in linea cōtra definitionem lineæ, quia separare definitionē à definito, est ponere duo contradictoria esse simul; sed duo corpora esse in eodem loco est contra cōes animi conceptiones & cōtra cōclusiones Geometriæ, & cōtra definitionem lineæ; ergo nō pōt fieri per miraculū. Probatio mediæ. Conclusio est Geometriæ, q duo circuli nō se tangunt nisi in puncto; si aūt duo corpora circularia essent in eodē, quo circuli designati in eis se tangerent secundū totum. Similiter etiā est cōtra definitionem lineæ, q infra duo puncta sit plus, q̄ vna linea recta, qd fieret, si duo corpora essent in eodem loco, quia infra duo puncta signata in diuersis superficiebus loci, essent duæ lineæ rectæ duorum corporum locatorum.

¶ 3 Præterea. Hoc videtur non posse fieri per miraculum, quòd corpus inclusum in alio corpore, non sit in loco, quia sic haberet locum communem, & non proprium, quod nō potest esse: sed hoc sequeretur si duo corpora essent in eodem loco, ergo non potest fieri per miraculum. Probatio mediæ. Sint duo corpora in eodem loco, quorum vnum secundum quamlibet dimensionem sit maius alio, corpus minus erit inclusum in corpore maiore, & locus corporis maioris erit locus eius communis, locum autem proprium non habebit, quia nō erit aliqua superficies corporis actu signata, quæ cōtineat ipsum, quod est de ratione loci; ergo non habebit locum proprium.

¶ 4 Præterea. Locus proportionaliter respōdet locato, sed nunquam potest fieri per miraculum, quòd idem corpus sit simul in diuersis locis nisi per aliquam conuersionem, sicut accidit in sacramento altaris; ergo nullo modo potest fieri per miraculum, quòd duo corpora sint simul in eodem loco.

Sed contra, Beata Virgo filium miraculosè peperit: sed in illo partu oportuit duo corpora esse simul in eodem loco, quia corpus pueri exiens claustra pudoris non fregit; ergo potest miraculosè fieri, quòd duo corpora sint in eodem loco.

¶ Præterea. Hoc idem potest ostendi per hoc, q Dominus ad discipulos intrauit clausis ianuis, Ioan. 19.

Resp. Dicendum, q sicut ex dictis * patet, propter hoc necesse est duo corpora in duobus locis esse, quia diuersitas materiæ requirit distinctionem in situ: & ideo videmus q quando conueniunt corpora in vnum, destruitur esse distinctum vtriusque, & acquiritur vtrique simul esse vnum indistinctum, vt patet in mixtionibus: non potest ergo esse, quòd duo corpora remaneant duo, & tamen sint simul, & vtrūque conseruet esse distinctum quod prius habebat, secundum q vtrumque erat ens indiuisum in se, & diuisum ab aliis. Hoc autem esse distinctum dependet à principiis essentialib. rei, sicut à causis proximis, sed à Deo sicut à causa prima: & quia causa prima potest conseruare rem in esse cessantibus causis secundis, vt patet per primam * propositionem libri de causis: ideo diuina virtute, & ea sola fieri potest, vt accidens sit sine subiecto, vt patet in sacramento altaris, & similiter virtute diuina fieri potest, & ea sola, quòd corpori remaneat esse distinctum ab alio corpore, quamuis eius materia non sit distincta in situ ab alterius corporis materia, & sic, miraculosè fieri potest, quòd duo corpora sint in eodem loco.

*Art. præced. corp.

* Propositione prima interopera Arist.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa est sophistica, quia procedit ex suppositione falsi, vel petit principiū. procedit enim ratio illa, ac si inter superficies oppositas loci alicuius esset aliqua dimēsio propria loco, cui oportet, quòd vniretur dimensio corporis locati aduenientis. Sic enim sequeretur quòd dimensiones duorum corporum locatorum esset vna dimensio, si vtraque vnum fieret cum dimensione loci. Hæc autem positio falsa est, quia secundum hoc quandocunque corpus acquireret nouum locum, oporteret aliquam immutationem fieri in dimensionibus loci, vel locati. Non enim potest esse, q aliqua duo fiant de nouo vnum, nisi altero eorum mutato. Si autem, sicut se rei veritas habet, loco non debentur aliæ dimensiones, quàm dimensiones locati, patet quòd ratio nihil probat, sed petit principium: quia secundum hoc nihil est aliud dictum, quòd dimensiones locati sunt eædem cum dimensionibus loci, nisi quòd dimensiones locati continentur infra terminum loci, & secundum eorum mensuram distant termini, sicut distarent propriis dimensionibus, si eas haberent; & sic dimensiones corporum duorum esse dimēsiones vnius loci, nihil est aliud quàm duo corpora esse in eodem loco, quod est principale propositum.

Ad secundum dicendum, quòd posito quòd duo corpora sint simul in eodem loco per miraculum, non sequitur aliquid, neque contra communes animi conceptiones, neque contra definitionem lineæ, neque contra conclusiones aliquas Geometriæ. * Quantitas enim dimensiua in hoc differt ab omnibus aliis accidentibus, quòd habet specialem rationem indiuiduationis, & distinctionis, scilicet ex situ partium, præter rationem indiuiduationis, & distinctionis, quæ est sibi, & omnibus accidentibus communis, scilicet ex materia subiecta. Sic ergo vna linea potest intelligi diuersa ab alia, vel quia est in alio subiecto, quæ consideratio est de linea naturali, vel quia distat in situ ab alia, quæ consideratio est de linea mathematica, quæ intelligitur præter materiam. Si ergo remoueatur materia, non potest esse distinctio linearum nisi secundum situm diuersum, & similiter nec punctorum, nec superficierum, aut quarumcumque dimensionum: & sic Geometria non potest ponere, quòd vna linea addatur aliæ, tanquàm distincta ab ea, nisi sit distincta in situ ab ea. Sed supposita distinctione subiecti sine distinctione situs ex diuino miraculo, intelligentur diuersæ lineæ, quæ non distant situ, propter diuersitatem subiecti, & similiter diuersa puncta, & sic diuersæ lineæ designatæ in duobus corporibus, quæ sunt in eodem loco, trahuntur à diuersis punctis ad diuersa puncta: vt non accipiamus punctum in loco, sed in ipso corpore locato: quia linea non dicitur trahi nisi à puncto, quod est terminus eius: & similiter etiam duo circuli designati in duobus corporibus sphęricis existētibus in eodem loco, quæ sunt duo non propter diuersitatem situs, aliàs non possent se tangere s̄m totum, sed sunt duo ex diuersitate subiectorū, & propter hoc se totaliter tangentes, adhuc manet duo: sicut etiam circulus signatus in corpore locato sphęrico tāgit s̄m totum alium circulū signatum in corpore locante.

*Art. præced. corp.

Ad

**3^m maior.** Hoc videtur non posse fieri per miraculum, quod corpus inclusum in alio corpore, non sit in loco. ℞. Negatur ista. §. Nam Deus potest facere, &c. vt in tex.

**Item minor.** Hoc sequeretur, si duo corpora essent in eodē loco. ℞. Negatur ista. §. Videlicet, quòd si duo corpora essent in eodē loco, sequeretur; quod corpus inclusum in alio corpore non esset in loco. Ad probationem dicitur: quod est falsum id, quod deducitur; videlicet, quod nō erit aliqua superficies corporis actu signata: vt patet in tex. responso 2. ly & tamen illa positione facta &c.

Rñsio 2.

**4^m illatio conclusionis.** Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Non.n.est eadē ratio de hoc, quod vnum corpus sit localiter simul in diuersis locis; & de hoc, quòd duo corpora sint in eodem loco: quoniā primum illud implicat contradictionem, hoc verò secundum non item; vt declaratur in textu.

S. Tho. in 4.d.10.q.1. ad 1.in solut. 1. arg. & seq.

AD TERTIVM dicendum, quòd Deus posset facere aliquod corpus non esse in loco, & tamen illa positione facta, non sequitur quòd aliud corpus non sit in loco, quia corpus maius est locus corporis minoris ratione illius superficiei, quæ designatur ex contactu terminorum corporis minoris.

AD QVARTVM dicendū, quòd vnum corpus esse simul localiter in duobus locis, non potest fieri per miraculum. Corpus enim Christi non est in altari localiter; quamuis * miraculosè possit fieri quòd duo corpora sint in eodē loco: quia esse in pluribus locis simul, repugnat indiuiduo rationē eius, quòd est ens indiuisum in se: sequeretur.n. quod esset distinctum in situ: sed esse cum alio corpore in eodem loco, repugnat ei quantum ad hoc quod est diuisum ab alio: ratio autem vnius perficitur in diuisione, vt patet in 4. Metaphys. * sed diuisio ab aliis est, † de consequentibus ad rationem vnius. Vnde quòd idem corpus sit localiter simul in diuersis locis, includit cōtradictionem, sicut quòd homo careat ratione; sed duo corpora esse in eodem loco, non includit contradictionem, vt ex * dictis patet; & ideo non est simile.

* Lib. 5. tex. 12.

* In hoc art.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem derideas, & interimas deliramenta quædam, aniles que fabulas illustrissime cōfictas, & hæreticales Zuinglianorum, & Caluini, & cuiusdam Petri Martyris Antiluterani consecutiue dicentium: quòd duo corpora nō possunt miraculose esse in eodem loco. Dicūt.n. Zuingliani, Christum resuscitatum ianuis clausis ad Apostolos ingredientem per rimam fuisse introductum. Et Christo ad Apostolos ingredienti integras ianuas aperuisset Caluinus; ne pressuram vllam eius tenellū corpus pateretur. Et Christum, cum ingressus est ad Apostolos ianuis clausis per fenestram intrasse; ait Petrus Antiluteranus. Ex his ergo patet, quod consecutiue dicunt ij: quod corpora duo per miraculū non possunt esse in eodē loco: cum hoc sequatur ad dictum ipsorum; vt discurrenti patet. Secundo habes: quō per rationē ostendas, has hæreses merito dānari à Ioan. 19. dicente, quod Dñs post resurrectionē venit ad discipulos suos ianuis clausis. Per hoc.n. mōstratur quod corpus Dñi miraculose fuit in eodē loco simul cum alio corpore, vt inquit magnus Gregorius Papa, & sanctus. Cuius, in homil. 16. verba sunt hęc. Quæstio animū pulsat: quō corpus Dominicū post resurrectionem verum fuit, quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciendū nobis est: quod diuina operatio, si ratione comprehēditur, non est admirabilis. Hæc ille. Item ab Ecclesia catholica, quæ de fide profitetur beatam Virginem Dei matrem, fuisse virginem in partu. Hoc est, quod corpus Dñi exiuit per clausam portam, i. non rupto signaculo virginitatis. Vñ & in collecta secreta quadā dicit ly matris integritatē non minuit, sed sacrauit. Quæ quidem egressio talis facta miraculo tribuitur ab eodē Papa Greg. ibid. Illud corpus Dñi intrauit ad discipulos clausis ianuis, quod videlicet ad humanos oculos per natiuitatem suā clauso exijt vtero Virginis. Hæc ibi. Ecce, quod diuinæ operationi, i. miraculo, vtrūque factū à Papa ascribitur: licet hunc exitū ex vtero Virginis clauso dicat esse quid mirabilius. ex hoc, quod moriturus veniens taliter exiuit. Item ab eodem Ecclesia dum prædicat ipsum Christū exijsse corporaliter de sepulchro clauso. Vnde in Paschali tēpore ad hoc significandum canit ly, surrexit Dñs de sepulchro, & ly dicant nunc Iudæi, quō milites custodientes sepulchrū perdiderunt regem ad lapidis positionem. Hæc illa. Per quæ docet fideles, quod corpus Dñicum non tantum clauso sepulchro per lapidis positionem exiuit, sed etiam inuisibiliter militibus vigilantibus. Itē à Matthęi 28. Angelus Domini accedens reuoluit lapidem. Hæc ibi. Iam enim surrexerat Dominus, (vt ibi subditur, & in Marc 16.) & de sepulchro exierat. Vnde per hoc, quod post Domini exitum testatur, Angelum reuoluisse lapidem sepulchri insinuat aperte: quod de sepulchro clauso, & quidem lapide valde magno (Mar. 16.) exierat corpus Domini gloriosum. Nota, quod prædictas fatuitates Zuinglianorum &c. vocaui hæreses, inquantum veritatem Euangelij de illa existentia duorum corporum simul in eodem loco destruunt; non inquantum id miraculo non ascribunt. Primum enim est hæreticū: secundum autem non. Tertiò habes: quomodo per rationem prędicta scripturarum & Patrum, pro quanto duo corpora posse per miraculum in eodem loco simul esse insinuāt, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina & declaretur, & consolidetur.

2

3

4

---

SVPER Q. CXIIII. Aliàs 83. Art. IIII.

CONCL. 1. Corpus gloriosum ratione suæ proprietatis non habet, quòd possit esse cū alio corpore glorioso in eodem loco.

¶ PROB. 1. Quia patet ex artic. 2. (cum similis ratio sit in hoc de non posse esse cum corpore glorioso, & nō glorioso).

¶ CONCL. 2. Diuina virtute fieri posset, vt duo corpora gloriosa essent simul, vel duo non gloriosa.

¶ PROB. Quia patet ex art. 3. (cum similis ratio sit in hoc de posse esse cū corpore glorioso & non glorioso).

¶ COROLL. Ergo ibi artic. 3. virtualiter concluditur ijsdem rationibus, tanquàm à simili in hoc, quòd duo corpora nō gloriosa possunt esse simul.

¶ CONCL. 3. Nunquam duo corpora gloriosa erunt simul.

¶ NOT. Intellige, per miraculū etiam. Quasi ex conclusione 2. & 3. dicatur. Licet per diuinam virtutem, i. per miraculū, possit fieri hoc: nunquàm tamen fiet. Vide art. 5. corp. fin. pro maiori notitia, à simili, de hac conclus. 3.

¶ PROB. Quia hoc nō est conueniens propter duas rationes in tex. allatas.

¶ NOT. Adde ad illas duas rationes & tertiam, quæ explicatur in 2. arg. sed contra. Vbi valde nota illam minorem ly sed penetrari ab alio &c.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum vnum corpus gloriosum possit esse cum alio glorioso in eodem loco.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd corpus gloriosum possit esse cum alio glorioso in eodem loco. Quia vbi est maior subtilitas, ibi est minor resistentia; si ergo corpus gloriosum est subtilius, quā non gloriosum, minus resistet corpori glorioso, & ita si corpus gloriosum poterit esse cum corpore non glorioso in eodem loco, multo fortius cum corpore glorioso.

¶ 2 Præterea. Sicut corpus gloriosum est subtilius nō glorioso, ita vnū gloriosum erit subtilius alio: si ergo corpus gloriosum poterit esse simul cum non glorioso, & corpus gloriosum magis subtile poterit esse cum glorioso minus subtili.

¶ 3 Præterea. Corpus cœli est subtile, & erit tunc glorificatum, sed corpus alicuius sancti poterit simul esse cum corpore cęli, quia poterunt ad terram descendere, & ascendere pro suo libito voluntatis; ergo duo corpora subtilia, vel gloriosa poterunt esse simul.

SED CONTRA. Corpora gloriosa erunt spiritualia, idest spiritibus quantum ad aliquid similia, sed duo spiritus non possunt esse simul in eodem loco, vt in 1. lib. dictum * est; ergo nec duo corpora gloriosa poterunt esse in eodem loco.

¶ Præt. Duorū corporum existentiū simul, vnum ab alio penetratur: sed penetrari ab alio corpore, est ignobilitatis, quæ omnino à corporibus gloriosis aberit; ergo non poterunt esse duo corpora gloriosa simul.

RESP. Dicendum, quod corpus gloriosum ratione suæ proprietatis non habet, quòd possit esse cum alio corpore glorioso in eodem loco, sicut nec ut sit simul cum corpore nō glorioso: diuina autem virtute fieri posset, vt duo corpora gloriosa essent simul, vel duo non gloriosa, sicut gloriosum, & non gloriosum. Sed tamen non est conueniens, quòd corpus gloriosum sit simul cum alio corpore glorioso, tum quia in eis seruabitur debitus ordo, qui distinctionem requirit, tum quia vnum corpus gloriosum nō se opponet alteri, & sic nunquam duo corpora gloriosa erunt simul.

Primum

AD

1^m concl. illatio. Si ergo &c. ℞. Negat̃ illatio §. Nõ. n. rõne subtilitatis (vt imaginat̃ arguẽs) inest hæc potestas corporibus: ẽm ꝙ ex conclusionib. prima & sc̃da patet.

2^m conclusionis illatio. Si ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. vt ad primum. Ex quibus ambobus dic: ꝙ, si rõne subtilitatis conuenirec illis hoc, concluderent vtique.

3^m illatio conclusionis. Ergo duo &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim eadem ratio est de cœlis glorificatis, & de corporibus sanctorum. Corpus enim cœli, & alia corpora æquiuoce &c. vt in textu.

¶ Not. Cœlestia, immo & terrestria, id est elementaria corpora, ideo æquiuoce dicuntur tunc glorificata respectu corporum Sanctorum: quoniam non ab eodem proximo agente procedet glorificatio vtrorumque, nec etiam dotes vtrobique inuenientur. Nam gloria corporum sanctorum ab anima glorificata redundabit: cœlorum verò, & elementorum non item (vt patet). Taceo alias differentias; propter quas in textu dicitur ly æquiuoce.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ ratio illa procedit, ac si corpori glorioso inesset ratione suæ subtilitatis, quod posset esse simul in eodem loco cum alio corpore, quod falsum est.

Et similiter dicendũ ad secundũ.

Ad tertium dicẽdum, quòd corpus cœli, & alia corpora æquiuocè dicuntur gloriosa, inquantum participabunt aliquid gloriæ, & non quòd eis cõueniant dotes corporum glorificatorum.

APPENDIX.

Ex art. habes primò: qñ per rationẽ ostendas, meritò insinuatũ fuisse à Luc. 1. ꝙ corpus gloriosum miraculose põt esse cũ alio glorioso in eodẽ loco: & sic. Non est impossibile apud Deum omne verbum. Hæc ibi. Vbi per hoc ostendit̃ sententialiter; ꝙ illa, quæ nõ implicant cõtradictionẽ, possunt fieri à Deo. Quod patet sic. Nã verbũ ibi æquiualet conceptui mẽtali. Ac si dixisset. Non est impossibile apud Deũ omne; quod mentalr̃ cõcipitur. Concipi aũt mentaliter non potest id, quod implicat contradictionẽ: cum dicat̃ 4. Metaphys. ꝙ contrariã primis principijs põt quidem aliquis ore proferre, sed nõ cõcipere mente. Non. n. potest quis mentaliter concipere: ꝙ Socrates simul sit viuens & nõ viuens, mortuus & non mortuus, & huiusmodi. Modò ad propositũ descendendo, patet ex art. 3. ꝙ nõ implicat cõtradictionẽ duo corpora esse in eodẽ loco. Nec refert ad hoc, ꝙ sint gloriosa, vel nõ gloriosa; vt inde sapienti constare põt. Secundò habes: qñ per rationem prædicta scripturarũ, pro quanto quod diximus insinuãt, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides; quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Qũo intelliget̃ illud, nõ est impossibile apud Deum omne verbum.

A P-

---

SVPER Q. CXIIII. Aliàs 83. Art. v.

Conci. 1. Quòd corpus aliquod sit in minori loco, quàm sit sua quantitas; hoc non potest esse, nisi per hoc, quòd quantitas corporis propria efficitur aliquo modo minor seipsa: quod quidem nõ potest intelligi, nisi dupliciter.

362

¶ Prob. primò: Quia corpus non comparatur ad locum nisi dimensionibus proprijs, secundũ quas corpus locatũ circũscribitur ex cõtactu corporis locantis. Secunda autem pars, s. quod quidem &c. probatur: Quia hoc nõ potest intelligi, nisi vel ex variatione quantitatis circa eandem materiam, vel ex variatione situs (vt in tex. ly vno modo &c. & ly alio modo &c.)

* Arist. li. 4. tex. 76.

¶ Conci. 2. Corpus gloriosum semper erit in loco sibi æquali: nec per miraculum fiet vnquam contrarium.

¶ Exam. Ly nec per miraculum fiet. Non dicit, quod per miraculũ non possit fieri.

¶ Prob. primò: Quia quantitas corporis gloriosi propria nunquam efficietur minor seipsa, neq; ex variatione quãtitatis circa eandem materiam, nec ex variatione situs (vt in textũ). Secunda autem pars, s. nec per &c. probatur: Quia hoc non est conueniens (cum repugnet rectæ dispositioni corporis humani, quæ requirit determinatũ situm, & distantiam partium.

* Arist. li. 4. tex. 30.

* Arist. lib. 4. tex. 76. & 77.

¶ Not. Vide artic. 4. corp. circa probationẽ tertiæ conclusionis: & inde à simili, iuuaberis ad propositum præsenã.

1^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Propter rationẽ in tex.

Primum

## ARTICVLVS V.

*Vtrum ex sua subtilitate remoueatur à corpore glorioso necessitas existendi in æquali loco.*

Ad quintum sic proceditur. Videtur quòd ex sua subtilitate remoueatur à corpore glorificato necessitas existendi in æquali loco. Corpora. n. gloriosa erunt cõformia corpori Christi, vt patet Philipp. 3.* sed corpus Christi nõ coarctatur hac necessitate, vt sit in loco æquali; immo continetur totum sub paruis, vel magnis dimensionibus hostiæ consecratæ; ergo & hoc idem erit in corporibus gloriosis.

¶ 2 Præt. Philosophus* probat in 4 Physic. ꝙ si duo corpora sunt in eodem loco, sequatur ꝙ maximum corpus obtineat minimum locum, quia diuersæ partes eius poterunt esse in eadem parte loci. Non. n. differt verũ duo corpora, vel quæcũq; sint in eodem loco, sed corpus gloriosum erit simul in eodem loco cum alio corpore, vt dicitur communiter; ergo potest esse in quouis paruo loco.

¶ 3 Præterea. Sicut corpus ratione sui coloris videtur, ita cõmensuratur loco ratione suæ quantitatis: sed corpus gloriosum ita subiectũ erit spiritui, ꝙ poterit videri, & non videri, & præcipuè ab oculo non glorioso pro suo libito voluntatis, vt in Christo patuit; ergo ita quantitas subiicietur nutui spiritus, quòd poterit esse in paruo, vel in magno loco, & habere paruam, vel magnam quantitatem ad libitum.

Sed contra est, quod Philos. dicit in 4.* Physic. quòd omne, quod est in loco, in æquali sibi est, sed corpus gloriosum erit in loco, ergo erit in loco æquali sibi.

¶ Præterea. Eædem sunt dimensiones loci, & locati, vt probatur in 4.* Physic. ergo si locus esset maior locato, esset idem maius, & minus seipso, quod est inconueniens.

Resp. Dicendum, ꝙ corpus non cõparatur ad locum nisi dimensionibus propriis, secundũ quas corpus locatum circũscribitur ex contactu corporis locantis: vnde quòd corpus aliquod sit in minori loco, q̃ sit sua quantitas, hoc nõ potest esse nisi per hoc, quòd quantitas corporis propria efficitur aliquo modo minor seipsa; quod quidem non potest intelligi nisi dupliciter. Vno modo ex variatione quantitatis circa eandem materiam, vt s. materia, quæ primo subest magnæ quantitati, postea subsit paruæ, & hoc quidam posuerunt in corporibus gloriosis, dicentes ꝙ quantitas eorum subest ad nutum, ita quòd cũ voluerint, possunt habere magnam quantitatem, & cum voluerint paruam. Sed hoc nõ potest esse, quia nullus motus, qui fit secundum aliquid intrinsecum rei, potest esse sine passione abiiciente à substantia, & ideo in corporibus incorruptibilibus, scilicet cœlestibus, est solus motus localis, qui nõ est secundum aliquid intrinsecum: vnde patet, ꝙ mutatio quantitatis circa materiam repugnaret impassibilitati corporis gloriosi, & incorruptibilitati. Et præterea sequeretur quòd corpus gloriosum quandoque esset rarius, & quandoque spissius, quia cum nihil diuidi possit ab eo de materia sua, quia eadem materia esset sub paruis dimensionibus, & quandoque sub magnis, & ita rarefieret, & densaretur, quod non potest esse. Alio modo potest intelligi, quòd quantitas corporis gloriosi efficiatur minor seipsa per variationem situs, ita scilicet, quòd partes corporis gloriosi subintrent se inuicem, & sic redeat ad quamcumque paruam quantitatem. Et hoc quidam posuerunt dicentes, quòd ratione suæ subtilitatis corpus gloriosum habebit, quòd possit esse simul cum alio corpore non glorioso in eodem loco. Et similiter potest vna pars esse intra aliam in tantum, quod totum corpus gloriosum poterit intrare per minimum porum vnius corporis: & sic ponunt, quòd corpus ꝙ exiuit de vtero Virginali, intrauit ianuis clausis ad discipulos. Sed hoc nõ potest esse, tum quia corpus gloriosum non habebit, quòd sit cum alio corpore simul ratione subtilitatis, tum quia etiam si haberet, vt esset cum alio corpore, non tamen cum corpore glorioso, vt multi dicunt, tum quia repugnaret rectæ dispositioni corporis humani, quæ requirit determinatum situm, & distantiam partium. Vnde nec per miraculum hoc vnquam fiet. Et ideo dicendum, quòd corpus semper erit in loco sibi æquali.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ corpus Christi in altaris sacramento non est localiter, vt dictum* est.

* S. Tho. in 4. d. 10. q. 1. art. 1. ad 5.

A D

2m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞ Negatur illatio. §. Nam probatio Philosophi procedit ex hoc &c. vt in tex.

¶ Exam. Ly subintratio corporis gloriosi inuicem non potest esse. Id est ratione suæ proprietatis, & hoc absolutè: nec per miraculum, & hoc conuenienter. Ita ꝙ ista subintratio corporis gloriosi ad inuicem potest quidem fieri per miraculum, sed hoc non est cōueniens vt fiat, & consequenter nunquā fiet; ex vi autem subtilitatis fieri nullo modo potest, ar. 4. Et hæc significauit tex. iste mox post illam propositionē dicens ly vt dictum est. Ex his patet: ꝙ illa argumenti minor propositio, s. corpus gloriosum erit simul in eodem loco cum alio corpore, negatur absolutè si intelligat. cum alio corpore glorioso ex vi subtilitatis, vel negatur tantum de conuenientia si intelligat, cum alio glorioso per miraculum, vel conceditur, etiam de conuenientia si intelligat, cum alio corpore non glorioso per miraculum, art. 3.

*Loco notato in marg. & ar. 3. huius q. ad 4. * In corp. art.

Ad secundum dicendū, quòd probatio * Philosophi procedit ex hoc, quòd vna pars eadem ratione subintraret aliam, sed talis subintratio corporis gloriosi inuicem non potest esse, vt dictum * est, & ideo ratio non sequitur.

Ad tertium dicendū, quòd corpus videtur ex hoc quòd agit in visum, quòd autem agat in visum, vel non agat, nihil variat in ipso corpore, & ideo non est inconueniens, si possit quando vult videri, & quando vult non videri: sed esse in loco non est actio aliqua procedens ab eo ratione suæ quantitatis, sicut videri ratione sui coloris, ideo non est simile.

3m de maiori. Ita. ℞. Quantū ad illud videri, & commensurari; non quantum ad rationē, ex qua sic videtur, vel cōmensuratur. §. Tunc &c. Nam simile nō est de ambobus in hoc, quod credebat arguens: vt in textu patet considerāti.

APPENDIX.

Ex artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatū fundamentaliter esse à Philosopho, ꝙ corpus gloriosum inconuenienter esse in loco sibi inæquali: & sic Omne, quod est in loco, inæquale sibi est. Item eædē sunt dimensiones loci, & locati. Hæc duo ex 4. Phys. Naturale ergo fieri contrarium non potest; & ex consequēti per hoc, tanquàm per quoddam fundamentum, monstratur illud, quod diximus.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Ratio. n. naturalis non contrariatur supernaturali iuri si rectè intelligatur; quinimmo ei inseruit: neque supernaturale destruit rationem naturalem, licet sit supra ipsam. Cum igitur monstret Philosophus directè vnum; commonstrat & aliud, tāquàm in fundamento. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Philosophi, pro quantò fundamentaliter insinuant, quod diximus, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

*Ratio naturalis, vt sic nunquā cōtrariatur supernaturalibus. 2 3

---

SVPER Q. CXIIII. Aliàs 83. Art. VI.

Concl. 1. Omne corpus palpabile est tangibile; sed non conuertitur.

¶ Prob. Quia corpus dicitur tangibile, ex eo quòd habet qualitates, quibus natum est immutare sensum tactus (vt de aere patet): & palpabile dicit hoc idem, addendo, ꝙ resistit tangenti.

¶ Concl. 2. Corpora cœlestia non sunt tāgibilia, nec palpabilia.

¶ Prob. primò: Quia corpora cœlestia non habent qualitates tangibiles. Secunda autē pars, scilicet nec &c. probatur: Quia illud, quod palpatur, necesse est corrumpi (secundum Gregorium); & corpora cœlestia secundum naturam suam sunt incorruptibilia.

¶ Concl. 3. Corpus gloriosum secundū naturam suam est palpabile: sed ex virtute supnaturali hoc ei competit, vt cum vult, non palpetur à corpore non glorioso.

¶ Prob. primò: Quia corpus gloriosum secundum naturam suam habet qualitates aptas immutare tactum, atq; resistit alteri corpori, (ex artic. 4. & 5.) Secunda autem pars, s. sed ex virtute &c. probatur: Quia diuina virtute potest fieri, quòd non resistat tangenti (cum miraculosè posit esse in eodem loco cum alio corpore; ex artic. 4.)

¶ Exam. Ly ex virtute supernaturali, &c. vt non palpetur. Non dixit, vt non tangatur: quia hoc habet etiam ex vi subtilitatis suæ; cum

863

*Hom. 26. in Euang. non longè à princ.

ARTICVLVS VI.

*Vtrum corpus gloriosum ratione suæ subtilitatis sit impalpabile.*

Ad sextum sic proceditur. Videtur ꝙ corpus gloriosum ratione subtilitatis sit impalpabile: Gregorius * enim dicit in Homil. 8. Paschæ: Corrumpi necesse est quod palpatur: sed corpus gloriosum erit icorruptibile, ergo erit impalpabile.

¶ 2 Præterea. Omne quod palpatur, resistit palpanti: sed quod potest simul esse cum aliquo, non resistit ei, cum ergo corpus gloriosum possit esse simul cum alio corpore, non erit palpabile.

¶ 3 Præterea. Omne corpus palpabile est tangibile, sed omne tangibile corpus habet qualitates tangibiles excedentes qualitates tangētis: cum ergo qualitates tāgibiles non sint in excessu, sed reductæ in maximam æqualitatem, in corporibus gloriosis: videtur quòd non sint palpabilia.

Sed contra est, quòd Deus in corpore glorioso resurrexit, & tamen corpus palpabile habuit, vt patet Ioan. 20. Palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet; ergo & corpora erunt palpabilia.

Respon. Dicendum, quòd omne corpus palpabile est tangibile, sed non cōuertitur: omne enim corpus, quod habet qualitates quibus natū est immutare sensum tactus, vt aer, ignis, & huiusmodi, sunt corpora tāgibilia, sed omne palpabile vlterius addit, quòd resistit tangenti: vnde aer, qui nunquam resistit: transeunti per eum, sed est facillimæ diuisionis, tangibilis quidem est, sed non palpabilis: sic ergo patet, quòd palpabile dicitur aliquod corpus ex duobus, scilicet ex qualitatibus tangibilibus, & ex hoc quòd resistit tangenti, vt non pertranseat, & quia qualitates tangibiles sunt calidum, & frigidum, & huiusmodi, quæ non inueniuntur nisi in corporibus grauibus, & leuibus, quæ habent contrarietatem adinuicē, ac per hoc sunt corruptibilia, ideo corpora cœlestia, quæ sunt secundū naturam incorruptibilia, sunt sensibilia quidem visu, sed non tangibilia, & sic etiam nec palpabilia. Et hoc est, quod Gregorius * dicit, quòd corrūpi necesse est omne, quod palpat'. Corpus autem gloriosum habet à natura sua qualitates, quæ sunt natæ immutare tactum, sed tamen quia corpus est omnino subiectum spiritui, in potestate eius est, vt secundum eas immutet tactum, vel non immutet. Similiter etiam secundum naturam sibi competit, vt resistat cuilibet alteri corpori transeunti, ita quòd non possit esse cum eo simul in eodem loco, sed miraculosè hoc potest diuina virtute contingere ad nutum ipsius, quòd sit cum alio corpore in eodem loco, & sic non resistet ei transeunti. vnde secundum naturam suam palpabile est corpus gloriosum: sed ex virtute supernaturali hoc ei competit, vt cum vult non palpetur à corpore non glorioso, & ideo Gregorius * dicit, quòd Dominus palpandam carnem præbuit, quam clausis ianuis introduxit, vt perfectè ostenderetur post resurrectionem corpus suum esse, & eiusdem naturæ, & alterius gloriæ.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ incorruptibilitas gloriosi corporis non est ex natura componentium, sed incorruptibilitas corporis gloriosi est ex victoria animæ supra corpus, non ex natura componentium.

cum ex illa habeat in potestate sua immutare, vel non immutare tātum. Quod ergo possit esse in tangibile, habet ex duobus, scilicet ex vi dotis subtilitatis, & ex miraculo: quòd verò possit esse impalpabile habet tantum ex vno, scilicet ex miraculo. Ex hoc enim solum potest fieri, ꝙ non resistat tangenti aliquo modo; quod est esse cum illo in eodem loco, artic. 2. & 3.

¶ Ly corpore non glorioso. Hoc ad differentiam gloriosi. Nam per miraculum potest fieri, & fit, quòd cum non glorioso sit in eodem loco articu. 3. & consequenter non palpetur; & per miraculum potest fieri, sed nunquam fiet, quod cum glorioso sit in eodem loco, artic 4.

¶ Not. Quamuis in corpore glorioso remaneant qualitates naturales natæ ad immutandum sensum, puta calidum, & frigidum, & huiusmodi, vt dicitur hic, & artic. 2. corp. tamen ex hoc non fiet, ꝙ corpora gloriosa sint incorruptibilia. Virtute enim diuina ab ipsis remouebitur corruptibilitas, sicut & suprà de humoribus dictum est q. 80. art. 3.

*Hom 26. in Euang. non longè ab initio.

Diuina virtus ab aliquibus sese corruptibilib. remouet, p semper ꝙ corrūpantur.

*Hom. 26. in Euang. non longè à princ.

1m ex Gregorio. Corrumpi necesse est, quod palpatur. ℞. Si attendatur tantum natura componentium. §. Tunc &c. Vt ex dictis enim patet in-

Secundum

2^m illatio conclusionis. Cum ergo. ℞ Negatur illatio. §. Ratio est: quia transitur ab actu ad potentiam, i. ab actuali palpatione ad posse palpari: & ex primo negatur secundum. Hoc autem non licet fieri. Nam quamuis corpus gloriosum existens in eodem loco cum non glorioso, non palpetur ab eo, id est non resistat actualiter ei (vt arguitur): tamen habet in potestate sua, vt cum voluerit, resistat ei.

* In corp. art.

¶ Not. Ex hoc quòd corpus gloriosum cum non glorioso est quandoque in eodem loco, nô aufertur potestas ei; quin possit non esse in eodem loco si voluerit; & consequenter nô aufertur ei potestas resistendi eidem corpori se tangenti, si vellet. Hoc autem est, corpus gloriosum esse palpabile. Nomina enim in bilis & in bile, dicunt potentiam (propriè loquendo): vnde ly palpabile significat illud, quod habet potentiam ad hoc, vt palpetur; licet quandoque actualiter non palpetur. Semper ergo corpus gloriosum palpabile est; quamuis non semper actu palpetur.

3^m de minori. Excedentes. ℞ Secundum conuenientiam tamen: non semper secundû inconuenientiam. §. Tunc nihil &c. Nam corpora gloriosa habebunt qualitates secundum conuenientiam excedentes, ad hoc: vt tangi possint. Ad rationem verò in contrarium dicitur; quòd ipsorum qualitates reductas esse ad medium, seu ad maximam proportionis æqualitatem, non tollit prædictum excessum conuenientem: licet tollat excessum inconuenientem. Quòd si ad medium secundum æqualitatem absolutam, quæ attenditur penes æquidistantiam ab extremis, reducerentur: tunc excessum etiam illum conuenientem respectu tangentis tollerent, ita quòd non posset actualiter fieri tactio. Nulla enim omnino esset tunc disparitas qualitatum inter tangentem, & eum, qui tangitur.

secundum quam omne, quod palpatur necesse est corrumpi, vt ex * dictis patet, & ideo non sequitur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quamuis aliquo modo possit fieri ꝙ corpus gloriosum sit cum alio corpore in eodem loco: tamen corpus gloriosum habet in potestate sua resistere cuilibet tangenti, cum voluerit, & sic palpari potest.

AD TERTIVM dicendû, ꝙ qualitates tâgibiles in corporib. gloriosis nô erunt reductæ ad medium rei s̃m æquidistantiá ab extremis acceptû, sed ad medium proportionis s̃m ꝙ optimè côpetit * côplexioni humanę in singulis partibus: & ideo tactus illorû corporû est delectabilissimus, quia potentia semper delectatur in conuenienti, & tristatur in excessu.

* Al. complexioni.

¶ Coroll. Excessus ergo sensitiuorum corporum in qualitatibus est duplex, secûdum videlicet proportionem ad complexionem vniuscuiusque, & secundum improportionem ad illam. Postremum hoc tollitur per reductionem ad mediû, quæ erit in beatis corporibus; cum ibi nulla sit futura improportio, sed omnia consona & bene se in summo habentia: primum verò non tollitur per reductionem ad medium proportionis, sed magis firmatur; quoniam proportio medij est stabilimentum proportionis ad complexionem vniuscuiusque. Et sic intendit textus.

## APPENDIX.

EX art. habes primò: quomodo per rationê excludas errorê Eutychij dicentis: resuscitatû corpus post resurrectionis gloriam palpari non posse. Secundo habes: quomodo per rationê ostendas, meritò hunc esse damnatum à Ioan. 20. Palpate, & videte. Hæc ibi. Vbi monstrat Dominus in seipso: ꝙ corpora post resurrectionis gloriam sunt palpabilia non tantum ab alijs gloriosis corporibus, sed etiâ à non gloriosis, quando voluerint. Item à &c. vt q. 79. art. 1. & q. 82. art. 1. Item à q. 83. art. 1. appen. Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hęc doctrina & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. 2 3 4

---

SVPER Q. CXV. Aliàs 84. Art. 1.

CONCL. Oportet, quod corpus gloriosum animæ glorificatæ sit summè subiectum, & vt est forma, & vt est motor.

¶ Exam. Ly subiectum. Scilicet & nô resistendo, & obediendo, & vtrumque summè faciendo ly summè. Hoc intelligitur semper & in præcedêtibus, & in subsequentibus, iuxta proportionem beatorum. Vnde ly summè nô excludit, quòd vnum corpus sit magis vel minus subiectû animæ glorificatæ: quamuis vnumquodque secundû proportionem suam sit ei summè subiectum: sicut nec excludit, quòd vnus beatus sit perfectior altero in vidêdo & fruendo essentia diuina. Dotes enim corporis sicut ex influêtia animæ pullulabunt: ita proportionaliter gloriæ ipsius animæ correspondebunt. Et agilius ergo, & subtilius, & impassibilius, & clarius erit vnum corpus altero; cum tamen vnumquodque illorum sit animæ propriè totaliter subiectum.

364 S. Tho. 4. d. 44. q. 10. ar. 3. q. 1. & seq.

* Glo. ord. & interlinearis.

¶ Coroll. Ergo (vt ad titulû literaliter applicetur conclusio) dicatur, oportet, quòd corpus gloriosum sit agile.

¶ Prob. Quia patere præsupponitur quò ad vtramque partem.

¶ Not. Et meritò. Prima enim pars patet ex q. 83. art. 1. secunda verò ex allegatis authoritatibus Apostoli in argumentis, sed contra. Vide appen. seq.

Primum

## QVÆST. CXV. Aliàs 84.

*De agilitate corporum beatorum, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de agilitate beatorum corporum resurgentium.

CIRCA quòd quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum corpora gloriosa sint futura agilia.

¶ Secundò, Vtrum mouebuntur.

¶ Tertiò, Vtrum mouebuntur in instanti.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum corpora gloriosa sint futura agilia.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd corpora gloriosa non sint futura agilia. Illud enim, quod de se agile est ad motum, non indiget aliquo deferente: sed corpora glorificata deferentur post resurrectionem in nubibus obuiâ Christo in aera ab angelis, vt dicit Glossa * primæ Thess. 4. ergo corpora gloriosa non erunt agilia.

¶ 2 Præterea. Nullum corpus, quod mouetur cum labore, & pœna potest dici agile: sed corpora gloriosa hoc modo mouebuntur, cum motor eorum, scilicet anima, moueat in contrarium naturæ eorum, aliàs mouerentur semper in vna parte, ergo nô erunt agilia.

¶ 3 Præterea. Inter omnes operationes animalis sensus est nobilior, & proprior, quàm motus: sed non assignatur corporibus gloriosis aliqua proprietas, quæ perficiat ea ad sentiendum; ergo nec debet eis attribui agilitas, per quam perficiuntur ad motum.

¶ 4 Præterea. Natura dat diuersis instrumêta dispositionis diuersæ secundum diuersas virtutes ipsorum, vnde non eiusdem, dispositionis dat instrumenta animali tardo, & veloci: sed Deus multo ordinatius operatur quàm natura; cum ergo corpus gloriosum habeat membra eiusdem dispositionis in figura, & quantitate sicut modo, videtur quòd non habeat agilitatem aliam, quàm modo habeat.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Cor. 15. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Glos. * id est, mobile, & viuû: sed mobilitatê non potest dicere nisi agilitatem ad motum; ergo corpora gloriosa erunt agilia.

* Colligit ex glos. interlin.

¶ Præt. Tarditas maximè videtur spiritualitati repugnare: sed corpora gloriosa maximè erunt spiritualia, vt dicitur 1. Corin. 15. ergo erunt agilia.

RESPON. Dicendum, quòd corpus gloriosum erit omnino subiectum animæ glorificatæ, non solum vt nihil in eo sit, quod resistat voluntati spiritus, quia hoc fuit etiam in corpore Adæ, sed etiam vt sit in eo aliqua perfectio effluens ab anima glorificata in corpus, per quam habile redditur ad prædictam subiectionem, quæ quidem perfectio, dos glorificati corporis dicitur: anima autem coniungitur corpori non solum vt forma, sed etiam vt motor: vtroque autem modo oportet, quòd corpus gloriosum animæ glorificatæ sit summè subiectum. Vnde sicut per dotem subtilitatis subiicitur ei totaliter, inquantum est forma corporis, dans esse specificum, ita per dotem agilitatis subiicitur ei, inquantum est motor, vt scilicet sit expeditum, & habile ad obediendum spiritui in omnibus motibus, & actionibus animæ. Quidam tamen causam agilitatis attribuunt quintæ essentiæ, quæ tûc in corporibus gloriosis dominabitur: sed de hoc

frequenter

1m de minori. Deferentur. ℞. Ad designandam reuerentiam: non, indigentiam. § Hoc est, corpora gloriosa ab omnibus, etiam Angelis, honorabuntur: & in signum huius ab eis portabuntur; licet non indigeant, sed per seipsa faciliter ambulare possint. Tunc nihil &c. vt patet.

2m minor. Corpora gloriosa hoc modo mouebuntur. ℞. Negat ista. §. Non enim cum labore & pœna mouebũtur. Ad rationem de motu in contrarium in argumento adductã respondetur; ꝙ nihil cõcludit. Quanto n. virtus animę mouentis dominat̃, magis &c. vt in textu.

* Suprà q. 81. art. 1. corp. & q. 83. artic. 1. corp. & in lib. 2. sent. d. 12. q. 1. art. 1.

3m minor. Non assignatur corporibus gloriosis aliqua ꝓprietas, quæ perficiat ea ad sentiendũ. ℞. Negatur illa. §. Agilitas enim est proprietas illa. Nam per dotem agilitatis corpus gloriosum &c. vt in tex. Ex quo dic; quòd argumenti defectus hic erat, quòd non intellexit, q̃d significet nomen agilitatis.

frequenter dictum:* est, quòd non videtur conueniens. Vnde melius est, vt attribuatur animæ, à qua gloria in corpus emanat.

Ad primum ergo dicendum, quòd corpora gloriosa dicuntur ferri baiulis angelis, & etiam in nubibus, non quasi eis indigeant: sed ad reuerentiam designandam, quæ corporibus gloriosis etiam ab angelis, & omnibus creaturis deferetur.

Ad secundum dicendum, ꝙ quanto virtus animę mouẽtis dominatur magis supra corpus, tanto minor est labor in motu, qui etiã fit contra naturam corporis. Vnde illi, in quibus virtus motiua est fortior, & illi, qui habẽt ex exercitio corpus magis habilitatum ad obediendum spiritui mouenti, minus laborant in motu: & quia post resurrectionẽ anima

4m de conclusione. Eiusdem dispositionis in figura, & quãtitate. ℞. Non tamen in proprietate gloriæ. §. Tunc nihil &c. vt patet.

¶ Not. De quantitate, vide quæst. 80. artic. 5. & quæst. 81. artic. 2. corp.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum à 1. Corinth. 15. quòd corpora beatorum erunt agilia, & sic. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Hæc ibi. Virtus enim hæc erit agilitas ad motum, & viuacitas. Item ibidem: Seminatur corpus animale, surget spirituale. Hæc ibi. Vbi per spirituale intelligit maximè subiectum esse spiritus voluntati. Et hoc est, quod supra dictum est; quòd beatis omnia succedent ad nutũ: quasi per hoc diceretur. Si volent spiritus esse in oriẽte faciliter mox corpora eorum illuc mouebuntur, & erunt: & sic de alijs huiusmodi, adeò quod vbicumque voluerint spiritus aderunt sine difficultate ipsorum corpora. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

perfectè dominabitur corpori, tum propter † perfectionẽ propriæ virtutis, tum propter humilitatẽ corporis gloriosi ex redũdantia gloriæ ab anima in ipsum, non erit aliquis labor in motu Sanctorum: & sic dici potuerunt corpora Sanctorum agilia.

Ad tertium dicẽdum, quòd per dotẽ agilitatis corpus gloriosum redditur habile, non solũ ad motum, sed etiam ad sensum, & omnes alias animæ operationes exequendas.

Ad quartum dicendũ, quòd sicut natura dat velocioribus animalibus instrumenta diuersæ dispositionis in figura, & quãtitate, ita Deus dabit corporibus Sanctorum aliam dispositionem, quàm nunc habeant, non quidem in figura, & quantitate: sed in proprietate gloriæ, quæ dicitur agilitas.

2

3

---

SVPER Q. CXV. Aliàs 84. Art. II.

Concl. 1. Corpora gloriosa aliquando moueri, necessarium est ponere.

365

¶ Prob. Quia corpora sanctorum de terra resurgentia ad cęlũ empyreum ascendent.

¶ Exam. Ly ad. i. supra: licet sufficiat proposito, quòd tantũ moueantur vsque ad illud. Nam secundum veritatem, absolutam loquendo, ascendent supra ipsum.

¶ Ly ascendent. Idest tempore suo: licet sufficiat proposito quòd tantum ascendant. Nam absolute loquendo, ascendẽt primò obuiam Christo in aere. 1. Thess. 4. deinde simul cum ipso post latam iudicij sententiam super cœlos ascendent.

¶ Concl. 2. Verisimile est; ꝙ corpora gloriosa, postquam cœlos cõscenderint, moueantur aliquando pro suæ voluntatis libito.

¶ Prob. Quia 1. & exercitium virtutis habitæ, 2. & refectio visus eorum id monstrant: vt in textu.

Sancti in patria ordinãt actualiter oia in Deum.

¶ Not. Tum exercitium illud, tum visus ille ordinabuntur actualiter ad commendationem diuinæ sapientiæ. Nam

* Lib. 3. Physicor. tex. 6.

* Ex li. 13. de Trinit. c. 7. to. 3.

* Arist. lib. 2. de cęlo, tex. 64. & 66.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum Sancti agilitate suã vtantur aliquando ita quòd moueantur.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur ꝙ Sancti agilitate sua nunquam vtantur, ꝙ ita moueantur. Quia secundum * Philosophum, motus est actus imperfecti: sed in illis corporibus nulla erit imperfectio, ergo nec aliquis motus.

¶ 2 Præterea. Omnis motus fit propter indigentiam, quia omne quod mouetur, mouetur propter adeptionem alicuius finis: sed corpora gloriosa non habebũt aliquam indigentiam: quia, vt August.* dicit, ibi erit quicquid voles, nõ erit quicquid noles, ergo non mouebuntur.

¶ 3 Præt. Secundum * Philosophum 2. de Cęl. & mund. Illud, quod participat diuinam bonitatem sine motu, nobilius participat illã, quàm quod participat illam cum motu, sed corpus gloriosum nobilius participat diuinam bonitatem, quàm aliud corpus; cum ergo quædam alia corpora omnino sine motu remaneant, sicut corpora cœlestia, videtur quòd multo fortius corpora humana.

¶ 4 Prę. August.* dicit, quòd anima stabilita in Deo, stabiliet corpus consequenter: sed anima ita erit in Deo stabilita, ꝙ nullo modo ab eo mouebitur; ergo nec in corpore erit aliquis motus ab anima.

¶ 5 Præterea. Quanto corpus est nobilius, tanto debetur ei locus nobilior, vnde corpus Christi, q̃d est nobilissimum, habet locum eminentiorẽ inter cętera loca, vt patet Hebr. 2. Excelsior cœlis factus: Glos.* loco, & dignitate, & similiter vnumquoque corpus gloriosum habebit eadem ratione locum sibi conueniẽtem secundum mensuram suæ dignitatis, sed locus est de pertinentibus ad gloriã; cum ergo post resurrectionem gloria Sanctorum nunquam varietur, neque in plus, neque in minus, quia erunt omnino tunc in termino, videtur quòd corpora eorum nunquam de loco sibi determinato recedent, & ita non mouebuntur.

Sed contra est, quod dicitur Isa. 40. Current, & non laborabunt, volabunt, & non deficient, & Sap. 3. Tãquàm scintillæ in arundineto discurrent; ergo erit aliquis motus corporum gloriosorum.

Resp. Dicendum, ꝙ corpora gloriosa aliquando moueri necessarium est ponere: quia & ipsum corpus Christi motum est in Ascensione, & similiter corpora Sanctorum, quæ de terra resurgent ad cœlum empyreum ascendent, sed etiã postquam cœlos conscenderint, verisimile est, ꝙ aliquando moueãtur pro suæ libito voluntatis, vt illud quod habent in virtute, actu exercẽtes diuinam sapientiam commendabilẽ ostẽdant, & vt visus eorũ reficiatur pulchritudine creaturarũ diuersarum, in quibus Dei sapientia eminenter relucebit. Sensus enim non potest esse nisi præsentium, quamuis magis à longinquo possint sentire corpora gloriosa, quàm non gloriosa: * nec tamen per motum aliquid deperibit eorum beatitudini, quæ consistit in visione Dei, quem vbique præsentem habebunt, sicut & de Angelis dicit Greg. * quòd intra Deum currunt quocumque mittantur.

Ad primum ergo dicendum, quòd localis motus non variat

Nam quæcũque agent sancti quocũque modo oia ordinabũt in Deum semper in actu absq; interruptione. Vnde in hoc etiam à viatoribus sanctis, & iustis differrent: quoniam viatores huiusmodi non semper actu tendunt in Deum in omnibus, quæ agunt: licet forsan semp in habitu. Dixi ly forsan; ad differẽtiam temporis in quo peccant quãdoque venialiter, non quia vere tollat habitum gratiæ: sed quia veniale, vt sic, non est ordinabile in Deum.

1m ex Philos.° Imperfecti. ℞ Quãtum ad extra:

* Suprà q. 82. art. 4. & 6.

* Greg homil. 34. in Euãg. sup Luc. 15. c. circa med. & Beda super illud Luc. 1. Ego sũ Gabriel, & est parũ ante fi. c. 2. sm ord. Bedæ & Zacha. Chrisopolit. li. 1. Monotessãron circa illud Luc. 1. & refert lib. 1. sent. d 37. §. N.

ad extra: non, quantum ad intra. §. Tunc nihil &c. Nam huiusmodi imperfectiones ad extra tantum in corporibus gloriosis reperiri non est inconueniens; vt in textu.

¶ Not. Sicut non est inconueniens, quòd corpora gloriosa remaneant creaturæ: ita nec inconueniens est, quod illis attribuantur defectus, qui à creatura, vt sic, separari non possunt; puta quòd sint de nihilo, & non sint localiter in pluribus locis; & cōsequēter quando sunt hic, non sint ibi.

**2m de maiori.** Indigentiam. ℞. Vel simpliciter dictam, vel secundum quid. §. Tunc nihil &c. Nam huiusmodi indigentia secundum quid tantum, in corporibus gloriosis est; vt in tex.

¶ Not. Indigentia præmissa secūdum quid non tollit, neque diminuit de beatitudine corporum gloriosorum, secundum quòd ex declaratione textus colligi potest: & ideo eam sic esse in in illis non est inconueniens.

**3m illatio conclusionis.** Cum ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam simile non est de corporibus cœlestibus, & sanctorum, quò ad finem motus sui: & tamen arguitur, ac si esset simile.

**4m ex Augustino.** Stabiliet corpus. ℞. Secundum omnia intrinseca ei. §. Tunc nihil &c. Nam motus localis non variat aliquid de stabilitate corporis extrinseca. Vide ad primum.

* Arist. lib. 8. Physic. tex. 17. & 57.

variat aliquid eorum, quæ sunt intranea rei, sed est secundum id, quod est extra rem, scilicet locum: vnde illud, quod mouetur motu locali, est perfectum quantum ad ea, quæ sunt intra rem, vt dicitur 4. Physic. * quamuis habeant imperfectionem respectu loci, quia dum est in vno loco, est in potentia ad alium locum, quia non potest esse actu in pluribus locis simul: hoc enim solius Dei est. Hic autem defectus non repugnat perfectioni gloriæ, sicut nec defectus, quòd creatura est de nihilo, & ideo manebunt defectus huiusmodi in corporibus gloriosis.

Ad secundum dicendum, quòd aliquis dicitur indigere aliquo simpliciter, & secundum quid. Simpliciter quidē indiget aliquis eo, sine quo non potest conseruari in esse, vel in sua perfectione, & sic motus in corporibus gloriosis nō erit propter aliquam indigentiam, quia ad hęc omnia sufficiet eis sua beatitudo: sed secundum quid indiget quis illo, sine quo non potest aliquem finem intentum habere, vel non ita bene, vel tali modo, & sic motus erit in beatis propter indigentiam. Non. n. poterunt manifestare virtutē motiuam in seipsis experimento, nisi moueantur: huiusmodi enim indigētias nihil prohibet in corporibus gloriosis esse.

Ad tertium dicendū, quòd ratio illa procederet si corpus gloriosum non posset etiam sine motu participare diuinam bonitatem multo altius quàm corpora cœlestia, quod falsum est. Vnde corpora gloriosa non mouebuntur ad consequēdam perfectam diuinæ bonitatis participationem. Hanc enim habent per gloriam; sed ad demonstrandam virtutem animæ: per motum autem corporum cœlestium non posset demonstrari virtus eorum, nisi quam habent in mouendo corpora inferiora ad generationem & corruptionem, quod non competit illi statui, & ideo ratio non procedit.

Ad quartum dicendum, quòd localis motus nihil diminuit de stabilitate ab anima stabilita in Deo, cum non sit secundū aliquid intrinsecum rei, vt dictum * est.

Ad quintum dicendum, quòd locus congruus vnicuique glorioso corpori deputatus secundum gradum suæ dignitatis pertinet ad præmium accidentale: nō tamen oportet, quòd diminuatur aliquid de pręmio, quandocūque est extra locum suum, quia locus ille non pertinet ad præmium, secundum quod actu continet corpus locatum, cum nihil influat in corpus gloriosum, sed magis recipiat splendorem ab eo, sed secundum quòd est debitus pro meritis, vnde gaudium de tali loco manet, etiam ei qui est extra locum suum.

**5m de conclusione.** Nūquam de loco sibi determinādo recedent. ℞. Ita quòd ille locus nō sit semper sibi debitus pro meritis. §. Tunc &c. Nam hoc sufficit ad præmium tale, quòd s. illum locū semper sibi pro meritis debitum sciant, etiam quando ad suum libitum extra locum illum sunt.

### APPENDIX.

Ex artic. habes primo; quomodo per rationē ostendas, rectè insinuatū ab Esa. 40. quòd sancti agilitate sua vtantur aliquā, itaq; moueantur: & sic. Current, & nō laborabunt, volabūt, & nō deficient. Hęc ibi. Quòd non laborent in tali citissimo motu, qui designatur per illū grauem cursum, vide ar. 1. in ad 2. Dixi grauē cursum, quoniam ille erit grauitate plenus ad modum magnatorum, & non leuiū personarum. Nota ly volabunt: quòd est modus loquendi de aliquo citissime moto: nō autem quòd habeant materialiter alas. Item a Sapien. 3. Tāquàm scintillæ in arundineto discurrēt. Hæc ibi. Vbi per illud exemplum notatur pulchritudo & delectabilitas motus illorū sanctorū: ita quòd sicut videre scintillas in arundineto lucentes est quid pulchrum ac delectabile; ita ille sanctorū motus ad videndū erit pulcherrimus & delectabilissimus, vt à simili dictū est de tactu illorum corporū q. 83. art. 6. ad tertiū. Secundo habes: quōo per rationē prędicta scripturarum, pro quāto quod diximus insinuāt, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Motus corporum gloriosorum qualis.

* Hoc art. in respon. ad 1.

2

3

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum Sancti moueantur in instanti.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd Sancti moueantur in instanti. August. * dicit, quòd vbicumque voluerit spiritus, ibi erit & corpus, sed motus voluntatis secundum quem spiritus vult alicubi esse, est in instanti, ergo & motus corporis est in instanti.

¶ 2 Præterea. Philosophus † in 4. Physic. probat, quòd non sit motus per vacuum, quia oporteret aliquid moueri in instanti, quia vacuum nō resistit aliquo modo mobili, resistit autem plenum, & sic nulla proportio esset motus; qui fit in vacuo ad motum qui fit in pleno, cum proportio in velocitate sit secundum proportionem resistentiæ, quæ est in medio. Omnium autem duorum motuum, qui fiunt in tempore, oportet esse proportionales velocitates, quia omne tempus omni tempori proportionale est, sed similiter nullum spatium plenum potest resistere corpori glorioso, quod potest esse cum alio corpore in eodem loco, quocumque modo fiat, sicut nec vacuum alteri corpori: ergo si mouetur, in instanti mouebitur.

¶ 3 Præterea. Virtus animæ glorificatæ quasi improportionaliter excedit virtutem animæ non glorificatę, sed anima nō glorificata mouet corpus in tempore, ergò anima glorificata mouet corpus in instanti.

¶ 3 Præt. Omne quod mouet̃ æqualiter citò ad propinquum, & distans, mouet̃ in instāti, sed motus corporis gloriosi est talis, quia ad quantūcūq; distans spatium mouetur, in tēpore in perceptibili mouetur. Vnde August. * dicit in Quæstionibus de resurrectione, quòd corpus gloriosum vtraque interualla pati celeritate pertingit, vt radius Solis, ergo corpus gloriosum mouetur in instanti.

* lib. 22. de ciuit. Dei, c. vlt. non procul à prin. to. 5.

† Arist. lib. 4. tex. 71. & seq.

* Est ep. 49. non remotè à princ. tom. 2.

SVPER Q. CXV. Aliàs 84. Art. III.

366

Concl. 1. Nullo modo potest esse, quòd aliquod corpus perueniat de vno loco ad alium, nisi transeat omnia media.

¶ Exam. Ly aliquod corpus. Etiā gloriosum.

¶ Ly nullo modo potest. Etiam per virtutē diuinam: intelligēdo tamen tunc ly nisi trāseat omnia media, i. in instanti propriè dicto. Ac si tunc dixisset conclusio. Nullo modo potest esse, quòd aliquod corpus perueniat de vno loco ad alium in instanti. Non potest enim fieri: quòd corpus remanens corpus, moueat̃ in instanti propriè dicto; non quidem ex defectu potentiæ diuinæ, sed ex natura corporeitatis. Licet enim omnia sint Deo, quantum est ex parte Dei, possibilia: tñ quantum est ex parte ipsarū rerum, non omnia possibilia sunt, inquantū. s. de natura earum est, quòd non possint fieri. In quo sensu dici solet à sanctis Doctoribus: quòd Deus omnia potest facere, sed aliqua nō possunt fieri. Eiusmodi conditionis est illud, quod nunc tractatur: videlicet nullo modo corpus de vno loco ad alium potest peruenire in instanti. Pro clariori huius notitia. Vide in ad tertium.

¶ Prob. Quia oppositum huius implicat contradictionem (vt in tex. declaratur).

¶ Concl. 2. Corpus gloriosum mouet̃ in tēpore, sed in pceptibili.

¶ Exam. Ly in tempore. Scilicet vt declarabitur in ad quintum.

¶ Ly

¶ Ly imperceptibili. Scilicet à nobis.

¶ Prob. Quia in tẽpore b euissimo (vt probabilius dicitur) mouebitur.

¶ Exam. Ly breuissimo Scilicet nobis immensurabili. Et hoc denotat textus per ly breuitatem.

¶ Conc. 3. Vnum corpus gloriosum potest in minori tempore idem spacium pertransire, quàm aliud.

*Arist. lib. 6. tex. 37. 38. 39. & tex. 12. & seq.

¶ Not. Iam dictum est, ꝙ corporum gloriosorum vnum erit alio agilius sicut & subtilius, & clarius ex diuina fruitione animę suę & ideo non mirum, quòd ponatur ista conclusio.

¶ Prob. Quia tempus quantumcũque paruum est diuisibile in infinitum.

¶ Coroll. Ergo imperceptibilitas illa temporis compatietur latitudinem. Quãuis enim singulorum corpora in tempore imperceptibili transeant spaciũ: tamen in minori tẽpore vnũ, quàm aliud. Ergo imperceptibilitas illa non erit sicut punctũ; quod est indiuisibile. Nam illa diuisibilis erit secundum se. Ergo secundum se erit perceptibilis, licet non nobis.

*Arist. lib. 6. tex. 32.

1^m ex Augustino. Ibi erit. R. In tempore quasi in instantaneo. §. Tunc nihil &c. Nã tempus, quasi instãtaneum, non est absolute instantaneum, vt in textu sub alijs verbis habetur.

Itẽ de concl.^e Motus corporis est in instanti. R. Impropriè sumpto: non autẽ, propriè. §. Nunquam enim beati volent corpus suũ esse alicubi in aliquo instanti, in quo non possit ibi esse. Tunc &c. vt patet ex conclusione 1. & 2.

¶ Exam. Ly quodcumque instans. Scilicet sumptum largo modo. Non enim sumitur ly instans, vt sumebatur ly in aliquo instanti, qđ sumptum fuit propriè: vt colligi potest ex conclusione 1. & corp. princip. ly præterea voluntas &c. vide etiã ad tertium, circa fin.

2^m ex Philosopho. Non fit motus per uacuum, q̃a oportet aliquid moueri in instanti. R. Si atten-

¶ 5 Præterea. Omne quod mouetur, vel mouetur in tempore, vel in instanti, sed corpus gloriosum post resurrectionem non mouebitur in tempore, quia tunc iam non erit, vt dicitur Apocalyp. 4. ergo motus ille erit in instanti.

Sed contra, In motu locali spatium, & motus, & tempus simul diuiduntur, vt demonstratiuè probatur in 6. Physicorum: * sed spatium, quod transit corpus gloriosum per suum motum, est diuisibile, ergo & motus diuisibilis, & tempus diuisibile, instans autem non diuiditur, ergo motus ille non erit in instanti.

¶ Præterea. Non potest esse aliquid simul totum in vno loco, & partim in alio; quia sequeretur, quòd altera pars esset in duobus locis simul, quod esse non potest: sed omne, quod mouetur, partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem, vt ostensum est in sexto Physicorum. * Omne autem, quod motum est, totum est in termino ad quem est motus, nõ autem potest esse, quòd simul moueatur, & motum sit: sed omne quod mouetur in instanti, simul mouetur, & motum est; ergo motus localis corporis gloriosi nõ poterit esse in instanti.

Respon. Dicendum, quòd circa hoc est multiplex opinio. Quidam dicunt, quòd corpus gloriosum trãsit de vno loco in alium, sine hoc, quòd transeat medium, & propter hoc potest corpori gloriosi motus esse in instanti, sicut & voluntatis. Sed hoc non potest stare, quia corpus gloriosum nunquam perueniet ad dignitatem naturæ spiritualis, sicut nunquam desinit esse corpus. Et præterea voluntas, cum dicitur moueri de vno loco in alium, non transfertur essentialiter de loco in locum, quia neutro locorum illorum essentialiter continetur, sed dirigitur in vnum locum, postquam fuerat directa per intentionem ad alium, & pro tanto dicitur moueri de loco ad locum.

Et ideo alii dicunt, quòd corpus gloriosum habet de proprietate naturæ suæ, qua corpus est, ꝙ pertranseat medium, & ita quòd moueatur in tempore: sed virtute glorię, quam habet, infinitatem quandam supra naturam habet, quòd possit non pertrãsire medium, & sic in instanti moueri. Sed hoc non potest esse, quia implicat in se cõtradictionem, quod sic patet. Sit aliquod corpus, quod moueatur ad A, in B, & corpus motum sit Z, constat quòd Z, quamdiu est totum in A, non mouetur, similiter nec quando est totum in B, quia tunc motum est; ergo si aliquando mouetur, oportet quòd neque sit totum in A, neque totum in B; ergo quando mouetur, vel nusquam est, vel est partim in A, vel partim in B, vel totum in aliquo alio medio, puta in C, aut partim in C, partim in A, & partim in B. Sed non potest poni, quòd nusquam sit: quia sic esset aliqua quantitas dimẽsiua, non habens situm; quod est impossibile. Neque potest poni, quòd sit partim in A, & partim in B, & non sit in medio aliquo modo: quia cum B, sit locus distans ab A, sequeretur in medio interiacente, quòd pars C, quæ est in B, non esset continua parti, quæ est in A; ergo restat, quòd, vel sit totum in C, vel partim in eo, vel partim in alio loco, quod ponetur mediũ inter C, & A, puta D, & sic de aliis; ergo oportet, ꝙ Z, non perueniat de A in B, nisi prius sit omnib. D medijs, nisi dicatur, quòd peruenit de A in B, & nunquam mouetur, quod implicat contradictionem, quia ipsa successio locorum est motus localis, & eadem ratio est de qualibet mutatione, quæ habet duos contrarios terminos, quorũ vtrumque ęst aliquid positiuè. Secus autem est de illis mutationibus, quæ habent vnum terminum tantum positiuum, & alteram puram priuationem; quia inter affirmationem, & negationem, seu priuationem, non est aliqua determinata distantia. Vnde, quod est in negatione potest esse propinquius, vel remotius ab affirmatione, vel econuerso, ratione alicuius quod causat alterum eorum, vel disponit ad ea: & sic dum id, quod mouetur, est totum sub negatione, mutatur in affirmationem, & econtrario: vnde etiam in eis mutans præcedit mutatum esse, vt probatur in quinto * Physicor. Nec est simile de motu angeli, quia esse in loco, æquiuocè dicitur de corpore, & angelo; & sic patet, quòd nullo modo potest esse, quòd aliquod corpus perueniat de vno loco ad alium, nisi transeat omnia media.

tenderetur tantum resistentia medij: non autem, absolute. §. Tunc nihil &c. quoniam alia resistẽtia, scilicet mobilis

*Arist. lib. 6. tex. 40. & seq.

Et ideo alii hoc concedunt, sed tamen dicunt, quòd corpus gloriosum mouetur in instanti. Sed ex hoc sequitur, ꝙ corpus gloriosum in eodẽ instanti sit in duobus locis simul, vel pluribus, scilicet in termino vltimo, & in omnibus mediis locis, quod non potest esse. Sed ad hoc dicunt, ꝙ quamuis sit idem instans secundum rem, tamen differt ratione, sicut punctus ad quem terminantur diuersæ lineæ; sed hoc nõ sufficit: quia instans mensurat hoc, quod est in instanti secundum rem, non secundum hoc, quod consideratur. Vnde diuersa consideratio instantis non facit ꝙ instans possit mensurare illa, quæ non sunt simul tempore, sicut nec diuersa consideratio puncti potest facere, ꝙ sub vno puncto loci contineantur, quæ sunt distantia situ.

Et ideo alii probabilius dicunt, quòd corpus gloriosum mouetur in tempore, sed imperceptibili propter breuitatem; & tamen, quòd vnum corpus gloriosum potest in minori tempore idem spatium pertransire, quàm aliud, puta tempus quantumcumque paruum accipiatur, est in infinitum diuisibile.

Ad primvm ergo dicendum, quòd illud, quòd parum deest, quasi nihil deesse videtur, vt dicitur in * 2. Physicor. & ideo dicimus: Statim facio, quod post modicum tempus fiet, & per hunc modum loquitur Augustinus, † quòd vbicumque erit voluntas, ibi erit statim corpus. Vel dicendum, quòd voluntas nunquam erit inordinata in beatis. Vnde nunquam volent corpus suum esse alicubi in aliquo instanti, in quo non possit ibi esse, & sic quodcumque instans voluntas determinabit in illo, corpus erit in illo loco, quem voluntas determinat.

*Arist. lib. 2. tex 56. † Lib. 22. de ciu. Dei, c. vlt. paulò à prin. t. 5. Rñsio 2.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ quidam contradixerunt illi propositioni, quam Philosophus inducit in parte illa, vt Commentator ibidem dicit, dicentes, quòd non oportet esse proportiones totius motus ad totum motum secundum proportionem resistentis medii ad aliud mediũ resistens, sed oportet, quòd secundum proportionem mediorum, per quæ transitur, attendatur proportio retardationum, quæ accidit in motibus ex resistẽtia medii. Quilibet enim motus habet

tis in sanctis reperitur: vt hic in fine, & ad tertium.

3^m illatio conclusionis. Ergo &c.

R. Negatur illatio. §. Propter rationem adductam in tex. Debebat ergo concludi sic: ergo anima glorificata mouet corpus in tempore imperceptibili.

4^m de maiori.

Mouetur in instanti. R. Negatur hic. §. Ratio est: quia ly equaliter cito, dicit imperceptibilitatem temporis; & non absolutã acceptionem. Illa enim par celeritas in verbis &c. vt in tex.

5^m de minori.

In tempore. R. Quod est numerus motus cęli: non quod est numerus prioris, & posterioris in motu quocũque. §. Tunc nihil &c. Nam omne quod mouetur, mouetur in tẽpore vel primo modo dicto, vel secundo; & corpus gloriosum mouebitur in tempore vltimo modo, quoniã tempus primo modo nõ erit amplius, vt arguitur.

habet determinatum tempus velocitatis, & tarditatis ex victoria mouentis supra mobile, etiam si nihil resistat ex parte medii, sicut patet in corporibus cœlestibus, in quibus non inuenitur aliquid, quod obstet motui ipsorum, & tamen non mouentur in instãti, sed in tempore determinato secundum proportionem potentiæ mouentis ad mobile, & ita patet, quòd si ponatur aliquid moueri in vacuo, non oportebit quòd moueatur in instanti, sed quòd nihil addatur tempori, quòd debetur motui ex proportione prædicta mouentis ad mobile, quia motus non retardatur.

Sed hęc responsio, vt Commentator dicit, procedit ex falsa imaginatione, qua quis imaginatur, quòd tarditas, quæ causatur ex resistentia medii, sit aliqua pars motus addita motui naturali, qui habet quantitatem secundum proportionem mouentis ad mobile, sicut vna linea additur lineæ, ratione cuius accidit in lineis, quòd non remanet eadẽ proportio totius ad totam lineam, quæ erat linearum additarũ adinuicem, vt sic etiam non sit eadem proportio totius motus, ad totum motum sensibilem, quæ est retardationum contingentium ex resistentia medii. Quę quidem imaginatio falsa est; quia quælibet pars motus habet tantum de velocitate, quantum totus motus: non autẽ, quælibet pars lineæ habet tantum de quantitate dimensiua, quantum habet tota linea. Vnde tarditas, vel velocitas addita motui, redundat in quamlibet partem eius, quod de lineis non contingit, & sic tarditas addita motui, non facit aliam partem motus, sicut in lineis accidebat, quòd additum est pars totius lineæ. Et ideo ad intelligendum proportionem Philosophi, vt Commentator ibidem exponit, sciendum est, quòd oportet accipere totum pro vno, scilicet resistentiam mobilis ad virtutem mouentem, & resistentia medii: per quod est motus, & cuiuscumque alterius resistentis, ita quòd accipiatur quantitas tarditatis totius motus secundum proportionem virtutis mouentis ad mobile resistens quocumque modo, vel ex se, vel ex alio extrinseco. Oportet enim semper, quòd mobile resistat aliquo modo mouenti, cùm mouens, & motum, agens, & patiens, inquantum huiusmodi sint contraria. Quandoque autem inuenitur resistere mobile mouenti ex seipso, quia habet virtutem inclinantem ad contrarium motum, sicut patet ex motibus violentis, vel saltem, quia habet locum contrarium loco, qui est in intentione mouentis, cuiusmodi resistentia inuenitur etiam corporum cœlestium ad suos motores. Quandoque autem mobile resistit virtuti mouentis ex alio tantum, & non ex seipso, sicut patet in motu naturali grauium, & leuium, quia per ipsam formam eorum inclinantur ad motum talem, est enim forma impressio generantis, quod est motor ex parte grauium, & leuium, ex parte autem materiæ non inuenitur aliqua resistentia neque virtutis inclinãtis ad contrarium motum, neque contrarii loci, quia locus non debetur materiæ nisi secundum quòd sub dimensionibus consistens perficitur forma naturali. Vnde non potest esse resistentia nisi ex parte medii, quæ quidem resistentia est motui eorum connaturalis. Quandoque autem est ex vtroque: sicut patet in motibus animalium. Quando ergo in motu non est resistentia nisi ex parte mobilis, sicut accidit in corporibus cœlestibus tunc ipse modus mensuratur secundum proportionem motoris ad mobile, & in talibus non procedit ratio Philosophi; quia remoto omni medio, adhuc manet motus eorum in tempore. Sed in illis motibus, in quibus est resistentia ex parte medii tantum accipitur mensura temporis secundum impedimentum, quod est ex medio solum, vnde si subtrahatur omnino medium, nullum impedimentum remanebit, & sic vel mouebitur in instanti, vel æquali tempore mouebitur secundum vacuum spatium, & plenum. Quia dato, quòd moueatur in tempore per vacuum, illud tempus in aliqua proportione, se habebit ad tempus in quo mouetur per plenum. Possibile est autem imaginari aliquod corpus in eadem proportione subtilius corpore, quo spatium plenum erat, quo si aliud spatium impleatur æquale, in tam paruo tempore mouebitur per illud plenum, sicut per vacuum. Primo, quia quantum additur ad subtilitatem medii, tantum subtrahitur de quantitate temporis, & quanto est magis subtile, minus resistit: sed in aliis motibus, in quibus est resistentia ex ipso mobili, & ex medio, quantitas temporis est accipienda secundum proportionem mouentis potentiæ ad resistentiam mobilis, & medii simul. Vnde dato, quòd totaliter medium subtrahatur, vel non impediat, non sequitur, quòd motus sit in instanti, sed quod tempus motus mensuratur tantum ex resistentia mobilis: neque erit inconueniens si per idem tempus mouetur per vacuum, & plenum, aliquo subtilissimo corpore imaginato, quia determinata subtilitas medii quanto est maior tanto est nata facere tarditatem minorem in motu. Vnde potest imaginari tanta subtilitas, quòd erit nata facere minorem tarditatem, quàm sit illa tarditas, quam facit resistentia mobilis, & sic resistentia medii nullam tarditatem adiiciet ad motum. Patet ergo, quòd quamuis medium non resistat corporibus gloriosis, secundum hoc, quòd possint esse cum alio corpore in eodem loco, nihilominus motus eorum non erit in instanti; quia ipsum corpus mobile resistet virtuti mouenti ex hoc ipso, quòd habet determinatum situm, sicut de corporibus cœlestibus dictum est.

Ad tertium dicendum, quòd quamuis virtus animę glorificatæ excedit inæstimabiliter virtutem animæ non glorificatæ, non tamen excedit in infinitum, quia vtraque virtus est finita, vnde non sequitur, quòd moueat in instanti. Si tamen esset simpliciter infinitæ virtutis, non sequeretur quòd moueret in instanti, nisi separaretur totaliter resistentia, quæ est ex parte mobilis. Quamuis autem resistentia, qua mobile resistit mouenti per contrarietatem, quam habet ad talem motum ratione inclinationis ad cõtrarium motum, possit à mouente infinitæ virtutis totaliter* separari, tamen resistentia, quam facit ex contrarietate, quam habet ad locum, quem intendit motor per motum, non potest totaliter† separari, nisi auferatur ab ea esse in tali loco. Sicut enim album resistit nigro ratione albedinis, & tanto magis, quanto albedo magis distat à nigredine, ita corpus resistit alicui loco per hoc, quòd habet locum oppositum; & tanto est maior resistentia quanto est distantia maior. Non autem potest à corpore remoueri, quòd sit in aliquo loco, vel situ, nisi auferatur ei sua corporeitas, per quam debetur ei locus, vnde quamdiu manet in natura corporis, nullo modo potest moueri in instanti, quantumcumque sit virtus mouens, corpus autem gloriosum nunquam suam corporeitatem amittet, vnde nunquam in instanti moueri poterit.

* Al. superari.

† Al. superari.

Ad quartum dicendum, quòd par celeritas in verbis Augustini* est intelligenda quantum ad hoc, quòd est imperceptibilis excessus vnius respectu alterius, sicut & tempus totius motus est imperceptibile.

* Citatis in arg. 4.

Ad quintum dicendum, quòd quamuis post resurrectionem non erit tempus, quod est numerus motus cœli, tamen erit tempus consurgens ex numero prioris, & posterioris in quocumque motu.

QVÆ-

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendat, recte insinuatum fundamétaliter, à Philosopho 6. Physicorum, quòd motus corporum sanctorum non potest esse in instanti. Hoc autem insinuatum est, quando in 6. Physicorum probatur, quòd spatium motus & tempus simul diuiduntur, i. sibi inuicem in diuisione correspondent. Ac si dixisset: Si spacium quod per motum transitur, est diuisibile; & tempus mensurans ipsum motum erit diuisibile. Cùm ergo spacium à corpore glorioso per transitum sit diuisibile (vt patet): sequitur secundum Philosophi præcedens dictum, quòd tempus ei correspondens sit diuisibile; & consequenter non sit in instanti. Item ab eod. ibid. dùm dixit: omne, quod mouetur partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem. Cùm ergo non possit fieri vtrumque in instanti (alioquin altera pars esset in duobus locis simul): patet secundum illum, quòd corpora sanctorum moueri non possunt localiter in instanti. Dixi in principio appendicis ly fundamentaliter: quia Philosophus non cognouit ista de sanctis directè, cum fidem non habuerit: sed horum solummodò fundamenta, quæ naturaliter, vsque quo licet, deseruire possint, posuit. De hoc, & huiusmodi, vide q. 83. art. 5. appen. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Philosophi, pro quanto fundamentaliter insinuant, quod diximus, & intelligas, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

### SVPER Q. CXVI. Aliàs 85. Art. 1.

COncl. 1. Corpora sanctorum fore lucida post resurrectioné, ponere, oportet.

¶ Prob. Quia scripturæ authoritas talem claritatem promittit (vt in appen. seq.)

¶ Concl. 2. Claritas illa causabitur ex redundantia gloriæ animæ in corpus.

¶ Prob. Quia patere præsupponitur, tùm ex Apostolo (ibi stella differt in claritate &c.) tùm ex Gregorio (sup. Iob), tum ex absurditate contrariæ opinionis (de quinta essentia).

¶ Not. A ly quod enim recipitur ab aliquo &c. respondetur tacitæ obiectioni; siue probatur, non q̃ gloria corporis causetur ab anima, sed quòd gloria animæ recepta in corpus est corporalis. Quasi dicatur, Non obstat veritati cóclusionis, q̃ gloria animę sit spiritualis: quoniam gloria ipsa, vt in anima, & spiritualis: & eadé, vt in corpore, est corporalis. Vnde nó mirum; si ab anima possit redúdare in corpus. Sic ergo probatum est: & q̃ possit redundare; & q̃ huic non obstet, ipsam gloriam in anima esse spiritualem.

367 S. Tho. 4. di. 44. q. 2. art. 4. q. 1. & seq.

† Lib. 18. Mor. c. 36. in fine.

**1^m ex Auicenna.** Corpus luminosum. ℞. Ex natura cóponentium: nó, ex redundantia animæ in corpus. § vt dictum est. Tunc nihil &c. vt patet ex secunda conclus.

**2^m de maiori.** Corpus lucidum. ℞. Ex densitate partium lucidarum: non, ex redundantia gloriæ animæ in corpus. §. Tûc nihil &c. vt ex secunda conclusione patet.

* Aristot. c. 3. paulò à prin. lib. istius.

† lib. 22 de Ciui. Dei, c. 19. à medio, to. 5.

Peruium aliquid dicitur dupliciter.

¶ Not. Quod aliquid sit peruium, vel nó peruium, potest intelligi duobus modis: vno modo vt nó sit trásluceś; & sic corpus gloriosum est peruium, & sic intelligitur in hoc textuali responso. Alio modo intelligitur non peruium, i non habens partes, in quibus terra prædominetur: & sic corpus gloriosum non erit omnino peruium: quoniam habebit carnes, & ossa, & neruos, in quibus est prædominium terræ, & sic intelligitur in ad primum. Corpus ergo gloriosum erit omnino peruium, & non erit, secundú diuersas acceptiones de ly peruium. Rursus. Quádo dicitur in textu; quòd densitas repugnat peruietati, fit sermo de densitate ex natura cóponentiú causata: quádo auté dicitur, q̃ densitas corporis gloriosi nó tollit peruietatem ab eis, denotatur, quòd

## QVÆST. CXVI. Aliàs 85.

*De claritate corporum beatorum, in tres articulos diuisa.*

DEinde considerádum est de claritate corporú beatorum resurgentium.

Circa quòd quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum claritas inerit corporibus gloriosis.

¶ Secundò, Vtrum claritas illa videri poterit ab oculo non glorioso.

¶ Tertiò, Vtrum corpus gloriosum necessariò videatur à corpore non glorioso.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum corporibus gloriosis claritas conueniat.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ corporibus gloriosis claritas non conuenit. Quia sicut dicit Auicé. in 6. Naturalium, omne corpus luminosum constat ex partibus peruiis: sed partes corporis gloriosi non erunt peruiæ, cum in aliquibus dominetur terra, sicut in carnibus, & ossibus; ergo corpora gloriosa non erunt lucida.

¶ 2 Pręterea. Omne corpus lucidum occultat illud, quod est post se, vnde vnú luminare post aliud ecclipsat, flamma etiam ignis prohibet videri, quod est post se, sed corpora gloriosa non occultabunt illud, quod intra ea continetur; quia vt dicit † Gregorius super illud Iob. Non adæquabitur ei aurum, & vitrum, ibi, scilicet in cœlesti patria, vniuscuiusq; menté ab alterius oculis corpulentia non abscondet, patebitque corporalibus oculis etiam corporalis harmonia; corpora illa non erunt lucida.

¶ 3 Præterea. Lux, & color contrariam dispositionem requirunt in subiecto, quia lux est extremitas perspicui in corpore non terminato, sed color est in corpore terminato, vt patet in libro de Sensu, & sensato, * sed corpora gloriosa erút colorata; quia, vt dicit Augustinus † 19. de Ciuitate Dei, pulchritudo corporis est partium conuenientia cum quadá suauitate coloris, pulchritudo autẽ corporibus cęlestib. gloriosis deesse non poterit; ergo corpora gloriosa non erunt lucida.

¶ 4 Præterea. Si claritas erit in corporibus gloriosis, oportet quòd sit æqualis in omnibus partibus corporis, sicut omnes partes erút eiusdem impassibilitatis, subtilitatis, & agilitatis, sed hoc non est conueniens, quia vna pars habet minorem dispositionem ad claritatem quàm alia, sicut oculi quàm manus, & spiritus quàm ossa, & humores quàm caro, vel neruus; ergo videtur, quòd non debeant illa corpora esse lucida.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 13. Fulgebunt iusti sicut Sol in regno Patris mei, & Sap. 3. Fulgebút iusti, & tanquàm scintillæ, &c.

¶ Præterea. 1. Corin. 15. Seminatur in ignobilitate, resurget in gloria, quod ad claritatem pertinet, vt patet per sequentia, vbi corporum resurgentium gloriam comparat claritati stellarum; ergo corpora Sanctorum resurgent lucida.

RESPON. Dicendum, quòd corpora Sanctorum fore lucida post resurrectionem ponere oportet propter auctoritatem Scripturæ, quæ hoc promittit. Sed claritatis huius causam quidam assignant, vel attribuunt quintæ essentiæ, quia tunc dominabitur in corpore humano: sed quia hoc est absurdum, (vt sæpe dictum * est) ideo melius est vt dicatur, quòd claritas illa causabitur ex redundátia gloriæ animæ in corpus. Quòd enim recipitur ab aliquo, non recipitur per modum influentis, sed per modum recipientis, & ideo claritas, quæ est in anima spirituali recipitur in corpore vt corporali: & ideo secundum quòd anima erit maioris claritatis secundum maius meritum, ita etiam erit differentia claritatis in corpore, vt patet per Apostolum 1. Corinth. 15. & ita in corpore glorioso cognoscetur gloria animæ, sicut in vitro cognoscitur color corporis, quod continetur in vase vitreo: vt Gregorius † dicit super illud Iob: Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum.

* q. 82. art. 1. corp. & q. 83. ar. 1. cor. & similiter q. seq. ar. 1. corp.

† Lib. 18. c. 30. post med. illius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Auicenna loquitur de illo corpore quod habet ex natura componentium claritatem: sic autem non habebit corpus gloriosum, sed magis ex merito virtutis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Greg. * cóparat corpora gloriosa auro propter claritatem, & vitro propter hoc quòd translucebunt: vnde videtur dicendum, quòd erunt simul peruia, & clara. Quòd enim aliquod clarum non sit peruium, contingit ex hoc, quòd claritas corporis causatur ex densitate partium lucidarum, densitas autem repugnat peruietati: sed tunc claritas erit ex alia causa, vt dictum * est, densitas autẽ corporis gloriosi peruietatem non tollit ab eis, sicut nec densitas vitri à vitro. Quidam tamen dicunt, quòd comparantur vitro, non quia sint peruia, sed propter hanc similitudinem, quia sicut aliquid quod in vitro clauditur, apparet, ita animæ gloria, quæ in corpore glorioso clauditur, non latebit. Sed primum melius est, quia saluatur dignitas

* Lib. 18. Mor. c. 30. à medio illius.

* In corp.

quòd ista densitas est alterius generis ab illa prima. Nisi enim sic esset, non faceret diuersum effectum.

**3m de maiori.** Contrariam. ℞. i. Non ex vna causa profluentem. §. Tunc nihil &c. Nam color, & lux corporum gloriosorum habebunt dispositionem hoc modo contrariā (quæ tamen non est propriè cōtrarietas) id est causabuntur à diuersis: quoniam color à natura partiū corporis, & lux à gloria animæ.

**4m maior.** Si claritas erit in corporibus gloriosis, oportet quòd sit æqualis in omnibus partibus corporis. ℞. Negatur ista. §. Nam sicut gloriæ claritas redundat &c. vt in textu. Ad probationem verò respondetur, quòd non est simile de alijs dotibus corporis, respectu quarum partes &c. vt ibidem sin.

† Lib. 18 Moral. ca. 30. à med.

corporis gloriosi, & magis consonat dictis Greg. †

Ad tertium dicendum, quòd corporis gloria naturam non tollit, sed perficit, vnde color, qui debetur corpori ex natura suarum partium, remanebit in eo, sed superaddetur claritas ex gloria animæ. Sicut etiam videmus corpora colorata ex natura sui Solis splendore relucere, vel ex alia causa extrinseca, seu intrinseca.

Ad quartum dicendū, quòd sicut gloriæ claritas redundat ab anima in corpus secundum suum modum, & ibi est alio modo, quàm sit in anima, ita in quālibet partem corporis redundabit secundum suum modum. Vnde non est inconueniens, quòd diuersæ partes habeant diuersimodè claritatem, secundum quòd sunt diuersimodè dispositæ ex sui natura ad ipsam, nec est simile de aliis dotibus corporis respectu quarum partes corporis non inueniuntur habere diuersam dispositionem.

APPENDIX.

Veritas p Ecclesia S. Dei.

EX art. habes primo: quomodo per rationē ostendas, meritò insinuatum esse à Matth. 13. quòd corporibus gloriosis claritas conueniat: & sic. Tunc iusti fulgebunt sicut Sol in regno patris eorū. Hæc ibi. Vbi intellige per ly sicut Sol, dari similitudinē non pro æqualitate præcisa fulgoris eorū: sed pro captu nostro. Quasi dicat, Maioris fulgoris similitudo dari non potest apud vos, quàm de Sole, & ideo eam do: licet fulgor iustorum sm se sit admodum maior, vt artic. 2. arg. 2. Ibi etiam in Matth. nota ly tunc, s. quando damnati torquebuntur in inferno. Vt.n. opposita iuxta se posita magis elucescant, Matthæus dixit immediatè prius ibi erit fletus & stridor dentiū, & mox subiūxit ly tūc &c. Quasi dixerit per hoc, Claritas iustorum erit maxima quidem in seipsa: sed cum hoc videbitur etiā maior ex comparatione ad tenebrositatem damnatorum. Item à Sap. 3. Fulgebūt iusti, & tanquàm scintillæ, &c. Itē à Dan. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt sicut splēdor firmamenti: & qui ad iustitiā erudiūt plurimos, sicut stellæ in perpetuas æternitates. Hæc ibi. Vbi & claritatem ponit in corporibus beatorum, de quibus prædixerat, quòd euigilabunt de puluere; & vnam claritatem alia perfectiorem. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs viciſſim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. CXVI. Aliàs 85. Art. II.

368

CONCL. Claritas corporis gloriosi naturaliter ab oculo nō glorioso videri potest.

¶ PROB. Quia omnis lux, nisi æquiuocè dicatur, apta nata est mouere visum, visusq́; similiter natus est percipere lucem: & lux corporum gloriosorum nō dicitur æquiuoce (alioquin nihil nobis notificaretur per hoc quòd attribuitur eis claritas).

¶ NOT. Quod lux naturaliter visibilis sit, & visus naturaliter perceptiuus lucis, patet; quia omnia quæ videntur, ratione lucis videntur: cū in tenebris nihil videamus. Propter quod autem vnumquodque & illud magis. Vnde oportet dicere; quòd aut nihil videtur naturaliter, quod est inconueniens, quia tunc reperiretur oculus naturalis sine operatione naturali: aut quòd lux naturaliter videtur. Nam, aut dictum est, si aliquid naturaliter videtur, maximè de luce dicendum est. Et ideò textus rectè inquit, quòd lux tunc diceretur æquiuocè, i. non haberet suam rationem ad visum; si naturaliter à visu percipi non posset. Rursus. Quod nihil nobis notificaretur, si claritas æquiuocè diceret in corporibus gloriosis, dum dicitur nobis ea esse lucida, patet: quia non venimus in cognitionem alicuius, nisi per aliquod nobis notum (vt dicitur in primo Physic.) & cognitio directa vnius ex altero similitudinem quandam inter ea præsupponit. Vnde ex vno æquiuoco ad aliud totaliter æquiuocum non potest fieri vera cognitio, nec argumētatio. Propter quod in prima par. q. 13. arti. 5. determinatur à sancto Doctore; quòd ea, quæ dicūtur de Deo & creaturis non possunt dici purè æquiuocè; quia sic non veniremus in cognitionem Dei p creaturas. Si ergo claritas in corporibus gloriosis se haberet æquiuocè ad claritatem præsentem, quam videmus quotidie, tunc non possemus per istā claritatem quotidianam, venire in cognitionem aliquam veram claritatem illius, & sic per hoc quòd dicerentur corpora gloriosa fore lucida nihil manifestaretur, & per consequens affectus noster moueri non posset ad desiderandum illam claritatem, vtpotè omninò incognitam, quod est contra intentum scriptorum illam nobis manifestantium ad hunc finem, vt ad eam ardenti animo suspiremus.

* Glos. interli. ibid.

**1m de maiori.** Visibilis. ℞. Sumpti secundum rationem suæ speciei: non semper, secundum causam suam. §. Tunc nihil &c. Nam claritas corporum gloriosorum proportionē habet ad visum nostrū, tanquàm visibile eiusdem speciei cum claritate ista quotidiana: quamuis sit, quasi alterius, quantum ad causam suam.

Secun-

## ARTICVLVS II.

*Vtrum claritas corporis gloriosi possit videri à non glorioso oculo.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd claritas corporis gloriosi non possit videri à non glorioso oculo. Oportet.n. esse proportionem visibilis ad visum: sed oculus nō glorificatus nō est proportionatus ad videndum claritatē gloriæ, cum sit alterius generis, quàm claritas naturę; ergo corporis gloriosi claritas nō videbitur ab oculo non glorioso.

¶ 2 Præterea. Claritas corporis gloriosi erit maior, quàm nunc sit claritas Solis, quia etiam Solis erit tunc maior quàm modo sit, vt dicitur, & multo maior erit claritas corporis gloriosi: propter quod Sol, & totus mundus claritatem maiorem accipiet, sed oculus non gloriosus non potest inspicere Solem in rota sua propter magnitudinem claritatis, ergo minus poterit inspicere claritatem corporis gloriosi.

¶ 3 Præterea. Visibile oppositū oculis videntis necesse est videri, nisi læsio sit aliqua in oculo, sed claritas corporis gloriosi opposita oculis non gloriosis, non necessario videtur ab eis, quod patet de discipulis, qui corpus Domini post resurrectionem viderunt, claritatem eius non intuentes; ergo claritas illa non est visibilis ab oculo non glorioso.

SED CONTRA est, quod dicit Glos.* Philip. 3. super illud, Configuratum corpori claritatis suæ. Assimilabitur claritati, quā habuit in transfiguratione: sed claritas illa visa fuit ab oculis discipulorum non glorificatis; ergo & claritas corporis glorificati ab oculis non gloriosis visibilis erit.

¶ Præterea. Impii videntes glòriam iustorum ex hoc torquebuntur in iudicio, vt patet per hoc, quod dicitur Sapien. 5. sed non plenè viderēt gloriam ipsorum, nisi eorum claritatem inspicerent; ergo &c.

RESPON. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd claritas corporis gloriosi non potest videri ab oculo non glorioso nisi per miraculum. Sed hoc non potest esse nisi claritas illa æquiuocè diceretur, quia lux secundum id quod est, nata est mouere visum, & visus secundum id, quod est, natus est percipere lucem, sicut verum se habet ad intellectum, & bonum ad affectum, vnde si esset aliquis visus, qui non posset percipere * aliquam lucem omnino, vel ille visus diceretur æquiuocè, vel lux illa; quod non potest in proposito dici, quia sic per hoc, quòd dicuntur gloriosa corpora futura esse lucida, nihil nobis notificaretur, sicut qui dicit canem esse in cœlo nihil notificat ei, qui non nouit nisi canem, quod est animal. ideò dicendum est, quòd claritas corporis gloriosi naturaliter ab oculo non glorioso videri potest.

* Aliàs recipere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gloriæ claritas erit alterius generis quàm claritas naturæ, quantum ad causam, sed non quantū ad speciem, vnde sicut claritas naturę ratione speciei suæ est proportionata visui, ita claritas gloriosa.

AD

2^m maior. Claritas corporis gloriosi erit maior, quàm nunc sit claritas Solis. R. Non tamē aget in visu actione naturæ; sed actione animæ. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu.

¶ Not. Voluntas animæ glorificatæ non tendit ad destruēdum, sed ad construendum; secundum quòd conuenit gloriæ suæ: cum vnumquodque agat secundum propriam dispositionem. Et hoc est fundamentum eorum, quæ circa hanc materiā dicuntur in textu.

3^m maior. Visibile oppositum oculis videntis necesse est videri, nisi sit læsio aliqua in oculo. R. Vel nisi videri ipsum subiaceat imperio volūtatis. §. Tunc nihil &c. Nam claritas corporis gloriosi ad hoc, vt videatur & nō videatur, subiacet imperio volūtatis. Vnde, etiam quòd nulla sit læsio in oculo, cui tale corpus est præsens, poterit non videri ab ipso.

¶ Not. Doctrina huius responsi declaratur, probatur, & defenditur per articulum 3.

Ad secundum dicendum, q̄ sicut corpus gloriosum non potest pati aliquid passione naturæ, sed solū passione animæ, ita ex ꝓprietate gloriæ nō agit nisi actione animæ: claritas autē intensa non offendit visum, inquantum agit nisi actione animæ, sed secundū hoc magis delectat: offendit autē inquantum agit actione naturæ calefaciendo, & dissoluendo organum visus, & disgregando spiritus: & ideo claritas corporis gloriosi, quamuis excedat claritatē Solis, tamen ex sui natura non offendit visum, sed demulcet, propter quod claritas illa comparatur claritati lapidis, Apocalypsis 21.

Ad tertium dicendum, quòd claritas corporis gloriosi prouenit ex merito voluntatis, vnde voluntati subdetur, vt secundum eius imperium videatur, vel non videatur: & ideo in potestate corporis gloriosi erit, ostendere claritatem suam, vel occultare, & hæc fuit opinio Præpositiui.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. habes primò: quomodo per rationē ostendas, meritò insinuatum esse à Matth. 17. quòd claritas corporum gloriosorum potest videri à non glorioso: & sic. Transfiguratus est ante eos: & resplēduit facies eius sicut Sol, vestimenta autē eius facta sunt alba sicut nix, & rñdens Petrus dixit, Dñe bonū est nos hic esse. Hæc ibi. Vbi per ly facies sicut Sol, & ly vestimenta sicut nix, ostenditur: quòd claritas in corporibus gloriosis non erit æqualis in omnibus partibus corporis, sed &c. vt art. 1. ad quartum. Vbi & per ly bonum est nos hic esse, denotatur, quòd claritas corporis gloriosi de sui natura non offendit visum, sed demulcet, vt dicitur hic ad secundum. Et licet illa claritas trāsfigurationis quātum ad modum essendi nō fuerit claritas gloriæ; tamē quantum ad essentiam fuit: vt 3. par. quæst. 45. art. 2. Cum igitur talis claritas ab oculis discipulorum fuerit visa, q̄ denotatur per ly transfiguratus est ante eos; patet intentum. Item à Sap. 5. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Vidētes autem turbabūtur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, gementes præ angustia spiritus dicentes intra se; Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est. Hæc ibi. Vbi designatur ex contextu, vt patet consideranti: quòd impij videbunt claritatem sanctorum corporum. Nisi enim eorum gloriam corporalem viderent, non adeo torquerentur, neque sic admirantes dicerent; Ecce, quomodo computati sunt inter filios Dei. Ex quæst. 90. artic. 2. patet intentum, scilicet quòd videbunt corpoream claritatem.

2 Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis.

3 Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

ARTICVLVS III.

*Vtrum corpus gloriosum necessariò videtur à corpore non glorioso.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd corpus gloriosum necessariò videtur à corpore nō glorioso. Quia corpora gloriosa erūt lucida: sed corpus lucidum manifestat se, & alia; ergo corpora gloriosa necessariò videbuntur.

¶ 2 Præterea. Omne corpus quod occultat alia corpora post se existentia, de necessitate visu percipitur ex hoc ipso, quòd alia, quæ sunt post occultantur: sed corpus gloriosum occultabit visui alia corpora post se existentia, quia erit corpus coloratum, ergo & de necessitate videbitur.

¶ 3 Præterea. Sicut quantitas est de his, quæ insunt corpori, ita qualitas per quam videtur, sed quantitas non suberit voluntati, vt corpus gloriosum possit esse maioris quantitatis, vel minoris; ergo nec qualitas, per quàm visibile est, vt possit non videri.

Sed contra est, quòd corpus nostrum glorificabitur in conformitate corporis Christi post resurrectionē: sed corpus Christi post resurrectionem non necessario videbatur, imò disparuit ab oculis discipulorum in Emaus, vt dicitur Lucæ vlt. ergo & corpus glorificatum non necessario videbitur.

¶ Præt. Ibi erit summa obedientia corporis ad animam, ergo corpus poterit videri, vel non videri secundum voluntatem animæ.

Respon. Dicendum, quòd visibile videtur, secundum quòd agit in visum. Ex hoc autem, quòd aliquid agit, vel non agit in aliquod extrinsecum, non est aliqua mutatio in ipso, vnde sine mutatione alicuius proprietatis, quæ sit de perfectione corporis glorificati, potest contingere, quòd videatur, & non videatur, vnde in potestate glorificatæ animæ erit, quòd corpus suum videatur, vel non videatur, sicut & quælibet actio alia corporalis in animæ potestate erit, aliàs non esset corpus gloriosum instrumentum summè obediens principali agenti.

Ad primum ergo dicendum, q̄ claritas illa obediet corpori glorioso, vt possit eam ostendere, vel occultare.

Ad secundum dicendum, quòd color corporis non impedit peruietatem ipsius, nisi inquantum immutat visum, quia visus non potest immutari simul duobus coloribus, vt vtrumque perfectè inspiciat; color autem corporis gloriosi erit in perfecta potestate animæ, vt patet, siue per ipsum immutet visum, vel non immutet, & ideo erit in potestate eius vt corpus, quod est post se, occultet, vel non occultet.

SVPER Q. CXVI. Aliàs 85. Art. III.

Concl. 1. In potestate glorificatæ animæ erit; quòd corpus suum videatur, vel non videatur.

369

¶ Prob. Quia patere supponitur.

¶ Not. Ex dictis in articu. 2. ad secundum, & ad tertium patet conclusio ista. Et ideo iuxta morem suum laudabilem Diuus Thomas non repetit. Hinc aduerte, quòd in textu per ly ex hoc autem, quòd aliquid agit &cæt. non probatur conclusio hæc: sed respondetur tacitæ obiectioni, quæ posset fieri dubitando, quòd ex videri & non videri ipsius corporis gloriosi sequeretur aliqua mutatio in ipso.

Notandū.

¶ Concl. 2. Quælibet actio corporalis erit in potestate animæ.

¶ Not. Scilicet ad hoc, quòd fiat, vel non fiat; aut etiam quòd tali, vel tali modo fiat; aut etiam quòd tali, vel tali tempore fiat; & sic de alijs. Cum hoc tamen, quòd per huiusmodi variationes actionum non sequatur mutatio alicuius proprietatis existentis, de perfectione corporis glorificati; quia hoc repugnaret impassibilitati ipsius, quàm violare in animæ potestate non est.

Potestas aīæ glorificatæ sup corpus mirãda.

¶ Prob. Quia aliter corpus gloriosum non esset instrumētum summè obediens principali agenti, id est animæ.

¶ Exam. Ly instrumentum. Hoc non denotat, quòd corpus sit tantum instrumentum animæ, cum id sit falsum & superius reprobatum; vbi conclusum est, quòd anima est etiā forma corporis: sed hic dicitur instrumentum, scilicet cōiunctū abstrahendo ab esse formam, quia etiam quòd non esset forma posset moueri ad imperium animæ mouentis, quod est ei obedire in talibus. Hoc enim est instrumēti vt sic. Loquitur ergo formaliter: & propter hoc non sequitur, quòd neget corpus esse materiam animæ.

1^m minor. Corpus lucidum manifestat se, & alia. R. Secundum imperium volūtatis. §. Sic videlicet agat actione animæ. §. Tunc nihil &c. Nam sic est in gloriosis corporibus, vt ex art. 2. ad secūdum & tertium.

2^m de maiori. Occultat. R. De necessitate: non autem, de voluntate

luntate animæ. §. Tunc nihil &c. Nam corpus gloriosum alia corpora post se existentia occultabit tantum de voluntate animæ; & ita poterit non occultare, quamuis sit coloratum: & consequenter de voluntate animæ videbitur, vel non videbitur. Vide pro huius notitia meliori artic. 1. ad secundum.

3m illatio conclusionis. Ergo &c.

Ad tertium dicendũ, q quãtitas est inhærẽs ipsi corpori glorioso, neq; posset quãtitas immutari ad imperium animę sine mutatione intrinseca corporis gloriosi, q̃ impassibilitati eius repugnaret, & ideo non est simile de quantitate, & visibilitate; quia etiam qualitas illa, per quam est visibile, nõ potest subtrahi ad imperium animæ, sed actio illius qualitatis suspendetur, & sic occultabitur corpus ad imperium animæ.

℞. Negatur illatio. §. Loquendo tamen de qualitate, prout stat pro visibilitate: non autem de qualitate, vt est res inhærens corpori. Ratio negationis est: quia per quantitatis mutationem variaretur aliquod intrinsecum rei, sicut & per qualitatis: quod non accidit per variationem visibilitatis. Vide corp.

## APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à Luca 24. quòd necessario non videtur corpus gloriosum à non glorioso, sed potest videri, & non videri: & sic. Aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum; & ipse euanuit ex oculis eorum. Hæc ibi. Ecce, quòd corpus gloriosum Christi ab oculis discipulorum visum est, quando voluit, & non visum, quando noluit. Et hoc est, quod significatur per ly euanuit, id est disparuit ab oculis eorum. Non enim fuit necesse, vt in longinquum iret corpus illud, ne videretur, sed potuit remanere præsens vt prius, & tamen non videri vt prius. Vnde non dicitur absolute euanuisse: sed euanuisse ab oculis eorum. Constat autem, quòd in Christo resurgente præcesserunt futura in resurrectione beatorum: cum ipsius resurrectio sit exemplaris ipsorum, quæst. 76. articu. 1. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. CXVII. Aliàs 86. Art. 1.

Concl. 1. Nulli dubium est, quòd in corporibus damnatorũ non erit defectus alicuius membri.

¶ Exam. Ly defectus alicuius membri. i. quod secundum substantiam non deficiet in corpore: puta q neque auris, neque oculis, etiam antea mutilatis, non deficiet; & sic de alijs.

¶ Prob. Quia omnia corpora tam bonorum, quàm malorum, resurgent integra.

¶ Not. Ex eo, quòd Christi corpus resurrexit integrum, 3. par. q. 54. artic. 3. & etomnes resurgentes etiam mali conformabũtur quò ad ea, quæ sunt naturæ, q. 76. art. 1. ad quartum, sequitur: q manifestum sit antecedens illud probans conclusionem.

370 S Tho. 4. dt. 44. q. 4. ar. 1. q. 1. & seq.

¶ Concl. 2. Quicquid defectus, vel turpitudinis ex corruptione, vel debilitate naturæ, siue principiorum naturalium in corpore fuit, totum in resurrectione remouebitur.

¶ Not. Huiusmodi defectus sunt faciles cognitu. Sũt enim illi, qui non contingunt in omnibus indiuiduis: quoniã natura non deficit in omnibus; licet per accidens in aliquibus. Tales sunt defectus ij, qui adducuntur in textu, vt lippitudo, &c.

† Aliàs profectionem.

¶ Prob. Quia patet ex reprobatione opinionis contrariæ, vt in tex.

¶ Not. Si attenderetur demeritum malorũ resurgentium, proculdubio cum deformitatibus istis resurgerent: & hoc videtur attẽdisse opinio reiecta: qa verò attenderetur reparatio naturæ, vt ex omnipotentia simul & misericordia diuina pendet, ideo sine deformitatibus his resurgent mali. In hoc enim etiã misericordia Dei malorũ iniquitates superabit, vt illos citra condignum puniat. Et hoc attendit D. Thom. & meritò. Vide q. 88. artic. 3. hoc post tertium.

¶ Concl. 3. Defectus ex naturalib. principijs in humano corpore naturaliter consequentes, erunt in corporib. damnatorum: quos tamen defectus ab electorum corporibus gloria resurrectionis excludet.

¶ Not. Tales defectus sunt, qui in omnibus indiuiduis naturæ humanæ inueniuntur: vt ij, de quibus in textu.

¶ Prob. Quia præsupponitur clara, quò ad vtramque partem.

¶ Not. Et meritò. Nam Christo resurgẽti quò ad ea, quæ ad vitã gloriæ pertinent, solum electi configurandi sunt Philip. 3. & suprà q. 76. art. 1. ad quartum.

## QVÆST. CXVII. Aliàs 86.

*De conditionibus corporum damnatorum resurgentium, in tres articulos diuisa.*

Consequenter considerandum est de conditionibus damnatorum resurgentium.

Circa quòd quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum corpora damnatorum cum suis deformitatibus resurgant.

¶ Secundò, Vtrum eorum corpora erunt corruptibilia.

¶ Tertiò, Vtrum erunt impassibilia.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum corpora damnatorũ cum suis deformitatibus resurgent.*

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd corpora damnatorũ cum suis deformitatibus resurgent. Illud enim quod in pęnam peccati inductum est, desinere non debet nisi peccato remisso, sed membrorum defectus, qui accidunt per mutilationẽ in pęnam peccati inducta sunt, & similiter etiã omnes deformitates corporales, ergo à damnatis, qui peccatorum remissionem non sunt consequuti, in resurrectione non remouebuntur.

¶ 2 Præt. Sicut resurrectio Sanctorũ erit ad vltimã * felicitatem; sic resurrectio impiorũ ad vltimã miseriam, sed Sanctis resurgentibus non aufertur aliquid, quod ad eorũ perfectionẽ pertinere possit, ergo nec impiis resurgẽtibus aliquid auferetur, quod ad eorum miseriam pertineat, huiusmodi autem sunt deformitas, &c.

¶ 3 Præterea. Sicut ad defectum passibilis corporis pertinet deformitas, ita & tarditas, sed à corporibus damnatorum resurgentium tarditas non remouebitur, quia eorum corpora non erunt agilia; ergo eadem ratione, nec deformitas.

Sed contra. Primæ ad Corin. 15. Mortui resurgent incorrupti, id est, sine aliqua diminutione membrorum. Glos. † mortui, idest peccatores, vel generaliter omnes mortui, resurgent incorrupti, ergo mali resurgent sine deformitatibus.

† Gloss. ibidem.

¶ Præt. In damnatis nõ erit aliquid quod sensum doloris impediat: sed ægritudo impedit sensum doloris, inquantũ per eam debilitantur organa sentiendi, & similiter defectus membri impediret ne esset vniuersalis dolor in corpore; ergo sine ipsis defectibus damnati resurgent.

Respon. Dicendum, q in corpore humano potest esse deformitas dupliciter. Primo, ex defectu alicuius membri, sicut mutilatos turpes dicimus, deest enim eis debita proportio partium ad totum, & de tali deformitate nulli dubium est, quòd in corporibus damnatorum nõ erit, quia omnia corpora tam bonorum, quàm malorum integra resurgent. Alio modo deformitas conuenit ex indebita partium dispositione, vel ex indebita quantitate, vel qualitate, vel situ, quæ etiam proportionem debitam partium ad totum non patitur; & de talibus deformitatibus, & similibus defectibus, sicut sunt febres, & aliæ huiusmodi ægritudines, quæ interdum sunt deformitatis causa, Augustinus † indeterminatum, & sub dubio relinquit in Enchirid. vt in litera Magister * dicit. Sed apud Doctores modernos est duplex super hoc opinio. Quidam enim dicunt, quòd huiusmodi deformitates, & defectus in corporibus damnatorum remanebunt, considerantes eorum damnationem, qua ad summam miseriam deputantur, cui nihil incommoditatis subtrahi debet. Sed hoc non videtur rationabiliter dici. In reparatione enim corporis resurgentis magis attenditur naturæ perfectio, quàm conditio quæ prius fuit: vnde & qui infra perfectam ætatem decedunt, in statura iuuenilis ætatis resurgent.* Vnde, & illi, qui aliquos defectus naturales in corpore habuerint, vel, deformitates ex eis prouenientes, in resurrectione sine illis defectibus, vel deformitatibus reparabuntur, nisi peccati meritum impediret, & ita si aliquis cum defectibus, vel deformitatibus resurget, hoc erit ei in pœnam. Modus autem pęnæ est secundum mensuram culpæ.

† In Enchirid. cap. 92. tom. 3.
* li. 4. Sent. d. 44. §. D.
* q. 81. ar. 2.

Contingit

Contingit autem, quòd aliquis peccator damnandus maiorib. peccatis subiectus, aliquas deformitates, vel defectus habeat, quas nõ habuit aliquis damnandus, peccatis grauioribus irretitus: vnde si ille qui in hac vita deformitates habuit, cũ eis resurgat, sine quibus constat, quòd resurget alius grauius puniendus, qui eas in hac vita non habuit, modus pœnæ non responderet quantitati culpæ: sed magis videretur aliquis puniri pro pœnis, quas in hoc mundo passus fuit, quod est absurdũ. Et ideo alii rationabilius dicunt, ꝙ Author, qui naturam cõdidit, in resurrectione naturam corporis integrè reparabit, vnde quicquid defectus, vel turpitudinis ex corruptione, vel debilitate naturæ, siue principiorum naturalium in corpore fuit, totum in resurrectione remouebitur sicut febris, lippitudo, & similia. Defectus autem, qui ex naturalibus principiis in humano corpore naturaliter consequuntur, sicut ponderositas, passibilitas, & similia in corporibus damnatorum erunt; quos defectus ab electorum corporibus gloria resurrectionis excludet.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ cum pœna in quolibet foro infligatur secundum conditionem illius fori, pœnæ, quæ in hac vita temporali infliguntur pro aliquo peccato, temporales sunt, & vltra vitæ terminum non se extendunt; & ideo quamuis peccatum non sit remissum damnatis, non oportet, quòd easdem pęnas ibi sustineant, quas in hoc mundo sunt passi, sed diuina iustitia requirit, vt ibi pœnis grauioribus in æternum crucientur.

Ad secundum dicendum, ꝙ non est similis ratio de bonis, & malis, eo quòd aliquid potest esse purũ bonum, non autem purè malum. Vnde Sanctorum vltima fœlicitas hoc requirit, vt ab omni malo penitus sint immunes: sed vltima malorum miseria non excludit omne bonum, quia malum si integrum sit, corrumpit seipsum, vt Philosophus † dicit in 4. Ethicor. Vnde oportet, quòd miseriæ damnatorum substernatur bonum naturæ in ipsis quod opus est Conditoris perfecti, qui ipsam naturam in perfectione suæ speciei reparabit.

† Arist. lib. 4. c. 5. parũ ante med.

Ad tertium dicendum, quòd tarditas est de illis defectibus, qui naturaliter consequuntur principia humani generis, nõ autem deformitas, & ideo non est similis ratio.

1^m de maiori.

Desinere non debet. ℞. In foro, in quo tale q d in pęnam peccati inductum est: non aliter. §. Tunc nihil &c. vt patet.

¶ Coroll. Non ergo est simile hoc de pœnis ad veniam peccati. Nam venia peccati non datur nisi correcto, de regul. iur. regula quinta in 6. secus autem de pœnis illis; vt in conclusionibus.

2^m de maiori.

Sic. ℞. Quantum ad vltimum finem: ibi adductum non quantũ ad puritatem quandam repertam in fine. §. Tunc nihil &c. vt patet ibidem.

3^m de maiori.

Ita. ℞. Quantum ad esse defectũ corporis passibilis: non quantum ad consequi ex tali, vel tali causa. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusionibus præmissis.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. Dei.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatũ esse à 1. Cor. 15. ꝙ sine deformitatib. resurgent dãnati: & sic. Mortui resurgent incorrupti. Hæc ibi. Vbi per ly mortui intelligit omnes. Vnde ibidem prædixerat, omnes resurgemus; sed non omnes immutabimur: & etiam discrimen posuerat inter resurgentes incorruptos, subdit ibidẽ ly & nos immutabimur. Et damnati igitur ab Apostolo intelliguntur habituri illam incorruptionem; idest esse nõ mancum: vt nunc patebit per auctoritatẽ sequentem. Item ab Apostolicis constitutionibus lib. 5. cap. 8. Excitabit nos omnipotens Deus tales quales modo sumus nil mancum habentes: quoniam mundus totus Dei manu continetur. Capillus, inquit, ex capite vestro non peribit; non solum autem martyribus promisit resurrectionem, sed etiam omnibus hominibus iustis, atque iniustis; pijs, atque impijs. Hæc ibi. Vbi nota ly nil mãcum habentes, & ly iniustis, atque impijs. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuãt, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. CXVII. Aliàs 86. Art. II.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum corpora damnatorum erunt incorruptibilia.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd corporum damnatorum erunt corruptibilia. Omnẽ enim compositum ex contrariis, necesse est corrumpi: sed corpora damnatorum erunt ex contrariis composita, ex quibus etiam nunc componuntur, aliàs non essent eiusdem speciei, & per consequens nec eadem numero, ergo erunt corruptibilia.

¶ 2 Præterea. Si non erunt corruptibilia, aut hoc erit per naturam, aut per gratiam, aut per gloriam: sed natura non sunt incorruptibilia cum sint futura eiusdem naturæ, cuius nunc sunt, & gratiam, vel gloriam non habebunt, ergo erunt incorruptibilia.

¶ 3 Præterea. Illis, qui sunt in summa miseria, subtrahere maximam pœnam videtur inconueniens: sed maxima pœnarum est mors, vt patet per Philosophum * tertio Ethicorum. ergo à damnatis, qui sunt in miseria, mors remoueri non debet; ergo eorũ corpora corruptibilia erũt.

* Arist. lib. 3. c. 6. post medium.

Sed contra est, quod dicitur Apocalyp. 9. In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.

¶ Præterea. Damnati punientur in anima, & corpore pœna perpetua, Matthæi 25. Ibunt hi in supplicium æternũ: sed hoc esse non posset, si corpora corruptibilia essẽt, ergo eorum corpora erunt incorruptibilia.

Respon. Dicendum, quòd cum in omni motu oporteat esse aliquod principium motus, dupliciter motus aliquis, vel mutatio à mobili remouetur. Vno modo per hoc, quòd deest principium motus. Alio modo per hoc, quòd impeditur principium motus: corruptio autem mutatio quædam est, vnde dupliciter potest contingere, vt corpus, quod ex conditione suorum principiorum corruptionem habet, incorruptibile reddatur. Vno modo ex hoc, quòd principium ad corruptionem mouens, totaliter tollitur, & hoc modo corpora damnatorum incorruptibilia erunt. Cum enim primum cœlum sit alterans per motum suum localem, & alia omnia agentia secunda in virtute ipsius agant, & quasi ab ipso mota, oportet quòd motu cœli cessante, nihil sit agens, quod possit corpus per alterationem aliquam trãsmutare à naturali sua proprietate; & ideo post resurrectionem,

37t

Concl. 1. Dupliciter potest contingere; vt corpus, quod ex conditione suorũ principiorum corruptionẽ habet, incorruptibile reddatur.

¶ Prob. Quia id potest contingere ex hoc, ꝙ principium ad corruptionẽ mouens vel totaliter tollitur; vel impeditur (cum corruptio sit quædam mutatio).

¶ Concl. 2. Ex hoc ꝙ principium ad corruptionem mouens totaliter tollitur, corpora damnatorum corrumpi nõ poterunt: & hoc deseruit diuinæ iustitiæ.

¶ Prob. primò: Quia ex hoc, quòd cessabit motus cœli, cessabit primum alterans, in cuius virtute alia omnia agũt: & cessante alteratione cessabit corruptio (cùm corruptio sit terminus alterationis). Secunda autem pars, scilicet & hoc &c. probatur: Quia diuina iustitia requirit, vt dãnati perpetuo puniantur: (vt quæst. 99. articu. 3.) & perpetuò non punirentur nisi essent incorruptibiles.

¶ Concl. 3. Corpus Adæ fuit incorruptibile ex eo, quod principium ad corruptionem tendens impediebatur.

¶ Not. Vide 1. par. quæst. 97. artic. 1. Nam illa est eius declaratio, sicut vicissim & illa huius. Rursus. Sub nomine Adę intellige & Euam: & quòd corpora eorum fuerunt sic incorruptibilia pro tempore tantũ illo, quo permanserunt in statu innocentiæ, vt ex prob. colligitur.

¶ Prob. Quia cõtrariæ qualitates in ipsius corpore existẽtes continebantur per gratiã innocentiæ, nè ad corruptionem agere possent.

¶ Concl. 4. In corporibus beatorum, post resurrectionem communem, coniungentur duo modi prædicti incorruptibilitatis.

¶ Not. Idest erũt incorruptibilia: & ratione qua principiũ ad corruptionẽ mouẽs totaliter per negationem motus cœli tollitur; & ratione, qua ipsummet principium per gratiam pro semper impeditur. Rursus. Licet de resurrectione com-

ne communi, tanquàm de vniuersaliori, loquatur textus: tamen, à simili, intelligit etiam de resurrectione quorundam particulari (vt probabiliter tenetur), puta Beatæ Virginis, Ioannis Euangelistæ, & resuscitatorum in passione Domini post resurrectionem eius, quæstio. 77. articu. 1. Ita quòd corpora etiam illorum, licet communem resurrectionem præuenerint, sunt incorruptibilia; duplici illa ratione.

¶ Prob. Quia corpora beatorum erũt omninò subiecta spiritui, vt ab eo præseruentur à corruptione; & motus cœli, qui est causa corruptionis, non subijcientur.

*Art.seq.

¶ Coroll. Ex his ergo patet; quòd corpora damnatorum erũt corruptibilia secundum considerationem gratiæ, qua scilicet corpus totaliter modo dicto subiectum est spiritui: cum careant gratia. Restat ergo, vt solum ratione explicata in secundæ conclusionis probatione, sint incorruptibilia.

1^m maior. Omne compositum ex contrarijs necesse est corrumpi. ℞ Supposito motu cœli; & nisi sit aliqua causa potior impediens corruptionem. §. Tunc nihil &c. vt patet ex præmissis.

¶ Not. Ideo in responso dicuntur duo, scilicet supposito motu cœli, & nisi sit &c. quoniam licet motus cœli etiam inueniatur, potest adhuc corpus præseruari per illam causam potiorem cœlo, vt patet de corpore Adam in statu innocentiæ. Tunc enim mouebatur cęlum, & tamen corpus eius incorruptibile permanebat; & permansisset semper, si semper in statu innocentiæ durasset. Vide 1. par. q. 97. articu. primo. Rursus. Illa duo dicta in responso referuntur ad dicta in corpore: de cœlo, & de gratia.

* In corp. art.

2^m de minori. Natura non sunt corruptibilia. ℞ Negatur ista. §. Ad probationem dicitur: quòd ad esse eiusdem naturæ sufficit, quòd non habeant principium incorruptionis in suis corporibus, sed sint composita ex contrarijs.

Tertium

cessante motu cęli, nulla qualitas erit sufficiens vt corpus humanum alterari possit à sua naturali qualitate: corruptio autem est terminus alterationis, sicut & generatio; vnde corpora damnatorum corrumpi non poterunt; & hoc deseruit diuinæ iustitiæ, vt perpetuò viuentes perpetuò puniantur, vt diuina iustitia requirit, vt infrà * dicetur: sicut & nunc corruptibilitas corporum deseruit diuinæ prouidentiæ, per quam ex aliquibus corruptis alia generantur. Alio modo contingit hoc, quòd principium corruptionis impeditur: & hoc modo corpus Adæ incorruptibile fuit, quia contrariæ qualitates in hominis corpore existentes, continebãtur per gratiam innocentiæ, ne ad dissolutionem corporis agere possent: & multo plus continebuntur in corporib. gloriosis, quę erũt omnino subiecta spiritui, & sic in corporibus beatorum post resurrectionem communem coniungentur duo modi prædicti incorruptibilitatis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd contraria, ex quibus corpora componuntur, sunt secunda principia ad corruptionem agentia. Primũ enim agens est motus cœlestis, vnde supposito motu cœli, necesse est vt corpus ex cõtrariis compositum corrumpatur, nisi sit aliqua causa potior impediens. Sed motu cœli remoto, contraria ex quibus corpus componitur, nõ sufficiunt ad corruptionem faciendam etiam secũdum naturam, vt patet ex * dictis. Cessationem autem motus cœlestis nõ cognouerũt Philosophi, vnde pro infallibili habebant, quòd corpus compositum ex contrariis corrũpatur secundum naturam.

Ad secvndvm dicendum, quòd incorruptibilitas erit per naturam, non quòd sit aliquod incorruptionis principium in corporibus damnatorum, sed per defectũ primi mouentis ad corruptionem.

Ad tertivm dicendum, quòd quamuis mors sit simpliciter maxima pœnarum, secũdum quid tamen nihil prohibet mortem esse in pœnarum remedium, & per consequens ablationem mortis in pœnarũ augmentum. Viuere enim, vt dicit Philosophus 9.† Ethic. videtur omnibus delectabile esse, eo quòd omnia esse appetũt: non oportet autem, (vt ibidem dicitur) accipere malam vitam, neque corruptam, neque quæ est in tristitiis: sicut ergo viuere simpliciter est delectabile, non autẽ vita, quæ est in tristitiis, ita & mors, quæ est priuatio vitæ, simpliciter est pęnosa, & maxima pœnarum inquantũ subtrahit primum bonum, scilicet esse cum quo alia subtrahuntur: sed inquantum priuat malam vitã, & quæ est in tristitiis, est in remedium pœnarum, quas terminat: & per consequens mortis subtractio est in augmentum pœnarum, quas perpetuas facit. Si autem dicatur mors esse pęnale propter corporalem dolorem, quem sentiunt morientes, non est dubium, quòd multo maiorẽ dolorem damnati continuè sustinebunt. Vnde in perpetua morte esse dicuntur, sicut scriptum est in Psal. 48. Mors depascet eos.

† Arist. lib. 9. cap. 9. à med.

3^m ex Philosopho. Maxima pœnarum est mors. ℞ Vt mors opponitur ipsi viuere delectabili: non autem, ipsi viuere in tristitijs. §. Tunc nihil &c. Nam damnatorum viuere est in tristitiis.

¶ Coroll. Consequenter igitur mors, vt dicit priuationem talis vitæ, non esset maxima pœnarum illis; sed esset in pœnarum magnum remedium. Ergo, quod nõ possunt mori est eis in pœnarum magnum augmentum: & consequenter, cum desiderẽt diminutionem pœnarũ, desiderãt mori, seu non esse.

Itẽ de concl.* Mors remoueri non debet. ℞ Vt mors dicit maximum dolorem corporalem: non, vt dicit priuationem vitæ. §. Tunc nihil &c. vt patet hic, & ex priori huius respõso. Vide secundum responsum ly si autem dicatur mors esse pœnale propter corporalem &c.

APPENDIX.

Vtilitas pro Ecclesia S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hęresim Origenis dicẽtis: resuscitata corpora post resurrectionem futura iterum mortalia, & post multum temporis in nihilum redigenda. Secundò habes: quomodo per rationẽ ostendas, hanc meritò damnari ab Apocalyp. 9. & sic. In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Hæc ibi. Item Lucæ 23. & Oseæ 10. Dicent montibus operite nos, & collibus cadite super nos. Hæc ibi. Vbi per hæc ostẽditur tale quid: quod in Apocalypsi. Itẽ à Daniele 12. Alij euigilabunt in opprobrium; vt videant semper. Hæc ibi. Nisi autẽ per hoc mõstraretur, quòd corpora eorum futura sint incorruptibilia: non posset eorum supplicium esse semper, siue æternum: vt dicitur Matthæi 25. Item à &c. vt q. 82. art. 1. appen. Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tueatis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Ratio ar. 2

3

4

---

SVPER Q. CXVII. Aliàs 86. Art. 1.

372

Concl. 1. Quantũ ad modũ passionis, qui vocatur passio naturæ, corpora damnatorũ impassibilia erunt, sicut & incorruptibilia.

* Arist. lib. 6. Ethic.

¶ Prob. Quia motu cœli cessante nullum corpus alterari potest à naturali sua qualitate (artic. 2. patet) & passio naturæ importat alterationem.

* Arist. lib. 1. tex. 37.

¶ Concl. 2. Secundũ modum passionis, qui vocatur passio animæ, corpora damnatorum passibilia erunt.

* art. præc.

¶ Prob. Quia cessante motu cœli adhuc remanebit passio, quæ est per modum animæ (vt patet de visione cęlorum).

¶ Not. Quando in tex. dicit ly in tali passione sensus perficitur, ideo in corporibus damnatorum sensus pœnæ erunt sine mutatione naturalis dispositionis; hoc intelligitur de tali passione vt sic; non de tali,

## ARTICVLVS III.

*Vtrum corpora damnatorum sint futura impassibilia.*

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd corpora damnatorum futura sint impassibilia. Quia secundum Philosophum in 6.* Topic. Omnis passio magis facta, abiicit à substantia: sed à finito, si semper aliquid abijciatur, necesse est illud tandem cõsumi, vt dicitur in primo Physic. * ergo si corpora damnatorũ erunt passibilia & semper patientur, quandoque deficient, & corrumpentur, quod falsum esse ostensum est, ergo erunt impassibilia.

¶ 2 Præterea. Omne agens assimilat sibi patiens: si ergo corpora damnatorum patientur ab igne, ignis ea sibi assimilabit, sed non consumit aliter ignis corpora, nisi inquantum ea sibi assimilans resoluit. Si ergo corpora damnatorum erunt passibilia, ab igne quandoque consumentur, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Animalia, quæ in igne sine corruptione dicuntur viuere, vt de Salamandra dicitur, ab igne non affligũtur: animal enim dolore corporis

tali, vt in damnatis. Visio enim illa ignium non perficiet damnatos, sed affliget: licet visio, vt sic abstrahēdo a tali re, vel tali repræsentata perficiat sensum, inquātum forma spiritualiter imprimitur in illo. Vult ergo dicere sic, quòd ex tali passione, ut sic, fiet sensatio in damnatis, & licet sit afflictiua, erit tamen sine mutatione naturalis dispositionis, tū quia iam cessauit motus cœli, tum quia modus passionis talis, ut sic, non importat secundum se mutationem illam. Vide q. 70. ar. 3.

*Li. 21. c. 4. & 2. to. 3.

¶ CONCL. 3 Corpora gloriosa, licet quodammodo patiātur, passione scilicet perfectiua, inquantū recipiunt aliquod, nō tamen passibilia erunt.

¶ PROB. Quia nihil recipiunt per modum læsiui.

¶ COROLL. Ergo corpora damnatorū cum gloriosis conueniunt in hoc, quòd vtraque recipiūt aliquid, sed disconueniunt in hoc, quia damnatorum recipient per modum læsiui; beatorum vero non. Ex hoc vide: quàm bene glossatū sit dictū textus ly in tali passione sensus &c. supra in not. post prob. concl. secunda. Et nota hinc, quòd ꝓprie non dicitur aliquid esse passibile nisi passione destructiua facit ad prima par. q. 97. ar. 2.

*Glo. inter lin. ibid.

1^m ex Philosopho. Omnis passio. R. Per quam transmutatur patiens a sua naturali dispositione. §. Tunc nihil &c. ut patet ex dictis.

2^m de antecedente. Assimilat. R. Vel secūdum modum uniuocorum agentium, uel secūdum æquiuocorum. §. Tunc nihil &c. Nam ignis corpora damnatorum assimilabit sibi per modum æquiuocorum tantum: quæ assimilatio non importat corruptionem assimilati. Vide quæst. 20. art. 3.

3^m conclusionis illatio. Si ergo &c. R. Negatur illatio. § Nam etiam per actionem spiritualem, ut est in superabundantia uel defectu, pōt causari afflictio, & consequenter sine corruptione eius, qui

* art. præc. corp. & q. 82. artic. 3. cor. & ad 1.

nō affligitur, nisi corpus aliquo modo lædatur, si ergo corpora damnatorum in igne sine consumptione remanere possunt, sicut, & animalia prædicta, ut August. * in lib. de Ciuit. Dei dicit: videtur quòd nullam afflictionem ibi sustinebunt, quòd non esset, nisi eorum corpora impassibilia essent, ergo, &c.

¶ 4 Præt. Si corpora damnatorum sunt passibilia, dolor, qui ex eorum passione proueniet, vt videtur, superare debet omnem præsentem corporum dolorem, sicut & sanctorum iucunditas superabit omnem præsentem iucunditatem, sed propter immensitatem doloris quandoque contingit, in hac vita animam a corpore separari, ergo multo fortius si corpora illa futura sunt passibilia ex immensitate doloris anima a corpore separabitur, & sic corpora corrūpentur, quod falsum est, ergo corpora illa erunt impassibilia.

SED CONTRA est quod dicitur 1. Corint. 15. Et nos immutabimur. Gloss.* Nos boni tantummodo immutabimur gloriæ immutabilitate, & impassibilitate, ergo non erūt corpora damnatorum impassibilia.

¶ Præterea, Sicut corpus cooperatur animæ ad meritum, ita cooperatur ei ad peccatum, sed propter cooperationem prædictam non solum anima, sed etiam corpus post resurrectionem præmiabitur, ergo simili ratione damnatorum corpora punientur, quòd non esset, si impassibilia forent, ergo erunt passibilia.

RESP. Dicendum, quòd principalis causa quare corpora damnatorum ab igne non consumentur, erit diuina iustitia, qua eorum corpora ad pœnam perpetuam sunt addicta, sed diuinæ iustitiæ seruit etiam naturalis dispositio ex parte corporis patientis, & ex parte agentium, quia cum pati sit recipere quoddam, duplex est modus passionis, secundum quod aliquid in aliquo recipi potest dupliciter. Potest enim aliqua forma recipi in aliquo subiecto secundum esse naturale materialiter, sicut calor ab igne recipitur in aere & secundum hunc modum receptionis est vnus modus passionis, qui dicitur passio naturæ. Alio modo aliquid recipitur ab alio spiritualiter ꝑ modum intensionis cuiusdam, sicut similitudo albedinis recipitur in aere, & in pupilla, & hæc receptio similiatur illi receptioni, qua anima recipit similitudines rerū, vnde secundum hunc modum receptionis est alius modus passionis, qui vocatur passio animæ. Quia igitur post resurrectionem motu cœli cessante, non poterit aliquod corpus alterari a sua naturali qualitate, (ut dictum * est) nullum corpus pati poterit passione naturæ, vnde quantum ad hunc modum passionis corpora dānatorum impassibilia erunt, sicut, & incorruptibilia. Sed cessante motu cœli, adhuc remanebit passio, quæ est per modum animæ: quia, & aer a Sole illuminabitur, & colorum deferet differentias ad uisum, vnde, & secundum hunc modum passionis corpora damnatorum passibilia erunt, & quia in tali passione sensus perficitur, ideo in corporibus damnatorū sensus pœnæ erunt sine mutatione naturalis dispositionis. Corpora vero gloriosa, etsi recipiant aliquid, & quodammodo patiantur in sentiendo, non tamen passibilia erunt, quia nihil recipient per modum læsiui, sicut corpora damnatorum, quæ ob hoc passibilia dicuntur.

qui affligitur, & hoc erit in damnatis.

4^m de concl.^ne Ex immensitate doloris anima a corpore separabitur. R. Si dolor fiat per transmutatione patientis a sua naturali dispositione: non, si fiat modo spirituali. §. Tunc nih. &c. ut patet hic, & ex dictis.

¶ EXAMEN Ly secūdum quòd manet tantum in potentia animæ. Idest secundum quòd est passio, quæ uocatur passio animæ; hoc est secundum quòd tātum spiritualiter fit, ut in corp. Non ergo ꝑ hoc quòd

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur de illa passione, per quam transmutatur patiens a sua naturali dispositione, talis autem passio non erit in corporibus damnatorum, ut dictum * est.

*In cor. artic.

AD SECVNDVM dicendum, quòd similitudo agentis est dupliciter in patiente. Vno modo per modum eundem, quo est in agente, sicut in omnibus agentibus vniuocis, vt calidum facit calidum, & ignis generat ignem. Alio modo per modum diuersum a modo, qui est in agente, sicut est in omnibus agentibus æquiuocis, in quibus quandoque contingit quòd in agente est forma spiritualiter, quæ in patiente materialiter recipitur, sicut forma, quæ est in domo facta per artificem, est materialiter in ipsa, & in mente artificis est spiritualiter. Quandoque vero econtrario est materialiter in agente, & recipitur spiritualiter in patiente, sicut albedo materialiter est in pariete, a quo recipitur spiritualiter in pupilla, & in medio deferente, & similiter est in proposito, quia species, quæ materialiter est in igne, recipitur spiritualiter in corporibus damnatorum, & sic ignis sibi assimilabit eorum corpora, nec tamen ea consumet.

AD TERTIVM dicendum, quod secundum * Philosophum in libro de proprietatibus elementorum nullum animal in igne viuere potest. Galenus etiam in libro de simplicibus medicinis dicit, quòd nullum corpus est, qd tandem ab igne non consumatur, quamuis quandoque quædam corpora sint, quæ ad horam in igne sine læsione permaneant, ut patet de ebeno. Quod autem dicitur de Salamandra, non potest omnino esse simile, quia non posset perseuerare finaliter in igne sine corruptione, sicut corpora damnatorum in inferno: neque tamen oportet quod quia corpora damnatorum ab igne inferni per corruptionem aliquam non læduntur, quòd propter hoc ab igne non affligantur, quia sensibile non solum natum est delectare, vel affligere sensum, secundum quòd agit actione naturæ confortando, uel corrumpendo organum, sed etiam secundum, quòd agit actione spirituali, quia quando sensibile est in debita proportione ad sentiendum, delectat: ecōtrario autem quando se habet in superabundantia, uel defectu: vnde, & dolores medii, & voces cōsonantes sunt delectabiles, inconsonantes autem offendunt auditum.

* Non multum remote a princ. libri.

AD QVARTVM dicendum, quòd dolor non separat animam a corpore secundum quòd manet tantum in potentia animæ, cuius est dolere, sed secundum quod ad passionem animæ mutatur corpus a sua naturali dispositione; secūdum modum, quo videmus, quod ex ira corpus calescit, & ex timore frigescit: sed post resurrectionem corpus non poterit transmutari a sua naturali dispositione, ut ex dictis * patet: vnde quantuscumque sit dolor, animam a corpore non separabit.

*ar. 2. huius q. corp.

quòd dolor est in damnatis secundum. quòd manet tantum in potentia animæ, significatur, quod corpus damnatorum non doleat: sed quòd a naturali dispositione non mutetur.

## APPENDIX.

Vtilitas Eccles. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum a 1. Cor. 15. quòd corpora damnatorum non erunt impassibilia, sicut nec agilia, nec clara, nec subtilia, & sic. Oēs resurgemus, sed non omnes immutabimur. Hæc ibi. Vbi per immutationem intelligit quatuor prædictas dotes corporum bonorum. Quod enim de bonis tantum intelligat sic immutandis: patet per illud, quod ibi sequitur; scilicet mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Vbi patet, quòd distinguit bonos significatos per ly nos a malis resurrecturis simul contentis in ly mortui resurgent incorrupti. Item 2. Cor. 4. Omnes astabimus ante tribunal Christi, ut referat vnusquisque prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Hæc ibi. Quasi dicat; quòd corpora, quæ cooperata sunt siue bonum, siue malum, remunerabuntur, siue punientur a Christo. Et cum iudicium illius tribunalis sit malis ad supplicium æternum significauit per illud Apostolus; quòd corpora damnatorum durabunt in æternum in supplicio, quod est illa esse semper passibilia. Item a Matth. 13. Ibi erit fletus & stridor dentium. Hæc ille. Vbi loquitur de damnatis. Item a &c. ut q. 70. art. 3. in tex. & appen.

2 ¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto corpora damnata fore passibilia insinuant, & intelligas, & defendas.

3 ¶ Tertiò vides quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. CXVIII. Aliàs 87. Art. 1.

COncl. 1. Oportet: quod omnium operum suorum quisque tunc notitiam habeat.

¶ Examen. Ly operum. Non tantum exteriorum, sed etiam interiorum. Item, non tantum commissorum, sed etiam omissorum. Itē, non tantum ex illa uel illa causa, puta ignorantia uel passione procedentium, sed etiam quacumq;. Item non tantū mortalium actualium, & originalium, sed etiā venialium quantūcūq; minutissimorum.

¶ Ly notitiam. Scilicet perfectam vndiq;. i. tum quo ad circunstantias quaslibet tum quò ad quęcumque alia sibi pro tali negotio accidētia necessaria, puta speciem peccatorum. Nisi enim hęc duo examina sic se haberent pro intellectu conclusionis; probatio sequens non cōcluderet perfectè secundum quòd intēdit (ut discurrēti faciliter patet). Vide art. 2. & 3.

375 S. Th. 4. di. 43. art. vlt. q. 1. & seq.

¶ Prob. Quia quisq; omniū operum suorū quæ in illo communi iudicio venient erit testis, accusator, uel defensor, (vt ex Rom. 2.) & ī quolibet iudicio oportet, q; testis, accusator, uel defensor habeat notitiam omnium, quæ in iudicio uersantur.

¶ Concl. 2. Cōscientiæ singulorum erunt, quasi quidam libri continentes res gestas, ex quibus iudicium procedet.

¶ Corol. Ergo per hanc conclusionē monstrat sanctus Doctor, q; nullus damnatorū poterit cōqueri iuste, nisi de semetipso: quoniam ipsemet erit causa suæ damnationis cum iudicium ex rebus a semetipso tāt gestis procedere habeat. Et vlterius monstrat, quòd damnati videbunt hoc ipsum in conscientia sua; licet de cognitione tali non emendentur ab inutilis qrelis suis cōtra Deū.

¶ Prob. Quia ex similitudine humanorū iudiciorū, & ex authoritate Apocal. 20. hoc patet.

## QVAEST. CXVIII. Aliàs 87.

*De cognitione, quam habebunt resuscitati in iudicio respectu meritorum, & demeritorum, in tres articulos diuisa.*

POst hoc agendum est, de his, quæ sequuntur resurrectionem. Quorum prima cōsideratio est de cognitione, quam habebunt resuscitati in iudicio respectu meritorum, & demeritorum. Secundo, de ipso iudicio in generali, tempore, & loco in quo erit. Tertio, de iudicantibus, & iudicatis. Quarto, de forma in qua iudex veniet ad iudicandum. Quinto, de statu mundi, & resurgentium post iudicium.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum cognoscat quilibet homo in iudicio oīa peccata sua.

¶ Secundò, Vtrum possit quilibet legere conscientiam alterius.

¶ Tertiò, Vtrum omnia merita & demerita vno intuitu quis videre possit.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum post resurrectionem quilibet cognoscat peccata quę fecit.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q; post resurrectionē non cognoscat quilibet omnia peccata, quæ fecit. Omne enim, quod cognoscimus, uel de nouo per sensum accipimus, uel de thesauro memoriæ educitur, sed homines post resurrectionem sua peccata non poterunt sensu percipere, quia iā transierunt, sensus autem est tantum præsentium, multa etiam peccata a memoria exciderūt peccantis, quæ non poterunt de thesauro memoriæ educi, ergo non omnium peccatorum, quæ fecit, resurgens cognitionem habebit.

¶ 2 Præt. Sicut in litera dicitur. Libri conscientię quidam sunt, in quibus merita singulorum legūtur, sed in libris non potest aliquid legi nisi eius nota contineatur in libro, notæ autem quædam remanent peccatorum in conscientia, vt patet Ro. 1. in Gloss.* quę non videntur aliud esse, quàm reatus, vel macula, cum ergo multorum peccatorum macula, & reatus a multis sit deletus per gratiam, videtur quòd non omnia peccata, quæ fecit, possit aliquis in sua conscientia legere, & sic idem, quod prius.

* Est gloss. Origenis 1 li. 2. Epist. ad Romanos non multum remote ante med. to. 2.

¶ 3 Præt. Crescente causa, crescit effectus, sed causa, quæ facit nos dolere de peccatis, quæ ad memoriam reuocamus, est charitas, cum ergo in sanctis resurgentibus sit perfecta charitas, maxime de peccatis dolebunt si ea ad memoriam reuocabuntur, quod non potest esse, quia fugiet ab eis dolor, & gemitus. Apocal. 21. ergo peccata prima ad memoriā non reuocabuntur.

¶ 4 Præt. Sicut se habebunt resurgentes damnati ad bona, quæ aliquando fecerunt, ita se habebunt resurgentes boni ad peccata, quæ aliquando commiserunt, sed resurgentes damnati, vt videtur, cognitionem de bonis, quæ aliquando fecerunt, non habebunt, quia per hoc eorum pœna multum alleuiaretur, ergo nec beati habebunt cognitionē peccatorum, quæ commiserunt.

SED CONTRA est quod August.* dicit 20. de ciui. Dei, quòd quædam diuina vis aderit, qua fiet vt cuncta peccata ad memoriam reuocentur.

* Li. 20. ca. 14. a med. to. 5.

¶ Præterea, Sicut se habet humanum iudicium ad testimonium exterius, ita se habet diuinum iudicium ad testimonium conscientiæ, vt patet 1. Reg. 16. Homines vident ea, quæ apparent, Deus autem intuetur cor, sed non posset perfecte iudicium humanum esse de aliquo, nisi testes de omnibus, de quibus iudicandum est testimonium deponerent, ergo oportet cum diuinum iudicium sit perfectissimum, q; conscientia teneat omnia, de quibus iudicandum est, sed iudicandum est de omnibus bonis operibus, & malis: 2. Corinth. 4. Omnes astabimus ante tribunal Christi, &c. ergo oportet, quòd conscientia vniuscuiusque retineat omnia opera, quæ fecit siue bona siue mala.

RESP. Dicendum, quòd sicut dicitur Rom. 2. In die illo cum iudicabit dominus, testimonium vnicuique sua conscientia reddet, & cogitationes erūt accusantes, & defendentes, quia oportet quod testis accusator, & defensor in quolibet iudicio habeat eorum notitiam, quæ in iudicio versantur, in illo autem communi iudicio, quia omnia opera hominum in iudicium venient, oportet quòd omniū operum suorum quisque tunc notitiam habeat, vnde conscientiæ singulorum erunt, quasi quidam libri continentes res gestas, ex quibus iudicium procedet, sicut etiam in iudicio humano registris vtimur, & isti sunt libri, de quibus Apoc. 20. dicitur: Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erunt in libris secundū opera ipsorum, ut per libros, qui dicuntur sic aperti, ut Augustinus * exponit 20. de ciuit. Dei, significentur Sancti, noui, & veteris Testamenti, in quibus Deus ostendit, quæ mandata fieri iussisset. Vnde Ricardus † de sancto Victore

* Li. 20. ca. 14. parū a med. to. 5.

† In tractatu. De Iudiciaria potestate in finali iudicio, in medio illius.

**1^m minor.** Homines post resurrectionem non poterunt sua peccata sensu percipere. ℞. Tamen alio modo ea percipere poterunt. §. scilicet educendo illa de thesauro memoriæ. Ad rationem incontrarium dicitur, quòd quàmuis multa excidérint a memoria, nullum tamen eorum erit, quod non aliquo modo maneat in suo effectu, quia &cæt. ut in textu. Tunc nihil &c. Patet enim iam, quòd in quolibet homine erit aliquid, ex quo possit ad memoriam sua opera reuocare.

**Item de maiori.** De thesauro memoriæ educitur. ℞. Ex vi diuina principaliter. §. Tunc nihil &c. ut patet.

¶Not. Ex hoc tamé secundo responso, quòd ponitur in litera ly & tamen ut August. &c. noli inferre, quòd si nullus effectus remaneret in memoria, (quod primum responsum dixit) non posset adhuc quilibet cognoscere peccata sua: quia vis hæc diuina tunc per seipsam reduceret illa in memoriam cuiusque. Quãuis enim absolutè uerum sit, quòd præsupposito effectu aliquo pro memoria cæterorum, facilius poterit mediante hac vi diuina quisq; recordari de omnibus: huic tamen effectui cognito, quin possit sine illo omnia in memoriam hominibus reducere, non alligatur diuina illa virtus. Et fortè de aliquibus rudioribus & fermè insensatis (vt quandoque experientia docet) hoc vltimum verificabitur, quòd scilicet absque præsupposito illo effectu vis illa diuina operabitur. Nec id tamen esset contra hunc textum: quoniam loquitur secundum communem regulam. Vide art. 2. ad secundum, & inde a simili argumentare.

Pro obtinenda ista vt diuina in vita præsenti, ad utilitatem propriã orandum maxime est.

**2^m de minori.** Quæ non videntur aliud esse, quàm reatus, vel macula. ℞. Negatur. §. ut hic, & in ad primum. Tunc nihil &c. ut patet de se.

**3^m illatio conclusionis.** Cum ergo &c. Negatur illatio. §. pro quanto scilicet infert; quòd propter charitatem sancti delebunt de peccatis, si eadem ad memoriam reuocabunt. Ad rationem de charitate dicitur, quòd licet charitas faciat dolere de peccato in statu, quo quis est capax doloris: tamen in statu, quo non est capax illius dolere non facit ut in textu. Vide quæst. 16. artic. 2.

**4^m minor.** Resurgentes damnati cognitionem de bonis, quę aliquando fecerunt, non habebunt. ℞. Negat ista. §. Ad rationem respondetur quod per hoc, quòd recordabuntur bonorum factorum, non minuetur eorum pœna, sed augmentabitur propter rationem allatam in textu.

¶Not. Et negatio facta per respõsum, & responsio ad rationem argumenti, confirmatur ex Luc. 16. Vbi Abraham dicit ad damnatum: recordare, quia recepisti bona in vita tua. Hæc autem bona, saltem aliqua probabile est, quòd receperit ex bonis factis aliquibus moralibus de congruo. Non enim bona moralia peccatorum hominum incassum fiunt, sed aliquid de congruo quodammodo merentur 1. 2. q. 114. arti. 10. Hanc uerò recordationem non sumministrauit Abrahã diuiti, ut consolationem inde reciperet; sed ut iustitia diuina cognita, magis inde iustis cruciatibus torqueretur. Quòd etiam ex text. resp. hu. clarius patet.

Victore dicit. Erunt corda eorum, quasi quædam Canonum statuta. Sed per librum vitæ, de quo subiungitur, intelliguntur conscientiæ singulorum, quæ dicuntur singulariter liber vnus, quia vna virtute diuina fiet, vt cunctis ad memoriam sua facta reuocentur, & hæc vis inquantum ad memoriam homini reducet sua facta, liber vitæ dicitur, vel per primos libros conscientiæ intelligantur, per secundum, sententia iudicis in eius prouidentia descripta.

Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis multa merita, & demerita a memoria excidant, nullum eorum erit, quod non aliquo modo maneat in suo effectu, quia merita, quæ non sunt mortificata, manebũt in præmio quod eis redditur: quæ autem mortificata sunt, manent in reatu ingratitudinis, quæ augetur ex hoc quòd homo post gratiam susceptam peccauit. Similiter etiam demerita, quæ non sunt per pœnitentiam deleta, manent in reatu pœnæ, quæ eis debetur, quæ tamen pœnitentia deleuit, manent in pœnitentiæ memoria, quàm simul cum aliis meritis in notitiam habebunt, vnde in quolibet homine erit aliquid ex quo possit ad memoriam sua opera reuocare, & tamen, ut August. * dicit, principaliter ad hoc diuina vis operabitur.

Ad secundum dicendum, quòd aliquæ notæ manent in conscientiis singulorum de operibus a se factis, nec oportet, quòd notæ istæ sint reatus tantum, ut ex dictis * patet.

Ad tertium dicendum, quòd quãuis charitas sit nunc causa dolendi de peccato, tñ sancti ĩ patria erũt ita perfusi gaudio, quòd dolor in eis locum habere non poterit, & ideo de peccatis nõ dolebunt, sed potius gaudebũt de diuina misericordia, qua eis peccata sunt relaxata, sicut etiã nunc Angeli gaudẽt de diuina iustitia, qua fit ut deserti a gratia in peccatum ruant illi, quos custodiunt, quorum tñ saluti solicite inuigilant.

Ad quartum dicendum, quòd mali cognoscent omnia bona, quæ fecerunt, & ex hoc non minuetur eorum dolor, sed augmentabitur, quia maximus dolor est multa perdidisse propter quod dicit Bo. * in 2. de Consol. Quia summum infortunii genus est, fuisse fœlicem.

* Li. 20 de ciuit. Dei, c. 14. a me. to. 5.

APPENDIX.

Ex articu habes primò: quomodo per rationem ostendas, rectè insinuatum a Matt. 12. quod quilibet in iudicio cognoscet peccata, quæ fecit, & sic. Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddẽt rationem de eo in die iudicij. Hæc ibi. Patet autem, quòd nullus potest reddere rationẽ de aliqua re, nisi illam cognoscat. Denotauit ergo dominus per hoc, quòd in die iudicij cognoscent singuli minutissima etiam peccata, quæ fecerunt alioquin de ijs rationem reddere non possent. Item ab Ecclesiast. 12. Cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum. Hæc ibi. Ecce quòd per hoc designatur illa vis diuina, quàm ponit Augustinus 20. de ciuit. Dei qua (inquit) fiet, ut cuncta peccata ad memoriam reuocentur. Alioquin non apparet, quomodo Deus adduceret cuncta in iudicium pro omni errato. Illud enim adducere in iudicium est facere, quòd homines pro omni errato rationem reddant iudici: quam, cum reddere non possint, nisi omnia illa cognoscant, sequitur; quòd adducere illud sit Deum reuocare ad memoriam vniuscuiusque eius errata pro iudicio faciendo. Item (ex quo etiam nunc dicta magis declarantur) ab Apocal. 20. Vidi mortuos magnos, & pusillos, stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Hæc ibi. Vbi vides, quòd iudicium fit ex his, quæ scripta sunt in libris, idest in conscientia vniuscuiusque, & consequenter vnumquemque in libris ipsis cognoscere opera propria, denotatur per hoc. Vbi nota super ly mortuos magnos & pusillos, quòd auctoritas hæc multum facit ad quæstionem 81. articu secundo, ap pen. Item a Daniel. septimo. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Hæc ibi.

Vtilitas Ecclesi. Dei. * Hoc art. ad 1. * Li. 2. Prosa in princ.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc & declaretur & consolidetur. 3

---

SVP. Q. CXVIII. Aliàs 87. Art. II.

Concl. 1. Oportet ad hoc, quòd iusta sententia appareat, quòd omnibus sententiã cognoscentibus merita innotescant.

¶Prob. Quia iustitia sententiæ est secundum merita, uel demerita causæ, cum aliter non possit esse iusta.

¶Not. Præsupponitur hic, quòd iustitia diuina tunc omnibus euidẽter apparere debeat; quæ nunc latet quo ad multa. Hoc autem verissimum fore, iudicabit sapiens ex app. seq.

¶Concl. 2. Oportet, quòd quilibet merita uel demerita aliena tunc cognoscat, & hæc est probabilior & communior opinio.

¶Examen. Ly probabilior & communior opinio.

374

## ARTICVLVS II.

*Vtrum quilibet possit legere omnia quæ sunt conscientia alterius.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd non quilibet possit legere omnia, quæ sunt in conscientia alterius. Resurgentium enim non erit limpidior cognitio, quàm nũc sit Angelorum, quorum æqualitas resurgentibus promittitur. Matth. 22. sed Angeli non possunt inuicem in suis cordibus videre ea, quæ dependent a libero arbitrio, unde indigent locutione ad ea inuicem innotescenda, ergo resurgentes non poterunt inspicere ea, quæ continentur in cõscientiis aliorum.

¶ 2 Præterea, Omne, quod cognoscitur, aut cognoscitur, in se, aut in sua causa, uel in suo effectu, sed me-

opinio. Hoc dicitur propter bonos tantum. De his enim quidam dubitarunt, immo & tenuerunt, quòd eorum demerita aliquando perpetrata non sint omnia propalanda, alijs. Quæ illorum opinio in textu rationabiliter excluditur.

¶Prob. 1. Quia oportet quod præmiatio atque damnatio omnium aliorum cuilibet innotescat esse iusta (sicut etiam de sua ꝓpria sentiendum est). Secunda autem pars. s. & hæc &c. probatur. Quia aliter multum detraheretur gloriæ sanctorũ, ac diuinę laudi. Tertia autem pars. s. & communior, præsupponitur.

¶Not. Propter hoc q̃a singulis ꝓpria damnatio seu ꝓmiatio debet necessario apparere iusta, ar. 1.

2m minor. Angeli non possunt inuicem in cordib. suis uidere ea, quæ dependent a libero arbitrio. ℞. Nisi ex exterioribus visis ad hoc argumentétur, uel etiam a diuina uirtute iuuentur specialiter. § Tunc nih. &c. Nam resurgentes duob. prædictis modis cognoscet alienam conscientiam, omnia n. merita præcedẽtia, uel demerita, facient &c. ut in tex.

† Io. Chrysost. Hom. 31 sup Epist. ad Hebr. circa illud c. 12. Et pœnitẽtiæ locum non inuenit, &c. & Hom. 45. & 41. ad populum Antiochenum to. 5. & Referẽ de pœnit. dist. 1. cap. Nunc autem.

2m minor. Merita uel demerita, quæ cõtinentur in conscientia alterius, non poterit alius cognoscere i seipsis nec in effectu. ℞. Negatur ista pro vtraque parte. §. Ad rationem, dicitur; quòd quamuis intellectus creatus quandoq; ad id non sufficiat, tamen virtus diuina supplebit; non quidem vt per seipsum (sicuti De⁹ facit) cognoscat huiusmodi, sed per virtutem diuinam.

* Li. 4. Senten. dis. 17. cir. prin.

† Gloss. inter li. ibid.

¶Not. Ex vltimis verbis tex. vide quã bene dictum sit art. 1. not. post ad primum. Hinc enim patet: quod virtus diuina non alligabitur viribus intellectus creati, ita ut non possit, immediate & q̃nq; faciat per seipsam tantũ, ut ibi dictum est.

3m de concl.ne Non publicabunt̃ alijs. ℞. Ad ignominiam peccantis: non, absolute §. Tunc nih &c. Publicabuntur enim absolutè sanctorũ peccata quandoque patrata, sed non ad ignominiam ipsorũ, vt patet hic & corp. si.

¶Examen. Ly de quibus homo confessus est. Hoc dictum tex. argumenti intelligitur cũ ista limitatione, q in illa non recidiuauerit finaliter. Alioquin erubescentiam, & ignominiam de illis non euaderet, specialiter propter ingratitudinẽ, quæ aucta est ex hoc, quod post gratiam susceptam peccauit.

4m antecedens. Solatium est alicui, si scit se habere multos socios in peccato, & minus verecundatur inde. ℞. Si uerecundia respiciat æstimationem hominũ: non, si respiciat ęstimationẽ Dei. §. Tunc nihil &c. Nam in iudicio illo respiciet æstimationem Dei, & ideo ex hoc q peccator aliorum peccata inspiciet, in nullo sua &c. ut in tex.

Verecundia, uel nõ verecũdia, de peccato unde ueniat.

## APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, recte insinuatum a &cæt. 1. Cor. 4. quòd quilibet poterit legere omnia, quæ sunt in conscientia alterius: & sic. Quoad usque ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordium. Hæc ibi. Vbi secundum glossam insinuatur, quòd gesta tam bona quam mala aperta & nota erunt omnibus. Item à Nau. 3. Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Hæc ibi. Vbi sub exemplo ciuitatis Niniuę monstrat, & quidem a fortiori, quid facturus sit circa peccatores in die iudicij. A fortiori, inquam: quia iudicium generale fiet districtius, seu rigorosius iudicio quocumque temporaliter, seu corporaliter contra speciales ꝑsonas facto. Item Oseæ 2. Reuelabo stultitiam suam in oculis amatorum eius. Hæc ibi. Vbi dicito, ut supra. Item ab Isa. 47. Reuelabitur ignominia tua & videbitur opprobrium tuum: ultionem capiam, & non resistit mihi homo. Hæc ibi. Vbi dic ut supra. Item à Iob 26. Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra cõsurget aduersus eum: apertum erit germẽ dom⁹ illius detrahetur in die furoris Dei. Hæc ibi. Vbi ad literam loquitur de peccatore in die iudicij: de quo dicit quòd cœli reuelabunt iniquitatem eius, quia sancti cognoscent illius iniquitates, & dicit quòd terra consurget aduersus eum; hoc est, quòd oẽs tam de cœlo quàm de terris existentes præcognitione iniquitatum eius irascentur contra eum quasi ipsum condẽnanter, laudando scilicet & approbando, tanquam iustam, sententiam à iudice

* Li. 4. Senten. di. 34. §. D.

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

* Art. præsen. ad 2.

* Li. 2. Orthodoxę fi dei. c. 15.

rita uel demerita, quæ continentur in conscientia alicuius, non poterit alius cognoscere in seipsis, quia solus Deus cordi illabitur, & secreta intuetur. Similiter nec in causa sua, nã oẽs videbunt Deum, qui solus potest imprimere in affectum, ex quo procedunt merita vel demerita. Similiter ẽt nec in effectu, q̃a multa demerita erũt, quorũ nullus effectus remanebit, eis totaliter per pœnitentiam abolitis, ergo non omnia, quæ sunt in conscientia alicuius poterit quilibet alius cognoscere.

¶ 3 Præt. Chrys. † dicit in litera. * Nunc autem si recorderis peccatorum tuorum, & frequẽter ea in conspectu Dei pronũties, & pro eis deprecetis, citius illa delebis, si uero obliuisceris, tunc eorum recordaberis volens nolens, quando publicabuntur, in conspectu omnium amicorum, & inimicorũ sanctorumque Angelorum proferentur. Ex hoc accipitur, quòd illa publicatio pœna est negligentiæ, qua homo confessionem prætermittit, ergo illa peccata, de quibus homo cõfessus est, non publicabuntur aliis.

¶ 4 Præt. Solatium est alicui, si scit se habere multos socios in peccato, & minus uerecundatur inde: si ergo quilibet peccatum alterius cognosceret cuiuslibet peccatoris erubescentia multum minueretur, quod non competit, ergo non omnes omnium peccata cognoscent.

Sed contra, Super illud 1. Cor. 4. Illuminabit abscondita tenebrarum: dicit gloss. Gesta, & cogitata bona, & mala tunc aperta erũt omnibus, & nota.

¶ Præt. Omnium bonorum peccata præterita æqualiter erunt abolita, sed quorundam Sanctorum peccata scimus, sicut Magdalenæ, & Petri, & Dauid. ergo pari ratione aliorum peccata electorum scientur, & multo magis damnatorum.

Resp. Dicendum, q in ultimo, & in cõi iudicio, oportet q diuina iustitia oĩbus euidenter appareat, quæ nunc in plerisq; latet, snĩa autẽ condemnantis, uel præmiantis iusta esse non potest, nisi sm̃ merita, uel demerita proferatur, & ideo sicut oportet q iudex, & assessor iudicis merita causæ cognoscant ad hoc, q iustã sententiam proferant, ita oportet ad hoc, q iusta sententia appareat, q omnibus snĩam cognoscentibus merita innotescant. Vnde quia, sicut cuilibet nota erit sua præmiatio, & sua damnatio, ita omnib. aliis innotescent: oportet, quòd sicut quilibet sua merita, uel demerita reducet ad memoriam, ita etiam, & aliena suæ cognitioni subiaceant, & est probabilior, & cõmunior opinio, quãuis contrarium Magister in litera * dicat, scilicet quòd peccata, quæ sunt per pœnitentiam deleta, in iudicio aliis non patebunt, sed ex hoc quidẽ sequitur, quòd nec etiam pœnitentia de peccatis illis perfecte cognoscatur, in quo multũ detraheret Sanctorum gloriæ, & laudi diuinæ, q̃ tã misericorditer Sanctos liberauit.

Ad primum ergo dicendum, quòd omnia merita præcedentia, uel demerita, facient aliquam quantitatem in gloria, uel miseria hominis resurgentis, & ideo exterioribus visis poterunt cuncta in consciẽtiis uideri, & pręcipue diuina virtute ad hoc operante, ut sententia iudicis iusta omnibus appareat.

Ad secundum dicendum, q merita, uel demerita poterunt aliis ostendi in suis effectibus, ut ex dictis * patet, uel etiam in seipsis per diuinam virtutem, quamuis ad hoc virtus intellectus creati nõ sufficiat.

Ad tertium dicendum, q publicatio peccatorum ad ignominiam peccãtis est effectus negligentiæ, quæ committitur in omissione confessionis, sed quod pęccata Sanctorum reuelentur, non poterit eis esse erubescentia, uel uerecundia, sicut nec Mariæ Magdalenæ est in confusionem, quòd peccata sua publice in Ecclesia recitantur, quia uerecundia est timor ingloriationis, ut Damascenus * dicit, quę in beatis esse non poterit. Sed talis publicatio erit eis ad magnam gloriam ꝓpter pœnitentiam, quam fecerunt, sicut & confessor approbat eum, qui magna scelera † sua confitetur. Dicuntur autem peccata esse deleta, quia Deus non uidet ea ad puniendum.

Ad quartum dicendum, q ex hoc quòd peccator aliorum peccata inspiciet, in nullo sua confusio minuetur, sed magis augebitur in alieno uituperio suum vituperium magis perpendens. Quòd enim ex tali causa confusio minuatur contingit ex hoc, quòd uerecundia respicit æstimationẽ hominum, quæ ex consuetudine redditur leuior, sed tunc confusio respiciet ęstimationẽ Dei, quæ est secundũ ueritatem de quolibet peccato, siue sit unius tantum, siue multorum.

A R-

à iudice contra ipsum latam, ut dicebatur in corp. Item ab Isa. 45. Mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Hæc ibi. Vbi secundum aliam translationem dicit, confitebitur omnis lingua. Non autem iudicia Dei tunc omnis lingua confitebitur. i. laudabit, nisi cognosceret iudicia eius esse iusta; & non cognosceret per experimentum (quòd maxime requiritur ad conuincendum impios) nisi cognoscerent latentia in conscientia cuiusque.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarũ pro quanto quod diximus, insinuant, & intelligas, & tuearis. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur. 3

SVP. Q. CXVIII. Aliàs 87. Art. III.

CONCL. Omnes singula considerabũt, non tamen in instanti, sed in tempore breuissimo, diuina uirtute ad hoc adiuuante. 375

¶ PROB. Quia hoc patet, 1. & ex Augustino, 2. & ex reiectione aliarum opinionũ ibi, oppositum dicentium.

1m de maiori. Non videntur uno intuitu. R. i. uno instanti propriè dicto, non autem, uno &c. i. tempore breuissimo. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclu.

2m ex Philosopho. Simul. R. i. instanti: non autem, tempore breuissimo. §. Tunc nih. &c. ut patet ex conclus.

* Li. 2. c. 4. in declaratione loci 33.

¶ NOT. Quãto quis solertia intellectus magis viget tanto citius & melius aliqua itelligit, licet sint plura, ut experientia docet: quamuis non in instanti propriè dicto. Quia igitur tunc diuina uirtute intellectus cuiusque in cognoscẽdo & propria & aliena, merita uel demerita erit admodum solertior quàm nunc: ideo non mirum quòd plura, immo plurima cognoscet unico intuitu tempore breuissimo.

* Glo. ord. ibid.

* Li. 20. ca. 14. a med. tom. 5.

3m de conclusione. Simul videre. R. i. in instanti, & propria uirtute naturali tantum. §. Tunc nihil &c. Nam de uirtute naturali præcise non est illa quæstio, sed de illa, uirtute diuina adiuta.

4m ex Glossa. Versabuntur. R. Breuissimo tempore: non, in instanti §. Tunc nihil &c. ut patet. Nam & iudicem uidebunt subito, i. tempore breuissimo, quasi ex improuiso apparentem. q. 88. art. 2. ad tertium.

5m de conclusione. Omnia simul. R. Vt nunc supra §.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum omnia merita vel demerita, propria vel aliena, vno intuitu ab aliquo videantur.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non omnia merita, vel demerita propria, & aliena ab aliquo uno intuitu videãtur. Ea enim, quæ singillatim cõsiderantur non uidentur uno intuitu: sed damnati sigillatim, considerabunt sua peccata, & ea plangent. Vnde dicunt Sapientiæ 5. Quid nobis profuit superbia. ergo non omnia videbunt vno intuitu.

¶ 2 Præt. Philosoph. dicit in secundo * Topic. Quòd non contingit simul plura intelligere, sed merita, & demerita propria, & aliena non videbuntur nisi in intellectu, ergo nõ poterunt simul omnia videri.

¶ 3 Præt. Intellectus damnatorum non erit post resurrectionem eleuatior, quàm nunc sit beatorum, & Angelorum, quantum ad cognitionem naturalem, qua cognoscũt res per species innatas, sed tali cognitione Angeli non vident plura simul, ergo nec tunc damnati poterunt omnia facta simul videre.

SED CONTRA, Super illud Iob 8. induetur confusione, dicit Glos. * Viso iudice, mala omnia ante oculos mentis uersabuntur, sed iudicem subito videbunt, ergo similiter mala, quæ commiserunt, & eadem ratione omnia alia.

¶ Præt. August. † 20. de Ciuit. Dei habet pro inconuenienti, quòd legatur aliquis liber materialis in iudicio, in quo facta singulorum sunt scripta, eo quòd nullus ualeat æstimare illius libri magnitudinem, uel quanto tempore legi posset, sed similiter etiam non posset æstimari tempus, quantum oporteret ponere ad considerandum omnia merita, & demerita sua, & aliena ab aliquo homine, si successiue diuersa videat. ergo oportet ponere quòd omnia simul videat vnusquisque.

RESP. Dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicũt, quòd omnia merita, & demerita simul aliquis videbit sua, & aliena in instanti, quod quidem de Beatis facile credi potest, quia omnia in vno videbunt, & sic non est inconueniens, quòd simul plura videant. Sed de damnatis, quorum intellectus non est eleuatus, ut possint Deũ videre, & in eo omnia alia, est magis difficile. Et ideo alii dicunt, quòd mali simul omnia videbunt in genere peccata sua, & hoc sufficit ad accusationem illam, quæ debet esse in iudicio, vel ad absolutionem, non autẽ videbunt omnia simul descendendo ad singula. Sed hoc etiã non videtur consonum dictis Aug. 20. * de Ciuit. Dei, qui dicit, quòd omnia mentis intuitu enumerabunt, quod autem in genere cognoscitur non enumaratur, unde potest eligi media uia, quòd singula considerabũt, non tamen in instanti, sed in tempore breuissimo diuina virtute ad hoc adiuuante, & hoc est quod dicit August. * ibidem, quòd mira celeritate enumerabuntur: nec est hoc impossibile, quia in quolibet paruo tempore sunt infinita instantia in potentia. Et per hoc patet solutio ad vtranque partem.

## APPENDIX.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatũ a Matth. 24. quòd in breuissimo tẽpore facta aliena & propria tunc cognoscẽtur: esse. Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet vsque in occidentẽ: ita erit aduentus filij hominis. Hæc ibi. Item a Luc. 17. Sicut fulgur coruscans de sub cęlo in ea quæ sub cęlo sũt, fulget: ita erit filius hominis in die sua. Hæc ibi. Patet autem quod fulguris coruscatio tẽpore breuissimo fit: vñ per antedicta videtur Euangelistæ designasse quòd præsentia iudicis paruo tempore durabit. Et cum durante iudicio, singulis appareãt singulorum acta; per illa eadem videntur denotare, quod illa corã cognitio erit ituitu breuissimo, & consequenter breuissimo tempore completa. His tanto plus assentiẽdum videtur: quãto magis etiam ab Augustino 20. de Ciuit. Dei, & a Glossa super Iob 8. fulcimẽtum habent, ut patet consideranti argumentũ primum & secundum ly sed cõtra. Item a q. 88. articu. 2. hic idem sensus videtur approbari.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

* Li. 20. ca. 14. a med. tom. 5.

* Li. 20. de ciuit. Dei, c. 14 a me. to. 5.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. 2

¶ Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc, & declaretur, & consolidetur. 3

SVP. Q. CXIX. Aliàs 88. Art. I.

CONCL. 1. Duplex est Dei iudiciũ de homine.

¶ PROB. Quia duplex est operatio Dei circa hominem (ut in tex.)

¶ NOT. De omnibus donis a Deo datis homini rationem redditurus est homo Deo, ut ex multis locis scripturarum habetur. Vnde meritò textus duplex iudiciũ de homine posuit ex duplici operatione Dei circa hominem. In prima siquidẽ donauit esse hominis, in secunda contulit gubernationẽ. Vnde nulla eius operatio, cũ per vtramque beneficiũ, & sane magnum conferatur homini, debet esse sine iudicio de homine. Nã & vnusquisq; prudens

# QVAEST. CXIX. Aliàs 88.

*De iudicio generali, tempore, & loco in quo fiet, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de iudicio generali, tẽpore, & loco in quo fiet.

Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum generale iudicium sit futurum.

¶ Secundò, Vtrum quantum ad discrepationem fiet per vocalem locutionem.

¶ Tertiò, Vtrũ fiet tempore ignoto.

¶ Quartò, Vtrum fiet in valle Iosaphat.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum generale iudicium sit futurum.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd generale iudi-

376 S. Tho. 4. dis. 47. q. 1. ar. 1. q. 1. & seq.

cium non sit futurum. Quia ut dicitur Naum 1. Non iudicabit Deus bis in idipsum, sed nunc Deus iudicat de singulis hominum operibus, cum post mortem pœnas, uel præmia pro meritis tribuit, & dū etiam quosdam in hac vita pro bonis, vel malis operibus præmiat vel punit, ergo videtur quòd non sit aliud iudicium futurum.

¶ 2 Præt. In nullo indicio executio sententiæ præcedit iudicium, sed sententia diuini iudicii quo ad homines, est de adeptione regni, uel exclusione a regno ut patet Matth. 25. Ergo cum modo aliqui adipiscantur regnum æternum, & quidam excludantur ab ipso perpetuo, uidetur ꝙ aliud iudicium non sit futurum.

¶ 3 Præt. Propter hoc aliqua in iudicium oportet adduci, quia dubiū est, quid de eis definiendum sit, sed ante finem mundi determinata est unicuiq; sua damnatio, & cuique Sanctorum sua beatitudo, ergo &c.

Sed contra, Matth. 12. dicitur. Viri Niniuitæ resurgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, ergo post resurrectionem aliquod iudicium fiet.

¶ Præt. Ioan. 5. dicitur. Procedent, qui bona egerūt in resurrectionem vitæ, qui uero mala in resurrectionem iudicii, ergo uidetur quòd post resurrectionem aliquod iudicium sit futurum.

Resp. Dicendum, ꝙ sicut operatio pertinet ad rerum principiū, quo perducūtur in esse, ita iudicium pertinet ad terminum, quo res ad finem suum perducitur. Distinguitur autem duplex Dei operatio: vna, qua res primitus in esse perduxit, instituens naturam, & distinguens ea, quæ ad completionem pertinēt, a quo quidem opere Deus dicitur quieuisse. Gen. 1. Alia eius operatio est, qua operatur in gubernatione creaturarum, de qua Ioan. 5. Pater meus usque modo operatur, & ego operor: ita etiam duplex eius iudicium distinguitur, ordine tamē conuerso. Vnum, quod respondet *operationi gubernationis, quæ sine iudicio esse nō potest, per quod quidem iudicium unusquisque singulariter pro suis operibus iudicatur, non solum secundum quòd sibi competit, sed secūdum quòd competit gubernationi uniuersi. unde differt vnius præmiatio pro utilitate aliorum, ut patet Hebr. † 11. & pœnæ unius ad profectum alterius † cedunt: vnde, necesse est ut sit aliud iudicium vniuersale; correspondens ex aduerso primæ rerum productioni, in esse, ut videlicet sicut tunc omnia processerunt immediate a Deo, ita tunc ultima completio mundo detur, vnoquoque accipiente finaliter, quod ei debetur secundum seipsum, unde in illo iudicio apparebit manifeste diuina iustitia quātum ad omnia, quę nunc ex hoc occultatur, quòd interdum de vno disponitur ad utilitatē aliorum aliter quàm manifeste opera exigere uideantur. Vnde etiā † & tunc erit uniuersalis separatio bonorum a malis, quia ulterius non erit locus, ut mali per bonos, uel boni per malos proficiant, propter quem profectum interim commixti inueniuntur boni malis quo ad usque status huius uitæ per diuinā prouidentiam gubernatur.

Ad primum ergo dicendum, quòd quilibet homo, & est singularis quædam persona, & est pars totius generis humanis: unde † & duplex ei iudicium debetur. Vnum singulare, quod de eo fiet post mortem quando recipiet iuxta ea, quæ in corpore gessit, quamuis non totaliter, quia non quo ad corpus, sed quo ad animam tātum. Aliud iudicium debet esse de eo, secundum quòd est pars totius humani generis, (sicut aliquis iudicari dicitur secundum humanam iustitiam, quando etiam iudicium datur de communitate, cuius ipse est pars) unde, & tunc qn̄ fiet iudicium totius humani generis per uniuersalem separationem bonorum a malis, etiam quilibet per consequens iudicabitur: nec tamen Deus iudicabit bis in idipsum, quia non duas pœnas pro uno peccato inferet, sed pęna, quæ ante iudicium complete inflicta non fuerat in ultimo iudicio complebitur, postquam impii cruciabuntur quo ad corpus, & ad animal simul.

Ad secundum dicendum, ꝙ propria sententia illius generalis iudicii est uniuersalis separatio bonorum a malis, quæ illud iudicium nō præcedet, sed etiam nūc quo ad particularem sentētiam uniuscuiusque

non

*Al. operi.

dens in humanis quærit rationem a seruo suo de illis rebus, quæ ipsi credidit dispensandas. Et per vtramque prædictarum operationum beneficia homini collata voluit Deus dispensari ab homine, tanquam ab eo qui liberi arbitrij est.

¶ Concl. 2. Per iudicium correspondens gubernationi unusquisq; singulariter pro suis operib. iudicatur, non solum secundum quòd sibi competit, sed secundum quod competit gubernationi uniuersi.

¶ Examen. Ly iudicium correspondens gubernationi. Idest iudicium factū de vnoquoque in morte sua. Et hoc dicitur iudiciū speciale.

¶ Ly secundū quòd competit gubernationi. Scilicet a Deo factę: non per illum iudicandum hominem exercitæ. Nam de gubernatione, quàm iste homo exercuit circa res creatas intelligitur iudicari quando iudicat de operibus secundum ꝙ sibi competit.

¶ Prob. 1. Quia presupponitur clara. Secūda autem pars. s. sed secundum &c. probatur. Quia differtur unius præmiatio pro vtilitate aliorum, & penæ unius ad profectum alterius cedunt.

¶ Not. Ex eo quòd nondum completa est diuina gubernatio huius uniuersi quando iste moritur: ideo disponendum restat; quidnā de hoc moriente existens gubernationi mūdi posse proficere, uel non: Nam iste moriens etiā pars uniuersi erat. Et hoc est, quòd probatio textualis inferre vult. Quando. n. dicit, quòd præmiatio unius differtur pro utilitate aliorū &c. clarè sonat hoc.

¶ Examen. Ly differtur pro &c. Hoc non dicitur de pmiatione animarum, sed corporum. Animæ namq; mox in cœlū recipiuntur si purgatæ fuerint, sed corpora hic relinquunt. Ideo autem relinquuntur, vt viuentes ex ijs visis pficiant, uel uisitando illa, uel ad tactū illorum sanitates miraculose accipiēdo, uel ex hoc fidem de illorum præmio concipiēdo, uel ex hoc infideles de suis malis conuincendo, uel de huiusmodi: sicut quotidie uidem* circa corpora sanctorū in mūdo relicta.

¶ Ly & pœnæ unius &c. Sicuti legitur de quibusdam animabus suum purgatorium sortitis in hoc uel in illo loco uiuentium ubi peccauerunt, & hoc ut uiuentes ipsi ex iustitia Dei uisa in animabus illis corrigantur. Intelligitur etiam text. de corporibus impiorum, puta quando a demonio uisibiliter post mortē per sacra portantur, uel in morte ipsa cruciantur, uel aliquid insoliti supplicij, siue

siue fœtoris, siue alicuius hmōi patiunt maxime post mortem, ut exercitato lectori in historijs faciliter de talib. occurret. Ex ijs autem uisis uel auditis multas vtilitates prouenire uiuentibus nō dubium est. Vn̄ patet: ꝙ hæc omnia gubernationi diuinæ attestantur.

¶ Concl. 3. Necesse est, ut sit aliud iudicium uniuersale correspondens ex aduerso primæ rerū productioni in esse.

¶ Prob. Quia necesse est, quòd vnusquisq; accipiat finaliter illud quod ei debetur secundum seipsum.

¶ Examen. Ly secūdum seipsum. Scilicet totum: hoc secundum animam & corpus.

¶ Ly quod ei debet. Scilicet secundum omnes cōsiderationes. Puta secundum quòd vixit in filijs, & in memorijs hominum, in qbus quandoque contra ueritatem habitus est bonus uel malus: sicut est de bono patre habente malos filios, uel de malo habente bonos, & de bono viro adhuc in memorijs hominum habito pro malo, uel de malo habito pro bono. Itē secundum quòd opera eius habuerunt effectū bonū uel malum in parua uel in magna quantitate: sicuti est de hæresiarchis, quorum hæreses multos post mortē ēt hæresiarcharum ad infidelitatem traxerāt, & de bonis patriarchis puta beato Dominico ordinis prædicatorum fundatore, ex cuius saluberrimis doctrinis & exemplis, etiā post eius mortem multi vitā religiosam adepti sunt. Item de alijs hmōi puta S. Thoma doctore Angelico; cuius doctrina sana, adeò mirabiliter profecit, quotidie proficit, & proficiet, sacrosancta Rom. Ecclesia. Pro dictis hic, & alijs de iudicio, uide tertia par. q. 59. art. 5.

¶ Ly in illo iudicio apparebit manifeste &c. vt patet ex q. 87. artu. 1. & 2.

¶ Concl. 4. in iudicio uniuersali erit separatio bonorum a malis.

¶ Prob. Quia nō erit locus amplius, ut mali per bonos, uel boni per malos proficiant.

1m ex Naum.

Nō iudicabit Deus bis in idipsum. ℞. Inferēdo duas pœnas completas pro uno peccato: nō aliter. §. Tunc ni. &c. Nam in iudicio particulari & uniuersali diuersa considerantur, ut ex dictis patet, & pœnę uel præmio quæ completa non fuerant ad complementum totale adducuntur.

2m maior. In nullo iudicio executio sententiæ iudiciū præcedit. ℞. Secundum quòd executio fienda est in tali iudicio: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam illa sententiæ præ-

cessio,

cessio, de qua in minori argumentum loquitur, non est illamet executio, quæ fiet in iudicio uniuersali.

3^m maior. Propter hoc aliqua in iudicium oportet adduci, quia dubium est, quid de eis definiendum sit. ℞. Vel quia omnibus notificandum est, quid de quibuslibet definiendum sit. §. Tunc ni. &c. Quamuis.n. cuilibet homini ante iudiciū uniuersale sit certa, &c. ut in tex.

nō plene præcessit iudicii effectus, quia etiam boni amplius post iudicium præmiabuntur, tum ex gloria corporis adiuncta, tum ex numero sanctorum completo, & mali etiam plus torquebuntur ex adiuncta pœna corpori, & in cōpleto in pęnis numero damnatorū, quia quanto cum pluribus ardebūt, magis ardebunt.

Ad tertium dicendum, ꝙ vniuersale iudicium magis directe respicit vniuersalitatem hominum, quàm singulos iudicandorū; quāuis ergo cuilibet homini ante iudicium sit certa notitia de sua damnatione, uel præmio, non tamen omnib. damnatio, vel præmiū innotescet: vnde iudicium necessarium erit.

## APPENDIX.

Vilitas Eccles. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hęresim Dauidicorum, flagellantium, Samaritanorum, Saduceorum, Barbarianorum, Gnosticorum, Albanensium dicentium: iudicium uniuersale extremum non esse futurū.

2 Secundò habes: quo per rationem ostendas merito illam damnari a Ioan. 5. Qui in monumentis sunt procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ; qui uerò mala in resurrectionem iudicij. Hæc ibi. Vide quod post resurrectionem in monumentis restat iudicium quo aliqui ad uitam æternam alij ad iudicium. i. supplicium æternum addicuntur. Item a Matth. 25. Cum uenerit filius hominis in sede maiestatis suæ &c. tunc cōgregabuntur ante eum omnes gentes, &c. Tunc dicet Rex, esuriui, sitiui, &c. & dedistis, vel non dedistis, &c. Venite benedicti patris mei, Ite maledicti in ignē æternum. Hæc ibi. Ecce iudicium uniuersale manifestissime per omnia ibi declaratum. Item a regul. catholicæ fidei, quæ ponuntur in lib B. Augustini. de fid. ad Petr. cap. 28. firmissime tene, & nullatenus dubites Christum filium Dei ad iudicandos viuos & mortuos uenturum, ut homines quos suæ gratiæ dono hic gratis per fidem iustificat eisdemque iustificatis in fide & charitate sanctæ matris ecclesiæ usque in finem perseuerantiam donat, in suo aduentu resuscitet, & glorificet; & secundum promissionem suam æquales sanctis Angelis faciat, & ad eum statum perducat in quo ab ipsa perfectione deinceps mutari non possint. Vbi diuersa erit sanctorum gloria, sed una erit omnium uita æterna. Diabolum uerò, & Angelos eius in ignem æternum a Christo esse mittendos, ubi nūquam carebunt pœna, quam eis præparauit diuina iustitia. Cum ipso etiam diabolo impios homines pro eo, quia cum in malis operibus, imitati sunt, & ante finem præsentis uitę congruam pœnitentiam non egerunt resumptis corporibus supplicio æternæ cōbustionis arsuros. Hæc ibi. Vbi multa etiam aduertet prudens lector, quæ ad supradicta valebunt. Item a Symbolo fidei Apostolorum. Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Hæc ibi. Quibus subscribit Athanasius in suo Symbolo, Quicumque uult saluus esse, &c. quod est cōpendiosa regula fidei, teste concil. Floren. in decret. Eugenij IIII. Armen. dato.

3 Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & patrum, pro quanto iudicium generale futurum esse insinuant, & intelligas, & probes, & defendas.

4 ¶ Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. CXIX. Aliàs 88. Art. II.

377

## ARTICVLVS II.

*Vtrum iudicium fiet per locutionem vocalem.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd iudicium illud quantum ad discrepationem, & sententiam &c. fiet per locutionem uocalem. Quia, ut Aug. * dicit 20. De Ciuit. Dei. Per quot dies futurum hoc iudicium tendatur, hoc incertum est, sed non esset incertū, si illa quæ in iudicio dicuntur futura, tantum mentaliter complerētur, ergo iudicium illud vocaliter fiet, & non solum mentaliter.

¶ 2 Præt. Greg. * dicit, & habetur in litera. Illi saltem uerba iudicis audient, qui eius fidem uerbo tenuerunt, hoc autem non potest intelligi de uerbo interiori, quia sic oēs verba iudicis audient, quia omnib. bonis, & malis nota erunt omnia aliorum, ergo videtur, quòd iudicium illud vocaliter peragetur.

¶ 3 Præt. Christus secundum formam hominis iudicabit, in qua corporaliter ab omnibus possit uideri, ergo eadem rationem videtur quòd corporali uoce loquatur, ut ab omnibus audiatur.

Sed contra. Aug. 20. * de Ciuit. Dei, quòd liber vitæ de quo Apocal. 20. Vis quædam intelligenda est diuina, qua fiet, ut cuiq; opera sua bona, uel mala ad memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, ut accuset, uel excuset conscientia, atque simul, & omnes homines, & Angeli iudicentur, sed si vocaliter discuterētur merita singulorum nō possent omnes, & singuli iudicari, ergo videtur, ꝙ discussio non erit uocalis.

¶ 4 Præt. Sententia proportionaliter debet testimonio respondere, sed testimonium, & accusatio, & excusatio erit mentalis, vnde Roman. 2. Testimoniū illis reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die, cum iudicabit Deus occulta hominum, ergo vr ꝙ illa sententia, & totum iudicium mentaliter compleatur.

Resp. Dicendum, quòd quid circa hanc quæstionem sit uerum, pro certo definiri non pōt, tamen probabilius æstimatur quòd totum illud iudicium, & quo ad discussionem, & accusationem malorum, & commendationem bonorum, & quo ad sententiam de vtrisque mentaliter perficietur. Si enim uocaliter singulorum facta narrarentur, inæstimabilis magnitudo temporis ad hoc exigeretur; sicut etiam August. * dicit 20. de Ciuit. Dei, quòd si liber, ex cuius scriptura omnes iudicabuntur, ut dicit Apocal. 20. carnaliter cogitetur, quis eius magnitudinem, aut longitudinem valeat æstimare? aut quanto tempore legi poterit liber, in quo scriptæ sunt uniuersæ vitæ vniuersorum? Non autem minus tempus requiritur ad narrandum oretenus singulorum facta, quàm ad legendum si essent in libro materiali scripta. Vnde probabile est: quòd illa, quæ dicuntur Matth. 25. non vocaliter, sed mentaliter intelligenda sunt esse perficienda.

Ad primum ergo dicendū, quòd pro tanto dicit August. * quòd incertum est per quot dies iudicium tendatur, quia non est determinatum vtrum mentaliter, vel vocaliter perficiatur. Si enim uocaliter perficeretur prolixum tempus ad hoc exigeretur; si autem mentaliter, in momento fieri poterit.

Ad secundum dicēdum, quòd etiam si iudicium fiat mentaliter * tantum verbum Greg. saluari poterit: quia etsi omnibus innotescent sua, & aliorum facta diuina virtute hoc faciente, quæ in Euangelio locutio dicitur, tamen illi, qui

*lib. 20. c. 2. ā med. to. 5.

*li. 16. Moral. c. 20. parum ante med. uel secūdū quosdam 24.

*lib. 4. Sen. di. 47 §. C. ante med.

*lib. 20. capit. 14. post me. to. 3.

* lib. 20. ca. 14. a med. to. 5.

* Loco notato in argum. 1.

* Al. tamē.

Concl. Quid circa hanc quæstionē sit uerum, pro certo diffiniri non potest: tamen probabilius ęstimatur, quòd totum illud iudicium, & quò ad discussionem, & accusationē malorum, & commēdationem bonorū, & quo ad sententiam de utrisque, & perficietur mentaliter.

¶ Examen. Ly discussionem &c. Hęc habentur expresse in sensu Matth. 25.

¶ Prob. Quia si uocaliter omnia hæc contingerent inæstimabilis magnitudo tēporis ad hoc exigeretur (ut ex August. patet.)

¶ Coroll. Ex his ergo melius intellige prædicta q. 87. articulis suis. Et nota: quòd ex probatione habetur, ꝙ conclusio intelligit oīa illa quatuor simul adeo quòd aliquod illorum, puta sententiam ad bonos, Venite bñdicti &c. & ad malos, Ite in &c. fiendum esse uocaliter, teneri potest absq; aliqua conclusionis offensa. Propterea etiā conclusio ad simile quid significandum notanter apposuit ly totum, ad ly illud iudicium.

2^m minor. Non esse incertum: si illa quæ in iudicio dicuntur futura, tantum mentaliter complerentur. ℞. Et sciretur pro certo talia mentaliter tantum esse complenda. §. Tunc nihil &c. ut patet.

2^m ex Gregorio. Verba iudicis. ℞. Ex verbis iegis iudicantis, vt in tex. declaratur. Tunc &c. Trāsitur. n. in argumento a uerbis legis p quæ iudex iudicat fideles ad uerba alterius consideratio.

rationis : puta ad notitiam conscientiarum habitam ex virtute iudicis, quæ virtus habet vim uerborum.

3m conclusionis illatio. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim est eadẽ ratio, quò ad longitudinem temporis occupandam, de Christi apparitione corporali, & voce.

qui fidem habuerunt, quàm ex verbis Dei conceperunt, ex verbis iudicabuntur, quia dicitur Rom. secundo. Qui in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Vnde quodam speciali modo dicetur aliquid his, qui fuerunt fideles, quod non dicetur infidelibus.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ Christus corporaliter aparebit ut ab omnibus corporaliter iudex cognoscatur, quod quidem subito fieri poterit, sed locutio quæ tempore mẽsuratur, requiret immensam temporis longitudinem, si uocali locutione iudicium perageretur.

APPENDIX.

EX artic. habes primò : quomodo per rationem ostendas merito insinuatum à &c. vt quæst 87. art. 3. app. Hoc tamen obseruato, quòd sicut ibi dicta applicãtur ad notitiam tantum conscientiarũ, ita hic debent applicari & ad illã, & ad discussionem seu examen, meritorum, & ad accusationem malorum, & commendationem bonorum & sententiam simul.

¶ Secundò habes : quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto locutioné vocalem quo ad illa non fore sed mentalem, insinuant, & intelligas, & tuearis. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur & consolidetur. 3

---

SVP. Q. CXIX. Aliàs 88. Art. III.

# ARTICVLVS III.

*Vtrum tempus futuri iudicii sit ignotum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd tempus futuri iudicii non sit ignotum. Sicut enim Sancti patres expectabant primum aduentum, ita nos expectamus secundum, sed Sancti Patres sciuerunt tempus primi aduentus, sicut patet per numerum hebdomadarum, qui describitur Dan. 9. vnde & reprehẽduntur Iudæi, quòd tempus aduentus Christi non cognouerint, ut patet Luc. 12. hypocritæ faciem cœli, & terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probastis? ergo videtur nobis esse determinatũ tempus secundi aduentus, quo Deus ad iudicium veniet.

¶ 2 Præt. Per signa deuenimus † in cognitione signatorum, sed de futuro iudicio multa signa nobis proponuntur in Scriptura, ut patet Matth. 24. & Luc. 12. & Marc. 13. ergo in cognitionem illius temporis possumus peruenire.

¶ 3 Præt. Dicit Apost. 1. Corin. 10. Nos sumus in quos fines sęculorum deuenerunt, & 1. Ioan. 3. Filioli, nouissima hora est, &c. cum ergo iam longum tempus transierit ex quo dicta hæc sunt, videtur quòd saltem nũc scire possumus, quòd ultimum iudicium sit propinquum.

¶ 4 Præt. Tempus iudicii nõ oportet esse occultum, nisi propter hoc, quòd quilibet solicitius se ad iudicium præparet, dum determinate tempus ignorat, sed eadem solicitudo remaneret etiam si certum esset; quia cuique incertum est tẽpus suæ mortis in quo (sicut dicit August. * in epist. ad Esitium) quemcumque inuenerit suus nouissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouissimus dies; ergo non est necessarium tempus iudicii esse occultum.

SED CONTRA est quod dicitur Matth. 24. De die illa, uel hora nemo, nec Angeli in cœlo, nec Filius scit, nisi Pater, dicitur autem filius nescire inquãtum nos scire non facit.

¶ Præter. 1. Thessa. 5. Dies domini sicut fur in nocte, ita veniet, ergo videtur cum aduentus furis in nocte sit omnino incertus, quòd dies ultimi iudicii sit omnino incertus.

RESP. Dicendum, quòd Deus per scientiam suam est causa rerũ, vtrumque autem creaturis communicat dum, & rebus tribuit virtutẽ agendi alias res, quarum sunt causæ, & quibusdam etiam cognitionẽ rerum præbet, sed in utroque aliqd sibi reseruat. Operatur enim quædam in quib. nulla creatura ei cooperatur, & similiter cognoscit quædam, quæ a nulla pura creatura cognoscuntur. Hæc autem nulla alia magis esse debent, quàm illa, quæ soli diuinæ subiacent potestati, in quib. nulla creatura ei cooperatur, & huiusmodi est finis mũdi, in quo erit dies iudicii. Non enim per aliquam causam creatam mundus finietur, sicut etiam mundus esse incępit nisi immediate a Deo. Vnde decenter, cognitio finis mundi soli Deo reseruatur, & hanc rationem videtur ipse Dñs assignare Actu 1. Non est inquit uestrum nosse tempora, uel momẽta, quæ Pater posuit in sua potestate: quasi diceret, quæ soli potestati eius reseruata sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in primo aduentu Christus venit occultus, secundum illud Isa. 45. Vere tu es Deus absconditus, sanctus Israel saluator, & ideo ut a fidelibus cognosci possit, oportuit determinate tempus determinare, sed in secundo aduentu ueniet manifeste, ut dicitur in Psal. 49. Deus manifeste ueniet, &c. & ideo circa cognitionem aduentus ipsius error esse non poterit, & propter hoc non est simile.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sicut dicit August. * in epistola de die iudicii ad Esitium: Signa quæ in Euangeliis ponuntur, non omnia pertinent ad secundum aduentum, qui erit in fine, sed quædam eorum pertinent ad tẽpus Hierusalem destructionis, quæ iam præteriit, quædam uero, & plura pertinent ad aduentum, quo quotidie uenit in Ecclesiam eam visitans spiritualiter, prout nos inhabitat per fidẽ, & amorem. Nec illa, quę in Euangeliis, uel Epistolis ponuntur ad ultimum aduentum spectantia ad hoc possunt valere, vt determinate tempus iudicii possit agnosci, quia illa pericula, quæ * pronuntiantur, nuntiantia vicinum Christi aduentum, etiam a tempore primitiuæ Ecclesiæ fuerunt, quandoque intensius, quandoq; remissius, vnde & ipsi dies Apostolorum dicti sunt nouissimi dies, vt patet Actu 2. ubi Petrus exponit illud Ioel 2. Erit in nouissimis diebus, &c. pro

* Epist. 80. nõ multũ remote ante med. & deinceps. to. 2.

* Al. pronuntiãtur.

378

COncl. 1. Deus cõmunicat creaturis, & operari, & cognoscere, sed in utroque aliquid sibi reseruat.

¶ Prob. 1. Quia De⁹ tribuit virtutem rebus agendi alias res, & quibusdam cognoscẽdi &c. Secunda autem pars. s. sed in &c probatᷓ. Quia Deus operatur quędã, in quibus nulla creatura ei cooperatur & cognoscit quędam, quæ a nulla pura creatura cognoscuntur.

¶ Not. Ex uario modo loquendi in probatione hac ostdit D. Thomas, quòd omnibus rebus, uel saltem pluribus datur virtus causandi alias res; paucioribus autem virtus cognoscendi. Nam de prima communicatione loquẽs dicit, ly rebus tribuit virtutem agendi, & de secunda loquens inquit, ly quibusdam etiam cognitionem. Et hoc uerum est. Nam animata solum & supra, ut puta spiritus, cognoscunt ultra quòd operãtur: inanimata uerò etiam minima operantur. Rursus. Dixit ly creatura pura: ut per hoc denotet, quòd Christus homo, qui non est pura creatura, etiam quò ad humanitatem, cognoscit diem iudicij.

¶ Concl. 2. Decenter cognitio finis mundi soli Deo reseruatur.

¶ Prob. 1. Quia si aliqua Dei solius cognitioni reseruantur (ut in conclusione prima) magis debẽt eadẽ reseruari illa in quibus nulla creatura ei cooperatᷓ, & huiusmodi est finis mũdi (ut in tex.) 2. Quia patet Act. 1.

* Est epist. 80. nõ multum remote a princ to. 2.

1a illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim est simile de vtroque aduentu. Quoniam in primo Christus uenit occultus, secundum illud &c. ut in tex.

¶ Not. Cum hoc ꝙ tempus primi aduẽtus, Chri determinate certo cognouerunt homines, stat, quòd non eadẽ facilitate personã Christi cognouerint certo & determinate. Licet enim ipsius personã postmodum cognouerint certò: tamen multis miraculis Christi & Ioannis Baptistæ indicijs opus fuit.

2m de maiori. Deuenimus. ℞. Aliqualiter: non semper, determinatè & certo. §. Maxime quando signa ad hanc determinationem signandam non dantur. Tunc nihil &c. Nam signa illa, quæ adducit minor, etiam pro quanto ad indicandum iudicij tempus faciunt, non dantᷓ a domino ad hoc, ut determinate illud tẽpus annuntient.

Ter-

Non

3ᵐ ex Apost. & Ioan. Fines sæculorum: nouissima hora. ℞. Vt dicunt statum mundi: non autem determinatam quantitatẽ temporis iudicij. §. Tunc nihil &c. Licet enim ex hoc quod a tempore illo in quo dicta sunt præmissa multum tempus transierit; tamen scire non possumus, quòd iudicium sit propinquum (ut intendit arguens.)

¶ EXAMEN. Ly propinquum. Scilicet determinatè. Intentum enim contextus est determinatam propinquitatem statuere non autem quomodocumque formaliter: ergo loquitur D. Thomas in ly ꝓpinquum, & consequenter respondendo nõ intẽdit negare, quòd possimus scire iudicium esse propinquum in communi, sed quòd hanc propinquitatem possimus determinare, quanta uidelicet sit; nec de mense, nec de anno, nec de centum, nec de mille annis, ut in ad secundum.

4ᵐ minor. Eadẽ solicitudo remaneret, etiam si certum esset. ℞. Negatur illa. §. Ratio est, quia etiam supposita mortis incertitudine, duplici ter adhuc valet ad uigilantiam incertitudo generalis iudicij. Primo &c. ut in tex.

* Epist. 80. post med. illius to. 2.

pro tempore illos, & tamen ex illo iam tempore tempus plurimũ transiuit, & quandoque plures, & quandoque pauciores tribulationes in ecclesia fuerunt. Vnde non potest determinari, quantum tempus sit futurum, nec de mense, nec de anno, nec de centum, nec de mille annis, ut August. *in eodem libro dicit. Etsi credantur in finem huiusmodi pericula magis abundare, non potest tamen determinari: quæ sit illa † quantitas periculorum, quæ immediate diem iudicii præcedet, uel Antichristi aduentum: cum etiam circa tempora primitiuæ Ecclesiæ fuerint psecutiones aliquæ adeo graues, & corruptiones errorum adeo abundarent, quòd ab aliquibus tunc uicinus expectaretur, uel imminens Antichristi aduentus, sicut dicitur in ecclesiastica historia, & Hieron. *in libro de Viris illustribus.

AD TERTIVM dicẽdum, ꝙ ex hoc, quod dr̃ nouissima, uel ex similibus locutionibus, quæ in scriptura leguntur, non põt aliqua determinata quantitas tẽporis sciri. Non. n. est dictum ad significandum aliquam breuẽ horam tẽporis, sed ad significandum nouissimũ statum mundi, qui est quasi nouissima ætas, q̃ quanto tpis spatio duret, non est definitũ; cum etiã nec senio, quod est ultima ætas hominis, sit aliquis certus terminus definitus, cum quãq; inuenia tur durare quantũ oẽs præcedentes ætates, uel plus, ut dicit August. * in lib. 83. Q̃onum. Vnde etiam Apost. 2. ad Thessal. 2. excludit falsum intellectum, quem quidam ex suis uerbis conceperant, ut crederent diem Domini iam instare.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ etiam supposita mortis incertitudine, dupliciter ad uigilantiã ualet incertitudo iudicii. Primo quantũ ad hoc, ꝙ ignoratur utrũ etiã tm̃ differatur, quantum est hominis uita, ut sic ex duabus partibus incertitudo maiorem diligentiam faciat. Secundo, quantũ ad hoc, quòd homo non gerit solum solicitudinem de persona sua, sed de familia, uel ciuitate, uel regno, aut tota Ecclesia, cui non determinatur tempus durationis secundum hominis uitam; & tamen oportet unumquemque horum hoc modo disponi, ut dies Domini non inueniat imparatos.

dictos meritò damnari a 1. Thess. 5. Dies Domini sicut fur in nocte ita ueniet. Hæc ibi. Item a Matth. 24. De die illo, uel hora, nemo scit, neque Angeli cœlorum nisi pater solus. Hæc ibi. Item a q. 73. art. 1. appen. & q. 77. ar. 2. appen. ubi etiam uidebis expositionem rectam dicti præcedentis Matth. ne quando cadas in errorem ignoratum (Prat. Ignoitæ.) dicentium filium Dei ignorare diem ultimum. Item a Luc. 17. Sicut factum est in diebus Noë: ita erit & in dieb. filij hominis. Edebant, & bibebãt, & uxores ducebant, & dabantur ad nuptias usque in diem qua intrauit Noe in Arcam, & uenit diluuium, & perdidit omnes. Similiter sicut factum est in dieb. Loth: edebant, & bibebant, emebant, & uẽdebant, plantabant, & ædificabant: qua die aũt exijt Loth, a Sodomis, pluit ignem & sulphur de cœlo & omnes perdidit. Secũdum hoc erit, qua die filius reuelabitur. Hæc ibi. Itẽ a Concil. Lateranensi sub Leone Decimo, sess. 11. Tẽpus ꝑfixum futurorũ malorũ, uel antichristi aduẽtũ, aut certũ diẽ iudicij ꝑdicare uel asserere nequaquã ꝑsumant: cum ueritas dicat, nõ esse nostrum nosse tẽpora uel momenta &c. Si q. autẽ contra ꝑmissorũ aliquod cõmittere qꝫquã ausi fuerint, ex cõicationis sẽtam incurrãt: a qua non nisi a Romano Pont. absoluantur. Et eis ꝑdicationis officiũ interdictũ esse ꝑpetuò decernimus; non obstantibus quibuscumque. Hæc ibi. Tertiò habes quomodo per rationem prædicta scripturarum & patrum, pro quanto tempus generalis iudicij esse ignotum insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò uides quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

* In lib. 83. q. 58. a me. to. 2.

APPENDIX.

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem excludas errorem temerarium quorundam (ut ponit Alfonsus Castrus de iust. hær. punition. lib. 2. cap. 3.) dicentium, ꝙ iudicij dies erit infra annum. Item errorem &c. ut q 73. artic primo, appen. & quæst. 77. artic. 2. appen.

2 ¶ Secundo habes: quomodo per rationem ostendas errores prædictos

3

4

---

SVP. Q. CXIX. Aliàs 88. Art. IIII.

COncl. Circa locũ mõtis Olíueti Christus descendet ad iudicandum.

479 4. dist. 48. q. 1. art. 4.

¶ COROLL. Ergo (ut ad titulũ literaliter applicetur) iudicium fiet in ualle Iosaphat i. circa illã uallem; ut declaratur in ad primum.

¶ PROB. 1. Quia id ꝓbabiliter põt colligi ex scripturis (ut patet arg. contr.) 2. Quia per id ostendet, ꝙ idẽ est, qui ascendit, & descendit.

¶ NOT. Aliud est cõclusionẽ aliquã dependere ex scripturis, aliud est ipsam dependere ex tali sensu a nobis dato scripturis. Nã si primo modo dependet, necessario fiet, quia scripturæ authoritas non põt fallere, nec falli: si secundo modo, sic potest probabiliter tm̃ fieri Et hoc

Scripturarum sãctarum sensus nõ semper est patens.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrum iudicium fiat in ualle Iosaphat.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd iudicium non fiet in ualle Iosaphat, aut in loco circunstante. Quia ad minus oportet iudicandos in terra stare, eos autem tãtum eleuari in nubibus, quorum erit iudicare, sed tota terra pro missionis capere non posset multitudinem iudicandorum, ergo non potest esse, quòd circa uallem illam sit futurum iudicium.

¶ 2 Præt. Christo in humanitate datum est iudicium ut iuste iudicet, quia iniuste iudicatus est in prætorio Pilati, & sententiam iniusti iudicii in Golgotha suscepit, ergo loca illa magis debent ad iudicium determinari.

¶ 3 Præt. Nubes fiunt ex resolutione uaporum, sed tunc nulla erit euaporatio, uel resolutio, ergo non poterit esse quòd iusti in nubibus obuiã Christo in aera rapiãtur, & sic oportebit, & bonos, & malos esse in terra, & ita multo amplior locus requiretur quàm sit uallis illa.

SED CONTRA est quod dicitur Ioel 3. Congregabo omnes gentes, & educam eas in ualle Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis.

¶ Præt. Actu 1. dicitur: Quemadmodum uidistis eum ascendentem in cœlum, ita ueniet, sed ipse ascendit in cœlum in monte Oliueti, q præeminet ualli Iosaphat, ergo, & circa loca illa ad iudicandum ueniet.

RESP. Dicendum, quòd qualiter illud iudicium sit futurum, & quomodo homines ad iudiciũ conueniant, non potest multum per certitudinem sciri, tamen probabiliter potest colligi ex Scripturis, quòd circa locum montis Oliueti descendet, sicut & inde ascendit, ut idem esse ostendatur, qui descendit, & ascendit.

hoc est quando doctores sancti exposit. onem alicuius scripturæ tanquàm probabilem solum afferunt, ita quòd contrarium eius dicere non sit in perniciem salutis æternæ. Huiusmodi rationis esse conclusionem præmissam denotauit Sanctus Doctor in hoc quod dixit, id posse colligi probabiliter ex scripturis. Quasi dixerit. Habetur illa conclusio ex litera scripturarum, sed utrũ illa litera intelligatur sic, uel sic, ut iudicij locus sit tantum uallis Iosaphat non scitur ꝓ certo, sed tantum probabiliter. Quemadmodum & cõclusio de sanctificatione Beatæ Virginis est huiusmodi tenoris, sicut & sua opposita, scilicet de præseruatione, ut applicanti iuxta prædicta, patere potest.

**1m illatio conclusionis.** Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Aliud enim est, quòd circa [illegible] uallem immediatè solum iudicium fiat.i.congregentur homines uniuersi: aliud est quòd circa locum illum mediatè etiã, idest pro quantumcumque spatio sufficiente ad capiendum tãtam multitudinem, congregentur. Et in hoc secundo sensu conclusio intelligitur de valle Iosaphat.

¶Examin. Ly quorum erit iudicare. Scilicet ad minus interpretatiue. Sic.n.omnes sancti, iudicabunt. q.85.artic.2.corp. & cõsequenter omnes sancti eleuabuntur in nubibus.

¶Not. Poterat & aliter responderi ad argumentum illud dicendo, quòd aliud est loqui de hominibus congregandis ad iudicium, aliud est loqui de Christo iudice descendente; vt ad literam dixit conclusio, & quòd de Christo circa illa loca descensuro argumentum non facit mentionem de quo magis directe videbatur ad propositum uolentis impetere conclusionẽm, quàm de congregandis ibi. Tamen ut ex abundantiori satisfaciat, pro more suo, unicuique poscenti; respondere magis elegis Sanctus Doctor, quàm arguentem reprehendere de parua consideratione circa conclusionis articuli verba.

**2m conclusio.** Loca illa magis debent ad iudicium determinari. ℞. Si Christus iudicare deberet in forma infirmitatis. Tunc nihil &c.

**3m de conclusione.** In nubibus. ℞. Euaporatis ex terra & aqua: non, a splendore gloriosorum corporum causatis. §. Tunc nihil &c. ut patet.

**Item maior.** Nubes fiunt ex resolutione uaporum. ℞. Si fiant illæ nubes virtute naturali: nõ autem, diuina. §. Tunc nih. &c. Nam nubes illæ generabuntur, &cæt. ut in secundo responso textus ly vel potest dici, quòd.

¶Not. Responsum formale de diuina uirtute intelligitur, quòd non est necesse ei ad causandum nubes quòd euaporationes fiant ex terra & aqua, licet etiam hoc modo possit eas causare; secus est de virtute naturali huic tantum secundo modo alligatæ. Rursus. De misericordia iudicantis, quæ dicitur in text. fin. intellige, quòd erit non tantum respectu bonorum, sed etiã malorum, in hoc saltem quod malos puniet citra condignum. Vide quæst.86. artic. primo, not. post prob. concl. secundæ, & quæst.94. art.3. ad secundum.

Ad primum ergo dicendum, quòd magna multitudo in paruo spatio comprehendi potest. Sufficit autem ponere quantumcumque spatiũ circa locum illum ad capiendum multitudinem iudicandorum; dummodo ab illo spatio Christũ videre possint, qui in aere præeminens, & maxima claritate refulgens, a longinquo inspici poterit.

Ad secundum dicendum, quòd quamuis per hoc, quòd iudicatus est, iniuste iudiciariam potestatem meruit, non tñ iudicabit in forma infirmitatis, in qua iniuste iudicatus est, sed in forma gloriosa in qua ad Patrem ascendit. Vnde locus ascensionis magis competit iudicio, quàm locus vbi condemnatus est.

Ad tertium dicendum, quòd nubes hic appellantur, (ut dicunt quidam) densitates lucis resplendentis a corporibus sanctorum, & non aliquæ euaporationes ex terra, & aqua. Vel potest dici, quod nubes illę generabuntur diuina virtute ad ostendendum conformitatem in aduentu ad iudicium, & ascensionem, ut qui ascendit in nube, ad iudicium veniat: nubes etiam propter refrigerium indicat misericordiam iudicantis.

## APPENDIX.

Resp.1.

Vtilitas Eccles. & Dei.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas merito insinuatũ a Ioel 3. art.1. quòd iudiciũ fiet in ualle Iosaphat, & sic. Cõgregabo omnes gentes &c. Item. Quemadmodũ vidistis eũ ascendentem, &c ut in argu. sed contra ubi circa authoritatem Ioelis, nota: quòd congregatio omnium gentium non virtute præcisa Angelorum colligentium pulueres fiet, sed concurrente principaliter speciali Dei virtute. Sic enim intelligitur ly congregabo, videlicet principaliter ergo talis congregationis ero author. Circa authoritatem uero Actuum: nota quòd secundum D. Thomam ly ita veniet significat etiam locum, quò uenturus est. Colligendo igitur plures eius expositiones dicemus, quòd ly ita ueniet, significat Christum esse uẽturum & in forma humanitatis, & in ea gloriosa, & concomitantibus Angelis atque animabus (sic enim ascendit; ex Psalm. 46. ascendit Deus &cæt & 67. Ascendisti in altum &cæt.) & circa locum uallis Iosaphat.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem ostendas prædicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant & intelligas, & tuearis.

¶Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. CXX. Aliàs 89. Art.1.

Conci. prima. Iudicare comparatiuè in iudicio commune est bonorum & malorum.

¶Prob. Quia Matt. 11. & 19 patet.

¶Not. Iudiciũ comparatiuum bonorũ est: quãdo ex comparatione illorum ostenduntur alij iudicari debere sic uel sic; puta negligentes de sua salute, uel inexcusabiles quòd aut non benefacerent, aut etiam peccauerint. Puta si dicatur: talis bonus erat uestitus carne & fragilitate, sicut & talis peccator, & tamen benefecit, ultra quòd peccata vitauit: ergo peccator talis inexcusabilis est ratione fragilitatis de hoc, quòd non benefecit. Item talis habuit occasiones malefaciendi externarum societatum, & huiusmodi; sicuti talis peccator, & tamen non cecidit: ergo inexcusabilis est talis peccator de hoc quòd ceciderit ꝓpter persuasiones malas socie-

# QVAEST. CXX. Aliàs 89.

*De iudicantibus, & iudicatis in iudicio generali, in octo articulos diuisa.*

Deinde considerandum est de iudicantibus, & iudicatis in iudicio generali.

Circa quod quæruntur octo.

¶Primò, Vtrum aliqui homines iudicaturi sint cum Christo.

¶Secundò, Vtrum voluntariæ paupertati correspondeat iudiciaria potestas.

¶Tertiò, Vtrum Angeli sint etiam iudicaturi.

¶Quartò, Vtrum dæmones exequentur sententiam iudicis.

¶Quintò, Vtrum omnes homines in iudicio comparebunt.

¶Sextò, Vtrum aliqui boni iudicandi sint.

¶Septimo, Vtrum aliqui mali.

¶Octauò, Vtrum etiam Angeli sint iudicandi.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum aliqui homines indicabunt cum Christo.*

380

S.Tho.4.d.47.q.1.art.1.q.1.& sequen.

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd nulli homines iudicabunt cum Christo, Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit Filio, vt omnes homines, &c. sed honorificentia talis non debetur alicui, nisi Christo, ergo &c.

¶ 2 Præt. Quicumque iudicat, habet auctoritatem super illud, quod iudicat, sed ea, de quibus debet esse futurum iudicium sicut merita, & præmia humana, soli diuinæ auctoritati subsunt, ergo nulli competit de his iudicare.

¶ 3 Præterea. Iudicium illud non exercebitur vocaliter, sed mentaliter, ut probabilius æstimatur, sed hoc, quod cordibus hominum omnium notificentur merita, & demerita, quod est quasi accusatio, vel commendatio; uel retributio pœnæ, & præmii, quod est quasi sententiæ prolatio, sola diuina virtute fiet, ergo nulli alii indicabunt nisi Christus, qui est Deus.

Sed contra est, quod dicitur Matth. 19. Sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel, ergo &c.

¶ Præterea. Isa. tertio. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus popul sui, ergo videtur, quòd etiam alii iudicabunt cum Christo.

Respondeo, Dicendum, quòd iudicare

societatum. Et sic dicendum de alijs huiusmodi. Iudicium comparatiuum malorum, est quando ex eo, quòd quis minus malus est, monstratur; magis malum merito tali, uel tali sententia dignum.

¶ Concl. 2. Iudicare interpretatiuè est omnium electorum.

¶ Coroll. Ergo reprobi non iudicabunt sic, i. non approbabunt uoluntariè sententiam iudicis. Licet enim eam coactitie, ex eo scilicet quòd certo cognoscent eam esse iustam. q. 87. art. primo, & 2. ipsam approbent; tamen hoc eis displicebit; & vellent posse non approbare eam. i. non cognoscere etiam esse ueram, & iustam. Nec mireris; ꝙ ueritatem hanc non approbabũt per uoluntatem, i. non amabunt: quoniã licet ueritas hominis tanquàm intellectus sui obiectum, placeat: tamen ipsamet, vt continet quid contrarium appetitui, non placet, imò displicet quandoque, alicui. Et hoc est, quod inquit Augu. quòd omnes amant ueritatem lucentem; sed non amant, seu odiunt, ueritatem redarguentem. Assimilabuntur ergo in hoc dæmonib.; qui quidem habent de his quæ catholica ecclesia credit, Iacob. 2. Sicut. n. intellectus dęmonum cogitur ad credendum propter effecta. i. ex miraculis, & alijs virtute fidei factis, & tñ displicet sibi, ꝙ talia credant, & sic ad credendum arctentur. Vnde ꝓ hoc nihil sibi de merito acquiritur, nec ullo modo suum peccatũ vel pœna diminuitur. Ita de reprobis respectu approbationis sententiæ Christi iudicis sentiendum est. Ad differentiam igitur reproborum intellige in conclusione ly iudicare interpretatiue, cum ista limitatione, scilicet animo uoluntario & gaudenti. Quo & modo dicitur Psal. 57. Lętabitur iustus cum uiderit uindictam, i. cum lętitia approbabit sententiam iudicis iustitiam vindicatiuam contra reprobos continentem.

Veritas odium parit qño intelligitur.

* In tract. de iudiciaria potestate in finali iudicio circa med.

care multipliciter dicitur. Vno modo quasi causaliter ut dicatur illud iudicare, unde appareat aliquis iudicãdus, & sm hoc aliq dicunt iudicare cõparatione, inquantũ ex cõparatione aliorũ, aliq iudicãdi oñdunt, sicut patet Matth. 12. Viri Niniuitæ surgent in iudicio, &c. sed sic iudicare in iudicio communiter, & bonorum, & malorum est. Alio modo dicitur iudicare quasi interpretatiue, interpretamur enim aliquem facere, qui facienti consentit, unde illi, q contentiunt iudici, eius sententiam approbando, iudicare dicuntur, & sic iudicare est omnium electorum. Vnde dicitur Sap. 3. Iudicabunt Sanctiuationes. Tertio modo dicitur iudicare, quasi per similitudinem, quia scilicet similitudinem iudicis habet inquantum sedet in loco eminenti: sicut iudex, & sicut assessores dicuntur iudicare, & secundum hunc modum dicunt quidam, quòd perfecti viri, quibus iudiciaria potestas promittitur Matth. 19. iudicabunt, scilicet, per honorabilem assessionem, quia superiores cæteris apparebunt in iudicio obuiantes Christo in aera. Sed istud non videtur sufficere ad promissionem Domini complendã, qua dicitur, Sedebitis iudicantes. Videtur enim confessioni superaddere. Et ideo est quartus modus iudicandi, qui perfectis uiris conueniet, inquantum in eis cõtinentur decreta diuinæ iustitiæ, ex quibus homines iudicabuntur, sicut si liber, in quo cõtinetur lex, iudicare dicatur. Vnde Apocal. 20. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Et per hũc modum hanc iudicationem Richardus de sancto Vict. * exponit. Vnde dicit. Qui diuine contemplationi assistũt, qui in libro sapientiæ quotidie legunt, uelut in cordium voluminib. transcribunt quicquid perspicua ueritatis intelligentia comprehẽdunt. Et ita quid sunt nota iudicantiũ corda, diuinitus in omnem ueritatem edocta; nisi quædam Canonum decreta, sed quia iudicare importat actionem in alium procedentem, ideo propriè loquendo, iudicare dicitur, qui sniam loquendo in alterũ profert. Sed hoc dupliciter contingit, Vno modo ex propria auctoritate, & hoc est illius, qui habet dominiũ in alios, & potestatem, cuius regimini subduntur, qui iudicãtur. Vñ eius est in eos ius ferre, & sic iudicare est solius Dei. Alio modo iudicare est sniam alterius auctoritate prolatam in aliorũ notitiam ducere, qđ est sententiam latam pronuntiare, & hoc modo perfecti viri iudicabũt, quia alios ducent in cognitioné diuinæ iustitiæ, ut sciant, quod iuste pro meritis eis debeatur: ut sic ipsa reuelatio iustitiæ dicatur iudicium. Vnde dicit Richardus * de S. Victore. Iudices coram iudicandis decretorũ libros aperire, est ad cordium suorũ inspectioné inferiorum quorumlibet insinuare mysterium, sensumque suum in his, quæ ad iudicium pertinent, reuelare.

Ad primum ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de iudicio auctoritatis, quod soli Christo conuenit.

Et similiter dicendum ad secundum.

Ad tertium dicendum, ꝙ non est inconueniens, aliquos Sanctorum alijs quædam reuelare, vel per modum illuminationis sicut superiores Angeli inferiores illuminãt, uel per modum, locutionis, sicut inferiores superioribus loquuntur

AR-

¶ Prob. Quia patet, Sap. 3.

Concl. 3. Iudicare, idest ius dicere in alios ex propria authoritate, est solius Dei.

¶ Examen. Ly ex propria authoritate. Per hoc non excluditur Christus: cum ipse personaliter sit Deus, & per consequens propriam & summam authoritatem habeat. Vnde ly solus, dicitur ad differentiam creaturarum. Quòd si dicas Christum secũdum humanitatem non esse Deum, & consequenter inquiras an propriam authoritatem habeat & per consequens an conclusio hæc verificetur de illo, uide q. 90 ar. 2.

¶ Prob. Quia dicere ius ex propria authoritate in alios est eius tantum, qui habet dominium super eos, & solus Deus habet dominium super omnes propria authoritate.

¶ Concl. 4. Perfecti uiri iudicabunt per hoc, quod sententiam a Christo latam pronunciabunt.

¶ Coroll. Ergo non tantum iudicabunt per confessionem. i. per hoc quòd simul cum iudice, tanquàm assessores eius, in loco eminentiori sedebunt. Vnde in Matth. 19. quando eis promittitur iudiciaria potestas non tantum dicitur ly sedebitis & uos, sed additur ly iudicantes: ac si apertè per id monstretur, quòd per illam iudiciariam potestatem intelligitur & assessio cum iudice, & aliquid plus. Hoc autem plus est illud, quod expressit conclusio, scilicet sententiam a Christo latam pronunciare.

¶ Prob. Quia perfecti viri ducent alios in cognitionem diuinæ iustitiæ, (ut in textu.)

¶ Not. Sic tamen diuinam iustitiam cognoscent boni, ut eam, & i se, & in alios quoscumque, etiam malos, laudent. Mali uerò sic eam cognoscent, ut ipsam & in se & in alios quoscumque etiam bonos, abhorreant, & detestentur: Vide coroll. post concl. 2.

## 1m ex Ioanne.

Omne iudicium ℞. Authoritatis. §. Tunc nihil &c. Stat enim cum hoc, & alij habeant & iudicium & honorificẽtiam Christo similem alio modo, ut in conclusionibus.

¶ Not. Ex hac respõsione tex. vide: quã rectè dictũ sit in exam: post conclu. 3.

## 2m de conclusione.

Iudicare. ℞. Per ꝓpriã authoritatem: non aliter. §. Tũc ni. &c. Nam ad iudicantes alio modo quàm propria authoritate non pertinet necessario dare merita, vel præmia, ut facile ex dictis patere potest.

* In tract. de iudiciaria potestate in finali iudic. circa med.

¶ Examen. Ly merita. Sub hoc intelliguntur & demerita, tanꝗ a nobiliori denominationem faciendo. Sicuti & sub ly præmia, cointelliguntur & supplicia. Verum est quod & largo modo possunt accipi hæc nomina, adeo quòd tũc sine noua expositione ly merita, extenderetur etiã ad demerita, & ly premia, ad supplicia. Meritum enim largo modo sumitur & in bonum & in malum: similiter & pręmium: secundum quòd dici solet de suspenso latrone, quòd pro merito suo datum est illi conueniens præmium.

## 3m de minori.

Notificentur. ℞. Per modum authoritatis propriæ: non per modum illuminationis a Deo participatæ, siue locutionis. §. Tunc nihil &c. Non enim est inconueniens aliquos sanctorum &c. ut in textu.

¶ Not. Ille illuminat propria authoritate, qui illabitur menti, & hic est solus Deus ut prima par. quæst. 105. art. 3 & 4. De illuminatione Angelorum adinuicem, vide ibi. q. 106. art. 3. & 4. & de locutione ibi. q. 107. art. 1. & 2.

## APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum esse quòd aliqui simul cum Christo iudicabunt ab Isa. 3. Dominus ad iudicium ueniet cum senioribus populi sui. Hæc ibi. Vbi per seniores intelligit non quoscumque electos, sed perfectiores. Vnde accipit ly seniores, non ut dicit numerũ annorum, sed prudentiã & sanctitatẽ, supra ex q. 81. art. 1. Itẽ a Matt. 19. Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Hæc ibi. Vbi per ly duodecim tribus Israel intelligit totum mũdum. Nam duodecim tribus Israel secundum carnem fuerunt filius Dei primogenitus Exod. 4. quibus cadentibus a seruitio Dei subrogati

retinent nomen illud primæuum, & dicuntur filij Israel secundum promissionem. Roman. 9. Si viri ergo perfecti iudicabunt fideles, ergo a fortiori iudicabunt infideles, & sic totum mundum. Et hoc voluit significare Dominus in Matthæo. Item 1. Cor. 6. Sancti de hoc mundo iudicabunt. Item Luc. 11. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam. Hæc ibi.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur. 3

---

1 SVP. Q. CXX. Aliàs 89. Art. 1.

CONCL. Paupertati voluntariæ datur iudiciaria potestas specialiter propter tria.

¶ EXAMEN. Ly paupertati voluntariæ. Pro captu huius vide fin. istius corp. 381

¶ PROB. Quia 1. & congruitas, 2. & meritum, 3. & dispositio, ad iudiciū ostendunt hoc, ut in tex.

¶ NOT. Pro prima probatione, scilicet de congruitate notabis illud tritissimum; videlicet intus existens prohibet extraneum. Pro secunda scilicet de merito notabis confirmationē auream huius textus a Papa Leone I. Epist. 88. Declinata superbia, cui proximū est, ut decidat, ametur humilitas, cui semper debetur, ut crescat.

## 1^m de maiori.

Duodecim Apostolis. R. Ratione numeri vniuersitatem repraesentantibus: non autem, determinatum numerum illum tantum. § Tunc nihil &c. ut patet. Nam Apostolorum nomine, secundum glossam datam, intelligitur omnis multitudo iudicātium.

¶ EXAMEN. Ly tria & quatuor quæ in se ducta faciunt duodenarium. Puta quater tria sunt duodecim: & ter quatuor sunt duodecim.

## Itē illatio cōclusionis.

Cō ergo &c. R. Negatur illatio. §. Licet enim nō oēs uoluntarie pauperes sint Apostoli, ut arguitur, tamen omnes illi in hoc sunt sequaces Apostolorū: & Apostolis, ut etiam suos sequaces continebant iudiciaria potestas promittebatur Matth. 19. Vide secundum responsum textus, ly vel quo ad literam duodecim &c.

## 2^m illatio conclusionis.

Ergo sublimitates &c. R. negatur illatio. §. Nam virginitas & martyriū non ita disponunt &c. vt in tex. Item

## ARTICVLVS II.

*Vtrum iudiciaria potestas correspondeat voluntariæ paupertati.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd iudiciaria potestas non correspondeat uoluntariæ paupertati. Hæc enim solum duodecim Apostolis est promissa, Matth. 19. Sedebitis super sedes, uidc. &c. cum ergo non omnes voluntarie pauperes sint Apostoli, videtur, quòd non omnibus iudiciaria potestas respondeat.

¶ 2 Præterea. Maius est offerre sacrificium Deo de proprio corpore, quàm de exteriorib. rebus, sed martyres, & virgines offerunt de proprio corpore sacrificium Deo, uoluntarie autem pauperes de exterioribus rebus, ergo sublimitas iudiciariæ potestatis, magis respondet martyribus, & virginibus, quàm voluntarie pauperibus,

¶ 3 Præterea. Ioan. 5. Est qui accusat uos Moyses, in quo speratis uos. Glossa. * quia voci eius non credidistis. Et Ioan. 12. Sermo, quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die, ergo ex hoc, quòd aliquis proponit legem, uel uerbum exhortationis ad instructionem morum, habet, quòd iudicet contemnentes, sed hoc est doctorum, ergo doctoribus magis competit quam pauperibus.

* Gloss. interlinearis ibid.

¶ 4 Præterea. Christus ex hoc quòd iniuste iudicatus est, inquantum homo meruit ut sit iudex omnium in humana natura. Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est, sed qui persecutionem patiuntur propter iustitiam iniuste iudicantur. ergo talis potestas magis competit eis, quàm pauperibus.

¶ 5 Præt. Superior non iudicatur ab inferiori, sed multi licite diuitiis vtentes erunt maioris meriti multis uoluntarie pauperibus, ergo uoluntarie pauperes non iudicabunt, ubi alii iudicabuntur.

SED CONTRA. Iob 36. Non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuet, ergo pauperum est iudicare.

¶ Preterea, Matt. 9. super illud. Vos, qui reliquistis omnia, &c. Dicit gl. * Qui reliquerunt omnia, & secuti sunt Deum, hi iudices erunt, qui licita habentes recte vsi sunt iudicabuntur, & sic idem, quod prius.

* Gloss. interlin. ibid.

RESP. Dicendum, quòd paupertati * datur iudiciaria potestas specialiter propter tria. Primo, ratione congruitatis, quia voluntaria paupertas est eorum, qui omnibus, quæ mundi sunt, contemptis, soli Christo inhærent, & ideo non est eis aliquid quod eorum iudicium a iustitia deflectat. Vnde idonei ad iudicandum reddentur, quasi veritatem iustitiæ præ omnibus diligentes. Secundo per modum meriti, quia humilitati respondet exaltatio pro præmio, inter omnia autē, quæ hominem in hoc mūdo despectum faciunt, præcipue est paupertas; vnde, & pauperibus excellentia iudiciariæ potestatis promittitur, vt sic, qui propter Christum se humiliat exaltetur. Tertio, quia paupertas disponit ad prædictum modum iudicandi. Ex hoc enim aliquis Sanctorum iudicetur, ut ex dictis * patet, quia cor habebit edoctum omni diuina veritate, * quam aliis potens erit manifestare; in progressu autem ad perfectionem primum quod derelinquendum occurrit, sunt exteriores diuitiæ, quia hæc sunt vltimo acquisita, quod autem vltimum in generatione est, primum est in destructione; vnde, & inter beatitudines, quibus est progressus ad perfectionē, prima ponitur paupertas, & sic paupertati respondet iudiciaria potestas, inquantum est prima dispositio ad potestatem prædictam. Et hinc est, quòd nō quibuscumque pauperibus, etiam uoluntarie, repromittitur potestas prædicta, sed illis, qui relinquentes omnia, sequuntur Christum secundum perfectionem vitæ.

* Al. debetur.

## Item maior.

Maius est offerre sacrificium Deo de propria corpore, quàm de exterioribus rebus. R. Tamen hoc non est prima dispositio, seu pars perfectionis. §. secundum generationem, scilicet. Nā in progressu ad pfectionem primum quod relinquendum occurrit sunt exteriores diuitię. Tunc nihil &c. Licet. n. virginitas & martyriū computari possint inter consequētia ad paupertatem & sint maiora quàm paupertas, ut arguitur tamen nō sunt prima dispositio ad potestatem iudiciariam. Vide secundum responsum textus ly vel dicendum quòd paupertas, &c.

## 3^m de conclusione.

Quòd iudicet. R. Causaliter non autem propriè. §. Tunc &c. Nam con-

* Art. præc.

* Al. quæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut August. * dicit 20. de Ciuitate Dei, Nequaquam super 12. sedes sessuros esse 12. solos homines, cum illo iudicaturos putare debemus alioquin, quia in locum Iudæ proditoris Apostolum Mathiam legimus ordinatum, Paulus, qui plus aliis laborauit, ubi ad iudicandum sedeat, non habebit: vnde duodenario numero significata est vniuersa iudicantium multitudo, propter duas partes septenarii, scilicet tria, & quatuor, quæ in se ducta faciunt duodenarium. Septenarius autem est numerus perfectus. Vel propter hoc quod consistit in duplici senario, qui est numerus perfectus, vel quo ad literam duodecim Apostolis loquebatur, in quorum persona hoc omnibus eorum sequacibus promittebat.

* Li. 20. ca. 5. ante med. to. 5.

Rspon. 2.

AD SECVNDVM dicendum, quòd virginitas, & martyrium non ita disponunt ad retinendum in corde decreta diuinæ iustitiæ, sicut paupertas; sicut econtrario exteriores diuitiæ ex sua solicitudine suffocant uerbum Dei: sicut dicitur Lucæ octauo. Vel dicendum, quòd paupertas non solum sufficit ad meritum iudiciariæ potestatis, sed quia est prima pars perfectionis, cui respondet iudiciaria potestas; vnde inter ea, quæ sequuntur ad paupertatem, ad persecutionem spectantia, possunt computari, & virginitas, & martyrium, & omnia perfectionis opera, non tamen sunt ita principalia sicut paupertas, quia principium est maxima pars rei.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ille qui legē ꝓposuit, aut exhortatus est, ad bonū iudicabit causaliter loquendo, quia per

conclusio loquitud de iudicaturis propriè ut ex articu. primo colligi potest ubi in corp. explicatur quid sit iudicare.

¶Not. Quando Apost. Rom. 2. dixit. Qui in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur, monstrauit quid sit iudicare causaliter. Quasi diceret. Causa quare aliqui iudicabuntur sic uel sic, puta ad præmium uel pœnā est quia seruauerunt, aut non seruauerunt legē eis datam. Norma ergo iudicandi secundum q̄ scilicet gubernabitur ille qui est proprie iudex est lex ipsa, quoniā secundum hanc ille proferet iudicium, uel salutem, uel ad damnationem. Consequenter ergo proponens uerba legis per modum doctrinæ alicui iudicabit eū causaliter, inquantum, scilicet normam, secundum quam iudicandus est ei proposuit. Sic intellige authoritates in argumento adductas.

Resp. secunda.

*Al. creaturarum.

per comparationem ad uerba ab ipso prolata, uel proposita alii iudicabuntur, & ideo non respondet proprie potestas iudiciaria prædicationi, uel doctrinæ: Vel dicendum (secundum quosdam) quòd tria requiruntur ad potestatem iudiciariam. Primo, abdicatio temporalium curarum, ne impediatur animus a sapientiæ perfectione. Secundo, requiritur habitus continens diuinam iustitiam scitam, & obseruatam. Tertio, quòd illam iustitiam alios docuerint, & sic doctrina erit perfectio complens meritum iudiciariæ potestatis.

Ad qvartvm dicendum, q̄ Christus in hoc quod iniuste iudicatus est, seipsum humiliauit, oblatus est enim, quia uoluit,* & præmiū humilitatis est iudiciaria exaltatio, qua ei omnia subduntur, vt dicitur Philip. 3. & ideo magis debetur iudiciaria potestas illis, qui uoluntarie se humiliant, bona temporalia abiiciendo, propter quæ homines a mundanis honorantur, quàm his, qui ab aliis humiliantur.

*Isa. 53.

Ad qvintvm dicendum, q̄ inferior non potest iudicare superiorem auctoritate propria, sed tamen auctoritate superioris potest, sicut patet in iudicibus delegatis, & ideo non est inconueniens, si hoc quasi accidentale præmium pauperibus detur ut iudicent alios, etiam, qui sunt excellentioris meriti respectu præmii essentialis.

Item consequens secundum. Doctoribus magis competit, quàm pauperibus. ℞. Vel doctrina est perfectio complens meritum iudiciariç potestatis. §. Tunc nihil &c. Hoc enim ultimum conceditur, negando primum, Vide responsum secūdum textus ly uel dicundum quosdam quod tria &c.

¶Not. Videntes iudicem doctum dicimus quòd iudiciaria potestas ei bene conuenit; secus autem de ignaro. Et hoc est, quòd responsum intendit dicendo, quòd doctrina est perfectio complens meritum iudiciariæ potestatis. Ex quo dic, quod omnes & singuli pauperes iudicaturi erunt docti: quoniam sicut authoritate a Christo sibi communicata iudicabunt, ut in ad quintum, ita a Christo scientia pro tali iudicio faciendo implebuntur.

4.m de maiori. Iniuste iudicatus est. ℞. Tāquàm uoluntarie seipsum humilians in hoc. §. Tunc nihil &c. ut patet in tex. ly & ideo magis debetur &c.

5.m de maiori. Non iudicabitur. ℞. Propria authoritate: nō autem, participata a superiori. §. Tunc nihil &c. Non enim conclusio intelligitur quòd pauperes iudicaturi sint authoritate propria, sed superioris, scilicet Dei.

## APPENDIX.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationē interimas tanq̄ multum a fortiori hæreses Io. Spāgeberg. dicentis paupertatem voluntariam frustraneam esse. Item desiderij Longobardi peius dicentis: s. paupertatē uoluntariam non solum inutilem, sed etiam noxiam fore. Item Guiliel mi de sancto Amore dicentis: paupertatē habitualem licitā esse, nō autem actualē: qa (inquit) promptitudo animi tm̄ licita est ad relinquendū omnia pro Christo, cum vrget necessitas, qua necessitate exclusa illicita est. Per hoc. n. q̄ voluntarij pauperes probātur hic meritò iudicaturi uniuersum patet apertissime q̄ paupertas uoluntaria est non inutilis neque noxia uel illicita, sed ualde licita vtilis & meritoria. Secundò habes: qūo p̄ rationē ostendas has meritò damnari directè a Matth. 19. Si uis perfectus esse uade & vēde omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni, & sequere me. Hęc ibi. Ex ly si vis, patet q̄ loquebatur de uoluntaria non necessaria paupertate. Ex ly da pauperibus, patet q̄ de actuali non habituali tm̄ qm̄ pauperes non reficerentur ab illo diuite si uenderet omnia & distraheret habitualiter tm̄ nō actualiter. Et hoc magis patet ibid. Cum autē audisset, abijt tristis; erat. n. habens multas possessiones. Hæc ibi. Nā sic tristis non abijsset, si possessiones tm̄ habitualiter, hoc est s̄m affectum, uendere debuisset, & eas actualiter, i. s̄m effectum, sibi ipsi retinere. Ex tristitia igitur contracta patet, q̄ ipse intellexit dñm loqui de paupertate nō habituali tantum, sed etiam actuali. Tertiò habes: qūo per rōnem ostendas, eas merito, & quidem a fortiori, damnari à Iob 36. Et iudicium pauperibus tribuet. Hæc ibi. Item Matth. 9. Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, sedebitis iudicantes Hæc ibi. Quarto habes. quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto uoluntarijs paupertatibus iudicare alios tribuunt, insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quintò uides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas p̄ Eccles. S. Dei.

2

3

4

5

AP-

---

SVP. Q. CXX. Aliàs 89. Art. III.

Conc. 1. Angelis non competit iudicare.

382

¶Prob. Quia oportet ut assessores Christi iudicis humanam naturam habeant (ut sint ei conformes:) & Angeli hanc non habent.

¶Examen. Ly assessores. Secundū q̄ hoc nomen dicit tria; & cōsessionē & snīæ uoluntariā approbationem, & snīæ ipsius a Christo latæ pronuntiationē: vt ar. 1. corp. declaratur.

¶Conc. 2. Angeli ēt aliquo modo pñt dici iudicare per sententiæ approbationem.

¶Coroll. Ergo ly iudicare sumitur diuerso modo in 2. & 1. conclusione. Nā in prima ly iudicare, ultra approbationē importat alia duo, ut dictum est, in secunda uerò approbationem tantū. De qua approbatione qūo accipiatur, uide artic. 1. corol. post conclu. 2.

¶Examen. Ly ēt. Scilicet sicut & pauperes de qb. in ar. 2. Verq;. n. approbabunt. Vñ ly ēt non denotat q̄ angelis conueniat aliquid aliud in hoc, præter approbationem.

¶Prob Quia patere præsupponitur.

¶Not. Et meritò. In articulo. n. primo dictū est, q̄ oēs electi sic iudicabunt, & Angelos bonos esse electos, nemini dubium est.

1.m de conclusione. Angeli etiā iudicabunt. ℞. Vel testes erūt actuū humanorū. §. Tunc nihil &c. Vltimū. n. uerū est, non autē primum.

So-

## ARTICVLVS III.

*Vtrum Angeli debeant iudicare.*

Ad tertivm sic proceditur. Vr̄ q̄ Angeli debeant iudicare. Matth. 25. Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo, sed loquitur de aduentu ad iudicium, ergo uidetur q̄ Angeli etiam iudicabunt.

¶ 2 Præt. Angelorum ordines nomina sortiuntur ex officio, qd exercent, sed quidam ordo Angelorum est ordo thronorum, quod uidetur pertinere ad iudiciariam potestatē, thronus enim est sedes iudicis, solium regis, cathedra doctoris, ergo aliqui Angeli iudicabunt.

¶ 3 Præt. Sanctis post hanc vitam promittitur Angelorum æqualitas. Matth. 22. Si ergo homines hāc habebunt potestatem ut iudicent, multo fortius, & Angeli.

Sed contra, Ioan. 5. Potestatem dedit iudicium facere, qa Filius hominis est, sed Angeli non communicant in humana natura, ergo nec in iudiciaria potestate.

¶Præterea. Non est eiusdem iudicare, & esse iudicis ministrum, sed Angeli erunt in iudicio suo ut ministri, ut dicitur Matth. 13. Mittet filius hominis Angelos, & colligent de regno eius omnia scandala, ergo Angeli non iudicabunt.

Resp. Dicendum, quòd assessores iudicis debent iudici esse conformes: iudicium autem Filio attributur,* quia secundum humanam naturam omnibus apparebit tam bonis, quàm malis, quamuis tota Trinitas iudicet per auctoritatem, & ideo etiam oportet, ut assessores iudicis humanam naturam habeant, in qua possint ab omnibus bonis, & malis uideri, & sic Angelis nō competit iudicare, quamuis, Angeli etiā aliquo modo possunt dici iudicare per sententiæ approbationem.

*Ioan. 5.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut ex Glo.* ibidem patet, Angeli cum Christo venient non ut iudices, sed ut sint testes humanorum actuum, sub quorum custodia homines bene, uel male egerunt.

2^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nomen. n. throni nō ratione iudicij per hominem Christum fiendi uni Angelorum ordini tribuitur, sed ratione iudicij quod Deus, ut Deus, semper exercet omnia iustissimè gubernando.

¶ Examen. Ly etiā. Hoc nō significat, quòd in iudicio per hominē Christum fiendo, requirantur simul cum Angelis etiam homines assessores, (ut nonnulli possunt per ly etiā suspicari:) quoniam solū homines fore tunc assessores, prædicta docuerunt, sed significat, ꝙ sicut Deus, ut Deus habet Angelos executores in suo illo iudicio continuè exercito de omnibus, ita Deus ut homo habebit homines assessores in suo iudicio nouissimo tempore fiendo. Adeo quòd ly etiam refertur ad iudicia utraque non autem ad Angelos quasi in vtroque iudicio promulgatores.

Ad secundum dicendum, ꝙ nomen throni attribuitur Angelis ratione illius iudicii qd Deus semper exercet, omnia † iustissime gubernando, cuius iudicii Angeli sunt quodammodo executores, & ꝓmulgatores, sed iudicium, quod de hominibus per hominē Christū fiet, etiam requirit homines assessores.

3^m de antecedente. Aequalitas. ℞. Quantum ad præmium essentiale: non, quantum ad aliquod accidentale. §. Tunc nih. &c. Nam iudicandi potestas in hominibus dicit quoddam præmium accidentale.

AP-

APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas recte insinuatum a Ioan. 5. ꝙ Angeli non iudicabunt, & sic potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Hæc ibi.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Ad tertium dicendum, ꝙ hominibus promittitur Angelorū æqualitas quantum ad præmium essentiale, nihil tamen prohibet aliquod præmium accidentale exhibere hominibus, quod Angelis nō datur: ut patet de aureola virginum, aut martyrum, & similiter potest dici de iudiciaria potestate.

Nota ly quia filius hominis est, qm̄ p hoc significatur ipsum Christum in forma humana iudicaturum & consequenter iudicaturos cū Christo non esse, ꝙ non habent naturam humanam. Item a Matt. 13. Mittet filius hois Angelos, & colligent de regno eius omnia scandala. Hæc ibi. Et Matth. ibid. In consummatione sæculi exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Hæc ibi. Vbi denotatur ꝙ Angeli sunt messores seu ministri Dei ad hoc officium. s. colligendi cineres pro resurrectione. q. 76. art. 3. & separarr di electos resuscitatos a reprobis; non autē ad hoc officium ut sint iudices. Secundò habes: quo per rationem prædicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur & consolidetur.

---

SVP. Q. CXX. Aliàs 89. Art. IIII.

COncl. 1. Seruabitur ordo in pœnis, ut homines damnati p dæmones puniantur.

383

¶ Not. Conclusio hæc pro ueriori acceptatur, non autem pro necessaria, ut patet in text.

¶ Prob. 1. Quia patet a simili de ordine in saluatis. 2. Quia hoc respicit diuinam iustitiam ex parte hominū punitorum.

¶ Concl. 2. Ob hoc, quòd dæmones alios torquent, non minuitur aliquid de ipsorum dæmonum pœna.

¶ Prob. Quia i hoc, quòd alios torquent, ipsi etiam torquentur.

¶ Not. Præesse in miseria est magis miserum esse, & consequenter, non mirum ꝙ torqueantur dæmones, dū alios torquent, quia in hoc illis præsunt. Et hoc est radix conclusionis prædictæ, & probationis eius. Rursus aduerte circa illud, societas miserorū ibi in inferno non minuit miseriam, sed auget, quod hoc valde magnum supplicium uenit inde q̄a nulla est capacitas consolationis in reprobis, quæ tamē est in uiuis, de quibus dicitur, solatium est miseris socios habere pœnarū. Adde: quòd damnati multum odio habent diuinā iustitiam, licet cognoscāt eam esse rectam. arti. 1. corol. post concl. 2. & ideo ex aliorum societate miseria ipsorum augetur, quoniam hinc agno-

*Li. 4. Sen. di. 47. §. E.

# ARTICVLVS IIII.

*Vtrum dæmones exequentur sententiam iudicis in damnatos.*

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd post diē iudicii dæmones non exequentur sn̄iam iudicis in damnatos, quia sm̄ Apostolum 1. Corinth. 15. tunc euacuabit omnem principatum, & potestatē, & virtutē, ergo cessabit oīs prælatio, sed exequi iudicis sententiā, quandam denotat prælationem, ergo dæmones post diem iudicii nō exequentur sententiam iudicis.

¶ 2 Præterea, Dæmones magis peccauerunt, quàm homines, ergo non est iustum, quòd homines per dæmones torqueantur.

¶ 3 Præterea. Sicut dæmones suggerunt hominibus mala, ita Angeli suggerunt bona, sed præmiare bonos † non est officium Angelorum, sed hoc erit ab ipso Deo immediate, ergo nec punire malos erit officium dæmonum.

Sed contra est, ꝙ homines peccatores se diabolo subdiderunt peccādo, ergo iustū est, ut eis subiiciant' in pœnis, quasi ab eis puniēdi.

Resp. Dicendum, ꝙ circa hoc tangitur a Magistro * in litera duplex opinio, & vtraque videtur Dei iustitiæ cōpetere, ex hoc. n. quòd homo peccat, iuste dæmoni subiicitur sed dæmon † iuste ei præest. Opinio ergo illa, quæ ponit dæmones, in futurum post diem iudicii hominib. non præesse in pœnis, respicit ordinem diuinæ iustitiæ ex parte dæmonum punientium. Contraria uero opinio respicit ordinem diuinæ iustitiæ ex parte hominum punitorū, quæ autem earū uerior sit, certum nobis esse nō potest. Verius tamen æstimo, quòd sicut ordo seruabitur in saluatis, quòd quidam a quibusdam illuminabuntur, & perficientur eo, ꝙ omnes cœlestis hierarchiæ ordines perpetui erunt, ita seruabitur ordo in pœnis, vt homines per dæmones puniantur, ne totaliter diuinus ordo, quo Angelos medios inter naturam humanam, & diuinā constituit, annulletur. Et ideo sicut hominibus per Angelos bonos diuinæ illuminationes deferuntur, ita etiam dæmones sunt executores diuinæ iustitiæ in malos: nec ob hoc minuitur aliquid de dæmonum pœna, quia in hoc etiam, quòd alios torquent, ipsi torquebuntur. Ibi enim miserorū societas miseriam non minuet, sed augebit.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ prælatio illa, quę dicitur euacuanda per Christum in futuro, est accipienda secundum modum prælationis, quæ est secundū statum huius mundi, in quo † & homines hominibus principantur, & Angeli hominibus, & Angeli Angelis, & dæmones dæmonibus, & hoc totum ad perducendū ad finem, uel abducendum a fine; tunc autem cū omnia ad finem illum peruenerint, nō erit prælatio abducens, sed conseruans in fine boni, vel mali.

Ad secundum dicendum, ꝙ quàmuis meritum dæmonū non requirat, qd hominibus præferantur, quia iniuste sibi homines subiecerunt, tn̄ hoc requirit ordo naturæ ipsorum ad naturam humanā. Bona eīm naturalia i eis integra manēt; vt Dion. * dicit 4. de Diui. nominibus.

AD

agnoscunt diuinam iustitiam in eis impleri. Specialiter autem dæmones tortores ex odio ad eandem iustitiā tanto magis torquent quā to magis vidēt eā adimpleri per semetipsos: id quod tunc est quando ipsi torquent homines damnatos. Hinc uidetur, ꝙ magis ipsi torqueantur torquēdo alios, quam alii dum torquentur ab ipsis.

1^m de conclusione. Omnis plātio. ℞. Perducens ad finē ultimū, vel adducens: nō autē, conseruans in fine. §. Tunc nih. &c. ut patet. Nam illa prælatio post iudicium erit tantum conseruans in hac siue bono siue malo.

¶ Examen. Ly abducens. Sub hoc intelligitur & suum conditinctum, scilicet perducēs ad finem. Dixit autem solum ly abducens, ut magis prope ad argumentum accederet, qd̄ de prælatione dæmonum loquebatur quæ proculdubio est abducens a fine ante diem iudicij.

2^m de conclusione. Nō est iustū. ℞. Attento merito dæmonum: non attenta natura ipsorū. §. Tunc nihil &c. ut patet de se.

¶ Not. Subintellige ad risum illud granum salis, qd̄ ponit in corp. princ. Et est, ꝙ ex parte dæmonū punientiū nō debet attendi iustitia prædicta, sed ex parte hominum punitorum, Ter-

* Capit. 4. in par. 4 a me. illius.

3^m de minori. Præmiare. R. Essentialiter: non, aliquo modo accidètaliter. §. Tūc &c. Nā & dæmones punientes non inferunt pœnam principalem, scilicet exclusionem perpetuam a visione Dei, sed quasdam alias.

¶ Not. Quamuis pœna sensus taxata reprobis in inferno sit secundum se essentialis: tamē respectiuè ad exclusionem perpetuā a visione Dei, videtur esse accidentalis. Et ideo in textu, ad accidentale quoddam premium ab Angelis hominib. subministratum, fecit correspōdere Sanctus Doctor pœnas sensibiles a dæmonibus inflictas. Ex hoc concludet tādem, quòd absque dubio aliquo pœna damni illa est maior, quàm pœna sensus.

Itē illatio cōclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Non.n. est simile de vtrisque in hoc ut sapiens colliget ex secundo responso textus ly in hoc tamen est differentia quia meritum &c.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ angeli boni nō sunt causa principalis pmii electis, quia hoc oēs imme diate a Deo pcipiunt, sed tñ quorun dā accidentalium præmiorū Angeli hominib. sunt causa, inquātum p superiores Angelos inferiores, & angeli, & homines illuminantur de aliquib. secretis diuinorū, quæ ad substantiam beatitudinis non ptinent, & similiter principalē pœnā damnati excipient immediate a Deo. s. exclusionem perpetuā a uisione Dei, alias autem pœnas sensibiles nō est inconueniēs hominibus per dæmones inflıgi. In hoc tamen est differentia, quia meritū exaltat, sed peccatum deprimit, vnde cum natura Angelica sit altior, q̄ humana, quidā pp excellētiam meriti intantū exaltabuntur, ꝙ talis exaltatio excedet altitudinem naturæ, & præmii in quibusdam Angelis. Vnde quidam Angeli per quosdam homines illuminabuntur, sed nulli homines peccatores pp aliquem gradum malitię peruenient ad illam eminentiam, quæ debetur naturæ dæmonum.

quetur. Hæc, ibi. Vbi ostenditur quòd consentiens persuasori ad malum meretur puniri per eum. Vnde contingit frequenter quòd consentientes alicui in malo, succedente tempore, puniuntur ab eodem. Deo.n. permittente fit, ut inter eos inimicitiæ nascantur; ita ut ille malus persuasor superior effectus uincat hunc, qui sibi aliàs malè consensit; ipsumque pessime torqueat. Hoc & ex scripturis studiosus per se colligere poterit. Item a 2. Petr. 2. A quo quis superatus est huius & seruus est. Hæc ibi. Itē a Ioan. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati. Hæc ibi. Diabolus autem ab initio peccauit & ante hominem. Consequenter ergo qui facit peccatum, seruus est diaboli. Cum igitur serui pro malefactis castigentur a suis dominis: videtur per hæc denotari, quòd per dæmones torqueantur damnati. Item ab Isa. 19. Tradam eam in manus inimicorum crudelium Hæc ibi. Item ab Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum dat ei tormentum & luctum. Hæc ibi. Vbi Deus videtur loqui de ministris & significare vt supra.

APPENDIX.

Vtilitas Eccles. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum a Sapien. 11. quòd dæmones post diem iudicij torquebunt damnatos, & sic. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum pro quanto quòd diximus insinuāt, & intelligas, & defendas.

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. CXX. Aliàs 89. Art. v.

384 S. Tho. 4. dis. 47. q. 1. & 2.

COncl. Congruum est ut omnes homines in iudicio congregentur.

¶ Examen. Ly congruum. Scilicet ut stat cum necessario: non ut contra ponitur illi. Sicut enim possibile aliquando dicit cōtingentiam, ut possibile est Socratem hinc ad horam ambulare; quandoque autem cōuertitur cum necessario, ut possibile est solem cras oriri (necessarium. n. non esset, si non esset possibile:) ita congruitas q̄nq; cōtra distinguitur necessitati, ut cōgruum est ēt extra casum necessitatis facere eleemosynā, q̄nque uero dicit necessitatem, sed congruam, ut congruum est obstinatum damnari.

¶ Prob. Quia sicut Christus pro omnib. humiliatus est, vt iudicaretur, ita ab omnib. videndus est exaltatus, ut iudicet.

¶ Examen. Ly sanguinem suum pro omnib. fudit &c. Hoc cōfirmatur a Conc. Triden. sess. 6. c. 3. ubi de Christo loquens ait: Verū, etsi ille p omnib. mortuus est, non omnes tñ mortis eius beneficium recipiunt, sed ij dumtaxat, quibus meritū passionis eius communicatur. Hæc ibi. Et a 1. Timot. quarto. Qui est saluator omnium, maximè autem fideliū. Nam per ly maximè, ponit differētiam inter fideles & alios, quo ad participationem. s. saluationis ipsius.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum omnes homines in iudicio comparebunt.*

AD QVINTVM sic procedit. Videtur ꝙ non omnes homines in iudicio cōparebunt. Quia dr̄ Matth. 19. Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel, sed non omnes homines ptinēt ad illas tribus duodecim, ergo videtur quòd non omnes in iudicio cōparebunt.

¶ 2 Præterea. Idem videtur p hoc, quod dicitur in Psal. 1. Non resurgent impii in iudicio, sed multi sunt tales, ergo videtur, quòd non omnes comparebunt.

¶ 3 Præt. Ad hoc aliquis ad iudicium ducitur, ut eius merita discutiantur, sed quidam sunt, qui nulla merita habuerunt, sicut pueri ante perfectam ætatem decedentes, ergo illos in iudicio comparere necesse non est.

SED CONTRA, est quod dicitur Actuum 4. Quòd Christus est constitutus a Deo iudex viuorum, & mortuorum, sed sub istis differentiis comprehenduntur omnes homines, qualitercumq; viui a mortuis distinguantur, ergo omnes in iudicio comparebunt.

¶ Præt. Apoc. 1. dicitur. Ecce uenit cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus, hæc autem non essent, si non omnes in iudicio comparerēt; ergo &c.

RESP. Dicendum, ꝙ potestas iudiciaria Christo homini collata est in præmium humilitatis, quam in passione exhibuit, ipse autē sua passione sanguinem pro omnib. fudit, quantum ad sufficientiam, licet non in omnibus effectum habuerit propter impedimentum in aliquib. inuentum, & ideo congruum est ut omnes homines in iudicio congregentur ad videndum eius exaltationem in humana natura † secūdum quam constitutus est iudex a Deo uiuorum, & mortuorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut dicit August. 20. * de Ciuit. Dei. Non quia dictum est, Iudicantes duodecim tribus Israel, tribus Leui, quæ tertiadecima est, iudicanda nō erit, aut solū illum populum, sed etiam gentes cæteras iudicabūt, ideo autem per duodecim trib. omnes aliæ gentes intelliguntur, quia in sortem duodecim tribuum per Christum sunt vocatæ.

*Lib. 20. c. 5. cir. medio. 5.

AD SECVNDVM dicendū, ꝙ hoc, ꝙ dicitur. Non resurgent impii in iudicio, si referatur ad omnes peccatores, sic intelligēdum est, ꝙ non resurgent ad hoc, quòd iudicent. Si autem impii dicantur infideles, sic intelligendum est quòd non resurgent ad hoc, quòd iudicentur, qua iam iudicati sunt: * sed omnes resurgent, ut in iudicio compareant ad gloriam iudicis intuendam.

* Ioan. 3.

AD TERTIVM dicēdum, quòd etiam pueri ante perfectam ætatem decedentes, in iudicio comparebunt, non ut iudicentur, sed ut uideant gloriam iudicis.

1^m illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Nam per duodecim tribus Israel intelligūtur omnes homines, ut supradictum est quæstione 89. articu. primus, appen.

2^m ex Psalm. Nō resurgent impij in iudicio. R. Vel ad hoc ut iudicent, uel ad hoc ut iudicentur: non autem ad hoc, ut in iudicio compareant. §. Tūc nihil &c. ex conclusione patet.

¶ Examen. Ly impij. Hoc nomen sumitur quandoque p quibuscumque peccatoribus mortali peccato inuolutis, quandoque pro infidelibus. Et ideo dictum est in responso ly iudicent, & ly iudicentur. Vide articu. 7.

3^m maior. Ad hoc aliquis ad iudicium ducitur ut eius merita discutiant. R. Vel ut uideat gloriā iudicis. §. Tunc nih. &c. Nam vltimum de pueris, qui usum liberi arbitrij non habuerunt solummodo intelligitur: non autem primum.

AD

¶EXAMEN. Ly non ut iudicentur. Hoc sumitur formaliter.i.in sensu in quo loquebatur argumentum. Ad intentum.n.argumentatoris sumere terminos in respondendo,est loqui formaliter.Per ly non iudicabuntur, ergo significatur, quòd merita eorum non discutientur. Vide art.6.& 7.

## APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hęresim cuiusdam (Direct.Inquisit. 2.par.q.8.) dicentis: quòd in die iudicij omnes homines ante tribunal Christi non comparebunt cum suis corporibus. Secundò habes: quomodo per rationé ostendas hanc meritò damnari a Papa Benedicto XI. in extrauag.Benedictus Deus &c. Diffinimus insuper, quòd in die iudicij omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt. Hæc ibi. Item ab Apocal.20.Vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos, qui in ipsis erant. Hæc ibi. Item a Matth.25. Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes. Hæc ibi. Item a 1.Cor.5. Omnes astabimus ante tribunal Christi. Hæc ibi. Qui autem dicit omnes nihil excludit secundum regulam 80.quę ait; in toto partem non est dubium contineri, de reg. iur.in 6.

¶Tertiò habes. quomodo per rationem prædicta scripturarum & patrum, pro quanto omnes comparituros ad iudicium insinuāt, & intelligas, & probes, & defendas.

¶Quartò vides:quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

SVP. Q. CXX. Aliàs 89. Art. vi.

385 CONCL.1. Quantum ad receptioné præmiorum omnes iudicabuntur.

¶EXAMEN. Ly omnes. Scilicet boni Nam loquitur in proposito quæsiti in articulo isto. Vnde, quo ad hoc, reseruatur conclusio de reprobis in ar.7.

¶PROB. Quia vnusquisque bonus recipiet ex diuina sententia pręmium merito respondens.

¶CONCL.2. Illi,qui rebus mundi penitus abiectis cogitant sollicite, quæ Dei sunt, non iudicabuntur.

¶EXAMEN. Ly non iudicabuntur. Scilicet iudicio discussionis.

¶PROB.Quia huiusmodi homines diuinis seruitijs totaliter insistunt nullāq; admixtionem notabilé mali habent, & discussio meritorum non fit, nisi qñ est quædam cómixtio meritorum bonorū cū malis.

¶CONCL.3. Boni, qui adhuc amant sęcularia & terrenis negotijs implicantur, ita tñ q nihil Christo præponunt, iudicabuntur.

¶EXAMEN.Ly amāt sæcularia &c. Idest peccatis uenialib. sunt præ grauati.

¶Ly ita tñ q nihil Christo pponūt. Idest ita q non peccēt mortaliter, & si aliquando taliter peccare contingat, condignam pœnitentiam de illis agunt. Et ut breuiter omnia intelligantur) ista conclusio tertia, per bonos intelligit electos, sed non perfectos; eo modo quo in secunda conclusione de bonis locutio fiebat.

¶NOT. Aduerte expositionem de ly qui ædificant super fidei fundamentum ligna fœnum,stipulam:qm huiusmodi non significat illos tantum, qui peccant uenialiter, quia sub hac continerentur etiam ij,qui ædificant aurum argentum & lapides preciosos. Nam & illi peccant uenialiter.Significat autem illos,qui peccant uenialiter;sic tamen quòd opera perfectorum ( ut sunt ædificantes aurum argentum lapides preciosos) non profitentur. Et sic notat distinctionem conclusionum. Rursus. Aduerte super corp.fin.ly tales quantum ad hoc, quòd illud dictum determinat commixtionem illam mali ab bonum. Quasi dixerit. Tales non quantum ad fidē, seu non quantum ad hoc,quòd habuerunt fidem, sed quantum ad

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum boni in iudicio iudicentur.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd boni in iudicio non iudicentur. Quia Ioan. 3. Qui credit in eum, non iudicatur, sed omnes boni crediderunt in eū, non ergo iudicabuntur.

¶ 2 Præt.Illi non sunt beati, quibus est icerta sua beatitudo, ex quo August.* probat dæmones nūquam fuisse beatos, sed sancti homines nunc sunt beati, ergo certi sunt de sua beatitudine, sed quod certū est, non adducitur ad iudicium,ergo boni non iudicabuntur.

*Li.11.super Gen. c.17. to.3.

¶ 3 Præt.Timor beatitudini repugnat,sed extremum iudicium, quod tremendum maxime dicitur, non poterit fieri sine timore eorum, qui sunt iudicandi, unde etiam Gregorius * dicit super illud Iob 40.Cum sublatus fuerit, timebūt Angeli,&c. Consideremus quomodo tunc iniquorum consciētia concutietur, qñ etiam iustorum vita turbatur, ergo beati non iudicabuntur.

* Lib. 34. moral.c.4. a med.

SED CONTRA. Videtur quòd omnes boni iudicentur, quia dicitur 1.Cor.5.Omnes astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum, sed nihil est aliud iudicari, ergo omnes iudicabuntur.

¶Præt.Vniuersale omnia comprehendit, sed illud iudicium dicitur vniuersale,ergo oēs iudicabuntur.

RESPON. Dicendum, quòd ad iudicium duo pertinent, scilicet discussio meritorū, & retributio præmiorum. Quantum ergo ad receptionem præmiorum, omnes iudicabuntur, eo quòd vnusquisque recipet ex diuina sententia præmium merito respondens,sed discussio meritorum non fit,nisi vbi est quædam meritorum comixtio bonorū cum malis. Illi autem qui ædificant supra fundamentum fidei aurum,& argētum,& lapides preciosos,diuinis seruitiis totaliter insistentes, quia nullam admixtionem notabilem alicuius mali meriti habet,in eis† discussio meritorum locum non habet: sicut illi, qui rebus mundi penitus abiectis, solicite cogitant solū, quæ Dei sunt,& ideo saluabuntur, sed nō iudicabuntur,illi vero, qui ædificāt super fidei fundamentum ligna, fęnum, stipulam, qui adhuc.s.amant sæcularia, & terrenis negotiis implicantur, ita tamen quòd nihil Christo præponunt, sed student peccata eleemosynis redimere, habent quidem commixtionem bonorum meritorum cum malis, & ideo discussio meritorum in eis locum habet; vnde tales quantum ad hoc,& iudicabuntur,& tamen saluabuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia punitio est effectus iustitiæ,præmiatio autem misericordię, †ideo magis iudicio,quod est actus iustitiæ, antonomastice punitio attribuit, vt interdum iudicium pro ipsa condemnatione accipiatur, & sic intelligitur auctoritas inducta, ut per Gloss. * ibidem patet.

* GlOrd. ibid.

AD SECVNDVM dicendum, q discussio meritorum electis nō erit ad tollendum certitudinem beatitudinis a cordibus ipsorum iudicandorum, sed vt præminentia bonorum meritorum ad mala ostendatur omnibus manifeste, & sic Dei iustitia comprobetur.

AD hoc, q operati sunt quædam mala mixta cum operibus bonis iudicabuntur. Pro quo vide post ad primum.

¶PROB. Quia in talibus bonis potest esse discussio meritorum ( cū operum bonorum cum malis habeant ex commixtionem.)

1^m ex Ioanne.

Non iudicatur.§.i. non punitur: non aliter. §. Tunc nihil &c.ut patet ex conclusionibus.

¶NOT. Propter authoritatis B.Ioānis adductę malū intellectū a quibusdā conflictū cauendum est;ne dicas q fideles oēs saluabuntur seu ( quod in idem redit)non condemnabuntur. Non.n. B.Ioannes talem sensum unquam habuit,sed tantum formaliter ibi loqui intendebat. Quasi dixisset. Qui credit in eum non iudicatur.i.ex eo,quòd credit in eum, non condemnabitur, etiam hoc vtique uerum est.Nam si fidelium aliqui condemnantur (q ecclesia vere docet)non cōdemnantur pp id q crediderunt in Christū, sed propter aliquid aliud.s. propter mala eorū opera,ut inquit textus. Materialiter igitur materiales homines, quales hæretici sunt,interpretati fuere illud Ioannis contra ipsius germanū sensum. Vnde contra legem uerbis legis pugnauerunt, sicuti solēt & consequenter de se ipsis verificarunt illam, de reg.iur. in 6.reg.88. Certum est, quòd is committit in legem, qui legis uerba complectens contra legis nititur uoluntatem. Hæc ibi. Quæ proculdubio de illis verificatur etiā quo ad omnes & singulas alias extorsiones scripturarum.

2^m minor secunda. Quod certum est, non adducitur ad iudicium. s. Vt incertificetur: non,ut aliquid aliud inde fiat.§.Tunc nihil &c. Discussio.n.meritorum electis non erit &c. ut in textu.

¶NOT.1. Ad intelligendum melius adductam propositionem argumenti,aduerte q illud,qđ est certum pōt duob. modis cōsiderari:uno modo secundum phantasiam hominum tm;alio modo secundum rei ueritatem.Si primo modo certum est,adducitur ad iudicium,ut tollatur eius certitudo.i.ut ostendatur illud esse falsum. Et hoc modo adducetur ad iudiciū Dei uana certitudo hæreticorum

rum de sua salute: sicut & ad iudiciũ Ecclesiæ fuit adducta & reprobata Concil. Trid. sess. 6. cap. 9. Quamuis &c. Nemini fiduciã & certitudinẽ remissionis peccatorũ suorum iactanti, & in ea sola quiescenti peccata dimitti, vel dimissa esse dicendũ est: cum apud hæreticos & schismaticos possit esse, imo sit, & prædicetur contra Ecclesiã catholicam vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Hæc ibi. Si secũdo modo, certũ est illud, ad iudicium adducitur: nõ vt tollatur eius certitudo, siue vt incertificet; sed vt eius certitudo magis certificetur. Et hoc modo loquitur tex. responsalis ad propositionem illam argumenti.

¶ Not. 2. Quando dicitur in tex. argumenti, q beati etiã in via sunt certi de sua beatitudine, & in responso tex. confirmatur hoc idẽ per ly non erit ad tollẽdum certitudinem beatitudinis ipsorum iudicandorum; accipitur certitudo non absolutè, sed prout haberi potest in præsenti vita: quę alio nomine dici solet coniectura. Et quòd hoc verum sit, patet ex eodem S. Doctore 1. 2. q. 112. art. 5. Vbi ex professo monstrat prolixè, quòd nemo etiam iustus potest certo scire se esse in gratia. Hoc & confirmatur ex Concil. Trid. sess. 6. cap. 9. Sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet; sic quilibet dum seipsum, suamque infirmitatem propriam & indispositionem respicit de sua gratia formidare, & timere potest: cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum. Hæc ibi.

¶ Coroll. Ergo ly non erit ad tollendum certitudinem beatitudinis à cordibus ipsorum, quædam figura est: qua s. minus dicendo plus significatur. Vnde per hoc significauit tex. q non tantũ non erit ad tollendum certitudinem ipsam præhabitam, sed etiã erit ad complendum illam, i. ad faciendum q illa certitudo coniecturalis sit certitudo certissima existentiæ realis. Tunc. n. in iudicio generali beati certificabuntur omnino de sua beatitudine, de qua prius in mundo hoc certitudinem mixtam formidini habuerunt.

3m ex Gregorio. Turbatur. R. In tempore immediatè præcedente iudicium: non, tempore quo actualiter iudicium exercebitur. §. Tunc nihil &c. Nam quòd iusti turbẽtur propter signa immediatè præcedentia iudicium non infert quòd non sint tunc beati beatitudine viæ.

¶ Coroll. Ergo quando dicitur in maiori arg. quòd timor beatitudini repugnat, intelligitur aut de beatitudine patriæ, & tũc non est ad propositum, cum boni illi non sint adhuc taliter beati, aut intelligitur de timore peccati mortalis cogniti, & tunc respondet textus in fine per ly non autem bonis, quibus nulla erit mali suspicio. Quasi dixerit, Ille timor bonorum ante iudicium immediatè præcedens propter signa grandia visa non erit timor ex mala conscientia procedens sicuti erit timor repertus in reprobis: aut intelligitur de timore naturali absque peccato, & sic erit in bonis illis timor naturalis, qui tamen etiam mitigabitur ex bona conscientia factorum, quam quidem mitigationem reprobi non habebunt, imò timoris illius naturalis aggrauationem ex mala conscientia. Ex hoc igitur textu nullo modo cõtrauenitur Domino ad bonos pro tempore illo dicenti Luc. 21. His fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra (id est exhilarate corda), quoniam gaudium hoc erit ex ratione, (vt ibidem connotatur) sed consentit Apostolo dicenti 2. Corinth. 5. nolumus expoliari. & 2. Cor. 7. foris pugnæ, intus timores. Non timere enim ex ratione, stat cum timere ex infirmitate naturali.

Ad tertium dicẽdum, quòd Gregorius loquitur de iustis adhuc in carne mortali existentibus. Vnde supra præmiserat. Hi, qui in corporibus reperiri poterint, quãuis iam fortes, atque perfecti adhuc, quia in carne sunt positi, nõ possunt in tanti terroris turbine nulla formidine cõcuti. Vnde patet, quòd terror ille referendus est ad tempus † immediatè iudicium pręcedens, tremendũ quidem, maximè malis: non autem bonis, † quibus nulla erit mali suspicio.

¶ Rationes autẽ, quæ sunt ad oppositum, procedunt de iudicio, quantum ad retributionem præmiorum.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim cuiusdã (vt refert Direct. Inquisit. 2. par. q. 8.) dicentis: quod in die iudicij omnes homines non reddituri sunt de factis proprijs rationem, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit siue bonum siue malum. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas hanc, vtpotè è diametro sibi contrariam damnari ab Apostolo 1. Corinth. 5. Omnes astabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Hæc ibi. Vbi si intelligatur de iudicio retributionis, accipitur ly referat, pro reportet inde: si verò intelligatur de iudicio discussionis, accipitur ly referat, pro recitare, siue (vt in proposito loquamur) pro reddere rationem de factis, siue bonis siue malis. Vbi & ly omnes sumitur vniuersaliter, nullo siue electo siue reprobo excepto, quando ly referat accipitur in primo sensu: sumitur autem ly omnes pro quibusdam tum electis, tum reprobis, quando accipitur ly referat in secundo sensu. His tamen annotatis, non excusandus venit ille quidam hæresis prædictæ author, sed accusandus magis: quoniam absque distinctione aliqua contra Apostolum inuectus est verbis oppositis ad literam vtens. Item à Matth. 25. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare; sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. Hæc ibi. Vbi patentissimè explicatur discussio iudicij quò ad bonos. Item à Symbolo Athanasij, quod est regula fidei compendiosa secundum Concilium Florentinum in decret. Armenis dat. Eugenij IIII. Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis proprijs rationem. Hæc ibi. Vbi ly reddituri sunt rationem, accipitur de facto, vel de virtute: hoc est, quòd reddent rationem vel per discussionem actualiter factam operum suorum, vel per hoc quòd in retributione à iudice recepta cognoscetur quantum operati sunt; ac si actualiter reddidissent rationem. Quemadmodum existentes in platea extra palatium Regis ex hoc, quòd vident multos exeuntes extra palatium illud sumptuosis vestibus ornatos à Rege secundum magis & minus iudicant talem vel talem magis vel minus meruisse apud Regem; licet ipsi eos non viderint in palatio reddere rationem de proprijs meritis Regi; neque illam de facto reddiderint: tanquàm in effectu cognoscentes coniecturaliter saltem causam, vel aliquid de causa. Quòd autem dico de bonis, intellige etiam de malis. Tertiò habes: quomodo per rationem prædictæ scripturarum, & Patrum, pro quanto bonos esse iudicandos insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens, & declaretur, & consolidetur.

SVPER Q. CXX. Aliàs 89. Art. VII.

COncl. Iudicium, quod est pęnarum retributio pro peccatis, competit omnibus malis; iudicium autẽ, quod est discussio meritorum, solum fidelibus.

¶ Prob. primò: Quia patet. Secunda verò pars, s. iudicium autẽ &c. probatur: Quia fideles solum habẽt aliquid de se ordinatum ad meritum (cum habeãt fidẽ) simul cum admixtione malorum operum.

¶ Exam. Ly solum. Hoc dicitur ad differentiam infideliũ: cuius probationem, & declarationem vide in textu.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum mali iudicabuntur.*

AD septimvm sic procedit. Videtur, q mali non iudicabuntur. Sicut cõtingit infideliũ damnatio, ita & eorũ, qui in mortali decedunt: sed propter dãnationis certitudinẽ dicitur Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est; ergo eadẽ ratione, nec alii peccatores iudicabuntur.

¶ 2 Pręt. Vox iudicis est valde terribilis eis, qui per iudiciũ condemnantur: sed sicut in litera ex verbis *Greg. habetur, ad infideles locutio iudicis non fiet; si ergo fieret ad fideles damnandos, ipsi infideles de sua infidelitate commodum reportarent, quod est absurdum.

Sed contra, Videtur q omnes mali sint iudicandi; quia omnibus malis infligetur pœna secũdum quantitatem culpæ: sed hoc sine definitione iudicii esse non potest; ergo mali iudicabuntur.

Respon. Dicendum, q iudiciũ, quod est pęnarũ retributio † pro peccatis, omnibus competit, iudiciũ autem, quod est discussio meritorũ, solum fidelibus; quia infidelibus non est fidei fundamentum, quo sublato, omnia opera sequentia perfecta rectitudine intentionis carẽt, vnde non est in eis aliqua permixtio bonorum operũ, vel meritorum ad mala, quæ discussionem requirat: sed fideles, in quibus manet fidei fundamentũ, [illegible] minus fidei actũ laudabilem habent, quamuis non sit meritorius sine charitate: tamen quantũ est de se, est or-

* Lib. 26. Moralium c. 20.

¶ Ly bonorum operum, vel meritorũ. Hoc dicitur, quia in infidelibus nõ possunt esse merita, licet possint esse bona opera moralia. 1. 2. quæst. 10. art. 4. & ideo vtitur tex. disiunctione ly vel: quasi dicat per hoc, illa bona opera non possunt dici merita, nisi improprijssime; quod non est sic de bonis operibus fidelium in gratia existentium.

¶ Ly quantum est de se est ordinatus ad meritum. Ordinatus, scilicet proxime: quia mox iuncta charitate ordinatur de facto ad meritũ, vt patet. Et hoc dicitur ad differentiam moralis actus laudabilis infidelium;

¶ Ly

delium; quoniam de se quidem est ordinatus ad meritum, sed remote, scilicet præsupposita fide, quam illi non habent; & vltra hoc, etiam presupposita charitate.

¶ Not. Philosophus 1. Physicorum, inquit: quòd contra negantes principia non est disputandum per quod monstrauit fundamentaliter id quod dicitur in præsenti tex. videlicet, quòd discussio meritorum non fiet cum infidelibus ex eo, q ipsi cum Christo iudice non conueniunt in principijs. Non enim fidem habent, quæ est principium salutis humanæ.

dinatus ad meritum, & ideo in eis iudiciū discussionis locum habet. Vnde ipsi fideles, qui fuerunt saltem numero ciues ciuitatis Dei, iudicabuntur vt ciues, in quos sine discussione meritorū sñia mortis non fertur: sed infideles condemnabūtur vt hostes, qui cōsueuerūt apud homines absq; meritorum * audientia exterminari.

Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis eis, qui in mortali decedūt, pro certo constet de eorum damnatione; quia tamen aliqua, quæ pertinent ad bene merendum, habent annexa, oportet ad manifestationem diuinæ iustitiæ, vt discussio de eorū meritis fiat; per quam ostendatur, eos iustè à Sanctorum ciuitate excludi; cuius esse ciues numero exterius videbantur.

Ad secundum dicendū, quòd allocutio illa spiritualiter intellecta secundum hoc non erit aspera fidelibus condemnandis, quia in eis aliqua sibi placentia manifestabit, quæ in infidelibus inueniri non possunt, quia sine fide impossibile est Deo placere, Hebr. 11. Sed sententia condēnationis, quæ in omnes feretur, omnibus terribilis erit. Ratio verò in contrarium adducta procedebat de iudicio retributionis.

* Al. discussione.

1^m de maiori. Ita. R. Quantum ad dānationem vtrorumque: non, quantum ad conuenientiam in fide. §. Tunc nihil &c. Nam ideo iudicantur fideles mali, iudició discussionis, quia habuerunt fidem & permixtionem malorum operum; non autem quia mala tantum opera habuerint: & consequenter infideles hoc iudicio iudicari non possunt.

¶ Exam Ly cuius esse ciues numero exterius videbantur. Scilicet verè. Non enim hic accipitur ly videbantur pro videri, & non esse. Nam reuera fideles etiam mali sunt de Ecclesia numero, & verè appellantur Christiani ex Concilio Trident. sess. 6. cano. 28. vbi dicit: Siquis dixerit: eum qui fidem sine charitate habet non esse Christianum: anathema sit. Hæc ibi. Ergo fides etiam sine charitate est vera fides.

2^m de maiori. Vox iudicis. R. Non autem allocutio illa, de qua Gregorius. §. Non.n. allocutio illa fiet infidelibus, sed tantum fidelibus quamquàm malis: cum tamen vox iudicis condemnantis vtrisque fiat. Tunc nihil &c. vt patet.

## APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem excludas hæresim illam &c. vt artic. 6. appen. pro quanto loquitur de reprobis. In præsenti enim articulo mōstratur, quòd iudicandi sunt. Item & quomodo per rationem interimas heresim Georgij Dauid (Prat. Georgius Dauid) dicentis: quòd animæ tam eorum quos fideles vocamus, quàm infidelium, saluabuntur: & Apostolorum corpora æque damnabuntur, atque infidelium. Et hæc pro vltima parte inquantū loquitur de corporibus Apostolorum potest etiam per rationē damnari ex superioribus articulis. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas meritò has damnari à Matth. 25. Esuriui, & nō dedistis mihi mādu care, &c. Quibus & dicetur, Ite maledicti in ignem æternum, &c. Hæc ibi. Vbi manifestissime docet malos fideles esse iudicādos iudicio discussionis. Item à Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. Hæc ibi. Idest, iam condemnatus est. Hoc est, non erit opus discussione operum suorum ad hoc; quòd condemnetur. Item ab Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Hæc ibi. Quis autem dicat, aliquem posse saluari, qui non placet Deo? Item ab Apocal. 21. Ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem habentem claritatem Dei, & fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina Apostolorum. Hæc ibi. Item à 1. Corin. 15. Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Hæc ibi. Vbi clare patet; q de Apostolis etiam, inter quos Apostolus seipsum numerat, per ly nos, loquitur, & q de ipsorum etiam corporibus per ly immutabimur, cointelligit. Item 1. Thess. 4 Mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui viuimus, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera: & sic semper cum domino erimus. Hæc ibi. Si ergo cum domino semper erimus post resurrectionem corporum, vt verum est: corpora vtique Apostolorum non damnabuntur, sed nec etiam aliorum sanctorum: de quibus omnibus ibi cointelligit. Item ab Ecclesia catholica, quæ de Apostolis canit. Ecclesiarum principes, belli triumphales duces, cęlestis aulæ milites, & vera mundi lumina. Hæc illa in hymno ad laudes. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas prædicta scripturarum & Patrum, pro quanto malos fore iudicandos, vel non iudicandos insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

3

4

---

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum Angeli in futuro iudicabuntur.*

Ad octavvm sic proceditur. Videtur quòd Angeli in futuro iudicabuntur. Quia dicitur 1. Corinth. 6. Nescitis, quia angelos iudicabimus? sed hoc non potest referri ad statum præsentis temporis; ergo referri debet ad futurum.

¶ 2 Præterea. Iob 40. dicitur de Behemoth, per quem diabolus intelligitur: Cunctis videntibus præcipitabitur: & Marc. 1. exclamauit dæmon ad Christum: Venisti ante tempus perdere nos: & Glos. * dicit ibidem, quòd Dæmones in terra Dominum cernentes, se continuò iudicandos esse credebant; ergo videtur quòd eis finale iudicium reseruetur.

* Ex glos. Bedæ ibi.

¶ 3 Præterea. Secundæ Pet. 2. dicitur: Deus angelis peccantibus non pepercit: sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradididit cruciandos in iudicium reseruari; ergo videtur quòd angeli iudicabuntur.

Sed contra, Deus non iudicabit bis in idipsum, sed mali angeli iam iudicati sunt. Vnde Ioan. 16. Princeps mundi iam iudicatus est: ergo in futuro angeli non iudicabuntur.

¶ 4 Præterea. Perfectior est bonitas, vel malitia angelorum, quàm aliquorum hominum in statu viæ, sed quidam homines boni, & mali non iudicabuntur, vt dicitur * in litera; ergo nec angeli boni, vel mali iudicabuntur.

* Li. 4. Sēt. d. 47. §. C.

Respon. Dicendum, quòd iudicium discussionis nullo modo habet locum neque in bonis angelis, neque in malis, quia neque in bonis potest aliquid mali inueniri, neque in malis † aliquid boni ad iudicium pertinens. Sed si loquamur de iudicio retributionis, sic est distinguenda duplex retributio. Vna respondens propriis meritis angelorum, & hæc à principio fuit vtrisque facta: vnde quidam in beatitudine sublimati sunt, quidam etiam in miseria demersi. Alia retributio est, quæ respondet meritis bonis, vel malis per angelos procuratis, & hæc retributio in futuro iudicio fiet; quia boni angeli amplius gaudium habebunt de salute eorum, quos ad meritum induxerunt, & mali amplius torquebuntur, multiplicata malorum ruina, qui per eos ad mala sunt incitati. Vnde directè loquendo, iudicium nec ex parte iudicantium, neque iudican-

* Al. procreatis.

SVPER Q. CXX. Aliàs 89. Art. VIII.

387

Conc. 1. Iudicium discussionis nullo modo habet locum, neque in bonis Angelis, neque in malis.

¶ Prob. Quia neque in bonis potest esse commixtio alicuius mali, neque in malis alicuius boni ad iudicium pertinentis.

¶ Not. Cum loquitur de bono addit ly ad iudicium pertinens: quia per hoc additum monstrat, quod & bonum aliquod potest reperiri in reprobis, puta bonum naturæ. Sed hoc, vt innuitur hic, non pertinet ad diuinum iudicium: quoniam ad iudicium pertinent illa, quæ sunt voluntaria, cuiusmodi non sunt bona naturæ in Angelis malis, quinimò ipsis naturæ bonis per voluntatem propriā abutuntur ad malum, puta ingenio ad decipiēdum homines, &c.

¶ Conc. 2. Directè loquendo iudicium nec ex parte iudicantium, neque iudicandorum erit Angelorum, sed hominum: indirectè autem quodāmodo respiciet Angelos.

¶ Prob. 1. Quia patet de hominibus ar. 6. & 7. & probatur de Angelis, tum bonis, tū malis, quoniam retributio fuit vtrisq; facta à principio. Secunda autem pars, s. indirectè &cæt. probatur: Quia Angeli tum boni tum mali commixti sunt actibus hominum, cum procurauerint in illis bonum vel malum.

Primum

1^m ex Apostolo. Angelos iudicabimus. R. Iudicio comparationis: non, discussionis. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusionib. Vide art. 1. corp.

2^m illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. De iudicio scilicet discussionis. Nam de iudicio retributionis conceditur, vt in textu; sed non infringit propositum.

3^m de concl.^e Iudicabuntur. R. Indirectè: non autem directè. §. Tunc nihil &c. vt ex conclusione secunda patet.

iudicandorum erit angelorum,† sed hominum: sed indirectè quodámodo respiciet angelos, inquantū actibus hominum fuerunt commixti.

AD PRIMVM ergo dicendum, q illud verbum Apostoli est intelligendum de iudicio comparationis; quia quidam homines quibusdam angelis superiores inueniuntur.

AD SECVNDVM dicendum, q ipsi dæmones cūctis videntibus præcipitabuntur, quia in perpetuum in inferni carcerem detrudētur, vt iam non sit eis liberum egredi extra; quia hoc eis non concedebatur, nisi secundum quòd ordinabatur ex diuina prouidentia ad hominum vitam exercendam.

ET similiter dicendum est ad tertium.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articu. habes primò; quomodo per rationem contundas superbam, atque temerariam phantasiam cuiusdam Mennonis Frisij iactanter, atque mendaciter dicentis: se iudicaturum in die iecti iudicij per suam doctrinam & Angelos, ac principes, & mūdum. Hinc enim patet, quòd Angeli neque boni, neque mali iudicabuntur ab hominibus; & si ab Apostolis, quód iudicio comparationis, vt in ad primum. Menno autem prædictus neque Deus, neque Apostolus, neque maior Apostolis, sed pessimus homo fuit. Narrat siquidem Lindanus Dubitan. dialog. 2. quòd fuit Anabaptistarum dux, qui non contenti baptisma violasse: etiam Christum negant ex Virginis carne, aut humana substantia natum: & quamuis seipsos iactēt Apostolos, Helias, Henochos; nullus tamen eorum extitit, qui vel equum claudum sanare potuerit. Quin Mennon ipse (qui varios suæ perfidiæ reliquit ministros, Hollandiam, Frisiam, & Ebdensem, contaminantes; iactitans eos à Deo missos, vt Euangelij sui, multa fecisse miracula) mirum; cur se tot per annos claudicantem sanare nequiuerit. Hæc ibi Lindanus. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illam phantasiam meritò damnari à Matth. 25. Tunc separabit oues ab hœdis, & his, qui à sinistris eius erunt dicet, Ite maledicti in ignē æternum. Hæc ibi. Vbi vides: quòd Mēnon ipse cum suis similibus tempore iudicij mittentur in ignem æternum, simul cū corporibus suis: tantum abest vt iudicet Angelos. Item à &c. vt art. 2. & 7. appen. secundum quód ibi dicta faciliter cōtra Mennonē applicare poterit sapiens. Tertiò vides: quomodo

3

per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, q Angeli non iudicabuntur. Et hoc quandocūque loquentes de Angelis tempore iudicij attribuunt eis, vel collectionem cinerum omnium in iudicio cōparitururum Matth. 24. vel separationem malorum de medio iustorū, Matt. 13. vel alligationem zizaniorum in fasciculos ad cōburendum, & tritici in cęleste horreum, Matt. 13. vel conuocationem hominū ad iudicium per sonitū tubæ, Matt. 24. 1. Cor. 15. 1. Thess. 4. vel aliquid simile: nunquam autem, q iudicandi sint, nisi cōparatiuè, vt in ad primum. De malis verò Angelis dicit Ioan. 16. Princeps mundi iam iudicatus est. Hæc ibi. Vbi innuitur: q iudicandus amplius non est. Quartò habes: quomodo prædicta scripturarum, pro quanto Angelos non fore iudicandos insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

4

5

---

SVPER Q. CXXI. Aliàs 90. Art. 1.

CONCL. 1. Christo competit iudicare secundum hoc, q dominium super homines habet, de quibus principaliter erit finale iudiciū.

¶ EXAM. Ly de quibus principaliter &c. vt q. 89. art. 6. 7 & 8. maximè in huius conclusione secunda.

¶ PROB. Quia iudicium dominiū aliquod in iudicante requirit (patet Rom. 14.)

¶ CONCL. 2. Conueniens est, vt Christus secundū humanā naturā illi iudicio præsideat.

¶ EXAM. Ly conueniens est. Vide q. 89. artic. 5. in conclusione, vbi dicitur ly congruum; & secundū declarationem de ly congruum, intelligas etiam hoc nomen conueniens. Adeo q sicut ibi concluditur accipi debere congruum; ita dic accipi debere hic ly conueniens.

¶ PROB. primò: Quia Christus secundum naturam etiam humanam est dominus omnium, eiusq; redēptionis beneficio secundū humanam naturam exhibito (.i. passione sua) homo admittitur ad regnū: & iudiciū finale ordinatur ad hoc, vt aliqui admittantur ad regnū, vel excludanē. Secundò, quia ex Actu. 10. id habetur.

¶ CONCL. 3. Christus per suam passionē dominium promeruit, & iudiciariam potestatem non solū super homines, sed super vniuersam creaturam.

¶ PROB. primò: Quia per redemptionem humani generis à Christo factam tota creatura reparato homine meliorata est (Coloss. 1.) Secundò, quia ex Matt. vlt. id habetur.

388 S. Tho. 4. d. 48. q. 1. ar. 1. & seq. *Al. ser.

## QVÆST. CXXI. Aliàs 90.

*De forma iudicis venientis ad iudicium, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de forma iudicis veniētis ad iudicium.

CIRCA quod quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum Christus in forma humanitatis sit iudicaturus.

¶ Secundò, Vtrum apparebit in forma humanitatis gloriosa.

¶ Tertiò, Vtrum diuinitas possit sine gaudio videri.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum Christus in forma humanitatis sit iudicaturus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus in forma humanitatis non sit iudicaturus. Iudicium enim authoritatem requirit in iudicante: sed authoritas super viuos, & mortuos est in Christo secundum q est Deus, sic enim est & Dominus, & creator omnium; ergo in forma diuinitatis iudicabit.

¶ 2 Præterea. In iudice requiritur potestas inuincibilis. Vnde Eccles. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute disrumpere iniquitates: sed virtus inuincibilis cōuenit Christo, secundum quod est Deus; ergo in forma diuinitatis iudicabit.

¶ 3 Præterea. Ioan. 5. dicitur, Omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium sicut honorificant Patrem: sed honor æqualis patri non datur filio secundum humanam naturam; ergo non iudicabit secundum formam humanam.

¶ 4 Præterea. Daniel. 7. dicitur, Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: throni autem iudiciariam potestatē designant, antiquitas autem de Deo dicitur ratione æternitatis, vt Dion.* dicit in lib. de diui. nom ergo iudicare conuenit filio prout est æternus, ergo non secundum quòd homo.

*lib. 10. nō remotè à princ.

¶ 5 Præterea. Augustinus dicit, & habetur in litera, quòd per Dei verbū fit animarū resurrectio, per verbum factum in carne Filium hominis, fit resurrectio corporum: sed iudicium illud finale pertinet magis ad animam, quàm ad carnem; ergo magis conuenit iudicare Christo, secundum quòd est Deus, quàm secundum quòd est homo.

Tract. 19. in Io. à medio illius to. 7. & citat à Magist. lib. 4. sent. di. 48. §. C.

SED CONTRA. Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.

¶ Præterea. Iob 16. Causa tua quasi impii, iudicata est, Glo.* à Pilato, ideo iudicium, causamque recipies. Glos. Vt iustè iudices: sed Christus secundum humanam naturā est iudicatus à Pilato; ergo secundum humanam naturam iudicabit.

¶ Præt. Eius est iudicare, cuius est legem condere: sed Christus in humana natura apparens, nobis legem Euangelii dedit; ergo secundum eandem naturam iudicabit.

RESPON. Dicendum, q iudicium aliquod dominium in iudicando requirit, vnde Rom. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? & ideo secundum hoc Christo competit iudicare, quòd dominium super homines habet; de quibus principaliter erit finale iudicium. Ipse autem est noster dominus, non solum ratione creationis, quia dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos: * sed etiam ratione redemptionis, quod ei competit secundum humanam naturam, vnde Rom. 14 in hoc Christus mortuus est, & resurrexit, vt & viuorum, & mortuorum dominetur. Ad præmium autem vitæ æternæ creationis bona non sufficerent, nisi redēptionis beneficiū adderetur, propter impedimentū; quod naturæ creatæ superuenit ex peccato primi parentis

* Psal. 99. li. 1. de Trinit. cap. 13. tom. 3.

Vnde

**1m de maiori.** Authoritatem. ℞. Vel principalem, vel secundariam. §. Tunc nihil &c. Nam Christus secundum ꝙ homo, habet secundariam, & secundum ꝙ Deus, principalem. Vnde vtrumque in iudicio habebit, cum sit una persona.

¶ Not. Licet vtrâque habeat in iudicando, tamẽ quodammodo magis attribuitur iudicium ei secundũ humanam naturam; inquantum & illud promeruit per passionẽ, & ab omnibus etiam malis tunc videri poterit: quæ duo de diuina natura secundum se non verificãtur.

Aug. tract. 21. in Ioã. vltra med. tom. 9.

Iudicium quare tribuit Christo magis quodãmodo ſm naturã humanã, quàm secundũ diuinam.

**2m de maiori.** Inuincibilis. ℞. Vel ex se, vel ex altero. §. Tunc nihil &c. Quamuis enim Christus secundũ ꝙ homo non habeat à se &c. vt in textu.

¶ Not. Quando dicitur hic, ꝙ Christus secundum ꝙ homo non habet à se inuincibilem potestatem, non inferas ex hoc, ꝙ Christus secũdum ꝙ Deus habeat illam à se. Nam quemadmodum filius Dei habet essentiã diuinã non à se, sed à patre: ita nec habet inuincibilem potestatẽ, imò nec aliquid aliud à se, 1. par. q. 42. art. 6. In hoc tamẽ differt ab humanitate; ꝙ humana natura nec à se, nec per se illa habet, filius verò secundũ diuinam naturam illa habet per se. Nam de se. i. de ratione diuinæ naturæ secundum se consideratæ, est habere omnia illa; secus autem de natura humana. Alioquin si naturæ humanæ secundum se conueniret potestas illa inuincibilis, conueniret & alijs hominibus: sicut quia conuenit secundũ se naturę diuinæ, sequitur: ꝙ cõueniat omnib. habentibus naturã diuinã. i. Patri & Filio & Spirituisancto. Restat ergo: ꝙ inuincibilis potestas cõueniat naturæ humanæ Christi ab alio, ita ꝙ nõ habeat illã neque à se, neque per se; sed ſm naturam diuinam ab alio, ita ꝙ Christus ipse nõ habeat quidem illam à se, sed tamen habeat per se.

Christus hẽt potentiã &c. ab alio: sed tamẽ, aliter, secundũ ꝙ Deus, & secundum ꝙ homo.

Vnde cum finale iudicium ad hoc ordinetur, vt aliqui admittantur ad regnum, & aliqui excludantur à regno conueniens est vt ipse Christus secundum humanam naturam, cuius redemptionis beneficio homo ad regnum admittitur, illi iudicio præsideat, & hoc est, quod dicitur Act. 10. quod ipse constitutus est à Deo iudex viuorum, & mortuorũ: & quia per redemptionem humani generis non solum homines reparauit; sed vniuersaliter totam creaturã, secundum quòd tota creatura reparato homine melioratur, vt habetur Colossen. primo: Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in cœlis, siue quæ sunt in terris: ideo non solum super homines, sed super vniuersam creaturam Christus per suam passionem dominium promeruit, & potestatem iudiciariam. Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.

Ad primvm ergo dicendum, quòd in Christo secundum diuinam naturam, est authoritas diuina respectu vniuersalis creaturę ex iure creationis: sed in Christo secundum humanam naturam est authoritas dominii, quàm promeruit per passionem, & est quasi authoritas secundaria, & acquisita: sed prima est naturalis, & æterna.

Ad secvndvm dicendũ, quòd quamuis Christus secundum ꝙ homo, non habeat à se inuincibilẽ potestatem ex naturali virtute humanæ speciei, tamen ex dono diuinitatis etiã in humana natura inuincibilem habet potestatem, secundũ quòd omnia sunt subiecta pedibus eius, vt dicitur 1. Corinth. 15. & Hebræ. 2. & ideo iudicabit in humana natura, sed ex diuinitatis virtute.

Ad tertivm dicẽdum, quòd Christus non suffecisset ad humani generis redemptionem, si purus homo fuisset: & ideo ex hoc ipso, quòd secundum humanam naturam genus humanum redimere potuit, ac per hoc iudiciariam potestatem consecutus est, manifestè ostenditur, quòd ipse est Deus, & ita æqualiter honorandus cum Patre, non inquantum homo: sed inquantum Deus.

Ad qvartvm dicendũ, quòd in illa visione Danielis manifestè totus exprimitur ordo iudiciariæ potestatis, quæ quidem sicut in prima origine, est in ipso Deo, & specialius in patre, qui est fons totius deitatis; & ideo præmittitur primo, quòd Antiquus dierum sedit: sed à Patre iudiciaria potestas traducta est in filium, non solum ab æterno secundum diuinam naturam: sed etiam in tempore secundum humanam, in qua eam meruit; & ideo subiungitur in visione prædicta, Ecce cum nubibus cęli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad Antiquum dierum peruenit, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum.

Ad qvintvm dicẽdum, quòd Augustinus loquitur, vt per appropriationem quandam reducãtur effectus, quos in humana natura fecit, ad causas aliquo modo similes: & quia secundum animam sumus ad imaginem, & similitudinem Dei, secundum autem carnem sumus eiusdem speciei cum homine Christo: ideo ea, quæ in animabus nostris Christus fecit, diuinitati attribuit; quæ verò in carne fecit, vel facturus est, attribuit eius carni: quamuis caro eius, inquãtum est diuinitatis organum, vt dicit Damasc.[a] habet etiã effectum in animabus nostris, secundum id, quod dicitur Hebr. 10. quòd sanguis eius emundauit conscientias nostras ab operibus mortuis, & sic Verbum caro factum est causa resurrectionis animarum. Vnde etiam secundum naturam humanam conuenienter est iudex, non solum corporalium, sed etiam spiritualium bonorum.

[a] Lib. 3. ca. 15. à med.

ARTI-

**3m de conclusione.** Non iudicabit ſm formã humanam. ℞. Separatam personaliter à Deo: non autẽ, coniunctam. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio non intelligit de forma humana Christi, quasi quod ipse separata personaliter à diuina veniat ad iudicandum; sed de forma humana coniuncta diuinæ, ita quod Christus homo visus sit & Deus.

**4m de conclusione 1.** Prout est æternus. ℞. Hóc adductum est extra propositum. §. Nam antiquitas illa in Daniele attribuitur patri, nõ autem filio.

¶ Coroll. Debebat ergo concludi sic; ergo iudicare conuenit patri, prout est æternus. Et tunc responderetur; quòd est verum inquantum ipse pater est fons totius deitatis, & consequenter iudiciariæ potestatis. Sed tunc nihil concluderetur contra intentum articuli: & nullam haberet dependentiæ apparentiam illatio vltimæ conclusionis: quoniam à patre iudiciaria potestas reducta est in filium &c. vt in tex. Nec mireris, quòd in argumentis tales defectuositates hic, vel alibi, inuenias: quoniam id non est vitium D. Thomæ, sed eorum argumentatorum contra veritatem, quorum personam refert sanctus Doctor in argumentando.

Notandũ vniuersale in argumẽtis.

**5m illatio conclusionis.** Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam Christus non tantum secundũ quòd Deus, sed etiam secundum ꝙ homo est causa resurrectionis animarũ. Ad rationem ex Augustino respõdetur: quod loquitur secundũ appropriationem quandam, quam explicat tex. vsq; exclusiuẽ ad ly quãuis caro eius inquantũ &c. quæ quidem appropriatio non tollit veritatem rei, quam nunc respondẽdo ad illationem expressimus.

¶ Exam. Ly vnde etiam secundum humanam naturã conuenienter &c. Hoc dictũ textus fin. melius intelliges: si videas corp.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationẽ interimas hæresim Passionistarũ dicentium: quòd Christus in passione ita carnẽ dimisit, & in cęlum sic ascendit, vt non sit iam in carne diuinitas: neq; enim post passionem surrexit in carne, neque cũ carne ascendit. Si enim in carne nõ ascẽdit, sequitur ꝙ nec in carne iudicabit: quoniam quemadmodum ascendit, ita & veniet, secundum quòd testantur Angeli Act. 1. Articulus ergo præsens per hoc, quòd monstrat Christum in forma humana iudicaturũ, militat contra Passionistas. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, prædicta hæresim merito damnari ab Hebræ. 7. Vnde & saluare in perpetuũ potest, accedens per semetipsum ad Deum, semper viuẽs ad interpellandum pro nobis. Hæc ibi. Vbi loquitur de Christo iam sedente ad dexterã patris. Patet autem, quòd Christus secũdum humanam naturam solum & potest interpellare, & interpellat pro nobis. Item à Rom. 8. Christus qui mortuus est, imò & qui resurrexit, qui est ad dexterã Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Hæc ibi. Ex quo dic, vt suprà. Tertio habes: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum à Ioan. 5. ꝙ Christus in forma humanitatis iudicabit: & sic. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Hæc ibi. Id est, quia meruit per humanitatem, & ꝙ iudicaret, & ꝙ iudicaret in forma humana. Item a Iob 36. Causa tua quasi impij iudicata est: ideo iudicium, causamq; recipies. Hæc ibi. Quæ ad Christum dicũtur: & debent exponi, vt nunc suprà. Item à Matth. 25. Cùm venerit filius hominis, tunc dicet, Esuriui, & dedistis mihi manducare. Venite benedicti &c. Hæc ibi. Vbi nota ly filius hominis: quando de iudicio agitur. Quartò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas ꝑ Ecclesia S. Dei.

3 Potestatẽ dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est; pulchre exponitur.

4

5

SVPER

SVPER Q. CXXI.

Aliàs 90. Art. II.

CONCL. 1. In primo aduentu Christus in forma nostrę infirmitatis apparuit.

389

* Gl. interlin. ibid. & August. de verbis Domini.

* Hom. 77. in Matth. parũ ante med.

¶ EXAM. Ly nostræ infirmitatis. Hoc dicit duo, scilicet naturã humanam, & mortalitatẽ, atq; defectus eius absq; peccato, Hebr. 4. Et hęc infirmitas dicit ab Apostolo Rom. 8. Similitudo carnis peccati: non quia Christus filius Dei assumpserit similitudinarie, & non verè carnem humanã: sed quia assumpsit etiã defectus eiusdẽ carnis, qui sunt similitudo peccati, inquantum sunt causati à peccato. Nisi enim peccasset Adam; defectus huiusmodi non prouenissent in carnem nostram.

¶ PROB. Quia Christus in primo aduentu venit ad hoc, vt satisfaceret pro nobis.

¶ NOT. Pro intellectu sano huius probationis: vide art. 1. ad tertiũ. Et indè cõclude, quòd ex eo, ꝙ Christus venit ad satisfaciendũ pro nobis, oportuit, quòd assumendo humanitatem remaneret Deus.

¶ CONCL. 2. In secundo aduentu Christus in forma humanitatis gloriosa apparebit.

¶ PROB. Quia in secundo aduentu veniet ad hoc, vt iustitiam patris in homines exequatur; & consequenter ad demonstrandum gloriã communicatam sibi à patre.

* In lib. de spiritu & ani. cap. 9. to. 3.

¶ NOT. Gloria communicata à patre ipsi filio intelligitur pro nunc de gloria humanitatis: & ratio est, quia gloriã diuinitatis, quam habet ex patre, non possunt videre reprobi. Vnde ratione materiæ, quæ nunc tractatur, intelligeretur: ex quo dictum est q. 89. art. 5. omnes in iudicio cõparituros ad videndum gloriam iudicis. Rursus. Pars secunda antecedentis in probatione ly & cõsequenter &c. optimè connectitur primæ parti; ideò, quia iustitiam patris ad homines conuenit magis demonstrari in capite hominum, scilicet Christo, quàm in alijs.

* Glo. ord. ibid.

## 1^m^ ex Glossa.

In ea carne. ℞. Sed non similiter se habente. §. Scilicet quò ad qualitatem carnis: non quò ad naturã, vt ad quintum. Tunc nihil &c. vt patet.

## 2^m^ conclusionis illatio.

Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam signum crucis apparebit in iudicio non ad iudicium &c. vt in textu.

## 3^m^ minor.

Christus secundum formam humanitatis gloriosam nõ poterit videri ab omnibus bonis, & malis. ℞. Negatur ista. §. Ad rationem dicitur, quod est falsa: vt patet ex q. 85. art. 2. quẽ etiam articulum adiuuare potes ex isto exẽplo de Christo.

## 4^m^ maior.

Illud quod promittitur iustis in pręmium, non conceditur iniustis. ℞. Eo modo, quo promittitur iustis. §. Tunc nihil &c. Nam alio, & alio modo videbunt humanitatem iusti & impij: inquantum scilicet iusti eam videbunt, vt præmium, & consequenter cum delectatione: impij verò videbunt eam, vt quid sibi odiosum, & consequenter cum tristitia.

## 5^m^ de maiori.

Formam. ℞ Acceptam pro natura: nõ, pro qualitate naturæ. §. Infirma scilicet, vel gloriosa. Nam conclusio dicens, quòd apparebit in forma gloriosa, sumit ly forma pro qualitate humanæ naturæ: intendens tamẽ, quòd in eadem forma, vt dicit naturam appareat.

# ARTICVLVS II.

*Vtrum Christus in iudicio apparebit in forma humanitatis gloriosa.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ Christus in iudicio non apparebit in forma humanitatis gloriosa. Ioan. 19. Videbunt in quem transfixerunt. Glos.* Quia in ea carne venturus est, in qua crucifixus est: sed crucifixus est in forma infirma; ergo in forma infirmitatis apparebit, non in forma gloriosa.

* Al. carne

¶ 2 Præterea. Matt. 24. dicitur, quòd apparebit signum filii hominis in cęlo, id est, signum crucis, vt Chrysostomus* dicit, videlicet, quòd veniet in iudicio Christus non solum vulnerum cicatrices, sed etiam ipsam mortem exprobratissimã ostendens; ergo videtur quòd non apparebit in forma gloriosa.

¶ 3 Præterea. Secundum hanc formam Christus in iudicio apparebit, quæ ab omnibus conspici possit: sed Christus secundum formam humanitatis gloriosam non poterit videri ab omnib. bonis, & malis, quia oculus non glorificatus non videtur esse proportionatus ad videndam claritatem gloriosi corporis; ergo non apparebit in forma gloriosa.

¶ 4 Præterea. Illud, quod promittitur iustis in præmium, non conceditur iniustis: sed videre gloriam humanitatis promittitur iustis in præmium, Ioan. 10. Ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet, id est, refectionem in diuinitate, & humanitate, vt Augustinus* exponit, & Isa. 33. Regem in decore suo videbunt; ergo in iudicio non apparebit omnibus in forma gloriosa.

¶ 5 Præterea. Secundum illam formam Christus iudicabit, in qua iudicatus est. Vnde super illud Ioan 5. Sicut Filius, quos vult glorificat: dicit Glossa,* In qua forma iniustè iudicatus est, iustè iudicabit, vt possit ab impiis videri: sed iudicatus est in forma infirmitatis; ergo & in eadem in iudicio apparebit.

SED CONTRA est, quod dicitur Lucæ 21. Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate, maiestas autẽ, & potestas ad gloriã pertinẽt; ergo ĩ forma gloriosa apparebit.

¶ Præterea, Ille, qui iudicat, debet eminere illis, qui iudicantur, sed electi, qui iudicabuntur à Christo, corpora gloriosa habebunt; ergo multo fortius iudex in forma gloriosa apparebit.

¶ Præterea. Sicut iudicari est infirmitatis, ita iudicare est auctoritatis, & gloriæ: sed in primo aduentu, quo Christus venit ad hoc, quòd iudicaretur, in forma infirmitatis apparuit; ergo in secundo aduẽtu ad hoc quòd iudicet, apparebit manifestè in forma gloriosa.

RESPON. Dicendum, ꝙ Christus dicitur Dei, & hominum mediator, inquantum pro hominibus satisfecit, & interpellat apud Patrem, & ea, quæ sunt Patris, hominibus communicat, secũdum quòd dicitur Io. 17. Claritatem quã dedisti mihi, dedi eis: secundũ hoc autem vtrũque quòd conuenit ei, cum vtroque communicat extremorum. Inquantum enim cum hominibus communicat, vices hominum gerit apud Patrem, inquantum verò cum Patre cõmunicat, dona Patris transmittit ad homines. Quia ergo in primo aduentu ad hoc venit, vt pro nobis satisfaceret apud Patrem, in forma nostrę infirmitatis apparuit, quia verò in secundo aduentu ad hoc veniet vt iustitiã patris in homines exequatur, demonstrare gloriã habebit, quæ inest ei ex communicatione ad Patrem, ideo in forma gloriosa apparebit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in eadem forma apparebit, sed non similiter se habente.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ signum crucis apparebit in iudicio non ad iudicium tunc existentis infirmitatis, sed præteritæ: vt per hoc iustior condemnatio eorũ appareat, qui tantum misericordiam neglexerunt, & eorum præcipuè, qui Christum iniustè persequuti sunt. Cicatrices autem, quæ in eius corpore apparebunt, non pertinebunt ad aliquam infirmitatem: sed erunt indicia maximæ virtutis, qua Christus per passionẽ, & infirmitatem de hostib. triumphauit. Etiam exprobratissimam mortem ostendet, non sensibiliter eam oculis ingerẽs, ac si tunc eam pateretur: sed ex his, quæ apparebũt, scilicet indiciis præteritæ passionis, homines in recogitationem præteritæ mortis adducet.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd corpus gloriosum habet in potestate sua vt se demonstret oculo non glorioso, vt patet ex his, quæ dicta sunt:* & ideo in forma gloriosa Christus ab omnibus poterit videri.

* q. 85. art. 2. ad 3.

AD QVARTVM dicendũ, quòd sicut amici gloria est delectabilis, ita gloria, & potestas eius, qui odio habetur maximè contristat: & ideo sicut visio humanitatis Christi erit iustis in præmium, ita inimicis Christi erit in supplicium, vnde Isa. 26. Videant, & confundantur zelantes populi, & ignis, id est inuidia, hostes tuos deuoret.

AD QVINTVM dicendũ, ꝙ forma accipit ibi pro natura humana, in qua iudicatus est, & etiam iudicabit; non autem pro qualitate naturę: quæ non erit eadem in iudicante, scilicet infirma, quæ in iudicato fuit.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem tanquã ab effectu interimas hęresim Arnoldi dicentis: quod humana natura à Deo verbo assumpta æqualis est Deo in omnibus bonis suis: adeò vt tanta sit humanitas Christi, quanta est eius diuinitas; & tantundem possit, & valeat. Item hæresim Augustini de Roma (vt refert ac reprobat Cardinalis Turrecrem. summa de Ecclesia, lib. 1. cap. 68. notando. 5.) dicentis: quòd humana natura assumpta à verbo in vnione personali est veraciter Deus naturalis & proprius. Item hæresim Eutycetis (quam refert, ac reprobat Concil. Calcedonense, & Ephesinum

num primum) dicentis: quòd in momento incarnationis Christi caro in diuinitatem fuit conuersa. Cùm enim in præsenti artic. monstretur, quòd forma humanitatis Christi gloriosa videbitur etiam à reprobis; quos tamen diuinitatem, posse videre negatur in artic. 3. patet, quòd per hoc humanitatem & diuinitatem non esse æquales, neque vnam conuersam in aliam, commonstratur; &, cõsequenter patet, quòd præsens articulus militat contra illas hæreses, tanquàm ab effectu eas subruendo. 2 Secundò habes: quomodo per rationem tanquàm ab effectu ostendas, eas merito damnari à regula compendiosa fidei catholicæ, quæ est symbolum Athanasij secundum Concil. Flor. Aequalis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem. Qui licet Deus sit & homo: non duo tamen, sed vnus est Christus; assumptione humanitatis in Deum; non confusione substantiæ, sed vnitate personæ. Hæc ibi. Vbi per ly assumptione humanitatis in Deum non confusione substãtiæ, ostenditur aperte, quod caro non est conuersa in diuinitatem. Item à &c. vt 1. par. q. 75. ar. 7. appen. & 3. par. q. 2. ar. 1. & 7. appen. Itẽ à 3. par. quæst. ar. 2. & 6. & 8. Item à Io. 14. Vado ad patrem, quia pater maior me est. Hæc ibi. Vbi per contextum patet: ꝙ loquitur de humanitate tantum. Quasi dicat, Eatenus, quatenus vado ad patrem, Pater maior me est; hoc est, secundum eam naturam, quam ascendendo in cœlum transfero ad patrem, pater maior me est. Constat autem; ꝙ filius secundum diuinitatem non iuit ad patrem, sed semper fuit apud patrem in cœlo secundum ipsum in terris positum dicentem Io. 7. Vbi sum ego, vos non potestis venire; Et Ioan. 3. Nemo ascendit in cęlũ, nisi qui descendit de cęlo, filius hominis qui est in cœlo. Et Io. 12. Volo pater, & vbi ego sum, illic sit & minister meus. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas merito insinuatum à Luc. 21. ꝙ Christus iudex apparebit in forma gloriosa: & sic. Tũc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate. Hæc ibi. 4 Quartò habes: quomodo per rationem prędicta scripturarum pro quanto quod diximus, insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. 5 Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum diuinitas à malis sine gaudio videri possit.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd diuinitas à malis sine gaudio videri possit. Constat enim, quòd impii manifestissimè cognoscent Christum esse Deum; ergo diuinitatem eius videbunt, & tamen de visione Christi non gaudebunt; ergo sine gaudio videri poterit.

¶ 2 Præterea. Voluntas impiorum peruersa non magis aduersatur humanitati Christi, quàm eius diuinitati: sed in hoc, quòd videbunt gloriã humanitatis, cedet eis in pœnam, vt dictum * est; ergo multo fortius si diuinitatem eius viderent, magis contristarentur, quàm gauderent.

¶ 3 Præterea. Ea, quæ sunt in affectu, non de necessitate sequuntur de ea, quæ sunt ad intellectu. Vnde August. dicit, Pręcedit intellectus, & sequitur tardus aut nullus affectus: sed visio ad intellectum pertinet: gaudium autem ad affectum; ergo poterit esse diuinitatis visio sine gaudio.

¶ 4 Præterea. Omne, quod recipitur in aliquo, recipitur per modum recipientis, & non per modum recepti: sed omne, quod videtur, quodam modo in vidente recipitur; ergo quamuis in se diuinitas sit delectabilissima, tamen visa ab illis, qui sunt tristitia absorpti, non delectabit; sed magis contristabit.

¶ 5 Præterea. Sicut se habet sensus ad sensibile, ita intellectus ad intelligibile: sed ita est in sensibus, quòd palato non sano pœna est panis, qui sano est suauis, vt August. * & similiter accidit in aliis sensibus; ergo cũ damnati habeant intellectum indispositum, videtur, quòd visio lucis increatæ magis afferat eis pœnam, quàm gaudium.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, ex quo patet, quòd essentia beatitudinis in Dei visione consistit: sed de ratione beatitudinis est gaudium; ergo diuinitas sine gaudio videri non poterit.

¶ Præterea. Ipsa essentia diuinitatis est essentia veritatis: sed vnicuique est delectabile videre verum. Nam omnes homines natura scire desiderant, vt dicitur in primo Metaphysic. * ergo diuinitas sine gaudio videri non potest.

¶ Præterea. Si aliqua visio non semper est delectabilis, contingit eam quandoque esse tristabilem: sed visio intellectiua nunquam est contristabilis, quia delectationi, quæ est in intelligendo, non opponitur aliqua tristitia, vt dicit Philos. * cum ergo diuinitas videri non possit nisi per intellectum, videtur quòd diuinitas sine gaudio videri non possit.

RESPON. Dicendum, quòd in quolibet appetibili duo possunt considerari, scilicet id, quod appetitur, vel quod est delectabile, & id, quod est ratio appetibilitatis in ipso, sicut autem secundum Boetium * in lib. de Hebdom. Id, quod est potest habere aliquid, præterquàm quod ipsum est: ipsum verò esse nihil aliud, præter se, habet admixtum: ita id, quod est appetibile, vel delectabile, potest habere aliquid aliud admixtũ, vnde non sit delectabile, vel appetibile: sed id, quod est ratio delectabilitatis, nihil habet admixtum, vel habere potest, propter quod non sit delectabilis, vel appetibilis; res autem, quæ sunt delectabiles per participationem bonitatis, quæ est ratio appetibilitatis, & delectabilitatis possunt appręhensæ non delectare, sed id, quod per essentiã suam est bonum, impossibile est, quòd eius essentia appręhensa non delectet. Vnde cùm Deus essentialiter sit ipsa bonitas, nõ potest sine gaudio videri.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ impii manifestè cognoscent Christum esse Deum, nõ per hoc, quòd diuinitatẽ eius videant: sed propter manifestissima diuinitatis indicia.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ diuinitatem secundum ꝙ est in se, nullus potest odio habere, sicut nec ipsam bonitatem: sed quantum ad aliquos diuinitatis effectus dicitur ab aliquibus odio haberi, inquantum s. aliquid agit, vel præcipit, quòd est contrarium voluntati: & ideo visio diuinitatis nulli potest esse non delectabilis.

Ad

---

SVPER Q. CXXI. Alias 90. Art. III.

COncl. 1. Res quæ sunt delectabiles ꝑ participationem bonitatis, possunt appręhensæ non delectare. (590)

¶ Not. Huiusmodi sunt omnia pręter diuinitatem. Vnde & humanitas Christi visa potest non delectare, imò non delectabit, imò contristabit impios articu. 2. Humanitas enim Christi est res creata, licet Christus sit Deus.

¶ Prob. Quia id, quod est, potest habere aliquid, præterquã quod ipsum est (ad differentiam ipsius esse. Ex Boetio): & res participantes bonitatem sunt id, quod est. i. habent aliquid bonitatis, non autem sunt bonitas ipsa.

*art. præc. in respon. ad 4.

¶ Concl. 2. Deus non potest sine gaudio videri.

*concio. 8. in Ps. 118. nõ procul à fi. to. 8.

¶ Exam. Ly videri. Scilicet in seipso. Et hoc ad differentiam videntis eum in effectibus: vt ad secundum & tertium.

¶ Prob. Quia Deus essentialiter est ipsa bonitas (1. par. q. 6. art. 2. & 3.) & id, quod per essentiã suam est bonum non potest non delectare, si apprendatur (cum nihil aliud, præter se, habeat admixtum).

¶ Exam. Ly appręhensa. Hoc dicitur in textu ad differentiã habentium Deum præsentem; qui tamen ex hoc delectationem non sentiunt. Huius differentiam videre potes in aliquibus eucharistiã sumentibus, vel ipsam coram se habentibus. Si ergo quæras à S. Doctore rationem; quare aliqui inde non delectentur, aliqui verò sic: respondet per ly appræhensa, hoc est, quia appręhensio, vel non appręhensio est rõ huius. Si enim appręhendant, hoc, delectantur: si verò non, non. Vnde pro clariori notitia illius particulæ textualis scripsimus in probatione ly si appręhendatur.

*lib. 7. Cõfess. c. 16. in prin. to. 1.

Ratio, quare aliqui cõmunicãtes delectant, aliq non.

1^m conclusionis illatio. Ergo &c.

*Initio lib. 1. Metaph. tom. 3.

R. Negatur illatio. §. Nam impij non videbunt diuinitatem Christi: quãuis aliunde, tunc manifestè cognoscent Christum esse Deum.

¶ Not. Cùm diuinitas Christi, seu Christum esse Deum possit cognosci ex duob. disiũctim, scilicet vel ex visione diuinitatis, vel ex indicijs manifestis (vt ex textuali respõso colligitur); patet ꝙ argumentum deficiebat in sufficientia cognoscendi ipsum esse Deũ. Arguebat enim, ac si id cognosci tantum contingeret vno modo, puta videndo diuinitatem.

*li. 1. Top. 13. ca. to. 1.

*in lib. An omne quod est, bonum sit, non remotè à principio.

2^m maior. Voluntas impiorum peruersa non magis aduersatur humanitati Christi, quàm eius diuinitati.

R. Negatur ista. §. Pro quanto scilicet possunt odire, & de facto oderunt Christi humanitatem in seipsa: nõ autem eius diuinitatem, nisi in effectibus. Tũc nihil &c. Non enim est simile de visione humanitatis, & diuinitatis; vt ex nunc dictis sapienti patere potest.

Tertium

3m maior. Ea, quæ sunt in affectu, non de necessitate sequuntur ad ea, quæ sunt in intellectu. R. Si ea, quæ sunt in intellectu, sint bona, per participationem: non autem, si per essentiam. §. Tunc nihil &c. Nam quando intellectus uidet Deum, videt illud quod est bonum per essentiã, seu quod est ipsa bonitas. 1.par. q.6.artic. 1. & 3. Ex hoc dic: Augustinum loqui tantum in casu; quo intellectus intelligit id, qđ est bonum per participationem: & ideò nõ infringere propositum.

4m de maiori. Per modum recipiẽtis. R.i. per modum dispositionis recipientis: non autẽ, passionis recipientis. §. Tunc nihil &c. Nã tristitia nõ nominat dispositionem, sed magis passionem &c. vt in tex.

5m maior. Sicut se habet sensus ad sensibile, ita se habet intellectus ad intelligibile. R. In aliquibus: non aũt, in relatione indispositionis potentiæ ad obiectũ. §. Tunc nihil &c. Nunc.n. loquimur de huiusmodi non secundum q similitudinem habent in aliquibus; sed secundum quòd potentiæ ipsæ habent relationem ad obiectum. Per indispositionem autem organi sensus tollitur proportio naturalis ipsius &c. vt in textu.

Ad tertium dicẽdum, quòd verbum August. est intelligendum quando id, quod apprehenditur per intellectũ præcedentem, est bonum per participationem, & non per essentiam, sicut sunt omnes creaturæ, vnde potest in eis esse aliquid, quare affectus nõ moueatur. Similiter etiã in via Deus cognoscitur per effectus, & intellectus non attingit ad essentiam ipsius bonitatis, vnde non oportet, quòd affectus intellectum sequatur, sicut sequeretur si essentiam eius videret, quæ est ipsa bonitas.

Ad quartum dicendum, quòd tristitia non nominat dispositionem, sed magis passionem: omnis autem passio à contraria causa fortiori superueniẽte tollitur, & non eam tollit, & ita tristitia damnatorum tolleretur, si Deum per essentiam viderent.

Ad quintum dicẽdum, quòd per indispositionem organi tollitur proportio naturalis ipsius organi ad obiectum, q natum est delectare, & propter hoc delectatio impeditur: sed indispositio, quę est in damnatis, non tollit naturalem proportionem: quia sunt ordinati ad * diuinam bonitatem, cum imago semper in eis maneat; & ideo non est simile.

A P P E N D I X.

Vtilitas Ecclesiæ Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationẽ interimas duas primas hæreses pręedictas art. 2. appen. Pro quanto enim, quod nõ faciunt differentiã inter humanitatem Christi & diuinitatẽ, pro tãto articulus præsens reductiuè contra illas militat: dum diuinitatẽ sine gaudio videri non posse dicit, cum tamen humanitatem Christi etiam gloriosam sine gaudio posse videri artic. 2. docuerit. Item hæresim Arnaldi (Prat. Arnaldistæ) dicentis: in Deo esse quippiã compositum. Item Tertulliani (Prat. Tertullianistę) dicentis: Deum esse corporeum. Cum enim fundet artic. conclusionem suam in hac ratione, q Deus est ipsa bonitas (vt iam probauerat in 1.par. q.6. art. 2.& 3.) patet: q militat contra illas, cum e diametro pugnent esse cõpositum, vel esse corporeũ, cum ipso esse simplici, qđ est ipsa diuina bonitas. Rursus. Cum demonstret articulus diuinitatem sine gaudio videri non posse, & ad hæreses prædictas sequatur (vt patet discurrenti), Deum ipsum sine gaudio videri posse, constat de pugna articuli cõtra illas. Secundò habes: quomodo per rationẽ ostendas, illas meritò damnari à &c. vt artic. 2. appen. si rectè applicetur. Item à &c. vt 1. par. q. 3. art. 1.& 7. appen. Item ab ead. 1. par. q. 14. artic. 4. appen. Vide & D. Thom. 1. cont. Gent. cap. 20. Vide etiam decret. 24. q. 3. c. quidam. 2

Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse à Io. 17. quòd diuinitas sine gaudio videri nõ potest (quod est adhuc prædictorum damnatio): & sic. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum. Hęc ibi. Vbi patet & à fortiori quidẽ, q essentia beatitudinis consistit in visione Dei; cõsequenter quòd visio Dei non potest esse sine gaudio, cũ de ratione beatitudinis sit gaudium. Dixi ly à fortiori: quia, si beatitudo, i. vita æterna quædam consistit in cognitione Dei per fidem (vt ibi videtur ad literam loqui B. Ioannes) sequitur apertissimè: quòd multo magis consistit in cognitione Dei aperta & faciali. Ex hoc igitur patet; quòd ij, qui ex authoritate ipsa concludunt cum Diuo Thoma, quòd vita æterna completè dicta consistit in clara visione Dei: quòd illi, inquàm, efficacissime, & plusquàm irrefragabiliter concludunt intentum; & in optimo sensu vtuntur illa Beati Ioannis authoritate tanquàm principale eius intentum inspicientes. Et per hoc patet, quòd illi ipsi sic concludentes non negant, quòd literalem sensum de fide habuerit ibi Beatus Ioannes: quinimò hoc ipsum præsupponunt, & confirmant, & ad quid altius manu ducunt. Item à Sapien. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius: sed lætitiam, & gaudium. Hæc ibi. Vbi loquitur ad literam de contemplatione sapientiæ diuinæ, etiam in præsenti habita. Ex quo relinquit; idem à fortiori concludendum de visione, seu contemplatione aperta, eiusdem diuinæ sapientiæ. Et hæc est diuinitas. 3

Expositio pulchra, & vera, B. Io. Hæc est vita æterna, vt cognoscãt te &c.

*Al. beatitudinem.

4 Quartò habes: quomodo per rationem pręedicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. 5 Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

SVPER Q. CXXII. Aliàs 91. Art. 1.

Concl. 1. Omnia corpora homini seruiunt dupliciter.

¶Prob. Quia vel ad sustentationem corporis, vel ad profectum cognitioni etiã vsque ad Deum pertingentis (ex Rom. 1.)

¶Exam. Ly creduntur. Scilicet per fidem, vt habetur ex Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cęli & bestijs, vniuersęque terrę, omniq; reptili quod mouẽt in terra. Hæc ibi. Nota ly præsit, q non dicit tantum excellentiam, quasi quòd homo solum sit excellentior alijs creaturis de quibus ibi, sed etiam dicit dominium significans, q homo est dominus omnium. De quo dñio vide 1. par. q. 96. artic. 1. & 2. Cũ ergo seruus qcquid est domini sit, sequitur manifeste q omnia ꝓpter hominem creata sunt.

391 S. Tho. 4. dist. 48. q. 2. art. 1. & seq.

¶ Concl. 2. Oculus corporalis sanctorũ inspiciet diuinitatem in suis effectibus corporalibus.

¶Exam. Ly diuinitatem in suis effectibus. Hoc dicitur ad differentiam diuinitatis in seipsa: per hoc ergo significatur quòd oculus corporalis etiam glorificatus non potest videre diuinam essentiam, de quo vide 1. par. quęstio. 12. art. 3.

¶Prob. Quia in effectibus Dei corporalibus apparebunt manifeste indicia diuinę maiestatis.

¶ Concl. 3. Oportebit: vt etiam alia corpora maiorem influentiam à diuina bonitate suscipiant, non tamen variantem speciem, sed addentẽ cuiusdam glorię perfectionem.

¶Exam. Ly alia corpora. Scilicet vltra corpus

## QVÆST. CXXII. Aliàs 91.

*De qualitate mundi, & resurgentium post iudicium, in quinque articulos diuisa.*

Consequenter agendũ est de qualitate mundi, & resurgẽtium post iudiciũ, vbi triplex cõsideratio occurrit. Prima, de statu, & qualitate mundi. Secunda, de statu beatorum. Tertia de statu malorum.

Circa primũ quęruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum innouatio mundi sit futura.

¶ Secũdò, Vtrum motus corporum cœlestium cessabit.

¶ Tertiò, Vtrum corpora cœlestia tunc magis fulgebunt.

¶ Quartò, Vtrum elementa maiorem claritatem recipient.

¶ Quintò, Vtrum animalia, & plantę remanebunt.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum mundus innouabitur.*

Ad primum sic proceditur. Videtur q mundus nunquam innouabitur. Nihil enim est futurũ, nisi, quod aliquando fuerit secũdum speciem, Eccles. 1. Quid est, quod fuit? ipsum, quod futurum est, sed mundus nunquam aliam dispositionem habuit quàm nunc habet quantum ad partes essẽtiales, & genera, & species, ergo nunquam innouabitur.

¶ 2 Præt. Innouatio alteratio quædam est: sed impossibile est vniuersum alterari, quia etiã alteratum reducitur ad aliquod alterans non alteratum, quod tamen secundum locum mouetur, quòd non est extra vniuersum ponere; ergo non potest esse, quòd mundus innouetur.

¶ 3 Præterea. Genes. 1. dicitur, quòd Deus die septimo requieuit ab omni opere, quod patraret, & exponunt Sancti, quòd requieuit à nouis creaturis condẽdis: sed in illa prima conditione non fuit alius modus rebus impositus quàm ipse, quem nunc naturali ordine tenent, ergo nunquam alium habebunt.

¶ 4 Præterea. Ista rerum dispositio, quæ nunc inest rebus, naturalis est: si ergo in aliam dispositionem trans-

pus Christi, & corpora beatorum.

¶ Ly non tamen variantem speciem &cęt. Idest non mutantē substantiam, sed qualitatē quandam claritatis conferentem. Vide q. 74. art. 4. & 5. & 6.

*lib. 1. con. 15. tom. 2.

¶ Ly oportebit. Inquantum scilicet homo meruit hoc à diuina bonitate: vt dicitur in ad quintum: non autem ꝗ Deus sit debitor alicui 1. par. q. 21. art. 1. ad tertium.

*lib. 1. Periarchon, c. 3.

¶ Prob. Quia præsupponitur clara.

¶ Not. Et meritò. Vt Deus sit omnia in omnibus, i. (in proposito præsenti loquendo) totus homo habeat solatium diuinitatis uisæ secundum modum sibi proportionalē cōgruentem. Proportionaliter, inquàm, quia per intellectū videbit diuinitatē in seipsa, atq; fruetur; per sensus verò eādem in effectibus suis: & sic vtrobiq; consolatus existet. Rursus. Hinc s. in textu, patet diffinitio innouationis, seu quid sit innouatio.

¶ Concl. 4. Simul mundus innouabitur & homo glorificabitur.

¶ Exam. Ly innouabitur. s. principaliter virtute diuina, & instrumētaliter per ignem vltimæ conflagrationis, q. 74. art. 2. & 4. 5. & 6.

¶ Ly homo glorificabitur. s. à Deo immediatè quantum ad animā, & mediatè quantum ad corpus. Nam anima immediatè videbit Deum, & ex illa gloria deriuata in animā resultabit incorruptionis vigor in corpus. Per incorruptionis autem uigorem intellige omnes quatuor dotes corporis supradictas quæstionibus præmissis. Si ergo Deus per seipsum glorificabit animam hominis, & Deus per animam glorificabit eius corpus.

*Psal. 8.

¶ Prob. Quia præsupponitur ex dictis in corp. & supra.

## 1^m ex Ecclef.

Nihil. ℞. Consideratum iuxta cursum naturalē: non aliter. §. Tunc &c. Nam innouatio mundi cū ad quendam statum gloriæ pertineat nō est de cursu naturali, quia non subest motui Solis: sed est supra naturam, vt ad quartum.

## 2^m de minori.

Alterari. ℞. Alteratione

mutentur, illa dispositio erit eis innaturalis. Sed illud, quod est innaturale, & per accidens, non potest esse perpetuum, vt patet in 1. de Cęl. & mund.* ergo etiam illa dispositio nouitatis quandoque ab ipso remouebitur, & ita erit ponere circulationem quandam in mundo, sicut Empedocles, & Origenes* posuerunt, & quòd post hunc mundum sit alius mundus iterum, & post illum iterum alius.

¶ 5 Præterea. Nouitas gloriæ in premium rationali creaturæ datur: sed vbi non est meritum, non poterit esse præmium: cum ergo creaturæ insensibiles nil meruerint, videtur ꝗ non innouabuntur.

Sed contra est, quod habetur Isa. 66. Ecce ego creo nouos cœlos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora. & Apocalyp. 21. Vidi cœlum nouum, & terram nouam, primum enim cęlum, & prima terra abiit.

¶ Præterea. Habitatio debet habitatori congruere: sed mundus factus est vt sit habitatio hominis: sed homo innouabitur; ergo similiter & mundus.

¶ Præterea. Omne animal diligit sibi simile, Ecclesi. 13. ex quo patet, ꝗ similitudo est ratio amoris: sed homo habet aliquam similitudinem cū vniuerso, vnde minor mundus dicitur; ergo homo vniuersum mundum diligit naturaliter, ergo & eius bonum concupiscit, & ita vt satisfiat hominis desiderio, debet etiam vniuersum meliorari.

Respon. Dicendum, quòd omnia corpora propter hominem facta esse creduntur, vnde & omnia dicuntur ei subiecta.* Seruiunt autem homini dupliciter. Vno modo ad sustentationem corporalis vitæ: alio modo ad profectum cognitionis diuinæ, inquantum homo per ea, quæ sunt facta, inuisibilia Dei conspicit, vt dicitur Roman 1. Primo autem ministerio creaturarum homo glorificatus nullo modo indigebit, cum eius corpus sit futurum omnino incorruptibile, diuina virtute id faciente per animam, quam immediatè glorificat. Secundo etiam ministerio nō indigebit homo quantum ad cognitionem intellectiuam, quia tali cognitione Deum sancti videbunt immediatè, per essentiam. Sed ad hanc visionem essentialem oculus carnis attingere non poterit: & ideo vt ei etiam solatium sibi congruens de visione diuinitatis præbeatur inspiciet diuinitatem in suis effectibus corporalibus, in quibus manifesta indicia diuinæ maiestatis apparebunt, & præcipuè in carne Christi, & post in corporibus beatorum, & deinceps in omnibus aliis

corporibus; & ideo oportebit, vt etiam alia corpora maiorem influentiam à diuina bonitate suscipiant, non tamen speciem variantem: sed addentem cuiusdā gloriæ perfectionem, & hæc erit mundi innouatio, vnde simul mundus innouabitur, & homo glorificabitur.

Ad primum ergo dicendum, quòd Salomon ibi loquitur de cursu naturalium, quod patet ex hoc, quod subditur, Nihil sub Sole nouum. Cùm enim Sol circulariter moueatur, oportet ea, quæ Solis virtuti subsunt, circulationem aliquam habere, quæ consistit in hoc, quòd illa, quæ priora fuerunt, iterum redeunt specie eadem, numero diuersa: vt dicitur in fine libri de Generatione:* ea verò quæ ad statum glorię pertinent, Soli non subsunt.

Ad secundum dicendū, quòd illa ratio procedit de alteratione naturali, quæ habet agens naturale, quod ex necessitate naturæ agit. Non enim potest tale agens variam dispositionem inducere, nisi ipsum alio modo, & alio se habeat: sed ea, quæ diuinitus fiunt, procedunt ex libertate voluntatis, vnde sine aliqua immutatione Dei volentis, potest nunc hæc, nunc illa dispositio ab illo in vniuerso existere: & sic ista innouatio non reducitur in aliquod principium motum, sed in principium immobile, i. Deum.

Ad tertium dicēdum, quòd pro* tanto dicitur Deus die septimo à nouis creaturis condendis cessâsse, quia nihil postea factum est, quod prius non præcessit in aliqua similitudine, secundum genus, vel speciē, vel ad minus sicut in principio seminali, vel etiam sicut in potentia obedientiali. Dic ergo, quòd nouitas mundi futura præcessit in operibus sex dierum, in quadam remota similitudine, scilicet in gloria, vel in gratia angelorum: præcessit etiam in potentia obedientiæ, quæ tunc creaturæ est indita ad talem nouitatē suscipiendam à Deo agente.

Ad quartum dicendū, quòd illa dispositio nouitatis non erit naturalis nec contra naturam: sed erit supra naturam, sicut gratia, & gloria sunt supra animæ naturam, & erit à perpetuo agente, qui eam perpetuo conseruabit.

Ad quintum dicendum, quòd quamuis corpora sensibilia non meruerint illam gloriam, propriè loquendo, homo tamen meruit vt illa gloria toti vniuerso conferretur, inquantum hoc cedit in augmentum gloriæ hominis: sicut aliquis homo meretur, vt ornatioribus vestibus induatur, quem tamen ornatum ipsa vestis nullo modo meretur.

ne naturali, habente agens de necessitate naturæ. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu ly sed ea, quæ diuinitus fiunt procedunt ex libertate voluntatis &c. vsque in finem.

## 3^m de minori.

Positus. ℞. Secundum genus vel speciem: non autem secundum quandam remotam similitudinem & secundum potentiam obedientiæ. §. Tunc nihil &cęt. Nam mundi nouitas præcessit à principio secūdum similitudinē & obedientiam prædictas.

¶ Not. Pro clariori notitia sensus illius propositionis Gen. 2 dēlicet Deus compleuit die septimo opus suum, requieuit &c. vide 1. par. q. 73. art. 1. & 2.

*lib. 1. con. vlt. tom. 2.

## 4^m de concl. 1.

In naturali. ℞. Vel supra naturam. §. Tunc nihil &c. vt patet.

¶ Not. Illa nouitas mundi erit supra naturam dupliciter, vno modo si cōsideretur in ipsis corporibus: alio modo si consideretur vt in anima, ex qua procedit nouitas corporis talis, scilicet humani. Si enim non esset supra naturā in omnibus corporibus primo modo, tunc etiā in præsenti Sol luceret septempliciter, & sic de aliis innouandis modo suo: quoniam quæ naturalia sunt semper insunt secundum ꝗ naturalia sunt. Si verò non esset supra naturam secundo modo, tunc ve. anima per vires suas naturales videre posset essentiam diuinam, cuius contrarium ostenditur 1. par. q. 12 ar 4. vel glorificatio vltima animæ consisteret in alio quàm in Deo, cuius contrariū mōstratur 1. 2. q. 3. per totum.

*Al. ppter hoc.

## 5^m de concl.*

Non innouabuntur. ℞. Ex merito proprio, non ex merito patroni earum, scilicet hominis. §. Tunc nihil &c. vt patet in tex.

### APPENDIX.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Mundinatarum Rabbi Moysis (vt refert Direct. Inquisit. 2. par. quæst. 4. dicentiū: mundum nunquā finiendū, sed semper in eodem statu

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

statu mansurum. Itẽ hæresim cuiusdã innoiati (vt refert August de hæres.c.67.) dicentis: mundũ, ẽt post vniuersalẽ resurrectionẽ mortuorũ in eodẽ statu, in quo nunc est, permansurũ; neque ita esse mutandũ vt sit cœlum nouũ & terra noua. Secundò habes: quõ per rõnem ostẽdas illas meritò dãnari ad literã ab Apocal. 21. Vidi cœlũ nouum & terrã nouam. Primũ. n. cœlum & prima terra abijt. Hæc ibi. Vbi ly prima terra & primũ cęlum accipiũ pro qualitatib. nunc trãsmutabilibus, & pro motu, habitis ab eis: & ly cęlũ nouũ & terra noua accipiũ pro qualitate gloriæ immutationis eorũ. Quasi dicat, Vidi cęlũ & terrã glorificatã, seu immutatã: mutatio. n. prima, quæ erat in cęlo & terra cessauit. Vnde patet, q̃ B. Ioannes vtrobiq; eãdem substantiã cęli & terræ supponit, & ipsorũ qualitates, seu status variari dicit. Itẽ à &c. vt q. 74. art. 1. & 2. appen. Itẽ ab Isa. 66. Ecce ego creo nouos cęlos & terrã nouã, & nõ erunt in memoria priora. Hæc ibi. Itẽ à q. 88. ar. 1. appen. & ab alijs multis pcedentibus. Patet. n. in scripturis, q̃ iudiciũ gñale, & consequẽter resurrectio corporum tum electorũ tum reproborũ, & consequenter mutatio electorũ quò ad dotes nõ fiet nisi in nouissimo die: & ex alia parte philosophicè ẽt patet, q̃ dies non põt esse nouissimus durãte vlteriori motu cęlorũ, & ex consequẽti quoque patebit, q̃ oĩa illa & sacrarũ literarũ, vel summorũ Pontificum, aut Conciliorũ, quæ ponunt iudicium gñale, ponunt per hoc ẽt simul resurrectionẽ vniuersalem mortuorum dotes bonorũ, & cœlestis motus cessationẽ: & ex cõsequenti per hoc dãnant hęreses in pñti narratas. Itẽ à Psal. 101. Initio tu Dñe terrã fundasti, & opera manuũ tuarum sunt cęli. Ipsi peribunt, tu aũt permanes, & oẽs sicut vestimentũ veterascent. Et sicut opertoriũ mutabis eos, & mutabuntur. Hæc ibi. Vbi nota, q̃ per ly ipsi, connotat totum, q̃ præmiserat, s. cœlos & terrã, quasi per figurã euocationis faciens q̃ genus masculinum, qd̃ est ipsi, cõpręhendat fœmininũ, denominationem tñ faciendo à proximiori, qd̃ est ly cœli. Itẽ à Matth. 24 Cœlum & terra trãsibunt. Hæc ibi. Vbi ad literam, vltra tropos ibi ab expositorib. declaratos de ista innouatione mũdi loquitur. Itẽ à 1. Cor. 7. Præterit figura huius mũdi. Hæc ibi. Vbi nota, q̃ dixit figurã mundi, & non substãtiam. Quasi sub exemplo à mundo minori, qui est homo, dicat. Sicut infans cũ in puerum creuerit, puerq; iuuenis in virũ, necnõ vir in senẽ, manet substantialiter idẽ, qui prius fuit, licet pedetentim immuteẽ, ac priori ætati perire dicatur: ita mundus maior cũ in statum gloriæ sibi cõuenientis supra naturã adducetur: substantialiter quidem manebit idem, sed accidentaliter mutabiẽ, & peribit. Nisi. n. periret ſm statũ priorem, non posset induere nouũ subsequentem. Tertiò habes: quõ per rõnem prædicta scripturarũ pro quanto innouationẽ mundi futuram insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & cõsolidetur.

Exemplũ pulcherrimũ p intellectu & ly pterit figura huius mũdi.

3

4

## ARTICVLVS II.

*Vtrum motus corporum cælestium cessabit.*

392

AD SECVNDVM sic procedit. Vr̃ q̃ motus corporum cęlestiũ in illa mundi innouatione non cessabit. Quia Gen. 8. dr̃: Cũctis dieb. terræ frigus, & æstus, æstas, & hyems, nox & dies nõ requiescẽt: sed nox, & dies, & æstas, & hyems efficiuntur per motũ Solis, ergo nunq̃ motus Solis cessabit.

¶ 2 Præt. Hier. 31. dr̃. Hæc dicit Dñs, qui dat Solẽ in lumine diei, ordinẽ Lunæ, & stellarũ in lumine noctis, q turbat mare, & sanat fluctus eius. Si steterint leges istæ corã me; tũc & semẽ Israel nunq̃ deficiet, ut nõ sit gens corã me cũctis diebus: sed semen Israel nunq̃ deficiet, sed in perpetuũ permanebit; ergo leges diei, & noctis, & fluctuũ maris, q̃ ex motu cęli causantur, in perpetuũ erunt, ergo motus cęli nunq̃ cessabit.

¶ 3 Præt. Substantia corporũ cęlestiũ semper erit, sed frustra est ponere aliqd, nisi ponaẽ illud pp qd̃ est factũ, corpora aũt cęlestia ad hoc sunt facta, vt diuidãt diem, & noctẽ, & sint in signa, & tempora, dies & annos: Gen. 1. quod nõ possunt facere nisi per motum, ergo motus eorum semper manebit.

¶ 4 Præt. In illa mundi innouatione totus mundus meliorabitur, ergo nulli corpori remanenti auferetur id quod est de sui perfectione: sed motus est de perfectione corporis cœlestis, quia vt dr̃ in 2. de Cęlo, & mũdo, illa corpora participãt diuinã bonitatem per motum, ergo motus cœli non cessabit.

¶ 5 Præt. Sol successiuè illuminat diuersas partes mundi, secundum q̃ circulariter mouetur: si ergo motus circularis cœli cesset, sequetur quòd in aliqua superficie terræ erit perpetua obscuritas, quod non conuenit illi nouitati.

¶ 6 Præt. Si motus cessaret, hoc nõ esset nisi inquantũ motus aliquã imperfectionẽ in cœlo ponit, vt potẽ lassitudinis, vel laboris, quod nõ potest esse, cũ motus ille sit naturalis, & cęlestia corpora sint impassibilia, vñ in suo motu nõ fatigãtur, vt dr̃ in 2. † Cœli, & mundi, ergo motus cœli nunq̃ cessabit.

† lib. 2. c6. 3. & 4. t. 1.

¶ 7 Præt. Frustra est potẽtia, quæ nõ reducitur in actum, sed in quocũq; situ ponaẽ corpus cęli, est in potẽtia ad aliũ sitũ; ergo nisi reduceretur in actum, illa potẽtia frustra remaneret, & semper esset imperfecta, sed non potest reduci in actum, nisi per motum localem, ergo semper mouebitur.

¶ 8 Præt. Illud, qd̃ se hẽt indifferẽter ad plura, aut vtrũq; attribuẽ ei, aut nullũ: sed Sol indifferẽter se habet ad hoc q̃ sit in Oriẽte, vel Occidente: aliàs motus eius nõ esset vniformis per totũ, quia ad locũ vbi naturalius esset, velocius moueret: ergo, vel neuter situs attribuiẽ ei, s. Soli, vel vterque: sed nec nec vterque, nec neuter põt ei attribui nisi successiuè, oportet. n. si qescit, q̃ in aliquo situ quiescat; ergo corpus Solis in ppetuũ mouebitur, & eadem rõne omnia corpora cœlestia.

¶ 9 Præt. Motus cœli est causa temporis, si ergo motus cœli deficiat, oportet tẽpus deficere, quod si deficeret, deficeret in instãti, definitio. n. instãtis est in 8. Physic. * quod est initium futuri, & finis præteriti, & sic post vltimum instans temporis esset tempus, quod est impossibile; ergo motus cœli nunquam cessabit.

* li. 8. comment. 11. to. 2.

¶ 10 Præt. Gloria non tollit naturã, sed motus cœli est naturalis, ergo per gloriam ei non tollitur.

SED CONTRA est, qd dr̃ Apocal. 10. q̃ angelus, qui apparuit, iurauit per Viuentẽ in sęcula, q̃ tempus amplius non erit, s. postquàm vnùs angelus tuba cecinerit, qua canente, mortui resurgent: vt dicitur 1. Corin. 15. sed si non est tempus, non est motus, ergo motus cœli cessabunt.

¶ 2 Præt. Isa. 60. Non occidet vltra Sol tuus, & Luna tua non minuetur: sed occasio Solis, & diminutio Lunæ ex motu cœli causantur; ergo motus cœli quandoque cessabit.

¶ 3 Præt. Vt probatur in 2. de Gen. * motus cęli est pp continuam generationem in istis inferioribus: sed generatio cessabit cõpleto numero electorum, ergo motus cœli cessabit.

* li. 2. comment. 56. tom. 2.

¶ 4 Præterea. Omnis motus est propter aliquem finem, vt dicitur in 2. Metaph. * sed omnis motus, qui est propter finem, habito fine, quiescet: ergo vel motus cœli nunquam consequetur finem suum, & sic esset frustra, vel aliquando quiescet.

* li. 2. com mẽ. 8 to. 3

¶ 5 Præt. Quies est nobilior, q̃ motus, quia secundũ hoc, q̃ res sunt immobiles, Deo assimilãtur, in quo est summa immobilitas: sed corporum inferiorum motus terminatur naturaliter ad quietem; ergo cum corpora cœlestia sint multo nobiliora, eorum motus naturaliter ad quietem terminatur.

RESPON. Dicendum, quòd circa istam quæstionem est triplex positio. Prima est Philosophorum, qui dicunt, q̃ motus cęli semper durabit: sed hoc non est consonũ fidei nostrę, quæ ponit certum numerũ electorum pręfinitum à Deo, & sic oportet q̃ generatio non in perpetuum duret, & eadem ratione nec alia, quæ ad generationem hominũ ordinantur, sicut est motus cęli, & variationes elemẽtorum. Alij verò dicunt, q̃ motus cęli cessabit secundum naturam: sed hoc etiã est falsum. Quia omne corpus, quod naturaliter quiescit, & naturaliter mouetur, habet locum, in quo naturaliter quiescit; ad quem mouetur naturaliter, & à quo non recedit nisi

SVPER Q. CXXII. Aliàs 91. Art. II.

COncl. Motus cęli cessabit in illa mundi innouatione: nõ quidem ex aliqua naturali causa, sed diuina voluntate faciente.

¶ Prob. primò: Quia motus cęli in illa mũdi innouatione non amplius erit necessari⁹ homini ad sustẽtationem, corporalis vitæ. Secũda aũt pars, s. non qdẽ &c. probaẽ: Quia cęlũ non magis naturalr mouẽ ad vnũ locũ, quàm ad aliũ, & nõ magis quiescit in vno q̃ in alio. Tertia autẽ pars, s. sed diuina &c. patet.

¶ Not. Conclusio hæc quantũ ad hoc, qd̃ ponit motũ tunc cessaturũ, est de fide: vt patebit in appen. seq. Quantum vero ad hoc q̃ ponit ipsum nõ cessaturũ ex aliqua naturali causa est Philosophi: quantum autẽ ad hoc quòd diuina voluntate ponit ipsum cessaturũ, est de fide consecutiuè. Nam sequitur, q̃ si motũ aliqñ cessaturum esse est de fide; q̃ etiam sit de fide, hoc euenturum ex diuina voluntate immediatè; ex quo naturali ex causa non procedit.

Primum

nisi per violentiā: nullus autem talis locus pōt assignari corporis cœlestis, quia non est magis naturalis Soli accessus ad punctū Orientis q̄ recessus ab eo: vnde vel motus eius non esset naturalis totaliter, vel motus eius nō terminaret̃ naturaliter ad quietem.

Vnde dicendū est ſm alios, ꝙ motus cęli cessabit in illa mūdi innouatione, nō quidē ex aliqua naturali cā: sed diuina volūtate faciēte. Corpus.n. illud, sicut & alia in ministeriū hoīs facta sunt dupl̃r, vt prius dictū * est; altero autē horū ministeriorū homo post statū glorię nō indigebit, s. ſm ꝙ corpora ei deseruiūt ad sustētationē corporalis vitæ. Hoc aūt modo seruit ei corpus cęleste p motū, inquantū p motū cœli multiplicat̃ genus humanū, & generant̃ plātę, & aīalia, q̄ vsui hoīum sunt necessaria, & ēt tēperies in aere efficit̃ cōseruās sanitatē, vnde hoīe glorificato, motus cęli cessabit.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ verba illa intelligunt̃ de terra ſm statū istū, in quo pōt esse principiū gn̄ationis, & corruptionis plātarum, qđ patet ex hoc, quod ibi dr̃: Cunctis diebus terræ sementis, & messis, & hoc simpliciter concedendum est, ꝙ quādiu terra erit semētibus, & messibus apta, motus cœli non cessabit.

Et similiter dicendū est ad scđm, ꝙ Dn̄s loquit̃ ibi de duratione seminis Israel ſm pn̄tem statum, qđ patet ex hoc qđ dicit. Et semē Israel nunq̄ deficiet, vt nō sit gens corā me cunctis diebus. Vicissitudo.n. dierū post illū statū nō erit; & ideo leges, de q̄bus fecerat mētionē, post istū statū nō erūt.

AD TERTIVM dicendū, ꝙ finis, q ibi * assignat̃ corporib. cęlestibus, est finis ꝓximus, qa est ꝓprius eorū actus: sed iste vlterius ordinat̃ ad aliū finē, s. ad ministeriū humanum, vt patet p id, qđ hr̃ Deut. 4. Ne fortè oculis eleuatis ad cęlū videas Solē, & Lunā, & oīa astra cœli, & errore deceptus adores ea, q̄ creauit dn̄s Deus tuus in ministeriū cunctis gētibus, q̄ sub cęlo sunt; & ideo magis debet sumi iudiciū de corporib. cęlestibus ſm ministeriū hoīum, q̄ ſm finē in Genesi assignatū: corpora autē cęlestia p modū aliū in ministeriū hoīs glorificati cedent, sicut prius dictum * est, & ideo non sequitur qđ frustra remaneant.

AD QVARTVM dicēdum, quòd motus non est de pfectione corporis cęlestis, nisi inquātum p hoc est causa gn̄ationis in istis inferioribus, & secundum hoc etiā motus ille facit corpus cęleste participare diuinā bonitatē, per quandā similitudinē causalitatis, non autē motus est de perfectione substātiæ cœli, q̄ remanebit; & ideo non sequitur quòd motu cessante, aliquid de perfectione cœli tollatur, secundum quòd remanebit.

AD QVINTVM dicēdum, quòd oīa corpora elementorum habebunt in semetipsis quandā gloriæ claritatem, vnde quāuis aliqua superficies terræ non illuminetur à Sole, nullo tamen modo remanebit obscuritas.

AD SEXTVM dicēdum, ꝙ Rom. 8. super illud, Omnis creatura ingemiscit &c. dicit Glos. Ambr. † exp̄ssè, ꝙ oīa elemēta cum labore explent sua officia, sicut Sol, & Luna nō sine labore instituta sibi implent spatia, qđ est causa nr̃i, vn̄ quiescēt nobis assūptis: labor autē ille, vt credo, nō significat aliquā fatigationē, vel * passionē illis corporib. accidentē ex motu, cū motus ille sit naturalis, nihil habens de violentia, vt probatur in 1. de Cęlo, & mundo: * sed labor ibi intelligitur defectus ab eo, qđ aliquid intendit, vnde quia motus ille ordinatus est ex diuina prouidētia ad cōplendum numerum electorum, illo non cōpleto, nōdum assequit̃ illud, ad quod ordinatus est, & ideo similitudinariè dr̃ * labor, sicut homo, qui non habet qđ intendit, & hic etiam defectus à cœlo tolletur, impleto numero electorum. Vel potest referri ad desiderium futuræ innouationis, quam ex diuina dispositione expectat.

AD SEPTIMVM dicendū, ꝙ corpori cœlesti nō inest aliqua potētia, q̄ pficiatur per locum, vel quæ facta sit pp hunc finem, qui est esse in tali loco, sed hoc modo se habet potentia ad vbi in corpore cœlesti, sicut se habet potentia artificis ad hoc, quod faciat diuersas domus unius modi, quarum si vnam faciat, non dicitur frustra potentiam habere: & similiter in quocumque statu ponat̃ corpus cęleste, potentia, quæ est in ipso ad vbi, non remanebit incompleta, nec frustra.

AD OCTAVVM dicendum, quòd quāuis corpus cœleste ſm suā naturam æqualiter se habeat ad omnem situm, qui est ei possibilis, tn̄ si comparetur ad ea, quæ sunt extra ipsum non æqualiter se habet ad omnes situs: sed secundū vnum sitū nobilius d spa-

1^m ex Gen. Terræ. ℞. Cōsideratæ ſm statū pn̄tem: nō absolutè. §. Tūc &c. Nā conclo p̄supponit, se loq de terra nō ſm statū pn̄tē gn̄ationis hoīum & plātarū, &c. Alioqn poneret ɔ̄ria simul, cū gn̄ationis horū cā sit motus cęli: sed loq se p̄supponit de terra ſm statū nouitatis. Vn̄ dicit ly i illa innouatione mūdi.

2^m ex Hiere. Nunq̄ deficiet. ℞. ſm statū pn̄tis vitæ: nō ſm statū innouationis. §. pp rationē allatam in tex. Tūc nihil &c. vt patet.

¶ NOT. Semē Israel nunq̄ defecturū in Dei obsequio dr̃ à Hierem. & cōcedit̃ à rn̄so. Verū hoc intell̃r, non de semine Israel ſm carnē accepto, sed ſm repromissionē. Populū.n. Israeliticū ſm carnē defecturū à seruitio Dei p̄dixit Dan. 9 ibi, nō erit populus eius, q cū negaturus est: ipsum verò ſm repmissionē semp futurū in obsequio diuino intellexit Hierem. & oēs huiōi scripturę, vt annotauit Apl̃s Rom. 9. Ibi .n. tanq̄ mouēs dubium de dicto Hiere. & similiū pp incredulitatē Iudæorū iā suo tpe pn̄tē, inqt: Non aūt ꝙ exciderit verbū Dei. Nō.n. oēs q ex Israel, sunt Israelitæ, neq; qui semen sunt Abrahæ, oēs filij, sed in Isaac vocabit̃ tibi semē, i. non qui filij carnis, hi filij Dei, sed q filij sunt ꝓmissionis æstimant̃ in semine. Hæc ibi. Israel aūt (vt alias supradictū est) ſm ꝓmissionē, i. ſm spiritū est Ecclesia catholica de quibuscūque populus sit. Rursus. Profecto intellectu tex. fin. ly leges, de quibus fecerat mentionē, post istū statū non erunt: vide 1. 2. q. 103. ar. 3. & q. 104. ar. 3. & q. 107. ar. 2. & 3.

3^m de minori. Illud pp qđ factū est. ℞. Principal̃r magis q̄ minus principaliter. §. Tūc &c. Nā finis principalis cęlorū est ministrare hoībus & sustentationem & cognitionē ar. 1. & inter ista duo finis principalior est ministrare cognitionē. Vnde sufficit ꝙ restet hoc magis principale ad hoc, ꝙ cœli non sint frustra.

4^m minor. Motus est de pfectione corporis cęlestis. ℞. ſm ꝙ est cā gn̄ationis: nō absolutè. §. Tūc &c. nā cessāte gn̄atione inferiorū, & motu cęli adhuc mūdus verè dicet̃ meliorari absolutè inquātū acqsitus erit finis gn̄ationis & mot * cęli, q est & cōpletio numeri electorū, & innouatio ꝓpria ipsorū corporū cęlestiū.

5^m conclusionis illatio. Si ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Et ratio est: quia omnia corpora elementorum habebunt in semetipsis &c. vt in tex.

6^m de maiori. Laboris. ℞. Similitudinariè dicti: non autē propriè. §. Tunc nihil &c. Nam labor similitudinariè dictus est in motu cœli, nec tamen infert, quòd ille motus sit naturalis, vel quòd cęlum sit passibile.

¶ NOT. Prædictus labor similitudinarius est ille de quo loquitur Apl̃s Rom. 8. & Ambr. exponēs: adeò ꝙ est expectatio q̄dā motus cęli qua expectat aliquid adueniendū, vel sibi vel alijs. Et dr̃ expectatio, qa qn̄q; adueniet id, ꝙ aduenire dēt mediante suo motu; non pp desideriū motus cęli: cū cœlum sit inanimatū. 1. p. q. 70. art. 3. sed pp hoc qđ nondū aduenit aliqd qđ aduenire debet. Hoc aūt est duplex, vel cōpletio numeri electorū, vel innouatio propria cęlorū. De primo datur prima responsio; de secūdo dabitur alia sequens. Idem ergo est dicere nūc: cęlum moueī cū labore, ac si diceret̃ cęlū moueī ad hoc, ꝙ motu suo possit compleri numerus electorum; & vt possit aduenire sibiipsi innouatio.

Item maior. Si motus cessaret hoc non esset nisi inquantū motus aliquā imperfectionē in cęlo ponit. ℞. Vel nisi cœlū magis pficiendū sit. §. Tunc &c. Nam hoc verum est, primum autem falsum.

7^m maior. Frustra est potētia, q̄ nō reducit̃ ad actū. ℞. Si ordinetur ad talē actum tanq̄ ad finem, non aliter. §. Tunc &c. Nā corpori cęlesti non inest aliqua potentia &c. vt in tex.

¶ NOT. Hac glossa bene annotata multa argumenta soluuntur, & maximè de Deo. Vt Deus potuit creare mundum, ergo si nō creasset fuisset frustra sua potentia: & potest facere sic vel sic, ergo si non facit, vel non faciet, sua potentia erit frustra. Sicut & nō valet: artifex potest facere multas domos, vel multa sic, vel sic, ergo si non facit, potentia sua est frustra. Hæc inquā, non valēt, quia artificis potentia nō ordinatur ad illa tanquam ad finem suum, & multo minus potentia Dei, cum ipse sit finis omnium.

8^m maior. Quod se habet indifferenter. ℞. Et ſm naturam suam, & ſm ea quæ sunt extra ipsum. §. Tunc nihil &c. Licet enim cœli motus ſm naturam suam se habeat indifferenter ad omnem situm, vt arguitur: tamen ad hunc non se habet indifferenter cōsiderando ea, quæ sunt extra ipsum, puta numeri electorum completionem, & propriam innouationem sibi ab extra, s. à Deo venturam. Pro quo vide ad sextum.

* Art. prçced. corp.

* Gen. 2.

* q. 74. art. 4. corp. & ibi artic. 7. cor. & art. hoc, & pce. huius q.

† Amb. super illum locū Pauli tom. 5.

* Al. pœnā.

* li. 1. cē. 9. & seq. t. 2.

* Aliàs laborare.

Rn̄so 2.

Sextum

Nonum

**9m de conclusione.** Quod si deficeret, deficeret in instanti. ℞. Conceditur; sed nihil concluditur aduersus propositum. §. Ad rationem de instanti respondetur, quòd Philosophus loquitur de instanti præsupposita continuitate temporis: non autem, præsupposito, quod cesset.

¶Coroll. Negatur ergo, quòd diffinitio absoluta instantis sit hęc; quod instans sit principium futuri & finis præteriti. Si enim omne instans esset principium futuri tunc mūdus nūquam incępisset, quod est contra veritatem fidei, & si omne instans esset finis præteriti mundus esset æternus secundum statum quem nunc habet, quod etiam est contra fidem. Diffinitio ergò absoluta instantis erit hęc: Instans est, vel principium tantum futuri, vel finis tantum præteriti, vel initium futuri, & finis præteriti. Primæ duæ particulæ illius diffinitionis fuerunt ignotæ Aristoteli: ex quo, factum est vt diffiniret instans secundum tertiam particulam tantum.

**10m illatio conclusionis.** Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Ad rationem illā dicitur q gloria non tollit naturam in hoc sensu; i. non tollit partē naturę; non autem quòd nō faciat aliquod principium actiuū extrinsecum motus cessare, & cōsequenter ipsum motum. Tūc applicādo dicitur, quòd motus cœli non dicitur naturalis, eo q sit pars naturæ, &c. vt in tex.

disponit Sol in die q̄ in nocte, & ideo probabile est cū tota innouatio mundi ad hoīem ordinetur, q cęlum habeat in illa nouitate nobilissimū situ, qui est possibilis in respectu ad nostrū habitabilem. Vel s̄m quosdā cęlum quiescet in illo situ, in quo factū fuit, aliàs aliqua reuolutio remaneret incōpleta. Sed ista ratio non uidetur conueniens, quia cum aliqua reuolutio sit in cœlo, quæ non finitur nisi in trigintasex millib. annorum, sequeretur q mundus deberet tātū durare; quod nō videtur probabile.

Et præterea s̄m hoc posset sciri qñ mundus finiri deb. Probabiliter n. colligit' ab Astrologo, in quo situ corpora cœlestia sunt facta considerato numero annorū, qui computātur ab initio mūdi, & eodē modo posset sciri certus annorum numerus, in quo ad dispositionē similē reuertet', tps autē finis mundi ponitur esse ignotum.*

Ad nonum dicendum, quòd tēpus quoque deficiet motu cœli deficiente, nec illud nunc vltimum erit principium futuri, dicta n. definitio non datur de nunc, nisi s̄m q est continuans partes temporis, non secundum q est terminans totum tempus.

Ad decimum dicēdum, q motus cœli non dr̄ naturalis, q sit pars naturę, eo modo quo principia naturæ naturalia dicunt', nec uerū q habeat principiū actiuū in natura corporis, sed receptiuum tm̄: principiū autē actiuū huiusmodi est in substantia spiritualia, vt dicit Cōmē. in prin. Cęl. & mun. Et ideo non est incōueniens, si per nouitatem gloriæ motus ille tollatur, non enim eo ablato: natura corporis cœlestis variabitur.

Alias rationes cōcedimus, scilicet tres primas, quæ sunt ad oppositum; quia debito modo concludunt. Sed quia aliæ sine videntur concludere, quòd motus cœli naturaliter cesset, ideo respondendum est ad eas.

Ad primam ergo earū dicendum, q motus cessat eo habito propter quod est, si illud sequatur motū, & non concomitet' ipsum. Illud autē pp quod est motus cęlestis s̄m Philosophos, concomitat' motum, s. imitatio diuinæ bonitatis in causalitate, quā habet sup inferiora, & ideo non oportet q naturalr̄ motus ille cesset.

Ad secundam dicendum, q quamuis immobilitas sit simpliciter nobilior quàm motus, tamen motus in eo, q potest consequi aliquā perfectā participationem diuinæ bonitatis, est nobilior, quàm quies in illo, quod nullo modo per motum posset aliā perfectionem consequi. & ratione hac terra, quæ est infimū elementorum, est sine motu, quamuis ipse Deus, qui est nobilissimus rerū sine motu sit, à quo corpora nobiliora mouentur: & inde est, q motus corporū superiorū possent poni s̄m viā naturæ perpetuari, nec vnquā ad quietē terminari, quamuis motus inferiorū corporum ad quietem terminentur.

tio numeri electorum respectu motus coeli: & centrum est finis lapidis descendentis ab alto.

**5m maior.** Quies est nobilior, quàm motus. ℞. Simpliciter: non autem, semper respectu subiectorū in quibus sunt. §. Tunc &c. Nam subiectum motus primi, i. cęlum, melius se habet tempore causalitatis quando mouetur, quàm si quiesceret.

*Lib. 1. de cęl. & mūdo, tex. 1. com. 5.

¶Exam. Ly simplr. Idest cōsiderādo vtrūque in seipsis, puta motum in se, quietis in se.

¶Not. Sicut nobilior est ille, qui potest alterius tantum auxilio pertingere ad altiorem finem, quam qui proprijs viribus pertingere potest ad finē ignobiliorem quemadmodum est homo respectu brutorum; licet acquirere proprijs viribus finem sit nobilius, quàm non sic acquirere (vt ait sanctus Doctor in q prolog. primi senten. ar. 1. ad tertium), ita de motu & quiete respectu subiectorū, i. eorum: quæ mouentur, & quiescunt, iudicandū est, (vt in tex.) licet quies simpliciter sit nobilior motu.

¶Exam. Ly perfectam. s. comparatiue.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem excludas errorem Aristotelis (Direct. Inquis. 2. par. q 4.) dicentis: motū duraturum in æternum. Secūdò habes: quomodo per rationem ostendas hunc meritò rejci ab Apocalyp. 10. Tempus amplius non erit. Hæc ibi. Itē ab Esa. 60. Non occidet vltra Sol tuus, & Luna tua non minuet. Hæc ibi. Ex quibus dic, q Esaias directè negat motum in æternum fore, quia occasio Solis & diminutio Lunæ fiunt per motum cœli, sed Apocal. negat eundē quasi consecutiuè ex eo quòd tempus & motus se consequuntur ad inuicem. Vnde negando vnum: negat & aliud. Aduerte nihilominus errorem hunc dici, & esse errorem, & sane contra fidem si consideretur ut iacet. Si enim consideraretur secundum intentionem Philosophi expressam nullus est error. Intendebat namque Aristoteles, q motus secundum naturam suam consideratus nunquam cessabit: & hoc esse verum approbauit tex. in corp. & in responsione argumentorum sed contra. Tertio habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto motum cessaturum aliquando insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quarto vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

2

3

4

**4m contr. de minori.** Habito fine. ℞. Quod sequitur motum: non autem, quod concomitanter ipsum. §. Tunc nihil &c. vt patet in tex. ly illud autem propter quod est motus cęlestis secundum Philosophos &c.

¶Not. Hoc quartum sed contra, i. positum quarto loco in arg. in contrarium, notatur in textu responsali per ly Ad primam ergo earum dicendum, q motus cessat, &c. Itē aduerte: q finis dicitur tunc concomitari motum, quando non potest haberi nisi durante motu: adeo q motus coexistit ipsi consecutioni finis, cessanteque motu, cessat consecutio finis. Exemplum. Finis motus cœli secundum Philosophos est causalitas horum inferiorum (nam per hoc assimilantur diuinæ bonitati in causando) & hanc causalitatem non nisi durante motu habent. Tunc autem finis dicitur sequi motum, quādo completo motu, atque cessante acquiritur. Talis finis est completio

---

SVPER Q. CXXII. Aliàs 91. Art. II.

Concl. 1. Ad hoc innouatio mūdi ordinatur, vt mundo innouato manifestis indicijs, quasi sensibiliter Deus ab hoīe videatur.

¶Prob. q a p̄supponit' dicta, ex dictis ar. 1. corp.

¶Concl. 2. Corpora cęlestia meliorabuntur pręcipuè quantū ad claritatē: q̄titas autē & modus meliorōnis illi soli cognita est, qui erit meliorationis author.

393

## ARTICVLVS III.

*Vtrum corporibus cœlestibus claritas augeatur in illa innouatione.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd in corporibus cœlestibus claritas non augeatur in illa innouatione. Innouatio enim in corporibus inferiorib. erit per ignis purgationē: sed ignis non pertingit ad corpora cęlestia; ergo nō innouabunt' p maioris claritatis pceptionē.

¶2 Præterea. Sicut corpora cœlestia per motum sunt causa generationis in istis inferioribus, ita & per lucem: sed cessāte gñatione cessabit motus, vt dictū * est; ergo similr̄ cessabit lux cœlestiū corporū magis q̄ augeatur.

* Art. precedenti quæst. cor.

¶3 Præterea. Si innouato homine, corpora cœlestia innouantur, oportet quòd eo deteriorato fuerint etiam ea deteriorata: sed hoc nō vr̄ probabile, cū illa corpora sint inuariabilia, quantū ad eorū substantiā; ergo nec innouato homine innouabuntur.

¶4 Præterea. Si tunc deteriorata fue-

¶Exam. Ly præcipuè. Per hoc denotat, q quantū ad alia etiam meliorabunt'. Et de melioratione hac s. quantū ad alia sōbdit; in cōclone ly q̄titas aūt & modus &c. Nam de quātitate meliorationis i claritate cęlestium luminariū nobis notitia per Esa. 30. datur dicētem, q Sol septēpliciter augebitur in luce, & Luna sicut Sol in præsenti.

¶ PROB. Quia corpora cęlestia pcipuè quantum ad claritatem ducunt hominem in cognitionem Dei (ex Sapiē. 13. &c. Ecclesiast. 43.) Secunda autem pars, f. quantitas &c. patet.

1m conclusionis illatio. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Non enim innouatio de necessitate præsupponet purgationem nisi in illis, quæ purgatione indigent, cuiusmodi non sunt cœlestia.

2m maior. Sicut corpora cęlestia per motũ sunt causa generationis in istis inferioribus, ita & per lucem. R. Sic tamen quòd motus non importat aliquam perfectionē in eo quod &c. vt in textu. § Tunc nihil &c. vt patet.

3m maior. Si innouato homine corpora cęlestia innouantũ, oportet ꝙ eo deteriorato, fuerint etiã ea deteriorata. R. Negat ista, §. Non. n. est simile de vtroque, vt in textu ly nec tamen sequitur, si lux cęlestium corporum per essentiam, &c.

4m de maiori. Si tunc deteriorata. R. Secundũ effectum: non secundum substantiam. §. Tũc nihil &c. Non n sequitur quòd luna existens super terra diem fecisset &c. vt in textu.

¶ EXAM. Ly sed ꝙ tantum commodũ homo non habuisset; sicut nunc habet ex lumine Solis. Vt f. ex dictis in ad tertiũ colligi potest.

5m maior. Claritas corporũ cęlestium ordinatur ad vsum hominũ sicut aliæ creaturæ. R. Vel ad vsum, ppter necessitatem, vel ad vsum pp maiorem perfectionem. §. Tunc nihil &c. vt patet in tex.

¶ EXAM. Ly ad maiorem perfectionem. i. ad quoddam solatiũ corporis glorificati ex visio ne corporum innouatorum. De quo solatio vide art. 1. corp.

Homo post peccatũ nõ habet tm cõmoditatem ex creaturis, sicut prius.

*Gl. Amb. in illum locum to. 5.

6m de minori. Homo. R. Cõsideratus secundum

runt, oportet quòd tãtum deteriorata fuerunt, inquãtum dicuntur esse meliorãda in hominis innouatione: sed dicitur Isa. 30. quòd erit lux Lunæ sicut Solis; ergo & in primo statu ante peccatum Luna lucebat quantum nunc lucet Sol; ergo quandocũque Luna erat super terram, faciebat diē sicut nũc Sol, & hoc manifestè apparet esse falsum per id, quod dicitur Genes. 1. ꝙ Luna facta est, vt præesset nocti; ergo homine peccante, nõ sunt cœlestia corpora diminuta lumine, & ita nec eorũ lumen augebitur in hominis glorificatione.

¶ 5 Præt. Claritas corporum cœlestium ordinatur ad vsum hominum, sicut aliæ creaturę, sed post resurrectionē claritas Solis nõ cedet in hominis vsum. Dicitur. n. Isa. 60. Non erit tibi amplius Sol ad lucẽdum per diem, nec splendor Lunæ illuminabit te. Et Apoc. 21. Ciuitas illa non eget Sole neq; Luna, vt luceant in ea; ergo eorum claritas non augebitur.

¶ 6 Præt. Non esset sapiens artifex, qui maxima instrumenta faceret ad aliquod modicũ artificium cõstruendum: sed homo est quoddam minimum cõparatione cęlestium corporum, quæ sua ingenti magnitudine, quasi incõparabiliter hominis quantitatem excedunt, imò etiam totius terræ quantitas se habet ad cęlum, vt punctus ad sphęram, vt Astrologi dicunt; cũ ergo Deus sit sapientissimus, non videtur ꝙ finis creationis cœlis sit homo, & ita non videtur quod eo peccante, cœlum deterioratum sit, nec eo glorificato, melioretur.

SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 30. Erit lux Lunæ sicut Solis lux, & lux Solis septempliciter.

¶ Præterea. Totus mundus innouabitur in melius, sed cœlum est nobilior pars mundi corporalis; ergo in melius mutabitur: sed hoc non potest esse nisi maiori claritate resplendeat, ergo crescet eius claritas.

¶ Præt. Omnis creatura, quæ ingemiscit & parturit, expectat reuelationem gloriæ filiorum Dei, vt dicitur Rom. 8. Sed corpora cęlestia sunt huiusmodi, vt ibidem dicit Glo.* Expectant gloriam Sanctorum: sed nõ expectarent, nisi ex hoc eis aliquid accresceret, ergo claritas eis per hoc accrescet, quo pręcipuè decorantur.

RESPOND. Dicendum, ꝙ ad hoc innouatio mundi ordinatur, vt mundo innouato manifestis idicijs, quasi sensibiliter Deus ab homine videatˢ. Creatura aũt pręcipuè in Dei cognitionē ducit sua specie, & decore, quæ manifestat sapientiam faciētis, & gubernantis. Vnde dicitur Sap. 13. A magnitudine speciei creaturæ cognoscibiliter poterat creator horum videri. Pulchritudo autem cœlestium corporum præcipuè consistit in luce. Vnde Ecclesiast. 43. dicitur: Species cœli gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis Dominus. Et ideo præcipuè quantum ad claritatem corpora cœlestia meliorabuntur: quantitas autem, & modus * meliorationis illi soli cognita est, qui erit meliorationis author.

*Al illuminationis.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ignis purgãs nõ causabit innouationis formã, sed disponet tm ad eã, purgando à fœditate peccati, & ab impuritate cõmixtionis, quæ in corporibus cœlestib. non inuenitur: ideo quamuis corpora cœlestia per ignē non sint purganda, sunt tamen diuinitus innouãda.

AD SECVNDVM dicendum, quòd motus non importat aliquam perfectionem in eo, quod mouetur, secundum quòd in se consideratur, cum sit actus imperfecti; quamuis possit pertinere ad perfectionem corporis mobilis inquantum est causa alicuius: sed lux pertinet ad perfectionem corporis lucentis, etiam in substantia sua considerati: & ideo postquam corpus cœleste desinet esse causa generationis, remanebit claritas eius, & non remanebit motus.

AD TERTIVM dicendũ, ꝙ super illud Isa. 30. Erit lux Lunæ sicut lux Solis, dicit Glo.* Omnia pp hominem facta sunt, in eius lapsu peiórata, & Sol, & Luna suo lumine minorata, quę quidē minoratio à quibusdã intelligitur sm realem minorationē luminis. Nec obstat, ꝙ corpora cęlestia sm naturã sunt inuariabilia, quia illa variatio facta est à diuina virtute. Alii verò probabilius intelligunt minorationem illam esse, dicentes non secundũ realem luminis defectum, sed quò ad vsum hominis, qui non tãtum beneficium ex lumine corporum cęlestium post peccatũ consequutus est, quantũ ante fuisset, per quem etiã modum dicitur Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi: quæ iñ ante spinas, & tribulos germinasset, sed non in hominis pœnam. Nec tamen sequitur, si lux cœlestium corporũ per essentiam minorata non est homine peccante, quòd realiter nõ sit augenda in eius glorificatione: quia peccatũ hominis non immutauit statũ vniuersi, cum etiã homo prius & post, animalem vitã habuerit, quæ motu, & generatione corporalis creaturæ indiget; sed glorificatio hominis statum totius corporalis creaturæ immutabit, vt dictũ* est; & ideo non est simile.

*Gl. interlin. ibid.

* q. 74. art. 7. corp.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ minoratio illa (vt probabilius æstimatur) non fuit secundũ substantiam; sed secundũ effectum. Vnde non sequitur, ꝙ Luna existens super terrã, diem fecisset, sed ꝙ tantum commodũ ex lumine Lunæ homo habuisset, sicut nunc habet ex lumine Solis; sed post resurrectionē quando lux Lunæ augebitur secundũ rei veritatem non erit alicubi nox super terram, sed solum in centro terræ, vbi erit infernus, quia tunc, vt dicitur, Luna lucebit quãtum lucet nunc Sol: Sol autē in septuplum quàm nunc, corpora autem beatorum septies magis Sole, quamuis hoc non sit aliqua authoritate, vel ratione probatum.

AD QVINTVM dicendũ, ꝙ aliquid põt cedere in vsum hois est dupl'r. Vno modo pp necessitatē, & sic nulla creatura ceder in vsum hoīs, quia ex Deo plenam sufficientiam habebit, & hoc significatˢ Apoc. 21. authoritate inducta, quæ dicit, ꝙ ciuitas illa non indiget Sole, vel Luna. Alius vsus est ad maiorē perfectionem, & sic homo aliis creaturis vtetur, non quasi necessariis ad perueniendũ in finē, sicut nũc eis vtitur.

AD SEXTVM dicendũ, ꝙ ratio illa est Rabbi Moysi, qui oĩnò improbare nititur, mundum pp hominem esse factum. Vnde, & hoc, quod in veteri Testamēto de innouatione mũdi legitur, sicut patet in authoritatib. Isaiæ inductis, dicit esse metaphoricè dictũ, vt sicut alicui dicitur obtenebrari Sol, qñ in magnam tristitiam incidit, vt nesciat quid faciet, quì est modus loquendi in Scriptura: ita etiã econuersò dicitur ei Sol magis lucere, & totus mundus innouari, qñ ex statu tristitiæ in maximã exultationem conuertitur. Sed hoc dissonat ab authoritatibus, & opinionibus Sanctorum. Vnde rationi illi inductæ hoc modo respondendum est, ꝙ quamuis corpora cœlestia maximè excedant corpus humanũ, tamen multo plus excedit anima rationalis corpora cęlestia, quàm ipsa excedant corpus humanum. Vnde non est incõueniens, ea, propter hominem esse facta, nõ tamen sicut propter principalem finem, quia principalis finis omnium est Deus.

ARTI-

secundū corpus: non, secundum animā rationalem. §. Tunc &c. Constat. n. non esse inconueniens illa esse facta propter hominem, quæ sunt minora homine considerato secundum partē principalē suam.

¶Not. Et maximè adiuncto Philosophi dicto, q̄ vnumquodque videtur esse illud quod est principale in ipso.

¶Coroll. Deficit ergo argumentum plusquàm satis: quoniam derelicta nobiliori parte hominis, ipsum iudicat secundū ignobiliorem tantum. Et deficit in alio quod est commune errantibus, & maximè hæreticis: quod propter aliquod nouiter repertū argumētum quod soluere nesciunt, negant veritatem præcognitam: cū deberent facere è contrario secundum Philosophum 1. Physic. tex. 2. dicentem, quod innata est nobis via procedendi à notioribus in cognitionem minus notorum. Debuisset ergo ille sicut & illi ex veritate præcognita procedere ad dissolutionem argumentorum nouiter sibi occurrentium, siue in libris, siue in phantasijs & suggestionibus dæmonum, & si nesciunt soluere per semetipsos recurrere ad iudicem, qui pro tempore sedet in loco sancto, quem elegit Dominus, Deuteron. 17. (.i. loquendo pro tempore præsenti) ad Romanum Pontificem, seu Ecclesiam catholicam: non autem deberent ex occurrenti dubio ignoto ad soluendum, retrocedere ad negandam veritatem prius cognitam. Hoc enim præter alia, est contra dictamen rationis naturalis, & contra omnem cursum philosophiæ: vt patet ex prædicto loco Physicorum rectè discurrenti.

Modus procedēdi hæreticis, aliisq; errātibus, familiaris describitur.

APPENDIX.

EX artic habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum ab Esaia 30. quod claritas luminarium augebitur tunc: & sic. Erit lux Lunæ sicut lux Solis, & lux Solis septēpliciter. Hæc ibi. Vnde potes etiā argumentari ad stellas alias iuxta modum suū, maximè quia decor, seu species cęli est gloria stellarū, Eccl. 43. Itē à Rom. 8. Omnis creatura expectat reuelationē gloriæ filiorum Dei. Hæc ibi. Vnde argumentare tu efficaciter ad intentum sicut fit in arg. 3. sed contr. Pro qua authoritate melius capienda vide art. 2. ad sextum. Secundò habes: quomodo per rationem prędicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertio vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

---

SVPER Q. CXXII. Aliàs 91. Art. IIII.

CONCL. 1. Oportet similiter disponi corporalia sicut & spiritualia disponuntur.

394

¶Exam. Ly similiter. Scilicet secundum propositionem. Eo modo quo Concil. Lateranense sub Innocentio III. ca. 2. nos docet in similibus dicens. Pro fidelibus suis veritas orat ad patrem, volo inquiens vt ipsi sint vnum in nobis, sicut & nos vnū sumus: hoc nomen vnū, pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio charitatis in gratia; pro personis verò diuinis, vt attendatur identitatis vnitas in natura. Quemadmodum alibi ait, Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Ac si diceret manifestius: Estote perfecti perfectione gratiæ, sicut pater vester cœlestis perfectus est perfectione naturæ; vtraq; videlicet suo modo: quia inter creatorem, & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior dissimilitudo notanda. Hæc ibi. Sic in proposito de ly similiter, vt loquitur de corporalibus & spiritualibus, dic tu.

¶Prob. Quia creatura corporalis est facta propter spiritualē, atque regitur ab ea.

¶Not. Fundatur ista probatio super dictum philosophicum; quod finis, & ea quæ sunt ad finem, proportionari debent.

¶Concl. 2. Omnia elementa claritate quadam vestientur: non tamē æqualiter, sed secundum suum modum.

¶Prob. primo: Quia corpora inferiora debent accipere proprietates superiorū in natura lucis (cùm spiritus inferiores etiā accipiāt proprietates superiorū spirituum, Matth. 22.) & corpora superiora, i. cœlestia claritate maiori vestientur (artic. 3.). Secunda autem pars, s. non tamen &c. probatur: Quia terra erit in superficie peruia, sicut vitrum &c. vt in tex.

¶Exam. Ly peruia. Scilicet visui. Ideo autē apposuit ly peruia, ad illam similitudinem de vitro: nè crederetur q̄ similitudo hęc teneret in alijs, puta in facilitate frangibilitatis.

1^m conclusionis illatio. Ergo &c.

R. Negatur illatio. §. Ratio est, quia excessus qualitatum actiuarum, & passiuarum, de quibus in argumento, est contristatiuus, excessus autem lucis est de se delectatiuus, & innouatio elementorū fit propter beatorum delectationem, qui nullo modo contristationis sunt capaces.

Secun-

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum elementa innouabuntur per receptionem alicuius claritatis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̄ elementa non innouabuntur per receptionem alicuius claritatis. Sicut enim lux est qualitas corporis cœlestis propria, ita calidū, & frigidum, & humidum, & siccum sunt qualitates elementorum; ergo sicut cœlum innouatur per augmentum claritatis, ita debent innouari elementa per augmentum qualitatum actiuarum, & passiuarum.

¶2 Prætc. Rarum, & densum sunt qualitates elementorum, quas elemēta in illa innouatione non amittent, sed raritas, & densitas elementorū resistere videntur claritati, cum corpus clarum oporteat esse cōdensatum, vnde raritas aeris nō videtur, quòd possit claritatem pati, & similiter nec densitas terræ, quæ peruietatem tollit; ergo non potest esse, quòd elementa innouentur per alicuius claritatis additionem.

¶3 Præt. Constat quòd dānati erunt in terra: sed ipsi erunt in tenebris non solum interioribus, sed etiam exterioribus; ergo terra non dotabitur claritate, & eadē ratione nec alia elementa.

¶4 Præterea. Multiplicatio claritatis in elementis multiplicat calorem. Si igitur in illa innouatione erit maior claritas elementorum, quàm nunc sit, erit etiam per consequens maior caliditas, & sic videtur quòd transmutabuntur à suis naturalibus qualitatibus, quæ insunt eis secundum certam mensuram, quod est absurdum.

¶5 Præt. Bonum vniuersi quod cōsistit in ordine, & harmonia dignius est quàm aliquod bonū alicuius naturæ singularis: sed si vna creatura efficiatur melior, tollitur bonū vniuersi, quia non remanebit eadē harmonia; ergo si corpora elementaria, quæ sm gradum suæ naturæ, quem tenent in vniuerso, claritatis debent esse expertia, claritatem accipiant, magis ex hoc deperibit perfectio vniuersi, quàm accrescet.

SED CONTRA est, quod dicitur Apoc. 21. Vidi cœlum nouum, & terram nouam: sed cęlum innouabitur per maiorem claritatem; ergo & terra, & similiter alia elementa.

¶Præte. Corpora inferiora fuerūt in vsum hominis, sicut & superiora: sed creatura corporalis remunerabitur per ministerium, quod homini exhibuit, vt videtur dicere Glo.* Rom. 8. ergo etiam elementa clarificabuntur sicut corpora cœlestia.

*Gl. Amb in illū locum to. 2

¶Præt. Corpus hominis est ex elementis compositum, ergo partes elementorum, quæ sunt in corpore hominis, glorificato homine glorificabuntur per receptionem claritatis, sed eandem conuenit esse dispositionem totius, & partis; ergo & ipsa elementa conuenit claritate dotari.

RESP. Dicendum, q̄ sicut est ordo cęlestiū spirituum ad terrenos spiritus, s. humanos, ita etiā est ordo cęlestium corporum ad corpora terrestria, cum autem creatura corporalis sit facta propter spiritualem, & per eam regatur, oportet similiter disponi corporalia sicut & spiritualia disponuntur. In illa autē vltima rerum consummatione spiritus inferiores accipiēt proprietates superiorū spirituum, quia homines in carne erūt sicut angeli in cœlis, sicut dr̄ Matt. 22. Et hoc erit inquantum ad maximam perfectionem peruenient, sm q̄ humanus spiritus cum angelico conuenit. Vnde etiā similiter cū corpora inferiora cum cœlestib. non cōmunicent nisi in natura lucis, & diaphani, vt dicitur in 2. de Anima,* oportet corpora inferiora maximè perfici secundum claritatem. Vnde omnia elementa claritate quadam vestientur; non tamen æqualiter, sed secundum suum modum. Dicitur enim, quòd terra erit in superficie peruia sicut vitrum, aqua sicut crystallus, aer vt cœlum, ignis vt luminaria cœli.

*; lib. 2. cōment. 68 to. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd innouatio mundi ordinatur ad hoc, quòd homo etiam sensu in corporibus quodammodo per manifesta indicia diuinitatem videat. Inter sensus autem nostros spiritualior est visus, & subtilior: & ideo quantum ad qualitates visiuas, quarum principium est lux, oportet omnia corpora inferiora meliorari, qualitates aūt elementares pertinēt ad tactū, qui est maximè materialis,

*Ar. 1. huius q. co

2^m de minori. Claritati. R. Emittenti radios, & ex natura sua: non autem, claritati diaphaneitatis, & ex diuina virtute. §. Tunc nihil &c. Quod enim raritas aeris, & densitas terræ compati possint secum claritatem, quam secundo loco in responsione diximus; patet in tex.

3^m de concl.^e Claritate. R. Corporali: non, naturæ spiritualis. §. Tunc nihil &c. Licet enim in loco inferni nõ erit terra glorificata per claritatẽ tamẽ loco &c. vt in textu.

Item de minori. Sed etiã exterioribus. R. Quantum ad aliquid. §. Dando interim, ꝙ ibi inferno sit futura aliqua lux corporalis. Vide secundum responsum ly vel dicendum, quòd &c.

¶ Not. Respõsio hæc secunda non concedit, sed magis dat, siue supponit ad hominẽ; ꝙ lux corporalis futura sit in inferno: id quod significat tex. per ly etiã si sit tota terra glorificata, quasi dicat, dato hoc, sed non de necessitate concesso nullũ sequitur inconueniens &c. Rursus. Quia dãnati non sunt capaces alicuius consolationis, ideo textus ait ly qui quantum ad aliquid eis lucebit, quantũ ad aliud eis lucere non poterit. Quasi dicat, Ignis ille secundum se lucebit damnatis ad videndũ, puta suos olim amicos, vel inimicos in pœnis, sed non lucebit eis ad consolationem. Nam ex visione talium torquebuntur saltem propter hoc, quòd inde percipient diuinam iustitiam vindicatiuam, quam semper odio habent, adimpleri in illis.

rialis, & earum excessus cõtrarietatis magis est contristatiuus, quàm delectatiuus, excessus autem lucis est delectabilis, cum contrarietatem non habeat, nisi propter organi debilitatem, quæ tunc non erit.

Ad secundum dicendum, ꝙ aer non erit clarus sicut radios proijciens, sed sicut diaphanum illuminatum. Terra verò quamuis ex natura sui opacitatem habeat propter defectum lucis, tamen ex diuina virtute in superficie gloria claritatis vestietur sine præiudicio densitatis ipsius.

Ad tertium dicendũ, quòd in loco inferni non erit terra glorificata per claritatem, sed loco huius gloriæ habebit pars illa terræ spiritus rationales hominum, & dæmonum, qui quamuis ratione culpæ sint infimi, tamen ex dignitate naturæ, sunt qualibet qualitate corporali superiores. Vel dicendum, quòd etiam si sit tota terra glorificata, nihilominus reprobi in tenebris exteriorib. erũt, quia etiã ignis inferni, qui quantum ad aliquid eis lucebit quantum ad aliud eis lucere non poterit.

Ad quartum dicendũ, quòd claritas illa erit in istis corporibus sicut est in corporibus cœlestibus, in quibus caliditatem non causat, quia corpora ista tũc inalterabilia erunt, sicut modò sunt cœlestia.

Ad quintum dicẽdum, quòd non tolletur propter meliorationem elementorum ordo vniuersi, quia & omnes aliæ partes meliorabuntur, & sic remanebit eadem harmonia.

4^m de antecedente. Multiplicat. R. Nunc: non, tunc. §. Tunc nihil &c. vt patet in tex.

5^m minor. Si vna creatura efficiatur melior, tollitur bonum vniuersi. R. Nisi & omnes aliæ partes vniuersi proportionaliter meliorentur. Tunc nihil &c. Talis enim vniuersalis melioratio in illa innouatione fiet.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationẽ ostendas, meritò insinuatũ ab Apocal. 21. ꝙ elementa claritatem maiorem recipient in mũdi innouatione: & sic. Vidi cęlum nouũ & terram nouam. Hęc ibi. Nomine autẽ terræ in sacris literis sæpe intelliguntur alia etiam elementa, vt Gen. 1. Creauit Deus cęlũ & terrã. Maximè autẽ tunc nomine terræ intelligunt; quando id quod ei tribuit magis videtur alijs tribuendum. Vt in proposito est de claritate. Hæc. n. vt patet minus videtur attribuẽda terræ, tanquam infimo elementorũ, quàm alijs elementis. Cùm igitur Apocalypsis attribuat innouationẽ claritatis terræ, per hoc à fortiori eam alijs tribuisse vult: secundũ illam regulam logicalem dicentem, si de quo minus videtur inesse & inest, ergo de quo magis. Item ab Isa. 66. Ecce ego creo nouos cęlos & nouam terrã. Hęc ibi. Circa ly terram discurre; vt nunc suprà. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarũ, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertio vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei. Ratio 1. 2 3

Quartum

SVPER Q. CXXII. Aliàs 91. Art. v.

COncl. 1. Oportet, quòd innouationi hominis, innouatio mundi conformetur.

¶ Prob. Quia innouatio mundi fit propter hominem (patet ex dictis articulis).

¶ Concl. 2. Ad illam innouationẽ nihil ordinari poterit, nisi qđ habet ordinem ad incorruptionem.

¶ Prob. Quia homo innouatus de statu corruptionis in incorruptionem transibit, vt perpetuò maneat in statu perpetuæ quietis (patet ex 1. Corint. 15.) & omnia, quæ innouantur innouationi hominis cõformari debẽt (patet ex prima cõclusione).

¶ Concl. 3. Animalia, plantæ, mineralia, & omnia mixta in illa innouatione non manebunt.

¶ Prob. Quia illa omnia nullum habent ordinem ad incorruptionem (cùm sint corruptibilia secundum totam materiam, & formam).

¶ Exam. Ly ex parte materiæ secundum totum & secundum partem, vt scilicet est materia ꝓxima huius actuata per talem formam. Alioquin materia neq; secundum totũ, neque secundum partem corrumpitur, cum secundũ se sit incorruptibilis. 1. Physic.

¶ Ly ex parte formę. Scilicet & vt forma, & vt ens est. Vnde hoc significans textus subiungit mox ly quę actu nõ manet. Hæc dicta sint ad differentiam animæ rationalis; quæ quidem, vt ens est, semper manet actu: vt forma verò non semper actu manet; sed quandoque in actu, quandoque in potentia tantum. Cum enim forma, vt forma, dicatur ab informando materiam, patet: quòd quando Socrates mortuus est, tunc anima rationalis non est in actu forma eius; licet sit in potentia, inquantum habet inclinationem naturalem ad reunitionem cum corpore Socratis. Nihilominus tamen anima rationalis remanet semper actu inquantum est ens, cum vt sic, immortalis sine interruptione existat.

Animã humanã esse incorruptibilem, quo intelligit.

* li. 1. com. 56. & seq. tom. 2.

* li. 2. com. 56. tom. 2.

Primum

ARTICVLVS V.

*Vtrum plantæ, & animalia remaneant in illa innouatione.*

395

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd plantæ, & animalia remaneant in illa innouatione. Elementis enim non debet aliquid subtrahi, quod ad eorum ornatum pertinet: sed animalibus, & plantis elementa ornari dicuntur; ergo non auferentur in illa innouatione.

¶ 2 Præt. Sicut elementa homini seruierunt, ita etiã animalia, & plantæ, & corpora mineralia, sed elementa propter prædictum ministeriũ glorificabuntur; ergo similiter animalia, & plantæ, & corpora mineralia.

¶ 3 Pręt. Vniuersum remanebit imperfectũ, si aliquid, quod est de perfectione eius, auferatur, sed species animalium, & plantarum, & corporum mineralium sunt de perfectione vniuersi. cum ergo non debeat dici, quòd mundus in sua innouatione imperfectus remaneat, videtur quòd oporteat dicere plantas, & alia animalia remanere.

¶ 4 Præterea. Animalia, & plantæ habent nobiliorem formam, quàm ipsa elementa, sed mundus in illa innouatione in melius immutabitur; ergo magis debent remanere animalia, & plantæ, quàm elementa, cum sint nobiliora.

¶ 5 Pręt. Inconueniens est dicere, ꝙ naturalis appetitus frustretur, sed secundum naturalem appetitum animalia, & plantæ appetunt esse perpetua, & si non secũdum indiuiduum, saltem secundum speciem, & ad hoc ordinatur eorũ generatio continua, vt in secundo de Generat.* dicitur; ergo inconueniens est dicere, ꝙ istæ species aliquando deficiant.

Sed contra. Si plantę, & animalia remanebunt, aut omnia, aut quædam. Si omnia, oportebit, etiam bruta, quæ fuerunt mortua, resurgere, sicut & homines, quod dici non potest, quia cum forma eorum in nihilum cedat, non potest eadẽ numero resumi. Si autem non omnia, sed quædam, cum non sit maior ratio de vno, quàm de alio, ꝙ in perpetuum maneat, videtur quòd nullum eorum in perpetuũ remanebit, sed quicquid remanebit post mundi innouationẽ, in perpetuũ erit generatione, & corruptione cessante; ergo plantæ, & animalia penitus post mundi innouationem non erunt.

¶ Præterea. Secundum Philosophũ * in 2. de Generatione, Animalibus, & plãtis, & huiusmodi corruptibilibus, speciei perpetuitas non conseruatur, nisi ex cõtinuatione motus cœlestis: sed tunc ille cessabit; ergo non poterit perpetuitas in illis speciebus conseruari.

**1^m de maiori.** Ad eorum ornatum. ℞. Sumptum absolute: non pro statu tantum actionis, & passionis. §. Tunc nihil &c. Animalia namque & plantæ non sunt ad elementorum ornatum nisi pro statu actionis & passionis, qui status in illa innouatione deficiet.

¶ Not. Quòd elementa, & plantę sunt ad ornatum prædicto modo elementorum, patet Gen. 1. quãdo post dies tres primos distinctionis rerũ ponunt huiusmodi in sequentib. diebus, qui à Doctoribus dies ornatus vocantur. Præterea ipsa animalia ab aquis & aere, & terra, sicut & plãtæ ab eadem produci ibi dicuntur: tanquàm ipsorum elementorũ producentiũ ornamẽta quędam.

**2^m de maiori.** Ita. ℞. i. quantũ ad seruire homini: nõ quantum ad habere ordinẽ ad incorruptionem. §. Tunc &c. Elementa n. non innouantur, quia seruierint homini, sed quia in isto seruitio habuerunt ordinẽ ad incorruptionem. Quòd si innouarentur solummodo propter hoc pręcise, tunc & animalia, & plantæ, & alia mixta innouarentur.

¶ Coroll. Patet ergo, quòd argumentum committebat fallaciam secundum non causam vt causam. Accipiebat enim illã maiorẽ (scilicet, sicut elemẽta &c.) ac si pro seruitio præcisè facto homini innouanda forent innouabilia: & tamen, vt dictum est, nõ pro seruitio tali præcisè, sed pro seruitio tali mixto cũ ordine ad incorruptionem innouabuntur.

**Item illatio conclus.^m** Ergo &c. ℞. 2. negat illatio. §. Nã ratio non est eadem in hoc de elemẽtis, & alijs supradictis: quoniã elementa sunt capacia innouationis, alia verò non: vt patet ex corpo. Vide secundũ respon. tex. Ly vnde etiã dato, quòd animalia, &c.

¶ Praet. Cessante fine, cessare debet id quod est ad finem, sed animalia, & plãtæ facta sunt ad animalem vitam hominis sustentandam: vnde dicitur Genes. 9. Sicut olera virentia dedi vobis omnem carnem: sed post illam innouationem animalis vita in homine non erit; ergo nec plantæ, nec animalia remanere debent.

Respon. Dicendum, quòd cum innouatio mundi propter hominem fiat, oportet, quòd innouationi hominis conformetur. Homo autem innouatus de statu corruptionis in incorruptionem transibit, & perpetuæ quietis, primæ ad Corint. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: & ideo mundus hoc modo innouabitur abiecta omni corruptione, vt perpetuò maneat in quiete. Vnde ad illam innouationem nihil ordinari poterit, nisi quod habet ordinem ad incorruptionem, huiusmodi autem sunt corpora cœlestia, elementa, & homines. Corpora autem cœlestia secundum sui naturam incorruptibilia sunt, & secundum totum, & secundum partes: elementa verò sunt corruptibilia secundum partes, sed incorruptibilia secundum totum, homines verò corrumpũtur, & secundum totum, & secundũ partes: sed hoc ex parte materiæ, non ex parte formæ, scilicet animæ rationalis, quæ post corruptionem hominis remanet incorrupta. Animalia verò, & plantæ, & mineralia, & omnia corpora mixta corrumpuntur, & secundum totum, & secũdum partem, sed hoc ex parte materiæ, quæ formam amittit: & ex parte formæ, quæ actu nõ manet, & sic nullo modo habent ordinem ad incorruptionem, vnde in illa innouatione non manebunt, sed solum ea, quæ dicta * sunt.

* In hoc corp.

Ad primum ergo dicendum, q huiusmodi corpora dicuntur esse ad ornatum elementorum, inquantum virtutes actiuæ, & passiuæ, quæ sunt in elementis ad speciales actiones ctrahũtur: & ideo sunt ad ornatum elementorũ in statu actionis, & passionis: sed hic status in elementis remanere nõ potest, vnde nec animalia, nec plantas remanere oportet.

Ad secundum dicendum, q nec animalia, nec plãtæ, nec alia corpora in ministrando homini aliquid meruerunt, cum libertate arbitrii careant: sed pro tanto dicuntur quædã corpora remunerari, quia homo hoc meruit, vt illa innouarentur, quæ ad innouationẽ ordinem habent, plantæ autem, & animalia non habẽt ordinem, ad innouationem incorruptionis.* Vnde ex hoc homo non meruit, vt innouaretur, quia nullus potest alteri mereri nisi id, cuius est capax, nec etiam ipse sibiipsi. Vnde etiã dato, quòd animalia bruta mererentur in ministerio hominis, non tamẽ essent innouanda.

* In corp.

Ad tertium dicẽdum, quòd sicut perfectio hominis multipliciter assignatur, est enim perfectio naturæ conditæ, & naturæ glorificatæ, ita etiam perfectio vniuersi est duplex. Vna secundum statum huiusmodi mutabilitatis, altera secundum statum nouitatis. Plantæ autem & animalia sunt de perfectione eius secundum statum istum: non autem secundum statum nouitatis, cum ordinem ad eam non habeant.

Ad quartum dicendum, q quãuis animalia, & plantę, quantum ad quædam alia sint nobiliora quàm ipsa elementa, tamen quantum ad ordinẽ incorruptionis elementa sunt nobiliora, vt ex dictis * patet.

Ad quintum dicendum, q naturalis appetitus ad perpetuitatẽ in animalibus, & plantis est accipiẽdus secundum ordinem ad motum cęli, vt tantũ scilicet; in esse permaneant quantum motus cœli durabit. Non enim est appetitus in effectu vt permaneant vltra causam suam: & ideo si cessante primi mobilis motu, plantæ, & animalia non remanent secundum speciem, sequitur, appetitum naturalem frustrari.

QVAE-

**3^m de minori.** De perfectione vniuersi. ℞. Secundum statum mutabilitatis: non, secundum statum nouitatis. §. Tunc nihil &c. vt patet. Nam status mutabilitatis illo tempore deficiet, & consequenter spectantia ad perfectionem status illius, vt sic.

**4^m de maiori.** Nobiliorem. ℞. Quantum ad esse eas: non, quantũ ad ordinem incorruptionis. §. Tunc nihil &c. vt patet ex corp. Nam in illa innouatione considerabitur tantum nobilitas, vt habet ordinem ad corruptionem: adeo q illud dicetur nobile nunc secundum q ordinatur ad incorruptionẽ, non secundum quòd est ens tantum, licet esset ens aliàs nobilissimum.

¶ Exam. Ly quantum, ad quædam alia per ly quædam alia: intelliguntur quæcumque alia sint; dummodo non dicant ordinem ad incorruptionem descriptam in corp.

¶ Ly nobiliorẽ formam. Scilicet quantũ ad esse eas, vt diximus.

Hoc

Hoc autem est perinde ac si per illam maiorem argumenti diceretur, quòd animalia habent formam, quæ est ens viuum: elementa verò habent formam, quæ est ens non viuum.

**5^m de maiori.** Naturalis appetitus. ℞. Secundum quòd appetit: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam appetitus naturalis ad ppetuitatem in animalibus & plantis est accipiendus &c. vt in tex. Ex quo pro applicatione respõsi formalis, dic quòd illorũ appetitus naturalis appetit perpetuitatem coæuam motui cœlesti: non autem perpetuitatem vlterius durantem.

### APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatũ ab Apocalyp. 10. quòd animalia & plantæ, ac similia non innouabuntur: & sic. Angelus, quem vidi stantem supra mare & terram, iurauit per viuentem in sæcula sęculorum, quia tempus non erit amplius, sed in diebus vocis septimi Angeli, cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei. Hæc ibi. Vbi per Angelum canentem tuba, intellige conuocationẽ ad iudicium, supra quæstio. 76. art. 2. post illud ergo non amplius erit tempus: & consequenter cœlorũ motus cessabit. Cùm igitur ex continuatione motus cęlestis solũmodò conseruetur ppetuitas speciei in animalibus, & plantis, & huiusmodi secundum Philosophum 2. de Generatio. patet, quòd Apocal. per hoc, quòd dixit tempus cessaturum, connotauit simul omnia huiusmodi corruptibilia, animalia videlicet, plantas, mineralia, & alia mixta, præter hominem, non esse conseruanda amplius, & cõsequenter nec innouanda. Item à Genes. 9. Sicut olera virentia dedi vobis omnem carnem. Hæc ibi. Id est, sicut dedi vobis hominibus in cibum olera virentia cum Genes. 1. dixi ly ecce dedi vobis omnem herbam afferentem &c. ita nunc concedo vobis in cibum omnem carnem: vt sicut absque scrupulo oleribus pro cibo vtebamini, sic nunc vti possitis omni carne. Cum igitur omnia, huiusmodi, secundum scripturam hanc, sint ordinata ad vitam animalem hominũ, & hæc vita tũc defectuosa sit tempore innouationis (vt suprà dictum est) patet: quòd per hoc denotauit etiam scriptura simul, quòd animalia, & plantæ, & à simili alia secundum totum corruptibilia non remanebunt post iudicium, & per consequens non innouabuntur. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Rãtio 2.

2

3

SVPER Q. CXXIII. Aliàs 92. Art. v.

CONCL. Oportet nos accipere, quod in visione Dei per essentiam ipsa diuina essentia sit forma intellectus nostri.

¶ EXAM. Ly oportet nos accipere &c. Scilicet vt patet à sufficienti diuisione ex reprobatis opinionibus.

¶ Ly oportet. Scilicet de fide. Hæc.n. conclusio est secundum fidem tenenda.

¶ Ly visione. Scilicet immediata, & per consequens beatificante secundum perfectã beatitudinem.

¶ PROB. Quia si aliter diceretur, tunc visio Dei non posset esse immediata.

¶ NOT. Quomodo essentia diuina possit esse forma intellectus nostri, & quomodo ex hoc posito nullum sequitur inconueniens: & quomodo per exẽpla, & quibus ad hoc capiẽdũ manu ducamur, vide in textu per ordinẽ à ly & ideo accipiẽdus est alius modus, quem quidã Philosophi posuerunt, scilicet Alexander & Auerron &c. vsque in fin. corp.

Primum

396 S. Tho. 4. d. 49. q. 2. artic. 1. 2. & 5.

## QVÆST. CXXIII. Aliàs 92.

*De visione diuinæ essentiæ per comparationem ad beatos, in tres articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandũ est de his, quæ spectant ad beatos post iudicium generale. Et primo, de visione eorũ respectu diuinæ essentiæ, in qua eorũ beatitudo principaliter cõsistit. Secundo, de eorum beatitudine, & eorum mansionibus. Tertio, de modo, quo se erga damnatos habebunt. Quarto, de dotibus ipsorum, quæ in beatitudine eorum continẽtur. Quinto, de aureolis, quibus eorum beatitudo perficitur, & decoratur.

CIRCA primum quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum Sancti videbunt Deum per essentiam.

¶ Secundò, Vtrum videbunt eum oculo corporali.

¶ Tertio, Vtrum videndo eum, videant omnia, quæ Deus videt.

### ARTICVLVS I.

*Vtrũ intellectus humanus possit peruenire ad videndum Deum per essentiam.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod intellectus humanus nõ possit peruenire ad vidẽdum Deum per essentiã: Quia Ioan. 1. dr: Deus nemo vidit vnquam, & exponit Chrysost.* quòd nec ipsę cęlestes essentiæ, ipsa dico Cherubin, & Seraphin, ipsum, vt est, nunquam videre potuere potuerunt, sed hominib. non promittit nisi æqualitas Angelorũ. Matt. 22. Erũt sicut Angeli Dei in cęlo; ergo nec Sancti in patria Deũ p essentiam videbunt.

*Hom. 14. in Ioann. aliquantulum ab initio, to. 3.

¶ 2 Præt. Dionys.* sic argumentatur 1. de Diui. nominibus: Cognitio non est nisi existentiũ, omne autẽ existens finitum est, cum sit in aliquo genere determinatum, & sic Deus cum infinitus sit, est super omnia existentia; ergo eius non est cognitio, sed est super omnia existentia, & omnẽ cognitionem.

* Cap. 1. de diuinis nominib.

¶ 3 Præt. Dionys.* in 1. de mystica Theolog. ostendit, quòd perfectissimus modus, quo intellectus noster Deo coniungi potest, est inquantum coniungitur ei ignoto, sed illud, quod est visum per essentiam, non est ignotum; ergo impossibile est, quòd intellectus per essentiam Deum videat.

*Cap. 1. in fin. illius.

¶ 4 Præt. Dion. in epist.* ad Caium Monachũ dicit, quod supposita Dei tenebræ, quas abundantiã lucis appellat, cooperiũtur omni lumini, & absconduntur omni cognitioni. Et si aliquis videns Deum, intellexit quod vidit, non ipsum vidit, sed aliquid eorum, quæ sunt eius; ergo nullus intellectus creatus poterit Deum per essentiam videre.

* In ep. 1. ad Caiũ, quæ incipit, Tenebræ.

¶ 5 Præt. Sicut Dionys.* dicit in epist. ad Hierotheum. Non visibilis quidem est Deus existens propter excedentem claritatem, sed claritas eius sicut excedit intellectum hominum in via, ita excedit intellectum hominis in patria; ergo sicut inuisibilis est in via, sic erit in patria.

* In epist. 5. quæ est ad Dorotheũ, circa princ.

¶ 6 Præt. Cum intelligibile sit perfectio intellectus, oportet esse proportionem inter intelligibile, & intellectum, visibile, & visum, sed non est accipere proportionem aliquam inter intellectum nostrum, & essentiam diuinam, cum in infinitum distent; ergo intellectus noster non potest pertingere ad essentiam diuinam videndam

¶ 7 Præt. Plus distat Deus ab intellectu nostro, quàm intelligibile creatũ à sensu, sed sensus nullo modo potest pertingere ad creaturam spiritualem videndam; ergo nec intellectus noster poterit pertingere ad videndã diuinã essentiam.

¶ 8 Præt. Quãdocũque intellectus intelligit aliquid in actu, oportet quod informetur per similitudinem intellecti, quæ est principiũ intellectualis operationis in tale obiectum determinatæ, sicut calor est principium calefactionis: si ergo intellectus noster Deum intelligat, oportet, quòd fiat per aliquã similitudinem informantem ipsum intellectum. Hoc autem non potest esse ipsa diuina essentia, quia formæ, & formati oportet esse vnum, diuina autem essentia ab intellectu nostro differt secundum essentiam, & esse; ergo oportet, quod forma, qua informatur intellectus noster in intelligendo Deum, sit aliqua similitudo impressa à Deo in intellectum nostrum, & similitudo illa cum sit quid creatum, non potest ducere in Dei cognitionem, nisi sicut effectus in causam, ergo impossibile est vt intellectus noster Deum videat, nisi per effectum ipsius, sed visio Dei, quæ est per effectus, non est visio Dei per essentiam, ergo intellectus noster non poterit Deum per essentiam videre.

¶ 9 Præterea. Diuina essentia magis distat ab intellectu nostro, quàm quicumque Angelus, vel intelligentia, sed sicut dicit Auicenna in sua Metaphys.* intelligentiam esse in nostro intellectu, non est essentiam intelligentiæ esse in intellectu nostro, quia sic essentia quam de intelligentia habemus, esset substantia, & non accidens, sed hoc est impressionem intelligentiæ esse in nostro intellectu, ergo & Deus non est in intellectu nostro, sed illa impressio non potest ducere in cognitionem diuinæ essentiæ, quia cum in infinitum distet à diuina essentia, degenerat in aliam speciem multo amplius quàm si species albi, degeneraret in speciem nigri; ergo sicut ille, in cuius visu species albi degenerat in speciem nigri, propter indispositionem organi non dicitur videre album, ita nec intellectus noster, qui solum per huiusmodi impressionem Deum intelligit, cum per essentiam poterit videre.

¶ 10 Præterea. In rebus separatis à materia idem est intelligens, & quod intelligitur, vt patet in 3. de Anima:* sed Deus est maximè à materia separatus: cum ergo intellectus, qui est creatus, non possit ad hoc pertingere, vt fiat essentia increata, non poterit esse quòd intellectus noster Deum per essentiam videat.

¶ 12 Præterea. Omne illud, quod videtur per essentiam, de eo scitur quid est: sed de Deo intellectus noster non potest scire quid est: sed solum quid non est, sicut Dionysius dicit, & Damasc. ergo intellectus noster Deum per essentiam videre non potest.

¶ 12 Præterea. Omne infinitum, inquantum infinitum, ignotum est: sed Deus est modis omnibus infinitus; ergo est omnino ignotus, ergo per essentiam ab intellectu creato videri non poterit.

¶ 13 Præt. August.* dicit in lib. de Videndo Deo, Deus est natura inuisibilis, sed ea, quæ insunt Deo per naturam, non possunt aliter se habere; ergo non potest esse, quòd per essentiam videatur.

¶ 14 Præterea. Omne, quod est alio modo, & alio modo videtur, non videtur secundum id, quod est, sed Deus alio modo est, & alio modo videtur à Sanctis in patria, est enim per modum suum: sed videtur à Sanctis per modum eorum; ergo non videtur à Sanctis secundum illud, quod est, & sic non videbitur per essentiam.

¶ 15 Præt. Illud, quod per medium videtur, non videtur per essentiam, sed Deus in patria videbitur per medium, quod est lumen gloriæ, vt patet in Psalmo, In lumine tuo videbimus lumen, ergo non videbitur per essentiam.

¶ 16 Præt. Deus in patria videbitur facie ad faciem, vt dicitur 1. Cor. 13. sed hominem, quem facie ad faciem videmus, videmus per similitudinem; ergo Deus in patria videbitur per similitudinem, & non per essentiam.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Corint. 13. Videmus nunc per speculũ in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: sed id

sed id quod videtur facie ad faciem, videtur per essentiam, ergo Deus per essentiam videbitur à Sanctis in patria.

¶ Præterea. Ioan. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est, ergo videbimus eũ per essentiam.

¶ Præterea, Primæ Cor. 15. super illud, Cum tradiderit regnum Deo, & patri, dicit Glos.* vbi scilicet in patria, essentia Patris, & Filij, & Spiritussancti videbitur, quòd solũ mundis cordibus dabitur, quod est summa beatitudo: Beati ergo Deum per essentiam videbunt.

* Glo. ord. ibi.

¶ Præterea, Ioan. 14. dicitur. Si quis diligit me, diligetur à Patre, & ego diligam eum, & manifestabo meipsum ei, sed illud, quod manifestatur, per essẽtiã videtur, ergo Deus à Sanctis in Patria essentialiter videbitur.

¶ Præterea, Exo. 33. super illud, Non videbit me homo, & viuet, Gregorius* improbat opinionem illorum, qui dicebãt, ꝗ in illa regione beatitudinis Deus in claritate sua conspici potest, sed in natura videri non potest, quia aliud non est eius claritas, & eius natura: sed natura eius est essentia eius, ergo videbitur per essentiam suam.

* Lib. 18. Mor. c. 37. aut in recẽtioribus editio. c. 18. & hom. 14. in Ezech. à medi.

¶ Præterea. Sanctorum desiderium non potest omnino frustrari, sed Sanctorum desiderium commune est, vt Deũ per essentiam videant, vt patet Exod. 33. Ostende mihi gloriam tuam, & in Psal. Ostẽde faciem tuam, & salui erimus. & Ioan. 14. Ostẽde nobis Patrem, & sufficit nobis, ergo Sancti per essentiam Deum videbunt.

RESPONDEO. Dicendum, quòd sicut secundum fidem ponimus, finem vltimum humanę vitæ esse visionem Dei, ita Philosophi posuerunt vltimam hominis fęlicitatem esse intelligere substantias à materia separatas, secundum esse, & ideo circa hanc quæstionem eadem difficultas, & diuersitas inuenitur apud Philosophos, & apud Theologos. Quidam enim Philosophi posuerunt, quòd intellectus noster possibilis numquam potest ad hoc peruenire, vt intelligat substantias separatas, sicut Alpharabius in fine suæ Ethicæ, quamuis contrarium dixerit in libro de intellectu, vt Commentator refert in tertio de Anima.* Et similiter quidam Theologi posuerunt, quòd intellectus humanus numquam potest ad hoc peruenire, vt Deum per essentiam videat, & vtrosque ad hoc mouet distantia inter intellectum nostrum, & essentiam diuinam, & alias substantias separatas. Cum enim intellectus in actu sit quodammodo vnum intelligibili in actu, videtur difficile, quomodo intellectus creatus aliquo modo fiat essentia increata. Vnde Chrysostomus* dicit: Quomodo creabile videt increabile. Et maior difficultas est illis adhuc, qui ponunt intellectum possibilem esse generabilem, & corruptibilem, vtpote virtute à corpore dependentem, non solum respectu visionis diuinæ, sed etiam respectu visionis quarumcunque substantiarum separatarum. Sed hoc ipsum stare omnino non potest. Primò, quia repugnat authoritati sacræ scripturæ Canonicæ, vt August. dicit in libro de Videndo Deo. Secundò, quia cum intelligere sit maxime propria operatio hominis, oportet, quòd secundum eam assignetur sibi sua beatitudo, cum hæc operatio in ipso perfecta fuerit. Cum autem perfectio intelligentis, inquantum huiusmodi sit ipsum intelligibile, si in perfectissima operatione intellectus homo non perueniat ad videndam essentiam diuinam: sed aliquid aliud, oportebit dicere, quòd aliquid aliud sit beatificans ipsum hominem, quàm Deus, & cum vltima perfectio cuiuslibet sit in coniunctione ad suum principium, sequitur, quòd aliquid aliud sit principium effectiuum hominis, quàm Deus, quod est absurdum secundum nos. Et similiter est absurdum apud Philosophos, qui ponunt animas nostras à substantiis separatis emanare, vt in fine eas possimus intelligere. Vnde oportet ponere, secundum nos, quòd intellectus noster quandoque perueniat ad videndam essentiam diuinam, & secundũ Philosophos, quòd perueniat ad videndam essentiam substantiarum separatarum, quomodo autem hoc possit accidere, restat inuestigandum. Quidam enim posuerunt, vt Alpharabius, & Auempace, quòd ex hoc ipso, quòd intellectus noster intelligit quæcunque intelligibilia, pertingit ad videndam essentiam substantiæ separatæ, & ad hoc ostendendum procedunt duobus modis. Quorum primus est, quòd sicut natura speciei non diuersificatur in diuersis indiuiduis, nisi secundum quòd coniungitur principiis indiuiduantibus, ita forma intellectiua hominis non diuersificatur apud me, & te, nisi secundum quòd coniungitur diuersis formis imaginabilibus, & ideo quando intellectus separat formam intellectam à formis imaginabilibus, remanet quidditas intellecta, quæ est vna, & eadem apud diuersos intelligentes, & huiusmodi est, quidditas substantiæ separatæ. Et ideo quando intellectus noster ad summam abstractionem quidditatis cuiuscunque peruenit, intelligit per hoc quidditatem substantiæ separatæ, quæ est ei similis. Secundus modus est, quia intellectus noster natus est abstrahere quidditatem ab omnibus intelligibilibus habentibus quidditatem. Si ergo quidditas, quam abstrahit ab hoc singulari habente quidditatem, sit quidditas non habens quidditatem, intelligendo eam, intelligit quidditatem substantiæ separatæ, quæ est talis dispositionis, eo quòd substantiæ separatæ sunt quidditates subsistentes, quæ non habent quidditates: quidditas enim simplicis est ipsum simplex, vt Auicen. dicit. Si autem quidditas abstracta ab hoc particulari sensibili sit quidditas habens quidditatem, ergo quidditatem illam intellectus natus est abstrahere, & ita cum non sit abire in infinitum, erit deuenire ad quidditatem non habentem quidditatẽ, per quam intelligitur quidditas separata. Sed iste modus non videtur esse sufficiens. Primò, quia quidditas substantiæ materialis, quam intellectus abstrahit, non est eiusdem rationis cum quidditatibus substantiarum separatarum, & ita per hoc quòd intellectus noster abstrahit quidditates rerum materialium, & cognoscit eas, non sequitur, quòd cognoscat quidditatem separatæ substantiæ, & præcipue diuinam essentiam, quæ maxime est alterius rationis ab omni quidditate creata. Secundò, quia dato, quòd esset vnius rationis, tamen cognita quidditate rei compositæ, non cognosceretur quidditas substantiæ separatæ nisi secundum genus remotissimum; quod est substantia. Hæc autem cognitio esse imperfecta nisi deueniatur ad propria rei. Qui enim cognoscit hominem solum, inquantum est animal, non cognoscit eum nisi secundum quid, & in potentia, & multo minus cognoscit eum, si non cognoscat, nisi substantiæ naturam in ipso. Vnde sic cognoscere Deum, vel alias substantias separatas, non est videre essentiam diuinam, vel quidditatem substantiæ separatæ, sed est cognoscere per effectum, & quasi in speculo.

* Lib. 3. de Ani. com. 36.

* Hom. 14. in Ioan. ali quãtulum ab initio, to. 3.

Et ideo alius modus intelligendi substantias separatas ponitur ab Auicenna in sua Methaphysic.* scilicet quòd substantiæ separatæ intelliguntur à nobis per intentiones suarum quidditatum, quæ sunt quædam earum similitudines non abstractæ ab eis, quia ipsæmet sunt immateriales, sed impressæ ab eis in animabus nostris. Sed hic modus etiam non videtur nobis sufficere ad visionem diuinam, quam quærimus. Constat enim quòd omne, quod recipitur in aliquo, est per modum recipientis in eo, & ideo similitudo diuinæ essentiæ impressa in intellectu nostro, erit per modum nostri intellectus, modus autem intellectus nostri deficiens est à perfecta receptione diuinæ similitudinis, defectus autem diuinæ similitudinis potest tot modis accidere, quot modis dissimilitudo inuenitur. Vno enim modo est deficiens similitudo, quando participatur forma secundum eandem rationem speciei, sed non secundum eundem perfectionis modum, sicut est similitudo deficiens eius, qui parum habet de albedine, ad illum, qui multum habet. Alio modo adhuc magis deficiens, quando non peruenitur ad eandem rationem speciei, sed tãtum ad eandem

1^m^ ex Ioan. Vidit. ℞. Eo modo quo pater videt filium: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio intelligit de visione nostra respectu Dei non propriè comprehensiua, ut est illa qua psonę diuinæ inuicem se vident, sed comprehensiua largo modo, secundum illud, currite, ut comprehendatis.

¶ Not. Pro meliori notitia de comprehensione, uidet 1. par. q. 12. art. 7.

2^m^ ex Dionysio. Cognitio. ℞. Totaliter comprehendens: non, largo modo. §. quod dicitur in textu, per ly habere efficaciam in cognoscēdo quāta est entitas rei cognitæ. Tunc nih. &c. et. Nam ex hoc non concluditur quòd non sit cognitio de Deo, sed ꝙ non sit cognitio totaliter comprehendens ipsum.

¶ Coroll. Ergo beati cognoscunt Deū facialiter quidem, sed tamen uident ipsū adhuc esse super omnia existentia, & supra suam ipsorum cognitionem.

3^m^ ex Dionysio. Coniūgi potest. ℞. In hac vita: non in patria. §. Tunc nihil &c. ut patet.

Quar-

dem rationem generis, sicut est similitudo inter illum, qui habet colorē citrinum, & illum, qui habet colorem album. Alio modo adhuc est magis deficiens, qn̄ ad rationem eius generis nō pertingit, sed solum secundum analogiam, siue proportionē, sicut est similitudo albedinis ad hominem in eo, ꝙ vtrumq; est ens, & hoc modo est deficiens omnis similitudo, quę est in creatura recepta respectu diuinæ essentiæ. Ad hoc autē quòd visus cognoscat albedinem, oportet, ꝙ recipiatur in eo similitudo albedinis secundum rationē suæ speciei, quamuis non s̄m eundē modum essendi, quia habet alterius modi esse forma in sensu, & in re extra animam & in intellectu. Si enim fieret in oculo forma citrini, non diceretur oculus videre albedinem. Et similiter ad hoc, quòd intellectus intelligat aliquam quidditatē, oportet ꝙ fiat in eo similitudo eiusdem rationis secundum speciem, quamuis forte non sit idem modus essendi vtrobique, non. n. forma existens in intellectu, vel sensu est principium cognitionis secūdum modum essendi, quem habet utrobique, sed secundum rationem, in qua communicat cum re exteriori. Et ita patet, ꝙ per nullam similitudinem receptam in intellectu creato potest Deus intelligi, ita quòd essentia eius videatur immediate. Vnde etiam quidam ponentes, diuinam essentiam per hunc modum videri, dixerunt, quòd ipsa essentia non uidebitur, sed quidam fulgor quasi radius ipsius. Vnde nec iste modus sufficit ad visionem diuinam, quam quærimus.

Et ideo accipiēdus est alius modus, quem etiam quidam Philosophi posuerunt, s. Alexander, & Auerrois in 3. * de Anima. Cum enim in qualibet cognitione sit necessaria aliqua forma, qua res cognoscatur, aut uideatur, forma ista qua intellectus perficitur ad uidēdas substantias separatas, non est quidditas quam intellectus abstrahit a rebus compositis, ut dicebat prima opinio, neque aliqua impressio relicta a substantia separata in intellectu nostro, ut dicebat secunda, sed est ipsa substantia separata, quæ coniungitur intellectui nostro, ut forma, ut ipsa sit, quod intelligitur, & quo intelligitur. Quicquid autem sit de aliis substantiis separatis, tamen, istum modum oportet nos accipere in visione per essentiam, quia quacumque alia forma informaretur intellectus noster, non posset per eam duci in essentiam diuinam. Quod quidem non debet intelligi, quasi diuina essentia sit uera forma intellectus nostri, uel quod ex ea, & intellectu nostro efficiatur unum simplex, sicut in naturalibus ex forma, & materia naturali, sed quia proportio essentiæ diuinæ ad intellectum nostrū est sicut proportio formæ ad materiam. Quandocumque enim aliqua duo, quorum unum est altero perfectius, recipiuntur in eodem receptibili, proportio vnius duorum ad alterum, scilicet magis perfecti ad minus perfectum, est sicut proportio formæ ad materiam, sicut lux & color recipiuntur in diaphano, quorum lux se habet ad colorem sicut forma ad materiam, & ita cum in anima recipiatur lux intellectiua, & ipsa diuina essentia inhabitans, licet non per eundem modum essentia diuina se habebit ad intellectum sicut forma ad materiam. Et quòd hoc sufficiat ad hoc, quòd intellectus per diuinam essentiam possit uidere ipsam diuinam essentiam, hoc modo potest ostendi. Sicut enim ex forma naturali, qua aliquid habet esse, & materia efficitur vnum ens simpliciter, ita ex forma, qua intellectus intelligit, & ipso intellectu fit unum in intelligendo. In rebus autem naturalibus res per se subsistens non potest forma esse alicuius materiæ, si illa res habeat materiam partem sui, quia non potest esse, ut materia sit forma alicuius, sed si illa res per se subsistens sit forma tantum, nihil prohibet eam effici formam alicuius materiæ, & fieri, quod est ipsius compositi, sicut patet de anima. In intellectu autem oportet accipere ipsum intellectum in potentia quasi materiam, & speciem intelligibilem quasi formam, & intellectus in actu intelligens erit quasi compositum ex vtroque. Vnde si sit aliqua res per se subsistens, quæ non habeat aliquid intra se præter id, quod est intelligibile in ipsa; talis res poterit esse forma, qua intelligit intellectus: res autem quælibet est intelligibilis secundum id, quod habet de actu, non secundum id, quod habet de potentia, ut patet in nono Metaphysicorum, & huiusmodi signum est quòd oportet formam intelligibilem abstrahere a materia, & ab omnibus proprietatibus materiæ, & ideo cum diuina essentia sit actus purus, poterit esse forma, qua intellectus intelligit. Et hæc erit visio beatificans, & ideo dicit Magister, * quòd unio animæ ad corpus est quoddam exemplum beatæ vnionis, qua ipse homo unitur Deo.

Ad primum ergo dicendum, quòd authoritas illa potest tripliciter exponi, ut patet per August. in lib. de Videndo Deum. * Vno modo, ut excludatur corporalis uisio, qua nemo uidet, uel visurus est Deum in essentia sua. Alio modo vt excludatur etiam intellectualis visio Dei per essentiam ab his, qui in ista mortali carne viuunt. Alio modo ut excludatur visio comprehensionis ab intellectu creato, & sic intelligit Chrysostomus.* Vnde subdit, Notitiam huiusmodi dicit Euangelista certissimam considerationem, & comprehensionem tantam, quantam habet pater de Filio, & hic est intellectus Euangelistæ. Vnde subdit, Vnigenitus, qui est &c. per comprehensionem volens probare filium esse Deum.

Ad secundum dicendum, quòd sicut Deus excedit omnia existentia, quæ habent esse determinatum, per essentiam suam infinitam, ita cognitio sua, qua cognoscit, est super omnem cognitionem, vnde, quæ est proportio cognitionis nostræ ad essentiam creati, ea est proportio cognitionis diuinæ ad essentiam suam infinitam. Ad cognitionem autem duo cōcurrunt, scilicet cognoscens, & quod cognoscitur. Visio autem illa, qua Deum per essentiam videmus, est eadem cum visione, qua Deus se uidet ex parte eius, quo videtur, quia sicut ipse se videt per essentiam suam, ita, & nos videbimus, sed ex parte cognoscentis inuenitur diuersitas quæ est inter intellectum diuinum, & nostrum. In cognoscendo autem id, quod cognoscitur, sequitur formam, qua cognoscimus, quia per formam lapidis videmus lapidem; sed efficacia in cognoscendo sequitur virtutem cognoscentis, sicut qui habet uisum fortem, acutius videt & ideo in illa uisione nos idem videbimus, qđ Deus videt, scilicet essentiam suam, sed non ita efficaciter.

Ad tertium dicendum, quòd Dionys. loquitur ibi de cognitione, qua Deum in vita cognoscimus per aliquam formam creatam, qua intellectus noster formatur ad Deum vidēdum, sed sicut dicit August. Deus omnem formam intellectus nostri subterfugit, quia quamcumque formam intellectus noster concipiat, illa forma non pertingit ad rationem diuinæ essentiæ, & ideo ipse non potest esse peruius intellectui nostro, sed per hoc eum perfectissime cognoscimus in statu vitæ, quòd scimus eum esse super omne id, qđ intellectus noster concipere potest, & sic ei coniungimur quasi ignoto, sed in patria ipsum per formam, quæ est essentia sua, videbimus, & coniungemur ei quasi noto.

Ad

* Lib. 3. cō. 36. & 5.

* Li. 9. cō. 20. to. 3.

* Li. 2. sen. dis. 1. §. K. sub initiū.

* Epist. 112. c. 6. & 9. tomo 2.

* Hom. 34. in Ioan. parum ante med. to. 3.

Ad quartum dicendum, quòd Lux est Deus, ut dicitur Ioan. 1. Lumen autem est impressio lucis in aliquo illuminato, & quia essentia diuina est alterius modi, quàm omnis similitudo ipsius impressa in intellectu: ideo dicit quòd diuinæ tenebræ cooperiuntur omni lumine, quia scilicet essentia diuina, quam tenebras uocat propter claritatis excessum, manet * indeterminata propter impressionē intellectus nostri, & per hoc sequitur quòd absconda tur omni cognitioni, & ideo quicūque videntium Deum aliquid mente concipit, hoc non est Deus, sed aliquid diuinorum effectuum.

Ad quintum dicendum, quòd claritas Dei quamuis excedat oēm formam, qua nunc intellectus noster informatur, non tamen excedit ipsam essentiam diuinam, quæ erit quasi forma intellectus nostri in patria, & ideo licet nunc sit inuisibilis, tamen tunc erit visibilis.

Ad sextum dicendum, quòd quamuis finiti ad infinitum non possit esse proportio: quia excessus infiniti supra finitum non est determinatus, potest tamen esse inter ea proportionalitas, quæ est similitudo proportionum. Sicut enim finitū equatur alicui finito, ita infinito infinitū, ad hoc autem, quòd aliquid totaliter cognoscatur, quandoque oportet esse proportionem inter cognoscentem, & cognitum, quia oportet virtutem cognoscentis coæquari cognoscibilitati rei cognitæ, æqualitas autem proportio quædam est, sed quandoque cognoscibilitas rei excedit uirtutem cognoscentis, sicut cum nos cognoscimus Deum, aut econuerso, sicut cum ipse cognoscit creaturas, & tunc non oportet esse proportionem inter cognoscentem, & cognitum, sed proportionalitatē tantum, vt scilicet sicut se habet cognoscens ad cognoscendum, ita se habet cognoscibile ad hoc, quòd cognoscatur, & talis proportionalitas sufficit ad hoc, quòd infinitum cognoscatur a finito, uel ecōuerso. Vel dicendum, quòd proportio secundū propriam nominis institutionem significat habitudinem quantitatis ad quantitatem secūdum aliquem determinatum excessum, vel adæquationem, sed vlterius est translatum ad significandum omnem habitudinem cuiuscumque ad aliud, & per hunc modum dicimus, quòd materia debet esse proportionata ad formam, & hoc modo nihil prohibet intellectum nostrum, quamuis sit finitus, dici proportionatum ad videndum essentiam * diuinam, non tamen ad comprehendendū eam, & hoc propter suam immensitatem.

Ad septimum dicendum, quòd duplex est similitudo, & distantia. Vna secundum conuenientiā in natura, & sic magis distat Deus ab intellectu creato, quàm intelligibile creatum a sensu. Alia secundū proportionalitatem, & sic est econuerso, quia sensus non est proportionatus ad cognoscendum aliquod immateriale, sicut intellectus est proportionatus ad cognoscendū quodcumque immateriale, & hæc similitudo requiritur ad cognoscēdum, non autem prima. Quia constat, quòd intellectus intelligens lapidem, non est similis ei naturali esse, sicut etiam visus apprehendit mel rubeum, & fel rubeum, quamuis non apprehendat mel dulce. Fellis enim rubedo magis conuenit cum melle, inquantum est visibile, quàm dulcedo mellis cum felle.

Ad octauum dicendum, quòd in visione, qua Deus per essentiam videbitur, ipsa diuina essentia erit quasi forma intellectus qua intelligit, nec oportet quòd efficiantur unum secundum esse simpliciter, sed solū, quòd fiant unum quantum pertinet ad actum intelligendi.

Ad nonum dicendum, quòd dictum Auicennæ quantum ad hoc nō sustinemus, quia ei etiam ab aliis Philosophis in hoc contradicitur, nisi forte uelimus dicere quòd Auicenna intelligit de cognitione substantiarum separatarum, secundum quòd cognoscūtur per habitus scientiarum speculatiuarum, & similitudinis aliarum rerum. Vnde hoc introducit ad ostendēdum quòd scientia non est in nobis substantia, sed accidens, & tamen diuina essentia quamuis plus distet secundum proprietatem naturæ suæ ab intellectu nostro, quàm substantia Angeli, tamen plus habet de ratione intelligibilitatis, quia est actus purus, cui nō admiscetur aliquid de potentia, quod non contingit in aliis substantiis separatis. Nec illa cognitio, qua Deum per essentiam videbimus, ex parte eius, quo videbitur, erit in genere accidentis, sed solum quantum ad actum ipsius intelligentis, qui non erit ipsa substantia intelligentis, vel intellecti.

Ad decimum dicendum, quòd substantia separata a materia se intelligit, & intelligit alia, & vtroque modo potest uerificari authoritas inducta. Cum enim ipsa substantia naturæ separatæ essentia sit, per seipsam est intelligibilis in actu, eo quod est a materia separata, constat autem quòd quando substātia separata intelligit, se quòd omnino est idem intelligens, & intellectum. Non enim intelligit se per aliquam intentionem abstractam a se, sicut nos intelligimus res materiales, & hic videtur esse intellectus Philosophi tertio de Anima, * ut per Commentaria ibidem patet: Secundum autem, quòd intelligit res alias, intellectum in actu, fit unū cum intellectu in actu, inquantum forma intellecti fit forma intellectus, inquantum est intel-

**4^m ex Dionysio.** Absconduntur omni cognitioni. ℞. Cognoscentis per impressionem alicuius similitudinis: nō cognoscentis per essentiam diuinam. §. Tunc nih. &c. Nam videns Deum per essentiam non intelligit similitudinem Dei, sed ipsum Deum, licet videns ipsum per impressionem similitudinis alicuius non uideat proprie ipsum, sed aliquid aliud scilicet similitudinem eius.

¶ Examen. Ly tenebræ. Scilicet respectu nostri. In Deo enim secundum seipsum tenebræ nō sunt vllæ. 1. Io. 1. Vtitur autem hoc modo loquēdi Dionysius, sed ad declarandū, excedentiam maximam lucis diuinæ ad intellectum nostrum in via præcipuè commorantem.

**5^m ex Dionysio.** Excedentem. ℞. Omnē formā, qua nūc intellectus noster informatur: nō, formam, qua informabitur in patria. §. Tūc ni. &c. Vide corp. loco citato, not. post prob.

**6^m de maiori.** Proportionem. ℞. Vel proportionalitatem. §. Tunc nihil &c. Sufficit enim quòd ibi sit saltē proportionalitas, & hæc est in beatis respectu Dei uisi.

**Item de minori.** Proportionē aliquam. ℞. vt dicit habitudinē quantitatis ad quantitatem: non, ut dicit habitudinem cuiuscumque ad aliud. §. Tunc nih. &c. Nam ista secūda est in beatis respectu Dei uisi: licet non prima. Pro quo vide etiam 1. par. q. 12. ar. 1. ad quartum, immo & materiam huius articuli ibi tractatam. Vide huius tex. secundum responsum ly uel dicendum quòd proportio secundum propriam &c.

**7^m de maiori.** Plus distat. ℞. Distantia naturæ: non distantia proportionalitatis. §. Tunc nihil &c. Nam similitudo proportionalitatis requiritur, & sufficit ad cognoscendum; similitudo autem naturæ non requiritur, ut in tex.

**8^m minor.** Hoc autē non potest esse ipsa diuina essentia. ℞. Negatur ista. §. Ad rationem respondetur, quòd formę & formati est vnum esse, secundum quòd forma informat: non aliter. §. Tunc applicando dicitur quòd diuina essentia informat intellectum beatorum quantum ad actum intelligendi, non quantum ad actum existendi inquantum scilicet non fit essentia intellectus per quā intellectus sit, sed tantum per quam intellectus intelligat. Vnde corp. circa fin. not. post prob. Ideo non oportet, quòd diuina essentia & intellectus efficiantur unum secundū esse &c. ut in textu.

¶ Examen. Ly quasi. Hoc dicitur ad denotandum illud quod diximus de diuina essentia inquantum est forma intellectus. Quasi per hoc dicatur: quòd non est forma existendi intellectui.

**9^m de minori.** Sicut dicit Auicenna. ℞. Cuius dictū in proposito non sustinemus. §. Tunc nihil &c. ut patet.

**Item ex Auicenna.** Intelligentiam ℞. cognitam a nobis per habitum scientiarum speculatiuarum. §. Tūc nihil &c. Non enim attingit propositum conclusionis: cum loquatur conclusio de cognitione primæ intelligētiæ, non per habitum scientiarum speculatiuarū, vel aliàs creatarum, sed per seipsam.

**10^m ex Philosopho.** Idem est. ℞. Secundum rationem formæ & formati: non, secundum rationem essendi simpliciter. §. Tunc nihil &c. ut patet in text. vide etiam ad octauū.

* Al. nō demōstrata.

Resp. 2.

* Al. infinitam.

Octa- Vn-

**11m de minori.** Nō poteſt ſcire. ℞. dum eſt in uia: non, in patria. §. Tunc nihil &cæt. ut patet.

**12m de maiori.** Omne infinitum. ℞. Priuatiue dictum: non autem negatiue. §. hoc eſt ſub alijs uerbis, materiale, non autem, formale. Tunc nih &c. Nā Deus non eſt infinitus materialiter, ſed formaliter. Vide 1 par. q. 7. art. 1.

*Li. 3. cō. 5. & 36.

**13m ex Auguſt.** Inuiſibilis. ℞. Corporali uiſu: non, ſpirituali. §. Tunc nihil &cæt. ut patet.

¶ Not. An autem Deus aliquo modo uideri poſſit oculo corporali glorificato: uide articu. 2.

**14m de maiori.** Alio modo uidetur. ℞. Secundum quòd ſit relatio ad modum rei uiſæ: non, ad modum uidētis. §. hoc eſt, ſecūdum quòd modus ille cadit ſuper rem uiſam: non autē, ſecundum quòd ſe tenet ex parte uidentis. Tunc nihil &c. ut patet in tex.

*Li. 3. cō. 59. co. 2.

**15m de maiori.** Per medium. ℞. Quo, uel in quo: non, ſub quo §. Tunc nihil &c. Licet enim illud quod videtur ꝑ medium ſiue quo, ſiue in quo, uideatur mediatè, & conſequenter non ꝑ eſſentiā (vt arguitur:) tamen quod videtur ꝑ medium ſub quo tantū videtur immediate & per eſſentiam. Vide primę par. q. 12. art. 2. & 5.

*Epiſ. 112. c. 6.

Mediū uiſionis triplex.

**16m illatio cōcluſionis.** Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. non enim eſt ſimile de uidere res corporales facie ad faciem & videre ſic Deum, ut declaratur in tex.

APPENDIX.

Vtilitas ꝑ Eccleſia S. Dei.

EX articu. habes primò; quomodo per ra-

intellectus in actu non quòd ſit ipſamet eſſentia intellectus, ut Auicenna probat 6. de naturalibus, quia eſſentia ĩtellectus manet una ſub duabus formis, ſecundum quòd intelligit res duas ſucceſſiue ad modum, quo materia prima manet vna ſub diuerſis formis. Vnde etiam Cōmentator in 3. de Anima * comparat intellectū poſſibilem quantū ad huc primæ materiæ, & ſic nullo modo ſequitur quòd intellectus noſter videns Deum, fiat ipſa eſſentia diuina, ſed quòd ipſa comparatur ad ipſum, quaſi perfectio, & forma.

Ad vndecimum dicendum, quòd authoritates illæ, & omnes ſimiles, ſunt intelligendę de cognitione, qua cognoſcimus Deum in via ratione prius poſita.

Ad duodecimum dicendū, quòd infinitum priuatiuè dictum eſt ignotum, inquantum huiuſmodi, quia dicitur per remotionē complementi, a quo eſt cognitio rei. Vnde infinitum reducitur ad materiam ſubiectam priuationi, vt patet in 3. Phyſ. * Sed infinitum negatiue acceptum dicitur per remotionem materiæ terminantis, quia forma etiam quodāmodo terminatur per materiam. Vnde infinitum hoc modo eſt maxime de ſe cognoſcibile, & hoc modo infinitus eſt Deus.

Ad tertiumdecimum dicendum, quòd Auguſt. * loquitur de viſione corporali, qua nūquam videbitur, quod patet ex hoc quod præmittitur. Sicut. n. videntur iſta, quæ viſibilia nominantur, Deum nemo vidit vmquam, nec videri poteſt, & eſt natura inuiſibilis, ſicut & incorruptibilis. Sicut autem ſecundum naturam ſuam eſt maxime ens, ita & ſecūdum ſe eſt maxime intelligibilis, ſed ꝙ a nobis quandoque non intelligatur, eſt ex defectu noſtro. Vnde quòd videatur poſtquam viſus non fuit a nobis, non eſt ex mutatione ſua, ſed noſtra.

Ad decimumquartum dicēdum, ꝙ Deus in patria videbitur a Sāctis ſicuti eſt, ſi hoc referatur ad modum ipſius viſi. Videbitur enim a Sāctis Deus habere illum modum, quem habet. Sed ſi referatur modus ad ipſum cognoſcentem], non videbitur ſicuti eſt, quia non erit tanta efficacia intellectus creati ad videndum, quanta eſt efficacia eſſentiæ diuinæ ad hoc, quod intelligatur.

Ad quintumdecimum dicēdum, quòd medium in corporali viſione & intellectuali inuenitur triplex. Primum eſt medium ſub quo videtur, & hoc eſt quod perficit uiſum ad videndum in generali, non determinans viſum ad aliquod ſpeciale obiectum, ſicut ſe habet lumen corporale ad viſum corporalem & lumen intellectus agentis ad intellectum paſſibilem, ſecundum, quòd eſt medium. Secūdum eſt medium, quo videtur, & hæc eſt forma viſibilis, qua determinatur vterque uiſus ad ſpeciale obiectum, ſicut per formam lapidis ad cognoſcendum lapidem. Tertium eſt medium, in quo videtur, & hoc eſt id, per cuius inſpectionē ducitur viſus in aliam rem, ſicut inſpiciendo ſpeculum ducitur in ea, quæ in ſpeculo ſpectantur, & videndo imaginem ducitur in imaginatum, & ſic etiam intellectus per cognitionē effectus, ducitur in cauſam, uel econuerſo. In uiſione igitur patriæ non erit tertium medium, ut ſcilicet Deus per ſpecies aliorum cognoſcatur, ſicut nunc cognoſcitur, ratione cuius dicimur nunc uidere in ſpeculo: nec erit ibi ſecundū medium, quia ipſa eſſentia diuina erit, qua intellectus noſter uidebit Deū, ſed erit ibi tantum primum mediū, quod eleuabit intellectum noſtrum ad hoc, ꝙ poſſit coniungi ſubſtantię increatæ modo prædicto, ſed ab hoc medio non dr̃ cognitio mediata, q̄a non cadit inter cognoſcentem, & rem cognitā, ſed eſt illud, quod dat cognoſcenti vim cognoſcendi.

Ad ſextumdecimum dicendum, quòd creaturæ corporales non dicuntur immediatè videri, niſi qn̄ id, quod eſt in eis * cognoſcibile, uiſui ei coniungetur: non ſunt autē * cognoſcibiles per eſſentiam ſuam ratione materialitatis, & ideo tunc immediate uidentur, quādo eorum ſimilitudo intellectui coniungitur, ſed Deus per eſſentiam ſuam coniungibilis eſt intellectui, unde non immediate videretur, niſi eſſentia ſua coniungeretur intellectui, & hęc viſio immediate dicitur viſio faciei. Et præterea ſimilitudo rei corporalis recipitur in viſu ſecundum eandem rationem, qua eſt in re, ſed non ſecundum modum eſſendi, & ideo ſimilitudo illa ducit in illam rem directe, non autem poteſt hoc modo ducere aliqua ſimilitudo intellectum noſtrū in Deum, ut ex dictis * patet, & propter hoc non eſt ſimile.

tionem interimas hęreſes Trinitariorum dicentium, quòd eſſentia diuina in ſe nec ab Angelo nec ab homine videtur, nec uidebitur. Item quorundam (Direct. Inquiſ. 2. par. q. 8.) dicentium animarum beatarum uiſio, qua uident diuinam eſſentiā, non eſt uiſio intuitiua & facialis. Item Armenorum (Prat. Trinitarij.) dicentium: beatos non uidere in cęlo Dei eſſentiam, ſed uidere claritatem quandā Dei eſſentiæ in qua viſione beatitudo eſt. Item Almarici dicentis: beatos non uidere ullo pacto in ſe, ſed in ſuis creaturis. Item Algazelis (Direct. Inquiſ. 2. par. quarta,) dicentis: beatitudinem hominis in cognitione ultimæ intelligētiæ conſiſtere. Per ultimam autem intelligentiam intelligit ultimū Angelum. Alioquin, ſi non intelligeret quid creatum: non eſſet error.

¶ Secundò habes: quomodo per rationē oſtēdas eas meritò dānari a 1. Cor. 13. Videbimus nunc per ſpeculum &cęt. Item a Io. 3. & 1 Corinth. 15. Item ab Exo. 33. & Ioan. 14. Quæ omnia ſunt i tex. argumen. ſed contr. Itē à &cæt. ut prima par. quæſt. 12. artic. primo, & ſecundo. 3

¶ Tertiò habes, quomodo per rationē prædicta ſcripturarum pro quanto intellectum humanum poſſe uidere Deum per eſſentiā inſinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. 3

*Al. cōiungibile.
*Al. cōiungibiles.

¶ Quartò uides: quomodo ex ijs viciſſim Angelica doctrina hæc & declaretur & conſolidetur. 4

---

SVP. Q. CXXIII. Aliàs 92. Art. 11.

COncl. 1. In ſenſu non poteſt aliquid recipi niſi corporaliter.

397 ¶ Examen. Ly corporaliter. Ideſt ut cadit

## ARTICVLVS II.

*Vtrum ſancti poſt reſurrectionem, Deum oculis corporalibus videbunt.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd Sancti poſt reſurrectionem Deum corporalibus oculis uidebunt. Oculus enim glorificatus maioris erit virtutis, q̄ aliquis oculus non glorificatus, ſed Beatus Iob oculo ſuo Deum uidit, Iob 39. Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te, ergo

dit ſuper rem ſenſatā, non ſuper ſpeciem mediante qua ſit ſenſatio. Species enim hæc eſt ſpiritualis ſeu intentionalis ut ſupra dictum eſt, & ſecundum Philoſophum 2. de Anima, ſed tamen omne quod ſen-

multo fortius oculus glorificatus per essentiam Deum videre poterit.

¶ 2 Præt. Iob 19. In carne mea uidebo Deum Saluatorem meum, ergo in patria Deus corporalibus oculis uidebitur.

¶ 3 Præt. August. 22. * de Ciuit. Dei, loquens de uisu oculorum glorificatorum sic dicit. Vis præpollentior erit oculorum illorum, non vt * acrius uideant, quæ quidam perhibentur uidere serpentes, vel aquilæ, quantalibet enim acrimonia cernendi eadem animalia vrgeant, nisi aliud, quàm corpora possunt uidere, sed ut uideant incorporalia: quæcumque autem potentia cognoscitiua est incorporalium, potest eleuari ad uidendum Deum, ergo oculi gloriosi Deum videre poterunt.

¶ 4 Præt. Quæ est differentia corporalium ad incorporalia, eadem est econuerso: sed oculus incorporeus potest corporalia videre, ergo oculus corporeus potest videre incorporalia, & sic idem quod prius.

¶ 5 Præt. Gregorius in 6. * Moralium super illud Iob 4. Stetit quidam, cuius non cognoscebam vultum &c. sic dicit, Homo, qui sic præceptum seruare voluisset, carne spiritualis futurus fuerat, factus est peccando etiam carnalis mente (sed ex hoc quòd est mente factus carnalis, ut ibidem dicit) solum ea cogitat, quæ ad animum per corporum imagines trahit, ergo etiam quando carne spiritualis erit, quod post resurrectionem Sanctis promittitur, etiam carne spiritualia videre poterit, & sic ut prius.

¶ 6 Præt. Homo a solo Deo potest beatificari: beatificatur autem non solum quantum ad animam, sed etiam quãtum ad corpus, ergo non solum intellectu, sed etiam carne Deum videre poterit.

¶ 7 Præt. Sicut Deus est præsens per suam essentiam in intellectu, ita etiam erit præsens in sensu, quia erit omnia in omnibus, vt dicitur 1. Corinth. 15. sed videbitur ab intellectu ex hoc, quod sua essentia ei coniungetur, ergo poterit uideri etiam a sensu.

SED CONTRA, Ambro. * dicit super Lucam, Nec corporalibus oculis Deus quæritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, ergo nullo corporali sensu Deus videbitur.

¶ Præt. Hieron. * dicit: Non solum diuinitatem Patris, sed nec Filii, nec Spiritus sancti oculi carnis possunt aspicere, sed oculi mentis, de quibus dicitur: Beati mundo corde.

¶ Præt. Idem Hieronymus * dicit, Res incorporalis corporalibus oculis non uidetur, sed Deus est maxime incorporeus, ergo &c.

¶ Præt. August. * de uidendo Deum: Deum nemo vidit vnquam, uel in hac uita, sicut ipse est, uel in Angelorum uita, sicut visibilia ista, quæ corporali visione cernuntur, sed vita Angelorum dicitur vita beata, in qua resurgentes viuent, ergo &c.

¶ Præt. Secundum hoc, homo dicitur factus ad imaginem Dei, quòd Deum conspicere potest, ut Aug. * dicit, sed homo est ad imaginem Dei secundum mentem, nõ secundum carnem, ergo mente, & non carne Deum uidebit.

RESP. Dicendum, quòd sensu corporali aliquid sentitur dupliciter. Vno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem sentitur illud, quod per se passionem sensui corporali inferre potest: per se autem potest aliquid passionem inferre aut sensui, inquantum est sensus, aut huic sensui, inquantum est hic sensus: quod autem secundo modo infert per se passionem sensui, dicitur sensibile proprium, sicut color respectu uisus, & sonus respectu auditus: quia autẽ sensus inquantum est sensus, vtitur organo corporali, non potest in eo aliquid recipi nisi corporaliter: cum omne illud, quod recipitur in aliquo sit in eo per modum recipientis, & ideo omnia sensibilia inferunt passionem sensibus, inquantum est sensus, secundum ꝙ habent magnitudinem, & ideo magnitudo, & omnia consequentia, ut motus, quies, & numerus, & huiusmodi dicuntur sensibilia communia per se tantum. Per accidens tñ sentitur illud, quod non infert passionem sensui, neque inquantum est sensus, neque inquantum est hic sensus, sed coniungitur his, quæ per se sensui inferunt passionem, sicut Socrates, & filius Darii, & amicus, & alia huiusmodi quę per se cognoscũtur in uniuersali intellectu, in particulari autem uirtute cogitatiua in homine, æstimatiua autem in aliis animalibus. Huiusmodi autem tunc sensus exterior dr̃ sentire, quamuis per accidens, qñ ex eo, quod per se sentitur, vis apprehensiua, cuius est illud cognitum per se cognoscere, statim, & sine dubitatione & discursu apprehendit, sicut videmus aliquem uiuere ex hoc, ꝙ loquitur: quãdo autem aliter se habet, nõ dicitur illud sensus videre etiam per accidens. Dico ergo, ꝙ Deus nullo modo potest videri visu corporali, aut aliquo alio sentiri sensu, sicut per se visibile, nec hic nec in patria: quia si a sensu remoueatur id, quod conuenit sensui, inquantum est sensus, non erit sensus. Et similiter si a uisu remoueatur illud, quod est uisus, inquantum est uisus, non erit visus. Cum ergo sensus inquantum est sensus, percipiat magnitudinem, & visus inquãtum est talis sensus, percipiat colorem, impossibile est quod visus percipiat aliquid, quod nõ est color, nec magnitudo, nisi sensus diceretur æquiuoce. Cum ergo uisus, & sensus sit futurus idem specie in corpore glorioso, non poterit esse, ꝙ diuinam essentiam videat sicut visibile per se. Videbit autem eam sicut visibile per accidens, dum ex parte vna uisus corporalis tãtam gloriam Dei inspiciet in corporibus, & præcipue gloriosis, & maxime in corpore Christi, & ex parte alia intellectus tam clare eum videbit, quòd in rebus corporalibus uisis Deus percipietur, sicut in locutione percipitur uita: quamuis enim tunc intellectus noster nõ uideat eum ex creaturis, tamen videbit Deum in creaturis corporaliter uisis. Et hunc modum, quo Deus corporaliter possit videri, Augnst. * ponit in fine de ciuitate Dei, ut patet eius uerba intuenti: dicit enim sic. Valde credibile est sic nos uisuros mundana corpora tunc cœli noui & terræ nouæ, ut Deum vbique præsentem, & uniuersa corporalia gubernantem clarissima perspicuitate uideamus; nõ sicut nũc inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, sed sicut homines mox vt aspicimus viuere non credimus, sed videmus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uerbum illud Iob, intelligitur de oculo spirituali, de quo dicit Apostolus Ephe. 1. Illuminatos habere oculos cordis nostri.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ illa authoritas non intelligitur, quòd per oculos carnis Deum sumus uisuri, sed quia in carne existentes Deum videbimus.

[Marginal notes, left:] * Lib. 22. c. 29. in med. to. 5. * Al. acutius. * Lib. 5. ca. 24. a med. illius. * Lib. 1. in Luc. tit. de Angeli apparitione a med. to. 5. * Super illud Isa. 1. Vidi Dñm sedentẽ. Id ex eo refert Augu. Epist. 112. circa fi. * Eodẽ loco nunc dicto. * August. epist. 112. ca. 11. in fi. illius to. 2. * Lib. 14. de Trin. ca. 4. parum a prin. to. 3.

[Marginal commentary, right:] sentitur corporale est.

¶ PROB. Quia sensus inquantum sensus vtitur organo corporali, & quicquid recipitur in aliquo est i eo per modum recipientis.

¶ CONCL. 2. Deus nullo modo potest videri visu corporali, aut aliquo alio sensu sentiri, sicut per se visibile, neque hic, neque in patria.

¶ EXAMEN. Ly per se visibile. A simili intellige p se sensibile. Vult enim dicere conclusio ꝙ quòd Deus non potest, tanquam per se sensibile commune, sentiri, neque, tanquã per se sensibile proprium. Quid autem sit sensibile per se commune, & sensibile per se proprium, vide in tex.

¶ PROB. Quia si De⁹ tanquam per se visibile, posset videri visu corporali esset color; item si tanquam per se sensibile cõmune posset sentiri sensu aliquo alio, esset magnitudo, & neutrum potest uerificari de Deo (patent omnia ex tex.)

¶ CONCL. 3. Oculus gloriosus videbit diuinam essentiam, sicut visibile per accidens.

¶ EXAMEN. Ly visibile per accidens, est qđ iungitur sensibili p se. Vt uidens homines loquentes videt per hoc ipsos viuere. Adeo ꝙ vita illorum loquẽtium est sensibile per se dum uidentur & ipsos viuere est sensibile per accidens. Non enim uita cadit sub sensu quemadmodum ipsa locutio.

¶ PROB. Quia intellectus in patria uidebit Deum in creaturis corporaliter visis, & hoc ꝓ ueniet ex parte duorũ: vt in tex.

1^m illatio conclusionis. Ergo multo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam Iob loquitur ibi de oculo spirituali non corporali.

2^m conclusionis illatio. Ergo in patria &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam illa authoritas Iob non intelligitur ꝙ &c. ut in tex.

* Li. 22. ca. 29. declinã do ad fin. to. 5.

3m de maiori. Augustinus sic dicit. ℞. Inquirendo: non, determinando. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio articuli est de ueritate determinationum, non de inquisitione.

¶ EXAMEN. Ly ut dictum est. Scilicet per eundem Augustinum allegatum in fine corp. Vide etiam 1. par. q. 12. ar. 3.

4m maior. Quę est differentia corporaliū ad incorporalia, eadem est ė conuerso. ℞. Seruata tamen diuersitate vtrorumque in abstractione a materia. §. Tunc nihil &c. ut patet in text. Vide 1. par. q. 12. art. 4.

5m de conclusione. Etiam carne spiritualia videre poterit. ℞. Secundum ꝙ spiritualia corporaliter aliquo modo appræhendi possūt: non aliter. §. Tunc &c. vt patet.

¶ NOT. Corporaliter quodammodo apprehenduntur spiritualia quando videntur sicut visibilia per accidens: de quo in & circa conclusionem tertiam.

6m minor. Beatificat autem non solum quantum ad animam, sed ėt quantum ad corpus. ℞. Seruando tamen modū beatificationis vtrique istorum conuenietem: non aliter. §. Tunc nihil &c. ut facile patet applicanti text.

7m de maiori. Ita. ℞. Inquantum ens: non inquantum intelligibile. §. Tunc &c. Nam Deus etiam quòd sit præsens ve ens in intellectu, non intelligitur nisi cū hoc ut præsens ut intelligibile, & consequenter quia non est præsens, ut intelligibile alicui alteri ab intellectu, ideo non potest intelligi neque a uisu corporali, neque ab alijs. Vide prima par. quæst. 12. art. 11. ad quartum.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ August. loquitur inquirendo in verbis illis, & sub conditione, quod patet ex hoc, quod præmittitur. * Lōge itaque alterius potentiæ erunt, si per eos videbitur corporea illa natura, & postea subdit. Vis itaq; &c. Postmodum determinat, vt dictum * est.

*Ibid non longe ante citata uerba.

* In corp. art.

AD QVARTVM dicendū, quòd omnis cognitio fit per aliqua abstractionem a materia, & ideo quanto forma corporalis magis abstrahitur a materia, magis est principium cognitionis, & inde est, quòd in materia existens, nullo modo est cognitionis principium. In sensu autem aliquo modo a materia separatur, & in intellectu nostro adhuc melius, & ideo oculus spiritualis a quo remouetur impedimentum cognitionis, potest videre rem corporalem: nō a item sequitur, quòd oculus corporalis, in quo deficit vis cognitiua, secundum ꝓ participat de materia, possit cognoscere perfecte cognoscibilia, quæ sunt incorporea.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ quamuis mens facta carnalis non possit cogitare nisi accepta a sensibus, tamen ea cogitat immaterialiter, & similiter oportet, quòd uisus illud, quod apprehendit, semper apprehendat corporaliter. Vnde nō potest cognoscere illa, quæ corporaliter apprehendi non possunt.

AD SEXTVM dicendum, quòd beatitudo est perfectio hominis, inquantum est homo, & quia homo non habet quòd sit homo ex corpore, sed magis ex anima: corpora autē sunt de essentia hominū, inquantū sunt pfecta per animā, ideo beatitudo hominis nō consistit principaliter nisi in animæ actu, & ex ea deriuatur ad corpus per quandā redundantiā, sicut patet ex his, quæ dicta sunt. Quædam tamen beatitudo corporis nostri erit inquantum Deum videbit in sensibilibus creaturis, & præcipue in corpore Christi.

AD SEPTIMVM dicendum, ꝙ intellectus est perceptiuus spiritualium, non autē visus corporalis, & ideo intellectus poterit cognoscere diuinam essentiam sibi cōiunctam, non autem visus corporalis.

APPENDIX.

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Vadianorum Anthropomorphitarum dicentium: Deus vt homines, habet membra. Si enim Deus ut Deus haberet membra quemadmodum homines, tunc esset corporeus, & consequenter diuina essentia corporalibus oculis videri posset: contra quod directe militat articulis. Secundo habes; quomodo per rationem ostendas eam meritò damnari ab Exod. 33. Non uidebit me homo & viuet. Hæc ibi. Idest, non uidebit me homo vtēs sensibus corporeis ut in præsenti uita facit: hoc est, non videbit me homo, nisi uel abstractus a corporeis sensibus, vel totaliter mortuus. Quam expositionem habes faciliter ex Apost. 2. Corin. 12. dum inquit, de se vidente diuinam essentiam in illo raptu ad tertium cœlū quòd utrum in corpore uel extra corpus sit fuerit nescit. Itē à &c. ut 1. par. q. 3. ar. 1. & q. 12. ar. 3. appen. Item à &c. vt ibid. q. 14. ar. 4. & q. 1. ar. 7. appen. Item à primo Timot. 6. Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem quam nemo hominum vidit, sed nec videre potest. Hæc ibi. Vbi loquitur de Deo. Quem locum pertractans Euaristus Papa, & martyr inquit. Eam lucē inaccessibilem quā pater & filius inhabitāt nullus in hoc mortali corpore constitutus potest aliquatenus contueri. Hæc ille in Epist. prima, ad Episcopos Aphricanos. Cum igitur oculus gloriosus sit idē specie, sicuti est nunc sequitur iuxta Papam illum quòd nec tunc intueri poterit illam lucem. Itē à &c. vt supra q. 90. art. 3. Item à decr. 24. q. 3. Quidam.

¶ Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & patrum pro quanto diuinam essentiam ab oculis corporalibus, etiam glorificatis non posse uideri insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis.

¶ Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. CXXIII. Aliàs 92. Art. III.

CONCL. Cognoscere hoc, quo Deus videndo suam essentiā cognoscit quæcumque sunt uel erunt, uel fuerunt, dicitur notitia uisionis.

398

¶ COROLL. Ergo Deus sic videns dicitur illa cognoscere notitia visionis.

* Li. 1. cap. 12. ante med.

¶ PROB. Quia Deus cognoscit ea quasi præsentia ad similitudinē corporalis visionis.

* Li. 3. cō. 7. to. 2.

¶ EXAMEN. Ly præsentia. Scilicet extra. Nisi. n. hoc intelligeretur sic; tunc non esset in hoc differentia a cognoscendo notitia visionis, & notitia simplicis intelligentiæ. Nam illa etiam, quæ cognoscit Deus notitia simplicis intelligentiæ cognoscit tanquàm præsentia, cū huiusmodi sint contenta in potentia essentiæ suæ, quam totam videt simul actu. Differentia tamen est in hoc: quia cognita per simplicem intelligentiam sunt pręsentia Deo i seipso tantum, quoniam nūquā ad extra producuntur: cognita autem per notitiam visionis sunt præsentia Deo & in seipso & in ipsarum rerum natura. Alioquin tempore, quo actu producentur ad extra ista cognita, tunc aut Deus non cognosceret illa ut sūt ad extra, & sic in hoc esset ignorantior nobis (quod est aperta blasphemia, uel si cognosceret, cognosceret de nouo & sic eius sciētia nō esset inuariabilis cōtra Iacob. 1. Apud Deum non est transmutatio, neque

*Li. 2. cap. 33. a med.

Præsentia Deo sunt oīa, quō intelligit.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum sancti Deum uidentes, omnia uideant quæ Deus uidet.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Sancti uidentes Deum per essentiam: omnia videant, quæ Deus in seipso videt; sicut Isido. * in libro de summo bono dicit, Angeli in uerbo Dei omnia sciunt antequam fiant, sed sancti Angelis æquales erunt, ut patet Matth. 22. ergo & sancti videndo Deum, omnia vident.

¶ 2 Præt. Gregor. 4. Dialog. dicit, quòd illic omnes communi claritate Deum conspiciunt, quid est, quod ibi nesciant, ubi scientem omnia sciunt? loquitur autem de beatis, qui Deum uident per essentiam, ergo qui vident Deum per essentiam, omnia cognoscunt.

¶ 3 Præt. sicut dicitur in 3. de Anima, intellectus cum intelligit maxima, magis potest intelligere minima, sed maximum intelligibile est Deus, ergo maxime augetur uirtus intellectus intelligendo, ergo intellectus eum videns, omnia intelligit.

¶ 4 Præt. Intellectus non impeditur ab intelligendo aliquid, nisi inquantum id superat ipsum, sed intellectum videntem Deum nulla creatura superat, quia dicit Gregorius * in 2. Dialog. Animæ videnti creatorem, angusta fit omnis creatura, ergo videntes Deum per essentiam, omnia cognoscunt.

¶ 5 Præt. Omnis passiua potentia, quæ non est reducta ad actum, est imperfecta, sed in intellectu possibili animæ humanæ est potentia quasi passiua ad cognoscendum omnia, quia intellectus possibilis est, quo est omnia fieri, ut dicitur in 3. de Anima, * si ergo in illa beatitudine non intelligeret omnia, remaneret imperfectus, quod est absurdum.

neq; vicissitudinis obũbratio 1.par.q.14.artic. 15.& præterea eius intelligere non esset sua substãtia contra 1.par. q.14.art.4.quæ est omnino immutabilis, prima par.q.9 artic. 1. De ista duplici notitia scilicet visionis & simplicis intelligentiæ, vide prima par. q.14.art.9.

* Al. relucent.
* Al. relucent,

¶ Concl. 2. Quãdo Deus cognoscit omnia, quæ potest facere quãtis numquam fecerit nec facturus sit; tunc dicitur cognoscere notitia simplicis intelligentiæ.

¶ Not. Quamuis id, quod hic dicitur verissimum sit; attamen non explicantur uniuersa, quæ cadunt sub scientia simplicis intelligentiæ Dei. Nam vltra illa explicata, Deus tali notitia cognoscit etiã ea, quæ creatura potest facere, cogitare dicere, q numquam faciet, cogitabit, dicet. 1.par.q.14.artic. 9. Consulto tamen prudẽter noluit S. Doctor explicare hoc ultimum in præsenti loco: quoniam per suam hãc taciturnitatem nos admonere intendebat, q non tractatur hic ex professo de scientia Dei, uel de scitis ab eo, nisi pro quanto seruitur ex hoc ad propositum præsentis articuli, i. ad determinandum an videntes Deum uideant omnia, quæ Deus uidet.

S. Tho. in 3. Sẽt. dist. 14.

*Lib. 3. cõ. 5. & 36.

Constat autem, quod sufficiebat ad hoc propositum ostendere, q in Deo duplex scientia ponitur, & quòd nullus sanctorum videt i Deo omnia, quæ ipse uidet scientia saltem simplicis intelligẽtiæ. Ad hoc autem non requirebatur, quòd faceret mentionem de hoc, quod cognoscit omnia in potentia creaturæ existentia, quia ad monstrandum præmissam negatiuam sufficit explicasse existentia in potentia, tãtum creatoris (ut patet.) Cæterum si fuisset hic locus tractandi exacte de scientia Dei, explicasset procul dubio & hæc de potentia creaturæ, ut fecit, quando locus talis erat, scilicet in 1.par. ubi supra.

* Gl Ord. super illud Cum euacuauerit omnẽ principatum.
* Cap. 6. eccles. hier. non longe a fine.

¶ Prob. Quia huiusmodi cognita non ponuntur extra uidentẽ.

¶ Coroll. Ergo hæc secunda conclusio probata est tanquã ab oppositis, elicitiue. Non enĩ expressa est i textu, nisi

¶ 6 Præt. Quicumque videt speculum, videt ea, quæ in speculo * resultant, sed in verbo Dei omnia sicut in speculo * resultant quia ipse est ratio, & similitudo omnium, ergo Sancti, qui vident verbum per essentiam, vident omnia creata.

¶ 7 Præt. Vt dicitur Prouer. 12. Desiderium suum iustis dabitur, sed Sancti desiderant omnia scire, quia omnes homines natura scire desiderãt, & natura per gloriam nõ aufertur, ergo dabitur eis a Deo quòd omnia cognoscant.

¶ 8 Præt. Ignorantia est quædam pœnalitas præsentis vitæ, sed omnis pœnalitas per gloriam a sanctis aufertur, ergo, & omnis ignorantia, & ita omnia cognoscent.

¶ 9 Præt. Beatitudo Sanctorum potius est in anima quàm in corpore, sed corpora sanctorum formabuntur in gloria ad similitudinem corporis Christi, ut patet Philip. 3. ergo & animæ perficientur ad similitudinem animæ Christi, sed anima Christi in verbo omnia videt, * ergo & omnes animæ Sanctorum videbunt omnia in verbo.

¶ 10 Præt. Sicut sensus, ita intellectus cognoscit omne illud, cuius similitudine informatur, sed diuina essentia expressius indicat quamlibet rem, quàm aliqua similitudo alicuius rei, ergo cum in illa beata visione, essentia diuina fiat, quasi forma intellectus nostri, videtur quòd Sancti videntes Deum, omnia videant.

¶ 11 Præt. Commentator dicit in 3. de Anima, * quòd si intellectus agẽs esset forma intellectus possibilis, intelligeremus omnia, sed diuina essentia clarius repræsentat omnia, quam intellectus agens, ergo intellectus videns Deum per essentiam, omnia cognoscit.

¶ 12 Præt. Propter hoc, quod inferiores Angeli nunc non omnia cognoscunt, illuminantur de ignotis a superioribus, sed post diem iudicii Angelus non illuminabit Angelum, tunc. n. prælatio cessabit, ut dicit * Gloss. 1. Corinth. 15. ergo inferiores Angeli omnia scient, & eadem ratione omnes alii sancti Deum per essentiam videntes.

Sed contra. Sicut dicit Dionysius in 6. Cę. hierar. Angeli superiores inferiores a nescientia purgant, Angeli autem inferiores vidẽt essentiam diuinam, ergo Angelus videns essentiam diuinam, potest aliqua nescire, sed anima non perfectius videbit Deum, quàm Angelus, ergo animę vidẽtes Deum nõ oportet quòd omnia videant.

¶ Præt. Solus Christus habet spiritum non ad mensuram, ut dicitur Ioan. 3. sed Christo inquantum habet spiritum non ad mensurã, competit quòd in verbo omnia cognoscat, unde ibidem dicitur, quòd pater omnia dedit in manũ eius, ergo nũlli alii competit cognoscere omnia in verbo visi Christo.

¶ Prę. Quanto aliquod principium perfectius cognoscitur, tanto plures eius effectus cognoscuntur per ipsum, sed quidam vidẽtur Deum per essentiam perfectius aliis cognoscere, qui est rerum omnium principium, ergo quidam aliis plura cognoscent, & ita non omnes omnia scient.

Resp. Dicendum, quòd Deus videndo suam essentiam, cognoscit omnia, quæ sunt, vel erunt, uel fuerunt, & hæc dicitur cognoscere notitia visionis, quia ad similitudinẽ visionis corporalis cognoscit ea quasi præsentia. Cognoscit insuper videndo suam essentiam omnia, quæ potest facere, quamuis numquam fecerit, nec facturus sit, aliàs non perfecte cognosceret potentiam suam. Non enim potest cognosci potentia nisi sciantur potẽtiæ obiecta, & hæc dicitur cognoscere scientia, uel notitia simplicis intelligentiæ. Impossibile est autem, quòd aliquis intellectus creatus cognoscat omnia, vidẽdo diuinam essentiam, quæ Deus potest facere, quia quanto aliqđ principium perfectius cognoscitur, tanto plura sciuntur in illo. Sicut in vno demonstrationis principio, ille, qui est perspicacioris ingenii plures cõclusiones videt, quàm alius, qui est ingenii tardioris: cum ergo quantitas potentiæ diuinæ attendatur secundum ea, in quæ potest, si aliquis intellectus videret in diuina essentia omnia, quæ Deus potest facere, eadem esset quantitas perfectionis in intelligendo, quæ est quantitas diuinæ potentiæ in producẽdo effectus, & ita compræhenderet diuinam * essentiã, quod est impossibile omni creato intellectui. Illa autẽ omnia, quæ Deus scit notitia visionis, aliqs intellectus creatus cognoscit in verbo, scilicet anima Christi. * Sed de aliis videntibus diuinam essentiam duplex est opinio. Quidam enim dicunt, quòd omnes uidentes Deum per essentiam, vident omnia, quæ Deus videt scientia visionis. Sed hoc repugnat Sanctorum dictis, qui ponũt Angelos aliqua ignorare, quos tamen constat secundum fidem omnes Deum per essentiam videre. Et ideo alii dicunt, quòd alii a Christo, quamuis videant Deum per essentiam, non tamen omnia vident, quæ Deus videt, eo quòd essentiam diuinam non comprehendunt. Non est enim necessarium, quòd sciens causam, sciat omnes eius effectum, nisi causam comprehendat, quod non competit intellectui creato, & ideo

nisi in suo opposito, qđ fuit probatio primæ cõclusionis.

¶ Concl. 3. Impossibile est, quòd aliqs intellectus creatus uidendo diuinam essentiã cognoscat omnia, q Deus potest facere.

¶ Not. 1. Hic incipit cõparare illas duas cõclusiones ad creata, i. determinare, utrum aliquo modo conueniant illi, uel disconueniant, conclusiones ipsæ, ut iacent.

¶ Not. 2. Signanter dixit ly quæ Deus potest facere, quoniam illa, quæ creatura potest facere aliquis intellectus creatus cognoscit ut animæ Christi intellectus solus.

¶ Prob Quia si intellectus aliquis, creatus posset cognoscere omnia, quæ Deus potest facere, compræhenderet proprie diuinam essentiam, quod est impossibile sibi: (ut patet in tex.)

¶ Coroll. Ex his ergo diffinias compræhensionem proprie dictam, quòd scilicet ipsa est cum tanta quantitas perfectionis est alicuius in intelligendo quanta est quantitas rei in essendo & in uirtute causandi. Ergo ad diuinam essentiã applicando hanc diffinitionem dic, qđ intellectus tunc proprie compræhendit diuinam essentiam qñ tanta est quantitas perfectionis suæ intelligendo quanta est quantitas potentię diuinæ in producendo.

Comprẽhensio pria quid est.

¶ Concl. 4. Illa omnia, quæ Deus sit notitia uisionis, anima Christi cognoscit in uerbo.

*Al. poentiam.

¶ Not. Verissima indubie est ista conclusio, sed tamen nõ explicat omnia, quæ anima Christi nouit. Vltra. n. illa, quæ cõclusio exprimit, anima illa nouit ea, quæ sunt in potentia creaturæ, quæ numquã reducent ad actũ. 3.par.q.10.art.2. Nihilominus ob hoc non est inculãdus Sãctus Doctor de insufficientia: quoniam intentum suũ non erat explicare omnia, quæ anima Christi nouit in uerbo, sed tantum comparare illas duas primas conclusiones de Deo, ut iacent, ad creata, ut dixit not. prima post tertiam conclusionem. Vnde in tertia conclus. comparauit secundam: nunc compa rat

*S. Tho. in 3. lib. Sent. dist. 14.

rat primam. Quoniã igitur in prima non fuit facta mentio de existentibus in potentia creaturæ taliter, quod nunquam reducantur ad actum (neque.n. talis mentio ibi fieri poterat:) ideo in præsenti conclusione talia non adduxit. prudentis enim est satisfacere intento suo: nec in hoc exigitur ab ipso, quòd ultra extendatur. Qñ autem intentum sancti huius erit ad plenũ tractare de scientia animæ Christi in uerbo; (de quo locus proprius est solum in tertia parte, quæstione nunc citata) tunc si de scientia Christi taceret, ꝙ extenditur ad existentia in potentia creaturæ prædicta, incusand⁹ merito esset.

¶ Prob. Quia præsupponitur clara.

¶ Concl. 5. Alii a Christo, quamuis uideant Deum per essentiam non tamẽ oĩa uident, quæ Deus videt.

¶ Examen. Ly quæ Deus uidet. Hoc dicitur ad differentiam eorum, quæ Deus cognoscit simplici intelligentia. De notitia ergo uisionis tantum loquitur conclusio. Ergo p hoc ponit differentiam inter Christum, & cæteros in cognitione eorum; quæ nouit Deus notitia uisionis. Videtur ergo denotare: ꝙ alii sancti uidentes diuinam essentiam non cognoscunt omnia, quæ fuerunt, sunt & erunt: sed plus & minus.

¶ Prob. Quia alii sancti a Christo diuinam essentiam non cõprehendunt.

¶ Not. Non inferas ex hoc, quòd intellectus animæ Christi compræhẽdat propriè diuinam essentiam: sed quòd inter compræhẽdentes, impropriè intellectus animæ Christi magis compræhendit, & consequenter magis accedit ad compræhensionem propriè; quamuis non sic compræhendat, ut conclusio tertia insinuauit. Quasi ergo apertius dicat probatio. Aliorum sanctorũ intellectus non ita accedit ad compræhensionem propriè dictã Dei sicut intellectus animæ Christi: ergo alii sancti non uident in Deo omnia, quæ uidet Christ⁹: ergo non uidẽt omnia, quæ Deus cognoscit notitia uisionis.

¶ Concl. 6. Post diem iudicii possibile est, quòd oẽs omnia cognoscant, q̃ Deus scientia uisionis nouit.

¶ Not. Istam cõclusionem declarat respõsio ad duodecimum, & ideo ibi uide. Et quia conclusio hæc innuit maiorẽ beatitudinem animæ post iudicium: ideo uide q. 93. ar. 1.

¶ Prob. Quia post diem iudicii erit ultimus status rerum, i. (ut in proposito loquamur) gloria hominum atque angelorum erit penitus consummata.

*Lib. 1. de summo bono c. 12. an med.*

*c. 4. nõ longe a princ.*

vnusquisque videntium Deum per essentiam, tanto plura in eius essentia conspicit, quãto clarius diuinam essentiam intuetur, & inde est, quòd de his potest vnus alium instruere, & sic scientia Angelorum, & animarum sanctarũ potest augeri vsq; ad diem iudicii, sicut & alia, quæ ad præmium accidentale pertinent, sed vlterius nõ proficiet: quia tunc erit vltimus status rerum, & in illo statu possibile est, quod omnes omnia cognoscãt, quæ Deus scientia visionis nouit.

Ad primum ergo dicendum, quòd hoc quod Isidor. *dicit, ꝙ Angeli sciunt in verbo omnia antequã fiant, non potest referri ad ea, quæ Deus scit scientia simplicis intelligentiæ tantum, quia illa numquam fient, sed referendum est ad ea tantum, quæ Deus scit sciẽtia visionis, de quibus etiam non dicit quòd omnes Angeli ea omnia cognoscãt, sed forte aliqui, & illi qui cognoscunt, non perfectè cognoscunt omnia. In vna enim re est multas rationes intelligibiles considerare, sicut diuersas eius proprietates, & habitudines ad res alias, & possibile est, quòd eadem re scita a duobus communiter, vnus alio plures rationes percipiat, & has rationes vnus ab alio percipiat. Vnde & Diony. *dicit 4. cap. de Diuin. nomin. quòd inferiores Angeli docentur a superioribus rerum scibiles rationes, & ideo etiam Angeli, qui oẽs creaturas cognoscunt, non oportet, quòd omnia, quæ in eis intelligi possunt, percipiant.

Ad secundum dicendum, ꝙ ex verbo illo Gregorii ostenditur, ꝙ in illa beata, visione est sufficientia ad omnia intuenda ex parte diuinæ essentiæ, quæ est medium quo uidetur, per quam Deus omnia videt, sed quòd nõ omnia videantur est ex defectu intellectus creati, qui diuinam essentiam non comprehendit.

Ad tertium dicendũ, quòd intellectus creatus non videt diuinam essentiam secundum modum ipsius essentiæ, sed secundum modũ proprium, qui finitus est: vnde non oportet, quòd eius efficacia i cognoscendo ex uisione prædicta amplietur in infinitum ad oĩa cognoscẽda.

Ad quartum dicendum, ꝙ defectus cognitionis non solum procedit ex excessu cognoscibilis super intellectum, sed etiam ex hoc, quòd intellectui non cõiungitur id, quod est ratio cognoscibilis, sicut visus nõ videt lapidem quandoque, ex hoc, quòd species lapidis non est ei coniuncta: quamuis autem intellectui videntis Deum coniungatur ipsa diuina essentia, quæ est omnium ratio, non tamen coniungitur ei, put est omnium ratio, sed secundum quòd est ratio aliquorum, & tanto plurium, quanto quilque plenius diuinam essentiam intuetur.

Ad quintum dicendum, ꝙ quando potentia passiua est perfectibilis pluribus perfectionibus ordinatis, si perfecta sit ultima perfectione sua, non dicitur imperfecta, etiam si aliquę dispositiones præcedẽtes ei desint. Omnis autem cognitio, qua intellectus creatus perficitur, ordinatur, sicut ad finem, ad Dei cognitionem: vnde uidẽs Deum per essentiam, etiam si nihil aliud cognosceret, perfectum intellectum haberet; nec est perfectio ex hoc, quia aliquid aliud cum ipso cognoscit, nisi quatenus ipsum plenius videt. Vnde Aug.* in 5. Conf. Infœlix homo, qui scit omnia illa creata, te autẽ nescit: beatus autem, qui te scit, etiam si illa nesciat. Qui uero te, & illa nouit, nõ propter illa beatior, sed propter te tantum beatus.

Ad sextum dicẽdũ, quòd speculum illud est voluntarium, & sicut ostẽdet se cui vult, ita in se ostendet, quæ vult, nec est simile de speculo materiali, in cuius potestate nõ est quòd videatur, vel non uideatur. Vel dicendum, quòd in speculo materiali tam res, quàm speculum videntur sub propria forma, quamuis speculum illud videatur p formam a se acceptam: lapis uerò per propriã formam resultantem in re alia, & ideo propter quã rationem cognoscitur unum, & aliud. Sed in speculo increato videtur aliquid per formam ipsius speculi, sicut effectus videtur per similitudinem causæ, & econtrario; & ideo nõ oportet, quòd quicumque videt speculum æternũ, videat omnia, quæ in speculo resultant, non enim necesse est, quòd videns causam, uideat omnes effectus eius, nisi comprehendat causam.

Ad septimum dicendum, ꝙ Sanctorum desiderium, quo omnia scire desiderant, implebitur solum ex hoc, quòd Deum videbunt, sicut desiderium eorum, quo omnia bona habere cupiunt, complebitur, quòd Deum habebunt. Sicut enim Deus in hoc quòd habet perfectam bonitatem, sufficit affectui, & eo habito, omnia bona habentur quodammodo, ita eius visio sufficit intellectui, Ioan. 14. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis.

**1^m^ ex Isidoro.** Omnia. R. Sed non omnium omnes rationes. §. Tunc nihil &c. ut patet in textu.

**2^m^ ex Gregor.** Quid est, quod ibi nesciant? R. Quantum est ex parte diuinæ essentiæ uisæ: non, quantum est ex parte intellectus creati uidentis. §. Tũc nihil &c. ut de se patet.

**3^m^ illatio conclusionis.** Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Nã intellectus creatus non videt diu. essent. secũd. &c. ut in textu.

¶ Coroll. Ex hoc ergo dic: quod intellectus intelligens res magnas magis ex hoc fit habilis ad intelligendũ minimas quando intelligit illas magnas secundum modum illarum.

**4^m^ maior.** Intellectus non impeditur ab intelligendo aliquid, nisi inquantum id superat ipsum. R. Vel nisi id non coniungatur ut ratio cognoscibilis, intellectui. §. Tunc nihil &c. Nam ex hoc secundo tantum fit quòd uidentes diuinam essentiam non cognoscant omnia in ipsa.

**5^m^ de maiori.** Ad actum. R. vltimum non, quemcunq; aliũ. §. Tunc nihil &c. Nam cuiuslibet vidẽtis Deũ potentia est reducta ad ultimum actum, cum uidere Deum sit absolute ultimus finis.

**6 de minori.** Sicut in speculo. R. Voluntario: non, inuoluntario. §. Tunc nihil &c. ut patet in tex.

**Item de maiori.** Speculum. R. In quo vidẽtur res sub propriis formis: non, in quo uidentur p propriam formam ipsius speculi. §. Tunc nihil &c. Nam Deus visus est speculũ hoc modo 2. tantum. Vide secundum respõsum tex. ly vel dicendum quòd in speculo &c.

**7^m^ conclusio.** Dabitur eis a Deo, ꝙ omnia cognoscant. R. quòd

quòd seipsum cognoscant: non, quòd omnia in seipso cognito uideant. §. Tunc nihil &c. Nam desiderium sanctorum de quo Prouerb. 12. est cognoscere diuinam essentiam totaliter non autem, cognoscere omnia alia in diuina essentia, ut credebat arguens.

¶ Not. Recole in argumento 5. ly nec est perfectio ex hoc quia aliquid aliud cum ipso &c. vsque in finem, & ex eo melius intelliges quæ hic dicuntur.

## 8^m de maiori.

Ignorantia. ℞. Vt sonat priuationem non, negationem tantum. §. Hoc est ignorantia: non autem, ne scientia. Tunc nihil &cæt. Ne scientia namq; non est pœnalitas, & consequenter a sanctis per gloriam potest nō auferri, sine beatitudinis ipsorum præiudicio.

* Cap.6.ec clef.hierar. par.3.a me.

## 9^m de minori.

Ad similitudinem. ℞. Non adęqualitatem. §. Tunc nihil &c. ut de se patet.

¶ Examen. Ly omnia sicut anima Christi. Scilicet omnia pertinētia ad scientiam visionis vt conclusio quarta, dixit & quinta.

## 10^m minor.

Diuina essentia expressius indicat quālibet rem quàm aliqua similitudo alicuius rei. ℞. Si diuina essentia coniūgatur intellectui secundum q̄ est ratio cognoscibiliū omnium non aliter. §. Tūc nihil &cæt. vt patet in tex ad quartum.

## 11^m illatio conclusionis.

Ergo ℞. Negatur illatio. §. Non.n. est simile de intellectu agente, si esset forma intellectus possibilis, & de diuina essentia quæ est forma quodammodo intellectus beati: ut patet in tex.

## 12^m illatio conclusionis.

Ergo &c. ℞. Conceditur illatio. §. sed nihil &cæt. vt patet ex conclusione sexta, quam etiam textus præsens declarat diffusius.

Ad octavvm dicendum, q̄ ignorantia proprie accepta priuationem sonat, & sic pœna est: sic.n. ignorantia est nescientia aliquorū, quæ scire debēt, vel quæ necesse est scire, nullius autem horum scientia Sanctis deerit in patria: quandoque autem ignorantia communiter accipitur pro omni nescientia, & sic Angeli, & Sancti in patria quædā ignorabunt. Vnde Dionysius * dicit q̄ Angeli a nescientia purgantur, sic autē ignorantia non est pœnalitas, sed defectus quidam, nec est necesse q̄ omnis talis defectus per gloriam auferatur, sic enim etiam posset dici, q̄ defectus esset in Papa Lino, qui non peruenit ad gloriam Petri.

Ad nonvm dicendum, quòd corpus nostrum conformabitur corpori Christi in gloria secundum similitudinem, non secundum æqualitatem, erit enim clarū sicut, & corpus Christi, sed non æqualiter. Et similiter anima nostra habebit gloriam ad similitudinem animæ Christi, sed non ad æqualitatem, & ita habebit scientiam sicut anima Christi, sed non tantam, vt scilicet sciat omnia sicut anima Christi.

Ad decimum dicendum, quòd quamuis essentia diuina sit ratio omnium cognoscibilium, non tñ coniungetur cuilibet intellectui creato secundum quòd est ratio omnium, & ideo ratio non sequitur.

Ad vndecimum dicēdum, quòd intellectus agens est forma proportionata intellectui possibili, sicut & potentia materiæ est proportionata potentiæ agētis naturalis, ut omne, quod est in potentia passiua materiæ, & intellectus possibilis, sit in potentia actiua intellectus agentis, vel naturalis agentis, & ideo si intellectus agens fiat forma intellectus possibilis, oportet quòd intellectus possibilis cognoscat omnia, ad quæ se extendit virtus intellectus agentis, diuina autem essentia non est forma hoc modo nostro intellectui proportionata, & ideo non est simile.

Ad duodecimum dicendum, q̄ nihil prohibet dicere, quòd post diē iudicii quando gloria hominum, & Angelorum erit penitus consummata, quòd omnes beati scient omnia, quæ Deus scientia visionis nouit, ita tamen q̄ nō omnes omnia videant in essentia diuina, sed anima Christi ibi plene videbit omnia, sicut & nunc videt: alii autem videbunt ibi plura, vel pauciora secundum gradum, quo Deum cognoscent, & sic anima Christi de his quæ præ aliis videt in verbo, omnes alias illuminabit. Vnde dicitur Apoc. 21. quòd claritas Dei illuminat ciuitatem * Hierusalē, & lucerna eius est agnus. Et similiter alii superiores illuminabunt inferiores, nō quidē noua illuminatione, ut sciētia inferiorū p hoc augeatur, sed quadam continuatione illuminationis, sicut si intelligatur, q̄ sol quiescens illuminat aerem, & ideo dicitur Dan. 12. quòd, qui ad iustitiam erudiūt plurimos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas ęternitates. Prælatio autem ordinum dr̄ cessatura quantū ad ea, quæ nunc circa nos per eorum ordinata ministeria exercentur, vt patet per Glos. ibidem.

* Al. beatorum.

### APPENDIX.

Vtilitas Eccles. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem interimas errorem Augustini de Roma (ut refert, ac validissime reprobat Cardinalis Turre cremata in de ecclesia lib. primo, cap. 68. not. 5.) dicentis, quòd anima Christi videt Deū tam clare & intense quantum clare & intense Deus videt seipsum. Item errorem Almarici dicentis, quòd beati & contemplatiui mens perdit suum esse in proprio genere, & redit in illud esse ideale, quòd habuit in mente diuina. Item Iouiniani dicentis: beatos omnes pares esse in gloria, & in beatitudine cœlesti nullam esse præmiorū differentiam. In pręsenti.n. articulo probatur contra ipsos singulos, ut facile studiosus applicabit.

2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illos merito damnari a &c. in 1. par. q. 12. ar. 6. appen. Item specialiter de Almarico damnationē habes a Concilio generali Later. sub Innoc. III. ca. 2. in fin. ubi tota eius doctrina reprobaē. Itē a Ioan. 14. Vado ad patrē, quia pr̄ maior me est. Hæc ibi. Vbi dicit se quantum ad humanitatem, secundum quam vadit ad patrē, esse minorem patre. Hoc autē non esset, si ipsius anima videret Deum tam intense, ut facit Deus. Nam cognitio Dei est tanta, quanta est eius essentia. Vnde si essentia Dei est maior quàm essentia aīæ Christi, clare patet, q̄ & cognitio ipsius Dei de seipso erit maior, quàm scientia animæ humanæ Christi Alioquin neque pater esset maior; quod est negare aperte Euangelium. Per hoc ergo, q̄ dixit patrem esse maiorem filio secundum humanā naturam, monstrauit intentum. Vide 1. par. q. 12. ar. 7. & 8 & q. 14. art. 3. & 4 & applica huc pro quanto sufficit.

3 ¶ Tertiò habes: quomodo p rationē ostendas meritò insinuatum ab. Isa. 63. & a Psalm. 23. quòd videntes diuinam essentiam nō omnia vident in illa, sed alij plura, alij pauciora, & sic. A Psalmo quidem: quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Hæc ibi. Vbi Angeli inferiores, licet uideant diuinam essentiam, inquirunt a superioribus de alijs quibusdam: a quibus etiam edocentur. prima par. quæst. 106. artic primo, & quarto, & quæst. 57 artic. 5. Ab Isaia verò: quis est iste, qui venit de Edon tinctis vestibus de Bosra? Iste est formosus in stola sua &c. Hæc ibi. Vbi dic ut supra. Adde tamen, quòd & Christus ipse docet Angelos de hoc in contextu Isaiæ sequenti per ly ego qui loquor iustitiam.

4 ¶ Quartò habes, quomodo per rationem prædicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, probes, & tuearis.

5 ¶ Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc, & declaretur, & consolidetur.

---

# QVAEST. CXXIIII. Aliàs 93.

*De Sanctorum beatitudine, & eorum mansionibus in tres articulos diuisa.*

DEinde considerādum est de Sanctorum beatitudine, & eorum mansionibus.

Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum sanctorum beatitudo augeatur post iudicium.

¶ Secundò, Vtrum gradus beatitudinis appellentur mansiones.

¶ Tertiò, Vtrum diuersæ mansiones distinguantur penes diuersos gradus charitatis.

SVP. Q. CXXIIII. Aliàs 93. Art. 1.

Concl. 1. Beatitudinem sanctorum post resurrectionem augeri extensiuè manifestum est.

¶ Prob. Quia tunc beatitudo erit etiam in corpore, & anima non solum gaudebit de bono proprio, sed etiam de bono corporis.

¶ Coroll. Ergo augebitū extēsiue dupliciter, vz & ex parte corporis, & ex parte aīæ.

¶ Concl. 2. Potest dici quòd beatitudo ipsius animæ augebitur intensiuè.

¶ Prob. Quia anima tunc erit perfectior simpliciter in suo esse naturali (cũ vnaqueq; pars sit perfectior in toto q̃ ab ipso separata:) quanto aliquid est perfectius in esse tanto potest perfectius operari.

399 S. Tho. 4. dis. 49. q. 1. art. 4. q. 1. & seq.

¶ Examen. Ly simpliciter. Idest ẽm omnẽ cõsideratioñe. Hoc est secundũ cõsideratioñe qua anima perficit corpus tanquã forma materiam, & secundũ cõsideratioñe qua aïa non habet impedimentum a corpore in operando. Tũc. n. habebit corpus gloriosum quod nullũ afferet impedimentum animæ operanti, sicuti nunc affert. Vnde anima nũc separata est q̃dem perfectior in operando eo, quòd a corpore grauabatur in præsenti vita, sed est imperfectior in esse specifico: tunc autẽ omnibus modis, ut tactum est, erit perfectior.

¶ Concl. 3. Si a corpore remoueatur omne illud, per quod animæ actioni resistit, anima erit simpliciter perfectior in corpore tali existens quàm per se separata.

¶ Examen. Ly omne illud, per quod &c. Idest si remoueatur fomes a corpore, qui est illa corruptio, de qua dicitur Sap. 9. corpus q̃d corrumpitur, aggrauat animam. Fomes eñ est inclinatio ad malum, ratione cuius dr̃ Gen. 8. Sensus & cogitatio humani cordis ad malum prona sunt ab adolescẽtia sua. Et hoc, quia fomes in primo parente existente adhuc in terrestri Paradiso incępit. Vult ergo dicere text. per ly omne illud per quod resistit actioni animæ: quòd si remoueatur totaliter fomes. Et hoc in resurrectione solum modo erit, ut alibi supra dictum est.

¶ Ly simpliciter: Id est omnib. modis. Hoc est, & secundum naturam speciei, & secundũ operationem.

¶ Prob. Quia ex dictis patet.

¶ Concl. 4. Perfectior erit beatitudo animæ post resurrectionẽ corporis quàm ante.

¶ Prob. Quia animę operatio erit perfectior (cum ipsa anima tunc in esse sit perfectior.)

¶ Not. In signũ huius q̃ anima tunc perfectior erit, est: q̃ ipsa separata naturaliter appetit coniungi ad corpus. In signũ autẽ quòd tũc sua operatio erit perfectior, est dictum Hieronymi quod ex appetitu corporis retardat, &c. ut in corp. sin. Pro sana intelligentia dicti huius vide 1. 2. q. 4. artic. 5. ad quartum.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum beatitudo Sanctorum sit maior futura post iudicium, quàm ante.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudo Sanctorum non sit maior futura post iudicium quàm ante. Quanto enim aliquid magis accedit ad similitudinem diuinam, tanto perfectius beatitudinem participat, sed anima a corpore separata Deo similior est, quàm corpori coniuncta, ergo maior est beatitudo ante corporis resumptionem quàm post.

¶ 2 Præt. Virtus vnita est magis potens, quàm multiplicata, sed anima extra corpus est magis vnita, quàm cum est corpori coniuncta, ergo virtus est maior ad operandum, & ita perfectius beatitudinem participat, quæ in actu consistit.

¶ 3 Præt. Beatitudo consistit in actu intellectus speculatiui, sed intellectus in suo actu non vtitur organo corporali, & sic corpus resumptum non efficiet vt anima perfectius intelligat, ergo beatitudo animæ non erit maior post resurrectionem.

¶ 4 Præt. Infinito non potest esse aliquid maius, & ita infinitum cum aliquo finito non sunt maius quàm infinitum ipsum, sed anima beata ante corporis resumptionem, beatitudinem habet de hoc quòd gaudet de bono infinito, scilicet Deo, post resurrectionem autem corporis nõ habebit de alio gaudium nisi forte de gloria corporis, quæ est quoddã bonum finitum, ergo gaudium eorum post corporis resurrectionem non erit magis quàm ante.

SED CONTRA est, quod dicitur Apoc. 6. super illud: Vidi sub altare animas interfectorum, &cæt. dicit Glos. * Modo animæ Sanctorũ sunt existentes sub altare, idest minor dignitate, quàm sint futuræ, ergo maior erit eorũ beatitudo post mortẽ.

* Glo. ord. ibid.

¶ Pręt. Sicut bonis beatitudo redditur pro præmio, ita & malis miseria, sed miseria malorum post resumptionem corporũ erit maior, quàm ante, quia non solum in anima, sed in corpore punientur, ergo beatitudo Sanctorum erit maior post resurrectionem corporum quàm ante.

RESPON. Dicendum, q̃ beatitudinem Sanctorum post resurrectionem augeri quidem extensiuè manifestum est, quia beatitudo tunc erit non solum in anima; sed etiam in corpore. Et etiam ipsius animæ beatitudo augebitur extensiuè inquantum anima non solum gaudebit de bono proprio, sed etiã de bono corporis. Potest etiã dici, q̃ ipsius animæ beatitudo intensiuè augebitur. Corpus. n. hominis dupliciter potest considerari. Vno modo secũdum q̃ est ab anima perfectibile. Alio modo s̃m q̃ est in eo aliquid repugnãs animæ in suis operationibus, prout non perfectè corpus per animã perficitur. Secundum autem primam consideratioñe corporis, coniunctio ipsius ad animã addit animæ aliquã perfectionem, quia omnis pars imperfecta est, & completur in suo toto: vnde & totum se habet ad partẽ, vt forma ad materiam. Vnde & anima perfectior est in esse suo naturali cum est in toto, i. in homine coniuncto ex anima, & corpore, quàm cum est per se separata. Sed vnio corporis quantum ad secundam ipsius consideratioñe impedit animæ perfectioñe. Vnde dr̃, quòd corpus, q̃d corrumpitur, aggrauat animam. Sapien. 9. Si ergo a corpore remoueatur omne illud, per q̃d animæ actioni resistit, simpliciter anima erit pfectior in corpore tali existens, q̃ per se separata, quanto autem est perfectius in esse, tanto potest perfectius operari. Vnde & operatio animæ coniunctæ tali corpori erit pfectior q̃ operatio animæ separatę, hm̃oi autem corpus est corpus gloriosum, q̃d omnino subdetur spiritui: vnde cum beatitudo in operatione consistat, perfectior erit beatitudo animæ post resumptionem corporis, quàm ante. Sicut. n. anima separata a corpore corruptibili perfectius põt operari, quàm ei coniuncta, ita postquã fuerit cõiuncta corpori glorioso, pfectior erit eius operatio, quam quando erat separata, omne autem imperfectum appetit suam perfectionem, & ideo anima separata naturaliter appetit corporis coniunctionem, & propter hũc appetitum ex imperfectione procedentem, eius operatio, qua in Deum fertur, est minus intensa. Et hoc est, quod dicit Hierony. * quòd ex appetitu corporis retardatur, ne tota intentione pergat in illud summum bonum.

* August. id habet 12. super Gene. ca. 35. to. 3.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ anima cõiuncta corpori glorioso est magis Deo similis, q̃ ab eo separata, inquantum cõiuncta habet esse pfectius. Quanto enim est aliquid perfectius, tanto est Deo similius, sicut cor cuius uitę perfectio in motu cõsistit est Deo similius quando mouetur, quàm qñ quiescit, quamuis Deus numquam moueatur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd virtus, quæ de sua natura habet quòd sit in materia magis est potens in materia existens, quàm a materia separatã, quãuis absolutè loquendo, virtus à materia separata sit potentior.

AD TERTIVM dicendum, quòd quamuis in actu intelligendi anima corpore non vtatur, tñ perfectio corporis quodammodo ad perfectioñe operis * intellectualis cooperabitur, inquantũ ex coniunctione corporis gloriosi anima erit in natura perfectior, & per consequens in operatione efficacior, & secundum hoc ipsum bonum corporis cooperabitur quasi instrumentaliter ad operationem, in qua beatitudo

* Al. operationis.

1^m minor. Anima a corpore separata Deo similior est quàm corpori coniuncta. R. Negatur ista, simpliciter. §. loquendo de corpore glorioso de quo nunc sermo est.

¶ Not. Quòd si loquamur de corpore tã corruptibile, adhuc anima est perfectior, secundum quid tñ. i. secundũ esse specificum, licet sit imperfectior secũdum aliquid aliud, i. secundũ operationem (ut patet in exam. post prob. conclus. secundæ,) & consequenter est Deo similior in corpore illo corruptibili simpliciter loquẽdo quàm extra, q̃a esse naturale præponderat operationi.

2^m de maiori. Virtus. R. De natura sua nõ habens quòd sit in materia: non autem, de natura sua habens hoc. § Tunc nih. &c. ut patet. Nam anima de natura sua habet quòd sit in corpore. Consequẽter ergo magis erit similis Deo simpliciter (.i. quò ad specificã naturam) dicenda in corpore, quàm extra, licet non simpliciter eo modo quo quando est in corpore glorioso. Vide exam. post prob. conclus. secundæ.

3^m de minori. Non efficiet. R. Per modum organi cooperantis, sed p modum complentis naturã specificã ex coniunctione ad animam. § Tunc nihil &c. Quãuis. n. in actu intelligendi anima corpore non &c. ut in tex.

Quar-

4^m de maiori. Non sunt maius. ℞. Sunt tamen plus. §. Tunc nih.&c. vt patet in tex.a ly extensio autem gaudij non recipit &c.

beatitudo consistit, sicut etiam Philosophus ponit in 1. Ethic. * quòd bona exteriora cooperátur instrumentaliter ad fœlicitatem viæ.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ quamuis finitum infinito additū nō faciat maius, tñ facit plus: quia finitum, & infinitum sunt duo, cū infinitum per se acceptum sit vnum. Extensio autem gaudii non recipit maius sed plus. Vnde extensiuè augetur gaudiū, secundum quòd est de Deo, & de gloria corporis respectu gaudii, qđ erat de Deo, gloria autē corporis operabitur ad gaudii intensionem, quod est de Deo, inquātum cooperabitur ad perfectionem operationum, qua anima in Deū fertur. Quanto enim operatio conueniens fuerit perfectior, tāto delectatio erit maior, vt patet ex hoc, quod dicitur 4. Ethicorum.

APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

* Li.1.c.2. c. circa fi. & c 8 nō longe a fi. t.5.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas merito insinuatum esse ab Apoc. 6. quòd beatitudo sanctorum erit maior post iudicium, & sic vidi subtus altare animas interfectorum Dei propter uerbum Dei, & clamabant voce magna dicentes: vsque quo domine non iudicas, & nō vindicas sanguinem nostrum, & datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, vt requiescerent tempus adhuc modicum donec compleantur cōserui eorum. Hæc ibi. Vbi denotatur ad literam desiderium animarum sanctarum ad resumendum corpora propria in quibus multa passæ sunt propter uerbum Dei. Ex desiderio autem prædicto datur intelligi rectè sapientibus quòd beatitudo illarum augebitur ex hoc. Alioquin aut non desiderarent, aut si desiderarent hoc non tamen sic intense, ut notatur per ly clamabant voce magna. Item a Roman. 8. Nos ipsi primitias spiritus habētes intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Hæc ibi. Ex quib. dic vt supra. Item ab Heb. 11. Hi omnes testimonio fidei probati nō acceperunt repromissionē: Deo pro nobis melius aliquid prouidēte, ut non sine nobis consummarentur. Hæc ibi. Ergo post acceptam repromissionem de qua ibi intelligit, i. post resumptionem corporum gloriosorum erunt magis consummati. i. perfecti, & melius prouisi. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur. 3

---

## ARTICVLVS II.

*Vtrum beatitudinis gradus mansiones dici debeant.*

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd beatitudinis gradus mansiones dici non debeant. Beatitudo enim importat rationem præmii, sed mansio nihil significat, quod ad præmium pertineat, ergo diuersi gradus beatitudinis mansiones dici non debent.

¶ 2 Præt. Mansio locum significare videtur, sed locus quo Sancti beatificabuntur, non est corporalis, sed spiritualis, s. Deus, qui vnus est, ergo nō est nisi vna mansio, & ita diuersi gradus beatitudinis mansiones dici non debent.

¶ 3 Præt. Sicut in patria erunt homines diuersorum meritorum, ita nunc sunt in purgatorio, & in lymbo Patrum fuerunt, sed in purgatorio, & lymbo nō distinguuntur mansiones, ergo similiter nec in patria.

Sed contra est, quod dicitur Ioan. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt, &cæt. quod August. * exponit de variis gradibus præmiorum.

¶ 4 Præt. In qualibet ciuitate ordinata est mansionum distinctio, sed cœlestis patria ciuitati comparatur, vt patet Apocal. 21. ergo oportet ibi diuersas mansiones distinguere secūdū diuersos beatitudinis gradus.

Resp. Dicendum, ꝙ motus localis est prior omnium aliorū motuū, ideo ſm Philosophum, * nomen motus, & Distantiæ, & omniū huiusmodi, deriuatū est a motu locali ad oēs alios motus: finis autē motus localis est locus, ad quem cum aliquis peruenerit, ibi manet quiescens, & in eo conseruatur, & ideo in quolibet motu ipsam quietē in fine motus, dicimus collocationem, vel mansionē, & ideo cum nomē motus deriuetur vsq; ad actum appetitus, & voluntatis, ipsa assecutio finis appetitiui motus, dr mansio, aut collocatio in fine, & ideo diuersi modi consequendi finem vltimum diuersæ mansiones dicuntur, ut sic unitas domus respōdeat vnitati beatitudinis, quæ est ex parte obiecti, & pluralitas mansionum respondeat differentiæ, quæ in beatitudine inuenit ex parte Beatorum: sicut etiam videmus in rebus naturalibus ꝙ est idem locus sursū, ad quem tendunt omnia leuia, sed vnumquodque pertingit propinquius, secundum quod est leuius, & ita habent diuersas mansiones secundum differentiam leuitatis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd mansio importat rationem finis, & per consequens rationem præmii, quod est finis meriti.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ quāuis sit vnus locus spiritualis, tñ diuersi sunt gradus appropinquādi ad locum illum, & secundum hoc construuntur diuersæ mansiones.

Ad tertivm dicendum, ꝙ illi, qui erant in limbo, vel nūc sunt in purgatorio, nondum peruenerūt ad suum finem, & ideo in purgatorio, vel in limbo non distinguuntur mansiones, sed solum in Paradiso, & in inferno, vbi est finis bonorum, & malorum.

AR-

SVP. Q. CXXIIII. Aliàs 93. Art. II.

400

Concl. 1. In quolibet motu ipsam quietem in fine motu, dicimus collocationem vel mansionem.

¶ Prob. Quia patet ex terminis (cum finis mot⁹ localis sit ubi manet quiescēs mobile cū peruenerit ad illum.)

¶ Examen. Ly i quolibet motu. Hoc dicitur, quia a motu locali deriuatur hoc nomen motus ad omnes alios. Et propter hoc ualet consequentia probationis ad conclusionem.

¶ Concl. 2. Assecutio finis motus appetitiui dicitur mansio.

¶ Prob. Quia hoc nomen motus deriuatur vsque ad actum appetitus ac voluntatis.

Coroll. Ergo hoc nomine mot⁹ licite vtemur, non tantū incorporalibus, sed etiam in spiritualibus. Verum in corporalibus, proprie: in spiritualib. verò metaphorice, hoc est similitudinarie. Hinc licitè attribuitur Deo terminus localis a quo Hier. 17. Recedentes a te, in terra scribentur, & ad quem Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini, & Iacob. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.

* Trac. 67. in Ioan. parum ante med. to. 9.

* Li. 8. Physico. 55. & 56. to. 2.

¶ Concl. 3. Diuersi modi consequendi finē vltimum dicuntur māsiones diuersæ.

¶ Examen. Ly modi consequendi. Scilicet dum in patria est aliquis non in via. Nam modi consequendi, ut in uia non dicerentur mansiones, sed potius extensiones quædam, seu profectiones iuxta illud Philip. 3. in anteriora extendens meipsum ad destinatum persequor brauium supernæ uocationis, seu ambulatio Psal. 118. Beati immaculati in via, qui ambulāt in lege domini; seu tabernacula Psal. 131. Donec inueniam locū domino tabernaculū Deo Iacob; aut aliquid huiusmodi: quæ omnia dicunt non mansionē, sed mutationem de loco ad locum. Significat ergo textus p ly diuersi modi consequendi finē vltimum id, quod solet dici de his, qui iam adepti sunt principale intentum, disparibus tamen gradibus, quòd diuersæ differentiæ sunt in illis respectu intenti iam acquisiti: hoc est ꝙ differenter fruuntur hinc iam acquisito. Vide ad secundum, & pulchra exempla residui corp.

¶ Prob. Quia patet ex dictis.

1^m minor. Māsio nihil significat quod ad præmium pertineat. ℞. Negatur ista. §. ut patet in tex. Tunc nih &c.

¶ Not. Quinimmo & mansio in motu locali & alijs corporalibus motibus habet rationē præmij cuiuidam. Nā præmium laborātis seu mobilis in via est quiescere post motum, ꝙ est manere in fine, & mansio ipsa.

2^m de conclusione. Non est nisi vna mansio. ℞. Ex parte loci, nō ex parte graduum appropinquandi ad locum illum. § Hoc est, ex parte obiecti, non ex parte differentiæ beatorum: ut in corp. Tunc nihil &c. ut patet.

3^m de maiori. Ita. ℞. Quantum ad esse diuersorū meritorū: non, quātum ad peruenisse ad vltimum finem. §. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusione secunda. Inde. ℞.

habetur quòd mansio dicitur assecutio non cuiuscumque sed finis vltimi ad quem tendebat appetitiuus motus.

## APPENDIX.

¶Vtilitas p Eccles. S. Dei.

EX artic. habes primò: quo per rõnem interimas hæresim Iouiniani dicentis: beatos omnes pares esse in gloria, & in beatitudine cœlesti nullam esse præmiorum differentiam. Item Philosophorum (Direct. Inquis. 2. par. q. 4.) dicentium, quod omne peccatum est uniforme & æquale; vnde sic nocens est ille, qui paleas furatus est, sicut qui aurum uel argentum & non plus neque minus. Item Iouiniani Apostatæ (ut refert August.) dicentis: paria esse peccata in hac uita, & merita in alia, & pares omnes esse peccatores in peccatis, & pares fore in pœnis. Item Catharorum (ut refert Cardinalis Turrecremata de ecclesia, lib. 4. cap. 35.) dicentium, pares omnes erunt pœna uel in gloria. Secundò habes: quo per rationem ostendas eas meritò damnari a Ioan. 14. In domo patris mei mãsiones multæ sunt Hęc ibi. Idest varij gradus præmiorum. Item à &c. ut 1. par. q. 12. art. 6. & quæst. 20. articu. 3. appen. Item a 1. Cor. 15. Stella a stella differt in claritate. Item à &c. ut q. 92. artic. 3. appen. Item ab Apoc. 21. Veni, & ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem, &cæt. Hæc ibi. Vbi per hanc sponsam, & ciuitatem intelligit cœlestem patriam. i. ibi existentes. Significat ergo diuersas mansiones & gradus: quoniam & in ciuitatibus, a quibus metaphoram sumit, diuersi gradus reperiuntur, & maxime hoc significat, quia ibi ad literam B. Ioan. ponit diuersa, scilicet & fundamenta, & murum, & portas, & diuersos lapides preciosos, & alia plurima, quæ diuersitatẽ mansionum significant. Item a Luc. 7. Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Hæc ibi. Vbi peccatores diuersi, dispariaque peccata ad literam significantur. Item a Luc. 12. Seruus sciens voluntatem domini sui & non faciens, vapulabit plagis multis, nesciens autem, & non faciens vapulabit plagis paucis. Item a Concil. Flor. sess. vlt. in liter. sanct. vnion. Diffinimus; animas, quæ sunt purgatæ in cœlum mox recipi, & intueri clare ipsum Deum trinum & unum sicuti est, meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali peccato mortali, uel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas. Hæc ibi. Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & patrum pro quanto diuersas mansiones beatitudinis esse insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò uides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

---

## ARTICVLVS III.

### *Vtrum diuersæ mansiones distinguantur penes diuersos gradus charitatis.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ diuersę mansiones non distinguantur penes diuersos gradus charitatis. Quia Matt. 25. dicitur: Dedit vnicuique secundum propriam virtutem: propria autem uniuscuiusq; virtus est eius vis naturalis, ergo, & dona gratiæ, & gloriæ * distribuuntur secundum diuersos gradus virtutis naturalis.

¶ 2 Præt. in Psalmo dicitur: Tu reddes vnicuique secundum opera sua; sed illud, quod redditur, est beatitudinis mensura, ergo gradus beatitudinis distinguuntur secundum diuersitatem operum, & non secundum diuersitatem charitatis.

¶ 3 Præt. Præmium debetur actui, & non habitui, unde fortissimi non coronantur, sed agonizantes, ut patet. 1. Ethic. * & secundæ Timot. 2. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Sed beatitudo est præmium, ergo diuersi gradus beatitudinis non erunt secundum diuersos charitatis gradus.

SED CONTRA est, quòd quanto aliquis est Deo magis cõiunctus, tantò erit beatior, sed secũdum modum charitatis est modus cõiunctionis ad Deum, ergo secundum differentiam charitatis, erit & diuersitas beatitudinis.

¶ Præt. Si simpliciter sequitur ad simpliciter, & magis ad magis, sed habere beatitudinem sequitur ad habere charitatem, ergo, & habere maiorem beatitudinem sequitur ad habere maiorem charitatem.

RESPON. Dicendum, q̃ principium distinctiuum mãsionum, siue graduum beatitudinis est duplex, s. propinquum, & remotum. Propinquum est diuersa dispositio, quę erit in beatis, ex qua contingit diuersitas perfectionis apud eos in operatione beatitudinis, sed principiũ remotum est meritum, quo talẽ beatitudinem consecuti sunt. Primo autem modo distinguuntur mansiones ſm charitatem patriæ, quæ quanto in aliquo erit perfectior, tanto eum reddet capaciorem diuinæ claritatis, ſm cuius augmentum augebitur perfectio visionis diuinæ. Secundo verò modo distinguuntur mãsiones ſm charitatem viæ. Actus. n. noster non habet, q̃ sit meritorius ex ipsa substantia, sed solum ex habitu virtutis, quo informatur: ius autẽ merẽdi in oĩbus virtutibus est ex charitate, quæ habet ipsum finẽ pro obiecto, & ideo diuersitas in merendo tota reuertitur ad diuersitatem charitatis, & sic charitas vię distinguet mansiones per modum meriti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtus ibi nõ accipitur solum pro naturali capacitate, sed pro naturali capacitate simul cum conatu ad habẽdam gratiam, & virtus hoc modo accepta erit quasi materialis dispositio ad mensuram gratiæ, & gloriæ suscipiendæ, sed charitas est formaliter complẽs meritum ad gloriam, & ideo distinctio gradus in gloria accipitur penes gradus charitatis, potius quàm penes gradus virtutis prædictæ.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ opera non habent, q̃ eis retributio gloriæ reddatur, nisi inquantũ sunt charitate informata, & ideo secundum diuersos charitatis gradus erũt diuersi gradus in gloria.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd quamuis habitus charitatis, vel cuiuscumque uirtutis nõ sit meritum, cui debeatur præmium, est tamen principium, & tota ratio merendi in actu: & ideo secundum eius diuersitatem præmia distinguuntur, quamuis etiam ex ipso genere actus possit aliquis gradus in merendo considerari, non quidem respectu præmii essentialis, quod est gaudium de * Deo, sed respectu alicuius accidentalis præmii, quod est gaudium de aliquo bono creato.

* Al. distinguuntur.

* Lib. 1. Ethic. cap. 8. parũ ante me. to. 5.

* Al. bono increato.

SVP. Q. CXXIIII. Aliàs 93. Art. III.

401

CONCL. 1. Mãsiones distinguũtur secundum charitatem patrię tanquàm principiũ propinquum distinctionis mansionum.

¶ PROB. Quia quanto perfectior erit charitas patrię in aliquo, tãto reddet eum capaciorem claritatis diuinæ.

¶ CONCL. 2. Charitas uiæ tanquàm remotum principium distinguet mansiones per modum meriti.

¶ EXAMEN. Ly per modum meriti. Scilicet de condigno. Huic enim meritò redditur beatitudo diuinæ visionis; merito autem de congruo non sic proprie, vt colligitur ex 1. 2. q. 14. artic. 3. 6. & 10. Et quia meritum est, antequàm perueniat quis ad patriam ubi recipiet præmium correspondens, ideo ipsa charitas causans meritum dicitur esse principium remotũ.

¶ PROB. Quia ius merendi in omnibus virtutib. est ex charitate habita in uia.

¶ COROLL. Ergo charitas patriæ non facit mereri, ratione status, quia videlicet iam amplius habentes illã non sunt in statu merendi; facit autẽ uidere Deũ, & diuersimode, iuxta diuersum gradum ipsiusmet charitatis, & qa in uisione Dei, in quocumq; gradu ibi videatur consistit præmium; ideo dicendum est, q̃ charitas patriæ distinguit mansiones per modum præmij. In idem ergo redibit dicere, q̃ charitas aliqua distinguit mansiones per modũ præmij, & tanquam principium propinquũ sicut & in idem redit dicere, quod charitas aliqua distinguit mãsiones per modum meriti, & tanquam principium remotum. Nam meritum se habet remotè ad præmium in comparatione ad actualem capacitatẽ actualis uisionis diuinæ, quàm charitas patriæ facit (ut dictum est) sicut charitas uiæ meritum.

1^m de conclusione. Secundũ diuersos gradus uirtutis naturalis. ℞. Tanquam dispositionem materialem: non tãquam completiuum formale. §. loquendo tamen de uirtute illa naturali, ut complectitur quendam conatum de quo in tex. Tunc ni. &c. Nam conclusiones loquuntur de distinctiuo formaliter, non materialiter.

2^m Psalmus. Opera sua. ℞. Vt informata sunt charitate: nõ aliter. §. loquendo uidelicet de operibus bonis. Tunc nih. &c. Nam cõclusiones (ut dictum est) formaliter intelliguntur, & forma operũ est charitas.

3^m de maiori. Actui. ℞. Informato charitate: non actui pręciso ab illa. §. loquendo videli-

QVAE-

videlicet de præmio essentiali. Tunc nihil &c. Nam sufficit conclusioni secundæ pro suo intento, quod charitas sit tota ratio merendi beatitudinem in qua sunt mansiones prædictæ.

Item de maiori. Præmium ℞. Accidentale: non essentiale. §. Tunc nih. &c. Nam conclusiones intelligunt præcipuè de præmio essentiali. Vide secundum responsum tex. Ly quamuis etiam ex ipso genere actus &c.

¶ Not. Actus informatus charitate, si consideretur secundum se, puta quod est ieiunium, quod est castitas, quod est eleemosina, & huiusmodi; tunc dicitur considerari ex ipso genere actus, & tunc præmium redditum ipsi actui, dicitur præmium accidentale; hoc est, non principale. Accidentale enim non dicitur hic quasi adsit, & absit, cum in æternum maneat, neque etiam dicitur accidentale quasi quòd sit de genere accidentis. i. non de genere substantiæ, quia & hoc modo præmium substantiale esset accidentale. Nam præmium substantiale, quod est uidere Deum est de genere accidentis, & non substantiæ, inquantum se tenet ex parte intellectus nostri: cum sit operatio quædam, puta contemplatio de Deo. Dicetur ergo substantiale, quia est de essentia beatitudinis: & dicetur accidentale, quia non est de essentia illius. Quãuis. n. actus boni essentialiter. i. de necessitate prærequirantur ad merendum beatitudinem: tamen beatitudini in patria sufficit pro essentiali præmio videre Deum, & gaudere de illo, unde quicquid aliud occurrit, de quo gaudeant: hoc dicitur accidentale præmium.

## APPENDIX.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse tanquam in radice a Luc. 7. quòd mansiones distinguuntur pœnes gradus charitatis: & sic. Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Hæc ibi. Vbi monstratur quòd secundum gradus charitatis correspondet remissio peccatorum, & consequenter meritum vitæ æternæ, cum in remissione peccatorum aperiatur ianua cœlestis. q. 10. art. 3. Cum ergo in cœlesti patria mansiones distinguantur art. 2. relinquitur quòd per illud idem ostendat Euangelista, quòd gradus diuersi mansionum distinguuntur penes gradus charitatis viæ, quæ est ratio merendi, & consequenter charitatis patriæ, quæ est ratio capacitatis actualiter præmium pro merito recipiendi. Item a Conc. Flor. ut art. 2. appen. per ly meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius. Vbi hoc annotato, applica ad propositum, ut nunc supra. Secundo habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & patrum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertio vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

2

3

---

SVP. Q. CXXV. Aliàs 94. Art. 1.

Concl. 1. A beatis nihil subtrahi debet quod ad perfectionem beatitudinis eorũ pertineat.

¶ Prob. Quia patet.

¶ Not. Et quidẽ ex terminis. Alitér. n. non essent perfectè beati.

¶ Concl. 2. Datur beatis, ut pœnam impiorum perfectè videant.

¶ Examen. Ly perfectè. Speculatiue scilicet: non aliquo modo pratice: ut melius patebit etiam ex applicatione secundi articuli ad hũc locum. Inde enim habetur, quòd nullam compassionem ad damnatos ex tali visione cõcipient.

¶ Prob. Quia 1. & ex hoc beatitudo magis cõplacebit sanctis, 2. & ex hoc vberiores gratias Deo agent de sua beatitudine.

402 S. Tho. 4. dis. 50. q. 2. arti. 4. q. 1. & seq.

1^m de minori. Non vident. ℞. Naturali cognitione: non aliter. §. Tunc nihil &cæt. Sufficit. n. quòd videãt ad conclusionem secundam verificandam, nec requiritur ut videãt cognitione naturali.

¶ Not. Vide 1. par. q. 89. ar. 8. Ex hoc dic, ꝙ illa authoritas Isaiæ adducta in argumento cũ glossa uerificatur tantũ attendendo cognitionẽ naturalem.

2^m conclusionis illatio. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam quamuis pulchritudo uisibilis ad perfectionem &c. ut in textu.

¶ Not. Quòd ex turpitudine uisa non inficiatur uisus videntis verificatur etiam de viatoribus. Nam videmus cloacas & lutum, & tamen inde oculus non inficitur. Non videretur ergo textus per hoc dixisse aliquid noui de uisione sanctorum & Dei, quando dixit, quòd turpitudo sine visionis infectione esse potest: nisi per hoc aliquid aliud cointelligeret. Cointelligit autem tristitiam uel aliquid simile, cuius utique sancti capaces non sunt, & consequenter eorum uisus sine infectione, aut tristitia aliqua etiam quòd videat res turpes esse potest, quod non est de nobis. Licet enim ex turpitudinibus visis non inficiatur oculus uiatorum (ut dictum est.) tamen modo suo ex hoc tristatur, ut patet per experientiam.

## QVAEST. CXXV. Aliàs 94.

*De modo, quo Sancti se habebunt erga damnatos, in tres articulos diuisa.*

Deinde considerandum est de modo, quo se Sãcti habebunt erga dãnatos. Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum Sancti pœnas damnatorum videant.

¶ Secundò, Vtrũ eis compatiantur.

¶ Tertiò, Vtrum de eorum pœnis lætentur.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum Beati, qui erunt in patria, videbunt pœnas damnatorum.*

Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd Beati qui erunt in patria, non videant pœnas dãnatorum. Maior enim est distãtia damnatorum a Beatis, quàm viatorũ, sed viatorũ facta non vident, vñ Isa. 19. Abraham nesciuit nos: dicit Glo. * Nesciunt mortui etiam Sancti, quid faciunt viui et eorũ filij, ergo multo minus vident pœnas damnatorum.

¶ 2 Præt. Perfectio visionis dependet a perfectione visibilis: vnde Philosophus dicit 10 Ethic. † quòd perfectissima sensus operatio est sensus maximè dispositi ad pulcherrimum sub visu cadentium, ergo econtrario turpitudo visibilis redundat in imperfectionem visionis, sed imperfectio nulla erit in beatis, ergo non videbunt miserias damnatorum; in quibus est summa turpitudo.

Sed contra, est quod dicitur Isa. vlt. Egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me: Glos. * Electi egredientur intelligentia, vel visione manifesta, ut ad laudem Dei magis accendantur.

Respon. Dicendum, ꝙ a beatis nihil subtrahi debet, quod ad perfectionem beatitudinis eorum pertineat. Vnumquodque autem ex cõparatione contrarii magis cognoscitur, quia contraria iuxta se posita, magis elucescunt, & ideo vt beatitudo Sanctorum eis magis complaceat, & de ea vberiores gratias Deo agant, datur eis ut pœnã impiorum perfectè videant.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Glossa illa loquitur de Sanctis mortuis secũdum possibilitatem naturæ. Non enim oportet, vt naturali cognitione cognoscant omnia, quæ erga viuos aguntur, sed Sancti, qui sunt in patria, omnia clare cognoscunt, quæ aguntur, etiam apud viatores, & apud damnatos. Vnde Gregorius * dicit 12. lib. Moral. de animabus sanctis sentiendum non est, scilicet, quod Iob † dicit, siue nobiles fuerint filii eius, siue ignobiles, nescient &c. quia qui intus habent Dei claritatem, nullo modo credendum est quòd sit foris aliquid, quod ignorent.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ quãuis pulchritudo visibilis ad perfectionem faciat visionis visibilis; tamen turpitudo sine visionis infectione esse potest. Species enim rerum in anima per quas contraria cognoscuntur, non sunt contrariæ: vnde etiam Deus, qui perfectissimam cognitionem habet, omnia pulchra, & turpia videt.

* Gl. Ord. ibid.

•Gl. interlin. & ibid. & hẽt Aug. de cura p mortuis, c. 13. & 15.

† Li. 10. c. 4. circa med. te. 5.

*Li. 12. Moral. ca. 13. circa prin.

† Iob 14.

## APPENDIX.

Ex articu. habes primò; quomodo per rationem ostendas meritò esse insinuatum ab Isaiæ vltimo, quòd beati in patria uidebũt pœnas damnatorũ, & sic. Egredientur, & videbunt cadauera uirorũ, qui præuaricati sunt in me. Hæc ibi. Vbi, non tantum ante iudicium, sed etiam post sanctos talem visionem habere denotare videtur. Propter hoc enim dicit ly cadauera, quod nomen significat corpora mortuorum. Patet autem quòd damnati non habent corpora nisi post iudicium. Corpora autem ipsorum uocantur hic cadauera propter interpretationẽ quandã huius nominis. Cadauer enĩ dicitur quasi caro data uermibus. Et huiusmodi sunt damnatorum corpora, etiam ꝙ sint viua. Nam data sunt uermibus corrodentibus continuè corpora eorum. Vnde Isaias supradicta confirmans mox subdit ibid. Vermis eorum non morietur. Hæc ibi. Hic autem uermis, licet sit directè in animas, est tamen indirectè per quandam reuerberationẽ in corpora. Animæ nãq; ex uerme illo. i. ex sinderesi, seu cõsciẽtiæ remorsu admodum affli-

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

afflictæ & tristes effundent similem tristitiam in corpora suæ propter quod scriptum est Prou. 17. Spiritus tristis exsiccat ossa. Nota etiam in authoritate Esaiæ ly egredientur, quòd illa egressio sanctorum non erit aliqua cessatio, vel interruptio a diuina visione, eo modo quo quis viator a contemplatione præcedenti egrediens applicatur ad aliquid aliud: sed egressio illa dicit solummodo rem cognitam inferiorem, quam sit diuina essentia. Quasi dixerit, videndo essentiam videbunt etiam per illam pœnas damnatorum, sed essentia diuina illos essentialiter beatificabit, visio autem pœnarum vt sic non item.

¶ Secundò habes: quo per rationem prædicta scripturarum, pro 2 quanto quod dicimus insinuant, & intelligas, & tuearis.

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc 3 & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. CXXV. Aliàs 94. Art. II.

CONCL. In beatis nõ erit compassio, vel misericordia; nisi secundum electionem rationis. 403

¶ EXAMEN. Ly electionem rationis. Hoc est quando aliquis vult aliquid secundum ordinem veræ prudentiæ. Quasi ergo dixerit, quòd in beatis non erit compassio, vel misericordia nisi secundum quod vera prudentia requirit. Quia verò prudentia recta requirit quãdoq; quòd circa quosdã habeant compassionẽ, modo suo, & circa alios nõ habeant, ideo conclusio præsens ex modo loquendi innuit, quòd cõpassio aliquando est in eis, aliquando non.

¶ PROB. Quia supponitur clara.

¶ NOT. Et meritò. Nã si viatores iusti debent esse vere prudentes secundũ illud Mat. 10. Estote prudentes sicut serpẽtes: multo magis compræhẽsores. Itẽ dictum est supra q. 83. 84. 85. articulis multis, quod corpus beatorum erit totaliter subiectũ spiritus rationi, & spiritus Deo, id quod est secundum rectam rationem semper operari: iõ non mirum quòd conclusio præsens de sanctis dicat hoc.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum Beati compatiantur miserijs damnatorum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Beati miserijs damnatorum cõpatiantur. Compassio enim ex charitate procedit, sed in beatis erit perfectissima charitas, ergo maxime miserijs damnatorum compatiuntur.

¶ 2 Præt. Beati nũquam erunt elongati tantum a passione, quantum Deus est, sed Deus quodammodo miserijs nostris compatitur, vnde, & misericor dicitur, & similiter Angeli, ergo Beati compatientur miserijs damnatorum.

SED CONTRA, Quicumque alicui compatitur, fit miseriæ eius quodammodo particeps, sed Beati non possunt esse participes alicuius miseriæ, ergo miserijs damnatorum non compatiuntur.

RESP. Dicendum, quòd misericordia, vel compassio potest in aliquo inueniri dupliciter. Vno modo per modum passionis, alio modo per modum electionis. In beatis autem non erit aliqua passio in parte inferiori, nisi consequens electionem rationis, vnde non erit in eis compassio, vel misericordia nisi secundum electionem rationis. Hoc autem modo ex electione rationis, misericordia, vel compassio nascitur, scilicet prout aliquis vult malum alterius repelli: vnde in illis, quæ secundum rationem repelli nõ uolumus, compassionem talem non habemus. Peccatores autem quamdiu sunt in hoc mundo, in tali statu sunt, quòd sine præiudicio diuinæ iustitiæ possunt in beatitudinẽ transferri de statu miseriæ, & peccati, & ideo Beatorum compassio ad eos locum habet, & secũdum electionem voluntatis, prout Deus, Angeli, & Beati eis compati dicuntur, eorum salutem volendo, & secundum passionem sicut compatiuntur eis homines boni in statu viæ existentes, sed in futuro non poterunt transferri a sua miseria, vnde ad eorum miserias non debetur esse compassio secundum electionem rectã, & ideo Beati, qui erunt in gloria, nullam compassionem ad damnatos habebunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd charitas tunc est cõpassionis principium, quando possumus ex charitate velle remotionem miseriæ alicuius: Sed Sancti ex charitate hoc velle non possunt de damnatis, cum diuinæ iustitiæ repugnet, unde ratio non sequitur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Deus dicitur esse misericors, inquantum subuenit, illis, quos secundum ordinem sapientiæ, & iustitiæ suæ conuenit a miseria liberari: non quòd damnatorum misereatur, nisi forte puniendo citra condignum.

AR-

¶ CONCL. 2. Beatorum compassio ad peccatores quamdiu sunt in hoc mundo locum habet, & secundum electionem voluntatis, & secundum passionem.

¶ EXAMEN. Ly beatorum. Scilicet vel in via, vel in patria existentium. Comprehendit enim nunc vtrosque quod denotatur per ly secundum passionem, cum passio non detur incompræhensorib.

¶ Ly quamdiu sunt in hoc mundo. Scilicet mortis articulum etiam compræhendendo. Nam etiam tunc potest quis de statu peccati reduci ad statum iustitiæ, cum adhuc in corpore sit. Statum enim immutabilem non consequitur anima, nisi post casum mortis, quod annotauit Eccles. 12. Vbi ceciderit lignum ibi erit. Hæc ergo conclusio per ly quamdiu sunt in mũdo, denotat, quòd post discessum a mundo nullus poterit iustus compati eis durante iustitia.

¶ PROB. Quia Deus, Angeli, alijque compræhensores volunt salutem peccantium quamdiu sunt capaces reuersionis ad bonum. Secunda autem pars. s. secundum passionem, probatur. Quia boni viatores compatiuntur peccatoribus.

¶ NOT. Ratio quare boni viatores compatiuntur peccatoribus, inter alias est hæc, quòd ipsi boni timent sibipsis de casu, iuxta illud, qui se existimat stare, videat, ne cadat: considerantes illud Augustinis, Non est peccatum quod faciat homo, quin non faceret alius homo si non iuuaretur ab eo, a quo factus est homo. Et quoniam sciunt superbiam mereri casum: ideo superbiam fugientes induunt per affectum infirmitatem peccantium, & sic dicuntur cõpati eis. Et per hoc a Deo iuuari merentur, ne cadant. Confirmatur idem textus ex sancto Gregorio Papa dicente, quòd vera iustitia compassionem habet. Intellige tu secundum textus limitationẽ hanc, quamdiu peccatores sunt i hoc mundo.

¶ CONCL. 3. Beati in gloria nullam compassionem ad damnatos, neque habent, neque habebunt.

¶ PROB. Quia damnati non poterunt vmquam transferri a sua miseria, & consequenter nõ debent esse compassio secundũ electionem rectam ad eorum miserias.

¶ NOT. Misericordia respicit miseriam subleuabilem, hoc est possibilem subleuari. Et quia nõ potest subleuari miseria damnatorũ: ideo non est obiectum conueniens misericordiæ. Non ergo ex duritia, seu crudelitate, aut animi & cordis rusticitate (quæ omnia procul absunt a comprehensoribus) prouenit, quòd non habent compassionẽ ad damnatos, sed id prouenit ex defectu damnatorum, seu ex defectu obiecti; cum miseria eorum nõ possit esse obiectum misericordiæ. Sicuti ergo oculus acutissimus nõ diceretur minus acutus ex eo, quòd neque videt, neque potest videre sonum uel saporem, quia huiusmodi non sunt suum obiectum: ita summa bonitas compræhensorum nõ poterit esse, uel dici minor ex eo, quòd nullam habet compassionem, uel misericordiam ad id, quod compassionis vel misericordiæ non est capax, cuiusmodi sunt damnati.

1^m maior. Compassio ex charitate procedit. B. Quando ex charitate potest desiderari remotio miseriæ alicuius: non aliter. §. Tunc nihil &c. ut patet in textu, & corp.

¶ NOT. Ecce quòd sub alijs uerbis denotatur, id quod antea dictum est, scilicet quòd miseria damnatorum non potest esse obiectum compassionis, seu quòd non potest esse capax illius.

2^m conclusio. Beati compatientur miserijs damnatorũ. B. Si secundum ordinem sapientiæ & iustitiæ diuinæ conueniret eos liberari a miseria. §. Tunc nihil & cæt. Quinimò quia secundum ordinem sapientiæ & iustitiæ diuinæ nõ conuenit eos liberari: ideo beati non compatientur illis. Et hæc sit probatio noua conclusionis vltimæ.

### APPENDIX.

EX artic. habes primò: quo per rõnem tanquam in radice interimas hæresim Origenis dicentis: miseriam non fore ppetuã, & miseriæ quædã erunt alternationes: & miseriæ fiet circulus quidam. Item Libertinorum dicentium; quòd misericordia Dei Diabolo post iudicium præsto erit. Item & Origenistarum dicentiũ idem, videlicet dæmones aliquando fore saluandos. Per hoc enim quòd cõpræhensoribus denegat misericordiam erga damnatos, articulus præsens: monstrat simul (cum discurrenti patere põt, quòd numquam damnati salutis capaces erunt. Adde, quòd illud est fundamẽtum super quod pendet tota conclusio: ut patet in corp. & argumen. Vtilitas p Eccles. S. Dei.

Adde

Adde & illud dictum responsi ad secundum, quòd scilicet damnatos secundum ordinem sapientiæ & iustitiæ diuinæ non conuenit liberari a miseria, & sic videbis articulum præsentem ex multis partibus militare contra phantasmata illa hæreticalia. Militat etiam artic. 3. & quidem a fortiori, contra easdem hæreses. Vide tu ibi, & bene considera. Secundò habes: quo per rationem ostendas illas meritò damnari a Luc. 16. Inter nos & vos chaos magnum firmatum est, ut qui uolunt hinc transire ad vos non possint, neque inde huc trāsmeare. Hæc ibi. Itē à &c. ut q. 16. ar. 3 appen. & 1. par. q. 62. ar. 8. & q. 64. art. 2. Item a Matth. 25. Ibunt hi in supplicium æternum. Hæc ibi. Itē a regulis fidei catholicæ ab Aug. recitatis &c. ut sup. q. 88. ar. 1. appen ubi nota ly numquā carebunt pœna &c. Item a Mar. 9.

a Marc. 9. Bonum est tibi debilem introire in uitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam in ignem extinguibilem: ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Hæc ibi. Vbi replicat idem bis: & sic ter ibi ad literam confundit prædictas hæreses. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum a fortiori per psalmum 57. quòd sancti non compatientur damnatis, & sic lętabitur iustus, cum viderit vindictam. Hæc ibi.

¶ Quartò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis.

¶ Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc & declaretur & consolidetur.

---

## ARTICVLVS III.

*Vtrum Beati lætentur de pœnis impiorum.*

AD TERTIVM sic procedi tur. Videtur quòd Beati lętentur de pęnis impiorum. Lętari enim malo alterius ad odium pertinet, sed in Beatis nullum erit odium, ergo non lætabuntur de miseriis damnatorum.

¶ 2 Præt. Beati in patria erunt summe Deo conformes, sed Deus nō delectatur in pœnis nostris, ergo Beati non delectabuntur in pœnis damnatorum.

¶ 3 Præt. Illud, quod est vituperabile in viatore, nullo modo cadit in comprehensore, sed in homine viatore maxime est culpabile, quòd * reficiatur aliorum pœnis, & maxime laudabile, vt de pœnis doleat, ergo Beati nullo modo lętantur de pœnis damnatorum.

* Al. lætetur.

SED CONTRA est qd̄ in Psal. 57. dicitur. Lętabitur iustus cum viderit vindictam.

¶ Præt. Isa. vlt. Erunt vsque ad satietatem visionis omni carni: satietas autem refectionem mētis designat, ergo Beati gaudebunt de pœnis impiorum.

RESPONDEO. Dicendum, quòd aliqd potest esse materia gaudii dupliciter. Vno modo per se, quando, scilicet, de aliquo gaudetur inquantum huiusmodi, & sic Sancti non lętabuntur de pœnis impiorum. Alio modo per accidēs, idest ratione alicuius adiuncti, & hoc modo Sancti de pœnis impiorum gaudebūt, cōsiderando in eis diuinæ iustitiæ * rectitudinem, & suam liberationem de qua gaudebunt. Et sic diuina iustitia, & sua liberatio erit per se causa gaudii beatorum, sed pœnę damnatorum per accidens.

* Al. ordinem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd lętari de malo alterius, inquantum huiusmodi, pertinet ad odium, non autem lætari de malo alterius ratione alicuius adiuncti: sic autem aliquis de malo proprio quandoq; lætatur, sicut cum quis gaudet de propriis afflictionibus secundum q̄ prosunt ei ad meritum vitę. Iacob. 1. Omne gaudium existimate fratres, cum in tentationes uarias incideritis.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ quamuis Deus non delectetur in pęnis, inquantum huiusmodi, delectatur tamen eis inquantum sunt per suam iustitiam ordinatæ.

AD TERTIVM dicendum, q̄ in viatore non est laudabile, si delectetur de aliorum pœnis secundum se; est tamen laudabile, si delectetur de eis inquantum habent aliquid boni annexum tñ alia rō est de viatore, & cōprehensore. Quia in viatore passiones frequenter insurgunt sine iudicio rationis, & tñ tales passiones interdum sunt laudabiles, secūdum quòd bonam dispositionem mentis indicant, sicut patet de verecundia, & misericordia, & pęnitentia de malo, sed in comprehensoribus non potest esse passio, nisi iudicium rationis consequens.

SVP. Q. CXXV. Aliàs 94. Art. III.

CONCL. 1. Sancti nō lætabuntur de pęnis, impiorum.

404

¶ PROB. Quia non lætabuntur de pœnis, inquantum pęnæ sunt.

¶ NOT. Pœna ut pœna contrariatur appetitui, in quo consistit lętitia. Et iō inquit textus, quòd non gaudent de pœnis, ut pœnæ; non amplius probans hoc, sed quasi præsupponēs clarum. Et merito. Nā pœna ut pœna, dicit aliquod fugibile, non appetibile, & lætitia dicit sequelam non fugam. Vnde cū odium fugam importet; pœna ut sic, odiri potest.

¶ CONCL. 2. Sancti gaudebūt de pœnis impiorum per accidens. i. ratione alicuius adiuncti.

¶ EXAMEN Ly adiuncti. Scilicet ad gaudiū secundum se incitantis. Nam si illud adiūctum importaret fugam appetitus recti, tunc non rectè posset quis gaudere de pœna illa puta, quando quis punitur iniuste, tunc non licet gaudere de pœna illius per accidēs. i. ratione illius adiuncti: quoniam si sic gauderet, Lætaretur de iniustitia, & consequenter ipse gaudens esset malus, & gaudendo peccaret. Quemadmodum è contrario si adiūctum illud esset iustitia, seu iustum; tunc gaudens de pœna illa per accidens, gaudendo mereretur, si esset in statu merendi, uel saltem per hoc ostenderet, se esse iustum, amareque iustitiam. Non enim appetitus gaudet de aliquo nisi illud sit sibi conforme, sicut nec de aliquo tristatur, nisi inquantum illud est sibi difforme. Vnde & illos qui patiuntur pœnam iustam dicimus esse iustos, si gaudeant de pęnis suis, inquantum iustæ sunt, uel saltem non habeant odio illas inquantū iustæ sunt. & e contrario illos dicimus peccatores esse in hoc, quòd pœnas sibi inflictas a iustitia oderunt inquantum iustæ. Et quia quæcumque a Deo fiunt iuste fiunt; nec aliter ut a Deo sunt, fieri possunt, & nihil pœnarum in mundo accidere potest, nisi Deo uolente (non enim pœna ut sic est peccatum:) ideo quoscumque pœnis afflictos dicimus uoluntatem suam conformare Deo debere, hoc est de pœnis suis inquantum a Deo sunt gaudere, uel saltem non odire.

Lætari de pęnis, quō sit bonum vel malū.

¶ PROB. Quia sancti gaudēt de rectitudine diuinæ iustitiæ, ac de sua ipsorum liberatione, quas in pęnis damnatorum considerant.

¶ COROLL. Formaliter ergo non gaudent de pœnis, sed de bonis illis duobus consideratis in pœnis. Et quia illa duo bona relucent in pœnis, ideo materialiter gaudent de ipsis, & per consequēs materialis locutio est dicere, quòd gaudēt de pœnis. Si ergo non gauderent hoc modo de illis, essent iniusti, & per consequens non sancti, iuxta dicta i exam. post conclus. secundam. Dicere ergo quòd sancti non deberent sic lætari de pœnis impiorum, est dicere quòd sancti non deberent esse sancti neque perseuerare in sanctitate, sed deberent a sanctitate cadere & esse iniusti, & per consequens a Paradiso resilire. Sicut ergo possibile non est illum, qui semel introiuit in uitam æternam iterum exire ab illa, ita possibile non est quòd sancti non lætentur prædicto modo de pœnis damnatorū. Ergo sicut quādo quis ex hoc quòd alium audit esse bonum ædificatur, & quando audit eū esse malum scandalizatur: ita ex hoc quòd audit quis beatos gaudere de pœnis damnatorum ædificari debet, & de contrario (si diceretur sibi) scandalizari, quamuis impossibile sit hoc contrarium in eis fore.

1^m de maiori. De malo. ℞. Inquātum malum: non inquātum habet aliquod bonum adiunctum. §. Tunc &c. vt patet ex dictis.

¶ NOT. Illa minor, scilicet in beatis nullū erit odium, intelligitur formaliter, hoc est, s̄m q̄ exposcit materia subiecta ad cuius propositum adducitur: non autem intelligitur vniuersaliter. Licet. n. nullum habeant odium contra aliquam creaturam, ut creatura est (secundum quod in argumento sumebantur) tamen odium est in eis respectu peccatorum, inquantum peccatores sunt, quoniā etiam Deo odio sunt & impius, & impietas eius.

QVAE-

2^m de conclusione. Non delectabuntur in pœnis. ℞. Inquantum pœnæ sunt: non inquantum e diuina iustitia ordinatę sunt. §. Tunc &c. vt patet.

3^m maior. Illud, quod est vituperabile in viatore nullo modo cadit in compræhensore. ℞. Eo modo quo est vituperabile in viatore. non eo modo quo in illo est laudabile. §. Tunc nih. &c. vt patet in tex. & ex dictis.

¶ NOT. De uiatore & compræhensore quo ad hoc, quod est gaudere de pœnis aliorum est quædam conuenientia, & quædam disconuenientia: ut notatur in tex. Et ideo quando de uiatoribus dicitur quòd gaudent de pœnis alicuius, potest nasci rationabiliter aliquod scandalum siue minus bona suspicio in mēte audientium: id quod non est sic de cōpræhensore, vbi non est tale periculum passionis sicut est in viatore.

## APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas recte insinuatum a Psal. 57. quòd sancti lætantur de pœnis impiorum, & sic. Lætabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Hæc ibi. Vbi non solum lætitia, sed & maxima lætitia ostenditur in ipsis iustis circa pœnas impiorum. Lætitia quidem, per ly lætabitur: maxima uerò per ly manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Quando enim magnopere lætatur quis de effusione sanguinis alicuius, dicitur prouerbialiter, q lauat manus suas in sanguine, & quando quis maxime odit aliquē, si uiderit eum ex effusione sanguinis mortuum, etiam ad literam quandoque lauabit manus in sanguine eius, & (quod mirabilius est) quandoque bibet sanguinem eiusdem. Dicuntur autem a Profeta iusti lauare manus suas in sanguine peccatoris inquantum liberationem suam cognoscunt esse maiorem, quanto maiorem cognoscunt esse pœnam peccatorum. Et quia a Deo liberati sunt mediantibus operibus proprijs, & opera significantur per manus pro quanto manus (secundum Philosophum) est organum organorum, ideo conuenienter ad liberationem eorum accommodantur manus, ut dicantur tunc lauare manus in sanguine peccatoris, quando gaudent se liberatos mediantibus operibus suis a pœna maxima peccatoris, quæ denotatur per sanguinem effusum. Nam inter alias pœnas maxima est mors, & inter mortes, mors uiolenta per tam magnam effusionem sanguinis, ut in ea lauari possint, manus causata. Item ab Esaia ult. Erunt usque ad satietatem uisionis omni carni. Hæc ibi. Vbi loquitur de impiorum cadaueribus, quæ ideo dicuntur esse omnibus beatis (hi significantur per ly omni carni) vsque ad satietatem, ut per metaphoram hanc locutionis describatur non solum gaudium, sed & magnum, ipsorum beatorum de pœnis impiorum uisis. Proportionaliter enim tantum gaudent de illis, quantum de sua beatitudine: cum hoc per accidens (ut declaratur in text.) sit ratio gaudendi de pœnis illorum.

Lauare manus in sanguine peccatoris.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto quod diximus insinuant, & probes, & defendas. 2

¶ Tertiò uides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc & declaretur & consolidetur. 3

---

### SVP. Q. CXXVI. Aliàs 95. Art. 1.

CONCL. Absque dubio beatis, quando in gloriam transferuntur, aliqua dona diuinitus dantur ad corpū ornatum, & hi ornatus a magistris dotes sunt nominati.

¶ EXAMEN. Ly dotes. Scilicet acceptæ secundum quid rei, & q d nominis, ut infra. Quid rei autem assignatur in textu ly dos est perpetuus animæ & corporis &c. quid nominis verò resolute assignatur circa finem textus ly dicendum est, quòd dos in matrimonio corporali propriè dicitur, q d datur &c. Resolutè inquam: quia prius disputatiuè, seu inquisitiuè, circa hoc procedebat.

405 S. Tho 4. dist. 49 q. 4. art. 1. & seq.

¶ Ly nominati. Scilicet conuenienter. Et hoc patebit ex responsionibus argumentorū, si ad hoc propositū applicentur. Vnde per illud quod dicitur in cor, fin. ly sed tunc remanet difficultas quomodo &c. respondetur tacitè obiectioni, quæ posset fieri contra conuenientiā* prædictæ nominationis a magistris factæ.

*Al. dona.

¶ PROB. Quia patere præsupponitur.

¶ NOT. Et merito, ut cuilibet sapienti facilè occurrere potest.

Pri-

## QVAEST. CXXVI. Aliàs 95.

*De dotibus beatorum, in quinque articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de dotibus beatorum. Circa quod quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum Beatis sint assignandæ aliquæ dotes.

¶ Secundò, Vtrum dos a beatitudine differat.

¶ Tertiò, Vtrum Christo insint dotes.

¶ Quartò, Vtrum Angelis.

¶ Quintò, Vtrum conuenienter assignentur dotes.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum ponendæ sint aliquæ dotes in hominibus Beatis.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non sint ponendæ aliquæ dotes in hominibus beatis. Dos enim secundum iura datur sponso ad sustinenda onera matrimonii, sed Sancti non gerunt figuram sponsi, sed magis figuram sponsæ, inquantum sunt Ecclesiæ membra, ergo eis dotes non dantur.

¶ 2 Præt. Dotes non dantur secundum iura a patre sponsi, sed a patre sponsæ, omnia autem bona beatitudinis dantur Beatis a patre sponsi, scilicet Christi. Iacob. 1. Omne datum optimum, & omne donū perfectū, &c. ergo huiusmodi dona, quæ Beati dantur, non sunt dotes appellandæ.

¶ 3 Præt. In matrimonio carnali dantur dotes ad facilius toleranda onera matrimonii, sed in matrimonio spirituali non sunt aliqua onera, maxime secundum statum Ecclesiæ triumphantis, ergo non sunt ibi aliquæ dotes assignandæ.

¶ 4 Præt. Dotes non dantur nisi causa matrimonii, sed matrimonium spirituale contrahitur cum Christo per fidem secundum statum Ecclesiæ militantis, ergo eadem ratione si Beatis aliquæ dotes conueniunt, conuenient etiam Sanctis existentibus in via, sed istis non conueniunt, ergo nec Beatis.

¶ 5 Præt. Dotes ad bona exteriora pertinent, quæ dicuntur bona fortunæ, sed præmia Beatorum erunt de interioribus bonis, ergo non debent dotes nominari.

SED CONTRA. Ephes. 5. dicitur Sacramentū hoc magnum est, dico autem in Christo, & Ecclesia, ex quo habetur quod spirituale matrimonium per carnale significatur, sed in carnali matrimonio sponsa dotata traducitur in domum sponsi, ergo cum Sācti in domū Christi traducuntur, cum beatificantur, uidetur q aliquibus dotibus dotentur.

¶ Præt. Dotes in matrimonio corporali assignantur ad matrimonii solatium, sed matrimoniū spirituale delectabilius est quàm carnale, ergo ei sunt dotes maxime assignandæ.

¶ Præterea. Ornamēta sponsarum ad dotem pertinent, sed Sancti ornati in gloriam traducuntur, vt dicitur Isa. 61. Induit me vestimentis salutis, & quasi sponsam ornatam monilibus, ergo Sancti in patria dotes habent.

RESPON. Dicendum, quòd absq; dubio Beatis quādo in gloriam transferuntur aliqua dona diuinitus dantur ad eorum ornatum, & hi ornatus a magistris dotes sunt nominati. Vnde datur quædam definitio de dote, de qua nunc loquimur talis. Dos est perpetuus animæ, & corporis ornatus, vitæ sufficiens, in æterna beatitudine iugiter perseuerans. Et sumitur hæc descriptio ad similitudinem dotis corporalis, per quàm sponsa ornatur, & prouidetur viro, vnde possit sufficienter sponsam & liberos nutrire, & tamen inamissibiliter dos sponsæ conseruatur ut ad eam separato matrimonio reuertatur. Sed de ratione nominis diuersi diuersimode opinantur. Quidam enim dicunt, quòd dos non accipitur ex similitudine ad matrimonium corporale, sed secundum modum loquendi, quo omnem perfectionem, seu ornatum cuiuscumque hominis dotes nominamus. Sicut aliquis dicitur esse dotatus scientia, qui scientia pollet. Et Ouidius vsus est nomine Dotis dicens, Et quacumque potes dote placere, place.

SED hoc non videtur vsquequaque conueniens. Quia q̄cumq; aliquod nomen est impositum ad aliquod principaliter significandum non consueuit ad alia transferri, nisi secundum aliquam similitudinem, unde cum secundū primam institutionē nominis, dos ad carnale matrimonium pertineat, oportet quòd in qualibet acceptione attendatur aliqua similitudo ad principale significatum. Et ideo alii dicunt, q s m hoc similitudo attenditur, q dos proprie d r donum, quod in matrimonio corporali datur sponsæ ex parte sponsi, quando traducitur in domum sponsi, ad ornatum sponsæ pertinens, quod patet ex hoc quod dixit Sichem Iacob, & filiis eius, Genes. 34. Augete dotem, & munera postulate. Et Exod. vigesimosecundo. Si seduxerit quis virginem dormieritque cum ea, dotabit eam, & accipiet eam in vxorem. Vnde, & ornatus, qui a Christo sanctis exhibetur, quando traducuntur in domum gloriæ, dos nominatur. Sed hoc manifeste est contra id, quod Iuristæ dicunt, ad quos pertinet de his tractare: dicunt enim quòd dos proprie est quædam datio ex parte mulieris facta his, qui

sunt

1^m^ de maiori. Datur sponso. ℞. Ad vsum: non ad proprietatem. §. Tunc nihil &c. Nam dotes in matrimonio spirituali datæ Sanctis, licet sint sponsi ad vsum, inquantum scilicet ad sponsi gloriam & honorem cedunt: tamen sunt sponsæ quò ad proprietatem inquantum ornatur per eas.

sunt ex parte viri pro onere matrimonii, quod sustinet vir, sed illud, quod sponsus dat sponsæ, vocatur donatio † propter nuptias, & secūdum hunc modum accipitur dos. 3. Regum 9. vbi dicitur, quòd Pharao Rex Ægypti cepit Gazam, & dedit eam in dotem filiæ suæ vxori Solomonis: nec contra hoc faciunt authoritates inductæ. Quamuis enim dotes à parente puellæ consueuerunt assignari; tamen quandoque cōtingit, quòd sponsus, vel pater sponsi assignet dotes vice patris puellæ, quod contingit dupliciter. Vel pro nimio affectu ad sponsam, sicut fuit de Sichem, qui voluit assignare dotem quam debeat accipere propter vehementem amorem filii sui ad puellam: vel hoc in pœnam sponsi, vt virgini à se corruptæ dotem de suo assignet, quod pater puellæ debuerat assignare, & in hoc casu loquitur Moyses in auctoritate inducta. * Et ideo secundum alios dicendum est, quòd dos in matrimonio corporali propriè dicitur: quod datur ab his, qui sunt ex parte mulieris, his qui sunt ex parte viri, ad sustentanda onera matrimonii, vt dictum * est. Sed tunc remanet difficultas, quomodo hæc assignatio possit aptari ad propositum, cum ornatus, qui sunt in beatitudine, dentur sponsæ spirituali à parte sponsi, quod manifestabitur respondendo ad argumenta.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ dotes quamuis assignentur sponso in carnali matrimonio ad vsum, tamen proprietas, & dominium pertinet ad sponsam, quod patet ex hoc, quòd soluto matrimonio, dos remanet sponsæ secundum iura, & sic etiam in matrimonio spirituali ipsi ornatus, qui sponsæ spirituali dantur, scilicet Ecclesię in membris suis, sunt quidem ipsius sponsi, inquantum ad eius gloriam, & honorem cedunt, sed sponsæ inquantum per eas ornatur.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ pater sponsi, scilicet Christi, est sola persona Patris, pater autem sponsæ est tota Trinitas; effectus autem in creaturis ad totam Trinitatem pertinet. Vnde huiusmodi dotes in spirituali matrimonio, propriè loquēdo, magis dantur à patre sponsæ, quàm à patre sponsi. Sed tamen hęc collatio quamuis ab omnibus personis fiat, singulis personis potest appropriari per aliquem modum. Personæ quidem patris vt danti, quia in ipso est auctoritas, ei etiam paternitas respectu creaturæ appropriatur, * vt sic idem sit pater sponsi, & sponsæ. Filio verò appropriatur inquantum propter ipsum dantur. Sed Spirituisāncto inquantum in ipso, & secundum ipsum dantur, amor enim est communis dationis ratio.

AD TERTIVM dicendū, q̄ dotib. per se cōuenit illud, quod per dotes efficitur, s. solatium matrimonii, sed per accidens illud, quod per eas remouetur, s. onus matrimonii, quod per eas leuigatur. Sicut gratiæ conuenit per se facere iustum, sed per accidens quod de impio faciat iustum. Quamuis ergo in matrimonio spirituali non sint aliqua onera, est tamen ibi summa iucunditas, & ad hāc perficiendam iucunditatem dotes sponsæ conferuntur, vt scilicet delectabiliter per eas sponso coniungatur.

AD QVARTVM dicēdum, quòd dotes non cōsueuerunt assignari spōsæ, quando desponsatur; sed quando in domum sponsi traducitur, vt præsentialiter sponsum habeat: quādiu autem in hac vita sumus, peregrinamur à Domino, 2. Corin. 5. & ideo dona, quæ sanctis in hac vita conferuntur, non dicuntur dotes, sed illa quæ conferuntur eis, quando transferuntur ad gloriam, in qua sponso præsentialiter perfruuntur.

AD QVINTVM dicēdum, quòd in spirituali matrimonio interior decor requiritur, vt in Psal. 44. Omnis gloria eius filia Regis ab intus, &c. sed in matrimonio corporali requiritur decor exterior: vnde non oportet quòd dotes huiusmodi assignētur in matrimonio spirituali, sicut assignantur in corporali.

ARTI-

† §. est & aliud, Inst. de donat.

* Loco in hoc corp. citato.

* Hoc eodem corp.

¶ COROLL. Sancti ergo gerunt figurā sponsæ, vt arguitur, nec tamen inde fit, vt dotes propriè eis nō assignentur. Ergo sponsi Christi sunt ipsæ dotes, & sponsarum ipsarum, sed diuersimode: sicut & omnia dona, quæ nos habemus sunt ipsi* Dei, inquantum & ab eo nobis dantur, & in gloriam ipsius cedunt, & tamen sunt nostra quantum ad proprietatem, & ornatum. Manus enim Socratis est propria Socrati, ipsumque ornat; licet sit Dei tanquàm donantis, & in eius gloriam cedit: & sic de aliis.

Bona nfa sunt Dei, & nostra, diuersimode.

2^m^ de minori. Dantur. ℞. Per appropriationē: non per proprietatem. §. Nam dotes sanctorum, propriè loquendo, dantur eis à patre suo, scilicet à tota Trinitate: vt patet in textu. Tunc nihil &cet. Nam sic non discordat datio dotis beatorū ab iis dotibus, quæ dantur secundum iura.

¶NOT. In sensu etiā illo, in quo conuenit patri Christi per appropriationem dare dotes sanctis, non contrauenitur iuribus: quia iura loquuntur secundum amorem mutuum ordinarium sponsi & sponsæ. Vnde per hoc non intēdunt negare; quòd quando amor ex parte sponsi est excessiuus ad spōsam, non possit conuenienter sponsi pater ad instantiā sponsi dare dotē sponsæ illius. Quia igitur amor Christi erga sanctorū animas tanquàm sponsi ad sponsas suas est excessiuus & nimius, hoc est, vltra quā æstimari possit intensus: ideo conuenientissimè Deus pater personaliter acceptus ad intuitum filii sui confert dotē sponsis illius. De tali casu testimoniū quoddā habetur de Sichem Genes. 34. vt in tex. & de Iacob, quando pro habenda Rachele sponsa nimium dilecta seruiuit pluribus annis, tanquàm loco dotis, quam ipse dabat sponsæ, Genes. 29.

3^m^ maior. In matrimonio carnali dantur dotes ad facilius toleranda onera matrimonii. ℞. Et ad solatium, seu iocunditatem eiusdem perficiendam. §. Tunc nihil &c. Quamuis enim in matrimonio spirituali Ecclesiæ triumphantis non sint onera, ratione quorum debeantur dotes: tamen ibi est summa iocunditas, ad cuius ornatum rectè eas assignari debet.

4^m^ maior. Dotes nō dantur nisi causa matrimonii. ℞. Sed tamen non quando desponsatur, sed quando sponsa traducitur. §. Tunc nihil &cæt. Nam licet hic anima per fidem Christo desponsetur: tamen quia quamdiu in hac vita sumus peregrinamur à Domino, ideo dona &c.

5^m^ de minori. Dotes. ℞. Datæ in matrimonio corporali: non in spirituali. §. Tunc nihil &c. Nam similitudo de matrimoniis illis non tenet in hoc.

¶EXAMEN. Ly ab intus. Scilicet vel formaliter, vel saltem originaliter. Formaliter verificatur, si intelligatur de dotibus animæ, cum illæ sint intus: originaliter, si de dotibus corporis, cum illæ sint ab anima, quæ est intus.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum ab Isa. 61. quòd ponendæ sint dotes in hominibus beatis; & sic. Induit me vestimētis salutis, & quasi sponsam ornatam monilibus. Hæc ibi. Vbi loquitur ad literam de lætitia sempiterna, gaudio, & exultatione animæ, quam habebit in Deo suo: & consequenter per ipsa indumenta salutis, & monilia intelligit aliqua ordinata aliquo modo ad beatitudinem illam pertinentia. Hæ autem sunt dotes, vt patet artic. 2. in fine. Item ab Eph. 5. Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Hæc ibi. Vbi matrimonium carnale monstrat significare spirituale: & per hoc ad similitudinē ipsius carnalis sumit conuenienter aliqua similia in spirituali. Patet autem, q̄ in matrimonio carnali datur dos, & consequenter in spirituali conuenienter dandam esse per hoc insinuat. Prædictam similitudinem subindicauit & Isaias ibi supra: dū ex monilibus in præsentis vitæ matrimonio sponsæ datis non recusauit nominare similiter ea, quę dantur animabus in spirituali matrimonio patriæ. Hanc & Ioann. Apocalyp. 21. Vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam à Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Hæc ibi. Vbi clarius etiam demonstrat dotes dari animabus sanctis. Hæ namque sunt illæ sponsæ, de quibus ait, quòd sunt paratæ à Deo, & sunt ornatæ viro suo, id est Christo: tanquàm ex sensatis metaphoricè loquens. Ex 1. par. quæst. 1. art. 9. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex iis vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* S. Tho. in 1. Sentent. dist. 18.

2

3

SVPER

## ARTICVLVS II.

*Vtrum dos sit idem quod beatitudo.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd dos sit idē quod beatitudo. Vt enim ex definitione dotis prædicta * patet, Dos est ornatus corporis, & animæ in æterna beatitudine iugiter perseuerans, sed beatitudo animæ est quidam ornatus eius, ergo beatitudo est dos.

¶ 2 Præterea. Dos dicitur illud, per quod sponsa delectabiliter sponso coniungitur, sed in spirituali matrimonio beatitudo est huiusmodi, ergo beatitudo est dos.

¶ 3 Præt. Visio secundum Augustinum * est tota substantia beatitudinis, sed visio ponitur vna de dotibus, ergo beatitudo est dos.

¶ 4 Præt. Fruitio beatum facit, fruitio autem est dos, ergo dos facit beatum, & sic beatitudo est dos.

¶ 5 Præterea. Secundum Boetium * in lib. de Conso. Beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus: sed status beatorum perficitur ex dotibus, ergo dotes sunt beatitudinis partes.

SED CONTRA. Dos datur sine meritis, sed beatitudo non datur, sed redditur, ergo beatitudo non est dos.

¶ Præte. Beatitudo est vna tantum, dotes verò sunt plures, ergo beatitudo non est dos.

¶ Præt. Beatitudo inest homini secundum id, quod est potissimum in eo, vt dicitur in 1.* Ethicor. sed dos etiam in corpore ponitur; ergo dos, & beatitudo non sunt idem.

RESPON. Dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd beatitudo, & dos sunt idem re, sed differunt ratione. Quia dos respicit spirituale matrimonium, quod est inter Christum, & animam, non autem beatitudo. Sed hoc non potest esse, vt videtur, cum beatitudo in operatione consistat, dos autem non sit operatio, sed magis sit qualitas, vel dispositio quędam. Et ideo secundum alios dicendum, quòd beatitudo, & dos realiter differunt, vt beatitudo dicatur ipsa operatio perfecta, qua anima beata Deo coniungitur: sed dotes dicantur habitus, vel dispositiones, vel quæcumque aliæ qualitates, quæ ordinantur ad huiusmodi perfectam operationem, vt sic dotes ordinentur ad beatitudinem magis, quàm sint in beatitudine vt partes eius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beatitudo, propriè loquendo, non est animæ ornatus: sed est aliquid, quod ex ornatu animæ prouenit, cum sit operatio quædam, ornatus verò dicitur aliquis decor ipsius beati.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ beatitudo non ordinatur ad coniunctionem: sed est ipsa coniunctio animæ cum Christo, quæ est per operationem: sed dotes sunt dona disponentia ad huiusmodi coniunctionem.

AD TERTIVM dicēdum, quòd visio dupliciter potest accipi. Vno modo actualiter, idest, pro ipso actu visionis, & sic visio non est dos: sed est ipsa beatitudo. Alio modo potest accipi habitualiter, id est pro habitu, à quo talis operatio elicitur, idest, pro ipsa gloriæ claritate, qua anima diuinitus illustratur ad Deum videndum, & sic est dos, & principium beatitudinis, non autem est ipsa beatitudo.

ET similiter dicendum ad quartum de fruitione.

AD QVINTVM dicēdum, quòd beatitudo colligit omnia bona, non quasi partes essentiæ beatitudinis: sed quasi aliquo modo ad beatitudinem ordinata. *

ARTI-

### SVPER QVAEST. CXXVI. Aliàs 95. Art. 11.

COncl. 1. Beatitudo & dos realiter differunt.

¶ Prob. Quia beatitudo dicitur perfecta operatio qua anima Deo coniungitur; & dos est habitus, seu dispositio quædam ad prædictam operationem.

¶ Coroll. Idem ergo est, ac si diceretur, q̃ dos disponit ad beatitudinem, seu ad coniunctionē illam perfectam, & beatitudo est ipsamet coniunctio.

406

¶ Concl. 2. Dotes ordinantur ad beatitudinē magis, quàm sint in beatitudine vt partes eius.

* Circa initium cor. art. præce.

¶ Exam. Ly magis quàm. Hic est modus loquendi potius quàm comparatio. Non enim per hoc vult dicere sanctus doctor, quòd dotes sint partes essentiæ beatitudinis, sed ordinata quædā ad beatitudinē, vt patet in ad quintum. Prædictus modus loquendi qui videtur, & nō est comparatiuus multotiens occurrit, & in Doctore isto, & communi loquela: vt prudēs per seipsum, si scrutetur, animaduertere faciliter poterit.

* Lib. 1. de Trinit. c. 8. à med. t. 3.

* Lib. 3. de cōsolatio. prosa 2. circa princ.

¶ Prob. Quia patet ex dictis: ex quibus, tāquam corollariū quoddam deducitur.

¶ Not. Ex responsionibus ad argumenta melius intelligentur conclusiones præmissæ; debita applicatione facta.

1^m minor. Beatitudo animæ est quidam ornatus eius. ℞. Non tamen propriè loquendo. §. Tunc nihil &c. Nam dos dicitur propriè ornatus: & sic intelligitur eius descriptio suprà artic. 1. corp princ.

* lib. 1. c. 7. à med. t. 5.

¶ Coroll. Ex textuali ergo responsione dicito, quòd anima est prius ornata claritate quadam, quæ vocatur dos, & deinde operatur conformiter ad claritatem illam. Quemadmodum & si proportionaliter dicamus, quòd anima in præsenti prius ornatur gratia, & deinde operationes meritorias facit. Decor enim ipsius animæ est gratia.

2^m maior. Dos dicitur illud, per quod sponsa delectabiliter sponso coniungitur. ℞. Per quod tanquàm ordinatum ad coniunctionem: non tanquàm per id, quod sit ipsa coniunctio. §. Tunc nihil &c. Nam beatitudo est illud, per quod, tanquàm per coniunctionem ipsam, anima Deo coniungitur.

¶ Not. Veluti si dicatur. Paries est albus per albedinē, & est albus per albefactionem. Patet.n. q̃ diuersimode per hæc duo dicitur albus. Nam per albedinē formaliter, per albefactionē verò dispositiue: cum albedo sit ipsa forma perfecta qua dicitur albus, & albefactio sit quid ordinatum ad ipsam formā perfectam, & consequenter ad faciendum, quod paries perfecte dicatur albus & sit.

3^a ex August. Visio. ℞. Actualiter sumpta: nō habitualiter. §. Tunc nihil &c. vt patet in tex.

¶ Not. Ex præsenti Augustini dicto videre datur, quòd beatitudo substantialiter consistit in intellectu, non in voluntate: cum visio non ad voluntatem, sed ad intellectum essentialiter pertineat. Veruntamen, quia hic non est locus proprius disputandi de hoc, sed hæc quasi per transennam dicta sunt: ideo vt melius intelligas huiusmodi materiam, vide 1.2.q.3.art.4.

4^m de maiori. Fruitio. ℞. Actualiter sumpta: non habitualiter. §. Tunc nihil &c. vt patet. Vide ad 3. quoniam proportionaliter de vtroque, scilicet visione & fruitione sentendum est.

5^m illatio conclusionis. Ergo dotes &c. ℞. Negatur illatio. §. Disiunctim.n. inferendum erat sic. Ergo dotes sunt beatitudinis partes, vel ordinata quædā ad beatitudinem. Nam tunc concederetur illatio: sed tamen negaretur prima pars cōclusionis, s. quod dotes sint beatitudinis partes. Ad probationē, ex Boetio assumptā, respondetur, quòd in illa authoritate beatitudo colligit omnia &c. vt in tex.

¶ Corol. Ergo dic, q̃ Boetius accipit ly omnium bonorum, nō pro partib. beatitudinis, sed pro ordinatis ad illam. Ac si manifestius dixisset. Beatitudo est status omnium bonorum, ad seipsam aliquo modo ordinato aggregatione perfectus.

### APPENDIX.

EX articu. habes primò: quomodo per rationē ostendas, meritò insinuatū fundamentaliter à Philos. 1. Eth. q̃ dos non est idē quòd beatitudo: & sic. Beatitudo inest homini secūdum id quod est potissimum in eò. Hæc ibi. Potissimum autē in homine est anima secundum partem intellectiuā, & cōsequenter per hoc dixisse voluit, q̃ beatitudo propriè dicta nō est in corpore. Patet autē, q̃ doti nō repugnat esse in corpore: alioquin non assignarētur dotes corpori, quas tamen assignat Apostolus loco nunc citando. Item à 1. Cor. 15. Surget in incorruptione surget in gloria, surget in virtute, surget spirituale. Hæc ibi. Ecce quatuor dotes corporis. Item 2. Cor. 12. Scio, hominem in Christo raptum vsque ad tertiū cęlum: & quoniā raptus est in paradisum. Hæc ibi. Per quæ ostenduntur dotes animæ plures. Nam per ly tertiū cœlum designatur contemplatio summa, seu visio: & per ly paradisum denotatur fruitio: cū cęlum de se dicat quid altissimum, & paradisus dicat quid delectabilissimum. Modò quis nesciat solam vnā beatitudinem attribui vnicuique? Vnde Psal. 1. Beatus vir, qui nō abijt in consilio impiorum, &c. designat per singularem locutionē, quòd vnius viri est tantū vna beatitudo. Hoc idem, & clarius, Matth. 20. significatur; dum beatitudo sanctis promissa vocatur denarius diurnus, ibi, conuentione autem facta ex denario diurno. Per hoc ergo, quòd scriptura sacra dotes plures assignat vni, vnam verò beatitudinem tantum, ostendit: quòd beatitudo & dos non sunt idem. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

* In corp.

Cęlum à paradiso an differat.

2

3

SVPER

SVPER Q. CXXVI. Aliàs 95. Art. III.

407 CONCL. Vel omnino non conuenit Christo ratio dotis, vel non ita propriè sicut alijs Sanctis; ea tamen quæ dotes dicûtur, excellentissime ei conueniunt.

¶ EXAM. Ly ratio dotis. Scilicet posita art. 1. corp. princ. cum ista limitatione adiuncta, ꝙ ille ornatus sit quoddã bonum particularizatũ & non totaliter integrum. Vt sic sit eius ratio explicitè: Dos est perpetuus animę & corporis ornatus particularizatus secundũ mensuram cuiusq; vitę sufficiens; in æterna beatitudine iugiter perseuerans. Clarum autem est, ꝙ Christo neq; datus est dum hic viueret, neque datur dũ secundum humanitatem etiã est in patria, spiritus, i. dona Spiritus sancti ad mensurã ex Io. 3. Vnde non mirũ, quòd cõclusio præsens sic de Christo loquatur. Si n. sumatur ratio dotis pro tota ipsius rõne, i. diffinitione, clarum est, ꝙ omnino non conuenit Christo, cũ non habeat dona illa vt particularizata: si autem sumatur rõ dotis pro parte eius, tunc conuenit Christo; cum in ipso sit animæ & corporis ornatus, vitæ sufficiens, in æterna beatitudine iugiter perseuerans. Et ideo quasi conclusiuè dr̃ in tex. ꝙ dotes etiã quando conueniunt Christo, nõ ita propriè conueniunt, sicut alijs sanctis. Alijs enim sanctis cõueniunt secundum omnes, singulasque particulas diffinitionis dotis.

*Dos quomodo diffinitur completè.*

** Cassiod. super illud Psal. 18. in sententia.*

*† Lib. 3. c. 31. tom. 3.*

** Gl. interlin. ibid.*

¶ COROLL. Ex his ergo breuiter, absoluteque dicas; ꝙ simpliciter sunt dotes secũdum rationem suam in sanctis; in Christo autem non simpliciter, sed secundum quid.

¶ EXAM. Ly ea tamen &c. Hoc est, dotes materialiter sumptę sunt in Christo; licet formaliter sumptæ, i. secundum rationẽ dotis, non sint in eo.

¶ PROB. Quia præsupponitur clara.

¶ NOT. Et meritò. Hoc ex responsionibus argumentorum magis patebit.

1^m maior. Sancti Christo per gloriam conformantur. ℞. Secundum id quod est dos: non secundũ rationem dotis. §. Hoc est (loquendo de dotibus) materialiter, non formaliter. Vide suprà post concl. Tunc nihil &c. vt patet.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum competat Christo habere dotes.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christo cõpetat habere dotes. Sancti enim Christo per gloriam conformantur, vnde dicitur Philippen. 3. Reformabit corpus humilitatis nostrę configuratum corpori claritatis suæ, ergo etiã Christus dotes habet.

¶ 2 Præterea. In spirituali matrimonio assignantur dotes ad similitudinem matrimonii corporalis: sed in Christo inuenitur quoddam matrimonium spirituale, quod est sibi singulare, scilicet duarum naturarum in vna persona, secundum quòd dicitur natura humana in ipso esse desponsata à verbo, vt patet ex Glos. * super illud Psalmi 18. In Sole posuit tabernaculum, &c. & Apocalyp. 21. Erit tabernaculum Dei cum hominibus; ergo & Christo competit habere dotes.

¶ 3 Præterea. Vt dicit August. † in libro de doctrina Christiana, Christus secundum regulã Thiconii propter vnitatem corporis mystici, quæ est inter caput, & membra, nominat se sponsum, & sponsam, vt patet Isa. 61. Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis; cum ergo debeantur dotes sponsæ, oportet, vt videtur, in Christo ponere.

¶ 4 Præterea. Omnibus membris Ecclesiæ debetur dos, cum Ecclesia sit sponsa: sed Christus est Ecclesiæ membrum, vt patet 1. Corin. 12. Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Glos. * id est, de Christo, ergo Christo debentur dotes.

¶ 5 Præterea. Christus habet perfectam visionem, fruitionem, & delectationem, hæc autem ponuntur dotes, ergo &c.

SED CONTRA. Inter sponsum, & sponsam exigitur distinctio personarum: sed in Christo nõ est aliquid personaliter distinctum à filio Dei, qui est sponsus, vt patet Ioan. 3. Qui habet sponsam, est spõsus; ergo cum dotes sponsæ assignẽtur, vel pro sponsa, videtur quòd Christo non competat habere dotes.

¶ Præt. Non est eiusdem dare, & recipere dotes: sed Christus est, qui dat dotes spirituales, ergo non Christo competit dotes habere.

RESPON. Dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd in Christo est triplex vnio. Vna, quæ dicitur consentanea, qua vnitur Deo per connexionem amoris, alia condignatiua, qua humana natura vnitur diuinæ: tertia, qua ipse Christus vnitur Ecclesiæ. Dicunt ergo, quòd secundũ duas primas vniones cõpetit Christo habere dotes sub ratione dotis, sed quãtum ad tertiam conuenit ei, id quod est dos excellentissime, non tamẽ sub ratione dotis, quia in tali coniũctione Christus est vt sponsus; sed Ecclesia vt sponsa, dos autem datur sponsæ quantũ ad proprietatem, & dominium, quamuis detur spõso ad vsum. Sed hoc nõ videtur esse conueniens. In illa enim cõiunctione, qua Christus vnitur patri per cõsensum amoris, etiam inquantum Deus, non dicitur aliquod matrimoniũ esse, quia non est ibi aliqua subiectio, quam oportet esse sponsæ ad sponsum. Similiter etiam nec in coniunctione humanæ naturæ ad diuinam, quæ est in vnione personæ, vel etiam per conformitatem voluntatis, potest esse ratio dotis propter tria. Primo, quia exigitur conformitas naturæ inter sponsum, & sponsam in matrimonio illo, in quo dantur dotes, & hoc deficit in coniunctione humanæ naturæ ad diuinam. Secundo, quia exigitur ibi distinctio personarum: humana autem natura non est personaliter distincta à verbo. Tertio, quia dos datur quando spõsa de nouo traducitur in domum sponsi, & sic videtur ad sponsam pertinere, quòd de nõ coniuncta fit coniuncta. Humana autem natura, quæ est assumpta in vnitate personæ à Verbo nũquam fuit quin esset perfectè coniuncta. Vnde secundum alios dicendum, quòd vel omnino non conuenit Christo ratio dotis; vel nõ ita propriè sicut alijs Sanctis: ea tamen, quę dotes dicuntur, excellẽtissimè ei conueniunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ conformatio illa est intelligẽda secundum id, quod est dos, & non secundum rationem dotis, quæ sit in Christo. Non. n. oportet ꝙ illud, in quo Christo cõformamur, sit eodem modo in Christo, & in nobis.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd natura humana non propriè dicitur sponsa in coniunctione illa, qua Verbo coniungitur, cum non seruetur ibi personarum distinctio, quæ inter sponsum, & sponsam requiritur. Sed, quòd quandoque dicatur desponsata humana natura, secundum quòd Verbo coniuncta est, hoc est inquantum habet aliquem actum sponsæ, quia scilicet inseparabiliter coniungitur, & quia in illa coniunctione humana natura est Verbo inferior, & per Verbum regitur, sicut sponsa per sponsum.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ hoc, ꝙ aliquando dicitur Christus sponsa, non est quia ipse verè sit sponsa: sed inquantum sibi assumit personam sponsæ suæ, scilicet Ecclesiæ, quę est ei spiritualiter coniuncta: vnde nihil prohibet, quin per illum modum loquendi possit dici habere dotes, non quòd ipse habeat: sed quia Ecclesia habet.

2^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Licet enim coniuncta sit Christo humana natura in incarnatione: tamen natura illa nõ propriè dicitur sponsa Christi in coniunctione hac, cũ non seruetur ibi personarum &c. vt in tex. Ex consequẽti non potest concludi per hoc propriè, ꝙ in Christo sint dotes.

¶ NOT. Quoniã textus dixit humanam naturam non propriè dici sponsam Christi per incarnationem: ideo satagit, alio modo saluare dictum commune, quo sponsa vocatur: & hoc ibi ly sed ꝙ quãdoque dicatur desponsata humana natura secundum ꝙ &c. vsque in finem.

¶ EXAM. Ly desponsata. Vt Psal. 18. Tanquã sponsus procedens de thalamo suo. Hoc tamen põt dici (& forsan melius) ꝑp venerandam sibi Ecclesiam per fidem incarnationis; ad quam sibi coniungendam tunc humanatus Deus procedebat: tanquàm si quis sponsus futurus procedebat ad desponsandum sibi aliquã, quam in animo præelegerat.

¶ Ly cum non seruetur ibi personarum distinctio. Scilicet vt alia duo dicta in corp. secũ trahit. Ad hoc enim ꝙ personę nõ sunt distinctæ in incarnatione, sed vna tantũ diuina, sequitur; & quòd non sit conformitas naturarũ inter sponsum & spõsam, & quòd nõ fiat de non coniuncta, coniuncta. Sed melius hæc intelliges in tex. corp.

3^m de concl. e In Christo. ℞. Inquantũ induit personã sponsæ suæ: non inquantum Christus est. §. Tunc nihil &c. vt patet.

Quartum

4^m de maiori. Membris Ecclesiæ. ℞. Vt Ecclesia nominat tantùmodo corpus: non vt nominat caput & membra coniuncta. §. Tunc &c. vt patet in tex. si bene applicetur.

5^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Conceditur. §. Sed nihil &c. Non enim stat difficultas apud cōclusionem in haberi dotes a Christo, sed in haberi ipsas sub ratione dotis. Ita quòd Christum aliquo modo habere dotes, non est contra conclusionem: contra quam tamen esset, Christum habere dotes sub ratione dotis.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum esse à Ioanne 3. quòd Christo non competit habere dotes: & sic. Quem misit Deus verba Dei loquitur. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Hæc ibi; scilicet ei, quem misit. Cum ergo Christo data esse dona spiritus non ad mensuram dicat, testificatur per hoc, ꝙ Christo propriè sicut sanctis dotes non conueniunt: quoniam particularizatæ non sunt in eo. Vide suprà exam. post conclus. Item ab eod. 1. Plenum gratiæ & veritatis; & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Hæc ibi. Vbi ratio dotium excluditur à Christo, & affirmatur de alijs sanctis: vt patet inspicienti & applicanti, secundum ꝙ nunc suprà ex Io. 3. Item ab eod. 3. Qui habet spōsam, sponsus est. Hæc ibi. Itē à 2. Cor. 10. Despōdi vos vni viro virginē castam exhibere Christo. Hæc ibi. Vbi & denotatur Christum esse spōsum: & per consequens ei non conuenire dotes. Nam spōsæ, non autem sponso propriè secundum iura conueniunt ex artic. 1. Secundò habes: quomodo per rationē prædicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Ad quartum dicendum, ꝙ nomē Ecclesiæ dupliciter accipitur. Quandoque nominat tantummodo corpus, quod Christo cōiungitur sicut capiti, & sic tantū Ecclesia habet rationem sponsæ: sic verò Christus non est Ecclesiæ membrum: sed est caput influēs omnibus Ecclesię mēbris. Alio modo accipitur Ecclesia secundum quòd nominat caput, & membra coniuncta, & sic Christus dicitur membrum Ecclesię, inquantum habet distinctum officiū ab omnibus alijs, scilicet influere vitam, quamuis non multum propriè dicatur membrum, quia membrum importat † particularitatem quandam: in Christo autem bonum spirituale non est * particulatum: sed est totaliter integrum. Vnde ipse est totum esse Ecclesiæ bonum, nec est aliquid maius ipso, & alijs, quàm ipse solus. Sic autem loquendo de Ecclesia, Ecclesia non solum nominat sponsam: sed sponsum, & sponsam, prout per cōiunctionem spiritualem est ex eis vnum effectum, vnde licet Christus aliquo modo dicatur membrum Ecclesiæ, nullo tamen modo potest dici membrum sponsæ, & sic ei non conuenit ratio dotis.

† Al. particularitatem.

* Al. particulatum.

Ad quintum dicendū, quòd in processu illo, est fallacia accidentis. Non enim illa Christo conueniunt, secundum quòd habent rationem dotis.

---

SVPER Q. CXXVI. Aliàs 95. Art. IIII.

408

Concl. 1. Ea, quæ ad dotes animæ ꝑtinent, non est dubium Angelis, sicut & hominibus conuenire; sed secundum rationem dotis nō ita eis sicut in hominibus conueniunt.

¶ Exam. Ly ad dotes animæ. Hoc dicitur ad differētiam dotium corporis, quæ nullo modo in Angelis sunt.

¶ Ly quæ ad dotes animæ pertinent. Hę dotes sunt tres illę, de quibus art. 5.

¶ Ly secundum rationem dotis. Scilicet positam art. 1. corp. princ. cum limitatione adiuncta arti. 3.

¶ Prob primò: Quia patet. Secunda autem pars, s. sed &c. probatur: Quia non ita propriè conuenit Angelis ratio sponsæ, sicut hominibus (cùm non habeant conformitatē cū Christo secundum aliquam naturam, puta humanā, vel diuinam).

¶ Coroll. Ergo ratio spōsæ sicut & sponsi est conuenire ad inuicem secundum conformitatem naturę creatæ. Dico creatæ, ad differentiam personarum diuinarū; quibus, licet sit conformitas naturæ increatæ inquantū omnes personæ conueniūt in eadem numero natura diuina, non conuenit ratio sponsæ articu. 3. corp. circa med. & consequenter nec sponsi, cum dicantur correlatiuè sponsus & sponsa.

¶ Not. Aduerte, ꝙ (vt ex textu habetur) Angeli conueniunt cū Christo in hoc, ꝙ non habent rationem dotis, sed differūt in hoc alio, quia Angeli eam nō habent ex eo quòd carēt natura humana. Christus vero rationem illam non habet, quia non habet dona limitata, artic. 3. Conueniunt ergo in non habendo illam: sed disconueniunt in ratione non habēdi.

¶ Concl. 2. Ex negatione naturæ humanæ in Angelis non potest simpliciter haberi, ꝙ dotes eis non conueniant: sed solum quod nō ita propriè sicut hominibus.

¶ Prob. primò: Quia in his, quæ metaphoricè dicuntur, non potest ex aliqua dissimilitudine concludi, quod aliquid de aliquo metaphoricè non prædicetur (cum similitudo nō teneat quantum ad omnia): & nomen sponsæ, atque dotis metaphoricè dicuntur de Angelis. Secunda autem pars, s. sed solū &c. probatur: Quia dissimilitudo prædicta in prima conclus. hoc monstrat.

Metaphoricè dicta quoddā peculiare habēt in prædicando.

Primum

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum Angeli habeant dotes.*

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd Angeli habeant dotes. Quia super illud Cant. 6. Vna est columba mea, dicit Glos. Vna est Ecclesia in hominibus, & angelis: sed Ecclesia est sponsa, & sic membris Ecclesiæ conuenit habere dotes, ergo angeli dotes habent.

¶ 2 Præterea. Lucæ 12. super illud: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptiis, dicit * Glossa. Ad nuptias Dominus iuit, quando post resurrectionem nouus homo angelorum sibi multitudinem copulauit; ergo angelorum multitudo est sponsa Christi, & sic angelis debentur dotes.

*Glo. ord. ibid.

¶ 3 Præterea. Spirituale matrimonium in spirituali coniunctione consistit: sed spiritualis coniunctio non est minor inter angelos, & Deum, quā inter homines beatos, & Deum; ergo cum dotes, de quibus nunc agimus, ratione spiritualis matrimonii assignentur, videtur, quòd angelis conueniant dotes.

¶ 4 Præte. Spirituale matrimonium requirit spiritualem sponsum, & spiritualem sponsam: sed in Christo, inquātum summus spiritus, magis sunt conformes in natura angeli, quàm homines; ergo magis potest esse spirituale matrimonium angelorum ad Christum, quàm hominum.

¶ 5 Præterea. Maior conuenientia exigitur inter caput, & membra, quàm inter sponsum, & sponsam: sed conformitas, quæ est inter Christum, & Angelos, sufficit ad hoc, ꝙ Christus dicatur caput angelorum, ergo eadem ratione sufficit ad hoc, ꝙ dicatur sponsus respectu eorum.

Sed contra. Origenes * super Cantica, distinguit quatuor personas, scilicet sponsum, & sponsam, adolescentulas & sodales sponsi, & dicit, quòd angeli sunt sodales sponsi; cum ergo dotes non debeantur nisi sponsæ, videtur, quòd angelis dotes non conueniant.

*In prologo in secūdā expositionem in Cantica, non longè à princ.

¶ Pręt. Christus desponsauit sibi Ecclesiam per incarnationem, & passionē. Vnde figuratur per hoc, quod dicitur Exodi 4. Sponsus sanguinum tu mihi es: sed Christus per passionem, & incarnationem non aliter fuit coniunctus angelis quàm prius erat; ergo angeli non pertinent ad Ecclesiam, secundum quòd Ecclesia dicitur sponsa, ergo angelis non conueniunt dotes.

Respon. Dicendum, quòd ea, quæ ad dotes animæ pertinent, non est dubium, angelis sicut & hominibus conuenire: sed secundum rationem dotis non ita eis sicut hominibus conueniunt, eo quòd non ita propriè conuenit, angelis ratio sponsæ sicut hominibus. Exigitur enim inter sponsum, & sponsam naturæ conformitas, vt scilicet sint eiusdem speciei. Hoc autem modo homines cum Christo cōueniunt, inquantum naturam humanam assumpsit, per quam assumptionem factus est conformis in natura speciei humanę omnibus hominibus; angelis autem non est conformis secundum vnitatem speciei, neque secundum naturam diuinam, neque secundum naturam humanam: & ideo ratio dotis non ita propriè conuenit angelis sicut hominibus. Cùm tamen in his, quæ metaphoricè dicuntur, non requiratur similitudo quantum ad omnia, non potest ex ali-

**1m illatio conclusionis.** Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam quamuis Angeli pertineant ad vnitatem Ecclesiæ &c. vt in tex.

**2m ex Glossa.** Est sponsa. ℞. Largè accepta: non, propriè. §. Tunc nihil &c. Conclusio enim intelligitur de sponsa, accipiendo propriè hoc nomẽ, non largè.

**3m de concl.** Spiritualis mřimonij. ℞. Habentis perfectam rationem matrimonij: non, imperfectam. §. Tũc nihil &c. Nam spirituale matrimonium inter Christum & Angelos non habet perfectam rationem matrimonij, ex eo quòd non cõueniunt in specie naturæ; licet ibi sit coniunctio spiritualis, non minor quantum ad beatitudinem, quàm sit inter homines beatos, & Deum.

**4m de maiori.** Spirituale matrimoniũ. ℞. Secundum imperfectam rationem matrimonij: non, secundum perfectã. §. Licet enim sufficiat ad spirituale matrimoniũ secundum imperfectam rationem, quod ibi sit spiritualis sponsus, & spiritualis sponsa simpliciter, id est nihil aliud addendo (vt maior illa intelligit): tamen ad idem matrimonium secundum rationem eius perfectam, vltra quòd ibi est spiritualis sponsus & sponsa, requiritur ad inuicem conuenientia in specie. Tunc nihil &c. Nam sermo præsupponitur esse in conclusione de spirituali matrimonio secundum perfectam rationem tantum.

**5m maior.** Maior conuenientia exigitur inter caput & membra, quàm inter sponsum & sponsam. ℞. Negatur ista. §. Nam inter caput & membra sufficit conuenientia proportionis, licet ibi non esset conuenientia naturæ specificæ: inter sponsum verò & sponsam requiritur cum hoc conuenientia secundum naturam specificam.

¶Not. Conuenientia proportionis attenditur in hoc, q vnum regit, & aliud regitur. Et ideo dictũ est, quòd inter sponsum & sponsam talis conuenientia requiritur, cũ sponso conueniat regere sponsam, & illam regi.

¶Exam. Ly secundum se. Hoc dicitur ad differentiam relationis ad totum. Et in hoc mirum quoddam apparet, q ea, quę secundum se specie diuersæ sunt, relata ad totum sint quodammodo eiusdem speciei. Quodammodo, inquàm, prout conueniant in toto aliquo, quod est vnius speciei.

¶Ly nec Christus proprie dicitur caput Angelorum secundum illam &c. Hoc est quædam declaratio. 3. par. q. 8. artic. 4. vltra quòd etiam vicissim iuuatur pro quanto susius ibi declaratur, quomodo Christus sit caput Angelorum.

ex aliqua dissimilitudine concludi, quòd metaphoricè aliquid de aliquo non prædicetur, & sic ex ratione inducta non potest simpliciter haberi, quòd angelis dotes non conueniant: sed solum quòd non ita propriè, sicut hominibus ratione dissimilitudinis prædictæ.

Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis angeli pertineant ad vnitatem Ecclesiæ, non tamen sunt membra Ecclesiæ, secundum quòd Ecclesia dicitur sponsa per conformitatem naturę, & sic non conuenit eis propriè habere dotes.

Ad secundum dicendũ, quòd desponsatio illa largè accipitur pro vnione, quæ non habet conformitatem naturæ in specie; & sic etiam nihil prohibet, largè accipiendo dotes, ponere dotes in angelis.

Ad tertium dicẽdum, quòd quãuis in matrimonio spirituali non sit nisi coniunctio spiritualis, tamen illos, qui cõiunguntur ad perfectam matrimonii rationem, oportet in specie naturæ cõuenire, & propter hoc desponsatio propriè ad angelos non pertinet.

Ad quartum dicẽdum, quòd illa conformatio, qua angeli conformantur Christo, inquãtum est Deus, non est talis, quæ sufficiat ad perfectam rationem matrimonii, cũ non sit secundum conuenientiam in specie: sed magis adhuc remanet infinita distantia.

Ad quintum dicendũ, q nec etiã Christus propriè dr̃ caput angelorum, s̃m illam rationẽ, qua caput requirit conformitatẽ naturæ. Tamẽ sciendum, q licet caput, & alia membra sint partes indiuidui vnius speciei; si tamen vnumquodque per se consideretur, non est cũ alio eiusdem speciei: manus enim habet aliam speciem partis à capite. Vnde loquendo de membris secundũ se, non requiritur inter ea alia conuenientia, quàm proportionis, vt vnũ ab alio accipiat, & vnum alii subseruiat, & sic conuenientia, quę est inter Deum, & angelos, magis sufficit ad rationem capitis, quàm ad rationem sponsi.

APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationẽ ostendas, meritò insinuatũ à Symbolo fidei, q Angeli non habẽt proprie dotes: & sic. Qui propter nos homines, & propter nostrã salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est, & passus. Hæc ibi. Vbi nota ly pp nos homines, ad differentiam Angelorum, pro qbus saluandis neque incarnatus, neque passus est. Et quia talis salutis initiũ est fides, vt declarat Concil. Trid. sess 6. c. 8. Cùm Apostolus dicit iustificari hominem per fidẽ, ea verba in eo sensu intelligẽda sunt, quẽ perpetuus Ecclesiæ catholicæ consensus tenuit, & expressit; vt scilicet per fidẽ ideo iustificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorũ eius consortiũ peruenire. Hæc ibi. Et quia, inquã, fides est talis salutis initium: ideo incarnatus & passus est, vt hominib. fidem conferret, mediante qua animæ eorũ fiunt eius sponsæ, iuxta illud Oseæ 2. Vbi ad animam Christus dicit, sponsabo te mihi in fide. Et licet Angeli habuerunt fidem, tamen de illis nunq̃ dictum est simile quid, vt in Osea, qui tanquàm speciale quoddã, ad differentiam Angelorum, dixit illud: Nec mirum de ista differentia: qm̃ s̃m Apostolum ad Hebræos. Nusquã Angelos filius Dei apprẹhendit, sed semen Abrahæ. Hoc est Angeli nõ conueniunt cũ Christo in natura creata. Patet autẽ, q inter sponsum & sponsam exigitur talis conuenientia. Cùm igitur scripturæ ostendant (vt connectentib simul prædicta patet) animas hominũ proprie dici sponsas Christi, non autem Angelos, relinquitur vt intelligamus eas per hoc simul demonstrasse, q Angeli propriè dotes non habent sicut homines: cum dotem proprie non nisi sponsa habeat. Faciunt etiam hæc ad art. 1. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

2

3

---

SVPER Q. CXXVI. Aliàs 95. Art. V.

409 S. Tho. 4. d. 46. q. 4. ar. 5. q. 1.

Concl. 1. Ab omnibus communiter ponuntur tres animæ dotes: diuersimodè tamen.

¶Prob. primò: Quia præsupponitur clara. Secunda autem pars, s. diuersimodè &c. patet in tex.

¶Concl. 2. Dotes sunt, visio, dilectio, & fruitio: & correspondẽt tribus virtutibus theologicis.

¶Exam. Ly dotes, scilicet vt à visibilibus ad inuisibilia hoc nomẽ Dos, trãsfertur. Et hoc modo Dos (vt declaretur ly ornatus, quod ponitur in diffinitione eius art. 1. corp.) est aliquid animæ inhærens, per quod ordinatur ad operationẽ in qua consistit beatitudo. Et per hoc, vt dictum est, declaratur magis ly ornatus.

¶Ly visio. Hoc continet implicite alia duo, scilicet dilectionem, & fruitionem, vt declaratur in tex. Et ideo non mirum de illo tritissimo Augustini* dicto, scilicet quòd visio est tota merces. Nam sumit visionẽ, prout illa tria dicit.

¶Ly dilectio. Scilicet, vt est conuenientia ex parte rei visibilis. Vnde

*lib. 1. c. 4. tom. 3.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum conuenienter ponantur tres animæ dotes.*

Ad quintum sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter ponantur tres esse animæ dotes, scilicet visio, dilectio, & fruitio. Anima enim cõiungitur Deo secundũ mentem, in qua est imago Trinitatis, secundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem: sed dilectio ad voluntatem pertinet, visio ad intelligentiã, ergo debet aliquid poni, quod memoriæ respondeat, cum fruitio non pertineat ad memoriam: sed magis ad voluntatem.

¶2 Præt. Dotes beatitudinis dicuntur respondere virtutibus viæ, quibus Deo coniungimur, quæ sunt fides, spes, charitas, quibus est ipse Deus obiectum: sed dilectio respondet charitati, visio autem fidei, ergo deberet aliquid poni, quod pertineret ad spem, cum fruitio magis pertineat ad charitatem.

¶3 Præt. Deo non fruimur nisi per dilectionem, & visionem; illis enim dicimur frui, quæ diligimus propter se, vt patet per August. in lib. de Doctrina Christiana; ergo fruitio non debet poni alia dos à dilectione.

¶4 Præterea. Ad perfectionem beatitudinis requiritur comprẹhensio, 1. Corinth. 9. Sic currite, vt comprẹhendatis, ergo debet adhuc quarta dos poni.

¶5 Præterea. Anselmus* dicit, quòd

* In lib. de similitudinib. c. 48.

pertinent ad beatitudinem animę sapientia, amicitia, cócordia, potestas, honor, securitas, gaudium, & sic videntur prædictæ dotes inconuenienter assignati.

¶6 Præt. August.† in fi. de Ciui. Dei, dicit, quòd Deus in illa beatitudine sine fide videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur; ergo laus præsignatis dotibus annumerari debet.

¶7 Præterea. Boetius ponit quinque ad beatitudinem pertinentia in 3. de Consolat. quæ sunt hæc, Sufficientia, quam promittunt diuitiæ, iocunditas, quam promittit voluptas: celebritas, quam promittit fama: securitas, quam promittit potentia: reuerentia, quam promittit dignitas, & sic videtur quòd potius ista deberent assignari quàm prædicta.

RESPON. Dicendum, quòd ab omnibus communiter tres ponuntur animæ dotes, diuersimodè tamen. Quidam enim dicunt, quòd tres dotes animæ sunt, visio, dilectio, & fruitio: quidã verò, quòd sunt visio, comprehensio, & fruitio; quidam verò, quòd sunt visio, dilectio, & comprehensio. Omnes tamen hæ assignationes reducuntur in idem, & eodé modo earum numerus assignatur. Dictum * enim est, quòd dos est aliquid animę inhærens, per quod ordinat ad operationem, in qua consistit beatitudo. In qua quidé operatione duo requiruntur, s. ipsa substantia operationis, quæ est visio, & perfectio eius, quæ est delectatio. Oportet enim beatitudinem esse operationem perfectam. Visio autem aliqua est delectabilis dupliciter. Vno modo ex parte obiecti, inquantum id, quod videtur, est delectabile. Alio modo ex parte visionis, inquantum ipsum videre, delectabile est, sicut delectamur in videndo mala, quamuis mala non delectent nos: & quia operatio illa, in qua vltima beatitudo consistit, debet esse perfectissima, ideo requiritur, quòd visio illa sit vtroque modo delectabilis. Ad hoc autem, quòd visio illa sit delectabilis ex parte visionis requiritur quòd sit facta connaturalis vidéti per aliquem habitum: sed ad hoc quòd sit delectabilis ex parte visibilis requiruntur duo, quod scilicet ipsum visibile sit cóueniens, & quòd sit coniunctum. Sic ergo ad delectabilitatem visionis ex parte sui requiritur habitus, qui visionem eliciat, & sic est vna dos, quæ dicitur ab omnibus visio, sed ex parte visibilis requiruntur duo, scilicet cóuenientia, quæ est per affectum, & quantum ad hoc ponitur à quibusdam dos, dilectio, & à quibusdam fruitio, secúdum quòd fruitio ad affectum pertinet. Illud enim quòd summè diligimus, conuenientissimum æstimamus. Requiritur etiam ex parte visibilis coniunctio, & sic ponitur à quibusdam cóprehensio, quæ nihil est aliud quàm in præsentia Deum habere, & in seipso tenere. Sed secundum alios, fruitio prout est non spei, sicut est in via, sed iam rei, sicut est in patria. Et sic dotes respondent tribus virtutibus Theologicis, scilicet visio, fidei: spei verò comprehensio, vel fruitio secundum vnam acceptionem: charitati verò fruitio, vel delectatio secúdum assignationem aliam. Fruitio enim perfecta, qualis in patria habebitur, includit in se dilectionem, & comprehensionem, & ideo à quibusdam accipitur pro vno, à quibusdam verò pro alio. Quidam verò attribuũt has tres dotes tribus animæ virtutibus, visionem scilicet rationali: dilectionem concupiscibili: fruitionem verò irascibili. Inquantum talis fruitio est per quandam victoriam adepta, sed hoc non propriè dicitur, quia irascibilis, & concupiscibilis non sunt in parte intellectiua, sed in parte sensitiua, dotes autem animæ ponuntur in ipsa mente.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd memoria, & intelligentia non habent nisi vnam operationem, vel quia ipsa intelligentia est operatio memoriæ, vel si intelligentia dicatur esse potentia quædam, memoria non exit in operationem nisi mediante intelligentia, quia memoriæ est notitiam tenere: vnde etiam memoriæ, & intelligentiæ non respondent nisi vnus habitus, s. notitia, & ideo vtrique respondet tantum vna dos, scilicet visio.

AD SECVNDVM dicendum, quòd fruitio respondet spei inquantum includit comprehensionem, quæ spei succedet: quod enim speratur, nondum habetur, & ideo spes quodammodo affligit propter distantiam amati: & propter hoc in patria non remanet, sed succedet ei comprehensio.

AD TERTIVM dicendum, quòd fruitio, secundum quòd comprehensionem includit, distinguitur à visione, & dilectione, alio tamen modo quàm dilectio à visione. Dilectio enim, & visio diuersos habitus nominãt, quorum vnus pertinet ad intellectum, alter verò ad affectum. Sed comprehensio, vel fruitio, secundum quòd ponitur pro comprehensione, non importat alium habitum ab illis duobus: sed importat remotionem impedimentorum, ex quibus efficiebatur, vt non posset mens Deo quasi præsentialiter coniungi: & hoc quidem fit per hoc, quòd ipse habitus gloriæ animam ab omni defectu liberat, sicut quòd facit eam sufficiétem ad cognoscendum sine phantasmatibus, & ad prædominãdum corpori, & ad alia huiusmodi, per quæ excluduntur impedimenta, quibus fit vt nunc peregrinemur à Domino.

AD QVARTVM patet responsio ex dictis.

AD QVINTVM dicendum, quòd propriè dotes sunt immediata principia illius operationis, in qua perfecta beatitudo consistit, per quam anima Christo coniungitur. Alia autem, quæ * Anselmus enumerat, non sunt huiusmodi: sed sunt qualitercumque beatitudinem concomitantia, vel consequentia, non solum in comparatione ad spõsum, ad quem sola sapientia, inter enumerata ab eo, pertinet, sed etiam in comparatione ad alios, vel pares, ad quos pertinet amicitia, quantum ad vnionem affectuum, & concordia quantum ad consensum in agendis; vel ad inferiores, ad quos pertinet potestas, secundum quòd à superioribus inferiora disponũtur; & honor, secundum id, quod ab inferioribus, superioribus exhibetur; & etiam per comparationem ad seipsum, ad quos pertinet securitas, quantum ad remotionem mali, & gaudium, quantum ad adeptionem boni.

AD

† lib. 22. c. vlt. inter princip. & med.

* lib. 3. pro 10 à med. illius.

* Aliàs 2. huius qst. corp.

* In lib. de similitudinib. c. 44.

Vndè (vt dicetur) dilectio respondet charitati: quoniam illa summè chara habemus, quę conuenientissima æstimamus.

¶ Ly fruitio. Hoc nomen quãdoque est idẽ dilectioni, & sic non sumitur hic. Alioquin esset superfluitas in cóclusione, vltra quòd essent solum realiter duę dotes, licet nominaliter tres: quandoque est idem quod compręhensio, id est tentio alicuius rei præsentis. Et hoc modo sumitur hic. In vniuersum igitur loquendo dicendũ, quòd fruitio cõtinet dilectionem & compręhensionem, & hæc dicitur fruitio perfecta: sed vt diximus, non sumitur in cóclusione pro dilectione, sed tantum pro cópręhensione, quæ succedit dilectioni. Vt sic dicatur. Fruitio est tentio rei dilectæ.

¶ PROB. primò: Quia dos est aliquid ordinatum ad perfectam operationem, in qua consistit beatitudo: & hæc operatio nó potest esse sine visione, dilectione, & fruitione, (patet in tex.) 2. Quia visio correspondet fidei, dilectio charitati, fruitio spei.

## 1m illatio conclusionis. Ergo &c.

℞. Negatur illatio. §. Si videlicet per ly aliquid intelligat aliquid aliud ab operatione, quę pertinet ad intelligentiam. Tunc nihil &cæt. Nam visio etiã memoriæ correspondet: vt ex textu colligitur.

## 2m illatio conclusionis. Ergo deberet &c.

℞. Negatur illatio. §. Nam fruitio est illa dos, quæ pertinet ad spem. Ad rationem respõdetur, quòd fruitio pro comprehensione sumpta (vt hic sumitur) non respicit magis charitatem: licet fruitio, vt est idẽ dilectioni (secundum quòd sumitur in argumento) magis respiciat ipsam.

## 3m conclusio.

Fruitio non debet poni alia dos à dilectione. ℞. Nisi distingueretur à dilectione. §. Tunc nihil &c. Fruitio enim secundum quòd compręhensionem dicit (prout accipitur nunc), distinguitur à dilectione. Nam dilectio dicit habitum: fruitio autem, quæ est compræhensio non dicit habitum alium, sed remotionem impedimentorum coniunctionis præsentialis ad Deum: vt in tex. declaratur.

## 4m conclusio.

Debet adhuc quarta dos poni. ℞. Nisi fruitio esset nunc idẽ quod compręhensio. §. Tunc nihil &c. vt patet.

## 5m ex Anselmo. Pertinent ad beatitudinẽ.

℞. Tanquàm ipsam aliqualiter consequentia: non tanquã ipsius propriæ dotes. §. Tunc nihil &c. Nam fit tantum sermo in præsenti de dotibus propriè beatitudinis: non autem de quibuscũque aliter pertinentibus ad illam.

Sextum

6^m^ conclusionis illatio. Ergo &c. ℞ Negatur illatio. §. Nam laus non est dos, sed consequens ad beatitudinem.

7^m^ de antecedente. Ad beatitudinem pertinentia. ℞. Tanquàm ipsius conditiones: non tanquàm dotes. §. Tunc nihil &cęt. vt patet ex dictis.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum à 1. Corint. 13. quòd tres sunt dotes animę correspondentes fidei, spei, & charitati: & sic. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc manent fides, spes, charitas: maior autem horum est charitas. Hæc ibi. Vbi dicens, ꝙ nunc videmus per speculum, tunc autem facie ad faciem, & subdens de tribus illis monstrat per hoc à simili, quòd sicut visio perfecta correspondet fidei, ita aliquid perfectum correspódebit spei, & aliquid item perfectum correspondebit charitati. Ac si dixisset, videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem habebimus aliquid perfectum visioni huic respondens; speramus nunc id quod non habemus, habebimus tunc aliquid huic spei perfectè respondens; charitate amamus nunc imperfectè, amabimus tunc perfectè. Ecce intentum. Illud enim perfectum respondens fidei est dos illa, quæ vocatur visio, respondens autem spei est alia dos, quæ vocatur fruitio, i. comprehensio; correspondens verò charitati est dos alia, quæ vocatur dilectio. Item à Ioan. 17. Hęc est vita æterna, vt cognoscant te solú verum Deum. Hęc ibi. Et Cant. 3. Tenui eum, nec dimittam. Hæc ibi. Et Isa. 31. Dixit Dominus, cuius ignis est in Syon, & caminus eius in Hierusalé. Hæc ibi. Per hæc siquidè designantur dotes animę: visio per Ioanné, comprehensio per Cantic. dilectio per Isa. Qui tãquàm à notiorib. nobis loquens, dilectionem ipsam in præsenti vocat ignem, & in patria vocat caminum ignis.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Secundò habes: quomodo per rationé prædicta scripturarum pro quanto q. l' diximus insinuát, & intelligas, & defendas. Tertiò vides: quo ex ijs vicissim Ang. doctrina hæc & declaretur, & cõsolidetur.

AD SEXTVM dicendum, quòd quæ ab Augustino * ponitur tertium eorum, quæ in patria erunt, non est dispositio ad beatitudinem: sed magis ad beatitudinem consequens, ex hoc enim ipso, quòd anima Deo cõiungitur, in quo beatitudo consistit, sequitur, quòd in laudem prorumpat, vnde laus non habet rationem dotis.

AD SEPTIMVM dicendũ, quòd illa quinque, quæ enumerat Boetius, sunt quædam beatitudinis conditiones, non autem dispositiones ad beatitudiné, vel ad beatitudinis actum: eo ꝙ beatitudo ratione suæ perfectionis sola, & singulariter habet per seipsam quicquid ab hominib. diuersis quæritur, vt patet per Philosophum * in primo & decimo Ethic. & secundum hoc ostendit * Boetius illa quinque in vera beatitudine esse, quia hæc sunt, quæ ab hominibus in vera fœlicitate téporali quæruntur, quæ vel pertinent ad immunitatem à malo, sicut est securitas, vel ad consecutionem boni conuenientis, sicut iocunditas, & perfectio sicut sufficientia: vel ad manifestationem boni, sicut celebritas, inquantum bonum vnius est in notitia multorũ, & reuerentia inquantum illius notitię, vel boni signum aliquod exhibetur, reuerentia .n. consistit in exhibitione honoris, qui est testimonium virtutis. Vnde patet, ꝙ ista quinque non debent dici dotes, sed quædam beatitudinis conditiones.

*li 22. de Ciu. c. vlt. inter prin. & med. tomo 3.

*lib. 1. c. 7. à med. c. 5. † lib. 3. de cõsolatio. prosa 10.

---

SVPER Q. CXXVII. Aliàs 96. Art. 1.

COncl. 1. Præmiũ essentiale metaphoricè dicitur corona, vel aurea.

¶ Exam. Ly præmium essentiale. Hoc dicitur, quia sine eo beatitudo consistere nõ potest; & hoc, sine alijs etiam, beatitudo est; iuxta illud Augustini, Infęlix homo &c. vt q. 92. art. 3. ad quintum.

¶ Ly metaphoricè dicitur corona. Non ꝙ corona vel aurea sit qd metaphoricum, cùm sit quid realissimum; sed dr metaphoricè quantum ad denominationem. Aliud est enim loqui de nomine, aliud de re.

¶ Prob. Quia, 1. & meritũ, 2. & præmium, 3. & perfectio quędam, scilicet æternitatis mõstrant hoc (vt in textu declaratur).

¶ Concl. 2. Superadditum præmium nominatur aureola.

¶ Exam. Ly superadditum. Siue superaddatur ex conditione naturæ ipsius pręmiati, siue ex ratione operis meritorij secũdum genus operis.

¶ Prob. Quia præmium superadditũ essentiali est minus quàm essentiale.

¶ Concl. 3. Operi meritorio, vt ex radice charitatis procedit debetur aurea.

¶ Exam. Ly aurea. Sic vocatur præmium essentiale. Et hoc quia refertur in Deum, tanquàm gaudium de eo, qui est absolutè summus: ideo dicitur aurea. Nam aurum inter metalla tenet summum locum.

¶ Prob. Quia opus meritorium, vt ex charitate procedens, dicit peruentionem ad vltimum finem (cùm charitas ipsum referat in illud).

¶ Concl. 4. Operi meritorio, vt ex genere operis cõsideratur, debetur aureola.

¶ Exam. Ly aureola. Quasi sit aurum diminutum. i. minus. Et hoc est gaudium de opere laudabili ex debitis circunstantijs. Verbi gratia. Beatus gaudens de virginitate seruata, vt iuxta omnes debitas circunstantias cõsideratur, dicitur habere aureolã: quando autem gaudet de Deo viso propter virginitatem ex charitate seruatam, tunc dicitur habere auream. Ecce vnum opus, scilicet virginitas: duo considerata in opere, scilicet charitas, & actus: duo gaudia correspondentia, scilicet gaudium de Deo, & gaudium de opere.

¶ Prob. Quia operi, vt ex genere operis cõside-

410 S. Tho. 4. d 49. q. 5. art. 5.

QVÆST. CXXVII. Aliàs 96.

*De aureolis, in tredecim articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandum est de aureolis. CIRCA quod quæruntur tredecim.



ARTICVLVS I.

*Vtrum aureola sit aliud à præmio essentiali, quod aurea dicitur.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd aureola non sit aliquod aliud præmium à pręmio essentiali, quod aurea dicitur. Præmiũ enim essentiale est ipsa beatitudo: sed beatitudo secundum Boetium * est status omnium bonorum congregatione perfectus; ergo præmium essentiale includit omne bonum quod habetur in patria, & sic aureola includitur in aurea.

¶ 2 Preterea. Magis, & minus non diuersificant speciem, sed illi, qui seruant consilia, & præcepta, magis præmiantur, quàm illi, qui seruant præcepta tantum, nec in aliquo præmium eorum videtur differre, nisi ꝙ vnum est altero maius, cum aureola nominet præmium, quod debetur operibus perfectionis; ergo videtur quòd aureola non dicat aliquid distinctum ab aurea.

¶ 3 Præt. Præmium respondet merito: sed radix totius meriti est charitas; cum ergo charitati respondeat aurea, videtur quòd in patria non erit aliquod præmium ab aurea distinctum.

¶ 4 Præt. Omnes homines assumuntur ad angelorum ordines, vt dicit Greg. * Sed in angelis licet quædam data sint quibusdã excellenter, nihil ibi possidetur singulariter, omnia. n. in omnib. sunt, non quidé æqualiter, quia alia alijs sublimius possidét, quę tamen omnes habent, vt Gregorius dicit; ergo in beatis non erit aliquod aliud præmium nisi omnium commune; ergo aureola non est præmiũ distinctum ab aurea.

¶ 5 Præterea. Excellentiori merito excellens præmium debetur; si ergo

* lib. 3. de cõsolatio. prosa 2. circa princ.

*Hom. 34. in Euang. circa med. & hom. 21. ante med.

-siderato, debetur præmium quoddam accidentale.

¶ Coroll. Sic ergo à diffinitione ad diffinitum probatæ sunt tertia & quarta conclusio. Aureæ. n. difinitio est esse præmium essentiale: & aureolæ est præmium accidentale.

¶ Concl. 5. Aureola dicit aliquid aureæ superadditũ, i. quoddam gaudiũ de operib. à se factis, quæ habẽt rationẽ victoriæ excellentis.

¶ Not. Ista conclusio est tanquàm epilogus & secundę, & quartę cõclusionum. Vltima verò particula ly quæ habent rationem victoriæ excellentis, videbitur art. 5. 6. & 7.

¶ Prob. Quia ex dictis patet.

¶ Coroll. Ex præmissis ergo virtualiter respondentibus ad titulum sumito liberalem ad eundẽ responsionem dicẽs: Aureola est aliud à præmio essentiali, qđ aurea dicitur.

*Glo. ord. ibi.

**1m ex Boetio.**

Omnium bonorum. ℞. Necessariorũ ad perfectam operationem. §. Tunc nihil &c. Nam aureola nõ est bonum necessarium, sed ad bene esse pro perfecta operatione beatitudinis: & ideo non mirum, quòd præmium essentiale nõ includat illam: sed sit ab illa distinctum: vt patet hic, & ex corp.

**2m de minori.**

Nec in aliquo præmiũ eorum videtur differre nisi ꝙ vnum est altero maius. ℞. Ita ꝙ aureola sit semper illud minus superadditum, & aurea sit illud maius. §. Non enim gaudium de operibus quantumcumque perfectis respectu quorũ dicitur aureola potest esse æquale gaudio habito de Deo, quod vocatur aurea. Tunc nihil &c. vt patet.

**3 de maiori.**

Merito. ℞. & secundum quod ex charitate pendet, & secundum ꝙ ex opere. §. Tunc nihil &c. licet enim charitas sit radix totius meriti: tamen nõ tollit ꝙ ipsum opus, quod radicatur in ea sit meritorium.

*Glo. ord. ibid.

**4m conclusionis 2æ illatio.**

Ergo aureola &c. ℞. Negatur illatio. §. Non est simile in hoc de Angelis & hominibus propter rationem dictam in textu.

Item aurea debetur operibus, quæ sunt in præcepto; aureola verò his, quæ sunt in consilio, aureola erit perfectior, quàm aurea, & ita non deberet diminutiuè significari, & sic videtur quòd aureola nõ sit pręmium distinctum ab aurea.

Sed contra. Exod. 25. Facies alteram coronã aureolam, dicit Gl.* Ad coronam pertinet canticum nouum, quod virgines tantum coram sponso cantant, ex quo videtur, quòd aureola sit quædam corona non omnibus: sed quibusdam specialiter reddita, aurea autẽ omnib. beatis redditur; ergo aureola est aliud q̃ aurea.

¶ Præt. Pugnæ quam sequitur victoria, debetur corona, 2. Timot. 2. Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit; ergo vbi est specialis ratio certaminis, ibi debet esse corona specialis: sed in aliquibus operibus est specialis ratio certandi; ergo præ aliis aliquam coronam habere debent, & hanc dicimus aureolam.

¶ Præte. Ecclesia militans descendit à triumphante, vt patet Apocal. 21. Vidi ciuitatem sanctam, &c. sed in Ecclesia militante specialia opera habẽtibus redduntur specialia pręmia, sicut victoribus corona, currentibus brauium; ergo similiter debet esse in Ecclesia triumphante.

Resp. Dicendum, ꝙ præmium essentiale hominis, quod est eius beatitudo, consistit in perfecta coniunctione animæ ad Deum, inquantum eo perfectè fruitur, vt viso & amato perfectè: hoc autem pręmium metaphoricè corona dicitur, vel aurea, tũ ex parte meriti, quod cum quadam pugna agitur. Militia enim est vita hominis super terram, Iob. 7. tum ex parte præmii per quod homo efficitur quodammodo diuinitatis particeps, & per consequens regiæ potestatis, Apocal. 5. Fecisti nos Deo nostrum regnũ, &c. Corona autem est proprium signũ regiæ potestatis eadem ratione præmium, quod essentiali additur, coronæ rationẽ habet. Significat etiã corona perfectionem quandam ratione figuræ circularis, vt ex hoc etiam perfectioni competat beatorum. Sed quia nihil potest supaddi essentiali quin sit eo minus, ideo superadditũ præmium aureola nominatur. Huic autẽ essentiali pręmio, quod aurea dicitur aliquid superadditur dupliciter. Vno modo ex conditione naturæ eius, qui præmiatur, sicut supra beatitudinẽ animę gloria corporis adiũgitur. Vnde, & ipsa gloria corporis interdum aureola nominatur. Vnde super illud Exod. 25. Facies alteram coronam aureolam, dicit quædam Gl.* quòd in fine aureola superponitur, cum in Scriptura dicatur, quòd eis sublimior gloria in receptione corporum seruetur, sic autem nunc de aureola non agitur. Alio modo ex ratione operis meritorii, quod quidem rationem meriti habet ex duobus, ex quibus etiã habet bonitatis rationẽ, s. ex radice charitatis, qua refertur in finem vltimum, & sic debetur ei essentiale præmium, s. peruẽtio ad finem, quæ est aurea, & ex ipso genere actus, quod laudabilitatem quandam habet ex debitis circunstantiis, & ex habitu eliciente ex proximo fine, & sic debetur ei quoddam accidentale præmium, quod aureola dicitur, & hoc modo de aureola ad præsens intendimus. Et sic dicendum est, quòd aureola dicit aliquid aureæ superadditum, id est, quoddam gaudium de operibus à se factis, quę habent rationem victoriæ excellentis, quod est aliud gaudiũ ab eo, quò de coniunctione ad Deum quis gaudet, quod gaudium aurea dicitur. Quidam tamen dicunt, quòd ipsum pręmium commune, quod est aurea accipit nomen aureolæ, secundum quòd virginibus, vel martyribus vel doctorib. redditur, sicut & denarium accipit nomen debiti, ex hoc quòd alicui debetur, quamuis omnino sint idem debitum, & denarius, non tamẽ ita, quòd præmium essentiale oporteat esse maius quando aureola dicitur, sed quia excellentiori actui respondet, non quidem secundum meriti intensionem, sed secundum modum merendi, vt quamuis in vno sit æqualis limpiditas diuinæ visionis, in vno tamen dicetur aureola non in altero, inquantum respondet excellentiori merito secundum modum agendi. Sed hoc videtur esse contra intentionem Glossæ* Exod. 25. si enim idem esset aurea, & aureola, non diceretur aureola aureæ superponi, & præsertim cum merito respondeat præmium, oportet quòd illi excellentiæ meriti, quę est ex modo agendi, respondeat aliqua excellentia in pręmio, & hanc excellentiam vocamus aureolam. Vnde oportet aureolam ab aurea differre.

*Glo. ord. super illud Exodi 25. & super illam, Alteram coronam aureolam.

Ad primum ergo dicendum, quòd beatitudo includit omnia bona, quæ sunt necessaria ad perfectam hominis vitam, quæ cõsistit in perfecta hominis operatione: sed quędam possunt superaddi non quasi necessaria ad perfectã operationem, vt sine quibus esse non possit: sed quia his additis est beatitudo clarior. Vnde pertinent ad bene esse beatitudinis, & ad decentiam quandam ipsius, sicut & fęlicitas politica ornatur nobilitate, & corporis pulchritudine, & huiusmodi, sine quibus tamen esse potest, vt patet in 1. Ethicor. & hoc modo se habet aureola ad beatitudinem patriæ.

Ad secundum dicendum, quòd ille, qui seruat consilia & præcepta semper meretur magis, quàm ille, qui seruat præcepta tantum, secundum quòd ratio meriti consideratur in operibus ex ipso genere operum, non autem semper secundum quòd ratio meriti pensatur ex radice charitatis, cum quandoque ex maiori charitate aliquis seruet præcepta tantum, quàm aliquis præcepta, & consilia: sed & pluries accidit econtrario, quia probatio dilectionis exhibitio est operis, vt Gregorius* dicit. Non ergo ipsum essentiale præmiũ magis intensum dicitur aureola: sed id, quod præmio essentiali superadditur indifferenter, siue sit maius præmium essentiale habentis aureolam, siue minus, siue æquale pręmio essentiali non habentis.

*Homil. 30. in Euãgel. circa princ.

Ad tertium dicendum, quòd charitas est principiũ merendi: sed actus noster est quasi instrumentum, quo meremur, ad effectum autem consequendum non solum requiritur debita dispositio in primo mouente: sed etiam recta dispositio in instrumento: & ideo in effectu aliquid consequitur ex parte primi principii, quod est principale, & aliquid ex parte instrumenti, quod est secundarium. Vnde & in pręmio aliquid est ex parte charitatis, scilicet aurea, & aliquid ex genere operationis, scilicet aureola.

Ad quartum dicendum, quòd angelis omnes in eodem genere actus suam beatitudinem meruerunt, scilicet in hoc quòd sunt conuersi ad Deum, & ideo nullum singulare præmium inuenitur in vno, quod alius non habeat aliquo modo: homines autem diuersis generibus actuum beatitudinem

Item de conclusione. Nisi omnium commune. ℞. Inquantum dicit gaudium: non, inquantum dicit aureolam. §. Tunc nihil &c. vt colligitur ex secundo responso literæ ly tamen illud quod vnus videtur &c.

5^m de concl. e Operibus. ℞. Ex genere actus consideratis nō, ex charitate. §. Tūc nihil &c. Nam siue cōsilia, siue præcepta simul vel seorsum seruentur, maior est excellentia meriti, quę consurgit ex charitate quàm illa, quæ &c. ut in tex.

Rāsio 2.

dinem habent, & ideo nō est simile. Tamen illud, quod vnus videtur specialiter habere inter homines, quodammodo omnes cōmuniter habēt, inquantum s. per charitatem perfectam vnusquisque bonum alterius suum reputat, non tamē hoc gaudiū, pro vnus alteri congaudet, potest aureola nominari, quia non datur in præmium victoriæ eius: sed magis respicit victoriam alienam: corona enim ipsis victoribus redditur, non victoriæ congaudentibus.

AD QVINTVM dicendū, quòd maior est excellentia meriti, quæ consurgit ex charitate, quàm illa, quæ consurgit ex genere actus, sicut finis, ad quem ordinatur charitas, est potior his, quæ sunt ad finem, circa quæ actus nostri consistunt. Vnde, & præmium respondens merito ratione charitatis, quantumcumque paruum, est maius quolibet præmio respondente actui ratione sui generis; & ideo aureola diminutiuè dicitur respectu aureæ.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum esse ab Apocal. 14. q aureola differt ab aurea: & sic. Nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hæc ibi. Vbi manifestè monstrat, quòd quidam Sancti, puta virgines, habent quoddam præmium; quod alij communiter non habent per ly nemo poterat dicere canticum, nisi &c. Illis autem omnibus qui in cęlo sunt commune est aurea, i. gaudium contemplationis de Deo. Vnde ad hoc significandum dicitur Hierem. 31. & recitatur Hebr. 8. Non docebit vltra vir proximum suum, & vir fratrem suum dicens, cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum, ait Dominus. Hæc ibi. Quòd & Apocalyp. 21. sub nomine ciuitatis Hierusalem denotauit dicens, Ciuitas non eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Hæc ibi. Et Psal. 86. Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Hæc ibi. Vbi de ciuitate Dei loquitur quantum ad auream, sicut & Apocalyp. & Hierem. Per hoc ergo quòd aureola non est cōmunis omnibus declaratur ad literam ab Apocalyp. 14. intentum supradictum. Item ab Exo. 25. Facies alterā coronam, aureolam super illam coronam. Hæc ibi. Ecce ad literā duæ coronę, vna, quarum dicitur absolutè corona: altera verò cū diminutione vocatur aureola. Imò ad tollendum omne dubium planiori sensu prędixerat; facies coronā auream per circuitum. Hæc ibi. Sciunt uerò catholici omnes ex Apostolo: quòd illa, quæ in veteri testamēto fiebant, omnia contingebant illis in figura. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

2

3

---

SVPER Q. CXXVII. Aliàs 96. Art. II.

COncl. 4. Secundum diuersas conditiones, quæ in fructibus corporalibus inueniri possunt, diuersimode fructus spiritualis accipitur.

411 S. Tho. 4. d. 49 q. 5. art. 2. q. 1. & seq.

¶ Prob. Quia fructus metaphoricè dicitur de rebus spiritualibus (cùm propriè dicatur de corporalibus): & illa, quæ metaphoricè dicuntur possunt variè accipi secundum adaptationes ad diuersas proprietates eius: vnde fit transumptio.

¶ Concl. 2. Fructus spiritualiter accipitur quãque pro eo qd reficit quasi vltimus finis.

¶ Prob. Quia fructus corporalis & reficit ratione dulcedinis suæ, & est vltimum quid ratione operationis naturæ (patent omnia per experientiam).

¶ Concl. 3. Fructus accipitur spiritualiter quãdoque pro eo quod reficit tãtum quamuis non sit vltimus finis.

¶ Prob. primò: Quia Apostolus Galat. 5. hoc docet (cùm dicat; Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mãsuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Secunda autē pars, scilicet quàuis &c. probatur: Quia prædicta non sunt vltimus finis, vt patet.

¶ Not.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum aureola differat à fructu.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd aureola non differat à fructu. Eidem enim merito non debentur diuersa præmia; sed eidem merito respondet aureola, & fructus centesimus, scilicet virginitatis, vt patet in Glos. * Matthęi 13. ergo aureola est idem, quod fructus.

*Glo. ord. ibid.

¶ 2 Præterea. Augustinus † dicit in libro de Virginitate. Quòd centesimus fructus debetur martyri, & idē debetur virgini; ergo fructus est qddam præmium commune virginibus, & martyribus: sed eisdem etiam debetur aureola, ergo aureola est idē quod fructus.

† Cap. 45. tom. 6.

¶ 3 Præterea. In beatitudine non inuenitur nisi duplex præmium, scilicet essentiale, & accidentale, quod essentiali superadditur: sed pręmium essentiali superadditum, dicitur aureola, quod patet ex hoc quòd Exodi 25. aureola coronæ aureæ superponi dicitur: sed fructus non est præmium essentiale, quia sic deberetur omnibus beatis; ergo est idem, quod aureola.

SED CONTRA, Quæcumque non sunt eiusdem diuisionis, non sunt eiusdem rationis: sed fructus & aureola non similiter diuiduntur, quia aureola diuiditur in aureolam virginum, martyrum, & doctorum, fructus autem in fructum coniugatorum, viduarum, & virginum; ergo fructus, & aureola non sunt idem.

¶ Præte. Si fructus, & aureola essent idem, cuicũq; deberetur fructus, deberetur & aureola, hoc autem patet esse falsum, quia fructus debetur viduitati, non autem aureola, ergo &c.

RESPON. Dicendum, quòd ea, quæ metaphoricè dicuntur, possunt variè accipi secundum adaptationes ad diuersas proprietates eius, vnde fit transumptio. Cum autem fructus propriè in rebus corporalibus dicatur de terræ nascentibus secundum diuersas conditiones, quæ in fructibus corporalibus inueniri possunt, diuersimodè fructus spiritualiter accipitur. Fructus enim corporalis dulcedinem habet, qua reficit secundum q in vsum hominis venit. Est etiam vltimū, ad quod operatio naturæ peruenit, est etiam id, quod ex agricultura expectatur per seminationem, vel quoscumque alios modos. Quandóque igitur fructus spiritualiter accipitur pro eo, quod reficit quasi vltimus finis, & secundum hanc significationem dicimur Deo frui perfectè in patria, imperfectè autem in via, & ex hac significatione accipitur fruitio, quæ est dos, sic antē nūc de fructib. non loquimur. Quandoque autem sumitur fructus spiritualiter pro eo, quod reficit tantum, quamuis non sit vltimus finis, & sic virtutes fructus dicuntur, inquãtum mētem syncera dulcedine reficiunt, vt Ambr. * dicit, & sic accipitur fructus, Gal. 5. Fructus autē spiritus, gaudiū, &c. sic autem de fructibus nunc etiā non quæritur. Potest autem alio modo sumi fructus spiritualis ad similitudinem corporalis, inquantum corporalis fructus est quoddã cōmodum, quod ex labore agriculturæ ex-

¶ Not. Propter secundam & tertiam conclusionem dicito tu, q non est idem sensus verborum, licet utraque locutio sit vera, cùm dicitur à Theologis communiter quòd finis vltimus quæritur propter se, & quòd etiam virtutes propter se quæruntur. Nam ly propter se, potest dicere tantū delectabilitatem quãdam spiritualem, & sic virtutes, & etiam scientiæ speculatiuæ quæruntur propter se: cum in seipsis quandam laudabilem dulcedinem habeant: potest etiam ly propter se, accipi ut simul cum delectabilitate spiritus dicit vltimū quid, in quod appetitus fertur; & sic neque virtutes, neque scientiæ speculatiuæ, sed solummodo Deus, est propter se quęrendus. Fruitio igitur potest esse de vtrisque, tanquam de fructibus, scilicet de Deo & de virtutibus secũdum quid, de Deo autē simpliciter; quoniã delectabilitas in virtutib. reperta ordinatur ad Deum tãquàm vltimum delectabile ad nihil aliud ordinatum.

Propter se multa q̃runtur.

¶ Concl. 4. Omne prēmium, quod in futuro habebitur ex nostris laboribus, dicitur fructus.

* In lib. de Paradiso, c. 13. to. 1.

¶ Prob. primò: Quia fructus corporalis vnde sumitur trãsumptio est commodum quoddam, quod ex labore agriculturæ

peccatur, vt sic dicatur illud præmiū, quod homo consequitur ex labore, quo in hac vita laborat, & sic omne præmium, quod in futuro habebitur ex nostris laboribus, fructus dicitur, & sic accipitur fructus Rom. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam: sic etiam nunc nos de fructu nō agimus: sed agimus de fructu secūdum quod ex semine consurgit. Sic enim de fructu Dominus loquit' Matt. 13. vbi fructum diuiditur in tricesimū, sexagesimum, & centesimum. Fructus autem secūdum hoc potest prodire ex semine, quòd vis sementiua est efficax ad conuertendū humores terræ in suā naturam, & quanto hæc virtus est efficacior, & terra ad hoc paratior: tanto fructus sequitur vberior: spirituale autem semen quod in nobis seminatur, est verbum Dei, vnde quanto aliquis magis in spiritualitatem conuertitur à carne recedens, tanto in eo est maior fructus verbi. Secundum hoc igitur fructus verbi Dei differt ab aurea, & ab aureola, quia aurea consistit in gaudio quod habetur de Deo: aureola verò in gaudio, quod habetur de operum perfectione: sed fructus in gaudio, quod habetur de ipsa dispositione operantis secundum gradum spiritualitatis, in quem proficit ex semine verbi Dei. Quidam distinguūt inter aureolam & fructus dicentes, ꝙ aureola debetur pugnanti, secundum illud secundæ Timoth. 2. Non coronabitur nisi, qui legitimè certauerit. Fructus autem laboranti, secundum illud, quod dicitur Sapien. 4. bonorum laborum gloriosus est fructus. Alii verò dicūt, ꝙ aurea respicit conuersionem ad Deum: sed aureola, & fructus consistunt in his, quę sunt ad finem, ita tamen, quòd fructus principalius respicit volūtatem, aureola autem magis corpus. Sed cū in eodē sit labor, & pugna, & secundū idem: & præmiū corporis ex præmio animæ dependeat; secundum prædicta non esset differentia inter fructum, auream, & aureolam, nisi ratione tātum: & hoc non potest esse, cū quibusdam assignetur fructus, quibus non assignatur aureola.

Ad primum ergo dicendum, quòd non est inconueniens eidem merito secūdum diuersa, quæ in ipso sunt, diuersa præmia respondere; vnde & virginitati respondet aurea, secundum quod propter Deum seruatur imperio charitatis, aureola verò, secundū quod est perfectionis opus, habens rationem victoriæ excellentis; fructus verò, secundum quod per virginitatem homo in quandam spiritualitatem transit, à carnalitate recedens.

Ad secundum dicendum, ꝙ fructus secundum propriam acceptionem, prout nunc loquimur, non dicit prēmium commune martyrio, & virginitati: sed tribus continentiæ gradibus; Glossa * autem, quæ ponit fructum cētesimum martyribus respondere, largè accipit fructum; secundum quòd quælibet remuneratio dicitur fructus, vt sic per centesimum fructum remuneratio designetur, quæ quibuslibet operibus perfectionis debetur.

Ad tertium dicendū, quòd quamuis aureola sit quoddam accidentale præmium essentiali superadditum, non tamen omne accidentale præmium est aureola: sed præmiū de operibus perfectionis, quibus homo maximè Christo conformatur, secundum perfectam victoriam; vnde non est inconueniens, quod abstractioni à carnali vita aliquod accidentale præmium debeatur, quod fructus dicitur.

turæ homo expectat, atque consequitur. Secundò, quia Roman. 6. patet, per hoc, quòd ibi huiusmodi præmiū vocatur fructus.

¶ Concl. 5. Fructus verbi Dei differt ab aurea, & ab aureola.

¶ Exam. Ly fructus verbi. Hic sumitur ly fructus secūdum quòd ex semine nascit & corporaliter & spiritualiter: ita tamen quòd corporaliter consideratus est, vnde fit trāsumptio: spiritualiter autem acceptus est de quo loquitur conclusio.

¶ Ly differt. Scilicet realiter, nō ratione tantum. Vt ostenditur ex corp. fin.

¶ Prob. Quia aurea consistit in gaudio, quod habetur de Deo: aureola autem in gaudio de operum perfectione, fructus verò in gaudio de dispositione operantis secundum gradum spiritualitatis habitum ex semine verbi Dei.

## 1^m de maiori.

Eidem merito. ℞. Considerato secundū idem: non, secundum diuersa. §. Tunc nihil &cæt. Nam secundum diuersa eidem merito debetur aureola & fructus: vt patet in tex. sub exēplo virginitatis.

## 2^m ex Augustino.

Fructus. ℞. Largè acceptus: non, propriè. §. secundum ꝙ f. nunc loquimur. Tunc nihil &c. vt de se patet.

¶ Not. Fructus largè sumptus hic ab Augustino est fructus acceptus in sensu quartæ conclusionis: propriè verò est fructus, vt sumitur in sensu quintæ. Ter-

## 3^m illatio conclusionis.

Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Dicitur enim quòd, licet fructus prēmiū non essentiale sit, sed accidentale, non tamen est aureola. Nam quamuis aureola sit quoddā accidētale præmium &c. vt in tex.

¶ Not. Hinc sumitur diffinitionem fructus & aureolæ: quamuis & habeatur ex supra.

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum Matth. 13. quòd fructus differt ab aureola: & sic. Alia ceciderunt in terrā bonam, & dabant fructū, aliud centesimū, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Hæc ibi. Vbi per ly alia intelligit semina verbi Dei. Per hoc ergo quòd tripliciter fructum ex illis producturn designat, & aureola non omnibus tribus illis cōueniet secundum Doctores sanctos; demonstrat, quòd fructus differt ab aureola. Pro quo distinctius capiendo sciendū; quòd fructus tricesimus est coniugatorum, & sexagesimus viduarum, & centesimus virginū, artic. 4. & aureola nō conuenit coniugatis vt sic, neque viduis vt sic, sed virginibus, martyribus, & Doctorib. art. 5. & 7. Secundò habes: quomodo per rationē prędicta scripturarū pro quanto qđ diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* Glo. cita ta in arg.

---

SVPER Q. CXXVII. Aliàs 96. Art. III.

Concl. 1. Continētiæ magis respōdet fructus, q̄ alij virtuti.

¶ Exam. Ly magis. Hoc denotat, ꝙ fructus respondet etiam alicui alij virtuti: sed non sic perfectè & propriè, vt ex probatione etiā patebit per ly præcipuè.

¶ Ly fructus. Scilicet vt in 5. conclus. art. 2.

¶ Prob. Quia illi virtuti præcipuę fructus respondet, quæ hominem præcipuè à subiectione carnis liberat (cum fructus conuertat hominem in spiritualitatem quandam, ex ar. 2. circa quin-

412

* Glo. ord. ibid.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum fructus debeatur soli virtuti continentiæ.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd fructus non debeatur soli virtuti continentiæ. Quia primæ Corinth. decimoquinto, super illud, Alia claritas Solis, &c. dicit Glossa, * quòd claritati Solis illorum dignitas comparatur, quæ centesimum fructum habent: Lunari autem, quæ sexagesimum, stellæ verò, quæ tricesimum: sed illa diuersitas claritatum, secundum intentionem Apostoli pertinet ad quamcumque beatitudinis differentiam; ergo diuersi fructus non debent respondere soli continentiæ.

¶ 2 Præt. Fructus à fruitione dicuntur: sed fruitio pertinet ad præmium essentiale, quod omnibus virtutibus respondet: ergo, &c.

¶ 3 Præterea. Fructus labori debetur, Sapientiæ quarto. Bonorum laborum gloriosus est fructus: sed maior est labor in fortitudine quàm in temperantia, vel continentia; ergo fructus non respondet soli continentiæ.

¶ 4 Præt. Difficilius est modum non excedere in cibis, qui sunt necessarii ad vitam, quàm in venereis, sine quibus vita conseruari potest, & sic maior est labor parsimoniæ, quàm continentiæ; ergo parsimoniæ magis respondet fructus, quàm continentiæ.

quintā conclus.) & continentia præcipuè à subiectione carnis liberat, (vt patet ab oppositis per Hieronymū & Philosophum).

¶ Coroll. Virtus ergo illa, quæ à subiectione carnis liberat præcipuè, meritò vocatur continentia, quasi tenens hominem in suo esse. Nam esse hominis est esse secundum rationem, id est viuere secundum illam. Vnde virtus, quæ maximè impedimēta remouet, quæ distrahunt à viuendo secundum rationem iure dicitur tenere hominem in sua ipsius dignitate.

Continentię nomen vnde.

¶ Not.

¶Not. Pro meliori captu tex. corp. princip. sciendum: quòd fructus vt sumitur hic attenditur iuxta similitudinem procedentis ex semine. Vnde sicut fructus procedens ex semine tunc vocatur conueniens & bonus quando naturæ sementinæ conformatur, ita fructus hic tunc dicitur vere fructus quando semini ex quo spiritualiter procedit conformis est: semen autem spirituale, vnde procedit, est verbum Dei ex Matth. 13. quod spiritualitatē sonat, & consequenter remotionem ab operibus carnis. Fructus igitur suus meritò dicitur ille, qui puritatem spiritus, importat & elongationem à carne. Vnde non mirum; si continentia dicitur pręcipuè respōdere fructui huic, tanquàm virtus actui proportionalis sibi conformi.

Fructus qn bonus & conueniens.

*Glo. ord. sup illud, Aliud trigesimum, aliud &c.

## 1^m illatio conclusionis.

Ergo &c.

R. Negat illatio. §. Loquendo de fructu secundum q loquimur nunc. Nam antecedens & per consequens illatio, loquuntur de fructu in alio sensu à proposito: videlicet sumendo fructū in sensu conclu. quartę.

## 2^m de maiori.

Fructus. R. sm q reficit quasi vltimus finis: non, sm q accipitur hic. §. Tūc nihil &c. vt patet.

* In ep. ad Gerōt. de monogamia, à medio, to. 1.

*Li. 7. Eth. c. 11. circa fin. tom. 5.

¶5 Præte. Fructus refectionem importat: refectio autem præcipuè est in fine; cum ergo virtutes Theologicæ finem habeant pro obiecto, scilicet ipsum Deum, videtur q eis fructus maximè debeat respondere.

Sed contra est, quod habetur in Glos. * Matth. 13. quæ fructus assignat virginitati, viduitati, & continentiæ coniugali, quæ sunt continentiæ partes.

Respon. Dicendum, q fructus est quoddam præmiū quod debetur homini ex hoc quòd à carnali vita in spiritualem transit, & ideo illi virtuti præcipuè fructus respondet, quæ hominē præcipuè à subiectione carnis liberat, hoc autem facit continentia, quia per delectationes Venereas anima præcipuè carni subditur, adeo vt in actu carnali secundum Hieron. * nec spiritus prophetiæ corda tangat prophetarum; nec in illa delectatione est possibile aliquid intelligere, vt Philosophus * dicit 7. Ethico. Et ideo continētiæ magis respondet fructus, quàm alii virtuti.

Ad primum ergo dicendum, quòd Glos. * illa accipit fructus largè secundum quòd quælibet remuneratio fructus nominatur.

Ad secundum dicendum, q fruitio non sumitur à fructu secundū illam similitudinem, qua nunc de fructu loquimur, vt patet ex dictis.

Ad tertium dicendū, q fructus, secūdum quòd nunc loquimur non respondet labori ratione fatigationis: sed secundū quod per laborē semina fructificant. Vnde, & ipsæ segetes, labores dicuntur inquantum propter eas laboratur, vel labore acquiruntur. Similitudo autem fructus secundum q oritur ex semine, magis aptatur continentiæ, q̄ fortitudini, quia per passiones fortitudinis homo nō subditur carni, sicut per passiones circa quas est continentia.

Ad quartum dicendū, quòd quamuis delectationes, quæ sunt in cibis, sint magis necessariæ illis, quæ sunt in venereis; non tamen sunt ita vehemētes, vnde per eas anima non ita subditur carni.

Ad quintum dicendū, q fructus non sumitur hic, sm quòd frui dicitur, qui reficitur in fine: sed alio modo, * & ideo ratio non sequitur.

¶Not. Argumentum in maiori dicit, q fructus à fruitione dicuntur, & responsum dicit, q fruitio sumitur a fructu. Habetur ergo ex vtroque simul, & q fructus dicitur à fruitione, & q fruitio dicit à fructu. Hoc autem verum est iuxta diuersas considerationes; quoniam secundū considerationem causæ fruitio dicitur à fructu, eo q fructus est causa fruitionis, i. q iste fruatur. Nisi enim esset fructus quo iste frueretur, non daretur fruitio: quoniam nihil potest operari sine obiecto suo, quod obiectum, in proposito, est fructus. Quòd si loquamur ab effectu tendendo in causam, dicemus, q fructus dicitur à fruitione. Venimus. n. in cognitionem, quòd alicubi reperiatur fructus ex eo q videmus aliquem frui, idest delectari ibi. Vnde & dicimus, iste delectatur, seu fruitur manendo in tali loco: ergo in eodem loco est fructus eius. Cæterum hæc notata sint ad propositum fructus sumpti, vt in secunda concl. art. 2. non vt hic.

Fructus & fruitio vnde dicūtur.

## 3^m de maiori.

Labori. R. Secundum quòd per laborem semina fructificant: non, secundum quòd per laborem aliquis fatigatur. §. Tunc nihil &c. vt patet in tex. ly similitudo autem fructus secundum quòd oritur &c.

## 4^m de antecedente.

Difficilius est. R. Ratione necessitatis magis continuæ: non, ratione vehementissimi impulsus. §. Tunc nihil &cæt. Nam anima non ita efficitur subdita carni ex necessitate ciborum, sicuti ex vehemētissimo impulsu venereorum.

## 5^m de maiori.

Fructus. R. Vt sumitur in sensu conclusionis secundæ, ar. 2. non, vt sumitur hic. §. Hoc est, in sensu conclus. quintæ, artic. 2. Tunc nihil &c. vt patet.

### APPENDIX.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas me ritò insinuatum à Matthæo 13. quòd fructus debetur soli virtuti cōtinentiæ: & sic. Alia ceciderunt in terram bonam &c. vt artic. 2. append. Vbi glossa fructum centesimum assignat virginitati, sexagesimum viduitati, tricesimum immaculato thoro coniugali. Hæc autem tria, scilicet virginitas, viduitas, & immaculatum coniugium sunt partes continentiæ, vt patet 2. 2. quæst. 51. articu. 4. & quæst. 155. articu. 1. Per hoc igitur quòd his tribus fructum illum triplicem assignat demonstrat quod conuenienter fructus respondet continentiæ. Secūdò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarū, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* In præsenti artic. corp.

2

3

---

SVPER Q. CXXVII. Aliàs 96. Art. IIII.

Concl. 1. Secundū diuersum modum spiritualitatis, quā continentia facit, diuersi fructus distinguuntur.

413

¶Prob. Quia patere supponitur ex hoc: q per cōtinentiam homo in quandam spiritualitatem adducitur carnalitate abiecta.

¶Concl. 2. Seruantibus continentiam coniugalem datur fructus tricesimus: vidualem sexagesimus, virginalem centesimus.

¶Prob. Quia patet, 1. & ex ratione Bedæ (vt declaratur in argumen. 3.) 2. & ex conclusionum trium sequentium probationibus.

¶Concl. 3. Conuenienter tricenarius numerus coniugatis assignatur.

¶Prob. Quia tricenarius numerus habet in se perfectionē quandam omnibus communem (scilicet principij, medij, ac finis), & coniugatis non additur alia quā perfectio, nisi communis.

¶Exam. Ly nisi communis. Hoc est, obseruare decalogum; &, in proposito, non accedere ad non suam.

¶Concl. 4. Sexagenarius numerus conuenienter viduitati respondet.

¶Prob. Quia sexagenarius habet perfectionem ex omnib. partibus suis: & in viduitate est perfecta abstractio à delectationib. carni, quantum ad omnes circunstantias, (vt declaratur in tex.)

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum conuenienter assignentur tres fructus tribus continentiæ partibus:*

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter assignentur tres fructus, tribus continentiæ partibus. Quia Galat. 5. ponuntur duodecim fructus, gaudium, pax, &c. & ideo videtur quòd nō debeant poni tres tantum.

¶2 Præterea. Fructus nominat aliquod præmiū speciale: sed præmiū, q assignatur virginibus, viduis, & coniugatis, non est speciale, quia omnes saluandi continentur sub aliquo horum trium, cum nullus saluetur qui continentia careat, & continentia per has tres sufficiēter diuidatur; ergo inconuenienter tribus prædictis tres fructus assignantur.

¶3 Præterea. Sicut viduitas excedit continentiam coniugalem, ita virginitas viduitatem: sed non similiter excedit sexagenarius tricenarium, & cētenarius sexagenarium, neque secundū Arithmeticam proportionē, quia sexagenarius excedit tricenariū in 30. & centenarius sexagenarium in 40. Neque etiam secundum proportionalitatem Geometricam, quia sexagenarius se habet in dupla proportione ad tricenarium, centenarius verò ad sexagenarium in superabundantia, quia continet totum, & duas tertias eius; ergo inconuenienter aptantur fructus tribus continentiæ gradibus.

¶4 Præterea. Ea, quę in sacra scriptura dicuntur, perpetuitatem habent: Lucæ 21. Cęlum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt: sed ea, quæ ex institutione hominum sunt facta, quotidie possunt mutari; ergo ex his, quæ ex institutione hominū sunt, non est accipienda ratio eorum, quæ in scriptura dicūtur;



¶Exam.

¶Exam. Ly delectationibus. Scilicet futuris. Loquitur.n. formaliter de viduitate non, materialiter. Quòd enim ista vidua pro tempore præterito coniugij, non abstinuerit ab omnibus delectationibus carnis, hoc fuit quia erat coniux, non quia vidua.

¶Concl. 5. Centenarius numerus conuenienter respondet virginitati.

¶Prob. 1. Quia centenarius est limes numerorum, & virginitas est limes spiritualitatis: (vt patet in tex.) 2. Quia cētenarius numerus inquantū habet pfectionē ex figura quadrata, habet oīa latera æqualia; & virginitas æqualiter incorruptionem habet in omni tempore.

* Hieron. lib. 1. cōtra Iouinianū, nō procul à princ. habet partē, tom. 3.

¶Exam. Ly quia ad eā nihil de spiritualitate adijci pōt. Hoc intelligitur de spiritualitate cōtracta ad cōtinentiā, non absoluta. Licet.n. virgo possit hēre aliquid perfectius q̄ sit virginitas, & simil'r aliqua alia persona possit superare virginē in maiori perfectione q̄ sit virginitas: tñ nec ipsa virgo, nec aliqua alia persona pōt habere aliquid perfectius in genere cōtinentiæ quàm sit virginitas.

## 1^m ex antecedente.

Fructus. R. Sumptus vt in 3. cōcl. art. 2. non, illo modo quo loqmur nūc. §. hoc est, vt in concl. 5. art. 2. Tunc nihil &c.

## 2^m maior.

Fructus, nominat aliquod præmiū speciale. R. Negat ista. §. intelligendo p ly speciale, id quod aliqbus tantū conuenit: & ly noiat, restringēdo ad necessitatē. Ac si dicat. Fructus nominat necessariò aliquod præmium aliquibus, non autem omnibus, conueniens. Ratio verò negationis huius maioris est: quia nihil cogit ad ponendū fructum esse præmium, non omnibus saluandis &c. vt in tex. Tunc nihil &c. vt patet.

¶Examen. Ly nihil cogit ad ponēdum &c. Hoc est: ꝙ necesse sit ponere fructū, esse aliqđ speciale præmium, i. aliquibus tantū conueniens; nulla rō ad hoc necessitat. Ex hoc tamē non negatur (vt patet): ꝙ fructus quoque possit esse aliquod speciale. Aliud.n. est ponere aliquid esse: aliud est necessitari ad ponendum illud esse. Vnde & hic prima rñsio monstrat, ꝙ non necessitamur ad ponendū, fructum esse aliquod speciale; & tamen in responsione sequenti ostēditur, quòd fructus potest esse aliquod speciale, i. non omnibus conueniens.

* Loco citato in argum. to. 4.

* Lib. 1. cō. 3. tom. 2.

## Item minor.

Præmium, quod assignatur virginibus, viduis, & coniugatis non est speciale. R. Negatur ista. §. Potest.n. fructus non conuenire omnibus saluandis: vt patet in tex. responsio secundo ly potest tamen dici, quòd &c. Ex quo patet, ꝙ illud, quod pro probatione huius minoris argumenti adducebatur negatur; videlicet, ꝙ omnes saluandi cōtineantur sub aliquo horum trium, & quòd nullus saluetur, qui continentia careat. Tunc nihil &c. vt patet.

¶Not. Fructus dicit præmiū accidentale datum continentib. art. 3. Ratione, qua accidentale, non sibi vendicat; ꝙ sit præmium speciale, quoniam omnibus commune est aliquod præmium accidentale, puta gaudium de operib. illis sine quibus non est salus: & in hoc sensu adaptari, vltra prædicta, potest rñsum primum. Ratione, qua datur continentibus, habet: ꝙ sit speciale, vt in tex. scđi responsi, quod in tali sensu ad argm̄ potest etiam adaptari, patet.

## 3^m illatio conclusionis.

Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Nam distinctio fructuū magis accipitur secundum &c. vt in tex.

## Item de maiori.

Ita 2. R. Quantū ad excessum viduitatis supra coniugiū, & virginitatis supra viduitatē: non, quantū ad modum excessus. §. Coniugatus enim abstinet à non sua: vidua verò &c. vt in tex. Vide secundū responsum ly tñ etiā quantum ad quantitatis &c. Ex quo dic: si diuersimode attenditur excessus viduitatis ad coniugium, & virginitatis ad viduitatem, non mirū est, quòd fructus illis assignetur secundum varietatem numerorum varie seinuicem excedentium.

Rñsio 2.

Rñsio 2.

## 4^m conclusio.

Ex his, quæ ex institutione hominū sunt non est accipienda ratio eorum, quæ in scriptura dicuntur. R. Hoc falsum est, quando humana institutio super rerum naturā aliquo modo fundatur. §. Tunc nihil &c. Quoniam huiusmodi institutio hominum, de qua Beda in argumento, fundatur aliquo modo super rerum naturam, vt patet consideranti.

¶Not.

& sic videtur, ꝙ inconueniens sit ratio, quam * Beda assignat de istis fructibus dicens, ꝙ fructus tricesimus debetur coniugatis, quia in repræsentatione, quæ fit in abaco 30. significatur per contactum pollicis, & indicis sm̄ suam summitatē: vnde ibi quodāmodo osculantur se, & sic tricenarius numerus coniugatorū oscula. Sexagenarius verò numerus significatur per tactum indicis super mediū articulum pollicis, & sic per hoc, ꝙ index iacet super pollicem opprimens ipsum, significat oppressionē quā viduæ patiuntur in mūdo. Cum autē numerando, ad centenariū peruenimus, ad dexterā à leua trāsimus, vnde per centenariū virginitas designatur, quæ habet proportionē angelicæ dignitatis, quæ sunt in dextra, s. in gloria, nos autem in sinistra propter imperfectionem præsentis vitæ.

Resp. Dicendū, ꝙ per continentiam, cui fructus respondet, homo in quandā spiritualitatē adducitur, carnalitate abiecta. Et ideo, sm̄ diuersum modū spiritualitatis, quam continentia facit, diuersi fructus distinguuntur. Est autē quædā spiritualitas necessaria, & quædā superabundans. Necessaria est in hoc, ꝙ rectitudo spiritus ex delectatione carnis non peruertatur, quod fit cū aliquis per rectū ordinem rationis vtitur delectationib. carnis, & hæc est spiritualitas coniugatorum. Spiritualitas verò superabundans, est per quam homo ab huiusmodi delectationib. carnis spiritū suffocantibus omnino se abstrahit. Sed hoc cōtingit dupl'r. Vel respectu cuiuslibet tēporis præteriti, præsentis, & futuri, & hæc est spiritualitas virginum. Vel secundū aliqđ tempus, & hæc est spiritualitas viduarū. Seruantibus ergo continentiā coniugalē datur fructus trigesimus; virginalem centesimus, ratione illa quā Beda * assignat: quāuis possit & alia ratio assignari ex ipsa natura numerorū: tricenarius.n. numerus ex ductu ternarii in denariū surgit: ternarius enim est numerus omnis rei, vt dicitur primo * de Cęlo & mundo, & habet in se perfectionem quandam omnibus cōmunem, s. principii, medii, & finis: vnde conuenienter tricenarius numerus coniugatis assignatur, in quibus supra obseruationem Decalogi, qui per denariū significatur, nō additur aliqua perfectio nisi communis, sine qua non potest esse salus. Senarius autem, ex cuius ductu in denarium sexagenarius surgit, habet perfectionem ex partibus, cum constet ex omnibus partibus suis simul aggregatis: vnde cōuenienter viduitati respōdet, in qua inuenitur perfecta abstractio à delectationib. carnis, quantū ad omnes circūstantias, quæ sunt quasi partes virtuosi actus, cum nulla enim persona, & in nullo loco viduitas carnis vtitur delectationibus, & sic de aliis circunstantiis, quod non erat de continentia coniugali. Sed centenarius conuenienter respondet virginitati, quia denarius ex cuius ductu cētenarius surgit, est limes numerorum, & similiter virginitas tenet spiritualitatis limitem, quia ad eam nihil de spiritualitate aduci potest. Habet enim cētenarius, inquantum est numerus quadratus, perfectionem ex figura: figura enim quadrata secundum hoc perfecta est, quòd ex omni parte æqualitatem habet, vtpotè habēs omnia latera æqualia, vnde competit virginitati, in qua quantum ad omne tempus, æqualiter incorruptio inuenitur.

Ad primum ergo dicendum, quòd ibi fructus nō accipiuntur hoc modo, sicut hic de eis loquimur.

Ad secundum dicendū, ꝙ nihil cogit ad ponendū fructū, esse præmium non omnibus saluandis cōe. Non solū.n. essentiale præmium cōe est omnibus, sed etiā aliquod accidētale, sicut gaudium de operibus illis, sine quibus nō est salus. Potest tamen dici ꝙ fructus non omnibus conueniunt saluādis, sicut patet de his, qui in fine pœnitent, & incontinēter vixerunt. Eis enim non fructus, sed essentiale præmium debetur tantum.

Ad tertium dicendū, quòd distinctio fructuum magis accipitur secundum species, & figuras numerorum, quàm secundum quantitates ipsorū; tamen etiam quantū ad quantitatis excessum, potest aliqua ratio assignari. Coniugatus enim abstinet tantum à non sua; vidua verò à suo & non suo; & sic inuenitur ibi quædā ratio duplicis, sicut sexagenarius est duplex ad tricenarium; centenarius verò supra sexagenariū addit quadragenarium, qui consurgit ex ductu quaternarii in denariū. Quaternarius autē est primus numerus solidus, & cubicus, & sic contingit talis additio virginitati, quæ supra perfectionem viduitatis perpetuam incorruptionem adiungit.

Ad quartum dicendum, ꝙ quāuis illa repræsentatio numerorum sit ex humana institutione: tamē fundatur aliquo modo super rerum naturam; inquātum secundū ordinem dictorū articulorum, & cōtactuum, numeri gradatim designantur.

¶Not. Quod institutio humana, quando aliquo modo fundatur super rerũ naturam, laudabilis sit, Deoq; accepta; nec cõsequenter facere cõuenienter potens ad ea, quæ in scriptura sacra dicunt, patet ex Gen. 2. rectè intelligentib. factum ibi narratũ de Adam. Formatis, inquit, dominus Deus, de humo cunctis animantib. terræ, & vniuersis volatilib. cęli, adduxit ea ad Adam, vt videret, quid vocaret ea. Omne.n. quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius. Hæc ibi. Vnde patet; q. institutio humana placet Deo, qñ super rerum naturam aliquo modo fundatur. Propter hoc.n. significandũ, inquit scriptura; q. Adam non ex se tantum, sed ex Deo mouente, & ad hoc inuitante, instituit nomina quorumcũq; viuentium. Et vt ostenderet, de quali institutione loquebatur, mõstrauit; q. talis institutio super rerũ naturam data est. Omne, inquit, quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius. Hoc est rationabiliter imposita fuerunt nomina huiusmodi, qm̃ rerum naturis, quibus imponebantur, concordabant. Ex his cõstat optime reijci Caluinum (Prat. Caluinistæ) dicentem: institutiones maiorũ renunciare, siue ab eis recedere nõ modo esse integrum, sed & honestum, pium, & salutare. Sufficeret quippe locus hic scripturæ ad ostendendũ: q. iste error est pessimus, etiam q. non iungeretur pro eiusdẽ damnatione dictũ Deut. 32. Interroga patrem tuũ, & dicet tibi: maiores tuos & dicent tibi. Et Prouerb 1. Audiens sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit. Animaduertet interpretationẽ, & verba sapientũ & ęnigmata eorum, & Eccles. 3. Filij sapientiæ Ecclesiæ iustorũ: & natio illorum obedientia & dilectio. Iudicium patris audite filij: & sic facite, vt salui sitis. Hæc ibi. Quòd si Caluinus dubitet an aliquæ institutiones maiorũ fundent aliquo modo super rerũ naturam, i. sint rationabiles, nec ne; & per hoc suũ errorem in tali casu saltẽ velit defendere: hoc dubiũ nihil eũ iuuat, imò est contra ipsum. Vniuersalis.n. regula est, q. in dubijs obedientia excusat: vt patet de tempo. ord. ad aures. & 11 q. 3. quid ergo. & 23. q. 1. quid culpatur. Vbi ex textibus & glossis concluditur: q. si præceptum sit dubium, obediens propter bonũ obedientiæ, excusatur à peccato: licet in veritate sit malum; hoc est, faciat reum ipsum præcipientem. Quorum dictorum, quare scilicet obedientia in dubijs excuset, vniuersalis ratio est; quia non est subditorum discutere consilia, definitionesque maiorum suorum: sed præsumenda sunt iusta, nisi manifestant contineant iniquitatem.

Institutiones humanæ à Caluino erronee reijciuntur.

Natio iustorum est obediẽtia.

A P-

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem tanquàm ab effectu, interimas hæresim Iouinian., & Eluidij dicentium: virginitatem non esse apud Deum maioris meriti, quàm coniugium. In quo dogmate erroneo etiam continetur virtualiter & quidem à fortiori (vt constat intelligenti) viduitatem non esse maioris meriti apud Deum quàm coniugium. Cùm enim fructum maiorem apud dominum virginitatem, viduitatemque habere præ coniugio monstret articulus præsens militat vtique efficaciter contra prædictas hæreses. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illas meritò damnari à Concilio Tellensi ad Syricium Papam dicente. Agrestis vlulatus est, nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem reseruare, promiscue omnia velle confundere, diuersorũ gradus abrogare meritorum; iure laudatur bona vxor; sed melius pia virgo præfertur. Bonum coniugium, quo est inuenta posteritas successionis humanæ; sed melior virginitas, per quam regni cœlestis hæreditas acquisita, & cęlestiũ meritorũ reperta successio. Hæc ibi. Item à Syricio Papa in Epistola ad Episcopos Aphricanos de condemnatione Iouiniani. Nos sanè nuptiarum vota non aspernanter accepimus, quibus velamini interfuimus: sed virgines Deo deuotas maiori honorificentia muneramus, Apostolicum secuti præceptum. Vnde omnium nostrorum, tum presbyterorum, tum diaconorum, tum etiam totius cleri vnam factam constat esse sententiã: vbi Iouinianus, Auxentius, Genialis, Geminata, Fœlix, Plotinus, Marcianus, Ianuarius, & Ingeniosus, qui nouæ hæresis & blasphemiæ accentores inuenti sunt, diuina sententia & nostro iudicio perpetuo damnati extra Ecclesiam remanerẽt. Hæc ibi. Itẽ à 1. Cor. 7. Dico autẽ non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permanserint sicut & ego: quòd si non se continent, nubant. Vbi clare patet: ipsum præferre viduitatem, tanq̃ continentiam maiorem, ipsi coniugio. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum à Matth. 13. adiuncta glossa, q. tres fructus cõuenienter tribus continentiæ partibus prædictis attribuuntur. Vide art. 3. appen. de huiusmodi authoritatibus: & applica huc, pro quanto sufficit. Quartò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quintò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

4

5

---

SVPER Q. CXXVII. Aliàs 96. Art. 5.

CONCL. 1. Virginitati specialis corona debetur, quæ aureola nominatur.

¶Exam. Ly virginitati. Si videlicet illa p̃sona virgo saluetur. Nam aureola pręsupponit aureã: & consequẽter vbi nõ est aurea, nec erit aureola. Hinc virginitatẽ Sybillarũ, multorumq; Gentilium, aureolam non habuisse dicimus.

¶Prob. primò: Quia specialis corona ibi debetur vbi est præcellens victoria; & virginitas quandã singularẽ victoriam obtinet de carne: Secundò, quia cõmuniter omnes hoc dicunt.

¶Concl. 2. Illis tãtum virginibus aureola propriè debetur, quæ propositum habuerunt virginitatem perpetuò conseruandi; siue hoc propositum voto firmauerunt, siue non.

¶Not. Illa conclusio declarat primam.

¶Exam. Ly aureola propriè. Hoc dicitur ad differentiã aureolæ largo modo sũptæ. Quid aũt sit vtraque: vide in tex. Vbi tñ aduerte, q. ideo aureola propriè dr̃ respõdere merito: quia meritum non debetur nisi

414 S. Tho. 4. d. 49. q. 5. art. 3. q. 1. & seq.

* Vide in epist. ad Gerũtiam de Monogamia, à med. tom. 1.

* Lib. 7. de hist. anim. ca. 1. circa med. to. 4.

ARTICVLVS V.

*Vtrum aureola debeatur ratione virginitatis.*

AD QVINTVM sic proceditur. Vr q. ratione virginitatis non debeatur aureola. Vbi est.n. maior difficultas in opere, ibi debetur maius præmium: sed maiorẽ difficultatem patiuntur in abstinendo à delectationibus carnis viduæ quàm virgines. Dicit enim Hieron. * Quia quanto maior est difficultas ex parte quorundam à voluptatis illecebris abstinere, tanto maius est præmiũ, & loquitur in cõmendatione viduarum. Philosophus etiam dicit in lib. Animaliũ, * Quia iuuenes corruptæ magis appetunt coitũ propter rememorationem delectationis; ergo aureola, quæ est maximum pręmium, debetur magis viduis q̃ virginibus.

¶2 Præterea. Si virginitati debetur aureola, vbi esset perfectissima virginitas, maximè inueniretur aureola: sed in beata Virgine est perfectissima virginitas, vnde & Virgo virginũ nominatur, & tamen ei non debetur aureola, quia nullam pugnam sustinuit in continendo, cũ corruptione fomitis non fuerit infestata; ergo virginitati aureola non debetur.

¶3 Pręt. Ei, quod non est ſm omne tempus laudabile, non debetur pręmium excellens: sed virginitatẽ seruare in statu innocentiæ, non fuisset laudabile, cum tunc præceptum esset, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, nec etiam tempore legis, cum steriles erant maledictæ; ergo virginitati aureola non debetur.

¶4 Præt. Non debetur idẽ præmiũ virginitati seruatæ, & virginitati amissæ: sed pro virginitate amissa quandoque debetur aureola, vt si aliqua inuita prostituatur à tyranno, quia Christum confitetur; ergo virginitati aureola non debetur.

¶5 Præt. Excellens præmium non debetur ei, quod inest nobis à natura: sed virginitas innascitur cuilibet homini, & bono, & malo; ergo virginitati aureola non debetur.

¶6 Præt. Sicut se habet viduitas ad fructum sexagenarium, ita virginitas ad fructũ centesimum, & ad aureolam: sed non cuilibet viduæ debetur fructus sexagenarius: sed solũ viduitatem vouenti, vt quidam dicunt; ergo videtur quòd non cuilibet virginitati aureola debeatur: sed solum virginitati ex voto seruatæ.

¶7 Pręt. Præmium non respondet necessitati, cum omne meritum in voluntate consistat: sed quędam sunt virgines ex necessitate, vt naturaliter frigidi, & eunuchi; ergo virginitati non semper debetur aureola.

SED CONTRA est, quod habetur Exod. 25. Facies, & alteram coronam aureolam, Glo. * ad coronã pertinet canticũ nouum, quod virgines coram Agno concinunt, scilicet, qui sequũtur Agnum quocumque ierit;

nisi virtuti, & virtus nõ est nisi aliquo modo sub electione cadat. cuiusmodi electionẽ dicit ly propositũ, in conclone dictũ. Quasi ergo dicat conclo, q. aureola propriè non debetur virginitati, nisi ipsa virginitas cadat sub electione.

¶ Ly propositum. s. à charitate imperatum. Charitas enim est radix merendi omnibus virtutibus, & consequenter meritum non debetur alicui actui virtutis nisi à charitate aliquo modo imperetur.

¶ Prob. Quia virginitas ſm hoc ad genus virtutis pertinet, ſm q. ppetua icorruptio mẽtis atque corporis sub electione cadit: & meritum non debetur virginitati, nisi vt pertinet ad genus virtutis.

¶Concl. 3. Aureola large sumpta incorruptis carne respondebit, ẽt si propositũ non habuerũt perpetuò seruandi virginitatem.

¶Exam. Incorruptis &c. Vt sunt virgines nil cogitãtes de seruãda virginitate, vel ẽt fortan de connubio, & morientes in charitate anteq̃ nubant. Non.n. requiritur ad aureolam sic acceptam, vt virginitas sit meritum.

* Glo. ord. ibi.

¶ Prob. Quia non est dubium, q tales de incorruptione corporis gaudebunt.

## 1m de maiori.

Difficultas. R. Non, sed victoria. §. Corona. n. seu præmium non debetur pugnæ, sed victoriæ de pugna. Tunc nihil &c. Nam, quicquid sit de quátitate difficultatis pugnæ virginum, vel viduarum, certum est, q victoria virginũ est maior. Dico ly quicquid sit de quantitate difficultatis pugnæ virginum, vel viduarum: quia in continendo secundũ aliquid maiorẽ pugnam &c. vt in tex. vsq; inclusiue ad ly q-dam magis mouentur hoc, quidam illo.

* Est glos. Aug. in li. de sancta Virginitate, c. 25. in fin. to. 6.

## 2m de minori.

Et tamen ei non debetur aureola. R. Negatur hoc. §. loquendo etiam de aureola ꝓpriè dicta. Ad probationem dicitur; q sufficit ad habendam aureolam propriè, quòd habuerit pugnam ab hoste Diabolo, quãuis non à carne.

¶ Not. 1. Non tamẽ ob hoc, quod habuit pugnam à carne inferas, quod aureola debetur pugnæ: hoc enim contrarium esset dictis ad primum.

¶ Not. 2. Notabis etiã pro semper quàm pio amore ac reuerẽtia afficiatur sanctus Thomas erga B. Virginem, & hic, & 3. par. q. 27. artic. 4. & 1. par. q. 100. ar. 2. dum hic dicit, quòd nõ sit pium ponere, aliquam pugnam à carne fuisse in Beata Virgine, & in 3. par. quòd Beata Virgo fuit semper absq; omni peccato veniali; in prima parte, q Beata Virgo fuit confirmata in gratia etiam viuens in præsenti seculo.

B. Thomas præcipuus est amator Beatæ Virginis, suarũque prærogatiuarum defensor.

*S. Tho. in 4. dist. 33. q. 3.

## 3m maior. Ei qđ nõ est

secundum omne tempus laudabile non debetur præmium excellẽs. R. Negatur illa. §. Dũmodo excellentiã quandam dicat tẽpore, quo debetur ei præmiũ excellens, i. aureola (vt colligitur ex tex.)

## 4m illatio conclusionis. Ergo &c.

R. Negatur illatio. §. Nã virginitas per violentiam totalem amissa non perdit aureolam dũmodo &c. vt in tex.

Nec tamen inde sequit̃ q idem præmium debeatur virginitati seruatæ æqualiter & amissæ: quia magis est integritas mentis & carnis simul in actu reali ad extra quã integritas mentis cum integritate carnis in voto tantum.

¶ Exam.

ergo præmium, quòd virginitati debetur, dicitur aureola.

¶ Præte. Isaiæ 56. dicitur, Hoc dicit Dominus Deus eunuchis, & sequit̃, Dabo eis nomen melius à filiis, & filiabus, Glos. * propriam gloriam, excellentemque significat: sed per eunuchos, qui seipsos castrauerũt propter regnum cęlorum, virgines designantur; ergo sequitur, quòd virgini tati debetur aliquod excellens præmium, & hoc vocatur aureola.

Respon. Dicendum, quòd vbi est præcellens ratio victoriæ, ibi debetur aliqua specialis corona, vnde cum per virginitatem alioquin singularem quandam victoriam obtineat de carne, cõtra quam continuè bellum geritur, vt patet ad Galat. 5. Spiritus concupiscit aduersus carnem &c. virginitati specialis corona debetur, quæ aureola nominatur, & hoc quidem communiter ab omnibus tenetur. Sed cui virginitati debeatur aureola, non similiter omnes dicunt. Quidam enim dicũt aureolam actui deberi. Vnde illa, quæ actu virginitatem seruat, aureolam habebit, si sit de numero saluãdorum. Sed hoc non videtur esse conueniens. Quia secundum hoc illæ, quæ habent voluntatem nubendi, & tamen antequàm nupserint decedunt, habebunt aureolam. Vnde alii dicunt, quòd aureola debetur statui, & non actui, vt illæ tantum virgines aureolam mereantur, quę in statu virginitatis perpetuæ seruandæ per votum se posuerunt. Sed hoc etiam non videtur conueniens, quia aliquis ex pari voluntate potest seruare virginitatẽ non vouens, sicut aliquis alius vouens. Et ideo aliter dici potest, q meritũ actui virtutis debetur à charitate imperato, virginitas autẽ secundum hoc ad genus virtutis pertinet secundum q perpetua incorruptio mentis, & corporis sub electione cadit, vt patet ex his, quæ dicta sunt. * 33. distinc. & ideo illis tantum virginibus aureola propriè debetur, quę propositum habuerunt virginitatem perpetuò conseruandi, siue hoc propositum voto firmauerunt, siue non. Et hoc dico secundum quòd aureola propriè accipitur, vt præmium quoddam merito redditum; quamuis hoc propositum aliquando fuerit interruptum, integritate tamen carnis manente, dummodo in fine vitæ inueniatur; quia virginitas mentis reparari potest, quamuis non virginitas carnis. Si autẽ aureolam largè accipiamus pro quocunque gaudio, quod in patria habebunt super gaudium essentiale, sic etiam incorruptis carne aureola respondebit, etiam si propositum non habuerunt perpetuò virginitatem seruandi. Non enim est dubium, q de incorruptione corporis gaudebunt, sicut & innocentes de hoc, quòd immunes à peccato fuerunt: quamuis peccandi opportunitatem non habuerunt, vt patet in pueris baptizatis. Sed hæc non est propria acceptio aureolę: sed valde communis.

Ad primum ergo dicendum, quòd in continendo secundum aliquid, maiorem pugnã sustinent virgines, & secundum aliquid viduæ cæteris paribus. Virgines enim concupiscentia inflammat, & experiendi desiderium, quod ex quasi quadam curiositate procedit, qua scilicet fit, vt homo libentius videat, quæ nunquam vidit; & etiã quandoque in eis concupiscentiam auget æstimatio maioris delectationis, quàm sit secundum veritatem: & etiam inconsideratio eorum incommodorum, quæ delectationi huiusmodi adiunguntur, & quantum ad hoc viduæ minorem sustinent pugnam: maiorem autem propter delectationis memoriam. Et in diuersis vnum alteri præiudicat secundum diuersas hominis dispositiones: quia quidam magis mouentur hoc, quidam illo. Quicquid autem sit de quantitate pugnæ; hoc tamẽ certum est, quòd perfectior est victoria virginum quàm viduarum. Perfectissimum enim genus victoriæ est, & pulcherrimum, hosti nunquam cessisse: corona autem non debetur pugnæ, sed victoriæ de pugna.

Ad secundum dicendum, quòd duplex circa hoc est opinio. Quidam enim dicunt, quòd beata Virgo pro virginitatis præmio non habet aureolam, si aureola propriè accipiatur, secundum quòd respicit pugnam, tamen habet aliquid maius aureola propter perfectissimum propositum virginitatis seruandæ. Alii verò dicunt, quòd etiam aureolam sub propria ratione aureolæ habet, & excellentissimam, quamuis enim pugnam non senserit, pugnam tamen carnis aliquam habuit: sed ex vehementia virtutis quam habuit carnem subditam, quòd huiusmodi pugna ei insensibilis erat. Sed istud videtur inconuenienter dici: quia cum Virgo beata credatur omnino immunis fuisse à fomitis inclinatione propter eius sanctificationem perfectam, nõ est pium ponere aliquam pugnam à carne fuisse in ea, cum talis pugna non sit nisi à fomitis inclinatione, nec tentatio, quæ est à carne sine peccato esse possit, vt patet per Glos. * 2. Corint. 12. super illud, Datus est mihi stimulus carnis meæ, &c. Vnde dicendum est, quòd aureolam propriè habet, vt in hoc membris aliis Ecclesiæ conformetur, in quibus virginitas inuenitur, & quamuis non habuit pugnam per tentationem, quæ est à carne, habuit tamen pugnam per tentationem, quæ est ab hoste, qui nec etiam ipsum reueritus fuit, vt patet Matth. 4.

Ad tertium dicendum, quòd virginitati non debetur aureola, nisi inquantum addit quandam excellentiam super alios continentiæ gradus. Si autem Adam non peccasset, virginitas nullam perfectionem supra continentiam coniugalem habuisset, quia fuissent tunc honorabiles nuptiæ, & thorus immaculatus nulla concupiscentiæ fœditate existente: vnde virginitas tunc seruata non fuisset, nec ei tũc aureola deberetur: sed mutata humanæ naturæ conditione, virginitas specialem decorem habet, & ideo ei speciale redditur præmium. Tempore etiam legis Moysi, quando cultus Dei per carnalem actum propagandus erat, non erat omnino laudabile à commixtione carnis abstinere. Vnde nec tali proposito speciale præmium redderetur, nisi ex diuino processisset instinctu, vt creditur de Hieremia, & Helia, quorum coniugia non leguntur.

Ad quartum dicendum, quòd si aliqua per violentiam oppressa fuerit, propter hoc non amittit aureolam, dummodo propositum virginitatem perpetuò seruandi inuiolabiliter seruet, illi actui nullo modo consentiens: non. n. per hoc virginitatem perdit, & hoc dico, siue pro fide, siue pro quacũque alia causa corrumpatur violenter. Sed si hoc

pro fi-

¶Exam. Ly matri Christi. Hoc dictum tex. fin. sit pro exemplo. Per hoc enim vult intelligere quamcumque personam virginitatem etiam corporaliter de facto seruantem.

**5m de maiori.** Quod inest nobis à natura. ℞. Non secundum quòd inest nobis à natura præcisè: sed adiuncto aliquo per electionem §. Tunc nihil &c. vt patet.

**6m de minori.** Sed solum viduitatem vouenti. ℞. Negatur hoc. §. Sufficit enim, quòd viduitas cadat sub electione, vt de virginitate dictum est ad quintum, & in corp. circa secundam conclus.

**7m maior.** Præmissa non respondet necessitate. ℞. Nisi de necessitate fiat virtus. §. Tunc enim in volūtate consistit meritum. Vnde si frigidi & eunuchi voluntatē habeant perpetuam &c. vt in tex.

pro fide sustineat, hoc ei erit ad meritū, & ad genus martyrii pertinebit. Vnde Lucia dicit: Si me inuitam violare feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Non ꝙ habeat duas virginitatis aureolas, sed quia duplex præmium reportabit, vnum pro virginitate custodita, aliud pro * iniuria quam passa est, dico etiam quòd si talis violenter oppressa concipiat: nec ex hoc meritum virginitatis perdit: Nec tamen matri Christi æquabitur, in qua fuit cum integritate mentis etiam integritas carnis.

* Al. martyrio.

Ad qvintvm dicendū, ꝙ virginitas nobis à natura innascit quantum ad id, quod est materiale in virginitate: sed propositū perpetuæ incorruptionis seruādæ, ex quo virginitas meritum habet, non est innatū: sed ex munere gratiæ proueniens.

Ad sextvm dicendum, ꝙ non cuilibet viduæ fructus sexagenarius debetur: sed ei solum, quæ propositū viduitatis seruandæ retinet, quamuis etiā votum non emittat, sicut etiam de virginitate dictum est.

Ad septimvm dicendum, ꝙ si frigidi, & eunuchi voluntatem habeant perpetuam incorruptionē seruare, etiam si facultas esset coeundi, virgines sunt dicendi, & aureolā merentur. Faciunt enim de necessitate virtutem. Si verò voluntatē habeant ducendi coniugem, si possent, aureolam non merentur. Vnde dicit August. * in lib. de Sancta Virginitate. Quibus ipsum virile membrum debilitatur, vt generare non possint, vt sunt eunuchi, sufficit cum Christiani fiunt, & Dei præcepta custodiunt, eo tamen proposito sunt, vt coniuges, si possent, haberent, coniugatis fidelibus adæquari.

* De S. vir. c. 24. circa prin. to. 6.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articu. habes primò: quomodo per rationem ex superabundanti interimas hæresim Iouiniani & Eluidij, vt recitatur artic. 4. appen. Item erroneam dementiam Balacij, Ducis Aegypti Arrianę perfidiæ studiosissimi, qui (vt refert D. Athanasius in vita sancti Antonij heremitæ) virgines nudas in publico verberibus afficiebat. Iste enim pro honore, quem articulo præsenti superabundanter ostendente, virginibus debebat, iniuriam ignominiosam inferebat. Ex superabundantiori, inquam: quoniam virginitati, vltra sibi debitum fructum, vt ibi; debetur etiam aureola, vt hic. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas meritò ipsas damnari à &c. vt ibi supra append. Item ab Apocalyp. 14. Nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quatuor millia. Virgines enim sunt. Hęc ibi. Vbi manifestissime ad literam monstratur, quòd inter continentes solis virginibus debetur aureola, i. pręmium aliquod speciale. Item ab effectu diuinæ iustitiæ vindicatiuæ (vt refert ibid. idem Athanasius) contra Balacium. Huic D. Antonius scripsisse fertur. Video, ô Balaci, iram Dei super te venientem: ideo sine, quæso, Christianos persequi, vt facit, ne Dei vindicta te occupet, quæ proximum iam tibi minatur interitum. Qua epistola spreta, cum in ipsum Antoniū sęuire cępisset, dum cum Nestorio Alexandrię prefecto equitaret; morsu repentino Balaciū equus in terram decussit, eiusq; fęmora dentib. lacerauit, qui post tertiū diē è viuis sublatus est, iuxta D. Antonij vaticinium. Hæc Athanasius ibi. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum ab Isa 56. quòd virginitatis ratione debeatur aureola: & sic. Hæc dicit Dominus. Eunuchis, qui custodierint sabbata mea & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meū, dabo eis in domo mea locum, & nomē melius à filijs & filiabus. Hæc ibi. Vbi per Eunuchos designat illos, qui non possunt vti coniugio ex defectu membrorum. Istis, inquit, dabo nomen melius à filijs & filiabus, i. aliquod præmium speciale, quod non habebunt illi, qui filios & filias ex matrimonio genuerunt, si tamen illi Eunuchi vltra obseruationē fęderis mei, i. decalogi elegerint, quæ ego volui, i. conformauerint voluntatem suam voluntati meæ, qua ego feci eos nasci vel fieri Eunuchos: hoc est, si voluntatem perpetuam habuerint conseruandi continentiam virginalem ad quam importat illud esse Eunuchum. Ecce quàm apertè ad sensum literæ monstrat intentū. Hoc autem melius capies adiutus ex responso ad septimum. Quartò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quintò vides: quomodò ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

* In corp. ar. & ad 4.

---

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum martyribus aureola debeatur.*

415

AD sextvm sic proceditur. Videtur quòd Martyribus aureola non debeatur. Aureola enim præmium est, quod operib. supererogationum redditur. vnde dicit Beda * super illud Exodi 25. Facies, & aliam coronam, &c. de eorum præmio potest rectè intelligi, qui generalia mandata sponta neę vitæ perfectioris electione transcendunt: sed mori in confessione fidei, quandoque est necessitatis, non supererogationis, vt patet ex hoc quod dicitur Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem; ergo martyrio non semper debetur aureola.

* Glo. ord. ibi. ex Beda.

¶ 2 Præterea. Secundum Gregorium, * Seruitia quāto sunt magis libera, tanto sunt magis grata: sed martyrium † minimum habet de libertate, cum sit pœna ab alio inflicta violenter; ergo martyrio aureola non debetur, quæ respondet merito excellenti.

* Refertur in Decretis, 28. q. 1. c. Iam nūc. Simile habet Aug. de Adult. coniugijs, c. 14.

¶ 3 Pręt. Martyrium non solum consistit in exteriori passione mortis: sed etiam in voluntate. vnde Bernard. * distinguit tria genera martyrum, s. voluntate, non nece, vt Ioannes: voluntate, & nece, vt Stephanus: nece, & non voluntate, vt Innocentes. si ergo martyrio aureola debetur, magis debetur martyrio voluntatis quàm exteriori martyrio, cum meritum ex voluntate procedat, hoc autem non ponitur; ergo martyrio aureola non debetur.

* In sermone in Natalis Sanctorum Innocentum.

¶ 4 Præterea. Afflictio corporis est minor quàm afflictio mentis, quæ est per dolores, & interiores animæ passiones: sed interior passio quoddam etiam martyrium est. vnde dicit Hieron. * in sermone de Assumptione. Rectè dixerim, Dei genitrix virgo, & martyr fuit, quàmuis in pace vitam finierit. vnde, etiam ipsius animam pertransiuit gladius, s. dolor de morte Filii. cum ergo interiori dolori aureola non responderit, nec exteriori respondere debet.

* Inter mediū & fin. illius, incipit, Cogitis me à Paulo, tomo 2.

¶ 5 Præterea. Pęnitentia martyrium quoddā est. vnde dicit Greg. * Quamuis occasio persecutionis desit, habet tamen pax nostra martyrium suum, quia etsi carnis colla ferro non subiicimus, spirituali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidamus, pœnitentiæ autem, quæ in exterioribus operibus consistit, aureola non debetur; ergo nec etiam omni exteriori martyrio debetur aureola.

* Hom. 3. Euāg. in fine illius.

¶ 6 Præterea. Illicito operi non debetur aureola: sed illicitum est sibiipsi manus iniicere, vt patet per Aug. * in 1. libro de Ciuitate Dei, & tamen quorundam martyria in Ecclesia celebrata sunt, qui sibi manus iniecerunt, tyrannorum rabiem fugientes, vt patet in Ecclesiastica historia. * de quibusdam mulieribus apud Alexandriam; ergo non semper martyrio debetur aureola.

* Li. 1. c. 19. & 20. to. 5.

* Lib. 8. ca. 12.

SVPER Q. CXXVII. Aliàs 96. Art. VI.

Concl. 1. Perfectissimæ victoriæ, quæ habetur de impugnatione exteriori debetur aureola.

¶Prob. Quia & perfectissimę victoriæ, quę habetur de impugnatione interiori (contra interiores videlicet cōcupiscentias) debetur aureola (art. 5°)

¶Coroll. A simili ergo conclusio probata est.

¶Concl. 2. Martyrio aureola debetur.

¶Prob. Quia martyrium tum ex magnitudine passionis, tum ex honestissima causa, est pfectissima victoria (vt in tex.) & perfectissimæ victoriæ debet aureola (vt in conclus. 1.)

¶Not. Vide de martyrio. 2. 2. q. 124. per totum.

¶ 7 Præte. Contingit aliquando aliquem pro fide vulnerari, & postmodum aliquo tempore superuiuere, hunc constat martyrem esse, & tamen ei aureola non debetur, quia eius pugna non durauit vsq; ad mortem; ergo non semper martyrio debetur aureola.

¶ 8 Præt. Quidam magis affliguntur in amissione rerũ temporalium, quã etiam in propria corpus afflictione, quod patet ex hoc ꝙ multas afflictiones sustinent ad lucra acquirenda: si ergo eis propter Christum temporalia bona diripiantur, videtur ꝙ sint martyres, nec tamen eis vt videtur debetur aureola, ergo ut prius.

¶ 9 Præterea. Martyr videtur esse istum ille, qui pro fide occiditur. vnde dicit Isido.* Martyres Græcè, testes Latinè, quia propter testimonium Christi passiones sustinuerũt, & vsq; ad mortem pro veritate certauerũt: sed aliquæ aliæ virtutes sunt fide excellentiores, vt iustitia, & charitas, & huiusmodi, quæ sine gratia esse non possunt, quibus tamen non debetur aureola; ergo videtur ꝙ nec martyrio aureola debeatur.

¶ 10 Præterea. Sicut veritas fidei est à Deo, ita & quælibet alia veritas, vt dicit Ambros.* Quia omne verum à quocumque dicatur, à Spiritu sancto est: ergo si sustinenti mortem pro veritate fidei debetur aureola, eadem ratione, & sustinẽtibus mortem pro alia qualibet veritate, quod tamen non videtur.

¶ 11 Præterea. Commune est potius bono particulari: sed si aliquis pro conseruatione Reipublicæ moriatur in bello iusto, non debetur ei aureola: ergo etiam si occidatur pro conseruatione fidei in seipso, & sic martyrio aureola non debetur.

¶ 12 Preterea. Omne meritum ex libero arbitrio procedit: sed quorundam martyria celebrat Ecclesia, qui vsum liberi arbitrii non habuerunt: ergo aureolam non meruerunt, & sic omnibus martyribus non debetur aureola.

SED CONTRA. August.* dicit in lib. de sancta Virginitate. Nemo, quantũ puto, ausus fuit præferre virginitatem martyrio: sed virginitati debetur aureola, ergo & martyrio.

¶ Præterea. Corona debetur certantu: sed in martyrio est spiritualis difficultas pugnæ; ergo ei debetur spiritualis aureola.

RESPON. Dicendum, quòd sicut inest quędam pugna spiritui contra interiores concupiscentias, ita etiam inest homini quædam pugna contra passiones exterius illatas. vnde sicut perfectissimæ victoriæ, quæ de concupiscentiis carnis triumphatur, scilicet virginitati, debetur specialis corona, quæ aureola dicitur: ita etiam perfectissimæ victorię, quę habetur de impugnatione exteriori, debetur aureola: perfectissima autem victoria de exterioribus passionibus consideratur ex duobus. Primo ex magnitudine passionis, inter omnes autem passiones illatas exterius præcipuè mors locum tenet, sicut & in passionib. interioribus pręcipuè sunt venereorum concupiscentiæ: & ideo quando quis obtinet victoriam de morte, & ordinatis ad mortem, perfectissimè vincit. Secundo perfectio victorię consideratur ex causa pugnæ, quando videlicet ex honestissima causa pugnatur, quę scilicet, est Christus: & hæc duo in martyrio considerantur, quod est mors suscepta propter Christum, martyrem* enim non facit pęna, sed causa, & ideo martyrio aureola debetur, sicut & virginitati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sustinere mortẽ propter Christum, quantum est de se, est opus supererogationis, non enim quilibet tenetur fidem suam coram persecutore confiteri: sed in casu, est de necessitate salutis, quãdo scilicet à persecutore * depręhensus de fide sua requiritur, quam confiteri tenetur, nec tamen sequitur, quòd aureolam non mereatur. Aureola enim non debetur operi supererogationis, inquantum est supererogatio: sed inquantum perfectionem quãdam habet: vnde tali perfectione manente, etiam si non sit supererogatio, aureolam aliquis meretur.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd martyrio non debetur aliquod præmium, secundum hoc, ꝙ ab exteriori infligitur: sed secundum hoc, quòd voluntariè sustinetur, quia non meremur nisi per ea, quæ sunt in nobis: & quantò id, quod aliquis sustinet voluntariè est difficilius, & magis natum voluntati repugnare, tantò voluntas, quæ propter Christum illud sustinet, ostenditur firmius fixa in Christo, & ideo ei excellentius præmium debetur.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd quidam actus sunt, qui in ipso actu habent quandam vehementiam delectationis, vel difficultatis, & in talibus actus semper addit ad rationẽ meriti, vel demeriti, secundum quòd in actu oportet voluntatem variari ex vehementia actus à statu, in quo prius erat: & ideo cæteris paribus, actu luxuriam exercens † plus peccat, quàm † qui solum in actum consentit, quia in ipso actu voluntas augetur. Similiter † & cum actus martyrii maximam difficultatem habeat: voluntas † martyrii non pertingit ad illud meritum, quod actui martyrii debetur ratione difficultatis: quamuis possit peruenire ad alterius pręmium considerata radice merendi, quia aliquis ex maiori charitate potest velle sustinere martyrium, quàm alius sustineat. Vnde voluntariè martyr potest mereri sua voluntate præmium essentiale, æquale, vel maius eo, quod martyri debetur: sed aureola debetur difficultati, quæ est in ipsa pugna martyrii: vnde aureola voluntariè tantum martyribus non debetur.

AD QVARTVM dicendum, quòd sicut delectationes tactus, circa quas est temperantia, præcipuum locum tenent inter omnes delectationes interiores, & exteriores: ita dolores tactus omnibus aliis doloribus præeminẽt: & ideo difficultati illi, quæ accidit in sustinendo dolores tactus, puta, qui sunt in

## 1m de maiori.

Operibus supererogationum. ℞. Inquantum perfectionem quandam habent: non, inquãtum supererogationes sunt. §. Tunc nihil &c. Nam in casu quoque necessitatis mori pro fide habet quandam perfectionem: licet tunc non sit supererogatio.

¶ COROLL. Ergo formaliter debetur aureola operi magnæ perfectionis, materialiter verò, hoc est per accidẽs, debetur operi supererogationis. Ex quo sequitur id quod dicitur in tex. fin.

## 2m minor.

Martyriũ minimũ habet de libertate. ℞. Si attenderetur principaliter secundum hoc, ꝙ ab exteriori infligitur, non sĩ principaliter secundum hoc, ꝙ à voluntate interiori sustinetur. §. Tũc nihil &c. vt patet. Vnde per hæc & satisfactum est rationi in argumento allatæ pro minori & ostensum esse verum esse dictum Gregorij.

¶ NOT. Voluntaria toleratio martyrij ostẽditur esse seruitiũ tanto magis liberum, quanto maius habet impellens externum in contrarium. Ex hoc.n. magis fixa ostenditur voluntas in tuenda libertate sua, quanto magis non cedit impellẽti exterius in oppositum: vt consideranti patere potest. Ideo stat (vt virtualiter responsum est in tex.) ꝙ martyriũ violẽter infligatur ab alio, & tamen sit seruitium liberum: imò maximè liberum, ratione voluntatis adiunctę. Illa ergo authoritas Gregorij in argum. est magis ad propositum conclusionis, quàm contra.

## 3m illatio conclusionis.

Si ergo &cęt. ℞. Negatur illatio. §. Nam actus exterior voluntati bonæ superueniens addit ad rationem meriti interioris voluntatis. Quidã enim actus sunt, qui in ipso actu habẽt quidã &c. vt in tex.

¶ EXAM. Ly quamuis possit peruenire ad &c. Hoc est, ac si diceretur. Prædictum responsum de martyrio intelligitur quantum ad præmium accidẽtale, quod consideratur ex genere operis; non autem semper quantũ ad pręmium essentiale, quod consideratur ex charitate. Aureola enim de qua tractatur, est præmium accidentale. Vnde non incõuenit, quòd aliquis confessor etiam ꝙ non habeat aureolã, sit in præmio essentiali maior, quàm martyr, qui illam habet.

¶ Ly aureola debetur difficultati. Scilicet existenti cum victoria. Aliter enim difficultati non deberetur, puta, si quis per decem annos virginitatẽ cum difficultate maxima seruasset, aut sustinentiam passionũ extrinsecarum tanq̃ martyrium quoddã pari vel maiori difficultate sustinuisset: & postmodum hic & ille prætędio sustinentiam amisisset, hosti cedẽdo, neuter eorum profectò aureolam neque virginitatis, neque martyrij haberet. Ecce quomodo aureola debet, vel non debetur difficultati. Pro quo & vide articu. 5. ad primum finem.

## 4m maior.

Afflictio corporis est minor quã afflictio mentis. ℞. Negatur ista. §. cæteris paribus, intelligẽdo. Nam sicut delectationes tactus, circa quas est temperantia, pręcipuum locum &c. vt in tex.

Quintum

* Lib. 7. Ethym. c. 11.

* In illud ad Ro. 12. Nemo potest dicere Dñs Iesus, tom. 5.

Seruitium pro Dei amore factũ, quando iudicatur magis liberũ.

* Cap. 46. in fi. to. 6.

* Al. enim

* Al. appręhensus.

sunt in verberibus, & huiusmodi, debetur aureola magis quàm difficultati sustinẽdi interiores dolores; pro quibus tamen non proprie dicitur aliquis martyr, nisi secundum quandam similitudinem, & hoc modo Hiero. loquitur.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ afflictio pœnitentiæ proprie loquendo non est martyrium, quia nõ consistit in his, quæ ad mortem inferendam ordinantur, cum ordinetur solum ad carnem domandam, quam mensuram si quis excedat, erit afflictio culpanda. Dicitur tamen propter similitudinem afflictionis martyrium, quæ quidem afflictio excedit martyrii afflictionem diuturnitate, sed exceditur intensione.

Ad sextvm dicendum, ꝙ secundum August.* in 1. de Ciu. Dei, Nulli licitũ est sibiipsi manus iniicere quacumque ex causa, nisi forte diuino instinctu fiat ad exemplum fortitudinis extẽdendum, ut mors contemnatur: illi autem, de quib. obiectum est, diuino instinctu mortem sibi intulisse creduntur, & propter hoc eorũ martyria ecclesia celebrat.

Ad septimvm dicendum, ꝙ si aliquis propter fidem vulnus mortale accipiat, & superuiuat, non est dubium, quòd aureolam meretur, sicut de beata Cecilia patet, quæ triduo superuixit, & de multis martyribus, qui in carcere sunt defuncti, sed etiam si vulnus non mortale accipiat, & tamen exinde mortem incurrat, creditur aureolam mereri: (quamuis quidam dicant quòd aureolam non mereretur si ex incuria, uel negligentia propria mortẽ quis incurrat): non enim ista negligentia eum ad mortẽ induxisset nisi præsupposito vulnere, quod pro fide acceptum est, & ita vulnus, quod pro fide acceperat, est prima occasio mortis: vnde propter hoc aureolam non videtur amittere, nisi sit talis negligentia, quæ culpam mortalem inducat, quæ ei auream aufert, & aureolam. Si uero ex mortali vulnere suscepto nõ moriatur aliquo casu contingente, vel etiam vulnera nõ mortalia susceperit, & adhuc carceres sustinens moriatur, adhuc aureolam meretur. Vnde quorundam sanctorum martyria in Ecclesia celebrantur, qui in carcere mortui sunt, aliquibus vulneribus longe ante susceptis, sicut patet de Marcello Papa. Qualitercumque igitur afflictio ꝓpter Christum illata vsque ad mortem continuatur, siue mors inde sequatur, siue non, aliquis martyr efficitur, & aureolam meretur. Si vero non continuatur vsque ad mortem, non propter hoc aliquis dicetᷣ martyr, sicut patet de Syluestro, de quo non solemnizat Ecclesia, sicut de martyre, quia in pace vitam finiuit, quamuis prius aliquas passiones sustinuerit.

Ad octavvm dicendum, ꝙ sicut temperantia non est circa delectationes in pecuniis, uel in honoribus, & huiusmodi sed solũ in delectationibus tactus quasi præcipuis: ita etiam fortitudo est circa pericula mortis, sicut circa præcipua, ut dicitur in 3. Ethic.* Et ideo soli iniuriæ, quæ irrogatur circa corpus ꝓpriũ, ex qua nata est mors sequi, debetur aureola. Si uerò aliquis ꝓpter Christum res temporales, siue famã, vel quicquam hmõi amittat, non efficitur pp hoc ꝓprie martyr, nec meretᷣ aureolã. Nec aliquis potest ordinate res exteriores plus diligere, quàm proprium corpus; amor autẽ inordinatus non coadiuuat ad meritũ aureolæ: nec etiã potest dolor de amissione rerum corporalium coæquari dolori de corporis occisione, & aliis huiusmodi.

Ad nonvm dicendũm, quòd causa sufficiens ad martyrium non solum est confessio fidei, sed quæcumque alia uirtus non politica, sed infusa, quæ finem habeat Christũ. Quolibet.n. actu virtutis, aliquis testis Christi efficitur: inquantum opera, quæ in nobis Christus perficit, testimonia bonitatis ipsius sunt. Vnde aliquæ virgines sunt occisæ pro virginitate, quam seruare volebant, sicut beata Agnes, & quædam aliæ: quarum martyria in Ecclesia celebrantur.

Ad decimvm dicendum, quòd veritas fidei hẽt Christum pro fine, & pro obiecto. Et ideo confessio ipsius aureolam meretur, si pœna addatur, non solum ex parte finis, sed etiam ex parte materiæ. Sed confessio cuiuscumque alterius veritatis non est causa sufficiens ad martyrium ratione materiæ, sed solum ratione finis, vtpote si aliquis vellet prius occidi pro Christo quàm quodcumque mendacium dicendo, contra ipsum peccare.

Ad vndecimum dicendum, quòd bonum increatum excedit bonum omne creatum, vnde quicumque finis creatus, siue sit bonum commune, siue priuatũ non potest actui tantam bonitatem præstare: quantã finis increatus, cum. s. aliquid propter Deum agitur, ideo cum quis pp bonũ commune non relatum ad Christũ mortem sustinet, aureolam non meretur, sed si hoc referatur ad Christum, aureolã merebitur, & martyr erit, vtpote si Rempub. defendat ab hostium impugnatione, qui fidem Christi corrumpere moliuntur, & in tali defensione mortem sustineat.

Ad duodecimum dicendum, ꝙ quidam dicunt, ꝙ innocẽtib. occisis pro Christo, virtute diuina acceleratus est vsus rõnis, sicut, & in Ioanne Baptista, dum adhuc esset in materno vtero, & fm hoc vere martyres fuerunt, & actu, & uoluntate, & aureolam habent. Sed alii dicunt, qđ fuerunt martyres actu tantum, & non uoluntate, quod vr̃ sentire Bernar. distinguens tria genera martyrum, vt dictum * est, & secundum hoc innocentes sicut non pertingunt ad perfectam rationem martyrii: sed aliquid martyrii habent ex hoc: quòd passi sunt pro Christo, ita etiam, & aureolam habent, non quidẽ fm perfectam rõnem, sed fm aliquam participationem, inquantum. s. gaudent se in obsequium Christi occisos esse, vt dictum * est de pueris baptizatis, quòd habebunt aliquod gaudium de innocentia, & carnis integritate.

*Li. 1. c. 17. & 20.

*Ad ostendendum.

*Lib. 3. c. 6. to. 5.

Resp. 2.

*In ar. 3. huius ar.

* Ar. 5. huius q. in fi. corp.

**5m de maiori.** Martyrium. ℞. Similitudinarium: non, propriè dictum. §. Tunc ni. &c. vt patet in tex. Maximè si iungas dicta ad tertium.

**6m minor.** Illicitum est sibiipsi manus iniicere. ℞. Nisi fiat instinctu diuino. §. Tunc nih. &c. Nam illi quorum martyria ecclesia celebrat, non intulerunt sibi manus, nisi ex instinctu diuino.

¶Not. Deus est dominus vitæ & mortis, ita ut possit vitã, quam nobis dedit, repetere a nobis illo modo sibi reddendam, quo voluntati suæ placet, & nos eodem modo eam reddere eidem tenemur. Hoc est fundamentum intelligentiæ textus: qñ laudat illas personas, quæ mortem sibi intulerunt ex instinctu diuino.

**7m de minori.** Et tamẽ ei aureola nõ debetur. ℞. Negatᷣ hoc. §. si afflictio pp Christum illata cõtinuetur, siue mors inde sequatᷣ, siue non, hoc est, si in afflictione ipsa moriatur, etiam quòd mors quandoque ex illa afflictione non sit. Tunc ni. &c. ut patet diffusius in tex.

**8m illatio conclusionis.** Si ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nã ad esse propriè martyrem & mereri aureolam non sufficit alicui amittere propter Christum temporalia, vel famam, vel aliquid huiusmodi citra iniuriã corporis proprijs, ex qua naturaliter mors sequi debet. Sicut. n. temperantia nõ est circa delectationes i pecunijs &c. vt in tex.

**Item de antecedente.** Magis affligũtur. ℞. Inordinatè: non autem ordinatè § Tũc nihil &cæt. Nam amor inordinatus nõ est causa, neq; concausa aureolæ, ut patet, vide secundum respõsum text. Ly nec aliquis potest ordinatè &c.

**9m maior.** Martyr videtur esse tantum ille, qui pro fide occiditur. ℞. Negatur ista, ꝓ quanto dicit ly tantum. §. Nam pro quacumque virtute propter Christum sufferre viriliter mortem, sufficit ad martyrium. Ad rationem ex Isidoro respõdetur, quòd etiam is, qui pro aliqua alia virtute infusa passiones vsq; ad mortem sustinet, testis Christi efficitur, vt in text.

**10m illatio cõclusionis.** Ergo si &c. ℞ Negatur illatio. §. licet. n. omne uerũ a quocũque dicatur sit a Deo efficiente, ut arguitur; non tamen omne verũ respicit æqualiter Deũ. Verbi gratia. Veritas fidei habet Christũ pro fine &c. vt in tex.

**11m maior.** Commune est potius bono particulari. ℞. Cæteris paribus: non autem, disparibus. §. Puta bonum increatum excedit bonũ omne &c. ut in text. Tunc nih. &c. ut patet ibid.

**12m illatio cõclusionis.** Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. simpliciter quidem secundum opinionẽ primam in tex. recitatam; secundum quid uero iuxta secundam ibid.

¶Not.

¶Not. Intellige ly simpliciter & ly secundum quid, ut cadunt super aureolam, de qua in conclusione argumenti. Vnde pro meliori captu vide tex. & ad tertium, & ar. 5. corp. fin.

## APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim tanquàm ab effectu præcellenti Barbaræ Imperatricis dicentis: virgines pro Christi nomine pati stultum est, eo quòd uoluptatis gaudia non gustent. Item Basilidis dicentis: martyrium pati pro Christi confessione, dementia est: cum citra crimen possit Christus negari. Item Vigilantij dicentis: martyrium sepulchra non esse veneranda, & sanctorum vigilias esse damnandas. Item Georgij Dauid dicentis: martyres stolidos fuisse & Apostolos nolendo abiurare Christum coram hominibus, & ob id se occidi permittendo. Per hoc namque quòd aureolam martyrio deberi decernit præsens articulus oppugnat utique illas omnes, eggregieq; expugnat.

2 ¶Secundò habes: quomodo per rationem ostendas meritò damnari a Luc. 12. Dico autem uobis. Omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis cõfitebitur illum coram Angelis Dei. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei. Hæc ibi. Cui subscribit Matt. 10. & Mar. 8. Item ab eod. Luc. ibid. Dico uobis amicis ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hoc nõ habent amplius qd faciant. Ostendam autem uobis, quem timeatis. Timete eum, qui postq; occiderit habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis; hunc timete. Hæc ibi. Vbi loquitur de constantia martyrij pro veritate ab ipsis prædicanda in tectis. i. in manifesto, ut patet in contextu. Item a Matth 10. Eadem sententialiter dicente. Item a Ioan. 12. Qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Hæc ibi. Item ab Apocal. 7. Hi sunt, qui uenerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas & dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum Dei, & seruient ei die ac nocte, & qui sedet in throno habitabit super illos. Non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque vllus æstus, quoniã agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & abstergет Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Hæc ibi. Itẽ a Concil. Trid. sess. 25. de inuocatione & veneration. & reliq. sanct. Mandat sancta synodus omnibus docendi munus, curamq; sustinentibus, ut iuxta catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ usum, sanctorumq; Patrum consensionem, & sacrorum conciliorum decreta, in primis de sanctorum reliquiarum honore fideles diligenter instruant: docentes illos, qui negant sanctorum martyrum, & aliorum cũ Christo uiuentium sancta corpora, quæ uiua membra fuerunt Christi, & templum Spiritussancti ab ipso ad uitam æternam suscitandam & glorificanda a fidelibus veneranda esse, & affirmantes, reliquijs sanctorum & aliorum venerationem atque honorem non deberi, vel eas, aliaque sacra monumenta a fidelibus inutiliter honorari, atque eorum opis impetrandæ causa sanctorum memorias frustra frequentari, omnino damnandos esse, prout iampridem eos damnauit, & nunc etiam damnat ecclesia. Hæc ibi.

3 ¶Tertio habes: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum a fortiori à &c. ut art. 5. appen. quòd martyribus debetur aureola. Quæcunque. n. authoritate probant aureolam deberi uirginitati multo magis probant per hoc eam deberi martyrio. Martyrium namque uirginitati præstat, ut ecclesia catholica uniuersaliter in celebritate festiuitatum sanctorum declarat. Item a 2. Timot. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Hæc ibi. Vbi præsupponit ad literam coronam dari legitime certantibus. Ergo maiorem coronam magis legitime certantibus. Ergo maxime coronam dari maximè certantibus: iuxta illam regulam Philosophi in Topic. Sicut se habet simpliciter ad simplr, ita magis ad magis: ita maxime ad maximè. Constat aũt q difficilius est certamen in martyrio, quã in uirginitate seruãda; quãto difficilius est mortem violentam sufferre libenter, quia a uoluptatibus carnis abstinere.

4 ¶Quartò habes: quo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis.

5 ¶Quintò uides quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. CXXVII. Aliàs 96. Art. vii.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum Doctoribus aureola debeatur.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd Doctorib. aureola non debeatur: Omne enim præmium, quod in futuro habebitur, alicui actui virtutis respondet, sed prædicare, vel docere, non est actus alicuius virtutis, ergo doctrinæ, uel prædicationi non debetur aureola.

¶ 2 Præt. Docere, & prædicare, ex studio doctrinæ proueniunt, sed ea, quæ præmiantur in futuro, nõ sunt acquisita per humanũ studium, qa naturalibus, & acquisitis non meremur, ergo pro doctrina, & prædicatione nullus in futuro aureolam promerebitur.

¶ 3 Præt. Exaltatio in futuro respondet humiliationi in præsenti, quia, qui se humiliat exaltabitur, sed in docendo, & in prædicando non est humiliatio, immo magis superbiæ occasio, Glo.* dicit Matth. 4. quòd Diabolus multos decepit honore magisterii inflatos, ergo videtur quòd prędicationi & doctrinæ aureola non debeatur.

SED CONTRA. Eph. 1. super illud, Vt sciatis, quæ sit supereminens, &c. dicit Glo.* quoddam incrementum habebunt sancti Doctores vltra id, quod alii communiter habebũt, ergo &c. Et præterea Cant. 4. super illud, Vinea mea coram me est, dicit Glo.* ostendit quid singularis præmii Doctoribus eius disponat, ergo Doctores habebunt singulare præmium, & hoc uocamus aureolam.

RESP. Dicendum, q sicut p martyrium, & virginitatem aliquis perfectissimam victoriã obtinet de carne, & mundo: ita etiam perfectissima victoria contra Diabolum obtinetur, quando aliquis non solũ Diabolo impugnanti non cedit, sed etiã expellit eum non solum a se, sed etiã ab aliis: hoc autem fit per prædicationem, & doctrinam, & ideo prædicationi, & doctrinæ aureola debetur sicut virginitati, & martyrio. Nec est dicendum, ut quidam dicunt, q debeatur tantum prælatis quib. competit ex officio prædicare, & docere: sed quibuscumque qui licite hunc actum exercent. Prælatis autem nõ debetur, quamuis habeant officium prædicandi, nisi actu prædicẽt, quia corona non debetur habitui, sed pugnæ actuali, secundum illud 2. Timot. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q prædicare, & docere sunt actus alicuius virtutis, scilicet misericordiæ,

* Glo ord. super illud, Tunc diabolus assũpsit eũ &c.

* Glo.ord. illud.

* Glo.ord. super illud Cãt. 8. tradidit eã custodib.

CONCL. 1. Prædicationi & doctrinę aureola debetur.

416 ¶ PROB. Quia p prędicationem atq; doctrinam perfectissima victoria contra diabolũ obtinetur (cum per eã expellat eum quis tum a se, tum ab alijs:) & perfectissimæ uictoriæ debetur aureola (supra artic. 5. & 6.)

¶COROLL. Ergo doctrina, de qua fit sermo in conclusione, est de pertinentibus ad salutem, ut etiam in fine huius artic. notatur.

¶CONCL. 2. Quibuscumque, qui licite actũ prædicationis & doctrinæ exercent, debetur aureola.

¶ EXAMEN. Ly licitè. Hoc dr, quia prædicare nemo debet, nisi mittatur. Roman. 10. & maxime tunc non dẽt, qñ sibi prohibetur, uel per excõicationem, uel per mandatum. Et hoc nota contra errorẽ. Io. Huss. recitatum atque damnatum a Cõc. Constantiensi sess. 15. Dicebat enĩ quòd sacerdos Christi uiuens secundũ legem eius, & habẽs notitiam scripturæ, & affectum ad ædificandum populum debet prædicare non obstante prætensa excommunicatione. Hæc ille, & contra errorem similem. Io. Vuiclef recitatum atque damnatum a Conc. eod. sess. 8. Dicebat. n. quòd licet alicui diacono uel presbytero prædicare uerbum Dei absque authoritate sedis Apostolicæ, uel Episcopi catholici. Peiusq; addebat dicens, quòd illi, qui dimittunt prædicare, siue audire uerbũ Dei propter excõicatiõnem hominũ, sunt excommunicati, addens (secundum Prat. Hussitæ,) q in die iudicij traditores Christi habebuntur. Et cõtra Valdenses (Prat. Pauperes de Lugduno) dicẽtes: quòd prædicatio uerbi Dei libera est cuilibet Christiano: adeo, ut quamuis a superiorib. sit prohibitus, põt quilibet prædicare uerbũ Dei. Propter hos & similes errores uitandos textus in cõclusione apposuit ly licitè. Vide q. 21. arti. 4. elucid. contra eosdem errores.

¶PROB. Quia patet ex dictis circa primam conclusionem.

¶CONCL. 3. Prælatis, quamuis habeant officium prædicandi, non debetur aureola: nisi actu prædicent.

¶ EXAMEN. Scilicet personaliter. Non enĩ sufficit ad hoc, ut faciãt alios prædicare, quod & magis patet, ex prob. sequen.

¶PROB. Quia corona non debetur habitui, sed pugnæ actuali (patet ex 2. Timot. secundo.)

1m minor. Prædicare, uel docere non est actus alicuius virtutis. R. Negatur ista. §. Sunt enim actus misericordiæ magnæ; tantoque maioris, quanto eleemosinæ spirituales prǣpon-

diæ, vnde & inter spirituales eleemosinas computantur. *

Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis facultas prædicandi, & docendi quãq; ex studio proueniat; tamen vsus doctrinæ ex voluntate ꝓcedit, quæ per charitatem informatur a Deo infusam, & sic actus eius meritorius esse potest.

Ad tertium dicendum, ꝙ exaltatio in hac vita non diminuit alterius vitæ præmiũ, nisi ei, qui in tali exaltatione propriã gloriã quærit. Qui autem talẽ exaltationem in vtilitatẽ aliorum cõuertit, ex ea sibi mercedem acquirit. Cum autem dicitur, ꝙ doctrinæ debetur aureola, intelligendum est de doctrinis pertinentibus ad salutem, per quas diabolus a cordibus hominum expugnatur, sicut quibusdam spiritualib. armis, de quibus dicitur 2. Corint. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed spiritualia.

præponderant corporalibus. secunda secundæ. q. 32. art. 3.

Via aptissima (salua semper dignitate sacramentorũ) ad deletionẽ iniquitatũ suarũ.

¶Coroll. Ergo aptissima uia ad delendum peccata propria est docere uel prædicare, & tanto aptior, quanto eleemosina spiritualis est maior corporali, de quo tamen dicebat Dan. 4. regi Nabuchodonosor, Peccata tua eleemosinis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperũ, forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Hæc ibi. Et nota, quòd per docere & prædicare subintelligitur etiam scripta compilare, vt ar. 11. Nã componere scripta est quidam modus docendi. Intellige tamẽ prædicta si fiant seruatis seruãdis puta ꝓpter Christum &c. Vide ar. 5. & 6.

2m de maiori. Docere & prædicare. ℞. Quantum ad facultatem. i. acquisitionem doctrinæ talis: non, quantum ad usum doctrinæ. §. Tunc ni. &c. ut patet in tex. Non. n. acquisitis uel naturalibus pręcise tunc meremur, quando ex uoluntate informata per charitatem acquisitis uel naturalib. utimur.

3m minor. In docendo & prædicando non est humiliatio, immo magis superbiæ occasio. ℞. Ei qui gloriã propriam in talibus quærit. §. & sic intelligit glos. adducta. Tunc nihil &c. ut patet.

Occasio secundum se humiliationis, & magna, docere alios & prædicare.

¶Not 1. Licet occasio quædam a remotis quò ad hominem sit docere & prædicare, tamen hoc de se non superbiæ sed humiliationis est occasio, inquantum ex hoc secundum se datur occasio doctori & prædicatori recognoscendi hoc munus a Deo, ęque humiliter gratias referendi, maximeque quando alijs quibuslibet communiter non est tale munus collatum, & humiliationis specialis adhuc maioris occasio est, quando prædicator, uel doctor perpendunt, certo se maiorem præ alijs rationem reddituros Deo & de beneficio tali accepto, & de hoc an magis quàm alij obseruauerint (ut tenebantur) in ueritate ea, quæ docuerunt alios.

¶Not. secundi. Textus a ly cum autem dicitur, quòd doctrinæ debetur &c. intendit respondere authoritatibus argu. sed contra, declarando illas.

## APPENDIX.

Vtilitas ꝓ Eccles. S. Dei.

Ex articu. habes primò; quomodo per rationem tanquam ab effectu præcellenti interimas errores Lycinij Imperatoris dicentis, quòd literæ appellandæ sunt virus, ac pestis. Item Quintini dicentis: literas esse abijciendas & spiritum viuificantem sequendum. Vbi uidere est, quòd iste misellus sub specie boni, s. spiritus viuificantis sequẽdi, a phantasia deceptus miserrimè in errorẽ tam apertum cecidit, scilicet quòd literæ sint abijciendæ. Cum enim per hunc articulum aureolam doctoribus deberi sanctus Doctor liquido monstret: contra prædictos militare legitime se, ostendit.

Inimici literarũ, qs ẽt sub specie boni.

2 ¶Secundo habes: quõ per rationem ostendas prædictos meritò damnari a 1. Tim 3. Oportet Episcopum esse doctorẽ. Item a &c. vt q. 36. ar. 2. app. & 1. par. q. 117 ar. 1. app. Item a 1. Tim. 5. Qui bene præsunt præsbyteri duplici honore digni habeantur; maxime q laborant in uerbo & doctrina. Hæc ibi. Vbi & ipsis aureolam deberi subindicat per ly duplici honore digni habeãtur. Item ab Eph. 1. vt sciatis quæ sit &c. & a Cant. 4. vinea mea &c. maximè adiunctis glossis, ut in arg. sed contra. Per quas auctoritates non solum damnari prædictos meritò, sed & meritò poni doctoribus esse dandas aureolas, per rationem articuli monstrare poteris.

3 ¶Tertiò habes: quõ per rõnem prædicta scripturarũ, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis.

4 ¶Quartò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

¶Not.

---

SVP. Q. CXXVII. Aliàs 96. Art. VIII.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum Christo aureola debeatur.*

Ad octavvm sic proceditur. Videtur quòd Christo aureola debeatur. Debetur enim aureola virginitati, & martyrio & doctrinæ, sed in Christo hæc præcipue fuerunt, ergo ipsi præcipue aureola competit.

¶ 2 Præt. Omne, quod est perfectissimum in rebus humanis, Christo est attribuendum, sed præmium aureolæ debetur excellentissimis meritis, ergo, & Christo debetur.

¶ 3 Præt. Cyprianus * dicit, quòd imaginem Dei virginitas portat vir ginitatis igitur exemplar in Deo est, & sic videtur quòd Christo, etiam inquantum est Deus, aureola competat.

* In lib. de habitu virginum qui incipit, disciplina custos.

Sed contra est quòd aureola est gaudium de conformitate ad Christum, vt dicitur, sed nullus conformatur, uel assimilatur sibiipsi, vt patet per Philosophum, * ergo Christo aureola non debetur.

* Li. 10. Metaphy. ex com. 11. & 10. 3.

¶ Præt. Christi præmium numquã augmentatur, sed Chr̃s ab instanti suæ cõceptionis nõ habuit aureolã, quia tunc nũquam pugnauerit, ergo numquam postea aureolam habuit.

Resp. Dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam dicunt, quod in Christo est aureola secundum propriam aureolæ rationẽ, cum in eo pugna inueniatur, & victoria, & per consequens corona secundum propriam rationem. Sed diligenter considerando, quamuis Christo competat ratio aureæ, uel coronæ, non tamen ei competit ratio aureolæ. Aureola. n. ex hoc, quòd diminutiue dicitur, importat aliqd, quod participatiue, & numquam secundum sui plenitudinem possidetur. Vnde illis competit aureolam habere, in quibus est aliqua perfectionis victoriæ participatio secundum imitationem eius, in quo perfectæ uictoriæ ratio plena consistit. Et ideo, cum in Christo inueniatur huiusmodi principalis, & plena ratio, per cuius victoriam omnes victores constituuntur, ut patet Io. 16. Confidite, ego vici mundum, & Apoc. 5. Ecce vicit Leo de tribu Iuda. Christo non competit aureolam habere, sed aliquid aliud, vnde omnes aureolæ originãtur, vnde dicitur Apoc. 3. Qui vicerit faciam eum sedere in throno meo, sicut ego vici, & sedeo in throno Patris mei. Vnde secundum alios dicendum est, ꝙ quamuis

id,

417 S. Tho. 4. dis. 49. q. 5. arti. 4. q. 1. & 2.

Concl. 1. Quamuis Christo competat ratio aureæ uel coronæ: non tamen ei competit ratio aureolæ.

¶Prob. 1. Quia pugnauit, & vicit. Secunda autem pars. s. nõ tamen &c. probat. Quia in Christo non inuenitur pfectę uictoriæ participatio, sed eius plena ratio (ex Io. 16.)

¶Coroll. Ergo ratio aureæ non importat diminutionẽ in habente illam, sed ratio aureolæ sic.

¶Not. Habere aliquid secundum sui plenitudinem potest intelligi dupliciter. Vno modo totaliter absolutè: alio modo ut in genere communicabili ad res creatas. Primo modo anima Christi non habet totam plenitudinẽ beatitudinis: quamuis Christus secundum ꝙ Deus habeat illam. Secundo modo plenitudinem beatitudinis habet ipsius anima, eo quòd quicquid rei creatæ cõmunicari potest de beatitudinis perfectione totum animæ Christi communicatum est. Et in hoc sensu intelligitur textus, tam de Christi anima loquens, quàm de alijs sanctis.

Et

Et ideo animæ Christi non attribuit rationem aureolæ, alijs uerò sanctis eam posse attribui dicit.

¶Concl. 2. Christo non competit aureola habere, sed aliqd aliud, vnde oẽs aureolæ originantur.

¶Prob. 1. Quia patet ex prima concl. Secunda autem pars. s. sed aliquid &c. probatur. Quia per victoriã Christi omnes uictores constituuntur (Iob 16.) & post uictoriã per Christũ remunerant (Apocal. 3.)

¶Coroll. Ergo aureolæ sanctorũ a Christo originantur dupliciter. s. ratione meriti, & ratione præmij. Meriti quidem, quia licet sancti mereantur, tamen hoc per Christi meritũ habent; qui nobis per crucem meruit, quicquid boni & habemus, & habere possumus. Vnde Conc. Trid. sess. 6. ca. 7. in proposito de Christo loquens ait. Huius iustificationis causæ sũt finalis quidem &c. meritoriæ autem dilectissimus unigenitus Dei, q cũ essemus inimici ꝓpter nimiam charitatem, qua dilexit nos sua sanctissima passione in ligno crucis nobis iustificationem meruit. Hęc ibi. Et ca. 16. Cum

Bonũ omne nrm & habitum, & habendũ, & possibile haberi, est nobis a Deo ĩtuitu Christi donatũ.

Christus,

Christus, tanquam caput in membra, & tanquàm vitis in palmites in ipsos iustificatos iugiter virtutē influat, quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, & comitatur, & subsequitur, & sine qua Deo grata & meritoria nullo pacto esse possent. Hæc ibi. Et supra cap. 3. Sicut reuera homines nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur iniusti, ita nisi i Christo renascerentur, nunquam iustificarentur, cum ea renascentia per meritum passionis eius gratia, qua iusti fiunt, illis tribuatur. Hæc ibi. Et eod. cap. 16. Absit, ut Christianus homo i seipso, uel confidat uel glorietur & non in domino, cuius tanta est erga omnes homines bonitas, ut eorum uelit esse merita quæ sunt ipsius dona. Hæc ibi. Et can. 32. Si quis dixerit: ipsum iustificatū bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam & Christi meritum fiunt non uere mereri augmentum gratiæ vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ (si tamen in gratia decesserit) consecutionem atque etiam gloriæ augmentum: anathema sit. Hæc ibi. Ecce quòd omnia bona opera & consequenter victoriæ sanctorum sunt dona Dei p Christi meritum eisdem collata, & quòd quodcumque merentur postea siue de augmento gratiæ, siue de vita æterna, siue de ipsius rea li consecutione, siue de gloriæ augmento totum per Christi meritum eis confertur. Ex quo etiam concilio cōfirmatur illa pars conclusionis, quòd. s. omnes aureolæ sanctorum a Christo originātur: quoniam aureolæ sunt quoddam augmentū gloriæ (ut supra multis articulis patuit:) & augmentum gloriæ merentur homines bonis operibus per Christi meritum (iuxta concilium ibi in canone.) Ex quo etiam patet illud secundum in prin. corol. dictum, s. quòd ratione præmij a Christo originantur: quoniam si meritum omne sanctorum est per Christum, necesse est utique, quòd & præmium, quòd merito redditur sit originaliter à Christo non solum tanquā a dante coronam, sed etiam tanquàm a causante in nobis peruentionem ad coronam.

Merita nostra oīa sūt dona Dei, per Christum nobis liberaliter collata.

id, quod est in Christo, non habeat rationem aureolæ, tamen est excellentius omni aureola.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ Christus fuit verissime Virgo, Martir, & Doctor, sed tamen præmium accidentale his respondēs in Christo non hēt aliquam notabilem quantitatē, in cōparatione ad magnitudinē essentialis præmii: unde non hēt aureolam sub ratione aureolæ.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ aureola quáuis debeatur operi perfectissimo, quo ad nos; tñ aureola, inquantū diminutiue dr̄, significat quandam participationē perfectionis ab aliquo, in quo plenarie inuenitur: †& secundū hoc ad quandā minorationem pertinet, & sic in Christo non inuenitur, in quo omnis pfectio plenissime inuenitur.

Ad tertivm dicēdum, quòd quáuis virginitas habeat aliquo modo exemplar in Deo, non tamen habet exemplar vnius rationis. Incorruptio enim Dei quam virginitas imitatur, non eadem ratione est in Deo, & in aliquo uirgine.

¶ Conc. 3. Quamuis id quod est in Christo non habeat rationem aureolæ: tamen est excellentius omni aureola.

¶ Prob. 1. Quia patet ex prima conclusione 2. Quia (ly tñ &c.) patet ex secunda.

1^m^ de maiori. Virginitate, & martyrio & doctrinæ. ℞. Tanquam participationibus perfectionis victoriæ: non tanquàm habentibus plenitudinem ipsius victoriæ. §. Tūc nihil &c. Licet. n. in Christo fuerint illa tria: non tamen fuerunt in illo tanquam participationes, sed tanquam complementum & plenitudo talium perfectionum.

¶ Not. Hoc est illud qđ solet dici a catholicis, scilicet in Christo fuisse omnes virtutes in summo. Et hoc intelligit textus per ly uerissime, idest in superlatiuo gradu respectu quantumcumq; rerum creatarum. Hoc est habuit uirginitatem martyrium, & doctoratum in plenissima perfectione, qua possint haberi. Vnde & text. ly sed tamen præmium accidentale &c. intelligitur secundum correspondentiam ad prædeclarata nunc.

¶ Examen. Ly non habet aliqnam notabilem quantitatē, &c. Idest non habet aliquam notabilem minorationem quantitatis in comparatione &c. Habere. n. notabilem quantitatem in comparatione ad magnitudinem præmij essentialis est & non parificari ipsi essentiali præmio. (Cum nullum accidentale adæquare possit essentiali,) & multum deficere; modo quodam partiali ab illa magnitudine præmij essentialis. Adeo quòd notabilem quantitatem in comparatione hac habere, est habere præmium accidentale tanquam participationem, uel tanquam minorationem, uel tanquàm diminutionem quandam, (quæ tria idem sunt.) Aliorum ergo sanctorum præmium suum accidentale habet notabilem, quantitatem in comparatione ad magnitudinem præmij essentialis, quia & multum deficit ab ea magnitudine, & deficit tanquam participatio præmij accidentalis: Christi uerò accidentale præmium non hēt quantitatem notabilem in comparatione illa quamuis. n. multum deficiat ab ipsa magnitudine, tamen nō adeo deficit, ut possit dici participatio quædam accidentalis præmij. Quòd autem sensus prædictorum uerborum ly non habet notabilem quantitatem &c. sit a litera intentus. patet ex eo, ꝙ mox dicitur, ly vnde non habet aureolā sub ratione aureolæ.

2^m^ de maiori. Perfectissimum. ℞. Remota omni imperfectione: non aliter. §. Tunc nih. &c. Quamuis enim aureola debeatur &c. ut in text.

¶ Examen. Ly quo ad nos. Hoc non significat, quòd aureola non debeatur operi perfectissimo quò ad ueritatem, sed ponitur ad differentiam grammaticalis locutionis, s. aureolæ. Quasi dicat. Debetur operi perfectissimo, sed huic perfectioni obstat nostra grammatica, qua aureola dicitur diminutiue. Quod si absque erroris apparentia planius hunc passum uis intelligere, vide; ne (ut quidam libri impressi habent) punctum facias post ly quo ad nos, sed ante: ut dicatur sic. Aureola quamuis debeatur operi perfectissimo: quò ad nos tamen &c. Quicquid ergo perfectionis importatur per aureolam, hoc totum excellentissime est in Christo, sed non aureola, cum imperfectionem quandam saltem grammaticaliter sonet. Vide 1. par. q. 13. art. 1. & 2. & 3. & applica proportionaliter huic proposito.

3^m^ de conclusione. Exemplar. ℞. Alterius rationis: non eiusdem. § scilicet cum creaturis. Tunc nihil &c ut de se patet.

¶ Not. Pro meliori captu dictorum in textu, uide 1. par. q. 4. art. 3. & q. 13. ar. 5. applicando quantum oportet.

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas merito insinuatum a Io. 1. quod in Christo non est aureola & sic. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiæ & ueritatis. Hæc ibi. Vbi quantum ad sensum, tanquam a diffinitione ad diffinitum argumentando, monstrat intentum. Aureola. n. est quædam gloria in participatione quadam consistens (ut dictum est corp.) & gloria Christi est quasi unigeniti a patre. i. est in summo illi data. Nam ly quasi non dicit ibi similitudinem, sed expressionem; quasi dicat: illi est data gloria talis & tanta, qualem & quantam decebat habere unigenitum a patre secundum humanitatem sibi personaliter unitam. Sicut ergo absolute in summo coniungitur humanitas diuinitati Christi, ita ut absolute nihil ei possit esse coniunctius; ita gloria humanitati data, ad hoc quòd sit condecens tantæ rei, debet esse magna in summo, & hoc est qđ Euangelista intendebat in supradictis uerbis. Item ab eod. 3. Nō ad mensuram dat Deus spiritum. Hæc ibi. Vbi loquitur de filio quo ad humanitatem. Ex quibus dic; ut supra Item ab eod. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Hæc ibi. Per quæ demonstrat, & ꝙ in Christo est quie excellentius a quo originātur aliorū sanctorum omnes aureolæ, & quòd ipse Christus non habet aureolam.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

2 ¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarū, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis.

3 ¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. CXXVII. Aliàs 96. Art. IX.

# ARTICVLVS IX.

*Vtrum Angelis aureola debeatur.*

Conc. Angelis aureola non debetur.

¶ Prob. Quia aureola respondet cuilibet perfectioni excellēti in merito & Angelis non adest talis perfectio meriti, (ut declaratur in tex.)

418

* In sermo de assumptionē B. Mariæ inter prin. & me. to. 2.

* Glo. ord.

Ad nonvm sic proceditur. Videtur quòd angelis aureola debeatur. Quia ut dicit Hieron. * de Virginitate loquens: In carne prę ter carnem viuere, potius est vita angelica quàm humana, & 1. Corinth. 7. dicit Glos.* Quia virginitas est portio angelica, cum igitur virginitati respōdeat aureola, uidetur, quòd Anglis debeatur.

¶ 2 Præt. Nobilior est incorruptio spiritus, quàm incorruptio carnis, sed in Angelis inuenitur incorruptio spiritus, quia numquam peccauerunt, ergo eis magis debetur aureola, q̃ hominibus incorruptis carne, qui aliquando peccauerunt.

¶ Not. Vult dicere textus quòd ultra meritum essentialis præmij requiritur meritū accidentalis. i. aureolæ, & p consequens communiter requiruntur duo actus ante beatitudinis consecutionem. quorū uno mereatur essentiale & altero accidentale præmium. Nam post conse-

super illud pꝫ instantem necessitatem.

¶ Not.

consecutionem beatitudinis nullus potest mæreri per suos actus, cum amplius non sit status merendi. Modo ad propositum. Angeli uno tantum actu & statim consecuti sunt beatitudinem. 1 2. q. 5. art. 7. Vnde totum, quòd tunc redditum est eis fuit computatum pro aurea. i. præmio essentiali. Vnde cum amplius mereri non possunt; patet quòd sicut non habuerunt prius, ita non habebunt amplius aureolam.

* Cap. 6. ec cles. Hier. par. 3. a me.

1^m de conclusione. Virginitati. ℞. Virtuti: non autem, quæ nō est virtus. §. Tunc nih. &c. vt patet in tex.

2^m de conclusione. Eis magis debet aureola. ℞. Vel aurea. §. Tunc nih. &c. Nā perpetua incorruptio spiritus &c. ut in tex.

¶ Coroll. Ergo præmium essentiale attenditur circa ea, quæ sunt de necessitate salutis, pro quo vide arti. 6. ad primum.

3^m de maiori. Doctrinæ ℞. Ante gloriam exhibitæ non post gloriam. § Tunc ni. &c. Nam illi actus secundum quos Angeli, &c. ut in tex. Vide not. post prob. conclus.

¶ 3 Præt. Doctrinæ debetur aureola, sed Angeli nos docent purgando, illuminando, & perficiendo: vt Dionys.* dicit, ergo eis debetur aureola saltem Doctorum.

Sed contra. Secundæ Tim. 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit, sed in Angelis non est pugna, ergo eis aureola non debetur.

¶ Præt. Aureola non debetur illis, qui per corpus non exercētur: vnde amantibus virginitatem, martyriū, & doctrinam, si exterius eis hæc nō insunt, aureola non debetur, sed Angeli sunt spiritus incorporei, ergo aureolam non habent.

Respon. Dicendum, quòd Angelis aureola non debetur, cuius ratio est, quia aureola respondet cuilibet perfectioni excellenti in merito; ea uero, quæ in hominib. ad perfectionem meriti pertinent, Angelis sunt connaturalia, vel etiam spectant ad communem statū eorum; aut etiam ad ipsum præmium essentiale, & ideo ratione eorum, qua hominibus aureola debetur, Angeli non habent aureolam.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ virginitas dr̄ esse vita angelica, inquantum per gratiam virgines imitantur id, quod Angeli habent per naturam. Non. n. virtutis est in Angelis, ꝙ omnino a delectabilibus carnis abstineant, cum huiusmodi delectationes in eis esse non possint.

Ad secundum dicendum, ꝙ perpetua incorruptio spiritus in Angelis præmium essentiale meretur: est enim de necessitate salutis, cum in eis non possit subsequi reparatio post ruinam.

Ad tertium dicendum, ꝙ illi actus secundum quos Angeli nos docent, pertinent ad gloriā eorum, & communem eorum statum: vnde per huiusmodi actus aureolā non merentur.

tur ratione pugnæ maxime per corpora exercitæ. ar. 5. 6. 7. & 2 1. patet, quòd per hoc denotat Concilium Angelos non habere aureolas propriè dictas. Nec obstat, ꝙ in Conc. Niceno secundo actio. 5. post disputationem de Angelis vr̄ acceptari, quòd corporei sunt: quoniam hoc verum non est. In cuius signum post disputationem illā Tharasius Patriarcha reassumens disputationem factā inter gentilem quendam & Episcopum Ioānem dixit. Ostendit autem pater, quòd & Angelos pingere oporteat, quādo circumscribi possunt, & ut homines apparuerunt. Sacra Synodus respondit; etiā domine. Hęc ibi. Vbi per responsionem illam Synodi non habetur nisi quod ipsa affirmat Tharasium bene reassumpsisse disputationem ipsam. Quod verò de mente concilij huius quòd pingantur solum, quia sic apparuerunt, non autem quia circunscribi possint; colligitur ad literā ex epistola Tharasij eiusdem vniuersæque synodi ad Constantinum actio. 7. ibi sic dicunt. Quamobrem omnibus modis recipiendæ sunt uenerandæ imagines sanctorum quoque Angelorum, nam hominibus ipsi in forma hominis visi sunt. Hæc ibi. Ecce, ꝙ quando determinatam fidem Synodus scribit, atque Tharasius, non reassumunt, pro ratione pingēdi Angelos, ly quando circunscribi possunt, sed reassumunt tantum hoc, quòd hominibus in forma hominis visi sunt. Quod sanè monstrat illam Tharasij reassumptionem fuisse tantum pro bona reassumptione disputationis illius commendata a Synodo per ly etiam domine: non autem commendata pro determinatione rei ueritatis. Item a Psalm. 103. Qui facit Angelos suos spiritus. Hæc ibi. Pro quo uide. 1. par. quæst. 50. art. 1. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & patrum, pro quanto quod diximus insinuant & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

APPENDIX.

Vtilitas Eccles. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a Concilio Lateranensi sub Innoc. III. de fid. cathol cap. 1. quòd Angeli non habent aureolam. Vnus est Deus indiuisus in essentia, & discretus in personis, creator omnium &c. Is ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam corporalem & spiritualem, Angelicam. s. & mundanam. Deinde humanam, quasi communem, ex spiritu & corpore cōstitutam. Hæc ibi. Vbi clarè monstrat quòd Angeli sunt spirituales. i. omnino incorporei. Sic enim insinuat illa contrapositio, scilicet spiritualem & corporalem. Cum igitur aureolæ non nisi corporibus indutis dentur

2

3

---

SVP. Q. CXXVII. Aliàs 96. Art. x.

419

COncl. 1. Aureola propriè est in mēte.

¶ Prob. Quia est gaudium de operib. illis quibus aureola debetur, & gaudium propriè est in mente (ut patet.)

¶ Concl. 2. Ex gaudio aureolę resultat aliquit decor in corpore.

¶ Examen. Ly aliquis decor. Puta iocunditas specialis.

¶ Prob. Quia etiam ex gaudio essentialis pmij. i. aureæ resultat qdam decor in corpore (patet ex q. 82. 83. 84. & 85. in multis locis.

1^m de minori. Sed etiam in corpore. ℞. Per quandam redundantiam: non, per essentiam propriè. §. Tunc nih. &c. ut patet ex conclusionibus.

2^m conclusio. Aureola etiam debetur corpori. ℞. Secundum modum corporeum. i. per quandam redundantiam: nō, per essentiam propriè. §. Et ita aureola est in vtroque modo suo; in anima quidem secundum modum animæ; in corpore uerò secūdum ꝙ conuenit corpori. Tūc nihil &cæt. ut patet ex conclusionibus.

¶ Coroll. Ergo redundantia hæc animæ ad corpus repræsentari potest per redundantiā luminis solaris in camera clausa per fenestram vitream: quando sol ipsam fenestram directè percutit. Tunc enim licet radius solaris non ingrediatur essentialiter cameram: tamē per redundantiam quandā ingreditur, inquantum scilicet ex radio solari existente propriè in fenestra uitrea resultat quædā delectabilis claritas in camera; quæ aliàs non resultaret. Corpora ergo tum virginum, tum martyrium, tū doctorum habebunt ex resultantia aureolæ in anima exist entis quandam claritatem specialem: quā non habe-

## ARTICVLVS X.

*Vtrum aureola etiam corpori debeatur.*

AD decimum sic proceditur. Videtur quòd aureola etiā corpori debeatur. Præmium enim essentiale est prius quàm accidentale: sed dos, quæ ad præmium essentiale pertinet, non solum est in anima, sed etiam in corpore, ergo & aureola, quæ pertinet ad præmium accidentale.

¶ 2 Præt. Peccato, quod per corpus exercetur, respondet pœna in anima, & corpore, ergo & merito, qđ exercetur per corpus, debetur præmium, & in anima, & in corpore, sed meritū aureolæ per corpus exercetur, ergo aureola etiam debetur corpori.

¶ 3 Præt. In corporibus martyrium quædam virtus apparebit in ipsis cicatricibus corporis. Vnde August.* dicit 22. de Ciuit. Dei: Nescio quomodo sic afficimur amore martyrū beatôrum, vt velimus in illo regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices, quas pro Christi nomine pertulerunt, & fortasse videbimus. Non enim erit deformitas in eis, sed dignitas quædam, quāuis in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit, ergo videtur ꝙ aureola martyrum etiam in corpore sit, & eadem ratione de alijs.

Sed contra, Animæ, quæ modo sunt in Paradiso, habent aureolas, nec tamen habent corpora, ergo proprium subiectum aureolæ non est corpus, sed anima.

¶ 2 Præterea, Omne meritum est ab anima, ergo præmium totum in anima esse debet.

Re-

*Lib. 22 de ciui. c. 20. in prin. to. 5.

habebunt alia corpora: licet in communi claritate, de qua supra q. 85. omnia conueniant, secundum modum ibi dictum.

3^m conclusionis illatio. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. licet de cicatricibus verum sit quòd in corporibus martyrum reperientur ad eorum gloriam. Ratio negationis illationis est: quia decor cicatricum non potest dici aureola propter rationé adductam in tex.

RESP. Dicendum, quod aureola propriè est in mente. Est. n. gaudium de operib. illis, quibus aureola debetur. Sed sicut ex gaudio essentialis præmii, quod est aurea, redúdat quidá decor in corpore, qui est gloria corporis: ita ex gaudio aureolę resultat aliquis decor in corpore, ut sic aureola principaliter sit in mente, sed per quandam etiá redúdantiam refulgeat in corpore, vel in carne. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Tamé sciendum est, quod decor cicatricum, quæ in corporibus martyrum apparebút non potest dici aureola; quia aliqui martyres aureolam habebunt, in quibus huiusmodi cicatrices non erunt, vtpote illi, qui sunt submersi, aut famis inedia, aut squalore carceris interempti.

APPENDIX.

Vtilitas pro Ecclesia S. Dei.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas merito insinuatum a Prouerb. 17. quòd aureola per redundantiam erit in corpore & sic. Animus gaudens ætatem floridam facit. Hæc ibi. Item a Psal. 27. In ipso sperauit cor meum & adiutus sum: & refloruit caro mea. Hęc ibi. Vbi per ly adiutus sum. s. in corde, quod sperauit in dño, ostenditur gaudium animæ, & per ly refloruit caro mea, monstratur redundantia prædicta, in corp. & corol. post ad secundum. Item a Psal. 83. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Hæc ibi. Vbi ad exultationem cordis. i. animę, declarat in plano sensu subsequi exultationem in carne.

2 ¶ Secúdò habes: quomodo per rationé prędicta scripturarum, pro quanto quod dicimus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis.

3 ¶ Tertio vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. CXXVII. Aliàs 96. Art. x 1.

420

CONCL. 1. Secundum priuilegiatas victorias in trib. pugnis, quæ cuilibet homini imminent, tres aureolæ sumuntur.

¶ PROB. Quia aureola est quoddam priuilegiatum præmium priuilegiatæ uictorię rńdés.

¶ EXAMEN. Ly priuilegiatæ uictoriæ. Idest victoriæ secundum aliquos particulares homines obtentæ. Priuilegium enim dicit quasi priuata lex, quam. s. non habent omnes; sed aliqui speciales de populo. Vnde textus priuilegiatam uictoriá horum trium vocans tacite demóstrat, quod ille tres prærogatiuæ scilicet virginitas, doctoratus, & martyrium, a paucis habentur comparatiuè ad totam multitudinem hominum. Hinc deridendus uenit Vigilantius, qui timebat, generationem hominum cessaturam, si uirginitas commendaretur supra matrimonijs. Timebat. n. ea hoc, né uellent omnes esse uirgines, & si omnes erunt (inquit) virgines, mundus peribit. Trepidabat hic timore, ubi non erat timor. Nam (ut D. Bernardus habet) virginitas est rara auis in terris; & (uniuersaliter loquendo) uirtus est circa difficile, etiam iuxta Philosophum. Simile dic de ijs, qui martyrij, uel prędicationis digni tate detraherent ex timore more moti: né oés euaderent doctores & martyres. Horú omnium uanitatem nimis superfluam annotauit Psal. 13. dicens: trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Hęc ibi. Vbi per hoc etiam omnes alios similes in quacúque materia redarguisse vult.

Timor vanissimus cauendus.

## ARTICVLVS XI.

*Vtrum conuenienter assignentur tres aureolæ, virginum, martyrum, & prædicatorum.*

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter designétur tres aureolæ, virginum scilicet, martyrum, & prædicatorum. Aureola. n. martyrum respondet virtuti fortitudinis eorum: aureola vero virginum virtuti temperantiæ: aureola vero Doctorú virtuti prudentiæ: ergo videtur quòd debeat esse quarta aureola, quæ respondeat virtuti iustitiæ.

¶ 2 Præterea. Exod. 25. dicit Glo. quod corona aurea additur, cum per Euangelium his, qui mandata custodiút, vita æterna promittitur. Matth. 19. Si vis ad uitam ingredi, serua mandata. Huic aureola superponitur, cum dicitur, Si uis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: ergo paupertati debetur aureola.

¶ 3 Præt. Propter uotum obedientiæ aliquis se subiicit Deo totaliter: ergo in uoto obediétiæ maxima perfectio consistit, & ita videtur quòd ei aureola debeatur.

¶ 4 Præt. Multa sunt etiam alia supererogationis opera, de quib. homo in futuro speciale gaudium habebit: ergo multæ sunt aliæ aureolæ præter tres præfatas.

¶ 5 Præt. Sicut aliquis diuulgat fidem prædicando, & docendo, ita scripta compilando: ergo, & talibus quarta aureola debetur.

RESP. Dicendum, quòd aureola est quoddam priuilegiatú præmium priuilegiatæ victoriæ respondens. Et ideo secundum priuilegiatas victorias in tribus pugnis, quæ cuilibet homini imminent, tres aureolæ sumuntur. In pugna autem quæ est contra carnem, ille potissimam uictoriam obtinet, quia delectabilibus venereis, quæ sunt præcipua in hoc genere, oíno abstinet, & ideo, virginitati aureola debetur. In pugna uero, qua contra mundum pugnatur, illa est pręcipua, cú a mundo persecutionem usque ad mortem sustinemus. Vnde, & martyribus, qui in ista pugna uictoriam obtinent, secunda aureola debetur. In pugna, qua contra diabolum pugnatur, illa est præcipua uictoria, cum aliquis hostem non solum a se, sed etiam a cordibus aliorum remouet, quod fit per doctrinam, & prædicationé: & ideo Doctoribus, & prædicatoribus tertia aureola debetur. Quidam uero distinguunt tres aureolas secundum tres vires animæ, ut dicantur tres aureolæ respondere potissimis trium virium animæ actibus. Potissimus enim actus rationalis est ueritatem fidei etiam in aliis diffundere, unde huic actui debetur Doctorum aureola. Irascibilis vero actus potissimus est, mortem propter Christú * superare, & huic debet aureola martyrum. Concupiscibilis uero actus potissimus est a delectabilibus carnis maximis abstinere penitus, & huic debetur aureola virginú. Alii vero aureolas tres distinguunt, secundum ea, † quibus Christo nobilissime conformamur. Ipse enim mediator fuit inter Patrem, & mundú. Fuit ergo Doctor, secundum quòd ueritatem, quàm a Patre acceperat, mundo manifestauit. Fuit auté martyr, secundum quòd a mundo persequutionem sustinuit. Fuit vero virgo, inquantum puritatem in seipso seruauit. Et ideo Doctores, martyres, & virgines ei perfectissime conformantur: vnde talibus debetur aureola.

* Al sustinere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in actu iustitiæ non attenditur aliqua pugna sicut in actib. aliarum virtutum. Nec tamen verú est, quòd docere sit actus prudentiæ: immo est potius actus charitatis, uel misericordiæ, secúdum quòd ex tali

¶ CONCL. 2. Virginitati aureola debetur.

¶ PROB. Quia uirgo obtinet victoriam potissimam contra carnem.

¶ NOT. De ista conclusione, vide diffusius. art. 5.

¶ CONCL. 3. Martiribus aureola debetur.

¶ PROB. Quia martyr contra múdum potissimam victoriam obtinet.

¶ NOT. Vide de hac conclusione art. 6. sicut & de consequenti ar. 7.

¶ CONCL. 4. Doctoribus & prædicatoribus aureola debetur.

¶ PROB. Quia doctores, & prędicatores pręcipuam uictoriam contra diabolum obtinent, (ut in tex.)

¶ NOT. 1. Iste tres vltimæ cóclusiones nó ad replicandum supradicta positę sunt, sed ad declarádum primæ conclusionis terminos: ut patet applicanti.

¶ NOT. 2. Tres aureolæ assignatæ sunt secundum se. i. secundum diffinitionem aureolarum, ut patere potest ex probatione concl. 1. assignari uerò etiá possunt secundú alias duas acceptiones, non ita diffinitionem aureolarum præcisè attendentes; quas assignationes vide per te in residuo text. Ex quo residuo collige, quòd tres aureolæ secúdum tria distinguuntur. Scilicet uictorias tres, uires tres, conformationes tres.

1^m conclusionis illatio. Ergo &c. R. Negat illatio. §. Nó actui

actui iustitiæ non debet specialis aureola propter duo, & quia.s.nō habet tantam pugnam, & quia circuiuit omnes virtutes.

Item de antecedente. Aureola verò doctorū virtuti prudentiæ. ℞. Negatur ista. §. ut patet in tex. responsi secundi ly nec tamen verum est, q̃ docere &c.

2^m ex Glossa. Huic Aureola. ℞. Large sumpta: non autem, proprie. §. Quamuis.n. paupertas opus sit perfectionis, non tamē &c. ut in tex. Ex quo dic q̃ ad habendū aureolā ꝓprie non sufficit exercere opus pfectionis, sed talis perfectionis ut teneat summum locū in aliqua spirituali pugna. Vide not. post ad 3.

¶Not. Hinc excluditur error Guilhelmi Cornelij, qui adeo paupertatem præ cæteris perfectionis operibus exaltabat vt (secundum quòd refert Prat.tit.suo) imprudentissimè dixerit, q̃ pauper meretrix etiam publica, melior est quolibet casto quātumlibet continente, dumtamen aliquid sibi retineat in sui subsidium & iuuamen. Quis sane error vltra quòd de sui damnatione constat per hoc, quòd meretricium est peccatum mortale, fm omnes catholicos; & quod fm se est tale, vbicumque ponatur, semper secundum se est tale; castitas autem est virtus 2.2.q.151. artic. 1.2. & 3. ultra, inquam quòd prædictus error sic notoriè damnatus est: in multis etiam locis cōdemnatur a tota sacra scriptura: specialiter verò Prouerb.5.23. Esa.23. Hierem.3. & 5. Baruch.6. Ezech.16. quasi per totum. Osea 4. Mich.1.2. Cor.6. Luc.15. quæ omnia per se quisque facile videbit.

Extremus error circa paupertatem.

habitu inclinamur ad huiusmodi actus exercitium, vel etiam sapientiæ ut dirigentis. Vel potest dici secundum alios, quòd iustitia circuit omnes virtutes, & ideo ei specialiter aureola non debetur.

Ad secvndvm dicendum, q̃ paupertas, q̄uis sit opus pfectionis, non tamē tenet summum locum in aliqua spirituali pugna. Quia amor temporalium minus impugnat, q̄ concupiscentia carnis, vel persequutio inflicta in corpus propriū. Vnde paupertati non debetur aureola, sed

3^m de conclusione. Aureola. ℞. Largè sumpta: non propriè. §. Tunc nihil &c. Cōclusiones enim loquuntur de propriè dictis tantum.

¶Not. Aureola large est præmium redditum merito excellenti proprie uerò dicta addit supra hoc victoriā & pugnam, hoc est, quòd & grandem pugnam quis tali aureola donandus, & q̃ summum locum victoriæ in tali pugna, habuerit. Pugna grandis est vna dictarum in corp. ubi & summa victoria describitur. His demptis aliæ pugnæ atque victoriæ sunt comparatiuè minores. Consequenter ergo alijs potest conuenire aureola large tantum.

Aureola ꝓpriè sūpta, & large, q̃d sit.

debetur ei iudiciaria potestas ratione humiliationis, quæ consequitur paupertatem. Glos. autem inducta large accipit aureolam pro quolibet præmio, quod redditur merito excellenti.

Et similiter dicendum ad tertiū, & ad quartum.

Ad qvintvm dicendū, quòd etiam scribētibus super sacram Scripturam debetur aureola, sed hæc nō distinguitur ab aureola Doctorum: quia scripta componere, quidā modus docendi est.

4^m conclusionis illatio. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. loquendo de aureolis ꝓpriè. Non. n. omne gaudium spirituale de quo libet opere supererogationis aureola propriè dicitur: licet possit dici quandoque aureola largè. Vide not. post tertium.

5^m de conclusione. Quarta aureola. ℞. nō: sed aureola doctorum.

§. ut patet in text.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum à &c. ut ar.5.6 & 7. appen. quòd conuenienter assignantur tres aureolæ, scilicet uirginum, martyrum, & prædicatorum. Adde quòd & aliæ scripturæ id insinuant, puta de martyribus. Io.15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animā suam ponat quis pro amicis suis. De doctoribus Marc 8. Luc.12. Qui me confessus fuerit coram hominibus confitebor & ego eum corā patre meo. De virginibus Apoc.7. Sequuntur agnum quocunque ierit. Per hæc enim tria singillatim insinuatur aliquid speciale (ut patere potest intelligenti) pro unoquoque illorum.

Vtilitas ꝓ Eccles. S. Dei.

¶Secūdò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. 2

¶Tertiò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc declaretur, & consolidetur. 3

---

SVP. Q. CXXVII. Aliàs 96. Art. xii.

Concl. 1. Simpliciter loquendo, aureola martyrum inter omnes est potior. 421

¶Examen. Ly simpliciter. Ad differentiā ipsius secundum quid. Quòd magis patebit ex conclusione seq.

¶Prob. 1. Quia aureola secundum propriam rationem respicit victoriam atque pugnam: & difficultas pugnæ martyrū vehementioris, pugnæ) est potior quàm difficultas doctorum (cum huius pugnæ difficultas attēdatur ex parte nostri): Secundo Quia glo. sic dicit (super Matth.5.) Tertio, Quia ecclesia in connumeratione sanctorū id mōstrat (ut patet in cōmuni officio de sanctis, post proprium.)

¶Concl. 2. Quantum ad aliquid, excellentiores esse alias aureolas, nihil prohibet.

¶Prob. Quia patet in tex. (à ly primo ex parte pugnæ ut dicatur &c. usque exclusiue ad ly sed illa eminentia.)

Pri-

## ARTICVLVS XII.

*Vtrum aureola virginum sit potissima inter alias, &c.*

Ad dvodecimvm sic proceditur. Videtur q̃ aureola virginum sit inter alias potissima. Quia Apoc.7. de virginibus dicitur, quod sequuntur Agnum quocumq; ierit, & quòd nemo poterat dicere canticum, quod virgines cantabant; ergo virgines habent excellentiorem aureolam.

¶2 Præterea, Cyprian. de Virginibus dicit, quòd sit illustrior portio gregis Christi: ergo eis maior aureola debetur.

Item, Videtur quod potissima sit aureola martyrū. Quia dicit Aymo, quòd non omnes virgines coniugatas præcedūt: sed hi specialiter, qui in tormēto passionis virginitate insuper custodita coęquantur martyribus coniugatis: ergo martyrium dat virginitati præeminentiā super alios status, ergo martyrio potior aureola debetur.

Item, Videtur quòd potissima debeatur Doctoribus 1. Tim.5. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime autem, qui laborāt uerbo & doctrina: ergo in Ecclesia triumphante talibus potior aureola debetur.

Respon. Dicendum, q̃ præeminentia aureolæ ad aureolā potest dupliciter considerari, vel attendi. Primo, ex parte pugnæ, vt dicatur aureola potior, quę fortiori pugnæ debet, & p hunc modum aureola martyrū alijs aureolis supereminet quodāmodo, & aureola virginum alio modo: pugna. n. martyrum est fortior secundum seipsam, & vehementius affligēs, sed pugna carnis est periculosior, inquantū est diuturnior, & magis nobis imminet è vicino. Secundo, ex parte eorum, de quib. est pugna: & sic aureola Doctorum inter oēs est potior, quia hmōi pugna versatur circa intelligibilia: aliæ vero pugnæ circa sensibiles passiones. Sed illa eminētia, quæ attenditur ex parte pugnæ, est aureolæ essentialiter, quia aureola secundum propriam rationem respicit victoriam, & pugnam. Difficultas. n. pugnæ quæ attēditur ex parte ipsius pugnæ est potior, q̃ illa quę attenditur ex parte nostri inquantum est nobis vicinior, & ideo, simpliciter loquendo, aureola martyrum inter omnes est potior. Et ideo dicitur Matth. 5. in Gloss. quòd in octaua beatitudine, quæ ad martyres pertinet, scilicet, qui persequutionem patiuntur, &c. omnes aliæ perficiuntur, & propter hoc etiam Ecclesia in connumeratione Sanctorum martyres Doctoribus, & virginibus præordinat, sed quantum ad aliquid nihil prohibet, alias aureolas excellentiores esse.

Et per hoc patet solutio ad obiecta.

1^m de concl.^ne Excellentiorē. ℞. Secundum quid non simpliciter. §. Tunc nih &c. ut patet in cōclusionibus.

2^m ex Cypriano. Illustrior. ℞ Secundum quid: non simpliciter. §. Tūc nihil &c. ut ad primū.

3^m de cōclusione secūda. Potior. ℞. Simpliciter. §. Tunc nih. &c. vt patet ex prima concl.

4^m de conclusione. Potior. ℞. Secundum quid:

* Gl. ordin. super illud Mat.5. Beati qui persecu.

AR-

quid: non simpliciter. §. Tunc nihil &cæt. ut patet in conclusionibus.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Ecclesia S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas merito insinuatum ab Ephes.6. quod aureola martyris est simpliciter alij excellentior: & sic. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, & potestates. Hæc ibi. Vbi magis difficilem pugnam esse ostendit contra principes huius mundi quam contra concupiscentias carnis. Et cum pugna contra concupiscentias sit difficilior, quam circa intelligibilia (ut habetur in textu) patet quod & magis difficilem esse illam pugnam contra princeps denotauit ibi Apostolus, quam circa intelligibilia. Consequenter ergo per hoc suum dictum aureolam martyrũ vtpote certantium contra princeps mundi, denotauit esse excellentiorem alijs duabus aureolis. Et licet per ly princeps atque potestates intelligat ad literam dęmones: tamen per quandam analogiam principes mundi tirannos, atque paganos, seu aliàs fidẽ Christi persequentes, tanquã speciales dęmonum ministros, cointellexit. Item a Ioan.15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Hæc ibi. Item a Sap.10. Custodiuit illum dominus ab inimicis, & a seductoribus tutauit eum, & certamen forte dedit illi; ut uinceret. Hæc ibi. Quæ quidem ecclesia catholica applicat cuilibet martyri, quasi per hoc relletur: q certamen martyrium est forte anthonomatice.i. per excellẽtiam, hoc est cæteris fortius. Ex quibus dic tu; ut supra.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. 2

¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur & consolidetur. 3

---

# ARTICVLVS XIII.

*Vtrum vnus alio aureolam excellentius habeat.*

AD TERTIVMDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd vnus aureolam virginitatis, vel martyrii, uel Doctoris excellentius alio non habeat. Quia ea, quæ sunt in termino, non intenduntur, neque remittuntur: aureola autem debetur operibus, quæ sunt in termino perfectionis: ergo aureola non intenditur neque remittitur.

¶ 2 Præt. Virginitas non suscipit magis, & minus, cum importet priuationem quandam, & negationes non intendantur nec remittantur: ergo nec præmium virginitatis, scilicet, aureola virginum intenditur, & remittitur.

SED CONTRA, Aureola supponitur aureæ, sed aurea, est intensior in vno, quàm in alio: ergo, & aureola.

RESP. Dicendum, quòd cũ meritum sit quodammodo præmii causa, oportet diuersificari præmium, secundum quòd merita diuersificantur, aliquid enim intenditur, & remittitur per intensionem & remissionem suæ causæ: meritum autem aureola potest esse maius, & minus, vnde, & aureola potest esse maior, & minor. Sciendum tamen, quòd meritum aureolæ potest intendi dupliciter. Vno modo ex parte radicis: alio modo ex parte operis. Contingit enim esse aliquos duos, quorum unus ex minori charitate maius tormentum martyrii sustinet, uel magis prædicationi instat: aut etiã magis a delectabilibus carnis elongatur: intensioni autem meriti, quæ attenditur penes radicem, non respondet intensio aureolæ, sed intensio aureæ: intentioni uerò meriti, quæ est ex genere actus, respondet intentio aureolæ. Vnde potest esse quòd aliquis, qui minus in martyrio meretur, quantum ad essentiale præmiũ, habeat pro martyrio maiorem aureola.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd merita quibus debetur aureola, non attingunt ad terminum perfectionis simpliciter, sed secundum speciem, sicut ignis est subtilissimus corporum. Vnde nihil prohibet unã aureolam alia esse excellentiorem, sicut unus ignis est alio subtilior.

AD SECVNDVM dicendum, q vna virginitas potest esse maior alia propter maiorem recessum a virginitatis contrario, ut dicatur in illa esse maior virginitas, quæ magis occasiones corruptionis vitat. Sic enim priuationes intendi possunt: ut cum dicitur, homo magis cæcus, quia magis elongantur a visu.

---

SVP. Q. CXXVII. Aliàs 96. Art. XIII.

422

COncl. 1. Oportet diuersificari p̃miũ secundum quòd merita diuersificantur.

¶Prob. Quia meritum est quodammodo causa præmij, & aliqd intenditur vel remittitur per intẽsionem vel remissionem suę causæ.

¶Examen. Ly quodammodo causa. Idest reductiue causa. Et reducitur ad causam efficientem, ut colligitur ex Concil. Trid. sess. 6. c. 7. Vbi causas iustificationis assignat finalem efficientem & formalẽ, & in latitudine efficientis enumerat causa meritoriam, ut ibi conside ranti patet.

¶Concl. 2. Aureola potest esse & maior & minor.

¶Not. Non intelligitur conclusio de aureolis diuersorum generum, quando dicitur ly maior & minor. Alioquin coincideret hoc cum ar. 12. ubi sic comparatæ fuerunt aureolæ; puta aureola in genere martyrum ad aureolam in genere virginũ; siue in genere martyrij, & in genere virginitatis, in genere doctoratus. Cæterum intelligitur in conclusione hac de comparatione aureolarum in eodem genere. Ac si apertius dicat. Aureola unius martyris potest esse maior & minor, quam aureola alterius martyris, & sic de aureolis virginum adinuicem, & aureolis martyrum adinuicem.

¶Prob. Quia meritum aureolæ potest esse maius & minus.

¶Not. Supple tu id, quod dicebatur in probatione conclusionis primæ, scilicet quòd aliquid intenditur & remittitur per intensionem & remissionem suæ causæ.

Charitas præminet operi, ita ut minora operans ex maiori charitate mereatur magis.

¶Concl. 3. Potest esse quòd aliquis, qui minus in martyrio meretur quantum ad præmium essentiale, habeat pro martyrio maiorem aureolam.

¶Prob. Quia aureolæ meritum se tenet ex parte operis, meritum uerò aureę ex parte radicis charitatis, & potest esse, quòd qs ex minori charitate opera magis grandia faciat, (ut patet in text. a ly contingit enim esse aliquos duos &c. vsque exclusiue ad conclusionem istam.)

¶Not. Doctrina ultimæ partis huius probationis, consequenter & conclusio, confirmatur ex Matth. 20. Inde siquidem patet, q grandiora opera fecerunt aliqui ex minori charitate, utpote portantes pondus diei & æstus, non tamen maius propter hoc reportantes præmium, quam illi, qui minus de opere exteriori fecerunt. Vbi etiam aliud subindicatur, quòd scilicet illi vltimi ideo præmium primis æquale, & per consequens maius proportionaliter, acceperunt: qm̃ opera sua, quamuis secundum se minora, ex maiori charitate fuerunt operati. Nam ad vltimos hos, nulla facta mentione de præmio, dixit paterfamilias (ut ibi narratur) ite & uos in uineam meam. Solo igitur intuitu reuerentiæ, & amoris erga patremfamilias agebãtur hi ad operandum; nulla habita ratione de p̃mio. Sic ergo ex omni parte textus præsens inde consolidatur.

## 1m de maiori.

Termino. R. Perfectionis simpliciter: non pfectionis secundum speciem. §. Tunc nihil &c. Nam opera, quibus aureola debetur, sunt in termino perfectionis, non simpliciter, sed secundum speciem, puta martyrijs virginitatis, & doctoratus.

¶Examen. Ly perfectionis simpliciter. Scilicet uel totaliter absolute, uel in genere omnium rerum creatarũ. Primo modo solus De⁹ est in termino perfectionis: unde nullo modo, nec per imaginationem, potest illi fieri aliqua additio, seu intensio perfectionis. Secundo modo est sola anima Christi; vnde in genere perfectionum communicabiliũ creaturis quibuscunque non potest sibi fieri additio perfectionis alicuius, licet absolute sit alia perfectior. i. Dei perfectio. Hinc habes intellectum de ly plenum gratiæ & veritatis, Ioan. 1. & de ly dat Deus spiritum non ad mensuram. Ioan. 3.

## 2m de antecedente.

Virginitas. R. Secũdum quòd virginitas: non, secundum recessum a suo contrario considerata. §. Tunc nih. &c. ut patet in tex. in quo etiam ad rationem in argumento allatam satisfit.

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem, & quidem a fortiori, uel certe a simili, ostendas, merito esse insinuatum à 1. Cor. 15. quòd unus alio aureolam excellentius habeat, & sic. Stella à stella differt in claritate. Hæc ibi. Vbi nomine stellarum intelligit sanctos, & nomine claritatis præmia illis reddita p meritis. Stellam igitur à stella differre in claritate est, secundũ illum, præmia sanctorum pro meritis esse differentia, seu disparia. Quòd si dicas illum loqui de aurea. i. præmio essentiali; iam patet a fortiori,

tiori, vel saltem a simili: quod etiam de aureola .i. præmio accidentali, sermonē suum intelligi vult. Aut igitur ad literam planam, aut literâ a fortiori declarat intentum. Itē ab Apoc. 21. ubi sub nomine ciuitatis diuersarumq; rerum in ciuitate repertarū describit patriā cœlestem cum suis præmijs, aureis, & aureolis, & diuersas excellentias ipsorum, quæ per te ibi videre poteris, & applicare proposito pro quanto sufficit. Item à &c. ut q. 82. artic. 2. appen. Item à &c. ut 1. par. q. 12. ar. 6. appen. quæ si rectè applicentur valent proportionaliter ad propositum. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & defendas. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur & consolidetur.

2

3

# QVAEST. CXXVIII. Aliàs 97.

*De pœna damnatorum, in septem articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandum est de pertinentibus ad damnatos post iudicium. Et primo de pœnis damnatorum, & igne quo eorum corpora cruciabuntur. Secūdo, de his, quæ pertinent ad eorum affectum, & intellectum. Tertio, de iustitia, & misericordia Dei respectu damnatorū.

CIRCA primum quæruntur septem.

¶ Primò, Vtrum damnati in Inferno sola pœna ignis affligantur.

¶ Secundò, Vtrum vermis, quo affliguntur, sit corporalis.

¶ Tertiò, Vtrum fletus in eis existens, sit corporalis.

¶ Quartò, Vtrum tenebræ eorum sint corporales.

¶ Quintò, Vtrū ignis, quo affliguntur sit corporalis.

¶ Sextò, Vtrum sit eiusdem speciei cum igne nostro.

¶ Septimò, Vtrum ignis ille sit sub terra.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum damnati in Inferno sola pœna ignis affligantur.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd dānati in Inferno sola pœna ignis affligant^r. Matth. 25. vbi eorum damnatio exprimit^r, fit mentio solū de igne, cum dicitur, Ite maledicti in ignem æternum.

¶ 2 Præt. Sicut pęna Purgatorii debetur peccato veniali, ita pœna Inferni debetur peccato mortali, sed in Purgatorio non dicitur esse nisi pœna ignis, ut patet per hoc qđ dicitur 1. Corint. 3. Vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit: ergo nec in inferno erit nisi pœna ignis.

¶ 3 Præt. Pœnarum varietas refrigerium præstat, sicut calido cū trāsfertur ad frigidum, sed nullum refrigerium est ponere in damnatis: ergo non erunt diuersæ pœnæ, sed sola pœna ignis.

SED CONTRA est quod dicitur in Psalm. 10. Ignis, sulfur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

¶ Præt. Iob 33. Transibūt ab aquis niuium ad calorem nimium.

RESP. Dicendum, quòd secundum Basilium in vltima mundi purgatione fiet separatio in elemētis, ut quicquid est purum, & nobile, remaneat superius ad gloriam beatorū: quicquid uero est ignobile, & fœculentum, in Infernum proiiciatur ad pęnam damnatorum, vt sicut omnis creatura erit beatis materia gaudii, ita damnatis ex omnibus creaturis tormentum accrescat, secundum illud Sapien. 5. Pugnabit cum illo orbis terræ contra insensatos. Hoc etiā diuinæ iustitiæ competit, sicut ab vno recedentes per peccatum in rebus materialibus, quæ sunt multa, & uaria, finem suum constituerunt: ita etiam multipliciter, & ex multis affligantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia ignis est maxime afflictiuus propter hoc, quòd abundat in virtute actiua: ideo nomine ignis omnis afflictio designatur, si sit vehemens.

AD SECVNDVM dicēdū, quod pęna Purgatorii non est principaliter ad affligēdū, sed ad purgandū: vnde per solum ignem fieri debet, qui maxime habet vim purgatiuā, sed damnatorum pœna non ordinatur ad purgandum vnde non est simile.

AD TERTIVM dicendū, quòd damnati transibunt ex vehementissimo calore ad vehementissimū frigus, sine hoc quod in eis sit aliquod refrigerium: quia passio ab exterioribus non erit per transmutationem corporis a sua pristina naturali dispositione, vt contraria passio ad æqualitatem, uel temperiem, reducendo refrigerium causet, sicut nunc accidit: sed erit per actionem spiritualem, secundum quòd sensibilia agunt in sensum, prout sentiuntur imprimendo formas illas secundum esse spirituale in organum, & non secundum esse materiale.

A R-

SVP. Q. CXXVIII. Aliàs 97. Art. 1.

CONCL. In ultima mundi purgatione fiet separatio in elemētis: ut quicqd est purū, & nobile remaneat superius ad gloriam beatorum, quicquid uero est ignobile & fęculētū in infernū proijciatur ad pœnam damnatorū.

¶ NOT. Hanc conclusionē sententialiter habes q. 74 ar. 9. corp. fin. vbi etiam probatur per Psal. 18. iuncta glossa.

¶ PROB. 1. Quia sic ait Basilius: 2. Quia ex omnibus creaturis tormentum dānatis accrescere debet: 3. Quia Sapien. 5. id ostenditur: 4. Quia hoc diuinę iustitiæ competit (ut ī tex.)

¶ NOT. Cū nobilius sit agens patiente, non mirum, quod creaturę oēs (ut dicit secunda probatio) sint in tormentum delinquentium: qm̄ licet rōne naturę sint nobiliores q̄ homines illi; tñ rōne peccati sunt nobiliores omnes. Numquā. n. peccauerūt creaturę alię (de quib. tex.) immo semper seruauerunt mādatū Dei, iuxta Psalm. 148. statuit ea in æternum & in sęculum sæculi præceptum posuit, & non præteribit, & Psal. 118. omnia seruiūt tibi. Nam ꝭm suā, seu naturalem inclinationem, seu naturalem instinctum, indesinēter operatæ sunt creaturæ oēs; dempto homine peccatore. Conuenienter igitur ipsę tāquam nobiliores puniunt peccatorem, quasi dicētes: si fecisses & tu, sicut nos, hoc est, si uixisses secūdū naturale esse tuū, non damnatus esses, & castigandus a nobis. Nā tunc, te uiuentem ꝭm naturalem instinctū rationis, Deus per gratiam suā iuuisset (cū nūquā desit facięti quod in se est:) & consequenter saluus factus esses. Quia igitur inexcusabilis es in hoc; cum nos secundum naturalem instinctum nostrum vixerimus: ideo te punimus. Taceo, quòd ipsæ creaturæ, tanquam zelantes pro honore creatoris sui a peccatore totupliciter offensi, ipsum sæuiendo punient.

Creaturæ natura ignobiliores homine cur puniunt ipsum peccatorem.

423

S. Tho. 4. di. 50. q. 2. ar. 3. q. 1. & seq.

1^m de antecedente. De igne. ℞. Tanquam designante omnem afflictionem aliā. §. Tūc nihil &c. ut patet.

¶ EXAMEN. Ly si sit vehemens. Scilicet afflictio. Ergo per hoc denotat, quod non tm̄ erunt multæ afflictiones in inferno (ut conclusio dixit,) sed etiam quòd singulæ erunt modo suo vehementes. Et sic declarat conclusionem.

2^m de maiori.

Ita. ℞. Quantum ad pœnas utriusq;: non, quantum ad principalem finem ipsarum pœnarū. §. ut in text. Tunc &c. vt patet.

3^m de maiori.

Pœnarum uarietas. ℞. Facta per transmutationem corporis materialem: non, per actionem spiritualem. §. Tunc nihil &c. In damnatis enī fiet illa varietas secundo modo tantum. Non mirum ergo si damnati transibunt ex vehementissimo calore ad vehementissimum frigus &c. ut in text.

¶ NOT. Pro meliori captu huius immutationis spiritualis vide q. 70. art. 3.

Al. variæ.

### APPENDIX.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem excludas errorem Algazelis (Direct. Inquis. 2. par. q. 4.) dicētis: quod in separatione ab ultimo Angelo, qui præest omnibus rebus, tota pœna animæ nostræ consistit, sicut & in eius cognitione consistit tota nostra beatitudo. Item Albanensium dicentium: inferni alias pœnas non esse quàm eas, quas in hoc mundo experimur. Conclusio enim cum suis rationibus contra omnes hos legitime militat.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

¶ Secūdò habes: quomodo per rationē ostendas, hos meritò damnari a Iob 33. Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. Hæc ibi. Vbi, si iūxeris expositionem eius ad tertiū, videbis clare: quod nulla pœna similis est in mundo. Item à &c. ut q. 89. artic. 4. in tex. & elucid. Item à &c. ut q. 70. art. 3. appen uide etiam contra dictum Algazelis de beatitudine. q. 92. art. 1. Item 1. 2. q. 3. art. 7. & 8. Item 1. par. q. 12. art. 1. 2. 4. & 5. Item a Psal. 10. Pluet super peccatores laqueos, ignis, sulfur, spiritus procellarum, pars calicis eorum. Hæc ibi. Item à &c. ut 1. par. q. 95. art. 3. appen.

¶ Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum ac patrum, pro quanto multas pœnas vltra ignem in inferno dari, insinuant, & intelligas, & probes & tuearis.

¶ Quartò uides: quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

SVP. QVAEST. CXXVIII. Aliàs 97. Art. II.

CONCL. Vermis, qui in dãnatis ponitur non debet intelligi esse materialis, sed spiritualis.

¶EXAMEN. Ly materialis. Ideſt secundum quòd apud nos corpulentus apparet.

¶Ly spiritualis. Hoc eſt, secundum quòd declaratur in textu. De quo verme. i. remorsu conscientiæ vide 1. par. q. 79. art. 11. & 1. 2. q. 85. art. 2. ad tertium.

424

¶PROB. Quia poſt diem iudicij non remanebit aliquod animal, vel aliquod mixtũ, nisi corpus hominis tãtum (ut in text.)

¶NOT. Pro hoc vide etiam q. 91. ar. 5.

1m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam carnes eorum vocãtur in authoritatibus illis animæ, ut in text.

*lib. 21. de ciui. Dei, c. 9. to. 5.

¶NOT. Sicut ratione subiectionis maximæ. i. obedientię corporis ad spiritum dicitur in scripturis corpus spirituale: quamuis secundũ naturam suã remaneat corpus, ut patet. q. 83. 84. & 85. in multis locis: ita e conuerso animæ dãnatorum ratione subiectionis maximæ ad carnem uocãtur in scripturis carnes, quamuis secundum naturã suam remaneant animæ.

Animæ cur uocentur quique carnes.

Item de maiori. Affligi. ℞. Directè: non, per redundantiam. §. Tunc nihil &c. Nam authoritates prædictæ in argumen. sumunt afflictionem per redundantiã, vt patet consideranti. Vide secundum responsum tex. ly uel poteſt dici etiam &c.

¶NOT. Sicut redundantia ab anima ad corpus fit in bonũ. q. 83. 84. 85. per multos articulos, & q. 96. art. 10. ita redundantia similis fit in malum, vt hic.

2m de antecedente. Auguſtinus dicit. ℞. Sub quadam comparatione: non, simpliciter, §. ut declaratur in text. Tunc nihil &c. Nam sic loquendo Auguſt. non negat uermen damnatorum esse spiritualem (ut credebat arguens) sed magis cum quadam energia affirmat.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum vermis damnatorum sit corporalis.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd vermis, quo affliguntur damnati, sit vermis corporalis: Quia caro non poteſt affligi per vermem spiritualem: sed caro damnatorum affligetur per vermẽ, Iudith. 16. Et dabit ignẽ, & vermes in carnes eorum, & Eccl. 7. Vindicta carnis impii ignis, & vermis, ergo vermis ille erit corporalis.

¶ 2 Præt. Aug. dicit * 21. de Ciuit. Dei, Vtrumq; ideſt ignis, & vermis, pœna erunt carnis: ergo, &c.

SED CONTRA eſt, q̃d Aug. dicit 20. de Ciu. Dei, In pœnis malorum inextinguibilis ignis, & viuacissimus vermis. Ab aliis autem aliter exponitur. Alii vtrumq; ad corpus: alii vtrumque ad animam retulerunt: alii proprie ad corpus, ignem; tropice ad animam vermem; quod credibilius videtur.

RESP. Dicendum, q̃ poſt diem iudicii in mundo innouato, non remanebit aliquod animal uel aliquod corpus mixtum nisi corpus hominis tantum, eo quòd non habeat aliquem ordinem ad incorruptionẽ, nec poſt illud tempus sit futura generatio, & corruptio. Vnde vermis qui in damnatis ponitur, non debet intelligi esse materialis, sed spiritualis, qui eſt conscientiæ remorsus, qui dicitur vermis, inquantum oritur ex putredine peccati, & animam affligit: sicut corporalis vermis ex putredine ortus affligit pungendo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ipsæ animæ damnatorum dicuntur carnes eorum; pro eo, q̃ carni subiectæ fuerunt. Vel poteſt dici etiam, quòd per vermẽ spiritualem caro affligetur, secundum quòd passiones animæ redundant in corpus, & hic, & in futurum.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ Auguſtinus loquitur sub quadã cõparatione. Non enim vult simpliciter asserere quòd ille vermis sit materialis, sed q̃ potius esset asserẽdum ignem, & vermem materialiter intelligi; quam quòd vtrumque spiritualiter intelligatur: quia sic nullam pœnam corporalem damnati suſtinerent; vt patet seriem verborũ eius ibidem inspicienti.

## APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem reijcias errorem Rabbi Moysis, Albanensium, & Mundanitarum (ut refert Direct. Inquis. 2. par. q. 4.) dicentium; quod mundus semper eſt in codẽ ſtatu mansurus. Ex hoc enim, q̃ nullum mixtũ remansurum poſt iudicium demonſtrat præsens articulus, se contra illorum errorem militare oſtendit.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Resp. 2.

¶ Secundò habes: quomodo per rationẽ oſtendas, hunc meritò damnari à &c. ut quæſtione 91. articu. primo, appen. & quæſtione 74. articu. 1. & 2. Item a &c. ut prima par. quæſt. 10. artic. 3. & q. 46. artic. 1. appen.

2

¶Tertiò habes: quomodo per rationem scripturarum Isa. 66. Ezechiel. 20. Marc. nono, dicta, videlicet quòd uermis damnatorum non morietur, & intelligas, & intellecta probes, eademque probata tuearis.

3

¶ Quartò vides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

4

¶NOT.

---

SVP. Q. CXXVIII. Aliàs 97. Art. III.

CONCL. prima. Fletus corporalis, put eſt resolutio lacrymarum, in damnatis esse non poteſt.

425

¶ PROB. Quia poſt diem iudicij non poteſt esse aliqua g̃ratio (cum motus cœli quieuerit:) & resolutio lacrymarũ dicit generationem humoris per lacrymas deſtillantis.

¶CONCL. 2. Fletus corporalis, ut eſt quædam commotio, & turbatio capitis & oculorum, in damnatis erit poſt resurrectionem.

¶PROB. Quia corpora damnatorũ affligentur ab interiori secundum quòd corpus immutatur ad passionem animæ malam.

¶EXAMEN. Ly affligentur. Scilicet vehementer. Et hoc non tantum cognoscitur fore uehemens propter dicta articu. primo, ad primum, sed etiam propter hoc, quòd fletus non poterit resolui per lacrymas; hoc eſt, illorum triſtitia non poterit sic quodammodo euaporare. Leuamen enim quoddam eſt, ut experientia docet, quando quis vehementer interne afflictus emittit lacrymas, & è conuerso, quando ipsam triſtitiam non poteſt sic alleuiare (maximè, cum alleuiandi illã nulla alia uia eſt: ut cõtingit in damnatis) tũc afflictio crudelior fit intrinsecus, & quasi seipsa maior effecta totam se reſtringens ad interiora magis torquet, commotiones maiores, turbationesque capitis & oculorum grandiores generans. Sic ergo adiungendo secundam conclusionem primæ, patet manifeste: q̃ fletum corporalem pro resolutione lacrymarum sumptum non esse in dãnatis, & eundem pro commotione turbatiua capitis esse in illis, dicit extremum dolorem; hoc eſt, maiorem admodum q̃ si fletus utroque modo dictus esset in eis.

Fletus in dãnatis vehementissimum dolorem importat.

1m maior. Quod non esset, si fletus ille tantum esset spiritualis. ℞. Vel non esset commotio corporalis turbatiua capitis & oculorum. §. Tunc nih. &c. Hoc enim ultimum sufficit ad oſtendendum, q̃ ille fletus erit corporalis, & per consequens ad indicandum resurrectionem carnis.

¶COROLLARIVM. Ergo optima probatio resurrectionis corporum eſt illa domini comminatio. Matth. 13. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum fletus qui erit in damnatis, sit corporalis.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd fletus qui erit in damnatis, erit corporalis. Quia Lucæ 13. dicit quædam Gloss. quòd per fletum, quem dominus reprobis * comminatur, poteſt probari vera corporum resurrectio, quod non esset, si fletus ille tantum esset spiritualis: ergo, &c.

* Al. immittet.

¶ 2 Præt. Triſtitia, quæ eſt in pęna, respondet delectationi, quæ fuit in culpa, secundum illud Apocal. 18. quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormẽtum, & luctum: sed peccatores in culpa habuerunt delectationem interiorem, & exteriorem: ergo habebunt fletum etiam exteriorem.

SED CONTRA, fletus corporalis fit per quandam resolutionem lachrymarum, sed a corporib. damnatorum non poteſt fieri perpetua resolutio, cum nihil in eis per cibũ reſtauretur, omne enim finitum cõsumitur, si aliquid ab eo continue abſtrahatur: ergo in damnatis non erit corporalis fletus.

RESPON. Dicendum, quòd in fletu corporali duo inueniũtur, quorum unum eſt lachrymarum resolutio, & quantum ad hoc fletus corporalis in damnatis esse non poteſt, quia poſt diem iudicii quiescente motu primi mobilis, non erit aliqua regeneratio, vel corruptio, vel cor-

Se-

2^m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Conceditur & illatio, & totum argumentum §. tamen nihil est contra, ut patebit nunc.

¶ Examen. Ly fletum exteriorem. Hoc uerbum tex. conclusionis argumenti huius secundi intelligi potest dupliciter. Primò modo pro cōmotione turbatiua tantum capitis & oculorum, & sic intelligitur in responso hoc secundo dato. Huiusmodi enim commotio est etiā corporalis exterior (ut patet,) quāuis fit ab interiori: nec tā est contra articulum, ut monstrat cōclusio eius secunda. Alio modo fletus potest dici exterior pro quanto lacrimatio quædam est, & sic intellexit arguens, & esset contra articulum, si inueniretur in damnatis. Propterea quia arguens alio modo a responsali terminum sumebat: ideo responsalis in sensu proprio a se intento resoluens argumentum dixit; quòd concedebat totum, sed tamen nihil erat contra propositum.

corporalis alteratio: in lachrymarum autem resolutione oportet esse illius humoris generationem, qui per lachrymas distillat, vnde quantum ad hoc corporalis fletus in damnatis esse non poterit. Aliud quod inuenitur in corporali fletu, est quædam commotio, & turbatio capitis, & oculorum, & quantum ad hoc fletus in damnatis esse poterit post resurrectionem, corpora enim damnatorum non solum ab exteriori affligentur, sed etiam ab interiori, secundum quòd corpus immutatur ad passionem animæ bonam vel malam. Et quantum ad hoc fletus carnis resurrectionem indicat, & respondet delectationi culpæ, quæ fuit in anima, & in corpore.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

APPENDIX.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem intelligas scripturarum. Luc. 13. Matth. 13. Apoc. 1. Sap. 5. & huiusmodi multa dicta: quibus insinuatur fletum, plāctum, gemitum, & similia fore in damnatis, siue tēpore iudicij, siue post. Hoc enim nihil refert in ꝓposito, cum cœlum iam quieuerit etiam in die iudicij, quæ est ratio conclusionis corp.

2 ¶ Secūdò habes: qūo prædicta pro quāto idipsum insinuant, & probes in vero sensu, atque defendas.

3 ¶ Tertiò vides: quomodo ex ijs, pro quanto fletum, planctum, vel gemitum ponunt in damnatis, vicissim doctrina hæc Angelica, & declaretur, & consolidetur.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum damnati sint in tenebris corporalibus.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd damnati nō sint in tenebris corporalibus. Quia vt dicit Gregorius in nono lib. Moral. * super illud Iob 10. Sempiternus horror inhabitat: quamuis ignis ille ad consolationem nō luceat, sed vt magis torqueat ad aliquid lucet. Nam sequaces, quos secum traxerunt de mundo, reprobi flamma illustrati visuri sunt: ergo non erunt ibi tenebrę corporales.

* li. 9. c. 49. a med.

¶ 2 Præterea, Damnati, vident pęnam suam, hoc enim est eis ad augmentum pœnę, sed nihil videtur sine lumine: ergo non sunt ibi tenebræ corporales.

¶ 3 Præt. Damnati ibi habebūt potentiam visiuam post corporum resumptionem, sed frustra in eis esset, nisi aliquid videret: ergo cum nihil videatur, nisi in lumine, videtur ꝙ non sint omnino in tenebris.

SED CONTRA est quod dicitur Matth. 22. Ligatis manibus eius, & pedibus, proiicite eū ī tenebras exteriores, super qđ dicit Greg.* Si ignis ille lucem haberet, in tenebras exteriores nequaquam diceretur.

* li. 9. Moral. ca. 46. a med.

¶ Præterea, Basilius dicit super illud Psal. 28. Vox Domini intercidētis flāmam ignis, quòd virtute Dei separabitur claritas ignis ab eius virtute adustiua, ita quòd claritas cedet in gaudium beatorum, & vstiuum ignis in tormentum damnatorum: ergo damnati habebūt tenebras corporales, quædam uero alia, quæ ad pœnam damnatorum pertinent, determinata sunt.*

* Sup. q. 86. & 58. Tho. in 74. dist. 44. q. 3.

RESP. Dicendum, quòd dispositio Inferni erit talis, quòd maxime miseriæ damnatorum cōpetet. Vnde secundum hoc sunt ibi lux, & tenebræ, prout maxime spectant ad miseriam damnatorum: ipsa autem visio secundum se delectabilis est, ut enim dicitur in principio Metaph.* sensus oculorum est maxime diligibilis, eo quòd per ipsum plura cognoscimus, sed per accidens contingit visionem esse afflictiuā, inquantum videmus aliqua nobis nociua, vel nostræ uoluntati repugnantia, & ideo in Inferno hoc modo debet esse locus dispositus ad videndū secundum lucem, & tenebras, vt nihil perspicue videatur, sed solummodo sub quadam vmbrositate, videantur ea quæ afflictionem cordi ingerere possunt. Vnde simpliciter loquendo, locus est tenebrosus: Sed tamen ex diuina dispositione est ibi aliquid luminis, quantum sufficit ad videndum illa quæ animam torquere possunt, & ad hoc satisfacit natu-

* lib. 1. Metaph. circa prin. to. 3.

SVP. Q. CXXVIII. Aliàs 97. Art. IIII.

426

COncl. 1. Lux & tenebræ sunt in inferno secundum hoc, ꝓut maxime spectant ad miseriam damnatorum.

¶ Examen Ly secundū hoc prout &c. Id est secūdum hoc, quòd possunt esse in aliquod leuamen sed consolationem damnatorum, ibi non sunt. Intellexit ergo duo per ly secūdum hoc prout &c. scilicet affirmatiuam, quam expressit, & negatiuā hāc quam virtualiter insinuauit.

¶ Prob. Quia dispositio inferni erit talis, ꝙ maximæ miseriæ damnatorum competet.

¶ Concl. 2. In inferno hoc modo debet esse locus dispositus ad videndum secundum lucem & tenebras, vt nihil perspicue videatur, sed solūmodo sub quadā vmbrositate videantur ea, quæ afflictionē cordi ingerere possunt.

¶ Examen. Ly nihil perspicue videat. Idest, neque ipsa lux. Nā lux secundum se perspicuè visa est delectabilis, & eadem per accidens, i. ut repugnantia voluntati videre facit, est afflictiua. Et hoc est quando repræsentatur visui sub quadam umbrositate; sicut apparet quando uidemus aerem caliginosum, seu nebula quadam respersum, licet aeris lux secundum se clarè visa sit delectabilis.

¶ Prob. Quia aliter ipsa lux ac tenebræ non essent ibi, ut spectāt maxime ad miseriā dānatorū; qđ est cōtra primā cōclusionē.

¶ Examen. Ly maxime. Scilicet ratione vitæ lucis tenebrosæ, & ratione visorum per eam. Ita quòd torquebuntur dupliciter in ista visione: videlicet propter repræsentatam sibi lucem tenebrosam quam oderunt, & propter alia afflictiua, quæ sibi per talem lucem repræsentabuntur. Si enim oculis ægris odiosa lux, quæ puris est amabilis; multò magis damnatorum oculis odiosa erit tenebrosa lux; quæ etiam nobis, quamuis adhuc viuētibus, & quāuis incomparabiliter minus tenebrosa, odiosa est.

¶ Concl. 3. Simpliciter loquēdo locus est ibi tenebrosus, sed tā ex diuina dispositione est ibi aliquid luminis quantum sufficit ad uidendum illa, quæ animam torquere possunt, & ad hoc satisfacit naturalis situs loci.

¶ Examen. Ly simpliciter loquendo. Idest nullo addito: iuxta id qđ Philosophus inquit, simpliciter dico, qđ nullo addito dico. Quasi textus dixerit. Si interrogeris, an locus inferni sit tenebrosus, uel luminosus. rñdeas absque distinctione aliqua, ꝙ est tenebrosus.

¶ Ly ex diuina dispositione. Quasi dicat: nō ex natura loci, sicuti est de tenebrositate. Quod enim ibi tenebræ sint, ex natura loci, sicuti est de tenebrositate. Quòd eñ ibi tenebræ sint, ex natura loci est. Et ideo secundum hanc rationē debet etiā dici simpliciter locus tenebrosus, quòd uerò ibi sit aliquid luminis, hoc est ex diuina dispositione.

¶ Ly quantum sufficit quantum ad &cæt. Idest quantū sufficit ad hoc, & non plus. Ita ꝙ per hanc particulā textus declarare intendit, & hoc, ꝙ. s. illud lumen erit ad desolationē eorum, & hoc aliud, quòd scilicet ad nullam aliquam consolationem illorum erit.

¶ Prob. 1. Quia patet ex præcedentibus conclusionibus: Secunda autem pars. s. & ad hoc &c. probatur. Quia in medio terræ, ubi ponitur infernus, non potest esse ignis nisi turbidus, fœculentus, atque fumosus.

¶ Examen. Ly quidam tenebrarum harum causam assignāt &c. Propter ly quidam, non fatigeris multum ad defendendum, quod ibi nihil sit de aere, & nihil de diaphano, quod possit esse subiectum lucis & tenebræ: quoniam non est certum, hanc esse opinionem sancti Doctoris, in cuius signum est ly quidam.

¶ Coroll. Ex prædictis ergo conclusionibus relinquit S. Thomas nobis concludendum quòd tenebræ illæ sunt corporales; vt patet discurrenti.

1^m conclusio. Non erunt ibi tenebræ corporales. ℞. Ita ut non sint alicui lumini admixtæ. §. Tunc nihil &cæt. Nam hoc modo sufficient ad videndum ea, quæ dicit Gregorius.

**2m de minori.** Sine lumine. ℞. Vel claro, uel vmbroso. §. Tunc nihil &cæt. Nam quamuis damnati non videbunt lumine claro, tamen vmbroso. Nec vmbroso qualitercumque, sed ita vt sufficiat tantum ad desolationem, non ad aliquam consolationem: ut ex conclusionibus prædictis patet.

naturalis situs loci, qa in terræ medio ubi Infernus ponit̃, non põt esse ignis nisi feculentus, & turbidus, & quasi fumosus. Quidam. n. tenebrarum harum causam assignant, ex cõmassatione corporum damnatorũ, quæ præ multitudine ita replebunt locum Inferni, ꝙ ibi nihil de aere manebit, & sic non erit ibi aliquid de diaphano, qđ possit esse subiectũ lucis, & tenebrę, nisi oculi damnatorum, qui erunt obtenebrati.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

**3m de minori.** Nisi aliquid viderent. ℞. In sui incõmodum saltem. §. Tunc nih. &c. vt patet ex prædictis responsis.

APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

EX articu. habes primò: quomodo p rationem ostendas, meritò insinuatum a Matth. 22. quòd in inferno erunt tenebræ corporales, & sic. Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Hæc ibi. Vbi dicit ly exteriores ad differentiam spiritualium interiorum, quæ sunt priuatio gratiæ & gloriæ, & per consequens ly exteriores, importat quòd sint corporales. Item à Iob 10. Dimitte me, ut plangam paululum dolorem meum antequam vadam ad terram tenobrosam, & operam mortis caligine, terram miseriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis & sempiternus horror inhabitat. Hæc ibi. Vbi per ly tenebrosam, ly tenebrarum, ly opertam mortis caligine, ly vmbra mortis, ly sempiternus horror, satis denotat, quòd illæ tenebræ sunt non tantũ corporales, sed etiã maxime corporales, ita ut ex omni parte horrorem incutiant.

2 ¶Secũdò habes: quomodo per rationem præcicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis.

3 ¶Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur & consolidetur.

---

SVP. Q. CXXVIII. Aliàs 97. Art. v.

427

S. Tho. 4. dis 44. q. 4. ar. 2. q. 1. & seq.

COncl. Quicqd dicatur de igne, q animas separatas cruciat; de igne tamen quo cruciabantur corpora damnatorum post resurrectionem, oportet dicere, quòd sit corporeus.

¶Examen. Ly quicquid dicatur, &c. Hoc est, non sumus nunc in materia disputandi de hoc. Superius. n. q. 70. art. 3. tractatum est de hoc igne, qui animas illas cruciat, & ostẽsum, quod est corporeus. i. ꝙ est idem ignis qui cruciabit post resurrectionem corpora simul cũ animabus, & ignis, qui ante resurrectionem solas animas cruciat. Vide ibi, maxime arg. primum sed contra.

¶Prob. 1. Quia non potest corpori conuenienter adaptari pœna nisi sit corporea: 2. Quia Greg. & August. dicũt, quod est corporeus.

¶Not. 1. Circa dictum Gregorij aduerte quòd pro declaratione maiori intenti illius facit, si addideris quòd ignis ultimæ conflagrationis post datam sententiam a iudice inuoluet reprobos simul detrusus cum illis in infernum. quæst. 74. artic. 9. Ille autem ignis conflagrationis, cum hunc visibilem mundum purgaturus sit, erit vtique corporeus.

•Li 4. c. 43.

•Li 4. c. 29. a me. illius.

¶Not. 2. Circa illa, quæ dicuntur de quibusdã Philosophis corpo. princ. de hoc, quòd uolunt assimilare delectationem bonorum ad afflictionem malorum in hoc, quòd sicut illa intelligitur spiritualiter intelligi debeat & ista, diligenter aduerte: ꝙ non penetrant illud qđ dicunt. Alioquin si penetrarent; tacuissent. Non enim similitudo tenet. Cum enim data alicui secundũ modum illius dentur, & conueniens sit datio, asserere conderet; quòd bonis, tanquam ijs qui semper delectati sunt finaliter de spiritualibus, cõtemptis corporalibus, illæ iocunditates præcepta tę in textu spiritualiter dentur ita ut & spirituales sint: malis autem, quia spiritualia fugerũt bona corporalibus adhærentes dentur afflictiones non spiritualiter intellectæ & existentes, sed corporaliter. Facit ad hoc propositum art. 1. ad tertium: si recte applicentur inibi dicta.

Delectationes pmissę electis (puta edere, bibere, super mensuram Chri, & similia) intelligi debent spũaliter; vt rõnis naturalis dictamen indicat.

Pri-

ARTICVLVS V.

*Vtrum ignis inferni sit corporalis.*

AD quintum sic proceditur. Videtur qđ ignis Inferni quo cruciabuntur corpora damnatorũ, non sit corporeus. Dicit enim Damasc. in 4. libro in fine, * Tradetur Diabolus, & dæmones, & homo eius, scilicet Antichristus cum impiis, & peccatoribus in ignem ęternum, non materialem, qualis est qui apud nos est sed qualem nouit Deus, sed omne corporeum est materiale. igitur ignis inferni non erit corporeus.

* Lib 4. ortho. fidei, in fine illius.

¶ 2 Præter. Animæ damnatorum a corpore separatæ ad ignem Inferni feruntur, sed Aug. dicit 12. super Genes. ad * literam, Spiritualem arbitror esse, scilicet locum ad quem anima defertur post mortem, non corporalem, ergo, &c.

•Lib. 12. c. 32. non procul a prin. to. 3.

¶ 3 Præt. Ignis corporeus in modo suæ actionis non sequitur modum culpæ in eo, qui igne crematur, sed magis modum humidi, & sicci. In codẽ enim igne corporeo videmus affligi iustum, & impium, sed ignis Inferni in modo suæ afflictionis, vel actionis, sequitur modum culpæ in eo, qui punitur. Vnde dicit Grego. * in 4. Dialog. Vnus quidem est gehennæ ignis, sed non vno modo omnes cruciat peccatores. Vnusquisque enim quantum exigit culpa, tantum sentiet de pœna: ergo non est corporeus.

Sed contra est quod dicit̃. Quarto Dialogorum. * Ignẽ gehennæ corporeum esse non ambigo, in quo certum est corpora cruciari.

¶Præt. Sapientiæ 5 dicitur, Pugnabit orbis terrarum cõtra insensatos, sed non totus orbis terrarum contra insensatos pugnaret, si solummodo spirituali pœna, & non corporali puniretur, ergo punientur igne corporeo.

Respon. Dicendum, quòd de igne Inferni multiplex fuit opinio. Quidam enim Philosophi, ut Auicen. Resurrectionem nõ credentes, solius animæ post mortem pœnam esse crediderunt. Et quia eis inconueniens videbatur ut animæ cũ sint incorporeæ, igne corporeo punirentur, negauerunt ignem corporeum esse, quo mali punirentur, uolentes quòd quicquid dicitur de pœna animarum post mortem per aliqua corpora futura, metaphorice dicatur. Sicut enim bonorũ animarum delectatio, & iucunditas non erit in aliqua re corporali, sed spirituali tantum erit in consequutione sui finis: ita afflictio malorum spiritualis erit tantum in hoc, scilicet quòd tristabuntur de hoc, quòd separabuntur a fine, cuius inest eis desiderium naturale. Vnde sicut omnia, quæ de delectatione animarum post mortem dicuntur, quæ uidentur ad delectationem pertinere corporalem, ut quòd reficiantur, uel rideant, vel hmõi: ita etiam quicquid de earum afflictione dr̃, quòd in corporalem punitionem sonare videatur, per similitudinẽ debet intelligi, sicut quòd in igne ardeant, uel fœtoribus affigantur, & huiusmodi. Spiritualis enim delectatio, & tristitia, cum sint ignota multitudini, oportet quòd per delectationes, & tristitias corporales figuraliter manifestentur, ut homines magis moueantur ad desiderium, vel timorem. Sed quia in pœna damnatorum non solum erit pœna damni, quæ respondeat auersioni quæ fuit in culpa, sed etiam pœnam sensus, quæ respondeat conuersioni ideo non sufficit prædictum modum punitionis ponere, & ideo etiam ipse Auicenna alterum modum superaddit dicens, quòd animæ malorum post mortem non per corpora, sed per corporum similitudines punientur: sicut in somnis propter similitudines prædictas in imaginatione existentes, videtur homini quòd torqueatur pœnis diuersis. Et hunc etiam modum videtur ponere Augustinus in duodecimo super Genes. ad literam, * sicut ibidem manifeste patet. Sed hoc videtur inconuenienter dictum esse. Imaginatio enim potentia quædam est, utens organo corporali: vnde non potest esse quòd visiones huiusmodi imaginariæ fiant in anima separata a corpore, sicut in anima somniantis. Vnde etiam Auicenna, ut hoc inconueniens euitaret, dixit quòd animæ separatæ a corpore utebantur pro organo, quasi aliqua parte cœlestis corporis, cui corpus humanum oportet esse conforme ad hoc ꝙ perficiatur anima

•Lib. 12. ca. 32. to. 3.

anima rationalis, quæ est similis motoribus cœlestis corporis, in hoc sequutus quodammodo opinioné antiquorum Philosophorum, qui posuerunt animas redire ad orbes stellarum. Sed hoc est omnino absurdū secundum doctrinam Philosophi: quia anima vtitur determinato organo corporali, sicut ars determinatis instrumentis, vnde non potest transire de corpore ad corpus, quod Pythagoras ponit, ut dicitur in primo de Anima.* Qualiter autem ad dictum Augustini sit respondēdum, infra dicetur. Quicquid autem dicatur de igne, qui animas separatas cruciat; de igne tamen, quo cruciabuntur corpora damnatorum post resurrectionem, oportet dicere quòd sit corporeus, quia corpori non potest conuenienter adaptari pœna nisi sit corporea. Vnde Gregorius in quarto Dialogorum,* ex hoc ipso probat ignem Inferni esse corporeum, quòd reprobi post resurrectionem in eum detrudentur. Augustinus enim, vt habetur in litera,* manifeste confitetur ignem illum, quo cruciabuntur corpora, esse corporeum. Et de hoc ad præsens est quæstio. Sed hoc supra dictum* est, qualiter animæ damnatorum ab igne isto corporeo puniantur.

Ad primum ergo dicendum, quòd Damascenus† non negat simpliciter illum ignem materialem esse, sed quòd non est materialis talis, qualis apud nos est, eo quòd quibusdam proprietatibus ab hoc igne distinguitur. Vel etiam dicendum est, quòd quia ignis non materialiter alterat corpora, sed quadam spirituali actione agit in ea punitioné: ideo dicitur non materialis esse, non quantum ad substantiam, sed quantum ad punitionis* effectum in corporibus, & multo amplius in animabus.

Ad secundum dicendum, quòd dictum Augustini potest hoc modo accipi, vt pro tanto dicatur locus ille, ad quem animæ deferuntur post mortem, non esse corporeus, quia anima in eo corporaliter non existit, per modum, scilicet, quo corpora existunt in loco, sed alio modo spirituali, sicut Angeli in loco sunt. Vel dicendum, quòd Augustinus loquitur opinando, & non determinando, sicut sępe facit in libro illo.

Ad tertium dicendum, quòd ignis ille est instrumentum diuinæ iustitiæ punientis. Instrumentum autem nō solum agit in virtute propria & per proprium modum, sed etiam in virtute principalis agentis, & secūdum quòd est regulatum ab eo. Vnde quamuis secundum propriam virtutem non habeat quòd aliquos cruciet secundum magis, vel minus, secundum modum prædictum, habet tamen hoc secundum quòd eius actio modificatur ex ordine diuinæ iustitiæ. Sicut etiam ignis fornacis modificatur ex industria fabri in sua actione, secundum quòd competit ad* effectum artis.

1m de minori. Materiali. ℞. Absolute: non semper tali, vel tali modo. §. Sufficit enim quòd sit materiale secundum se. Tunc nih. &c. Nam Damascenus non negat simpliciter &c. ut in textu.

¶Examen. Ly quibusdam proprietatibus ab hoc igne distinguitur. Scilicet dicendis artic. 6. corp. ã.

Item de conclusione. Nō erit corporeus. ℞. Quantum ad effectū punitionis: non, quantum ad substantiā. §. secundum quòd declaratur in tex. Tunc nihil &c. ut patet. Vide secundum respōsum tex. ly vel etiam dicendum est &c.

¶Coroll. Ergo per ly talis qualis est apud nos, intellexit Damascenus duo, & quòd differt proprietatibus quibusdam a nostro, & quod differt ab eod. in agendo sic vel sic. Noster. n. ignis quando agit, agit per alterationem corporum sibi obiectorū; ignis vero ille non agit per alterationem.

2m ex August. Spiritualem. ℞. Quantum ad modum locādi animas inibi receptas: non quātum ad substantiam propriam. §. Tunc nihil &c. Conclusio enim articuli intelligit locum esse corporeum quantum ad substantiam.

Itē de minori. August. dicit. ℞. opinatiue: non determinatiue. §. Tunc &c. Nam conclusio non de opinionibus, sed de veritatis determinatione curat. Vide secundum responsum text. ly uel dicendum quod Aug. &c.

¶Not. Ob hoc fuit dictum in corp. adducendo hunc librum Augustini quòd videbatur ponere illum ignem spiritualem, scilicet imaginarium; & subiunctum fuit ly sicut ibidem manifestè patet. Vnde ibi insinuatum est vtrumque, scilicet & quòd dixit illud, & quòd opinatiue, non autem determinatiue. Primum horum, scilicet quòd dixerit ignem esse spiritualem, significatur per ly sicut ibidem manifeste patet: secundum, scilicet quòd non determinatiue, sed potius opinatiuè dixerit illud, significatur per ly videtur ponere. Alioquin, si ad ista diuersa non referretur locutio prædicta sancti Thomæ: non diceret de eodem & quòd videtur ponere, & quòd manifeste patet.

3m de maiori. Suæ actionis. ℞. Naturalis tantum; non instrumentalis. §. Tunc nihil &c. Licet enim ignis corporeus secundum modum proprium naturalem solummodo agens sequatur modum humidi, & sicci, (inquantum sicca citius comburit quàm humida ligna:) non autem modum culparum, ita quòd deteriorem peccatorem magis torqueat quàm minus malum: tamen ignis idem corporeus secundum quòd agit tanquam instrumentum diuinæ iustitiæ sequitur modum culparum (patet de pueris in fornace, & accendentibus fornacem). Ad rem applicando dicitur, quod ignis inferni est instrumentum diuinæ iustitiæ punientis. Instrumentum autem non solū agit &c. vt in text.

¶Not. Quòd ad esse instrumentum requirantur actiones duæ; vide q. 70. art. 3. & alibi supra in elucid.

Resp. 2.

## APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum a Sapien. 5. quòd ignis inferni est corporeus, & sic. Armabit omnem creaturam in vltionem inimicorum. Hæc ibi. Vbi cum loquatur de existentib. in inferno cruciatis ab igne nō videretur per hoc, quòd omnis creatura armaretur contra reprobos nisi ignis ille esset corporeus: si tamen intelligamus authoritatem illam de igne tantum. Nam si esset spiritualis cum etiam spiritualiter agat tunc creatura spiritualis tantum armaretur contra damnatos. Quòd si corporeus dicatur, tunc omnis creatura, scilicet & corporalis & spiritualis contra illos est. Agit. n. actione spirituali, ut in ad primum, & nihilominus corporeus est. Ignis ergo ille secundum se sumptus est corporeus, secundum actionem uerò suam consideratus dici potest esse spiritualis. Patet autem, quòd creatura omnis diuiditur sufficienter in corporalem & spiritualē. Item ab Apocal. 18. In una de die uenient plagæ eius, & igne comburetur, quia fortis est Deus, qui iudicabit illam. Et flebunt, & plangent, cum uiderint fumum incendij eius, longe stantes propter timorem tormentorum eius. Hæc ibi. Item ab ead. 20. Descendit ignis a Deo de cœlo, & Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & infernus & mors, missi sunt in stagnum ignis. Et qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis. Hæc ibi. Vbi & per frequentem nominationem stagni ignis, monstrare uidetur illum esse corporeum; sicut etiam per frequentem nominationem orientis factam a Matt. 2. in aduentu Magorum innuitur, quòd de oriente propriè, & non largè quasi de aliqua parte declinante ad orientem loquatur, per nominationem fumi atque incendij, tanquam a proprietatibus ignis apud nos existentis ipsum denominando, uidetur idem, quod prius significare.

¶Secundò habes: quomodo per rationé prædicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. 2

¶Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc declaretur, & consolidetur. 3

Marginalia: *Lib. 1. cō. 55. to. 2. — Ignis inferni quomodo differt a nostro. — *Li. 4. cap. 29. — *Li. 4. sent. dis. 44. §. F. — *Sup. q. 70. arti. 3. & id ipsum hét S. Tho. dis. 44. q. 3. a. 3. — † li. 4. orth. fide in fine illius. — Vtilitas p Ecclesi. S. Dei. — * Al. officium. — Resp. 2. — *Al. offic.

---

SVP. Q. CXXVIII. Aliàs 97. Art. VI.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum ignis inferni sit eiusdem speciei cum igne nostro.*

Ad sextum sic proceditur. Vr quòd ignis ille nō sit eiusdem speciei cum igne isto corporeo quē videmus. Aug. n. dicit,* & hī in litera†. Ignis æternus cuiusmodi sit, arbitror neminem scire, nisi cui Spiritus diuinus ostendit, sed naturam istius ignis omnes, vel fere omnes

Conc. 1. Ignis, siue in propria sphęra, siue in materia aliena quocumq; modo inueniatur, semper est idem in specie, quantum ad naturam ignis pertinet licet possit esse diuersitas in specie, quantum ad corpora, quæ sunt materia ignis.

¶Examen. Ly quocūque modo. Hoc est, siue

424

*Li. 20. de ciui. cap. 16. a prin. to. 5. — † Li. 4. sent. dis. 44. §. F.

ſiue materia illa ſit terreſtris, ſiue aerea, ſiue aquea, ſiue ignita per violentiam, ſiue ex principio intrinſeco naturali, ſiue lignis nutriatur, ſiue non, ſiue ſucceſſione indigeat, ſiue non: ut patet ex diſcurſu textus, ſi rectè applicentur.

¶PROB. 1. Quia patet. Secunda autem pars. ſ. licet poſſit &c. ſat. probatur. Quia lignum ignitum, & ferrum ignitum id oſtendunt (cum lignum & ferrum differant ſpecie.)

¶CONCL. 2. Quòd ignis inferni, quantum ad hoc, quod habet de natura ignis, ſit eiuſdē ſpeciei cum igne, qui apud nos eſt: manifeſtum eſt.

¶NOT. Ex hoc eſt manifeſtum ex prima parte concluſionis primæ. Quæ & (ultra ꝙ ibi dictum eſt) probari poteſt hoc; quod eadē eſt ſemp diffinitio ignis vt ignis, in quacumque materia ſit: vt facile cuique ſapienti patet. Illa verò eiuſdē ſpeciei sūt, (ſecundum Philoſophū in multis locis) quæ eandem diffinitionem habent.

¶PROB. Quia præſupponitur.

¶CONCL. 3. Ignis inferni cōſideratus materialiter poteſt nō differre ſpecie ab ab igne, qui eſt apud nos.

¶EXAMEN. Ly materialiter conſideratus. Ideſt acceptus pro materia illa in qua reperitur, ſi in aliena eſt: adeo quòd iſta comparatio proprie non eſt ignis ad ignem, ſed materiæ vnius ignis ad materiam alterius ignis.

¶Ly poteſt differre. Hoc dicitur ad differentiam de ly actualiter differt. Vt enim dicitur in textu, ignotum eſt, in qua materia ſit: & ideo affirmari nō poteſt, quòd differat, uel non differat a materiebus ignis apud nos exiſtentis.

¶PROB. Quia præſupponitur clara ex dictis in textu.

¶CONCL. 4. Differentiæ quarundam ꝓprietatum illius ignis a noſtro, non oſtendunt diuerſitatem in ſpecie; quantum ad id, quod ꝑtinet ad naturā ignis.

¶EXAMEN. *Ly quarundam proprietatum.* Ideſt, proprietatum conſequentium materiam ignis, ut quòd lignis nutriatur, vel ſucceſſionem eius ut & extinguatur, uel non extinguatur. Et (ſi breuiter dicatur) proprietatum non attingentium naturam ignis, ſed quaſi deforis aduenientium, & conſequenter aſſimilatarum in hoc accidenti prædicabili quinto itaque ſicut accidens illud adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem: ita iſtæ proprietates quædam adſint & abſint ignibus numero diuerſis, præter ſpeciei variationem. Non fluunt ergo huiuſmodi proprietates a principijs ſpeciei, ſed ex parte materiæ indiuidualis ſe tenent.

¶PROB. Quia iſtæ quædam proprietates conueniunt igni materialiter conſiderato (.i. ex parte materierum ignis ſe tenent.)

1m ex Auguſtino. Cuiuſmodi. ℞. Quantum ad materiam eius, non, quantum ad naturā. §. Tunc nihil &c. Nam dictum eſt in corpore quòd ignotum eſt an illa ſit in propria tantum materia, an in aliena, & ſi in aliena iniqua.

2m concluſionis illatio. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Ratio eſt: quia huiuſmodi differentiæ; de quibus Gregorius; non oſtendunt differētiam ſpeciei ignis, vt ignis: ut in corp. circa concluſionem vltimā dicebatur.

¶NOT. Sępius admonitū eſt alias, quòd ſanctus Doctor, ꝓ more ſuo, & quidem laudabili, habet, quod quādo ex rñſis præcedentibus in eodem articulo ſatisfieri poteſt argumento nouo ſuccedenti tūc non ſolet replicare rñſum; tanquam per taciturnitatem ipſam remittens arguentem ad præcedentia pro rñſo. Et tunc in tali caſu ſolet ipſe ſanctus occupare ſe i aliquo magis neceſſario .i. in declarando aliqua tacta in argumēto nouo, circa quę ſi nō declararentur poſſet naſci difficultas talis, ut veritas aliquam iniuriam pateretur. Exemplum huius commendabilis moris diui Thomæ, ſume hinc. Nam quia ad argumētum hoc ſecundum ſolutio præcedēs, quæ data eſt ad primū, aptè ſatisfaciebat quātum ad nodum contra concluſionem articuli inductum (ut nos per formale reſponſum docuimus:) ideo tacita noua rñſione tanq̄ nos remittendo ad primū, occupatur circa authoritatem Gregorij declarandā tanquā circa magis neceſſarium, & ſcrupulum quendam contra ueritatem in corp. determinatam.

¶EXAMEN. *Ly uel in materia aliena, non per violentiam, ſed per naturam a principio intrinſeco.* Hoc eſt, ignis ille, habet aliam ꝓprietatem ab igne noſtro, & illa a Deo habet: qui non tantum bene omnia facit, ſed cum ſit inſtitutor naturæ, nihil per violentiam facit. Immo quicquid facit in rebus, ut naturale ſit illis, etiam quòd prius non eſſet naturale, ex hoc ipſo taliter a Deo factum eſt, naturale eſt. Ergo hoc aſſimilari videtur veritati illi, quòd ſcilicet aquæ ſint ſuper cœlos. Non enim ibi ſunt per violentiam, licet forſan ad pauca reſpicientibus id videretur, ſed ibi ſunt per naturam a principio intrinſeco nobis ſpecialiter ignoto, non autem in communi propter rationem dictam, quòd ſcilicet Deus author naturæ in re facit eſſe naturale, quando vult id quod antea in ſimilibus non erat naturale. Vide 1. par. q. 88. art. 2. & 3. q. 25. ar. 5.

3m ex Philoſopho. Aeternum, & corruptibile. ℞. Ita quòd ex principijs naturalibus talia ſint: non ita quòd a Deo ſpecialiter hoc faciente. §. Tunc nihil &c. Sicut enim corpora damnatorum erūt eiuſdem ſpeciei &c. ut in text.

¶NOT.

---

ſciunt, ergo ignis ille non eſt eiuſdem ſpeciei, aut naturæ cum iſto.

¶ 2 Præt. Greg.* dicit 15. Moraliū, exponens illud Iob 20. Deuorabit eum ignis, qui nō ſuccenditur; ignis corporeus ut eſſe, valeat, corporeis indiget fomentis, nec valet niſi ſuccenſus eſſe: & niſi refotus ſubſiſtere. At contra gehennæ ignis cū ſit corporeus, & ſemetipſo reprobos corporaliter exurat, nec ſtudio humano ſuccenditur, nec lignis nutritur, ſed datus ſemel, durat inextinguibilis, & ſuccenſione non indiget, & ardore non caret, ergo nō eſt eiuſdem naturæ cum eo, quem videmus.

¶ 3 Præt. Aeternum, & corruptibile non ſunt eiuſdem rationis cū nec etiam in genere communicent ſm Philoſophum in 10. Metaph.* ſed iſte ignis eſt corruptibilis, ille autē æternus. Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. ergo non eſt eiuſdem naturæ.

¶ 4 Præt. De natura huius ignis noſtri eſt, vt luceat, ſed ignis inferni lucet. Vide Iob 18. Nonne lux impii extinguetur? ergo vt prius.

SED CONTRA, Secundum Philoſophum † in 1. Topi. Omnis aqua omni aquæ eſt idem ſpecie, ergo eadem ratione omnis ignis, omni igni eſt idem ſpecie.

¶ Præt. Sap. 11. dicitur. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur, ſed homines peccant per res ſenſibiles huius mundi, ergo iuſtum eſt, vt per eaſdem puniantur.

RESP. Dicendum, ꝙ ignis ꝓpter hoc, ꝙ eſt maximę virtutis in agendo inter reliqua elementa, alia corpora pro materia habet, ut dicitur in 4.* Metaphy. Vnde, & ignis dupliciter inuenitur, ſcilicet in materia propria prout eſt in propria ſua ſphęra, uel in materia aliena, ſiue terreſtri, vt patet in carbone, ſiue aere, ut patet in flamma, quocumq; autem modo ignis inueniatur ſemper eſt idē in ſpecie quantum ad naturam ignis pertinet. Poteſt autem eſſe diuerſitas in ſpecie quantum ad corpora, quæ ſunt materia ignis. Vnde flamma, & carbo differunt ſpecie, & ſimiliter lignum igneum, & ferrum ignitum, nec differt quantum ad hoc ſiue ignita ſint per violentiam, vt in ferro apparet, ſiue ex principio intrinſeco naturali, ut accidit in ſulphure. Quod ergo ignis inferni quantum ad hoc quòd habet de natura ignis ſit eiuſdem ſpeciei cum igne, qui apud nos eſt, manifeſtum eſt, verum autē ille ignis ſit in propria materia exiſtens; aut ſi in aliena, in qua materia ſit, nobis ignotum eſt, & ſecundum hoc poteſt ab igne, qui apud nos eſt in ſpecie differre materialiter cōſideratus, quaſdam tamen proprietates differentes habet in igne iſto, ut quòd ſucceſſione non indiget, nec lignis nutritur. Sed iſtæ differentiæ non oſtendunt diuerſitatem in ſpecie quantum ad id, quod pertinet ad naturam ignis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Auguſt.* loquitur quantum ad id, quod eſt materialiter in igne illo, non autem quantum ad ignis naturam.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ignis, qui apud nos eſt, lignis nutritur, & ab homine ſuccenditur, quia eſt artificialiter, & per uiolentiā in aliena materia ītroductus, ſed ignis ille lignis non indiget quibus foueatur, quia uel in propria materia eſt exiſtēs, uel eſt in materia aliena non per violentiam, ſed per naturam a principio intrinſeco. Vnde non eſt ab homine ſuccenſus, ſed a Deo, qui naturam illam inſtituit, & hoc eſt quod dicitur Iſa. 30. Flatus domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ſicut corpora dānatorū erunt eiuſdē ſpeciei, cuius & modo ſunt, quāuis modo ſint corruptibilia, tunc autem incorruptibilia ex ordine diuinæ iuſtitiæ, & propter quietem motus cęli, ita eſt & de igne inferni quo corpora illa punientur.

AD

---

Marginalia:

* lib. 15. Moral. ca. 14. in prin.

* li. 10. Metaph. com. 26. to. 3.

† li. 1. cap. 6. paulo a prin. to. 1.

* Meth. in ſumma pri ma, c. 1. cir. med. to. 2.

Regula vniuerſalis ꝓ more ſancti Thomę intelligendo in rñſis.

¶Not. Supra q.80.ar.3.dictum eſt, ꝙ humores quatuor remanebunt in corporibus ſuſcitatis:& tamen virtute diuina hoc faciente, non agent ad corruptionem corporum & ſic illa corpora erunt & eiuſdē ſpeciei, cuius modo ſunt, & tamen incorruptibilia, qualia modo non ſunt. Vide ibi & applica huc, quantum ſufficit.

4^m de maiori. Ignis noſtri. ℞. Secundum aliquem modum exiſtentis: non ſecundū quemlibet modum. §. Tunc nih.&c. vt patet.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ lucere non cōuenit igni ſecundum quēlibet modū exiſtendi, quia in ꝓpria materia exiſtens non lucet. Vñ non lucet in propria ſphera, vt Philoſophus dicit, *etiam in aliqua materia ignis exiſtens non lucet, ſicut cū eſt in materia opaca terreſtri, vt in ſulphure, & ſimiliter eſt etiam, quando ex aliquo groſſo fumo eius claritas obfuſcatur. Vnde ꝙ ignis inferni non luceat, non eſt ſufficiens argumentum ad hoc, quòd non ſit eiuſdem ſpeciei.

APPENDIX.

Vtilitas ꝓ Eccleſia S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem oſtendas merito inſinuatum fundamentaliter a Philoſopho (non enim habuit fidem, ſed ſecundum naturam, quæ deſeruit ſupernaturalibus loquebatur) in 1. Topic. quòd ignis inferni eſt eiuſdem ſpeciei cum noſtro:& ſic a ſimili. Omnis aqua omni aquæ eſt idem ſpecie. Hæc ibi. Propter hoc & eccleſia baptizat in omni aqua naturali: licet non omnis ſit aqua Iordanis, in quo baptizatus eſt Chriſtus. Voluit ergo Philoſophus ibi dicere virtualiter, ꝙ omnis terra omni terræ eſt idem ſpecie, & omnis aer omni aeri, & ōīs ignis omni igni. Itē à &c. ut q.84.art.3; ubi determinatur, ꝙ ignis vltimæ conflagrationis eſt eiuſdē ſpeciei cum reliquo. Ex illo igitur loco authoritates a ſimili applicabis huc, pro quanto ſufficit, & concludes intentum.

2 Secūdò habes quō per rōnem prædicta Philoſophiæ, & ſcripturarum oro quanto quod diximus inſinuant & intelligas, & tuearis.

3 Tertiò vides: quomodo ex iis viciſſim Angelica doct. hæc & declaretur, & conſolidetur.

SVP. Q. CXXVIII. Aliàs 97. Art. VII.

# ARTICVLVS VII.

## *Vtrum ignis inferni ſit ſub terra.*

Ad septimvm ſic procedit. Videtur quòd ignis ille non ſit ſub terra. Iob 28. De homine damnato dicitur, & de orbe transferet eum Deus, ergo ignis ille, quo damnati punientur non eſt ſub terra, ſed eſt extra orbem.

¶ 2 Præt. Nullum uiolētum, & per accidens poteſt eſſe ſempiternum: ſed ignis ille erit in inferno in ſempiternum, ergo non erit ibi per violentiam ſed naturaliter, ſed ſub terra non poteſt eſſe ignis niſi per violentiā, ergo ignis ille, non eſt ſub terra.

¶ 3 Præt. In igne inferni omnia corpora damnatorum poſt diem iudicii cruciabūtur, ſed illa corpora locum replebunt, ergo cum futura ſit maxima multitudo damnatorum, quia ſtultorum infinitus eſt numerus. Eccleſ. 1. maximum oportet eſſe ſpaciū in quo ignis ille continetur, ſed inconueniens videtur dicere infra terram eſſe tantam cōcauitatem, cum partes terræ naturaliter ferantur ad medium, ergo ignis ille non erit ſub terra.

¶ 4 Præt. Sapien. 11. per quæ peccat quis, per hæc, & torquetur, ſed mali ſuper terram peccauerūt, ergo ignis eos puniens non debet eſſe ſub terra.

Sed contra dicitur Iſa. 4. infernus ſubtus conturbatus eſt in occurſum tui. ergo ignis inferni ſub nobis eſt.

¶Præt. Greg. * 4. Dialog. Quid obſtat non video, quòd infernus eſſe ſub terra credatur.

¶Præt. Iob 2. Super illud Proieciſti me in corde maris. Gloſſ. † interlinearis 1. in inferno, pro quo dicitur in Euangelio Matth. 12. in corde terræ: quia ſicut cor eſt in medio animalis, ita infernus in medio terræ perhibetur eſſe.

Respon. Dicendum, quòd ſicut Auguſtinus † dicit, & habetur in littera, * in qua parte mundi infernus ſit ſcire neminem arbitror, niſi cui diuinus ſpiritus reuelauit. Vnde Grego. in quarto Dialo. † ſuper hac quæſtione interrogatus reſpondit. Hac de re temere diffinire nihil audeo. Nonnulli namque in quadam terrarum parte infernum eſſe putauerunt. Alii uero hunc ſub terra eſſe æſtimant. Et hanc opinionē probabiliorem oſtendit dupliciter. Vno modo ex ipſa nominis ratione ſic dicens. Si iccirco infernum dicimus quia inferius iacet, quod terra ad cœlum eſt, hoc eſſe infernus debet ad terram. Secundo ex hoc ꝙ dicitur Apoc. 5. Nemo poterat neq; in cœlo neq; in terra, neque ſubtus terram aperire librum, ut hoc quòd dicitur in cœlo referatur ad angelos, hoc, quod dicitur in terra referatur ad homines viuentes in corpore, hoc ꝙ dicitur ſub terra referatur ad animas exiſtentes in inferno. Aug. † etiam in lib. 12. ſuper Gen. ad literam duas rationes tangere, videtur, quare congruū ſit infernum eſſe ſub terra. Vna eſt, ut quoniā defunctorum animæ carnis amore peccauerunt, hoc eis exhibeatur quod ipſi carni mortuæ ſolet exhiberi, ut ſcilicet ſub terram retrudantur. Alia eſt quod ſicut grauitas in corporibus, ita triſtitia in ſpiritibus, & lætitia ſicut leuitas. Vnde ſicut ſecundum corpus, ſi ponderis ſui ordinem teneant, inferiora ſunt omnia grauiora, ita ſecundum ſpiritum inferiora ſunt omnia terreſtria, & ſicut conueniens locus gaudio electorum eſt cęlum empyreum, ita conueniens locus triſtitiæ damnatorum eſt infimum terræ. Neque mouere debet quod Aug. * ibidem dicit, quòd inferi ſub terris eſſe dicuntur vel creduntur: qa ut in lib. retractationum † hoc tractans dicit. Mihi videor dicere debuiſſe magis quòd ſub terris ſunt inferi, quàm rationem reddere cur ſub terris eſſe dicuntur, ſiue creduntur. Quidam tamen Philoſophi poſuerunt, quòd locus inferni erat ſub orbe terreſtri, tamē ſupra terræ ſuperficiem ex parte oppoſita, & hoc videtur Iſidorus ſenſiſſe cum dixit, quòd Sol, & Luna in ordine, quo creati ſunt ſtabunt, ne impii in tormentis poſiti fruantur luce eorum: quæ ratio nulla eſſet ſi infernus infra terram eſſe dicatur, qualiter, & hæc verba poſſint exponi patuit ſupra. * Pythagoras uero poſuit locum pœnarum in ſphera ignis, quam in medio totius orbis eſſe dixit, ut patet per Ariſt. in 2 cę. & mundi. Sed tamen conuenientius his, quæ in ſcriptura dicūtur eſt ut ſub terra credatur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd verbum illud Iob de orbe transferet eum Deus, intelligendum eſt de orbe terrarum, i. de hoc mundo, & hoc modo exponit Greg. † dicēs. De orbe quippe transfertur, cum ſuperno apparente iudice de hoc mundo tollitur in quo peruerſæ gloriatur. Nec eſt intelligendum, quòd orbis hic accipiatur pro uniuerſo, quaſi extra totum vniuerſum ſit locus pœnarum.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ in loco illo conſeruatur ignis

429

Conc. 1. Probabilior opinio eſt eorum, qui ignem inferni ſub terra eſſe æſtimant.

¶Prob. Quia 1. & ipſa rō nois, 2. & expoſitio Apoc. 5. 3. & peccatū mortale reproborū, amare carnis factum; 4. & ſimilitudo triſtitiæ in ſpiritibus ad grauitatem in corporibus; hoc indicant.

¶Not. Primæ duæ rationes ſūt Gregorij, quas vide in tex. ly uno ex ipſa nominis ratione, &c. ultimæ duæ ſunt Auguſtini, quas vide in tex. ly Auguſt. etiam in lib. 12. ſuper Geneſ. ad liter.

¶Concl. 2. Conuenientius his, quæ in ſcriptura dicuntur, eſt: ut ignis inferni ſub terra eſſe credatur.

¶Prob. Quia præſupponitur clara.

¶Not. Et meritò. Tum ex Apoc. 5. tum ex multis allegandis in appen. ſequen. Quæ autem differētia ſit inter probationem hanc per ſcripturas & probationem primæ concluſionis per doctores: vide vniuerſaliter. 1. par. q. 1. art. 8. ad ſecundum. Et nota, quòd ex ly conuenientius, datur ad intelligendum, quòd ſenſus ſcripturæ talis quòd ſit ſub terra, nō eſt uſquequaque clarus tanquā ab Apoſtolica ſede determinatus. Alioquin ſi eſſet, aut aperte ex ſe clarus, aut ab eccleſia determinatus, non diceret ly conuenientius, ſed neceſſario.

1^m illatio concluſionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam orbis ibi in Iob non dicit vniuerſum, ut in tex. ſi. ſed dicit præſentem uitam, ut patet ibid. princip.

2^m minor ſecunda. Sub terra non poteſt eſſe ignis niſi ꝑ violen-

*lib. 4. dia. ca. 42. in ſi. Baptiſmus fieri poteſt in oī aqua naturali, & quare.

†Glo. inter ibid.

† Aug. lib. 20. de ciu. Dei. ca. 16. to. 5.

* Mag. li. 4. ſen. diſ. 44. §. F. in ſi.

†Gre. in 4. dialo. c. 42. in prin.

† lib. 12. ca. 34. cir. me. to. 3.

*lib 12. ſup Gen. c. 33. & 34. to. 3.

†li. 2. retractationum, ca. 24. in ſi. to. 1.

*q. 91. ar. 2.

†Li. 14. Moral. cap. 11. med.

sententiam. R. Secundum naturam suam, præcisè loquendo: non autē, secundum quod ex ordine diuinæ potentiæ disponitur. §. Tūc &c. Nam in loco illo conseruatur ignis ex ordine &c.

¶Not. Pro meliori captu huius quod ibi non fit per violentiā, vide artic. 6. ad secundum, & circa illud dicta in elucid. Vide & prima par. q. 25. ar. 5. & maxime ad tertium.

3^m minor secunda. Inconueniens videtur dicere infra terram esse tantam concauitatem. R. Negaē illa. § maxime diuina virtute hoc faciente.

¶Not. Ex commassatione futura corporū damnatorum etiam fiet vt non impossibile videatur, quòd tanta fit ibi concauitas. Vide artic. 4 corp. fin.

4^m ex Sap. Per quę, per hæc. R. Non autem vbi, & ibi. §. hoc est significanter dixit, per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. i. per quas res (hæ sunt anima & corpus) quis peccat, per easdem res, & torquetur (punitur. n. in anima & corpore:) non autem dixit, vbi quis peccat, ibi & torquetur. Tunc nihil &c. Non. n. necessarium est ex illa authoritate concludere, quòd in eodem loco, in quo quis peccauit, puniatur: loquendo de damnatis: licet id verificetur quantum ad illam punitionem de qua Aug. in lib. confess. ait; iussisti Domine, & sic est, quòd omnis inordinatus animus sibi est pœna, ut in R. sequen.

Item de conclusione. Non debet esse sub terra. R. Tantum. §. hoc est, peccator non punietur tantum per ignem sub terra existentem, sed etiam in uia per ignem annexum semper peccato. De quo uide responsum secundum, tex. ly vel dicēdum quod hoc &c. Tunc nihil &c. ut patet. Ex hoc enim quòd quis taliter punitur hic pro peccato suo, non sequitur: quòd infernus, in quo admodum grauius puniendus est, non sit sub terra: aut quòd absolute non sit; nisi secundum errorem Almarici damnatum in appen. seq.

ignis in æternum ex ordine diuinæ iustitiæ, quamuis secundū naturam non possit extra suum locum aliqd elementū in æternum durare, præcipue, statu generationis, & corruptionis manente in rebus. Ignis autem est ibi fortissimæ caliditatis: qa calor eius erit vndique congregatus propter frigus terræ vndique ipsum circunstans.

Ad tertium dicendum, q̄ infernus numquam deficiet in amplitudine quin sufficiat ad damnatorum corpora capienda. Infernus enim Prouerb. 30. inter tria insatiabilia ponitur, nec est inconueniens quòd inter viscera terræ tanta concauitas conseruetur diuina uirtute, quæ damnatorum omnium corpora possit capere.

Ad quartum dicendum, q̄ hoc, quod dr̄ per quæ peccat quis, per hæc, & torquetur, non est necessariū, nisi in principalib. instrumentis peccandi, quia. n. homo in anima peccat, & in corpore, in utroque punietur: non autem oportet quòd in loco, quo quis peccauit, in eodem puniatur, cum alius sit locus, qui viatoribus, & damnatis debetur. Vel dicendum, quòd hoc intelligitur de pœnis quibus homo punitur in via: secundum quòd quælibet culpa suam pœnam habet annexam, prout omnis inordinatus animus sibi est pœna, vt dicit Aug *

*li. 1. Confe. ca. 12. in fi. to. 1.

### APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem reijcias errorem Almarici (ut refert Bernardus Luthzemb. in cathal. hæret.) dicentis: infernum nullum esse, sed existentem in mortali habere infernum. Hic pro parte dicit aliqualiter verum, scilicet quòd existens in mortali habeat infernum, ut colligi potest ex secundo responso ad quartum, sed errat connectens, nullum alium infernum esse. Quòd si nullus alius, ab existente in mortali, infernus est: profecto nec ignis inferni sub terra est. Et pro tanto hic adducitur error Almarici, & damnabitur. Item errorem Seleucianorum (Prat. Seleuciani.) dicētium: infernum esse mūdum istum, & nullum alium superesse: de quo dicas pportionaliter, ut nūc supra de Almarici errore. Secundo habes: quomodo per rationē ostendas, hos meritò damnari à &c. ut q. 69. arti. 5. app. Item a Iob 21. In puncto ad inferna descendunt. Item a Nume. 16. Descenderunt viui in infernum. Hæc ibi. Vbi loquitur de Dathan Abiron, & consequenter de inferno damnatorum, quò descenderunt. Item a Psal. 54. Descendant in infernum viuentes. Hæc ibi. Item ab Apocal. 18. Sustulit unus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum & misit in mare dicens; hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna. Hæc ibi. Et cap. 20. Vidi Angelum descendentem de cœlo habentē clauem abyssi, & cathenam magnam in manu sua, & appræhendit draconem, qui est Diabolus & ligauit, & misit eum in abyssum. Hæc ibi. Item a multis locis scripturarum, quæ loquentes de inferno utuntur nomine descensionis, quo significatur aliquid infra terræ superficiem. Ex quibus locutionibus etiam videri datur, quàm optime dixit vltima conclusio corp. fi. Item ab Innoc. III. in Conc. gener. extra de sum. Trin. & fide cath. ubi in fine secundi capituli damnat doctrinam Almarici, & intelligitur de tota, secundum D. Franciscum, Pegna dignissimum commentatorem Directorij Inquisitorum, ibi. Pro tanto igitur & Seleucianos condemnat Pontifex idem; pro quanto conueniunt cum Almarico.

a Rsio 1.

¶Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum pro quanto ignem inferni esse sub terra insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. 3

¶Quartò uides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hęc est declaretur, & consolidetur. 4

---

SVP. Q. CXXIX. Aliàs 98. Art. 1.

Concl. 1. Volūtas naturalis poterit esse bona in damnatis, secundum quòd naturalis est.

¶Examen. Ly secūdum hoc. Idest secūdū q̄ naturalis est. Quare hoc addatur cōclusioni huic colligi poterit ex concl. 3. & ex ad primū.

¶Ly uoluntas naturalis. Idest inclinatio, quam natura affert, seu quæ in reb⁹ ex actione naturę est. Adeo quòd non est proprie uoluntas q̄ dr̄ a uolendo, sed pprie est inclinatio in aliq d abstrahens ab omni cognitione existente in re, quæ sic inclinaē. Hoc modo dr̄: q̄ materia uult, seu appetit formā naturalē (1. Phys.) eo quòd inclinatio materiæ naturalis est sic; & ita de multis alijs.

¶Prob.

## QVAEST. CXXIX. Aliàs 98.

*De uoluntate, & intellectu damnatorum.*

Consequenter considerandum est de pertinentibus ad affectum, & intellectum damnatorum.

Circa quod quæruntur nouem.

¶Primò, Vtrum damnatorum uoluntas sit mala.

¶Secundò, Vtrum aliquando pœniteant de malis quæ fecerunt.

¶Tertiò, Vtrum magis vellent non esse quàm esse.

¶Quartò, Vtrum vellent alios non esse damnatos.

¶Quintò, Vtrum impij habeant Deum odio.

¶Sextò, Vtrum ipsi demereri possint.

¶Septimò, Vtrum possint vti scientia hic acquisita.

¶Octauò, Vtrum cogitent aliquādo de Deo.

¶Nonò, Vtrum ipsi videant gloriam beatorum.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum omnis uoluntas damnatorum sit mala.*

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd non omnis voluntas damnatorum sit mala. Quia, vt dicit Dio. † 4. ca. de Diu. No. Dęmones bonum, & optimum concupiscunt, esse, viuere, & intelligere: cum ergo damnati homines nō sint peioris conditionis quàm dæmones, videtur quòd ipsi bonam uoluntatem habere possint.

¶2 Præterea, Malum, vt dicit Dionysius, est omnino inuoluntarium: ergo si damnati aliquid volunt illud volunt inquantum est bonum, vel apparens bonum: sed voluntas, quæ per se ordinatur ad bonum est bona, ergo damnati possunt habere voluntatem bonam.

¶3 Præterea, Aliqui erūt damnati,

430 S. Tho. 4. dis. 50. q. 2. art. 1. q. 1. & seq.

† Ca. 4. par te 4. nō remote a fi.

¶Prob. Quia natura hanc inclinationem faciens bona est, & natura remanet in damnatis.

¶Not. Ex hoc tamē damnati ut sic, non debent dici habere simpliciter aliquid boni: tum quia uoluntas ipsa naturalis nō conuenit dānatis ex ipsis, (ut dicitur in text.) tum quia uoluntas talis nō est in damnatis, ut damnati sunt, sed vt quædā res a Deo creatæ. Vnde circa hanc materiam loquendo regulari debemus iuxta doctrinam si nam. pri. par. quæsti. 8. articu. primo, ad quartū, ut sicut non est absolutè concedendum q̄ Deus sit in dæmonib⁹, ex eo quòd important naturam deformatam, seu potius deformitatem in natura inseparabiliter existentem, sed cum hac additione

* Lib. 4. de diu. nom. par. 4. aliquātulum ante finē.

tione inquantum sunt res quædam: ita non videtur absolutè concedendum, quòd in damnatis sit aliquod bonum; eo quòd esse damnatum importat naturam deformatam, seu potius deformitatem in natura inseparabiliter existentem; sed cum hac limitatione inquantum sunt res quædam. Considera ibi pri. par.

¶CONCL. 2. Voluntas deliberatiua in damnatis est solum mala.

¶COROL. Ergo quantum ad hoc idem est iudicium de volũtate dæmonum, & aliorũ damnatorum. Vide 1. par. q. 64. art. 2.

¶NOT. Voluntatem hanc deliberatiuam distinxisse à naturali, & solum esse malã in damnatis, significasse videtur Dominus, quando de Diabolo ait Ioan. 8. cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur. Quasi, in proposito, dicat. Voluntas dãnatorum propria (Hęc est propriè deliberatiua), quando exit in actum, semper est mendax, i. à veritatis rectitudine declinat. Et hoc est; eam esse solum malam.

¶EXAM. Ly voluntas deliberatiua. Id est voluntas, quæ propriè dicitur volũtas. Et hęc est illa, quæ ponitur in parte superiori, quę diuiditur in intellectum & voluntatem.

¶Ly secundum ꝙ in potestate est eorum inclinari per affectum ad hoc vel illud. Scilicet in genere malorũ tantum.

qui in hoc mundo existẽtes aliquos virtutum habitus secum detulerunt: vtpotè Gentiles qui habuerunt virtutes politicas: sed ex habitibus virtutum elicitur laudabilis voluntas; ergo in aliquibus damnatis poterit esse laudabilis voluntas.

SED CONTRA. Obstinata voluntas, nũquàm potest flecti, nisi ad mala: sed damnati homines erunt obstinati, sicut dæmones: ergo voluntas eorum nunquam poterit esse bona.

¶ Præterea. Sicut se habet voluntas damnatorum ad malum: ita voluntas beatorum ad bonum: sed beati nunquam habent voluntatẽ malam; ergo nec damnati aliquam habent voluntatem bonam.

RESPON. Dicendum, ꝙ in damnatis potest dupliciter voluntas considerari, scilicet voluntas deliberatiua, & voluntas naturalis. Naturalis quidem non est eis ex ipsis, sed ex actione naturæ, quę in natura hãc inclinationem posuit; quæ naturalis voluntas dicitur: vnde cum natura in eis remaneat, secundum hoc bona poterit in eis esse voluntas naturalis. Sed voluntas deliberatiua est ex eis seipsis, secundum quòd in potestate est eorum inclinari per affectum ad hoc, vel illud, & talis voluntas est in

*Liberũ arbitrium, vt in seipso, vt i beatis, vt in damnatis, vt in viatoribus, diffinit diuersimode.*

Vnde cum ista potestas, de qua in tex. dicat liberum arbitrium: notandum est, quod de ratione liberi arbitrij vt sic, non est ferri in bonum & malum; sed ferri in hoc vel illud. Liberum enim arbitrium de se nil aliud habet, sed abstrahit tùm à bono tùm à malo in sua inclinatione ad diuersa. Alioquin si de ratione liberi arbitrij esset inclinari ad bonum, tunc non esset in damnatis; si verò esset inclinari in malum, tunc non esset in beatis: si autem esset inclinari nec in bonum nec in malum, non esset in viatoribus. Et ideo textus ab omnibus his inconuenientibus se præseruans attribuit volũtati deliberatiuæ, quòd sit in potestate eius inclinari ad hoc vel illud, nihil aliud addendo. Verum est, ꝙ applicando hoc dictum damnatis intelligebat de inclinari ad hoc vel illud malum (vt contextus edocet): alioquin voluntas eorum non semper esset mala. Vnde & in hoc sensu, in princip. huius exam. glossatum est idem dictum ad propositum damnatorum. Quando igitur de libero arbitrio inciderit disputatio; aduertendum acriter erit: an fiat sermo de illo, vt in se est; an vt viatoribus, an vt in beatis, an ut in damnatis. Multum siquidem interest discernere in his (vt ex dictis sapiens lector elicere potest): modo tota difficultas, erroresque multi circa istam materiam inde nascuntur sæpius; quia ex quadruplici diffinitione liberi arbitrii diuersimode (vt suprà) considerati proceditur, non distincte singula singulis applicando (vt par est), sed confundendo illas quatuor ad inuicem, ac si non, tanquàm cœlum à terra, distarent. Sis ergo cautus in hoc semper, quoniam sic facile teipsum, & alios, ex multis tricis eripies.

¶PROB. Quia damnati sunt totaliter auersi à fine vltimo rectæ voluntatis.

¶CONCL. 3. Damnati, quamuis aliquid bonum velint, non tamẽ bene volunt illud; vt ex hoc voluntas eorum bona dici possit.

¶COROLL. Ergo error est dicere absolutè, quòd aliqua voluntas sit simpliciter bona in damnatis.

¶EXAM. Ly aliquod bonum volunt. Idest voluntate naturali.

¶Ly non tamen bene volunt. Scilicet propter admixtionem voluntatis deliberatiuæ. Adeo voluntas deliberatiua corrumpit, & destruit, illud bonum naturale, inquantum potest. Et hoc est, quod communiter dicitur à Theologis; quòd dæmones, & consequenter damnati omnes bonis naturalib. quæ habent, abutantur: quod dictum intellige, vt in ad primum.

¶PROB. Quia præsupponitur clara ex dictis.

1^m ex Dionysio. Concipiunt. ℞. Voluntate naturali: non deliberatiua. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusionibus.

¶NOT. A ly sed tamen ista naturalis &c. vsque in finem, respondet tacitæ obiectioni. Posset enim ex responso dato ad Dionysium, videri alicui quòd bona simpliciter aliqua voluntas esset in damnatis: & hoc adductus negat, ostenden. ꝙ nulla prorsus. Ex hoc declaratam etiam intellige conclusionem tertiam corp. fin.

*Ignorantia multiplex.*

eis solum mala: & hoc ideo, quia sunt perfectè auersi à fine vltimo rectæ voluntatis, nec aliqua voluntas potest esse bona nisi per ordinem ad finem prædictum. Vnde etiam etsi aliquod bonum volunt, non tamen bene volunt illud, vt ex hoc voluntas eorum bona dici possit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum Dionysii intelligitur de voluntate naturali, quæ est inclinatio naturæ in aliquod bonum: sed tamen ista naturalis inclinatio per eorum malitiam corrũpitur, inquantum hoc bonum, quod naturaliter desiderant, quibusdam malis circunstantiis appetunt.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd malum inquantum est malum, non mouet voluntatem, sed inquantum est æstimatũ bonum: sed hoc ex eorum malitia procedit, ꝙ id, quod est malum, æstiment vt bonum, & ideo voluntas eorum mala est.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ habitus virtutum politicarum non remanent in anima separata, eo ꝙ virtutes illæ perficiunt solum in vita ciuili, quæ non erit post hanc vitam: si tamen remanerent, nunquam in actum exirent, quasi ligatæ ex obstinatione mentis.

2^m minor post concl. primã.

Voluntas, quæ per se ordinatur ad bonũ, est bona. ℞. Sed non voluntas, ex cuius malitia procedit, quòd id quod est malum, æstimetur vt bonũ §. Tunc nihil &c. Nam primum illud nõ est in damnatis, sed hoc secundum, vt patet in textu.

¶NOT. Aliud est quandoque amplecti apparens bonum tãquàm verum bonum ex inuincibili errore; aut ex errore aliquo modo culpabili; & aliud est amplecti malum apparens vt bonum ex malitia. Primum dicitur ignorãtia inuincibilis, & omnino excusat; secundum dicitur ignorantia supina, seu crassa, & aliqualiter, sed non totaliter excusat; tertium dicitur ignorantia affectata, & non solum non excusat, sed multum aggrauat. 1. 2. q 76. artic. 2. 3. & 4 Et huic tertio, i. ignorantiæ affectatæ assimilatur illa malitia damnatorum. Vide 1 2. q 78. art. 4.

*Rñsio 2.*

3^m de maiori. Secum detulerũt. ℞. Negatur hoc. §. Nam habitus virtutum politicarũ &c. vt in tex.

Item minor. Ex habitibus virtutum elicitur laudabilis voluntas. ℞. Nisi obstet ligamen ex obstinatione mentis. §. Tunc nihil &c. vt patet in secundo responso tex. ly si tamen remanerent.

## APPENDIX.

*Vtilitas pro Eccle. S. Dei.*

EX articulo habes primò: quomodo per rationem tanquàm in radice interimas hæreses Origenistarum dicentium: Beatitudinem, & miseriam non fore perpetuam; & Beatitudinis & miseriæ quædam erunt alternationes: & Beatæ animæ in corpora mortalia iterum sunt reuersuræ, in quibus patientur, & hinc rursus ad beatitudinem euocabuntur; & Beatitudinis & miseriæ fiet circulus quidam. Item dicentium: dæmones aliquando saluandos. Item Libertinorum, dicentium: quòd diabolo Dei misericordia presto erit. Per hoc enim quòd articulus præsens monstrat voluntatem damnatorum semper esse malam: monstrat & radicaliter miseriam ipsorum necessariò fore sine fine perpetuam. Vide regulam iuris quintam, in art. 2. appen. allegatam. Secundò habes: quomodo per rationem tanquàm in radice ostendas hos meritò damnari à &c. vt quæst. 16. art. 3. appen. & quæst. 94. artic. 2. Item à &c. vt 1. par. quæst. 64. art. 2. & quæst. 62. art. 8. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas meritò esse dictum à Psal. 73. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Hæc ibi. Vbi ostendit manifestè, quòd damnatorum voluntas est semper mala, vtpotè ad semper extensa in obstinatione superbiæ, & odii contra Deum. Et hæc est radix (vt tactum est) perpetuitatis in miseria illa pœnarum. Item à Benedicto 12. in Extrauag. Benedictus Deus. & à Concilio Florent. sess. vlt. in liter. sanct. vnion. & à Matth. 25. & à regul. recitat. ab Augustino in lib. de fid. ad Petr. cap. 38. & à quibuscumque affirmantibus vna cum prædictis, quòd supplicium damnatorum est perpetuum. Per hoc enim ostendunt tanquàm ab effectu ad causam, idest tanquàm

tanquàm à pœna ad culpam procedentes; quòd voluntas damnatorum semper est mala, quinimò & obstinata in malitia. Nam Bernardo instruente, audiuimus super malam voluntatem & non erit infernus. Item à &c. ut 1. par. q. 62. artic. 2. appen. Quarto habes: 4 quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quinto vides: 5 quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum damnati pœniteant de malo quod fecerunt.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd damnati nũquam pœniteant de malis, quæ fecerunt. Quia dicit Bernar. in Cant.* quòd damnatus semper vult iniquitatem suam quam fecit: ergo nunquam de peccato commisso pœnitent.

¶ 2 Præterea. Velle se non peccasse, est bona voluntas: sed damnati non habebunt bonam voluntatem: ergo damnati nũquam volent se non peccasse: & sic idem, quod prius.

¶ 3 Præterea. Secundum Damascenum † hoc est hominibus mors, qd angelis casus, sed angeli voluntas post casum est inuertibilis hoc modo, vt non possit recedere ab electione, qua prius peccauit: ergo damnati non possunt pœnitere de peccatis à se commissis.

¶ 4 Præterea. Maior erit peruersitas damnatorum in inferno, quàm peccatorum in hoc mundo: sed aliqui in hoc mundo non pœnitent de peccatis commissis, vel propter excæcationem mentis, sicut hæretici: vel propter obstinationem, sicut qui lætantur cum male fecerint, & exultãt in rebus pessimis: vt dicitur Prouerbio. 2. ergo &c.

SED CONTRA, Sapientiæ 5. de damnatis dicitur intra se pœnitentiam agentes.

¶ Præterea. Philosophus 9.* Ethicor. dicit, quòd pœnitudine replentur mali, mox enim tristãtur de hoc, in quo prius delectati sunt: ergo damnati cum sint praui maximè, magis pœnitent.

RESPON. Dicendum, quòd pœnitere de aliquo, contingit dupliciter. Vno modo per se, & alio modo per accidens. Per se quidem de peccato pœnitet, qui peccatum in eo, quod est peccatum abominatur. Per accidens verò, qui illud odit ratione alicuius adiuncti, vtpotè pœnæ alicuius. Mali igitur non pœnitebunt, per se loquendo, de peccatis, quia voluntas malitiæ peccati in eis remanet: pœnitebunt autem per accidens, inquantum affligentur de pœna, quam pro peccato sustinent.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd damnati iniquitatem volunt: sed pœnam refugiunt, & sic per accidens de iniquitate commissa pœnitent.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ velle non peccasse propter turpitudinem iniquitatis est bona voluntas; sed hoc non erit in damnatis.

AD TERTIVM dicendum, quòd sine aliqua versione voluntatis contingit, quòd damnati de peccatis pęniteant, quia non hoc refugient in peccatis, quod prius appetiuerunt: sed aliquid aliud, scilicet pœnam.

AD QVARTVM dicendum, quòd homines in hoc mundo, quantumcumque obstinati, per accidens de peccatis suis pœnitent, si pro eis puniantur: quia vt dicit Augustinus in libro 83.† quæstionum, quòd videmus etiam ferocissimas bestias dolore pœnarum à maximis voluptatibus abstinere.

† li. 2. orth. fid. c. 4. in fine.

* lib. 9. c. 4. non remotè ante fi. tom. 5.

† q. 36. inter prin. & med. to. 4. a

### SVPER Q. CXXIX. Aliàs 98. Art. II.

431

CONCL. 1. Mali nõ pęnitebunt per se loquendo, de peccatis.

¶ NOT. Pęnitere per se de peccatis est de illis formaliter sumptis pœnitere. Hoc autem quomodo intelligatur, vide q. 1. artic. 1. exam. super ly pro peccatis.

¶ PROB. Quia voluntas malitiæ peccati in eis remanet.

¶ NOT. Idest uellent adhuc peccare, si possēt; verbi gratia. Cain vellet adhuc occidere Abel, & Lutherus sanctã Ecclesiã Romanam, & Caluinus decipere Geneuenses, & sic de alijs. Tantum ergo abest vt pœniteant, ꝙ continuè peccant; quod annotauit Psal. adductus dicēs, Superbia eorum, qui te oderũt ascendit semp, i. nunꝗ damnati cessant superbire, & te odire. Voluntas ergo peccãdi remanet in illis, vt ait tex. sed non facultas in opus exterius exeundi. Peccata ergo dereliquerũt eos, non ij peccata; sm Augustini simile dictũ de quibusdã moribũdis, q ideo non exercent peccata (vt solebãt), quia non possunt.

¶ CONCL. 2. Mali pęnitebũt de peccatis per accidens.

¶ NOT. Id est pœnitebunt de illis materialiter sumptis, inquãtum s. sunt causa alicuius pęnæ. Simile est, quando quis viator dolet de peccato commisso, non quia sit peccatum. i. offensa Dei (cùm adhuc si nihil aliud obstaret peccare vellet) sed quia est suiipsius infamatorium, vel quia propter hoc suspendetur, vel aliàs occidetur, & huiusmodi. Pro quo vide q. 1. art. 1. exam. super ly pro peccatis. Et memento illius Horatij, in proposito, Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Ita tamen quòd peccant interius per voluntatem, vt inquit tex. præsens: sed oderunt peccare, i. peccatum exterius ostendere (& hoc vltimum sit solum de viatoribus illis).

¶ PROB. Quia affligentur de pœna, quam pro peccatis sustinēt.

¶ EXAM. Ly affligentur. i. dolebunt. Et sic affligi de pœna illa, est idem; quod pœnitere de peccato per accidens.

1^m ex Bernardo. Iniquitatem. ℞ Per se consideratam: non, per accidens. §. Vide notat. post prob. concl. 1. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusionibus.

2^m de maiori. Velle se non peccasse. ℞. Propter turpitudinem peccati: non propter pœnam tantum. §. i. formaliter: non materialiter tantum. Vide not. post concluſ. 1. & not. post concl. 2. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusionibus.

3^m illatio conclusionis. Ergo &c ℞. Negatur illatio. §. In eo scilicet sensu, qui ex prædictis habetur.

4^m de minori. Non pęnitent. ℞. Per se: non per accidens. §. vide ad primum. Tũc nihil &c. vt patet.

#### APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò: quomodo per rationem tanquàm in radice interimas hæreticam blasphemiã Nouatiani (Prat. Cęlestiani) plusquã infideliter dicentis: Deum esse crudelem. Quis. n. articulũ præsentem considerans talem blasphemiã conciptat? Et si hic videat, ipsum non esse crudelē contra damnatos sempiterno igne eos puniens: quomodo vnꝗ erga alios crudelē esse posse, æstimare valebit? Cum igitur artic. præsens ratione demõstrat, Deum non esse crudelem contra dãnatos: simul vtiq; demonstrat per hoc, ipsum absolute nulli esse crudelem. Ratio autem radicalis funditus destruens hæresim illam blasphemã, est: ꝙ damnati nũquam pęnitent de aliquo peccato suo, imo ꝙ semper peccant de nouo, imo ꝙ in ijs sunt semper obstinati, art. 1. Regula autē iuris quinta, de reg. iur. in 6. inquit: Peccati venia nõ dat nisi correcto. Hæc ibi. Deus itaq; æstimari pro certo debet iustus in hoc, ꝙ dãnatis nullo modo correctis in tēpore aliquo, veniã peccati nunꝗ condonat, consequenter nec pœnã pro peccato. Contra igitur dictamē omne rationis, quod prędicta regula iuris exprimit, temere loquitur: quicumque ex hoc, ꝙ damnatis supplicia Deus nõ aufert, ipsum crudelem esse blasphemè pronũciat. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas hanc merito damnari à Mar. 10. Nemo bonus nisi solus Deus. Hæc ibi. Ac si aperte dicat: adeo bonus est Deus, vt sit per essentiã, & non accidentaliter bonus, & ipsa essentia bonitatis in creaturis repertæ causa existens, 1. par. q. 6. per totum. Per hoc igitur monstrat Marcus, ꝙ sicut caliditas nihil potest frigiditatis habere cõmixtum, licet calidum possit ipsum frigus aliquo modo secũ habere; ita bonitas diuina nihil potest crudelitatis, vel alterius contrarij habere admixtum; licet bonum per participationē possit aliquod contrarium compati. Item à Psal. 144. Suauis Dominus vniuersis. Item à Psal. 91. Rectus dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo Hæc ibi. Nota ly vniuersis, & ly non est iniquitas, & ly in eo. Est enim etiam damnatis, suauis quantum est de se, nec vlla iniquitas, & per consequens nec crudelitas, nec aliud sinistrum est in eo, licet sit in ijs, qui talem eum reputant. Pro cuius meliori captu, vide art. 5. not. post ad secundum. Item à mille locis scripturarum apertissimis. Item à &c. vt 1. par. q. 20. artic. 1. & 2. & q. 21. art. 3. appen. Item à &c. vt ibidem q. 37. art. 1. Vide q. 99. art. 2. Tertiò habes: 3 quomodo per rationem ostendas merito insinuatum à Sap. 5. quòd damnati pœnitent de malo, quod fecerunt, (licet sint obstinati in culpa): & sic. Intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Hæc ibi. Item ab Apocal 1. Ecce veniet cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plangent se super eum omnes tribus terræ, amen. Hæc ibi. Quartò 4 habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & defendas. Quintò 5 vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

SVPER QVAEST. CXXIX. Aliàs 98. ART. III.

CONCL. 1. Non esse, secundum se consideratum, nullò modo est appetibile.

¶ EXAM. Ly nullo modo. Scilicet nec etiam à damnatis modo peruerso ratione vtētibus, art. 1. ad primum.

¶ PROB. Quia non esse secundum se consideratum nullam habet rationem boni (cum sit pura priuatio boni).

432

¶ CONCL. 2. Non esse consideratū per accidens, i. inquantū est ablatiuum alicuius pœnalis vitæ, seu miseriæ, potest præeligi à damnatis secundum deliberatiuam rationem.

* Al. deliberata.

† lib. 1. & 3. c. 7. paulò à prin. t. 1.

¶ EXAM. Ly potest præeligi. i. de facto preeligitur. Nam ly potest, seu ly possunt (vt verbo textuali vtar) coincidit cū fieri. Vt si dicamus; hoc potest fieri, i. fiet.

* lib. 1. de libe. arb. c. 8. tom. 1.

¶ PROB. Quia nō esse sumptū per accidens habet rationē alicuius boni (cum carere malo sit quoddam bonum: vt patet ex Philosopho, Matthæo, Hieremia, Hieronymo).

¶ COROLL. Ergo nō esse materialiter potest appeti, formaliter verò non: hoc est, non esse ratione alicuius rei adiunctæ, non autem ratione sui, i. quatenus est non esse. Formaliter ergo loquendo tunc qñ non esse appetitur, non appetitur nisi aliqua res adiuncta ipsi non esse: adeo quòd (si profunde penetretur textus) nunquam propriè appetitur non esse etiam per accidens sumptum. Verbi gratia. Appetunt damnati ipsum non esse, inquantum est ablatiuum miseriæ. Ergo intentio illorum propriè fertur ad ablationem miseriæ. Concupiscunt enim propriè suam miseriam auferri. Quia verò miseria eorum non potest auferri, nisi & esse ipsorum auferatur (ita vnum alteri coniunctum est); ideo quasi ex consequenti, & indirectè consentiunt in nō esse, i. appetunt illud. Vide dicta art. 2. circa declarationem corp. & q. 86. art. 2. ad vlt. & 1. par. q. 5. art. 2. ad tertium.

Damnatorū, ac desperatorū est, desiderare non esse.

1m ex August. Non esse. R. s͂m se acceptum: non aliter. §. Tunc &c. vt patet hic, & ex conclusionibus.

¶ NOT. Vides ne Augustinum habere pro maiori ipsum esse miserum, quàm omninò non esse? Ergo ex hoc perpende, esse bene dictū suprà coroll. post prob. concl. secūdæ. Nam si miserū esse consideratur, pro quanto habet de esse: tunc est quid maius, quàm non esse: si verò consideratur, pro quanto habet de miseria: sic non est melius, sed è contra. id est ipsum non esse melius est. Et hoc subtiliter intellexit responsio textualis, si bene penetretur & applicetur: licet sub alijs verbis & breuioribus data sit.

2m de minori. Non esse. R. Secundum se: non per accidens. §. Tunc nihil &c. vt ad primum.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum damnati recta ratione vellent non esse.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd damnati recta ratione, & deliberatiua,* non possint velle non esse. August. † enim dicit in lib. de lib. arbit. Considera quantū bonum est esse, quod & beati, & miseri volunt. Maius enim est esse & esse miserum, quàm omnino non esse.

¶ 2 Præt. Augustinus * sic ibidem arguit. Præelectio supponit electionem: sed non esse non est eligibile, cum non habeat apparentiam boni, cum nihil sit; ergo non esse non potest esse magis appetibile damnatis, quàm esse.

¶ 3 Præterea. Maius malum magis est fugiendum: sed non esse est maximum malum, cum tollat totaliter bonum, ita quòd nihil relinquit. ergo non esse est magis fugiendum quàm miserum esse, & sic idē quod prius.

SED CONTRA est, quod dicitur Apocalyp. 9. In diebus illis desiderabunt homines mori, & fugiet mors ab eis.

¶ Præterea. Damnatorum miseria omnem huius mundi miseriam excedit: sed ad vitandū miseriam huius mundi appetibile est aliquibus mori. Vnde dicitur Eccl. 19. O mors quàm bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus & deficit ætate, & cui de omnib. cura est, & incredibili, qui perdit sapientiam. ergo multo fortius est damnatis appetibile non esse secundum rationem * deliberatiuam.

* Al. deliberatam.

RESPON. Dicendum, q; non esse potest dupliciter considerari. Vno modo secundum se, & sic nullo modo est appetibile, cum non habeat rationem boni: sed sit boni pura priuatio. Alio modo potest considerari inquantum est ablatiuum pœnalis vitæ, seu alicuius miseriæ, & sic non esse accipit rationē boni: carere enim malo est quoddam bonum, vt dicit Philosophus in 5. Ethic. * & per hunc modum melius est damnatis non esse, quàm miseros esse. Vnde Matth. 26. † Bonum erat ei si natus nō fuisset homo ille, & Hier. 20. super illud, Maledicta dies i qua natus sum &c. dicit Gl. Hiero. * Melius est non esse, quàm male esse, & secundum hoc damnati possunt præeligere non esse secundum deliberatiuam rationem.

AD PRIMVM ergo dicendū, q; verbū Aug. est intelligendum, quòd non esse non est per se eligibile: sed per accidens, inquantū s. est miseriæ terminatiuum. Quod enim dicitur q; esse, & viuere ab omnibus appetitur naturaliter, nō oportet hoc accipere quantum ad malam vitam & corruptam, & eam quæ est in tristitiis, vt dicit Philos. in † 9. Ethicorum.

AD SECVNDVM dicendum, q; non esse non est eligibile per se: sed per accidens tantum, vt dictū * est.

AD TERTIVM dicēdum, quòd licet non esse maximè sit malum, inquantum priuat esse: est tamen valde bonum, inquantum priuat miseria, quæ est maximum malorum: & sic non esse eligitur.

3m de maiori. Maius malum. R. Vt sic: non, vt habens aliquam rationē boni. §. i. inquantū priuat miseriā. Tunc &c. vt patet ex dictis.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationē ostendas meritò insinuatum ab Apocal. 9. q; damnati ratione deliberatiua volent nō esse: & sic. In diebus illis, quærent homines mortē, & nō inuenient eā. Et desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Hæc ibi. Vbi, per replicationē, ostenditur intensio desiderii, seu grandis magnitudo eius. Quasi dixerit; quantumcūque poterunt, desiderabunt mortē. Itē ab Oseæ 18. & Luc. 23. Dicent montib. operite nos, & collibus cadite sup nos. Hęc ibi. Vbi cū loquatur de aliquibus adhuc viatoribus præ nimietate angustiarū desperatis, monstrat à fortiori idē desideriū inesse damnatis. Nam dānatis nullus desperatior. Item à Psal. 139. Cadent super eos carbones, in ignē deijcies eos, in miserijs non subsistent. Hæc ibi. Non subsistent, s. per patientiam. Voluit. n. ostendere Psalmus, q; in miserijs damnati desperabunt similes illis, qui afflictiones habentes animo non subsistunt: & consequenter desperationem incurrunt. Constat autem desperatos desiderare non esse, vt experientia quotidiana docet. Ergo à fortiori de damnatis affirmare hoc ibi Psalmus intendebat. Ecclesiast. 19. O mors, quam bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus & deficit ætate. Hæc ibi. Vbi loquitur de homine multum vndique angustiato, & quasi præ desperatione mortem desiderante. Quæ & applica, à fortiori, damnatis; vt fit in secundo argumen. sed contr. Item à quibuscumque sacris literis, Concilijs, vel summis Pontificibus, qui desperationem damnatis inesse docent.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

† lib. 5. c. 1. circa med. tom. 5.

† Glo. ord. ibid.

* Hiero. in hunc locū tom. 5.

† lib. 9. c. 9. à medio illius to. 5.

* In corp. ar. & ad 1.

2 Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & Patrum pro quāto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis.

3 Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina & declaretur, & consolidetur.

SVPER Q. CXXIX. Aliàs 98. Art. IIII.

CONCL. 1. In damnatis erit perfectissimum odium.

433

¶ EXAMEN. Ly perfectissimum odium. Scilicet accipiēdo perfectissimum in malo. Vt bonus latro; perfectissimus homicida. Hoc. n. nomen bonum & perfectum, transferuntur ad mala quādoque (secundum Philosophum) ratione suæ vniuersalitatis. Non ergo accipitur in eo sensu, in quo Psalmista dicebat 138. Perfecto odio oderam illos. Ibi enim in bonum accipitur ly perfecto odio: in cuius signum præ-

4

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum damnati vellent alios esse in inferno damnatos.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd damnati in inferno non vellent alios esse damnatos, qui non sunt damnati. Quia Lucæ 16. dicitur de diuite, qui orabat pro fratribus suis, ne irent in locum tormentorum: ergo & eadem ratione, & damnati alii non vellent ad minus carnales suos amicos in inferno damnari.

¶ 2 Præt. Affectiones in inferno inordinatæ à damnatis non auferūtur: sed aliqui damnati inordinatè aliquos non damnatos dilexerunt: ergo non vellent eorum malum, quod est esse damnatos.

¶ 3 Præterea. Damnati non desiderant augmentum suæ pœnæ: sed si plures damnarentur, maior esset eorum pœna, sicut etiam multiplicatio beatorum amplificat eorum gaudium; ergo damnati nollent saluatos damnari.

Sed contra est, quod Esa. 14. super illud, Surrexerunt de solijs, dicit Glo. † Solatium est malorũ, multos socios habere pœnarum.

¶ Præterea, In damnatis maximè regnat inuidia, ergo dolent de fœlicitate beatorum, & eorum damnationem appetunt.

Respon. Dicendum, quòd sicut in beatis erit perfectissima charitas, ita in damnatis perfectissimum odium. Vnde sicut Sancti gaudebunt de omnibus bonis, ita & ipsi de omnibus bonis dolebunt, vnde & fœlicitas sanctorum considerata maximè eos affligit. vnde dicitur Esa. 26. Videant, & confundantur gloriantes populi, & ignis hostes tuos deuoret, vnde vellent omnes bonos esse damnatos.

Ad primum ergo dicendum, quòd tanta erit inuidia in damnatis, quòd etiam propinquorum gloriæ inuidebunt, cum ipsi sint in summa miseria, cum etiam in hac vita hoc accidat crescente inuidia. Sed tamen minus inuident propinquis quàm alijs, & maior esset eorum pęna si omnes propinqui damnarentur, & alij saluarentur, quàm si aliqui de suis propinquis saluarentur. Et exinde fuit, quòd diues petiit fratres suos à damnatione eripi. Sciebat enim quòd aliqui eriperentur: maluisset tamen cum fratribus suis omnes alios damnari.

Ad secundum dicendum, ꝙ dilectio, quæ non fundatur super honestum facilè rescinditur, & præcipuè in malis hominibus, vt Philosophus dicit in 9. Ethic. Vnde damnati nõ seruabunt amicitiam ad eos, quos inordinatè dilexerunt. Sed in hoc voluntas eorum remanebit peruersa, quòd causam inordinatę dilectionis adhuc diligent.

Ad tertium dicẽdum, quòd quamuis de damnatorum multitudine pęna singulorum augeatur: † tamen tãtum superexcrescent odium, & inuidia, quòd magis eligent torqueri magis cum multis, quàm minus soli.

---

præmiserat ly nonnè, qui oderunt te Domine, oderam?

¶ Prob. Quia in beatis erit perfectissima charitas.

¶ Not. Ab oppositis est illa probatio. Vt dicamus sic. Status damnatorum & beatorum sunt oppositi, sed in beatis est perfectissima charitas; ergo in damnatis est perfectissimum odium.

¶ Concl. 2. Damnati de omnibus bonis dolebunt.

¶ Prob. Quia beati de omnibus bonis gaudebunt.

¶ Not. Et ista ab oppositis est. Vnde proportionaliter dicas hic; vt suprà.

¶ Concl. 3. Damnati vellent, omnes bonos esse damnatos.

¶ Prob. Quia dolent de bono statu illorum, & hoc ratione perfectissimi odij.

¶ Coroll. Ergo conclusio hæc ex pręmissis conclusionibus meritò, tanquàm patens relinquitur in textu.

¶ Not. Circa materiam huius articuli, vide quodlibet. 8. art. 17. & quodlib. 3. art. 24.

**1^m de concl.^e** Non vellent. ℞. Comparatiuè: non absolutè. §. Tanta enim erit inuidia in damnatis, quòd etiam propinquorũ &c. vt in tex. Tũc nihil &c. vt patet. Sufficit enim ad verificandam conclusionem, quòd diues iste absolutè voluisset etiã propinquos suos damnari: quamuis comparatiuè noluisset, i. minus voluisset de illis suis, quàm de alijs.

¶ Coroll. Ergo tale desiderium damnatorum erga propinquos non procedit ex charitate, quam ad propinquos habeant, sed procedit ex amore proprio, quo diligunt semetipsos. Quæ tamen dilectio peruertitur in eis, art. 1. ad primum, & art. 5. ad primum.

**2^m de maiori.** Affectiones. ℞. Vt dicunt causam malã: non vt dicunt amicitiam. §. Tunc nihil &c. Non enim sequitur ꝙ non vellent eorũ malum, quos antea inordinatè dilexerunt: cùm in seipsis iam amplius non remaneat amicitia ad eos.

¶ Not. Diligenter aduerte quanta sit peruersitas in voluntate damnatorum; quod diligunt adhuc illud quod malum sonat; & pro quanto aliquod bonum importabat, non diligunt. In amicitia enim inhonesta ad aliquem erant duo: vnum scilicet amicitia, & hoc dicebat aliquid bonum (cùm amicitia, vt sic, aliquam consonantiam ad rationem dicat, aliud autem erat inhonestas, & hoc dicebat malum. Damnati ergo (vt inquit textus) amicitiam amplius non seruant ad eos, quos inordinatè dilexerunt: sed tamen adhuc diligunt causam inordinatæ dilectionis. Ita quòd totum quod habet speciem boni refutatur ab ipsorum voluntate, & si quid mali ibi est acceptatur. Hinc melius intelliges articu. 2. de malitia voluntatis damnatorum, seu de quantitate talis malitiæ. Item ex hoc percipe magis conclusionem secundam huius articuli; intelligendo tamen per ly omnibus bonis non tantum homines bonos, sed etiam quascumque res bonas.

**3^m maior.** Damnati non desiderant augmentum suæ pœnæ. ℞. Nisi indirectè ex odio ad alios moueantur ad hoc. §. Tunc nihil &c. Quamuis enim de damnatorum multitudine &c. vt in tex.

¶ Not. Hinc percipe magis conclusionem primã & tertiam. Hinc vide quanta sit vis odij & inuidiæ, vt nec sibi parcat homo; vt alijs noceat. Vnde & illud desiderium, de quo in maiori, intellige sic glossatum à responso, quasi ꝙ non curet de damno suo & pęna: non ꝙ ipsum propriè formaliter desiderium sit. Tanto. n. tanq̃ ardenti desiderio propriè dicto feruntur inuidi ad nocendũ alijs: vt non curent de seipsis; etiã ꝙ ex nocumento aliorum sibi prouenirer aliqua ruina, siue priuatiua, siue positiua, puta infamia, tortura. Ad hunc locũ ergo recurras, quando de magna inuidia Iudæorum cõtra Christum agitur, & hinc videas; quàm bene dicta sint ea, quæ habentur à D. Thoma sup Apostolũ 1. Timo. 1. ly quia ignorans feci in incredulitate. Vbi inquit, ꝙ si Iudæi cognouissent Christũ esse filiũ Dei, libentius crucifixissent. Hoc ergo ex præsenti tex. in sensu recto intellige sic; ꝙ si illi, remanente tanta inuidia, illũ tàm excellentẽ cognouissent, libentius crucifixissent. Et ratio est: qa inuidus fertur in excellentiã alterius, tãquàm in suum proprium obiectum, q̃ conatur auferre. Quantò ergo minus percipit alterius excellentiã, tanto minus ad eius ablationẽ aspirat: & quãtò alterius excellentiã maiorem cognoscit, tãtò magis ad eius destructionem exardescit. Alioquin ex obiecti augmẽto non augeret id, quod ab obiecto pendet: quod est cõtra omnem philosophiam. Restat igitur ex his; ꝙ si Iudæi ipsum Christum, cui iam tã intensè, extenseq; inuidebant, vt etiam Pilatus eorũ inuidiam sciret, cognouissent esse plus excellentissimum q̃ cognoscebant, i. esse filium Dei: tunc remanente inuidia intensa illorum crucifixissent libentius, i. exarcissent magis ad eius excellentiam tollendam. Cum his tamen stat pro constanti; ꝙ si ipsi cognouissent eum talem, remota inuidia & tantum in cognitionis ratione consistendo (vt intellexit Apost. 1. Cor. 2.) nunquam Dominum glorię crucifixissent. Sic & ibid 1. Cor. 2. cointellexit Diuus Thom. exponens Apostoli dictum: & sic, distinctione præmissa adhibita, concordant rectè omnia. Radix igitur omnium prædictorum est odium, siue positum, siue ablatum; sicut & textus præsentis articuli insinuat. Quasi diceret, Sicut damnati, posito odio, non curant de proprijs pœnis, dummodo alijs noceant: ita, remoto odio, propria commoda curarent, negligentes alijs nocere. Ad instar igitur damnatorum (vltra prædicta) se habuerunt Iudæi, quando præ inuidia maxima contra Christum, non curarunt de proprijs pœnis dicentes, Sanguis eius super nos & super filios nostros, dummodo nocerent ei.

## APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas rectè insinuatum ab Ezechiele 32. quòd damnati vellent alios esse damnatos: & sic. Cum armis suis ad infernum descendunt. Hæc ibi. Vbi per arma intelligitur perfecta inuidia eorum, & loquitur de impijs & incircuncisis, qui damnantur, vt patet in contextu. Per hoc ergo, quod inuidiam maximam ponit Propheta remanere in damnatis, & ad inuidiam pertinet non solum dolere de bono alterius, sed etiam velle omnes pati quod ipse inuidus patitur: per hoc inquàm connotat intentum prædictum. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Marginalia: † Glo. ord. ibid. — Mirãda satis de natura inuidorum, vt sic, narrantur. — † lib. 9. c. 4. à medio illius tom. 5. — Voluntatis damnatorum mira peruersitas. — Inuidiã Iudæorũ contra Christũ nullã excusationẽ habere; maximãq; fuisse ostendit S. Thom. 1. Timot. 1. — Vtilitas pro Eccle. S. Dei. — a — 3

---

## ARTICVLVS V.

*Vtrum damnati odio habeant Deum.*

Ad quintum sic proceditur. Videtur quòd damnati nõ habeant Deum odio. Quia, vt dicit Dionys. 4.[a] de diuin. nom. omnibus diligibile est pulchrum, & bonum, quod est omnis boni, & pulchritudinis causa, hoc autem est Deus. ergo Deus à nullo odio haberi potest.

SVPER Q. CXXIX. Aliàs 98. Art. v.

434 Concl. 1. Aliquis potest odire Deũ, nõ in seipso, sed ratione effectuum suorum.

¶ Prob. Quia Deus in seipso consideratus est ipsa essentia bonitatis (vt patet): & ipsa bonitas per essentiam non potest alicui voluntati displicere (patet ex his qui

[a] Cap. 4. par. 1. ante medium, & parte 4. à med.

bit qui videat Deum). Secūda autem pars, s. sed &c probatur: Quia aliqui effectus Dei sunt repugnantes voluntati alicuius.

¶ Not. Quòd Deus sit bonus per essentiam, seu ipsa essentia bonitatis (quod idem est): vide 2. par. q. 6. artic. 1. 2. & 3. & quòd non possit bonitas secundum se displicere alicui, colligitur ibidem.

¶ Concl. 2. Damnati Deum percipientes in effectu iustitiæ, qui est pœna, eum odio habent: sicut & pœnas, quas sustinent.

¶ Exam. Ly effectu iustitiæ. Non dicit in iustitia, vt sic: quoniā omnes naturaliter amant iustitiam, cū iustitia sit veritas, 1. par. q. 21. ar. 2. & veritas sit obiectum naturaliter diligibile ab intellectu, (vt in Metaphy.) Verum iustitia, vt faciens effectum repugnantē voluntati alicuius, puta quia condemnat illum, non diligitur necessario; sed odio haberi potest ab illo, & si sit male dispositus, odio habetur de facto. Ad hunc sensum proportionaliter declarādum dixit etiam Augustinus: quòd omnis homo diligit veritatem lucentem, sed non semper diligit veritatem redarguentem. In hoc enim vltimo sensu, iuxta Terentium, veritas odium parit. Hoc autem redarguere vocauit tex. repugnare voluntati.

* Cap. 4. p. 4. aliquātulum ante fin.

Iustitia & veritas cū sint fin naturā intellectus amabilia, quare à quibusdam odio habentur.

¶ Prob. Quia ex terminis patet.

¶ Not. Et meritò. Si enim pœnas, quas iustè sustinent, odio habent, clarum est, quòd & Deum, qui est causa pœnæ, secundum quòd illius est causa, odio habent. Quemadmodum e contrario boni viatores ex eo, quòd pœnas, quas habent, libenter sustinent propter Deum, qui eas infert, ostendunt: se non odio habere, sed diligere Deum. Adeo quod ipsa sustinentia pœnarum sic vel sic, est illud; à quo tāquàm ab effectu, argumentamur ad cognoscendum; an iste plagatus diligat, vel odio habeat, causam plagarum ipsarum.

1m ex Dionysio. Diligibile. R. dilectione naturali: non semper, deliberata voluntate. §. Tunc nihil &c. vt patet in tex. Pro quo & vide art. 1. corp. & ad primum.

2m de maiori. Ipsam bonitatem. R. Secundum se consideratam: non semper, in effectu suo. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu, & ex dictis in corp.

¶ Not. Confirmatur præsens doctrina ex Psal. 17. Cum sancto sanctus eris; & cum viro innocente innocens eris; & cum electo electus eris: & cum peruerso peruerteris. Hæc ibi. Vbi loquitur Deo, vt patet mox per contextū ly quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis. Ibi ergo clarè monstrat, quòd secundum dispositionem hominū peruersorum, etiā in via existentiū, Deus, qui in se, & in suis effectibus secundū se consideratis est sanctus, innocēs, electus, & etiam taliter iudicatus ab homine sancto, innocente, & electo: ibi, inquam clare monstrat; quòd Deus ipse in effectibus, secundum quòd repugnant peruersæ voluntati, consideratis odio habetur à peruersis. Et hoc est, quod dicere intendit per ly cum peruerso peruerteris, id est non peruerteris secundum rei veritatē (cùm nunquàm à rectitudine vel in modico possis declinare) sed peruerteris secundum deprauatum gustum peruersi.

Deus sem per bonus in omnib. & singulis effectibus suis, diuersimodè sapit hominibus.

*Ar. 1. huius quæst.

¶ 2 Præte. Nullus potest ipsam bonitatem odio habere, sicut nec ipsam malitiam velle, malum enim est omnino inuoluntarium, vt Dionys. * dicit 4. de diuin. nom. Deus autem est bonitas ipsa; ergo nullus ipsum odio potest habere.

Sed contra est, quod dicitur in Psal. 23. Superbia illorum qui te oderunt ascendit semper.

Respon. Dicendum, quòd affectus mouetur ex bono, vel malo apprehenso. Deus autem apprehenditur dupliciter, in se sicut à beatis, qui eum per essentiam vident: & per effectus, sicut à nobis, & damnatis. Ipse igitur in seipso cum sit per essentiam bonitas, non potest alicui voluntati displicere. Vnde, quicumque eum per essentiam videt, eum odio habere non potest: sed effectus eius aliqui sunt voluntati repugnantes, inquantum contrariantur alicui, & secundum hoc aliquis non in seipso, sed ratione effectuum Deum odire potest. Damnati ergo Deum percipientes in effectu iustitiæ, qui est pœna, eum odio habent: sicut † & pœnas, quas sustinent.

Ad primum ergo dicendum, quòd verbum Dionysii est intelligendum de appetitu naturali, qui tamen in damnatis peruertitur, per id, quod additur ex deliberata voluntate, vt dictum * est.

Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procederet si dānati Deum in seipso conspicerent, inquantum est per essentiam bonus.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum ab Apocal. 16. quòd damnati odio habent Deum: & sic. Aestuauerūt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomē Dei habentis potestatem super has plagas. Hæc ibi. Vbi de damnatis hæc, à fortiori saltem, intelliguntur; quamuis ad literā de quibusdam etiam viatoribus scelestissimis exponi possint; vbi & ostenditur illos odire Deum, quem blasphemant in effectu pœnarū & plagarum quas sustinent. Item à Psal. 23. Superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper. Hæc ibi. Vnde & intellige conclusionē secundam melius, s. quòd non verificatur pro tempore tantum, sed pro semper; & non pro eodē gradu odij semper, sed pro augmēto in maius. Secundo habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

---

SVPER Q. CXXIX. Aliàs 98. Art. VI.

Concl. 1. Post diē iudicij nō erit aliquod meritum in beatis, nec demeritum in damnatis.

435

*Li. 4. Sēt. d. 50. §. A.

¶ Exam. Ly meritū & demeritum. Scilicet quantum ad præmium accidētale. Nam de essentiali, nec ante diem iudicij ibi est, vt ex dictis circa conclusionem tertiam in tex. corp. fin. apertè habetur. Vnde cum ponatur differentia inter ante diem iudicij, & post illum quò ad merendum, vel demerendum; patet quòd de merito respectu accidētalis prēmij loqui hic. Quòd si meritum tale negatur post diem iudicij, sequitur, quòd multo minus tunc erit meritum vel demeritū respectu essentialis: respectu cuius nec nunc est. Intentum igitur conclusionum ambarum, scilicet cet huius primæ & tertiæ, est loqui respectu accidētalis prēmij differenter: & concordare in merito vel demerito respectu essentialis.

*Lib. 3. c. 1. ante med. tom. 5.

¶ Prob. Quia meritum vel demeritū ordinatur ad aliquod bonū, vel malum vlterius consequendum (vt patet): & post diem iudicij erit vltima cōsummatio tā bonorū tum malorum, ita quòd nihil de bono vel malo erit vlterius addendum.

¶ Exam. Ly vltima consummatio, s. & essentialis, & accidentalis.

¶ Ly ita quod nihil. Scilicet de præmio etiā accidentali.

¶ Concl. 2. Bona voluntas in beatis non erit meritum, sed præmium: & mala voluntas in damnatis nō erit demeritum, sed pœna tantum.

¶ Coroll. Ergo viatores faciunt esse comprehēsores hæretici illi, qui

*Enchirid. ca. 111. in prin. to. 3.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum damnati demereantur.*

Ad sextum sic proceditur. Videtur quòd damnati demereantur. Damnati enim habent volūtatem malam, vt dicitur in litera: * sed per malam volūtatem, quam hic habuerunt, demeruerunt. ergo si ibi non demerentur, ex sua damnatione commodum reportant.

¶ 2 Præterea. Damnati sunt eiusdem conditionis cum dæmonibus: sed dæmones demerētur post suum casum, vnde serpenti, qui hominem ad peccandum induxit est à Deo pœna inflicta, vt dicitur Gen. 3. ergo & damnati demerentur.

¶ 3 Præterea. Actus inordinatus ex libertate arbitrii procedens non excusatur quin sit demeritorius, etiam si aliqua necessitas adsit, cuius aliquis sit sibi causa: ebrius enim meretur duplicem maledictionem si ex ebrietate aliquod aliud peccatum committat, vt dicitur in 3. Ethicor. * sed ipsi damnati fuerunt sibi causa propriæ obstinationis per quam necessitatem patiuntur peccandi. ergo cum eorum actus inordinatus ex libero arbitrio procedat, nō excusantur à demerito.

Sed contra, Pœna cōtra culpam diuiditur: sed peruersa voluntas in damnatis ex obstinatione procedit, quę est eorum pœna. ergo peruersa voluntas in damnatis non est culpa per quam demereantur.

¶ Præterea. Post vltimum terminum non relinquitur aliquis motus, siue profectus, in bonum, vel in malum: sed damnati maximè post diem iudicii ad vltimum terminum suæ damnationis peruenient: quia tunc finem habebunt duæ ciuitates, vt Augustinus * dicit. ergo damnati post diem iudicii peruersa voluntate non demerebuntur, quia sic cresceret eorum damnatio.

Respon. Dicendum, quòd de damnatis ante diem iudicii, & post, distinguendum est. Omnes enim cōmuniter confitentur, quòd post diem iudicii non erit aliquod meritum, vel demeritum, & hoc ideo est, quia me-

ritum, vel demeritum ordinatur ad aliquod bonum, vel malum vlterius consequendum: post diem autem iudicii erit, & vltima consummatio bonorũ, & malorum, ita quòd nihil erit vlterius addendum de bono, vel de malo. Vnde, & bona voluntas in beatis non erit meritum, sed præmium: & mala voluntas non erit in damnatis demeritum, sed pœna tantum. Operationes enim virtutis sunt præcipuè in fœlicitate, & eorum contrariæ sunt præcipuè in miseria, vt dicitur in 1. Ethico. * Sed ante diem iudicii quidam dicunt, & beatos mereri, & damnatos demereri. Sed hoc nõ potest esse respectu pręmii essentialis, vel pœnæ principalis, cũ quantum ad hoc vtrique ad terminũ peruenerint. Potest tamen hoc esse respectu præmii accidentalis, vel pęnæ secundariæ, quæ possunt augeri vsque ad diem iudicii; & hoc præcipuè in dęmonibus, vel angelis bonis, quorũ officio aliqui trahuntur ad salutem, ex quo beatorum Angelorum gaudium crescit, vel ad damnationem, ex quo crescit pœna dæmonum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc est summum incommodum ad summum malorum peruenisse, ex quo contingit in damnatis, quòd demereri non possunt. vnde patet, quòd ex peccato commodum non reportant.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ad damnatorum hominum officium non pertinet ad damnationem alios pertrahere, sicut pertinet ad officium dæmonum ratione cuius demerentur, quantum ad secundariam pœnam.

AD TERTIVM dicendum, quòd propter hoc non excusantur à demerito, quia necessitatem habeant peccandi: sed quia ad summum malorum peruenerunt; tamen necessitas peccandi, cuius causa sumus, excusat à culpa inquantum est necessitas quædam: quia omne peccatum oportet esse voluntarium: sed quòd non excuset, hoc est, inquantum à voluntate præcedente processit, & sic totum demeritum sequentis culpæ, videtur ad propriam culpam pertinere.

AR-

---

Opera defunctorum nõ sunt ex æquo æstimanda, vt viatorum; neq; e conuerso.

qui dicunt opera bona nunc facta esse tantum fructum iustitiæ, non autem meritoria supplicij æterni. Vides enim quod textus tãquàm discriminatim loquens inter opera viatorum & compręhensorum dicit, compręhensorum bona opera esse tantum fructus beatitudinis, id est præmium, sicut & mala damnatorum opera esse fructus tantum infœlicitatis, i. pęna. Ergo hac ratione saltem erubescat Ioan. Spangeberg. qui (vt refert Alfon. Castr. ad hęr. opera.) erronee dixit: quod nequaquam sentiendum est, quod propter dignitatẽ & munditiam bonorum operum detur vita æterna: sed est beneficium gratuitum, & datur per misericordiam pp Christum. Ex hoc enim, q̃ est beneficium gratuitum per misericordiam datam, vt declaratur 1. par. q. 21. art. 4. non sequitur: quòd ipsa opera nobis taliter donata nõ sint meritoria vitę æternæ; secundum Concil. Trident. sess. 6. can. 32. Si quis dixerit: hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, vt non sint etiã ipsius iustificati merita: aut, ipsum iustificatum bonis operibus, quę ab eo per Dei gratiam & Christi meritum, cuius viuum membrum est, fiũt, non vere mereri augmentũ gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ (si tamen in gratia decesserit) consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum: anathema sit. Hæc ibi. Vnde etiam damnatur propositio hæreticorum contra liberum arbitrium & humana merita, mendaciter dicentium: quòd non propter iustitiam, & humani cordis æquitatem tribuit quicquam Deus hominibus, (de ijs hæreticis annotauit censura generalis in Bibliam Deutero. cap. 9. tanquàm de falsè intelligentibus & extorquentibus dicta in capite illo).

Errores negantiũ merita operũ damnãtur à Concil.

* li. 1. c. 10. parũ ante med. to. 5.

¶PROB. primò: Quia præsupponitur patere ex conclus. 1. Secunda autem pars, s. sed præmium, sed pœna tantum, probatur: Quia operationes virtutis sunt præcipuæ in fęlicitate, & eorum contrariæ sunt præcipuæ in miseria (1. Ethic.)

¶NOT. Præcipuæ dicuntur in vtroque, quia vtrobique sunt præmium, siue in bonum, siue in malum. Non enim meritum est præcipuum absolutè, sed præmium. Adde: quòd Aristoteles non cognouit meritum, cum Theologus Christianus non fuerit; & consequenter, quòd in prædicta sua sententia intendebat loqui de pręmio per ly præcipuè. Adde etiam, quòd prædicti sic operantes sunt reuera extra statum merendi.

¶CONCL. 3 Ante diem iudicij, quidam dicunt, & beatos mereri, & damnatos demereri.

¶EXAM. Ly quidam dicunt. Scilicet non ego, sic indistinctè; nisi cum limitatione declaratiua sequenti, ly sed hoc non potest &cęt. vsque in finem.

¶PROB. Quia præsupponitur clara ex dicto illorum, cum declaratione textualiter subiuncta.

1m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam hoc est summũ incommodum ad &c. vt in tex.

¶COROLL. Ergo debuit, sic fieri illatio, vt ex aliqua parte esset vera: scilicet ergo si ibi non demerentur, ex sua damnatione commodum reportant, vel ad summum malorum peruenerunt. Tunc enim concederetur illatio, non quidem pro prima, sed pro secunda parte.

2m de maiori. Eiusdem conditionis. ℞. Quantum ad gehennam: non, quantum ad secundariæ pœnæ demeritum. §. Tunc nihil &c. Nam ad damnatorum hominum officium non pertinet ad damnationem &c. vt in tex.

¶NOT. Hic incipit apparere clarius, cur D. Thomas in corpo. circa fin. loquens de dæmonibus, & Angelis bonis apposuerit ly præcipuè. Voluit enim per hoc ostendere illud, quod nunc dicitur in tex. responsal. & vltra hoc voluit etiam connotare, & simul declarare præsentem textum: q̃ officium illud pertinet quidem communiter ad Angelos vel bonos vel malos, sed tamen quandoque ex speciali causa Deo cognita conuenit etiam animabus vel beatis. De hoc autem speciali officio potest lector exercitatus in legendis sanctorum ac historijs, per seipsum sumere exempla quando aliquas animas beatas ad salutem alicuius viatoris promouendam ibi viderit specialr fuisse missas à Deo; vel ab eodem malas animas ad tẽtandum fuisse permissas. Rursus. Aduerte, quòd licet pœna infligatũ dæmoni pertrahenti de facto ad malum (vt in argumento patet), tamen non est inferendum ex hoc, quòd tunc solummodo ei pęna infligatũ. Sufficit enim quòd diabolus, quantum est ex parte propria, inducat hominem ad malum, quod est tentare ipsum ad hoc: quamuis homo tentatus de facto non inducatur, imò potius quandoque resistendo vitam æternam mereatur. Nam demeritum principaliter considera tur ex parte voluntatis diaboli, qua tentauit, & de facto inducere ad malum voluit. Vnde siue inducat, siue nõ, demeretur semper pœnã accidẽtalem. Ergo dic, quòd in argumẽto adducta authoritas à manifestiori tantum denominationem facit. Manifestius enim nobis est, quòd pœnam meruit, quando tentatum hominem cadere fecit.

Aĩæ beatę q̃nque supplent officiũ bonorũ Angelorũ, & damnatæ q̃nq; dæmoniorũ de mente S. Thomæ.

Rñsio 2.

3m illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Ad probationẽ, quæ est illa maior propositio, dicitur: quòd licet actus inordinatus ex libertate arbitrij procedens, non excusetur quin sit demeritorius ex necessitate peccandi voluntaria: tamen excusatur ab hoc, quòd sit demeritorius, ex eo q̃ faciens talẽ ad summũ malorũ iam peruenit.

¶COROLL. Ergo in argumento hebat fallacia secundũ non causam, vt causam. Sumebatur enim ipsa necessitas peccandi voluntaria tanquàm causa non demerendi, & tamen (vt nunc visum est) ista non est vera causa: sed hæc alia, s. quòd quis faciens talem actum inordinatum, & habens voluntariam necessitatem peccandi, peruenit iam ad summum malorum. Vide ad primum.

Item de maiori. Necessitas. ℞. Considerata, vt à voluntate antecedente processit: non, vt est præcisè necessitas. §. Propter rationem allatam in tex. responsi secundi ly tamen necessitas peccandi, cuius &c. Tunc nihil &c. Imò nec attingit propositum propter fallaciam admixtam, quæ dicta est in coroll. immediate præced.

¶NOT. Doctrina hęc secundi responsi ostendit modũ declarandæ veritatis minus capientibus, obstinationem damnatorũ esse iustam causam suæ perpetuitatis in damnatione. Dicunt. n. q̃ non potest dãnatus resilire à sua culpa, nec potest humiliari, (& breuiter) q̃ habet necessitatem peccandi. Quibus sic ex tex. isto respondetur; q̃ ideo non possunt, quia nolunt, & ideo nolunt, quia volũtariè perduxerunt se ad istam impotentiam volendi; adeo q̃ impotentia hæc volendi est eis peccatũ: non quia impotentia præcisè, sed quia impotentia voluntaria est causata, videlicet à voluntate libera præcedente ipsorum. Exemplum proportionaliter sit, in textu, de ebrio. Hic ebrius actu existens si occidit hominem, vel aliquod aliud peccatũ faciat, non meretur veniam (secundum Philosophum etiam loquendo): sed meretur dupliciter mulctam: vnam, quia homicidium committit: aliam, quia voluntariè necessitatem homicidium faciendi sibi indixit, quando voluntariè inebriatus fuit. Sciebat enim fortitudinem vini, & quòd extra rationem poneretur ab eo, & consequenter quòd poneretur in necessitate peccandi: & tamen inebriari voluit, & elegit. Ergo sicut duplicem mulctam meretur iste ebrius, secundum Philosophum: consequens est, secundum eundem, si ad arcem sacræ Theologiæ vocetur, quòd damnatus nunquàm mereatur iuuari, sed dupliciter puniri, & quia s. peccauit, & quia in tali necessitate se voluntariè posuit. Applica supradicta ad præsentem materiam per singula: quoniam accommodatissima sunt, & intellectus curiosorum valde quietatiua.

Necessitas peccãdi volũtariè sibimet pri° imposita, nõ excusat peccatorẽ; sed manifestè accusat magis.

AP-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum à scripturis, & quòd damnati demerentur, & amplius demereri non possunt. Primum horum insinuatur Genes. 3. Serpens decepit me, & comedi: & ait Dominus ad serpentem, Quia fecisti hoc, maledictus eris, &c. super pectus tuum gradieris, & terram comedes &c. Hæc ibi. Vbi, à simili, ostendit, quòd damnati omnes in tali casu (vt suprà not. post ad secundum) demereri possunt. Secundum autem insinuatur Ioan. 16. Princeps huius mundi iam iudicatus est. Hæc ibi. Vbi ostendit, à simili, quòd fixum est iudicium pœnarum damnatorum omnium, & consequenter quòd maiorem pœnam per demeritum suum non possunt mereri. Huic concordarat iamdudum August. dicendo (vt in argumen. secundo sed contr.) tunc finem habebunt duæ ciuitates, videlicet cœlestis Hierusalem, & infernæ Babylonis. Ex his ergo scripturis ostenduntur etiam similia de beatis: in eorum tamen genere. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto vtrumque eorum quæ diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

2

3

---

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum damnati possint vti notitia quam in hoc mundo habuerunt.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd damnati nõ possint vti * notitia, quam in hoc mundo habuerunt. In cõsideratione enim scientiæ est maxima delectatio: sed in eis nullam delectationem est ponere. ergo non possunt vti scientia prius habita secundum aliquam considerationem.

¶ 2 Præterea. Damnati sunt in maioribus pœnis, quàm sint aliquę pœnæ huius mundi: sed in hoc mundo, dum aliquis est in maximis tormentis constitutus, non potest considerare aliquas intelligibiles conclusiones abstractas à pœnis quas patitur; ergo multo minus in inferno.

¶ 3 Præterea. Damnati sunt subiecti tempori: sed longitudo temporis est causa obliuionis, vt dicitur in quarto Physic. * ergo damnati obliuiscentur eorum, quæ hic habuerunt.

SED CONTRA est, quod Luc. 16. dicitur diuiti damnato, Recordare quia recepisti bona &c. ergo considerabunt ea, quæ hic sciuerunt.

¶ Præterea. Species intelligibiles in anima separata remanent in eis, vt suprà dictum est.

RESPON. Dicendum, quòd sicut propter perfectam sanctorum beatitudinem nihil erit in eis quod non sit gaudii materia, ita nihil erit in damnatis quod non sit eis materia, & causa tristitiæ; nec aliquid, quod ad tristitiam possit pertinere, deerit, vt sit eorum miseria consumata. Consideratio autem aliquorũ notorum, quantum ad aliquid inducit gaudium, vel ex parte cognoscibilium, inquãtum diliguntur; vel ex parte ipsius cognitionis, inquantum est conueniens, & perfecta. Potest etiam tristitiæ esse ratio, & ex parte cognoscibilium, quæ nata sunt contristare; & ex parte ipsius cognitionis, prout eius imperfectio cõsideratur; vtpotè cum aliquis considerat se deficere in cognitione alicuius rei, cuius perfectam cognitionem appeteret. Sic ergo in damnatis erit actualis consideratio eorum, quæ prius sciuerunt, vt materia tristitiæ, non autem vt delectationis causa. Considerabunt enim mala, quæ gesserunt, ex quibus damnati sunt, & bona * delectabilia, quę amiserunt, & ex vtroque torquebuntur, similiter etiam torquebuntur de hoc quòd considerabunt notitiam, quam de rebus speculabilibus habuerunt imperfecta esse, & amisisse summam eius perfectionem, quam poterant adipisci.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis consideratio sit per se delectabilis; tamen ex aliquo accidente potest esse tristitiæ causa: & sic erit in damnatis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd in hoc mundo anima coniungitur corruptibili corpori, vnde per hoc quòd corpus affligitur consideratio animæ impeditur: sed in futuro anima non ita trahetur à corpore: sed quantumcumque corpus affligatur, tamen anima semper considerabit lucidissimè illa, quæ ei poterunt esse causa mœroris.

AD TERTIVM dicendũ, quòd tempus est causa obliuionis per accidẽs, inquantum motus, cuius est mẽsura, est causa trãsmutationis: sed post diẽ iudicii non erit motus cęli, vnde nec obliuio esse poterit ex quantacũque diuturnitate: & ante diem iudicii anima separata non mutatur à sua dispositione per motum cœli.

ARTICVLVS

---

SVPER Q. CXXIX. Aliàs 98. Art. VII.

Quotidie multũ ponderãda cũ timore cõclusio hęc.

CONCL. 1. Nihil erit in damnatis, quod nõ sit materia, & causa tristitiæ: nec aliquid quod possit ad tristitiã pertinere, deerit.

436 S. Tho. 4. d. 60. q. 1. art. 2. q. 1. & seq.

* Al. scientia.

¶ PROB. Quia eorũ miseria debet esse consummata, sicut & beatitudo sanctorum.

¶ COROLL. Ergo probatio hæc est directa, & ab oppositis. Directa quidẽ per ly debet esse consummata: ab oppositis verò per ly sicut beatitudo sanctorũ. Ergo ex conclusione hac, tanq̃ ab opposito beatitudinis, dic tu determinate: & quòd nihil erit in beatis, quod non sit eis materia gaudij; & quòd nihil quod possit ad gaudium pertinere, deerit illis. Sic intellexit virtualiter textus, in corp. princip. de beatis loquens. Vnde & mox intulit oppositũ de dãnatis quasi per hoc suũ factum dixerit: illud, quod nunc nũc exprimam de damnatis, tu, tanquã ab oppositis inferens, intelliges etiam de beatis; in suo genere tamen.

Gloriosa dicta sunt de te; Ciuitas Dei. Psal. 86.

* Lib. 4. cõ. 128. to. 2.

¶ CONCL. 2. In dãnatis erit actualis cõsideratio eorum, quę prius sciuerunt, vt materia tristitiæ, non autem vt delectationis causa.

¶ PROB. Quia considerabũt mala, quę gesserunt, ex quibus damnati sunt; bonaque delectabilia, quæ amiserunt: & vtrinque cruciabuntur.

¶ NOT. Confirmatur hoc ex Luca 16. iuxta declarationẽ literalem. Vide appen. sequen.

¶ CONCL. 3. Damnati torquebuntur de hoc, quòd considerabunt notitiam, quàm de rebus speculabilibus habuerunt, imperfectam esse: & amisisse summam eius perfectionem, quam poterant adipisci.

¶ EXAMEN. Ly imperfectam. s. ex non attinctione ad vltimum finem. Notitia enim omnis, imò & quælibet alia res est imperfecta, nisi attingat finem ad quem ordinatur; & omnis siue res, siue scientia, ordinatur ad vltimum finem, inquantum quæcumque vult homo propter vltimum finem vult. 1. 2. q. 1. art. 6.

¶ NOT. Quod fuerit imperfecta illa notitia damnatorum, confirmatur vniuersaliter de illis, ex Apostolo dicente specialiter de Philosophis Gentilibus Rom. 1. Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationib. suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim, se esse sapientes: stulti facti sunt. Hæc ibi. Ecce, quomodo intelligitur textus præsens; quãdo dicit, quòd notitia damnatorũ fuit imperfecta: & in quo consistat summa perfectio notitiæ; & quomodo eam perfectionẽ adipisci poterant. Consistit enim secundũ Apostolum, imperfectio notitiæ in non glorificare Deum, sicut decet: & in non gratias ei taliter agere. Consistit verò perfectio eius in glorificare Deum, & gratias agere, vt par est. Perfectionem autem hãc poterãt adipisci, & imperfectionem illam relinquere; quia aliter non repræhenderentur ab Apostolo; neque liberũ arbitrium secundum quòd viatoribus cõpetit, habuissent. Repręhensio ergo ab Apostolo facta contra illos est effectus: ex quo aperte demonstratur: quòd ij tãquam liberi arbitrij viatores poterant & relinquere imperfectionem notitię habitæ, & acquirere sũmam perfectionem, ad quam ex seipsa ordinabatur notitia illa.

Modus bene vtendi scientia, & abutẽdi eadem, explicatur.

* Al. delecta.

¶ PROB. Quia patere præsupponitur ex prædictis.

1ᵐ de maiori. In consideratione scientiæ. ℞. Per se non semper, per accidẽs. §. Tũc nihil &c. Nam scientia per accidens erit tristitiæ causa in damnatis.

¶ EXAM. Ly per se. Idest, vt consideratio est, siue vt scientia est.

¶ Ly per accidens. i. propter aliquod annexum considerationi illi, siue scientiæ illi. Hæc autem annexa habẽtur ex declaratione corp. & consequenter inde etiam colligitur, quid sit consideratio scientiæ per se, & consideratio talis per accidens.

2ᵐ illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim est simile de viatoribus, & iam defunctis. Nam in hoc mundo anima coniungitur &c. vt in tex.

3ᵐ ex Philosopho. Longitudo temporis est causa obliuionis. ℞. Per accidens: non per se. §. Tunc &c. Nam damnati, neque quo ad animam ante diem iudicij, neque quo ad animam & corpus post illum diem subiecti sunt accidenti illi, quod est causa obliuionis: secundum quòd declaratur in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum à Luc. 16. quòd damnati possunt vti notitia, quàm habue-

habuerunt in hoc mundo : & sic. Recordare fili, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem tu cruciatis. Hæc ibi. Vbi ostenditur : & quòd considerant mala, ex quibus damnati sunt ; & bona delectabilia, quæ amiserunt; vt dicebatur in corpo. circa secundam conclusionem. Nam per ly recepisti bona, monstratur secundum prædictorum ; & per ly in vita tua, monstratur primum. Quia enim ad vitam suam voluptuosam, & contra Lazarum auaram vsus fuerat talibus bonis temporalibus : ideo ex hoc damnatus erat propter quod sequitur ly tu cruciaris. Et hanc reflexionem, quod scilicet propter abusum bonorum receptorum in vita sua, damnati sint, ipsi cognoscunt. Item à Sapien. 5. Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis. Hæc ibi. Vbi damnati, de quibus ad literam sermo fit in contextu, declarant: se cogitare de his, quę in mundo hoc sibi acciderunt. Et licet ex superbia, quæ semper ascendit in eis contra Deum, ascribant suos errores lumini, & Soli, dicendo ly iustitiæ lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis : tamen impudentissime mentiuntur, cum scriptum sit Ioan. 1. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt, & ipsimet tanquàm à veritate manifesta coacti post multa confitentur dicentes; In malignitate nostra consumpti sumus. Recordantes namque plurimorum, quæ hic viuentes gesserunt, sic lamentando mox ibi subinferunt : Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles : viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia ? aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis ? Transierunt omnia illa tanquàm vmbra, & tanquàm nuncius præcurrens, & tanquàm nauis, quę pertransit fluctuantem aquam : cuius, cum præterierit, non est vestigium inuenire : aut auis, quæ transuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius; sed tantum sonitus alarum verberans leuem ventum, & scindens per vim itineris aerem commotis alis transuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius : aut tanquàm sagitta emissa in locum destinatum, diuisus aer continuò in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius. Sic & nos nati continuò desiuimus esse; & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere : in malignitate autem nostra consumpti sumus. Talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt. Hæc ibi. Ecce : quòd in inferno damnati habent notitiam etiam singillatim iniquitatum in mundo factarum, vanitatis mundi, & illorum quinque exemplorum ipsam vanitatem repræsentantium. Secundo habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum pro quanto quod diximus, insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides : quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

2

3

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum damnati aliquando cogitabunt de Deo.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd aliquando damnati cogitabunt de Deo. Quia non potest haberi odio actu, nisi id, de quo cogitatur : sed damnati Deum odio habebunt, vt in litera * dicitur ; ergo de Deo aliquando cogitabunt.

¶ 2 Præterea. Damnati habebunt remorsum conscientię: sed conscientia patitur remorsum de actis contra Deum; ergo de Deo aliquando cogitabunt.

SED CONTRA. Perfectissima hominis cogitatio est, quæ est de Deo : sed damnati non erunt in statu perfectissimo; ergo de Deo non cogitabunt.

RESPON. Dicendum, quòd Deus potest considerari dupliciter. Vno modo secundum se, & secundum id, quod est ei proprium, scilicet esse totius bonitatis principium: & sic nullo modo cogitari potest sine delectatione : * vnde sic nullo modo à damnatis cogitabitur. Alio modo secundum aliquid, quod est ei quasi accidentale in effectibus suis, vtpotè punire, vel aliquid huiusmodi : & secundum hoc consideratio de Deo potest tristitiam inducere: & hoc modo damnati de Deo cogitabunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd damnati non habent Deum odio nisi ratione punitionis, & prohibitionis eius, quod malè eorum voluntati consonat ; vnde non considerabunt eum nisi vt punitorem, & prohibitorem.

ET per hoc etiam patet solutio ad secundum: quia conscientia non remordet de peccato, nisi inquantum est diuino præcepto contraria.

ARTI-

* Al. dilectione.

SVPER Q. CXXIX. Aliàs 98. Art. VIII.

437

CONCL. Deus secundum se consideratus nullo modo à damnatis cogitabitur.

¶PROB. Quia Deus secundum se nullo modo cogitari potest sine delectatione.

¶ NOT. Supple tu, ex articu. 7. quòd damnati capaces delectationis non sunt. Nec obstat dictum glossæ articu. 4. arg. sed contra, adductum ad propositum damnatorũ ; quòd solatium est miseris socios habere pœnarum: quoniam illud solatiũ non est verũ, sed phantasticum, vt suprà dictum est quæst. 75. articu. 5. ad quartum. Vide S. Thom. quodlibet. 3. art. 24.

* Mag. in 4. lib. Sẽt. distinc. 50. §. B.

¶CONCL. 2. De Deo secundum quòd in quibusdam effectibus suis repræsentatur, damnati cogitabunt.

¶ PROB. Quia talis consideratio de Deo potest inducere tristitiam.

¶ NOT. Talis consideratio, quando scilicet Deus consideratur in effectibus vniuersaliter sumptis, potest & tristitiam & delectationem inducere, in quibusdam vero tantum effectibus consideratus potest solum delectationem inducere ; in quibusdam verò solum tristitiam. Exemplum primi : vt si consideretur Deus secundum quòd creauit nos, & secundum quòd redemit, & huiusmodi ; item secundum quòd castigat nos, vel aliquem nostrum, puta filium, & huiusmodi ; secundum quòd infernum parauit tam terribilem, & horrendissimum, & alia huiusmodi. Exemplum secundi : vt si consideretur Deus secundum quòd tantum beneficia nobis grata ei : secundum naturalem nostram satisfactionem contulit. Exemplum tertij : vt si consideretur inquantum est vindex nostrarum iniquitatum, vel vt prohibens illa ad quæ voluntas nostra inclinatur. Omnia ista cognoscuntur causare illos effectus tres prædictos, si rectè applicentur. Probatio autem tex. de illo tertio modo solum loquitur : vt etiam magis patebit, inspicienti ad primum. Vide etiam articu. 5. & quæstio. 87. articu. 1. & 2. in textu, & elucidation.

¶EXAM. Ly quasi accidentale. Hoc dicitur, non quia iustitia secundum se Deo non conueniat (hoc enim falsum esse ostensum est 1. par. q. 21. articu. 1. & 2.) sed pro tanto solum pro quanto Dei iustitia non punit hominem nisi præsupposito peccato. Et hoc est, ꝙ intelligit textus : ita vt dicamus, quòd punire est quasi Deo accidentale inquantum semper punit præsupposito aliquo accidente, 1. peccato facto vel vitando in eo, qui puniendus, aut pro quo alius, ex 1. 2. q. 87. artic. 7.

Primum

1^m maior. Non pôt haberi odio actu, nisi id de quo cogitatur. B. Secundum quod odiri potest: non secundũ quod odiri non potest. §. Tũc nihil &c. vt patet hic, & ex conclusione secũda.

¶NOT. Si cogitetur aliquid secundũ ea, quę voluntati cogitantis repugnant; tunc dicitur cogitari, secundũ quòd odiri potest. Si verò consideretur secundum illa, quæ voluntati cogitantis non repugnant, tunc dicitur cogitari, secundum quod odiri potest. Hæc dicta sint pro declaratione terminorum responsi formalis. Quòd si applicare volueris ad damnatos, nõ discedas à tex. responsal.

¶ EXAM. Ly prohibitionis. Scilicet eius, quod vellent facere. Et hinc patere potest id, quod suprà dictum fuit, quòd videlicet Cain vellet de facto occidere Abel etiam nunc, si posset : & sic de alijs damnatis proportionaliter. Quia igitur Deus prohibet, ne hoc possint exercere in facto, quod in mala voluntate committunt, & ipsi damnati taliter Deum prohibitorem cogitant : ideo ipsum odio habent. De illa prohibitione, & alijs signis circa diuinam voluntatem positis, vide 1. par. quæst. 19. art. 12.

2^m de minori. Contra Deum. B. i. contra præceptũ Dei. §. Tunc nihil & cęt. vt patet ex ad primum.

¶NOT. De conscientiæ remorsu sub nomine verbis, vide quæst. 97. artic. 2. & sub nomine synderesis 1. par quæst. 79. artic. 12. & 13. De præcepto autem & alijs signis diuinæ voluntatis, vide 1. part. quæst. 19. art. 12.

¶COROLL. Ergo ex hoc, quòd in damnatis adhuc remorsus conscientiæ perseuerat, patet : ꝙ bonum nunquam destruitur totum à quantumcumque malo. 1. 2. q. 85 art. 2. maxime ad tertium).

## APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum à &c. vt art. 5. appen. ꝙ damnati aliquando cogitant de Deo. Non enim odio possunt habere Deum, nisi cogitarent de illo, vt patet. Vnde & illæ, & quæcumque authoritates testantur damnatos odio habere Deum ; eædem per hoc ostendunt intentum præsens. Secundo habes : quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto damnatos cogitare quandoque de Deo insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

2

3

SVPER

SVPER Q. CXXIX. Aliàs 98. Art. IX.

CONCL. 1. Damnati ante diem iudicij vident bonos in gloria: non hoc modo quòd gloriam eorum qualis sit cognoscant, sed solum cognoscunt eos esse in gloria quadam inæstimabili.

¶ NOT. Similes illis, qui stantes à longe vident alios in magna lætitia conuersari, lætari, & epulari; ex qua visione sibupsis appetitus talium delitiarum inascitur, ex quo valde torquentur; nec tamen vnquàm ad illas, vel in minimo attingere possunt. Vnde ex tali visione nihil aliud reportãt, nisi tormentum maius; tùm ex parte lætitiæ ex visu illo coniecturatæ, tum ex parte personarum sibi odiosarũ in tanta lætitia conuersantium, tùm ex parte carentiæ propriæ, qua talibus bonis omnino spoliati sunt, tàm ex parte pęnarum suarum magis inde apprehensarum in magnitudine, quandoquidem opposita iuxta se posita magis elucescunt.

438 Quatuor causis damnati ex visione beatorum cruciantur.

* Lib. 12. Mor. c. 13. in princ.

¶ PROB. primò: Quia præsupponitur clara ex præmissis. Secunda autem pars, scilicet sed solum &cæt. patet ex terminis.

¶ NOT. Patet quidem ex terminis hæc vltima pars, quoniam si vident eos in gloria, & non illo modo vt cognoscant qualis sit in speciali: sequitur, quòd videãt hoc modo, vt cognoscant eam in communi: quatenus refertur non quidem ad seipsos (alioquin viderentur aliqualiter consolari: quod non est dicendum), sed ad ipsos beatos; & hoc est cognoscere eos esse in gloria quadam. Rursus. Quando dictum est in probatione primæ partis, quòd præsupponitur clara ex præmissis, non intelligitur pro illa particula, quæ dicit, quòd vident bonos in gloria; sed pro illa quæ dicit, quòd non hoc modo vident, quòd gloriam eorum qualis sit cognoscant. Patet autem ex præmissis artic. 7. corp. conclus. prima, vt consideranti faciliter occurret. Quamuis & quodammodo, indirectè quasi, ex articulo eodem ibidem declarari possit tota ista prima pars conclusionis: eo quòd in vltimo illius conclusionis dicitur ly nec aliquid, quod ad tristitiam possit pertinere; deerit.

¶ CONCL. 2. Post diem iudicij damnati omnino priuabuntur visione illa beatorum, explicata in conclus. prima.

¶ PROB. Quia post iudicium augebitur eorum tormentum (sicut & gloria beatorum, quæst. 93. artic. 1.) & non videre beatos in gloria, eo modo, quo prius videbant, erit eis maius tormentum (vt declaratur in tex.)

¶ NOT. De hac materia vide quodlib. 8. art. 16.

## ARTICVLVS IX.

*Vtrum damnati gloriam beatorum videant.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd damnati gloriam beatorum non videant. Magis enim distat ab eis gloria beatorum quàm ea, quæ in hoc mundo aguntur: sed ipsi non vident quæ circa nos aguntur: vnde dicit Gregorius 12.* Moral. super illud Iob. Siue fuerint nobiles filii eius &c. Sicut hi, qui adhuc viuunt, mortuorum animæ, quo loco habeantur ignorant, ita mortui, qui corporaliter vixerunt vita in carne positorum, qualiter circa eos disponatur, ignorant: ergo multominus possunt videre gloriam bonorum.

¶ 2 Præterea. Illud, quod conceditur Sanctis in hac vita pro magno munere, nunquam conceditur damnatis: sed Paulo pro magno munere est concessum videre vitam illã, qua Sancti æternaliter cum Deo viuunt, vt dicitur 1. Corinth. 12. in Glos. ergo damnati sanctorum gloriam non videbunt.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 16. quòd diues in tormentis positus, vidit Abraham, & Lazarum in sinu eius.

RESPON. Dicendum, quòd damnati ante diem iudicii vident bonos in gloria non hoc modo, quòd gloriam eorum qualis sit cognoscant: sed solum cognoscunt eos esse in gloria quadam inæstimabili: & ex hoc turbabuntur, tum propter inuidiam dolentes de fœlicitate eorum, tum propter hoc, quòd ipsi talem gloriam amiserunt. Vnde dicitur Sapien. 5. de impiis. Videntes turbabũtur timore horribili. Sed post diem iudicii omnino beatorum visione priuabuntur, nec tamen ex hoc eorum pœna minuetur: sed augebitur, quia memoriam habebunt gloriæ beatorum, quam in iudicio videbunt, vel ante iudicium, & hoc erit eis in tormentum: sed vlterius affligentur in hoc, quòd videbunt se indignos reputari etiam videre gloriam, quam sancti merentur habere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ea, quæ in hac vita aguntur, nõ ita affligent damnatos in inferno si viderentur; sicut sanctorum gloria inspecta. Vnde non ita ostenduntur damnatis ea, quæ hic aguntur sicut sanctorũ gloria, quamuis etiam eorũ quæ hic aguntur ostendantur eis ea, ex quibus tristitiam habere possunt.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Paulus inspexit vitam illam, in qua sancti cum Deo viuunt, eam experiendo, & in futurum perfectius sperando; quod non est de damnatis. Et ideo non est simile.

1^m illatio conclusionis. Ergo &c.

R. Negatur illatio. §. Non enim est simile de visione vtrorumq; adductorũ in argumento. Nam ea, quæ in hac vita aguntur non ita affligent &c. vt in tex.

2^m maior. Illud quod conceditur Sanctis in hac vita pro magno munere, nunquam conceditur damnatis. R. Eo modo, quo conceditur sanctis. §. Tunc nihil &cęt. vt patet hic, & in corp.

### APPENDIX.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum à Luc. 16. quòd damnati gloriam beatorum vident: & sic. Diues sepultus est in inferno: eleuans autem oculos vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius. Hæc ibi. Nota ly à longe. Per hoc enim declarat sub aliis verbis id, quod dixit conclusio 1. per ly non hoc modo, quòd gloriam eorum qualis sit, cognoscant. Vide ibi not. immediatè sequentem. Nota ly in sinu Abrahæ Lazarum, quòd est videre beatum in gloria nunc post passionem Christi, vt declaratur quæst. 9. artic. 4. Item ab Isaia 46. Videant, & confundantur zelantes populi, inuidia pleni. Hæc ibi. Id est populi quales sunt damnati. Per ly videant, & confundantur, denotatur multiplex tormentum ex visione illa ab eis reportatum. Loquitur enim formaliter Isaias eo modo, quo & solent scripturæ. Vt sub exemplo dicatur: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Marci 16. id est, ex eo quòd crediderit, & baptizatus fuerit stando formaliter in hoc, nil aliud addendo (puta quod non conformauerit mores credulitati, & votis in baptisma factis) merebitur saluari, & saluabitur. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & tuearis. Tertiò vides: quomodo ex iis vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

---

SVPER Q. CXXX. Aliàs 99. Art. 1.

CONCL. 1. Quantitas pęnæ secũdum intensionem acerbitatis respondet quantitati culpæ.

¶ PROB. Quia secundum quòd quis grauius peccauit, grauius punietur (ex Apocal. 18.)

¶ CONCL. 2. Quantitas pœnæ secundum durationem temporis non respõdet durationi culpæ.

¶ PROB. Quia patet ex Augustino, & ex legibus humanis (vt in textu).

¶ CONCL. 3. Quantitas pęnæ secundum durationem temporis, respicit dispositioné peccantis; (seu quod idem est) respondet dispositioni peccantis.

¶ PROB. Quia si non respõdet durationi peccati; consequens est, quòd respondeat dispositioni peccantis.

439 S. Tho. 4. d. 46. q. 1. art. 3. c. similiter. §. 6. de summa Trin. & fide cath.

¶ CONCL. 4. Pro peccato

## QVÆST. CXXX. Aliàs 99.

*De misericordia & iustitia Dei respectu damnatorum.*

DEINDE considerandum est de iustitia, & misericordia Dei respectu damnatorum.

CIRCA quod quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum ex diuina iustitia inferatur peccatoribus pœna æterna.

¶ Secundò, Vtrum per diuinã misericordiam omnis pęna tam hominum, quàm dęmonũ terminetur.

¶ Tertiò, Vtrum saltem pœna hominum terminetur.

¶ Quartò, Vtrum saltem pęna Christianorum.

¶ Quintò, Vtrum illorum, qui opera misericordiæ fecerunt.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum ex diuina iustitia inferatur pęna æterna peccatori.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ex diuina iustitia

cato mortali, quod est contrarium charitati, aliquis est in æternum a societate sanctorũ exclusus, & æternæ pœnę adijcitur.

¶ Nor. De hac conclusionis tractatione, vide prima secũdæ q. 87. art. 3.

¶ Examen. Ly quod est contrarium charitati. Hoc dicitur, non ad ostendendum, quòd aliquod peccatum mortale non sit contrarium charitati (hoc enim falsum est) neque ad superfluitatem committendam, sed ad ostendendum essentiam, seu diffinitionem peccati mortalis. Quasi dixerit. Peccatum mortale est illud, quod contrariatur charitati. Charitas autem est uita animæ, inquantum per charitatẽ Deo qui est uera uita, coniungimur. Consequẽter ergo quasi apertius dixit. Peccatũ mortale est illud, quod aufert uitam animæ. Et sic ethymologia cõcordat: quãdoquidem mortale interpretatur dans mortem, & hanc utiq; dat auferendo uitam.

Peccatum mortale quid sit.

*Li. 2. ca. 3. ante med. to. 5.

¶ Ly a societate sanctorum &c. & æternę pœnæ &c. Quasi dicat: peccatum mortale habet pœnam & damnari per ly a societate sanctorum &c. & sensus p ly æternæ pœnæ &c. Et per hoc mõstrat textus ab effectu, quòd in peccato mortali sunt duo, scilicet auersio a Deo, & conuersio ad creaturam. Ratione siquidem primi. i. auersionis, infligitur pœna damni, quę est exclusio a societate sanctorũ, per ly societate sanctorum, intelligendo principaliter visionem sancti sanctorũ. idest Dei; ratione autẽ secundi. i. conuersionis datur pœna damni, scilicet æternæ pœnæ &c. Et nota pro intentione secretiori textus, quòd pœnas has in præsenti uita etiam peccatoribus Deus iustissimè infligit; per modum tamen inchoationis cuiusdam consummandi huius duplicis supplicij in alia vita. Et pœnã quidem damni; dum p peccatum cęcatur homo, & intantum quãdoque ut uix Deum amplius cognoscat, & non sicut Deum glorificet; ut gustare cœlestia non tantum amplius nesciat, sed etiam hoc ipsum, qđ sibi prius rectè bonum

*Lib. 2. cõ. 28. to. 2.

*Li. 5. ca. 5. to. 5.

non inferatur peccatoribus pœna æterna. Pœna enim non debet excedere culpam. Deuteron. 25. secundum mensuram delicti erit, & plagarum modus, sed culpa est temporalis, ergo pœna non debet esse æterna.

¶ 2 Præt. Duorum peccatorũ mortalium unum est altero maius: ergo vnum debet maiori quàm alterum pœna puniri: sed nulla pœna est maior quàm æterna, cum sit infinita: ergo non cuilibet peccato mortali debetur pœna æterna, & si uni nõ debetur, nulli debetur, cum eorum distantia non sit infinita.

¶ 3 Præt. A iudice non infertur pęna nisi ad correctionem, unde secundo Ethic. * dicitur, quòd pœnę sunt quædam medicinæ, sed quòd impii in æternum puniantur, hoc non est ad correctionem eorum, nec aliquorum aliorum, cum tunc non sint aliqui futuri, qui per hoc corrigi possint, ergo secundum diuinam iustitiam non infertur æterna.

¶ 4 Præterea, Omne, quod non est per se volitum nullus vult nisi propter aliquam vtilitatem, sed pœnæ a Deo non sunt propter se volitę: non enim delectatur in pœnis, cum ergo nulla vtilitas accidere possit ex perpetua ratione pœnæ, videtur q talem pœnam pro peccato inferre non debeat.

¶ 5 Præt. Nihil, quod est per accidens est perpetuum, vt dicitur in 1. Cę. & mun. * sed pœna est eorum, quæ sunt per accidens, cum sit contra naturam: ergo non potest esse perpetua.

¶ 6 Præt. Iustitia Dei hoc requirere videtur ut peccatores ad nihilum redigantur, quia propter ingratitudinem videtur quis beneficia amittere: inter cætera autem Dei beneficia est ipsum esse: unde videtur iustum ut peccator, qui ingratus Deo existit, ipsum esse amittat, sed si in nihilum redigantur, eorum pœna nõ potest esse perpetua. ergo non videtur esse consonũ diuinæ iustitiæ ut peccatores perpetuo puniantur.

Sed contra, est quod dicitur Matth. 25. Ibunt hi, scilicet peccatores in supplicium æternum.

¶ 2 Præterea, Sicut se habet præmium ad meritum, ita pœna ad culpam, sed secundum diuinam iustitiã merito temporali debetur prēmium æternum. Ioan. 6. Omnis qui videt filium & credit in eum habet vitam æternam. ergo, & culpæ temporali secundum diuinam iustitiam debetur pœna æterna.

¶ Præterea, Secũdum Philosophum in 5. Ethic. * pœna taxatur secũdum dignitatem eius, in quem peccatur: vnde maiori pœna punitur, qui percutit alapa principem, quàm alium quemcumque, sed quicumque peccat mortaliter, peccat contra Deum cuius præcepta transgreditur, & cuius honorem alii impartitur, dum in alio finem cõstituit: maiestas autem Dei est infinita. ergo quicumq; peccat mortaliter dignus est infinita pęna, & ita videtur quòd iuste pro peccato mortali quis perpetuo puniať.

Resp. Dicendum, quòd cum pęna duplicem habeat quãtitatem, scilicet secundum intensionem acerbitatis, & aliam secũdum durationem temporis; quantitas pœnæ respõdet quantitati culpæ, secundum intensionem acerbitatis, ut secundum qđ grauius peccauit, secundum hoc grauior pœna ei infligatur. Vnde Apoc. 18. quantum se glorificauit, & in delitiis fuit, tantum date ei tormẽtum, & luctum, non autem respondet duratio pœnæ durationi culpæ, ut dicit August. 21. de Ciu. Dei. * Non enim adulterium, quod in momento temporis perpetratur, momentanea pęna punitur etiam secundum leges

num magnum uidebatur, nunc quasi dedignetur, ac tanquam uanum temporis amissionem, stultitiamve reputet, secundum quòd talem eius pœnam depinxit olim Apostolus 1. Corinth. 2. animalis homo non percipit ea q̃ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Pœnam autem sensus etiam nonc dat peccatori Deus multiplicẽ, dum a remorsu cõscientiæ continue affligitur, dũ aduersa plura ei armis patientiæ defensiuis exuto immittit, ita ut Psam. 31. Impleatur dicens, multa flagella peccatoris. Textus ergo præsens de pęnis ijs dupliciter, iuxta proportionem, intelligendus est.

*Li. 21. c. 11. to. 5.

¶ Prob.

humanas, sed duratio pœnæ respicit dispositionem peccantis: quandoque enim ille, qui peccat in aliqua Ciuitate ex ipso peccato efficitur dignus ut totaliter a Ciuitatis consortio repellatur, vel per exilium perpetuum, vel etiam per mortem: quandoque uero non redditur dignus, ut totaliter a societate ciuium excludatur, & ideo vt possit esse conueniens membrum Ciuitatis, pœna ei prolungatur, vel breuiatur secundum quòd expedit eius curationi, ut in Ciuitate conuenienter, & pacifice viuere possit. Ita etiam secundum diuinam iustitiam aliquis ex peccato redditur dignus penitus a Ciuitatis consortio separari, quod fit per omne peccatum quo cõtra charitatem peccat, quæ est vinculum Ciuitatem prædictam vniens, & ideo pro peccato mortali, quod est contrarium charitati, aliquis est in æternum a societate sanctorum exclusus, & æternæ pœnę adiicitur. Quia vt Aug. dicit in lib. prædicto, * quod est de Ciuitate ista mortali homines supplicio primæ mortis, hoc est de ciuitate illa immortali homines supplicio secundæ mortis, auferre. Quod autem pœna, quam Ciuitas mundana infligit perpetua non reputatur, hoc est per accidens, uel inquantũ perpetuo homo non manet, uel inquantum etiam ipsa Ciuitas deficit. Vnde si homo in perpetuum viueret pœna exilii, vel seruituti, quæ per legem humanam infertur in eo perpetuo maneret. Qui uerò hoc modo peccant, ut inde non reddantur digni totaliter separari a sanctæ Ciuitatis consortio, sicut peccantium venialiter, tanto eorum pœna erit breuior, uel diuturnior, quanto magis, uel minus purgabiles erunt secundum quòd eis peccata plus, vel minus inhæserũt, quod in pœnis huius mundi, & purgatorii secundum diuinam iustitiam seruatur. Inueniuntur etiam, & aliæ rationes a sanctis assignatæ, quare iuste pro peccato temporali aliqui pœna perpetua puniantur. Vna est, quia peccauerunt contra bonum æternum dum contempserunt æternam vitam, & hoc est etiam quod August. in prædicto * lib. dicit. Factus est malo dignus æterno, qa hoc in se peremit bonum, quod esse posset æternum. Alia ratio est, quia homo in suo æterno peccauit. Vnde Gregor. * dicit in 4. Dialog. Ad magnam iustitiam iudicantis pertinet, vt numquam careant supplicio, qui numquam uoluerunt carere peccato. Et si obiiciatur, quòd quidam peccantes mortaliter proponunt uitam suam in melius commutare, & ita secundum hoc nõ essent digni æterno supplicio, ut videtur. Dicendum secundum quosdam quòd Grego. loquitur de volunta te, quæ manifestatur per opus, qui enim in peccatum mortale labitur propria

*Li. 21. de ciui. ca. 11. a med. to. 5.

*Lib. 21. de ciui. ca. 12. circa initium. to. 5.

*Li. 34. moral. ca. 11. & lib. 4. Dialog. c. 44.

pria voluntate, se ponit in statum à quo erui non potest nisi diuinitus. Vnde ex hoc ipso, quòd vult peccare, consequenter vult in peccato manere perpetuo. Homo enim est spiritus vadens in peccatum, & non rediens per seipsum. Sicut si aliquis se in foueam proiiceret, vnde exire non posset nisi adiutus, posset dici, quòd in æternum ibi manere voluit: quantumcumque aliud cogitaret. Vel potest dici & melius, quòd ex hoc ipso, quòd mortaliter peccat finem suum in creatura constituit, & quia ad finem vitæ tota vita ordinatur, ideo ex hoc ipso totam vitam suam ordinat ad illud peccatum, & vellet perpetuò in peccato manere, si hoc sibi esset impunè. Et hoc est, quod Gregorius * in 29. libro Moralium, super illud Iob. 40. Aestimabunt abyssum quasi senescentem iniqui, ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt. Voluissent quippe sine fine viuere, vt sine fine potuissent in suis iniquitatibus permanere, nam magis appetunt peccare quàm viuere. Potest & alia ratio assignari, quare pœna peccati mortalis sit æterna, quia per eam contra Deum qui est infinitus, peccatur. Vnde, cum non posset esse infinita pœna per intensionem, quia creatura non est capax alicuius qualitatis infinitæ, requiritur quòd sit saltem duratione infinita. Est enim quarta ratio ad hoc idem, quia culpa manet, cum culpa non posset remitti sine gratia, quam homo non potest post mortem acquirere, nec debet pœna cessare quamdiu culpa manet.

* Lib. 34. c. 11. in fi. & 4. Dial. c. 44.

Ad primvm ergo dicendum, quòd pœna non debet æquari culpæ secundum quantitatem durationis, vt videtur etiam per leges humanas accidere. Vel dicendum, sicut Gregorius * soluit, quòd quamuis culpa sit actu temporalis, voluntate tamen est æterna.

Ad secvndvm dicendum, quòd quantitati peccati respondet quantitas pœnę secundum intensionem, & ideo peccatorum mortalium inæqualium erunt pęnæ inæquales intensione, ęquales autem duratione.

Ad tertivm dicendum, quòd pœnæ, quæ infliguntur his, qui à ciuitatis societate non pęnitus eiiciuntur, sunt ad correctionem eorum ordinatæ: sed illę pœnæ, per quas aliqui totaliter à ciuitatis societate exterminantur non sunt ad correctionem eorum, possunt tamen esse ad correctionem, & tranquillitatem aliorum, qui in ciuitate remanent, & ita damnatio ęterna impiorum est ad correctionem eorum, qui nunc sunt in Ecclesia. Non enim pœnæ sunt ad correctionem solum quando infliguntur: sed etiam quando terminantur.

Ad qvartvm dicendum, quòd impiorum pœnæ in perpetuum duraturæ non erunt omnino inutiles. Sunt enim utiles ad duo: primo ad hoc, quòd in eis diuina iustitia conseruatur, quæ est à Deo accepta propter seipsum: vnde Gregorius * quarto Dialog. omnipotens Deus, quia pius est, miserorum cruciatu non pascitur, quia autem iustus est, ab iniquorum vltione in perpetuum non sedatur. Secundo ad hoc sunt vtiles, vt de his electi gaudeant dum in his Dei iustitiam contemplantur, & dum se euasisse cognoscunt, vnde Psal. 57. Lætabitur iustus cum viderit vindictam, &c. & Esaiæ 66. Erunt, scilicet impii, vsque ad satietatem visionis, scilicet sanctis, vt Glossa * dicit. Et hoc est quod

* Li. 4. Dialog. ca. 14. circa m. l.

* Glo. in c. ibi.

¶ Prob. primò: Quia secundum leges humanas iustas aliquis quandoque mortem moritur, per quam tùm à societate ciuium excluditur perpetuo, tùm æternæ priuationi præsentis vitæ adijcitur (vt patet intelligenti): quod est auferre homines de illa ciuitate mortali per supplicium præsentis mortis, hoc est auferre homines de ciuitate illa immortali per supplicium futuræ mortis (ex Augustino): Secundò, quia peccantes peccato mortali peccauerũt contra bonum æternũ (ex Augustino): Tertiò, quia tales peccauerunt in suo æterno (ex Gregorio): Quartò, quia tales peccauerunt contra infinitũ (vt in tex.): Quintò, quia talium culpa sine fine manet in eis.

¶ Not. Circa primam rationem aduerte, quòd per mortem humanam inflictam à legibus, homo perpetuo priuatur præsenti vita, & consequenter pęna illa mundana est perpetua. Sed non reputatur tale quid, propter accidens in textu narratum à ly quod autem pœna, quam ciuitas &c. vsque inclusiuè ad ly in eo perpetuò maneret. Vbi textus ipse respondet tacitæ huic obiectioni.

¶ Circa tertiã rationem, quæ est de peccare in suo æterno, aduerte: quòd textus à ly & si obijciatur &c. vsque exclusiuè ad ly potest & alia ratio assignari, quare pęna peccati mortalis sit æterna, respondet obiectioni vni quæ fieri solet à quibusdam quærentibus excusationes in peccatis. Et respondet quidem dupliciter, prima loquitur de opere, secunda de voluntate; & in vtraque concludit, quòd obijciens decipitur; primò ex opere exteriori, secundo ex quodam latenti sub voluntate interiori. De alijs rationibus vide in tex.

¶ Coroll. Ex dictis ergo maximè in quarta, & circa quartam conclusionẽ firmiter concludo: quòd Deus iustissime peccatores etiã pro vno peccato mortali tantum, punit pœna æterna. Ergo Deus iustissime hominem existentem in peccato mortali, attento demerito peccati mortalis potest ei mortem corporalem inferre, & sic damnare eum in perpetuum. Ergo toties Deus per suam infinitam misericordiam peccatorem aliquem, etiam vno tantum peccato mortali, ab inferno ei iuste debito (attẽta s. grauitate peccati) eripuit: quoties illum mox, postquàm semel peccauit mortaliter, non permisit mori corporaliter. De quod beneficio maximo quantas teneatur quisque reddere gratias Deo: ipsi singuli singillatim secum diiudicent.

Deus quotidie ab inferno pseruat peccatores multos; & quo modo.

1m maior. Pœna non debet excedere culpa. ℞. Secundum excessum acerbitatis: non, secundum quantitatem durationis. §. patet hic, & in corp. Tunc nihil &c. vt ex conclusionibus habes.

¶ Coroll. Ergo illud Deuteron. intelligitur de mensura acerbitatis pœnæ tantum; vt de Apocalyp. 18. dicitur in corp. circa primam conclus.

Item de minori. Culpa. ℞. Consideratã in actu: non in voluntate. §. Tunc nihil &c. vt patet in corp. de voluntate peccantium mortaliter. Et est tertia ratio ibi. Vide secundumq; responsum text. ly vel dicendum sicut Gregorius &c.

¶ Exam. Ly actu. Scilicet exteriori. Nam diuiditur in textu contra voluntatem.

¶ Ly voluntate. Scilicet actu voluntatis. Non.n sumitur hic pro potentia illa, quæ dicitur voluntas. Actus autem voluntatis potest considerari dupliciter. Primo secundum mensuram durationis, & sic non sumitur hic, quia concipiens & deliberãs facere puta homicidiũ, multotiens ex hoc actu mox ad alium actum voluntatis se transfert. Vnde nec perpetuò durat in illo actu: nec etiã quandoque per spatium horæ dimidiæ. Secundò voluntatis actus consideratur iuxta id, quod tunc deliberauit: & sic accipitur hic. Quando enim peccator actu breuissimo voluntatis deliberat adhærere creaturæ tanquam fini vltimo, quod est peccare mortaliter; tũc constituit sibi, quantum in se est, aliquod æternum, quoniam vltimus finis voluntatis non potest esse nisi æternus, (vt patet ex appetitu eiusdem trãseuntе de hoc ad illud appetendum, secundum Ioan. 14. Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum: & consequenter voluntas illa dicitur æterna. i. actus ille voluntatis vocatur æternus, & est secundum istam considerationem.

Rñsio 2. * Locis in corp artic. citatis.

2m de conclusione 1a. Maiori. ℞. Intensione pœnæ: non, duratione. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusionibus duabus primis.

3m de minori. Nec aliquorũ aliorum. ℞. Negatũ hoc. § Nam est ad correctionem existentium in Ecclesia. Ad rationem adductam in contrarium satisfit per illud, quod dicitur in responsione ad quartum. Vide ergo ibi.

¶ Coroll. Ergo pœna perpetua aliquorum erit ad correctionem non viuentium in hoc mundo (vt arguitur), sed viuentium in alio. i. beatorum. Non enim correctio hic sumitur, neque semper pro corrigi de malo in bonum (in quo sensu accipiebat arguens): sed etiam pro vtilitate quadam. Nam & transeuntes de malo in bonum per flagella, dicuntur flagella fuisse ad correctionem, eò quod sibi fuerunt vtilia. Vnde vtilitas est quid vniuersalius quàm correctio propriè sumpta; & potest dici correctio largo modo. i. magis vniuersaliter quàm illa, quæ dicit transitum de vitio ad virtutem. Cedunt ergo huiusmodi ad correctionem beatorum, eo modo tamen solùm, quo illis conuenire potest correctio. Ergo solùm ad vtilitatem: & in hoc tantum sensu responsio sumpsit ly ad correctionem, quando applicauit hanc ad beatos.

Correctio sumĩ dupliciter.

4m de conclusione. Nulla vtilitas accidere possit ex perpetua ratione pęnæ. ℞. Præsuppositum hoc est falsum. §. & quidem propter duo: primò, quia in ipsa perpetuitate pœnarum diuina iustitia cõseruatur, quæ est Deo accepta propter seipsam. Vnde Gregorius &c. vt in tex.

5^m de minori. Pœna. ℞. Respondens animæ, vt anima est: non, respondens animæ, vt per culpam infecta est. §. Tunc nihil &c. vt patet.

6^m maior. Iustitia Dei hoc requirere videtur, vt peccatores ad nihilum redigantur. ℞. Si peccato, secundum dignitatem eius, in quem peccatur responderet pœna: non, si peccato, secundum inordinationem in ipso inuentam respondeat. §. Tunc nihil &c. Nam pœna respondet culpæ (propriè loquendo) secundum inordinationem &cæt. vt in textu.

*lib. 4. Dialog. c. 44. in med.

¶ Exam. Ly nec per inordinationem peccati esse tollitur, vel corrumpitur. Scilicet esse naturale. Hoc dicitur ad differentiam ipsius esse moralis. Nam peccatum, puta superbiæ, nō tollit ab homine intellectiuam potentiam, nec memoratiuam, nec volitiuam, nec sensus exteriores, nec interiores, nec substantiam animæ, vel corporis: licet tollat ab homine humilitatem, gratiam Dei, dona Spiritus sancti, virtutes morales, & Theologales, quamuis non substantiam fidei, quam etiam si non tollat, debilitat tamen in hoc, quòd facit eam non esse amplius meritoriam vitæ æternæ. De qua re an scilicet peccatum diminuat, vel tollat, bonum naturæ; vide fusius tractari 1. 2. quæst. 85. articu. 1. & 2.

Peccatum an corrumpat totum bonum naturę.

quod Gregorius * dicit 4. Dialog. Iniqui omnes æterno supplicio deputati sua quidem iniquitate puniuntur, & tamen ad aliquid ardebunt, scilicet vt iusti omnes, & in Deo videant gaudia, quæ perceperunt, & in illis percipiant supplicia, quæ euaserunt; quatenus tanto magis in æternum diuinæ gratiæ debitores se esse cognoscant, quanto in æternum mala puniri conspiciunt, quæ eius adiutorio vicerunt.

Ad qvintvm dicendum, quòd quamuis pęna per accidens respondeat animæ; attamen per se respondet animæ culpa infectæ; & quia culpa in perpetuum in ea manebit, ideo & pœna perpetua erit.

Ad sextvm dicendum, quòd pœna respondet culpæ (propriè loquendo) secundum inordinationem, quæ inuenitur in ipsa, & non secundum dignitatem ipsius, in quem peccatur, quia sic cuilibet peccato responderet pœna infinita intensione. Quamuis ergo ex hoc, quòd aliquis peccat contra Deum, qui est actor essendi, mereatur ipsum esse amittere; considerata tamen ipsius actus inordinatione, non debetur ei amissio esse; quia esse præsupponitur ad meritum, & demeritum, nec per inordinationem peccati esse tollitur, vel corrumpitur, & ideo non potest esse debita pęna alicuius culpæ priuatio ipsius esse.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hęresim Nouatiani &cęt. vt suprà dictum est quæstio. 98. articu. 2. append. Hinc enim clarè patet, quòd non tantum Deus inferens pœnam æternam peccatori, non est crudelis, sed etiam est iustissimus. Secundò habes: quomodo per radicalem rationem ostendas: prædictam blasphemam hæresim meritò damnari à &cæt. vt quæstio. 98. articu. secundo append. cum omnibus locis ibi citatis. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas meritò insinuatum ab oppositis à Ioan. 6. quòd ex diuina iustitia infertur pœna æterna peccatori: & sic. Omnis, qui videt filium, & credit in eum, habet vitam æternam. Hæc ibi. Vbi meritò temporali ex iustitia diuina reddi demonstrat præmium æternum: & per hoc ex opposito vult cointelligi, quòd temporali demerito ex diuina iustitia debetur pœna æterna. Quòd si dicas illud esse de misericordia, quando redditur vita æterna; respondetur: quòd etiam si iustitia ibi non interueniret, (quòd tamen falsum est) nihilominus sequeretur adhuc illud ab oppositis dictum, quoniam iustitia & misericordia in Deo, vt in Deo, sunt idem; & per consequens tanta est vna, quanta est altera: quoniam vtraque est diuina essentia. Quartò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quintò vides: quomodo ex iis vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

---

SVPER Q. CXXX. Aliàs 99. Art. II.

Concl. I. Pœna damnatorum, dæmonum, & hominum, nunquam per diuinam misericordiam terminabitur: & contrarium dicere, est error ab Ecclesia reprobatus dupliciter.

440 S. Tho. 4. d. 46. q. 2. art. 3. q. 1. & seq.

¶ Examen. Ly diuinam misericordiam. Signāter hoc dicit, quia iam conclusum est articu. 1. quod per diuinam iustitiam nūquam liberandi sunt. Ex vtriusq; igitur parte, misericordiæ scilicet & iustitiæ fatendū est; quòd ibi sine fine torquebuntur.

*Ad Rom. 11 & Galat. 3.

¶ Prob primò: Quia patet ex secunda particula sequen. Secunda autem pars, scilicet & contrarium &cęt. probatur: Quia dicere contrarium, & manifestè scripturæ sacræ repugnat, & diuinam misericordiam nimis coarctat (vt de his duobus patet in tex.)

*lib. 1. c. 4. in med.

¶ Not. Pro intelligentia primæ probationis sciendum; quòd quandocumque Ecclesia reprobat aliquid, illud ab omnibus catholicis pro reprobato teneri debet; secundum tamen quòd ab ipsa reprobatum est. Si enim reprobetur, vt minus probabile, tenendum est pro minus probabili; si pro falso falsum; si pro scandaloso, scandalosum, si pro errore in fide, error in fide, i. hæresis. Et ideirco iure dixit probatio illa, quòd prima pars conclusionis patebat ex probatione particulæ sequentis. Quasi dixisset, Sicut dicere contrarium, pro errore in fide, i. pro hæresi, reprobatur dupliciter ab Ecclesia: ita propter duo dicēdum est, quòd à diuina misericordia non liberabuntur e pœnis. Circa vltimam de coarctatione nimia diuinæ misericordiæ, nota vniuersaliter; quòd error vnus alium peperit, & quidem deteriorem, parere solet; nisi errori illi priori de emendatione debita citò prouideatur. Vides enim hic, quòd hæresis illa prior peperit illam vltimam, de qua in textu circa finem: quæ sanè peior est, quàm prior sua mala genitrix (vt consideranti facilè patet).

# ARTICVLVS II.

*Vtrum per diuinam misericordiam pœna damnatorum terminetur tàm hominum quàm dæmonum.*

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd per diuinam misericordiam omnis pęna terminetur tam hominum quàm etiam dæmonum, Sapien. 2. Misereris omnium Domine, quoniam omnia potes: sed inter omnia etiam dæmones continentur, qui sunt Dei creaturæ; ergo & ipsorum dæmonum pœna finietur.

¶ 2 Præterea. Roman. 11. * Conclusit Deus omnia sub peccato, vt omnium misereatur, sed Deus dæmones sub peccato conclusit, id est concludi permisit; ergo videtur quòd etiam dæmonum aliquando misereatur.

¶ 3 Præterea. Sicut dicit Anselm. * in lib. Cur Deus homo. Non est iustum vt Deus creaturam, quam fecit ad beatitudinem, omnino perire sinat; ergo videtur cum quælibet creatura rationalis creata fuerit ad beatitudinem, non esse iustum vt omnino perire permittatur.

Sed contra est, quod dicitur Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius; ergo æternaliter punientur.

¶ Præterea. Sicut boni Angeli effecti sunt beati per conuersionem ad Deum, ita mali angeli effecti sunt miseri per auersionem à Deo: si ergo miseria malorum angelorum finiatur quandoque, & beatitudo bonorum finem habebit, quod est inconueniens.

Respon. Dicendum, quòd error Origenis fuit, vt Augustinus * 21. de Ciuitate Dei dicit, quòd dæmones quandoque per Dei misericordiam liberandi sunt à pœnis. Sed iste error est ab Ecclesia reprobatus propter duo. Primò, quia manifestè auctoritati sacræ scripturæ repugnat, quæ habetur Apocalyp. 20. Diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis, & sulphuris, vbi bestiæ, & pseudoprophetæ cruciabuntur die, ac nocte in sæcula sæculorum, per quod in scriptura significari æternitas consueuit. Secundò, quia ex vna parte nimis misericordiam extendebat, & ex alia parte nimis eam coarctabat. Eiusdem enim rationis esse videtur bonos Angelos in æterna beatitudine permanere, & malos angelos in æternum puniri. Vnde sicut ponebat dæmones, & animas damnatorum quandoque à pœna liberandas: ita ponebat Angelos, & ani-

*lib. 21. de Ciui. c. 17. & 23. t. 5.

Primum

1^m ex Sapien. Misereris omnium. ℞. Quantum in te est: non, quantum ex illorum defectu. §. Tunc nihil &cæt. vt patet in textu vsque inclusiue ad ly in malitia obstinati.

¶ Exam. Ly quia eius misericordia sapientiæ ordine regulatur. Scilicet non à misericordia realiter diuiso. Nam sapientia summa, quæ hic dicitur ordo sapientiæ, est eadem res cum summa misericordia: cum in Deo quicquid est, vnum sit, scilicet sua essentia. Voluit autem dicere tex. ille; quòd misericordia ipsa ordine sapientiæ regulatur, non quandoque sic, & quandoque non; sed semper, atque indefinenter, & impossibile est, quod aliter fiat. Alioquin Deus negaret semetipsum (quod est impossibile secundū Apostolum) cum misericordia & sapientia sit ipsemet. Consequenter patet, quòd per illud dictum textus non debet intelligi, quòd sapientia sit quid maius tanquàm regulans & misericordia sit quid minus tanquàm regulata: sed quòd misericordia nunquam sit sine sapientia. Et re vera sic est; quoniam misericordia ipsa est regula sapientiæ essentialiter, licet sic dicant Theologi, vt secundum nostrum modum intelligendi loquantur. Simile est (vt melius capias) quando dicitur; quòd Deus mensuratur æternitate: cum tamen Deus ipse ab æternitate realiter non differat; sed reuera sit sua æternitas. Cæterum (vt tactum est) huiusmodi locutiones fiunt, vt nobis diuina pro captu nostro describantur, vide 1. par. q. 10. artic. 2. & q. 13. art. 2. ad secundum & tertium.

mas bonorum quandoque à beatitudine in huius vitæ miserias deuoluendas.

Ad primum ergo dicendum, quòd Deus quantum in ipso est miseretur omnibus: sed quia eius misericordia sapientiæ ordine regulatur, inde est, quòd ad quosdam non se extendit, qui se misericordiæ fecerunt indignos, sicut dæmones, & damnati, qui sunt in malitia obstinati: tamen potest dici quòd etiam in eis misericordia locum habet, inquantum citra condignum puniuntur, non quòd à pœna totaliter absoluantur.

Ad secundum dicendum, quòd ibi intelligenda est distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum, vt intelligatur auctoritas de hominibus secundum statum viæ,* qua scilicet, & Iudæorum, & Gentilium misertus est: sed non omnium Gentilium, vel omnium Iudæorum.

Ad tertium dicendum, quòd Anselmus intelligit non esse iustum, quantum ad decentiam diuinæ bonitatis, & loquitur de creatura secundum genus suum. Non enim est conueniens diuinæ bonitati, vt totum vnum genus creaturæ deficiat à fine, propter quod est factum: vnde nec omnes homines, nec omnes Angelos damnari conueniat: sed nihil prohibet quin aliqui, vel ex hominibus, vel ex Angelis in æternum pereant, quia diuinæ voluntatis intentio impletur in aliis, qui saluantur.

*Al. quia.

Item illatio conclusionis. Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Vt habes ex responso secundo tex. ly tamen potest dici &c. Vt ergo pro aliqua parte concedi possit, debet sic fieri: ergo & ipsorum dæmonum pœna finietur, aut citra condignum per misericordiam Dei semper punientur. Tunc enim concederetur illatio, sed pro vltima parte tantum.

2^m ex Rom. Ad omnia. ℞. Genera hominum; non, singulos homines omnium generum. §. Tunc nihil &c. Nam authoritas hæc intelligitur pro statu viæ tantum. Vnde extra propositum adducitur, quando pro damnatis affertur, vt fit ab arguente.

¶ Not. Authoritas illa de dæmonibus nihil dicit: vnde dato per impossibile, quòd loqueretur ad propositum hominum damnatorum: nihil ex hoc pro dæmonum finienda inferri posset; vt fit in argum.

3^m ex Anselmo. Creaturam. ℞. Secūdum genus suum: non, pro singulis sub genere illo contentis. §. Tunc nihil &c. Sufficit enim ad decentiam bonitatis diuinæ saluandam; quòd aliqui ex creatura illa facta ad beatitudinem à beatitudine non pereant.

## APPENDIX.

Utilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim illam Origenis in textu narratam, & Libertinorum cum illo in hoc conuenientium. Quam & interimas per rationes adductas à Sancto Thoma q. 16. ar. 13. & q. 93. articu. 2. Item q. 98. art. 1. Item 1. par. q. 62. artic. 8. & 9. q. 64. art. 2. Hæc omnia si bene applicentur iuuabūt propositum; non solum contra hæresim illam in princ. corp. dictam, sed etiam illam in fine à prima generatam. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas prædictas meritò canonice damnari à &c. vt in appen. omnium locorum nunc citatorum. Item specialiter à Benedicto XI. in Extrauag. Benedictus Deus &c. Postquam inchoata fuerit talis intuitiua, & facialis visio, & fruitio in eisdem beatis, eiusdem visio & fruitio sine aliqua intercisione, seu euacuatione prædictæ visionis & fruitionis, continuata extitit, & continuabitur vsque in sempiternum. Hæc ibi. Vbi de beatis illud dicit expressè; & illud idem implicitè ab oppositis intendit, & dicit de damnatis. Vt enim dicitur in textu præsentis articuli eiusdem rationis est bonos in æterna beatitudine permanere, & malos in æternum puniri. Item memento illius, quod sæpe aliàs dictum est; videlicet Origenem esse damnatum ab Ecclesia in pluribus Concilijs; speciatim verò de eo, eiusque libris, scribere Gelasium Papam sic. Origenis nonnulla opuscula, quæ vir Beatus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia, cum authore suo, dicimus esse renuenda. Hæc ille: vt recitatur distinc. 15. Sancta Romana Ecclesia. Tertiò habes: quomodo per rationē prædicta scripturarum & Patrum pro quanto pœnam damnatorum nunquam finiendam insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis. Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

2 3 4

---

SVPER Q. CXXX. Aliàs 99. Art. III.

44r

Not. Vtrum diuina &c. Hoc est; an diuina misericordia aliquādo subueniet hominibus saltē, ex quo dæmonibus non subuenit in hoc, ne s. in æternum puniantur. i. an aliquando ab inferno liberabit saltem homines.

¶ Concl. Omninò irrationale est ponere; quòd homines quandoque liberentur ab inferno.

*Glo. ord. ibid.

¶ Exam. Ly homines. s. infideles. Nam de fidelibus specialem articulum, s. quartum mouebit. Videbatur autē, vel saltē videri poterat ijs, qui ad operū bonorum necessitatē; aut examen post mortem etiam Domini, considerando non ascendunt: quòd infideles homines ex eo, quòd homines sunt, & consequenter quadam cognatione præ dæmonibus iuncti Deo, cum ipse naturam humanam personaliter sibi vniuerit, & pro hominibus saluandis mortuus fuerit; videbatur, inquam ex his, quòd essent liberandi. Idcirco de infidelibus hominibus specialem hunc mouit articulum.

*Al. maiorem.

¶ Prob. Quia damnati ideo perpetuo puniuntur, quoniam in malitia obstinati sunt (patet ex supradictis) & homines decedentes sine charitate remanēt semper in malitia obstinati (patet ex Damasceno corp. fin.)

¶ Not. Quasi apertius dicat. Vbi est eadē ratio punitionis perpetuæ ibi debet esse eadē perpetuitas: at in hominibus absque charitate dece-

## ARTICVLVS III.

*Vtrum diuina misericordia patiatur saltem homines in æternum puniri.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd diuina misericordia non patiatur saltem homines in æternum puniri, Genes. 6. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, & accipitur ibi spiritus pro indignatione, vt patet per Gloss.* ibidem; cum ergo indignatio Dei non sit aliud quàm eius pœna, non punitur æternaliter.

¶ 2 Præterea. Charitas sanctorum, in præsenti hoc facit, vt pro inimicis exorent: sed tunc habebunt* perfectiorem charitatem; ergo tunc orabunt pro inimicis damnatis: sed orationes eorum esse cassæ non poterunt, cum sint maximè Deo acceptæ; ergo in precibus sanctorum diuina misericordia damnatos quandoque à pœna liberabit.

¶ 3 Præterea. Hoc, quòd Deus pœnam damnatorum æternam prædixit ad prophetiam comminationis pertinet: sed prophetia comminationis non semper impletur, quod patet per hoc, quod dictum* est de subuersione Niniue, quæ non fuerat subuersa, sicut prædictum fuerat per Prophetam, qui ex hoc etiam contristatus fuit: ergo videtur quòd multo amplius per diuinam misericordiam comminatio pœnæ æternæ mutabitur in mitiorem sententiam, quando in nullius tristitiam: sed in omnium gaudium cedere poterit.

*Ionæ 3.

¶ 4 Præterea. Ad hoc facit, quod in Psal. 76. dicitur, Nunquid in æternum irascetur Deus: sed ira Dei est eius punitio; ergo &c.

¶ 5 Præterea. Esaiæ 14. Super illud, Tu autem proiectus es, &c. Dicit

Glos. † Si omnes animæ aliquando habebunt requiem, tu nunquam, & loquitur de diabolo; ergo videtur, quòd omnes animæ humanæ aliquando requiem habebũt de pœnis.

SED CONTRA est, quod dicitur Matthæi 25. Simul de electis, & reprobis. Ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam: sed inconueniens est ponere, quod iustorum vita quandoque finiatur; ergo inconueniens est ponere, quòd reproborum supplicium terminetur.

¶ Præterea. Sicut dicit * Damascenus, Hoc est hominibus mors, quod est Angelis casus: sed Angeli post casum irreparabiles fuerunt; ergo & homines post mortem, & sic reproborum supplicium nunquam terminabitur.

RESPOND. Dicendum, quòd sicut Augustinus † dicit 21. de Ciuitate Dei, quidam in hoc ab errore Origenis declinauerunt, quòd dæmones posuerunt in perpetuum puniri: sed omnes homines quandoque liberari à pœna, etiam infideles. Sed hæc positio omnino est irrationabilis. Sicut enim dæmones sunt in malitia obstinati, & ita perpetuo puniendi; ita & hominum animę, qui sine charitate decedunt, cum hoc hominibus sit mors quod est Angelis casus, vt Damascenus dicit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum illud est intelligẽdum de homine secundum genus suum, quia ab humano genere quandoque Dei indignatio est remota per Christi aduentum: sed illi, qui in hac reconciliatione, quæ facta est per Christum, noluerunt permanere; in seipsis diuinam iram * perpetrauerunt, cum non sit nobis aliquis modus reconciliationis concessus nisi per Christum.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut August. * dicit 21. de Ciuit. Dei. Et Gregorius † 25. Moral. & 4. Dialog. quòd sancti in hac vita ideo pro inimicis exorant, vt conuertantur ad Deum, cum adhuc conuerti possunt. Si enim esset nobis notum, quòd essent præsciti ad mortem, non magis pro eis quàm pro dæmonibus oraremus, & quia post hanc vitam decedentibus sine gratia tempus conuersionis non erit, nulla pro eis fiet oratio, nec ab Ecclesia militante, nec à triumphante. Hoc enim pro eis orandum est, vt Apostolus dicit, secundæ Timot. 2. vt det illis Deus pęnitentiam, & resipiscant à diaboli laqueis.

AD TERTIVM dicendum, quòd prophetia comminatoria pœnæ tunc solum immutatur, quando variantur merita eius, in quem comminatio facta est. Vnde Hierem. 18. Repente loquar aduersus gentem, & aduersum regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud: si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & pœnitentiam super malo quod cogitaueram ei: vnde cum damnatorum merita mutari nõ possint, comminatio pœnæ semper in eis implebitur. Nihilominus tamen prophetia comminationis semper quantum ad aliquem intellectum impletur: quia, vt dicit August. in prædicto * lib. euersa est Niniue, quæ mala erat, stantibus enim męnibus, atq; domibus euersa est ciuitas in perditis moribus.

AD QVARTVM dicendum, quòd illud verbum Psalmi pertinet ad vasa misericordiæ, quæ se indignos misericordia non fecerunt, quia in hac vita, quę quædam ira Dei est propter vitæ miserias, vasa misericordię mutat in melius. Vnde sequitur in Psal. 76. Hæc mutatio dextrę excelsi. Vel dicendum quòd hoc intelligitur de misericordia aliquid relaxante non de misericordia totaliter liberante, si ex-

---

decedentibus est eadem ratio perpetuæ punitionis, quæ est in dæmonibus: ergo debent homines tales perpetuò puniri. Alioquin si dæmones perpetuò punirentur, & non homines eadem ratione perpetuam punitionem merentes: hoc esset de se omninò irrationabile. Et quare? Quia eadem ratio militat vtrobique. Ex his inferas tu hoc dilemma, videlicet, quòd aut dæmonum pęna finiretur, si pœna hominum finiretur, aut quòd hominum nõ finiretur, si dęmonum non finiretur. Subsume modo: quòd dæmonum pęnam aliquando finiendam esse dicere, est hæreticum, art. 2. & videbis aperte, quòd dicere pęnã hominum aliquando fore terminandam, est hæreticũ. Tunc vlterius dic. Illud de dęmonibus est ab Ecclesia reprobatũ: ergo & istud de hominibus ab eadẽ inibi virtualiter est condemnatum.

†Gl interlin. ibid.

* lib. 2. orthod. fidei, c. 4. in fine.

## 1m ex Genes.

In homine. ℞. Secundum genus suum: non secundum vnumquemque illius generis. §. Tũc nihil &c. vt patet in tex.

† lib. 21. c. 17. & 18. tom. 5.

¶NOT. Illa authoritas, etiam si loqueretur de vnoquoque generis humani, intelligi deberet quantum est ex parte Dei, id est intelligenda esset tantum cum ista limitatione. Quod annotasse significanter videtur textus per ly illi &cæt. in seipsis diuinam iram perpetrauerunt. Quasi dixerit: quòd remanserit diuina indignatio in aliquẽ hominem, non est ex Deo, quantum sit ex parte eius tantum, sed est ex illo homine, id est ex defectu illius hominis. Pro quo vide append. sequen. ly ac tanquàm qui velit quantum in se est &c. Hoc sequitur, alijs interpositis, post ly ibunt hi in supplicium æternum. Rursus. Aduerte, quòd illa authoritas intelligitur de hominibus secundum statum viæ, vt à simili notauit textus artic. 2. ad secundum. Et ideo non concludit propositum arguentis, etiam ex ista parte.

* Al. perpetuauerunt.

## 2m de maiori.

Pro inimicis. ℞. Existentibus in statu, quo fieri possit conuersio in Deum: non aliter. §. i. pro inimicis viatoribus: non autem, extra viam per mortem positis. §. Tũc &c. Nam oratio illorum sanctorũ esset frustra, vt patet. Ne igitur fiat frustra, ideo non orant pro damnatis. Non ergo procedit hoc nõ orare ex non habere perfectiorem charitatem in patria, cum ipsam vtique habeant: sed procedit ex eo quod diximus.

¶COROLL. Ergo argumentum assimilabatur fallaciæ secundum non causam vt causam. Sumebat enim perfectiorem charitatẽ sanctorum tanquàm arguere volens ex hoc, quòd veram causam nõ orandi pro damnatis est carere charitate perfectiori. Ideò n. quia in sanctis videbat charitatem perfectiorem, inferebat, tanquã à vera causa posita, quòd sancti orarent pro damnatis. Cæterùm decipiebatur ob hoc, quoniã non aduertebat: quòd vera causa nõ orandi pro illis est incapacitas eorundem damnatorum. Stat ergo perfectissima charitas sanctorum cum non orare pro damnatis; sicut & stat infinitas misericordiæ diuinæ cum non terminare pęnam damnatorum: eo quòd vtrobique est defectus solum ex parte ipsorum damnatorum.

## 3m illatio conclusionis.

Ergo &c. ℞. Negatur illatio. § Ratio est; quia prophetia comminatoria pœnæ tunc solum &c. vt in textu.

## Itẽ de minori.

Prophetia comminationis. ℞. Secundum omnẽ intellectũ: non secundũ aliquem. §. vt in tex. respon. 3. ly nihilominus tamẽ prophetia comminationis semper &c. Tunc &c. Nam in dãnatis impletur secundum hunc intellectum, quòd s. ibi semper manent, & non secundum illum alium, quòd ibi maneant sine aliqua misericordia, i. sine punitione citra condignum ar. 2. ad primũ, respon. 2.

* lib. 21. de Ciui. c. 24. tom. 5.

† li. 34. Moral. cap. 6. à med.

¶ COROLL. Ergo ex doctrina præsenti tùm in argumen. tùm in respon. reijcit Diuus Thomas errorem Arnoldi (Prateol. Arnoldus), qui dixit: quòd peccantibus numquam comminatus est Deus æternam damnationem, sed ijs solum, qui sunt alijs malo exemplo, & offensioni. Quem errorem (cuiuscumque etiam alterius fuerit) tetigisse videtur, atque damnasse Conciliũ Tridentinum sess. 14. c. 15. Alienum à ratione est, docere vnam tantum circũstantiam confitendam esse, nempe peccasse in fratrem. Hæc ibi. Hunc errorem damnatum esse, patet Matthæi 23. Veh vobis, qui mundatis, quod de foris est, intus autem pleni estis immunditia. Veh vobis; quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa; intus vero sunt plena ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Sic & vos paretis hominibus iusti; intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. Veh vobis, qui decimatis mentam, & anethum, & ciminum; & reliquistis quæ grauiora sunt legis. Hæc ibi: & multa alia veh. Item Lucæ 11. Veh vobis Pharisæis: qui diligite primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro. Hæc, & alia multa, ibi. Veh autem (iuxta Sanctorum expositiones) importat damnationem æternam. Damnatur & Arnoldus apertè, immo etiam à fortiori, Ioann. 15. Si quis in me non manserit, mittetur foras vt palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Hæc ibi. Vnde etiam ipsum damnatum ab artic. 4. corp. maximè in fin. ly in multis alijs locis scriptura peccantibus æternas pęnas comminatur.

Rñsio 2.

* lib. 21. de Ciui. c. 24. à med. t. 5.

## 4m ex Psal.

Irascetur. ℞. In præsenti, contra vasa misericordiæ. §. Tunc nihil &c. vt patet.

## Item illatio conclusionis.

Ergo &c. ℞. Negatur illatio. §. Sufficit. n. ad verificandum illam authoritatem de damnatis, quòd intelligatur de misericordia aliquid tantum relaxante: vt patet in secundo responso tex. ly vel dicendum, quòd hoc &c.

Quin-

5^m conclusio. Videtur, quòd omnes animæ humanæ aliquando requiem habebant de pœnis. R. vel videtur, quòd si per impossibile aliquã do talem requiem haberẽt; adhuc Diabolus non liberaretur a pœnis. Tunc nihil &c. Nam illud consequens ab arguente deductum est falsum, & contra mentem glossæ illius: hoc autem consequens responsalis est verum, & secundum mentẽ eiusdem glossę. Nec tamen aliquid sequitur contra articuli propositum: q̃ sapiens colliget faciliter ex ly per impossibile, & ex textuali responso, ubi per ly hypothesi, intellige suppositionem. Quasi dixerit glossa: supposito, sed non concesso, quòd animæ requiem aliquando haberent, diabolus adhuc ipsam non haberet. Hoc dictũ glossæ sic expositum facit multum contra Origenem & Libertinos artic. 2. corp. & appen. recitatos, pro quanto dæmonum liberationem futuram somniarunt.

Resp. 2. si extendatur etiam ad damnatos. Vnde non dicit continebit ab ira misericordias suas, sed in ira, quia non totaliter pœna tolletur, sed ipsa pœna durante misericordia operabitur eam diminuendo.

¶ Not. Similis est sensus glossæ in illo dicto sententiæ saluatoris nostri dicentis Luc. 21. Cœlum & terra transibunt, uerba autem mea non præteribunt. Hoc est, secundum unam expositionem doctorum; si per impossibile substantia cœli terræ transirent, uerba mea non transirent. Quod est aperte dicere possibilius est (quamuis absolutè sit impossibile) quòd substantia cœli & terræ transeat, quàm quòd verba mea transeant. i. non impleantur.

## APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

EX articu. habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Georgij Dauid dicentis, quòd animæ infidelium saluabuntur, æque ac fidelium. Ex quo erroneo dicto patet, a fortiori, quòd sentiebat fideles per diuinam misericordiam ab æterna pœna liberandos, si ibi ponerentur.

2 ¶ Secundò habes: quomodo per rationem ostendas meritò illam damnari ab ecclesia, ut articu. secundo, corp. Item ab Hæb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Hæc ibi. Item à &c. ut q. 89. artic. 7. app. Vbi dictorum aliqua contra Georgium prædictum poteris applicare hunc. Itẽ à &c. ut ar. 4 & 5. maximè in appẽdicibus.

3 ¶ Tertiò habes: quomodo per rationẽ ostendas meritò insinuatum fuisse a Matth. 25. quòd per diuinam misericordiam homines damnati non liberabuntur in æternum, & hoc ex eo, quòd post multa inquit sic. Ibunt hi in supplicium æternum. Hæc ibi. Vbi a Deo misericorde, ad æternitatem puniendi remittuntur. Misericorde, inquam: quia tunc apparebit in forma humana, cuius humaniter. i. misericorditer est agere, & quia inquiret de operib. misericordię tanquàm sibi specialiter complacentibus, ac tanq̃ qui uelit pro quanto in se est, misericordiam exhibere nisi aliud obstaret, & quia secundo loco reprobos examinabit, tanquàm qui ex misericordia differat cõfusionem illorum, & quia mittens illos in infernum non dicet, quòd ignis daturus sit principaliter eis, sed Diabolo, quasi misericordiam in hoc etiam erga homines illos ostendens. Hæc omnia in contextu Matthæi sunt, ut facile scrutari potest sapiens inde. Item à 2. Thimot. 2. Si non credimus, ille fidelis permanet, seipsum negare non potest. Hæc ibi. Et de qua fidelitate intelligat, præmisit ly si commortui sumus, & conuiuemus, si sustinemus & conregnabimus; si negauerimus, & ille negabit nos. Hæc ibi. Vbi vides, eum de fidelitate loqui, qua Deus & misericors & iustus est misericors per ly si commortui sumus, & conuiuemus, si sustinemus, & conregnabimus: iustus autem per ly si negauerimus, & ille negabit nos. Ac si, omnia simul coniungendo, aperte dicat. Misericordia Dei non faciet vmquàm quòd sua iustitia non impleatur; qua fit, ut qui finaliter negant eum, negentur ab eo: quoniam tunc Deus negaret semetipsum, quod esse non potest. Vnde patet, quòd damnatos continue Deum negantes (ut q. 98. art. 1. & alibi visum est) relinquere in æternis pœnis, pertinet ad fidelitatem ipsius Dei, & consequenter q̃ ex ijs numquam a diuina misericordia liberabuntur.

AD QVINTVM dicendum, q̃ Gloss. * illa non loquitur simpliciter, sed sub hypothesi impossibilis, ad exaggerandum peccati magnitudinem ipsius diaboli, vel Nabuchodonosor.

4 ¶ Quartò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & probes, & defendas.

5 ¶ Quintò vides: q̃ũo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc &c.

---

SVP. Q. CXXX. Aliàs 99. Art. IIII.

CONCL. Non omnes finaliter in fide persistentes a pœna æterna erunt immunes, nisi & ab alijs criminib. inueniantur finaliter absoluti.

442

¶ EXAMEN. Ly non oẽs finaliter &cęt. Hoc implicitè denotat, quòd omnes finaliter extra fidem inuenti, etiam q̃ antea fidem habuerint, esse damnandos. Hoc dictũ textus confirmatur a regu. fid. cath. quæ ponuntur ab Augustino in lib. de fid. ad Pet. 38. Firmissime tene, & nullatenus dubites non solum omnes paganos, sed etiã omnes iudæos hæreticos atque scismaticos, qui extra ecclesiam catholicam præsentem finiũt vitam in ignem ęternum ituros, qui paratus est diabolo & Angelis eius. Hæc ibi. Vbi hæretici ad differentiam paganorum intelliguntur ij, qui antea quandoque fidem habuerunt, & post desertionem eius moriuntur.

¶ PROB. Quia patet ex Matth. septimo. Iacob. 1. & in multis alijs locis scripturæ (ut in textu.)

1^m minor. Hoc est omnium Christianorum. R. Ne-

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum pœna Christianorum damnatorum per diuinam misericordiam terminetur.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd saltẽ Christianorum pœna per diuinam misericordiã terminetur. Quia Mar. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, sed hoc est omniũ Christianorum, ergo omnes Christiani finaliter saluabuntur.

¶ 2 Præt. Ioan. 6. dicitur, Qui manducat meam carnẽ, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam, sed hic est communis cibus, & potus Christianorum. ergo omnes Christiani finaliter saluabuntur.

¶ 3 Præt. 1. Cor. 3. Si cuius opus arserit detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic quasi per ignem, & loquitur de illis, in quibus fuit fundamentum fidei Christianæ. ergo oẽs tales finaliter saluabuntur.

SED CONTRA est quod dicitur 1. Corint. 6. Iniqui regnum Dei non possidebunt, sed quidam Christiani sunt iniqui, ergo non omnes Christiani ad regnum peruenient, & ita perpetuo punientur.

¶ Præt. Secundæ Petri secundo dicitur. Melius erit eis viam veritatis nõ cognoscere, quàm post agnitam retro ire ab eo, quod traditum est illis sancto mandato, sed illi, qui viam veritatis non cognouerunt æternaliter punientur. ergo, & Christiani qui ab agnita retrocesserunt.

RESPON. Dicendum, quòd quidam fuerunt, vt dicit Augu. * in prædicto lib. qui non omnibus hominibus promiserunt absolutionem a pœna æterna, sed solis Christianis, & in hoc respectu diuersificati sunt. Quidam enim dixerunt q̃ quicunq; sacramenta fidei perceperunt, ab æterna pœna erunt immunes, sed hoc est contrarium veritati, quia quidam sacramenta fidei recipiunt, & fidem non habent, sine qua impossibile est placere Deo. Hebr. 11. Et ideo alij dixerũt, quòd solum illi ab æterna pœna erunt immunes, qui sacramenta fidei sunt consecuti, & fidem catholicam tenuerunt. Sed contra hoc esse videtur quòd aliquando aliqui catholicam fidem tenent, & postea ab ea resipiscunt, qui non minori pœna sunt digni, sed maiori, quia secundæ Petri secundo, melius erat eis viam veritatis non cognoscere, quàm post agnitam retroire. Planum est etiam peccare plus hæresiarchas, qui † a fide catholica recedentes nouas hæreses fingunt, quàm illos, qui a principio aliquam hæresim sunt secuti. Et ideo alii dixerunt, quòd illi soli sunt ab æterna pœna immunes qui in fide catholica finaliter perseuerant, quãtũcunq; aliis criminibus inuoluantur. Sed hoc manifeste contrariatur scripturæ, quia Iacob. 1. dicitur. Fides sine operibus mortua est, & Matth. 7. Non omnis, qui dicit mihi domine dñe, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, & i multis aliis locis scriptura peccantibus æternas pœnas comminatur. Vnde non omnes finaliter in fide persistentes a pœna æterna erunt immunes, nisi & ab aliis criminibus inueniantur finaliter absoluti.

*Lib. 21. c. 20. & 21. to. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ dñs ibi loquitur de fide

R. Negatur ista. §. Non enim omnes Christiani fidem formatam habent: quoniam a fide etiã quòd formata non sit vocantur Christiani. Ex quo dic; quòd illius minoris ly hoc, dicit habere fidem formatam: ac si apertius dixisset, sed habere fidem formatã est omnium Christianorum.

¶Not. Responsum hoc, inquantum dicit, quod Christianus potest quis esse dummodo habeat fidem, confirmatur ex Concil. Trid. sess. 6. can. 28. Si quis dixerit: amissa per peccatum gratia, simul, & fidem semper amitti; aut fidem, quę remanet, nõ esse veram fidem, licet non sit viva, aut eum, qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum; anathema sit. Hæc ibi. Vbi nota, ꝙ fidem, quam viuam & cum charitate dicit concilium, hanc vocat textus formatam.

De fide ex Conc. Triden.

¶Examen. Ly sed huic non solũ opponitur &c. Per hoc intendit S. Thomas excludere illã hæresim, quã & exclusit postea Cõc. Trid. sess. 6. c. 15. Aduersus hominũ quorundam callida ingenia asserẽdum est, non modo infidelitate, per quam ipsa fides amittitur, sed & quocumq; alio mortali peccato quamuis non amittatur fides; acceptã iustificationis gratiam amitti. Hæc ibi. Et can. 27. Si quis dixerit nullum esse mortale peccatũ, nisi infidelitatis: aut nullo alio quantumuis graui & enormi, præterquam infidelitatis peccato, semel acceptam gratiam amitti; anathema sit. Hæc ibi.

De fide ex Conc. Triden.

## 2^m ex Ioanne.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam. R. Manducatione. s. digna, & bibitione: non aliter. §. Tunc mi. &c. Non enim omnes qui sacramentaliter manducant Christum, ipsum spiritualiter edunt.

¶Examen. Ly quantum est ex virtute sacramenti, &c. Per hoc vult ostẽdere, ꝙ & respectu sacramẽtaliter tm̃ comedentiũ carnem suam Chrs quantũ est ex se dat vitã æternã: licet quantũ est ex defectu recipientiũ non sequatur effectus. Ac si diceret. Quod dixi de uita æterna causata a sacro respectu cõmunicantium spiritualiter etiã, non autem sacramentaliter tm̃, intelligitur de causatione cum subsequenti effectu. Aliàs. n. quantum est ex virtute sacramenti in se considerata, causatur vita æterna respectu omnium.

¶Not. Confirmatur responsum hoc ex Conc. Trid. sess. 13 c. 8. Quo ad vsum recte & sapienter patres nostri quosdam docuerunt sacramentaliter dumtaxat id sumere, vt peccatores, alios sacramentaliter simul & spiritualiter. Hi autem sunt, qui ita se prius probant, & instruunt, vt uestem nuptialem induti ad diuinam hanc mensuram accedant. Hæc ibi. Ex quo etiam habes diffinitionem spiritualiter simul communicantium.

## 3^m de conclusione.

Tales. R. fidem formatam habentes: non aliter. §. Nam fundũ in verbis Apostoli intelligitur &c ut in tex. Tunc mi. &c. ut patet.

¶Not. 1. Intellige formaliter textum. s. ꝙ fides fundamẽtum, ut est fundamentum, intelligitur esse fides tantum formata.

¶Not. 2. Quod fundamentum illud, de quo Apostolus loquitur, sit fides formata (ut tex. dicit) confirmatur ex Conc. Moguntiaco cap. 1. Initium actionis nostræ de fide esse decreuimus, quæ bonorum omnium est fundamentũ, & quia sine fide (ut dicit Apostolus,) impossibile est placere Deo. Fides tamen indiget opere: quia fides sine operibus mortua est. Ideo Gregorius, ille, inquit, verè credit, qui exercet operando, quod credit. Hæc ibi. Vbi patere potest sapientibus, quòd concilium ipsam fidem non vocet fundamentũ, nisi quatenus est charitate formata, seu (quod idem est) quatenus est fides per dilectionem operans. Hoc enim indicat concilium ipsum connectendo primæ sententiæ secundam sic, ly fides tamen indiget opere, ac si patenter dixerit. Fidem, quam in prima sententia uocaui fundamentum omnium bonorum, nunc declaro esse fidem uiuam, seu operibus coronatam. Item confirmatur idipsum ex Concil. Parisiensi lib. 1. cap. 1. Constat ꝙ fundamentum Christianæ religionis fides sit catholica, hoc est, credere in patrem, & filium, & spiritum sanctum, unum & verum Deum &c. Hæc ibi. Vbi vides, quod nunc supra diximus de Concilio Maguntiaco. Cum enim declarat; fidem quæ est, illud fundamentum, esse credere in Deum: tunc utique declarat intelligentibus terminos, quòd illa fides, quæ dr̃ fundamentum prædictũ, est fides formata per charitatem. Terminus esse ille, s. ly indicas motum ad vltimum finẽ, adiungendo ly Deum; facere vero hunc motum, ut dicunt Theologi, soli charitati conuenit, & per eam cuicumq; alteri conuenire dicitur.

Fides, quæ totius boni est fundm̃, ut est tale fundm̃, est fides formata.

fide formata, quæ per dilectionem operatur in qua quicumque decesserit, saluus erit. Sed huic non solum opponitur infidelitatis error, sed quodlibet peccatum mortale.

Ad secundum dicendum, ꝙ verbum dñi intelligitur non de illis, qui tm̃ sacramentaliter edunt, qui indigne quoq; sumentes, iudiciũ sibi manducant, & bibunt, vt dr̃ 1. Corin. 11. Sed loquitur de mãducantib. spiritualiter, qui per charitatem ei incorporantur, quam incorporationem facit sacramentalis comestio, si quis digne accedat. Vnde quãtum est ex virtute sacramenti ad vitam æternam perducit, quis possit tali fructu priuari per peccatum etiam postquam digne consumpserit.

Ad tertium dicendũ, ꝙ fundamentum in verbis Apostoli intelligitur fides formata, supra quã, qui peccata venialia ędificauerit, detrimentum patietur, quia p̃ eis punietur a Deo ipse tamen saluus erit finaliter, quasi per ignem, vel temporalis tribulationis, vel pœnæ purgatoriæ, quæ post mortem erit.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Aetij dicentis, ꝙ in fide manentibus nullum peccatum, quantumlibet graue, imputatur. Item Simonis Magi dicentis; nos saluari fide, non operibus. Item suspectam propositionem hæresim sapientem, (ut refert censura generalis super Bibliam Psal. 90.) dicentem: qui Deo se sola fide commiserit, tutus agit, liberque est a malis uniuersis. Item aliam eorundem (ut refert eadem censura Psal. 93.) dicentium: misericordiæ Dei dono fideles non perit, cum infideli. Contra has enim omnes pugnat articulus, easq; expugnat, vt patet. ¶Secundò habes: quo per rationem ostendas esse meritò damnari a Conc Trid. sess. 6. c. 15. Asserendum est &c. diuinæ legis doctrinam defendendo, quæ a regno Dei non solum infideles excludit, sed & fideles quoq; fornicatores, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, auaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosq; omnes, qui lethalia committunt peccata. Hæc ibi. Et c. 7 Fides, nisi ad eam spes accedat, & charitas, neque unit perfectè cum Christo, neq; corporis eius viuum membrum efficit, qua ratione verissime dr̃, in Christo neq; circuncisionem aliquid ualere, neque præputium, sed fidem, quæ per charitatem operatur. Hæc ibi. Itẽ a Matth. 19. Si uis ad uitam, ingredi serua mandata. Item a Concil. Aquisgranensi. lib. 3. c. 15. Frustra quis uocem dñi sui audire se dicit, & confidere in dño, quãdo operib. fidem destruit. Hęc ibi. Item a Conc. Parisiensi. lib. 1. c. 10. Dici solet a nonnullis, quòd hi, qui in Christo renati sunt, quamquam scelerate viuant, & in malis operibus diem extremum claudant, diuturno, atque purgatorio, non tñ perpetuo, sint igne puniendi. Cum nullus id uerum esse ex diuinis oraculis astruere ualeat; cauendum est, ut hoc non solum non credant, uerum etiam nec ex ore proferant; nẽ forte hoc dicendo se, & alios, vana securitate deludant &cęt. Quod ergo qui in flagitijs viuentes, & in eis perseuerantes diem obeunt, atrociora sint tormenta passuri, quam illi, qui nequaquam baptizati bona tamẽ opera fecerunt declarat Petrus. Melius illis fuerat nõ agnoscere uiam veritatis, quam post agnitionem eius retrorsum conuerti ab eo, qđ traditum est illis, sancto mandato. Et dominus in Euãgelio. Cum immundus spiritus exierit ab homine, &c. Si igitur iuxta Euangelicam sententiam post agnitionem Christi quis nequiter uiuendo spiritum immundum, qui a se tempore baptismatis expulsus est, cum dęmonum septenario sibi numero addito ad se redire facit, fiuntq́, illi nouissima peiora prioribus; patet profectò si in ijsdem nequitijs vitam finierit grauius illum quam eos, qui licet fidem Christi non perceperunt, bonis tamen operibus operam dederunt, puniendum. Proinde sicut nulli de misericordia Dei desperandum est, ita nemo post hanc uitam iudicium Dei, quod nisi iustum esse non potest, sibi talijsque fauorabiliter molliendo temperet, & propter hoc in hac uita bonis operibus deditus esse negligat. Hęc ibi.

Vtilitas Eccles. S. Dei.

¶Tertiò habes: quomodo per rationem prędicta scripturarum & patrum, pro quanto pœnam Christianorum damnatorum per diuinam misericordiam non esse terminandam insinuant, & intelligas & probes, & defendas.

¶Quartò vides: quomodo ex ijs, vicissim Angelica doctrina, hęc & declaretur, & consolidetur.

---

SVP. Q. CXXX. Aliàs 99. Art. v.

Concl. Quicũq; cum peccato mortali decedũt, nec fides, nec opera misericordię eos liberabit a pęna ęterna; & post quantũcumq; spacium tp̃is.

¶Prob. Quia patet ex reprobatione erroris contrarij (ut text.)

¶Examen. Ly & pręcipue, hoc apparet absurdum in raptoribus qui

443

## ARTICVLVS V.

*Vtrum omnes illi qui operantur misericordiæ opera, punientur æternaliter.*

Ad quintum sic proceditur. Videtur quòd illi omnes, qui opera misericordiæ faciunt non punientur æternaliter, sed solum illi, qui opera misericordiæ negligunt. Dicitur enim Iacobi secũdo. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam. Ex

Matth. 5. Beati misericordes quoniã ipsi misericordiam consequenter.

¶ 2 Præt. Matth. 25. ponitur disceptatio domini cum reprobis, & electis, sed illa disceptatio non est nisi de operibus misericordiæ, ergo solum pro operib. misericordiæ omissis, aliqui æternaliter punientur, & sic idem, quod prius.

¶ 3 Præt. Matth. 6. dicitur. Dimitte nobis debita nostra, sicut, & nos dimittimus debitoribus &c. & sequitur. Si enim dimiseritis hominibus, & cætera, ergo videtur, quòd misericordes qui aliis peccata dimittunt, ipsi veniam peccatorum consequentur, & sic non ęternaliter punientur.

¶ 4 Præt. 1. Thimot. 4. Super illud. Pietas ad omnia vtilis est dicit Glo. Ambr. † Omnis summa disciplinæ Christianæ in misericordia, & pietate est, quam aliquis sequens, si lubricum carnis patiatur sine dubio vapulabit, sed non peribit, si quis autem solum exercitium corporis habuerit, perennes pœnas patietur, ergo illi qui insistunt operibus misericordiæ, qui peccatis carnalibus detinentur, non in ęternum punientur, & sic idem, quod prius.

SED CONTRA est quòd dicitur. 1. Cor. 6. Neque fornicarij, neq; adulteri regnũ Dei possidebunt, sed multi, qui se exercent in operibus misericordiæ, sunt tales, ergo non omnes misericordes ad regnum æternum peruenient, & ita aliqui eorũ æternaliter punientur.

¶ Præterea, Iacob. 2. Quicunq; totam legem seruauerit offendat autẽ in vno factus est omnium reus, ergo quicunque seruat legem, quo ad opera misericordiæ, & negligit alia opera, reatum de trãsgressione legis incurret, & ita æternaliter punietur.

RESPON. Dicendum, quòd sicut Aug. † dicit in lib. prædicto. Quidã posuerunt non omnes, qui catholicam fidem tenent a pœna ęterna esse liberandos, sed solũ illos, qui operibus misericordiæ insistunt, quãuis etiam aliis criminibus sint subiecti. Sed istud non potest stare, quia sine charitate non prodest aliquid ad vitam æternam. Contingit autem aliquos operibus misericordiæ insistere, qui charitatem non habent, vnde his nihil prodest ad vitam æternam promerẽdam, vel ad immunitatem æternæ pœnæ, ut patet 1. Corint. 13. & præcipue hoc apparet absurdum in raptoribus, qui multa rapiunt, & tamen misericorditer largiuntur. Et ideo, dicendum quòd quicumq; cum peccato mortali decedunt, nec fides nec opera misericordiæ eos liberabit a pœna ęterna, etiam post quantumcunque spaciũ temporis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illi misericordiam consequentur, qui misericordiam ordinatè impendunt, non autem ordinatè misericordiam impendunt, qui seipsos in miserendo negligunt, sed magis se impugnant malè agendo, & ideo tales misericordiam pœnitus absoluentem non consequentur, etsi consequantur misericordiam de pœnis debitis aliquid relaxantem.

AD SECVNDVM dicendum, q non propter hoc ponitur disceptatio de operibus misericordiæ solum, q pro eorum negligentia tantũmodo aliqui puniantur æternaliter, sed quia illi ab ęterna pęna liberabuntur post peccata, qui per opera misericordiæ sibi veniam impetrauerunt, facientes amicos sibi de mammona iniquitatis.

AD TERTIVM dicendum, q illud a domino dicitur his, qui petunt sibi debitum relaxari, non illis, qui in peccato persistunt, & ideo soli pęnitentes per opera misericordiæ cõsequuntur veniã pœnitus liberantẽ.

AD QVARTVM dicendum, q Gl. Ambr. loquitur de lubrico veniali peccati a quo aliquis post purgatorias pœnas quas vapulationem dicit per opera misericordiæ absoluetur, vel si loquatur de lubrico mortalis peccati, est intelligendum, quòd adhuc in vita ita existentes illi, qui ex fragilitate in carnalia peccata incidunt per opera misericordiæ ad pęnitentiam disponuntur. Vnde talis non peribit. i. disponetur per talia opera ad non pereundum.

*Raptores eleemosynarij possunt esse in triplici differentia.*

qui &c. Scilicet etiam quòd rapiant aliena, ut eleemosynas faciant pauperibus: hoc absurdum est. Adeo quòd & raptores absque intentione huius vocatæ pietatis, sed postea illam exercentes per eleemosynas, & raptores sub intentione prædictæ pietatis, ut scilicet eleemosynas faciant, & raptores alias non rapturi nisi intenderent eleemosynas facere de omnibus singulisque raptis: omnes, inquam, isti tres raptores cadunt sub hoc absurdo quod narratur in textu. Confirmatur præsens textus ex decreto Papæ Gregorij Primi Epist. 110. Omnino metuẽda & cauenda est hostis astutia, ne, quos aperta nequit tentatione subuertere, latente telo seuius valeat trucidare. Neque enim eleemosyna reputanda est, si pauperib. dispensetur, quod ex illicitis rebus accipitur: quia q hac intentione male accipit, ut quasi bene dispenset, grauat potius, q iuuatur. Hæc ibi. Et partim recitatur 1. q. 1. non est putanda: Item confirmat ex Prou. 21. Victimę impiorum abominabiles domino. Hęc ibi. Sunt autem victimæ impiorum quicq d ex iniqua acceptione offertur.

*Matt. 12.*

*† Ambr. super hũc locum Pauli.*

## 1m ex Matth.

Misericordes. R. Id est, misericordiam ordinate impendentes: nõ aliter §. Tunc nih. &c. ut patet in tex.

¶ EXAMEN. Ly etsi cõsequantur misericordiam de pœnis debitis aliquid relaxantẽ. Hoc dicit textus non solum ad ostendendum illud commune, quod datur omnibus damnatis, videlicet puniri citra condignum, sed etiam ad significandum aliquod particulare datũ eleemosynarijs peccatorib. Ipsi namq; per eleemosynas de sua substantia elargitas disponũtur ad pœnitentiam suorũ peccatorum ut tangitur in ad quartum, & consequenter disponũtur ad minus peccandum, quã ante faciebãt, uel quam fecissent, si eleemosynas elargiti non essent. Posito ergo, q tales pœnitentiam ad quam disponuntur ex ui eleemosynarum, nolint apprehendere hoc saltem, ut plurimum, apprehendere uidetur, quòd minus afficiantur ad peccata, quæ postea committunt. Et cum minus afficiantur ad illa, mitiores etiam pœnas, quamuis ęternas habebunt, quoniam secundum affectum peccandi mensuratur acerbitas pœnarum, art. 1. corp. princ. Misericordiam ergo tales consequuntur de pęnis debitis, i. quæ alias sibi debitæ fuissent, aliquid relaxantem. Et hoc est intentum textus.

*Eleemosynarijs quo misericordia Dei aliquid de pęna relaxat.*

*† Lib. 21. de ciui. ca. vlt. to. 5.*

## 2m illatio conclusionis.

Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Non. n. propter hoc ponitur illa disceptatio de operibus misericordiæ, &c. ut in text.

¶ COROLL. Et responso igitur infer, quòd misericordiæ opera exercentes tunc solum liberantur a pœna ęterna, quando ipsi, dum viuunt, in charitate hæc opera exercuerunt, & in ipsa charitate finaliter decesserunt. Quod ostenditur in Matth. ibi: cum dominus eleemosynarijs illis dicit, quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Vbi ostendit: eleemosynarios illos voluisse placere Christo. Ideo. n. dicit ly mihi; & consequẽter denotat eos in charitate eleemosynas fecisse. Qui. n. propter Christum operatur, si uere propter ipsum faciat, in charitate operat; iuxta illud Apostoli. Nemo dici dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Et quis dominũ Iesum, nisi qui eum diligit, dicit: si eo modo dicit, quo Apostolus intelligi uoluit. In charitate operatos illos eleemosynarios insinuat, & ex quo eleemosynarijs ipsis nihil aliud in contrariũ obijcit, in charitate eos decessisse subindicat.

## 3m de conclusione.

Quòd misericordes. R. Pœnitentes: non aliter. §. Nam illud a domino dicitur his, qui &c. ut in text. Tunc nihil &c. ut patet ibid.

## 4m ex Ambrosio.

Lubricũ carnis. R. Peccati uenialis: non peccati mortalis. §. Tunc nihil &c. ut patet de se.

## Item ex Ambrosio.

Non peribit. R. i. disponetur adhuc viuens per talia opera ad non pereundum: non aliter. §. Tunc nih. &c. ut patet de se. Nam in inferno iam positi, quamuis eleemosynas multas fecerint, non compræhenduntur à dicto isto Ambrosij. Vide secundum respõsum textus ly uel si loquamur &c.

¶ NOT. Confirmatur glossa huius responsi ex dictis in quinta. Synodo Constantinopolitana, actione prima, ubi habetur ad literam, q eleemosyna est proxima charitati.

*Resp. 2.*

¶ COROLL. Ex prædictis ergo absque errore in uero sensu intellige Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Et Thob. 4. Noli auertere faciem tuã ab vllo paupere, ita. n. fiet ut nec a te auertatur facies domini. Eleemosyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Hæc ibi. Sensum Danielis hunc uerum coadiuuat q. 14. artic. 2. ad 1. & a simili, etiam Thobiæ auctoritatem.

## APPENDIX.

*Vtilitas p Eccles. S. Dei.*

EX articu. habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim quorundam (ut recitat Augustinus) dicentium: eleemosynam dumtaxat non facientibus supplicium perpetuum esse destinatum. Hæc pro tanto affertur in præsenti, pro quanto insinuant, quòd facientibus eleemosynam nõ est destinatum supplicium perpetuum.

petuum. Item hæresim Zuinglij dicentis: hominem posse saluari virtutibus proprijs naturalibus, ut Cato, & Scipio saluati sunt. Itē hæresim quorundam innominatorum (ut refert Cardinalis Turre Cremata li. 1. de Eccles. c. 21.) dicentium: quemlibet saluari posse in secta sua extra catholicam & Romanam Ecclesiam. Quæ duæ vltimæ ideo adducuntur, quia eleemosynarios saluandos, etiam si in alijs peccatis sint, subindicant. Nam unusquisque in secta sua viuens potest facere eleemosynas, & eas utique proprijs uiribus naturalibus.

Salutem q̄ nō possint conseq. cōtra largas hęreticorū viās atq; similiū unde in regulis fidei catholicę infrascriptis.

¶ Secundò habes: quomodo per rationē ostendas prædictas merito damnari à &c. ut q. 15. ar. 3. & q. 14. ar. 3. Item a regul. fid. cath. quæ recitantur ab August. in lib. de fid. ad Petr. c. 37 Firmissime tene, & nullatenus dubites; omnem extra catholicā ecclesiam baptizatum participem fieri non posse vitæ æternæ, si ante finem vitæ huius catholicæ non fuerit redditus atque incorporatus ecclesiæ. Quia si habeam (inquit Apostolus) omnem fidem, & nouerim omnia sacramenta, charitatem autem non habeam, nihil sum. Nam & in diebus diluuij neminem legimus extra archam potuisse saluari. Hæc ibi. Vbi de baptizato, si uiuat in alia secta extra ecclesiam catholicam usque in finem, audisti, quid dixerit, & cōsequenter quod a fortiori damnauerit hæreticos illos innominatos cum Zuinglio. Item ab eodem. ibid. c. 39. Firmissime tene, & nullatenus dubites: quemlibet hæreticum siue schismaticum in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizatum, si ecclesiæ catholicæ non fuerit aggregatus, quantuscumque eleemosynas fecerit, & si pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse saluari. Omni enim homini; qui catholicæ ecclesiæ non tenet unitatem, neque baptismus, neque eleemosyna quātumlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi suscepta proficere poterit ad salutem, quamdiu in eo hæretica uel schismatica prauitas perseuerat, quæ ducit ad mortem. Hæc ibi. Ecce quòd illi, qui faciebant uim in eleemosyna, contra quos directe militat articulus, quanto errore detinebantur. Et vt scias etiam eleemosynas non saluare aggregatos ecclesiæ catholicæ (quod forsan opinari posses ex illa conditione apposita hic ab Augustino ly si ecclesiæ catholicæ non fuerit aggregatus) ideo audi eiusd. cap. 40. Firmissime tene, & nullatenus dubites: non omnes, qui intra ecclesiam catholicam baptizantur accepturos esse vitam æternam, sed eos qui percepto baptismate recte viuunt. i. qui abstinuerunt se a vitijs & cōcupiscentijs. Regnum enim cœlorum sicut infideles hæretici atque schismatici non habebunt: sic catholici criminosi possidere non poterunt. Hæc ibi. Et de his omnibus quanti ualeant, inquit, c. 44. Hæc interim capitula ad regulam veræ fidei firmissime pertinentia fideliter crede, fortiter tene, veraciter, patienterque defende. Et si quem contraria his, non solum omnibus, sed etiam singulis dogmatizare cognoueris, tamquam pestem fuge, & tanquam hæreticum, & christianæ, catholicæque fidei inimicum abijce. Hæc ibi. Cęterum quoniam de Romana ecclesia mentionem fecerunt hęretici supradicti, ideo & de illa, & de eius fide, vide magnalia supra q. 19. art. 3. appen. Et q. 17. art. 1. app. Item q. 20. art. 1. corollarium post ad primum. Item pręcipue q. 40. artic. 6. appen. & quęst. 14. ar. 5. appen. Quę etiam facient aliquid pro articulis pręmissis in quęst. pręsenti: si noueris applicare. Item damnantur prędictę hęreses a 1. Corinth. 6. & Iacob. 2. ut in argumen. 1. 2. sed contr.

Christiani non oēs sed absq; criminib. existentes, & recte viuētes, saluantur.

3 ¶ Tertiò habes: qūo per rationē prędicta scripturarū & patrum, pro quanto non omnes opera misericordię exercentes supplicijs ęternis, eripiendos insinuant, & intelligas, & probes, & tuearis.

4 ¶ Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim declaretur, & consolidetur articulus pręsens Angelici doctoris: Cuius meritis & precibus

*Expliciunt Elucidationes formales* MVNERE DEI, *super tertiam partem S. Thomæ de Sacramentis &c. per Fratrem Seraphinum à Porrecta &c.*

DEO GRATIAS.

---

## SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo.

Omnes sunt Quaterniones, præter Ooo, qui est Ternio. Index per se patet.

---

VENETIIS, Apud Iuntas, MDXCVI.